SYNOPSIS CRITICORUM ALIORUMQUE S. SCRIPTURÆ INTERPRETUM.

Voluminis IV. atque Ultimi

PARS POSTERIOR,

Complectens EPISTOLAS *Universas* & APOCALYPSIN.

Operâ *MATTHÆI POLI Londinensis.*

LONDINI,

Typis *E. Flesher.* Prostat apud *Carolum Smith*, Bibliopolam, ad Insigne Angeli in vico Fleetstreet. *Anno Dom.* MDCLXXVI.

PRÆLOQUIUM
AD
LECTOREM.

POST longiores quàm voluissem moras, prodit tandem bono cum Deo mihi exoptatissima, aliis diu exspectata, nec, utì spero, ingrata, Coronis Operis nostri Biblici, secunda Pars Quarti atque Ultimi Voluminis Synopseos, quæ cum Epistolis Paulinis incipiens in Apocalypsin desinit. Non opus est ut aut culpam meam, aut injuriam patientiæ tuæ hactenus illatam, novis nec necessariis prolixæ Epistolæ moris auctiorem reddam. Eadem hìc Operis natura & methodus, quæ in præcedentibus Voluminibus, idem prorsus consilium: de quibus cùm in Præfatione Primi Voluminis plenè disseruerim, vanus essem si eadem hìc repeterem. Authores, è quorum agris hæc decerpsimus, alii sunt communes reliquis Voluminibus, & primæ præsertim Parti hujus Voluminis, quales Critici Londinenses, inter quos Grotius, è quo hìc, sicut in priori Parte factum, ferè omnia ad verbum descripsi,ut integra penè, si aliorum testimonia ab ipso prolata demas,Grotii commentaria in Novum Testamentum in Synopsi mea habeantur.Præterea Beza, Camerarius,Piscator,Hammondus, Schmidius, Ludovicus de Dieu,Medus, Lightfootus in Harmonico-Chronico, Gatakerus, Gomarus, qui in complures Epistolas Apostolicas, & in tria prima capita Apocalypseos, Annotationes scripsit, breves quidem, sed minimè spernendas; Junius in Parallelis; Calvinus, è quo non parcâ manu,in posterioribus maximè Epistolis, desumpsi; Nortonus Knatchbull, Eques auratus; cujus nonnulla Annotata,cùm in parte superiori velut ex Hammondo desumpta, protulerim, ea de re monitus, & à Clarissimo illo Equite edoctus, Notas ipsius priùs compositas fuisse quàm Hammondi Commentarii lucem aspexerint, Excerpta illa primo Authori restitui, & illi accepta ferri, velim. Alii huic ferè Parti proprii, qui hìc sequuntur; In omnes Epistolas Apostolicas, Estius, qui illas prolixis & doctissimis Commentariis illustravit; Justinianus, interpres eruditus & copiosus; Strigelius, in primo Operis mei Volumine adhibitus; Vorstius, vir acutus atque eruditus, qui mentem sacrorum Scriptorum & solerter investigavit, & feliciter in multis assecutus est, licèt postea ad sequiora quædam dogmata dilapsus fuerit; Dicsonus Scotus, qui Epistolas breviter, sed perspicuè, ingeniosè,& cum judicio,interpretatus est;In nonnullas Pauli Epistolas Zanchius, Theologus non è multis, cujus Commentaria singulari eruditione atque acumine composita Authorem suum doctissimum referunt; In Epistolam ad Romanos, Pererius, Toletus, Willetus, suis antea laudibus ornati; Paræus, qui doctrinæ judiciique subacti laudem jamdudum apud Theologos merito suo reportavit; Stephanus de Brais, qui Analysin Paraphrasticam hujus Epistolæ, Notis suis, ingenio & doctrinâ plusquam vulgari conscriptis, illustratam, nuper edidit; Ludovicus de Dieu, qui justum in hanc Epistolam commentarium, eúmque tanto prorsus Authore dignum, composuit, idem in reliquis Epistolis facturus, si satis diu vita suppetisset; In Corinthios, Gulielmus Sclaterus nostras, & Calixtus, qui ea brevibus suis notulis non rarò complexi sunt, quæ in prolixis aliorum Voluminibus frustrà requires; In primam ad Corinthios, Johannes Lightfootus, cujus lucubrationibus in prioribus Voluminibus plurimùm adjuti sumus, nuper (proh dolor!) Reipublicæ literariæ & Christianæ ereptus, qui Horis suis Hebraicis hanc Epistolam more suo, h. e. eruditissimè, elucidavit. Cùm autem locus ille de Coma virili, 1 Cor. 11. 14, 15. Interpretum dissidiis intricatissimus sit, nec exiguæ ea de re turbæ in Ecclesia, & multorum in animis, excitatæ sint, uberiorem illius explicationem petere placuit ex Salmasii Dialogo De Coma, & Revii Disputationibus; quibus solis authoribus hìc usus sum, tum, quia alii qui hanc fabam cudendam susceperant mihi ad manum non essent, tum, quia illos alia ipsorum scripta nobilitaverunt, & hoc Revii scriptum reliquorum Professorum Leidensium suffragiis munitum prodiit. In Epistolam ad Ephesios, Bodius, natione Scotus, qui eam magnâ industriâ, nec minore cum doctrina & judicio interpretatus est; Crocius Interpres non postremæ notæ; In Epistolam ad Colossenses, Davenantius & Dallæus, Interpretes nuperi quidem, sed antiquis pares, & supra laudes meas longè positi; In Epistolas ad Thessalonicenses, Sclaterus; In secundum caput posterioris Epistolæ, Grotius, in Dissertatione sua, De locis Novi Testamenti quæ de Antichristo agunt aut agere putantur; Simplicius Verinus in Notis de iisdem locis conscriptis, quarum Authorem Salmasium fuisse à multis creditum audio; Hippolytus Fronto, sub quo nomine latere voluit vir celeberrimus Petrus Molinæus; Henricus Morus Cantabrigiensis, in eruditissimis suis Operibus Theologicis Latinè nuper editis; In Epistolas ad Timotheum,Magalianus, qui eas diffusè & operosè interpretatus est; Scultetus & Pricæus, in priori hujus Voluminis Parte memorati; In primam ad Timotheum, Danæus, scriptor acutus atque eruditus; Gothofredus, vir jure merito celebratissimus, qui nobilem illum locum, 1 Tim. 3. 15, 16. Dissertationibus doctissimis illustravit; In illam ad Philemonem, Scipio Gentilis, qui eam singulari eruditione atque ingenio enarravit; In Epistolam ad Hebræos, Ribera, Paræus, Gerhardus, antè laudati; Tena, qui eam copiosis doctisque commentariis explicatam exhibuit; Gulielmus Gouge nostras, in cujus prolixo Opere doctrinam non mediocrem cum solido judicio adhibitam reperies; Lawsonus nostras, cujus exiguæ Commentationes magna aliorum volumina æquant; Johannes Owenus, qui lucubrationes

bra-tiones

brationes non vulgari doctrinâ conscriptas in quinque prima capita illius Epistolæ jam in lucem dedit, reliquas cœpti operis partes, quod & meâ, & publici boni, causâ spero exoptóque, deinceps daturus; Fredericus Spanhemius, Magni Parentis non dispar Filius, qui nobilem illam quæstionem, De Authore hujus Epistolæ, ingeniosè doctissiméque tractavit, & nodum illum vindice dignissimum, si quid ego judico, feliciter solvit; Cl. Buxtorfius, qui in eruditissimis suis Exercitationibus De Arca, &c. illustrem illum locum Heb. 9. 4. interpretamentis tanto Authore dignis illustravit. Et cùm locus ille de Melchisedeco Interpretes adhuc vexaverit, ab iis pariter vexatus, multa de hac quæstione collegi ex Schlegelio, cujus ea de re Tractatus in nupera Londinensi editione Tenæ subjungitur, ex Creguto, in Revelatore Arcanorum, & ex Thesibus Salmuriensibus; In Jacobi Epistolam, Laurentius, è quo nonnulla decerpsi; & Cl. Gatakerus, qui eam totam, in concionibus ad populum quidem habitis, sed quæ ad clerum haberi potuissent, plenè, piè, &, quod ipsi solenne erat, eruditissimè, enarravit. Quod κειμήλιον MS. cum aliis ejusdem viri optimi Thesauris doctissimus ipsius Filius mecum liberaliter communicavit; in Petri Epistolas, Gerhardus; in Apocalypsin, ex parte Pontificiorum, Ribera, Pererius, Cornelius à Lapide, Gagnæus Doctor Parisiensis, Estius, Menochius, & Tirinus; ex parte Reformatorum, Matthæus Cotterius, vir doctus & acutus; Johannes Cluverus, in diffusis doctisque ipsius in hunc Librum Commentariis; Patricius Forbesius, Episcopus non ità pridem Aberdonensis, quem alia quoque ipsius scripta nobilitârunt; Brightmannus, qui licèt in nonnullis locis hallucinatus fuerit, quod in tam obscura sacræ paginæ parte non mirandum, sed ferendum est, in aliis tamen non paucis & doctrinæ copiam & ingenii acumen ostendit; Paræus; Gerhardus Gravius in Tabulis Apocalypticis; Johannes Napier nobilis Scotus; Cocceius, quem antea laudavimus; Author incertus in Harmonia Apocalyptica; Jacobus Durham Scotus, vir natalibus, ingenio, eruditione, illustris, qui non paucis hujus Libri locis clarum lumen mihi accendisse visus est, eúmque totum magno cum judicio enarravit; Henricus Morus, qui δυσνόητα plurima hujus Libri loca ingeniosè eruditéque explicata dedit; Petrus Molinæus & Maresius, ad ea hujus Libri loca quæ de Antichristo agunt; Scriptor quidam Anglicanus Anonymus, è quo quæ mihi opportuna visa sunt decerpsi; alius quoque scriptor Anonymus nostras, in eruditissima dissertatione nuper edita de Antichristi Excidio; Celeberrimus Downhamus de locis Scripturæ Sacræ Antichristum spectantibus; Cl. Franciscus Potterus nostras, in ingeniosissimo ipsius tractatu de interpretatione numeri 666. Magnus Usserius, Archiepiscopus non ità pridem Armachanus, in dissertatiuncula de Babylone Romana. Habes, amice Lector, tum Authores, tum Libros, è quibus traducta sunt quæ in postrema hac Operis nostri parte congessimus. Nathaniel Stephanus, tum in doctissima sua Dissertatione de Nomine, Charactere, & Numero, Bestiæ, tum in Notis quibusdam ipsius manuscriptis, quas ad me benevolè transmisit. Cùm autem hoc quicquid est Operis, auctius jam factum, non mediocres sumptus postulaverit, eos æquum est grato animo recolere qui me istius oneris parte levârunt; Serenissimum imprimis Regem, qui tum Diplomate Regio me gratiosè munivit, & vultu verbísque benignissimis recreavit, tum liberalitate tanto Rege dignâ, chartas mihi à vectigalibus immunes præstitit. Deinde Proceres aliquos nobilissimos, aliósque mihi plurimùm colendos viros, qui vel pristina beneficia succedentibus cumulârunt, vel nova munificentiæ suæ favorísque specimina ediderunt,

Arthurum Comitem de Anglesey, Custodem privati Sigilli Regii, & serenissimæ Regiæ Majestati à Sanctioribus Consiliis.
Johannem Comitem de Bridgwater, Regi à Sanctioribus Consiliis.
Arthurum Comitem de Donegal, Regi (dum viveret) à Sanctioribus Consiliis in Regno Hiberniæ.
Georgium Morley, admodum Reverendum Episcopum Wintoniensem, & Regi à Sanctioribus Consiliis.
Johannem Robarts, Baronem de Truro, Regi à Sanctioribus Consiliis.
Robertum Baronem Brook.
Thomam Baronem Clifford, summum nuper Angliæ Thesaurarium.
Thomam Dominum Fairfax, Baronem de Cameron.
Gulielmum Morice, Equitem Auratum, Regi à Sanctioribus Consiliis.
Robertum Booth, Equitem Auratum, summúmque Justitiarium Communium Placitorum in Regno Hiberniæ.
Jacobum Langham, Equitem Auratum, & Baronettum.
Johannem Gell, Baronettum.
Johannem Maynard, Equitem Auratum, virum inter Jurisperitos magni merito suo nominis, & unum de servientibus Regi ad Legem.
Johannem Copplestone, Equitem Auratum.
Gulielmum Sandcroft, Reverendum Decanum Ecclesiæ S. Pauli Londini.
Johannem Warner, S. T. P. Reverendum Archidiaconum Roffensem.
Thomam Grove, Armigerum.
Johannem Vincent, Armigerum.
Thomam Sanders, Armigerum.
Samuelem Sanders, Generosum.
Matthæum Robinson, Reverendum Theologum in agro Eboracensi.

Quod reliquum est, Candide Lector, & monendus es, & orandus. Est quod te moneam; quòd cùm in variis Primi Voluminis locis meum in prima Operis delineatione propositum explicuerim de Additamentis in calce operis faciendis, De ponderibus, mensuris, nummis, &c. postea verò sententiâ meâ justis de causis, ut arbitror, mutatâ, & opere meo supra modum & spem aucto, id non ità commodè fieri posset; scias velim, me eandem adhuc rem meditari, unáque alia multa ad rem Biblicam spectantia in animo meo versare, qualia v. g. Paralipomena, sive uberior explicatio quorundam locorum Veteris & Novi Testamenti, quæ per authores meos non satis pro dignitate aut difficultate ipsorum elucidata videantur; deinde Notæ quædam in libros Apocryphos; porrò Quæstiones Chronologicæ, Geographicæ, aliæve Philologicæ; De Legibus Hebræorum, de Templo, aliáque ejusmodi quæ Orbi literario & Christiano usui esse possint, ex quibus exiguum forsan Volumen fiat, quod Appendicis loco Synopsin meam sequatur. Oratos autem velim viros doctos, ut me consiliis suis monitísque juvare dignentur, vel indicando illa

Præloquium ad Lectorem.

Scripturæ S. loca quæ plenius explicata vellent, vel designando materias huic fini accommodas Authorésque qui de iis optimè scripserunt, vel alia, prout ipsis visum fuerit, monstrando. Et quanquam aliò me impræsentiarum vocat Opus *meum Anglicum, de quo mentem meam breviter alibi aperui, eam, cùm commodum fuerit, fusiùs explicaturus, vadimonium tamen meum de rebus jam dictis datum non deseram, sed oculos animúmque in ea sæpe conjiciam, quæ viam* Opusculo *illi muniant, aut materiam illi subministrent. Denique paucis orandus es, &c, ut spero, exorandus, nè mihi culpam confitenti, veniámque suppliciter te poscenti, errata mea donare graveris. Sentio nimirum me duplici nomine, & rei malè administratæ, & moræ nexæ, reum posse peragi. Primum quod spectat, quanquam id quod antè pollicitus sum, me præstitisse confido, & nihil dolo malo egisse, nec sententiam cujusvis Authoris consultò mutâsse, nec præjudiciis aut partium studiis obsecutum esse; multa tamen sunt in quibus virorum doctorum veniâ mihi opus est, quòd onus humeris meis planè impar suscipere ausus sim; quòd illa quæ ex Anglicano sermone in Latinum currente calamo à me versa erant, stylo rudi & impolito nimiùm sæpe temeraverim; quòd multa forsan in rebus minutioribus* παροράματα *deprehendi possint quæ Opere in longò obrepere fas erat. Alterum quod attinet. Non diffiteor à me multùm & sæpe læsam* Subscriptorum *patientiam, habeo tamen quod reponam, quódque me aliquâ oneris parte levare, & quodammodo excusare, possit: Neminem enim unquam prudens sciens vanâ spe lactavi, sed de edendi cujuslibet* Voluminis *tempore interrogatus, & vota & cogitata mea liberè & fideliter patefeci; nec quenquam certè fefellissem, nisi ipse molem* Operis *multò quàm cogitaveram majorem re expertus fuissem. Quanquam qui moras hujus* Operis *nimis longas incusant, iidem si in partem ejus venissent, & experimentum aliquod de se sumpsissent, benigniùs forsan de me & diligentia mea judicarent. Hoc tamen mihi erit pro muro aheneo, has quantascunque* Operis *dilationes non ignaviæ meæ, sed vel negotiis prorsus necessariis, vel aliorum litigiis, vel præli incuriis, vel valetudini meæ, vel, quod caput est,* Operis *auctariis, imputandas esse. Quanquam autem aliquam forsan apud homines veniam merear, apud te tamen, Summe Judex, nullus mihi est excusationis locus sed deprecationis tantùm. Sanctissimum igitur tuum* Numen *submississimè oro, ut errata cujuscunque generis in toto* Operis *decursu à me admissa pro ineffabili tua* Clementia *dones: Idémque tibi grates quas possum & certè debeo maximas lubentissimè solvo, quòd animum meum ad sanctissima & saluberrima hæc* Verbi *tui studia applicuisti, quòd mihi in illis pergenti compositum animi corporísque statum, commodum & fœlix magnâ parte otium, aliáque adminicula atque auxilia idonea, prorsus immerenti impertire dignatus fuisti; quòd denique hoc* Opus *nec paucis, nec levibus, difficultatibus impeditum ad umbilicum perduxisti. Faxis, Pater Optime Maxime, ut quod tuo ductu susceptum, tuâque ope consummatum est, in tui & Scripturæ Sacræ laudem, & Ecclesiæ tuæ commodum cedat.* Amen.

Catalogus

Catalogus Auctorum in Epistolas & Apocalypsin, cum Abbreviaturis quibus exprimuntur.

ABen Ezra	AE.	Durhamus	Dur.	Henricus Morus	Mor.
Anonymus	Anon.	Erasmus	Er.	Munsterus	M.
Beza	Be.	Estius	E.	Napier	Nap.
Bochartus de Animalibus	B.A.	Forbesius	For.	Johannes Owenus	Ow.
Bocharti Geographia,		Fulleri Miscellanea	Ful. misc.	Paræus	Par.
ejúsque Pars prima sive Phaleg	BP.	Gagnæus	Gag.	Pererius	Per.
		Gatakeri Notæ Manuscriptæ	Ga.	Petiti variæ lectiones	Pet. lect.
Pars secunda sive Canaan	BC.	Cinnus	Ga. Cin.	Piscator	Pi.
		Adversaria	Ga. adv.	Potterus	Pot.
Bodius	Bod.	contra Pfochenium	Ga.pfo.	Pricæus	Pri.
Stephanus de Brais	Bra.	Gerhardus	Ger.	Quidam	Q.
Brightmannus	Bri.	Gerhardus Gravius	Grav.	Rabbini	RR.
Lucas Brugensis	Bru.	Glassius	Glass.	Revius	Rev.
Budæus	Bud.	Gomarus	Gom.	Ribera	Rib.
Buxtorfius	Buxt.	Gothofredus	Got.	Salmasius	Salm.
Cajetanus	Caj.	Grotius	G.	Theses Salmurienses	Salmu.
Calixtus	Cal.	Gulielmus Gouge	Gou.	Scaliger	Scal.
Calvinus	Calv.	Hammondus	Ham.	Schlegelius	Schle.
Camerarius	Camer.	Harmonia Apocalyptica	Har.	Schmidius	Schm.
Cameron	Cam.	Hebræi	He.	Scipio Gentilis	Gent.
Jacobus Capellus	J. Cap.	Heinsius	Heins.	Sclaterus	Scl.
L. Capellus	Cap.	Hieronymus	Hi.	Scultetus	Scul.
Cartwright	Cart.	Junius	Jun.	Simplicius	Simp.
Casaubonus	Cas.	Justinianus	Just.	Spanhemius	Span.
Cluverus	Clu.	Knatchbullus	Kn.	Stephensius	Steph.
Cocceius	Coc.	Cornelius à Lapide	La.	Strigelius	Strig.
Cotterius	Cot.	Laurentius	Lau.	Tena	Te.
Cregutus	Creg.	Lawsonus	Law.	Tirinus	T.
Crocius	Cro.	Lightfooti Horæ	Li. ho.	Toletus	Tol.
Dallæus	Dal.	Harmonia & Cronicon		Tremelius	Tre.
Danæus	Dan.		Li. ch.	Valla	Val.
Davenantius	Dav.	Lyra	L.	Vatablus	V.
Dicsonus	Dic.	Magalianus	Mag.	Vorstius	Vor.
Ludovicus de Dieu	Di.	Maresius	Mar.	Usserius	Uss.
Johannes Diodati	Diod.	Medus	Med.	Willetus	Wil.
Downhamus	Down.	Menochius	Me.	Zanchius	Zan.
Drusius	D.	Molinæus	Mol.	Zegerius	Zeg.

Versiones.

ÆThiopica	Æth.	Flacii Illyrici	Il.	Syriaca	Sy.
Anglicana	Ang.	Ariæ Montani	Mo.	Theodotionis	Th.
Aquilæ	Aq.	Pagnini	P.	Tigurina	Ti.
Arabica	Ar.	Piscatoris	Pi.	Tremellii	Tre.
Castalionis	Ca.	Symmachi	Sym.	Vulgata Latina	Vulg.

Pagnini Versionem voco, quod & antè monui, non quòd ejus sit, sed quòd cum Versione ipsius in V. T. compingatur, dissimulato Authoris nomine.

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

EPISTOLAM

AD

ROMANOS.

PROLEGOMENA.] [Antequam explicationem hujus Epiſtolæ aggrediamur, non pauca, tum de Paulo & Epiſtolis Paulinis in genere, tum præſertim de hac Epiſtola, præfanda ſunt: de quibus ordine dicendum. 1. De perſona Pauli:] quem conſtat Hebræum fuiſſe, Tharſi natum, & Hieroſolymæ eruditum. An verò Paulus linguam & doctrinas Græcorum ſciverit, diſputant viri docti [a]: id negat Chryſoſt. at Hieron. rectiùs affirmat, tum quia Tharſi florebant illa ſtudia, teſte Strabone; tum quia ipſe Gr. Epimenidis, Arati, &c. verſus citat, quos proinde legerat[b]. [2. De numero Epiſtolarum Pauli:] quæ 14 ſunt [c], plurium Conciliorum Patrúmque auctoritate comprobatæ; quod extra controverſiam eſt apud Catholicos [d]. Plura autem multò à Paulo ſcribi voluit Deus quàm ab aliis, quòd doctrinam ejus, qui antea inimicus & perſecutor fuiſſet, veram eſſe omnes faciliùs crederent [*]. [3. De earum ordine:] Alius enim eſt ordo *collocationis* in Volumine N. T. alius *ſcriptionis*, quo fuerunt à Paulo exaratæ [f]. Rectum porrò ordinem tenere non eſt res ſupervacaneæ curioſitatis, ſed magni usûs [g], nè temporum ignoratione in errores incidamus [h]: hinc enim Apoſtolus res eaſdem diſſimiliter tractat, de circumciſione v. g. & ceremoniis mitiùs agens, Rom. 14. acriùs verò Gal. 5. & Coloſ. 2. quia nimirum principio condeſcendere oportuit, ſucceſſu temporis non item [i]. Epiſtolæ autem hæ ſcriptæ ſunt, vel, 1. ante ejus vincula, ut Theſſal. 1. & 2. Tit. Gal. Cor. 1. & 2. Tim. 1. & Rom. vel, 2. in vinculis ejus, ſive prioribus, ut Philip. Col. Philem. Eph. Heb. ſive poſterioribus, ut Tim. 2 [k]. Duæ Epiſtolæ ad Theſſalon. ante alias omnes ſcriptæ videntur [l]. Tertio loco, vel Corinth. 1. & 2 [m]. cui repugnat quod Cor. 1. ſcripta ſit Epheſi, ut conſtat ex 1 Cor. 16. 8. & Per. agnoſcit [n]: vel potiùs Tim. 1 [o]. quæ ſcripta antè eſt quàm Paulus Epheſum advenerit; vide 1 Tim. 3. 14 [p]: vel potiùs ad Titum [q]. Quarto loco, vel Cor. 1 [r]. vel Gal [†]. vel ad Titum [t]. Quinto loco, vel Cor. 1 [v]. vel Cor. 2 [x]. vel Gal [y]. Sexto loco, vel ad Titum [z], vel Rom [a]. vel Cor. 2 [b]. Septimo loco, vel Rom [c]. vel Tim. 1 [d]. Octavo loco, vel Gal [*]. vel Heb. [f]. vel Philip. [g]. Nono, vel Gal [h]. vel Eph [i]. vel Col [k]. Decimo, vel Eph [l]. vel Philip [m]. vel Col [n]. Undecimo, vel Philip [o]. vel Heb [p]. vel Philem [q]. Duodecimo, vel Col [r]. vel Philem [†]. vel Eph [t]. Decimo tertio, vel Philem [v]. vel Col [x]. vel Heb [y]. Ultimo loco, Tim. 2. ut conſtat ex 2 Tim. 4. 6 [z]. [4. Cùm autem res ſic ſe habeat, quærendum cur hæc Epiſtola ad Romanos primo loco collocetur?] Reſp. 1. Ob dignitatem Urbis Romæ, &c [a]. Epiſtolæ Paulinæ non temporis ordine locatæ ſunt ab iis qui eas primi in unum Volumen compegerunt, ſed pro dignitate eorum ad quos ſcriptæ ſunt. Ideo præcedunt quæ ad Eccleſias, ſequuntur quæ ſunt ad ſingulos. Et inter eas quæ ſunt ad Eccleſias, prima eſt quæ ad Romanam, ob urbis ejus majeſtatem [†]. 2. Ob materiæ præſtantiam, quòd de præcipuis fidei capitibus agat, &c [b]. quòd dogmata omnis generis exactè copioséque tractet [c], quòd in ea maximè commendetur fides Chriſti, & gratia Dei, quæ eſt fundamentum omnium bonorum [d]. Hanc Epiſtolam Chryſ. bis in ſeptimana prælegi ſibi fecit [*]. [5. De ſtylo Pauli.] Is nec grandis eſt aut ſublimis, qualis non conveniebat doctrinæ Evangelii, nec humilis & impolitus, ſed ex utroque mixtus, familiaris, planus, æquabilis [f]. De ſapientia & copioſa profundáque Pauli doctrina dubium non eſt, ſed tantùm de eloquentia ejus: hujus autem duæ ſunt partes: quarum una verſatur in electione optimorum verborum, eorúmque apta collocatione, &c. quam ei deeſſe fatemur: ſunt enim in eo hyperbata longa & obſcura, ſolœciſmi, orationis defectus & redundantiæ. Neque hoc diffitetur ipſe Paulus 2 Cor. 10. & 11. agnoſcunt quoque Hieron. & Chryſoſt. altera verò, eáque potior, conſiſtit in robore argumentorum, crebris gravibúſque ſententiis, inſignibus figuris, in ardore contentionéque dicendi, in artificioſa efficacíque ratione perſuadendi, &c. & hâc parte mirus eſt Paulus, &c [g]. Scriptores ſacri, & inter eos Paulus, verborum quidem lenocinium vitant, nec vocum ſonos ad aurium voluptatem componunt, quod humanum commentum eſt Divinâ majeſtate prorſus indignum; ſed tamen eâ ſapientiâ orationem formant ornántque, eâ utuntur argumentorum tum vi & pondere, tum aptâ accuratâque diſpoſitione, ad lectorum animos veritate imbuendos, ut dum nihil mutuantur ab artis Oratoriæ præceptis, omne Oratorum artificium longo intervallo ſuperent. Et cùm Oratores in foro, & Doctores Logicíque in ſcholis, perpetuam dicendi formam inſtituerunt, ad quam omnem ferè materiam accommodant, argumenta ſua diſponentes, &c. Divini Scriptores, ſpreto puerili hocce artificio, formam ad materiam accommodant, eam ſervantes docendi methodum quam poſtulat rei quam tractant ad ſcopum, quem habent ob oculos, relatio. Hoc ſi in Epiſtolis Paulinis (quas artificiociſſimè ſcriptas Eruditi fatentur) obſervemus, methodum ibi deprehendemus ſapientiſſimè diſpoſitam, omni digreſſionum intempeſtivarum & prolixarum extra rem parentheſeon ſuperfluitate vacuam, & accuratiorem fortaſſe quàm unquam antea vidimus [*]. [6. De Authore hujus Epiſtolæ.] Hunc eſſe Paulum multa docent: 1. Inſcriptio & Titulus. 2. Solennis ipſius ſalutatio in fine Epiſtolæ, ex collat. 2 Theſ. 3. 17. 3. Stylus & materia reliquis Pauli ſcriptis congruens.

[a] Per. [b] Per. Wil. [c] Per. Par. Wil. [d] Per. [*] Per. ſim. Wil. [f] Par. [g] Cap. p. 3914. ex Baron. ſic Wil. [h] Cap. ex Baron. [i] Wil. & Par. ex Chryſoſt. [k] Cap. 3914....... [l] Per. Cap. ſic Wil. Ham. [m] Per. [n] Wil. qu. 17. [o] Wil. Par. Ham. [p] Wil. [q] Cap. [r] Wil. Par. [†] Cap. [t] Per. [v] Cap. [x] Par. Wil. [y] Per. [z] Par. Wil. [a] Per. [b] Cap. [c] Par. Wil. [d] Cap. [*] Wil. [f] Par. [g] Cap. Per. [h] Par. [i] Per. Wil. [k] Cap. [l] Par. [m] Wil. [n] Per. Cap. [o] Par. [p] Wil. [q] Per. Cap. [r] Par. [†] Wil. [t] Cap. [v] Par. [x] Wil. [y] Per. Cap. [z] Per. Par. Wil Cap. [a] Ham.; ſic Q. in Per.

[†] G. [b] Wil. [c] Per. ex Theod. [d] Aug. in Per. [*] Wil. p. 28. [f] Par. ſim. Wil. [g] Per. [*] Bra. in Præfat.

4. Consensus & traditio Ecclesiæ universæ. Hinc sequitur Epistolam hanc esse Canonicam, quippe à tali viro scriptam: vide 1 Cor. 7. 40. 2 Cor. 13. 3. Gal. 1. 12 [h]. [7. De Objecto, ad quos scripta est.] Resp. Ad Romanos, i. e. quoslibet Romæ habitantes ad Christum conversos [i]. Erat autem Romæ initium quoddam Ecclesiæ factum primò, quomodo Antiochiæ, à Christianis aliarum Provinciarum quos illuc negotia perduxerant; auctum deinde prædicatione & miraculis Petri, quem Simonis Magi præstigiæ vi Divinâ reprimendæ Romam traxerant circa initia Claudiani Principatûs, ut veteres tradidere [k]. Judæi tunc plurimi Romæ erant, notante Josepho, Antiq. 17. qui trans Tiberim habitabant, teste Philone legat. ad Caium, qui, licèt à Claudio Urbe pulsi, eò tamen postea redierunt, ut patet ex Rom. 16. 3 [l]. Quæri solet, cur Romanis scribens Paulus Græcè potiùs scripserit quàm Latinè. Credo id eò factum quòd & ipse & scriba ejus, Tertius nomine, quanquam fortè Latini sermonis non planè ignari, Græcè tamen rectiùs ille dictaret, hic scriberet, quàm Latinè; & quòd Græca lingua Romanis omnibus, etiam fœminis, ut ex Juvenali discimus, in usu esset quotidiano; peregrinis verò Romæ morantibus notior quàm Romana. Accedebat quòd hæc Epistola, quanquam Romanis propriè missa, ità omnia continebat religionis Christianæ munimenta ut dignissima esset cujus exempla etiam ad alias Ecclesias mitterentur. Græca autem, ut Cicero ait pro Archia, leguntur in omnibus ferme gentibus, Latina suis finibus, exiguis sanè, continentur [m]. Latinè hanc Epistolam à Paulo Corinthi fuisse conscriptam, Epistolam autem ad Hebræos Hebraicè, reliquas Græcè, nullo fide digno testimonio asserit Scholiastes Syrus [n]. [8. De loco & tempore scriptionis.] Scripta est Corinthi [o]; quod probat Origenes, non ex illis annotationibus quæ in quibusdam Codicibus post finem Epistolarum scriptæ leguntur, (eæ enim nec antiquæ sunt, nec in omnibus Libris reperiuntur, neque in quibus reperiuntur eædem sunt,) sed argumentis ex ipsa Epistola depromptis [p]. Subscriptiones illæ Epistolarum Paulinarum sæpe falsissimæ sunt [q]. [Probatur hæc sententia:] 1. Quia mittitur Epistola per Phœben diaconissam Ecclesiæ quæ erat Cenchreis portu Corinthiorum [r]. 2. Quia in salutationibus quæ habentur Rom. 16. eorum meminit qui cum ipso iter Jerosolymitanum (de quo vide Act. 19. 21. & 20. 2, 3.) ingressi sunt, putà Timothei, & Sopatri, ut vocatur Act. 20. 4. sive Sosipatri, ut Rom. 16. 21 [†]. 3. Quia inter eos qui tum Paulo aderant, & quorum nomine Romanos salutat, erant Caius & Erastus, quos Corinthios fuisse discimus ex 1 Cor. 1. 14. 2 Tim. 4. 20. Scripta autem est non primo Pauli adventu Corinthum, sed altero, cujus mentio Act. 19. 21. Evincitur id collato isto loco cum eo qui est infrà 15. 24. Utrobique enim ejusdem itineris quod Hierosolyma Paulus instituerat, fit mentio: & quia in hac Epistola additur, id iter, inter alia, eò pertinere ut Paulus subsidia pauperibus Hierosolymitanis adferret, indè collegit Chrysost. duas quæ sunt ad Corinthios priùs fuisse scriptas, quia 1 Cor. 16. 1. & 2 Cor. 9. 1, 2. illa subsidia præparantur [s]. Scripta est cùm Paulus, actis tribus in Græcia mensibus, Act. 20 2, 3. navigaturus erat Jeros [v]. Non placet: Nam, 1. incertum est an Corinthum in trimestri illo itinere adiret: quod promiserat quidem, 1 Cor. 16. 7. sed non præstitit, 2 Cor. 1. 16, 17. 2. Illo tempore nondum paratum erat subsidium illud Ecclesiæ Corinthianæ, ut patet ex tota 2 Epist. ad Corinth. quod tamen paratum dicitur Rom. 15. 26 [x]. Scripta fuit ante adventum ejus Romam, ut constat ex Rom. 1. 10, 11, 13, 14, 15 [z]. [9. De obscuritate hujus Epistolæ.] Eam maximam esse notavit Hieronymus [a]. Multa esse non obvii sensûs in scriptis Paulinis docemur 2 Pet. 3. 16. Causa ejus rei partim communis Paulo cum Apostolis cæteris, sermo scilicet ejus Græcus, multa loquendi genera de Hebraismo, aut etiam eo, qui tum in usu erat, populari Syriasmo, trahens; partim Paulo propria, sermo nimirum sæpe abruptus, sæpe intercisus, nec tam fluens præmeditato ordine, quàm impetu quodam, ut quidque in mentem venerat, ruens [b]; sermo implicatus & confusus, locutiones suspensæ & ambiguæ [c]; deinde veterum ac novorum, inter Hebræos, Magistrorum sententiæ obiter magis

[h] Wil. p. 9. & 25.
[i] Per. sim. Wil. 24.
[k] G.
[l] Per. disp. 2. p. 36.
[m] G.
[n] Di.
[o] Cap. 3520 G. ex Orig. Li. chron. p. 121.
[p] G.
[q] Cap. ib.
[r] G. ex Orig. sic Cap. Li. ib.
[†] Cap. ib. ex Orig.
[s] G.
[v] Cap.
[x] Li. ib.
[z] Ham.
[a] Per.
[b] G.
[c] Per.

attractæ apud eos quibus notæ essent, quàm explicatæ: de quibus omnibus vide Hieron. quæst. ad Algas. 10. Hanc autem ad Romanos Epistolam plus habere confragosi quàm cæteras, notat Orig. Dicit enim videri Paulum non instare proposito, quòd scilicet sæpe ab incepto sermone in alterum transvolet [d]. Habet præterea Paulus (quod est caput obscuritatis) complures disputationes, in quibus Hæreticis favere videtur, v. g. de libero hominis arbitrio, de Justificatione hominis per solam fidem, &c [*]. Ad difficultates alias in hac Epistola & hæc accedit, quòd objectiones Judæorum, ad quas respondet, non evolvit, sed, ut illis quibus scribebat satis cognitas, ictu transverberat: & quòd generaliter enunciat ea quæ vera sunt ὅτι τὸ πολύ, quod manifestissimum est 3. 10. sed & ad alia pari jure porrigi debet. Et tamen veteres, præsertim Chrysost. multum de Paulino spiritu trahens, plerumque hujus Epistolæ sensus satis bene sunt assecuti. Novi Scriptores, magnam lucem polliciti, plus caliginis intulere. *Fidem* quidam hîc interpretati sunt persuasionem quâ quis credit Jesum pro se nominatim, & ad salutem omnimodè ipsi pariendam, esse mortuum, sive (quod apud illos eòdem recidit) se esse prædestinatum; cùm contrà Paulus multis locis *Christum pro omnibus esse mortuum doceat*, neque talis, quam illi prædicant, fides quicquam in se habeat veri aut utilis. Alii per *fidem* intelligunt omnem illam quæ Evangelio exhibetur obedientiam. Atqui nec hoc cum Pauli locutione congruit: is enim Dilectionem præfert Fidei, 1 Cor. 13. 13. & *fidem* dicit *opus suum per dilectionem exsequi*, Gal. 5. 6. apertè à Fide Dilectionem, quæ præcipua pars est illius obedientiæ, distinguens. Reipsâ *Fides* in Epistolis Paulinis, & in illa ad Hebræos, est existimatio magnificè sentiens de Dei potentia, justitia, bonitate, &, si quid promiserit, in eo præstando constantia. Hanc à Deo magni planè fieri, & meritò quidem ostendit Philo De hærede rerum Divinarum. Et hoc est quod in hac Epistola dicitur, *fidem ad justitiam imputari*, aut *justitiam reputari per fidem*. Non enim id significat, Christi obedientiam fide apprehensam haberi pro nostra, ut quidam censent; sed Fidem censeri à Deo rem egregiè bonam. Omne enim honestum Hebræis *justum* dicitur. Sic qui reddit pignus pauperi, *ei esse* dicitur *justitia*, Deut. 24. 13. Sic ultio illa, quam de idololatris sumpsit Phinees, dicitur *ei in justitiam reputata*, Psal. 106. 31. ubi est חשב, quod propriè dicitur de *eo quod in rationes*, ut Levit. 25. 27, 50, 52. & 27. 18. Num. 23. 9. aut etiam *in censum aliquem*, *refertur*, ut Deut. 2. 11, 20. Jos. 13. 3. 2 Sam. 4. 2. indè, solitâ etiam apud alias gentes translatione, de *eo quod magni parvive fit*, aut *quod gratum ingratúmve habetur*, ut Gen. 31. 15. 1 Reg. 10. 21. Esa. 29. 16. Ose. 8. 12. Est autem duplex constructio eodem sensu, *imputatur in justitiam*, sicut, ἐλογίσατο εἰς μεθύουσαν, 1 Sam. 1. 13. aut, *justitia imputatur propter hoc*; quomodo dicitur, σοφία λογισθήσεται, Prov. 17. 28. Utrumque significat, rem aliquam *tanti haberi*, *tanti censeri*. Aliud est cùm dicitur homo *justificari per fidem*. Nam δικαιοῦν & δικαιοῦσθαι respondent modò צדק in Kal, quod sign. *justum esse*, ut Gen. 38. 26. Sirac. 31. 5. aut *justum apparere*, sicut *esse* dicitur quod apparet; sic תצדק Psal. 51. 4. δικαιωθῇς, & צדק Psal. 143. 2. δικαιωθήσεται· modò verbo צדק in Piel, aut הצדיק in Hiphil, quæ nativo sensu significant, *justum facere*, i. e. à vitiis purgare, mundare, liberare; ut diximus Act. 13. 38, 39. & sic sumitur Psal. 73. 13. Esa. 53. 11. Dan. 12. 3. 1 Cor. 4. 4. Apoc. 22. 11. Et hoc sensu hâc voce plerumque utuntur Rabbini, ut in Zohar, in Rabbino Israele, & aliis, videre est. Et quia hoc sensu idem est quod *mundare*, ideo etiam de Templo dicitur in Niphal, pro Hophal, Dan. 8. 14. יצדק קדש, quod vertitur, καθαρισθήσεται τὸ ἅγιον. Sumitur & comparatè: sic, *Jerusalem justificavit Samariam*, Ezec. 16. 51. simile est isti locutioni apud Lucanum, *Et Mutina & Leucas puros fecere Philippos*. Vide & Jer. 3. 11. Est & alia à proprietate nonnihil discedens hujus vocis significatio. Neque tamen vel sic idem valet quod *remittere peccata*, ut quidam putant. Est quidem & in foro ejus usus, non tamen ut simpliciter sit, *absolvere*: nam de actore non minus quàm de reo dicitur, Exod. 23. 7. Deut. 25. 1. Prov. 17. 15. in quibus locis valet, *tractare ut justum*. Neque verò

[d] G.
[*] Per.

verò in rebus fori tantùm uſurpatur, ſed etiam in rebus aliis, ſignificátque *omne id facere quod juſtis fieri convenit*, putà *probare*, Gen. 38. 26. Matth. 11. 19. & 12. 37. Luc. 7. 35. & 16. 15. & 18. 14; *laudare*, Eccleſiaſtic. 1. 22. & 31. 5; *benefacere*, 1 Reg. 8. 32, Eccleſiaſtic. 9. 15. Tob. 12. 3. Luc. 10. 29. Cùm ergò primitivò ſenſu *juſtificare* ſit, juſtum facere ſive innocentem, ſicut duplex eſt Juſtitia, altera quam homines ſuâ vi præſtant, & quæ apud homines laudem meretur, exterior illa ſcilicet, Rom. 4. 2. & 9. 31; altera interior, quam Deus in nobis efficit, & quæ apud Deum valet, Rom. 6. idem eſt, *fide nos juſtificari*, quod, *fide mundari corda*, Heb. 10. 22. *per obedientiam veritatis mundari animas*, 1 Pet. 1. 22. & ideo Chriſtus etiam corporum morbos non ſanavit niſi in credentibus, ut oſtenderet multò magis ſic animos ſanari. Et fuit quidem hoc omnium temporum, ut interior animi puritas ex fide naſceretur, ex fide creſceret. Cæterùm, tantò hoc excellentiùs Evangelii temporibus competit quantò promiſſa ſunt & majora & certiora. Cordi ſic mundato, tanquam puro vaſi, infundit Deus Spiritum ſuum, Spiritum, inquam, Chriſti, plenum dilectionis Dei ac proximi, omníſque bonitatis. Chryſoſtomus non malè ad Gal. 3. δικαιοσύνη τοῦ πνεύματος τὴν χάριν ἐπεσπάσατο, (*Juſtitia attraxit gratiam Spiritûs.*) Is Spiritus deinde ingenti ubertate opera producit non minùs Divina atque cœleſtia quàm erant Linguarum uſus, Prophetia, Dæmonum expulſio. Ità qui erant צדיקים fiunt חסידים, & ἁγιασμὸς ſequitur δικαιοσύνην, 1 Cor. 1 30. Non malè ad hanc rem Lactantius, *Tunc magìs juſtitiam debet operari cùm factus eſt juſtus, ut quod antè in medelam vulnerum fecerat, poſtmodo faciat in laudem gloriámque virtutis*: item, *Et ſicut in rudibus areis priuſquam ſerere incipiat, evulſis ſentibus, & omnium ſtirpium radicibus amputatis, arva purganda, ſic de noſtris animis priùs vitia detrahenda, & tum demum virtutes inſerendæ, de quibus ſeminatæ per verbum Dei fruges immortalitatis oriantur.* Et hunc ordinem ſecuta eſt in Sacramentis Eccleſia: nam poſt κατήχησιν datur Baptiſmus, i. e. ablutio à peccatis; ſequitur Unctio, i. e. collatio Spiritûs; deinde quotidiana τῆς ἀγάπης ſacrificia. Hieron. *Baptiſmus dimittit è carcere, & dimiſſo, ſi laboraverit, præmia pollicetur.* Spiritum autem illum Dei qui habent & ſolicitè ſervant, eos Deus, ut ex ſe natos ſibique ſimiles, pro filiis ſuis habet, iis jus dat certum ad bona æterna ac cœleſtia. Hæc cùm ità ſe haberent, ut nec mundaretur cor niſi per fidem in Chriſtum, nec Spiritus ille niſi in cor ſic mundatum infunderetur, neque niſi illo Spiritu præditos Deus planè pro ſuis agnoſceret, ſequebatur hinc, Judæorum immenſam multitudinem, ut quæ in Jeſum non crederet, à bonis illis æternis ac cœleſtibus excludi. Id verò Paulus triſte quidem eſſe ait, at non abſurdum. Nam quicquid à Deo fieri apparet (apparebat autem, Chriſtianos ſolos Spiritu Dei donari, tum ex vita, quâ multùm cæteris anteibant; tum ex ſignis etiam miraculorum illis in omnium conſpectum incurrentibus,) id omnino rationem habet, etiamſi ea nobis non appareat. Hæc prolocutus oſtendit tamen Paulus conſpici aliquo modo non cur Deus ità facere debuerit, ſed cur id eum magis decuerit. Addit hoc ipſum quod nunc gereretur, fuiſſe figuris quibuſdam veteribus præmonſtratum. De Prædeſtinatione illa, de qua multa in Scholis dicuntur, nullus hîc ſermo: neque verò ad rem id pertinebat, quod egregiè monſtrat Toletus. Etiam Remiſſio peccatorum quid ſit in hac Epiſtola multi non rectè intelligunt. Deus Chriſti precibus, ob ſummam ejus obedientiam, hoc tribuit, ut humanum genus corruptiſſimum non deſtitueret, ſicut poterat, & obduraret in peccatis; ſed vias, & quidem magnificentiſſimas, cunctis aperiret per quas Spiritum illum Sanctum, & conſequenter æterna ac cœleſtia bona, adipiſci poſſent. Vide quæ diximus ad Luc. 23. 34. Et hoc notavit Chryſoſt. ad Rom. 4. multò plus eſſe juſtificari, quàm remiſſionem accipere peccatorum. Hæc in ipſo limine explicanda duximus, quæ toti Epiſtolæ facem præferrent [f]. [Ea verò placuit ſimul exhibere, quamvìs pleraque aliò ſpectantia, nè ulla ſenſui Authoris fieret injuria. 10. De occaſione & ſcopo Epiſtolæ hujus quærendum.] Scopus idem hujus Epiſtolæ & illius ad Galatas [g]. Is autem ex ſtatu & hiſtoria illorum temporum colligendus eſt [h].

[f] G.
[g] Wil. p. 7.
[h] Ham.

Chriſtiani tum ex Judæis, tum ex Gentibus, gratiam Chriſti ſuis meritis, ſuæque juſtitiæ, arrogabant. Judæi jactabant Patrum ſanctitatem, Legem ſibi à Deo latam, oracula Prophetarum, verum Dei cultum, Meſſiam ipſis & ex ipſis promiſſum; Gentes, Philoſophiam, & virtutes ſuas morales. Utrorumque inſolentiam coercet Paulus, probátque omnes & peccato & iræ Dei fuiſſe obnoxios, & Juſtificationem hominis coram Deo fieri per gratiam Chriſti gratìs & abſque meritis operum ſive legalium, ſive moralium [i]. Scopus Epiſtolæ fuit, æmulationes litéſque inter fideles Judæos & Gentes tollere. Judæi námque, privilegiis ſuis elati, Gentiles deſpectui habebant [k], ritus Moſaicos ad juſtificationem comparandam obſervandos cenſebant [l]. Gentiles contrà, Judæos à Deo reprobatos, ſéque eorum loco aſcitos, gloriabantur, liberiùs vivebant ſine diſcrimine dierum & ciborum [m]. Oſtendit ergò Paulus, nec illos nec iſtos habere quo ſe efferant, ſed pariter utroſque & æternæ damnationi ſubjacere, & ſolâ Chriſti gratiâ per fidem juſtificari [n]: eóſque proinde hortatur ad modeſtiam, charitatem, & vitæ ſanctimoniam [o]. Abolitio circumciſionis aliorúmque rituum Moſaicorum, quam Apoſtoli vel ſermone, vel ſaltem praxi ſuâ, docuerunt, magnam Paulo aliiſque Apoſtolis atque Chriſtianis invidiam conflavit, & perſecutionem in illos concitavit. Paulus ergò & praxin ſuam vindicat, & Chriſtianos ſolatur, &c. Cùm porrò orti tunc eſſent Gnoſtici, Simonis Magi aſſeclæ, qui ritus Judaicos cum ſceleribus Gentilium miſcebant, adverſus eos magnam hujus Epiſtolæ partem dirigit [p]. Apoſtolus pro diverſa hominum ad quos ſcribit conditione, nunc hæc nunc illa tractanda ſuſcipit. Ad Romanos, rerum Dominos, qui terrarum orbi jura dabant, aptiſſimè de Majore Imperio diſſerit, de Dei in judicandis hominibus poteſtate, quâ mundi Rector quoſdam juſtificat ex gratia, & ad ſalutem vocat, cæteros ex merito condemnat. Ægrè tulerunt Judæi Legis abrogationem, contendebántque ſaltem ut Vetus operum Fœdus cum Novo gratiæ Fœdere conjungeretur. Cùm autem Legis partes eſſent præcipuæ, Moralis, quæ vitam innocentiæ pollicebatur; & Ceremonialis, quæ Iſraelem ab aliis Gentibus diſterminabat, hinc duæ cum Judæis Chriſtianiſque Judaizantibus ei lites erant: 1. De ipſa *Juſtificatione*. 2. De *hominibus*, ut ſic dicam, *juſtificandis*. Utramque hîc datâ operâ & diligentiſſimè tractat †. [11. De analyſi & partibus Epiſtolæ.] Partes Epiſtolæ duæ ſunt; 1. dogmatica, uſque ad cap. 12. 2. ethica & pathetica, documenta moralia continens [q]. Omnes eſſe peccatores, iræque Dei obnoxios, oſtendit cap. 1. & 2. Juſtificationem hominis gratuitam eſſe docet, indè ad cap. 5. Indè uſque ad nonum deſcribit ſtatum hominis tum peccatoris, tum juſtificati. Indè ad c. 12. diſputat de prima cauſa electionis, & reprobationis hominum tam in univerſum, quàm præcipuè ac propriè de electione Gentium, & Judæorum reprobatione [r]. Falſam de juſtificatione ſententiam deſtruit, cap. 1. & 2. & 3. uſque ad v. 21: veram aſtruit, reliquo cap. 3. & 4. Deinde agit de juſtificationis effectis: pace conſcientiæ ac πληροφορίᾳ fidei, cap. 5; ſanctitate vitæ, c. 6; immunitate à Legis maledictione & coactione, c. 7; conſtantiâ in ærumnis ac perſeverantiâ, c. 8. Huic diſputationi per modum occupationis ſubjicitur alia de electione & reprobatione, de Judæorum repudio, & Gentium vocatione, cap. 9. 10. 11. Sequuntur præcepta vitæ Chriſtianæ, cap. 12. 13. 14. & 15. Clauditur Epiſtola peroratione pathetica & officioſa à cap. 15. 14. ad finem †. Al. A cap. 1. 16. ad cap. 12. *Gratiæ doctrina*, indè ad finem *Gratiæ uſus*, demonſtratur. Epiſtolæ partes ſunt tres: 1. De *Juſtificatione hominis coram Deo*: quam, 1. per opera, ſive Naturæ, ſive Legis, obtineri non poſſe probat, ex impietate atque injuſtitia, tum Gentilium, tum etiam Judæorum; quibus utrique nihil præter iram & maledictionem Dei meriti ſunt, cap. 1. & 2. & 3: 2. per fidem & gratiam Chriſti unicè obtinendam probat cap. 3. 21. &c. & cap. 4. Juſtificationis porrò effectum eſt Salus; cujus duo gradus ſunt: inchoatur in Gratia, & in Gloria conſummabitur. Gratiæ partes duæ ſunt; 1. Liberatio à reatu & pœna peccati, per vitæ donationem, quæ tota Chriſti juſtitiæ vindicatur, de quo cap. 5. 2. Emendatio peccati, per Sanctificationem, quæ Chriſti gratiæ

[i] Per.
[k] Par. ſim. Wil.
[l] Wil.
[m] Par.
[n] Par. ſim. Wil. 7.
[o] Par.
[p] Ham.
† Era. in Argumento.
[q] Per. ſim. Par. Wil.
[r] Per.
† Par. ſim. Wil.

gratiæ in solidum addicitur, cap. 6. non Legi, quæ non tam sanat, quàm irritat, corruptionem; de quo cap. 7. Gratiam verò certissimè sequitur futura Gloria; de quo cap. 8. [Hæc prima pars.] 2. De *Vocatione hominum omnium indiscriminatim ad justificationem & salutem.* Ægrè ferebant Judæi, quòd Paulus Gentiles, etiam incircumcisos, sacrorum participes, pari cum Judæis jure, faciebat, & gratiam Dei utrisque pariter offerebat, ac utrisque pariter immerentibus ex mero Dei beneplacito donari docebat; vetans præterea nè Gentiles circumciderentur. Quo facto Legem Mosis abrogare, & gentis Israeliticæ privilegia imminutum ire, videbatur. De vocatione ergò agit Paulus; tum, 1. interna, quæ paucorum hominum propria est, quos Deus, cæteris meritò reprobatis, elegit ab æterno, solo suo beneplacito, nullâque natalium aut operum humanorum sanctitate, adductus: id quod à Deo & justè & sapienter factum docet, cap. 9. ad v. 24. Tum, 2. externa: quam ad omnes populos dirigendam esse probat, ex Prophetiis, cap. 9. v. 24. &c. & ratione, cap. 10. &c. Neque id mirum, cùm Judæi à veritate deficerent: cujus causa erat propriæ justitiæ præsumptio, &c. cap. 9. 32, 33. & 10. 1. ad 11. Docet præterea nec Judæos de Deo queri, nec Gentes Judæis illudere, posse; tum quia Reprobos tantùm abjecit, tum quia totius gentis corpus publicè tandem convertet, cap. 11. [Hæc secunda pars.] 3. De *officiis Christianorum circa Legis Mandata*; 1. Moralia, de officiis pietatis & charitatis Christianæ, cap. 12. 2. Politica, de officiis erga Magistratus & cives, & de studio Temperantiæ atque honestæ conversationis, cap. 13. 3. Ceremonialia, de Christianæ Libertatis usu, mutuâque fidelium tolerantia, cap. 14. & 15. ad v. 8. Hinc transit ad totius suæ Disputationis Epilogum, perorans cap. 15. 8. ad finem. Deinde claudit Epistolam commendatione Phœbes, variisque salutationibus, &c. cap. 16 [t].

[t] Era. in argum. & indice Analytico.

CAP. I.

1. PAulus, &c. Παῦλος] De hoc nomine vide quæ dicta Act. 13. 9 [a]. Alibi *Saulus* dicitur, hìc *Paulus* [b]: sive idem reipsâ nomen sit, sed dialecto variatum; sive diversum, ut binominis fuerit: *Saul*, nomine gentilitio à Patre indito [c]; deinde *Paulus*, quod nomen jus Romanæ civitatis testabatur: de quo vide Act. 22. 27, 28. quod, ut illustrius, & gratius apud Gentes, usurpavit [d]. Vel *Paulus* dictus est à Sergio Paulo quem convertit, &c.*. [de quo plura pete, si libet, ex Per. Wil. Gom.] ¶ *Servus*, &c.] Triplices, ait Scholiastes Syrus, sunt servi. Naturales, ut creaturæ ratione Creatoris; Violenti, ut mancipia quæ emuntur; Voluntarii, ut Moses, &c. Omnibus his modis Paulus fuit servus Dei [f]. Profitetur, hâc voce, se totum esse Christi, ei penitùs mancipatum, non suum sed illius negotium agere, illi laborare & vivere, &c [g]. *Servus*, tum, 1. conditione, per ipsum vindicatus, conversus, &c; tum, 2. officio, sive ministerio [h]. Ad sacras & publicas functiones nomen h.l. restringendum est [i]. In V. T. qui erant in magnis muneribus dicebantur servi Dei, ut Moses, Jos. 1. 1. & 14. 7. &c. Josue, Jud. 2. 8. Nehemias, 1. 6. David, Psal. 132. 10. In N. T. etiam [*servi*] *Jesu Christi*, qui & *Dominus* ipsorum dicitur [k]. ¶ *Vocatus*, &c. κλητὸς ἀπόστολος] *Vocatus* (q.d. *vocatitius*, Er. Ca. Be. nam κλητὸς h. l. non est Participium, *dictus*, aut *nominatus*, quod κληθεὶς, aut κεκλημένος: sed nomen Substantivum [l], absolutè positum [m]. *Vocatione*, P. V. *Secundùm vocationem*, V. Ex *vocatione*, Be. Pi. sim. Cam. sub. *Dei*, Pi. Ca. Ità Apostolatum suum vindicat à calumnia [n]: *vocatus* ad munus obeundum non minùs magnificè quàm Moses, Exod. 3. Moses per Angelum Dei, Act. 7. 30. Paulus per ipsum Dei Filium [o]. Significat se non ambivisse aut sibi arrogâsse hanc functionem [p], nec eam meritis suis, sed vocatu & gratiâ Dei, acquisivisse [q]. De vocatione sua hìc loquitur, vel, 1. ad fidem, de quo Act. 9; vel potius, 2. ad munus, de quo Act. 13 [r].) *Apostolus*, Mo. Ti. Ca. P. Be. &c. vel, *in Apostolatum*, Val. *ad munus Apostolicum*, Er. Il. V. De hac voce [Ἀπόστολος] vide dicta ad Mat. 10. 2 †. Ἀπόστολος propriè est missus ab alio [t], *legatus*, ut 2 Cor. 8. 19, 23. Phil. 2. 25 [v]. Specialiter verò singularem quandam & eximiam dignitatem ac potestatem in Ecclesia denotat, ut constat ex 1 Cor. 12. & Eph. 4 [x]. *Apostoli* autem κατ' ἐξοχὴν, & significatione frequentissimâ, vocantur [y], qui Dominum viderunt [z], & cum ipso familiariter conversati sunt [a], & ipsum postea prædicârunt [b]; qui à Christo immediatè erant vocati, designati, & ità edocti [c] ut non errarent [k]; qui potestatem acceperant ubivis locorum docendi regendíque Ecclesias, & doctrinam miraculis confirmandi [l], ac Spiritum Sanctum aliis dandi [m]. ¶ *Segregatus*, &c. Ἀφωρισμένος εἰς, &c.] *Discretus* (vel, *Separatus*, sive *Segregatus*, Er. Be. P. Ca. Tre. &c.) *in*, vel *ad*, *Evangelium Dei*, Mo. Il. Ti. &c. sub. *prædicandum*, Be. Par. similiter Er. D. &c. מבדל, id est, *selectus*: sicut populum Israel dicitur Deus בדל, ἀφορίσαι, aut διαχωρίσαι, *è populis*, Levit. 20. 24, 26. In Syriaco hìc est דאתפרש, quasi diceret Paulus se nunc justiùs dici posse *Pharisæum*, *segregatum* à cæteris non ritualibus institutis, sed operâ eximiâ. Est & ἀφορίσαι, Gal. 1. 15. sed sensu paulùm diverso, ut ibi dicemus. De voce *Evangelii* vide quæ dicta ad Inscriptionem Evangelii secundùm Matthæum [n]. *Pharisæi* dicti sunt à *separando*, nam פרוש, *separatus* [o]. Antea, cùm Pharisæus esset, separatus erat ad studium Legis; nunc, ad Evangelium [p]. Sed non putem huc alludi hoc loco פרוש: ἀφωρισμένος non hìc *adjectivè* sumitur, ut aliquid significet inhærens & permanens, quomodo פרוש à Pharisæis usurpatum est; sed *participialiter*, ut actionem significet susceptam & ab alio profectam [q]. *Separatus*, nempe à Deo [r], idque ab utero matris, Gal. 1. 15 †. ut olim Jeremias, 1. 5 [t]. Vel respicit illud Act. 13. 2 [v]. ubi Ecclesia dicitur ἀφορίσαι Paulum, sed Divino jussu [x], & ad id opus ad quod jam ab utero separaverat eum Deus [y]. *Segregatus* dicitur, vel, 1. quia erat extra numerum 12 Apostolorum; in quo differt à Matthia, Act. 1. &c: vel, 2. prædicatione, quòd, reliquis tunc in Judæa manentibus [z], ipse Gentium Doctor designatus est [a], Act. 9. 15. Rom. 11. 13 [b]. Act. 13. 47 [c]. Gal. 2. 9 [d].

[a] G. [b] Tol. Per. &c. [c] Q in Gom. [d] Gom. ex Orig. [*] Hi. & Aug. in Per. [f] Di. [g] Per. [h] Par. sim. Wil. [i] Be. [k] G. [l] Er. [m] V. sic Er. [n] Cam. [o] G. [p] Per. sim. T. [q] Per. [r] Tol. [†] G. [t] Per. [v] Be.

2. *Quod*, &c. Ὃ προεπηγγείλατο, &c.] *Quod* (nempe Evangelium*) *antè promiserat*, &c. Er. Mo. Be. Pi. Ar. &c. vel, *annunciaverat*, &c. Æth. intellige αὐτὸς [f], *Deus* nempe, cujus nomen præcessit, *per Prophetas*; nec sermone tantùm, sed & *scriptis*, quæ meliùs servari solent [g]. Invidiam novitatis depellit [h]. Nolite novitate percelli, cùm illa novitas pridem sit prædicta [i]. Respicit oracula antiqua de Christo, Gen. 3. 15. Deut. 18. 18. Is. 9. 6. &c. ostenditque Prophetarum & Apostolorum consensum [k]. Vide Luc. 24. 44. Joh. 12. 16. Act. 10. 43. Heb. 8. 8 [l]. Hunc versum recentiores parenthesi includunt, vetustiores non item: quod laudo: nam quod sequitur, περὶ τοῦ υἱοῦ, rectè construi videtur cum προεπηγγείλατο· ità sanè Arabs, vel sic vertens, *Qui promisit jam antè—Manifestationem Filii*—: vel sic, *Quod promisit jam antè*,—nempe *Manifestationem Filii*, &c. Sensus idem est, Vult, Evangelium de Filio, esse manifestationem Filii [m].

3. *De Filio suo*] Connectendum, vel, 1. cum *Scripturis Sanctis*, quæ sunt *de Filio* [n]: vel, 2. cum *promisit*, nempe quod Evangelium promisit de Filio [o]: vel, 3. cum *Evangelium Dei* [p], quod præcessit [q], versu primo [r]; explicatur enim de quo agat ille *sermo bona nuncians* †: ut v. 2. per parenthesin interpositus sit; ut sit sensus, *Segregatus ad* (sub. *prædicandum*) *Evangelium Dei*, quod non de re vulgari tractat, sed *de Filio* Dei. Materiam itaque & subjectum Evangelii hìc exprimit [t]: & ex illius præstantia commendat Evangelium, quòd non de fabulis agat, nec de Alexandri, Scipionum, &c. victoriis, nec de diis Gentilium, sed de Filio Dei [v]. ¶ *Qui*, &c. Τοῦ γενομένου, &c.] *Qui ortus est* (i.e. originem duxit [x], vel, *cœpit exsistere*, ut Gal. 4. 4 [y]. vel, *genitus est*, Val. *natus est*, Er. Sy. & Ar. in Di. sed id esset γεννωμένου, ut Luc. 1. 35 [z]. Vel, *factus est*, Vulg. Stun. Be. &c. propriè intellige [a], quoad humanam naturam [b]. Significat tum eum priùs fuisse, tum postea factum esse quod non fuerat, hominem scilicet per incarnationem [c].) *ex semine* (i.e. domo sive familia *, ut dicitur Luc. 1. 27 [f]. vel posteritate sive sobole [g],) *Davidis* (i.e. de substantia Mariæ [h], Gal. 4. 4. quæ erat de posteris David, Luc. 2. 4, 5. Matt. 9. 27. & 12. 23. & 15. 22. & 20. 30, 31. & 21. 9, 15. Luc. 1. 32, 69. & 18. 38, 39 [i]. *Davidem* nominat cui Christus promissus est non indefinitè, ut Adamo,

[x] Per. [y] Gom. [z] Hi. in Gom. sic Per. Wil. [a] Per. [b] Hi. in Gom. [c] Par. Gom. [k] Par. sim. Per. [l] Par. sim. Per. Gom. Wil. [m] Per. [n] G. [o] D. sim. Er. Be. [p] D. [q] Cam. [r] Tol. Par. Di. [†] Par. Di. [t] Par. [v] D. Par. Tol. [x] G. [y] Di. [z] Tol. [a] Par. sim. Tol. Be. Wil. [b] Par. [c] Be. [d] Tol. [*] G. [f] Camer. [g] G. [h] Tol. sim. Par. [i] G. [k] Par. [l] G. [m] Di. [n] Anselm. in Tol. [o] Theod. in Tol. [p] Tol. sic G. [q] G. [r] Tol. [†] G. [t] Tol. [v] Par. [x] V. [y] G. [z] Stun. [a] Be. [b] Be. sic Me. &c. [c] Par. [*] Be. Par. [f] Be. [g] V. Be. [h] Gom. sic G. Be. [i] G.

mo, & Abrahamo; sed expressissimè, nempe ex lumbis ipsius [k].) *secundùm carnem*, Pi. &c. vel, *quod ad carnem attinet*, V. Ca. Per *carnem* intelligit vel corpus [l]; vel, per Synecdochen, humanam naturam [m], sive conditionem [n]; eámque quatenus infirma est [o]. Ostendit eum aliam habere naturam quâ Filius Dei est [p]. Simili limitatione distinguit in Christo naturam humanam à Divina, Rom. 9. 5 [q]. Duas h. l. Christi naturas sigillatim asserit, Filium à Patre distinguit, unitatem personæ [Christi] declarat, ut vix ullus sit in S. S. locus in quo contineatur breviore & certiore compendio quicquid de Christi persona est credendum [r]. Est & hîc communicatio idiomatum: nam *esse ex semine Davidis*, quod humanitatis proprium est, de Filio Dei dicitur †.

4. *Qui*, &c. Τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει] *Declarato* (vel, *Declaratus* autem, Pi. *Qui declaratus fuit*, Er. Il. sic V. Par. vel, *demonstratus*, sive *manifestatus*, Be. ex Chrys. & Tertul. Er. V. vel, *Certò demonstrato*, Ca. Idem est quod Act. 2. 22. ἀποδεδειγμένος, *demonstratus* [t]. q. d. Divinitas ejus quæ priùs in carne latebat, postea demonstrata est [v]. Semper fuit Filius Dei, sed paucis cognitus, scil. Judæis; verùm pòst declaratus est talis toti mundo [x]. Sed nondum probatum video, ὁρίζεσθαι significare, *demonstrari, declarari*, &c [y]. Vel, *Definito*, Ca. sic Ti. Mo. Er. V. *Indicato*, vel *Decreto*, omnium suffragiis [z]. Vel, *Qui determinatus est esse*, i. e. qui intra tales terminos est constitutus, iisque ab aliis ità diremptus ac disterminatus, ut judicari aliter non debeat, nec possit, quàm quòd sit Filius Dei. Ὁρίζειν valet, *definire, determinare*, i. e. rem intra suos terminos ità constituere, ut ex eis natura rei intelligatur. Placet Hesychius, qui ὁρίζει vertit, *statuit, terminum dat, judicat, dirimit, disterminat* [a]. Vel, *Qui prædestinatus est*, Vulg. Sic Latini Interpretes etiam vetustissimi, ut apparet non tantùm ex ea quâ utimur Versione, sed & ex Irenæi Interprete, 3. 18, 32. & ex Rufiniana Versione Origenis h. l. & ex Hilar. 7. De Trinitate, & ex Concilio Tolet. 11. 5. Epiphanius quoque Hæresi 54. citat προορισθέντος, ratus idem valere ὁρίζειν & προορίζειν. Sic quod est, προώρισε γενέσθαι, Act. 4. 28. idem est, ὡρισμένῃ βουλῇ, Act. 2. 23. Pari sensu habemus ὡρισμένον, Luc. 22. 22. & ὥρισε, Act. 17. 31. Sic & ὡρισμένος sumitur Act. 10. 42 [b]. Sensus est, Christus, ut homo, prædestinatus est ab æterno, ut sit Dei Filius [c]. [Aliis non placet hæc Versio:] Dicitur Christus προεγνωσμένος, 1 Pet. 1. 21. sed officii, non essentiæ, ratione [d]. Alia ergò Latina exempl. ut notat Orig. habent, *Qui destinatus est* *, h. e. designatus [f]: prædestinatur enim, inquit, quod nondum est; destinatur autem quod jam est [g]. Vel, *Qui cognitus est*, Tre. & G. ex Sy. Ar. in Di. quomodo per ὁρισθεὶς vertitur תִגְזַר, Job. 22. 28 [h].) *Filio* (vel, *Filius*, Er. Ti. &c.) *Dei potenter*, P. Be. &c. vel, *in*, sive *cum*, *potentia*, vel, *per potentiam*, Er. Ti. Ca. Di. ex Sy. & Ar. absolutè nempe sic dictam, quatenus ea Deo propria est, qui proptereà הַגְּבוּרָה, *potentia*, Hebræis dicitur. Ità ut, ἐν δυνάμει, hîc terminum dicat, definitionem Filii Dei ingredientem, quo probetur & dignoscatur esse talis [i]. *In potentia*, sub. *existens*, seu habens potentiam, nempe Divinam; h. e. omnipotens: id enim δύναμις absolutè posita passim significat, ut v. 20. & Matt. 6. 13. & 26. 64. Dicit ergò Filium esse declaratum mundo quòd sit omnipotens, & proinde Deus [k]: Filius Dei in virtute, i. e. naturalis, non adoptivus [l]. Sed malim eum demonstratum dici virtute & potentiâ, tanquam instrumento quodam Divino [m]: *per virtutem*, quâ edidit Christus tot prodigia, quæ δυνάμεις ideo dicuntur [n], quibus Divina Christi virtus obsignata est [o]. Ἐν, *in*, hîc valet *ex*, vel *per* P. Ἐν δυνάμει, conjungendum vel cum ὁρισθέντος, vel cum υἱοῦ Θεοῦ tunc autem vertendum, *potente* [q]. *Potentiam* opponit imbecillitati carnis [r]. Sensum hîc difficiliorem efficit curtata locutio, quam evolvere conabimur. Jesus *Filius Dei* multis modis dicitur; maximè populariter, ideo quòd in Regnum à Deo evectus est: quo sensu verba Psal. 2. de Davide dicta cùm ad Regnum pervenit, Christo aptantur, Act. 13. 33. & Heb. 1. 5. & 5. 5. Hæc autem *Filii*, sive Regia, dignitas Jesu prædestinabatur & præfigurabatur jam tum cùm mortalem agens vitam magna illa *signa* & *prodigia* ederet, quæ δυνάμεων voce denotantur, sæpe & singulariter δυνάμεως, ut Marc. 6. 5. & 9. 39. Luc. 4. 36. & 5. 17. & 6. 19. & 8. 46. & 9. 1.

[k] Be. [l] Ca. Pi. [m] Be. sic Ca. Tol. Par. Zeg. & Cam. ad v. 4. [n] Ca. [o] Be. [p] Tol. ex Aug. sim. Par. Wil. &c. [q] Par. [r] Be. † Par. sim. Pi. [t] Par. [v] Q. in Tol. [x] Er. [y] Di. [z] Er. ex Chrys. [a] Di. [b] G. [c] Tol. [d] Be. * Tol. [f] Par. dub. 6. [g] Tol. [h] G. [i] Di. [k] Par. [l] Q. in Tol. [m] Tol. [n] Chrys. in Be. [o] Be. [p] Er. [q] Be. [r] Er. sim. Be.

Act. c. 3. v. 12. & c. 4. v. 33. & c. 6. v. 8. & c. 10. v. 38 †. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης] *Secundùm* (vel, *Quoad*, P. vel, *Per*, Tre. ex Sy. Ca.) *spiritum sanctitatis*, Be. Di. ut ἁγιωσύνη vertitur 1 Thes. 3. 13. & in Glossario [t]. Vel, *sanctificationis*, Er. P. Mo. Pi. &c. vel, *sanctum*, Tre. ex Sy. Æth. *sanctificum*, Ca. Intelligunt h. l. vel, 1. tertiam personam Divinitatis [v]: *secundùm Spiritum S.* i. e. secundùm Divinam essentiam, quam & Filius cum Spiritu habet, & Spiritus à Filio. Rectè sanè probatur Deitas Christi ex relatione quæ est inter Christum & Spiritum Sanctum [x]. Vel, *secundùm Spiritum*, quo scil. alios sanctificavit [y], quem in Pentecoste effudit [z], per quem Apostoli miracula ediderunt [a]: solius enim Dei opus fuerit Spiritum mittere, sive effundere [b]. [Sensus est,] Hæc signa edebat Jesus *per Spiritum illum sanctitatis*, i. e. vim Divinam, per quam ab initio conceptionis sanctificatus fuerat, Luc. 1. 35. Joh. 9. 36. Sic Marc. 2. 8. Opponuntur hîc de Christo, κατὰ σάρκα, &c, κατὰ πνεῦμα, ut & 1 Pet. 3. 18. quomodo de eodem opponuntur, ἐξ ἀσθενείας, &c, ἐκ δυνάμεως, 2 Cor. 13. 3. Ostenditur ergò Jesus nobilis ex materna parte, utpote ex Rege terreno ortus; sed nobilior ex Paterna parte, quippe à Deo factus Rex cœlestis post resurrectionem, Heb. 5. 9. Act. 2. 30. & 26. 23. ubi est similiter, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, pro, ἀναστάσεως ἐκ νεκρῶν, ut loquitur Petrus, 1. 1. 3. & ei Regno etiam antè destinatus per tot miracula facta vi Divinâ ipsi propriâ & in ipso habitante. Simile quid in nobis geritur. Nam & nos per opera Spiritûs destinamur Regno post resurrectionem adipiscendo, ut notant Iren. & Novatianus [c]: [quorum verba quære in G.] Vel, 2. Divinam Christi naturam [d]: secundùm quam est & dicitur *Filius Dei* *. Hunc sensum suadet, 1. Antithesis: sicut, κατὰ σάρκα, humanam Christi naturam designat, sic κατὰ πνεῦμα, Divinam [f]: alioqui manca est antithesis, nec ostendit secundùm quid Filius Dei non sit factus ex semine David [g]. 2. Quòd hæc ipsa duarum in Christo naturarum antithesis, ex ipsa illarum diversitate sumpta, Christo disertè tribuitur, 1 Tim. 3. 16. & 1 Pet. 3. 18 [h]. Obj. 1. Divina natura nusquam in Scriptura tali voce significatur [i]. Resp. Illa quoq; *Spiritûs* nomine venit, ut Joh. 4. 24. *Deus est Spiritus* [k], h. e. spiritualis natura [l]; & 2 Tim. 3. 16. *justificatus Spiritu*; & Heb. 9. 14. *obtulit se per Spiritum æternum* [m]; & 1 Pet. 3. 18. *vivificatus Spiritu*, h. e. Divinitate, sive Divinitatis virtute [n]. Et *Filius Dei*, quod naturam Divinam designat, *Sanctum* vocatur, Luc. 1. 35; &, *Sanctus sanctorum*, Dan. 9. 24 [o]. Obj. 2. Epitheton *sanctitatis* ostendit tertiam Triadis personam intelligi [p]. Resp. Sic dicitur natura Divina Christi, tum quia est essentialis ipsamet sanctitas [q]: tum propter effecta, quia & carnem suam quam gestat ἀνυποστάτως, & Ecclesiam, quam inhabitat ἐνεργητικῶς, verè sanctificat [r]. Optime constat distributio personæ Christi *in carnem*, h. e. naturam humanam infirmam atque mortalem, qualem nascendo assumpsit; & *Spiritum*, h. e. naturam Divinam atque æternam, secundùm quam describitur Dei Filius, & quidem ut *justificatus Spiritu*, 1 Tim. 3. 16. h. e. non ampliùs sub carnis infirmitate latens, sed eâ gloriâ & majestate conspicuus, propter quam *Sanctus Israelis* pari adoratione cum Patre colendus in sua demum resurrectione apparuit, edicente Patre, *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, Psal. 2. 7. &, *Omnes Dei Angeli adorent eum*, Heb. 1. 6. Hinc natum epitheton ἁγιωσύνης. Sanctitas enim in Deo est summa illa perfectio atque Majestas propter quam adoratione dignus est, & *Sanctus* prædicatur, Psal. 22. 4. Esa. 6. 3. Apoc. 4. 8 †. ¶ *Ex*, &c. Ἐξ ἀναστάσεως, &c.] *Ex resurrectione* (vel, *Per resurrectionem*, P. Be. Pi. *Qui resurrexit*, Tre. ex Sy. *Dum resurgit*, Ca. *Ex eo quod resurrexit*, Er. Il. *Eúmque resurrexisse*, Æth. *Post resurrectionem*, Tol. Sed sic esset, μετὰ ἀνάστασιν *. Vel, *Et resurrectionem*, Val. Legit ergò, καὶ ἀναστάσεως [t].) *mortuorum* (cùm resurrectio in S. S. sit multiplex, declarat qualis hæc sit, sc. quâ mortuus ad vitam revocatur [v]. Vel, *ex mortuis*, P. Ca. Be. Pi. sic Er. Il. Tre. ex Sy. Ar. Æth. Par. Νεκρῶν, pro, ἐκ νεκρῶν [x], ut 1 Cor. 15. 42. & Heb. 6. 2 [y]. Plenè scribitur, ἐκ νεκρῶν, Luc. 24. 46 [z]. Act. 4. 2 [a]. & 10. 41 [b]. Hîc autem post ἐξ omittit ἐκ, euphoniæ causâ [c].) *Jesu Christi*, &c. Mo. Ti. &c. i. e. ipsius. Antecedens loco relativi, per Hebraismum [d]. Vel, de *Jesu Christo* inquam, &c. Pi.

† G. [t] Di. [v] Q. in Di. [x] Di. [y] Q. in Tol. [z] Q. in Par. sim. Tol. [b] Q. in Par. [c] G. [d] Cam. sim. Par. Pi. Wil. Be. ex Tertul. Ambros. Bra. * Cam. [f] Be. sic Par. [g] Par. [h] Be. [i] Tol. [k] Be. sic Par. [m] Wil. [n] Par. [o] Cam. [p] Q. in Be. [q] Be. [r] Par. † Era. * Wil. [t] Rev. [v] Tol. [x] Par. Wil. ex Par. & Be. [y] Wil. [z] Par. [a] Par. ex Be. [b] Tol. [c] Par. Wil. [d] Tol. ex Er.

vel,

vel, nempe *Jesu Christo*, &c. P. Be. Connectendum cum, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, v. 3. verbis interjectis per parenthesin inclusis*, propter longum scil. hyperbaton, expresso Jesu Christi nomine[f]. Hæc verba, Ἰησοῦ Χριστοῦ, &c. alii [ut jam dictum] connectunt cum υἱοῦ αὐτοῦ, ut hoc sit illius ἐξ ἐγηγερμένου Chrysost. autem cum proximis connectit, putátque esse longam trajectionem; & illa, κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, referri ad illud, ἀφωρισμένος εἰς τὸ εὐαγγέλιον· quasi dicat Paulus se aptum redditum ad Evangelii prædicationem per Spiritum S. qui post resurrectionem Christi est consecutus, Joh. 7. 39. Act. 2. 33[g]. Ἀνάστασις hîc accipi possit, vel, 1. transitivè, pro *resuscitatione*; vel, activè, sive neutraliter, sive ut Pater suscitârit Filium, sive ut Filius suscitârit seipsum: vel, 2. passivè, pro *resurrectione*[h]. *Resurrectionem mortuorum* autem hîc intelligit, vel, 1. de Lazaro aliisque mortuis, virtute Christi resuscitatis, Matt. 27. 52[i]: vel, 2. de Resurrectione universali, quæ est Capitis & totius corporis mystici[k]: vel potiùs, 3. de ipsius Christi resurrectione[l]; quæ Divinitatis Christi demonstratio erat evidentissima[m]. Vide Joh. 5. 26. & 10. 18. Act. 3. 12, 16[n]. Ἀνάστασις νεκρῶν idem est quod, ἡ ἐκ νεκρῶν· ut patet ex collat. 1 Cor. 15. 12, 13. cum Luc. 20. 35. Act. 4. 2. ideòque unius etiam hominis resurrectioni tribuitur, ut Act. 17. 32. ubi de solius Christi resurrectione agit, v. 31. & Phil. 3. 11. ubi non optat ut pertingat ad resurrectionem mortuorum resurrectionem, sed ut ipse beatè resurgat, &c[o].

5. *Per quem*] Vel, 1. Spiritum[p]; vel, 2. Jesum[q]: vel, 1. per Christum, ut Mediatorem, à Deo, seu Spiritu Sancto[r]: vel potiùs, 2. à Christo, tanquam Authore principali vocationis ejus†. ¶ *Accepimus* (ego Paulus & reliqui Apostoli Christi*) *gratiam & Apostolatum*] Ità P. Mo. Be. Pi. &c. vel, *& muneris Apostolici functionem*, Er. Il. Est ἓν διὰ δυοῖν, *gratiam Apostolatûs*[t], beneficium ingens[v], non ob sua merita, sed gratis collatum[x]. Nam collatum munus Apostolicum χάριν vocat, ut Rom. 15. 15. Gal. 2. 9. Eph. 3. 2, 7, 8[y]. & χάρισμα, ut 1 Tim. 4. 14. 2 Tim. 1. 6[z]. [Alii verò hæc distinguunt.] *Gratiam*, nempe conversionis[a], vel reconciliationis, & gratuitæ remissionis peccatorum[b]; vel, dona Spiritûs Sancti functioni congrua[c]: & *Apostolatus munus*[d]. Sensus, q. d. Redii in gratiam cum Patre, & missus sum ad annunciandum Evangelium*. ¶ *Ad*, &c. εἰς ὑπακοὴν, &c.] *Ad*, vel *In*, *obedientiam* (vel, *Ut obediant*, Er. Sy. *Ut obediatur*, Il. Ca.) *fidei*, P. Mo. Ti. Be. Pi. &c. i. e. doctrinæ Christianæ[f]: ut Deo obediatur per fidem[g] Evangelio habitam. Genitivus sæpe causam efficientem exprimit. Sic & 1 Pet. 1. 22[h]. Vel, *fide*, Il. Ut gentes obediant Christo, fiduciam habendo in eum[i]. Obedientia est id quò tendit fides, Rom. 15. 18. & 16. 19. 2 Cor. 7. 15. & 10. 5, 6. Philem. v. 21. 1 Pet. 1. 2. *ut obediatur, non ut disputetur de natura Dei*, ait hîc Chrysostomus[k]. Ut in Gentibus pareret fidem, quæ pura putà est obedientia. Obedientiam fidei tribuit, tum quòd fide obediamus Dei præceptis, tum quòd ipsa fides in obedientia consistat: non enim rationibus nititur fides, sed loquentis Dei veracitate, authoritate & jussu, cujus causâ credo v. g. tres esse personas, &c. Hîc Deo rationem nostram subjicere, obedire est[l]. Fides non accipitur curiosis ratiocinationibus, sed simplici obedientiâ & tacitâ auscultatione[m]. Pertinet hoc tum ad Judæos, qui signa, tum ad Gentes, quæ Philosophicas rationes, flagitabant[n]. ¶ *Omnibus Gentibus*] Ex mandato tum generali, Matt. 28. 19. tum speciali, Act. 9. 15[o]. Erat Apostolus Gentium, Gal. 2. 9[p]. ¶ *Pro*, &c. Ὑπὲρ τοῦ, &c.] *Pro* (vel, *De*, Er. V. περὶ, pro ὑπὲρ[q]. vel, *Super*, Er. Il. Ti. V. i. e. quæ fides est de nomine Christi[r]. Vel referendum hoc ad superiora, *accepimus Apostolatum*, i. e. legationem hanc quâ fungimur: sed qua de re? nempe *de nomine Jesu* prædicando†.) *nomine ejus*, P. Mo. Be. Pi. &c. vel, 1. loco Christi, ut explicatur 2 Cor. c. 5. v. 20[t]: vel, 2. ad gloriam ipsius, nempe Christi[v], 2 Cor. 4. 5. 2 Thes. 1. 12[x]. Significat, nec pro suo, aliûsve creaturæ, nomine datam sibi eam gratiam, sed pro solius Christi nomine, ut nec se nec alios, sed Christum, prædicaret[y].

6. *In quibus* (vel, *Inter quas*, Be. Pi. Romanos, rerum dominos, in censu aliarum gentium reponit[z], ne superbirent[a]: nam in Christo nulla est gentium distinctio[b].) *estis & vos*] Vos Romani, qui ex Paganismo ad Christianismum venistis; quales Epænetus, Amplias, Urbanus, Stachys, & alii qui nominantur in fine hujus Epistolæ[c]. Fidem eorum conciliat[d], docétque se non ex curiositate illis prædicare, sed ex officio*, tanquam eorum Apostolum[f]. ¶ *Vocati*, &c. Κλητοὶ Ἰησοῦ, &c.] *Vocati* (i. e. vocatione facti Discipuli[g]) *in Jesu*, &c. Sy. vel, *à Jesu*, &c. Be. Pi. Di. vel potiùs, *Jesu Christi*, Di. ex Vulg. Insignem enim constructio illa habet emphasin, ut Marc. 13. 27. ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ, i. e. *electos suos*, i. e. quos per electionem pro suis habet: ità h. l. designatur & gratia Christi, quâ eos vocavit; & dominium ejus, quo eos, vi vocationis, tanquam suos deinceps habet. Sic Esa. 48. v. 12. *Israel vocatus meus*, i. e. sic à me vocatus ut meus sis[h]. Sensus, q. d. Vocatione Dei gratuitâ facti fideles, servi, filii Jesu Christi[i]. Sæpe hoc, κλητοὶ, addit Apostolus fidelibus loquens; ut intelligerent, omnem suam emendationem & spem esse ex liberalissimo Dei beneficio, qui criminibus gravibus involutos ex alto vocâsset[k].

7. *Omnibus*, &c.] Et Judæis & aliunde ortis[l], & in dignitate positis & privatis, & ingenuis & libertinis & servis: Omnes enim in Christo pares[m]. ¶ *Dilectis Dei*] i. e. Christianis, non infidelibus, ostendit quàm honorificum & utile sit Christianum esse, & hoc non ex ipsorum meritis fluxisse, sed quia Deus dilexit eos, &c[n]. ¶ *Vocatis*, &c. Κλητοῖς ἁγίοις] *Vocatis* (vel, *Vocatione factis*, V. Ex Dei *vocatione*, Be.) *sanctis*, Er. P. Mo. Ca. Pi. &c. vel, & *sanctis*, Tre. ex Sy. ut sint sancti[o]. Simul nominat & beneficium[p], vocationis gratiam[q], quæ dilectionis Dei effectum est*; & officium[r], ut fiant sancti, i. e. puri, sinceri, & Deo dicati†; ut vocatione suâ dignè ambulent[t]. Dativum verbo subaudito ponere mos est Epistolarum[v]. Est σχῆμα ἐλλειπτικόν· intelligit, illis *hæc scribi*[x]. Judæi nascebantur sancti, & à sanctis, in sancta Lege; Gentes habebant tanquam profanos & à Deo alienos. Id hîc Paulus amolitur[y]. ¶ *Gratia*] i. e. Favor, nempe *Dei & Christi*, ut sequitur[z]: benevolentia Dei[a], gratuita munificentia[b], remissio peccatorum[c]: effectum pro causa[d]: reconciliatio cum Deo*. ¶ *Vobis*] Sub. *sit*, Be. Pi. *adsit*, G. *contingat*, Camer. vel, *multiplicetur*, ex 1 Pet. 1. 1[f]. ¶ *Et pax*] שלום, prospera omnia[g]. Vide Matt. 10. 13. Marc. 5. 34. Luc. 7. 50. & 8. 48. Joh. 20. 21, &c[h]. Vel, remissio peccatorum[i], reconciliatio cum Deo[k]; de qua pace, Luc. 2. 14. Rom. 5. 1[l]. unde oritur pax conscientiæ, Phil. 4. 7[m]. ¶ *A Deo*, &c. Ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου, &c.] *A Deo Patre nostro* (qui scilicet nos adoptavit in filios[n]) *& Domini Jesu Christi*, q. d. Patrem nobis cum illo communem esse[o]. Sed depravatio hæc est: ei obest tum distinctio inter ἡμῶν, &c, καὶ Κυρίου· unde Syrus reddit, *à Deo Patre nostro, & à Jesu*, &c. tum collat. 2 Tim. 1. 2. & Joh. Epist. 2. 3. ubi Pater & Filius manifestè, ut Author gratiæ & pacis, invocatur[p]; tum ordo, qui sic præposterus esset: dicendum enim esset, ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἡμῶν· quum Deus primò sit Pater Christi, noster secundariò propter Christum†. *A Deo — & Domino*, &c. Er. ex Amb. & Did. Be. Pi. Tol. Par. &c. i. e. à Deo propter Christum[q]. Æqualem utrique potentiam & Divinitatem tribuit[r]. Qu. Sed cur Spiritûs S. non meminit? Resp. 1. Quia ille in ipsius donis, *gratiâ* & *pace*, insinuatur†. 2. Ut brevitati consulat. Illius autem mentio alibi fit, ut 2 Cor. 13. 14[t].

8. *Primùm quidem*; ità Be. Pi. Πρῶτον μὲν] Est vox incipientis Epistolam: nam hactenus Inscriptio fuit. Simile sermonis exordium Joh. 8. 25[v]. Post *primùm*, addi debuit, *secundò, tertiò*, vel, *deinde, præterea*: Est ergò hîc Ellipsis, ut in illo, *Primùm in hac re prædico tibi*; & in Aristoph. Nebulis, πρῶτα μὲν τὸν μῶδες, &c[x]. Est species ἀνανταποδότου· ut in Cicerone, *Principiò generi animantium omni est à natura tributum*, &c[y]. Πρῶτον simpliciter declarat hoc esse sermonis initium[z]· q. d. Ut dicendi principium faciam[a]. Al. Πρῶτον h. l. non tam ordinis quàm intendendi adverbium est, pro *inprimis*, vel, *ante omnia*, ut Rom. 3. 2[b]. Sic πρῶτος *præcipuum* sign. Luc. 15. 22, &c[c]. Innuit summum hoc esse beneficium. ¶ *Gratias ago Deo meo*] *Suum* vocat, singulari & gratiâ, *quia me separavit*, &c. & obligatione, *quia ei servio*, v. 9. quem ego propitium sentio, & hâc fide colo. Est vox fidei.

Marginal notes (left column): * Be. sim. P. Pi. f Be. g G. h Er. i Q. in Er. sic Orig. in Wil. k Er. l Er. ex Val. sic Be. Par. Ham. Di. Wil. m Per. ex Be. n e. o Di. p G. ex Chrys. q G. Par. Tol. Gom. Wil. &c. r Orig. & Amb. in Tol. † Wil. ex Chrys. sic Tol. * Glas. gram. pag. 395. t G. Pi. Glas. Chrys. v G. x Wil. sic Tol. y G. z Be. a Par. Tol. b Gom. Ambros. in Wil. c Theod. & ... in Wil. d Par. Gom. * V. f Tol. sim. Be. g G. sic Be. h G. i V. k G. l Di. m Er. ex Chrys. n Er. o Par. p Tol. q Er. ex Th. r V. ex Er. † Er. ex Fabro, sim. V. t Par. Q. in V. Ambros. in Wil. v G. sic Tol. Zeg. Ham. Wil. x G. y Di. z Par. sim. Tol. a Par. b Tol.

Marginal notes (right column): c G. d Tol. * Par. f Tol. g V. h Di. i Me. T. k G. l G. Ham. m G. sim. Tol. n Tol. o Tol. sim. Er. Zeg. Me. T. p G. q Par. * Tol. r G. † Tol. t Par. v G. x Camer. y Er. z G. a Be. Par. b Er. c Tol. ex Ambros. Glos. in Par. d Par. * Tol. ex Theodor. f V. g G. sic Ham. Be. h G. i Er. k Tol. ex Amb. sim. Be. Pi. l Be. m Pi. n Tol. o Er. Q. in Par. p Par. † Pi. q Tol. r Tol. ex Chrys. † Tol. t Par. dub. 9. v G. x Camer. y Pi. z Be. a Tol. b Par. sic Glas. gram. 3. 5. 14. 462. c Glas. ib.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

dei, confer Gal. 2. 20 [d]. & ut hoc beneficium, Romanis collatum, tanquam sibi collatum se reputare significet: quod argumentum erat charitatis maximæ [*]. Confer Hos. 9. 8 [f]. Magni est affectûs quod eum qui est omnium Deus sibi facit proprium [g]. Frequens id in Davide. Sic ex affectu Deus *se Deum* dicit *Abrahami, Is. & Jac.* Gratias agebant Patres V.T. pro bonis terrenis, Apostoli pro iis quæ ad Dei gloriam etiam cum ipsorum maximis incommodis & periculis pertinebant [h]. Ut ansam vanæ gloriæ præcidat, in Deum Auctorem bonum laudatum refert [i]. ¶ *Per Jesum*] Per quem, ut Summum Sacerdotem, omnia nostra grata sunt Deo [k]. Christiani sicut Patrem precantur per Christum, ità & per Christum gratias agunt; i. e. agnoscunt beneficia Patris sibi per Christum data. Vide Joh. 14. 14 [l]. Al. Agit gratias per Christum, i.e. pro hoc beneficio per & propter Christum iis collato, non autem propriâ virtute aut merito, &c. ¶ *Pro omnibus vobis*] i. e. Vestrâ causâ, ob beneficium vobis collatum [m]. Sui oblitus tantùm de Ecclesiæ solicitus est & gaudet salute [n]. ¶ *Quòd fides vestra annunciatur* (i. e. prædicatur, aut celebratur, ut 1 Cor. 11. 26 [o].) *in toto mundo*] i. e. In multis partibus mundi [p]; in partibus orbis Romano Imperio subjectis [q]; passim per omnes Ecclesias [r]. Hyperbole, vel potiùs Synecdoche totius, ut Luc. 2. 1 [†]. & Joh. 12. 19. Cùm enim Roma caput esset tot gentium, & illuc undiq; confluerent gentes, latere non poterat quod illic gerebatur; ac proinde eorum fides aliis exemplum erat & exhortatio [t]. Magno cum gaudio Provincialium Christianorum acceptus fuit ille nuncius, etiam Romæ, in capite Imperii, esse qui eandem fidem profiterentur [v]. Nota artificium Pauli: Cùm eos monere & arguere vellet, ab eorum laude incipit: quâ simul ipsos admonet, ut in fide sint perfecti & constantes, quia expositi sunt in exemplum toti orbi, &c [x].

9. *Testis mihi est Deus*] Juramenti hoc vim habet [y], (nam juramentum est, Deum testem assertionis aut promissionis facere [z]:) sed in re certissima & ad Deum pertinente. Vide ad Matt. 5. 34 [a]. Res hæc erat occulta, soli Deo cognita: erat quoque magni momenti, suam erga eos notam & certam facere dilectionem & curam [b]. Ignotus ad ignotos scribens jurat, &c [c]. ¶ *Cui*, &c. Ὧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου] *Cui servio* (vel, *Quem colo*, Er. V.) *per Spiritum*, Sy. in Di. *per auxilium Spiritus*, Ar. in Di. vel, *per Spiritum meum*, h. e. mihi datum [d]: per Spiritum Sanctum, cujus virtuti, non propriæ, omnia opera sua tribuit [*]. Vel, *in spiritu meo*, excludit corporeas victimas [f]. Tacita est antithesis inter cultum (Judæorum atq; Gentilium [g]) ceremonialem [h], sive carnalem [i]; & spiritualem [k], Christianorum [l]. Vel, *spiritu meo*, Be. Pi. i. e. ex animo [m], volente animo [n], illi addictus [o], non renitens, ut Jonas. Hoc est, ἐκ ψυχῆς, Eph. c. 6. v. 6 [p]. Absque hypocrisi [q], mente & affectu, quo omnibus serviebat, quod corpore non poterat [r]. ¶ *In Evangelio*, &c.] Scil. prædicando [†]. *Evangelium* hîc non est ipsa doctrina, sed ejus prædicatio, ut Phil 4. 15 [t]. Servio Deo, non docendo ritus Legales, (ut priùs [v],) sed doctrinam multò cœlestiorem [x]. Sensus, q. d. Dum bonum nuncium per Filium ejus allatum omnibus aperio [y]. ¶ *Quòd sine intermissione*, &c. Ἀδιαλείπτως, &c.] *Indesinenter*, &c. Pi. Par. i. e. quoties oraret; q. d. Vestrum bonum meum reputo, & ideo pro vobis ut oro, ità & gratias Deo ago, ut dixi [z]. Magni affectûs signum non interdum, sed perpetuò, amicorum in precibus meminisse [a]. Quorum sæpe meminimus, ea nobis cordi & curæ esse testamur [b].

10. *Obsecrans*, &c. Δεόμενος εἴπως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς] Syrus & Arabs cum quibusdam exempl. Græcis inchoant v. 10. à δεόμενος [c]. In 2 Codicibus est comma post δεόμενος ut connectatur cum ἐλθεῖν, & reliqua interjiciantur: quæ sententia simplex est & plana [d]. *Rogantem* (vel, *Rogans*, P. *Dum rogo*, Pi.) *si quo modo tandem* (vel, *si fortè tandem*, Ti. *si quo pacto jam*, Er. Di. sive, *tandem*, Er. Nam ἤδη nonnunquam urgentis vim habet. Cæterùm, hæc particularum congeries, πῶς, ἤδη, ποτὲ, mirum exprimunt desiderium ac studium festinandi; ut Græca Scholia monent [*]. Vel, *si tandem*, Tre. ex Sy. potiùs, *si à nunc*, vel *ab hoc tempore*, Di. ex Sy. Illud, εἴπως, significat, non certum fuisse Paulum an quod precabatur assecuturus esset. Itaque docet nos orare sub tali conditione, *si id è gloria sit Dei* [f], vel, *si Deo visum fuerit* [g]. Rursus particulæ illæ difficultates modi & temporis significant. Illud, *tandem*, indicat, eum diu hoc Deum obsecrâsse [h].) *aliquando prosperum iter* (id est, liberum, & expeditum ab omni difficultate [i],) *mihi detur ex* (vel, *in*, Vulg. Tol. *pro*, Pi.) *voluntate* (vel, *per voluntatem*, Er. V. Pi.) *Dei* (id est, ità volente Deo [k]: vel, quod gratum sit, & secundùm voluntatem Dei. Nihil indistinctè & absolutè petit, quanquam de tot hominum salute agens, sed limitatione adjectâ [l]: monet simul, in Dei manu & providentia gressus nostros consistere [m]. Θέλημα Θεοῦ de providentia Dei res nostras dirigente usurpat & Ignatius ad Trallenses de Polybii adventu Smyrnam agens [n].) *ut veniam ad vos*, Be. P. Pi. Potest tamen δεόμενος jungi cum εὐοδωθήσομαι, & ὥστε subaudiri ante ἐλθεῖν, ut infra v. 28. & locus sic reddi, *Rogans si quo modo tandem*, &c. *ut veniam ad vos* [o]. *Precantem ut (quod Dei voluntate fiat) tandem aliquando commoditatem adipiscar itineris, ad vos visendos*, Ca. Ἐυοδοῦν verbum est frequens in Interpretibus V.T. notatum quoque à nobis sæpe in Tobia, Sapientiæ & Sirachidæ libris, ac Maccabaicis, respondens Hebræis aliquot verbis, frequentissimè verbo צלח. Itaque sensus est, *Laboro precibus meis, si fortè Dei voluntas felicitatem mihi indulgeat ad vos veniendi.* Similis constructio 2 Macc. 10. 23. τῷ εὐοδώσαντι καθαρισθῆναι, *qui felicitatem nobis dedit mundandi Templum.* Sic & σωτηρία & ἀνάπαυσις dicuntur εὐοδοῦσθαι, Sirac. 38. 14 [p].

11. *Desidero*] q. d. Nimis diuturna mihi videtur hæc mora [q]. ¶ *Videre vos*] Id est vos coràm alloqui, ut Act. 28. 20 [r]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα, &c.] *Ut aliquod impertiar vobis donum spirituale*, Be. Pi. &c. hoc est, doctrinam [†], ut v. 15 [t]. aut consolationem [v], ut v. 12 [x]. vel charismata Spiritûs S. data Apostolis, ut aliis prodessent [y]. Non ut accipiam aliquid [z], qua de causa plerique Romam veniunt, sed ut *dem*, & dem non terrena, sed *spiritualia* [a], propter vestram salutem spiritualem [b]. Potuerat dicere *doctrinam, revelationem, prophetiam*; sed mavult usurpare vocabulum χάρισμα, ut suo exemplo modestiam doceat [c], & ut se à Spiritu S. accepisse quæ tradebat, significaret [d]. ¶ *Ad confirmandos vos*] Teneros adhuc fuisse Romanos in fide innuit magis quàm exprimit. Sic & infra 16. 25. 1 Thes. 3. 2. 1 Pet. 5. 10. Apoc. 3. 2. & alibi [*]. *Confirmationem* modestè appellat instructionem, quâ opus habebant: in aliquibus enim eos errâsse constat [f].

12. *Id est*, &c. Τοῦτο δέ ἐστι, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν] *Hoc autem est, simul exhortari in vobis*, Mo. *Hoc* (nimirum quod jam præcessit, *Desidero videre vos, ut aliquid impertiar vobis*, &c [g].) *est, ut capiam* (vel, *percipiam*, P. sic Be. Pi.) *consolationem* (vel, *unà consolationem*, Val. *simul consolationem*, Val. vel, *consolationem mutuam*, Er. Camer. *communem consolationem*, Ti. Pi. vel, *exhortationem*, Bucer. in Be. vel, *communem exhortationem*, P. Be. Sed malim cum Sy. & Ar. *consolationem* reddere, quia *fidei* hîc fit mentio [h], cujus præcipuus effectus est consolatio: eóque propriè spectat χάρισμα πνευματικὸν, de quo v. præcedente [i].) *in vobis*, Er. Ti. vel, *apud vos*, Il. P. Be. vel, *ut unà apud vos recreemur*, scilicet ego & vos [k]. Hîc συμπαρακληθῆναι regitur ab ἐπιποθῶ. Emollit quod dixerat, ostendendo non se tantùm illis, sed & illos sibi, aliquid gaudii allaturos [l]. Arrogantiæ vitandæ causâ communicatione utitur [m]. Sensus, q.d. Ex hac confirmatione vestra fiet, ut *mutua* sit nostra *consolatio* [n]; hoc est, lætitia spiritualis de bono communi, &c [o]. ¶ *Per*, &c. Διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως, &c.] *Per eam quæ in invicem fidem*, &c. Mo. *Per mutuam* (vel, *communem*, vel, *utriusque nostrûm*, Zeg. ἐν ἀλλήλοις impropriè dixit pro, *in utrisque*, in me & vobis. Dixit sic & Demosthenes, τὰ πρὸς ἀλλήλους [p].) *fidem vestram simul & meam*, Er. Be. Pi. &c. quæ eadem fides est [q]. *Fidem* vocat beneficii Christi notitiam, ac professionem veram; *mutuam*, quâ & ipse illos, & illi vicissim ipsum, juvare possint [r].

13. *Nolo*, &c. Οὐ θέλω, &c.] Ità quoque Sy. & Ar. legerunt [†]. *Nolim autem*, &c. Be. Pi. In Codice Claromontano, venerandæ planè vetustatis, est, οὐκ οἴομαι, *non ar-*

[d] Pi. [*] Tol. [f] Par. [g] G. ex Chrys. [h] G. [i] Tol. [k] Orig. in Tol. [l] G. [m] Tol. [n] Par. [o] Pi. [p] Er. V. [q] Tol. ex Chrys. & Theod. [r] Be. sic Pi. [†] Wil. ex Par. [t] Tol. [v] G. [x] Tol. [y] G. sim. Par. Me. Tol. [z] Tol. [a] G. [b] Tol. [c] Par. [d] Di. [*] Chrys. in Tol. [f] Er. [g] Par. [h] Be. sim. Par. [i] Par. [k] Be. Par. [l] Par. [m] V. Be. [n] G. sic Be. [o] Be. [p] G. [q] Di. [r] Tol. [†] Tol. Pi. sic Be. Ham. [t] Be. [v] Tol. [x] G. [y] V. [z] Tol. [a] G. [b] Par. [c] Di. [d] Be. [*] Er.

[f] G. [g] Ham. [h] Tol. [i] Idem. [k] Er. V. [l] Tol. [m] Par. [n] G. [o] Be. [p] G. [q] Pi. [r] Me. [†] Par. Gom. [t] Gom. [v] Gom. Par. [x] Gom. [y] Tol. [z] G. sim. Tol. Par. [a] G. [b] Tol. [c] G. [d] Tol. [*] G. [f] Tol. [g] Zeg. [h] Di. sim. Pi. [i] Di. [k] Ca. [l] G. [m] Par. [n] Tol. [o] Tol. ex Chrys. [p] G. [q] Tol. [r] Be. [†] Di.

arbitror [t]. ¶ *Sæpe proposui*, &c.] Respondet occupationi, Cur ergò non venisti [v]? ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο] Rectè monuere complures hæc παρενθετικῶς legenda: nam priora & posteriora inter se cohærent [x]. Verba hæc trajecta sunt, nam ad finem versûs pertinent [y]. Hoc dicit, voluntas mihi non defuit ad vos veniendi, quanquam sine successu [z]. [Sic vertunt,] *(Sed prohibitus fui usque adhuc)* Be. Pi. vel, *ad hunc usque diem*, Er. V. sic Camer. nimirum obstantibus negotiis [a], & impedimentis emergentibus [b]; vel aliis negotiis Evangelii magis urgentibus: ut explicat Rom. 15.22. Simile vide Act. 16.6,7. Magis urgebat necessitas locorum in quibus Christus erat ignotus [c]. Impediri quoque poterat infirmitate, vel viæ difficultate, vel aliorum precibus [d]. Prohibitus porrò fuit, vel, 1. à Spiritu Sancto, sive à Deo [*], ut Act. 16.6,7 [f]. vel, quia alibi magis necessaria fuerat Pauli opera [g]; vel ob peccata Romanorum [h]. Vel, 2. à Satana [i], ut 1 Thes. 2. 18 [k]. qui præsentiam Pauli Romanis inviderat [l], Deo permittente, ut homines bonos probaret, malos detegeret [m]. ¶ *Ut —— fructum habeam (fructum* vocat προκοπὴν, *profectum*, scilicet Evangelii, ut Phil. 1.12. ubi utrumque eadem de re ponitur. Indè καρποφορεῖσθαι, hoc est, *proficere*, dicitur *Evangelium*, Col. 1.6 [n].) *in vobis*] Id est, ut bonum spirituale vobis impartiam [o], nempe vos convertendo, confirmando, perficiendo [p]. Per *fructum* intelligit tum Romanorum ἀσφάλειαν, tum suam εὐθυμίαν [q]. Fructus hic de quo agit est tum incrementum Ecclesiæ per miracula Apostolica, tum confirmatio infirmiorum [r]. ¶ *Sicut & in cæteris*, &c.] Ostendit non inutilem se fore Romanis, cùm jam multis aliis gentibus fuisset utilis [†], ut dicet infrà 15. 18,19 [t]. Romanos, primos Gentium, in salutis negotio cæteris æquat [v].

14. *Græcis* (id est, Græco idiomate & jure utentibus [x]. Græcorum nomine comprehendit Romanos [y], qui leges suas artésque à Græcis acceperant [z].) *ac Barbaris*] Quos sic vocat non suâ, sed Græcorum, opinione [a], qui omnes, præter se, barbaros ducebant [b]. Hanc distinctionem vide Act. 28. 2,4. & in Strabone l. 14 [c]. Sæpiùs Apostoli per συνεκδοχὴν omnes non Judaizantes *Græcos* vocant. Sed hîc Paulus, Græcorum se locutioni aptans, humanum genus distinguit *in Græcos & Barbaros*, ut Thucyd. l. 1. Sic Ammonius, βάρβαρον, τὸ ἀχ Ἑλληνικόν. Etiam Romanos Plautus vocat *barbaros*. Sed in contrarium disputat Dionysius Halicarnass. lib. 1. probátque Romanos Italósque alios Græcæ magis esse originis. At Paulus non tam hîc originem respiciens, quàm mores, *barbaras* gentes vocat illas feriores; *Græcas*, quæ cultiores essent. *Græcia victa ferum victorem cepit, & artes Intulit agresti Latio* — [d]. ¶ *Sapientibus*, &c. Σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις] *Sapientibus* (vel, *doctis*, Ca. D. sic Er. V. Σοφοῖς Græcis, ut חכם Hebræis, ut *sapientem*, ità & *doctum*, declarat: & apud Latinos olim, teste Cicerone, iidem erant *docti* qui *sapientes* [*]. *Sapiens* ab Hebræis usurpatur pro *docto*; & contrà, *insipiens* pro *indocto*, qui & כסיל vocatur, Coh. 2.16 [f]. Sapientiam, hoc est, eruditionem, sibi vendicabant Græci [g].) *juxta* (vel, *pariter*, Er. V.) *ac insipientibus*, Pi. sic Be. vel, *imperitis*, Ca. *indoctis*, Er. D. id est, ex æquo omnibus [h]. Omnes enim disciplinâ hâc indigent, & discipuli fieri debent: sapientes, quia sapientiam altiorem prædico: nec insipientes ab ea removentur [i]. Prius membrum per posterius declaratur: nam Græci sapientes haberi volebant, aliósque, ut barbaros, contemnebant [k]. Sicut moribus differunt gentes, ità & ingenio: *Bæotûm in crasso jurares aere natum.* Significat autem Apostolus ità omnibus hominibus aptatum esse Evangelium ut nec stupidos contemnat, nec ab ingeniosis contemni debeat [l]. Prius membrum ad nationes pertinet, hoc ad singulares personas [m]. Inter Græcos multi erant insipientes, & apud Barbaros, sapientes [n]. ¶ *Debitor sum*] Vel, 1. ex dono linguarum [o]: vel, 2. ex vocatione sua, ut antè v. 5 [p]. ex munere Apostolico [q], quo Gentium omnium doctor effectus est [r]: ex Dei imperio, quo obligatus ità erat Paulus ut sine gravi crimine detrectare id non posset, 1 Cor. 9.16. Similis usus nominis hujus Rom. 15. 27 [†].

15. *Itaque*, &c. Οὕτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον] *Ita* (vel, *Itidem*, Val. Sicut aliis Gentibus Evangelium prædicavi, sic & vobis prædicare volui. Refertur enim hoc οὕτως ad id quod præcessit, v. 13 [t]. Vel, *Itaque*, Be. Pi. Tol. Sy. E. &c. Οὕτω hîc illativè ponitur [v], pro ἤδη [x]: sic *ità* in conclusionibus usurpat Cicero [y]. [Vide Be.]) *quod*, vel, *quantum in me*, Mo. Er. Il. Ca. (sub. *est*, Er. Il. Ca. vel, *quicquid in me situm est*, Be. Pi. id est, in mea facultate [z].) *promptum*, Mo. vel, *promptitudo*, Val. πρόθυμον pro προθυμία [a]: *promptum est*, Be. Pi. vel, *paratus sum*, Ti. Ca. Ellipsis gemina, pro, τὸ κατ' ἐμὲ ὂν πρόθυμόν ἐστι [b]. Forsan τὸ κατ' ἐμὲ, idem quod ἐγὼ, ut in Plat. Τὰ δ' ἐμὰ βούλεσθαι, &c. id est, interprete Budæo, *ego autem velle quidem promptus*, &c. & alibi, τὸ γ' ἐμὸν ἕτοιμον, id est, ἐγὼ μὲν ἕτοιμος [c]. Ità hîc, τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον, accipi potest pro, ἐγὼ πρόθυμός εἰμι [d]. Sic & Syrus, [qui locum sic vertit,] *Ità satago ego*; & Arabs, qui, *propterea studeo & conor* [*]. Al. *Quod meæ est potestatis, id paratum est.* Sic, τὸ πρόθυμον παρέχωμαι, dixit Plato in Legibus, per μετάληψιν scilicet [f]. *Itaque prompta est mea facultas*, P. *Sic quantum ad animi mei promptitudinem attinet*, Er. Val. ¶ *Et vobis qui Romæ*, &c.] Scilicet debeo [g], promptus sum debitum reddere & Evangelizare. Quare mea voluntas in causa non est quominus venerim, sed prohibitio [h]. Lucifuga non sum: ostendi id Antiochiæ, Athenis, Ephesi, & Corinthi: paratus sum & in illa splendidissima urbe Roma ostendere [i].

16. *Non*, &c. Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι, &c.] *Non enim me pudet Evangelii (Evangelium* alibi prædicationem designat [k], hîc rem prædicatam [l]:) *Christi*, Be. Pi. Er. P. Ca. &c. id est, de Christo. Genitivus objecti [m]. Τοῦ Χριστοῦ non legunt Vulg. Sy. Ar [n]. nec Chrysost [o]. nec Codex vetustiss [p]. Quanquam Evangelium, doctrina nova & inaudita mundo, & in cortice vilis appareat [q], & vulgò contemnatur, ejúsque precones rideantur [r]; non erubesco tamen eam propalare, nec pudore retardatus sum quominus in civitate primaria, ubi Imperium, sapientia, &c. prædicare audeam [†]. Licet videatur probrosum & stultum, prædicare Christum crucifixum [t], 1 Cor. 1. 23. pudendum tamen non est [v], sed honorificum, & maximi faciendum [x]. Est ergò Liptote, quâ minus dicitur, plus intelligitur [y]. Al. *Non pudet*, &c. Est μετάληψις. Non occulto Evangelium Christi, sicut occultari solent quorum nos pudet. Hoc faciant Cereris & Liberi Liberæque apud Græcos, aut Romæ: Bonæ Deæ mystæ ac mystides [z]. ¶ *Virtus* (vel, *Potentia*, Be. Pi. &c. id est, organum potentiæ, sive potens [a].) *enim Dei* (Addidit *Dei*, nè Christus ut homo contemneretur [b]:) *est in* (vel, *ad*, Pi. &c.) *salutem* (æternam scilicet animæ & corporis [c]) *omni* (vel, *cuivis*, Er. Be. Pi. sine delectu gentis aut fortunæ [d]) *credenti*] Sicut medicamentum non prodest nisi haustum, ità nec Evangelium nisi fides ei habeatur [*]. *Credenti* dicit, non *operanti*, ut Legi opponat [f]. Evangelium est id quo Deus, qui est potens, servat credentes [g]: est medium per quod Deus potentiam suam exserit ad servandos credentes [h]: & salutis efficax est, & necessarium ad salutem, sine quo nemo salutem assequitur [i]. Simile est, si quis medicus parvulam, sed efficacissimam, pilulam infirmis ministraret, dicens, Non erubesco hanc vobis propinare, est enim latens in ea virtus, &c [k]. Nunquam potentiùs Deus id egit ut hominum animos sanaret, quæ via est ad salutem æternam, quàm nunc per Evangelium. Tanta ei affulsit, & adhuc affulget, vis miraculorum. Ideo *brachium Dei* dicitur sensu mystico, Esa. 53. 1. Vide & 1 Cor. 1.18 [l]. Probat non esse quòd erubesceret, doctrinam suam Romæ prædicare, ubi theatra Cæsarum potentiam & orbis imperium crepabant, quia de majore Regno dicturus erat, Dei nimirum & Evangelii; cujus Divina potentia haud dubiè major multò erat humanâ Romanorum potestate, latiúsve multò patebat illius imperium. Evangelium autem dicitur *potentia Dei ad salutem*, quia promissionem salutis, *crede & servaberis*, continet & offert; quam qui per fidem accipit, summo Dei beneficio potentissimè servatur. ¶ *Judæo primùm* (Πρῶτον, ordinem hîc dicit, tum 1. dignitatis, quia hi erant populus Dei, horum erat Lex, Prophetia, cultus Dei, promissio, Christus secundùm carnem: tum, 2. temporis in prædicatione [m]: nam Judæis primùm ab ipso Jesu annunciatum, & ab Apostolis annunciandum, fuit Evangelium [n], Act. 3.25,26. & 13.46. Similis locutio Rom. 2.9,10. 2 Cor. 8.5 [o].) *& Græco*] Id est, Ethnico P.

Marginal notes (left): [t] Be. [v] Par. sim. Tol. [x] G. [y] Glass. gram. 4.2. 25. 749. [z] G. [a] Er. sic V. Tol. [b] Tol. [c] G. [d] Tol. [*] Tol. ex Chrys. & Orig. Er. V. Par. [f] Tol. Par. Be. [g] Par. Wil. [h] Wil. ex Hug. [i] Par. Tol. ex Basil. Be. [k] Be. Par. [l] Par. [m] Tol. [n] Ca. [o] Tol. [p] Tol. sim. Pi. [q] Par. [r] G. [†] G. sim. Par. [t] G. [v] Tol. [x] Par. [y] E. Wil. ex Matt. [z] Wil. ex Matt. [a] Par. [b] Par. sim. Gua. Ham. [c] Gua. [d] G. [*] Ca. [f] D. [g] Er. [h] Idem. [i] Tol. [k] Pi. [l] G. [m] Be. [n] Tol. [o] Orig. & Theod. in Tol. [p] Gom. [q] Tol. ex Chrys. & Amb. Wil. ex L. & Par. [r] Tol. [†] G.

Marginal notes (right): [t] G. [v] E. sic Tol. [x] Par. [y] Fe. [z] Idem. [a] Idem. [b] Pi. [c] Be. [d] Di. ex Pe. [*] Di. [f] G. [g] Er. V. [h] Tol. [i] G. [k] Tol. [l] Tol. sim. Par. [m] Pi. [n] Di. [o] Er. [p] Be. [q] Tol. [r] Par. [†] Tol. [t] Me. sim. T. Tol. [v] Tol. [x] Tol. sim. Par. [y] Par. [z] G. [a] Par. ex Be. [b] Er. [c] Tol. [d] Er. [*] G. [f] Par. [g] V. [h] Glass. rhet. 1.2. 25 [i] Tol. sim. Ham. [k] Tol. [l] G. [m] Tol. [n] G. sim. Tol. Par. [o] G.

co p. Hic more Judaico loquitur: nam Græcos magis noverant Judæi, maximè post Macedonum Imperia q. Gentiles omnes, quoties opponuntur Judæis, *Græcos* sæpe vocat Paulus r. Et *Judæorum* & *Græcorum* hoc loco mentionem facit, nè aut illi, ob Legem cultúmque veri Dei, aut hi, ob sapientiam bonásque leges, Evangelium sibi non esse necessarium putarent; & ut cæteris omnibus, utpote barbaris & ignorantibus, magis necessarium esse constaret †.

17. *Justitia*, &c. Δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν] *Justitia enim Dei per illud* (vel, *per hoc*, G. nempe Evangelium t, ut per organon v: vel, *in eo*, Pi. Vulg. tanquam in speculo x:) *detegitur* (vel, *declaratur*, V. Ham. *monstratur*. Evangelium perfectissimè docet quomodo vivendum sit. Respicit Esa. 62.1. Vide & Esa. 56.1 y. Vel, *revelatur*, Vulg. Sic dicit, quia de mysterio abscondito loquitur z, sive de doctrina à Deo revelata a, quæ antea & Gentibus absolutè, & Judæis comparatè, occulta fuerat b, nunc verò penitùs recta c; non autem de rebus naturâ notis: quo respectu Evangelium à Lege & à Philosophia, & N.T. à Veteri, discernitur d. Vel, *exseritur*, Ca. ut ex antecedente consequens declaretur, quòd non solùm ostendat & offerat, sed etiam conferat, Dei justitiam *.) *ex fide in fidem*, Be. sic Pi. &c. [Quærendum hîc, 1. Quæ connexio cum præced.] Resp. Cùm necessarium ad salutem dixerit esse Evangelium Judæo, & Græco, utramque partem probaturus, à Judæo incipit f. Illud esse potentiam Dei ad salutem probat g, à proprio illius effecto, quia per illud revelatur justitia Dei, id est, ratio justitiæ vitæque obtinendæ h. Qu. 2. Quid hîc *justitia Dei*? Resp. q. d. Non Judaica, quæ in ceremoniis, non philosophica, quæ in virtutibus moralibus, consistit; sed Divina i. *Dei*, non subjectivè, vel formaliter, sive essentialis Dei justitia, ut somniavit Osiander k, non quâ Deus justus est l, & fidelis in promissis, ut veteres quidam accipiunt m; sed effectivè, quòd à Deo data sit, Rom. 3.21, 22, 23 n. quâ nos revera in oculis ejus justos facit o, & ipsi gratos, remissis peccatis, & reconciliatione à Deo obtentâ p. Hæc autem justitia est, vel 1. inhærens, quæ nobis infunditur q: justitia quæ non in solis factis exterioribus consistit, sed à Deo efficitur, &, ut Dei opus, Deo placet. Sic Rom. 10.3. opponuntur Θεοῦ δικαιοσύνη & ἰδία. *Dei justitiam* habes hoc sensu Rom. 3.22, 26. 2 Cor. 5.21. Jac. 1.20. 2 Pet. 1.1 r. Sed refellitur hæc sententia ex collat. Rom. 3.22. ubi *patefacta* dicitur *absque lege per fidem*, &c. & Rom. 6.4. ubi *imputata absque operibus*, &c †. Vel 2. imputata credentibus t: quæ justitiæ humanæ & propriæ, nostrísque operibus acquisitæ, opponitur, Rom. 10.3, 4. Phil. 3.9 v. Sensus, q. d. Justificatio quâ Deus pro justis habet fidentes Christo, declaratur in ipso Evangelio x. Qu. 3. Quid illud vult, *ex fide in fidem*? Resp. 1. Per fidem perseverantem, & se aliis atque aliis actionibus prodentem y. [Ca. vertit, *perpetuandâ fide*.] Sensus, Per Evangelium fit homo justus, dum fidem habet, & in ea perseverat z. 2. Ex fide minori in majorem a: ex fide quæ indies incrementum capit b: ut, ἐκ γενεᾶς εἰς γενεάν, est, *progressu temporis* c; &, *de robore in robur*, Psal. 84.7 d. id est, majora subindè capientes fortitudinis suæ augmenta *. Sic, *de turma in turmam*, *de gloria in gloriam*, &c. incrementa significant †. 3. Ex fide V. T. obscura & inchoata, in fidem N. T. claram & plenam f. 4. Ex fide, seu fidelitate, Dei promittentis, in fidem credentis g. Ut Deus gradatim præstitit quæ promiserat, ità crevit per gradus in hominibus erga Deum cognitio & fiducia h. 5. Ex fide Deo immediatè nixa, qualis erat fides Adæ ante lapsum; & ea quam Judæi probabant, in fidem justitiâ alterius, nempe Christi, nixam i. 6. Ex fide unius articuli [rectiùs forsan dixisset, quorundam articulorum] in fidem reliquorum k; [cognitione scilicet gradatim augescente: nam de nonnullis articulis olim & ipsi Apostoli dubitabant.] Certè plura distinctè mysteria & veritates plurimas credimus, quæ Judæorum multitudini erant occultæ & ignotæ. 7. Ex veteri fidei statu, quo Christum venturum rectè credebant Patres & Prophetæ, in novum statum, quo eum venisse crederent l. 8. *Ex fide*: Justitia illa ex fide nascitur: nam promissa cœlestia & contrariæ minæ, ità ut oportet credita, animam à vitiis repurgant. *In fidem*: non enim quiescit fides ubi justitiam peperit, sed perpetuò influit in opera. Quod Abrahami exemplo docet Jacobus. Nam quam Abrahami fidem Moses circa initia pietatis ejus posuerat, Jacobus posuit in summo ejus progressu. Amat Paulus repetitas voces, [idque interdum diverso sensu, ut G. hoc loco intelligere videtur:] ut Rom. 6. 19. 2 Cor. 2. in fine. Simile est Psal. 134. & Joh. 1.16. Bene hunc locum explicat Clemens Alex. Strom. 5. fidem interpretans priorem, *quæ substruitur*; posteriorem, *quæ isti inædificatur* m. 9. Solâ fide non Legis operibus. Ideo non dicit, *ex fide* in Legem, vel in opera; sed, *in fidem* n. *Fidem* autem hîc intelligit quâ quis promissionem reconciliationis gratuitæ cum Deo, & vitæ æternæ, in Verbo oblatam amplectitur, ac sibi ipsi applicat: quâ, velut instrumento, ex Dei pacto, Christi & justitiæ omniúmque donorum ejus particeps fit o. Hæc porrò verba construi & conjungi possunt, vel, 1. cum, *revelatur*; [ut plerosque accepisse vidimus:] vel, 2. cum, *justitia Dei*; hoc modo, justitia Dei, quæ est ex fide in fidem, nec aliter unquam contigit homini quàm per fidem, revelatur potissimùm in Evangelio. Hoc autem Pauli consilio congruentius esse docet sequens testimonium p. [Al. paulò aliter,] *Justitia Dei ex fide*, sive *per fidem*, (quæ verborum connexio probatur tum ex seq. testimonio, tum ex simili phrasi, Rom. 3.22. & 10.6. Est autem hyperbaton, sive vocum transpositio, qualis frequens est & his & aliis scriptoribus) *revelatur ad fidem*; hoc est, ut in eum credamus, &c. ut, εἰς πίστιν, sumatur quomodo εἰς σωτηρίαν, ut serventur, v. præced. εἰς ὑπακοήν, id est, ut obediatis, Rom. 6.16; & ib. v. 19. εἰς τὴν ἀνομίαν, id est, ut scelus omne perpetretis; &, εἰς ἁγιασμόν, ut sanctè vivatis; &, εἰς καῦσιν, ut comburantur, Heb. 6.8. *Justitia* autem hoc loco metonymicè ponitur pro illis rebus sive operibus quæ Deus ab homine exigit, & in quorum præstatione justitia ipsius consistit: ità sumitur δικαιοσύνη Matth. 3.15. Phil. 3.6. Hanc vocat *justitiam Dei*, per antithesin ad justitiam Judæorum in externa obedientia Legis Mosaicæ positam; & *justitiam ex fide*, sive *per fidem*, quâ scilicet Christum amplectimur, eique paremus: hoc est, id quod Christus declaravit nostram esse justitiam, sive id quod à nobis sub Evangelio requiritur, ut coram Deo justificemur. Significat ergò Oeconomiam Evangelicam, ut δικαιοσύνη sumitur Rom. 9. 30. & 10.3, 6. sive gratiosam illam methodum quâ Deus credentes omnes in gratiam recipit, etiam sceleratissimos, Ethnicos, &c. id quod Judæos ægrè habuit; quod & Apostolus hoc loco defendit q. ¶ *Sicut scriptum est*] Probat hanc doctrinam nec absurdam esse, nec novam †, sed Propheticam r; nec solùm in Evangelio, sed & in Lege, hoc verum esse; nec Judæum per Legem vitam habere posse v. *Scriptum*, nempe Habac. 2. 4 x. ubi dicta vide. Non mirum est si Deus hoc nunc facit, quod & olim fecit, ut benefaciat in se confidentibus y. ¶ *Justus*, &c. Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται] *Justus autem* (Generaliter dictum omnem complectitur justum z. *Vir pius*, G.) *ex fide vivet*, V. Pi, &c. vel, *victurus est*, id est, vitam consequetur æternam fidelis, si constanter crediderit Christum esse Salvatorem, & illo fisus fuerit a. *Vivet*, id est, consequetur reditum in patriam. Nam *vivere* Hebræis sæpe est, eximi miseriis & feliciter vivere. Sicut tunc fiduciam in Deum habentes liberati sunt ex captivitate Babylonica, ità nunc ex captivitate peccatorum, & pœnis eam consequentibus. Et sic hunc locum Abacuci usurpat Schemtob b. Al. *Vivet*, vitâ spirituali gratiæ *, quæ incipit à fide sola, deinde crescit & perficitur fide, licèt non solâ, sed eâ cum aliis virtutibus crescente c. Deus sic ordinavit, ut nemo post lapsum justus fieret nisi qui in Christum mediatorem crederet d. Al. De vita non temporali sed æterna ibi agitur: quia hæc vita opponitur peccato, inferno, & morti, Abac. 2.5. Futuro verbo actum vitæ notat perpetuum, & nunquam abrumpendum, licèt justi hîc mille mortibus videantur propositi *. Ζήσεται porrò construi potest, vel, 1. cum ἐκ πίστεως· hoc modo, *Justus, ex fide vivet* f: vel, 2. cum δίκαιος g, subaudito ὤν, ut in hoc Enuntiato, à quo tota sequentis disputationis series dependet h, subjectum sit, *justus ex fide*; prædicatum, *vivet* i. [Qu. An rectè citetur hic locus Prophetæ?

p Er. V. sic Tol. Be. Par. &c. q G. r Be. † Tol. t Tol. Par. E. G. V. v Par. x Pi. y G. z E. sim. Par. a Par. b Gom. c Par sim. Tol. Gom. d Par. * Gom. ex Be. f Tol. g Par. Per. h Par. i T. k Com. l Tol. E. m E. n Gom. o Me. sim. E. Tol. p Par. Wil. &c. q Tol. r G. † Par. Wil. t Pi. ex Be. Par. Wil. v Gom. x V. y Idem. z Ca. a Di. ex Be. b Be. Di. E. ex Th. Oc. cum. Per. Sasb. &c. sic Scal. Glas. gram. 3.6. 2. Par. ex Calv. c Scal. Glas. d Wil. ex Be. E. * E. † Par. f Chrys. in Par. g Ambros. in Tol. h Er. i Li. chron. p. 122. k Anselm. in Wil. l Tol.

m G. n Par. o Be. p Per. q Ham. r Par. † Par. sim. Tol. t Par. v Tol. x Par. G. y G. z Tol. a V. b G. * Me. Tol. c Me. d E. * Par. f Pi. g Be. sic Par. Gom. h Be. i Be. sic Par. Gom.

tæ? Dubitatur enim, 1. de verbis.] Hic est, *ex fide*, at Abac. 2.4. *in fide sua*, vel, ut LXX, *mea* [k]. Legitur nunc in Hebræo, *per fidem suam*; sed veteres Codices habuere, *per fidem meam*, id est, in me, exspectando patienter mea promissa, quæ per Abacucum & alios Prophetas ipsis annunciavi, & non deficiendo ad idololatriam, ut illi de quibus paulò antè Propheta egerat [l]. Affixum Apostolus omisit, tanquam indifferens, & per se notum [m]. [2. Dubitatur de sensu:] Nam Propheta non agit de vita æterna, sed temporali, & de fide non promissionis Evangelii, de qua Paulus agit, sed liberationis è Babylone [n]. Resp. 1. Sententia Prophetæ generalis est de fide promissorum Dei, quæ hìc specialiter applicatur ad fidem in Christum [o]. 2. Respexerunt Prophetæ piique Judæi promissionem Messiæ, tanquam fundamentum promissionum omnium terrenarum, &c. Vide Gen. 22.18. 2 Cor. 1.20 [p]. Propheta (primariò & sensu literali [q], vel mystico, sed à Spiritu sancto, & quidem principaliter, intento [r],) de Messia venturo indubiè loquitur †, Abac. 2.3 [t]. & 3.13 [v].

18. *Revelatur*, &c. Ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ Θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσ[αν], &c.] *Patet* (vel, *Palàm est*, Pi. *Retegitur*, sive *Aperitur*, Er. V.) *enim* (omnibus Gentibus [x]) *ira Dei* (id est, ultio sive vindicta Dei [y]. Opponitur justitiæ Dei; quam diximus esse tum bonitatem Dei fideles justitiâ & vitâ donantis, tum ipsam justitiam & vitam donatam: sic & ira Dei tum indignationem, tum ipsam ultionem, significat [z].) *è cœlo* (id est, cœlestis [a]: à Domino in cœlis, ubi eum, duce naturâ, quærimus [b]. Vel, respicit secundum Christi adventum de cœlo ad judicandum, & infideles puniendum [c]. Vel, *è cœlo*, opponitur sensui profanorum hominum, qui pœnas in mundo grassantes ascribunt casui, vel causis secundis, sideribus, elementis, hominum imprudentiæ vel malitiæ. Docet ergò eas esse flagellum Dei scelera ulciscentis †. Vel, *è cœlo*, id est, non hominum commentis, sed Divinâ revelatione. Vide Matth. 21.25. *Evangelium*, Justinus ait, *Sole esse lucidius. Nam qui Solis conspectu Deum non coluerant, eos auditu Evangelii adductos ut eum colerent*, Colloq. cum Tryphone [d]. Illud, *de cœlo*, refertur, non ad, *revelatur*, ut videri possit; sed ad, *ira Dei*: q. d. ira Dei ingens, gravissima, non per homines infligenda, sed per Deum de cœlo descendentem in flamma ad extremum Judicium *.) *adversus* (vel, *super*, ut materiam objectum iræ Dei significet; vel, *propter*, ἐπὶ pro διὰ, ut notetur causa impellens, seu accendens iram Dei [f].) *omnem impietatem* (id est, peccata quæ directè in Deum feruntur [g], sive violationes primæ Tabulæ [h].) *& injustitiam* (id est, peccata contra homines [i], sive in secundam Tabulam [k]. Ἀδικίαν Hebræi, Græcè scribentes, latiùs usurpant quàm Philosophi, ut significet omne id quod erga homines minùs fit quàm debet fieri ex officii alicujus ratione. Conjunxit hæc duo, ἀδικίαν & ἀσέβειαν, etiam Philo de Linguarum confusione, Ἀδικίαν μὲν ἀσπάζοντες, ἀσέβειαν δὲ θηριώσαντες [l]. Al. Idololatriam hìc appellat & *impietatem*, quia cultum honoremque Deo debitum negat; & *injustitiam*, quia quod Dei veri est, creaturæ, cujus non est, dat, & deos profitetur qui non sunt [m].) *hominum*, Be. &c. Significanter dixit *hominum*, id est, non Judæorum tantùm, sed & omnium gentium. Lex Mosis ad solos Judæos pertinebat [n]. Totus hic contextus Pauli interpretandus est, vel, 1. de Philosophis & sapientibus solis, ex quorum reprobatione reliqui convincuntur [o]: vel potiùs, 2. de omnibus idololatris; ut liquet, tum quia omnibus communia sunt & peccata sequentia, & ira Dei, tum quia masculos & fœminas distinguit, v. 26, 27 [p]. [Qu. 1. Quæ connexio?] Hæc subobscura est, propter ellipsin sententiæ cum qua τὸ, γὰρ cohæret [q]. Dixerat, justitiam Dei revelari ex fide in fidem [r], sive solâ fide nos justos fieri coram Deo †. Id jam probat, hoc modo, Justus vivet, vel ex fide, vel ex operibus [t]: Hanc propositionem, ut per se manifestam certámque, præsupponit [v]. Non ex operibus [x], ut dicet Rom. 3.20. omnia enim hominum opera impia sunt & injusta, ut ostendit ira Dei, &c [y]. Hoc distinctè tractat; 1. de Gentilibus: 2. de Judæis [z]. Argumentum est à contrario, q. d. Hauriri justitiam ex fide patet à contrario, quia quicunque destituti sunt fide, iræ Dei obnoxii manent ||. Evangelium necessarium esse ad salutem ostendit tum Judæo, v. præced. tum Gentili, hoc versu, quia per ipsum manifestum fit omnibus Gentibus, eas esse obnoxias iræ Dei ob impietatem, &c. & ut ab hac ira liberentur, necesse esse eas ad fidem Evangelii confugere, non ut cum Judæis, à fide, sed ut ab infidelitate, & statu damnationis, ad fidem, verum Dei cultum, justitiam, & vitam, transferantur [a]. [Qu. 2. Quomodo ira Dei revelatur, &c?] Resp. 1. Luce naturæ [b], quæ iram impiis deberi docet [c], accusante ipsos propriâ conscientiâ [d]. 2. Exemplis *, vel pœnis, quas Deus sceleratis infligit, infrà v. 24, 26, 28 [f]. 3. Luce Verbi, tum Legis [g], tum Evangelii [h]: continentis minas non minùs quàm promissa [i], Matth. 3.9. Luc. 13.3 [k]. nec tantùm pœnas corporales & temporarias, ut in V. T. declarans [l]; sed etiam æternas [m], Matth. 10.28 [n]. Matth. 3.7. Joh. 3.36. Rom. 2.5 [o]. ¶ *Eorum*, &c. Τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων] *Eorum qui* (vel, *Ut qui*, P. Be. Τῶν hìc sumendum, vel, 1. διακριτικῶς, ut ad solos Græcos, & ad solius legis naturalis violationem, referatur; nam de Judæis agere incipit Rom. 2.17 [p]: vel potiùs, 2. αἰτιολογικῶς, ut reddat rationem, cur omnes dixerit esse iræ Dei obnoxios [q]; quia scil. scientes, volentes, & malitiosè, contra propriæ conscientiæ dictamina peccant [r].) *veritatem* (practicam scilicet, quæ est norma justitiæ. Nota antithesin *veritatis & injustitiæ*. *Veritas* nempe pro *justitia* hìc ponitur, sicut & 1 Cor. 13.6. ut *mendacium* pro *injustitia*, Rom. c. 3 v. 7 †. *Veritatem*, sub. *Dei*, E. sim. Be. τὰς κοινὰς ἐννοίας [t], sive veras notitias [v], de Deo, de ejus bonitate ac justitia [x], ac cultu [y]; de honesto [z], de discrimine justi & injusti [a], de proximo diligendo [b].) *injustè* (vel, *in injustitia*, Er. Il. Ti. Mo. *in iniquitate*, Tre. ex Sy. *per iniquitatem suam*, Æth. Ἀδικίαν hìc Paulus generaliùs sumit quàm modò, ut & ἀσέβειαν complectatur; quod ostendent sequentia [c]: violenter, seu per vim, pro, μετ' ἀδικίας, sive βιαίως. Hebraismus, ut suprà v. 4. ἐν δυνάμει, *potenter* [d].) *detinent*, Pi. Er. Il. Ti. Tre. P. Be. &c. vel, *supprimunt*, Ca. vel, *comprimunt*, Ham. vel, *remorantur*, sive *impediunt*, Di. Ham. quo minùs vim suam exercere possit veritas *, & ad alios propagari. Κατέχειν enim ab Hesychio redditur, *detinere, impedire, comprimere* [f]. Sic & 2 Thess. 2.6, 7 [g]. Κατέχει, *remoratur*, nè scil. mysterium iniquitatis protinus in apertum erumperet [h]. Sensus est, q. d. Qui eam justitiam quam Deus exigit irritam peccato reddunt & inanem [i]. Qui professionem Christianismi vitis impiis commaculant, ut Gnostici [k]. Qui cùm unum Deum cognoscant cui in puritate serviendum sit, injustè nihilominus vivunt [l]. Sed hoc nimis generale est, quia de idololatris hìc agi constat [m]. Qui veritatem, quasi intus luctantem & erumpere gestientem [n], per malos mores [o], sive pravitatem voluntatis suæ [p], velut captivam detinent [q], nè vim suam exserat [r], aut nè exeat in opera pietatis †; & ità opprimunt ut non magis appareat quàm qui in atro carcere captivi detinentur. Simile illud in choro vetere, Ἄφρονες δ' ὁπόσοι τὸ δίκαιον ἀγνοοῦσιν, Ὑπὸ τῆς ἀδίκου βιοτῆς ἀφανεῖς. Orig. adv. Celsum, 6. cùm dixisset, διὰ τοῦτο δὴ καὶ τὴν ἀλήθειαν περὶ Θεοῦ ὑπολαβόντας φαμὲν ὑποκείσθαι τῇ ἀμπλακόντων κολάσειν, hæc deinde & sequentia Pauli verba subtexit. Idem lib. 1. Celsi hanc producit confessionem, ὅτι ἐστὶν ἀρχαῖος ἀνωθεν λόγος, περὶ ὃν δὴ ἀεὶ καὶ τὰ ἔθνη σοφώτατα καὶ πόλεις καὶ ἄνδρες σοφοὶ κατηνέχθησαν. Notitias illas Græci modò ἐννοίας, modò προλήψεις, vocant, teste Cicerone Academ. 2. & De Finibus 3. & Tuscul. 1. Justinus vocat σπέρματα ἀληθείας παρὰ πᾶσι. De iis vide ad J. B. & P. 2.20, 45, 46. Plura Plutarchus in ejus argumenti Libro contra Stoicos. Tertul. De Anima. *Propterea nulla anima sine crimine, quia nulla sine boni semine.* Idem contra Marcionem, *Animæ à primordio conscientia Dei dos est.* Cyprianus de Idolorum vanitate, *Hæc est summa delicti, nolle agnoscere quam ignorare non possis* [t]. *Veritatem — detinebant*, vel, 1. quia eam non ostendebant per opera pietatis: vel, 2. quia eam cum aliis non communicabant. De Philosophis loquitur: ex quibus Plato in Timæo, *Parentem*, inquit, *& opificem universorum neque invenire facile, neque inventum in vulgus promulgare tutum est:* quare & paucis duntaxat, ut amicis ac sapientioribus, sententiam suam aperuit, teste Euseb. præpar. 11.9. & Seneca, inquit Aug. de Civ. Dei, 6. 10. *colebat quod repreben-*

Margin notes (left column): k Tol. — l G. — m Par. — n Q. in Gom. — o E. — p Gom. — q Per. — r E. — † E. sim. Per. — t E. — v Par. — x Tol. — y Er. Zeg. T. — z Par. — a V. — b Be. — c Tol. — † Par. — d G. — * Per. — f Par. — g G. — h Par. sim. Be. Gom. Pi. Per. — i G. — k Par. sim. Be. Pi. &c. — l G. — m Par. — n G. — o Plerique in Tol. — p Tol. — q Pi. — r Par. — † Be. — t Par. sim. Pi. — v Pi. — x Par. sim. Be. Pi. — y Par. — z Par. sim. Pi. — || T. sim. E. Me.

Margin notes (right column): a Tol. — b Par. Wil. — c Par. dub. 14. — d Wil. — * Par. — f Pi. — g Par. — h Par. sic Per. Tol. G. Wil. — i G. — k Wil. — l er. — m Per. Tol. Wil. — n Wil. — o Per. — p Be. — q Pe. sim. Par. — r Par. — † Cam. — t G. — v Pi. — x G. sim. Par. Me. T. — y Pi. sic Par. Be. — z G. — a Be. — b Par. — c G. sim. Be. — d Pi. — * Di. — f Ham. — g Di. Ham. — h Di. — i Cam. — k Ham. — l V. sim. Anselm. in Tol. — m Tol. — n Be. — o G. sic Ham. — p Me. E. sim. T. — q Me. sic T. — r Be. — † T. sim. Me. — t G.

prehendebat —— & quæ mendaciter agebat, sic egit ut eum populus veraciter agere existimaret [v]. Sed, *veritatem Dei detinere*, h. l. non est, Dei notitiam dissimulare, aut intra se reprimere; sed eam, in creaturis seipsum offerentem, Act. 14. 17. repellere, non ei acquiescere, nec aures & oculos præbere, sed reluctari, &c. veris falsa miscentes, &c. Addit, *in injustitia*, quia cultum Deo debitum creaturæ impendunt, quod summa injustitia est [x]. Arabs vertit, *qui nôrunt veritatem, & perpetrant injustitiam*, i.e. pessimi tamen sunt. Et hic & Syrus κατέχειν non accepisse videntur pro *detinere*, i.e. opprimere, sed pro *tenere*, seu *continere*, seu *possidere*, ut usurpatur 1 Cor. 7. 30. 2 Cor. 6. 10. Videtur tamen plus hîc dici, *veritatem in injustitia detinent*, i.e. custodiunt, firmiter retinent, nè ab ea separari queat; quo sensu pii Verbum Dei in corde κατέχουσι, Luc. 8. 15: vel, captivam detinent, nè sui juris sit, sed sub dominio peccati; quo sensu dicitur κατείχετο & morbo, Joh. 5. 4. & *in lege*, Rom. 7. 6. quia *dominabatur homini*, v. 1 [y].

19. *Quia*, &c. Διότι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς] *Propter quod* (vel, *Quoniam*, Il. Be. Pi. &c. Probat eos veritatem detinuisse [z]:) *notum Dei* (vel, *cognitio Dei*. Di. ex Sy. & Ar. passivè scil. sumpta, quâ Deus ab hominibus cognoscitur: τὸ γνωστὸν, pro, ἡ γνῶσις· ut, τὸ χρηστὸν, Rom. 2. 4. pro, ἡ χρηστότης [a]. Vel, *quod Dei*, sive *de Deo*, *cognosci potest*, Er. P. Be. Ca. Pi. &c. scil. naturaliter, ut *hominibus possibilia* dicuntur quæ viribus naturæ possunt ab homine fieri: τοῦ Θεοῦ, i.e. περὶ τοῦ Θεοῦ [b], id quod de Deo sciri & facilè potest, & expedit [c], & necessarium est [d]: qualia sunt, Esse eum potentissimum, &, Jus habere in omnia; ut jam Apostolus explicabit. Sunt alia minùs ad vitam dirigendam necessaria, eóque obscuriora. Ideo Josephus contra Appionem, 2. Deum dicit *virtute tantùm notum esse, essentiâ verò ignotum* [*]. *Quod cognoscibile est*, Er. nempe naturali lumine [f], non quæ fidei sunt, ut Trinitas, &c [g]. Deus in se incomprehensibilis est [h].) *manifestum est* (i.e. manifestatum [i]) *in illis*, Mo. &c. Non in rebus conditis, quorum nondum facta mentio; sed in Philosophis [k]. Vel, *intra ipsos*, Be. i.e. in cordibus eorum [l]: ut explicatur Rom. 2. 15 [m]. Vel, *inter*, sive *apud*, *illos*, Er. V. G. &c. i.e. multis inter ipsos, ut Pythagoreis, Platonicis, Stoicis; quorum in hanc rem argumenta, accedentia ad vetustissimam latissiméque diffusam traditionem, convincendo Aristoteli & Epicuro sufficiunt. Vide à nobis dicta ad Act. 17. 27. & Sapientiæ 13. initio, & ad V. R. C. l. 1. ¶ *Deus enim illis manifestavit*] Variis modis: de quibus agit Dion Prusæensis in Olympiaca oratione lectu dignissima †; tum ex Libro naturæ, sive per naturales notitias cordibus hominum in prima creatione inscriptis; de quibus hoc versu [n]: tum ex Libro creaturarum [o], de quo v. seq [p]. Hinc & illi qui non cognoverant, occasionem cognoscendi habuere [q].

20. *Invisibilia*, &c. Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται] *Nam* (vel, *Siquidem*, Er. Il. Ti.) *invisibilia ejus* (h.e. quod notum est Dei [r], de quo v. præced †. natura & virtutes Dei [t], *æterna ejus potentia & Divinitas*; ut mox se explicat [v]: sub quibus tamen comprehenduntur & reliqua ejus attributa, justitia, bonitas, &c [x]. Respondet huic objectioni, Deus est insensibilis: ergò nec cognoscibilis [y]. Deus, inquit, invisibilis est, opera tamen visibilia fecit [z]. Hominum actiones videmus, Dei actiones non videmus, sed ex operibus eas cognoscimus [a]. Ostendit hîc magisterium, ac modum, quo seipsum Deus manifestavit, atque ita probat quod dixit v. præced [b]. Al. *occulta Dei*, Tre. ex Sy.) *à creatura mundi* (objectivè, h.e. ex operibus creatis [c], ex ipsa mundi fabrica [d]. Non placet: 1. Quia id denotat vox sequens, ποιήματα [*]. 2. Tunc non dixisset ἀπὸ, sed ἐκ [f]. Al. *jam indè à creatione mundi*, Be. sim. Er. Il. Ti. Pi. V. Val. D. Ham. Zeg. i.e. post mundum creatum †. Ἀπὸ hîc non materiam subjectam notat, cui ἐκ inservit; sed tempus [g], temporis antiquitatem, vel durationis initium [h]: *ab initio humani generis*. Sic ἀπὸ sumitur Matth. 13. 35. & 23. 35. Luc. 11. 50. Similis locutio Joh. 15. 27. & eo sensu dicunt Hebræi מבריאית העולם [q]. Sic sumitur, ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως, Marc. 10. 6. & 13. 19. 2 Pet. 3. 4 [r]. Sic, ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, Matth. 13. 35. & 25. 34. Apoc. 13. 8. & 17. 8 †. Vel, *à fundamentis mundi*, Tre. ex Sy. Κτίσις & *creationem* significat & *creaturam* [t]. Hanc porrò phrasin Syrus non construit, quod multi faciunt, cum καθορᾶται, quasi mens esset, Invisibilia Dei facta esse jam indè à condito mundo visibilia; sed cum ἀόρατα· ut sensus sit, Etsi Deus sit invisibilis, & omnia ejus indè à condito mundo ἀόρατα, sunt tamen νοούμενα, &c [v].) *factis* (vel, *operibus*, Val. Zeg. *per opera*, Er. Ti. Il. Ca. V. sub. *ipsius*, Il. veluti per instrumentum [x]: τοῖς ἔργοις, Sap. 13. 1. Judæi Hellenistæ מעשה sæpe vertunt ποίημα, ut Eccles. 7. 13. Sic & Psal. 143. 5 [y]. Vel, *ex rebus factis*, Pi. *ex eis quæ fecit*, Be. ποιήμασι, pro, ἐκ, vel διὰ, τῶν ποιημάτων [z] per varias ipsius dispensationes in mundo, sub quibus & dogmata & gesta Christi continentur [a]. Vel, *in creaturis suis*, Tre. ex Sy. potiùs, *creaturis ipsius*, vel, *à creaturis ipsius*, nempe ratione præditis: ut sæpe apud Hebræos בריה, *creatura*, hominem absolutè significat, & κτίσις, Marc. 16. 15. Sæpe autem Syris Dativus usurpatur pro Ablativo cum præpos. ἀ: vide Matth. 14. 8. Luc. 23. 41. Joh. 13. 2. Sic & Matth. 5. ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις *dictum est antiquis*, pro, *ab antiquis* [b].) *intellecta* (vel, *animadversa*, Be. *dum intelliguntur*, Er. Ti. Zeg. *dum considerantur*, Il. Ca. *intelligendo*, Zeg. vel, *per intellectum*, Tre. & Di. ex Sy.) *conspiciuntur*, Mo. vel, *perspiciuntur*, Ca. *pervidentur*, Er. Il. Ti. Be. Pi. V. h. e. perspicuè cognoscuntur [c]: *cernuntur*, Val. Er. Zeg. *satis apparent*, Q. Est ὀξύμωρον in ἀόρατα καθορᾶται [d] velut oculis ipsis, licèt alioquin invisibilia, sese intuenda præbent [*]. Hebræi omnes sensus internos & externos *videndi* vocabulo amant exprimere [f]. Sensus, Ex rebus conditis, quas ποιήματα vocat, ἀόρατα Dei primùm pervidentur oculis, deinde fiunt νοούμενα, h.e. intellectum subeunt [g]. Ex opere intelligitur operatio. De quo vide Plotinum, Tatianum, Athenagoram, &c [h]. [eorúmque verba in G.] ¶ *Sempiterna*, &c. Ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης] *Æterna* videlicet *ejus tum potentia* (absolutè dicta, sive omnipotentia [i]: quâ cuncta fecit, conservat, disponit, providet, & gubernat [k]. Al. *Potentia ejus semper durans*. Sic ἀΐδιος vox sumitur & Judæ 6. & apud Sym. Mich. 7. 18. ubi alii, εἰς τέλος· alii, αἰῶνι. Talem esse Dei potentiam inde apparet, quòd animantia semper alia atque alia nascuntur ex vi quam Deus rebus indidit. Hominum potentia fragilis est, &, si non aliter, cum ipsis intercidit [l].) *tum divinitas*, Be. Pi. &c. i.e. natura Dei incomprehensibilis [m]; propria Dei substantia, sive essentia, quâ & omnia replet, & super omnia est [n]; vel Dei majestas [o], seu gloria, v. 23. quæ nimirum resultat ex ipsius potentia, sapientia & bonitate [p]. Habes vocem θειότης & Sap. 18. 9. RR. dicunt אלהות, & eâ voce *imperium* maximè denotant. Idem גאון יהוה, Esa. 24. 14. Opifex jus habet in opificium suum. Seneca Epist. 96. *Primus est Deorum cultus, Deos credere: deinde reddere illis majestatem suam, reddere bonitatem, sine qua nulla majestas est; scire illos esse qui præsident mundo*, &c [q]. Declarat his verbis quid sit illud γνωστὸν τοῦ Θεοῦ [r], & quid *invisibilia Dei* dixerat †. Invisibilia Dei multa sunt, hæc autem nominat tanquam difficiliora cognitu; q.d. Non solùm Dei sapientia & justitia, aliáque, quæ multi Gentiles noverunt, ex factis conspici possunt, sed & sempiterna ejus virtus & Divinitas [t]. Sub his tamen Paulus comprehendere voluit cætera quoque Dei attributa, quòd sit bonus, sapiens, &c [v]. Particula τε non copulativè hîc ponitur, sed per epexegesin [x]: τε καὶ inter se opposita h. l. distributionem notant, sicut καὶ καὶ in Demosthene [y]. Θειότης idem hîc quod θεότης, Col. 1. 9 [z]. *Æterna* hîc est, mensurâ, principio & fine, carens [a]. Gentiles deos aliquos initium habuisse putârunt: cùm Divinitas esse non possit nisi sempiterna sit [b]. ¶ *Ita* &c. Εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους] *Ut* (vel, *Adeò ut*, Pi. *In hoc ut*, Er. *Usque ad hoc ut*, Tol.) *sint inexcusabiles*, Er. Be. Pi. &c. i.e. Ut intus & foris de agnita veritate convicti careant ignorantiæ prætextu in Dei judicio [c]. Construe cum καθορᾶται [d]. Satis Dei proprietates istæ apparent ad convincendos ingrati animi qui talem Deum non coluere. Vocem ἀναπολόγητος habes & Rom. 2. 1. & in Ciceronis ad Atticum epistolis. Quò plus scientiæ, eò minus excusationis: Luc. 12. 47. Joh. 9. 41. & 15. 24. Loquitur autem de Gentibus ὅλοι τὸ πλῆθος, quia pauci semper fuere σοφώτεροι Ἐθνικῶν [*]. Notatur h. l. vel, 1. finis [f], sive consilium Dei [g], cur Deus velit hanc lucem in tenebris lucere [h], sive

quod

quòd per Dei cognitionem eò deducti sint, sive quòd Deus in hoc ipsum indulserit eis sui cognitionem [i], ut nihil possint prætexere [k] peccatis suis, sive incredulitati suæ, si Christum rejicerent [l]. Sed durum hoc est [m]. Hoc non erat finis per se, sive proprius hujus manifestationis, sed accidentarius, idque hominum culpâ [n]. Vel, 2. eventus tantùm, seu consequentia [o]: ut, εἰς τὸ εἶ), dictum sit pro, ὥστε εἶ) [p] q. d. hinc consequitur ut sint inexcusabiles [q]. Sed majus aliquid hîc indicari videtur, ut εἰς valeat *usque*, & ad verbum vertendo, usque esse inexcusabiles, & indefensabiles [r].

21. *Quia*, &c. Διότι γνόντες, &c.] *Propterea quòd* (Διότι ponitur vel, 1. pro ὅτι †, ut sit causa cur sint inexcusabiles [r]: vel, 2. adversativè, pro ἀλλά, *sed*, ut sit ratio cur veritatem in injustitia detinerent [v].) *cùm* (vel, *quantumvis*, Par.) *Deum cognoverint*, Be. Pi. &c. ex parte, non autem perfectè [x], *naturali jure*, *non familiari*, ut Tertul. loquitur; ὁ κατ' ἐπίγνωσιν, ἀλλὰ κατὰ πεῖραν, ut Clemens Strom. 6. Quidam enim Philosophi *ascenderunt* ἀπὸ τῶν ὁρατῶν εἰς τὰ νοητά, ut hîc ait Origenes. Tertul. in Apol. *Semper humana mens malè de Deo meruit, primò quidem ut inofficiosa ejus, quem, cùm intelligeret ex parte, non requisivit.* Hinc intellige quod dicit De Anima Tertul. *nihil liquidò sapuisse animam Socratis*, qui tamen ipse Tertul. lib. De Testimonio Animæ, plurima adfert indicia notitiæ de Deo naturalis. De duobus his notitiæ gradibus, *Naturâ*, & *Prophetiâ*, sive *Doctrinâ*, vide Tertul. adv. Marc. 1. & De resurrectione carnis; [& verba in G.] Lactantius, *Et cùm jurant, & cùm optant,—non Jovem, aut Deos multos, sed Deum, nominant* [Gentiles.] *Adeò ipsa veritas, cogente naturâ, etiam ab invitis pectoribus erumpit* [y]. Noverunt Deum, quantum ad aliqua, sed multa falsa miscuerunt; nec eum noverunt esse verum Deum, & artificem universorum [z]. Galenus Deum non agnovit Creatorem mundi ex nihilo, sed tantùm ut δημιουργόν, sive dispositorem; de eo sic scribens, De usu partium, l. 3. Ἱερὸν λόγον ἐγὼ, τῷ δημιουργήσαντι ἡμᾶς ὕμνον ἀληθινὸν, συντίθημι, &c. i. e. *Sacrum hunc sermonem, ut verum hymnum, conditori nostro compono, & hunc verum esse ipsius cultum statuo, non si taurorum hecatombas illi sacrificavero,—sed si tum ipse cognoverim, tum etiam aliis exposuerim, quanta sit ejus sapientia, vis, bonitas*, &c [a]. Al. Forsan dicit, *cognovissent*, pro, *cognoscere potuissent* [b]: ut Joh. 7. 28. *Et me scitis*, &c. i. e. scire potestis. Sed hoc non congruit verbis seq [c]. ¶ *Non* (sub. *tamen*, Be. Pi. ut Matth. 2. 7. Joh. 10. 30 [d].) *sicut Deum* (i. e. super omnia [*], vel, eo cultu qui ipsius æternæ potentiæ ac Divinitati conveniat [f]. Deo, & propter excellentiam naturæ, & propter imperium, honorem deberi res manifestissima est, Mal. 1. 6. *Deo plus aliquid quàm laudem deberi*, ait Aristot. Nicom. 1. 12 [g].) *glorificaverunt*] Δοξάζειν hîc non est, *opinari*, sed, *glorificare* [h]; i. e. vel, 1. præclare de eo sentiendo [i], & de ejus natura, attributis, operibus, beneficiis [k]: ut verbum sumitur Joh. 11. 4 [l]. Vel, 2. eum honore cultúque debito venerando, eúmque verbo ac opere celebrando [m]: ut sumitur Esa. 43. 23 [n]. 1 Cor. 6. 20. Prius ad intellectum, posterius ad voluntatem, pertinet [o]. In utroque peccârunt Gentiles [p]: Deum aut improvidum, aut ex necessitate agentem, aut corporeum esse, senserunt [q], & similem imaginibus, &c [r]. nec cultum ei debitum impenderunt †. [Ethnicos audiamus suo ipsorum ore loquentes, & Senecam pro omnibus.] *Absoluta libertas nec homines timere, nec Deum*, Epist. 1. 18. *Bonus tempore tantùm à Deo differt*, Provid. 1. *Est aliquid quo sapiens antecedat Deum, ille naturæ beneficio non timet, suo sapiens*, Epist. 54. *Sapiens cùm Diis ex pari vivit*, Epist. 60. *est Deorum socius, non supplex*, Epist. 33 [*]. ¶ *Aut*, &c. Ἢ εὐχαρίστησαν] Pro, οὔτε εὐχαρίστησαν αὐτῷ. Heterosis conjunctionis, & ellipsis pronominis [t]. *Aut grati fuerunt*, Q. in V. *Neque gratias ei egerunt*, Be. Pi. &c. Pro sui &, rerum omnium ad suum usum, creatione & conservatione [v]. Non recognoscebant ipsum universorum artificem [x], & omnium bonorum auctorem [y]: plurima ad fortunam, ad astra, ad suam prudentiam, paucissima ad Dei providentiam, referentes [z]. *Gratia* [*Deo*] *debetur ut summorum ac plurimorum beneficiorum auctori*, Aristot. Nicom. 9. 1. Semper Aristoteles de Deo meliùs docet in ἐξωτερικοῖς λόγοις quàm in ἀκροαματικοῖς, quia in illis sequitur sensum communem, in his, suum [a]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν] *Sed evanuerunt* (vel, *frustrati sunt*. Er. Ti. V. Par. μάτην enim est *frustrà*, & μάταιος, *supervacaneus*, & *nullius usûs* [b]. q. d. Delusi sunt opinione suâ, non consecuti fructum quem quærebant, numina placare, bona impetrare, mala avertere: μάταιον enim frustraneum est, quod ad finem suum non tendit [c]. Longè secus evenit eis quàm putabant: cùm sapientiam, gloriam, lucem, somniarent, in summam stultitiam, in probra, in tenebras, inciderunt [d]. Vel, *vani*, sive *inanes facti sunt*, Il. P. Be. Pi. Tre. ex Sy. Me. quia ad Dei scientiam non pervenerunt, eam non perducentes ad complementum, quia quæ Dei invisibilia noverunt creaturæ falsò tribuerunt, deósque putârunt eos qui non erant; quales *vana* & *vanitates* dicuntur, ut Deut. c. 32. v. 21. 1 Sam. 12. 21. Act. 14. 15 [*]. Solicitè cogitando nihil tandem nisi vanum & inane conflârunt, scil. idola, &c. quæ *nihil* dicuntur 1 Cor. 8. 4. Ἐματαιώθησαν, & verba sequentia, accipio tanquam Heb. Hithpahel; q. d. à seipsis in eam amentiam sunt compulsi, & sponte ruerunt in idololatriam [f].) *in ratiocinationibus*, &c. Mo. vel, *in cogitationibus*, Tre. ex Sy. *per cogitationes*, Er. Il. Ti. V. vel, *sermonibus*, BA. 1. 2. 53, 642. vel, *argutiis*, V. vel, *in discursibus*, discurrentes & syllogizantes [g]. Ut Academici, qui pro omnibus, & contra omnia, disputabant. Sic, *Nimiùm altercando veritas amittitur*. Talis locus ille Euripidis in Sisypho quem in Comicorum Fragmentis produximus. Vide Ciceronis disputationes De natura Deorum, & quæ de ea re sunt apud Sextum Empiricum. Respicit hîc Paulus illud 2 Reg. 17. 15. & Jer. c. 2. v. 5. quibus in locis in Græco, ἐπορεύθησαν ὀπίσω τῶν ματαίων, καὶ ἐματαιώθησαν. Magno conatu maximas egere nugas, non inutiles tantùm, sed & damnosas ipsis & aliis, Esa. 41. 29 [h]. Huc homines cum ratione (quod aiunt) insanientes devenerunt, ut magis ac magis sese vanos esse ostenderent [i]. Indulgentes nimirum vanis ingenii sui speculationibus, speciosis ratiociniis, argutis conclusiunculis, alii Deum esse negaverunt, ut Epicurus, &c. alii de eo dubitârunt, ut Protagoras, Diagoras, &c. alii deos fecerunt corporeos, v. g. homines mortuos, bruta animantia, cœpas, allia, &c [k]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος, &c.] *Et obtenebratum est desipiens* (vel, *insipiens*, Mo. Tre. Ca. Sic vocat, quia Deum invenire nescierunt, cùm unde id scirent habuerint [l]. Vel, *insciens*, Er. Il. Ti.) *cor eorum*, Be. Pi. P. &c. i. e. fuerunt corrupto judicio [m]: alios deos ab illo, quem nôrunt, vero Deo fingentes [n]. Stulti facti sunt, quia veram sapientiam, quæ in praxi & pietate consistit, respuerunt, & idola pro diis coluerunt [o]. Qualis culpa, talis pœna. Lumen rationis excusserant; Deus & quod restabat eis ademit: fuerunt ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ, Eph. 4. 18. Verè dictum Prov. 19. 3. *Stultitia hominis pervertit viam ejus*, i. e. mores corrumpit. Quomodo idololatria, de qua jam agitur, impietatem adferat, impietas mores pessimos, diximus ad Librum Sapientiæ. Rectè Atticus Platonicus, ὥσπερ ἐπιμονή τι χρῆμα πρὸς ἀδικίαν ἡ τῆς προνοίας ἀπόγνωσις, (*Providentiæ Divinæ abnegatio ad omnem injustitiam viam parat* [p].)

22. *Dicentes*, &c. Φάσκοντες εἶ), &c.] *Dicentes* (vel, *Arbitrati*, Ar. *Professi*, Ca. *Cupientes*, Æth. *Quum se dictitarent*, Pi. sic Be. vel, *crederent*, Er. Ti. V. vel, *profiterentur*, Il. P. vel, *animo suo reputarent*, Tre. ex Sy. vel, *appellarent*, vel *censerent*, Tol. vel, *dicerent*, aut, *se dici finerent*, G. verbum hoc inanem eorum jactantiam denotat: accipitur tamen Heb. אמר, quod respondet τῷ λέγειν, vel φάσκειν, pro, *intus & apud se aliquid constituere*, ut Psal. 14. 1 [q]. Oratio ἀσύνδετος· φάσκοντες, pro, καὶ φάσκοντες, vel, οἱ φάσκοντες [r].) *esse* (vel, *se*, Er. P. Be. Ca. &c. vel, *se esse*, Tre. ex Sy.) *sapientes*, Mo. P. Be. &c. Σοφοί. Sic appellati septem illi in Græcia potissimi, antequam Pythagoras *Philosophi* sumeret nomen. Sic apud Romanos Sempronius dictus σοφός, & Atilius *sapiens*: ut legimus apud Pomponium De origine Juris †. Hinc constat hîc de gentibus profanis agi quas Græcorum nomine intelligere solet. Confer 1 Cor. 1. 22 [t]. Hoc referunt ad varios omnium gentium Philosophos, quales celebrantur Gallorum Druides, Tuscorum Aruspices, Græcorum Philosophi, Ægyptiorum Sacerdotes, Persarum Magi, Indorum Gymnosophistæ, Judæorum Rabbini. Quanquam

Marginal notes (col. 23): [i] Er. [k] Er. Be. [l] Er. [m] Wil. [n] Wil. ex Par. & Gualth. [o] Pi. Th. in Er. Chrys. in Be. [p] Pi. [q] Orig. Chrys. &c. in Tol. [r] Tol. † Par. [t] Par. Tol. &c. [v] Par. [x] Wil. sim. Tol. [y] G. [z] Tol. [a] Be. ad v. 20. [b] Photius & Sedulius in Tol. [c] Tol. [d] Be. [*] G. [f] Be. [g] G. [h] Par. [i] Tol. & Wil. ex Theod. Orig. Chrys. sic Par. [k] Par. [l] Tol. ex Amb. Wil. [m] Tol. [n] Tol. Wil. [o] Tol. [p] Wil. [q] Tol. [r] Wil. † Tol. Wil. [*] Ga. [t] Pi. [v] Me. [x] Tol. [y] Tol. sim. Par. [z] Par. Wil.

Marginal notes (col. 24): [a] G. [b] Er. [c] Par. [d] Er. [*] Tol. [f] Be. [g] Tol. [h] G. [i] Be. [k] Par. [l] Tol. [m] V. [n] Tol. [o] Me. [p] G. [q] Be. [r] Camer. † G. [t] Pi.

quam & omnes homines hîc reprehendit, ut qui in insanis suis de cultu Dei commentis sapientissimi sibi videntur[v]. Al. Sensus, q. d. Assumentes sibi nomen Gnosticorum, sive hominum peritorum[x], sive γνόντων τ̃ Θεὸν, v. 21. de quibus h. l. agi constat ex collat. cum v. 27, 29. & cum Epistola Judæ, &c[y]. ¶ *Stulti* (vel, *Infatuati*, Er.) *facti sunt*] Ità Be. Pi. &c. nempe Deo dirigente, ἐμώρανεν, &c. 1 Cor. 1. 20;—κενὸς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοὶ, ut dicebat de illis Timon. Bene Euripides, Μισῶ σοφιςὴν ὅςις οὐχ αὑτῷ σοφός· & Pacuvius, *Odi homines ignavâ operâ, philosophâ sententia, Qui cum semitam non sapiant, alteri monstrant viam.* Adde Jer. 10. 14[z]. Stulti speciem sectantur pro re, delectantur crepundiis & vanitatibus; sic illi larvas & fictitia numina sectabantur, & quod summæ erat vanitatis, aliud publicè profitebantur, aliud privatim sentiebant[a]: ut constat exemplis Socratis, Platonis, Senecæ, &c[b]. [de quibus vide quæ h. l. Per. ex Xenoph. Plat. Euseb. &c. producit.]

23. *Et*, &c. Καὶ ἤλλαξαν τ̃ δόξαν τ̃ ἀφθάρτε Θεȣ̃] *Mutârunt enim* (*&*, pro *nam*[c]) *gloriam* (i. e. præclarum nomen[d], naturam*, majestatem[f], cultum ac venerationem[g],) *incorruptibilis* (vel, *immortalis*, ut 1 Tim. 1. 17. nisi quòd ἄφθαρτον plus sign. quàm ἀθάνατον· nam hominum animi ἀθάνατοι sunt, ἄφθαρτοι nequaquam[h]: φθορὰ non modò ad substantiam, sed etiam ad qualitatem, pertinet[i]. Dei proprium nomen, Ἄφθαρτ☉, interpretantur Scholiastæ, *qui nec interit, nec fit deterior*[k].) *Dei*, Be. Pi. &c. Sunt verba sumpta ex Psal. 106. 20[l]. & Jer. 2. 11. ubi tamen est, *gloriam suam*[m]; nempe hominum[n], vel Israelitarum, h. e. Deum suum, qui erat gloria & decus illius populi[o]. Gloria & honor hominum est veri Dei confessio & cultus[p]. At Lxx in Psal. 106. habent, *gloriam ejus*, scilicet Dei, ut h.l. Sensus idem est[q]. Habuit ibi vetus lectio, כבודיו sicut & Jer 2.11. ubi Deus loquitur, idémque verbum est המיר, in Libris veteribus sequebatur כבודי. Sensus est, Pro honore quem Deo debebant, honorem habuere vitulo, simulacris[r]. Mutârunt autem gloriam Dei non absolutè, sive quoad se, sic enim mutari non potest; sed relatè, quoad nos cultúmque ipsi à nobis præstandum; non in rei veritate, sed suâ opinione; non imminutione Dei, sed creaturarum errore & scelere†. Mutatio duplex est: 1. Quâ res fit alia quàm erat, ut in resurrectione, 1 Cor. 15. 51. sic Gal. 4. 20. Heb. 1. 12. Hæc Deo non convenit, nec veritati, de qua v. 25. 2. Quæ in permutatione consistit, quâ res una cum alia commutatur, ut pecunia cum merce. Sic Arabs hîc accepit, *Et permutârunt in*, vel *cum*, *gloria Dei—similitudinem*, &c. quod sequitur[s]. Al. δόξα hîc, sicut & Exod. 24. 16. significat præsentiam Dei gloriosam in monte Sinai. Gnosticos ergò hoc spectat, qui Simonem colebant, quem etiam Deum ipsum fuisse qui apparebat in Sinai, affirmabant: ac proinde Deum in similitudinem hominis mutârunt[v]. Sed Paulus hîc loquitur de multiformi idololatria Gentium[x], [de qua confuse si lubet Per.] vel Philosophorum[y]. ¶ *In*, &c. Ἐν ὁμοιώματι εἰκόν☉, &c.] *In* (vel, *Ad*, Ca. Æth. ἐν pro *ad*[z], sive pro εἰς[a]· vel potiùs pro Heb. ב, *cum*[b]: *Cum*, Ar.) *similitudinem* (vel, *similitudine*, Er. V. vel potiùs, *effectione*, sive *assimulatione*, h. e. per *assimulationem*, Er. ἐν ὁμοιώματι scribit Paulus[c], quia sic est in Psal. 106[d]. Est constructio Hebraica, quâ res quæ permutatione amittitur cum Accusativo, quæ acquiritur cum ב, *in*, construitur, Psal. 106. & Jer. 2. Sic infra v. 21. *permutârunt veritatem Dei* ἐν τῷ ψεύδει*. Vel, *simulacrum*, Be.) *imaginis*, &c. Be. vel, *imagines similes*, &c. Ca. vel, *efformatam imaginem*, &c. Pi. affigentes illi imaginem hominis[f]. Gloriam autem Dei hac in re dupliciter mutârunt; 1. affingendo rebus Divinitatem & cultum quæ Deus non sunt, v. g. feli, cani, bovi, &c: 2. repræsentando & colendo Deum simulacris hominum, &c[g]. *Similitudo imaginis*, per Hebraismum, pro *imagine simili*, sive repræsentante[h]. Confer Mat. 24. 15[i]. Eadem locutio in re commutationis, Levit. c. 27. v. 10. ὁμοίωμα εἰκόν☉ est, *figura quæ apparet in simulacro*. Sic ὁμοιώματα εἰδώλων, 1 Macc. 4. 49. ipsi Dei similitudinem dicebant. At talis non est: Deus enim non habet formam humanæ similem, [ut notant] Empedocles & Xenophanes, [verbis à G. productis;] nedum pejorum

[Margin: v Be. x Ham. y Ham. ad v. 21. z G. a Par. b Per. c V. d Tol. * Par. f Pi. Par. Med. p. 6. g Tol. sic Par. h Er. i D. ex Be. k G. l G. sic Di. m E. Tol. n Tol. o E. p Tol. q E. r G. † Par. s Di. v Ham. x Per. sim. Wil. Par. y Tol. z G. a E. b Di. c E. d E. sim. G. * Di. f V. g Par. h E. sim. Fe. i Be.]

animantium. Antiphanes, ὀφθαλμοῖς, &c. (*oculis non cernitur, nulli similis est:*) quod optimè convenit cum iis quæ habemus Deut. 4. 15. & Josephus contra App. 2. [vide G.] Ex hac causa, ait Strabo culpatos à Mose non Ægyptios tantùm qui Feris & Pecudibus Deum similem facerent, sed & Græcos, qui Homini, τέτȣ τίς, &c. (*quis enim, nisi insanus sit, effingere audebit ipsius imaginem cuique quod apud nos est similem?*) De Persis Herodotus, ἀλλὰ κὴ τοῖσι, &c. (*Sed & illis qui imagines Dei faciunt stultitiam impingunt, neque enim Deos ex hominibus natos esse putant, ut Græci.*) Sic & Numæ visum ait Plutarchus, οὐχ ὅσιον, &c. (*Nefas est præstantiora assimilare deterioribus.*) Et Germanis Tacitus, *Non esse ex magnitudine cœlestium assimilari eos in ullam humani oris speciem.* Nullum ὁμοίωμα Deo faciendum ait Theodoretus ad Exod. 38. & *scriptam hanc legem in hominum cordibus*, ait Origenes: [cujus verba quære in G.] Rectè ergò Scriptor in Psalmo, & hoc loco Paulus, imagines istas non pro Dei imaginibus habent, sed pro iis quorum formam referunt[k]. ¶ *Et volucrum, & quadrupedum, & serpentum*, Ἑρπετῶν] *Reptilium*, Be. Pi. q. d. Animalium etiam vilissimorum & horribilium[l]. Sub *reptilibus* & pisces comprehenduntur[m]. Hæc verba ad eosdem homines non pertinent, sed diversas diversarum nationum idololatrias describunt[n]. Hoc Ægyptios, qui sapientissimi videri volebant, maximè tangit: qui animantia varia colebant, ut testantur Strabo, Philo, Theophilus Antiochenus; speciatim verò serpentes, Sapientiæ 16. & Juvenalis; [horum verba dabit G.] de quibus, *Omnigenúmque Deûm monstra*—dixit Virgilius. Sed nec Romani planè extra hanc culpam. Lucanus circa Pauli tempora, *Nos in templa tuam Romana recepimus Isim, Semideósque canes.* Et laribus quibusdam canina erat species. Vide & Philost. 6. 9. Varro de Diis, *Habitus illis hominum, ferarúmque, & piscium: Quidam verò mixtos sexu diversis corporibus induunt*[o].

24. *Propter*, &c. Διὸ κὴ παρέδωκεν—ἐν τ̃ ἐπιθυμίαις—εἰς ἀκαθαρσίαν] *Quamobrem etiam* (κὴ h. l. non copulat[p], sed conclusioni inservit[q]:) *tradidit* (vel, *permisit*, V. Ca. vel, *destituit*, Er. παρέδωκε, סגר, est, *à præsidio suo destitutum alteri malè tractandum relinquere*, Deut. 23. 15. & 32. 30. 1 Sam. 23. 12[r].) *eos Deus cupiditatibus* (Plur. numero utitur, ut varia & multiplicia, in quæ tendunt, mala exprimantur†. Vel, *in desideriis*, Mo. *in concupiscentiis*, Er. *per cupiditates*, Er. Ti. sic Zeg. *per concupiscentias*, Er. Sic vocat voluptates carnis[t], sive fœdos libidinum ardores[v]. Vel, *in cupiditates*, Il. ἐν pro εἰς, ex v. 26, 28[x]. Παραδῶναι construunt Lxx indifferenter cum εἰς & ἐν, ubi in Hebræo est נתן cum ב; ut Jud. 2. 10. &c[y]: ἐν respondet τῷ ב. Exempla hujus locutionis vide Gen. 30. 35. & 39. 22. Exod. 23. 31. Levit. 26. 25[z]. In hoc dicendi genere ἐν & εἰς respondent Hebræo ל, quod tertio casui præponitur[a].) *cordium ipsorum* (Significat eas non à Deo, nec à natura integra, sed per peccatum corrupta, emanare[b]:) *ad impuritatem*, Be. Pi. &c. Quod hîc ἀκαθαρσία, & Rom. 6. 19. Galat. 5. 19. & 5. 3. Col. 3. 5. 1 Thes. 2. 3. & 4. 7. id נבלה, Ose. 2. 10. Nah. 3. 6. alibi ἀσχημοσύνη, infrà v. 26. ubi hic sensus repetitur; πάθη ἀτιμίας, *impuritates* Ciceroni Philipp. 2. Ostendit non esse cur Romani se iis quos *barbaros* vocabant, ut Scythis & Germanis, præferant[c]. *Tradidit* autem Deus non agendo[d], non impellendo* nolentes, aut cogendo ad peccatum[f]; sed permittendo hominem effræni suæ concupiscentiæ, (quæ nisi Divinâ gratiâ cohibeatur, in pessima quæque hominem impellit[g],) tentationi Dæmonum, & illecebris peccati[h]; permittendo & permittere volendo ut in hujusmodi malum incidat, eum deserendo[i], & auxiliis gratiæ suæ destituendo[k]; etiam occasiones & offendicula ponendo[l]: unde fiebat (Deo justissimè sic peccata peccatis puniente) ut proni in omnia scelera ruerent[m]. Hæc autem non est nuda aut otiosa permissio, sed conjuncta cum voluntate Dei, & efficaci judicio Dei[n]. Deus enim, tanquam justus judex hominem Satanæ & concupiscentiis suis, tanquam carnificibus & iræ suæ instrumentis, tradit[o]. Rectè hinc colligunt Aug. & alii Theologi, quædam sic esse peccata ut sint etiam pœnæ peccatorum[p]. Tradidit hos Deus, vel ut dux, qui se ingruente bello subducit, exercitum hostibus traderet[q]; vel ut

[Margin: k G. l Tol. m BA. 2. p. 23. n Tol. o G. p Be. q Pi. ex Ec. r G. † Tol. t Idem. v Par. x Di. ex Pi. y Di. z Pi. a Ec. b Tol. c G. d Tol. * Par. T. f Par. g Tol. sim. E. Me. T. Par. Gom. h T. i E. k Me. sim. T. Par. Gom. l E. m T. n Par. o Gom. sim. Par. Wil. ex Aug. Fe. Calv. p E. q Chrys. in Par.]

ut Rex servos rebelles tradit carceri & vinculis [r]. Deum deseruere; Deus vicissim eos deseruit; non leges illis dans Divinas, & humanas sinens depravari; non Prophetas mittens,& Philosophos sinens ad absurda prolabi. Sivit eos facere quod luberet, etiam summè fœda; ut qui Deum non honoraverant, semetipsos dehonestarent †. Triplex est hujus loci interpretatio: 1. *Tradidit* nihil aliud est quàm *permisit*; ità Orig. Chrys. Theoph. Theod. Hi. & Amb. ut si medicus ægrotum sibi immorigerum sineret facere quicquid vult, ex quo interit, diceretur illum morti tradidisse, ait Th. 2. *Tradidit*, &c. non quidem directè & positivè, hominem impellendo, aut pravitatem in eo efficiendo; sed indirectè & privativè, eum privando auxiliis suis, quibus continebatur nè peccaret. Ità Chrysost. Aug. Thomas, &c. 3. *Tradidit*, non solùm per patientiam & permissionem, sed per potentiam & quasi actionem, non faciendo voluntates malas, sed eis, jam malis, utendo ut voluerit; multa & intra ipsos & extra ipsos operando, à quibus illi occasionem capiunt graviùs peccandi, &c. largiendo illis admonitiones, flagella, beneficia, &c. quibus quoque eos scivit Deus ad suam perniciem abusuros. Ità Aug. Has autem duas posteriores interpretationes probabiliores arbitror *. ¶ *Ut*, &c. Τοῦ ἀτιμάζεσθαι —— ἐν ἑαυτοῖς] *Ut fœdarent* (vel, *dehonestarent*, Zeg. *deturpent*, Ca. *ignominiâ afficerent*. P. Ti. Pi. Tre. ex Sy. sic Er. Il. sim. Mo. Zeg. Pœna talionis [t]. Deum enim affecerunt contumeliâ, &c [v].) *corpora sua in semetipsis*, Be. h. e. in propriis corporibus, quibus scil. hæc peccata dedecus inferunt: vide 1 Cor. 6. 18 [x]. Vel, *in sese*, Ca. i.e. ut sine alterius commistione se polluant, quales *molles* vocantur, 1 Cor. 6. 9 [y]. Sed nondum loquitur Paulus de peccatis carnalibus contra naturam, sed de fornicationibus, &c. Ordo enim servatur in pœnis, ut peccatis augescentibus respondeant, ut videbimus [z]. Vel, *inter se*, Pi. Tre. *inter se mutuò*, Er. Ti. V. ut unus alterum deturpet, adinvicémque contumeliam patiantur [a]. Ità ἑαυτοῖς pro ἀλλήλοις, ut certè sumitur Eph. 4. 32. & Col. 3. 13. Sed malim, *in semetipsis*, ut significet, ipsos sibimet eam contumeliam inferre, cùm alioqui soleant alii ab aliis contumeliam pati [b]. Vel, *per se*: i.e. ut ipsi corporibus suis dedecus inferrent, suâ sponte, cogente nemine. *Quid facerent hostes captâ crudelius urbe?* Sic & Th. accepit. Similis sensus 1 Cor. c. 6. v. 18. Contrarium est quod 1 Thes. 4. 4 [c].

25. *Qui*, &c. Οἵτινες μετήλλαξαν —— ἐν τῷ ψεύδει] *Qui* (vel, *Quod*, Ca. *Ut qui*, Be. Pi. &c. Οἵτινες causaliter [d], pro, ὡς οἱ, *ut qui*, vel pro ὅτι, *quia*,) *commutarunt* (vel, *transmutârint*, Be. Pi. *transtulerint*, Ca.) *veritatem Dei* (i.e. de Deo, passivè *; veram sententiam de Deo [f], veras illas notitias de Deo [g], de æterna Dei potentia & Divinitate [h], mentibus ipsorum à Deo in creatione inditas, & post lapsum relictas; ut *Dei* sit Genitivus efficientis, ut, *justitia Dei*, v. 17 [i]. Vel, *veritatem Dei*, pro, *verum Deum* [k], aut, verum Dei cultum [l].) *in mendacium*, sive *falsitatem*, Mo. Tre. ex Sy. Il. Ca. Be. Pi. vel, *mendacio*, Er. Ti. *in*, vel *cum*, *mendacio*, Ar. P. i. e. cum *imaginibus*, quas Scriptura vocat *mendacia*, & *nihil* [m]. Eadem locutio quæ suprà v. 23 [n]. Pro Deo vero sumpserunt imaginarios [o], sive falsos [p]: Nam ψεῦδος, שקר Hebræis, est *Deus falsus*, ut Esa. 28. 15. & 44. 20. Jer. 13. 25. & 23. 14. Ose. 7. 1. Alibi, ut Amos. 2. 4. vocantur dii isti μάταια, pari sensu [q]. Et veram Dei notitiam erroribus obscurârunt, deos esse credentes qui non erant, & cultum Deo proprium creaturis impenderunt [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα] *Et venerati sunt* (vel, *reveriti sunt*, Tre. vel, *coluerint*, P. Pi. sic Vulg. vel, *religiosi fuerunt*, ut σεβόμενοι passim, Act. 13. 43, 50. ut intransitivè accipiatur: ità nulla erit hîc solœcismi species †.) *& coluerunt* (vel, *servierint*, P. Pi.) *res conditas*, Be. sic Er. &c. (vel, *rebus creatis*, P. Pi. ad verb. *creationi*. Metonymia efficientis. At non dicimur σεβάζεσθαι τῇ κτίσει, sed τὴν κτίσιν [t]. Sed excusatur hoc per Zeugma [v], quo τῇ κτίσει cum proximo verbo, ἐλάτρευσαν, cohærebit [x]. Ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν, est, עבדו וישתחו: unum ad cultum, alterum ad venerationem & adorationem, refertur [z]. Prior vox de sacrificiis dici solet, & vertitur σέβεσθαι, Sap. 15. 6, 18. posterior de flexione corporis quæ sacris accedere solet [a].)

[r] Di. ex Schol. Syro. † G. * er. [t] Par. [v] Par. sim. Be. [x] Tol. sim. Par. [y] Anselm. in Tol. [z] Tol. [a] Chrys. in Tol. [b] E. [c] G. [d] Par. sim. Be. Tol. * Par. [f] Cam. er. ad v. 28. [g] Pi. [h] Par. [i] Pi. [k] G. sim. D. [l] D. Camer. [m] V. [n] G. [o] G sim. Tol. [p] Tol. [q] G. [r] Tol. † Par. [t] Pi. [v] Pi. sic Par. [x] Par. [y] G. [z] Tol. [a] G.

præter creatorem, Mo. Ham. Κτίσαντα idem quod κτίστην [b], 1 Pet. 4. 19 [c]. Participium pro nomine, ut רופא, *medicus*, גואל, *redemptor*, &c [d]. Ità h. l. κτίσαντα est pro Heb. בורא *: nam Hebræi, quia pauca habent verbalia, Participiis utuntur vice verbalium [f]. Vel, *prœterito creatore*, P. Be. Pi. Hil. in Er. Sensus est, Creaturas coluerunt, non Creatorem [g]. Vel, *pro creatore*; ità explicat Scriptor Const. Clementis [h]. Vel, *contra creatorem*: ut παρὰ νόμον, Act. 18. 13. est, *contra legem* [i]. Vel, *supra*, sive *super*, (vel, *ultra*, Er. *plusquam*, V. *magis quàm*, vel, *potiùs quàm*, D. Tre. ex Sy. Zeg. ex Vulg.) *creatorem*, Ca. Di. ex Ar. sic Er. Il. Ti. Tre. Ham. D. G. &c. Sic Luc. 13. 2, 4. παρὰ πάντας, *supra omnes*: quod tamen pleniùs exprimitur per πλέον παρὰ, Luc. 3. 13 [k]. Heb. מן Græci reddunt per παρὰ, ut Psal. 8. 6. מאלהים, παρ' ἀγγέλους & Psal. 45. 8. מחבריך, παρὰ τοὺς μετόχους σου [l]. Παρὰ, cum Accusativo in comparatione positum, id quod excedit significare solet, ut Exod. 36. 5. Psal. 45. 8. Luc. 13. 2, 4. Heb. 3. 3. & 9. 23. Sic & Philo τὴν παρ' ὑπηκόους ἀρχοντος διαφορὰν (*præstantiam magistratûs præ subditis*) dixit [m]. Etsi purgare se velint idololatræ, quòd non solas creaturas, sed & Creatorem, colant, imò Creatorem per creaturas, ἀναπολόγητοι sunt, quòd creaturas supra Creatorem colant: hoc enim est exuere Creatorem omni suâ Majestate, ubi infra creaturas habetur [n]. Sensus est, Majori honore opificia effecere quàm ipsum Opificem, quem si aliquo modo agnovere, ut Platonici, nulla tamen ei sacrificia instituerunt. Poterant dicere, sicut dixerunt Pythagorei, Platonici, Stoici, Se non eadem cum plebe sentire: Non *civilem* se sequi Theologiam, aut *Poeticam*, sed *naturalem*; ut ista distinguebat Varro: Per *Jovem* se intelligere Ætherem; per *Junonem*, Aerem; per *Neptunum*, Mare; per *Naidas*, Fontes; per *Cybelen*, Terram extimam; per *Ditem & Proserpinam*, Terræ viscera; per *Cererem*, Vim frugiferam; per *Dryadas*, Arborum vitas; per *Vulcanum*, Ignem; per *Liberum*, Humorem corporibus insitum. Dicit ergò Paulus nè sic quidem eos excusari posse qui rebus ipsis cultum detulerint quem potuere maximum, Opifici verò nullum aut præ illo tenuem. At planè, ut Josephus de illis loquitur 2. contra App. εἰς πλῆθος, &c. (*Veritatem coram populo proferre non ausi sunt*;) nimirum quia, ut dicebat Plato, τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν, i. e. *non tutum est dicere*. Quam ad rem plura testimonia attulimus Annotatis ad lib. 4. de V. R. C. Vide & quæ contra Platonem hoc loco habet Chrysost. Seneca de sacris agens receptis, *Quæ omnia*, inquit, *sapiens servabit tanquam legibus jussa, non tanquam diis grata*. Hæc mali moris velamenta injustitiæ convincit Evangelium, & hoc loco Paulus. Adde his mores qui Romæ jam Pauli tempore invaluere, Cæsares mortuos Divinis colendi honoribus: de quibus Lucanus, *Fulminibus manes radiisque ornabit & astris, Inque Deûm templis jurabit Roma per umbras*. Siqui per Cæsarem pejerâssent, gravissimè puniebantur; si per Deum, ferebant id impunè [o]. ¶ *Qui est benedictus*, &c.] h. e. In se gloriosus ac beatus, nihil mali aut boni in se ab ullo extra se recipiens [p], cujus gloria nec amitti, nec variari in se, potest; nec hominum pietate augetur, nec impietate imminuitur [q], in quascunque tandem formas eam idololatræ transformare nitantur. Hoc epiphonemate, ceu fulmine, omnes falsos cultus prosternit [r]. Qui tanquam Deus, omnium rerum Creator, & omnium bonorum auctor, jure laudandus est & prædicandus per omnia secula †. Dei majestatem, ad amplificationem sceleris, describit ab effecto creationis, & gloria quæ ei indè debetur, ut Esa. 42. 8. Confer Esa. 40. 22. Jer. 10. 11, 12 [t]. Frequens [est hæc] formula Hebræis, ut Gen. 9. 26. & 14. 20. & 24. 27, 31. sed præcipuè usurpari solita, quemadmodum Judæi monent, & hîc notavit Chrys. ubi aliquid narratum est quod factum dictúmve sit contra [Dei] majestatem; ut tali addito malagmate ostendatur Deo suam majestatem nihilominus esse salvam. Addit Paulus, εἰς τοὺς αἰῶνας, ut significet Deum non aliquo, sed omni tempore, cultu, laude & honore, esse dignissimum. Quod ut homines magis magísque agnoscant, addit precativo sensu, *Amen*; ut & Rom. 9. 5. & 11. 36. & 15. 33. & 16. 20, 24, 27. 2 Cor. 13. 13. Gal. 1. 5. & 6. 18. &c [v]. *Amen* est affirman-

[b] G. sic D. [c] G. [d] D. * G. sic D. [f] G. [g] E sim. Be. Tol. [h] G. [i] Ham. [k] Idem. [l] D. [m] G. [n] Di. [o] G. [p] Tol. [q] Tol. sim. Par. [r] Par. † Me. [t] Gom. [v] G.

tis stabilitatem majestatis Dei, & ejus gloriæ immutabilitatem[x]: est confirmantis & approbantis quod dicitur[y]: q.d. ità sit[z], ut verè laudandus est[a], ità laudetur, in æternum[b].

26. *Propterea tradidit*] Facit Paulus quod post longam παρένθεσιν facere solemus, repetens verba priùs posita v. 24[c]. eáque exponens apertiùs[d]. Non tantùm ἔκδοσις est, sed & αὔξησις[*]. Hoc repetit ut ostendat, procedentibus hominum peccatis, Deum etiam pœnas auxisse[f].

¶ *In*, &c. Εἰς πάθη ἀτιμίας] *In passiones* (vel, *cupiditates*, Er. Il. Ti. V. sic P. G. *affectus*, Er. V. Val. sive Be. Pi. *libidines*, Ca. Tre. ex Sy. vel potiùs, *dolores*, *passiones*, *perturbationes*, *affectus*, Di. ex Sy. vel, *morbos*: nam effœminatam libidinem Horatius *morbum* appellat, *Cum grege turpium Morbo virorum*[g]. Πάθη *morbum*, sive *ægritudinem*, seu *perpessionem*, significat: inde *affectus* animi, quasi morbi quidam sint & ægritudines animi & rationis non valentis suo uti munere; sicut corpus ægrum suas non potest exercere operationes. His ergò traditus homo non ratione ducitur, sed velut bestia, quo impetus affectionis impellit, fertur[h].) *ignominiæ*, Mo. vel, *ignominiosas*, Er. Il. Ti. sic P. Pi. Tol. *dedecorosos*, vel, *contumeliosos*, Er. V. ab effectu, quia homines sine honore, sine decore & abominabiles, faciunt[i]: *fœditatis*, i. e. fœdissimas, per Hebraismum; non modò internas libidinum flammas, sed & facta fœdissima: eáque tum activè, quæ aliis inferebant; tum passivè, quæ ab aliis patiebantur[k]. Permisit eos concupiscentiis & desideriis suis immundis[l]. *Cupiditatibus infamibus*. Quid enim infamius quàm non dicam fervere voluptatibus, sed iis quæ natura reperit non esse contentum, cùm tamen quas natura dedit sint suaviores. Adeò verum est quod dixit Tacitus, *magnitudinem infamiæ à nonnullis concupisci, atque ejus apud prodigos novissimam esse voluptatem*[m]. Priùs corpora deturpabant, nunc se totos infames efficiunt. Pœna peccato proportionata. Ipsi gloriam Dei in ea mutarunt quæ bestiis viliora sunt, h. e. in similitudines bestiarum; [vel, in herbas, allium, cœpe, &c.] idcirco traduntur ut ea patrent quæ bestiæ ipsæ abhorrent[n]. ¶ *Nam fœminæ* (quæ naturaliter honestiores esse solent[o]. Incipit à fœminis, quas maximè pudor decet, etiam circa naturales voluptates[p]. Significat exemplum virorum etiam in fœminas redundâsse[q].) *eorum immutaverunt* (vel, *transmutârunt*, Be. Pi. Vox μετήλλαξαν, quæ hîc usurpatur, affinis est & paris significatûs ἐναλλάσσειν: unde ἐνηλλαγμένως dixit Aquila Ose 4. 14. *pathicos*, qui non minùs quàm istæ fœminæ sexûs officia commutabant, & de quibus jam aget Paulus: μετήλλαξαν autem cum εἰς eodem sensu quo id verbum sequente ἐν bis habuimus, quia Hebræi ב ponunt, quod & per εἰς & per ἐν vertitur[r]. Voce, *immutârunt*, significat eos non semel aut iterum, sed frequenti abusu & consuetudine nefandâ, peccâsse[†].) *naturalem usum* (scil. viri, nempe ad concumbendum[t]: qui [usus] est in commistione cum viro secundùm generationis vasa[v]. Vel, *usum naturæ suæ*, Tre. & Di. ex Sy.) *in eum*, &c. Εἰς τὴν παρὰ φύσιν] *In non naturalem*, Ca. *In eum* (vel, Eo, P.) *qui est præter* (vel, *contra*, Mo.) *naturam*, Er. Il. Ti. Be. Pi. &c. Syrus sic vertit, *Et eo quod non est naturatum usæ sunt*; q. d. Usæ sunt ejusmodi rebus, quæ ad eum usum, ut sic dicam, non erant naturatæ, i. e. naturâ suâ aptatæ[x]. Sensus, Nefariam libidinem exercebant[y]: ad præposteros & Sodomiticos concubitus sese maribus prostituerunt[z]. Tangit illarum ulcus quas *tribadas* vocant Phædrus & Martialis, *frictrices* Tertullianus: quarum fuit, ingenio & poesi nobilissima, Sappho; quæ apud Ovidium sic loquitur, *Lesbides, infamem quæ me fecistis amatæ*. Rectè *infamem*, ob πάθος ἀτιμίας. Seneca Epist. 95. de sui seculi fœminis, *Libidine verò ne maribus quidem cedunt, pati natæ. Dii illas deæque malè perdant: adeò perversum commentæ genus impudicitiæ*. Clemens Alexandrinus, καὶ γυναῖκες ἀνδρίζονται (*viros agunt*) παρὰ φύσιν[a].

27. *Similiter autem*, Ὁμοίως τε] Redundat: cùm enim præcessit τε, satis erat sequens καί. Sed sic meliùs exprimitur collatio parium[b]. Verùm illud, *similiter*, & additamentum [sequens,] *fœminæ*, indicant v. præced. addendum esse, *masculi*: ut enim hi usum naturalem fœminæ, ità & fœminæ usum naturalem masculi, mutaverunt[c]. ¶ *Et*, &c. Καὶ οἱ ἄρσενες] *Etiam masculi*, Be. Pi. sub. *earum*, quod & hîc innuitur articulo, & v. præced. exprimitur: i. e. profanarum gentium[d]. ¶ *Relicto naturali usu fœminæ*] Quo suas sufficienter explerent voluptates, modos naturæ adversarios invenerunt[*]. ¶ *Exarserunt*, &c. Ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους] *Exarserunt* (vel, *Prurierunt*, Sy. Egregiè vocem *exardescendi* usurpat; ut & Poetæ, ubi de amoribus agitur[f]. Hoc verbo tum vis concupiscentiæ supra modum omnem licentiosa, tum consuetudo & frequentia, significatur[g].) *libidine* (vel, *in concupiscentia*, Tre. ex Sy. *in appetentia*, Er. *per appetentiam*, Er. Il. Ti. P. V. ὄρεξιν hîc vocat quod paulò antè ἐπιθυμίας: non enim *amoris* nomen meretur talis cupido. Ἐπιθυμεῖν λέγομεν τοῦτο, ἀλλ᾽ οὐκ ἐρᾷν, ait Maximus Tyrius[h].) *suâ* (vel potiùs, *sui*, Er. V. ut intelligas masculorum mutuam inter ipsos appetentiam[i].) *alius in alium*, Be. Pi. &c. Huic convenit illud Judæ, v. 10. ὅσα δὲ φυσικῶς ὡς τὰ ἄλογα ζῶα ἐπίστανται, ἐν τούτοις φθείρονται. Plutarchus Amatorio, ἡ ἄρρεν ὁμιλία παρὰ φύσιν πρὸς ἄρρενας: ubi & amorem hunc νόθον vocat. Eum damnant Plato, De legibus 1. Max. Tyrius Dissert. 10. & Epigramma Græcum[k]. [Verbis eorum à G. productis.] ¶ *Turpitudinem*, &c. Ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι] *Dedecus* (vel, *Fœda*, Be. *Fœditatem*, Q. in E.) *perpetrantes*, Pi. Be. &c. vel, *studiosè & impensè operantes*, ut vox significat[l]. Maximus Tyrius, ἀσχημόνημα ἐστί τι συγγενές, οὔτε νόμιμον, οὔτε ἐρωτικὸν τοῦ ὅτι ξυνόδου. Sic נבלה vertitur ἄσχημον, Gen. 34. 7[m]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὴν ἀντιμισθίαν ἣν ἔδει τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες] *Et mercedem* (vel, *præmium*, Er. Il. Ti. *compensationem*, Be. Pi. sic Er. V. *præmii retributionem*, Er. V. *mercedem mutuam*, Aug. in Er. i. e. talionem, quâ non quævis compensatio, sed idem quod peccatum est, refertur[n]. Vel, *vicissitudinariam*, sive *reciprocam*, *compensationem*. Di. vel, *mercedem meritis respondentem*, Er. V. sic Be. E. *mercedem parem operæ*, G. sim. Par. Ἀντιμισθίας vocem habemus & 2 Cor. 6. 13[o].) *quam* (vel, *cùm*, Be.) *oportuit* (συμπλεκτικῶς, subauditur ἀπολαμβάνειν[p]: quam merebantur, quam ex ordine justitiæ suæ Deus ipsis retribuere debebat[q]: pœnam condignam[r]; sive convenientem[†].) *erroris sui* (vel, 1. aberrationis suæ à recta via, quam natura ipsa commonstrabat: hoc quid sit, declaratur 1 Cor. 6. 18[t]. Vel, 2. idololatriæ suæ[v].) *in semetipsis* (i. e. in propriis corporibus[†]) *recipientes*, Mo. sic Be. Pi. &c. Sensus, q. d. Ut qui se factitiis diis subdiderant, ipsi fœdissimis flagitiis subderentur[x]: quia ordinem (naturæ[y]) perverterunt, Creatore, cum ignominia in eum illata, relicto, ad creaturam se convertentes[z], ejúsque idololatriam[a], permissi sunt ordinem naturæ (in actu generationis[b]) invertere[c], cum ipsorum ignominia[d]: ut sicut fœdârunt gloriam Dei, sic & corpora sua fœdarent[*]. Nam quæ à diis facta narrant, quod in iis notat Theophilus Antiochenus, [verba vide in G.] non mirum si & ipsi faciant. Usum hâc nefandâ Venere Solonem ait Plutarchus in Amatorio, Zenonem, Stoicæ sectæ principem, Diogenes Laertius. Romæ verò omnia plena talium. Idem Theophilus, περὶ παιδεραστίας locutus, memorat παίδων ἀγέλας, &c. (*puerorum greges, velut equorum saginatorum, collectos*, &c.) Similia habet Justin. Apol. 2. Horatius in scriptis Philosophicis, —*Si ancillula præsto Sit, vel verna puer*, &c. Seneca, eodem ferme quo hæc Paulus scribens tempore, Epist. 95. *Transeo puerorum infelicium greges quos post transacta convivia aliæ cubiculi contumeliæ exspectant. Transeo agmina exoletorum per nationes coloresque descripta*. Martialis ait neminem fuisse tam trepidi aut soliciti pudoris, qui metueret in tali facto deprehendi. Scantinia quidem lex vetuerat stupra pueri, sed ingenui tantùm, nihil de servis constituens. Et ea ipsa lex postea exolevit: vis tantùm puniri cœpit, & quidem pari modo sive in puerum, sive in fœminam, L. Si postulaverit in fine D. de adulterio. L. in eadem § Præterea D. ad legem Juliam de vi publica. Tacitus de Tiberio, *Solitudinem maris repetit pudore scelerum & libidinum: quibus adeò indomitis exarserat ut more regio pubem ingenuam stupris pollueret: nec formam tantùm & decora corpora, sed in his modestiam pueritiam, in aliis imagines majorum, incitamentum cupidinis habebat. Túncque primùm ignota antè vocabula reperta sunt, sellariorum & spintriarum, ex fœditate loci ac multiplici patientia; propositique servi qui quærerent, pertraherent, dona in promptos, minas adversus abnuentes*. Vide Suetonium de eodem

Margin notes (left): x Tol. y E. z E. Me. a E. b E. Me. c G. d Par. * Wil. f Tol. g Er. h Tol. i Idem. k Par. l V. m G. n Tol. o Idem. p G. q Me. sic E. r G. † Tol. t Pi. v Tol. x Di. y Me. z Par. a C. b Pi. c Tol.

Margin notes (right): d Pi. * Tol. f G. g Tol. h G. i Er. k G. l E. m G. n Di. o G. p Camer. ad v. 28. Sch. q Par. r T. † Me. t Be. v Q. in Tol. sim. E. Per. † T. x Per. y Me. z Tol sim. Me. a Me. b Idem. c Tol. sic Me. d Tol. * Di.

eodem Tiberio, 43 [f]. Permissionem porrò otiosam prorsus refellit hic finis, qui nec ad ipsos Gentiles, neque ad Satanam, referendus est, (neque enim illi hanc ἀντιμισθίαν spectabant, sed alios fines,) sed ad Deum peccata priora sequentibus fœdioribus ulciscentem [g]. Injurii sunt in justitiam Dei qui Deum peccata peccatis punire negant. Pirke Aboth, cap. 4. *Festina ad præceptum leve tanquam ad grave, & fuge transgressionem: præceptum enim trahit præceptum, & transgressio transgressionem: quia merces præcepti, præceptum est, & trangressionis, transgressio* [h]. Quædam flagitia non solùm ipsa sunt scelera, verùm etiam scelerum pœnæ [i]: quæ procudubio sententia erat Augustini, Gregorii, & Isidori, [quorum verba quære in Per.] quæ tamen difficultate non caret: nam peccatum est & voluntarium, & injustum, pœna autem & involuntaria, & justa. Respondet Thomas, Peccatum non habet rationem pœnæ secundùm formam & naturam suam, sic enim est voluntarium; sed secundùm causam suam, putà subtractionem Divini auxilii, quo tenebatur homo nè rueret in maxima scelera, & quo subtracto præcipitatur homo in omne peccati genus. Idem ad hunc locum addit, Unum peccatum potest esse causa alterius; 1. directè, ut avaritia forsan homicidii, gula luxuriæ: 2. indirectè, removendo prohibens, &c. Habet quoque peccatum adjuncta quædam involuntaria, v. g. subtractionem gratiæ peccatum præcedentis, & inordinationem animi illud sequentem; deinde labores, remorsus conscientiæ, infamiam, &c. Quod autem addit Augustinus, Deum inclinare peccatorum voluntates ad malum, id non intelligit factum propriè, physicè & efficienter, movendo & determinando ad malum; sed multa circa peccatores operando quibus ipsi indurantur & excæcantur, v. g. ponendo offendicula, &c [k].

28. *Et*, &c. Καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει] *Et* (τὸ & copulat & auget: novam adhuc vindictam refert, & causam exponit cur dictum sit eos *recompensationem erroris sui—accepisse* [l]. *Et*, pro *nam*, vel *quia* [m].) *sicut* (ostendit peccati & pœnæ analogiam ex lege talionis [n]:) *non probaverunt* (i. e. noluerunt [o], vel nihil curârunt [p]: vel, *non approbaverunt*, imò improbaverunt [q]: ad verb. *non explorârunt*. Metonymia effecti destinati [r]. Vel, *non visum est eis*, Be. Pi. *non judicârunt in seipsis*, Di. ex Sy. & Ar. *non approbârunt*, i. e. præclarum ac dignum judicârunt †. Δοκιμάζειν sæpe est, *judicare*, &, genere sumpto pro specie, *rectum æstimare*, ut Rom. 14. 22 [t].) *habere* (i. e. possidere [v]: vel, *retinere*, Be. Pi. sic Il. Θεὸν ἔχειν est, *Deum habere propitium*, ut 2 Joh. 9 [x].) *in notitia*, Vulg. Mo. Il. Pi. Di. vel, *in agnitione*, vel *agnoscendo*, Be. Al. *Et sicut non comprobârunt ut Deum agnoscerent*, P. sic Er. Ti. Quasi ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, nihil amplius declaret quàm ἐπιγινώσκειν. Sed fuit observandum discrimen inter γινώσκειν & ἐπιγινώσκειν [y]. Verùm ἐπιγινώσκειν ponitur pro γινώσκειν, ut Marc. 5. 30. Act. 27. 39 & alibi. Neque cadit emphasis pronunciationis in ἐν ἐπιγνώσει, sed in ἔχειν [z]. Ἐπίγνωσις, Heb. דעת, per μετωνυμίαν cultum Dei significat, ut videre est Prov. 1. 7. Ose. 1. 4, 6. & 6. 6. sic & Col. 1. 10. Sensus est, Non tanti fecerunt Deum ut ejus favorem eum colendo sibi acquirerent [a]. Multi sanè nôrunt Deum, qui tamen per notitiam eum non habent nec possident, eámque possessionem adeò non approbant, ut operæ precium ipsis non videatur operam ei dare: quippe Dei loco idola & alias creaturas habere malint [b]. Sensus, Deum ex creaturis agnoscere noluerunt [c]. Non placuit eis [d], vel, non curârunt *, Deum verum nôsse [f], & colere [g]. Culpâ suâ Deum non noverunt, nec de eo rectè senserunt [h]. Al. *Ac quemadmodum Dei cognitione non probè usi sunt*, i. e. cùm Deum nôssent, non ut dignus erat honorârunt [i]. Deum juxta notitias insitas glorificare noluerunt [k]. Quanquam scientiam venditarent, Deum in praxi sua non agnoverunt [l], sed idola pro Deo agnoverunt & coluerunt [m]. Veram Dei cognitionem spreverunt, eique vana sua inventa prætulerunt [n]. ¶ *Tradidit*, &c. Παρέδωκεν—εἰς ἀδόκιμον νοῦν] *Tradidit* (vel, Ità, vel Sic, *tradidit*, Be. Pi. V. Tol. Sicut perversum judicium de Deo fecerunt, ità tradidit eos in perversum judicium circa agenda, sive in suis moribus [o].) *eos Deus in sensum* (vel, *mentem*, Er. P. V. Be. Pi. Tre. &c.) *reprobum*, Mo. vel, *reprobam*, Er. Il. Ti. V. Ar. *improbam*, Ca. vel, *vanam*, sive *inanem*, Tre. & Di. ex Sy. i. e. vacuam omnis sinceri judicii [p]: *insipientem*, Æth. *omnis judicii expertem*, P. Be. Pi. non habentem judicium, nec probationem, quia probat non probanda, judicat non judicanda. Multa hi peccata putabant licita, v. g. fornicationem, aliqui & furta, alii vindictam, &c. multa quoque peccata impunita fore credebant [q]. Sensus, Fecit ut judicio essent corruptissimo [r]. Metaphora hîc est non tam à Metallariis, quibus ἀδόκιμον dicitur metallum quod probationem non patitur, sed ab Agonibus, ubi qui ritè certat δόκιμος, *probatus*, dicitur 2 Tim. 2. 15. sic & Jac. 1. 12. in aliis εὐδόκιμος quomodo & ἵππος δόκιμος, in *Hippiatricis*: contrà, qui non ritè certat, sive non vincit, nec probatur, sed præmio excidit, ἀδόκιμος dicitur, in Democrate: [verba pete ex Ham.] Confer 1 Cor. 9. 27. 2 Tim. 3. 8. Tit. 1. 16. ubi tamen, ut & h. l. νοῦς est, & vox eum significat qui non tantùm præmio excidit, sed & nequissimus est, & pœnam meretur, ut ἀσεβής, ἄτιμος, ἀχρεῖος, &c. significant pessimum, &c. Sic & Heb. 6. 8. terra ἀδόκιμος est, *maledictioni vicina*. Hesch. ἀδόκιμος, πονηρός· ità h. l. accipi docent sequentes effectus, scelera gravissima †. Deum non tanti fecerunt quem colerent [t], cujus cogniti possessionem approbarent, cui sedulò operam navarent [v]. Deus eos tradidit cogitationibus planè aspernandis. Nam ἀδόκιμον νόμισμα est, *nummus rejectaneus*: sic vox ἀδόκιμος sumitur & 1 Cor. 9. 27 [x]. Tit. 1. 16 [y]. ubi ἀδόκιμοι est, ἀχρεῖοι, & propterea ἀπόβλητοι [z], Heb. 6. 8. & alibi. סיג, quod *scoriam* significat, per ἀδόκιμον vertunt Interpretes Prov. 25. 4. Esa. 1. 22. Latini *rejiculas oves* vocant, quæ ob morbum rejiciuntur [a]. Ità ἀδόκιμος νοῦς h. l. est mens ad omnem pietatem justitiámque inutilis, quæ nihil præclarum aut Deo dignum habet, ac propterea rejicienda, & à Deo improbata. Sic reproba seu improbata pecunia est quæ, in se nihil valens, inutilis est ad negotiationis usum [b]. *Mens* autem *reproba* non dicitur æterno illo decreto reprobata, &c [c]. quia hæc Pauli doctrina omnes homines sigillatim respicit, &c [d]. *Reproba* porrò dicitur *mens* tum activè, quæ reprobanda probat ut fiant; tum passivè, quæ reprobanda est *. Est allusio (sive paronomasia [f]) in vocibus ἐδοκίμασαν & ἀδόκιμον [g]. Νοῦν, hoc sensu, ut *totum animum ejúsque actus* significat, habemus & Eph. 4. 17. 1 Tim. 6. 5. 2 Tim. 3. 8. Tit. 1. 15. Non longè abit hinc illud in Tragœdia Græca, Ὅταν δ' ὁ δαίμων ἀνδρὶ πορσύνῃ κακά, Τὸν νοῦν ἔβλαψε πρῶτον, (*Quum Dæmon homini parat perniciem, Animam inprimis corrumpit* [h].) ¶ *Ut*, &c. Ποιεῖν (pro, ὥστε ποιεῖν, vel, τοῦ ποιεῖν, scil. ἕνεκα [i], vel, εἰς τὸ ποιεῖν [k],) τὰ μὴ καθήκοντα] *Ut facerent quæ minimè conveniunt*, P. sim. Er. Il. Ti. Be. Pi. Mo. V. vel, *nefaria*, Ca. vel, *quæ non decebat*, Sy. sim. Ar. Tol. Er. indigna se [l], quæ non sunt consentanea; qualia sunt quæ rationi maximè adversantur [m]: quæ nec naturæ, nec gentium, nec scriptâ, lege patrare fas erat [n]. Hebræi dicerent, אשר לא יעשה, τὰ μὴ χρὴ dicunt Græci. Lactantius, *Immemores quid nati sint, cùm fœminis patientiâ certant* [o].

29. *Repletos*] Pendet vel à *tradidit* [p], q. d. Hoc ipso tradidit illos, &c. & factum est ut replerentur [q]: vel à *faciant*; Facere quæ non conveniunt repletos [r]. Quæ sequuntur explicatio sunt eorum quæ non conveniunt †. Est mira εὐφοία in hoc sermone & egregius χαρακτηρισμὸς illorum temporum, præsertim Romæ: quales descriptiones aliquot habemus & in Senecæ Epistolis circa tempus idem. Cùm hactenus ea attigisset quorum turpitudo maximè eminebat, nunc alia tangit vitia latissimè sparsa, sed Romæ maximè regnantia: quæ omnia per se quidem sunt mala; sed eorum pravitas, longis moribus velut obducta, opus habebat indicari ab Evangelio [t]. ¶ *Iniquitate*, &c. ità Er. &c. Ἀδικίᾳ] *Injustitiâ*, Be. Pi. G. &c. Est genus sequentia comprehendens [v]; ut justitia omnem virtutem complectitur, ità injustitia omne vitium [x]. Per *injustitiam* Romani facti erant orbis domini, bella serendo sæpe injusta, & societatem vertendo in dominatum. Vide quæ diximus De J. B. & P. tum in Prolegomenis, tum l. 1. 3. 21. *Romanos nihil nisi raptum habere, causam eis bellandi cupidinem profundam imperii ac divitiarum*, non planè falsò apud Sallustium Mithridates. Galgacus verè apud Tacitum *raptores orbis* vocat, *quos non Oriens, non Occidens, satiaverit* [y].

Nota,

[Margin, left column:] f G. g Par. h Di. i Er. sim. Per. k Per. l Tol. m V. Tol. n Par. o Er. V. p V. q Zeg. r Pi. † Di. t G. v Di. x G. y Be. z Idem. a G. b Di. c V. d Me. * T. sim. Tol. f Me. T. sic Tol ex Chryf. Baf. &c. g Tol. sim. Er. h Tol. i Ca. k Par. l Ham. m Me. sic T. n Wil. o Tol.

[Margin, right column:] p Di. q Tol. r V. sim. Ham. † Ham. t G. sim. Di. v Di. x G. y G. Di. z Di. a G. b Di. c Di. sim. Be. d Be. * Tol. sim. Par. f Par. Pi. g G. sim. Er. Zeg. Par. Ham. h G. i Pi. k G. l Er. Tol. m Tol. n Par. o G. p Me. V. q Me. r Tol. sic Er. Pi. E. † Tol. t G. v Tol. sic Be. x Tol. y G.

Nota, ordinem h. l. eundem non esse apud Latinos & Græcos [z]. ¶ *Fornicatione*, Πορνείᾳ] Hoc nomine non *meretricios* tantùm *congressus* intellige, quos laudat apud Horatium priscus Cato, sed & *adulteria*, ut Matt. 5. 32. Sallustium illum, cujus plena censoriis sententiis est historia, in adulterio deprehensum notavit ex Varrone Gellius. Vide Horat. Sat. 1. 2. & 2. 7. Seneca sui temporis fœminis dicit, *unius adulterium sorduisse*, *quasi matrimonium esset.* Ex Arriano discimus, solitas se fœminas defendere Platonis dogmate, de communitate mulierum. Vide Senecam, Epist. 97. Tiberii & Caii adulteria habes apud Suetonium. Imperatorum facta imitabantur in Provinciis Præsides. *Habet nescio quid ἀκοινώνητον*, dicebat Varro, *formosula provincialis uxor* [a]. ¶ *Malitiâ*, Πονηρίᾳ] *Improbitate*, Il. P. Be. Pi. *Versutiâ*, Er. Ti. *Perversitate*, Ca. *Amarulentiâ*, Tre. ex Sy. *Nequitiâ*, Mo. Æth. Πονηρία meo judicio est vitium animi quo homo inclinatur ad nocendum aliis, etiam sine causa, sed ex quadam in malum proclivitate; qualis est malitia Dæmonis, quem ea de causa πονηρὸν appellamus [b]. Πονηρία, *malignitas*, *pravitas*, *malitia*, in Glossario. *Malitia* est versuta & fallax nocendi ratio. Ejus exemplum habes egregium in Appiano, in narratione eorum quæ præcessere bellum Carthaginense tertium. Malitiam Imperatorum Romanorum habes apud Tacitum, Annal. 13. Tiberium Tacitus idem vocat *callidum & tegendis sceleribus obscurum.* Apparuit id tum in aliis rebus, tum maximè in evertendo Germanico & tota Drusi domo. Sic & Livia omnem Augusti domum everterat, ut suos proveheret [c]. Πονηρία notat studium improbè agendi, & malitiosè alios lædendi, contra omnia secundæ Tabulæ præcepta [d]: est promptitudo ad omne scelus [*]. ¶ *Avaritiâ*] Ità Il. P. Ca. Be. Pi. G. &c. Quæ est cupiditas inexplebilis habendi, etiam aliena & malo titulo [†]. *Romanorum arma in eos acerrima quibus victis spolia maxima sunt*, dixit Mithridates. Petronius,——*Si quis sinus abditus ultrà, Si qua foret tellus quæ fulvum mitteret aurum, Hostis erat; fatisque in tristia bella paratis Quærebantur opes. Si locuples, hostis avari*, ait Galgacus. Seneca ille, tam eloquens avaritiæ accusator, intra quadriennium ter millies sestertiûm paraverat, id est, ut putant eruditi, 15 milliones Florenorum [f]. Al. Πλεονεξία, à πλέον & ἔχω, & hîc & alibi significat *immodicas & contra naturam cupiditates*, & ad libidines refertur, tum in S. S. ut Eph. 4. 19. & 5. 3, 5. Col. 3. 5. 2 Pet. 2. 14. Sic & 1 Cor. 5. 11. & 1 Thes. 4. 6. ut ibi videbimus, tum in aliis Scriptoribus. Plat. De Repub. 9. ubi de hominibus voluptati deditis loquens, eos bestiis confert, χορταζόμενοι, inquit, καὶ ὀχεύοντες, *saginati & lascivi*; additque, ἕνεκα τῆς τούτων πλεονεξίας κυκτίζοντες καὶ λακτίζοντες, &c. Vide & Photium, Epist. 168. Chrysost. [eorúmque verba in Ham.] Sed & Heb. בצע, à Lxx ut sæpè vertitur πλεονεξία, *avaritia*, ità semel, μιασμὸς, *pollutio*, Ezec. 33. 31. collat. cum v. 26, 29. Adde quòd h. l. conjungitur cum πορνεία, necnon cum πονηρία & κακία· quæ hîc sumi videntur ut πονηρεύεσθαι & κακῶσαι, Gen. 19. 7, 9. ad exprimendum peccatum Sodomiæ [g]. ¶ *Nequitiâ*, Κακίᾳ] *Malitiâ*, Er. Il. P. Ca. Be. Pi. &c. *Vitio*: opponitur ἀρετῇ. Vel, *Perversitate*, quâ quis datâ operâ malè agit [h]. *Vitiositate*, V. Κακία est vitium cum quo nascimur, cujus vitiosæ διαθέσεως ἕξις est πονηρία [i]. Est inclinatio ad deteriora, quâ homines prava libenter amplectuntur, & in iis gloriantur, & quæ recta sunt aversantur & abhorrent [k]. Κακία Græcis, ut Cicero notavit, generaliter sumitur pro *omni vitiositate*; quomodo Aristot. ἀρετῇ opponit κακίαν. Speciatim ubi sumitur videtur notare *consuetudinem aliis nocendi*, qualem describit Virgilius, *Et si non aliqua nocuisses mortuus esses* [l]. Significat h. l. mores distortos, in utroque extremo vitiosos [m]. ¶ *Plenos invidiâ*, Φθόνου] Quod *vitium parvis magnisque civitatibus commune* dixit Tacitus. De talibus dictum olim, *Aut illi nescio quid incommodi accidit, aut nescio cui aliquid boni.* Vide de eo Horat. Epist. 2 [n]. ¶ *Homicidio*, Φόνου] *Cæde*, Be. Pi. &c. Apparet id primùm in bellis populi Romani. Seneca, *Homicidia compescimus & singulas cædes: quid bella & occisarum gentium gloriosum scelus? Non avaritia, non crudelitas, modum novit. Ex Senatusconsultis plebisque scitis bella exercentur, & publicè jubentur vetita privatim.* Deinde, in servos. Vedius Pollio servum ob fractum crystallinum murænis objecit. Maximè verò in amphitheatro, ubi homines partim feris, partim hominibus, trucidandi objiciebantur, tantùm in oblectamentum populi: quod meritò Romanis exprobrant Christiani, Tertul. Arnob. &c. Jam verò Imperatoribus Romanis quosvis levissimis ex suspicionibus sine causæ cognitione morti addicere ità quotidianum ut in Tacito ac Suetonio ac Dione non aliud frequentius occurrat, & cùm talia narrant Historici, tædium lectorum deprecentur [o]. Φθόνου & φόνου ut similis soni voces sunt, ità & vitia cognata; quorum alterum oritur ex altero [p]. ¶ *Contentione*, Ἔριδος] Quâ quis certat studio vincendi, non amore veritatis [q], nec ratione, sed animi pertinaciâ [r]. Tria fora plena litibus. Fuere verò Philosophi ipsi quoque vitilitigatores: de quibus vide Timonem, [ejúsque verba in G.] & quæ nos ad lib. 2. De V. R. C [†]. ¶ *Dolo*, Δόλου] Machinatione ad fallendum [*]. Lucilius, *Insidias facere, ut hostes sint omnibus omnes.* Non omnis dolus judiciis coercebatur. *Licere enim in pretio venditionis & emptionis se mutuò circumvenire*, dixit Pomponius L. In causæ cognitione, &c. Paulus Jurisconsultus L. Item si, &c. Hoc quoque per Evangelium iniquitatis convincitur. Vide quæ nos de J. B. & P. 2. 12. 26 [v]. ¶ *Malignitate*] Ità Il. P. Mo. Be. Pi. scil. eâ quæ in moribus apparet [x]. Κακοηθείας] *Malignitas* vertitur in Glossario, & hoc sensu eam vocem usurpat Tacitus. Locum habet, cùm quæ possumus in bonam partem interpretari, in pejorem rapimus, contrà quàm exigit officium dilectionis, 1 Cor. 13. 6. Sic inter Calvum, Asinium, Brutum, Cælium, Cæsarem, Ciceronem, *mutuam malignitatem detegi*, ait Scriptor De causis corruptæ eloquentiæ. Hoc est vitium cujus Herodotum arguit Plutarchus [y]. Est vitium quo omnia in pejus interpretamur, ut definit Aristoteles [z]: unde senes plerumque ait esse κακοήθεις, *suspiciosos*. Ità & Syrus, *cogitationibus malis*, quales nempe sunt suspiciosorum hominum. Sic & Arabs [a]. [Alii aliter vertunt:] *Nequitiâ*, Ca. *Morositate*, Zeg. E. vel, *Malâ consuetudine*, Zeg. *Malis* (asperis & difficilibus [b]) *præditi moribus*, Er. Ti. sic V. Zeg. Sequuntur hi vocis compositionem. Sic Hesych. κακοήθεις, κακόηθες [c].

30. *Susurrones*; ità Er. P. Mo. Be. &c. Ψιθυριστάς] Qui proximos occultè mordent, idque ut amicos separent [d], suspiciones malas aliis ingerentes, &c [*]. In Glossariis, ψιθυρισὴς, *susurrator*. Hebræum לחש verti solet ψιθυρίζειν, significátque, *clàm & in aurem alium obtrectare*, Psal. 41. 7. Sirac. 21. 28. Ovidius, *Linguáque refert audita susurro* [f]. ¶ *Detractores*; ità Mo. Καταλάλους] *Obtrectatores*, Er. Il. P. V. D. &c. *Oblocutores*, Be. *Maledici*, Ca. Qui occultè mordent, ut famam lacerent [g]. In Glossario, Καταλαλῶ, *obgannio*, *obloquor*: vertitur sic Hebræum נרגן & רכלים, & alia quædam [h]. Significantur hîc qui apertiùs (ut *susurrones* occultiùs [i]) famam alterius lædebant [k] maledictis [l], ut multi Romæ etiam amicitiæ specie. Vide Horatium, [& verba ejus in G.] Hoc Suetonius vocat, *excusando opprobrare*. Polybius, Καινὸς, &c. (*Novus hic est calumniandi modus, non carpentem, sed laudantem, lædere* [m].) ¶ *Deo odibiles*] Vel, *exosos*, Di. ex Sy. & Ar. Par. Glossarium, Θεοστυγὴς, *Deo perosus*. Sic & Hesych. Sic θεοστυγὴς, *hominibus invisus*, apud Æschylum [n]; & Helena, Θεοστυγὴς, *Deo invisa*, apud Eurip. Ut sit auxesis duorum scelerum proximorum, quia susurrones, obtrectatores, [utcunque effugiant sæpe oculos & ultionem hominum, tamen] Deo verè sunt invisi [*]. Sed hoc alienum est. Agitur enim hîc de iis quæ hominibus insunt [o], de vitiis, non de pœnis [p]. Θεοστυγεῖς] Forsan scribendum, Θεοστύγους [q]. Sed nec Græc. exempl. nec Vulg. Sy. Ar. sic legunt [r]. *Osores Dei*, G. ex Cyp. Be. Pi. E. Me &c. vel, *Abhorrentes à Deo*, G. ex Cyp. sim. E. Me. Quibus Deus est horrori, ob justitiam, quâ scelera vindicat [†]. Qui simul atque aliquid ipsis evenisset adversi, Deos incusabant, aut negabant providentiam. *Invidiam deorum*, *crimen deorum*, *Pompeium deis objici*, apud Lucanum legas. [Vide G.] Tacitus, Annal. 14. *Quæ adeo sine cura deûm eveniebant ut multos post annos Nero imperium & scelera continuaverit.* Caii quanta impietas fuerit ex Philone aliisque docuimus ad Thes. 2. 2. Et ejus rei recens erat memoria cùm hanc Epistolam scriberet Paulus [t]. ¶ *Contumeliosos*;

Marginal notes (left column): z Zeg. — a G. — b Tol. — c G. — d Par. — * Be. — † Par. sim. Wil. ex Mart. — f G. — g Ham. — h Er. — i Be. — k Tol. — l G. — m Par. — n G.

Marginal notes (right column): o Idem. — p E. sim. Tol. — q E. — r Zeg. — † G. — * E. — v G. — x E. — y G. — z Di. ex Be. sim. Me. Tol. — a Di. — b V. ex Er. E. — c Di. — d E. Me. sim. Tol. Wil. Par. — * Par. — f G. — g E. Me. — h G. — i Wil. — k G. — l Tol. — m G. — n Di. — * Par. — o Be. ex Calv. — p G. sim. E. — q Be. sim. G. — r Di. — † Me. ex E. — t G.

meliosos; sic Er. P. Ca. Pi. Tre. &c. Ὑβριστὰς] *Injuriosos*. Be. Cyp. in Tol. Qui alios contumeliis & injuriis afficiunt [v], & vi opprimunt [x]. Ὑβριστὴς, *contumeliosus*, in Glossario. גאה Prov. 15. 25. & alibi vertit ὑβριστής [vel ὑβριστὰς.] Ait Aristot. in Rhetor. *& juvenibus & ditibus evenire ut facilè alios indignè habeant*. Vide in Gellio historiam de juvene qui alapas impingebat obviis. Tacitus, ubi de pœnis Christianorum agit, *pereuntibus addita ludibria*. Eidem narratur Neronis in Thrasceam contumelia prænuncia cædis imminentis. Quomodo Tiberius & Claudius matronis, per contumeliam magis quàm per libidinem, illuserint, vide Sueton. Tiberio, 44, 45. Claudio, 36 [y]. Al. Ὑβριστὰς hoc loco libidines contra naturam designare videtur. Sic Dio apud Stobæum, p. 443. *Flendo*, inquit, *nemo provitavit* ὑβριστὴν, *contumeliosum*, i. e. amatorem inordinatum: &, παῖδες ἐξ ἀκολασίας καὶ ὕβρεως γεγονότες, in Nicostrato, ibid. p. 447. sunt *proles ex adulterio natæ*: & uxor adultera dicitur *voluptatis gratiâ* ἀσελγαίνειν καὶ ὑβρίζειν, ibid. 444. Sic in Philost. Vitâ Apollon. 1. 11. ὑβριστὴς homo dicitur, *qui amoribus illicitis tenetur*. Et Charondas de maritali castitate agens, curámque procreationis, non voluptatis, præscribens, addit, μηδὲ τὸ φύσει καὶ νόμῳ τίμιον, ἀτόμως ἀναλίσκοντα καὶ ὑβρίζοντα. ubi ὑβρίζειν *inordinatum* quemvis aut *illicitum actum immunditiæ* denotat [‖]. ¶ *Superbos*, Ὑπερηφάνους] Qui propter ea bona quæ habent nimium inflantur [z], & aliis se præferunt [a], animi superbiam externo morum fastu ostendentes [b]. Ὑπερηφανία est, *superbia, agnatum*, ut Sallustius ait, *nobilitati malum*: estque, definiente Theophrasto, ὑπερφάνησις τῶν ἄλλων ἄλλων, (*contemptus aliorum* [omnium] *præterquam sui*:) cujus vitii egregium nobis dedit χαρακτηρισμόν. Et complura sunt apud Martialem eorum [exempla] qui alios ad oscula non admittebant, qui à convivis seorsim cœnabant, aliaque faciebant ejus generis. Galgacus, apud Tacitum, de Romanis, *quorum superbiam frustra per obsequium & modestiam effugeris*. Claudiæ verò familiæ, quæ post Augustum Romæ imperaverat, cujus in nomen adscitus Nero, *veterem & insitam superbiam* notat idem Tacitus [c]. ¶ *Elatos*, Ἀλαζόνας] *Arrogantes*, V. *Gloriosos*, Er. Be. Par. E. Me. *Fastuosos*, Er. *Jactatores*, Pi. Qui cùm nihil habeant unde præclare de se sentiant, intumescunt tamen [d]. Ἀλαζὼν est, *jactator, gloriator, arrogans*, in Glossario. Apud Theophrastum quoque alia est ἀλαζονείας notatio, alia ὑπερηφανίας: & est ἀλαζονεία Platoni, Ὄψις προσποιητικὴ ἀγαθοῦ ἢ ἀγαθῶν τῶν οὐκ ὄντων. ubi προσδοκία est, *excitatio opinionis*. Cujusmodi hominis descriptio egregia, 4. ad Herennium, & in Alexidis fragmentis quæ nos edidimus, & in Martiale. Talis Mucianus, *arte quadam omnium quæ diceret atque ageret ostentator*, Tacito [e]: & Romanorum plerique, —*Introrsum turpes, speciosi pelle decorâ*. Quorum mores vocat *personatos*, & *vitæ fabulam*, Martialis. *Miles gloriosus* Plauti Græcè erat ἀλαζὼν [*]. ¶ *Inventores malorum*] Qui non contenti notis vitiis [f], aut injuriis [g], alia etiam excogitant [h], nova scelera [i], nova luxus ac libidinum genera, vel nova nocumenta aut nocendi instrumenta [k], novas injurias, novas artes expilandi, opprimendi, &c [l]. Ἐφευρετὰς κακῶν] *Excogitatores malarum rerum*, qui, ut dicitur Prov. 16. 27. *effodiunt malum*, id est, non aliter malum invenire student quàm fossores aurum in fodinis. Quum sagax sit anima humana, derelicta à Deo fit sagacissima rerum malarum [m]. *Ingeniosa gula est*, ait Petronius: ubi & sequentia vide. Adde quæ de commentis luxuriæ in ædibus, in vestibus, in epulis, vasis, gemmis, unionibus, mensis, lectis, multa apud Senecam, Plinium & alios [n]. Tiberius, magna præmia novarum voluptatum inventoribus pollicitus est, quod & Sardanapalus antea fecerat [o]. ¶ *Parentibus non obedientes*, Ἀπειθεῖς] *Intractabiles*, Er. *Immorigeri*, Er. Pi. E. Refractarii, monitis non acquiescentes, q d. *impersuasibiles* [p]. Quod vitium est naturali rationi adversarium [q]. Proculeius, cùm questus esset de filio quòd mortem suam exspectaret, & ille dixisset se non exspectare, *Imò*, inquit, *rogo exspecties*. Cogitemus quid fecerit Tiberius in Liviam, post hanc Epistolam scriptam Nero in Claudium & Agrippinam [r].

31. *Insipientes*, &c. Ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους] Paronomasia est, ut in πορνείᾳ, πονηρίᾳ· item φθόνου, φόνου, v. 29 [†]. Videri potest esse παρονομασία, at non est: sed ex una voce varie scripta duæ factæ sunt. Syrus non nisi unam legit, ἀσυνθέτους· quæ vera est. Non de intellectûs, sed de voluntatis, vitiis hic agitur; & quidem maximis: inter quæ est *Perfidia*, tum in fœderibus publicis, tum in contractibus privatis. Notant id in Romanis vitium à Punici belli tertii temporibus Historici propè omnes. Vide exempla Servilii Galbæ & Cn. Domitii apud Valerium Maximum, 6. 6. Firmii Læti apud Tacitum, Annal. 2. P. Egnatii apud eundem, 16. Idem in summa malorum Tiberiani temporis ponit *fallaces amicitias*, Annal. 4 [t]. [Verba sic reddunt,] *Desipientes*, Pi. Par. (*Expertes intelligentiæ*, V. sic Be. Quos ratio non regit [v]: qui sine judicio omnia peragunt [x]: in Divinis & humanis rebus tantò stolidiores quantò plus sapere sibi videbantur [y]: qui præpostero affectu præcipites feruntur [z]. Al. Quibus deest conscientia: nam σύνεσις & συνείδησις idem valent. Hesych. reddit, ἄφρονες· Sic & Tit. 3. 3. ἀνόητοι sunt quorum actiones ratione non reguntur. Sed & σύνεσις est pars illa animæ quâ Deus amatur, Marc. 12. 33. atque ità quòd Deum nesciunt pro summa impietate accipi potest [a].) *incompositos*, Mo. Vulg. i. e. vel, inciviles, inurbanis moribus, ab omni societate & consuetudine honesta alienos [b]: vel potiùs, eos qui in pactis ineundis servandísque se cum aliis non componunt [c]. Vel, *insociabiles*, Ca. *fœdifragos*, Il. P. Be. Pi. Par. *pactorum haudquaquam tenaces*, Er. Ti. V. Perjuriis tanquam tesseris ludentes [d]: *quibus non fœdus est*, Sy. & Ar. in Di. *neque præstatio*, Ar. in Di. i. e. qui nec ineunt fœdera, nec inita præstant [*]. Ἀσύνθετος est, ἀσύμφωνος, ait Phavor. καὶ συνθήκαις μὴ ἐμμένων, testibus Hesychio & Phavorino [f]. ¶ *Sine*, &c. Ἀστόργους] Inhumanos, qui nullo pietatis aut charitatis sensu tanguntur [g]: qui neminem amant nisi seipsos [h]: morosos, quos Aristot. θηριώδεις, *bestiales* [i], *Charitatis expertes*, Be. Pi. sim. Er. V. scil. erga parentes & fratres [k]. *Expertes etiam naturalis affectûs*. Ejus argumentum, quòd liberos, si numerus gravis videretur, aut tolli videbant, aut jubebant exponi, idque impunè: nam & ideo in lege Pompeia, de parricidis, pater filium enecans non comprehenditur. Tertul. Apologetico, *Quot vultis in his circumstantibus, & in Christianorum sanguinem hiantibus, ex ipsis etiam vobis justissimis ac severissimis in nos Præsidibus, apud conscientias pulsem, qui natos sibi liberos enecent? siquidem & de genere necis differt, utique crudelius in aqua spiritum extorquetis, aut frigori & fami & canibus exponitis*. Paria habet Justinus in Apolog. Hinc est quòd Tacitus in Judæorum institutis à Romanorum discrepantibus ponit, *Necare quenquam ex agnatis nefas*: ubi vox *agnatis* ità sumenda quomodo in Jure *agnatione sui hæredis testamentum rumpi* dicitur [l]. ¶ *Absque fœdere*, Ἀσπόνδους] *Infœderabiles*, Mo. *Inscii fœderis*, Er. *Perfidiosi*, Ca. *Fœdifragi*, Er. Ti. V. Me. T. Tol. qui datam fidem & fœdera non servant [m]. Al. *Implacabiles*, Il. P. Be. Pi. Par. E. non malè: nam sic ἄσπονδος πόλεμος dicitur, *qui pacem non recipit*. Nec aliter hic accepit Syrus [n]. Qui semel offensi non reconciliantur [o]. Sy. & Ar. *quibus pax non est*; Hesych. exponit, *feri inimici, neque recordantes amicitiæ aut pacti, irreconciliabiles*: ἄσπονδος exponit, *non sectatur pacem* [p]. Bene hoc convenit in illorum temporum Romanos, de quibus Tacitus negat, *Sperandum fuisse ut qui pacem belli amore turbaverant, bellum pacis charitate deponerent*. Hist. 2. Lucanus, *Quemque suæ rapiunt scelerata in prælia causæ: Hos polluta domus, legésque in pace timendæ; Hos ferro fugienda fames, mundique ruinâ Permiscenda fides* [q]. *Intractabiles*, Er. sibi viventes, erga neminem jure necessitudinis utentes [r]. ¶ *Sine misericordia*, Ἀνελεήμονας] *Immisericordes*, Er. Par. Be. Pi. Qui alienis non commoventur miseriis [†], nihil largientes, crudeles in irrogandis & ulciscendis injuriis [t]. *Immisericordes* sanè Romani, etiam in Provinciales, at maximè in servos: de quibus Seneca, Epist. 47. *Infelicibus servis movere labra, nè in hoc quidem ut loquantur, licet. Virgâ murmur omne compescitur, & nè fortuita quidem verberibus excepta sunt, tussis, sternutamentum, singultus: magno malo ullâ voce interpellatum silentium luitur. Nocte totâ jejuni mutique perstant*. Addit, *Non habemus illos hostes, sed facimus*. Deinde dominum sic admonet, *Vis tu cogitare ipsum quem servum tuum vocas, ex iisdem seminibus ortum, eodem frui cœlo, æquè spirare, æquè vivere,*

æque

[v] Tol. [x] E. [y] G. [‖] Ham. [z] Tol. [a] Tol. sic E. [b] E. [c] G. [d] Tol. [*] G. [f] Par. sim. Tol. E. Me. [g] Par. [h] Tol. E. Me. [i] Par. [k] E. [l] Par. [m] Di. [n] G. [o] Wil. ex Bucero. [p] E. [q] Tol sim. E. [r] G. [†] Pi. ad v. 29.

[t] G. [v] Er. [x] E. Tol. Me. T. Wil. [y] Par. [z] Wil. [a] Ham. [b] Me. T. sim. E. Tol. [c] Di. sim. Th. in E. [d] Par. [*] Di. [f] Ham. [g] Me. T. sic E. [h] Me. sim. Tol. [i] Par. [k] V. sim. Er. [l] G. [m] Me. sic E. Tol. [n] G. [o] E. sim. Par. [p] Di. [q] G. [r] Er. V. [†] E. Me. sim. Tol. Par. [t] Par.

æquè mori? Juvenalis, *Pone crucem ſervo*, &c. Et poſtea, *Hic frangit ferulas, rubet illa flagello, Hic ſcuticâ: ſunt* [fœminæ] *quæ tortoribus annua præſtant.* [Plura ex eo vide in G.] Eſt deſcriptio [huic Apoſtolicæ] non diſſimilis eorum qui à Divinis legibus deſciſcunt, apud Philonem de humanit. [Verba vide in G.] Senecam ſuo, i. e. ei quo Paulus vixit, ſeculo convitium facientem, & eadem quæ hîc habes exprobrantem vide De benef. 5. 15,17 [v]. Hîc [autem] συναθροισμὸς, i.e. *congeries* vocum, & ἀσύνδετον mirè facit ad orationis impetum ac vehementiam. Chryſ. has [ultimas] voces ſic enarrat, quaſi ἀσυνθέτους pertineat ad naturalem omnium animantium affectum, quo communi ſpeciei conciliantur, ut homo homini, lupus lupo; ἀσπόνδους, ad fœdera civilia, quæ fiunt ex pactis; ἀστόργους ad affectus propinquitatis aut affinitatis; ἀνελεήμονας, ad miſericordiam, quâ & hoſtium malis indoleſcimus. Ad omnes hos naturæ affectus obſurduit illorum impietas [x]. En quantam ſcelerum congeriem trahat ſecum neglectus Dei & fidei [y].

32. *Qui*, &c. Οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγνόντες] *Qui jus Dei* (i.e. non Legem Moſis, ſed jus à Deo ipſi naturæ hominum inſitum, ſive *legem naturæ* [z]: משפט אל, ut ſæpe apud Ezech. & alios. Genitivus hîc cauſam efficientem ſignificat. Intelligitur enim hîc jus partim per rationem, partim per traditionem, inſcriptum humanis mentibus, rectè puniri qui gravia delinquunt: quod tractavimus D. J. B. & P. 2. 28. initio. Etiam Græci jus naturæ vocant νόμον θεῖον [a]. Vel, *juſtitiam Dei*, Er. Ti. Par. Vulg. judiciariam ſcilicet, quâ bonis bona, malis mala, rependit [b]: ſic δικαίωμα νόμου eſt, *juſtitia legis*, Rom. 8. 4 [c]. præceptum vel ſtatutum Dei [d]: juſtum naturale & honeſtum, de quo multas leges condiderunt [*]. Vel, *judicium Dei*, Di. ex Sy. & Ar. Tre. quod nempe exercere ſolet in impios: ut, δικαιώματά σου, *judicia tua*, Apoc. 15. 4 [f]. Vel, *jure Dei*, Be. ſic Pi. *poſt Dei jus*, P. vel, *id divinum eſſe jus*, Ca.) *cognoſcentes*, Mo. vel, *cognitum*, P. *cùm cognoverint*, Il. Ca. Er. &c. *agnito*, Be. ¶ *Non*, &c. Ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα, &c.] Latina lectio multùm diverſa eſt à Græca [g], quam ſequuntur Chryſ. Theod. Occum [h], & Syrus [i]. *Non intellexerunt* (i. e. οὐ συνῆκαν ὅτι vel, ut ille vetuſtiſſ. Codex habet, οὐκ ἐνόησαν ὅτι [k].) *quoniam* (vel, *quòd*, E.) *qui talia agunt*, &c. Vulg. [Senſus Latinæ lectionis eſt,] Non intellexerunt, (i. e. noluerunt intelligere, conſiderare, & practicè ſibi perſuadere; quippe malitiâ ſuâ excæcati [l]:) & talia patrantes, & eis conſentientes, æternâ morte puniendos; ſed utroſque impunè fore putabant [m]. Hæc lectio Græcæ addit tum, *non intellexerunt*; tum, *qui*, duobus in locis. Græca aliter [n]. *Quòd* (ὅτι hîc ponitur εἰδικῶς [o]· vel, Nempe *eos*, Be. Pi. ſic Er.) *qui talia* (quæ jam commemorata ſunt [p]) *agunt digni ſunt morte*, (etiam æterna: pœnas enim poſt mortem futuras nôrunt & Ethnici, ut conſtat ex Cicerone in Somnio Scipionis, & Plat. De rep. l. 10. Sunt quædam crimina quæ mortem mereri conſenſus hominum teſtatur, Act. 13. 28. & 23. 29. & 25. 11. & 26. 31. Talia ſunt Homicidia, Adulteria, & aliæ fœdæ Libidines, ad quas hæc verba reſpiciunt [q]. Hoc nôrunt Philoſophi & ſapientes [r], idque tum naturæ luce, tum conſcientiæ teſtimonio, tum exemplis [†].) *non* (ſub. *tamen*, V. Pi. more Hebræorum [t], perſpicuitatis gratiâ: eſt enim hîc enunciatum diſcretum [v].) *ſolùm hæc faciunt* (faciunt ipſi modò hoc, modò illud, ubi datur occaſio [x]: quòd in multis ignorantiæ aut infirmitati poterat imputari [y].) *ſed etiam agentibus conſentiunt*, Val. &c. vel, *aſſentiuntur*. Er. J. Cap. vel, *patrocinantur*, Be. ex Th. Par. vel potiùs, *applaudunt*, Pi. Wil. Verbum συνευδοκεῖν eſt etiam in Maccabaicis, & Luc. 11. 48. & Act. 8. 1. & 22. 20. & apud Clementem in Epiſtola. Συμπράττειν, ἐπαινεῖν, hoc loco [vertunt] Chryſoſt. & poſt cum alii. Th. dixit συνηγορεῖν [z]. Græca ſcholia addunt, *ad malum provocare*. Denique omnes conſenſionis ſpecies hâc voce declarantur. [Senſus, q. d.] Non contenti peccare, aliorum ſcelera pro virili, & cum voluptate, adjuvant [a], eáque conſenſu, adulatione & authoritate, fovent, atque ità ſua faciunt; & proinde bis peccant, in ſe, & in alio [b]. Hoc ergò majoris eſt malitiæ [c], eóque ſcelere nullum majus eſt [d]. Ariſtot. Rhet. 1.7. ait, *eum qui conſilium dederit, quàm qui egerit, injuſtiùs egiſſe, quòd alium non fuiſſet niſi conſilium dediſſet* [*]. Hoc [συνευδοκεῖν] pejus illo [πράσσειν.] Nam affectu abreptus peccat aliquis, ſine eo non peccaturus: At qui defendunt talia, & docent vitio carere, ſanè graviùs delinquunt. Hi ſunt מעריכם apud Chald. Levit. 20. 5. de quibus agi etiam Levit. 26. 21. aiunt Rabbini [f]. Philoſophos hîc maximè tangit Apoſtolus [g], qui erant doctores populorum, & quibus proinde imputari debebat ſi quà populus, ipſis probantibus, peccarent [h]; qui idololatriam & alia vitia, quæ mala eſſe ſciebant, diſſimulabant, aut probabant [i]. Exempli causâ, παιδεραστίαν & quoſvis Inceſtus eſſe ἀδιάφορα docebant non Epicurei tantùm, ſed & ſeveri illi Stoici, quòd non Theophilus tantùm Antiochenus nos docet, ſed & Sextus Empiricus, Zenonis & Chryſippi utens verbis, quæ pudet tranſcribere. Sic *Ultionis cupiditatem* probant Ariſtot. & Cicero locis quos citavimus in Annot. ad l. 2. De V. R. C. Idem Ariſtot. *Bellum in barbaros* vult eſſe venatûs quoddam genus, ac proinde rem naturâ juſtam, Polit. 1. 8. Idem *abigere partum* vult licere quamdiu quod conceptum eſt vitam nondum habet, Polit. 7. 16. Omnia autem facinora ſummatim defenderunt illi Philoſophorum qui dixere nihil naturâ eſſe inhoneſtum, ſed differre iſta hominum inſtitutis. Et, ut Juſtinus eorum ſententiam explicat, μηδὲν εἶναι ἀρετὴν, μηδὲ κακίαν, δόξῃ δὲ μόνον τοὺς ἀνθρώπους ἢ ἀγαθὰ ἢ κακὰ ταῦτα ἡγεῖσθαι· ὅπερ μεγίστη ἀσέβεια καὶ ἀδικία ἐστὶ, (*Nihil eſſe aut virtutem, aut vitium, ſed hominum duntaxat exiſtimatione aut bona aut mala reputari*, &c.) Hinc illud deſumptum, Τί αἰσχρὸν, εἰ μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ; (*Quid turpe eſt niſi quod agenti tale videtur?*) Vide de Epicureis ad J. B. & P. 2. 20. 44. Appoſitè ad id quod hîc dicitur, Philo lib. De legibus ſpecialibus, ἀσεβοῦσι γὰρ οὐχ οἱ δρῶντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσοι τοῖς δρῶσιν ἑκουσίῳ γνώμῃ ἐπὶ τῇ τῶν δρωμένων (ità legendum, non, σὺν τῇ τῶν δρώντων) ἐξουσίᾳ ἐπιχαίρουσι, (*Impiè enim agunt non ſolùm qui talia patrant, ſed & qui eorum licentiæ aſſentiuntur.*) Cyprian. Epiſt. 21. *Non eſt enim immunis à ſcelere qui ut fieret imperavit, nec eſt alienus à crimine cujus conſenſu, licèt non à ſe admiſſum, crimen tamen publicè legitur.* Salvianus, l. 4. *Nam dum ſpectantes hæc comprobant, ac libenter vident, omnes ea viſu atque aſſenſu agunt.* Tacitus, *Corrumpere & corrumpi ſeculum vocatur* [k]. Poteſt aliquis alienæ culpæ reus eſſe, multis modis; 1. jubendo, ut Saul, 1 Sam. 22: 2. parendo, ut Joab, qui Davidis juſſu & Uriam occidi curavit, & populum numeravit: 3. conſilium opémve ſubminiſtrando, ut Joſaphatus Ahabo, &c. ſic 1 Tim. 5. 22: 4. laudando, ut Pſal. 10. 5: 5. conſentiendo ſive verbis, ſive factis, ut illi Act. 7. 58: 6. participando, ut Pſal. 50. 18: 7. non arguendo & corrigendo, ut 1 Sam. 2: 8. excipiendo impios, v. g. fures, ſcorta, &c: 9. reticendo ipſorum peccata, unde obdurantur & in peccatis perſiſtunt [l].

[v] G. [x] Er. [y] T. [z] Be. [a] G. [b] Par. [c] Di. [d] V. [*] Tol. [f] Di. [g] Tol. E. [h] Tol. [i] E. [k] Me. [l] E. [m] Tol. ſim. E. [n] E. [o] Pi. [p] E. [q] G. [r] E. [†] Par. [t] V. [v] Pi. [x] G. [y] E. [z] G. [a] Be. [b] E. [c] E. ſim. Er. [d] Be. [*] J. Cap.

[f] G. [g] G. ſim. Me. [h] G. [i] Me. [k] G. [l] Wil.

CAP. II.

1. PRopter quod, &c. Διὸ ἀναπολόγητος εἶ — πᾶς ὁ κρίνων] *Quapropter* (Διὸ oſtendit, inferri hoc ex ſuperioribus [a], per ratiocinationem à pari [b]. q. d. Cùm ità ſe res habeat ſicut jam diximus, ut jus illud, quod omnibus hominibus commune eſt, dictet eſſe quædam crimina morte digna [c]. Al. Propter ea quæ jam antè demonſtrata ſunt, Homines impunè non laturos quæ per impietatem in Deum, & per injuſtitiam in proximum, peccavere [d]. Hæc particula, διὸ, non tam ad finem præcedentis capitis, quàm ad totam illius ſecundam partem, præſertim inde à v. 20. referenda eſt [†].) *inexcuſabilis* (αὐτοκατάκριτος, ac proinde ἀναπολόγητος in Dei judicio [*], non minùs quàm Paganorum aliquis, quos ſuprà oſtenſum eſt eſſe ἀναπολογήτους [f]. Vide Rom. 1. 20 [g].) *ô homo quiſquis es qui judicas*, Er. V. Par. E. ſub. *alios*, E. Non fruſtrà omittit Accuſativum: loquitur enim de judicio generatim, *judicas*, h. e. judicio Dei ſubſcribis, & ſub. ex præcedentibus, *dignos eſſe morte qui talia faciunt* [h]. Vel, alium *damnas*, Pi. ſic Be. Κρίνειν hîc ſpecialiter de damnatoria ſententia accipitur [i]. Sed non debent confundi κρίνειν & κατακρίνειν, quæ prudenter ab Apoſtolo diſtinguuntur tanquam antecedens & conſe-

[a] Par. ſim. Pi. [b] Pi. [c] G. [d] Bra. [†] Vor. [*] Par. [f] Bra. [g] G. [h] Par. [i] Be.

quens: illud est apprehendere, & subscribere judicio Dei; hoc, judicium Dei approbare, & suo judicio condemnare [k]. Debuerunt hæc connecti cum præced. capite, novum autem inchoari, ibi, Θλίψις καὶ στενοχωρία, v. 7 [l]. Alloquitur h. l. vel, 1. omnes homines, sive Judæos, qui Gentes, ut idololatras, damnabant; sive Gentes, quæ Judæos impietatis accusabant. Utriusque ergò populi superbiam h. l. deprimit, ostendens omnes inexcusabiles esse, &c [m]. Sed non constat, Judæos, qui Gentiles idololatriæ accusabant, illius reos fuisse [n]. Vel, 2. Gentiles, eos præsertim qui alios damnabant ob scelera quæ ipsi patrabant [*]. Aggreditur h. l. reprehensores aliorum, quales Plato, Cato, &c. eósque suis vitiis non carere ostendit [||]. Demonstraverat cap. 1. omnes Gentiles esse peccatores. Tales autem alii erant apertè & impudenter, cap. 1. v. 32. alii opertè, suâque opinione & specie quâdam justi, nempe hypocritæ. Hos jam peccati convincit. Dicere poterant, Non applaudo sceleratis, &c. Ergò innocens sum & excusabilis. Negat Paulus id sequi, sed contrà eò magis inexcusabilis es, &c [†]. Pergit Apostolus eosdem, quos priùs, convincere [o]. Vel, 3. Judices [p]. A Philosophis venitur ad Magistratus [q], qui Hebræis השופטים, οἱ κρίνοντες, sive οἱ κριταὶ· sub *magistratuum* autem nomine etiam domini comprehendi debent, qui in servos domesticam habebant jurisdictionem. Appositè autem hoc addidit ad Romanos scribens, ex quibus erant omnes etiam Provinciarum Rectores, *Tu regere imperio populos, Romane, memento* [r]. Sed verba Apostoli cùm generalia sint, non ità restringi debent [†]. Non loquitur h. l. de judicio externo aut civili Legislatorum, quod paucorum est; sed de judicio conscientiæ, quod universale est [*]. Vel, 4. Gnosticos Judaizantes, qui Christianos, ob neglectam circumcisionem, &c. damnabant, ipsi interea in ea scelera ruentes quibus tollendis instituta est circumcisio [t]. Vel, 5. Judæos [v], qui se judices Gentilium faciebant [x], eósque contemnere, & suo judicio condemnare, solebant [y]; qui se magistros Gentium collatione existimabant, & de lege sua gloriabantur, &c [z]. Obstat autem διὸ, quod ostendit hoc ex præcedentibus inferri, idémque argumentum continuari [a]. Ut cap. præced. de Ethnicis agit, ità nunc de Judæis: ut liquet. Cur, ergò, inquies, non dicit, *O Judæe*, sed, *O homo?* Resp. Quia in eos argumentatur: ut autem argumentatio rectè procedat, Propositio Major universalis esse debet. Omnis homo inquit Apostolus, qui eadem peccata perpetrat quæ damnare solet in aliis, ex suis operibus non potest justificari, v. 1,—16. Atqui Judæi sic faciunt, v. 17,—24. Cæterùm hìc notatur discrimen Judæorum à Gentilibus, quos jam dictum & peccare, & peccantibus applaudere. Judæorum autem causa potior esse videbatur: hi enim Paganorum idololatriam moresque damnabant: quo facto sibi videbantur apprimè justi suâque justitiâ servandi. Id negat Paulus, ostenditque illos multis Ethnicorum vitiis contaminatos esse [b]. ¶ *In*, &c. Ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις, &c.] *Nam hoc ipso* (vel, *In quo*, Vulg. Zeg. Pi. &c. scil. facti genere [c], vel crimine [d]: vel, *Per quod*, i. e. per quam legem [*]: vel, *Eo ipso quod*, Er. Per. E. Græcismus. Sic 1 Pet. 2. 12 [f]. Ἐν ᾧ dixit hìc & Rom. 8. 3. pro *idcirco*, באשר, quod est ἀντιλογικὸν· ut apparet Gen. 39. 9 [g].) *quòd damnas alterum, teipsum condemnas*, Be. ut peccatorem & morte dignum [h]. *Te damnas*, quia jus illud commune est hominum. Imperatores Romani homicidia morte puniebant, ipsi innoxios quotidie plurimos trucidabant. Nero per risum, *Sanè*, inquit, *legem Juliam timeo*, cùm venenum coqui juberet, Sueton. 33. Incestæ virgines Vestales vivæ defodiebantur: Nero uni earum *vim intulit*, Suet. 28. Puniebantur capite qui puerum ingenuum rapuisset L. & eam, &c. Imperatoribus id erat quotidianum. Vide Sueton. Nerone 28. Hanc Imperatorum licentiam imitabantur in Provinciis Præsides. Servus si ingenuum puerum stuprâsset, non effugiebat crucem. Dominis in servos id licebat; & tales pueri dicebantur *delicati*. Cyprianus, *qui sedet crimina vindicaturus, admittit*. Sed & ad privata de aliis judicia rectè hoc Pauli extendas. Sic David apud Nathanem semet damnabat. Salvianus l. 1. De gubernatione Dei, *In aliis nempe horrent quod in seipsis admittunt, mirum in modum, & accusatores eorundem criminum & peccatores*. *Execrantur publicè quod occultè agunt*; *ac per hoc, dum damnare se cæteros putant, ipsos se magis propriâ animadversione condemnant.* Et postea, *Aliis severissimi sumus, nobis indulgentissimi*; *in eodem crimine punimus alios, nos absolvimus*, &c. Neque hoc non videre Romanorum sapientiores. Cicero Verrinâ 5. *Omnia quæ vindicâris in altero, tibi ipsi fugienda sunt. Etenim non modò accusator, sed nè objurgator quidem ferendus est, qui quod in alio vitium reprehendit, id in ipso reprehenditur.* Seneca, *Nôstine hos qui omnium libidinum servi sic aliorum vitiis irascuntur quasi invideant, & gravissimè puniant quæ maximè imitantur?* Idem, *Fidei acerrimus exactor est perfidus; & mendaces persequitur ipse perjurus*, &c. *Aliena vitia in oculis habemus, à tergo nostra sunt*, &c. [Plura vide in G. ex eodem & Salv. Justin. Chrys. Horat.] Adde quæ de hoc argumento non aliena attulimus, tum in Prolegomenis ad Stobæum, tum ad Mat. 7. 3. & De J. B. & P. 2. 20. 3 [i].

¶ *Eadem enim agis*, &c.] Licèt non eodem modo [k], sed clàm [l]; vel opere [m], vel voluntate saltem & desiderio [n]. Quòd si abstines, facis id non amore justitiæ, sed timore vel pœnæ, vel infamiæ, &c [o]. Hoc quoque dicit non omnibus, sed plerisque [p].

2. *Scimus enim*] Vel, 1. ex Scripturis [q]: nam de Judæis loquitur [r]. *Scimus* certiùs quàm Gentiles [†]. Vel, 2. notione naturali [t]. Ipsa ratio hoc nos docet [v], Deum scil. justum esse judicem [x]. Sensus hic est communis omnium sani judicii [y]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι τὸ κρίμα — κατὰ ἀλήθειαν, &c.] *Judicium Dei* (i.e. à Deo exercendum [z], & in præsenti, & in futuro [a]. Judicium extremum & generale [b].) *esse secundùm veritatem*, &c. Be. Pi. &c. Veritatem intellige judicii [c], quam v. 5. δικαιοκρισίαν vocat [d]; veram scil. justámque adeò causæ æstimationem. *Verum* pro *justo* non Hebræis modò, sed & Latinis, ut Horat. *An quodcunque facit Mæcenas te quoque verum est*[*]? Heb. אמונה interdum vertitur ἀλήθεια, interdum δικαιοσύνη, sensu sæpe eodem [f]; & hìc unum pro altero ponitur, ἀλήθεια, pro δικαιοσύνη· ut contrà ἄδικον μαμμωνᾶ veris divitiis opponitur, Luc. 16. 11 [g]. Opponitur hoc judiciis Romanorum, quæ erant corruptissima [h]. Vide de Clodianis judicibus Senecam, Epist. 97. ubi multa egregiè dicta, hoc verò inprimis, *Cùm stuprum committeretur rei judicandæ causâ* [i]. Corrupti judices neque ex Juris vero sensu, neque ex facti vero statu, judicant. Falsam vel juris interpretationem, vel litis expositionem, sequuntur; neque omnium rerum latentium veritatem investigare queunt [k]. Ἀλήθεια h. l. est *judicium justum*, nihil dans gratiæ, aut odio: ut Rom. 3. 7. 1 Cor. 13. 6 [l]. [Sensus est,] Non sequitur Deus speciem rei, externáque signa & conjecturas, more hominum, qui cor non vident [m]: non moratur externas larvas [n], aut ullam recti speciem, quantumvis illustris hominum oculis aut menti appareat, sed ex rei veritate judicat [o], secundùm cor, ut 1 Sam. 16. 7 [p]. justè, secundùm opera, sine respectu personarum [q]: ac propterea & simulatores, & virtutibus moralibus præditos, justitiæ suæ opinione privat [r]. Deus non corrumpitur, nec fallitur [†], nec fallere potest [t]. Sequitur hoc ex ipso Dei nomine. Deum enim concipere non possumus sine justitia, Εἰ θεοὶ τι δρῶσιν αἰσχρὸν, οὐκ εἰσὶν θεοί, (*Dii si quid turpe faciant, non sunt Dii.*) Hæc cognitio de incorrupto Dei judicio in multis dormit, sed excitari solet circa mortem, ut Plato observat De Rep. 1. Cicero De Divinat. 1. *Eos*, inquit, *qui secùs quàm decuit vixerunt, peccatorum suorum tum maximè pœnitet*. Nec sanè difficilis adeò erat collectio, cùm Deus sit justus, mali autem sæpe in hac vita sint felicissimi, Aliud exspectari judicium [v].

3. *Existimas*, &c. Λογίζῃ, &c.] *Cogitas*, &c. Be. Pi. *Existimásne? Potésne hoc in animum inducere?* G. Interrogatio reprehendentis, &c [x]. vel negantis & arguentis stultam insaniam [y]. ¶ *O homo*] Emphasin habet, q. d. Tu terreus & mortalis & infirmus [z]. ¶ *Qui judicas eos*, &c.] Vel, *de illis*, secundùm leges non Romanorum tantum, sed omnium gentium, consensu probatas [a]. Tu, cujus officium illud non est, & qui falli potes, judicas alios: justum ergò est & te à Deo judicari [b]. ¶ *Tu effugies*, &c?] Sic Sophocles, Θεὸν δὲ θνητὸς οὐχ ὑπερδραμεῖ ποτε, (*Vindictam Dei non effugiet homo mortalis.*) Simil. Diphilus: [quem vide in G.] Plura habes in eum sensum apud Stob. Natural. titulo 7 [c].

Effugies,

[k] Par. [l] G. [m] Per sim. Haymo & Anselm. in Wil. [n] Wil. [*] Wil. sim. Be. [||] Ee. [†] Gom. [o] Per. [p] Caj. in Per. [q] G. sim. Caj. Theod. in Wil. [r] G. [†] Wil. [*] Par. [t] Ham. [v] E. Me. T. Tel. Bra. [x] E. [y] Me. [z] Tol. [a] Wil. [b] Bra. [c] Pi. [d] Zeg. [*] V. [f] Per. [g] G. [h] Me.

[i] G. [k] Pi. [l] Per. Pi. [m] E. [n] E. Me. [o] Per. sim. E. [p] G. [q] Tol. sim. Par. [r] Tol. sim. E. Me. [†] E. Me. [t] Par. sim. Be. [v] G. [x] Par. [y] Pi. [z] E. sic Me. [a] Par. [b] Per. ex Oecum & Amb. [c] Bra. [d] Bra. sic Par. [*] Bra. [f] G. Ham. [g] Ham. [h] G. ex Chrys. [i] G. [k] Bra. [l] G. [m] Per. [n] Par. [o] Be. [p] Par. [q] E. Me. sim. Tol. Per. [r] Be. [†] Tol. [t] Par. [v] G. [x] Tol. sim. Pi. [y] Par. [z] Tol. [a] G. [b] E. [c] G.

Effugies, &c? aut versutiâ, aut celeritate, aut opibus, aut potentiâ, ut aliquando eluduntur hominum judicia[d]. Homines tribus modis crimina ferunt impuné: quia aut ignorantur, aut quia nemo tam potens est qui ipsos puniat, aut quia jus perrumpitur gratiâ aut pretio: Horum nihil in Deum cadit; scit omnia, potest quæ vult, ex recto judicat. Vide Job. 34.22 *.

4. *An divitias*] i.e. Ubertatem & copiam maximam[f]. Πλοῦτος pari sensu habetur Rom. 11.33. & in Simplic. ad Epict. Sic πλοῦτος χάριτος, Eph. 1.7. πλοῦτος δόξης, Rom. 9.23. Eph. 1.18. & 3.16. Col. 1.27[g]. *Divitias bonitatis*, &c. pro, abundanti bonitate, &c[h]. חסדיו רוב, ut Psal. 5.7. & 106.7. רוב רחמיו, Psal. 69.16. ἀφθονίαν τοῦ πλούτου τῆς ἀγαθότητος Θεοῦ, dixit Philo in Allegoriis[i]. ¶ *Bonitatis*, Χρηστότητος] *Benignitatis*, Er. Be. Pi. &c. Est virtus quâ quis non requisitis eorum meritis[k], sponte aliis benefacit & utilis est[l], & peccata condonat[m]. ¶ *Et patientiæ*; ità Mo. Ἀνοχῆς] Sic & Rom. 3.25. In Glossario, Ἀνοχὴ, *laxamentum*, *induciæ*[n]. *Tolerantiæ*, Er. P. Be. Pi. Tol. Par. &c. Quâ fert peccatores[o], nec statim punit, sed eis veniam offert[p]. ¶ *Et longanimitatis*, Μακροθυμίας] *Lenitatis*, Pi. *Tarditatis ad iram*, Be. ארך אפים[q]. Quâ pœnam in longum tempus differt[r], multo tempore, & multa peccata dissimulat, exspectans resipiscentiam. Sunt autem hæ divitiæ bonitatis, &c. erga Gentiles, sed præsertim erga Judæos, quibus legem dedit, quâ alios judicare possent, ut se emendarent ac corrigerent †. ¶ *Ignorans*, Ἀγνοῶν] q. d. Malitiose ignoras[t], quod scire debebas[v]: rem tam apertum ignorare, negligere est portenti simile[x]. *Non considerans*: nam ידע Hebræum sæpe est, *attendere*[y]. ¶ *Quòd*, &c. Ὅτι τὸ χρηστὸν — ἄγει] *Benignitate* (vel, *Bonitate*, Er. Il. Ar.) *Dei* (τὸ χρηστὸν idem quod ἡ χρηστότης[z].) *ad resipiscentiam* (μετάνοια significat non dolorem solùm ob peccata, sed & vitæ emendationem[a].) *deduci*, Be. Pi. vel, *allici*, Er. V. vel, *invitari*, Er. V. Me. T. Par. & ceu manu duci ac trahi ad colendum Deum: ἄγει plus est quàm καλεῖ[b]. Hoc est in differendis pœnis τὸ προηγούμενον Θεοῦ θέλημα, (*antecedens Dei voluntas*,) de quo & 2 Pet. 3.9. Succedit deinde post longam patientiam alterum, puniendi graviùs. Vide [de hac patientia Dei] Sap. 11.24. & Philonem Allegoriis, [ejúsque verba in G.] Hinc est quòd τῇ Δίκῃ etiam Poetæ dant tardum pedem. Vide Stobæum Natur. tit. 7[c]. Non tamen hinc cum Judæis colligendum, hominem per opera justificari, sed potiùs omnibus ad Dei gratiam esse confugiendum per fidem & pœnitentiam[d].

5. *Secundùm*, &c. Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου] *Sed pro duritia tua*, Be. Pi. &c. *Quæ verò tua est durities*, G. Propterea quòd durus es, & per resipiscentiam emolliri non potes *. Cor durum dicitur, quia Dei impulsibus non cedit, sed in peccato suo pertinax est[f]. *Duritiem* id vocat Paulus quod Latini Scriptores *callum obductum animo*, longâ scilicet vitiorum consuetudine. Vide Matth. 19.8. Marc. 16.14. Similis usus verbi σκληρύνεσθαι est Act. 19.9. Heb. 3.8, 13. idem dicitur ἀπαλγεῖν, Eph. 4.19. Exempla talis constitutionis in Pharaone & Saule Regibus[g]. *Durities* est pervicacia, partim ex originali pravitate, partim ex peccandi consuetudine, contracta. Metaphora à callositate articulorum, quâ sensum amittimus[h]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀμετανόητον, &c.] Exponit clariùs quod per Metaphoram dixit[i]. [Sic vertunt;] *Et impœnitens*, &c. Vulg. potiùs, *impœnitibile*, Er. *quod resipiscere nescit*, Be. Pi. sic. Par. nisi gratiâ Dei emolliatur[k]. Sed ἀμετανόητον h. l. est non, *quod pœnitentiam agere non potest*, sed, *quod non agit*. Pari modo ἀμετακίνητος, *qui non movetur*, 1 Cor. 15.58[l]. ¶ *Thesaurizas* (i.e. colligis, sive recondis[m], instar thesauri[n]: Est hîc locutio Hebraizans, Activum pro duplici Activo, θησαυρίζεις, *asservas*, pro, *asservari facis*, האצרת, aut הוספת, Nehem. 13.18. aut Job. 36.13. השמת, quomodo & ἀποθησαυρίζοντας, sed in bonam partem, ponitur 1 Tim. 6.19. Sic βασιλεύειν sæpe est, *facere ut quis regnet*[o].) *tibi* (h. e. in tuam perniciem[p]) *iram* (h. e. pœnas[q], judicium irati Dei[r]. Respicitur locus Deut. 32.34, 35. Philo, Εἰσὶ, &c. (*Sunt enim ut bonorum, ità & malorum, thesauri apud Deum*. &c.) Dixit & Plutarchus, θησαυρίζειν ὀργὴν. Et bene *thesaurus iræ* opponitur *divitiis bonitatis*. Et post *iram* subauditur *reddendam*, ex Deut. 32[k]. Sensus, Facis ut magis ac magis tibi indignetur Deus[l]: de benignitate Dei iram thesaurizas, ipsum remedium gratiæ vertens in augmentum culpæ[m], ut peccata, ità & pœnas, tibi cumulas[n]. ¶ *In*, &c. Ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας (καὶ δικαιοκρισίας legunt vetera exempl. & Græca schol. & Basil. Sed malim καὶ omitti, ut legunt Vulg. & Aug[o]. & Sy. & Ar †.) τοῦ Θεοῦ] *In die* (vel, *In diem*, Be. Pi. Par.) *iræ* (h.e. ultionis[p], quum misericordiæ locus non erit[q]: tempore quo Deus scelera ulciscetur, aut hîc, aut in Ultimo die[r]: cùm vindictæ tempus accesserit †. Periphrasis extremi Judicii[t].) *& revelationis* (cùm omnia nuda erunt quæ nunc latent[v], omnia hominum consilia & opera[x], & judicium, quod hactenus occultatur, & ideo contemnitur[y]: quando omnibus manifestabitur gravitas & peccati, & pœnæ quæ illi debetur[z]; & Dei justitia, quæ nunc latet, dum pessimus quisquis beatissimus videtur, reducto velo clarissimè conspicietur. Hâc voce vetat nos rerum præsentium imagine decipi[a].) *justi judicii* (Bene hoc additum, nè nomine *iræ* affectus inordinatus intelligeretur: & ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας, per ἓν διὰ δυοῖν, pro, ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας· ut generaliùs dicat quod deinde explicaturus est speciliùs[b].) *Dei*, Vulg. &c. quo rectè pro cujusque meritis pronunciandum est[c]: quo & boni ad præmium, & mali ad pœnam, judicandi sunt[d]. Sic Divinum judicium distinguit ab humanis, in quibus non rarò nocens elabitur, & innocens damnatur *. Sic Apostolus vindicat argumentum quo probare voluit peccatores omnes, qui ad Christum & misericordiam Dei non confugiunt, in judicio Divino damnatum iri, quia Deus in judicando justitiam exercebit integerrimam[f].

6. *Qui reddet*, &c.] Probat quod dixerat, neminem qui male vivit judicium Dei effugiturum[g], quamvis aliorum censor sit, & verbis saltem & professione à peccato videatur alienus: quia nimirum judicabit Deus de hominum *operibus*, non de *verbis* & conditione[h]. Nihil planius. Bonis factis bona, malis factis mala, Deus reddet. Respicit Deus judicans & hæc & ista, Matth. 16.27. & 25.35, &c. 2 Cor. 5.10. Apoc. 2.23. & 20.12. & 22.12. Hoc interest, quòd pœna non potest per justitiam excedere mensuram criminis, præmium autem, si accedat dantis liberalitas, potest esse majus quàm quantum facta per se valeant. Quanquam autem præmium tantum promittere immensæ fuit liberalitatis, tamen, ubi promissum est, jus ex eo nascitur. Quibus verò promissio facta non est, ut Patriarchæ & pii ex Gentibus, ii præmium post hanc vitam sperârent quidem, sed neutiquam tantum: ideo cùm de eo loquuntur ᾅδην nominant, non *regnum cæleste*. Sed & hi plus accipient quàm speraverunt[i]. *Secundùm opera*, sive circumcisus sit, sive incircumcisus[k]. *Secundùm opera*, i. e. secundùm qualitatem, & numerum, & intensionem, operum, bonis bona, melioribus meliora, &c[l]. Non dicit, *secundùm fidem*, sed, *secundùm opera*. Hinc probatur Catholica veritas, non in sola fide positam esse justitiam hominum, sed etiam in operibus[m], & mercedem operibus deberi[n]. Contrà, 1. Quæ hæc impudentia est velle justitiam operum stabilire ex ea ipsa δικαιοκρισίᾳ per quam Paulus eam evertere studet, & omnes justæ damnationi subjicere[o]? 2. Verbum, ἀποδοῦναι, *reddere*, non tantùm de retributione justa, sed etiam de mercede gratuita, usurpatur, Matth. 20.8. Confer Luc. 17.10. 3. Non dicit διὰ, *propter* opera, (à qua phrasi Scriptura universaliter abhorret) sed κατ', *secundùm* opera[p]: quod non causam ostendit[q], aut meritum[r], sed mensuram seu ἀναλογίαν quâ præmia pœnæve distribuuntur, ut constat ex Matth. 9.29. & 23.3 †. vel, ordinem & consequentiam[t], seu quosnam; non quare, sive propter quid[v], Deus servet: ut demonstrat collat. Rom. 3.20, &c[x].

7. *Iis*, &c. Τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι, ζωὴν αἰώνιον] Constructio hîc est ambigua ex distinctione. Τὸ, ἔργου ἀγαθοῦ, conjungendum vel cum δόξαν, vel potiùs, cum καθ' ὑπομονήν· & ζητοῦσι connectendum, vel cum ζωὴν αἰώνιον, vel potiùs, cum δόξαν, τιμὴν, ἀφθαρσίαν[y]. Sed nihil refert utrum *bonis operibus* ambiatur *vita æterna*, an *gloria*, *honor*, & *immortalitas*, cùm hæc omnia nobis sit Deus. Τὸ, ζωὴν αἰώνιον, refero ad verbum, ἀποδώσει, v. præced. articulum, τοῖς, ad

ad ζητᾶσι [a]. [Hinc locum variè reddunt,] *Iis qui secundùm patientiam boni operis quærunt vitam æternam*, reddet Deus *honorem, gloriam, & incorruptibilitatem.* Ità Oecum. Amb. & Greg. ut sit hyperbaton: quod tamen sine necessitate non est statuendum [a]. Sic coacta est verborum trajectio [b]. Al. *Illis qui in perseverantia operum bonorum, gloriam & honorem & incorruptibilitatem quærunt*, dat eis *vitam quæ est in æternum*, Tre. ex Sy. *Iis quidem qui perstant, boni operis gloriam & immortalitatem*, id est, *iis qui quærunt vitam æternam*, P. *Iis quidem qui secundùm patientem exspectationem* (cur ὑπομονὴν ità reddam, dixi ad Luc. 8. 15.) *quærunt boni operis gloriam* (i.e. quæ rectam vitam, & Dei δικαιοκρισίᾳ respondentem, consequitur; qualem videlicet oportet in iis apud Dei tribunal inveniri, qui ex suorum operum meritis illa captant. Verbum, ζητᾶσι, transposui ad vitandam ambiguitatem [c].) *& honorem & immortalitatem, vitam æternam*, Be. *His quidem qui perseverantes in benefaciendo, gloriam & honorem & immortalitatem quærunt, vitam æternam*, Er. Ti. *Iis quidem, qui secundùm* (vel, *per*, Pi.) *patientiam* (vel, *tolerantiam*, Pi.) *boni operis* (i. e. patienter & perseveranter bene operando usque ad finem [d], qui in bona conversatione perseverant, nec eam propter ulla adversa deserunt [*]: vel, per tolerantiam persecutionis propter bonum opus [f]. Alludit ad Luc. 8. 15. Confer Heb. 10. 36. Multæ nimirum bene operantibus se ingerunt difficultates, tentationes, impedimenta; quæ omnia superanda sunt [g]. Καθ' ὑπομονὴν, hîc idem est quod, δι' ὑπομονῆς: solent enim istæ particulæ permisceri, ut 1 Cor. 12. 8. Eph. 3. 3. & alibi, Tum verò ὑπομονὴ, quod propriè *exspectationem* significat, ponitur hîc pro *constantia*: quia exspectatio talis qualis describitur Psal. 37. 5. & alibi, constantiam solet producere. Sic ὑπομένειν est, *perseverare*, Matth. 10. 22. Et singulare est pro plurali, ἔργε ἀγαθᾶ, pro, ἔργων ἀγαθῶν· ut & infrà v. 15. 1 Cor. 3. 14, 15. & 15. 58. 1 Thes. 1. 3. 2 Thes. 2. 17. quod admodum frequens est ubi rerum aliquarum universitas significatur [h].) *gloriam & honorem* (non apud homines [i], sed apud Deum [k], & in Deo [l]; & in operibus virtutis, in quibus vera est gloria & honor Hoc opponit ignominiæ, quâ Gentiles & Deum, & corpora sua, affecerunt [m].) *& incorruptionem* (Sic vocat, vel immortalitatem [n]; vel, opera virtutis; quæ sic vocat tum quia qui ea amplectitur, vanis caducisque rebus spretis, ad ea quæ verè bona sunt se convertit; tum quia eorum finis est vita & incorruptio. Contrà, pravi mores dicuntur *corruptio*, Gen. 6. &c [o]. Δόξα hîc significat *statum illustrem*, ut Matth. 13. 42; τιμὴ, *conjunctum cum laude*; de qua vide 1 Pet. 1. 7; ἀφθαρσία, *perpetuum* [p].) *quærunt*, (i. e. student eam consequi [q],) *vitam æternam*, Vulg. Tol. Pi. &c. sub. *reddet*, Pi. sic G. Dabit illis quod homines optant maximè, teste Posidippo: [vide G.] Ἀθανασίαν ψυχῆς, (*Immortalitas animi*,) piis ex Gentibus non quidem planè certò credita, sed ità tamen ut sententia eam adstruens probabilior crederetur. Hujus rei certos nos planè fecit Evangelium, vel eo solùm nomine faciendum maximi [r].

8. *Iis*, &c. Τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας] Scil. ἔσι [†], i. e. τοῖς ἐριθεύουσι. Sic ἐξ particula apud Hebræos sæpe Qualitatem denotat, ut Rom. 3. 26. Gal. 3. 7 [t]. Hebraismus est, qualis Joh. c. 8. v. 47. ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ, *qui est ex Deo*, h. e. filius Dei [v]. Periphrasis Adjectivi, sicut, οἱ ἐκ περιτομῆς, *circumcisi* [x]. *Iis verò qui sunt contentiosi*, Er. Il. Ti. P. Tre. ex Sy. sim. Par. Be. Pi. V. vel, *ex contentione*, Mo. vel, *qui resistunt*, vel, *contumaces sunt*, Di. ex Sy. nempe qui Deo repugnant, & adversùs eum quasi litigant & disceptant [y]. Ἐριθεύειν intellige, *contra Deum*; quod de Idololatria dici solet. Sic Israel בית המרי, Ezec. 12. 2. à verbo מרה, quod ἐρίζειν vertitur Gen. 26. 35. 1 Sam. 12. 14, 15. Sic & filius מורה, Deut. 21. 18. qui in patrem est contumax. Similem sensum habet illa Dei querela de Hebræis, *irritârunt me vanitatibus suis*, Deut. 32. 21 [z]. Al. Iis qui contentiosè repugnant veritati [a]. *Contentiosis*, sive dogmata sive mores spectentur [b]. Prudenter meminit hujus vitii contentionis, quippe quæ adhuc in Gentibus & Judæis conversis regnabat, & ad veritatem recipiendam magno impedimento erat: vide Rom. 13. 13. 1 Cor. 1. 11. & 11. 16. Gal. 5. 20 [c]. Notat Judæos contra Gentes contendentes [d]. Judæorum ingenium hîc perstringere videtur, qui sensa capitis sui non ratione, sed animi pertinaciâ, defendebant [*]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀπειθᾶσι, &c.] *Et incredulis*, &c. Mo. *Et refragantibus* (vel, *qui non obtemperant*, Il. V. sic Er. P. Ti. sim. Pi. Be. *qui non acquiescunt*, Vulg. qui nolunt acquiescere [f].) *veritati*, Camer. Conjungendum hoc cum præced. Pertinaces enim & contentiosi resistunt veritati, & in errores prolabuntur. Hoc ad intellectum pertinet, & Judæos respicit; ut sequens membrum ad effectum [forsan affectum] pertinet, & Gentes respicit. Ità duo hîc describit principia malorum operum: ex illo omnes errores contra dogmata fidei morésve bonos, ex hoc omnes iniquitates, emanant [g]. *Veritatem* autem hîc intelligit, vel, 1. generaliter, quæ ad recta dogmata credendorum & agendorum pertinet [h], cui non obtemperant qui eam suâ culpâ deserunt, aut non assequuntur [i]: veritatem quamvis lege aut naturæ, aut scriptâ, patefactam: nam de Judæis & Gentibus hîc agit [k]. Vel, 2. notitiam naturalem, de qua cap. 1. 18 [l]. q. d. *qui non sequuntur rectæ rationis dictamen*, quæ & suprà ἀλήθεια dicta est, 1. 18 [m]. Vel, 3. Evangelium [n]. ¶ *Credunt* &c. Πειθομένοις, &c.] *Obtemperantibus autem injustitiæ*, Pi. sim. Be. Er. &c. Malitiam voluntariam significat, quòd sponte veritatem renuerint, & injustitiam sint amplexi [o]. *Verùm injustitiam sectantur*: ἀδικία hîc generatim sumitur, ut & ἀσέβειαν comprehendat, ut Rom. 1. 18. πείθεσθαι, *sectari*, quomodo Gal. 3. 1. & 5. 7. Hebræi dicerent, הלכים אחר השקר P. ¶ *Ira*, &c. Θυμὸς καὶ ὀργὴ] *Excandescentia & ira*, Be. Pi. sub. *erit*, Be. sim. V. Tol. Pi. Camer. vel, *imminet*, G. Θυμὸς ira levior est, ὀργὴ, gravior & in vindictam erumpens [q]. Ubi est in Hebræo אף, quod *iram gravem* significat, Lxx solent ponere voces duas, θυμὸς ὀργῇ· ut videre est Gen. 27. 45. interdum & in Hebræo duæ sunt voces, אף והחמה, Deut. 9. 19 [r]. Per *iram* autem illam *exardescentem Dei* μετωνυμικῶς gravis pœna intelligitur [†]: quod clariùs explicant sequentia [t]. Sensus versûs, q. d. Absumet Deus quosvis sontes qui maluerunt cum illius justitia præfractè contendere, quàm misericordiam supplices experiri: dum veritati, quâ Deus eos invitat ad resipiscentiam, superbè reluctantur; iniquitati verò, quam vetat & ulturus est, obsequuntur demississimé [v].

9. *Tribulatio*, &c. Θλῖψις (Hæc vox ubique obvia est [x].) καὶ στενοχωρία] *Afflictio* (vel, *Oppressio*, P. Tol. sub. *inquam erit*, Be.) *& anxietas*, Er. Il. sic Ar. vel, *angustia*, Be. Pi. P. Ti. quæ præclusionem omnis fugæ significat, q. d. Erit pœna quam evadere nemo poterit [y]. Hæ quoque voces duæ paris significatûs mali vehementiam significant, respondéntque Hæbræis צרה וצוקה, ut apparet ex Græco Esa. 30. 6. Vox στενοχωρία est Esa. 8. 21. Rom. 8. 35. 2 Cor. 6. 4. & 12. 10. στενοχωρεῖσθαι, Esa. 28. 20. & alibi. Alibi στενοχωρία plus est quam θλῖψις. Latini quoque *angustias* pro *miseria* dicunt [z]. Forsan & rebus & verbis congruit ut θλῖψις, *oppressio*, propriè corporis veluti tormentis vexati dolorem exprimat; στενοχωρία, *angustia*, animi ad incitas redacti angorem [a]. Cùm hactenus ostendisset, quàm necessarium fuisset Gentibus Evangelium, nunc & Judæos addit, quorum non pauci Romæ Evangelio se opponebant. Vide Act. 28. 24 [b]. Plerique connectunt hæc duo cum præcedentibus [c], ut sit congeries 4 vocum penè idem significantium [d]: quod mihi non placet [*]. Hinc fieri novum versum hîc faciunt [f]. ¶ *In omnem animam*, &c.] i. e. Personam, ut *anima* sæpe sumitur apud Hebræos [g]: vel, hominem, per Synecdochen [h]. ¶ *Operantis malum*] Intellige quà talis: nam mutatâ hominis vitâ mutatur & Dei decretum, Ezec. 18 [i]. ¶ *Judæi primùm*] Τὸ *primùm* h. l. non tam pœnæ aut præmii inæqualitatem denotat, quàm ordinem & præeminentiam statûs Judæorum, ante adventum Evangelii, præ illa Gentium [k]. Al. Sicut in privilegiis Judæum præposuerat, Rom. 1. 16. sic & eundem præponit in pœnis [l]. Id enim exigit ratio, ut qui plus accipit eò plus crucietur, si beneficio non responderit. Apertius est indicium voluntatis Dei in Lege Divinitus scripta & prohibente Homicidia, Adulteria, Furta, aliáque hujusmodi, quàm in sola collectione rationis. Bene Aug. De vera Religione, c. 6. *Lex prohibens omnia delicta congeminat: non enim simplex peccatum est, non solùm malum, sed etiam vetitum, committere.*

[a] Tol. [b] Par. [c] Ec. [d] Tol. [*] E. Me. [f] Pi. [g] Tol. [h] G. [i] Me. [k] E. Me. [l] E. [m] Tol. [n] E. Me. [o] Tol. [p] G. [q] Par. [r] G. [†] Pi. [t] G. [v] Pi. [x] Par. [y] Di. [z] G. [a] T. [b] Ec. [c] Tol. [d] Me.

[*] E. [f] T. [g] Tol. [h] Tol. ex Orig. & Chrys. [i] Tol. [k] Wil. [l] Ec. sic Par. [m] G. [n] E. Anselm. in Tol. Vor. [o] Tol. ex Chrys. [p] G. [q] Tol. [r] G. [†] G. sim. Me. T. [t] G. [v] Era. [x] G. [y] Tol. [z] G. [a] Era. [b] G. [c] Be. sim. E. [d] E. [*] Be. [f] E. [g] G. [h] Pi. [i] G. [k] Tol. [l] G. sim. E. Me. Wil. &c.

Quò

Quò pertinent ea quæ habebimus Rom. 4. 15. & 5. 13. Unde non longè abit illud Taciti Annal. 3. *Si velis quod nondum vetitum est, timeas nè vetetur: at si prohibita impunè transcenderis, neque metus ultrà, neque pudor est.* Quanquam autem quæ hîc dicuntur ad pœnas vitæ alterius propriè pertinent, tamen voluit Deus etiam in antecessum conspicuis signis ostendere severitatem suam adversùs contumaces; Romanos quidem, immittendo tyrannum pessimum, deinde bella civilia valde cruenta; Judæos autem, evellendo eos funditus à patrio solo, eversâ Republicâ & cultu [m].

10. *Et pax*] i.e. Bona omnia, ut Hebræi *pacem* accipiunt [n]: futura omnium bonorum pacata, certa & secura, possessio [o]. ¶ *Omni operanti bonum*] Nempe ex animo Divinitus purgato [p], vel ex fide & gratia Christi [q]: omni, qui veri Dei fidem habebant, Heb. 11. 6. & bene vivebant, ante adventum Christi [r]. ¶ *Judæi primùm*] Quia primas in retributione ferent †: quia nimirum opera ejus ex majori obligatione, & strictiore præcepto, procedebant [t]. Hoc addit, ut gentem suam honoret, quam priùs depressisse videbatur [v]. ¶ *Et Græci*] Ἕλληνα hîc intelligit τὸν σεβόμενον· quales paucos fuisse suprà diximus. Fuere tamen semper aliqui imitatores Melchisedeci, & Jobi, & Jethronis, & Naamanni. Vide Act. 10. & 17. 4. Vide & De J. B. & P. lib. 1. & Annotata [x].

11. *Non enim est acceptio* (vel, *respectus*, Val. Gua.) *personarum*, &c.] Προσωποληψία Rabbinis משוא פנים. Eadem sententia quæ Act. 10. 34. desumpta ex 2 Par. 19. 7. Est idem sensus & Deut. 10. 17 [y]. *Personam respicere* dicitur qui in judicio aliud respicit quàm quod in judicium venit [z], ut potentiam, opes, consanguinitatem, &c [a]. Dico, *in judicio*, nam personarum acceptio locum non habet in merè gratuitis, v.g. in eleemosyna [b]: non ergò in electione Dei, &c [c]. Deus cùm homines judicat, non originem respicit [d], num Judæus sit, an Gentilis *; sed actiones, Eph. 6. 9. Col. 3. 25. 1 Pet. 1. 17. In beneficiis distribuendis aliquid interdum origo valet, in judiciis Divinis nihil [f]: non personas respicit, sed opera [g].

12. *Quicunque enim sine lege*, &c.] Nempe à Deo voce aut scripto publicata [h], Lege scripta [i], per Mosem [k]. Ἀνόμως hîc valet, מאין תורה, i.e. *cùm legem talem non haberent.* Id culpam non tollit quidem, sed minuit, Luc. 12. 47, 48. Rom. 4. 15. & 5. 13. & in hoc statu erant Gentes, quos *Græcos*, à parte Judæis notiore, appellat. Par divisio hominum in τοὺς ὑπὸ νόμον & ἀνόμους reperitur 1 Cor. 9. 21 [l]. ¶ *Sine lege peribunt*] Condemnante eos lege non scriptâ, sed tantùm naturali [m]. Ἀπόλλυσθαι dicuntur quicunque ullo modo à vita illa post hanc beata excidunt, cui opponitur σώζεσθαι. Vide Joan. 10. 28. Rom. 14. 15. 1 Cor. 1. 18. & 8. 11. 2 Cor. 2. 15. & 4. 3. 2 Thes. 2. 10. Hoc est quod mysticè significatur per legis נכרת. Ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται, id est, *minùs punientur*, ait Chrys. 2. De Jejunio [n]. ¶ *In lege*] i.e. Cùm Legem talem haberent [o]. Ità ב & ἐν sæpe ponuntur, ut Matth. 16. 27. & 25. 31. 2 Cor. 13. 4. 2 Tim. 1. 13. Ideo quod hîc & 3. 19. dicitur, ἐν νόμῳ, infrà v. 14. explicatur, ἔθνη νόμον ἔχοντα. ¶ *Peccaverunt*] Intellige non in significatu illo laxissimo, sed restrictiore & eminentiore; quo sensu per Deum regeniti negantur peccare. ¶ *Per legem*, &c.] Gravibus suppliciis addicentur, Lege eos convincente, quam non observârunt etiam in potissimis & facillimis observatu. *Moses eos accusabit*, Joh. 5. 45. Æquum non erat ut si quorum crimina ad notitiam non pervenissent, aut alio aliquo modo effugissent Judicum severitatem, pœnas effugerent: quare talium se ultorem Deus ipse in Lege promiserat, Levit. 20. 2, 3, 5, 6, 17. Hæc autem ultio non semper in hac vita expletur, sed sæpe reservatur in diem Judicii, ut sequitur infrà v. 16 [p].

13. *Non enim auditores legis*, &c.] Judæi qui Lege acceptâ auditâque gloriabantur [q]. Parum refert memoriter discere præcepta nisi re impleantur. Par sententia, sed ad Evangelium applicata, Jac. 1. 22. Simplicius ex Demosthene, ὡς ἅπας λόγος, ἂν ἀπῇ τὰ ἔργα, μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν, (*Omnis sermo, si facta absint, vanus est & inanis.*) De Chrysippi Libris Epictetus. *Si eos intelligam, & præceptis illius non utar, pro Philosopho Grammaticus tantùm evado*, &c. [Vide in G.] Seneca, *Quid leges sine moribus Vanæ proficiunt?* Josephus, *Non cognoscere duntaxat oportet, sed & præcepta præstare.* Nemo ægrotus eo solo sanabitur quòd Hippocratem legat. Hæc verba & quæ sequuntur usque ἐν ἡμέρᾳ esse παραινετικὰ complures monuere [r]. ¶ *Justi sunt apud Deum*] q.d. Licèt hominibus justi videantur †. Justitiam eam habent quam Deus æternis præmiis repensat. Vide Rom. 1. 17. Refellitur hîc pestilens Rabbinorum sententia, docens, omnem qui Judaismum profitetur, quomodocunque vixerit, partem habiturum in futuro seculo, ut notat Justinus [t], [verbis à G. productis.] ¶ *Sed factores legis* (vel, *qui legem præstant*, Be. Pi. Intellige, *ex mundo corde*, ut suprà v. 10. הקדשים במצות, *qui se sanctificant in præceptis*, ut loquuntur Hebræi [v].) *justificabuntur*] Vel, *justi habebuntur*, V. *Justificare* est verbum forense translatum ad Sacra: Judex enim justificare reum dicitur, cùm eum innocentem suâ sententiâ pronunciat [x]. *Justificare* propriè est, *ex non justo justum facere*; interdum, *justitiam conservare*, *augere*, *perficere*; sæpissimè verò in Scriptura, *justum declarare*, sive *pronunciare*, ut Psal. 51. 4. Esa. 5. 23. Matt. 12. 37. Luc. 16. 15. &c [y]. Δικαιωθήσονται idem est quod in præced. membro, δίκαιοι εἰσὶ, i.e. צדקו in Kal, *justi*, nempe *coram Deo*; ut & præcedentia & sequentia evincunt. Deus Spiritum suum dat justis: eum non dabat Hebræis, manente adhuc Lege, nisi ἀμέμπτοις secundùm Legem. Nam sine tali studio justi non erant, Luc. 1. 6. Quibus autem nunc non dat Spiritum suum, eos certos non facit vitæ æternæ. Infrà dicet, justitiam quæ coram Deo valet non contingere ex Lege Mosis, nempe distincta ab iis officiis quæ etiam ante Legem requirebantur [z]. [Connexio sic se habet:] Probat hoc loco Deum non accipere personas, sed bonum operantes & Legem observantes, sive auditores fuerint sive non, sive Judæi sive Græci, justificari à Deo [a]. Sed de Lege duntaxat scripta hîc agi constat, quòd ea sola audiatur [b]. Al. Probat Judæos & Græcos pares esse ut pœnâ, v. 12. ità culpâ, h. l. quia neutri sunt factores Legis [c]. Al. Occurrit objectioni Judæorum, dicentium, se esse Gentibus superiores, quòd Legem haberent [d], quâ se à judicio Dei tutos & justificandos esse opinabantur *. At hoc, inquit, nihil valet, quòd illi auditores tantùm erant Legis, non factores [f]. Al. Novum hoc est argumentum, quo probat, homines Lege non potuisse justificari, quia eam nemo præstare potest [g]. Al. Dixerat, & Gentiles sine Lege, & Judæos sub Lege, peccatores esse: posterius membrum priùs probat, Judæos ex Lege judicandos, quia auditores duntaxat, non factores, ejus fuerant [h]. Confirmat h. l. quod jam dixerat, *Qui in lege peccaverunt, per legem judicabuntur.* Perstringit Judæos, qui Legem singulis Sabbatis audiebant, eámque curiosè scrutabantur. Sed videtur hæc Pauli sententia apertè pugnare cum Rom. 3. 20. & Gal. 2. 16. *Ex operibus legis nemo justificabitur.* Sed revera non pugnat: nam illic *justificari* est, ex non justo justum fieri; hîc, justum declarari [i]: illic agitur de operibus non à fide profectis; hîc, de operibus verè bonis Deóque acceptis [k]: illic, de initio & prima justificatione, quæ non est ex operibus, sed ex fide; hîc, de justitiæ progressu, quæ non ex fide tantùm, sed simul ex operibus, fit [l]. Paulus h. l. manifestè agnoscit justitiam operum, eámque veram & apud Deum [m]. [Aliis secùs videtur:] Hoc non absolutè intelligendum est, (ut constat ex Rom. 3. 20 [n]. & ex scopo Apostoli, qui quod dixerat cap. 1. neminem habere justitiam propriam, hoc cap. probat specialiter de Judæis, &c [o].) sed ex hypothesi, si quis justificationem ex Lege consequi posset [p], quæ perfectam, constantem & perpetuam, Legis obedientiam postulat, Galat. 3. 10 [q]. quæ quum nulli hominum possibilis sit, Rom. 3. 20. & 8. 3 †. nemo indè justificatur [t]. Sensus loci, qu. d. Legis doctrina tota circa praxin versatur, &c. Quare is demum justus est justitiâ legali qui mandata Legis perfectè implevit, &c [v].

14. *Cùm enim Gentes* (i. e. אומות, vel גוים, quomodo Judæi vocant gentes alias [x].) *quæ legem non habent* (Interpretare ut suprà v. 12 [y]. Periphrasis gentium profanarum [z]. At hæc non est determinatio restringens, sed declarans. Est enim Gentium epitheton, *Legem non habere*, sicut Judæorum, *habere Legem*. Vide 1 Cor.

c. 9.

Margin notes (left column): m G. — n G. — o Me. ex E. — p G. — q T. ex Chrys. — r Tol. — † G. — t Tol. — v Me. — x G. — y G. — z G. sim. E. — a E. sim. Be. Par. — b E. — c E. sim. Be. — d G. — * Me. — f G. — g Per. sim. Tol. &c. — h G. — i E. Me. T. Pi. — k T. Pi. — l G. — m E. Me. — n G. — o G. sim. Pi. — p G. — q Tol.

Margin notes (right column): r G. — † Pi. — t G. — v Idem. — x V. — y E. sim. Per. — z G. — a Tol. — b Wil. — c Gorran. in Wil. — d Mart. in Wil. — * Gom. — f Mart. — g Calv. & Par. in Wil. — h Wil. ex Bucero & Aret. — i Per. — k E. — l Tol. — m E. — n Gom. — o Cart. — p Gom. — q Cart. — † Par dub. — t Gom. — v Bra. — x G. — y Idem. — z Pi.

c.9. v.20, 21 *.) *naturaliter* (vel, *naturâ*, Er. P. Be. Pi. Mo. &c. vel, viribus naturæ [a]; quod non placet [b]: vel, ex natura per gratiam reparata [b]: vel, naturâ duce, sine doctrina exteriori [c]; naturali instinctu ac judicio, naturali ratione eis dictante, quid honestum, quid turpe, sit [d]. φύσις hîc, cùm νόμῳ opponitur, non significat ingenium pravâ educatione corruptum, sed usum rectum rationis, cujus facultas homini agnata est: neque omnia Dei auxilia excludit. Sic τὸ δίκαιον φύσει & τὸ δίκαιον νόμῳ distinguit Aristoteles, ac Jurisperiti *Jus naturale* ac *civile*. Sic & 1 Cor. 11. 14. Adde hîc quæ ex Josepho, Justino & Clemente attulimus ad Matt. 5. 17 *.) *ea quæ legis sunt* (non id quod Lex jubet [f], quódque Legi ἀδύνατον dicitur, Rom. 8. 3 [g], quódque nè Christianorum quidem optimi præstant [h]; sed *Legis opus*, ut dicitur v. seq [i]. h. e. vel, 1. id quod Lex facit. Quid facit Lex? Jubet, convincit, damnat, punit. Hoc ipsum facit & Ethnicus quivis, simulac incipit adolescere, adversùs alios & adversùs seipsum [k]. Vel, 2. quod Lex potest facere ut quis faciat: quæ duo sunt: 1. Coacta hominis externi, per spiritum servitutis, abstinentia à crassioribus sceleribus. 2. Studium qualecunque virtutis [l]: quod Lex in hominibus facit, dum illos aliquantò doctiores reddit in rebus moralibus, *Scilicet ut possint curvo dignoscere rectum* [m]. Al. Τὰ νόμου intellige illa quæ & naturâ & Lege præcipiuntur [n], multa opera legis naturalis [o]; nam indefinitè loquitur [p]: ut, *Non occides, non mœchaberis, non furaberis* [q], *parentes honorabis*, &c [r]. Si hæc nôsse Judæis sufficeret, sufficeret & Gentibus, quanquam hæ ductu rationis, Judæi etiam Legis præscripto, id perceperant: At Gentibus id non sufficit: Ergò nec Judæis: ὁ δὲ προσωπολήπτης ὁ Θεός, ut præcessit †.) *faciunt*] Quod non de omnibus Ethnicis intelligendum [t], sed de multis [v]; quales Solon, Socrates, Cato, &c [x]. qui ea faciunt tum interiùs, conscientiæ testimonio sese excusando aut accusando, v. 15. tum exteriùs, leges honestas præscribendo & servando, hoc versu [y]; virtutem enim colebant, affectus frænabant, &c [z]. & virtutes laudant, & vitia vituperant ac puniunt: quæ eadem docet Mosaica Lex [a]. Hæc autem fecerunt non spiritualiter, sed carnaliter; ac proinde Deo, qui Spiritus est, grati non erant: alia quoque ad versùs legem fecerunt, quo seipsos damnabant [b]. [Qu. 1. Quæ connexio cum præced.] Resp. Cohæret hæc sententia cum priore parte v. 12. sicut v. præced. cum parte ejus posteriore [c]. Al. Objectioni tacitæ respondet, Quomodo Gentiles, si non auditores Legis sunt, possunt esse factores, aut transgressores [d], & perire *? Respondet, *quia naturâ faciunt*, &c [f]. Qu. 2. De quibus gentibus hîc loquitur Paulus [g]? Resp. 1. De Gentilibus ad Christum conversis [h]: ut patet ex toto contextu, tum ex præced. ubi *factores legis* & *justificati* & *bonum operari* dicuntur [i]: tum præsertim ex v. 26. *Si præputium custodiat legem*, &c [k]. & v. 28. ubi tales vocat *Judæos in occulto*, &c [l]. Sed nihil vetat de diversis Gentilibus hoc cap. agi, hîc de infidelibus, qui nullum habebant, præterquam legis naturæ, propriæque conscientiæ, ductum, quique sine lege peccabant; infrà de conversis & credentibus [m]. [Plura vide ibi dicenda.] Resp. 2. De Gentilibus infidelibus, vel ante vel post Christum, qui probè vixerunt & multa virtutum officia præclarè faciebant [n], quantum ad substantiam operis, licèt non quantum ad intentionem Legislatoris, nec ità ut Deo placerent & salutem promererentur. His propriè convenit *naturaliter facere*, &c. h. e. solâ naturâ magistrâ [o]. Generaliter hîc loquitur de omnibus Gentibus [p], & ante & post Evangelium, tum bonis, quæ aliqua legis opera faciebant; tum malis, quorum illi salutem, hi vindictam, recipiunt [q]. ¶ *Ejusmodi*, &c. Οὗτοι, &c.] *Isti* (Nota neutro nomini [ἔθνη] reddi masc. constructione eâ quæ dicitur κατὰ τὸ σημαινόμενον, ut Matth. 28. 19. Act. 15. 17 [r].) *legem non habentes* (Repetitum majoris evidentiæ causâ, ex eo quod præcesserat †.) *sibi ipsis sunt lex*, Be. &c. i. e. habent in seipsis dictamen rationis naturale, quod illis loco legis est, indicans mala & bona opera [t]: sibi id præstant quod Lex Judæis. Et est hîc πλοκὴ simul & ὀξύμωρον. Simile ὀξύμωρον, infrà v. 25. ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν. Est & μετάληψις, quia causa nominatur pro effectu, quamvis ex alia causa procedente [v]: damnant ipsi semetipsos. Hinc magnificæ Senecæ voces,

*E. | [a] T. sim. Pelag. in E. | [b] E. Tol. | [c] Me. sim. E. Tol. | [d] Pi. sim. Par. | *G. | [f] J. Cap. Bra. | [g] Bra. | [h] J. Cap. | [i] Cam. J. Cap. Era. | [k] J. Cap. | [l] Cam. | [m] Bra. | [n] G. sim. Pi. Par. Wil. | [o] T. | [p] Gom. | [q] G. | [r] T. | †G. | [t] Wil. ex Par. | [v] Gom. | [x] Par. Wil. | [y] Gom. | [z] Par. | [a] Ca. | [b] Di. | [c] Pi. | [d] Me. ex Tol. | *Tol. | [f] Me. Tol. | [g] Per. | [h] Aug. in Wil. sim. E. ex Prosp. Ambros. Hug. Aquin. Corthus. &c. | [i] E. ex Aug. | [k] Aug. in Wil. & E. | [l] E. ex Aug. | [m] Wil. | [n] Per. ex Orig. | [o] Per. | [p] Tol. Wil. | [q] Tol. | [r] G. sim. Pi. | † G. | [t] Tol. | [v] G.

Epist. 97. *Prima & maxima peccantium est pœna, peccâsse*, &c [x].

15. *Qui*, &c. Οἵτινες ἐνδείκνυνται, &c.] *Qui* (vel, *Ut qui*, Be. Pi. *Utpote qui*, J. Cap. *Quippe qui*: Relativum enim hîc habet vim causæ [y].) *ostendunt* (Non dicit, *habent*, sed, *ostendunt*; habent in se specimen & argumentum id probans & innotescere faciens [z], vitæ innocentiam scilicet [a]. *Ostendunt*, faciendo ea quæ Legis sunt, cùm Legem non acceperint [b].) *opus legis* (i. e. sententiam Lege comprehensam, quam literis & syllabis opponit [c]: id quod Lex in Judæis efficit, nempe cognitionem liciti & illiciti. *Legis virtus est imperare, vetare, permittere, punire*, ait Modestinus. Chrysippus ait, Νόμον, &c. (*Legis esse, & imperare facienda, & non facienda prohibere*: quæ verba & Philo usurpat & Orig [d].)) *scriptum* (q. d. *scriptitium*, ut opponatur illi quod JC[ti] vocant ἄγραφον, *jus non scriptum* *.) *in cordibus suis*, Vulg. Cicero Tuscul. 3. *Sunt ingeniis nostris semina innata virtutum quæ si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret* †. Scriptura hæc cordis est lumen naturale, ea probans aut prohibens quæ lex scripta exteriùs, &c [f]. Est quidem hæc *non scripta*, sed *nata lex*, ut Cicero ait pro Milone. Sed eleganter Apostolus, quia Lex Dei scripta erat in Tabulis, hanc *scriptam* dicit *in corde*, hoc additamento translationem mitigans. Planéque idem loquendi genus usurpat Dion Chrys. τὰ ἔθη· sub quo nomine etiam jus naturæ comprehendit. *In corde Adami scripta fuisse præcepta*, חקוקי בלב, ait Hebræus Gedalia Schabscheleth. Origenes, ὅτι ἐν ταῦτα, &c. (*Præterea lex dicitur quæ quoad communes notitias animo inscripta est*, &c.) Tertul. *Ante legem Moysis scriptam, legem fuisse contendam non scriptam, quæ naturaliter intelligebatur, & à Patribus custodiebatur. Alioqui unde Noe justus inventus, —& Abrahamus*, &c. [Vide G.] *Legem rectam*, sive *rectam rationem, animo nostro naturaliter inscriptam*, dicit Hierocles, [verbis à G. productis.] [Quid autem sit hæc lex naturalis, & quæ prima ejus præcepta, vide in Per.] ¶ *Testimonium*, &c. Συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως] Id est, μαρτυρούσης· nam συμμαρτυρεῖν, pro *testari*, etiam Plato usurpat, quia qui testimonium perhibet, causam alicujus adjuvat: sic & *testificari* dicitur, συμμαρτυρεῖσθαι, Jer. 11. 7 [g]. *Simul* (vel, *Unà*, Be. Pi. Di. scil. cum judicio Dei [h], vel cum lege cordibus inscripta. Lex, Deum referens, supremum Judicem agit, testimoniúmque obedientiæ vel inobedientiæ, adeóque vitæ ac mortis, homini edit. Huic conscientia, tanquam inferior judex, subordinatur, quæ legi parens unà cum ea attestatur [i]. Vox, συμμαρτυρούσης, alludere videtur ad id quod Lex Mosis non rarò vocatur in Scriptura, *Dei Testimonium* †.) *testificante* (q. d. *coattestante*, Pi.) *ipsorum conscientiâ*, Er. Val. &c. quæ non illis solùm, sed omnibus, contestatur eos habuisse hanc scripturam sive notitiam operum legis in corde, nec excusabiles esse [k]. *Contestante* adversùs ipsos *ipsorum conscientiâ*: Accusat te Deus, tu negas, sed adversùs te cum Deo testatur tua conscientia. Docent id Ethnici; Juvenalis, —*Prima est hæc ultio, quod se Judice nemo nocens absolvitur*. Seneca, *Mala facinora conscientiâ flagellantur*, &c [l]. ¶ *Et*, &c. ¶ *Et*, &c. Καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν, &c.] *Et cogitationibus* (Per quas intelligit *communes* ac *naturales notitias* boni & mali omnibus insculptas, quæ λογισμοὶ dicuntur, quia ratio jam adulta, nec præjudiciis occupata, has probat [m]. Vel, *Et ratiocinationibus*, quibus conscientia utitur, dum malè aut bene hominem egisse convincit [n]. Λογισμοὶ non sunt qualescunque cogitationes, sed quæ fiunt ratiocinando & disceptando, dum adhibito judicio rationis animus examinat aliquid, & de eo pronunciat sitne verum, an falsum; bonum, an malum *. Cogitationes hæ sunt τῆς συνειδήσεως, quæ legem secuta movet cogitationes, ut secundùm legem aut accusent, aut excusent [o].) *sese mutuò* (vel, *invicem*, Er. & V. ex Hi. *inter sese*, Pi. sim. Vulg. Ar. *interim*, Aug. vel, *vicissim*, Pi. G. sive, *alternatim*, Pi. Di. vel, *alternante sententiâ*, G. vel, *per intervalla vicissim*: μεταξὺ *intervallum* notat h. l. & quidem temporis, ἀλλήλων (quod ab illo adverbio dependet) notat *vicissitudinem* [p]. Sensus non est, Cogitationes se mutuò, i. e. aliam aliam, accusâsse aut excusâsse, sed, inter se ac per vices, eum in quo reperiebantur [q], prout nempe unus idémque nunc bene, nunc malè,

[x] J. Cap. | [y] Tol. | [z] Idem. | [a] G. | [b] E. Me. | [c] Pi. | [d] G. | * Er. | † Ga. | [f] Tol. | [g] G. | [h] Er. | [i] Di. | † Bra. | [k] Tol. | [l] J. Cap. | [m] Ham. | [n] Tol. | * Me. ex E. | [o] Di. | [p] Pi. | [q] Di. sim. Pi.

male ageret [r].) *accusantibus aut etiam excusantibus*, Be. &c. Conscientia modò accusatoris, modò patroni, personam agit, atque ità legem hanc scriptam, &c. probat; non enim est accusatio aut defensio sine lege, &c [†]. Est h. l. συνειδήσεως quasi in duas species partitio [t]. Duplex est conscientiæ munus: 1. Servare communes de virtute & vitio notiones, quo respectu συντήρησις vocatur: huc pertinet illud, *simul testificante*, &c. 2. Ex illis notionibus de singulis factis & dictis nostris judicium instituere, quò spectant sequentia, *& cogitationibus*, &c. Prius fit actu mentis directo, & Legis mandatis generalibus respondet: alterum actu reflexo, éstque velut Legis ad singulas circumstantias applicatio. Hoc vult, Gentiles damnandi sunt ob peccata quæ contra communes notiones & conscientiæ leges admittunt, & propterea Legis cognitio, & judicium quod ferunt in aliena peccata, non prohibebit quominus Judæi ob propria [peccata] damnentur [y]. Egregiè hanc conscientiæ vim depingunt Philo & Hierocles, [quorum verba describit G.] sed & Poetæ in Oreste, qui Menelao apud Euripidem quærenti, Ὀρέστα τλῆμον, τίς σ' ἀπόλλυσι νόσος; (*Infelix Oresta, quis te perdit morbus?*) Respondet, Ἡ σύνεσις, ὅτι σύνοιδα δείν' εἰργασμένος, (*Conscientia facinorum meorum.*) Horatius, —*Hic murus aheneus esto, Nil conscire sibi, nullâ pallescere culpâ.* Vide & Juvenalem & Menandrum, [eorúmque verba in G.] Tacitus, *Perfecto demum scelere magnitudo ejus intellecta est.* Musonius apud Gellium, 5. 1. *Varios adeò vultus disparilésque sensus gerat, perinde ut eum conscientiámque ejus affecerit utrarumque animi partium aut sincerarum, aut ægrarum, Philosophi pertractatio.* Vide & Dan. 5. 6 [x].

16. *In*, &c. Ἐν ἡμέρᾳ ὅτε, &c.] *In die quo* (ad verb. *cum*, Pi. Heterosis [y]. Ὅτε positum est pro, ἐν ᾗ: sicut cùm Latini dicunt, *habebat domi unde disceret*, i. e. ex quo [z]: Sic Cicero, *Multa mihi veniebant in mentem, quamobrem*, &c. i. e. propter quæ, &c [a]. In MS. pro ὅτε hîc est ᾗ, sensu eodem [b].) *judicabit Dominus*, Be. Pi. h. e. in die extremi Judicii [c]. Cohæret hic versus, vel, 1. cum v. 12. & 13. *justificabuntur*, & *damnabuntur* [d], quod futurum judicium respicit [*]: ut v. 14. & 15. parentheticè interjecta sint [f]. Absolutâ παρενθέσει redit Apostolus ad illud quod dixerat, κριθήσονται, & ei suum tempus assignat [g]. Vel, 2. cum verbo, *ostendunt*: q. d. Hactenus conscientia occultus est testis, at in die illo ostendetur omnibus, Gentes sibi ipsis fuisse legem, earum conscientiis coram omnibus acclamantibus [h]. Non placet; nam illa ostensio fit per opera legi consentanea, dum exercentur: quare non dicitur, *ostendent*, sed, *ostendunt*. Vel, 3. cum proximè præced. q. d. Quod quidem testimonium conscientiæ accusantis vel defendentis, etsi hîc plurimùm valeat, præcipuè tamen locum habebit in die Judicii, &c. Vel, *in die*, pro, *in diem*: nam illa cogitationum accusatio vel excusatio nunc quidem fit, sed respicit diem examinis ac judicii Dei [i]. ¶ *Occulta*, &c.] Etiam τὰ κρυπτὰ, מסתרים. Sic & 1 Cor. 4. 5. Thales interrogatus, *Ecquis Deo latere posset malè agens*, dixit, *Ne cogitans quidem. Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum, Facti crimen habet*, — ait Juvenalis, probans hoc ipsum historiâ de Herodoto depromptâ [k]. Hoc dicit, quia Legis tractatores totam ejus observationem ponebant in operibus externis, & falsâ pietatis larvâ carneis oculis imponebant. Frustrà ergò, inquit, præsidium quærunt in Lege qui Legem prædicantes aliis ipsi transgrediuntur. Jam verò tales esse Judæos, quæ est Apostoli hypothesis, ostendit in sequentibus [l]. ¶ *Secundùm Evangelium meum*] Ità Pi. i. e. Quod ego prædico [m]: confer Joh. 17. v. 20 [n]. i. e. secundùm testimonium Evangelii mei [o]: ut ego doceo [p], jussu Christi [q]: planè sicut ego hoc omnibus populis annuncio. Vide Act. 10. 42. & 17. 31. 2 Tim. 4. 8. Locutio illa, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, pari sensu est 2 Tim. 2. 8. Bene autem hîc *Evangelium* interposuit, quia solâ ratione constare non poterat per quem Deus esset judicaturus. Huic autem veritati Paulus fidem adstruebat miraculis [r]. *Ex Evangelio meo*, Ca. Be. Pi. juxta doctrinam à me traditam [†], cujus hæc pars erat, mundum à Christo judicandum [t]. Vel, significat, Christum sententiam laturum juxta doctrinam Evangelii, *Qui credet servabitur*, &c [v]. ¶ *Per Jesum Christum*] Quem Deus Judicem constituit, &c [x]. Vide Matt. 25. 31, &c. Act. 17. 31 [y]. Hoc quia ignotum erat Gentibus, Judæis quoque occultum, addidit, *secundùm Evangelium meum* [z]: ad quod provocat, non ut doceat secundùm quid Deus judicabit, sed per quem, &c [a].

17. *Si autem*] i. e. Εἰ δὲ, ut legunt tres Codices [b]; item Orig. Amb. & Theoph [c]. & Syrus [d]. Ità sententia suspensa relinquitur [*]: nec tamen hiat constructio [f]; nam sensus completur v. 21. *Si tu autem*, &c. *an ergo qui alium doces, teipsum non doces*? Al. *Si autem*, &c. supple, *& tamen ipsam legem non observas*, &c [h]. Ἴδε] Hæc verior & antiquior est scriptura [i]: sic habent omnia exempl. Græca; cámque Apostrophe requirit: habet enim concessionem rei notoriæ; qu. d. Non inficior te privilegia prætendere posse, sed inania, tuâ culpâ [k]. *Ecce*, Be. Pi. &c. Hâc voce torpentes excitat, &c [l]. ¶ *Tu*, &c. Σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ] *Tu* (Compellat singulos, ut hypocrisin eorum fortiùs constringat [m]:) *cognominaris* (i. e. vulgò haberis; q. d. sed reverâ non es: ut dicet v. 28 [n].) *Judæus*. Erat hoc nomen olim venerabile & honorificum [o]. *Judæus* h. l. non est nomen gentis, sed titulus professionis [p]. Nomen hoc erat religionis eo tempore, & significabat μονόθεον, *unius Dei cultorem*: qui non modicus honos. Vide infrà v. 28. Simul alluditur ad vocis originem. Philo, τὸ μὲν ἐξομολογητικὸν ὁ Ἰούδας σύμβολον, (*Juda, confitentis symbolum.*) Idem, *Juda exponitur*, Κυρίῳ ἐξομολόγησις, (*confessio Domino.*) Ideo Apoc. 2. 9. negat eos re verâ esse *Judæos*, qui se appellabant [q]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ] *Et acquiescis* (i. e. oblectaris, tibi de ea gratularis seu applaudis, tanquam de insigni Dei beneficio [r]:) *in lege*, Er. P. Ca. Be. Pi. Mo. &c. h. e. Decalogo [†], in Legis cognitione, lectione, &c [t]. fiduciam ponis in Lege, quasi ea te servaret: vel sic, perfectionem Legi ascribis [v]. *Et requiescis*, Vulg. non laboras, nec vagaris, inquirendo quid agendum, quídve fugiendum, sit [x]. Quietis notione utitur, inquit Scholiastes Syrus, quia sensus est, inquit, *sine labore habes legem directricem*, quæ te facilè ac quietè ducit ac dirigit, nec opus est te magno labore de voluntate Dei inquirere. At sensus potiùs est, Securus es in Lege, tanquam in egregia quadam prærogativa, & amoris Dei tessera: non lassat te peccati onus, quippe qui ex Lege quietem capias [y]. *Et inniteris*, &c. נשען: nam שען vertitur ἐπαναπαύεσθαι, ut Ezec. 29. 7. Eundem sensum habet נסמך, Esa. 48. 2. quod per ἀντιστηρίζεσθαι vertunt LXX. *Multum præsidii in eo ponis quòd legem habeas à Deo datam.* Vide infrà v. 23 [z]. Dicis unicam Legem te oblectare, & tibi placere [||]. Legi addictus es & firmissimè hæres, ut corpus solidum basi cui innititur & in quo quiescit. Ità veri Judæi distinguuntur tum ab Ethnicis, quibus Lex data non est; tum ab Apostatis, qui Legem deseruerunt [†]. ¶ *Et*, &c. Καὶ καυχᾶσαι, &c.] Paragogicè pro καυχᾷ [a] ut κοιμᾶσαι pro κοιμᾷ [b], & Latinis *dicier*, pro *dici* [c]. *Et gloriaris in Deo*, Be. Pi. &c. i. e. in Dei agnitione [d], & cultu [*]: quòd unicum Deum colas [f], & populus illius electus sis [g], cùm cæteræ gentes sint ἄθεοι, Eph. 2. 12 [h]. *In eo multum tibi places quòd unum verùmque Deum nôris.* Respici videntur verba Esa. 45. 25 [i]. quòd Deum habeas Legislatorem & Dominum & Patriæ Reipublicæ conditorem, quem Scriptura vocat *Gloriam Israelis* [k].

18. *Et nôsti voluntatem*] Sub. *ejus*, Be. E. quod latet in articulo, τὸ [†] quæ Deus fieri vult [l]. Quid Deus fieri velit non ex rationis nudæ collectione, sed & ex Libris Mosis & Prophetarum, didicisti. ¶ *Et*, &c. Καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα] Sic & Phil. 1. 10. Uterq; locus respicit ad locum Legis de fissis ungulis; cujus mysticus est sensus scilicet, Distingui à nobis debere licita & illicita, quæ multos fallunt arcto limite. Sic eam legem explicat Philo, lib. De agricultura, additque, id non sufficere nisi & ruminemus, i. e. ostendamus nos meminisse ubi opus est. Barnabas non longè abit cùm τὰ διχηλὰ interpretatur, approbante & Alexandrino Clemente, Strom. 5. τοὺς μελετῶντας ὃ ἔλαβον διάσταλμα ῥήματος. Idem Barnabas hoc præceptum refert ad cognitionem utriusque seculi, ut & Origenes ad Levit. capite 11 [m]. *Et probas differentia*, Vulg. *Et probas* (vel, *discernis*, Tre. & Di. ex Sy. Ar. Æth. *internoscis*, P. *approbas*, Ca. *exploras*, Be. Pi. Ham. Par. ut verbum sumitur Rom. 12. 2. 2 Cor. 13. 5. 1 Thes. 5. 21 [n]. Sed δοκιμάζειν est, *ità probare*, sive *explorare*, *ut approbes*,

Marginal notes (left column): [r] Di. [†] Tol. [t] Be. [y] Pra. [x] G. [y] Pi. [z] G. [a] Pi. [b] G. [c] Ham. [d] Par. E sim. Be. G. [*] E. [f] E. Par. [g] G. [h] Tol. [i] E. [k] G. [l] Bra. [m] Tol. sic Wil [n] Wil. [o] Pi. [p] V. sim. Ca. [q] V. [r] G. [†] Par. [t] Wil. ex Calv. [v] Par. [x] Pi. sim. Tol.

Marginal notes (right column): [y] Pi. [z] Tol. [a] Par. [b] Be. [c] Be. ex Er. [d] Di. [*] E. [f] Di. [g] Di. sim. E. [h] Me. [i] Er. [k] Par. [l] Pi. [m] Par. [n] Idem. [o] Tol sim. E. [p] Par. [q] G. [r] E. [†] Fe. [v] Par. [x] Tol. [y] Di. [z] G. [||] V. [†] Era. [a] Be. ex Camer sic Pi. [b] Camer. Be. [c] Be. [d] Par. sic M. [*] Tol. E. Me. [f] V. [g] Tol sim. Pi. [h] Pi. [i] G. [k] Bra. [†] Pi. [l] Tol. [m] G. [n] Par.

approbes, ut constat ex collat. Rom. 12. 2. & 14. 22. 1 Cor. 11. 28. Gal. 6. 4. Eph. 5. 10. Sensus, q.d. acutè & diligenter exploras & explorando discernis [o].) *eximia*, Er. Il. Ti. V. sim. Pi. Cap. quæ bona opera, quibus præstent [p]; quæ sunt graviora Legis [q], quæ leviora minorisque momenti [r]; quid permissum, quid vetitum. Hoc est, *separare pretiosum à vili*, Jer. 15. 19 †. Vel, *præstabilia*, Ca. Certè διαφέρειν sæpe valet, *excellere*, seu *præstare*, nusquam *discrepare*, quod est διαφέρεσθαι q.d. *differri*, h.e. in diversas partes ferri [t]. Hesychius, διαφέρει, *eminet*, *excellit*: & διαφερόντως, *excellenter* [v]. Plura vide ad Heb. 1. v. 4 [x]. [& in Synopsi ad Matt. 6. 26.] Aut potiùs διαφέροντα ea sunt quibus dignoscendis (licitáne sint an illicita) opus est judicio & acumine magnóque Legis usu & peritiâ [y]. Vel, *differentia*, Mo. *quæ discrepant*, Be. nempe à Lege [z]. Malim intelligi ea in quibus homines inter se discrepant: verto, *controversias*. Ità apud Thucyd. τὰ διαφέροντα sumi docet H. Stephanus: ut & Budæus, διάφορον πρᾶγμα vertit, *res controversa*; διάφορον, *id quod inter scribentes non convenit*. Syrus habet, דליתא, quod Trem. & Boder. reddunt, *utilia*, verte, *decentia*, aut *convenientia*. Hesych. διαφέρει, *convenit*. Διαφέρειν interdum idem est quod συμφέρειν, *conducere*, *utile esse*. Est & *referre*, *interesse*, *attinere*, teste Glossario. Sic sæpe dicunt, οὐδέν σοι διαφέρει, *nihil tuâ refert*, *nihil ad te*: διαφέρει σοι τοῦτο, *interest tuâ hoc*. Hinc τὸ διαφέρον, *quod interest*, *quod ad rem aliquam attinet*, *ad eam requiritur*, *eíque est necessarium*. Vide Epictet. Enchirid. parag. 32. Ità hîc διαφέροντα possent esse necessaria, quæ intersunt & requiruntur ad salutem, & ad gloriam Dei attinent [a]. ¶ *Instructus*, &c. Κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου] *Instructus* (vel, *Eruditus*, vel *Initiatus*, Er. V. vel, *Institutus*, Er. P. Be. Pi. &c. nempe à pueritia: est enim servanda vis verbi κατηχεῖσθαι [b]. *Quippe à prima ætate edoctus*, illa scilicet discrimina liciti & illiciti, ut hîc rectè sumit Syrus: κατηχεῖν est השמיע, κατήχησις שמעתא, Rabbinis. Habes hoc verbum Luc. 1. 4. Act. 18. 25. 1 Cor. 14. 19. Gal. 6. 6 [c].) *ex lege*, Mo. Tre. ex Sy. &c. scil. *Dei*, quod notat articulus τοῦ [d].

19. *Confidis te esse*] i.e. Hoc tibi arrogas [*], inaniter jactas, & vis, ut debes, haberi ex officio [f]. Πέποιθας, &c.] *Tibi ipsi persuades*. Rabbinos præcipuè compellat, qui & פקחים Hebræis, i.e. *videntes* [g]. ¶ *Ducem* (nempe viæ ducem [h]) *cæcorum*] i.e. Errantium [i], vel insipientium, nempe ignorantium Deum: vide Mat. 15. 14. & 23. 16, &c [k]. vel, 1. rudiorum de plebe, quorum se profitebantur doctores, magnificis titulis superbientes [l]: vel, 2. Gentilium, quos pro cæcis habebant Judæi [m]. *Te esse à quo omnes gentes doceri possent*. Ut bene exprimatur hæc persuasio, Judæis hîc ascribuntur, ex ipsorum judicio, tituli magnificentissimi; Gentibus vilissima nomina. Reipsâ Deus illis Judæis dicere poterat, *Quis cæcus nisi servus meus?* ut est Esa. 42. 19. & ὁδηγοὶ τυφλοὶ τυφλῶν, Matt. 15. 14. Nam etsi quos ex Gentibus faciant proselytos, eos nihilo faciebant aut institutione suâ, aut exemplo, meliores, imò pejores etiam ob inanem in ritibus fiduciam, Matth. 23. 15. ¶ *Lumen*, &c.] Multis verbis rem eandem exprimit. Respicit autem locum Esa. 45. 6. quem Judæi etiam nunc interpretantur de semetipsis multos facientibus proselytos: & Rabbini ipsis vocantur *lux mundi* [n]. His verbis fastum Judæorum & repræsentat [o], & deprimit [p].

20. *Eruditorem*, &c.] מורה נבכים, quo titulo Librum inscripsit Maimonides. ¶ *Magistrum infantium*] Ità Be. Pi. vel, *parvulorum*, Val. Er. D. vel, *imperitorum*, Er. D. sic Pi. vel, *simplicium*, D. qui instar infantium sunt [q]. Sic Homerus, —νήπιος δ' ἐν νήπιος ὤν, i.e. *stultus*, *insipiens* [r]. מרקק עוללים: Intellige hîc νεοφύτους in Judaismo. Sic 1 Cor. 3. 1. νήπιος, qui νεόφυτος, 1 Tim. 3. 6 †. Magistrum eorum qui morum disciplinâ indigent [t]. ¶ *Habentem*, &c. Ἔχοντα τὴν μόρφωσιν, &c.] *Habentem* (vel, *Quòd habeas*, Be Pi. *Quippe quòd*, vel *Ut qui*, *habeas*, Pi.) *formam* (vel, *formationem*, i.e. instituendi formandique rationem [v], quam aliis præscribas [x]: vel, *informationem*, P. Be. Pi. Par. vel, *formæ impressionem*, quam aliis infundere possis: hoc sensu ridet eorum jactantiam [y]. Vel, *formulam*, sive *regulam*, Tol. T. vel, *ideam*, sive *exemplar*, T. Μόρφωσις, vel, ut Aq. loquitur, μόρφωμα, est, *forma rei quæ conspicitur*, תאר, aut תבנית & ità sumitur 2 Tim. 3. 5. Transfertur ad animum significatio, quia rerum quas discimus velut figuræ ei imprimuntur, eæque res dicuntur in nobis μορφοῦσθαι, Gal. 4. 19. Sic verbum תאר vertitur μορφὴ, 1 Sam. 28. 14. & Esa. 44. 13. *Formam honesti*, *formam veri boni*, dixit Cicero; *mentes formare studiis*, Horatius; *artibus informare ætatem*, Cicero [z]. Significat h. l. externam speciem & apparentiam [a], ut 1 Tim. 3. 5. Sed h. l. constructio est, πέποιθας, &c. Non confidebant, se præter umbram ac speciem nihil habere, etsi reverà ità esset; sed de solidissima veritatis cognitione gloriabantur. Est ergò hîc, μόρφωσις τῆς ἀληθείας, idem quod, τύπος διδαχῆς, Rom. 6. 17. *forma* nempe, tum passivè sumpta, quâ illi ex Lege informatos se jactabant, quam efformationem cognitionis & veritatis dicere possis; tum activè, quâ alios vicissim informare [se] posse gloriabantur. Sy. & Ar. *similitudinem* vertunt, i.e. effigiem quæ totius veritatis corpus & conformationem quasi in imagine & similitudine repræsentaret, quæ ὑποτύπωσις, &c. dicitur, 2 Tim. 1. 13 [b]. *informationem illam*, quam scil. & reliqui Judæi habent, quæque toto orbe celebratur [c].) *scientiæ* (id est, peritiæ legis [d]:) *& veritatis* (id est, sanctimoniæ legalis [*]. Al. *scientia* ad mores, seu agenda, *veritas* ad fidem, seu credenda, refertur [f]. Al. τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας, i.e. *veritatis cognoscendæ*, per ἓν διὰ δυοῖν vel pro, τῆς γνώσεως τῆς ἀληθείας, *notitiæ de ea veritate* [h]: regulam agendorum & credendorum [i], sub. *quæ est*, G.) *in lege*, Vulg. tibi datam in Lege ipsa & Scriptura [k]: vel, juxta Legem [l]. Nihil detractum Legi vult Paulus: agnoscit eam esse veram, i.e. verè à Deo datam [m].

21. *Qui—alium doces* (id est, aliorum doctorem te jactas [n],) *teipsum non doces?*] i.e. Non pares præceptis tuis [o]? Est πλοκή: nam *docere* secundo loco significat, *semet ad faciendum excitare*. *Dicebant*, *& non faciebant*, Matt. 23. 3. Conveniebat illis proverbium, Ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων, (*Aliorum medicus ipse ulceribus scates*.) Cui simile est Luc. 4. 23. & in Philemone [p]: [cujus verba vide in G. ¶ *Qui prædicas*] Κηρύσσειν est, *palàm aliquid docere* [q], ut Matt. 3. 1. & 4. 17. & 10. 27. in Syriaco כרז [r]. Hoc verbum ostendit, eum doctores Legis perstringere †. ¶ *Non*, &c. Μὴ κλέπτειν] Infinit. hîc valet pro Gerundio [t]: sub. δεῖν. Ellipsis Græca [v]. ¶ *Furaris?*] Furari & vetus & frequens inter Hebræos, Psal. 50. 18. Prov. 29. 24. Cùm hæc scriberet Paulus, recens erat memoria Asinæi & Asilæi in Babylonia Judæorum, ad quos ingens multitudo confluxerat, qui omnes non nisi ex rapto vivebant, Jo. Antiq. 18. 12. Non multò pòst Sacerdotalium familiarum Principes, fraudatis minoribus Sacerdotibus, decimas sibi totas abstulere, Jo. 20. 6. & exorti sicarii rapinis ubique grassantes, Jo. 20. 7. Josephus quoque, Bel. Jud. 5. 26. κλοπὰς καὶ ἁρπαγὰς Judæis exprobrat [x]. *Furaris*, scil. per avaritiam, malis artibus corradens, &c. ut Matt. 23. 14 [y].

22. *Mœcharis?*] Et hoc vitium non minùs frequens ab antiquo, ut apparet Psal. 50. 18. Jer. 5. 8. Mal. 3. 5. Thalmudici Libri ostendunt, plurimos Rabbinos huic & affinibus vitiis illigatos fuisse, Akibam, Meirum, Chaninam, Eleazarum. Hi fructus fuere fiduciæ in solis ceremoniis collocatæ. Josephus inter crimina quæ popularibus suis dicto loco exprobrat ponit & μοιχείας. Et libidines Magistrorum inter Judæos attingit & Justinus cum Tryphone disputans [z]. ¶ *Qui abominaris idola*] Tum Gentilium numina [a], tum quævis simulacra religiosa [b]. Εἴδωλα propriè sunt *imagines*: sed eam vocem usurpant Judæi Hellenistæ cùm de diis gentium agunt, quia imagines tantùm eorum exsistunt, res non exsistunt. Eosdem deos vocabant βδελύγματα, quâ voce verti solent Hebrææ voces גלולים, שקצים, אלילים, תועבות. Vide ad Matt. 24. 15 [c]. ¶ *Sacrilegium facis?*] Hoc non tam opponit idololatriæ, quàm conjungit quasi cognatum scelus [d]. Qu. Quomodo hoc fecerunt Judæi? Resp. 1. Majestatis Divinæ contemptu [*], & profanatione [f], cultum Dei violando [g], eúmque additamentis suis polluendo, honorémque Deo debitum quovis scelere furando. 2. Sacras oblationes suppilando, ut factum 1 Sam. 2 [h]. Non multùm distat falsos deos colere & verum spoliare, quod faciebant Sacerdotes non offerendo ex proventibus ea quæ Lex Dei ipsis præcipiebat, aut certè non qualia oportebat, Mal. 1. 8, 12, 13, 14. &

o Ham. p Pi. q Cap. r Cap. sic J. Cap. † Cap. t Pi. v Di. x J. Cap. y Cap. z Di. ex Be. a Di. b Be. c G. d Pi. * E. Me. f Par. g G. h Pi. i E. Me. k Pi. l Par. m Par. sim. Tol. n G. o Tol ex Chrys. p Tol. q Pi. r D. † G. t Tol. v Er. V. x Er. y Par.

z G. a Q. in Di. Par. b Di. c Pi. d Par. * Idem. f Tol. g Pi. i Me. sim. T. k Tol. l Me. m G. n Tol. o Pi. sim. Tol. p G. q G. sim. Pi. r G. † Par. t G. v Pi. x G. y Pi. sim. Par. z G. a Par. sim. Pi. b Par. c G. d Par. * Pi. f Par. g Tol. h Par.

14. & 3. 10. ubi dicta vide. Josephus dicto loco ait, Templum ab Judæis multis modis profanatum [i]: quòd quæ cultui Dei deputata erant, in suos usus convertebant [k]. 3. Dum avaritiâ, vel gulâ, vel idololatrarum amicitiâ invitante, mensarum cibis idolothytis instructarum participes fierent [l].

23. *Qui in* (vel, *de*, Be. Pi.) *lege* (tanquam à Deo accepta [m],) *gloriaris*] Ut suprà v. 17. ¶ *Per*, &c? Διὰ τῆς παραβάσεως, &c?] *Per legis transgressionem* (id est, violationem [n]. Παράβασις est, מעל, *notabilis violatio legis* [o]. Metaphora, quâ Lex comparatur metis [p], vel lineæ, sive viæ rectæ, à qua declinare vitium est [q].) *Deum dedecoras?* Be. Pi. vel, *dehonestas*, vel, *ignominiâ afficis?* Er. V. Est autem ἀντίθετον valde ἐμφατικόν. *Deum, de cujus lege gloriamini, quantum in vobis est, ignominiâ afficitis* [r]? Hoc factum, tum quia omnis transgressio est ex contemptu & Legis †, & Legislatoris [t], directo, vel indirecto [v]: tum quia Gentibus indè data occasio blasphemandi Deum: quod sequitur [x].

24. *Nomen Dei per vos*, &c. Δι' ὑμᾶς, &c.] *Propter vos*, &c. Be. Pi. V. &c. vestrâ culpâ, dum Legem violatis [y], vitâ vestrâ malâ [z]. Dicebant Gentes, Ecce qualis religio quæ talem vitam parit? Error, *à non causa ad causam* [a]. Ità de vero Deo malè opinati sunt [b]. ¶ *Sicut scriptum est*] Appositè prorsus, nè Judæi ad patres provocarent, quasi sibi hîc fieret injuria [c]. Ratiocinatur à pari: q. d. Vos non estis meliores patribus illis vestris [d]. *Scriptum*, nempe Esa. 52. 5. & Ezec. 36. 20, 23 [*]. Non allegat [Apostolus] loca, nempe nota Judæis quibus hæc scribebantur [f].

25. *Circumcisio — prodest*] Ut pars obedientiæ legalis, quâ se solutos nondum intelligebant Judæi; nec id urget Paulus [g]. Non dicit, quod poterat, *obest*, vel *nocet*; nè eos in desperationem ageret [h]. Obj. Qui hîc prodest, cùm obesse dicatur Gal. 5. 2 [i]? Resp. 1. Docet h. l. eam profuisse, nempe in statu Legis [k]: at sub Evangelio noxia est [l]. 2. Legalia nondum prohibita sunt, ut postea, Gal. 5. 2 [m]. 3. Prodest, sed sub conditione servatæ Legis [n]. ¶ *Si legem observes*] Vox, νόμος, variè usurpata Epistolam hanc obscuriorem facit: verùm ea ambiguitas ex præcedentibus & consequentibus distinguenda est. Hîc ex iis quæ præcessere v. 14. apparet intelligi illa præcepta quæ perpetuam & naturalem in se honestatem continent, & ex illo fonte in Legem etiam Mosis deducta sunt, ut, *Deum cole*, *Nè furator*, *Nè mœchator*: subintelligendum præterea, *si hæc facias animo bene emendato*, sine quo nulla opera Deus probat: ut jam antè vidimus [o]. *Si — observes*, & quidem perfectè, ut docet antithesis [p]. ¶ *Si*, &c. Ἐὰν δὲ παραβάτης, &c.] *Quòd si transgressor*. &c. Be. Pi. Heb. פריץ, Ezec. 18. 10. ubi Sym. *Legirupa*, nempe in gravioribus illis quorum exempla jam posuerat [q]. *Si transeas tibi à lege*, Di. ex Sy. i. e. si, legem tibi positam sciens, eam, quasi ad latus relictam, prætereas [r]. ¶ *Facta est* (vel, *Versa est in*, Er. Il. Ti.) *præputium*] Ità Mo. Be. Pi. &c. i. e. reputatur pro præputio, ut est v. seq †. Non plus tibi proderit quàm si præputium adhuc haberes. Est idem loquendi genus quod suprà v. 14. Vide quæ diximus in Prolegomenis ad hanc Epistolam [t], Deus te Gentilis loco habebit [v]. Reprimit Judæorum arrogantiam [x]. *Præputium* dicitur à *præputando*, quia pelliculam illam amputabant [y]. Quod Græci dicunt ἀκροποσθίαν [z], ab ἄκρον, *extremum*, & πόσθη, *membrum virile* [a]; & Latini, *præputium*, quasi προπόσθιαν, id Hellenistæ dicunt ἀκροβυστίαν, Genes. 17. 11, &c. & 34. 14. Exod. 4. 25. Levit. 12. 3. &c [b]. à nomine ἀκροβυστος, quod significat, *summâ parte obstructum* [c], Jos. 5. 5 [d]. unde & verbum fit ἀκροβυστεῖν, Levit. 19. 23 [*]. à βύω, *obthuro*, vel *obstruo*; unde τὸ βύσμα, *obturamentum* [f].

26. *Si igitur præputium* (i. e. præputiatus [g], sive Gentilis habens præputium [h]. Est Synecdoche partis pro toto. Sic Rom. 3. 30. & 4. 9. & 15. 8. περιτομὴ est homo circumcisus [i].) *justitias* (vel, *justificationes*, Er. &c. *jura*, P. Be. *instituta*, Ca. *statuta*, Pi. Ar. *mandata*, Æth. sic Tre. ex Sy. Heb. חוקים, quod Paulus, post LXX, δικαιώματα vertit [k]. Apostolus hîc explicat quid modò intellexerit per νόμον nempe מצות, quod verti, δικαιώματα, solet, nec ab Interpretibus tantùm, sed & à Josepho 5 &, ubi accurata locutio servatur, significat ea *quæ suapte naturâ honesta sunt*, ut diximus Luc. 1. 6. & De J. B. & P. 1. 9 [l].) *legis custodiat*] Justa opera exercendo [m]. Φυλάσσει] *Sedulò observet*, ut Matt. 19. 20. Act. 21. 24. Gal. 6. 13. & subintellige rursus, *corde mundato*: quales olim Jethro, Naaman, fortè & Cyrus & Darius; postea Centuriones duo in Evangelio & Actis, aliique multi [n]. Al. *Si servet*, plenè & perfectè; ad quod circumcisio obligabat [o]. Per concessionem ergò loquitur, ut v. 9 †. ¶ *Nonne præputium illius*, &c? Ἀ τὸ] Nempe *præputiati*. Constructio refertur ad sensum, non ad vocem: nam præcessit ἀκροβυστία [p] ex quo apparet *præputium* pro *præputiato* dictum, ut cum relativo conveniat [q]. [Sensus,] Tantundem illi valebit status incircumcisus quantum alteri qui circumcisioni obligatus est, aut obligatum se parat, status circumcisus. Idem jus Actio quod Titio. *Tros Tyriusque mihi nullo discrimine habetur* [r]. Pro verè Judæo habebitur coram Deo †, eique æquè acceptus erit [t].

27. *Et*, &c. Καὶ κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως, &c.] *Et judicabit* (vel, *damnabit*, Pi. Be. &c. nempe exemplo suo [v], vel factis suis Deo præbebit occasionem justam te damnandi: ut qui piè vixerit etiam sine lege scripta; quam tu habens vixisti impiè [x]: comparatione sui tuam culpam evincet. Sic Ninevitæ, &c. *damnabant* Judæos, Matth. 12. 41, 42. ubi dicta vide. Sic Noe *damnavit mundum*, Heb. 11. 7 [y].) *quod est ex natura præputium*, Er. Ti. i. e. ex genere & nativitate præputiatus, sive Gentilis [z]. Periphrasis Gentium, quia præputium habent à natura [a]. ¶ *Si*, &c. Τὸν νόμον (i. e. τῷ δικαιώματι τοῦ νόμου [b],) τελοῦσα] *Legem consummans*, sive *perficiens*, Mo. Il. sic Pi. *Si legem servet*, P. Be. sic Er. &c. Τελεῖν hîc idem quod v. 26. φυλάσσειν [c], & v. 25. πράσσειν [d], i. e. *effectum dare*. Nam עשה per τελεῖν, ἐπιτελεῖν, συντελεῖν, verti solet [*]: & τελεῖν valet tantùm, *præstare*, Gal. 5. 16. Jac. 2. 8 [f]. Vanum ergò est quod notat Orig. πράττειν & συντελεῖν de qualicunque externo cultu, τελεῖν verò de perfecta Legis observatione, dici. Sed res ipsa docet, idem omnibus istis verbis notari, nempe perfectam Legis præstationem, &c [g]. Al. Ἐκ φύσεως hîc dictum, ut ἐξ ἐριθείας, v. 8. & per φύσιν intelligitur *rectius usus rationis*, ut suprà v. 14. Sensus est, *Præputiatus is qui rectam rationem ducem sequitur*. Nec aliter hîc accepit Syrus [h]. Sed Syrus, & ex eo Arabs, perperàm hæc transtulerunt, quasi lectum fuisset, καὶ κρινεῖ ἀκροβυστία, ἡ ἐκ φύσεως νόμον τελοῦσα· & quasi iidem hîc describerentur de quibus suprà v. 14. dictum, quòd φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιοῦσι. At longè diversissima sunt ista loca. Ut enim Gentes naturâ quæ sunt Legis faciant, vi Legis naturæ fieri potest; at ut ex natura sic Legem præstent ut præputium ipsis pro circumcisione reputetur, id longissimè vires naturæ & ejus legem superat: cordis enim circumcisionem comprehendit: quæ ipsissima fœderis gratiæ promissio est, Deut. 30. 6 [i]. Illa verba, ἡ ἐκ φύσεως, in Græco textu junguntur cum ἀκροβυστία, non cum τὸν νόμον τελοῦσα [k]. ¶ *Te*, &c. Σὲ τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου] *Te qui per literam & circumcisionem* (h. e. per circumcisionem literæ, i. e. literalem, sive externam [l]: ἓν διὰ δυοῖν i. e. dum confidis circumcisioni carnis [m]. *Literam* vocat rem, sive ceremoniam, externam [n], ex collat. v. 29. ubi ei opponit *spiritum*, h. e. rem internam, nempe affectum animi [o], sive internam efficaciam gratiæ [p]. Vel, *per literam*, &c. h. e. occasione Legis & circumcisionis transgressor factus [q], ex illis privilegiis amorisque Divini testimoniis, quibus acquiescis, ut suprà v. 17. securior & ad peccandum audacior factus. Quod & Arabs voluit, sic reddens, *ex scripto tuo & circumcisione tua*; qu. d. ex eo ipso quòd scriptam Legem habes, quódque circumcisus es, transgrediendæ Legis ansam arripis †. Innuit, Judæos adeò non justificari circumcisione externâ, ut eâ ipsâ, quam profanabant, nocentiores efficerentur. Sicut baptizati, qui se in dies magis polluunt, eo ipso quòd baptizati sunt, magis fiunt iræ Dei obnoxii [r]. Al. *Cum lege & circumcisione*, Ar. Hîc διὰ idem est quod modò ἐκ, vel ἐξ, & suprà v. 7. κατ', i. e. significat adjunctum, & potest per præp. *cum* exprimi, ut & Rom. 4. 11. & 14. 20. 2 Cor. 3. 11 †. [Sensus,] Cùm habeas & scriptum Legis & circumcisionem [t]. *Scriptum legis* efficaciter dixit; q.d. Lex tibi nihil aliud est quàm scriptura. Ostendis eam te habere legendo, non agendo. Es νομικός, non νόμιμος. Sic fermè vim ac potestatem Le-gis

Marginal notes (left column): i G. k Tol. l E. Me. sim. Wil. ex Chrys. m E. Me. sim. Tol. n Pi. o G. p Pi. q Par. r G. † Par. sic Tol. t Tol. v Par. x Par. sim. Tol. y E. Me. T. z Tol. a G. b Tol. c Be. d Pi. * G. Par. sim. Er. Zeg. Tol. &c. f G. g Idem. h Tol. i Wil. k Me. sim. Wil. Per. l Me. m E. n Par. sim. Me. o G. p Be. q G. r Di. † Pi. sic G. t G. v V. sim. Me. x Me. y Pi. z G. a Pi. b G. c G. sim. Sch. d Sch. * G. f Sch. g Pi. sic G. Tol. Par. &c. h V. i G. k Pi.

Marginal notes (right column): l G. m E. n G. o Par. sim. Be. † Be. p Pi. q Ca. ad Rom. 3. 30. sim. Pi. r G. † V. t Pi. v Be. x Pi. y G. z Me. a Par. Wil. b G. c G. sic Be. Pi. d Be. Pi. Di. * G. f Di. g Be. h G. i Di. k Wil. l Pi. sim. Par. m Pi. n Pi. Par. o Pi. p Par. q E sim. Di. † Di. r Di. ex Be. † G. t G. sim. E. Me. V.

gis verbis opponit Celsus Jurisconsultus. Cassiodorus, *Legem facere non est verba legis exterius sequi, sed mentem & intentionem legis obedienter implere* [v]. Al. *in* (vel, *sub*: nam utrumque sensum & res ipsa admittit, & particula Heb. ב, quam hîc Apostolus in mente habuisse videtur †.) *litera & circumcisione*, Glas. Bra. *cum sis in lege & circumcisione*, hoc est, in externo statu oeconomiæ Mosaicæ [x]. διὰ, *per*, sæpè valet, *in* [y]: ut Rom. 4.11. *credentium per præputium*, hoc est, in præputio: Gal. 4. 13. *per infirmitatem*, &c. id est, *in imbecillitate*: 1 Tim. 2.15. *Salvabitur* διὰ τῆς τεκνογονίας, hoc est, in procreatione, hoc est, in duro illo statu: Heb. 7.9. *Levi decimatus est* διὰ Ἀβραάμ, *in Abrahamo*: 2 Pet. 3. 12. δι' ἣν, *in qua*, &c. Sic & Apollon. διὰ σώματος ἔχειν, *in ore habere*: Plato, διὰ φόβων γίγνεσθαι, *in metu versari*: Plut. διὰ χειρὸς ἔχειν, *in manu habere* [z].) *transgressor es legis?* Beza, Pi. sic Er. P. &c. id est, professioni tuæ non respondes [a]? Tu majorem obligationem habuisti Legem observandi quàm Gentilis, &c [b]. *Circumcisionis* nomine totam legem ceremonialem intelligit, &, ex Judæorum sensu loquens, qui externos ritus urgebant, internam verò puritatem spernebant, illam *literam* appellat, perinde ac si magistratuum edicta considerentur, non secundùm sui sensum, sed duntaxat quatenus literis sunt exarata, illa meritò non Edicta, sed Scriptum quoddam, esse dixeris [c].

28. *Non enim qui in manifesto*, (vel, *in propatulo*, Be. Pi.) sub. *Judæus*, Er. V. Pi. id est, genere*, & professione externa Judaismi [f], coram hominibus [g]: sub. *is*, Zeg.) *Judæus est*] Verè & coram Deo [h], h. e. acceptus Deo. Est Antanaclasis elegans ob speciem contradictionis [i]. Construendum hoc cum sequent. οὐ ὁ ἐν τῷ φανερῷ, &c. *Non is qui exterius Judæus est, utique is est quem Deus* (de hominum judicio hîc non ago) *probat ac laudat.* Incipit hîc דרש more Hebræo, id est, sensum mysticum sensui vulgari opponere. Non multò aliter Arrianus Epictetorum 2.1. λόγῳ Ἰουδαῖος, ἔργῳ δ' ἄλλο τι. *Judæus palàm* is est qui à Juda originem ducit, eâque gloriatur, Esa.48. qui se talem ostendit fimbriato habitu: de quo egimus Matth. 9. 20 [k]. ¶ *Neque* (sub. circumcisio, V. Zeg.) *quæ est in manifesto, in carne*, (Illud, ἐν τῷ φανερῷ, exponit per ἐν σαρκὶ, id est, quæ, si inquisitio fiat, ut olim post Antiochi tempora, in ipso carne aspici potest [l].) *est circumcisio*] Scilicet apud Deum [m], Deo accepta [n], vera & salutaris, sed inanis est ceremonia [o]: non ea est quam Deus præcipuè, aut necessariò, probat. Sic & Eph. 2.11. τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ [p]. Externa signa hîc considerat per se & separatim, ex hypothesi Judæorum: quare subaudiendum h.l. μόνον, sicut 1 Cor. 1.17 [q].

29. *Sed qui in abscondito*, &c.] Id est, in anima [r], in corde †. Loquitur sic & R. Israel. Deus, ut mens æterna & optima, mentem potissimùm spectat; q. d. Qui intus in corde Deum agnoscit, καὶ ἐξομολογεῖται. Alluditur enim ad originem nominis, ut suprà diximus v. 17. & apparet Apoc. 2.9. *Si Deus est animus, nobis ut carmina dicunt, Hic tibi præcipuè purâ sit mente colendus.* Vide quæ diximus ad Joh. 4. 24. & in Prolegomenis ad dicta Poetica è Stobæo, & ad l. 4. De V.R.C. Τὰ κρυπτὰ, *cogitata*, suprà v. 16. & τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας, 1 Cor. 14. 25 [t]. ¶ *Et circumcisio cordis*] Hoc est, quæ cor circumcidit à vitiis & passionibus [v], quæ conjuncta est cum re signata, fide & conversione cordis ad Deum [x]. Hæc est illa circumcisio quam & ipsi Prophetæ exigunt, & à Deo expetendam docent Deut. 10. 16. & 30. 6. Jer. 4. 4. Philo libello De Circumcisione notat τὴν περὶ καρδίαν ὁμοιότητα τῷ θεῖα μερισθέντι μέρει · additque circumcisionem illam exteriorem symbolum esse *excisionis pravarum cupiditatum.* Plura addit in libro De Sacrificiis [y]. [Vide in G.] ¶ *In*, &c. Ἐν πνεύματι] *In* (pro, ἢ ἐν, id est, *Quæ*, Be. *In*, Pi.) *spiritu*, Vulg. Mo. Be. &c. id est, in anima, per præcisionem vitiorum [z], cujus vis est interior; sive quâ circumcisi sunt affectus [a]. *Per Spiritum*, supple *effecta*: unde vocatur hæc περιτομὴ ἀχειροποίητος, Col. 2. 11. *quæ facit ut per spiritum Deo serviatur*, Phil. 3.3 [b]. Virtute Spiritûs S. facta, qui author est circumcisionis internæ, Deut. 30. 6. Jer. 31. 33. &c [c]. quam Spiritus S. docet, non Legis contextus [d]: quæ fit gratiâ adjuvante, & sanante, non literâ, sive Lege, docente & minante*. Spiritum Sanctum hîc intelligi constat ex collat. 2 Cor. 3. 6. ubi de illo loquens, *spiritum*, ut hîc, *literæ* opponit [f]. ¶ *Non literâ*] Hoc est, non præstatur externâ ceremoniâ [g]: non ea præcipuè quam Legis scriptum præcipit. Vide Plutarchum Numâ [h], [ejúsque verba in G.] ¶ *Cujus*, &c. Οὗ ὁ ἔπαινος, &c.] Relativum hîc ambiguum est [i]. *Cujus* (vel, 1. circumcisionis [k]: quod genus non patitur [l]: οὗ est masc. περιτομὴ fœmin [m]. Vel, 2. Judæi [n]: ad cujus etymon, à ידה, *laudavit*, alludi h. l. videtur, vel ad id quod scriptum est Gen. 49. 8. vel ad utrumque ||. Vel, 3. & Judæi, & circumcisionis [o], per Syllepsin [p], ut οὗ sit neut. gen. & substantivè sumatur, ut ad totum referatur negotium de quo hîc actum est, ac vertatur, *cujus rei*. Vel potiùs, 4. Spiritûs: nisi fortè, 5. οὗ vertatur, *ubi*, ut Rom. 5. 20. quod hîc non displicet [q].) *laus non est ex hominibus*, (qui non vident nisi quæ foris sunt conspicua [r],) *sed ex Deo*, Be. Pi. qui cor intuetur †. Quicquid in cordis circumcisione Spiritûs est, id totum à solo Deo laudem habet [t]. Trahit hypocritas ad Dei tribunal [v]. Hæc diximus cum iis quæ hoc & superiori commate præcesserunt connectenda, quomodo & Syrus videtur accepisse. Homines de corde certò non judicant: Deus id novit, & id præcipuè, sicut efficit, ità & laude & præmiis prosequitur. Vide Rom. 4. 2. & 9. 30, 31 [x].

CAP. III.

1. Quid, &c?] Τί οὖν τὸ περισσὸν, &c?] מה יותר, Eccles. 6. 11 [a]. ubi LXX habent, ut hîc, τί περισσόν; at Coh. 1. 3. τί πλεῖον; *quid amplius* [b]? [Verba sic reddunt,] *Quæ est igitur præstantia* (vel, *prærogativa*, Calv. in Pi. propriè, *superfluum*, Pi. sim. Be. ut Matth. 5. 37. interdum enim hæc vox in vitio ponitur [c].) *Judæi?* Be. Pi. Ca. P. sim. Tre. ex Sy. Er. Il. V. Ti. &c. nempe præ Gentili [d]. Solvit objectiones*, & refutat calumnias [f], quas Judæi nectebant ex doctrina Pauli, & ex jam dictis [g]. Objectio interrogativè præponitur, Si ità se res habet ut Deus sine ortûs discrimine munditiem cordis solam approbet, Spiritúque suo, & consequenter præmio cœlesti, dignum judicet, quid ergò præcipuum habet populus ille quem Deus toties suum peculiariter populum vocat [h]? nullâne illius est prærogativa? Sic & Deo contumeliam infers. Περισσὸν alibi dicitur, *redundans*; hîc, *eximium quid*: ut, περισσὰ δῶρα, *munera eximia*, apud Hesiodum [i]. ¶ *Quæ utilitas*, &c.] מה בצע, Gen. 37. 26. Psal. 30. 9. Si etiam præputiatus Deo mundus esse potest, cur ergò instituta fuit illa exterior circumcisio [k]?

2. *Multum*, &c. Πολὺ κατὰ πάντα τρόπον] *Multa* (scil. præstantia [l]: vel, *Multum*, sub. *utilis*, V.) *per omnem modum*, Be. Pi. Hos modos ac prærogativas Judæorum copiosiùs recenset, Rom. 9. 4, 5. hîc unicum tantùm memorat [m]. Πολὺ propriè respondet isti περισσὸν [n], & objectioni priori, ut sequentia docent [o]: at κατὰ σύμπαν etiam membro secundo interrogationis. Hoc dicit, Eadem in utroque pietas apud Deum valet, sed ut ad eam perveniat Israelita sive circumcisus aliquis, faciliores habet aditus. ¶ *Primum quidem*, Πρῶτον μὲν γὰρ] ראשית, *inchoatio sermonis*, ut Rom. 1. 8. ubi similiter μὲν est sine ἀνταποδότῳ. Sermonem autem hîc non consummat Apostolus, sed differt in Rom. 9. 4 [p]. Πρῶτον hîc, vel, 1. ordinem sermonis notat [q]. At Paulus hîc non facit narrationis initium, sicut cap. 1. 8 [r]. Vel, 2. numerationis principium, quasi multa narret privilegia, quæ in sequent. describuntur †. Non placet: quia unum duntaxat hîc describitur [t]. Vel, 3. qualitatem, significans primarium [v]: *primum*, i. e. præcipuè [x]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια, &c.] *Quod* (sub. *eis*, Be. Pi. P. Er. ex Vulg. &c. Post ἐπιστεύθησαν subaudiendum αὐτοὶ [y], vel Ἰουδαῖοι, ex voce περισσὸν, v. 1. Sic verbum usurpatur Gal. c. 2. v. 7. πεπίστευμαι εὐαγγέλιον [z] & 1 Tim. ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ, *quod concreditum est mihi*, nempe Evangelium [a].) *credita*, sive *concredita*, (vel, *commissa*, Er. Il. Ti.) *sunt* (פקדו in Puhal, *Hoc Judæi habent præcipuum quòd illis in custodiam data sunt* [b]. Eximio hoc honore eos dignatus est Deus, ut essent Verbi sui dispensatores [c], custodes [d], & depositarii*; iíque ad aliorum usum & commodum,

modum, ut solent depositarii. Sic Evangelium apud Paulum & Petrum depositum erat, Gal. 2. 7. ad usum Gentium & Judæorum [f].) *eloquia* (vel, *oracula*, Er. Il. Ti. P. Ca. V. G. *sermones*, D. ex Sy.) *Dei*, Mo. Be. Pi. Vulg. &c. Mos est Græcorum passiva construere cum eo casu quem regerent activa: quod & nostri scriptores sæpe sequuntur, ac nominatim in passivo πιστεύεσθαι, 1 Cor. 9. 17. Gal. 2. 7. 1 Thes. 2. 4. 1 Tim. 1. 11. Tit. 1. 3 [g]. Ambigua hîc constructio, quia τὰ λόγια & nom. & accus. casûs esse potest. Prior constructio est qualis 1 Tim. 3. 16. ἐπιστεύθη, &c. *creditus est in mundo*, nempe Christus: & 2 Thes. 1. 10. ἐπιστεύθη τὸ μαρτύριον, &c. *stabilita est fides testimonii*; &c. ità h. l. *stabilita est fides verborum Dei*, nempe per circumcisionem, tanquam sigillum fœderis; quæ certè magna est *utilitas circumcisionis, & præstantia Judæi*: posterior est, qualis Gal. 2. 7. πεπίστευμαι τὸ εὐαγγέλιον, *concreditus sum Evangelium*, i. e. concreditum mihi est Evangelium. Sic h. l. Vulg. sed & Syrus: [de cujus Versione vide Di.] Λόγια τοῦ Θεοῦ, אמרות אל, dicuntur rectè *omnia dicta à Deo profecta*, ut Sap. 16. 11. Sirach. 36. 12. & λόγια ζῶντα, Act. 7. 38 [h]. *viventia*, i. e. vivâ voce Dei tradita [i]. Λόγια propriè dicuntur responsa Dei, sive deorum, h. e. oracula [k]. Pectorale judicii, Exod. 28. λόγιον, teste Jo. Antiq. 3. 8. quod non tam *rationale* esse puto quàm *orationale*, quòd oracula Dei per illud patefacta sunt [l]: [quo modo vide Ham. vel Synopsin ad Exod. 28.] Hîc autem intelligit vel, 1. universam S. S[m]. totum Vetus Testamentum [n], omniáque ejus oracula tam quæ ad Evangelii promissionem, quàm quæ ad Legis interpretationem, pertinent †. • Vel, 2. Legem Dei per Mosem traditam [o], quæ λόγια, Act. 7. 38 [p]. legale fœdus: nam de Evangelio nondum disserit [q]. Vel, 3. Evangelicæ gratiæ rudimenta, cujus doctrina λόγια τοῦ Θεοῦ vocatur Heb. 5. 12. 1 Pet. 4. 11 [r]; promissiones & prædictiones futurorum mysteriorum †; oracula Messiam præmonstrantia, quorum indicio Judæi faciliùs quàm Gentes eum agnoscere potuerunt: quod & infrà v. 21, 22. explicatiùs dicit Apostolus. Vide Psal. 119. 38, 58. in quibus locis in Græco est λόγια· ea ipsa sunt quæ sæpe Paulus vocat ἐπαγγελίας. Quantum verò hoc sit beneficium, disce ex dictis ad Eph. 3. 2 [t]. [& Eph. 2. 12.] Hæc autem illis commissa sunt, non ut alienæ rei depositum, sed ut proprius ipsorum thesaurus quo uterentur & fruerentur: unde reliqui populi ἄθεοι dicti, Eph. 2. 12 [v]. Hæc Judæis credita sunt duobus modis: 1. Quia Librorum S. custodes & veluti *capsarii*, ut dicit Aug. à Deo constituti sunt. 2. Quia res oraculis Divinis comprehensæ ad Judæos potissimùm spectabat, cùm Messias & illis peculiariter promissus esset, & ex eis nasciturus, & inter eos victurus erat, ac moriturus, & illis primò offerendus & prædicandus; sed & exhibitus, prout oracula Divina promiserant. Rerum verò magis quàm verborum rationem hîc haberi docent sequentia. Non enim *infidi* sunt Judæi Librorum V. T. custodes, quorum voces omnes & literas adeò venerabantur; sed infidi sunt, imò perfidi rerum & Messiæ inprimis, quem Prophetarum oraculis prænunciatum Deus in mundum misit, observatores [x].

3. *Quid*, &c? Τί γὰρ εἰ ἠπίστησάν τινες;] *Quid tum enim* (sub. *dicemus*, ex v. 5. & Rom. 6. 1 [y].) *si infidi* (vel, *increduli*, Di. ex Er. Sy. & Ar. vel, *perfidi*, Pi.) *fuerunt* (vel, *evaserunt*, Pi. i. e. non servârunt Deo fidem [z], sub qua eis eloquia sua crediderat. Mutua enim erat stipulatio: Deus enim gratiam promittebat & vitam, Judæi obedientiam [a]. Credere noluerunt, scilicet eloquiis sive promissis Dei †. Si in perfidia perstiterunt ||. Ἀπιστεῖν hîc, ut Marc. 16. 16. Act. 28. 24. significat culpam non communem humano generi, sed specialem & Dei ope, si ea non negligatur, evitabilem: de qua re diximus aliquid in Annotatis ad finem lib. 2. De V. R. C. MS. hîc habet, ἠπείθησαν· non malè [b]. Accusat eos, quòd eloquiis Dei, per circumcisionem confirmatis, fidem non habuerint [c]; quòd Legem Dei violârint, & quòd ab ipso fœdere desciverint *.) *quidam?* Be. Pi. &c. τινὲς dixit, cùm dicere potuisset, *plerique* [d]. Ità solet χαριεντίζειν. Simile habes infrà 11. 17. Heb. 3. 16 *. Moderatione utitur, ut declinet invidiam [f]. Excipit à nota perfidiæ sanctos Patres aliósque & olim, & hodie, fideles, de quibus cap. 9. & 10 [g]. ¶ *Numquid*, &c. Μὴ ἡ ἀπιστία—καταργήσει;] *Num ipsorum perfidia* (vel, *infidelitas*, Be. potiùs, *incredulitas*, Di. Par. h. e. perfidia & rebellio in Deum, sive Filium Dei [h].) *fidem Dei* (i. e. veritatem [i], fidem à Deo datam [k], fidelitatem & constantiam in præstandis promissis: ut πίστις sæpe sumitur [l].) *inanem* (vel, *irritam*, Er. P. Ti. Tre. *cassam*, Be. *inutilem*, Mo.) *reddet?* Pi. sic Il. &c. vel, *evacuavit?* Vulg. Cyprian. in Be. vel, *evacuabit?* Vulg. in E. Me. ex castigatione Romana, & cod. emendatioribus [m]: vel, *abolebit?* Er. Ca. Di. *obliterabit?* vel, *antiquabit?* Er. i. e. ignavam & inefficacem reddet? scil. ut Deus non sit ampliùs Deus hujus populi. Ἀργὸς quasi ἄεργος, i. e. ἄνευ ἔργου [n]. Vel, ut promissa Dei non impleantur? An quia Judæi quidam non crediderunt, Deus non erit verax, nec stabit promissis suis [o]? Respondet tacitæ objectioni, vel, 1. Judæorum; q. d. Ergóne Deus τὰ λόγια sua, nobis olim concredita, eripuit, & populum suum inanibus promissis delusit; atque ità inconstans est & perfidus? Id negat, &c [p]. Vel, 2. Gentium, privilegia Judæorum evertere tentantium; q. d. Non excellit Judæus Gentilem in hoc, nam eloquia, quæ iis concredita dixisti, facta sunt irrita. Imò verò, inquit, illa adhuc firma manent [q]: tantum abest ut illorum defectio Deum fœdifragum effecerit, ut contrà, quamvis nè unus sit qui crediderit, &c. tamen promissum illis Messiam exhibeat [r]. Sensus, An propter homines perfidos Deus dicendus perfidus, infidelis, & inconstans? Est interrogatio negantis †. [Sensus,] q. d. Quid tum si illi beneficio usi non sunt? non ideo id beneficium esse desiit. Quod hîc de Deo usurpat Paulus, idem de Christo, 2 Tim. 2. 13. εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει. Deus promiserat Abr. If. Jac. posteritatem ipsorum sibi peculiari curæ fore; fecit hoc tum aliis rebus, tum Messiam illis promittendo & præfigurando. Exhibuit talem: ipsi eum secuti non sunt, nempe plerique: quomodo totum hoc caput intelligendum est. Vide Joh. 1. 11. Subintellige, *Quid mirum ergò si ad Gentes se transtulit* [t]? Al. sic, An propter hominum infidelitatem Deus non præstabat eis gratiam promissam [v]? Sed hoc repugnat promissionibus tam Legis quàm Evangelii, quæ omnes conditionem habent annexam, &c [x]. Verùm promissio alia est conditionalis, cujus complementum pendet ab hominum obedientia quâ non præstitâ, ea inanis reddi non potest; alia absoluta, quæ solo Dei beneplacito & decreto immutabili innititur. Cujusmodi hæc promissio, de qua agitur Rom. 11. 1. quam inanem reddi posse hîc negat [y]. Incredulitas eorum fidem Dei non abrogavit, quia non stetit per eloquia Dei, cur fide non reciperentur, quippe eorum, sive promissionum, veritas ac fides per circumcisionem asserta atque confirmata erat inter ipsos, v. præc. Ità hæc sententia cum præc. optimè convenit [z].

4. *Absit*] Ut cogitemus vel dicamus id fieri posse [a]. Μὴ γένοιτο] *Ne sit*, Er. V. Tol. *Ne fiat*, Pi. sim. Er. *Deus avertat*, Er. Tol. Syrus habet חס [b], [quod vertunt vel,] *Propitius sis*, parce, sub. *Deus* [c]: vel, *Pepercit*. Sed solent Orientales vota sua per Præteritum exprimere. Hinc illa euphemia apud RR. de viventibus, *Custodivit eum Deus*, pro, *custodiat*. Sic apud Arabes, סלי, *benedixit*, pro, *benedicat ei Deus*, &c [d]. Est valde aversantis *, & cum detestatione negantis [f], חלילה. Vide dicta Mat. 10. 22 [g]. Non ità sit, ut Dei veritas evacuetur illorum incredulitate [h]. ¶ *Est*, &c. Γινέσθω, &c.] *Imò sit*, vel *esto*, (vel, *fiat*, Er. *maneat*, V. Par. vel, *appareat*, G. sim. Er. esse judicator, habetor, dicitor [i]. *Esse*, pro *apparere*, frequens in Hebræorum Libris, ut infrà v. 26 [k]. Sic Joh. 15. 8. *Eritis*, &c. i. e. esse cognoscemini [l]. Ità h. l. *sit*, i. e. sine ambiguitate esse credatur [m].) *Deus verax*, Be. Pi. Par. &c. (vel, *constans*, G. in omnibus dictis suis [n], & promissis [o],) *omnis autem homo mendax*, Be. Pi. &c. scil. ex semetipso, & ex inclinatione depravatæ suæ naturæ [p]: inconstans, mutabilis [q], talis ut mentiri valeat, & sæpe id faciat [r]; perfidiosus †. Vel, *etiamsi omnes homines fidem fallant*. De hoc comparativo genere loquendi egimus ad Matth 5. 18. *Verax* pro *eo qui est bonæ fidei*, *mendax*, pro *eo qui malæ*. Et ità hîc sumendas voces ostendunt præcedentia, & collatio 2 Tim. 2. 13. ubi πιστὸς idem est quod hîc ἀληθής. Et plurimis locis V. T. אמן & נאמן, quod propriè ἀληθῆ sonat, vertitur πιστὸς in Latino, *Deus fidelis*. ¶ *Sicut scriptum est*] Omnino hoc ad sequentia referendum. Similis

[Margin notes, left column: f Ham. — g G. — h G. — i Ham. — k E. — l Ham. — m E. sic Me. Tol. — n T sim. Wil. — [illegible] — o Par. sim. Pi. Chrys. & Theodor. in Tol. Wil. — p Par Wil. Be. — q Be. — r Era. — † Tol. — t G. — v Be. — x Bra. — y Pi. — z Par. Pi. — a Par. — † E. — || Me. — b G. — c Di. — * Be. — d G. sim. Tol. — * G. — f Tol. — g Par.]

[Margin notes, right column: h Idem. — i V. Di. — k Be. — l Me. sim. Be. E. Pi. — m E. — n Pi. — o V. — p Par. — q Tol. — r Be. — † Par. — t G. — v Q. in Par. — x Par. — y Gom. — z Di. ad — a 2. Pi. — b Gua. Di. — c Gua. — d Di. — * G. sim. Er. V. Tol. Pi. — f Tol sim. Pi. — g G. — h Tol. — i Pi. — k G. — l Pi. — m E. — n E. Me. sim. Pi. — o E. Me. G. Pi. Tol. — p Me. ex E sim. Pi. — q Par. — r Tol. — † Pi.]

lis locutio Act. 7.42. & 15. 15. & Rom. 1. 17. & 3. 10. &c. ¶ *Ut*, &c. Ὅπως ἂν δικαιωθῇς, &c.] Sunt ipsa verba Lxx, Psal. 51.4. quos & Paulus & Lucas multùm sequuntur [t]. [Sic vertunt,] *Ut justificeris* (vel, *justus sis*, i. e. insons, innocens; cui opponitur רשע, sons, sive nocens [v]: δικαιωθῇς hîc est pro Heb. תצדק in Kal, i. e. *ut justus appareas*. Sic enim id verbum sumi diximus in Prolegomenis ad hanc Epistolam: éstque id congruens ei quod modò diximus de voce πιστεύω [x]. Sed verbum צדק sæpiùs sign. *verum esse*, quàm *justum esse*, apud Arabes; quin & in Hebraismo, ut liquet ex Lxx, qui passim δικαιοσύνη dicunt pro *veritas*, & ἄδικος pro *falsus*, ut fusè demonstravimus ad Luc. 16.9. Sic δίκαιος pro ἀληθής, 1 Joan. 1.9. Ità & h. l. sumi constat tum ex scopo qui est, probare Deum esse veracem; tum ex seq. ἐν τοῖς λόγοις σου· verbis enim veritas potiùs quàm justitia respondet. Et Matth. 11. 19. ἐδικαιώθη, verto, *vera agnita est*, &c. & hîc, *ut verificeris* [*]. Al. Verbum forense est [y], & sign. *absolvi*, atque opponitur τῷ *condemnari* [a]: & hoc sensu sumitur in omnibus ferè N. T. locis, excepto Apoc. 22. 11 [b]. [Plura vide, si lubet, de hac voce, in Ham.] Ut verax prædiceris [c], seu fidelis [d], in promissionibus [*], & minis [f]; & justus [g], in judiciis [h].) *in sermonibus tuis*, Be.Pi. i. e. in actionibus tuis. Hebræa locutio [i]. Vel, *in causa tua*: nam דבר interdum est δίκη, *causa* [k]. Vel, in promissionibus tuis [l]. Quæritur, quomodo ὅπως, *ut*, cohæreat cum præcedentibus [m]. Resp. Construitur, vel, 1. cum *peccavi* [n]: ità consecutionem notat, q. d. hinc fiet ut justificeris [o], ut justus & verax prædiceris, qui nec ob peccata mea retractes promissa tua mihi facta de Regni stabilitate, & successore, & sancto semine ex me nascituro [p]. Congruit hoc cum mente Pauli, qui h. l. loquitur de promissis Dei absolutis, quale fuit illud Psal. 88. non de iis quæ conditionem habent annexam: hæc enim, non servatâ conditione, evacuari possunt, salvâ fide & veritate promittentis [q]. Vel, 2. cum *fateor*; hoc modo, Fateor me peccâsse, ut nota fiat tua justitia: ità, *ut*, finem indicat [r]. Vel, 3. cum precibus superioribus, *Miserere mei, munda me*, &c [†]. ut sit hyperbaton [t], & v. 4. parenthesi includatur [v]. At his non opus: potest ὅπως imperandi vim hîc habere: cujus exempla proferunt Budæus & Cloppenb. unum ex Eurip. ἀλλ' ὅπως ἀνὴρ ἔσῃ, *sed vir esto*. Idem usus est synonymæ particulæ, ἵνα, Marc. 5. 23. ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς, pro, *veniens impone*: ità h. l. ὅπως δικαιωθῇς, potest verti, *justificator*. Fateor tamen apud Lxx, qui non simpliciter ὅπως, sed ὅπως ἂν, dixerunt, per *ut* potiùs vertendum: quo sensu, dicemus postea [x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε] *Et vincas* (Heb. ותזכה, quod, *& mundus sis* [y], vel, *purus appareas* [z]. Pro quo Lxx & hîc Paulus habent, καὶ νικήσῃς [a]. Sed sensus idem: Qui enim purus apparet in lite, is vincit [k]. *Ut purus sis*, nempe à criminatione, quâ impii in pœnis tibi obloquuntur, & judicia tua vellicant: Lxx, *ut vincas*, nempe obmurmuratores & hostes omnes [l]. At agnoverunt Lxx verbum זכה, ut apud Syros, sic & apud Hebræos, valere etiam, *vincere*: ut sæpe in Talmude significat [m].) *in judicando te*, Pi. Di. quod ambiguum est, sicut & κρίνεσθαι quod vel activè, vel passivè, sumi potest [o]: sic & Heb. בשפטך, quod exponi potest aut, *dum tu judicas*, aut, *dum aliquis de te judicat*: nam nomen sæpe apud Hebræos in verbis subauditur, maximè in Infinitivis gerundivè positis. Et posteriorem sensum sicut Græci prætulere, ità & Apostolus: *si judiceris*, i. e. homines de te judicare velint, ut clarè hîc Syrus. Sensus est, Vocavit Deus Gentes ad Evangelium, sed post longam Judæorum contumaciam. Quid injuriæ eis fecit? Salvum illis fuit suum privilegium [p]. Vel, *cùm judicaris*, Er. Vulg. &c. ab incredulis [q]: vel, quoties quis rectâ ratione voluerit de tuis factis judicium aut examen instituere [r]: vel, etsi judicium inter te & homines instituatur, illíque negare velint te misericordem & veracem esse, &c [†]. evertes temeraria hominum judicia, te ob mea peccata nunquam mihi reconciliandum, nec promissa completurum [t]: cùm traduceris ab impiis ut injustus vel inconstans [v]. Sed malim κρίνεσθαι mediâ significatione accipere activè, pro κρίνειν [x], *quando tu judicas*, Be.Pi. cùm tua judicia exerces: quia scilicet nonnisi merentes castigas [y]. Vel, *dum tu judicas*, nempe me propter crimen admissum, vel alios peccantes [z]. Vel, *cùm judicio contendes*, D.sim.Ham. Ità κρίνεσθαι sumitur 1 Cor. 6.1. & alibi [a]. Mens Prophetæ esse videtur, ex occasione peccati sui se cum Deo ità conferre, ut ex sui depressione Deus efferatur. Peccavi, inquit, ego quem id minimè decebat: adeò mendacis sum & inconstantis naturæ, dignus qui succumbam & nihil regeram, ubi à te & ab hominibus judicor. Quod etsi pessimè à me factum, à tua tamen providentia sanctè est gubernatum, ut liqueat omnes homines, etiam sanctissimos quosque, esse mendaces; te solum veracem ac fidelem, adeóque semper victorem, quibuscunque judiciis impetaris. Unde rectè colligit Apostolus, tantum abfuisse ut fides Dei ab ipsorum vinceretur incredulitate, ejúsque præclaris promissionibus, Circumcisione obsignatis, non constiterit sua veritas, ut contrà, ex ipsorum, quippe mendacium hominum, incredulitate magis appareat Dei infallibilis veritas; sicut David fatetur, postquam peccatis suis naturæ suæ mendacem inconstantémque conditionem prodidit, tantò magis Deo constitisse veritatis laudem. Quorsum autem hæc omnia? Ut incredulos Judæos, qui ex operibus justificari volebant, tantò magis reos ageret, omnémque gloriandi ansam eriperet: quandoquidem per Deum quidem non steterit quo minus egregiam gloriandi materiam haberent: quum fœdus suum ipsis dederit, ac illud Circumcisione obsignaverit, ídque tam constanti fide, ut nullâ hominum incredulitate effici potuerit ut non verissimus in dictis suis inveniretur. Magna certè hæc fuit prærogativa, & tantò major istius populi nequitia, quòd ex tantis Dei donis ad salutem nihil profecerint. Quia autem hinc prætextus aliquis incredulitati ipsorum prætendi videbatur, siquidem ea fides Dei non tantùm nihil derogavit, sed & eam magis illustravit, solvit id Apostolus versibus sequentibus [b].

5. *Si*, &c. Εἰ δὲ ἡ ἀδικία—συνίστησι] *Quod si injustitia* (i. e. perfidia [c]; vel, *mendacium*, Ar. in Di.) *nostra* (Se Judæum fatetur, de his enim sermo erat, & eorum hæc est objectio [d].) *Dei justitiam* (i. e. fidem ac veritatem [c]) *commendat*, Be. Ca. Pi. Er. P. Stun. &c. ut verbum sumitur Rom. 5. 8. unde συστατικαὶ dicuntur *commendatitiæ* Epistolæ [d]. Vel, *spectabiliorem facit*, ut Rom. 5. 8. Sic & συνιστάναι pro, *testatum facere*, usurpat Demosthenes: & Hesych. συνιστάναι exponit φανεροῦν [*]. Vel, *stabilit*, sive *confirmat*, Di, ex Sy. & Ar. Er. V. Heb. מקים, quod Lxx transferunt κυροῖ, *autorizat*, Gen. 23. 20; ἱστᾷ, *firmat*, *fide dignum facit*, 2 Sam. 7. 25; βεβαιοῖ, *confirmat*, Psal. 119. 28 [f]. Est hîc μίμησις· nam ipsa verba Judæorum qui Romæ erant repetit Paulus. Objectio autem hæc Judæorum indè maximè fluebat, quòd Gentes, quæ idololatriæ aliísque vitiis immersæ fuerant, dicerentur à Deo adoptatæ: qui id credunt, aiebant illi, tutò peccare possunt. Est eadem objectio Celsi verbis apud Origenem. Et hîc quidem Apostolus duntaxat ostendit quod inferatur esse impium: responsum autem differt in cap. 6. Estque idem cum illo Origenis, Spectandas Gentes non quales fuere, sed quales nunc sunt. Interim & hoc ostendit, Judæos illo tempore nihilo Gentibus fuisse meliores. Præterea docebant Apostoli nihil Deo gloriosius quàm quòd omnes Gentes ad se vocâsset: Ei autem rei occasionem datam ex Judæorum contumacia. Ex his duabus rebus verissimis natæ sunt falsæ illæ objectiones & calumniæ, quas hîc refutat Apostolus. [Dicit, συνίστησι, quia] magna Dei bonitas [erat] quòd Gentes etiam cordi sibi esse ostendit. ¶ *Quid dicemus?*] Id est, An ideo hoc dicimus quod nobis falsò objicitur? Vide Rom. 6. 1 [g]. ¶ *Numquid*, &c? Μὴ ἄδικος ὁ Θεὸς ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν;] *Num* (vel, *Nonne*, G. Kn. Ham. ut μὴ sumitur Matth. 12. 23. Joh. 4. 29. &c [h].) *injustus Deus qui inferat* (vel, *inducat*, Er. Il. Ti. Sic dicitur ἐπιφέρειν αἰτίαν, Act. 25. 18. & θλῖψιν, Phil. 1. 16 [i].) *iram?* Pi. Er. &c. vel, *pœnam?* P. Ca. Be. G. &c. nempe iram suam, ut articulus, τὴν, innuit [k]. *Nonne Deus cùm nos puniet injuriam nobis faciet?* G. Est *ira* pro *pœna* Metonymia frequens nostris [l]. Phrasin hanc desumpsit Apostolus ex Psal. 7. 11. ubi זועם Lxx vertunt, ἐπάγων (quod idem cum ἐπιφέρων) ὀργήν [m]. Sensus, q. d. An Deus malos justè punit, per quos glorificatur [n]? Quin eos potiùs remunerare deberet, &c. Jam verò Deus Judæos

[Margin notes, left column: t G. — v D. Par. — x G. — * Di. — y D. Par. sim. Ham. — a Be. Ham. — b Ham. — c Pi Par. sic E. Me. — T. — d Tol. — * Par. Tol. sic V. — f Par. — g Par. Me. E. &c. — h Par. — i G. sim. Ham. — k D. — l Pi. sim. E. — m Di. — n Tol. E. — o Tol. sim. E. — p E ex Euthym. — q E. — r Tol. — † Q. in E. sic Me. — t E. — v Pagn. in Di. — x Di. — y Di. — z G. — a Di. sim. G. — k G. — l Par. — m Di. — o Idem. — p G. — q Er. ex Hi. sim. Tol. — r E. ex Euthym. — † Me. — t T. — v Q. in Par. — x Te. — y Idem.]

[Margin notes, right column: z Par. — a Ham. — b Di. — c Be. Pi. — d Tol. — c Be. Pi. — d Stun. p. 3500. — * G. — f Di. — g G. — h Kn. — i G. — k Pi. — l G. sim. Pi. — m Cap. — n Me. sim. E. Par.]

Judæos ob incredulitatem aliáque peccata & sæpe & severè punivit: ut constat[o]. Hoc eò pertinet quòd dicebant Apostoli, Deum ab Judæis desertum vicissim ipsos abdicaturum à tutela sua, unde maxima mala essent ventura[p]. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ ἄνθρωπον λέγω] *Secundùm hominem* (i. e. secundùm te, qui talia sentis[q], vel, ex adversariorum sententia[r]; vel, *humano more*, P. Ca. Be. &c, juxta sensum humanum †: hominum peccatorum verbis utor[t]: ea oppono quæ homo non sapiens, sed carnalis, objiciat[v]: non in persona mea loquor, sed quæ suggerit humana illa sapientia quæ voluntati Dei non subjicitur[x]: affero ratiocinationes usitatas hominibus, ut scil. eas refellam[y]. Innuit, humanam rationem nunquam non invenire quod Dei judiciis obloquatur[z]. אמרתי כדרך בני אדם, ut loquuntur Magistri; aut, על דברת בני אדם, ut est Ecclesf. 3. 18. i. e. *Cùm quæstionem istam proposui, usus sum verbis quorundam apud vos.* Sic impiorum verbis utitur Salomo in Ecclesiaste. Simile loquendi genus 1 Cor. 9. 8. Gal. 3. 15. Sic, ἀνθρώπινον λέγω, Rom. 6. 19. *utor vulgò tritis loquendi modis.* Sic ferme κατ' ἄνδρα dixit Æschylus Agamemnone: κατ' ἄνθρωπον, Chrysippus lib. 3. De Justitia, citatus à Plutarcho de Stoicis sibimet contradicentibus[a].) *dico*, sive *loquor*, Mo. Pi. Be. &c. sub. *ista*, Pi. quòd scil. Deum iniquum appellaverit[b]. Al. Propositio illa, *nostra injustitia Dei justitiam stabilit*, accipi poterat; vel, 1. secundùm Deum, sive Divino modo; quòd scil. hoc fiat Divinâ sapientiâ injustitiam hominum contra ipsorum mentem ità regente: ut David id Psal. 51. acceperat, & Paulus v. præced. Sic autem Deus non est injustus, &c. Vel, 2. secundùm hominem, sive humano modo, quasi injustitia hominum vera esset justitiæ Dei commendandæ causa; ut acceperunt hypocritæ: sic certè Deus esset injustus, &c. At hoc abominatur Apostolus, v. 6[c]. Hæc phrasis sæpe usurpatur ab Apostolo; 1. vitandæ suspicioni blasphemiæ, ut h.l. 2. fugiendæ invidiæ causâ, ut 1 Cor. 15. 32. &c: 3. cùm docendi causâ exemplum aliquod ex communi hominum usu petit, ut Rom. 6. 19. Gal. 3. 15: 4. cùm hominis doctrinam Dei autoritati opponit, ut Gal. 1. 11: 5. idem valet quod, *secundùm carnem*, ut 1 Cor. 3. 3. 1 Pet. 4. 6[d].

6. *Absit*] Respicit locum Gen. 18. 25*. ubi in Heb. est, חלילה לך: nam & sequentia indè sumpta sunt[f]. Non aliud responsum merebatur quàm detestationem hujus blasphemiæ[g]. Hæc autem illustratio gloriæ Dei sequitur ex peccato, tantùm per accidens[h], sive per occasionem; non autem per se[i]. ¶ *Quomodo judicabit*, &c?] i. e. Nullo modo possumus Deum injustum imaginari quem cum Abrahamo *Judicem mundi* agnoscimus[k]. Ratio consecutionis est, quia *judicare mundum* est, omnia optimè & justissimè gubernare, &c[l]. Nec Deus Judex est, ut homo, voluntate & participatione, sed naturâ; nec habens supra se Judicem, ideòque judicium ejus non potest esse falsum, aut iniquum[m]. Hæc verba, & quæ præcessere, κατ' ἄνθρωπον λέγω, &, μὴ γένοιτο, pariter per παρένθεσιν legenda sunt: nam objectionem cœptam indè persequitur[n].

7. *Si enim veritas* (i. e. veracitas[o], vel, bona fides, ut ἀληθὴς, suprà, *fidei tenax* P:) *Dei in meo mendacio* (vel, *per meum mendacium*. Er. P. Be. Pi. i. e. perfidiam, sive perfidum factum[q]: per meam infidelitatem[r]: sic ψεύστης, suprà, *infidus*; & ἐν pro *per* †. Loquitur Paulus vel, 1. nomine Judæorum incredulorum, ut vitet odium, & suaviorem faciat doctrinam[t]: vel, 2. in persona Ethnici hominis[v].) *abundavit*, &c. Ἐπερίσσευσεν, &c.] *Redundavit* (vel, *Excelluit*, Er. Il. Ti. *Illustrior*, vel *Manifestior facta est*, V. *Abundantior fuit*, i. e. *Abundantior apparuit*, secundùm ea quæ diximus suprà v. 4[x]: redundare solet[y].) *in gloriam ipsius*, Be. Pi. P. &c. unde major Dei gloria, nempe ex Gentium vocatione[z]. Sensus, q. d. Si gloria Dei indè promoveatur[a]. ¶ *Quid*, &c? Τί ἔτι κἀγὼ, &c?] *Cur ampliùs* (vel. *adhuc*, i.e. etiamsi ostendat ipsius veracitatem[b].) *ego* (vel, *& ego*, Vulg. Er. Sed καὶ hîc redundat, ut Joan. 8. 25. Sub. *dicet aliquis*: Paulus enim in aliena persona loquitur[c]. Sed καὶ hîc non vacat. Cùm enim v. 9. conclusurus est, omnes esse sub peccato, qui totius hujus disputationis scopus est, se quoque hîc includit, & tanquam peccatorem habendum ac judicandum fatetur; immeritò tamen, si peccata sua virtutem habent promovendæ gloriæ Dei †.) *ut peccator* (i. e. mendax: Genus pro specie[d].) *condemnor?* Be. Pi. &c. i. e. non debeo condemnari*. Non debet Deus queri de eo quod ad gloriam ejus pertinet[f]. Sensus loci, q. d. Si Judæi effugient judicium Dei, quia benignitas ejus illorum ingratitudine commendatur, nullus est mortalium qui simili ratione causam suam agere non posset: Ego quoque idcirco pœnâ liberari debeo, &c[g]. Quia hæc doctrina magni est momenti, & calumnia valdè noxia[h], repetitur objectio[i], & cum incremento exponitur[k]. Hîc continuatur cœpta μίμησις[l]: refert calumniam improbi alicujus Sophistæ[m]. Potiùs loquitur Paulus ex sua sententia & rei veritate: nempe, si illustratio gloriæ Divinæ effectus est mendacii humani, nullo jure posse plecti hominem, & optimè indè sequi, quod v. 8. additur, licitum esse facere mala ut eveniant bona. At illa hujus tantùm consequens est, Deo sapienter ex malo isto bonum eliciente, ut medicus ex ægri morbo gloriam comparat[n]. Al. Non est hæc repetitio, (nec enim erat cur id repeteret quod satis apertis verbis priùs exposuerat, maximè cùm post hæc verba nulla sequatur refutatio) sed potiùs objectionis refutatio altera ex ipsamet objectione sumpta. Loquitur Paulus in persona suâ, quanquam nomine Judæorum, &c. & sensus est, q. d. Nequaquam ut talis punirer à verace Deo, nisi peccator essem & irâ dignus, ut Deus etiam in hoc se ostendat veracem & justum, sicut in implendis pactis & promissis, non obstante incredulitate, sic & in eadem incredulitate puniendo[o]. Sed nobis hæc expositio coactior videtur[p].

8. *Et*, &c. Καὶ μὴ καθὼς βλασφημούμεθα, καὶ καθὼς φασί τινες ἡμᾶς λέγειν, ὅτι ποιήσωμεν, &c.] Durior videtur h.l. collatio verborum[q]. Est transpositio, quales multæ apud Hebræos, μὴ ὅτι, pro, ὅτι μὴ; *cur non?* nam ὅτι pro *cur* habuimus & Marc. 9. 11, 28. *Cur non agemus mala, ut indè tantùm bonum, Dei scilicet gloria, proveniat*[r]? Hæc verba, καθὼς βλασφημούμεθα, καὶ καθὼς φασί τινες ἡμᾶς λέγειν, per parenthesin legenda sunt †. Nam Apostolus tam fœdam & calumniosam objectionem totam recitare non potest, ut non bis detestando interloquatur. In [hac autem] parentheſi obiter testatur referri quidem hoc de se & Apostolis, sed per calumniam; quia Apostolorum verba non bonâ fide referebantur, sed vice eorum illegitima illatio. Et ex hoc loco exemplum ἀνακολούθου dat Clemens Alexandrinus lib. 3[t]. Sed hæc parenthesis sensum obscurare videtur: nec video quomodo, ὅτι ποιήσωμεν, cum καὶ μὴ rectè cohæreat[v]. Sed rectè hæc cohærent[x], quia ὅτι hîc redundat[y], ut mox v. 11. &c[z]. & alibi sæpe[a]. Fateor, sed post verba dicendi, scribendi, &c. ità & h. l. post λέγειν· si scil. cum eo construatur, tanquam narrans quod de Paulo temere dicebant. Malim ergò parenthesin omittere, ut est in 6 editionibus, præter Chrys. & locum sic reddere, *Et cur non*, (sub. *est*,) *quemadmodum blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere, faciamus mala*, &c. Syrus μὴ interrogativè accepit pro *num? an?* sicut 1 Cor. 9. 9. Sensus commodus est, *Et num est, quemadmodum blasphemamur*, &c[b]? *Ac* (Repete τί, *cur*, ex v. præced[c].) *non* (sub. *diceremus*, Ham. sim. Camer. Pi. ex sequente λέγειν[d]. Sensus, q. d. Et cur non potiùs ità cogitemus & loquamur*.) *sicut de nobis* (Christi Discipulis[f], vel Apostolis[g],) *malè loquuntur*, (vel, *sicut blasphemamur*, Vulg. &c. *Blasphemia* est sacrilega diffamatio, sive calumnia, Deo, vel ejus doctrinæ & ministris, intentata[h].) *& sicut quidam aiunt* (scil. falsò & per calumniam[i],) *nos dicere*, (i. e. docere, & ex doctrina nostra hoc consequi[k], ità doctrinam gratiæ calumniantes[l]:) *Faciamus* (ὅτι servit mimesi, h. e. recitationi verborum quæ calumniatores isti falsò tribuebant Apostolis[m]: ὅτι valet *scilicet*, sive *videlicet*, & servit tantùm introductioni verborum sequentium[n].) *mala ut veniant bona?* Be. Pi. &c. Hypothesin transfert ad thesin: non modò strenuè erit mentiendum, ut commendetur Dei veritas; sed in universum, egregiè peccandum, ut abundet gratia quam prædicat Paulus[o]: peccemus ut amplificetur gloria Dei[p]. ¶ *Quorum damnatio justa est*] Non dignatur illationem tam absurdam pluribus refellere, sed eam simpliciter condemnat. Sapientis enim disputatoris est, non ad omnia objecta respondere, sed quædam contemnere*. Non tanti facit hoc dictum Judæorum

Marginal notes, first column: [o] Tol. [p] G. [q] Par. [r] Gom. † Er. ex Chrys. & Theoph. [t] V. [v] Me. sim. Tol. [x] Be. sim. Par. [y] Pi. [z] Par. [a] G. [b] Tol. ex Eucher. [c] Di. [d] Be. * G. sim. Tol. Par. [f] G. [g] Par. [h] Me. sim. E. T. Par. Tol. [i] E. [k] G. [l] Par. [m] Tol. [n] G. [o] Zeg. [p] G. [q] Pi. [r] G. Tol. Ham. † G. [t] Tol. [v] Pra. [x] G. [y] Pi. [z] G. [a] E. sim. Me. &c. [b] Tol. [c] Ee.

Marginal notes, second column: † Di. [d] Par. * Par. sim. Di. [f] G. [g] Era. [h] Gom. [i] Gom. Plerique in Tol. [k] Gom. [l] G. sim. Par. [m] Par. [n] Di. [o] Tol. [p] E. [q] Ham. [r] G. † G. sim. Camer. Par. Pi. [t] G. [v] Di. [x] Par. [y] Par. ex Ee. sic Er. [z] Par. [a] Ee. Par. [b] Di. [c] Ham. [d] Ham. sim. Pi. * Zeg. [f] Era. [g] E. [h] Par. [i] Pi. [k] Par. [l] Bra. sim. E. [m] Pi. [n] Ham. [o] Par. [p] Pi. * E.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

dæorum Apoſtolus ut operosè ſolvat, ſatìs habens id deteſtari, & calumniam dicere, & quidem pœnâ digniſſimam: rectè admodum. Nam & Ariſtot. Nicom. 6.10. negat εὐβουλίαν (*bonam conſultationem*) dicendam, καθ' ἣν οὗ δεῖ μὲν τυγχάνει, οὐ μὴν δι' οὗ ἔδει, (*per quam obtinet aliquis quod oportet, ſed non quo modo oportet.*) Sic Oreſtes patrem ultus, ſed malè, occisâ per vim matre, ideo furiis agitatur. Juſtinus contra Tryphonem [de Judæis,] Εἰ γὰρ ὁ πατὴρ, &c. (*Quamvìs enim & ipſe* [Chriſtus] & *Pater ejus hæc eum ab humano genere pati voluit, vos tamen hoc feciſtis non tanquam conſilio Dei inſervientes*, &c.) Latenter prædicit hîc Paulus Urbis & Templi excidium & populi diſſipationem [q]. Illud ὧν, *quorum*, referendum, vel, 1. ad calumnias, ut κρίμα activè ſumatur, de judicio Apoſtolorum; q.d. Blaſphemias tales tantum abeſt ut agnoſcamus aut doceamus, ut ipſi palàm damnemus [r]. Vel, 2. ad calumniatores [†], ut κρῖμα paſſivè ſumatur, pro *condemnatione*; q.d. Rident iſti, per nos ſibi licere peccare, &c. Sed ridebunt riſum Sardonicum, illos enim manet damnatio, eáque juſtiſſima [t]. Vel, 3. ad eos qui talia ſentiunt [v], & ſic loquuntur, *Faciamus mala*, &c [x]. qui mala faciunt ut bona eveniant. Eſt autem hæc nova ejuſdem objectionis refutatio. Senſus eſt, q.d. Dictum illud, *Faciamus mala*, &c. nos non probamus, ſed potiùs damnamus: nec licet, imò damnabile eſt, mala facere ut veniant bona. Juſtè igitur Deus punit peccatum, etiam illud per quod hoc bonum conſecutus eſt, nempe veritatis Dei manifeſtationem [y].

9. Τί οὖν; προεχόμεθα;] Ità diſtinguunt Codices plerique [z], etiam veteres [a]: ità Vulg. & Chryſ [b]. [Sic vertunt,] *Quid igitur?* (ſub. τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου, ex v. 1 [c]. vel ſub. *dicemus?* Pi. ſic Camer.) *præcellimus?* Er.P.Mo. Il. Ti.Be. Pi. &c. nos ſcilicet Judæi [d], & ſub. *eos*, E. ex Vulg. ſcilicet Gentiles [*]. Alii ſic legunt, Τί οὖν προεχόμεθα; *Quid igitur excellimus?* Ità Sy. & Arabs [f], & Orig. aut ejus interpres; ſed & Oecumen. *Quid ergò prærogativæ habemus?* qui tamen aliam lectionem præfert [g]. Attica locutio pro, προέχομεν· προέχειν, *excellere*, apud Demoſth. & alios. In Gloſſario, προέχειν, *excellere*. Quæſtionem proponit, *An igitur nos Judæi præcellimus Gentes?* Minuendæ invidiæ cauſâ ſeipſum includit [h]. Hîc Apoſtolus redit ad id quod tractare cœperat initio capitis [i]. Senſus, q. d. Si eloquia Judæis tradita non ſunt evacuata, præcellunt Judæi [k]. ¶ *Nequaquam*, οὐ πάντως] Quæſtioni appoſitè reſpondet, *Præcellimus, ſed non per omnia*, לא בכל, Non eouſque ut non tam nobis quàm Gentibus neceſſaria fuerit Evangelii gratia. Solet interdum negativa, univerſali particulæ præpoſita, apud Hebræos negare univerſaliter; ſed id huic loco non convenit: nam reſtringit quod ſuprà dixerat, πολὺ εἶναι τὸ περισσόν· nempe *in quibuſdam rebus, non in omnibus* [l]. Al. *Nullo modo*, Be. Pi. Par. Ad verb. *Non omnino*. Trajecta eſt negandi particula, pro, πάντως οὐ, *omnino non*: ſic itaque ſcribendum, οὐ, πάντως [m]. At antea dixerat, Judæum antecellere, verſu 1 [n]. Neque ſibi contrarius eſt [o]. Præſtantiam enim, quam eis conceſſerat, non eſſe in ipſis Judæis conſiderandam declarat, ſed duntaxat in Dei benignitate [p]: nullum in eis meritum erat, ſed potiùs demeritum [q]. Præcelluit Judæus quoad externa beneficia [r], Legem & circumciſionem, non quoad fidem & gratiam Evangelicam [†], verámque juſtitiam [t], quæ & Judæis & Græcis pariter & gratìs data eſt [v]. Excellentiam illam v. 1. ſubindicaverat Apoſtolus, v. 2. fidelibus tantùm prodeſſe, qui promiſſionem gratiæ fide amplecterentur; incredulos autem, quales erant qui operibus juſtificari volebant, veritatem quidem & excellentiam promiſſionis Dei non abolere; ſibi tamen non plus utilitatis indè carpere, quàm quòd mendaces & injuſti deprehenſi, Dei veritatem ac gloriam magis illuſtrârint. Neque indè tamen illos à reatu immunes eſſe. Etſi enim, ſi ſecundùm hominem ac depravatum ejus judicium dictum illud accipiatur, verum ſit, non fore Deum mundi judicem, nec poſſe quenquam ut peccatorem judicare, & licitum eſſe facere mala ut eveniant bona: ſi tamen ſecundùm Deum ac ſano ſenſu accipiatur, utrumque verum eſſe, Et incredulos ſuâ incredulitate veritatem Dei commendare, & Deum tamen juſtum eſſe mundi judicem, omnéſque tanquam peccatores judicare, & juſtam eſſe eorum damnationem qui indè peccandi licentiam promunt. Hinc jam optimè colligitur hæc concluſio, nihil in ſe Judæos præcellere Gentibus, nec minùs eſſe peccati judiciíque reos [x]. ¶ *Cauſati*, &c. Προῃτιασάμεθα] *Antè criminati ſumus*, P. Be. Pi. *Accuſationem præſtruximus*, G. nempe Rom. 1.17, &c. de Gentibus; Rom. 2.9. & deinceps, de Judæis [y]. *Præaccuſati ſumus*, Mo. *Antè accuſavimus*, Di. Jam *antè accuſati ſumus*, ſub. *per legem*. Præpoſitio, πρὸ, non tam locum antecedentem in hac Epiſtola notat, quàm tempus hujus αἰτιάματος jam olim per ipſam Legem facti. Αἰτιάω eſt, *accuſo*; ſic & ἐπαιτιάω in Thucyd. l. 8. *Exilii nomine eos ἐπῃτίασε, accuſavit* [z]. At ſi hic eſſet ſenſus, fruſtrà adderetur, eos *eſſe ſub peccato* [a]. Vertas licet, *Antè queſti ſumus*. Gloſſarium, αἰτιῶμαι, *criminor, accuſo, culpo*. Addit Heſych. αἰτιᾶται, μέμφεται, *queritur*. Gloſſ. αἰτία *cauſa, materia, titulus, querela, culpa, noxa*. Syrus, כדמן פסקן, quod Tre. vertit, *antè pronunciavimus*, Boder. meliùs, *antè determinavimus*. Vertas licet, *antè concluſimus*, ſicut פסוק finis verſûs concludit ſententiam. פסק Syris propriè eſt, *amputare, præcidere* [b]. *Convicimus*, Ca. *Adjudicavimus*, Æth. *Præcauſati ſumus*, E. Tol. i.e. priùs cauſam attulimus [c]. *Antè cauſis redditis oſtendimus*, Er. Il.Ti.V. Sed αἰτιᾶσθαι hoc ſignificatu non invenitur [d]: eſt autem verbum forenſe [*], nec eſt ſimpliciter, *accuſare*, ſed, *firmis probationibus reum peragere* [f]. Senſus, Jam antè probavimus allatis cauſis & rationibus [g]. Probat id quod jam innuit magìs quàm dixit, Evangelii beneficium Judæis non minùs quàm Gentibus fuiſſe neceſſarium. ¶ *Omnes*] Intellige non planè de ſingulis, ſed de pleriſque. *Omnes pro multis per Metaphoram*, Ariſtot. Poet. 20. Idémque dicit Hieron. Epiſt. 146. afferens loca, Joh. 10. 8. 1 Cor. 9. 22. Phil. 2. 21. quibus adde Joh. 3. 32 [h]. Al. De omnibus ſine exceptione proculdubio hîc loquitur Paulus: ut oſtendunt; 1. ſcopus: vult enim demonſtrare ſine fide neminem juſtificari. 2. Teſtimonia Scripturæ ſubjuncta, quæ prorſus univerſaliter loquuntur. 3 Collat. v. 19. *ut omne os obſtruatur*. Nec pluribus opus eſt argumentis in re tam perſpicua [i]. ¶ *Eſſe ſub peccato*; ità Be. Pi. &c. Ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι] i.e. Sub poteſtate & quaſi juriſdictione peccati: id enim notat præp. ὑπὸ Accuſativum regens: ut Xenophon, *Ducum* ὑφ' ἑαυτὸν, *quos ſub ſe habet*. Sic Luc. 7. 8. ὑπὸ ἐξουσίαν [k]. *Sub peccato*, i.e. peccatores [l], & peccati ſervos [m], à quo non habebant in Lege, nec in natura, unde liberarentur [n]: reos peccatorum, ſive ſontes, i.e. ὑποδίκους, ut mox v. 19 [o]: ob peccatum reatu teneri [p], & damnatione dignos eſſe [q]. Sic Gal. 3. 22. Contrà, *eſſe ſub gratia* eſt, gratìs abſolvi, Rom. 6. 14 [r]. Al. ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι, h.l. ut ex ſequentibus apparet, ſignificat, *gravibus vitiis addictos eſſe*. Qui talis eſt, infrà 7. 14. dicitur *venditus ſub peccatum*. Senſus loci eſt, Non minùs Judæos quàm Gentes, cùm Chriſtus advenit, flagitioſiſſimæ fuiſſe vitæ, quamvìs illi Legem, hi Philoſophiam, magiſtram accepiſſent. Erant ſanè corruptiſſima illa tempora; quod de Judæis ſatìs oſtendunt Joſephus, & Juſtinus contra Tryph. de Romanis Hiſtoriæ & Poemata. Attamen erant inter Judæos quidam, quales Zacharias, Elizabeth, Simeon, Anna; & inter Gentes, quales duo Centuriones, alter in Evangelio, alter in Actis, memoratus. Sed hi nihil niſi gutta in mari. Vide reſponſum ad Orthodoxos, 110. Non minùs generaliter Fides loquitur apud Silium Italicum, l. 2. *Vis colitur, juríſque locum ſibi vindicat enſis, Et probris ceſſit virtus: en aſpice gentes. Nemo inſons: pacem ſervant commercia culpæ* [h].

10. *Sicut ſcriptum eſt*] Variis Scripturæ locis [i]. Tempora ſunt talia qualia olim à Davide & aliis deſcripta ſunt. Sed & Chriſtus Prophetarum verba uſurpat de aliis temporibus primùm dicta, ſed ſuis non minùs convenientia. Vide Matth. 13. 14. Luc. 8. 10. Joh. 12. 40. Utitur autem hîc Paulus diverſis ſententiis tum ex Pſalmis, tum ex Eſaia; nec utique verba ſemper annumerans, ſed ſenſum, qualem memoria ei ſuggerebat, benè exprimens [k]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι οὐκ ἔστι] Ὅτι redundat [l]. *Non eſt juſtus, nè unus quidem*, Pſal. 14. 1. & 53. 1 [m]. qui duo Pſalmi ex parte iiſdem verbis concepti ſunt in Hebræo. In Græco Pſal. 14. eſt, ποιῶν χρηστότητα, at Pſal. 53. ποιῶν ἀγαθόν. טוב Hebræis omne quod *honeſtum* eſt ſignificat; & ſic Græci ſæpe *juſtitiæ* vocem uſurpant, juxta illud, Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι. (*Omnes virtutes in juſtitia ſummatim continentur.*)

Agit

Marginal notes (left column): q G. — r Q. in Par. — † Par. ſim. Me. — t Par. — v Me. — x E. — y Tol. — z Ga. a. 17. 155. ſim. Di. — a Ga. a. — b Di. — c Camer. — d Pi. ſic Tol Par. E. &c. — * E. ſic Tol. Me. Pi. — f Di. — g Ga. a. — h Par. ſim. Tol. — i G. ſim. Me. T. Tol. E. Par. — k Tol. — l G. — m Pi. ex I c. — n Di. ſim. E. — o E. — p Be. — q Tol. — r E. — † Tol. — t E. ſic Tol. — v Tol.

Marginal notes (right column): x Di. — y G ſim. Tol. Par. — z Sch. — a Tol. — b Di. — c Tol. ſic E. Val. — d Di. ex Be. — * Par. ſim. Be. — f Par. — g E. — h G. — i E. — k Sch. — l V. E. Me. — m V. ſic Wil. ex Tol. — n Tol. — o Be. — p Par. — q E. Me. ſim. Pi. Par. — r Par. — h G. — i T. — k G. — l Pi. ſim. Er. — m G. ſim. Par.

Agit de iis qui apud Saulum erant [n]. De sui seculi, populique sui, hominibus loquitur [o]: ex quibus vix unus purus reperiebatur. Est enim hyperbole,&c [p]. Sed mihi nunquam persuaserim, Davidem ità ad personas, causas, facta, & tempora particularia,respexisse ut eorum argumento non assurrexerit ad universalis hominum corruptionis & mali hæreditarii contemplationem. Sunt quidem hæc exemplo singularia, sed documento universalia & communia omnibus temporibus: vide Rom. 15. 4. Et scopus Apostoli erat, locis & testimoniis generalibus universam Judæorum gentem æquè ac cæteras ream esse peccati ostendere. Id probat exemplis temporum Davidis & Esaiæ, quæ omnium longè purissima fuerunt,&c [q]. Probat h. l. Apostolus omnes tam Judæos, quàm Gentiles, excepto nemine, injustos & peccatores esse [r]. Et Paulus & David universaliter loquuntur, ut constat ex collat. Psal. 14. 2. & Esa. 53. 6. Intellige autem, de humano genere quale est ex sua origine,& quantum ad naturæ corruptionem attinet; & qualis quisque perseverat, donec justificetur, &c †. Agnoscunt hoc & Ethnici. Seneca De Benef. 4. 27. *Omnia in omnibus vitia sunt, sed non omnia in singulis eminent—hic libidini, ille vino, deditus est*, &c [t].

11. *Non est intelligens*] i.e. Sapiens ea quæ Dei sunt [v]: qui intellectu rectè utitur; sicut impius Psal. 14. 1. vocatur *insipiens* [x]. Hoc dicit propter idololatras, veram Dei notitiam non habentes [y]. Damnat eos ignorantiæ Dei quæ profanitatis mater est: unde notitia Dei passim pro timore Dei ponitur [z]. ¶ *Non est requirens Deum*] i. e. Qui eum sequitur & mandata ejus servat [a]. Hoc dicit propter Judæos [b]. *Quærere Deum* dicitur cui Deus cordi est. Breviùs dixit [Paulus] quod diffusiùs Psal. 14. 2. *Dominus de cœlo prospexit*, &c. Quærendus erat quasi cum lucerna vir bonus [c].

12. *Omnes declinaverunt*, Ἐξέκλιναν] Sic & in Græco in Psalmis: *vias devias inire extra recti orbitam* [d]. *Deflexerunt*, Be. Pi. scil. à via recta. Vel est tralatio à vino, quod *recedere* dicitur quando acescit. Græcè, οἶνος ἐξεστηκώς [*]. Apostatæ sunt à Deo & Lege ad idola [f]. ¶ *Simul* (vel,*Pariter*, J.Cap. G. Heb. יחדו est & *simul & pariter* [g].) *inutiles* (vel, *reprobi*, Tre. ex Sy.) *facti sunt*] Ità Be. Pi. Er. P. Mo. &c. i. e. nullius bonæ frugis: recedentes à Deo fructum bonum non ferunt,ut palmites à vite abscissi fructum non faciunt [h]. Ἠχρειώθησαν] Et hoc ex Græco: in Heb. נאלחו [i]. *Putescunt*, G. *Rancuerunt*, D. sic E. Tralatio à carnibus rancidis [k]. Vel, *corrupti sunt*, D. Quæ autem talia sunt esui sunt inidonea; sic illi nulli bono usui. Sic σαπρὸς opponuntur ἀγαθὸς εἰς χρείαν, Eph. 4. 29 [l]. Heb. *fœtuerunt*, h. e. abominabiles Deo ob fœditatem idololatriæ & scelerum [m]. ¶ *Non est*, &c,] Hîc Græci in Psal. 14. repetunt eadem verba quæ initio habulmus & in Psal. 53. In Hebræo, *non est usque ad unum*, in hoc membro est, in priori non est. Quod antè dixerat David, id efficaciùs repetit tanquam rem sibi planè compertam: χρηστότητα, aut ἀγαθὸν, ποιῶν, hîc idem est quod δίκαιος suprà, עשה טוב; nempe, ὁ ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν· ut suprà locutus est Paulus,Rom. 2. 10 [n]. *Usque ad unum*, hominem scilicet [o]. Phrasis est & sacris & profanis Scriptoribus usurpata, ut Exod. c. 9. v. 7. Exod. 14. 28. Jud. 4. 16. Sic & Cicero, *Omnes ad unum idem sentiunt*. Virgil. Æneid. 5. *exosus ad unum*, i. e. ait Servius, *nullo excepto* [p].

13. *Sepulchrum apertum* (quod exspectat mortuum [q], quod tetrum ac pestiferum exhalat fœtorem [r], quod devorat omnia, & in tenebris est incautis ruina †.) *est guttur eorum*] Ex Psal. 5. 10. ubi in Græco eadem quæ hîc verba. Describit hîc Psalmus homines etiam in sanguinem calumniantes, quales in aulis multi. [Sensus,] *Guttur*, i. e. vox à gutture eorum procedens exspectabat mortuum aliquem videre. Sic Eprius Marcellus, *Quid tibi cum meis mortuis?* de iis quos accusando in mortem egerat loquens. Tales autem & Christianis erant Judæi mali. Vide Acta Apostolica [t]. Hoc membrum explicatur verbis seq [v]. Ex ore illorum impuri, pestilentes noxiique, sermones exeunt [x]. ¶ *Linguis suis dolosè agebant*] Aliud sentientes, aliud loquentes [y]: verbis decipiunt proximum [z]. Ἐδολιοῦσαν] Etiam hoc ex Græco. Verbum δολιοῦν etiam alibi usurpant LXX, ut Num. 25. 18. Psal. 105. 25. In Hebræo h. l. est יחליקון: id verbum Prov. 28. 23. vertitur γλωσσοχαριτῶν. Plerumque adulatores etiam calumniatores sunt. Ἐδολιοῦσαν est Bœotica terminatio. Sic legimus εἴδοσαν, ἐφάγοσαν, ἤλθοσαν, & similia. Sic ἐλάβοσαν, 1 Mac. 11. 48 [a]. ¶ *Venenum aspidum* (quod pessimum est, & ἀνίατον [b], (*insanabile*,) ut tradit Aristot. Hist. Animal. 8. 29. Lucan. lib. 9. de Aspide, —*Et crassi gutta veneni Decidit: in nullo plus est serpente coactum*. Vide Nicandrum de eadem, [& verba in G.] & Ælian. l. 9. Exemplum nobile in Cleopatra [c].) *sub labiis*, &c.] Ex Psal. 140. 3. ubi eadem hæc in Græco [d]. Verba eorum sunt nociva, quibus honori & vitæ proximi detrahunt [*]: Deum blasphemiis, proximum convitiis, incessunt [f]. Qui sermone suo aliis nocent, dicuntur *habere venenum sub labiis*, ut Jac. 3. 8 [g].

14. *Quorum os*] Artificiosè omnia instrumenta sermonis refert David, guttur, linguam, labia, os, ut peccata in verbis maximè damnet, & homines in talia peccata procliviores esse ostendat. ¶ *Maledictione*] Per injurias, contumelias, blasphemias [h]. Ἀρᾶς] Vox est planè Hebraica, ארר, *maledixit*, unde ἀρᾶσθαι, *maledicere, imprecari, exsecrari* [i]. *Diris*, Be. Pi. *Exsecratione*, Er. V. Cas. Pi. vel, *Imprecatione*, Er. Cas. vel, *Devotione*, Er. V. ¶ *Et*, &c. Καὶ πικρίας] Ex Græco, Psal. 10. 7 [k]. Videntur enim Græci (quos sequitur Paulus [l]) pro מרמות legisse מררות [m], quomodo est Deut. 32. 32 [n]. [Sic vertunt,] *Et amaritudine*, sive *amarulentiâ*, Be. Pi. Vulg. &c. quâ odium in corde latens ore depromitur [o], quâ verbis proximos affligimus & contristamus [p]. Solent homines impii pios & exsecrari & amarissimis, iisque dolosis, i.e. falsis, maledictis impetere. Vide Matt. 5. 11, 44 [q].

15. *Veloces pedes*, &c.] Ex Esa. 59. 7 [r]. ubi describit homines coævos Manassi: ubi LXX habent ταχινοὶ, pro quo Paulus dixit ὀξεῖς, pari sensu: nam & מהר, quod hîc in Hebræo est, ὀξὺς vertitur Prov. 23. 28. & ὀξέως, Esa. c. 8. v. 1. Nec aliter, ὀξεῖς ὁπτελῆται, apud Plutarchum. In Glossario, Ὀξὺς, ὁ ταχὺς, *pernix, velox* †. Describuntur peccata operis hîc & in seq. ut peccata cordis v. 10, 11, 12. & peccata oris, v. 13, 14 [t]. ¶ *Sanguinem*] Nempe innocentium [v].

16. *Contritio*, &c. Σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία, &c.] Eadem verba in Græco, Esa. 59. 7 [x]. Synonyma hæc ferè sunt: nam LXX שוד, *vastatio*, interdum σύντριμμα, plerumque verò ταλαιπωρία, vertitur [y]. *Contritio* (Intellige activè [z], quâ alios conterunt [a]:) *& calamitas in viis eorum*] Sensus est, Omnia per vim agunt [b]: omne eorum studium est, ut alios conterant & vastent; adeò ut nati videantur in aliorum perniciem [c]: crebris malis, damnis & infortuniis, se mutuò accipiunt [d]. Verissimum hoc de Judæis illorum temporum. Indè calamitatum causa [*].

17. *Viam pacis* (i.e. quæ ducit ad pacem [f]) *non cognoverunt*] Notitiâ approbativâ [g]. Hebræis *ne scire* aliquis dicitur quod non curat, Jer. 4. 22. & suprà v. 11. [Sensus est,] Nihil faciunt quod cuiquam prosit [h]: continua inter se dissidia, rixas, bella, exercent [i]: omnem ordinem in Ecclesia & Repub. perturbant [k]. His tribus [hoc versu, & 15. & 16.] significat, illos nec justitiam, nec charitatem, nec pacem cum proximis, servâsse [l].

18. *Non est timor Dei*, &c.] Sunt hæc verba in Psal. 36. 1. Sensus est, *Pietatem planè non respiciunt* [m]: non considerant Deum ubique præsentem & timendum [n]: quo velut fræno cohibentur homines nè in scelera ruant [o]. Accusat eos profanitatis & contemtûs Dei [p].

19. *Scimus autem*] Res certa est & indubitata [q], & nota iis qui S. Literis operam dedere: ex quibus id docet K. ad Psal. 14 [r]. ¶ *Quæcunque lex* (νόμος hîc sumitur, vel, 1. specialiter, pro Lege Mosaica, quæ quinque Libris continetur †: vel, 2. generaliùs [t], ut & scripta Mosis [v] & Psalmos comprehendat & Prophetas [x], (quomodo & Joh. 10. 34. ubi hac de re egimus; ostendimusque תורה omne id significare quod hominem dirigit [y]. Vide & Luc. 24. 44 [z].) omnesque partes Veteris Testamenti [a], quantum ad ea quæ ad Legis mandata pertinent, nempe præcepta, prohibitiones, reprehensiones & comminationes [b].) *dicit, iis qui in* (vel, *sub*, ut quidam cod. habent [c]) *lege* (i. e. in politia Mosaica, per legem Mosis constituta, ac per Prophetas subindè correcta, &c. Meton. adjuncti, vel efficientis. Et Antanaclasis est in repetitione vocis νόμος [d].) *sunt* (qui sub Legis statu sunt [*], qui Lege Mosaicâ tenentur [f], nempe Judæis [g], Jacobi posteris,

Marginal notes (left): [n] G. [o] Ga. a. 18. 193. ex Calv. & Bucer. &c. [p] Ga ib. [q] Jun. par. 2. 4. [r] Tol. † E. [t] J. Cap. [v] E. [x] G. [y] Tol. [z] Par. [a] Tol. sim. E. [b] Tol. [c] G. [d] G. [*] D. [f] Par. [g] J. Cap. [h] Tol. [i] G. sic J. Cap. [k] D. [l] G. [m] Par. [n] G. [o] D. [p] Ga. a. 190 [q] G. [r] E. sim. Tol. Par. † Par. [t] G. [v] Par. sim. Tol. [x] E. sim. Tol. [y] E. [z] Tol.

Marginal notes (right): [a] G. [b] G. sim. Zeg. Par. [c] G. [d] Idem. [*] Tol. [f] Par. [g] G. [h] Tol. [i] Cas. [k] G. [l] Ham. [m] G. Ham. Pi. [n] G. [o] E. [p] Tol. [q] G. [r] G. Par. † G. [t] Tol. [v] E. sic Pi. [x] G. [y] Di. [z] Be. Par. [a] Par. [b] G. [c] E. [d] Tol. [*] G. [f] Pi. [g] E. [h] G. [i] Tol. [k] Par. [l] Tol. [m] G. [n] E. [o] E. sim. Tol. [p] Par. [q] Tol. [r] G. † E. [t] G. sic E. &c. [v] Be. Pi. [x] G. sim. Be. Pi. E. [y] G. [z] Pi. [a] Tol. sim. Be. E. [b] Tol. [c] V. [d] Pi. [*] Tol. sim. [f] V. [g] Tol. E. Be. &c.

steris; aut proselytis qui Legem susceperunt. Hi enim dicuntur esse ἐν νόμῳ, Rom. 2. 12. aut ὑπὸ νόμον, Rom. 6. 15. 1 Cor. 9. 20 [h].) *loquitur*] His solis Lex data est, & hos potissimùm intendit corripere, comminari, &c. præsertim ubi loquitur absque determinatione certæ alicujus gentis [i]. Hæc quoque regula, quanquam generaliter enunciatur, exceptiones sanè habet, nempe nisi diserta mentio gentis alicujus extraneæ præcesserit, ut in Esaiæ loco, Chaldæorum. Et alibi, *onus Ægypti, onus Damasci, onus Edom, onus Ninives* [k]. Occurrit tacitæ objectioni [l]: q. d. Nè dicas, ô Judæe, hos versus ad te non pertinere [m], nec te, sed Gentes, eis damnari [n], nam sunt versus Legis & Scripturæ S. qui non tam Gentibus quàm tibi loquuntur [o]. Bene ex Lege & ejus increpatione convincit Judæos fuisse sub peccato [p]. Sed non puto hoc loco probari Judæos prædictis sententiis comprehensos fuisse, de quo nemo dubitabat, cùm essent generalissimæ; sed hæc verba ad sequentia pertinent, nempe omnia hæc esse pronunciata Judæis, ut ex hoc appareat, neminem Lege, aut operibus Legis, justificari [q]. ¶ *Ut omne os* (Judæorum & Gentium [r]) *obstruatur*] i.e. Ut nemo gloriari possit de justitia †, nec se à peccato excusare [t]. Hoc ideo attulit, ut nihil habeant quo se tueantur, cùm hæc omnia illis conveniant quæ veteribus Hebræis Deus exprobravit, neque id negare possint. Est autem proverbium apud Hebræos, *iniquitati os occlusum est*, Job. 5. 16. & Psal. 107. 42. Pari sensu [dicitur] *occludere linguam*, Plauto in Milite. Hoc est, ut sint ἀναπολόγητοι, ut Rom. 1. 20. & 2. 1 [v]. Φράττειν propriè, *sepire*, hìc ponitur pro διαφράττειν, *intersepire*, velut re aliquâ in os injectâ quo intercipiatur sermo: Metaphora [x]. Al. Significat, linguam Judæorum in gloriatione justitiæ non aliter quàm flumen rapidum ferri. Obstrui ergò oportet [y]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὑπόδικος γένηται, &c.] *Et obnoxius fiat* (vel, *subditus*, Æth. Vulg. Mo. i. e. cogatur se subjicere, summè indigus Deo & Christo, ejúsque gratiæ auxilium implorare [z]. Vel, *reus*, Er. V. vel, *debitor*, Sy. G. Heb. חוב, *pœnarum* scilicet. Plato sæpe hanc vocem hoc sensu usurpat [a]: ut reus esse comperiatur [b]: ut reum se agnoscat ac culpæ & pœnæ suppositum [c].) *totus mundus*] (id est, vel, 1. maxima pars hominum, ut 1 Joh. 5. 19. quæ pœnas gravissimas meruit, non sanè ob aliquid agnatum, sed ob facta perfida & crudelia, qualia modò indicata sunt. Respicitur maximè, ut diximus, sævitia in Christianos [d]. Vel, 2. omnes omnino homines, etiam Judæos *.) *Deo*, Er. Ti. &c. vel, *condemnationi Dei*, P. Be. Pi. nam ὑπόδικος est, *condemnationi obnoxius* [f]: est quoque in ὑπόδικος Synecd. generis [g]: nam δίκη hìc notat καταδίκην, *condemnationem* [h], sicut αἰτία in ὑπαίτιος [i]. Sensus, q. d. Ut appareat, omnes esse Deo Judici ad mortem æternam obnoxios [k]. Legémque omnes, etiam suos, reos, & sontes, & obnoxios sub peccato pronunciare, ac proinde neminem ex Legis operibus justificari posse [l]. Hoc ipsum est quod dicitur [Eph. c. 2. v. 2.] omnes nasci *filios iræ*, &c [c].

20. *Quia*, &c. Διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ, &c.] *Propterea* (Hæc illativa pendet à tota disputatione præced. à cap. 1. 18. hucusque [d]: & sensus est, Cùm & Gentes lege naturæ, & Judæos lege scriptâ, damnari sit demonstratum, liquet, neutros Lege justificari *. Atque ità justificationem per opera nullam esse probavit: superest justificatio per fidem, quam in sequentibus asserit [f]. Al. *Propterea quòd*, Er. Vulg. Di. ex Sy. & Ar. ut διότι sumitur Gal. 2. 16. ubi eadem hæc sententia repetitur: nec usquam, quòd sciam, sign. *propterea*, etsi διὸ interdum id sign [g].) *ex operibus legis* (i. e. ex eo quòd à nobis præstetur Lex [h]. Non dicit, *ex lege*, sed, *ex operibus legis*, ut Judæos & Gentes comprehendat: nam apud Gentes erant Legis opera, non tamen Lex ipsa scripta [i]. *Legem* hìc intelligit naturalem Gentium, & scriptam Hebræorum [k]; & *opera legis*, non solùm ceremonialia & judicialia, sed etiam moralia [l]: ut constat, 1. quia alioqui soli Judæi exclusi essent [m]: at adversùs omnes concludit [n]. 2. Quia statim se explicat, *per legem*, moralem scil. *est agnitio peccati*. 3. Quia de ea Lege loquitur quæ dicit, *non furandum, adulterandum*, &c. Rom. 2. 21, 22. &, *non concupisces*, Rom. 7. 7. & de qua dicit, *Lex iram operatur: ubi enim non est lex, nec prævaricatio*. At prævaricationes ferè omnes sunt contra leges morales. 4. Quia non ceremonialia moralibus hìc opponit [o], sed operibus Legis fidem & gratiam [p].) *non justificabitur* (Heb. לא יצדק in Kal, *non erit*, i. e. non apparebit, *justus*. Vide quæ in Prolegomenis ad hanc Epistolam [q].) *ulla* (Græcè est, *non omnis*: quod apud Græcos & Latinos particulariter negat, apud Hebræos universaliter [r]: *non omnis* hìc valet *nulla*, sicut & Psal. 143. 2. [ubi ipsa quæ hìc verba sunt:] sic & Gen. 4. 15. & 39. 23. Matt. 24. 22. Luc. 1. 37 †. [Plura videsis in Pi.]) *caro* (i.e. homo [t], quomodo & חי, *vivens*, accipitur. Vide Matt. 24. 22 [v]. Hebraismus est [x], & Synecdoche membri, sed emphatica [y]: q. d. natura fragilis & caduca [z]. Vide Gen. 6. 3, 12 [a]. Vel, *caro* hìc est homo peccator natus filius iræ [b].) *in conspectu ejus*, Pi. sic Be. &c. h. e. in Dei judicio, quod hìc foro humano opponitur [c]: vel, justitiâ illâ quæ in remissione peccatorum & in reconciliatione cum Deo consistit, quæ est perfecta justitia, & coram Deo [d]. In Davidis quidem verbis ista universalitas [*nullus vivens*, sive *nulla caro*, &c.] quomodo accipienda sit ex supradictis apparet. At Apostolus hinc infert Legem Mosis, in qua Judæi plus æquo fiduciæ collocabant, ut vidimus suprà 2. 17. per se spectatam, i. e. seorsim ab iis quæ ante Legem fuerant, non eas habuisse vires ut homines ad veram ac Deo placentem justitiam perduceret; quippe cùm Abrahamus sine Lege Davidem, sub Lege constitutum, multùm superaverit. Quod generaliter de hominibus dixerat, jam Judæos magis magísque premens aptat ipsis specialiter. Alludit quidem Apostolus ad id quod habemus Psal. 143. 2. sed argumento à minùs credibili ad magis credibile. Si David, ut inter Reges non malus, & Legis apprimè gnarus, fassus est de se suísque similibus, si vita sua, ex quo ad Legis notitiam pervenerat, inspiceretur à Deo, non posse eam Deo probari, quid de illis censendum est quos ipse David adeò exsecratur, & quibus similes sunt nostri temporis Judæi *? [Sensus verborum, q.d.] Nemo est qui Deo judice justus pronunciari possit, quòd Legem præstiterit [f]. Causa cur Lex tales vires [scil. justificandi homines] non habuerit, est, [1.] quia promissa tantùm continet unius vitæ hominis cujusque spatio limitata, cùm facta Abrahamo promissa ultra mortem ejus in immensum se porrexerint, sub quibus & majus quiddam latere Abrahamus suspicatus est, sed pro ratione temporum tenuiter: unde & justitia ejus, quamvis in corde sita ac Deo placens, tenuior tamen multò fuit justitiâ eâ quam primorum temporum Christiani plerique per omne vitæ tempus, nempe à Baptismo, exhibuere. Pro modo revelationis crevit fides, pro modo fidei puritas animi ac vitæ. Ubi plus contulit Deus, plus etiam exigit. Aiunt Philosophi, *multis actibus acquiri firmam quandam facilitatem*: ità enim Quintilianus vertit quod Græci ἕξιν vocant. Sic & per actus multos Legi congruentes acquiritur justitia quædam inter homines valens, non autem illa interior quam præcipuè desiderat Deus, & quam solam dignatur Deus præmiis non terrenis, sed cœlestibus, aut potiùs supercœlestibus. Quare AE. in opere Rythmico de Lege, Legem vocat *principii* nomine [g]. [Hæc prima causa, nixa hâc hypothesi, quòd *justificare* h. l. sit, *justum facere*: quod alii pernegant, ut antè vidimus, & deinceps videbimus.] 2. Quia nemo potest Legem (perfectè [h]) implere, solâ Lege adjutus [i]: tanta est Majestas & puritas Dei, ut coram eo nec Seraphim puri sint, nedum homo. Vide Job. 4. 18. & 15. 15. & 25. 5. Lex quoque est spiritualis, perfectissimam & cordis & operis obedientiam exigens, &c [k]. 3. Quia quamvis homo Legis opera efficeret, solius tamen Christi opus est hominem peccatorem à peccato liberare, & Deo reconciliare [l]. Qu. Quomodo Apostolus h. l. negat hominem ex operibus Legis justificari, quod affirmavit Rom. 2. 13? Id diversimodè solvunt [m]. 1. Hìc loquitur de ceremonialibus [n]. Imò & de moralibus [o]: [ut dictum.] 2. Hìc loquitur de justificatione coram Deo, ibi, coram hominibus [p]. 3. De justificatione prima hìc loquitur [q], quâ homo ex peccatore fit justus, remisso peccato, & reconciliatione factâ cum Deo [r], & de operibus infidelium †, sive quæ fidem præcedunt [t], quæ fiunt solius Legis adjutorio [v], sine gratia Christi [x]: qualia faciebant Judæi [y]. Non placet: Justificatio enim h. l. negatur operibus universaliter, etiam Abrahami & Davidis, quæ certè non erant

Marginal notes (col. 67): [h] G. — [i] E. — [k] G. — [l] Be. sim. T. — [m] Mc. sim. Bc. E. T. Par. — [n] Par. — [o] Mc. — [p] E. — [q] Tol. — [r] Par. Ham. — † E. sim. Par. Tol. Pi. — [t] Mc. sim. E. — [v] G. — [x] Pi. — [y] Par. ex Chrys. — [z] T. ex Th. — [a] G. — [b] Be. — [c] Tol. — [d] G. — * E. Mc. sim. Par. — [f] Be. — [g] Pi. — [h] Pi. ex Be. — [i] Be. — [k] E. Mc. — [l] Tol. — [c] Be. — [d] Par. — * Par. sim. Be. Bra. — [f] Bra. — [g] Di. — [h] Be. sic Pi. — [i] Tol. — [k] Par. Wil. — [l] Tol. sim. Be. Wil. E. — [m] Tol. — [n] Par.

Marginal notes (col. 68): [o] E. — [p] E. sim. Par. — [q] G. — [r] Be. — † Glass. gram. 3. 5. 19. 479. — [t] E. Mc. Tol. Pi. G. Par. &c. — [v] G. — [x] Be. — [y] Pi. — [z] Par. — [a] Pi. — [b] Tol. — [c] Par. — [d] Tol. — * G. — [f] V. — [g] G. — [h] Par. — [i] Tol. sim. Par. — [k] Par. Wil. — [l] Tol. — [m] Wil. — [n] Jessæ in Wil. — [o] Wil. — [p] Caj. — [q] Q. in Par. sic Tol. — [r] Tol. — † Stapler. in Par. — [t] Tol. — [v] E. Stap. — [x] Stap. — [y] E.

erant sine gratia & fide facta[z]. 4. Dictum illud Rom. cap.2. ex hypothesi, si qui sint qui Legem servent: quod quia nemo facit, rectè ei justificationem adimit[a]. 5. Hic loquitur de causis justificationis, ibi de hominibus justificandis[b]. ¶ *Per legem enim cognitio* (vel, *agnitio*, Be. Pi.) *peccati*, Ἐπίγνωσις] Idem quod γνῶσις, *cognitio*, aut paulò amplius, Rom. 1. 28. & 10. 2. Eph. 1. 17. & 4. 13. Phil. 1. 9. Col. 1. 9, 10. & 2. 2. & 3. 10. &c. Sic & ἐπιγινώσκειν est γινώσκειν, Matt. 7. 16, 20. Rom. 1. 32. & alibi[c]. Anticipat hanc objectionem, Si Lex non justificat, inutilis est[d]: cur ergò data est? Ut morbum ostendat, quò pluris fiat medicina*. Nè quis putaret, Legem planè fuisse inutilem, ostendit ejus usum egregium; nempe quòd notitiæ illæ actionum turpium, quas mali mores in Ægyptiaco maximè incolatu obliteraverant, manifestâ voluntatis Divinæ revelatione factæ sunt rursus conspicuæ. Natura aliquo modo indicat Divinam voluntatem, ac multò magis revelatio tot fulta miraculis. Vide Rom. 7. 9. Νόμος, ubi simpliciter à Paulo ponitur, *legem Mosis* significat, ut Rom. 2. 12, 14, 23, 25[f]. Lex docet quid faciendum sit, quid cavendum, quid virtus sit, quid vitium[g]. Sed Apostolus de eo tantùm agit quod ad propositum ipsius spectabat[h]. Estque hæc ratio confirmans negativam, à contrario Legis usu[i]. Per Legem habetur agnitio peccati, (intellige exclusivè[l], id est, tantùm agnitio peccati[m],) ergò non justitia[n]. Al. Non est novum argumentum, sed totius superioris disputationis summa, unde hic sensus nascitur, Non posse quenquam censeri justum ex Lege, quoniam è contrario probavit tum Græcos, tum Judæos, convinci Legis transgressores[o]. Totam Legem Mosaicam h. l. intelligit, moralem, ceremonialem, & judicialem, quæ peccatum manifestat, præcipiendo, prohibendo, sacrificio præscribendo, &c[p]. Al. Νόμου absque articulo intelligit legem quamvis, tum naturalem, tum scriptam[q]. Per eam fit agnitio peccati, ex collatione naturæ & actionum nostrarum cum norma Legis, &c[r].

21. *Nunc*, &c. Νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται] *Nunc verò* (i. e. nostris temporibus hac in parte felicissimis †, tempore prædicationis Evangelicæ[t]; vel, postquam per Legem cognitio peccati facta est[v]: vel, νυνὶ valet, *atqui*, vel, *at verò*: ut non tempus, sed assumptionem, vel adjunctionem, significet[x]. Non est syllogismi assumptio, sed conclusio annexa per prolepsin & antithesin[y]. q. d. Si justitia non sit ex Lege, unde ergò haberi potest? Non ex Lege, inquit, sed aliunde, &c[z]. Al. Hæc sunt conjungenda cum c. 1. v. 18. & quæ interjecta sunt parentheſi sunt includenda[a].) *absque lege* (i. e. etiam sine Lege, etiam in illis qui ex Gentibus, nullâ intercedente Legis illius conditione, vocati sunt, & vocationi obtemperarunt[b]. Al. Idem est quod v. 22. *absque operibus legis*[c], sine Legis adminiculo[d]: vel, Lege veteri jam cessante*, ejúsque observatione remotâ[f]. Non placet: non enim agit nunc de Legis aut Legalium cessatione, neque id opportunum erat, sed de ejus effectu, quid Lex possit, quid non possit[g]. Dicit, *sine lege*, quia Christiani Judaizantes justificationem partim Legi, partim gratiæ & fidei, tribuebant†. Hoc autem, *sine lege*, construitur, vel, 1. cum *justitia*, quæ sine Lege est||: vel, cum *manifestata est**, i. e. sine Legis auxilio, Lege ad eam manifestationem nihil conferente†. Hæc autem manifestatio potissimùm facta est in conversione Gentilium, qui Legem non acceperant, quorum tamen veræ justitiæ attestabantur externa signa, ut Act. 10. & alibi||.) *justitia Dei* (i. e. vel, 1. Dei bonitas, misericordia, salus & redemptio, ut *justitiæ* vox in Scriptura semper notat[h]: [de quo vide ad v. 26.] Vel, 2. justitia, non quâ Deus justus est[i], sed quæ homini confertur à Deo[k], ea quæ Deo summè placet, utpote ad summum perductum gradum*; quâ coram Deo quis justus est[l]; quâ nos Deus à peccatis absolvit[m].) *patefacta est*, Be. Pi. &c. i.e. palàm exhibita[n], nempe per Evangelium[o], quod repetendum est ex Rom. 1. 17. ubi totus hic versus est, indéque ejus explicatio petenda est[p]. Vel, *apparet*, rebus magnis; ex vita scilicet innocentissima Christianorum: Hebr. נגלה, *clare patesit*, ut Joh. 3. 21. 1 Cor. 4. 5. & alibi[q]: quæ sub V. T. umbris involuta latebat[r], Rom. 1. 17. Eph. 3. 9. Col. 1. 26. &c†. Cordis quidem exactam notitiam solus habet Deus: sed Christianorum Apostolicæ ætatis perpetuus vitæ tenor ac malorum patientia talis erat, ut non credibile esset hæc aliunde quàm ex mundato corde proficisci: accedebant & Spiritûs dona[t]. ¶ *Testificata* (Μαρτυρουμένη eodem significatu habes Act. 10. 43. Heb. 7. 8[v].) *à lege*, &c. Μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου, &c.] *Comprobata testimonio legis* (i. e. ex Libris Mosis[x],) *& prophetarum*, Be. Pi. &c. In illis oraculis de quibus locutus est suprà v. 2. Idem sensus Rom. 1. 2. Vide Joh. 5. 39, 46[y]. Act. 10. 43. Rom. 10. 6[z]. Removet suspicionem novitatis[a]: q. d. nec rem novam annuncio, nec à Lege alienam[b].

22. *Justitia autem* (vel, *inquam*, Be. Pi. Ἐπαναλήψεως[c]. Per Epanalepsin construitur cum v. præced[d]. Exponit quænam sit ea *justitia* quam *Dei* esse dixerat, quámque justitiæ operum opposuerat. Vel, *enim*, Di. ex Ar. ut δὲ sumitur Rom. 8. 11. 1 Cor. 8. 7. & 10. 11. quasi causa hîc reddatur, cur justitia Dei sit manifestata sine Lege; quia est per fidem: at *lex non est ex fide*, Gal. 3. 12. nec Lex aliam quam nostram, h. e. à nobis præstandam, justitiam revelat*.) *Dei* (sub. *est*, Sy. in Di.) *per fidem* (i.e. quæ est per fidem, seu quæ constat fide, quæ imputatur per fidem: διὰ πίστεως, pro, ἡ διὰ πίστεως. Ellipsis articuli, ut Rom. 2. 28, 29[f]. Ostendit unde illa pietas nata sit, nempe ex fide in promissa Christi verè cœlestia, præ quibus omnia quæ hujus vitæ sunt & vita ipsa nihili ducuntur; quod compendium est ad vitia omnia exscindenda: fides enim, ubi ad maturitatem suam pervenit, i. e. cor implevit, parit illam admirabilem Deóque acceptissimam puritatem, eandémque conservat[g]. Vel, *per manum fidei*, Sy. in Gua.) *Jesu Christi*] Intellige, non activè[h], quâ Christus credit[i]; sed passivè[k], quâ in ipsum creditur[l]: i. e. *in Jesum Christum*. Sic, *fides Dei*, Marc. 11. 22; *fides nominis Jesu*, Act. 3. 16; *fides Filii Dei*, Gal. 2. 20. Nempe casus possessivus etiam Efficientem causam & Objectum sive Materiam circa quam designat. In MS. planius est, διὰ πίστεως ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Fuit & in veteribus Patriarchis fides, sed non ea quæ nunc requiritur in Jesum, ut *Christum*[m]. Optimo consilio nomen Domini integrum expressit, ut significaret qualitatem fidei, quæ perfecta esse debet, quâ Christus & Deus & homo & omnium Salvator credatur[n]? Qu. 1. Quid fides? Resp. Est certa cognitio, firmus assensus, & fiducia promissionis Evangelii de gratia & beneficiis Christi[o]. Qu. 2. Quomodo fides justificat? Resp. Quia est dispositio ad justitiam assequendam necessaria[p], éstque initium justificationis & pars justitiæ nostræ[q]: & quia est organum sive instrumentum quoddam, quo gratiam Christi recipimus, &c[r]. Affert fides justitiam non effectivè, quasi habitualiter justos efficiat, vel ad justitiam habitualem disponat aut informet; nec materialiter, quasi ipsa sit illud quo justi censemur: sed objectivè, quatenus in Christum, qui est justitia nostra, dirigitur; & organicè, quatenus justitiam Christi nobis imputatam apprehendit[t]. ¶ *In*, &c. Εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας] Εἰς ad Judæos, ἐπὶ ad Gentes, refertur: Judæi enim apud se habebant salutis causam, nempe Christum, à quibus ad Gentes extensa est hæc gratia[v]. Al. Εἰς sign. justitiam illam *esse* in credentibus, ἐπὶ etiam *apparere*[x]. Al. Εἰς objectum dicere videtur cui justitia Dei destinata est, & ad quod dirigitur; ἐπὶ, subjectum cui confertur & quasi imponitur: etsi enim hæc Dei justitia omnibus annuncietur, solis tamen credentibus destinatur, aut confertur[y]. Al. *In omnes*, ob universalitatem, quia omnibus offertur; *super omnes*, ob sublimitatem, quia nec viribus, nec meritis, hominum, nec Legis operibus, acquiritur, sed gratis de cœlo datur[z]. At Græcè non est ὑπὸ, sed ἐπὶ. Malim εἰς accessum, ἐπὶ perventionem, denotare: quia justificatio habet gradus[a]. Vel est ejusdem [rei] inculcatio[b], per auxesin[c]; ad efficaciorem & doctrinam & consolationem, nè quisquam hîc excludi putetur[d]. Illud, καὶ ἐπὶ πάντας, non legit Arabs[e], nec MSS. nonnulla, nec ille quem sæpe laudo[f]: sed Vulg. & Sy. legunt: nec est superfluum[g], sed emphasin habet[h]. [Sic vertunt,] *In omnes & super omnes*, Be. Pi. Vulg. i. e. tam ex Gentibus natos quàm ex Judæis[i]: non sicut Lex quæ solis Judæis data est[k]. ¶ *Qui*, &c. Τοὺς πιστεύοντας] *Qui credunt*, sub. *in eum*, Vulg. & Sy. in Be. in Christum. Credentes hîc opponuntur philosophantibus, operantibus, mercenariis & justitiariis omnibus[l]. ¶ *Non enim est distinctio*]

Marginal notes, left column: [z] Par. Wil. [a] Par. [b] Wil. [c] G. [d] Gom. * Tol. [f] G. [g] Me. T. Wil. [h] Wil. [i] Par. [l] E. [m] Tol. E. [n] Tol. E. Par. [o] Be. [p] Tol. [q] Par. sim. Be. [r] Par. † G. [t] E. [v] Tol. [x] E. [y] Pi. [z] Par. [a] Cam. [b] G. [c] Par. sic Zeg. [d] Aug. in Tol. T. ex Amb. & Theod. * Tol. Me. T. [f] Tol. [g] E. † Bra. || Aug. in Tol. * Tol. sic E. Di. ad v. 22. † Di. v. 22. || E. [h] Cam. [i] Tol. [k] Ca. * G. [l] E. [m] Me. sim. T. Par. [n] Be. [o] Me. T. Par. [p] Par. [q] G. [r] Gom. sim. Ec. † Gom.

Marginal notes, right column: [t] G. [v] Idem. [x] Tol. Pi. [y] G. [z] Wil. [a] Par. [b] Tol. [c] G. [d] Di. ex Ec. * Di. [f] Pi. [g] G. [h] Par. [i] Tol. Par. [k] Par. [l] Tol. Par. [m] G. [n] Tol. [o] Par. [p] Tol. [q] E. [r] Tol. [t] Par. Wil. sim. Ec. [v] Oecum. in E. [x] G. [y] Di. [z] Tol. [a] E. [b] E. sim. Par. [c] E. sic Gom. [d] Par. [e] Di. [f] G. [g] Di. [h] Be. [i] G. sim. Tol. Par. [k] Tol. [l] Par.

Line numbers in gutter: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

stinctio; ità Er.P. Mo. Be. &c. Διαστολὴ] *Discrimen*, Tre. Ca. scil. hominum, ratione gentis, sexûs, &c[m]. Vel, inter Judæos & Gentes[n]. *In hac re nullum est discrimen*, G. ut hi potiùs quàm illi se aliquo merito aut opere jactent, quo ex se justificentur[o]: hæc una & sola est omnibus justificationis via[p]: omnes eâdem Lege tenentur, ut reatûs ità justificationis[q]. Sic explicat quod antè breviter dixerat v. 9[r]. ubi dicta vide. Διαστέλλειν respondet Hebræo בדל, *discernere* †.

23. *Omnes enim peccaverunt*] Peccato & originali & actuali[s]: vel, peccatores sunt: Verba enim activa quandoque habitualiter significant. Sic 2 Sam. 14. 14. *Morimur*, h. e. mortales sumus: sic & Gen. 2. 17. Sic Prov. 12. 16. qui *proloquitur veritatem*, i. e. verax est[v]. Non mirum est, Deum hac in re Gentes ab Judæis non distinguere, cùm *omnes*, id est, utraque illa hominum genera, *gravissimis peccatis tenerentur*. Sic ἁμαρτάνειν habuimus & supra 2. 12. & in Johannis Epistola sæpe[x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης, &c.] *Et deficiuntur*, vel *destituuntur*, (vel, *carent*, sive *egent*, Er. V. Zeg. ex Vulg. Ca. *vacui sunt*, Zeg. ad verb. *posteriorantur*, quasi non assequentes quod optabant[y]. Ὑστερεῖσθαι est, *minus aliquo habere*, 1 Cor. 1. 7. & 12. 24. 2 Cor. 11. 5. & 12. 11. Heb. 4. 1[z]. propriè dicitur de iis qui in cursûs certamine deficiunt, & relinquuntur à tergo, ut ad metam non perveniant, nec βραβεῖον obtineant[a]: quales sunt qui per naturæ, aut Legis, opera currunt ad justitiam[b].) *gloriâ Dei*, Mo. P. Er. Be. Tre. Pi. &c. *Gloriam Dei* hîc vocat, vel, 1. quâ in nobis glorificatur, dum beneficia sua nobis confert[c]: glorificatur enim Deus in hoc, quòd ex sua bonitate servat humanum genus[d]: gloriam quam Deus ab hominibus pro merito refert: ut hoc modo amplificentur hominum peccata, quòd Deum non glorificârint, sed ignominiâ affecerint: vide Rom. 1. 21. & 2. 23, 24*. Vel, 2. quam Deus hominibus confert[f], ut Rom. 5. 2[g]. vel in hac vita, vel in futura[h]: quæ in prima creatione collata est in hominem, Eph. 4. 24[i]. gratia quæ est gloria quædam inchoata[k]. Vel, gratuitam peccatorum remissionem[l], per quam Dei nomen glorificatur: cui favet quòd de ea proximè loquitur[m]. Vel, gloriam sive vitam æternam[n], quæ *gloria* dicitur, Rom. 2. 10[o]. quæ in gloriæ Dei participatione consistit[p]: ut sit Metonymia adjuncti[q]. Quæ meta est ad quam contendimus[r]. Vel, approbationem apud Deum †: δόξα Θεοῦ est, *approbatio hominis quæ fit à Deo*, ut Joh. 12. 43. Vide Rom. 4. 2[t]. [Verba sic verto,] *Ideo multum illis deest quò minùs à Deo approbentur*, G. Vel, 3. gloriam vel gloriationem coram Deo[v], quæ in perfecta obedientia fundatur[x]: Phrasis qualis, *justitia Dei*, i.e. coram Deo: *oratio Dei*, Luc. 6. 12. i. e. ad Deum: *fides Dei*, Marc. 11. 22. i. e. in Deum: *blasphemia Spiritûs*, i. e. in Spiritum[y].

24. *Justificati*, &c. Δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι] *Justificantur* (sub. 5, *autem*, Er. tunc δικαιούμενοι pro δικαιοῦνται positum fuerat Hebræorum more, ut infrà 5. 11[z]. Vel, *ut qui justificentur*, Be. Pi. Pendet à verbo ὑστεροῦν[a]. *Ad justitiam verò perducuntur*, G.) *gratis* (id est, ex gratuito dono ac mera liberalitate[b], sine meritis nostris[c], aut prævisis, aut præsentibus[d]; non ex Lege aut opere aut merito aut virtute propria*. Vel, *etiam sine labore*, qui ad minores virtutes, i.e. Philosophicas, requiritur. Fides enim ejus laboris compendium facit, ut in Paulo apparuit & in multis ex Paganismo conversis subitòque raptis ad martyrium. חנם propriè opponitur *impensæ*: sed & labor impendi dicitur, & emi aliquid *labore*. Epicharmus. —Τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγαθ' οἱ θεοί, (*Dii laboribus bona omnia vendunt*.) Sed & magnâ pecuniâ constabant apud Judæos & Gentes sacrificia χαριστήρια. Respicit Apostolus ad verba Esaiæ 55. in principio. Serviunt huic loco illustrando verba Lactantii, 3. 26. *Da mihi virum qui sit iracundus, maledicus, effrænatus, paucissimis Dei verbis tam placidum quàm ovem reddam. Da avarum —jam tibi eum liberalem dabo. —Ad hoc efficiendum non mercede, non libris, non lucubrationibus, opus est. Gratis ista fiunt, facilè, tutò, modò pateant aures, & pectus sapientiam sitiat*[f].) *per* (vel, id est, *per*, Be. Pi. E. Additum hoc ἐξηγητικῶς[g], ut planius fieret[h].) *illius gratiam*, Er. Vulg. Be. &c. *Gratiam* hîc vocat, vel, 1. donum Dei nobis infusum, quo nos *justificat*, i. e. justos facit formaliter[i]: vel, 2. gratuitam Dei voluntatem[k], misericordiam & bonitatem: ut patet ex Rom. 4. 4. ubi debito opponitur; & Tit. 3. 5. ubi χρηστότης vocatur[l]. Et *justificare* idem est quod Heb. הצדיק, & Græc. δικαιοῦν: quæ voces ubique significant, *absolvere*, *justum habere*, &c[m]. Qu. 1. Quomodo gratis justificamur, cùm pretium intervenit? Resp. Gratis fit ex parte hominum, non gratis ex parte Christi, qui pretium solvit, quod & Deus nobis gratis dedit[n]. Bene hanc liberationem asscribit bonitati Divinæ, quia bonitatis Dei fuit Christum nobis dare, Joh. 3. 16. Rom. 8. 32. Adde Eph. 1. 7[o]. Qu. 2. Qui gratis, cùm fides requiritur? Resp. 1. Fides est Dei donum[p]. 2. Fides non habet ex se meritum aut efficaciam ullam, ut actus noster est, sed virtus tota procedit ex objecto ipsius, nempe Christo; cujus virtutem & meritum fides, ut medium à Deo institutum, applicat peccatori ad justificandum. Ego pauperi gratis do, quod ille manu extensâ accipit, &c[q]. ¶ *Per*, &c. Διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως, &c.] *Per redemptionem factam in Jesu*, &c. Be. Pi. &c. vel, *quæ contingit per Jesum*, &c. Er. i. e. cujus pretium est Jesus Christus[r]. Hoc repetit ut excludat gloriam humanorum operum †. Christus per obedientiam suam, maximè in morte, & preces ei accedentes, hoc à Patre obtinuit, nè is humanum genus gravibus peccatis immersum desereret atque obduraret, sed viam illis daret ad justitiam perveniendi per Christum, Esa. 53. 4. Hoc ipsum sicut vocatur, *remittere peccata*, Luc. 23. 34. ità & ἀπολύτρωσιν, aut ποιεῖν λύτρωσιν, Luc. 1. 68. גאל, aut פדה, i. e. *liberare*, nempe à necessitate moriendi in peccatis, viam patefaciendo per quam exire istâ liceret[s]. Causâ efficiente justificationis expositâ, nempe Dei gratiâ, meritoriam exprimit, h. e. redemptionem, &c. sive pretium quod Christus per mortem suam Patri exhibuit, quo justitiam, liberationem à peccatis, & Patri reconciliationem, nobis meruit[v]. Ἀπολύτρωσις propriè est redemptio, quâ captivus, pretio pro capite ejus persoluto, redimitur[x].

25. *Quem*, &c. Ὃν προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι] *Quem proposuit* (id est, vel, 1. quem priùs & ab antiquo[y], ante mundum conditum[z], decrevit & præordinavit[a]: ut referatur ad πρόθεσιν, *propositum beneplaciti ejus, quod*, προέθετο, *proposuit in seipso*, Eph. 1. 9[b]. quo hunc & redemptorem & redemptionis modum nobis destinavit; in quo propterea nos securè acquiescere oportet[c]. Quamvis autem Deus id ab æterno decrevit, tamen Paulus nunc de Christo jam præsente & exhibito loquitur; q. d. quem Deus constituit ac exhibuit[d]. Vel, 2. quem antè posuit, nempe in V. T. per umbras Legis, Prophetarúmque vaticinia: ut πρὸ sumatur sicut ver. 9. in προῃτιασάμεθα, *antè accusavimus*; & Rom. 11. 35. in προέδωκε, *antè dedit*; & Rom. 15. 4. in προεγράφη, *antè scripta sunt*: & ut causa hîc reddatur, cur non distulerit Deus revelationem Christi usque in ejus adventum, sed jam antè posuerit eum, &c. nempe ut remitterentur peccata quæ ante adventum ejus contigissent †. Vel, 3. quem in propatulo posuit*, hoc est, palàm & in conspectu totius mundi jam per prædicationem Evangelii proposuit, id est, exhibuit[f].) *placamentum* (id est, placatorem, Metalepsi effectûs pro effectore, sicut 1 Joh. 2. 2[g]. Vel, *propitiationem*, sive *propitiatorium*, Val. Er. V. Zeg. E. ex Vulg. vel, *propitiatorem*, Tol. ex Vulg. sic Zeg. vel reconciliatorem, hoc est, per quem homines reconciliarentur ei[h]: vel victimam propitiantem & placantem[i]. Vel, *in placamentum*, hoc est, in thronum gratiæ, hoc est, ut esset thronus gratiæ: ἱλαστήριον propriè notat instrumentum propitiationis, sive placationis[k]. Est phrasis metonymica sacramentalis; Christus est ἱλαστήριον, id est, significatus per ἱλαστήριον[l]. Ἱλαστήριον, Heb. כפרת, in V. T. dicebatur tegmen Arcæ[m], ubi Deus præsens erat[n], unde responsa dedit, & se placatum ostendit[o]; cui insidens nubes quædam à Deo immissa certum faciebat populum de suo adversus eum favore, Levit. 16. 2. Num. 7. 89[p]. quod erat typus Christi[q], Heb. 4. ult †. Sic & Deus Christi preces illas ratas habendo, & propter eas mittendo Spiritum in Apostolos, Joh. 14. 16. ostendit se bene velle humano generi[r]. Innuitur, extra Christi redemptionem Deum peccatis hominum fuisse iratum, ut constat ex Rom. 1. 18. nec potuisse aut voluisse propitiari, nisi interventu victimæ filii sui.)

[m] Gom. [n] E. Me. sic Par. &c. [o] Tol. [p] E. sic Me. Par. &c. [q] Par. [r] G. sim. Par. † G. [s] Par. [v] Glas. gram. 3. 3. 21. 289. [x] G. [y] Pe. [z] G. [a] Par. ex Be. sic Tol. [b] Tol. [c] Anselm. in Tol. [d] Er. * Gom. [f] Gom. sim. Pi. Ham. [g] Pi. [h] Ham. [i] Glas. gram. 3. 1. 30. 104. [k] Q. in Me. [l] V. E. ex Aug. & Theod. [m] E. [n] Q. in Tol. Gom. sim. Be. Me. Par. Ham. Wil. [o] Par. Gom. [p] Be. [q] Gom. [r] Be. sic Me. † Ham. Wil ex Melancht. & Os. [t] G. sim. Ham. [v] Pi. ex Olev. & Luth. E. ex Tol. Calv. [x] Ham. [y] E. [z] Pe. [a] Pi. ex Be. [b] Be. Tol. Par. &c. [c] L. Wil. Par. [d] Par. * Tol. [f] G. [g] E. [h] Le.

[i] Tol. [k] Q. in Tol. sic Par. [l] Par. [m] Par. dub. [n] Tol. [o] G. [p] Q. in Tol. [q] Tol. [r] V. † Er. [s] G. [v] Tol. [x] E sic Tol. Par. [y] Tol. ex Orig. Chrys. Anselm. [z] V. [a] Tol. &c. sim. Par. Di. [b] Di. [c] Par. [d] Tol. † Di. * Anselm. in Tol. [f] Di. [g] Par. [h] V. [i] Me. & T. ex E. [k] Pi. [l] Par. [m] G. sic Pi. Par. Tol. Ham. &c. [n] Ham. [o] Par. sic Ham. [p] G. [q] 1. sic E. Tol Par. Ham. † Pi. [r] G.

sui †.) *per fidem* (sed in MS. deest τ̃ πίστεως [t], & in Chrysost [v].) *in sanguine ipsius*, Be. Pi. vel, *suo*, Par. nam exemplaria omnia habent αὐτȣ̃ [x] hoc est, si modò crederent ipsi Deo satisfieri pro peccato per sanguinem Christi [y]. Ostendit quomodo quisque effectum illius bonitatis, id est, justitiam veram, posset assequi; nempe *fidem habendo in sanguine Christi*, i. e. doctrinæ per sanguinem Christi sancitæ, sicut fœdera sanciri sanguine solebant. Vide Matth. 26. 28. & Justinum contra Tryphonem [z], [ejúsque verba in G.] *Sanguinis* nomen ad veterum sacrificiorum figuram nos revocat, quorum veritas in Christo fuit [a]: dicit autem, *sanguine*, non hircorum, aut vitulorum, &c. sed *proprio*, Heb. 9. 14 [b]. *Sanguinem* porrò Synecdochicè vocat totum sacrificium, quod in obedientia humiliationis cepit, in morte fuit consummatum [c]. *Sanguis* (qui hîc significat Christum ipsum, qui sanguinem suum fudit) est objectum fidei [d], & velut medicamentum, cujus virtute sanamur, & Deo reconciliamur: *fides* est medium, per quod virtus medicamenti hujus in hominibus operatur [*]; vel conditio, sub qua Christus nobis datus est propitiatorium; & causa organica, quâ solâ propitiationem accipimus in Christo [f]. Hic autem verba, *in sanguine suo*, referenda, vel, 1. ad remotius, ἱλαστήριον [g], ut doceat modum placationis à Deo decretum [h], non precibus, quibus aliquando Deus propitiatur [*]; sed sanguine †, suo scilicet, non alieno [i]: & ἐν τῷ, pro διὰ τȣ̃, per Hebraismum & Synecdochen [k]. Vel, 2. ad propius, διὰ τ̃ πίστεως [l], ut significet, fidem nostram ad sacrificium ipsum Christi ferri [m], & propriè in ejus sanguine, per quem propriè fit remissio peccatorum, terminari atque fundari [n]. Sed hæc phrasis, *fides in sanguine*, non est usitata in Scriptura [o]. ¶ *Ad*, &c. Εἰς ἔνδειξιν, &c.] Referenda hæc ad verbum quod præcessit, προέθετο [p], exponúntque finem ob quem Deus Christum proposuit propitiatorem, &c [q]. [Sic vertunt,] *Ad demonstrationem* (vel, *declarationem*, Par. Tol. sic E. id est, ut eam omnibus notam faceret: nam antè apud Gentes, & apud Judæos plerosque, latuit hæc justitia [r]. Simúlque ad exhibitionem †: nam Deus eam sic ostendit, ut simul exhiberet [t]: & *ostendere* pro *exhibere*, frequens est in S. S [v].) *justitiæ suæ*, Be. Par. sic Pi. Vulg. &c. *Justitiam* hîc intelligit, vel, 1. eam quæ in Deo est, & quâ ipse justus est [x]; quæ manifestata est ab effectu; vel quia peccatores justificavit [y]: vel quia promissa sua implevit [z]: vel quia peccata non aliter remisit quàm excepto pretio [a]. Intelligit ergò vel, 1. justitiam vindicatricem peccati [b]: [de quo vide ad v. seq.] cui etiam Judæi locum dederunt in expiatione peccatorum, docentes, finem sacrificiorum esse, *ad pacandas nobis omnes proprietates*, nempe *justitiam & misericordiam* [c]. Vel, 2. fidem in promissis præstandis [d]. Non placet: quia quæ sequuntur non ad Judæos solos pertinent, sed etiam ad Gentes, quibus promissio nulla erat facta [*]. Vel, 3. bonitatem [f]: pro qua & Hebræi צדק, & nostri δικαιοσύνην, frequenter usurpant, ut 1 Sam. 12. 7. Psal. 36. 10. 2 Cor. 9. 9, 10. & alibi sæpe. Vide quæ diximus ad Matth. 6. 1. Græci Interpretes צֶדֶק, vel צְדָקָה, plerumque δικαιοσύνην vertunt; at ἐλεημοσύνην, Deut. 6. 25. & 24. 13. Psal. 24. 5. & 33. 1. Esa. 1. 27. & 28. 17. & 59. 16. Dan. 4. 27. & 9. 16 [g]. [Hæc de prima significatione.] Vel, 2. eam quæ credentibus imputatur [h], quâ homines verè & coram Deo justi sunt [i]. Sensus, q. d. ut ostenderet, tum, 1. à quo & per quem est justitia hæc petenda & impetranda, nempe à Deo per Christum, se esse qui justificat, suámque esse justitiam, non hominum; & fidei, non Legis aut operum: tum, 2. in quo consistit, nempe in peccatorum remissione & reconciliatione cum Deo per gratiam ejus & sanguinem Christi [k]: ut ostenderet hominibus quâ viâ illos pro justis habiturus esset, nempe remittendo [ut sequitur] illis præterita delicta propter Filium [l]. ¶ *Propter*, &c. Διὰ τ̃ πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων ἐν τῇ ἀνοχῇ τȣ̃ Θεȣ̃] *Per* (vel *Propter*, Er. Il. Ti. Pi. Vulg. Di. ex Sy. & Ar. &c. Διὰ cum Genitivo conditionem notat, ut antè in διὰ τ̃ πίστεως [m], cum Accusativo, ut hoc loco, causam [n] efficientem: ut in Hesiodo, Ὅν τε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε φατοί τε· & διὰ τύχην, διὰ θεὸν, apud Demosthenem: & διὰ τ̃ πατέρα, Joh. 6. 57. Quanquam hoc loco sumi etiam potest pro antecedente, unde aliquid infertur. Explicat enim quomodo Deus bonitatem suam testatam fecerit, nempe *eò quòd*, &c [o]. [Reliqua mox subjiciemus.] Duæ autem causæ hîc traduntur, cur non nisi per hoc placamentum servaverit nos Deus: una Deum respicit, ut justitiam suam demonstraret, quæ hanc reparationem postulabat: altera homines, ut remitterentur ipsis peccata, quæ non nisi placato Deo remitti poterant [p].) *remissionem* (vel, *relaxationem*, nempe à vinculis quibus nos constrinxerant peccata sub potestate Satanæ [q]. Vel, *condonationem*, Tol. ex Orig. Anselm. &c. sic E. Sed illa ἄφεσις dici solet: πάρεσις verò, teste Budæo, est *languor*, & *defectio virium*, &c [r]. vel, *corporis extenuatio*, *tabes*, &c †. Ut sensus sit, Deum, cùm videret mundum peccatis præcedentibus oppressum contabescere, ac veluti paralyticum jacere sine spe salutis, misisse Christum medicum, &c [t]. Quanquam παριέναι, ut docet Budæus, inter alia significat quoque, *indulgere*, *condonare*: at eo sensu vix reperitur in S. S [v]. Al. *Propter præteritionem*, Ham. vel, *Prætereundo*, Be. Παριέναι propriè est, *præterire*; deinde, *negligere*: unde πάρεσις negligenter factum declarat [x], idémque h. l. est quod παρορᾷν, Sap. 11. 23. & ὑπεριδὼν, Act. 17. 30 [y].) *præcedentium* (vel, *antè—commissorum*, Pi.) *peccatorum*, *ex* (vel, *in*, Be. Mo. *per*, Pi. Tre. ex Sy.) *tolerantia* (vel, *sustentatione*, Mo. *dilationem*, Sy. *illâ tolerantiâ*, Be. *tolerantiam*, Di.) *Dei*, P. &c. i. e. ejus. Nomen pro relativo, more Hebræo [z]. Vel, *quæ toleravit Deus*, Er. Il. Ti. V. Tol. vel, *Deo illâ tolerante*, Pi. Possunt hæc verba, ἐν τῇ ἀνοχῇ τȣ̃ Θεȣ̃, annecti vel huic versui [a]; vel sequenti, ut distinguunt Græci Codices, & Vulg. & Syrus [b]. Respiciunt autem, vel, 1. peccata προγεγονότα [c], vel potiùs, 2. adventum mediatoris [d]. Sensus, q. d. Quæ delicta Deus toleravit, diu exspectans donec veniret Christus & ea expiaret [*]. [Sensus,] *Eò quòd peccata ante hoc tempus commissa*, tam Judæis quàm Gentibus, *magnâ quâdam patientiâ* (nam sic ἀνοχῆς vocem & suprà habuimus, Rom. 2. 4. respondétque Hebræo חמלה) *transmisit*, i. e. dissimulavit: nam sic sumitur παριέναι apud Græcos, Esth. 7. 4. ubi in Hebræo legerunt החרשת in secunda persona. Sic *silentio* aut *dissimulatione transmittere* aliquoties est apud Tacitum. Vult autem hoc dicere, Peccata eorum temporum tot ac tanta fuisse ut Deus, si summo jure voluisset agere, potuerit homines in illis peccatis relinquere, neque exitum illis aperire. Quæ peccata cùm in hunc quidem finem transmiserit, sive dissimulaverit, ingens id fuit bonitatis ejus documentum. Vide Act. 17. 30. 1 Tim. 1. 15, 16 [f]. Hæc ergò πάρεσις consistit ἐν τῇ ἀνοχῇ, quâ Deus peccatores patienter fert, nec eis opem ac spem omnem adimit, aut eos præsentaneo exitio adjudicat, sed benignè illis exhibet & spatium & media pœnitentiæ, Christum illis patefaciens atque offerens, cum promissione veniæ, non quidem simpliciter & absolutè concedendæ, sed sub conditione fidei & obedientiæ, &c [g]. [Sed quærendùm restat, quid hîc sunt peccata προγεγονότα.] Resp. Peccata ante adventum Christi commissa [h], à mundi origine ad Christum, Heb. 9. 15 [i]. quibus totus mundus implicitus erat [k]. Idem sanguis valet ad delenda omnium seculorum peccata [l]: ut constat, ex 1 Joh. 1. 7. & 2. 1, 2 [m]. & tota Epistola ad Hebræos. Sed præcedentia tantùm nominat [n]: vel, 1. quia hoc incredibile videbatur, effectum remissionis, &c. exstitisse ante causam ejus. Sic ergò ostendere voluit, quanti apud Deum pretii, quantæque efficaciæ, esset satisfactio Christi, &c [o]. De peccatis sequentibus satis apertum erat [p]. At ardua erat & magni momenti quæstio, Quid factum patribus ante Christum, &c. & quî peccata priùs remitterentur quàm expiarentur. Ostendit ergò, Deum pro sua illa singulari tolerantia leviter præteriisse eorum peccata, & intermisisse eorum punitionem, donec Christus veniret [q], cujus adventum & placamentum, etsi diu differretur, exspectare sustinuit [r]. Vel, 2. nè quis putaret, sibi, post peccata remissa, liberum esse peccare †.

26. *Ad*, &c. Πρὸς ἔνδειξιν, &c.] Repetit quod dixerat, ut sæpe solet, ubi quid altiùs vult infigere animis [t]. Sed non est h. l. præp. εἰς, ut antè, sed πρὸς, quæ valet, *usque ad* [x]: ut sensus sit, Deum tolerâsse peccata hominum usque ad hoc tempus, quo suam justitiam mundo voluit patefacere & exhibere [y]. Πρὸς valet quoque, *propter*, vel

[Marginal notes, column 73:] † Par. [t] G. [v] Be. [x] Par. ex Fe. [y] V. [z] G. [a] Be. [b] Tol. [c] Par. sim. Be. [d] Ham. [*] Tol. [f] Par. [g] Par. sic Be. ex Er. Tol. ex Chrys. Theod. Amb. [h] Par. [*] Tol. † Par. [i] Tol. ex Chrys. [k] Par. [l] Par. sic Be. Q. in Tol. [m] Pe. [n] Par. [o] Tol. [p] G. [q] Tol sim. Par. [r] Tol. † Tol E. [t] Tol. [v] E. [x] Chrys & Theodor. Amb O-rig. Aug. [y] Chrys. in Tol. [z] Amb. in Tol. [a] Orig. in Tol. [b] Di. sim. Be. [c] Di. [d] Q. in G. sic Be. Pi. [*] G. [f] G. ex Just. Ham. sim. Be. [g] G. [h] Pi. Be. [i] E. sic Tol. ex Aug. & Anselm. [k] Tol. [l] V. [m] Ham. [n] Ham. ex G.

[Marginal notes, column 74:] [o] G. [p] Di. [q] Par. [r] E. † Tol. E. [t] E. ex Chrys. [v] E. [x] Be. [y] Ham. sim. Be. [z] G. [a] Di. ex Be. [b] Di. [c] Q. in Di. sic Pi. Par. [d] Di. [*] Me. sim. E. Tol. Di. [f] G. [g] Ham. [h] Di. sim. Tol. E. Me. Be Pi. Par. [i] Par. [k] Tol. [l] E. sim. Par. [m] Par. [n] E. [o] Per. [p] Tol. [q] Be. [r] Di. † Pi. sim. E. [t] G. [x] E. sic Tol. E. [y] E. sim. Me.

vel *gratiâ cujus:* ut sensus sit, Hæc tolerantia Dei facta est gratiâ ostensionis suæ quæ erat futura in hoc tempore [z]. Πρὸς declarat & finem οὗ, *cujus*, sive ultimum, ut se justum ostenderet; & finem ᾧ, *cui*, sive proximum, ut nos justificaret [a]. [Sic vertunt,] *Ad demonstrationem*, &c. Be. *Ad demonstrandam*, inquam, *justitiam suam*, Pi. *Ut ostenderet modum quo justificat*, V. Ut, manifestatâ justitiâ, peccatores eam quærerent, & per eam justificarentur [b]. *Justitiam* hîc vocat, vel, 1. universalem Dei rectitudinem & sanctitatem [c]: quæ in eo declarata est quòd peccatum maximè odit, &c [d]. Vel, 2. judiciariam Dei æquitatem, quâ cuique suum, bonis præmia, malis pœnas, tribuit [*], tanquam *justus Judex*, ut vocatur 1 Tim. 4.8. confer Psal. 9.5. & 89.15. vel justitiam vindicatricem: ut in his locis, Esa. 5.7. & 11.4. & 59.16,17. Jer. 51.10. Rom. 1.32. 2 Thes. 1.6. Apoc. 15.4. ut frustrà sit doctiss. Cam. qui ad v. 21. negat *justitiæ* vocem hoc sensu uspiam usurpari. Ea quoque hîc demonstrata est, vindicatis, & in carne Christi damnatis, suorum peccatis; simúlque Satanâ, morte ac inferno, perditis, &c [f]. Vel, 3. veritatem in servandis promissis [g]. Vel, 4. bonitatem & misericordiam Dei [h]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῷ νῦν καιρῷ] Quod modò dixerat νυνὶ [i]. *Præsenti* (vel, *Hoc quod nunc est*, Di.) *tempore*, Be. Pi. &c. nempe Evangelii [k]; vel, quo Christus est exhibitus [l], & placamentum, ad quod antè positus fuerat, præstitit [m]. Al. Significat tempus illud quo Apostoli prædicârunt Evangelium, ad excidium usque Urbis & Templi Hierosolymitani. Nam Judæos maximè hæc spectant quæ jam dicet [n]. ¶ *Ut sit ipse* (i.e. appareat esse [o], ut suprà v. 4 [p].) *justus*] Tertiò, sed aliis verbis, idem repetit [q]. *Justus*, i.e. sanctus & rectus [r], justus in se †, justus vindex gloriæ suæ, qui peccata non dimittit impunita [t], qui neminem justificat, nisi satisfactione à Christo factâ [v]; sed ità nobis gratìs condonat, ut in Filio justissimè vindicet [x]. ¶ *Et justificans*] i.e. Author justitiæ in aliis [y]. Non tantùm Deus se bonum ostendit, sed & bonos facit alios [z]. Elegans est paronomasia in δίκαιον & δικαιοῦντα [a]. Justitiæ, inquit, cum misericordia conciliatio, quæ olim obscura latuit homines, nobis nunc liquet: Piorum justificatio per fidem Deum justum Judicem æquè ac Patrem clementem demonstrat [*]. ¶ *Eum*, &c. Τὸν ἐκ πίστεως, &c.] *Eum qui est ex fide Jesu*, Be. Pi. Vulg. i.e. qui per fidem amplexus est Christum [c]; qui abjectâ omni spe & inani Legis confidentiâ fidem Christi suscepit [d], & justitiam ab eo per fidem exspectat [*]; qui sibi credit [f]. [Tales justificat,] ut prædictum est Esa. 53.11 [g]. Ἐκ πίστεως hîc sumitur, ut ἐξ ἐριθείας, Rom. 2.7. & ἐκ φύσεως, 2.27. & ἐκ περιτομῆς, 4.12. ad significandum adjunctum. Sed in MS. est, τὸ ἐκ πίστεως Θεοῦ. Non malé: nam fides per Jesum fertur in Deum [h].

27. *Ubi*, &c. Ποῦ οὖν ἡ καύχησις;] *Ubi igitur gloriatio?* Be. Pi. &c. sub *tua*, Vulg. quâ te, ô Judæe, supra Gentilem extollis de justitia [i]; quam tibi ex circumcisione & Legis operibus arrogas [k]. Argumentum est, q.d. Sola ea justificationis ratio vera est, quæ gloriationem excludit, &c [l]. Ostendit quàm sapienter Deus hanc potiùs viam sanandi homines quàm aliam ullam elegerit. Καυχᾶσθαι vox media; significat enim rem aliquam magnifacere, eâque niti sive bene, sive malé: sed hîc ea καύχησις intelligitur quâ homo, ut est naturâ φίλαυτος, magnum aliquid sperat de viribus suis: ut ille Poeta, ——*æquum animum ipse parabo.* Scriptor ad Diognetum ait per Evangelium patefieri τὸ ἀδύνατον, &c. (*impotentiam naturæ nostræ ad acquirendam vitam.*) Tractat hunc locum egregiè Philo libro De sacrificiis Abelis & Caini [m]. ¶ *Exclusa est*] Ità Er. Mo. Be. &c. q.d. Oportet excludi sive tolli omnem de propria justitia jactantiam [n]. *Exclusissima est*, G. ¶ *Per quam legem?*] Νόμον hîc, ut sequentia ostendunt, laxiùs sumit pro omni *vivendi regula* [o], vel, pro *doctrina* [p], ut Heb. תורה [q]. Vel, *lex operum* metonymicè pro ipsis operibus, *lex fidei* pro ipsa fide, ponitur [r]. ¶ *Factorum?* Τῶν ἔργων;] *Operum?* Be. Pi. V. i.e. quæ præcipit opera †, ad justitiam inhærentem [t]: per quam habetur nuda cognitio agendorum [v]. Num per aliam legem factorum similem quæ illi successit [x]? *Operum*, nempe quæ humanis viribus præstita hominem assuefaciunt ad civilem quandam vitam. August. *Timor hominum fortè potest carnem ab immunditia temperare, animam autem non nisi timor Dei* [y]. *Lex operum* hîc est Lex Mosaica [z], vel Lex Decalogi [a]. ¶ *Non*] Non sané: nam illis sæpe nè opus quidem ad cor repurgandum †. *Non:* qui enim ex operibus Legis justificantur, videntur sibi gratiâ Dei & fide Christi non egere [b]. Qu. Quare non excluditur gloriatio per Legem, quando eam non implebat Judæus [c], & ex ea sit notitia peccati [d]? Resp. 1. Quia illa tantùm agenda præscribit, non docet per quem & quibus auxiliis implenda sit [*]. 2. De lege operum loquitur non secundùm infirmitatem nostram, quâ eam servare non possumus; sed secundùm institutionem Dei, qui vitam servanti eam promisit [f]. 3. De lege loquitur non simpliciter, sic enim omnes peccati arguebat, sed ex hypothesi adversariorum à quibus æstimabatur observatu facilis, & via sola vitæ [g]. ¶ *Sed per legem fidei*] i.e Per fidem [h]: quam μιμητικῶς *legem* vocat, quia Judæi *Legis* nomen perpetuò in ore habebant [i]. Hæc gloriationem excludit, vel quia dat auxilium ut Legem impleas [k]; vel quia per fidem sine operibus exspectat à Deo justitiam [l]: fide autem justificari est, justitiâ propriâ destitutum justitiam precariò imputatam fide, ceu manu, à Deo accipere [m]: quia justitiam Deus dat non per laborem, sed per fidem; & fidem dat per non exspectatam revelationem cœlestium bonorum clarissimam & certissimam. Omnia ergò non ex iis quæ homines per se efficere possunt, sed ex Dei beneficio. Quare nihil est quod fiduciam in naturæ nostræ viribus habeamus: Deo nitendum; Deo omnia accepta ferenda sunt. Hæc sanandi ratio & homines modestissimos facit, & Deo summè gloriosa est. Figuram hujus rei in Noe Philo notavit libro Allegoriarum. Ait enim eum χάριν εὑρεῖν ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ μηδὲν πρότερον ἐργασάμενον [n], (*gratiam invenisse apud Deum cùm nihil antea operatus esset.*)

28. *Arbitramur*; ità Er. Il. Tre. ex Sy. Λογιζόμεθα] i.e. Συλλογιζόμεθα [o]. *Censemus*, Ca. *Ratione colligimus*, Mo. *Concludimus*, Pi. *Scimus*, Ar. in Di. ut verbum verti possit, Rom. 6.11. & 8.18. Syrus, *Cogitamus*, vel potiùs, *sentimus*, i.e. sententiam in mente nostra statuimus [p]. *Hæc cogitamus quæ cogitare debemus.* Sic λογίζεσθαι sumitur Marc. 11.31. 2 Cor. 10.7. Phil. 4.8. Heb. 11.19. Hæc cogitatio reprimit illam καύχησιν [q]. *Reputamus*, Er. P. V. Ti. Be. Tol. Rectè. Metaphora est à supputandi arte desumpta, ubi ex multis numeris summa colligitur, & certa ratio initur quâ certi quid figitur & statuitur [r]. Ità usurpatur & Rom. 6.11 †. & Heb. 21.19 [t]. Ex præcedentibus dictis inferimus [v]. Est hæc conclusio argumenti [x]. ¶ *Enim*] In MS. est γάρ [y]. οὖν] *Igitur*, P. Be. &c. ¶ *Justificari*, &c.] *Justitiam nobis sine labore Dei dono advenisse*, G. *Justificari* hîc est, ex impio justum fieri [z]. Sed verbum *justificandi* in nullo, nec Heb. nec Græc. nec Lat. nec vernaculo, idiomate ità sumitur, nec in ullo loco N. T. excepto illo Apoc. 22.11. id quod etiam ex contrariis liquet: nam τῷ הצדיק opponitur הרשיע, quod non est, *ex bono malum facere*, sed *condemnare*; & τῷ δικαιοῦσθαι, &c. opponitur τὸ κατακρίνεσθαι. Quare talis sensus non debet in Scripturam importari. Adde quòd *justificari* in S.S. est, remissionem consequi: ut patet ex Act. 13.35. Rom. 8.33. Col. 1.14. Quòd si *justificatio* hæc dispositionem aliquam bonam animi vel cordis contineret, non certè fieret absque Lege; quippe quæ perfectam Dei & proximi dilectionem postulat [a]. *Hominem* hîc quemcunque intelligit, sive Judæum, sive Gentilem [b]; quia *homo* est commune naturæ nomen [c]. ¶ *Per fidem*] Non solam, sed tanquam radicem, fundamentum, initium (& partem [d],) justificationis, non exclusis tamen spe, charitate cæterísque Christianis virtutibus [*]. Al. Per fidem, non habitualiter, ut antè ostensum, sed relatè, quâ scil. remissionem *accipimus:* ut dicitur Act. c. 26. v. 18. Rom. 5.17. Phrasis est metaleptica, effectus causæ principalis tribuitur instrumentali. *Per fidem*, & quidem solam; nam excluduntur omnes virtutes, quippe quæ sunt *opera legis*, h.e. Lege præcepta. Confer Gal. 2.26. ubi est, ἐὰν μὴ, *nonnisi per fidem*, quod æquipollet exclusivæ, *solam.* Obj. Fides ergò justificaret, si sola esset, sine dilectione, &c. Resp. Non sequitur. Oculi soli vident, at non vident si soli sint, & à capite revulsi [f]. Vox, μόνον, *solùm*, sæpe deficit, ut in Xenoph. ἀναβ. 3. Οὐδένα, &c. *Hominem nullum, sed Deos,*

adoremus,

Marginal notes (left column): [z] Tol. [a] Par. [b] Tol. [c] Par. sim. E. [d] E. [*] Par. sim. Di. [f] Di. [g] Par. [h] Par. Camer. ad v. 21. Ham. [i] G. [k] Tol. [l] Di. sic Be. [m] Di. [n] G. [o] Di. Zeg. Ham. sic G. [p] G. [q] G. [r] Me. † E. [t] Par. [v] Tol. [x] Par. [y] E. [z] G. [a] E. [*] Bra. [c] Be. sim. Di. [d] Me. [*] E. [f] G. [g] G. sic E. [h] G. [i] E. [k] Me. [l] Par. [m] G. [n] Par. [o] G. [p] Pi. ex Be. sic Par. [q] Be. Par. [r] Par. † V. sic Par. [t] Par. [v] E. [x] Tol.

Marginal notes (right column): [y] G. [z] Zeg. [a] E. ex Aug. † G. [b] Par. [c] E. [d] Par. [*] E. [f] Wil. ex Calv. [g] Gom. [h] Be. Par. [i] Ee. [k] Me. sim. Tol. [l] E. [m] Par. [n] G. [o] Be. ex Th. [p] Di. [q] G. [r] Di. † Di. ex Be. [t] Di. [v] Tol. sim. Me. [x] Be. [y] G. [z] Zeg. [a] Par. [b] Tol. E. Me. [c] E. ex Chrys. Tol. ex Theod. [d] E. [*] Me. ex E. [f] Par.

adoremus, sub. *tantum*. Thucyd. 3. ξύγγνωμον δὲ τὸ ἀκούσιον, *venia dignum est quod involuntarium est*, sub. *solùm*. Lucian. *Parcæ tres sunt*, sub. *duntaxat*. Stephanus de Dialectis 3 ||. ¶ *Sine operibus legis*] Non solùm ceremonialibus, & judicialibus, sed etiam moralibus [g]: sine merito & virtute operum Legis [h]: vel, etiamsi absint opera Legis: ut in Gentibus fiebat [i]. Sensus loci, q.d. Hinc sequitur, non tantùm adversùs Judæos, nos ex fide justificari, non ex Legis operibus; sed & contra Judaizantes Christianos, nos non partim fide, partim operibus, sed per solam fidem, justificari: tum, 1. quia peccatores nosmet esse fatemur; tum, 2. quia gratis justificamur, ideóque sine laboris operisque nostri pretio; tum, 3. quia alioqui aliqua esset in sese gloriandi materia [k].

29. *An Judæorum Deus tantùm ?*] Θεὸς hìc semel positum, sed in explicatione bis sumendum*. *An* (sub. *Deus*: quæ ellipsis subobscuram reddit sententiam †.) *Judæorum*, &c? *An Deus ille verus*, hujus mundi & humani generis opifex, *vult tantùm Deus esse Judæorum*, ut Judæorum multi existimant? Simile loquendi genus, cui inest duplex vocis *Dei* significatio, substantiva & appellativa, apparet Luc. 20. 38. si conferas Matth. 22. 32. ubi quæ à nobis dicta vide [l]. [Sensus,] An Deus vult solos Judæos salvare [m], & justificare [n]? An cum solis Judæis fœdus gratiæ pepigit [o]. Respicit promissum illud, Gen. 17. 5. & 22. 18 [p]. unde semper patuit aditus proselytis [q]. *Deus*, i.e. sospitator atque εὐεργέτης [r]. Deus in S.S dicitur *esse* eorum *Deus* quos salvificâ suâ benevolentiâ complectitur, ut Psal. 33. 12 †. An Judæorum tantùm habuit curam & rationes [t]? ¶ *Nonne & Gentium ?*] Scil. reliquarum præter Judæos [v]? Gentiles æquè sunt Dei creatura rationis capax, & ad supernam felicitatem ordinata [x]. Deum velle & coli à Gentibus, & iis vicissim summa bona conferre, apertissimè prædictum erat Prophetis, ut Mal. 1. 11. & aliis. Est hìc ratio cur via per Legem non fuerit optima, quia non conveniebat tot populis: neque enim omnium populorum homines poterant venire sacrificaturi Hierosolyma [y]. Est novum argumentum, quo probat nos ex fide, non operibus Legis, justificari, quia alioquin justitia alligata esset Legi Mosis & Judæis: quod absurdum [z]. Non debent à justitia excludi tot Gentes, quarum etiam Deus est Creator, gubernator, & Dominus: quare justitia & Judæis & Gentibus communis esset debet [a], & Deus utrosque uno modo, h. e. fide, justificat. *Hominem* indefinitè positum v. præced. hìc ad Judæos & Gentes extendit [b].

30. *Quoniam*, &c. Ἐπείπερ εἷς ὁ Θεὸς] Θεὸς, ut ostendit articulus, est subjectum; εἷς, prædicatum [c]. Hoc ità dictum est quomodo apud Poetam,—*Rex Juppiter omnibus idem*. Sic & Gal. 3. 20. & Eph. 4. 6 [d]. *Quandoquidem* (vel, *Siquidem*, Er. P. Mo. vel, *Quia*, Tre. ex Sy.) *Deus unus est*, Er. Ca. Be. Il. Ti. &c. Unitatem hìc intelligit non essentiæ, sed voluntatis, sive constantiam promissionum divinarum, quæ anteactis quoque seculis Gentes respiciebant. Vide Gen. 3. 15. Gen. 12. 3. Hag. c. 2. v. 8 *. ¶ *Qui justificat*] Vel, *justificabit*, Be. Pi. V. sic G. &c. nempe ultimo die, ut Rom. 2. 26 [f]. vel, *justificare solet*, V. Fut. pro præs [g]. vel præt. more Hebræo. Frequentissimum id ubi notantur actus continui. Quid mirum, inquit, si summè bonus id agit ut alios bonos faciat [h]? ¶ *Circumcisionem*] i.e. Circumcisos [i], ut Gal. 2. 7, 8, 9. Judæos & natos & adscititios [k]. Sic ἀκροβυστία, *ii quæ præputium retinent*, hìc [l], & Rom. 2. 26. i.e. gentes pleræque [m]. Sic *Academia* & *juventus* pro *Academicis* & *juvenibus* dici solet [n]. ¶ *Ex fide*, Ἐκ πίστεως] Opponitur hoc justitiæ operum, i.e. ἐξ ἔργων νόμου [o]. Al. Judæum, *ex fide*, i.e. fidei mutato statu; ut qui antè in venturum credebat, crederet advenisse, & hâc fide justificaretur [p]. Fides Judæis erat & *terminus à quo*, & *ad quem*: Gentibus terminus ad quem [q]. Illi nascebantur gratiæ hæredes: his adventitium fœdus est [r]. ¶ *Per fidem*, Διὰ τῆς πίστεως] i.e. Istam viam ad justitiam eis aperiendo ut crederent in Filium: Gentes enim nullam ostentare poterant sanctimoniam †, aut fidem. Quare fidem de novo recipiunt, & dicuntur per fidem justificari [t]. Al. Apparet ἐκ quod præcessit, & quod hìc est, διὰ, idem valere [v]: sicut & Rom. 11. 36. *ex ipso & per ipsum sunt omnia* [x]. Sensus, q.d. Cùm unus sit Judæorum & Gentium Deus [y], semper idem & sui similis [z], utrisque una est & eadem justificationis regula [a], non magis discrepans quàm ἐκ & διὰ [b]. i. e. *per fidem* [c], vel *fide*, vel *ex fide*: quæ Apostolo idem sunt [d], ut scopus ejus ostendit *.

31. *Legem*, &c? Νόμον οὖν καταργοῦμεν, &c?] *Legem* (scil. Mosis [f]. Al. νόμον, absque articulo, indefinitè, i.e. quamlibet legem [g], tum naturalem, tum scriptam [h], inprimis Mosaicam [i]: quibus omnibus distinctè Paulus justificationis vim detraxerat [k].) *inutilem* (vel, *cassam*, Be. *irritam*, Er. Tre. &c.) *reddimus*, sive *facimus*, (vel, *abolemus*, Er. V. *antiquamus*, Pi. *abrogamus*, Ca. Pi. Sy. Æth. sic Ar. *destruimus*, Mo. Vulg. Καταργεῖν propriè est, *inutilem reddere*, Luc. 13. 7. per Metalepsin *dicere rem aliquam esse inutilem*: quale illud in Virgilio, *Nunc Phaetontiadas musco circumdat amari Corticis*—i. e. circumdatas dicit. Item,—*quis humum florentibus herbis Spargeret aut viridi fontes induceret umbrâ?* i.e. sparsam humum & fontes inductos caneret. Vide & Jer. 1. 10 [l].) *per fidem ?* Pi. &c. i. e. per doctrinam justificationis ex fide [m]; per ea quæ de fide prædicamus: Metonymia. Nova [est] interrogatio continens objectionem, si ità se res habebat, videri poterant Apostoli docere, Legem fuisse inutiliter datam [n], vel eam ἀργὸν, quasi ἄεργον, *ignavam*, sive *ociosam* & *inefficacem*, reddere [o]. ¶ *Absit*] *Longè absit*: חלילה, ut suprà 4. 6. & infrà 6. 2, 15 & 7. 7, 13. & 9. 14. ¶ *Sed* (vel, *Imò*, Be. Pi. &c.) *legem statuimus*, Ἱστῶμεν] MS. eodem sensu, ἱστάνομεν, העמדנו, *stare facimus*, i. e. honorem ei suum defendimus: sicut Latinè dicimus,—*recto stat fabula talo* [p]. [Sic vertunt,] *Fulcimus*, Er. *Stabilimus*, Er. Tre. Ca. Be. Pi. &c. Id probabit cap. 6 [q]. Lex autem per fidem stabilitur multis modis [r]. 1. Per eam legitimum Legis officium ostenditur †, quod non erat ut justificaret; ad hoc enim Lex inutilis erat, nostro vitio, Rom. 8. 3 [t]. (Neque Lex ad justificandum data fuit: ac proinde qui justitiam in ea quærunt, eam inanem reddunt, dum eâ præter Legislatoris mentem abutuntur [v].) sed ut per eam habeatur cognitio peccati [x]. Uno fine negato, non mox negantur omnes, nec res tollitur [y]. Nimirum docebant Apostoli, *per Legem* rectiùs *agnosci peccatorum* turpitudinem, suprà 20. societatem civilem per eam fuisse servatam, & aliquatenus pœnarum metu repressa nè erumperent vitia [z]. 2. Legis, ut & ipsius Dei, scopus, munus, & finis per se, erat justificare hominem: quod cùm non posset facere, spreta jacebat ejus authoritas, & homo ei inimicus & rebellis factus est, Rom. 8. 7. Successit ergò Legi fides, quæ, quod illa non posset abundè præstans, erexit lapsam, útque ea fidem apud homines, amorem & gratiam inveniret, effecit [a]. 3. Fides Legem subsistere facit, quia Lex jubet (si salvari aut justificari volumus) credere in Messiam [b]. 4. Quæ Lex significabat [per typos & umbras] & promittebat, Evangelium præstat & implet [c]; non ergò evacuat [d]. In Lege promissus est Christus & justitia quam Christus attulit, suprà v. 21 *. Et pluribus modis *Lex ducit nos ad Christum*, Gal. 3. 24. *Christus* verò *finis est Legi propositus*, Rom. 10. 4 [f]. 5. Legis quoque minæ fide stabilitæ sunt, utpote in Christo completæ, &c. 6. Legis etiam obedientia fide stabilita est, tum in Christo, qui eam perfectè implevit; [tum in nobis:] fides enim operatur per dilectionem, quæ est impletio Legis [g]: fides impetrat gratiam quâ Lex impleatur [h]. Obj. At Lex Mosaica per Christum abolita est [i]. Resp. Loquitur Paulus de Lege non ceremoniali, sed morali, &c [k]. Sensus, q. d. Cùm docemus fidem in Christum, tantum abest ut homines ab operibus retrahamus, ut ii animentur ad ea potiùs per Spiritum Dei voluntariè facienda, cùm vident tanta Christi erga se beneficia [l]. Tertul. De pudicitia, hunc locum citans addit, *Legem sistimus, scilicet in his quæ & nunc Novo Testamento interdicta etiam cumulatiore præcepto prohibentur.* Pro, Non mœchaberis, Qui viderit mulierem, &c. & pro, Non occides, Qui dixerit fratri suo Racha, &c. *Quære an salva sit lex Non mœchandi, cui accessit, Non concupiscendi* [m].

|| Ga. [g] Me. [h] Tol. [i] G. [k] Bra. * G. † Pi. [l] G. [m] V. sim. E. Me. &c. [n] Par. sim. Tol. E. &c. [o] Pi. [p] Pi. sim. Be. [q] Be. [r] G. † Be. [t] Me. T. [v] Pi. [x] E. [y] G. [z] Me. sim. T. [a] Tol. [b] Par. [c] Be. sim. Pi. [d] G. * Par. [f] Be. [g] V. [h] G. [i] Ca. sic G. Zeg. [k] G. [l] G. sic Ca. [m] G. [n] Ca. [o] Sch. ex Camer. [p] Tol. [q] Wil. ex Gorrhan. [r] Wil. ex Calv. † Sch. ex Camer. [t] Tol. [v] G. sim. Par. Wil. ex Calv. Be. E. [x] Par. Wil. [y] E.

[z] Be. [a] Be. sim. E. Par. [b] Wil. ex Calv. [c] Be sic V. &c. [d] Par. * Be. [f] Pi. sic Zeg. [g] Par. [h] Be. [i] Par. [k] Be. [l] G. [m] Be. [n] G. [o] Par. sim. E. [p] G. [q] Par. [r] E. † Q. in E. sim. Par. [t] Par. [v] Era. [x] Par. E. [y] Par. [z] G. [a] Di. ex Schol. Syro. [b] T. [c] E ex Chryf. sim. Me. Tol. [d] E. sim. Tol. * G. sim. Tol. [f] G. [g] Par. [h] Tol. & E. ex Aug. [i] Tol. [k] E. [l] V. [m] G.

CAP. IV.

1. **Q**Vid, &c? Τί οὖν ἐροῦμεν Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν εὑρηκέναι κατὰ σάρκα;] *Quid igitur dicemus invenisse Abraham patrem nostrum secundùm carnem?* Vulg. Er. Ità connectunt omnes Veteres [a], Orig. Ambrof. Chryf. Theophyl [b]. ut fit hyperbaton, five verborum transmutatio [c]. Cui favet collat. Rom. 1. 3. & 9. 3, 5 [d]. & quia paulò inferiùs aliam generationem Abrahæ, quæ spiritualis eft, diftinxit, ob id præmifit hanc carnalem *. Non placet: Judæi enim, qui hîc loquentes inducuntur, non dicerent, *pater noster secundùm carnem*, fed fimpliciter, *pater noster* [f]. *Quid ergò dicemus? Abrahamum, nostrum (quod ad humanam naturam attinet) parentem, consecutum esse?* Ca. Al. Illud, κατὰ σάρκα, conjungendum cum εὑρηκέναι [g] · cui favet, tum, 1. plana verborum collocatio; tum, 2. collatio ver. feq. ubi pro eo dicitur, ἐξ ἔργων [h] · quod idem valet: alioqui, cùm v. 2. fit probatio præcedentis, ut γὰρ ibi oftendit, fyllogifmus Apoftoli erit vitiofus & 4 terminis conftabit [i]. [Sic ergò verba reddunt,] *Quid igitur dicemus* (i. e. putabimus [k]. Ad judicium omnium, quafi in re aperta, provocat. Ad benevolentiam pertinet communicatio, quâ fe eis accenfet dicens, *Quid dicemus?* non, *Quid dicetis* [l]?) *Abraham patrem nostrum nactum, five adeptum esse, secundùm carnem?* P. Be. Pi. &c. Al. Syrus, *Quid ergò dicemus de Abrahamo Patriarcha invenisse eum? in carnène?* Arabs paulò aliter, fed eodem fenfu, *Quid dicemus nunc de Abrahamo Patriarcha? an dicemus, consecutum eum esse hoc per opera carnis* [m]? Ponenda interrogatio poft ἐροῦμεν; ut infrà 6. 1 [n]. & 7. 7 [o]. *Quid igitur dicemus?* (vel, *Quid est ergò quod dicimus? Nempe an dicimus*, G.) *Abrahamum patrem nostrum invenisse* (vel, *consecutum*, G. fub. *quod invenit* [p], vel, fub. *justitiam* [q], quæ vox jam præcefferat [r]; vel *gratiam*, five *approbationem*, apud Deum: ut Luc. 1. 30 †. Vel, *accepisse*, fub. *à Deo*, V. laboris fcilicet compenfandi causâ [t]. Εὑρίσκειν propriè eft, *casu invenire*, hîc, *laboribus suis quærendo nancisci* [v]. *Invenire* refpondet Hebræo מצא; quod fæpiffimè qualemcunque *adeptionem* fignificat [x], ut Gen. 6. 8. & 18. 3. & 19. 19. & 32. 5. & alibi fæpe: quomodo & apud Judæos Hellenistas εὑρίσκειν fumi notavimus, Luc. 1. 30 [y].) *secundùm* (vel, *per*, G.) *carnem?* Di. G. &c. i. e. vel, 1. propriis viribus [z], humanâ fuâ operâ; ut in fequentibus exponitur [a]: per aliquid in fe, feparatum à mifericordia vel gratia Dei [b]: *ex operibus*, ut exponitur v. feq [c]. Vel, 2. per circumcifionem [d], quam Deus, ut Legis fuæ figillum, *in carne* imprimi voluit, Gen. 17. 13 *. reliquaque Legis opera quæ ex ea pendebant [f]. Vel, 3. quod ad carnalem cognationem attinet: h. e. à quo circumcifo nos circumcifi originem & genus ducimus [g]. q. d. *Minimè verò* [h]? Hæc enim interrogatio, cum nulla refponfio fequatur, ipfa pro refponfione fumi debet: interrogationes autem fortiter negant [i]. Cujus negationis rationes deinde reddit. *Caro* opponitur Divinæ revelationi, Matth. 16. 17. Gal. 1. 16 [k]. Inveniffe Abrahamum juftitiam apud Deum, inter Paulum & Judæos extra controverfiam erat: quærit ergò ubi invenit [l]. [Connexio fic fe habet,] Doctrinam fuam, Juftificari hominem per fidem fine operibus, hîc magis confirmat & illuftrat [m], exemplo Abrahami, qui habuit & fidem & opera, & tamen ex fide, non ex operibus, juftificatus dicitur [n]. Probat, quod dixerat cap. 3. 21. juftitiam fidei *testimonio legis & prophetarum comprobatam* fuiffe, exemplo Abrahæ ex Lege, & teftimonio Davidis ex Prophetis, allato [o]. Duplex erat quæftio, cap. 3. 1. *Quid amplius Judæo:* &, *quæ utilitas circumcisionis* [p]? prior foluta eft [q]: pofterior, huc ufque dilata, nunc repetitur aliis verbis; idque fupradictorum occafione, maximè ejus quod docuerat, Deum fine difcrimine *justificare tam præputium quàm circumcisionem.* Quæftionem autem refumit in perfona Abrahæ, qui primus mandatum circumcifionis accepit, idémque *justus* ac *Deo amicus* in S. S. prædicatur. Dicere poterat Judæus, Quid ei profuit circumcifio, fi non ad juftitiam [r]. Non placet hæc connexio: tum quia cap. 3. utraque quæftio foluta erat, & multa de circumcifione & præputio dicta; tum quia generaliter de operibus hoc cap. loquitur, &c †. Al. Judæi majorum fuorum, ac præcipuè Abrahami, virtutibus fifi putabant, quomodocunque viverent, fe femper unos manfuros Dei populum, neque Deum tam rigidè cum ipfis quàm cum aliis acturum: quod & nunc fibi perfuadent. Hujus opinionis veftigia non obfcura habemus Matth. 3. 9. Luc. 3. 8. Joh. 8. 33, 37, 39, 40. Huic noxiæ perfuafioni ficut Johannes Baptifta & Chriftus occurrerant, ità & hîc Paulus occurrendam cenfuit; & ità quidem ut in Judæos retorqueat fumptum ab Abrahamo argumentum [t]. Al. Eft hæc exceptio Judæorum: qui rationibus fracti ad exempla confugiunt, præfertim Abrahami. Si, inquiunt, nihil ad juftificationem & falutem confert Lex aut fœdus illud Divinum, ejufque figillum circumcifio, quid indè boni confequutus eft Abraham? Quòd fi ille operibus juftificatus fuit, fic & nos, filii ejus & promiffionum hæredes, juftificabimur. In hac exceptione confutanda & retorquenda plurimus & admirabilis eft Apoftolus [v].

2. *Si enim Abraham ex operibus* (i. e. factis tantùm externis, qualia per fe præftare poterat [x]: ex operibus Legis aut naturæ, feclufâ fide [y]. Imò excludit Apoftolus à juftificatione omnia opera, etiam ex fide facta: ut conftat, 1. quia excludit opera Abrahæ non infidelis, fed fidelis: 2. excludit opera fimpliciter, & fine diftinctione: 3. excludit omne debitum, v. 4. ideóque omne opus [z]. Τὰ ἔργα hîc vocat hominis tum innocentiam, tum opera meritoria [a].) *justificatus est*] *Si justus apparuit*, צדק in Kal [b]. ¶ *Habet*, &c. Ἔχει καύχημα.] *Habet gloriam*, Vulg. i. e. laudem aut approbationem [c]: vel, *gloriationem*, Er. *unde glorietur*, V. fic Be. Pi. i. e. gloriandi materiam [d]: *in quo confidat*, aut, *unde laudem speret*, G. vel, *unde jactet se*, Er. V. fub. *coram hominibus*, V. vel, fub. ex membro feq. *apud Deum* *. De voce καυχᾶσθαι vide Rom. 2. 17, 23 [f]. ¶ *Sed non apud* (πρὸς hîc valet *apud*: diximus Joh. 1. 1 [g].) *Deum*] i. e. Non in Scripturis Dei, ubi Deus loquitur: vel, à Deo non propterea juftus habetur [h]. *Non apud Deum*, repete, ἔχει καύχημα [i]. Senfus, q. d. Si talis fit ipfius juftitia, exilis certè erit & parvi momenti, utpote externa tantùm & politica, quam homines laudant, non Deus, qui interna requirit [k]; & parum eximii habuit Abraham, nec apud Deum valens, quia juftitia talis imperfecta eft, nec à peccato liberat, nec reconciliat Deo [l]. Eft aliquod καύχημα juftum apud Deum, Rom. 5. 2, 3, 11. 1 Cor. 1. 31. 2 Cor. 10. 17. Phil. 3. 3. Qui ad civilem modum, i. e. externâ aliquâ fpecie, eft innocens, laudem poteft ab hominibus fperare temporariam, non illam æternam à Deo, ἀπέχει τὸν μισθὸν αὐτοῦ, Matth. 6. 5. οὐ γὰρ μὴ ἀδικῶν ἐκ ἔπαινον, (*neque enim laudem meretur aliquis quòd non injustè agat*,) ait Philoftratus, De vita Apollonii 6. 2 [m]. Cohæret hoc cum præced. per prolepfin, feu occupationem. Obj. Negas igitur, eum quicquam adeptum fecundùm carnem, five ex operibus? At eft adeptus laudem juftitiæ. Refpondet Apoftolus, Laudem hanc ei concedo apud homines, fed non apud Deum [n]. Al. Argumentum eft à deftructione confequentis ad deftructionem antecedentis [o]. Si Abr. per opera juftificatus eft, habet quod de fe glorietur [p], quafi aliquid de fuo contulerit, cui merces debeatur in Dei judicio [q]. Atqui non habet quod de fe glorietur, apud Deum quidem: (nam nunc non loquimur de Patriarchæ apud homines juftificatione, de quibus bene mereri potuit [r].) Ergò per opera non juftificatus eft apud Deum †. Al. fic, *Si ex operibus —— habet quod glorietur, at non apud Deum* [t]: id eft, carnalem tantùm habet gloriationem, quæ apud Deum non valet. Hæc major [propofitio] eft. Minorem omnes Judæi in mente fubjiciebant [v], At habuit Abraham quod gloriaretur, etiam apud Deum [x], five gloriatione quæ Deo grata effet: ut ex eo conftat quòd *amicus Dei* dicitur, & *hæres mundi*, &c. & quòd fides ejus celebrata erat, &c. Hinc conclufio [y]; Ergò non fuit juftificatus ex operibus [z]; five, quod idem eft, Ergò non invenit juftitiam fecundùm carnem: caro enim non habet apud Deum quod glorietur; fides habet, quippe quæ *in Domino gloriatur*, quod Deo gratum eft, 1 Cor. 1. 31. Non ergò quamvis gloriationem improbat, fed carnalem, quæ ipfius homini præftantiæ innititur; qualis ea eft quæ ex operibus fluit, Eph. 2. 9 [a].

3. *Quid enim dicit Scriptura?*] Gen. 15. 6. Poftquam narrata

Marginal notes (left column): a Par. b Er. c Tol. ex Oecum. fic Er. d E. * Tol. f Era. ex Calv. g Be. Pi. Ham. Bra. Ambrof. Aquin. & Caj. in E. &c. h Pi. fic Ham. &c. i Ham. k Zeg. l Par. m Di. n G. Ham. o Ham. p Idem. q G. Di. Ham. r G. Ham. † Ham. t V. fim. Tol. v Be. x G. fic Ham. y G. z Idem. a Gom. b Ham. c Pi. ex Be. Ham. d V. Di. Fra. * Bra. f Di. g V. h G. Ham. i Ham. k G. l Di. m Per. Tol. ex Orig. & Aug. & Oecum. fic Par. &c. n Tol. o Par. p Anfelm. in Tol. fic E. q Anfelm. r E.

Marginal notes (right column): † Tol. t G. v Bra. x G. y E. Me. fim. Tol. z Par. dub. a Ham. b G. c Tol. d Pi. * Par. f G. g Idem. h V. i Par. Bra. k T. ex Me. l Tol. m G. n Pi. fim. Be. o Par. p Bra. fic Par. Di. ex Calv. q Par. r Bra. † Bra. Par. Di. ex Calv. t Di. fim. E. v Di. x Di. fic E. y Di. z Di. E. a Di.

narrata fuit Dei promissio facta Abrahamo de sobole, re ipsi insperatâ. Citat locum Paulus ex Græco [b]. Probat principalem propositionem, justificari hominem per fidem sine operibus Legis [c]. ¶ *Credidit Abraham* (Ità hîc dicitur per prolepsin, cùm in Scripturis per id tempus vocetur *Abram* [d].) *Deo*] Heb. *in Deum*. Unde constat *credere Deo*, & *credere in Deum*, idem per se denotare, nec nisi locorum & personarum circumstantiis distingui [*]. [Sensus est,] *Fidem Dei promissis habuit*: quod ipsum præsupponit (ut loquuntur Scholæ) egregiam existimationem & de potentia Dei, & de optima ejus fide, unde & fiducia in Deum oritur. Philo in loci illius expositione, Μόνῳ Θεῷ, &c [f]. (*Soli Deo credere difficile est propter cognationem nostram cum rebus mortalibus.*) *Credidit*, &c. non tantùm assentiendo, Deum rem incredibilem præstare posse & velle, sed & fiducialiter in promissione & benevolentia ejus acquiescendo, v. 19, 20, 21 [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ, &c.] *Et* (vel, *Id quod*, Ca.) *imputatum* (vel, *reputatum*, Mo. *ductum*, Ca.) *est ei ad justitiam*, Er. Il. Tre. Be. Pi. &c. vel, *justitiæ*, Ca. *pro justitia*, P. *tanquam justitiam*, Par. Sic & 1 Macc. 2. 52 [h]. Verba desumpta ex Versione Græca tunc vulgò nota [i]. In Hebræo est, ויחשבה לו צדקה. *Et imputavit* (supple *Deus*, de quo in antecedentibus sermo, pro quo hîc, *imputatum est*, scil. à Deo, eodem sensu, ut v. 6. etiam declaratur [k]. Τὸ *ei*, quod deest in Hebræo, rectè hîc suppletur ex Psal. 106. 31. ubi eadem phrasis habetur [l]: subauditur quoque hîc τοῦτο, *illud*, nempe credere, seu fides: ut liquet tum ex seq. v. 5, 9 [m]. tum ex Heb. יחשבה, *imputavit eam*, nempe *fidem*, quam vocem Hebræi subaudiunt ex verbo האמין [n]: quod facit RS [o].) *hoc ei justitiam*, Gom. i.e. ad justitiam: צדקה, pro לצדקה, ut est Psal. 106. 31 [p]. [Sensus loci est,] Deus pro re egregia valdéque laudabili id habuit: ut in Prolegomenis exposuimus ex loco Psal. 106. 31. Et meritò sanè, non quòd in fide omnes sint virtutes quas Deus requirit, sed quòd virtus maxima cæterarúmque est mater & altrix: unde eam summopere commendat Philo. Hanc autem historiam Abrahami nobis applicant Justinus & Clemens [q]: [quorum omnium verba pete ex G.] Fides ei imputata est pro justitia, quia fuit res perfectissima & præstantissima [r]. Manifesta corruptela, quia fides hîc opponitur operibus, debito, & merito, cum quibus non consistit gratia, quâ nititur fides [†]. [Sensus loci est, q. d] Habitus fuit pro justo à Deo [t]. Fides ejus à Deo acceptata est, ut scil. propter eam justitiam ei largiretur, ipsúmque justum atque amicum suum reputaret [v]: & proinde verè justus erat [x]. In Scriptura enim id *reputari* dicitur quod verè tale est. Sic violatio voti, & detentio mercedis debitæ, *reputari* dicuntur *in peccata*, Deut. 23. 21. & 24. 15 [y]. Fidem autem *reputari* dicit potiùs quàm *esse*, ut insinuet fidem non ex natura sua, ut est actus hominis, justitiam parere; sed tantùm ex gratioso Dei decreto, &c [z]. Et חשב & λογίζεσθαι & *imputare* in S. S. & probis authoribus generatim *reputare*, *æstimare*, *adjudicare*, significat, sive verè id fiat, sive secus [a]. Verbum *imputandi* non intelligitur physicè, de infusione justitiæ; sed relativè, de acceptatione. *Imputare* est, rem, vel rei causam, sive bonam, sive malam, alicui asscribere; idque vel, 1. jure & debitè, ut cùm reo culpa imputatur: vel, 2. indebitè & injuriâ, ut cùm culpa imputatur innocenti: vel, 3. (si res bona sit) gratiâ, ut cùm reus absolvitur propter alienum meritum, &c. ut h. l. Fides autem dicitur imputari pro justitia, non *materialiter*, ob fidei dignitatem [b], non ut *materia subjecta* justificationis, ea enim est sola Christi justitia, quæ nostra fit per fidem [c]; sed *organicè* [d], sive ut *causa instrumentalis* [*], quæ justitiam Christi apprehendit [f]. Τὸ *ad justitiam* notat finem, vel effectum, fidei imputatæ [g]. *Fides*, propriè sumpta, sive τὸ credere, *imputata est ei in justitiam*, i. e. in causam justitiæ, nempe instrumentalem, per Meton. effecti pro efficiente. Sic, *est vita æterna*, Joh. 12. 50. & 17. 3. i.e. causa vitæ [h]. Est & hypallage: nam, propriè loquendo, *imputavit ei justitiam per fidem*, ut dicitur infrà v. 6, 11 [i]. *Fidem* autem alicui *imputari ad justitiam*, nihil aliud est quàm, *fide justificari* [k]: ut series hujus capitis demonstrat, sicut promiscuè hæc duo usurpantur [l]. Sed videri possit hic locus non bene nec appositè ab Apostolo produci [m]: [& vacillare vide-

b G. — c E. sim. Tol. Par. Me. — d G. — * Gom. — f G. — g Par. — h G. — i Par. — k Gom. — l Par. — m Gom. sim. Par. — n Par. — o Gom. — p Par. Gom. — q G. — r Per. — † Par. — t V. — v Me. — x T. sim. E. — y E. — z T. — a Gom. — b Par. — c Gom. — d Par. — * Gom. — f Gom sim. Par. — g Pi. — h Gom. — i Pi. — k Gom. sim. Par. — l Gom. — m E.

tur argumentum Apostoli, tribus de causis.] 1. Quia Abraham jam antè justus erat [n], Gen. 12 [o]. & antea crediderat [p]. Ergò hic actus fidei non potuit ei reputari ad justitiam [q]. Resp. Hæc verba, *Credidit Abraham*, &c. referenda sunt non tantùm ad immediatè præcedentia, sed ad omnia antecedentia, Gen. 12. & 13 [r]. Significat ergò eum tam primò justificatum esse per fidem, cùm primò credidit, quàm in accepta justitia crevisse per fidem, quâ secundò & deinceps credidit [†]; justitiámque ejus hâc fide, tanquam insigni opere justitiæ, & declaratam & auctam esse [t]. 2. Quia locus ille in Genesi non loquitur de fide Christi propitiatoris [v], sed de fide promissionis multiplicandi seminis [x]. Resp. 1. Abraham non illi tantùm promissioni credidit, sed & præcedentibus omnibus promissionibus; quales, *Benedicentur in te omnes familiæ terræ*, Gen. 12. 3. &, *ero clypeus tuus & merces tua magna*: quæ erat promissio gratiæ singularis in Christo [y], & salutem ipsius includebat, Heb. 11. 6 [z]. Resp. 2. Promissio illa seminis respexit non solùm semen corporale, nempe Israelitas; sed & spirituale [a], h.c. omnes ex Judæis vel Gentibus credentes, &c [b]. & præsertim Christum servatorem, ex collat. Gal. 3. 16 [c]. 3. Quia quod hîc de fide dicitur, idem alibi dicitur de operibus; nempe de opere zeli eum *ad justitiam imputatum fuisse*, Psal. 106. 31 [d]. Resp. David ibi loquitur de particulari opere justo, seu justitia operis particulari [*]; & significat, opus illud Pinhæ non imputatum ei fuisse in peccatum, (ut videri posset, quia à sacerdote, non magistratu, præter vocationem factum:) sed in justitiam, quomodo & redditio pignoris *justitia* vocatur Deut. 24. 13 [f]. Ac sanè nec Abrahamum oblatione filii, nec Pinham facto suo, coram Dei tribunali fuisse justum judicatum, res ipsa loquitur [g]. Legaliter enim non est justus, qui unum actum justitiæ fecit, sed tantùm *qui manserit in omnibus*, &c. Gal. 3. 10. Jac. 2. 12 [h]. Paulus verò loquitur de justificatione animi & operis, ac de justificatione personæ, &c [i], quam solâ fide obtineri hoc cap. demonstrat [k].

4. *Ei autem qui operatur* (nempe universam Legis obedientiam, de eo enim agitur [l]: vel, sub. *spe mercedis*, V. *Operantem* non vocat eum qui bona opera facit, sed qui eis confidit, qui operatur mercenariè, qui justitiam indè quærit [m]; qui ex operibus habet justitiam & meritum [n]; qui ex opere aliquid promereri vult & contendit [o].) *merces non imputatur secundùm gratiam*, (vel, *ex gratia*, Be. Pi.) *sed secundùm debitum*] Vel, *ex debito*, Be. Pi. &c. sub. *datur*, Pi. Par. Impropriè enim dicitur imputari quod debetur [p]. Sed id falsum esse ostendimus [q]. Dicitur hoc per concessionem, similitudine ab humanis contractibus sumptâ: alioquin *quis prior dedit, & retribuetur ei?* Rom. 11. 35. Duplex est imputatio quâ creditor debitorem liberat; 1. quâ gratuitò fert illi acceptum quod non persolvit: 2. quâ se debitum recepisse profitetur. Priorem dicit in Abrahamo inveniri, &c [r]. Docet Paulus, Legem perfectè præstanti mercedem justificationis ac salutis deberi à Deo non tamen absolutè & ex dignitate operum, Luc. 17. 10. sed ex hypothesi promissionis Dei, & pacti Legis, *Hoc fac & vives*, Lev. 18. 5. Rom. 10. 5 [†]. Illustrat quod dixerat, *fidem imputari pro justitia*, minimè videlicet idem esse quod actum vel opus fidei suo merito reputari pro justitia, (sic enim fidem, quæ & ipsa virtus, actus bonus & opus est, perperàm opposuisset operibus,) sed credenti justitiam imputari ex gratia, &c. id quod ex repugnantibus probat, quia operanti imputata justitia non est gratuita, sed debita. Hæc est regula juris, Laboranti pro mercede, v. g. in vinea, merces redditur ex debito & ex ordine justitiæ. Hanc maximam solam ponit Apostolus. Vult autem subsumi assumptionem, & attexi conclusionem priorem: At Abrahæ promissa & imputata fuit justitiæ merces ex gratia, non ex debito aut merito. Quodnam enim Abrahæ præcessit meritum, quando Deus eum vocavit ex Ur, promisit terram, semen, benedictionem, *Ego merces tua*, &c? Nullum prorsus [t]. Duæ h. l. sunt imputationes sibi invicem oppositæ: una fundamentum habet in eo cui fit imputatio, ut si quis operetur ea quæ Lex præcipit, &c. [de qua hoc versu:] altera in voluntate & gratia imputantis, ut si quis transgressus Legem credat, eique merces imputatur, &c. de qua v. seq [v].

n E sim. Me. T. Tol. — o E. — p Tol. — q T. — r Me. — † Me sim. T. ex Tol. — t E. — v E. sim. Par. — x Par. sim. E. — y Par. — z Gom. — a Gom. sim. Me. — b Gom. sim. Par. Me. — c Gom. Par. — d Par. Gom. — * Gom. sim. Wil. ex Par. — f Par. dub. 3. — g Gom. — h Par. sim. Gom. — i Gom. sim. Wil. ex Par. — k Par. ib. — l Gom. — m Par. — n Tol. — o Glas. gram. 33. 14. 254. — p Par. — q Gom. — r Be. — † Gom. sim. Cam. — t Par. — v Di.

Simi-

Similitudo ab hominibus desumpta. Sicut qui operas alicui præstat, non ideo est amicus illius, sed mercedem accipit operæ respondentem; sic etiam qui nativâ vi, ut potest, Dei præceptis exteriùs aliquo modo paret, habet mercedem, liberatur à suppliciis, ac terram promissam suo tempore possidet; sed non ideo fit amicus, quod de Abrahamo dicitur Esa. 41.8. 2 Par. 20.7. Jac. 2.23. Amicos non facit nisi voluntatum similitudo: χάρις hîc *favorem amicitiámque* significat, ut suprà 3.23, 24. Vide ad Luc. 17.9. & Rom. 5.2 [x]. Quod dixerat, *fidem imputari*, &c. gratiam sonat, quia fides promissorum Dei gratiæ innititur. Quo argumento nunc docet, Abrahamum non ex operibus justificatum fuisse, quia pugnant, *ex operibus*, &, *ex gratia*, Rom. 11.6 [y].

[x] G. [y] E.

5. *Ei verò qui non operatur*] Nempe pro mercede [z]: vel, justitiam universam, ut dictum [a]. Al. *Etiamsi nihil operetur*, occasione fortè destitutus [b]. ¶ *Credenti autem in eum qui justificat impium*] i.e. Peccatorem. In hac enim disputatione idem sunt ἁμαρτωλὸς, ἀσεβὴς, ἐχθρὸς, ἄνομος [c]. Credenti in Deum, & in Christum, ex cujus fide à peccatis justificamur [d]: qui eum, qui in sese est impius, censet justum in Christo [*]. *Credit in eum*, &c. i.e. confidit Deo gratis remittenti peccata. Rursus minorem subticet, vult verò attexi ex v. 2. & 3. Atqui Abraham non fuit operans sensu dicto, sed credens se impium gratis justificari [f]. Al. *Ei qui in hoc Deo fidit, ut Dei ope fiat bonus, etiamsi antè fuisset impius*, i.e. idololatra, qualis fuerat Abrahamus secundùm Josephum, Antiq. 1.8. item Philonem & Maimonidem plus uno loco: quam sententiam firmat locus Jos. 24.2. quanquam Rabbinis plerisque id negantibus [g]. Obj. At, *justificare impium*, & de se negat Deus, Exod. 34.7. & abominatur in aliis, Prov. 17.15. Resp. Odit hoc Deus, quum fit contra leges & ordinem justitiæ, cùm scil. Judex absolvit sontem sine satisfactione propria vel aliena. Hîc autem intervenit plena satisfactio in Christo [h]. Deus impium in se, sed non quà impius est & in se consideratus, sed quatenus in Christo est justus, verè justum judicat [i]. ¶ *Fides ejus reputatur in justitiam*] i.e. A Deo acceptatur *in justitiam*, h.e. ad justitiam communicandam: ut τὸ *in* terminum indicet in quem acceptatur, sed *secundùm gratiam*; ut τὸ *secundùm* denotet causam & principium, nempe quia id ex gratia & dono fit [k]. Hic per fidem hanc justificatur [l], vel gratis reputatur pro justo in Dei judicio [m].

[z] Par. [a] Com. [b] G. [c] E. [d] Me. [*] Be. [f] Par. [g] G. [h] Par. dub. 4. [i] Gom. [k] Tol. [l] Me. [m] Par.

6. *Sicut & David* (Quem Abrahamo commodè subjicit, quia hi duo virtutibus & pietate illustres erant [n]:) *dicit*, &c. λέγει τὸν μακαρισμὸν, &c.] *Explicat* (vel, *Declarat*, Be. *Narrat*, P. *Pronunciat*, Gom. *Statuit*, Ca. *Dicit*, Mo. Pi. nempe Psal. 32. quem Davidis esse docet Inscriptio [o]. *Dicit* autem reipsâ, synecdochicè & per consequentiam: ut vox *dicendi* sumitur Mat. 22.31. Confer Joan. c. 19. v. 33, 36. cum Exod. 12.46 [p].) *beatificationem* (vel, *beatitudinem*, Mo. sic Ca. sub. *esse*, Pi. vel, *de beatitudine*, Sy. Æth. sic Ar.) *hominis* (vel, *ejus hominis*, Pi. vel, *beatum eum hominem*, Be. sic Pi. Zeg. V. &c. Μακαρισμὸς etiam Aristoteli & Ammonio est, *gratulatio & prædicatio felicitatis alienæ* [q]. Debuit dicere δικαίωσιν, quia de justificatione quæritur: sed retinet vocem Psalmi, μακαρισμὸς, quia justificatio & beatificatio se habent ut pars & totum; vel ut antecedens & consequens [r]. Quò homo beatus est eo justificatur: beatitudo enim in hac vita consistit in justificatione [†], eáque gradus est ad perfectam beatitudinem, & semen illius: & omnis Scriptura justum vocat beatum [t].) *cui Deus imputat* (vel, *acceptum fert*, Er. sic Vulg. &c. Id valet, *pro accepto habere quod non acceperis*: quod apud Jurisconsultos, ni fallor, vocatur *acceptilatio* [v]. Λογίζεται priùs passivè ponitur, nunc mediâ significatione [x].) *justitiam absque operibus*, Er. Ti. Pi. Par. &c. h.e. sine perfecta operum justitia [y], non ex merito & virtute operum, sed ex mera sua gratia [z]: q.d. justum existimat nullâ operum habitâ ratione [a]. Vel, *etiamsi opera nondum adsint*: quia in illo Psalmi loco nulla fit mentio *operum*, sed *animi dolo carentis*, i.e. sinceri in pietatis studio [b]. Excludit opera universa, ceremonialia, moralia, Legis, fidei; sive liberi arbitrii, sive gratiæ [c].

[n] Par. [o] G. [p] Gom. [q] G. [r] Par. [†] Gom. [t] E. [v] Er. [x] Par. [y] Gom. [z] T. ex. Me. [a] V. [b] G. [c] Par.

7. *Beati* (sub. *sunt*, Pi. David jam gravi conflictatus morbo agnoscebat effectum iræ Dei, & hujus causam sua peccata. Medicinam utriusque nullam in operibus, sed in sola remissione, quærebat [†].) *quorum remissæ sunt iniquitates*] Nempe gratuitâ condonatione, non meritis operum [d]: hoc enim vult probare Paulus [*]; & hoc propriè est *remittere peccata*, scilicet ea gratis condonare [f]. Al. *remissæ*, i.e. deletæ, ut neque sint actu, neque reatu [g]. Heb. נשוי פשע, *quibus ablata est improbitas*, i.e. qui improbi esse desierunt; sicut, David post illud in Uriam facinus vitam mutaverat. Græcum eundum habet sensum, sed per μετωνυμίαν. Neque enim planè condonat Deus gravia crimina nisi iis qui vitam jam mutare inceperunt, Ezec. 18. Immeritò hîc à quibusdam vapulat Origenes [h]. Ex hoc loco colligunt nonnulli, imputationem justitiæ & remissionem peccatorum unum & idem esse: quod alii meritò negant, ut res ipsa arguet. Debemus enim Legi &, ob violationem ejus, pœnam, [quam tollit remissio,] & præterea obedientiam, &c. Justitiæ perfectæ imputatio utrumque complectitur, ideóque in sola remissione non consistit. Obj. At Paulus unum explicat per alterum. Resp. David idem dicit reipsâ quod Paulus, non tamen strictè, sed synecdochicé: est enim remissio prima pars justificationis, ex qua altera quoque pars certò consequitur, &c [i]. Argumentatur Paulus à contrariis ἀμέσοις, in quibus necessaria est consequentia à negatione unius ad positionem alterius, & contrà. Talia sunt peccatum & justitia in Dei judicio [k]. Notandum, beatos alibi dici, *qui ambulant in lege Domini*, Psal. 1.2. *qui faciunt*, &c. Joan. 13.17. Ergò beatitudo, sive justitia hominis, non consistit in sola remissione peccatorum, sed nomine *remissionis* tota hominis renovatio intelligitur [l]. Sed hæc argutia concidit ex textu, ubi *justitia imputata* dicitur *absque operibus*. Loca autem producta non docent quid & unde, (quod hîc docetur,) sed tantùm quorum & qualium, sit beatitas [m]. ¶ *Tecta sunt*, &c.] i.e. Vel, 1. obliterata & obruta, ità ut ampliùs non sint [n], sicut hiatus tegitur terrâ injectâ [o], [quâ tamen impleri potiùs quàm tegi dicitur,] & nuditas indutis vestibus [p]. Sicut in persanato corpore non apparet vulnus, ità nec in animo sanato ea quæ olim fuere crimina. *Beneficium superveniens injuriam apparere non patitur*, ait Seneca: sic & innocentia per fidem superveniens omnem ex prioribus delictis labem obliterat [q]. Al. *Tecta sunt*, i.e. non videntur à Deo ad vindictam & pœnam: ut contrà, dicitur Deus videre peccata quæ statuit punire; unde illud Psal. 51.9. *Averte faciem tuam à peccatis*, &c. In peccatis quatuor sunt: 1. Offensa Dei: sic *remittuntur*. 2. Actus, qui semel factus, non potest non esse factus: sic *teguntur*. 3. Reatus: sic *non imputantur*. 4. Fœditas in anima inhærens: sic *tolluntur*, lavantur, &c [r]. *Remittuntur*, ut debita sunt; *teguntur*, ut sordes [†]. Peccata sunt quasi vincula, quæ nos reatu ad pœnam obligant: ità *remittuntur* seu solvuntur. Sunt & naturæ & operum turpitudo, quæ nos Deo ingratos reddunt: ità *obteguntur*. Sunt quoque debita: ità *non imputantur*, [v. seq.] seu non annumerantur, sed dispunguntur [t]. Hæc tria describunt amicitiam hominis cum Deo, χάριν Θεοῦ [v].

[†] Idem. [d] Me. T. [*] Me. [f] Me. T. [g] E. [h] G. [i] Gom. [k] Par. [l] E. [m] Par. [n] Me. T. [o] T. [p] T. sim. Tol. [q] G. [r] Per. [†] Par. [t] Gom. [v] G. ad v. 8.

8. *Cui non imputavit*, &c.] Vel, *imputabit*, ut multi Codices habent [x]: i.e. vel, 1. inquo nihil invenit Deus ob quod ei succenseat: nam חשב, quod hîc vertitur λογίζεσθαι, Zach. 7.10. vertitur μνησικακεῖν [y]. *Non imputare*, non est peccatum non abscribere peccanti [z], quia si peccatum inesset, imputare id deberet Deus, qui de rebus statuit prout sunt [a], sed impedire nè homo peccet, nè ei peccanti adnumeretur peccatum [b]. Vel, 2. quem non ampliùs habet pro peccatore [c], cui Deus peccatum condonat, & consequenter non ampliùs illud ei imputat [d], quasi non esset, quem non punit [*]. Cui non imputat, tum quoad culpam, quæ hominem facit inimicum Dei, & aversum à Deo; tum quoad reatum æternæ damnationis & pœnæ [f]. Sed, τὸ *non imputare peccata*, non de iniquitate & culpa intelligendum est, nam peccata facta infecta fieri non possunt; sed de reatu peccati ac pœnæ [g]: q.d. cujus peccatum induxit Deus, deletum & sublatum quasi de tabulis rationum [h]. Similitudo tracta à contrahentium rationibus, ubi is cui aliquid imputatur, aut expensum fertur, solvere id debet. Vide De J.B. & P. 2.19.2 [i].

[x] E. [y] G. [z] Tol. [a] T. [b] Tol. [c] E. [d] Me. sim. Par. [*] Par. [f] Per. [g] Gom. [h] Camer. [i] G.

9. *Beatitudo*, &c. Ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος, ἐπὶ, &c.] *Ista igitur beatificatio* (vel, *beatitatis prædicatio*, Be. vel potiùs, *beatitudo*, Di. ex Vulg. Sy. & Ar. ut suprà v. 6. Sic & Gal. 4.15. Glossarium, μακαρισμὸς, *beatitudo*. Sed notio

tio *prædicationis* non eſt in nomine μακαρισμὸν, ſed in λέγει[k]. Vel, *deſcriptio iſta beati hominis*, ſub. *cui convenit?* G. *Iſta* emphaticè[l], ſcil. Davidica[m]; iſta beandi ratio, quâ Deus hominem beat[n]:) *in* (vel, *ad*, Ti.) *circumciſionem* (vel, *an circumciſis*, G. ſimil. Tol. E. Me. Par. &c. ſub. *tantùm*, G. ex Vulg. ſic Er. Be. Pi. &c. ut Rom. 2. 28[o]. Figura qualis ſuprà 3.30[p].) *an & in præputium?* Pi. ſic Er. Ti. &c. ſub. *cadit*, Er. Be. ex Th. Pi. vel, *pertinet*, Ti. ex mente Davidis, vel Spiritûs Sancti†. q.d. An etiam ad gentes pertinet[q]? Vel, *an verò etiam non circumciſis?* Figura eadem quæ ſuprà 2. 26. עַל Hebræum, quod ἐπὶ vertitur, ſæpe Subjectum ſignificat cui aliquid convenit, ut apparet Gen. 27. 12. & alibi. Subauditur verbum γίνεται[r]. [Connexio ſic ſe habet,] Illud, *ergò*, indicat illationem ex præc. Davidis teſtimonio. Occurrit Judæorum evaſioni†, Beatitudo hæc eſt Judæis propria[t], quia David Judæus erat, non Gentilis[v]. Oſtendit ergò eam Judæis & Gentibus communem eſſe[x]. Nam & verba Davidis indefinita ſunt & utriſque communia: & ratio quam affert, nempe juſtificationem fieri ex clementia & gratuita condonatione Dei, excludit opera Legis & Moſaicæ & naturæ[y]. David non ex operibus Legis [quæ Judæis propria] juſtitiam conſtituit, ſed in liberalitate & gratia Dei, quæ omnibus communis eſt[z]. Occupatione tranſit h. l. ad tertium argumentum principale. Sicut pater eſt juſtificatus, ſic omnes hæredes, circumciſi & præputiati, juſtificantur. Excipi poterat, Exempla Abrahæ & Davidis fuiſſe particularia. Apoſtolus, miſſo Davide, Abrahæ exemplum reſumit & urget, quem ut patrem, &c. hîc conſiderari docet[a]. Reflectit ſermonem ad principale ſuum inſtitutum, i. e. ut doceat, Dei juſtitiam ex fide tam Gentilibus quàm Judæis eſſe propoſitam[b]. ¶ *Dicimus enim*, &c.] Vel, *Diximus*, &c. ſuprà v. 3. Præſens pro jamjam præterito[c]. Senſus, q. d. Res eſt inter nos certa, Abr. ex fide juſtificatum. Quod cùm meri Judæi non concederent, patet jam non ampliùs diſputare Apoſtolum adversùs ejuſmodi Judæos, ſed contra Chriſtianos Judaizantes[d].

10. *Quomodo*, &c?] i. e. In quo Abrahami ſtatu*. Interrogatione efficacior fit ſententia: dum eos cogit ad reſpondendum, &c[f]. ¶ *In circumciſione*, &c?] Similiter Juſtinus cum Tryphone diſputans: [cujus verba pete ex G.] Egregiè hîc cædit Judæos, ut dici ſolet, in ſuis ipſorum caſtris. Dicere poterant, —τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα, (*Propriis capimur*, vel *configimur*, *pennis.*) Abraham 14 ut minimùm antè annis, ut quidam putant 25, dicitur crediſſe Deo ad juſtitiam priuſquam fuit circumciſus[g].

11. *Et*, &c. Καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς] *Et* (vel, *Nam*, Di. ex Sy.) *accepit* (vel, 1. Deus accepit Abrahamo, h.e. acceptum dedit: quo ſenſu Heb. לקח ſæpe accipitur[h]. Vel potiùs, 2. Abrahamus[i]: *accepit*, i.e. ſuſcepit in carne, Deo jubente[k]:) *ſignum* (vel, *notam*, Zeg.) *circumciſionis*, Be. Pi. &c. i. e. circumciſionem, tanquam ſignum[l]; vel, quæ erat ſignum[m], nempe ſacrum[n]; vel, quæ data eſt, ut eſſet ſignum†. Genitivus ſpeciei, id eſt, notans ſpeciem[o]. Vel, *circumciſionem*, Di. ex Sy. G. nempe *circumciſionem*, Zeg. Σημεῖον περιτομῆς conſtructio eſt qualis, *fluvius Euphratis*, *urbs Hieroſ.* &c. Sic *ſignum hederæ* dicimus quod vinum venale indicat[p]. Non caret exemplo uſurpatio Genitivi vice appoſitionis: ſed MSS. plurimi & ille in Anglia habent περιτομήν[q]. ſic legunt duo Codices[r], [qui forſan iidem cum illis Grotii.] *Signum* eſt quod aliquid ſignificat, ſeu, quod aliquid præter ſe facit ex ſenſu in intellectum venire: & quod rem ſacram ſignificat eſt Sacramentum†. Sunt τὰ αἰσθητὰ (*res ſenſibiles*) σημεῖα, ſive σύμβολα, τῶν νοητῶν. Sic circumciſio exterior etiam Philoni σύμβολον ἡδονῶν ἐκτομῆς, (*ſymbolum exciſionis voluptatum.*) Quod hîc σημεῖον Paulus, id alibi τύπον dicit, Rom. 5. 14. 1 Cor. 10. 6, 11. Juſtinus in Colloq. cum Tryphone, Δείκνυσι, &c. (*Oſtendit, Circumciſionem in ſignum datam eſſe, non ut opus juſtitiæ.*) Circumciſio illa aſpectabilis ſignum erat circumciſionis internæ factæ per fidem: quæ & *juſtitia fidei* jam dicetur[t]. Spectavit Paulus Gen. 17. 11[v]. Signum hoc erat; 1. memorativum fœderis inter Deum & Abrah[x]. quod tres continebat promiſſiones datas Abrahæ; 1. de multiplicatione ſeminis: 2. de poſſeſſione Canaan, &c[y]: 3. de Meſſia ex ipſo oriundo[z]. 2. Diſtinctivum ab aliis gentibus[a]. 3. Introductivum in fœdus Dei & in cenſum populi Dei[b]. 4. Demonſtrativum, & aliquo modo curativum, peccati originalis, &c[c]. 5. Præfigurativum & baptiſmi Chriſtiani & circumciſionis ſpiritualis[d]. In nexu eſt gemina occupatio: Si Abraham accepit juſtitiam fidei in præputio, ad ſolos præputiatos videtur pertinere ejus exemplum. Nequaquam: Nam & circumciſionem accepit, quæ eſt Judæorum. At fruſtrà eam accepit, ſi juſtitiam fidei jam habuit. Minimè fruſtrà. Accepit enim ut *ſigillum*, &c*. ¶ *Signaculum*, Σφραγῖδα, &c.] *Signaculum*, ſive *ſigillum*, (vel, In *ſigillum*, Pi. ſic Ar. Quod eſſet *ſigillum*, Be. ſic Ca. Zeg. *Quod obſignaret*, P.) *juſtitiæ* (vel, *juſtitiam*, P.) *fidei*, Er. Il. Ti. Mo. Tre. ex Sy. vel, *ejus juſtitiæ quæ fidei eſt*, ſive, *quæ per fidem contingit*, Zeg. Circumciſionem corporis vocat σφραγῖδα[f]; tum, 1. ex parte Dei, in teſtimonium illius fidei, & obſignationem juſtificationis præcedentis[g]; nempe juſtitiæ fidei, h. e. per fidem receptæ[h]: [tum, 2.] ex parte Abrahami; quia ſicut teſtes, cùm annulum imprimunt inſtrumento, oſtendunt id eſſe ſincerum; ſic & Abraham imprimens ſibi notam circumciſionis, plenam doloris & irriſam apud cæteros, oſtendit *juſtitiam*, i. e. ſinceritatem, *fidei ſuæ*. Deus enim promiſerat Abrahamo, *ſtirpem in multas gentes exituram*; addiderat, *ſe daturum poſteritati ipſius terram Cananæam*, ac præterea, *ſe Deum futurum*, i. e. εὐεργέτην, *tum ipſi*, *tum poſteris ejus*: & in teſtimonium fidei habitæ his promiſſis, voluerat notam illam corporibus imponi, ut legimus Gen. 17. 11. Σφραγὶς reſpondet Hebræo חותם, ſignificàtque *annulum ſignatorium*, ut videre eſt Cant. 8. 6. Jer. 22. 24. Ezec. 28. 12. Agg. 2. 23. unde & δακτύλιον vertitur Gen. 38. 18, 25. aut etiam ipſam *ſculpturam quæ eſt in annulo aut in re alia*, Exod. 28. 11, 21, 36. & 39. 6, 14, 30. Hinc verbum חתם, quod eſt σφραγίζειν, 1 Reg. 21. 8. Neh. 10. 1. Eſth. 8. 8, 10. Eſa. 8. 16. & 29. 11. Jer. 32. 10, 11, 44. Dan. 6. 17. & 9. 24. & 12. 4. De cujus verbi uſu κατὰ μεταφορὰν diximus Joh. 3. 33. Scriptor Reſponſ. ad Orthod. ait meritò σφραγῖδα hanc, i. e. circumciſionem, *ei parti impreſſam*, *quæ per naturam inutilis*, *per fidem actuoſa facta fuerat*, Reſp. 102. Chryſoſt. verò circumciſionem comparat notæ impreſſæ in militum cutem, quæ oſtendit eos ad Imperatorem pertinere[i]. Obſignatur aliquid, vel, 1. ut clauſum ſit atque ſecretum[k], & σφραγίζεσθαι valet, *claudere*, *occultare*, ut Matt. 27. 66. Apoc. 5. 1. & 10. 4[l]. Vel, 2. ut ratum ſit ac firmum[m]. Et nomen [σφραγὶς] & verbum [σφραγίζεσθαι] præcipuè ſignificat obſignationem quæ fit majoris fidei & authoritatis causâ; ut videre eſt 1 Cor. 9. 2. 2 Cor. 1. 22, &c. 2 Tim. 2. 9. Apoc. 7. 2, 4[n]. Senſus ergò eſt, vel, 1. circumciſione, velut ſigillo, clauſam & occultatam olim fuiſſe juſtitiam fidei, tempore Evangelii revelandam, juxta Rom. 1. 17. & 3. 21[o]. Non placet. Quomodo enim accepit circumciſionem ad occultandam juſtitiam fidei, quam Deus ei expreſſo verbo imputavit? & quomodo factus eſſet Pater credentium in re occulta[p]? Vel, 2. circumciſionem ei datam, ut ſigillum, quo præcedens ejus juſtitia comprobaretur, certáque ac firma redderetur[q]. Hoc malim[r]; quia hîc non loquitur de juſtitia fidei in genere, ſed de juſtitia Abrahæ, quæ per circumciſionem ejus non fuit occultata, ſed potiùs declarata ſimul & confirmata†. Σφραγὶς propriè eſt nota ſignatoria diplomatibus addita ἀσφαλείας causâ, tam ex dantis quàm ex accipientis parte[t]. *Juſtitia fidei* eſt, remiſſio peccatorum fide accepta propter redemptionem Chriſti. Hanc obſignavit circumciſio; tum 1. ex analogia ſigni, quòd ut Abr. præputium carnis cultro cruento amputavit, ſic Deus præputium cordis ejus, ſeu peccata per ſanguinem Chriſti expiata, gratìs remitteret: 2. pactionali ſtipulatione, quòd quàm certò carne circumcideretur, tam certò Deus cor ejus purificaret, juxta promiſſionem Gen. 17. 10, 11. Deut. 30. 6[v]. Circumciſio erat ſigillum teſtificativum & confirmativum[x]; vel, teſtimonium quoddam[y] juſtitiæ acceptæ per fidem[z]. *Signaculum*, &c. i. e. ſignum, quo certior redderetur, ſe juſtificatum eſſe per fidem quam habuerat cùm adhuc eſſet incircumciſus[a]. Quod autem de circumciſione dicitur, de genere toto Sacramentorum eſt intelligendum, quòd ſint ſigna & ſignacula juſtitiæ fidei, quæ eſt remiſſio peccatorum propter Chriſtum, quòd confirment veritatem

[k] Di. [l] Par. [m] Par. ſim. Pi. [n] Pi. [o] Be. [p] G. † T. [q] V. [r] G. † Tol. [t] Tol ſim. Par. [v] Par. [x] Tol. ſim. Par. E. [y] T. ex Me. [z] Tol ſim. Me. [a] Par. [b] E. [c] G. [d] Bra. * G. ſc E. Me. T. Pi. [f] Tol. [g] G. [h] Di. [i] Di. Zeg. Me. &c. [k] Par. [l] Pi. [m] Par. ex Be. [n] Par. † Per. [o] Pi. [p] Di. [q] G. [r] Be. † Par. [t] G. [v] Per. [x] Per. ſim. Tol. [y] Per. [z] Per. ſim. Tol.

[a] Per. ſim. Par. [b] Par. [c] Per. ſim. Par. [d] Per. * Par. [f] G. [g] Ham. [h] Gom. ſim. E. [i] G. [k] E. ſim. Par. [l] Par. [m] E. [n] Par. [o] E. ex Orig. [p] Par. [q] E. ex Chryſ. &c. [r] E. ſim. Par. † E. [t] Par. dub. 6. [v] Par. [x] Zeg. [y] Tol. ex Chryſ. & Theodor. [z] Tol. ex Chryſ. &c. ſim. Zeg. [a] V.

tatem

tatem ejus doni, aut gratiæ, quæ vel antea per fidem habita est, vel in externo Sacramenti signo repræsentatur [b]. ¶ *Quæ* (Ambiguum est, & referendum, vel, 1. ad fidem: vel potiùs, 2. ad justitiam fidei, h. e. quam ex fide acceperat [c].) *est in præputio*, τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ] *Fidei quæ* (vel, *quæ* fuerat, Er. P. Tre. Il. &c. vel, *receptæ*, Be. Pi. vel, *quam* habuisse dignoscitur, Zeg.) *in præputio*, Mo. *Ejus fidei quam habuerat etiam nondum circumcisus:* ἐν hîc ut suprà v. 10 [d]. ¶ *Ut*, &c. Εἰς τὸ εἶ), &c.] *Ut esset* (nimirum statim ab ipsa circumcisione, & pòst continuè [*].) Duo de Abr. dixerat, 1. eum justificatum fuisse in præputio: 2. & postea circumcisionem accepisse, &c. Causam & mysterium utriusque nunc exponit [f].) *pater*. Μυστικῶς· quo sensu πατέρα λόγου dixit & Philo. Sic *pater* est qui aliis præit institutione aut exemplo. Vide quæ diximus ad Matt. 13. 19. Joh. 3. 3. Just. contra Tryph. τέκνα, &c [g]. (*filii Abraham propter fidem similem.*) *Pater*, id est, præcipuum exemplar ad imitationem propositum [h]. *Pater fidelium* dicitur, non effectivè, quasi fidei effector in eis; sed analogicè, propter gratiam fœderis ei datam eâ lege ac jure, ut ipse patris instar ad omnes fideles justitiam fidei doctrinâ & exemplo suo propagaret [i]: & quia promissio Abrahæ facta est non pro se tantùm, (ut multis ante ipsum Patribus factum,) sed etiam pro posteritate sua, non quidem carnali, sed spirituali, &c [k]. ¶ *Credentium per*, &c. Δι' ἀκροβυστίας] *Præputiatorum*, Ca. sim. V. *Per præputium*, Er. Ti. Mo. *In* (vel, *Ex*, Tre. ex Sy.) *præputio*, Il. P. Be. Pi. Ar. &c. sub. *exsistentes*, Ar. Διὰ hîc idem valet quod modò ἐν [l]. Sic Rom. 2. 27. διὰ γράμματ☉, &c. *in litera*, &c [m]. 1 Tim. 2. 15. διὰ τεκνογονίας, *in filiorum generatione* [n]. Heb. c. 7. v. 9. διὰ Ἀβραάμ, *in Abrahamo*, &c. 2 Pet. 3. 5. δι' ὕδατ☉, *in aqua* [o]. Sic διὰ χειρὸς ἔχειν, *in manu habere*, διὰ στόματ☉ εἶ), *in ore esse populo*, dicunt etiam Græci elegantiores [p]. Sic, δι' ἡμέρας, *interdiu*, διὰ βίου, δι' αἰῶν☉, *per vitam, per ætatem totam* [q]. ¶ *Ut reputetur & illis* (fides scilicet [r]) *ad justitiam*] Ut justificentur, sicut ipse, quamvis incircumcisi sint †. Idem est, *justitiam imputari per fidem*, quod, *fidem imputari in justitiam*. Significat enim *asscribi alicui laudem fidei nomine*. Nam & *laus* dicitur *justitia* per μετωνυμίαν. *Justitiæ deputatus est*, ait Tertullianus [t].

12. *Et*, &c. Καὶ πατέρα, &c.] *Et* (Repete ex præced. *ut esset* [v]) *pater circumcisionis*, Be. Pi. &c. i. e. auctor & institutor circumcisionis, quæ signum est fœderis, benedictionis, & justitiæ [x]. Al. περιτομὴ hîc intelligenda interior illa cordis [y]. ¶ *Non*, &c. Τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι, &c.] *Non circumcisis solummodo, sed etiam iis qui*, &c. V. *Non iis tantùm qui sunt ex circumcisione, sed & iis qui sectantur*, &c. Vulg. Id est, οὐ μόνον τοῖς ἐκ περιτομῆς [z]: quamvis ejusmodi trajectiones interdum apud Hebræos inveniantur: vide infrà v. 16. & 23 [a]. Non solis Judæis, Israelitis, Idumæis, & Cethuræ posteris: ἐκ hîc sume ut suprà 2. 8, 27. & 3. 26. τοῖς hîc generale est, quod deinde dividitur in duo membra; nisi cum Syro mavis arbitrari trajectas hîc voces, ut sit, τοῖς οὐκ, pro, οὐ τοῖς [b]. Verborum transpositio est, qualis 1 Thes. 1. 8. Ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγ☉ τοῦ Θεοῦ οὐ μόνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ, &c. pro, οὐ μόνον γὰρ ἀφ' ὑμῶν, &c. Sic & 2 Tim. 2. 6. ubi nos vertimus, *Laborandum agricolæ est*, &c. Sensus est, q. d. Pater est omnium fidentium, tum circumcisorum, tum præputiatorum. Sed quomodo pater est, cùm mortuus sit? Resp. Pater est noster non apud nos quibus non vivit, sed apud Deum cui vivit, nam *ei vivunt omnes*, Luc. 20. v. 38. & à quo revocandus est in vitam [c]. Al. *Iis* (sub. *videlicet*, Be.) *qui non solùm sunt ex circumcisione*, sive *circumcisi*, *sed qui etiam incedunt*, vel *ingrediuntur*, &c. Be. Pi. Er. vel, *Non his qui nihil aliud sunt quàm circumcisi, sed his qui etiam incedunt*, Er. Significat, eum non esse patrem Judæorum, nisi sequantur illius vestigia [d]. Vel καὶ transpositum est, & pro, ἀλλὰ καὶ τοῖς, legendum, ἀλλὰ τοῖς καὶ [*]· vel secundum τοῖς redundat [f], quia καὶ cohæret cum στοιχοῦσι, quod pendet à τοῖς præcedente [g]; quasi dicatur, τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον, (οὖσιν, Pi.) ἀλλὰ καὶ στοιχοῦσι [h] vel, quod malim, sic, οὐ τοῖς ἐκ περιτομῆς μόνον, ἀλλὰ τοῖς καὶ στοιχοῦσι [i]. Vox, στοιχεῖν, in his Libris & in Epiphanio frequens [k]. Στοιχεῖν τοῖς ἴχνεσι, ἴχνεσι βαίνειν, εἰς ἴχν☉ ἰέναι, κατ' ἴχν☉ ἀκολουθεῖν, sunt locutiones

[Margin: b Q. in Per. — c E. — d G. — * Glas. gram. 3 3. 47. 651. — f Par. — g G. — h Glas. rhet. 1. 12. 368. — i Par. — k Tol. — l G. sim. Ga. Glas. — m Glas. G. — n Glas. Ga. — o Glas. gram. 3. 6. 9. 538. — p G. — q Ga. cin. 15. 331. — r E. Me. — † Tol. — t G. — v Idem. — x Me. — y G. — z Be. sic Ca. — a Be. — b G. — c Ca. — d Er. ex Chrys. & Theophil. sim. Tol. Be. — * Er. sim. Be. — f Pi. sim. Er. Be. — g Pi. — h Pi. Er. — i Er. — k Cas.]

κατ' ἰσαγωγὴν, pro *imitari*, etiam apud elegantes Græcos. Hebræi pro eodem dicunt, הלך בדרך. Nam & דרך ἴχν☉ vertitur, Prov. 30. 19 [l]. Habet vox στοιχεῖν ordinis, convenientiæ, & consensûs, aliquam significationem. Hesychius, στοιχῶ, *counio*. Syrus ergò hîc habet, לאילין דשלמין לעקבתא, quod non verto cum Tre. *Eorum qui incedunt per vestigia:* nec cum Boder. *eorum qui perfectè insistunt vestigiis*; sed, *illis qui consentiunt vestigiis*, i. e. qui eisdem vestigiis cum ipso conveniunt. Vide locum parallelum, Gal. 6. 16 [m]. Metaphora *vestigiorum* respicit mandatum [n]. *Incedere vestigiis fidei*, non accipiendum de fidei fructibus, sed idem valet quod *credere* [o], vel, *fidem ejus imitari* [p]. ¶ *Quæ est* (vel, *fuit*, Be. Pi.) *in præputio*] i. e. Quam habuit cùm adhuc esset incircumcisus [q]. Emphaticè declarat hæc fidei ταὐτότης, fidem non aliam in Judæis fidelibus quàm in Abraham præputiato requiri, nempe quæ justitiam quærat non in circumcisione aut in operibus Legis, sed in gratia [r]. ¶ *Patris nostri Abrahæ*] More Hebræo nomen posuit pro demonstrativo pronomine †. Omnes fideles justitiâ fidei imputatâ justificari probat ex vi correlativorum. Privilegia enim & feuda parentum transeunt ad filios hæredes. Promissum erat Abrahæ, *ipsum fore patrem multarum gentium*, Gen. 17. 4. non tantùm secundùm carnem, quomodo pater fuit *Israel. Ismael. Midian.* &c. ut Hebræi intelligunt, (quia Deus ipse expressè, exclusis aliis gentibus, restrinxit promissionem ad unam gentem carnalem, *In Isaac vocabitur tibi semen.*) sed secundùm Spiritum & fidem, &c [t].

13. *Non*, &c. Οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία, &c.] *Non enim* (Disputatio hæc Pauli est prorsus concatenata & argumentosa, ut alterum pendeat & probetur ex altero: unde perpetuæ hîc particulæ causales & illativæ, ὅτι γὰρ, διὰ τοῦτο, οὖν. Artificium ergò est planè Divinum, cujus observatio totam disputationem claram reddit, neglectus obscurat [v].) *per legem* (scil. Mosis [x], sub conditione observandi Legem Mosis [y], quippe quæ nondum tunc erat. Idem sensus Gal. 3. 18 [z]. Per Legis observationem ex operibus [a]: vel, per legem naturæ [b]. Νόμ☉ absque articulo signif. legem tam naturæ quàm scriptam; ὁ νόμ☉, Legem Mosis scriptam [c]. *Per legem*, idem hîc quod, *per justitiam legis*, sive quæ est ex Lege, scilicet præstita; ut dicitur Rom. 10. 5. & Phil. 3. 9. ut docet antithesis *justitiæ fidei*, in fine versûs [d]. Διὰ νόμου, pro, ἐκ νόμου, *ex lege:* ut ostendit versus sequens. *Lex* autem metalepticè significat opera Legis [*].) *promissio* (vel 1. propriè dicta [f], actus promittentis Dei, ut Gal. 3. 19 [g]. Vel, 2. impropriè pro re promissa [h]: ideo non dicitur, ἡ ἐπαγγελία τοῦ εἶ), vel εἰς τὸ εἶ), *ut sit*; sed, τὸ εἶ) αὐτὸν, &c. *nempe esse hæredem*. In Gal. 3. 16. est, *promissiones*; quæ inprimis duæ, una Gen. 17. 7. *Ero Deus tuus*, &c. altera Gen. 22. 18. *In semine tuo* [i].) *Abrahamo, aut* (ἢ hîc excludit Judæos infideles ab utroque & Abrahæ & seminis exemplo; éstque tacita occupatio. Esto: Abrahæ promissum hoc est sub conditione fidei; at semini, sub conditione operum, *Qui fecerit ea, vivet in iis*. Minimè, inquit [k]. Sive Abrahamum spectes, sive semen ejus, nec illi, nec his, contingere potuit hâc promissione frui aliter quàm per justitiam fidei [l]. Al. ἢ, *aut*, hîc positum pro καὶ, *&* [m].) *semini ejus*, Be. Par. &c. Si non ipsi, ergò nec *posteritati ejus:* nam eadem est promissio Gen. 17 [n]. Dicit, *Abrahæ aut semini*, alludens ad duas promissiones, Gen. 12. *In te benedicentur*, &c. & Genes. c. 22. *Benedicentur in semine tuo*, &c †. Elliptica hîc est oratio. Supplent ergò [o], vel, *contigit*, Er. Zeg vel, *cessit*, Be. vel, *facta est*, Pi. Zeg. vel, *data est*, Be. Pi. Par. Gom. vel simpliciter, *est*, pro *habet:* & totum versum sic verto, *Non enim per legem Abraham aut semen ejus promissionem habet, nempe esse hæredem mundi, sed per justitiam fidei* [p]. *Semen* hîc pro posteritate [q]. At Gal. 3. 16. *semen*, cui cum Abrahamo promissiones factæ dicuntur, est Christus, qui nec fide justificatus est, nec hæres per justitiam fidei. Resp. Dupliciter considerantur tum Abrahamus tum semen ejus. Abrahamus quidem, 1. quasi fons quidam benedictionis, qui continuit in se eum à quo benedictio ad cæteros dimanavit; & quasi dux quidam fœderis, cui primò dictum est, *Ero Deus tuus*, &c. 2. ut cum semine suo in idem comprehensus corpus, & cum illis fœderis & benedictionis particeps. Similiter semen Abrahæ est, vel, 1. primarium,

[Margin: l G. — m Di. — n Par. — o Be. — p G. Pi. — q V. sim. Me. — r Par. — † G. — t Par. — v Idem. — x Ham. sim. Be. — y G. sim. T. — z G. — a Gom. sim. Be. — b Be. — c Par. — d Pi. — * Par. — f E. sic Tol. ex Chrysost. Theodor. &c. — g Q. in Di. — h Q. in Er. sic Di. — i Di. — k Par. — l Di. — m Q. in Par. Sy. & Be. in Di. — n G. — † E. — o Di. — p Idem. — q V.]

rium, quod unicum est & singulare, caput fœderis & fons benedictionis & Abrahamo & filiis ejus; de quo Gal. 3. 16. nempe Christus, cui hoc privilegium per gratuitam beneplaciti Divini promissionem concessum est. Vel, 2. secundarium, de quo h. l. turba scil. credentium, qui cum Abrahamo fœderis ac benedictionis particeps est, idque per justitiam fidei[r]. [Connexionem non uno modo instituunt:] Probat Paulus id, quod & priùs, Abraham non Lege, sed fide, esse justificatum †. Non placet: quia *justitia fidei* hîc est medius terminus. Non igitur hoc concludit, sed per hoc aliud probat, quod proximè dixit, filios Abrahæ ex circumcisione tantùm eos esse *qui insistunt*, non dicit, *vestigiis Abrahami*, quod ad circumcisionem, vel opera, referri possit; sed, *vestigiis fidei Abrahami*[t]. Duplex erat quæstio; una v. 9. altera v. 10. Ad secundam respondet ὕστερον πρότερον quidem, sed tamen accommodatissimè, si rem ipsam spectes, quia ab hoc exemplo Abra. generalis aliorum justificandorum ratio dependet. Ad primam sic respondet, nempe filios esse Abrahami, & ejusdem modi justificationis participes omnes fideles cùm incircumcisos, v. 11. tum circumcisos, v. 12. Utramque responsionem hîc confirmat, quia Abr. & semini ejus promissio data est gratuità per fidem justitiæ imputatione, ideóque sine ullo circumcisi aut incircumcisi discrimine[v]. Al. Cohæret hoc cum sententia versûs 3. & 6. Est aliud argumentum quo probat propositum principale, scil. hominem fide justificari, quia fide fit hæres vitæ: quod probat exemplo Abrahæ, &c[x]. Justitiam non ex Lege, sed ex fide, esse, quod cap. præc. docuit, h.l. probat novo argumento; sumpto nimirum ex promissione hac multò ante Legem facta, idque, ut ex Scripturis constat, absolutè & sine conditione; ideo promissio illa erat prorsus gratuita[y]. Probat, Abrahamum patrem esse omnium credentium etiam præputiatorum, & consequenter justitiam nobis obtingere, Legísque opera, sed per fidem: idque hoc argumento, Benedictio, i. e. justitia & salus non per Legem, sed ante eam, & ob fidem, promissa fuit & data Abrahæ, ut esset exemplar posterorum, &c[z]. ¶ *Ut*, &c. Τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶ), &c.] Est species hyperbati: hæc enim verba avulsa sunt ab ἐπαγγελία, cum qua cohærent, & articulus τὸ ponitur πτωτικῶς, vel pro ταύτη δηλονότι, *hæc videlicet*, exponens speciem promissionis, de qua loquitur; vel, ἡ ἐπαγγελία, & τὸ εἶ) κληρονόμον, conjunguntur appositivè, tanquam eadem vel connexa, ex collat. v. seq. ubi κληρονομία & ἐπαγγελία discernuntur ut connexa[a]. [Verba sic reddunt,] *Ut*, vel *Quòd*, *hæres esset mundi*, Er. Be. Pi. *Hæres* hîc dicitur tum passivè, respectu Dei à quo hanc hæreditatem accepit; tum activè respectu posteritatis, ad quam hæreditatem transmisit: ut hæres mundi sit idem quod Possessor, Dominus, Pater mundi[b]. Quia apud Hebræos res soli hæreditate acceptæ erant inalienabiles, ideo omnis firma atque perpetua possessio ipsis dicitur נחלה, *hæreditas*, ut Psal. 2. 8. & alibi[c]. Sed nusquam legimus promissam Abrahæ hæreditatem orbis[d]. Quî ergò hic *hæres* erat *mundi?* Resp. 1. *Mundus* hîc synecdochicè ponitur pro terra Canaan*, quæ pars erat mundi primaria, & à Deo selecta in peculium populi sui. Confer Num. 23. 13. ubi in Chald. par. populus Israel. dicitur *hæreditare mundum*[f]. 2. *Mundus* synecdochicè hîc magnam mundi partem complectitur[g], quæ *orbis terræ* dicitur Esa. 13. 11. & 14.17. Luc. 2. 1. &c[h]. Respicit promissum illud, *Benedictæ erunt in eo omnes familiæ terræ:* quod latiùs pertinet quàm ad solius Cananææ possessionem. Nam ex eo promisso Abrahami posteritas præter Judæam tenuit Idumæam & cætera Arabiæ, Æthiopiæ etiam non pauca. Quæ felicitas arcanam gerebat imaginem æternæ felicitatis: quod & Philo agnoscit & rectè explicat Libro, Quis rerum Divinarum sit hæres; & apertè nos docet Scriptor ad Hebræos, 11. 9, 10, 13. Christus *omnium hæres*, Hebr. 1. 2. & 2. 5, &c. & cum Christo Christiani, Rom. c.8. v.17. Apoc. 2. 26[i]. 3. Dicitur *hæres*, i. e. Dominus, (nam & veteres Latini, teste Festo, *hæredis* nomine Dominum intelligebant,) & quidem paternitatis jure, *mundi*, i.e. omnium nationum, ut explicatur v. 16, 17. spirituali scilicet, non carnali, ratione[k]; vel, omnium fidelium in toto mundo †. Non placet: sic enim fideles essent & hæredes (ut vocantur v. seq. quia hæc promissio semini quoque Abrahæ facta dicitur[k]) & ipsa hæreditas[l]. 4. Abraham & semen ejus, sicut peccato maledicti, extorres & exhæredes facti sunt, ut nè in minimam creaturam dominium haberent: sic contrà, eo ipso quòd Deus sit Deus ipsorum, Gen. 17. 17. restituuntur, tanquam filii, in jus & dominium omnium paternorum bonorum; quúmque præter Deum & mundum nihil sit, hæredes mundi simus, terrestris, cœlestis, præsentis, futuri. Unde 1 Cor. 3. 21. *Omnia vestra sunt*, & inter ea *mundus*, & quæcunque in eo sunt, *præsentia & futura*. Hinc est quòd, quum terrena beneficia promittuntur fidelibus, dicantur fore *hæredes terræ*, Psal. 25. 13. & 37. 9. Matth. 5. 5; quum cœlestia, *hæredes cœli*, Matth. 25. 34. Hujus porrò totius mundi hæreditatis symbolum & pignus erat hæreditas terræ Canaan. Adde quòd Hebræis עולם, *mundus*, pro futuri mundi beatitudine usurpatur[m]. Alii semen interpretantur de Christo, qui verè est hæres mundi, Psal. 2. 8. Huc quidem tandem venitur in promissione: sed genuinus sensus est alius[n]. Abrahamus *hæres* erat & Dominus *mundi* per filium ejus Messiam[o]. Abrahæ fides, benedictio, & filius Christus, omnes gentes sibi subegit[p]. *Mundus* hoc loco denotat hæreditatem cœlestem, per possessionem terræ Canaan olim adumbratam[q]; de qua Apostolum loqui hîc & v. seq. & v. 16. dubium non est, & tota hæc de justificatione disputatio id satis ostendit[r]. ¶ *Sed per justitiam fidei*] Id est, per animi probitatem, quæ partim in fide consistit, partim ex fide nascitur alitúrque †. Al. Per justitiam fide apprehensam[t], & gratis imputatam[v]. Non per circumcisionem, aut Legem[x], sed quia Deo credidit. Suppleri debet hoc consequens, Igitur hæreditas & effectus promissionis non per Legem, sed per fidem, est accipienda[y]: vel, Non igitur filii & hæredes sunt qui operibus, sed qui fide, justitiam quærunt[z]. Hoc satis insinuatur, quia v. seq. argumentatur ab opposito hujus consequentis[a].

14. *Si*, &c. Εἰ γὰρ οἱ ἐκ νόμου] *Etenim si ii qui ex lege*, sub. *sunt*, Be. Pi. &c. id est, qui Legem Mosis exteriùs implent, nempe quà tales sunt. Ἐκ rursum hîc, ut modò v. 12[b]. Al. *qui ex lege*, id est, vel Judæi[c], quibus Lex data est[d]; vel, qui Legem observant*; qui Legem perfectè implent[f]; qui Legis observationem profitentur[g]; qui *ex operibus legis* sunt, ut Gal. 3. 10[h]. *qui ex lege* sunt, ut justificante, id est, ex Lege justitiam parant[i]; operibus suis, seu Legis impletione, nituntur[k]. Usitata est phrasis Apostolo. Sic Rom. 2. 8. τοῖς ἐξ ἐριθείας, quod idem cum τοῖς υἱοῖς ἐριθείας: sicut contrà, υἱοὶ ἀπειθείας, Eph. 2. 2. idem cum οἱ ἐξ ἀπειθείας, qui vitiis ità imbuti sunt ut quasi eorum filii videantur. Ità *qui ex lege* sunt filii Legis, eam quasi matrem profitentes, ex qua sint quòd sunt, idque aut per nativitatem, ut omnes & soli Judæi; aut per studium, ut qui animo & studiis se Legi dederent, ab eáque sic penderent ut spes eorum fiduciáque ex ea nasceretur: & de his hoc loco agitur[l]. Hîc relicto sensu historico ad mysticum venit[m]. ¶ *Hæredes sunt*] Scilicet promissorum[n], vel mundi, ex v. præced[o]. id est, adipiscentur bona illa futuri seculi[p]. ¶ *Exinanita est*, &c. ità Mo. Κεκένωται, &c.] Respondet Hebræo אמל, Jer. 14. 4. & 15. 9. Id significat, *vi carere*. Sic κενῶσαι habes & 1 Cor. 1. 17. & 9. 15. 2 Cor. 9. 3[q]. [Sic vertunt,] *Inanis* (vel, *vana*, Ca. Sy. *Irrita* Er.) *facta est* (frustra prædicatur[r], inutilis est †, & infructuosa ad justitiam[t],) *fides*, Il. Ti. Tre. P. Be. Pi. vel, 1. Dei promittentis[v]; vel, 2. Abrahæ[x], posteritatísque ejus credentis †: fides vel Abrahæ credentis promissioni; vel potiùs nostra, quâ per Christum justitiam exspectamus[y]. Si Lex Mosis exspectanda in hoc fuit[z], si ad hanc hæreditatem comparandam requiratur Legis impletio[a], nihil Abrahamo fides sua profuit[b]: planè frustrà credetur[c]. ¶ *Abolita*, &c. Κατήργηται, &c.] *Abrogata*, vel *Antiquata*, (vel, *Irrita facta*, Er. V. sim. Be. Pi. *vana ac frustraria*, Zeg. Inefficax reddita[d]: *Evacuata*, Par.) *est* (vel, *esset*, Par.) *promissio*, Er. V. vel, *illa promissio*, Be. Pi. scilicet Dei*, Abrahæ facta[f], de hæreditate gratuita[g]. *Ergo promissa illa*, multò ante Legem Mosis facta Abrahamo, *effectu carurere*[h], & Deus vanâ promissione illum delusit[i]: frustrà illi promissioni creditur, & frustrà fit illa promissio[k]: 1. quia hâc ratione effectus, id est, res promissa, à Lege pendet, non à promissione[l]: sic hæreditas esset ex debito,

r Di. † Plerique in Par. sim. Me. t Par. v Gom. x Pi. y E. z Me. a Par. b Par. c G. d Par. * Q. in Par. sim. Glas. f Glas. rhet 1. 16. 457. g G. h Glas. ib. i G. k Pe. † Par. sim. Lra ex Be. Q. in Com.

k Di. l Di. Com. m Di. n Par. o T. p Me. q Pi. sim. Gom. r Pi. † G. t Gom. v Par. x T. sim. Tol. y Tol. z Par. a Tol. b G. c V. E. d E. * V. sim. Zeg. Me. f Gom. sim. Be. g Camer. h E. Be. i E. k Be. l Di. m G. n Zeg. o Pi. p G. sim. Pi. q G. r V. † Zeg. t Tol. v Zeg. x Zeg sim. Par. E Me. T. † Zeg. sim. Par. y E. z G. a Be. b G. sim T. c Me. d Pi. * Par. f E. sic Me. Tol. g Par. sim. E. Tol. &c. h G. i Pi. k Be. l E.

debito, non ex gratia. At fidei & promissioni nihil cum debito. Confer v. 4. & Gal. 3. 18 [m]. 2. Quia frustratur effectu, ut quem nemo per Legem consequi possit, quia Lex neminem ad justitiam perducit [n], quia eam nemo præstare potest, ut antè demonstratum [o]. Argumentatur ex effectis repugnantium [p]. Κατήργηται, ut modò κεκένωται, hîc non Susceptionem actionis, sed ipsam Existentiam, significat; sicut δεδικαίωται interdum est, *justus fuit*. Sic Gal. 5. 4, 11. Sic בטל ἀργεῖν vertitur Eccles. 12. 3 [q]. Differunt κενὸν & ἀργὸν· κενὸν est, *vacuum*, sive *vanum*; ἀργὸν est, *iners atque ignavum*. Fides, inquit, esset κενή, quasi somnium, &c. promissio ἀργὸς, nobis non prodesset, &c. Singulis apta epitheta tribuit [r].

15. *Lex* (id est, Mosaica scilicet, quoad omnia præcepta, naturalia seu moralia, ceremonialia, judicialia †: Lex moralis Tabulis inscripta, de qua hîc agi ex scopo & circumstantiis loci apparet [t].) *enim iram* (vel, 1. nostram, hoc est, efficit contumaciam (vel indignationem [x]) adversùs Deum [y], qui tulit talem Legem [z]: vel, 2. Dei, i. e. pœnam [a]; ut ὀργὴ sumitur Rom. 2. 5, 8. & 3. 5. vide & Matth. 3. 7 [b]. vel, damnationem [c].) *operatur*] Non per se, sed per accidens [d], scilicet quatenus transgressione violatur *, occasione Legis, peccatum vetantis, quo homines suo vitio irritantur, &c. ut docetur Rom. 7. 7, 11, 12, 13 [f]. Vel, *operatur*, i. e. manifestat: ut verba realia sæpe de notificatione intelliguntur [g]. Novum argumentum [h]: Lex iram potiùs & maledictionem, quàm hæreditatem vel benedictionem, adfert [i], quia occasio est prævaricationis [k]. Ostendit quid faciat Lex illa Mosis, quatenus est Lex Mosis tantùm, id est, quatenus distinguitur ab iis præceptis & interdictis quæ ab initio fuerant. Nam *infert pœnam* gravibus peccatis, & quidem certam, & in multis lethalem, cùm antè crimina multa dissimularentur; alia pœnam haberent aut levem, aut arbitrariam. Κατεργάζεσθαι ponitur apud Interpretes pro עשה, & pro פעל; quorum utrumque *effectionem* qualemcunque significat. Inter virtutes Legis Modestinus ponit *punire*, ut suprà diximus. ¶ *Ubi*, &c. Οὗ γὰρ, &c.] Meliùs MS. οὗ δὲ [l]. *Ubi enim non est lex, ibi nec transgressio est*, Be. Pi. id est, non agnoscitur [m]. Ergò ubi est Lex, ibi est transgressio & ira. Argumentatur à necessario nexu causarum & effectorum. Sicut valet, Ubi Sol non est ortus, non est dies: Ergò ubi Sol est ortus, ibi dies est [n]. Non dicit, *Non esse peccatum*, sed *non esse* שגיון, id est, *contemptum legis* à Deo non per collectiones, sed expressim, datæ; ac proinde minùs esse pœnæ meritum. Vide quæ diximus suprà 2. 9. 12. & 3. 20 [o].

16. *Ideo*, &c. Διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως] *Propterea ex fide*, Be. &c. vel, *propter fidem*, V. vel, *respectu fidei*, G. sub. *datur*, V. vel, sub. *contingit justitia*, Zeg. vel, sub. *est hæreditas*, Be. Pi. Par. sim. Camer. vel, sub. *promissio*: facta sunt Abrahamo egregia illa promissa. Pendet enim hoc ex illis quæ suprà v. 13 [p]. Mirè compacta est hujus versûs ratiocinatio [q]. Argumentum tale est, Aut ex Lege est hæreditas, aut ex fide [r]: Non ex Lege, ut probatum v. 14, 15. Ergò ex fide: quod hîc ampliùs confirmat †, ex promissionis tum gratia, tum universali atque omnimoda firmitate [t]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα κατὰ χάριν] Unde factum est ut promissum esset ingens, quippe procedens ex summa Dei benevolentia tanquam ab amicum: ut diximus suprà. Amicus amicum liberaliter remunerat, & tantò liberaliùs quantò ipse major est. Conductor operæ operam pari hostimento repensat [v]. *Ut* (sub. *fit*, Be. Pi. Par. nempe hæreditas [x]) *per gratiam*, Be. &c. ut promissio agnoscatur gratuita & indebita [y], ut gratiæ debeamus hæreditatem, non Legi [z]. Quid ità? quia fides & gratia mutuò se ponunt & tollunt: Fides solâ gratiâ nititur; Gratia tantùm credenti promittitur & datur, sicut dixerat v. 4, 5 [a]. ¶ *Firma*, &c. Εἰς τὸ βεβαίαν εἶ, &c.] *Ut firma sit promissio* (quæ si ex Lege esset, incerta foret & infirma ob imbecillitatem hominis, qui Legem præstare non potest [b]: *firma*, utpote in immutabili Dei beneplacito, & perfectâ æternâq; Christi justitiâ fundata, non autem in hominis voluntate mutabili, & instabili obedientia. Vide Ezec. 16. 61. Rom. 9. 11. & 11. 29 [*].) *toti semini*, Be. Pi. &c. Vis consecutionis est in παντὶ, *toti semini*: quod proinde Apostolus ampliùs declarat [c]. *Semini*, nempe Abrahæ, hoc est, omnibus credentibus [d], tam Gentilibus quàm Judæis *. Altera ratio cur fidem Deus respexerit, ut paria sperare possent pii, quibus à Deo lex nulla erat data, οἱ σεβόμενοι Ἕλληνες. *Semen* hîc intellige μυστικῶς, ut modò v. 11. nomen *patris* [f]. ¶ *Non*, &c. Οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον, &c.] *Non* (vel, Id est, *non*, Be. Pi.) *ei quod est ex lege tantùm*, (id est, non solùm Judæis [g], credentibus scilicet [h], quos ut modò vocavit, ἐκ περιτομῆς· ità hîc, ἐκ νόμου [i] · quo non intelligit eos qui è Lege salutem quærebant, ut suprà v. 14 [k]. sed qui Legem habebant [l], qui per nativitatem filii erant Legis, & ex ea quasi nati, ut fœderati ac populus Dei [m]. Ἐκ τοῦ νόμου, hîc idem quod, ἐν τῷ νόμῳ, Rom. 3. 19 [n].) *verumetiam ei quod est ex fide Abrahæ*, Er. sic Vulg. Be. Pi. &c. Ἀβραὰμ hîc est Genitivi casûs. Illos indicat *qui fidem habent Abrahami*, id est, qualem Abrahamus habuerat [o]. Intelligit procul dubio semen fidele: ad alios enim promissio non pertinet. Duplex id semen facit: *ex lege*, [de quo dictum,] & *ex fide* [p]; id est, Gentiles [q], qui à nativitate peregrini [r], solâ fide Abrahæ fœderati erant †. Μόνον cohæret cum τῷ, non cum ἐκ. Non vult, promissionem ratam esse non solùm legalibus, sed etiam fidelibus; (nam legales v. 14, 15. disertè excluserat) sed, ratam esse toti semini et quod non tantùm est ex Lege, sed quod etiam est ex fide Abrahæ. Quod ut fieret, oportebat hæreditatem esse ex fide, non ex Lege. Est ergò trajectio particularum ἐκ τῷ, pro τῷ ἐκ [t]. ¶ *Qui pater est* (propagatione si non carnali, certè spirituali [v], & fidei [x], per similitudinem fidei & religionis [y]:) *omnium nostrûm*] Credentium, tam Judæorum quàm Gentium [z]: omnium qui unquam verè in Deum credidere, etiam ante Christi tempora [a].

17. *Sicut scriptum est*, (Gen. 17. 5 [b].) *Quia* (Sed ὅτι hîc, ut superfluum, omitti debebat [c]:) *patrem multarum gentium posui* (proposito scilicet, ac præordinatione certissimâ [d]: vel *ponam*, sive *constituam*. Præt. pro fut. ob rei certitudinem *.) *te*] Dictum hoc ad literam de semine carnali, Israel. Ismael. Madian. &c. Mystico tamen & sublimiori sensu pertinet ad semen spirituale †. In his verbis causa est mutati nominis *Abram* in *Abraham*, elisâ literâ ב post ר εὐφωνίας causâ. Horum verborum sensum mysticum hîc usurpat Paulus, *patrem* ἀλληγορῶν (*allegoricè vocans*) eum qui exemplo præit: ut modò diximus [f]. Hæc verba parenthesi claudenda sunt [g]: quæ tollenda est, si pro ἐπίστευσε, *credidit*, legas, ἐπίστευσας, *credidisti*, ut legunt Sy. & Ar. & Ambros [h]. & quidam codices Latini [i]; ut continuetur sermo Dei ad Abrahamum; quam lectionem indè ortam puto, quod nescirent cum quo κατέναντι connectendum, quisve sensus ei dandus [k]. Sed, *credidit*, habent Græci Codices [l], & Latini meliores [m]; ideóque necessaria est parenthesis [n]. ¶ *Ante*, &c. Κατέναντι οὗ ἐπίστευσε, Θεοῦ] *Ante cui credidit Deum*, Mo. *Coram quo credidit?* Hîc addenda interrogatio. De Abrahami fide locutus quærit *coram quo*, id est, quo teste, *Abrahamus crediderit*. Amat multùm ἐρωτήσεις & σχήματα (*interrogationes*) Apostolus ut notatum tum aliis, tum Isidoro Pelusiotæ. Ipse autem sibi respondet, *Deo*, id est, *non sanè coram hominibus*, quos hoc ista latuit; *sed coram Deo* [o]. Videlicet *apud eum cui crediderat Deum*, Ca. sim. Il. *Coram eo cui* (κατέναντι οὗ, pro, κατέναντι ἐκείνου ᾧ.) *credidit, Deo* videlicet, Be. Pi. i. e. cognatione spirituali, quæ coram Deo locum habet, & Deo nos gratos reddit: quum apud homines filii nulli sunt nisi secundùm carnem, &c [q]. Pater coram Deo, non coram hominibus, id est, non secundùm humanum judicium; pater enim spiritualis est [r]: *ante Deum*, id est, judicio Dei †, infallibili [t]: vel, in præscientia & decreto Dei, nam actu talis pater non erat [v]: vel, *ante eum*, id est, ab ipso Deo est positus pater [x]. Sensus loci, q. d. Nec mirum, illum vocari parentem eorum qui nec procreatione, nec adoptione, ipsius sunt: non enim vulgaris est illa paternitas, secundùm naturæ leges, aut hominum institutionem, sed planè supernaturalis, ab illius Dei gratiâ voluntateque profecta, qui dixit, *Ego te constitui parentem*, &c [y]. Al. *Ad* (vel, Nimirum *ad*, Er.) *exemplum* (vel, *Ad similitudinem*, vel *Ad instar*, Par.) *Dei cui crediderat*, Ti. Er. vel, *ejus cui crediderat, Dei*, Par. ex Chrys. Th. Tol. qui & Judæorum & Gentium

tium pater est, Rom. 3. 29 [z]. ut sicut Deus est omnium Pater creatione, sic Abraham fieret omnium Pater exemplo fidei: non enim hîc dicit ἔμπροσθεν, aut ἐνώπιον, *ante, coram*, sed κατέναντι [a], i. e. *ex adverso, è regione* [b], ut Marc. 11. 2. & 12. 41 [c]. quomodo quod pingitur è regione sui exemplaris statuitur [d]. Sic Abraham est pater omnium ex opposito Dei: sicut nempe antitypum ex adverso respondet typo quâdam similitudine. Paternitas ejus respondet paternitati Dei, utraque est & universalis, & spiritualis, & ad solos fideles pertinens. Ostendere voluit dignitatem paternitatis Abrahæ *. Κατέναντι respondet Hebræo נגד, quod sign. *coram*, vel, *ex opposito*; sed & *simile* alteri, sive *quod* alteri *respondet*. Vide Gen. 2. 18 [f]. [& quæ ibi in Synopsi nostra.] ¶ *Qui vivificat mortuos*, (i. e. qui vivificare posset mortuos [g], h. c. filium suum Isaac jam sacrificandum: confer Heb. 11. 17, 18, 19 [h]. Al. *mortuos*, i. e. emortua corpora Abrahæ & Saræ [i]. Non placet: 1. Quia sic impropria esset locutio. 2. Quia hoc in sequentibus dicturus est [k]. Cùm [autem] non de oblatione Isaaci agatur, ut Heb. 11. 17, 18. & Jac. 2. 21. sed de ejusdem Isaaci ortu promisso, apparet *mortuos* hîc per translationem dici homines decrepitos & per naturam inutiles ad gignendi functionem: ut ipse Apostolus verbis apertioribus jamjam explicabit, & Scriptor ad Heb. 11. 12. Sic *fides mortua* quæ justitiam, ac consequenter salutem, de se non edit. A contrario ζωοποιεῖν, החיה, est, *ad talem functionem utiles facere*. Sic curare à lepra est ζωοποιεῖν, 2 Reg. 5. 7. Dicitur ζωοποιεῖν & qui nutrit, Gen. 6. 20. & qui à malis eximit, Psal. 71. 20 [l]. Al. Sensus, q. d. qui peccatores justificat, per quod à morte animæ revocantur ad vitam [m]: qui homines nihil spiritualis vitæ habentes vivificat per fidem, per quam nos filios Abrahæ vocat & facit. Ostendit quomodo Abraham factus sit pater Gentilium [n]. [Sensus,] Sicut Deus potest suscitare mortuos, ità potest facere ut Gentiles spiritualiter renascantur per fidem, & fiant Abrahæ filii [o].) *& vocat* (nempe cum effectu, ut sint; h. e. vocando seu verbo producit [p]. Respicit creationem lucis per verbum, Gen. c. 1. v. 3. Confer 2 Cor. 4. 6 [q]. Sicut Hebræis sæpe *vocari* est, *esse*; ità *vocare*, facere ut quid exsistat [r]: ut 2 Reg. c. 8. v. 1. Psal. 105. 16 †. Sicut enim Dominus servum vocans facit ut veniat, sic & Deus res eas quæ non sunt nec futuræ putantur [t].) *ea quæ non sunt* (i. e. vel, 1. res nullius ponderis aut momenti [v]: quales *non esse* dicebant prisci Scriptores. Plus dixit *non esse* quàm *mortuum esse* [x]. Vel, 2. ea quæ fœtui gignendo, fovendo, pariendo, sunt necessaria, δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος, Heb. 11. 11. Philo De principatûs constitutione, Τὰ γὰρ μὴ ὄντα ἐκάλεσεν εἰς τὸ εἶναι, τάξιν ἐξ ἀταξίας, &c. (*Non entia vocavit ut essent, ordinem ex confusione, ex dissimilibus fecit similia*, &c.) Sic Plutarchus de Romulo novæ urbis conditore, πόλιν ἐξ οὐχ ὑπαρχόντων. Idem de Themistocle, δόξαν ἐξ οὐχ ὑπαρχόντων παρ' ἀξίαν ἐπαύξησε. Et de Arato, ἐξ οὐχ ὑπαρχόντων ἐκτήσατο δόξαν [y]. Vel, 3. non entia [z]: quæ nondum exsistunt in rerum natura [a]: τὸ *nihil*, ex quo Deus omnia eduxit. Estque ea phrasis Rabbinica quâ significatur creatio ex nihilo. R. Sal. &c קורא ונו״, *vocat nibilum, & excluditur*; (i. e. omnia ex eo, tanquam ex ovo pullus, excluduntur,) *& τὸ ens, atque formatur; & Mundum, & extenditur* [b].) *tanquam ea quæ sunt*] i. e. Quasi entia [c]: vel, *tanquam sint*, V. Be. Pi. i. e. cui perinde omnia sunt præsentia [d]. Deum omnipotentem prædicat duobus effectis, quæ naturæ & arti sunt impossibilia *; efficere ut sit quod non est, & ut mortuum reviviscat [f]: simul innuens hæc de Deo Abrahamum credidisse [g]. Hæc duo membra referuntur ad multiplicem posteritatem Abrahæ, quæ nondum erat [h]: prius, *vivificat*, &c. ad circumcisos, ex ejus quasi emortuis lumbis natos; posterius, *vocat*, &c. ad Gentiles, qui priùs non erant, &c. Vide Ose. 1. v. 9, 10 [i]. quò hîc respicitur [k].

18. *Qui* (scil. *Abrahamus*, de quo proposita fuerat quæstio [l]:) *contra* (vel, *præter*, vel *ultra*, Er.) *spem* (scil. humanam [m], vel, secundùm naturæ leges [n], quoad naturalem potentiam generativam [o]: vel, cùm priùs non speraret P.) *in spem*, &c. Παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι] *Contra spem sub spe*, Be. Pi. scil. Dei [q], vel gratiæ, providentiæ [r], & promissionis Divinæ †: vel, *in spem*, Vulg. Sy. in Di.

[Margin: a Tol. | a E. | b E. Tol. Par. | c Par. | d E. sim. Tol. | * Par. | f Ham. | g Tol. sic Par. E. | h Tol. | i Pi. sic Ham. Oecum. & Amb. in Tol. | k Tol. | l G. | m Orig. in Tol. | n Q. in E. | o Me. | p Par. | q Pi. | r G. sim. Glass gram. 3. 3. 16. 275. | † Glas. | t G. | v Er. in Cap. | x Er. | y G. | z Tol. | a E. | b Cap. | c Tol. sim. T. | d V. | * Par. | f Par. sim. E. | g E. | h Tol. | i Be. | k Pi. | l G. | m Er. ex Chrys. Zeg. | n G. sim. Tol. E. Me. T. Be. Pi. | o Me. T. sim. Pi. | p E. | q Er. ex Chrys. | r T. | † T. sim. E. Me. Er. ex Chrys.]

i. e. ità ut speraret ex Dei promisso [t]. Est hîc antanaclasis [v], vel ὀξύμωρον, quam figuram amat Paulus. *Spes insperata*: quomodo, *innuptæ nuptiæ*; *nescire quod scias*; *nec capti potuere capi*, aliáque similia [x]. ¶ *Ut*, &c. Εἰς τὸ γενέσθαι, &c.] Ponitur hoc, vel, 1. ἐξηγητικῶς [y], sive declarativè [z], quid crediderit Abraham [a]; nempe se futurum patrem, &c [b]: vel, 2. τελικῶς [c], sive causaliter [d], ut causam finalem denotet *, *ut fide fieret pater credentium*, fide prælustre exemplum posteritati relinquens [f]: ut sic omnibus gentibus exemplo præiret. Vide suprà v. 11. Omnes illi erunt קוי יהוה, juxta Esa. 40. 31. ¶ *Dictum est*, &c.] Gen. 15. 5. ¶ *Sic erit semen tuum*] Nempe *ut stellæ cæli*, quod ex Gen. 15. subauditur [g], & in Vulgato additur, sed in Græcis cod. & in Chrys. Th. &c. non habetur [h]. Sumit autem Apostolus illa verba, at alia suprà, in sensu mystico. Philo per *semen* intelligit καθάρας σάσεις (*lucida sidera*) in Abrahami animo habentes & fulgorem & motus suos ad siderum instar, imò supra sidera: Paulus verò rectiùs eos qui ad exemplum Abrahami tales in animo, velut in terrestri cœlo, luces essent habituri. Celebratum apud Pythagoricos, Εὐσεβέσιν δ' βροτοῖς γάννυμαι τόσον, ὅσον ὀλύμπῳ [i]. (*Hominibus piis non minùs delector quàm ipso cœlo.*)

19. *Et*, &c. Καὶ μὴ ἀσθενήσας, &c.] Ἀσθενεῖν τῇ πίστει dicuntur qui aliqua de re dubitant, ut ostendit Rom. c. 14. v. 1. collat. cum 1 Cor. 8. 7. 12. ἀσθενεῖν τῇ διανοίᾳ, 1 Macc. 11. 49. Oppositum est τὸ πληροφορεῖσθαι, quod modò sequetur [k]. [Sic vertunt,] *Ac minimè infirmus* (i. e. fortissimus [l], ac constantissimus. Μείωσις est [m]. Sic, *Non gaudet stulti pater*, i. e. valde dolet [n].) *fide*, Be. sim. Pi. Er. V. ¶ *Nec*, &c. Οὐ κατενόησε] *Non consideravit*, Be. Pi. Obj. Imò consideravit, Gen. 17. 17. Resp. 1. Non ità consideravit ut diffideret. Modum quidem quæsivit, sicut & Beata virgo, Luc. 1. 34. non utique dubitando, sed potiùs admirando, &c [o]. Consideravit ad magnitudinem promissionis & virtutis Divinæ agnoscendam, sed sine difficultate credendi, &c [p]. 2. Consideravit quidem, sed non mansit id respiciens, hanc cogitationem expulit animo, fretus Deo pollicente. Ergò illud, κατενόησε, hîc significat actum permanentem, ut aliquoties Hebræum נבט, & Græcum hoc Heb. 3. 1 [q]. ¶ *Corpus suum emortuum*] Nempe ad illam functionem, de qua diximus suprà v. 17 [r]. Viribus effœtum †, ad generandum ineptum [t]. Sic *membrum emortuum* appellant Ebræi quod generare non potest [v]. Obj. At Abraham post multos annos ex Cetura filios suscepit, Gen. 25 [x]. Resp. 1. Dicitur emortuum non simpliciter, sed tantùm quoad Saram, vetulam, &c. non item quoad juvenculam, &c [y]. cui suffragatur quòd virtus generandi non utrique, sed Saræ tantùm, à Deo data legitur, Heb. 11. 11 [z]. Non placet: quia & corpus Abrahæ h. l. emortuum dicitur [a], & hîc & Heb. 11. 12. quod & innuitur in Gen. 17. 17. & 18. 11 [b]. quia alioqui & juvenis corpus emortuum dici possit, quia vetulam impregnare non potest [c]. Resp. 2. Abraham fuit simpliciter inhabilis ad generandum ex qualibet muliere, sed à Deo accepit donum fœcunditatis [d]; quod etiam post obitum Saræ mansit, &c *. ¶ *Centum—annorum*] Ex Gen. 17. 17. sunt qui aiunt unum defuisse annum, ideo adjectum illud που. Sic Græci dicunt δέκα που, *circiter decem* [f]. ¶ *Et* (sub. *non consideravit*, Pi.) *emortuam vulvam*] Vel, *uterum non ultrà conceptui aptum*, G. utpote anûs nonagenariæ [g], cujus matrix destituebatur vi attrahendi ac retinendi semen [h]: ad verb. *mortificationem uteri*, Pi. sic Er. i. e. sterilitatem [i]. Hunc uterum Philo imaginem ait gerere animæ quæ, à rebus in sensum cadentibus abdicata, ex Deo concipere incipit [k].

20. *In*, &c. Εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν Θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ] i. e. Δι' ἀπιστίας: & εἰς per *contra* non malè transtulit Syrus [l]. [Verba sic reddunt,] *Ad* (vel, *Adversùs*, P. Par.) *hanc promissionem autem Dei non addubitavit* (vel, *hæsitabat*, Er. Il. Ti. Tre. Camer. sic Ar. Æth. vel, *disceptavit*, Er. P. Mo. Pi. i. e. objectiones fecit [m]: vel, *dijudicavit*, aut *disquisivit*, Er. V. quomodo scilicet posset id fieri [n], quod est diffidentis [o]. Διακρίνεσθαι, hîc, ut & Matth. 21. 21. Marc. 11. 23. Rom. 14. 23. Jac. 1. 6. idem est quod διστάζειν, Mat. 14. 31. & 28. 17 [p]. & διστάζειν & ἐπαμφοτερίζειν Philoni: ut diximus ad Matth. 15 [q]. Διακρίνεσθαι, inquit Phavorinus, est, *dubitare, hæsitare, disceptare*,

[Margin: t G. | v Pi. | x G. | y Be. ex Sy. | z Tol. sic] Be. | a Be. | b Tol. sim. Be. Par. | c Q. in Par. | d Q. in Tol. | * Q. in Be. | f Q. in Par. | g G. | h Er. | i G. | k G. | l Pe. | m Pe. | n D. | o E. | p Tol. | q G. | r G. | † Pe. sic V. Me. | t V. sim. Be. Camer. Wil. | v D. qu. Eb. 3. 61. | x Tol. | y Per. ex Aug sim. D. | z Per. | a Tol. sic E. | b E. | c E. | d Per. ex Aug & Thom. | * Tol. sim. Per. E. | f G. | g G. sim. Me. &c. | h Er. | i Pi. | k G. | l G. | m Tol. | n V. | o Er. | p G. sim. Ham. | q G.]

ceptare, diffidere [r].) incredulitate, Be. Pi. vel, infidelitate, P. diffidentiâ, Ca. Mo. ob incredulitatem, Er. Il. Ti. tanquam destitutus fide, Tre. ex Sy. Objicitur hîc Gen. 17. 17. Resp. Verba illa non erant dubitantis aut diffidentis, sed gratulantis & admirantis †. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἐνεδυναμώθη] *Sed corroboratus fuit*, &c. Be. Pi. Passivum hoc hîc valet quod Hebræum Hithpahel, pro quo & ipsi Hebræi sæpe ponunt aut Kal aut Niphal. Sic Psal. 52. 7. in Hebræo est in Kal יָעֹז, Græcè in passivo ἐνεδυναμώθη· utrumque pro, *firmavit sese*. Quanquam autem *se firmâsse* dicitur Abrahamus, intelligendum hoc est Dei excitatu & ope præsentissimâ. *Posse* enim dicimur etiam quæ per Deum possumus [t]. ¶ *Dans* (Arabs, *Servavit*, i. e. salvam, integram & illibatam, reliquit, nihil ei detrahens incredulitate [v]:) *gloriam Deo*] Omnipotentiæ & veritatis suæ [x]: Verbo Dei credens, cui nihil est impossibile [y]. Non curiosè scrutatus est, quomodo hoc fieri posset [z], sed statim credidit, Deúmque collaudavit tanquam beneficii auctorem, acsi jam actu dedisset: nihil sensit aut credidit Deo omnipotente indignum [a]. *Dare gloriam Deo* dicitur qui aut facit, aut dicit, aut, ut hîc Abrahamus, cogitat id quod Deo honorificum est, sive id quod Dei proprietatibus convenit. Vide Luc. 17. 18. & quæ dicta ad Matth. 26. 63 [b].

21. *Plenissimè*, &c. Καὶ πληροφορηθεὶς] *Et certus factus*, vel, *certâ acceptâ persuasione*, Er. V. *Ac plenè* (vel, *planè*, G.) *persuasum habens*, Pi. G. *Et planè persuasus corde*: proprium fidei veræ [c]: quæ hîc elegantissimè describitur, quòd sit plena persuasio in Dei potentia & voluntate nobis in Verbo patefactæ [d]. *Persuasionisque plenus, cuncta fato egi*, ait Suet. de Tiberio. Propriè πληροφορεῖται qui fiduciâ suâ, quasi plenis velis, fertur ad eam rem quâ confidit: ut sit Metaphora à navibus *. Πληροφορεῖσθαι est, *impleri aliquâ re*, ut apparet Eccles. 8. 11. ubi in Hebræo מלה, *plenum est*: sic & 2 Tim. 4. 5, 17. Hinc ducta translatio ad *persuasionem*, quia ubi quis non dubitat, sed rem pro certa habet, ejus cor dicitur tali re esse *plenum*. Vide infrà 14. 5. Hinc πληροφορία ἐλπίδος & πίστεως, Heb. 6. 11. & 10. 22. πληροφορηθεὶς, *plenè persuasus est*, etiam apud Isocratem Trapezitico [f]. *Ac plenè certioratus est*, nempe à Spiritu Sancto, cujus donum est fides. Vide Luc. 1. 1 [g]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ὃ ἐπήγγελται, &c.] *Eum* (nempe *Deum*: quod nomen præcessit [i].) *quod promiserat* (Vox passiva significationem habens activam. Græcismus. Sic Libanius, διείλεκται ὁ ῥήτωρ, *disserit orator* [k]. Ἐπαγγέλλεσθαι semper deponentaliter ponitur in his Libris pro *promittere* [l].) *posse etiam efficere*, Be. sic Pi. Cum potentia & effectum significat; q. d. Potens est implere, & implebit, ut tam verax sit, quàm potens: nam utrumque sibi persuaserat [m]. Promissa pro rebus certis habentur, si nec de voluntate, nec de potentia, promittentis dubitatur [n]. Deum velle quod promittit facile est creditu [o]. Potentiam ergò nominat, non veracitatem, quia illa, quàm hæc, longè faciliùs creditur [p]. De potentia illi dubitant qui nihil aliud Deum esse putant quàm ipsam naturam [q]. Qu. Sed quid magnum erat, fides de omnipotentia Dei? Resp. Hoc laudandum, quòd fides ejus erat prompta, devota, & obediens, qualis in paucis reperta est [r], illo præsertim tempore quum penè universus orbis errabat in cultura dæmonum, &c †.

22. *Ideo*, &c. Διὸ καὶ ἐλογίσθη, &c.] *Quapropter* (Ob tam heroicam fidem [t]: quia sic credidit, in Deum vivificantem mortuos, & omnipotentem, & auctorem salutis per Christum: quæ fides complectebatur Christi mortem, & passionem, ac resurrectionem pro nostra salute: quæ quidem omnia & Abrahamus, sive implicitè, sive explicitè, credidit, & in Isaac sacrificio significata erant. Talem autem fidem intelligi constat ex seq. v. 24. 25. cujus fidei exemplar in Abrahamo præcessit. Nec tamen merito fidei justitia h. l. adscribitur, sed dono & gratiæ Dei, qui eam acceptavit [v].) *etiam* hoc *imputatum est ei*, &c. Be. Pi. i. e. Illa fides habita est pro egregia re ac valde laudabili. Hæc sententia, *Fidem Abrahami à Deo pro re magna acceptam*, posita fuit à Mose, Gen. 15. 6. ante natum Ismaelem. Sed cùm parium par sit ratio, rectè & à Paulo ad fidem de ortu Isaaci, & à Jacobo ad eam fidem quæ in oblatione Isaaci emicuit, refertur. Fidei enim si initia Deo placent, multò magis incrementa: nec ulla sunt piorum opera in quæ fides non influat [x]. Ingenium fidei Abrahæ antè descripserat, quòd scilicet non suis viribus, sed Divinâ tantùm virtute, nixa esset. Atque hinc, inquit h. l. (quia nimirum nihil de sua præstantia, totum de Dei benevolentia potentiâque, speravit) ut fides ad justitiam illi fuerit imputata, Divinâ, quam amplexus erat, virtute pro eo laborante, fortitérque præstante quod humana frustrà tentâsset infirmitas [y].

23. *Non—tantùm propter ipsum*] Rectè: nam historias illas de Abr. Is. Jac. Jos. legibus suis præposuit Moses, ut eo exemplo omnes ad pietatem excitaret. Notat id Philo. Sic & impiorum facta & pœnæ scripta sunt ad deterrendos alios, 1 Cor. 10. 11 [z], Transfert hîc hypothesin ad thesin, & subest tacita occupatio, Fuit hoc privilegium Abrahæ personale, quod nihil ad nos. Imò, inquit, communem Ecclesiæ doctrinam hoc continet. Dicunt Pontificii, Scripturas S. ex causis tantùm particularibus propter illos homines & illa tempora fuisse exaratas: Imò, inquit, ad perpetuam Ecclesiæ usum, &c. Vide Rom. 15. 4. 2 Tim. 3. 16 [a].

24. *Propter nos*] Christianos intelligit, ut sequentia ostendunt [b]. ¶ *Quibus reputabitur*] scilicet fides ad justitiam [c]. ¶ *Credentibus in eum qui suscitavit Jesum*, &c.] Eadem ferme verba habes 1 Pet. 1. 21. Hæc est fides major fide Abrahami. Nam Abrahamus & Sara mortui erant figuratè, Jesus verè atque perfectè [d]. Attende, fidem hanc esse totius Evangelicæ fidei summam. Qui hæc credit, credit Jesum esse verum Messiam, Filium Dei, & hominem; eundémque mortuum & resurrexisse pro nostra salute *. *Qui excitavit Jesum*, sponsorem nostrum, eo ipso demonstrans, sibi per mortem illius esse satisfactum, &c [f].

25. *Qui traditus est*] A Deo Patre, nempe in mortem [g]: quod & infrà subauditur, 8. 32. Vide ad Matth. 17. 22. Respicitur Græca Versio Esa. 53. 6. Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν τ͂ ἁμαρτίαις ἡμῶν [h]. Sed dicunt Hebræi, *Qui tradiderunt seipsos ob sanctificationem Dei*, i. e. morti tradiderunt [i]. ¶ *Propter delicta* (non sua, sed [k]) *nostra*] h. e. Fidelium, seu mea, seu vestra, ô fideles Romani [l]; nempe expianda per mortem [m]: ut pretium peccatorum nostrorum Deo solveret [n], ut pœnas peccatis nostris debitas lueret [o], non tantùm nostro bono, sed & nostro loco [p]. *Propter* h. l. designat, vel, 1. finem, q. d. ad satisfactionem pro offensis nostris; vel potiùs, 2. efficientem, q. d. offensarum nostrarum causâ impellente & merito, quia Christus earum pœnas, tanquam sponsor, in se susceperat [q]. ¶ *Et resurrexit propter* (vel, *ad*, Be.) *justificationem* (vel, *justitiam*, Camer.) *nostram*] Vel, *nostri*, Pi. Potuerat dicere, *Qui mortuus est & resurrexit ut nos à peccatis justificaret*, i. e. liberaret; sed amans ἀντίθετα, morti conjunxit *peccata*, quæ sunt mors animi; *resurrectioni* autem *adeptionem justitiæ*, quæ est animi resuscitatio. Mirè nos & à peccatis retrahit, & ad justitiam ducit, quòd videmus Christum mortem non formidâsse pro doctrinæ suæ, peccatis contrariæ & ad justitiam nos vocantis, testimonio, & à Deo resuscitatum ut eidem doctrinæ summa conciliaretur auctoritas. Vide 1 Pet. 1. 3. [r]. Christus morte suâ pretium non peccatorum solùm, sed etiam justitiæ & salutis, solvit: redemptio enim & liberationem à peccato, & justitiæ deperditæ reparationem & salutis operationem, includit †. Tota redemptio nostra aliàs resurrectioni Christi ascribitur, ut Rom. 10. 9. aliàs morti, ut Rom. 3. 24. & 5. 10. Eph. 1. 7 [t]. quam remissionis peccati & justificationis nostræ causam esse evincunt hæc loca, 1 Tim. 2. 6. Heb. 7. 27. & 10. 12. 1 Joh. 1. 7. & 2. 2. Apoc. 1. 5 [v]. & 1 Pet. 2. 24 [x]. Cur ergò Apostolus sic distinguit, quasi mors solùm pro peccatis satisfactoria, resurrectio verò justitiæ meritoria, esset [y]? Resp. 1. Resurrexit, ut esset exemplar justificationis nostræ [z], ut suâ resurrectione typum quendam nobis præferret resurgendi ad justitiam, sive vitæ novitatem [a]. Non placet: 1. *Propter* eodem modo sumendum in utroque membro [b]. At, *propter delicta*, non est tanquam exemplar, sed tanquam vera satisfactio: ergò nec, *propter justificationem*, est tanquam exemplar [c]. 2. Sic confunduntur justificatio & sanctificatio [d]. Resp. 2. Sensus est, Resurrexit, ut hoc argumento adduceremur ad fidem, & per fidem ad justifica-

[Margin notes, col. 1:] r Ham. † To'. ex Aug sim. E. t G. v Di. x E. sim. Me. T. y V. z Tol. ex Chrys. a Tol. b G. c Par. d Be. * Pi. f G. g Pe. i G. k Pi. l G. m Tol. n G. o G sim. E. p E. q G. r E. † E. ex Hug. t Me. v Tol.

[Margin notes, col. 2:] x G. y Bra. z G. a Par. b G. c Par. d G. * Tol. f Pi. g G. Pi. sic Tol. Par. &c. h G. i Di. k Par. l Gom. m Par. sic Pi. n Tol. o Bra. sic J. Cap. p J Cap. q Gom. r G. † Tol. t Per. v Par. dub. 8. x Wil. Tol. y Tol. z Q. in Tol. a Me. ex E. b Tol. in Wil. c Tol. d Wil.

stificationem [*]: ut crederemus illum esse Messiam & Filium Dei; & propter eam fidem justi haberemur à Deo[f]. Sic resurrectio Christi generat spem, &c. 1 Pet. 1. 3. ità adducit ad fidem[g]. Non placet: 1. Quia eo sensu omnia Christi, sed & Apostolorum, miracula propter justificationem nostram edita dici possent. 2. Quia non sic traditus est propter delicta nostra, ut mors ejus argumentum nobis esset[h]. Resp. 3. Etsi resurrectio Christi præcisè, seu per se, sumpta, non meruit, quia non erat opus viatoris: meruit tamen, quatenus fuit ultimus terminus mortis & omnium passionum Christi, & cum illis quasi unum idémque opus morale redemptionem generis humani constituit. Unde quod morti proprium est, subindè resurrectioni asscribitur[i]. Resp. 4. *Propter justificationem*, i.e. propter applicationem & propalationem justificationis[k]. Resurrexit, ut redemptionem per mortem factam nobis ad vitam & justitiam applicaret, & communicaret per prædicationem Apostolorum, qui salutem hanc mundo annunciarent atque conferrent, & per communicationem Spiritûs Sancti, &c. hæc autem Deus non nisi post resurrectionem Christi fieri voluit, Luc. 24.46,47. Joh. 7.39. Act. 1. 8[l]. Non placet: quia ut in priore membro vera causa remissionis peccatorum intelligitur, ità in hoc posteriore, &c. Si enim ista ante resurrectionem Christi facta essent, non tamen ante resurrectionem plenè essemus justificati[m]. Resp. 5. *Propter justificationem nostram*, scilicet demonstrandam[n]: ut resurrectione suâ doceret, pœnas nostras ferendo se prorsus exhausisse, justitiæque Divinæ plane satisfecisse[o]. Nisi enim Christus morte suâ peccata expiâsset, ac justificationem nobis impetrâsset, resurgere ex morte ad vitam æternam non potuisset[p]. Vide Esa. 53. 10, 11, 12. Act. 2. 24. 1 Cor. 15. 17[q]. Non placet: de vera enim justificationis causa hîc agitur, non de testificatione ejus[r]: [Nec illi de testificatione tantùm accipiunt.] *Propter justificationem nostram*, h. e. justificationis nostræ meritæ causâ & jure: quia enim Christus plenè satisfecit, jure solutus est, &c[†]. Resp. 6. Christus mortis suæ pretium & meritum resurrectionis suæ potentiâ reddidit efficax ad nos justificandos, nobis videlicet illud applicando[t]. Meritum justificationis respectu Christi erat in morte ejus, efficacia autem illius quoad nos à resurrectione ejus pendebat[v]. Salus nostra morte Christi inchoata, resurrectione demum perfecta est[x]. Nisi enim mortuus revixisset, justificare nos non potuisset[y], neque merito, neque efficaciâ, teste 1 Cor. 15. 17. Sed hac de re non est anxiè disputandum. Non enim Apostolus mortis & resurrectionis effecta dividit, sed tantùm discernit, juxta proximos utriusque fines, mortis enim proprius finis erat peccatorum expiatio, resurrectionis justitiæ imputatio[z]; & ruditati nostræ se accommodat[†]. [Sensus loci est, q. d.] Ut igitur Abrahamus ità Deo credidit, ut nihil de suis viribus, omnia de Dei bonitate atque potentia, speraret; ità qui per fidem coram Deo justificari postulant, nullam in suis operibus, totam in Dei potentia Christíque gratiâ & justitiâ, fiduciam suam collocare debent; & proinde, inter causas justificationis opera nostra non esse numeranda, sed fidem solam conditionem esse quâ Justificationem assequamur [‖]: [quod erat demonstrandum.]

[*] Per. ex Caj. E. ex Sasbout. Q. in Tol. [f] V. [g] Per. [h] Tol. [i] T. [k] Q. in Wil. [l] Tol. [m] Tol. [n] Pi. [o] Bra. sim. Gom. [p] Pi. sim. Gom. [q] Gom. [r] Wil. [†] Gom. [t] J Cap. [v] Wil. ex Rolloc. [x] Calv. [y] Par. sim. Be. Calv. Wil. [z] Par. [†] Calv. [‖] Bra.

CAP. V.

1. JUstificati, &c. Δικαιωθέντες οὖν] Cap. præced. justificationis *modum*, per fidem; & *subjectum*, quosvis, Judæos & Gentes; & *causam illius* προκαταρκτικὴν Christum, esse ostendit. Hoc capite justificationem illustrat, 1. ab *effectis* ad v. 12. 2. *à comparatis*, indè ad finem[a]. Postquam ostendit ex fide, non ex Lege, esse justitiam[b], hoc cap. exponit magnitudinem atque excellentiam hujus justitiæ[c], vel fructus, ornamenta, & decora, quæ justificationem consequuntur. Hæc sententia cohæret cum Rom. 4. 24, 25[d]. ubi fidem dixerat *imputari*, &c. Indè infert nos per fidem justificari, &c[*]. *Justificati igitur*, Be. Pi. vel, *Mundati*, G. Absoluti à peccatis nostris per Christi mortem, quod in præced. evicerat, & per resurrectionem ejus in vitam æternam asserti, de quo hoc cap. disserit[f]. Hactenus de Justificationis natura dictum est. Nunc de Salute, quæ Justificationem sequitur, agendum, & demonstrandum, hominem per fidem Christi justificatum servatum iri per solam Christi, quam fides amplectitur, justitiam. Ut non magis ad Salutem, quàm ad Justificationem, obtinendam operum merita conducant[*]. ¶ *Ex fide*] Vel, *Per fidem*, G. non ut qualitatem nobis insitam, sed ut instrumentum[g]. ¶ *Pacem habeamus*] i.e. Conservemus cum Deo[h], non peccantes amplius[i]. Pacato deinceps animo simus, nullam ob peccata damnationem anxiè metuentes, utpote jam Deo reconciliati[k]. Al. Pacem habete inter vos, cessentque contentiones inter Judæos & Gentes, &c[l]. Non placet: 1. Non congruit hoc verbis sequentibus. 2. Non dicit, *habete*, sed, *habeamus*, vel *habemus*[m]. Ἔχωμεν, *habeamus*, hîc legunt Vulg[n]. & Orig. Chrys. Theod. Oecum. Anselm[o]. Tertul. & Ambros[p]. At ἔχομεν, *habemus*, legunt exemplaria Græca quæ nunc habentur[q], & Ambros[r]. &, in contextu, Orig. & Theophyl[†]. & quidam Codex MS. Nondum exhortationi, sed doctrinæ adhuc, intendit Apostolus[t]. Εἰρήνην ἔχομεν] *Pacem habemus*, Be. Pi. &c. i. e. reconciliationem cum Deo[v]. Redimus in gratiam cum Deo[x]: amicitiâ Dei fruimur. Vide quæ Rom. 4. 4. hîc εἰρήνη quod ibi, & jam mox, χάρις. Sicut Abraham *amicus Dei* fuit, Jac. 2. 23. sic & nos[y]. ¶ *Ad*, &c. Πρὸς τὸν Θεὸν] *Apud*, vel *Erga*, *Deum*, Be. Pi. Par. *Cum Deo*, V. Par. Rectè: 1. Hoc enim maximè conscientiam urget, quòd Dei manus nè morte quidem effugimus[z]. 2. Ut significet, pacem hanc esse Divinam, non mundanam[a]. Justificati pacem apud se non habent, passionibus contra rationem militantibus, & carne contra spiritum, dœmone impugnante, hominibus persequentibus, &c[b]. ¶ *Per Dominum*, &c.] Mediatorem hujus reconciliationis, Christi virtute, eóque authore[c]. Ei post Deum gratiam debemus. Causam jam exprimet[d].

2. *Per*, &c. Δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην] *Per quem* (Christum[*]:) cujus operâ & merito[f].) *etiam* (καὶ copulat & auget; q. d. Hoc non habemus per solum Deum, sine mediatore interveniente, sed & per Christum[g].) *fide* (non operibus aut meritis[h]) *adducti fuimus* (nempe tunc cùm credere cœpimus[i]. Ad verb. *adductionem habuimus*, Pi. ut significet, nos non sponte & ultrò accessisse, sed adductos esse[k], per Spiritum, Heb. 2. 10. Christo vocante, & Patre trahente[l]. Vel, *contigit nobis ut perduceremur*, Er. vel, *aditum*, sive *accessum*, *habuimus*, P. Mo. Ca. Il. sive, *nacti sumus*, Ti. Προσάγειν respondet Hebræo כנס & קרב, unde προσαγωγὴ tum hîc, tum Eph. 2. 18. & 3. 12. est, *aditus* ad rem vel personam[m]. Multi accedunt qui non admittuntur. Quare προσαγωγὴν ἔχειν est, ità adduci ut libere admittaris ad Principis audientiam, vel etiam favorem, ex collat. Eph. 2. 18. & 3. 12[n]. ad conspectum & gratiam, &c[o]. Eadem locutio, 1 Pet. 3. 18[p]. Metaphora à Regibus, ad quos aditus non patet, nisi per προσαγωγέας, *conciliatores*, &[q]; ut eleganter Græci loquuntur[r].) *in gratiam hanc* (ταύτην, pro τοιαύτην, *tantam*, tam eximiam[†], præsentem novæ Legis[t]; beneficium justificationis[v], vel pacis cum Deo[x]:) *in qua* (vel, 1. fide[y]: per quam[z]. Vel potiùs, 2. gratiâ[a]: quâ intelligit vel gratuitam Dei benevolentiam; vel eam conditionem in quam gratuitò sumus adsciti[b].) *stamus*, Be. Pi. &c. vel, *stetimus*, nempe ex quo sumus justificati[c]: *stamus*, i.e. cavemus nobis à peccatis. Nam sicut qui peccat *cadere* dicitur, Heb. 4. 11. Jac. 5. 12. sic *stare* qui à peccando abstinet, Rom. 14. 4. 1 Cor. 10. 12. Est hîc præt. pro præs. more Hebræo[d]. Al. Significat progressum ad ulteriora & majora bona, quæ speramus: in hac gratia *stantes* adhuc sumus; nondum enim perventum est ad statum ubi sedendum est[*]. Al. Verbum est forense, ut Psal. 1. 5. & 130. 3. q. d. Stamus in judicio Dei victores. Latini *stare* dicunt pro, vincere causam; & *causâ cadere*, pro vinci[t]. Al. *Stamus*, i.e. firmi permanemus, aut erecti. Potest enim opponi vel τῷ πίπτειν, ut 1 Cor. 10. 12. vel τῷ κεῖσθαι[v]. *Stamus*, non jacentes, aut depressi[x], sicut olim in Lege Judæi[y], ut qui in peccatis sunt[z]; sed erecti, & ad magnam promoti dignitatem[a], erecti ad aspectum rerum cœlestium, firmi ad resistendum, parati ad pugnandum,

[a] Gom. [b] E. sim. Tol. [c] Tol. [d] Pi. Tol. Par. [*] Pi. [f] Be. [*] Bra. [g] Be. [h] Me. E. [i] E. [k] T. [l] Oecum. Chrys. Anselm. in Tol. [m] Tol. [n] Par. [o] Tol. [p] E. [q] Tol. sim. Camer. E. Par. [r] Er. Tol. [†] Er. [t] E. [v] Tol. E. Par. [x] V. [y] G. [z] Be. [a] Par. [b] Tol. ex Orig. [c] Tol. sim. Camer. [d] G. [*] Tol. Par. [f] E. Me. [g] Tol. [h] Par. [i] Pi. ex Be. [k] Pi. sim. Be. Par. [l] Be. [m] G. [n] Bra. [o] Par. [p] Era. [q] Par. sim. Bra. [r] Bra. [†] Par. [t] Zeg. [v] E. Me. sic Par. [x] Tol. [y] G. E. Er. [z] E. [a] E. Be. Par. Tol. Me. Er. [b] Be. [c] Par. [d] G. [*] Tol. [t] Bra. [v] Be. [x] Q. in Tol. sic Per. [y] Q. in Tol. [z] Per. [a] Q. in Tol.

dum, prompti ad ambulandum, & quasi accincti ad operandum. Quanquam in S. S. *stare* plerumque idem est quod esse, versari, manere[b]. *Stamus*, i. e. constanter perseveramus[c], nec ullis ab ea rebus adversis dimovemur[d]: certi ac securi sumus de gratia Dei præsenti & futura, quadrati & immoti[*]. Opponit hoc rebus mundanis, quæ, etiam dum sunt, nunquam in eodem statu permanent, 1 Cor. 7. 31[f]. Potest aliquis accedere principem, ejúsque gratiam consequi, eâque facilè rursus excidere[g]. Exprimit stabilitatem gratiæ & donorum spiritualium[h]. Gratia non interit, eam non auferunt tempus, adversa, Diabolus, homines, mors, &c. imò post mortem perfectior est & æterna[i]. [Sensus loci, q.d.] A quo tum alia habemus beneficia, tum hoc vel maximum, quòd ille nobis dedit credendi causas, ut sic per fidem perveniremus ad illam Dei amicitiam ac benevolentiam. Pro τῇ πίστει in MS. [est,] ἐν τῇ πίστει, quod Paulo usitatius: & solent facilè excidere literæ repetitæ[k]. Opponitur hoc duplici tentationi, 1. de ira Dei: 2. de nostra mutabilitate. Facessat ergò ἐποχὴ Papistica, quâ nos fallaci conjectura de gratia Dei contentos esse volunt, &c[l].

¶ *Et*, &c. Καὶ καυχώμεθα ἐπ᾽ ἐλπίδι, &c.] *Et gloriamur* (nempe in Domino[m]: ut 1 Cor. 1. 31. Hæc gloriatio laudabilis est, quæ fit ob aliquid acceptum à Deo, quod non sibi, sed Deo auctori, tribuit; vitiosa verò, quâ quis magnificè de se sentit ac prædicat propter aliquid cujus se causam facit: *gloriamur*, i. e. nos magnos, illustres, beatos, reputantes ob hanc gratiam acceptam[n]. Vel, *exsultamus*, Be. vel, *fulcimur*: καυχᾶσθαι est, *aliquâ re inniti*, ut diximus suprà 2. 17, 23. Itaque עלז, quod est *gaudere*, vertitur & per καυχᾶσθαι, & per κατακαυχᾶσθαι· ut & עליץ & רנן, quæ paris sunt significatûs[o].) *spe* (vel, *in spe*, Vulg. Be. *ob spem*, Pi.) *gloriæ divinæ*, sive *Dei*, Ca. Be. Pi. &c. *gloriæ*, non quâ Deus gloriosus est[p], sed quâ glorificabit nos[q], quam à Deo accepturi sumus secundùm promissa Christi[r], in æterna beatitudine[†]. Vel, *gloriæ filiorum Dei*, Vulg. sic Zeg. ut vocatur Rom. 8. 21. sed nulli Codices Græci sic habent, nec Syrus[t]: spe exspectantes gloriam, &c[v]. sperantes nos fore gloriosos Divinâ gloriâ[x]. *Spes gloriæ*, pro *gloria sperata*. Hebraismus[y].

3. *Non solùm autem*] Sub. *gaudemus*, vel *gloriamur*, *eâ spe*, sive *gratiâ*, G. Er. V. E. Me. &c. Ellipsis Paulo frequens[z]. ¶ *Gloriamur in* (vel, *de*, Pi.) *tribulationibus*] Occupatio, Quid juvat spes magnifica Christianos, qui omnium miserrimi sunt? Imo, inquit, tantum abest ut hæ calamitates spem pacémque nostram lædant, ut de eis gloriemur[a], & eis spes confirmetur atque augeatur[b]. Hic proprius effectus magnæ illius, i.e. Christianæ, fidei, *gaudere adversis*[c], non quibuscunque[d], [sed] quæ propter Dei & Christi nomen eveniunt[*]. Exemplum Vide Act. 4. 41. quale in V. T. frustrà quæras. Adde 2 Cor. 7. 4. & 8. 2[f]. ¶ *Scientes* (vel, *Ut qui sciamus*, Pi. non speculativè, sed practicè, ex testificatione Spiritûs Sancti, &c. ut Rom. 8. 28. 2 Cor. 5. 1. Hæc πληροφορία piorum[g].) *quòd tribulatio patientiam* (ὑπομονὴν *sufferentiam* vertit Tertul. alii Latiniùs, *tolerantiam* aut *patientiam*. Eam intellige per quam Dei causâ mala quævis libenter toleramus[h].) *operatur*, Κατεργάζεται] *Perficit*, Sy. & Ar. in Di. i. e. ad perfectionem promovet, magìs magísque auget[i]. *Parit*, V. Nempe in credentibus[k]. *Efficit*, V. sic Be. Pi. Non per se, sed ex accidenti, & organicè, accedente Divinâ gratiâ, &c[l]. non quòd sit efficiens causa patientiæ, sed quòd exercendæ patientiæ occasio & materia sit[m]. De utilitate adversorum pulcra & Paulo satis consentientia habet R. Israel De Anima, c. 28. & 33[n].

4. *Patientia——probationem*] Ità Di. ex Sy. & Ar. Er. nempe fidei, spei, cæterarúmque virtutum Christianarum[o]. Vel, *explorationem*, nempe sui ipsius[p]: nam patiendo discit homo suas vires[q], & veritatem atque constantiam justitiæ suæ, quippe quæ durat in malis, Matth. 13. 21[r]. dum experiundo nôrunt vim Spiritûs illius, quo sustentantur in cruce[†]. Δοκιμὴν] *Experimentum*, Cam. *Experientiam*, Be. Pi. Par. Experiuntur se veros esse & probatos, non adulterinos, Dei filios, quòd crucem fortiter ferunt, &c[v]. Divinam in malis liberationem sæpe experti libentiùs crucem subeunt, &c[x]. Alibi sumitur id nomen [δοκιμὴ] respectu aliorum[y]. Huic loco repugnare videtur Jac. 1. 3. ubi contrario ordine legitur, *probationem fidei perficere patientiam*[z]. Idem verò causa & effectus sui esse non potest[a]. Sed non repugnat: 1. Sicut enim fides gignit spem, & hæc vicissim illam fulcit ac sustinet; sic probatio fidei in afflictionibus efficit patientiam, & hæc vicissim probatam reddit fidem[b]. 2. Voces diversæ sunt: hîc δοκιμὴ[c], quæ passivè semper accipitur[d], valétque *experientiam*, quæ per patientiam generatur h. l; ibi δοκίμιον, quod *probationem* significat activè, h. e. explorationem, quo nomine vocatur afflictio, quia fidem probat[*]; & metonymicè ibi sumitur pro *rebus adversis*[f]. *Probatio* in Jacobo est ipsa res quæ probat, scil. tribulatio[g]; sic est occasio, materia, incitamentúmque patientiæ: in Paulo, experimentum quod ex probatione resultat[h], sive id quod est exploratum & probatum[i]; & hoc est effectus patientiæ[k]. ¶ *Probatio——spem*] Nempe gloriæ Dei, v. 2. Vide Rom. 8. 29. Phil. 3. ult[l]. Spem certissimam, fore ut nunquam sub cruce concidant, sed emergant tandem gloriosi[m]. Experientia superioris liberationis excitat spem futuræ, &c[n]. Nam qui scit se durissima pati Dei causâ, ejus spes magìs magísque accenditur, tum ex Dei bonitate, cui non convenit talem patientiam non munerare; tum ex promisso Christi, Mat. 5. 12. Joh. 16. 20[o]. Spes patientiam præcedit, sed *spem* hîc vocat spei robur, &c[p].

5. *Spes autem* (in Dei promissis fundata[r]) *non confundit*] Vel, *pudefacit*, Be. Pi. &c. i.e. non fallit[†]. Locutio sumpta ex Psal. 22. 5. Est μετωνυμία, quia plerumque pudere eos solet qui vanis pollicitationibus fidem habuere[t], sive qui frustrantur exspectatione[v]. Vide Sirac. 2. 10[x]. Spes vitæ pellit foràs eum pudorem qui ex afflictionibus oriri solet coram hominibus[y]. Nè quis dicit, parum est quod non re, sed spe, datur, Non est, inquit, spes nostra, qualis humana, quæ hominibus nititur, fallax; sed certissima & infallibilis, quæ ad promissa & sperata certò perducit. *Confundi* est, spe suâ excidere[z]. Notavit in hac periodo gradationem August. quam figuram amat Apostolus, ut videre est Rom. 8. 29, 30, 39. & 10. 13, 14, 15[*]. ¶ *Quia charitas Dei* (vel, 1. quâ nos Deum diligimus[a], & sumus amici Dei; amicos autem non confundet[b]: ità sumitur *charitas Dei* Luc. 11. v. 42. Joan. 5. 42. 1 Joan. 3. 17. & 5. 3[c]. Vel, 2. quâ Deus nos diligit[d]: ità sumitur Rom. 8. 39. 2 Cor. 5. 14. Eph. 3. v. 19. 1 Joan. 3. 16. & 4. 9. & h. l. ut patet, 1. ex v. 8[*]. ubi vocatur *charitas Dei* εἰς ἡμᾶς, *erga nos*[f]: 2. ex scopo loci, qui est commendare dilectionem Dei, &c[g]. ex illa certè, non ex nostra dilectione, Christus datus est[h]: 3. quia hæc charitas complectitur omnia dona Spiritûs Sancti: at charitas nostra una est virtus[i]. Obj. At huic repugnat quòd *in nobis esse*, & quòd *effundi* dicitur[k]. Resp. Hæc *effundi* dicitur *in cordibus nostris*, non ut adjectum in subjecto hærens, sed ut objectum, in adjecto fidei sensu relucens[l]; quia scilicet sensus dilectionis Dei *effusus est in cordibus*: ut sit Metonymia subjecti[m].) *diffusa* (vel, *effusa*, Be. Pi. &c. i. e. abundanter testata[n], largiter data[o]. Effusio hæc de effectibus Divinæ charitatis intelligi debet[p]. Al. *effusa*, in baptismo, & operibus virtutum, &c[q]. Alibi *Spiritus effusus* in Christianos, i. e. ubertim datus, dicitur, ut Act. 2. 17, 18, 33. & 10. 45. Tit. 3. 6[r].) *est in cordibus nostris* (ubi clarè manifestatur hæc dilectio Dei[†]. Vel, *animis nostris*. Nam quisque sibi conscius donorum quæ acceperat, rectè indè colligebat magnum in se esse Dei amorem. Non solent tam magna promutuo ii dare qui fidem volunt fallere. Adde 2 Cor. 1. 21, 22. Eph. 1. 14[t].) *per Spiritum Sanctum qui datus est nobis*] Non solùm dona sua nobis communicando, sed & in nobìs habitando, quo sumus effecti Divinæ consortes naturæ, Deo amici, chari, dilecti[v]: qui nos de charitate Dei erga nos certiores reddit, Rom. 8. 15, 16[x]. Hoc dicit, Eò minùs dubitandum habemus de rei speratæ eventu, quia etiam arrham à Deo accepimus Spiritum Sanctum[y]. Hæc verba connectuntur; vel, 1. cum verbis proximè præcedentibus[z]; spes non confundit, quia dilecti sumus à Deo, ídque abundantissimé: nam ex amore dedit Spiritum, &c[a]. quia spes nostra non mutabili hominum benevolentiâ nititur, sed summa Dei charitate, quæ nunquam deficere potest, quippe quæ non à nostra dignitate,

sed

Marginal notes (p. 99): b Per. c Per. sic Pi. Era. Par. d Per. * Par. f Per. ex Chrys. g Par. h Chrys. in Tol. i Per. ex Chrys. k G. l Par. m Pi. sim. Tol. n Tol. o G. p Par. q Par. sic V. Tol. r G. † Tol. sim. Pi. t Par. v V. x Ca. y Par. z E. sim. Be. a Par. sim. Be. b Tol. c G. d Tol. * G. sim. Tol. Par. f G. g Par. h G. i Di. k G. sim. Par. l Par. m Per. n G. o Di. p G. sim. Cam. q G. r Tol. † Cam. v Pi. x Par. y G.

Marginal notes (p. 100): z Di. a Par. dub. 3. b Di. c Par. ib. Tol. d Be. * Par. f G. g Per. sim. Tol. h Tol. i Per. k Tol. sim. Per. l Pi. m Cam. n Par. o G. p Per. r G. † G. E. Me. sic Tol. t G. v E. x G. y V. z Tol. * G. a E. ex Aug. Me. T. Gom. b Me. c E. d E. ex Chrys. & Th. & Caj. Tol. Be. Par. Gom. G. V. Ca. Zeg. * Par. Be. G. Pi. f Par. g Gom. h Q. in Wil. i Tol. k Q. l Gom. m Pi. n G. o Er. Par. p E. q Me. r G. † Wil. ex Gor. t G. v Tol. x Gom. y G. z Faius in Wil. a Tol.

sed ab incredibili Dei benignitate, pendet †. [Vel, 2. cum remotioribus.] Ratio est præcedentium omnium beneficiorum [b]. Propositio fuit, Per Christum justificati habemus pacem, accessum, spem gloriæ, nullâ oppressione obstante. Ratio est, *quia charitas Dei*, &c [c].

6. Ut quid, &c.] Pro ἔτι legit Vulgatus εἰς τί, vel, ἵνα τί [d]. Ἔτι γὰρ Χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε.] Spem non confundere probaverat, quia charitas Dei diffusa est, &c. Hanc consecutionem modò probat, &c *. Al. Ostendit, spem non confundere, quia amoris Dei & Christi erga nos eximium habemus pignus: non ergò nos deseret, &c [f]. Confirmatio est supradictorum effectuum & ornamentorum, &c [g]. Al. Hoc γὰρ non connectitur cum prioribus; sed novum est argumentum ad probandum Dei in nos amorem à minùs credibili ad magis credibile assurgens [h]. Al. Alia hæc demonstratio est nostræ justificationis, &c. hoc modo, Pro quibus Christus est mortuus, ii morte Christi sunt justificati & Deo reconciliati. At pro nobis mortuus est, &c [i]. Legerunt hîc alii εἰ, alii εἰς τὸ [k], Syrus εἰ δὲ, *quòd si* [l]. Sed ἔτι rectum est, & construitur cum ὄντων ἀσθενῶν quomodo mox sequetur, ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν [m]. Synchysis particulæ, qualis Mic. 6. 10. *Adhuc an est*, &c. pro, *An adhuc est*, &c. Sic Psal. 90. 12. *Numerare—sic doce*, &c. pro, *Sic numerare——doce:* Esa. 28. 19. *Eritque tantùm commotio—intelligere*, &c. pro, *erit commotio tantùm intelligere*, &c †. [Verba sic reddunt,] *Christus enim cùm adhuc essemus infirmi*, Er. Ti. sic Ar. Mo. (vel, *nullis viribus*, P. Be. Pi. sim. Il. infirmi morbo peccati [n], variis peccatorum languoribus detenti [o], *impii*, & *hostes Dei* [p]; ut mox appellat [q]: cùm nondum vires accepissemus ad serviendum Deo [r]. Vel, *ægroti*, aut *invalidi*, spiritualibus donis & viribus penitùs destituti, sicut cadaver dicitur ἀσθενὲς, 1 Cor. 15. 43 †. Loquutio hæc primâ fronte diluta videtur, sed penitiùs introspicienti asperior est sequente ἀσεβῶν. Denotat enim conditionem hominum non modò malorum, sed usque adeò in malitia sua perditorum, ut nulla illis vis supersit quâ salutem recuperare possint. Nam ἀσθενὴς dicitur non id solùm quod infirmum, sed etiam quod viribus planè cassum, & ἀνωφελὲς est, Heb. 7. 18 ||. Ausim vertere, *quum essemus mortui*. Passim enim apud LXX ἀσθενεῖν, pro כשל, *ruere*, *labi*, usurpatur, etiam ubi gladio confossum & interemptum in terram concidere significat, ut Psal. 9. 3. Dan. 11. 19, 33, 41. Vide & Zoph. 1. 3. & alibi: ubi pro *prorsus concidere* & *perire* usurpatur [t]: cùm pro peccatis judicio Dei satisfacere, nosmet ab ira Dei & morte vindicare non poteramus, proinde vindice & servatore alio egebamus [v]. Al. *propter infirmitatem nostram*, Tre. ex Sy.) *juxta temporis rationem*, Er. Ti. sim. Chrys. & Theod. in Tol. (quando Lex erat, quando gratia nondum apparuerat, infirmi eramus [x]: ità mitigat dictum, quasi infirmitas illorum tempori imputanda sit [y]. *Cùm nos adhuc essemus per tempus infirmi*, Ca. vel, *in hoc tempore*, Tre. ex Sy. Κατὰ καιρὸν referri potest vel, 1. ad verba præcedentia [z], & ad *nos*, ut discernat statum pristinum à præsente; qu. d. qui ante & extra Christum eramus infirmi & impii [a]. Vel, 2. ad sequentia [b], ad Christi mortem [c]: [ut reliqui ferè, qui sic vertunt,] *suo tempore*, Il. P. Pi. Di. Heb. בעתה, quod LXX, Esa. 60. 22. vertunt, κατὰ καιρὸν. Sic & Job. 5. 26. ubi synonyma sunt, κατὰ καιρὸν, & καθ' ὥραν. Vide & Num. 23. 23 [d]. Vel, *secundùm tempus*, Mo. V. Vulg. sub. *promissum per Prophetas*, V. *præstituto tempore*, Be. sim. Er. Par. Tol. à Patre dispositot: *tempore ad eam rem opportuno*, G. sim. Tol. ex Hi. & Theod. & Sedul. Par. Joh. 13. 1. & 17. 1. & Gal. 4. 4 *. sumptâ opportunitate à Patris decreto [f], exactis hebdomadibus Danielis: destructis Regnis [g]; cùm omnia plena essent infidelitate & peccato, & maximè egerent medico ac redemptione [h].) *pro impiis* (*etiam pro impiis*, quales multi non inter Gentes tantùm, sed & inter Judæos. Quod hîc dicit ἀσεβεῖς, mox dicit ἁμαρτωλὰς, sensu scilicet eminentiore; quomodo Hebræis רשעים & חטאים pro eodem sumi solere notatum est eruditis. Græci quoque Interpretes pro utraque voce Hebræa modò dicunt ἀσεβεῖς, modò ἁμαρτωλοί. Vide quæ diximus De J. B. & P. 2. 20. 44 [i]. Pro se causa nulla erat cur moreretur, sed pro nobis, nostrâ & causâ, & vice ac loco [k].) *mortuus est*] Ideo

† Bra. [b] Wil. ex Calv. [c] Par. [d] E. * Tol. [f] Me. [g] E. [h] G. [i] Par. [k] G. [l] Be. [m] G. † Clas. gram. 4. 2. 24. 746. [n] Tol. sim. Be. [o] E. [p] Be. sim. E. [q] Fe. [r] G. † Be. || Pra. [t] Di. [v] Par. [x] Chrys. in Tol. sim. Er. [y] Er. [z] Chrys. in Tol. [a] Par. [b] Tol. ex Hi. Orig. Amb. &c. [c] Par. [d] Di. † Tol. * G. [f] Tol. ex Theod. [g] G. [h] T. ex Hi. & Theoph. & Sedul. [i] G. [k] Par.

10 20 30 40 50 60 70

mortuus est ut illi peccatores ad fidem perduci possent, quæ fides præcipuè nititur morte Christi & resurrectione. Vide Rom. 4. 25 [l].

7. Vix, &c. Μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου, &c.] Syrus legit, ὑπὲρ ἀδίκων [m], quomodo & Arabs [n]: sensu optimo. Magnum est quod dixi: *Est hoc perrarum ut quis pro homine malo mortem velit oppetere*. Loquitur ex sententia Philosophorum ac Judæorum. Seneca, *Succurram perituro, sed ut ipse non peream, nisi si futurus ero magni hominis, aut magnæ rei, merces*. Idem sensus in epistola Epicuri ad Pythoclem. Vide Philonem [o], [in G.] Hanc Syri lectionem probarem, nisi omnium Græcorum Codicum——consensus repugnaret, quia sic omnia inter se congruerent [p]. At longè est efficacius argumentum secundùm receptam lectionem. Vult enim pro scelerato neminem mori, vix pro justo, &c [q]. [Verba sic reddunt,] *Enimverò vix pro justo* (vel, *insonte*, Ca.) *quisquam moriatur*, Be. Pi. &c. vel, *morietur*, Er. V. i. e. mori velit [r]. Insolitum hoc est †.

¶ *Nam*, &c. Ὑπὲρ γὰρ ἀγαθοῦ τάχα τὶς καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν] *Nam* (vel, *Siquidem*, Er. Ti.) *pro bono* (sub. *viro*, Ca. Be. &c. vel, *bonis*, Tre. ex Sy.) *forsitan* (vel, *fieri potest ut*: dubitanter loquitur [t]. Vel, *facilè*. Opponitur ei quod præcessit, μόλις. Tale illud, τάχα μὲν καὶ ἀναίτιον αὐτὸν [v].) *quis* (vel, *aliquis etiam*, Be. Pi.) *mori audeat* (Significat id non fieri sine difficultate & audacia [x]. Vel, *sustineat*, Be. Pi. G. E. Ga. Ca. &c. in animum inducat [y]. Τολμᾷν non est, *audere*, sed, *sustinere* [z], ut Rom. 15. 18. 1 Cor. 6. 1. Sic Plato Polit. 2. Ὃς ἂν τολμήσειεν ἀπέχεσθαι τῶν ἀλλοτρίων, *qui rebus alienis abstinere sustinuerit* [a]. Sic τολμᾷ ἰσχύειν, τολμᾷ ἀπέχεσθαι, frequenter apud Græcos [b]. Sed quærendum hîc quid τοῦ δικαίου, *justi*, & τοῦ ἀγαθοῦ, *boni*, nominibus significetur [c]. [Quidam de rebus intelligunt:] Pro justa vel bona causa [d], pro re bona & defensione virtutis *. *Justum*, pro *justitia*, in Virgilio, *bonum*, pro *bonitate*, frequens [f]. [Reliqui de personis.] Hoc rectius, ut constat ex v. præced. & seq [g]. ubi est ὑπὲρ ἀσθενῶν καὶ ἀσεβῶν, cui hîc opponitur ὑπὲρ δικαίου [h]. [Hi autem in partes eunt.] Alii hæc à se invicem distinguunt [i], [nec uno modo.] Δίκαιος est *insons*, qui est criminis expers; *bonus*, qui virtutis pietatisque specimina edidit: ità Ca [k]. [At is aliter accepit, aut valde fallor: de quo statim.] Al. δίκαιος hîc idem qui Hebræis צדיק, id est, ut Hebræi explicant, *justus*, *qui quod lex exigit, facit*: ἀγαθὸς idem qui חסיד, i. e. *qui ampliùs quàm lex exigit præstat* [l]. Ἀγαθὸς est homo beneficus [m]; de multis bene meritus [n]; qui virtute suâ amorem meretur, eâque utilis aliis esse potest: significat enim ἀγαθὸς etiam *utilis* [o]; qui sit ipsi utilis [p], maximéque adeò amabilis [q]: ut ἀγαθὸς sit idem quod χρηστὸς † à quo quis beneficium accepit †. Pro talibus citiùs aliquis vitam ponit quàm pro aliis quantumlibet justis. Ac nisi discrimen indicare vellet Apostolus inter *justum* & *bonum*, quorsum mutaret vocabulum [t]. [Alii tamen aliter.] Eundem vocat δίκαιον quem ἀγαθὸν [v]; nam δίκαιος à *justitia* dicitur, à qua viri *boni* denominantur, & eum opponit ἀσεβεῖ sive ἁμαρτωλῷ ||. *Justus* sæpe in S. S. dicitur non *qui strictio jure agit*, sed, *qui benignè, piè, moderatè, misericorditer, se gerit*, ut Psal. 37. 21, 26. collat. cum Psal. 112. 5. Prov. 12. 10. Matt. 1. 19. Et δικαιοσύνη ponitur pro ἐλεημοσύνη *. Hæc verba, ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα, &c. est correctio [y], & ratio cur dixit, *vix pro justo*, &c [z]. qu. d. Non omnino nego fieri posse ut aliquis tametsi rarus, mori sustineat insontis bonique viri causâ [a], ut ipsum salvet & eripiat [b]. Est συγχώρησις [c] tale forsan exemplum reperiri posse [d]. Aliquos in Gentibus, aut Judæis, invenias qui pro viro bono se periculis objiciant, ut Jonathan pro Davide; ut Damon & Pythias apud Valer. Max. 4. 7. & Lactant. 5. 18 *. [cujus verba vide in G.] Nisus & Euryalus apud Virgil. tres Curii, duo Decii, &c [f]. Sed sontis causâ mori nemo sustinet. Hoc Christi proprium est & amoris inauditi [g].

8. Commendat, &c. Συνίστησι, &c.] *Confirmat*, vel *stabilit*, vel *comprobat*, &c. hoc scilicet ceu certo signo [h]. *Commendat* (i. e. conspicuam facit, ut Rom. 3. 5 [i]. insignem & summè commendabilem esse ostendit [k]:) *autem suam erga nos* (εἰς ἡμᾶς, pro, τὴν εἰς ἡμᾶς [l]. neque enim hæc pendent à verbo συνίστησι [m], sed ab articulo τὴν, [subaudito.]) *charitatem Deus*, Be. Pi. &c. Hæc est dilectio Dei φιλανθρωπία erga omne humanum genus indistinctè. Deo hoc adscribit, quia is Filium suum tradidit, Filio suo

[l] G. [m] Idem. [n] Di. [o] G. [p] Ec. [q] Di. [r] V. sim. E. † Tol. [t] Pi. [v] G. [x] Tol. [y] E. [z] G. sim. Ga. [a] Ga. cin. 9. 273. [b] G. [c] Ca. [d] Hi. in Par. sim. Val. Er. D. * V. [f] Val. [g] Pi. [h] Par. Pi. [i] Ga. 275. [k] Ca. 277. [l] Godvin. in Ga. 276. [m] Catharin. in Per. E. [n] E. [o] Di. [p] Steph. in Ga. 277. sim. Bra. [q] Bra. † Ga. ib. † V. [t] E. [v] Ca. sic Pi. Tol. Par. Ga. ex Chrys. Oecum. Calv. Be. || Ca. * Ga. cin. ib. [y] Par. [z] Tol. Par. sic Ca. [a] Ca. [b] Tol. sic Par. [c] G. [d] Par. sim. Tol. * G. [f] Par. [g] Ca. [h] V. [i] G. [k] Be. sim. Tol. Pi. [l] Pi. [m] Pi. ex Be. [n] Ec.

suo non pepercit. ¶ *Cùm adhuc peccatores*, &c.] Repetit paulùm mutatis verbis sensu eodem quod dixerat, ut egregium & memoriæ infigendum [o]. *Peccatores*, id est, nondum reconciliati, sed in statu peccati, peccatis peccata addentes [p]; peccatis dediti [q], in quibus regnat peccatum [r]; mortui in peccatis †: ut vox, *peccatores*, sumitur Luc. 7. 34. Joh. 9. 31 [t]. sic & 1 Joan. 3. 9. & 5. 8 [v].

9. *Multò igitur magis*] Hîc jam sequitur illatio majoris, i. e. magis credibilis, rei [x]. Argumentum est à minori [y], vel à majori ad minus [z]. ¶ *Justificati*] i. e. Vel, ad veram atque internam puritatem sive justitiam perducti [a]. Vel, Deo reconciliati [b]. Al. *Justificati*, nimirum ex parte Christi merentis nobis veniam; & ex parte Dei, veniam nobis offerentis sub conditionibus in Evangelio propositis, quanquam non ex parte nostra, sive ità ut à nobis actu percepta sit. Cui sententiæ favet; 1. scopus loci, qui est commendare charitatem Dei & Christi erga nos: ea autem spectatur in iis quæ Christus fecit ad nostram justificationem, hoc est, in morte Christi, &c. non in iis quæ à nobis exiguntur. 2. Collat. v. 8. ubi Christus *mortuus* dicitur *pro nobis*, (quod idem valet quod, *justificati morte ejus*: ut liquet ex collat. v. 8, 9, 10.) *dum essemus peccatores*, h. e. improbi: ad quos certè actualis justificatio non pertinet. 3. Collatio hujus *justificationis* cum *condemnatione* per Adamum, v. 16. ubi *condemnatio* ad omnes pertinet, ideóque & *justificatio*, &c. Actualis autem justificatio ad omnes non pertinet, sed tantùm ad credentes, &c [c]. ¶ *In sanguine ipsius*] i. e. Per mortem ejus [d]. Est μετάληψις. Nam *sanguis*, sive mors cruenta, *Christi* causa fidei, fides justitiæ. Is ordo manifestus suprà 3. 25 *. ¶ *Salvi*, &c. Σωθησόμεθα, &c.] *Servabimur per eum ab ira illa*, Pi. sic Be. nempe Dei, quæ opponitur *paci cum Deo*, v. 1 [f]. à justa vindicta quâ Deus punit peccatores [g], ab ira ventura [h], i. e. morte æterna [i]. *Eripiemur à communi exitio quod impios manet.* Par locutio 1 Thess. 1. 10 [k].

10. *Si* (i. e. Cùm, vel Quandoquidem, ut sæpe notatum [l].) *enim cùm inimici essemus* (nam impii omnes Deo sunt *inimici*, Jac. 4. 4. *Deum non amant*, 1 Joh. 4. v. 20 [m].) *reconciliati sumus* (vel, *fuimus*, Be. Pi.) *Deo* (i. e. Deus, antè nobis ob peccata iratus, nobis jam placatus est [n]:) *per mortem Filii ejus*, (i. e. Deus à nobis gravissimè læsus, cùm Filium suum nostri causâ morti dedit, ostendit se non eousque iratum ut non sub bonis conditionibus *in gratiam redire nobiscum* vellet. Id hîc est καταλλάττεσθαι, non plenè scilicet, sed κατά τι, ad illum effectum, ut 2 Cor. 5. 19 [o]. Dicit, *per mortem*, quâ scilicet satisfactum veritati Dei, Gen. 2. 17. *Morte morieris*: & *sine sanguinis effusione nulla remissio*, Heb. 9. 22. Nec tamen extremus tantùm actus crucis erat meritum justitiæ, &c. quid enim fuit universa Christi vita, nisi passio & mors perpetua pro nobis? Est ergò Synecdoche [p].) *multò magis reconciliati* (i. e. cùm jam sumus reconciliati, ut ostendit antithesis [q]. *Postquam Deus nobiscum venit ad conditiones*, subintellige, *quas nos accepimus iisque paruimus.* Nam sæpe sub verbis actus primi intelliguntur actus secundi. Similia vide Joh. 6. 44. & 17. 6 [r].) *in vita ipsius*] Vel, *per vitam ipsius*, Be. Pi. G. ἐν pro διά, ut patet ex antithesi †. Tota hæc argumentatio est explicatio & confirmatio illius sententiæ, *Spes non confundit*, sed certa est & infallibilis [t]. Rationem argumenti præcedentis à minori explicat, Si Christus fecit id quod videbatur minùs facturus, multò magis faciet id quod magis videtur facturus [v]. Si tanta fecit pro inimicis, h. e. eos reconciliavit, quod opus fuit puræ misericordiæ, pro amicis faciet quæ minora sunt; h. e. eos salvabit, quod opus est ad justitiam pertinens [x]. Si nos inimicos reconciliavit Patri [y], vel servare voluit & potuit [z], Christus patiens & moriens, quantò magìs reconciliatos salvabit [a], vel salvare vult & potest [b], vivens & regnans [c], & ad dexteram Patris sedens atque interpellans pro nobis [d]; nec ampliùs moriturus *, nec ullos ampliùs labores aut dolores subire coactus [f]? Vita omnis vim agendi in se continet. Et quid potiùs agat Christus, cui omnis potestas data est, quàm ut *malis eximat* eos pro quibus in gratiam Patris reponendis tam multa fecit ac passus est [g]? Non dicit nos *per vitam* salvandos, sicut dixerat *per mortem*, quasi vita, quam nunc vivit Christus, esset pretium aut meritum salutis nostræ; sed quia ipse vivens, & à morte resurgens, est qui nos salvat; & quia ipse vitâ & resurrectione suâ efficiet nos resurgere, & ad vitam æternam perducet: quod fieri non potuit, nisi ipse resurgeret & viveret, &c [h]. Si tanta fuit Christi morientis virtus, quantò major viventis, & vigilantis, & omnia suæ potestatis ditione continentis [i]; & Spiritûs sui vi [k], quem nobis à Patre impetratum è cœlo mittet [l], Ecclesiam quasi manibus suis conservantis [m]?

11. *Non solùm autem*] Sub. *sumus Deo reconciliati* [n]. Vel, sub. *gloriamur in spe gloriæ* [o], vel, *in gratia hac & justitia propter spem* [p]; nec etiam tantùm gloriamur *in tribulationibus* [q], ut dixi v. 3. eò enim redit post longam parenthesin [r]: reliqua enim interposita sunt, ut spem non confundere probaret †. Al. Parum est quod dixi, *fore ut malis nos eximat* [t]. Al. Non solùm salvabimur, sed & gloriosè salvabimur [v]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι, &c.] *Verumetiam gloriamur* (vel, *gloriantes*, sub. *sumus*, G. ex Sy. Participium pro Verbo Præsentis temporis, ut sæpe [x].) *de* (vel, *in*, Vulg. Zeg. &c.) *Deo*, Be. Pi. i. e. quòd Deus noster sit [y], nobis Pater [z], cujus filii facti sumus adoptione per gratiam reconciliationis [a]; Amicus, Familiaris, Tutor, Protector, &c [b]. omnis nostræ justitiæ, reconciliationis & renovationis, Author [c]. Dei pollicitis per Christum factis innitimur, atque confidimus nos insuper bona & æterna & maxima consecuturos. Vide quæ suprà v. 4. & Heb. 3. 6 [d]. Confidimus & lætamur quòd Deum, summum bonum, proprium habeamus, intúsque possideamus *. Duo sunt quæ fidelium saluti obstare videantur; 1. afflictiones, de quibus jam dictum, nos in iis gloriari, &c; 2. Dei ira adversùs peccatum, cui adhuc obnoxii sumus, &c. Nunc ergò dicitur, eos gloriari posse, se Deum habere propitium, &c [f]. ¶ *Per Dominum*, &c.] q. d. Non nostrâ virtute, nec merito, nec opere, sed per Christum [g]. Hoc toties inculcat, quia Judæis, philosophis, & mundo, difficillimè persuadetur, non haberi salutem nisi per Christum [h]. ¶ *Per quem nunc* (i. e. tempore hoc Evangelii [i]) *reconciliationem accepimus*] i. e. Deo facti sumus amici [k]. Al. Dictum μετωνυμικῶς: id est, accepimus effectum istius reconciliationis, Spiritum Sanctum, quem Deus non dedisset nobis, nisi planè in gratiam suam repositis. Hîc apertiùs exprimitur actus ille secundus, de quo diximus suprà v. 10. Pax subditorum cum Rege tunc perfecta est, cùm subditi eis conditionibus paruere quas Rex præscripserat [l].

12. *Propterea*; ità Be. Pi. Di. &c. Διὰ τοῦτο] *Itaque*, Be. *Hæc cùm ità se habeant ut diximus.* Est enim לכן, διὰ τοῦτο, non Reddentis causam antè dictorum, sed Ex antè dictis, tanquam certis, mysterium vetus interpretantis. Id autem hîc est, Quæ per Adamum gesta sunt, eorum contraria debuisse geri per Christum. Idem explicat 1 Cor. 15. 22 [m]. Cohærent hæc verba, vel, 1. cum ver. præced. quomodo accipit Syrus [n], qui (sicut & Arabs [o]) διὰ τοῦτο omittit [p]: ità plana est sententia. Meritò, inquit, de Deo gloriamur, à quo non Remissionem tantùm peccatorum habemus, sed & Justitiam Dei perfectissimam, &c [q]. Vel sic; Dixit v. præced. *per quem reconciliationem accepimus.* Id jam probat, quia sicut per Adamum sumus in peccatum lapsi, ità per Christum ad justitiam redacti [r]. Vel sic; q. d. Quum igitur per Christum accepimus reconciliationem †, & in Deo gloriemur [t], hinc consequens est, Christum similem esse Adamo per quem Deum offendimus [v]; cúmque esse alterum Adam, qui perditam in priore Adamo justitiam & salutem restituit mundo [x]. Vel, 2. cum v. 10. ubi dixerat, reconciliatos nos esse Deo per Christum; quemadmodum id factum, hîc aggreditur ostendere, comparatione Christi & Adami, &c [y]. Pergit hîc ostendere magnitudinem charitatis Christi erga homines, ex eo quòd homines in peccatum & mortem delapsi sunt, & indigebant reparatore ad justitiam & vitam [z]. Connexio (quæ hic valde advertenda) hæc est ex antecedentibus illata, unius nempe Christi mediatione nos omnes accessum, redemptionem & reconciliationem, habere. Hinc, inquit, factum est, ut sicut unus evertit humanum genus, ità unus reparavit [a]. Al. Apostolus cap. 3. differit de justitia Evangelica, quam probat exemplo Abrahami, &c. cap. 4. hîc autem ampliùs illustrat collatione justificationis per Christum cum condemnatione per Adamum, osten-

Marginal notes (left column): o G. · p Tol. · q Pi. · r Be. Pi. · † Be. D. · t Pi. · v Be. · x G. · y ar. · z Wil. · a G. · b Tol. · c Ham. · d V. · * G. · f Par. · g Tol. sim. Be. · h Pi. · i Pi. Be. · k G. · l Le. · m G. · n Di. · o G. · p Par. · q Pi. · r G. · † Pi. · t Tol. sim. Me. · v Par. · x Tol. · y E. · z Par. · a E. · b Par. · c E. Par. · d E. Me. · * E. · f T. · g G.

Marginal notes (right column): h Tol. · i Bra. · k Gom. · l Bra. · m Gom. · n Me. ex E. Zeg. · o T. sic Pi. · p Tol. · q Tol. sic T. Pi. · r T. · † Tol. · t G. · v Camer. · x Glass. gram. 3. 4. 4. 415. · y V. sic Pi. &c. · z Be. Tol. · a E. &c. · b E. · c Tol. sic Me. T. · d E. · e G. · * Par. · f Bra. · g Tol. sim. Par. · h Par. · i Tol. · k V. · l G. · m G. · n Be. · o Di. · p Be. Di. · q Be. · r E. · † Pi. sic Par. · t Par. · v Pi. · x Par. · y Per. · z E. · a Tol.

ostenditque gratiam Dei ad omnia hominum genera, sive Judæos, sive Gentes, pertinere †. Qu. An sententia hoc loco plena & perfecta est? Resp. Est ἀνανταπόδοτον, sive collatio sine redditione [b]. Pendet sententia, sive collatio, interpositâ longâ parenthesi, usque ad v. 18, 19. ubi utraque pars collationis ponitur [c]. Post hunc versum sequitur longa hîc παρένθεσις ad v. usque 18. ubi reditur ad cœptum sermonem. Id genus dicendi Græci ὑπέρβατον vocant: solétque id multùm emolliri si voces eædem, aut sensus antè positus, repetatur addito *inquam*, vel *ergò*, ut infrà, ἄρα οὖν i. e. ut dicere cœperam [d]. Sed quamvis ἀνανταπόδοτον, quod & veteres hîc observant, possit aliquo modo excusari, tum quòd contrariorum unum ex altero facilè colligitur, ut Rom. 8. 12. tum ob interjectas prioris expressæ hujus collationis partis probationes, durum tamen mihi & insolens videtur, neque hîc necessarium*. Non acquiescendum reor anantapodotis, si quo modo, illæso sensu, possint expediri [f]. [Id autem sic expediunt.] Διὰ τοῦτο hîc accipio eodem sensu, quo Rom. 11. 32. dicitur Deus *omnes conclusisse sub peccato ut omnium misereretur*. Dixerat v. præced, nos gloriari in Deo per Christum per quem reconciliationem accepimus. Et ut eam acciperemus, *Propterea*, inquit, *sicut per unum hominem peccatum in mundum intravit, & per peccatum mors: sic* (καὶ ante οὕτως more Hebræorum redundat, & est simpliciter ἀποδοτικὸν vel docet membrum sequens cum præced. connecti, eique respondere: quomodo καὶ ante ποιήσομεν, Jac. 4. 15.) *in omnes homines mors transivit, quia omnes peccarunt*, ut ansa daretur Deo reconciliationem per Christum exhibendi. Omnes autem peccâsse probat v. 13, 14. Non hîc inchoandam censeo comparationem inter primum Adamum & secundum, sed v. 15. Aliter, Ad evitandum hiatum forsan post διὰ τοῦτο subintelligi possit, ἔχει, vel δεῖν ὥσπερ, *habet se*, vel *est sicut*: id enim sæpe ante ὥσπερ subaudiendum, ut Mat. 25. 14. ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος, &c. Sensus est, Sic enim se habet adventus meus *sicut vir*, &c. Sic Marc. 13. 34. Vide & Rom. 15. 3. Ità & hoc loco. Propterea sic se habet reconciliatio, *sicut per unum hominem peccatum intravit*, &c. Experiamur aliter. Διὰ τοῦτο valere potest, *propterea quòd*, ut Joan. 7. 22. ut על כן sæpe sumi illic probavimus. Sic cum præced. optimè cohæret, ut causa reddatur cur in reconciliatione Christi gloriemur, *propterea quòd sicut per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, ità in omnes homines mors pervasit, quia omnes peccaverunt* [g]. In conjunctione καὶ ante διὰ τῆς ἀμαρτίας subauditur οὕτως, ut Matt. 6. 11. *Sicut in cœlo*, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, *ità & in terra*: ut sensus sit, *Sicut per unum——peccatum in mundum intravit, ità & per unum intravit mors*: ut intelligas, utrumque ab Adam profectum in omnes dimanâsse [h]. Al. Καὶ ante οὕτως sumendum (quod de priore καὶ notavit Er. non ità opportunè) redditivè, non copulativè, ut Matt. 6. 11. *ut in cœlo etiam in terra* [i]: ut sic vertatur, *Sicut per unum—peccatum—intravit, &—mors, ità* (ut redundet καὶ [k]. Vel, *ità quoque*, Kn. ut Sy. & Ar. & alii recentiores accipiunt [l]. Sed non est in textu οὕτως καὶ, sed, καὶ οὕτως [m]. At frequens est illa metathesis [n].) *in omnes——mors*, &c. Stapul. in E. sic Kn. Sed his corruptelis sensus & scopus refragatur [o]: qui non est comparare ingressum peccati vel mortis ad unum vel omnes [p], sed Adamum cum Christo [q]. [At hanc comparationem nondum inchoatam suprà dixit Di. Alii aliter.] Similitudo exponitur v. 12, 13, 14 [r]. cujus πρότασις, seu propositio, prolixior est, 12, 13. & parte 14 vers. ἀπόδοσις, sive redditio, contractior †, nec directè & plenè, sed obliquè & imperfectè, notata [t], illis verbis, *qui*, scil. Adamus, *est typus illius*, scilicet Adami, *qui erat futurus*, seu *venturus*, h. e. Christi [v]: q. d. ità per unum futurum hominem, qui Christus est, intravit justitia & vita in omnes: ut his verbis indicetur posterior pars similitudinis, &c [x]. [His, ut par erat, præmissis, veniendum ad verborum explicationem.] ¶ *Per unum hominem*] i. e. Vel, 1. Evam, quæ prior peccavit [y]: ut *homo* sit nomen speciei, non sexus [z]. Vel, 2. Adamum [a]: ut patet, 1. quòd hîc in seq. nominatur, & ut primus homo confertur cum secundo, Christo [b]: 2. quia solus Adam fuit causa propagationis peccati, &c. Itaque si Adam non peccâsset, etiam Evâ peccante, posteri indè peccatum per generationem non contraxissent, tum quia cum solo Adamo Deus pactum illud fecerat, tum quòd propagatio naturæ, cum qua peccatum propagatur, principaliter fit per virum, &c [c]. Cur non Evam hîc dixit? Quia Hebræi non solent γενεαλογεῖν per fœminas ‖. Vel, 3. Adamum & Evam, sexu duos, naturâ & conjugio unum [d]. Etsi Heva nec significatur, nec comprehenditur, non tamen excluditur*. Præcipuè tamen vir intelligitur, qui est caput mulieris, & ad quem propagatio pertinet [f]. Per Adamum, totius humani generis parentem, & principium à Deo constitutum. ¶ *Peccatum*] Verum, ut patet quia hîc à morte, quæ pœna peccati, distinguitur [g]. *Peccatum* hîc intelligit non originale originatum, ut vocant; sed actuale [h], sive primum peccatum Adæ [i], quod primò mundum polluit [k], mortémque invexit: hoc enim solum traducitur ad posteros, reliqua autem ejus peccata, sicut & pœnitentia, personalia erant: ideóque non dicit *peccata*, sed *peccatum* [l]. Hoc autem originale dici potest, quatenus peccatorum omnium origo est [m]. Al. *Peccatum* generaliter intelligit, omne quod veræ culpæ rationem habet, sive sit actuale, sive habituale: hîc autem verificatio fit de peccato Adæ non actuali, quod non nisi in illo esse potuit, & in eo deletum fuit per pœnitentiam; sed originali, quod propagatur, &c [n]. *Peccatum* originale [o], sive quod ab origine conceptionis & nativitatis habemus. Illud autem est duplex; primum est transiens & actuale, nempe lapsus Adami, qui noster est justâ imputatione: alterum est permanens & habituale, ex prioris merito ac corruptæ naturæ traductione naturali procedens, naturæque nostræ inhærens corruptio moralis. De priori tantùm hîc agi ex sequenti expositione v. 15. ad 20. liquet*. ¶ *In*, &c. Εἰς τὸν κόσμον] *In mundum*, Be. Pi. &c. i. e. vel, 1. locum in quo habitamus [p]: in universam mundi machinam, quæ ob hominis peccatum subjecta est & *maledictioni*, Gen. 3. 14, 17. & *vanitati*, Rom. c. 8. v. 20. & liberationem cupidè exspectat, ibid. confer Act. 3. 21 [q]. Vel, 2. in genus humanum [r], sive in omnes homines, ut mox exponitur †; quibus peccandi exemplum primus dedit Adamus [t]: in primum hominem, qui erat pars mundi, & per eum, ut portam, in omnes posteros. ¶ *Intravit*, Εἰσῆλθε] *Irruit*, cum impetu, ut hostis in urbem vi effractam: vel potiùs, pro παρεισῆλθε, *irrepsit*, quasi furtim & per insidias, ut lues in domum, aut lupus in ovile †. Qu. Quomodo intravit? Resp. 1. Per exemplum & imitationem: liberi exemplo parentum didicerunt peccare, sicut exempla majorum manant in inferiores. Hæc sententia Socini [v], & Pelagii [x]. Nihil hîc est quod non accommodari possit ad Peccatum Imitationis. Pelagium quidem damno, & peccatum originale agnosco, de quo tamen hîc agi dubito [y]. Hæc Pelagii sententia facilè refellitur. 1. Homines propriè non imitantur id quod non cognoscunt [z]. Atqui plurimi sunt qui de peccato Adami nihil audierunt [a]. 2. Sic potiùs per Diabolum intravit peccatum: ille enim primus peccavit [b]. 3. Imitatio non cadit in infantes, in quos tamen cadit peccatum & mors [c]. 4. Ut peccatum intravit, ità & mors. At ingressus mortis non est per imitationem. Ergò nec peccati. 5. Sic per Adamum peccatum intravit, sicut per Christum justitia. At per Christum justitia non est per solam imitationem, &c [d]. Resp. 2. Per propagationem*, per imputationem, ìdque jure hæreditario, propagatum per generationis naturalis successionem [f]. Tria erant in primo peccato; 1. *culpa* actualis: 2. *pravitas* naturalis, sive horribilis naturæ deformitas: 3. *reatus* legalis. Et hæc omnia ad posteros introierunt non unâ viâ, sed triplici: culpa, *participatione*, quia omnes seminali ratione fuerunt in lumbis Adami; pravitas, *propagatione*, seu generatione, quia filios genuit Adam ad imaginem suam, non Dei; reatus, *imputatione*, quia gratia ità Adamo collata est, ut, si peccaret, tota posteritas cum ipso eâ excideret: sicut feuda tali conditione dantur vasallis, ut si ea per culpam perdant, eodem reatu liberos involvant [g]. Duo sunt in peccato originis; 1. Corruptio, quæ tollitur sanctificatione, &c. 2. Reatus: de quo hîc propriè agitur, cui opponitur Imputatio obedientiæ Christi [h]. ¶ *Et per peccatum mors*] Quod & Judæi agnoscunt. Vide Chald. par. ad Ruth 4. 22 [i]. & Bereshith Rabba, sect. 14. & Midras Koheleth ad cap. 3. 14 [f]. *Mors*, tum spiritualis & æter-

Marginal notes: † Ham. [b] Wil. ex Er. sim. Par. [c] Wil. sim. Par. [d] G. * Pe. [f] Kn. [g] Di. [h] Er. [i] Kn. [k] Stapul. in E. [l] Kn. [m] Par. [n] Kn. [o] Par. sim. E. [p] Par. [q] E. sim. Par. [r] Pi. † Gom. [t] Pi. [v] Pi. sic Gom. Tol. [x] Tol. [y] Pelagius in E. [z] Q. in Per. [a] Tol. E. Per. Par. Pi. Ham. &c. [b] E. — [c] Per. ‖ G. [d] Par. * E. [f] Par. [g] E. [h] Par. [i] Per. sic Par. Pi. [k] Par. sim. Per. [l] Per. [m] Par. [n] E. [o] Me. Gom. * Gom. [p] Orig. in E. [q] Be. [r] G. Pi. † E. Per. Par. Pi. [t] G. † Par. [v] Idem. [x] E. Per. &c. [y] Er. [z] E. [a] E. sim. Per. [b] E. ex Aug. [c] Par. [d] E. ex Aug. * Tol. ex Aug. E. Per. Par. [f] P. [g] Par. [h] Be. [i] Cap. [f] Cart.

æterna, tum corporalis, tum omnia utriusque antecedentia, consequentia, effecta; debilitas, tristitia, putredo, &c [g]. *Mors*, i.e. virium imminutio, causa lassitudinis, dolorum, morborum, & ex his secuturæ mortis: ut ad Genesin diximus. Atqui immortalitas Adamo, etiamsi Deo paruisset, dicat aliquis, promissa non erat; & naturâ erat χοϊκὸς, factus εἰς ψυχὴν ζῶσαν, non εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν, 1 Cor. 15. 45. Fateor: at si præcepto Divino paruisset, mansissétne in Paradiso semper, an majus aliquid deinde de eo constitutum fuisset, & nobis incertum est, & ipsi incertum fuit. Hebræi quidam existimant futurum fuisse ut post vitam felicem longissimam Deus ei, sine ulla molestia ac dolore, animum è corpore liberaret, quod ipsi non מות, i. e. *mori*, sed גוע, aut *osculum pacis*, vocant. Alii putant eventurum ei fuisse id quod Enocho & Eliæ evênit. Sed de hac re alii judicent; dum illud teneamus quod ait Sapiens Hebræus, *Diaboli invidiâ mortem in mundum intrâsse*, Sap. 2. 24. & quod Sirachides, *per mulierem initium factum peccandi, & indè esse quòd morimur*, 25. 24 [h]. *Mors* corporis hîc intelligitur [i]: ut patet, 1. ex comminatione, Gen. 2. 17. 2. ex collat. 1 Cor. 15.21 [k]. Mors autem non erat homini naturalis [l], ut sive peccaret Adam, sive non peccaret, tamen moreretur, ut voluit Pelagius [m]; sed pœna [n], & *stipendium peccati*, Rom. 6. ult [o]. ideóque omnes homines ut sunt rei mortis, ità & participes peccati [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ οὕτως —— διῆλθεν] Exponit progressum & dilatationem peccati & mortis. Incipit à morte, quia hæc notior est & sensibus patet [q]. *Et ità* (i. e. ad hunc etiam modum [r], per seu propter peccatum †, per Adami lapsum [t], qui pecatum & mortem introduxit [v]; quia mors erat pœna peccati, hoc ad posteros traducto, etiam illam ad eos permanâsse necesse fuit [x]. Τὸ *&* indicat hanc sententiam esse continuam & inabsolutam [y].) *in omnes homines* (scil. consueto naturæ ordine genitos [z], in omnes ætates, sexus, gradus, adultos, infantes, &c [a].) *mors pervasit*, Be. Pi. Er. Il. Ti. Ca. Ar. vel, *transiit*, sive *pertransiit*, Tre. ex Sy. P. Mo. Utitur verbo molliore, pro, *penetravit*, pervasit celeri passu, instar occulti veneni, aut pestis, vel hostis grassantis, ad vim peccati & mortis summè penetrabilem & inevitabilem significandam [b]. Διῆλθεν verto, vel, *transit*; *transire* verò dicuntur quæ contagio ab aliis ad alios propagantur; vel, *dimanavit*, sive *derivatum est*; vel potiùs, *pervasit*: ut exprimatur celeritas, vis, & impetus mali in omnes dimanantis [c]. *Pervenit ad omnes Adami posteros*, ipsâ lege originis, per quam non poterant non omnibus quæ diximus malis obnoxia esse corpora ex tali corpore substantiam suam & qualitates ducentia. Sublato enim beneficio illo per arborem vitæ, manebat corpus humanum quale cæterorum animantium, caducum ac fragile velut testa ex humo facta. Hoc sensu, aiunt Hebræi, *mortem ex peccato Adami venisse ad posteros ejus*, ut Paraph. Chald. ad Ruth 4. & Eccl. 7. Scriptor Vitæ Mosis plus semel, Jarchi, Hana Barhaina in Beresith Rabba. Cyrillus adversùs Anthropomorphitas, c. 8. Οἱ γεγονότες, &c. (*Ex ipso, seu corrupto, nati, corrupti quoque nati sumus.*) Vide & quæ ibi sequuntur [d]. ¶ *In*, &c. Ἐφ᾽ ᾧ πάντες ἥμαρτον] [Variè reddunt,] *In quo* (sub. *peccato*, Aug. in Er. Sed non congruit masc. ᾧ cum fœm. ἁμαρτίᾳ * vel, sub. *homine*, Be. Pi. nempe Adamo [f], tanquam in principio & radice totius generis [g], quoniam in lumbis ejus erant [h], & ille tanquam pater & princeps omnes suos posteros repræsentabat [i].) *omnes peccârunt*, P. Mo. Be. Tol. E. &c. ipso peccante, sed non eodem modo; ipse in sua persona & actualiter, nos in illo & originaliter. Nè quis putaret, mortem duntaxat, non autem peccatum, in posteros derivari, hoc addit; q.d. Ideo mors ejus nos mortales fecit, quia peccatum ejus nos peccatores constituit, ab eo nascimur mortales, quia ab eo nascimur peccatores [k]. Peccante eo unà peccaverunt, & mortis sententiam pariter cum ipso acceperunt [l]. Affert rationem cur ab uno homine peccatum & mors in omnes homines pervasit [m]. Ante hæc verba, Paulus tria nominaverat, *hominem*, *peccatum*, *mortem*; ad quorum unum illa referenda sunt: non certè ad *mortem*, quia absurdum faceret sensum, *in qua morte omnes peccârunt*; nec ad *peccatum*, ob discrepantiam generis, ut dictum: Ergò ad *unum hominem*. Significat, peccatum illud primum non tantùm illius personæ fuisse, sed etiam naturæ, cujus ille

[g] Par.
[h] G.
[i] E. sim. Per. Me. &c
[k] E.
[l] Per. E.
[m] E.
[n] Per. sic E. Par.
[o] Par.
[p] Per.
[q] Tol.
[r] Idem.
† Pi.
[t] Gom. sim. Tol.
[v] E.
[x] Per.
[y] Tol.
[z] Pi.
[a] Par.
[b] Idem.
[c] Er.
[d] G.
* E. ex Aug. Be.
[f] Tol. Me.
[g] E. Me. sic Per. Be.
[h] E. sim. Tol.
[i] Me.
[k] Tol.
[l] Per.
[m] Be.

origo erat, &c [n]. [Aliis non placet hæc versio & interpretatio.] Pendet hæc sententia à proximè præcedente, ubi nulla Adami mentio; eámque referre ad *unum hominem*, cujus mentio in primo versûs membro, nimis contortum est [o]. Duriuscula est ellipsis antecedentis tam remoti *. Nec dicitur hîc, ἐν ᾧ, sed, ἐφ᾽ ᾧ. Contrà, non dicitur ἐπὶ, sed ἐν, Χριστῷ, *in Christo*, 1 Cor. c. 15. v. 22. nec ἐπ᾽ ὀσφύϊ, sed ἐν ὀσφύϊ, *in lumbis*, Heb. 7 [p]. Nec puto ἐπὶ pro ἐν reperiri hoc sensu [q]. Imò ἐπὶ pro ἐν accipitur Marc. 2. v. 4 [r]. & Heb. 9. 10. ἐπὶ βρώμασι, *in cibis* †: & Heb. 9. 17 [t]. *Testamentum* ἐπὶ νεκροῖς, *in mortuis confirmatum est* [v]. Sic paulò pòst [v. 14.] ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι, *in similitudine*; pro quo dicit solet, ἐν ὁμοιώματι, Rom. 1. 23. & 8. 3. Philip. 2. 8. Sic Act. 2. 38. *In nomine*, &c. Grecè, ἐπὶ τῷ ὀνόματι· quod passim dicitur, ἐν τῷ ὀνόματι [x]. Sic Matt. c. 18. v. 5. Rom. 4. 18. & 5. 2. Phil. 1. 3. &c. Sic Hesiod. ἔργ. Μέτρον δ᾽ ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον, *Modus in omnibus rebus optimus est*. Pindar. Olymp. α΄. ἐπ᾽ ἄλλοισιν ἄλλοι μεγάλοι, *alii in aliis excellunt* ||. Sic passim apud idoneos Scriptores [y]. Nec Græcorum doctissimi vim præpos. ἐπὶ ignorabant, Orig. Chrys. Th. Oecum. & alii qui ἐφ᾽ ᾧ vertunt, *in quo* [z]. Et quoniam varius est usus Græcarum præpositionum, non ausim affirmari, ἐπὶ nusquam ità sumi [a]. Ἐφ᾽ ᾧ hîc est, *per quem*: quomodo ἐπὶ cum Dativo sumitur Luc. 5. 5. Act. 3. 16. 1 Cor. 8. 11. Heb. 9. 17. Frequens est μετωνυμία Hebræis dicere *peccatum* pro *pœna*, & *peccare* pro *pœnam subire*: unde &, procedente longiùs figurâ, per μετάληψιν חטא, sive *peccare*, dicuntur qui malum aliquod etiam sine culpa ferunt, ut Gen. 31. 36. & Job. 6. 24. ubi חטא vertitur per δυσπραγεῖν. Chrys. hoc loco, Ἐκείνου πεσόντος, &c [b]. (*Ipso cadente etiam qui non comederunt de ligno ex ipso nati sunt omnes mortales.*) [Alii aliter vertunt,] *Eò quòd* (vel, *In eo quòd*, Tre. & Pi. ex Sy. h. e. propterea quód [c]: vel, *Quandoquidem*, Calv. *Quia*, V. Par. *In quantum*, V. *Quatenus*, Er. Ti. Ca.) *omnes peccârunt*, Pi. ex Mart. nempe in illo uno homine [d], Adamo, in quo, ut in communi stirpe, omnes peccârunt; quomodo Levi decimatus est in Abraham, Heb. 7. 9, 10 *. Causam tantæ potentiæ mortis in omnes homines hîc reddit [f].

13. *Usque*, &c. Ἄχρι γὰρ νόμου, &c.] Subauditur hîc μὲν [g]. *Nam usque ad* (i. e. ante [h]) *legem* (scriptam [i], sive Mosis [k]. Dicit, *ad legem*, exclusivé [l]: q. d. ab Adamo ad Mosem [m].) *peccatum* (vel, 1. originale [n]: quod jam dictum intrâsse in mundum [o]: reatus primi peccati [p]. Vel, 2. actuale [q]: quod per unum intravit in mundum [r]: peccatum quodcunque †.) *erat in mundo*] Vel propriè, vel pro, in hominibus, ut v. præced [t]. Causam reddit cur dixerit omnes homines ideo mortuos quòd ex Adamo ortum traherent, Quia lex nulla illis data erat quæ transgredientibus mortis pœnam minaretur. Non negat fuisse peccatum, ut Caini, hominum qui fuere Diluvii tempore, Sodomæ civium, fratrum Josephi, Pharaonis, qui Mosi coævus fuit; & aliorum. Lex [autem] Mosis gravibus facinoribus pœnam asscribit mortem [v]. Ostendit Apostolus, posteaquam peccatum intravit, semper in mundo fuisse & regnâsse [x]. Peccatores semper inventi sunt in mundo, ante Mosem, &c [y]. ¶ *Peccatum autem non*, &c. οὐκ ἐλλογεῖται, &c.] *Non ducitur*, &c. Ca. *Esse non putatur*, &c. Be. *Non reputatur*, &c. Pi. Ar. Non habetur pro peccato [z]. Cohæret hic versus cum præced. per prolepsin. Dixerat, omnes peccâsse. Objici poterat, Ubi non est Lex, non est peccatum. At ante Mosem non erat Lex, &c. Apostolus igitur contradicit conclusioni per enunciatum discretum, quo discernit inter ἦν, *esse*, & ἐλλογεῖσθαι, quod est, *reputari*, vel *haberi*, ἐν λόγῳ. Peccatum, inquit, tum erat, quanquam non existimabatur esse peccatum, nec ejus habebatur ratio [a], nec videbatur imputari debere †. Verùm non de peccati cognitione, sed exsistentia, hîc agi puto: 1. ob scopum loci, de quo statim: 2. quia ἁμαρτία hîc dicitur reatus transgressionis Adami, &c: 3. peccati agnitio erat ante Mosem, ex lege naturæ, Rom. 2. 12, &c [b]. Al. *Non imputabatur*, &c. Vulg. Æth. Tre. ex Sy. Th. in G. Et in MS. [est,] οὐκ ἐλογεῖτο. Recta locutio fuerat, οὐκ ἐνελογεῖτο· sed omissi argumenti habemus & alia exempla. Verbum ἐλλογεῖν est & in Philem. v. 18. Sensus est, Non in id imputabatur ut causa possit dici mortis, nempe in singulis hominibus: non enim singulos tunc homines Deus puniit,

[n] Per.
[o] Pi.
* Par.
[p] Er.
[q] Pi. sim. Er.
[r] Be.
† Per E.
[t] Be. E. &c.
[v] E. Per. Tol.
[x] E.
|| Sch.
[y] Be.
[z] Per.
[a] Er.
[b] G.
[c] Pi.
[d] Pi. Par.
* Pi.
[f] Par.
[g] G.
[h] E. Tol. Par. G. &c.
[i] E. Tol.
[k] G. sic Ca. Pi. Di. &c.
[l] Tol. ex Chrys. & Amb. &c.
[m] Be.
[n] E Me. Tol. Zeg. Per. T.
[o] Per.
[p] Par.
[q] Tol. E. Me.
[r] Tol.
† Par.
[t] Pi.
[v] G.
[x] E.
[y] Tol.
[z] Pi. sim. Q. in Er. T. Per.
[a] Pi.
† Par.
[b] Be.

niit, sed genera tota hominum, & in illis etiam pueros nullius commissi reos. At Lex de singulis dicit, *Morte moriatur:* nempe Deo ipso mortem inflicturo, si cessarent, aut rem ignorarent Judices [c]. Al. *Non imputatur*, &c. Er. Il. Ti. P. Mo. V. &c. comparatè scilicet, ut Joan. 15.22. Cùm enim apertè proponeretur Lex, clarius fuit peccatum quàm antè, &c [d]. *Non imputatur*, vel, ad transgressionem [*]: vel, ad poenam temporalem, sive ad mortem. Probat hoc loco mortem non propter peccata particularia hominum inflictam esse, quia ubi non est Lex scripta, non est poena temporalis contra transgressores; sed propter peccatum Adæ, &c [f]. Dixerat, peccato Adæ omnes esse reos Peccati & Mortis. Hoc probat de iis qui ante Mosem, &c. Ergò & Lex aliqua & Peccatum antè extiterunt; nimirum Lex quam transgressus est Adamus, & Peccatum per quod reus factus nos quoque reos reddidit [g]. *Lex* in fine versûs intelligitur, vel lata per Mosem & scripta, ex collat. præced. & seq [h]. vel in genere omne dictum, quo vel præcipitur quidpiam, vel prohibetur [i]. Sed quorsum hoc versu de Lege? Nè scilicet ea gratiæ superinducenda putetur, aut necessaria esse ut vitam mereamur. Contendit, non magis opus esse Lege Mosis ad vitam in Christo consequendam, quàm illâ opus fuit ut homines in Adamo morti addicerentur [k].

14. *Sed*, &c. Ἀλλ᾽ ἐβασίλευσεν —— ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι, &c.] *Imò* (vel, *Igitur*, V. *Autem*, Be. *Attamen*, G. *Sed* tamen, Ca. sic Pi. ˜ Quod dictum est v.12. & abruptum per Prolepsin v.13. resumit per Epanalepsin, cui servit ἀλλὰ, *sed*; quod est corrigentis, vel certè rejicientis [l].) *regnavit* (hoc est, grassata est, tyrannidem exercuit [m], vim suam exercuit: ut verbum sumitur v.21. & Rom. 6.12. Sic ᾅδου βασίλειον, Sapient. 1.14 [n]. Dicit, *regnavit*, quia nemo ab ea se aut alium liberare potuit [o].) *mors* (id est, Diabolus, *qui habet mortis imperium*, Heb. 2.14. per mortem regnavit [p].) *ab Adam usque ad Mosen* (in homines singulos ab Adami ætate ad Mosis ætatem, id est, per annos ferme 2500, non breve spatium [q]: à lapsu Adami usq; ad Legem Mosis [r]. Ἀπὸ & μέχρι poni solent ad temporis notationem, ut Act. 10.30 †. Hoc autem dicit, non quòd non regnaverit post Mosen, & post Christum, &c. sed quia loquitur de peccantibus ante Legem, ut in eis apertiùs ostenderet, ipsos non mori ob propria peccata [*].) *in eos quoque* (vel, *etiam*, Be. Pi. &c.) *qui non peccaverant ad similitudinem* (ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι, id est, καθ᾽ ὁμοίωμα, ut Græca Scholia enarrant ||.) *transgressionis Adam*, Er. Ti. Be. Pi. Alii omittunt *non*, & affirmativè legunt, *qui peccaverant*, &c. Ità Ambros. & Orig [t]. quod sensum reddit Pelagianum [v]. Huic repugnat particula *etiam*. Quis enim sensus, *etiam in eos qui peccaverunt*, quasi regnare debuerit in eos qui non peccaverunt [x]? Negativa lectio verior est [y], quam sequuntur expositores tum Græci, Iren. Cyr. Chrys. &c. tum Latini, Aug. Hieron. & reliqui, præter Pseudo-Ambrosium & Sedulium. Sic legunt Codices Græci omnes, aut penè omnes, inquit Augustinus [z]: imò omnes omnino [a]. Hæc autem verba, *ad similitudinem*, &c. conjungenda sunt vel, 1. cum *regnavit*, per Hyperbaton [b]. *Etiam in eos valuit qui nihil simile Adamo commiserant*, quales Abel, Noe, Abrahamus, If. Jac. Josephus. Quia ἁμαρτάνειν ambiguum est, & aliquo sensu omnibus hominibus, qui aliquandiu ætatem egere, tribui potest, ideo distinctè explicat de quo peccandi genere hîc agat; nempe de tali quod par censeri possit ei quod Adamus commiserat. Solent graves transgressiones comparari *transgressioni Adami*, Ose. 6.7 [c]. *In eos qui non peccaverant regnavit mors propter similitudinem* (vel, *causâ similitudinis*, Tol.) *delicii Adami*, Ca. sim. Tol. ex Chrys. id est, quia similes nascimur Adæ prævaricanti: ut causam exprimat mortis eorum, quia pater naturam suam, peccato affectam, & morti obnoxiam, in filios suos transfudit: confer 1 Cor. 15.48,49 [d]. *Regnavit in eos*, &c. id est, in infantes, quòd eos sui Adamus similes, hoc est, nocentes, genuerat [*]. Persuadet hunc sensum, tum, 1. vox ὁμοίωμα, quod non tam *similitudinem*, quàm *assimilationem*, significat, ut intelligamus posteros parentem primum referre; tum, 2. particula ἐπὶ, quæ Dativo juncta causam denotat: non enim hîc dicit ἐν, ut Rom. 8.3. Phil. 2.7 [f].

[c] G. [d] Cam. [*] E. [f] Tol. [g] Be. [h] Pi. [i] Be. [k] Bra. [l] Pi. [m] E. sim. Par. [n] G. [o] Tol. [p] Pi. [q] G. [r] Pi. † G. [*] Tol. || Be. [t] Tol. E. [v] Par. [x] E. [y] E. sim. Be. Tol. Par. [z] E. [a] Be. sim. Par. [b] Q. in E. [c] G. [d] Tol. [*] Ca. [f] Tol.

Sed ἐν & ἐπὶ promiscuè subindè in Scripturis usurpantur [g]. [Vide dicta ad v.12.] Hæc quoque distinctio obscuram planè sententiam gignit [h], nec ullius, quod inspexerim, exempli vet. autoritate adjuvatur [i]. Et ὁμοίωμα ad qualitatem peccati aptiùs refertur quàm ad conformitatem naturæ. Adde quòd si Apostolus dixisset simpliciter, *in eos qui non peccaverunt*, sibi ipse contrarius esset, quippe qui v.12. omnes peccâsse dixit. Denique non dicit, *Ad similitudinem Adami*, quòd illam sententiam fecisset probabilem; sed, *ad similitudinem transgressionis Adami*, &c [*]. Vel 2. cum *non peccaverunt*. Ità Iren. Orig. Aug. Hieron. Theod. Ambros. &c [k]. *Non peccaverunt ad*, vel *in*, *similitudinem*, &c. &c. Be. V. &c. vel, *ad eum modum quo Adam peccaverat*, V. [quod diversimodè explicant:] Vel, 1. qui non transgressi sunt mandatum illud de ligno vetito [l]. Vel, 2. similiter ut Adam, id est, tam graviter [m]; is enim sciens & prudens peccavit [n]: qui non peccârunt contra expressum mandatum [o]. Vel 3. qui non peccaverunt suo opere, & in se [p], sive in sua persona [q], vel propriâ voluntate [r], vel peccando actualiter †: q. d. non solùm in adultos regnavit, sed etiam in infantes [t], mortuos ante Legem [v]. ¶ *Qui*, Ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος] *Qui est typus* (vel, *similitudo*, Tre. ex Sy. Glas. *exemplum*, sive *exemplar*, Ca. Er. *forma*, Vulg. *imago*, V. *figura*, Er. Zeg. G. Glas. τύπος est, *figura, ad quam aliud quid pleniùs efficitur*, Exod. 25.40. Sic 1 Cor. 10.6,11. Dicitur ἀντίτυπον, Heb. 9.24 [x]. Vel, *Qui typum gerit*, Il. Ti.) *illius futuri*, Mo. Il. Ti. vel, 1. genere neutro, id est, ejus quod futurum est: qui tamen sensus nihil ad præsens institutum facit [y]. Potest autem sic ad peccatum referri, ut sensus sit, Adamum in peccato suo fuisse figuram & exemplum quoddam eorum qui postea peccaverunt †. [Vel 2. gen. masc.] *Qui*, scilicet Adamus, *est typus illius futuri*, scilicet *Adami* [z], (quod ex præced. repetendum [a]:) nempe Christi [b]. Duos enim Adamos facit Paulus, quorum prior fuit posterioris typus; typus, inquam, non quia ad imitandum propositus sit uterque, sed propter vim utriusque similem; in illo, perniciem in posteros propagandi, in hoc, suos justificandi [c]: ut sint instar duarum stirpium ramis suis communicantium quæ habent, &c [d]. vel instar duorum communium parentum, vel principum, &c [*]. Sed hæc similitudo erat in genere tantùm, nam in specie erat maxima dissimilitudo [f]. Ab Adamo dimanavit mors & peccatum, à Christo innocentia & vita [g]. Ὁ μέλλων hîc dicitur, respectu habito ad tempus Adami, & deinceps ad Legem usque, is qui *Adamus ultimus*, 1 Cor. 15.45. Sic & Col. 2.17. vox μελλόντων respicit priora tempora [h]. Al. vertendum, *illius qui erat futurus*, Pi. ex Sy. sic P. Be. sim. Æth. ut intelligatur, tempore quidem Adami venturum fuisse, sed tempore Apostoli jam advenisse. Intelligi hîc vult alteram inchoatæ similitudinis partem: nam inter typum, & rem typo adumbratam, oportet esse similitudinem [i]. Est hîc ἀπόδοσις collationis; q. d. Cùm dixi, *sicut per unum hominem*, &c. hoc volui, unum illum hominem, per quem peccatum & mors venit, præfigurâsse alium, per quem justitia & vita, &c [k]. Sed hæc ἀπόδοσις obscura est. Ego connecto, ut *rationem secundam* prioris sententiæ, τῷ, ὅς, causaliter posito, pro ὅτι, vel ὅτι γὰρ, *quia is*, Adam, *fuit typus futuri*, Christi: id est, præfiguravit eum, non quidem naturâ, vel instituto hominum, sed Dei consilio. Argumentum ex typi natura. Typi inanes esse non debent, sed antitypo respondere. Adam erat typus Christi. Ut igitur hujus beneficium, justitia & vita, redundavit ad omnes, etiam ante Mosen; ità illius quoque peccatum & mors, &c. Analogiam hanc explicat v. 15,16,17 [l]. Mors quidem illa, ut jam diximus, secuta est ex naturæ lege, sed quam Deus facilè impedire potuisset, nisi voluisset Adamum *figuram esse* Christi, diversâ tamen gignendi ratione & effectibus contrariis [m]. Christum hîc respici docet sequens comparatio Christi cum Adamo, demonstrans, quamvis hic fuit figura illius, eos tamen dissimillimos fuisse, &c [n]. Sed non puto Christum hîc intelligi: nec potest *Adamus* dici *typus Christi*. *Typus* enim est *expressa figura rei quam repræsentat*, ut cera sigilli. Quare typus boni bonus, & mali malus, sit oportet. Typum, quem vocant per *antithesin*, non intelligo, nec credo simi-

[g] E. [h] Be. sim. E. [i] Be. [*] Wil. [k] Tol. [l] Hi. Chrys. & Theod. in Tol. sic Per. [m] Per. [n] Be. [o] Plerique in Par. sim. E. ex Aug. Per. [p] Tol. [q] Pi. [r] T. E ex Aug. † Me. T. E ex Aug. & Hi. sic Be. Par. &c. [t] Pi. sim. Be Par. [v] Par. [x] G. [y] E. † Per. [z] Pi. sim. Be. Me. Per. [a] Be. [b] Be. Pi. Me. T. Per. [c] Be. [d] Pi. [*] T. [f] T. sim. Er. ex Orig. & Amb. [g] Er. [h] G. [i] Pi. [k] Q. in Par. [l] Par. [m] G. [n] Per.

similem typum reperiri in toto sacro Codice. Porrò, dicere quòd dominata est mors in omnes per peccatum Adami, quia *Adamus erat typus Christi*, præterquam quòd sit ἀκόλουθον, [legendum puto ἀνακόλουθον,] est etiam ἀσυνετόν [o]. [Aliis tamen secùs videtur: de quo judicium sit penès lectorem.] Hæc [ergò] verba referenda sunt ad posteritatem Adami [p]. Probabilis, fateor, & accommodata, expositio; cui tamen obstat, 1. quòd non dicit, *typus futurorum*, sed *futuri*: 2. quia sic sententia sit defectiva: 3. quia non cohæret cum seq. *Et non sicut delictum*. Nisi enim stabilita esset similitudo, non erat cur discrimen assignaretur, idque præmisso, & [q]. Locum sic accipio, *Qui typus erat futuri*, sub. *hominis*. Adamus hìc dicitur typus progeniei suæ, quæ ex eo futura sive ventura erat, & quam virtualiter repræsentavit in persona sua, quæ etiam per peccatum ejus obnoxia facta est peccato & pœnæ mortis. Huic sententiæ favet tum scopus loci, ut hæc sit ratio cur in omnes, etiam infantes, mors dominetur; tum Æthiopica Versio, cujus hæc sunt verba, *Veruntamen dominata est mors propterea ab Adamo usque ad Mosen, tam in iis qui peccaverunt, quàm in iis qui non peccaverunt, per illud peccatum Adami, eò quòd unusquisque in similitudine Adami creatus est, & quia Adamus typus fuit illius qui erat venturus.* Concludit ergò his verbis, quod voluit Apostolus, omnes homines sub peccato, utpote qui in Adamo primo typo peccârunt, atque indè morti facti sunt obnoxii. Ac tum demum progreditur versu 15. sermone discretivo, Ἀλλ' οὐχ, &c. ad copiosam satis etiam sine his verbis manifestationem disparitatis inter offensam Adami & gratiam Dei in Christo [r].

15. *Sed*, &c. Ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτω καὶ τὸ χάρισμα] Instituere voluit Apostolus inter Adamum & Christum collationem consentaneam, cùm ait, *qui erat typus* τοῦ μέλλοντος, auspicatur tamen v. 15. à dissentanea. Itaque verba hæc parenthesi includenda sunt. Quod verò iis breviter innuit, latiùs mox explicat v. 16. & 17. versu autem 18. rursus ad collationem consentaneam redit †. In hoc versu confertur Adamus cum Christo, & illius offensa cum istius obedientia, ut quæ sit vis utriusque sese in suos derivandi intelligatur. In v. 16. vis utriusque, id est, lapsûs Adami propagati per naturam, & Christi obedientiæ per gratiam imputatæ, comparatur. In v. 17. fines istorum inter se conferuntur. In v. 18. tres istæ collationes unà connectuntur, quarum basis ac communis ratio v. 19. explicatur [t]. [Verba sic reddunt,] *Sed non sicut* (vel, *ejusdem modi*, Camer.) *delictum* (vel, *peccatum*, Er. Il. Ti. *excessus*, Tre. ex Sy. *lapsus ille*, Pi. *offensa*. P. Be. sub. *est*, vel, *se habet*, E. vel, sub. *regnavit*, ex v. præced. & ex v. 17 [v]. Παράπτωμα respondet vocibus Hebræis פשע, מעל, עול, & similibus, quæ *violationem legis Divinæ gravem* significant. Hìc verò ea vox intelligitur simul cum suo effectu, qui jam explicabitur [x]. Παράπτωμα hìc vocat, vel 1. delictum, sive peccatum Adæ [y]; lapsum [z], vel ruinam [a], nempe Adami [b]: quem ἁμαρτίαν vocat, v. 12. παράβασιν, v. 14. παρακοήν, v. 19. Notat culpam cum reatu, magis tamen culpam [c]. Sic dicitur ipsa Adami ruina, cujus effectus est ἁμαρτία, hoc est, tum reatus, tum corruptio naturæ [d]. Vel, 2. ruinam, sive casum, quem Adamus in se & in nobis effecit. Πίπτω est, *cado*, παραπίπτω, *penè cado*; nam παρὰ in compositione minuit significationem. Hinc παράπτωμα est, *quasi*, vel *penè*, *casus & ruina*. Angelorum autem erat κατάπτωμα, q. d. *casus irreparabilis* [*].) *ità &* (vel, *ità etiam*, P. Be. P. sub. *est*, Be. Pi.) *donum*, Mo. Tre. Er. Il. Ti. Pi. vel, *quod Deus gratificatur*, P. Be. Χάρισμα dicitur quod mox δώρημα, *beneficium* quodvis [f], ut Rom. 11. 9. 2 Cor. 1. 11 [g]. Forsan tamen δώρημα est consequens χαρίσματος, ut κρῖμα ipsius παραπτώματος [*] ut χάρισμα sit id quod Deus gratificatur; δώρημα verò, sive εὐεργέτημα, status sive conditio in qua aliquis est Dei beneficio, hoc est, status justificationis [h]. Χάρισμα alibi est donum ex gratia infusum, ut 1 Cor. 12. & 14. hìc est totum justificationis beneficium, sicut τὸ δώρημα v. 16. cujus quasi duas facit partes, hìc & v. 17. τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, & τὴν δωρεὰν ἐν χάριτι [*]. *Sed non eadem beneficii, quæ delicti, ratio est*, Ca. Hæc non sunt æqualia: majus enim est donum delicto, & abundantior fuit reparatio in bono per Christum, quàm ruina

o Kn. p Tol. ex Aug. sic Kn. q Tol. r Kn. † Cam. t Be. v Era. x G. y Plerique in Tol. sim. Be. Par. z Pi. Par. a Fe. b Pi. sic Fe. c Par. d Be. * Tol. f G. sim. Be. g G. h Fe. * Par.

in malo per Adamum [i]. Limitat analogiam typi & antitypi modò explicatam [k]: q. d. Adam est typus Christi [l], ut dictum [m]; sed non est hæc collatio parium, sed minoris & majoris [n]. Hoc vult dicere, In neutro quidem quicquam iniqui; sed tamen Deo convenientius esse unum facere vitæ auctorem, quàm unum mortis. Deus magis amat prodesse quàm nocere. Et vita Deo gratior quàm mors [o]. ¶ *Si enim unius* (vel, *unius illius*, Be. Pi. ad exprimendum articulum & collationem personarum [p]; nempe Adami [q], qui solus auctor peccati [r]:) *delicto* (Idem est hìc, τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι, quod modò, δι' ἁμαρτίας †) *multi* (id est, omnes [t], ut priùs dixerat, & repetit v. 18 [v] omnes ex eo propagati [x]. Sed *multos* dicit, vel 1. ut multitudinem posterorum Adæ ostendat [y]: vel 2. quia loquebatur de statu ab Adamo ad Legem [z]. Al. *multi*, id est, plures uno: *multos* enim opponit *uni*, non *paucis*, vel *omnibus*. Non enim differit hoc loco quàm multi, vel quàm pauci, aut ab Adamo contaminati, aut à Christo repurgati sint; sed docere voluit, utrumque communicâsse cum aliis quod suum erat [a]. Al. *multi*, id est, ferè omnes, excepto Enocho, & si qui fortè fuere alii, de quibus id scriptum non est [b].) *mortui sunt*] Id est, morti obnoxii [c], tum corporali [d], tum spirituali [*], sive morti peccati originalis [f]; tum æternæ [g]. ¶ *Multò*, &c. πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις —— καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι —— ἐπερίσσευσε] *Multò magis* (vel, *Multò faciliùs*: nam illud quàm hoc difficilius creditu, & tamen verum esse apparuit [h]. Non hìc argumentatur, sed tantùm dissimilitudinem inchoatam declarat [i].) *gratia Dei* (quâ scilicet nos gratos sibi facit [k], Dei favor & benevolentia [l], & gratuita erga nos charitas; de qua v. 5. ex qua justificatio manat [m]. Al. Hìc χάριν dixit quod antè χάρισμα, causam pro effectu. Justitia Divina, quæ Christianis obtigit, & magnum est beneficium, & nullis à nobis meritis provocatum: ideo *donum* dicitur [n].) *& donum* (vel, *donatio*, P. Be.) *per gratiam* (vel, *per favorem*, V. id est, gratuitum beneficium Christi [o]: vel, donum quod nobis ex gratia infundit Deus [p]; vel, justitia parta morte Christi, quam Deus Pater ex gratia donat credentibus [q]. Δωρεὰν ἐν τῇ χάριτι vocat omnia salutaria effecta gratiæ, primâ capitis parte explicata; justificationem ex gratia manantem, ut patet v. 17; pacem & vitam, ut ex sequentibus liquet [r]. Χάρις hoc loco significat *benevolentiam Christi in genus humanum* †.) *quæ* (nempe δωρεὰ [t] sub. *est*, vel *fuit*, Er. Be. Pi.) *unius* (vel, *unius illius*, Be. Pi.) *hominis* (non meri, sed veri [v]. *Hominem* eum vocat, vel, 1. propter antithesin, quâ opponit illum Adamo [x], hominem homini, tanquam parentem parenti [y]: vel, 2. ob passionem, quam ut homo sustinuit [z]: vel, 3. quia talem oportuit esse redemptorem nostrum [a].) *Jesu Christi* (id est, Christi merito & efficaciâ [b]: propter Christi gratiam, quâ Patri acceptus est, & quâ nobis bona hæc meruit & impetravit. Adam delicto opponit Dei gratiam. Adami, non Dei, opus fuit ruina nostra: at reparatio opus fuit Dei [c].) *in multos* (id est, in omnes [d], qui scilicet in Christum credidere [*]; quod initium est novæ naturæ [f]: in omnes electos, vel omnes ad Christum pertinentes [g]. Vel, *multos illos*, Be. Pi.) *exuberavit*, Er. sim. Be. Pi. &c. id est, abundantiùs apparuit, ut Matth. 5. 20. Rom. 3. 7. Heb. יתר [h], vel copiosè effusum est. Metaphora à fluminibus [i]. Sed ad quid redundat? Non hìc adjicit effectum, quia per se patet; sed adjiciet postea v. 18. nempe ad justitiam & vitam redundavit [k]. Est in his verbis quædam probatio argumenti: nam si unus homo delicto suo multis adeò nocuit, profectò Deus per Christum majora faciet bona quàm ille mala: potentior enim est Deus ad benefaciendum, quàm homo ad malefaciendum [l]. Confert cum peccato hominis gratiam Dei, ut sciamus quantum gratia peccato, Deus homini, præstant, tantò magis servare posse Dei gratiam quàm Adami lapsus perdere. Deinde, effectus etiam peccati Adami ac gratiæ Christi confert: quòd indè mors, hinc salus, ad illos manaverit; quorum hoc illo est longè rationi convenientius. Alterum enim propter alterum servari decentius est, & rationi convenientius, quàm alterum propter alterum puniri. Si igitur hoc contigit, quantò magis illud sperandum? Quibus addo, hactenus etiam *morti* ex Adamo contractæ opponi *abundantiam gratiæ*,

i Tol. k Par. l Par. sic Tol. m Tol. n Par. o G. p Be. q Be. Pi. Par. r Par. † G. t E. Me. T. Par. Er. V. v Par. x E. sim. Par. Pi. y Me. z Tol. a Be. b G. c Tol. sim. Pi. d T. sic Me. * T. f Me. g T. Pi. h G. i Pi. k Tol. l Pi. m Par. n G. o Me. p Tol. q Pi. r Par. † G. t Pi. v Par. x Pi. y Par. z Pi. a Par. b Idem. c Tol. d T. G. * G. sim. Pi. f G. g E. h G. i Pi. k Par. l Tol.

tiæ, quòd illa superari per gratiam, ac in vitam verti fidelibus, potuerit; hæc autem superari & in mortem rursus verti nunquam possit [m]. Attende tandem, non esse excessum hîc positum in eo quòd Christus plures liberavit, sed effectu ipso [n], quòd plura & majora bona nobis confert gratia Christi, quàm Adæ peccatum abstulerit [o]; v.g. multa & magna Spiritûs Sancti dona [p], justitiæ perseverantiam [q], & vitam æternam [r]. Hæc enim Adamus in paradiso non habuit †. Non quæritur de numero, —— sed de jure, &c. Si Adamus multos morti obnoxios suo peccato reddidit, multò potiori jure Christus suos justitiâ suâ vitæ compotes faciet, v. 17 [t]. Si potens fuit peccatum, quod est boni privatio, quâ nihil imbecillius; quantò potentior gratia, quæ est boni positio, quo nihil potentius [v]. Gratia supra delictum exuberat, non quidem numero servandorum, (sic enim æqualitas tantùm esset, non exuberantia,) sed & præstantiâ effectûs, nam vita nobilior est morte, quæ effectus est peccati; & potentiâ effectûs, quia difficilius est unum mortuum vitâ donare quàm multos perdere; & amplitudine gratiæ, quæ justificat non modò ab uno delicto Adæ, sed ab omnibus insuper admissis, &c. Quòd autem omnes non serventur, culpa non est in Christi gratia, sed in hominum insania, qui perire malunt quàm fide servari †. [Plura qui velit, adeat Per. disput. 12.]

16. Et, &c. Καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ δώρημα] *At non sicut delictum unius, ità donum*, Tre. ex Sy. Quasi legisset ἁμάρτημα. At id ipsum dixit v. præced [x]. Est ἐπιμονὴ, commoratio in eadem re, seu ἐπεξεργασία, expolitio v. præced. sed obscurior ob crebras ellipses [y]. Ellipsis hîc duplex: nam & post δι' ἑνὸς subauditur θάνατος, ex præced. ἀπέθανον: & post τὸ δώρημα subauditur ἔχει [z]. *Et non sicut* (sub. *venerat mors*, Er. Ti. vel, sub. *fuit*, sive *subintravit*, *peccatum*, V. Camer. vel, sub. *illud quod introiit*, Be. Pi. ex v. 12. h. e. peccatum [a]. Certè aliquid hîc supplendum quod opponatur τῷ δωρήματι [b]. Vel, sub. *mortui sunt multi*, Tol. vel, sub. *fuit*, Ham. ex Ang. vel, *est*, h.e. se res habet [c].) *per unum qui peccavit*, (sub. *est*, Di. Ham. ex Ang. vel, *ità*, Er. Ti. vel, *ità est*, Be. Pi. h.e. eodem modo: vel, sub. *ità per unum venit* [d]: vel, sub. *ità fuit*, nempe ut à solo hoc uno peccato liberaret †;) *donum*, Er. Di. &c. nempe Christi*, i.e. justitia Christi morte parta. Mox vocat χάρισμα [f]. Nec tamen interest; δώρημα dicitur quia gratis datur, χάρισμα, quia non solùm gratis datur, sed & nos gratos & acceptos Deo reddit [g]. *Non sic se habet donum ut illa mors ex uno peccato consecuta.* Multò efficacius fuit beneficium quàm noxa. In quo autem ea differentia sita sit jam explicat [h]. ¶ *Nam*, &c. Τὸ μὲν γὰρ κρίμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα, &c.] *Ipsum quidem nam judicium* (Κρίμα, משפט, *constitutionem Dei* hîc significat, cui occasionem dedit peccatum Adami [k]. Vel, *condemnatio*, Er. Æth. sub. *peccati*, Æth. vel, *reatus*, Il. Ti. Be. Pi. Par. Κρίμα non est sententia ipsa quæ fertur à judice, sed reatus, quo homo reus efficitur & subest judicio & damnationi [l]. Κρίμα & κατάκριμα differunt ut causa & effectus, 1 Cor. 11. 32 [m]. Κρίμα, *judicium*, significat *reatum*, per Meton. adjuncti: nam judicium Dei occupatur in reatu ei qui peccavit adjudicando seu imputando. Declarat hîc sententiam præcedentem: & quod ibi vocavit, τὸ δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, hîc vocat κρίμα [n].) *ex uno*, (sub. *lapsu*, sive *peccato*, Er. Pi. Zeg. sim. Il. Ti. Tol. Be. E. ex Aug. subaudiendum, παραπτώματος [o], ut ostendit ratio oppositionis, & quod subjicitur, ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων, *ex multis offensis* [p]. Fateor, si verba illa sic reddantur. Sed illa transferri possunt, *ex multorum offensis*, quod loco admodum quadrat [q]: [de quo statim.] Vel, *ex uno*, sub. *peccante*: quod præcessit [r]. Vel, sub. *homine*, Di. Æth. de quo in initio versûs, ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος: quum enim in hac comparatione undecies vox, ἑνὸς, occurrit, ubique ad personam Adami, vel Christi, referendum puto: hîc inprimis, ubi δι' ἑνὸς in propositione, & ἐξ ἑνὸς in illius probatione, in eodem sensu sumi debent †. Sub. *procedens*, Æth. vel, sub. *introiit*, P.) *ad*, vel *in*, *condemnationem*, (mortis scilicet: ut mox exponit, & suprà expressit [v]. Frequens est Hebræis Causam nominare pro Effectu, quamvis ex alia causa procedente. Ità quia damnati mori solent, *damnatio* hîc dicitur pro *morte* [x]. Vel, *in damnationem*, Tol. quâ scil. Deus judex peccatores addicit æternis cruciatibus [y], ut damnarentur: uno enim cadente omnes ceciderunt, & judicium damnationis contraxerunt [z].) *at donatio* (vel, *quod gratificatur* Deus, Be. P. vel, *donum*, Er. Ti. Pi. Intelligit hîc Fidem, quæ & Eph. 2. 8. *donum Dei* dicitur, quia Deo revelante nihil tale meritis contigit [a]: gratia & charisma [b]. Sub. *est*, Be. Pi. &c. vel, *fuit*, Tre. ex Sy. vel, sub. *datur*, P. sic Tol.) *ex multis* (vel, *multorum*, Di.) *delictis* (vel, *offensis*, P. Be. *lapsibus*; q. d. non solùm lapsu Adæ, sed etiam lapsibus singulorum credentium propriis [c]. Vel, *occasione sumptâ ex multis peccatis*, G. Notat hîc terminum à quo: at, ἐξ ἑνὸς, in primo membro significat causam efficientem meritoriam [d].) *in*, vel *ad*, *justificationem*, Mo. &c. [Sensus, q.d.] Judicii quod propter unius Adæ delictum constitutum est, finis fuit condemnatio: doni autem quod propter multa delicta donatum est, finis fuit justificatio. Hæc verba sequentibus explicantur *. Δικαίωμα hîc vocat vel, 1. *vitam rectam, sive perpetuam obedientiam*, ut infrà v. 18. Sic Job. 34. 27. דרכיו, quod est, *vias ejus*, LXX vertunt, δικαιώματα αὐτοῦ. Ideo nomen singulare hîc usurpavit Apostolus, ut unum ac constantem vitæ tenorem significaret. Apocalypsis pro eodem pluraliter dixit τὰ δικαιώματα τῶν ἁγίων [f]. Vel, 2. *justificationem*, quæ est contraria damnationi [g], quâ Deus peccata remittit [h]; vel credentes justos pronunciat [i]; vel quæ est absolutio à culpa & pœna primi peccati & omnium aliorum: ut ostendit antithesis, quia ei opponitur κατάκριμα, quod est *condemnatio* propter illud & ista [k]. [Sensus loci, q. d.] Magna est condemnatio quam peperit unius hominis delictum, sed infinitis modis adaucta, quum infinitorum hominum delicta accessere. Hunc totam condemnationis cumulum tollit gratia. Ergò non se habet donum, ut se res habet per unum qui peccaverat. Objectum hujus doni non hîc est hoc aut illud fidelium individuum, cui multa quidem peccata, sed tamen non nisi sua, condonantur; verùm totum electorum ac fidelium genus in Christo comprehensum, & condemnationem quam illi tot tantisque delictis contraxerunt [l].

17. *Si enim* (ostendit quantum sit ista vita recta quam Dei dono adipiscimur, ex eo quod secum trahit æternam vitam ac felicitatem [m].) *unius delicto* (vel, *per unius illius lapsum*, Pi. Repetit quod dixerat suprà v. 15. sed ut majus aliquid quàm antè inferat †. Vel, *per unam illam offensam*. Sic restituo ex Codice Claromontano [n], ubi est, τῷ ἑνὶ παραπτώματι [o]. Sed nolim uni Codici cedere reliquos omnes, quorum quoque lectionem Chrysost. Vulgat. Sy. & Ar. sequuntur [p]. Obj. At sic redundabit sequens, διὰ τοῦ ἑνὸς [q]. Resp. Non redundat, sed utilissimam potiùs continet doctrinam, & h. l. accommodatissimam; quomodo scilicet factum, ut unius delicto mors regnaverit in omnes: id non per imitationem posterorum, sed per eundem illum unum, qui delinquerat, contigisse, &c [r].) *mors regnavit* (ut suprà v. 14†. id est, vim suam potenter exeruit, sub. *in omnes*, ut dixerat v. 14 [t].) *per unum*] i.e. Per naturam ex uno in omnes transeuntem [v]. ¶ *Multò magis* (vel, *Multò faciliùs*, ut suprà v. 15 [x].) *abundantiam*, &c. οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης, &c.] *Ii qui abundantiam illius* (vel, *illam*, Be.) *gratiæ* (i. e. gratiam abundantissimam [y]: Hs. Sic vocat benevolam patefactionem Divinæ voluntatis factam per Christum [z]. Al. Sic vocat gratiam per quam non solùm peccata Adami nostráque actualia remittuntur, & fit cum Deo reconciliatio, & vita æterna datur; sed etiam ad inexplicabilem amicitiam cum Deo, justitiam, gloriam, altioremque sanctitatis gradum quàm illum à quo Adam nos dejecit, promovemur: unde *abundantia* dicitur [a].) *& doni justitiæ* (rursum Hebraismus [b], pro *justitia quæ dono datur* [c], per imputationem [d]. Dono autem dari dicitur quia per fidem obtingit, quæ est donum Dei: ut diximus suprà v. 16*. Donum [intelligit] per quod homines justificantur [f]. *Justitiam* intelligit, non quæ Christo, quâ Deo, essentialis est; nec habitum perfectissimæ sanctitatis quæ in Christo erat; sed hujus habitus effectum, quo Legem perfectissimè præstitit pro nobis, in quo versatur nostrorum peccatorum expiatio, cujus imputatione aboletur noster reatus, &c [g]. *Justitiam* intelligit morte Christi partam [h]. Al. Legendum cum Vulg.

m Di. n Tol. o T. sim. Per. E. p E. sim. T. q E. r E. sim. T. † E. t Bra. v Par. † Par. dub. 8. x Di. y Pi. z G. a Pi. b Be. c Di. d Er. † Tol. * Di. f Pi. g Tol. h G. k Idem. l Tol. m Par. n Pi. o Er. sic Pi. p Q. in Di. sic Be. sim. Er. E. q Di. r E. † Di. v E. x G.

y Pi. z Tol. a G. b Tol. c Pi. sim. E. Tol. d Di. * V. f G. g Tol. h E. i Pi. k Par. l Di. m G. † G. n Be. o Be. sic G. p Di. q Be. r Di. † G. t Par. v G. x Idem. y G. sic V. Par. z G. a Tol. b G. c G. sic Pi. Par. d Par. * G. f V. g Be. h Pi.

Lines: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

Vulgato, *& donationis*, quæ in superadditis gratiis & donis spiritualibus consistit; *& justitiæ*, per quam meritum gloriæ, ejusque eminentissimæ, acquiritur [i].) *accipiunt* (oblatam δεχόμενοι † scilicet tanquam manu [k] fidei [l]: i. e. qui voluerunt accipere, & sic acceperunt re-ipsâ. Sic & Joh. 1. 12 [m].) *in vita regnabunt* (Duo magna dicit & hominibus gratissima, *vitam & regnum*, sive immortalitatem & summos honores. Vide 1 Cor. c. 4. v. 8. 2 Tim. 2. 12. Apoc. 5. 10. & c. 20. v. 4. & 22. 5 [n]. Non autem dicit, quod contextus postulavit [o], *vita regnavit*, sicut dixit, *mors regnavit* [p]; sed consultò utitur trajectione [q], dicítque justificatos in vita regnaturos [r], tum quia antecedens totum ex v. 14. repetit †: tum quia suavius sonat [t], & gloriosius [v]; ut ostendat dignitatem in quam nos provexit gratia Christi, ut ipsi nempe regnemus [x]: tum ut dissimilitudinem innuat inter mortem & vitam, sicut fecerat inter delictum & donum. Nam mors ità regnat, ut perdat eos super quibus regnat: vita autem sic regnat in nobis, ut nos reges faciat [y].) *per unum illum Jesum Christum*, Pi. *per vitæ Principem*, Act. 13. 15. Etenim vitam illam æternam in tenebris latentem primus apertam fecit, primus eam est consecutus: idem etiam novam de se naturam trahentibus eam conferet [z].

18. *Igitur*, Ἄρα οὖν] *Nempe igitur*, Be. Pi. Par. Illationis particulâ utitur, quia ex ipsa dissimilitudine delicti & doni similitudinem inter Christum & Adamum infert [a]. Hîc post longam παρένθεσιν, in qua obiter institutæ comparationis disparitatem ostendit quandam, redit ad id quod dicere cœperat, suprà v. 12. ἄρα est repetentis interruptum sermonem. Simile Hyperbatum & repetitionem sermonis inchoati per καὶ habes, Phil. 2. 1, 5 [b]. ¶ *Sicut per*, &c. Ὡς δι' ἑνὸς, &c.] *Sicut per unam* (vel, *unius*, Vulg. Er. Ti. Pi. Di. & reliqui præter Bezam [c]. Quod non placet: nam si offensam spectes, non quatenus una est, sed quatenus unius, sic etiam oppositum δικαίωμα spectabitur ut unius, nempe Christi. Deinde sic tautologia esset v. 19 [d]. Sed hæc vitatur, si ellipsin hîc commodè suppleas *.) *offensam* (supple vel ἐγένετο, *res processit* [f]; vel ἐστὶ, vel ἔχει, *res se habet* [g]: vel, sub. *fuit*, Tre. ex Sy. vel, *facta est*, Ar. sic Ca. vel, sub. *judicium fuit*, i. e. judicii finis fuit condemnatio [h]: vel, sub. *propagatum est malum*, Er. Ti. vel, *mors pertransiit*, Zeg. vel, sub. *reatus venit*, Il. P. Be. Pi. Par. vel, sub. *unus fuit*, J. Cap.) *in* (vel, *erga*, Di.) *omnes homines* (vel, *omnibus hominibus*, J. Cap. *in*, vel *ad*, *condemnationem*, Mo. P. &c. sub. *mortis*, ex antithesi *vitæ* in membro sequente [i]: vel, *condemnationi*, J. Cap. vel, *condemnatio*, Tre. ex Sy. Hebræi, ubi statum aliquem designant, ל, quod valet εἰς, ponunt vice Nominativi, ut Gen. 2. 24. ἔσονται εἰς σάρκα μίαν, & 1 Cor. 15. 45. ἐγένετο εἰς ψυχὴν ζῶσαν· unde & hoc, εἰς κατάκριμα, & quod sequitur, εἰς δικαίωσιν, Syrus per Nominativos transtulit [k]. ¶ *Sic*, &c. Οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος—— εἰς δικαίωσιν, &c.] *Ità per* (vel, *propter*, Sy.) *unam* (vel, *unius*, Er. Il. Ti. Pi. Di. &c.) *justificationem*, Mo. P. Be. Er. Ti. (At hanc δικαίωσιν mox vocat, & facit δικαιώματος effectum [l]: & δικαίωμα est justificationis materia, nempe Christi obedientia, cujus imputatio nos justos in ipso facit [m]. Tribus distinctis vocibus utitur: δικαίωμα appellat *meritum* Christi, quod est causa nostræ justificationis & justitiæ; δικαίωσιν, ipsam *justificationem*, & actionem quâ nobis datur justitia, quâ justi sumus; δικαιοσύνην, ipsam *justitiam*: quod est valde observandum [n]. [Alii ergò δικαίωμα h. l. aliter vertunt;] *justitiam*, Tre. ex Sy. Pi. Di. E. vel, *justum opus*, ut vox sumitur Apoc. 19. 8. quod v. seq. *obedientiam* appellat. Itaque δικαίωμα hîc multò aliter accipi debet quàm in fine v. 16 *. Vel, *obedientiam*, J. Cap. G. E. ut jam explicat [o]: quâ Christus Patri factus est obediens patiendo pro nobis [p]. Eam [autem] obedientiam Christi per omne vitæ tempus ad mortem usque vocat sing. num. δικαίωμα, ob uniformem ejus tenorem: ut diximus suprà v. 16 [q]. Δικαίωμα, & ὑπακοὴ, & δικαιοσύνη idem significant, ut apparet ex cohærentia sententiarum, v. 17, 18, 19, 21 [r]. Δικαίωμα vocat meritum Christi †, opponítque demerito (sive παραπτώματι [t]) Adæ [v]. Δικαίωμα vocat *justam satisfactionem* expiatoriam Christi, h. e. mortem, quâ reatum nostrum expiavit, &c. Sic Aristot. Eth. 5. 7. δικαίωμα dicit esse ἐπανόρθωμα τοῦ ἀδικήματος, *correctionem injuriæ*, h. e. satisfactionem pro læsione juris. Hoc δικαίωμα vocat *unum*, quia semel mortuus est Christus [x]. [Hîc aliquid supplent;] vel, sub. *res se habet*, Di. vel, sub. *propagatur bonum*, Er. Il. Ti. vel, *donum fuit*, V. vel, *beneficium redundavit*, P. Be. vel, *donum redundavit*, Pi. vel, sub. *unus fuit*, J. Cap. vel, sub. *futura est*, Sy. sim. Æth.) *in* (vel, *erga*, Di.) *omnes homines* (vel, *omnibus hominibus*, J. Cap.) *in*, vel *ad*, *justificationem vitæ*, Mo. P. &c. i. e. vitalem, sive vivificam [y]: quâ à morte revocantur ad vitam [z], gratiæ & gloriæ [a]: unde nascitur vita, scilicet æterna [b]. Vel, *absolutioni vivificæ*. [Sensus, q. d.] absolutionem suam obtinuerunt ab una unius hominis obedientia. Ut παράπτωμα non est quodvis *peccatum*, sed insigne; sic & δικαίωμα non est quævis *obedientia justitiáve*, sed insignis. Vide quæ nos ad Heb. c. 9. v. 1 [c]. [Al. Sensus,] Doni finis fuit omnium justificatio vitæ [d]. Evenit eis liberatio à peccatis, quæ liberatio causa est vitæ æternæ. Genitivus apud nostros Scriptores ex Hebraismo varias significationes habet: hîc rei effectæ designativus est *. Qu. Quomodo *omnes* h. l. per Christum *justificari* dicuntur [f]? Hinc quidam colligunt, singulos homines per Christum servari [g], & absolutè justificari, sicut in Adamo omnes moriuntur: ità Huberus [h]. Sed multis modis respondetur [i]. 1. *Justificatio vitæ* hîc dicitur resurrectio ad vitam, quæ communis est etiam malis, juxta 1 Cor. 15. 22 [k]. quæ etiam à Christo promerita est. Dices, hoccine est beneficium perituris? Resp. Ità est ex parte Christi, qui eam promeruit in magnum beneficium & gloriæ augmentum, quanquam ipsorum vitio cedit in detrimentum [l]. Sed *justificatio* nusquam eo sensu sumitur [m]: nec impii regnabunt in vita, & proinde non accipiunt justificationem ad vitam [n]. 2. Christus omnibus meruit justitiam, quamvis non omnes eam sint assecuti [o]. Sed & hoc præter mentem Apostoli, qui comparat delictum Adæ cum justitia Christi, quantum ad effectus utriusque, non quantum ad causarum sufficientiam [p]. *Omnes* hîc intellige, scilicet si velint [q]. Quasi non sit ipsum velle opus gratiæ Christi, juxta Phil. 2. 13 [r]. 3. Adamus & Christus, in hac collatione, tanquam duorum generum stirpes proponuntur †, quæ quod habent in suos propagant [t]. *Omnes* ergò hîc non dicit absolutè [v], sed relatè ad suam originem & stirpem, idque accommodatè ad scopum [x]. *Omnes homines* in priore membro planè generaliter intelligit, in posteriore autem *omnes* pro *multis*, ut Luc. 6. 26. Act. 22. 15. Col. 1. 28. quos alibi nomine *mundi* significat [y]. *Omnes*, nempe quotquot justificantur, justificantur in Christo [z]. Sed sic non procedit similitudo; nam omnes simpliciter mortem ab Adamo, adeóque vitam à Christo, trahunt [a]. *Omnes* restrictè intellige juxta limitationem v. 17 [b]. *Omnes*, qui à Christo spiritualiter descendunt, & baptismo in illo renati sunt [c]. Intellige omnes qui ipsi sicut oportet credunt [d], quod initium est, ut diximus, novæ naturæ *. Omnes in Christo justificantur, sicut in Adamo peccârunt. Ut in eo peccarent, necesse fuit ex eo nasci: pariter necesse fuit nasci per baptismum, vel fidem, in Christo, ad justitiam participandam, &c [f]

19. *Sicut enim per inobedientiam*, &c.] Scil. Adæ in paradiso †: unde constat, Paulum de actuali peccato Adæ, & de actuali justitia Christi, locutum esse [g]. Hâc voce exaggerat peccatum Adæ. Vide 1 Sam. 15. 23 [h]. Idem [quod priùs] aliis verbis inculcat, velut doctrinam maximi momenti: hoc tantùm discrimine quòd v. præc. præcipuè considerantur effectus, mors & vita; hîc causæ, peccatum & justitia. Est ergò hæc sententia probatio præcedentis [i]; vel potiùs sententiæ illius v. 17. *Sicut regnavit mors*, &c [k]. ¶ *Peccatores* (vel, *Sontes*, Ca.) *constituti* (vel, *effecti*, Ca. sic Ar. Æth.) *sunt*; ità Mo. P. Be. Pi. Κατεστάθησαν] *Fuerunt*, Tre. ex Sy. [Variè explicant.] Est μετωνυμία. Ità tractati sunt quasi peccâssent actu, nempe quià addicti sunt morti. Sic vox *peccatoris* sumitur 1 Reg. 1. 21. & alibi [l]. *Peccatoris* vox alibi fateor *morti obnoxium* significat, at h. l. non pœnam, sed reatum, denotat, ut ostendit antithesis justitiæ Christi, &c [m]. Sensus est, Reos esse omnes quotquot ab Adamo jam reo facto prognati sunt †. Illius peccatum causa est, ut qui nascuntur ex ipso peccatores nascan-

nascantur [n]. Locus manifestus est pro peccato originali [o]. Peccatum Adæ non modò reatu omnes inquinavit, sed & pravitate, tum naturali, tum habituali, ut nihil nisi peccare valeant [p]. ¶ *Multi*] Πολλοὶ hîc rursum dixit cùm modò dixerit *omnes*, excepto fortè uno aut altero [q]. *Multi*, i. e. omnes [r], nempe Adæ posteri †. Sed *multos* dicit, vel, 1. quia omnes homines reverà multi sunt [t]: vel, 2. quia de effectu loquitur; non autem omnes justificati sunt, sed multi [v]: vel, 3. *multos* hîc opponit *uni* [x], non paucis, vel omnibus; ut diximus v. 15 [y]. ¶ *Per unius* (Omittit h. l. *hominis*, vel compendii causâ, vel quia Christus non erat merus homo, sed & Deus [z]: *Unius*, i. e. Christi [a].) *obedientiam*] Perpetuam, doctrinæ ipsius congruentem & à Deo repensatam summo præmio. Vide Phil. 2. 8, 9 [b]. *Per obedientiam*, vel, 1. activam [c]: sive sanctam Christi vitam [d]. Sed hæc nusquam nobis ad justitiam imputari dicitur: & si illâ justificati fuissemus, non esset opus ipsum mori *. Vel, 2. passivam [f]: quâ Patri obediens erat ad mortem, Philip. 2 [g]. per singularem illam obedientiam, Mediatoris propriam. Vide Psal. 40. 6, 7. Joh. 10. 18. Heb. 10. 9, 10 [h]. ¶ *Justi*, &c. Δίκαιοι κατασταθήσονται, &c.] *Justi constituentur*, Be. Pi. &c. Idem est quod, δικαιωθήσονται, aut δικαιοῦνται, &, posito abstracto vice concreti, more Hebræo, δικαιοσύνη γίγνονται, 2 Cor. 5. 21. Respicitur autem non obscurè locus Esa. 53. 11. *Per sui notitiam justos faciet*, &c. *Justi fient*, nempe apud Deum, ac proinde & Divina præmia suo tempore consequentur [i]. A peccatis absolventur, & perinde ac si prorsus justi essent, tractabuntur. Confer 2 Cor. 5. 21 ‖. Al. *Justos constitui* plus est quàm *justificari*, & complectitur justificationis simul & sanctificationis beneficium: utrumque enim ex Christi morte & vita fluit [k]. Futuro autem hîc utitur, non tantùm ob consequentiam argumentationis, sed singulari emphasi, ut significet efficaciam & abundantiam meriti hujus obedientiæ, omni tempore, usque ad finem mundi, in iis qui non tantùm in Adamo peccârunt Originaliter, sed & per seipsos Actualiter [l]: vel fut. utitur propter eos qui tum credituri erant, &c [m]: vel, ut significet includi hoc verbo regenerationis beneficium, quod hîc inchoatur, absolvitur verò in vita futura [n]: vel futur. pro præsente durabili [o]. ¶ *Multi*] Quos antè dixit *omnes* [p]. *Multi*, i. e. credentes sic ut credi oportet [q].

20. *Lex*, &c. Νόμος δὲ παρεισῆλθεν] Hactenus de statu ab Adam ad Legem tractavit: nequis autem Legem reparationem attulisse, aut homines à peccato liberâsse, putaret, hoc subjungit [r]. Al. Prolepsis est ex v. 14. Dixerat ibi, *peccatum ante legem fuisse*, &c. Quorsum ergò, inquit, lata Lex †? [Verba sic reddunt,] *Lex autem* (Mosis scilicet [t]) *intravit*, Sy. & Ar. in Di. Est & alibi ubi παρὰ & εἰς cum verbis sic componuntur, ut παρὰ nihil novi significet, sed significationem τοῦ εἰς solummodo augeat: sic παρεισενεγκεῖν usurpatur 2 Pet. 1. 5 [v]. Vel, *supervenit*, Ca. *subintravit*, Mo. Ar. Vulg. i. e. Velut obiter intravit, quia non data est ad salutem, & quæ permansura esset, sed ad instructionem quandam, & ad tempus, sicut Pædagogus datur puero [x]. Latenter se insinuavit, irrepsit, obiter & quasi furtim, ad breve tempus, scil. usque ad Evangelii adventum *. Loquitur de Lege tanquam de persona per quandam Prosopopœiam [y]. Non placet, 1. quia perpetuus hic est usus Legis augere peccatum, nisi in regenitis: 2. quia παρεισελθεῖν temporarium introitum non significat [z]. Vel, *obiter subiit*, Er. Ti. sic Ham. *obiter irrepsit*, Er. Παρεισελθεῖν apud Lexicographos sign. *irrepere:* ità Gal. 2. 4. qui παρεισῆλθον, *irrepserunt*; & ibid. falsi fratres παρείσακτοι, *irreptitii*, dicuntur. Παρεισελθεῖν, ait Suidas, est, *cum alio qui obliquè venit unà intrare*. Non respicit lationem Legis, quæ palàm facta est, sed Legis usum, quo peccatorem urget, accusat, &c. Simulac peccatum obliquè intravit in mundum, unà cum peccato irrepsit clàm (hominibus tale frænum minimè exspectantibus, sed audacter lascivientibus) & subitò data est Lex reprimens, prohibens, minitans, damnans, &c. & peccator servus Legis factus est. Adde quòd subreptitia & inexspectata vis Legis erat, ut peccatum eâ adaugeatur [a]. Vel, *præterea introiit*, Il. P. Be. Pi. i. e. vel accessit ad morbum illum quo laborabant omnes homines illò unius Peccato contaminati [b]. Vel, præter promissionem gratiæ, tanquam doctrinam principalem, introiit, scilicet in populum Dei [c]. [Sensum hunc non spernendum docebit collatio loci Gal. 3. 17, 18, 19.] Vel, *intervenit*, Ham. quasi media inter reatum illum (Adami) & hanc Christi gratiam constitit [d]. Poterat dicere Judæus, si ità se res habet ut Christus sit causa vitæ, sicut mortis Adamus, quid ergò egit Lex Mosis? Huic quæstioni respondens ait, Lex de transverso intervenit inter exordium peccati & exordium novæ justitiæ. Sic παρεισῆλθον, Gal. 2. 4. παρεισέδυσαν, Judæ, v. 4 *. Lex medio tempore inter Adam & Christum subingressa est †. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα πλεονάσῃ, &c.] *Ut abundaret* (vel, *augeretur*, P. Pi.) *delictum*, Er. Il. P. &c. vel, *lapsus ille*, Pi. sim. Be. &c. scil. Adami, h. e. cognitio istius lapsûs [f]. Ut per eam homines cognoscerent se multis modis peccare. Quantò magìs cognoscit homo quid sit faciendum & non facit, tantò magis reus est [g]. Lex auget peccatum, non illud efficiendo in hominibus: sed vel, 1. irritando, de quo Rom. 7. 11. vel, 2. manifestando, (ut speculum dicitur augere, h. e. oculis monstrare, maculas in facie, quæ priùs nullæ esse putabantur,) arguendo, & damnando: de quo hîc agitur, & Rom. 3. 20 [h]. Hebræis sæpe *esse* dicitur quod apparet. Itaque sicut περισσεύειν est, *abundantiùs apparere*, suprà v. 15. & Rom. 3. 7. ità & πλεονάζειν hîc & Rom. 6. 1. 2 Cor. 4. 15. 2 Thes. 1. 3. Utrumque, πλεονάσαι & περισσεῦσαι, junctim habes 1 Thes. 3. 12. Per Legem magìs innotuit peccatum, Rom. 2. 9, 12. & 3. 20. & 4. 15. & 7. 8 [i]. Lex auget peccatum, ratione sensûs nostri, sive cognitionis [k]. Ἵνα, *ut*, indicat vel, 1. eventum [l], sive consecutionem [m], non Dei consilium sive intentionem [n], aut finem destinatum; quia Lex, à bono Deo orta, bona tantùm præstat [o]: & Lex per se data erat ad vitam, Rom. 7. 10 [p]. Lex non fuit data ut homo peccaret, sed ut doceret, tamen occasionem indè accepit homo transgrediendi Legem. Lex adeò non effecit ut homines non essent peccatores, imò occasio fuit abundantiæ delicti & ruinæ: cumulatis enim præceptis, major facta est transgressio [q]. Tantùm abest ut peccatum originale sublatum sit interventu Legis, quod fortè suspicari quis posset occasione dictorum v. 13. ut potiùs longè magìs invaluerit ‖. Vel, 2. causam finalem: Lex data est ad permittendam abundantiam peccatorum, ut dum Legis occasione augetur peccatum, superbus animus agnoscere cogatur se peccatorem, & Legem sibi nequaquam sufficere ad justitiam [r]. Lex non tantùm ut boni Dei, justitiæ regulam præscribentis, sed & ut irati judicis peccata ulciscentis, instrumentum consideranda est: quo respectu Lex dicitur ut *iram operari*, Rom. 4. 15. ità & *peccatum augere*, hîc, & Rom. c. 7. v. 5, 8, 11, 13 †. ¶ *Ubi* (οὗ hîc valet *postquam* [t], sicut & Latinè usurpatur *ubi*. Solent enim locorum notæ ad temporis significationem transferri [v].) *autem abundavit delictum* (i. e. ubi peccata occasione Legis inundârunt [x], & homines convicti sunt suarum transgressionum [y]. Vel, *peccatum illud*, scil. primum [z].) *superabundavit* (i. e. suprà peccatum illud abundavit [a]: ὑπὲρ collationem peccati & gratiæ declarat [b]. Non satis habuit dicere ἐπερίσσευσεν, sed præpositionem augentem addidit, ut intelligeretur multò illustriùs apparuisse Dei benevolentiam quàm antè apparuerat peccati turpitudo. Amat tales compositiones Paulus; ut, ὑπερεκτείνω, ὑπερεκχύνομαι, ὑπεραίρομαι, ὑπεράνω, ὑπεραυξάνω, ὑπερνικάω, ὑπερυψόω. Sic ὑπερπερισσεύομαι habes & 2 Cor. 7. 4. & ὑπερπερισσῶς, Marc. 7. 37. & ὑπερπλεονάζω, 1 Tim. 1. 14 [c].) *gratia*] Scil. advenientis Christi [d]. *Gratia* hîc dicitur, vel, 1. gratuitum Dei fœdus *, vel misericordia Dei peccata remittens, & dona gratificantia tribuens; q. d. quantò major iniquitas peccantis, tantò major gratia remittentis [f]. Aucto peccato, crevit etiam gratia Salvatoris, ut non ab uno solùm, sed & ab innumeris peccatis, liberaret, maximáque beneficia conferret [g]. Vel, 2. obedientia Christi ex gratiâ nobis imputata: ut docet antithesis. Met. adjuncti. Sensus, q. d. Cognitum est, gratiam seu obedientiam Christi longè efficaciorem fuisse quàm peccatum Adæ, &c [h].

21. *Ut sicut regnavit* (i. e. vires suas ostendit [i]: vel, *regnaverat*, Be. Pi. etiam in credentibus, ante conversionem [k]. Vide suprà v. 14 [l],) *peccatum* (ira Dei per peccatum: ut suadet antithesis. Meton. effecti [m].) *in mortem* (vel,

Marginal notes, left column: n Tol. o E. p Par. q G. r E. Me. sic Pi. Par. † Me. sim. Pi. Par. t E. v Tol. sim. E. Par. x Wil. ex Be. Par. y Be. z D. a G. Pi. &c. b G. c Sch. Q. in Pi. d Q. in Pi. * Pi. f Pi. Sch. &c. g Tol. h Par. i G. ‖ Vor. k Par. l E. m Pi. n Par. o G. p Ca. q G. sim. Pi. r Tol. † Par. t Tol. Es. &c. v Di. x Tol. sim. Chrys. in Di. * Me. y Tol. z Di.

Marginal notes, right column: b Be. c Pi. d Ver. * G. † E. f Pi. g V. h Par. i G. k Com. l Par. ex Chrys. Plerique in E. Vor. m Tol. n Vor. o Gom. p Vor. q Tol. ‖ T. r E. ex Thoma. † Di. t G. sic Tol. v G. x E. Me. y E. z Pi. a Pi. sim. Be. b Be. c G. d Me. * Be. f E. g Tol. h Pi. i G. k Pi. l G. m Pi.

70

(vel,

(vel, *in morte*, Er. vel, *per mortem*, G. Er. V. i. e. cujus finis erat mors [n]: omnibus mortem inferendo [o]. Vel, *ad mortem*, Be. Pi. &c. vel, 1. corporis [p]; vel, 2. æternam; ut monstrat antithesis [q]: ἐν pro εἰς, ex antithesi [r].) *ità & gratia* (i. e. benevolentia Dei †, erga credentes [t].) *regnet* (Peccatum & gratia regnare dicuntur, per prosopopœiam [v].) *per justitiam* (illam scilicet per quam *justi constituimur*, v. 19 [x]. nempe justitiam Christi credentibus imputatam, de qua v. 19 [y]. *per justitiam*, i. e. justificando homines à peccatis [z], eósque acceptos faciendo [a]. Vel, adducens justitiam, & per eam perducens homines [b]: *per justitiam*, i. e. per obedientiam Christianorum [c].) *in* (vel, *ad*, Be. &c.) *vitam æternam*] Quæ obedientia ducit ad vitam æternam [d]. Sensus est, q. d. Ut mortis & peccati regno destructo, regnum justitiæ & vitæ æternæ instauraretur *. ¶ *Per Jesum*, &c.] Qui scilicet sicut justitiam illam in nobis efficit, ità & vitam æternam ipse nobis daturus est, ut post Patrem ipsi omnia debeamus [f].

n V. o Tol. p E. q Pi. r Be. † G. sim. Pi. t Pi. v E. x Be. y Pi. z Tol. sic V. a V. b E. Me. c G. d Idem. * Tol. f G.

CAP. VI.

1. *Quid ergò dicemus?*] Vel, *dicimus?* nam ἐρῶμεν nostris scriptoribus etiam in præsenti dicitur, ut Matth. 7. 4. Sic & suprà locutus est, Rom. 4. 1. οὖν solet addi interrogationibus, ut & infrà v. 21. Redit ad id de quo ipse, & Apostoli alii, per Judæos incredulos Romæ agentes, infamabantur; & quod attigerat Rom. c. 3. v. 8. sed tunc non plenè ei responderat: quia ut id utiliter fieret, quædam priùs erant præstruenda quæ continentur cæterâ parte cap. 3. & cap. 4. & 5. ut nunc ista dissecta sunt: nam in Pauli Epistola fuere hæc continua. Ait ergò nunc, *Quid ergò est quod dicimus?* An ista dicimus quæ Judæi illi de nobis spargunt? ¶ *Manebimus*, &c? Ἐπιμένωμεν, &c?] In MS. illo in Anglia est, ἐπιμείνωμεν. Rectè. Cohæret hoc cum eo quod præcessit [a], cum Rom. 5. 20 [b]. estque præoccupatio [c]. q. d. An hoc dicimus, *Perseveremus* (vel, *Permanebimus*, Be. Pi. &c.) *in peccatis* [d], peccata peccatis addemus *, *ut gratia auctior fiat?* Be. Pi. &c. i. e. ut magis appareat Dei beneficentia [f]? Ἡ ἁμαρτία in præced. reatum declarat, hîc verò corruptionem [g], sive naturæ vitiositatem [h]. De voce χάριτος, ut & de voce πλεονάσῃ, diximus suprá. Antecedens verum erat, Deo maximè fuisse gloriosum ex iis qui idololatræ multisque flagitiis involuti fuerant populum sibi colligere; sed iniqua erat illatio, Ideo nihil mali esse si & vocati peccare perseverent, ut rursum Deus majore cum gloria eorum misereatur. Hoc consequens falsò attribuebatur Apostolis & eorum sectatoribus, qui contrarium & docebant & factis ostendebant. Tertul. bene, *Compensatione res acta est: lucrati sumus multa, ut aliqua præstemus.* Item, *Libertas in Christo nullam innocentiæ fecit injuriam. Manet lex tota pietatis, sanctitatis, humanitatis, veritatis, castitatis*, &c [i].

2. *Absit*] Aversantis est, ut Rom. 3. 4, 6, 31 [k]. q. d. absurdissimus est & detestabilis error [l]. ¶ *Qui*, &c. οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ] Loquendi genus receptum apud Hebræos. Vide Philonem [in G.] Sed & apud Philosophos: nam & Porphyrius Sapientiam Morti comparat. Simil. Marcus Antoninus. [Utriusque verba vide in G.] *Nam quodcunque suis mutatum finibus exit, Continuò hoc mors est illius quod fuit antè* [m]. *Homo, juxta Platonem, mori dicitur, & cùm anima relinquit corpus, & cùm anima in corpore constituta corporeas illecebras contemnit,—reliquásque exuit passiones*, ait Macrob. in Somn. Scip. 1. 13 [n]. [Verba sic reddunt,] *Qui* (sub. *enim*, Be.) *mortui sumus peccato*, Be. Pi. D. &c. *Peccato* hîc est Dativus [o], non Ablativus [p], & activè sumitur *. Ut *mortuum esse legi*, Gal. 2. 19. est, non ultrà secundùm Legem vivere; ità *mortuum esse peccato* est, non ampliùs vivere in peccato [q]; vel, non habere jam peccati operationes in se, ut mortuus dicitur qui functiones & vitæ operationes non habet quas antè habuit; opera peccati abjicere, non obedire suis jam concupiscentiis [r]; nihil rei cum peccato habere, non magis quàm mortui cum vivis †; à peccati servitute liberum esse [t]; vim peccati in se exstinctam habere [v]; peccatum in se mortificare, ne vivat, h. e. vires exserat, in nobis. Metaphora à morte, quæ est vitæ & actionum privatio. At *mori peccato* casu Ablativo passivè significat, peccatorum reatu & veneno mortificari, &c. tunc autem subauditur ἐν vel διά, ut Col. 2. 13 [x]. & Eph. 2. 1 [y]. Ità significat, hominem per peccatum esse mortuum [z], & gratiâ Dei, quæ vita est, privari [a]. ¶ *Quomodo*, &c? Πῶς, &c?] Quomodo nos iterum peccatis implicabimus, à quibus nos abduximus [b]? Certè, non ampliùs eis vivere debemus [c]. Πῶς hîc non τὸ πάντως ἀδύνατον (*impossibilitatem*,) sed rei indignitatem ostendit, ut Matth. 6. 28. Gal. 4. 9. Indignum est si loti in lutum revolvimur, 2 Pet. 2. 22. Hinc jam incipit Apostolus doctrinæ quæ ipsi falsò imputabatur veram opponere, ut haberent Christiani quod ipsis Apostoli verbis regererent objectatoribus. Itaque Christianos jam alloquitur [d].

a G. b Par. sim. Tol. E. Me. c Tol. sim. Par. d G. sim. Tol. * Tol. sim. Pi. f G. sim. g Be. h Pi. i G. k G. l Tol. m G. n Cas. o V. sic Er. Tol. p Par. Be. E. q Er. Tol. * Par. q G. r Tol. † Ca. sim. E. Me. t E. Me.

3. *An ignoratis*] i. e. An non meministis. Sic & Rom. c. 7. v. 1 *. Increpat eos quòd cùm baptizati essent, adhuc peccarent, quasi nescientes id quod sequitur [f]. ¶ *Quicunque baptizati sumus in Christo*] Christianam fidem suscipiendo [g]: qu. d. quotquot per baptismum Christo nomen dedimus [h]; vel, Christo inserimur, & de corpore ejus efficimur [i]. Al. quotquot baptizati sumus baptismo qui habet virtutem & efficaciam à Christo [k]. Εἰς Χριστὸν] *In Christum*, V. Be. Pi. &c. i. e. ut Christo fidem haberemus [l]. *In Christum* hîc, ut & Gal. 3. 27 [m]. idem est quod *in nomen*, vel *nomine*, *Christi* [n], Act. 3. 16. & 10. 48 [o]. & Act. 19. 5 [p]. i. e. in doctrinam Christi [r]: ut 1 Cor. 10. 2. *baptizati sunt in Mosen*, i. e. ad Mosaitatem, ut Mosaici fierent. Personæ nomen apud Hebræos sæpe pro re ponitur †. Al. *In Christum*, id est, ut cum Christo coalescentes vim ipsius perciperemus, exstinguendo peccato & creando novo homine: ut exposuimus Act. 19. 2 [t]. ¶ *In*, &c? Εἰς τὸν θάνατον, &c?] *In*, vel *Ad*, *mortem ejus esse baptizatos?* V. Ca. Be. Pi. &c. i. e. ad moriendum cum eo [v]; vel, in similitudinem & repræsentationem mortis Christi [x]; ad signandam & obsignandam communionem mortis Christi, 1 Cor. 12. 13. Gal. 3. 27 [y]. ut similes efficeremur Christo mortuo, ut sicut ille mortuus est & corpori, & peccato, sic & nos mortui essemus peccato, & vetus noster homo crucifigeremur [z]; ut non tantùm mortis fructum acciperemus, sed etiam ut ejus mortui similitudinem gereremus [a]: baptizati enim & immersi aquâ penitùs obruimur & quasi sepulti jacemus, ferè ut Christus ad tertium usque diem in sepulchro hæsit [b]. In nobis, quando baptizabamur, impletum est & significatione & effectu id quod morte Christi figurabatur, nempe interitus veteris nostri hominis [c]. Vel, *in mortem ejus*, i. e. ut perciperemus vim mortis ejus, non solùm quod ad meritum, quo remittuntur nobis peccata; sed etiam quod ad efficaciam Spiritûs Sancti naturam reformantis, quem suâ morte Christus nobis impetravit: ut explicatur v. 6 [d]. Hâc phrasi & similibus, ut, *consepeliri cum Christo*, *simul crucifigi*, &c. significat Paulus, ex mortis Christi virtute & efficacia mortem nostrorum peccatorum, & salutem nostram, procedere *. *Baptizamur in mortem Christi* dupliciter; 1. respectu Dei, quatenus is beneficia mortis Christi, h. e. justificationem & sanctificationem, baptismo nobis donat & obsignat; 2. quantum ad nos, qui restipulamur fidem & mortificationem, &c. Indè ratio patet, quomodo ex baptismo in mortem Christi sequatur nos mortuos esse peccato: nimirum, 1. quia baptismus significat, nos Christi morte liberos esse à peccato: 2. quia baptismus confirmat, virtute mortis Christi dari Spiritum Sanctum mortificantem, &c [f]. Qui baptizabantur, ab iis exigebatur professio fidei, in qua & hoc erat, *Christum ob peccata nostra esse mortuum*, i. e. ad abolenda peccata. Vide Rom. 4. 25. Christus etiam vitam suam pro nobis abdicavit; & nos idem facere debemus ipsius causâ: quantò magis abdicare pravas cupidines? Quod Mors Corpori Christi, hoc Baptismus Peccato. Vide Ignatium & Justinum Colloq. cum Tryph [g]. [eorúmque verba in G.]

4. *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum*] Causam reddit præcedentis sententiæ [h]: ut οὖν pro γὰρ accipiatur [i]. Si autem οὖν retineas, est incrementum, subaudito καὶ · q. d. Si mortui, etiam sepulti cum eo [k]. [Sensus, q. d.] Christum

v Be. x Par. y Pe. z Tol. sim. Ee. a Tol. sim. Par. b Me. c E. d G. * G. f Tol. g Me. T. h E. i Tol. sim. E. k Q. in Tol. l V. m Par. n Par. sic Ca. G. o Par. p G. Par. r G. sic Ca. † Ca. t Be. v Ca. sic V. x E. Me. & T. ex E. y Gom. z Tol. a Bra. b Bra. sim. T. c E. d Pi. * Tol. f Par. g G. h Tol. sim. Par. i Par. ex Sy. & Vulg. k Par.

Christum sepultum per baptismum repræsentamus[l]. Ostendit non verba tantùm baptismi, sed & ipsam ejus formam, hoc innuere. Nam immersio totius corporis in flumen, ità ut non conspiceretur ampliùs, imaginem gerebat sepulturæ quæ datur mortuis. Confer Cor. 2. 12[m]. Alludit ad illum ritum immergendi[n], ubi corpus quasi sepeliebatur[o], & mox rursus extrahebatur tanquam à sepulchro[p]. ¶ *In mortem*] i.e. Ad repræsentandam, etiam oculis, Christi mortem[q]: vel, ut moriamur[r], scilicet peccato[†], scilicet ille mortuus est huic vitæ temporali[t]. ¶ *Ut quomodo Christus surrexit*, &c.] Nam & hujus rei imaginem gerebat corpus ex aqua resurgens[v]. ¶ *Per*, &c. Διὰ τῆς δόξης, &c.] *In gloria patris*, Ar. Ca. i. e. gloriosus: διὰ pro ἐν, ut Rom. 4. 11. δι' ἀκροβυστίας, pro, *in præputio*; quomodo διὰ βίου, *in vita*, dicitur. Sic Latinè, *per omnem vitam*, & *in omni vita*, idem est[x]. Al. *In*, vel *Ad*, (vel, *Propter*, ut διὰ interdum sumitur[y].) *gloriam*, &c. Tre. ex Sy. P. Be. Pi. διὰ pro εἰς[z] διὰ τῆς δόξης, pro, πρὸς τὴν δόξαν, ut 2 Pet. 1. 3. Heterosis[a]. i. e. Ut vitam ageret gloriosam, qualis decet Filium Dei[b], non humilem, ut priùs[c]: ut depositâ carnis infirmitate gloriosus Deo vivat in æternum[d]. Vel, ut vivus & regnans Patrem glorificaret, sicut oravit Joh. 17. 1[*]. Al. *Per gloriam patris*, Er. Il. Ti. Mo. &c. i.e. vel, 1. per propriam Divinitatem: eadem enim est Divinitas Patris & Filii[f]. Vel, 2. per vitam gloriosam & immortalem, quam Christus resurgens accepit à Patre[g]. Vel, 3. per gloriosam operationem Patris[h]; vel, per potentiam Patris[i] gloriosam[k], quam gloria sequitur. Hoc est quod κράτος ἰσχύος dicitur, Eph. 1. 19. & 6. 10. pro quo Col. 1. 11. dicitur, κράτος τῆς δόξης· sicut עז, quod ἰσχὺς verti solet[l], i. e. *robur*, sive *potentia*, à LXX Interpret[m]. vertitur δόξα[n], Psal. 68. 35. Esa. 12. 2. & 45. 24[o]. & τιμὴ, Psal. 29. 2. & 96. 7. & 99. 4. Rursus δόξα pro און, *robur*, Esa. 40. 26. & pro תועפות, *fortitudines*, Num. 23. 22. & 24. 8. sicut contrà pro גאון, *excellentia*, quod per δόξαν non rarò vertunt, alibi ἰσχὺν, *robur*, dixerunt: ut Esa. 2. 10, 19, 21. Adde, quòd apud Arabes, idem verbum עז significat & *potentem esse*, & *honoratum esse*[p]. Confer Joh. 11. 40. & ibi dicta, & 1 Cor. 6. 14. ubi Deus dicitur *Jesum suscitâsse* διὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ· & 2 Cor. 13. 4. ubi Christus dicitur *vivere* ἐκ δυνάμεως Θεοῦ[q]. ¶ *Ità & nos in novitate vitæ* (Hebraismus est pro, *in nova vita*[r]: quæ opponitur h.l. non tam veteri vitæ, quàm morti per baptismum. Nova hæc vita novum habet principium, h. e. Spiritum sanctificantem & renovantem, ex collat. Rom. 7. 6. Tit. 3. 5. indéque novos motus, operationes, mores, &c[†].) *ambulemus*] Vel, *circumambulemus*, Par. i. e. ut novum vitæ genus instituamus, quale Christianum decet[t]: ut deinceps à peccati consuetudine prorsus alieni, exerceamus opera novæ vitæ[v]. *Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores postulat.* Si resurgere cum Christo volumus, necesse est eum imitemur: quæ imitatio in iis qui longè aliter vixere est velut resurrectio quædam: nam sicut separatio animi à corpore est mors corporis, ità separatio animi à Deo est mors animi[x]. *Ambulare* in S.S. idem significat quod conversari, vivere, actiones exercere alias post alias; nec propriè profectum indicat[y], sed continuationem actionum[z], & imperfectionem; ità scilicet nos renovari ad hanc vitam, ut in ea perpetuò sit pergendum, currendum, proficiendum, &c[a].

5. *Si*, &c. Εἰ γὰρ σύμφυτοι —— ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως, &c.] *Si enim complantati facti sumus* (vel, *unà cum eo plantati sumus*, Tre. ex Sy. Præp. σὺν referenda est, vel, 1. ad Judæos & Gentiles simul in Christum collectos[b]. Sed hoc extra scopum est. Vel, 2. ad Christi personam[c], nostrámque cum Christo similitudinem[d]: ut in συνταφῆναι, συζῆν, συμπάσχειν, &c[*]. Vel, *coaluimus*, P. vel, *insititii* (vel, *participes*, Er.) *facti sumus*, Er. Il. Ti. V. Ca. sub. *illi*, Er. Il. Ti. Αὐτῷ hîc subauditur[f], ex sequente αὐτοῦ· ut sæpe[g]. Vel, *cum eo plantati* (sive, *plantatione*, Pi.) *coaluimus*, Be. Pi. Huc respicit quòd sepelitio videatur quædam plantationis species[h]. Nostram cum Christo κοινωνίαν in morte & resurrectione eleganti metaphorâ vocat σύμφυτον, *coalitionem*, quasi ἐμφύτευσιν, *insitionem*, alludens ad Joh. 15. 1. Christo, inquit, implantamur, ut palmites viti, qui vite moriente unà moriuntur, eâ reviviscente reviviscunt[i]. Ut surculus particeps fit humo-

l Tol. · m G. · n Me. sim. Pi E. · o Pi. sim. Me. · p Pi. · q G. · r V. Ca. sic Tol. E. Me. · † V. Tol. Me. · t Tol. · v G. · x Ca. · y Tol. · z Be. Par. · a Pi. · b Tol. sim. T. · c Tol. · d Be. · * Par. · f Q. in Tol. · g Me. · h E. · i Cam. G. Di. · k Cam. · l G. · m Cam Di. · n G. sic Cam. Di. · o G. Di. · p Di. · q Cam. · r G. · † Par. · t Me. · v E. · x G. · y E. · z E. sim. Tol. · a Par. · b Er. in Be. · c Be. · d Tol. · * Be. · f G. sic Be. · g G. · h Be. · i Par.

ris ejus arboris cui inseritur[k], ità qui per baptismum Christi corpori inseruntur consortes fiunt bonorum illius[l]. Ut surculus communem habet mortis & vitæ conditionem cum arbore cui inseritur, ità nos & vitæ & mortis Christi participes & conformes erimus[m]. Græcis σύμφυτοι dicuntur *quæ in unum coalescunt*, ut plantæ quædam, Luc. 8. 7. unde sumptâ translatione de amicitia usurpatur apud Plat. & Plutarchum[n]. Christum, qui mortuus ac sepultus resurrexit, comparat cum planta, quæ humi defossa suo tempore germinat. Deinde dicit nos cum ipso in unam plantam coaluisse, sicut τὰ σύμφυτα cum ipsa arbore ità coalescunt ut communi succo vivant[o]. Non de similitudine loquitur, quasi exemplum duntaxat esset in Christo, sed de efficacia mortis & resurrectionis Christi[p], sive de vivifica virtute à Christo in nos manante: ideóque non dicit ὁμοιότητι, sed ὁμοιώματι· quod nomen verbale & passivum includit verbi actionem & effectum[q].) *similitudini*, (vel, *assimilatione*, non imitatione, sed virtutis ipsius intra nos efficacitate[r]. Vel, *conformatione*, Pi. *in similitudine*, Tre. ex Sy. Ca. *per similitudinem*, Er. Il. Ti. *ad similitudinem*, V.) *mortis ejus* (i. e. ut moreremur[†] mundo[t], & peccato[v], sicut ille mortuus erat[x]. *Coaluimus Christo, ad instar ejus mortui*, nempe cupiditatibus, ut ille vitæ functionibus[y].) *sed &* (vel, *simul &*, Vulg. ἅμα καὶ· forsan ἀλλὰ hîc irrepsit pro ἅμα[z]. Sed nulli Codices id arguunt[a]. Vel, *ergo etiam*: ut sit ἀλλὰ συλλογιστικόν[b]. Vel, *sic etiam*, V. *ità quoque*, Tre. ex Sy. vel, *nimirum &*, sive *etiam*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. vel, *utique &*. Ἀλλὰ non modò adversativum est, sed & confirmativum, valétque *utique*, *equidem*, ut Joh. 16. 2. & in Græco Job. 32. 8. ubi Heb. est אכן, *sanè*, *utique*. Sic Heb. כי, quod propriè causale est, modò affirmat, ut *equidem*; modò adversatur, ut *sed*[c].) *resurrectionis* (vel, *in resurrectione ejus*, Tre. ex Sy. vel, *resurrectionis*, sub. *conformatione*, P. Pi. vel, sub. *assimilatione*. Ellipsis articuli τῷ, ut ipsa collationis ratio ostendit: ut plena oratio sit[d]; nempe σύμφυτοι αὐτῷ ἐσόμεθα τῷ ὁμοιώματι τῆς ἀναστάσεως[*], *ità instar ejus resurgemus*[f]: in qua ellipsi nihil est violentum, aut insuitatum. Vide Joan. 5. 36[g].) *erimus*, Mo. Tre. &c. vel, *coalescemus*, P. Be. Pi. vel, *participes erimus*, Er. Il. Ti. id est, pertinebimus ad resurrectionem[h]: vel, ex eorum numero erimus ad quos resurrectionis beneficium pertinet[i]; sic etiam insiti fuimus ut resurgamus sicut ille resurrexit: h. e. ut ambulemus in nova & spirituali vita[k]. Ἀλλὰ καὶ, &c. ἐλλειπτικῶς· q.d. *Non hoc modò, sed censeremur etiam in similitudinem resurrectionis*[l]: ut sicut ipse resurrexit novâ & gloriosâ vitâ, ità & nos resurgamus, hîc metaphoricè & spiritualiter[m], per vitæ novitatem[n]; in futuro autem, de quo alii accipiunt, physicè ac propriè per redivivi corporis immortalitatem, & animæ gloriosæ triumphum æternum[o]. Prior similitudo est generis, hæc speciei sive generis proximi. Ubi rebus molestis opponuntur solatia, usurpari solent particulæ εἰ & ἀλλά. Sic apud Virgil. *Si non ingentem foribus domus alta superbis Manè salutantum totis vomit ædibus undam*: post versus deinde aliquos sequitur, *At secura quies, & nescia fallere vita Dives opum variarum*, &c[p]. Apostolus futuro utitur, ἐσόμεθα, quia nondum nos toti aut mortui sumus, aut resurreximus, sed quotidiè emergimus, dum perficiatur, &c[q]. Excitat eos ad novitatem vitæ per spem resurrectionis. Sensus est, q. d. Si quasi surculi cum Christo defossi & sepulti sumus in baptismo, cum eo quoq; germinabimus & resurgemus[r]. Nam sicut immersione Christo mortuo & sepulto, ità emersione ei resurgenti, configuramur[†]. Si similes ei sumus in uno termino, morte, similes ei erimus in altero termino, nempe resurrectione[t].

6. *Hoc scientes*] Sic Be. Pi. &c. i.e. Cùm sciamus: vel, cùm certum sit. Participium loco Verbi ponitur[v]. *Modò hoc cogitemus & infigamus animo.* Sic γινώσκομεν & voces similes interdum sumi notavimus ad Joh. 15. 18[x]. Opponitur illi, *An ignoratis?* v. 3. qu. d. scire oportet. Mysteria baptismi, quæ multa sunt, seriò commendat, eorúmque studium[y]. ¶ *Vetus homo* (i. e. vel, 1. vetus illa in homine vivendi ratio[z], quæ & *natura* dicitur. Est μετωνυμία, subjectum pro adjuncto, ut & Eph. 4. 22. Col. 3. 9. cui adjunxit Paulus & [illegible], quâ delectatur plurimùm. Tribuit enim rei inanimæ, i. e. accidenti, id quod est animatorum, h. e. *crucifigi*[a]. Vetus

k Er. sim. E. · l Er. · m Gom. · n G. · o Be. · p Par. · q Be. · r Idem. · † V. sic Ca. Tol. · t Ca. · v Tol. V. · x V. · y G. · z Be. · a Di. · b Camer. · c Di. · d Be. · * G. sic Fe. · g Be. · h Er. · i Er. in Be. · k V. · l Camer. · m T. · n Tol. sim. T. ex Sasbout. · o T.] · p G. · q Be. · r Me. sim. E. · † E. · t Tol. · v Tol. · x G. · y Par. · z G. sim. T. · a G.

illa vita [b], in concupiscentiis & sordibus [c]. Vel, 2. corrupta natura nostra [d]: peccatum originale*: vetustas & corruptio peccati in homine; vel potiùs, ipse homo prout hâc vetustate affectus est [f]. Opponitur autem homini novo [g]. Distinguuntur in homine vetus & novus homo, non quòd duæ sint substantiæ, sed ratione diversorum statuum [h]. *Vetus* hic homo dicitur, respectu, tum, 1. Adami primi, collati cum Adamo posteriore [i], ut 1 Cor. 15. 45 [k]. quia originem ab Adamo traxit [l]: tum, 2. nostri, utpote prior nostra conversatio, si cum renovatione conferatur [m], quia statum peccati sequitur in quo nati sumus [n].) *noster simul*, &c. Συνεσταυρώθη] Pergit ex Cruce, Morte, & Resurrectione Christi multas sumere similitudines, & eis aptare ἀλληγορικὰ loquendi genera: quod ipsum דרש dicitur Hebræis [o]. Hæc vox Paulo familiaris est [p]. [Sic vertunt,] *Crucifixa est*, i. e. ad similitudinem Christi crucifixa: quia sicut per crucem non sine gravi dolore ad exitum pervenitur, ità illa natura sine dolore non exstinguitur. Est enim sui amor & indè voluptatum appetitus agnatus homini; deinde longa consuetudo δυσαπόνιπτόν τι, (*difficulter eluitur:*) sed has difficultates Fides superat [q]. *Cum eo crucifixum esse*, Be. Pi. Peccatum in nobis mortuum esse significat, sed *crucifixum* dicit, ut mortis genus explicet per quam Christus nobis Spiritum Sanctum impetravit. Non dicit, *in eo*, sed, *cum eo*, quia corrupta natura non erat in Christo, sed tantùm ei imputata est [r]. Unà cum Christo crucifixus est, & mortificatus; vel, 1. in typo seu repræsentatione †: baptismo enim repræsentamus crucem Christi & vitiorum nostrorum, ceu cum eo crucifixorum. Vel, 2. per efficientiam [t], merito & virtute passionis Christi [v]: quâ peccata nostra deleta & destructa sunt [x]; quia eâ Christus impetravit Spiritum Sanctum, qui peccata crucifigat [y]. Non hîc loquitur de peccatorum expiatione per crucem, sed de regeneratione per Spiritum, &c [z]. Hæc autem virtus Christi nobis applicatur per baptismum [a], aliáque sacramenta, &c [b]. Hoc dicit Paulus, Veterem hominem esse crucifixum, quantum ad fructum nobis participatum, in baptismo, in quo, & per quem, commorimur Christo [c]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα καταργηθῇ, &c.] *Ut destruatur* (vel, *enervetur*, P. Par. Metaphora à crucifixis, qui clavis confixi paulatim enervabantur, donec exspirarent †. *Evacuaretur*, Tertul. & Aug. in E. *cassum reddatur*, Be. *aboleretur*, Er. Il. Ti. Tre. Ca. Pi. &c.) *corpus peccati*, Mo. &c. i. e. vel, 1. corpus nostrum, sic dictum, quia in peccato conceptum est & enutritum [d], peccato obnoxium, peccare solet*. Vel, 2. totus homo qualis natus est, nempe in peccato: confer 1 Pet. 4. 1, 2. *Corpus* tantùm hîc memorat, quia crucifixi Christi meminerat, cui nos *concorpores* sumus, Eph. 3. 6 [f]. Vel, 3. vis peccati [g]; vel potiùs, peccatum ipsum [h] inhabitans [i]: quod similitudinem habet corporis, in eo quòd ut corpus morte, ità peccatum vitæ renovatione, aboletur. Vide animadversa ad Col. 1 [k]. quod est veluti corpus & res per se subsistens: tantas in nobis vires exseri [l]. *Corpus peccati* idem est quod *peccatum* [m], vel *vetus homo* [n]; ut *corpus mortis*, pro *morte*, Rom. 7. 24. *corpus Christi*, pro *Christo*, Rom. c. 7. v. 4. &c. Hebraismus esse videtur, ubi עצמו, *corpus ejus*, valet, *idem ipse*, Jos. 9. & Job. 2 [o]. Ità corpus hîc est tota congeries & massa peccatorum [p], quæ quasi unum est corpus hominis veteris, cujus membra sunt superbia, avaritia, libido, &c [q]. *Corpus peccato*, i. e. consuetudini peccandi, eleganter tribuit Paulus, quia est veluti compages quædam multis constans membris, i. e. vitiis, Col. 3. 5. Sic & morti corpus infrà tribuit. Grex, populus, legio, apud Jurisconsultos *corpora* sunt; & *corpus civitatis*, apud Livium; *collegiorum corpus*, apud Caium Jurisconsultum. Transtulit & ad inanima Cicero, cùm dixit *librorum corpus* Latinè, & Græcè σῶμα. Sed audacior est translatio, ubi accidentibus datur *corpus*, quomodo Virgil. dixit, *corpus regni* [r]. Al. *Corpus* vocat, ut in eadem metaphora perseveret, quia corpora cruci affigebantur †; vel, allusione ad corpus Christi crucifixum [r]. Καταργεῖν hîc est, *occidere*, ut ostendunt sequentia. *Occidi* dicitur corpus cùm vitâ spoliatur, Matt. 10. v. 28 [v]. Peccatum ait destruendum esse [x], non quidem ut non sit, sed ut non vigeat & prævaleat [y], non perfectè in hac vita, &c [z]. Proponit h. l. metam sanctificationis, ad quam non hîc pervenimus, sed ad eam contendimus, & tandem perveniemus. Καταργεῖσθαι dicitur cujus vis & efficacitas tollitur, & καταργεῖν is cujus virtute id efficitur [a]. ¶ *Et*, &c. Τοῦ μηκέτι δουλεύειν, &c.] Nè (vel, Ideo *nè*: τοῦ pro ἕνεκα τοῦ, ut sæpe alibi [b].) *nos ampliùs*, vel *posthac*, (sicut antè servivimus [c],) *serviamus peccato*, Be. Pi. i. e. consuetudini vitiosæ [d]; vel, concupiscentiæ, sive vitiositati naturæ: nè ei indulgeamus, aut dominari id nobis patiamur*. Servit peccato qui peccati desideriis, sive imperiis, obsequitur [f]. Peccatum fingit ut personam dominantem, &c [g]. Δουλεύειν, *servire*, vox est mediæ significationis. Nam & *Deo* dicimur *servire*, Matt. 6. 24. Act. 20. 19. Eph. 6. 7. 1 Thes. 1. 9. & *Christo*, Rom. 14. 18. & 16. 18. Col. 3. 24. & *legi Dei*, Rom. 7. 25. & *justitiæ*, Rom. 6. 19. & contrà, *Mammonæ*, Matt. 6. 24. *Idolis*, Gal. 4. 9. *voluptatibus & cupiditatibus*, Tit. c. 3. v. 3. *impuritati*, Rom. 6. 19. *corruptioni*, 2 Pet. 2. 19. Sic & Latinè dicimus, *servire vitæ, valetudini, posteritati, populi commodis, dignitati*; & contrà, *amori, cupiditatibus, iracundiæ*. Seneca, *Commota semel & concussa mens ei servit à quo impellitur* [h].

7. *Qui*, &c. Ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας] Confirmat sententiam præcedentem, ex mortis effectu [i], qui ab actionibus (sive officiis [k]) hujus seculi hominem liberat [l], servum v. g. à servitute sua, &c [m]. *Etenim qui mortuus est* (i. e. Christus pro peccatis nostris mortuus, & homo fidelis [n], sive regenitus per Spiritum [o], qui ad Christi exemplum [p], peccato mortuus est [q]: qui veterem hominem in se destruxit [r]. Al. qui hâc vitâ defunctus*.) *justificatus est à peccato*, Er. Il. Ti. Mo. Di. ex Vulg. &c. i. e. absolutus est †. Sensus est, q. d. Is demum à peccato penitùs absolvitur qui peccato jam ex animo renunciavit*. Vel, ab ipso Judice Deo ità declaratus est mundus ac justus à peccato, ut vicerit peccatum. Absit ergò ut idem succumbat peccato quasi reus & victus. Qui vivit peccato accusari potest, quòd peccati servus sit. At mortuus peccato justificatur ab illa accusatione, quippe qui probare potest, non sibi ampliùs peccatum dominari. Alia hæc est justificatio, quàm quæ in remissione peccatorum consistit [t]. Al. *liber*, vel *liberatus*, (vel, *solutus*, Zeg. J. Cap.) *à peccato*, P. Be. Pi. Tre. ex Sy. V. &c. G. ex Sy. & Basil. Chrysost. Th. Oecum. vel, *à peccando*, ità ut non peccet nisi velit [v]: non potest ampliùs peccare [x]: non ultrà servit peccato [y]; mortuorum enim non est peccare [z]: manumissus est à peccati dominio [a]: nec ampliùs ei vacare valet & inservire debet, sicut ante baptismum. Hinc concludit quod suprà dixerat, *Mortui peccato quomodo vivemus in illo?* v. 2 [b]. Utitur autem *justificandi* verbo, quia nunc disputat de hominis coram Deo *justificatione*, cujus effectum fructúmque necessarium esse contendit, quòd fidelis à peccati corruptione & vitio liberatus est [c]. *Justificare* hîc pro *liberare* [d], ex Hebraismo, quo cum antecedente consequens comprehenditur*; vel, per Synecdochen speciei Hebraicam: nam qui justificatur liberatur à pœna, &c [f]. Sic δικαιόω sæpe sumitur [g]. Eo sensu, ut in Prolegomenis diximus, sæpissimè usurpatur in hac Epistola, ut & Act. 13. 38, 39. Eodem sensu dictum, πέπαυται ἁμαρτίας, 1 Pet. 4. 1. Est autem μεταφορὰ hîc à simili ad simile. Non enim propriè *justificatur*, i. e. mundatur aut justus fit, *qui est mortuus*; ac nè *liberatur* quidem, si proprietatem verborum sectemur: sed quia verum est, eum non servire ampliùs peccato, ideo *liberari* primùm, deinde per μετάληψιν etiam *justificari*, dicitur. Sic eum qui mortuus sit *liberum esse ab odio, invidia, morbo, molestiis*, dicunt optimi Scriptores. Sic mors *medica* dicitur Æschylo, quia, ut ipse explicat, οὐδὲν ἄλγος ἅπτεται νεκρῶν, (*nullus dolor ad mortuos pertingit:*) similia Euripid. Est autem hæc Pauli sententia, ut multa alia, sumpta ex dictis Rabbinorum. Nam in Thalmude habemus, *Simul quis est mortuus, factus est liber à præceptis*. Si *à præceptis liber*, etiam *à peccato liber*. Paulus autem hoc aptat per ἀντίθεσιν ei qui *mortuus est peccato*, ut locutus est suprà v. 2. Mortui non redeunt ad vitam priorem; sic nec qui peccato verè est mortuus ad priorem vitam redire debet [h].

8. *Si* (Εἰ hîc est, *quandoquidem*, ut apparet ex positis suprà v. 2 [i].) *autem mortui sumus*, (peccato scilicet [k],) *cum Christo* (i. e. vel, 1. ad similitudinem Christi [l], quomodo modò habuimus συνεσταυρώθη [m]: ut Christus verè mortuus est [n]. Vel, 2. virtute & efficaciâ Christi, quasi præsens

Margin notes (left): b Per. c T. sim. Per. d T. sim. Be. Pi. Par. *Gom. f Me. ex E. g E. h Tol. i Wil. sim. Be. k Be. l Tol. sim. Wil. Par. m Wil. sim. Be. n Tol. o G. p Be. q G. r Be. † E. sic Me. t Me. v T. sic Tol. Me. Pi. x Tol. sic Me. y Pi. z Be. a Me. sic Tol. T. b T. c Tol. † Par. d Orig. in Tol. * V. f Be. g Pi. h Pi. sic Ca. Ham. Par. i Par. k Ca. l Pi. m Par. Ham. n E. Par. o Ham. p Tol. sic Me. T. Par. Per. q T. ex Me. r G. † Tol. r Par. v G. x Per. sim. Pi. y Per. z Pi.

Margin notes (right): a Be. b G. c G. Tol. d G. * Par. f Me. ex E. g E. h G. i Tol. sim. E. Par. k E. l Tol. sim. E. Par. m Tol. sim. Par. o Di. p Bra. q Bra. sic Par. Di. r Me. * V. † Basil. in Tol. * Vor. t Di. v Zeg. x V. y G. sic Tol. z G. a Par. sim. Tol. b Tol. c Bra. d Be. sim. Pi. G. J. Cap. * Be. f Pi. g J. Cap. h G. i G. k E. Me. sim. V. Tol. Par. l G. sic Tol. m G. n V.

præsens semper adsit nobis [o].) *credimus* (i.e. pro certo habemus, fisi promissis per Christum factis [p]: vel, confidere debemus [q]. Refertur vel ad intellectum; q.d. nobis persuademus vitam spiritualem dari cum morte peccati: vel ad voluntatem; q.d. confidimus nos in ea vita perseveraturos [r].) *quia* (vel, *quod*, Q.) *simul vivemus*, &c.] Vel, 1. vitâ novâ †, sive à vetustate peccati repurgatâ [t]: cujus perseverantiam & durationem hoc verbo fut. temp. *vivemus*, Paulus significat [v]. Vel, 2. in æternum, vitâ cœlesti & felicissimâ [x]. Idem sensus 2 Tim. 2. 11. quod alibi dixit συμβασιλεύσομεν, 1 Cor. 4. 8. &c [y]. Est consolatio de perseverantia vitæ Christi in nobis, & de spe immortalitatis, &c [z].

9. *Scientes*, Εἰδότες] Sume ut suprà γινώσκοντες [a]. *Ut qui sciamus*, Be. Pi. ¶ *Quòd Christus — jam non*, &c. Οὐκέτι, &c.] *Non ultra* (vel, *ampliùs*, Be. Pi.) *moritur*: Mors ei causa immortalitatis. ¶ *Mors illi ultra non dominabitur*] Hæc est causa præcedentis dicti, Non moritur quia est eo in loco ubi mors vim non habet. Vide Joh. 16. 10. & ibi dicta. Positus est extra territorium mortis [b]. Hic versus pendet à præcedente; q.d. Si mortui sumus peccato, simul vivemus cum Christo [c]. Christus enim postquam resurrexit, &c. non moritur. Cùm ergò vita nostra similis futura sit vitæ Christi, nos quoque ampliùs non moriemur [d], nec iterum in peccati mortem nobis incidendum est; sed hæc vita perpetua est, ex se scilicet, & ad hoc data est ut non ampliùs moriamur peccantes: nos culpâ nostrâ eam exstinguimus*.

10. *Quod*, &c. Ὃ γὰρ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ, &c.] *Nam quod* (vel, *quatenus*, Camer. ὃ vel pro ὅτι [f] vel potiùs, pro καθὸ [g]. Hic ὃ, ut מה Hebræum, non ad nomen aliquod, sed ad complexum, refertur; q.d. *Quantum enim attinet quòd mortuus est Christus*. Simile loquendi genus, Gal. 2. 20 [h].) *mortuus* (vel, *mortuum*, Val. Hil. in Er. Nam ὃ utrumque hoc loco est relativum, non conjunctio [i]. Refertur ad corpus humanum. Malim *mortuus*, ut referatur ad Christum [k].) *est*, *peccato mortuus est semel*, Be. Pi. &c. i.e. unâ vice pro omnibus [l]: pro quibus unicâ morte satisfecit, ideo non est necesse iterum mori. *Mortuus peccato* dicitur Christus, non sicut nos [m], nam in eo non fuit peccatum [n]; sed ad peccatum, vel, 1. destruendum, sive delendum [o]: ut semel in nihilum redigat peccatum in nobis [p]. Vel, 2. expiandum [q]: propter peccatum [r]. Dativus objecti †. Al. *Mortuus peccato*, i.e. corpore, quod *peccatum* dicitur, sicut *caro peccati* †: q.d. mortuus carne quæ similitudinem habet peccati [v]. Al. *Mortuus peccato*, non suo, sed Ecclesiæ, nomine, eâdemque mente dicitur *vivere Deo*. Ecclesia Christo & crucifixo & resuscitato unita est, ut in Christi morte Ecclesia sit veluti expians peccata, & in resurrectione ejus veluti triumphans; neutrum tamen in se, sed in Christo capite*. Al. *Peccato*, i.e. peccatori, sive propter peccatorem [x]. Al. De Christo tanquam peccatore loquitur, quia in Christi morte vetus homo, qui est peccator, demortuus atque exstinctus est [y]. Al. Ἁμαρτία, respondens Hebr. חטאת, sæpissimè sumitur pro *pœnis peccatorum*; [q.d.] Christus semel defunctus est malis illis quæ ob peccata nostra sustinebat. Et sic non malè interpreteris vocem ἁμαρτιῶν, Heb. 5. 3. & 7. 27. ut intelligatur Christus obtulisse preces Deo ut ab illis malis, quæ ob peccata nostra sentiebat, liberaretur [z]. ¶ *Quod*, &c. Ὃ δὲ ζῇ, &c.] *Quod autem vivit, vivit Deo*, Be. Pi. &c. i.e. vel, 1. apud Deum, & quidem vitâ planè cœlesti ac Divinâ [b], vitâ gloriosâ & immortali, Deóque dignâ, qui immortalis est [c]: quæ huic vitæ adhuc peccato & morti obnoxiæ opponitur [d]. Vel, 2. in honorem Dei*, quæ nimirum ex Christi exaltatione vehementer illustratur [f]: ut per Christi vitam & regnum glorificetur Ecclesia, à qua Deus in æternum celebretur [g]: [q. d.] nihil nisi res Dei curat [h]. Vel, 3. virtute Dei [i], cujus potentiâ revocatus est ad vitam [k]. Causa mortis fuit peccatum mundi, quod unâ hostiâ sive morte tulit, Heb. 9. 27. ideo non necesse erat iterum mori: causa verò resurrectionis & vitæ, virtus ejus Divina est, quia Deus est: idcirco vivit semper quia vitæ causa æterna est. Similis sententia, 2 Cor. 13. 4 [l].

11. *Ità*, &c. Οὕτω — λογίζεσθε] *Ità* (supple, secundùm illam Christi mortem & vitam [m]:) *etiam vos reputate*, Er. V. Pi. G. ex Tertul. Ità enim λογίζεσθαι sumi notavimus, Rom. 3. 28 [n]. Vel, *colligite*, Be. vel, *syllogizate*, q.d. ex his quæ de Christo dicta sunt colligite quæ sequuntur [o], & mortem ac resurrectionem Christi ad vos transferte [p]. Ostendit, collectionem esse firmam à capite ad membra*. Vel, *cogitate*, G. sim. Tol. ex Vulg. &c. considerate & præ oculis habete [q]: mente tales vos reputate acsi mortui essetis [r]. ¶ *Vos mortuos — esse peccato*] i.e. Tales qui post vestri regenerationem peccato ampliùs servire non debeatis †. Alibi, νεκροὶ τῇ ἁμαρτίᾳ sunt qui peccatis indulgent †. *Mortuos* hîc dicit, quia mortuus non facit actiones peccati, quas antea faciebat [v]. Hîc ἁμαρτίαν non figuratè sumitur, sed propriè. Sic necesse est interdum vocum significatus varient quibus allusiones istiusmodi allubescunt. Repetit hîc quod dixerat suprà v. 2 [x]. ¶ *Viventes* (vel, *Vivere*, Be. Pi.) *autem Deo*] i. e. Vitam gratiæ in vobis conservare, secundùm quam nos in Deo, & Deus in nobis, vivit [y]: vitam vivere oportere Deo congruam, quam nulla mors peccati ulteriùs sequatur [z]: agere quæ Deus vult, illi soli servire [a]. [Al. Sensus est, q. d.] In id vos in vita servatos ut quicquid vitæ vobis restat id Deo impendatis. Officium enim magis quàm ejus exsecutio hîc notatur [b]. ¶ *In Christo*, &c.] Ità Mo. &c. id est, ad similitudinem Christi, qui ità vivit ut ampliùs non moriatur [c]. q. d. Pari modo nec vos ampliùs mori debetis per peccatum [d]. Vel, *Per Christum*, &c. V. Be. &c. qu. d. per Christum hanc gratiam consecuti estis*, h. e. à morte in hanc vitam revocati estis. Sensus loci, Viventes Deo, i. e. ad ea quæ Dei sunt, auxiliante Christo quem idcirco vocat *Dominum nostrum*; q. d. qui curam nostri geret, poterítque in hac vita nos conservare [f]. Ratio est ab efficiente, quia Christus est Dominus, Caput, & Rex, noster: vitam ergò in membris inchoatam abrumpi non sinet [g]. Al. *Per Jesum Christum*: quia cùm *Dominus noster* sit redemptionis jure & constitutione paternâ, hoc quod dixi suo jure à nobis exigit [h].

12. *Non ergò regnet peccatum*] i.e. Vitiositas naturæ [i], ex primo peccato orta [k], habitualis concupiscentia, quæ est fomes peccati, quæ ex peccato est & ad peccatum inclinat [l]. [An verò peccatum propriè sit, quære in Polemicis.] Non dicit, *Nè sit*, &c [m]. quia durante hâc vitâ exstirpari non potest; sed, *Nè regnet* [n], i. e. vim suam exerceat, Rom. 5. 14 [o]. summum imperium obtineat, ità ut nullus obsistat, vel frustrà hoc faciat [p]; vi suâ vos impellat in peccatum [q], vos ad sui assensum & obedientiam pertrahat [r]. Verbum *regnandi* insinuat nos non necessitate, sed voluntate, peccare. Regnum enim est subdentium se voluntariè †. ¶ *In vestro mortali corpore*] *Corpus* hîc vocat totum hominem [t], veterem scilicet, ut v. 6. *corpus* dictum, vel quia in actionibus corporeis & per eas peccatum potissimùm se exerit [v]; vel quia per semen corporeum propagatur [x]. Bene adjecit hoc θνητῷ, [*mortali*.] 1. Cùm enim mortalitatis nostræ nos admonet, facilè significat de vita altera cogitandum, nec formidandos labores haud sanè diuturnos [y]. Significat & certamina contra peccatum [z], & oblectamenta peccati [a], esse tantùm temporaria [b]. 2. Significat horrendum peccati stipendium, mortem scilicet [c]. 3. Auget peccantis turpitudinem, qui ità se deprimit, ut mortali corpori, quod habet commune cum bestiis, se subjiciat. 4. Significat, peccatum, dum mortale corpus est, adversùs nos pugnare [d], nec nisi per mortem prorsus vincendum*: in corpore autem immortali facto minimè regnaturum, &c [f]. 5. Significat, corpus solùm hominis mortale esse, animum verò immortalem, ad vitam, vel ad mortem, æternam [g]. ¶ *Ut*, &c. Εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ] *Ad obediendum* (vel, *Obediendo*, V. vel, *Ut obediatis*, Pi. Par &c. *Ut auscultetis*, Be.) *ei* (nempe τῇ ἁμαρτίᾳ, *peccato* [h]. Loquitur tanquam de infami hera cui servire indignum sit [i].) *in concupiscentiis* (vel, *in cupiditatibus*, Pi. *per cupiditates*, Er. Ti. P. nempe præternaturales & inordinatas [k]: affectus corporis ad peccatum solicitantes [l].) *ejus*, Mo. i. e. vel, 1. peccati [m]. Sed non conveniunt genera [n], [αὐτῆς & ἁμαρτία.] Vel, 2. corporis [o]. *Corporis cupiditates*, si frænum non adsit, ad peccatum ducunt, Jac. 1. 15. quare non tantùm illicitæ cupiditates suffocandæ sunt in suis initiis, verùm etiam corpori non ultrà indulgendum quàm natura exigit, ut parere discat parti meliori [p]. Ostendit his verbis quid sit peccatum regnare nempe obedire concupiscentiis

[o] Tol. [p] G. [q] V. [r] Tol. † E. Me. sic Tol. [t] E. Me. [v] Tol. [x] G. sim. T. ex Orig. Chrys. Theod. &c. [y] G. [z] Par. [a] G. [b] Idem. [c] Me. [d] Me. sim. Tol. * Tol. [f] Græci in Be. [g] Be. Camer. [h] G. [i] Val. [k] Er. sic Be. [l] Be. [m] Tol. [n] Be. [o] Me. ex E. Per. V. sim. Tol. [p] Be. [q] Per. Par. Pi. [r] Pi. sic Tol. ex Chrys. † Pi. † Hil. in Tol. [v] Per. ex Aug. * Cam. [x] Amb. in Tol. [y] Zeg. [z] G. [b] Be. [c] E. Me. [d] Be. * G. sim. V. Pi. Vor. [f] Vor. [g] Par. [h] G. [i] Tol. ex Chrys. [k] V. [l] Tol. [m] Camer. [n] G.

[o] Q. in Tol. sim. [p] Be. * Par. [q] Er. V. [r] Tol. † V. sim. Vor. † Vor. [v] Tol. [x] G. [y] Tol. [z] Me. ex E. [a] V. [b] G. [c] Tol. Me. [d] Me. * V. [f] Tol. [g] Par. [h] G. [i] Pi. ex Be. Par. [k] Pi. [l] E. [m] E. Par. Per. [n] E. sim. Per. [o] G. [p] Be. [q] Par. [r] Per. † Tol. ex Chrys. [t] Wil. Par. [v] Par. sim. Be. [x] Par. [y] G. [z] Wil. ex Chrys. [a] Wil. ex Th. [b] Wil. [c] Gom. sim. Q. in Wil. [d] Tol. * E. [f] Wil. ex Tol. [g] Par. [h] G. Er. V. &c. [i] G. [k] Wil. [l] Er. [m] Per. [n] Tol. [o] Er. V. Per. Tol. Be. Pi. &c. [p] G.

scentiis q, sive præceptis carnis, & pro eis arma capere. Cùm autem peccatum tyrannus est, ei inviti obtemperamus, imò jugum ejus, quantum possumus, excutimus, &c r.

13. *Sed*, &c. Μηδὲ παριστάνετε, &c.] *Neque sistite* (vel, *præbete*, Ca. vel, *addicatis*, Ar. *exhibeatis*, Æth. Vulg. *accommodetis*, Er. Ti. Tre. ex Sy. Παριστάνειν solet quidem de ministris dici, 1 Sam. 16.22. Psal. 135. 2. Luc. 1. v. 19. Sed quia hîc de *membris velut instrumentis* agitur, rectè verteris, *tradite*, ut Matt. 26. 53. Act. 9. 41. aut *habete*, ut Act. 1. 3. 2 Tim. 2. 15 †.) *membra vestra*, Il. P. Mo. Ti. Be. Pi. Membra hîc intellige omnes corporis partes t, etiam interiores, ut & Col. c. 3. v. 5 v. mentem, voluntatem, affectus, &c; sed & exteriores, oculos, manus, &c x. linguam ad detrahendum, oculos ad concupiscendum, manus ad nocendum, &c y. ¶ *Arma*, &c. Ὅπλα, &c.] *Arma* (Cùm regni mentionem fecisset, ejus quoque armaturam ostendit z. Vel, *Instrumenta*, V. G. Sic ὅπλα sumi docet Eustathius ad Il. δ'. Sic & *arma* dici Latinis Servius ad illud Virgilii, ——— *Cerealiàque arma*. Item, *Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma*. Et Hebræum כלי est omne *instrumentum*, quod nonnunquam ὅπλον vertitur a.) *injustitiæ* (i.e. injusta b; vel, ad iniquitatem c, vel ad injustitiam, patrandam d; ad scelera patranda *. Ἀδικία generaliter ponitur, ut Rom. 1. 18. & refertur ad actiones hoc loco, sicut ἁμαρτία ad ipsam consuetudinem sive qualitatem f.) *peccato*, Il. P. Mo. Be. &c. vel, *ad peccatum*, Tre. ex Sy. servientia peccato g. ¶ *Sed exhibete* (vel, *sistite*, P. Be. &c.) *vos Deo*] Ut suprà v. 11 h. Vos totos date in obsequium Deo i: regnet in vobis Deus k. Ad Regem legitimum eos deducit l. Non satis est mala non committere, sed oportet simul bona agere m. ¶ *Tanquam ex mortuis viventes*] Vide suprà v. 4 n. qui olim mortui eratis o, sed nunc per ipsum suscitati in vitam gratiæ p, ut ei vivatis non iterum morituri, nec ampliùs peccantes, ut ipsi gratum præbeatis obsequium. *Tanquam viventes* dicit, quia qui vivunt opera vitæ exercent q. *Tanquam—viventes*, i.e. sicut facere convenit eos qui peccato mortui jam vivunt cum Christo r. ¶ *Et membra vestra* (Repete, *sistite* †.) *arma justitiæ* (i.e. omnis virtutis t. Hîc δικαιοσύνης vox ad omnes actiones honestas extenditur, & æquè latè patet atque contraria quam modò habuimus, ἀδικίας v.) *Deo*] Quibus Deus utatur ad faciendum quod justum & sanctum est x: quibus Deo militetis ad exercenda justitiæ opera y: tanquam satellites ad pugnandum pro justitia & gloria hujus Regis parati z. Corpus nostrum mediæ est qualitatis, quo & malè & bene uti licet a.

14. *Peccatum enim vobis non*, &c. Οὐ κυριεύσει] Exponendum, vel, 1. Præceptivè, *Nè dominetur*, vel, 1. per petitio præcepti, *nè regnet*, &c b: vel, 2. Enunciativè c, *Non dominabitur*, E. Be. Pi. &c. Non est hoc monitum d, aut mandatum, sed promissio *, vel solatium f: id est, non poterit dominari; ut intelligitur ex ratione quæ subjicitur g. Respondet huic objectioni, Peccatum est domina, & nos servire cogit h, nec ei resistere valemus. Imò, inquit, potestis resistere, suffulti gratiâ Dei, &c i. q. d. facilem vobis spondeo victoriam, modò nè sitis ῥίψασπιδες, (*ignavi, qui arma abjiciunt.*) Non eæ nunc vires sunt Peccati ad vos debellandos quæ olim fuere. Simili sensu occurrit ימשלו, Psal. 19. 13 k. *Vobis*, nempe viriliter reluctantibus, nec ultrò ei cedentibus, *non dominabitur*, nec de jure, quia & redempti per Christum estis, & mortui; nec de facto, quia peccatum sine Lege nihil potest. Argumentum est à libertate Christiana ductum, &c l. ¶ *Non enim sub lege* (Mosaicâ scilicet m, ut passim in hac Epistola n, sub qua, ut pædagogo, olim Patres erant; in qua vis peccati sita est, sine qua peccatum mortuum est; non imputatur, non abundat, ut suprà dixerat o: Lex enim irritat cupiditates nostras, &c. Rom. 7 p. erátque potiùs occasio [quàm remedium] peccati q.) *estis*] Id est, in statu Legis r: vel, 1. sub maledictione Legis †, ex collatione sequentis antitheti. Sic Gal. 4. 5 t. *Sub lege esse* est, damnari sententiâ Legis in conscientia *. Sed hoc pertinet ad remissionem: at hîc agitur de mortificatione peccati v. Imò de utraque hîc agitur, &c x. Vel, 2. sub servitute Legis y, debitores implendi Legem, sed tamen prorsus impotentes z: sub Lege exigente à vobis justitiam, nec vires conferente ad eam præstandam a: sub Lege, quatenus exigit perfectam justitiam, edictâ morte omnibus qui ab ulla parte declinaverint; sub Legis rigore, ut Deus summo jure nobiscum agat. Consolatur fideles adversus imbecillitatis suæ sensum, &c b. Al. Non degitis ampliùs sub inefficaci Legis Mosaicæ disciplina, sub qua quicunque vivunt à dominio peccati se expedire non possunt c. Dices, Nonne in illo statu erant justi, & gratia, &c? Resp. Ità, verùm non rigore Legis, sed fidei, futuri tunc Christi d. ¶ *Sed sub gratia*] Scil. justificante & vivificante, seu regenerante *. *Sub gratia esse*, est vel, 1. ex fide per gratiam Christi justitiam percipere aut exspectare f. Vel, 2. conscientiam certissimam esse omne peccatum nobis remissum esse Dei benignitate g. Vel, 3. esse in statu Evangelico, in quo prædicatur & confertur gratia h, quâ Lex impleri, & peccatum vinci, possit i. Μετωνυμία· *Gratia* pro *Evangelio*, quod est *sermo gratiæ*, Act. 14. 3. Similis locutio Act. 13. 43. Lex, quia nihil promittebat supra terrestria, non satis virium dabat ad animum mundandum: Evangelium verò promissa habens cœlestia, vires dat magnas uti volentibus. Tractatur hoc uberiùs fine cap. 7 k. Vel, 4. Spiritu Christi donari, quo reliquias etiam peccati, jam inermis, profligemus l.

15. *Quid ergo?*] Quid ex his sequitur quæ dicimus? An illud quod inimici Evangelii nos docere dicunt m? ¶ *Peccabimus*, &c?] Transgrediamur Legem, quia sub illa non sumus n? quia jam remissionem per gratiam habemus paratam, quam Lex non dabat o. Etiam hîc MS. habet ἁμαρτήσωμεν, *peccemus*, id est, pergamus indulgere vitiis. Rectè: est enim μίμησις verborum quæ usurpabant inimici. Sic suprà v. 1. ἐπιμένωμεν. ¶ *Absit*] Vel, *longè absit*, ut suprà v. 1. & alibi p. Nullatenus id fieri debet q.

16. *An nescitis*] Quod singulis notum est r, & sæpe inculcatum. Nescire nec potestis, nec debetis †. Rursum clarè ostendit quid doceat; ut habeant Christiani Romæ quod Pauli verbis opponant Judæis obtrectatoribus t. ¶ *Cui exhibetis*, &c.] Objectionem contrario refellit argumento; q.d. Cui quis se tradit ad obediendum, illius servus efficitur. Atqui per gratiam vos tradidistis in obedientiam Evangelii: igitur hujus estis servi; & proinde non ampliùs peccato, sed operibus justitiæ, quæ præscribit Evangelium, incumbere debetis v. Duo sunt domini, Peccatum, & Vita secundùm Evangelium, quæ hîc per μετωνυμίαν *Evangelium* dicitur. Utri vos mancipetis vestra electio est, tanquam in bivio Pythagorico. Sed ut bene eligatis, videte quis sit utriusque imperii exitus. Hinc *mors*, & quidem æterna, quia Christus non iterum moritur, ut eam solvat: indè *justitia*, id est, laus pro justitia. Quia δοῦλοι hîc construitur cum Genitivis ἁμαρτίας & ὑπακοῆς, ideo ὃ bis repetitum non cum δοῦλοι construitur, sed est Dativus, vim habens Ablativi Latini; q.d. Hoc ipso quòd vos mancipatis, hoc ipso quòd in animum inducitis parere aut Peccato, aut Evangelio, hoc, inquam, ipso viam initis aut ad mortem, aut ad justitiæ laudem x. ¶ *Ad obediendum*; ità Pi. &c. Εἰς ὑπακοήν] *Obediendo*. H° quo litera Lamed gerundii vim habet z. ¶ *Ad mortem*] Æternam, de qua v. ult a. Propter quod moriendum b. ¶ *Sive*, &c. Ἢ ὑπακοῆς, &c.] *Sive obedientiæ* (*obedientiam* usurpat, vel pro fide d, vel Evangelio †; vel pro novitate vitæ, quæ nos ad obedientiam Dei disponit *.) *ad justitiam*, Be. Pi. pro *sive justitiæ ad vitam*. Meton. efficient f. Vel Hypallage est pro, *justitiæ ad obedientiam* g. Cur non dixit, *ad vitam*, ut plena foret oppositio? Resp. Nempe quia obedientia non est causa vitæ, v. 23. ut peccatum mortis, sed tantùm iter ad illam h. *Ad justitiam*, id est, ut justificemini i: ad justificationem, ut ex antithesi apparet k. Vel, cujus fructus est justitia & sanctitas l.

17. *Gratia autem Deo*] Sicut pro Evangelio, ità & pro successu Evangelii, gratiæ semper habendæ sunt m. Ostendit, & à Deo effectum esse, ut obedirent, &c n. & quantæ molis fuerit eos eripere à servitute peccati, &c o. ¶ *Quod fuistis* (i.e. esse desiistis p: *fuistis*, sub. *quidem*, Be. Pi. nam hæc sententia cum sequente cohæret per enuntiatum discretum, nec seorsim accipienda est, alioquin gratias ageret quòd servi fuerint peccati q. Est hîc Hebraismus Præteriti cum copulativa conjunctione, vice Participii. Non enim Deo gratias agit quòd *servierint peccato*, sed *quòd qui serv*ierunt

q Tol. r Par. † G. t G. sim. Be. Par. v G. x Par. y Tol. z Tol. sim. Par. a G. b Par. c V. d Par. * Be. f G. g V. h G. i E. k Tol. l Par. m Tol. n G. o V. sim. Tol. Par. p Tol. sim. Par. q Tol. r Me. ex E. † Pi. t Tol. v G. sim. Tol. x V. y Me. ex E. z Par. a G. sim. Tol. b Q. in E. c E. d G. * Pi. f G. g Pi. h E. i Tol. sim. E. k G. l Par. m Par. E. n E. o Par. p Be. q Tol. r Idem. † Pi. Par. t Pi. * V. v Be. x Wil. y E. z Per. a Par. sim. Tol. Per. ex Aug.

b Calv. c Vor. d Tol. * Par. f E. g V. h Tol. i Tol. sim. Per. k G. l Be. m G. n Tol. sim. Me. o Tol. p G. q Tol. r Tol. sim. Par. † Par. t G. v E. sim. Tol. x G. z Ca. a E. b Ca. d V. sim. Camer. Tol. † Tol. * Be. f Pi. g Par. h Be. i V. k Vor. l Tol. m G. n Tol. o Par. p Me. q Pi.

vierunt peccato, postea obedierunt Evangelio[r].) servi peccati, obedîstis autem ex corde] Non fictè[†], non exteriùs tantùm, sed intra animi recessus, sincerâ fide. Idem loquendi genus, Deut.4.29.& 6.5.& 11.13.& 13.3. Marc.12.30. Luc. 10.27. 1 Tim.1.5. 2 Tim.2.22. Vide & quæ diximus Mat. 22.37[t]. ¶ In, &c. Εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς] Ei formæ (vel, instituto, Ar.) doctrinæ in quam estis traditi, Il.P.Be.Pi. sic Er.Mo.Tre.ex Sy.&c. vel, traducti, Er.Ti.V. sub. ab iis qui Evangelium vobis annunciârunt[v]: q.d. eam recipientes doctrinæ formam, quam vobis Apostoli suâ prædicatione quodammodo impresserunt[x]; in eam, ceu typum, immissi[y], manu Dei & Apostolorum[z]; ut ei conformati essetis[a], & eam vitâ ac moribus vestris exprimatis, atque ad vivum repræsentetis. Metaphora est à typis vel aurifabrorum, vel typographorum[b]. Doctrinam Christi emphaticè vocat τύπον, qui est exemplar accuratissimum, ad cujus formam opus aliquod exigendum est, ut typus tabernaculi, Act. 7. 44. nè quis credat, eam facere solutam quidlibet agendi licentiam[c]. [Sensus,] Obedîstis ad eum modum quem doctrina Evangelii præscribit[d]: doctrinæ Evangelicæ, secundùm eam formam & regulam quam edocti estis[*]. Sic κατὰ τύπον sumitur Heb. v.5. ex Exod. 25. 40. ubi in Heb. est תבנית, quod alibi vertitur παράδειγμα, alibi διάταξις, μορφή, ὁμοίωμα. Illud, παρεδώθητε, [forsan παρεδόθητε, ut est in textu,] idem valet quod παρελάβετε, קבלתם. Vide quæ diximus ad Matth.15.2. Solent enim Græci ab activis, etiam quæ Dativum Personæ regunt, formare passiva, & eis addere Accusativum Rei: ut, ἐπιστεύθησαν λόγια, Rom.3.2. ἐπιστεύθην τὸ εὐαγγέλιον, 1 Tim. 1. 11. Sic & elegantes Græci dicunt, ἐπιτρέπομαι δίαιταν, & similia. Evangelium vocatur διδαχή, Joh. 7.16, 17. Act. 5. 28. & 13. 12. Rom.16.17. 2 Joh.9. est תלמוד (Talmud,) sed oppositum Judaico[f]. Hypallage hîc est: εἰς ὃν τύπον, &c. vel pro, τύπῳ διδαχῆς εἰς ὃν παρεδόθητε· ut in illo Terentii, Restitue in quem me accepisti locum[g]. Vel pro, εἰς τύπον ὃς ὑμῖν παρεδόθη, ei doctrinæ rationi quæ vobis tradita est. Sic Gal. 2.7. πεπίστευμαι τὸ εὐαγγέλιον, pro, τὸ εὐαγγέλιον ἐμοὶ πεπίστευται. Sic Græci dicunt, ἐγχειρίζομαι ὑπό σε τὸ βιβλίον, pro, σὺ ἐγχειρίζεις μοὶ τὸ βιβλίον[*]. Emphaticè dicit, Nos traditos in formam, &c. & significat totam hanc nostri transformationem aliunde provenire, ut cera sculpturæ typum exprimit, &c[k]. Tradere ex Heb. est docere: sed aliud est, tradere doctrinam Discipulo, 1 Cor.11.23.&c. quod facit Doctor verbo atque institutione; aliud, tradi in doctrinam, quod facit Pater filium magistro morigerum efficiens, & h. l. Deus: ut hæc traditio sit opus gratiæ & Sp.S. &c[l].

18. *Liberati* (Idem est quod δικαιωθέντες· ut & in Prolegomenis ad hanc Epistolam diximus, & evincimus ex eo quod habuimus modò v. 7. sed congruentior hîc fuit vox ἐλευθερωθέντες, quia δοῦλοι præcessit aliquoties. Crudelis hostis vos ceperat: Deus vos indè eximit. Amat vox ἐλευθεροῦν, & similes, post se præpositionem ἀπὸ, vel ἐξ, pro Heb. מן, ut infrà v.22. & Rom.8.2, 21. Deut. 7.8. & 13. 5. & 21. 8. 1 Par. 17. 21. & alibi sæpe[m].) *autem à peccato, servi facti estis justitiæ*] Id est, virtutis & sanctitatis[n]. Diximus suprà v.6. δουλεύειν etiam in honestam partem sumi, ut hîc δουλωθῆναι, id est, servum fieri, addici, mancipari: & δικαιοσύνης vox generalis est, ut suprà v.13[o]. Sensus, q.d. A probrosa peccati servitute translati estis ad honorabilem servitutem justitiæ.

19. *Humanum*, &c. ità Mo. Ἀνθρώπινον, &c.] Hominum more loquor, P. Be. Pi. sim. Tre. ex Sy. Æth. Ca. id est, κατ' ἄνθρωπον, ut Rom. 3. 5[q]. dum vos justitiæ servos appello, cùm ea demum sit vera libertas[q]. Ad sequentia referendum; q. d. Humano captui me attemperabo[r]: Sensus spirituales exprimo per similitudines rerum vulgarium & vobis notarum[†]. Servitutis & libertatis Metaphora in rebus his cœlestibus[t]. Nonne æquum est ut Regi suo bene serviat, qui per Regem à sævis hostibus liberatus est? Vide dicta ad Joh. 3. 12. & Rom. 3. 5[v]. Al. Humanum quiddam dico, Er. Il. Ti. &c. id est, præceptum vobis impono humanum, & tolerabile[x], æquum & moderatum[y], & facile[z], vestrísque viribus accommodum[a]; si de natura renata accipiatur[b]. Sic ἀνθρώπινον, 1 Cor.10.12. est, quod commune est inter homines, nec extraordinarium. Sic Chrysost. ἀνθρώπινος, id est, exiguus, brevis, viribus accommodus. Sic in Demosth. contra Midiam, ἀνθρωπίνη ἡ μετρία σκέψις, humana & moderata consideratio. Sic in Horat. l. 2. humanè commoda, id est, parum commoda[d]. ¶ Propter infirmitatem carnis vestræ] i.e. Humanæ naturæ[*], vel hominis, quatenus carnalis est[f]. Agit hîc vel, 1. de intellectûs tarditate: sic ἀσθενὴς usurpatur 1 Cor.8.7.& ἀσθενεῖν, Rom.14. v. 1. 1 Cor.8.11. Et σὰρξ hoc quidem loco est, ingenium suetum tractare res terrestres, qualia erant præcipuè ingenia Romanorum. Tu regere imperio populos, Romane, memento. Ideo ab Imperiis sumit similitudinem[g]. Vel, 2. de vitiis[h]: de defectu virium ad præstandam Dei voluntatem[i]. ¶ Sicut enim exhibuistis, &c.] Vos Romani, qui nunc Christum profitemini, videte quid dicam, & quid Judæis illis respondere debeatis non verbis tantùm, sed & rebus. ¶ Servire immunditiæ] Vide Rom. 1. 24[k]. Quâ seipsos contaminant homines, ut ebrietati, lasciviæ, luxuriæ, &c[l]. ¶ Et iniquitati] Ἀνομίας nomine ea omnia intellige quæ contra legem societatis humanæ fiunt, qualia sunt illa de quibus Rom. 1. 27, 30, 31[m]. ¶ Ad iniquitatem] Ità Mo. Ti. Il. P. Pi. V. vel, legis transgressionem, Be. sub. patrandam, Il. P. Be. Pi. V. Quorum fructus fuit iniquitas[o]. Prior ἀνομία ipsas cupiditates, hæc posterior ipsarum effectus, denotat[p]. Ad scelus, Ca. Ad aliam atque aliam iniquitatem, Er. Ità ut quotidie pejores fieretis. Is enim mos est consuetudinis[q]. Phrasis, iniquitati ad iniquitatem, omne genus iniquitatis, & peccati ad peccatum additionem, denotat[r]. ¶ Ità nunc exhibete, &c.] An iniquum aliquid exigo, cùm volo vos tantum diligentiæ adhibere in colendis virtutibus quantum adhibuistis in colendis vitiis? Vide Procop[†]. [ejúsque verba in G.] Sensus, q. d. Cùm multò majus obsequium adhibendum esset in bono post conversionem, quàm adhibuerunt in malo ante conversionem[t], par solùm studium deposco[v]: quod valde humanum est[x]. ¶ In, &c. Εἰς ἁγιασμὸν] In, vel Ad, sanctificationem, sive sanctimoniam, Be.Pi.E.Vulg.&c. vestram scilicet[y]; i.e. ut sancti sitis[z]: ità ut quotidie progressum faciatis in sanctitate. Par enim vis consuetudinis in utramque partem; imò ad bonum fortior. Vide quæ diximus ad Matth.11.30[a]. [Al. Sensus, q.d.] cujus studii bonorum operum & obsequii fructus est sanctificatio[b].

20. *Liberi fuistis justitiæ*] i.e. A justitia[c]: expertes justitiæ[d]: soluti dominio & fræno justitiæ[*], necessarii rectoris, qui solus vos coercere potest quominus per scelera ruatis in exitium[f]: iniquitatis legibus obtemperantes à legibus justitiæ vosmet eximebatis[g]: nihil vobis cum justitia commercii erat[h]; nè cogitabatis quidem de eo quod honestum ac Deo gratum esset. Sic & nunc nihil cogitate quod turpe sit Deóque displiceat. Parem adhibete operam. Apparet hîc vocem ἐλεύθερος & in re bona & in re mala dici non minùs quàm δοῦλος[i]. Mandata justitiæ nec revereri, nec exsequi, didiceratis[k]. Nunc ergò cùm sitis justitiæ servi, liberi esse debetis à peccato: nam duobus dominis servire non potestis[l].

21. *Quem*, &c. Τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε ἐφ' οἷς, &c?] Quem igitur fructum habebatis tunc (sub. ex eis, Be. Pi. Camer. E. &c.) de quibus nunc erubescitis? Be. Pi. ex operibus quæ pudet vos ea commisisse[m]. Quam utilitatem ex peccato reportâstis[n]? Fructus unicus erat infamia apud bonos[o]. Liquet hoc, quia & ipsi boni jam facti sine pudore eorum meminisse non potestis. Si hoc efficit recordatio, quid res ipsa? ¶ Nam, &c. Τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων, θάνατος] Est ἔλλειψις[p]. Nam finis (vel, merces, Be. Pi. ut 1 Pet. 1. 9[q]. τέλος hîc est עקב, quod modò vertitur, τὰ ἔσχατα, modò ἀνταπόδοσις[r]. Vel, tributum sive vectigal, quod colligitur è servitute peccati[†]: ut respondeat sequenti ὀψώνιον[t].) illorum mors est, Be. Pi. mors & corporalis & illa quæ opponitur vitæ æternæ[v]. Vult hoc dicere, Talis erat res ipsa: quòd si finem sive exitum respicitis, is nullus alius erat quàm mors, nempe sine spe vitæ melioris. Neque enim Deus ità viventibus quicquam promisit boni, neque ipsa per se mens humana talium sibi conscia quicquam boni sperare audet: ut Plato testatur 1. De Republica[x].

22. *Nunc autem*] Hoc opponitur illi, cùm enim, v. 20. q. d. Multùm mutatæ sunt res. Vide suprà v.19. ¶ Liberati, &c.] Ut suprà v. 18. ¶ Servi autem facti (vel, Mancipati, Pi G.) Deo] Suprà ver. 18. dixit justitiæ. Nimirum qui bonitati rebúsque honestis servit, & Deo servit: quia Deus hoc semper amavit, & in Evangelio

Margin (left): r G. † Tol. t G. v V. x Me. y Tol.T. sic Be. z T. a Tol. sic Be. b T. c Era. d G. * Tol. f G. g Pi. * Ca. k Be. l Era. m G. n Me. o G. q Ca. r V. † G. t Gom. sim. Be. v G. x Tol. y Me.Ham. E. z Me. sic E. a E. b Par.

Margin (right): d Ham. * Gom. f E. g G. h Q. in G. i Ham. k G. l Be. m G. sim. Be. o Tol. p Be. q G. r Per. † G. t Tol. sim. E. T. v T. sim. E. Me. Tol. x Tol. y E. z V. sim. E. a G. b Tol. c V. d Me. Par. sim. Zeg. V. * T. sim. E. Be. Tol. f T. g Tol. h Par. i G. k Era. l Com. m Tol. n Me. o G. sim. Par. p G. q Pi. r G. † Fr. ad v. 21. v E. x G.

gelio apertissimè præcepit y. ¶ *In sanctificationem*] i. e. Nempe sanctificationem z, h. e. puram vitam a, & remissionem peccatorum b. Hic in præsens est fructus, quòd quotidie evaditis sanctiores c, ac propter id etiam honoratiores apud bonos. Opponitur hoc infamiæ quam significavit, cùm & memoriam dixit pudoris haud exsortem d. Al. εἰς ἁγιασμὸν, pro, ἐν ἁγιασμῷ. Hâc voce significat, fideles esse *sacerdotes Deo*, 1 Pet. 2. 5. Apoc. 1. 6. &c. sive Dei cultui consecratos; qui fructus uberrimus est & honor insignis *. ¶ *Finem*, &c.] Finem fini opponit, morti vitam, nec brevem aut desituram, sed verè æternam †.

23. *Stipendia* (vel, *Obsonia*, vel *Autoramenta*, Er.) *enim peccati*] Ità Il. P. Mo. Ca. Be. &c. Est similitudo sumpta de Militia, quæ & ipsa servitus quædam est, maximè nota Romanis. ὀψώνια propriè sunt, *quæ ad panem vescenda dantur*: qui usus in Latina lingua remansit *. Olim species ipsæ dabantur militi f; postea pro eis pecunia data est, sed mansit vetus nomen. In Glossariis, ὀψώνιον, *diarium*. Utitur sic inter alios Polybius. Indè & ad Judæos transiit vox אפסניא, ut diximus ad Luc. 3. 14. & ideo velut omnibus notam usurpant nostri scriptores, ut apparet non tantùm hîc & Luc. 3. 14. sed & 1 Cor. 9. 7. Mirè autem *mercedem* dixit malum quod pro pravis factis redditur, cùm *merces* labori reddi soleat. Similis κατάληψις apud Ciceronem, cùm dixit, *Data est merces errori non magna*. Sed & Seneca *vitiorum* dixit *mercedem* g. *Stipendium* est quod ex debito persolvitur, quasi debita militiæ merces h. Syrus vertit, תאגורתא, quod Trem. vertit, *stipendium*, Boder. *merces*. Verto, *quæstus*, sive *lucrum*. ὀψώνιον, *lucrum*, in Hesych. & Suida i. Peccatum hîc per prosopopœiam consideratur tanquam Rex, seu potiùs tyrannus, qui suis militibus, observatoribus, & sequacibus, stipendium reddit k. ¶ *Gratia*, &c. Τὸ δὲ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ζωὴ αἰώνιος] *Donum* (vel, *Beneficium*, Ca. vel potiùs, *Donativum*, Ga. ex Tertul. quod *stipendio* aptissimè respondet. Ità Ammianus Marcel. 17. 8. *Gallicanis sudoribus miles exhaustus nec donativum meruit, nec stipendium* l.) *autem Dei est vita æterna*, Be. Pi. Solent Reges egregiis militibus præter stipendium dare coronas, lauros, honores. His donativis comparat vitam æternam, non quòd non detur bene meritis, sed quòd multò sit major meritis, quippe res æterna & cœlestis. Poterat quidem vita æterna & *merces* dici, ut sæpe dicitur, sed nobilius est nomen *donativi*. Neque articulus frustrà additur, simúlque invertitur is ordo loquendi qui in priore membro ἀντιθέτως fuerat. Hoc enim vult, *At quod donativum Deus dat sibi militantibus, id non est noxium aliquid, ut Mors; aut leve aliquid, ut in militia Romana; sed est res maxima, Immortalitas & gaudia cœlestia*. Ubi quis pro opere multò plus reddit quàm quanti est opera, potest id & *merces* dici & *donum*: trahit enim de utroque. Sed hîc prævalet *doni* sub conditione promissi, & post conditionem impletam dandi, natura m. Consequentia orationis postulabat ut diceret, *Stipendium justitiæ*, &c. cur ergò dicere maluit, *Gratia Dei*, &c n? Resp. 1. Ut ostenderet pios servire Deo, non intuitu mercedis principaliter, sed ex amore, & sponte, propter ipsum Deum o. 2. Quia prædestinatio ad salutem est prorsus gratuita p. 3. Quia dignitas operum est ex gratia, &c q. 4. Ut hac variatione caveret, nè opera nostra vitæ æternæ meritoria crederentur r: quia rectè factis nostris nullum debetur stipendium, cùm sint munera Dei †: nec vita æterna, ut stipendium, aut ex condigno debita merces, reddenda est pro justitia, sed secundùm gratiam & gratuitam liberalitatem Dei t. Hoc membrum plerique ità vertunt, ut *vita æterna* subjectum, *donum* autem *Dei* prædicatum sit, quum potiùs contrà fieri oporteat; sicut ex articulo præpositivo, itémque opposito membro, & denique Apostoli scopo, intelligi potest. Sensus igitur est, ipsum studium sanctitatis, quod est Dei donum, est vita æterna, metonymicè; i. e. causa est vitæ æternæ, non quidem meritoria, sed tamen efficiens suo modo v. Sic Joh. 12. 50. & 17. 3. *est vita æterna*, i. e. eam producit. Sed hæc interpretatio non placet: 1. χάρισμα pro *sanctitatis studio*, coactum videtur. 2. Non *peccatum & gratia*, sed *peccatum & Deus*, tanquam Imperatores adversi, ut v. 22. opponuntur; & illius stipendio istius χάρισμα. Utrovis tamen modo sumas constat antithesis x, quâ significatur diversitas horum principiorum, Mortem ut peccatis debitam solvi; Vitam verò donari ut indebitam y. [Sed non est hujus loci disputare de meritis. Plura qui velit adeat hinc Per & E. illinc Wil. & Ga. Cinnum.] ¶ *In Christo*, &c.] i. e. Hujus solius merito, efficaciâ, gratiâ z.

y G. z V. a V. sic E. Me. b V. c G. sim. Tol. d G. * Era. † G. * G. f G. sim. Camer. g G. h Per. i Di. k Tol. l Ga. cin. c. 8. p. 95. m G. n Per. o Tol. p E. q Tol. sim. E. Per. r Par. sim. Wil. ex Chrys. Theod. Theoph. † Cl. t Zeg. v Vor. sic Pi. sim. Calv. x Ga. cin. ib. 94. y Be. z Par.

CAP. VII.

1. AN *ignoratis*] qu. d. Ignorare nec licet nec potestis, nec opus est probari a. ¶ *Fratres*] Sermonem ad solos Judæos (fideles b) dirigit c, ut verba proximè sequentia monstrant d; quos *fratres* vocat etiam carnis ortu, ut Rom. cap. 10. v. 1 †. quorum benevolentiam captat, dicturus quod durum illis erat *. Cap. præced. docet, fideles liberatos esse à servitute peccati, hîc, à servitute Legis f. Redit ad id quod dixerat, Rom. 6. 14. *non sumus sub lege*, &c g. refutatâ jam illâ objectione, Rom. 6. 15 h. Magnum autem hîc aperit mysterium, primo omnium Apostolorum Paulo, inter multa Divinitus ei patefacta, 2 Cor. 12. 1, 7. revelatum. Etiam Judæos, qui Christi disciplinam sectantes multùm in ea profecissent, non obligari ultrà vinculo Legis per Mosem datæ. Decretum Apostolorum, quod est Act. 15. de solis agit qui ex Gentibus vocati erant: & intra eos limites diu se tenuit Paulus, ut patet Act. 16. 4. Nondum tempus erat & hoc aperiendi, quòd Deus non obscurè significavit, cùm non Templum tantùm sivit dirui, sed & ipsam Legem in triumpho Romanorum portari i. Adversus dictum, Rom. 6. 23. objici poterat, Quomodo illis dabitur vita æterna, qui Legem à Deo præscriptam neglectui & contemptui habent? Respondet ergò, & nunc primùm docet, Legem ceremonialem non ampliùs obligare, sed morte Christi abrogatam esse, &c k. ¶ *Scientibus—legem*] i. e. Vel, 1. Evangelium l; vel, 2. naturæ legem m; vel, 3. Mosaicam n, sive Judæis propriam, ut constat; vel, 4. Libros omnes V. T. q. d. Legis & Scripturarum peritos o. Is enim mos erat Judæorum, qui non in summa viverent egestate, liberos suos à prima ætate imbuere lectione & notitiâ Legis p. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου] *Legem* (Intellige vel, 1. generaliter pro tota Lege q; vel, 2. legem ceremonialem; & 3. naturalem r; vel, 4. legem quamlibet quæ alicui concedit jus sive dominium in alterum †; vel, 5. legem conjugii, ex collat. v. seq. cujus similitudine intendit probare totam Legem non dominari nobis t.) *dominari homini*, Pi. Tol. E. &c. i. e. Jus potestatémque in eum habere, ut dominus in servos. Sic κυριεύειν habemus Luc. 22. 25. Legem προσωποποιεῖν frequens Hebræis. Vide cap. 7. Rab. Ismaelis De Anima. Similia Job. 8. 8. Esa. 1. 2. & 5. 14. Jer. 31. 15 v. *Dominari*, i. e. obligatum tenere x. *Dominari*, jubendo, terrendo, reum faciendo, accusando, damnando y. [Sensus, q. d.] quòd Legi homo subjicitur: h. e. quòd Lex potest hominem damnare z. *Legem* hîc ponit loco personæ dominantis; q. d. is qui lege munitus est dominatur subditis a. Τοῦ ἀνθρώπου conjungi possit, vel, 1. cum νόμος, ut sit hyperbaton; *lex hominis*, i. e. quâ res hominum disponuntur, lex municipalis, sive humana, *dominatur*: vel, 2. cum voce proxima, κυριεύει quæ quidem Genitivum regit, Luc. 22. 25 b. ¶ *Quanto*, &c. Ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ] *Quamdiu vivit*, G. sim. Pi. D. &c. vel, 1. homo c: ut apparet ab exemplo v. 2 d. Tantisper *quanto tempore* ipse vivit, Be. vel ipse qui dominatur, ut qui mortuus dominari desinit; vel ipse qui dominanti subjicitur, qui & ipse mortuus subjici desinit. At verò nullius personæ dominantis hoc versu fit mentio, ideóque illud, *ipse*, referendum ad eum qui dominanti legi subjicitur. Id autem respuere videtur sequens similitudo Mariti & uxoris, ubi non dicitur uxor obstricta marito, quoad ipsa vivit, sed quoad maritus vivit: eo autem mortuo liberari unde? A marito, vel à lege mariti, quod idem valet: dum vivit maritus, vivit lex ejus in uxorem, moriente eo, moritur ista, &c *. *Homo* hîc intelligitur, non ille in quem lex potestatem habet, sed alius aliquis qui hanc potestatem habet. Constat enim ex v. 2. & 3. non hîc respici vitam vel mortem

a Tol. b Idem. c G. sic Tol. E. d E. † Wil. * Tol. f E. g Gom. sim. Tol. E. Per. Par. Be. h Gom. Tol. i G. k Ham. l Q in E. m Al. in E. n Pi. sic Er. Be. Par. o E. p G. q Plerique in Tol. r Me. † Ham. t Tol. v G. x Par. y Me. z V. a Di. b Ham. c D. Tol. Par. Ham. Di. ex Ec. d Ham. * Di.

tem personæ subditæ; neque ex eo ritè inferri conclusionem designatam: non enim Judæi hîc supponuntur mortui, sed Lex quæ illis dominata est [f]. Nec obstat, ut videri possit, illud v. 4. ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ [g] quod ex contextu & scopo loci figuratè accipiendum est, pro, *lex mortificata est vobis*, &c [h]. [Sensus hujus loci est,] *Lex dominatur homini, quamdiu vivit*, [homo] nempe in carne seu peccato: ac propterea qui mortui sunt ratione peccati originalis, sive veteris hominis, illi liberi sunt à Lege, ratione maledictionis [i]. Vel, 2. Lex [k]: ex collat. v. seq. ubi Lex viro comparatur, quo vivente mulier ei manet subjecta [l]. Lex autem *vivere* dicitur, quamdiu valet [m], sive viget [n]. Sic, *Vivat via Barsabee*, i. e. religio vituli ibi culti [o]. Videtur [Apostolus] de industria antecedens relinquere ambiguum, ut τὸ *vivit* ad utrumvis referatur. Et ad utrumque ipse refert, ad hominem, v. 4. ad Legem v. 6 [p]. *Quamdiu lex vivit*, i. e. exstincta non est. Lex enim abrogata mortua est, i. e. vim obligandi non habet. Idem est in domino si nullum habeat hæredem: nam qui hæredem habet, in hærede vivit. Vide dicta de J. B. & P. 2. 9 [q]. Probat Apostolus, hominem justum Legis jugo non ampliùs obnoxium esse, quia nulla lex, nullum pactum, ultra mortis fines jus suum producit, ut patet in lege matrimonii, v. 2 [r].

2. *Nam*, &c. Ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ] *Nam subjecta* (vel, *obnoxia*, Er. Ti. *addicta*, Be. *quæ alligata est*, Tre. ex Sy.) *viro* (q. d. *subviralis*, Er. Par. i. e. nupta †. Sic vertitur תחת האיש, Num. 5. 29. & אשת רע, Prov. 6. 24. 29. Loquitur sic & Sirachides, 9. 10. & 41. 27 [t].) *mulier* (Exemplum à muliere sumit [v], quia ejus ad virum arctior est obligatio [x], neque hæc duobus simul viris nubere potuit, ut vir potuit duas simul uxores ducere [y]; & quia huic nos comparabit [z], & legem viro [a].) *viventi viro* (i. e. in usum viri viventis [b]. Vel, *vivente*, Vulg.) *devincta* (vel, *alligata*, Er. V. &c.) *est* (vel, *viro est*, Par.) *per legem*, Pi. Be. Er. vel, *legi*, Vulg. vel, *lege*, Amb. in Tol. Discedere à viro ei non licuit. Vir poterat dare libellum repudii, mulier non item [c]. *Legem* vocat matrimonium, sive jus matrimonii [d]. Exemplum sumit in lege conjugii. Ei uxor manet devincta, manente conjugio, & per id legi conjugii, idque in usum mariti, quem lex unum ità respicit ut eo exstincto etiam lex quoad fœminam exstinguatur *. Objici hîc potest lex repudii Deut. 24. Sed Paulus hîc respicit legem illam Gen. 2. 24 collat. cum Matth. 19. Legem autem illam Deut. 24. significat permittentis esse, non approbantis [f]. ¶ *Si autem mortuus fuerit vir ejus*] Cui soli Lex illa operam dabat. Quod de *morte* hîc dicit, idem de Repudio dici potest, quod & ipsum mors est conjugii [g]. ¶ *Soluta* (vel, *Liberata*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Sy.) *est à lege viri*] Ità Mo. Ca. &c. i. e. à lege conjugii [h], quæ erat *lex viri*, quia viro, ut dixi, consulebat [i]; & quia mulierem sub viri potestate tenebat [k]: quanquam abesse potest illud τοῦ ἀνδρὸς, sicut abest in plurimis manuscriptis [l]. Κατήργηται, &c.] Καταργεῖσθαι ἀπὸ τοῦ νόμου, *à Lege liberari*, ut sequentia ostendunt [m]; quia qui à domino aliquo liberatur, ei mortuus est quodammodo. Vide Rom. 6. 2. Non multò aliter καταργεῖσθαι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ dicitur Gal. 5. 4. Respondet ἀργεῖν & καταργεῖσθαι Hebræo בטל, quod est *desinere*. Sicut idem est, ἁμαρτίαν ἀποθανεῖν *nobis* quod *nos ἁμαρτία*· sic idem, νόμον καταργεῖσθαι *nobis*, aut, *nos ἀπὸ τοῦ νόμου*. In illa locutione jus respicitur, in hac secundùm jus agendi necessitas. Sic & Cicero voces commutat ubi de *pecunia debita*, & de *gratia debita*, agit. Vide Gellium, 1. 4. Sed maluit Apostolus eâ locutione uti quæ Judæos minùs offenderet [n].

3. *Vivente viro*] Ac proinde vivente etiam lege illâ maritali [o]. ¶ *Vocabitur*; ità Er. P. Be. sic Ca. G. &c. Χρηματίσει] *Decernetur*, Mo. vel, *Judicabitur*, Er. V. q. d. judicum sententiis sic vocabitur: quia χρηματίζειν Græcis est, *jus dicere* [p]. Χρηματίζειν activâ voce, sed passivâ significatione, usurpatur διαστικῶς, *distinctionis gratiâ*: quia χρηματίζεσθαι est, *Divinitus admoneri*, Matth. 2. 12, 22. Luc. 2. 26. Act. 10. 22. Heb. 8. 5. & 11. 7. Sed & χρηματίζειν, Accusativum regens, est, *Divinitus admonere* [q]. Χρηματίζειν est, *appellari*: quomodo usurpatur & Græcis sæpe Scriptoribus, & Act. 11. 26 [r]. ubi dicta vide †. *Vocabitur*, i. e. fiet hoc nomine celebris, sed famosa. Χρηματίζειν enim non significat quamlibet *nuncupationem*, sed cum celebritate conjunctam, ut patet ex Isocrate [t]. [cujus verba vide in J. Cap.] *Vocabitur*, i. e. erit *, omnium consensu †. ¶ *Adultera*, Μοιχαλὶς] נאפת, Prov. 30. 20. Ezec. 16. 37. & 23. 45. Os. 3. 1. Mal. 3. 5 [v]. *Mœcha*, Be. Pi. &c. Obj. At uxori repudiatæ permissum est alteri viro nubere, Deut. 24 [x]. Resp. Permissum hoc erat [y], scil. impunè fieri: non tamen licitum fuit [z], aut Deo probatum: cum cujus ordine, Gen. 2. 24. pugnant omnia divortia, exceptis duobus casibus, *adulterii*, Matth. 19. 9. & *desertionis*, 1 Cor. cap. 7. v. 15 [a]. ¶ *Si*, &c. Ἐὰν γένηται] *Si fiat* (vel, *contingat*, vel *ceperit esse*, Er. vel, *fuerit*, Vulg. V. E. &c. i. e. nupserit [b]: Hebraismus [c], ut Levit. 22. 12 [d]. Sicut *habere Chrysidem* dicitur qui cum ea cubat, ità *haberi mulier à viro*, sive *esse viro*. Nam *esse alicui* dicitur quod ab eo habetur *.) *alteri* (vel, *alterius*, Be.) *viri*, Pi. ¶ *Si—mortuus*, &c.] Hîc explicat quid sit *Legem ei esse mortuam*. ¶ *Ut*, &c. Τοῦ μὴ εἶναι, &c.] *Ità ut non sit adultera*, non teneatur adulterii pœnis [f]. ¶ *Si fuerit*, &c.] Sive per nuptias, sive aliter [g]. Nam etiamsi aliquid tale sine nuptiis admittat, peccat, sed non in legem contra adulteras [h]. Ex hoc loco colligunt Theologi, secundas nuptias per se licitas esse [i].

4. *Et* (vel, *Etiam*, G.) *vos* (Judæi [k]) *mortificati estis legi*] Locus difficillimus. Non videtur accommodatio respondere exemplo: nam in exemplo vir est qui moritur, & uxor, marito mortuo, alteri copulatur. At in accommodatione nos collati sumus mulieri, & mortui esse dicimur [l]. Cùm uxori comparemur secundo marito copulatæ, cur nos mortuos Paulus esse dicit? Omnino enim videtur potiùs fuisse dicendum nos esse marito illo mortuo superstites [m]: quomodo enim mortui alteri conjungeremur? quomodo ergò dicit, *Mortificati estis, ut sitis alterius* *? Cùm Legem viro, homines mulieri, comparaverit, videtur hîc dicendam fuisse, *Vobis perempta lex est*: ut sic conveniat similitudo, Ut mulier, viro mortuo, libera est, sic vos, Lege mortuâ, estis à Lege liberi †. [Hoc diversimodè expediunt.] Resp. 1. Paulus hîc, ut Eph. 4. 22, 23, 24. & Col. 3. 9, 10. tres distinguit homines, 1. veterem, qui crucifixus & mortuus est, qui hîc viro priori confertur, quo vivente Lex dominabatur; 2. novum, sive renovatum, qui viro posteriori assimilitatur; 3. eum qui priùs sub veteri, postea sub novo, est, qui dici potest homo absolutè, quantum ad naturam, qui Dei creatura est, quem confert uxori; qui sub veteri tenebatur, sicut uxor sub marito, illo ergò mortuo cessat dominium Legis, & Christo conjungitur, per quem novus in nobis fit homo. Obscurè autem dicit, *nos mortificatos*, i. e. homo vetus noster mortuus est [n]. Al. Duo hîc sunt matrimonia; in priore peccatum, sive corruptio nativa, est maritus, qui robur habuit ex Lege, caro est uxor, cujus fructus sunt peccata actualia: in posteriore spiritus Christi est maritus, homo spiritualis, sive renatus, est uxor, cujus fructus sunt opera sancta. *Mortificati* autem *legi* dicimur, respectu mariti prioris [o]. Non multum differunt hæ duæ interpretationes. Tol. unam eandémque facit uxorem, primùm peccato, deinde spiritui, copulatam. Beza duas facit uxores, 1. statum hominis irregeniti; 2. statum regeniti. Sed Apostolus loqui videtur de una eadémque uxore, quæ est anima hominis, primùm peccato, deinde Christo, nupta: nec uxor mortificatur, quî enim tunc alteri jungeretur? sed vetus homo mortificatur Legi, quia dum peccatum viveret, Lex dominabatur nos accusando & condemnando. Quòd autem maritus erat non Lex, sed peccatum, apparet ex ver. 5 [p]. Resp. 2. Est hîc hypallage [q]; *mortificati estis legi*, idem est quod, *mortificata est vobis lex* [r]: nam in his figuratis locutionibus ista reciprocantur, ut diximus suprà ver. 2. *Lege opus non habetis* †. Apparet ex v. 6. ubi ratio liberationis à Lege sic exprimitur, *mortuo eo quo detinebamur*: quæ [lex,] per prosopopœiam, *mortua* dicitur, ideóque aptissimè respondet marito, cujus mors uxorem liberat, ut alteri nubere possit; quomodo & Judæi Christo, lege abrogatâ [t]. Hoc vult, *Vobis mortua Lex est*; ut vos nihil rei cum Lege habeatis, ut Lex nihil vobiscum rei habeat, non magis quàm vivi cum mortuis, aut contrà ||. Nos mortuos

Marginal notes (left column): f Ham. g Ham. Di. h Ham. i Gom. k V. D. Par. E. Er. ex Orig. G. l E. ex Orig. m Er. n D. sim. Er. o D. p Par. q G. r Bra. † G. Par. t G. v Tol. x Par. y Tol. z Par. sim. E. Me. Plerique in Tol. a E. Me. Plerique in Tol. b G. c Par. d Er. * G. f E. g G. h G. sic E. Me. i G. k E. l G. m G. sim. Vor. n G. o G. p Er. Apol. contra Stun. q J Cap. r G. sim. Er. † Sch.

Marginal notes (right column): t J. Cap. * Ec. Glaf. † Fe. v G. x Par. dub. 1. y Per. Par. ib. z Per. a Par. ib. b V sim. E. Me. Pi. c E. d E. G. * G. f Idem. g G. sim. D. h G. i Per. k G. Ham. l Tol. m Be. * Tol. † Ca. n Tol. o Ee. p Wil. q T. r C. Q. in Br. sic Par. Me. Vor. Ham. Ca. † G. t Ham. || Ca.

mortuos dicit Legi, & Legem nobis. Nam mortuo altero conjugum nexus conjugii utrinque ſolvitur; & poſitâ morte noſtrâ ponitur etiam mors Legis, quia Lex inter mortuos non viget, ſed ipſis mortua eſt, h. e. nulla*. Legem hîc confert viro, hominem mulieri: ſicut ergò mortuo viro libera eſt mulier, ut alteri poſſit nubere; ità Lege mortuâ liberi ſumus, ut Chriſto in Evangelica gratia ſerviamus [v]. Non placet: 1. quia diſtinguuntur h. l. tria, vir, mulier, & lex: 2. quia ſic concludere non debuit, *nos*, ſed *legem*, *mortificari* [x]. Sic autem loquitur Apoſtolus, ut invidiam declinaret [y], & offenſionem Judæorum aliorúmque vitaret [z]. At videntur mihi duæ illæ phraſes idem valere, *Vos mortui eſtis legi*, & *lex mortua eſt vobis*: ut idem ſunt, *mortui ſumus peccato*, & *peccatum mortuum eſſe nobis*: item, *Mundus crucifixus eſt mihi, & ego mundo*, Gal. 6. 14. Qui dicit, mortuos nos eſſe Legi, peccato, & mundo, dicit nos à dominio illarum rerum eſſe liberatos. Qui dicit hæc eſſe mortua nobis, dicit res iſtas amiſiſſe dominium ſuum in nos. Hinc illud, *mortuum eſſe*, exponitur per *liberatum eſſe*, Rom. 6. 18. & 8. 2. *erutum eſſe*, Gal. 1. 4. *non ſubeſſe*, Rom. 6. 14†. Reſp. 3. Dicit, *mortificati eſtis legi*, quia in hac redditione applicat duas ſimilitudines, tum illam v. 1. *Lex non dominatur*, &c. tum illam v. 2. quòd *mulier viro alligata eſt*, &c. priorem his verbis, *legi mortificamur*; poſteriorem v. 5. *eo mortuo quo detinebamur*, nempe peccato, ut alteri marito eſſemus [a]. *Mortificati eſtis legi*, i. e. liberati à Lege [b]. *Legem* autem hîc intelligit, vel, 1. ceremonialem, à cujus obſervatione fideles liberatos eſſe monet [c]; vel potiùs, 2. Legem ſimpliciter [d], & præcipuè Decalogi*: ut patet ex collat. Rom. 6. 14. & ex ſeq. nam ex ea depromit illud, *Non concupiſces*, v. 7 [f]. Qu. Quomodo Chriſtiani ab hujus Legis poteſtate ſoluti ſunt [g]? Reſp. 1. Non ab obedientia Legis [h], 2. A Lege, ut eſt nuda litera, jubens, ſed non adjuvans; morbos, h. e. peccata, oſtendens, non medicinam [i]. 3. A rigida exactione Legis [k], quæ ſummo rigore exigebat à nobis omnium præceptorum obſervantiam, quam homines præſtare non poterant [l]. 4. A maledictione Legis, &c [m]. 5. A Lege, ut peccatum irritante atque augente, per accidens, ob naturam noſtram corruptam [n]. Senſus loci eſt, q. d. Jam in vobis maritus ille prior, qui poſtea deſcribitur, h. e. peccatum peccans, ſive corruptio nativa, vires illas amiſit, quas ex Lege arripiebat ut vos, ſicut vir uxorem, arbitrio ſuo regeret. *Mortificari* enim *Peccato*, & *Mortificari Legi*, mutuò inter ſe reſpondent, quatenus ſcilicet Lex eſt Peccati virtus [o]. Prior noſter maritus nec eſt peccatum ſolùm, nec Lex ſola, ſed peccatum cum Lege & per Legem. Sicut enim in carnali conjugio tria hîc obſervantur; 1. Maritus, 2. Uxor, 3. Lex maritalis, i.e. Divinum jus quo marito data eſt autoritas in uxorem: ſic in priore noſtro ſpirituali conjugio tria ſtatuenda ſunt; 1. Peccatum, 2. Homo irregenitus, 3. Lex Dei, præcipuè moralis. Et ſicut nihil poteſtatis in uxorem habet maritus, niſi vi legis maritalis, ac propterea, *legem dominari homini*, idem eſt Apoſtolo v. 1. quod, *viro ſubjectam eſſe mulierem*, v. 7; ità nihil poteſtatis in hominem irregenitum habet peccatum, niſi vi Legis Divinæ, Rom. 5. 13. & 7. 5, 7, 8, 9, 11, 13. quæ propterea vocatur *potentia peccati*, 1 Cor. 15. 56. & *lex peccati*, Rom. 8. 2, 3. idémque eſt, ſive peccatum ſive Legem dicas dominari irregenito. Et ſicut mortuo marito, mortua quoque eſt lex maritalis, ideóque uxor libera; ſic mortuo peccato mortua quoque eſt Lex Dei, ideóque liberatus homo, ut nec ſub peccato ſit ampliùs, nec ſub Lege. At quomodo mortua, inquis, Lex Dei, quum adhuc eâ teneamur? Reſp. Mortua eſt ratione dominii, quod antea peccatum per eam, & ea per peccatum, in nos exercebat. Jam enim in ſecundo noſtro conjugio ſpirituali tria adſunt, ſuperioribus planè adverſa; 1. Chriſtus, 2. Homo regenitus, 3. Spiritus regenerationis, qui vice Legis eſt, ſubjicientis nos Chriſto: unde illud Rom. 8. 2. *Lex Spiritûs vitæ*, &c. Lex itaque nos obſtringit, ſed non maritali autoritate, ſive ut dominus, ſic enim operatur iram, auget peccatum, damnat, occidit; ſed ut ancilla Spiritûs, miniſtrans Evangelio, quomodo Lex eſt *jugum leve*, Mat. 11. 30. confer 1 Joan. 5. 3 [p]. *Mortificati eſtis Legi*, i. e. reſpectu Legis, ità ſcil. ut Lex non poſſit vim ſuam (nim. maledicendi & ad peccatum irritandi) exſerere. Intelligenda autem

* Par. [v] Chryſ. Oecum. Amb. & Anſelm. in Tol. [x] Tol. [y] Vor. [z] Wil. ex Theod. & Calv. & Buc. Mart. Par. † Di. [a] Wil. [b] V. Di. [c] Q. in E. [d] E. * E. Be. Per. [f] E. Per. [g] Per. [h] Wil. [i] Per. [k] Wil. ex Calv. [l] Per. [m] Wil. ex Calv. Per. [n] Wil. ex Par. [o] Be. [p] Di.

eſt hîc mortificatio peccati [q]. q. d. Nos mortui peccato liberi ſumus à poteſtate & merita maledictione Legis [r]. *Mortui Legi* dici poſſumus, quia per mortem peccati à fœdere Legis liberati ſumus. Sed res ipſa, cujus præcipuè hîc ratio habetur, melius aliquid & majus oſtendit. Nimirum, quum nos peccato mortui ſumus, ut cap. præc. docuit, rectè dicit nos *mortuos eſſe Legi*, ut & Gal. 2. 19. quia ex noſtra mortificatione colligitur noſtra, quæ demonſtranda fuit, à jugo Legis liberatio†. ¶ *Per*, &c. Διὰ τοῦ σώματος, &c.] *In corpore Chriſti*, Be. Glaſ. Par. &c. διὰ, *per*, pro ἐν, *in*, ut Rom. 4. 11 [t]. [ubi dicta vide.] Intelligitur arctiſſima Chriſti cum membris communio [v], quâ credentes fiunt unus Spiritus cum Chriſto, 1 Cor. 6. 17 [x]. Mortificationem hîc intelligit ſubjectivè, non in nobis, ſed in Chriſto, factam, nobis verò imputatam; quia Chriſtus corpore ſuo pro nobis factus eſt exſecratio, &c [y]. Al. *Per corpus Chriſti*, Pi. G. &c. crucifixum ſcilicet [z]; vel, per mortem, quam Chriſtus in corpore ſuo ſuſtinuit [a]: vi & exemplo [b], virtute & efficaciâ [c], mortis Chriſti ſecundùm carnem [d]; per quam mortui facti eſtis peccato, ac proinde à Legis dominio liberi*. Nam Chriſti Crux & Mors inter cætera & hoc à Patre impetravit, ut Legis illius imperium tolleretur, Eph. 2. 15, 16. Col. 2. 14 [f]. Hæc impetravit vobis remiſſionem peccatorum & Spiritum Sanctum, per quem mortificatur peccatum in vobis [g]. Hi loci in cauſa fuere cur Pauli Epiſtolas non reciperet Ebion [h]. Al. *Per corpus Chriſti*, i. e. per hoc quòd ſunt incorporati Chriſto, tanquam conjuncti alteri viro, & cum eo facti una caro. Nam ſequitur, *Ut ſitis*, &c [i]. ¶ *Ut ſitis* (vel, *eſſetis*, Be. Pi.) *alterius*] Sub. *viri*, h.e. Chriſti [k]. Ut loco veteris Legis jam alium virum habeatis [l]: ut alius vos habeat, & non ſitis veſtri juris [m]. Alluſio eſt ad conjugium [n]. Eccleſia Sponſæ comparatur, 2 Cor. 11. 2. Eph. 5. 29 [o]. Probat, nos non eſſe ſub Lege, quia facti ſumus alterius viri, & Chriſto nupſimus abſque crimine [p]. ¶ *Qui ex mortuis reſurrexit*] Periphraſis Chriſti [q]: ad cujus formam oportet fideles in novitate vitæ ambulare, tanquam ex mortuis viventes [r]. Qui factus ipſe homo novus vitam etiam novam poſtulat †. *Ejus* videlicet *qui ex mortuis*, &c. Be. Pi. i. e. ejus qui peccato mortuus, repente in Chriſto factus eſt redivivus; novi nimirum illius mariti, qui *Spiritus* dicitur, &c [t]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα καρποφορήσωμεν, &c.] *Ut fructum* (id eſt, ſobolem [h]. Partus in matrimonio *fructus* dicuntur, Pſal. 127. 3 [i]. & 132. 11. Thren. 2. 20 [k]. Luc. 1. 42 [l]. Perſequitur ſimilitudinem [m].) *feramus* (i. e. bona opera [n]) *Deo*, Be. Pi. i. e. in uſus, ſive ad gloriam, Dei [o]; vel gratum Deo [p]; vel, quo Deo ſervitur [q]. Ut ex Chriſti ſatu fœcundi [r], edamus opera multò meliora quàm fuerant magnæ partis hominum ſub ſtatu Legis †. Vel, *Deo*, i. e. Chriſto, tanquam viro noſtro, &c [t]. Ità eſt argumentum Deitatis Chriſti [v]. Mutat hîc perſonam, vel ex Hebraiſmo [x], vel ex modeſtia, ut ſe in hac exhortatione comprehendat maximè [y].

5. *Cùm enim eſſemus in carne*] i. e. Vel, 1. ſub carnali Legis pædagogia [z]: ut apparet, 1. ex toto hujus capitis diſcurſu, qui eſt de hominibus ſub Lege conſtitutis: 2. ex oppoſito, *liberati ſumus à lege*, v. ſeq. 3. quia *eſſe in Spiritu* dè iis dicitur qui Evangelium gratiâmque ibi exhibitam acceperunt. Vide Rom. 8. 8. Chriſtianiſmus quoque dicitur *lex Spiritûs vitæ*, Rom. 8. 2. & *novitas Spiritûs*, v. 6. per antitheſin ad *vetuſtatem literæ*, h. e. Legem Moſaicam. Hæc quoque phraſis peculiarem habet proprietatem: tum quia Præcepta Moſis erant carnalia, ut circumciſio, &c. pariter & promiſſa & minæ; tum ob impotentiam illius ſtatûs, quum Chriſtus Spiritum ſuum viréſque præbet, &c [a]. Pauci ſub ſtatu Legis erant πνευματικοὶ, & qui tales erant non erant tales ex ſola vi Legis. Plerique verò erant σαρκικοὶ, nullam aut tenuem ſpem habentes vitæ alterius, ac proinde addicti huic vitæ, & hujus vitæ commodis ac voluptatibus: unde in tam magna materia facilè naſcitur peccatum [b]. Vel, 2. in carnali vitæ ſtatu [c]; in ſtatu veteris & carnalis hominis [d]; in eo ſtatu in quo nati ſumus ſecundùm carnem, in peccato concepti & nati, & viventes, nondum in Deo nati*, nondum regenerati [f]: quum caro in nobis nondum eſſet per Spiritum Sanctum mortificata †. ¶ *Paſſiones* (vel, *Affectus*, Er. Il. Ti. Be. Pi. ſic P. *Infirmitates*,

[q] Pi. [r] Gom. † Bra. [t] Be. Glaſ. gram. 3. 6. 9. 538. [v] Glaſ. ib. ſim. Be. [x] Be. [y] Par. [z] G. ſic Me. T. [a] Q. in E. ſic V. Me. T. [b] Bra. [c] Tol. [d] Tol. ſim. Bra. * Tol. [f] G. [g] Pi. [h] G. [i] E. [k] Zeg. Par. [l] Me. [m] Er. [n] E. [o] G. [p] Par. [q] Par. ſim. Me. [r] Me. † G. [t] Be. [h] D. [i] G. ſim. D. Be. [k] D. [l] G. [m] G. ſim. Er. [n] Tol. ſic Me. [o] Pi. [p] Par. ex Be. [q] E. [r] G. ſim. Me. T. † G. [t] E. ſic Par. [v] Par. [x] Be. [y] E. [z] Vor. ſic Ham. [a] Ham. [b] G. [c] Vor. [d] E. Me. T. ſim. Be. * Tol. [f] Par. † Pi.

mitates, Tre. *Perturbationes*, Ca. Er. *Cupiditates*, Er. V. G. ut Gal. 5. 24[g]. *Morbi*, Er. V.) *peccatorum*; ità Ar. Mo. &c. vel, *ad peccatum ducentes*, G. Τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν] Sic vocat affectiones vitiosas[h], interiores motus[i], seu commotiones ad peccandum, sive desideria peccandi[k], sive perturbationes ad peccatum incitantes, quæ *passiones* dicuntur, vel quia ab ipsis objectis efficiuntur in nobis[l]; vel quia dolorificæ sunt, &c[m]. ¶ *Quæ per*, &c. Τὰ διὰ τοῦ νόμου] *Illæ* (vel, *Quæ* sunt, Tre. Ar. sic Er. Ti. vel, *Quæ* erant, Vulg. Hoc rectius, quia de præterita conditione loquitur, ut apparet ex voce ἦμεν[n].) *per legem*, Mo. *Per legem*, sub. *existentes*, P. Be. Pi. vel, sub. *excitatæ*, H. vel, sub. *patefactæ*, G. ex Chrys. Deest enim Participium[o]. *Quæ passiones propositâ lege incendebantur*, V. Non dicit, ὑπὸ νόμου, *à lege*, sed, διὰ νόμου, *per legem*[p]; non Legis, sed nostro, vitio[q]. Non per Legem effectivè[r], sed occasione Legis†. Per Legem, 1. detegentem peccata, ut v. 7[t]. Plus autem quàm ostensionem significari patet ex sequent[v]. 2. Detecta accusantem & damnantem[x]. 3. Præcipiendo[y], prohibendo[z], & damnando[a], nec tamen præstando auxilium, &c[x]. sed peccata hoc pacto magis irritando, per accidens; sicut Sol radiis feriens sordes fœtorem excitat non suo, sed sordium, vitio[y]. ¶ *Operabantur*, &c. Ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς, &c.] Ἐνεργεῖται est deponens, ac poni solet etiam non expresso Accusativo: ut cùm dicitur πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη, Gal. 5. 6. Vide & 2 Cor. 1. 6. Eph. 3. 20. Colos. 1. 29. 2 Thes. 2. 7. Jac. 5. 16. Deinde ἐν pro *per*, more Hebræo. Dicit ergò, *cupiditates istas opus suum edidisse per humani corporis partes internas & externas*: de quibus suprà 6. 13[z]. [Verba sic reddunt,] *Agebant* (vel, *Vigebant*, V. Pi. *Vim habebant*, Er. vel, *Secretò agebant*, Er. V. Nam *occulta vis* dicitur ἐνέργεια, velut in semine, & vis mentis in homine[a].) *in membris nostris*, Be. &c. i. e. in membris corporis, quæ instrumenta sunt operum, sive bonorum, sive malorum[b]: in membris tum externis, oculis, linguâ, &c. tum internis, mente, voluntate, appetitu, &c. quæ peccant impulsu peccati inhabitantis[c]. ¶ *Ut fructificarent morti*] Æternæ[d]: ut gignerent opera digna damnatione*, vel quæ ad eam ducerent[f]. Etiam mortem ϖροσωποποιεῖ Paulus. *Cupiditates fructum*, i. e. pabulum, *Morti præbent ipsum hominem*[g]. Sed cur non dixit, *ut fructificarent legi*, ut antithesis postulavit? Resp. Peccata non debebant dici fructus Legi, quia Legi contrariantur, & à Lege puniuntur[h].

6. *Nunc autem*] Quando vetus homo mortuus est in baptismo[i]. ¶ *Soluti sumus à lege mortis*, &c.] i. e. Quæ erat occasio peccati, & consequenter mortis[k]. Θανάτου legebat noster: sic & Origen[l]. Communis autem Græcorum lectio est ἀποθανόντες[m]: sic & Tertul[n]. & Syrus, Biblia Regia, & Rob. Stephani, &c[o]. Alii legunt, ἀποθανόντος: sic Chrys[p]. ut apparet ex ejus interpretatione, ὁ δεσμὸς δι' οὗ κατειχόμεθα ἐνεκρώθη[q] & Beza[r]. Hujus lectionis & Orig. meminit†. Κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντες ἐν ᾧ κατειχόμεθα] *Soluti*, sive *liberati*, *sumus* (Repetit verbum quod in comparationis parte priore posuerat v. 2[t]. ex quo versu constat, hanc abolitionem nihil aliud esse quàm liberationem[v]. Opponitur hoc verbum τῷ ἐνεργεῖν in v. præced. & exponitur ab Apostolo, *libera est*, v. 3[x]. & Rom. 6. 22[y]. *Liberi sumus*, P. *Evacuati sumus*, Q. in Di. ut & Vulg. reddit, Gal. 5. 4. Optimè Syrus, אתבטלן, quod Tre. vertit, *soluti sumus*: meliùs Boder. *cessamus*: propriè, *otiosi facti sumus*, vel, *cessare*, sive *abstinere*, *facti sumus*: id enim καταργεῖν propriè significat, ut Esd. 4. 21, 23. & 5. 5. & 6. 8. Sensus, hîc est, q. d. In eum statum redacti sumus, ut otiari nobis à Lege liceat, quippe cum qua nihil deinceps nobis sit negotii. Sic contrà Gal. 5. 4. *Qui in lege justificari vultis* κατηργήθητε, &c. *cessare facti estis à Christo*, ità ut nihil rei vobis sit cum ipso. Qui agit cum Lege, otiatur à Christo, qui agit cum Christo, à Lege otiatur[z].) *à lege* (Mosaica[a]: morali, ut ostendit sequens objectio[b]: à maledictione & rigore Legis, seu irritatione illâ ad peccandum[c]: à Legis jugo & dominio[d]. q. d. Jure Legis abolito vel antiquato liberi sumus*.) *mortui in qua detinebamur*, Mo. Torserunt se hîc Interpretes ob insolentiam phraseos: quam agnosco, si ἐν construatur cum κατειχόμεθα[f]. [Alii verò non agnoscunt, & locum vel sic exponunt,] *Qui mortui eramus*, *soluti sumus à lege*, *in quâ detinebamur*[g]. At nunquam simpliciter *mortui* vocantur, in quibus peccatum est mortuum[h]. Vel sic, *Soluti sumus à lege*, *in qua mortui detinebamur*[i]. Neque hoc placet: quia nusquam apud Paulum dicitur aliquis *mortuus in lege*. In utraque etiam interpretatione est trajectio, eaque in priore violenta[k]. Alii subaudiunt hîc ἐκείνῳ: quæ tamen ellipsis dura est in constructione transitiva[l]. [Sic autem vertunt,] *Mortui* (sub. *ei*, Er. Ti. Tre. ex Sy. Ar. V. i. e. vel, 1. peccato[m]: vel, 2. Legi[n], ut suprà dixerat Paulus[o]. Vel, *ab eo*, Ar. in Di.) *in qua*, vel *quo*, *detinebamur*, Er. Il. Ti. vel, *qui nos detinebat*, Tre. ex Sy. Ἐν rectè construitur cum ἀποθανόντες, hoc modo, *mortui in eo quo tenebamur*; id est, secundùm id, quoad id: sicut ἐν σαρκὶ, & κατὰ σάρκα, σαρκικῶς idem valent: ut ἐν denotet subjectum mortificationis, quæ est ipsa Lex carnis & peccati; & sensus sit, ut id ipsum quo tenebamur mortuum fit: quomodo 1 Pet. 4. 1. ὁ παθὼν ἐν σαρκὶ, *qui passus*, sive *mortuus*, *est in carne*, sic ut ipsa caro passa, sive mortua, sit. Est autem, ἐν ᾧ κατειχόμεθα, phrasis qualis Joh. 5. 14[p]. Alii aliter, *mortuo*, vel *mortuâ*, (sub. *eo*, vel *eâ*,) *quo*, vel *quâ*, *detinebamur*, P. Be. Pi. Par. nimirum ante regenerationem[q]: i. e. vel, 1. Lege[r]: cui nos mortui, v. 4. & hîc Lex nobis mortua, quæ priùs maritali jure nos detinebat: ac videtur studio omittere relativum, ἐκείνου, Judæis parcens, qui mortem Legis ægrè audiebant†. Vel, 2. carne, sive peccato inhabitante, cujus vires hîc fractas dicit per Spiritum Sanctum[t]. [Hi autem legunt, ἀποθανόντος,] ut Chrysost. legit & exponit[v]. At Chrysost. nec ità legit, in excussis ipsius exemplaribus, ut Be. fatetur; nec ità eum legisse ostendit ipsius interpretatio. Legit ἀποθανόντες in edit. Savil. nullâ annotatâ variante lectione: sed idem hoc ait esse atque, ἀποθανόντος τοῦ παλαιοῦ, &c. quæ vera est & plana explicatio, *Liberi sumus à lege*, *mortui*, i. e. mortuo vetere homine, &c. Sed nec Chrysostomi gratiâ contra omnium Codicum fidem quicquam in Divinis immutandum[x]. [Sensus loci,] Christus moriens interfecit Legem Mosis, quæ Judæos sibi alligatos habebat, sicut lex Conjugii fœminam. Κατέχω respondet Heb. אחז, quod est, *possidere*[y]. Illud, *detinebamur*, servitutem indicat: tenebatur enim homo sub peccato per Legem tanquam servus peccati, &c[z]. ¶ *Ità*, &c. Ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος] *Ut* (vel, *Ità ut*, Er. ὥστε hîc sumitur, vel, 1. ἐκβατικῶς, de eventu[a], sive effectu; q. d. quo fit ut servire debeamus[b]: vel, 2. τελικῶς[c]: quod verum est[d]: ut notet finem liberationis à Lege*, & construatur cum verbo κατηργήθημεν, *liberati sumus*[f]: ὥστε pro εἰς τὸ[g].) *serviamus* (novo nostro marito[h], Deo[i], vel Christo[k], vel justitiæ, ex collat. Rom. 6. 19, 22[l].) *in novitate spiritûs* (id est, ut eos decet qui, vetere mortuo marito, Spiritui sunt adjuncti; quos scil. Spiritus Dei renovavit[m]: vel, in novitate vitæ, quam efficit Spiritus. Genitivus efficientis[n]. Hi sunt novi fœtus sive fructus, quos Deo feramus[o]. Vel, *novo spiritu*, per Hebraismum frequentem, i. e. Spiritu Christi. Rectè *spiritum novum* dixit qui ante resurrectionem Christi datus non fuerat, Joh. 7. 39. Vide & 2 Cor. 3. 6[p]. *Novitatem spiritûs* vocat novum vivendi genus, in quo Spiritum S. habemus doctorem, qui pellit ex animo metum quem Lex incussit[q]. *Servire in novitate spiritûs* est, mandata Divina implere per gratiam acceptam Spiritûs Sancti: quæ nova dicitur, respectu peccati, in quo priùs fuimus[r].) *ac non in vetustate literæ*, Be. Pi. i. e. non in veteri vivendi genere†, non in vetustate naturæ[t], sive vitæ[v], cujus magistra est litera, id est, Lex literis & elementis expressa, quæ non impleta metum conscientiæ incutit[x]; quæ à litera, h. e. Lege, Dei Spiritu destituta irritatur ad peccandum[y]; quam litera, i. e. Lex scripta, adeò non aufert, ut per occasionem augeat[z]. *Vetustas* est peccatum, sic dictum quòd gratiâ prius fuit: *literam* appellat Legem sine gratia, quæ est velut corpus sine anima, nec potest peccatum auferre. *Servire in vetustate literæ* est, indulgere peccatis, Lege Dei contemptâ, &c[a]. Al. Legem Mosis vocat *literam vetustam*. Literæ vetustæ solent evanescere, Heb. 8. 13. *Scriptum* etiam Rhetores sæpe dicunt pro *lege*. Sic & Rom. 2. 27, 29. 2 Cor. 3. 6, 7[b]. Quidam *vetustatem literæ* interpretantur Legis ceremonias. At Paulus hîc non agit de cessatione legalium, sed distinguit statum Legis & statum gratiæ, ut patet ex to-

to hoc cap. & ex scopo Epistolæ [c]. Deinde, de morali lege eum loqui ostendunt exempla sequentia [*]. *Vetustas literæ* est, vetus, & nonnisi literalis, Lex, Mosaica scilicet, quæ morbos detegebat, sed non curabat; utpote Spiritu, seu gratiæ auxilio, destituta [d]: vel, est otiosa Legis notitia, & qualiscunque externa disciplina, sine vera conversione cordis: vel, est veteris hominis, vitæ, status, de cultu Dei opinio, de ceremoniis vel meritis virtutum, quibus Judæi & Gentes erant occupati [*]. *Novitas spiritus*, est nova & Spiritu plena Lex [f]: vel, est vera sanctitas, & nova obedientia, quæ *nova* dicitur, respectu tum veteris hominis, vitæ, status; tum novi conjugii cum Christo [g]. Vetus Lex Mosis nonnisi nudam literam exhibebat tabulis lapideis insculptam. Novum conjugium cum Christo, idque summo jure initum, novâ fœderis Evangelici Lege sancitum est, quæ Spiritûs S. virtute in cordibus impressa est. Quocirca, cùm duobus simul viris una mulier jure nupta esse non queat, vetus Legis fœdus non ampliùs sibi nos habet obnoxios, ὅτι ἔδει δεῖξαι [h].

7. *Quid ergo dicemus?*] Vel, *est quod dicimus?* ut Rom. 4. 1. & 6. 1. Recurrit enim ad calumniam alteram sibi objectam [h]. ¶ *Lex peccatum est?*] i. e. Causa peccati [i]: aut peccandi magistra. Abstractum pro concreto [k]. Vel est μετωνυμία [*]. Interrogatio hæc ex superioribus nata est [l], vel, ex v. 5. *passiones peccatorum per legem vigebant*, &c [m]: vel ex eo quod dixerat, nos peccato, eádemque operâ Legi, mortuos esse. Hinc colligunt, Itáne Lex peccato conjuncta & amica est, ut sine peccato vivere non queat [n]? Ergóne Lex obligat & impellit ad peccatum [o]? Lex ergò mala [p], ejúsque observantia peccatum [q]? Huic exceptioni sic respondet Paulus, ut simul doceat, 1. ex sua doctrina non sequi, Legem favere peccato, quod vetat: 2. Legem tamen peccatum emendare non valere. Quod posterius ut demonstret, eadem capita, quæ Gratiæ superius tribuit in nostra sanctificatione peragenda, nunc Legi denegat & abjudicat; animorum videlicet nostrorum *vitam*, ab hoc v. 7. ad 13. & *libertatem*, à v. 14. ad v. 25 [r]. ¶ *Absit*] Longè id à se rejicit, ut Rom. 3. 6, 31. & 6. 2, 15 [†]. ¶ *Sed* (vel, *Imò*, Be. Pi. Q. in Tol. vel, *Quin potius*, J. Cap. ut sensus sit, Tantùm abest ut sit peccatum, quòd potiùs sit index peccati [t]. Malim ἀλλὰ adversativè sumere, pro *sed*: ut sensus sit, non quòd Lex peccatum sit, sed quia index est peccati [v].) *peccatum non cognovi* (nempe quantum sit malum [x], & quàm profundè carni meæ infixum lateret [y]: *non ità exactè nôssem*. Dicuntur enim hæc comparaté. Vide Rom. 3. 20 [z].) *nisi per legem*] Nempe scriptam seu positivam, à Deo datam [a], sive Mosaicam [b]. Multa sunt, putà Idololatria, Divini nominis usurpatio temeraria, Sabbati violatio, Ignorantia Dei, Omissionis peccata, quæ non cognoscerem esse peccata, nisi Lex id doceret [c]. ¶ *Nam*, &c. Τήν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ᾔδειν] *Nam etiam cupiditatem* (vel, *concupiscentiam*, Vulg.) *non nôssem*, Be. Pi. vel, *nesciebam*, Vulg. subaudi ex superioribus [d], *esse peccatum* [*], verè propriéque dictum [f]. Qu. 1. Quid hîc ἐπιθυμία; Resp. Non significat appetitiones naturæ, sed ἀταξίαν appetitionum, qualis est in natura corrupta [g]. Ante Legem homines plerique insontes se putabant si absque vi ac furto alienam uxorem aut rem ad se transduxissent. Hoc enim est quod Lex vocat *concupiscere*: putà videns aliquis frigusculum nasci inter virum & uxorem, fovet illud accendítque ut molestiarum impatiens maritus illam à se segreget: aut juvenem luxuriosum pecuniâ instruit, rebus ejus pignori acceptis, ut illo non solvente res eas sibi ut commissas retineat. Hæc multi non scelera esse putant, sed solertis ingenii commenta. Sic & in libidinum genere agnoscunt Hebræi multa fuisse improba quæ nullis pœnis coercebantur. Lactantius, *Metus legum non scelera comprimebat, sed licentiam submovebat. Poterant enim leges delicta punire, conscientiam munire non poterant. Itaque quæ antè palàm fiebant, clàm fieri cœperunt: circumscribi etiam jura* [h]. *Concupiscentiam* vocat appetitum intra se rerum proximi, quæ ad exsecutionem non perducebatur, sed talem qui voluntarius est [i], & deliberatum habet consensum voluntatis: alioqui peccatum non est [k]. Al. *Concupiscentiæ*, Lege damnatæ, nomine intelligit tum ipsam concupiscibilitatem, quatenus corrupta est; tum primos ejus motus, titillantes sensum, intellectum, voluntatem ad malum cogitandum, volendum, concupiscendum; tum denique motus secundos, quibus ratio & voluntas succumbit [l]. Ex inordinatæ concupiscentiæ habitu innato oritur similis actualis concupiscentia vitiosa, eáque vel simplex, vel composita. Simplex est, quæ ex una appetendi potentia corrupta oritur, eáque vel sensitiva, vel rationali. Ex sensitiva quidem, ut primi affectuum motus inordinati, citra consensum voluntatis; unde *concupiscentia involuntaria* dicitur. Ex rationali verò, ut vitiosæ voluntates circa objectum non sensile. Composita verò est, in qua utraque concurrit, cùm nimirum ad appetitum sensitivum malum accedit voluntatis consensus: unde *concupiscentiam voluntariam* vocant [m]. [Sed de his plura qui velit, consulat hinc Per. & Tol. illinc Par. in dub. & Gom. Non est enim nostri instituti controversias dirimere, nisi quæ ad textûs explicationem pertinent.] De ea cupiditate hîc loquitur quam Paulus ignorâsset sine Lege: [ut hîc sequitur.] At non ignorâsset Paulus, quod etiam Ethnici sciebant, nempe determinatam facinoris alicujus perpetrandi voluntatem esse peccatum, vel avaritiam, quæ *cupiditas* quoque dicitur, esse peccatum. Intelligit ergò indeterminatam peccandi voluntatem, sive motus primos appetitûs voluntatem titillantes: quos, quia non sunt in nostra potestate, multi credebant nè peccata quidem esse, neque Paulus hoc agnovisset, nisi mentem Legis penitiùs introspexisset: hæc enim Decimo præcepto damnatur, ut prior cupiditatis species in præceptis præcedentibus [n]. Qu. 2. In qua persona hoc dicit? Resp. 1. [In aliorum persona.] Notandum est hoc loco ac deinceps, Paulum in prima persona loqui; non quòd de se agat, sed quòd modestiæ causâ res odiosas sic exprimere malit: quod ipse dicit μετασχηματίζειν, 1 Cor. 4. 6 [o]. Similia loquendi genera habes 1 Cor. 6. 12, 15. & 10. 23, 29, 30. & 13. 2. Gal. 2. 18 [p]. & Rom. 3. 7 [q]. Chrysost. ad 1 Cor. 12. Ἀεὶ τὰ φορτικὰ, &c. (*De rebus odiosis in sua persona loquitur.*) Hieron. ad Dan. *Peccata populi, quia unus è populo est, enumerat personâ suâ: quod & Apostolum in Epistolam ad Romanos fecisse legimus.* Neque verò non & alibi talia occurrunt. Scholiastes Horatii ad Ep. 8. l. 1. *Reprehendit Celsum morositatis & inconstantiæ, ità tamen ut quæ in eo carpit, in se transferat, quò reprehendat liberiùs.* Sic in Arte Poetica, —*Brevis esse laboro; Obscurus fio*—. Item, *Descriptas servare vices operúmque colores Cur ego si nequeo ignoróque, Poeta salutor?* Et, —*vitavi denique culpam, Non laudem merui*—. Scholiastes, *Se autem ponit pro quovis alio.* Sic & Lucianus, Κρόνος ἐμοί. Similem positionem primæ personæ pro incerta habes apud Ambros. de Offic. 1. 48 [r]. Et ità hîc loqui Apostolum constat ex v. 9. & seq [†]. [de quibus mox suo loco.] Loquitur in communi hominum persona [t]. Hæc & sequentia dicit in sua & aliorum persona, qui sub Lege fuerant [v]. Sub prima persona hîc describit Hebræum genus quale fuit ὅτι τὸ πολὺ, primùm ante Legem, deinde post Legem [x]. Loquitur hîc in persona Judæi, vel hominis in communi [y]. Resp. 2. Loquitur de seipso [z], & quidem tanquam de non renato [a]; vel, qualis fuerit olim in Pharisaismo ante conversionem: sicut & Phil. 3. quòd quidem Legem tunc sciverit, sed minimè intellexerit quanta ejus esset ἀκρίβεια atque perfectio. Constat enim ex Mat. cap. 5. Pharisæos Legem de externa tantùm disciplina solitos interpretari, internam verò cordis impuritatem, & appetitionum ἀταξίαν, pro peccatis non habuisse. Hunc Pharisaicum errorem ingenuè hîc fatetur [b]. Obj. At ipse sibi Pharisæo adscribit *puram bonámque conscientiam*, Act. 23. 1. sic Phil. 3. 6. Resp. *Puram* vocat non verè, quia Christum persequebatur, &c. sed prò sectæ Pharisaicæ institutis, hoc est, sceleribus non pollutam aut turbatam, &c [c]. Commentum hoc, quod alienam hîc induit personam, miror aliquibus placuisse. Nulla enim hîc causa aut necessitas talis fictionis [d]. Quin eum de se loqui, & quidem qualis aliquando fuerat, convincunt omnes primæ personæ, & præt. tempore voces toties iteratæ, *Non cognovi, non novissem, genuit in me, vivus eram quondam*, &c. Et figuram hîc fingere, est Apostoli verba eludere [*]. ¶ *Nisi lex* (scil. Mosaica, de qua in præced. dixerat [f], illa Exod. 20. 17 [g]. ubi est לא תחמד, & Deut. 5. 21. ubi לא תתאוה [h], subaudi *uxorem alterius domum, servum, bovem, asinum* [i]: quæ hîc studio brevitatis

Marginal notes (left column): [c] E. sic Tol. — [*] Tol. — [d] T. — [*] Par. — [f] T. — [g] Par. — [h] Bra. — [h] G. — [i] Pi. Vor. G. Gom. Fe. — [k] Bra. — [*] G. — [l] E. — [m] Tol. E. Par — [n] Bra. — [o] F. — [p] Tol. sic G. — [q] Tol. — [r] Bra. — [†] G. — [t] Q. in Tol. — [v] Tol. — [x] Par. sim. E. — [y] Par. — [z] G. — [a] E. — [b] Tol. — [c] J. Cap. — [d] G. — [*] G. Be. E. Bra. J. Cap. — [f] J Cap. — [g] Strig. sim. Par. — [h] G. — [i] Tol — [k] Per. sim. Tol.

Marginal notes (right column): [l] Par. — [m] Gom. — [n] J. Cap. — [o] G. sim. Ham. — [p] G. — [q] Ham. — [r] G. — [†] Ham. — [t] Tol. — [v] E. — [x] G. — [y] Ham. — [z] Vor. Par. — [a] Vor. — [b] Par. — [c] Par. dub. 3. — [d] Par. — [*] Par dub. — [f] Tol. — [g] Be. Tol. Per. G. — [h] G. — [i] G. sic Pi.

brevitatis omittit[k].) *Non concupisces*] Lex igitur, à Deo tam solenniter promulgata, effecit ne quis Israelita dubitare posset quin tales doli peccatis accensendi essent: ἐπιθυμεῖν est ἀπατερεῖν. Vide Matt. 19. 11. & Marc. 10. 19. & ibi à nobis dicta[l]. Prudenter autem Apostolus hoc protulit exemplum; nam ante Legem multa peccata nota erant, furtum, adulterium, &c. At interiorem hanc concupiscentiam, &c. peccatum esse omnes ferè ignorârunt[m], tum Gentiles[n], tum Judæi: ut constat ex Jo. Antiq. 12. 13. ubi *cogitatum tantùm Antiochi sacrilegium* negat *esse peccatum*[o]; & AE. ad initium Decalogi, & K. ad Psal. 66. 18[p].

8. *Occasione*, &c. Ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς, &c.] *Sed peccatum* (vel, 1. id quod Lege prohibetur, quod (antequam fiat) cupiditatem auget objectivè, ut cibus prohibitus ipsâ prohibitione majorem sui ingerit cupiditatem[q]. Vel, 2. peccatum jam perpetratum, *peccatum* in nobis *habitans*, v. 17; peccatum in quo homo, in statu naturæ aut Legis positus, erat; peccatum in quo natus est, & peccata quæ postea contraxit; peccatum quo tenebatur ante Legem, & à quo per Legem non est sanatus[r]: peccandi consuetudo quæ ante Legem fuerat, quæ etiam post Legem dolos illos malos peperit †: habitualis concupiscentia[t], fons & fomes peccatorum[v]: seminarium peccati quod in me erat[x]: natura mea peccatis, vitiis, concupiscentiis, subdita & infecta †: peccatum originale[y], sive pravitas nativa[z].) *per illud mandatum*(*Non concupisces*[a]: ut τὸ accipiatur pro τούτης[b]. Rectiùs Vulg. & Er. generaliter expresserunt, *per præceptum*: νόμος enim & ἐντολὴ pro eodem sumuntur, ut docet v. seq. Nunc *legem*, nunc *mandatum*, vocat, nec sine magna causa; quia nempe Lex occasionem peccandi præbet, & peccatum irritat mandando, sive eo ipso quod mandat: mandatum rursus authoritatem habet, quia Legis mandatum est. *Mandatum* ergò collectivè accipio de omnibus mandatis Legis[c].) *occasione sumtâ* (arreptâ occasione inflammandi per Legem vetantem concupiscentiam[d]. Multi Interpretes ἀφορμὴν exponunt *occasionem*; putántque idem hìc dici quod vulgari proverbio, *Nitimur in vetitum**. Cupiditas ipsâ prohibitione lacessitur[f], ut appetitus vini in febricitante ex interdicto medici accenditur[g]: cujus causa est naturalis amor libertatis, quæ per Legem restringitur, cui proinde natura corrupta resistens in contrarium nititur[h]. Lex interdicens peccata homini non valenti implere mandata, occasio potiùs est ut in nova peccata labatur: sicut ei qui malè utitur noxiis potionibus, cognitio earum in malum vertitur, &c[i]. His convenit Senecæ illud, *Homicidæ cum lege cœperunt, & illis facinus pœna monstravit*: & Taciti, *Fœnus agitare & in usuras extendere ignotum*; *ideóque magìs servabatur quàm si vetitum esset*. Quale quid & περὶ ἀρσενοκοιτίας habes apud Lampridium Severo. Hæc sicut in quibusdam ità se habere non nego, ità non ità communiter eveniunt qualia sunt ad quæ respicit Paulus. Quare ἀφορμὴν pro *impunitate* sumo, ut Gal. 5. 13. & in Demosthene; & sic dicitur, ut explicat Thucydidis Scholiastes, ἐξ ἧς ὁρμώμενός τις σῴζεται. & illa, ἀφορμὴν λαβοῦσα διὰ τῆς ἐντολῆς, verto, *impunitatem nacta à præcepto*: quia præcepto isti nulla pœna erat apposita, qualis erat apposita Adulteris & Furtis, ideo contemnebatur. Quod signum est, eos qui istis malitiis indulgebant, ab aliis abstinuisse non honesti amore, sed pœnæ metu. Huic interpretationi bene congruit quod dicit Maimon. Duct. dub. 3. 41. *Ab inolita peccandi consuetudine non posse hominem avelli nisi gravibus pœnis*[k].) *effecit in me omnem* (vel, *totam*, Be.) *cupiditatem*, Pi. sic Be. &c. i. e. omnis generis cupiditates[l]: cupiditatem uxoris, agri, &c. ut est in Præcepto[m]: vel, motus omnes concupiscentiæ vitiosos, primos, & secundos[n]; sive, *cupiditatem informem, & formatam*, ut Scholastici vocant[o]. q.d. Multò latiùs & vehementiùs grassari in me cœpit[p], & excitavit omne genus pravorum desideriorum[q], sive omnium peccatorum affectus, qui antea velut consopiti in carne mea erant[r]. *Cupiditatem* in hac disputatione vocat non naturæ vitiositatem, sed peccatum actuale ipsius appetitus †.

¶ *Sine*, &c. Χωρὶς γὰρ νόμου, &c.] *Nam absque lege peccatum mortuum* est, Pi. Par. vel, *mortuum* quidem erat, Be. i. e. vel, 1. non imputatur[t]: vel, 2. non agnoscebatur[v]: nesciebat homo integram malitiam peccati, & multa sibi licere putabat quæ verè non licebant[x]: nesciebam malum affectum damnari à Deo[y]. Vel, 3. vires suas non exserebat[z] terrendo conscientiam, aut irritando cupiditatem*: vim non habet quam debet. Vide Rom. 6. 2. Sic fides νεκρὰ quæ hominem ad justitiam non perducit[a]. Et hoc comparatè dictum[b], ratione incrementi[c] [peccati.] Minùs enim peccatum conscientiam convellit ubi Lex Divina non adest[d]. *Mortuum erat*, i. e. consopitum*, instar canis dormientis[f]: languida fuit peccati vita, præ summa activitate quam latâ Lege accepit. Notandum h. l. *legem esse potentiam*, & quasi vitam peccati, propter herilem potestatem quam Lex peccato tribuit. Lex enim Dei, quæ post transgressionem facta est instrumentum iræ & vindictæ Divinæ, hominem loco Dei peccato tanquam marito subjecit, eúmque primævi atque hæreditarii sive originalis peccati dominio mancipavit, ut illud herili imperio cupidines suas per hominem exsequeretur, ut Rom. 1. 24. eúmque ad nova indesinenter & plura peccata impellat. Unde liquet quàm desperata nobis sit Legis justitia, quippe quæ peccati præses facta potestatem ei in nos dedit, quam crescentibus peccatis magis adauget. Vide suprà v. 5. & infrà v. 13[g]. [Sed quid hìc, *absque lege?* & quo tempore Paulus erat sine Lege?] *Resp.* 1. Tempore infantiæ, ante rationis usum[h]. Non placet: non infantium personam hìc assumit Paulus, sed adultorum[i]: Puero non conveniunt dicta v. 8, 10, 11. nec loquitur de cognitione tantùm puerili peccati ex Lege, sed de plena & solida, qualis debet esse adultorum[k]. Et Paulus hìc loquitur de vero ac formali peccato: qualia non sunt actiones infantium, &c[l]. *Resp.* 2. Nolim vertere χωρὶς νόμου, *absque lege*, quasi velut ἄνομος, *exlex*, aliquamdiu vixerit Paulus; sed, χωρὶς νόμου ὄντος, h. e. χωριζόμενος τῷ νόμῳ, *lege dissitâ*, i. e. *seorsum* à me *exsistente*, sive *consistente*, *seorsum* constitutâ, nec conscientiæ meæ admotâ: ut Joan. 15. 5. χωρὶς ἐμοῦ, subaudi ὄντες, *seorsim à me* existentes; vel, *à me sejuncti*, sive *separati*, ut Be. & Pi. accipiunt; & Matt. 14. 20. χωρὶς γυναικῶν, &c. i. e. χωριζόμενον[m]. *Absque lege*, i. e. cognitione & seria Legis consideratione[n]: quum Lex non consideratur[o]: cùm Lex vetans concupiscentiam nondum erat revelata[p]. *Resp.* 3. *Absque lege*, i.e. ante datam Legem per Mosem[q]: quum lex tantùm fuit naturalis, adeóque languida; ac proinde peccatum languidum erat ac minùs ferociebat ac ebulliebat quàm Lege per Mosem latâ, &c[r].

9. *Ego*] i. e. Αὐτὸς ἐγώ, ut dicit infrà v. 25. ille nempe quem sub hoc pronomine, *ego*, significo: i. e. Genus Israeliticum vixit & ante Legem, in Ægypto scilicet. Vide Ezec. 16. 4. & 23. 2†. Loquitur secundùm illud tempus quo Lex Mosis nondum erat data[t]. Sed hoc coactum est. Apostolus h.l. quodammodo transfert ad singulos statum universum generis humani: ut sicut humanum genus primò caruit Lege, postea Legem accepit, saltem in uno populo Judaico; ac tandem vocatum est ad gratiam; sic intelligatur res sese habere in singulis, quorum hìc personam Paulus assumit[v]. ¶ *Sine lege* (i. e. Quamdiu Legem non rectè considerabam[x]: vel, *lege dissitâ*, i. e. seorsim à me exsistente, nec conscientiæ meæ admotâ[y]: vel, cùm Legem Mosis nondum doctus eram[z].) *vivebam* (nempe opinione meâ[a]: videbar mihi vivere[b]: securus eram[n], non terrebar[o].) *aliquando*, Ποτὲ] *Quondam*, Be. Pi &c. *Olim*, Par. vel, 1. tunc cùm adolescere inciperem, & peccare; tunc enim vivebam quasi exlex, ac consequenter peccatum non curabam, non agnoscebam, non æstimabam, hinc ad illud non multum incitabar[p]. Vel, 2. ante conversionem meam, quum nondum cognoveram concupiscentiam esse peccatum[q]: vel, in Pharisaismo, quum non intelligerem, concupiscentias omnes per eam damnari tanquam mortalia peccata[r]. ¶ *Sed cùm venisset* (scil. propiùs ad conscientiam †: vel, in notitiam meam[t]. Quæ habemus & non intelligimus, ea quasi non habemus[v]. *Advenisse* dicit, quatenus cœpit illud rectè considerare[x].) *mandatum*] Nempe illud, *Non concupisces*[y]: *Præceptum* hìc metonymicè est verus præcepti sensus, intellectus & consideratio*, per ætatem & institutionem, *adventu*, h. e. intelligentia & propositione Legis, quæ ignota aut neglecta quasi absens præsenti erat †. Al. Datâ Israelitis Lege[z]. ¶ *Peccatum revixit*; ità Be. Pi.

k Pi. l G. m Tol. n Wil. o Ham. Bra. p Ham. q Q. in Tol. r Tol. † G. t E. sic Me. v E. sic Anselm. in Tol. x V. † T. y Par. z Par. sic Pi. a Tol. Pi. Par. sic V. Be. b Be. in Di. c Di. d V. * G. f E. sim. Par. Tol. g Par. h E. ex Hug. i Tol. k G. l Pi. m Tol. n Par. o Wil. p Me. q Me. T. r V. † Pi. t Orig. in Be. v Tol. ex Chrys. & Amb. &c. sim. E. Par. Gom. V.

x Tol. y V. z E. sic Tol. ex Oecum. Fe. * Pi. a G. c G. sic Gom. d Gom. * E sic Me. T. f T. g Di. h Orig. & Hi. in Tol. i E. k Par. ad v. 7. l Tol. m Ga adv. cap 1. p. 4. n Gom. o Pi. p V. q Tol. ex Chrys. Aug. Amb. sim Di. r Di. † G. t Q in E. v E. x Pi. sim. Par. y Ga. ib. z Me. a Par. b Par. ex Aug. sic E. Be. Pi. &c. n Pi. sim. Vor. o Pi. p Me. q V. r Par. † Ga ib. t E. Me. T. sim. Par. Be. v Par. x Pi. y Pi. Par. * Par. † Gom. z G.

Pi. Ἀνέζησεν] i. e. *Vivere cœpit*, & *quasi sursum atque in lucem emergere*: hæc enim videtur h.l. esse vis Adverbii ἀνω· vel præp. ἀνὰ, sicut in ἀναβλέπειν sign. *suspicere*, &, *incipere videre*. Sic in ἀναβλαστάνειν, ἀνάλλειν, ἐνκαίζω [a]. Sed rectiùs puto legi ἔζησεν [b], ut est in edit. Complut [c]. *Revixit*, tum quia agnitum est, tum quia majores exercuit vires [d]: q.d. excitatum est *, & quasi per antiperistasin invaluit atque exarsit [f]; irritari, se exserere, cœpit nitendo in vetitum [g]. Apertiùs quàm antè convictam habuit conscientiam, magis patuit ejus fœditas [h]. *Revixit*: Ergò mors præced. sopor tantùm fuit [i]. ¶ *Ego autem mortuus sum*] Nempe judicii mei, terroris conscientiæ, & incrementi, ratione [k]. q. d. Hinc Lege prohibente, illinc peccato irritante [l], sensi me mortuum esse [m], & reum æternæ mortis [n]; ac proinde animum despondi [o]. Revelatâ Lege, damnatione dignum me esse cognovi [p]: conscientia mea fuit letaliter vulnerata, cùm antea in cupiditatibus meis securus essem [q]. [Al. Sensus, q.d.] Homines plerique in vitiis suis moriebantur sine ulla spe vitæ melioris, Heb. 2. 15 [r].

10. Et, &c. Καὶ εὑρέθη μοι, &c.] *Et inventum est mihi* (i.e. à meipso †) *mandatum, quod ad vitam, hoc ad mortem*, Mo. *Et repertum est* (*deprehensum est* ipso eventu [t]. Non dicit, *factum est ad mortem*, quia hoc erat non ex ipso mandato, sed ex malitia hominis [v].) *illud mandatum quod* (sub. *erat*, Be. sim. Camer. vel, *ducebat*, Pi. vel, *institutum erat*, P.E.) *ad vitam* (scil. mihi demonstrandam ac procurandam [x], nempe suâ naturâ, si observatum fuisset [y]: ut ego viverem ipsum implendo [z]. Erant præcepta Legis moralia pars ejus obedientiæ quæ Deo debetur: & eo sensu vitam illam æternam non dabant quidem, sed ad eam ducebant. Vide quæ ad Matt. 19. 17 [a].) *mihi* (peccanti scilicet [b]. Sub. *cedere*, P. Be. Pi. Zeg. sic Tol. ex Chrys. Vel, sub. *ducere*, eventu scilicet: quia nimirum ità inolucrat peccandi consuetudo ut majoribus egeret remediis [c].) *ad mortem*, P. Be. Pi. i. e. esse mihi in occasionem mortis [d]: Nota, mandatum non esse causam transgressionis, sed occasionem *.

11. *Nam peccatum*] i. e. Fomes ille peccati [f]: vel, illa consuetudo per speciem quandam juris ad se trahendi res alienas [g]. ¶ *Occasione acceptâ per mandatum*] Sim. Be. Pi. Quia scilicet magìs allubescunt vetita [h]. Vel, *Impunitatem nacta per illud præceptum* cui neque in Decalogo, neque alibi, ulla pœna apposita est. Vide quæ diximus ad Matth. 5. 20 [i]. ¶ *Seduxit me*] i. e. In suas partes me dolosè traxit [k]; aberrare me fecit, longiùs me abduxit à via justitiæ [l]; extra mandati illius viam abduxit, suis videlicet blanditiis [m]: ad peccandum me pellexit [n], specie aliquâ apparentis boni [o], persuadendo, suavius esse cupiditatibus indulgere quàm mandato obsequi [p]. Seductio hæc est ignoratio, & error practicus, qui est in omni peccante, &c [q]. Dicitur præceptum id fecisse cui occasionem dedit. Decepti homines fuere spe impunitatis etiam post hanc vitam à Deo consequendæ: in quo miserè fallebantur; ut & nunc falluntur multi Judæi [r]. ¶ *Et per illud* (scil. mandatum †, i. e. occasione mandati [t],) *occidit me*] Nec mirum, quando & ipsum mandatum occidere dicitur. *Occidit*, morte spirituali, prævaricatorem me faciens qui priùs vivere videbar [v]: in mortiferam Legis transgressionem induxit me [x]. [Aliàs,] reatui mortis æternæ me subjecit [y]: occasionem dedit cur homines non pervenirent ad veram justitiam, & consequenter ad vitam cœlestem [z]. Homo, antea per unum peccatum mortuus, dicitur adhuc mori, quando nova peccata committit, quia hæc mortem augent, &c [a]. Al. *occidit*, i. e. mortis reum me esse ostendit, adeóque sensum mortis in me excitavit [b].

12. *Itaque* (Illatio est ex supradictis [c]. qu. d. Cùm Lex nec affectiones vitiosas, nec mortem, per se gignat, accusari non debet [d].) *lex quidem sancta*] Quia à Deo sancita *, & sanctitatem creaturæ sanciens [f]. Nihil præcipit quod non rectum sit, etsi quædam minùs perfecta permittat. Obstruit os calumniæ, de qua agere cœperat, suprà v. 7 †. ¶ *Et mandatum*] q. d. Et unumquodque mandatum [g], etiam illud præceptum, *Non concupisces* [h]. Lex est comprehensio mandatorum, *mandatum* est pars Legis, &c [i]. ¶ *Sanctum, justum, & bonum*] Hæc tria ferè pro eodem habet [k]: talis autem est Lex, ratione, 1. authoris, 2. doctrinæ, 3. effectorum hìc & in gloria, &c [l]. Distingui tamen hæc possunt [m]: *sanctum*, quoad materiam, quia sancta præcipit [n]; Dei voluntati congruens, Psal. 19. 8. & 119 [o]. purum & mundum [p]; vel à Deo sancitum: *justum*, id est, rationabile [q]; nihil iniqui exigens [r]; justa præcipiens, injusta prohibens †; præcipiens unicuique reddi quod suum est [t]: vel quia præmia pœnásque proponit [v]. *Bonum*, respectu finis [x]; honestum [y], observatorem ipsius bonum reddens [z]; & utile [a] omnibus per se [b], quia, si servetur, vitam præstat [c].

13. *Quod ergò bonum est* (id est, Num igitur mandatum per se bonum [d]) *mihi factum est mors?*] Id est, causa mortis *, metalepsi effectûs, ut v. 7 [f]. Interrogatio hìc negat, q. d. Bonum est mandatum, ergò non est ex se mortis causa [g]. ¶ *Absit*] Absit ut causa mortis æternæ dicatur. Intellige, *causam per se*: nam per accidens causæ impropriè *causæ* dicuntur, cùm occasiones quædam sint potiùs, nec in id datæ, sed arreptæ [h]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ ἡ ἁμαρτία ἵνα φανῇ ἁμαρτία διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατεργαζομένη θάνατον] Syrus sic distinguit, *Sed peccatum, ut conspiceretur quod peccatum esset, est id quod per bonum perficit in me mortem*. Scholiastes Syrus illud, *ut conspiceretur quod peccatum esset*, sic interpretatur, *nè ampliùs specie justitiæ uteretur*. Verùm non tam hìc indicat, quid Deus intenderit per Legem, nempe justitiæ speciem peccato adimere, quàm quid ipsum intenderit peccatum, ubi ipsâ Lege ad mortem efficiendam abuti ausum fuit; nempe seipsum manifestare, & regnum suum jactare. Et huc pertinet quod sequitur [i]. Latini sic distinguunt; *Sed peccatum* (ipsum scilicet quo homo tenebatur [k]) *ut appareat peccatum* (id est, ut quantum sit malum evidenter appareat [l]: vel, dum manifestatur Lege ipsâ, quæ bona est [m].) *per bonum* (id est, occasione mandati, quod in se bonum est [n]: vel, per ipsam Legem [o].) *operatum est mihi mortem*, Vulg. id est, rem bonam vertit in meam perniciem: quod est argumentum insignis malitiæ. Græci verè aliter distinguunt & explicant [p]. Hæc oratio plerisque videtur esse elliptica [q]. *Sed* (vel, *Imò*, Er. P. Be. Pi. &c.) *peccatum* (sub. *factum est mihi mors*, Er. V. Be. Pi. sive, *mortiferum*, P. id est, mortem parit & condemnationem [r]. Vel supple, *fuit verè ac per se causa mortis illius*, G. Hoc supplent ex interrogatione præcedenti †.) *ut appareat* (vel, *appareret*, Er. Il Be. Ca. Pi. Di. vel, *proderetur*, P. Idem φανῇ quod εὑρεθῇ, ut 2 Cor. 13. 7. Et ἵνα est, *ità ut*: significatur enim eventus [t].) *peccatum*, (sub. *esse*, Be. Pi. P. Post ἁμαρτία subauditur ἐστι· priùs videlicet non ità se prodens, & quod proinde veluti mortuum quoddam videri posset: ut dictum v. 9 [v]. Al. Post verba hæc quasi parenthesi interjecta, ἵνα ἁμαρτία φανῇ, repetendus est ἀπὸ κοινοῦ Nominativus, ἡ ἁμαρτία· q.d. *ut peccatum appareret peccatum*: quod nè maneat obscurum, idem verbis seq. exegeticè repetit [x].) *per bonum* (vel, *per id quod bonum est*, sive *erat*, Er. Il. Ti. P. Be. id est, per Legem quæ bona est [y]. Per Legem enim intelligitur quò eat peccatum. Construe cum φανῇ [z].) *mihi adoperatum* (vel, *peperit*, Ca. *gigneret*, Er. P. V. vel, *operari*, Er. *gignere*, Il. Ti. ut sit Participium pro Infinitivo, more Græcorum [a]. Vel, *operatum est*, Q. in Di. vel, *operatur*, seu potiùs, *operabatur*: Participium enim præsens valet etiam Imperfectum [b]. Vel, *operando*, sive *perpetrando*, Val. ad verb. *operans*, Val. Er. vel, *efficiens*, Be. Subauditur hìc ἐστι pro ἦν, post κατεργαζομένη, quæ vox additur explanativè & αἰτιολογικῶς· q. d. utpote quod mihi efficiat mortem, quod mox rursum declaratur. Transfert enim Apostolus culpam omnem mortis à Lege in peccatum, subaudiens id quod est in quæstione attributum, ut in responsionibus ferè fieri solet [c]. Vel, *adducens*. Locutio similis ei quæ suprà 4. 15. φαίνεται, & voces similes, amant jungi Participiis, quæ Latini per Infinitiva vertunt. Sic, φαίνεται καὶ ἀναιδὴς, apud Thucydidem; φαίνομαι προθυμούμενος, apud Demosthenem; φαίνεται συνεργῶν, φαίνεται ποιήσας, apud Plutarchum Numâ [d]. Al. *quippe quod per id quod bonum est mihi efficeret*, ut κατεργαζομένη pendeat à verbo φανῇ, tanquam Nominativus notans causam *: quasi κατεργαζομένη esset pro, ὅτι κατειργάσατο [f].) *mortem*, Mo. &c. id est, condemnationem [g]. Quomodo vitam æternam sperare potest qui nôrit se in eis manere, quæ Deus tam severè vetat [h]? Scopus Apostoli est justificare Legem, dam-

Marginal notes (left column): a Pi. b G. c Be. d Tol. sim. Com. * E. f Me. g Par. h G. i Be. k Gom. l Par. m Par. sic Tol. n Tol. sic Par. E. Mc. Vor. o Vor. p V. q Pi. r G. † Par. t G. v Tol. x Me. y Be. z Tol. a G. b Zeg. c G. d Me. sim. Par. * Tol. f E. Zeg. g G. h E. i G. k Me. l E. m Ee. n Vor. sim. Par. Tol. o Tol. p Par. q Tol. r G. † V. Tol. E. sim. Par. &c. t Me. v E. x Me. sim. Tol. y E. z G. a Tol. b Vor. c Tol. d Par. * Tol. f Par. † G. g E. h G. sim. E. i E. sim. Tol. k E.

Marginal notes (right column): l Par. m E. n Wil. ex Theod. o G. p E. q Tol. r G. † Par. t E. v Wil. ex Theod. sim. Par. x Wil. ex Theod. y Tol. z Wil. ex Theod. sim. Par. a Tol. G. b G. c E. d E. Me. * E. Par. G. Tol. f Par. g Tol. h G. i Di. k Tol. l E. m Tol. n E. o Tol. p E. q Vor. r V. † E. Par. t G. v Be. x Par. y V. z G. a E. sic Er. b Di. c Be. d G. * Pi. f Par. g V. h G.

damnare peccatum : cujus atrocitas & impudentia nusquam magis quàm hîc est conspicua, quia non modò in Legem, sed & per ipsam Legem, peccavit, eâ abutens ad augendam pravitatem, & omnem vitam spiritualem hominibus adimendam, mortémque inferendam. Ubi simul, quantum Lex & gratia differant, conspicitur. Lex enim, etsi sancta, tueri se non potuit, quin à peccato raperetur in usum peccati & mortis. Gratiæ autem ea est potestas, ut omnem peccato vitam & potestatem adimens, ipsam Legem, in eo etiam à quo violata est, justitiæ ac vitæ ministram faciat [i]. ¶ *Ut*, &c. ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία.] Syrus sic, *Ut magis condemnaretur* (quasi ad verbum Græca vertas, *Ut redderetur supra modum reum*) *peccatum per mandatum.* Retulit ἁμαρτωλὸς non ad culpam peccati, sed ad reatum & pœnam : & hoc Legi gloriosum putavit, &c [k]. *Ut* (vel, *Ità ut*, V. vel, Id est *ut*, P. Be. Pi. Exponit enim quid illud sit quod modò dixerat [l]. Sed videtur potiùs innuere, quem finem intendat peccatum, ubi per Legem mortem efficit, quorsum ipsâ Lege ad id utatur; nempe *ut fieret summè peccans*, &c. Quum enim imperium arripuerit peccatum, aspirat, quæ indoles est omnium Principum, ad fastigium imperii. Sicut ergò Principes hoc agunt, ut hostium viribus in suam potestatem redactis, iis ipsis ad regni sui promotionem utantur; sic peccatum hostis sui, hoc est, Legis, potestatem in usum suum convertit : adeò ut quò magis homines justitiam in Lege quærunt, tantò majores fiant peccatores, peccato per ipsam Legem vires suas augente, &c [m].) *peccatum* (Per *peccatum* in hoc capite intelligitur radix peccati concupiscentia [n]. Vel, *ipsum*, P. [ut sit in textu nomen pro pronomine, ut sæpe.] Vel, *illa peccandi consuetudo*, G.) *fieret*, vel *fiat*, (vel, *hinc fiat*, G.) *admodum* (vel, *summè*, P. Pi. *summopere*, G. *majorem in modum*, Er. Il. Ti. *secundùm hyperbolen*, Mo. quàm maximè explicatis omnibus suis viribus [o] : *secundum excessum*, id est, excellenter [p]. Καθ' ὑπερβολὴν usitatum Paulo pro *eximiè*, 1 Cor. 12.31. 2 Cor. 1.8. & 4.17. Gal. 1. 13. Idem est ὑπερβαλλόντως, לְאֹד, Job 15.11 [q].) *peccans* (id est, excellenter & vehementer potens ad peccandum [r]. *Peccans* non est hîc Participium, sed nomen †, adjectivum [t], sive verbale, significans actionem peccandi: nomen autem frequentiam actionis significat. *Peccatum* ergò *peccans* hîc dicitur peccatum multiplicatum & abundans, & in multa alia peccata prorumpens [v]. Possit Latinè dici, *peccator*, vel potiùs *peccatrix*, *peccantia* [x]. Loquitur autem Apostolus de peccato veluti de persona quapiam [y], ut hîc, ità & in superioribus, dum ei tribuit *operari*, *mortuum esse*, *reviviscere*, *seducere*, & *occidere* : Quare & hîc *peccare*, seu *peccatorem esse*, valde apposite ei tribuitur [z]. Sensus est, Adeóque illud ipsum peccatum, in me latens, occasione mandati factum est tanquam ingens peccator, dum in me operatur omnem concupiscentiam, &c [a]. *Peccans peccatum* vocat, ut *scelestum scelus* [b]. Latinè vertas, *peccaminosum peccatum* [c]. [Ca. vertit, *quàm peccantissimum*.] Al. *rea*. Ἁμαρτωλὸς *reum* significat, חַטָּאִים, 1 Reg. 1.21. Non potest *excellentiùs rea* peragi ista consuetudo, quàm cùm ostenditur non aliis tantùm ad tempus nocere, sed etiam ei penès quem est nocere æternùm [d]. Sensus, q.d. Ut evidens sit, quàm perniciosum & scelestum sit ipsum Peccatum*.) *per illud mandatum*, Be. Pi. &c. id est, per Legem quæ concupiscentiam interdicit [f], per quam convincitur Deo summopere displicere [g]. Sensus, Ex Lege demum agnoscitur, quàm scelesta res sit peccatum [h]. Al. sic, Peccatum fit supra modum peccans, quia in nova & graviora peccata impellit, idque Legis occasione; tum quia prohibitione augetur concupiscentia, tum quia gravius fit peccatum, auctum ex contemptu Legis cognitæ: tum demum quia Lex multa præcepta & prohibita facit, quæ talia antea non erant: dum autem non attulit vires implendi, auctæ sunt transgressiones [i]. [Celebris hîc occurrit quæstio, & tum ad reliqua hujus capitis commata intelligenda, tum ad vitæ Christianæ usum, summè necessaria; & proinde hoc loco meritissimè, sed & breviter, tractanda. An Paulus hæc dicit in persona hominis renati, an non renati, sive irregeniti: vel, ut aliis verbis exprimunt, An loquitur in persona hominis sub Lege constituti, an sub gratia.] Quidam volunt, cum loqui

[i] Di. [k] Di. [l] Be. [m] Di. [n] V. [o] Pe. [p] E. [q] G. [r] V. † Er ex Orig. Tol. [t] Er. [v] Tol. [x] E. ex Er. [y] E. Me. sim. Er ex Orig. [z] E. [a] Me. ex E. [b] V. ex Er. [c] Er. [d] G. * Zeg. [f] V. [g] G. [h] Vor. [i] Tol.

in persona omnium hominum, sive renati sint, sive non; sive Judæi, sive Gentiles: alii in persona hominis lapsi & in naturali statu, ut ostendat vires liberi arbitrii; ut Pelagiani : alii, in persona hominis nec prorsus sub Lege, nec penitùs sub gratia, sed qui jam converti cœpit, quasi voluntate & proposito ad meliora conversus, ut Orig. & Basil. in persona hominis pœnitentis, ut Haymo: alii quædam de renato, alia verò de irregenito, accipiunt : aliis perinde est de qua persona accipias, ut Glossæ ordinariæ, & Gorran. qui omnia à v. 18. ad finem de utrovis diverso sensu intelligi posse ait [k]. Alii volunt à v. 15. agi de homine renascente, ut in antecedentibus de irrenato, & initio v. 18. de renato, ut Anton. Coranus Hispanus [l]. De non renatis locum accipiunt omnes veteres ante Augustinum [m]. Ità Orig. Chrys. Theod. Basil. Theoph. & Oecum. Pelagius, & aliquando Aug. & Hieron. qui tamen postea sententiam mutârunt, [de quo vide E. & Per. disp. 21.] De homine agi volunt, qui luctatur quidem cum peccato, sed carnis infirmitate victus succumbit [n] : vel de homine aliquo profano, incontinente, &c [o]. At Faustus Socinus non de quovis irrenato accipi vult, sed *de illo qui in eo statu ad excellentissimum gradum pervenerit*. Additque, *Cavendum velut à peste, nè hic locus de renatis intelligatur.* Sed nihil in illa sententia pestilens esse ostendemus [p]. [De non renatis locum intelligunt Er. Ham. ad vers. 17. &c.] Alii de homine justo sive renato, & sub gratia constituto, locum accipiunt. Ità Aug. & Hieron. Prosp. Greg. Hugo, Lombard. Aquin. Cajet. Sasbold [q]. item Anselm. Primas. Per. La. Me. &c [r]. [Ità Gom. Wil. Par. Calv.] Horum sententia est, Paulum loqui in sua ipsius, sive omnium renatorum, persona. Quæ sanè admodum congrua est textui & scopo Pauli †. Censeo totum hunc locum congruè commodéque intelligi posse de viris justis, etiam sanctis & perfectis [t]. De v. 14. nolim contendere, quamvis de renato intelligam: sed de sequentibus major est disceptatio [v]. [Argumenta verò utriusque sententiæ, quæ unà cum responsionibus, prout Auctores mei suggerunt, fideliter & sine omni studio partium, aut hîc, aut ad singulos versus, describam, sic se habent. Pro prima sententia, quæ est, Paulum in persona irrenati hîc loqui, hæc militant.] 1. Scopus loci, qui est ostendere fideles non esse sub Lege, sed sub gratia, ut patet ex Rom. 6.14. & ex initio hujus capitis, & propterea miseria eorum hîc describitur, qui adhuc sub inefficaci Legis disciplina constituti sunt. Lex nimirum, licèt ad peccati cognitionem aliquámque improbationem adducere soleat, non potest tamen quenquam per se à peccati servitute liberare, nec vires piè sanctéque vivendi cuiquam subministrare; nec consequenter justitiam & vitam alicui conferre. Hoc enim proprium est gratiæ Evangelicæ, quæ sola & hominem omni reatu absolvit, simúlque efficax justitiæ studium in ipso operatur [x]. Scopus Apostoli est ostendere inefficaciam Legis, quæ adeò non tollit peccatum, ut illud potiùs augeat. Id autem aptissimè ostendit exemplo hominis irregeniti, in quo regnat peccatum [y]. Resp. Scopus ejus est, ostendere Legem esse bonam & justam, & ex hominis infirmitate manare, quòd ipsi aliam se præbeat. Ut ergò perfectionem Legis monstraret, exemplum dat in homine renato, quòd talis non potest Legem servare, nedum irregenitus [z]. 2. Textûs cohærentia à v. 7, &c. Non enim seipsum, qualis jam tum erat, sed alium aliquem Legis sectatorem, sub persona sua, describi apparet [a] ex v. 9. *sine lege olim vivebam* [b] : quum Paulus nunquam sine Lege, aut Legis cognitione, vixit; quippe qui Judæus erat, & accuratè institutus, &c [c]. 3. Gravissimum argumentum est, antithesis aliorum Scripturæ locorum, in quibus homini renato ea tribuuntur quæ planè contraria sunt iis quæ hoc loco Apostolus sibi tribuere videtur. Vide Matth. 7.21. &c. Joh. 14.11, &c. & 15.11, &c. Rom. 6.2, 18, 22. & 8.1, 2, 4.15. Gal. 5.17, &c. 1 Joh. 2.3, &c. & 3.3, &c [d]. [Hujus generis hæc mali moris indicia numerant;] quòd dicit, *se carnalem esse, & venundatum sub peccato*, v. 14. *se non bonum facere, sed malum*, v. 15, 19. *se captivum esse legis peccati*, v. 23. & *detineri à corpore mortis*, hoc est, à mortifera peccati massa*, *peccatum in se habitare*, v. 20 [f]. *in se non esse bonum*, v. 18 [g]. *se miserum esse, &*

[k] Wil. quæst. 36. [l] Gom. [m] Vor. sim. Pelag. in E. [n] E. [o] Par. dub. 3. [p] Gom. [q] E. [r] T. † E. [t] Per. [v] Gom. [x] Vor. [y] Tol. in Wil. [z] Wil. [a] Vor. sim. Ham. [b] Ham. [c] Vor. [d] Vor. sim. Ham. ad v. 7. * Vor. [f] Q. in Gom. [g] Q. in Wil.

liberationem adhuc quærere [h]. [De quibus fusiùs agendum suis locis. Hæc primæ sententiæ momenta. Secundæ autem sententiæ argumenta sunt quæ sequuntur:] 1. Apostolus perpetuò (per totos 12 versus [i]) de seipso in prima persona loquitur [k], nec apice ullo innuit, se de alio loqui. Nimis ergò audax est hæc fictio [l]. Resp. De alio sub sua persona aliquem loqui usitatum est. Vide 1 Cor. 6.12. & 10.25. & 13.1. &c. Gal.2.18 [m]. At hîc de se loquitur non in præterito, ut antea [n], v.7. *peccatum non cognovi* [p]; v.9. *vivus eram* [q]; v. 10. *peccatum seduxit me* [r]; ut qui aliquando fuerat sub Lege †: sed in præsenti tempore [t], v. 14. *ego sum carnalis* [v]; sic *volo*, *consentio*, *delector*, &c [x]. & constanter verbis præsentibus utitur. Non ergò de se loquitur qualis fuerat olim in Pharisaismo, sed qualis tunc erat [y]; nec præteritum, sed præsentem, suum statum describit [z]. Hæc temporis mutatio simul statûs indicat mutationem in eodem homine, qui priùs sub Lege, & per Legem transgressor factus, postea ad statum gratiæ translatus, adhuc tamen experitur in se pugnam carnis & spiritûs. Hoc argumentum robur accipiet ex dicendis v. 17. & 20 [a]. 2 Collatio Rom. 8.1. cum hoc loco [b]: ibi enim docet, hominem in Christo renatum non ampliùs esse obnoxium damnationi, quamvìs adhuc carne serviat lege peccati. 3. Connexio cum superioribus. Docere vult, Etsi renati non sint sub Lege, cujus occasione peccatum irritatur, &c. peccatum tamen in iis non penitùs exstinctum esse, &c †. 4. Multa hîc sunt quæ ad hominem irrenatum nullo modo pertinent [c]: ut quòd de se dicit, se *velle bonum*, *nolle* & *odisse malum*, v.15,16,18,19,20 [d]; se *non ampliùs perpetrare malum* *; *delectari lege Dei*; sentire in se luctam carnis & spiritûs; se *mente legi Dei servire*, &c [f]. Quâ fronte dicet hæc Judæus, qui prædicans non furandum, non mœchandum, &c. tamen mœchatur, furatur, &c? Quare ad personam hominis sub Lege constituti hæc non pertinent [g]. Firmissimum quoque est argumentum, quòd liberari cupit, & gratias agit Deo per Christum, v. 24. Nam commentum illud Socini, *Apostolum, nè quis ipsum suspicaretur ità exclamâsse*, Miser ego homo, &c. *statim per parenthesin hæc verba adjungere*, Gratias ago Deo, &c. omnino violentum est & alienum: quemadmodum res ipsa loquitur, utramque exclamationem per parenthesin similiter insertam, non à se mutuò discerptam [h]. [Sed hæc in genere dicta sufficiant, pergendum ad explicationem hujus versûs.]

14. *Scimus enim*] Hæc ratio præcedentia spectat & sequentia. Excusat omnem Legem Dei à noxa; & vim peccati inhabitantis aggravat [i]. Probat quod dixerat, non Legem esse causam mortis, sed peccatum, &c [k]. Ostendit jam causam cur ex Lege aliud in homine consequatur quàm id quod per se Lex propositum habet [l]. Alia, inquit, natura est Legis, alia magnæ partis hominum [m]. ¶ *Lex est spiritualis*] Sic dicitur; 1. quia à Spiritu Sancto profecta est [n], vel à Deo, qui est Spiritus purus [o], nullísque malis affectibus obnoxius, Joh. 4.24. Etiam de humana lege agens Aristoteles Polit. 3.16. ait *eum qui legem præficit rebus, Deum ipsum præficere, quia lex sit* ἄνευ ὀρέξεως νοῦς. *Legem in mente habitare* ait Schemtob [p]. 2. Quia dirigit hominem ad cultum Dei, qui spiritus est [q]. 3. Quia impleri non potest nisi per Spiritum & gratiam à viris spiritualibus [r]. 4. Quia est spiritualis gubernatio, regens non tantùm locomotivam, sed etiam cor †, sive spiritum hominis [t]; quia mentem & interiorem hominem respicit, & ab eo quod Deo & proximo debet requirit; non adeò quidem ut externus cultus nullus sit, sed ut interior sit exterioris norma. Spiritum Paulus suo more carni opponit, i. e. cœlestem & integram naturam terrenæ, sive peccati jugo mancipatæ. Indè fieri dicit ut peccatum per Legem irritetur. Eam autem esse conditionem, quamvìs non omni ex parte, tamen aliquatenus, in regeneratis, probat [verbis sequentibus] suo ipsius exemplo; nedum ut melior sit non regeneratorum status: simúlque hâc occasione ostendit quis sit Legis usus sub Gratia, & quatenus diremptum sit pristinum illud conjugium *. 5. Quia spiritualiter accepta hominem ducit & præparat ad Legem Evangelicam, quæ est Lex gratiæ & Spiritûs [v]. 6. Quia spiritualia præscribit [x], sive ea quæ Spiritûs sunt [y], scilicet virtutes sectari, vitia fugere [z]; quia præscribit spiritualem, h. e. Angelicam sive Divinam, integritatem [a], vel obedientiam à Spiritu Dei profectam [b]: quam expositionem postulat sequens antithesis [c]. Quia affectum requirit purum erga Deum [d]. Lex est spirituale judicium, i.e. arguens non tantùm externa delicta, sed etiam cordis immunditiem *. ¶ *Ego autem carnalis sum*] i.e. Major pars Judæorum affectibus abripitur qui ex carne oriuntur. Sic σαρκικαὶ ἐπιθυμίαι, 1 Pet. 2. 11 [f]. Dictum in persona, vel, 1. hominis ante Legem, sive sub Lege [g]. *Carnalis*, i. e. vivens secundùm carnem [h]. Renati autem tales non sunt [i], Rom.8.1 [k]. Vel, 2. renati [l]: qui *carnalis* dicitur non simpliciter, sed secundùm quid [m], & ex parte; quam limitationem ipse faciet totâ sequente luctâ, præcipuè v. 17,18. ubi se à peccato & à carne discernet [n]; quomodo & Corinthii renati, quippe infantes in Christo, *carnales* dicuntur 1 Cor. c.3. v. 3 [o]. Et nihil in hoc miri, quia se considerat comparatè cum Lege, quatenus ab ea dissidet [p]. *Carnalis*, non mente, sed carne adhuc concupiscente adversùs spiritum [q]; qualis homo simpliciter spiritualis est [r]. *Carnalis* dicitur, 1. naturâ †. 2. Quia gestat carnem adhuc corruptibilem [t]. 3. Ob infirmitates carnales [v], & reliquias carnis, seu peccati originis, quas fideles adhuc mortificare jubentur, Rom. 8. 13. Col. 3. 5 [x]. quia illicitos concupiscentiæ motus nolens sentit & patitur [y]. Est ergò ingenua confessio imbecillitatis suæ [z]. ¶ *Venundatus*, &c. Πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν] *Venundatus*, sive *Venditus*, (vel, *Addictus*, Er. vel, *Mancipatus*, J. Cap. sic Ca. Passivum hoc, πεπραμένος, habet vim reciproci, ut discimus ex 1 Reg. 21.10. ubi in Heb. est Hithpahel, התמכרך וגו׳, *vendidisti te ad malè agendum:* at in Græco est, πέπρασαι, &c. i. e. *tradidisti te*: quæ ipsa verba indè desumpta habes, & 1 Mac. 1. 17. Licebat jure Hebræo semet in servitutem vendere. Quia verò ex venditione sequitur traditio cum dominio, ideo *venditionis* nomen pro illis consequentibus usurpatur etiam ubi venditio non intercessit. Sic Deus dicitur Israelitas ob peccata *vendidisse inimicis*, Deut. 32. 30. Jud. 2. 14. & 3. 8. & 4. 2. Sic & Esa. 50. 1. Sic pari tralatione *hominem mancipatum vitiis* dicunt Latini. Quod hîc est *vendere*, infrà dicitur αἰχμαλωτίζειν. Servi enim fiunt duobus modis, venditione, & belli jure: effectus idem [a].) *sub peccato*, Vulg. Tre. Mo. vel, *sub peccatum*, Er. Il. Ti. P.V. vel, *peccato*, J. Cap. Ca. vel, *ut subjicerer peccato*, Be. Pi. in servitutem & jugum peccati [b]; concupiscentiæ carnis perinde obnoxius atque servus emptitius [c]. [Et hoc, vel, 1. de non renato.] Sensus, qu. d. Mancipium sum & servus peccati [d], in quo peccatum dominatur *. Similes sunt Achabo, de quo Elias id prædicat, 1 Reg. 21. 20. *vendidit se*, &c [f]. At dicitur vir justus *venundatus sub peccato*, non à seipso, sed à primo parente, &c [g]. Imò & à seipso [h]. Fideles autem dicuntur *peccato mortui*, & *à peccato liberati*, Rom. 6. 2, 18, 22 [i]. [Vel, 2. de renato.] Sensus, q. d. constitutus sub potestate peccati instar venundati mancipii [k]: addictus obsequio peccati [l], servus peccati [m]; non tamen simpliciter [n], sed *carne* tantùm, ut ait v. 25 [o]. Est mancipium tyranno non sponte obsequens, sed repugnans, nec nisi invitum obtemperans; qui imperium & jussa ejus nolit, oderit, quantumvìs sæpe seu constrictus loris in aliquod obsequium nolens volens abripiatur. Renati, licèt quoad conditionem gratiæ sint liberti Christi, à peccati dominio redempti, nondum tamen vinculis peccati inhabitantis penitùs exsoluti; sed *venditi sunt sub peccatum*, respectu tum, 1. originalis corruptionis, quâ omnes naturâ filii iræ exsistentes sub peccati sunt potestate: tum, 2. infirmitatum carnalium, quas facilè sentiet qui cor suum excutiet, &c [p]. Docet hæc phrasis, corruptionem non esse à prima creatione humanæ naturæ, sed ab ultroneo protoplastorum lapsu, &c. Servi fiunt homines aut quia ex servis nati, aut quia se sponte dedunt in servitutem, &c [q].

15. *Quod*, &c. Ὃ γὰρ κατεργάζομαι οὐ γινώσκω] Probationem adnectit utriusque dicti, quòd & Lex sit spiritualis, & homo carnalis, &c [r]. Proponit se quasi divisum per contraria actionum principia, &c †. *Quod enim adoperor* (vel, *ago*, Er. Il. Tre. Ca. &c. vel, *perpetro*, P. Be. Pi. Par. in malam partem. Nam opus peccati hoc verbo etiam notavit, v. 8, 13. de bono tamen opere usurpat

[h] Q. in Gom.
[i] Par d. b.
[k] Q. in Tol. sim Par. Wil.
[l] Par.
[m] Vor.
[n] E. sic Par. Gom. Wil.
[p] E.
[q] Par. Wil.
[r] Wil.
† E.
[t] E. sic Par. Gom. Wil.
[v] E. Wil.
[x] Wil.
[y] Par.
[z] Gom.
[a] F.
[b] Wil. ex Aug.
† E.
[c] E.
[d] Par. sic Gom.
* Gom.
[f] Par. sim. Gom.
[g] E.
[h] Gom.
[i] Par.
[k] Me. sim. Tol.
[l] G.
[m] G. sim. Gom.
[n] Gom.
[o] G. sic Theod. in Wil.
[p] G.
[q] Me.
[r] Me. sim. Per. ex Aug Vor.
† Strig.
[t] Me. Per. ex Caj.
* Ec.
[v] Me.
[x] T. ex Chrys.

[y] Tol.
[z] T. ex Chrys. Me. sim. Tol.
[a] Par. sic Wil. ex Chrys. Calv.
[b] Pi.
[c] Pi. sim. Par.
[d] V.
* Strig.
[f] G.
[g] Tol.
[h] Tol. Vor.
[i] Q. in Gom.
[k] Ham.
[l] Gom. Wil.
[m] Gom. Par. E.
[n] Par.
[o] Par. dub. 3.
[p] Gom.
[q] Me. ex E.
[r] E.
† Pi. J. Cap.
[t] Per. sim. Par.
[v] Par.
[x] Gom.
[y] Per.
[z] Par.
[a] G.
[b] Er. V.
[c] V.
[d] Vor.
* Tol.
[f] G. sim. Ham.
[g] Per.
[h] Tol. ex Orig.
[i] Vor.
[k] Di sim. Par.
[l] E.
[m] E. Me
[n] E. Gom.
[o] Me. ex E.
[p] Par.
[q] Be.
[r] Tol. sim. Be.
† Par.

pat, v. 18 [t].) *non cognosco*, Mo. vel, *agnosco*, Tre. ex Sy. P. Be. Ca. Pi. Aversor ut alienum, meæque vitiositati tribuo [v]. Vel, *probo*, sive *approbo*, Er. Il. Ti. V. Be. D. J. Cap. Per. sub. *id*, J. Cap. Nam sic ידע sumunt Hebræi, Psal. 1. 6. Ose. 8. 4. & Hellenistæ γινώσκειν, Sirach. 18. 28. Matth. 7. 23. ubi alia loca attulimus [x]. Aversor, tanquam Legi adversum [y]. Sensus, q. d. Facio quæ mente non approbo, & facienda non esse judico [z]; ago contra proprium judicium & scientiam [a]. Vel, *non cognosco*, hîc est, non consentio [b], quin potiùs improbo, repugno [c], nolo [d]. Non ad intellectum hoc referendum est, (nam & mali sæpe faciunt quæ non approbant;) sed ad effectum, [lege *affectum*] ut patet ex sequentibus; ubi est, *velle, nolle, odisse* [*]. Sensus, q. d. Per rationem & voluntatem non approbo opera & motus concupiscentiæ meæ [f]. Talis [qualis hîc describitur] est Medea apud Euripidem. Καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾶν μέλλω κακά· Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων, (*Sat scio quæ admissurus sum mala. Sed affectus consiliis meis fortior est.*) Et apud Ovidium, —*video meliora proboque Deteriora sequor.* Et Laius in Tragœdia, Λέληθεν οὐδὲν τῶνδέ μ' ὧν σὺ νουθετεῖς· Γνώμην δ' ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται, (*Non me latent ea de quibus me mones: Sed natura me de sententia mea violenter depellit.*) Quæ Græca loca ad hanc rem adducit Clemens Strom. 2 [g]. Hoc autem non alleviat peccatum, sed plurimùm exaggerat [h]. Plutarchus [enim] corrigens illud ex Tragœdia Atreo, Αἶ αἶ, τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακὸν, Ὅταν τις εἰδῇ τ' ἀγαθὸν, χρῆται δὲ μή, (*Heu heu, hominibus divinitus immissum est hoc malum, Ut cernat quod bonum est, sed non agat*) ait, Θηριῶδες μὲν οὖν καὶ ἄλογον καὶ οἰκτρὸν, εἰδότα τὸ βέλτιον ὑπὸ τοῦ χείρονος ὑπ' ἀκρασίας καὶ μαλακίας ἄγεσθαι [i], (*Belluinum est & rationi dissonum atque miserandum, cùm aliquis sciens quid melius sit, per incontinentiam & mollitiem ad deteriora abripitur.*) Rectè ait, ἐξ ἀκρασίας· multò enim plures sunt ἀκρατεῖς quàm ἀκόλαστοι. Et describuntur hîc homines ex majore sui parte. Vide quæ diximus ad Matth. 13. 9. In hoc loco γινώσκειν quod in illis quo attulimus μανθάνειν, μὴ λεληθέναι, εἰδέναι, γνώμην ἔχειν. Plautus Trinummo, *Scibam ut esse me deceret, facere non quibam miser* [k]. Simplicius in Epict. de illo Medeæ, Χρὴ οὐ μὴ δοξάζειν μόνον ὀρθῶς καὶ ὀρέγεσθαι, καὶ ἐκκλίνειν ἐπὶ πολλὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔργα σύμφωνα, &c. (*Non sufficit rectè intelligere, & bene velle, nisi & opera rectis sententiis congruant.*) Donec id fiat, sunt tantùm ἀρχόμενοι παιδεύεσθαι, *qui discere incipiunt*; ἁμαρτάνουσι, καὶ ἑαυτῶν ἐγκαλοῦσιν, *peccant, & se accusant*, &c [l]. Hujusmodi pugnam sentiunt etiam irregenti. Seneca, Epist. 52. *Quid est hoc, Lucili, quod nos aliò tendentes aliò trahit? & eò unde recedere cupimus impellit? Quid colluctatur cum animo nostro, nec permittit nobis quidquam semel velle? Fluctuamus inter varia consilia: nihil libere volumus, nihil absolutè, nihil semper* [m]. ¶ *Non*, &c. Οὐ γὰρ, &c.] *Non enim quod volo* (nempe bonum [n]; quod Vulgatus hîc addit [o]. Θέλω rectè vertas potentialiter, *vellem* [p], secundùm ea quæ diximus ad Matth. 26. 39. quanquam & in Indicativo sumi potest, dum nôris non agi hîc de certa constitutione decretóque voluntatis [q], sed de levi desiderio [r]. Sunt in peccante hujusmodi velleitates & voluntates imperfectæ circa bonum, quibus bonum vellet, absolutè tamen non vult, alioqui opus sequeretur. Similis est voluntas mercatoris in tempestate projicientis merces in mare; hic enim vellet eas retinere, sed absolutè non vult †.) *hoc ago*, Be. Pi. Non perficio id quod mente amo [t]. Vellem bona multa & magna facere alacriter & expeditè, sed, invalescente concupiscentiâ, non possum efficere [v]. Agunt εἰς τὸ θελητικὸν (*in Voluntatem*) & Mens & carnales Affectus, sed hi, ut propiores τῷ θελητικῷ, agunt validiùs; at Mens languidiùs, nisi magnis adjuta præsidiis. Arrianus Epicteteorum 2. habet huic similem, ἐπεὶ γὰρ ὁ ἁμαρτάνων οὐ θέλει ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ κατορθῶσαι, δῆλον ὅτι ὃ μὲν θέλει οὐ ποιεῖ, καὶ ὃ μὴ θέλει ποιεῖ [x], (*Cùm enim peccans nollet peccare, sed bene agere, manifestum est, eum quod vellet non facere, & quod nollet facere.*) Hinc constat, hunc non esse renatum, quia renati faciunt bonum quod volunt, Phil. 3. 2 [y]. iis datur non tantùm velle, sed & perficere, Phil. 2. 13 [z]. Resp. Renati faciunt quidem bonum, sed non perfectè, & omnibus viribus, ut desiderant [a]. Renatorum est, Bonum velle, & plerumque, sed non semper, facere; Item,

[t] Par. [v] Ca. [x] G. [y] Par. [z] Tol. sim. Per. [a] Tol. [b] E. sim. Per. [c] E. [d] Per. [*] E. [f] Me. sim. E. [g] G. sic Ham. [h] Ham. [i] G. sic Ham. [k] G. [l] Ham. [m] J Cap. [n] Par. [o] Be. sic Tol. [p] G. sim. Tol. Per. [q] G. [r] G. Per. † Tol. [t] Me. ex E. [v] T. [x] G. [y] Q. in Gom. [z] Q. in Par. [a] Gom.

Peccatum nolle, & aliquando facere [b]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ὃ μισῶ] Intellige μισῶ, sicut modò θέλω, de motu quodam subitaneo & facilè evanescente [c]. *Sed quod odi*, (nempe malum: quod addet v. 19 [d]. & Vulg. hîc addit. *Quod odi*, i. e. quod nollem me facere [*],) *hoc facio*, Be. Pi. Carne operor id quod mente odi [f]. Volo non concupiscere, nè carne quidem, sed id non præsto [g]. *Facio* significat hîc actionem hominis imperfectam [h]. *Non agnoscere, odisse, non velle, nolle*, idem valent Apostolo; scil. peccatum cum aversatione admittere. Non se accusat de flagitiis aut vita scelesta, sed agnoscit varias in se infirmitates, ignorantias, defectus in diligendo Deo & proximo, quos sancti in se sentiunt & deprecantur cum Davide, *Peccata quis intelligit?* Psal. 19. 12. *Nè ingrediaris in judicium*, &c. Psal. 143. 2. Qui sentire se negant, sunt insani hypocritæ [i]. Non loquitur de studiis & actionibus externis, nam Paulus honestè vixit; sed de primis motibus, h. e. subitis cogitationibus & repentinis cupiditatibus malis; à quibus nemo immunis. Nam, *primos motus*, inquit Ambros. *frænare difficile, tollere impossibile.* Rectè ergò Aug. de h. l. *Facere se dixit, non affectu consentiendi & implendi, sed ipso modo concupiscendi* [*].

16. *Si*, &c. Εἰ δὲ, &c.] *Quòd si id facio*, &c. Be. Pi. *Quandoquidem ea facio quæ facere nollem*, G. sub. *edoctus per legem, Non concupisces* [k]. ¶ *Consentio* (σύμφημι est, *assentior*, etiam Sophocli & Euripidi. Tum verò Hebræis *dicere* est, *cogitare* [l]. Vel, *Suffragium fero*, Sy.) *legi, quoniam* (vel, *quòd*, Pi. &c.) *bona est*] Ex lucta voluntatis bonæ & facti mali infert utrumque membrum [versûs 14.] prius hîc, posterius v. seq [m]. Probat, Legem spiritualem & bonam esse. Hæ enim voluntates sunt approbationes Legis, &c. Nollet facere, quia malum esse judicat & peccatum; ideóque Legem, quam transgreditur, bonam esse [n]. Malum improbat ex amore & reverentia & approbatione Legis [o]. Ut illi de quibus Satyricus, *Virtutem videant, intabescántque relictâ* [p]. Sensus, q. d. Si concupisco nolens & invitus [q], mens & voluntas mea integra est [r], quia Legi adhæret †, & conformis est [t]. Consentio Legi, non solùm intellectu judicans quòd bona sit, sed & voluntate me ei conformans: quod utique est hominis renati. Idque ampliùs ostendit sequens pericope [v]. Consensus hic non est qualis illa Medeæ, *Video meliora*, &c. item, *Quæ nocitura sequar, fugiam quæ profore credam.* Illi enim, ex judicii contradictione, coacti faciunt, quòd subscribunt in Dei justitiam, à qua sunt alioqui prorsus alienâ voluntate; at pius serio & promptissimo pectoris desiderio consentit, bonum amat, peccatum odit, & nihil mallet quàm in cœlum evolare [x].

17. *Nunc*, &c. Νυνὶ δὲ οὐκ ἔτι, &c.] *Nunc itaque* (i. e. post Legem datam [y]. Infert alterum, nempe se carnalem esse [z]. Repete ἀπὸ κοινοῦ, *Sed quod perpetro, id nolo* [a].) *non ampliùs ego* (ut homo [b], i. e. ex imperio & consensu rationis [c]: vel, *ego* voluntate scilicet quâ aversor [d]; *ego* juxta interiorem hominem seu mentem. Hîc enim incipit hominem istum in duos quasi homines dividere [*]; *non ampliùs homo*, totus scilicet. Est enim aliquid in homine quod repugnat: quod quid sit jam explicabit [f].) *id perpetro*, Be. Pi. vel, *malè ago*, G. Hoc certè homo sub Lege dicere non potest: talis enim non solùm carne, sed etiam mente ac voluntate, ac proinde simpliciter, operatur malum [g]. Hic locus palàm evincit, de regenitis hîc agi [h]. ¶ *Sed quod habitat in me* (quâ phrasi significat, illud jugiter adesse aut inesse homini, nec durante hâc vita exstirpari posse [i]:) *peccatum*] i. e. Vis peccati, quod suprà *affectus peccati* dixit [k]; vel, concupiscentia mihi insita [l]: quæ hîc *peccatum* dicitur, ideóque in renatis habet rationem peccati [m]. Vel, natura mea corrupta [n], vel inolita illa pridem peccandi consuetudo, quam & *naturam* dici ex Eveno & aliis ostendimus, de J. B. & P. 2. 12. 26. Bene autem huic consuetudini additur οἰκεῖν· ut & infrà v. 18, 20. *Non divertit apud illos nequitia, sed habitat*, ut Senecam imitemur. Sed contrà in emundatis *habitat Spiritus S.* Rom. 8. 9. 1 Cor. 3. 16 [o]. in renatis non habitat peccatum: nam *habitare* dominium denotat [p]. Resp. 1. *Habitare* nihil aliud denotat quàm inesse, & durare tanquam in domicilio. 2. Peccatum in renatis dominium habet, sed imperfectum tan-

[b] Par. [c] G. [d] Par. sim. Be. [*] Tol. [f] E. [g] E. sim. Me. T. [h] Me. [i] Par. [*] Gom. [k] V. [l] G. [m] Par. sim. Tol. [n] Tol. [o] Par. [p] G. [q] Me. [r] Me. sim. T. † Me. [t] T. [v] E. [x] Calv. [y] G. [z] Tol. sim. Par. [a] Par. [b] E. sic T. [c] E. sim. Me. [d] Par. [*] Vor. [f] G. [g] E. ex Aug. [h] Calv. [i] E. [k] V. [l] E. sic Me. T. [m] Be. [n] T. [o] G. [p] Q. in Gom.

tùm & ex parte [q]. Ostendit h. l. se divisum esse, nec totum peccare, sed eâ tantùm parte quâ carnalis est[r]. Al. Sensus loci, q. d. Quòd homo nolens & invitus malum facit, non est ex natura ipsa, quam à Deo accepit, sed ex veteri homine, sive carne vitiatâ peccato, quo detinetur, & à quo non per Legem, sed per solum Christum, liberamur †. Non est deprecatio se excusantis, acsi culpâ vacaret, sed est testificatio quàm longè dissentiat à carne sua spirituali affectu [t]. Impudentes sunt, qui dicti hujus prætextu scelera sua excusant, &c [v]. & in carnem suam ea rejiciunt [x].

18. *Scio*] qu. d. Ingenuè confiteor imbecillitatem meam [t]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι οὐκ οἰκεῖ, &c.] *Quòd non habitet* (i. e. sedem fixam habeat. Significat bonum propositum in se ità fixum & constans non esse, quin adversis concupiscentiæ flatibus sæpiùs interturbetur [v].) *in me, hoc est, in carne mea*, (i. e. vel, 1. in parte mea sensitiva [x]; vel, 2. quatenus carnalis sum [y]; vel in parte non renata, i. e. mente, voluntate, affectu, &c. quatenus nondum sunt regenerata [z]. Observa *carnis* acceptionem Apostolis usitatam pro toto homine, quatenus est carnalis & corruptus. Corruptio autem non in sola carne est, ut ab anima distinguitur, licèt in carne maximè appareat ob rebellionem membrorum; verumetiam ac potissimùm in ipsa anima: cujus utique sunt vitia spiritualia, ut superbia, invidia, &c. quæ *opera carnis* vocantur, Gal. 5. 19 [a]. *Homo* cùm nominatur, modò totus intelligitur, modò κατὰ συνεκδοχὴν tribuitur id nomen partibus. Sic quod hîc dixit, *in me*, interpretatur de *carne & affectibus ex carne orientibus*. In his vix quicquam erat boni, quanquam in Mente erat aliqua boni cognitio, ut jam ampliùs dicet. At in Christianis, quales plerique erant primis illis temporibus, ipsi etiam affectus erant correcti per Fidem ac Spiritum, & *corpus ipsum habitaculum erat Spiritûs Sancti*, 1 Cor. 6. 19. non minùs quàm olim Templum erat Majestatis Divinæ habitaculum. Rectè diximus σάρκα etiam affectus includere; imò sæpe pro illis solis sumitur, ut 1 Cor. 5. 5. Tertul. locum sic explicat, *Nam etsi habitare bonum in carne sua negavit, sed secundùm legem literæ in qua fuit: secundùm autem legem Spiritûs, cui nos annectit, liberat ab infirmitate carnis. Lex enim, inquit, Spiritûs vitæ manumisit te à lege delinquentiæ & mortis* [b].) *bonum*] i. e. Boni moralis & spiritualis serium studium [c]: vel aliquid quod ad bonum faciendum inducat, sed quod potiùs ad malum faciendum impellat [d], & à bono exequendo retrahat [*]. Hæc verba accipi possunt, vel, 1. de homine flagitioso: quod difficilem habet explicatum: nam neque in mente, neque in carne istius, habitat bonum, sed totus prorsus impurus est. Bonum autem hîc non quodvis intelligi possit, sed illud quod pertinet ad concupiscentiam, de qua sermo est: id verò duplex est; 1. pravas concupiscentias non habere: 2. eas non perducere ad effectum: flagitiosus autem neutrum bonum habet [f]. Vel, 2. de homine justo [g]: quod perfacilem habet intellectum: caro enim in eo manet infirma, & ad malum inclinans [h]. His verbis declarat, se omnia ea dixisse de se secundùm carnem, & non absolutè [i]. Non erat cur hoc de non renato diceret: quis enim nescit in tali homine bonum non habitare [k]? ¶ *Nam*, &c. Τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι] *Nam velle* (scilicet bonum [l], quod ἀπὸ κοινοῦ repetendum [m]; sub. *quidem*, Pi.) *adest* (vel, *adjacet*, Mo. Par. nam παράκειται plus est quàm πάρεστι, notátque feriam προαίρεσιν rectè agendi, sed quam caro impedit [n]. Vel, *inest*, Ca. vel, *facile est*, Sy. in Di. Sed de facilitate nihil in textu: verbo enim ποιεῖν indicat, perpetuò sibi adesse ut velit bonum, non adesse semper ut præstet [o].) *mihi*, Er. Il. P. Ti. Be. Pi. Prompta voluntas, seu facultas appetendi bonum, est in me[p]. *Mihi*, intelligendum limitatè, non totiᵍ: sed vel, 1. *mihi*, quoad superiorem partem [r], sive mentem [x]. At *velle* non rationi seu intellectui, sed voluntati, convenit [y]. Vel, 2. *mihi* renovato per gratiam [z]: de quo eum loqui hinc constat [a]. Hinc argumentabantur Pelagiani, initium boni operis, quod est velle bonum, esse à nobis, & à nostro libero arbitrio. Quibus apertè contradicunt loca, 1 Cor. 3. 5. Phil. 1. 6. & 2. 13 [b]. Sic quoque Apostolus ex his & seq. verbis perperàm concluderet, nihil boni in se habitare, &c [c]. ¶ *Perficere*, &c. Τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν, οὐχ εὑρίσκω] In MS. οὐχ εὑρίσκω est [i], nempe παράκειται [d]. [Verba sic reddunt,] *Sed ut quod bonum est perficiam* (vel, *faciam*, Er. Sed κατεργάζεσθαι plus est quàm ἐργάζεσθαι [*]. Ut totum bonum quod volo faciam [f], perfectè, ut Lex flagitat & ego desidero [g],) *non assequor*, Be. Pi. vel, *possum*, V. Vix ac non vix exsequi possum [h]. [Sensus,] Longè à me abest bene agendi vis [i]. Bonum perficitur quando completur opere, & absolutâ voluntate [k]. Non intelligit sibi nihil esse præter inefficax desiderium, sed efficaciam operis negat respondere voluntati: quia remoram injicit caro, nè exactè faciat quod facit [l]. Adest mihi volendi promptitudo, non perficiendi facultas. Obj. Utrumque Deus operatur in suis, Phil. 2. 13. Resp. Ità sanè, sed non pari gradu nec extensione [m]; non semper, nec quovis actu particulari, sed *pro suo beneplacito*, ut ibi additur [n], plus *velle*, ut scil. omne bonum velint, quò hoc regenerationis suæ sensu fulciantur; quàm *perficere*, quò corruptionis suæ sensu humilientur [o]. Longè plus obedientiæ volunt, vovent, optant, quàm aut præstant aut præstare possunt. Inst. At simpliciter negat, se τὸ κατεργάζεσθαι reperire. Resp. Non universalis, sed indefinita, est hîc oratio, sicut & v. seq. Sensus non est, se nullum bonum facere quod vult, sed sæpiùs quàm animo suo gratum sit, contingere ut bonum velit, nec tamen præstet. Adde quòd in optimis operibus aliquid est imperfectionis, sive defectus boni [p]. Lucta hæc est carnis & spiritûs: voluntas bonum eligit, caro effectum intercipit [q].

19. *Non enim quod volo bonum*, &c.] Repetit quod dixit v. 15 [r]. expressis illis verbis, *bonum* & *malum* †. Repetit autem ad probandum quod dixit, v. præced. *velle—non perficere*, &c [t]: & ut doceat tum Legem bonam esse, nec peccati causam; tum necessitatem liberationis à peccato [v]. Planè Judæo eum sermonem tribuit quem pagano Lactant. 4. 24. *Volo equidem non peccare, sed vincor. Indutus enim sum carne fragili & imbecillâ: hæc est quæ concupiscit, quæ irascitur, quæ dolet, quæ mori timet. Itaque ducor incertus; & pecco, non quia volo, sed quia cogor. Sentio me & ipse peccare; sed necessitas fragilitatis impellit, cui repugnare non possum.* Et quid mirum illos talia vela obtendisse vitiis suis, cùm hoc ipso sermone, tanquam Paulus de se jam correcto, jam Apostolo, loqueretur, multi utantur nomine Christiani. Nec id hujus tantùm est seculi, sed & aliorum, ex quo labascere cœpit prima illa puritas. Apparet id ex vita Andronici apud Nicetam Choniaten. Verùm id mirari non debemus, cùm & Apostolorum ætate fuerint qui in suam perniciem verba Pauli hæc & similia detorquerent, 2 Pet. 3. 16. Deo laus sit, quòd optimi, i. e. trium primorum seculorum, Christiani hunc locum sic ut oportet intellexerint, dictante illo Spiritu per quem vita ipsorum regebatur [x]. Ostendit hic locus luculenter, de homine non renato hîc agi, de eo qui agit contra dictamen mentis suæ. Neque enim ποιεῖν pertinet tantùm ad cogitationes aut cupiditates consensum nondum nactas, quod voluerunt Hieron. Aug. & Method. sed ad actiones. Tales autem actiones hominem cœlo excludunt, Gal. 5. 19 [y]. Al. Loquitur hîc de renatis, qui quidem non semper, sed plerumque, hanc contradictionem patiuntur [z]. [De quo vide dicta ad v. 15.]

20. *Si autem*, &c.] Repetit quod dixerat v. 17. sed addidit πάλιν, ἐγὼ bis sumpto, sensu diverso. Homo est qui consentit peccato, sed non omnes partes, hominis mente diversum dictante: quod culpam auget [a]. In peccatum inhabitans omnem culpam meritò derivat, non ut renatos excuset, sed ut in lucta sua animet [b].

21. *Invenio*, &c. Εὑρίσκω ἄρα τὸν νόμον τῷ θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸ καλὸν, ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται] Hic versus variè torsit interpretes [c]. Variæ sunt ejus interpretationes apud Photium [d]. [De quibus vide Be. & Tol.] *Invenio igitur legem volenti mihi facere bonum* (Exponit quam Legem inveniat, nempe [*]) *quoniam mihi malum adjacet*, Vulg. Mo. i. e. legem malam & adversariam bono, quæ me à bono retrahat. Τὸ *quoniam* potest esse vel, 1. causæ; q. d. Ex hoc quod mihi & in carne mea malum adjacet, legem & impulsum quendam in malum habeo, qui me à bono exsequendo retrahit: vel, 2. declarationis, Legem habeo, nempe, malum adjacens mihi in carne, quæ lex [mihi] volenti bonum facere contradicit. Græci dicunt

dicunt, *volenti mihi*,&c. pro, *volente me*, &c. i.e. quando volo bonum facere; tunc enim maximè insurgit, & percipitur lex carnis, &c [f]. Sensus est, Cùm ad optima quæque contendo [g], experior aliam legem contrariam mihi, méque impedientem [h]; sive inclinationem quandam, quâ, tanquam lege quâdam, malum mihi ingeritur [i]: comperio me nefariâ peccati Lege, & malo adjacente, ac penè dixerim insito, constringi [k]. *Legem* hîc carnis intelligit [l]; vel imperium & dictamen peccati [m]; vel concupiscentiam [n], quæ *lex* peccati vocatur, quia ad peccandum sollicitat, ut Lex promissis & minis incitat ad officium, &c [o]. [Potest tamen Vulgatus aliter accipi,] idque dupliciter: vel, *Invenio legem mihi*, i.e. pro me, mihi faventem, *volenti facere bonum*; vel, *Invenio volenti mihi* bonum *legem facere bonum*, Τῷ θέλοντι supple τὸ ἀγαθὸν· sicut suprà v. 18. τὸ θέλειν, supple τὸ ἀγαθὸν. Lex enim, quæ irregenitis adversatur, pro regenitis est, eis favet, bonos conatus laudat, ac volentibus facere bonum ipsa quoque bonum facit, patrocinando, consolando, excitando, &c. & id quidem propterea *quoniam*, &c. i. e. quòd naturalis corruptio ipsis adhæret, adversus quam Lex eos munit & animat: atque indè tum Legis sanctitas, tum nativæ corruptionis pravitas, clarè illucescit. Syrum sic verto, *Invenio igitur legem, quòd consentiat menti meæ volenti facere bonum: propterea quòd malum proximum est mihi.* Sensus, q. d. Quandoquidem facio quod nolo, & quod volo non facio, hinc reperio, non me tantùm consentire Legi, quòd bona sit; sed & Legem consentire cum mente mea regenita, quæ vult facere bonum, & consensum illum esse necessarium, propterea quòd malum mihi naturaliter adhæret [p]. Al. Sententia talis esse possit, *Mihi* juxta partem animi potiorem *volenti*, repete *bonum* ex præcedentibus, *legem invenio facere bonum*, i.e. deprehendo quòd ipsa bonum faciat; porrò, quod ad partem animi crassiorem attinet, scio, *mihi malum adjacet* [q]. Al. *Reperio igitur* per *legem volenti mihi facere bonum, quòd mihi malum adjunctum sit*, Er. Ti. Ὅτι hîc non causaliter sumitur, sed εἰδικῶς· ut sensus sit, Dum coner parere Legi bonæ, & vincente cupiditate pertrahor ad malum, sentio malum illud in me esse, non in Lege. Apparet eum hoc dicturum fuisse, Comperio igitur Legem, si quando coner benefacere, hoc efficere in me, ut intelligam peccandi malíque fontem in meipso esse, non in Lege [r]. *Comperio igitur volenti mihi facere bonum hanc legem* (sub. *esse*, P. Be. Pi. Di. quæ ellipsis frequentissima est †: vel, sub. *adjacere*, Q. in Par. vel, *impositam esse*, Pi.) *quòd mihi malum adjaceat*, P. Be. Pi. Di. Sensus optimus & planus [t]. Bene agere nitens invenio mihi adjacere pravitatem, impedimentum bene agendi, seu necessitatem quandam peccandi. Hunc sensum nostri ferè sequuntur [v]. Εὑρίσκω est hîc, *experior*, quod mox βλέπω dicet, more Hebræorum, qui sensus omnes, etiam interiores, videndi vocabulo appellant. *Experior*, inquit, *etiam legem diversam à lege Dei.* Quæ illa Lex! *Quòd quanquam opto bene agere, malum tamen mihi est propius.* Unde hoc? ex carne: non quòd caro quemvis cogat peccare, sed quòd consuetudini peccandi, ut jam dicit, multùm patrocinetur. Caro omnia amat quæ se delectant: multa autem ejus generis haberi sine peccato non possunt: ideo peccandi consuetudini favet caro quæ intra nos est, cùm Lex Dei exteriùs tantùm sonet [x]. *Legem* hîc nominat, quia de Judæis agit, Legis discipulis & subditis; quos tantum abest ut Legis operâ in libertatem asserantur, ut eorum servitus exlegum hominum servitute miserabilior sit, & tantò deterior eorum conditio, quantò acriùs adversùs peccatum rebellare frustrà nituntur: major quippe pugna fit inter conscientiam Lege illustratam, & affectus pravos, &c [y]. Al. Infert h. l. utrumque propositi membrum, ut v. 16, 17. ex præmissis, Cùm bonum velit, à peccato autem trahatur ad malum, deprehendo igitur, Legem quidem mihi volenti bonum adjacere, bonam esse; in se verò omnem vitii causam residere: ut priore membro legem rursus approbet, posteriore vitium sibi adjacens accuset, Post τὸν νόμον, repete ex v. 16. ὅτι καλός· quod omisit, quia mox sequitur τὸ καλὸς, nè repetitio ejusdem vocis ingrata esset; & ὅτι hîc pro καίπερ q.d. *Quamvis mihi adjaceat malum, comperio tamen legem mihi volenti facere bonum*, bonam

[f] Tol. [g] Me. sim. T. [h] T. [i] E. [k] Me. sim. T. [l] Tol. [m] Vor. [n] Tol. E. [o] sic T. Gom. E. [p] Di. [q] Zeg. [r] Er. † Be. [t] Di. [v] Par. [x] G. [y] Bra.

esse. Huic congruit ratio sequens, *Delector enim lege*, &c. Sic quoque construi possunt verba nonnihil trajecta, *Comperio igitur legem* (i. e. Legis studium, ut v. 9. repete: *adjacere*,) *mihi volenti facere bonum, quantumvis malum mihi adjaceat. Delector enim lege*, &c [z]. *Comperio igitur legem* (repete ex v. 16. συμφάναι, *consentire*) *mihi volenti bonum agere* [a].

22. *Condelector enim legi Dei*] אבתי לתורה :nam אבה per συνθέλω vertitur Deut. 13. 8 [b]. Hoc est quòd modò dixit, σύμφημι τῷ νόμῳ ὅτι καλός [c]. Est μετανοεῖν· nam propriè Mentis est approbare, non gaudere: sed solent causis tribui proximorum effectuum nomina [d]. Approbo Legem Dei, utpote sanctam & justam*. Hoc autem & peccatores faciunt, *Video meliora probóque* [f]. Al. Delectat me Lex Dei [g]. Delectatio autem non solùm approbationem in intellectu, sed etiam amorem in voluntate, complectitur [h]: delector spirituali Legis obedientia [i]: non agor timore pœnæ, sed amore justitiæ [k]. Est hoc proprium renatorum [l], ut Psal. 1. 2. (ubi tamen de tali oblectatione agitur quæ cum effectu conjuncta est, sicut ex toto Psalmo apparet [m].) Psal. 119. 77, 103 [n]. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον] Et usitata phrasis Græcis, sicut οἱ πάλαι, sunt *veteres*; éstque elliptica, τὸν ἔσω, sub. ὄντα, *eum qui intus est*; & enallage est, ἔσω, pro ἐντός. Nam Plat. πολιτειῶν θ'. est, ὁ ἐντὸς ἄνθρωπος· & πολιτ. δ'. ἡ ἔξω ἡ ἐντὸς πρᾶξις [o]. [Sic vertunt,] *Secundùm* (vel, *Quod ad*, Be. Pi.) *interiorem hominem*, Vulg. &c. i. e. vel, 1. secundùm mentem [p], ut ex v. 23. & 25. apparet [q], sive superiorem hominis partem, rationem scilicet, & voluntatem [r], quæ jam per Christi gratiam sanata est†. Vel, 2. secundùm spiritum meum edoctum à Spiritu Sancto [t]; secundùm hominem novum, sive regeneratum [v]; ut apparet ex collat. Eph. 3. 16. Col. 2. 9, 10 [x]. qui hîc *interior* dicitur [y], quia est in occulto; in spiritu, ut Rom. 2. 29. & quia externa aut mundana non quærit [z]. Huic autem opponitur *exterior homo* [a], qui hîc non exprimitur [b], sed *carnis* & *membrorum* appellatione intelligitur [c]. *Carnis* autem nomine mens quoque, quatenus non est regenerata, continetur: ut apparet ex collat. Gal. 5. ubi ejus opera sunt *hæresis*, *odium*, *invidia*, &c [d]. [Sed] non idem est, ὁ ἔσω ἄνθρωπος, & ὁ καινὸς· nec idem ὁ ἔξω & ὁ παλαιὸς. *Vetus* & *novus homo* nomine subjecti significant ejus qualitates: at cùm dicitur, ὁ ἔσω & ὁ ἔξω ἄνθρωπος, nomen totius per συνεκδοχὴν datur partibus. Semper in Homine sunt *homo interior*, & *exterior*, i. e. Mens, & Corpus cum suis affectibus. At ubi est *novus homo*, ibi *vetus* esse desiit. Qui hîc, ὁ ἔσω ἄνθρωπος, is est ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος, 1 Pet. 3. 4. ὁ ἄνθρωπος ὁ ἐν ἑκάστῳ τῇ ψυχῇ κατοικῶν, Philoni Libro, *Pejorem meliori insidiari*; ubi & eum esse ait qui ἀφανῶς ἡμᾶς ἔνδοθεν ἐλέγχει. At lib. de Agricultura eundem vocat τὸν ἡγεμόνα ἄνθρωπον· adduque, ἄνθρωπος ὤν, &c. (*Homo autem in unoquoque nostrûm quis esset nisi Mens?*) At Libro περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου, dicit Deum à nobis laudari debere etiam ἐπὶ τῷ νῷ, &c. (*ob mentem, quæ propriè est Homo in Homine, potior in deteriore.*) Hierocles, ὁ μὴ σ' ἀνήσει, in Aureo illo carmine interpretans, ait illud, σε. poni ἀντὶ τοῦ ὄντως ἀνθρώπου καὶ τῆς λογικῆς οὐσίας· & alibi dicitur ei ὁ ἄνθρωπος, ψυχὴ λογικὴ, μετὰ συμφυοῦς θνητοῦ σώματος· ita enim ibi legendum. Nimirum Pythagoricis Mens sola homo est, cætera non partes, sed instrumenta, hominis. At Paulus cum vulgo loquitur. Nam & Plautus *salutem* dixit *interioris hominis*. Tertul. De Resurrectione, *Ità vocabulum Homo consociatarum substantiarum duarum quodammodo fibula est; sub quo vocabulo non possunt esse nisi cohærentes. Porrò Apostolus* interiorem hominem *non tam Animam quàm Mentem atque Animum intelligi mavult*, i. e. *non substantiam ipsam, sed substantiæ saporem* *.

23. *Video* (vel, *Sentio*, J. Cap. *Experior*, E.) *autem aliam legem* (priori contrariam [f]: i. e. aliam vim [g]: aliud imperium [h]. Sic vocat concupiscentiam carnis, ut patet v. 25 [i]. sive carnis appetitus validos; יצר הרע Hebræis [k]: vim peccati existentis [l]. *Legem* hîc vocat imperium & quasi edictum tum Peccati, tum Membrorum; i. e. tum corruptæ illius naturæ, tum cupiditatum ex illa nascentium †.) *in membris meis*] i. e. In carne [m], in appetitu sensitivo, qui est corporalis, & certa habet organa corporea; in membris carnalibus tam internis quàm

[z] Par. [a] Chrys. in Par. [b] G. [c] G. sic Tol. Vor. [d] G. * Vor. sim. Tol. [f] Tol. [g] E. Me. [h] Gom. [i] Par. [k] Per. [l] Par. sic Gom. sim. Per. ex Aug. [m] Vor. [n] Par. sic Per. ex Aug. [o] Camer. [p] Vor. Tol. E. Me. [q] Vor. [r] Per. sic Tol. † E. Me. [t] V. [v] Par. sim. Be. Com. Calv. [x] Be. [y] Par. sic Be. [z] Par. [a] Be. sic E. [b] E. [c] Be. [d] Gom. * G. [f] Par. [g] V. [h] Ham. [i] Par Jnb. [k] G. [l] Par. † Tol. [m] V.

quàm externis [n]; in corpore meo [o]; in facultatibus corporeis, ait Schol. Syrus: per quas si intelligit sensitivæ animæ facultates ad alimentum venerémque pertinentes, nullus est: longè aliud enim & pejus quid & diffusius est peccati imperium, &c. Ut *Mens* est id quod in homine est regenitum; ità *membra* quod est irregenitum, corrupta natura, vetus homo, multis constans membris, de quibus Col. 3. 5 [p]. Al. *Membra* hîc intelligo corporis propriè dicta, tanquam in quibus peccatum vires suas exserit [q]. ¶ *Repugnantem*, &c. Ἀντιστρατευόμενον, &c.] *Rebellantem* (vel, *Contramilitantem*, Val. Er. *Belligerantem*, quasi apertâ vi, & instructis copiis [r]. *Repugnantem*, Vulg. V.) *legi mentis meæ*, Pi.&c. i.e. Spiritui meo †. Multùm amat voces easdem Paulus variis sensibus ponere [t]. Quatuor hîc sunt Leges [v]. Est illi *lex Dei*, sive Mosis; est *lex mentis*, i.e. judicium de honestis & turpibus; *lex membrorum*, i. e. appetitus carni continentes; *lex peccati*, i. e. ipsa peccandi consuetudo. Sic ἁμαρτίαν, θάνατον, δικαιῶσαι, alio atque alio significatu habuimus. Mens honesta approbat, Caro dulcia, sive illa honesta sint, sive non: unde fit ut sæpe Caro, ratione non edomita, Menti adversetur; quod hîc dicit ἀντιστρατεύεσθαι, tralatione ductâ à militia; unde & ὀψώνιον modò deduxerat. Nôrant autem Hebræi omnia bella cum Cananæis eorúmque vicinis gesta hujus belli interni gerere imaginem. Νόμον τοῦ νοὸς dixit & Porphyr. περὶ ἀποχῆς l. 1 [x]. Sed duas tantùm leges Paulus h. l. opponit, *legem mentis, & legem peccati in membris* [y]: duplex enim hîc est oppositio; 1. *Mentis, & membrorum*, 2. *Legis mentis*, & *legis peccati in membris* [z]. Lex Dei dicitur & *lex mentis*, 1. quia in mente residet, eíque insculpta est, [vel] naturaliter [a], vel per Spiritum Sanctum: 2. quia mens eâ delectatur, ut dictum v. præced. 3. quia mens eâ toti homini imperat. *Lex peccati in membris*, est imperium peccati, sedem habens in corrupta natura, sicut Lex Dei in mente, sive in regenita natura [b]. *Lex peccati* & *lex membrorum* eadem est, concupiscentia scilicet eorum quæ contra legem mentis sunt; quæ *lex* dicitur [c], vel quia vim habet impulsivam & coercivam [d]; vel quia legitimè & justo Dei judicio, propter primum peccatum, homo traditus est in ejus manum *. *Lex membrorum*, sive carnis, *lex peccati* dicitur, quando trahit mentem in consensum, &c †. Al. *Lex peccati* est iniquitas imperium habens tam in homine nondum regenerato, quàm in carne hominis regenerati. *Lex membrorum* est concupiscentia in membris sita, symphoniam habens cum iniquitate [f]. Sed hæc duo non videntur distingui: quam enim dicunt *Legem membrorum*, Paulus dixit *legem in membris suis*: similiter *legem peccati* dixit esse *in membris suis*. Puto ergò de eadem lege agi, & in fine repeti antecedens loco pronominis relativi, ut Gen. 9. 16. *inter Deum*, &c. pro, *inter me*, &c. Psal. 50. ult. ità h. l. *captivantem me legi peccati*, i. e. captivantem me sibi. Nomen autem repetere maluit, ut enarraret quam dixisset *aliam legem*, nempe *legem peccati* [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ, &c.] *Et captivum reddentem* (vel, *Et* quantum in ipsa est subindè *mancipantem*, J. Cap. Continuat translationem à bello desumptam [h]. Nam qui belli lege capitur, is capientis servus fit: ut diximus De J.B. & P. 3. 7. Est ea de re Mosis Lex, Deut. 20. v. 4 [i]. Vel, *captivantem me*, Gom. Vulg. &c. carne scil. non mente [k], non voluntatis consensione, sed passionum commotione [l]:) *legi* (ἐν τῷ νόμῳ malè hîc scribitur, [ut legit Vulgatus,] cùm Libri correctiores habeant τῷ νόμῳ [m].) *peccati* (i.e. peccandi affectui [n], vel concupiscentiæ, quæ est fomes peccati [o]. [Sensus, q.d.] non solùm oppugnat legem mentis, & expugnat, méque ad peccandum pertrahit [p].) *quæ est in membris meis*, Be. Pi. h. e. in carne mea [q]. Hoc addit, nè lex hæc peccati alia videretur ab illa quæ dicta est in membris esse, & captivare hominem [r]. Hoc ait, *Vehementia affectuum ex carne orientium favens consuetudini peccandi, eidem consuetudini subjiciebat Judæos plerosque*. Ponit autem etiam consuetudinem peccandi *in membris*, quia per omnes partes corporis exercetur. Vide Rom. 6. 13, 19. Eâdem similitudine utitur Simplicius ad Epictetum, Ἄλογον ὀρέξεις τὸν λόγον κινοῦσαι (τουτέστιν ἡμᾶς τοὺς κατ' αὐτὸν ὑπομένοντας) καὶ αἰχμάλωτον λαβοῦσαι. Paulus autem duo componit paria: *Legi Dei* adest *Mens*; *Legi peccati* adest *Caro* †. Ex hoc loco constat, hîc agi de homine irregenito; quippe qui h. l. *captivus ducitur à lege membrorum*, i. e. à pravo corde suo; & esse dicitur *sub lege*, h.e. imperio sive dominio *peccati*: id quod dici nequit de homine regenerato, in quo spiritus certè prævalet, & qui ab hac ipsa *lege peccati & mortis* per Christum liberatus dicitur Rom. 8. 2. At gratia Christi hominem regenitum non liberat in hac vita à primis concupiscentiæ motibus, & propterea eorum respectu non dicitur h. l. captivus reddi. Non video quid huic argumento reponi possit [t]. [De eo plura vide ad Rom. 8. 2.] Propter hæc verba Augustinus olim putabat h. l. de peccatore agi: sed id postea retractavit, & *captivantem* exposuit, captivare conantem; [ut verba activa, sive effectiva de conatu tantùm intelligi sæpe notatum. Vide Synopsin ad Ezec. 24. 13.] Vel, *captivantem*, carne, non mente [v]. Victoriam in renatis non rarò obtinet caro, sed in invitos & reluctantes. Nemo enim sponte captivatur [x]. Duplex est captivitas; 1. quum totus homo captivatur sub jugo peccati sui voluntarii: 2. captivitas coacta sub jugo peccati originalis: hæc renatorum est, illa non renatorum [y]. Confer cum hoc loco Gal. 5. 15, 17 [z]. Resp. Loca sunt disparia. Ibi sunt tantùm repugnantes ἐπιθυμίαι, sive *cupiditates* carnis & spiritûs, hominem huc vel illuc sollicitantes: ubi tamen imperio carnis eum parere minimè dicitur, aut, ut h. l. *captivus reddi legi peccati*; quæ phrasis innuit eum exsequi cupiditates carnis, & consultò peccare contra dictata mentis & conscientiæ suæ: id quod cum Rom. 8. 1. conciliari nequit. Porrò in Gal. 5. locutio est reciproca; *facere bonum quod caro odit*, & *malum quod caro amet*; quod etiam indefinitè dicitur: quum hoc loco restringitur tum ad personam particularem, tum ad unum membrum, *quod non vult bonum hoc agere, sed quod odit malum, id facere* [a].

24. *Infelix*, &c! Ταλαίπωρος, &c!] Heb. שדוד. Addit exclamationem, sive ταλανισμὸν, homini tali qualem descripserat convenientem. Verè enim *miser* est quem animi sui cogitationes verberant quotidie, atque dilaniant [v]. *Miser ego homo*, &c! Deest χιλιαστικὸν, ὦ· ut sæpe apud Græcos [x]. *Me miserum hominem !* J. Cap. *Ærumnosus*, &c! Be. Tol. id est, laboribus & miseriis afflictus [y], perpetuis in illa lucta angoribus divexatus [z]. Persistit in metaphora athletæ, qui post gravem luctam tandem nolens volens captivus ducitur, &c [a]. ¶ *Quis*, &c? Τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου;] *Quis me eripiet*, vel *liberabit*, *de corpore mortis hujus ?* Mo. Vulg. Di. Per. Ca. vel, *ex hoc*, sive *isto*, *corpore mortis* ? Il. P. Tre. Ti. Be. Pi. vel, *morti obnoxio ?* Er. Τούτου construendum vel, 1. cum remotiori, σώματος [b]· q. d. à corpore, ut est in hoc misero statu corruptionis [c]. Vel, 2. cum propiori, θανάτου [d]. q. d. à corpore subjecto rebellioni & molestiis concupiscentiæ: hæc enim pati est homini justo peracerbum, & instar mortis *. Quod mihi valde arridet: neque enim singularem emphasin habere videtur, si demonstret corpus; sed longè maximam, si mortem: indicat enim, tristissimam eam esse mortem, quam ex reliquiis potestatis peccati in corpore suo sentiebat [f]. *Quis*, &c. Lex enim id non potest: aliunde ergò quærenda libertas [g]. Σῶμα θανάτου vocat, vel, 1. *corpus mortale* [h], id est, ob peccatum morti obnoxium [i], & miseriis hujus vitæ [k], & nominatim tot pravis affectibus [l]: ut *vir mortis* dicitur qui ob scelus suum dignus est morte. Cur autem dicit, *de corpore mortis*, cùm hactenus non de morte, sed de peccato, fuerit loquutus [m]? Resp. Quia durante hâc mortalitate manet lex & servitus peccati jam dicta [n]. Optat ergò corpus immortale & à peccato liberum, videl. per resurrectionem [o]. Mortem optat, ut finiantur hi conflictus, & tela malorum omnium abrumpatur [p]. Vel, 2. μεταφορικῶς, *corpus vitiosum*; quod ἁμαρτίαν dixit Rom. 6. 6 [q]. corpus mortem inferens [r], quod mihi mortem hanc à peccato proficiscentem conflat †; i.e. carnalem concupiscentiam, quæ me morti æternæ obnoxium reddit [t]: peccatum inhabitans [v], quod hîc ob effectum dicitur *corpus mortis*, quia ei mancipatis adimit spem vitæ æternæ. Genitivi Hebræis, & eos imitantibus Hellenistis, sæpe sunt pro adjectivis [x], ut hîc *corpus mortis*, i. e. mortiferum [y]; *odor mortis*, i. e. odor lethalis; *arbor vitæ*, i.e. vivifica [z]. Incusat hîc non tam

Marginal notes (left): n Per. o Me. p Di. q Pi. r Ec. † V. t G. v Hi. in Tol. x G. y Di. sim. Tol. z Di. a Tol. b Di. c Tol. d Tol. ex Chrys. * Tol. ex Anselm. † Tol. f Calv. in Di. g Di. h G. sim. Tol. i G. k Gom. ex Aug. l T. ex Aug. sic E. Me. Com. m G. n V. o Me. p Tol. q V. r Tol. † G.

Marginal notes (right): t Ham. v Per. disp. 17. x Par. y Wil. z Par. a Ham. v G. x Camer. y Tol. z Be. a Par. b Q. in Di. sic Pi. c Per. disp. 18. d Di. * Per. ib. f Di. g G. h Tol. ex Hi. Zeg. D. E Me. Par. i E. k Me. sim. D. l Me. m E. n E. sim. Me. Par. o E. p Par. q G. sim. Er. V. Zeg. J. Cap. Tol. † V. t Ca. v V. v Pi. x G. y G. J. Cap. sim. Pi. z G.

tam mortale corpus quàm mortiferam peccati massam [a]. Sententia est, Quis me eripiet ex hac morte, quæ veluti corpus quoddam, seu res per se subsistens, in me suas vires exserit, méque miserè vexat. Syntaxis, qualis Rom. 4. 11. *Signum circumcisionis* [b]. Non autem dicit, Quis me à Lege liberabit? sed, à corpore hoc? ut nim. indicaret, non ex Lege provenire transgressionem, sed ex nobis, &c [c]. Vel, 3. carneam hanc molem, simúlque massam peccati in nobis, &c [d]. Vel, 4. ipsam mortem, sive extremam miseriam, ut Rom. 6. 6. *corpus peccati*, pro *peccato* *. Al. Est h. l. metathesis, quæ frequens in N. T. Vide ad Act. 13. 27. & 2 Cor. 4. 4. Ità h. l. ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου, accipiendum quasi legeretur, ἐκ τοῦ θανάτου τοῦ σώματος, *à morte hujus corporis*; nempe à morte secunda & æterna, sive à condemnatione: atque hunc sensum suadet tum v. seq. tum Rom. 8. 1 [f]. Dicit autem *Quis*, non quòd ignoraret, ut constat ex v. seq. sed tanquam in extremo angore, cogitans qualem & quantum esse eum oporteret qui hoc possit præstare. Non dicit, *eripuit*, sed *eripiet*, ut significet, regenerationem in hac vita non perfici, nec salutem nostram illâ niti, &c [g]. Supplenda verò hîc responsio hujusmodi, *Deus videlicet mihi præstabit libertatem illam, eóque nomine gratias illi ago* [h].

25. *Gratia Dei*, &c.] Ipsa me liberavit, &c [i]. Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, &c.] *Gratias ago Deo per Jesum*, &c. Be. Pi. Ità Syrus & Chrysost. Græcíque posteriores [k], & Græci omnes Codices, nisi quòd in uno sit, χάρις τῷ Θεῷ. Sit *Deo gratia*: quod idem valet [l]. Testatur, in certamine se laborare & ingemiscere, verùm nec deseri, nec succumbere, sed tandem vincere, non viribus suis, sed gratiâ Christi [m]: per quam id assecutus est, quod nec naturæ nec Mosis Lex, nec conscientia nec opera, præstare poterant [n]: ut scilicet mens vincat carnem, cujus antè imperio trahebatur [o]. Significat, se acquiescere in ea spe quam habet in Christo fundatam [p]. *Gratias ago Deo*: nempe, quòd me tandem liberaturus sit ab hoc hoste [q]; à lege peccati & mortis [r]; ab hoc corpore mortis †; à maledictione Legis, & à dominatu peccati [t]. Gratiarum actionem paribus expressam verbis habuimus Rom. 1. 8 [v]. Ex hoc loco constat agi de homine renato [x]: hujus enim solius est, ingemiscere de sua miseria ob vim peccati, desiderare liberationem, agnoscere & celebrare gratiam Dei per Christum. Non renati enim nec se putant miseros, quòd à Lege Dei retrahantur; nec gratiam desiderant aut celebrant, sed nesciunt, vel repellunt, &c [y]. Idem homo qui paulò antè miserabiliter exclamaverat, consolatur se recordatione gratiæ Dei, &c [z]. Sed respondetur, non esse consolationem ejus qui liberari cupiat, sed gratiarum actionem ejus qui jam liberatus sit: ut ex capite 8. liquet. Et hæc verba legenda sunt in parenthesi, quippe quæ cum superioribus minimè cohærent [a]. Hæc plane per παρένθεσιν legenda, quâ omissâ cætera cum sequentibus cohærent. Illam autem παρένθεσιν interposuit Apostolus, sicut & aliam Rom. 3. 6. ad ansam præcidendam malè verba sua capientibus; q. d. Ego quidem hæc in prima persona per modestiam quandam elocutus sum: at revera si sine figura mihi de memetipso loquendum sit, non is ego sum qui tales laniatus sentiam, cùm *Deus me per Jesum Christum*, i. e. per Evangelium & Spiritum ejus, *ab isto corpore peccati liberârit*: unde & *Patri*, ut summæ causæ, & *Christo*, ut causæ subordinatæ, *gratias ago*. Ità rectè hunc locum explicavit Origenes, quem Ambrosius & veteres alii sequuntur [b]. Apostolus per digressionem quandam, rei nihilominus convenientem, doctrinam præcedentem patheticè amplificat, pro duplici consideratione & affectu diverso. Dum se secundùm carnem spectat, miseriam suam deplorat, &c. v. 24. dum secundùm spiritum, gratias agit, hoc loco. Utraque verò exclamatio per parenthesin similiter inserta est, non à se mutuò discerpta [c]. Est hîc trajectio, sive transpositio verborum, & illa, *Gratias ago*, &c. ponenda sunt post ista, *Nempe igitur idem ego*, &c. quia exclamatio cohæret cum Rom. c. 8. v. 1 [d]. Sed hoc est nodum secare. Et huic ὑστερολογίᾳ, sive inversioni textûs, repugnat tum omnium Codicum fides, tum manifestus nexus. Exclamatio enim illa gemebunda v. 24. cum captivatione, v. 23. quæ eam extorsit, immediatè cohæret: cum exclamatione cohæret δοξολογία, quâ se in gemitu consolatur. Post

[Margin: a J. Cap. — b Pi. — c Chrys. in Tol. — d Be. — * Vor. — f Kn. — g Be. — h J Cap. — i Me. ex E. — k E. — l Be. — m Par. — n Er. sim. Per. Tol. — o Tol. sim. Per. — p Be. — q V. — r Rev. — † Zeg. Per. — t Pi. — v G. — x Gom. Par. ex Aug. — y Par. — z Q. in Vor. — a Vor. — b G. — c Gom. — d Q. in Par.]

δοξολογίαν denique quasi animum recolligens concludit, *Itaque mente servio*, &c *. Quòd agit gratias velut liberatus, omnes ad Pauli personam accommodant, de exclamatione autem [v. 24.] variant: vetustiores nolunt ad Paulum pertinere. In ea Paulus humani generis personam in se recipit, in qua est Ethnicus exlex, Judæus carnalis sub Lege, & spiritualis per gratiam liberatus [f]. Sed detortum est & violentum, ut hæc ad diversas personas referantur, &c [g].

¶ *Igitur*, &c. Ἄρα οὖν αὐτὸς ἐγώ, &c.] *Nempe igitur idem ego* (Cui convenit sequens distributio, quâ videri posset unus homo in duos veluti secari, &c [h]. Vel, *ipse ego*, Be. J. cap. Par. Quod à Paulo emphaticè dictum est ad designandum semetipsum, nè quis eum sub aliena persona hactenus loquutum fuisse suspicaretur [i]: sic & Rom. 9. 3. *Optabam ego ipse*, &c. 2 Cor. 10. 1. *Ipse ego Paulus*, &c. & 12. 13. *Ipse ego non gravavi vos* [k]. Ità hoc loco, *Ego ipse*, non alius aliquis præter me. Dubitationem omnem tollit, quòd non de alio, sed de se, nec de præterito, sed de præsenti, ejus statu loquitur, *servio*, inquit, non *servivi* [l]. Al. Non, *ipse ego*, sed, *ille ego*; id est, is homo quem sub primæ personæ pronomine descripsi. Sic in tabula Cognationum ὁ αὐτόθι ... ab aliis vocatur *ego* [m]. Al. *Ipse ego*, quatenus sum homo ex judicio rationis agens [n]. Convenire hoc possit membro priori, sed in posteriore id falsum esset [o].) *mente quidem servio legi Dei*, (id est, vel, 1. mente approbo & laudo Dei Legem: reipsâ tamen non facio, quippe peccati captivus [p]. *Servire* illum dicit *legi Dei*, quia eam bonam fateri cogitur [q]. Vel, 2. servio ei fideliter [r], ea amplector & volo quæ Legis Dei, sive secundùm Dei voluntatem, sunt †. Idem prorsus est quod dixerat, *se delectari lege Dei quoad interiorem hominem*: vel, spiritualem cultum Deo præstare in novitate Spiritûs. Hinc constat agi de renatis loqui *. Aliud enim est, *quæ legis sunt facere*, Rom. 2. 14. hoc est, quædam & imperfectè: aliud, *mente legi Dei servire*, hoc est, deditum esse; ut antithesis demonstrat. Nam carni soli peccatum, soli menti cultum Legis, attribuit ||. *Servio*, scilicet crebriùs & ordinariè [t]. Porrò, denominatur homo à parte præcipua: prout enim mente servit, sive Legi Dei, sive carni, vel spiritualis vel carnalis dicitur [v].) *carne verò* (id est, vel, 1. parte hominis inferiore [x]. Quia caro, sive corpus, consuetudini ministerium præbet, ejúsque dictata exsequitur. Caro propriè est pars corporis, sed sæpissimè pro *corpore* sumitur, ut videbis si conferas Levit. 16. 27. cum Heb. 13. 11. Et sic quidam veteres, commemorantes institutionem Eucharistiæ, aiunt Christum dixisse, *Hæc est caro mea* [y]. Vel, 2. parte irregenitâ [z], juxta carnalem affectum [a]; pravitatis meæ reliquiis [b]; vitiositate, quæ in carne sese exserit, vel quæ ex carnali generatione orta est [c].) *legi* (id est, imperio [d]) *peccati*, Pi. &c. hoc est, concupiscentiæ, sive desideriis peccati *, quod se habet ad carnem, sive membra, sicut Lex Dei ad mentem [f]: hoc est, carnis infirmitate ad peccandum sollicitor & succumbo [g]; sed hoc rariùs, & quasi extra ordinem [h]. *Servire legi peccati* est, ea concupiscere quæ sunt contra Legem [i]. Epilogus hæc est descriptionis luctæ præcedentis [k].

[Margin: * Par. — f Er. — g Lc. — h Idem. — i E. — k E. ex Cassiano. — l Par. — m G. — n Q. in E. — o E. — p Vor. — q G. — r T. — † Tol. — * Par. — || Gom. — t Pi. — v Tol. ex Athanas. — x Tol. — y G. — z Di. sim. Par. — a V. — b J Cap. sic Pi. — c Pi. — d Di. — * V. — f Di. — g Par. — h Pi. — i Tol. — k Gom.]

CAP. VIII.

1. NIhil, &c. Οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα] *Nulla igitur nunc* est *condemnatio*, Be. Pi. [Connexionem diversimodè instituunt,] Est novum orationis exordium ex abrupto, & ad superiorem de justificatione disputationem regressus: cui annectit doctrinam de sanctificatione [a]. Hactenus digressio, quâ anticipationes quasdam adversus justificationis doctrinam, inseruit Apostolus; & luctam Christianam copiosè descripsit; ac tandem consolationem ex Christi gratia per regressionem convenientissimam, adjecit. Quam ab hypothesi personæ suæ ad thesin transfert, & hâc ratione ad principalem hujus Epistolæ propositionem artificiosè regreditur. Eámque primùm reponit ac concludit ex antecedentibus: deinde confirmat [b]. Al. Repetit sermonem quem reliquerat fine, ut nunc ista leguntur, cap. 6.

[Margin: a Pi. — b Gom.]

Námque ibi dixerat, Vitam æternam illis certò esse repositam, qui secundùm Evangelium vitam suam instituunt. Hîc statim occurrebat objectio, Atqui multi Christianorum Legem Mosis non observant; non sunt proselytæ justitiæ. Respondet jam Paulus, Tantum abesse, ut ob id damnationi divinæ subjaceant, ut nè Judæi quidem Lege Mosis ampliùs teneantur, si modò bona sua intelligant, & ex præscripto Christi vivant [c]. Al. Ἄρα νῦν refertur ad ea omnia simul quæ hactenus de gratia disputata sunt. Ex illis colligitur Gloriæ fidelium certitudo, quia Gloria Gratiam sequitur, & Gratia Gloriæ principium est, ac solidum fundamentum; maximè verò justificationis gratia: unde Apostolus salutis summam in solidum pendere demonstrat [d]. Unde liquet, non magis ad Gratiam & Gloriam, quàm ad ipsam Justificationem, obtinendam conducere Legis opera; nobísque Christi fidem & ad Justificationem, & ad ejus effecta, satis esse debere [*]. Al. Concludit hoc cap. doctrinam Justificationis, removens ejus impedimenta, 1. reliquias peccati in piis, hinc ad v. 17. 2. afflictiones, indè ad v. 31. Deinde infert certitudinem salutis electorum, indè ad finem [f]. Illatio est ex præced. querela & gratulatione. Νῦν est ἀπολογικὸν, *Nunc* cùm hæc ità sint, sequitur *nullam esse condemnationem*: dicere debuit, *mihi*, sed infert in generali, *iis qui*, &c. Omnes enim suo sensu metitur, ut priùs in infirmitatibus, ità nunc in consolatione, &c [g]. Sensus, q. d. Tametsi pii à peccato adhuc teneantur obsessi, maledictioni tamen exempti sunt, modò non in carne vivant, &c [h]. Infertur hoc ex verbis præced. Si gratia Christi liberat hominem, sequitur, *nihil damnationis esse*, &c [i]. id est, nihil damnatione dignum [k]; nullam damnabilem culpam, ut exponit Concilium Tridentinum [l]. Sed non dicit, *nihil esse peccati*, &c. sed, *nihil damnationis*, &c [m]; non quòd omne peccatum non trahat reatum, ut corpus umbram; sed quia peccatum ei remissum est, &c [n]. Κατάκριμα hîc ut & Rom. 5. 16. est idem quod *mors*, Rom. 6. 23. nempe æterna [o]. *Nulla condemnatio*, à peccatis sive prioribus, sive præsentibus, sive futuris [p]. Justificationem ex fide probaverat, usque ad finem cap. 5. De statu justificatorum agit cap. 6. & 7. & 8 [q]. ¶ *Iis qui sunt in Christo*] Id est, Christiani facti [r]; vel, qui hanc Christi gratiam, per quam à legis membrorum servitute liberantur, habent [†]: qui Christo adhærent, ei per Spiritum insiti [t]: qui in Christo sunt, non tantùm mediatè & secundùm quid, nempe ratione Ecclesiæ ipsius, quæ corpus Christi mysticum, in qua sunt; sed immediatè, per unionem mysticam cum ipsius persona, fide & virtute Spiritûs Sancti, ut viva membra capiti, &c. Vide Joh. 6. 56. & 15. 5. 1 Cor. 12. 27. Hâc autem periphrasi ostendit, justificationis & salutis nostræ causam non à nobis, sed à Christo, dependere [v]: qui insiti sunt Christo [x], per fidem & charitatem [y], & in eo renati per baptismum [z]. ¶ *Qui*, &c. Μὴ——πνεῦμα] Ratio est seu argumentum, quo demonstratur fideles nulli damnationi obnoxios esse [a]. *Qui* (vel, *Utpote qui*, Tol. vel, *Quia*, Tol. Bra. Sic sæpe resolvenda sunt Participia, quoties sub illis ratio aliqua latet, ut Rom. 10. 3. ἀγνοοῦντες, *quia ignorant*; & ζητοῦντες, *quia quærunt*: Gal. 4. 1. νήπιος ὤν, *quamvis sit dominus*, &c [b].) *non secundùm carnem incedunt*, (id est, non obediunt legi carnis [c], concupiscentias non perpetrant, sed eis reluctantur [d]. *Ambulare* in SS. est vivere [*], vel vitam ac mores moderari. Metaphora à motu corporis ad motum animi [f].) *sed secundùm spiritum*, Pi. sic Be. &c. qui non corruptam naturam, sed Spiritum, ducem sequuntur [g]. [Sensus, q. d.] *Iis qui per Jesum Christum*, sive per Evangelium, *eousq; perducti sunt, ut non eant quò carnis affectus rapiant sine discrimine, sed Spiritum Sanctum adepti ejus motibus constanter obsequantur* [h]. Nota, connexam esse justificationis & sanctificationis gratiam, &c [i]. Christianos ab hypocritis (qui falsò justificationem sibi arrogabant, Jac. 2.) distinguit per vitam Christianam, &c [k].

2. *Lex*, &c. Ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ, &c.] Causam hîc exponit, vel cur illi——non secundùm carnem ambulent [l], vel cur nulla sit condemnatio Christi membris [m]. *Lex enim* (id est, vis quasi imperans ac dominans [n]; justæ gubernationis jus & autoritas, cui opponitur tyrannis peccati, &c [o].) *Spiritûs* (id est, spiritualis [p], & rationalis, suprà *lex mentis* dicta [q]. *Legem Spiritûs* vocat, vel, 1. Spiritum ipsum [r], sicut ipsum peccatum *legem peccati* dixit [†]: nam cùm Legis sit terrere & occidere, Spiritûs est consolari, erigere conscientias, & tollere metum mortis [t]. Vel, 2. virtutem, sive efficaciam Spiritûs [v], vel gratiam Christi [x]; quia Lex Dei per Spiritum Sanctum scribitur in cordibus nostris [y]. Vel, 3. legem fidei [z], vel Evangelium [a], quod *legem* vocat, id est, doctrinam, ut תורה sumitur; & *spiritûs*, vel quia est organum Spiritûs [b], vel quia non carnalem, sed spiritualem, puritatem exigit [c].) *vitæ* (vel, *vitalis*, sive *vivifici*, Be. Ca. V. G. id est, quæ veram largitur vitam [d]; quæ est doctrina & ministerium vitæ [*]; vel quæ ad vitam æternam ducit. Lex hoc tantò perfectior lege mentis, quantum nova creatio superat veterem; tantò etiam perfectior Lege Mosis, quantum lex solida præstat umbris [f]. *Lex*, &c. id est, Spiritus Sanctus, qui corda vivificat [g].) *in* (vel, qui, scilicet Spiritus, est *in* [h]; vel, quæ, nempe vita, est *in* [i]: ut ex notis Bezæ colligitur [k].) *Christo Jesu* (id est, qui Spiritus est Christi proprius [l]; qui in eo tanquam capite residens, indéque in nos tanquam in membra influens, instar legis est imperantis nobis & dictantis quid agere debeamus [m]. Distinguit *Legem Spiritûs vitæ quæ est in Christo*, id est, perfectam naturæ nostræ in Christo sanctificationem, ab ea quæ in nobis effecta, & duntaxat inchoata, est. Nam illa quidem nobis imputata, cùm perfecta sit, nos liberavit; in ista verò adhuc clamamus, *Quis me liberabit* [n]? Al. *per Christum Jesum*, Er. V. Pi. Par. Per. ἐν pro διὰ, ut sæpe [o]. Hæc autem verba connectenda sunt, vel, 1. cum præced [p]. [ut dictum:] quam [vitam] Christus daturus est [q]. Vel, 2. cum sequentibus, *Lex——liberavit me*, non virtute suâ [r], sed per Christum [†], qui Spiritum hunc regenerantem nobis morte suâ impetravit [t].) *liberavit* (hoc est, absolvit, liberum pronuntiavit [v], ostendit me esse liberum [x].) *me* (id est, quemvis verè Christianum [y]; jam enim primam personam alio sensu usurpat [z]. Enallage personæ, continens argumentum experientiæ Apostoli, ideóque à pari [a]. Ponit se pro exemplo, ut priùs infirmitatum & luctæ, ità nunc fiduciæ [b]. Vel, *te*, Sy. in Be. Verbis quasi præit, ut singuli hanc consolationem sibi applicent; q. d. Nulla mihi, nulla tibi, condemnatio, quia, &c [c].) *à lege peccati & mortis*, Vulg. &c. id est, vel, 1. à peccato & morte quam peccatum infligere solet [d]; à dominio legis peccati & mortis [*], nè peccato dehinc serviam, sed ejus in me reliquias mortificem [f], à dominatu & reatu concupiscentiæ [g], quæ mortem animæ inducit [h]; à peccato inhabitante & corda occidente, quæ instar legis me ad peccatum impellebat, à studio & libidine peccandi, quæ mortem secum trahit [i]. Vel, 2. à condemnatione, quam Lex peccatoribus irrogat [k]: *primùm à peccandi consuetudine, deinde etiam à morte æterna*, quæ consuetudinem illam necessariò sequitur. Nam *peccati* voce hîc non veniunt nisi τὰ προαιρετικά, ut explicat Clemens Strom. 2. Sic ἁμαρτάνειν etiam in Johannis Epistola sumitur [l]. Vel, 3. à litera Legis [m], à Lege Mosis [n], quæ vocatur *lex peccati & mortis*, quia peccatum detegendo occidit; ut docuit cap. 7 [o]. quia peccatum excitare solet & damnationem revelare [p]; quia morti addicit delinquentes: hæc enim Lex Dei alibi vocatur *potestas peccati*, 1 Cor. 15. 56 [q]. & *ministratio mortis*, 2 Cor. 3. 7 [r]. At Lex Mosis dicitur *spiritualis*, *justa*, *bona*, &c. Rom. 7 [†]. Sed non mirum si eadem Lex & *spiritualis* dicitur, & *mortis*, cùm ipsum Evangelium sit aliis *odor vitæ*, &c. aliis *odor mortis*, &c. 2 Cor. 2. 16 [t]. Qu. Quomodo se hîc liberatum jactat à lege peccati, cui se mancipari questus erat, cap. præced. v. 23, 25 [v]? Resp. 1. Liberatio ergò hæc non tam regeneratio est, quæ ex parte fit, quàm remissio peccatorum, quæ plena est & absoluta [x]. 2. *Carne* servit, sed mente liberatus est, ergo verè liberatus: à mente enim, non à carne, fidelis æstimandus est. 3. *Lex peccati* aliter hîc sumitur quàm cap. præced. Illic specialiter sumitur & cum restrictione, & significat reliquias dominii quod peccatum in carnem fidelium exercet; hîc generaliter & absolutè, & significat plenum illud peccati dominium, cui totus homo naturalis, extra Christum constitutus, subjectus est;

Marginal notes, column 159: [c] G. [d] Era. in not. [*] Era. in argumento. [f] Wil. [g] Par. [h] Calv. [i] Tol. [k] Me. T. E. [l] T. sim. E. [m] Ec. [n] Par. dub. 1. [o] G. [p] Par. [q] Li. chro. 122. [r] Ca. [†] Tol. [t] Par. [v] Gom. [x] E. T. [y] T. [z] E. [a] Bra. sim. Tol. [b] Bra. [c] Tol. sim. E. Par. [d] Gom. [*] E. [f] Bra. [g] Be. [h] G. [i] Par. [k] Gom. [l] Tol. [m] Par. [n] Gom.

Marginal notes, column 160: [o] Be. [p] Er. Zeg. Tol. [q] Tol. [r] Zeg. V. sic Pi. [†] Zeg. [t] V. [v] Par ex Chrys. & Calv. Be. [x] E. sic Me. [y] E. [z] Zeg Par. ex Amb [a] Par. ex Amb. Q. in Tol. Ham. [b] Par. [c] Ham. [d] Zeg. sim. Er. Tol. [*] Par. [f] G. [g] Pi. [h] Pi. ex Be. [i] Di. ex Be. [k] Di. [l] Par. ex Calv. [m] Pi. [n] Be. [o] Par. [p] Tol. [q] G. [r] Tol. [†] Tol. sic Pi. Par. [t] Pi. [v] Par. [x] V. [y] G. sim. Par. [z] G. [a] Pi. [b] Par. sim. Be. [c] Par. [d] V. sim. Zeg. [*] Gom. [f] Par. ex Calv. [g] Me. sim. E. T. Tol. [h] Tol. [i] Pi. [k] Par. [l] G. [m] V. [n] Par. Wil. ex Amb. Zeg. [o] Par. [p] V. [q] Di. [r] Zeg. [†] Ham. [t] Zeg. [v] Di. [x] Rollec. in Wil.

est; in quo ipsa quoque Lex Dei comprehenditur, sine qua nullum est peccato jus in hominem. Significat Apostolus, mutatum esse conjugii nostri statum; prioris conjugii maritum fuisse peccatum, cujus legi mancipati fuimus: successisse alium maritum, Christum cum suo Spiritu, cujus lege maritali jam tenemur. Nulla itaque nobis est condemnatio, quia à lege, id est, jure, peccati, tanquam defuncti mariti, liberati sumus, &c [y]. 4. Perfecta sanctificatio quæ est in Christo, quæ nobis imputata, perfectè nos liberat, quum alioqui in nobis ipsis imperfectè tantùm simus in hac vita liberati [z]. Sed nescio an id spectaverit Apostolus [a].

3. *Nam*, &c. Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου] Cohæret hoc non cum proximè præcedente, sed cum initio v. 5. *Nulla — condemnatio*, &c. quia Deus peccata condemnavit in carne Christi. Similis abruptio & regressio, Rom. 4. 13. quod cohæret cum v. 3. & 6 [b]. Alia probatio principalis instituti: simúlque explicat liberationis [per Christum] tum necessitatem, tum modum & causas, Lex justificare non potuit, &c [c]. Ostendere vult h. l. id nobis præstitum per gratiam, quod Lex præstare non potuit [d]. Causam hîc reddit sententiæ v. præced. cur *lex spiritûs*, &c [*]. [Verba sic reddunt,] *Nam impossibile* (vel, *impotentia*, P. Er. sive, *imbecillitas*, Er.) *legis*, Mo. Er. &c. scil. Dei [f], per quam erat infirma & inefficax. Forsan Nominativus absolutè ponitur loco Genitivi: ut sensus sit, *Cùm enim esset impossibile*, &c [g]. *Nam quod impossibile erat legi*, Vulg. Pi. Rectè. Casus enim possessivus, talibus adjectivis additus, idem valet quod Dativus: sicut idem est *malum hominis*, & *malum homini* [h]. *Legi*, tam Mosaicæ, quàm naturali [i], & Decalogi [k]. Hoc [autem] refertur non ad nomen aliquod, sed ad totum complexum quod sequitur: qualem constructionem & modò habuimus, 7. 21. Hoc enim dicit, Id quod Christus præstitit, nequisse Legem Mosis præstare [l]. *Etenim quod lex præstare non poterat*, Er. Il. Ti. sim. Ca. nempe hominem justificare, ex collat. v. seq [m]. Vel, efficere ut justificatio Legis in nobis impleretur: vel, quod sequitur, *condemnare peccatum*. Lex quidem sententiam mortis fert in peccatorem, non autem in peccatum, quippe quod magis vivit per eam, ut dictum præc. cap [n]. Al. Quòd lex mentis à nobis impleri non posset [o]. Al. *Propter imbecillitatem legis*, Par. sim. Ar. nempe ad liberandum me à peccato & morte [p]. *Propterea quòd inefficax erat lex*, Camer. Be. Τὸ γὰρ, pro ὅτι γὰρ [q], vel pro διὰ γὰρ τό [r]. Ellipsis τοῦ διὰ [†], Atticis usitata [d]; & τὸ ἀδύνατον, pro τὴν ἀδυναμίαν [*]. Sic & Syrus accipit [f]; *Nam quum impotens esset lex*, Tre. ex Sy. Al. *Nam quæ legis erat impotentia*; τὸ ἀδύνατον, pro, ὅπερ ἦν ἀδύνατον· vel pro, ἥτις ἦν ἀδυναμία. Attica constructio; cujus exempla vide apud Budæum. Aliter. Possit hîc esse particularum, ἐν ᾧ, trajectio; quasi scriptum sit, ἐν ᾧ γὰρ τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἠσθένει [g], *Cùm enim legis impotentia* (i. e. *lex impotens*, Be. potiùs, *legis impossibilitas*, Di.) *esset viribus destituta*, Be. Di. Indicat incurabilem fuisse illam impotentiam, quippe sitam in omnimoda virium, nempe salvificarum, carentia [h]. Illam interpretationem in prioribus edit. secutus sum [i], & ea mihi maximè arridet [k]. ¶ *In quo*, &c. Ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς] *In quo* (vel, *Quatenus*, Er. E. Pi. vel, *Quâ ratione*, E. vel, *Eâ parte quâ*, Er. Ti. V. vel, *In eo quòd*, ut sit ἐν pro διὰ [l]; vel, *Eo quòd*, Il. Pi. Tol. sive, *Quia*, vel *Quandoquidem*, Par. Tol. G. ut Rom. 5. 12 [m], ἐν ᾧ, pro ἐφ' ᾧ [n], more Hebraico [o]; vel pro διότι, ut Heb. 7. 18. vel valet *Cùm*: nam ἐν ᾧ certum tempus vel certam conditionem aliquam Græcis sæpe designat, ut Marc. 2. 19. Luc. 5. 34 [p].) *infirmabatur* (vel, *imbecillis erat*, Er. Il. Ti. V. vel, *minùs potuit, excidit*, בשל. Pari sensu τὸ ἀσθενὲς τῆς ἐντολῆς dicitur, Heb. 7. 18 [q]. impotens & inefficax reddebatur [r]. *Cùm nihil posset*, P. *Cùm viribus esset destituta*, Be.) *per* (vel, *propter*, Ca. Zeg.) *carnem*, Mo. Er. Il. Ti. Pi. vel, *in carne*, P. Be. Al. *Quo laborabat in carne*, Ar. *Propter infirmitatem carnis*, Sy. *Quia caro*, i. e. carnales Judæorum affectus, *vires ejus retuderant*. Vide Act. 13. 38. Heb. 9. v. 15 [†]. Integra oratio est, *Propter impotentiam legis à carne contractam* [t]. *Per carnem*, scil. meam, vel nostram [v], peccato infectam [x]; q. d. ob vitiositatem nobis carnali generatione insitam [y]: non Legis, sed hominis, culpâ hoc fit [z]. Lex optima virtutis magistra, sed caro vim ejus inhibet, quia ei subjici nec possit, nec velit, v. 7 [a]; *Legem esse imbecillem per carnem* est, Legem humanis viribus non impleri [b], nec sine gratia Christi impleri posse [c]. Legis promissiones minæque non poterant carnales concupiscentias subigere, aut internam puritatem efficere [d]. Verùm Lex nunquam adeò imbecillis erat quin poterat, cooperante Spiritu Dei, mentem illuminare, cor expurgare, hominem convertere, dirigere, vivificare, &c. id quod S. S. abundè testatur. Et quamvis Evangelium & luce & virtute Legem superet, superba tamen & pervicax nostra caro nec illi magis quàm Legi se subjicere vult, nisi succurrat Spiritus Dei, &c. de impotentia ergò Legis loquitur non quoad sanctificationem, sed quoad justificationem [*]. Lex impotens erat ad hominem justificandum, non per se, sed ex accidenti; quia scil. homo corruptus impotens erat ad præstandam Legem, nec Lex vires ei dare poterat [f]. ¶ *Deus*, &c. Ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας] *Deus* (sub. *hoc præstitit*, Er. Ti. sim. Q. in Tol. Pi. ex Luth. & Olev. Glas. Vor. Ellipsis verbi finiti qualis Psal. 25. 15. *Oculi — ad Dominum*, sub. *respiciunt*: Psal. 120. 7. *Ego pacem*, sub. *diligo*; *illi ad bellum*, sub. *prorumpunt*: Apoc. 19. 10. *Vide nè*, sub. *feceris* [g]. Opponit h. l. Legem & Deum ratione unius effecti, quod Lex quidem efficere non potuit, Deus autem effecit [h]. Sed non opus est hoc supplemento [i]. Forsan post nomen hoc, Θεὸς, parenthesis statuenda est usque ad verbum κατέκρινε [k]. Al. *Deus*, sub. *ideo*, ut Thren. 1. 9. *Deposita*, id est, ideo deposita, ait Hi. *est vehementer* [l].) *suum ipsius Filium* (vel, *Filio*, Be. Pi. &c.) *mittens* (nempe in carnem [m], vel in mundum [n]; ad homines [o]. *Mittere* autem Deus dicitur, ubi mandata dat, ut diximus ad Joh. 4. 34. Vide & Jer. 1. v. 7 [p]. Vel, *misit*: Participium pro Verbo, ut Rom. 3. v. 24. *Justificati*, pro *justificantur*; & 5. 3. *Gloriantes*, pro *gloriamur* [*].) *in similitudinem* (vel, *in similitudine*, Er. Tre. ex Sy. sic Il. Par. D. vel, *sub specie*, Er. V. Ar. vel, *conformato*, P. vel, *in forma consimili*, Be. Pi. Aliud est ὁμοίωμα, id est, res ipsa ad similitudinem alterius efficta, quàm ὁμοίωσις, quæ est ipsa operantis actio; & quàm ὁμοιότης, i. e. qualitas operis ad alterius similitudinem effecti [q].) *carnis* (vel, *carni*, P. Be. Pi.) *peccati*, Mo. Tre. Vulg. &c. vel, *peccatricis*, Ti. Zeg. Per. vel, *peccato obnoxiæ*, P. Be. Pi. per peccatum contaminatæ [r]. Al. *carne sontis simili*, Ca. id est, variè afflictâ [†]; ut tractaretur sic quomodo nocentes tractari solent: Esa. 53. 12. Marc. 15. 28. Phil. 2. 8 [*]. Sensus, q. d. sanctâ carne indutum [t], sed quæ speciem carnis peccatricis referret [v]; qui habuit corpus simile nostro corpori peccato obnoxio [x]; sine peccato quidem [y], sed passibile ac mortale [z], qualis est caro peccati [a]. Non favet hoc Marcioni [b], aut Manichæis, qui Christum non veram carnem, sed ejus speciem tantùm, assumpsisse voluerunt: *missum* eum dicit *in similitudine*, non *carnis* simpliciter, sed *carnis peccati* [c]. Post ἐν ὁμοιώματι subauditur ὄντα· vel, illa verba pendent à Participio πέμψας, & ἐν pro εἰς· sic, *Misso in similitudinem*, &c [d]. ¶ *Et*, &c. Καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ] *Et* (vel, *Etiam*, Er. vel, *Et quidem*, D. vel, *Idque*, P. Be. Pi. Forsan, *&*, ut sæpe apud Paulum, redundat [*]. Omittitur quoque apud Syrum; fortè abfuit ab exemplari quo usus est [f]. Ità planus & perfectus sermo fit, *Deus, misso Filio suo in similitudine carnis peccati, de peccato*, &c. atque ità contulit quod Lex non potuit, nempe Legis impletionem [g].) *de peccato* (i.e. vel, 1. de natura peccato infecta; q. d. non solùm carnem sumpsit similem carni peccati, sed etiam de peccatoribus [h]. Cui obstat, quòd περὶ, *de*, hunc sensum respuit [i]. Præstat ergò ad sequentia referre. Vel, 2. peccati; q. d. peccatum sceleris reum peregit, non tantùm quia peccatum auxit, ut dictum cap. præced [k]. sed & quòd Christum innocentem injustè occidit. Est prosopopœia: loquitur de peccato, tanquam tyranno, qui de possessione regni quod invaserat ejiciatur [l]: peccatum abolevit, ejúsque vires & regnum destruxit, non solâ utens potentiâ, sed & justo judicio: qui enim manum extendit in aliena, justè privatur suis [m]. Vel, *pro peccato*, P. Be. Ca. Par. sic Sy. Ar. Gom. nempe expiando, sive tollendo [*]; vel, ut pœnam peccato debitam subiret [†]. Refertur hoc ad πέμψας, & additâ distinctione à cæteris separatur, prout & Græcus Schol. & Epiphan. distinguunt [n]. Vel, *peccati causâ*, Par. vel,

[y] Di. [z] Be. in Di. [a] Di. [b] Pi. [c] Par. [d] Me. ex E. [*] Tol. [f] Pi. [g] Er. [h] G. [i] T. ex Me. [k] Me. [l] G. [m] Pi. [n] Di. [o] Tol. [p] Par. [q] Par. dub. 3. [r] Par. & Be. ex Camer. [†] Camer. [d] Be. [*] Camer. [f] Be. [g] Idem. [h] Di. [i] Be. [k] Di. [l] Er. [m] Par. [n] Pi. Par. [o] G. [p] Be. [q] G. [r] Pi. [†] G. [t] Par. [v] Pi. sic Me. [x] Me sim. E. T. [y] Pi. [z] Par. sim. Gom.

[a] Be. [b] V. [c] E. sim. Tol. [d] Ham. [*] Ga. [f] Par. [g] Glas. gram. 3. 3. 56. 402. [h] Pi. [i] Par. sic Tol. [k] Vor. [l] Tol. [m] Par. [n] G. Pi. [o] Pi. [p] G. [*] Tol. [q] Be. [r] Be. sim. Pi. [†] Gom. [*] G. [t] Di. [v] Di. sim. Pi. E. Me. T. [x] V. [y] Tol. [z] Tol. sim. Me. [a] Tol. [b] Par. [c] E. sim. Tol. Par. [d] Pi. [f] D. [g] E. [h] Q. in Tol. [i] Tol. sic E. [k] E. [l] Me. sim. E. Tol. ex Chrys. [m] Tol. [*] Par. sim. Ca. [†] Gom. [n] Be.

vel, *propter peccata*: idem enim est quod, διὰ τὰ παραπτώματα, Rom. 4. 25. Sic περὶ ἁμαρτιῶν, 1 Cor. 15. 3. Gal. 1. 4. & ità rectè accepit Syrus°. Vel, per hostiam pro peccato, Christum †: *per peccatum*, i.e. per Christum, qui factus est pro nobis peccatum. Sic Tit. 2. 7. περὶ πάντα, *per omnia* p: περὶ pro ὑπὲρ q, ut Mat. 9. 36. & 26. 28. & 1 Pet. 3. 18. & apud Græcos disertiores r. *Et* (sub. *sacrificio*, Pi. vel, sub. *oblationem*, vel *in oblationem*, Di. vel, *ut fieret victima*, Par.) *pro peccato*, Pi. Par. Di. &c. i.e. Sacrificio expiatorio per Christum oblato. Ellipsis, qualis Heb. 10. 6. & in Græco, Psal. 40. 7. Sic & 2 Cor. 5. ult. *peccatum fecit*, i. e. victimam pro peccato †. *Sacrificium pro peccato*, à LXX reddi solet, περὶ ἁμαρτίας t, Levit. 4. & 5 v. Sic Levit. 5. 7, 9, 11 x. Sed huic interpretationi repugnat, 1. præp. περὶ. [At id pro ὑπὲρ positum jam dixerat.] 2. Quòd hìc de incarnatione, non de morte, Christi agitur y. Quod minùs rectè dicitur: damnatio enim peccati non nisi in morte Christi facta est z.) *damnavit*, vel *condemnavit*, (i. e. abolevit a, ut & κρίνειν sumitur 1 Pet. 4. 6 b. Metonymia efficientis metaphorica: nam judicis condemnatio facit ut reus è medio tollatur c. Vel, interfecit d; vel, mortui adjudicavit ut vitâ privetur, tanquam Legis transgressor, & generis humani pestis, & ipsorum Electorum tyrannus, & jam in ipsum Christum grassans *. Κατακρίνειν dicitur pro *interficere*, sicut κατάκριμα pro *morte*, quia damnati interfici solent: *interfecit* verò, i. e. interficiendi nobis vires præstitit. *Interficere* est, efficientiam adimere. Ità hìc est μετάληψις, sive figurarum multiplicatio. Vide quæ suprà 4. 25. Est autem argutè dictum. Ipse qui damnatus peccato videbatur *damnavit peccatum* f. *Damnâsse* dicitur concupiscentiam, quia & reatum ejus, & vires, sustulit g. *Damnavit*, tum expurgando per regenerationem in carne nostra, tum puniendo in carne Christi h; quod malim: ut sensus sit, q. d. pœnas & diras peccato nobísque debitas Filio suo irrogavit i. Quem sensum suadet, tum quòd κατακρίνειν semper sign. *pœnas peccati irrogare*, ut Rom. 2. 1. & 5. 16, 18. & 8. 1, 34. tum scopus loci, qui est ut probet, nullam esse condemnationem, &c k.) *peccatum* (h. e. fomitem in nobis vigentem l; peccatum nostrum m, quod erat causa carni victoriam reportandi contra mentem n:) *in carne*, Vulg. Tol. &c. i. e. in hominibus. *Caro* pro hominibus o. Vel, in Christo homine p. *In carne*, vel, 1. nostra q; q. d. peccatum domino suo multavit, nè regnaret in carne r: vel, 2. Christi †. Vel, *per carnem*, Er. &c. *in illa carne*, Pi. *in carne ejus*, Pi. ex Sy. nempe Filii, cujus modò mentionem fecit t.

4. *Ut*, &c. Ἵνα τὸ δικαίωμα, &c.] *Ut justificatio* (Sed illa est δικαίωσις, i. e. absolutio v. Vel, *justitia*, Sy. Il. Zeg. vel, *jus*, Par. *illud jus*, P. Be. vel, *justum*, Tol.) *legis* (i. e. quam exigebat Lex x: *justum legis* est totum quod Lex præcipit y. Al. Δικαίωμα respondet Hebræo חקים, Num. 30. 16. Deut. 4. 14, 40, 45. denotátque leges quas Deus Judæis dedit, præter leges moralem, sive naturalem, omnibus datam, peculiaria instituta *circumcisionis*, &c. quæ δικαιώματα vocantur, Heb. 9. 1. ut & Luc. 1. 6. ubi τῶν ἐντολῶν, *præceptis moralibus*, subjicitur: quæ à Deo designata ut eos puritatem docerent, à Christo compleri dicuntur h. l. per præcepta internæ puritatis z.) *impleretur in nobis*, Pi. Er. Ti. Ca. Mo. &c. Hæc verba intelligenda sunt, vel, 1. de justificatione a, vel veniâ, sive peccatorum remissione b; qu. d. ut justificaremur præditi eâ justitiâ quam Lex à nobis postulat c: ut Legi per Christum satisfieret, eâque satisfactio nobis imputaretur, acsi à nobis impleta fuisset d. Δικαίωμα *legis* idem quod Rom. 5. 16. κατάκριμα, *damnatoria sententia* Legis in peccatores; & Rom. c. 1. v. 32. δικαίωμα Θεοῦ, *jus Dei* omnes peccantes morte damnans *. Sed hanc sententiam refellit tum scopus loci, tum ipsa phrasis: non enim dicit, *ut — impleretur à Christo pro nobis*, sed, *in nobis* †. Verùm non dicit, ὑφ' ἡμῶν, *à nobis*. Neque enim idcirco nulla nobis est condemnatio, quòd justitia sit in nobis inchoata, sed quia unum sumus in Christo, qui nos plenè & in solidum sanctificavit in sese in æternum ‖. Vel, 2. de sanctificatione vitæ f. At hoc sensu justificatio non impletur in nobis in hac vita g. Sed hoc non obstat: Complemus enim Legem, non quidem simpliciter & simul, sed secundùm quid, secundùm omnia præcepta inchoatè, & successivè, ut Rom. c. 13. v. 8. Gal. 6. 2. Eph. 5. 26. Confer Luc. 1. 6. Act. 9. 36. Rom. 15. 14. Tit. 2. 14 i. Sensus est, Ut possemus Legem mentis implere k, ut Legem impleremus, & sic faciendo justi essemus l: ut nos præstaremus omnia quæ in Lege Mosis per se honesta sunt, quæ dicuntur משפטים; sicut ea quæ sunt addita vocantur חקים, ἐντολαί, ubi distinctè loquuntur Hebræi. Præstant autem qui verè sunt Christiani illa quæ in Lege Mosis honesta sunt, & in illis majora, ut diximus suprà 3. 31. non quia Moses jussit, sed quia Christus, qui & vires dedit m. [Vel, 3. de utraque;] ut satisfactione Christi nobis imputatâ, nos & justi fieremus imputatione per fidem, & impletione Legis per regenerationis gratiam n: quanquam prior sensus magis convenit instituto Apostoli o. Significat, tum plenam pœnæ nobis debitæ luitionem, ut à condemnatione liberemur; tum plenam Legis præstationem, ut ad æternam vitam ἰσχυροὶ inveniamur ex illa promissione, *Hoc fac, & vives* p. Damnato in carne Christi peccato, justi, fatente Lege, habemur: nec hoc tantùm, sed ut membra capiti sint conformia, fluit ex eo in nos Spiritus regenerationis, qui in nobis quoque ipsis justificationem Legis perficiat. Universa itaque hæc justitia, tum imputata, quam per fidem habemus in Christo, tum inhærens, quam per regenerationem habemus in nobis, est quidem justitia Legis, sed neutra ex Lege. Duplex ergò est justificatio: utraq; autem non nostro merito nititur, (ut duplex justificatio Pontificiorum,) sed solo Christi merito & gratiâ. Harum prima est causa secundæ, secunda effectus & demonstratio primæ; prima fide, altera operibus, peragitur: utraque concurrere debet, ut justificatio Legis in nobis compleatur: utraque fit coram Deo, sive in judicio Dei, sed prima est extra nos, altera in nobis. Prima ea est de qua suprà cap. 3. & 4. & 5. disputavit, de qua Rom. 4. 11. 2 Cor. 5. 21. Phil. 3. 9. quâ nos, in nobis ipsis peccatores, Deus plenè justificat, & pro omnino conformibus Legi habet in Christo: hæc consistit in remissione peccatorum per imputatam Christi obedientiam. Altera est, de qua Rom. 6. 13. Eph. 4. 24. 1 Joh. 3. 7. quâ nos regeneratos Deus ex parte nunc justificat, & indies justificat magìs ac magìs, prout incrementum capit regeneratio; ac justificabit plenè, ubi perfectio advenerit; de qua agitur 1 Reg. 8. 32. Matth. 12. 37. Jac. 2. 21. Apoc. 22. 11. Hanc sola opera constituunt, non fides. An non ergò, inquies, justificatio quædam est ex Lege, si est ex operibus Legis? Non est, inquam: tum, 1. quia hæc opera etsi sint Legis, quoad normam, ratione tamen originis & virtutis unde proficiscuntur, non sunt Legis, sed gratiæ & Spiritus: tum, 2. & potissimùm, quia eam Lex non admittit ex autoritate potestatis suæ, quæ nihil nisi perfectè sanctum laudat, nec alios justificat nisi qui Fœderis conditionem implent operibus omnimodâ perfectione Legi respondentibus; sed ex autoritate gratiæ Christi, cui nunc ancillatur Lex, quæ, facta instrumentum gratiæ, συγκαταβαίνει, séque accommodat nobis; & cujus [Christi] jussu imperfecta, meritóque culpanda & rejicienda, fidelium opera laudat, probat, & ea, dissimulatis propter Christum defectibus, pro conformibus sibi habet. In prima justificatione absolvitur peccator à reatu omnium peccatorum, Rom. 4. 5. in secunda, absolvitur à crimine hypocriseos, & profanitatis, &, comparatione cum impiis ac profanis, justificatur tanquam probus, & apud Deum, & in sua conscientia. Hoc modo Deus Jobum justificavit, idque ex operibus suis, Job. 1. 1, 2. & 2. 3. & 42. 8. Et hoc sensu opera *imputari* dicuntur *in justitiam*, Psal. 106. 31. imperfectam scilicet, qualia sunt ipsa opera, quibus proinde Legi minimè satisfactum est; quum fidei imputatio fit in justitiam perfectam, talem qualis est obedientia Christi, quâ satisfit rigori Legis, quam Christus pro nobis præstitit; quæ habetur tanquam nostra, indéque nos peccatores absolvimur ab irati Dei vindictâ. In prima justificatione judicium fert Deus de pretio sanguinis Christi, quantum id pro nobis valeat apud se: in secunda, de collato nobis regenerationis dono, cujusmodi nempe nos eo nomine habeat q. ¶ *Qui non secundùm carnem*, &c.] Repetit quod dixerat suprà v. 1. ut ostendat se agere de Christianis re & nomine, quales plerique erant qui Christianismum profitebantur crucis tempore r; & vitæ sanctitatem cum fide conjungendam esse †; eósque frustrà de fide ac Christo apprehensio

Margin (col. 1): o G. † V. p Glas. gram. 3. 19. 581. q Be. Pi. Par. r Be. † Pi. t Pi. sic Di. v Pi. x Di. y Be. z Di. a V. Be. Pi. Tol. b Pe. c Pi. d G. * Di. f G. g Per. disp. 4. h Par. dub. 3. i Par. k Par. dub. l Zeg. m Di. n Tol. o V. p Ca. q Zeg. Vor. r Par. † Pi. sim. Be. Tol. E. Vor. t Pi. v Be. x V. Me. sic E. Pi. Gom. y Tol. sim. Di. z Ham. a Q. in Gom. Vor. b P. sic Calv. c Pi. d Par. sim. Calv. * Par. † Gom. ‖ Be. f Gom. g Calv.

Margin (col. 2): i Gom. k Tol. l E. m G. n Par. dub 3. o Par. p Be. q Di. r G. † Par.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

henso gloriari, qui reipsâ non ostendunt se Christi Spiritûs esse participes [t]. Redit ad doctrinam de sanctificatione, propositam in posteriore membro, v. 1 [v]. Al. Sensus, q. d. Quod fit (nempe ut Legem impleamus) dum non carnis desideria sequimur, sed instinctum Sp. S [x].

5. *Qui*, &c. οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες, τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν] *Nam qui secundùm carnem sunt* (i.e. carnales [y], in statu naturæ carnali [z], non regenerati [a]; qui appetitus carnis sequuntur [b]; qui possidentur à carnis affectibus, quæ παθήματα dixit suprà. Sic κατείδωλον urbem in Actis habuimus [c].) *quæ carnis sunt* (i.e. carnalia [d], bona mundana, honores, opes, &c [*]. corporis voluptates [f]; vel, opera carnis [g], ad quæ concupiscentia carnalis inclinat, ut peccata omnia [h]. Vide Gal 5. 19 [i].) *desiderant*, Pi. vel, *cogitant*, Sy. *sentiunt*, Ar. V. Ca. Er. Val. *curant*, Er. Il. Ti. Par. V. *sapiunt*, P. Mo. Be. Æth. Vulg. Hoc verbo judicium intellectûs simul cum voluntatis affectu significat; q. d. ea judicant facienda quæ caro postulat, mente & affectu obedientibus carnis legi [k]; illis afficiuntur & student, & toti sunt in illis [l]; ad altiora non assurgunt [m]. Hoc verbo operationem partis superioris expressit [n], ut innueret hærere hoc malum in ipso etiam ἡγεμονικῷ· unde mentio *mentis carnis*, Colos. 2. 18 [o]. φρονεῖν & φρόνημα Paulo non ad Intellectum, sed ad Studium, solet referri. Vide quæ diximus ad Matth. 16. 23. Solent animi constitutionem actiones frequenter sequi [p]. ¶ *Qui verò secundùm spiritum sunt*, (i. e. homines spirituales [q], qui carni resistunt, & rationem sequuntur [r]; qui possidentur à Dei Spiritu †, qui nunc non nisi per Christum contingit [t]; qui se Spiritui regendos dedunt, nec carni obediunt [v]. Per *spiritum* hîc intelligit, vel, 1. Spiritum Sanctum [x], cui obediunt [y]; vel, ipsius gratiam [z]: vel, 2. hominis mentem, quia carni opponitur [a].) *quæ sunt spiritûs*, &c.] h. e. Opera consentanea Spiritui Sancto [b], *fructus spiritûs*, Gal. 5. 22 [c]. quæ Spiritus Dei suggerit, quæ ad Dei gloriam, cultum, regnum, pertinent [d]; ea mente & affectu amplectuntur quæ rationis sunt [*]: student rebus sanctis [f], qualis est ille Spiritus [g].

6. *Nam*, &c. Τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς, &c.] Hîc rationem reddit cur suprà dixerat etiam à morte se liberatum [h], vel cur dixit, *nihil damnationis esse iis qui non secundùm carnem ambulant*, &c. v. 1. & proinde eos qui secundùm carnem ambulant damnationi obnoxios esse [i]; vel cur dixit, Legem non impleri ab iis qui quæ carnis sunt sapiunt, &c. quia lex Spiritûs est lex vitæ: his autem non vita, sed mors, inest, &c [k]. Al. Particula γὰρ non probat quid utrique curent, sed quid utraque studia sequatur [l]. Al. γὰρ pro δὲ· Heterosis. Non probat quod præcessit, sed doctrinæ, justificatos sanctitati studere, inserit exhortationem ad sanctitatem [m]. [Verba sic reddunt,] *Nam affectus* (vel, *desiderium*, Pi. *sensus*, Il. Pi. *studium*, Ca. Pi. φρόνημα τῆς σαρκὸς planè idem quod ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, Gal. 5. 24 [n]. Vel, *consilium*, Ar. *cogitatio*, Sy. Q. in E. φρόνημα hîc idem quod יצר, Gen. 6. 5 [o]. Vel, *intelligentia*, P. *prudentia*, Vulg. Mo. Par.) *carnis* (vel, *Quod sapit caro*, Be. vel, *Sapere secundùm carnem*, E. ex Tertul. Me. sic Tol. hoc est, curare, providere ea quæ carnis sunt [p], & in illis finem sibi ultimum proponere, & media ista comparandi exquirere [q]. Prudentiam hominibus carnalibus h. l. tribuit Paulus, sicut Christus Luc. 16. 8. Non dicit φρόνησις, nè ipsam prudentiam damnare videretur; sed φρόνημα, intelligens actus φρονήσεως, consilia, discursus, actiones; simulque prudentiæ carnalis principia, intelligentiam, voluntatem, appetitus, affectus, sensus carnales, non regeneratos [r]. Vel, *Quod cogitat caro*, i. e. vita carnalis †; vel, studium illud carnis affectibus per omnia obsequendi [t]. Al. Præclarissimæ cogitationes humanæ [v]. Carnales homines summam prudentiam astutiámque in eo collocant, ut peccent [x].) *mors est*, Er. Ti. &c. i. e. causa mortis [y], ut Rom. 7. 13. ad mortem, eámque æternam, ducit. Vide Rom. 6. 21, & 7. 10, 11, 24 [z]. ¶ *Prudentia autem spiritûs* (i. e. sapere, amare, & sectari spiritualia [a], sive honesta [b]. Vel, *Quod cogitat spiritus*, Gom.) *vita & pax*] i. e. Felicitas [c]: id est, causa est vitæ ac felicitatis, quam Hebræi *pacis* nomine appellant [d]. Vel, pacem inducit cum Deo [*].

7. *Quoniam —— inimica*, &c. ἔχθρα εἰς τὸν Θεὸν] *Inimicitia* (Abstractum pro concreto, ad auxesin; q. d. valde inimica: ut *scelus* plus est quàm *sceleftus* [f]. Sub. *est*, Pi. Be. &c.) *adversus Deum*, Er. Il. P. Be. &c. vel, *in Deum*, Mo. V. *cum Deo*, i. e. ità se gerit sicut solent inimici. Causæ nomen pro effectu. Vide Jac. 4. 4 [g]. est superba, contumax in Deum [h]: per eam homo constituitur inimicus Deo, utpote voluntati & Legi ejus contrarius [i]. Causam hîc reddit, vel, 1. cur sapientia Spiritûs sit pax, h. e. pacis causa, quæ est ex contrario; quia sapientia carnis est causa belli & discordiæ, &c [k]: vel, 2. cur prudentia carnis sit mortifera, quia Deo inimica est [l]. ¶ *Legi —— non est subjecta*] i. e. Non obedit [m], sed repugnat. Figura, quâ minùs dicitur, plus intelligitur [n]: fertur quà lubet, non quà monstrat Dei Lex. Non malè huc, sed sensu eminentiore, aptes quod dixit Agathon [o]: [cujus verba vide in G.] ¶ *Nec enim potest*] Scil. Legi subjici [p], quia Lex Dei, & lex carnis, tendunt in contraria [q]. q. d. Vitium virtus esse non potest, nec inclinare ad ea quæ virtutis sunt. Id enim naturæ ejus omnino contrarium est [r]. Hæc impossibilitas indè oritur, quòd contraria simul in eodem subjecto existere non possunt †. *Non potest*: nam caro est vitiositas nativa, seu peccatum originis, à quo nihil boni cogitari, aut præstari, potest [t]: Lex enim definitum est aliquid, Cupiditates infinitæ. Similia loquendi genera habes 1 Cor. 2. 14. 1 Joh. 3. 9 [v]. *Non potest*, nempe absque gratiâ, sine qua liberum arbitrium non potest, nec vult, Deum amare [x].

8. *Qui*, &c. Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ, &c.] *Qui autem* (vel, *igitur*, Pi. Be. δὲ pro οὖν [y]. Est enim conclusio totius argumentationis. Confer Heb. 11. 6 †. Sed δὲ nusquam ità sumitur [z].) *in carne sunt* (i. e. carnis affectibus serviunt [a], sub carnis dominio sunt, h. e. omnino carnales [b]; qui carnaliter vivunt [c].) *Deo placere non possunt*; quamdiu scil. sic vivunt [d]. Qui tales sunt quales descripsi, Deo placere non magis possunt quàm Regi subditi rebelles. Quomodo ergò Deus illis daret summum munus, id est, felicitatem æternam [*]?

9. *Vos autem*] Scil. Christiani [f], tam Judæi quàm alienigenæ [g]. Applicat doctrinam positam fidelibus, &c [h]. Docet rationem rectè secandi Verbum Dei, ut generalis doctrina præmittatur, illustretur, confirmetur; postea ad hypothesin & usum singulorum applicetur in Ecclesia [i]. ¶ *In carne*, &c.] Quod modò dixit κατὰ σάρκα, & κατὰ πνεῦμα, nunc dixit, ἐν σαρκὶ, & ἐν πνεύματι· sicut ἔνθεον dicunt Græci, *eum qui à Deo possidetur*. Similitudo sumpta ab iis qui custodibus undique sepiuntur, & in eorum sunt potestate [k]. *In spiritu*, i.e. affectibus Spiritûs servitis [l]. ¶ *Si*, &c. Εἴπερ, &c.] *Siquidem* (vel, *Quandoquidem*, Er. Par. εἴπερ pro ἐπείπερ [*], vel ἐπειδήπερ ||, ut 2 Thes. 1. 6 [m]. Non est dubitantis [n], sed ratiocinantis [o], & confirmantis [p], & fiduciam sonat [q]; simul tamen eos ad examen excitat [r]:) *spiritus Dei* (i.e. Spiritus Sanctus [f], per gratiam & dona sua [t],) *habitat* (non ut hospes, sed ut indigena perpetuus, & ut dominus, non modò domum occupans, sed & in ea imperans [v]:) *in vobis*, Be. Pi. ut templis suis [x]. Est & hîc effectus pro causa: vult enim dicere, Si tamen ità fidem imbibistis & animo mundati estis ut dignetur in vobis habitare aura illa cœlestis [y]: si gratia quam recepistis in vobis perseverat [z]. *Habitat*, &c. per fidem vivam & gratiam habitualem, & opera indè procedentia [a]. ¶ *Si quis autem spiritum Christi* (quem modò dixit *spiritum Dei* [b]: quia à Patre & à Filio procedit [c]. Christus ergò Deus est [d]. Rectè hîc dixit *spiritum Christi* [*], quia post Evangelii patefactionem Spiritus ille non datur nisi per Christum, Joh. 14. 16, 17, 26 [f]. vel, ut detur intelligi fides Evangelica, quâ credimus & in Deum, & in Christum, per cujus meritum datur credentibus Spir. S. per gratiam & dona quibus vivimus in Spiritu [g].) *non habet*, (*Habere* sic dicitur, sicut domus dicitur *habere dominum* [h].) *hic non est ejus*] i. e. Christi genuinus filius & discipulus ||, ad Christum non pertinet, ut vivum ejus membrum, &c [i]. in eo Christus non est, supple, nec est hic in Spiritu, sed in carne; nec habet Spiritum Dei [k]: *nondum plenè Christi est*: nam credere & baptizatum esse non sufficit [l]. Vicissim, qui Spiritum Christi habet, est ejus. Ostendit, unde nôrit Spiritum Dei habitare in iis, quia Christum tantâ fide amplexi erant, &c [m].

10. *Si autem Christus in vobis sit*] Tanquam in templo suo [n], nempe per Spiritum [o], qui *Christi vicarius*

[Marginal notes, col. 1:] t E. — v Pi. — x E. sim. Me. — y E. Me. Par. Er. — z Pi. — a Par. sim. Pi. Be. — b Tol. sim. Par. — c G. — d Par. Camer. v. 6. — * Par. — f V. — g E. Me. Par. — h E. — i Par. — k Tol. — l E. Me. — m Par. — n Tol. sim. Be. — o Be. — p G. — q E. Me. — r Tol. — † G. sim. Pi. — t G. — v Par. — x Anselm. in Tol. — y Tol. — z Theod. in Tol. — a Tol. — b E. — c E. Me. Par. — d Par. — * Tol. — f G. sim. Pi. — g G. — h Idem. — i E. — k Tol. — l Par. — m Pi. — n Idem. — o G. sic Par. — p E. — q Tol. — r Par. — † Gom. — t G. — v Camer. — x Par. — y G. Par. sim. Tol. Pi &c. — z G. — a Me. T. sim. E. — b Tol. — c Pi. — d G. — * Tol.

[Marginal notes, col. 2:] f Par. — g G. — h Par. — i E. — k Tol. — l G. — m Pi. — n E. — o G. — p E. Me. — q Tol. — r E. Me. — † Vor. — t Gom. — v G. — x Par. — y Pi. Vor. — † Vor. — z Tol. — a V. Me. sim. E. Tol. — b Gom. — c Me. — d Tol. — * G. — f Pi. G. — g G. — h Tol. sim. Par. — i Par. — k G. — l V. — * Er. — || Camer. Be. — m Er. Be. — n Er. ex Chrys. & Th. sic Par. — o Er. — p Er. ex Chrys. — q Er. ex Th. sim. Par. — r Par. — † Tol. Par. — t Tol. — v Par. — x Pi. — y G. — z Tol. — a Me. — b G. sic Be. Tol. Par. — c Tol. ex Amb. — d Tol. sic Par. — * G. sic Tol. — f G. — g Tol. — h G. — || T. sim. Me. — i E. — k Tol. — l G. — m Par. — n G. — o G. Me. E. Pi.

rius Tertulliano dicitur [p] : i.e. ſi quis Spiritum Chriſti habet [q]. ¶ *Corpus quidem mortuum eſt* (i.e. mortale, ſive morti obnoxium [r],) *propter* (vel, *per*, Ca.) *peccatum*] Ità Er. P.Tre.Be.&c. ſcil. Adæ †: vel, peccatum adhuc habitans in eo [t]. Rectè docent Theologi, mortem & miſerias hujus vitæ, etiam in hominibus juſtis, eſſe pœnas peccati originalis [v]. Dixerat Apoſtolus, nos *liberatos* eſſe *à lege Peccati & Mortis*, v. 2. de lege Peccati id oſtendit verſibus præced.hîc de lege Mortis [x]. Objici poterat, Nos morimur : ergò liberati non ſumus à morte [y]. Reſpondet, mortem nobis non dominari, ſed ab ea tandem nos liberandos fore ; eámque nobis non eſſe veſtibulum mortis ſecundæ, ſed januam vitæ æternæ. Spiritus enim S. quos ſanctificat, etiam glorificat [z]. Quamvìs peccatum morti nos adjudicet, quatenus in nobis adhuc remanet vitioſitas, vis tamen vivificandi in Spiritu Chriſti ineſt quæ mortalitatem noſtram abſorbebit [a]. Al. Diximus ſuprà *corpus* & *carnem* Hebræis promiſcuè ſumi. *Carnem* pro *affectibus carni congruentibus* ſæpe habuimus. Ità & hîc ponitur *corpus*, quod in Chriſtianis dicitur eſſe *mortuum*, i. e. exutum priſtinâ illâ quidvis agendi libertate, *propter peccatum*, i.e. ad vitandum peccatum ; ſicut dicitur aliquis fugere *propter hoſtes* [b]. Hæc antitheſis Corporis & Spiritûs intelligitur de vitioſitate carnis, & Spiritûs S. renovatione [c]. Sed præſtat de mortificatione hominis exterioris, déque mentis innovatione, accipere. Confer Rom. *6*. 2. item 2 Cor. 4. 10, 11 [d]. Quod antè *carnem*, hîc *corpus* vocat, quia utrique opponit *Spiritum*. Intelligit autem vitioſitatem naturæ, quam ex majori parte ſublatam dicit, δι' ἁμαρτίαν, i. e. *quod attinet ad peccatum*, ſeu, *ratione peccati* ; nè ſcilicet poſſit ampliùs nos impellere ad petulanter peccandum [*]. ¶ *Spiritus*, &c. Τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ] *Spiritus autem vita eſt* ; ità Er.P.Be.Pi.&c. vel, *vivus*, ſive *vivens*, Tre. ex Sy. Ar. Ca. vel, *vivit*, Vulg. Tol. ex Orig. & Anſelm. ζῇ enim in quibuſdam exempl. legitur [f] : & facilis eſt lapſus in ζωὴ & ζῇ [g]. *Vita*, i.e. immortalis eſt [h], vel cauſa vitæ, per Meton. ut Rom. 7. 13. *mors*, i. e. mortis cauſa [i]. *Spiritum* hîc intelligit, vel, 1. Spiritum Sanctum ; qui *vita* dicitur, quia eſt cauſa vitæ, in ſe vivens, & alios vivere faciens [k] ; vitâ vel gratiæ & ſpirituali [l] : vel poſt reſurrectionem [m] : vel quia in ipſa mortalitate nobis arrha eſt vitæ æternæ. Ex κοινωνίᾳ fidelium cum Chriſto, v. præced. infert, Ex Spiritu dato certos nos eſſe debere de vita æterna [n]. Vel, 2. ſpiritum hominis [o], tum ob antitheſin *corporis* & *ſpiritûs*, tum ex collat. v. ſeq [p]. animam, ſive rationalem partem [q], gratiâ Chriſti renovatam [r] ; vel partem noſtram ſpiritualem, h. e. regeneratam † ; novitatem naturæ à Sp. S. effectam, unde exſiſtit ſtudium pietatis [t]. Hic ſpiritus *vivit*, vel, 1. vitâ gratiæ [v] : *vivit*, i. e. actuoſus eſt ſive operoſus & efficax [x]. Vel, 2. vitâ poſt reſurrectionem [y], vitâ ſupernaturali & ſempiternâ, quam anima tunc corpori impertiet, ut ei ſenſum & motum vitalem largita eſt in vita hac animali & naturali [z]. Senſus loci, q. d. Licèt corpus circumferamus mortale, tamen ex regeneratione habemus initium vitæ æternæ, unde de plena poſſeſſione non dubitemus [a]. ¶ *Propter*, &c. Διὰ δικαιοσύνην] *Propter* (vel, *Per*, E. Mo. T.) *juſtitiam* ; nempe Chriſti [b], noſtram ſummo Dei beneficio factam [*], fide nobis imputatam, & eodem ſpiritu in nobis inchoatam [c] ; quam hîc opponit peccato Adæ [d] : juſtificantem & vivificantem gratiam [*] ; quam Spiritus Chriſti in nobis efficit [f] : quia operatur in nobis juſtitiam non humanam, ſed Divinam. Quæ juſtitia non obſcurè hîc dicitur cauſa vitæ æternæ [g]. Hoc appoſitè hîc obſervat Apoſtolus, dum in eo totus eſt ut doceat, glorificationem juſtificationis fructum eſſe neceſſarium †. Al. *Quod attinet ad juſtitiam*, vel, ratione juſtitiæ : ut nimirum nos impellat ad juſtas piáſque actiones [h]. Senſus loci eſt, q.d. Quamvìs juſti carnem habeant morti, paſſionibus, rebellionibus contra ſpiritum, ſubjectam ; mente tamen vivunt per gratiam, donec in eis compleatur tota redemptio facta per Chriſtum, vivántq ; corpore, & ſpiritu, in æternum. Confer 1 Pet. 3. 8 [i].

11. *Quòd* (vel, *Sed*, Be. Par. vel, *Nam* ; Δὲ, pro γάρ. Repetit enim & expolit ſententiam versûs præced [k].) *ſi ſpiritus ejus qui ſuſcitavit* ; &c.] i. e. Spiritus Dei [l], ut v 9. [m]. Patris [n], & Chriſti : ut jam diximus. Hîc verò *Spiritus Patris* dicitur, quia indè prima ejus origo eſt. Neque ſimpliciter dixit *Patris*, ſed cum elogio maximè ad rem pertinente, *ejus qui ſuſcitavit Chriſtum* (ut hominem [o]) *è mortuis* [p]. Quòd autem *Spiritus* dicitur & *Patris* & *Chriſti*, oſtendit, ipſum verum eſſe unicâ illâ Deitate Deum, tum à Patre tum à Filio promanantem, & perſonam à Patre & Filio diſtinctam [q]. ¶ *Habitat in vobis*] Ut verè habitat [r], non ſolùm in mentibus, ſed & in corporibus juſtorum †, per juſtitiam, ídque perſeveranter [t]. ¶ *Qui ſuſcitavit*, &c.] Idem ille Pater [v], cui, ut principi cauſæ, tribui ſolet Chriſti reſurrectio, Act. 3. 15. & 4. 10. & 5. 30. & 13. 37. Rom. 4. 24. 1 Cor. *6*. 14. & alibi [x]. ¶ *Vivificabit* (i.e. immortalia faciet, ſicut & corpus Chriſti poſt reſurrectionem [y]. Idem eſt ζωοποιήσει quod ἐγερεῖ, יחיה. Hoc ſenſu verbum hoc habes Joh. 5. 21 & Rom. c. 4. v. 17. 1 Cor. 15. 22. Gal. 3. 21 [z].) *&* (vel, *etiam*, Pi. Par. Particula emphatica eſt : nunc Spiritus vitam vobis præſtat quoad animas ; tandem etiam vivificabit corpora ut toti vivatis [a].) *mortalia corpora veſtra*] Reſuſcitando ea, ad vitam immortalem & beatam [b] : alioqui reſuſcitantur & impii, Joh. 5. 29 [c]. Al. Certum eſt, hîc non agi de reſurrectione corporum, ſed animarum. Qu. Cur ergò *corporum* meminit, non *animarum* ? Reſp. Ob collationem corporum noſtrorum cum corpore Chriſti excitato. Etſi autem hæc vivificatio Spiritûs S. principaliter in anima perficitur ; tamen etiam ad corpus pertinet, tanquam animæ inſtrumentum : unde infrà 12. 11. hortatur, ut *ſiſtant corpora*, &c [d]. Non de ultima reſurrectione hîc loquitur, ſed de continua Spiritûs operatione, quâ reliquias carnis paulatim mortificans, cœleſtem vitam in nobis inſtaurat. *Mortalia corpora* vocat, quicquid adhuc reſtat in nobis morti obnoxium, ut ſolet craſſiorem noſtri partem hoc nomine appellare [*]. Θνητὰ hîc ponitur pro νεκρωθέντα. Videtur enim reſpicere ad antitheſin præced. in v. 10 [f]. ¶ *Propter*, &c. Διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν ὑμῖν] *Propter* (vel, *Per*, Er. Be. Pi. Bra.) *inhabitantem ſpiritum ejus* (nempe Chriſti, q.d. quia eundem cum Chriſto Spiritum habemus [h].) *in vobis*] Legerat, διὰ τὸ ἐνοικοῦν, &c. quomodo legêre Syrus, Latinus, Orig. Chryſoſt. Oecum. & alii : & hæc lectio non paulò melior eſt alterâ [i]. Sic legunt Syrus & Ar. & pleraque [Græca] exemplaria : quod Beza, ex paucis quibuſdam exemplaribus, mutavit in, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος, &c †. Sed melior eſt lectio, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος, &c [k]. & ſic argumentum efficacius eſt [l]. Spiritus enim S. reſurrectionis cauſa eſt efficiens, non autem προκαταρκτική, impulſiva, aut meritoria ; & in hoc ipſo argumento Chriſti mortis merito adſcribitur donum tum vitæ, tum Spiritûs qui nos ad vitam reducat [m]. [Senſus eſt,] Sicut Chriſtum, quia in ſe habuit naturam illam Divinam quæ Johanni Λόγος vocatur, aliis etiam *Spiritus*, ut diximus ad Marc. 2. 8. ob id ipſum æquum non fuit manere in morte, ſed eum reſuſcitari oportuit : ut clarè dicitur Rom. 1. 4. Heb. *9*. 14. 1 Pet. 3. 18. ità etiam non patitur Deus in morte manere eos quibus dedit Spiritum ſuum. Neque enim dat eum ut auferat, ſed dat ut arrhabonem, i. e. partem pretii, ut fidem faciat, ipſum etiam pretium, i. e. vitam æternam, ſecuturum, 2 Cor. 1. 22. & 5. 5. Eph. 1. 14 [n]. Dixerat, *ſi ſpiritus — habitat in vobis — vivificabit*, &c. Id probat ; 1. à Dei omnipotentia ; qui potuit Chriſtum, poterit & vos excitare. 2. A Dei ordinatione : Deus excitavit τὸν Χριστὸν, ſic dictum ab officio, caput & ſervatorem noſtrum ; ergò & nos membra ejus ſuſcitabit. 3. A virtute & officio Spiritûs inhabitantis : proprium ejus eſt vitam tranſfundere in eos quos inhabitat, quia Spiritus eſt vita [o]. Eadem, inquit, eſt Chriſti capitis, & membrorum ejus, h.e. fidelium, ratio : ut à Patre, per eundem Spiritum, quo vivunt in juſtitia & gratia, vivificentur ad gloriam, v. 11 [p]. Ut Spiritus Chriſtum reſuſcitavit tum omnipotentiâ ſuâ, tum perſonali proprietate, quâ eſt cauſa proxima vitæ in omnibus, tum ſanctitate ſuâ, quâ humanam Chriſti naturam repleverat, & propriam mortis cauſam, peccatum ſcilicet, abſtulerat, Pſal. 16. 10. Act. 2. 24 ; ità eundem in vobis producet effectum potentiâ ſuâ, & ſanctificatione veſtrâ, quæ eſt reſurrectio animæ ; quam conſequetur & reſurrectio corporis, quod ejuſdem ſanctitatis particeps fuit, & ſacra ſigna pertulit, &c [q].

12. *Debi-*

Marginal notes (left column): [p] G. [q] E. Me. ſic Pi. [r] V. Zeg. E.Me. Par. ſic Be. Calv. Gom. † Me. ſim. Be. Tol. [t] Par. [v] E. [x] Be. [y] Gom. ſim Be. Calv. Par. [z] Gom. [a] Calv. [b] G. [c] Q. in Vor. [d] Vor. [*] Pi. [f] Camer. ſic Be. [g] Er. [h] V. [i] G. [k] Athan. & Chryſ. Hilar. Iren. Amb. Aug. in Tol. [l] Amb. in Tol. [m] Chryſ in Tol. [n] Par. [o] E. ex Occum. & Caj. [p] E. [q] Tol. ex Theod. & Orig. Be. [r] E † Par. [t] Pi. [v] Me. T. [x] Pi. [y] Tol. e Chryſ. [z] Be. [a] Par. [b] Tol. Bra. [*] Bra. [c] Par. [d] Tol. [*] T. [f] Me. [g] G. † Bra. [h] Pi. [i] Tol. [k] Pi. [l] Pi. Tol. G. &c. [m] Pi. [n] Tol. G. E. Me.

Marginal notes (right column): [o] Tol. [p] G. [q] Be. [r] Tol. † E. [t] Me. [v] G. ſic Me. [x] G. [y] V. [z] G. [a] Par. [b] E. Me. ſim. Tol. Par. [c] Tol. ſim. Par. [d] Pi. [*] Calv. [f] Vor. [h] Tol. [i] G. † Di. [k] Bra. ſim. Par. [l] Par. [m] Bra. [n] G. [o] Par. [p] Gom. [q] Diod.

12. *Debitores sumus*] Deo scilicet [r], & Christo, à quo redemptionem & spiritum vitæ accepimus [†]. Vita spiritualis debitum est, non ergò meritum, &c [t]. ¶ *Non carni*, &c.] Subauditur ex ratione oppositi [v], & ex iis quæ sequuntur [x], *sed spiritui, ut secundùm spiritum vivamus* [y]. *Quisquis magna dedit, voluit sibi magna rependi.* Deus Spiritum suum dedit ut eo utamur. Clemens Stromat. 2. Τὸν εἰληφότα, &c. (*Oportet eum non ampliùs peccare qui peccatorum remissionem accepit.*) Aliter qui faciunt ii dicuntur *Spiritum S. dolore afficere*, Eph. 4.30. imò & *exstinguere*, 1 Thes. 5.19. Cum cura haberi vult tam magnus hospes: alioqui valedicit hospitio [z].

13. *Moriemini*] Morte æternâ [a]; sine spe vitæ melioris, quam qui habent dormire potiùs quàm mori videntur. Deus summum bonum non dat præcepta sua spernentibus [b]. ¶ *Si autem spiritu* (i. e. per Spiritum Sanctum in vobis & vobiscum operantem [c]: spiritus enim hominis solus (sive liberum arbitrium [d]) id efficere non valet [*].) *facta* (Est & hîc μετωνυμία. nam πράξεις dixit cùm vellet intelligi παθήματα καὶ τὰς ἐπιθυμίας, ut Gal. 5. 24. aut τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ut suprà; ex quibus oriuntur αἱ πράξεις [f]. Vel motus, passiones, & appetitus, etiam nobis nolentibus insurgentes [g].) *carnis* (vel, *corporis*, Be. Pi. &c. Hinc apparet, idem esse Apostolo *corpus* & *carnem* [h]. *Corporis*; vel, 1. propriè dicti, cujus & sensibus inflammantur, & ministerio peraguntur, animi vitia. Vel, 2. corruptæ hominis naturæ, seu peccati originalis in homine [i]; vel irregenitæ partis nostri [k].) *mortificaveritis*] Pravis desideriis non consentientes, sed resistentes [l], & impedientes nè ad opera exteriora prorumpant [m]. Sicut autem ζωοποιεῖν Hellenistis sæpe est, *in vita conservare*, Neh. 9. 6. Psal. 71. 20. Eccles. 7. 12. ità & θανατοῦν, *in morte retinere*. Sunt enim jam interfectæ cupiditates malæ priusquam in cor intret Spiritus Sanctus. Vide Rom. 6. 6 [n]. Non dicit, *si secundùm spiritum vixeritis*, sed, *si— mortificaveritis*; quia hîc semper est pugna carnis adversùs Spiritum, &c [o]. ¶ *Vivetis*] Vitâ planè felice, quæ *æterna vita* dicitur [p]. Non dicit, caro vivet aut morietur; sed vivetis aut moriemini vos, integri, & carne & spiritu, quia totus homo resurget ad gloriam, vel ad pœnam [q].

14. *Quicunque spiritu Dei aguntur*] Ità Pi. Be. G. &c. i. e. animantur: sicut apud Virgil. *Mens agitat molem—.* Sic & Gal. 5. 18. De iis agit qui in corde habent Legem Dei, de quibus vaticinatur Esaias 51. 7 [r]. Ἄγονται] *Ducuntur*, Par. Non ut bruta, sed ut homines ratione & libertate præditi [†]. Verbum hoc non coactionem voluntatis significat [t], sive impulsum violentum, quo rapiamur inviti ut stipites [v], neque necessitatem; sed inclinationem passivam, quâ voluntas à Spiritu Dei efficaciter agitur & inclinatur; libere tamen, & ità ut homo ipse agat, Spiritu totum hoc ut agat agente [x]. Significat & naturæ nostræ pravitatem atque imbecillitatem, & specialis gratiæ tum summam necessitatem, tum miram efficaciam, quâ ex nolentibus nos efficit volentes; determinátq; voluntates nostras ad sponte eligendum bonum. Metaphora est à cœcis aut parvulis, qui ductore indigent. *Ductus* hic idem quod *tractus*, Joh. 6. 44 [y]. *Agi Spiritu Dei* est, opera facere secundùm Spiritum, quorum motor & auctor primus est ipse Spiritus Dei [z]. ¶ *Sunt filii Dei*] Excellenti modo. Nam si Adam dictus *Dei filius*, ut diximus ad Luc. 3. 38. quia Deus ei inflâsset vitæ terrestris spiritum; quantò magis ii quibus inflavit Deus sanctitatis Spiritum? Vide 1 Joh. 3. 1 [a]. *Filii*, non naturâ, sed adoptione & gratiâ [b]: *filii* genuini, ejusdem cum illo indolis & genii [c], Spiritum & nutum Dei sequentes [d]: *filii*, ideòque hæredes Dei, cohæredes Christi [*], quibus promissa & parata est hæreditas vitæ æternæ [f]. Ità probat hoc v. quod dixit v. præced. *Vivetis* [g].

15. *Non*, &c. Οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον] *Non enim accepistis* (Quod generaliter dixerat v. præced. hîc applicat Romanis [h], & in iis, credentibus omnibus cujuscunque sint gradûs vel ordinis, quorum omnium peculiare est beneficium sequens [i].) *spiritum* (Intelligit Spiritum Sanctum [k], qui unicus est [l], quanquam diversa sint & contraria ejus effecta, per Legem, & per Evangelium [m]. *Spiritum* autem, more Scripturæ, accipit pro dono Spiritûs [n]. רוח, πνεῦμα, pro *affectu* frequens Hebræis: unde & pro *ira*, & pro *amore*, sumi solet. Sic & 1 Cor. 2. 12. & 4. 21. Gal. 6. 1 [o].) *servitutis* (i. e. servilem [p]. Sic vocat affectum servilem metu solo pœnæ præsentis à malo abstinentium, qualis erat status maximæ partis Judæorum sub Lege Mosis. Meritò autem *servile* hoc vocat [q]: nam servi plerumque noxis abstinent, non Domini amore, sed metu crucis, aut pendentis habenæ [r]. Vide Horat. & Aristot [†]. [eorúmque verba in G.] De servitute hîc loquitur, non Peccati, nec Gratiæ, sed Legis, quâ impii à Spiritu S. mentem illustrante cohibentur quidem aliquantulùm à peccatis, sed coactè & serviliter, & solius pœnæ metu [t].) *rursum*, sive *iterum*, (scil. ut olim Israelitæ ad Legis promulgationem, Exod. 19 [v]. Sed πάλιν reddi debet *ampliùs*, non *rursus*, quasi priùs aliquando metuere desierint, sed quòd nunc demum à metu sint liberati per Christi gratiam [x].) *ad*, vel *in*, *metum*, sive *timorem*, Be. Pi. Er. Ti. Ca. Mo. J. Cap. &c. scil. mancipans; vel, qui vos *rursus* in timorem adigat [y]. Vel, *spiritum servilis timoris*, Par. Quod hîc πνεῦμα δουλείας εἰς φόβον, idem πνεῦμα δειλίας, 2 Tim. 1. 7 [z]. spiritum servili metu præditum, ut iterum timeatis Deum quemadmodum timebatis ante Christum revelatum [a]. Spiritus timoris est spiritus servilis, quem acceperunt Judæi, ut quasi servi obedirent [b]; non liberaliter, sed serviliter [c], & solo timore pœnæ [d]. Lex Mosis dicta est lex timoris, ob pœnas quas transgressoribus inflixit: qui sub illa vivebant dicti sunt servi, quia cum eis egebat Deus tanquam servis, qui timore ad observantiam impellebantur [*]. Qu. An Patres sub Lege spiritum duntaxat servitutis acceperunt? Resp. 1. Affirmat Chrys. Cui repugnat quòd Spiritu Dei præditi leguntur Moses, Josua, Elias, Elisæus, David, Psal. 51. 10, 11, 12. & alii Esa. 63. 11 [f]. 2. Non opponit h. l. statum Patrum & nostrum, sed duos gradus conversionis nostræ; quorum unum operatur Spiritus per Legem, alterum per Evangelium [g]. Legem cum Evangelio potiùs confert quàm personas cum personis. Legem hîc proponit nudam, & ut pactum operum; quomodo tantùm jubet & vetat, & mortem transgressoribus minatur, & propterea homines miserè cruciat, &c. Evangelium autem perturbationes sedat, & certos nos facit de paterna Dei indulgentia, quâ suis infirmitatem carnis, & vitia quibus adhuc laborant, ignoscit [h]. 3. Duos hosce status Ecclesiæ non accipit ut contrariè oppositos, sed ut analogicè, secundùm plus & minus differentes. Fuerunt illi filii, sed parvuli, sub pædagogia Legis, Gal. 4. nos filii, sed adulti, &c [i]. ¶ *Sed accepistis spiritum filiorum Dei*] Qui amore ducuntur potiùs quàm pœnæ timore [k]. Υἱοθεσίας] *Adoptionis*, Er. P. Mo. Tre. Ca. &c. per quem vos Deus adoptavit in filios [l]. Non satis habuit dicere, *spiritum libertatis*, sed dixit, *adoptionis*. Nam qui adoptantur, si servi sint, & liberi ex servis fiunt, & filii. Filii legis facti θετοὶ dicuntur in Jure Græco. Verbum est υἱοθετεῖν unde nomen υἱοθεσία, quod & *arrogationem* & adoptionem, specialiter Romanis dictam, comprehendit. Poterat & ab ipsa naturali Generatione similitudinem sumere Apostolus, sed ut ad Adoptione sumeret huic loco convenientius fuit, quia simul meminit statûs prioris, quasi servilis [m]. *Spiritum adoptionis* vocat, vel, 1. gratiam adoptionis [n], i. e. charitatem [o], & gratiam Spiritûs Sancti [p], quæ nos constituit adoptivos Dei filios [q]; vel, filialem spiritum & indolem, qualis est liberorum & ingenuorum hominum adoptatorum in filios Dei [r]: vel potiùs, 2. ipsummet Spiritum Sanctum per quem adoptati sumus [†], qui testificatur nobis adoptionem in cordibus, &c [t]. Spiritus S. promulgatione Legis, nos condemnationi obnoxios demonstrat, terrétque, &c. idem promulgatione Evangelii nos adoptat in filios Dei, déque adoptione nostra securos nos reddit [v]. ¶ *In quo* (vel, *Per quem*, Be. Pi. i. e. cujus virtute. Confer 1 Cor. 12. 3 [x]. per quem, ceu causam efficientem, in nobis operantem. Confer Gal. 4. 6 [y].) *clamamus*] Clamor hic est præcipuè mentis & affectûs, à quo exterior procedit [*]. *Clamamus*, non voce, sed filiali & fiduciali affectu [z]: calamitatibus pressi imploramus Dei opem [a]; Deum palàm & libere invocantes [b], & ardenter [c], magnóque cordis affectu [d]: ut vox *clamandi* innuit [*], ut Exod. 14. 15. *Quid clamas?* cùm nè verbum loqueretur [f]. ¶ *Abba*, &c. Ἀββᾶ, ὁ πατὴρ] *Abba* (sub. *id est*, P. Be. Pi. vel sub. *quod interpretatur*, Val. Forsan pro ὁ legendum

X ὃ, *quod*,

[Margin, left column: r Par. † Tol. t Par. v G. sim. Tol. x G. y G. sic Tol. z G. a Me. Vi. sim. Tol. Gom. b G. c E. Tol. d Par. * Tol. f G. g Tol. h Di. i Gom. k Di. l E. sic Me. m Tol. n G. o Tol. p G. sim. Pi. &c. q Tol. r G. † Me. t E. v Par. x E. y Par. z Tol. a G. b Tol. sim. Me. c T. d Par. * Tol. sim. Par. f Me. T. g Tol. sic Par. h Be. i Cam. k Tol. ex Aug. & Anselm. l sim. E. Par. Be. Pi. l Tol. m Par. n E.]

[Margin, right column: o G. p T. q G. r G. sim. Par. † G. t Cam. v Pi. sim. E. x Par. y J. Cap. z G. a V. b Me. c E. d T. * Tol. f Par. g Q. in Par. h Calv. i Par. dub. 8. sim. Wil. k Par. l V. m G. n E. o E. sic Me. p Me. q E. T. l. † Me. t Par. v Gom. x Tol. y E. * Tol. z Me. a V. b Tol. c Pi. sim. Par. d E. * Tol. sim. E. Pi. f Pi.]

ὁ, *quod*, sub. *est ex interpretatione* [g]. Vel, *Pater*, Tre. ex Sy. vel, *Ad Patrem*, Ar.) *pater*, Er. Il. Ti. Mo. Ca. P. &c. [vel, *ô pater*.] Articulus ὁ hîc habet vim Vocativi, ut apud Aristoph. ὁ παῖς φέρε· & ὁ Ξανθία, pro Ξανθία [h]. Vel, *pater noster*, Tre. ex Sy. Articulus enim quandoque vim habet pronominis affixi [i]. Vel, *ô pater noster*, Ar. Recitat autem Apostolus voces quas statim à Baptismo enunciabant Christiani. Ex Syr. אבא est Græcè ὁ πατήρ [k]. אבא est vox Syra [l], sive Chaldaica, artificialis, & quidem unica, quâ adoptandi patrem sibi adsciscerent, vel adoptati patrem primùm agnoscerent. Nec tantùm *patrem* absolutè, sed & *patrem meum*, denotat; ut sæpe apud Chald. par. & in Gemara, ubi dicitur, *Servi & ancillæ non inclamant eos, neque* אבא *Abba pater n. neque Imma mater n.* i. e. servo non licebat adsciscere patrem dicendo אבא, i. e. *pater mi*, aut אימא, id est, *mater mea*. Est itaque vox emphatica, & fidei expressio, &c. Homini libero licebat patrem, sæpe eum isthoc nomine appellando, quempiam sibi adsciscere, adoptionémque quasi ambiendo præparare; quæ ab ascito patre filium etiam agnoscente firmabatur. Sic regeniti, per Spiritum inclamant Deum, qui vocem Spiritûs sui agnoscens, firmat adoptionem in cordibus eorum [m]. Vox, *Abba*, filiorum maximè ingenuorum verbum est ad patrem [n]. Desumptum hoc à Romana formula hæredipetarum [o]. Sed hoc commentum est, quod ex eo refellitur, quòd hîc *clamor*, *Abba pater*, Spiritum adoptionis receptum supponit, non autem viam ei parat [p]. Filii sæpe patres, quando ipsis colloquuntur, vocant *dominos*; at nos Deum vocamus *Patrem*, docente Christo, Matth. 6. 9 [q]. quod non legitur à quodam justorum ante Christi adventum usurpatum, hâc scil. fiduciâ illis nondum datâ, sed reservatâ tempori Evangelii. Nec tamen nulli erant sub V. T. filii adoptivi, &c. sed Spiritus adoptionis tunc parciùs effusus est [r]. Hoc loco, sicut & Marc. 14. 36. & Gal. 4. 6 [†]. duas voces conjungit idem significantes [s]; ídque vel, 1. explicandi gratiâ [v]: ut vox Chaldaica ex Græca intelligeretur [x]. Vel, 2. per ἀναδίπλωσιν Hebræis familiarem ἐπιτάσεως gratiâ, sive ad emphasin affectûs [y]. Vel, 3. ut adoptionem hanc Judæis & Græcis communem esse significaret [z]. Vel, 4. quia imitatur puerorum patribus blandientium voces, ut diximus ad Marc. 14. 36. Mos autem est blandientium repetere aut voces easdem, ut Mat. 7. 22. aut paris significatûs, ut Psal. 8. 1 [a]. Est formula vel compellantis, quâ filius exprimit fiduciam suam in patris bonitate, &c; vel invocantis, ut Marc. cap. 14 [b].

16. *Ipse*, &c. Αὐτὸ τὸ Πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι, &c.] *Idem ille* (vel, *Qui ipse*, Par. Et *ipse ille*, Be. ex Sy. ille à Deo datus [c]) *Spiritus testatur unà* (vel, *contestatur*, V. ex Er. sic E. *simul testatur*, Be. vel, *testimonium reddit*, Vulg. συμμαρτυρεῖ, pro μαρτυρεῖ. Sic eandem vocem compositam pro simplici habuimus suprà 2. 15 [d]. Sed vix alibi reperies, ut non illâ voce significetur aliqua conjunctio testimonii, aut hominis, aut Scripturæ [*].) *cum spiritu nostro* (Ità duo erunt testes, Spiritus Dei & noster [f]. Vel, *spiritui nostro*, Vulg. Di. ex Sy. & Ar. id est, nobis, cordi & menti nostræ [g]. *Spiritum nostrum* hîc vocat, vel, 1. cor nostrum regeneratum, ut 1 Cor. 2. 11. & 14. 15. 1 Thes. 6. 23. cujus dictamen certum est, 1 Joh. 3. 21. alioqui corde irregenito nil fallacius [h]. Vel, 2. animum nostrum [i], vel conscientiam [k], ut 1 Cor. 2. 11. & 2 Cor. 7. 1. Vox enim רוח apud Hebræos est valde πολύσημος, & Paulus, ut diximus, vocum similitudines venatur, etiam in significatu diverso: quod genus figuræ Græci ἀντανάκλασιν vocant: qualis apud Plautum, *Oculorum præstinguat aciem in acie hostibus* [l]. Τῷ πνεύματι denotat, [vel, 1. id quod dat testimonium: de quo dictum. Vel, 2.] id quod recipit testimonium à Spiritu S. ut σὺν referatur ad alium qui cum illo testatur. Sic Rom. 9. 1. συμμαρτυρούσης, &c. *unà attestante mihi conscientiâ meâ*, nempe unà cum Christo; & Apoc. 22. 18. συμμαρτυροῦμαι, &c. *unà enim testor unicuique*, nempe unà cum Angelo vel Christo. Ità h. l. *Spiritus* dicitur *unà testari*, nempe unà cum Christo, quem dixit in nobis habitare, v. 10; & Patre, quem inclamare dicimur v. præced. & de quo locus est, Joh. 14. 23. Sic ut tres nobis testes sint, sicut *in cœlo*, 1 Joh. 5. 7. sic & in cordibus nostris [m].) *nos esse filios Dei*, Pi. &c. Sicut Sparti ex lanceæ signo impresso corpori, Pelopidæ ex humero eboris in modum candicante, genus suum noscebant. Deus tale donum non dat nisi iis quos pro filiis habere vult [n]. [Hoc autem testatur Spiritus Dei,] vel, 1. datus: tantum enim donum filiorum proprium est [o]. Vel, 2. efficiendo in nobis obedientiam Legis, ídque ex amore; & imitationem Dei, &c. quæ filiorum indicia sunt [p]. Vel, 3. dum clamare nos facit, ut v. præced [q]. Confirmatur hinc doctrina de πληροφορίᾳ salutis filiorum Dei [n]: testimonium enim Spiritûs est certissimum & verissimum [o]. Resp. Est quidem probabile, sed non infallibile [p]. Imo ità certum est, ut nullus sit dubitationi locus [q]. An vir justus sine speciali revelatione, tantùm ex testimoniis Scripturæ, & ex quibusdam signis & experimentis præsentiæ gratiæ, certitudinem habere possit quòd sint in Dei gratia, non quidem infallibilem, sed quæ sit tamen sine hæsitatione & formidine ulla nè fortasse non ità sit, hoc inter Doctores Catholicos controvertitur, & utrinque probabile est. Nam Conc. Trident. solùm definivit, quòd nullus scire potest certitudine fidei, cui falsum subesse non potest, se in Dei gratia esse. Affirmativam tenent Andreas Vega, & Tapperus, vir doctrinâ & pietate insignis: quorum sententia mihi probatur [r]. Et doctrina contraria est carnificina conscientiarum, &c [†]. Hæc autem doctrina differt ab illa hæreticorum: quòd hæretici eam justificatis omnibus attribuunt, eámque à sola fide & promissionibus Dei pendere volunt. Catholici autem eam paucissimis tantùm, iisque perfectissimis, Christianis attribuunt, eámque non à sola fide & promissis Dei, pendere volunt, sed etiam ab hominis cooperatione, & à charitatis fervore, & diutina virtutum bonorúmque operum exercitatione, &c [t]. [Quod quantillum differt à nostra sententia, rectè, & citra calumniam, explicata, nôrunt omnes qui nostra vel legunt vel audiunt.]

17. *Si autem filii*, (sub. *sumus*, Pi. quales nos esse docet Spiritus adoptionis [v],) *&* (vel, *etiam*, Be. Pi.) *hæredes*] Certa collectio. Nam hæreditas filiis debetur, & ad hoc adoptatur quis in filium ut sit hæres [x]. Sententia & conveniens non tantùm Israelitico, Num. 27. sed etiam Gentium, Juri. Nam Lex quædam tacita liberis parentum hæreditatem addicit L. cum initio D. de bonis damnatorum. Sed magis est ut jus Hebræum respexerit Paulus, ideóque τέκνα hîc sint υἱοί· non quòd non utrique sexui Christianorum aptari possint quæ dicit, sed quòd Jure Mosis filii necessariò hæredes, filiæ non nisi filiis deficientibus. Et solet vox τέκνον eximiè de *filio* dici, Matth. 21. 28 [y]. *Hæredes*, nempe vitæ æternæ, ex collat. v. 13 [z]. Ex titulo filiationis probat, eos qui secundùm Spiritum vixerint ad gloriam suscitandos [a]. ¶ *Hæredes quidem Dei*] Tanquam patris [p]. Dei, cujus omnia sunt: omnia igitur nostra [q]. Mysterium hîc latet. Significat futuram mortem ipsius Dei, h. e. Christi, &c. hæreditas enim propriè non acquiritur, nisi mortuo patre, &c [r]. In voce *hæredis* hîc non respicitur jus succedendi in bona defuncti, sed possessio firma atque inalienabilis, qualis erat rerum soli apud Hebræos, quæ vocantur נחלה, & Hellenistis κλῆρος, κληρονομία, κληροδοσία· interdum κατάσχεσις, quâ voce & Stephanus in oratione sua bis utitur. Sic distinguuntur *patrimonium* Abrahami & *munera*, Gen. 25. 5, 6. Apud Deum patrimonii locum habet cœlestis felicitas [†]. *Hæredes Dei*, i. e. bonorum Dei, gaudiorum cœlestium. Metonymia subjecti: quanquam Deus ipse summum bonum sit, cujus fruitione beati erimus [t]. ¶ *Cohæredes autem Christi*] Tanquam fratris nostri [v], tanquam primogeniti: quomodo vocatur infrà v. 29 [x]. Mat. 1. 25. Luc. 2. 7. Col. 1. 15. Heb. 1. 6. Regnabimus, sed sub Christo & per eum [y], & propter eum: nam ille est hæres principalis [z], & *hæres omnium*, Heb. 1. 2. nos fidei commissæ titulo [†]; ille naturâ, nos adoptione [a]. Illi cohæredes sumus respectu tum gloriæ ejus, Phil. 3. 21. tum dominii seu potestatis, Matth. 19. 28. 1 Cor. 6. 2. Apoc. 3. 21 [b]. ¶ *Si*, &c. Εἴπερ συμπάσχομεν, &c.] *Si modò* (vel, *Siquidem*. Er. Zeg. Tol. Par. *Si tamen*, E. ex Vulg. Conditio est hæreditatis capiendæ [c]. Vel, *Quandoquidem*, Par. ex Chrys. & Mart. εἴπερ, pro ἐπειδὰν, ut priùs v. 9. ut sit ratio cur sumus filii Dei, &c. quia cum eo patimur, &c.) *cum eo patimur* (vel, *simul* cum eo *patimur*, Pi. vel, *compatimur*, Vulg. nempe Christo [*], cujus modò

[g] Ham. [h] G. [i] D. [k] G. [l] D. sic Er. [m] Di. [n] Di. ex Chrys. [o] Q. in Ham. [p] Ham. [q] Tol. [r] E. [†] Ham. [s] Par. Di. Be. [t] E. sim. Er. [v] Be. sim. Orig. in E. [x] Di. [y] Er. [z] Tol. [a] G. [b] Ham. [c] G. [d] Idem. [*] E. [f] Be. sim. Er. [g] Me. sic T. [h] Par. [i] G. Vor. [k] Vor. [l] G. [m] Di.

[n] G. [o] Sedul. in Tol. [p] Orig. Amb. Theod. in Tol. [q] Tol. ex Chrys. & Amb. sic E. Me. [n] Par. [o] Q. in E. [p] E. sim. T. [q] Par. ex Chrys. [r] Per. disp. 9. [†] Par. [t] Per. ib. [v] Par. ex Orig. [x] E. sic Me. [y] G. [z] Be. [a] Tol. [p] E. Me. [q] Par. [r] Tol. [†] G. [t] Pi. [v] E. Me. [x] G. sic Vor. [y] G. [z] Pi. [†] G. [a] Tol. sic Par. [b] Par. [c] Tol. sim. E. Par. [d] Par. [*] G. Pi.

modò meminit [f]; vel pro Christo [g], pro asserenda ipsius gloria [h]; vel ut ei similes simus, licèt non pares, in afflictionibus [i]. q. d. Si constanti patientiâ adversa omnia toleremus, sicut Christus fecit. Bene adjecit conditionem, quia *nativitas salutaris non accepta, sed custodita, vivificat*, ut ait Cyprianus. Vide Matth. 10.33. Gal. 6.9 [k].) *ut* cum eo *etiam* (καὶ est nota paris [l]:) *glorificemur*, Be. Causam addit cur tolerare mala illa constanter debeamus, spe certâ scilicet futuræ gloriæ. Idem sensus, 2 Tim. 2.11, 12 [m]. Objectio, Si filii Dei essemus, non affligeremur [n]. Respondet per βίαιον, quia affligimur, ideo sumus filii; nam affligimur cum Christo [o]: vel, quia filii, ideo affligimur. Vide Heb. 12 [p]. Sic tacitè transit ad hortationem de tolerantia crucis [q], & consolationem; quia non soli patiuntur, sed cum Christo, cum eo pariter & glorificandi [r].

18. *Existimo*, Λογίζομαι γὰρ] Non est opinantis, aut dubitantis, sed affirmantis & asserentis †. [Variè reddunt,] *Nam statuo*, Pi. vel, *reor*, unde *ratum*, i.e. certum & firmum; & *ratio*, sicut à λόγος λογίζομαι [t]. Vel, *perpendo*, sive *reputo*, Er. V. ut Rom. 2.3. & 6.11. vel, *æstimo*, ut 1 Cor. 4.1. & 2 Cor. 12.6 [v]. *Hoc enim semper cogito*, ut & vos cogitare debetis. Sic verbum λογίζεσθαι habuimus suprà 3.28. & 6.11. Veterum quidam vertunt, *expendo*: non malè [x]. ¶ *Quòd*, &c. Ὅτι, &c.] *Quòd non sunt condignæ* (vel, *pares*, V. sic Be. Pi. scil. ut conferantur cum gloria [y]. Ἄξια, pro ἀντάξια [z]. Ἄξιος vox deducta est ex rebus quæ ponderantur [a], ab ἄγειν· quòd quæ præponderant lancem attrahant [b]. Nam quod pondo, exempli causâ, pendet, dicitur τοσοῦτον ἄγειν, i.e. *trahere, deducere*. Utitur sic Plutarchus Vitâ Demosthenis. Hinc *agina* apud Festum, quâ inseritur scapus trutinæ. Homerus ἄξιος vocem sic usurpat, — νῦν δ' οὐδ' ἑνὸς ἄξιοί ἐσμεν [c]· οὐκ ἄξια est μείωσις [d].) *passiones* (i.e. afflictiones *, quas perferimus propter Christum [f]. Παθήματα hîc afflictiones notat, at Gal. 5.24. pravos affectus *.) *hujus temporis* (nempe in quo nunc sumus [g]; in hac vita [h]: i. e. temporales, & transitoriæ, juxta 2 Cor. 4.18. ad distinctionem seculi futuri, quod fine caret. Vel, significat tempora illa, in quibus Christiani multa patiebantur, &c [i]. Vel, *præsentis temporis*, Be. Par. sic Pi.) *ad* (πρὸς hîc comparationem notat, ut in Aristot. De Mundo cap. 1 [k].) *futuram*, &c. Πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς] Trajectio, pro, πρὸς τὴν δόξαν μέλλουσαν, &c [l]. [Sic vertunt,] *Gloriæ* (vel, *Futuræ Gloriæ*, P. sim. Mo.) *in nobis* (vel, *nobis*, P. i. e. intellectui nostro, quem Deus mirè elevabit, ut Deum videri possit [m]. Εἰς ἡμᾶς, pro ἐν ἡμῖν· nempe tum in animabus, tum in corporibus. Vide 1 Cor. 15. & Phil. 3.21 [n]. Vel, *erga nos*, V. vel, *in nos*, i. e. circa nos [o].) *revelandæ*, Be. P. sim. Pi. Er. Tre. &c. Sic loquitur, quia jam est gloria præparata, sed nondum communicata & manifestata [p]; jam nunc jus ad eam habemus, sed non omnibus apparet [q]. Vel, *quâ sumus afficiendi*, Ca. Dixit, compassos Christo cum eo glorificandos. Hoc, inquit, maximum est præmium: nam perpessiones nostras mirè excedit gloria [r]. Si in alteram lancem injicias adversa quæ ferenda sunt, in alteram bona quæ exspectantur, immensum propendebit [illa] in qua sunt bona. Idem sensus 2 Cor. 4.17. Quæ enim proportio †? toleramus brevia, exspectamus æterna [t]: pro pauco Deus dat multum [v]. Notat Chrysost. patientiæ opponere Paulum non Levamentum à malis, quod directè ei opponitur; sed aliquid multò majus, Gloriam ex patientia [x]. Refellitur hinc evidenter omne bonorum operum meritum condigni. Sublimioris enim virtutis est pati pro gloria Dei quàm agere. Et tamen inter passiones & gloriam nulla datur proportio, quæ inter meritum & præmium esse debet. Nam solutio mercedis est actus justitiæ, ideóque æqualitas ibi esse debet [y]. Resp. *Non sunt condignæ*, &c. si in se spectentur, & ex operis natura, nimirum seclusâ promissione [z], & ordinatione Divinâ [a]; sed tantùm ut ex gratia Christi toleratæ, ejúsque meritis innixæ [b]. Verùm perperàm confundunt gratiam & opera, quæ consistere nequeunt, teste Rom. cap. 11. ver. 6 [c]. Divina porrò ordinatio est, ut faciamus bona opera, non ad merendum, sed ad obediendum Deo, & in honorem suum, non meritum nostrum [d].

[f] Pi. [g] Tol. [h] Be. [i] Tol. [k] G. [l] Par. [m] G. [n] Gom. [o] Par. [p] Gom. [q] Par. [r] Gom. † Tol. sim. Er. [t] Be. [v] Er. [x] G. [y] Pi. [z] Pi. Vor. [a] G. sim. Be. [b] Be. [c] G. [d] Be. * Pi. [f] V. sim. Pi. * Vor. [g] Tol. [h] V. [i] Tol. [k] Pi. [l] Idem. [m] Per. disp. 10. [n] Pi. [o] G. [p] Tol. [q] G. [r] Tol. † G. [t] G. sim. Tol. Par. [v] Tol. [x] G. [y] Par. [z] E. sim. T. [a] Thom. in Par. sim. T. [b] T. ex Me. sim. Tol. [c] Wil. [d] Par.

19. *Nam*, &c. Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν — ἀπεκδέχεται] *Nam exspectatio* (vel, *anxia*, sive *sollicita exspectatio*, Er. Il. Ti. V. Par. *frequens exspectatio*, Amb. in Er. *longinqua exspectatio*, Hilar. in Tol. id est, à mundi exordio usque ad ultimum tempus durans *. Sed tria hæc ferme conveniunt: nam qui vehementer & anxiè aliquid exspectat, frequentibus desideriis in illud fertur, quanquam longè absit [f]. Vox significat hîc, & Phil. 1.20. *attentam exspectationem* [g], qualis est eorum qui stant capite arrecto [h], cùm aliquem opperiuntur è longinquo venturum ad auxilium suum [k], ut Psal. 121. 1. sicubi res sperata appareat [l]: quod καραδοκεῖν dicunt Herod. Eurip. Aristoph. alii. In Glossario Καραδοκῶ, *exspecto*: usurpat & Josephus. Cicero ad Atticum 9.12. τὸ μέλλον ibi καραδοκήσεις [m]. Aristoph. Ἐκαραδόκησεν εἰς ἐμ', &c. *Ad me vertebat oculos* [n]. Vox composita est ex tribus, ἀπὸ, *ab*, & κάρα, *caput*, & δοκεῖν, *videre*; quòd qui vehementer videre aliquid desiderant, porrecto capite subindè prospiciunt [o]. Est vel *exspectatio*, ut Hesych. vult, vel potiùs *vehemens exspectatio*, ut Chrys. tanquam parturientis, quæ fœtum suum avidissimè exspectat, ex collat. v. 22. ubi κτίσις συστενάζει καὶ συνωδίνει [p].) *creaturæ* (vel, *omnis creatura sperat & exspectat*, Sy. in Di. vel, *creaturæ*, Pi. sive, *res creatæ*, P. sive, *mundus hic conditus*, Be. sic V. sive, *rerum natura*, G. sub. *quasi*, Pi. P. *exserto capite observans*, Pi. Be. sic Par. V. vel, *attentè opperitur*, G. *anxiè exspectat*, V. Hypallage [q]; ἡ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως [r], id est, ad verb. *exserto capite facta exspectatio creaturæ* †, est ipsa κτίσις ἀποκαραδοκοῦσα, more Hebræo [t].) *revelationem* (vel, *patefactionem*, Pi. G. Intellige passivè quâ patefient [v]. Utitur voce ἀποκαλύψεως, quia præcesserat, τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι [x]. Vel, *accessionem*, Æth. vel, *dum*, sive *ut*, *palàm fiant*, P. Er. Ti. *dum revelentur*, Be.) *filiorum* (vel, *filii*, Er. P. &c.) *Dei* (id est, gloriæ filiorum Dei. Meton. subjecti. Confer 1 Joh. 3.2 [y]. Vel, tempus illud quo illi qui filii Dei sunt, manifestabuntur [z], quinam & quales futuri sint [a]: tempus illud cùm omnibus apparebit esse filios Dei qui nunc sunt quidem, sed non putantur esse. Apparebit autem cùm Deus eos faciet sibi similes, 1 Joh. 3.2 [b].) *exspectat*] Non dicit, *creatura exspectat*, sed, *exspectatio creaturæ exspectat* [c], non fine emphasi; ad exaggerandam anxietatem creaturæ hoc desiderantis [d]. q. d. Creaturæ ità avidè hoc exspectant, ut videantur esse ipsa exspectatio *. [Duo hîc quærenda sunt. 1. Quæ connexio?] Resp. Dat rationem præcedentium [f], causámque cur dicit, *gloriam in nobis revelandam* [g]; quia omnis creatura naturali quodam desiderio exspectat tempus illud, &c [h]. Al. Magnitudinem futuræ gloriæ ostendit, quæ, inquit, tanta est, ut creaturæ etiam cæteræ eam exspectent [i]. Al. Alia est consolatio ab exemplo creaturæ gementis & liberationem exspectantis, non tam sui quàm fidelium causâ. Multò magis fideles sub cruce ingemiscere, & liberationem patienter exspectare, decet [k]. Cœperant Christiani à Claudii temporibus malè tractari. Eos Paulus dupliciter consolatur; Primùm, quòd tota rerum universitas rerum vicibus & interitioni sit obnoxia: Stultum autem sit sibi optare quod mundus non habet. De qua re vide chorum Senecæ in Thyeste fine actûs 4. & epistolam Sulpitii ad Ciceronem, & Senecam ad Helviam. Deinde, quòd Apostoli quotidie multas patiantur vexationes & contumelias; non debeant autem Christiani eam sortem recusare quam Apostoli libenter ferant [l]. 2. Quid hîc κτίσις; Resp. 1. Angeli [m]: qui dicuntur hoc loco *vanitati subjecti, & servituti corruptionis*, non suæ, sed hominum, quorum ministri sunt, quorúmque gratiâ multa etiam vilia fecerunt, &c; & postea *ingemiscere & parturire*, figurativè, ad exprimendum summum eorum desiderium perfectæ liberationis electorum: quomodo & *gaudere* dicuntur, &c. Luc. 15 [n]. Sed valde inconveniens est, ut illa sanctis & beatissimis Angelis tribuantur [o]. Resp. 2. Homo [p]: qui *creatura* vocatur & Mar. 16.15. & Col. 1.23 [q]. qui *exspectare* dicitur *revelationem filiorum Dei*, id est, filiationis suæ [r]. Sed 1. *creatura* hoc loco à *filiis* apertè distinguitur †. 2. Vox *creaturæ* generaliter accipitur, infrà v. 39. & suprà 1.25 [t]. 3. Hæc non possunt intelligi de piis, quia eos hortatur ut hoc exemplo exspectent, &c. nec de impiis, quia hi id non exspectant; ergò

* Tol. [f] Per. disp. 13. [g] G. [h] G. sim. Er. E. Par. Me. T. [k] Par. sim. T. [l] Par. [m] G. [n] Er. [o] Per. ex Er. [p] Di. [q] Pi. Vor. [r] G. † Pi. [t] G. [v] Pi. [x] G. [y] Pi. [z] V. sim. J. Cap. [a] J. Cap. [b] G. [c] Me. T. [d] Per. * Me. [f] Me. [g] Tol. [h] Me. sim. Tol. [i] Amb. in Tol. sim. E. [k] Par. [l] G. [m] Orig. Theod. Greg. Naz. Cyr. &c. in Tol. [n] Theod. & alii in Per. disp. 11. [o] Per. ib. [p] Aug. & Anselm. & Greg. in Tol. Caj. in E. [q] Tol. [r] Aug. in Tol. † Tol. [t] E.

go de nullis hominibus [v]. Resp. 3. Christiani, qui *nova* sunt *creatura* [x]: [hîc *creatura* simpliciter,] ex more Hebræorum, qui simplicia sæpe pro compositis usurpant [y]. Sed ii simpliciter & sine additamento κτίσις non vocantur. Neque satis cohæret sermo, si iidem sint κτίσις & *filii Dei*. Origenes κτίσιν de corpore accipit singulorum Christianorum, quasi τέκνα Θεοῦ sint animæ solæ; nimis Pythagoricè, & non ex more Pauli [z]. Resp. 4. Κτίσις hoc loco complectitur totum humanum genus [a], peculiariter verò Gentiles [b], sic dictos Marc. 16. 15. Col. 1. 23 [c]. sic & 2 Pet. 1. 4. Confer 1 Pet. 2. 13. Sic καινὴ κτίσις idem 2 Cor. 5. 17. quod καινὸς ἄνθρωπος, Eph. 4. 24. Hæc omnia ex Hebraismo, ubi בריאה, *creatura*, apud RR. hominem significat [d]. Et in N. T. ὁ κόσμος, ἡ κτίσις, & τὰ ἔθνη, idem sunt. Et Gentes sæpe *mundus* vocantur, in oppositione ad Ecclesiam Dei, quæ *de mundo non esse* dicitur [*]. Hîc agere incipit de secundo mysterio, de Vocatione Gentium: de quibus ostendit, eas vanitati & fraudibus Diaboli subjectas fuisse, à quibus tamen liberandæ erant. Hanc autem liberationem anxiè exspectabant, nec ipsi solùm, sed & Judæi, qui primitias Spiritûs acceperant, illarum vocationem sitiebant, exspectantes adoptionem, hoc est, redemptionem totius corporis sui. Status enim Ecclesiæ Judaicæ puerilis erat, usque dum Gentes vocarentur [f]. Dixerat v. præced. *gloriam in nobis revelandam*. Obj. Quid hoc ad Romanos, quum promissa facta sunt semini Abraham? Resp. Imò & *in vobis revelabitur gloria Dei*, id est, Evangelium, sic dictum 2 Cor. 4. 6; & *gloria mysterii*, &c. Col. 1. 27. Et Gentes universæ, in quibus vos estis, avidè exspectant revelationem Evangelii [g], cujus prædicatione constabit quinam inter Judæos verè sint filii Dei, non certè omnes, qui tamen hunc sibi titulum arrogabant; sed illi duntaxat ex iis qui Christum receperunt, Luc. 2. 34. reliqui autem, tanquam spurii, rejecti sunt, iisque Evangelium spernentibus, Apostoli ire debebant ad Gentes, quæ idcirco hanc patefactionem filiorum Dei anxiè exspectare dicuntur, quia ad illos maximum indè accessit lucrum [h]; & tunc manifestati sunt fideles ex omni natione, qui soli vocantur propriè *filii Dei*. Dicuntur autem Gentes exspectâsse Christum atque Evangelium, Gen. 49. 10. Esa. 42. 4. Hagg. 2. 7 [i]. non quasi hæc distinctè nôssent, aut cogitârent, aut desiderarent, sed, juxta propheticam dialectum, quâ homines dicuntur ista *desiderare, quærere, sperare*, quæ non explicitè sciunt; quia nimirum generale & indefinitum, quanquam non speciale & determinatum, desideriorum suorum objectum sunt: quo sensu dicuntur impii *amare mortem*, Prov. 8. 36 [k]. Resp. 5. Κτίσις hîc dicitur, ut Hebræis בריה, hoc universum quod conspicimus [l]; universitas creaturarum visibilium & corporearum [m], & ratione carentium [n]; brutarum atque inanimatarum [o], cœlum, terra, elementa, sidera [p]; animalia, terræ fructus, & quæcunque usibus hominis primitus fuerant à Deo destinata [q]: quo sensu κτίσις dicitur Judith 9. 12. & 16. 11. Sap. 2. 6. & 5. 17. & 16. 24. & 19. 6. Et respicitur hîc locus Ecclesiastæ, 1, 2, 8. dicentis, *totum hoc esse vanitatem*, id est, vanitati subjectum, ματαιότητι ὑποταγὲν, ut Paulus jam loquetur; quia scilicet perpetuo orbe alia gignuntur, alia intereunt; animalia scilicet, & plantæ, & metalla; & partes terræ, maris, aeris, etiam cœli ac siderum, secundùm Veterum sententiam. Vide Philonem de Caino, [ejúsque verba in G.] Exspectatur autem post ἐμπύρωσιν multò melior puriórque machina, 2 Pet. 3. 13. ubi Hebraico more *cœli* & *terræ* nomine nova rerum summa intelligitur, etsi fortè non in cœlum terrámque distincta. Sicut autem frequentes sunt προσωποποιΐαι apud omnes scriptores [r], ità & apud Sacros; ut cùm *audire* jubentur *cœlum & terra*, cùm *montes exsultâsse*, *maria & amnes trepidâsse*, dicuntur [†]: ut Deut. 32. 1. Psal. 114. Similia habes Jer. 47. 6. Ose 13. 14. & cùm non sensus tantùm, sed & locutio, eis affingitur, ut Esa. 55. 12. Bar. 3. 34. Hab. 2. 11, 12. Supra cæteros autem Paulus amat προσωποποιεῖν, nunc Legem, nunc Peccatum, nunc Mortem, & hîc Naturam rerum aspectabilem [t]. Prosopopœiam hîc adhibet, ut ostendat magnitudinem futuræ gloriæ, &c [v]. *Creatura* hîc *exspectare* dicitur per Prosopop. & propter appetitum, quo omnia in propriam inclinantur perfectionem [x]. Sensus est, q. d. Tota hæc creatura, quæ hominum usibus servit [y], naturali quodam desiderio [z], exspectat tempus quo filii Dei gloriâ donabuntur [a], ut unà cum eis, quibus quasi dominis servirent, ipsi etiam gloriam suam (putà renovationem & ultimam perfectionem) tanquam famuli accipiant [b]. Hæc enim hominibus glorificatis glorificanda etiam suo modo sunt [c]. Totam hanc naturam hominum causâ conditam non Moses tantùm statuit, sed & Philosophorum optimi. Non debet ergò reformari in statum meliorem, nisi cùm homines reformabuntur. Et hunc, quem jam explicavimus, sensum alibi sequitur Origenes, nempe lib. 4. contra Celsum, cùm de Sole & Luna locutus dicit, περὶ ὧν ὁμολογοῦμεν ὅτι τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχονται [d].

20. *Vanitati* (Ματαιότητα vocat rerum inconstantiam ac mutabilitatem [*], ut apparet ex Psal. 39. 6. & Eccles. 1. 2, 8 [f]. defectionem, & corruptionem [g], & labores serviles, quibus se impendi sinit in obsequium hominum [h]; motiones ac ministeria [i], maledictionem [k], & futuram dissolutionem [l]. *Vanitas* hîc *frustrationem* sonat, cùm scilicet non assequimur quod cupiebamus [m]: creatura aliud ex alio propagans molitur immortalitatem quandam, sed frustrà [n]. Finis proximus rerum creatarum est incolumitas sui status: hanc impedit corruptio, atque ità est causa frustraneitatis, id est, vanitatis [o]. Al. *vanitati*, id est, corruptioni erroris & peccati [p]; cultui idolorum, quæ *vanitates* vocantur Act. 14. 14. confer Rom. 1. 21. Eph. 4. 17. sceleribus & extremæ miseriæ: hîc enim erat dirissimus Gentilium status, de quo nonnulli quoque ex eis graviter questi sunt, & meliora quærebant, &c. quo respectu *non sponte suâ subjici* hoc loco dicuntur, sed Diaboli malitiâ, &c [*].) *enim creatura* (vel, *natura rerum*, Ca. [Intellige ut v. præced.] *subjecta est*] Ità Sy. Mo. Pi. &c. vel, *subjacet*, Er. Il. &c. *subest*. Passivum pro Neutro [q]: q. d. subordinata est, scilicet voluntati Dei, vel à Deo [r]. ¶ *Non volens*; ità Er. Il. Ti. Mo. Οὐχ ἑκοῦσα] *Non suâ sponte*, Pi. Ca. Be. Pi. &c. sed invita [†], & ab alio [s]: non per se [v]: non ex inclinatione naturæ suæ [x], quâ res omnes suam appetunt perfectionem [y], & conservationem [z]; corruptionem autem & defectum fugiunt [a]. Prosopopœia. Res sensum habentes omnes amant sui conservationem; &, si quibusdam credimus, nulla sunt quæ non aliquem sensum habeant, quanquam is non eo ab omnibus nomine appelletur. Sic Philo, ἐκ ὄντα ἀντεξέσια· conditionem *invitam vanitati succidisse*, ait Tertullianus [b]. Al. *Non sponte*, id est, non ob ullam culpam quam sponte commiserint [c]. Præsentem hunc statum dicitur *non velle*, sive non expetere, comparatione scilicet majoris boni, quod summopere expetitur; hoc est, futuri status, æterni & gloriosi [d]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι] *Sed propter* (vel potiùs, *per*: διὰ τὸν ὑποτάξαντα, pro, διὰ τοῦ ὑποτάξαντος, dictum est, ut paulò antè, διὰ ἁμαρτίαν quod ex sententia patet. Declarat enim quod dixit, *non suâ sponte*, sed ab alio: quòd si diceret, *propter alium*, posset id & suâ sponte, & tamen propter alium, fieri. Sic διὰ cum accus. accipitur in Socratis Panegyrico, ubi, δι' ἣν ἐσώθησ, pro, δι' ἧς, teste Hieron. Wolfio: & in Demosth. fine orationis pro Megalopolitanis [*].) *Subjicientem* (vel, *eum qui subjecit*, P. Be. Pi. &c. sub. *eam*, P. Tre. Pi. &c. nempe creaturam [f]; & intellige, huic vanitati [g]: id est, vel, 1. Adamum [h]. Vel, 2. Diabolum: qui, Deo permittente & idololatriam eorum sic puniente, Gentiles fascinavit, & gravissima scelera etiam in cultus eorum invexit. Si opponas sequens, ἐπ' ἐλπίδι, dico id pertinere ad finem v. præced. ἀπεκδέχεται ἐπ' ἐλπίδι, reliquis v. 20. parenthesi inclusis, tanquam ratione exspectationis illius, v. 19 [i]. Vel, 3. Deum [k], Deíque ordinationem [l], propter peccatum [m], propter Adami culpam [n]. Pulcra quidem creaverat Deus, sed caduca. Tertul. de Corona, & alii, hoc referunt ad tempus post peccatum, quod recipi potest, si sola spectetur noxa quæ à rebus aliis ad homines pervenit. At in Apologetico Tertul. ad ipsam creationem hoc refert [o], [verbis à G. productis.] Obedientiæ exemplum in creaturis omnibus proponit, quæ Dei imperio sub vanitatem eas redigentis obtemperant, & spe meliorum se sustentant, &c [p].) *in* (vel, *sub*, Er. P. Be. Pi. &c.) *spe*]

Vel,

[v] Par. [x] Q. in G. sic Vor. [y] Vor. [z] G. [a] Ham. [b] Ham. Kn. Li. [c] Li. chron. p. 122. sim. Ham. [d] Ham. [*] Kn. [f] Li. ib. [g] Kn. [h] Ham. [i] Kn. [k] Ham. [l] G. [m] J. Cap. sim. Per. Tol. Par. [n] Per. [o] Par. [p] Tol. [q] Par. [r] G. [†] G. sim. Per. Tol. [t] G. [v] Per.

[x] Tol. [y] E. [z] Me. sic T. [a] Me. T. sim. E. [b] Me. T. [c] Tol. [d] G.

[*] G. sim. Tol. E. Me. T. Gom. Per. Par. [f] G. [g] T. ex Me. sim. E. Pi. Tol. [h] T. sim. Me. [i] Tol. [k] J. Cap. [l] Gom. sim. Be. [m] V. ex Er. sim. Per. Pi. [n] Per. ex Er. [o] Pi. [p] Kn. [*] Ham. [q] G. [r] Pi. [†] Pi. [s] Ca. [v] Kn. [x] Me. T. sim. Tol. Be. Par. [y] Me. [z] T. Be. [a] Me. sim. T. [b] G. [c] J. Cap. [d] Per. [*] Ca. [f] T. Tol. [g] J. Cap. sic Me. T. Tol. [h] Kn. [i] Ham. [k] Tol. E. Me. T. sic Par. Kn. [l] J Cap. [m] Me. sic E. T. Par. [n] Par. Kn. sim. E. Me. [n] J. Cap. [o] G. [p] Calv.

Vel, *spei*, Ca. nempe liberationis & commutationis in melius [q] : q. d. non in perpetuum subjecit, sed ad tempus [r]. Vel, sub spe immortalitatis †. Cohæret hoc non cum ὑποτάξαντα, sed cum verbo remotiore *, ὑπετάγη [t]. quia sensus est, creaturam vanitati quidem subjectam esse, sed bonâ interim spe frui, futurum ut ab ea liberetur [v]. Ἐπ' ἐλπίδι, pro, ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἐλπίδι, *sub hac spe quòd*, &c. sed malim ἐπ' ἐλπίδι connecti cum ὑποτάξαντα, & post illud interpungi, & ὅτι verti, *nam*, &c [x]. *Spem* accipit pro re sperata, quam etiam insensibilia participare possunt, quæ tamen sperare non possunt : quanquam & inanimatis spes sæpe tribuitur, ut Psal. 145. 15 [y]. Prosequitur προσωποποιΐαν [z].

21. *Quia*, &c. Ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς] *Quia* (vel, *Quòd*, Be. Pi. vel potiùs, *Nam* : ponitur enim non εἰδικῶς, sed αἰτιολογικῶς [a]. Declarat quæ sit *spes* v. præced [b].) *&* (Particula hæc insinuat *creaturam* h. l. non esse hominem, ut voluit Aug. sed aliud quid quod liberabitur sicut & ipse homo [c].) *ipsa creatura* (ἡ κτίσις hîc redundat [d].) *liberabitur* (vel, *vindicabitur*, Pi. sic P. sim. Ca. Sy.) *à servitute corruptionis*, Vulg. Er. Mo. Be. Tre. &c. vel, *interitûs*, Ca. vel, *corrumpente*, cujus nimirum stipendium est mors * : id est, à corruptione [f], cui nunc obnoxia est [g]; quæ affert quandam quasi servitus, quia obtingit invitis [h]: à servili corruptione [i], & servili ministerio [k], quod exhibere tenetur [&] hominibus [l], [&] corruptelis hujus seculi militantis adversùs Dei Legem, veritatem, filios [m]: vel, à servitute peccati [n]. Φθορὰ est, *corruptio*, quæ vitiat mores, sicut & 2 Pet. 2. 19 [o]. Sic & 2 Pet. 1. 4. & 2. 12. Confer Deut. 4. 16. Sapient. 14. 12 †. Hîc interpretatur quod ματαιότητα dixerat : & id quod *subjici* dixerat, nunc vocat *servitutem*, & ei opponit *liberari*. Simile illud Euripidis, Τὸ τῆς ἀνάγκης οὐ λέγειν ὅσον ζυγόν [p]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης, &c.] *In* (vel, *Ad*, Di. Tol. vel, *Propter*, Chrys. ut sit εἰς pro διά [q].) *libertatem* (vel, *liberationem*, V. vel, *libertate*, Tre. & Boder. ex Sy. vel potiùs, *libertatibus*, Di. ex Sy.) *gloriæ filiorum Dei*, Vulg. Be. Pi. &c. [Variè intelligunt :] 1. *Propter libertatem*, &c. ut designet, vel, 1. causam efficientem, propterea quòd in libertatem gloriæ introducti fuerint ; sicut nutrix filii regii, ubi is in regnum successit, propter eum fit particeps bonorum : vel, 2. causam finalem ; ut augeatur gloria filiorum Dei, sicut quum pater filium splendidè in publicum est producturus, etiam servos splendidè vestit propter filii gloriam [r]. Εἰς sæpe valet *propter*. Vide ad Luc. 16. 16 †. Creatura jam non ad corruptiones faciet, sed ad gloriam, hominum scilicet : & sicut ornatur domus Regis pro Regis gloria, ità totus hic mundus propter gloriosos Dei filios ornandus ac perficiendus est [t]. 2. *In libertatem*, &c. i. e. ad imitationem & exemplum *libertatis gloriæ*, h. e. gloriosæ, *filiorum Dei* [v]. 3. His verbis tempus significatur : Libertatem, inquit, à vanitate sive interitu accipiet [x], cùm filii liberabuntur à corruptione [y]; vel, in plenam libertatem & gloriam asserentur [z]; vel, ad gloriam illam æternam pervenient [a]. Et hoc sensu vel εἰς ponitur pro ἐν, ut Matt. 2. 23. Marc. 1. 9. &c. εἰς τὴν ἐλευθερίαν, pro, ἐν τῇ ἐλευθερίᾳ, *in libertate*, i. e. quum liberabuntur, &c : vel εἰς valet *ad*, ut Num. 16. 34. *Fugerunt ad vocem illorum*, i. e. auditâ voce illorum [b]. Tertul. adversùs Hermogenem, *Tunc erit morti finis cùm præses ejus Diabolus abierit in ignem quem præparavit illi Deus*——, *cùm revelatio filiorum Dei redemerit conditionem* (sic κτίσιν vertere solet) *à malo ubique vanitati subjectam, cùm restitutâ innocentiâ & integritate conditionis pecora condixerint bestiis, & parvuli de serpentibus luserint, cùm Pater Filio posuerit inimicos sub pedes, utique operarios mali*. Quorum ultima non absunt à Rabbinorum sententia, qui existimant, etiam muta animantia meliorem statum adeptura cùm homines resurgent. Vide Manassem De Resurrectione. Scribit Philo, etiam *feras mansuetas fore, & serpentes venenum non exserturos*, &c. [verba vide in G.] Solent boni patres in honorem filiorum etiam servos eorum ornare [c]. Qu. Quomodo vindicandæ sunt creaturæ in hanc libertatem, &c? Resp. 1. Per totalem abolitionem [d] : quâ desinent esse, & proinde vanitati subjectæ esse desinent ; nec nos earum usibus ampliùs indigebimus, &c*. [Argumenta hujus sententiæ sunt :] 1. Loca Scripturæ cœlorum terræque abolitionem astruunt : ut Psal. 102. 27. Heb. 1. 11. 2 Pet. 3. 10, 12. ubi dicuntur *perire*, *transire*, *exuri*, &c [f]. Resp. Hæc non probant dissolutionem eorum, sive interitum substantiæ, sed reformationem & renovationem [g] ; & innovationem qualitatum, conditionis, & usûs. Neque enim diluvium (cui Petrus hunc mundi interitum per ignem comparat) fuit mundi, sed fœditatum, abolitio. Promittit quoque Petrus cœlum novum & terram novam, &c [h]. [Plura vide ad illum locum, si Deus Opt. Max. conatus nostros eò perduxerit.] 2. Nullus tunc erit cœli aut terræ usus, neque ad sustentationem vitæ, ut patet ; nec ad cognitionem Dei, quæ immediata erit, 1 Cor. 13. 12 [i]. Resp. 1. Eodem modo dici posset, Cui usui fuissent tot animalia in Paradiso, si homo in integritate perstitisset, cùm nondum potestas data esset ad carnem comedendam, nec homo vestibus indigeret ? aut quorsum nobis corpus sensúsque corporei in cœlis ? 2. Sicut in carne Christi, & in corporibus beatorum, sic quoque in cœlo & terra, erunt manifesta indicia Majestatis Divinæ. Erunt hæc theatrum jucundissimum [k], ad illustrandam Dei Sapientiam, Potentiam, & Bonitatem Creatoris [l], erga homines [m]. Terra quoque sedes erit justorum, ut evidenter ostendit 2 Pet. 10. 13 [n]. ut ubi multa perpessi sunt, ibi quoque triumphent & Deum laudent : sive sanctorum alii cœlum, alii terram, incolant † ; sive iidem interdum in cœlo, interdum in terra, degant [o], ità tamen ut utrobique gaudeant fruitione Dei. 4. Nunquámne tempus erit in quo Creatura fini illi inserviet cui condita erat, ut nempe illustret Sapientiam, &c. Conditoris sui, idque sub dominio hominis : quod hactenus nunquam plenè effectum est [p] ? Resp. 2. Per reformationem & mutationem in melius [q]. [Argumenta sunt :] 1. Liberandæ sunt à servitute vanitatis & corruptionis. At nihilum est maxima vanitas, & quod perit, maximè corruptioni servit. 2. Quod sperat avidéque exspectat mundus, illud bonum est mundi : ergò non est interitus. 3. Mundi redactio in nihilum nec similis est libertati gloriæ filiorum Dei, nec ad illam pertinet, sed illi contra repugnat : ergò non est hæc liberatio, &c. 4. Hæc mundi solutio antecedet descensum Christi ad judicium, Matth. 24. 29, 30. At Christô descendente aer & mundus inferior adhuc erunt, ut constat ex 1 Thes. 4. 17. 5. Mundi in nihilum interitus infernum tollit, quippe quod extra cœlum est, Matth. 25. 41, 46. Judæ, v. 7. 2 Pet. 2. 17. & Dæmones ac reprobos in cœlo summo collocat, contra Apoc. 21. 27. & 22. 14, 15 [r].

22. *Scimus enim*] Et ex Verbo, & ex experientiæ sensu †. Res nota est. Probat quod dixerat, creaturam *non volentem* subjectam fuisse vanitati [t]. ¶ *Omnis creatura*] Ea scilicet quæ in ministerium hominum facta est, i. e corporea [v]. Al. Quicquid conditum est [x] : omnes mundi partes [y], exceptis iis qui nos cogunt gemere [z]. Al. Omnes, etiam Angeli [a], qui hîc *ingemiscere* dicuntur per prosopopœiam, quòd vehementer desiderent atque exspectent consummationem seculi [b] : qui ut *gaudere* dicuntur pro nobis Luc. 15. 10. ità hîc *ingemiscere* [c]. Angeli autem non sunt subjecti vanitati : quare alia est hæc creatura ab illa v. præced [d]. Sed constat eandem creaturam ingemiscere, quæ liberationem sperabat : alioquin hæc non esset ratio sententiæ præcedentis *. Idem dicit, sed priùs indefinitè, *creatura* ; hîc universaliter, *omnis creatura*, ad majorem sententiæ expressionem [f]; inanimata scilicet, ut mundi primæ & perpetuæ partes sensibiles [g] : sub continente tamen includi possunt & res contentæ [h]. Intelliguntur h. l. temporalia & irrationalia, animalia, plantæ, &c*. quæ modo suo participes erunt hujus gloriæ †. Sed cùm animalia necessariis præsentis tantùm vitæ usibus, v. g. cibo, vestitui, aliisque quæ tunc desinent, inserviunt, probabilius est, illa abolenda fore, & mansura tantùm Cœlum cum Sole & Luna multò tunc illustrioribus, juxta Esa. 30. 26. & terram arboribus plantisque ornatam, Apoc. 22. 3 ‖. Al. Gentiles hîc intelligit, ut suprà versu 19 [v]. [ubi dicta vide.] ¶ *Ingemiscit*, &c. Συστενάζει καὶ συνωδίνει] *Ingemiscit* (vel, *Congemiscit*, Er. V. *Condolet*, Er. (*Unà*, vel *Simul*, *suspirat*, Be. Pi. P. sic G. vel, 1. inter se [x] ; ut notet consensum creaturarum [y] : vel, 2. nobiscum [z] ; q. d. vicem nostram dolent [a], quasi nostros gemitus juvant, partim contra

Marginal notes, left column: [q] Me. T. sic Er. Per. [r] Me. T. sim. Be. † V. * Vor. [t] Vor. G. [v] Vor. [x] Pi. [y] Tol. [z] G. [a] Pi. [b] Tol. [c] Idem. [d] Pi. * V. [f] Be. Pi. sic Er. &c. [g] Er. sim. Be. [h] Pi. [i] J. Cap. [k] J. Cap. sic Tol. [l] Tol. [m] J. Cap. [n] Kn. sic Ham. [o] Kn. † Cam. [p] G. [q] Par. [r] Chrys. in Di. † Di. [t] Tol. [v] Per. sic T. ex La. [x] G. [y] V. sic Tol. ex Theod. [z] J. Cap. sim. Di. [a] G. [b] Di. [c] G. [d] Q. in Par. sim. Be Vor. * Par.

Marginal notes, right column: [f] Q. in Par. [g] Per. ex Hi. & Oecum. & Greg. &c. sim. Par. Gom. Wil. [h] Par. [i] Q. in Com. [k] Gom. [l] Med. epist. 51. sim. Com. [m] Gom. [n] Wil ex Orig. & Aug. † Wil. [o] Wil. sim. Med ex Perkins. [p] Med. ib. [q] Gom. sim. Wil. & plerique in Par. Pet. [r] Gom. † Gom. sim. Par. [t] Tol. [v] E Me. sim. Tol. [x] Camer. [y] G. [z] J. Cap. [a] Orig. Theod &c. in Tol. [b] Tol. [c] Q. in Tol. [d] Q. in Wil. * Wil. sim. Tol. [f] Tol. [g] Tol. sim. Wil. ex Chrys. & Th. [h] Wil. * Calv. & Mart. & Per. in Wil. † Calv. ‖ Wil. [v] Ham. [x] Er. [y] Tol. sim. Fe. E. [z] Di. ex Er. sim. Par. J. Cap. [a] Di.

tra impios vindictam poscentes, partim pro filiis Dei liberationem desiderantes b.) *& comparturit*, Mo. vel, *simul*, sive *unà*, *parturit*, V.Er. Il. Ti. sic Be.Pi. P. hoc est, more parturientis mulieris c cruciatur & gemit d, & finem laborum indesinenter optat *, ut liberetur. Est translatio sumpta à foemina, quæ cum magno dolore ac gemitu parturit, exspectans ut onere liberetur. Συνωδίνει est etiam parturientium f: q. d. tanguntur sensu malorum nostrorum, & nobiscum enituntur ad beatam quietem g. Significatur & hac voce summus dolor, & lætus exitus. Alludit Paulus ad Jer. 12. 4. & respicit resurrectionem justorum, quos terra, tamdiu velut in utero gestatos, *parturire* dicitur ad immortalitatem, &c h. Justi hîc viventes aptè comparantur infantibus utero inclusis, quippe qui futuram gloriam nè cogitatione percipere valent, &c i. His verbis (præsertim posteriore k) exprimitur vehemens desiderium l, & rursus continuæ passiones creaturarum m. ¶ *Usque*, &c. Ἄχρι τοῦ νῦν] *Hactenus*, G. *Ad hoc usque* tempus, Be. Pi. Quo simul nobiscum liberabuntur n.

23. *Non*, &c. Οὐ μόνον δὲ] *Neque verò* (sub. *illa*, Pi. Vulg. nempe creatura o; & sub. ex præced. *unà gemiscit* p. Ellipsis Paulo peculiaris, ut Rom. 5. 3. & 9. 10 q. Hinc constat, per *creaturam* suprà non intelligi hominem r.) *solùm*, Pi. Vulg. *Non tantum totus mundus istorum malorum est particeps* †. Al. [Sensus loci, q. d.] Non tantùm mundus Gentilium avidè exspectat revelationem hujus rei, quinam ex vobis Judæis credent, quinam non, &c t. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀπαρχὴν — καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν] *Sed &* (sub. *nos*, Be. J. Cap. &c. quod Claromont. Codex habet, & Vulgata v.) *ipsi qui* (τὴν, &c. pro, οἱ τὴν, &c. Ellipsis articuli, non rara Apostolo: nisi malis ἔχοντες pendere à στενάζομεν, per trajectionem, & vertendum, *quum*, vel *ut qui*, *habeamus* x.) *primitias spiritûs* (id est, particulam aliquam y, principium aliquod gustúmque z, Spiritûs S a, id est, donorum spiritualium b; velut pignus c, spem certam nobis faciens, fore ut quod in nobis cœpit Deus perficiat d. Alludit ad legales primitias frugum*, quæ sanctificatæ Deo, spem faciebant plenæ messis f.) *habemus*, (i.e. qui jam recipimus vitam Spiritûs, qui Spiritu vivimus, quamvis corpus adhuc mortale & passibile sit g.) *nos ipsi*, *inquam*, *apud nos* (vel, *intra nos*, Er. Tol. i.e. intus in imo corde h, non externis tantùm vociferationibus, ut hypocritæ i. Vel, *inter nosipsos*: ut hos gemitus significet Ecclesiæ esse communes k.) *suspiramus*, Pi. Par. sic Be. vel, *unà suspiramus*, ut cod. Complut. & Claromont. habent l. Repetitio ad emphasin, q. d. Nos, nos, inquam, gemimus, qui majora accepimus, & redemptionis principium habemus m; à Christo manumissi n, gemimus tamen propter futurum quod deest: non ergò mirum si gemit creatura, quæ tota servit, & necdum principium liberationis accepit o: nobis autem gemitus isti indecori sunt p. Al. Sensus, q. d. Si creaturæ suspirant nostrâ causâ & nostro nomine, quantò magis nos in hac vanitate mundi suspirare convenit q? *Nos*. Quinam? Resp. 1. Apostoli, aliique primi fideles, qui Spiritûs abundantiam acceperunt r. Nos, inquit, Apostoli scilicet, eadem mala sentimus ac plangimus. Apostolos autem egregiâ circumscriptione denotat, cùm illos nominat, *qui primitias accepere Spiritûs S.* quod Apostolis aliis contigit Pentecostes die, Paulo verò paulò post admirabilem illam de cœlo vocationem: ἀπαρχὴ est תרומה, id quod ante decimas Deo sacrabatur: unde dici cœpit de omnibus iis qui alios tempore antecedunt, ut videre est Rom. 11. 16. & 16. 5. 1 Cor. 15. 20, 23. & 16. 15. Jac. 1. 18 †. Sed mihi contextum propiùs intuenti probabile est, nihil hîc, nec usquam in tota Epistola, dici in persona Apostolorum. Nec obstat vox *primitiarum*, quæ primos tantùm fructus denotat, sive præstantiores sint, sive non t. Resp. 2. Nos Christiani v, in hac vita imperfecti x: nos regenerati y; de quibus & in præced. & in sequent. sermo est z. ¶ *Adoptionem*, &c. Υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι, τὴν ἀπολύτρωσιν, &c.] *Adoptionem exspectantes*, (sub. *id est*, P. Be. Pi.) *redemptionem* (vel, *liberationem*, Ca. Appositio: filiationem præced. declarat a.) *corporis nostri*, Mo. Er. P. Be. Pi. &c. i.e. corporum nostrorum b, à corruptione c, mortalitate, concupiscentia d, aliisque vitæ miseriis *; quæ in resurrectione demum nobis obtinget f; ut corpus induat immortalitatem & impassibilitatem g. Solam nominat corporis redemptionem, quia animæ electorum etiam ante resurrectionem perfectâ fruuntur beatitudine h. Anima vivit vitâ gratiæ, corpus adhuc morti obnoxium est i. Ἀπολύτρωσις Animorum hîc fit cùm à vitiis purgantur; Corporum tunc fiet cùm ea ab omnibus malis libera reviviscent. Sic ἀπολύτρωσις sumitur Luc. 21. 28. Eph. 1. 14. & 4. 30. Heb. 11. 35 k. Qu. Quî exspectamus adoptionem quam jam habemus? Resp. 1. *Adoptio* hîc metonymicè sumitur, vel, 1. pro patefactione adoptionis l: ut palàm fiat nos esse Dei filios per adoptionem m. Vel, 2. pro adoptionis fruitione n, pro hæreditate cœlesti ad quam adoptati sumus o, sive illius possessione p; quomodo *spes* pro re sperata, aut *promissio* pro re promissa q. Resp. 2. Duplex est adoptio; una hujus seculi imperfecta, altera futuri perfecta r: una in Spiritu, quæ hîc fit, ut vidimus suprà 14. 15. altera in toto homine ac coram omnibus. Vide Luc. 20. 36. Joh. 1. 12. Ideo quia vox erat ambigua, per appositionem eam explicat †. *Adoptio* ergò, sicut & *redemptio*, hîc intelligitur quoad effectum, qui in resurrectione perfectus erit, &c t. Pretium redemptionis jam solutum est, ejus autem applicatio fit certis gradibus, &c v. Redemptio facta est merito, tunc fiet efficaciâ, &c x. Resp. 3. *Adoptio* ergò h. l. aliter quàm solet sumenda est, denotatque liberationem Christianorum à præsentibus suis calamitatibus, partim per excidium Judæorum, persequutorum suorum; partim per resurrectionem corporis y.

24. *Spe enim salvi facti sumus*] Dat causam cur dixit nos gemere, & exspectare redemptionem, &c z. quia necdum re, sed spe tantùm, salvi sumus a; salutem æternam non habemus adhuc, sed speramus. Sic Cicero dixit, *in spe esse negotium*, quod non existit, sed speratur b. Per spem tendimus ad salutem speratam c. Differunt *spes* & *fides*; 1. ordine: *fides* est prior *spe*, eámque generat. 2. Objecto: *fides* fertur in promissionem, *spes* in bona promissa; vel, *fides* amplectitur bona promissa, quasi præsentia, ob certitudinem, &c. *spes* eadem amplectitur ut futura, quoad substantiam & impletionem d. ¶ *Spes* (i.e. Res sperata *, nempe possessio hæreditatis cœlestis f:) *autem quæ videtur* (i.e. habetur & possidetur g,) *non est spes*] Intellige, virtus spei h. [Sensus, q. d.] Quod speratur, non possidetur i. Nulla est spes rei præsentis, sed futuræ tantùm k. Ubi res videtur & habetur, desinit sperari. Confer Heb. 11. 1 l. Solatur fideles. Obj. Ubi est quod speras m? ubi salus tua? quid sibi vult præsens miseria n? Resp. Nos mala præsentia videmus, futura bona non videmus, sed speramus o. Discernit salutis initium & complementum p. ¶ *Nam quod videt quis, quid*, &c? Τί καὶ ἐλπίζει;] *Cur* (vel, *Quid etiam*, aut *Quid insuper*, Er. *Cur etiam*, V. *Cur adhuc*, Di. *Cur ultrà*, sub. *id*, G.) *speret?* Be. Pi. Est enim Indicativus pro Subjunctivo. In MS. quem sæpe laudo est, τί καὶ ὑπομένει q; [Sensus, q. d.] Re obtentâ, nulla restat causa sperandi r, spes est superflua †.

25. *Si autem — speramus per patientiam exspectamus*] Sub. *adoptionem prædictam*, Camer. i.e. Spes ista non infructuosa est in nobis, sed egregiam virtutem operatur, malorum fortem tolerantiam. Vide suprà 5. 4 t. Al. Spes eorum est quæ nondum habentur: ergò cum patientia præsentium miseriarum exspectare debemus v: dum enim bonum differtur, malum invadit, quod ferendum est, &c x. Omnis mora molesta est, præsertim si longa sit, & boni maximi; interveniunt quoque difficultates: ergò in spe requiritur patientia y.

26. *Similiter*, &c. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν] *Itidem* (vel, *Præterea*, ו, quod modò per ὡσαύτως, modò per ὡς αὕτως, explicatur z. *Similiter*, Er. Tol. Vulg. Connectit superiora a: [quod tamen diversimodè explicant.] Spiritus Sanctus, ut hactenus dixi, varia in nobis operatur b; *vivificat mortalia corpora nostra*, [v. 11.] nos filios Dei facit c, [v. 14.] & nos tales esse testatur d, [v. 16.] *facit nos clamare Abba*, &c *. [v. 15.] idem nos adjuvat, &c f. Al. Sicut nos adjuvat spes g, & patientia h; sic & Spiritus i.) *autem &* (τε, &, connectit proximè præcedentia; q. d. Præter spem & patientiam etiam Spiritus adjuvat k.) *Spiritus* (Sanctus l, sive Dei: suprà v. 11. & 14. à Christo promissus & datus: unde & *Christi spiritus* dicitur suprà

Margin notes (col. 179): b Par. c Par. sic V. d Par. * V. f G. g J. Cap. h Be. i Bra. k Vor. l Vor. sic Tol. m Tol. n E. sim. Tol. o Tol. Par. p Par. sim. Camer. q E. r Tol. † G. t Ham. v Be. x Pi. y V. sim. Be. z E. sim. Par. a V. Tol. &c. b Par. sic E. c E. Me. d Be. sim. Par. * Par sim. V. Pi. f Par. g Tol. h Be. sic Pi. sim. i Par. Tol. k Par. l Be. m Idem. n Tol. o J Cap. p Tol. q J Cap. r Par. Sedul. & Aquin. & Caj. in E. sim. Vor. † G. t E. v Tol. ex Chrys. Theod. &c. Camer. x Camer. y E. Me. z E. a Vor. sim. Tol. b Pi. c V. Tol. d E. Me. T. * T. sim. Pi. Zeg. Tol. f T. ex Chrys. &c.

Margin notes (col. 180): g Tol. h E. i Tol. k G. l Gom. m V. n Be. o Pi. sim. E. Me. T. p T. ex E. q E. r Th. in E. † G. t Tol. v Gom. x Par. y Ham. z Me. E. sic Tol. a Me. ex E. sim. Tol. T. Pi. J. Cap. b G. c Me. d Par. * Tol. Be. Pi. sic G. f Pi. g E. Me. h Tol. i Idem. k E. Me. l G. m Me. n Par. o Me. p Par. q G. r E. Me. † Tol. t G. v Me. ex E. x Tol. y Par. z G. a Tol. b Me. sim. Tol. c Tol. d Tol. E. * Per. f Per. sic Tol. E. g Q. in E. sim. Pi. h Par. i Q. in E. k Tol. l Par Tol. Pi.

prà v. 9 [m]. Tertia hîc ſequitur Chriſtianorum conſolatio, *ab auxilio ſpiritûs* [n].) *ſimul ſublevat* (vel, *unà ſublevat*, Be. Pi. vel 1. unà cum ſpe ſupradicta [o]: vel, 2. unà cum Patre & Filio, à quibus miſſus eſt, & cum quibus ſemper agit [p]: vel, 3. unà nobiſcum laborantibus; q. d. Spiritus qui nos penitùs collapſos erexit, ità etiam erectos regit [q], & viciſſim onus attollit ex altera parte, nè ſub eo fatiſcamus [r]. Latet ergò hîc Metaphora, quâ crux comparatur oneri †. Vel, *ſimul recipit*, Mo. vel [ſimpliciter, quaſi σὺν otium ageret,] *ſuccurrit*, Ca. *auxiliatur*, Er. Il. Ti. Tre. ſim. Ar. Æth. Συναντιλαμβάνεται eſt, *auxilio eſſe* [t], ut Luc. 10. 40. & per παραμυθίαν, *ſolari* [v].) *infirmitates* (vel, *imbecillitates*, Er. V.) *noſtras*, P. Be. Pi. &c. i. e. nos vehementer infirmos [x], qui cruci ferendæ impares ſumus [y], qui gravamur ut mortalitate, ità & ignorantiâ ac concupiſcentiâ, quæ nos reddunt ad bonum valdè tardos & imbecilles [z]. [Senſus, q. d.] Spiritus adjuvat nos ad tolerandum ea quæ ex infirmitatibus noſtris conſequuntur, & patimur: propter carnem enim corruptibilem & nondum redemptionis fructum perfectè habentem, tam intùs, quàm exteriùs, multis modis affligimur [a]. *Infirmitates* memorat, tum nè ſecuri ſimus & confidentes, tum nè ſenſu noſtræ imbecillitatis ſpem & patientiam abjiciamus [b]. *Infirmitates noſtras* vocat, 1. naturæ imbecillitatem, ignorantiam, dubitationem, inclinationes ad carnis delicias [c]; impotentiam faciendi ardua virtutum opera, & perferendi crucem, &c [d]. [quæ vide in Per.] 2. Dolores ex rebus adverſis *, ut [ἀσθένεια ſumitur] 1 Cor. 2. 3. 2 Cor. 11. 30. & 12. 5, 9. Gal. 4. 13. Heb. 4. 15. & 5. 2. & 11. 34. Sic & ἀσθενεῖν ſumitur 2 Cor. 11. 29. & 13. 9. עצב Hebræum vertitur πόνος, ὀδύνη, ἀσθένεια [f]. Triſtia illa omnia ſignificat, quæ v. 35. memorantur [g]. [Senſus eſt,] Spiritus ille moleſtiam noſtram ſolatur [h].

¶ *Nam*, &c. Τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν] *Quid enim oremus ut oportet non novimus*, Be. ſic Pi. Vulg. &c. Illud, *ut oportet*, referendum, vel, 1. ad ſequent. *neſcimus* [i]: q. d. Non ſatis ſcimus [k]. Vel, 2. ad præced. *oremus*: q. d. Neſcimus quid & quomodo petamus [l], vel, 1. ad ſalutem æternam obtinendam [m], & quis modus eò perveniendi nobis ſit optimus [n]: [vel, 2. in temporalibus.] Abſolutè petimus quæ conditionaliter petenda erant: vehementiùs petimus minora bona quàm majora [o]: petimus ſæpe nocitura [p]; v. g. bonum quodpiam temporale [q], liberationem ab adverſis, &c [r]. quæ nobis plerumque proſunt. Horum exempla habemus Mat. 20. 22. Luc. 9. 54, 55. 2 Cor. 12. 8, 9 †. Rectè Thomas, *Difficillimum eſt ſcire quid ſit deſiderandum* [t]. Naturaliter homo orat eximi rebus adverſis, & tales fermè ſunt preces etiam bonorum, ſub veteri & carnali Teſtamento. Vide Pſalmos [v]. Obj. Quî hoc neſcimus cùm Chriſtus nos orare docuit? Reſp. Paulus loquitur de oratione pro temporalibus [x]. [Senſus eſt, q. d.] Tantum abeſt ut ipſi nobis poſſimus eſſe præſidio, ut neſciamus quibus præſidiis ſit opus [y], cùm tamen oratio ſit proprium remedium infirmitatum noſtrarum [z]. Non ſolùm egemus auxilio Spiritûs ad ea quæ ſcimus agenda vel toleranda, verùm plerumque neſcimus quid nobis expediat [a]. Cauſam reddit præced. ſententiæ; & cùm multa potuiſſet opera Spiritûs Sancti proferre, quibus ab ipſo juvamur, hoc ſolum exponit, eum adjuvare nos in orando, ut tum reſpondeat præced. *gemimus exſpectantes*, &c. v. 23. *gemitus* enim petitiones intenſæ ſunt; tum ut ſignificet, & quanta ſit indigentia noſtra, qui nec ſoli poſſumus reſiſtere, nec quando aut quomodo Divina virtus ſit petenda ſcimus, & quàm efficax ſit Spiritûs auxilium in petenda & obtinenda Divinâ virtute [b].

¶ *Sed ipſe ſpiritus poſtulat*, &c. Ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν] *Intercedit*, vel *Interpellat*, (vel, *Poſtulat*, P. *Supplicat*, Ca. ſim. Tre. ex Sy. Ar. ſub. *Deo*, Pi.) *pro nobis*, Er. Il. Ti. Be. Mo. Pi. V. &c. Non dicit, ἐντυγχάνει [c], ut bis infrà; ſed ὑπερεντυγχάνει, q. d. *ſuperintercedit*: ut exceſſum ſignificet addita hæc præpoſitio [d], quæ Excellentiam apud Græcos ſignificare ſolet *. Vel, ὑπὲρ valet tantùm *pro*, quia ſequitur, *pro nobis* [f]: quomodo repetitâ præpoſitione dicimur, *egredi è domo*, *deſcendere è monte*, &c. Ὑπὲρ idem quod ἕνεκα, ut in ὑπερμαχεῖν, ὑπεραπολογεῖσθαι, & ſimilibus [g]. Ὑπερεντυγχάνειν eſt, *convenire aliquem ſuper negotio alterius*, veluti ſi quis adeat Principem commendaturus cauſam amici [h]: éſtque advocatorum, qui *clientibus deſideria dictat* [i]. Senſus, q. d. Spiritus Sanctus afflans animos corrigit quod malè petebatur, veluti præfectus omnibus interpellationibus [k]. Macedonius hinc collegit, Spiritum S. eſſe creaturam ac Deo minorem, utpote orantem Deo pro nobis. Hinc Chryſ. & alii *ſpiritum* hîc intelligebant hominis, quatenus gratiam orationis à Spiritu S. accepit; vel ipſum orationis donum, quia dona ſæpe *ſpiritûs* nomine veniunt: ut, *ſpiritus precum*, Zach. 12. 10. Sed his non opus eſt [l]. Spiritus S. hîc, ut in præced. membro, intelligitur [m]: qui *interpellare*, &c. dicitur, non quòd apud Patrem aut Filium (ut perversè dicebant Ariani) ſit Mediator [n]; ſed quòd efficaci ſuâ in nobis operatione nos orare faciat & doceat [o]; quia nos ad preces inſtigat [p]; quia preces ad Deum nobis dictat [q]. Poſtulat Spiritus non in ſe, ſed in nobis, & per nos, tanquam per inſtrumenta rationalia & libera. Quod autem per inſtrumentum fit, ipſi moventi cauſæ primæ tribuitur [r]. Hunc ſenſum probat collatio Scripturarum. Sic Spiritus dicitur *clamare Abba, Pater*, Gal. 4. 6. quia nos *per Spiritum clamamus Abba, Pater*, ſuprà v. 15 †. Sic Matth. 10. 20. *Non vos loquimini, ſed Spiritus*, &c [t]. Sic Deus *cognoſcere* dicitur, cùm alios cognoſcere facit, ut Gen. 21. 12 [v]. Deut. 13. 3 [x]. Docet autem nos Spiritus precari Deum ea quæ Deo ſunt glorioſa, rationibus noſtris ſepoſitis; imò & cum noſtro, ſi ità res ferat, incommodo. Exemplum vide in Paulo, Phil. 1. 20—25. & in amicis Pauli, Act. 21. 14. Pari modo Gal. 4. 6. *clamare* dicitur Spiritus ille, i. e. ad clamandum nos excitare. In Eccleſia Diaconus imaginem quodammodo gerit Spiritûs Sancti [y].

¶ *Gemitibus* (vel, *Suſpiriis*, Be. Pi. P.) *inenarrabilibus*] Ità Er. Ti. vel, *ineffabilibus*, Be. Pi. Στεναγμοὶ ſunt אנחות, *ſuſpiria ſub onere gravi laborantium*, 2 Cor. 5. 2. unde & ad internos animi motus transfertur. Dicuntur ἀλάλητοι [z], vel, 1. quia occulta nobis ſunt ea ad quæ Spiritus S. dirigit petitiones noſtras, impetrare nos faciens ea quæ conveniunt, cùm ſæpe ſint contraria iis quæ petebamus, aut petere intendebamus *: quia, ob tenebras cordis noſtri, nobis inſcrutabile eſt, & conſequenter ineffabile, quinam ſint gemitus & orationes noſtræ Deo placitæ ad exaudiendum; ac proindè à Spiritu Sancto procedentes [a]. Quod congruit v. ſeq. Dicens enim Deum ſcire, &c. ſignificat, nos neſcire, num & quatenus poſtulationes noſtræ ſint ſecundùm Deum & à Spiritu Sancto [b]. Vel, 2. qu. d. *etiam ſine voce*. Judæi nullas preces valere cenſebant niſi voces ſaltem intra labia exprimerentur: Chriſtiani etiam ſolo animo conceptas preces non perdunt [c]. Vel, 3. quia Spiritus ea deſideria & vota nobis ſæpe inſpirat, quæ nec antè cogitata, nec obvia, fuerunt; nec ſcitur unde veniant, & quo tendant [d]. Vel, 4. quæ verbis exprimi nequeunt *; idque vel, 1. quia procedunt à deſiderio rei ineffabilis, i. e. cœleſtis gloriæ [f]. Vel, 2. quia ipſi motus cordis, ut proficiſcuntur à Spiritu Sancto, (cujus potentia & efficacitas in animos hominum eſt inenarrabilis [g],) ſatis enarrari non poſſunt [h]. Vel, 3. quia major eſt internus affectus charitatis, ſuſcitans illos gemitus, omni externo ſermone [i]: ut ſit epitheton extremæ intenſionis; q. d. *ardentiſſimis* [k], tantâ inſtantiâ & ardore, quanta facilè explicari non poſſit [l]. Vel, 4. quia ingens animi perturbatio verba obſtruit, &c. ut res tantùm ſuſpiriis geratur, ut ſolus Deus cognoſcat, &c [m].

27. *Qui autem ſcrutatur corda*, (i. e. Deus [n], Pater [o]. Hoc Dei eſt ἐπίθετον, Pſal. 7. 9. Jer. 11. 20. & 17. 10. & 20. 12. Act. 1. 24. & 15. 8 [p]. Periphraſis Dei, ſed argumentoſa: continet enim ejus quod de Deo hîc affirmatur argumentum à cauſa [q].) *ſcit* (i. e. approbat [r], curat & exaudit, ex collat. verborum ſeq †.) *quid*, &c. Τί τὸ φρόνημα, &c.] *Quis*, vel *Quid, ſit ſenſus* (vel, *intentio*, Par. vel, *intellectus*, vel *voluntas*, Tol. vel, *deſiderium*, V. Me. vel, *affectus*, Er. Me. ut in Terentio, *Illius ſenſum pulcrè calleo* [t].) *Spiritûs*, Pi. &c. φρόνημα accipit ut ſuprà v. 6, 7 [v]. *Quid ſapiat* (vel, *ſentiat*, Val. Er. *intendat*, Tol. *cupiat*, vel *expetat*, Pi.) *ſpiritus*, Be. in nobis gemens [x]; vel per illos gemitus [y], & orationes [z]. Occupatio ſubeſt, Quid refert ſuſpiria confuſa & inarticulata ad Deum mittere? Reſp. Etſi noſtrum intellectum fugiant, Deus novit, &c [a]. gemitus illi ſunt nobis, non Deo, inenarrabiles [b]: ſcit Deus quò cor ipſum fertur à Spiritu S. motum, quid Spiritus S. intendit, & per nos poſtulat [c].

[m] G. [n] G. ſim. Tol. [o] Vor. [p] Di. [q] Be. [r] Be. ſim. Pi. † Pi. [t] G. ſim. Er. [v] G. [x] E. ſic Pi. [y] Pi. [z] E. [a] Tol. [b] Par. [c] Par. ſim. Per. [d] Per. * G. ſim. Ham. Par. [f] G. ſim. Ham. [g] Ham. [h] G. [i] Q. in Tol. [k] G. [l] E. ſim. Tol. [m] T. [n] Per. diſp. 18. [o] E. [p] Tol. Per. [q] Per. ib. [r] Per ſic Tol. E. † Per. [t] E. [v] G. [x] Per. ex Aug. [y] Er. [z] Me. [a] E. [b] Tol. [c] Er. E. [d] E. * Er. [f] E. ſim. Be. [g] Be. [h] Er.

[i] G. [k] Er. ſic Per. [l] E. [m] E. ſim. Tol. Be. &c. [n] Be. [o] Me. ex E. [p] Be. [q] G. ſim. Be. [r] Tol. † Par. [t] Tol. E. [v] Par. [x] Tol. ex Aug. [y] G. [z] G. * Tol. [a] Q. in E. [b] E. [c] G. [d] T. * Par. ſim. Pi. [f] Me. ex E. ſim. Per. [g] Per. diſp. 19. [h] E. ex Aquin. [i] Per. [k] Par. [l] T. ex Tertul. Naz. Hil. Amb. &c. ſim. Era. [m] Era. [n] Me. T. Pi. &c. [o] Me. [p] G. [q] Pi. [r] Tol. Par. Me. † Pi. [t] Er. [v] Pi. [x] Me. [y] Pi. ſim. T. Tol. [z] Tol. [a] Par. [b] Tol. ſim. E. [c] Tol.

¶ *Quia*, &c. Ὅτι κατὰ Θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἁγίων] *Quia secundùm Deum* (i. e. vel, 1. divino motu & instinctu, sive divinitus[d]. Vel, 2. secundùm Divinitatem suam, vel in Divinitate sua manens: ut à Christo distinguatur, qui ratione humanitatis suæ est redemptor *, [vel intercessor.] Vel, 3. secundùm voluntatem Dei[f], ut 1 Joh. 5. 14[g]. quæ Deo accepta sunt[h], & ad gloriam[i]. Subintelligitur autem, *tales preces Deum non posse non gratas habere, etiamsi verbis non exprimantur*[k]. Al. *apud Deum*, Q. in Be. Ar. in Di. Al. *in his quæ ad Deum spectant*, Ar.) *interpellat*, vel *intercedit*, (vel, *postulat*, P. *orat*, Tre. ex Sy. nempe per ipsos sanctos, qui ipsius instrumenta sunt; quorum corda movet, excitat, & regit[l]. Ἐντυγχάνειν hìc breviùs dictum pro ὑπερεντυγχάνειν[m].) *pro sanctis*, Pi. Mo. &c. i. e. pro rebus sanctis & salutaribus à Deo impetrandis[n]. Sed præstat ad personas referri, eo sensu quo suprà, *pro nobis*[o]. *Sanctos* hìc vocat quos v. seq. *diligentes Deum*[p], electos & dilectos filios Dei[q], Spiritu Dei sanctificatos, & sanctè viventes, ut Rom. 1. 7. Hi enim in Scriptura *sancti* vocantur, non defuncti Apostoli, martyres, aut cœlites[r]. Non pro omnibus postulat, sed pro sanctis, in quorum corde, & per quorum corda orat †. Alia hæc ratio certæ exauditionis à nostra conditione[t]. Ὅτι non causaliter accipitur, sed declarativè[v]: ut sensus sit, qu. d. Novit Deus, Spiritum postulare ut oportet, & quæ Deo placent[x]; h. e. quòd sanctos petere faciat ea quæ Deo probantur[y]; vel, quòd in sanctis, ad eorum utilitatem, preces, quibus Deus interpellatur, suscitet[z]: novit quid studeat Spiritus, nempe sanctorum preces dirigere secundùm Deum, suggerendo eis illa precari quæ Deo serviant[a].

28. *Scimus autem*] Id est, Certò compertum habemus, idque, 1. ex Verbo Dei; 2. ex historia sanctorum; 3. ex fiducia filiali[b]. [Connexio sic se habet,] Sequitur quarta consolatio, indè ducta, Quòd omnia illa adversa Christianis eveniant, non ex generali quodam Dei permissu, sed ex decreto speciali quod ad ipsorum bonum tendat: idque tum aliunde intelligi, tum quia Deus se diligentes non possit non summè diligere[c]. Occupatio est, Deus gemitus exaudit: at crucem non tollit. Resp. Non tollit, quia nobis conducit ad salutem, quippe ex prædestinatione Dei proveniens[d]. Postulationem Spiritûs efficacem esse, hìc probat ex ipso effectu, quia omnia sanctis, pro quibus Spiritus postulat, cedunt in bonum & salutem, sive fiat quod ipsi petunt, sive negetur. Spiritus ergò semper petit pro eis quod bonum est, & semper exauditur in eis & per eos *. ¶ *Diligentibus Deum*] Scil. ex toto corde[f]. Periphrasis credentium[g]. ¶ *Omnia*, &c. Πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν] *Omnia* (Restringe ad materiam subjectam[h]: quæcunque eis forinsecùs accidunt[i], tam prospera[k], quàm adversa[l], de quibus hìc loquitur[m]: imò ipsi lapsus in peccata[n]; unde humiliores, cautiores, & ferventiores resurgunt[o].) *cooperantur* (i.e. vel simul inter se; qu. d. concurrunt & conspirant pariterque cedunt[p]: vel cum Deo, qui per crucem, ut medium, operatur piorum salutem[q]. Vel, *procedunt*, V. vel, *conferunt*, Il. sic Ca. vel, *adjuvant*, P. *adjumento sunt*, Er. Il. Ti. Be. Pi.) *in bonum*, Vulg. Mo. &c. nempe ad æternam salutem[r]. Synecd. gen †. illis adminiculo sunt ad incrementa virtutum & præmii. MS. non malè. Πάντα συνεργεῖ ὁ Θεὸς εἰς τὸ ἀγαθόν. Non longè hinc abit Platonis illud 1. De Repub. Τῷ δὲ θεοφιλεῖ, &c. (*Illi qui Deum diligunt omnia quæ à diis fiunt in eorum commodum cedunt*[t].) Sy. & Ar. πάντα acceperunt pro κατὰ πάντα, vel, ἐν παντὶ & συνεργεῖ construunt cum *Deo*, *Eos qui diligunt Deum, in omni re, juvat in bonum*, nempe Deus à suis dilectus[v]. ¶ *Iis*, &c. Τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν] *Iis* (sub. *inquam*, J. Cap. Tre. ex Sy. vel, *nimirum*, sive *videlicet*, Er. Be. Ar. Pi. sic Æth. Tol. Limitat verbum præcedens ad eos qui permanent in dilectione Dei[x].) *qui ex proposito*, vel *juxta propositum*, (sub. *ipsius*, Pi. J. Cap. vel, *prout pertinet ad propositum*, Ar. vel, *ex divino decreto*, Ca.) *vocati sunt*, Pi. Er. Ca. Par. &c. scil. ad sanctitatem[y], vel ad regnum Dei, & communionem sanctorum[z]. *Propositum* hìc intelligit, vel, 1. ipsorum hominum qui vocantur[a]; quorum propositum & bonam voluntatem prævidens Deus, quòd scil. vocanti consensuri erant, vocavit ad fidem, & ad se[b]. Πρόθεσις est virtus Christiana, 2 Tim. 3. 10. & significat *firmum animi propositum*, quo quis Deo constanter adhæret, juxta Act. c. 11. v. 23. & h. l. est γνησία προαίρεσις, *genuina* cujuspiam *electio*, &c. q. d. qui Deum diligentes parati sunt pro eo pati, &c. ut sincerum hoc propositum hypocriticæ, temporariæ & externæ, professioni opponatur[c]: *qui se ad omnem Dei voluntatem accommodat*. Nam πρόθεσις sicut in hominibus, Act. 11. 23. & 27. 13. 2 Tim. 3. 10. sic in Deo est *voluntas*, Rom. 9. 11. Est quædam πρόθεσις τῶν αἰώνων, ut de Messia mittendo, Eph. 3. 11. Sed de ea hìc non agitur, ut ostendunt sequentia. Κλητοὶ autem apud Paulum dicuntur *ii qui vocanti obediunt*, ut Rom. 1. 6. 1 Cor. 1. 24. Sic & Apoc. 17. 14[d]. Vel, 2. Dei *: ut constat ex collatione locorum similium[f], Rom. 9. 11. Eph. 1. 11. 2 Tim. 1. 9[g]. qui locus postremus propositum hominum manifestè excludit. Et hunc sensum esse ostendunt sequentia, quibus exponit quid sit *secundùm propositum*[h]. *Propositum* vocat Prædestinationem[i], vel liberale & gratuitum Dei decretum[k], quo aliquos[l], quos voluit, ab æterno[m], non ex ullis suis meritis, sed ex mera sua bonitate[n], vocare ad gratiam & sanctitatem[o], & salutem[p], sive efficaciter salvare, decrevit[q]. Particula, πρὸ, notat æternitatem propositi, & opponitur præsenti vocationi: ut sit πρόθεσις quasi θέσις πρὸ χρόνων, &c. Eph. 1. 5. & 2 Tim. 1. 9. Vocationem porrò efficacem hâc voce discernit à non efficace, de qua Mat. 22. 14. *Multi vocati, pauci electi*. Probat, omnia salutem piorum adjuvare, quia salus eorum in æterno Dei proposito fundata est[r]. Πρόθεσις idem quoad rem quod πρόγνωσις & προορισμὸς in quibus omnibus πρὸ sign. ante tempus, &c †. Propositum Dei duplex est; nempe declarandæ vel justitiæ, vel gratiæ: posterius hìc Synecdochicè intelligitur, nempe gratuitum salvandi decretum[t].

29. *Nam*, Ὅτι οὓς προέγνω] *Nam* (Dat causam cur diligentibus Deum[v], & vocatis secundùm propositum[x], omnia cedunt in bonum[y]; & simul exponit quid sit hoc propositum[z], & qui juxta illud vocati[a].) *quos* (Relativum hoc refertur ad eos quos *vocatos*, &c. jam dixerat, quos quidem[b]) *præscivit*, sive *præcognovit*, Il. P. Be. V. sic Er. Ti. &c. Pertinet hoc verbum, vel, 1. ad intellectum, sive cognitionem[c], vel scientiam Dei absolutam, quæ prævenit determinationem voluntatis Divinæ[d]: *quos præscivit*, nempe tales (per ductum gratiæ suæ & consensum liberæ voluntatis *) futuros[f], h. e. *conformes*, &c. vel, bene victuros, vel gratiæ oblatæ assensuros[g]; vel credituros & in fide perseveraturos[h]. Sic exponunt Chrys. Theod. Hieron. &c. Verùm, præscientiam fidei non esse causam prædestinationis, multis & apertis Scripturæ locis constat[i], quia ipsa fides est opus & donum Dei, & effectus prædestinationis: ut liquet ex Act. 13. 48[k]. Eph. 1. 4, 11, 12, 15, 16. & 2. 8, 9, 10. Phil. 1. 29[l]. & Joh. 6. 44. 2 Cor. 3. 5[m]. Neque hìc docet Paulus, præscientiam esse rationem prædestinationis, sed contrà, prædestinationem esse rationem præscientiæ, quia quos præscivit *conformes fieri imaginis Filii sui*, priùs tales fore prædefiniverat decreto suæ voluntatis *. Adde quòd non dicit, *quos præscivit bene victuros*, &c. sed absolutè; *quos præscivit*: quod sensum relinquit imperfectum, nisi de prædilectione accipias †. Vel, 2. ad voluntatem[n], ut significet, non solam aut qualemcunque prænotionem, sed cum beneplacito conjunctam[o]; vel scientiam approbationis & dilectionis[p]; vel electionem, h. e. decretum eligendi[q]: quod πρόγνωσις vocatur; ut significetur, illud non temere, neque fortuitò, sed perfectâ, &, quamvis nobis inscrutabili, semper justâ, Sapientiâ præeunte, conceptum fuisse[r]. Ut *scire* apud Hebræos sæpe significat, approbare, diligere, curare, ut Psal. 1. ult. Joh. 10. 14. 2 Tim. 2. 19. & *nescire*, improbare, &c. ut Matth. 25. 12 †; ità *præscire* idem est quod prædiligere, ut Rom. 11. 2. 1 Pet. 1. 2, 20[t]. Sensus ergò est, *quos præscivit*, i. e. ab æterno prædilexit, & amicos habere voluit[v], dilexit ante mundum conditum[x], ab æterno decrevit ad immortalitatem vocare[y]: quos jam antea pro suis agnovit & approbavit[z]; quos ut Filio suo credentes approbavit jam antè. Sicut ידע, γινώσκειν, est, *approbare*, Rom. 7. 15. sic προγινώσκειν, *priùs approbare*, ut Rom. 11. 2[a]. quos sibi proposuit salvos facere[b]. Qui sensus probatur ex parte præcedenti: quod enim ibi *propositum* dixit, hìc repetit verbo *præscivit*[c]. Rectè autem τὸ *præscire*, sive diligere, antecedit prædestinatio-

Marginal notes (left): d Q. in Be. — * Orig. in Tol. — f Tol. E. Par. Di. & Tre. ex Sy. G. Pi. — g G. Vor. — h V. sic Tol. — i V. — k G. — l Tol. — m G. — n Q. in E. — o E. — p Tol. Me. ex E. — q T. sim. E. — r Par. — † Tol. — t Par. — v E. — x Tol. — y E. — z Gom. — a G. — b Par. — c G. — d Par. — * Tol. — f E. T. — g Pi. — h Par. — i E. sim. Par. — k E. Be. sim. Pi. Par. — l E. sic Tol. Me. Pi. Tol. G. Ec. — m Tol. sic Par. — n Me. E. ex Aug. & Bern. — o Me. sim. E. — p E. — q Par. — r Pi. Par. — † Pi. — t G. — v Di. — x Tol. — y Me. — z Pi. — a Q. in E. Orig. Chrys. Theod. in Tol. sic Ham. ex Cyr. — b Q. in Tol.

Marginal notes (right): c Ham. — d G. — * Tol. ex Aug. Amb. & Hi. E. Me. T. Per. Er. Gom. Be. Pi. Par. L. Caj. — f Gom. — g Gom. E. — h E. — i Er. ex Amb. & Thom. — k Me. sic T. sim. E. Tol. Par. — l Tol. — m E. — n Me. ex E. sim. Tol. — o Me. — p E. — q Tol. &c. — r Par. — † Be. — t Gom. — v Me. sic Tol. — x Par. Tol. — y Me. sic Par. Tol. — z Tol. — a Me. — b Tol. — c Tol. Q. in E. — d Caj. in Per. — * T. — f Tol. T. — g Q. in E. — h Q. in Gom. — i Per. disp. 22. — k Per. ib. sim. Gom. — l Gom. — m Per. — * Per. disp. 21. — † E. — n Q. in Tol. — o E. sim. Vor. — p Per. disp. 21. — q Vor. sim. Be. — r Be. ad v. 28. — † E. — t E. Vor. Per. — v E. — x V. sic J. Cap. — y Er. — z Vor. — a G. — b Pi. sim. E. — c E. sim. Pi.

stinationem [d], quia gratuitus Dei favor est causa προεγνωσμένη electionis *. ¶ *Et*, &c. Καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος, &c.] *Et*, vel *Etiam*, *prædestinavit* (vel, *præfinivit*, Er. Ti. *præordinavit*, Ar. i. e. ante mundum conditum ordinavit [f]. Προορίζειν dicitur Deus quicquid *antè constituit quàm fiat*, Act. 4. Non additur hîc, πρὸ αἰώνων, ut 1 Cor. 2.7. Nunquam autem usurpatur προορίζειν nisi de bonis rebus. רשם, quod hîc posuit Syrus, significat, *constituit*: vertitur enim per τάσσειν, Dan. 6.12. per ἐντάσσειν, Dan. 6.9. per ἐντάσσειν, Dan. 5. 24, 25. & 6. 10. & 10.21 [g]. sub. *eos*, G.) *conformes* (sub. *fieri*, sive *ut fiant*, P. Pi. sic G. vel, sub. *reddere*, J. Cap. vel, *conformandos*, Be. *consimiles*, Ca. συμμόρφους ponitur pro, εἰς τὸ εἶναι συμμόρφους· sicut πεφωτισμένους, Eph. 1. 17. pro, εἰς τὸ εἶναι πεφωτισμένους· & πλουσίους, Jac. 2.5. pro, εἰς τὸ εἶναι πλουσίους· & ἀρχηγὸν, Act. 5.31. pro, εἰς τὸ εἶναι ἀρχηγὸν [h]. Ellipsis [i].) *imaginis* (vel, *imagini*, P. Be. Pi. &c. Συμμόρφους τῆς εἰκόνος idem quod, συμμόρφους εἰκόνι· quomodo σύμμορφον τῷ σώματι habemus Phil. 3. 21. sicut ἀδύνατον τοῦ νόμου suprà valet, ἀδύνατον τῷ νόμῳ. Vocat autem εἰκόνα, *exemplar ad quod aliquid aliud effingitur*, quod alibi τύπος, ὁμοίωμα, תבנית [k].) *filii sui*, Mo. Er. P. &c. i. e. ipsi filio suo [l], qui est nostrum exemplar sanctitatis, gratiæ, virtutis, &c [m]. qui est imago Patris: h. e. ut sint filii, sicut ipse est filius, ac habeant filiorum hæreditatem; q. d. prædestinavit nos in adoptionem filiorum, Eph. 1. 5 [n]. non inchoatam, quam habemus [o]; sed consummatam [f], quam exspectamus, de qua suprà v. 23. h. e. ad glorificationem, quâ Christo jam glorificato conformamur. Confer 1 Cor. 15. 49. Phil. 3. 21. Col. 3. 4 [g]. *Conformes* ei, primùm in cruce, deinde in gloria [h]. Christus in passionibus atrocissimis obediens fuit, & sic ad Regnum illud cœleste pervenit: Eâdem viâ Deus præconstituit ducere Christo credentes. Sic Paulus Phil. 3. 10. ait, se *participem factum passionum Christi*, ac sic συμμορφούμενον τῷ θανάτῳ αὐτοῦ· idque in spem *resurrectionis*. Sic suprà v. 17. *si unà patimur, & unà gloriam adipiscemur*. Sic Christus dicitur *propter passionem coronatus gloriâ, & honore factus esse Princeps salutis æternæ*, Heb. 2. 9, 10. iis scilicet qui ibidem propter hanc similitudinem *fratres ejus*, & *participes carnis & sanguinis ejus*, vocantur. Confer Heb. c. 12. v. 2. Sic & 2 Tim. 2. 12. *Si toleramus*, *etiam unà*, nempe cum Christo, *regnabimus* [i]. Qu. Cur *conformes* dicit, non *filio suo*, sed *imagini filii sui*? Resp. Ut indicet, similitudinem esse in filiatione [k]. Non significat, filium Dei esse imaginem, cui nos conformandi sumus, ut multi intelligunt; sed sensus est nos ità conformandos Filio Dei, ut simus ejus quædam imago, & *portare ejus imaginem*, ut dicitur 1 Cor. 15.49 [l]. ¶ *Ut sit ipse primogenitus*, &c.] i. e. Ut ipse principem locum obtineat tam in perferendis afflictionibus, quàm in earum fructu capiendo [m]; vel, ut ostendatur & agnoscatur *primogenitus*, &c [n]. *Ut* vim habet declarandi; q. d. ità ut ipse sit primogenitus, &c. non enim ad æqualitatem facti sumus conformes, sed ad imitationem quandam, quia ipse filius est naturalis, nos adoptione, &c [o]. Significat, conformitatem hanc redundare in gloriam & prærogativam Christi *, ut ipse sit primogenitus, ut homo Deus, per gratiam unionis [p]; quia ante omnes prædestinatus est Christus ad hanc filiationem & unionem cum Verbo, & consequenter ad omnem suam gratiam & gloriam [q]. Est antecedens pro consequente: hoc enim vult dicere, *Ut Christiani per Christi, tanquam fratris primogeniti, vestigia ducerentur*. Idem sensus qui dicto cap. 2. Heb. Vide & suprà v. 17 [r]. *Primogenitus*, i. e. caput familiæ in ipso, ut germano filio; electæ & adoptatæ †. Christus fratribus suis antecellit, tum naturâ Divinâ, tum dignitate potestatis seu officii, tum gloriâ [t].

30. *Quos*, &c. Οὓς δὲ προώρισε] *Quos verò* (Quos inquam [v]) *prædestinavit*, P. Be. Pi. vel, *præfinivit*, Il. sic Er. Ti. vel, *destinavit*, Ca. Di. ex Sy. Repetendum hîc ἀπὸ κοινοῦ, *conformari ad exemplar Filii sui* [x]; vel, in filiorum adoptionem perfectam [y]; vel, ut affligerentur [z]. Prosequitur & complet superiorem sententiam: omnia autem hæc ad executionem petinent; quod enim ab æterno disposuit, mediis in tempore ad effectum finémque perduxit [a]. Duos Divini propositi gradus, æternam πρόγνωσιν, seu gratuitam electionem, & prædestinationem ad gloriam in Christo, exposuit. Nunc patefactionem ejus declarat per externa effecta [b]. Προγινώσκειν est decernentis sive statuentis προορίζειν, sive ὁρίζειν, quod decretum fuerit jam palàm pronunciantis [c]. ¶ *Hos & vocavit*] Vel, 1. ad passiones: nam sic sumi verbum *vocandi* apparet 1 Pet. 2. 20, 21 [d]. *Si patiamini*—*Ad hoc enim vocati estis*—. Par sensus 1 Thes. 3. 3. *Nè commoveamini afflictionibus*— : *ad hoc enim positi sumus*. Dicitur Deus pios *vocare ad perpessiones*, ubi causas earum non modò non impedit, sed & disponit *, laxando habenas Dæmoni, mundo, carni, ut justis materiam luctæ ac passionis subministrent [f]. Vel, 2. ad fidem [g], & sui nominis cognitionem [h]; vel ad sanctitatem vitæ, & omnino ad salutem [i]; ad suum regnum & gloriam, 1 Thes. 2. 12 [k]. ad vitam æternam [l]. *Vocavit* autem, tum, 1. foris [m], per Evangelium [n]: tum internè [o], & efficaciter, sive cum effectu [p], de qua suprà v. 28. quæ vocatio est electorum propria [q]: & 1 Cor. cap. 1. ver. 26. & 2 Pet. c. 1. v. 10 [r]. Vocavit per gratiam suam †, sive spiritualem Dei tractum, &c [t]. Nam alioqui non omnes vocati justificantur [v]. ¶ *Et quos vocavit* (secundùm propositum suum, faciens eos credentes [x], vocationi obedientes [y],) *hos & justificavit*] Donando ipsis fidem, pœnitentiam [z], remissionem peccatorum [a], reconciliationem cum Deo [b], justitiam Christi imputatam [c], renovationem mentis, sanctam conversationem, & in ea perseverantiam [d], & auxilium ad implenda omnia necessaria ad salutem *. Hæc enim omnia [quæ hîc ex E. produximus] *justificationis* nomine rectè comprehenduntur [f]. *Justificavit*, i.e. liberavit à peccatis [g]. Al. eos probat, commendat, & sinceros pronunciat [h]. Al. eos justiores & sanctiores reddidit [i]: *hos & justos fecit*, id est, vires eis præstitit perseverandi in justitiæ suæ obedientia. Nam δικαιοῦν non de initio tantùm, sed & de progressu, dicitur [k]. ¶ *Quos autem justificavit* (nempe cum effectu, ipsis donum tantum non negligentibus [l],) *illos glorificavit*] Partim jam glorificavit, ut 2 Cor. 3. 18. partim glorificabit, ut Eph. 5. 27. Phil. 3. 21 [m]. Præteritis hîc utitur [n], vel, 1. ut certitudinem significet, more Prophetarum [o]: vel, 2. ut continuum actum declaret; q. d. Jam tum, cùm sub crucis ferula sunt, erudit eos ad se vocare, justificare, & quodammodo glorificare; quòd in cruce quoque Filio Dei conformentur; de quo & gloriari possint, &c [p]. *Glorificavit*, i. e. decrevit gloriâ decorare. Sic Eph. 1. 4. *elegit* valet, *decrevit eligere*. Sic Christus *gloriam habuisse* dicitur *priusquam mundus esset*, Joh. 17. 5. ut ibi cum veteribus exposuimus. [Alii verò aliter: vide ibi dicta.] Sic *gratia in Jesu data nobis* dicitur *ante tempora secularia*, 2 Tim. 1. 9. i. e. decreta dari. Vide quò gradationem illam Apostolus deduxerit. Chrysost. ἐδόξασε exponit, *ornavit donis mirificis* [q]. Al. *Glorificavit*, vel, 1. in hac vita, firmiore scilicet sanctificatione, ac præparatione ad gloriam cœlestem: vel, 2. in vita futura, ut sit Enallage præt. pro fut [r]. *Glorificavit*, i. e. celebres & gloriosos effecit, tum in hac vita, tum maximè in futura *. *Glorificavit*, i. e. illis donavit vitam æternam †, & immortalitatem animæ ac corporis [t]. Quæ dicta sunt de nostra conglorificatione cum Christo, de futura gloria in nobis revelanda, de libertate gloriæ filiorum Dei, satis evincunt hunc locum non aliter accipi debere quàm de gloria futuri seculi [v]. Hic est finis, ad quem Deus nos destinavit, & per vocationem & justificationem perducit. Qu. Sed ubi est sanctificatio [x]? Nonne Deus justificatos priùs sanctificat quàm glorificat? Cur ergò omittit sanctificationem? Resp. 1. Quia hîc agitur quo jure, non verò quo ordine, salutem consequimur. Jus autem ad salutem non in Sanctificatione, sed totum in Justificatione, situm est [y]. 2. Hanc includit in fine, & conjungit cum glorificatione, quæ est sanctificatio consummata, ut sanctificatio est gloria inchoata [z]. Hæc salutis nostræ series [a], & catena verè aurea & indissolubilis [b]. Nostram cum Christo conformationem saluti nobis esse probat, quia cum vocatione, justificatione, gloria denique nostra, inseparabiliter cohæret societas crucis [c]. Ambrosius Catharinus hunc locum multò aliter exponit quàm quisquam ante eum Orthodoxus interpres [d]. Putat, Deum omnes quidem homines ad salutem ordinâsse, sed non pari ratione *. Facit enim duas classes salvandorum: 1. Quos Deus præ cæteris dilexit, & singulariter elegit, & immu-

Left margin: [d] E. * Par. [f] V. [g] G. [h] Di. [i] G. [k] Idem. [l] Me. sic Tol. Per. [m] Me. sic T. [n] Tol. [o] E. [f] E. sim. Tol. [g] E. [h] Pi. sim. V. T. [i] G. [k] Tol. [l] E. [m] V. [n] Q in E. [o] Tol. * E. Me. [p] E. [q] Me. [r] G. † Be. [t] Par. [v] Me. [x] G. sim. Vor. [y] Tol. [z] V. [a] Tol.

Right margin: [b] Par. [c] Er. ad v. 29. [d] G. sim. Ham. * G. [f] T. [g] E. Tol. Par. [h] Tol. [i] E. [k] Pi. [l] V. [m] Par. [n] Par. sic Er. Pi. [o] Par. Pi. [p] Vor. sic Gom. E. Par. Pi. [q] E. [r] Par. † Me. sim. Par. [t] Par. [v] Vor. sim. Par. [x] E. [y] Me. [z] E. [a] E. sic Tol Par. [b] Tol. [c] Par. [d] E. * Tol. [f] E. [g] V. [h] Ham. [i] T. [k] G. [l] Idem. [m] Pi. [n] Tol. Ec. [o] Tol. sim. E. [p] Ec. [q] G. [r] Vor. * T. ex Vasq. † V. sic Tol. [t] Tol. [v] E. [x] Par. [y] Bra. [z] Par. [a] Gom. [b] Par. [c] Calv. [d] E. * Per.

& immutabili decreto absolutè voluit salvari, quos tantis gratiæ suæ & providentiæ præsidiis munivit,ut (salvâ etiam arbitrii libertate) nullatenus excidere queant. In hac classe ponit B. Mariam, Apostolos, Prophetas, & alios Sanctos insigniores. 2. Quos Deus non absolutè, sive immobili & fixo decreto, sed conditionaliter,vult salvare, nimirum si cooperentur gratiæ suæ ; & his Deum ait dare auxilium sufficiens ad salutem, à qua tamen excidere possunt: & proinde ex his alios salvari, alios non salvari [f]. De prima classe exponit hunc locum usque ad finem cap. 8. & in cap. 9. de electione,&c. Et hanc præceptoris sui opinionem Sixtus Senensis diu veram credidit, eámque in Italia, magno cum audientium plausu & gaudio, per decem annos prædicavit, &c [g]. Commentum hoc novum est [h], absurdum, & hæreticum. Quid enim communi fidelium sensui magis repugnat,quàm aliquos fieri salvos qui non fuerant à Deo ad salutem prædestinati, nec scripti in libro vitæ [i]? Scripturæ plurimæ evidenter reclamant [l], ut Dan. 12. v. 1, 2. Apoc. 13.8. & 20. 15. ubi docetur, omnes qui salvantur esse scriptos in libro vitæ, qui liber æternam & immutabilem Dei electionem hominum ad vitam æternam denotat. Porrò una est natura & ratio omnium hominum qui salvantur, & unus Deus qui salvat,& unus finis ultimus in quo salus posita est, & eadem omnibus proposita sunt media ad comparandam salutem: una denique, etiam confessione istorum, eadémque ratio est omnium reproborum & damnandorum. Meritò ergò illa sententia à plerisque Theologis improbatur,&c [m].

31. *Quid ergò dicemus ad hæc?*] i.e.Adversùs hæc? Nihil [n]. Quid huic veritati opponi possit [o]? Post enumerata electionis beneficia,certitudinem eorum deinceps confirmat variis erotematis, ostendens ea frustrari & irrita fieri nullo modo posse [p]. [Sensus, q.d.] Cùm tanta sit Dei pro suis electis cura [q], ut omnia ipsis cedant in bonum [r], & ut eos certò ad gloriam perducat †, quid dicemus inter passiones & adversitates hujus seculi constituti, nisi quod sequitur [t]? Describit hîc & in seq. triumphum fidelium de omnibus tentationibus peccati & crucis, & confirmat πληροφορίαν salutis & perseverantiam fidelium [v]. [Sensus, q. d.] Cùm hæc quæ enarravi talia sint [x], quid hæsitamus de gratia, aut trepidamus in adversis [y]? quid restat, nisi ut tantis beneficiis commoti exclamemus, & de tanto Dei amore gloriemur †? Magnifica conclusio totius disputationis [z]. Al. *Quid ex his inferimus?* Nam ἐρῶμεν apud Apostolum in præsenti etiam tempore poni suprà notavimus. Tum πρὸς ταῦτα etiam Aristophani significat, *propter hoc* [a].
¶ *Si* (i.e. Cùm,ut Gen. 28. 20 [b]. vel, *Quia*, ut in illo, *Si Deus est animus*, &c [c]. vel, Postquam, ut in illo Plauti Captivis, *Jam ego revertar intrò, si ex his, quæ volo, exquisivero* ‖. Vel, *Quandoquidem:* assumit enim quod adstruxerat; Deus pro nobis Christianis est, quandoquidem omnia ad nos summis bonis ornandos dirigit [d]. Non est hæc pura conditio, sed affirmatio quædam *. *Si* hîc non est dubitantis [f], sed ratiocinantis [g].) *Deus pro nobis*] Sub. *sit*, Be. & sub. *ut est*, ut sit ellipsis assumptionis [h]: vel, sub. *stat*, volens omnino implere in nobis æternum suum propositum salutis nostræ [i]. Si nos tales sumus. Loquitur in 1. pers. plur. electos significans [k]. Si Deus à nobis stat [l]. ¶ *Quis* (scilicet hostium [m], hominum vel Dæmonum [n], tyrannorum, Regum, persecutorum [o],) *contra nos?*] Nempe,prævaleat [p], vel salutem nostram impediat [q]. Nemo nobis nocere poterit [r], nec Satan, nec Mundus, nec nos ipsi propter Carnis reliquias, Rom. 7. 23 †.

32. *Qui—proprio* (i.e. naturali [t], unigenito [v], genito ab æterno [x]; vero, ut dicitur 1 Joh. 5. 20 [y]. qui Deum *Patrem* vocavit *proprium*, Joh. 5. 18 [z]. quod Judæi de naturali paternitate & æqualitate rectè intelligebant. Hunc opponit filiis adoptivis [a].) *filio suo non pepercit*] Ut rebus charissimis parcere solemus [b], sed pro salute nostra impendit [c]. Quod in Abrahamo signum fuerat amoris in Deum, Gen. 22. 12. id in Deo signum benevolentiæ adversùs homines: in Græco Geneseως, ἐκ ἐφείσω τῦ ὑιῦ σȣ [d]. ¶ *Sed pro nobis omnibus* (id est, pro omnibus hominibus.Idem sensus qui Rom. 5. 8*. Sed non dicit absolutè, *pro omnibus*, sed,*pro nobis omnibus* [f]; nempe electis [g], Deum diligentibus, & vocatis secundùm propositum [h]; in quorum persona Paulum hæc dicere constat [i].) *tradidit illum*] Scil. in mortem [k]. Si tanti fecit homines quosvis, quanti facturus est homines sibi fideliter obsecutos? De verbo παραδιδόναι vide Rom. 4. 25*. ¶ *Quomodo*, &c. Πῶς ὐχὶ ——— χαρίσεται;] *Qui*, vel *Quomodo*,*non etiam cum eo* (Christo [l],) *omnia* (i.e. omnes res creatas [m]; τὰ πάντα, pro, ταῦτα πάντα, ut Matth. 6. 33. δεικτικῶς · omnia scil. quæ digito monstrari, oculis videri, possunt. Seneca Epist. 17. sic inchoat, *Projice ista omnia, si sapis, imò ut sapias* [n]. Vel,*omnia*, quæ ad salutem sunt necessaria [o], aut utilia [p]; cætera dona [q], fidem, aliáque quæ in Christo electis donantur [r]; ipsam denique salutem & gloriam †. Vel,*omnia illa*,nempe tum præsentis, tum futuræ, vitæ promissiones [t]; bona jam enumerata, gratiæ & gloriæ *; ac præ omnibus Divinæ tutelæ, opis ac providentiæ suæ, scutum ‖.) *nobis donabit?* Pi. vel,*largietur?* V. vel, *gratificabitur?* Be.Par. J. Cap. i. e. gratis donabit [v]. Gratuitum ergò est, non debitum quod justificatorum operibus tribuitur [x]. Opponitur hoc meritis humanis [y]. Vel, *donavit*, Vulg. i. e. decrevit dare [z]. Hinc constat, Christum à donis ipsius non separari, nec satis esse, eum pro nobis datum fuisse in mortem, nisi etiam nobis, jam crucifixus detur, i. e. per fidem applicetur [a]. Argumentum est à minori affirmativè, Si quod minùs videbatur faciendum, factum est pro nobis, ut scil. Deus Filium traderet; ergò etiam quod magis faciendum, &c [b]. Facilius est dare amicis factis quàm adhuc hostibus; & facilius, omne aliud quàm Filium [c].

33. *Quis*,&c Τίς ἐγκαλέσει,&c?] *Quis accusabit* (vel,*se se opponet*,Tre.ex Sy.sim.Æth.vel, *in jus vocabit*, Pi. Vor. propriè, *criminabitur*,Pi. vel,*intentabit crimina*,Er.Il.Ti. P.Be.Pi.*accusationem instituet*,V.sic E.Me.objectis criminibus [d]; vel, reos aget peccati & mortis: q.d. Non desunt accusatores, Lex, Joh. 5. 45. conscientia propria: sed nihil proficiunt *.) *adversùs electos Dei?* Mo. Vulg. &c. i. e. adversùs eos quos Deus maximè facit. Vide Mat. 3. 17. & 20. 16 [f]. Vel, adversùs eos quos Deus elegit [g], ad vitam æternam [h], volens omnino salvare [i]. Quis eos criminis convincet [k]? Nemo id fecerit nisi frustrà [l]. Si enim Deus eos eligit, vana est & falsa hominum criminatio, quòd persecutores accusant Christianos, tanquam reos & criminosos, eásque damnant, &c. Hoc, inquit, electis non nocebit, nec impediet eorum salutem [m]. Propiùs munit Christianos adversùs criminum judicia quæ ipsis innocentibus intentabantur.*Quis accusabit*,&c. i.e. Qui tandem sunt qui eos accusare audent? nempe homunciones. Simili sensu, *Quid est*, habemus Psal. 8. 4. &,*Quis ego, quæ mea vita*, &c? pro, *quantillus & quantilla*, 1 Reg. 18. 18 [n]. ¶ *Deus*, &c. Θεὸς ὁ δικαιῶν] Variè legunt. Quidam interrogativè [o]. *Deúsne qui justificavit eos* [p]? q. d. Non [q]. [Alii affirmativè legunt,] *Deus* (sub. *est*,G. vel,*is est*,Be.Pi.sic Er.Camer.) *qui justificat*,G.E.Tol.Be.&c. i. e. à peccatis & ab intentata adversarii actione eos absolvit [r], eósque justos declarat ac pronunciat †; eos pro justis habet, & illis peccata condonat [t]. *Justificatio* enim hîc, ut sæpe, opponitur condemnationi [v]. *Deus est qui eos pro justis*, ut revera sunt, *habet, & ut tales vult tractare*. Vocent eos alii quàm volent odiosissimis nominibus: Deo eorum innocentia perspecta ac grata est. Respicitur locus Jobi 34. 29. *Ipso concedente pacem quis est qui condemnet* [x]?

34. *Quis est qui condemnet?*] i.e. Damnationis sententiam in eos ferat? q.d. Nemo [y]. Judicia accusatione & damnatione perficiuntur: utraque hîc excluditur [z]. *Qui tandem sunt qui eos damnant?* Judices mortales & mali [a]. ¶ *Christus*, &c.] Al. *An Christus*, &c? Q. in Camer. Sed enunciativè legendum [b], *Christus* (sub. *is est*, Be.Pi.) *qui mortuus est*, Be.Pi.G.J.Cap. sub. *pro nobis*, J. Cap. Christus adeò eos non accusabit [c], aut damnabit [d], ut pro eis mortuus sit, & resurrexerit, &c *. Duarum personarum antea meminerat, hîc tertiam addit, Electos non accusabit aut damnabit Pater, qui Filio suo non pepercit; nec Spiritus Sanctus qui infirmitates adjuvat; nec Filius, qui tanta pro eis fecit & adhuc facit. Cùm ergò tota Trinitas tueatur electos, nihil eis nocebit, aut eos à salute impediet [f]. Christum opponere docet omnibus terroribus in Dei judicio; 1. Christi mortem, quâ peccata expiavit: 2. resurrectionem, quâ justitiam

f Per E. g Per. h Per.E.ex Soto. i E. l E. sic Per. m Per. n E. o Tol.sim. Gom. p E. q E.sicMe. r Tol. † E. t E. Me. v Par. x Tol.sim. Pi. Par. y Par. † Pi. z Be. a G. b D. c Pi. ‖ D. prov. 3. 46. d G. * Tol. f D. Par. g Par. h Pi.ex Be. i E.Me. k Tol. l T. m Idem. n E. Me. o Tol p T.Par. r E Me. t Pi. sim. Par. v † Be. x E. Pi. Par. y Pi. z Par. a F. b Par. E. c Par. d Idem. e K. f G. * Idem. f Par. g E.

h Par. i E. k T. Pi. &c. * G. l Par. m Pi. n J. Cap. o Me.ex E. sic T.Tol. p Ham. sim.J.Cap. q E. sic Be. * Be. † E. Me. ‖ Be. v E. ‖ T. v Be. sic Par. x Be. y Par. z Tol. sim. Er. a Be. b Tol. c G. d E. Me. * Par. f G. g Tol E. Me. Pi. h Pi. i E.Me. k Tol. l E. Me. sim. Tol. m Tol. n G. o Tol. p Q. in Tol. Aug. in D. q Tol. r E.Me. sim. Par. † Tol. sic E.Me.Be. Pi. t V. v Tol. x G. y Me.ex E. sim. Tol. z Tol. a G. b Er. c Me. d Tol. * Me. sim. Tol. f Tol.

justitiam peperit: 3. evectionem ad dextram Dei, quâ Spiritum S. effudit: 4. intercessionem, quâ meritum efficaciter applicat. Quatuor hisce gradibus totum redemptionis opus à Christo peractum docet [g]. ¶ *Imò*,&c. Μᾶλλον δὲ καὶ ἐγερθεὶς] *Imò verò* (vel, *Imò etiam*, G.) *qui etiam excitatus est*, Pi. sic G. Be. sub. *pro nobis*, J. Cap. vel, *nostri causâ*, G. & sub. *ex mortuis*, nempe ut sciremus illum nobis fore Judicem. Vide Rom. 4. 25. & Act. 17. v. 31 [h]. Illud, *imò*, auget orationem; q. d. Non minùs, imò magis adhuc, nobis nunc in gloria sua favet, quàm quando passibilis erat, &c [i]. *Excitatus est*, propter justificationem nostri [k]. Nihil enim nobis profuisset, si à morte absorptus esset [l]. ¶ *Qui &* (sub. *constitutus*, J.Cap. vel, sub. καθεζόμενος [m],) *est ad dexteram Dei*] *Rex regum, Dominus dominantium*. Id enim per *dexteram Dei* significatur. Vide quæ ad Matth. 20. 21 [n]. Sensus, Summam in omnia potestatem & gloriam quietus possidet, velut secundus à Patre. Metaphora à Principibus qui honoratissimos à dextris collocant, &c [o]. ¶ *Qui etiam interpellat* (vel, *intercedit*, J. Cap.) *pro nobis*] Sub. *est*. *Is ipse qui nostri causâ mortuus, qui nostri causâ resuscitatus est, & ad dextram Patris consedit, is est qui nostras res Deo commendat*: nam hoc sensu ἐντυγχάνειν & ἔντευξιν habuimus etiam in Maccabaicis. Pari sensu Christus dicitur ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν, Heb. 7. 25. i. e. *eorum qui ipsi confidunt res Deo commendare*; Spiritum ipsis impetrare. Reges terreni Christianos damnant; Rex cœlestis adeò non damnat ut dignos censeat suo patrocinio [p]. Qu. Quomodo Christus nunc interpellat, sive orat pro nobis? Resp. 1. Non preces fundendo [q], aut supplex se Patri prosternendo, ut imperitè docet Orig. idque, ut addit, non sine lacrymis: neque enim Christus ampliùs humiliatur, &c [r]. Resp. 2. Apud Patrem, tanquam perpetuus advocatus & patronus noster, exhibendo se [z], & humanitatem pro nobis assumptam, & mysteria in ea celebrata [a]; sua merita, suas passiones [b], Patri ostendendo [c], utique cum desiderio salutis nostræ [d]. Orat itaque Patrem [*]; quod hæretici quidam [Protestantes intelligit,] ob invidiam intercessionis Sanctorum negant [f]. Intercessio Christi 4 partibus declaratur; 1. apparitione pro nobis coram Deo, Heb. 9. 24: 2. vigore sacrificii sui, Heb. 10. 12, 14: 3. voluntate perpetua, ut ob illud Pater electos recipiat in gratiam: 4. assensu Patris acquiescentis in Filii voluntate pro nobis [g]. *Interpellat pro nobis*, h. e. suo favore & præsidio nos perpetuò fovet. Confer Heb. 4. 14, &c. & 7. 25, &c [h].

35. *Quis* (i. e. Quæ creatura, quæ occasio [i],) *ergò* (cùm Christus hæc omnia fecerit pro nobis [k],) *separabit nos à charitate Christi?*] Erga electos [l], in quorum persona hîc, ut antè, loquitur [m]. Interrogatio est vehementer negans [n]. Stabilitatem ac immutabilitatem dilectionis Dei erga prædestinatos ex præcedentibus facilè deducit [o]. *Dilectionem* hîc intelligit; vel, 1. quâ electi diligunt Deum [p]: ut sensus sit, Quis efficiet, nè Deum diligamus à quo tot ac tanta accepimus beneficia [q]? Vel, 2. quâ Deus electos diligit [r]. Accommodatius hoc est ad mentem Pauli, ut ostendunt verba [tum, 1. præcedentia,] quibus probare intendit, electis omnia cooperari in bonum, nihilque posse eis salutem eripere [†]. Hoc ut probet, expendit magnitudinem amoris Dei erga nos ex beneficiis nobis impensis; qu. d. Quis efficere possit, ut Deus nos, quorum gratiâ tam multa fecit, amare desinat [t]? Tum, 2. sequentia, *propter eum qui dilexit nos* [v]. Hunc sensum postulat & antithesis. Tentatio frequens est, Deus te affligit, ergò te non diligit. Imò, inquit fides, Deus me diligit æternâ ac constanti dilectione, quantumvis affligat, &c [†]. Adde quòd commodè dicitur aliquis, à se dilectum à suo amore separare, non item, ab amore quo alium diligit separari [x]. Ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ, ut mox ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, est *ea dilectio quâ Deus se diligentes diligit*. Vide suprà v. 28. 32. & infrà 37. 39. Est autem verbum χωρίζειν significanter positum: solet enim de Judaicis divortiis usurpari, Mat. 19. 6. Marc. 10. 9. Τίς autem dicit, & respondet de rebus, quia etiam res προσωποποιεῖ [y]. In his verbis δείνωσις est [z]. *Charitatem Christi* vocat, quâ nos dilexit vel Christus, vel Deus in Christo: ut exponit v. ult [a]. ¶ *Tribulatio*; ità Salv. in G. θλίψις] *Pressura*, Tertul. in G. De hac voce & sequente diximus Rom. 2. 9 [b]. *Afflictio*, Be. Pi. Me. In corpore & rebus externis [c]. Quicquid nos premit, i.e. vexat & molestat [d]. ¶ *Angustia*] Ità Er.P.Be.Mo.&c. vel in animo; vel certè rebus dubiis & perplexis, ubi consilium humanum deficit [o], ubi mala hominem ità circumstant, ut evadendi locum præripere videantur [p]. Στενοχωρία] *Vexatio*, Ca. *Carcer*, Sy. ¶ *Persecutio*] Tyrannica hostium violentia, &c [q]. Διώκειν est, *expellere*, ut diximus ad Matth. 5. 10. Sic Christiani Claudianis temporibus unà cum Judæis *pulsi Româ*, teste Suetonio. ¶ *Fames*, &c.] Quæ sæpe evenisse Christianis videmus, 2 Cor. 11. 26, 27 [r]. Confer Heb. 11. 37 [†]. ¶ *Gladius*] i.e. Cædes [t]. Met. efficientis [v]. Al Gladium civilis potestatis intelligit, ut Rom. 13. 4. Nondum quidem ad mortem usque Romæ in Christianos sævitum fuerat: sed quod Jacobo evenerat in Judæa, Act. 12. 2. idem & alibi Christianis evenire poterat [x].

36. *Sicut scriptum est*] Supple, electos pati & passuros esse [y]. Locus est Psal. 44. 23 [z]. Qui Psalmus tempore dispersionis Judaicæ conscriptus videtur, propheticus tamen est, & ad persecutionem primitivæ Ecclesiæ referendus [a]. Sequitur Paulus Versionem LXX. Rectè monent qui hæc legi volunt κατὰ παρένθεσιν. Obiter ostendit, etiamsi ad sanguinem hostium sævitia perveniret, talem patientiam non carituram veteri exemplo [b]. Insinuat consolationem justis afflictis. Si enim illi, ante Christum, tanta pro Deo passi sunt, nec illa omnia eos separârunt à charitate Dei, imò tunc magis à Deo diligebantur; ità nec nos separabunt, &c [c]. ¶ *Propter te*] Vel, *tui causâ*, Be. Pi. Propter nominis tui confessionem & cultum [d]: quia nolumus te abnegare [†]. ¶ *Mortificamur* (vel, *Occidimur*, Be. Pi. G. &c. &c. Morti expositi sumus [*], sive periculis [f], nempe à persecutoribus [g],) *totâ die*] Vel, *quotidie*, nempe nunc hic, nunc ille, de populo [h]. ¶ *Sicut oves occisionis*, τῆς σφαγῆς] *Mactationis*, i.e. mactandæ [i], vel mactationi destinatæ [k]: ità nos pro libito & absque commiseratione ad supplicia trahunt [l]. Vel, *in hoc asservatæ ut mactentur*, G. Genitivus est notans finem [m].

37. *Sed* (vel, *Imò*, Be Pi. Tol. Respondet interrogatis [n]. Tantum abest ut ista nos à Dei dilectione separent [o], ut dilectio Dei efficiat ut nos ea superamus [p].) *in his omnibus* (scil. malis enumeratis, v. 35 [q].) *superamus*, Ὑπερνικῶμεν] Amat Paulus verba componere cum ὑπὲρ, ut notavimus Rom. 5. 20 [r]. [Sic vertunt,] *Superamus*, Er. Ti. Mo. *Exuperamus*, Ca. *Plus*, vel *Ampliùs*, *quàm vincimus*, sive *victores sumus*, Il. P. Be. Pi. G.] *Supervincimus*, Er. Be. Pi. i. e. longè superiores sumus [†]; facilè vincimus [t]; supra modum & egregiè vincimus [v], ità ut simus admirationi. Martyres enim sine ullo timore, imò cum gaudio, subibant tormenta, eáque ad se sponte accersebant [x]. De Christianorum prompto in mortem animo locus est apud Marcum Antoninum, l. 11 [y]. Non modò tot malis non frangimur, ut animum despondemus, sed etiam in cruce gloriamur [†], & de ea triumphamus [‖]. Torti tortores vincebant atque fatigabant [*]. ¶ *Propter eum qui dilexit nos*] i. e. Vel Deum, vel Christum. Vide Rom. 5. 8. Gal. 2. 20 [z]. i. e. vel, 1. pro ejus amore [a]: vel, 2. propter ejus auxilium [b]. Al. *Per eum*, &c. Be. Pi. Tol. E. &c. i. e. Non nostris, sed à Deo datis, viribus [c]; non nostris meritis, sed gratuitâ Dei dilectione [d], quæ efficit in nobis virtutem hæc omnia superandi [*].

38. *Certus*, &c. Πέπεισμαι γὰρ] *Certus sum*, Vulg. Rectè. Sic in Platonis Apologia, πέπεισμαι ἐγὼ ἑκὼν, &c. *Certus sum, me sponte nemini fecisse injuriam*. Sic Rom. 14. 14. οἶδα καὶ πέπεισμαι. Alibi *opinionem* aut *spem* significat [f]. *Confido*, Hi. in Er. *Mihi persuasum est*, Be. Pi. sic Val. Er. sine dubitatione, quia fides me ità docet [g]. Vox hæc in Pauli Epistolis significat fixam & certam animi persuasionem de re quapiam: certam dico, vel, 1. morali duntaxat certitudine, cui falsum subesse contingat [h], ut Rom. 15. 14. Phil. 1. 6. 2 Tim. 1. 5. Heb. 6. 9 [i]. de quo locum hunc accepisse videntur Græci tractatores dum eum de vehementi fiducia interpretantur. Vel, 2. de certitudine quæ fallere nequeat, ut Luc. 20. 6. Rom. 14. 14. 2 Tim. 1. 12. de qua & locum hunc Aug. & Latini accipiunt; q.d. Certâ fide persuasum mihi habeo. Neque hoc favet hæreticis, quia loquitur in persona, non singulorum fidelium, sed electorum in genere [k]. Al. Vox, πέπεισμαι, persuasionem

suasionem denotat, non certam & infallibilem, sed moralem & probabilem [l], sive conjecturalem [m]. Quam refellit, quòd hæc persuasio, 1. ab electione oritur, v. 29, 33. 2. oritur à Spiritu Sancto, v. 26. 3. firmam gignit consolationem, v. 31. Quare persuasio hæc certa est & indubitata, non conjecturalis duntaxat [n]. At Paulus hoc novit ex singulari revelatione [o]. Resp. Imò non loquitur de se tantùm, sed de fidelibus omnibus, quia dicit, *nos*, ver. 35 [p]. Certitudo hæc oritur, 1. ex promissione Dei infallibili: 2. ex immutabili Dei proposito: 3. ex Christi dilectione, morte, interpellatione, &c: 4. ex interna persuasione Spiritûs Sancti [q]. Vox, πέπεισμαι, indicat unde hæc manat fiducia, nempe ex Verbi prædicatione efficaci, 1 Cor. 2. 12 [r]. ¶ *Neque mors*, (i. e. metus mortis †,) *neque vita*] i. e. Spes vitæ [t]. Neque post hanc vitam, neque in hac vita, separabimur à dilectione Dei erga nos [v]: quæ, sive vivimus, sive moriamur, perseverat; nec est sicut humana dilectio, quâ vivos diligunt homines, mortuorum autem obliviscuntur [x]. *Mors & vita*, vel, 1. æterna. Dictum per exaggerationem; q. d. Si quis illam aut vitam promitteret, aut mortem minaretur [y]. Sed hoc nullus adversarius facere potest efficaciter. Nec agitur h. l. de re impossibili, sed de tentationibus quæ solent electis obvenire. Vel, 2. temporalis [z]. q. d. Neque mors à persecutore intentata, neque vita promissa [a]. ¶ *Neque angeli*, (creaturæ omnium potentissimæ [b]. *Angeli*, vel, 1. boni [c]: si id vellent aut conarentur [d]. Dictum ex hypothesi *, ut Gal. 1. 8 [f]. Vel, 2. mali, sive Dæmones [g]: qui *Angeli Satanæ* dicuntur, 2 Cor. 12. 7 [h]. qui id conantur, 1 Pet. 5. 8 [i].) *neque principatus, neque virtutes*] Vel, *potestates*, Er. Mo. Be. V. &c. i. e. nulla vis angelica; hæc enim bis nominibus exprimitur [k]. Sub. his tribus Angelorum ordinibus cæteros omnes intelligit [l]. Sunt Angeli majores in regno Satanæ qui appellantur & ἀρχαὶ & ἐξουσίαι, Eph. 6. 12. ἀρχὴ, ἐξουσία, δύναμις, 1 Cor. 15. 24. Sicut etiam inter Angelos lucis eminentiores paribus vocabulis appellantur, Eph. 1. 21. Col. 1. 16. Verè autem diximus nomina hæc sumpta ex Imperio Persico, sub quo olim Hebræi. Nam ἀρχαὶ sunt רברבני, Dan. 5. 2. δυνάμεις שרין, Esth. 2 18. sicut ἐξουσίαι, שלטנין, à שלט, quod ἐξουσιάζω Chaldæis, unde multa sumpserunt Persæ: ut ad Estherem & ad Esdram ostendimus. Sic ἀρχαὶ, sive ἄρχοντες, sunt ראשין, Job. 12. 24. & 39. 25. & apud Ezechielem & Esdram: κυριότητες, sive κυρεῖαι, משלות, Dan. 11. 4, 5. Est autem omnium populorum Orientalium abstracta usurpare pro concretis [m]. Angeli vocantur *principatus*, quia præficiuntur imperiis, ad illa tuenda aut oppugnanda; *virtutes*, ob robur, &c [n]. His vocibus Paulus declarare solet naturam spirituum, tum bonorum, ut Eph. c. 1. v. 21. & Col. 1. 19. tum malorum, ut Eph. 6. 12. Col. 2. 15 [o]. Al. Per *principatus* & *potestates* intelligit imperia, potentiam, tyrannidem universi mundi [p]. qu. d. Neque Principes, neque ulli Magistratus [q]. *Principatus* pro Principibus, &c. more Hebræo [r] ¶ *Neque*, &c. Οὔτε ἐνεστῶτα, &c.] *Neque instantia* (i. e. præsentia †, sub. *mala*, V.) *neque futura*] i. e. Nulli eventus intermedii [t]. Tempus, quod omnia consumit, nihil efficiet in hoc [v]. *Nec quæ nunc sentimus mala, nec si qua graviora imminent*: ut certè imminebant tormenta exquisitissima, cruces, cutis detractiones, vivicomburia [x].

39. *Neque*, &c. Οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος] *Neque altitudo*, vel *sublimitas*, (vel, 1. prosperitas [y], ea ex qua quis minaretur præcipitium, ut Luc. 4. 29 [z]. spes honorum: ὕψωμα pro *honoribus* habes in Græco, Job. 24. v. 24 [a]. Vel, 2. ulla vis è cœlo, ut grando, tonitru, &c [b].) *neque profunditas*, Er. Ti. Il. Tre. P. sic Be. Pi. &c. id est, vel, 1. adversitas [c], sive miseria [d], in qua quis minaretur demersionem *; metus ignominiæ. Meritò postremo loco hæc posuit, quibus succumbunt sæpe etiam qui mortem contemnunt [f]. Vel, 2. pericula quæ in mari oriri solent [g]. [Sensus, q. d.] Nec cœli, nec inferi [h]. Nihil eorum quæ in cœlo sunt sursum, aut in terra deorsum [i]. Nihil sublime, aut abjectum in hoc seculo [k]. Non omnia elementa, superna & inferna [l]. ¶ *Neque*, &c. Οὔτε τις κτίσις ἑτέρα] *Neque alia res ulla creata*, Be. Pi. sic G. i. e. quicquid aliud dici possit [m]; quicquid extra Deum est, quod possit videri terribile [n]. Etiam quæ

[l] Per. disp. 28. [m] Q. in Cam. [n] Cam. [o] Q. in Cam. [p] Cam. [q] Par. [r] Be. † G. [t] Idem. [v] V. [x] Tol. [y] Chrys. in Tol. [z] E. [a] E. Me. sic Hi. in Tol. [b] Pi. [c] Tol. ex Hi. & Chrys. & Anselm. [d] Pi. Par. [f] Pi. E. * Q. in E. sic Pi. [f] Q. in E. [g] Tol. E. G. Pi. [h] G. [i] Par. [k] Me. [l] E. [m] G. [n] Pi. [o] Be. [p] Par. sim. Be. [q] V. [r] Ec. † E. ex Aug. Me. Ham. [t] Par. [v] Tol. [x] G. [y] Tol. ex Oecum. sic Me. T. [z] E. [a] G. [b] V. [c] Tol. ex Oecum. [d] Me. T. * E. [f] G. [g] V. [h] Me. [i] Q. in E. [k] E. [l] Par. [m] E. [n] Par.

substantiæ non sunt dicuntur κτίσεις. Vide Sirach. 11. 16. & 39. 26 [o]. ¶ *Poterit nos separare à charitate Dei*] Vel, 1. quâ nos diligimus Deum [p]: vel potiùs, 2. quâ Deus nos diligit [q], ut suprà 35 [r]. ubi loquitur de *Christi in nos amore*: hîc addit & *Dei in nos amorem, quem nobis conciliavit Christus* †. Dubitari poterat nè hæc [prædicta] amorem Dei à nobis averterent, aut potentiora essent ad nos perdendos quàm Deus suo amore ad nos tuendos [t]. At, inquit, tam potens est & efficax, tam certa & immutabilis, Dei erga suos dilectio, ut nihil nos ab ea divellere possit, faciendo ut ille nos desinat amare; aut certè, ut illius amor suo frustretur effectu, i. e. nostrâ salute. Hinc exurgit certissimum dogma, neminem electorum posse perire [v]. Attingit impiorum opinionem qui censent nos divelli à Deo afflictionibus [x]. ¶ *Quæ est in Christo*, &c.] Vel *per*, aut *propter*, *Christum*, V. Me. &c. tanquam mediatorem & propitiatorem nostrum, qui nobis amorem Dei conciliavit [y]: vel, quam exhibuit & maximè declaravit per Christum tradendo eum morti, &c [z]. Causam notat immutabilitatis amoris Dei, quia fundatus est in Christo, h. e. in infinito Christi merito, & omnipotente efficacia †. Hactenus de instrumentalibus fidei effectis [a], justificatione, sanctificatione [b], perseverantia & glorificatione, disseruit. Deinceps agit de causis fidei superioribus, beneplacito Dei, electione & vocatione gratuita, quæ summatim proposuit cap. 8. 28, 29, 30. & porrò ad cap. 12. exponit & confirmat [c]. Hinc ad cap. 12. disputat de prædestinatione [d]. Hoc cap. & 10. & 11. disserit de electione & vocatione Gentium, & rejectione sive reprobatione Judæorum *, déque utriusque causis [f]; ut scandalum incredulitatis Judæorum (quibus Christus promissus erat) tolleret [g]. De prædestinatione hîc agitur [h], ut omnes Interpretes consentiunt †. Accedit autem ad hanc doctrinam per tacitam prolepsin [i]. Objici poterat, Si doctrina tua de justitia & salute per fidem in Christum verà esset [k], approbaretur à gente Judaica; quippe quæ tunc erat populus Dei. At Judæi eam improbant & damnant [l]: falsa igitur est: alioquin populus Judaicus rejectus est à salute, atque ità excidit Dei promissio [m]. Cùm dixisset & magnis argumentis evicisset Apostolus, neminem Deo ità placere ut ei summum bonum dare velit nisi qui Spiritu Dei donatus sit, hunc autem Spiritum non dare Deum nisi justificatis, i. e. corde mundatis, quod hoc quidem tempore nemini contingere potest nisi per fidem in Jesum Christum, quod manifestum erat ex ipsis conspicuis Spiritûs donis quæ non contingebant nisi in Christum credentibus; videbat facilè collecturos Judæos quod hinc sequebatur, nempe populum Judaicum consideratum ἐπὶ τὸ πολὺ non ultrà esse populum Dei, sed populum Dei esse Ecclesiam Christianam constantem maximâ sui parte non ex Judæis, sed ex alienigenis qui idololatræ fuissent. Quorum utrumque vehementer pugnabat cum iis opinionibus quas Judæi ex Magistris suis hauserant, Posteros Abrahami, Isaaci, & Jacobi, semper præcipuo apud Deum loco fore, & quamvis multa delinquerent, Deum ista condonaturum, tum ob majorum virtutes, tum ob professionem veræ Religionis. His responsurus parat ostendere, Deum nunquam ità se adstrinxisse posteris Patriarcharum ut non libertatem sibi retineret puniendi contumaces, & aliis, quamvis sontibus, ignoscendi ac benefaciendi; idque figuris etiam quibusdam antiquis, ac præterea exemplis dictisque, significatum: Quicquid Deum facere appareat, quale hoc est de donis Spiritûs collatis in Ecclesiam, ablatis verò à multitudine Judæorum, id pro recto habendum, magnæque esse temeritatis contra id disputare: Beneficiorum suorum, & miserationis, rationes Deum debere nemini. His præfationibus cùm audaciam contudisset, ostendit deinde non potuisse à Deo ullam iniri viam quæ aut ipsi esset gloriosior, aut humano generi utilior. Est autem tota tractatio, quæ in tria, quæ nunc sequentur, capita divisa est, obscurior, non modò ob causas toti huic Epistolæ communes, de quibus in Prolegomenis ad hanc Epistolam egimus; verumetiam quia miris modis æquum se præbens Judæis & Gentibus, amaris dulcia, dulcibus amara, miscet, & ab his ad illa, ab illis ad hæc, inobservatos facit transitus, ac sæpe amat plus innuere quàm

[o] G. [p] Q. in E. [q] Tol. Per. [r] E. † G. [t] Par. [v] E. [x] V. [y] E sic Me. [z] Per. † Par. [a] Gom. [b] Gom. Pi. sic Be. [c] Gom. [d] Pi. sim. Par. * Tol. Vor. sim. E. [f] Vor. sic E. [g] Gom. [h] Par. sic Be. † Par. [i] Pi. [k] Gom. sic Pi. [l] Pi. [m] Gom.

quàm dicere [n]. Justificationem per fidem gratuitam esse ostendit, quia fides non est ex nobis, sed ex gratuita electione Dei [o]. Dixerat jam, electos à dilectione Dei non posse separari [p]. Objici poterat, Judæos, populum Dei, esse à Dei dilectione separatos atque rejectos, &c [q].

[n] G. [o] Q. in Par. [p] Be. Q. in Par. [q] Q. in Par.

CAP. IX.

1. VEritatem dico] In hoc quod subjungo [r], de dolore meo †. ¶ In, &c. Ἐν χριστῷ] Id est, νὴ τὸν χριστὸν [t], Ità me Christus bene amet [v]. Per Christum, Be. Pi. &c. Jurantis formula [x], in qua ב, in, sæpe adhibetur, ut Gen. 22. 16 [y]. Sic Jer. 5. 7. jurabant ἐν τοῖς — θεοῖς· Dan. 12. 7. juravit ἐν τῷ ζῶντι, &c: Eph. c. 4. v. 17. testor ἐν Κυρίῳ· 1 Tim. 5. 21. ubi Deum simul & Christum testes advocat [z]. [Ità hîc,] Testor Christum [a]. Vel, in Christo, i. e. secundùm Christum, ità scil. ut eum facere par est qui Christum revereatur: vel, per Christum, i. e. Spiritu Christi linguam meam moderante, ut verum certissimè loquar [b]. Cùm in Christo sim, ut verax est ille, sic ego quoque verè vobis dico †. Jusjurandum adhibet per Christum, quod non minoris haberi debet in Novo Fœdere quàm juramenta in Veteri Fœdere per Deum facta, quia Deus omnem jam potestatem Ecclesiæ regendæ ac tuendæ Christo tradidit [c]. Utitur protestatione sanctâ & gravi, qualis in S. S. non legitur; nec temere, sed necessitate adductus. Sciebat se Judæis invisum, quasi ex levitate defecisset à Mose ad Christum, & ex malevolentia Judæis insultare, Romanis adulari, voluisset [d]. Quia sæpe malè tractatus à Judæis, contrà in summo honore habitus apud Christianos è Gentibus vocatos, credi poterat aut infensus illis, aut in hos propensior, suspicionem hanc longè à se amolitur [*], & mirabilem suam dilectionem erga Judæos confirmat, tum quia difficile credebatur, tum præcipuè propter doctrinam tradendam; quæ Judæis odiosa, Gentibus creditu difficilis, erat. Conciliat ergò fidem sibi & doctrinæ suæ [f], ostendens se non in ipsos odio aut invidiâ, sed ex zelo veritatis, loqui, &c [g]. ¶ Non mentior] Non loquor in gratiam, ut aretalogi solent [h]: rem veram sincerè & ex animo loquor [i]: & veritas est in verbis & sinceritas in mente mea. Potest enim quis mentiri verum dicens, quod scil. putat falsum esse [k]. Hebraismus est ad majorem veritatis confirmationem: quo quod affirmativè dictum negativè repetitur, ut 1 Sam. 3. 18. Indicavit — & non abscondit: Joh. 1. 20. Confessus est, & non negavit [l]. Sic Lysias, ἀλλὰ ψεύδεται καὶ οὐκ ἀληθῆ λέγει [m]. ¶ Testimonium, &c. Συμμαρτυρούσης, &c.] Idem est quod μαρτυρούσης, ut diximus Rom. 2. 15. & 8. 16 [n]. Contestificante (vel, Attestante simul, Be. Pi. E.) mihi conscientiâ meâ, E. &c. Non aliter quàm sentio loquor [o]: testem mihi adduco conscientiam meam [p]. Dici vulgò solet, Conscientia mille testes [q]. Aut conscientiæ testimonium intelligitur aliis testimoniis accedere, aut juxta vulgatam loquendi formam Conscientiæ persona affingitur, veluti cùm alloquimur animum nostrum, vel cùm animo rixari dicimur [r]. ¶ In Spiritu Sancto] Quem ejusdem conscientiæ meæ testem facio †: ut tres hîc sint veritatis testes, Christus, Conscientia, Spiritus [t]. Spiritûs S. munus & prærogativa est, ut puritatem ac sinceritatem in corde efficere, ità & secreta cordis nôsse. Vide Act. 5. 3. 1 Cor. 2. 10, 11 [v]. Al. Spiritu S. duce ac moderatore [x]: à quo informata conscientia mea non errat [y]. [qu. d.] Non illa Gentium conscientia, quæ ipsas modò accusat, modò excusat, sed conscientia quæ est in Spiritu Sancto, i. e. per Spiritum Sanctum regitur [z].

2. Quoniam (vel, Quod: non enim causam, sed declarationem, significat; q. d. Hoc est quod juro [a].) tristitia mihi magna est] Scil. ob incredulitatem [b], & reprobationem Judæorum à justitia & salute [c]: quod Judæorum maximi & plurimi erant extra statum veræ justitiæ & Divini Spiritûs ac salutis æternæ [d]. Hanc autem causam artificiosè nondum exprimit [*], tum quia præ summo mœrore horrebat eam nominare; tum quia nimis invisum esset [f]; tum ut fidem sibi priùs conciliaret, séque ab omni invidia expurgaret [g]. ¶ Et, &c. Καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη, &c.] Et continuus (vel, incessabilis, E. irremissus, Par.) dolor (ὀδύνη dolor est non vulgaris, sed qualis parturientium [h].) cordi meo, Tol. ex Vulg. q. d. dolor & acutissimus & periculosissimus. Ingens dolor cor, sedem vitæ & affectuum, comprimit & sæpe enecat [i]. Tanta animi tristitia erat, ut ad corpus usque & cor se diffunderet [k].

[r] Tol. † Par. [t] Be. Pi. [v] Pi. [x] Pi. sim. Be. Par. E. [y] Be. [z] G. [a] Me. sic Tol. E. T. V. [b] Be. † J. Cap. [c] G. [d] Par. [*] G. [f] Tol. [g] Tol. sim. E. Par. Wil. ex Calv. & Mart. [h] G. [i] E. [k] Par. [l] Tol. [m] J. Cap. [n] G. [o] Tol. [p] E. Me. sim. Tol. [q] G. [r] Er. † Tol sic E. ex Hi. Th. &c. Me. sim. Ham. Med. dissert. 26. [t] Par. E. ex Hi. Th. Oecum. [v] Ham. [x] Be. [y] E. ex Thom. [z] G. [a] Tol. [b] T. sic Pi. [c] Me. sim. E. T. Par. Tol. Pi. [d] G. [*] Tol. sim. Par. [f] Par. [g] Tol. [h] E. sic Par. [i] Par. [k] Tol.

3. Optabam, &c. Ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ] Optabam (vel, Opto, V. Optarem, vel Optarim, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Ca. E. Imperfectum pro Optativo, quod frequens Græcis, sive addito, sive non addito, ἂν, ut Act. 25. 22 †. Ηὐχόμην est præt. imperf. sed ponitur pro verbo Potentiali [l], pro εὐχοίμην ἄν [m]. Ellipsis τοῦ ἂν, ob sequens γὰρ, quia durè sonaret ηὐχόμην ἂν γὰρ [n]. Frequens hæc ellipsis, ut Act. 25. 22. ἐβουλόμην, pro, ἐβουλοίμην ἄν· & 1 Cor. 2. 8 [o]. & 2 Cor. 11. 1. ὄφελον ἀνείχεσθε, utinam sustinebatis, pro, sustineretis [p]: & in Aristoph. ἰδὼν ἐπεθύμουν, scil. ἂν, i. e. crederem: & 2 Par. 19. 2. διὰ τοῦτο ἐγένετο (pro ἐγένετο ἂν) — ὀργὴ — εἰ μὴ, &c [q].) enim ego ipse (Emphasin habet, q. d. Ego qui hæc malè ominata de illis cogar dicere [r].) anathema (vel, meipsum infeliciter alienatum, Ca.) esse à Christo, Mo. Er. Il. Ti. vel, separatum à Christo, P. Be. Pi. Vor. i. e. à communione Christi †, & Ecclesiæ [t], quæ Christus vocatur, 1 Cor. 12. 12. Gal. 3. 27 [v]. sicut mos erat apud Hebræos uxores vocari de mariti nomine, Esa. 4. 1 [x]. & qui à corpore Christi exciditur, à Christo quoque exciditur [y]. Vel, à Christo perdi, ut me detestetur & execretur Christus, ut rejici solent anathemata [z]: ut à Christo anathemate percutiar. Ἀπὸ hîc non denotat terminum & separationem, sed efficientem causam [a]. Christum indicat Deum se, à quo solo est anathema, in cujus conjunctione benedictio, separatione maledictio, æterna consistit [b]. Ἀνάθεμα, pro ἀναθεματισθεὶς, quomodo 1 Cor. 12. 3. & 16. 22. Gal. 1. 8, 9. ex Hebræo חרם, aut חרמא, quod hîc habet Syrus. Sic גלות, deportatio, pro deportatis ponitur [c]. Ἀνάθεμα, vel ἀνάθημα, (quæ idem sunt ex communi usu, quanquam aliqui distinguunt [d].) proculdubio est Hebræorum חרם [*]: quod tria significat, 1. Rem interdictam & proscriptam, cujus usus tibi est prohibitus & illicitus; 2. Proscriptionem ex Ecclesia, &c; 3. Per metonymiam, ipsas personas sic proscriptas ac prohibitas, ut hoc loco [f]. Anathemata dicuntur res Diis dicatæ & in hoc sepositæ [g]; res ab usu hominum separatæ [h], non tanquam sacræ [i], ut oblationes honoris causâ sic dictæ [k]; sed tanquam execrabiles & prorsus exterminandæ [l], ut Jericho, Jos. 6. aliæque urbes, Num. 21 [m]. Quærendum, quo pacto hoc Paulus sibi optat, cùm nemini licitum sit velle suam separationem à Deo [n], aut unum peccatum admittere [o]; nec ordo charitatis patiatur, ut quis suam salutem postponat saluti aliorum [p]. Resp. 1. Respicit tempus ante conversionem [q]. q. d. Ego, qui nunc sum Apostolus, &c. optabam olim [r], cùm Judæus essem †, anathema esse, &c. i. e. ità esse à Christo alienum & separatum, ut à Christianis velut maledictum & execratio haberi vellem, tanquam insignis persecutor, &c. Si ergò tunc solicitus eram pro salute Judæorum, profectò credendum est, me nunc solicitiorem esse & ex corde dolere, quando, veritate detectâ, eos video errare & perire [t]. [Aliis non placet:] 1. Id temere jurâsset, cùm per se constaret qualis olim fuisset [v]. 2. Sic nihil mirum aut eximium vel singulare dixisset, quòd scil. Judæus abhorreret à Christo [x]. 3. Præsentem affectum ergà Judæos non bene probaret ex affectu pristino [y]: cùm ex amico Judæorum hostis jam factus esset [z]. Resp. 2. Sensus, q. d. Optarem corpore perire, ut Judæi salvarentur [a]. Si gentis meæ reprobationem exitio meo redimere possem, optarem anathema esse. Ἀναθέματα Græci vocabant homines scelestissimos, qui, ingruente lue aut calamitate, ad Urbis lustrationem Diis manibus & inferis mactabantur, ut eos placarent, &c [b]. Anathema ergò h. l. significat destructionem sive occisionem corporalem, quâ quis, tanquam execratus, de vita hominúmque societate exterminatur [c]. Eo certè sensu חרם, sive ἀνάθεμα, sæpe sumitur, ut Num. 21. 2. Jos. 6. 17. Mal. 4. 6. 1 Cor. 16. 22. Gal. 1. 8, 9 [d]. [Aliis non placet.] 1. Anathema de morte secunda exponitur Mal. 4. ult. 2. Multùm obstat illud, à Christo [f], quod sic planè vacat, nec ad istum sensum pertinet [g]. Neque Paulum mors corporis separâsset à Christi gratia & gloria [h]. Imò qui martyrium

[l] E. sic Par. [m] Be. ex Græc. schol. Pi. [n] Camer. sic E. [o] Be. [p] E. [q] Camer. [r] G. † Di. sic Pi. V. E. [t] V. sic G. Ham. [v] G. Ham. [x] G. [y] Ham. [z] V. [a] Gom. [b] Par. [c] G. [d] Tol. sim. Be. [*] Di. sim. Be Par. D. Tol. E. [f] Di. [g] Er. sim. Par. [h] E. sim. Par. Tol. Be. [i] E. [k] Par. [l] E. sim. Be. Tol. [m] E. [n] Idem. [o] Tol. [p] E. sim. Tol. [q] Tol. ex Anselm. Caj. & alii in E. Amb. & Hi. in Per. [r] Tol. † Me. E. Tol. [v] Par. dub. 1. [x] Per. disp. 2. [y] E. sim. Per. ib. [z] Per. ib. [a] Hi. in Tol. [b] Per. disp. 1. [c] Per. ex Hi. [d] Per. [f] E. Tol. [g] Per. sim. Tol. [h] Com.

tyrium

tyrium subit pro fratribus, Christo magis conjungitur [i]. Sed illud, *à Christo*, exponi posset, vel, propter Christum, sive amorem Christi; vel ut causam notet efficientem, q. d. optarem me à Christo occidi, si hoc Judæis prodesset. 3. Tum dixisset, *opto*, quia affectus hic præsens erat, necdum in eo refrixerat [k]. 4. Nihil magnum esset & singulare, quòd paratus esset mori pro Judæis [l]. Sed contrarium apparet ex Rom. 8. 32. Joan. 10. 11. & 15. 13. Mihi ergò videtur hæc interpretatio admodum probabilis, & Scripturæ S. congruens, nec irrisione contemptúque digna, ut Chrysostomo visum est [m]. *Resp.* 3. [Sensus est, q. d.] Velim non modò carere honore Apostolatûs, verumetiam contemptissimus esse inter Christianos, quales sunt qui excommunicati sunt [n]. *Optarem anathema esse*, i. e. excommunicatus esse [o], ad verb. *excommunicatio esse*. Sic *captivitas*, *circumcisio*, &c. pro captivis, circumcisis, &c [p]. Sic ἀνάθημα sumitur 1 Cor. 16. 22. Gal. 1. 8, 9. q. d. Optarem exscindi ex Ecclesia ejúsque privilegiis, &c. Adde quòd excommunicationem eâ ætate sequebatur *traditio Satanæ*, idque *in exitium carnis*, 1 Cor. 5. 5. i. e. in gravissimas calamitates, morbos, &c. Ità h. l. includeret mala omnia temporalia quæ lubens tulisset eorum bono. Colligitur hic sensus ex collatione loci in Ignatio, Κόλασις τοῦ διαβόλου, &c. *Pœna Diaboli* (quâ certè non intelligit pœnam inferni, quæ ad Christum comparandum non potest ordinari; sed gravissima tormenta hujus vitæ) *mihi superveniat, modò Christum consequar* [q]. *Resp.* 4. [Sensus, q. d.] Optârim rejectus esse à Deo, & exitio sempiterno destinatus [r]. *Anathema esse à Christo*, i. e. prohibitus esse communione Christi, proscriptus & exul ab ipsius Ecclesia; denique interdictus omni beneficiorum ejus usu [*]: in æternum à Christo separari [†]; sive, alienus esse [t], non quidem à charitate & gratia Christi [v], sed ab ejus persona [x], consortio, adoptione [y], beatitudine & gloria [z], cum Christo in cœlis [a], ac cæteris de quibus egerat cap. præced. tanquam ad Christum non omnino pertinens; q.d. Quamvis tanta cum Christo & in Christo bona exspectemus, quanta commemoravi, illis tamen omnibus privari vellem [b], & solus perire, quàm ut Judæi perirent & propterea blasphemaretur Deus, quia eos repudiaverat qui hactenus eum coluerant, & quibus promissa facta sunt. Nam propter Deum potiùs quàm propter Judæos hoc optat [c]. Majori autem Christo gloriæ futurum sciebat totius gentis quàm sui solius salutem [d]. Paulus hominum charitatem cum gloria Dei conjungit. Judæos respexit ut munitos fœdere Dei perpetuo, Psal. 72. 7. quo irrito facto, labasceret in mundo fides & veritas Dei [*]. [Aliis neque hæc sententia placet.] 1. Hoc optat *pro fratribus*, non *pro gloria Dei*. 2. Ità dixisset potiùs, *anathema esse à Deo*, quàm *à Christo*. 3. Nemo tenetur eligere æternam pœnam potiùs quàm ut alii peccent & Deum offendant [f]. Mirum hoc est votum, sed non absolutè hoc dixit, tanquam possibile esset; sed per hypothesin & sub conditione quadam [g], nempe voluntatis Dei [h]; si fieri posset [i], ac deberet [k], aut liceret [l], per Legem & justitiam Dei [m]; vel, salvâ pietate [n]. Votum hoc conditionale erat, quale illud Christi, Matt. 26. 39. *Si possibile est, transeat*, &c. Nôrat ibi Christus, hîc Paulus, ista fieri non potuisse, tamen uterque vehementiam affectûs sui sic testatam fecit [o]. Qu. An licitum fuit hoc desiderium? *Resp.* Si in Deo, & non extra Deum, diligimus, nunquam erit nimius noster amor. Talis verò fuit iste Pauli, ut notatum [p]. Locutio hæc hyperbolica est, qualis illa Mosis Exod. c. 32. v. 32 [q]. [de quo voto vide Synopsin nostram, & quæ hîc Per. & Wil. &c.] ¶ *Pro fratribus meis*] i. e. Eorum causâ, & loco ac vice, ut me pereunte ipsi serventur [r]; vel, dummodo lucrifaciam eos [†]; vel, si eâ ratione illos ad justitiam veram, & ad æternam salutem, possem perducere. Adeò illis malè non volo, quippe sanguinis vinculo mihi conjunctis [t]. ¶ *Cognatis meis secundùm carnem*] i. e. Sanguinis conjunctionem [v], ejusdem generis mecum, nempe Israelitæ [x]. Carnalem cognationem opponit spirituali credentium [y]. Innuit, eos secundùm aliquid nondum esse fratres [z]; scil. agnitione & fide Christi [a]. Illud, κατὰ σάρκα, limitat diversas, non naturas, ut v. 5. & Rom. 1. 3. sed ἀδελφίας, Judæorum & Pauli [b]. Pertinet hoc ad naturalem affectum, qui per charitatem & gratiam non destruitur, sed perficitur. In

[i] E. Chrys. in Per. [k] E. [l] Chrys. in Per. [m] Per. ib. [n] G. [o] D. sic Ham. [p] D. [q] Ham. [r] Pi. sim. Calv. Par. Wil. [*] Di. [†] Me. T. sic Tol. ex Chrys. [t] E. [v] Me. sic E. Tol. Par. [a] T. [y] E. [z] Me. T. sic Tol. Par. dub. [b] T. [c] E. [d] Tol. ex Chrys. [d] Di. [*] Calv. [f] Tol. [g] Per. disp. 2. [h] Gom. [i] Be. Me. Camer. [k] Camer. [l] Er. E. Pi. [m] E. [n] Pi. [o] Par dub. [p] Calv. [q] Per. disp. 3. [r] Par. [†] V. [t] G. [v] Be. sic Par. [x] V. sim. Me. [y] Pi. [z] Par. [a] Par. sim. Tol. [b] Par.

ipsa charitate ordo est: non est æqualiter miserendum: conversioni parentum magis incumbere tenemur quàm externorum, 1 Tim. 5. 8 [c].

4. *Qui sunt* (Accumulat causas, cur eos dilexerit & de eis doleat [d].) *Israelitæ*] Nomen honorificum erat [*], ut patet ex 2 Cor. 11. 22 [f]. orti ex Israele [g], posteritas Jacobi, cui à Deo *Israelis* nomen datum est [h], honoris causâ [i], & ad significationem insignem [k]. ¶ *Quorum*, &c. Ὧν ἡ υἱοθεσία] *Quorum est adoptio*. Non æterna [l], aut ea de qua dictum cap. præced [m]. quæ electorum propria est, Eph. 1. 5 [n]. hanc enim Judæis reprobis tribuit [o]; sed externa [p], dignitas fœderalis populi Dei [q]. Quos Deus adoptavit in filios, Exod. 4. 22 [r]. Jer. 31. 9, 20 [†]. Matt. 15. 26 [t]. & in peculium sibi, præteritis aliis Gentibus [v]. Vocantur Israelitæ *filii Dei*, Exod. 4. 22. Deuter. 14. 1. nempe ob beneficia hujus vitæ quæ Deus eis indulserat, non ob promissa vitæ æternæ, ut Christiani [x]. ¶ *Et gloria*] i. e. Vel, 1. Arca fœderis [y]: quæ עז, 1 Par. 16. 27. 2 Par. 6. 41. Psalm. 63. 2. & 78. 61. quod verti solet ἰσχὺς, δύναμις, δόξα· quanquam propriè δόξα est, כבוד, *majestas* Dei apud Arcam relucens, 1 Sam. 4. 21, 22. dicto Psal. 63 [z]. Arca dicitur *gloria*, & *gloria Domini*, 1 Sam. 4 21 [a]. Psal. 26. 8 [b]. per Metonymiam [c], quia ibi Deus quasi residebat [d], super Cherubim gloriæ, ut dicuntur Heb. 9. 5 [*]. Ibi Deus præsens erat, sicut in monte Sinai, nempe per apparitionem Angelorum, quæ in N. T. dici solet *gloria*, ut apparet ex collat. Esa. 6. 1. & Joh. 12. 41. &c [f]. [de quo antè non semel dictum.] Sed hic sensus contractior est [g]. Vel, 2. שכינה, quæ erat *majestas Dei* quâ habitabat in Templo, vel habitatio Dei super Arcam [h]. Δόξα hîc notat externa præsentiæ Divinæ in Arca & Templo symbola, Nubem putà, 1 Reg. 8. 10. (dictam *gloriam Domini*, v. 11.) & 2 Chron. 6. 1. item בת קול, Vocem cœlestem de medio Cherubin, Num. 7. 89 [i]. Sed sub Templo secundo defuerunt Arca & שכינה, ut fatentur Hebræi [k]. Vel, 3. Consortium Divinitatis, de quo Deuter. 4. 7 [l]. Vel, 4. Honor quo Deus illos præ cæteris Gentibus prosecutus est [m], dignitas & excellentia hujus populi [n], ob Legem, Psal. 147. ult. promissiones & protectionem singularem [o], & tot alia gloriosa beneficia, ac miracula [p]; & respicitur fortassis præcipuè Circumcisio quæ fuit ipsorum gloria: unde dicunt, *Magna est Circumcisio, quæ æquiparari potest omnibus præceptis: & alibi, Nisi fuisset Circumcisio, non constitissent cœlum & terra* [q]. ¶ *Et*, &c. Καὶ διαθῆκαι] *Et testamentum*, Vulg. Ti. sic Æth. i. e. fœdus seu pactum quod Deus cum illis iniit, Exod. 24 [r]. *Et testamenta*, Er. Il. Mo. Ca. Ar. V. vel, *pacta*, sive *fœdera*, P. Be. Pi. Tre. Ac Circumcisio *fœdus* vocatur, Act. 7. 8. quia erat *signum fœderis*, adeóque magna gloriæ materia: quamobrem fortassis Apostolus hîc δόξα & διαθῆκαι conjunxit. Qu. Cur plur. num. διαθῆκαι dixit [†]? *Resp.* Quia respicit, vel, 1. fœdus cum Abrahamo initum, deinde cum posteris repetitum [t]. Non placet; 1. quia fœdus unum erat, licèt sæpe repetitum: 2. quia hoc *promissionis* nomine sequitur [v]. Vel, 2. pacta particularia cum Patribus inita, de terra promissionis, prosperitate, sacerdotio & regno [x]. Vel, 3. circumcisionem & aspersionem sanguinis, quæ & ipso *fœderis* vocabulo appellantur, Gen. 17. 10. Exod. 24. 8 [y]. Vel, 4. fœdus legale & typicum [z], Vel, 5. duas *tabulas fœderis* [a], ut vocantur Hebræis [b], Deut. 9. 11, 15. Heb. 9. 4 [c]. dictas *fœdera* per Metonymiam [d]; vel, verba fœderis scripta in duabus Tabulis, Exod. 34. 28 [*]. Legem moralem intelligit, ut in seq. judicialem & ceremonialem [f]. Vel, 6. duo Testamenta, Vetus & Novum [h], Operum & Gratiæ, Servitutis & Libertatis [i], de quibus Jer. 31. 33. Heb. 8. 8, &c [k]. & Gal. 4. 24 [l]. unde hunc locum explico. Ibi ait, *hæc sunt duo fœdera* [m]. Non placet; quia Novum Testamentum non pertinet ad Judæos, sed ad semen spirituale Abrahæ [n]. Verùm, etsi ratione veritatis ac complementi illud ad tempora Christi propriè pertinuit, ratione tamen institutionis ambo ad Patrum tempora sunt referenda; alterum enim in Agare, alterum in Sara, fuit adumbratum, & jam tum Ismael sub uno fuit, Isaac sub altero. Imò Fœdus Gratiæ ad Judæos primò pertinebat, & cum *domo Israel* pangi dicitur, Jer. 31. 32, 33. quorum proinde conversionem Apostolus ex eo loco infert Rom. 11. 27. & ab illis ad Gentes dimanabat, neque ad Gentes

[c] Tol. [d] Tol. [*] Tol. E. [f] Tol. [g] Pi. [h] G. [i] Par. [k] Tol. [l] Par. [m] E. [n] Par. [o] Tol. [p] J. Cap. [q] Par. [r] Me. T. sim. V. E. [†] Pi. [t] E. [v] E. sim. Pi. Par. [x] G. [y] Be. Pi. sic D. G. Ham. Tol. [z] G. [a] E. Tol. Ham. [b] Be. Tol. [c] Be. Pi. [d] Pi. sim. Be. [*] Tol. [f] Ham. [g] E. [h] Q. in Di. [i] Cam. [k] Di. sim. E. [l] Cam. [m] V. sim. Di. Me. [n] Di. [o] E. [p] T. ex Theod. [q] Di. [r] T. ex Me. [†] Di. [t] Q. in Di. [v] Be. [x] E. [y] G. [z] J Cap. [a] Be. Pi. Par. Tol. ex Hi. & Ans. [b] G. [c] Be. Tol. [d] Par. Be. Pi. Tol. [*] G. [f] Tol. Be. [h] Hi. & Chrys. Theod. Amb. Ans. in Tol. Di. [i] Di. [k] E. [l] E. Di. [m] Di. [n] E.

tes pertinet, nisi quatenus Judæorum oleæ sunt insiti [o]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡ νομοθεσία] *Et legislatio*, Vulg. vel, *legis constitutio*, Er. P. Be. Pi. Quod non activè intelligunt, quasi eorum fuerit Legem ferre; sed passivè, quòd ad eos Lex pertinuerit. Vel, *lex*, ut Syrus reddit: non malè, sic enim vox usurpatur 2 Macc. 6. 23. *Lex*, nempe Mosis [p]; vel, 1. judicialis [q]: quæ Heb. מתן תורה, omnes illæ constitutiones per Mosen datæ ad vinciendam populi societatem [r]. Vel potiùs, 2. universa †: qu. d. quibus Lex à Deo lata fuit [t]; quæ grandis & singularis prærogativa [v], Deut. 4. 8, 32 [x]. Lex sanè Mosis, eo administrationis modo quo Israelitis fuit lata, ad eos solos, non ad Gentes, pertinuit; quippe quâ, tanquam pariete intergerino, reliquæ Gentes à Repub. Israelis seclusæ erant. Subjungit autem legislationem fœderibus, quia post ambo fœdera lata Lex utrique inserviit; fœderi quidem operum, quatenus fuit perfecta justitiæ regula, fœderi autem gratiæ, quatenus fuit pædagogus ad Christum [y]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡ λατρεία] *Et religio*, Ar. vel, *ministerium*, Sy. *cultus*, Er. P. Be. Ca. &c. scil. veri Dei [z], verus [a], externus [b], sacer ac Divinus [c], עבודה; quo nomine veniunt sacrificia omnia, sed præcipuè agnus Paschalis: ut videre est Exod. 12. 25 [d]. Vera religio*, cultus Lege ceremoniali præscriptus [f], sacerdotium, externi ritus & sacrificia. Vide Heb. 9. 1 [g]. Cultus, præcipuè qui in Templo erat peragendus, עבודה, quod LXX modò λατρείαν, modò λειτουργίαν, reddunt. Pars erat τῆς νομοθεσίας· sed quæ speciatim exprimitur, quia præcipuum hoc erat populi istius ornamentum ac privilegium [h]. ¶ *Et promissa*] Id est, εὐλογίαι, ברכות, præclara illa, sed terrestria, promissa, Levit. c. 26. & Deut. c. 28. quæ ἆθλα vocat Philo [i]. Hæc addit, quia ad eas & Fœdus gratiæ, & legislatio, quatenus Fœderi gratiæ inserviebat, & totus cultus ceremonialis, referebantur [k]. *Promissiones* tum legales, tum Evangelicæ [l], de Messia [m], de benedictione Abrahæ, aliisque, &c [n]. Discernit has à fœdere, vel, 1. quia fœderi semel sancito Deus promissiones subindè addidit [o]: vel, 2. quia fœdus solennibus verbis & stipulatione fit, ut Genes. 15. & 17. Exod. 24. &c. promissiones verò nihil tale adjunctum habent [p].

5. *Quorum* (sub. *sunt*, Be. Pi.) *Patres*] i.e. Patriarchæ [q], magni illi viri [r], Ab. If. & Jac †. quorum tam libenter Deus meminit, Exod. 6. 3. Levit. 26. 42. & qui per excellentiam *Patres* dicuntur Exod. 3. 13, 16. & 4. 5. & 13. 5. & alibi, quos jure sanguinis contingunt [t], quorum soboles sunt [v]: id quod magni est momenti, Gen. 17. 4. Exod. 20. 6 [x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα] *Et ex quibus* (non Patribus, sed Israelitis [y], ut ostendit ἐξ, ὧν [z]: quæ particula malè sublata à quibusdam: legitur enim in Græcis, & in Latinis ferè omnibus, & apud Iren. Hi. Hil. Aug. &c [a]. Dictio, *ex*, denotat vel causam efficientem, ut, *ex Spiritu sancto*, Matt. 1. 20; vel, causam materialem, ut, *ex semine Davidis*, Rom. 1. 1; vel, numerum, ut h. l. *ex quibus*, i. e. ex quorum numero & genere, ut, *ex fratribus*, Deuter. 18. 15. Act. 3. 25 [b].) est *Christus quòd ad carnem attinet*, Be. Pi. sic Camer. id est, corpus; syn. membri, ut Rom. 1. 3 [c]. vel, humanam naturam [d], non simpliciter, sed conjunctam cum statu infirmitatis ac mortalitatis. Confer 2 Tim. 2. 8*. q. d. non secundùm τὸ θεῖον quod in ipso, sed secundùm τὸ ἀνθρώπινον [f]. Vide Rom. 1. 3 [g]. Apertum hoc est testimonium ut humanitatis Christi, ità & Divinitatis ipsius [h]. Articulus, τὸ, hîc emphaticus est [i], habétque vim excipiendi meliorem, sive Divinam, naturam [k], juxta quam ex Deo natus est [l]. Ellipsis τῶ, ὂν, post τὸ [m]. ¶ *Qui est*, &c. Ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας] Potest hoc de Christo rectè sic intelligi, quia cùm dicitur, *super omnia*, tacitè excipitur Pater, 1 Cor. 15. 27. Sed ex Syro apparet veteres Codices habuisse, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας· quod consuetæ locutioni Pauli meliùs convenit, qui, cùm de Patre & Filio loquitur, Patri nomen *Dei*, Filio nomen *Domini*, tribuere solet. Et sic fuisse in vetustis Codicibus Cypriani, sic etiam legisse Hilarium, nec aliter videri legisse Chrysostomum, notavit Erasmus. Et satis erat huic quidem loco dicere, hoc privilegium Judæorum, quòd *ex illis natus esset Christus*, omnibus aliis majus esse, quia Christo *laus & honor debetur supra omnes*, i. e. etiam supra Abr. If. & Jac [n]. Locus hic trifariam

o Di. p Idem. q Be. Tol. Pi. r G. † E. t Me. ex E sim. T. Par. v E. sim. Par. x Par. y Di. z T. sic V. Pi. &c. a V. b Pi. c E. d G. * T. f E. Me. sim. Pe. Pi. Er. Tol. g Par. h Di. i G. k Di. l Par. sim. Tol. m T. Me. n Me. o Par. p E. q V. Par. r E. &c. † G. sim. Tol. t V. G. E. &c. v G. x Par. sim. E. Me. * Par. y E. sic Par. * Par. * E. b Com. c Pi. d Par. Vor. sic Tol. &c. * Vor. f G. g G. Vor. h Tol. ex Tertul. Hil. Athan. &c. i ar. sim. Er. k Er. sim. Be. Par. l Er. m Camer. sic Be. n G.

distingui potest: 1. ut punctum ponatur post σάρκα, & tota hæc sententia, velut Epiphonematica, de Deo Patre intelligatur [o]. Sic apud Chrysost. reperi, —τὸ κατὰ σάρκα· ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς, εὐλογητὸς, &c. —*juxta carnem. Ille qui est super omnia, sit benedictus in secula*. Ex consideratione tantæ Dei bonitatis subjicitur hæc gratiarum actio. Ità *Deus* h. l. accipitur vel pro tota Triade, vel pro personâ Patris [p]. 2. Ut punctum sit post πάντων, & reliqua verba eodem sensu ad Deum Patrem referantur [q]. Ὁ ὢν ἐπὶ πάντων· Θεὸς εὐλογητὸς, &c [r]. *Qui* (nempe Christus) *est super omnia*. (Quâ periphrasi Dei Christo Divinitatem tribuit, cùm solus Deus sit super omnia: nam ἐπὶ positum pro ἐπάνω.) *Deus benedictus* [*sit*] *in secula*. Sed in hac lectione articulus in ὁ ὢν ferè superest, in Θεὸς εὐλογητὸς deest †. 3. Ut omnia hæc verba, per solum comma à præcedentibus separata, de Christo accipiantur*, & totus sermo sibi cohæreat; hoc modo, *Ex quibus Christus secundùm carnem, qui* Christus *cùm sit Deus super omnia, benedictus est*, sive *sit*, *in secula*. Hæc lectio mollior foret, si scriptum esset, ὅς ἐστι [t]. Quæ postrema lectio & explicatio sola genuina est [v]: ut multa docent. 1. Omnia exempl. Græca, fatente Erasmo, sic habent †, & relativum, ὁ ὢν, ad Christum referunt; quibus accedit Syrus locum sic vertens, *Ex quibus apparuit Christus in carne qui est Deus super omnes. Cui sint laudes & benedictiones*, &c ‖. 2. Verborum series [x]: Pronomen relativum ad antecedens accommodari debet [y]. 3. Scopus Apostoli [z], qui erat dignitatem gentis Judaicæ attollere in Christo, quem præter *carnem* & Deum esse ostendit [a]. 4. Exclamatio quæ fingitur abrupta est [b], & coacta [c]. Hic locus evidenter probat Divinitatem Christi; quippe cui hîc, & alibi, ut Heb. 13. 21. 1 Pet. 4. 11. & 5. 11. 2 Pet. 3. 18. Apoc. 1. 6. & 7. 12. tribuuntur hujusmodi Doxologiæ, quæ Deo propriæ sunt, ut constat ex Psalmis, & Rom. 11. 36. & 16. 7. Gal. 1. 5. &c. Mos erat apud Judæos, cùm Sacerdos nomen Dei in Templo enunciaret, ut populus verba quædam benedictionis usurparet, qualia, *Benedictum sit nomen*, &c [d]. Meminit autem h. l. Divinitatis Christi*, 1. in laudem Judæorum [f], ut appareret quæ esset in eo Judæorum præstantia, quòd ex ea sit ortus Christus; nempe quoniam idem & homo & Deus est [g]: nè exiguum videretur hoc privilegium [h]. 2. Nè ex dicto, *quoad carnem*, Christus purus homo esse crederetur [i]. 3. Ut explicaret, quare, *secundùm carnem*, & non absolutè, *ex illis* esse, dixit. 4. & maximè, Ut Judæos non in hominem purum, sed in Deum ipsum, incredulos esse ostenderet [k]. Nè verò putetur *Deum* vocare abusivè, ut Magistratus *Dii* vocantur, epithetis veri Dei eum insignit [l]; nec qualibet modo *Deum* vocat, sed, *super omnia benedictum in secula* [m]: quod addit Paulus quasi Divinum laudans beneplacitum ac judicii severitatem in Judæorum repudio: ità enim dolet ut Divinum probet judicium [n]. Quòd autem in Cyp. & Hil. vox, *Deus*, omissa sit, factum est incuriâ librariorum [o], ut res ipsa ostendit, cùm uterque hunc locum in id citet, ut probet, Christum verè & propriè Deum esse [p]. [*Verba* porrò sic vertunt,] *Qui* (sub. *est*, Be. Pi. Er. vel, *sit*, Er.) *super*, vel *supra*, *omnia* (nempe quæ extra Deum sunt [q]. Referri hoc possit, vel, 1. ad *Deum*, *Deus super omnia*: vel, 2. ad *benedictum*, *benedictus super omnia*. Utrumque in idem redit & soli Deo convenit †. Vel, *super omnes*, Er. Be. Tol. ut legunt Iren. Hil. Amb. &c. quæ lectio veritati est accommodatior [t], & magis convenit Christo, ut præferatur & Patriarchis, & Prophetis, & Mosi [v]; ut sit collatio Christi cum reliquis illis Patribus ex eodem genere prognatis [x].) *Deus benedictus* (vel, *laudandus*, Pi. sic V.) *in secula*, Be. Pi. &c. Quòd solius Dei elogium esse patet ex Rom. 1. 25 [y]. ¶ *Amen*] Approbantis interjectio [z]. Sic *Amen* insertum habuimus & suprà in Dei laudatione, Rom. 1. 25. & 11. 36. & 16. 27. Gal. 1. 5. Eph. 3. 21. Phil. 4. 20. 1 Tim. 1. 17 [a].

6. *Non autem quòd* (Sic. ὅτι redundaret [b], essétque expletivum, ornatûs aut euphoniæ gratiâ additum [c]. Vel, *Non quasi verò propterea*, Be. Sermo est ellipticus [d], *Non autem tale*, vel *quale*, *quòd*, Val. E. q. d. Non tale autem est id quod modò dixi*, me dolere, &c. quasi propter eorum incredulitatem, &c [g]. *Non autem*, vel *tamen*, (sub. *hæc loquor*, Pi. sic Er. Il. Ti. Ca. scil. de rejectione Judæorum [h].) *quasi*, Pi. vel, *quòd*, Er. Il. Ti. Ca. Al. *Non autem*

o Er. in Vor. p Er. q Er. in Vor. r Er. in Be. † Er. * Vor. ex Er. t Er. v Vor. sim. Par. dub. † Par. ib. sim. Pe. ‖ Par. ib. x Vor. sic Be. y Gom. z Vor. Pi. a Par. sim. Pi. b Par. c Gom. d Ham. * Tol. f Pi. g Be. sim. Par. h Tol. i Tol. sim. Par. Er. k Tol. l Par. m Tol. n Tol. ex Hi. o Be. ex Er. sim. Par. Tol. p Par. dub. ex Be. sim. Tol. q Tol. sim. Par. ib. † E. ex Hil. † E. t Tol. v Er. x Ec. y Par. z Pi. a G. b Par. c E. d Vor. * Vor. sim. E. f Vor. g E. sim. Val. h Pi.

autem velut, Er. E. Al. *Fieri tamen non potest ut*, P. Par. Be. in præced. edit. D. sim. Mo. Sch. Tol. οἷον aliquando idem quod δυνατὸν, *possibile*, vel, *fieri potest* [i]; idque sine addito τε [k], ut ostendit Budæus, pag. 1374 [l]. ità subauditur ἐστί. Sed quum οἷον id significat, regit post se verbum infin. atque ità dicendum h. l. οὐχ οἷόν τε ἐκπεπτωκέναι. Malim ergò οἷον similitudinem notare, & valere *quasi*; ut in Apol. Platonis, *Et sive mors non sit aliquis sensus*, ἀλλ' οἷον ὕπνος, *sed quasi somnus* ‖. Pro τε forsan hîc est δὲ scriptorum incuria [m]. *) exciderit verbum* (vel, *dictum*, Ca. *sermo ille*, P.) *Dei*] Cæterùm ad hæc χρὴ σιωπώμενον subaudiendum, *sed alia causa subest* †. Οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ] Οὐχ οἷον RR. est, אין אפשר [n]: ἐκπίπτειν, נפל, est, *irritum fieri*, Jos. 21.45. & 1 Sam. 3.19 [o]. [Variè explicant.] Non ideo tantum Israelitis tribuo quòd ignorem Deum veros Israelitas pronunciâsse, non qui Abrahamo procreati, sed, &c [p]. Cùm dico Israelitarum esse adoptionem, non id dico quòd sim immemor Verbi Dei, quod docet solos credentes in Christum esse salvandos: verùm duplex genus Israelitarum est intelligendum [q]. Al. Quod dixi me dolere de reprobatione Judæorum, non tale est ut existimem excidisse Verbum Dei [y]: quod certò scio fieri non posse [z]. Quanquam hæc vera sint, tamen fieri nequit ut irritus sit sermo Dei [a]. Prolepsis est, q.d. Quicquid hîc obstrepant Judæi [b], quamvis illi à Christo separati sint, &c [c]. *impossibile est excidisse*, &c [d]. Hæc mihi sententia vehementer probatur. Moneo tamen, ἐκπίπτειν nunquam eo sensu sumi, sed πίπτειν semper usurpatur, ut 2 Reg. 20. 10. Luc. 16. 17. & apud Pindar. & Suid. Οὐκ ἔπεσεν εἰς γῆν ἡ εὐχή [*]. Non sunt hæc Judæorum verba, sed Pauli, quibus dolorem suum lenit, & obstinatis Judæis os obstruit, & infirmos confirmat, iisque mirandi ansam præcidit, prolato in medium decreto de fidelibus solis justificandis [f]. [Per *sermonem Dei* intelliguntur vel,] 1. Minæ illæ quas Deus in Lege, Levit. 26. 14. Deut. 27. 15. & 28. 15. Job. c. 24. v. 20. & alibi sæpe, adversùs contumaces Israelitas pronunciat. Sic Deut. 4. 30. *Invenient te omnes* οἱ λόγοι οὗτοι, i. e. *minæ istæ* [g]. Sensus est, q. d. Judæorum repulsio & casus, & loco eorum Gentium vocatio facta, non tollit Verbi Dei veritatem, sed potiùs confirmat: necesse est enim impleri quod Deus prædixit & decrevit, nec meo dolore inhiberi potest. Sensus idem qui Luc. 24. 44. *Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt* [h]. Vel, 2. Promissiones [i] factæ Abrahamo de semine ejus [k], non illæ de benedictionibus corporalibus, de terra Canaan, &c. quæ solis Judæis collatæ sunt; sed de spiritualibus bonis [l], promissiones scilicet Novi Testamenti implendæ in Israele spirituali [m]. *Verbum Dei* ex Scripturæ usu Evangelium est, κατ' ἐξοχὴν sic dictum: nam Legis doctrina ad Evangelium, tanquam ad finem, refertur [n]. Al. Locum hunc puto (sed puto tantùm) sic vertendum, *At id fieri non potest. Nam à Deo profectus est hic sermo.* Verbum ἐκπίπτειν puto valere *profectum*, vel *dictum*, vel *divulgatum*, *esse*; ut sumitur 2 Macc. 6. 8. & in Diod. Sic. p. 671. & in Suida [o]. ¶ *Non enim omnes qui ex Israel* (i. e. vel, 1. ex Jacobo Patriarcha [p]; vel, 2. ex populo Israel, secundùm carnalem generationem [q]:) *sunt*, (nempe carnaliter prognati [r],) *ii sunt Israelitæ*] Veri scilicet †, ut ille Joan. 1. 47 [t]. vel, electi à Deo [v]. Vel, *Israel*, Be. Pi. &c. i. e. Israel juxta Dei Verbum, populus Israel Verbo Dei electus & prænunciatus [x]; populus ille ad quem propriè pertinent promissiones salutis [y], sive in fœdere comprehensus [z]. Non omnibus ex Jacobo ortis competit causa nominis propter quam Jacobus à Deo vocatus est *Israel*, Gen. 32. 28. ad quam historiam Josephum vide. Convenit id nomen, ut Tertul. rectè intellexit, eximiè Martyribus. Angelos enim hâc parte superant, quòd, qui maximus est honor, pro Deo mori eis contingit. Justinus contra Tryphonem disputans, Ὑμεῖς δὲ μηδὲν, &c. (*Vos autem, nihil horum intelligentes, salutem eo nomine exspectatis, quòd carnale Jacobi semen estis: in quo vos falli multis demonstravi.*) Philo de Nobilitate, Ἀλλ' εἰσί γε, &c. (*Sed hi termini sint omnibus hominibus communes, nè quis virtutis expers illustri genere glorietur.* —*Sunt quoque ex Judæis, quos majorum suorum virtutes nihil juvant, obnoxii sceleribus*, &c [a]. Hoc vult, Non mirum, si multi Judæorum excidant, quia non sunt de semine Jacobi à Deo electo ac prænunciato [b]. Non excidere promissionem, probat divisione Israelitarum, quam Deus olim fecit in promissione, & in æterno suo consilio [c]. Generalis hæc est propositio totius sequentis de æterna Prædestinatione tractationis; nempe, Aliquam esse particularem Dei electionem, quæ sit primaria nostræ fidei & salutis causa [d].

[i] D. ex Pe. [k] Tol. [l] Be. Sch. [l] Sch. ‖ Pi. [m] Tol. † Sch. [n] D. G. [o] G. [p] Ca. [q] V. [y] E. sim. Me. [z] Me. [a] G. [b] Par. sim. Pe. [c] Be. [d] Par. sim. Be. [*] Cas. [f] Cam. [g] G. [h] Tol. [i] Par. E. Me. T. Pi. [k] Par. [l] T. [m] E. [n] Cam. [o] Cas. [p] T. sic E. Be. Me. Tol. Par. [q] Tol. [r] T. † Ca. Tol. [t] Tol. [v] Pi. Be. [x] Tol. [y] Pi. [z] Be. [a] G. [b] Tol.

7. *Neque*, &c. οὐδ' ὅτι εἰσί, &c.] *Neque quia* (vel, *qui*, Tol. ex Vulg. Sed scriptum à Vulg. puto, *quia*, ut est in Græco & Sy. & Amb. Primas. Sedul. &c [*].) *sunt semen Abrahami* (scilicet carnali propagatione [f]. Dividit *Israelitas*, v. præced. *semen Abrahæ*, hoc versu [g].) ideo *omnes* sunt *filii*, Be. Pi. &c. nempe ejus, quantum ad Dei Verbum & promissa [h]; vel secundùm mentem Scripturæ [i], loquentis de filiis Abraham, ubi de promissionibus agitur [k]; vel tales ad quos pertinet benedictio Abrahæ [l]; *filii* pleno jure [m]; ità ut hæredes sint [n], Rom. 8. 17. *Abraham multos habuit filios, sed unus tantùm hæres fuit*, &c. *reliqui sontes*, &c. ait Philo [o]. [Verba quære in G.] *Filii*, vel, 1. Dei [p], ex collat. v. seq [q]. Verùm id non arguit sensum, sed sensûs consequentiam [r]. Vel, 2. Abrahami †. Si rem spectes, iidem sunt (Apostolo [t]) *filii Dei* & *Abrahami* [v]. Neque Ismael, neque ex Cethura filii hæredes Abrahami, sed Isaac solus, Gen. 25. 5, 6 [x]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί, &c.] *Sed in Isaac vocabitur tibi semen*, Pi. Be. Curta locutio; q. d. Sed quos vocavit Deus Abrahæ in semen juxta Verbum suum, quando dixit, *In Isaac*, &c [y]. Sumptum ex Gen. 21. 12. id est, *per Isaacum continget tibi stirps nobilissima.* Nam נקרא, καλεῖσθαι, significat, *celebrem esse* [z]. Soli ex Isaaco posteri censebuntur semen tuum [a], populus Dei, socii fœderis [b]. Vel, Isaac (non Ismael [c]) tibi erit verus ac germanus filius [d], & hæres [*], & talis reputabitur [f]. Historiæ enim series ostendit de Ismaele & Isaaco, tanquam singularibus personis, sermonem esse; nec posteros cum iis hîc comprehendi [g]. Hæc autem verba typicè intelligenda sunt, ex collat. Gal. 4. hoc pacto, ut Isaac, in patris domo semper manens, sit fidelium typus; Ismael, domo ejectus, typus servorum, hoc est, Justitiariorum, qui pertinaciter Legis justitiam sectantur [h]. Sensus est, Cùm duo essent Abrahæ filii, dixit Deus, *in Isaac*, &c. Per hunc corticem significavit Deus, posteritatem illam, cui spiritualis hæreditas & salus per Christum promittitur, non ex carnali generatione æstimandam esse, sed ex beneplacito Dei; eos nimirum Deus elegit, & adoptavit Abrahæ in spirituale semen, quos voluit per fidem accipere Divinas promissiones. Hic est sensus præcipuus, & à Deo primò intentus. Ità apertè significat carnalem Judæorum rejectionem à semine vero Abrahæ, & Gentium vocationem per fidem [i]. Abrahamus non consideratur hîc solùm ut pater carnalis, sed etiam ut caput fœderis, cum ipso & posteritate ejus initi; quo respectu solus Isaac erat filius, & hæres benedictionis promissæ. Distinguenda porrò est promissio istius fœderis in typicam & antitypicam. Typica fuit externa & carnalis in se, nempe Saræ futurum filium, Isaacum; ex eo solo nascendum fore populum Dei, & hæredes fore terræ Canaan, &c. Antitypica fuit interna & spiritualis, quòd nempe ex Ecclesia fidelium (quam repræsentavit Sara, Gal. 4. 22, 23, 26.) nascerentur veri Dei filii, hæredes cœlestis Canaan, &c. Respectu prioris, solus Isaac, ejúsque per Jacobum filii, fuerunt filii fœderis & promissionis. Respectu posterioris, iidem filii Isaaci, & quidem soli, licèt non omnes, fuerunt quoque, dum duravit typus, filii promissionis antitypicæ. At post Christum, abolito jam typo, illi quoque, non minùs quàm Ismael, secundùm carnem tantùm nati sunt; & increduli ex eis nec typicæ, nec antitypicæ, promissionis filii fuerunt, adeóque verè ex omni fœdere excisi; nec aliud deinceps Abrahami semen quàm in Christo, vero & præcipuo Abrahami semine promisso, Act. 3. 25. censebatur: in quem censum, repudiatis in genere Israelitis, Gentes jam referebantur. Hoc quidem dolere sibi ait Apostolus, sed in voluntate tamen Domini, sapientíque ejus & libera dispensatione, esse acquiescendum, & frustrà ei obmurmurari. Non enim à carne, sed à promissione, proficisci salutem. Typum hujus rei esse in Ismaele & Isaaco, quorum ille rejectus, quasi semen Abrahæ non fuisset, &c [k].

[c] Par. [d] Be. [*] E. [f] Pi. sim. Tol. E. Me. Er. [g] Par. [h] Tol. [i] E. Me. [k] E. [l] Me. sim. T. Pi. Tol. [m] G. [n] G. sim. E. [o] G. [p] J Cap. Di. Theod. in Tol. [q] Q. in E. [r] E. † J. Cap. E. Tol. ex Phot. & Ans. Par. [t] E. [v] Tol sim. E. [x] G. [y] Tol. sim. Pi. [z] G. [a] Par. sim. V. Tol. [b] Par. [c] Be. [d] Be. Pi. sim. V. [*] Pi. Gom. sic Be. Tol. [f] Pi. Gom. [g] Be. [h] Cam. [i] Tol. [k] Di.

8. *Id* (vel, *Hoc*, Be. Pi.) *est*, Τοῦτ' ἔστιν] Explicat typum paulò antè allegatum [l]. Hæc vox est explicantis ὑπόνοιαν latentem, quod דרוש dicitur Hebræis [m]. q. d. Hoc dictum Dei (nobis allegoricè [n]) significat [o]. Nota, *est*, hîc idem esse quod *significat*, seu *figurat* [p]. Significat, in hac historia non tantùm exemplum exstare Divinæ libertatis, sed & figuram eorum quæ nunc geruntur. Itaque alibi Paulus hanc ipsam de Isaaco & Ismaele historiam referens, dicit hæc esse ἀλληγορούμενα, Gal. 4. 24 [q]. ¶ *Non qui* (id est, quicunque sunt [r]) *filii carnis*] Id est, ex Abrahamo geniti carnaliter †, & in vi naturæ [t], sive consueto naturæ ordine [v], ex Abr. & Agare vegetis adhuc & generationi aptis [x], nec aliam habentes nativitatem quàm carnis & ex carne [y]. ¶ *Filii Dei*] Juxta promissionem [z]; vel, quos Deus adoptavit & promisit Abrahæ, ut in eis suas promissiones spirituales, & salutis benedictiones, impleret [a]. Non illi, inquam, utique sunt quos Deus paterno ac singulari affectu fovet. Sic *semen Dei*, Mal. 2. 15 [b]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλά, &c.] *Sed* (vel, *Nam*, ut ἀλλά apud Græcos aliquando sumitur, & forsan Joan. 16. 2. Hæc sententia causam continere videtur Allegoriæ, & expositionis factæ à Paulo, quamvis concisa sit locutio. Tota sententia hæc est, Hic sermo, *In Isaac*, &c. significat, *non qui filii carnis eos esse Dei filios*, cùm non filii carnis, sed *filii promissionis*, à Deo *computati sint in semen* Abrahæ [c].) *qui sunt filii promissionis*, &c. Be. Pi. id est, à Deo Abrahæ promissi [d]; qui regenerati sunt secundùm Spiritum *; quos Deus dat Abrahamo spirituali generatione, sive solâ, ut Gentes, sive adjunctâ illi generatione carnali, ut accidit Isaaco, & Judæis omnibus credentibus [f]; qui efficiuntur filii fide, promittenti Deo credentes [g]; qui singulari Dei gratiâ adoptantur, sicut Isaac singulari Dei promissione fuit genitus [h]. Sed *filii promissionis* hîc sunt non quibus facta est promissio, sive qui sunt hæredes promissionis, quia filii; sed qui ex promissione nati sunt, & ideo filii, quia promissi. Id enim v. seq. apertè indicat, ubi Isaacus promissionis filius fuisse docetur, quia Abrahamo ex Sara promissus fuit, & ex iis effœtis & emortuis [i], non vi naturæ [k], sed vi promissionis, natus [l], ex promissione originem traxit, nec sine ea unquam fuisset. Quem typum Apostolus applicans, Gal. 4. 28. dicit, *nos esse secundum Isaac filios promissionis*; quod & hîc profertur, sed in alium finem. Ibi enim promissio refertur ad Justificationem ex fide, non ex operibus, quærendam; quia filii liberi sumus, sive regeniti, non per carnem, sed per promissionem; ideóque justitiam sectari debemus non carnalem, quæ ex operibus mercedem tribuit, & verè servos decet; sed eam quæ ex promissione est, quæque ex gratia mercedem largitur, quam fides amplectitur, quæque verè ingenuos & liberos decet. Hîc autem promissio ad electionem refertur, ostenditúrque filios Dei & verum semen Abrahæ, non ex dignitate sua, aut consanguinitate cum Abrahamo, sed ex gratuita promissione Dei, quæ ab electione pendet, censeri debere. Et hoc argumento consolatur se Paulus super rejectione Judæorum, quòd scilicet Deus hoc ex libera voluntate designat, cui & ubi vult, nec esse hîc Deo obloquendum [m]. ¶ *Æstimantur*, &c. Λογίζεται, &c.] *Reputantur* (vel, *Habentur*, V. sub. *à Deo*, V. *Recensentur*, Er.) *pro semine*, Pi. sic Be. &c. id est semen, vel filii [n], veri, ad quos pertinet promissio [o]; nomen atque hæreditas Abrahæ [p]: id est, à Deo tractantur ut filii sui. Sic ἐλογίσθη δίκαιος in Clem. Constit. id est, *ità à Deo tractatus est, ut homines justi tractari solent* [q].

9. *Promissionis enim verbum hoc est*, (quod scribitur Gen. 18. 10 [r]. & typicè nobis intelligendum ab Apostolo proponitur †.) *Secundum hoc tempus* (vel, *hoc ipso tempore*, Be. Pi. sic Er. V. scilicet post annum [t], vel elapso justo ferendi uteri tempore [v]; illo quoque tempore cùm corpora Abrahami & Saræ impotentia erant ad generandum [x].) *veniam* (vel, שוב, ἐλεύσομαι. Eo significatu aliquando reperitur in historia Ruth [y]. In LXX Angelus Dei nomine sic loquitur, Ἐπαναστρέφων ἥξω, *Veniam ego, Deus* scilicet. Ergò Isaacus Dei opus [z]. *Veniam*, scilicet ad te. Sunt verba Filii Dei [a].) *& erit Saræ filius*] Ex te natus [b]. Probat quod dixit, scilicet Isaac fuisse Abrahæ filium, non carnis [c], vel carnali sive naturali

l Vor. m G. n E. o Tol. sim. E. p Vor. q G. r Pi. † Pi. sim. Tol. E. t Par. v Be. x Di. y Di sim. Be. Tol. z Pi. a Tol. b G. c Tol. d Me. * E. f Be. g V. h Pi. i Di. k Par. l Di. Par. m Di. n Me. Vor. o Vor. sim. Pi. p Tol. q G. r G. sic Vor. † Vor. t Pi. sic E. v V. x Tol. y D. Par. z G. a Pi. b Tol. c Me.

virtute [d]; sed Divino dono, & promissione *, sive virtute Divina à Deo promissa, genitum [f]; significans, salutem non esse promissam Judæis carnalibus, non Verbum Dei in eis implendum, sed in eis qui sunt ex promissione & electione Dei, ejúsque fidem imitantur. Et hoc Paulus docet Deum Abrahamo significâsse & docuisse in eo quòd Ismaelem repulit ab hæreditate paterna, & Isaacum acceptavit, &c [g]. Ismael seminis carnis, Isaacus verò seminis promissionis, typus erat & exemplum. Hoc autem exemplo probat, non omnes carnalis Abrahami filios esse cum Abrahamo filios Dei & electos. Isaaci generatio ex promissione fuit typus regenerationis & adoptionis gratuitæ, non solùm reliquorum ex omnibus gentibus, Rom. 4. 16, 17. Gal. 4. 18. sed etiam, ac primùm quidem, ipsius Isaaci, ut constat ex Gen. 18. 19, 21. ut contrà Ismaelis naturalis procreatio & rejectio à familia & hæreditate Abrahami, non solùm typicè adumbravit Judæorum incredulorum è familia & Ecclesia Dei rejectionem, Gal. 4. 23, 24. sed & ipsius Ismaelis: ut antithesis ostendit. Obj. Deus, rogatu Abrahami, Ismaeli vitam spondet & benedictionem, Gen. 17. 18, 20. & 21. 16, 20. Resp. Dona illa temporalia erant & reprobis communia, ut docent seq. & collat. Gen. 17. 18, 20. Errant ergò qui hæc nihil ad salutem Ismaelis aut Isaaci pertinere contendunt, sed tantùm esse typos salutis fidelium & rejectionis infidelium [h]. Duplex hîc figura populi Christiani. Primùm, quòd nascitur non naturæ viribus, sed vi Divinâ, ut Isaacus; deinde, quòd intercedente promisso: gignitur enim per promissa Evangelica. Potest & hoc addi, quòd Ismael fero, Isaac miti, fuit ingenio: quod discrimen Philo observat. Ingenium autem mite proprium Christianorum, Matth. 11. 29. 1 Cor. 4. 21. Gal. 5. 22, 23. Eph. 4. 2. Col. 3. 12 [i].

10. *Non*, &c. Οὐ μόνον δέ] Est hîc Ellipsis [k], quâ figurâ sæpe utitur Apostolus [l], ut aliquoties cap. 5. & cap. 8. 23. Defectum variè supplent [m]. *Neque solùm*, Be. Pi. &c. vel, *Non solùm verò*, Di. sub. *hic*, scil. filius Abrahæ [n]; vel, est sermo promissionis [o]; vel, sub. *hoc*, Pi. Di. scil. accidit quod narravi de duobus filiis Abrahæ [p]; vel, se ità habet [q]; vel, sub. *illa*, Vulg. Er. V. scil. Sara agnovit Dei voluntate obvenire hæreditatem, vel promissionem habuit quòd Isaac esset verum semen [r]; vel, sub. *id*, quod scil. jam diximus, documentum est ejus quod inferre volumus †; vel, sub. *illi*, Q. in Zeg. nempe Abrahæ promissionis illud verbum dictum est, *Veniam, & erit Saræ filius* [t]. ¶ *Sed & Rebecca*] i. e. Rebeccæ historia, sub. idem nos docet [v]; vel, *Rebecca*, sub. *cognovit*, &c. vel, sub. *promissionem habuit*, de uno scil. Jacob, quòd esset verum semen, non autem Esau [x]; vel, sub. *sic se habuit*, Di. sic Kn. ut Matth. 25. 14. Ellipsis τοῦ ἔχει frequens, ut Rom. 5. 16, 18 [y]. Vel, sub. *experta est hoc ipsum* [z]; vel, sub. *hujus ipsius rei symbolum est* [a]; vel, sub. *accepit divinum responsum*, quo hoc idem significaretur [b], non secundùm carnalem generationem, sed secundùm Divinam electionem, recensendos esse filios Abrahæ [c]. ¶ *Ex uno concubitu*, &c.] Vel, *congressu*, h. e. thoro [d]. Significat, eam uno concubitu & tempore duos concepisse *. Sed quid hoc ad rem quoto coitu concepti sunt Jacob & Esau [f]? Adde quòd in Græco est κοίτην, quod cùm ἑνός nec genere nec numero convenit [g]. Corrupta ergò hîc est scriptura pro, *concubitum* [h]. Ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα Ἰσαὰκ, τοῦ πατρὸς ἡμῶν. ¶ *Ex uno* (Intellige vel, 1. patre Isaac [i]; vel, 2. congressu sive concubitu, i. e. thoro [k]: vel vertendum, *Ex altero*, nempe promissionis verbo [l]; vel, *Semel*, sive *Unâ vice*, ut adverbialiter sumatur: quod scopo optimè congruit [m].) *concubitum* (vel, *cubile*, Er. Tol. E. i. e. connubium [n], i. e. semen, sive conceptum [o]; quasi quod in cubili & lecto accepit [p]. Plenius dicitur, *concubitum seminis*, Levit. 18. 20. & 19. 20. & 22. 4. forsan per hypallagen, pro, *semen concubitûs*, quod ex concubitu profluit; quomodo *viriditas herbæ* pro *herba viridi* dicitur [q]. Vel, *genituram*, nempe duplicem eodem tempore: quod tacitè ex opposita voce ἑνός subintelligitur. Nam & Philo observat, mysterium aliquod magnum latuisse in illo geminorum tam maturè prædicto discrimine. Loci sunt libro De Allegoriis, fine libri De Caino & Abele, ac De Nobilitate. Κοίτη, respondens שכבת & משכב, primo sensu

d Tol. Me. * Tol. f Me. g Tol. h Gom. i G. k G. Di. sim. Par. l G. m Par. n Be. o Q. in Par. p Pi. q Camer. r V. † G. t Tol. v G. x V. y Di. z Vor. Me. Pi. a Vor. sim. E. b Tol. c Tol. sim. Me. d Zeg. * Tol. f Er. sim. Val. g Er. Val. E. h Q. in Tol. sim. E. i G. J. Cap. sic Er. D. Pi. k Zeg. ex Vulg. l Kn. m Ham. n Er. o Pi. Tol. Kn. Be. p Tol. q D.

sensu est *cubile*, deinde, per μετωνυμίαν adjuncti, σεμνῶς sic exprimitur ἡ συνουσία· ut videre est infrà 13. 13. Heb. 13. 4. quæ dicitur κοίτη σπέρματος, Levit. 15. 16, 17, 18. & 18. 20. & 22. 4. Num. 5. 13. deinde per longiùs euntem figuram, sive μετάληψιν, ipsum σπέρμα, i. e. *genitura*, ut hîc [r].) *habens* (vel, *habuit*, G. Ante ἔχουσα hîc, ut sæpe, subauditur ἦν †. Ut vir dicitur *concubitum dare*, Num. 5. 20. ità Rebecca h. l. *concubitum retinere* [t]. Al. *uterum ferens*, Kn. Ca. vel, *cùm consuetudinem habuisset*, Sy. vel, *cùm concepisset*, Il. P. Be. Pi. sic Er. Ti. Ar. Æth. ad verb. *cùm haberet*, in utero scilicet retentum [v].) *Isaac patris nostri*, Mo. Er. ut intelligas ex una prole constitisse promissionem, videlicet Jacob [x]. Vel, *ex Isaac*, &c. V. vel, nempe *ex Isaac*, Be. Pi. &c. *patre nostro*: quod addit ad captandam benevolentiam [y]. Habent autem hæc verba ἔμφασιν [z], ne fortè quod de Ismaele dixerat ad matris, aut temporis, diversitatem aliquis referret [a]. Typus hic est à superiori diversus: prior enim typus erat justitiariorum & fidelium, hic demum electorum & reproborum, ut indicat transitio, οὐ μόνον δὲ [b]. Non placet. Transitio illa novum quidem exemplum, sed ejusdem scopi, profert. Docuit jam, solos filios promissionis, i. e electos qui ex promissione sunt, servari. Id ex duobus Abrahæ filiis probavit, quibus subjungit Rebeccæ filios, eodem partu ex eadem matre libera natos, nequis Ismaelem, tanquam ex matre viliori serva natum, rejectum causaretur [c].

11. *Cùm enim nondum nati fuissent*] Sub. *pueri*, Er. Be. Sic & Philo de iisdem in Allegoriis, Τὸν Ἰακὼβ, &c. (*Jacobum enim Principem & Dominum, Esavum verò subditum & servum, fore dixit, cùm adhuc in utero essent.*) Incipit evolvere mysterium latens, Prætulit Deus eum qui posteriùs nascebatur, ei qui priùs [d]. Probat hîc Jacobum Esavo prælatum, non ex præcellentia ætatis aut nativitatis, aut [ut sequitur] meritorum [*]; sed ex Dei voluntate [f], electione & promissione [g]. Occurrit quæstioni, cur Deus gemellos naturâ pares ità discreverit [h]? Occurrit Judæorum objectioni, Cur Deus nos rejecit qui sumus ex Abraham, &c. gentes verò idololatricas elegit? Resp. Pro sua voluntate, &c [i]. Μήπω γὰρ γεννηθέντων, i. e. τεχθέντων, ut Matth. 1. 18. Luc. c. 1. v. 57 [k]. ¶ *Aut*, &c. Μηδὲ πραξάντων, &c.] *Neque quicquam fecissent boni vel mali*, Pi. sic Be. &c. Quo scilicet vel amorem Dei vel odium mererentur [l]. Infantes nondum nati nihil boni aut mali agere potuerant [m]. Cur ergò addit, *Neque quicquam*, &c? Resp. 1. Ut ostenderet in pugna eorum in utero, Gen. 25. 22. nihil fuisse mali aut boni, ob quod hæc distinctio fieret [n]: Lucta enim illa non fuit arbitrium, sed prodigium [o]. 2. Ut adnotaret Deum suâ voluntate distinxisse eos, non ex eorum meritis [p]. [Sed] quid hoc portendit? Deum itidem prælaturum populum credentem populo non credenti, ut credentes regeneret per Spiritum suum, nullâ habitâ ratione aut operum legalium quæ Judæi fecerant, aut cultûs idololatrici & aliorum criminum quibus involuti fuerant illi ex Gentibus, non magis quàm si ea nunquam exstitissent. Sæpe enim in S. Literis ponuntur quasi paria, *non esse*, & *non considerari*, ut Heb. 7. 3 [q]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν τοῦ Θεοῦ πρόθεσις μένῃ] *Ut* (i. e. Ideo hoc dictum est *ut* [r]. Idcirco discrimen inter ipsos divinitus factum *ut* †.) *propositum Dei* (vel, *voluntas Dei*, libera scilicet [t]: vel, *decretum Dei*, Ca. *præstitutum illud Dei*, i. e. decretum immutabile & æternum. Vide ad Rom. 8. 28 [v].) *secundùm electionem*, Er. Zeg. Cam. Di. Ti. Mo. &c. (i. e. electivum [x]; h. e. merè liberum [y], vel quod in mera Dei electione positum est, nec ullâ nititur conditione in eo qui eligitur [z]: non enim dicit, ἡ κατὰ τὴν ἐκλογὴν, sed sine designatione, ἡ κατ' ἐκλογὴν [a]. Vel, *per electionem*, Ca. vel, *pendens ab ejus arbitrio*, Ar. vel, *quod pertinet ad electionem*, i. e. ex quo proposito elegit quos voluit †. Κατὰ hîc non notat causam [b] procreantem, ut Eph. 1. 5, 11 [c]. sed objectum [d], in quo propositum Divinum occupatur [*], ut 2 Cor. 11. 21. κατὰ ἀτιμίαν λέγω, i. e. περὶ ἀτιμίας [f]. Vel, *quod est secundùm* ipsius *electionem*, P. Be. vel, *in iis quæ pertinent ad prælationem*, i. e. ut alterum alteri præferat. Id enim omne ἐκλογῆς dicitur nomine: nam בחר Hebræum, quod plerumque vertitur ἐκλέγειν, per προαιρεῖν vertitur Deut. 7. 6. & c. 10. v. 15. Prov. 1. 29 [g]. Genitivus *Dei*, inter *electionem* & *proposi-*

[r] G. † Kn. [t] Kn. sic Be. [v] Be. [x] Er. [y] Pi. [z] G. [a] G. sim. Tol. Me. Par. [b] Cam. in Di. [c] Di. [d] G. [*] Me. sim. Tol. T. Par. [f] Tol. [g] T. [h] Par. [i] Tol. [k] Be. [l] Pi. [m] G. sim. Tol. [n] Tol. [o] Gom. ex Aug. [p] Tol. [q] G. [r] Idem. † Vor. [t] G. [v] Be. [x] Cam. Di. [y] Di. [z] Cam. [a] Di. ex Cam. † Pi. [b] Pi. sic Vor. [c] Pi. [d] Pi. Vor. [*] Vor. [f] Pi. [g] G. sim. Ham.

tum collocatus, ad utrumlibet referri potest [h]. Ut quod Deus elegerat [i], vel suâ sponte & liberâ electione proposuerat [k], & secum constituerat [l], vel ab æterno decreverat [m].) *maneret*, Er. Ti. &c. vel, *firmum esset*, V. sim. Tol. E. vel, ratum sive firmum *maneret*, Ca. Be. P. quæ est emphasis vocis Hebrææ קום, Esa. 46. 10 [n]. Non placet, ut probaretur hoc argumento: nam id Hebræi dicunt per עמד, *stare*, quod Græci multis in locis vertunt μένειν [o]. Ut appareret, Deum ex solo voluntatis suæ proposito eligere quos ipsi placet [p]. *Propositum* hîc intelligunt, vel, 1. hominum: *electionem* verò Divinam intelligunt, i. e. varia proposita & voluntates hominum à Deo prævisa, secundùm quæ Deus quosdam eligit, quosdam reprobat, propter quæ electio Dei justa est; dignos enim acceptat, indignos rejicit, etiam antequam operentur [q]. Non placet. Hoc verbis Pauli contrarium est. Sic tota Pauli sententia corrueret, de *nondum natis*, &c. & *non ex operibus*, *sed ex vocante*: nec erat quòd sibi objiceret, *num iniquitas apud Deum?* v. 14. cùm non esset unde ea apparere posset [r]. Vel, 2. Dei †: idque vel, 1. quo Deus decrevit Jacobum [t], ejúsque posteros [v], honorare præ Esau, &c [x]. qui repellitur, quia non erat de numero eorum, quos Deus proposuerat & elegerat vocare Abrahæ in semen: præfertur autem Jacob, quia erat de numero electorum, &c [y]. Vel, 2. decretum Dei æternum [z], quo Deus aliquos prædestinavit ad vitam æternam [a]; quo Deus sibi proposuit, quos visum servare, & quos visum est perdere [b]. Hic sensus probabilior est, quia *propositum Dei* Apostolo passim significat voluntatem Dei prædestinantis homines ad vitam æternam [c]. ¶ *Non*, &c. Οὐκ ἐξ ἔργων, &c.] *Non* (vel, Id est, *non*, Be. P.) *ex operibus*, Tol. Pi. i. e. non propter opera [d]. Sic quòd *per fidem servamur*, *Dei est donum: non enim ex operibus*, Eph. 2. 8, 9. *Servavit nos*——*non secundùm opera nostra*, *sed*——*suam voluntatem*, 2 Tim. 1. 9. Vide Rom. 3. 24. & c. 4. v. 6. & ibi dicta, & 11. 6. Nova creatio quæ antè acta sunt non respicit [*]. Non ex operibus, sed ex fide prævisa [f]. Sed Aug. postea hoc retractavit, Retract. 1. 23. & multis refellit. Fides est donum Dei [g], & electionis effectum, Joan. 6. 44. Act. 13. 48. Eph. 1. 4. & 2. 8, 9, 10. ideóque electionis causa esse nequit [h]. Nec magis credere poterant pueri nondum nati quàm aliud quicquam boni facere. Nec *opera* hîc *fidei* opponit, sed *vocanti* [i], sive vocationi [k], quæ fidem præcedit [l]; ci nimirum vocationi quæ est secundùm propositum †. Nec operibus patratis prævisa, sed *operibus* simpliciter *vocantem*, opponit [m], ex cujus beneplacito & misericordia propositum electionis fluxisse asserit [n]. Vult Paulus, distinctionem hanc Jacobi & Esavi factam esse solâ voluntate & beneplacito Dei, non ex operibus, aut ex voluntatibus eorum, aut existentibus, aut prævisis [o]. ¶ *Sed ex vocante*] i. e. Ex voluntate Dei, qui semen Abrahæ vocavit [p]; vel, ex gratia Dei vocantis electos suos [q]. *Vocans* Deus idem hîc valet quod gratia vel propositum Dei vocantis. Confer 2 Tim. 1. 9 [r]. Vocat Deus per promissa. Itaque eòdem recidunt ἐπαγγελίας λόγος & κλῆσις †.

12. *Dictum est ei*] i. e. Rebeccæ, Gen. 25. 22, 23 [t]. ¶ *Major* (vel, 1. viribus & præcellentiâ [v]; vel, 2. natu [x]: ut hîc notetur mutatum jus primogenituræ, quod eximium erat, Gen. 27. 37 [y].) *serviet minori*] Completum hoc non in se [z], sive in ipsorum personis [a], nunquam enim id factum [b]; sed in posteris suis [c], (idque Davidis temporibus: ut patet 2 Sam. 8. 14 [d].) ut oraculi verba declarant [*]. Præcessit [enim] in Genesi, *Duo populi in utero tuo*. Sub parentum designatione intelligi hîc populos rectè percepit Josephus. Sic *Jacob* & *Israel* pro *Jacobi posteris*, *Esau* & *Edom* pro *Idumæis* passim [f]. De duobus populis hîc agitur, non ergò de personis [g]. Resp. Negatur consequentia: quia horum populorum partes sunt primùm stirpes ipsæ, Jacobus & Esavus; deinde propagines sive posteri eorum [h]. Quod Moses de posteris dicit, Paulus (ut apparet ex cohærentia hujus versûs cum præcedente) exponit de Esau & Jacobo, illorum authoribus, per Synecdochen membri metonymicam. Nisi malimus dicere, hæc verba, *Et major*, &c. propriè de Esavo & Jacobo intelligenda esse, sicut & præcedentia per Meton. effecti: neque enim duæ gentes propriè erant in ventre Rebeccæ, sed earum authores [i].

Obj.

[h] E. [i] V. [k] T. [l] V. [m] T. [n] Be. [o] G. [p] Vor. [q] Q. in Tol. [r] Tol. † Tol. ex Chrys. Amb. & Aug. &c. [t] Q. in E. [v] T. [x] T. Q. in E. [y] Tol. [z] Pi. sic Be. [a] E. [b] Pi. [c] E. [d] Tol. Pi. [*] G. [f] Aug. in E. Q. in Par. [g] E. [h] Gom. [i] E. [k] E. Cam. Vor. [l] Cam. † E. [m] Di. sim. Tol. ex Aug. [n] Di. [o] Tol. ex Aug. sim. Me. T. [p] Tol. [q] Pi. [r] Vor. † G. [t] Pi. J. Cap. [v] Er. [x] Be. Pi. [y] Be. [z] Me. [a] E. sic T. Vor. [b] T. [c] Me. T. sic E. Vor. [d] G. sim. E. T. [*] F. [f] G. [g] Q. in Gom. [h] Gom. [i] Pi.

Obj. At Esavus, in persona sua, non serviit Jacobo Resp. Imò verò serviit & jure electionis Divinæ, venditæque primogenituræ; deinde etiam facto seu reipsâ, suo modo: quia cessit hæreditate ac dominio terræ promissæ, & in Idumæam recessit [k]. Ut suprà Abraham, ità hìc Isaacus, consideratur tanquam fœderatus. Et ut suprà Ismael, ità hìc Esavus, ex fœderato patre natus, fuisset filius fœderis, nisi Deus eum exclusisset, & ad Jacobum limitâsset. Excludit autem illum, hunc includit, quum illum hujus servum fore denunciat. Pugnant enim, fœderatum Dei esse, & servum hominum, 1 Cor. 7. 23. Contrà, connexa sunt inseparabilia, populum Dei esse, & liberum esse, 1 Cor. 7. 22. Confer Joh. 8. 33. Spiritualiter impletur hoc oraculum in electis ac reprobis, quia quicquid à reprobis, aut circa reprobos, agitur, id totum servit ac proficit saluti & felicitati electorum [l].

13. *Sicut scriptum est*] Est & hìc ellipsis. Plena sententia, *Quod vaticinium ut revera impletum est, ut scriptum reperimus à Malachia* [m]. Sensus est, Deus illo responso, *Major*, &c. significat id quod multò pòst ex ejus persona scriptum, Mal. 1. 2 [n]. ¶ *Jacob dilexi, Esau odio habui*] Non ad solas personas, sed etiam ad posteros eorum, hæc verba referuntur [o]. *Odio habui*, comparatè ac figuratè, i. e. minùs dilexi [p]; q. d. *prætuli Israelitas, quanquam gravium criminum reos.* Nam hæc significatio vocis, ἐμίσησα, ut in Propheta, ità in Paulo, sufficit ei quod tractant argumento. Et est locutio ista in comparationibus usitata apud Hebræos, ut apparet Gen. 29. 31. Deut. 21. 15. Prov. 13. 24. Matth. 6. 24. Luc. 14. 26. Joh. 12. 25. Dicit Malachias, planè hos constitutum Deo, in beneficiis suis præferre Israelitas Idumæis, idque & nunc apparere & magis apparriturum, Hyrcani nempe temporibus: de quibus vide Jo. Antiq. 13. 19. Hæc ipsa si ad ἀντίτυπον referantur, respondent populo Idumæo populus Israeliticus, ut priùs à Deo genitus; populo olim Israelitico populus nunc Christianus, ut posteriùs à Deo genitus. Servitus autem Idumæorum significat conditionem multò viliorem populi veteris Judaici, qui promissa nunquam habuit nisi terrestria, & dona Spiritûs valde infrequentia. Tertul. *Populus prior & major, nempe Judaicus, secundùm edictum Dei serviat necesse est posteriori & minori, nempe populo Christiano, cujus figura erat Jacob*, &c. Cyprian. *Quòd duo populi sint prædicti, major & minor, i. e. vetus Judæorum, & novus qui esset ex nobis futurus, in Genesi*, &c. [Plura vide ex Tertul. & Barnaba, in G.] Philo sicut non totam rem pervidit, quia non credidit; ità non planè abscedit, cùm dicit lib. De Abele & Caino, per Esavum & Jacobum significari naturas malam & bonam, illam priorem, hanc excellentiorem: [verba vide in G.] Et De evigilante Noe, Ἐπάγει, &c. *(Inducit Jacob tanquam natu juniorem Esavo, quòd stultitia nobis congenita sit, virtutis autem studium seriùs nascatur.)* qui eodem libro de calce arrepta, & de jure natalium vendito, facundè ἀλληγορεῖ· item de insidiis Esavi in Jacobum, libro Pejorem insidiari meliori: & quomodo alter ventri, alter parentibus ac Deo, paruerit, libro De Nobilitate: & quomodo durus & silvester ille, hic mitis ac placidus, libro De Præmiis & pœnis. Cæterùm, sicut res ejusmodi, quatenus umbram aliquam habent veri certique dogmatis, leviter prosequi suave est; ità omnes comparationes per omnia æquare, & indè dogmata comminisci, agreste atque infecetum est. Rectè monet Tertul. *non ex symbolis materias commentandas, sed ex materiis parabolas; neque enim in comparationibus omnia ad speculum respondere posse.* Et Chrysost. *utendum id cujus causâ instituta est comparatio, mittenda cætera.* Salvam vult Deo Apostolus libertatem dispensandorum beneficiorum suorum, præsertim eorum per quæ ad veram justitiam pervenitur; non verò personis quibusdam nondum creatis, æternâ constitutione nullas habente causas, præclusam omnem eò perveniendi viam. Quod ἐν προθέσει est Ismael & Esau, id ἐν ἀποδόσει sunt Judæi privilegio humanæ originis freti. Quod ἐν προθέσει Isaac & Jacob, id ἐν ἀποδόσει Christiani ex promissis Divinis geniti, posteriores tempore, priores Dei donis [q]. Hæc verba de externa tantùm servitute & terræ promissæ privatione & de amore odioque in rebus externis dicuntur, non autem de vita æterna; ac proinde nihil ad prædestinationem pertinent [r]. Sed hoc refellit scopus Apostoli, qui de electione ac vocatione ad vitam æternam, déque rebus spiritualibus, hoc cap. loquitur, ac probare contendit, non omnes Israelitas esse Dei filios vitæque hæredes, ut liquet v. 6, 7, 8. Deinde, ut primogenitura, dominium, & hæreditas Cananææ erant electionis & adoptionis Divinæ atque salutis typus ac tessera; ità eorum privatio symbolum erat rejectionis à salute [†]. Ut Malachias, ità & Paulus, non in terra Canaan, sive terrena benedictione, subsistunt, sed ad altiora assurgunt, nempe ad Fœdus Dei & cœlestem hæreditatem: alioqui ex fertilitate terræ Canaan malè colligeretur summus Dei in Israelitas amor, tam multis populis alia longè præstantiora latifundia largiti [t]. Sensus loci literalis est, *Jacob dilexi*, i. e. volui ei in sua posteritate benefacere, *Esau autem odio habui*, i. e. posthabui ac neglexi, nolens singularia in ejus posteritatem beneficia conferre. Hinc colligendum relinquit Apostolus argumento à figura ad rem significatam [v], [vel hoc modo,] Sic etiam nunc Jacob, i. e. credentes Christianos, qui sunt filii promissionis, & semen spirituale Abrahæ & Jacob, quasi filios dilexi; Esau verò, i. e. semen carnis, Judæos scilicet, odio habui, repuli & rejeci [x]. Hoc testimonio significatum est, Deum voluisse, semen Abrahæ, cui promissiones factæ sunt, non esse secundùm carnem, sed secundùm fidem tam in Judæis quàm in Gentibus; & hoc non propter merita aut demerita hominum, sed quia ità voluit, &c [y]. [Vel hoc modo,] Odium Esavi significat æternam reprobationem ejus, dilectio verò Jacob, æternam ejus ad vitam æternam electionem [z]. Utrumque autem ob prævisa eorum futura opera affirmant Chrysost. Theod. &c [a]. sed Aug. & Thom. rectiùs negant [b]. Utrumque ad summam Divinæ voluntatis libertatem referendum est, hoc tantùm discrimine, quòd prædestinatio est à Deo, & quoad principium, Divinam voluntatem, &c; & quoad terminum, vitam æternam; & quoad media illuc perveniendi, quæ sunt gratia Dei & bona opera. Reprobatio autem est à Deo, quoad principium ejus Dei, voluntatem permittendi aliquos decidere ab ultimo fine; & quoad effectum ejus, pœnas reproborum æternas; non autem quoad media, peccata, pravásque eorum voluntates [c]. [Plura qui vult videat Per E. Par. in Dubiis, Wil. &c.] Sensus est, *Jacobum dilexi*, donando eum spirituali dominio in fratrem, & libertate fœderis; *Esavum odi*, fratris dominio subjiciendo, eúmque excludendo à fœdere gratiæ meæ, tum externo & typico, tum interno ac spirituali, in quo utroque comprehensus Jacobus, dominus verè fuit Esavi, quippe particeps dominii ipsius Dei, in cujus fœdus admissus fuit, &c [d]. *Odium Dei* h. l. sensu negato accipiendum, ità tamen ut negatio sit objecti, non actûs: & sic intelligendum, Deum positivè nolle dare vitam æternam [*]. *Odium* hoc *Dei* non est positivum, sed privativum [f]. Sed odium privativum, cùm ex tribus causis oriatur, vel, 1. quia eos [quos odimus] non novimus; vel, 2. quia eorum non meminimus; vel, 3. quia indifferenter erga illos nos habemus, quæ in Deum omniscium non cadunt, in Deo esse non potest [g].

14. *Quid ergo dicemus?*] Hâc præfatiunculâ diximus uti Paulum, ubi calumniosam suæ doctrinæ interpretationem vult amoliri [h]. Ratio carnalis, quia hoc mysterium capere non potest, Deúmque humanâ lege circumscribit, hinc ansam calumniandi arripit [i]. ¶ *Numquid iniquitas* (vel, *injustitia* est, Be. Pi.) *apud Deum?*] An hoc docemus, quòd illi nos docere susurrant, *A Deo quædam injustè fieri? Apud Deum esse* dicitur id quod ei adhæret, aut jure ei attribui potest. Hoc ipsum Deut. 32. 4. sic eloquuntur Græci, οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ [k]. Occurrit objectioni [l], Si Deus pro sua voluntate [m], & sine merito, Jacobum dilexit, Esavum odit [n], si sine prævisis meritis alios eligit, alios reprobat, injustus esse videtur [o]; tum, 1. quia de æqualibus disponit inæqualiter [p], & præstantiores in speciem posthabet contemptioribus [q]: tum, 2. quia reprobat aliquos immeritos [r], & ex mero ipsius arbitrio [†]. ¶ *Absit*] Et hoc sæpe habuimus. Est autem longissimè aversantis. *Absit ut hoc dicamus*, quod & loco Deut. 32. 4. & toti libro Jobi, infinitísque aliis locis, ipsi denique Dei naturæ, planè repugnat [t]. Cur enim injustus sit Deus, cùm iis quos ipsi lubet eligere gratiam facit [v]?

[k] Gom. [l] E. [m] G. [n] E. [o] Tol. ex Hi. [p] Vor. [q] G. [r] Q. in Gom.

[†] Gom. [t] Be. [v] Me. ex E. [x] Me. [y] Tol. [z] Chrys. Theod. &c. in Per. [a] Per. [b] Per. disp. 5 E. [c] Per. [d] Di. [*] E. [f] Q. in Cam. [g] Cam. [h] G. [i] Par. [k] G. [l] Me. sim. E [m] Tol. [n] Me. sic Tol. [o] E. sim. Be. Per. [p] E. sim. Pi. Cam. [q] Cam. [r] E. sim. Be. [†] Be. [t] G. [v] J Cap.

15. *Moysi*

15. *Moysi enim dicit*] Nempe postquam circa Vitulum omnes peccaverant, Exod. 33. 19. ¶ *Miserebor*, &c.] Ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω] In Græco, οἰκτείρω, meliùs [x]. [Sic vertunt,] *Miserebor* (i.e. afficiam beneficiis †: vel, ex misericordia servabo. Synecdoche metonymica, quâ intelligitur effectum ex causa & unà cum illa [y].) *cujus*, vel *cujuscunque*, *misereor*, (vel, *misertus fuero*, Be. Pi. i. e. misereri volo [z], aut decrevi, ut v. 18. exponitur. Similes phrases Exod. 4. 13. *Mitte quem missurus es*, h.e. statuisti mittere: Joh. 10. 32. *Me lapidatis*, i.e. lapidare vultis, ut ex v. 31. liquet: Joan. 13. 27. *Quod facis*, h.e. facere decrevisti, *facito* [a].) *& commiserabor* (Non est pleonasmus aut ταυτολογία in verbis, sed vehemens confirmatio misericordiæ, quam hâc ingeminatione ostendit esse, 1. gratuitam & indebitam; 2. arbitrariam; 3. constantem & immutabilem, ut Joh. 19. 22. *Quod scripsi, scripsi*, id est, non mutabo scripturam; 4. immensam & ineffabilem [b]. In Hebræo sunt duo verba, חנן, quod est, *gratiam præstare*, & רחם, quod est, *amare materno affectu* [c]. Al. *faciam gratiam ei*, J. Cap.) *quemcunque commiseror*, Er. vel, *commiseratus fuero*, Be. Pi. &c. i.e. quemcunque decretum fuerit commiserari [d]. Sensus, q. d. Ecce Moses Deum pro sua voluntate affirmat horum misereri, non illorum, nec tamen injustum esse*. ità & nunc sentiendum est*. Deus habet liberrimam agendi potestatem [f], & liber est in misericordiæ suæ vel dispensatione vel negatione [g]. Ubi debitum non est, ibi non est injustitia [h]. Hæc autem electio non est opus justitiæ, nec cuiquam jure debita; sed solius misericordiæ & gratuita, ideòque mihi libera [i]. Qui hîc miscent prævisionem operum, iis & sensus verborum quem liquidò præferunt, & Pauli mens atque scopus, refragantur [k]. Sic nulla hîc esset difficultas, nec locus objectioni, sive speciei iniquitatis, si Paulus docere vellet, causas esse, licèt nobis ignotas, ex parte hominum Divinæ electionis [l]. Ad solam ergò voluntatem Dei hoc referendum est [m]. [Sensus est,] q. d. *Faciam in eo quod mihi visum erit*. Solent sic loqui domini ac Reges, quoties constitutionis suæ causas nolunt reddere, etiamsi aliquas habeant. Idem Deus summo jure facere potest in beneficiis suis elargiendis aut negandis, in peccatis condonandis & vindicandis, non quòd non ipsi rationes discriminum constent, sed quòd nihil necesse sit eas cognitas esse hominibus. Vide quæ ad Exod. 33. 19. Scriptor libri De vita & morte Mosis, verba illa Dei explicat, *Nemini quicquam debeo; gratis do mea*. Non autem hoc dicit Paulus, quòd non hujus disputationis, de qua egit hactenus, rationes aliquas possit reddere, (nam & reddet aliquas,) sed quòd priusquam eò veniat edomare velit contradictoris audaciam. Etiam de Principibus dicunt Politici, Non esse nostrum æstimare quem supra cæteros, & quibus de causis, extollant; Summum illis datum esse rerum arbitrium, subditis obsequii gloriam relictam; Abditos eorum sensus, & si quid occultius parant, exquirere illicitum, anceps, nec ideo nos posse assequi; Militem tam nescire quædam quàm scire oportere; Parendo, non imperia ducum sciscitando, res militares contineri; Malum esse militem qui imperia ducum interpretari malit quàm exsequi. Sufficere nobis poterat, nemini Deum velle dare bona æterna nisi quiùntus justus sit; ad consequendam eam justitiam viam ineundam quam ipse monstret, & certam esse ostendat donis Spiritûs sui [n]. Asserit hîc Paulus justitiam electionis, h. l. idque à potestate Dei ac jure, qui nemini devinctus, pro suo arbitrio, potest de suo benefacere, ut dicitur Matth. c. 20. v. 15. id quod probat ex Exod. c. 33. v. 19 [o]. Nulla ergò est injustitia in carnalium Judæorum repulsa, & credentium acceptatione ad gratiam, justitiam & salutem [p].

16. *Igitur*, &c. Ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, &c.] *Nempe igitur* (sub. *opus*, vel *successus*, Camer. vel, *res*, Di. ex Ar. vel, sub. *justitia*, Vor. vel, *salus*, Pi. Vor. ex collat. v. præced [q]. vel, sub. *electio*, Be. Par. E. J. Cap. Gom. ad salutem [r]: quòd quis sit electus à Deo †, ex v. 11 [t]. Vel, sub. *misericordia & dilectio Dei*, Gom. sim. Par. erga Jacobum ex v. 13 [v].) *non est volentis, neque currentis*, (sub. *Esavi*, licèt Isaacus id enixè vellet [x], & Esau voluit accipere patris benedictionem [y], idémque citissimè ad venatum cucurrit [z]. Vel, sub. *Jacobi*, Me. Par. qui volente matre cucurrit ad gregem, & antevertit fratrem, &c [a]. Vel, sub. *hominis*, Pi. Par. quod rectius, quia opponit misericordiam Dei conatibus hominum [b].) *sed miserentis Dei*, J. Cap. sim. Vulg. Be. Pi. &c. i. e. sed fuit Jacobi, cujus Deus misertus est [c], quia Deus pro suo solius beneplacito sic voluit ac decrevit [d]. Loquitur, vel, 1. de vocatione populi credentium ex Judæis & Gentibus*. q. d. Quòd credentes, sive Christiani, fiunt filii & hæredes Abrahæ & Jacobi, exclusis Judæis, non provenit ex volitione, cursu, vel præviis meritis, aut operibus legis, sive Mosaicæ, sive naturalis; sed ex solo nutu & beneplacito Dei, &c [f]. Alludit autem Paulus ad factum Jacobi, Gen. 27 [g]. Vel, 2. de singulorum hominum prædestinatione [h]. q. d. Quòd quis sit electus à Deo [i], & vocatus ac conversus ad Deum [k], non est ex meritis ullis præcedentibus aut prævisis [l], non ex operibus [m], non pendet ex arbitrio, aut conatibus & ullis viribus hominum, quid enim in homine esse potest præter voluntatem & cursum [n]? sed ex solo ac libero beneplacito Dei miserentis [o]. Non Deus miseretur hominis, quia priùs bonam ipse voluntatem habet; sed ideo potiùs, ut homo bonam voluntatem habere possit, Deus ipsius miseretur. Nec tamen sic tollitur liberum hominis arbitrium, quippe quo homo, postquam vocatus est & Dei gratiâ præventus, consentit vocationi, & præparat se ad justitiam, & justus jam factus efficit bona opera, &c [p]. *Voluntatem* hominum vocat opera interiora [q], cogitationem & conatum animi [r], desiderium salutis †, liberum arbitrium seu facultates, quibus homo bonum aliquod consequi contendit intellectu, appetitu vel desiderio quocunque [t]. *Cursum* vocat opera exteriora [v], vel conversationem cum studio & sedulitate conjunctam [x], bona opera [y], omnes actiones, studia, conatus hominis [z]; vel studium demerendi Deum ad salutem impetrandam [a]. Utrumque à causa electionis excludit, & dilectionem, electionem, vocationem, justificationem, sanctificationem & salutem, soli Deo & misericordiæ Divinæ in solidum transcribit [b]; idque infert ex dicto præcedente [c]. Al. Notandum autem hîc per *volentem* & *currentem* hîc eum intelligi, qui perperàm vult ac currit. Nam alioqui & volendum & currendum iis qui servari cupiunt. Vide Joh. 7. 17. 1 Cor. 9. 24 [d]. Hebræi, cùm pauca habeant adverbia & conjunctiones, fermè eorum vice utuntur copulâ. Itaque hîc, *volentis & currentis*, idem valet quod, *currentis quà libet*. Non est hoc negotium de quo agitur in hominis cujusque arbitrio, sed Dei. Posset enim sine injuria omnes qui gravia peccârunt morbo suo relinquere, nec ullam adhibere medicinam; multò magis eis qualem velit medicinam præscribere. Procedit à minori ad majus, i.e. magis credibile*. [Sensus est,] *Non est volentis & currentis*, nempe secundùm carnem; sed est volentis & currentis secundùm promissionem. Nam ut prærogativa carnis nititur dignitate personæ & meritis operum; ità fides solâ Dei misericordiâ [f]. Sed sic misericordia statuitur tantùm fidei objectum, cùm contrà, Paulus eam electionis & vocationis causam efficientem faciat; & propterea fides misericordiæ & electionis causa esse non potest [g]. Sensus, q. d. Nè dicas, ô Judæe, Deum esse injustum, quòd non ex operibus, sed secundùm propositum suum, elegit Jacobum, repulit autem Esau: nam Scripturæ tuæ id asserunt, ubi Deus dicit, *Miserebor cujus voluero misereri*, &c. Si autem Deus miseretur & favore prosequitur prout vult, igitur non ex operibus est, sed ex Dei voluntate, ut unus bonum consequatur, alter non [h]. Al. Dictum hoc non absolutè intelligendum, aut simpliciter, sed comparatè & secundùm quid [i]. *Non est volentis & currentis*, sub. *solùm*, vel *tantùm* [k], *sed* (sub. *etiam*) *miserentis Dei* [l]. Sed hæc expositio non potest accommodari, quia dictum est, *Non ex operibus*, &c. & *antequam quicquam boni aut mali egissent* [m]. Et talem causæ electionis partitionem non fert antithesis, *sed miserentis Dei*, *Misereor cujus misereor*. Quod Deus sibi soli ascribit, id nullius creaturæ voluntati, conatui, vel auxilio, est tribuendum, sed soli Deo relinquendum [n]. Si propterea dictum esset, *Non est volentis*, &c. quia non sufficit sola voluntas hominis sine misericordia Dei, pariter dici potuisset, quod tamen Christianus nullus dicere audebit, *Non est miserentis Dei, sed volentis hominis*, quia sola misericordia Dei non sufficit sine volun-

tate

x G. † Tol. y Pi. z Gom. sic E. Me. T. V. Par. Pi. a Gom. b Par. c Par. ex Be. d Er. sim. V. * Tol. f Pi. g Cam. h Tol. i T. Me. sim. Tol. Per. Par. E. k E. l Tol. m Tol. ex Aug. Per. n G. o Gom. p E. sim. Tol. q Pi. r E. † Me. ex E. t Par. v Idem. x T. sim. Me. y Tol. ex Anastas. z T. Me.

a T. b Par. c Me. d T. * Tol. f T. g Tol. h Aug. in Tol. &c. i E. Me. sic Per. Par. k Per. disp. 8. l E. Me. m Per. n Par. o E. Me. sim. Per. Pi. Par. Gom. p Per. ib. q Per. sim. E. r Be. † Pi. t Par. v Per. sim. E. Par. x E. y Be. z Par. a Pi. b Par. c Par. sim. Per. d Vor. * G. f Q. in Gom. g Gom. h Tol. i Q. in Par. & in Gom. k Q. in Par. Græci in Par. l Q. in Tol. m Tol. n Par.

tate hominis. Restat ergò sic intelligendum, ut totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam & præparat adjuvandam, & adjuvat præparatam[o]. Misericordia enim Dei prævenit omnem bonam hominis voluntatem atque operationem, &c[p]. Al. Hæc verba, *Mosi enim dicit*, &c. usque ad v. 20. quidam putant non esse Apostoli, sed illius opponentis, quem v. 14. loquentem induxerat: quasi hic opponens ille rationem reddat suæ objectionis. Verùm haud dubiè falluntur, quum ex serie omnium sententiarum & consuetudine Pauli appareat, in hisce verbis contineri ætiologiam illius negationis quæ immediatè præcessit. Confer Rom. *6.* 1, 2, 15, 16[q].

17. *Dicit enim Scriptura*] i. e. Deus in Scriptura[r]. Met. adjuncti[†]. In S. Scriptura dicitur. Similis locutio Marc. 15. 28. Joh. 7. 38, 42. & 19. 24, 37. Gal. 3. 22. & 4. 30[t]. ¶ *Pharaoni*] Vel, *De Pharaone*, Jun. ex Sy. Duo dixerat, *Jacob*, & in eo populum credentem, *dilectum*; *Esavum*, & in eo populum carnalem, rejectum. Prius probavit v. 15, 16. posterius, hoc loco[v]. Ibi electionis, hic reprobationis, justitiam asserit[x]. Sed sic dicendum esset, non *Dicit enim*, sed, *Dicit etiam*. Potiùs utriusque justitiam hic ostendit, quamvis non respiciantur merita ejus qui vel reprobatur vel eligitur. Si enim nulla est injustitia Dei gratuitò & sine meritis eligentis, nulla quoque erit alios non eligentis, sed permittere volentis ut in peccata labantur, quorum merito sint æternâ morte puniendi; quod est reprobare, ut docet Thomas[y]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε] *Ad hoc ipsum* (i.e. Hoc fine[z]. In Græco est Exod. *9.* 16. ἕνεκα τούτου[a].) *excitavi* (vel, *posui*, Per. *constitui*, Ar.) *te*, Be. Pi. In Heb. est העמדתיך, *stare te feci*, ubi LXX, διετηρήθης[b], i. e. *reservatus es*[c]. *Excitavi te*, i. e. vel, 1. feci ut existeres[d], volui ut esses[*], creavi te[f]; ex collat. v. 21. ubi est στῆναι[g]. Sic verbum *standi* usurpatur Psal. 33. 9. & creatura vivens corporea vocatur יקום, *substantia*, Gen. 7. 4, 23. Deut. 11. 6[h]. Idem est ἐγήγερκα quod ἀνέστησα sive ἐξέστησα & utrâque voce LXX reddunt Hebr. הקימותיך, Ezec. 34. 23. Zac. 11. 16. Sic Matth. 3. 9. *Potest Deus* ἐγεῖραι, &c. i.e. ἀναστῆσαι, &c. h.e. facere ut sint[†]. Vel, 2. produxi te in medium[i], ante totius mundi oculos proposui te & quasi in arenam produxi, quicum in certamen descenderem. Sed prius malim[k]. Vel, 3. te permisi, commovi & provocavi, ut insurgeres in populum meum[l], & meo imperio contumaciùs resisteres, non quidem ingerendo tibi malitiam, sed non largiendo gratiam meam[m]; nec tantùm permittendo, sed multa etiam tam intùs quàm foris operando, quæ tibi contumaciæ occasio forent[n]: mandatis & plagis tuam pervicaciam irritavi[o]. Vel, 4. te, jam malum, ordinavi ad gloriam meam[p]; promovi te. Sonat hæc phrasis, *posui te*, destinationem quæ fit adhibitis mediis aptis ad finem propositum, ut Joh. 15. 16. 1 Thes. 3. 3. 1 Pet. 2. 8. &c. Eadem porrò est ratio verbi *excitandi*, ut Deut. 18. 15, 28. Jud. 3. 9. 1 Sam. 2. 35[q]. Deus ostendere volens, Pharaonis contumaciam obstaculo non fore quominus Judæos liberet, non modò prævidisse se affirmat quid ageret Pharao, sibique paratas ejus cohibendi esse rationes; sed Pharaonem à se profectum dicit, eique hanc personam esse impositam, & se eum consultò in hunc usum destinâsse[r]. Vel, 5. te, quasi sopitum, per mea signa excitavi ità ut deterior fieres[†]. Vel, 6. feci ut restares sive superesses[t]: hactenus nolui te exscindere[v], ut potuissem unâ plagâ[x], sed potiùs reservare[y]: non percussi te cum pecudibus[z]: te in vita diu servavi[a]. Verbum ἐξεγείρειν significat h. l. suscitationem ex calamitate aut periculo, ut Jac 5. 15. Confer Esa. 49. 8[b]. Sicut *vivificare* Heb. dicitur qui in vita conservat; ità *stare facere*, ἐγείρειν, qui non impellit in ruinam, Pharao iste populum Dei cultorem non bello victum, sed ob Josephi merita in tutelam receptum, durissimo servitio premebat. A Deo de hac injustitia admonitus, & quidem magnis signis prodigiisque additis, contumaciter obstiterat. Id enim valet, ἐβαρύνθη ἡ καρδία Φαραώ, Exod. 7. 14. & 8. 15. Est enim Cal pro Hithpael: & sensus est, *ipse cor suum grave reddidit*: ut aperte explicatur 8. 15. in Hebræo, & 9. 35. Hominem tam contumacem potuerat Deus illico prosternere: non fecit hoc, sed eum vivum servavit, ut plura etiam potentiæ suæ signa circa eum ederet, quæ Deo magnam gloriam erant paritura, ut dicitur Neh. 9. 10.

[o] Aug in Gom. [p] Per. [q] Vor. [r] Be. Pi. [†] Pi. [t] G. [v] Tol. [x] Gom. sim. Be. Par. Q. in E. Me. [y] E. [z] Gom. [a] G. [b] G. Par. Pi. [c] Pi. [d] Pi. ex Be. sic E. Di. [*] Tol. [f] Be. Pi. Gom. [g] Be. [h] Pi. [†] Di. [i] E. [k] Pi. [l] Tol sim. Per. ex Aug. [m] Per. ex Aug. [n] Per. ex Aug. sic E. [o] Par. [p] Q. in Tol. [q] E. [r] Calv. [†] Anselm. in Tol. [t] Vor. ex Jun. [v] Vor. [x] Per. [y] Vor. [z] Pi. ex Jun. [a] Per. Chrys. in Tol. sic Ham. [b] Ham.

Sirach. 16. 15. *Grave cor* dicitur quod à proposito dimoveri se non patitur. Quem perdere jure potuerat Deus, eum jure poterat etiam suo morbo relinquere, nec adhibere medicinam; quod Deus jure potest adversùs omnes contumaces. Quam verò mensuram contumaciæ ad hoc exspectare non dico necessarium sit, sed conveniens Divinæ quà bonitati, quà severitati, nemo exactè novit nisi ipse. Tertul. adv. Marc. 2. *Indurat cor Pharaonis: sed meruerat in exitium subministrari qui jam negaverat Deum, qui jam legatos ejus toties superbus excusserat, qui jam populo laborem operis adjecerat. Postremò quà Ægyptius olim Deo reus fuerat gentilis idololatriæ, Ibin & Crocodilum citiùs colens quàm Deum unum.* Notanda verò etiam ratio quâ usus Deus dicitur *aggravâsse*, vel *indurâsse*, *cor Pharaonis*; nempe, *nè populum dimitteret*: nam de eo hic agitur. Si Deus fecisset durare mala quæ immiserat, ranas, cinyphes, pestilentiam, &c. dubitari non debet quin Pharao dimissurus fuerit populum: Quia verò Deus mala illa statim sustulit, ea res illi auxit contumaciam. Origenes in fragmento quod habemus Philocaliæ, cap. 20. locum illum Exodi, & hunc Pauli, explicans, Οὐκ ἄτοπον, &c. (*Non absonum hoc à consuetudine ——. Sæpe enim heri mites famulis suis, lenitate suâ abutentibus, dicunt, Ego te malum feci, Ego facinorum tuorum sum auctor: ubi verborum vis atque consilium inprimis consideranda sunt. Quod Paulus in peccantem dixit*, Rom. 2. 4. *Aut contemnis bonitatem Dei, ——— & secundùm duritiem tuam thesaurizas*, &c. *idem ad Pharaonem dici posset*, &c.) In præcedentibus Origenes multa egregia disputaverat contra eos qui Pharaonem χοϊκὸν & planè ex naturæ necessitate inemendabilem statuebant. Et post hæc quæ jam produximus verba, multa alia habet digna lectu. Induravit ergò se Pharao, & diu. Induravit autem Deus Pharaonem non auferendo eum ex vita, neque utendo eâ virium suarum dispensatione quâ statim duritiem ejus potuerat contundere; sed aliâ potiùs quæ magis magisque cognitam faceret humano generi ipsius contumaciam, ac tandem quoque Dei in eo puniendo justitiam. Est autem in Pharaone imago populi Judaici à Christi temporibus ac deinceps. Miserat Deus ad eum populum non Mosen, sed Filium suum cum signis innumeris. Potuerat eorum contumaciam statim ulcisci, sed noluit. Sivit eos in pace agere per annos ferme 40. Interea temporis pejores affecti quotidie, infamiam sibi accersivere apud omnes gentes, ità ut cùm tandem excidium eis evênit, quanquam tristissimum, esse tamen infra eorum mala merita crederetur, ipso teste Josepho[c]. Vel, 7. te magnum feci[d], evexi te in Regnum[*]. Complectitur hoc verbum totam historiam Pharaonis, & sibi authori ascribit; q.d. Ego te creavi, evexi, irritavi, téque ideo exitio destinavi. Non ergò erat otiosus spectator tyrannidis & pervicaciæ ipsius[f]. ¶ *Ut ostendam* (comprimendo nimirum & puniendo[g]. Docet se, quod pro arbitrio & sine cujusquam injuria facere potest, non tamen id facere, nisi sapientissimè & cum ratione, dum illud ordinat ad finem gloriosum[h].) *in* (vel, *circa*, E.) *te virtutem* (vel, *potentiam*, Be. Pi. E. &c. ut est in Exodo[i].) *meam*, (Divinam, per tot & tanta signa[k],) *& ut annuncietur*, &c.] i. e. Ut nomen meum celebretur in Gentibus[l], & sic toti orbi metus incutiatur[m].

18. *Ergò cui vult miseretur*] Hoc colligit ex dicto, *Miserebor cujus miserebor*[n]. *Cujus vult*, i. e. quem ei libuit amori suo destinare, ídque ideo tantùm quia ei libuit[o]: *miseretur*, i. e. emollit, dat ei fidem & pœnitentiam. Significat, nemini injuriam fieri quòd non vocatur efficaciter, cùm sit misericordiæ si quis vocetur[p]. Emollit [Deus] quos vult ob causas sibi cognitas. Varia sunt Divinæ misericordiæ genera, quorum libera Deo est dispensatio. Eorum maximum id quo hominum vitia corrigit; quod sæpe facit non tam leniter tractando quàm acriter castigando. Adducit ad hanc rem Orig. hoc ipsum argumentum iterum tractans Philocaliæ cap. 26. locum insignem ex 2 Macc. 6. 12, &c. ubi ostenditur maximæ hoc esse misericordiæ Divinæ non diu sinere ex sententia agere eos qui peccant, sed statim illis adhibere disciplinam[q]. ¶ *Et quem vult indurat*] Hoc colligit ex dicto, *Ad hoc ipsum excitavi te*[r]. Debuerat ergò inferre, *Ergò quem vult excitat ad perditionem*, pro quo dicit, *indurat*: ut exponat quomodo Deus reprobos exci-

tet

[c] G. [d] V. [*] Tol. ex Occum. [f] Par. [g] T. [h] E. [i] T. [k] E. [l] Tol. sic E. [m] T. [n] Tol. [o] Be. [p] Cam. [q] G. [r] Tol.

tet ad interitum, nempe non solùm creando, & tolerando, sed etiam indurando in pravitate, quâ sibi exitium graviùs accersunt †. In verbo *excitandi* v. præced. comprehendit indurationem. Respicit enim totam Pharaonis historiam, in qua sæpe occurrit verbum *indurandi*. Sed non fuit necesse hanc integram historiam omnibus notam repetere, ideóque satis fuit Apostolo unicum testimonium commemorare, quod erat maximi momenti [s]. In hoc versu est conclusio præced. responsionis, quæ & ipsa bimembris est, sed imperfectè enunciata. Subauditur enim, *nulla est in Deo injustitia:* quod ex proposita quæstione facilè intelligitur [v]. Σκληρύνειν respondet verbo חזק, quod itidem in Scriptura usurpatur non minùs quàm כבד, βαρύνειν, & sensu eodem [x]. Primùm prædicit Deus, conspectâ Pharaonis duritiâ, *se cor ejus induraturum*, Exod. 4. 21 [y]. (quod tamen non probat hoc exemplo factum, sed ex adverso prædicta quoque est sua ipsius cordis obduratio, Exod. 3. 19 [z].) deinde dicitur *induruisse cor Pharaonis*, 7. 22. & 8. 19, 32. ubi in Hebræo est, *& induravit*, nempe se, *cor Pharaonis*. Dicitur & Deus *induràsse cor Pharaonis*, Exod. 9. 12. & 10. 20, 27. & 11. 10. & 14. 4, 17. Pharao semet obduravit voluntariâ obstinatione; Deus Pharaonem, i. e. sivit duriorem fieri, ac qualis esset ostendit (utrumque enim per verba activa apud Hebræos significari solet) servando, ut diximus, vivum, molliúsque eum tractando quàm merebatur, ut postea tarditatem supplicii gravitate compensaret [a]. In sex primis plagis Pharao obduravit cor suum, & Israelem noluit dimittere. Ad plagam septimam dicitur phrasi novâ, *Deus induravit*, &c. Exod. 9. 12. quod respicit prædictionem illam Exod. 4. v. 21. neque hoc Deus antea fecerat. Tunc autem dicit Deus, *se omnes plagas suas immissurum in cor ipsius*, v. 14. hanc scil. indurationem ejúsque effecta. Deinde sequitur locus ille memorabilis, v. 14, 15. *Nunc enim extendam manum*, &c. quod tamen vertendum cum Fagio, &c. *extendissem manum — & te peste percussissem*, &c. [vide Synopsin ad locum] & v. 16. *Sed* (non *Et*) *revera in hoc te restare feci*, &c. Hæc autem *induratio* significat totalem gratiæ Dei & pœnitentiæ subtractionem, statúmque Pharaonis prorsus desperatum & inemendabilem, &c [b]. Al. In historia Pharaonis quinquies reperitur, *induratum fuisse cor Pharaonis*; ter, *Pharaonem induràsse cor suum*; octies, *Deum induràsse cor Pharaonis & Ægyptiorum:* quod probè est observandum [c]. Induratio Dei minimè excusat Pharaonem, quippe qui seipsum obfirmavit, &c [d]. Dicit K. in verbo קשה, *indurare Deum animos hominum, consilia sua ipsos celando*, exemplum dans in Pharaone & Seone [*]. *Induratio* porrò est obfirmatio in peccato dominante, quod duritiei aptè confertur, quia ut dura non cedunt, ità nec peccato mancipati mandatis Dei parent, sed contumaciter obsistunt. Quo sensu *cor lapideum*, Ezec. 36. 26. opponitur *carneo*, h. e. molli ac tractabili. Quæ durities est, vel, 1. naturalis & insita ex corruptione naturæ, &c; vel, 2. acquisita, quæ & Deo & hominibus asscribitur, &c [f]. Qu. Quomodo Deus homines indurat? Resp. 1. Non immittendo iis duritiem seu contumaciam [g]. Deus non est indurationis causa efficiens [h], (quod Per. Calvino per calumniam affingit [i].) sed tantùm occasio, hominum vitio arrepta, & quidem non fortuita, sed destinata, quia Summus est Judex, ac proinde peccati non Author, sed Ultor. Per metaphoram Deus indurare dicitur, quia gubernationis Divinæ occasio similis est causæ efficienti, quia ut effectus causam, ità induratio eam gubernationem, sequitur, verùm non vi ullâ gubernationis Dei, sed vi malitiæ humanæ [k]. 2. Indurat non emolliendo [l], deserendo eos in sua pervicacia [m], permittendo eos in sua malitia perseverare & crescere [n], impios gratiâ suâ destituendo, quâ destituti magis ac magis in peccata ruunt [o]. Dices, Si Deus illa aufert sine quibus durities tolli non potest, est causa efficiens indurationis. Sed negatur conseq. quia ablatio gratiæ non est causa duritiei, sed tantùm adjunctum antecedens, & causa sine qua non, quia effectum non illius, sed alterius, vi consequitur: ut ferrum calefactum, &c. remoto igne rursus refrigescit & induratur, non illius remotionis vi, sed ex natura ferri, &c [p]. 3. Objiciendo iis occasiones, quibus magis indurantur [q]; v. g. mandata, miracula, plagas [r], beneficia piis collata, quibus ad invidiam, &c. irritantur. Vide Exod. 1. 9, 10, 15. Psal. 105. 25 †. Quæ aliis justis de causis Deus illis objicit [t]. Hæc autem, ex parte Dei, non sunt occasiones peccati per se, seu vi suâ, quia nec effectum eorum est peccatum, quà peccatum, sed tantùm quà pœna; nec scopus Dei est effectio peccati, sed permissio & patefactio peccati ac justa punitio: Deus enim peccatis hominum, quæ permittit ac regit, peccata punit præcedentia, &c [v]. 4. Tradendo eos tum, 1. Satanæ [x], 1 Paral. 21. 1. collat. cum 2 Sam. 24. 1. 1 Reg. 22. 21, 22. 2 Cor. 4. 4. tum, 2. suis cupiditatibus & desideriis carnis, ut suâ malitiâ ruant in pejus [y]. *Induratio* non solùm permissionem significat, (ut volunt diluti quidam moderatores,) sed Divinæ quoque iræ actionem; cujus instrumenta sunt & res externæ, & Satan qui intus efficaciter agit, &c [z]. Notandum, *indurationem* h. l. poni pro tota hominis derelictione, comprehensâ etiam primâ permissione peccati, cujus meritò postea quis induretur. *Induratio* autem in prima sua velut origine, quæ est prima derelictio, seu peccati permissio, non aliam habet causam quàm Dei voluntatem; ideo dicit, *quem vult indurat* [a]. *Indurare* Dei, est, nolle misereri & emollire [b]. *Indurandi* verbum significat, vel, 1. illum reprobationis effectum, qui est deserere hominem, &c. ità impiis evenit vel ob propria ipsorum peccata [c], vel ob peccatum omnium hominum commune, originale scilicet [d]. Vel, 2. primam ipsam reprobationis originem; æternam, dico, voluntatem non miserendi aliquorum, nec eis conferendi auxilia efficacia ad consequendam vitam æternam [*]. Hujus autem non videtur esse causa meritoria ex parte hominis, sed referri oportet ad solum beneplacitum Dei [f], qui ex duobus, æquè indignis ac induratis, alterum emollire voluit, alterum non voluit, æquissimo, sed inscrutabili, judicio suo [g].

19. *Dicis* (vel, *Dices*, Be. Pi. &c.) *itaque mihi*] Tu Judæe pertinax [h]. Sunt verba hominis reprobi [i], aut certè rationis humanæ [k], quæ Deum ob judicia sua insectatur, eum accusans ut antè inconstantiæ, quòd Judæos rejecit, & injustitiæ, quòd non omnes elegit; ità nunc crudelitatis [l]. ¶ *Quid*, &c. Τί ἔτι μέμφεται] *Quid* (vel, *Propter quid*, Τί, pro διὰ τί [m]. *Cur* ergò, G.) *adhuc conqueritur?* Val. Er. V. Zeg. vel, *incusat?* Er. V. Pi. G. vel, *succenset?* Be. Par. J. Cap. sub. *Deus*, Er. V. &c. & sub. *nos*, G. vel, *nobis*, J. Cap. vel, iis quos suâ voluntate indurat [n]; quòd ad ipsum non convertantur ut salvi fiant [o]; vel, quòd agant more induratorum, &c. Interrogatio negantis [p]; q. d. Non justè succenset [q]. Μέμφεσθαι est, *incusare*, Heb. 8. 8. sic 2 Mac. 2. 7 [r]. ¶ *Voluntati* (nempe absolutæ †, sive beneplaciti [t], quæ est immutabilis [v]; i. e. decreto [x]: voluntati quâ alios eligit, alios reprobat [y]: nam voluntati signi, h. e. præceptis ejus resistunt omnes qui peccant [z].) *enim ejus* (i. e. Dei [a]) *quis resistit?* Ἀνθέστηκε;] *Obstitit?* Be. sic Pi. Quis unquam restitit? Nemo [b]. *Obstare possit?* G. sim. Glas. gram. 246. Est Hebraismus: nam & Indicativus ponitur pro Subjunctivo, & Præteritum pro quovis tempore. Est proverbium tritum usu inter Hebræos, ut apparet Gen. 50. v. 19. ut quidem accepit Latinus Interpres. Sic 2 Par. 20. 6. ad Deum, οὐκ ἔστι πρὸς σὲ ἀντιστῆναι. Hoc opponebant Judæi Paulo, Si Deus non vult sanare nisi per fidem, & fidem nobis non dat, cur nos accusamur? Nam Deo aliquid volenti homo frustrà se opponat. Responsio erat parata Apostolo, Verum hoc esse in iis quæ Deus sine conditione vult effecta dare; Hîc aliam esse rem: nam quanquam Deus sanare non vult nisi in Jesum credentes, ut non credant in ipsis esse causas. Quam responsionem insinuabit Apostolus mox v. 29. & latiùs exsequetur capitibus sequentibus, sed antequam id faciat, prudenter contundit Judaicam ferociam: meritò sanè: nam quod dicebat Paulus, Christianos factos Dei populum, apparebat rebus ipsis, i. e. & excellentissimâ vitæ puritate, & donis Spiritûs eximiis [c].

20. *O homo*, Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ] *Imò verò* (vel, *Atqui*, Er. Il. Ti. G. Tol. *Quinimo*, Tol. E. Est formula corrigentis aliorum dicta, ut Luc. 11. 28. Rom. 10. 11 [d]. Hæc particula intendit orationem [*], cum reprehensione adversarii [f]: q. d. O homo tibi est respondendum potiùs, & tecum contendendum, non cum Deo [g]. Vel, *Igitur*, Tre. ex Sy. vel, *Eho*, Ca.) *tu quis* es

Margin notes (left): † Par. — s Be. ad v. 17. — v Be. — x G. — y G. Ham. — z Ham. — a G. sim. Ham. — b Ham. — c Par. — d Pi. — * G. — f Com. — g Vor. Par. Wil. — h Gom. Wil. — i Wil. — k Gom. — l Tol. Par. — m Par. — n Me. sim. Tol. E. — o Vor. — p Gom. — q Me. sim. Par. Com. — r Par. sim. Gom.

Margin notes (right): † Gom. — t Me. — v Gom. — x Par. sim. Gom. Wil. — y Par. Wil. — z Calv. — a E. — b Tol. disp. 10. ex Aug. — c Tol. ib. — d Tol. disp. 12. — * Tol. disp. 10. — f Tol. 12. — g Tol. 10. — h G. — i Pi. — k Pi. Par. — l Par. — m Pi. — n Par. — o E. Me. — p Pi. — q Par. sic Pi. — r G. — † E. — t E. Par. — v Par. — x Pi. sim. Be. J Cap. — y E. — z E. sim. Be. — a Tol. sic E. Me. &c. — b Pi. — c G. — d G. — * E. sim. Tol. — f E. — g Tol.

es (i. e. quantulus †; nempe terreus, corruptibilis, finitus, de humo sumptus, non dignus judicia superna discutere [v]. q. d. Memento te miserum homuncionem, pulverem & cinerem, esse, & vermiculum, si cum Deo compareris [x], & desines cum illo disputare [y]. Emphaticè opponit *hominem Deo* [z].) *qui ex adverso responsas* (vel, *qui respondeas*, Vulg. & Sy. in Di. vel, *qui responsare audeas*, G. vel, *qui disceptes*, Ca.) *Deo*, P. Be. Pi. vel, *cum Deo*, Ca. i. e. contra ea quæ Deum facere vides, disputas [a]? Arabs optimè, *ut disceptes cum Deo & reciproces cum Deo responsum?* q. d. Tu Deum accusâsti injustitiæ: responsum Dei accepisti ex Mose. Ad id regeris responsum, v. præced. vis denuo Deum ad id tibi respondere? Hoc sensu ἀνταποκρίνεσθαι esset, *vicissim respondere*, ut Jud. 5. 29. Alibi est, *contrà respondere*, sive respondendo contradicere ac refellere. Vide Job. 13. 22. & 16. 8. & 32. 12. & 34. 36. Ità hîc optimè vertas, *qui contra Deum respondes?* i. e. qui responsione tuâ contradicere Deo audes, ejúsque dicta confutare vis ac refellere [b]. Est & hoc sumptum ex dicto frequenti apud Hebræos, cujus sensum habes Job. 9. 12, &c. & 34, 31, &c. Dan. 4. 35. Etiam homines heri servo dicere solent, *Abi responsator* [c]. A malis servis metaphora sumpta est, qui, cùm dominorum jussis obmurmurant, *responsatores* dicuntur [d]. M. Antoninus Imperator, lib. 20. ὁρᾷς γὰρ καὶ αὐτὸς, ὅτι τοῦτο ζητεῖν δικαιολογῇ πρὸς τὸν Θεὸν, (*jure contendis adversus Deum* [*].) Sic respondet Paulus, non quia non poterat respondere [f], ut olim calumniabantur Marcionitæ & Manichæi [g]; sed quia indignas judicabat tam crassas argutias refellere [h], & quia res ipsi erat cum superbis contradictoribus mysteria oblatrantibus, qui non tam instruendi erant quàm reprehendendi & confundendi [i]. Poterat respondere, Deum justè queri de peccatoribus, quia voluntatis electione peccant [k], & indurationem ut evitare non possunt, ità nec volunt; neque inviti aut coacti, sed totâ voluntate suâ, indurantur, séque ipsos indurant [l]. Sed studium Apostoli erat, non tam ad objectionem respondere quàm ad causam objiciendi; h. e. de voluntate Dei eligente & reprobante, negans ejus rationem ab homine scrutandam esse, &c [m]. Tacita hîc est antithesis inter Deum & hominem Deo rebellantem; q. d. Non conqueritur Deus de iis quæ secundùm voluntatem suam fiunt, sed tu is es qui Deo obloqueris, & Divinis decretis temet opponis [n].

¶ *Numquid dicit* (aut justè objicere posset, si ratione & sermone uteretur [o],) *figmentum*, &c.] i. e. Vas fictile figulo [p]. Hoc quoque ex usu sumptum apparet, Esa. 29. 16. & 45. 9. Nihil autem aliud indicat quàm non debere hominem reprehendere facta Dei opificis sui [q]. Ut hoc figmentum non decet, &c. ità nec te [r], qui minor es respectu Dei quàm lutum respectu figuli †.

¶ *Quid*, &c? Τί με ἐποίησας οὕτως;] *Cur me sic tractâsti?* Nametiam in illo sensu apud Græcos & nostros ποιεῖν pro Dativo habet Accusativum, ut apparet Matt. 5. 44. & secundùm quædam exemplaria, Matth. 27. 22. Luc. 15. v. 19 [t]. Vel, *tale fecisti*, Be. Pi. E. &c. h. e. ad indurationem & patefactionem gloriæ tuæ creâsti [v]? Vel, me sine meritis reprobâsti? Nam ad reprobos hoc pertinet [x].

21. *Annon habet potestatem* (vel, *jus*, Be. Pi. & quidem cui nemo contradicat. Vide Mat. 28. 18 [y].) *figulus luti* (vel, *in lutum*, Be. Pi. Metaphora sumpta ex Esa. 45. 9 [z]. & 64. 8 [a]. & Jerem. cap. 18 [b].) *ex eadem massa* (vel, *conspersione*, Er. ex Aug. φύραμα, quod τῇ ἀπαρχῇ opponitur Rom. 11. 16 [c]. propriè est massa farinæ humore macerata & subacta [d], hîc per Metaphoram est lutum humore subactum [*]. Vide Sap. 15. 7. ubi ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ, quod hîc est, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος. Nam φύραμα, quod de farina maximè usurpari solet, generale est, & quidvis *mixtum* significat, ut in Geoponicis, φύραμα κονίας καὶ βολβίτε. *Nos ipsi φύραμα sumus à Deo effecti*, &c. ait Philo [verbis à G. productis.] Platoni verò de Rep. 2. ubi de vario agitur hominum statu, Deus vocatur Ὁ πλάσσων [f].) *facere aliud quidem vas* (i. e. instrumentum, quod Hebræis *vas* dicitur. Sed & σκεῦος comprehendit utensilia ferè omnis generis [g].) *in honorem*, (vel, *ad decus*, Be. Pi. id est, ad usum honorificum [h],) *aliud verò in contumeliam?*] Id est, ad usum vilem & abjectum [i]; v. g. matulam [k], quæ sic vocatur Hebræis [l]. Quod hîc, εἰς τιμὴν σκεῦος, Sap. 15. est, καθαρῶν ἔργων δοῦλα σκεύη· quod hîc, εἰς ἀτιμίαν, ibi ἐναντία [m]. Sed cum de reprobis tantùm lis erat, cur hîc meminit *vasorum ad decus* & *ad dedecus?* Resp. 1. Sapientissimè id factum, ut ostenderet, eandem esse utriusque membri rationem, &c [n].

Marginal notes: † G. · v Tol. · x Pi. · y E. · z Er. · a G. · b Di. · c G. · d Er. · * G. · f Tol. sim. Par. E. · g Par. ex Aug. · h Par. · i Tol. · k E. · l Par. ad v. 19. · m G. · n Vor. · o Tol. · p Me. E. · q G. · r Pi. · † J. Cap. · t G. · v Gom. · x E. · y Be. · z Par Tol. · a Gom. · b Tol. · c Vor. · d Pi. sic Vor. · * Pi. · f G. · g E. · h Me T. sic E. Vor. Pi. · i Me. sim. E. T. Pi. · k Pi. Be. · l Be ex Hi. · m G.

[Sensus,] Jus habet figulus non modò ex eodem luto facere quæ velit vasa, sed & facta refingere, & ex esculentis, si velit, facere matulas. Verùm hanc similitudinem non in omnibus respondere ostendit Jer. 18. 6. ubi eâdem utitur Figuli & Luti similitudine, statímque subjicit, Deum hominum consiliis sua attemperare consilia. Videatur locus, & alter ei similis, Sirac. 33. 14, 15. ubi post similitudinem Figuli & Luti, ἀποδοῦναι αὐτοῖς κατὰ τὴν κρίσιν αὐτοῦ. Non ulterius igitur premenda hæc παραβολὴ, quàm nè eorum quæ Deus agit nos velimus esse censores ac judices. Simile illud Matt. 20. 14, 15. *Tolle quod tuum est, & abi. Annon licet de meo facere ut volo* [o]? Chrysost. hoc quidem exponit de prædestinatione & reprobatione, cujus tamen causam putat ex parte hominum dari, nempe bonas, aut malas, voluntates hominum prævisas; ideóque exemplum figuli ad hoc inductum censet, ut doceat, neminem debere respondere Deo, nec plura in eo esse requirenda. Sed si Paulus hoc tantùm voluisset significare, non erat cur ad solam potestatem figuli vasorum distinctionem retulisset. Augustinus ergò plura in exemplo considerat, nimirum solam figuli voluntatem vasa distinguere [p]. Ostendit hæc comparatio, sicut in partibus massæ luteæ non est ratio cur ex hac parte fiat vas honestum, vel ex illa inhonestum; ità in hominibus, velut partibus unius massæ humani generis, non esse rationem cur vel hic eligatur, vel ille reprobetur, sed hoc ex liberrima Dei potestate factum [q]. Hoc exemplo ostendit, posse Deum sine ulla injustitia quæcunque mala aut bona hominibus facere pro libito suo, etiam nullâ causâ in eis præcedente, etiamsi nullum inesset homini peccatum, jure dominii & potestatis suæ in illos. *Massa* enim cùm *eadem* & æqualis sit, causa diversitatis non in materiam refertur, sed in figuli potestatem. Per vasa *in contumeliam*, non significat peccatores, quales eos non facit Deus; sed eos quibus Deus mala & pœnas infert: & contrà, per *vasa in honorem*, eos quibus bona confert [r]. De *massa* porrò hîc loquitur, vel, 1. testacea, sive de materia figuli terreni, ut φύραμα sit versu 21. πλάσμα verò versu 22 †: vel potiùs, 2. humana, sive de materia figuli cœlestis, de quo agitur v. 20. idque apparet v. 21. & 22. ubi eadem allegoria continuatur; deinde apodosis debet convenire sententiâ cum protasi: Atqui v. 22. non convenit, sed materia differt à v. 21. ut ex superioribus apparet [t]. Per *massam* hîc intelligit genus humanum [v], idque vel, 1. corruptum [x]: quale ex Adamo propagatum est, & quale propriè est objectum electionis & reprobationis, v. 22. Ità justitia Dei faciliùs vindicatur [y]. Vel, 2. absolutè consideratum [z], ut condendum [a], necdum corruptum [b]. Nullum enim vitium luti hîc supponitur, sed sola ejus natura consideratur, quâ formabile est, &c [c]. unde non dicit Deum *relinquere*, sed, *facere vas in ignominiam*; nec dicit hoc vas, *Cur me reliquisti*, &c? sed, *fecisti* [d]? Nec certè Deus sapientissimus hominem creare decrevit, antequam finem hominis creati proposuerat [e]; nec impediri ab alio potuit Deus quominus quod decrevit exsequatur [f]. Vel, 3. respectu ortûs sui, sive ut in prima creatione, quia jus Dei absolutum hîc asseritur; neque enim hîc ostendit quid agit Deus, sed quid possit agere, sive ut in corrupto statu: ut accipitur Esa. 45. 9 [g].

22. *Quod*, &c. Εἰ δὲ] *Si enim*, Mo. *Sin*, Sy. Tol. ex Hi. *Si verò*, Tre. ex Sy. *Quod si*, Tol. ex Vulg. Æth. Er. Ti. *Quid si verò*, P. Be. Pi. Εἰ δὲ vel pro εἰ γὰρ, *atqui*, *certè*, vel pro διότι vel ὅτι, *siquidem*, vel *quia*, ut sæpe fit [h]. Est hoc loco ἀναταπόδοτον [i], sive sermonis ellipsis [k]. Εἰ δὲ hîc nihil habet quod ei reddatur per ἀπόδοσιν [l]. [Variè ergò supplent:] *Quid*, sub. *dicemus*, vel *diceti*s [m]? vel, *quid dices*, aut *reprehendes* [n]? nempe si Deus ista facit quæ hîc commemorantur [o]. *Quid tum si?* id est, Quid in eo iniqui [p]? Provocat ad omnium sanorum judicium, &c [q]. Sed nil opus est Anantapodoto, vel supplemento. Sententia plana est hoc modo, si incipias à v. 20. Μενοῦνγε, &c. *Atqui*, *ô homo*, *tu quis es*, *qui contrà respondeas Deo* (*num dicet figmentum*———) *si Deus volens ostendere*, &c. Conjunctio δὲ redundat, vel est expletiva [r]. Referendum hoc ad superiora, vel ad

Marginal notes: n Be. · o G. · p Tol. · q E. · r Tol. · † Q. in Gom. · t Gom. · v Gom. Be. sim. Par. Wil. · x Q. in Be. Par. ex Aug. · y Par. dub. 17. · z E. · a Gom. · b Be. · c E. · d E. sim. Be. Com. · * Gom. sim. Be. · f Be. · g Wil. · h Zeg. · i Pi. Glas. gram. 4 2. 4. 710. · k Glas. ib. sic Par. Vor. · l G. · m Pi. Q in Tol. Glas. · n Vor. sim. Par. ex Aug. & Calv. Be. Camer. · o Vor. · p G. sim. Par. · q Par. · r Kn.

ad illud, *Quis tu es —— qui respondes Deo?* vel ad illud, *Annon habet potestatem* †? Post repressam superbiam manifestis Dei factis obtrectantium, paulatim dispensationis illius Divinæ causas aperit, quantum quidem eas hominibus scire fas est[t]. Est hîc quædam reticentia sermonis, q. d. Quamvis nulla ex culpa hominis Deus omnia illi mala inferret, conqueri non posset, quia figmentum est Dei. Quòd si non sic est, sed homo ipse se aptavit ad interitum, & Deus eum patienter tulit, & hoc adhuc propter bonum, cessat profectò omnis querela[v]. Satis esse debuit absoluta Dei potestas, &c. ut autem penitùs obmutescere ad Dei judicia cogatur garrula ratio, exponit causas impulsivas & finales, optimas atque justissimas, cur hos perdat, alios servet, &c[x]. Cujus rei rationem hîc adfert, non ex eorum prævisis meritis, sed ex causa finali[y]. Altera hæc responsio est, quæ sumitur à fine, ex quo inprimis actiones æstimandæ sunt. Dicit autem neque exitium reproborum, neque salutem electorum, esse ultimum finem æterni illius propositi, sed quiddam longè præstantius, nempe gloriam Dei, &c[z]. ¶ *Deus*, &c. Θέλων ὁ Θεὸς, &c.] *Volens Deus ostendere iram*, (id est, severitatem suam in Judæos[a]; vel justam vindictam in peccatoribus puniendis[b]; justitiam suam vindicativam, quæ utique ostenditur per actus punitionis peccatorum: hanc enim *iram* vocat, anthropopathicè de Deo loquens[c].) *& notam facere* (nempe omni rationali creaturæ[d],) *potentiam suam*, Be. Pi. Vulg. &c. scilicet in puniendis reprobis Deo reluctantibus*, ut patuit in Pharaone[f], qui Dei patientiam putabat impotentiam esse[g]: vel, ad judicia sua [in Judæos] exsequenda etiam per Romanos. Innuit enim Apostolus desolationem illam à Daniele & Christo prædictam[h]. *Iram & potentiam*, id est, justam & potentem vindictam in induratos[i]. *Potentiæ* autem meminit in reprobatione potiùs quàm electione, quamvis in utraque ostendatur, quòd ea magis declaratur in subactione & punitione malorum, quorum permanet repugnans voluntas, quàm in exaltatione bonorum, quorum tandem omnino perfectus erit cum Dei voluntate consensus[k]. Τὸ δυνατὸν, *possibile*[l], pro, τὴν δύναμιν, ut appellavit suprà v.17[m]. ut Rom.2.4. τὸ χρηστὸν[n], pro, τὴν χρηστότητα[o], neutra adjectivorum pro denominativis, more Græco[p]. ¶ *Sustinuit*, &c. Ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν·] *Tulit* (vel, *Pertulit*, sive *Sustinuit*, sive *Toleravit*, P. Be. Pi. V. Orig. Chrys. Th. & Amb. in Er. Sed Aoristus ἤνεγκα in hac significatione rariùs invenitur, cùm hujus significationis alia passim legantur, ἀνέχεσθαι, στέγειν, ὑπομένειν[q]. Græcè non hîc est ἔφερεν, quod significat, *ferre*; sed ἤνεγκεν, quod magis sonat, *in medium adducere* aut *offerre*[r]. Vel, *Attulit*, E. & Er. ex Aug. id est, adduxit, ad illud scilicet ad quod aptata sunt; hoc est, ad perditionem. Hic sensus probabilior est, cùm & actum Divinæ reprobationis expressiùs contineat, qui est adducere in interitum, videlicet dimittendo, excæcando, obdurando †. Sed hæc longè petita sunt: τὸ φέρειν hoc loco idem est quod ἀνέχεσθαι & ὑπομένειν, ut prorsus liquet ex nomine μακροθυμίας adjuncto*.) *multâ animi lenitate* (vel, *longanimitate*, E. *patientiâ*, Vulg. id est, patienter peccare permisit, differens diu supplicium[t], toleravit partim eorum scelera, partim inductiones novarum occasionum peccandi[v], sicque eos induravit[x]; eos non illico perdens, sed tempus illis dans ad resipiscentiam[y]: sic Rom. 2.4. ubi est eadem vox μακροθυμίας, & sequitur, τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει· quæ omnia apertissimum faciunt, non respici hîc homines nudè ut creaturas Dei, aut ut Adami posteros, sed ut similes Pharaoni. Locus huic non absimilis est apud Philonem, & 2 Mac. 6. 14[z]. [Vide G.] Ostendit, reprobos patientiâ Dei plerumque invitari ad pœnitentiam, & proinde reprobationem non obstare quominus converti possint. Nam reprobatio nihil subtrahit de potentia reprobati, ait Thomas[a]. Causa justissimæ ultionis reproborum est abusus patientiæ & bonitatis Dei[b]. Deus illos plerumq; non punit, nisi graviter provocatus[c].) *vasa* (Sic vocantur Hebræis, & quævis instrumenta ad usum domesticum pertinentia, & ipsi homines, Gen. 49.5[d].) *iræ* (id est, destinata pœnis*, vel digna irâ[f]. Intelligit homines[g], malos[h], vel reprobos[i], qui vasis ad dedecus apparatis

† Er. · [t] G. · [v] Tol. · [x] Par. · [y] E. · [z] Ee. · [a] G. · [b] Par. sim. Pi. · [c] E. · [d] Pi. · * Pi. sim. Par. · [f] Par. Tol. · [g] Tol. · [h] G. · [i] T. · [k] E. · [l] Pi. · [m] Pi. sic Vor. · [n] G. Vor. · [o] Vor. · [p] G. · [q] E. · [r] Er. · † E. · * Be. · [t] Tol. · [v] T. · [x] Tol. sim. T. · [y] G. sim. Pi. Par. · [z] G. · [a] E. · [b] Par. · [c] Be. · [d] Idem. · * Ca. · [f] Par. Tol. · [g] E. · [h] Tol. · [i] Pi. Vor.

respondent[k]; quibus uti constituit Deus ad ostendendam justam suam iram erga peccatum[l]. Σκεύη ὀργῆς dupliciter sensu dici possunt, aut per quos, aut in quos, Deus judicia sua exsequitur: nam per utrosque, tanquam per *instrumenta*, Dei severitas, quæ hîc ὀργὴ dicitur, elucet. Hîc sumendum id in sensu posteriore. Contrà, σκεῦος ἐκλογῆς, Act.9.15. *instrumentum electum*: & modò, σκεῦος εἰς τιμὴν, ut v. præced. & 2 Tim.2.21; vel, εἰς ἀτιμίαν· σκεύη τῆς λειτουργίας, Heb. 9.21. Dicuntur autem σκεύη ὀργῆς homines certè non ex natura, sed ex longa induratáque malitia, dignissimi scilicet in quos Deus gravissima edat exempla: quales erant Judæi plerique illis temporibus[m].) *apparata* (vel, *coagmentata*, P. Pi. *compacta*, Be. Pi. Manet in metaphora figuli[n]. Vel, *quæ perfecta fuerunt*, Tre. ex Sy. vel, *adaptata*, Mo. vel, *apta*, Vulg. sic G. Participium more Hebræorum, qui pauca habent verbalia, ponitur pro verbali: planè ut Hebræum נכון, quod *aptum* significat, & per ἕτοιμος verti solet, à verbo כון, quod modò ἑτοιμάζω vertitur, modò καταρτίζω, ut Psal.68.10. & 74.16. & 89.38. Hoc sensu κατηρτισμένον habuimus & Luc.6.40. *Apti ad interitum* sunt, qui dirum exitium meruere[o].) *in*, vel *ad*, *interitum*, Er. Ti. Pi. &c. id est, ad supplicium æternum[p]. Qu. A quo *coaptata*, vel *præparata*, dicuntur? Resp.1. A seipsis[q], vel suâ culpâ[r], obstinatione sive impœnitentiâ †, seipsos tradendo peccatis, adeóque dignos se efficiendo æterno exitio[t]. Probat hoc differentia phraseos. Non enim dicit, *quæ aptavit in interitum*, ut dictum, *quæ præparavit in gloriam*; quia nimirum suâmet operâ & arbitrio aptant se in interitum, & bonos Deus præparat in gloriam: malum ex solo homine est, at bonum ex Deo[v]. Bonos *præparavit*, quâ voce designat efficacem Dei actionem: mali sunt *coaptati*, &c. juxta illud, *Perditio tua ex te, Israel*, &c[x]. Sed passiva locutio sic alibi usurpatur, ut Jud. v.4. *ad hoc judicium præscripti*, non sanè à seipsis, sed à Deo; & in causa salutis declaranda, *dilecti*, *vocati*, &c[y]. Nulla hîc fit aptantis mentio, quia diversâ ratione aptata sunt tam à seipsis, scilicet quoad *vitium*, seu pravitatem naturæ; quàm à Deo, & quoad *naturam*, quia à Deo creata sunt, & quoad *finem*, quia à Deo ordinantur ad fines suos, tum proximum, eorum nempe interitum; tum ultimum, ostensionem potentiæ justitiæque suæ in illis. Electos autem *præparare* dicitur, quia sive naturam, sive justitiam, sive finem seu gloriam eorum, spectes, tota præparatio soli Deo debetur[z]. 2. A Deo[a], qui ab æterno decrevit omnes impœnitentes exitio adjudicare[b], qui v. præced. activè dicitur *facere vas*, &c. omnino ut Prov.16.24. *Omnia fecit Deus propter se, etiam impium ad diem malum.* Et tropi ratio idem ostendit[c]. Nam vasa non à seipsis aptari dicuntur, sed à figulo[d], qui hîc Deus*. Hunc sensum confirmat Matth. 25. 34, 41. ubi ut electis regnum, ità reprobis infernum, dicitur ab æterno præparatum esse; utrumque scilicet à Deo. *Præparatio* autem hæc in Scripturis non significat effectum aliquem voluntatis Dei, sed præordinationem ab æterno, quâ illis interitum inferre constituit[f].

23. *Ut*, &c. Καὶ ἵνα γνωρίσῃ, &c.] *Et* (Copula omittitur in Vulgato & in uno vetusto Codice; sed non est otiosa[g]. Alia [enim] hæc est ratio sive causa reprobationis, (sive indurationis[h];) nempe manifestatio bonitatis Dei erga electos[i], quæ non satis appareret, aut æstimaretur, si esset omnibus communis, &c[k]. Τὸ, καὶ pendet à θέλων, sed mutatâ constructione, hoc modo, *Volens ostendere iram & notam facere* (id est, Ut ostenderet iram, & notam faceret) *potentiam suam*, &[l]. Et, sub. *fecit hoc*, G. sic Camer. tum ob alias causas, tum quia contraria ex contrariis elucescunt[m].) *ut notas faceret* (vel, *ostenderet*, G.) *divitias gloriæ suæ* (id est, gloriosissimas[n]: vel abundantem gloriam suam[o]; id est, vel, 1. opulentam & superabundantem bonitatem suam[p]. Vel, 2. beatam immortalitatem, quam electis ex gratia præparavit[q]. Vel, 3. *divitias gloriæ gratiæ suæ*, seu gloriosæ gratiæ suæ, ut est Eph.1.6. Et ibid. v. 7. vocat *divitias gratiæ Dei*, quod postea v. 14. nominat *laudem gloriæ*; idque ipsum v. 6. nominârat *laudem gloriæ gratiæ*. Est ergò Synecdoche generis[r]. Paulus omnem *abundantiam* solet πλοῦτον vocare, ut Rom. 2.4. & 11.33. 2 Cor.8.2. Eph.1.7. & 2.7. πλοῦτος λέξις hîc

[k] Vor. · [l] Pi. sim. Be. · [m] G. · [n] Pi. ex Be. · [o] G. · [p] Pi. sic Tol. &c. · [q] Par. sic T. Me. Vor. Græci & Aquin. & Caj. in E. Tol. · [r] Cam. sic Me. T. · † T. ex Me. · [t] Vor. · [v] Tol. sim. Cam. · [x] Cam. · [y] Gom. · [z] Par. dub. 18. · [a] E. Gom. Par. Be. Vor. · [b] Vor. · [c] Gom. · [d] E. sim. Be. Gom. · * Gom. · [f] E. · [g] Be. · [h] Tol. · [i] E. sim. Be. Tol. · [k] E. · [l] Pi. · [m] G. · [n] Par. · [o] V. · [p] E. sim. Par. · [q] Par. · [r] Pi.

hîc & Eph. 1.18. & Col. 1.27. est, *ingens gloria*. Agitur autem hîc de effusione donorum Spiritûs, quæ Deo fuit summè gloriosa †.) *erga vasa misericordiæ* (id est, eos quorum misereri voluit [t]; homines electos [v], seu credentes [x]; homines in quibus Deus bonitatem suam mirificè ostendit. חן Hebræum per ἔλεος verti solet, & usurpari, etiam ubi nulla præcessit miseria [y].) *quæ præparavit* (vel, *præparaverat*, V. dum illa conderet [z]. Quomodo autem eos *præparaverit*, explicant sequentia: προσοιξεῖν & προετοιμάζειν non invenitur nisi de rebus bonis [a]. *Præparavit*, partim æterna electione [b], partim vocatione ad fidem [c].) *ad gloriam?* Be. Pi. &c. scilicet cœlestem [d]: *ad honorem* hîc inchoandum, perficiendum in vita altera *. Aliquid hîc subaudiri possit, vel, *quid est quòd querantur* [f]? vel, *tu quis es qui respondeas Deo* [g]? *Interitui* opponit *gloriam* [h]. Atque sic explicavit quæstionem de vocatione, Cur cùm soli fideles participes sint salutis, tamen omnibus Deus non det fidem, sed his potiùs quàm illis: quæ explicatio inchoata v. 10. ad v. usque 30. producta est, inclusa scilicet parenthesi, quâ clausâ redit v. 30, 31, 32, 33. ad id quod initio capitis tractârat typicè, cùm rationem redderet cur Justitiarii obstinati non serventur, salutem verò consequantur fideles. Nec miretur quisquam tam longam parenthesin, quippe Paulo familiarem. Exemplo sit caput 7. quod totum constat unâ parenthesi [i].

24. *Quos*, &c. Οὓς καὶ ἐκάλεσεν, &c.] *Quos* (Dicendum erat *ä*, *quæ*, scilicet *vasa* [k]: sed mutatum in οὓς [l], tum quia *vocandi* nomen vasis parum convenit; tum quia *vasorum* nomine homines intelliguntur [m]. Constructio refertur ad sensum, non ad vocem [n]. Fortè habita est & ratio sequentis ἡμᾶς [o].) & (vel, *etiam*, Be. Pi. Καὶ hîc est ἐξηγητικὸν ejus quod præcessit [p].) *vocavit* (cum effectu, sive efficaciter [q], quod electorum proprium [r]; i. e. ad obedientiam perduxit. Verba consilii & laboris sæpe ità sumuntur ut simul & eventum includant, ut *dare*, 1 Tim. 2.25 †. Vide Rom. 8.30 [t]. Alioqui non omnes vocati, id est, invitati, credunt [v]. Sensus, q. d. Non solùm ex misericordia elegit, & ad gloriam creavit atque præparavit [x]; sed & media procurat ad gloriam [y], cujusmodi est vocatio ad fidem [z]. Absolutâ doctrinâ prædestinationis æternæ, nunc incipit ostendere ejus usum [a], & electionem nostram monet non aliter cognoscendam quàm ex effecto ejus, efficaci vocatione [b]. Sensus est, q. d. Hæc, quæ dixi, vasa misericordiæ, non lutea, sed humana, sunt ii quos Deus ad se suámque gratiam, amicitiam & filiationem, vocavit [c].) *nos*, (Antecedens repetitur more Hebræo. Aliqui appositivè dictum putant [d], nempe *nos*, Be. ex Er. sic Pi. scilicet genitos *; *nos* fideles [f]. *Nos* dicit, ut in iis, ad quos scribit, fiduciam excitet electionis suæ. Sed nè, dicendo *nos*, videretur de solis loqui Judæis ipse Judæus, addit quod sequitur [g].) *non solùm ex Judæis*, (ut vos, ô Judæi, futurum putatis [h]:) *sed etiam* (& quidem magis, ut sequentia docent [i]:) *ex gentibus*, Vulg. Be. &c. cæteris scilicet [k].

25. *Sicut in Osee* (id est, in libro Osee; vel, per Hoseam [l]:) *dicit*] Nempe Deus [m], qui à Propheta loquens inducitur. Loca hæc adducit Apostolus, ut ostendat Dei libertatem in faciendo discrimine inter eos qui deliquere, ex causis ipsi sibi cognitis. Locus est Ose. 1. & 2. Simul ostendit in rebus illis antiquis figuram fuisse rerum majorum [n]. ¶ *Vocabo* (Non inani nomine, sed rei præstatione, id faciendo quod nomino; q. d. Faciam [o].) *non*, &c. Τὸν οὐ λαόν μου, &c.] *Populum qui meus non erat, populum meum*, &c. Be. Pi. &c. Desumpta hæc sunt ex fine cap. 2. non planè iisdem verbis, sed sensu salvo [p]. [Vide G. & Di.] Dicuntur hæc, vel, 1. de Decem tribubus [q], abductis per Assyrios [r], quæ ad cultum vitulorum deflexerant; ideóque typum prætulerunt populi Gentilis & idololatrici, magísque eum postea repræsentavit suâ per Gentes dispersione †: quare Paulus hæc (ceu typum quendam [t]) accommodat ad Gentes [v], per similitudinem [x], vel per ratiocinationem à pari, eò quòd Israelitæ, à Gentibus rejecti, Gentibus pares erant redditi [y]: sicut è diverso populus Duarum tribuum, quia permansit in vero cultu Dei, typum gessit populi Judaici, ut à Gentilitate distinctus fuit [z]. Ex illis [Decem tribubus] pauci simul cum Juda & Benjamino erant redituri in patriam, & rursum futuri Dei populus. Cur illi non alii? Ob causas æquas, sed hominibus non patentes. Sic & suo tempore significat Paulus usum Deum pari libertate [a]. Vel, 2. de Gentibus vocandis [b]: ut patet, 1. quia hæ præcipuè erant *non populus, non dilecti*. 2. Ex scopo. Minatur Israelitis abjectionem, nè sint populus Dei, promittit contrà collectionem novæ Ecclesiæ sub Christi regno. 3. Ex particula במקום, quod non tantùm *vicem* significat, sed & *locum*; in loco ubi priùs non erat populus, nempe extra Judæam, in toto orbe [c]. Electum populum ex Judæis & Gentibus vocatum dixerat, v. præced. Utrumque probat, & incipit, more Hebræorum, à posteriori, hoc v. & seq. prius verò probat, v. 27, &c †. ¶ *Et non dilectam*] Id est, quam homines existimabant me non diligere [d]. ¶ *Dilectam*] Intellige, non de benevolentia Dei æterna, quæ immutabilis est; sed de beneficentia temporali, quæ dilectionis æternæ effectus est; sive de gratiæ suæ beneficiis, quibus cœpit Gentes prævenire *. *Dilectam*, i. e. gratiæ donis affectam [f].

26. *Et erit* (id est, fiet [g], hoc quod dicam [h]:) *in loco* (ut v. g. in Græcia, Italia, &c [i].) *ubi dictum est eis*, (id est, quibus populus dici poterat [k]:) *non plebs mea*, &c.] Hæc sunt ex Græco LXX, excepto quòd in Græco non est ἐκεῖ, & post κληθήσονται ponitur καὶ· quod leve est discrimen [l]. Sensus, q. d. Absque eo quòd locum mutent verum Dei cultum suscipient: nè fortè dicant Judæi, aliquos ad verum Dei cultum transituros, sed proselytorum more, qui in Judæam migrabant, vel statis temporibus ascendebant, &c [m].

27. *Isaias autem clamat*] Id est, audacter & libere & palàm loquitur, quamvis contra Judæos [n]. *Clamat*, id est, magno doloris affectu loquitur [o]. Dicit, *clamans Isaias*, non modò ut præsentes Judæos ad attentionem excitet, sed etiam ut Jesaiæ jam olim gravem contentionem de hoc cum Judæis fuisse innuat [p]. ¶ *Pro Israel*] Ità probat Judæorum vocationem, ut simul ostendat eorum majori ex parte rejectionem [q]. Sed præcipuus Pauli scopus erat, ut probaret abjectionem Judæorum, (ut ostendit ipsius conclusio, v. 30, 31.) ut sic etiam ex indirecto confirmaret Gentium vocationem. Si enim Judæi abjiciantur, consequens est, ut magnificæ illæ promissiones Patribus factæ in Gentibus implendæ sint. Locus tamen Prophetæ utrumque docet, & reprobationem populi, & vocationem paucorum ex eis [r]. Ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ] *De* (vel, *Super*, Be. V. Tol. Pi.) *Israel*. Er. V. G. E. ex Orig. Chrysost. &c. Ὑπὲρ hîc idem quod περὶ, ut 1 Cor. 10.30. 2 Cor. 7.4. & 9.2. & 12.5. nimirum quia Hebræi על sic usurpant †. Quantùm attinet ad vocationem Israelis [t]. Hoc vaticinio offensionem, ortam ex consideratione paucitatis vocatorum ex Judæis, elevat. Quis enim offendatur, si quod prædictum est eveniat [v]? ¶ *Si——tanquam arena maris*] Id est, Etsi populus Israel, juxta promissionem Abrahæ factam, sit innumerabilis [x]. ¶ *Reliquiæ*, &c. Τὸ κατάλειμμα σωθήσεται] *Reliquiæ* (id est, pauci [y]. Velut *reliquiæ*: quod enim reliquum est ex mensa, vel ex aliqua re peracta, paucum est [z]. Tamen solæ reliquiæ [a].) *servabuntur*, Be. Pi. &c. Tamen tantùm pauci ex eis salvi fient: quod videmus in Apostolis & iis qui ex Judæis crediderant [b]. Isaias sub historia vel Decem tribuum, quæ ductæ sunt in captivitatem, unde paucissimi redierunt [c]; vel Judæorum, qui post cladem à Sennacheribo illatam residui erant [d], significare voluit, etiam in sensu literali *, vel sensu allegorico, sed à Spiritu Sancto principaliter intento [f], paucitatem Judæorum crediturorum & salvandorum tempore Christi [g]. Ingentem vastitiem Judææ intulerat Sennacheribus. Pauci, qui Hierosolyma se recepere, relicti tanquam ex clade superstites, quos Hebræi שאר dicunt, Græci Interpretes λοιποὺς, ὑπολοίπους, καταλοίπους, ὑπολοίπους, λεῖμμα, κατάλειμμα, ἐγκατάλειμμα, ὑπόλειμμα. Latini *reliquias*: ut Virgilius, —— *reliquias Danaûm atque immitis Achilli* [h].

28. *Verbum*, &c. Λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ· ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει Κύριος ἐπὶ τῆς γῆς] Locus est Esa. 10.22. qui in Græco sic legitur, Λόγον συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, ὅτι λόγον συντετμημένον Κύριος ποιήσει ἐν τῇ οἰκουμένῃ ὅλῃ. Ubi primum evidens est tra-

Marginal notes (left): † G. | t V. | v Vor. Pi. | x Vor. | y G. | z Pi. | a G. | b Vor. sim. Par. | c Vor. sim. Cam. | d Pi. | * G. | f Zeg. | g Zeg. ex Aug. | h Tol. | i Cam. | k Be. | l Be. Pi. | m Be. | n Pi. sim. Be. | o Be. | p G. | q Vor. sic G. Pi. | r Pi. | † G. | t Vor. Pi. G. | v Vor. | x Pi. sim. E. | y E. | z E. sim. Pi. | a Be. | b Par. sim. Be. | c Me. sim. T. | d Tol. | * G. | f Me. sim. T. Pi. | g E. | h T. | i E. | k Pi. | l Pi. | m G. Pi. &c. | n G. | o E. | p G. | q G. sic Er. Pi. E. | r G. | † E. sim. Cam. | t Vor. | v Pi. sic Er. Vor. | x Er. | y Pi. | z E.

Marginal notes (right): a G. | b Par. sic Tol. Me. | c Par. | † Tol. | d V. | * E. | f Me. | g Pi. sic E. | h E. | i Me. ex E. | k Me. | l G. | m E. | n Tol. | o E. | p Par. | q Tol. | r E. | † G. | t V. | v Cam. | x Me. sim. Tol. T. | y Ca. sic E. Me. | z Tol. | a Pi. | b V. | c Tol. | d T. | * Tol. | f T. | g Tol. | h G.

trajectio: nam recto ordine ὅτι debuit præcedere λόγον συντελῶν. In Paulino autem textu, qualem nunc habemus, satis absurdum est poni primum γὰρ, deinde ὅτι. Omnino hæc lectio interpolata est ex Lxx. Vetus autem lectio exstat in MS. illo quem toties laudo, & sic habet, λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ποιήσει Κύριος ἐπὶ τῆς γῆς· quæ sufficiunt, satisque exprimunt id quod vult Esaias, vastitiem terræ Judææ, quæ per excellentiam γῆ sive οἰκουμένη, illatam, &c. paucosque relictos, [ut dictum.] Deus enim fecerat quod in rationibus putandis fieri solet, ubi post expuncta ea quibus expensa acceptis æquantur, exigua aliqua summa restat quæ debeatur. Similis locus Esa. 28. 22. Quod tunc fecerat Deus, non mirum si rursus faciat, & de multis paucos ad veram salutem perducat, quos quibusque de causis ipsi visum. Non defuisse Deo causas cur ità faceret, ostendit Paulus, non omittendo illud, ἐν δικαιοσύνῃ †. [Alii nihil in textu movent, verbáque Paulina sic vertunt & explicant:] *Verbum* (vel, *Sermonem*, Er. Ti.) *autem* (vel, *enim*, Mo.) *consummans* (vel, *perficiens*, Er. Ti.) *& abbrevians* (i.e. consummabit & abbreviabit, Deus scil. ex seq. Participia pro verbis [k].) *in*, vel *cum*, Er.) *æquitate*, (vel, *justitia*, Er. Mo.) *quia verbum abbreviatum* (vel, *concisum*, Mo.) *faciet Dominus super terram*, Vulg. Mo. *Verbum* hic vocat Legem, quam Christus *consummavit & abbreviavit*, eam implendo [l], ceremonias & judicialia rejiciendo [m], prolixa præcepta resecando [n], ejúsque doctrinam in compendium redigendo [o]. Hanc, inquit, Dominus abbreviabit super terram; i.e. pro toto orbe, ut, illâ antiquâ lege consummatâ, quæ uni populo data erat, alteram brevem legem, Evangelium scilicet, condet non uni populo, sed toti terræ conducentem, ut totus jam orbis Deo inserviat, & ab eo Legem salutis accipiat. Quum autem Legi finem imposuerit, eámque ad brevitatem Evangelicam redegerit, quod factum est in Christi adventu, in justitia id [quod dictum v. præced.] faciet & æquitate, quia incredulos Judæos ob perfidiam & malitiam abjiciet. Causam ergò hic exponit verborum præced. nempe cur tam pauci in tanto numero salvandi sint, &c [p]. Sed cùm in Hebræo nulla sit *verbi* mentio, non est hæc vox peculiariter expendenda, ut de Lege vel Evangelio accipiatur [q]. Al. *Rem* (vel, *Rationem*, P.) *enim conficiet*, (vel, *conficiens*, Pi. *perficiens*, V. sub. *erit*, Pi. Vor.) *& concidet* (vel, *in compendium rediget*, P. qu. d. Deus perficiet, & brevi quidem absolvet terribile quoddam negotium [r]. Λόγος idem quod πρᾶγμα, more Hebræorum †. Confer Luc. 1. 37 [t]. Sed *verbum* pro re Græci dicunt ῥῆμα, non λόγον *. Deus consummabit & abbreviabit rem, (scilicet de qua agimus [v];) nempe numerum fidelium ex Israel brevem, h.e. exiguum, faciet [x]. Deus dicitur λόγον συντέμνειν, non respectu nostri, sed respectu sui; quo respectu tempus quod præcedit facti sui complementum nullius moræ est, si conferatur cum ea quâ duraturum est æternitate [y]. Sensus, Deus verbum, sive id quod loquutus est, faciet, redigens Israelem, quem salvaturus sit, ad brevem, accisum, & exiguum numerum ità ut penè consumatur [z].) *cum justitia*, Be. Pi. (i. e. justè, seu justo judicio suo [a], prout æquum & justum erit [b].) *quoniam rem concisam peraget* (vel, *rationem compendiariam inibit*, P.) *Dominus in terra*, Be. Pi. P. scil. Israelitica, in qua erat populus tam numerosus: vel, ut Lxx, *in universa terra*, quia per totum orbem Judæi erant dispersi [c]. Est comminatio, quòd Deus gentem Judaicam per Chaldæos excisurus sit, salvis tamen suis promissionibus, quæ in conversione & salute reliquiarum implentur, nec loco aut populo alligantur. Λόγος, *sermo* aut *res*, appellatur comminatio prophetica [d]. Tota hæc sententia sic dilucidè vertetur, *Dominus enim decretum suum exsecuturus est æquo & justo judicio. Certè sententiam suam faciet decisam Dominus super terram*; i. e. in Israel paucos tantùm servabit, eósque quos pro sua sententia servare decrevit *. Significat, Deum omnino constituisse ad extremam paucitatem populum ingratum redigere [f]. Ego verò non ad pœnam, sed ad beneficium ac consolationem, & ad executionem electionis, verba hæc retulerim, sub qua tamen non nego quin, ex lege oppositorum, reprobatio etiam contineatur. כלה ונחרצה in Propheta est, *consummatum in mente Dei consilium & præcisum decretum*.

† G. sim. Ham. — [k] Tol. — [l] Tol. ex Procop. Amb. &c. — [m] Tertul. & Euseb. in Tol. — [n] Chrys. & Aug. in Tol. — [o] Tol ex Orig. Cyprian. Amb. Basil. &c. — [p] Tol. — [q] E. — [r] Vor. — † Vor. sim. Camer. — [t] Vor. — * E. — [v] T. — [x] Me. sim. T. — [y] Cam. — [z] E. — [a] E. sic Me. — [b] T. — [c] E. — [d] Par. — * V. — [f] Be.

Reliquiæ ergò, inquit, salvabuntur, quia decretum electionis firmum est: ἐν δικαιοσύνῃ verti possit, *per misericordiam*, ut vox sumitur Dan. 9. 16. quum opus misericordiæ & æquitatis Divinæ omnino hic describatur [g]. [Reliqua ex Di. vide in Synopsi ad Esa. 10. 22. Ca. versum sic reddit, *Nam rem severè atque semel, idque cum justitia, rem inquam severam faciet Dominus in terra*.]

29. *Sicut*, &c. Καθὼς προείρηκεν, &c.] *Sicut priùs* (vel, *superius*, Er. vel, *in prioribus*, G. i. e. cap. 1 [h]. quum illud sit cap. 10 [i].) *dixit* (vel, *dixerat*. Præteritum perfectum pro Plusquam perfecto, more Hebræo [k].) *Esaias*, Be. Pi. &c. vel, *Sicut prædixit*, E. ex Vulg. propheticè scilicet [l]. ¶ *Nisi*, &c. Εἰ μὴ Κύριος Σαβαώθ] Heb. יהוה צבאות [m], i.e. *Dominus exercituum* [n], i.e. omnium creaturarum [o], quæ ei parent & militant [p]. Cœlestium, ut Stellarum, Angelorum, Meteororum; & Terrestrium, &c [q]. *Deus angelorum vel astrorum*: vox enim Hebræa utrumvis horum potest significare. Vide quæ diximus ad Matth. 24. 29. ¶ *Reliquisset*, &c. Ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα, &c.] Sunt hæc descripta verbotenus ex Lxx [r]. *Reliquisset* (Heb. הותיר, ad quam vocem optimè notat Raschi [R. Salomon Jarchi] Deum id fecisse *ex seipso, & per misericordias suas, non autem ob justitias nostras*. Id ipsum voluit Apostolus, qui hinc gratuitæ electionis misericordiam elicit †.) *nobis semen* (vel, *residuum*, Sy. in Di. ut est in textu Hebræo [t], ubi est שריד כמעט, i.e. *reliquias vel tantillas* [v], sive *superstites, utcunque paucos* [x]; pro quo Lxx (& ex eis Paulus [y]) habent *semen* [z], vel quia in cujusque rei semine res, alioqui mortuæ, reviviscunt, ut præclare dixit Cl. Beza [a]: vel, *semen* intelligit quod ad seminandum servari solet [b]; quod exiguum est, quum maximam frumenti partem molant, ut indè panem coquant [c]: vel Paulus interpretari voluit quosnam Propheta per *residuum* intelligat, nempe pios quosdam, qui verum Abrahami semen constituunt, de quibus Esa. 6. ult. *semen sanctum est stabilimentum terræ*, filios nempe promissionis qui in semen reputantur, ut suprà v. 8. atque id vehementer scopo hujus loci quadrat [d].) *facti fuissemus ut Sodoma* (& peccatis & interitu * ; prorsus interiissemus [f].) *& Gomorrhæ* (vel, *sicut Gomorrha*, Vulg. Glas. Abundat comparationis adverbium, ut Job. 30. 19. Psal. 49, 13, 21. Marc. 4. 30. In Hebræo Esa. 1. 9. est לעמורה, *Gomorrhæ* [g]. Ὡς Γόμοῤῥα positum hic pro Dativo Γομόῤῥᾳ. Par loquendi genus in Græco, Ose. 4. 6. ὡμοιώθη ὁ λαός μου ὡς οὐκ ἔχων γνῶσιν. Utraque constructio est Ezec. 32. 2. Λέοντι ἐθνῶν ὡμοιώθης σὺ καὶ ὡς δράκων. *Sodoma & Gomorrha* urbes desolatæ [h].) *similes facti fuissemus*, Be. Pi. &c. Quibus sanè Israel par erat in sceleribus, ideóque prorsus periisset, nisi quòd Deus pro misericordia sua reliquit ipsis semen, i.e. in impia multitudine aliquos pios servavit, qui à publica pravitate abhorrerent. Id verò sic dicitur de temporibus illis, ut sit vaticinium de futuris: quod impleri debuit, 1. in liberatione ex Babylone: 2. in liberatione spirituali per Christum [i]. Sensus, q. d. Nisi tempore Christi parum reliquiarum, videlicet B. virginem, Apostolos, & paucos electos ex Judæis credentes, elegisset Deus, reprobatus fuisset totus Israel ob infidelitatem, & periisset, ut Sodoma [k]. Loquitur ibi Propheta de vastitate & occidione facta per Resinem & Phaceen, quo tempore paucos, si cum cæteris conferas, Hierosolymis conclusos Deus servavit, unde iterum cresceret populus. Quod ex messe ad sementem reservatur, perexiguum est, sed indè veniunt novæ messes. Sic σπέρμα τι καὶ λείψανον (*semem quoddam & residuum*) *Judæorum ex captivitate reducum* memorat Esdras apud Josephum 11. 5. Sic etiam Deus Pauli temporibus Judæorum paucos ad viam salutis æternæ perduxit. Cur non plures, & cur hos, non alios, causæ penès ipsum. Justinus contra Tryphonem, Διὰ τὴν, &c [l]. (*Propter malitiam vestram abscondit Deus à vobis intellectum*, &c. *paucis exceptis quos reliquit Deus*, &c.)

30. *Quid ergò* (Quum scilicet Deus Gentes vocârit, Judæos rejecerit, ut demonstratum est [m]. Cùm ostenderit liberum Deum, neque dispensationi ejus circa beneficia obstrependum, etiamsi causæ nobis non pateant, jam ostendit fuisse Deo causas ità potiùs agendi quàm quomodo eum agere voluissent Judæi [n].) *dicemus?*] Ità Be,

[g] Di. — [h] G. E. Be. — [i] Be. — [k] G. — [l] E. — [m] G. — [n] D. Pi. — [o] Pi. sic Vor. — [p] Vor. Pi. — [q] D. — [r] G. — † Di. — [t] Idem. — [v] Be. — [x] Pi. — [y] Idem. — [z] Be. sic Pi. Di. — [a] Di. — [b] Vor. — [c] Pi. sim. Be. — [d] Di. — * Di. ex Jonathane. — [f] Di. ex K. — [g] Glas. gram. 3. 5. 32. 517. — [h] G. — [i] Par. — [k] Me. sim. T. — [l] G. — [m] Pi. sim. E. — [n] G.

Be. Pi. vel, *dicimus?* G. injustitiam esse apud Deum o? vel, Quamobrem hoc accidisse dicamus p? Finis est periodi præcedentis, *Quæ præparavit in gloriam* q. ¶ *Quod,* &c. Ὅτι ἔθνη τὰ μὴ διώκοντα, &c.] Nempe (ὅτι sumitur εἰδικῶς r, q. d. Nempe hoc dicimus quod sequitur †.) *gentes* (illos nempe quos ex gentibus vocatos dixit v. 24 t.) *quæ* (vel, *quum,* Di.) *non sectabantur* (vel, *quæsiverant.* Particip. præp. temp. hic sumendum pro Plusquamperfecto. Διώκειν hic quod Rom. 10. 20. ζητεῖν. Sumitur sic & Heb. רדף, ut Psal. 34. 14. ubi in Græco, ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν. Vide & Deut. 16. 20. Vide & Rom. 14. 19. 1 Cor. 14. 1. Phil. 3. 12, 14. 1 Thes. 5. 15. 1 Tim. 6. 11. Sic & Aristoteles, τούτων γὰρ χάριν κἀκεῖνα διώκουσι & Xenophon, Χρὴ τοὺς συγγνώμονας διώκειν v. Vel, *sectarentur,* Di.) *justitiam* (secundum Deum x: i. e. non curabant ut justæ essent y; non ità laborabant de justitia obtinenda, uti Judæi laborabant. Non autem simpliciter ipsam justitiæ persecutionem, seu potiùs affectationem, damnat; quippe quam ipse sibi tribuit, Phil. 3. 14 z. Quæ Legis, & multò magis Christi, justitiam ignorabant a, erántque sine cultu & Lege unius Dei; ideóque nec justitiæ, quâ quis Deo placeat, assequendæ studebant b; virtutum studio non deditæ c, sed veritatem detinentes in injustitia d, pronæ ruebant in omnia scelera *, de quibus cap. 1 f.) *apprehendisse* (vel, *assecutas esse,* G. Pi. T. Tre. Ar. Verbum hoc innuit, justitiam, ut donum, à Deo offerri; fide, ut manu, à nobis accipi: ut suprà 5. 17 g.) *justitiam,* Be. Pi. sic Er. P. Mo. &c. vel, *eam justitiam,* i. e. ad eam justitiam pervenisse. Idem sensus qui infrà 10. 20 h. Tanta fuit vocantis gratiæ vis in ipsis i. Justæ pronunciatæ sunt à Deo, quòd fidem habuerint Christo k. ¶ *Justitiam autem quæ ex fide est*] Sic Be. Pi. q. d. justitiam non legis Judaicæ l, sed Evangelicæ m; veram illam (& perfectam n) justitiam o, liberantem à peccatis, & Deo reconciliantem p; partam morte Christi q, ad quam Deus aditum nisi per fidem esse noluit †; quæ datur & recipitur per fidem t, in Christum propitiatorem, cujus ex meritis tota justitia à Deo exspectanda est v; q. d. non eam justitiam quæ ex operibus est x, quæ cum injustitia propria consistere non potest. Absurdum videtur, non sectari, & tamen consequi, justitiam. Sed de diversa loquitur justitia, operum & fidei y.

31. *Israel verò* (vel, *At Judæi,* plerique nempe, qui non erant de isto residuo sive semine quod sibi reservaverat Deus z.) *sectando* (vel, *sectans,* V. *sectantes,* Di. *qui sectabatur,* Pi.) *legem* (νόμος hic *viam* significat. Hebræum enim תורה est à ירה, *dirigere,* quod & ὁδηγεῖν vertitur a.) *justitiæ*] Vel, *justificantem,* V. Quam per Mosen acceperat b, quam existimabat justitiam veram conciliare: vel, cùm per Legem justus vellet pronunciari c. Non dicit, eos *sectatos esse justitiam,* sed *legem justitiæ*; quia nec opera Legis habebant, sed peccatis indulgebant d. Al. *Legem justitiæ* dicit per hypallagen pro, *justitiam legis*; h. e. Lege præceptam *, vel justitiam ex operibus Legis f. Judæi quærebant viam justitiæ quæ Deo placeret, sed frustrà plerique g: omni studio observabant ceremonias, & sectabantur justitiam operum juxta Legem h. ¶ *In* (vel, *Ad,* Be. Pi.) *legem justitiæ* (Hæc antanaclasis duplicem ostendit esse Legem, quarum altera justitiam revelet, altera non item. Confer Rom. 3. 27. & 10. 3, 4 †.) *non,* &c. Οὐκ ἔφθασε] *Non pervenit,* Er. Il. Ti. P. Mo. vel, *pervenisse,* Be. Pi. Ca. *Non assecutus,* Tre. ex Sy. sic Æth. i. e. assecutus non est Legem justitiæ, quæ est per fidem & Evangelium l. Forsan hic hypallage est, *legem justitiæ,* i. e. justitiam Legis k; q. d. non consecutus est justitiam l, quam Lex docet m: ad metam Legis non penetravit, sed defecit in medio cursu n, vel in fine cursûs; quia quem venturum credebat & sperabat, & umbris præfigurabat, venientem repulit: venit ergò quodammodo *ad justitiam,* sed *non pervenit* o. Non pervenit ad justitiæ Legem implendam, nec in eo prævenit Gentes, ut oportuit, quia Legem jam olim à Deo acceperat *. φθάνειν propriè est festinantis ad occupandum aliquid: ut intelligas, & Israelitas eò contendisse per opera Legis, verùm Gentes, exclusis illis, occupâsse p. φθάνειν respondet Hebræo נגע, quod est *pervenire,* 2 Par. 28. 9. Eccles. 8. 14. & 12. 1. & apud Danielem sæpe q. Significat, irritos esse

o Pi. p Camer. q V. r Pi. Vor. † Pi. Vor. E. simil. t Tol. Par. t Di. v G. x Idem. y V. z Vor. a Par. b E. Me. sim. Tol. c Tol. d Par. * T. sim. Par. f Par. g Idem. h G. i Di. k V. l Tol. m Tol. Me. n Tol. o G. Tol. Me. T. p Tol. q Pi. † G. sim. T. E. t Tol. Me. v E. x E. sim. Par. y Par. z Di. a G. b Tol. c V. d Tol. * Pi. sim. Per. ad Rom. 10. disp. 2. f Be. g G. h Par. † Vor. l Me. ex Tol. k E. l V. E. Par. m E. sim. Par. n Par. o Tol. * E. p Er. q G.

hominum conatus ad justitiam obtinendam, qui cum fiducia meritorum & justitiæ propriæ conjuncti sunt: hoc enim Judæos pessundedit, &c. & talis præsumptio est contemptus gratiæ & Christi, ac proinde maledicta coram Deo r. Paulus de Gentibus loquens, *justitiam* nominat †, quia nec Legem habebant à Deo, nec opera Legis faciebant t; de Judæis, *legem justitiæ* v, quia his Lex dat erat x, nec illi justitiam, sive opera Legis, habebant, sed peccatis indulgebant y. Tria hîc sunt verba agonistica, διώκειν, καταλαμβάνειν, φθάνειν, ab agonibus Græcorum, cursu inprimis, desumpta z. Currentibus propositum est ἆθλον, sive βραβεῖον, vincenti dandum. Qui alio posterior fuit, dicebatur διώκειν *persequi* ut eum anteverteret: qui primus ad metam venit præmium ibi apponi solitum arripere potuit & secum auferre; id καταλαμβάνειν, h. l. & ἐπιλαμβάνειν, 1 Tim. 6. 12. & λαμβάνειν, 1 Cor. 9. 24. & κατελεῖν, in Plutarcho. Primus quoque φθάνειν dicitur, h. e. *eò primum venire,* juxta illud Plutarchi, τὴν νίκην τοῦ φθάσαντος εἶναι, *victoriam ejus esse qui primus venit.* Sic verbum usurpatur Phil. 1. 16. Justificatio erat βραβεῖον quod omnes persequebantur, Judæi eo exciderunt, quia eam viâ illegitimâ persequebantur, nempe per opera externa & legalia: quare & *impegisse* dicuntur v. seq. ut cursoribus interdum obtingit, & proinde Gentes anteverterunt eos a.

32. *Quare?* Διατί;] Sub. *hæc contigerunt?* Camer. Quæstionem movet ut respondeat, & ostendat non omnes Divinæ hujus dispensationis causas esse in abscondito b. ¶ *Quia non ex fide* (sine qua nec Deo placere, nec peccatorum remissionem consequi, possumus c. Concurrerunt, sed quà ipsis libebat, non quà monstrabat Deus. Deus semper fidem fecit maximi, eámque esse viam voluit ad justitiam, ut videre est Heb. 11. & Rom. 4. 3. At nunc non quavis fide contentus est, sed eam requirit quæ in Jesum, & per Jesum in Deum, fertur. d.) *sed quasi ex operibus*] Scilicet justitiam quæsierunt Judæi *. Ὡς ἐξ ἔργων νόμου] Syrus & Arabs quoque legerunt νόμου f, quod Vulg. omisit g. *Velut ex operibus Legis,* Be. Pi. sub. *justus videri voluit,* V. vel, subaudi φθάσαντες, *tanquam perventuri ad illam justitiam per opera Legis* Mosaicæ: in quo multùm se fallebant. Non enim in id data erat ea Lex: sed partim, ut sicut leges humanæ, majori tamen auctoritate, societatem civilem conservaret; partim ut illum populum ab aliis populis quàm longissimè secerneret: nec aliud observata pariebat quàm publicè tranquillitatem, privatim verò impunitatem & bona quædam temporaria. Quòd si in illa sola exteriore obedientia quæ Mosis Legi exhibebatur, ponerent homines justitiam totam quam Deus exigit, jam Lex non tantùm ad id non proderat, sed ei non exiguum adferebat impedimentum. Quare qui sic animati erant, verè devia sectabantur h. Sensus, qu. d. Legi implendæ studebant, sed ad eam nitebantur per opera, sive ex sola Legis cognitione i. *Ex operibus,* i. e. merito suorum operum k. Hæc antithesis ostendit opera Legis, quoties fidei opponuntur, ut meritoria considerari. Vide Rom. 4. 4. & 11. 6 l. Addit, *Legis,* ut intelligas de operibus fide charitatéque vacuis. Judæi enim salutem acceptam ferebant suis operibus, exclusâ gratiâ Dei m. Quod falsum esse constat ex Luc. 18. 11 n. Additum ὡς, *quasi,* ut significet, vel Judæorum opera non fuisse verè opera Legis o; vel quòd ejusmodi opera viderentur ad justitiam valere, quum revera non valerent; vel quòd justitia ex iis comparata videretur esse vera justitia, & non esset p. Sensus loci est, Quia non ex fide sectati sunt justitiam, sed quasi ex operibus Legis habere eam potuissent, quum haberi indè nequeant. Ea hîc est vis particulæ ὡς q. Al. *quasi ex operibus,* i. e. ex operibus: τὸ, *sicut,* sæpe non similitudinem, sed rem ipsam, denotat, ut Matth. 14. 5. *sicut prophetam,* i. e. Prophetam verum: Joh. 1. 14. *gloriam sicut unigeniti,* &c r. Ratio hæc est, cur irriti sunt eorum conatus, quia justitiam quærebant ex Lege †, quam perfectè implere nemo potest, ideóque quærentes operum meritis justificari, viam inviam ingressi sunt t. ¶ *Offenderunt,* &c. Προσέκοψαν τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος] *Offenderunt* (vel, *Impegerunt,* Er. Il. Tre. ex Sy. Ca. &c. *Scandalizati sunt,* V. Judæi scilicet v) *enim ad lapidem offendiculi,* Pi. Heb. offendentem & lædentem x: vel, *obstaculi,* Er. vel, *ad quem*

r Par. † F. sim. Tol. t Tol. v E. sim. Tol. x E. y Tol. z Ham. sic Par. a Ham. b G. c Par. d G. * Me. sim. E. Pi. Camer. &c. f Di. g Be. h G. i E. k Pi. l Vor. m Er. n Be. o Er. ex Chrys. & Th. p E. q Di. r Glas. gram. 3. 5. 28. 507. † Di. sim. Par. t Par. v Pi. x V.

quem impingitur, Vide Rom. 14. 13 [y]. Metaphora vel à cursoribus, qui in cursu improvidi offendunt ad lapidem, & corruunt, ideóque metam non consequuntur [z]; vel à viatoribus, &c [a]. Solent qui iter faciunt interdum in lapides impingere & pedes lædere, ac sic impediri nè iter prosequantur. Vide Joh. 11. 9. Sic ergò quidam προσκόπτουσι τῷ λόγῳ, 1 Pet. 2. 8. Quod Petrus ibi dicit de Evangelio, id hîc Paulus de Christo, quia idem est Christus prædicatus & Evangelium. Et considerandus hîc Christus Evangeliúmque ejus simul cum sua cruce: hoc enim est quod Judæos plerosque offendebat. Non poterant Christo Evangelióque ejus credere, nisi cum maximo periculo amittendæ rei familiaris, patriæ, amicitiarum, honorum, fortè & vitæ. At Deo credere, minoris non constat, ut ex Abrahami rebus docemur. Eum qui ad veram fidem, quæ ad justitiam Divinam ducit, pervenire cupit, oportet ità esse animatum ut paratus sit verum, etiam cum maximo rerum ad vitam hanc pertinentium damno, amplecti & profiteri, nihílque Deo æquare, nedum anteferre: Joh. 5. 44. & 7. 17. & 8. 47. Vide & Luc. 2. 34 [b]. *Lapis* est Christus [c], ut exponitur Luc. 2. 34. & 1 Cor. 1. 23 [d]. quia occasio illis fuit ruinæ in fide [*], propter humilitatem ejus & carnis infirmitatem [f], & crucem [g], 1 Cor. 1. 23 [i]. quæ causa erat cur in eum non crederent [k], & credendo justificarentur. Causa ergò hæc sunt ejus quod dixit, *non ex fide*, &c [l]. Scopus autem Apostoli in hoc capite non est, Justificationis doctrinam tradere, ex fide nè ea sit, an ex operibus; sed reprobationem & excæcationem gentis suæ deplorare, & ostendere hoc esse illius consequens, ut in Christum impingerent, &, spretâ Dei justitiâ, quæ est ex promissione gratiæ, superbè suam ex operibus Legis stabilire queant, quo fit ut ad justitiam non perveniant; & contrà, contigisse Gentibus, iisque ex Electione datum ut in Christum crederent, adeóque justitiæ fidei participes fierent. Scopus ergò est, ut toti à Deo ipsiúsque gratia pendere discamus, quò & Electio & fides indé manans ducunt [m].

33. *Sicut scriptum est*] Nè mirum videretur, quòd Judæi in Christum impingerent, ostendit id fuisse prædictum [n]. Sequens autem testimonium consertum est ex duobus Esaiæ locis, nempe cap. 8. & 28 [o]. Principium ejus & finis ex Esa. 28. 16 [p]. unde etiam deprompta sunt verba illa 1 Pet. 2. 6 [q]. medium autem ex Esa. 8. 14 [r]. ubi Græca habent hodie negationem, οὐχ ὡς λίθου προσκόμματι συναντήσεσθε, οὐδὲ ὡς πέτρας πτώματι· At in Hebræo est, *Et erit vobis*, Deus scilicet, *in sanctuarium*, i.e. pro asylo; *in lapidem autem offensionis & in petram scandali duabus domibus Israel.* Rectè autem ista loca conjunxit; quia in utroque agitur de temporibus Sennacheribi, Deíque tutela iis promittitur qui intra Hierosolyma manentes in Lege Dei perstitissent. Erat autem receptum inter Hebræos omnem liberationem veterum figuram gessisse ejus liberationis quæ exspectanda esset temporibus Messiæ: cui ὑποθέσει multa passim superstruunt Apostoli. Sensus ἀλληγορικῶς est, Qui Evangelio non credunt eos impediri nè viam insistant quæ ad veram justitiam ducit: Qui verò ei credunt eos neutiquam falli, sed quod cupiunt adepturos [†]. ¶ *Ecce pono* (i.e. ponam [t]. Justa igitur Dei providentia hoc decernit & exsequitur, etiamsi homines propriâ malitiâ impingant [v].) *in Sion* (in Judæa, vel in Ecclesia [x], cujus initium ex Sion, sive Jerosolyma, &c [y]. Dicitur Evangelium *positum in Sione*, quia indè ad gentes alias is sermo prodiit, ut prædictum fuit Psal. 110. 2 [z].) *lapidem offensionis & petram scandali*] Vel, *offensionis*, V. Pi. Repetitio more Hebræorum [a]. Hæc duo omnes ferè pro eodem accipiunt [b]: q. d. lapidem lædentem eos qui in illum impingunt [c]. Sic dicitur Christus propter eventum, quia scil. increduli ad Christum impingunt. Confer 1 Pet. 2. 7, 8 [d]. Sed hæc duo distinguenda sunt. Christus dicitur *lapis offensionis*, h. e. parvus quispiam lapis in quem impingunt viatores, quia in humilitate veniens non fuit agnitus, sed repulsus; *petra scandali*, h.e. casûs sive ruinæ, i. e. saxum magnum super hominem cadens, quia post resurrectionem —— cecidit super eos & oppressit atque contrivit per Romanos [*]. Non placet [f]. Coactum hoc est, *petra scandali*, i. e. petra cadens, &c. Et hæc duo pro eodem accepit Petrus, 1 Pet. 2. 7, 8.

[y] Be. [z] Par. [a] E. sim. Tol. [b] G. [c] Pi. sim. E. Me. Tol. Di. [d] Pi. [*] Me. ex Tol. [f] E. Me. [g] Pi. sim. V. [i] Pi. [k] E. sim. Tol. Me. Pi. [l] E. [m] Di. [n] Di. [o] Tol. [p] Pi. sim. G. [q] G. [r] Pi. sim. G. [†] G. [t] Me. [v] Be. [x] E. Me. [y] E. [z] G. [a] V. [b] Tol. [c] V. [d] Vor. [*] Tol. [f] E. ex Lor.

post hæc verba subjungens, *His qui offendunt verbo* [g]. ¶ *Omnis qui credit in eum* (sive Judæus, sive Gentilis [h],) *non confundetur*] Vel, *pudore afficietur*, V. id est, spe suâ non frustrabitur [i], sed salutem consequetur [k]. Heb. *non festinabit*. Meton. efficientis: nam qui nimiùm festinant solent labi atque ità pudefiunt [l]. In Esa. 28. LXX Senes legisse rectiùs in Hebræo לא יביש quàm quòd Masoretæ prætulere, לא יחיש, ibi diximus. [Alii aliter sentiunt, de quo vide quæ hîc Ham. ex Poc. quæ nos ex Poc. fusiùs produximus in Synopsi ad Esa. 28. 16.] Καταισχύνεσθαι est, *falli*, ut diximus suprà 5. 5 [m]. *Non pudefiet*, dupliciter accipi possit; vel, 1. q. d. Christum non abnegabit præ pudore vel metu, sed eum audacter confitebitur: vel, 2. non excidet spe suâ, &c [n].

[g] E. [h] Me. T. [i] V. Me. [k] Me. [l] Pi. [m] G. [n] Ham.

CAP. X.

1. FRatres] Alloquitur Judæos qui jam Christo nomen dederant [a]. ¶ *Voluntas*, &c. Ἡ μὲν εὐδοκία, &c.] *Voluntas* (vel, *Propensio*, Ca. *Ipsa quidem bona voluntas*, Mo. *Propensa quidem voluntas*, Er. Il. Ti. P. Pi. *Benevolentia*, Er. G. Tol. רצון in Psalmis sæpe. Vide Luc. 2. 14 [b]. Vel, desiderium vehemens [c].) *cordis* (vel, *animi*, G.) *mei*, Tre. &c. sub. *est erga Judæos, quamvis dura dicam de ipsis*; q. d. Ex animo illis bene volo [d]. Priùs dolorem, nunc amorem, erga eos testatur [*]. Benevolentiam captat [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡ δέησις, &c.] עתרת שלום ואמת, Jer. 33. 6. Opto illis bona omnia, etiam æterna [g]. Amolitur à se odii suspicionem [h]. *Et deprecatio* (δέησις, quâ petimus ὧν δεῖ, *quibus opus est* [i].) *ad Deum* (vel, quæ fit *ad Deum*, Er.) *pro Israele est ad salutem*, Pi. sic Be. &c. i. e. ut consequantur salutem, vel, 1. æternam [k]; vel, 2. temporariam, ut diluvio illo infidelitatis & indurationis gentis Judaicæ erepti excidium quod illi imminebat effugerent [l]. Hîc est μὲν sine δὲ, quod aliquid subaudiendum innuit; quale hoc, sed non ideo mihi dissimulanda est veritas [m].

2. *Testimonium*, &c. Μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς] Sic Luc. 4. 22. ἐμαρτύρουν αὐτῷ. Eadem constructio Act. 15. 8. & 22. 5. Gal. 4. 15. Col. 4. 13. Dicitur de iis qui testimonium præbent quod alteri prosit [n]. *Testor enim* (Causam præcedentis dicti exponit [o].) *de ipsis*, Be. Pi. ¶ *Quòd*, &c. Ὅτι ζῆλον Θεοῦ ἔχουσι] *Quòd studium* (i. e. vehementem animi fervorem [p]; vel, *studium quoddam*, G. vel, *zelum*, Be. Pi. i. e. studium vehemens [q]: *æmulationem*, Vulg.) *Dei* (passivè, quo Dei cultum tueri student [r]. Vel, *erga Deum*, V. G. Sic, ζῆλος τοῦ οἴκου σου, Psal. 69. 9. Joh. 2. 17. Nomina omnia ejusmodi modò Genitivum habent Subjecti, modò Objecti [†].) *habent*, Er. &c. Bonâ intentione agunt, dum Evangelio resistunt [t]: studio Legis feruntur, &c [v]. Ad Dei gloriam feruntur quanquam non rectâ viâ [x]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν] *Sed inscitè*, Ca. *Sed non secundùm scientiam*, sive *ex notitia*, Er. Mo. Be. Pi. &c. scilicet voluntatis Dei [y], vel justitiæ Deo placentis, ut exponitur v. seq. atque adeò scopi Legis, v. 4 [z]. Non secundùm dictamen prudentiæ: quia contra Dei honorem & Legem opponunt se filio Dei, &c [a]. Non malitiâ, sed ignorantiâ, peccant, ut Joh. 16. 2. Phil. 3. 6 [b]. eunt quà itur, non quà eundum est [c]: id culpam minuit, non tollit. Discere debebant meliora, maximè tam obviâ luce [d]. Aderat illis studium, sed sine judicio [*]. Ἐπίγνωσις idem quod γνῶσις, ut 1 Reg. 7. 14. Prov. 2. 5. Ose. 4. 6. & 6. 6. Rom. 1. 28. & 3. 20. Eph. 1. 17, & alibi sæpe [f]. Laudi vituperium, ut escæ hamum, conjungit, &c [g].

3. *Ignorantes enim justitiam Dei*] Id est, ἐκ Θεοῦ, ut dicitur Phil. 3. 9 [h]. Non quâ Deus justus est [i], sed quam Deus in nobis efficit [k]; vel, quâ quis verè coram Deo justus est [l], quæ in remissione peccatorum & reconciliatione cum Deo consistit [m]; justitiam partam morte Christi, quam Deus credenti imputat ac donat [n]. *Justitiam Dei* hîc intelligit, vel, 1. universalem, sive summam ἀκρίβειαν rectitudinis in Deo exigente non modò externam, sed & internam, puritatem; quod Pharisæi ignorabant, Matth. 5. 17, 23. vel, 2. vindicatricem peccatorum, ut Rom. 1. 32. & 3. 25. vel, 3. justitiam Christi [o], sive fidei [p], ut Rom. 1. 17. & 3. 28. & c. 4. v. 6. Omnia bene

[a] G. sim. Tol. [b] G. [c] Tol. ex Chrys. & Theod. [d] V. [*] Pi. [f] Pi. Tol. [g] G. [h] G. sim. Tol. E. [i] Pi. [k] Pi. sim. Ham. [l] Ham. [m] Par. [n] G. [o] Tol. [p] V. ex Er. [q] E. [r] Vor. [†] G. [t] Tol. [v] Me. ex E. [x] Be. [y] V. [z] Pi. [a] Me. [b] Tol. [c] G. [d] G. sim. Tol. [*] Er. [f] G. [g] Tol. ex Theod. [h] G. [i] E. [k] E. ex Aug. [l] E. sic Tol. Me. T. [m] Tol. sim. T. [n] Pi. sim. Par. [o] Par. [p] Par. Tol.

bene congruunt. Ignorabant Judæi perfectionem justitiæ Dei, &c q. Justitia illa vera & interna ac Deo grata à Deo ipso se revelante, & homines ad se vocante, proficiscitur. Cujus exemplum in Abrahamo Paulus suprà dedit, 4. 2, 3. De hac Judæi plerique non cogitabant r. ¶ Et, &c. Καὶ τὴν ἰδίαν, &c.] *Et propriam justitiam* (i. e. humanam, quæ nos justos facit non coram Deo, sed coram hominibus †; justitiam inhærentem s; justitiam Legis v, & operum x; justitiam ex suis & naturæ viribus y, & Legis operibus, partam z, quæ *propria* dicitur, quatenus opponitur alienæ; sive Dei, cui opponitur ratione & principii quo est, & formæ per quam est, & subjecti in quo est a: justitiam sitam in observatione ceremoniarum Mosaicarum & traditionum Pharisaicarum b. Judæi plerique pro causa salutis æternæ constituere volebant justitiam illam externam quæ per frequentes actiones paratur & in societate humana aliquid valet. Est καθῆκον, non κατόρθωμα, ut distinguit Cicero lib. 3. & 4. De finibus, & De officiis 1 c.) *studentes* (vel, *quærentes*, Be. Par. omni studio. Insinuat illorum ambitionem & contentionem d, conatum superbum & frustraneum *; & ad ignorantiam eorum accessisse superbiam f.) *constituere*, Be. Pi. sive *statuere*, V. Tol. ex Vulg. &c. i. e. autoritatem & robur ei dare g; extirpare Evangelium, ut firma maneret Lex eorum h. Notat imbecillitatem hujus justitiæ, quæ in homine jacet ægri vel cadaveris instar, & frustra stabilitur, h. e. in pedes erigitur i. Ἱστάναι, העמיד, est, inter alia, *approbare, potestatem ac jus alicui tribuere* k. Sensus, q. d. Volentes operibus propriis justificari & vitam mereri l. ¶ *Justitiæ Dei non sunt subjecti*] i. e. Non subjecerunt se. Forma passiva pro reciproca, Niphal, ut Hebræi loquuntur, pro Hithpael m: qua de locutione egimus ad Act. 13. 48. i. e. viam non inière per quam ea comparari posset, fidem scilicet †: noluerunt obedire sive credere quòd Deus eos pro justis haberet credendo in Christum n; fidem & Evangelium recipere noluerunt o, sed contumaciter recusant justitiæ Christi subjici p. Dicit autem *subjecti*, quia hujus justitiæ nemo fit particeps, nisi per humilitatem fidei se Deo, ut authori justitiæ, subjiciat q. Multi ad sapientiam pervenirent, nisi pervenisse se putarent. Idem Judæis illis evênit. Non dissimile est illud Philonis, ubi illos *sontes* pronunciat *qui sibi rectè facta sua imputant, & illos solos Deo acceptos esse, qui spem in Deo reponunt* r. [Verba quære in G.]

4. *Finis*, &c. Τέλος γὰρ, &c.] *Nam* (Probatio est sententiæ præcedentis †: Judæi justitiam Dei contemnunt, quia ignorant finem Legis t.) *finis legis est Christus*, Be Pi. vel, 1. terminus, ut *finis* sumitur Rom. 6. 21. Phil. 3. 19 v. quia ipsam cessare fecit x, quoad ceremonias, Heb. 8. 13 y. Lex Mosis via tantùm fuit ad Evangelium. Τέλος est viæ meta, ut Rom. 6. 21, 22. 1 Tim. 1. 5. Idem sensus Rom. 3. 31, & 8. 4. Gal. 3. 24. Heb. 7. 19. *Christus* sæpe ponitur pro *Evangelio*, ut & suprà diximus, 9. 32, πλήρωμα νόμου ἀγάπη, infra 13. 10 z. Sed hic sensus scopo alisque loci circumstantiis non convenit a. Vel, 2. consummatio sive perfectio, sive complementum Legis b, ut τέλος idem sit quod τελείωσις seu πλήρωσις c, ut 1 Tim. 1. 5 d. ut qui credit in eum reputetur justus à Deo perinde aci totam Legem impleverit *. Implevit Christus Legem, tum ceremonialem, oblatione sui in cruce; tum moralem, 4 modis, 1. conformitate naturæ vitæque suæ cum Lege; 2. satisfactione, &c; 3. donatione Spiritûs regenerantis electos ad novam obedientiam Legis; 4. repurgatione doctrinæ Legis à corruptelis hominum f. Vel, 3. causa finalis, quia perfecta obedientia, propter quam Lex data est, soli Christo adest, nostráque fit per fidem, ut justi simus g. Finis Legis per se est, ut ex ejus præstatione justificentur homines: hunc finem Lex obtinuit in solo Christo, qui Legi penitus satisfecit; & per Christum in nobis quoque obtinet, quibus data ei Legi satisfactio per fidem imputatur h. Vel, 4. scopus i, & meta ad quam collimatur, ut *finis* sumitur Rom. 6. v. 22. 1 Pet. 1. 9 k. Lex tam ceremonialis significando & pronunciando, quàm moralis infirmitatem hominis arguendo, Christum ut scopum spectabat l, ad eum tendit, ducit, & vocat m. Sensus est, q. d. Christus est per quem Lex impletur, & vera justitia acquiritur, & per quem Deus credentibus & peccata remittit & gratiam bene vivendi præstat n. Tota Lex huc tendebat,

q Par. r G. † Tol. s Par. v Pi. Par. x Par. y Me. sim. E. Par. z Me. sim. Par. a Par. b T. c G. d Tol. ex Chrys. * Par. f Be. g V. h Tol. i Par. k G. l Par. m G. sim. Be. † G. n V. o Tol. sim. Par. p Par. q E. r G. † Par. sim. Tol. t Par. v Idem. x Cyr. in Tol. sim. Par. y Par. z G. a Gom. b Er. V. Par. Tol. ex Chrys. c Par. sim. Camer. d Par. * V. f Par. g Com. h Di. sim. Be. i Fe. E. Tol. Me T. Par. Di. k Par. V. l E. ex Theod. m Me. sic T. n E. Me.

non ut justificaret, sed ut pædagogus Christum indicaret, &c o. Finis Legis non est, ut peccator ex ipsa justitiam quærat, quia violata condemnare tantùm potest; sed Christum tota respicit, ut ex eo justitia sit. Hoc autem Legi non ex se competit, quatenus domina est in fœdere operum; ibi enim in solo homine consistit, & ab eo aut perfectam obedientiam aut maledictionem exigit; sed quatenus translata est in adminiculum fœderis gratiæ, ministrat Evangelio: ibi enim manuducit ad Christum, quódque in se inveniri nequit, in ipso quærere docet p. ¶ *Ad justitiam* (per illum præstandam q: ut per fidem Christi credentes justitiam assequantur r: ut implendo Legem justitiam mereretur, non sibi, erat enim in se ipse æterna justitia; sed aliis †: ad justitiam propositus t.) *omni* (tam Græco, quàm Judæo v,) *credenti*] Non Legem operanti x. Ii qui Christo credunt, nempe verè ac perseveranter, hi per istam fidem perducuntur ad justitiam Dei. Hic est cardo totius disputationis hujus, distinguere justitiam internam ab externa, & ostendere ad internam hodie nullam esse viam nisi per Christum y.

5. *Moyses*, &c.] Μωσῆς γὰρ γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου· Ὅτι ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς] Non paulò meliùs MS. Μωσῆς γὰρ γράφει ὅτι τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ νόμου ὁ ποιήσας ἄνθρωπος ζήσεται ἐν αὐτῇ, quomodo & Latinus legit, ex Græco Levit. 18. 5. Sed ibi, ἐν αὐτοῖς, refertur ad προστάγματα· hîc, ἐν αὐτῇ, ad δικαιοσύνην, pari sensu z. [Verba sic reddunt,] *Moses enim* (Reddit causam proximæ sententiæ, nim. per fidem esse justitiam, non per Legem, quia hæc Legis justitia humana erat, non coram Deo, &c †.) *scribit* (vel, *describit*, Il. P. Mo. Be. Pi. Tre. &c. Simplex pro composito, more Hebræorum a; γράφει, pro διαγράφει b, sive pro καταγράφει c. Vel, *scribit*, sub. *sic dicere*, Par.) *justitiam* (vel, *de justitia*, Er. Ti. Ca.) *quæ est ex Lege*, (vel, *legalem*, T.) *quòd qui* (vel, *quoniam qui*, Val. vel, *Qui*, Be. Pi. ut ὅτι serviat mimesi d. Non sunt verba Mosis, sed Pauli *.) *fecerit* (vel, *præstiterit*, Be. Pi.) *hæc* (nempe judicia, statuta Dei, quæ præcedunt in Levit. 18. 5 f.) *homo, vivet in eis*, Er. &c. vel, *per illa*, Be. Pi. Bra. h. e. propter operum suorum meritum ac dignitatem à Divina justitia vitâ dignus declaratur. Quæ justitiæ ratio à Christo Christíque gratia prorsus aliena est, Gal. 5. 4. Nec enim innocenti opus est Christo Servatore ||. *Vivet*, vitâ, vel, 1. temporali g, & corporali h; evadet mortis supplicium, quod transgressoribus infligendum erat k à magistratibus l; vitâ prosperâ m, & longâ n, quam Lex servantibus se promisit o: *pervivet*, i. e. longævus erit, ut interpretatur Chaldæus. Justitia Legis non est talis obedientia quæ nulli contigit, sed Lex consideratur unà cum suis expiationibus. Hoc modo secundùm Legem facta sua dirigentibus Lex vitam promittit longam ac prosperam. Hæc est factorum merces, Deut. 32. 47 p. Vel, 2. vitâ illâ quæ sub vita temporali typicè continebatur q; vitâ spirituali & æternâ r, quæ promissa erat servantibus mandata †: ut manifestum est tum ex Matth. 19. 17. Luc. 10. 28. tum ex eo quòd mors æterna, ut in confesso est, Legem violantibus infligitur; tum denique quòd Christus maledictionem Legis auferens nos morte æternâ eripuit ||. Plerique [nempe ex Pontificiis] justitiam quæ ex Lege est, intelligunt eam quæ habetur ex sola Legis cognitione, non ex fide & gratia Christi; & consistit in externa observatione Legis, eíque promittit Deus vitam temporalem & bona temporalia. Sed illa cùm sit falsa justitia, passim vituperatur in Scriptura, ut Esa. 64. Phil. 3. Alii ergò, inter quos Chrys. & Oecum. probabiliùs de justitia quæ est ex vera Legis observatione, & de vita æterna, locum accipiunt; sed eam justitiam neminem consequi posse nisi per fidem in Christum. Hunc sensum suadent, 1. verba præced. *Finis legis Christus*, &c. 2. collat. Deut. 30. ubi jubemur Deum ex toto corde diligere, quæ vera certè est justitia †. Hæc sententia intelligi debet de perfecta totius Legis præstatione, ut liquet ex collat. Deut. 27. 26. & Gal. 3. 10, &c t. quæ nobis in hac naturæ infirmitate impossibilis est v, quam solus Christus præstitit x, Rom. 8. 3 y. Sic probat, finem Legis esse Christum z, nec Legis, sed fidei, justitiam esse quærendam a.

6. *Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit*] Sic Be. Pi. &c. Prosopopœiâ quadam inducit justitiam fidei loquentem

o Tol. sim. Vor. p Di. q T. r Me. † Par. t Tol. v Tol. sim. Fe. x Tol. y G. z G. † Tol. a Ee. b Par. c Camer. d Pi. * Val. f Par. ex Fe. sim. Tol. || Bra. g V. sic Tol. Me. T. Ham. h T. k Tol. sim. V. Me. l V. m Me. n Tol. o Me. sim. Tol. p G. q Ham. r Wil. ex Aug. sic Chrys. & Oecum. in Tol. † Wil. || Cart. † E. ad v. 6. t Vor. v Par. sim. Com. Wil. ex Chrys. x Tol. sim. Par. y Par. z Gom. sim. Par. a Par.

& explicantem seipsam qualis sit. Sensus est, Scriptura sic eam describit. Vel est metalepsis [b], & Hebraismus [c], abstracti pro concreto [d], qualis *electio* pro *electis*, & *circumcisio* pro *circumcisis*, & hic *justitia*, pro *justitiam consecuto* [*]: *justitia fidei*, i. e. justificatus fide [f], sive is qui per fidem in Christum justitiam Dei adeptus est [g]. *Fidem* hic metonymice intelligit, hominem fide præditum, quippe qui de salute sua persuasus esse & potest & debet [h]. Al. Ellipsis hic esse videtur, hoc modo [i], *Justitia vero quæ ex fide (supple, quænam sit,) ità dicit*, nempe Moses, de quo antea; vel Scriptura [k]. Vel, *Sic dicit*, i. e. de ea sic dicitur [l]. Verba autem sequentia sunt ex Deut. 30 [m]. Mosen non citat, quia sensum Mosis non sequitur, sed tantum ab illo verba mutuatur [n]. Si verba Paulina cum Mosaicis conferas, quædam immutata, nonnulla addita, alia omissa, esse deprehendes. Hoc facit, vel quia verbis per allusionem tantum utitur; vel quia non recitat verba, sed interpretem & paraphrastam agit [o]. Sed gravis hic occurrit difficultas, quia verba allegata non videntur ad fidei justitiam pertinere, sed ad mandatorum observantiam [p]. [Eam diversimodè solvunt.] 1. Moses quidem hæc dixit de mandatis Legis, Paulus autem (per allusionem quandam [q], h. e. ut sanctius loquamur, imitatione quâdam [r],) ea transtulit & aptavit ad justitiam fidei [†], sive quod ad illam mirifice quadrarent [t], sive ut similitudo Legis & Evangelii demonstretur; ità tamen ut Evangelium excellat, cujus quippe justitia facilis est non solum, ut justitia Legis, cognitione; sed & observatione ad salutem consequendam [v]. Atque ideo non dicitur, *Moses dicit*, sed, *justitia fidei dicit*, &c [x]. Ità Paulus justitiam fidei non authoritate Mosis h. l. probat, sed verbis tantum similibus proponit [y]. 2. Adfert h. l. argumentum comparatione minoris; Si Lex adeò facilis, quantò magis Evangelium [z]? Dicta hæc sunt à Mose, ut ostenderet, non esse difficilem acquisitu Legis cognitionem, ut ibi diximus. Vide Philonem hæc Mosis verba citantem, [ejúsque verba in G.] ubi etiam sequitur LXX versionem, qui in Hebræo plus legerunt quàm nos habemus; nempe, [præter illa, *in corde tuo & ore tuo*] *& in manibus tuis*. Paulus autem verba Mosis Evangelio applicat argumento à majori [a]. 3. Moses de præceptis Legis loquitur, non simpliciter [b], sed ut conjuncta sunt verbo Evangelii, quo impletio eorum in Christo offertur, atque operatione fidei (gratiæ & Spiritûs S [c].) cor circumciditur ac justificatur [d]. 4. Moses hic non de sola Lege loquitur [*], sed de universa doctrina sua, quæ non Legem solum, sed & Evangelium, comprehendit [f]. *Verbum* h. l. est tota salutis doctrina, cujus præcipuum argumentum est Evangelium de Christo, suprà, v. 4. Joh. 5.46. Lex autem est secundaria quædam doctrina, & Christo inserviens, & verè famula *fœderis antea stabilitæ à Deo per Christum*, Gal. 3.17. Nec diffiteor, me stupere hic divinam Pauli sapientiam, quâ intellexit, verbum fidei commendari, ubi nihil nisi Lex prædicari videbatur [g]. Moses non tantum Legalis fœderis Mediator, sed & Propheta fuit eximius, cujus adeò Doctrina Christi Servatoris promissionem præcipuè respiciebat: & Deut. 30. in Prophetæ persona loquitur [h]. Duplex est fœdus in libro Deuteronomii, Legale in Horeb pactum, & aliud, præter illud, ut disertè dicitur Deut. 29.1. nempe Novum, sive Evangelicum. Prioris leges proponit ad caput usque 26. eásque concludit populi sponsione, &c. cap. 26.27. Deique denunciatione promissionum atque minarum, &c. cap. 28. His factis fœdus aliud populo exponit, cap. 29. ejúsque partes enarrat, tum legales, conjunctas cum prophetia calamitatum ob peccata, &c; tum Evangelicas, cap. 30. ubi ponuntur promissiones non tantum corporales, sed & ampliores ac gratiosæ, de *circumcisione cordis* per Jehovam, h. e. Filium Dei, &c. Promissio porrò hypothetica est, v. 10. *Si auscultaveris voci Jehovæ*, &c. Quæ conditio multos deterrere poterat, si Legis ἀδύνατον in carne nostra (ut necesse est) expendissent, quod & Moses expresserat, Deut. 29.4. Nè igitur impossibilem conditionem proponi sibi quererentur, addit hæc verba, *Nam præceptum hoc*, &c. q. d. Hactenus proposui tibi partem priorem fœderis, ut obsequaris Deo: sed quia altera quoque pars fœderis est tibi necessaria, ut Deus tuus, quasi novo fœdere, suis partibus erga te defungatur,

[b] Par. [c] G. [d] Par. G. [*] G. [f] Par. [g] G. [h] Vor. [i] Gom. [k] Gom. sim. Theod. in Per. disp. 3. [l] Camer. [m] G. Tol. Par. &c. [n] V. [o] Par. dub. 6. [p] Tol. [q] Est. Q in Gom. [r] Gom. [†] Chrys. Theod. To. &c. in Per. disp. 3. sim. Be E. [t] Ham. Tol. ex Chrys. [v] Q. in Gom [y] Q. in Gom. & in Par. dub. [y] Q. in Par. dub. [z] Gom. [a] G. [b] Q. in Par. [c] Al. in Par. [d] Gom. [*] Par. dub. [f] Par. dub. Di. sim. Calv. Era. Jun. [g] Di. [h] Bra.

cùm tu ipse non possis; & circumcidens cor tuum inscribat ei Legem suam, &c. nunc demum hoc tibi testor, Deum ità præcepta sua imperare Lege, ut jamjam ea præstandi facultatem paratus sit dare ex promissionibus Evangelicis, cor tuum circumcidere, in ore tuo & in corde tuo præcepta sua inscribere, vitam denique & bonum præstare, quod per te non potes assequi. Ità demonstravit Moses Legem totam in hoc præcepto terminari, & præstari in Christo, ad quem ea ceu pædagogus nos deducit [i]. Ad hæc vix intelligi potest, quomodo Legis facilitatem prædicat, siquidem de absolutissima, quam Lex exigebat, operum justitia loquebatur. Neque enim simpliciter intellectu, sed factu, facilem Legem prædicat; nec simpliciter in se, & quidem homini, non recto atque integro, sed, qualem alloquebatur, corrupto ac perdito; cui sanè ardua est & humanis viribus impossibilis [k]. De verbo [ergò] tum Evangelii tum Legis, conjunctim, ut est in ore & corde nostro, Mosi sermo est [l]. *Verbum* autem quod hic *propè esse*, &c. dicitur, propriè non est mandati, sed fidei. Moses enim de eo verbo loquitur, quo Deus ibi resipiscentibus veniam & circumcisionem promittit, &c. Hoc verò est verbum Evangelii [m]. Mandatum hoc est internæ pœnitentiæ & conversionis ad Deum, & de misericordia Dei erga pœnitentes, circumcidendo cor ipsorum, &c. de quibus rebus paulò suprà locutus fuerat Moses. Liquet porrò, veram pœnitentiam, & conversionem ad Deum, constare non posse sine fide misericordiæ Dei, quæ, implicitè saltem, complectitur fidem in Christum, quam explicatè tradit Evangelium [n]. Quod verò obscuriùs à Mose, ut Propheta, fuit dictum, Paulus Apostolus in apertissimam lucem produxit [o]. Apparet omnia quæ in isto cap. [Deut. 30.] antecesserunt, pertinere ad tempora Evangelii. Agitur enim de iis temporibus, cùm in cunctos populos dispersi erunt Israelitæ, quod post Christi ascensionem maximè contigit, & adhuc durat, durabítque usque ad Judæorum conversionem, de qua Rom. 11. Eo tempore fient quæ promisit Deus apud Mosem, fore ut reducat eos —— in terram promissam, non typicam, sed veram, in supernam Hierusalem, quæ est vera Christi Ecclesia; & ut circumcidat cor eorum, &c. & tunc experientur non procul à se, sed ori suo & cordi, vi fœderis gratiæ, insculptum esse verbum Dei. Videtur ergò Apostolus convincere voluisse Judæos ex ipso Mose [p], ex quo citat hæc verba, tanquam à Justitia fidei dicta; quæ si à Legis Justitia dicta sunt, ludit Apostolus, & seipsum evertit [q]; & ostendere, Legis scopum esse ut in Christo per fidem, non per opera, justificemur [r]. [Atque hæc de nobili hac quæstione & difficultate dicta sunto. Pergendum, jam ad explicationem textûs.] ¶ *Non dixeris in corde tuo*] Locutio frequens Hebræis; q. d. Nè cogites [t], ut facere solent qui perplexo animo sunt [v]: cave nè dubius vel anxius disquiras [x]. ¶ *Quis ascendet in cœlum?*] Vel, 1. ut me illuc deducat [y]. Exponitur v. 9. *salvus eris*; qu. d. Quomodo salutem consequar è cœlo & in cœlo [z]? [Sensus loci, q. d.] Noli dubitare, quasi fieri non possit ut salvus fias [a]. Vel, 2. ad educendum indè Christum [b], ad me præsentiâ suâ corporali curandum ac justificandum [c]; vel, ut indè Christum venire faciat ad nos per carnem [‖]. Vel, 3. qui ad nos deferat quo servemur [d]; vel, ut cognoscamus Legem, eámque perfectè observemus [*]; vel, ut indè Evangelium afferat ad nos, & illud audiamus? Interrogatio est Judæorum qui nondum sibi persuaserant Christum venisse [†]. Vel, ut illic deferat ad nos verbum de promissa pœnitentibus misericordia Dei [‖]. Hæc verba sunt hominis dubitantis de voluntate & gratia Dei. Confer Joh. 3.13 [f]. Sensus, q. d. Non videatur tibi justitia hæc impossibilis [g]. Solent qui rem perdifficilem volunt significare, uti similitudine Ascensûs in cœlum, & Descensûs ad inferos [h]. Eteocles Phœnissis, Ἄστρων ἀνέλθοιμ' ἡλίου πρὸς ἀντολὰς Καὶ γῆς ἔνερθεν· ubi Scholiastes, εἰς ὑψηλὸν ἀνέλθοιμι εἰς οὐρανὸν ἐλθεῖν, ἢ εἰς ᾅδου κατελθεῖν. Tertul. adv. Nationes, 2. *Diogenes consultus quid in cœlo agatur, Nunquam, inquit, ascendi* [i]. Sensus est, q. d. Non est cur Christianus dicat vel cogitet, impossibiles sibi conditiones præscribi, quas nec per se, nec per alium, præstare possit; ut qui ad incitas redacti sunt, exclamare solent, *Quis hoc nobis præstabit* [k]? Sensus horum verborum & seq. est, q. d. Nè incredibilis

[i] Jun. par. 2.16. [k] Bra. [l] Par. dub. [m] Par. [n] Per. [o] Par. dub. [p] Di. [q] Di. sim. Bra. [r] Bra. [t] G. sic Camer. Be. [v] Be. [x] Par. sic T. [y] Be. [z] Par. [a] Ca. [b] E. [c] T. [‖] Tol. [d] Di. [*] Gom. [†] V. [‖] Per. [f] Vor. [g] Tol. [h] G. sim. Ham. [i] G. [k] Ham.

dibilis tibi videatur incarnatio, & resurrectio Christi, sed crede in corde, & ore confitere [l]. Al. Sententia est, Non magna & difficilia à te petuntur, ut justitiam Christi consequaris, non est tibi de cœlo deducendus Christus, non è subterraneis specubus educendus, omnia facilia sunt & in promptu [*]. Sensus perspicuus est, Dixerat, ab Evangelio tantùm requiri fidem. Porrò, fides non flagitat experimentum: fidelis oculis animi cernit. At qui diffidit, sensuum exigit testimonium, dicens, *Quis ascendit*, &c [m]? ¶ *Id*, &c. Τοῦτ' ἔστι Χριστὸν καταγαγεῖν] Τοῦτ' ἔστι est explicatio ἐννοίας, ut suprà 9. 8. *Illud*, inquit, *Quis ascendet in cœlum? perinde est quasi dicas, Quis in cœlum ibit ut Christum indè faciat descendere?* Intellige, nihil opus de eo nos laboremus: Deus hoc fecit. Vide Joh. 3. 13. & ibi dicta. Hunc sensum hîc sequitur Syrus, & sæpe infin. est vice ἵνα cum potentiali [n]. Τοῦτ' ἔστι, &c. Verbum hoc substantivum aliquoties hoc loco vim significandi, seu figurandi, obtinet; q.d. Sententia illa Mosis, de ascendendo in cœlum, nihil aliud nobis Christianis significat, quàm velle negare, Christum de cœlo descendisse, & Dei patris voluntatem nobis exposuisse [o]. ¶ Verba sic reddunt,] *Hoc est* (Rursum verba justitiæ fidei, quæ continent rationem præced. prohibitionis, q. d. Hoc enim est [p]; nam hoc esset quasi [q]. Al. Τοῦτ' ἔστι non redditioni causæ, sed expositioni, servit [r].) *Christum deducere*, Mo. vel, *ex alto deducere*, Er. Ti. P. Be. Pi. vel, *velut ex alto deorsum ducere*, Er. quasi nunquam in terra fuisset, neque ibi doctrinam salutis divulgâsset, sed adhuc esset ad id ipsum è cœlo vocandus [†]. Vel, *è cœlo detrahere*, ut aut non credatur illic esse, aut cogatur huc reversus denuo se nostris exhibere sensibus [t]. Vel, *devocare*, i.e. ascendisse negare [v]. Hoc dicere, est è cœlo in terram Christum evocare [x], & affirmare nondum descendisse [*], ut Legis genuinum sensum & obedientiam conferret [†]. Hoc dicere, est impossibile reputare quòd Christus descenderit de cœlo, ut carnem assumeret pro nostra salute, quomodo naturaliter impossibile est homini ascendere in cœlum atque indè aliquid huc adducere [y]. Id dubitandi animo cogitare, non aliud est quàm Christum deducere, i.e. dubitare utrum Christus de cœlo descenderit, & naturam humanam assumpserit ad reconciliandum nos Deo [z]. Dubitare de cœlestis salutis consequendæ ratione, nihil est aliud quàm ignorare, dubitare, negare, quòd Christus in cœlum ascenderit [a]. Non sunt hæc causa præced. sententiæ, sed expositio & declaratio, *Quis ascendet in cœlum, id est, quis deducet è cœlo Christum*, & incarnari faciet [b]? Al. *Quis ascendet*, &c? q. d. Egóne operibus meis obtinere conabor jus ingrediendi in vitam æternam? *hoc est, Christum*, &c. q. d. Non omnino; id enim esset, Christo renunciare, & evacuare meritum ejus, cujus unius virtute ingressum & possessionem cœli fidelibus acquisivit. Vide Joh. c. 3. v. 13 [c].

7. *Aut*, &c. Ἢ Τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον;] *Aut, Quis* (i. e. Néve dixeris, Quis [d],) *descendet in abyssum?* Be. Pi. &c. vel, 1. ut Christum resurgere faciat [*]? vel, 2. ut ex ima terra petat nobis Evangelium, quo audito & credito salvi simus [f]? *Quis descendet in abyssum*, i.e. in mare navigio, ut ex locis remotissimis cognitionem Legis & præstandi facultatem nobis suppeditet [g]? Præceptum salutis non est in abysso maris, ut dicas, Quis eò descendet ut indè ad nos evehat quo servemur [h]. Vel, 3. exploraturus an victoria contra mortem æternam parta sit [i]. q. d. Quomodo effugiam abyssum, h. e. maledictionem & mortem æternam [k]. Sunt verba cordis de salute dubitantis [l]. Apostolus v. 11. exponit per verbum, *pudefiet* [m]. *Abyssi* nomine hîc intelligitur gehenna [n], ut Luc. 8. 31. Apoc. 20. 1, 3 [o]. & Apoc. 9. 1. & 11. 7. Fides ergò justificans excludit ἐποχὴν sive fluctuationem de gratia Dei, & metum damnationis [p]. In Græco LXX est, πέραν τῆς θαλάσσης· sed credibile est, in aliis Versionibus fuisse, εἰς τὴν ἄβυσσον, vel πέραν τῆς ἀβύσσου. Nam Hellenistis ἄβυσσος sæpe est, *mare magnum*, ut & Sirachidæ, 16. 18. Sed quia ea vox *omne quod profundum est* significat, indè hâc voce uti maluit Paulus ut eam ad sedem mortuorum transferret. Vide quæ ad Luc. 8. 31. In proverbialibus autem istis locutionibus etiamsi vox nulla occurreret ambigua, mutatio talis nihil habet mali, dum semper maneat sensus idem, ut hîc significandæ difficultatis. Sic alii dicunt, *Faciliùs camelum transmittas per foramen acûs*; alii, *elephantem*. [*] Ἄβυσσον, τὰ ἀνεξιχνίαστα dixit Clemens in epistola ad Corinthios [q]. Heb. אל עבר הים, *trans mare*, vel, *in ulteriorem terminum maris*, Paulus optimè interpretatur, *in abyssum*. Nam עבר, *terminus, id quod trans*, vel *ultra est*, sumitur, 1. in latitudine, ut quum quis ab una maris ripa transit in alteram; vel, 2. in profunditate, ut si lapis in mare injectus à superficie transeat ad fundum. Posteriorem hîc rectè intellexit; summo enim loco, qui est cœlum, opponitur infimus, scilicet non superficies, sed profunditas maris, quæ ubique in Scriptura תהום, ἄβυσσος, dicitur [r]. Nota, articulum de descensu Christi ad inferos hîc stabiliri [†], & ex hoc loco rectè posse explicari de statu Christi jam mortui [t], qui corpore positus in sepulchro, secundùm animam descendit ad inferos, &c [v]. ¶ *Hoc*, &c. Τοῦτ' ἔστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν] *Hoc* (sub. *enim*, Pi. Gom. ut v. præced. Sunt autem verba justitiæ fidei [x].) *est* (vel, *esset*, Gom.) *Christum ex mortuis reducere*, Be. Pi. &c. vel, quasi non descenderit ad inferos, vel quasi flagitent, ut iterum, videntibus illis, descendat ad inferos [y]: vel, quasi Christus adhuc in morte versaretur, ibíque salutis rationem sepultam reliquisset: quum jampridem è mortuis sit reductus, & salutis doctrinam in lucem evexerit [z]. Hoc dicere, est affirmare Christum nondum resurrexisse [a], vel impossibile esse, Christum à mortuis resurrexisse, quomodo naturaliter impossibile est, ut quis descendat ad inferos, & indè aliquid huc reducat [b]; vel negare, Christum mortuum fuit Legi pro peccatis nostris satisfaceret, & resuscitatum ad nostri justificationem [c]. Sensus loci, *Quis descendet*, &c? *id est, Quis Christum resurgere faciet* [d]? Al. *Illud perinde est quasi dicas, Quis ad loca infima ibit ut indè Christum corpore sepultum, animâ in loco quem Deus novit custoditum, recompositum in vitam restituat?* Nec de hoc quidem opus nos laborare, Deus & hoc pro nobis effecit [*]. Targum Jerosl. locum [Deut. 30.] sic παραφράζει, *Utinam esset nobis aliquis Propheta, Jonæ similis, qui in profundum maris magni descenderet.* Et hæc videtur esse ratio applicationis hujus Apostolicæ, quum Jonas in mare descendens & à pisce deglutitus, & postea emissus in terram, ab ipso Christo proponitur ut typus mortis ac resurrectionis suæ. Duo sunt maxima & difficillima Christianæ religionis mysteria, Christi scilicet descensus de cœlo in terram; ejúsque resurrectio. Utrumque cùm fine nostra ope, solius Christi virtute, patratum fuerit, indicium hoc est, conditiones Christianis præscriptas non nisi arduas, aut impossibiles [f]. Al. *Quis descendet*, &c? q. d, Egóne in me recipiam pœnas mortis & inferni, ut Deo pro peccatis meis satisfaciam? *hoc est, Christum*, &c. q. d. Absit ut id suscipiam, quia sic fructum mortis Christi irritum redderem [g]. Al. *Quis descendet*, &c? ut ex aspectu certior fiat, an pœnitentes detineantur apud inferos. Hæc enim dubitatio secum habet complicatam illam dubitationem, utrum Christus, devictâ morte, resurrexerit, & in cœlum ascenderit. Est itaque sensus, Qui dubitat de misericordia Dei erga peccatores pœnitentes, etiam dubitare videtur de incarnatione, morte, & resurrectione, Christi; quippe qui hæc præstitit pro reconciliatione peccatorum, Rom. c. 4. v. 25 [h]. Anxietatem & metum damnationis ostendit repugnare fidei resurrectionis Christi. Ratio est, ut priùs, à negatione effectûs ad negationem causæ. Christus enim resurgendo de inferno & morte triumphavit, non sibi, sed fidelibus suis, Col. c. 2. v. 15. Heb. 2. 14, 15. Et hoc fundamentum est πληροφορίας fidei, quoties caro nobis metum incutit. Est & alterum hoc discrimen inter justitiam fidei & Legis: hæc enim, Legis, cùm Christi ascensum & resurrectionem, ejúsque fructum, nesciat, nihil etiam nisi dubitationem de cœlo, & metum inferni, incutere potest [i].

8. *Sed*, &c. Ἀλλὰ τί λέγει;] *Sed quid dicit?* Be. Pi. &c. vel, 1. justitia fidei [k], ex collat. v. 6 [l]. nam v. præced. explicatum fuerat non quid ipsa dicat, sed quid nos dicere prohibeat; q. d. Quid hæc nostris pacificatis cordibus suggerit [m]? Vel, 2. Scriptura [n]. ¶ *Prope*, &c. Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμα, &c.] *Prope te* (i. e. res est tibi facilis [o], in promptu [p], & ad manum, nec alibi quærenda quàm in corde, &c [r]; & ad pauca revocatur, quæ statim subjicit;

Marginal notes (left column): l Tol. ex Chrys. — * Me. — m Er. — n G. — o Vor. — p Pi. — q Gom. — r E. — † Di. — t Er. — v Ca. Val. — x V. — * V. sim. Gom. — † Gom. — y E. — z Per. — a Par. — b Tol. — c Diod. — d Pi. — * Tol. sim. E. — f V. — g Gom. — h Di. — i Pi. — k Par. — l Pi. sim. Par. — m Par. — n Pi. sim. Par. — o Pi. — p Par.

Marginal notes (right column): * — q G. — r Di. — † E. sim. Vor. — t Vor. — v E. — x Pi. — y Er. — z Di. — a V. — b E. — c Gom. — d Tol. — * G. — f Ham. — g Di. — h Per. disp. 3. — i Par. — k Tol. ex Chrys. — l Pi. — m Li. — n Zeg. ex Vulg. — o Me. T. — p T. Gom. — r T.

jicit;

jicit †; facilè potest apprehendi [v].) *verbum* (scilicet Dei [x]: id est, vel Lex [y], vel verbum Evangelii [z], Verbum salutis [a], promissio remissionis peccatorum & vitæ æternæ per Christum, ut ipse mox exponit [b].) *est in ore tuo & in corde tuo*, Be. Pi. &c. id est, ut ore recitare, & memoriâ retinere, facilè possis [c]: *in ore*, per confessionem [d], sinceram; *in corde* (fidelium [*],) per fidem [f], & amorem. Utrumque autem fœderis gratiæ est. De verbo in ore locus insignis est, Esa. 59.21. de lege cordi inscripta, Jer. 31.33. Ità præcepta Dei non sunt gravia, quia Spiritus Dei illa cordi insculpens facilia reddit: quum contrà, justitia Legis, si aptitudinem ad præstandam eam spectes, procul ab ore & corde eorum abesse dici possit, & ipsis sit impossibilis [g]. Facillima est justificationis & salvationis tibi via [h]. *In ore & corde*, hoc est, probè cognitum & certò creditum [i]. Al. *Verbum*, id est, res tibi promissa per gratiam Evangelii, scilicet vita in gratia Dei, per fidem *est in corde tuo*, tanquam fonte vivo; & per confessionem, ceu perpetuam respirationem, *in ore tuo* [k]. Al. *In ore tuo*, id est, in ore Apostolorum, qui sunt tui populares, ut illud promulgent & doceant; & in corde ipsorum Apostolorum, qui illi ex animo fidem adhibent [l]. Sunt [hæc] ipsa verba LXX, nisi quòd ibi additur σφόδρα. Sensus in Mose est, Nihil aliud opus quàm Legem quotidie legi, ac animo retineri [m]; vel, Verbum Dei satis apertè Judæis revelatum esse. Id verò Paulus ad Evangelii verbum accommodat, quod *verbum fidei* appellat, quia præter sinceram fidem ejúsque confessionem nihil exigit [n]. ¶ *Hoc*, &c. Τοῦτ' ἔστι τὸ ῥῆμα, &c.] *Hoc* (sub. *autem*, Pi.) *est* (Τοῦτ' ἔστι rursum est explicatio ἐπανοδίας [o]. Hactenus fuit Prosopopœia: deinde loquitur Apostolus. *Hoc*, nempe verbum quod prope credentem est, hoc est, quod credenti propositum atque objectum est [p]: hoc quod esse tam facile verè dici potest [q].) *verbum illud fidei* (id est, Evangelium [r], vel promissum Evangelii †, quod ῥῆμα Θεοῦ, infra v.17. quomodo ἀκοὴ πίστεως, Gal.3.2,5. λόγος πίστεως, 1 Tim.4.6 [t]. quod *verbum fidei* vocatur tum effectivè, quia fidem generat & suffulcit, sicut postea dicet; tum objectivè [v], [quia] est de fide in Christum [x], per fidem recipitur [y].) *quod prædicamus*, Be. Pi. &c. nempe nos Apostoli [z], juxta mandatum Marc. 16.15 [a]. quod ego & Apostoli alii docemus & Judæos & Gentes [b]. Ità consensum Prophetarum & Apostolorum ostendit [c].

9. *Quia*, &c. Ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς, &c.] Nempe, (Ὅτι servit μιμήσει [d].) *Si confessus*, sive *professus, fueris* (scilicet professione sincerâ & apertâ [*],) *ore tuo* (*Oris* fecit mentionem, quia os nominatur à Mose. Alioqui συνεκδοχικῶς omnes corporis partes intelligit. Nam sicut *negant* quidam *Deum factis*, Tit.1.16. ità alii factis Jesum Dominum agnoscunt [f]. *Os cordi* præponit Mosis ordinem secutus, & quia fidem non cognoscimus nisi per professionem [g].) *Dominum Jesum*, Be. Pi. id est, si agnoscas, credas, invoces [h], sequaris [i], Jesum ut Dominum tuum [k], & servatorem unicum [l]. Declarat hoc loco & quid sit verbum illud fidei [m], & quomodo ori & cordi nostro prope sit & esse debeat [n]. ¶ *Et in corde tuo credideris* (Non dicit, *qui crediderit*, sed, *si credideris*. Singulos compellat ut se excutiant, & promissionem sibi applicent, & πληροφορίαν habeant [o].) *quod illum Deus* (cui hæc suscitatio ascribitur, quia Divinâ potentiâ fit [p]. Vel, *Deus* Pater, cujus consilium de nobis redimendis in Filii resurrectione spectatur [q]. Sed non attinet sic restringere: nam & Filius excitavit seipsum [r].) *suscitavit à mortuis*] Facta enim non æstimat Deus ut ea in æternum remuneretur, nisi quæ ex corde mundato proficiscuntur. Mundatur autem cor per fidem, & eam maximè quâ creditur Jesus à Deo resuscitatus; in hoc scilicet ut & præcepta ejus noscamus esse divina, & promissa certa, tum propter auctoritatem ei datam, tum propter vitæ redditæ conspicuum exemplum †. Resurrectionis meminit, tum quia in eo articulo ferè concluditur tota fides: ibi Christi Divinitas, potestas, &c [t]. hic, tanquam terminus, complectitur reliquos fidei articulos necessarios [v]; tum quia fides hujus Christianorum propria est, cui reclamant Ethnici [x], & Judæi [y]. Est ergò hic Synecdoche [z]: sub hac enim reliqua fidei mysteria subintelligenda sunt, & illud inprimis, Hominem justificari per redemptionem quæ est in Christo [a]. Hoc autem *credere*, est non modò firmiter assentiri huic historiæ, quam nec Dæmones inficiari possunt; sed certâ cordis fiduciâ beneficia mortis & resurrectionis Christi, remissionem, &c. amplecti [b]. Duo quæ hîc habemus, *confiteri* & *credere*, habes & 1 Joh. 4.15. & 5.1. Pietatem illam quam Deus amat non esse rem difficilem, *variam & onerosam, sed valde simplicem & facilem*, agnoscit & Philo [verba vide in G.] Chrysost. Γνώμης μόνης, &c [c]. (*Sententiam tuam duntaxat & fidem exigit, non labores & sudores.*) ¶ *Salvus eris*] Scilicet ab ira ventura [d]. Ad vitam æternam pervenies [*]. Σωθήσῃ opponitur τῷ, ζήσεται ἐν αὐτοῖς, v. 5. Utriusque ergò justitiæ finis est vita æterna [f].

10. *Corde* (Ordinem priorem quasi corrigit: priùs creditur, confessio sequitur. *Cor* autem Hebraicâ phrasi partem volentem & appetentem significat: quare fides non tantùm est assensus intellectûs, sed & fiducia cordis [g].) *enim creditur* (Impersonaliter [h]: vel, sub. *resurrectio Christi* [i], vel, sub. *Evangelio* [k],) *ad justitiam*]. Quæ in remissione peccati & reconciliatione cum Deo consistit [l]: ut quis justus sit coram Deo imputatâ Christi justitiâ [m]: ad justitiam obtinendam [n]. Per fidem acquiritur cordis justitia, ut sæpe diximus [o]. Fide (& quidem solâ [p]) justificamur [q]. ¶ *Ore autem* (& opere externo, quandocunque res exigit; nam confessio & verbalis & realis intelligitur [r]:) *confessio* (scilicet Christi, Matth.10.32 †. seu professio fidei [t], vel invocatio nominis Jesu, ut exponitur v.13 [v].) *fit ad salutem*] Scilicet assequendam [x]. Confessio & attestatio fidei, quæ per bona opera fit, debet esse comes individua, ut eorum qui non credunt consulatur saluti [y]. Est hîc similis Synecdoche qualem jam notavimus. Nam qui in professione solidâ Christianismi perseverat, is servatur [z]. Damnat hoc Nicodemitas, qui Christum credunt, sed profiteri nolunt periculorum metu [a].

11. *Dicit enim Scriptura*] Vel Psal. 25.2. & 34.23 [b]. vel potiùs Esa.28.16 [c]. Obj. At ibi est tantùm הַמַּאֲמִין, *qui credit* [d]. Resp. At indefinitum illud valet universale, ut hîc vertitur; sicut, *homo est animal*, valet, *omnis homo est animal* [*]. ¶ *Omnis* (sive Judæus, sive Gentilis [f],) *qui credit in illum*] Scilicet Christum [g], de quo sermo est & hîc & Esa. 28 [h]. Ibi est, ἐπ' αὐτῷ, hîc ἐπ' αὐτόν, sensu pari. In Hebræo id subauditur. Sumit [Apostolus] verba Esaiæ in sensu mystico & excellentiore [i]. [De quo vide Synopsin ad Esa. 28.16.] Credens, intellige cum voluntate faciendi ea quæ Christus præscribit [k]. ¶ *Non confundetur*] Id est, non frustrabitur salute quam exspectat [l]. Heb. *Non festinabit*, sensu eodem: qui festinat perperàm plerumque agit, & se pudefacit [m]: non se festinanter subducet, ut solent erubescentes [n]. Pro יחיש legebant LXX יבוש [o]: sed non opus est. Forsan vox Heb. *Hush* eosdem olim significatus habuit quos Arab. *Haush*, & *Hish*, quæ tria significant, *festinare, timere, & pudore suffundi* [p].

12. *Non enim est distinctio*, &c.] In negotio salutis [q], vel quoad hanc justitiam [r], par est omnium miseria & indigentia gratiæ: ut suprà 3.22 †. Omnes qui intus recti sunt, Deo placent. Tales autem nunc sunt multi ex Gentibus, ut apparet ex vitæ sanctitate, malorum patientiâ, donis Spiritûs. Vide Rom.2.14 [t]. ¶ *Nam idem Dominus omnium*] Id est, omnium creator [v], & servator [x], vel gubernator †. Sed sic argumentum esset infirmum, Creavit omnes, ergò omnes ad regnum suum vocabit. Quare ratione redemptionis Christus hîc dicitur *Dominus omnium* fidelium, ut Rom.3.29. Eph.4.5. 1 Tim 2.5. sublato jam discrimine Judæorum & Gentilium, per mortem Christi, Eph.2.10,14,16. Gal.3.8, 28 ||. Pari affectu omnes complectens [y]: ut proinde æquum sit eum omnes in se sperantes salvare [z], & servis ipsum invocantibus auxilium præstare [a]. Referendum hoc ad Christum, qui dicitur *Dominus*, suprà v.9. & *Dominus omnium*, Act. 10. 36 [b]. Κύριος hoc loco valet יהוה, pro quo dixit Θεός, suprà 3.29 [c]. ¶ *Dives*, &c. Πλουτῶν, &c.] *Dives exsistens*, D. *Divitiis affluens*, Er. *Dives* hîc forsan pro *largo* & *liberali* [d]. *Dives*, hoc est, benignus, & divitias gratiæ effundens [*]. Πλουτῶν, nempe χάριτι. Sic πλοῦτος χάριτος dicitur Eph. 1.7. *Abundans*

[v] Me. [x] Pi. [y] Pi. Par. [z] Be. sic G. [a] Gom. [b] Di. [c] Pi. [*] E. [d] Gom Di. sic Me. Tol. [*] Gom. [f] Gom. Di. sic Me. Tol. [g] Di. [h] T. [i] Par. [k] Di. [l] V. [m] G. [n] Vor. [o] G. [p] Pi. [q] G. [r] Tol. G. Par. † Pi. [t] G. [v] Par. [x] V. [y] G. sic Pi. Par. [z] Par. sic P. [a] Par. [b] G. [c] Q. [d] Pi. [*] Be. [f] G. [g] Par. [h] Par. [i] Tol. [k] Par. sim. Be. Tol. [l] Par. Le. [m] Par. sim. Tol. Pi. [n] Par. [o] Idem. [p] Idem. [q] Fe. [r] Par. † G. [t] Tol. [v] Me. [x] Par. [y] Par. sim. Me. [z] Gom. sic Par.

[a] E. [b] Par. [c] G. [d] Pi. [*] G. sim. Par. [f] Par. [g] Par. [h] Par. Vor. [i] Par. [k] Pi. [l] Tol. sim. Par. [m] Pi. [n] T. sim. E. Me. [o] G. [p] Par. [q] Tol. Par. sic V. [r] T. † Tol. [t] Me. T. [v] Par. [x] T. sic Me. Par. [y] V. [z] G. [a] Par. [b] Ee. [c] Jun. Par. Poc. Di. sim. G. Ham. [d] Be. [*] Di. [f] T. Tol. [g] Pi. Par. Vor. [h] Par. Vor. [i] G. [k] E. [l] V. sim. E. Me. T. [m] Par. [n] Di. [o] Q. in Poc. [p] Poc. mis. c. 1. p. 11. [q] Vor. sim. Pi. [r] Tol. † Par. [t] G. [v] Par. sic E. [x] Par. † Q. in Gom. || Gom. [y] Par. [z] E. [a] Tol. [b] Vor. [c] G. [d] D. [*] Com.

dans bonitate in omnes *. Qui misericordiâ adeò exuberat, ut omnes salvare possit [f], & paratus sit [g]. Vide Rom. 2. 4. & 9. 23 [h]. ¶ *Qui invocant illum*] Scil. ex fide, ex collat. v. præced [i].

13. *Quicunque* (ex ipsis gentibus, de quarum vocatione hîc agitur [k]:) *invocaverit* (scilicet verè [l], & sicut oportet [m], toto animo [n], ex fide [o], cum spe, contritione & charitate [p]; nè repugnet Prov. 1. 28 [q]. Sub invocatione intellige omnem externum cultum Dei [r].) *nomen Domini*] i. e. Vel Domini misericordiam propter Christum †; vel illum cui Dominus ac Deus nomen est [t]; vel, Christum, ut antecedentes circumstantiæ prophetiæ declarant [v]. ¶ *Salvus erit*] Vel, *Servabitur*, Pi. G. &c. Intellige hîc in sensu mystico, cujus arrha futura erat liberatio ab excidio Hierosolymorum. Vide Act. 2. 21. & ibi dicta [x].

14. *Quomodo ergò invocabunt* (i. e. Fieri nequit ut invocent [y]. Quinam? Resp. Vel Judæi [z], vel Gentes [a], vel potiùs utrique, ex v. 12 [b].) *eum* (i. e. Deum [c], vel Christum [d], quasi Dominum, & Authorem salutis omnisque boni *:) *in quem non crediderunt?*] Nemo auxilium aut gratiam alterius imploret in quem non habet fiduciam [f]. [Connexio sic se habet,] Ex invocatione colligit fidem; ut sic probet suum institutum, quo docebat, ex fide esse justitiam & salutem [g]. Al. Hæc tertia pars hujus capitis, de modo consequendi hanc fidei justitiam. Cùm enim non faciendo, sed credendo, obtineatur, quæstio in proclivi erat, unde hæc fides & hæc invocatio habetur? Respondet, invocationem haberi ex fide, fidem ex auditu, &c. Sic eleganti gradatione docet, quibus mediis, quo ordine, ad justitiam & salutem perducamur. Illativa, ὦν, pendet ex præced. Cùm corde credatur, ore fiat confessio, ex abundantia verò cordis os loquatur, quomodo invocabunt, nisi in eum credant [h]? Al. Occasione eorum quæ proximè dixerat de salute omnibus credentibus & invocantibus promissâ [i], ostendit Evangelium non esse Judæorum proprium [k], sed omnibus etiam gentibus annunciandum [l], per Apostolos [m]; nec esse cur eis ob id Judæi succenseant [n]. Al. Hæc omnia verba v. 14. & 15. continent objectionem ad dicta Apostoli. Est autem objectio talis, Apostoli non pervenere in loca omnia in quibus sunt Judæi, putà in remota Syriæ & Ægypti: ubi non fuere, non prædicârunt verbum Evangelii; ubi prædicatum non est, auditum non est; ubi auditum non est, credi non potuit. At cur huc venerint, illuc non venerint, pendet à Deo dirigente, quod hîc dicitur *mittere*, ut & Jer. 1. 7. cujus missionis, nobis Divino monitu factæ, exempla habes Act. 13. 2. & 16. 6, 7, 8, 9. & 20. 22. & 22. 21. Videtur ergò, dicit is qui objicit, adhuc causa in Deo esse cur multi Judæi æternùm pereant, si ità est ut ais, ut sine justitia interna nemo salutem æternam adipisci possit; neque hoc tempore justitiam talem adipisci sine fide in Jesum, quæ fides auditum requirit, auditus prædicationem, prædicatio missionem, i. e. doctrinam Divinam. Si vera essent quæ dicuntur, non cariturum suâ ratione hanc excusationem discimus Joh. 15. 22. Ad illud, πῶς δὲ κηρύξουσι, subintelligendum, more Hebræo, οἱ κήρυκες [o], sive εὐαγγελιζόμενοι [p], qui iidem sunt; nam εὐαγγελίζεσθαι etiam deponentaliter ponitur, ut Luc. 2. 10. & 3. 18. & 4. 18. & 8. 1. &c [q]. Non enim iidem sunt, quibus prædicatur, & qui ad prædicandum mittuntur [r]. ¶ *Quomodo credent ei quem non audierunt?*] Necesse est credere, ideóque audire, &c †. Sub auditu autem comprehenditur & lectio, per quam multi crediderunt, Vide Joh. 20. 31 [t]. Loquitur de auditu non cordis, sed aurium [v], per quas vox percipitur prædicantis [x]. Hinc Aristot. auditum *sensum disciplinæ* dixit [y]. Qu. An ergò surdi & muti salutis expertes sunt? Respond. Minimè. Differit hoc loco de organis fidei & salutis ordinariis, quibus tamen Deus gratiam suam non astrinxit. Spiritus ubi vult flat, &c [z]. ¶ *Quomodo autem audient sine prædicante?*] Evangelium scilicet [a]. Necessaria ergò est prædicatio [b].

15. *Quomodo verò prædicabunt nisi mittantur?*] Scilicet à Deo [d], vel Christo *, ad docendum [f], modo vel ordinario, vel extraordinario. Loquitur de sacro ministerio apud Deum rato [g]. Certum est, neminem debere invocatum aut sine missione intrudere se ad fungendum ullo in Ecclesia munere [h]. Legatus Principis nemo est nisi à Principe missus. Vide Jer. 23. 21 [i]. Hinc colligunt Pontificii, prædicationem Ministrorum apud Reformatos illegitimam esse, utpote vocatione destitutam [k]. Deus quidem vult omnia κατὰ τάξιν fieri. Ordo à Deo constitutus, qui possibilis est, in tranquillo Ecclesiæ statu, omnino servandus est: quomodo à Regibus fit, qui in pacato Regni statu ministros suos certis formulis constituunt, iidem tamen, cùm ministri & subditi in eos insurgunt, & regnat ἀταξία, ministros immediatè creant, &c. Pariter in Ecclesia, cùm hominum vitio & fraude tanta est rerum perturbatio ut ordo constitutus servari non possit, tum natura ipsa, ratio, lex, usus & consuetudo, docent, procurandum id esse omni viâ & ratione quod præcipuum est maximéque momentosum & necessarium. Is autem erat præcedente seculo rerum status. Vigebant in Ecclesia hæresis & idololatria. Præfecti Ecclesiæ, ut olim Pharisæi, subduxerunt clavem scientiæ, & potestate suâ pessimè usi sunt, & eos vocare noluerunt qui malis illis mederentur, &c [l]. ¶ *Sicut scriptum est*] Esa. 52. 7 [m]. ¶ *Quàm*, &c. Ὡς ὡραῖοι, &c.] In LXX aliter legitur [n]. [Vide G. & Tol.] Sed Paulus sequitur lectionem Hebraicam [o]. [Sic vertunt,] *Quàm speciosi pedes* (Membrum pro persona: q. d. Quàm chari & accepti erunt auditoribus [p]. Quàm gratus est adventus. Meton. efficientis [q].) *evangelizantium* (Sic vertit Heb. מבשר, quod [nunciis] bonis ac malis commune est. Sed Paulus sequitur sensum & mentem Prophetæ, qui Evangelium intellexit [r].) *pacem*, &c. inter Deum & homines †, cum Deo per Christum [t]; & remissionem peccatorum, & vitam æternam [v]. Diximus autem sensu priore dici hæc de Jeremia, sed ità tamen ut etiam veteres Judæi intellexerunt hæc eminentiùs convenire in tempora Messiæ. Probat ergò is qui objectionem hanc facit, æquum fuisse ut ex hoc vaticinio Apostoli à Deo dirigerentur in omnia loca in quibus viverent Judæi: quod factum non erat, cùm interim ad multos alienigenas pervenissent iisq; prædicâssent Apostoli [x]. Hanc Prophetæ sententiam quidam pertinere volunt ad nuncios liberationis è Babylone; Apostolum verò à minori argumentum indè deducere: alii, ad præconium Apostolorum, &c. alii, uberiùs & convenientiùs (ut ex præced. & seq. Prophetiis apparet) ad utrumque; adeò ut Prophetiæ hujus non duo sint sensus, proprius & allegoricus, (ut Pontificii perperàm loqui solent;) sed duæ partes & gradus: prima pars est celebratio præconum liberationis è Babylone, & reditûs in patriam: altera verò (quæ priori, tanquam destinato & prophetico typo, fuit adumbrata,) est celebratio fidelium præconum Evangelii, &c [y]. Oraculum illud non ad Prophetas solos pertinet, (tum quia vaticinatur de Christi morte, regno, &c. tum quia Prophetæ lætis tristia miscebant;) sed propriè ad Apostolos, quorum adventus erat exoptatissimus & mundo salutaris [z]. Apostolos missos esse à Deo ad prædicandum gentibus probat, quia Propheta eorum pedes, i. e. viam, & profectionem, commendat [a]. Significat pedes gratos & tempestivè advenientes [b]. Qu. Sed cur pedes à speciositate commendantur potiùs quàm à velocitate, fortitudine, munditie, à quibus pedes laudari solent? Resp. Quia Apostoli hominum animos ad prædicationis suæ fidem traxerunt, non vi aut armis aut minis, sed, ad modum pulchritudinis, voluntariè, suaviter, & efficaciter, vitæ sanctitate, doctrinæ virtute mirabili, &c [c].

16. *Sed non omnes obediunt* (vel, *obedierunt*, Val. Er. V. vel, *auscultârunt*, Be. Pi.) *Evangelio*] [Variè accipiunt.] Respondet Paulus duplici modo, Primùm illos non posse hâc excusatione uti quibus adfuissent Apostoli, & qui Evangelio prædicato tantis cum miraculis & bene audito non paruerant, qui erant valde multi, ut ex Actis apparet. Ὑπακούειν Εὐαγγελίῳ, aut τῷ λόγῳ Θεοῦ, dicuntur, qui se parant ad eam vitam quam præscribit Evangelium, ut 2 Thes. 1. 8. & 3. 14. Hinc ὑπακοὴ πίστεως, i. e. *ex fide*, suprà 1. 5. ut ibi diximus: ὑπακοὴ τῆς ἀληθείας, 1 Pet. c. 1. v. 22 [d]. Al. Cohæret cum præced. sic, Quamvis omnis credens & invocans, &c. salvus fit, & omnibus prædicatum fit Evangelium, tamen non omnes obediunt, &c *. Præoccupatio quædam est. Nè Judæi objicerent, Evangelium non esse à Deo, quia non omnes (Judæi [f], & Gentes [g],) obedierunt. Ostendit id non indè

[Margin notes, left column:] * G. f V. sim. E. g E. h G. i Pi. k Vor. l Gom. m Me. n G. o E. sic Me. p Me. T. q E. r T. † Par. t E. v Gom. x G. y Pi. z Q. in Par. a Al. in Par. Pi. b Par. c Par. Me. d Par. * Me. f Par. g E. h Par. i E. k Tol. sim. Me. l Tol. sim. E. Me. T. m Tol. n T. sim. Tol. o G. p Vor. G. q G. r Vor. † Tol. t E. v Par. sim. E. x E. y Par. z Par. dub. a Pi. b Tol. d E. Pi. Par. * E. f Pi. g Be.

[Margin notes, right column:] h Cam. i Par. k Q. in Par. & in Cam. l Cam. m Et. Jun. G. n G. o Tol. p V. q Pi. r Tol. † V. t Pi. v V. x G. y Gom. z Par. a Tol. b Vor. c Tol. d G. * Tol. f Tol. ex Chrys. g Tol.

indè sequi [h], & causam esse, quod multi vitiis suis, aut Judaismo, affixi, nolint credere & obedire Evangelio, ideóque oculos avertant ab hac pulchritudine [i]. ¶ *Isaias enim* (Est hæc causa, non rei, sed sermonis, sive assertionis [k].) *dicit*] *Idem ille Esaias* (cujus verbis usus est qui objectionem fecit) *hoc quoque prædixit*, in sensu scilicet abstrusiore: quo sensu hæc verba adducit & Johannes, c. 12. v. 38 [l]. Hæc inobedientia multò antè prænunciata erat [m]. ¶ *Quis* (q.d. Nemo [n], vel pauci [o].) *credidit auditui nostro?*] Vel, *auditioni nostræ*, E. Non quâ nos audimus [p], sed quam alii ex nobis audierunt [q]. τῇ ἀκοῇ ἡμῶν] *Prædicationi* (vel, *Doctrinæ*, V. vel, *Sermoni*, Be. G. sic Er. E. &c. Ἀκοὴ hîc, Hellenistico more, ut שמועה apud Hebræos, est, *sermo qui auditur*, ut Matt. 4. 24. & 14. 1. & 24. 6. Marc. 1. 28 [r].) *nostræ*, Pi. De Christo †. Quod Jeremiæ tempore evenerat, iterum erat eventurum paribus de causis [t]. Loquitur Isaias in persona, vel Prophetarum *, vel Apostolorum [f]; utiturque præt. pro fut. more Prophetarum: q.d. Quis credet, &c [g]?

17. *Ergò*, &c. Ἄρα ἡ πίστις, &c.] *Ergò* (Al. Ἄρα hîc valet *Sanè*. Notant Scholiastæ sumi pro ἀληθῶς & apud Hesiodum, & apud Apollonium [h].) *fides ex prædicatione* (vel, *auditu*, Be. i. e. vel audiendi actione [i], vel Evangelio audito [k],) *est*, Pi. Di. &c. Veniens ad alteram responsionis partem concedit quod sumptum erat [l], *fidem non esse nisi ex auditu* [m], saltem ordinariè [n]. Auditus ergò fidem præcedit, & prædicatio necessaria est [o]. ¶ *Auditus*, &c. Ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος Θεοῦ] *Auditus ille est verbi Divini*, id est, verbi à Deo missi. Hoc etiam concedit [p]. *Prædicatio autem per verbum Dei*, Pi. Di. per quod suppeditatur sacris præconibus quod prædicent [q]. Vel, ex mandato Dei, qui mittit eos [r]. Al. Sensus est, Auditus sit per prædicationem, non qualemcunque, sed Dei, sive Christi; i.e. quæ est de Deo, vel de Christo †. Fides concipitur per auditionem verbi, non humani, sed Divini [t]. [Ità] *verbum Dei* accipitur pro ipsa prædicationis materia. Sed eo sensu potiùs usurpatur λόγος quàm ῥῆμα, nec dixisset διὰ, sed ἐκ, ῥήματος, &c [v].

18. *Sed dico*, (vel, *Inquam ego*, Be.) *Numquid non audierunt?*] Sed, hoc concesso, inquit, quæro *an illi* quos excusatum is *omnino nihil de Evangelio audierint*: id negare vult Paulus, & rem simili illustrat [x]. Hoc referunt, vel, 1. ad Judæos [y], de quorum reprobatione instituta est hæc disputatio, in qua de Gentilium incredulitate nulla est mentio [z]. Est objectio Judæi alicujus; q.d. Tu ex vocatione Gentium colligis eas esse electas: cur non idem dicis de Judæis. Nonne & illi de Deo audiverunt? Respondet Paulus, Egóne dixerim Judæos non esse vocatos à Deo qui omnibus se patefecit, &c? At ego, inquit Judæus, de vocatione efficaci loquor quam sequitur cognitio. Quid igitur? an Israel non cognovit Deum? v. 19. Hîc Paulus, ut invidiam vitet, Mosen & Esaiam respondentes inducit, &c [a]. Sensus, An hæc prædicatio defuit Judæis? an tot jam continuis annis nihil audierunt [b]. Vel, 2. ad Gentiles [c]. *Annon audierunt*, sub. *Gentiles*, *Evangelium* [d]? Jam latè propagato Evangelio, multi ex Gentibus non poterant excusationem prætendere quòd non audivissent *. Al. Sensus, *Imò dico*, *Nonne audierunt?* i.e. audituri sunt? præt. pro fut. vel, audire debuerunt? Omnes etiam Gentes audire debent, ideóque eis prædicandum est [f]. Vel, 3. ad utrosque. Indefinitè dictum, ut, *quomodo invocabunt*, &c. v. 14. q. d. Estne aliquis in mundo, qui se non audivisse queri possit? nemo incredulitati suæ ignorantiam prætexere potest, &c [g]. ¶ *Et quidem*, Μενοῦνγε] *Imò verò*, Be. Pi. *At enim*, G. ¶ *In*, &c. Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν] *In omnem*, (vel, *totam*: πᾶς pro ὅλην [h].) *terram* (id est, ubique terrarum [i], ubicunq; fuerint Judæi [k]:) *exivit sonus eorum*, *& ad ultima* (vel, *in fines*, Pi.) *orbis terrarum* (apud gentes [l],) *verba eorum*, Be. Pi. &c. Lxx in Hebræo legisse קולם pro קום diximus ad Psal. 19. 4 [m]. [Et alii contradixerunt. Vide ibi Synopsin.] Heb. קו Lxx bene & ex mente Prophetæ verterunt φθόγγος, ut apparet tum ex contextu, tum præcipuè ex collat. Esa. 28. 9, 10, 13. ubi occurrit vox קו, narrátque Propheta, Deum instituisse Israelitas tanquam elementarios pueros, qui primùm literas & syllabas nôsse, deinde versum legere, docentur. Ità & David, Psal. 19. docet homines primis elementis & στοιχείοις pietatis atque fidei imbutos esse sive è cœlorum compage, Rom. 1. 19. sive ex Apostolorum & Prophetarum de Messia concionibus. Itaque dixit Propheta, habere elementarios pueros quæ addiscant, suum scil. קו, elementa & versus; habere quoque provectiores suos מלים, orationes. Græci verò vertunt ad hunc sensum vocem קו, quæ *versum* aliquem significat, τὸ φθόγγον, i. e. *elementum* & *literam*: nam hoc sensu Græcis Scriptoribus, i.e. pro *litera*, non tantùm vocali, sed etiam consona, ut Plutarcho in Vita Fabii, ὁ φθόγγος usurpatur [n]. At cùm Psaltes ibi de cœlis agat, quæritur an indè Paulus hæc desumpserit, necne, & quâ ratione [o]. 1. Hæc verba non producuntur h. l. tanquam testimonium, sed per quandam accommodationem [p], sive allusionem, quâ similitudo quædam indicatur inter cœli & Apostolorum ministerium [q]. Cœlum astriferum uno in loco est; & tamen *ejus vox* & *verba* ubique locorum audiuntur, i. e. vis ejus intelligitur. Pari modo cùm Apostoli in illustrioribus urbibus fuerint, ibique & prædicaverint & miracula fecerint, ut Hierosolymis, Cæsareæ, Joppæ, Antiochiæ, Ephesi, Corinthi, Thessalonicæ, indè fama rerum tantarum pervênit ad omnes terras in quibus habitabant Judæi: idque sufficit. Sic Agrippam negat Paulus ignarum esse posse eorum quæ ab Jesu gesta erant, quia scilicet illa non in angulo aliquo, sed in locis illustribus, contigissent, Act. 26. 26. Hanc esse causam diximus cur Apostoli non permissi sint in Asiam ire, quia ex Pisidiæ & Pamphiliæ urbibus fama satis clara illuc pervenire poterat. In Latino, φθόγγος αὐτῶν, & ῥήματα αὐτῶν, refertur ad οὐρανὸς, quod Hellenistæ pluraliter enunciant, ut Hebræi שמים, etiam ubi aut de solo aere, aut de solo astrifero cœlo, mentio est. Simile est quod de Lege Mosis dixit Philo, τῶν νόμων τὸ κλέος, &c: (*Legum quas reliquit fama per totum orbem usque ad extrema terrarum pervenit.*) Vide quæ de Romanorum fide suprà dixit, c. 1. v. 8. & Act. 7. 6. & Col. 1. 6. Clemens de Paulo, δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον, (*totum mundum justitiam docuit* [r].) 2. Argumentum hoc esse possit, vel à pari, Si vox cœlorum olim in omnem terram exivit, quidni etiam hodie vox Evangelii? vel à minori, quantò magis vox Evangelii, quæ multò clariùs Dei gloriam enarrat †? 3. Potuit Spiritus S. [aut Paulus] liberè iisdem verbis & sententiâ uti, in diversa materia, citra citationem testimonii, aut imitationem destinatam [t]. 4. Paulus spiritu Apostolico Prophetiam in eo dicto agnoscit. Historicè quidem David de cœlis agit. Subest tamen Prophetia de præconio Apostolorum, &c [v]. Sed malim Prophetam de utrisque typicè agere, quòd scilicet & stellæ & Apostoli, stellarum instar, Dei gloriam celebrarent per totum orbem [x]. 5. Accipio citationem hanc in germano & literali Prophetæ sensu [y]. Non loquitur hîc Paulus de Apostolorum prædicatione, sed de cœlorum naturali quadam Divinæ potestatis & providentiæ testificatione [z]. Argumentum tale est, Deus, quanquam propiùs & familiariùs se electo populo manifestavit, Gentibus tamen Divinitatem suam patefecit, testimonio creaturarum suarum, quæ Authorem suum celebrabant, &c. ut hoc præludio ostenderet velle se illis etiam tandem innotescere [a]. Et hæc naturalis Dei notitia fuit doctrinæ perfectioris, h.e. Evangelicæ, præludium quoddam, & rudimentum, quo Deus viam Gentibus aperuit ad discendam pietatem & cultum Dei; cujus simile dictum Rom. 1. 20. & Act. 14. 16. & 17. Non ergò culpandi sunt Apostoli quòd Evangelium promiscuè cum Judæis & Gentibus communicarent, cùm jampridem utrosque ad se, diversâ licèt viâ, invitaverit [b]. [Plura de hoc loco vide in Synopsi ad Psalm. 19. 4.] Cæterum, quoniam videtur Paulus hoc testimonio ostendere, Evangelium jam suo tempore ubique prædicatum, quærunt h. l. An tempore Apostolorum prædicatum sit Evangelium cunctis Gentibus. Affirmant Chrysost. Euth. & Theoph. Negant Aug. & Anselm. [de quo videsis Per.] Urget Chrysost. illud Matth. 24. 14. *Prædicabitur in universo orbe*, &c. & Col. 1. 6. *Prædicatum est Evangelium universæ creaturæ*. Quibus alii respondent, 1. locutiones has synecdochicas esse, sive hyperbolicas, ut Luc. 2. 1. Act. 2. 5. 2. Præt. poni pro fut. *prædicatum*, pro, *prædicandum* [c]. Non probat Paulus his verbis, omnes

---

Marginal notes (left column): h Tol. sim. Me. T. — i Me. — k Tol. — l G. — m Tol. — n Pi. — o G. Pi. E. — p Vor. — q T. sim. Tol. ex Chrys. E. Me. — r G. — † V. — t G. — * E. — f Me. T. Tol. — g Tol. — h G. — i Pe. — k T. — l G. — m G. sim. E. — n E. — o Tol. — p G. — q Di. — r Pi. ex Be. — † Tol. — t V. — v Be. — x G. — y Q. in Par. E. T. Be. — z E. — a Be. — b T. — c Q. in E. — d V. — * E. — f Tol. — g Par. — h Pi. — i Par. — k Ham. — l Idem. — m G.

Marginal notes (right column): n Pet. var. lect. c. 7. — o Gom. — p Q. in Tol. — q Q. in Gom. — r G. — † Par. dub. — t Gom. — v Par. dub. — x Gom. — y Calv. Q. in Par. — z Q. in Per. — a Calv. — b Q. in Per. disp. 4 — c Per. ib.

omnes audîsse de facto, sed audituras esse, juxta Prophetiam David [d].

19. *Sed dico*, (Ego nunc te vicissim interrogo[*],) *Numquid Israel non cognovit?*] Quid? Resp. 1. Deum [f]. Resp. 2. Verbum, sive prædicationem, Evangelii [g], per Apostolos [h]: ut apparet ex scopo loci, & ex v. 15, 16, 17, 18, 21. Nè quis ignorantiæ prætextu incredulitatem Judæorum elevaret, dicit, Israelem cognovisse Evangelium, & quidem clariùs quàm ut negari possit, clariùs quàm Gentes, &c [i]. Israel non tantùm audivit, quod toti orbi commune est; sed & cognovit, i.e. vidit, propè inspexit, contrectavit quod prædicamus, ideóque prorsus inexcusabilis est. Viderunt enim Christum in carne docentem, ea facientem & patientem quæ prædicta sunt, &c [k]. Cognoverunt virtutem prædicationis Evangelicæ [l], & bona per eam annunciata [m]: ut hinc constat, quòd Gentibus illa inviderent, &c [n]. & propterea ex malitia Christum recipere noluerunt [o]. Cognovit certè, sed credere noluit, &c †. [Sensus, q. d.] *An omnino dici possit, ad aliquos Israelitas non pervenisse fama de Apostolis?* Dicere vult Paulus id planè probabiliter dici non posse. Itaque in ipsis hærere culpam, quæ etiam in mystico sensu prædicta à Mose & Prophetis [p]. Resp. 3. *Non cognovit*, sub. *hoc?* Pi. scil. Gentes esse vocandas [q], de quo disputat Paulus & id in seq. confirmat [r]; vel, Gentibus prædicandum esse Evangelium †, licèt id scire nolit, aut dissimulet: q. d. Adeò hoc verum est, ut idipsum Judæis prædixerint Prophetæ [t], quos qui habuerunt, id noscere potuerunt [v], & debuerunt [x]. ¶ *Primus Moyses*] Moses qui cæteros Prophetas tempore præcedit [y], primus Vatum V. T [z]. vel, *primus*, i. e. prior Esaiâ [a]. Positivum loco comparativi [b]. ¶ *Ego*, &c. Ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς —— παροργιῶ ὑμᾶς] Sumpta hæc ex Versione Lxx Deut. 32. 21. nisi quòd ibi bis αὐτούς, ubi hîc ὑμᾶς, sensû eodem: apparet enim de Israelitis agi [c]. [Sic vertunt,] *Ego ad æmulationem* (vel, *zelum*, Æth. vel, *æmulandum*, Er.) *provocabo vos* (i.e. quasi stimulabo vos invidiâ ac dolore [d]: faciam ut livore intus uramini [*]: permittam vos invidiâ rumpi [f], beneficiis in Gentes collatis vobis invidendi & irascendi occasionem præbebo [g]: adeò Gentes efferam, ut vobis invidendæ evadant [h]. Vel, *zelare faciam vos*, Par. Vide Rom. 11. 14 [i].) *per gentem quæ non est gens*, (ad verb. *per non gentem*, sive *non populum*, scil. peculiarem [l], vel Dei [m]: nullo loco apud Deum, alienam [n], contemptissimam [o], ob ignorantiam veri Dei [p]. *Gens non gens*, per antiphrasin, ut Græcis ἄδωρα δῶρα, ἄγαμος γάμος· Ciceroni, *insepulta sepultura*; Ovidio, *injusta justa*; Catullo, *funera non funera* [q]. *Gens non gens* καὶ ὀξύμωρον ibi [Deut. cap. 32.] Philistini, hîc omnes qui malas habuerant leges & circa idola insaniverant. Vera enim sapientia est Dei cognitio, Deut. 4. 6 [r].) *per gentem intelligentiæ* (i.e. cognitionis Dei. Syn. generis †.) *expertem* (vel, *stultam*, V. Suprà sapientiam Gentibus tribuerat, Rom. 1. Sed sapientia mundi est stultitia coram Deo: vera sapientia est, Deum cognoscere, Jer. 17. &c [*].) *ad iram vos provocabo*, Be. Pi. P. sive, *commovebo*, Er. V. &c. scil. vos abjiciendo [t], & in vestrum locum Gentes adoptando [v]; beando eos usque ad invidiam vestram [x]. Ibi [Deut. cap. 32.] Deus *ad æmulationem & iram excitavit* Israelitas, victorias largiendo Philistinis; hîc verò, dona Spiritûs sui dando illis quos *populorum* nomine indignos credebant Israelitæ [y].

20. *Isaias autem audet*; ità Mo. Tre. Ca. Ἀποτολμᾷ] i. e. Ἀποτολμῶν sive παῤῥησιάζων λέγει. Verbo ἀποτολμᾶν utitur & Plutarchus [z]. [Sic reddunt,] *Post hunc audet*, quasi sumptâ à Mose fiduciâ, qui prior illud dixerit [a]. Nam ἀπὸ sign. *post*. Rectiùs alii verbum compositum pro simplici accipiunt, saltem ut ἀπὸ vim tantùm addat verbo [b]. *Utitur audaciâ*, P. Be. Pi. *Audet & dicit*, i. e. forti & audenti animo dicit [c], totâ fiduciâ audet dicere hoc quod sequitur [d]; palàm & manifestè [*], audacter & libere, pronunciat [f], nihil veritus populi sui offensionem [g], calumnias, ac persecutiones [h]. Judæi ferre non poterant, sed sævierunt in Prophetas qui ipsorum rejectionem [i], Gentium adoptionem, prædixerunt [k]. ¶ *Inventus*, &c. Εὑρέθην τοῖς —— ζητοῦσιν. ἐμφανὴς —— μὴ ἐπερωτῶσι] In Græco Esa. 65. 1. ordine inverso, ἐμφανὴς —— ἐπερωτῶσιν, εὑρέθην —— ζητοῦσιν. Diximus ad eum locum ο'. legisse הדרשתי,

[d] Tol. [*] G. [f] Be. [g] V. E. Gom. Ham. [h] Ham. [i] Gom. [k] E. [l] Chrys in Tol. [m] E. [n] E. sim. Chrys. [o] Chrys. † V. [p] G. [q] Pi. Par. [r] Pi. † Tol. Me. [t] Me. [v] Tol. [x] Me. [y] G. [z] Zeg. [a] Tol. sim. Er. E. [b] Tol. sim. Er. [c] G. [d] Er. ex Amb. sim. Par. [*] V. [f] Tol. sim. Zeg. [g] E. [h] Me. [l] Be. [k] Me. [l] Pi. [m] Pi. sim. Me. [n] Par. [o] Er. E. sic Par. [p] E. [q] D. prov. 2. 3. 50. [r] G. † Pi. [*] Par. [t] Par. [v] Par. sim. Pi. [x] E. [y] G. [z] Idem. [a] Er. [b] E. [c] V. [d] E. [*] T. [f] Me. sic Be. Par. [g] E. sic T. sim. Pi. Par. [h] Tol. [i] Par. [k] Par. sim. Tol.

& agi primo sensu de iis qui præter spem liberati sunt Antiochi temporibus. Optimè autem id aptatur tot populis quibus advênit Evangelium, cùm nihil de Deo Deíve cultu cogitarent, quod ingens beneficium sæpe ac meritò prædicant Apostoli. Non abludit hinc illud Philonis, Libro, Deum esse immutabilem [l]. Συμβαίνει δὲ πολλάκις, &c. (*Sæpe autem contingit, ut qui diligenter quærunt, spe suâ excidant; qui autem negligenter quærunt, facilè inveniant.*) [Verba Apostoli sic vertunt,] *Inventus sum* (illis Redemptor ac Salvator[*]) *à non quærentibus me* (i. e. qui non ità quærebant, ut Judæi solent. Vide Rom. 9. 30, 31. & 11. 7. Alioqui non simpliciter rejicitur studium quærendi Deum. Vide Mat. c. 7. v. 7. Heb. 11. 6. Esa. 55. in principio [m]. *Qui me non quærebant*, ac de me nihil cogitabant [n], toti suis idolis intenti [o]: h.e. à populo Gentili [p].) *palàm apparui* (vel, *conspicuus*, sive *manifestus*, *factus sum*, Be. Pi. P.) *iis quæ me* (vel, *de me*, P. Be. Pi. Vor. Alioqui phrasis hæc propriè significat, aliquem interrogare, non autem de aliquo. Vide Luc. 8. 9. & passim alibi [q].) *non interrogabant*, Vulg. vel, *consulebant*, G. Ham. sed in rebus dubiis suis idola consulebant [r]. Deus h. l. est terminus, sive persona, ad quem quis se applicat, non materia quæstionis; h. e. quem consulebant, non de quo quærebant: ut apparet, 1. ex natura vocis, quæ hoc literaliter notat: 2. ex ejus usu in aliis locis, ut Matt. 12. 10. ἐπηρώτησαν αὐτὸν, *consulebant ipsum*; simil. Matt. 16. 1. Marc. 11. 29. Luc. 17. 20. Joh. 18. 21: 3. ex voce Heb. Esa. 65. 1. הדרשתי, à דרש, *quæsivit*, *consuluit*. Sic & in Græco, Hos. 4. 5. ἐπηρώτων, *consulebant*: & in Hesychio, ἐρωτησάμεθα, πυθόμεθα, &c †. Dicuntur Gentes nec quæsivisse Deum, nec interrogâsse; illud, quia sceleribus erant deditæ, hoc, quia erroribus erant obcæcatæ, & sine Dei notitia, fide, & spe, vivebant [t].

21. *Ad*, &c. Πρὸς δὲ τὸν Ἰσραὴλ, &c.] *Adversùs* (vel, *Ad*, Vulg.) *Israelem autem dicit*, Be. Pi. sic Tol. *Deus* scilicet, quod sæpe etiam in Prophetis subauditur. Πρὸς hîc valet *adversùs*. Israelem enim accusat Deus [v], non eum alloquens [x], sed de eo [y], vel contra eum [z], loquens [a]. Malim, *De Israel*, &c. Πρὸς valet περὶ, *de*, ut Heb. 1. 7. πρὸς ἀγγέλους, *de angelis* [b]. ¶ *Totâ*, &c. Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα, &c.] Sunt ipsa verba, quanquam sine ullo sensûs detrimento transposita, Lxx Interpretum, sequentia, paucis vocibus interpositis, illa ipsa Esaiæ quæ jam habuimus. Respiciunt autem hæc illos Judæos qui Antiochi partes erant secuti. Si tunc tales esse potuere in Judæis, quid mirum si & nunc tales inveniantur [c]? [Verba sic reddunt,] *Toto die expandi manus meas* (sub. *auxilii ferendi causâ*, V. Vel, obviis ulnis advocavi [d]; prædicatione & miraculis Christi & Apostolorum[*], variísque beneficiis [f], eos ad fidem & pœnitentiam invitans [g]. Metaphora à matribus, quæ petulantes pueros passis ulnis ad se revocant, venientes complecti paratæ [h].) *ad populum rebellem* (vel, *non obedientem*, Be. sic G.) *& contradicentem*, Pi. Be. i. e. rebellem & immorigerum [i]. Vel, *contumaciter se opponentem jussis*. Duobus enim verbis Lxx vertendum putavere סורר, quod & per ἀπειθεῖν, & per παραφρονεῖν vertitur. Et vocem ἀντιλέγων apud nostros non de verbis tantùm, sed & de rebus, usurpari diximus ad Luc. 2. 34 [k]. Locus est concisus: subaudiendum, *Et tamen ad me venire recusavit* [l].

[l] G. [*] T. [m] Vor. [n] E. [o] T. sim. E. [p] Me. Ti. E. sim. Tol. [q] Vor. [r] Me. † Ham. [t] Tol. [v] G. [x] G sim. Er. Be. [y] G. [z] Er. [a] G. [b] E. [c] G. [d] G. sim. E. [*] E. Me. [f] Pi. sic Par. [g] Par. sim. E [h] Par. [i] V. [k] G. [l] V.

CAP. XI.

1. DICO *ergò*] Nempe ad eam quæ jam recitabitur objectionem [a]. Jam tertiò inducitur idem Judæus Apostolo responsans. Alludit ad locum Psal. 94. 14 [b]. ¶ *Numquid*, &c? Μὴ ἀπώσατο, &c.] *Num repulit* (vel, *abjecit*, P. Be. vel, *depulit*, Sy. ad verb. *detrusit*, scil. de statu dignitatis & gratiæ [c], ut non particeps fiat benedictionis promissæ in Christo [d]:) *populum suum?* Pi. &c. h. e. Judæos [*]. In MS. hîc non minùs quàm infrà additur, ὃν προέγνω· quod rectum puto. Et ità apparet legisse Orig. Chrys. & Oecum. & Græcos alios: ut optimum sit ἀσύνδετον verborum προέγνω & ἀπώσατο. Nam προέγνω, Hebræâ locutione, est, *priùs approbavit*:

[a] G. [b] Be. [c] Pi. sim. Vor. [d] E. Me. [*] Tol. sic Pi.

vit: de qua locutione diximus suprà 8. 29. ἀπώσατο verò, ei contrarium, respondet Hebr. נעל, דחה, הדף, זנח, נטש, שׁט, רחק, מאס, quæ omnia in *despectûs* significatu usurpantur; pleraque autem primitivâ vi significant, *à se removere, depellere, abjicere:* ad alterum autem illum significatum ideo deflexa sunt, quòd quæ aversamur, ea à conspectu nostro soleamus amovere. Quærit ergò is cui Paulus disputanti respondet, an hoc velit Paulus, *Eundem populum priùs amatum à Deo, nunc ab eo despici.* Quò tam varié [f]? Quid igitur fiet promissionibus? Sic & Dei constantia labefactatur, & spes salutis Judæis præciditur [g]. Non multò aliter Gedeon, Jud. 6. v. 13. *Nonne Deus ex Ægypto nos eduxit, & nunc abjecit nos?* Responsurus Paulus primùm more suo aversatur [h]. ¶ *Absit*] q.d. Nequaquam. Id non sequitur ex iis quæ per Isaiam prænunciata, & postea impleta, sunt [i]. ¶ *Nam & ego Israelita sum, &c.*] Nec tamen repulsus à Deo [k], sed vocatus in Evangelii gratiam, & promissionum complementum [l]; fidelis & Christianus [m]. Sensus, q. d. Si hoc dicerem, Omnes omnino Israelitas Deo exosos, jam & ego sine ulla spe essem salutis & frustrà tanta perpeterer: sum enim & ego non tantùm ex Abrahamo ortus, sed & ex Israele, nempe per Benjaminem. Designatè originem suam explicat quò minùs de ea dubitetur. Vide Phil. 3. 5 [n]. *Israelita,* non spiritu solùm, ut Rom. 9. sed & *de semine Abraham,* h. e. secundùm carnem Judæus. Nequis autem vocationem dignitati tribûs adscriberet, addit, *de tribu Benjamin,* quæ ultima est tribuum omnium, & minima, &c [o].

2. *Non repulit Deus plebem suam* (i.e. plebem Dei, sive populum electum [p]. Negatione apertâ respondet objectioni. Nunquam Deus totum populum ex Israele ortum amavit, ità ut ad veram justitiam, &, quæ ei cohæret, salutem omnes deduceret; sed quosdam. Non ergò iidem sunt, aut pares planè, quos approbavit in hoc, & quos nunc despicit. Aliquos à Deo repelli nihil erat novi. Vide Deut. 29. 28. ubi est in Græco, ἐξέβαλεν αὐτοὺς [q].) *quam præscivit*] i.e. Vel, 1. præsciens crediturum vocavit [r]. Quod refellitur ex v. 6. *Si gratia, jam non ex operibus,* &c †. & ex Deut. 7. 7 [t]. Synecdoche Hebraica est in hoc verbo, quatenus non simplicem prænotionem, sed conjunctam cum approbatione sive electione, significat. Vide Rom. 8. 29. 1 Pet. 1 20 [v]. Vel, 2. beneficiis, velut amoris argumentis, cumulavit [x]. Vel, 3. quam ab æterno decrevit ad se trahere, & servare [y]. *Cognoscere* dicitur Deus eos quibus favet, quósque amplectitur [z]. ¶ *An nescitis*] qu. d. Ignorare nec potestis nec debetis [a]. ¶ *In,* &c. Ἐν Ἠλίᾳ] *In Elia,* Mo. E. id est, in persona Eliæ errantis, non autem in Spiritu Sancto: nam falsum aliquid est in verbis seq *. *In historia Eliæ,* Ar. sic Sy. in Di. sim. Vor. Camer. Me. E. In illa parte lib. Regum qui quòd res Eliæ contineret ideo μετωνυμικῶς de ejus nomine appellatur [b]. Al. *De Elia,* Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Ca. Di. Vor. ב pro על, *super,* vel *de* [c]. Sic Exod. 12. 43. *Non comedes in eo,* i. e. de eo [d]: Matt. 10. 32. *Confitebitur ἐν ἐμοί, ἐν αὐτῷ,* pro, *de me, de ipso:* Phil. 1. 30. *audistis ἐν ἐμοί, de me* *. Sic 1 Sam. 19. 3. *Alloquar Patrem in te,* h. e. de te: 2 Tim. 1. 13. —*quæ à me audivisti ἐν πίστει,* &c. i.e. de fide, &c. Notatur enim materia doctrinæ Pauli [f]. ¶ *Quemadmodum,* &c. Ὡς ἐντυγχάνει, &c.] *Quomodo,* vel *Ut,* (Asyndeton. Pendent enim hæc à *nescitis* [g].) *interpellet* (vel, *appellet,* Ca. *colloquatur,* P. *postulat,* Amb. in Er.) *Deum* (i. e. Dei auxilium interpellabat [h], 1 Reg. 19. 10, 14 [i]. (vel, cum *Deo,* P.) Ἐντυγχάνειν dicitur de Christo, Rom. 8. 34. & de Spiritu, ib. v. 26 [k]. ut ἐντυγχάνειν ὑπὲρ τινὸς est, *negotium alicujus commendare* [l]; ità ἐντυγχάνειν κατά τινος est, *aliquem accusare.* Vide 1 Macc. 8. 32. & 10. 61, 63, 64. & 11. 25 [m].) *adversùs Israelem,* Be. Pi. &c. questus de illius apostasia [n], postulans auxilium vel ultionem, tanquam totus à Deo defecisset, &c [o].

3. *Prophetas tuos,* &c.] In 1 Reg. 19. 10. (in Græca) verba sunt propè eadem [p], ordine tantùm mutato [q]. ¶ *Altaria tua* (i. e. tibi seu in honorem tuum exstructa *,) *suffoderunt*] Ità Be. Pi. vel, *subruerunt,* Er. *subverterunt,* V. Qu. Quî hoc factum, cùm fas non esset Deo sacrificare extra Jeros [r]? Resp. Altaria hæc passim in excelsis erant †, in quibus olim Patriarchæ immolaverant [t]; vel, quæ pii in Decem tribubus sibi struxerant [v], ex quo permissi non erant ad Templum ire; quo tempore lex de altaribus alibi struendis cessare videbatur. Ità Kimhi [x]. Hæc quoque illi subverterunt odio cultûs Dei, &c [y]. Non probat cultum Dei in his altaribus, sed detestatur impium Israelitarum animum, qui nollent Deo sacrificari, &c [z]. Al. Per *altaria* cultum intelligit [a], metonymicè [b], vel synecdochicé [c]. ¶ *Ego relictus sum solus*] Qui tibi adhæream [d]. Idem est quod apud Horatium, *Nunc ego resto* *. *Solus,* vel, 1. Prophetarum, ut ipse dicit, 1 Reg. 18. 22. & præcessit, *Prophetas occiderunt.* Si objicias centum illos Prophetas, 1 Reg. 18. poterant illi jam deprehensi esse & occisi [f]. Vel potiùs, 2. cultorum Dei [g]: de his enim loquitur responsio [h]. ¶ *Quærunt animam meam*] i. e. Insidiantur vitæ meæ [i], ut cultus Dei penitùs extinguatur, &c. Id enim præcipuè angebat Eliam, &c [k].

4. *Sed quid dicit illi divinum responsum?* ità Er. Il. P. Be. Mo. Pi. &c. Ὁ χρηματισμός;] *Oraculum,* Er. Ti. Ca. Pi. Ar. Χρηματίζειν dicitur de omni ratione quâ Deus hominibus aliquid præter ordinem significat, ut Matt. 2. 12, 22. Luc. 2. 26. Act. 10. 22. Heb. 8. 5. & 11. 7. Sed hîc propriè χρηματισμὸς est vox illa tenuis quam Hebræi vocant בת קול, cujus mentio 1 Reg. 19. 12 [l]. ¶ *Reliqui*] In Græco Regum, postquam prædixit Deus clades quas Jehu & Elisæus erant edituri, sequitur, καὶ καταλείψεις. Sed Paulus Hebræum pressiùs sequitur, ubi est והשארתי, quod est, secundùm conjugationem, κατέλιπον· at locutione valde receptâ, maximè post copulam, valet καταλείψω, *reliqua faciam.* Et puto in aliis Græcis Versionibus, quas viderat Paulus, fuisse κατέλιπον [m]. Non dicit, *relicta sunt* [n], nec, *reliquerunt se;* sed, *reliqui* [o], emphaticè [p], ut ostendat virtutem gratiæ Dei [q], quâ eos servavit, &, aliis cadentibus, ipsis perseverantiam dedit [r]. Ostendit causam discriminis non fuisse liberum arbitrium †, nec merita operum, sed gratiam Dei, gratuitámque Dei electionem [t]. De his loquitur ut ab æterno electis, non autem in futuro eligendis [v]. Eodem verbo indicat, cæteros à Deo fuisse aversos, &c. reliquiæ enim sunt quæ ex multis separantur [x]. ¶ *Mihi,* Ἐμαυτῷ] *Mihi ipsi,* emphaticè, h. e. ad meum cultum & gloriam per eos asserendam, &c [y]. ¶ *Septem* (i. e. multa [z], ut sæpe [a]. Numerus finitus pro infinito [b]: nec sine causa & mysterio, ut significetur Divina præscientia & providentia, cui omnia sunt definita & distincta [c].) *millia virorum* (& mulierum, i. e. hominum [d]: vel, *virorum,* præter mulieres & parvulos *,) *qui non* (Emollita à Paulo est appositio: nam quod in Hebræo & Græco est, *septem millia, omnia genua,* &c. hîc est, *septies mille qui genu,* &c [f].) *curvaverunt,* &c. Ἔκαμψαν γόνυ] *Flexerunt genu,* P. Be. Pi. i. e. non adorârunt [g]. Baalem colebant tum osculo, vide Hos. 13. 2. ut signo amoris; tum genuflexione, ut signo subjectionis, inter sacrificandum [h]. A negatione cultûs externi vult intelligi remotum cultum internum [i]. [Sensus, q. d.] Qui non adoraverunt idolum, sed mihi cultum exhibent [k]. ¶ *Ante Baal,* Τῇ Βάαλ] *Baal* est nomen idolorum generale [l], éstque per se gen. masc. & ità sæpissimè usurpatur. Hic autem Baal, à Jezabele invectus, fuisse videtur Hercules, summus & antiquissimus Tyriorum deus, nempe Sol, &c [m]. Cur [ergò] hîc in fœminino, τῇ Βάαλ? Resp. 1. Lxx passim *Baal* fœmininum faciunt [o]; ut, τῇ Βάαλ, Jer. 11. 13. & 19. 5. & 32. 35. & Osc. 2. 8 [p]. Sic & 1 Reg. 19. 18 [q]. Puto itaque, Baalem, ut & alios Gentilium deos, indiscreti fuisse sexûs [r]. Hoc nomine [*Baal*] Phœnices falsos utriusque sexûs deos indigetabant, Jovem præcipuè, & Junonem. Junonem verò potissimùm Izebel adorâsse videtur, quam postea Dido, ex eisdem orta regionibus, Carthaginis à se conditæ numen præcipuum ac tutelare esse voluit. Virgil. *Hîc templum Junoni ingens Sidonia Dido Condebat, donis opulentum & numine divæ.* Et Ithobalus, Isebelis pater, 1 Reg. 16. 31. à quo filia superstitionem hanc haud dubiè didicerat, Astartes sacerdos fuit, ut ex Menandro Ephesio docet Josephus contra App. l. 1. *Junonem autem indubiè Astartem vocari Phœnicibus,* ait Aug. Quanquam Euseb. eam Venerem interpretatur. Noti sunt superstitiosarum mulierum mores. Narrant apud Athenienses Minervam mulierum suffragio Neptuno prælatam *. Sed & *Baalberith,* Jud. 8. 33. fuit non dei nomen, sed deæ, apud Phœnices; ut Astarte & Atergates, quod & Sanchoniathon asserit. [Vide BC.]

Obj.

[f] G. [g] Par. [h] G. [i] Tol. [k] Tol. sim. E. Pi. Par. [l] Tol. [m] Me. [n] G. [o] Tol. [p] Idem. [q] G. [r] Chrys. in Tol. † E. [t] Par. [v] Vor. [x] Q. in E. [y] Me ex Tol. sic E. Be. Pi. * V. [a] Par. * E. [b] G. [c] Le. sim. Di. [d] Di. * Pi. Glas. gram 3. 6. 6. 532. [f] Glas. ib. [g] Pi. [h] Tol. [i] Jun. Par. Ham. [k] Par. [l] G. [m] G. sim. Ham. [n] Pi. sim. Tol. [o] E. [p] G. [q] Be. * Pi. [r] E. † E. sic Par. [t] Par. [v] G. sim. E. Pi.

[x] G. [y] E. sim. Par. [z] Pi. [a] Q. in Pi. sim. Par. [b] Pi. [c] Par. [d] Me. * G. [f] E. [g] E. Par. [h] E. [i] V. Pl. Vor. E. [k] Tol. [l] G. [m] Idem. [n] Par. ex Aug. [o] Tol. ex Aug. Par. E. ex Chrys. [p] Par. [q] Tol. ex Aug. sic E. [r] E. † Par. [t] Par. ex Aug. [v] Be. [x] Tol. [y] Par. [z] Tol. E. Me. Pi. [a] E. [b] Tol. Me. [c] Tol. [d] Pi. * E. [f] G. [g] Pi. [h] Par. [i] E. [k] Tol. [l] D. ex Theod. &c. [m] Ful. misc. 2. 7. [n] G. [o] EC. sim. Di. [p] EC. 2. 17. 859. [q] Di. [r] Di. ex Seld. * Bra.

Obj. At ibi dicitur אלהים. Resp.1. Hebræi coguntur ità loqui, quia Deorum sexus nesciunt, nec est ulla vox Hebraica quæ Deam sonat. Quare & Astarte *Deus* vocatur, 1 Reg.11.5,33 †. [Resp.2.] Solet Scriptura, de idolis loquens, genus sæpe fœmineum usurpare ᵗ, cum irrisione ᵛ; non quòd talia fuerint ipso per se sexu, (nam & Apis & Mnevis boves mares fuerunt, testibus Plin. Plut. & Strab.) sed sexûs proprietate, in majorem contemptum, propter ignaviam & imbecillitatem, &c ˣ. Resp.3. Ellipsis est substantivi ʸ: & supplendum hoc loco, vel, 1. τῇ δαμάλει, *juvencæ*, sive *buculæ*, ut est Tobiæ 1. 5. aut, ut alii Codices [ibi legunt,] τῇ δυνάμει ᶻ, *potestati*, vel potiùs, *potentiæ*, quæ Dei nomen est Matth.26.64. collat. cum Luc. 22.69 ᵃ. ut, τῇ Βάαλ τῇ δυνάμει, sit *Baali deo* ᵇ. [De quo loco plura, si lubet, vide in Ful.] Haud dubiè Vitulum utrumque, 1 Reg. 12.28, 29. intelligit Tobias ᶜ. Sed in Achabi historia, ad quam hæc pertinent, videmus *Baalem* disertè distingui à *Vitulis*, & in hoc culpam Achabi graviorem fieri quàm Jeroboami, quòd Jeroboamus vitulos tantùm, Achabus autem Baalem, coluerit, idque Sidoniorum exemplo, 1 Reg. 16. 31 ᵈ. Vel, 2. τῇ θρησκείᾳ, id est, ἐπὶ τῇ θρησκείᾳ, *in cultu* *. Vel, 3. τῇ στήλῃ, id est, *statuæ*, ex 2 Reg.10. 26, 27. ubi מצבה, quæ Baali attribuitur, LXX στήλην reddunt ᶠ. Etsi autem alibi legimus *imagines Baal*, ut 2 Reg. 11. 18. & alibi *statuas Baal*; hîc tamen sermo est de una quapiam insigni statua; nimirum ea quæ in templo Baal collocata fuerat, ut omnes eam adorarent: quæ eversa est, 2 Reg. 10.27. Et forsan *Baal* hîc positum pro ipsa statua, quam certè hîc significari, satis declarat expressio cultûs externi per signa corporea, genuflexionem & osculum ᵍ. Vel, 4. τῇ εἰκόνι, *imagini* ʰ: quod vocabulum pro *idolo* positum habes Deut. 4.16. 2 Par.34.7. Esa.40.18. Ezec.7.20. & 8. 5. Dan.3.1, &c. & nominatim de Baale, 2 Reg.11.18. & generaliter ubi simulachri alicujus, etiam Molochi, mentio, τῷ Βάαλ solent dicere LXX, ut Jud.3.7. Jer.2.8. & 11. 13, &c. [ut antè ex BC.] Sensus in oraculo manifestus est, Effecturum Deum ut cladibus illis super Tribus Decem venturis intacti manerent qui Baalis imagini nec genua flexerant, nec osculum dederant; planè sicut qui Legem observârunt, exempti sunt ab excidio Hierosl. facto per Nabuchodonosorem, Ezec.9.4. Hi fuere quos Deus illis temporibus ἔγνω, i.e. *pro suis agnovit* ⁱ.

5. *Sic ergò* (Illatio est, q. d. Si tunc, quando minor gratia erat, reliquiæ factæ sunt; ergò & nunc, quando gratia abundat. Aliud etiam particula hæc indicat, nempe similitudinem præced. exempli, ubi illud, *reliqui mihi*, respondet τῷ *secundùm electionem* ᵇ.) *& in hoc tempore* (scilicet promulgati Evangelii ᶜ) *reliquiæ* (Non malè: nam ad κατέλιπον v. præced. respicere videtur hoc λεῖμμα indè ductum, ut à *reliqui*, *reliquiæ*; éstque hæc allusio argumentativa ᵈ. Vel, *reservatio*, Be.Pi.Bra. hoc est, residua quædam portio *, scilicet Judæorum ᶠ; hoc est, pauci Judæi ᵍ, qui Christum reciperent ʰ, vel quos vitâ æternâ donaret ⁱ. Communi vitiositati Judæorum erepti sunt pauci. λεῖμμα est שאר, vel שריד, quod & κατάλειμμα suprà 9.27. *pauci de multis* ᵏ.) *secundùm electionem gratiæ* (id est, per electionem Dei gratuitam ˡ, sive quæ ab ejus gratia & beneficentia proficiscitur ᵐ; q.d. qui prædestinati fuerant ad salutem ⁿ; vel, beneficio profectò ex summa Dei bonitate. Ἐκλογὴ est *quodvis Dei beneficium*; in Evangelio, omnia ea quæ ad æternam vitam ducunt. Χάρις, unde fluit ἐκλογὴ, est *Dei bonitas*. Hoc beneficium fuit vocatio per Evangelium. In Perek Melek legimus dictum R. Sinai, *In terram Canaan introierunt de sexcentis millibus bini tantùm: idem fiet in diebus Messiæ* ᵒ.) *factæ sunt*, Γέγονεν] *Facta est*, Be.Pi. *Fuerunt*, V. Indicat causam istius reservationis, id est, efficacis vocationis Judæorum ᵖ, quia Deus eos ex gratia elegit ad vitam æternam ᵠ. Chrysost. *gratiam* dictam censet, quia nemo remissionem peccatorum & salutem assequitur, nisi ex gratia Dei; *electionem* verò, quia Deus ad hanc gratiam vocat quos prævidit ei obedituros. August. autem putat totum esse gratiæ & voluntatis Divinæ, determinantis arbitrium hominis, quia dat ut velle possit, & facit velle ʳ. [De quo antè dictum est. Plura videsis apud Polemicos.]

6. *Si*, &c. Εἰ δὲ χάριτι, &c.] *Quòd si per gratiam* (scilicet facta est reservatio, seu electio †.) *non jam ex operibus*, Be.Pi.&c. hoc est, operum merito ᵗ, & efficaciâ ᵛ: id est, quò insignius esset beneficium, fecerat hoc Deus etiam in eos quorum pia facta non præcesserunt. Vocati sunt & paruere non minùs homines vitæ antè flagitiosæ, quàm qui emendatiùs vixerant ˣ. *Opera* hîc excludit in universum omnia Legis, & Judaicæ & naturalis, &c ʸ. Quantum enim ad totam hominis salvationem attinet, quam electio respicit, nihil boni meriti eam præcedit; sed ipsa electionis gratia omnium bonorum operum causa est. Loquitur autem Paulus, ut ex præced. constat, de prædestinatione, quæ hinc rectè statuitur esse merè gratuita ᶻ. Prima hominis justitia ex nullo est hominis opere, tanquam meritorio, aut efficaci ex se gratiæ, & justitiæ; sed tantùm ex Christi virtute & merito, quod ex Divino beneplacito applicatur & communicatur credenti, &c ᵃ. ¶ *Alioquin* (Ad verb. *Quoniam*, scilicet si ex operibus simul & gratia. Ἐλλειπτικὸν loquendi genus ᵇ. Vel, *Quandoquidem*, Er. Malim, *Alioquin*. Sic probat Budæus τὸ, ἐπεὶ, accipi in argumentatione ab absurdo sumpta, ut Rom. 3. 6. 1 Cor. 5. 10. & 17.14, &c ᶜ.) *gratia jam non est gratia*] Ità Be.Pi. &c. id est, non habet rationem gratiæ, sed mercedis potiùs ᵈ; vel falsò vocaretur gratia *, gratiæ natura destrueretur, quæ est ut detur gratis, non ex merito ᶠ: repugnant enim gratuitum & debitum ᵍ. Hoc comparativè dictum. Potest & in operantes beneficium conferri, sed tunc minùs apparet beneficii magnitudo. Est ὀξύμωρον. Non est verò idem quod hîc tractatur, & quod suprà initio cap. 4. Ibi de justitiæ effectibus, hîc de causis, tractatur: ibi, λογίζεται κατὰ χάριν· hîc, λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονε. Imò & vita æterna ibi χάρισμα, Rom.6.23. ità accipimus χάριν ἀντὶ χάριτος, Joh.1.16 ʰ. Hæc Antanaclasis elegantiam habet propter apparentem contradictionem. Etenim *gratia non est ullo modo, nisi gratuita sit omni modo*, ut rectè ex hoc loco colligit Aug ⁱ. ¶ Εἰ δὲ ἐξ ἔργων, &c.] Hæc desunt in MS. & in Vulg. & Orig. Amb. & Chrys ᵏ. & rectè ˡ. Contrà, hæc summo consensu inveni in Græcis Codicibus, (excepto Codice Claromont.) & in Syro ᵐ, & in Th. & Oecum ⁿ. Et videntur hæc congruere ad explendam fidei & operum antithesin ᵒ. Est hæc reciprocatio evidens ac necessaria ᵖ. [Verba sic reddunt,] *Sin ex operibus* (scil. electio est ᵠ,) *jam non est gratia*, (i. e. electio & vocatio eorum non fit ex gratia ʳ) *alioquin opus jam non est opus*, Be.Pi. id est, non habet rationem operis †, quia esset gratuitum & non opus, nempe meritorium; ità esset debitum non debitum ᵗ, meritum non meritum ᵛ.

7. *Quid ergò?*] Sub. *dicemus?* Camer. Tol. Pi. E. &c. vel, Quid sequitur ex dictis ˣ? Quid ergò est quod doceo? An eos qui olim amati fuerant à Deo, jam despectos? Non sanè ʸ. ¶ *Quod*, &c. Ὃ ἐπιζητεῖ, &c.] *Quod* (vel, Nempe *quod*, q. d. Nempe hoc dicemus, & fatebimur quod res est ᶻ.) *requirit* (verbum sumptum ex Rom. 3.9,10 ᵃ. id est, quod conatur operibus suis assequi ᵇ: vel, *quod quærebat*, Vulg. G. id est, sectabatur, & adhuc quærit, nempe justitiam ᶜ, justitiam Dei, vel *legem justitiæ*, ut est Rom. 9.31 *. justitiam quæ apud Deum valeret ᶠ, justitiam operum ᵍ, sive ex Lege ʰ, & salutem, sive vitam æternam ⁱ. Idem sensus qui suprà 9.31 ᵏ.) *Israel* (hoc est, Israelitæ carnales ˡ, sive non electi ᵐ. *Israel* hîc pro *majori parte Israelis* ⁿ.) *hoc non est assequutus*, sive *adeptus*, Be. Pi. culpâ suâ ᵒ. Causam autem cur non sit assecutus hîc non repetit, quæ petenda est ex Rom.9.32. & 10.3 ᵖ. quia non quærit ubi oportet, & sicut oportet ᵠ; quærit ex operibus, cùm illa solùm habeatur ex gratia ʳ. ¶ *Electio*, &c. Ἡ δὲ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν] *Sed electi* (*Electio* pro *electis* †; quomodo suprà *circumcisio* & *justitia* pro *circumcisis* & *justis* ᵗ, & *vocatio* pro *vocatis*, 1 Cor. 1. 26 ᵛ. Sic & Dan.11.15. מבחריו, id est, ἐκλογὰς αὐτοῦ, pro *viris electis* ˣ: ità hoc loco *electio*, id est, reliquiæ populi electæ ʸ. Maluit *electionem* dicere quàm *electos* ᶻ, ut vim gratuitæ electionis Dei innueret, à qua totum habent electi quod habent ᵃ, vel ut notaret causam adeptionis hanc fuisse quòd electi sunt ᵇ. Ἐκλεκτοὶ autem sunt cum effectu intelligendi, ut suprà κλητοὶ, ii quibus maxima à Deo beneficia obtigere, quique eis uti non neglexere ᶜ.) *assecuti sunt*, Pi.&c. ¶ *Cæteri*, &c. Οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν] *Reliqui*

M

Marginal notes (left column): † BC ib. ᵗ Ful. ib. ᵛ Ful. ex Hi. ˣ Ful. ʸ Glass. gram 3 1. 40.159. ᶻ Q. in G. sic D. ᵃ Ful. ᵇ D. ᶜ Ful. ᵈ G. * Camer. ᶠ Ful. sic Glass. E. ᵍ G. ʰ Er.P. D. Be.Vor.E. Ful. G. ⁱ G. ᵇ Tol. ᶜ E. Me. ᵈ Bra. * Vor. ᶠ Pi. sic Tol. E.V. Er. ᵍ Me. ʰ E. sim. Tol. Pi. ⁱ V. ᵏ G. ˡ E.Me.T. Tol. sic Par. Pi. Vor. Be. ᵐ V. ⁿ Er. ᵒ G. ᵖ Pi. ᵠ Pi. sim. Par. Tol. ʳ Tol.

Marginal notes (right column): † Par. Tol. Camer. sic Pi. ᵗ Pi. Par. Tol. E. ᵛ Tol. ˣ G. ʸ Tol. ᶻ E. ᵃ Tol. ᵇ Pi. ᶜ Ee. ᵈ Tol. * E. ᶠ Tol. ᵍ E. sim Par. ʰ G. ⁱ Vor. sic Pi. ᵏ G. ˡ G. sim. Er.Zeg E. ᵐ Be. ⁿ Ias. philol. 1.2. 13.174. ᵒ Glas. ex Salm. sic Be. ᵖ Par. ᵠ Par. sim. Pi. ʳ Pi. † Tol. ᵗ Par. ᵛ Par. sic Pi. ˣ E.Me. ʸ G. ᶻ Pi. ᵃ Par. ᵇ Pi. ᶜ E. sic Me. T. * Tol. ᶠ G. ᵍ Par. ʰ Tol. ⁱ Pi. Par. Gom. ᵏ G. ˡ Vor. Pi. sim. Tol. ᵐ Par. ⁿ G. ᵒ Tol. ex Chrys. ᵖ G. ᵠ T. sic E. Me. ʳ E. Me. † G. Vor. ᵗ E Me. &c. ᵛ Vor. ˣ G. ʸ Me. sic E. T. ᶻ E. sim. Pi. ᵃ E. ᵇ Pi. ᶜ G.

liqui (Judæi scilicet [d], reprobati [*], deserti [f], qui hoc beneficium aspernati sunt [g]:) *verò occalluerunt*, P. Be. Pi. Designat contumaciam [h], quæ velut callum in eorum animis duxerat. Πῶρος propriè est *callus* [i], & durities in articulis [k]. Confer Marc. 6. 52. & 8. 17 [l]. Vel *excæcati sunt*, Vulg. Er. malitiâ suâ, ut clarum Evangelii lumen non videant [m]. Vel, *induruere*, G. sic Pi. id est, non tantùm non exuêre vitia, sed & pejores effecti sunt; quod maximè apparuit ex ipsorum in Christianos sævitia. Πωροῦν idem quod σκληρύνειν, Joh. 12. 40. 1 Cor. 3. 14. unde πώρωσις, infrà 25. Alibi πώρωσις *tarditatem in re aliqua comprehendenda* significat. Hebræum כהה vertitur per πωροῦν, alibi per βαρύνειν, de quo verbo suprà 9. 17, 18. alibi per ἐκτυφλοῦν [n].

8. *Sicut scriptum est*] Esa. 6. 9 [o]. & 29. 10 [p]. ¶ *Dedit* (scilicet permittendo [q], deserendo, occasiones objiciendo [r]; lucem judicii ac notitiæ tanquam justus Judex auferendo ab ingratis, suæque insitæ cœcitati relinquendo, & à Satana seducendos, &c †.) *illis Deus spiritum*, &c. Πνεῦμα κατανύξεως] Sensum expressit memoriter, ut sæpe. Nam in Esaia ad ipsum populum loquitur Propheta, & ait, Πεπότικεν ὑμᾶς Κύριος πνεύματι κατανύξεως. Prior mutatio eò minoris momenti quòd & Propheta eodem commate à secunda persona in tertiam transit, ut & alii Prophetæ sæpe. Nec altera ullius est momenti, cùm *dare spiritum* κατανύξεως idem sit quod cum *potandum præbere* [t]. [Verba variè reddunt,] *Spiritum* (vel, *Animum*, Ca. Ità quidem *spiritus* interdum sumitur, ut Esd. 1. 1. Esa. 19. 3. tamen cum epithetis bonis vel malis singularem Dei operationem gratiæ vel pœnæ significat. Sic Deus *dare* dicitur *spiritum veritatis*, *gratiæ*, &c. item *mendacii*, *furoris*, &c. *Spiritum* ergò hîc intellige malum, sive Satanam, quem Deus immittit reprobis in pœnam [v]. Vocatur πνεῦμα, Hebræorum more, *afflatus Dei*, sive per Spiritum Sanctum agentis, sive per spiritus malos sua judicia exercentis [x].) *compunctionis*, Er. Mo. Ti. Vulg. Id propriè est κατάνυξις [y], & νύσσειν est, *pungere*, *vellicare*; unde Act. 2. 37. κατενύγησαν, *compuncti sunt* [z]. [Hanc autem Versionem variè explicant:] Spiritum, velut stimulum incitantem ad malum [a]. Al. Dolorem ob abolitionem traditionum, &c [b]. Al. Oculi eorum ità cœcitate capti sunt, acsi acu compuncti videndi facultatem amisissent [c]. Al. Obstinati & immobiles hærent in malo, sicut qui in loco aliquo clavis confixi & compuncti sunt [d]. Al. *Spiritum transpunctionis*, Vor. Cyp. in E. qui totum hominem penetravit [*]. Vel, *exacerbantem*, sive *exasperantem*, scil. corda illorum adversùs Evangelium [f]. Vel, *commotionis*, Tre. ex Sy. Vel, *hallucinantem*, Di. ex Sy. qui sit instar offensi & caligantis oculi, qui ad res attendere, easque rectè discernere, nequeat [g]. Vel, *torpentem*, Ca. sic Æth. *stupentem*, Di. ex Ar. negligenter se erga res Evangelii gerentes, & circa eas quasi quiescentes [h]. Vel, *soporis*, Il. P. Be. Pi. Cap. Ham. Ang. Di. Sed quî hæc significatio voci huic convenit [i]? Resp. Forsan LXX vocem hanc confinxerunt, tanquam à νυξ deductam; q. d. *obnoctium*, id est, soporem altum, qualis densissimâ noctе esse solet [k]. Al. Est κατάνυξις hoc loco non à κατανύσσειν, *pungere*, sed à veteri κατανύω. Simplex est νύω pro νεύω, quod in Latinis mansit *nuo*, unde *nutus* & *nutare*. Hinc νυζω, νυστός, & νυστάζω, quod est *nutare*, id est, caput concutere, ut solent non tantùm dormitantes & senes, qui *omnia omnibus annuunt*, ut ait Catullus; verùm etiam quos invasit stupor [l]. Judæis, qui inter Græcos versantes linguâ Græcâ, sed impuriore, utebantur, νύσσειν significat idem quod νυστάζειν, *dormitare*, *consopiri*; & κατάνυξις idem quod νυσταγμός. Quæ significatio liquet, 1. ex Sirach. 21. 21. *In requie*, hoc est, lecto, οὐ κατανυγήσεται, *non consopitur*, quia totus est in machinandis dolis, &c. 2. Ex LXX, qui voces Hebraicas, quæ *somnum* & *soporem* significant, reddunt per Græcum κατανύσσειν, ut Psal. 60. 3. ubi Heb. תרעלה, Aq. κάρωσις, Sym. καταφορᾶς· Dan. 10. 9, 15 [m]. Sic דום, quod est *quiescere*, *silere*, LXX aliquoties reddunt per κατανύσσειν, ut Levit. 10. 3 [n]. Psal. 4. 5. Esa. 47. 5 [o]. Nomen Hebræum in Esa. 29. 10. est תרדמה [p], quod Aq. vertit καταφορᾶς, Th. ἐκστάσεως [q], (quomodo idem nomen vertunt LXX, Gen. 2. 21. & 15. 12. & nomen idem valens רדם, Psal. 76. 6 [r].) at LXX, κατανύξεως †, id est, *soporis*, sive

stuporis; ubi scilicet vis mentis quiescit, cessat, & concidit [t]: significatio autem *pungendi* ibi minimè quadrat [v]. Idem תרדמה, 1 Sam. 26. 12. vertitur θάμβος· & Job 4. 13. & 33. 15. φόβος. Verbum quoque Hebræum רדם, unde istis nominibus origo, vertitur non modò per νυστάζειν, sed & per ἀποσκαρίζειν. In Daniele etiam 8. 10. & 10. 9. per κατανύσσω significat *cadere* [x], sive stupore quodam mentis & sensuum cessatione correptum concidere in terram [y]; vertitúrque altero loco per κατανύσσεσθαι, altero per πίπτειν, sensu eodem [z]. Est ergò spiritus κατανύξεως talis animi commotio, quæ homines vecordes ac velut exsensos facit [a]. Quod multis haud dubiè evenit Judæis, cùm ingens ille Sennacheribi exercitus terram invasit, & ad urbem Hierosolyma castra posuit; de quo tempore agit Esaias: sed optimè id ipsum aptatur Judæis, qui postquam Christum cum sua cruce exhorruerunt, quæ esset vera justitia cognoscere, multóque magis eam adipisci, nequivere; ac sic in gravissima mala tum hujus tum alterius seculi inciderunt [b]. ¶ *Oculos*, &c. Ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν, &c.] Id est, τῆς ἀβλεψίας, qui sunt οὐδὲν βλέποντες [c] vel elliptice, pro, ἕνεκα τοῦ μὴ βλέπειν [d], hoc est, oculos tales quibus non possint videre [*]; id est, mentem talem, quâ non possint intelligere veram salutis doctrinam [f]. Eventum enim potiùs quàm causam finalem significat [g]. Vel, oculos ad non videndum, id est, ineptos ad videndum [h]. Sensus non est, Deum dedisse eis oculos ad hunc finem, ut non videant, &c. sed non dedisse ut oculis viderent, &c. id est, ut attenderent ad ea quæ viderant & audierant, eósque ità à Deo derelictos esse, ut, instar hominis soporati, præ stupore oculis non utantur ad videndum, &c. Hinc constat, ità quosdam à Deo deseri ut auxilium iis præstò non sit quo se convertant, &c [i]. Illud, τοῦ μὴ βλέπειν, est vice nominis in Genitivo positi, more Hebræo, ad significationem adjuncti. Deprompta hæc ex Esa. 6. 10. ubi est in Græco, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκάμμυσαν, &c. Bene autem Deo hîc adscribitur, quod in Esaia ipsis Judæis, quia sicut Pharao priùs induravit cor suum, deinde Deus cor Pharaonis; ità & qui videre conspicua noluerunt, eis in posterum etiam judicii vis hebetatur. De loco Esaiæ satis egimus ad Matth. 13. 14. & Act. 28. 26. Velleius Paterculus, *Quippe ità se res habet, ut plerumque cui fortunam mutaturus est Deus, consilia corrumpat.* Similiter Lycurgus orator ex Græco poeta: [verba tibi dabit G.] Ammianus Marcellinus, *Solent manum injectantibus fatis hebetari sensus hominum & obtundi.* Nec aliter sensere Judæi veteres, ut ex Philone etiam & Josepho apparet; & Christiani. Cypriani est Epist. 55. *Ira est Dei non intelligere delicta, nè sequatur pœnitentia.* Sicut scriptum est, Et dedit illis Deus spiritum transpunctionis, &c. Idem, ——— *percussi sunt animi cæcitate, ut nec intelligant delicta, nec plangant. Indignantis Dei major hæc plaga est.* Salvianus, *Prænoscebatur captivitas, nec formidabatur; ablatus quippe erat à peccatoribus timor, nè posset esse cautela. Itaque barbaris penè in conspectu omnium sitis, nullus metus erat hominum, ——— tanta cæcitas fuit, ut cùm absque dubio nullus perire vellet, nullus tamen id ageret nè periret* [k]. ¶ *Usque in hodiernum diem*] Est hoc verbum Mosis ostendentis perseverantem & perpetuam populi illius incredulitatem etiam sub continuis miraculis; per quod prædicere voluit futuram incredulitatem & cæcitatem in adventu Christi, & propterea à Paulo allegatur. Sumptum est hoc testimonium, non ex Esa. 6. ut ferè omnes putant, sed ex Deut. 29. ubi totus hic locus integer habetur [l]. Non sunt hæc Esaiæ verba [m], sed Pauli [n], & construuntur cum ἐπωρώθησαν, v. 7 [o]. cæteris per παρένθησις modum interjectis [p], sicut res ipsa ostendit, & explicatur 2 Cor. 3. 15 [q]. Est ergò trajectio, qualis Rom. 2. 16 [r]. Monet Apostolus, hanc Judæorum obdurationem indè à tempore Esaiæ †, vel certè ab initio prædicati Evangelii, durare usque ad præsens tempus [t]. Significat, id quod prædictum est ab Esaia impletum esse, & quotidie impleri; q. d. Experientia nunc testatur ità se rem habere [v]. Providè hoc addidit Paulus: non enim omnes quos indurat Deus, in perpetuum indurat; sed quosdam gravia peccare, aut etiam in pericula incidere, sinit, ut sic eos velut è somno excitet, nováque experimenta capiat an bona neglecta accipere velint. Nam inter illos Ju-

Judæos de quibus hunc Esaiæ locum usurpaverat Christus, Matth. 13. 14. Marc. 4. 12. &c. fuere illi qui conscientiâ parricidii in Christum commissi, & metu malorum quæ Apostoli minabantur, Evangelium priùs spretum recepere, Act. 2. 37, &c. De eadem obduratione loquens Paulus, 2 Cor. 3. 14, 15. addit, ἄχρι τῆς σήμερον, & ἕως σήμερον [x].

9. *Et David dicit*] De simili scilicet hominum genere [y], Psal. 69. 23 [z]. ubi Græca optimè cum Hebræo conveniunt, nisi quòd ibi est futurum יהי, sed quod sæpe apud Hebræos sumitur pro precativo; שלומים autem rectè vertitur ἀνταπόδομα, vel ἀνταπόδοσις sicut & interpretes שלם sæpissimè vertunt ἀποδοῦναι. Paulus (ut solent qui memoriter aliquid citant) sensum bene expressit, & verba pleraque, non tamen scrupulosè. Nam primùm omittit ἐνώπιον αὐτῶν, quod solet addi *mensæ*, ut Psalm. 23. 5. Ezec. 23. 41. Deinde post εἰς παγίδα, addidit, καὶ εἰς θήραν, i. e. *capturam quæ fit per laqueum*, ut faciliùs intelligatur id quod hîc significatur per *laqueum*. Pro ἀνταπόδοσιν posuit ἀνταπόδομα, & ordinem invertit, præponens illud, εἰς σκάνδαλον. Loquitur David de iisdem de quibus Psal. 41. 9. qui, cùm adeò familiares ipsi fuissent ut quotidie conviviis ipsius interessent, ipsum apud Saulem fœdè calumniati erant, perniciémque ei struxerant. Eis ex spiritu Legis optat paria. Et per *mensam* intelligit mensæ participes per μετωνυμίαν. Optat igitur ut amici & convivæ eorum eos decipiant; ut quod Davidi fecerant, ipsi inveniant, & sic impingant in mala, quæ nostris Hellenistis σκάνδαλα. Mystico sensu *mensa* potest intelligi *altare*, Mal. c. 1. v. 7. & per *altare* συνεκδοχικῶς Templum, quo incenso, multi Judæi partim flammis interiere, partim capti sunt [a]. ¶ *Fiat*, &c. Γενηθήτω — εἰς παγίδα, καὶ εἰς θήραν, &c.] *Fiat* (Pro *erit*, hîc & in Lxx est *fiat*. Nam intentio Prophetæ est, non nudè prædicere hanc pœnam, sed eam, tanquam justam & à Deo volitam, optare & approbare [b].) *mensa eorum in laqueum, & in tendiculam*, (vel, *captionem*, Er. Il. Ti. Mo. *offendiculum*, Be. *decipulam*, Ca. quâ venamur [c]; ad verb. *venationem* [d], i. e. prædam venatu captam [*]. Al. quâ capiantur à venante Diabolo, & ab eo devorentur [†].) *& in offendiculum*, (vel, *scandalum*, Mo.) *& in talionem* (vel, *retributionem*, D. Pi. Heb. est לשלומים, i. e. *pacifica* [f], i. e. sacrificia omnia, quibus Deum fatigant [g], & sibi abblandiuntur [h]; pro quo Lxx & Paulus hîc habent, *in retributiones* [i], & Sym. εἰς τιμωρίαν [k], quasi legissent לשלומים [l]. Sensus idem [m]. Hoc verbo justitiam imprecationis & judicii divini salvat [n].) *ipsis*, Pi. Be. &c. Triplex hîc est metaphora; 1. ab avibus: 2. à feris: 3. à lapide offendente [o]. Est & metaphora à cibo, qui in nutrimentum apponi solet, sed aliquando in eo miscetur venenum, & convertitur in mortem [p]. *Mensa*, i. e. cibus & potus, h. e. deliciæ [q], epulæ, quibus laxare animum debebant [r]. Mensa vel cibus spiritualis animæ [†]; Sacra Scriptura, Lex, Prophetia [t], Verbum salutis quod illis pro cibo suavissimo esse debebat [v]. Malim mensam intelligere propriè dictam, quæ in obsidione Jerof. per Romanos Judæis dirâ fame vexatis revera exitialis fuit, dum sibi mutuò cibos, non sine strage, eripiebant, &c [†].

10. *Obscurentur*, &c.] Loquutionis forma est deprecativa; habet autem vim futuri & prædictionis [x]. Mens eorum obtenebretur [y]. ¶ *Ne videant*, Τοῦ μὴ βλέπειν] i. e. Εἰς τὸ μὴ βλέπειν [z]. Ut recto judicio privati claram & præsentem veritatem non agnoscant [a]. Caligabant Judæi non modò in summa Solis justitiæ luce, &c. sed & in rebus politicis; unde, ut notat Josephus, & sibi & genti exitium arcessivere [*]. Solet hoc dici de gravibus miseriis, ut videre est Lam. 5. 17. Et hoc & quod sequitur planè Græco Interpretum Lxx respondet [b]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον] *Et tergum* (vel, *dorsum*, Vulg. Ham. In Psalm. 69. 24. est מתניהם [c], quod propriè *lumbos eorum* significat [d]; sed ob vicinitatem solet id nomen & pro *dorso* poni, ut Psal. 66. 11 [*]. Sionita quoque *dorsum* vertit. Dorsum comprehendit lumbos. Aristot. lib. 1. de Hist. Anim. tres facit partes τοῦ νώτου, scapulas, spinam, & lumbos [f].) *eorum semper* (h. e. totaliter [g]) *incurva*, Be. Pi. P. Er. Mo. &c. i. e. Frange vires, nè ampliùs noceant. *Tergum* robur significat [h], & dorsi incurvatio virium imbecillitatem arguit. Heb. *nutare*, vel *vacillare*, *fac* [i]. Σύγκαμψον ponitur pro Heb. המעד, [lege המער,] quod est, *commovere*, & etiam *lassare*: nam מעד Aquila ὁ ἀκριβαστὴς vertit ἀτονεῖν, *lassescere*. Idem autem valet, *curvare dorsum*, quod *lassare* [k]: utroque enim significatur onerum gravium impositio, & per id servitus [l]: qualis innumeris Judæorum evenit per Titum [m]. Ità quidem ad literam hoc à Propheta dictum videtur. Sed ex mente Pauli spiritualis potiùs pœna intelligenda est [n]. qu. d. Nihil cœleste sapiant, sed animo semper terrena spectent, &c [o]. facias ut semper sint oculis in terram defixis [p]. Similis tropus apud Poetam, *O curvæ in terris animæ & cœlestium inanes* [q]! *Dorsum*, i. e. affectus & voluntas incurvata est, quia dediti sunt rebus carnalibus, ut non valeant oculos attollere in cœlestia [†]. *Dorsi* nomine judicium intelligo, quod Scriptura *mentis lumbos* appellat, Psal. 16. 7. & 26. 2. Prov. 23. 16. Jer. 11. 20. & 12. 2. & 17. 10. Eph. 6. 14. 1 Pet. 1. 13. Et sic optimè cohærent metaphoræ partes. Miser est qui viam suam, sive quæ opus sit, videre nequit; sed eò miserior, si eâ infirmitate laboret ut rectam viam, ab aliis monstratam, recto judicio capere, sequi, & firmiter retinere, non valet [‖]. Al. Fac ut conscientiis suis trepident [†].

11. *Dico ergo*] Eadem locutio quæ suprà v. 1. *An hoc dico quod mihi imputatur* [t]? ¶ *Numquid*, &c? Μὴ ἔπταισαν ἵνα πέσωσι;] *Num impegerunt* (vel, *lapsi sunt*, Er. V. i. e. deliquerunt Judæi [v]: vel, sic *offenderunt*, Tol. ex Vulg. Non enim loquitur de causâ aut fine, sed de modo, casus [x]. Vel, *dico eos ità lapsos*, G. vel, ideo Deus passus est Judæos labi [y]) *ut laberentur*? Pi. vel, *exciderent*? Be. *conciderent*? Er. V. vel, 1. ut nil indè sequeretur nisi ipsorum interitus, nullo ipsorum neque aliorum fructu [z]? vel, 2. ità ut ipsi omnes ad unum perirent [a]? ut in totum caderent, in terram scilicet, insanabiliter [b], & sine ulla spe surgendi & conversionis [c]? Non intelligit simplicem lapsum, quem eis tribuerat, sed totalem, ut ità dicam, occasum [‖]. Vel, *ut cadant*? i. e. in casu maneant: nam sæpe verba sumuntur in sensu Durationis [d]. Πταίειν, נגף, poni solet de eo *qui impellitur*; נפל autem, quod per πίπτειν vertitur, sæpe *jacendi* habet significationem, ut cùm dicitur Apoc. 18. 2. ἔπεσεν, ἔπεσε, i. e. planè jacet: ideóque pro eo ponitur κατακλίνεσθαι, Exod. 21. 18. Et eodem sensu ῥίπτεσθαι, Luc. 4. 35. & ταπεινοῦσθαι, Esth. 6. 13. Esa. 3. 25. In Psal. 37. 24. ὅταν πέσῃ οὐ καταραχθήσεται, כי יפל לא יוטל, idem est quod hîc dicitur, *non manebit semper in lapsu*. Per hoc autem Apostolus indicat quod suprà, cùm dixit, ἕως σήμερον ἡμέρας [*]. Levius est *offendere*, sive *impingere*, quàm *cadere*. Offensionem intelligit in parte populi, casum autem in toto, & sine spe reparationis [f]. Τὸ, ἵνα h. l. significat, vel, 1. finem quem Deus intendit [g], sive quo consilio eos excæcavit [h]. q. d. Non ideo permisit Deus eos labi ut gens tota à salute excideret, &c [i]. Vel, 2. eventum [k], ut sæpe; q. d. Non sic offenderunt ut casus irreparabilis & omnino universalis sit secutus [l]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ τῷ αὐτῶν παραπτώματι, *Sed per eorum offensam* (vel, potiùs, *impactionem*, vel *offensionem*, vel *ruinam*, quamvis hæc offensio peccatum quoque sit [m]: vel, *lapsum*, Pi. E. Tol. Medium quiddam hoc est inter offensionem & casum [n]. Respondet τῷ ἔπταισαν [o].) *salus* (sub. *est*, P. Camer. vel, *obtigit*, Pi. Be. Vor. &c. vel, *facta est*, Zeg. sic G. ex Sy.) *Gentibus*, P. Be. &c. Sensus est, Deus Judæorum plurimos ad contumaciam ipsorum ad tempus dereliquit, ut eò faciliùs Gentes pervenirent ad veram justitiam quæ hîc per μετωνυμίαν *salus* dicitur. Judæorum incredulitas duobus modis serviit Gentibus: Primùm, quòd eâ ratione apparuit, nullam injuriam à Deo Judæis fieri quòd Gentes vocaret ad ea quæ ipsi repudiaverant: de quo vide ad Matth. 24. 14. Deinde, quòd si Judæorum pars maxima in Christum credidisset, ea obstitisset nè Gentes, nisi circumcisæ & Legi Mosis subditæ, ad corpus Ecclesiæ reciperentur: ut videre est Act. 15. 1. & 21. 20. Nunc verò multò minor pars cùm essent, legem dare cæteris non potuere. Ità ex tenebris Deus lucem fecit exsistere, sapientiâ sanè admirabili [p]. Judæi Gentes graviter aversabantur, nec eas in societatem suam unquam admissuri erant. Invidos ergò deiici oportuit, ut Gentibus daretur locus. Sic ruina Judæorum causa fuit salutis Gentium; non quidem per se efficiens,

efficiens, sed tollens obstaculum, sive justa occasio, ut Evangelium Gentibus prædicaretur. Vide Act. 13. 46. Atque ità Deus à crimine invidentiæ & ἀπεχθείας liberatur. Dices, Quid si Judæi credidissent, annon salus contigisset Gentibus? Resp. Contigisset utique, quia pro mundi salute passus erat Christus; & Gentes suo tempore vocandas clamant omnes Prophetæ, nec Judæi diffitentur. Sed non tam citò, nec eodem ordine quo nunc, Evangelium ad eas perlatum fuisset; Judæis enim primò prædicandum erat, Act. c. 13. v. 46. confer Luc. 14. 16, 17, &c. qui si credidissent, Gentes seriùs vocatæ essent, & multæ interim periissent, neque Gentes loco Judæorum subrogatæ, & insertæ Christo & Ecclesiæ, fuissent: non hâc, quæ per anticipationem, surrogationem, & ad zelotypiam, facta est, vocatione vocandæ essent Gentes, nisi Judæi Christo renunciâssent. Placuit Deo hâc occasione uti ut Gentes vocaret, &c. ¶ *Ut*, &c. Εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς] *Ut illos* (i.e. Gentiles populos) *æmulentur*, Vulg. Zeg. Judæi scilicet. Ut conspectâ ipsorum sanctimoniâ & donis spiritualibus, Judæi illi æmulatu tanti honoris amplecterentur ea quæ spreverant. Vide Rom. 10. 19. *Ut* (vel, *In hoc ut*, P.) *eos ad æmulationem* (vel, *ad imitandum*, V.) *provocaret*, Be. Pi. P. vel, *adduceret*, Val. Deus scilicet. Non placet, quia sermo de Deo non præcessit, sed de Gentium salute ac fide. Præstat ergò ad Gentes referre. Respondet παραζηλόω verbo קנא, ut apparet ex Rom. 10. 19. & significat, *ad æmulationem provocare*, ut infrà v. 14. & Rom. 10. 19. & in Græco Psal. 78. 58. Sensus est, Gentes conversæ Judæos ad sanctam quandam invidiam atque æmulationem provocârunt, dum vident promissa Patribus suis facta, & à se neglecta, transferri ad Gentes, quæ illis contemptissimæ erant; sicque trahebant Judæos ad fidem, &c.

12. *Quod si delictum* (vel, *lapsus*, Pi.) *eorum* (i.e. incredulitas multitudinis Judæorum,) *divitiæ sunt mundi*] i.e. Gentium per totum mundum dispersarum, ut mox explicat; i.e. multorum hominum saluti profuit; occasionem arripuit Deus Gentes vocandi, quarum innumera multitudo credidit. Mos Pauli est omnem abundantiam vocare πλοῦτον, ut diximus Rom. 2. 4. & 9. 23. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὸ ἥττημα, &c.] *Et diminutio*, &c. Er. P. Mo. Be. i.e. minutus sive exiguus numerus, vel *paucitas* Judæorum credentium. Sic Esa. 31. 8. *Juvenes* ἔσονται εἰς ἥττημα, i.e. *pauci erunt*. *Et inopia*, &c. Ca. *Et condemnatio*, Tre. ex Sy. *Et exitium*, &c. Ar. Imminutio rei non est rei excisio, sed partis decisio, quâ manet res, sed non integra. Innuit, non excisos, sed decisos tantùm, esse Judæos à gratia. ¶ *Divitiæ gentium*] h.e. Opulenta seu copiosa Gentium conversio; vel, salutis occasio Gentibus fuit. *Opulentiam* metaphoricè vocationem & hæreditatem salutis concinnè vocat. ¶ *Quantò magis plenitudo* (vel, *plena copia*, Ca. plena seu copiosa restitutio, non paucorum, sed populi Judaici, seu maximæ partis illius, conversio, quando omnes sub finem mundi convertentur. Vel, *multitudo* ut infrà v. 25. vel, incolumitas, integritas & perfectio, quam per fidem adipiscentur,) *eorum*?] i.e. Judæorum credentium, supple, *multis profutura est*? vel, *divitiæ Gentium erunt*? vel, exemplo suo ac doctrinâ alios adhuc è Gentibus ad fidem perducet? Quî sic? quia ut antè Judæi, ità tandem Gentiles ad æmulationem provocabuntur. Et si ex malo ipsorum tantum bonum Gentibus Deus elicuit, majus certè eliciet ex bono eorundem. Vox πλήρωμα, Veteribus usitata, totum Ecclesiæ corpus denotat per antithesin ad schismata in eo, ut πλήρωμα dicitur Matth. 9. 16. id quod, vestimento insertum, illud integrum reddit. Hoc sensu hîc sumi puto, ut significet Judæorum additionem ad Ecclesiam, & collectionem cum Gentilibus credentibus, ut spatium in Ecclesia ipsorum incredulitate vacuum repleant. Id autem primis Ecclesiæ temporibus factum, nec enim visibilis & insignis aliqua Judæorum restitutio adhuc futura ex hoc loco necessariò colligitur.

13. *Vobis enim dico gentibus*] q. d. Vos appello, ô Gentes, quarum Apostolus sum, quibus factam prædicationem jam commendaverat; cujus rei causam hîc indicat. Cùm multa hactenus dixisset ad refutandos Judæos incredulos, & ad confirmandos qui crediderant, nunc ad Christianos, ex Gentibus suâ potissimùm operâ collectos, Paulus sermonem vertit eósque monet nè propter dona à Deo accepta nimis aut securi viverent, aut Judæos ut planè deploratos contemnerent odióve haberent. ¶ *Quamdiu*, &c.] i.e. Quamdiu ero vester Apostolus, h.e. semper & sine fine. Ἐφ' ὅσον, &c.] *In quantum*, vel *quatenus*, &c. Er. E. Be. Pi. Tol. &c. vel, *quâ ratione*, E. &c. Ità ut usitatiùs sumitur ἐφ' ὅσον, ità & h. l. ut docet verbum præs. temp. δοξάζω. Ἐφ' ὅσον subaudit Vulg. χρόνον sed potiùs sub. μέρος. Sic ponitur h. l. in exceptione, ut tamen vim habeat causali particulæ proximum. ¶ *Gentium Apostolus*] Ex Christi destinatione, Act. 9. 15. & revelatione Spiritûs S. factâ Ecclesiæ, Act. 13. 2. quod Petrus ipse agnovit, Gal. 2. 7. non quòd non & Paulus Synagogas, & quidem primo semper loco, adierit, nec quòd non Petrus, ut Cornelium, ità alios alienigenas, converterit; sed quòd Petrus præcipuè in ea se loca conferebat in quibus plurimi erant Judæi, contrà Paulus, ubi plurimi alienigenæ. ¶ *Ministerium meum* (h.e. Munus Apostolatûs mei & prædicationis ad Gentes) *honorificabo*, Δοξάζω] *Illustro*, Be. Pi. *Exorno*, Orig. in Er. *Glorifico*, Er. V. Insigne & illustre reddo, tum verbis, tum miraculis, &c. summâ diligentiâ & magnâ nominis Christi gloriâ doceo Evangelium: nihil omitto quod ad officium meum nobilitandum pertinet: Evangelium longè latéque spargo: quamplurimos ex Gentibus ad Christum adducere conor; id quod ministerio meo gloriosum est. Sic alibi de suo labore illiúsque fructu gloriatur, Rom. 16. 17, &c. & 1 Cor. 15. 10. Meæ tunc operæ felicitatem prædico cùm dico multos esse ex Gentibus conversos: ità præmulcet animos, ut & suprà fecerat cap. 9. & 10. circa Judæos, nè duriùs acciperentur quæ erat subjuncturus. Judæorum, inquit, conversio, erit in gloriam ministerii mei, adeóque in vestrum bonum, quod illius finis est.

14. *Si*, &c. Εἴπως, &c.] *Si* (vel, *Ut experiar si*, P. Be. Pi. Eadem ellipsis, Act. c. 27. v. 12. Phil. 3. 11.) *quo modo* (Εἴπως non est desperantis). Hoc verbum insinuat Judæorum pertinaciam, Paulíque diligentiam omnibus viis illorum saluti incumbentis) *ad æmulandum* (vel, *æmulationem*, Be. Pi. scil. vestri, vel dignitatis vestræ; ut hoc stimulo excitati, vos in Evangelio amplectendo imitentur.) *carnem meam*, Vulg. Mo. Ti. i.e. Judæos, mihi junctos ortu sanguinis, Rom. 9. 3. locutione Hebræâ, quam habes Gen. 29. 14. & 37. 26. Quod de tanta multitudine Gentium conversa loquor, id inter alia facio, ut Judæos ad imitationem provocem, quæ ipsis Judæis salutem sit paritura. Vide suprà v. 11. ¶ *Et*, &c. Καὶ σώσω, &c.] *Et servem* (i.e. adducam ad salutem, verbis & exemplis; præbendo illis occasionem amplectendi verbum salutis. Confer 1 Tim. 4. 16. Alioqui propriè est solius Dei hominem servare.) *aliquot*, &c. Be. Pi. Dicit *aliquos*, quia plerosque perituros ex prædictionibus ostenderat, & novit suo tempore multos non fore convertendos, plenitudine in aliud tempus reservatâ.

15. *Si*, &c. Εἰ γὰρ ἡ ἀποβολή, &c.] Studium illud suum (de conversione Judæorum) rursus comprobat ex eo quod utile futurum sit ipsis Gentibus. *Nam si abjectio*, sive *rejectio*, (vel, *reprobatio*, Tre. ex Sy. *depositio*, Tol. *jactura*, sive *amissio*, Tol. Vulg.) *eorum* (i.e. Judæorum, ob incredulitatem,) *est reconciliatio mundi*, Be. Pi. h.e. Gentium; i.e. occasio fuit ut Gentibus Evangelium prædicaretur, per quod Deo reconciliarentur. Despexerat Deus Judæos qui Evangelium contempserant: eâ occasione *Mundus*, i.e. plurimi ex Gentibus, Deo *sunt reconciliati*, id est, specialem quandam Dei amicitiam adepti, facti sunt Dei populus, 2 Cor. 5. 19, 20. Videbant enim ex Scripturis Judæorum probatum Evangelium quod Judæi tanto odio oppugnabant. Multi sunt gradus Divinæ καταλλαγῆς, ut & remissionis, distinguendæ pro materia. ¶ *Quæ*, &c. Τίς ἡ πρόσληψις, &c.] *Quæ erit assumptio* (i.e. plena assumptio, suprà πλήρωμα *restitutio* eorum, i.e. reditus in Divinam familiam assumptio magnæ Judæorum multitudinis, quâ assumentur à Deo ad gratiam Evangelii, & ad salutem, in fine seculi. Πρόσληψις contrarium est τῇ ἀποβολῇ. Προσλαμβάνειν, unde πρόσληψις, הקריב, primo signi-

significatu est, *propinquum sibi facere*; indè per translationem, *in tutelam suam recipere*, sicut Deus suscipit credentes Evangelio [q].) *nisi vita ex mortuis?* P. Be. Pi. id est, vel, 1. justificatio mundi, quæ est vita ex mortuis [r]; occasio serviens vocationi Gentium, quâ velut à morte per Evangelium ad vitam revocabuntur [†]; medium eripiendi Gentes ex morte æterna [t], eásque vivas faciendi hìc vitâ gratiæ, tandem vitâ gloriæ [v]. Vel, 2. summum gaudium [x], quale ob vitam hominis amicissimi, quem mortuum esse putabatis [y]. Tunc mundus velut reviviscet, quando Judæi, cum Gentibus Christum complexi, communi illâ felicitate perfruentur. Proverbialis est locutio [z]; nam Hebræi sicut Tristitiam *mortis*, ità Gaudium *vitæ*, nomine appellant. Hoc vult, Cùm tantum futurum sit hoc gaudium, sustinete Judæos patienter, sicut Deus eos sustinet, & seriò Deum pro eis orate, neque eos contemnite [a]. Vel, 3. resurrectio mortuorum [b], & consummatio redemptionis, & finis mundi, & salutis complementum, quod tum erit cùm collecti fuerint omnes Judæi cum Gentibus, &c. Ipsorum ergò salus mundo utilis est [c].

16. *Quod*, &c. Εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα] Hæc quæ sequuntur eò etiam pertinent nè ex Gentibus vocati Judæos, ideo quòd Legis ritibus addicti essent, à se segregarent. Nam sicut Ebionis spiritus inter Judæos, ità spiritus qui Marcionem postea agitavit inter Christianos è Gentibus factos, incipiebat se ostendere. Contra utrumque hoc hominum genus gravia fuere Apostoli certamina. Adeò difficile est servare mediocritatem [d]. [Verba sic reddunt,] *Quòd si primitiæ* (vel, 1. conspersionis [†], vel frugum [*], sive frumentum unde sumebant *conspersionem*, h. e. molas illas, sive collyridas farinæ oleo conspersæ, quæ olim offerebantur [f]. Non placet. Sic non *massam*, sed *fruges*, aut *messem*, scripsisset Paulus, ut in metaphora pergeret. Vel, 2. panum, quorum oblatione tota massa sanctificabatur, Levit. 23. 14, 17 [g]. sub. *sunt*, Pi. &c.) *sanctæ*, (sub. *sancta*, Il. P. Be. Pi. &c.) *etiam* est *massa*, Pi. Be. &c. i. e. tota rei congeries [h], tota conspersio [i], h. e. farina oleo conspersa [k]. Ἀπαρχὴ plerumque respondet Heb. תרומה. Ea erat *liberalitas quæ de frugibus maturis Deo offerebatur ante decimas*. Vocatur & ראשית, ut Deut. 18. 4. & 26. 2. Eâ oblatione factâ reliquum frumenti coquere & eo vesci licebat. Id frumentum, quia ad coquendum sumebatur, ideo hìc vocatur φύραμα, quod Latinè alii *materiam*, alii *massam*, vocant. Ea *sancta* erat, i. e. usui humano permissa, sicut cibus dicitur *per preces sanctificari*, & *uxor viro*, 1 Cor. 7. 14. 1 Tim. 4. 5. Pari modo sicut Abrahamus sanctus fuit, ità & posteri ejus fidem ejus imitantes; ac propterea non debent, veluti profani, ab Ecclesia segregari. Philo totam gentem Judaicam Deo esse velut ἀπαρχὴν dicit lib. De constituendo Principe. ¶ *Et si radix sancta, & rami*] Sub. *sancti sunt*, Pi. Altera similitudo eòdem tendens. Nomen ῥίζα hìc sumitur συνεκδοχικῶς pro *toto trunco* unde se rami extendunt; ponitúrque pro Hebræo עקר, [lege גזע,] quod modò ῥίζα, modò στέλεχος, vertitur [l]. *Primitias* & radicem hìc vocat, vel, 1. Christum, cui inseruntur omnes qui sanctificantur & salvantur [m]. Sed scopus Apostoli hìc non est docere quis sit author sanctificationis tam Judæis quàm Gentibus; sed peculiari de Judæis ratione suadere, quòd in negotio sanctificationis non debeant contemni; videlicet ex eo quòd sanctos habuerunt progenitores [n]. Vel, 2. Abrahamum [o], reliquósque Patriarchas [p], à quibus Judæi sunt oriundi [q]. *Massæ* & *ramis* comparat populum Judaicum [r]. Al. *Primitias* hìc vocat primos Judæorum qui conversi sunt ad fidem, nempe Apostolos & Discipulos Domini: *radicem* vocat primos Patriarchas [†], ex quibus, velut radice, processit arbor populi Judaici [t]; quibus salus promissa est, & in quibus salutis promissionem Gentes acceperunt [v]. [Sensus, q. d.] Patres sancti sunt, Ergo non est de posterorum sanctitate desperandum [x]; populus sanctus non abjicietur penitùs [y]. Docet, Judæos potiori ratione participes fieri posse gratiæ Dei quàm Gentiles [†], eósque posse sanctos esse [t], & ad fidem converti [v], nec ità rejectos à Deo quin aliquando convertendi sunt ad eum [x]; nempe quia ejusdem sunt naturæ & rationis cum Judæis illis qui jam conversi sunt [y], & quia sanctorum patrum filii sunt [z], ac proinde etiam ipsi saltem morali quâdam æstimatione, & quasi analogicâ sanctitatis aspergine, sancti sunt, & Deo dicati ac consecrati; & quia in religione paterna instituti sunt, & sanctitatem velut hæreditariam retinent, saltem habent unde sanctificentur, & ad sanctitatem majorum, à qua deflexerant, tanquam eis quodammodo naturalem, revocentur [a]. Judæi ergò non sunt repellendi, nec excludendi à prædicatione Evangelii, & à promissione ac communione salutis [b].

17. *Quòd*, &c. Εἰ δέ, &c.] *Quòd si* (vel, *Quamvis*, G.) *nonnulli* (i.e. longè plurimi, per εὐφημισμὸν [c]. *aliqui*, non omnes tamen: nè ergò jactes [d].) *rami* (i. e. Judæi [*]) *defracti sunt*, Be. Pi. i.e. ab illa radice aut arbore sunt revulsi [f], rejecti sunt [g], à justitia & fide parentum suorum (in Messiam venturum [h]) exciderunt [i]. Utitur voce agricolarum, qui inutiles ramos *defringunt*. Vide Joh. 15. 2. Virgilius,—*aut summas defringi ex arbore plantas*. Cicero pro Cæcinna, *qui prætereuntes ramum defringerent arboris*. Id ipsum intelligit quod ἀπεβολὴν antè dixerat, שרש in Psal. 52. 5 [k]. ¶ *Tu*, &c. Σὺ δὲ ἀγριέλαιος ὢν ἐνεκεντρίσθης ἐν αὐτοῖς] *Tu verò* (Unum aliquem alloquitur pro omnibus [l]. Compellat profanas Gentes in unum corpus collectas & Judæis oppositas [m].) *cùm esses oleaster* (i. e. agrestis sive sylvestris olea, cui [ex adverso] respondet καλλιέλαιος, *olea frugifera* [n]: i. e. ramus sive surculus oleastri; neque enim totæ arbores inseruntur aliis arboribus [o]: *oleaster*, i. e. ex radice mala & venenata progenitus [p]; populus profanus & infidelis, ex profanis & infidelibus oriundus [q]; sterilis, neglectus, habens umbram & formam oleæ, sed destitutus succo ejus generoso & fructibus, h. e. gratiâ Sp. S [r]. Atqui non oleaster in oleam, sed in oleastrum olea, inseri solet [†]. Agricolæ ex fœcunda arbore surculum inserunt sterili, non contrà [t]. Paulus autem rerum ordinem mutat, res magis causis, quàm causas rebus, aptans [v]. Nihil absurdum, si similitudinem assumas ab eo quod in natura non eo fit ordine quo ad institutum applicatur. Tale enim est quod Gentili populo hìc dicit, Ità tecum actum est, ut si ex oleastro surculum quis inserat olivæ, fructum indè vel præter naturam consequuturus [x]. In hac re eò majus describitur Dei beneficium, quòd contra morem est agricolarum feros surculos miti arbori inserere, cùm contrarium fieri soleat [y]; quod & apud Rei rusticæ scriptores frequens est, & intelligi potest ex eleganti Epigrammate Callimachi [z]: [verba vide in G.] Absurdum quoque fuisset, Judæos, qui hìc radix sunt, quíque Gentibus præstant, cum oleastro, extraneos verò, qui ramus hìc insitus sunt, cum oliva, comparare. Maluit ergò simile ducere ab insitione, non usitata illa quidem, sed quæ non minùs fieri possit. Nec refert quòd oleaster olivæ insitus fructus ferret agrestes: non enim de fructu loquitur Paulus, sed de inserendi ratione & surculi nutritione. Atque hactenus quadrat similitudo, quæ non est longiùs persequenda quàm quod pertinet ad id de quo agitur [a]. Philo De diris, Τὴν ἐκ δυσγενείας ἀρετὴν, &c. (*Virtutem ex malo genere natam amplectitur Deus*, &c.) Idem autem hìc figuratè indicat Paulus quod apertiùs dixerat 4. 11. *Oleam* autem potiùs dixit quàm aliam arborem, quia & pulcra est & fructifera, Psal. 52 8. & ex ea unguntur Reges & Sacerdotes. Vide quæ ad Zach. c. 4. v. 3. Sunt autem insitionis plura genera, quorum unum dicitur Græcis ἐνοφθαλμισμὸς, Latinis *inoculatio*, quod hìc videtur significari per ἐγκεντρίζειν, quâ voce & Theophrastus utitur. [b]) *insitus* (vel, *insertus*, Mo. Vulg. Κέντρον est, *stimulus*, unde ἐγκεντρίζειν, *pungendo inserere*: nam oportet arborem parumper dispungi, ut talea per istam rimam possit inseri [c].) *es*, vel *fuisti*, *illis*, Er. Ti. vel, *in illis*, Mo. Vulg. i. e. inter illos [d]; positus es inter ramos illius arboris [*], in arbore manentes [f]; i.e. Apostolos aliósque ex Judæis ad Christum conversos [g]: q. d. per fidem, spem, & charitatem, adjunctus sanctæ societati eorum qui descenderunt ex Patriarchis. Nam oves quæ sunt ex Gentibus, adducuntur ad ovile electorum ex Judæis, Joh. 10. 16 [h]. Vel, *in eos*, i.e. in truncum defectorum ramorum [i]. Vel, *pro ipsis*, Il. P. Be. Pi. i. e. in locum illorum [k], qui excisi sunt: vel, *cum illis*, qui semper hæserant in *olea*, ἐν pro σὺν [l]. ¶ *Et*, &c. Καὶ συγκοινωνὸς, &c.] *Et particeps* (vel, *comparticeps*, sive *consors*, E. *socius*, Vulg. Heb. חבר [m]. Exponit eventum illius insitionis [n].) *radicis* (i. e. succi ex radice profluentis:

fluentis: Metonymia, ut 1 Cor. 10. 4. *Bibebant ex petra*, i.e. ex aqua profluente ex petra [o].) *ac pinguedinis* (i.e. succi & alimenti quod à terra acceptum radices per truncum mittunt ad ramos; h.e. fidei Patrum [p], vel gratiæ Evangelicæ [q]. Est ἓν διὰ δυοῖν. Vult enim dicere, *pinguedinis radicis* [r], sive ex radice profluentis †, nam à radice succus ad ramos diffunditur: & propriè id convenit Oleæ, Jud. 9. 9.) *oleæ*, Pi. &c. id est, Ecclesiæ Israeliticæ [t]. Particeps factus es promissorum quæ Deus fecit Abrahamo, mysticè acceptorum. Vide Mat. 22. 23 [v]. Eandem Dei notitiam ac multiplicem gratiam cum Judæis, tanquam cohæres, accepisti. Confer Eph. 3. 6. Hinc disce, eâdem fide, eodémque spiritu gratiæ, donatos esse justos & V. & N. T [x].

18. *Noli*, &c. Μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων] *Nè gloriare* (Verbum ἐγκαυχᾶσθαι est Psal. 52. 1. & κατακαυχάσθ, Jer. 50 11. Zach. 10. 12. Jac. 2. 13. & 3. 14 [y]. Significat, *cervicem jactare* [z], instar ferocis equi [a]: qui gestus insultantium aliis [b].) *adversùs ramos*, Be. Pi. &c. *Noli despicere ramos* [c], scil. defractos [d], multò magis adhuc adhærentes *; h.e. contra Judæos incredulos [f]: salutem eorum nè negligas [g], sed potiùs eos ad præclaram æmulationem excites [h]. ¶ *Non tu* (sub. *audies*, vel *cogitare debes* [i], quòd *non tu*) *radicem portas*, *sed radix te*] Respondebitur tibi, te tantùm insertum esse radici, h.e. fidei & Ecclesiæ Judæorum [k]. Abrahamus, If. & Jac. & alii pii Patres nihil tibi debent; tu illis multùm, &, propter illos, etiam posteris [l]; tu ab illis gloriam & utilitatem accipis, non hi à te [m]. Iniquum autem & improbum est, ramos insititios jactitare sese contra naturales [n].

19. *Dicis* (vel, *Dices*, V.) *ergò*] Verba ponit Christianorum quorundam ex Gentibus, sicut antè Judæorum posuit [o]. Permanet in Apostrophe [p]. ¶ *Fracti* (vel, *Defracti*, Be. E.) *sunt rami* (qu. d. non gloriamur adversùs radicem, sed adversùs ramos [q]:) *ut ego inserar*] Id est, vel, 1. atque ità factum est ut ego eorum loco insererer [r]: vel, 2. causaliter; qu. d. hoc fine ut ego insererer †. Deus Judæos abjiciendo mihi locum fecit [t].

20. *Bene*, Καλῶς] *Rectè*, Pi. E. *Pulchrè*, E. *Bene dixisti* scilicet [v]. Formula dictum approbantis, ut & εὖ, εὖγε, καλῶς γε. Plena locutio Marc. 12. 32. Luc. 20. 39. Joh. cap. 4. ver. 17 [x]. Verum est [y], probo quod dicis [z]. ¶ *Propter*, &c. Τῇ ἀπιστίᾳ, &c.] *Ob* (vel, *Per*, Be. Pi.) *incredulitatem* (cui tu æquè per naturam obnoxius es ac illi [a]: vel, *Incredulitate*, Cam. E. ex Amb. nam excidium Judæorum est induratio, cujus causa formalis est incredulitas [b]: ità non tam causa meritoria quàm formalis significatur, nam eo ipso quòd credere noluerunt, ab arbore fidelis populi revulsi sunt [c].) *defracti sunt*, G. sic Vulg. Non sunt defracti propter te [d], sed quia fidem superbè abjecerunt *. ¶ *Tu*, &c. Σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας] *Tu verò in fide* (vel, *per fidem*, Be. Pi. Cam propter fidem [f], in Christum [g]; non tuo opere, sed per fidem, insitus in sacram olivam [h]. Non dicit, *propter fidem*, sed *fide*; nam causa formalis standi est fides [i].) *stetisti*, G. vel, *perseverâsti*, Cam. *constitisti*, sub. *in olea*, V. hactenus mansisti in arbore: nam עמד sæpe per μένειν vertitur [k]. Vel, *stas*, Be. Pi. E. h.e. manes & consistis [l]: opponitur ramis humi dejectis. Non tuo merito stas, sed Dei gratiâ, cujus certitudinem h. l. significat [m]. ¶ *Noli*, &c. Μὴ ὑψηλοφρόνει] *Nè efferaris animo*, Er. V. Zeg. E. sic Be. Pi. Par. *Nè tollas spiritus*, Val. h.e. de te magnificè sentias [n]. *Nè tibi placeas*, V. Nè præsumas, aut superbias [o]. Metaphora à ramis in alto stantibus [p]. Sicut φρονεῖν diximus suprà 8. 5, 7, 27. non de Intellectu, sed de Affectu, sumi; ità hîc, & 1 Tim. 6. 17. ὑψηλοφρονεῖν est, *superbire*, cui opponitur ταπεινοφρονεῖν. Sic φρονεῖν μέγα dixit Euripides; Menander, φρονεῖν μέγιστον. Et qui tales sunt ὑψηλόφρονες dicuntur. Contrà modesti, φρονεῖν θνητὰ, φρονεῖν ἀνθρώπινα. Superbia ingens vitium, maximè circa ea quæ à Deo data habemus [q]. ¶ *Sed time*] Nè scil. excidas [r]: ut sequentia ostendunt †. *Time* lapsum & Deum [t]. Non jubet trepidare de gratia Dei, metu dubitationis ac diffidentiæ [v], sed in timore Dei humiliter versari, & se demittere; ut ex opposito facilè evincitur [x]: cum modesta solicitudine animi seipsum accusare, &c [y]. Timorem ob res temporales excludit fides, non etiam timorem Deum offendendi, Phil. 2. 12 [z].

[o] Pi. sic Vor. [p] V. [q] Tol. [r] G. sim. Pi. † Pi. [t] Pi ex Be. [v] G. [x] E. [y] G. [z] Vor. Pi. [a] Vor. [b] Pi. [c] G. sim. Be. Tol. [d] G. sic Me. * G. [f] Me. sic Tol. [g] Tol. [h] Be. [i] Camer. [k] Me. sim. E. [l] G. [m] Tol. sim. Me. [n] E. [o] G. [p] Pi. [q] Tol. [r] E. Me. † E. ex Aquin. [t] G. [v] G. sic Er. [x] G. [y] Tol. sim. Pi. [z] E. [a] Pi. [b] Cam. ad v. 23. [c] E. [d] Par. sim. L * Par. [f] Me. T. Tol. [g] T. [h] E [i] Cam. ad v. 23. [k] G. [l] E. sic Par. T. [m] Par. [n] Val. sic E. [o] T. [p] Par. [q] G. [r] E. Me. T. † E. [t] Par. [v] Par. Be. [x] Par. [y] Be. [z] G.

21. *Si—naturalibus ramis* (i.e. Judæis [a], in Ecclesia natis, ex Patribus, &c [b].) *non pepercit* (quò minùs defringeret [c], sed expulit à sua Ecclesia, ámicitia, & salute [d]:) *nè*, &c. Μήπως οὐδὲ σοῦ φείσηται] *Nè fortè nec tibi parcat*, Vulg. Mo. Non dicit absolutè, *minùs parcet*, sed, *nè fortè*, &c. quia Deus non semper hîc punit paria peccata pari pœnâ, sed parcit & miseretur prout vult *. Sed μήπως non hîc est dubitantis, ut ex v. 22. constat, sed certò asseverantis, ut Rom. 9. 11. 2 Cor. 9. 27. Gal. 2. 2. & 4. 11, 1 Thes. 3. 5. ubi significat, *nè quo modo*, *nè ullâ ratione*; à μὴ, *non*, & πῶς, *quomodo* [f]. Al. Vide *nè tibi* (Gentili insititio [g]) *quoque non parcat*, P. Be. Pi. sim. Er. Il. Ti. &c. In MS. quem sæpe laudo, tantùm est, οὐδὲ σοῦ φείσεται· quomodo & Syrus legit [h]: nempe si & tu à fide deficias, ut illi [i], 1 Tim. 1. 19. & 4. 1. unde seriò monentur omnes manere in fide, 1 Tim. 2. 15. 2 Tim. 4. 7. 1 Cor. 16. 13 [k]. Vel, si etiam tu gloriaris & superbis, ut illi gloriabantur in Lege, quasi ex ipsa justitiam haberent [l].

22. *Vide ergò bonitatem*; ità Er. Ar. Χρηστότητα] *Benignitatem*, P. Mo. Be. Ca. Pi. &c. i.e. facilem ac lenem animum [m]. *Indulgentiam*, Er. ex Hi. Promptitudinem præstandi beneficia [n], sponte & sine meritis, imò cum demeritis, &c [o]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀποτομίαν] *Et severitatem*, Er. P. Mo. Ti. Ca. Pi. vel, *præcisam severitatem*, Be. ad verb. *resectionem* Er. vel, *præcisionem*, Pi. Vor. Strig. quia homines severi & irati loquuntur ἀποτόμως, *præcisè* [p]: *rigorem*, Er. E. Dei rejicientis ac reprobantis, & misereri nolentis [q]; præcisum ac rigidum jus [r], æquitati oppositum †, quo Deus adversùs Evangelii contemptores uti solet [t]. In Glossario ἀπότομον, *rigidum*. Sic ἀπότομος ὀργὴ, ἀπότομος κρίσις, Sap. 5. 20. & 6. 5. Sic ἀποτόμως, *severè*, 2 Cor. 13. 10. Tit. 1. 13. Origo vocis à Medicis qui membra infecta abscindunt. Etiam Hebræis חרץ est συντέμνειν, Dan. 9. 2. unde חרוץ, quod σκληρότης vertitur Esa. 28. 27 [v]. ¶ *In eos quidem qui ceciderunt*, (i.e. Judæos [x], qui impegerunt in Christum [y],) *severitatem*] Quâ eos cadere permisit; id quod effectus erat reprobationis [z]. ¶ *Si*, &c. Ἐὰν ἐπιμείνῃς, &c.] *Si permanseris* (vel, *perseveraveris*, E.) *in benignitate*, Be. Pi. vel, 1, tuâ [a]; vel potiùs, 2. Dei [b]: h.e. in eo statu in quem à Dei benignitate evectus es [c]; h.e. in justitia [d], & fide *, Christi, per quam videlicet benignitas Dei retinetur: Metonymia [f]. Vel, in eo quod tibi benignè donavit [g]. Si Dei adversùs te bonitatem retineas. Sic fides vocatur ἔλεος, infrà v. 31. Si facias quod de se dicit David, Psal. 52. 8. ἤλπισα εἰς τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ εἰς τὸν αἰῶνα [h]. Timorem incutit Gentili; q. d. Nè te stabilem & immobilem putes: potes enim ab hac tua conditione cadere [i]. Al. Non hoc addit, quasi ex conditione perseverantiæ dependeret electio Divina, cùm & ipsa perseverantia sit electionis effectus; sed quia hæc perseverantia est certissimum electionis argumentum, &c [k]. ¶ *Alioquin* (Ἐπεὶ hîc est *alioqui*, ut Rom. 3. 6. Utitur sic & Plato tum in Gorgia, tum in Hippia minore [m]. Ad verb. *Quoniam*, Pi. scilicet si non permanseris [n], vel si illâ benignitate excidas. Ellipsis contrarii [o].) *& tu* (non minùs quàm Judæi [p]) *excidêris*] Ex olea, i.e. Ecclesia Dei [q]. Antè locutus est de *ramorum defractione*, hîc de *adhibita securi*. Teneri rami *franguntur*, *exciduntur* qui diu in arbore stetere. Vide Matth. 3. 10 [r]. Hinc constat, hominem justificatum excidere posse à gratia Dei & justitia, nec quenquam esse certum de perseverantia sua. Quæ doctrina in verbo Dei contestatissima est †. Sed Deus talibus minis non statuit piorum salutem in dubio, sed securitatem eis excutit, & studium vitandi excidium excitat, &c [t]. Nec Paulus h. l. de speciali cujusque electione differit [v], sed de Gentibus ac Judæis in genere [x]. Excisio quoque respondet insitioni, quæ triplex est: Inseruntur, 1. fidelium liberi; 2. qui semen Evangelii in se concipiunt, sed suffocant, &; 3. electi, &c ‖.

23. *Sed & illi* (Judæi increduli [y],) *si non permanserint*, &c.] i.e. Si fidem susceperint [z]. Si cesset causa, cessabit effectum [a]. ¶ *Potens est enim Deus*, &c.] Potentiam Dei allegat ad spem excitandam h. l. sicut & Rom. 16. 25. & 2 Cor. c. 9. v. 8 [b]. Ostendit conditionem dictam non esse incertam nec impossibilem, simúlque docet, in solius Dei potentia & voluntate sitam esse conversionem nostram [c]. Dixit, *Si non permanserint*, &c. ut ostendat nè primam quidem Dei gratiam

moventis

[a] Be. Me. E. &c. [b] Pi. sim. Be. [c] G. [d] Me. * Tol. [f] Glas. gram. 3. 5. 25. 497. [g] Me. sim. Tol. Pi. [h] G. [i] G. sim. Me. [k] G. [l] Tol. [m] Be. [n] E. sim. Tol. [o] Tol. [p] Pi. [q] E. [r] Vor. sim. Strig. Be. † Strig. [t] Vor. [v] G. [x] E. Tol. Pi. [y] Pi. [z] E. [a] Q. in E. [b] E. [c] Tol. sim. E. Pi. Be. [d] E. * E. V. Vor. [f] Vor. [g] V. [h] G. [i] Tol. [k] E. [m] G. [n] Pi. [o] Camer. [p] Pi. [q] Pi. T. [r] G. † E. ad v. 23. [t] Par. [v] Calv. sim. Be. [x] Be. ‖ Calv. [y] T. [z] E. [a] G. [b] E. [c] Par.

moventis hominem esse sine cooperatione liberi arbitrii. Sed nè dictum illud ità tribuatur hominis voluntati tanquam illius sit aliquid proprium, hâc sententiâ totum revocat ad potentiam & efficaciam gratiæ Dei [d]. *Potens est*, &c. Nihil est præter incredulitatem quod Deum impediat eos rursum pro suis assumere & paternè tractare. Simile loquendi genus Rom. 4.21. & 14.4. 2 Cor. 9.8. 2 Tim. 1.12. Heb. 11.19 [*]. Nè ergò glorieris, sed potiùs saluti Judæorum incumbas [f].

24. *Nam si tu ex —— oleastro*] i.e. Ortus ab Idololatris & alienis ab Ecclesia [g]. ¶ *Contra naturam*] Scil. tuæ originis [h]. Al. Contra communem cursum naturæ: non enim convenit ramos arboris malæ inseri in bonam arborem, sed potiùs è converso [i]: & quia in insitionibus surculus non sequitur naturam trunci, sed truncus naturam insiti surculi: tu autem Christo insitus ejus naturam morésque induisti [k]. Argumentum tale est, Si Deus fecit id quod difficilius erat, quippe contra naturam; multò magis faciet quod facilius est, utpote secundùm naturam [l]. ¶ *Insitus es in*, &c. Εἰς καλλιέλαιον] *In bonam* (vel, *veram*, Er. Il. P. Be. Pi.) *oleam*, sive *olivam*, Tre. Ti. Mo. Ca. Vulg. Vocem hanc finxit Paulus, ut meliùs eam opponeret ἀγριελαίῳ, simul respiciens, ut sæpe, in hoc omni sermone ad Psal. 52. ubi est זית רענן, in Græco, ἐλαία κατάκαρπος [m]. Sic vocat Abrahamum & gentem Judæorum [n], vel Ecclesiam Dei & populum sanctorum [o]. ¶ *Quantò magis* (i.e. faciliùs: quomodo μᾶλλον suprà habuimus, 5.9, 10, 15. Facilior est artis effectus ubi natura adjuvat [p].) *ii qui secundùm naturam* (vel, *naturales sunt*, Be. Pi. nempe κλάδοι ex Abrahamo nati [q].) *inserentur suæ olivæ?*] Sic ut insiti coalescant [r]. *Suæ*, ad quam priùs pertinebant, & de cujus radice procedebant [†]. Sic *suam arborem* dixit Ovidius, *Ut sua quod peperit vix ferat arbor onus* [t].

25. *Nolo*, &c. Οὐ γὰρ θέλω, &c.] *Nolim enim vos ignorare*, Be. Pi. h. e. scire vos volo [v]. Paulina locutio, ut 1 Cor. 10.1. & 12.1. 2 Cor. 1.8 [x]. ¶ *Mysterium hoc*] *Mysterium* est res arcana [y], & paucis cognita [z], neque communicanda nisi initiatis [a], quam homines nisi Deo dante scire nequeunt: ut Dan. 2. 18, 19, 27, &c. & 4.6. 1 Cor. 15.51. Apoc. 10.7. & 17.7. Dicitur & de hominum arcanis, Tob. 12.7. Judith 2.2. Sirac. 22.22. & 27.16, 17, 21. 2 Mac. 13.21. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα μὴ ἦτε παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι] Ex Prov. 3.7. ubi in Græco, Μὴ ἴσθι φρόνιμος παρὰ σεαυτῷ, secundùm LXX, Μὴ ἴσθι σοφὸς, secundùm alios Interpretes. In Hebræo est, *Ne sis sapiens in oculis tuis*, MS. hîc habet, ἐν ἑαυτοῖς quomodo Esa. 5.21. οὐαὶ οἱ συνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς [b]. [Sic vertunt,] *Ut nè sitis apud vosmetipsos* (vel, *in cogitatione animæ vestræ*, Tre. ex Sy. i.e. vobis videamini [c],) *sapientes*, Be. Pi. vel, *arrogantes*, P. Mo. Sensus est, Nè existimetis vos ità esse prudentes ut vestro ingenio putetis vos quæ futura sunt posse prænoscere [d]: nè vobis ipsis nimium placeatis [*], nè insolescatis aut superbiatis [f], intus [g], vel animo [h]. Ad affectum hoc magis pertinet quàm ad prudentiam [i]. Nè vestro solo judicio & prudentiâ ducamini, sic enim errabitis & superbè agetis [k]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι πώρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ γέγονεν] *Quia* (vel, *Quod*, Par. Declarativum est, non causale [l].) *obduratio* (vel, *cæcitas*, sive *excæcatio*, Tre. ex Sy. Ar. Vulg. Ca. Er. Il. Ti. Tol. ex Theod. quod Græcè est πήρωσις [m]. At πώρωσις propriè est *callum*, indéque *durities*: sed cæcitas & duritia, cùm de corde dicuntur, idem valent [n]. Intelligit h. l. contumaciam [o], & incredulitatem, ex collat. v. 30, 31, 32 [p].) *ex parte* (Ἀπὸ μέρους hîc dixit, ut suprà, τινὲς τῶν κλάδων, molli locutione, cùm significare vellet *plurimos*: ἀπὸ μέρους, & ἐκ μέρους frequentia Paulo, ubi vult dicere *non omnes*, aut *non omnino* [q]. Τὸ, *ex parte*, refertur, vel, 1. ad *cæcitatem* [r]; *cæcitas ex parte* [†], h. e. quodammodo: sic temperat asperitatem dicti [t]. [Ità P. qui verba sic reddit, *obduratio ista* quæ est *ex parte*.] Sed hic sensus falsus est [v], & ad rem non facit [x]. Vel, 2. ad *Israelem* [y], vel ad *contigit* [z], vel ad numerum [a]. q.d. Cæcitas obtigit Israeli, non toti, sed ex parte, non tamen exigua, sed multò maxima [b]; non omnibus omnino, sed aliquibus, &c [c]. Sed hoc non erat de mysterio, id enim jam dixerat, v. 12. & 17 [d]. Vel, 3. ad tempus; q. d. non semper, quia postea credent [*]. Et hoc est de mysterio [f].) *Israel*, sive *Israeli*, (i.e. Judæis [g]) *facta est*, Mo. vel, *contigit*, V. ¶ *Donec*, &c. Ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ] *Quousque* (vel, *Tantisper dum*, Ἄχρις οὗ, pro, ἄχρι ἐκείνου χρόνου ᾧ, *usque ad id tempus quo*: Ellipsis [h].) *plenitudo Gentium introierit*, Be. &c. nempe in Ecclesiam, sive populum Dei [i]: i. e. donec numerus eorum qui ex Gentibus credituri sunt, plenè compleatur [k]. Πλήρωμα hîc, ut suprà v. 12 [l]. est ingens multitudo (vel plenus numerus [m], vel totum corpus [n],) Gentium [o], facilè exsuperans Judæorum numerum qui non crediderunt [p], ex omnibus mundi partibus secundùm prædictiones Prophetarum collecta ad fidem [q]. Impletum autem hoc per itinera Pauli, quorum multa suscepit post scriptam hanc Epistolam [r]. Sed πλήρωμα hîc significat ingentem accessionem ex omnibus gentibus ad Christi fidem, qualis Apostoli temporibus non fuerat, &c [†]. quæ sanè futura est: neque enim pauciores gentes Apostolorum temporibus quàm nostris fidem amplexæ erant, demptis Americanis, qui titulo tenus duntaxat Christiani sunt [t].

26. *Et sic* (i. e. postquam plenitudo Gentium intraverit [v],) *omnis* (vel, *totus*, Be. Pi.) *Israel salvus fiet*] [Qu. Quinam hîc Israel, & quando ac quomodo hoc impletum?] Resp. 1. Israel spiritualis, qui constat ex Judæis & Gentibus electis [x]. Impletum autem hoc in conversione tum Gentium [y], tum multorum ex Judæis primis Evangelii temporibus [‖]. Alludit ad dictum Hebræorum, *Omnem Israelitam partem habiturum n futuro seculo*. Et, ut sæpe faciunt Apostoli, in sensum meliorem hoc trahens, significat, id verum fore de *vero Israele*; i. e. de iis qui Jacobi sive Israelis patientiam in malis imitabuntur de *Israele Dei*, ut loquitur ad Gal. 6.16. Simul autem innuit adesse tempus, quo non pauci, ut antea, sed magna quædam multitudo Judæorum Christum esset amplexura. Id autem evenit primùm cùm vidêre Judæi impletum quod Christus dixerat, Idola Romanorum, i. e. signa militaria, appariturа in conspectu Templi: qua de re diximus ad Matth. 24.15. Tunc enim multi Christianismum amplexi, simul cum antè factis Christianis, exempti sunt secuturis malis. Hi sunt illi signati Apoc. 7. Nam sicut olim Nabuchodonosoris tempore omnes qui Legem Mosis erant secuti, & propterea per ת, i. e. תורה, *signati* dicuntur Ezec. 9.4. liberati sunt à multorum exitio; ità tunc qui crucis signum gerebant in corde. Post id verò, excisâ Urbe, exciso Templo, cùm jam multò clariùs veritas vaticiniorum Christi appareret, servitutis etiam personalis onus multorum fregisset ferociam, quod & in Babylonio exsilio olim evenerat, multi planè Judæi Christum amplexi sunt, Vespasiano & Tito id non impedientibus. Testatur id Justinus [z]: [cujus verba vide in G.] Sed facilè refellitur hæc sententia. Quomodo enim id *mysterium* vocaret, quod eo tempore palàm impletum est [a], & de quo nemo fidelis dubitare potuit; totum scilicet Israelem spiritualem, h.e. electorum numerum, salutem adepturum? 2. Judæi eo tempore conversi paucissimi erant, & vix *reliquiæ* dicendi, comparatione totius populi increduli. At Paulus hîc non agit de reliquiarum conversione, sed plenitudinis, h. e. ipsius populi [b]. 3. Hæc sententia nihil planè pertinet ad Apostoli institutum [c], quod erat, Judæos peculiari encomio ornare, & consolatione erigere [d], & Gentiles monere, nè Judæos negligerent, quasi salus eorum desperanda esset, sed conversioni eorum incumberent [*]. Resp. 2. Israel carnalis [f]: ut patet, 1. ex toto loci contextu [g], ex v. 12. *quantò magis plenitudo eorum* [h]? & v. 14 [i], & 15. & 23, 24. Denique toto hoc capite, atque etiam præced. de Israele secundùm carnem, non de alio, loquutus fuerat: nec aliter constare potest antithesis inter hæc duo, *cæcitas ex parte contigit Israel*, &, *totus Israel salvus fiet*. 2. Quòd penè concors sit Patrum sententia [k]. [De quo vide E. & Par.] 3. Quòd vaticinia, v. 26, 27. allegata, de tota Judæorum multitudine loquuntur. 4. Adde, quòd ex antiquissimis populis soli Judæi in tam variis casibus, captivitate, dispersione, &c. perstant adhuc ab aliis omnibus victu & religione separati. Admirandum hoc Dei opus arguit eos ad salutem aliquam futuram conservari [l]. 5. Videtur hoc mysterium indicari Apoc. 7 [m]. [Sensus ergò est,] *Totus Israel*, h. e. totum corpus populi Israelitici [n], plenitudo Israelis, cui opponuntur *diminutio* & *reliquiæ* [o].

Hinc

M 4

d E. | * G. | f Tol. | g Tol. | h E. ex Patribus, Me. | i Thom. Haim. Rickl&c. in E. | k Me. | l Par. | m G. | n Fe. | o Tol. | p G. | q G. sim. Tol | r Me. | † Tol. | t G. | v E. sim. Tol. | x E. | y Er V G. | z Er. V. | a Er. sim. Pi. | b G. | c Pi. | d G. | * Vor. sic E | f E. Tol. Be sim. Er V. | g Be | h Er. V. | i Er | k Tol. | l Idem. | m Idem. | n E. | o Pi. | p Pi. Vor. | q G. | r Q in E. | † Q. in Tol. | t Calv. | v E. | x E. Tol. | y E. | z Tol. | a Tol. ex Chrys. &c. | b E. | c Tol. ex Chrys. & Aug. Q. in Par. sim. Be. Pi. Me. | d Par. | * Amb. in Tol. | f Par. | g Pi.

h Pi. | i Be. Pi. C. E. Par. | k Me. sim. Tol. | l G. sim. Be. Vor. | m Vor. Tol. | n Pi. | o G. sic E. | p G. | q E. | r G. | † Pi. sim. Med. | t Med. dissert. 35. | v E. Pi. Par. | x Q. in Vor. & in E. | y Q. in E. | ‖ Ham. sim. G. | z G. | a E. sim. Par. dub. 18. | b E. | c Vor. sim. Tol. | d Par. dub. | * Tol. | f E. Tol. Me. Per. Par. Gom. Vor. Wil. | g E. | h E. Par. | i Par. | k E. | l Par. dub. | m Par. Wil. | n Pi. | o Be.

Hinc colligitur, generalem futuram Judæorum in fine mundi conversionem [p]. Convertentur autem Judæi; vel, 1. omnes omnino, ut volunt Orig. Hil. Amb. Chrys. Thom. Caj. & Soto [q]: vel, 2. penè omnes [r], multi Israelitæ †, plurimi ex singulis tribubus [s], plerique eorum, paucis duntaxat exceptis, qui pro nihilo ducuntur. Sic Matth. 17. 11. *Elias—restituet omnia* [v]. *Plenitudo* ut Gentium, ità & Judæorum, ingentem numerum significat, non tamen ità ut nullus excludatur [x]. Al. Totum Israelem servatum iri affirmat, quatenus ostium fidei & salutis apertum illis iri sciebat, quod eo tempore quasi clausum videbatur [y]. ¶ *Sicut scriptum est*] Esa. 59. 20 [z]. ¶ *Veniet*, &c. Ἥξει ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος,] *Veniet ex Sion* (Heb. est לציון, *Sioni*, sive in *Sionis gratiam*: pro quo Lxx rectè habent, ἕνεκα Σιὼν· ac fortassis librariorum culpâ ex ἕνεκα factum est ἐκ [b]· quod non probo; nam ל interdum valet *de* [c]. Forsan Paulus, qui miscere solet ex variis locis testimonia, scribens, *de Sion*, ad alias Scripturas respexit, quæ Salvatorem promittunt oriturum ex Sion, ut Psalm. 14. 7. & 53. 6. & 110. 2 [d]. *Ex Sion*, i. e. è gente Judaica, atque ex ipsa regia stirpe Davidis *. Arabs habet, *in Sione*, quasi legisset, ἐν Σιὼν· vel לציון esset pro בציון, ut ל interdum usurpatur [f].) *ille liberator*, Il. P. Pi. V. sim. Er. Ti. Mo. vel, *redemptor*, Sy. Ar. D. vel, *vindex*, Be. Heb. גואל, quâ voce significatur proximus propinquitatis jure vindex & assertor; sic videtur expressè declarari, Messiam fore Judæis sanguine junctum, & suæ gentis vindicem in hæreditate cœlesti asserenda [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀποστρέψει, &c.] *Et* (vel, *Qui*, Er. V. Vulg.) *avertet impietates* (nempe condonando [h]) *à Jacob*, Be. Pi. &c. id est, à posteris Jacobi [i], hoc est, omnium tribuum [k]: auferet & abolebit peccata Israelitarum [l]. In Heb. est, ולשבי פשע ביעקב, *Et convertentibus se ab iniquitate in Jacob*, pro, ולשבי מפשע [m]. Lxx tamen [n], quos secutus est Apostolus, & Jonathan, qui vertit, *Ad convertendum rebelles domûs Jacobi ad Legem* [o], pro ולשבי legerunt ישיב [p]. Agitur de Cyro, Christi figura, qui *venturus sit ad liberandos Judæos*, nempe eos *qui ex Jacobo*, id est, inter Israelitas, ab impietate se converterint. Ità habet nunc textus Hebræus. Lxx verò ità accepere quasi dicatur Cyrus *liberaturus Israelitas & impietates eorum*, id est, pœnas impietatum, *aversurus*: quod ad Christum optimè aptari potest [q].

27. *Et hoc*, &c. Καὶ αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη] *Et hoc* (sub. *est*, Be. vel, *erit*, Pi.) *illis à me fœdus*, vel *pactum*, Be. Pi. &c. quod jampridem illis sanctè addixi, & suo tempore certissimè complebo [r]; quod cum illis feriam †; quod ego illis dispono. Quale sit hoc fœdus Esaias in seq. exponit, quod Paulus prætermittit, quia ejus præsenti instituto id tantùm necessarium, scilicet ostendere, tempus fore quo populi Judaici peccata sint avertenda [t]. Al. *Hæc promissio erga illos à me*, sub. *impleta cognoscetur*, *cùm*, &c. V. *Hæc promissio*, quòd scilicet auferam peccata [v]; q. d. In eo fœdus hoc implebitur, quòd auferam peccata, non aliquorum è populo, sed ipsius populi [v]. *Hoc est quod ipsis promitto*. Sequitur Esa. 59. *Spiritus meus—— & verba——non recedent*, &c. id est, Prophetiæ tibi mandatæ implebuntur, ut ibi diximus [x]: sed Paulus, qui diversa Prophetarum loca solet compingere, ut vidimus suprà v. 8. alium ejusdem Prophetæ locum arripuit, 27. 9. ubi similia verba præcedunt, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ εὐλογία αὐτοῦ· sequitur verò, ὅταν ἀφέλωμαι τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ [y]· pro quo Paulus ponit, [quod sequitur,] ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, sensu planè eodem. Nam singularia sæpe pro rerum de quibus agitur universitate ponuntur. In Hebræo est, *ut removeat peccatum suum*, id est, ut Judæi semet corrigant. Sed rectè ad Deum transtulit Apostolus, cujus est dare pœnitentiæ tempus & causas [z]. [Verba Apostoli sic reddunt,] *Cùm abstulero peccata ipsorum*, Be. Pi. Inchoatè in primo Messiæ adventu [a], completè verò in fine mundi [b]. Hæc verba Paulus addidit [c], (allusione factâ ad Jer. 31. 34. ubi summa Novi Fœderis exponitur [d].) ut explicaret sensum Prophetæ *, & tempus pacti hujus implendi [f], vel naturam ejus; q. d. Hoc fœdus, quòd auferam, &c. Addidit autem vel de suo [g]; vel potiùs ex parte præcedenti, *avertet impietates à Jacob*, repetivit [h]. Atqui hæc totidem verbis exstant Esa. 27. 2. Duo igitur Jesaiæ oracula contraxit in unum, ut paulò antè v. 8 [i].

[p] E. sim. Me. T. Par. Wil. [q] T. [r] Me. Per. † V. [s] Me. [v] Per. disp. 1. [x] Par. [y] Vor. [z] G. Tol. Me. &c. [b] Be. [c] Tol. [d] E. * Me. [f] Di. [g] Be. [h] Pi. [i] T. sim. Pi. Tol. [k] Tol. [l] Me ex E. [m] Di. [n] Di. sic G. Be. [o] Di. [p] G. sic Di. Be. [q] G. [r] T. † E. Me. [t] Tol. [v] E. [x] G. [y] G. sim. Par. [z] G. [a] T. [b] T. ex Aug. sic Me. [c] E. sim. Tol. Q. in Be. Er. [d] Q. in Be. * Er. sim. Tol E. [f] Tol. [g] E. [h] E. sim. Tol. [i] Par.

28. *Secundùm*, &c. Κατὰ μὲν τὸ εὐαγγέλιον, ἐχθροὶ δι' ὑμᾶς] *Secundùm Evangelium quidem* (vel, *Itaque quod ad Evangelium* attinet, Be. Pi. sic E. T. Beza ex uno cod MS. restituit μὲν, quod nolim factum, nam Vulg. Sy. & Ar. non agnoscunt, nec multùm eo opus est [k]. Respectu Evangelii [l], quod nunc prædicatur [m]. Propter Evangelium [n], cui adversantur Judæi [o], nempe in præsenti conditione [p]. *Occasione Evangelii*, G. sub. *sunt*, Be. Pi. G. Tol. quod apud Hebræos & Græcos sæpe subauditur [q].) *inimici* (vel, 1. activè, quoad nos, Paulum scil. & Ecclesiam [r]. Judæi mihi & aliis adjutoribus meis *malè volunt* †, sunt mei & vestri inimici [t]. Vel, 2. passivè, & quoad Deum [v], sive Dei [x], exosi Deo [y].) *propter vos*] Vel, 1. occasione ejusdem Evangelii vobis Gentibus prædicati, quæ res eos magìs à fide alienavit [z]: hac maximè de causa, *quòd vos* circumcisos ad Ecclesiam admittimus [a]. Quia enim Judæi videbant, Gentes Evangelium amplecti, malitiosè id abjiciebant [b]. Vel, 2. vestro non malo, sed bono [c], propter vestram salutem quam Deus operari voluit ex occasione Evangelii à Judæis rejecti [d]: ut vos ipsorum loco assumamini *. Cui sensui favent præcedentia, v. 11, 19, &c [f]. Hoc urget & repetit, ut Gentes, hoc beneficium agnoscentes, Judæis, licèt incredulis, non indignentur [g], aut insultent [h], sed commisereantur [i]. Sensus, q. d. Siquidem judicium faciendum sit ex eo quòd Evangelium hostiliter persequuntur, parum videtur sperandum de eorum salute. Sed altiùs res est consideranda [k]. ¶ *Secundùm electionem autem* (vel, *Quod ad electionem* attinet, Be. Pi. *Nihilominus ratione electionis*, G. sic Pi. Tol. scil. hujus populi è cæteris gentibus [l]; vel, plurimorum ex hac gente ad vitam æternam [m], quia eos Deus olim elegit, h. e. summis beneficiis affecit. *Elegisse* Deus dicitur quibus eximiè bene fecit: & solet id non sine magna causâ dici de illis patribus Judæorum, ut Deut. 4. 37. Neh. 9. 7. Psal. 135. 4. Act. 13. 17 [n]. quia Deus illum populum [o], & non solùm exiguam populi partem [p], Deus elegit [q] ad salutem; quæ utique electio aliquando implebitur [r]. Per *electionem* intelligit, 1. externam fœderis gratiam, quâ Deus hanc gentem sibi delegerat: 2. ipsam æternæ electionis gratiam, quam in hac gente quasi deposuerat Deus: nam adoptando eos in fœdus, testatum fecit, se ex ea gente plurimos habere, & semper habiturum esse, electos ad salutem †.) *charissimi* (vel, *dilecti* sunt, Er. J. Cap. sic Be. Pi. &c. vel, 1. Paulo, q. d. Judæos quidem patior infensos quod attinet ad Evangelii prædicationem, quod illi recipere nolentes, Gentibus, quarum sum Apostolus, invident; eos autem, quatenus sunt populus à Deo electus, vehementer diligo, & paratus sum eis impendere dilectionis officia [t]. [Sensus, q. d.] Iidem Judæi mihi aliisque Apostolis chari sunt [v]. *Inimicos & dilectos* h. l. intelligit, vel, 1. eosdem Judæos, respectu diversorum [f]: vel, 2. diversos [g], electos & reprobos; quia verò idem populus secundùm carnem sunt, de eodem Israel hæc duo prædicantur. Judæi *inimici* dicuntur, ratione incredulorum qui in eis sunt; ratione verò reliquiarum quæ crediture sunt & salvandæ, *dilecti*. Sic Corinthios Paulus modò laudat, modò vituperat, propter varias personas, &c. quod partis est tribuens toti, &c [h]. Vel potiùs, 2. Deo [x], ut v. seq. probat [y].) *propter patres*] i. e. Propter eorum majores [z], sanctos Patriarchas [a], quorum fides & pietas ità placuit, ut promiserit se Deum fore seminis eorum, Genes. 17. 17. Deut. 4. 37 [b]. propter promissiones factas Patribus [c], quorum causâ multos ex Judæis dilexit [d]. Non ergò sunt in universum inimici, & à Deo rejecti: nam multi ex eis sunt electi ab æterno, quos Deus diligit, & recipiet, & ad se trahet, postquam Gentes ingressæ fuerint *.

29. *Sine*, &c. Ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα καὶ ἡ κλῆσις τοῦ Θεοῦ] *Impœnitibilia* (i.e. Immutabilia [i], talia quorum nec debeat, nec velit, nec possit, eum pœnitere [k]; quorum Deus non pœnitet, nec semel decreta sive destinata mutat [l]. Vel, *Impœnitenda*, Aug. in Er. quod ambiguum est: nam *non pœnitendum munus* dicimus quod minimè debeat contemni [m]. Et sic hoc epitheton hîc accipi potest de fructu Divinorum donorum non pœnitendo, vel de eorundem constantia & immutabilitate. Confer 1 Sam. 15. 29. 2 Cor. 7. 10 *. Vel, *Irrevocabilia*, Ca. J. Cap. vel, *Ejusmodi* sunt *ut eorum ipsum pœnitere non possit*, Er. Ti.

[k] Di. [l] Carter. sim Tol. E. [m] Tol. [n] V. [o] Me. ex E. sim. V. Pi. Fe. [p] Be. [q] G. [r] Q. in Par. † G. [t] Q. in Par. [v] Par. [x] Me. T. [y] Pi. Par. sim. Per. [z] E. [a] G. [b] Par. [c] T. sim. E. [d] E. ex Amb. sim. Me. * Vor. sic Tol. Pi. [f] E. [g] Me. [h] E. [i] Me. [k] Par. [l] J. Cap. [m] Pi. [n] G. [o] E. Me. T. [p] E. [q] E. Me. T. [r] E. † Par. [t] E. ex Theod. [v] G. [f] Chrys. Theod. & Amb. in Tol. [g] Tol. ex Orig. & Amb. & Aug. E. ex Prosp. [h] Tol. [x] E. Pi. Fe. Tol. ex Orig. Par. [y] Tol. E. T. [z] G. [a] E. sic J. Cap. [b] Me. ex E. [c] Tol. sic Pi. sim. Be. J. Cap. [d] Tol. sim. Par. * Tol. [i] Me. T. Par. [k] T. sic E. Me. [l] Tol. [m] Be. * Vor.

Ti. P. Be. Pi. vel, *Sine pœnitentia sunt*, Vulg.) *enim dona & vocatio Dei*, Mo. &c. i. e. donum vocationis [n], per Hendyaden [o], vel Hypallagen [p]. Τὰ, i. e. ταῦτα, ut Heb. 3. 4. Dona Dei quædam sunt absoluta, quædam conditionata [q]. In conditionatis tribuitur Deo secundùm nostrum loquendi modum, *pœnitentia*, Jerem. 18. 7 [r]. Sic 1 Sam. 15. 11. Talia erant promissa de fertilitate & de perpetua promissione terræ Canaan †. Inter absoluta hæc est, & quidem propter Patres, quorum hîc jam præcessit mentio, Quòd nunquam internecione exstingui vult Judæos, sicut alios sæpe populos exstinxit. Levit. 26. 44. Jer. 5. 10, 18. & 15. 11. & 46. 28. Ezec. 20. 17. Alterum est, & quidem propter eosdem Patres, Quòd nunquam toti isti populo præcludere vult vias per quas ad resipiscendum perduci possint: id verò est quod hîc *vocationem* appellat. Philo De constitutione Principis, Τὸ δ' αἴτιον, αἱ τῶν ἀρχηγετῶν τοῦ ἔθνους [illegible], &c. δικαιοσύναι καὶ ἀρεταὶ, &c. (*Causa est, celeberrima justitia virtúsque primorum parentum gentis hujus, unde, velut ab immortalibus plantis, perennes fructus proveniunt posteris etiam proficui*, &c.) Et libro De diris dicit, *Judæos uti tribus advocatis, primùm Dei bonitate*, deinde, τῇ τῶν ἀρχηγετῶν, &c. (*majoribus suis, qui etiam exempti corpore nudis animis sincerum suo principi cultum exhibent, pro filiis & filiabus indesinenter & efficaciter precantes, quos hoc honore dignatur ut eos facilè exaudiat.*) Similia habet Maimon. De pœnitentia, c. 7. §. 5 [t]. *Dona* hæc sunt fides, & cætera quæ ad justificationem & salutem pertinent [v]; vel, quæ Deus pro gratia sua donat aut promittit [x]; promissiones Dei quæ fiunt secundùm Dei præscientiam & prædestinationem; dona quæ ex electionis gratia fluunt: ut sunt remissio peccatorum, fides, sanctificatio, perseverantia, salus [y]. *Vocatio* hîc accipitur pro electione; quia propter certitudinem utriusque, quod Deus promittit, jam quodammodo dat; & quos Deus eligit, jam quodammodo vocat [z]. *Vocatio* est, quâ Deus ad dona sua capienda hominem perducit [a]. *Vocationem* intellige, non externam, hæc enim sæpe excidit; sed internam semper efficacem, quæ fit per spiritum [b], quâ electos vocare suo tempore constituit [c]. Loquitur hîc de promissis & vocatione [d], quæ ex electione procedunt *; i. e. iis quæ facta sunt absolutè & sine conditione [f]. Quos Deus semel decrevit vocare & donis afficere, eis bona largitur; nec unquam deseret. Cùm ergò Deus Judæos elegit, & Patribus promisit salutem eorum, profectò non hæc mutabit, nec propter incredulitatem multorum reliqui omnes abjicientur, & Dei promissiones in eis non implebuntur; quia electio Dei certa & immutabilis est [g]. Hæc autem constantia Dei in electione gentis integræ, ubi tot sunt putrida membra, fortiùs probat constantiam Dei in singulorum electione, ubi nullum est membrum quod non speciatim vocat Deus, &c [h]. *Pœnitentia* hîc ponitur pro mutatione, utpote illius causa: quorum verò nos non pœnitet, ea non mutamus [i]. Dicunt Hebræi, *Dando dant*, (nempe de cœlo,) *auferendo non auferunt*. Et alibi, *Deus benedictus, posteaquam largitus est donum, non aufert illud iterum ab eo qui accepit.* De dono specialis gratiæ, prout intelligit Apostolus, id verè dicitur [k].

30. *Sicut enim* (Causam dat præcedentis sententiæ, cur nempe non pœnitebit Deum vocationis Judæorum, & tacitè occurrit huic objectioni, ob incredulitatem eorum Deum mutaturum quod disposuerat. Imò hoc, inquit, non impediet quin dona & vocatio Dei permaneant [l].) *& vos* (ô Gentes [m]: vos Romani & Græci, humaniores populi, non minùs quàm barbari. In MS. abest καὶ [n].) *aliquando* (vel, *quondam*, Be. Pi. id est, olim, scil. ante Christum exhibitum [o],) *non credidistis* (vel, *non paruistis*, Pi. sim. Be. Ham. vel, *increduli fuistis*, E. Me. Significat pertinaciam non credendi, etiam visis, vel auditis, idoneis documentis [p]. Id notat ἠπειθήσατε [q].) *Deo*] i.e. Derelicto vero Deo, adhæsistis falsis diis [r], per tot annorum centurias †. ¶ *Nunc autem misericordiam consecuti estis* (i. e. ex misericordia estis à Deo vocati efficaciter, &c [t]. licèt nullæ vobis factæ essent promissiones [v]:) *propter*, &c. Τῇ τούτων ἀπειθείᾳ] *Illorum incredulitate*, Di. *Per* (vel, *Propter*, Vulg. Non placet: *Propter* causam significat, *Per* instrumentum aut modum. Sensus ferè idem [x].) *istorum* (scilicet Judæorum, in quorum locum inserti estis in bonam olivam [y].) *contumaciam*, Be. Pi. sim. E. i. e. dum isti contumaces sunt [z], vel quia contumaces erant [a]. Vide Act. 13. 46 [b]. Vos credidistis, vocati [c], occasione incredulitatis ipsorum [d]. Est Metonymia, ἐλεεῖς pro *credere*, ἔλεος pro *fide*. Solent ἀπείθεια & ἀπιστία pro eodem poni *, cùm de Evangelii doctrina agitur: alioqui ἀπείθεια differt ab ἀπιστίᾳ, ut consequens ab antecedente [f]. Sensus idem qui suprà v. 11 [g]. Gentilium exemplo confirmat, non esse de Judæis desperandum. Quomodo, inquit, Deus vobiscum egit, multò magis aget cum gente dilecta [h], cui factæ sunt à Deo promissiones [i].

31. *Ità & isti* (scil. Judæi [k]) *non*, &c. Νῦν ἠπείθησαν τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, ἵνα καὶ αὐτοὶ, &c.] *Nunc* (quum scil. à fide Abrahami desciscentes in Christum impegissent [l]. *Nunc* idem quod suprà, *usque in hodiernum diem* [m].) *non crediderunt* (vel, *increduli facti sunt*, Er. Ti. *contumaces facti sunt jam*, Tre.) *vestræ misericordiæ* (vel, *in vestram misericordiam*, Vulg. id est, vel, 1. in gratiam Christi [n]: vel, 2. ut indè ad vos deveniret misericordia [o]. Sed sic nullum erit membrum quod opponitur τῇ τούτων ἀπειθείᾳ [p], & bis idem dicitur, h. e. ὑμεῖς δὲ ἠλεήθητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ, &, ἠπείθησαν τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει· quod respuunt voces *quemadmodum* & *ità* [q]: vel, 3. in misericordiam Dei erga vos. Credere enim noluerunt Judæi, Christum ad Gentiles pertinere [r]. Vel, *vestrâ misericordiâ*, Di. *propter misericordiam quæ est erga vos*, Tre. ex Sy. vel, *ex eo quòd vos misericordiam estis adepti*, Er. Ti. V. vel, *per vestri misericordiam*, V. vel, *propter vestram credulitatem.* Gentium fidem vocat *misericordiam*, nè sibi placerent Judæis prælati: nam Evangelii gratia Judæis quodammodo deberi videbatur, vel quia ipsis peculiariter promissa, vel propter cultum Dei †. Judæorum alienatio ab Evangelio ex Gentium credulitate [vel] nata est [t], vel potiùs confirmata; sicut contrà, Gentium misericordia & credulitas ex Judæorum incredulitate, sicut unius corruptio est alterius generatio, &c [v].) *ut & ipsi misericordiam consequantur*, Mo. &c. Sensus est, Sicut illorum defectio vobis aditum fecit ad fidem, ità vestra fides, quam miserante Deo estis consecuti, provocabit illos ut resipiscant [x]. Al. *Sic & isti nunc non obedierunt, ut per vestri misericordiam & ipsi misericordiam consequantur*, P. Be. sim. Il. Pi. Glas. Ἵνα hîc est ἐκβατικὸν [y], non causam, sed eventum, notans [z]; & positum non initio, sed in medio, commate [a]. Similis trajectio sive transpositio est in hac ipsa particula, 1 Cor. 9. 15 [b]. 2 Cor. 2. 4. Gal. 2. 10. Eph. 3. 17 [c]. & in aliis particulis, ut Rom. 5. 6. & 12. & 1 Cor. 14. 9 [d]. & illud, τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, quod opponitur illi, τῇ τούτων ἀπειθείᾳ, non pertinet ad ἠπείθησαν, sed ad ἐλεηθῶσι, sicut v. præc. τῇ τούτων ἀπειθείᾳ, connectitur cum ἠλεήθητε *. [Sensus, q. d.] Is erit exitus, ut ipsi aliquando, i. e. ex ipsis multi, ad fidem perveniant occasione vestræ fidei & donorum fidem consequentium. Vide suprà v. 11. & 14 [f]. Quod antè proposuerat, Judæorum offensam saluti fuisse Gentibus, idipsum nunc repetit in conclusione, ut par erat [g]: nempe, sicut per Judæorum contumaciam Gentes sunt consecutæ misericordiam [h], ità Judæi contumaces sunt [i]; vel, idcirco permissi sunt Judæi ad tempus in hanc incredulitatem incidere, quia noluerunt agnoscere misericordiam Dei vobis impendendam, id est, Evangelium vobis esse prædicandum [k], non ut perirent, sed ut misericordiæ Gentibus factæ exemplo provocati, misericordiam & ipsi consequantur [l]; vel, ut & ipsi insignem Dei misericordiam, adducentis eos ad fidem, aliquando experiantur [m]. Ità enim placuit Deo, incomprehensibili suâ sapientiâ, tum Gentes, tum Judæos, ad misericordiam vocare [n]. Hæc eò dicuntur, ut neutri alteris exprobrent, sed utrique parem experti misericordiam, unanimes uno ore Deum salutis Authorem collaudent [o]. Comma ponendum est, vel, 1. post ἠπείθησαν [p], quomodo primus, ni fallor, Beza Græcum textum edidit [q]: vel, 2. post τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει [r]. ut habent Vulg. Syr. & Arab. & constanter exemplaria Græca †, etiam Rob. Stephani majus. Priore modo sensus erit, quòd misericordia Gentilium sit occasio futura misericordiæ seu conversionis Judæorum, juxta v. 11. posteriore modo, quòd eadem sit occasio contumaciæ Judæorum, juxta v. 28. Uterque sensus stare, & de mente Apostoli esse, potest. Omnia verò hîc ad Dei misericordiam

---

Marginal notes (col. 257): n Par. ex Calv. — o Par. — p Q. in E. — q G. — r G. sim E. — † E. — t G. — v Tol. — x Pi. — y Par. — z Per. — a Tol. — b Par. — c Pi. — d E. Me. — * E. sim. J. Cap. — f E. Me T. — g Tol. — h J. Cap. — i Par. — k Cart. mellif. cap. 1. — l Tol. — m Me. sim. Pi. — n G. — o Pi. — p Me. ex E. — q E. — r G. — † Tol. — t Pi. — v E. ad v. 31. — x Er.

Marginal notes (col. 258): y Me. — z Camer. — a Par. — b V. — c G. — d G. sic Vor. Pi. sic Er. Be. — * G. sim. Be. — f Be. — g G. — h Par. — i E. ad v. 31. — k G. Di. Me. — l Di. ad v. 32. — m G. — n Aquin. in Er. — o Q. in Be. sim. Me. Aquin. — p Be. — q Be. ex Er. — r E. — † Er. — t Er. in Di. — v Di. — x Er. — y G. — z Par. ex Chrys. — a G. — b Be. Glas. — c Be. — d Glas. gram. 4. 2. 24. 747. — * Be. ex Th. — f G. — g Be. — h Be. sic E. — i Be. — k E. — l Be. — m E. — n Be. — o E. — p Be. ex Th. — q Di. — r Q. in Par. Di. — † Di.

diam refert, nè quid Gentilium vel Judæorum viribus aut casui in negotio salutis relinquat [t].

32. *Conclusit*, &c. Συνέκλεισε—πάντας εἰς ἀπείθειαν] *Conclusit enim Deus omnes* (h.e. Judæos & Gentes [v], de quibus locutus erat [x]; i.e. utriusque populi multitudinem, non autem utriusque singulos [y], quia multi ex eis perierunt, multi quoque salvati sunt. Utitur tamen universalitate, quia sine misericordia Dei omnes, etiam utriusque posteri, periissent [z]. Vel, *omnes illos*, nempe Judæos, & Græcos, electos videlicet, de quibus disserit; quod & articulus ostendit [a]. Sed non intelligit h. l. sosas illas personas quas alloquitur, sed Gentium, ut & Judæorum, corpus in genere, per multa retrò secula, &c. aitque, Deum utrosque, scilicet suo tempore, ante Christum Gentes, post Christum Judæos, conclusisse in incredulitatem, ut utrorumque, suo scilicet tempore, misereretur: non quòd iidem qui facti sunt increduli consecuti sint misericordiam, sed quòd idem corpus, quod incredulum fuit, consequeretur misericordiam. Ad singularem ergò hominum electionem hæc non pertinent [b]. *Conclusit*, i.e. quasi colligavit tanquam manipulos, &c [c]. Vel, permisit concludi [d]; sub potestate incredulitatis finit esse [*]; facit ut ad tempus repugnent gratiæ suæ [f]. Aptè dicit, *conclusit*, quia peccator peccato, quasi saxo aut carcere, clauditur [g]. Eorum imbecillitatem denotat, quâ uterque populus peccato suo & infidelitate conclusus & constrictus tenebatur [h], velut captivus & Deo obnoxius [i], ut à se, aut viribus meritisve suis [k], aut sine Dei gratia [l], evadere non posset [m]. Al. *Conclusit*, i. e. conclusos esse demonstravit [n]: verbum reale de notificatione sumitur [o], [ut sæpe notatum.] Peccati reos esse convicit [p]. [Sensus, q. d.] Vicibus res agitur. Olim vos convicti obedientiæ, nunc illi. Συγκλείειν est, *convincere*, ut Gal. 3. 22. ubi est ὑπὸ eodem sensu quo hìc εἰς· nimirum quia qui criminis alicujus convincuntur, tenentur ità constricti ut effugium, i. e. excusationem, non habeant [q].) *in* (vel, *sub*, V. Pi.) *contumaciam*, P. sim. Pi. Di. ex Vulg. & Er. Ca. ut dicimus, *Concludam me in angulum* [r], h. e. conferam me in angulum, méque in eo concludam: ità & h.l. tradidit eos Deus in incredulitatem, eósque in ea conclusit [†]. Vel, *in contumacia*, Be. Similis sententia Gal. 3. 22. ubi est, *Scriptura conclusit*, ut hìc, *Deus conclusit*. Quomodo? manifestando, accusando, damnando contumaciam, non efficiendo aut approbando, ibi *omnia*, hìc *omnes*; ibi, *sub peccatum*, hìc, *in contumaciam*; ibi, *ut promissio ex fide Jesu—daretur credentibus*, hìc, *ut omnium misereretur* [t]. At ibi de Justificatione agitur, hìc de Prædestinatione [v]. ¶ *Ut omnium* (scilicet nationum [x], Judæorum & Gentilium [y], in genere, & suo tempore, [ut antè.] Constat enim, nec concludendi, nec miserendi, actionem ad singula hominum capita referri posse [z]. Vel, *omnium*, scil. credentium [a]: modò hos, modò illos, bonis afficit ubi crediderint. Agitur enim hìc non de communi Dei bonitate in genus humanum, sed de ea quâ credentes prosequitur [b]. Vel, *omnium illorum*, Be. Pi.) *misereatur*] i. e. Misereri se declararet [c]; vel, miserendi occasionem haberet [d]: ut misericordiam suam toti universo patefaceret [*]; misericordia enim supponit miseriam, &c [f]. ut in utroque populo [g], salus non ex meritis, sed ex gratuita Dei misericordia, esse agnoscatur [h]; utpote indebita prorsus [i], & indignis data [k]: vel, ut rubore tandem perfusi omnes sitiant ejus misericordiam [l]. Ità optimè concludit præcipuum Epistolæ argumentum, Judæos & Gentes in humilitate continens, donúmque Dei in justificatione illustrans, & ad mutuam concordiam utrumque populum reducens [m]. Vide hìc connexionem totius disputationis; Paulus hâc sententiâ redit ad id quod initio susceperat demonstrandum, Omnes, & Græcos & Judæos, peccatores esse, nec habere quod glorientur; ideóque gratuitâ Dei justificatione, quæ per fidem est, omnes indigere. Sed quod illic ostendit de variis morum vitiis, id, jam fidei necessitate constitutâ, concludit de peccato infidelitatis [n].

33. *O altitudo*, &c. Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ!] *O profunditatem* (Βάθος significat idem quod ἄβυσσος, ut 1 Cor. 2. 10. Apoc. 2. 24. Refertur autem ad tria sequentia, quæ negat posse penetrari [o]. Epilogus totius disputationis, quâ docet, se rationes quasdam adduxisse electionis & reprobationis, &c. eas tamen perfectè nec docuisse se, nec nôsse [p]. q. d. Exposui quæ potui, & quæ tenere satis est. Sed abysso consiliorum Dei absorbeor: hæc non scrutanda sunt, sed adoranda, &c [q].) *divitiarum* (vel, *profundas divitias*, Be. Pi. Hypallage, βάθος πλούτου, pro πλοῦτον βάθους, h. e. βαθὺν [r], ut Prov. 3. 2. *anni vitæ*, pro, *vita annorum*, h. e. annosa: Luc. 1. 22. *viscera misericordiæ*, pro, *misericordia viscerum*, h. e. viscera commovens [†]. Porrò, *divitias* hìc connectunt, vel, 1. cum *altitudo* [t]: ut tria hìc distinguantur, sic, ô *altitudo divitiarum*, & altitudo *sapientiæ*, & altitudo *scientiæ*. Cui multa favent. 1. Καὶ post πλούτου. 2. Collat. v. 34. & 35. 3. Collat. præced. ubi mentio fit misericordiæ Dei erga Gentes & Judæos, cujus magnitudinem Paulus admiratur, idque voce *divitiarum*, ut Rom. 2. 4. Eph. 2. 7 [v]. Sed solet Apostolus divitias [eo sensu] Deo ascribens, explicare metaphoram, additâ voce *bonitatis*, *patientiæ*, &c. ut dictis locis, & Eph. 1. 18. & & 3. 8. & Col. 1. 27 [x]. Πλοῦτος hìc intelligenda *abundantia*, nempe *bonitatis*: quod nomen additur Rom. 2. 4. Eam ait esse *impenetrabilem*, nempe quomodo Deus olim Gentium, deinde Judæorum, contumaciam tamdiu pertulerit [‖]. 4. & præcipuè, Collat. Eph. 1. 7, 8. ubi hæc tria pariter distincta sunt [y]. Vel, 2. cum seq. *sapientiæ & scientiæ* [z]: ut hi duo Genitivi regantur à primo, πλούτου, prorsus, ut Colos. 2. 3. sunt *thesauri sapientiæ & scientiæ* [a].) & (vel, *tum*, Be. Pi.) *sapientiæ*, & (vel, *tum*, Be. Pi.) *cognitionis*, sive *scientiæ*, *Dei*, Er. Be. Di. quâ Deus cognoscit & sapienter res à se conditas administrat. *Sapientia* & *scientia* idem h. l. valent [b]. [Alii distinguunt.] *Sapientia* est *scientiæ* species, quâ supremum fit de rebus agendis judicium, & ordo earum disponitur [c]; quâ Deus ordinat quid quoque tempore fieri velit [d]; v. g. hoc tempore Judæos eligere, & relinquere Gentes, postea verò Gentes eligere, & deserere Judæos; & ad extremum, utrosque communis facere salutis participes [*]. *Scientia* verò Dei hìc est quâ Deus cujusque gentis ingenia, propensiones & mores, clarissimè perspicit, ut dispenset quid cuique genti & tempori conveniat [f]. *Scientia* est quâ Deus omnia futura distinctissimè novit à principio; *sapientia*, quâ disponit omnia mirabili & justissimo modo [g]. Al. *Sapientia* contemplatur causam primam & supremam, *scientia* versatur circa causas medias, & omnino circa varios effectus providentiæ Divinæ [h]. *Impenetrabilis* est illa *sapientia*, quòd Gentes non vocaverit, nisi post ostensam mundo Judæorum contumaciam. Est & hoc *impenetrabile*, quomodo permoverit & Gentium ingenia & Judæorum, ut illos quidem miraculis nunquam auditis, Judæos verò partim invidiâ in Gentes, partim summis calamitatibus, ad se pertraheret [i]. In Psal. 139. 6. *Mirabilis scientia tua præ quàm ut eam assequar* [k]. Pertinet hoc ad totam hujus consilii dispensationem, quâ Gentes, antè Dæmoniis servientes, nunc subitò ad Evangelii gratiam vocantur; & Judæi, quibus ea peculiariter promissa videbatur, ab eadem exciderint [l]. ¶ *Quàm*, &c. Ὡς ἀνεξερεύνητα—καὶ ἀνεξιχνίαστοι, &c.] *Quàm inscrutabilia* (vel, *incomprehensibilia*, Mo. Vulg. *penitùs recondita*, Ca. Tanta est profunditas, ut nec scrutari fas sit [m].) *sunt judicia ejus* (quibus de rebus statuit [n]; vel, rationes quas tenet in administrandis rebus singulis [o], [specialiter] humanis [p]: quæ mente facere decrevit de singulis hominibus [q]. Κρίματα vocat Dei *decreta*, more Hebræo. Respicitur locus Psal. 36. 6. *Judicia tua abyssus*. Habes κρίματα pari sensu Psal. 119. 91. & alibi [r].) & *investigabiles* (vel, *abstrusæ*, Ca.) *viæ ejus*, Er. Il. P. &c. Per *vias* intelligit rationes illas per quas decreta sua Deus ad exitum perducit [†]; vel, opera, actiones & studia, Dei [t]; vel, arcana Dei consilia, quibus quosdam salvat, alios deserit & reprobat [v]. Sensus, Rationes operum Dei non possunt à quoquam penitùs cognosci [x], nec consilia, modi & causæ, providentiæ Divinæ: cùm millenæ aliæ viæ illi ad manum essent, quibus posset omnium misereri, sine prævio peccato, cur hanc viam delegeret, &c [y]. Hoc autem vult dicere Paulus, Ego, quem multis revelationibus Deus honestavit, dispensationis Divinæ partes aliquas attigi; sed multò plura me latent: & quæ attigi, admiror, non pervideo. Confer Job. 5. 8, 9. & 9. 10. Origenes, Εἰσί τινες εἱρμοί, &c. (*Sunt quidam nexus & consequentiæ inexplicabiles de diversis circa animas hominum dispensationibus.*)

Marginal notes (col. 259): [t] Par. — [v] Tol. sic Ca. E. Par. Di. — [x] Tol. — [y] E. sim. Tol. Di. — [z] Tol. — [a] Be. sim. Pi. — [b] Di. — [c] Pi. — [d] Me. ex Tol. — [*] V. sim. Cam. — [f] V. — [g] Me. — [h] Tol. ex Orig. — [i] E. — [k] Tol. sim. E. — [l] Me. sim. Tol. — [m] Tol. E. Me. — [n] Zeg Glas. Chrys. in Par. — [o] Glas. gram. 3. 3. 15. 246. — [p] Vor. — [q] G. — [r] Di. ex Er. — [†] Di. — [t] Par. — [v] Di. — [x] Me. T. — [y] Me. sic Pi. Di. Vor. — [z] Di. — [a] Vor. Par. — [b] G. — [c] Glas. gram. 3. 7. 19. 625. — [d] Pi. — [*] T. sim. Cam. — [f] T. — [g] Tol. — [h] Tol. sim. Pi. — [i] Tol. — [k] Cam. — [l] V. — [m] Tol. — [n] E. — [o] G.

Marginal notes (col. 260): [p] E. — [q] Par. — [r] Pi. ex Be. — [†] Pi. — [t] Tol. ex Orig. Chrys. & Theod. — [v] Tol. — [x] E. — [‖] G. — [y] Tol. — [z] Amb. & Aug. in Tol. — [a] E. — [b] Pi. — [c] Caj. in E. — [d] Per. disp. 3. — [*] Per. sim. Tol. — [f] Per. — [g] Tol. — [h] E. — [i] G. sim. Ham. — [k] G. — [l] Er. — [m] Idem. — [n] E. — [o] Be. Pi. Par. — [q] Tol. — [r] G. — [†] G. sim. Tol. — [t] E. — [v] Per. — [x] Me. ex E. — [y] T.

bus.) Arnob. l. 2. *Neque enim promptum est cuiquam Dei videre mentem, aut quibus modis ordinavit res suas, homo, animal cæcum & ipse se nesciens, ultro potest rationibus consequi,* &c. Salvianus, *Non ideo non justum est quod Divinitas agit, quia capere vim Divinæ justitiæ homo non valet. Sicut plus Deus est quàm humana ratio, sic mihi plus debet esse quàm ratio quod à Deo agi cuncta cognosco.* Hebræi notant ad Num. 15. *Non est curiosè quærendum post opera Dei: omnia enim sapienter fecit, tametsi abscondita sint ab oculis sapientum* [z].

34. *Quis,* &c? Τίς γὰρ ἔγνω, &c ?] Sumpta sunt hæc verba ex LXX, Esa. 40. 13, 14 [a]. *Quis cognovit* (perfectè scilicet [b]. Heb. *expendit,* Pi. vel, *metitus est,* For. in E.) *mentem* (vel, *cogitationem,* Er. V. sic E. Me. consilium, aut propositum [c].) *Domini?* Be. Pi. Quod facere decrevit; quod ad *judicia* pertinet [d]. ¶ *Quis consiliarius ejus fuit?*] Cum quo communicaret *vias* & modos quibus exsequenda erant quæ fieri judicavit [*], quum omnia conderet & ad suos quæque fines destinaret [f]. Reges terreni habent consiliarios, qui intima ipsorum noverint; at Deus ad sua consilia homines non admittit. Scimus quidem Dei consilia quædam, sed à Deo patefacta, Matt. 11. 27. Joh. 1. 18. & 15. 14, 15. 2 Joh. 5. 20. 1 Cor. 2. 16. & ea ipsa exigua pars sunt consiliorum Dei. Vide Sap. 9. 17. Sirac. 18. 4, 5, 6 [g].

35. *Aut,* &c. Ἢ τίς προέδωκεν, &c.] Sumpta hæc videntur ex Job. 41. 2 [h]. *Aut quis prior dedit* (προδίδωμι novè sumptum pro, *antè dare,* ut Rom. 9. 29. προείρηκεν, pro, *ante dicere.* Sic tamen sumitur Aristot. Oecon. l. 2 [i].) *ei, & retribuetur ei?* Be. sic Pi. vel, *ut reddendum sit ei?* Pi. Καὶ pro *ut.* Sententia est, *Quis prior Deum muneravit, ut vicem reddere debeat?* Sententia autem eódem tendit quò illud Matt. 20. 14. *Tolle quod tuum est, & vade:* q. d. Si cui rationes Divinæ dispensationis à me hactenus allatæ non satisfaciunt, cogitet non de reddenda gratia, sed de beneficio dando, hîc agi: beneficii autem sui quemque oportet esse arbitrum. *Liberalitas à libertate* nomen habet [k]. Nulli Deus ullo jure aut titulo obstringitur. Unde nec injustitiæ, nec infidelitatis, nec ingratitudinis, argui potest, si Gentiles nunc illuminet, deserat verò Judæos [l], qui Deum meritis suis sibi obstrictum putabant [m]; vel, si pro arbitrio suo alios eligat, alios verò reprobet [n], ut qui nulli quicquam debet [o]. Excluditur hoc dicto omne meritum [p], nempe ex electione, &c. quia omne hominis meritum, quantumvis exiguum & imperfectum, à præveniente Dei gratia proficiscitur [q]. Deus prævenit benefacere nobis: iis qui non erant, dedit ut essent, & qui non possent bene operari, dedit ut operarentur, &c. Hoc pertinet ad bonitatem Dei, ut præced. ad sapientiam & scientiam Dei [r].

36. *Quoniam,* &c. Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι᾽ αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα] *Nam ex eo* (i. e. ab eo [†], non ut materia [*], sed ut Authore [v] essentiæ [x], vel principio [y], vel tanquam primâ effectrice causâ [z]: ἐξ pro ὑπό. Heterosis [a].) *& per eum* (quasi conservatorem & custodem [b], qui omnia regit [c], disponit & dirigit [d]; vel, tanquam operantem & administrantem [*]: quæ sunt per eum vivunt [f].) *& in ipsum* (tanquam ultimum finem [g]: id est, ad gloriam ejus [h], sub. *sunt,* Be. i e. referuntur [i]. Vide Prov. 16. 4 [k]. Vel, *in ipso,* Vulg. quia ejus virtute conservantur, durant, permanent, & operantur [l]. Vel, *propter eum:* εἰς pro διά, ut 2 Cor. 2. 12. εἰς τὸ εὐαγγέλιον. Colos. 1. 16. καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισαι. Sic Latini dicunt, *Ad* (i. e. ob) *memoriam:* &, *In hoc factum est,* pro, *ob hoc ipsum* [m].) *omnia,* Be. Pi. quæ scil. verum esse habent [n]; quæcunque sunt in cœlo & terra, & inprimis nova ipsius opera quæ in electis suis edit [o]. Probat, quòd nemo prior Deo dederit, &c [†]. *Ab ipso omnes homines ad salutem vocantur, per ipsum bona accipiunt, idque ut ipsum honorent:* ἐξ causam operantem significat, ut 1 Cor. 1. 30. & alibi; διά, cooperantem; εἰς verò, τέλος, *id cujus causâ fit aliquid.* Duo ista, εἰς & ἐξ, habes & 1 Cor. 8. 6. Πάντα refertur ad totam illam de qua egit dispensationem. Simile est quod de Ptolemæo Rege dicit Theocritus, Ἀνδρῶν δ᾽ αὖ Πτολεμαῖος ἐνὶ πρώτοισι λεγέσθω, Καὶ πύματος, καὶ μέσσος [p]. (*Ptolemæus hominum primus & medius & ultimus dicatur.*) His tribus particulis utitur, non tantùm ad significandum mutiplicia beneficia quæ à Deo accipiunt creaturæ, & maximè homines; sed etiam ad insinuandum personarum Trinitatem unius Dei. Nam *ex ipso,* Patrem, &, *per ipsum,* Filium, indicat, juxta 1 Cor. 8. 6. &, *in ipso,* Spiritum S. ostendit, juxta 1 Cor. 12. 13 [q]. Pater est principium sine principio, Filius est media persona, per quem operatio à Patre accepta transmittitur ad Spiritum Sanctum, qui in Trinitate veluti finis est, à quo ad aliam personam non fit progressus [r]. ¶ *Ipsi* (Indicat Divinæ essentiæ unitatem [†].) *gloria,* &c.] Sub. *sit,* Be. Pi. E. Par. Votum [t]. Vel, sub. *est,* E. Concludit δοξολογίᾳ, docens cuncta gloriæ ejus meritò servire [v]. Quæcunque Deus agit, non à nobis dijudicanda, sed cum veneratione & laude excipienda, sunt. Similia epiphonemata habuimus bis suprà, 1. 25. & 9. 5. Sic Deut. 32. 3. δότε μεγαλωσύνην τῷ Θεῷ ἡμῶν [x].

[Marginal notes, left column:] [z] G. [a] G. sim. Pi. [b] E. [c] Pi. sic E. Me. Tol. [d] Tol. [*] Id. [f] Pi. [g] G. [h] Me. sim. Pi. D. E. [i] Be. [k] G. [l] T. [m] Vor. [n] E. sic Par. [o] E. [p] Calv. E. [q] E. [r] Tol. [†] Pi. [*] Gom. [v] Gom. sic V. Me. [x] V. [y] Tol. Par. [z] E. sim. T. Tol. Er. ex Thom. Vor. [a] Pi. [b] Me. sim. E. Vor. [c] Tol. sic Camer. [d] Tol. [*] Er. ex Thom. [f] V. [g] T. sim. Tol. ex Theod. & Basil. E. Me. Par. [h] V. sic Be. Pi. [i] Camer. Me. [k] Pi. Par. [l] Tol. [m] Ca. [n] T. ex Thom. [o] Be. [†] Tol. [p] G.

[Marginal notes, right column (chapter XI):] [q] Tol. [r] E. [†] T. [t] Pi. [v] Par. [x] G.

CAP. XII.

CUM docuisset Paulus, neminem nunc ad justitiam eam, quæ ad vitam æternam ducit, pertingere nisi per fidem Evangelio habitam, Deinque cur ità constitueret gravissimas habuisse causas, & ea quæ objici solent solvisset, ad monita veniens, reipsâ ostendit, quod suprà dixerat obiter, *Per Evangelium Legem perfici,* idque per singulas eundo Legis Mosaicæ partes, Ritualem primùm; indè, eam quæ regit Judicia, v. 1; postremò, eam quæ Mores, v. 8. Ac primùm incipit à Rituali sive Levitica, cujus præcipuum Sacrificia, &, inter Sacrificia, עולה, i. e. ὁλοκαύτωμα [a]. A doctrina fidei transit ad præcepta morum [b]. Mos is est Pauli, quem secuti alii veteres, post τὸ δογματικὸν subjungere solent τὸ ἠθικόν [c].

1. *Obsecro,* &c. Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς] Pulchrè hæc connectuntur cum præcedentibus [d]. Cùm quæ dixi ità se habeant, monita vobis dabo doctrinam istam consequentia [*]. *Adhortor* (Rem utilem & honestam esse significat [f].) *igitur* (Argumentatur à causa ad effectum [g]: οὖν docet, seq. hortationem ex præced. doctrina deduci [h]: q. d. cùm essetis rei iræ & mortis, à Deo tamen gratis dilecti, justificati, &c. æquum est ut benefactori grati sitis [i].) *vos, fratres,* Be. Pi. q. d. Fratres estis, & ut fratres diligo. Tollit omnem doli aut odii suspicionem [k]. ¶ *Per,* &c. Διὰ τῶν οἰκτιρμῶν, &c.] Per illas proprietates Dei descriptas Exod. 34. 6, 7 [l]. *Per misericordiam Dei,* Vulg. quâ se erga vos tam munificum (ut vidimus) exhibuit [m], ut, populo suo rejecto, vos, Gentes incredulas, vocavit [n]. *Per miserationes Dei,* Pi. Par. Be. Tol. Er. ex Chrys. *Miserationes* sunt opera & effecta misericordiæ, quæ in nos exercet, quibus plus movemur quàm misericordiâ quam Deus in se habet; quia hæc sine illis nihil nobis profuisset [p]. Heb. est רחמים [q], quod LXX raro singulariter reddunt οἰκτιρμόν, ut Zach. 1. 16. & 7. 9. sæpiùs autem plur. οἰκτιρμοί [r]. [Sensus,] Quàm charæ vobis sint miserationes Dei [†]. Plur. num. utitur amplificationis causâ [t], ut designet immensam Dei misericordiam [v], variáque ejus effecta in opere redemptionis [x]; quia cumulata beneficia Gentes acceperant à Deo [y]. Solent Hebræi, cùm *magnitudinem misericordiæ* indicant, usurpare plur. רחמים, οἰκτιρμοί, ut Neh. 1. 11. & in Psalmis sæpe [z]. Eadem verba apud Hebræos & de habitu dicuntur & de actione, sed de illo per plur. de hac per utrumvis, prout vel una est, vel plures: v. g. *Beneficium* vocant חסד, *beneficentiam,* חסדים [a]. Plur. num. sæpe excellentiam denotat, ut Job. 40. 10. Prov. 1. 20. Thren. 3. 22 [b]. ¶ *Ut,* &c. Παραστῆσαι, &c.] *Ut sistatis* (Hebr. הקריב, aliter προσφέρειν, quam vocem habes de Holocausto, Levit. 1. 2, &c [c]. quod olim ad altare sistebatur [d]. Nunc altare ubique est, ubi nos sistere oportet [*]. Vel, *exhibeatis,* Vulg. Camer. Er. Rectè: q. d. Præstate quod professi estis. *Exhibetur* enim quod antè promissum re præstatur, ut *exhibentur syngraphæ;* aut quod priùs occultum profertur [f]. Vel, *præbeatis,* Er. V. *præstetis,* Camer. *tradatis,* ut jam desinant esse vestri juris, sed incipiant esse Divini [g], eisque utamini non ampliùs pro arbitrio vestro, sed semper in Dei cultum & honorem [h]. Vel, *offeratis,* V. Tol. sic Vor. Ad hoc enim quilibet Christianus Sacerdos est, 1 Pet. 2. 9 [i].)

[Marginal notes, chapter XII:] [a] G. [b] E. sim. Tol. Par. [c] G. ad v. 1. [d] Tol. [*] G. [f] Tol. [g] Be. [h] Pi. [i] Par. [k] Tol. [l] G. [m] T. sim. Tol. [n] Tol. [p] Tol. [q] D. Pi. [r] D. [†] Pi. [t] Be. [v] Er. ex Orig. [x] Par. [y] Tol. [z] G. [a] Ca. [b] Glass. gram. 3. 1. 24. 88. [c] G. [d] Be. sim. Er. [*] Be. [f] Er. [g] Er. ex Chrys. [h] Tol. ex Chrys. [i] Tol.

corpora vestra, Be. Pi. &c. non, ut olim, aliena [k], non pecudum, aut avium [l]. *Corpora*, i. e. vel, 1. vitiosos corporis appetitus & affectus, ut Col. 3. 5 [m]. qui sunt principia ruinæ spiritualis [n]: vel, 2. vos totos, per Synecdochen [o]: [vel, 3. propriè dicta; q. d.] Corporibus vestris sanctè & ad honorem Dei utamini [p]. Respicit hoc quòd in Baptismo abjuravimus desideria carnis, nósque Christo dedicavimus [q]. ¶ *Hostiam*] Vel, *Quæ hostia est*, V. Θυσίαν] *Sacrificium*, quod soli Deo fit [r]. Θυσία, nomen generale, dicitur de Holocausto, ideóque עולה vertitur θυσία, Exod. 10. 25. & 29. 42. Num. 23. 3. & 28. 13. &c. Ostendit uno exemplo, ritualia perfici per res solidiores quæ umbris istis ex adverso respondeant †. Aptè ad sacrificium, gratum & omnibus commune, hortatur conversos ex Gentibus & Judæis, qui sacrificia Legis & idololatriæ reliquerant. *Corpus* autem Deo offerendum est, vel, 1. per mortem veram, hoc est, martyrium, ut Philip. 2. 17. 2 Tim. 4. 6. quando occasio fuerit: vel, 2. per mortificationem, quæ occisionis species est, quâ proprios appetitus frænamus, & carnis petulantiam temperamus, ut 1 Cor. 9. 27. & constringimus, ut corpus spiritui subdatur, & instrumentum fiat Spiritûs atque virtutis [t]. Idem hîc dicit cum allusione ad sacrificia (cui similes allusiones habes Phil. 2. 17. & 4. 17.) quod simpliciter 1 Cor. 6. 20 [v]. Tria hîc habuimus, quæ in corporali sacrificio erant; 1. Oblationem rei in cultum & honorem Dei, 2. Animal, 3. Mactationem [x]. ¶ *Viventem*] Vel, *Viva*, V. Olim quoque morticina erant polluta: sed nunc requirit Dominus hostias vero spiritu vitæ præditas [y]. Opponit hostiis legalibus quæ occidebantur [z]. Judæi offerunt corpus mortuum, vos, *corpus vivum*, i. e. unà cum corpore actiones ejus: nam agere est vivere [a]: *hostiam* non cæsam, sed vivam [b]. Hoc addit, nè quis putet quòd præcipiat mactari corpora [c]: *vivam*, non solùm animatam & actam ab anima [d], sed etiam à spiritu regenerationis *; h.e. ab operibus mortuis liberam & viventem Deo, Rom. 6. 12, 13. ut non corpora, sed vitia corporis, perimantur [f]. Nam corpora vitiis dedita non verè viva, sed quasi mortua, sunt [g]. Vel *vivam* vocat, quia per mactationem spiritualem vivificamur, ut Deo vivamus [h]. ¶ *Sanctam*] i.e. Separatam à profanitate, puram, sicut in Lege hostiæ non recipiebantur nisi integræ & labe carentes; id quod & Christi innocentiam significabat, Heb. 7. 20. & monebat offerentes ut puritati studerent [i]. *Sanctam*, i.e. purgatam ab omni scelerum inquinamento [k], illorum inprimis quibus corpora dehonestabant, Rom. 1. 24. Vide 1 Thes. c. 4. v. 4, 5 [l]. Al. *Sanctam*, ad differentiam sacrificiorum Gentium, quæ polluta erant & execrabilia, utpote Idolis & Dæmoniis oblata. Vos autem, inquit, Deo vero offerte, tunc erit verè sancta [m]. In Lege *sanctum* dicitur quidquid Deo oblatum est [n], ut vasa, vestes, animalia, &c [o]. ut Levit. 12. 4. Matth. 23. 19. quantò magis hominum corpora ab omnibus vitiis justificata; i. e. repurgata [p]? Vel, *sanctam* Deo, & in Dei gloriam, non Mammonæ: multi enim sunt mundi Martyres, qui opum, honorum, voluptatum, gratiâ multa mala patiuntur, &c [q]. ¶ *Deo*, &c. Εὐάρεστον, &c.] *Acceptam*, vel *Gratam*, (vel, *Placentem*, Be. qu. d. *beneplacentem*. Argumentum à fine [r].) *Deo*, Pi. Camer. &c. cui exhibetur †: q.d. quod est gratissimum Deo sacrificium [t]. Opponitur sacrificiis, tum Gentilium, quæ execranda erant; tum Judæorum, quæ Deus jam rejicit, Psal. 40. 8. Poterat *hostia* in Lege esse *sancta*, i. e. munda secundùm Legem, nec tamen Deo placens, quia vita offerentium iniqua erat [v]. Tantùm placebant Deo hostiæ quæ puræ puro corde offerebantur. Vide Psal. 51. 19. Jes. 1. 11, &c. & 66. 2, 3 [x]. Holocaustum dicitur ὀσμὴ εὐωδίας τῷ Κυρίῳ, Levit. 1. 9, 13, 17. & alibi sæpe. Id multò magis Christianorum corporibus & actionibus competit: ut videre est 2 Cor. 2. 15. Phil. 4. 18 [y]. Al. Τῷ *Deo* referri potest, vel, 1. ad *placentem*, ut noster accipit: vel, 2. ad verbum *exhibeatur*, qui sensus plenior est. Et alioqui solet Apostolus exprimere id cui nos exhibendos aut præcipit aut prohibet, velut *Deo*, *justitiæ*, *peccato*, &c. ut Rom. 6. 18, 19 [z]. ¶ *Rationabile*, &c. Τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν] *Rationalem* (*illum*, P. Be. Pi.) *cultum*, Er. P. Be. Pi. Dictum per appositionem [a], ut indicat τὴν [b]. *Qui vester* (sub. *sit*, Ca. V. vel, *est*, Er.) *cultus rationalis*, Ca. Camer. vel, *ministerium vestrum rationale*, Tre. ex Sy. vel, *per ministerium verbale*, Boder. ex Sy. vel, *loquens*, Ar. in Di. id est, rationale. Idem Arabs Gen. 2. 7. habet, *in animam loquentem*, id est, rationalem: & 1 Pet. 2. 2. λογικὸν γάλα, *lac loquens*, pro, rationale. Et familiare est Orientalibus per *sermonem* intelligere rationem, quia solis rationalibus creaturis competit sermo. Sic Magistris *homo est animal loquens*, id est, rationale. Explicat Apostolus quod dixerat, θυσίαν ζῶσαν, &c. Idem enim hîc λατρεία quod θυσία· ut sæpe apud Lxx, & Joh. 16. 1. ubi dicta vide [c]. Possit hic cultus λογικὸς dici ἀ λόγῳ, prout significat vel Christum, ut sit *cultus Christianus*; vel, Scripturam, ut sit *cultus in Scriptura præscriptus*, ut Syrus accipere videtur, qui vertit, *secundùm os verbi*; vel, prout opponitur τῷ νόμῳ, ut sit *cultus Evangelicus* [d]. Al. *Cultus* hîc *rationalis* vocatur, vel 1. qui non temere & animi impetu ac libidine fit *, sed consideratè & cum ratione & consilio [f], & de quo possumus rationem poscentibus reddere, quam Judæi non poterant reddere; cur scilicet Deus has potiùs quàm illas pecudes sibi offerri vellet [g]: qui & rationi humanæ & naturæ Divinæ congruit [h]. Vel, 2. cultus spiritualis [i], ut dicitur 1 Pet. 2. 5. quem paulò antè dixerat, *rationabile lac*, &c †. Spiritualis autem est, & dicitur respectu vel, 1. modi oblationis, quæ scilicet sanctificatur non Igne & Sanguine, ut Sacrificia Typica, sed Spiritu Sancto [k]. [Vel, 2. materiæ ejus,] cultus internus [l], sive invisibilis; q. d. fide, spe, charitate, non pecudibus [m], in ratione & mente situs [n]; quo non bruta [o], aut aliud carnale quid [p], sed vos ipsos, rationale animal, libetis [q], sive quo mens nostra, ipsa ratio & voluntas Deo sistuntur [r]: qualis cultus est conformis rationi, quæ dictat, Deum, uti Spiritus est, ità spirituali cultu †, & pietate mentis potiùs quàm externis ceremoniis, colendum esse [t]. Atque id sacrificia Legis adumbrâsse Hebræi his verbis declarant, *In oblatione elevatur voluntas hominis humilis & offertur voluntati excelsi per sacrificium*, &c [v]. Cultus, qui non in ritibus externis, sed in spiritu & vitæ integritate, consistit [x]. Est autem antithesis ad cultum tum, 1. Gentium antiquum, qui erat irrationalis, juxta illud 1 Cor. 12. 2 [y]; tum, 2. Judæorum, qui corporalis erat, &c [z], λατρεία, עבודה, Levitica erat δι' ἀλόγων, id est, *per pecudes* [a]: nam omnia muta animantia ἄλογα vocantur, Sap. 11. 15. In Glossis, *animalia*, ζῶα ἄλογα. Hinc ἀλογιδεῖς in Canonibus. Nos verò offerimus corpus, in quo est animus rationis excellentissimæ compos; & actiones ratione directas. Sic λογικὸν γάλα dixit Petrus, 1. 2. 2. Holocausti victima tota consumebatur in honorem Dei; sic & vitiosos affectus in nobis consumi oportet: quod ibi ignis, id hîc fides in cœlum ascendens [b].

2. *Et*, &c. Καὶ μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ] *Et nè configuremini* (vel, *conformemini*, Il. *configurate vos*, Be. *implicemini*, Ar. *similes vos præstate*, Ca. sim. V. Tre. ex Sy.) *seculo isti*, sive *huic*, Pi. sic Mo. &c. id est, hominibus hujus seculi [c]. *Nè accommodetis vos ad figuram seculi hujus*, Er. Ti. sic Tol. id est, nè tales fiatis, qualis est mundus [d], qui vanus est, fragilis & inconstans *; aut [quales sunt] homines mundani [f], sive non renati [g], scilicet vani, superbi, ambitiosi [h], terrena tantùm quærentes, non cœlestia [i]; in illis finem & studium ac desiderium maximè collocantes [k]: nè latus aut angulum cum mundo efficiatis in configuratione, id est, in confusione opinionum, cultuum & morum: συσχηματισμοὶ enim Ptol. vocantur stellarum configurationes, quas vulgò vocant aspectus: est enim συσχηματισμὸς ἢ τρίγωνος, ἢ τετράγωνος, &c [l]. [Sensus, q. d.] Nè vitam ducite similem hominibus amantibus seculum hoc, cui vos in Baptismo renunciâstis. Sic συσχηματίζεσθαι ταῖς ἐπιθυμίαις dixit Petrus, 1. 1. 14. Utitur eo verbo & Plutarchus [m], pro quo Columella habet, *configurari* [n]. Huic oppositum est μεταμορφοῦσθαι, id est, *transfigurari* [o], vel potiùs, *transformari* [p]. Differunt autem σχῆμα, *figura*, quæ est fugax, externa, apparens potiùs quàm existens; & μορφὴ, *forma*, quæ est constantior & solidior. Notat ergò inconstantiam bonorum hujus mundi, rerum autem spiritualium permanentiam, &c [q]. Sed oratorium magis hoc videtur quàm solidum, cùm & Christo σχῆμα tribuatur, Phil. 2. 8 [r]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει, &c] *Sed transformemini* (vel, *transformate vos*, Be. *mutate*

Marginal notes (col. 263): k Be. | l Tol. | m Tol. sim. Par. | n Tol. | o Par. sim. Ee. | p E. sim. Tol. ex Aug. | q Er. | r Tol. | † G. | t Tol. | v G. | x Tol. | y Be. | z E. sim. Tol. T. Vor. Ham. | a G. | b Pi. sim. Tol. Me. | c E. ex Chrys. | d Gom. | * Gom. sim. Pi. | f Gom. | g Com. ex Amb. & Theod. | h Par. | i Idem. | k T. sim. E. Me. | l E. | m Tol. | n G. sim. Tol. | o Tol. | p G. | q Tol. | r Pi. | † E. Me. | t Me. | v Tol. | x Par. | y G. | z E. | a Tol. sic Er. | b Er.

Marginal notes (col. 264): c Di. | d Ham. | * Q. in Per. disp. 1. | f Basil. in Tol. | g Par. ex Orig. | h Ham. | i Er. V. Tol. E. Per. Pi. Med. Tol. | † Tol. | k Med. l. 1. dissert. 49. p. 386. | l Pi. | m V. sim. Me. | n E. | o Ca. sic Di. | p Di. | q Ca. | r Di. | † T. | t Me. | v Di. | x Chrys. in Par. | y Tol. | z Tol. Me. sim. Ee. Er. Zeg. Ham. | a G. sim. Ee. Ham. | b G. | c V. sic Ca. | d Me. ex Tol. | * Tol. | f Me. Pi. sim. E. Par. | g Be. | h Me. | i Me. sim. E. | k Tol. | l Strig. | m G. | n G. sim. Be. | o G. Chrys. in Par. | p Chrys. | q Tol. & Par ex Chrys. | r Par.

tate similitudinem vestram, Di. ex Ar. mutemini, Tre. ex Sy. dissimiles iis sitis*. Al. orate Deum ut transformet†: transfiguremini, Ca. G. Συμματίζεσθε similem conversationem significat, μεταμορφοῦσθε, interiorem mutationem t. Seneca Epist. 6. Intellige, Lucili, non emendari me tantum, sed transfigurari. Sic, amygdalas ex dulcibus in amaras transfigurari, dixit Plinius 17. 24. qui & 7. 55. Pythagoricam μετεμψύχωσιν transfigurationem appellat. Et Suetonius Neronem narrat, conatum transfigurare Sporum in muliebrem naturam v.) per renovationem (vel, per novitatem: ut novitas sit secundùm quam reformandi sint x. Transfiguratio hæc fit per innovationem y. Vel renovatione, Er. in novitate, Vulg. ut scilicet transeatis ex veteri figura in novam formam z. Vult nos non solùm opera bona facere, sed formam accipere ipsorum operum, & novitatis hujus, ut secundùm novitatem operemur. Vetustas & vetus homo in Scriptura significant peccatum, &c. novitas verò, seu novus homo, gratiam, &c. Vocatur autem hæc modò novitas vitæ, ut Rom. 6. 4. modò novitas Spiritus, ut Rom. 7. 6. modò novitas mentis, ut hîc a.) mentis vestræ, Er. Il. P. Pi. &c. id est, rationis b, vel animi: nam νοῦν pro animo hîc dixit συνεκδοχικῶς quippe & רוח νοῦς vertitur, Esa. 40. 13. Hoc significant in holocausto caput & jecur, quæ prima imponuntur altari, Levit. 1. 8 c. Sensus, q. d. studete quotidianæ renovationi mentis vestræ, per mortificationem malorum affectuum & cupiditatum d: accipite formam novitatis mentis, ut præcipuè cogitetis, diligatis, quæratis ea quæ sunt Spiritûs; virtutes, opera nova, &c *. Hinc constat, non tantùm sensualitatem, sive partem hominis concupiscibilem, ut volunt Sophistæ, sed mentem quoque ipsam, corruptam esse, & renovatione indigere f. Explicat hîc quid significent lotiones Sacerdotum g, [nempe innovationem animi.] Al. Per mentem hoc loco non ipsa animæ essentia, ac facultates naturales, sed ipsius cogitationes & studia, intelligi debent †. ¶ Ut, &c. Εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον] Ut (vel, Ad hoc ut, P. Be. Pi. Explicat qualis & quanta debeat esse transformatio h: transformatio illa mentis est veluti habitus, cujus ἔργον est, δοκιμάζειν, &c i. Docet in quo renovatio mentis consistit, & ad quam regulam exigenda est. Hoc autem addit, quasi sit ratio prioris; q. d. Oportet renovari mente, ut probetis, &c. q. d. alioqui eam non probabitis, quia vetus larva fascinabit oculos, nè videatis, &c k.) probetis (id est, vel, exquiratis ac diligenter scrutemini l; vel, experiamini, & quodam judicio ac gustu spirituali agnoscatis m, ut gustus percipit ciborum sapores varios, & in ipsis delectatur n. Vel, cognoscatis, V. sic Par. discernatis, approbetis, & vos totos ei conformetis o. Quò enim magis reformamur spiritu mentis nostræ, eò magis illustramur à Deo, & magis purgata probamus & cognoscimus quid sit optimum, &c p.) quæ sit voluntas Dei (revelata scilicet, in Lege & Evangelio q; vel, quam à nobis fieri vult r, hoc est, sive ipsa Dei præcepta, &c. Confer 1 Thes. 4. 3, 4 †. Sic Matth. 6. 10. & 12. 50 t. Θέλημα dixit μετωνυμικῶς, pro iis quæ Deus amat, ut 1 Thes. 4. 3 *.) bona (vel, bona illa, P. Be. Pi. Articulus hîc positus esse possit, vel 1. energiæ causâ, ut hujus voluntatis Dei præstantiam declaret: vel, 2. διακριτικῶς, ut Legem Ceremonialem à Morali discernat: vel, 3. per appositionem, ut referat quod præcessit ||. Voluntatem bonam dicit, ut distinguat ab illa quâ Deus, vel, 1. vult ex iracundia, ut, pœnas peccantibus infligere v: vel, 2. quâ multa imperfecta permittit ex indulgentia x.) beneplacens (vel, accepta, P. Be. Pi. Hoc addit, quia non satis est bonum facere, nisi fiat debitis circumstantiis, loci, temporis, personarum, &c y. Sed bonum non est opus illud cui deest hæc circumstantia, ut bene fiat, &c z.) & perfecta, Vulg. P. Be. &c. Hæc [tria] sunt voluntatis Dei epitheta a: Nam id demum verè bonum est, acceptum Deo, & perfectum, quod cum voluntate Dei consentit †. [Diversimodè tamen explicant:] Voluntas quâ non præcipit nisi bona, ac (sibi & omnibus rectè sentientibus b) placita, & perfecta c, hoc est, irreprehensibilia d, id est, sancta, & suæ sapientiæ & bonitati consona *. Al. Voluntas Dei, non qualis qualis, sed qua optima quæque & maximè sibi placentia ac perfectissima desiderat f. Quæ vult Deus à nobis fieri triplicia sunt, bona, meliora, perfecta. Debet ergò Christianus conari semper in melius, ut non tantùm bona faciat, sed & meliora, &c g. Distinguit voluntatem Dei; Lex Judæorum erat voluntas Dei, sed non illa bona, neque beneplacens, neque perfecta: sed hæc erat Novum Testamentum h. Lex Judaica nec prorsus bona erat, quippe quâ multa ob duritiem cordis permissa erant, quæ nunc non permittenda sunt; nec per se accepta, nec nunc Deo placens, nec perfecta, &c i. [Alii locum sic legunt,] Ut probetis quæ sit voluntas Dei, quod (vel, & quid, ut καὶ subaudiatur in epexegesi k.) quod bonum acceptùmque & perfectum, Er. ex Aug. sic Bucer, in Be. Orig. & Amb. in Tol. Ut hæc tria epitheta non pertineant ad voluntatem Dei, sed ad complexum verborum præced. ut reformemur, q. d. ut pareamus non nostris cupiditatibus, id quod faciunt Ethnici; sed voluntati Divinæ: Id si fecerimus, inquit, sacrificium fuerit bonum, placitum & legitimum Deo. Cui favet articulus, τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον. Nam τέλεια propriè dicuntur in quibus nihil possis desiderare eorum quæ ad sacri rationem ac ritum religionis pertinent. Et paulò antè à sacrorum Metaphora sumpserat l. Tacita hîc est allusio ad eas conditiones quæ sub Lege requirebantur in victimis immolandis, de quibus præcipitur Levit. 22. 22 m. Estis Levitæ mystici, Levitarum legalium est examinare victimas ex Lege, Levit. 22. 18, &c. Deut. 15. 21. & 17. 1. quò & allusum suprà 2. 18. Id μωμοσκοπεῖ vocat in epist. Clemens: vestrûm [scilicet est examinare] quæ actiones Deo placeant: τέλειον respondet Hebræo תמים, quod Levit. 1. vertitur ἄμωμον, & Exod. 12. 5. τέλειον. Quod autem hîc dixit εὐάρεστον, respondet Hebræo לרצון, Levit. 22. 21. ubi δεκτὸν vertêre LXX δεκτὸν, Levit. 1. 3, 4. Jer. 6. 20. Mal. 2. 13. טוב etiam de victimis dicitur, & pingues significat, Levit. 17. 10. ubi καλὸν verterunt LXX quod hîc ἀγαθὸν Paulus. Ità omnes victimarum laudes ad res meliores transtulit. Quod in genere dixerat, nunc [in sequent.] ad rerum species deducit n.

3. Dico, &c. Λέγω γὰρ διὰ τῆς χάριτος, &c.] Dico (id est, hortor o, vel moneo p, vel jubeo, sive præcipio q; vel, Edico, P. Be. Pi. Synecdoche generis r. Sic Heb. אמר sign. & præcipio †. Dicit, dico, quia id minùs molestè auditur quàm præcipio t.) enim (Causam hîc dat sententiæ præced. q. d. Dixi vobis, reformamini, &c. ad probandum quæ sit voluntas Dei bona, &c. nam dico, debere vos opera facere beneplacentia & perfecta, qualia sunt quæ statim sequuntur. Quæ sit Dei voluntas bona, &c. docere incipit v. Vel, igitur, ut γὰρ accipi videtur Rom. 6. 19. & 15. 2 x.) per gratiam quæ data est mihi (id est, pro authoritate Apostolica y, quam gratiam appellat, ut Rom. 15. 15. Gal. 2. 9. Eph. 3. 2 z. q. d. gratis mihi datam a. Est ergò hîc Metonymia causæ pro effecto. Sicut omnia quæ alii habent, ità & quæ ipse habebat, ad Dei bonitatem refert, ut modestiam doceat, quæ Christianos tantò magis decet quantò majora sunt quæ acceperent b. Al. per gratiam Spiritûs Sancti c, vel tanquam Spiritum habens. Additum hoc tum ut majoris ponderis esset hoc præceptum d; ut fidem & obedientiam ei conciliaret *; tum ut dicti invidiam à se averteret f, nè videatur arroganter agere, quòd Romanis præcipiat g.) cuilibet versanti inter vos, Er. P. Be. Pi. &c. id est, omnibus qui in Ecclesia estis, sive Judæis sive Christianis h; omnibus fidelibus qui Romæ estis i; singulis vestrûm, prælatis & subditis, servis & liberis, &c. Significat generalitatem sermonis, &c k. cuivis Christiano, etiam illis qui donis ornatissimi sunt; &c l. singulis habentibus dona vel officia publica: nam ad hos dirigi præceptum ex seq. patet. Summos & imos constringit, nè quis prætextu gradûs aut dignitatis se eximat. Nam quò quisque magis excellit donis aut officio, eò magis indiget modestiæ fræno: quod nobis hîc innuit Apostolus m. ¶ Non, &c. Μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν] Idem est ferme quod ὑψηλοφρονεῖν, 11. 20. Est autem Infinitivus pro Imperativo, more Græco, ut infra v. 15 n. [Sic vertunt,] Nè sapiat (vel, sibi sapiat, P.) supra quàm oportet sapere, Il. Be. Pi. P. sim. Vulg. Mo. &c. Nè cogitetis præterquam quod convenit, Tre. ex Sy. sim. Ar. Nè sibi plus arroget quàm debeat, Ca. Nè quis arroganter de se sentiat, supra quam oportet de se sentire, Er.

*V. †Pi. t Vor. v G. x Tol. y G. z Me. a Tol. b Tre. sim. Par. c G. d E. Me. *Tol. f Par. g G. †Vor. h Tol. i Cam. k Par. l E. sim. Basil. Orig. & Hi. in Tol. m Me. ex Tol. sim. T. n Tol. o Par. p Me. q Par. r Vor. sic Tol. Pi. †Vor. t Tol. *G. || Be. v Orig. in Tol. x Hi. in Tol. y Basil. in Tol. z Tol. a Pi. ex Be. sim. Er. E. Par. †Be. b Me. c E. Me. d E. *Me. f T. g Tol. h Er. ex Chrys. & Orig. i Ham. k Q. in Be. l Er. m Be. n G. o Zeg. p Er. sic Zeg. q Er. Be. Pi. †Be. t E. v Tol. x Be. y G. sim. Tol. E. Me. T. Pi. Be. z Tol. a Me. T sic Tol. E. b G. c Chrys. & Theod. in Tol. *Tol. f Pe. g E. h G. i E. Me. k Tol. l Pi. m Par. n G.

10 20 30 40 50 60 70

Ti. Nè supra modum de se sentiat [o], neque plus quàm par est sibi tribuat [p], aut de se præsumat [q]: nè sibi immodicè placeat, ut solent superbi, &c [r]. omnia sibi arrogans, aliis derogans; nè supra captum & præter vocationem sibi sapiat [†]; nè limites sibi concessos transiliat, aut majora aggrediatur quàm pro talenti sui mensura, &c [t]. [Sensus, q.d.] *Nolite plus animorum sumere quàm oportet.* Non debent Levitæ sibi arrogare quæ sunt Sacerdotum, nec Sacerdotes quæ sunt Summorum Sacerdotum. Contra hoc præceptum peccavit Diotrephes, 1 Joh.9. & ferme omnes schismatum autores [v]. Rectè autem hoc connectitur superioribus, quia qui plus sapiunt quàm oportet, Dei voluntatem non probant, quia opus quamvis in se bonum, si per eum cui non incumbit, fiat, vitium est, nec Deo placet, ut cùm Saul sacrificavit, Oza Arcam sustinuit, &c [x]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν] *Sed sapiat ad sobrietatem*, Il. P.Be.Pi. vel, *cum modestia*, Sy. vel, *ut modestus sit & sobrius*, Er. Ti. Antithesis est sententiæ præced. nam qui sapit ut oportet, sobriè & temperatè sapit, & modum tenet: id quod Deo gratum est. Hebraismus est, ut dicta per negationem iterum affirmatione repetantur. Hoc autem addit, ut modum, quem servare oportet, doceret, qui seq. sententiâ exprimitur [y]. Dum jubet *sapere*, improbat stuporem & ignaviam in divinis. *Sobrietatem* hîc intelligit non corporis [z], sed mentis [a], hoc est, *modestiam* [b], quâ quisque suo munere contentus sit, & suo se modulo metiatur, & agnoscens defectus suos se non efferat supra alios, sed humiliter cedit aliis [c]; quâ nec sibi arrogat quod non habet, nec de eo quod accepit gloriatur, quâ etiam vitat ea quæ curiositas aut stultitia scire avet [d]. Sic & Græcis opponuntur ἀλαζονεῖν & σωφρονεῖν, ut apud Sotaden, Ἂν ἀλαζονῇς, τοῦτ' ἄνοιας ἐστὶ φρύαγμα· Ἂν ἦ σωφρονῇς, τοῦτο Θεῶν δῶρον ὑπάρχει. Similis παρονομασία apud Charondam, σπουδαστέον ἦ ἕκαστος τῷ πολιτῷ σωφρονεῖν μᾶλλον ἢ φρονεῖν [*]. [Sensus, q.d.] Sed de se modestè & sobriè sentiat [f]. ¶ *Et*, &c. Ἑκάστῳ ὡς, &c.] Est hîc transpositio, pro, ὡς ἑκάστῳ, &c [g]. qualia multa apud Paulum [h]. [Verba sic reddunt,] *Prout cuique Deus partitus est mensuram fidei*, Be. Pi. id est, ut sapiat [i], vel sentiat de se [k], *juxta mensuram* ac modum *fidei* [l]; id est, vel, 1. donorum in fide vel cum fide donatorum [m]. Nominat *fidem*, quòd illa cæterorum donorum directrix sit & moderatrix. Intelligit fidem quâ Christiani sumus [n]. Vel 2. talenti seu muneris illi concrediti, quod *fidem* appellat, ob fidelitatem, quæ in eo exercenda est. *Fides* autem aliquando fidelitatem significat [o]. *Fidem* vocat per Metonymiam functiones fidei ejus commissas [p]. Al. *Fidem* hîc appellat [q], synecdochicè [r], tum cognitionem doctrinæ Christi [†]; tum hujus effectum, habitum fidei justificantis [t]; tum denique dona fidelibus olim collata [v] per fidem, cum fide & baptismo. Tot sunt hîc rationes penè, quot voces. *Deus*. A Deo habes quod habes: nè ostentes te plumis alienis. *Divisit*, non tibi soli, sed *cuique*, & quidem mensuram [x], hoc est, certam quantitatem [y], seu portionem, non plenitudinem, aut perfectionem [z]; partem vel majorem, vel minorem, prout ipsi visum fuerit: Christo autem *Spiritus non ad mensuram datus est*, Joan. 3.34 [a]. [Sensus, q.d.] Quisque se gerat pro donis quæ à Deo accepit, nempe *pro modo ejus quam habet fidei.* Nam quod de internis donis ait Cyprianus, *Quantum illuc fidei capacis afferimus, tantùm gratiæ inundantis haurimus*, idem primis illis temporibus etiam de donis extrà conspicuis verum erat. Vide Matth.17.20. Itaque μέτρον πίστεως, quod mox dicit ἀναλογίαν πίστεως, est ipsa mensura gratiæ data pro modo fidei. Vide infra v.6. 1 Cor. 12.7. Eph. 4.7. Ἀναλογίας *proportionem* primus vertit Cicero, quem secuti sunt Latini alii. Hieron. *Tantum gratiæ Christi infunditur, quantum valemus haurire.* Etiam hîc alluditur ad Levitarum ministeria: alia enim imponebantur juvenibus, alia provectis, alia senibus, ut diximus ad Luc. 3. 23. Adde Num.4. 1 Par. 15. 15. Erant illa vetera nostrorum ἀντίτυπα, Heb.9.24. In prima illa Ecclesia pro fide erant dona, pro donis ministeria. Fiebat enim electio sine gratia, sine ambitu, sine fraudibus, Spiritu Sancto dirigente: Tertul. Apolog. *Præsident probati quique seniores, honorem istum non pretio, sed testimonio, adepti: neque enim pretio ulla res Dei constat.* Clemens in Epistola μεγαλοφυῶς χάρισμα dixit pro *ipsa functione*, καθὼς ἐτέθη ἐν τῷ χαρίσματι αὐτοῦ [b].

[Margin: o E Me. p Me. q F. r Ee. † Par. t Tol ex Basil. v G. x Tol. y Tol. z Par. a *Be. Par. b Par. G. Er. ex Chrys. c Par. d Ee. * G. f T. Me. sic E. sim. V Er. Zeg. g G. sim. Par. Ee. h G. i E. Me. Tol. k E. l Me. ex E. sic Tol. m T.E.Me. n E. o Tol. p Tol. in Me. q Be. sic. Par. r Be. † Par. ex Ee. Pi. sim. Vor. t Par. v Par. sim. Ee Pi. x Par. y Pi. z Par. a E.]

4. *Sicut enim in uno corpore*, &c.] Humano scilicet aut naturali [c]. Probat quemque debere se intra terminos suos continere, ut fit in membris corporis, &c [d]. Frequens est apud omnes Scriptores comparatio corporis humani cum corpore sociali, quale est corpus Reip. ad quod similitudinem à corpore humano deduxit Menenius Agrippa eâ oratione quam habet Livius, lib. 2. Tale est Ecclesiæ Christianæ corpus, cui similitudines ab humano sumptas corpore aptat Apostolus non hîc tantùm, sed & 1 Cor. 12. 12. &c. Eph. 4. 25. & 5.30. Sic & Clemens in Epistola ad Corinthios [*]. [Verba vide apud G.] ¶ *Non eundum actum*, &c. Πρᾶξιν] *Actionem*, Be.Pi.Me. functionem, operationem [f]. Πρᾶξιν dixit per Metonymiam *functionem*, quod *ministerium* dixit Menenius indicatâ jam oratione [g]. Singula membra actiones habent proprias inter se differentes, quas si alia membra tentarent efficere, maxima esset corporis perturbatio & confusio [h].

5. *Ità multi* (i. e. quotquot sumus fideles [i], qui sumus quasi varia membra, varias gratias & functiones habentia [k],) *unum corpus* (mysticum scilicet [l], h. e. similes uni corpori [m]: vel, una Ecclesia [n].) *sumus in Christo*] i.e. Per Christum, qui corporis istius compactor est [o]. Nexus enim, seu vinculum, quo fideles uniuntur inter se, à Christi merito ac virtute procedit, sive sit nexus interior, scilicet fides, gratia, cæteráque dona Spiritûs Sancti; sive exterior, ut sacramenta, præcepta, &c. De utroque nexu agitur Eph. 4 [p]. Vel, per fidem in Christum [q]; vel, sub Christo tanquam capite [r]. Tertul. Apolog. *Corpus sumus de conscientia religionis & disciplinæ unitate, & spei fœdere* [†]. ¶ *Singuli*, &c. Ὁ δὲ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη] *Singulatim* (vel, *Singuli*, Tre. ex Sy. Pi. G. qua de voce diximus ad Marc. 14. 19. Construitur hîc cum plurali κατὰ σύνθεσιν [t]. Unusquisque per se seorsim consideratus. Videtur esse elliptica loquutio, pro, ὁ δὲ εἷς ἕκαστος καθ' ἑαυτόν [v].) *autem alii aliorum membra*, Er. P.Be.Pi. &c. i. e. membra ejusdem corporis inter se connexa [x]. Significat communionem membrorum inter ipsa mutuam [y]. Vel, *alter alterius*, Vulg. Tol. E. non ut corporis, sed tanquam commembri. Nam pars non solùm relationem habet ad totum, sed & ad alias partes, sub nomine compartis [z]: q. d. multa membra mutuò se suis variis functionibus juvantia, & se invicem indigentia [a]. Hæc similitudo prolixiùs explicatur 1 Cor. 12. 12, &c [b]. Dixit ἀλλήλων μέλη, & hîc & Eph. 4. 25. Sicut Latinè dicimus, *civis meus, municeps meus*, de iis qui nobiscum ejusdem sunt civitatis aut municipii [c]. Significat, unumquodque membrum Ecclesiæ non sibi soli, sed etiam aliis, operari debere; ut fit in corpore naturali [d].

6. *Habentes*, &c. Ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν, &c.] *Habentes* (Cohæret cum præced. verbo, *sumus* [*]. Vel, *Habemus*. Est hîc participium pro verbo, ut Rom. 6.6. & 13. 11. Sic 2 Cor. 1. 7. *scientes*, i. e. cùm sciamus [f]. [Ità h. l.] *Cùm habeamus*, Camer. Sed id h. l. non est necesse [g].) *autem diversa dona* (i. e. vel charismata, non miraculosa, sed ordinaria & perpetua [h]; dona Spiritûs S. quibus credentes ornat [i]; vel functiones & operationes, secundùm dona & talenta, seu munera [k]:) *pro gratia quæ nobis data est*, P. Be. Pi. id est, pro munere cuique nostrûm commisso ex gratia [l]; vel, prout cuique per gratiam suam largitus est Deus [m]. Est hîc lepor sermonis ob vocum affinitatem, χαρίσματα & χάριν, *donationem* & *donum* [n], quæ discernit ut effecta & causam: omnia enim charismata ex gratia & bonitate Dei descendunt [o]. Χάρις est, *donum, talentum, munus*, à quo χάρισμα, id est, functio ipsa procedit [p]. *Habentes dona varia pro ea liberalitate quam in nos Deus exercet*: id enim dixit hîc δοθεῖσαν χάριν [q]. Significat, ordinem hunc à Deo constitutum esse, ideóque qui eum perturbat, nec se intra limites suos continet, Divinæ ordinationi resistere videtur, idque in his quæ gratuitò accepit [r]. Conjungenda hæc sunt cum superioribus [†], *habentes* cum *sumus* v. præced [t]. Nam in exemplo corporis naturalis tria posita fuerunt; scil. unitas corporis, multitudo membrorum, & actionum multiplicitas. His oportebat alia tria in mystico corpore respondere [v]. Duo priora erant v. 6. tertium

[Margin: b G. c E. d Tol. * G. f E. g G.] h Tol. i E. sic Me. k Me. l E. m Pi. n Me. o G. p Tol. q V. sic E. r Pi. E. Tol. † G. t Idem. v Pi. x Idem. y Er. z E. a Tol. b Vor. c G. d E. * E. f Tol. g E. h Par. i Pi. k Tol. l Pi. m E. Me. n Tol. o Par. p Tol. q G. r Tol. † Par. ex Er. t Par. E. v Q. in Tol. sim. Par.]

tium ergò hîc est, habemus functiones differentes [x]. Alioqui oratio esset imperfecta [y]. Sed non intendit Paulus docere, in mystico corpore reperiri actionum & functionum multiplicitatem, quippe quam antè edocuerat, verbis scil. illis, *singuli alter alterius membra*, sed potiùs, talem mukiplicitatem esse secundùm multiplicitatem gratiarum, seu donorum. Quare hæc verba à præced. divisa sunt, nec ad exempli similitudinem referenda. In plurimis exempl [z]. in nostris vet. cod [a]. separata sunt à præced [b]. tum pleno puncto, & ἔχοντες novam periodum inchoat [c]; tum particulâ disjunctivâ, δὲ [d]. Nec sic imperfecta erit oratio, sed supplendum aliquid, &c [*]. ¶ *Sive*, &c. Εἴτε προφητείαν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως] Subaudiendum in singulis membris, vel, *sapiat ad sobrietatem* [f], i. e. contineant se intra limites singuli [g]; vel, *ad vocationem attendant* [h]; vel, *versemur* [i]; vel, *habeat illam*, sive *illâ utatur* [k]. [Verba sic reddunt,] *Sive* (sub. *habens*, sive *quis habeat*, Par. Camer. sic E.) *prophetiam*, (Duo hîc memorat functionum Ecclesiasticarum genera, Prophetiam, & Diaconiam [l]; quarum illa in docendo, hæc in ministrando, versatur [m]. Donum Prophetiæ olim rarum, frequens in Ecclesia Christiana, Act. 13. 1. & 15. 32. 1 Cor. 12. 28, 29. & 14. 29, 37, 39. Eph. 3. 5. & 4. 11. De Apostolis, quorum primus gradus, nihil dixit, quòd illi admonitionis non egerent [n]. Sub Prophetia collocat doctrinam & exhortationem. Per *Prophetiam* autem hîc intelligit non facultatem divinandi futura, &c. quia præcipit de ordinariis & perpetuis charismatis [o], & de functionibus quæ ab humana industria pendent, ut ex seq. constat [p]; sed doctrinam [q], & ea quæ ad docendi munus pertinent [r]; donum interpretandi Scripturas † difficiles [t], vel Propheticas [v], & mysteria nostræ religionis [x], eáque ad usum Ecclesiæ, h. e. ad doctrinam, consolationem, exhortationem, &c. applicandi facultatem. Vide 1 Cor. 14. 1, 3 [y].) *juxta proportionem* (vel, *rationem*, Vulg. Il. Æth. *mensuram*, Tre. ex Sy. Ar. *modum*, Zeg. *portionem*, Er. sic Ca. *Analogia* enim est congruentia rei ad aliquid relatæ [z].) *fidei*, Er. Ti. &c. *Prophetiam* autem *secundùm rationem fidei* intelligunt, vel, 1. quæ datur pro mensura fidei, ut quanta hæc est, illa sit [a]; vel, 2. quæ datur, quantum causa fidei accipientis, pro qua datur, postulat; vel, quod eódem recidit, prout fides credentium seu auditorum exigit capacitas, & salus [b]. Alii verbum hîc supplent [c]. Sub. *prophetemus*, P. Be. Pi. vel, *versemur in ea*, Q. in Tol. vel, sub. *sapiat ad sobrietatem*, Par. vel repete ex præced. *habemus prophetiam*, quæ donatio quædam est [d],) *pro proportione fidei*, P. Be. Pi. [Id quod variè explicant:] Pro Prophetia, aut majore, qualem Moses habuit; aut minore, qualem Prophetæ alii, quam Deus ipsi pro modo fidei elargiri voluit. Hâc mensurâ contentus sit, nec egrediatur sibi revelata [*]. Significat, distribui donum Prophetiæ pro magnitudine fidei quam habent [f]. Sed hoc simpliciter verum non est. Multi quippe magnam fidem habent hoc dono penitùs destituti. Neque hîc docet, quomodo hæc charismata acquirantur, sed quomodo iis utendum [g]. Ut quisque se intra sortis suæ metas contineat, & revelationis suæ modum teneat, nè unus sibi omnia scire videatur [h]: nè quis inter prophetandum effutiat quod revelatum non fuit. *Credidi, ideo locutus sum* [i]. *Analogia fidei* idem quod *mensura fidei*, v. 3 [k]. Non placet: quia *mensura* est unius mensurati, at *analogia* est inter duo analoga [l]. Al. *fides* hîc est intelligentia perfecta rerum Divinarum [m], & Scripturarum, quæ non est communis omnibus, & inter charismata numeratur, 1 Cor. 12. 9 [n]. quæ etiam non tam humano studio, quàm inspiratione Divinâ, acquiritur [o]. *Fides* est talentum aut donum, seu gratia gratis data, à qua procedit Prophetia, quæ est charisma, seu functio quædam [p]. Sensus ergò est, qu. d. pro mensura intelligentiæ, sive sapientiæ, à Deo homini concessæ [q]? quæ cùm non sit æqualis singulis, nec erit prophetandi æquale exercitium [r]. Al. Ἀναλογία pro convenientia seu congruentia accipi possit, ut verum exprimat canonem, quo prophetia, i. e. interpretatio Scripturæ, vera à falsa discernatur †. qu. d. Ità interpretetur ut ejus interpretatio cum fide conveniat [t], ut nihil extra fidei regulam sapiat aut loquatur [v]. *Secundùm congruentiam fidei*, id est,

[x] Par. sim Q. in Tol. [y] Par. sim. Er. [z] Tol. [a] Be. [b] Tol. [c] Be. [d] Tol. sim. Be. [*] Be. [f] G. Par. sim. Orig. in Er. ad v. 7. [g] G. [h] Wil. ex Sy. & Gualt. [i] Wil. ex Be. [k] Camer. [l] Tol. sim. Par. Wil. [m] Tol. [n] G. [o] Par. [p] Tol. [q] Me. [r] Be. Me. † V. Pi. Par. sic Tol. [t] Tol. [v] Par. [x] Tol. [y] Par. [z] Er. [a] Orig. Chrys. & Theodor. in Tol. [b] Amb. in Tol. [c] Tol. [d] Idem. [*] G. [f] Q. in E. [g] E. [h] Be. [i] Cam. [k] Vor. ex Sy. Cam. sim. G. ad v. 3. Be. [l] Par. [m] Tol. Me. [n] Tol. [o] Me. [p] Tol. [q] Me. sim. Tol. Vor. Pi. [r] Tol. † Be. [t] V. [v] Anselm. in Tol.

ut nihil adferat quod discrepet à regula fidei [*], aut Scripturæ [y], sive ab axiomatis αὐτοπίστοις fidei, quæ continentur in Symbolo Apostolico [z], quod jam indè ab initio Evangelii scriptum fuit; ideóque *regula fidei* meritò à Tertul. vocatur [a]: ut nihil doceat quod non congruat vel cum doctrina Apostolica, quæ tunc nota familiarísque fuit, vel potiùs cum œconomia & doctrina veteris Ecclesiæ, & cum Scripturis veteris Testamenti, ex quibus Apostoli solebant Judæos convincere, &c. Vide Act. 17. 2, 3. & 18. 24, 28. & confer Eph. 2. 20. [Hoc mecum communicavit Theologus doctissimus & humanissimus Carolus Gatakerus, qui notas illas Cl. parentis sui, in præfatione primi Voluminis laudatas, summa cum benevolentia mihi exhibuit.]

7. *Sive*, &c. Εἴτε διακονίαν, ἐν τῇ διακονίᾳ] *Si ministerium* (Hoc est munus חונים, de quo multa Maimon. tom. 3. Vide Act. 6. Hoc alterum functionis genus [b]. Διακονία aliquando totum ministerium Ecclesiæ significat, ut Act. 1. 17. Rom. 11. 13. 1 Cor. 12. 5. aliquando solos eleemosynarios, ut Act. 6. 1 Cor. 16. 15. & passim: aliquando ministeria Ecclesiastica circa disciplinam & eleemosynas, ut h. l. & 1 Tim. 3 [c]. Sensus est, Habentes gratiam alicujus ministerii Ecclesiastici [d], vel, 1. quocunque gradu & ordine, ut sunt Episcopatus, Presbyterium, Diaconatus, &c [*]: vel, 2. circa res & munia charitatis externa [f]. Ministeria intelligit corporalia in Ecclesia, quæ à verbi doctrina distinguuntur, ut Act. 6 [g]. *Sive ministerium*, (sub. *quis habeat*, Par. Camer. deinde supplendum, vel, *maneat*, Q. in Par. vel, *versemur*, P. Be. Pi. vel supple σωφρονεῖν [h], repete ex v. 3. *sapiat ad sobrietatem*, i. e. fugiat vitia, sectetur virtutes, de quibus suprà [i]: vel, sub. *maneat*, Camer.) *in ministratione*, P. Er. V. i. e. ut ministret, sub. pauperibus donata ab Ecclesia [k]: vel potiùs, *in ministrando*, Be. Pi. Tol. Nam priore loco διακονία munus ipsum declarat, posteriore, ipsam muneris functionem [l]. Vel, priore loco functionem significat & operationem ministrandi, quæ charisma est; posteriore, munus ministrandi. Nemo enim ministrat in Ecclesia qui non deputatur ad talem functionem, nè sit confusio [m]. Hoc vult, ut seriò incumbant in id quod est muneris ipsorum, neque aliud agant [n]. Qui hanc gratiam habet, nè sibi placeat aut superbiat, sed se in munere suo exerceat cum modestia, humilitate [o], charitate [p], & cura, ad aliorum utilitatem, sciens se vocatum ad opus, non ad honorem [q]. ¶ *Sive*, &c. Εἴτε ὁ διδάσκων, (supple *sit*. At MS. εἴτε διδασκαλίαν, supple ἔχει [r].) ἐν τῇ διδασκαλίᾳ] *Sive* (vel, *Tum is*, Be. Pi.) *qui docet*, (i. e. qui habet charisma sive functionem docendi †; i. e. mysteria fidei aliis aperiendi [t]. *Doctorem* vocat eum, qui Scripturæ duntaxat simplici interpretationi vacat [v], ut pura doctrina retineatur ‖; nec eam accommodat ad specialem usum auditorum †. Hoc propriè est doctorum, ut munus sequens, exhortandi, est pastorum Ecclesiæ [x]. Duo hæc sunt genera Prophetiæ [y]. Sed hi à Prophetis in Scriptura distinguuntur [z]: οἱ διδάσκαλοι proximus à Prophetis gradus [a], Act. 13. 1. 1 Cor. 12. 28, 29. Eph. 4. 11 [b]. Erant illi qui multis Ecclesiis erant impositi ad instruendos eos qui Ecclesiis singulis præerant, quales Titus in Creta, seniores Episcopi in Africa, alibi Metropolitæ. His respondebant in Judaismo מופלאים בחכמה, sive רבים, à Synedrio facti. Habes *Doctores* nominatos Canone 9. Concilii Cæsaraugustani primi [c]. Quanquam & Prophetæ [quin & Apostoli] docendi & exhortandi gratiâ præditi erant, 1 Cor. 14. 3 [d]. *Doctor* hîc vocatur, qui Evangelium ibi prædicat ubi jam plantatum est [*].) *in doctrina*, Vulg. Tol. &c. id est, utatur eâ facultate ad docendum alios [f]. Sensus, Qui habet functionem docendi, secundùm gratiam doctrinæ & magisterii, non enim omnes eandem habent peritiam [g]. Vel, *ad docendum* habet donum, V. vel, *in docendo*, P. Be. Pi. sub. *versetur*: ut antè [h].

8. *Qui*, &c. Εἴτε ὁ παρακαλῶν, ἐν τῇ παρακλήσει] *Sive* (vel, *Tum*, P. Be. &c.) *qui exhortatur*, (i. e. qui accepit à Deo exhortandi gratiam [i], vel munus & talentum, quod præcedit functionem & operationem [k]. Hîc significatur Presbyter κοπιῶν ἐν λόγῳ, 1 Tim. 5. 17. i. e. Episcopus, cui respondebat in Judaismo חכם הגדול, sive ממנה, aut ראש קהל, aut ריש כנושתא. Vide ad Matth. 9. 18. Heb. 13. 7. & in Epistola Clementis [l].

[*] E. [y] Par. [z] Be. Par. [a] Be. [b] Tol. [c] Par. [d] E. Me. T. [*] E. [f] Me. [g] Tol. sim. Be. [h] G. [i] Par. [k] V. [l] Be. [m] Tol. [n] Cam. [o] Me. sim. E. [p] T. [q] E. [r] G. † Tol. sim. E. Me. Par. [t] Tol. sim. E. [v] Be. sim. Pi. Par. ‖ Be. † Pi. [x] Par. [y] Tol. [z] E. [a] G. [b] G. sic E. [c] G. [d] E. [*] Ham. [f] E. Me. [g] Tol. [h] Be. [i] E. sic T. [k] Tol. [l] G.

Exhortatorem vocat eum qui alibi *Paſtor* [m], ut 1 Cor. 12.28. Eph. 4. 11 [n]. qui Scripturam accommodat ad uſus auditorum [o]. Vel, *qui conſolatur*, Ar. ſic E. ex Th. Sunt enim in Eccleſia qui ſingulari pollent gratiâ conſolandi afflictos & infirmos [p]. Sed malim, *qui exhortatur*, ex collat. Act. 13. 15. [q]. Sed nihil vetat utrumque intelligi: hæc enim duo dona, ut eâdem voce ſignificantur, ità ferè conjuncta ſunt [r].) *in exhortatione*, Er. Il. P. Be. &c. vel, *ut exhortetur* donum habet †: vel, *ad cohortandum*, Ca. Illo munere ſtrenuè fungatur [t], exhortando alios & excitando ad pietatem, &c [v]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ μεταδιδοὺς, ἐν ἁπλότητι] Subdit tres ſpecies [x], vel functiones [y], Diaconiæ Eccleſiaſticæ [z], cum ſuis chariſmatis, ſive donationibus differentibus [a]. *Qui diſtribuit*, (ſcilicet eleemoſynas [b]; vel, 1. in genere, qui eleemoſynam dat indigenti. Sic omnes ferè antiqui intelligunt [c]. Qui eam gratiam habet ut poſſit egentibus ſuas facultates impertire [d]. Divitem intelligit. Eſt quidem opulentia bonum temporale; ſed cùm in uſus pauperum confertur, fit ſpirituale. Μεταδιδόναι eſt, *alios participes ſuorum bonorum facere*, Luc. 3. 11. Rom. 1. 11. Eph. 4.28. 1 Theſ. 2. 8. Habes id verbum & in Interpretibus, Job. 31. 17. Prov. 11. 26 *. Vel, 2. Eccleſiæ in pauperes [f]: præfectus ærario Eccleſiæ [g]: qui habet officium eleemoſynas diſtribuendi [h]. Tales illi Act. 6 [i]. Vide & 1 Cor. 16. & 2 Cor. 8 [k]. ſub. *diſtribuat*, Pi.) *cum ſimplicitate*, Pi. P. Be. &c. i.e. cum benignitate, ut 2 Cor. 8. 2 [l]. corde ſimplici [m], rectâ & ſimplici intentione [n], bonâ fide [o], ſine perſonarum acceptione [p], ac ſine reſpectu proprii commodi [q], aut honoris [r], ſine dolo †. Opponitur duplicitati, quâ aliud prætenditur, aliud intenditur [t]. Ἁπλότης fallacitati opponi ſolet, quia doloſi ſunt duplices, alii intùs, alii extrà: ſed interdum pro *liberalitate* ponitur, ut 2 Cor. 8. 2. & 9. 13. Non præ ſe ferunt minus ſe habere quàm habeant: non ſunt detrectatores opis propriæ [v]. *In ſimplicitate*, i.e. affluenter, vel liberaliter [x]. Vide quæ annotamus ad Jac. c. 1. v. 5 [y]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ προϊστάμενος, ἐν σπουδῇ] *Qui præeſt*, (vel, *Præfectus*, Mo. Cui præfectura aliorum commiſſa eſt [z]; qui habet functionem in Eccleſia ut præſit [a]; presbyteri qui Eccleſiæ gubernandæ præfecti ſunt [b]; præſides diſciplinæ Eccleſiaſticæ paſtoribus adjuncti [c]. Προϊστάμενοι hîc, & 1 Theſ. 5.12. qui & προεστῶτες, 1 Tim. 5.17. ſunt οἱ πρεσβύτεροι, הפרנסים, ſive הזקנים, de quibus Tertul. *Præſident probati quique ſeniores.* Horum erat diligenter attendere ad ſingulorum mores, monere titubantes, lapſos cenſurâ corrigere, præſcribere pœnitentiæ tempus & modum, interdum & relaxare. Hæc cura σπουδὴ dicebatur [d].) *cum ſtudio*, Er. Il. Pi. Tol. vel, *diligentia*, P. Be. V. Tol. &c. vel, *ſolicitudine*, Mo. i.e. totus ſeriò illi [functioni] incumbat *, vehementi animi intentione, nihil prætermittens, aut remittens ob moleſtias, labores, &c [f]. ſedulus & diligens ut omnia bene procedant [g]: non ſe efferat, ſed cogitet, ſe præpoſitum aliis, non ſui, ſed aliorum, causâ [h]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ ἐλεῶν, ἐν ἱλαρότητι] *Qui miſeretur*, (Plerique generaliter interpretantur de quocunque miſerente [i], & Apoſtolum hîc tranſire putant à præcepto bene utendi donis ſpiritualibus ad præcepta omnibus communia. Nam ad omnes pertinet miſereri & affectu & opere & effectu [k]. Qui miſericordiæ operibus ſe impendit [l], ſeu ſpiritualibus, ſeu corporalibus [m]. Aliis placet ſpeciale quoddam munus hîc ſignificari [n]: cui favet, 1. quòd Paulus hîc agit de functionibus Eccleſiaſticis: 2. quòd hunc diſtinguit ab eo, *qui diſtribuit* [o]; ut *miſereri* dicatur qui ab Eccleſia curandis miſeris, potiſſimùm ægrotis, præfectus eſt [p], qui functionem habet miſerendi [q], & curandi pauperes [r], ægrotos †, exules, & hoſpites. Erant hi eleemoſynarii. Officium anguſtius fuit quàm diſpenſatorum [t]. Ἐλεῶντας hîc vocat qui ægrotis aderant [v], aut infirmis [x], quos poſterior ætas *parabolanos* vocavit L. quia inter cætera L. Parabolani C. Theodoſiano de Epiſcopis; & L. Parabolani C. Juſtin. titulo eodem [y].) *cum hilaritate*, Be. Pi. i. e. alacri animo, & hilari vultu [z]: quod neceſſe eſt, tum nè ipſe tædio & nauſeâ ex infirmorum, præſertim pauperum, aſpectu ſuccumbat; tum ob ipſos infirmos [a], nè mœrorem addat mœrori, ſi tetricum & moroſum ſe præbeat in ſolandis miſeris [b], ſive infirmis, qui cùm multis indigeant,

m I.e. ſim. Pi. Par. n Be. Pi. o Fi. p E. q Chryſ. in E. r E. † V. t T. ſim. E. v E. ſim. Me. T. x Par. ſim. Be. y Tol. z Par. ſic Tol. Be. a Tol. b Tol. Be. &c. c Tol. d V. * G. f Tol. E. ſic Be. g E. Par. ſim. Tol. h Me. ſic T. i Tol. E. k Tol. l D. m V. n T. o E. Me. T. p Be. Tol. E. &c. q E. Me. T. r Sic E. † T. ſic Tol. t Tol. E. v G. x Di. ſic Chryſ. & Theod. in Tol. y Di. z E. a T. ſim. Tol. Ham. b Vor. c Gom. ſim. Be. Par. d G. * Me. ſim. E. Tol. f Tol. g Me. h E. i Tol. k E. l Me. ſic T. m T. n E. o Be. p E. q Tol. r Tol. ſic Par. Vor. † Vor. t Par. v G. x Tol. y G. z Me. T. ſim E. Tol. a Tol. b Be. ſim. Tol.

ſolent multa petere; à tetricis autem deterrentur nè petant, &c [c]. Ἱλαρότης hoc loco *promptitudinem animi* ſignificat, quomodo & ἱλαρὸς δότης dicitur 2 Cor. 9. 7. itaque רצון, Prov. 18. 22. & 19. 12. ἱλαρὸν & ἱλαρότης vertitur Interpretibus Lxx, ut & aliis εὐδοκία. Eſa. 60. v. 10. ἔλεος [d].

9. *Dilectio* (ſcil. erga proximum *, & erga Deum [f], ſupple ἔστω [g], [*ſit*,] more Hebræo [h], ſicut in ſequentibus ſubauditur ἐστί [i]. Quæ ſit *voluntas Dei bona*, &c. in iis qui munus habent hactenus docuit, nunc in omni Chriſtiano idipſum oſtendit [k].) *ſine ſimulatione*] i.e. Sincera & ex animo [l], non *verbo* tantùm & *linguâ*, ſed opere & veritate, ut eſt 1 Joh. 3. 13 [m]. Sicut Levitæ inter ſe fratres erant, Deut. 18. 7. ſic & vos. Vocem ἀνυπόκριτος habes & Sap. 5. 19. & 18. 16. Jac. 3. 17. Tribuitur & *fidei*, 1 Tim. 1. 5. 2 Tim. 1. 5. & *dilectioni*, non hîc tantùm, ſed & 2 Cor. 6. 6. 1 Pet. 1. 22 [n]. Charitati autem potiùs quàm virtutibus aliis tribuitur hoc loco, vel quia Charitas omnes virtutes in ſe complectitur; vel potiùs, quia plerique benevolentiam præ ſe ferunt, cùm interea odium in corde premant [o]. Aptè autem hoc ſubjungitur præcedentibus, quia perfecta charitas perfecta efficit opera & publica & privata [p], & quia hic fructus eſt Eccleſiaſticarum functionum rectè adminiſtratarum, ut Chriſtiani exerceant inter ſe virtutes, quas ex Charitate, ceu fonte, deducit [q]. ¶ *Odientes*, &c. Ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρὸν, κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ] *Abſtinete* (vel, *Odientes*, Mo. Participium pro verbo, ut in v. ſeq [r]. vel, *Abhorrentes*, Il. P. Be. Pi. Tol. ſub. *eſtote*, Be. P. &c. Plus eſt ἀποστυγεῖν quàm μισεῖν † i. e. odio habere cum horrore [t], ſive perfecto odio [v].) *à malo*, (i.e. à vitiis [x],) & *adhærete* (vel, *adhærentes*, Vulg. Er. nempe ſicut Levitæ olim Moſi, ac deinde Phineæ, adhæſerant, ardenti odio idololatriæ, Exod. 32. 26. Num. 25. 11. Deut. 33. 9 [y].) *bono*, Æth. Be. Pi. i. e. virtuti [z], ut quaſi unum cum bono fiamus [a]; ut vox ſignificat 1 Cor. 16. 17 [b]. q. d. Non bonum frigidè probantes, ſed flagrantiſſimè complectentes [c]. Explicat hîc quæ ſit perfecta dilectio [d], non ut proximus diligatur in malo *, quæ eſt mundana & pernicioſa dilectio [f]. Poteſt hîc aphoriſmus accipi, vel generatim, ut ſit præceptum de perpetua pœnitentia, quæ in odio mali & amore boni conſiſtit; vel ità ut ad dilectionem adſtringatur, & *malum*, *bonum*, ſignificent non modò *turpe*, *honeſtum*, ſed etiam *inutile*, *utile*. Qui verè diligunt Deum & proximum, vitant turpia & noxia, quibus poſſent offendi, ſtudéntque rebus honeſtis & commodis, &c [g].

10. *Charitatem*, &c. Τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι] *Fraternâ charitate* (Poſt dilectionem in genere ad particularem erga proximum deſcendit, quâ eum amamus tanquam fratrem ſub uno patre [h], & Adamo, & Deo ſive Chriſto [v]. Perfectior autem eſt fraternitas ſpiritualis quàm carnalis [x].) *alii ad alios amandos* (Vult amorem eſſe reciprocum [y].) *propenſi*, P. Be. Pi. Tol. ſimil. Er. V. &c. Damnat ἀπάθειαν Stoicorum, quin & στοργὴν, quæ nonnullis mollis & effœminata eſſe videtur, præcipit. Eſt verò στοργὴ non modò affectus amoris naturalis, ſed charitatis etiam; qui ſcilicet nos perinde efficit acſi naturalis foret, συμπάθειαν gignens in alienis & bonis & malis [z]. Utuntur hâc voce φιλόστοργος Ariſtot. Xenoph. Cicero etiam ad Atticum. Hinc Adverbium φιλοστόργως habes 2 Mac. 9. 10 [a]. Significat *vehementem amandi affectum* [b]; vel amorem quaſi naturalem, nec facilè ſolubilem, nec tranſeuntem, ſed continuam & permanentem: non enim eſt participium, ſed nomen [c]. ¶ *Honore*, &c. Τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι] *Honore* (Sic vocat *ſubſidium* [d]. Hoc enim convenit fraternæ charitati, &c. Poteſt & *honor delatus* intelligi *.) *alii aliis præeuntes*, Be. Pi. ſic P. Par. exemplo ſcilicet [f]: vel, *prævenientes*, Er. Il. Ti. Mo. Ca. Tre. Ar. Ἡγεῖσθαι ſign. *exiſtimare*, item, *ducem eſſe*. Unde προηγεῖται, *qui meliorem de alio quàm de ſe habet opinionem.* Προηγεῖσθαι hîc idem quod προφθάνειν, vel προλαμβάνειν, *prævenire*, ſive *occupare* [g]. Cauſæ primæ & antecedentes vocantur à Medicis αἴτια προηγούμενα· ſicut exteriores & irritatrices, προκαταρκτικά. Jubet igitur nos eſſe cauſas προηγουμένας reverentiæ erga alios, nec exſpectare donec alii προκαταρκτικῶς nobis adhibeant [h]. Προηγεῖσθαι hîc eſt, *ſibi præponere*, *potiorem ducere*, ἡγεῖσθαι ὑπερέχοντας, Phil. 2. 3. ubi idem

[qui

c Tol. d G. * Tol. ex Chryſ. ſic Me. Par. f Tol. ex Orig. Amb. &c. ſic Par. g G. ſic Tol. Pi. h Tol. ex Clem. i G. k Tol. l E. Me. m Par. Tol. n G. o Cam. p Tol. q Be. r Tol. † Be. ſim. Tol. E. t E. v Par. x Me. ſic Tol. E. y G. z Tol. ſic E. Me. a Par. b Par. ſic Be. c Par. d Tol. * E. ſim. Tol. f E. g Par. h Tol. v Par. x Tol. y Idem. z Cam. a G. b G. ſim. Tol. c Tol. d Er. ſic V. * Er. f Par. g Er. h Strig.

[qui hîc] sensus. Levitæ minores cedebant majoribus; vos ultro cuivis concedite: sit hoc inter vos certamen[i]. Certatim vosmet mutuò in præstandis officiis præcurrite[k], saltem voluntate & studio[l]: nè exspectate alterius salutationem, aut honorem[m], sed eum priùs honorate[n]. Modestiam hîc & civilitatem commendat, ut alii aliis libenter cedamus[o]. Nec tamen tollit ordinem civilem aut Ecclesiasticum, &c[p]. Ratio præcepti, quia per hoc provocatur & fovetur mutua dilectio, quam præced. sententiâ commendaverat[q]; ejúsque venenum sunt ambitio & superbia, quibus unus alterum contemnit eique præferri conatur[r]. Hæc est illa φιμώτης, de qua vide 1 Tim. 2. 2 †.

11. *Solicitudine*, &c. ità Mo. Τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί] *Studio* (i. e. sedulitate & industria exhibendi officii[t]) *non pigri*, Er. Il. Ti. sic Ca. Pi. vel, *minimè ignavi*, Be. vel, *cunctantes*, P. Levitæ erant succincti, Ezec. 44. 18. quomodo Propertius dixit, *succinctos popas*. Nam *poparum* Romæ ea erat functio quæ Levitarum Hierosolymis. Id signum sedulitatis, quam in omni bono opere præstare debent Christiani[v]. Hoc referunt, vel, 1. ad dilectionem Dei & bona opera[x], & studium pietatis, dilectionis aut vocationis nostræ, & officia Deo & proximo præstanda[y]: vel, 2. ad charitatem fraternam[z]. q. d. Alacres simus & prompti[a], & expediti atque opportuni[b], præsertim cum juvandus est proximus[c]; nè tarditate nostra pereat opportunitas, juxta Prov. 3. 28. Honori erga proximum hîc addit studium; parum enim est eos honore prævenire, nisi favorem, officium & opem, ei præstemus, idque opportunè[d]. ¶ *Spiritu* (h. e. vel, 1. impetu quodam animi, vel Spiritu Sancto[*]; vel Spiritûs Sancti charitate diffusâ in cordibus nostris, quâ incitamur & veluti impellimur ad opera bona[f].) *ferventes*] Sicut igne ollæ Levitarum, 1 Sam. 2. 13. & seq. Ezec. 24. 4, 5. Mic. 3. 3[g]. Ut aqua, dum fervet, concitatur & in altum se erigit, vaporémque sursum emittit; sic charitas non est otiosa, sed continuis operibus vacat, séque extollit, per orationes, quæ vaporibus comparantur, Apoc. 5. 8. & 8. 3; contemplationem, &c[h]. Græci proverbialiter dicunt, ζῇ χύτρα, ζῇ φιλία, *Fervet olla, vivit amicitia*[i]. Denotatur h. l. zelus fidei ac pietatis[k], & charitatis Dei & proximi[l]: ut succensi sint ad exsequendum ea quæ officii sui sunt[m], ut nullum charitatis officium erga proximos refugiant[n]: fervor enim spiritûs contemnit obstacula, & rapit omnem occasionem benefaciendi proximo[o]. ¶ *Domino*, &c. Τῷ Κυρίῳ δουλεύοντες] Sic legunt probatissimi Codices vet. & Græca scholia, & Sy. & Vulg. & Chrys. Theoph. Clem. Hi. & Basil[p]. Sic Codex Regius ex Complutensi, & quinque alii à Parisiensibus notati, Primas. Sedul. Anselm. &c[q]. [Vertunt,] *Domino servientes*, P. Be. Pi. &c. Quod eximiè de Levitis dicitur, Num. 1. 50. & 8. 15. Deut. 10. 8. 1 Sam. 2. 18. Ezec. 45. 4, 5[r]. In omnibus † officiis & obsequiis quæ proximo impenditis, non quæ vestra sunt quæratis, sed Domino & ejus gloriæ serviatis[t]. Causam innuit cur spiritu fervere debemus, quia Domino servimus. *Dominum* appellat Christum, cujus religio maximis tunc persecutionibus exposita erat. Ad Christi ergò professionem hortatur, ad quam magno animi robore & ferventi spiritu opus erat, ideóque rectè præmisit, *spiritu ferventes*[v]. Est & alia lectio, Καιρῷ δουλεύοντες, cujus meminere Glossa ordinaria, & Hieron[x]. & Orig. interpres[y]. Sic legit Amb[z]. Sic ferè Græci Libri, qui hodie in manibus sunt[a]. [Vertunt,] *Tempori servientes*, Er. Il. Mo. Ca. &c. i. e. temporis exigentiæ & opportunitati, ut olim Pittacus monebat, γίνωσκε καιρὸν, *opportunitatem capta*[b]: accommoda consilia & mores occasionibus & tempori: quod interdum est prudentiæ, sed plerumque hypocriseos[c]. Illa agatis quæ pro circumstantiis temporis & loci maximè conducunt ad gloriam Dei, & ædificationem Ecclesiæ[d]: tempus redimentes à negotiis minùs utilibus ad Deo serviendum[*]. Al. omnem juvandi [proximum] occasionem captantes[f]. Al. Sensus, q. d. Non passim & importunè verba religionis ingerentes, sed aptè quoad locos, tempora, personas, &c[g]. Sed, utcunque accipias, δουλεύειν plus est quàm, *captare occasionem*: itaque omnino legendum, τῷ Κυρίῳ[h]. Diversitas lectionis hîc nata videtur ex affinitate vocum, καιρῷ & κυρίῳ[i], & ex compendio scribendi[k] κῶ ut hodie apud Basilium legitur[l].

12. *Spe gaudentes*] Non spe decimarum similiúmque obventionum[m], sed spe vitæ æternæ[n]. Ità spiritualiter impletur in Christianis quod de Levitis dictum fuerat, *Deus portio ipsorum*, Num. 18. 20[o]. Hæc spes gaudio nos perfundit[p]: & nihil æquè Spem probat esse veram quàm gaudium[q]. Domino inservire, tunc temporis persecutionibus expositum erat. Tria ergò hoc versu adhibet remedia, quò Domino servire possimus. Primò monet futura & æterna bona respicere, &c[r]. ¶ *In tribulatione patientes*] Eâdem nimirum spe animati †. Sicut Levitarum munus fuerat ferre Tabernaculum, ità vos Ecclesiæ causâ quidvis sustinete[t]. ¶ *Orationi*, &c. Τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες] *In precatione perdurantes*, P. Be. Pi. Tol. &c. vel, *perseverantes*, Tre. ex Sy. Tol. vel, *instantes* Er. Il. Mo. vel, *assidui*, Ca. Ar. Verbum significat assiduitatem cum studio & perseverantia[v]. Erat & hoc Levitarum proprium, Neh. 9. 5. & 11. 17[x].

13. *Necessitatibus*, &c. ità Er. P. Ταῖς χρείαις, &c.] *Usibus* (scilicet necessariis[y]: vel, *Indigentiæ*, Di. ex Sy. sic Par. Hesychius, χρείαι, *indigentiæ*[z].) *sanctorum* (fratrum, seu Christianorum[a], inopiâ rerum laborantium[b]; quales multi tunc erant ob persecutiones, &c[c].) *communicantes*, Be. Pi. Par. de vestris facultatibus[d]. Verbum efficax[*], exprimens quæ sit vera charitas; nempe, cùm aliorum incommodis non minùs quàm nostris afficimur, & ità affecti proximum pro viribus juvantes[f], eorum necessitates reputantes nostras, iisque, quomodo nostris, subvenientes[g]. Quidam Codices habuere μνείαις[h], *memoriis*, ut legunt Hilar. Ruffin. Pelag. Sedul. Ambros. Optat. Chrysol. &c. Sic autem explicant, Memoriam habendam esse sanctorum, vel, ità ut doctrinam morésque eorum imitando cum eis communicemus; vel ut demus illis bona temporalia, &c[i]. Levitarum sanè hoc erat, celebrare memoriam virorum magnorum: de qua re ad Sirachiden diximus. Sed hoc receptius [χρείαις] præfero[k]: ut legitur in omnibus Codicibus hodiernis, Latinis & Græcis, necnon in Syro; Ruffinus quoque hanc lectionem præfert[l]. Levitæ cum pauperibus & peregrinis de tertiis decimis epulabantur. At Paulus mysticos Levitas hortatur, ut ipsi de suo pauperes & peregrinos excipiant[n]. ¶ *Hospitalitatem* (non illam quæ magnificentiæ pars est, sed eam quæ opus est misericordiæ, de qua Matth. 25. 35, &c. Heb. 13. 2. erga Christianos tunc hospitio egentes[o], & exulantes ob persecutiones, &c[p].) *sectantes*] Id est, studiosè excipite hospitio Sanctos qui ad vos se conferunt[q]. Διώκειν hîc est, *sectari*, ut Rom. 9. 30. in v. seq. *insectari*, ut Matth. 5. 10, 11. ubi dicta vide[r]. Διώκειν est, fugientem apprehendere. Debemus ergò non solùm hospites recipere accedentes, sed ipsos vocare & recusantes præ modestia cogere, juxta illud Luc. 24. 29 †.

14. *Benedicite*, &c. ità P. Be. Pi. &c. Εὐλογεῖτε, &c.] *Bene loquamini de iis*, &c. non vituperantes eos, sed docentes sine convitiis, & ex charitatis affectu, verbísque benignis admonentes erroris[t]. Al. *Beneprecemini*, V. sic Er. ex Orig. Be. Tol. E. Bona illis à Deo precamini[v]. Non dicit, *Diligite*, sed affectui interiori conjungit exteriorem effectum, ut ipsis persecutoribus sit manifestus, & sic Deus glorificetur, & fidei spéique Christianæ veritas demonstretur. Rectè autem hoc præcedentibus subjungitur: qui enim erga Christianos & amicos charitatem non exercet, multò minùs eam exercebit erga exteros[x]. ¶ *Benedicite* (sub. inquam, Be. Pi.) *& nolite maledicere*, Καὶ μὴ καταρᾶσθε] *Et nè imprecamini*, P. Be. Pi Sy. Ca. vel, *malè precemini*, Er. Il. Tre. scil. vindicandi studio aut affectu. Nam alioqui Prophetæ aliique ex zelo justitiæ Divinæ mala quædam impiis imprecati sunt[y]; ut 2 Tim. 4. 14. *Et nè diris imprecationibus malum optate*, V. Sicut in veteri Lege Deo εὐλογίας pronunciabant Levitæ, Deut. 10. 8. & 27. 12. ἀρὰς verò alii. Vide Matth. 5. 44[z]. Non est hæc inepta ταυτολογία[a]: affirmativè dictum, more Heb. negatione repetit, nec sine causa; ut significet, & quàm arduum sit hoc præceptum[b], carníque παράδοξον[c], & quanti illud observare referat; & denique ut constantiam in eo implendo injungat: q.d. Benedicite etiam atque etiam, etsi hi non destiterint persequi, nec vos desistatis benedicere,

Marginalia (left): [i] G. [k] Er. [l] E. sim. Tol. [m] Tol. sim. Par. [n] Tol. sic E. Me [o] Par. [p] Tol. [q] E. [r] Tol. † Be. [t] V. [v] G. [x] Orig. Theod. & Amb. in Tol. [y] Par. [z] Tol. ex Chrys. [a] Me. sim. E. Par. [b] Tol [c] E. Me. [d] Tol. [*] E. [f] Tol. [g] G. [h] Tol. [i] Strig. [k] Glas. rhet. 1. 10. 264. [l] Par. [m] E. sic Me. [n] E. [o] Er. [p] Be. [q] Brugens in notat. in Bib. [r] G † Par. E. Me. [t] Me. ex E. [v] Tol. [x] Er. [y] Be. [z] E. [a] Bru. ibid. [b] T. [c] Q. in Par. [d] Ham. [*] Q. in E. [f] Be. [g] Amb. in Tol. [h] Be. [i] E.

Marginalia (right): [k] Be. sim. Er. E. [l] Be. [m] G. [n] G. sim. [o] E. Me. Tol. T. [p] G. E. [q] Cam. [r] Tol. † Me. ex E. sim. Tol. [t] G. [v] E. [x] G. [y] E. [z] Di. [a] Me. sic Tol. [b] V. E. [c] Tol. [d] E Me. sic V. [*] Tol. [f] Be. [g] Tol. [h] G. [i] E. [k] G. [l] E. [n] G. [o] E. [p] Tol. [q] V. sim E. [r] G. † Tol. [t] Er. [v] Tol. sim. D. E. [x] Tol. [y] E. [z] G. [a] Be. [b] Tol. [c] Par.

dicere; benedictio vestra sit perpetua & perfecta[d].

15. *Gaudete* (Generale præceptum de dilectione tam amicorum quàm inimicorum[*].) *cum gaudentibus, flete*, &c.] q. d. Ea sit sympathia inter vos, ut (quod exigit membrorum ejusdem corporis socialis communio[f].) fratrum prospera vel adversa æquè vos ac illos tangant[g]; ut omnis invidiæ affectus removeatur, & benevolentia mutua concilietur[h]. Allusum ad duas Templi portas, quarum una erat Sponsorum, altera Lugentium: utrisque convenientia dicebant Levitæ[i]. Intellige autem de gaudio & fletu honestis[k]: non enim congaudendum de rebus turpibus, aut terrenis tantùm[l]. Confer 1 Cor. c. 12. v. 26[m]. Χαίρειν, &c.] Enallage infin. pro imperat. Atticis etiam familiaris[n].

16. *Idipsum*, &c. Τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες] Φρονεῖν pertinet, vel, 1. ad intelligentiam, ut Act. 28. 22. Phil. 3. 15. q. d. Eadem vel æqualia de vobis invicem cogitate[o]; nec quia quisquam opibus, honore, &c. præstet aliis, ideo meliorem se putet[p], cùm simus omnes Christiani[q], membra ejusdem corporis, hæredes ejusdem gloriæ[r]. Al. Idem omnes sapiatis, nè sint dissensiones, &c[†]. Vel, 2. ad affectum: q. d. Idem velimus atque nolimus aliis quod nobis[t]; eodem erga alios animo simus affecti[v], ut ex animo sit gaudium & fletus[x]: sit concordia animorum in consiliis atque actionibus, nè quis alium turbet, impediat, negligat[y]: concordes inter vos estote[z], atque unanimes[a]: Id enim τὸ αὐτὸ φρονεῖν, 2 Cor. 13. 11. Phil. 2. 2[b]. Commendat simpliciter τὴν τῆς ἀγάπης ὁμόνοιαν, (*concordiam ex amore*,) cui inter bonos locus est, etsi diversa sentiant[c]. Εἰς ἀλλήλους, *inter vos*, ut infrà 14. 19. 1 Thes. 3. 12. sicut (vel positum pro[d]) ἐν ἀλλήλοις, Marc. c. 9. v. 50. Joh. 13. 35. Rom. 15. 5[*]. ¶ *Non*, &c. Μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες] *Non alta sentientes*, seu *cogitantes*, Er. vel, *sapientes*, Er. V. Be. vel, *affectantes*, Pi. Repetit quod suprà dixerat, v. 3. & Rom. 11. 20[f]. Nè arroganter de vobisipsis sentiatis[g]. Explicat quod dixerat, *Idem sentientes*. Nam qui magnificè de se & suis sentit, alios despiciat oportet[h]. Al. Nè appetamus sublimia hujus seculi, ut honores, &c. Postquam quæ perfectæ charitatis sunt, docuit, tradit quæ ad humilitatem spectant, quæ non solùm virtutum omnium fundamentum est & tutela, sed etiam ad concordiam, &c. necessaria. Hanc autem aptè commendat Romanis, qui ob imperium & alia proclives erant in superbiam[i]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι] *Sed humilibus* (vel, *ad humilia*, Pi.) *consentientes*, Vulg. Mo. vel, *obsecundantes*, P. Be. Par. vel, *vos accommodantes*, Er. Il. Ti. sic Ca. vel, *vos demittentes*, Pi. Τοῖς ταπεινοῖς accipitur, vel, 1. in neutro genere[k], ob præcedens ἀντίθετον[l], τὰ ὑψηλὰ[m], de rebus vel negotiis humilibus[n]: ut sensus sit, vel, q. d. humilia sapientes, h. e. humiliter & demissè de se sentientes[o]; vel, q. d. humilia amplectentes, & quæ vilia mundus reputat; qualia sunt paupertas, conversatio cum pauperibus, contemptus honorum, &c. Συναπάγομαι est, *simul abducor*, vel, *simul abripior*: quo significat Paulus, non solùm nos debere in humilia converti, sed impetu quodam ferri, quasi abreptos & abductos ab illis[p]. Vel, 2. in genere masculino[q], ut ad personas referatur[r], ad quas magis pertinet verbum συναπάγομαι[†]. q. d. Humilis sortis hominibus[t], veluti pauperibus, indoctis, &c[v]. &, quantum ad Divina dona attinet, vobis inferioribus[x], vel infirmis in fide[y], vos accommodate[z], illis condescendentes, & obsecundantes[a]; & illorum consortia nè aspernemini[b]. Dicuntur συναπάγεσθαι qui in aliorum gratiam ab instituto itinere deflectunt, ut illos assectentur[c]; vel qui, cùm velocissimi sint, & iter fortè cum parvulo faciant, gradum suum minuunt, &c[d]. & h. l. qui in rebus mediis infirmitati fratrum concedunt[*]. Huc spectant 1 Cor. 8. 9, &c. & 9. 20, &c. Quem sequimur ἀπαγόμενον, videmur συναπάγεσθαι, quanquam id faciamus ut eum reducamus. Videtur ergò συναπάγεσθαι hîc idem esse quod συγκαταβαίνειν· quâ voce non usus est, ut subinnuat sibi non probari ἀσθένειαν, cùm sit ἀπαγομένων· quam tamen ταπεινότητα vocavit, ut esset venustior antithesis inter ὑψηλὰ φρονεῖν, & ἀσθενεῖν[f]. Placent præ cæteris Sy. & Ar. qui vertunt, *Et adhærete humilibus*: ad verb. est, *cum humilibus abducamini*. Abduci cum aliquo est, eum sequi, eique adhærere. Sic verbum usurpatur Gal. 2. 13.

d Tol. * Idem. f E. g Me. sim. E. T. Par. h Tol. i G. k Tol. sim. Be. l Par. ex O ig. m Par. E. n Be. o Chrys. in Tol. sim. Di. ex Sy. & Ar. p E. sim. Er. q Chrys. sic E. r E. † Ans. in Tol. t Tol. ex O ig. v Tol. E. sim. V. Be. Me. x Tol. y Par. z G. Be. a Be. b G. c Cam. d Be. * G. f G. g V. Chrys. in Tol. sic E. Me. T. h Er. i Tol. k Be. E. Tol. Vor. l Vor. sic E. m Be. n Vor. o E. p Tol. q Plerique in Tol. sic E. Be. r E. † E. sim. Be. t Er. V. E. Me. T. v Er. x V. y Cam. z Er. V. E. Me. a Me sim. Er. b V. c Be. d Strig. * Be. sim. Cam. f Cam.

sic ut & Barnabas συναπήχθη, abduceretur unà, &c. & 2 Pet. 3. 17. Sic Hesych. συναπάχθῃ, συνήχθη, unà it. Hinc rectè vertas, *Sed cum humilibus incedentes*, vel, *humiles comitantes*. A re autem, quam tractat Apostolus, non abludit monitum Ben Asai in Perke Aboth, cap. 4. *Noli contemnere ullum hominem, nec removere à te, ut vilem, rem ullam: nullus enim hominum tibi est, cui non sit hora sua: nec res ulla, cui non sit suus locus*[g]. Al. *Sed modestissimorum exempla sectantes*. Nam qui ducat dicitur συναπάγειν, Exod. 14. 6. qui ductantem sequitur συναπάγεσθαι, Gal. 2. 13. 2 Pet. 3. 17. Levitæ etiam pauperrimo cuique de plebe in oblationibus servire debebant & perfugium præbere miseris. ¶ *Nolite*, &c. Μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς] Repetitur ex Rom. 11. 25. ubi dicta vide. Nolite esse quales eruditi apud Judæos plerique è Levitis, qui cæteros per contemptum vocabant *populum terræ*[h]. Sumptum hoc ex Prov. 3. 7[i]. *Nè estote prudentes* (vel, *arrogantes*, Er. Sed sic inanis esset ταυτολογία[k]. Vel, *sapientes*, Di. ex Sy. nam & LXX חכם per φρόνιμος sæpe reddunt, & Hesychio, φρόνιμος est σοφὸς, &c. *sapiens*, *perspicax*[l].) *apud vosmetipsos*, Be. Pi. i. e. in oculis vestris[m], vel vestro judicio[n], quasi putetis vestra vobis consilia sufficere, nec alienis vos opus habere[o]; vel, soli prudentiæ humanæ (quâ abundabant Romani) nitentes, divinâ sapientiâ atque consilio postposito & rejecto: sic enim errare & graviter delinquere in multis necesse est[p].

17. *Nulli malum pro malo reddentes*] Malum scilicet pœnæ pro malo culpæ[q]. Vindictam prohibet, hominibus scil. privatis, non item magistratui, qui *vindex est*, &c. Rom. 13. 4[r]. Non licet vobis quod Levitis illis licebat, sine judicio [publico] occidere idololatras: vobis id Christus non permisit. Illis licebat *oculum poscere pro oculo, dentem pro dente*; vobis id non licet[†]. Optimè Valer. Max. *Speciosius injuriæ beneficiis vincuntur quàm mutui odii pertinaciâ pensantur*[t]. Cùm concordia rumpi soleat aliorum injuriâ & impatientiâ nostrâ, opportunè hîc præcipit tolerantiam inimicitiarum[v], & injuriarum, de qua v. 12. cui repugnat cupiditas vindictæ[x]. ¶ *Providentes*, &c. Προνοούμενοι καλὰ, &c.] *Procurantes* (vel, *Providè parantes*, Er. Ti. Locutio desumpta est ex Prov. 3. 4. πρόνοου καλὰ, ubi in Hebræo שכל, quod *diligenter procurare* significat[y].) *honesta* (q. d. Providete, ut quæ honesta sunt, & nulli reprehensioni obnoxia, admittatis[z].) *coram omnibus hominibus*, Pi. Be. Pi. &c. MS. *coram Deo & coram omnibus hominibus*, [sim. Vulg.] quomodo idem monitum habes 2 Cor. 8. 21. Hoc quoque ad exemplum Levitarum, qui in Templo Dei inspectante omni populo, mandata faciebant[a]. Non sufficiat vobis, malum pro malo non reddere, sed & studete benefacere omnibus, etiam inimicis[b]. Connexa hæc est cum præcedenti sententia, causam ejus continens; q. d. Non debetis ulli homini, Christiano, Gentili, aut Judæo, malum rependere, &c. providendum enim est, h. e. consultò danda est opera, cautéque attendendum, nè quem scandalizemus, sed ut alios bono exemplo ad bonum alliciamus[c]. Ità justè, sanctè & amicè, vivite[d], ut conversatio vestra non tantùm Deo probetur in conscientiis vestris, sed & hominibus probetur atque accepta sit[*], nec à quoquam jure culpari possit[f], sed cæteris luceat in virtutis exemplum[g], idque ob gloriam, non nostram, sed Dei[h], ut eâ conspectâ ædificentur proximi, nullus offendatur[i], aut odio nos afficiat[k]. Confer 1 Pet. 3. 16[l].

18. *Si*, &c. Εἰ δυνατὸν] *Si fieri potest*, Be. Pi. &c. Cohæret hoc, vel, 1. cum præced[m]. quia sequens particula habet suum τὸ ἐξ ὑμῶν, quod idem pollet[n]; vel potiùs, 2. cum sequent[o]. cui favet tum omnium exemplarium fides, tum optima ratio[p]: nam prior pars simpliciter & absolutè præcipitur[q], 2 Cor. 8. 21. nec ab aliis dependet, sed à nobis[r]. At pacem cum omnibus habere non semper possibile est, aut in nobis situm[†]. Aliquando pacem habere non debemus: si enim de pietate aut veritate agitur, præponendæ sunt paci, & resistendum est adversariis, &c[t]. Non vult nos tacere aut dissimulare pacis causâ, si veritatem proscindi ab impiis audiamus, vel Deum offendi, proximum lædi, Ecclesiam & remp. turbari: tunc enim coarguendi sunt, etiamsi sequantur lites[v]. Duplex ergò hîc additur limitatio; quarum hæc

g Di. * h G. i Di. k Be. l Di. m Me. n V. sim. Me. o T. ex Chrys. & Theod sim. E. Me. Tol. p Tol. q E. r E. sic Tol. † G. t Strig. v Gom. x Par. y G. z V. a G. b Q. in E. c Tol. d Me. * E. sim. Tol. Me. Par. f Me. sic Be. g Me. sim. h Tol. i E. k Tol. l Par. m Er. Zeg. n Er. o Ee. E. Tol. p Be. q E. sic Be. r E. † E. sim. Tol. t Tol. v Par.

hæc prima, *Si fieri potest* [x], nempe salvâ justitiâ, pietate ac veritate [y], vel bonâ conscientiâ, ad Dei gloriam & Ecclesiæ ædificationem [z]. ¶ *Quod*,&c. Τὸ ἐξ ὑμῶν] *Quod ex vobis*, Mo. *Quod ad vos spectat*, Tre. *Quantum in vobis est*, Er. Il. Ti. P. Ca. Be. Pi. i. e. pro vestra parte [a]: pro virili [b]. Hæc secunda limitatio [c]. Sensus, q. d. Nec ipsi pacem turbetis [d], nec præbete ullam dissensionis occasionem*: sed contrà, studiosè ea curetis quæ pacem conservent ac promoveant [f]. Hoc vult dicere, Omnium amici este, si fieri potest: si non potest utrinque, certè ex vestra parte amici este [g]. Sunt qui contentiones & discordias fovent. Cùm his etiam pacificè agendum est, eos diligamus, iis qui inimici esse volunt simus amici, iisque tanquam amicis benefaciamus [h]. ¶ *Cùm omnibus hominibus* (etiam cum idololatris, secundùm Christi Spiritum, Luc. 9. 56 [i]. non solùm cum Christianis, sed etiam cum quibusvis [k].) *pacem habentes*] Εἰρηνεύειν respondet vocibus Hebræis, שלה, שלם, & שקט, quæ significant, *tranquillè & amicè cum aliquo vivere* [l].

19. *Non*,&c. Μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες] *Non vosmetipsos ulciscentes*, P. sic Be. Pi. V. G. &c. ut sequentia ostendunt: quomodo & Syrus accepit & Græci Interpretes: nec aliud voluit Latinus cùm dixit, *defendentes*. Nam Christiani eam vocem in *ulciscendi* sensu sumebant, ut diximus in Annotatis ad De J. B. & P. 1. 3. 3 [m]. Alioqui Christianis permissum est *defendere*, h. e. depellere injuriam cum exceptione inculpatæ tutelæ [n]. Non pertinet hoc ad Judices, quippe qui non seipsos vindicant, sed Rempublicam, delicta punientes [o]. ¶ *Charissimi*] Blanda appellatio [p], quâ consultò utitur, 1. ut eos magis moveat [q], & benevolentiam captet [r], quia difficillimum hoc erat persuasu †, maximè Romanis rerum dominis, &c [t]: 2. ut eos mitiget, quos tanquam iratos alloquitur: 3. ut significet, & se & Deum eos diligere qui injurias non vindicant, licèt mundus eos contemnat: 4. ut admonitione charitatis fraternæ mutuæ eorum animos temperet & à vindicta revocet [v]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ] *Sed date locum* (vel, *spatium*, Di. ex Sy. אתרא Syris quodvis *spatium tum loci, tum temporis*, significat. Vide Syrum ad Rom. 2. 4. Hinc sensus duplex oriri potest [x]: [de quo statim.]) *iræ*, Er. P. Mo. Be. Pi. &c. vel, *supplicio*, Ca. *Ira* hîc intelligi potest, vel, 1. illius qui injuriâ provocatur [y]. q. d. Nè apud vos iram retineatis, compescite eam [z]: date tempus iræ vestræ, nè ruite præcipites, donec ira vestra deferveat ‖: nè protinus erumpat ira vestra in vindictam, sed date ei spatium: ira enim furor brevis est, cui si spatium detur, sedatur. Sic Arabs, qui vertit, Sed *reprimite iram donec transierit à vobis* †. Vel, 2. Dei [a], qui supplicium irroget [b], ut *ira* Metonymicè sumatur pro ultione seu punitione [c], sive judicio, ut Rom. 3. 5. *inferens iram*, i. e. puniens [d], sicut ex allegato testimonio liquet*. qu. d. Nè occupate pœnam, quam eis infliget Deus per se, aut per ministrum suum; de quo paulò pòst acturus est. Relinquite tempus Deo. Sic *Diabolo locum dare* dicitur qui ei aditum ad se aperit, Eph. 4. 27 [f]. Deo relinquite partes Judicis [g]: ultionem ipsi permittite, eámque patienter exspectate [h]: nolite spatium, quod Deus iræ suæ ostendendæ fixit, vindictâ vestrâ anticipare, sed date vindictæ Divinæ suum spatium [i]. Quod opus Deo proprium est, vos ei præripere, & quasi præoccupare, non debetis [k]. Vel, 3. hominis irati [l], & injuriam inferentis [m], furentis adversarii [n]. *Ira* pro *irato*, ut *aviditas*, *dolus*, *scelus*, pro avaro, doloso, scelesto [o]: q.d. cedite irato [p], aut declinando ex illius præsentia [q]; (quod non congruit cum cibatione ejus seq [r].) aut patienter ferendo ejus injurias †, & permittendo ut graviora inferat, totámque iram ejus in vobis compleri permittendo potiùs quàm vos vindicando, juxta illud Matt. 5. 39, 40, 41 [t]. Nè repugnetis iræ illius contrà jurgando vel repercutiendo [v]. Sic Livius monet, *Date spatium iræ* [x]. Ipsum vincatis patientiâ [y]. Confer Eph. 4. 27. *Nè date locum Diabolo*, i. e. Nè cedite ei, sed resistite pro virili. Affine est quod Græci dicunt, χώραν διδόναι τῷ κακῷ, pro, *locum dare & in se admittere* [z]. ¶ *Scriptum est*] Deut. 32. 35 [a]. ¶ *Mihi*, &c. Ἐμοὶ ἐκδίκησις, &c.] *Mihi* (vel, *Mea*, Er. V.) *est* (Ἐμοὶ hîc valet, *Ad me pertinet* [b].) *ultio*,&c. Pi. Meum est ulcisci [c], qui sum Judex [d] omnium hominum,

[Marginal notes, col. 277: x Par. Tol. / y E. Me. / z Gom. / a Camer. / b Gom. / c Tol. Par. / d Par / * E. simil. Par. Tol. / f E. / g G. / h Tol. / i G. / k Gom. / l G. / m G. / n Er. / o Tol. / p E. sim. Er. Tol. / q E. / r Tol. / † Tol. sim. Er. Par. / t Par. / v Tol. / x Di. / y Q. / z V. / ‖ Amb. in Par. / † Di. / a Chrys. Theod. Aug. &c. in Tol. E. Vor. Ee. / b Ca. / c Vor. / d Cam. / * Vor. / f G. / g Cam. / h E. / i Di. / k E. ex Aug. Aquin. sim. Tol. ex Chrys. Theod. &c. / l D. Gom. Tol. ex Orig. Basil. Amb. &c. / m Tol. / n V. / o D. / p V. D. E. Me. T. / q Amb. & Ans. in Tol. sim. E. / r Tol. / † E. Tol. ex Basil. / t Tol. / v T. sim. Me. / x T. / y Gom. / z D. / a Jun. par. 2. 24. / b G. / c Er. V. Be. / d Er. E.]

ultor Injuriarum*, vindex omnium delictorum; q. d. Non inulta eunt delicta ejus, licèt tu non vindices [f]. In Hebræo, לי נקם ושלם לעת, *Mihi ultio & retributio in tempore*. LXX verterunt, ἐν ἡμέρᾳ ἐκδικήσεως ἀνταποδώσω. Domini est punire servos, non conservorum. Sed Deus hoc jus in lege veteri in certis casibus etiam singulis tribuit, ut in vindice sanguinis: at in Evangelio, ubi nihil dandum affectibus, pœna est aut Dei, aut legis publicæ, quæ & ipsa affectibus caret [g].

20. *Si esurierit*—*ciba*, &c. Ψώμιζε] *Pasce*, &c. Er. Il. Ti. &c. Ψωμίζειν frequens apud LXX pro האכיל, טעם הברה. Habes idem 1 Cor. 13. 3. ac Sap. 16. 20. Sir. 15. 3. Sic & ποτίζω ponitur pro נסך, הגמיא, שקה [h]. Sed ψωμίζειν non significat simpliciter, *pascere*, sed, *perhumaniter atque indulgenter pascere*, veluti frustatim & minutatim conciso cibo [i]. Sunt autem hæc verba, & sequentia, desumpta ex Prov. 25. 21, 22. Et ibi quidem consilia sunt, in Evangelio præcepta. Tertul. contra Scapulam, *Ità enim disciplinâ jubemur diligere inimicos quoque, & orare pro eis qui nos persequuntur, ut hæc sit perfecta & propria bonitas nostra, non communis. Amicos enim diligere omnium est; inimicos autem, solorum Christianorum.* Duobus notissimis exemplis omnia beneficiorum genera indicantur, ut Matt. 25. 25 [k]. Sub cibo & potu cætera necessaria subintelliguntur [l]. Auget sententiam; non solùm vindicta non est sumenda, nec tantùm locus iræ dandus est, sed, quod perfectius est, inimicis in necessitate positis, quando opportunitas est se vindicandi, subveniendum est: quia negare tale subsidium, vindicta quædam est [m]. ¶ *Hoc enim faciens* (vel, *si feceris*, Be. Pi.) *carbones ignis* (vel, *ignitos*, Pi. *candentes*, Ca. *ardentes*, Er. V.) *congeres* (vel, *coacervabis*, Er. P. Be. &c.) *super* (vel, *in*, P. Be. &c.) *caput ejus*] Exponitur hoc, vel, 1. in bonum [n]: q.d. carbones non iræ [o], vel rixarum [p], sed contritionis & pœnitentiæ [q], amoris & charitatis [r], quibus accendetur cor ejus ad te redamandum †, & ex inimico fiet tibi amicus [t]: animus ejus benignitate tuâ non aliter frangetur, sive emollietur, quàm si collecto igne corpus aliquod durum liquefaceremus [v]: eum, velut carbonibus, ures, quia maximè eum pudebit [x] malitiæ suæ [y], & cavebit nè deinceps te lædat [z]: beneficiis tuis obrutus resipiscet [a]. Solet per ignem amor significari [b]. Vel, 2. in malum [c]. Per *prunas* intelligit iram Dei ejúsque pœnas [d]. Consequens pro antecedente, Obnoxium illum reddes condemnationi*, & graviori vindictæ in judicio Dei [f], nisi resipiscat [g]. Apparet ex Proverbiorum loco de pœna Divina agi, quæ per *ignis* similitudinem passim exprimi solet. Sensus est, Si alter illâ tantâ tuâ patientiâ & beneficentiâ ad meliorem mentem revocari non potest, gravis ei impendet pœna. Dicimur facere, cui rei occasionem præbemus, ut Luc. 16. 9. Tertul. lib. De patientia, *Plus improbum illum cædis sustinendo. Ab eo enim vapulabit cujus gratiâ sustines* [h]. Huic sensui favet; 1. quod præcedit de vindicta Deo relinquenda. 2. Ipsa phrasis; nam *carbones ignis* nusquam pœnitentiam aut charitatem, at Psal. 18. & 134. pœnas peccatoribus à Deo irrogandas, significant. Et tota hæc phrasis in significationem vindictæ ponitur lib. 4. Esd. cap. ult. Qui, licèt Apocryphus sit, tamen ad intelligendam phrasin aliquam Scripturæ utilis esse potest. 3. Quòd non alienum est à Scriptura, ut justi adversùs impios & persequutores suos expetant & exspectent vindictam à Deo. Vide Luc. 18. 7. 2 Tim. 4. 14. Apoc. 6. 10 [l]. Obj. Sed hoc spectare repugnat charitati [k], & præcepto Christi de orando pro persequentibus nos [l], & de inimico diligendo, cùm hoc sit eum odio gravissimo persequi, eique malefacere [m]. Et cur fidelium mentibus hoc objiceret, quasi grata illis esset tanta Dei in fratres ultio [n]? Resp. Sancti, quorum ordinata est charitas, utrumque faciunt, & orant Deum pro conversione impiorum, & vindicari eorum peccata desiderant, nisi pœnitentiam agant [o]. Sæpe etiam contingit, ut pœnâ sine peccato lætemur; sed id fit per accidens, quia in pœna elucet vindicis nostri amor erga nos. Sic hominum mœror in nostro casu dolorem levat, quia amoris indicium est, &c [p]. Sensus autem hujus loci non est, eo fine benefaciendum inimico, ut cumuletur ei vindicta apud Deum; sed, simpliciter esse benefaciendum illi quamvis inimico, nec tamen eum nostro beneficio evasurum ultionem,

[Marginal notes, col. 278: * E. / f Tol. / g G. / h Idem. / i Per. disp. 4 sic Er. Tol. / k G. / l E. / m Tol. / n Q. in E. / o Me. T. / p T. / q T. sim. Aug. in Pi. Tol / r Me. T. / † T. sic Me. V. Par. / t Tol sim. Pi. ex Hi. Er. / v Vor. / x He. in Di. sim. Pi. / y Pi. / z He. in Di. / a Er. / b Q. in E. / c E. / d Plerique in Di. / * Cam. / f E ex Chrys. Theod. &c. sim. Zeg. / g E. / h G. / l E. / k Com. Q. in E. / l Q. in E. / m Tol. / n Q. in Cam. / o E. / p Cam.]

nem, sed graviùs puniendum, quòd nec beneficiis affectus ab odio destiterit. Hæc enim dicuntur ad consolandum & animandum fideles sub cruce. &c[q]. Hoc tantùm vult Apostolus, Deum esse qui nostrî curam gerat, nihil esse quòd nos simus de persequendis nostris injuriis soliciti; simul etiam stoliditatem hominum notare, qui vindictæ cupiditate faciunt ut nè assequantur quod maximè voluerunt [r].

21. *Noli*, &c. Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ] *Nè vincitor à malo*, Be. Pi. &c. vel, *ab eo quod malum est*, P. i.e. à malitia inimici tui †, ut teipsum ulcisci velis [t], aut ut ad vindictam ruas [v], aut vindictam de eo expetas [x], aut eum non cibes [y], & per hoc fias illi similis, hoc est, malus [z]; atque adeò tibi ipse plus noceas quàm inimicus tuus, dum ille malum pœnæ tibi infert, tu malum culpæ [a]. Sensus, q.d. Nè prohibearis injuriâ quominus in aliquem sis liberalis & beneficus [b]. *Vincitur à malo*, qui provocatus injuriâ non temperat animo, sed adducitur ad retaliandam injuriam [c]. *Vincitur à malo*, i.e. ab actione mala, qui malos imitatur. Solon Syracusarum Princeps, apud Herod. 7. Spartæ Legato respondit cordatè, *se ipsum convitiantem nolle imitari*, &c [d]. [Verba vide in G.] ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ νίκα, &c.] *Sed vince bono malum*, Be. Pi. vel, *bonitate malitiam*, P. i.e. malefacta benefactis supera *, ut inimicus resipiscens fiat amicus [f]: tuâ beneficentiâ vince illius malitiam [g]. *Vincitur malum* ferendo, contrà quàm in Græcorum Romanorúmque publicis certaminibus. Seneca De beneficiis, 7. 30. *Ut corporum, ità animorum, molliter vitia tractanda sunt: sæpe quod explicavit mora, pertinaciâ trahentis abruptum est.* Et cap. seq. *Vincit malos pertinax bonitas: nec quisquam tam duri infestique adversùs diligenda animi est, ut etiam vi tractus bonos non amet.* Est totum hoc [Pauli] caput Isocraticum: adeò densa habet ἰσόκωλα & ἀντίθετα [h]. Nè putes te vinci, quando inimico benefacis, sed potiùs victoriam reportas de malitia ejus. Qui se vindicat, vincitur potiùs à malo inimici, & à passione animi sui, &c [i]. Favere hoc videtur iis qui v. præced. in bonum acceperunt; q. d. Nè tantùm valeat inimici tui malignitas, ut te vindices, &c. Potest tamen hoc necti cum altera interpretatione v. præced. in malum, si dicamus Apostolum hîc non explicare quid sit, *carbones ignis congerere*, &c. sed ad partem priorem respicere, *Si esurierit*, &c. & ad illud, *Non vosmet ulciscentes*. Est enim hæc velut epilogus & conclusio præcedentis exhortationis de non ulciscendis injuriis [k].

[q] E. [r] G. † E. sic Tol. [t] E. [v] Par. [x] E. [y] Tol. [z] E. Tol. [a] Tol. [b] V. [c] Er. [d] G. * V sic Er. [f] Er. [g] Me. [h] G. [i] Tol. [k] E.

CAP. XIII.

HÆC de præceptis Ethicis [a], sive quæ vitam componunt [b]: sequuntur Politica [c], quæ hîc duo sunt, Subditorum erga Principes obedientia, & mutua inter inferiores justitia [d]. Absoluto usu legis Ritualis & ad Mores pertinentis, venit ad illam partem quæ ad Imperium publicum societatémque Civilem pertinet: ostendítque in hac parte Mosis leges non aboleri à Christianis, ut qui, in Judæa si viverent, illis Legibus parendum haberent; sed æquari cum aliarum gentium legibus Deo non repugnantibus. Nec obstare quòd Mosis Lex à Deo esset lata, cùm & quæ extra Judæam sint imperia eorúmque authoritas à Deo haberent originem. Simul præcidit difficultatem multorum in Judæa, qui ideo quòd dictum sit Deut. 17. 15. *Regem legendum à fratribus*, i. e. popularibus, inferebant externis nullam deberi obedientiam; tacitè innuens, illam legem valuisse cùm sui juris esset populus Hebraicus; postquam verò Dei judicio sub Romanorum imperium devenerat, illis quoque non minùs quàm Regi Judæo aut Judæorum Synedrio parendum, sicut Nabuchodonosori pareri præcepit Jeremias, sicut Prophetæ Chaldæis & Persis paruerunt. Erat autem hæc admonitio eò magis necessaria quòd suprà à Lege Mosis liberos dixerat Christianos; unde incautus aliquis inferre potuerat, neque Legem Mosis Politicam Hebræis, neque alias leges Civiles Christianis, ullam injicere parendi necessitatem: quod contrà se habere ostendit ex imperiorum origine & usu *. Inculcat hoc Paulus [f], hîc & alibi passim [g], tum occasione calumniæ, quæ Christianis tunc temporis inurebatur [h], ipsísque Apostolis [i], qui plerumque Galilæi erant [k], quasi sectatores essent Judæ Galilæi [l], & regna everterent, atque à Principum obedientia se subtraherent [m]; quæ causa persecutionum, &c [n]: tum nè fideles religionis privilegio sese exemptos ab obedientia Principum putarent [o]; de quo vide 1 Pet. c. 2. v. 13 [p]: tum potissimùm ob Judæos credentes: Judæi enim semper ad rebellionem proclives erant, eo prætextu quòd essent populus Dei liber, &c. Quare idem præceptum repetitur in Epistolis Petri & Jacobi, qui ad Judæos scripserunt; & Pauli ad Titum, ubi Judæorum inobedientiam notaverat [q].

[a] Gom. [b] Tol. [c] Gom. sim. Tol. [d] Tol. * G. [f] T. [g] Par.

1. *Omnis anima*] i. e. Omnis homo [r], unusquisque †, etiam Apostoli [t], Prophetæ & Episcopi. Nam & Prophetæ & Summi Sacerdotes Veteris Fœderis sub Regum ac Synedrii potestate fuerant [v]. Dicit, *anima*, ut hanc subjectionem debere esse ex animo, non exteriorem solam, aut simulatam, indicaret †. ¶ *Potestatibus*, Ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω] *Potestatibus* (Sic vocat non Angelos, ut Eph. 1. 21. & 1 Pet. 3. 22. sed Magistratus civiles [x], sive seculares, ut omnes veteres intelligunt [y]; quod & contextus sermonis, & gladii ac tributorum mentio satis indicant [z]. Idem tamen de potestate Ecclesiastica statuendum est [a]. Ἐξουσία respondet Hebræo, ממשל, & Chaldæo, שלטון, per quæ significatur *imperium* [b]. *Potestates*, sive ordinem, hîc discernit à personis, in quibus sæpe sunt vitia, &c [c]. Sed quod hîc ἐξουσίαι idem v. 3. οἱ ἄρχοντες, ut ostendit particula γάρ. Nec potestas à personis abstracta ea præstare potest quæ ἐξουσίᾳ tribuuntur, ut, *commendare*, *terrorem incutere*, *vindicare & punire*, v. 3, 4. Personæ quoque sunt qui ἐξουσίαι & ἀρχαὶ dicuntur, Luc. 12. 11. Rom. 8. 33. Eph. 3. 10. & κυριότητες, 2 Pet. 2. 10. & Latinis *Potestas*, ut Juvenal. Sat. 10. *An Fidenorum Gabiorúmque esse Potestas?* &, *Magistratus*, quæ vox propriè officium denotat [d]. *Imperium*, inquit Ulpianus, *est vel merum*, *vel mistum*. *Merum est*, *habere gladii potestatem*, &c. *quod* antonomasticè *Potestas appellatur* *. Tropus hîc est, ἐξουσία pro iis qui dignitatem habent: quo [tropo] non temere utitur, ut sciamus, subjectionem ipsis dignitatibus habendam, etiamsi indigni sint qui eò sunt evecti ‖.) *supereminentibus* (vel, *præcellentibus*, Er. V. sic Tol. Hâc voce designat, vel, 1. potestates omnes, ut 1 Tim. 2. 2. *Pro Regibus*, *& omnibus* ἐν ὑπεροχῇ, &c [f]: vel, 2. summum Magistratum, ut apparet ex usu vocis 1 Pet. 2. 13. *sive Regi*, ὡς ὑπερέχοντι [g] & Sapient. 6. 5 [h]. & in Simplic. ad Epict. *Causæ inquit primæ*, καὶ ὑπερέχοντα, *& supremæ*. Confer Gen. 49. 3. ubi *Jus primogenituræ*, quo Rex futurus esset, vocatur *excellentia principatûs & potestatis*, i. e. excellens principatus & potestas: quod idem cum ὑπερεχούσαις ἐξουσίαις, h. l [i]. Intelligit hîc Principes Regésque & quocunque alio nomine sunt Tutores statûs publici, ut Seneca loquitur De Clementia, l. 4. quorum constitutâ potestate simul constituta potestas est eorum qui sub illis regunt populos, nimirum pro mandata ipsis parte, ut explicatur 1 Pet. 2. 13, 14 [k]. Hâc voce causa significatur subjectionis erga Magistratus, qui nimirum in superiore gradu sunt collocati [l].) *subjecta* (vel, *subordinata*, Pi.) *esto*, Pagnin. Be. Pi. Non dicit, *obediat*, *honorem exhibeat*, &c. Hæ partes quidem sunt, sed totum est *subjectio* *: id est, pareat in omnibus quæ contra Deum non sunt [m]. Est enim Niphal pro Hithpael; quod in verbo τάσσω & indè compositis, frequentissimum esse alibi ostendimus. Si Dei præcepta servantibus ob hoc ipsum malum inferatur, non resistant, sed patienter id sustineant [n]. ¶ *Non est enim potestas* (i. e. Principatus seu Magistratus [o], nè infidelium quidem & idololatrarum [p].) *nisi à Deo*] i.e. A Divina ordinatione & dispositione [q], ut scelera coerceantur, justitia colatur, &c [r]. *à Deo*, ut à primo principio & causa †, & Autore [t], non quidem per se [v], sed mediatè [x], per homines [y], quibus instinctum hunc indidit Deus ut sibi præficiant à quibus regantur [z]: non à Diabolo, vel à sola humana voluntate [a], vel à seipsis; *sed à Deo*, cujus reverentiâ necesse est eis subjici [b]. Obj. At Hos. 8. 4. dicit, *Regem sibi fecerunt*, *& non ex me* [c]. Resp. *Non ex me*, nempe quoad modum & circumstantias facti, alioqui res ipsa erat à Deo, 1 Reg. 11. 31, 35, 37. & 1 Reg. 12. 15, 24 [d]. Distinguendum est inter potestatem ipsam, & modum

[h] T. sim. Tol. E. [i] Tol. E. ex Baron. [k] E. ex Baron. [l] T. sim. E. [m] E. [n] Tol. [o] E. sim. Tol. Par. [p] Tol. [q] E. [r] Er. Be. Tol. Par. † V. [t] Er. [v] G. † Tol. [x] Par. [y] E. sim. Tol. [z] E. [a] E. sim. Tol. [b] G. [c] Par. [d] Ham. * J. Cap. ‖ Be. [f] Par. [g] Cap. Ham. [h] Cap. [i] Ham. [k] G. [l] Be. * Par. [m] G. sim. Er. Be. Tol. Par. [n] G. [o] T. sim. Tol. [p] Tol. [q] Tol. sic T. [r] T. † Tol. [t] Par. Tol. [v] Tol. [x] E. [y] E. sim. Tol. [z] E. [a] Tol. T. [b] Par. [c] Q. in Par. [d] Par. dub. p. 1341.

modum adipiscendi potestatem, & usum potestatis, &c *. Ipsa potestas à Deo est. assumptio verò hominis in potestatem, & usus potestatis, si bene & legitimis viis fiant, à Deo quoque sunt; sin malè, & mediis illicitis, ab ipso sunt homine, & à Diabolo ||. Imperia omnia post vocationem Gentium Deus regit ac mutat non communi tantùm illâ providentiâ per quam multa relinquit naturali ordine, sed sapientiâ attemperatâ subditorum utilitatibus, aut, si ità meruerint, poenis. Fecit hoc & olim Deus aliquoties, Psal. 75.6,7. Prov. 28. 2. Dan. 2. 21,37. At Christus hoc universaliter à Christianis credi, & pro certo haberi, voluit, Joh. 19. 11. Quem sequens hoc loco Paulus nullum ait imperium nunc contingere nisi Deo autoritatem ei suam dante, sicut Rex dat Præsidibus: quod ut rectiùs intelligatur, addit, *omnia imperia quæ sunt*, i. e. quamdiu manent ac durant, *à Deo constitui*, i.e. autoritatem suam accipere, non minùs quàm si Reges illi per Prophetas uncti essent, ut quidam Syriæ Reges. In Clem. Constit. habemus, Τὸν βασιλέα φοβηθήσῃ, εἰδὼς ὅτι τοῦ Κυρίου ἐστὶν ἡ χειροτονία. Iren. 5. 24. *Cujus enim jussu homines nascuntur, hujus jussu & Reges constituuntur, apti illis qui illis temporibus ab ipsis regnantur.* Tertul. in Apologet. *Nos judicium Dei suspicimus in Imperatoribus, qui gentibus illos præfecit.* Idem ad Scapulam, *Christianus nullius hostis est, nedum Imperatoris, quem sciens à Deo suo constitui, necesse est ut & ipsum diligat & revereatur & honoret & salvum velit* [f]. ¶ *Quæ*, &c. Αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι ὑπὸ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσὶ] *Et quæ sunt* (seu in orbe existunt, etiam Gentiles [s]; quæ sunt ὄντως seu legitimæ ac veræ: ut distinguantur à Potestate Latronum, Prædonum, &c. quas Sophocles vocat ἀρχὰς οὐκ οὔσας †. Plato De leg. ὄντως ἀρχὴ, *verus & legitimus principatus*. Aristoph. Pluto, ὄντως αἰτία, *vera causa*. Idem Vespis, δουλείαν ὄντως, *veram servitutem*. Idem Ranis, οὐκ ὄντα λόγον, *sermonem non verum*. Idem Nub. Θεοὺς ὄντως οὐκ ἐνόμιζες; *Non putabas deos veras esse?* Demosth. ad Epist. Philippi, *Confingens* αἰτίας οὐκ οὔσας, *causas non veras*, sive frivolas. Sic Joh 10.12. οὐκ ὢν ποιμὴν, *qui non est verus*, γνήσιος, *pastor* ||.) *potestates* (i. e. quicunque sunt homines potestate prædi͏ti [h].) *sunt à Deo ordinatæ*, Be. Pi. id est, destinatæ, sive decretæ, & constitutæ [i], per præceptum scilicet [k]: vel *ordine distributæ*, F. sic T. vel, *institutæ*, E. T. missæ à Deo, ut dicitur 1 Pet. 2. 14. tanquam vicarii ejus [l], quibus omnes obedire debent [m], nisi velint ipsi Deo, eorum Auctori, rebelles esse [n]. Repetit hic quod jam dixerat [o]; ibi autem abstractè de *Potestate* loquitur, hic concretè, de Principibus, nè quis excusaret se & diceret, se potestatem quidem ipsam venerari, sed eâ fungentes malos esse, proindeque indignos quibus obediatur. Affirmat ergò ipsos Principes à Deo cum potestate institutos esse [p]. Al. In præced. membro, potestatem, hic potestatis distributionem & εὐταξίαν, à Deo esse testatur, ut infimis etiam ordinibus parendum esse sciamus. De legitimis autem potestatibus hic loquitur [q]. Al. Explicat, quomodo dixerit, omnes potestates à Deo esse [r], non certè, ut pestes, morbos, bella †, ad castiganda hominum peccata; sed ut salutarem ordinem, qui Dei vices in personam sustinent, &c [t]. Vox, *ordinatæ*, non tantùm significat Divinam providentiam, nec dispositionem & ordinem; sed præterea præceptum & firmitatem, alioqui non rectè concluderet, ei non resistendum [v].

2. *Itaque* (Concludit ex præc. Quia potestates sunt à Deo, & ab ipso ordinatæ [x].) *qui resistit*, &c. Ὁ ἀντιτασσόμενος, &c.] *Quisque obsistit*, &c. Be. vel, *se opponit*, &c. P. Pi. G. Ham. per vim scilicet [y], sicut Deus impiis se opponit, Prov. 3. 34. Jac. 4. 6. 1 Pet. 5. 5. Syrus hic posuit, *qui contra insurgit*, non malè. Respicit enim Apostolus factum Judæ Gaulonitæ & sectatorum ejus quorum exempla brevi contra expressum Christi interdictum secuturi erant Judæorum multi non minus infeliciter quàm in Romano Imperio Galba, Otho, Vitellius. Et nota edictum hic dici, *Ne quis Regibus vim opponat.* Ἀντιτασσόμενος passivum sono, sensu reciprocum [z]. Est verbum militare, quo summa vis declaratur militum ex adverso depugnantium [a]; propriè est, *contraordinatus*: rebelles enim contra ordinem Divinum se quasi ordinant, & bellum cum Deo suscipiunt [b]. *Qui resistit*, i. e. se subdere renuit [c], qui recusat obedire [d] legi sive edicto quod à potestate procedit, modò lex justa sit *, nec contraria mandatis Dei: tunc enim *obediendum Deo potius quàm hominibus*, Act. 5. 29 [f]. Confer Matt. 22. 21 [g]. quia potestas ipsa est à Deo. Ut si aliud jubet Proconsul, aliud Imperator, obediendum est Imperatori, nec id est potestatem contemnere; sic si aliud Imperator, aliud Deus, jubeat, hoc faciendum est, non illud [h]. ¶ *Dei*, &c. Τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν] *Dei ordinationi* (vel, *institutioni*, Ca. vel, *mandato*, Sy. sic Æth. vel, *adversùs constitutionem*, Tre. Διάταγη hic est quod Esd. 7. 10. Heb. 11. 23. διάταγμα & διάταξις, Psal. 119. 9. quomodo & Romani Imperatores constitutiones suas Græcè appellabant [i].) *resistit*, Er. P. Mo. &c. vel, *obsistit*, Be. *insurgit*, Tre. Sicut miles qui locum sibi à Duce destinatum non tenet, Duci resistit, ipsiusque ordinationi adversatur. Qui potestatibus obedientiam negat, peccat quoque in Deum ejusque præceptum [k]. ¶ *Ipsi sibi* &c. Ἑαυτοῖς κρίμα λήψονται] *Ipsi sibi damnationem*, sive *condemnationem*, (vel, *pœnam*, Pi. Sic Matth. 23. 14. Solent enim verba de rebus bonis ad malas transferri, ut 1 Cor. 11. 24 [l]. *Judicium* pro pœna, per Meton. sic κρίνεσθαι, *puniri*, 1 Cor. 11. 31,32 [m]. Vel, *judicium*, Er.) *ferent*, P. vel, *accipient*, Val. Er. V. vel, *auferent*, Be. Pi. Non minùs quàm apud Judæos qui Synedrio se opponebant, Deut. 17. 12. aut Regi, 1 Reg. 2. 43. aut parenti, Deut. 21. 18. Qui id facit, dicitur סורר ומורה, ἀπειθὴς καὶ ἐρεθιστὴς, quod idem valet quantum ἀντιτασσόμενος [n]. Κρίμα hìc pœnam designat, vel, 1. à Magistratu [o]; qui gladio contumaces coercere debet ac potest [p]. Cui sensui favent verba sequentia [q]. Vel, 2. à Deo [r] si cesset Magistratus, ut patet in historiis Core, Dathan, Absalom, &c [s]. damnationem à Deo æternam [t]. Κρίμα usurpatur de judicio, vel, 1. humano, ut Luc. 23. 40. 1 Cor. 6. 7; vel, 2. Divino & æterno, ut Luc. 20. 47, Act. 24. 25. Rom. 2. 2. Heb. 6. 2. 2 Pet. 2. 3. Sic & 1 Cor. 11. 29. & 1 Pet 4. 17 [v]. [De quibus plura vide in Ham.]

3. *Nam principes* (ut tales, i.e. in quantum Principes sunt, & ab ordine suæ potestatis à Deo acceptæ non recedunt [x].) *non sunt timori*, &c. Οὐκ εἰσὶ φόβος, &c.] *Non sunt terrori* (i. e. formidandi [y]: i. e. non ad hoc constituti sunt, ut timorem incutiant [z].) *bonis* (vel, pro *bonis*, P.) *operibus*, *sed malis*, Be. Pi. i. e. iis qui bona opera perpetrant, sed mala [a]: non deterrent homines à benè agendo, &c [b]. non intentant supplicia bonis, sed malis [c]. Hoc vult, Ordinem à Deo constitutum in Rep. æquo animo esse ferendum, etsi Principes ab eo aberrent interdum. Permissâ enim semel licentiâ insurgendi in Tyrannos, nulla Respub. tuta esse potest [d]. Post argumentum ab origine, alterum addit ab usu, cujus causâ constituta sunt imperia, nempe ut improbitate repressâ tutiùs vivant boni. Hoc autem plenissimè præstant boni Reges, mali quoque aliquatenus, vel sui causâ. Et quanquam interdum aliquid vitii intervenit, nunquam tamen non satius est esse Principes quàm non esse. Nam ut rectè Tacitus, *Vitia erunt donec homines, sed neque hæc continua, & meliorum interventu pensantur. Et quomodo sterilitatem aut imbres & cætera naturæ mala, ità luxus vel avaritia dominantium toleranda.* Vide quæ de hac re fusè disseruimus, De J. B. & P. 1. 3. 4. unde & ea quæ apud Paulum sequuntur explica. Agrippa in oratione ad Judæos, quæ est apud Josephum, Belli Jud. 2. 28. ait, *nullos à Romanis Magistratibus missos ut bonis nocerent.* Cicero 2 De legibus, *Leges improbos supplicio afficiunt, & defendunt ac tuentur bonos.* In MS. legitur, τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ, ἀλλὰ τῷ κακῷ. Rectè, dum noris μετωνυμίαν esse effecti pro causa: nam *opus* ponitur pro *operante* *. ¶ *Vis* (i. e. cupis. Ἀ θέλεις, quâ quasi deliberamus cum auditore [f].) *autem non timere potestatem?*] i.e. Eos qui potestatem habent, nempe timore supplicii [g]. Ostendit idem se significare cùm dicit ἐξουσίαν, & cùm dicit ἄρχοντας [h]. ¶ *Bonum fac*] Justitiam cole, & legibus obtempera [i]. ¶ *Et habebis laudem* (malorum scil. comparatione [k]: vel, laude dignum te exhibebis [l]: accusatus in judicio absolvêris, quæ magna pars est laudis; quin & præmia feres obedientiæ [m].) *ex* (vel, *ab*, Be. Pi.) *ipsa*] Scilicet potestate [n]. Dicunt, *Bonus vir Caius Seius, tantùm quod Christianus*, ut est apud Tertul. Cùm hæc scriberet Paulus, non sæviebatur Romæ in Christianos. Etiam Judæi Romæ redierant. Philo hunc sensum sic exprimit, lib. De judice, Τιμωρίας δὲ τοῖς ἀδίκοις, ὡς ἐπὶ δικαίοις

[Marginal notes, col. 1:] * E. ex Thom. sim. Tol. || Tol. f G. s T. sim. Tol. † Sch. || Sch. ad Joh. 10. 12. h E. i Tol. sic T. Mc. k Tol. l E. m T. sim. E. n T. o Er. sim. E. p E. q Be. r Par. † Par. sic Tol. t Par. v Tol. x Idem. y G. sic Ham. z G. a Be. b Par. c Tol. d Pi sic F. * E.

[Marginal notes, col. 2:] f Pi. Tol. g Pi. h Tol. i Gi. k Tol. l G. m Pi. n G. o Par. sic T Vor E. ex Chrys. Haim. & Thom. Tol. Pi. V. p Par. sim. Tol. q E. sic Pi. r Tol. sic E. ex Chrys. &c. T. Par. Ham. † Par. t E. ex Aug. & Caj. Tol. ex Anselm. Ham. v Ham. x E. y Er. sic Cam. z Tol. a V. Pi. sim. Er. Zeg. Tol. &c. b Tol. sic Er. c Me. d Cam. * Gi. f Pi. g E. h G. i E. k Caj. In l Tol. ex Aug. m Par. n Me.

δικαίως πμᾶς, βεβαιώσῃς, (*Injustis pœna proponitur, justis verò honor & præmium* °.)

4. *Dei enim est minister* (Dei personam tanquam Legatus sustinet P, & qualis est Dominus, talis est Minister. Deus autem non punit bonos, sed laudat, &c q.) *in bonum tibi*] Vel, *tuum*, Er. i.e. vel, ut benefacias, & à malo retraharis r: vel, ut justè & tranquillè vivas, imò laudem & præmia consequaris †: ut te defendat contra injurias maleficorum t. *In bonum*, 1. naturale, ut vitam tuam defendat: 2. morale, ut te à vitiis retrahat: 3. civile, ut societatem & honestatem publicam tueatur: 4. spirituale, ut tutetur cultum Dei, &c v. Idem vult [hic Paulus] quod Seneca Epist. 73. *Errare mihi videntur qui putant Philosophiæ fideliter deditos contumaces esse ac refractarios & contemptores Magistratuum ac Regum, eorumve per quos publica administrantur. E contrario enim nulli adversùs eos gratiores sunt; nec immeritò: nullis enim plus præstant quàm quibus frui tranquillo otio licet. Itaque hi quibus ad propositum bene vivendi aditum confert securitas publica, necesse est ut autorem hujus boni ut parentem colant.* Ac sicut hac in re Magistratus multùm sapientibus prosunt, ità & sapientes, præcipuè Christiani, plurimùm Magistratibus. Nam multos corrigendo, & meliores reddendo etiam quàm leges humanæ præcipiunt, detrahunt illis magnam severitatis materiam, efficiúntque ut placidiùs imperent. Tractat hoc pulchrè Apolog. 2. Justinus & Chrysost. aliquoties. ¶ *Si — malum feceris*] Contra leges societatis civilis. ¶ *Time*] Si non aliud, formido pœnæ te absterreat. Loquitur enim homini cuivis x. ¶ *Non*, &c. Οὐ γὰρ εἰκῇ, &c.] *Non enim temere* (Spectat hoc principium y, & modum agendi z: h.e. non absque authore a, & ratione b, ut eo utatur promiscuè erga quosvis c. Vel, *frustra*, Be. Pi. Par. Vor. ut referatur ad finem agenti propositum d, de quo eum loqui ostendunt verba sequentia *: q.d. non absque causâ f, sed certo fine; quem mox exprimit g: ἡ δὲ εἰκῇ est λιτότης, pro *gravi de causâ* h. εἰκῇ pro μάτην i.) *gladium* (sub *gladio* comprehendit, & cætera puniendi instrumenta, carceres, ignes, patibula, &c k. Gladius materialis signum est potestatis occidendi, &c. quæ est in Principe l.) *gestat*, P. &c. sed ut eo utatur m, ut malos puniat n. Sub hoc fine intelligitur simul oppositus, ut eo bonos defendat o. In Thalmudicis frequens illud est de Rege Hebræo, *Rex qui portat gladium.* Id rectè aptat ad Reges omnes: par enim nunc omnium jus. Et Romani Imperatores pugionem gerebant, quod *jus vitæ necisque civium* interpretatur Tacitus, Hist. 3. Licet illis interficere quod aliis non licet. Iren. 5. 24. *Et propter hoc & ipsi Magistratus indumentum justitiæ leges habentes, quæcunque justè & legitimè fecerint, de his non interrogabuntur, neque pœnas dabunt* P. ¶ *Vindex*, &c. Ἔκδικος εἰς ὀργὴν, &c.] *Ultor* (vel, *Vindex*, Be. Mo. &c.) *ad iram*, Er. P. Pi. &c. i.e. in pœnam, ἐκδίκησιν g ad supplicium sumendum h. Vel, *ira*, Di. ex Sy. quasi εἰς vim Genitivi habeat, ut ל Heb. ut, מזמור לדוד. Magistratus sanè ultor est iræ Divinæ, dum ulciscendo scelera exsequitur iram Dei. Arabs. *in ira*, εἰς pro ἐν, ut sæpe i. *Iram* pro pœna ponit Philo k. [Vide G.]

5. *Ideóque*, &c. Διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι] *Quapropter necesse est* (vel, *oportet*, V. Tol. vel, *necessitate*, Vulg. tum Divinæ tum humanæ legis l, necessitate præcepti m, ob ordinationem Divinam quæ Principem constituit n, quia Princeps minister Dei est o: non est hoc liberum aut indifferens P.) *subjici*, Be. Pi. &c. i.e. obedire Magistratui q, ejúsque legibus & edictis r, scil. *usque ad aras*, non autem impia præcipienti s, ubi tamen vis ei non est intendenda †. Sophocles, Ἄρχοντές εἰσιν· ὥσθ' ὑπεικτέον· τί μή; ¶ *Non solùm propter iram*] i.e. Metu pœnæ v, quam leges minantur x, ut eam evitemus z. Vel, ob iram Dei z. ¶ *Sed etiam propter conscientiam*] Vel, 1. beneficiorum quæ à Principibus pacem tuentibus proveniunt a. Vel, 2. aliorum, nè illos tuo exemplo in inobedientiam inducas b; vel, eorum qui nondum credunt, nè si viderint nos Magistratui non obedire, dicant Christianismum tantùm valere ad seditiones excitandas c. Non placet: nihil enim hîc Paulus de scandalo agit. Vel, 3. propriam d, conscientiam culpæ sive offensionis Dei *, ut conscientiam bonam & tranquillam tueamur f; nè hæc rea fiat coram Deo g; rea scil. violatæ legis, & læsæ Majestatis, etiam Divinæ h; nè Deo ejúsque ordinationi resistamus i; vel, quia animus noster lege naturali ac Divina informatus hoc nobis dictat, Principibus obediendum esse tanquam Dei ministris ac vicariis, ac proinde nos in Deum peccare, si eis non pareamus k: vel, metu pœnæ, nè Deum offendas, qui Magistratum tibi præfecit l: vel, quia Christus id præcepit, Matth. 22.21 m. Ex hoc loco constat, leges humanas à Principibus legitimè latas obligare subditos non solùm in foro exteriori, sed etiam in foro conscientiæ, & Dei n; nec solùm obligare ad pœnam, sed etiam ad culpam o. Probatur, quia violatio legum civilium & lædit conscientiam, & culpam inducit, quæ duo supponunt obligationem conscientiæ P. [Qui plura velit de hac quæstione videat Per. & Par.]

6. *Idem*, &c. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους τελεῖτε] *Propter hoc enim* (scilicet quod præcessit q; propter alienam conscientiam r; quia legati Dei sunt †; propter iram & conscientiam t: non tantùm metu commissi, sed etiam quia Christus ità voluit, Matth. 22. 21 v.) *etiam tributa* (vel, *vectigalia*, Er. P. Ti. *argentum capitationis* Tre. ex Sy. Intelligit omnis generis pensiones & onera publica quæ imponuntur: quæ mox distinguet in φόρον & τέλος x. Φόρος est tributum extraordinarium, τέλος vectigal ordinarium y. φόρος à φέρειν, quia fertur, sive infertur, à subditis in fiscum publicum z.) *solvitis*, Be. Pi. Il. Mo. Er. P. &c. vel, *penditis*, Ca. Causa hæc est, cur ob conscientiam subdi oportet, &c. sumpta à signo, quod est pensio tributorum a, quæ est professio tum potestatis illorum b, tum vestræ subjectionis c. *Tributorum* meminit, quia horum solutione Christianos se eximere fictum erat, ut constat ex Justin. Apol. 2 d. [Vide ipsius & Tatiani verba in G.] Non dicit, *exigunt* illi, sed vos *solvitis*, docens, semper justè solvi tributa à subditis, licèt aliquando injustè exigantur à Magistratu *. Tertul. Apolog. *Cætera vectigalia gratias Christianis agent ex fide pendentibus qui alieno fraudando abstinemus* f. ¶ *Ministri*, &c. Λειτουργοὶ, &c.] Quod bis dixerat διακόνους, nunc dicit λειτουργοὺς g. Ità משרת Hebræum modò λειτουργὸς vertitur, modò διάκονος h. ¶ *In*, &c. Εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες] *In hoc ipso*, sive *ipsum*, (scilicet ministerium, sive in hanc curam, pro vobis & vestris commodis h, ut ministrent Deo modis dictis †. Relativum αὐτὸ non pertinet tantùm ad proximum, quasi in hoc tantùm intenti esse debeant, ut tributa accipiant; sed ad omnia superiora officia, ut sint terrori malis, laudi bonis, &c. Illa verò absque tributorum pensione præstare non possunt *, ut Dei jure i, & loco k, malos puniant ad innocentium tutelam l; ut à malo deterreant, & ad bonum provocent sibi subjectos m. Vel, *huic eidem negotio*, Ar. sim. Æth. *super hujusmodi rebus*, Sy.) *laborantes*, Be. vel, *assidui*, Ca. G. *incumbentes*, Er. Il. P. Pi. &c. hoc est, operam dantes & adnitentes n: *constituti*, Sy. *instantes*, Ar. *fortiter incumbentes*, Mo. *perdurantes*, *invigilantes*, *desudantes*, Par. Significat continuam, diligentem, & intensam curam Principum, &c o. molestias, sudores, & difficultates, quibus munus illud refertum est, ut justè sanè tributa illis, quasi debita merces, dependantur P. Qui homini serviunt, mercede opus habent: illi Deo serviunt in re magna utilique, etiam Ecclesiæ q.

7. *Reddite ergò omnibus* (vel, 1. omnibus proximis r: tam Principibus, quàm aliis quibuscunque, etiam privatis. Transit enim ad generalem doctrinam, &c †. Vel potiùs, 2. omnibus potestatibus, summis, mediis, imis, civilibus, œconomicis, Ecclesiasticis t, non Regibus tantùm, sed & Præsidibus, Procuratoribus, Publicanis, Ministris Regum v.) *debita* (ità Mo. Τὰς ὀφειλὰς] *Quod debetis* x, Il. P. Ca. Be. Pi. &c. Debita cujuscunque generis x: τὴν ὀφειλὴν, ut Matth. 18. 32. In Glossario, Ὀφειλὴ, *debitum* y, *Quod æquum est*, Æth. ¶ *Cui*, &c. Τῷ τὸν φόρον, τὸν φόρον· τῷ τὸ τέλος, τὸ τέλος] *Cui* (scilicet debetis z. Τῷ, id est, ᾧ, supple ὀφείλετε), ex priore. Sicut Poetæ, ità & Apostoli, sæpe articulos commutant. Itaque sicut hîc articulus præpositivus vice articuli subjunctivi, ità subjunctivus vice præpositivi, infrà 14. 2. 5 a.). Sed τῷ pro ᾧ est Ionibus peculiare b. Τὸ, subaudi ὀφειλόμενον c. Syntaxis est qualis, πεπίστευμαι τι, *concreditur mihi hoc* d: Sic in Epigram. dicitur, ὀφειλόμενος τὰς εἰκόνας, *cui debentur imagines* *.) *tributum*, *tributum* cui

cui vectigal, vectigal, Be.Pi. φόρ☉ & τέλ☉ sic differunt quomodo Latinis *tributa* & *vectigalia*. *Vectigalia* pro mercibus dantur, *tributa* pro solo aut capite [f]. Quidam φόρυς vocant εἰσφορὰς [g], id est, *collationes* [h], ut & Justin. Apol. 2. Sed satis diximus de his vocibus ad 1 Mac. 10. 33. φόρυς & εἰσφορὰς distinguit & Josephus, Bel. Jud. 2. 1. φόρ☉ respondet Hebræo מס [i]. φόρ☉ dicitur capitatio, id est, tributum quod in capita civium, aut viritim, aut pro censûs ratione, imponitur; τέλ☉, quicquid alio nomine persolvitur, ut Decimæ, Portoria, Scriptura, & quæ pro mercibus persolvuntur [k]. φόρ☉ significat tributa ex rebus immobilibus seu fundis, τέλ☉ est pensio ex rebus mobilibus seu mercibus quæ transvehuntur. Hinc ἀτέλεια, *immunitas vectigalium*: φορολογεῖν, in Polybio. Strabo l. 4. De Britan. *Necesse est*, inquit, *minui* τὰ τέλη φόρων ἐπιβαλλομένων, *vectigalia, si tributa insuper imponantur* [l]. ¶ *Cui timorem, timorem*] Non supplicii, de quo v. 4. sed reverentiæ [m], vel obedientialem †, vel timorem offensæ [n]; solicitam cautionem nè quid admittamus quod eos possit offendere [o]. *Timorem* præfectis, satellitibus, &c. tanquam justitiæ executoribus atque ministris [p]. ¶ *Cui honorem*, &c.] Nempe personæ Principis [q]. Vide 1 Pet. 2. 13. Al. honorem omnibus [r], juxta illud 1 Pet. 2. 17. *Honorate omnes*, &c †. sed maximè Principibus [s]: quibus, licèt indignis, honor debetur propter officii dignitatem [v]. Τιμῆς nomine intelligit omnia reverentiæ signa [x]. *Honor* hic in se complectitur, 1. reverentiam ejusq; declarationem per signa & officia convenientia; 2. amorem, tum ob officium, tum ob beneficia, &c; 3. obedientiam in licitis & honestis; 4. gratitudinem, quâ commoda ab eis percepta & agnoscimus, & compensare studemus, libenter solvendo tributa, operas, &c; 5. ἐπιείκειαν, sive æquitatem, quâ eorum errores patienter ferimus, prudenter tegimus, nec malitiosè exagitamus, aut injustè repellimus [y].

8. *Nemini quicquam debeatis*, Ὀφείλετε] Occasione vocis ὀφειλὰς transit à legis Politicæ parte ad eam quæ Mores instruit; ostenditque ea præcepta, sicut ante Mosem fuerant, sic & nunc manere, sed cum supplementis quæ se digna Christus adjecit [z]. Ὀφείλετε accipitur vel, 1. indicativè [a]; ut Arabs accipit, quum locum vertit, *Neque est cuiquam ante vos quicquam*, id est, nemini debetis quicquam. Sensus non est ineptus. Quatenus enim per Christum liberati à mundo, filii Dei facti sumus, & omnium jure exempti sumus, nec ulli hominum, quoad mentem, spiritualémque nostram conditionem, obnoxii. Quæ libertas, uti corporalia debita tributorum, &c. non tollit, ità ea te solvere jubet, alioqui peccati reus es, & amissâ libertate transis in aliorum jus, factúsque es, etiam quoad mentem, alteri obnoxius. Id vos non decet, inquit Paulus, qui, in Christo liberi, non debetis fieri debitores hominum, eodem sensu quo 1 Cor. 7. 23. dixit, *Nè estote servi hominum* [b]. Vel, 2. imperativè [c]. *Debete*, Er. Be. Pi. &c. *Nihil cuiquam*, (sive Magistratui, sive privato [d],) *debete*, Ca. id est, omnia quæ debetis solvite [*]; cuique quod suum est tribuite, in honoribus, prœmiis, pœnis, judiciis, contractibus. & conversatione communi [f]. Cùm de nostro in Magistratum officio dissernisset, scitè omnium forensium litium fontem aperit; nempe, quò l suum cuique nonnisi inviti & Magistratûs imperio coacti reddamus [g]. Sed si ὀφείλετε imperat. sumas, non rectè satis cohærent quæ sequuntur, *nisi ut diligatis alii alios*: illud enim ut perpetuum est debitum, sic perpetuò solvi debet [h]. Est autem [hoc] arguté dictum [i]. Cætera debita solvuntur, nec manent; Dilectionis debitum semper & solvitur & manet [k]. Alia debentur obligatione civili [l], ex legibus, &c [m]. quibus præstitis, cessat hæc obligatio [n]: alia obligatione naturali, quæ semper manet [o]. Qui quotidie tenetur alteri dare aurum, si uno die solvat, reddit debitum totum, sed secundùm tempus; remanet autem debitor. Ità sensus Pauli est, Debere nos proximum diligere, idque perfectè affectu & effectu; id tamen non semel, sed continuò & semper, & quando vel quoties oportet, ut nunquam dicat, amplius non teneor [p]. ¶ *Qui enim diligit proximum*, Τὸν ἕτερον] *Alterum*, Be. Pi. Di. id est, hominem quemvis [q], ejusdem Dei imagine ornatum, iisdem ortum primis parentibus [r], etiam inimicum †, extraneum, infidelem, ut constat ex v. seq. alioqui non peccaret in hanc legem Dilectionis qui eum occideret [t]. Heb. את רעהו, quod non tantùm per πλησίον, *proximum*, sed & per ἕτερον, *alterum*, exponunt Lxx. Vide Gen. 31. 49. Esa. 13. 8. & 34. 14, 16 [v]. ¶ *Legem implevit*] Id est, mandata ejus præstitit [x], non tamen perfectè; nec enim perfectè, sed ex parte, diligimus, &c [y]. Al. Is adjecit quod Legi Mosis deest, מלא. Nam qui Mosis tantùm præcepta exsequitur, ei adhuc aliquid deest, Matth. 19. 20 [z]. Qu. Quomodo hic totam observat Legem, quæ dilectionem postulat non modò proximi, sed & Dei [a]? Resp. 1. *Legem* hîc intelligit relatè ad homines [b], quia hîc tantùm tractat de debitis homini [c]. *Legem*, id est, alteram Legis partem. Synecd. integri [d]: non unum aliquod præceptum obiit [*], sed omnia quæ proximum spectant [f]. 2. Legem implevit, quia dilectio Dei dilectione proximi includitur, velut causa in effectu: neque enim verè diligit proximum, nisi eum in Deo & propter Deum diligat [g]. Testatur quoque Johannes, neminem posse diligere proximum, quin diligat Deum; nec Deum, quin & proximum diligat. Est ergò hæc impletio secundæ Tabulæ directè, & primæ etiam indirectè seu consequenter [h].

9. *Nam*, &c. Τὸ γὰρ, Οὐ μοιχεύσεις, &c.] *Siquidem illud*, (Ellipticum est, ut desit, *dictum*, vel *scriptum*: vel τὸ δεικτικῶς ponitur, ut solet articulus generis neutri [i].) *Non mœchaberis*, &c. Be.Pi. &c. Recitat præcepta eo ordine quo Lxx in suo Hebræo textu ea legerunt in Exodo, ut ostendimus in fusiore nostra ad Decalogum Expositione [k]. ¶ *Non concupisces*] Uxorem, aut rem proximi, &c [l]. Οὐκ ἐπιθυμήσεις, hîc valet, *Non ages ut aliena prætextu quodam favorabili ad te attrahas*. Nihil facies in fraudem Legis. Vide suprà v. 7 [m]. ¶ *Et si quid est aliud*, &c.] Cautelæ ergò additum, nè quod videretur excludere [n]. *Aliud*, nempe ejusdem naturæ, id exigens quod alter debemus alteri [o]; putà, *Honorare parentes* [p], & alia quæ sunt in Lege, sed extra Decalogum [q]. ¶ *In*, &c. Ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται] *In hoc sermone*, sive *verbo*, (id est, præcepto [r]: nam sic Hebræi דבר eximiè usurpant †: & Deus decem præcepta vocat δέκα λόγυς, *decem verba* [t]. In hoc præcepto universali [v].) *recapitulatur*, Me. T. ex Aug. Pi. Mo. vel, *completur*, Tre. ex Sy. sim. Ar. *summatim comprehenditur*, Er. P. Ca. Be. Pi. G. E. Me. T. &c. כלילה. Sic Aq. in Gen. 1. 1. בראשית vertit κεφαλαίῳ, id est, *simul*; ut exponit ad Genesin Philoponus. Sic dicunt Hebræi, *Lex tota in hoc* ἀνακεφαλαιοῦται, *Dilige Deum toto corde & totâ animâ atque substantiâ*. Et hoc præceptum Dei Amandi, & alterum, Amandi proximi, dicuntur Hebræis, ut alii notârunt, כללים גדולים, i.e. *summæ magnæ*. Græci autores ἀνακεφαλαίωσιν vocant quod Latini, *causæ conjectionem*. Augustinus, *in quibus causa summatim repetitur, quam vocant* ἀνακεφαλαίωσιν [x]. Ἀνακεφαλαιῦται, id est, tanquam ad caput revocatur [y]; vel, tanquam sub capite comprehenditur [z]; vel, in hanc summam ac compendium redigitur [a]. Hesych. reddit, ἐπαναλαμβάνει, quod est, *epilogum facere*, in epilogo totius rei summam resumere: fortassis [legendum] ἐπαναλαμβάνεται· ἐπανάληψις [inquit] ἐπίλογ☉. Indè & ἐπαναλαμβάνειν ἑαυτὸν, *instaurare seipsum, & in integrum restituere*: unde fortassis Vulgatus hîc ἀνακεφαλαιοῦται, quod idem est cum ἐπαναλαμβάνεται, vertit, *instauratur* [b]. Sumptum hoc ab epilogis rhetorum, in quibus tota causa summatim repetitur [c]. ¶ *Diliges*, &c. Ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις, &c.] *Nempe*, (vel, *In hoc*, Mo.) *Diliges*, &c. P.Be.Pi. Habetur hoc præceptum Levit. 19. & à Christo repetitur Matth. 22 [d]. In hoc præcepto, non Legis, sed Christi, Matth. 19. 19. Jubet quidem & Lex diligi *proximum*, Levit. 19. 18. sed *proximi* nomine Lex intelligebat eum qui eidem Legi subjectus esset, ut ostendimus ad Matth. 5. 43. Neque verò ea formula comprehendebat eos à quibus læsus graviter esset aliquis, quod facit Evangelica, Matth. 5. 44. *Proximus* ante Legem homo quivis, Gen. 11. 3. Sic & in Evangelio, quod non omni populo, sed omnibus datum est, Luc. 10. 33. Comprehenduntur igitur illa Legis præcepta in illo Christi præcepto, ut pars in toto, multas etiam alias partes habente [*]. ¶ *Sicut teipsum*] Id est, eo modo

Margin notes (left): f G. · g G. sic Be. · h Be. · i G. · k Be. · l Strig. · m E. Me. · † Me. sic Be. Tol. T. · n E. ex Caj. · o G. · p Par. · q Par. sim. Tol. · r E. Tol. · † Tol. · s E. · v Par. sim. E. · x G. · y Par. · z G. · a Di. Vor. Er. · b Di. · c Er. Vor. &c. · d Pi. · * Ca. sim. Tol. Par. · f Par. · g Be. · h Di. · i G. · k G. sim. Tol. Par. Er. · l Strig. Par. · m Par. · n Strig. · o Strig. Par. · p Tol. · q G. sic E. · r G.

Margin notes (right): † E. sic Be. Ham. · t E. · v Di. · x Pi. sim. Par. Tol. E. · y Par. · z G. · a E. · b E. ex Caj. · c E. ex Caj. &c. sim. Tol. · d Pi. · * Be. · f Me. sim. T. · g E. ex Thom. & Aug. · h Par. · i Camer. · k G. · l E. · m G. · n Par. · o G. · p G. sic D. · q G. · r G. Par. D. · † G. · t Par. sic D. · v D. · x G. · y Pi. sim. Strig. · z Pi. sim. Vor. · a Be. sic Tol. E. · b Di. · c Er. · d E. · * G.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

modo quo diligis teipsum; hoc est, amore amicitiæ, quod est velle illi bonum honestum, utile, delectabile, propter illum, non propter te, sicut vis tibi ipsi hæc bona propter teipsum [f].

10. *Dilectio* (id est, is qui alterum diligit [g]:) *proximi*, &c. Τῷ πλησίον, &c.] Puto veriorem esse hanc quorundam Codicum lectionem, quam sequuntur veteres Interpretes Græci [h]. *Proximum non afficit malo*, P. Be. Pi. sim. E. Me. nec patitur ei malum inferri [i]. *Alteri nihil facit mali*, G. ergò nec matrimonium ejus, nec vitam, violabit, nec res surripiet [k]. Minus dicit Apostolus, plus significat [l]: non machinatur malum: ergò per omnia præcepta ei præstat bonum: nam omissio alicujus boni esset mala [m]. Eodem præcepto & malum proximo non inferre, & quodcunque bonum illi facere, jubemur [n]. [Sensus, q. d.] Neminem lædit, prodest omnibus quibus potest [o]. Confirmat quod dixerat, *totius Legis esse compendium in charitate* [p], quia qui mandat proximum diligere, summatim nullum malum proximo inferre jubet [q]. ¶ *Plenitudo*, &c. Πλήρωμα, &c.] *Itaque charitas Legis completio*, Be. sic Æth. Pi. Tre. ex Sy. Il. vel, *perfectio*, Ar. *consummatio*, Er. P. Ti. V. *complementum*, Tol. E. totalis observatio [r]. Plus enim continet quàm Lex. Est everriculum omnis injuriæ †. Dilectio ità nos disponit, ut Legem adimpleamus, nemini noceamus, sed omnibus benefaciamus [t]. Lex impleri dicitur bifariàm; 1. quando singula præcepta implentur in particulari, &c. 2. quando id fit à quo tota Lex dependet, vel in quod tota Lex ordinatur, vel quo tota Lex perficitur: & sic qui diligit, totam Legem implevit; tum quia dilectio est principium, causa & radix cæterorum omnium quæ mandantur, ex quo fiet ut non occidat, furetur, &c. & ut bona faciat, &c. tum quia dilectio est finis & scopus omnium mandatorum Legis, juxta 1 Tim. 1. 5. vetamur enim occidere, &c. ut dilectio mutua conservetur: tum quia ipsa modum exhibet quo cætera mandata perfectè fiant, nempe ex dilectione, &c. Porrò, hanc veritatem perceperunt & Ethnici. Si homines, (inquiunt Aristot. Eth. 8. 1. & Tullius De amic.) amici essent, vel se mutuò amarent, non indigerent lege, nec coactione justitiæ, sed ipsimet observationem omnem præstarent, &c [v].

11. *Et*, &c. Καὶ τοῦτο, εἰδότες τὸν καιρὸν] *Et hoc*, (scilicet quod jam dixi [x], de mutua dilectione exercenda [y], præstemus [z]; vel, eò studiosiùs faciamus. Loquutio ἐλλειπτική [a]. Cohæret hoc cum v. 8 [b]. Al. καὶ τοῦτο per Ellipsin ponitur pro διὰ τοῦτο [c], vel pro ἔτι καὶ τοῦτο [d], nisi velimus sequens nomen, τὸν καιρὸν, exegeticum esse hujus pronominis*. Al. *Idque*, P. Il. Be. Pi. Adduntur hæ particulæ, orationis amplificandæ causâ [f]. Al. Καὶ τοῦτο absolutè sumi potest, pro *ideòque, quocirca*; quo sensu plurale ταῦτα, ταῦτα τοι, ταῦτα δὴ, καὶ ταῦτα, sæpe sumi, apud Budæum videre est [g]. Al. *Præsertim*, Er. Ti. Ca. G. Id valet καὶ τοῦτο, & refertur ad id quod longè præcesserat, [v. 8.] *Dilectionis nos semper esse debitores* [h].) *scientes* (vel, *cùm sciamus*, Er. Ti. Ca. Tol. V. vel, *considerantes*, G. quum intelligamus [i]:) *tempus*, Mo. Er. &c. quale jam sit tempus [k], vel rationem seu conditionem temporis; quos scilicet mores hoc tempus à vobis postulet [l]. Vel, *occasionem*, sive *opportunitatem*, Tol. Er. *perspectâ opportunitate*, P. Il. Be. Pi. nempe quam Christi adventus & Evangelium nobis attulit [m], ad proximum diligendum, ad obediendum Magistratibus, & ad totam Legem complendam [n]. Significat, quæ præcepit nunc præcipuè præstanda esse in Lege Evangelica, quæ plus aliquid exigit supra Mosis Naturæque Legem [o]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ὥρα ἡμᾶς, &c.] *Quòd* (sub. *scilicet*, P. sic Be. Pi.) *tempestivum* (vel, *tempus*, Be. vel, *hora*, Mo. Vulg. q. d. tempus quàm opportunum, idémque breve, ut proinde quod agendum est jam non ultrà differri debeat [p]. *Hora* diei, sive lucis [q].) *sit nos jam à somno expergisci*, Er. Ti. &c. malim, *surrexisse*, vel *experrectos esse*, servatâ vi Aoristi, ἐγερθῆναι [r]. Metaphora sumpta à tempore noctis & diei; nox est tempus somni, dies verò vigiliæ †. *Somnum* hîc intelligit negligentiæ [t], securitatis [v], ignorantiæ [x], & peccatorum [y]. Metaphora, ut Eph. 5. 12. 1 Thes. 5. 6, 7 [z]. Similitudinem sumit à re bellica, ut sæpe, ut 2 Cor. 10. 4. 1 Tim. 1. 18. 2 Tim. 2. 3. Eph. 6. 17. 1 Thes. 5. 8. Cicero pro L. Muræna de duce, *illum buccinarum cantus exsuscitat*. Horatius, *Nec excitatur classico miles truci* [a]. ¶ *Nunc enim propior*, &c. Ἐγγύτερον ἡμῶν, &c.] *Propiùs nos est* (vel, *adest nobis*, Er. vel, *est nostra*, Pi. sic Vulg. Tol. Sed ἡμῶν non pertinet ad σωτηρίαν, sed ad ἐγγύτερον [b]: nobis vicinior est [c], quia præsens & ad manum [d].) *salus* (id est, vel Christus, vel salus ipsa, quam nobis contulit, quæ est remissio peccatorum, & reliqua bona spiritualia*; salus futuræ gloriæ [f]; Christus exhibitus, & Evangelii prædicatio inter Gentes [g]. Loquitur tanquam de obsessis, qui magno animo per medios hostes debent evadere [h]. Al. *Salus* hîc dicitur liberatio Judæorum credentium, aliorúmque Christianorum, à persecutionibus, quas primo illo seculo perpessi sunt; quæ facta est, partim per excidium Judæorum, partim per Christianorum discessum è Judæa ante obsidionem Hierosf. partim per Halcyonia tempora sub Vespasiano, &c. Hujus appropinquatio ubique proponitur in solatium Christianorum, ut 1 Pet. 1. 5. & 2 Pet. 3. 15*.) *quàm quum credidimus*, P. Be. Er. &c. id est, vel, 1. credere incæpimus [i]: verba enim talia interdum initium, interdum progressum, interdum exitum, significant. Sic Exod. 4. 10. *Ex quo locutus es*, &c. Græcè, ἀφ' ἧς ἤρξω λαλεῖν [k]. Sic Neh. 8. 3. אור dicitur pro *initio lucis* [l]. Majori ergò nunc opus est fervore & vigilantiâ [m]. Confert hîc incrementa cum initiis fidei [n]. Hoc dicit, quòd in fidei primordiis ferventiores fuissent, & postea refrixissent; monétque ut pristinum fervorem resuscitent, &c [o]. Metaphora ab iis qui in stadio currunt [p]. Propiùs accedit metam cursor, quum diu cucurrit, quàm quum cursum inchoat [q]: & cursor prope metam incitatiùs currit, nè ab aliis prævertatur [r]. Vide 1 Cor. 9. 24 †. Vel, 2. quando tantùm credebamus [t], id est, ante Christi adventum [v], cùm salus fide & spe solâ, non reipsâ, tenebatur [x], & velut eminùs à fidelibus spectabatur. Vide 1 Pet. 1. 11 [y]. Et quamvis tunc hâc fide & spe futurorum peccatores justificarentur, nunc tamen salus faciliùs & copiosiùs acquiritur, ipso Christo jam præsente, & salutis remediis efficacissimis adhibitis [z]. Salus propiùs *adest nobis*, propter Christum scilicet nobis revelatum, quàm tum *cùm* illam *credidimus* nobis adesse propter opera Legis quæ faciebamus [a].

12. *Nox*, &c. Ἡ νὺξ προέκοψεν] *Nox* (id est, tempus Legis Mosaicæ [b], sive ante adventum Christi [c]. Cui obstat quòd Paulus nunquam fidem huic statui adscribit [d]. Al. Tempus persecutionis à Judæis*. Al. Nox hujus seculi, plena tenebris errorum & peccatorum [f]: tempus infidelitatis [g], & ignorationis Dei [h]: magna rerum bonarum ignorantia [i]: status cæcitatis ante conversionem [k].) *præcessit*, Vulg. Tol. ex Aug. & Greg. vel, *præteriit*, P. Æth. Pi. Sy. Tol. ex Hi. *transivit*, Cyp. in G. *discessit*, Ca. sic Ar. *processit*, P. Be. Æth. V. *progressa est*, Er. Il. Ti. Pi. V. *cursum suum peregit*; עבר, ut hîc Syrus [l], magna ex parte peracta est [m], ad finem properat, ac ferme jam præteriit [n]. ¶ *Dies* (id est, tempus Evangelicæ lucis [o], & cognitionis [p]. Al. Tempus & status illuminationis atque conversionis [q]. Al. Tempus excidii Judæorum, dictum, ἐγγίζουσα ἡμέρα, Heb. 10. 25 [r]. Al. Tempus resurrectionis futuræ †, tempus exspectatæ salutis & gloriæ [t]. Sed sic frustrà eos hortaretur, *ut honestè se gerant, ut in die*, hoc est, post mortem [v].) *autem appropinquavit*] Ità Di. ex Sy. & Ar. V. vel, *propinquat*, Be. Pi. sic Er. vel, *instat*, Er. V. paulatim illucescente Evangelio [x], jam adest [y], affulsit [z]: Sic Lam. 4. quod priùs dictum fuerat, קרב, ἤγγικε, exponitur per בא, ἥκει. Par sensus 1 Thes. 5. 4, 5, 6 [a]. Al. Propè accessit [b]: sed nondum plenè illuxit, quia multum ignorantiæ, &c. manet adhuc in renatis [c]. ¶ *Abjiciamus* (verbum emphaticum, q. d. Ea procul à nobis repellamus, cum horrore & odio, nec unquam recipiamus [d]: trudamus à nobis, ut manè surgentes stragula abjiciunt*.) *ergò opera tenebrarum*] Quæ qualia sunt explicat v. seq [f]. id est, peccata [g], quæ fugiunt lucem [h], hominúmque oculos [i], & tenebras amant [k], Joh. 3. 20 [l]. & quæ ex tenebris, hoc est, cæcitate & ignorantia Dei, perveniunt [m], & ab his maximè committuntur, qui Deum & salutis mysteria ignorant [n]. ¶ *Induamur* (Metaphora continuata à manè surgentibus [o].) *arma lucis*]

lucis] Ità D. Di. &c. Τὰ φαῦλα, id est, φῶτεινά. Arma fulgentia decent milites, ut ille apud Plautum, *Curate ut splendor meo sit clypeo clarior Quàm Solis radii esse olim cùm sudum est solent.* Quæ verò sint Christianæ militiæ arma explicat Eph. 6. 13. & seq p. *Arma* vocat potiùs quàm opera aut vestes q, quia nos non solùm tegunt r, sed etiam defendunt & tutos reddunt † adversùs Satanam & carnem t. Vel, *habitu qui luci conveniat*, P. Be. Pi. vestes quarum nos non pudeat in luce. Hoc explicat verbis seq v. Intelligit piam sanctámque conversationem x, veram agnitionem & invocationem Dei y; opera bona quæ ex luce fidei & gratiæ Christi prognata z; quæ clarâ luce sine pudore exhiberi & exerceri possunt ||; quæ lucem & conspectum Dei & hominum amant *. Heb. כלי אור, *vasa lucis.* כלי signif. & *arma*, ut Jer. 21. 4. Ezec. 32. 27. & *vestes*, ut Deut. 22. 5 z. Agnosco, an verò ὅπλον simplicem etiam habitum denotet, nondum nobis constat. Hesychius vertit, ἔνδυμα πολεμικόν, *indumentum bellicum* a. Verba seq. ostendunt metaphoram non ab armis sumi, sed ab habitu & cultu corporis, de quo non noctu, sed interdiu, homines sunt soliciti. Latè autem patet appellatio τῶν ὅπλων, adeò ut apud Homerum τὸ ὁπλίζεσθαι accipiatur pro εὐτρεπίζεσθαι, *instrui & ornari* b. Rectè, & vel eo nomine malim hìc *arma lucis* reddere. Hinc enim & זין, quod Chald. & Syr. est, *armare*, Arabibus est, *ornare*: qui ergò *arma lucis* dicit, simul etiam ornamenta dicit c.

13. *Sicut in die*, (vel, *interdiu*, Be. Pi. i. e. ut nunc facere decet cùm dies est d: vel, quia dies jam affulget, quæ luce suâ omnia detegit *: vel, ut homines bene morati de die præsertim facere solent f. Qui de die procedunt, eunt composito gradu g, vestibus honestioribus induti h. Ovidius, *Nox & amor vinúmque nihil moderabile suadent*, Tacitus Hist. 4. *Omnem pudorem nox ademerat.* Ità nos decet lucis tantæ compotes omnia agere quàm honestissimè i.) *honestè*; ità Ca. Pi. Εὐσχημόνως] *Decenter*, Mo. Be. Cypr. in Er. *Compositè*, Er. Il. Ti. P. Pi. Me. *Modestè*, Tre. ex Sy. Er. V. Me. *Decenter compositi*, Ar. Prout convenit & decorum est. Non dicit εὐσεβῶς, sed εὐσχημόνως, ut eam nobis honestatem commendet, quam omnes, non omnino bruti, homines observant; q. d. Fideles vel maximè decet abhorrere à vitiis quæ ipsa honestas, etiam in non renatis, aversatur k. ¶ *Ambulemus*] i. e. Conversemur l. *Ambulandi* verbum opponitur ocio ac ignaviæ, & significat studia & negotia vitæ, quibus diem transigi vult m. ¶ *Non*, &c. Μὴ κώμοις] *Non in comessationibus*, P. Be. Pi. Κῶμοι sunt vel, 1. convivia n, seu potiùs symposia, repotia, epulæ, non necessitatis o, aut honestatis, sed tantùm voluptatis aut gulæ, causâ p; convivia sodalium ad voluptates & ludos instituta: unde Comœdia dicta est Plut. Antonio, νύκτωρ δὲ κώμους καὶ διαίτα q. compotationes crapulosæ & luxuriosæ r. Vel, 2. nocturnæ amationes, unde κωμάζειν. Vide Idyllium Theocriti Κωμαστήν, & Sap. 14. 23. 2 Macc. 6. 4 †. Nocturnæ cantiones cum ebrietate & contumelia, h. e. impudicitia t. Κῶμος Deus erat temulentiæ: κῶμοι dicuntur & convivia procacia & juvenilia, & cantiones ac saltationes lascivæ: & κωμάζειν dicuntur qui coronati ac bene poti in alienum convivium irruebant, non sine tibicine; ut fecit Alcibiades apud Platonem, & morem fuisse apud Græcos declarat Athenæus v. ¶ *Et ebrietatibus*] Nam & potari solet de nocte, 1 Thes. 5. 7 x. ¶ *Non*, &c. Μὴ κοίταις] *Non concubitibus*, Ca. *Non cubilibus*, Er. P. Mo. Be. Pi. &c. i. e. fornicationibus y, vel adulteriis z, quæ fiunt in cubilibus a. Κοίτη est, congressus viri cum muliere, ut diximus Rom. 9. 10. Dixit autem pluraliter κοίταις, ut exprimeret concubitus vagos, ex quibus quæ & quòt sequantur mala facundè hìc edisserit suo more Chrysostomus b. *Non cupiditatibus muliebribus*, Ar. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀσελγείαις] Pleniorem & atrociorem petulantiam significat, in quam homo facilè ex simplici fornicatione incidit c. *Et protervitis*, Er. P. Pi. &c. vel, *lasciviis*, Mo. Ti. Be. Me. vel, *libidinibus*, Me. Par. in ganeis & lustris Ethnicorum exerceri consuetis d. Est ἀσέλγεια vox Græca satis latè patens, & omnia comprehendens quæ lascivè libidinoséque fiunt, sed hìc ea intelligi putem quæ fiunt contra sexum leges. Nam & Æschines contra Timocratem hoc sensu utitur. In Glossario, Ἀσέλγεια, *impudicitia*. Seneca de talibus, De Natura, 1. 16. *Quibus abscondendis nulla satis atra nox est* *. *Selge* oppidum à Lacedæmoniis conditum, in quo erant homines temperantes: hinc ἀσέλγεια vitium oppositum temperantiæ, Strabo & Suidas f. Κοίταις καὶ ἀσελγείαις, Sy. & Ar. acceperunt pro, κοίταις ἀσελγέσι g. Vel, *in cubili immundo*, Tre. ex Sy. ¶ *Non in*, &c. Μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ] *Non lite*, vel *contentione & æmulatione*, Vulg. vel, *invidiâ*, P. Be. Pi. Contentio est concertatio pro gloria & honoribus adipiscendis, cui semper conjuncta est æmulatio, h. e. invidentia boni alieni h. Μετωνυμικῶς per ἔριν hìc intelligit Convicia; per ζῆλον, i. e. *iram*, Pugnas. Sic τὸ εἰς θάνατον ἀγωνίᾳ ζῆλον dixit Clemens in Epistola ad Corinthios. Utrumque consequi solet tum vinolentiam, tum Scortationem: de quo vide Epicharmum, & Eubulum, & Mnesitheum i, [eorúmque verba in G.]

14. *Sed*, &c. Ἀλλ' ἐνδύσασθε, &c.] *Sed induimini* (vel, *induite*, V. *induite vos*, subaudi κατὰ k,) *Dominum*, &c. Vulg. vel, *Domino*, Be. Pi. &c. Persistit Paulus in metaphora. Et Heb. לבש usurpatur de re quavis cujus accessione vel ornamur, vel dedecoramur, ut cùm dicitur aliquis *indui decore, justitiâ, confusione*, &c. Peculiaris est h. l. energia phraseos, quòd in possessionem Christi mittamur, ità ut ille sit in nobis & nos in illo, Gal. 3. 27. Hìc autem fructus sanctificationis significat à Christi Spiritu ortos, quibus nos ornari vult, ut explicatur Colos. 3. 10, 12, &c l. Ait Chrysost. etiam suo tempore loquendi genus frequens fuisse, ὁ δεῖνα τὸν δεῖνα ἐνεδύσατο, ad significandam intimam quandam conjunctionem. Sic *Christum induistis*, Gal. 3. 27. Sic & *vetus homo indui* dicitur, Eph. 4. 24. Col. 3. 10. & *misericordia*, Colos. 3. 12. *Christum inducere* est, qualitates ejus imbibere m, ei similes effici, virtutes ejus imitari n, Christum exprimere & interiùs, & exteriùs, sive coram hominibus; ut vestimenta sunt & interna & externa o; ità mores componere, ut Christi Spiritus & gratia in vobis eluceat p: vel, Christum sibi assumere & applicare, eique arctè conjunctum esse, séque ei conformare, &c q: vel, virtutibus Christianis undique circumfusum esse & abundare, totúmque se cooperire: ut *flagitiis coopertum* dicunt Latini qui totus flagitiosus est r. Dicitur & *homo indui veste*, & *vestis ab homine*: sic *homo induit spiritum*, & *spiritus hominem*, Jud. 6. 34 †. Vestimur à Christo, 1. ipsius merito & obedientiâ; 2. præsentiâ Divinitatis, quæ in nobis est efficax t. Christus induitur, 1. à Deo vel imputatus, ad justificationem; vel impertitus, ad sanctificationem: 2. vel merâ professione, vel verâ participatione; cujus duo gradus sunt, conversio interna, & conversatio externa v. ¶ *Et*, &c. Καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας] *Et carnis* (id est, corporis x) *curam* (vel, *providentiam*, Er. ex Orig. & Aug. vel, *provisionem*, sive *prospectum*, Val.) *ne feceritis* (vel, *agatis*, Er. Ti. *habete*, P. Be. Pi. sic Tre. vel, *gerite*, Ca. G. Πρόνοιαν ποιεῖν idem quod προνοεῖν, Rom. 12. 17. 1 Tim. 5. 8. שכל y.) *in desideriis*, Vulg. Mo. vel, *ad cupiditates*, vel *concupiscentias*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Tre. ex Sy. V. sub. *explendas*, P. Be. Pi. Il. vel, *cupiditatibus indulgendo*, Ca. Non prohibet simpliciter curam corporis, cùm dicat, *neminem odio habere carnem suam*, Eph. 5. 29 z. & eum *qui suis non providet* damnat, 1 Tim. 5. 8 a. Quia hoc generaliter dictum, *curam carnis ne gerite*, malè poterat accipi, quasi nec valetudo curanda esset, addidit, *ad cupidines*, explendas scilicet & indistinctè; ut Epicurus dixit, οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔχω τί νοήσω τ' ἀγαθὸν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονὰς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀφροδισίων καὶ τὰς δι' ἀκροαμάτων καὶ τὰς διὰ μορφῆς b. [Sensus, q. d.] Corporis quidem curam agite c, juxta rationis moderamen, non juxta cupiditates illius d; ad necessitatem, non ad voluptatem *; non ità ut ejus concupiscentiis pareatis f.

CAP. XIV.

Ex illo Dilectionis, de quo agere cœperat, præcepto egregia Paulus consectaria deducit illis temporibus ac locis perquam necessaria. Judæi multi ad Christum conversi omni modo servare volebant, & aliis servanda imponere, præcepta Mosis, etiam Ritualia, Act. 15. Hi vocatos ex Gentibus ista præcepta

non servantes aversabantur. Contrà, vocati è Gentibus, conscii datæ per Christum libertatis, Judæos, Judaicè viventes, à sua communione volebant excludere, Rom. 11. 18, 21, unde secuturum erat schisma, & mirè in ipsis initiis obstiturum Evangelii processibus. Huic malo ut occurrat Paulus, mediam institit viam, & Judæos, qui in Christum crediderant, monet ità suam sequantur opinionem ut à damnandis crimine impietatis qui aliter sentiebant abstineant: ex Gentibus verò vocatos, nè illorum, quamvis Judaicè viventium, communionem defugiant, & ut imperitos spernant. Multùm Apostolos exercuere duo ista hominum genera, quorum dum nunc his, nunc illis, se accommodant pro temporum ac locorum ratione, utrosque verò ad mediocritatem reducunt, cognitam faciunt suam & prudentiam & bonitatem. Temperamentum hoc Apostolicum exprimit Justinus in Colloq. cum Tryph.[a]. [verbis à G. productis.] Doctrina hujus capitis propriè & peculiariter pertinet ad Judæos, qui discrimen ciborum & dierum lege præscriptum observabant, quos monet Paulus non scandalizandos, &c. non ad Gentiles, quibus non licebat observare legalia, ut constat ex Epist. ad Galatas[b]. Componit Paulus contentiones quasdam ortas inter conversos ex Gentibus, & eos qui erant à Judæis, circa delectum ciborum: Judæi à cibis & Lege Mosis vetitis, & idolo immolatis (nam de utrisque agi puto cum Clem. Aug. Basil. &c.) abstinendum judicabant, Gentiles verò se ab hoc jugo liberos credebant, &c[c].

[a] G.
[b] E.
[c] Tol.

1. *Infirmum*, &c. Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει] *Eum verò qui fide infirmus est*, Be. Pi. &c. Qui Christianismum quidem amplexus est, sed non omnia à Christo aut Sp. ejus revelata pernoscit; præcipuè verò mysterium illud quod cap. 7. aperire cœpit Paulus. Tales fuisse in Palæstina Nazaræos notat Epiphan. Sic Horat. *Sum paulò infirmior*, i. e. scrupulosior. Cyril. vocem hanc bene explicat, Contra Julian. 7. Ἐσθίομεν, &c. (*Cibos omnes promiscuè edimus —: at si quis adsit fide infirmus — eum, ut pædagogi pueros, paulatim adducimus ad perfectam rei cognitionem*[d].) Constantinus Imp. apud Euseb. ἀσθενέσι δεῖ συγχωρεῖν (*cedere*) λόγῳ συγγνώμης[d]. *Fides* hìc significat, vel, 1. doctrinam Christianam, sive cognitionem beneficii Christi*; vel, 2. persuasionem de usu rerum indifferentium[f], ex collat. v. seq. ut sit synec. generis[g]. *Infirmus*, i. e. rudis[h], nondum satis instructus[i]; qui proinde discrimen ciborum & dierum nondum intelligit fuisse sublatum[k]. ¶ *Assumite*; ità Er. Il. Ti. P. Be. Mo. Pi. Προσλαμβάνεσθε] *Porrigite manum*, Tre. ex Sy. *Sublevate*, Camer. Æth. *Suscipite*, Camer. *Adjuvate*, Val. Zeg. *Opitulemini*, Ca. Sed id est ἀντιλαμβάνεσθαι, Act. 20. 35. Vide Luc. 1. 54[l]. *Tolerate*, Vor. donec proficiat ad meliora. Firmos alloquitur[m]. *Fovete*, Me. Nè spernite[n], aut consortium ejus fugite[o], sed vobis adjungite[p], & quidem ultro adsciscite[q]; recipite in vestrum contubernium[r]; amanter & placidè instituite, patienter tolerate, prudenter corrigite & sanate; curate ut amicum, ut verbum sumitur v. 3. & Philem. 12. 17 †. ut firmior tandem evadat[t], & ad perfectam notitiam ducatur[v]. Nè linum fumigans exstinguite[x]. *Assumite* ad vestra colloquia & sermones de doctrina Christiana[y]. *Sociate Ecclesiæ*: sicut qui hospitio aliquem excipiunt dicuntur eum προσλαμβάνειν, Act. 18. 26. & 28. 2. Ecclesia enim domui comparatur, Rom. 11. 25. Sumitur hæc admonitio ex iis quæ de Christo dicta, Matth. cap. 12. v. 20[z]. ¶ *Non*, &c. Μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν] Ellipsis hìc est[a], quâ verbum πίπτειν, aut simile, subintelligatur. Non enim hìc limitatio est, ut quibusdam videtur, sed aperta antithesis[b]. *Non* (sub. *tamen*, P. Be. Pi. & sub. *assumite*, vel potiùs, *provocate*, E. vel sub. *conjicite*, sive *præcipitate*, Par. ex Camer. vel, videte nè deferamini, Camer.) *in disceptationibus* (vel, *in dijudicationibus*, Zeg. ut sit εἰς pro ἐν, ut sæpe[c]: vel, *ad dijudicationes*, Er. Il. Ti. Pi. Di. vel, *ad disceptationes*, Camer. vel, *ad ambiguitates*, Be. *ad disputationes*, V. *ad altercationes*, sive *certamina*, P. Be. E.) *disputationum*, Mo. Be. P. vel, *disceptationum*, E. Il. Ti. vel, *concertationum*, Pi. vel, *cogitationum*, Vulg. Di. [Variè explicant:] Non disceptantes, vel non dijudicantes, cogitationes ejus. Hinc enim omne malum, quòd magistros agerent in fratrum cogitationes, dum alii alios gratiâ Christi indignos habebant[d]. *Non sumentes vobis dijudicandas ipsorum cogitationes*, nempe an legalia ut necessaria usurpent, an ut utilia*; vel, *ratiocinationes*, sive determinationes judicii practici, quibus praxin suam dirigent circa ea quæ licita, vel illicita sunt[f]. Διακρίνειν, *dijudicare*, Exod. 18. 16. Levit. c. 24. v. 12. 2 Sam. 19. 9. Job. 9. 14. & 15. 5. Mat. 16. 3. 1 Cor. c. 6. v. 5. διαλογισμοὶ, *cogitationes*, Matth. 15. 19. Marc. 7. 21. Luc. 2. 35. & 5. 22. & 6. 8. & 9. 46, &c[g]. Al. *Ut non disceptetis de dubitationibus animi illius*, i. e. nè adversando perturbetis aut labefactetis conscientiam. Nam διακρίνεσθαι certè *disceptare* & *altercari*, atque etiam *dijudicare*, significat Paulo. Et διαλογισμοὶ sunt *incertæ ac ancipites cogitationes*, quæ adversantur fidei: hujus enim certa est persuasio[h]. Non ut (sub prætextu doctrinæ Evangelicæ[i]) cum ipsis contendatis aut disputetis[k], utri bene vel malè sentiant aut agant[l], vel de adiaphoris, ex collat. v. seq[m]. sive de usu libertatis, quam nondum possunt intelligere[n]; & ut vestras partes defendatis contentiosè[o], quod plus anxietatis & hæsitationis rudibus animis parit quàm utilitatis[p]: non ut variis & perplexis disputationibus discedat incertior quàm venerit, aut perturbatâ conscientiâ resiliat[q]. Non vetat infirmos erudiri, sed nè id fiat contentionibus, aut quando capaces non sunt, sed opportunè & cum charitate[r], nè importunis disceptationibus inquietati, fortè offensi resiliant ab incepto †. Hic versus est quasi compendium totius capitis[t].

[d] G.
* Be.
[f] Pi. sim. Fr. Ham.
[g] Pi.
[h] Be.
[i] Me. sim Tol. T.
[k] Pe sim. Tol. E.
[l] Be.
[m] Er.
[n] Zeg.
[o] Be. sim. Tol. Zeg.
[p] Zeg. Be. Er.
[q] Pe. sim. Tol.
[r] Er. V.
† Par.
[t] Zeg.
[v] Tol.
[x] Er.
[y] P.
[z] G.
[a] Vor. sic Camer.
[b] Vor.
[c] Di.
[d] Idem.
* G.
[f] Ham.
[g] G.
[h] Camer.
[i] E.
[k] Me. sic Tol. E. T. V.
[l] T. sic Tol. Me.
[m] Pi.
[n] V.
[o] Me. ex Tol.
[p] V.
[q] Be.
[r] Tol.
† E.
[t] Ham.

2. *Alius*, &c. Ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα] *Hic* (vel, *Alius*, Er. P. Be. Ca. Pi. &c. vel, *Qui*, Calv. Est enim articulus postpositivus sive relativus, ideóque impropriè redditur *alius*[v]. Sed non inusitatum est ὃς μὲν distributivè sumi pro ὁ μὲν. Vide Matth. 13. 8. 1 Cor. 7. 7. & 11. 21. 2 Cor. 2. 16[x]. Judæ, v. 16.) *quidem credit* (i. e. putat[y]; vel, novit ex fide, sive persuasus est, ut explicatur infrà v. 14[z]. Mihi quidem πιστεύει Hebraismum habere videtur, ut in antecedenti intelligatur consequens: ut sensus sit, πιστεύει φαγεῖν, i. e. vel, πιστεύων τολμᾷ φαγεῖν, *per fidem audet edere*; parit enim fides audaciam sive confidentiam: vel, quod simplicius, πίστιν ἔχει φαγεῖν, *fidem habet edendi*. Heb. מאמין אכול, qualis phrasis occurrit Jud. 11. 20. לא האמין — עבור, *non credidit Israelem transire*, i. e. tantam fiduciam non habuit, ut Israelitæ transirent; vel, non tutum esse credidit, Israelem transire. In Arabismo אמן in Kal sign. *tutum, securum esse*, in Hiphil, *securum facere*, *tutum ac securum credere*, indéque simpliciter, *credere*. Hinc sensus esset, *tutum ac securum habet edere*[a].) *manducare* (vel, *se manducare*, Vulg. vel, *vescendum esse*, Er. Il. Ti. P. vel, *vesci licere*, Pi. V. sim. Be. Ca. G. Tol. E. Me. T. Similis locutio Gen. 3. 2. *De fructu — vescimur*, i. e. vesci nobis licet[b]. Vel, *vescatur*, Infin. pro imperat, ut sæpe. *Credenti* ergò, i. e. ei qui certitudine conscientiæ præditus est, permittit omnia, &c[c]. Sed tum oratio sic erat distinguenda, ὃς μὲν πιστεύει, φαγεῖν πάντα· quod omnibus Codicibus repugnat. Adde quòd alterum versûs membrum postulare videtur, ut prius quoque indicativè reddatur[d].) *omnia*, Mo. Vulg. i. e. omnis generis edulia*, citra delectum[f]; etiam Lege vetita[g], aut idolis immolata[h]; quia munda[i], eò quòd nullus cibus sub Evangelio immundus sit[k]. Vel, *quibusvis*, Pi. sic Er. Be. ¶ *Qui*, &c. Ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει] *Is* (vel, *Alius*, Be. Er.) *autem qui infirmus est* (sub. *fide*, P. Be. Pi. Tre. ex Sy. non quoad valetudinem corporis, sed animi superstitionem, quam Latini quoque *infirmitatem* vocant: ut Horatius, — *At sum paulò infirmior*, i. e. superstitiosior[l]. Qui parum instructus est in fidei mysteriis[m], & libertate Evangelica[n], putátque cibis Lege veteri vetitis (& idolothytis[o]) adhuc abstinendum esse[p].) *edit olera*, Pi. &c. [Cur *olera*?] Resp. Vel, 1. tanquam partem tutiorem[q], nè incidat in cibum aliquem vetitum, &c[r]. Vel, 2. ex pudore †, nè à reliquis Christianis notarentur ut superstitiosi, solis ergò oleribus vescebantur; ut abstinentia à carnibus non legalis observatio videretur, sed jejunium[t]. Non placet: quia hæc illorum abstinentia erat manifesta, indéque orta est hæc disceptatio[v]. Vel, 3. comparativè hoc intelligendum[x]; *olera* potiùs quàm carnes Lege vetitas[y]. Vide Dan. 1. 11[z].

[v] Calv. in Di.
[x] Di.
[y] Er. sic G.
[z] Be. Par. E.
[a] Di.
[b] E.
[c] Calv.
[d] Di.
* G. sim. Er. V.
[f] V.
[g] Me. T. Tol.
[h] Tol.
[i] Me.
[k] Me. sim. T.
[l] Er.
[m] T.
[n] Me.
[o] Tol.
[p] Me. sim. Tol. T.
[q] Tol. ex Anselm.
[r] V. sim. Tol.
† Chrys. & Theod. in Tol.
[t] Par. ex Chrys.
[v] Tol.
[x] Vor.
[y] Pi. sim. Be. Vor. Tol.
[z] Be.

Non

Dictum per exaggerationem [a]. Vel, 4. *olera*, aut alios ejusmodi cibos, quos constat Lege permissos [b]. Speciatim *olus* nominat, quo significatur omnis herba sativa quæ in usu cibario est, eò quòd nihil herbarum Lege vetitum fuerit [c]. Al. Argumentum [est] à majori. Tolerandi sunt ii qui ab omnibus animatis abstinendum putant, quod quidam faciebant religione quâdam, alii quòd id melius existimarent. Religione id factum multis docet nos Ælius Spartianus de Imperatore Juliano loquens, *Sæpe autem nullâ exsistente religione, oleribus leguminibúsque contentus sine carne cœnaverit.* Ideo eum *asperum rectè vivendi præceptorem* vocat Sextus Aurelius Victor. Eorum qui id melius existimarent exemplum sit Sextius Philosophus, cujus meminit Seneca Epist. 108. ejúsque exemplum se quoque aliquando secutum ait animalibus abstinuisse. Dicebat ergò Sextius, referente Origene, ἐμψύχων χρῆσις μὲν ἀδιάφορον, &c. (*Usus animatorum* in cibis *est licitus, abstinentia autem ab iis rationi magis congrua.*) Qua de re exstat eruditus Porphyrii libellus. Atque ità sensisse Physicis de causis Xenocratem & Polemonem notat Clemens Strom. 7. Addit Philo, in loco quem servavit Eusebius in fine l. 8. Præp. Διὸ καὶ μέχρι νῦν, &c. (*Quare ad hunc quoque diem qui temperantiæ rationem habent ab omnibus abstinent*, animalibus scilicet, *olera fructúsque arborum comedentes*, &c.) ubi clarè explicatur quod hîc dicitur λάχανα ἐσθίειν. Abstinentiam ab animatis Danieli & sodalibus ejus tribuit Josephus, Antiq. 12. Essenis idem tribuit Philo libro De vita contemplativa. Vetus id fuisse apud plurimas gentes, maximè apud Ægyptiorum sacerdotes & Cretensium & Eleusine, apud quosdam etiam Persarum Magos, ostendit Hieron. 2. contra Jovinianum. Apud Indos etiam multi id observant, & vetus id esse Indis notavit AE. ad Gen. 46. 32. Imitati sunt id in Christianis multi; alii, quòd id melius putarent, alii, scrupulosâ opinione. Clemens Pædag. 2. *Matthæus*, inquit, *Apostolus* σπερμάτων καὶ ἀκροδρύων, &c. (*semina & arborum fructus & olera sine carnibus manducavit.*) Aug. ad Faustum, 20. 20. Jacobum ait, fratrem Domini, seminibus & oleribus usum, non carne, nec vino. Canon Apost. distinguit inter eos qui per exercitationem abstinebant, & eos qui exsecrabantur res à Deo conditas. Sic enim habet Canon 50. Εἴ τις ἐπίσκοπος, &c. (*Si quis Episcopus aut Presbyter—— à nuptiis & carne & vino abstineat non propter exercitationem, sed quòd ea abhominanda ducat,——deponatur*, &c.) Ideo Tatianum & alios ab Ecclesia rejectos discimus, quòd tanquam dogma necessarium introducerent ut nuptiarum ità & animatorum abstinentiam. Meminit Iren. 1. 30, 31. Duo ista *genera abstinentium* bene & Orig. distinguit, contra Celsum 4. Ὅρα γὰρ καὶ τὴν διαφορὰν, &c. (*Vide quantum intersit inter abstinentiam Pythagoreorum, & Ascetarum nostrorum: illi animalibus abstinebant, quia credebant transmigrationem animarum*, &c. *nostri verò, ut corpus ejúsque cupiditates subigant*, &c.) Et Zonaras ad dictum Canonem Apostolicum licitè abstinere aliquos ait δι' ἐγκράτειαν, οὐ βδελυττομένους, (*per temperantiam, non quòd ab ab iis abhorrerent:*) quîcum convenit Ancyranus Canon 14. [quem quære in G.] Tertul. l. 2. De cultu fœm. *Numquid non aliqui ipsam Dei creaturam sibi interdicunt, abstinentes vino & animalibus—humilitatem animæ suæ in victus quoque castigatione Deo immolant?* Prudentius hymno καθημερινῶν 3. *Absit enim procul illa fames, Cædibus ut pecudum libeat Sanguineas lacerare dapes. Sint fera gentibus indomitis Prandia de nece quadrupedum: Nos oleris coma, nos siliqua Fœta legumine multimodo Paverit innocuis epulis.* Euseb. Hist. 5. 3. Ἀλκιβιάδης, &c. (*Alcibiade quodam ex Christianis, pane tantùm & aquâ vescente, idque in carcere, Attalo revelatum est, Alcibiadem non rectè agere, quòd creaturis Dei non uteretur, & aliis speciem scandali exhiberet. Alcibiades ergò ei paruit & quibusvis cibis vescebatur, & gratias egit Deo.*) Habes eandem historiam in Martyrol. Adonis ad 4. Nonas Junii, ubi hæc verba, *nihil cibi volens accipere, sed tantùm sale & pane cum aqua utebatur.* Laudat Chrys. in 2 ad 2 Cor. 9. τὸν ὀσπρίοις ἀρκεῖσθαι δυνάμενον, (*eum qui leguminibus contentus esse possit.*) Fuit ipsius temporibus Olympias diaconissa Ecclesiæ Constantinopolitanæ quæ ab omnibus animatis abstinebat, teste Palladio. Et in Actione 2. Synodi 8. fit mentio eorum qui carnibus nullis vescebantur. Poterant ergò tolerari inter Christianos, non modò qui exercitamenti causâ, verùm etiam qui ex opinione aut veteri more, animatis abstinebant, dum nè eò procederent confidentiæ ut alios aliter viventes abhominarentur [d].

[a] Tol. [b] T. sim. E. Mc. [c] E.

3. *Qui manducat*] Nempe carnes ex animalibus [*], vel quemvis cibum [f]. Frater infirmus [g], Gentilis [h], aut quivis alius [i]. Al. Qui in fide instructus omnia sibi licere credit [k]. ¶ *Non manducantem*] Scil. cibos Lege vetitos [l]; abstinentem ab animatis, & ob id oleribus contentum [m]. ¶ *Non*, &c. Μὴ ἐξουθενείτω] *Nè spernat*, sive *despiciat*, Mo. Er. Il. Ti. Tre. ex Sy. Ar. tanquam fortis imbecillem [n], rudem atque imperitum [o], & stupidum [p]; vel, ut superstitiosum [q]. *Nè pro nihilo habeto*, P. Be. Pi. Græcè, *annihilato*, Pi. de verbo ἐξουθενεῖν vide quæ diximus ad Marc. 8. 31. & 9. 12 [r]. Al. Non habeat vilem ejus salutem, scandalum ei objiciendo, dum exemplo suo facit eum comedere contra conscientiam [†]. Sic & Satyricus loquitur, *Nec tu pueri contempseris annos*. Convenit hoc seq. de scandalo. Verè fratrem nullificat qui exemplo suo perdit [t]. ¶ *Qui non manducat*] Quævis [v]. Qui infirmus est, & abstinet [†]: Pythagoræ sectator aliquis. ¶ *Manducantem*] Promiscuo victu utentem [x]. ¶ *Non*, &c. Μὴ κρινέτω] Pro κατακρινέτω, ut ferè toto cap. ut patet v. vult [y], *Nè judicet*, Vulg. nimis obscurè [z]. *Nè damnet*, G. sic P. Be. Pi. Tol. Mc. &c. tanquam impium & profanum [a], Legis transgressorem [b], & contemptorem [c]: nè pro deplorato habeat [d]: nè reprehendat. Proprium est ignorantibus, quæ ipsi mala judicant in iis arguere; sapientibus verò, irridere & contemnere facta simplicium. His ergò contemptum, illis damnandi temeritatem, prohibet [*]. ¶ *Deus enim illum* (i.e. vel, manducantem [f]; vel, Gentilem [g]: atq; etiam non edentem; pertinet enim ratio ad utrumq; [h].) *assumpsit*] Ità Ti. P. Be. Pi. Tre. &c. quasi in familiam & ecclesiam suam [i]; in servum & cultorem suum [||]; ac proinde non est judicandus [k]: ad fidem & gratiam Evangelii ipsum vocavit & per Sp. S. charismata toti mundo id declaravit. Jam verò quis factum illius damnet quem Deus publicè probat [l]? Deus Gentes vocavit sine ullo ciborum lege [m]. Meritò autem exorditur agere contra Judæum, qui infirmus erat, tum quia hic verè decipiebatur, tum quia ægrè ferebat Gentium vocationem [n].

4. *Tu quis es qui judicas* (vel, *condemnas*, Be. Pi. &c.) *alienum servum?*] Vel, *famulum?* Be. Pi. E. Nempe ubi Domini Legem habes nullam, quis tu es, aut Judæus, aut Pythagorista, qui id juris tibi vendicare audeas [o]? Nimium de te præsumis, dum quod tuum non est usurpas [p]. Allusio est ad hominem alienæ familiæ curiosum [q]. Objurgat hîc vel, 1. manducantem, i.e. firmiorem in fide [r]; vel potiùs, 2. non manducantem: is enim peccabat judicando, ut manducans spernendo, v. 10. ubi singula ad singulos referuntur [†]. Ratio est à jure gentium vel civili; non convenit nos eorum facta sub censuram vocare, in quos nihil juris habemus [t]. Non puto hîc interdici omne de hominum factis vel dictis judicium, sed superciliosum, severum, damnatorium, idque iis in causis in quibus humanæ quidem infirmitatis fortasse, at nullæ tamen apparent notæ animi impii & à Christo alieni. Neque de judicio quod de re, sed de persona, fit agi crediderim; & totum hoc eòdem pertinere quo præceptum Christi, Matth. 7. 1, &c [v]. ¶ *Domino suo* (vel, *proprio*, Be. Pi.) *stat aut cadit*] i.e. Aut absolvetur [x], *sistet*, i.e. bene agat [y]; aut damnabitur [z], *si cadat*, i.e. labatur aut peccet [a]. Solius Domini judicio relinquendum est, bene an malè agat servus [b]. Domini judicio aut pro se, aut contra se, sententiam feret. *Stare* dicitur qui in causa victor est, ut Psal. 1. 4. *Cadere causâ* dicuntur & Latinis qui judicium contra se referunt [c]. Al. [Sensus,] Bene aut malè agit, commodo aut detrimento Domini sui [d]. Sed prius malim, quia *stare*, & *cadere*, sunt fori judicialis: & alioqui nec ratio valeret. Non enim si meo detrimento quis malè agit, ideo mihi non est judicandus. Verba quoque seq. sensum priorem suadent [*]. ¶ *Stabit autem*, Σταθήσεται] Est bene ominantis [f]. Est verbum fiduciæ, quo corrigit dictum, *stat aut cadit* [g]. Sed, inquit, meliora spero [h]: imò tibi affirmo quod non cadet, non condemnabitur, sed absolvetur [i]. [Sic vertunt,] *Imò surget*, Ar. *Imò sistetur*, Er.

[d] G. [*] G. [f] Pi. sim. Par. Mc. Tol. [g] Par. [h] Mc. Par. [i] Mc. [k] Tol. [l] Mc. Pi. [m] G. [n] Q. in E. [o] G. sic Vor. [p] Vor. sic Pi. [q] Mc. [r] G. [†] Mc. ex E. [t] E. [v] Par. [†] Tol. [x] G. [†] Par. ex Pe. [y] Pe. [z] Vor. [b] E. Mc. T. [c] Pi. [d] G. [*] Tol. [f] E. Tol. Par [g] Tol. [h] Par. [i] Pi. [||] E. Mc. sic V. [k] E. sic Mc. [l] T. [m] G. [n] Tol. [o] G. [p] Tol. [q] E. sim. Tol. [r] Chrys. in E. [†] E. [t] Par. [v] Cam. [x] Vor. sic E. Mc. T. [y] V. F. [z] Vor. sic E. &c. [a] V. sim. E. T. [b] V. sim. E. T. [c] G. [d] Q. in E. sic Tol. [*] E. [f] G. [g] E. [h] Tol. [i] E. sic Mc.

Er. Il. Ti. *Utique autem ille stat*, Tre. ex Sy. *Stabilietur* (vel, *Consistet*, Ca.) *autem*, P. Be. Pi. Tol. i. e. perseverabit in justitia[k]. ¶ *Potens*, &c. Δυνατὸς γὰρ, &c.] In MS. est, δυνατεῖ γὰρ, ut 2 Cor. 13.3. Δυνατὸς hîc sumitur, ut suprà 11.23. Scrupulosa ista opinio Deum non impediet quominus eum sententiâ suâ servet, si cætera Christianè vixerit[l]. *Potest enim Deus eum stabilire*, Be. Pi. i. e. efficere nè vacillet ullo modo[m]; efficere ut stet[n], nempe in judicio, nè causâ ibi cadat[o]. Quamvis infirmi eum condemnent, potest tamen Deus eum absolvere, quod & faciet. Ostendit quo sensu dixit *servum Domino suo stare aut cadere*: manducans enim ex fide, & per hoc bene faciens, quantum quidem ad hoc attinet, non erat erigendus à Domino suo ut staret, sed absolvendus à falso crimine violatæ Legis[p]. Al. [Sensus,] Dominus eorum potens est perseverantiam eis tribuere, quum Domini hujus seculi servis bona jubere possint, sed non suppeditare virtutem faciendi, nec permanendi. Hoc mihi insinuare videtur, conversos ex Judæis videntes illos, qui ex Gentibus erant, manducare omnia, judicâsse eos ad vomitum Gentilitatis facilè reversuros: quibus judiciis temerariis hoc opponit, *Potens est*, &c[q]. Potest, quia est omnipotens; & volet, quia eum semel assumpsit. Conjungenda enim hîc est voluntas Dei cum potentia: alioqui multa potest Deus quæ non facit, &c[r].

5. *Nam*, &c. Ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν] Cùm de cibis egisset, venit ad alterum genus ritualium, circa dies festos & non festos ex Lege†: quod discrimen à Judaizantibus observatum constat ex Gal. 4. & Col. 2[t]. Huic expositioni obstat quod nullum in seq. verbum facit de observantia festorum, sed totus versatur in abstinentia & delectu ciborum. Refert ergò hîc Paulus alteram speciem legalis abstinentiæ, quâ Judæi non perpetuò, sed statis diebus & certo tempore, à quibusdam cibis abstinebant, v.g. à fermento diebus Paschæ, à vino, aceto, &c. tempore Nazareatûs. Hæc observabant qui erant ex Judæis, Act. 18. & 21[v]. [Verba sic reddunt,] *Alius* (vel, *Hic*, Er. &c.) *æstimat* (vel, *judicat*, Er. Il. Ti. Mo. Vulg. Pi. Ar. *dijudicat*, Tre. ex Sy. *religiosè observat*, Æth. κρίνει, *æstimat*, ut 1 Cor. 2.2. Sic, κρίνω πολεμίως, *pro hostibus habeo*, apud Demosthenem[x]. Vel, *discernit*, Ca. ut sit κρίνει pro διακρίνει· sed hoc respuit sequens membrum, ubi tamen, ut sibi constet antithesis, simili ratione debet explicari ||. Vel, *eligit*, Sch. vel, *præfert*: Sic in Xenoph. Cyropæd. l. 8. *Odit eos*, μὴ ἑαυτὸν κρίνοντας, i. e. *victoriam ipsi non adjudicantes*: & Plat. Philebo, εἴ τινα πρὸ αὐτῆς ἄλλην κρίναιμεν, *si quam ei anteferamus*. Sic Chrys. κρίσεις vocat suffragium, sive judicium suum in competitione datum[y].) *diem præ die*, P. Be. Pi. Tre. Æth. D. Di. G. Ti. V. Par. quomodo παρὰ sumitur à LXX, Psal. 45.8. Sic & suprà habuimus, 1.25[z]. Παρὰ hîc idem quod מן, ut Psal. 45. παρὰ τοὺς μετόχους σου, *præ consortibus tuis*[a]. Vel, *diem juxta diem*, i. e. alternos dies, ut in proverbio Græco, *purpuram* παρὰ *juxta purpuram*[b]. Vel, *diem supra diem*, Hi. in Er. ut παρὰ sumitur Heb. 3. 3[c] & aliquoties apud Græcos[d]. Vel, *diem ac diem conferens*, Er. Il. vel, *diem diémque*, Ca. i. e. vel, *diem inter diem*, Mo. Vulg. i. e. à die distinguit*, & unum alteri præfert æstimatione suâ; videlicet festum diem diei profesto[f]: alium præ alio eligit[g], & sanctiorem judicat[h], vel aptiorem ad cultum Dei, vel observandum esse, &c[i]. Vel, *vices dierum*. Sic Plut. *Cùm duces*, inquit, *imperarent* παρ' ἡμέραν, *alternis diebus*[k]. Mihi κρίνειν hîc est Heb. דין, quod non *judicare* tantùm, sed *& litigare*, *disceptare*, *litem & causam agere*, *eámque tueri*, significat, ut Psal. 54. 3. תדינני, *judicabis me*, i. e. causam meam ages, &c. Ità hîc, *Alius causam agit unius diei præ altero*, i. e. contendit unum diem esse altero præstantiorem & digniorem[l]: præfert Sabbata, Pascha, Pentecosten, Festum tabernaculorum, Interlunia diebus aliis. Sic solebant Hebræi dicere de nocte Paschali, *Quantum præstat hæc nox aliis noctibus*[m]? Existimat aliquid interesse inter diem & diem[n]. ¶ *Alius autem judicat*, &c. Κρίνει πᾶσαν ἡμέραν] Phrasis obscura est, & videtur elliptica[o]. *Judicat* (vel, *Dijudicat*, Tre. *Peræquè æstimat*, P. Be. Pi. *Eodem loco habet*, Ca. *Idem judicat*, Er. Il. *Æqualem judicat*, Par. *Perinde sentit*, Er. *Probat*, Ham.) *omnem* (vel, *quemvis*, P. Be. &c.) *diem*, Mo. Ti. Pi. &c. scil. aptum esse ad cultum Dei[p]: omnes dies æquales, neque alium alio esse sanctiorem[q]: inter dies non discernit[r], nec judicio, nec opere†, nec jejuniis, aut ciborum delectu[t]; sed omni die indifferenter utitur quovis cibo[v]: quemvis diem pariter sanctum habet, serviens Deo *ab interlunio ad interlunium, à Sabbatho ad Sabbathum*, secundùm vaticinium, Esa. 66. 23[x]. *Causam agit omnis diei*, i.e. contendit omnes esse pares, atque ità omnibus patrocinatur, nè unus præ altero vilipendatur[y]. ¶ *Unusquisque*, &c. Ἕκαστος ἐν (Deest ἐν, in MS. G.) τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω] *Unusquisque* (tum ille, tum iste, de quibus dixit[z],) *in suo sensu abundet*, Vulg. Mo. i. e. sententiam animi sui pro libito expleat, sequatur libere suum judicium, in hujusmodi rebus per se non malis, non vetitis, sed indifferentibus[a]. Non agitur hîc de dogmatibus, sed de rebus mediis, &c[b]. Hebræi dicunt, איש ימלא את לבו, i. e. *fruatur quisque suâ sententiâ*. Sic Eccles. 8. 11. ἐπληροφορήθη, &c. *in malis perpetrandis sibi placuit*. Ponitur enim πληροφορεῖσθαι etiam pro πληροῦσθαι. Sic, πεπληροφορημένος ἀγάπης, in Clementis Epistola. Sensus hîc idem qui in isto Eveni, Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἔστω, ἐμοὶ δὲ τάδε, (*Hæc quidem tibi vera videntur, mihi verò aliter.*) & Sophoclis[c]: [quod vide in G.] Al. *Unicuique sua mens satisfaciat*, i. e. acquiescat in sua opinione[d]; contentus sit mentis suæ persuasione, aliorum conscientias & facta nè scrutetur ad damnandum aut contemnendum eos*. Al. *Suam quisque sententiam exploratam habeat*, Ca. vel, *mentis suæ* (vel, *in mente sua*, sive *in animo suo*, E. Pi. Sy. Be. &c.) i. e. sententiâ, sive judicio[f]: vel potiùs, conscientiâ[g]. Vel, *mentis suæ*, V.) *sit certus*, V. Tre. ex Sy. vel, *plenè certus*, P. Ti. Pi. *plenè certioratus*, Be. *Suæ menti satisfaciat*: i. e. compertum habeat quod mente concipit: certò sciat id quod facit Deo acceptum esse; q. d. nihil agat dubitante conscientiâ[h]. Hoc dicit per concessionem, quasi fieri non possit ut quispiam exactè perpendat qui idem non videat leviculam illam circa cibum aut diem religionem[i]. Sensus hic acutus est, sed vix huic loco accommodatus. Monet potiùs, esse tamdiu ejusmodi cultum tolerabilem quamdiu non repugnat conscientiæ. Ut sic arbitrer faciunt illa, [v.22.] μακάριος ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν· is verò est ὁ πληροφορηθεὶς, cui opponitur ὁ διακρινόμενος, v.23[k]. Id ipsum hîc quod v.22. dicitur: quod hîc, ἐν τῷ νοΐ, *in mente sua*, ibi dicitur, ἐν ᾧ δοκιμάζει, *in eo quod approbat*, nempe mente suâ: quódque hîc est πληροφορείσθω, ibi est, μὴ κρινέτω ἑαυτόν. Sensus est, Qui dies & cibos non discernit, faciat id quia de libertate Christiana persuasus est apud mentem suam. Qui adhuc discernit, faciat idem quia Legem vigere adhuc in animo persuasum habet. Quisque quod persuasum habet placere Deo, faciat: gratus enim Deo animus est, qui placere ei studet: error qui conatum istum comitatur, per gratiam fidelibus condonatur[l]. Quisque plenè persuasum habeat, se in actione sua gloriam Dei spectare; vel, quod eòdem ferè redit, operam det, ut certam veritatis notitiam consequatur[m]. *Quisque in propria mente plenitudinem habeat*, persuasionis scilicet[n]; i. e. plenè persuasus sit, licere sibi id quod facit, nihil faciat repugnante aut dubitante conscientiâ, nè peccet[o]. Est autem hæc instructio tam discernentis quàm non discernentis[p]. Quisque plenâ animi fiduciâ quasi plenis velis feratur, certus se agere ex præscripto verbi Dei[q]. Πληροφορεῖσθαι est, ut optimè exponitur v. 14. *nosse ac persuasum esse*—*nihil esse per se impurum*. De hoc verbo vide quæ ad Luc. 1. 1[r]. & Rom. 4. 21†. Πληροφορεῖν propriè est, *plenitudinem adferre*, sive *implere*; & πληροφορεῖσθαι, *plenitudinem habere*. Cujus autem plenitudinem, id ex re subjecta intelligendum, sive cognitionis, ut Rom. 4. 21. *plenissimè sciens*; sive spei, ut Heb. 6. 11. sive fidei, ut Heb. 10. 22[t]. Hoc vult Apostolus, ut pro eo quòd tam prompti sumus in nobis vicissim condemnandis, unusquisque potiùs de seipso sit solicitus, ut & doctis de sua libertate bene constet, & rudes quotidie proficiant[v].

6. *Qui*, &c. Ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν, &c.] *Qui curat* (vel, *cogitat*, Tre. ex Sy. *dijudicat*, Ti. *honorat*, Ar. *habet rationem*, Ca. *observat*, V. G. *religiosè observat*, Æth. vel, *sapit*, Vulg. i. e. judicat & discernit, & discernendo observat. Est metalepsis. Sapore enim discernimus cibos[x]. Φρονεῖν cum Accusativo significat, in his scriptis, *operam alicui rei dare*, ut vidimus suprà 8.5. & 12.16[y]; vel, *animum* ad aliquid *adjicere*, & de eo *seriò cogitare*. Vide Phil-

Marginal notes (left column): [k] Tol. [l] G. [m] V. [n] E. Me. T. [o] T. sim. E. [p] E. [q] Tol. [r] Par. † G. sim. E. Par. Hi. in Tol. [t] E. [v] Tol. [x] G. || Be. [y] Ham. [z] G. [a] D. [b] Er. [c] Be. [d] Er. * Me. sim. E. Tol. Pi. [f] Vor. [g] E. [h] T. sic Er. V. [i] Pi. [k] Strig. [l] Di. [m] G. [n] Er. [o] Pi. [p] Idem.

Marginal notes (right column): [q] V. [r] E. sic Me. T. † E. [t] Me. sim. T. [v] T. ex Tol. [x] G. [y] Di. [z] Pi. [a] T. sim. Tol. [b] Par. sim. E. [c] G. [d] Er. * Tol. [f] Pi. [g] Be. Vor. [h] V. [i] Q in Cam. [k] Cam. [l] Di. [m] Vor. [n] E. [o] E. sim. Me. [p] E. [q] Pi. [r] Be. † Pi. [t] E. [v] Be. [x] Me. [y] G.

Phil. 4. 10. hic, peculiari quadam ratione observare [z].) *diem*, (vel, *de die*, Tre. ex Sy. potiùs, *diei*, Di. ex Sy. sic Ca. i. e. res diei, sive quæ diei sunt: sicut Rom. 13. 14. dixit Syrus, *Ne curate carnis vestræ*, res scil. & Matth. 16. v. 23. *Non cogitas tu Dei, sed hominum*, res [a]. [Sensus, q. d.] Qui observat legale discrimen dierum [b]: diem præ die sanctiorem existimat [c]: discernit diem abstinentiæ à die quo non est abstinendum [d].) *Domino* (i. e. Christo [*], ex collat. v. 9 [f]. & v. 14 [g]. qui passim in Epistolis *Domini* voce significatur [h].) *curat*, Er. Il. P. Be. Pi. &c. i. e. in honorem Dei [i], ut qui discrimen hoc dierum præcepit [k]; quod ipse abrogatum esse adhuc ignorat [l]: in Dei obsequium id facit [m]: observat dies festos pio animo [n], proposito bono & laudabili [o], quòd hoc in Judæis Deo placere existimet [p]: persuasum habet se facere quod Domino placet [q]. Vel, id facit ad honorem Christi, utpote Christianus, vel, quia didicit, *omnia* quæ facit *in nomine Christi facienda esse*; vel, quia Christum, ut Deum, Mosaicæ Legis agnoscit Authorem [r]. Al. Sensus, *Domino curat*, non tibi, ad quem nihil attinet [†]: in usum Dei hoc tendit, & ipsi incumbit cura illius, &c. Hoc mihi olim placuit [t]: Domini est judicium rectène faciat, an secùs: ut suprà dixerat, *Domino stat, aut cadit*, i. e. sive stet, sive cadat, res Domini agitur, non tua. Laborate ergò de eo potiùs ut quisque se Deo approbet, quàm ut aliena curetis [v]. ¶ Καὶ ὁ μὴ φρονῶν] Hoc membrum deest in Vulg. & in Orig [x]. Est autem in Græcis omnibus exempl. & apud Syrum, & Photium in Græcis Scholiis [y], & apud Chrysost, &c [z]. & sanè omnino addendum est, ut aliquid opponatur superiori membro, &c [a]. [Sic vertunt,] *Qui non curat diem, Domino non curat*, Be. Pi. &c. i. e. propter Dominum id facit, cui certò scit se non displicere, cùm nullum discrimen dierum facit [b]. Ille qui dies omnes pariter Deo dedicat, nihil aliud in hoc quàm Dei honorem respicit [c]. ¶ *Qui manducat*, (quasvis carnes scilicet [d]; cibos vetitos [*]; promiscuè quidvis quovis die [f]:) *Domino manducat*] i. e. Existimandus tibi est id facere [g], ad Domini gloriam [h], & obsequium, utens libertate sibi à Deo concessâ [i]. Al. Hunc quoque vescendi actum Deo consecrat [l]. ¶ *Gratias enim agit Deo*] Manducaturus [m], pro datis, ut mos erat Judæorum & Christianorum: de quo diximus Mat. 14. 19. & 15. 36. & 26. 26 [n]. Vel, pro cibo & pro libertate vescendi quidlibet [o]: agnoscit beneficentiam Domini, qui creavit cibos & dedit ipsi, ergò Domino manducat [p]. *Gratias agit*, quasi rem mundam manducans. Gratiarum actio aufert à cibo si quid est mali, nempe maledictionem illam terræ, &c. de qua Gen. 3. Vide 1 Tim. 4. 3, 4 [q]. ¶ *Qui non manducat, Domino*, &c.] i. e. Propter Dominum, metuens præcepti ejus, & credit quòd id quod facit illi placeat [r]. Abstinet quòd id tutius existimet, & eo ostendit se Dei reverentem esse [†]. ¶ *Et gratias agit Deo*] Pro ipsa illa quâ utitur temperantia [t]. Al. Non tam quia Lege vetitis abstinet [v], (hæc enim abstinentia non virtutis erat, sed infirmitatis [x]:) quàm quia Lege concessis utitur [y].

7. *Nemo enim nostrûm* (qui Christiani sumus [z]. Loquitur in persona cujusque fidelis, qualem quisque alium existimare debet, nisi diversum constet [a].) *sibi vivit*, (i.e. propter se, ad suam ipsius gloriam aut commodum, tanquam finem suæ vitæ [b]:) *& nemo sibi moritur*] i. e. In suum usum & obsequium, quasi ipse sit Dominus sui. *Non sibi*, multò minùs alteri [c]. Nemo vivit aut moritur, ut sui vel aliorum sit Dominus, sed omnes sumus alienæ potestatis [d], & servi Christi, tam viventes quàm mortui; ipsi omnium factorum nostrorum ratio reddenda est. Nemo igitur audeat alterum judicare, aut spernere, &c [*]. *Non sibi*, sed Domino [f], vel Christo tanquam hero suo, in cujus commodum & honorem omnia sua debent servi referre [g]; & consequenter tam abstinentia quàm manducatio nostra ad eum tendere debent [h]. Nemo sui juris est, ut vivat ad nutum, lubitum, sive commodum suum, &c [i].

8. *Sive ergò vivimus, Domino*, &c.] Id est, Christo [k], quem habemus Dominum & Judicem, v. 9 [l]. qui nos suos fecit, cui & vitam, & vitæ omnia, & ipsam mortem, consecrare debemus & parati sumus. Nonne hoc tantum est ut propter hæc levicula dissimulari debeant [m]? Totum quod sumus, quod agimus, quod vivimus, quod morimur, est Domini, cujus servi sumus [n]; & in Domini gloriam & usum tendit [o]. Christianorum est tum in vita, tum in morte, solius Christi gloriam spectare. Vide Eph. 1. 21. Phil. 1. 21 [p]. Probat superiora argumento à toto ad partem. Fideles ad gloriam Dei referunt vitam mortémque suam, eam igitur & in eo quòd manducant, & quòd non manducant, spectare censendi sunt [q]. Elegans hîc est Simploce cum antithesi [r]. ¶ *Domini sumus*] i. e. Ipse est Dominus noster, nos verò illius servi [†]; Domini autem est judicare, &c [t]. Servorum nihil est proprium: omnia sunt Domini. Nos servi Christi sumus, empti sumus pretio, ipsius sanguine. Hoc est quod sequitur [v]. Meminit *mortis*, ut ostendat dominium Christi esse in hoc seculo & in futuro [x].

9. *In hoc enim* (i. e. In hunc finem, seu propter hanc causam [y],) *Christus mortuus*, &c. Καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη καὶ ἀνέζησεν] Varietas hîc est lectionis [z]. [Q. duo tantùm verba legunt.] Sic Vulg. *Et mortuus est & resurrexit*, ut pleraque ejus exempl. habent [a]: vel, *& revixit*, ut alii cod. Orig. legit, *mortuus est, & vixit* [b]. [Alii tria legunt, ità textus Authenticus, sive Græcus:] Q. autem cod. vet. pro ἀνέζησεν legunt ἔζησεν, sed eodem sensu; cum ex Hebræorum more simplicia soleant pro compositis usurpari [c]; vel est præt. *vixit*, pro præs. *vivit*; q. d. & in hoc nunc vivit [d]. Sed utcunque legas, eadem manet sententia [*]. [Græca sic reddunt,] *Et mortuus est, & resurrexit, & revixit*; i. e. resurgens revixit, h. e. per resurrectionem novum vitæ statum est consecutus [f]. Probat quod dixit, nos Domini esse, idque peculiari ratione; nempe ex jure redemptionis [g]. Debetur ei hoc dominium ex Patris decreto, qui ideo eum mori sivit ut suscitaret, suscitavit ut vitam ei cœlestem daret, conjunctam cum Regia potestate in Ecclesiam & pro Ecclesia [h]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα — κυριεύσῃ] *Ut & mortuis & viventibus dominetur*, Be. Pi. i. e. adipiscatur dominium [i]; vel potiùs, dominii sui usum & exercitium [k], plenum scilicet: aliud enim est, *dominum esse*, aliud *dominari*. De Christo hîc loquitur ratione humanitatis [l]. Christus porrò à primo conceptu suo fuit omnium Dominus, ratione hypostaticæ unionis; dominii tamen plenum exercitium duntaxat post mortem accepit [m].

10. *Tu autem*] Christiane [n], infirmior [o], Legis ritus observans [p], qui non manducas [q]. ¶ *Quid*, &c? Τί κρίνεις, &c?] *Cur* (Τί pro διὰ τί [r].) *condemnas* (reprehendis [†], pro impio habes [t],) *fratrem tuum?* Be. Pi. æqualem tibi [v], sub uno Patre Deo, & sub uno Domino conservum [x], non minùs quàm tu præcepta Christi implentem [y]; Gentilem [z], libertate Christianâ utentem [a]; manducantem [b]. Argumentum latet in nomine, *fratris*: vel, quòd frater non sit temere condemnandus, ob naturalem charitatem [c]; vel, quòd frater non habeat potestatem in fratrem [c]. ¶ *Aut tu*] Christiane [d], peritior [*], Gentilis [f], liberum te à ritibus credens [g]; qui manducas [h]. ¶ *Quare spernis*, &c.] Vel, *pro nihilo habes*, eum scandalizando? Qui enim fratri scandalum ponit, ità agit acsi salutem ejus nihil ponderet [i]. Cur alterum (Judæum infirmum, &c [k].) Christiane viventem aspernaris tanquam imperitum, quòd jus illud à Christo datum nondum satis intelligat? De verbo Ἐξουθενεῖν vide suprà [l]. ¶ *Omnes enim* (sine exceptione [m], firmi & infirmi [n],) *stabimus*, &c. Παραστησόμεθα, &c.] *Statuemur*, &c. V. *Sistemur*, Be. Pi. sic Er. i. e. cogemur adesse [o], tanquam judicandi [p]. Christus judicabit, & damnabit, vel contemnet, eum qui dignus fuerit damnatione aut contemptu [q]. Quid occupas illius officium? Illius est de occultis judicare. Solus novit quantum cognitionis quisque acceperit, quantum ab eo pro talenti sui modo exigi debeat. Tribunal Christo, ut Judici, attribuitur, & 2 Cor. 5. 10. & stare solent quorum causa tractatur. Solent autem res Divinæ ad humanarum modum explicari [r].

11. *Scriptum est enim, Vivo*, &c.] Esa. 45. 23 [†]. ubi est, *per me juro* [t]. Sensus idem quod *Vivo*, &c [v]. Hoc enim Dei juramentum aliis locis exprimi solet per verba, *Vivo ego*, ut Esa. 49. 18. Ezec. 17. 16, 19. & 18. 3. & 20. 3. Soph. 2. 9. Deus loquitur ad Esaiam; sed & honor qui Christo habetur, ad Patrem, ut autorem, redit [x]. ¶ *Mihi* (i. e. Ad meum honorem [y]) *flectetur*, &c. Ἐμοὶ κάμψει, &c.] Sic LXX, Esa. 45. & intelligitur,

telligitur, κάμψει ἑαυτῷ, *se flectet*: quomodo sumitur Heb. תכרע [z]. *Mihi sese flectet omne genu*, Be. Pi. &c. id est, Omnes gentes colent me [a], & supremum Judicem agnoscent [b]. Ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων. Hæc huc non pertinent, neque habentur in Libris melioribus, neque Syrus legit, neque Arabs, neque Orig. neque Chryſ. neque Oecum. Irrepsit huc in quibusdam Libris ex Phil. 2.10 [c]. ¶ *Confitebitur Deo*] Sub. *reatum suum*: id quod ver. seq. declaratur ||. Vel, *me Deum*, V. Me venerabitur & agnoscet pro Deo [d], & Judice suo *. In Esa. cap. 45. est, *jurabit*, repete *mihi*, ex præced [f]. in Græco, ὀμεῖται τὸν Θεόν· sed sensus rectè expressus est. Nam, ut ibi diximus [g], cultus omnis Dei per speciem unam, id est, per juramentum, exprimi solet [h], ut Esa. 19. 18. Rectè igitur Paulus, figuram illam evolvens, pro specie genus reddidit [i]. Omnes me confitebuntur [k], & laudabunt clementiam & justitiam meam [l], sed voluntariè boni, mali coactè [m]. Insignis locus ad Divinitatem Christi demonstrandam [n].

12. *Unusquisque*——*pro se*, &c. Περὶ ἑαυτοῦ λόγον δώσει, &c.] *De seipso* (non de aliis [o], de factis propriis, non de alienis, nisi quatenus aliorum vita ad nostram curam pertinet, & aliorum peccata ex officii nostri negligentia proveniunt [p].) *rationem reddet* (δώσει pro ἀποδώσει· quomodo Luc. 16.2. ἀπόδος τὸν λόγον· & Heb. 13.17. ὡς λόγον ἀποδώσοντες· & 1 Pet. 4. 5. ἀποδώσουσι λόγον. Sic & Dan. 6. 2 [q].) *Deo*, Be. Pi. &c. id est, Dei judicium subibit de iis quæ benè aut malè egit [r], an responderit mensuræ cognitionis quam accepit †. Itaque nemo alium judicet, sed seipsum examinet [t]. Versu 10. est, *stabimus ante tribunal Christi*, hìc, *rationem reddet Deo*. Igitur Christus Deus est [v].

13. *Non ergò ampliùs invicem* (vel, *alii alios*, Be. Pi. *alius de alio*, P. sive firmus, sive infirmus [x]:) *judicemus*; ità P. Pi. Be. Κρίνωμεν] Id est, κατακρίνωμεν, ut v. 4, 10 [y]. i. e. condemnemus [z], quod ad peritiores pertinet [a]; nec spernamus [b], ex collat. v. 10. ubi utrumque proponitur †. Et spernere, judicium quoddam est, judicat enim spernens eum quem spernit dignum contemptu. Infert hoc ex prædictis, Nè judicate, sed relinquite judicium Domino [t]. Nota obiter, judicium propriè esse earum rerum quæ per se non satis patent [v]. Vide quàm multis Paulus prohibeat hominum judicia particularia contra proximum: hinc enim multa mala procedunt, & maximè, id quod Paulus hìc removere curat, dissensio & discordia, quæ est venenum charitatis [x]. *Non*——*judicemus*: Periculosum enim id in rebus dubiis; quia quale de alio judicium tuleris, tale de te feretur, Matth. 7. 2. ubi dicta vide [y]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον] Supple *faciendum*. Similis locutio 1 Cor. 7. 37 [z]. Est autem ἀντανάκλασις, κρίνωμεν & κρίνατε, sensu diverso [a]: illud sign. *condemnare*, hoc, *decernere*, vel *apud se statuere* [b]. q. d. Si omnino libet judicare, exercete vos in hoc genere judicii, i. e. hoc statuite apud vos firmo animi judicio ac proposito: hanc adhibete cautelam [c]. *Sed hoc potiùs judicate*, Pi. vel, *statuite*, Er. ex Orig. vel, *summâ diligentiâ curate*, V. Si *judicandi* verbum libet accipere ut in membro præced. sensus esse possit, q. d. Si quid de quoquam fas sit judicare, is potiùs judicandus qui ob cibum noluit fratris vitare offensam, quàm qui vel suspicatur illum non sincerâ conscientiâ vesci, vel exemplo ejus provocatur ad id faciendum quod putat non rectè fieri [d]. *Sed hìc potiùs adhibete judicium*, P. Be. sive considerationem *. Obliquè perstringit malignos illos censores, qui huc totum suum acumen conferunt, ut carpant, &c. non, ut oportuit, nè fratribus offendiculum ponant [f]. ¶ *Nè*, &c. Τὸ μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ, ἢ σκάνδαλον] *Ut nè ponatis* (vel, *Non ponere*, E. *Nè ponatis*, Vulg.) *offendiculum* (vel, *quidpiam ad quod impingat*: hinc λίθος προσκόμματος, *lapis impactionis* [g].) *fratri, aut scandalum*, P. sim. Pi. vel, *vel offendat*, Be. vel, *occasionem lapsûs*, Er. Ti. V. i. e. defectionis [h]: i. e. Nè occasionem temere detis alicui non accedendi ad Christianismum, aut ab eo recedendi: illud πρόσκομμα, (quòd leviorem offensam notat, quâ tamen aliquis non corruat, ut Rom. 11. 11 [i].) hoc σκανδάλου voce, (quæ gravior est [k], ex qua videlicet quispiam prorsus claudicet [l],) significatur. Vide Matth. c. 5. v. 29. & 13. 41. & 18. 7. 1 Cor. 8. 9. & infrà, v. 20, 21. Hoc autem faciebant & Judæi qui Gentibus insuetis imponere volebant Legis jugum, & è Gentibus Christiani qui Judæos hac in re hæsitantes ab Ecclesia repellebant. Occasiones omnes alienorum lapsuum vitare non possumus, sed vitandæ sunt eæ ad quas necessitate nullâ aut utilitate impellimur [m]. Nè libertate vestrâ abutentes offendiculum præbeatis, aut scandalum; i. e. quicquam quod prolapsionis & ruinæ causam adfert. Non distinguendum hìc inter *offendiculum* & *scandalum*, sicut nec inter *lapidem offensionis*, & *petram scandali*, Rom. 9. 33. nam hujusmodi repetitiones ad inculcationem ejusdem rei Scripturis familiares sunt, maximè Propheticis, ad quas libenter alludunt Apostoli [n]. Utraque vox addita, ut præcepti gravitatem exaggeret. Syrus hæc duo pro eodem accipit [o]. [*Alii aliter*:] Hæc duo inter se differre constat & hinc & ex v. 21. quamvìs hoc discrimen non ubique observetur. Sic Hebræis differunt כשל & נפל, Græcis πταίειν & προσκόπτειν, quod est, in his Libris, σκανδαλίζεσθαι· Latinis, *impingere* & *offendere* [p]. Id in quod aliquid impingit πρόσκομμα dicitur, si non cadat; σκάνδαλον, si cadat [q]. Hæc conjungit Apostolus, vel ut synonyma, vel ut duas offensionis species, innuens nec parvam, nec magnam, occasionem lapsûs præbendam esse [r]. *Offenditur*, qui ex occasione turbatur ac tentatur; *scandalizatur*, qui in peccatum prorumpit. Hujus culpæ reus est qui quicquam facit ex iis quæ prætermitti possunt, quo frater offenditur, &c. loquitur enim de esu ciborum, qui tunc indifferens erat †. Dicunt Hebræi, *Cujuscunque operâ scandalum datur is abominandus ac rejectaneus est coram Deo & coram hominibus*; *etiamsi per imprudentiam id fecerit, quantò magìs si deditâ operâ*, &c [t]? Loquitur autem Apostolus de *scandalo*, non *accepto*, quod non magnopere curandum est, Matth. 15. 12 [v]. quod est dictum vel factum sive bonum, sive adiaphorum tempestivè factum, quo quis suâ pravitate redditur deterior, ut Pharisæi miraculis Christi [x]; sed de *dato* [y], cujus culpa est in Auctore [z], quod est dictum vel factum malum, aut medium, sed intempestivum, quo quis reddit alium deteriorem [a]: quod meritò cavendum [b]; cujus quoque peccati gravitatem ostendit pœna, Matt. 18. 7 [c].

14. *Scio*, &c. Οἶδα καὶ πέπεισμαι ἐν Κυρίῳ, &c.] *Novi & persuasum habeo* (vel, *certus sum*, Er. vel, *confido*, Vulg. i. e. securus sum me non decipi [d]. q. d. Indubitatè scio, naturâ docente, & pro certo teneo, sic institutus & edoctus à Christo *.) *per Dominum Jesum*, P. Be. Pi. sic Er. V. sub. *qui me docuit*, V. qui mihi hoc apertiùs quàm aliis revelavit: vide suprà v. 7 [f]. Cujus Spiritu hoc edoctus sum, vel, quem didici suo adventu maceriam diruisse [g], qui hujus fiduciæ Auctor est [h]. Vel, *in Domino*, &c. Vulg. Par. i. e. secundùm ejus doctrinam [i]; vel, in statu N. T. ut Gal. 5. 6 [k]. Sunt verba concedentis; q. d. Dices fortasse, te nôsse, discrimen ciborum esse sublatum. Concedo, ità esse: nam & ipse novi †. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι οὐδὲν κοινὸν δι' ἑαυτοῦ] *Nihil esse impurum* (vel, *commune*, Er. Mo. Vulg. Sic vocat quod prophanum ac impurum est [l], more Hebræorum [m], ut Act. 10. 14, 15 [n]. quia in usu communi erant Gentibus, sibi verò immundum [o]: κοινόν, פגול. Vide dicta Matt. 15. & Act. 10. v. 14. Etiam Serpentibus gentes quædam vescuntur. Supponit autem nullam esse de ea re Gentibus legem datam; & ab Judæis ablatam jam antè ostenderat [p].) *per se*, Il. Be. Pi. P. sic Er. V. &c. vel, *à se*, Di. ex Sy. i. e. naturâ [q], & ordinatione Dei [r]. Sed sic Paulus non probaret quod intendit, nempe in Evangelio non esse cibos immundos, si intelligas ex natura sua: nam eo sensu nec sub V. T. immundi erant, nec conversi ex Judæis eos tales esse putabant †. Sed falsum hoc est: Judæi enim plerique qui Legis & ceremoniarum verum usum ignorabant, & signa pro rebus amplectebantur, prohibitionem ciborum non ad significationem, aut legem ceremonialem, sed ad moralem & naturalem, referebant, æquè ut Decalogum; quasi prohibiti fuerint quia immundi, non immundi quia prohibiti. Argumento est, quòd Judæi etiam Gentiles, quibus Lex data non erat, eorum usu pollutos putabant, ideoque cibos illos credebant per se & naturâ suâ immundos esse: quem sensum suadet & antithesis inter *commune per se*, & *utentium opinione* [t]. Omnia, ut à Deo condita, pura erant, & *valde bona*, Gen. 1. Peccatum cum maledictione corruptionem rebus

Marginal notes (left column): z G. | a Me. sim. Pe. Pi. | b Me. | c G. | || Sch. | d Be. sim. Tol. E. | * Tol. E. | f D. | g G. | h G. sim. Pe. | i G. | k E. | l Me. | m Me. ex E. | n Vor. | o Me. sic Tol. | p E. sim. Tol. | q G. | r E. | † G. | t Me. | v Tol. | x Tol. sim. E. | y Par. | z Pi. Par. | a Pi. | b Tol. sim. Pi. | † Pi. | t Tol. | v E. | x Tol. | y G. | z Idem. | a G sim. Tol. E. | b Tol. | c E. | d Er. | * Be. | f Be. ex Calv. | g Be. | h V. | i Be. | k G. sic Be. | l Be.

Marginal notes (right column): m G. | n E. | o Me. | p Be. | q Tol. | r Par. | † Tol. | t Cart. mellif. cap. 1. p. 3014. | v Vor. | x Par. | y Vor. Par. | z Vor. | a Par. | b Vor. | c Par. | d Tol. | * E. | f G. | g Be. | h Par. | i Tol. | k Par. | † Pi. | l Vor. sic Tol. E. Par. | m Vor. sim. E. Strig. | n Vor. Par. | o E. sim. Tol. Par. | p G. | q V. G. E. Pi. Be. Er. ex Chryſ. & Orig. Camer. | r Pi. | † Tol. | t E.

rebus omnibus intulit, ut peccatori nihil sit purum, Tit. c. 1. v. 15. In cujus rei testimonium accessit quibusdam rebus sub Lege ceremonialis immundities ex interdictione Dei, &c. ut ex quibusdam discerent, quid & in cæteris essent meriti; donec venisset Christus, qui, peccato abolito, sanctificavit omnia, ablatâque maledictione, adeòque &, quæ istam designabat, ceremoniali immunditie, in pristinum res omnes statum restitueret [v]. Al. *per ipsum*, Vulg. Mo. i. e. per Christum, sive ipsius Evangelium [x], per quod factum est, ut, illâ Lege cessante, nihil esset immundum [y]. Legebant, δι' αὐτοῦ, ut est in quibusdam cod. vet. & in Græcis Scholiis: quæ lectio planè depravata est, nisi αὐτοῦ accipias pro αὐτοῦ, ut sæpe fit [z]. Sed Orig. Chrys. Sy. &c. legerunt, δι' αὐτοῦ, contractè, vel, δι' ἑαυτοῦ [a]: quod rectius, quia sequitur, *sed ei qui existimat*, &c [b]. Phrasis est Hebraica, δι' ἑαυτοῦ, pro καθ' αὑτό [c].
¶ *Nisi*, &c. Εἰ μὴ τῷ λογιζομένῳ, &c.] *Sed* (εἰ μὴ, pro ἀλλὰ [d], vel, pro τούτῳ εἰ μὴ: exponit enim præcedentem sententiam. Ellipsis qualis Gal. 2. 16 [*]. Vide 1 Cor. 7. 16 [f]. Vel, *Nisi* quòd, P.) *ei qui existimat* (λογιζομένῳ, *existimanti*, ut Rom. 2. 3. & 3. 28. & 6. 11. & 8. 18 [g].) *aliquid esse impurum*, id *ei impurum esse*, Pi. sic P. Be. &c. scil. per accidens, propter opinionem suam [h], sive per conscientiam erroneam [i]; quæ tamen illum obligat ad abstinendum, &c [k]. Quia nihil licitum ei qui illicitum aliquid credit, dum id credit. Diximus de hoc axiomate, De J. B. & P. 2. 23. 2 [l]. Idem docet Apostolus mox v. 20. & 23. & cum eo Judæi, *Hic est*, inquiunt, *magnus circa Legis observationem Canon, Res omnis de qua nescis utrum licita, an verò illicita, sit, ea tibi est illicita, donec interrogaveris de ea aliquem Sapientem qui doceat te eam esse licitam* [m]. Ex hoc loco Theologi docent, conscientiam erroneam obligare hominem, non quidem ad agendum secundùm eam, sed ad non agendum contra eam. Ratio est, quia actiones æstimantur ex voluntate, voluntas movetur ab objecto cognito; in id enim fertur quod intellectus repræsentat. Qui ergò agit contra dictamen intellectûs, constat eum deliberatam habere peccandi voluntatem, &c [n].

15. *Si*, &c. Εἰ δὲ διὰ βρῶμα—λυπεῖται] *Verùm si* (vel, *Si enim*, Vulg. Malim, *Si verò*, ut Sy. Non enim hîc redditur ratio superioris sententiæ, sed removetur hæc objectio, Si nihil est immundum per se, cur igitur non utar quolibet cibo? Respondet, ex lege charitatis, &c [o]. cibi, inquit, per se mundi polluunt ex accidenti [p].) *propter cibum* (Lege vetitum [q], à te sumptum [r]. Τὸ βρῶμα מאכל in Lege & Thalmudicis †.) *frater tuus* (nempe infirmus fide [t], proximus tuus Christianus [v],) *contristatur*, Er. sic P. Be. Pi. vel, *dolet*, Er. V. conturbatus sit, & vel peccet temerario adversùm te judicio [x]; vel tuo exemplo provocetur ad edendum contra conscientiam [y], nè habeatur pro alieno, &c; vel, doleat se propter abstinentiam severiùs reprehendi tanquam Judaizantem [z]; vel, quia putat à te contemni Legem Dei [a], qui tamen vis haberi cultor Dei [b]. [Sensus,] Si libertatem tuam ità defendis ut ipsi imperitiam exprobres [c]. Al. Λύπη, *dolor*, sæpe ponitur pro doloris causâ, morbo, aut vulnere, ut Ecclus. 30. 12. ὀδύνη ψυχῆς dicitur qui dolere facit, &c. & πένθος Hesych. est, *calamitas*, & φόβος sign. *periculum*, causam timoris. Sic Heb. דוה, propriè, *ægrotum esse*, à Græcis vertitur λυπεῖν, Lam. 1. 22. & אבד, propriè, *exitium*, vertitur λύπη, Prov. 31. 6. Λυπεῖσθαι ergò h. l. non significat, ut vulgò putatur, dolorem de alio, vel potiùs, iram adversùs alium, quæ, cùm sine justa causa sit, (quum enim res munda fuerit, eâ vesci certè fas erat) non commedenti, sed sine causa idonea indignanti, prorsus imputanda; sed vulnus alteri inflictum, quo impeditur in cursu suo, & à fide repellitur, &c [d].
¶ *Non secundùm charitatem* (fraternam, sive proximo debitam [*]; h. e. secundùm charitatis regulam & dictamen, quia negligis salutem ejus [f], quam præponere debes cibo omni, à quo citra peccatum abstinere possis [g].) *ambulas*] h. e. Cum fratre versaris [h], quia re indifferenti uteris cum nocumento ejus [i]: fratrem non amas [k], quia non es comis, non suffers infirmitatem fratris, sed inflatus scientiâ libertatis Christianæ fratrem infirmum pro nihilo ducis. Vide 1 Cor. 13. 4, 7 [l]. Dilectio, unde totus hic sermo fluit, non modò vult tolerari eos qui nondum omnia pervident, sed etiam illorum bono libertatem nostram circumcidi. Est argumentum à majori ad minus. Fundamentum autem in loco Ose. 6. 6 [m]. ¶ *Noli*, &c. Μὴ—ἀπόλλυε, &c.] *Nè escâ tuâ* (i. e. libertate tuâ vescendi quovis cibo, vel potiùs, libertatis illius abusu [n],) *illum perdito pro quo Christus est mortuus*, Be. Pi. &c. h. e. fratrem tuum [o], pro cujus salute Christus sanguinem suum effudit: tu autem pluris facis escam, à qua non abstines propter ipsum [p]. Exaggeratio peccati vescentis cum scandalo, & argumentum efficacissimum ab exemplo Christi [q], qui mortuus est pro illo, quia pro omnibus credentibus [r]. Christus pro omnibus hominibus mortuus est, in quibus sunt & illi qui peribunt, Joh. 3. 16. 1 Tim. 2. 4, 5, 6. Heb. 10. 29. 2 Pet. 2. 1. & 3. 9. [de quibus vide vel dicta, vel, favente Patre luminum & misericordiarum, dicenda suis locis.] Planè idem, quod hîc dicitur, 1 Cor. 8. 11. Qui istam libertatem non intelligit & ob id duriùs tractari se videt, facilè eò perduci potest, ut de Evangelio dubitet primùm, deinde & sequiùs existimet. Quare leniter tractanda, &, si fieri potest, edocenda, non obtundenda, sunt ingenia ejusmodi †. *Nè perdito*, dando occasionem vel temere judicandi te, vel infeliciter imitandi [t]: vel, q. d. nè offendito eum ità ut à fide resiliat, (& ad Judaismum redeat [v]) & tandem pereat [x]. Meton effecti [y]. *Perdere* dicitur propter Apostasiæ periculum [z]. *Perdit* eum, non absolutè, sed secundùm quid; inchoatè, quia charitatem illius & fidem lædit, etiamsi non prorsus tollat [a]. Quantum in se est perdit qui peccandi occasiones ingerit [b]. *Nè perde*, i. e. nè occasionem præbe perditionis illius. Verba, quæ actionem notant, sæpe de occasione intelliguntur; ut 1 Reg. 14. 16. *Peccare fecit* id est, occasionem peccandi dedit, &c. Psal. 76. 11. *Æstus hominum celebrat te*, &c. Jer. 38. 23. *Combures*, &c: Act. 1. 18. *Acquisivit*, &c [c]. Ex hoc loco colligunt, Christum etiam pro reprobis mortuum [d].

16. *Non ergò blasphemetur bonum nostrum*] Syrus & Latinus legerunt, ἡμῶν, bene [*]. In quibusdam cod. est ὑμῶν, *vestrum*. Sensus ferè idem. Erat enim hoc & ipsius Pauli, & illorum quos alloquebatur, bonum [f]. *Bonum*, i. e. vel, 1. Evangelium [g], quod blasphematur, vel ab infirmo, audiente communibus vescendum esse [h]; vel ab Ethnicis, ob contentiones vestras de cibis edendis aut non edendis [i]. Vel, 2. Fides & cognitio & odium superstitionis in hominibus piis, τὸ ἀγαθὸν, pro, τὸ ὂν ἐν ὑμῖν ἀγαθὸν [k]: vel, recta opinio vestra quâ sentitis fas esse vesci quibuslibet; q. d. Id quod rectè facitis, curandum est nè cui præbeat obtrectandi materiam [l]. *Bonum* vocat non simpliciter, sed illi qui bono animo facit, & idcirco distinxit articulo [m]. Τὸ ἀγαθὸν succinctè [dicitur] pro, τὸ ἀγαθὸν ἔργον. Idem loquendi genus in Epistola ad Philippenses [n]. Vel, 3. Libertas Christiana [o], per Christum nobis concessa [p], quæ res bona est [q]: sed si indè schismata oriantur, malè audit apud extraneos [r], & apud infirmos †, sugillantes eam [t], tanquam adversariam Legi [v], licentiam carnis, sive indulgentiam gulæ [x]. Probatur hic sensus ex collat. 1 Cor. 10. 29. *Ut quid libertas mea judicatur—? quid blasphemor*, &c [y]?

17. *Non est enim Regnum Dei esca & potus*] Occupatio est. Obj. Utimur hâc libertate quòd participes facti sumus Regni Dei & Christi, quo sublata est servitus Legis. Respondet, Regnum Dei non consistit in his rebus, nec in libero eorum usu [z]; non pendet à cibo & potu [a]. Est μειωσις. Non bibendo neque edendo paratur jus ad Regnum cœleste, 1 Cor. 8. 8. Aliis actibus opus. Simile loquendi genus habuimus suprà 8. 6 [b]. *Regnum Dei* vocat quæ nos Deo commendant, 1 Cor. 8. 8. sive gratos reddunt [c]; vel ea per quæ Deus specialiter regnat in nobis [d], sive perfectè, ut in cœlo, sive imperfectè, ut in hoc seculo; h. e. ea bona nobis collata quæ statim recensebit [*], pietatem, fidem, ac gratiam [f]. Al. *Regnum Dei* hîc pro Sanctis & Christianis usurpatur, quòd illos Deus regit, &c. q. d. Non propterea reddimur Sancti quòd cibos libere vescimur, &c [g]. Argumentum est quo probat à cibis abstinendum in casu scandali [h], à natura rerum mediarum. Non est in eis sita salus nostra [i]: hæc non sunt necessaria ad gratiam Dei & beatitudinem assequendam [k]. Regnum Dei nec valde promovetur, ut putatis, tuendo hanc libertatem; nec periclitatur aliquid indulgendo infirmis. Non igitur pro iis, quasi pro aris & focis

v Di. x Tol. sim. Me. T. y Tol. z Be. a E. sic Er. b Er. c Camer. d Cap. * Pi. f Be. g G. h Pi. i Me. ex E. sic Par. k E. ex Thom. l G. m Cap. n Fer. disp. 2. o E. p Par. q Pi. r T. sim. Pi. † G. t Pi. sim. Tol. ex Chrys. v Tol. x E. y E. sim. Par. z Par. a Pi. sic Vor. b Pi. c G. d Ham. * Tol. f E. g Tol. h E. i Tol. k V. l Pi.

m G. n Pi. o E. Par. p Tol. q Tol. E. r Pi. † G. t E. v Me. x Vor. sic Pi. Me. y Pi. z Q. in E. a Gom. b Q. in E. c Glas. gram. 3. 3. 10. 253. d E. * G. f Tol. g Ca. Tol. ex Orig. Amb. & Theod. &c. sim. Me. T. h Q. in Tol. i E. k Camer. l V sic Er. ex Th. m Er. n G. o G. sic Ham. Tol. E. Vor. Pi. p E. sim. Tol. Pi. q Vor. sic Tol. G. r G. † Tol. E. t E. v Tol. x E. ex Thom. y E. ex Tol. z E. a Pi. b G. c Tol. d T. sim. E. Me. * E. f Me. sim. T. g V. h Tol. i Par. k Tol. sim. Par. ex Chrys.

& focis, digladiandum [l]. ¶ *Sed justitia* (i.e. vel, 1. fides quâ justificamur coram Deo [m]; justitia fidei, h.e. gratuita remissio peccatorum & reconciliatio cum Deo per fidem in sanguine Christi, Rom. 3. 25 [n]: vel, 2. studium justitiæ [o], in Lege præscriptæ [p], quâ & Deo & proximo reddimus quæ eis debita sunt [q]: justitia illa de qua Matth. 6. 33 [r]. nempe fides, dilectio, & omne virtutis opus †, innocentia. Respiciuntur loca Esa. 54. & 62 [t].) *& pax* (i. e. studium pacis [v]; vel pacifica & tranquilla conversatio [x]; concordia & unio cum Deo [y], vel cum fratribus sive proximis [z], in omni bono [a]; vel interna conscientiæ tranquillitas, de qua Rom. 5. 1 †.) *& gaudium in Spiritu Sancto*] i.e. Et à Spiritu effectum [b], & secundùm Spiritum Sanctum [c]; qu. d. non corporale gaudium, sed spirituale [d], quod ex justitia & pace nascitur *; gaudium de remissione peccatorum per Christum [f]; perpetua lætitia de omnibus quæ & qualiter disponit Deus [g]; vel, de iis quæ operamur aut patimur propter Deum: de quo gaudio, Matt. 5. 12. Phil. 4. 4. Jac. 1. 2 [h]. Refertur hoc ad modum quo justitiæ opera facere oportet, promptè videlicet, & cum voluptate [i]. Al. Χαρά, &c. i. e. cura exhilarandi alios per dona Spiritûs Sancti, non autem eos irritandi, quod modò dixit λυπεῖν. Vide Rom. 1. 12 [k]. *Gaudium* hîc dici virtutem, quæ exercetur erga proximos, apparet tum ex præced. ἀγάπη, tum ex seq. εἰρήνη, tum ex eo quòd cum *justitia* & *pace* jungitur; & hæc omnia ex subjectâ materia, *non scandalizandi fratrem*, apparent partes esse officii nostri erga proximum. Significat ergò hoc loco lætitiam sive voluptatem quam percipimus, vel, 1. de bono quovis quod alteri obtingit, & præsertim de bonis ipsius actionibus, quod dicitur, *gaudere in veritate*, 1 Cor. 13. 6. vel potiùs, 2. de eo quòd alteri benefacit, & bonum ipsius spirituale quærit & promovet, ut ex adverso, λυπεῖν est, *dolore afficere*, vel *vulnerare*, id est, peccato objicere: exponitur enim v. 19. per τὰ τῆς οἰκοδομῆς — διώκειν, & Rom. 15. 2. per τῷ πλησίον ἀρέσκειν· confer 1 Cor. 10. 32, 33. Alibi, fateor, *gaudium in Sp. S.* denotat gaudium in tribulatione, ut 1 Thess. 1. 6. &c. quod tamen non impedit quominus aliter hîc sumatur, contextu id exigente [l].

18. *Qui enim in hoc* (i.e. in Spiritu Sancto [m]. Græcè, *in his*, E. vel, *per hæc*, Be. Pi. &c. i.e. vi istarum rerum †; i.e. per tales actus [n], justitiam, pacem, & gaudium [o].) *servit Christo* (i. e. qui hæc propter Christum facit [p]; qui per hæc servum Christi se esse ostendit [q].) *placet*, &c. Εὐάρεστος — καὶ δόκιμος, &c.] *Gratus* (vel, *Acceptus*, Tol. E. *Beneplacens*, Pi.) *est Deo* (Heb. *bonus coram Deo*. Vocem εὐαρέστος habuimus suprà 12. 1, 2 [r].) *& probatus hominibus*, Pi. Be. &c. *Deo*, quia per hæc promovet in se regnum Dei; *hominibus*, quia pacem conservat †. *Is & Dei favorem sibi polliceri poterit, & laudem ab hominibus piis*, G. Probat in his esse regnum Dei, ut Deo placeamus, & proximis exemplum bonum præbeamus. Esca autem & potus per se non faciunt nos probatos nec Deo, nec hominibus [v]. Δόκιμος est, *qui probatur*, ut Rom. 16. 10. 1 Cor. 11. 19. 2 Cor. 10. 18. & 13. 17. 2 Tim. 2. 15. Jac. 1. 12. Propriè de *auro* aut *pecunia* dicitur, ut videre est Gen. 23. 16. 1 Reg. 10. 18. Zach. 11. 13. &c [x]. Innuit, potiùs studendum interno Dei cultui quàm pugnandum pro rebus externis [y].

19. *Quæ*, &c. Τὰ τῆς εἰρήνης, &c.] Ut suprà v. 17 [z]. *Quæ ad pacem* (inter nos conservandam [a]: pacem cum proximo [b]. Priùs de pace spirituali loquebatur, nunc de ecclesiastica, quæ ex illa nasci debet. Si enim pacem habemus cum Deo, quidni etiam cum domesticis Dei, cum fratribus [c]?) *faciunt, sectemur*, Be. Pi. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς, &c.] *Et quæ ad mutuam ædificationem*, Be. Pi. id est, Præbeamus invicem bona exempla, quibus ædificentur & confirmentur proximi in fide & pietate [d]. Fideles sunt *templum Dei*, 1 Cor. 3. 16, 17. & 6. 19. 2 Cor. 6. 16. Id templum ædificatur bonis documentis & exemplis. Et huc mysticè referenda quæ apud Mosem sunt de Tabernaculo, & in historia Regum de Templo *. *Pacem* opponit concertationibus, *ædificationem* scandalo [f]. Non ergò cum scandalo utamur cibis communibus, quia scandalum contra pacem & justitiam est, nam contentiones efficit, & proximum destruit [g].

20. *Noli*, &c. Μὴ — κατάλυε, &c.] *Ne cibi* (corruptibilis, & rei minimæ [h], & indifferentis *,) *causâ destrue* (Persistit in cœpta Templi figura. Vide Matth. 26. 61. Quod hîc καταλύειν, id φθείρειν, 1 Cor. 3. 17. שחת Hebraicé. Id fit acerbis altercationibus, per quas veritas sæpe, charitas certò, amittitur [i].) *opus Dei*, Be. Pi. id est, vel fidem [k], quæ opus Dei est [l], Joh. 6. 29 [m]. vel charitatem [n], vel pietatem in fratre infirmo inchoatam [o]; vel bona jam commemorata, *justitiam*, &c [p]; vel proximum ipsum, quem Deus fecit Christianum [q]; pium, imò domum, & templum suum [r]. Hoc malim, tum ex collat. v. 15. tum quia τὸ, *ædificare*, respicit ad proximum, ideóque & *destruere*. Christiani quoque dicuntur, *factura Dei*, &c. Eph. 2. 10 †. ¶ *Omnia* (nempe βρώματα [t]·) *quidem sunt munda*] Omnes cibi liciti sunt [v], sive mundi [x], tum suapte naturâ, tum Christi permissu. Idem dictum Tit. 1. 15 [y]. Est autem occupatio, seu concessio: quod autem sequitur, exceptionis est [z]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ κακὸν — τῷ διὰ προσκόμματος, &c.] *Sed malum* (subaudi τὸ βρῶμα· res pro actione [a]: *malum*, id est, peccatum est [b].) *homini qui edit* (id est, vescitur quibusvis cibis [c],) *cum offendiculo*, P. Pi. Tre. ex Sy. sic Ca. sive, *per offendiculum*, Er. Il. Ti. Mo. fratrem suum lædendo [d], sive destruendo *. Mala est ejus actio, qui per eam temere occasionem præbet alteri recedendi ab Evangelio, dum se contumeliosè tractari videt [f]. Διὰ hîc respondet Heb. ב pro μετὰ, vel σὺν. Διὰ pro ἐν, ut Rom. 4. 11. ἐν verò pro σὺν sæpe. Sic Latini dicunt, *per vim, per fraudem*, &c [g]. Διὰ hîc valet μετὰ, ut Rom. 2. 27. & 4. 11. & 2 Cor. 3. 11 [h].

21. *Bonum est* (id est, & utile ad ædificationem †, & sanctum [i], Deóque gratum [k]. Nihil ergò tibi periit, imò lucraris, si à tali cibo temperes [l]. Vel, *Melius est*: Positivum pro Comparativo, ut Matth. 18. 8, 9 [m].) *non manducare carnem*, &c.] q.d. Non solùm ab iis quæ Lege prohibita fuerant abstinendum est, verumetiam à non prohibitis, ut omnino à carnibus & vino [n]. Idem sensus 1 Cor. 8. 13 [o]. Quidvis potiùs nobis sustinendum est, quàm ut facto nostro non necessario fratrem in ruinam impellamus [p]. ¶ *Neque*, &c. Μηδὲ ἐν ᾧ — προσκόπτει] *Neque* (sub. *facere*, G. Be. Pi. & sub. *quicquam*, P. Be. Pi.) *in quo* (vel, *per quod*, ut ἐν ᾧ valet, more Hebræo [q]. Vel, *ad quod*, Ga. in Pso. p. 186.) *impingit*, P. Be. Pi. vel, *offenditur*, Vulg. in Tol. & in E. Sed meliores Codices habent *offendit*; ut Latinè dicimus, *offendit in lapidem*, &c [r]. ¶ *Aut*, &c. Ἢ σκανδαλίζεται, ἢ ἀσθενεῖ] Hæc absunt in MS. neque legit Syrus †. *Aut offenditur* (vel, *scandalizatur*, Tol.) *aut infirmus est*, Pi. Be. P. vel, *infirmatur*, Vulg. *Infirmari* dicitur frater jam infirmus, quia infirmitas fidei ejus latens in animo, occasione facti nostri foris ostenditur, vel etiam augetur [t]. *Offenditur* frater, quando prorumpit in maledictiones, aut judicia contra comedentem; *scandalizatur*, quando fidem susceptam deserit; *infirmatur*, quando dubiis & tentationibus perturbatur [v].

22. *Tu*, &c. Σὺ πίστιν ἔχεις] Rursus occupatio: quam alii cum interrogatione legunt, alii sine ea, eodem sensu [x]. Interrogatio deest in omnibus vet. cod. nostris, & Græcis quoque Scholiis [y]. *Tu fidem habes*, P. Be. &c. vel, *habes?* Pi. Cum interrogandi nota legunt Chrys. & Oecum. & rectè [z]. Dices, inquit, mihi, te fidem habere [a], eámque te velle profiteri libero ciborum usu [b], & te fide perfectâ hoc facere [c]. *Fidem* hîc vocat, non *fidem dogmatum* [d], (quasi non requireretur fidei professio *; quod repugnaret locis Matth. 10. 32. & Rom. 10. 10 [f].) sed *assensum* (vel, *fiduciam*, infirmitati ac trepidationi oppositam [g],) *conscientiæ* [h], אמונה, Magistris Hebr [i]. vel eam animi *persuasionem* [k], de qua v. præced. dixerat [l], per quam quis credit licitum esse id quod facit [m], hoc est, vesci quibuslibet [n]: fidem libertatis [o] Christianæ in rebus mediis [p]. [Sensus, q.d.] Dicis, te id facere, quòd credas non displicere Deo [q], & tibi omnia esse munda, &c [r]. ¶ *Penès*, &c. Κατὰ σεαυτὸν ἔχε, &c.] *Apud temetipsum* (scilicet *solum*, vel, *In teipso*, Er.) *habe* (q.d. Non suadeo ut hanc fidem mutes, imò tene illam; vera enim est fides, & rectè facis †: tene firmiter, sed, si scandalum timeatur, occultè [t].) *coram Deo*, P. Pi. &c. Ne eam jactes [v], in publico [x]; noli studere ostentationi tuæ fidei in rebus indifferentibus [y], nec eâ intempestivè utere [z], nec eam imprudenter ac temere aut verbo

Marginal notes (left): l Par. m V. n Par. o Vor. T. Pi. p Pi. sim. E. q Per. disp. 3. r Tol. Per. † Tol. t G. v G. Pi. sic Vor. T. x E. sic Per. y Tol. z V. Tol. E. a Tol. † Par. b Per. sim. Pi. c Per. d Per. sic E. * E. f V. sim. Pi. g T. h Tol. i Per. k G. l Ham. m Orig. in E. † Pi. n G. o E. Me. V. Be. Camer. sim. Tol. Par. p Tol. q V. r G. † E. v Tol. x G. y Pi. z G. a E. b Tol. c Par. d Me. * G. f E. g Tol.

Marginal notes (right): h Tol. * E. i G. k Pi. Par. Tol. Me. l Tol. Par. m Par. n Tol. Me. o Q. in E. p Al. in E. q Me. sic E. r Me. † E. t G. v Pi. x Me. y G. z E. a G. b E. Me. c Pi. d V. * B. f G. g Be. h G. † Par. i Tol. k Tol. E. l Tol. m G. sim. Vor. n E. o G. sic E. p G. q Idem. r E. † G. t E. v Tol. x E. y Be. z G. a Tol. E. b E. c Tol. d Er. ex Chrys. * Be. f Par. g Er. h G. sic Er. ex Chrys. i G. k Vor. G. Zeg. l Vor. m G. n E. sim. Tol. Me. T. Zeg. Pi. o Par. sic Be. p Be. q V. r E. Me. † Tol. t Zeg. v Me. T. x T. y V. z Pi. sic E. Par.

verbo profitere, aut facto prode [a], cum fratris scandalo [b]; & satis tibi sit, quòd fidem in corde tuo habeas, Deo teste, non homine [c]. Tunc utere, cùm alium non habes testem quem offendas [d]. Dici poterat, si fidem occultam habeo, quis mihi retribuet? Respondet, *Coram Deo habes*, qui videt, probat, & retribuet [*]. Al. *Habe coram Deo*, id est, vel gratias age Deo pro dono, vel sic utere tuâ fide, quasi redditurus Deo rationem, &c [f]. ¶ *Beatus* (sub. *est*, Pi. E. &c. id est, justè rectéque facit [g]; bene cum illo agitur, quia non peccat [h]:) *qui*, &c. ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ δοκιμάζει] *Qui non damnat*, sive *condemnat*, (id est, condemnabilem facit [i]: κρίνειν pro κατακρίνειν perfrequens [k]. Vel, *judicat*, Vulg. erroneè scilicet [l]; judicat, quasi bene faciat [m]:) *seipsum* (id est, quem conscientia sua non condemnat [n]: qui credit nullo pacto displicere Deo quod perpetrat [o]. Al. qui non putat scrupulosè se peccare [p]. *Judicare seipsum*, idem est ac, judicare se rectè facere, ut 1 Cor. 4. *Neque meipsum judico*, id est, non probo & commendo me quasi justum [q]:) *in eo quod approbat*, P. Be. Pi. id est, ut rectum ac verum amplectitur [r]; quod licitum esse novit per se, quamvis illicitum fiat in casu scandali [†]. Vel, *probat*, Vulg. Ca. practicè scilicet [t]; id est, quod elegit facere [v], & facit [x]; facit quod faciendum esse existimat [y]. Vel, *discernit*, Tre. & Boder. ex Sy. vel potiùs, *determinavit aut statuit*: ut sensus sit, si quis determinavit apud se dies ac cibos non discernere, caveat id facere reclamante conscientiâ: similiter qui per contrarium determinavit [z]. Vel, *in ea re quam præfert*, id est, quam agendam suscipit. Idem eloquitur Johannes 1.3.21 [a]. [Sensus loci, q.d.] Quamvis licere sciat, non vescitur, nè cui officiat. Quòd si officeret, damnandus esset suâ culpâ [b]. Alloquitur his verbis, vel, 1. fratrem firmiorem, cui dixerat, *Tu fidem habes*, &c. Ità multi interpretantur, idque variè, &, ut puto, coactè. Vide Toletum [c]. Vel, 2. fratrem infirmum [d], qui exemplo aut gulâ provocatus edebat v.g. suillam contra conscientiam, sicque peccabat [*], & suo calculo sive judicio se damnabat [f].

23. *Qui*, &c. ὁ δὲ διακρινόμενος] *At qui dijudicat*, Er. Ti. vel, *divisus est*, Tre. ex Sy. vel, *discernit*, Vulg. cibos scilicet [g]: vetitum à permissoh [h]. Sed ubi hæc vox sign. *discernere*, semper activa est, ut Matth. 16.3. Act. 12. 1 Cor. c. 4. & 14 [i]. Vel, *secum disceptat*, Be. vel, *ambigit*, Il. P. Pi. *dubitat*, Be. Ca. G. sic Ar. *hæsitat*, Er. V. Be. G. Vide De J.B. & P. 2.23.2. Διακρίνειν est, *dubitare*, ut Matth. 21.21. & Rom. 4.20. ubi dicta vide [k]. Διακρίνεσθαι sign. *hæsitare*, sive *disceptare*, ut Matth. 21. Act. c. 11. Jac. c. 1. Sensus, qui hæsitat, utrum edere sibi liceat, an non [l]. ¶ *Si manducaverit, damnatus est*] A semetipso scilicet [m]; peccati [n] & damnationis incurrit reatum [o]. ¶ *Quia non* (sub. *edit*, V. Pi. sim. Zeg. &c.) *ex fide*] Hoc est, ex dictamine conscientiæ [p], & eâ animi persuasione [q], licere sibi vesci tali cibo [r]; cum firma persuasione licitum esse quod facit [†]; vel, quia edit dubitante & refragante conscientiâ [t]. Non enim pura hæc est negatio fidei, sed habet affirmationem admistam; nempe existimationem, quâ putat, non esse utendum cibis communibus [v]. q.d. Non secundùm, sed potiùs contra, persuasionem suam comedit, ideóque peccat, vel quia agit manifestè contra scientiam, vel quia exponit se peccati periculo, &c [x]. ¶ *Omne autem quod non est ex fide* (vel, *fiducia*, hoc est, certâ persuasione ità licere [y]: id est, quicquid fit conscientiâ non adstipulante [z], vel dubitante [a], utrum liceat, necne [b]; an Deo placeat quod facit [c]; vel refragante [d], sive contra dictamen conscientiæ [*]:) *peccatum est*] Optimum illud, *Quod dubitas* (*æquum sit an iniquum* [f]) *nè feceris*, apud Ciceronem [g] in Officiis [h], tritum & Hebræorum proverbio. Hoc monitum Judæos, qui Christiani facti erant, spectat, nè aliorum exemplo id facerent quod ipsi aut licitum non putabant, aut certè valde de eo dubitabant. Post hæc verba in MS. illo quo sæpe utimur, non minùs quàm in aliis MSS. vetustissimis [i], in plurimis vet. cod. & in Græcis Scholiis [k], sequuntur commata tria, quæ fine Epistolæ habemus [l], cap. 16.25,26,27 [m]. Et hoc loco illa legisse apparet Chrys. Oecum. Theoph [n]. Non probo, quia hanc tractationem nondum terminavit Apostolus [o]. [Sed] certum est, Doxologias non in fine tantùm, sed & alibi, commodè inseri posse, ut Gal. 1.5. Ephes. 3.20, 21. 1 Tim. 1.17 [p]. Videtur Paulus primùm hîc finire voluisse Epistolam, sed postea aliquantò plus quàm speraverat nactus temporis, alia quædam adjecisse [q]. Marcion hîc finiebat Epistolam [r], affirmans reliquam appendicem esse notham [†]: cujus forsan fraude hæc varietas evenit [t].

CAP. XV.

1. DEbemus (jure & naturæ & divino [a]: Debitum hoc est fraternæ charitatis [b].) *autem nos* (Paulus se firmis accenset, jure Apostolatûs, ut se exemplum ipsis proponat [c], & ut ostendat eos rectè sentire [d].) *firmiores* (in fide scilicet [*]; peritiores [f]: ad verb. *potentes*, Pi. provectiores in rerum cognitione [g]; pleniùs edocti de voluntate Dei [h], & religione Christiana, & nominatim de libertate Christiana [i], quibus oppositi suprà ἀδυνεῖς [k]. Sic, δυνατὸς ἐν λόγῳ, Luc. 24.19. Act. 7.22 [l].) *imbecillitates* (vel, *infirmitates*, Er. V. id est, ignorantias [m], & errores [n], in adiaphoris scilicet, quæ non evertunt fundamentum [o]; & ea quæ ex ignorantia faciunt, etiamsi nobis molesta sint [p].) *infirmorum* (non corpore, sed fide & pietate [q], eorum qui minùs in fide instructi sunt [r]: vel, *impotentium*, V.) *sustinere*] Id est, patienter ferre, & quantum possumus opitulari, ut ad fidei perfectionem convaleant [†]. Βαστάζειν] *Portare*, P. Be. Pi. &c. tanquam onus [t], ut dicitur Gal. 6.2 [v]. Metaphora à bajulis, &c [x]. vel ab itinerum sociis, quorum validiores qui sunt minus validos parte sarcinarum levant. *Onus allevant*, dicit Cicero. Videtur autem argumentum duci ex lege Exod. 23.5. hoc modo, *Si sublevandum est jumentum inimici, quantò magìs homo amicus?* Sensus est, leniter ferre nos debere aliorum hallucinationes [y]. Horum supportatur infirmitas à firmis, quando ab iis infirmi tolerantur, nec eis imprudenter contradicitur; quando vitatur eorum scandalum: denique, cùm, ubi opportunum est, instruuntur & confirmantur [z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν] *Ac non placere* (vel, *indulgere*, P. Be. Ἀρέσκειν hoc loco, ut & 1 Cor. 10.33. est, *rem gratam facere*; quomodo & Xenophon dixit, γέλωτι ἀρέσκειν. Est μετωνυμία effectûs pro causa [a].) *nobis ipsis*, Pi. &c. Nempe in fide & scientia nostra, aut alio quovis bono quod præ aliis habere videmur; ità nimirum, ut consideratione nostri boni proximum despiciamus, & salutem ejus negligamus, ut solent homines sibi placentes. Est enim metalepsis, quâ ex priori posterius intelligitur [b]. *Placere*, id est, superbire ob pleniorem Dei cognitionem [c]; animo nostro morem gerere [d]; grata nobis & utilia sectari [*]; indulgere nostris cupiditatibus in utenda libertate Christiana [f]; nullâ aliorum habitâ ratione [g], imò cum aliorum scandalo, vel incommodo [h], infirmis fratribus contemptis [i].

2. *Unusquisque vestrum* (MS. ἕκαστος ἡμῶν, quod cum præced. meliùs cohæret [k]. Singulos constringit, nè quis nimis perfectum, aut solutum hoc debito, se opinetur [l].) *proximo suo placeat* (id est, condescendat [m], obsecundet, ac morem gerat [n]; ejus & commoda procuret [o], & infirmitatibus succurrat [p]; illi se accommodet [q], etiamsi sibi gratum aut utile non sit, modò sine peccato [r]:) *in bonum* (sub. *ejus*, ut Rom. 8.28. & 13. v. 4 [†]. i.e. cum ipsius bono & commodo [t]; ut ad bene operandum alliciatur [v]: vel, ad salutem ejus æternam: nam articulus τὸ ante ἀγαθὸν certum boni genus notare videtur [x]: ad promovendum verum ejus bonum, quod est fides, justitia, salus æterna [y]: vel, in re bona & honesta [z]. Non in omnibus gratificare alteri debemus [a]; non in cupiditatibus ejus [b], sed in iis quæ ipsius bono cedunt, id est, per quæ fieri melior potest. Ejus interpretatio est illud quod sequitur [c],) *ad* (vel, id est, *ad* ejus, P. Be. Pi.) *ædificationem*] i.e. Ut ædificetur & perficiatur in bono [d]: ad profectum ejus in pietate, ac proinde ad vitam æternam [*]. Ἀρεσκέτω, i.e. *scire debet hoc sibi curandum* [f]. Non adeò fovenda infirmitas, ut in pertinaciam degeneret [g].

3. *Etenim Christus* (is scilicet qui nobis pro exemplari debet esse, 1 Pet. 2.21 [h].) *non sibi placuit*] Id est, non

Non quæsivit sibi dulcia[i]; non sibi indulsit[k]; non suo servivit commodo[l], quieti, voluntati[m]; nullius salutem contempsit[n]; sui oblitus, se totum devovit Patris gloriæ[o], nostræque saluti, cujus ergô nec vitæ suæ pepercit. *Non sibi placuit*, supple, *sed imbecillitates infirmorum sustinuit*; quod Paulus, brevitatis amator, hîc omittit[p]: non ità bono suo contentus fuit, ut non etiam curaret aliorum salutem. Illi enim hîc *sibi placere* dicuntur, qui acquiescunt in bono suo, non soliciti ut & aliis bene sit, sive ut aliorum scandala vitarent[q]. Optimè Plato De legibus 5. Πάντων δὲ μέγιστον, &c. *Omnium malorum summum nobiscum nascitur, cui omnes veniam dant, neque ejus levationem desiderant, quod scilicet unusquisque sibi amicus est naturâ, sibi placet, & suis opinionibus delectatur. Sed revera hic morbus fons est omnium errorum & delictorum in vita*, &c †. ¶ *Sed*, (supple *fecit*, ut Rom. 14. 23[r]. vel ἐποίει, vel ἔχει, *est*, vel, *res se habet*, Di. vel, *accidit ei*, Vor. Pi. vel, *ità se gessit*, Vor. vel, *sibi displicuit*, Er. vel, *studio placendi Deo omnia mala tulit, ità ut ipsi verè acciderit*. Ellipsis integri in oratione membri, qualis Matth. 16. 7. Marc. 3. 30. Luc. 9. 13. 2 Thes. 2. 3 †. Vel, *nostris commodis servivit*, Me.) *sicut scriptum est*] Verba [sequentia] sunt Davidis, qui figura Christi, Psal. 69. 10. Vide Matth. 27. 39, 40, 41, 42. Omnia hæc sustinuit Christus Dei ac hominum causâ[t].

¶ *Improperia*, &c. Οἱ ὀνειδισμοὶ, &c.] *Convitia* (vel, *Opprobria*, E. T. Me. scelerata facta[v]: *Blasphemiæ*, Par. id est, peccata[x] nostra omnia: Synecdoche speciei atrocis pro toto genere[y].) *eorum qui convitiantur tibi* (ô Deus[z], Pater, qui dictis aut factis gloriæ tuæ derogaverunt[a].) *inciderunt in me*, P. Be. Pi. id est, Me Christum afflixerunt perinde acsi in me facta fuissent[b]. Al. Illa ego suscepi in carne mea punienda[c]; pro illis, tanquam meis ipsius peccatis, ad te placandum mortem subii, &c[d]. Tibi satisfeci pro illis qui te maledictis afficiebant*.

4. *Quæcunque*, &c. Ὅσα γὰρ προεγράφη, &c.] *Nam quæ antè scripta sunt* (Hîc πρὸ notat tempus; suprà 9. 29. ordinem, in προηγεῖσθαι[f]. Sic προέγραψα, *antè scripsi*, Eph. 3. 3. sicut προῃτιασάμεθα, *antè evicimus*, Rom. 3. 9[g]. Πρὸ hîc notat rei futuritionem[h]. *Prius scripta*, h. e. *in prioribus Scripturis*, Veteris scilicet Testamenti[i], Mosis & Prophetarum[k]. Admonitio est, Non esse hærendum ἐν τῷ ῥητῷ V. T. quasi illa tantùm γεγραμμένα forent, non etiam προγεγραμμένα: nimirum ut eventura Christo capiti primùm, deinde Christi membris[l]. Priùs hæc scripta erant in V. T. quàm fierent aut patescerent mysteria umbris illis designata: ea verò per Evangelium vel exhibentur, vel aperiuntur[m].) *ad nostram doctrinam*, &c. P. Pi. vel, *ad nos docendos*, Be. Occurrit tacitæ objectioni, Ad Davidem ista pertinent. Sit ità: at constat inter Judæos omnes istas res figuras esse rerum Christi. Vide 1 Cor. 10. 6[n]. Al. Etsi locus allegatus de Christo sonare videatur, nè putetis nihil ad vos pertinere[o]: propter nos enim scriptum est, ut discamus hoc exemplo aliorum infirmitates sustinere[p]. Refelluntur hoc loco & qui V. T. rejiciunt, & qui in Scriptura aliquid existimant esse inutile aut supervacaneum[q].

¶ *Ut*. &c. Ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως, &c.] *Ut per tolerantiam*, sive *patientiam & consolationem*, (vel *exhortationem*, Amb. in Er. Παράκλησις enim utrumque significat[r]. Sed alterum aptiùs, tum ob *patientiam* ei junctam †; tum ex consollat. v. seq[r]. i. e. per patientiam quæ nascitur ex consolatione: ἐν διὰ δυοῖν[v].) *Scripturarum* (i.e. quam ex Scriptura discimus[x]; ad quam Scripturæ passim hortantur[y]: quas, patientiam scilicet & consolationem, Scriptura mirabiliter efficit[z], per exempla, hortationes, promissa, & præmia, ibi proposita[a].) *spem* (vel, *spem illam*, scilicet vitæ æternæ[b].) *habeamus*, P. vel, *teneamus*, Pi. sic Be. *Ut inter mala quæ ferimus, & inter solatia quæ nobis præstat Sacra Scriptura, spem perpetuò retineamus.* Vide Rom. 5. 3, 4. & 8. 25[c]. Hæc autem tria mox ad Deum authorem refert, vocans eum *Deum patientiæ & consolationis*, v. seq. & v. 13. *Deus spei*[d]. Perpende ordinem. Hæreditas æterna hîc promissa est, non data. Necessaria igitur est spes. Cùm autem hîc multis adversitatibus & tentationibus impugnemur, opus est patientiâ & consolatione, quæ duo spem roborant, &c*. Puto hunc versum parenthesi includendum ||.

5. *Deus autem patientiæ & solatii* (scilicet auctor & dator[f]. Hoc dicit, ut ostendat Scripturas, quibus hæc antè tribuerat, non ex se illa efficere, sed Deum per Scripturas[g]. Θεὸς τῆς ὑπομονῆς est, *is quem tolerantia Christiana respicit*: sicut infrà v. 13. Θεὸς τῆς ἐλπίδος, Θεὸς τῆς παρακλήσεως, *is à quo solatia veniunt*. Genitivus enim in his libris modò Objectum, modò Causam effectricem, denotat[h].) *det vobis*] Ostendit, concordiam à Deo quærendam & petendam esse, nec sine eo obtinendam[i].

¶ *Id ipsum*, &c. Τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις, &c.] *Id ipsum sapere* (i. e. Similem affectum, benevolentiam, & beneficentiam, exhibere[k]. *Sapere* alibi ad intellectum, hîc potiùs ad affectum, pertinet[l]. Vel, *Idem sentire*, Er. V. Zeg. sic E. Me. sublatis dissidiis & altercationibus vestris, sive de justificatione, sive de ciborum & dierum discrimine[m]. Vel, *Ut itidem affecti sitis*, Be. *Ut eodem animo affecti sitis*, P. Pi. sic Tol.) *in alterutrum* (Vulg. accepit pro εἰς ἀλλήλους, ut locutus est suprà 12. 16. *in vos mutuò, alii erga alios*. Sy. & Ar. *unus de altero*[n]; vel, *invicem*, sive *mutuò*, E. vel, *alii in alios*, Be. vel, *inter vos mutuò*, Er. V. P. Pi. Zeg. [Sensus,] Det vobis omnia quæ ad concordiam mutuam prodesse possunt: vide suprà 12. 18[o]. non quidem in malo, sed[p]) *secundùm Jesum Christum*] i. e. Secundùm Christi exemplum, monitum & præceptum[q], vel doctrinam[r]; h. e. secundùm Evangelium: sic neque infirmus judicabit firmiorem, neque hic spernet illum †: ut idem sentiatis in iis quæ Christus tradidit[t]: talem, inquam concordiam, quæ pietati Christianæ non obstat. Nam *Jesu Christi* nomen pro præceptis ejus sæpe ponitur[v]. Hoc addit ad excludendam consensionem in doctrina falsa, qualis erat, *Justificari hominem ex operibus Legis*, *Cibos aliquos esse immundos*[x].

6. *Ut*, &c. Ἵνα ὁμοθυμαδὸν, &c.] Hanc vocem habes Act. 2. 46. ubi forma est Ecclesiæ perfectissimæ. Adde ad ejus vocis explicationem id quod est Act. 4. 32[y]. *Ut concorditer*, sive *unanimiter*, *uno ore glorificetis* (nempe gratias agentes pro beneficiis[z]: i. e. Ut cùm Deum laudatis eique preces funditis, faciatis id non tantùm eodem verborum sono, (sicut δοξολογίαι, & λιτανεῖαι fieri solebant) sed & animo pleno mutuæ dilectionis, sine contemptu, sine odio[a]: ut velut ab uno omnium ore laus Dei procedat[b]: ut ex hac unione animorum interiori procedat concordia, etiam exterior, in cultu & religione Dei[c], unde laus ipsorum Deo acceptior fiat. Hoc admonet tum propter firmos & infirmos, de quibus suprà; tum verò propter Judæos & Gentiles, de quibus consequenter agit[d].) *Deum & Patrem* (καὶ exegeticè positum*; q. d. *Deum, nempe Patrem*[f]) *Domini*, &c.] Deus eximiè *Christi* & *Deus*, Eph. 1. 17. & *Pater* dicitur Eph. 1. 3. & per ipsum *noster*[g]: *Deus* hominis, *Pater* Verbi[h]. Evangelium à Lege discernit; q. d. Ut uno ore Deum colant cultu non Legis, sed Evangelii, quo Deum ut Patrem Christi colimus[i].

7. *Propter*, &c. Διὸ προσλαμβάνεσθε, &c.] *Propterea* (Hæc cùm ità se habeant, i. e. cùm in Evangelio præcipuum sit Dilectio[k]: cùm uno animo & ore debetis Deum colere[l].) *assumite* (nempe ad familiarem convictum, & communicationem officiorum[m]: vel, *sublevate*, V. ultro excipite & fovete[n], juvate[o], supportate & instruite[p]. Vide ad Rom. 14. 1, 3[q].) *alii alios*, P. Be. Pi. firmus infirmum, doctus rudem, Gentilis Judæum, & contra[r]. Nolite ob res tales alii alios à fraternitate abscindere. Vide Rom. cap. 12. [lege 14.] 1 †.

¶ *Sicut & Christus suscepit nos*] Vel, *assumpsit nos*, Be. Pi. &c. nempe Judæos, ut declarat seq. v[t]. Vel, *vos*, ut legunt Vulg. Sy. & Ar. Gentes scilicet, quas Christus assumpsit, quando circumcisioni se subjecit, &c. v. 8, 9[v]. Sicut Christus nos sibi sociavit[x], omnésque, nullâ distinctione factâ inter Judæos & Gentes, ad se & ad salutem vocavit, & ut fratres sub uno Patre complexus est[y].

¶ *In honorem* (vel, *gloriam*, Er. P. Be. Pi. &c.) *Dei*] Connectunt, vel, 1. cum proximo membro, *sicut Christus assumpsit in gloriam Dei*[z]; i. e. ut aliquando Divinæ gloriæ cum ipso simus participes[a], Joh. 17. 24[b]. Significat, vel terminum, ad quem nos assumptos traduxit Christus, faciens nos gloriæ Dei participes; vel assumptionis nostræ finem, qui est gloria Dei[c]. Christi enim redemptio cessit in maximum honorem Dei[d]. Vel, 2. cum priore, *suscipite*, &c*. ut hoc redundet in gloriam Dei[f], qui

Margin (col. 307): i G. k E. l V. Tol. sic T. Me. m Me. T. n V. o Be. p Tol. q E. † Strig. r G. † Glass. gram. 4. 2. 4. 708. t G. v T. x Me. Par. y Par. sim. Tol. z Me. a G. b Me. T. sic Q. in E. c Tol. d E. sim. Me Pi. Par. * V. f Pi. g G. h Cam. i J. Cap. k Be. sim. Er. l Cam. m Er. n G. o Tol. sim. E. Me. p Tol. q E. r Er. † Be E. r Par. v P. x J. Cap. y E. z Tol. sim. Par. a Tol. b Pi. c G. d E. * Tol. || Cam.

Margin (col. 308): f Me. sic E. T. Par. Pi. g Par. sim. Tol. h G. i Tol. k T. l Tol. m E. sim. V. n Di. o G. p Tol. q T. r Tol. E. Me. † Tol. t V. v G. x E. y G. z Pi. a G. b E. c Tol. d E. * Pi. f Pi. sic Vor. g G. h E. i Tol. k G. l Tol. m Pi. n Me. o Tol. p E. q Par. r E. Me. † G. t Be. v Di. x G. y Tol. z Q. in E. Er. a G. sim. Be. Pi. b G. c Di. d Me. ex Tol. * Al. in E. Er. f Er. ex Chrys.

qui vestrâ concordiâ glorificatur apud incredulos [g]. Vel, 3. cum utroque [h]: ut sensus sit, Sicut Christus nos assumpsit, ut per hoc Dei gloriam promoveret; ità vos assumite alii alios, ut in unitate vestra Deus glorificetur [i]. Utrumque cedit in Dei gloriam [k].

8. *Dico*, &c. Λέγω δὲ — διάκονον γεγενῆσθαι, &c.] *Dico autem*, (sub. *illud*, P. Be. Pi. vel potiùs, *Dico enim*, Be. Vulg. λέγω γὰρ [ut est in] MS [l]. & in 2. vet. cod [m]. Rationem reddit præcedentium [n]; tum Judæos tum Gentiles ab uno Christo esse assumptos, ut hoc exemplo eos ad concordiam invitaret [o]. Explicat quâ ratione Christus omnes susceperit, & in honorem Dei cesserit [p]. Utrosque suscepit propter Dei honorem, Judæos ex justitia, ob promissa, &c. Gentes verò ex misericordia. Hic est sensus hujus & seq. sententiæ [q]. q. d. Hæc, quæ dixi, hactenus tendunt, ut intelligas [r]: vel, hæc sic intelligi volo [†]. *Jesum Christum ministrum fuisse* (id est, prædicatorem [s], doctorem, & operatorem salutis [v]. Christus, quanquam Filius, rectè διάκονος dicitur, quia eam personam susceperat, Mat. 20. 28. Joh. 13. 14 [x]. Vel, functum fuisse suo officio [y].) *circumcisionis*, Par. P. Be. &c. [vel, 1. propriè dictæ:] q. d. se circumcisioni & toti Legi subjecit Judæorum causâ, Gal. 4. 4 [‖]. Al. Sensus, q. d. Nos omnes, peccati & iræ filios, & proinde veritate promissionum Dei indignissimos, circumcidit *circumcisione non manu factâ*, &c. Col. 2. 11 [*]. Syrus & Arabs vertunt, *ministravit circumcisioni*. Parallela phrasis est, & quæ hanc insigniter explicat, Act. 13. 36. ubi Syrus si ad verbum vertas, sic reddit, *ministravit voluntatem Dei*, id est, subjectus voluntati Dei tanquam minister eam complevit; vel, *præstitit voluntatem Dei*. Ità hoc loco, *ministravit circumcisionem*, id est, subjectus circumcisioni eam complevit; vel, *præstitit circumcisionem*, i. e. in sua circumcisione effectam dedit legalem circumcisionem, quippe minister ejus factus; sicut Domini sui voluntatem præstat minister: *factus* enim est Christus *sub lege*, Gal. 4. 4. Fuit ergò Christus διάκονος τῆς περιτομῆς, quum circumcisus fuit, sicut David fuit ὑπηρέτης τῆ τῦ Θεῦ βουλῆ, quum obdormivit: ὑπηρέτης enim, & διάκονον τῆ, eodem modo sumi possunt [†]. Vel, 2. metonymicè, abstractum pro concreto, *circumcisorum* [z], h. e. Judæis circumcisis [a]. Vide Rom. 3. 30. & 4. 9, 12 [b]. Gal. 2. 9 [c]. Quò minùs ex Gentibus vocati Judæos præ sese sprernerent [d], ostendit Judæorum prærogativam [*], & egregio utitur argumento [*], quòd *veritatem Dei*, i. e. Evangelium, *Christus* ipse per se non nisi *Judæis prædicaverit* [f]; vel, Christum constitutum fuisse peculiarem gentis Judaicæ ministrum [g]. Vide Matth. 15, 24 [h]. Sensus, Dico Christum autorem esse N. T. quod primùm administravit Judæis [i]. ¶ *Propter*, &c. Ὑπὲρ ἀληθείας, &c.] *Pro Dei veritate, ut confirmaret promissiones patrum*, P. Be. Pi. &c. vel, *patribus*, nempe Judæorum [k], factas [l]. Genitivus, πατέρων, hìc objectum significat [m]. Ut Dei fidem in eo servaret quod ille eis promiserat [n]: vel, declarando Deum Patrem veracem, qui præstaret ea posteris quæ majoribus promiserat [o], de Messia mittendo, &c [p]. Nam Hebræis promissus erat Messias, non Gentibus, quanquam & de Gentibus vocandis vaticinia præcesserant [q]. Verbum, βεβαιῶσαι, in contractu emptionis significat, *præstare evictionem*, i. e. ostendere se fuisse dominum rei venditæ. Hinc actio ex empto Græcè vocatur δίκη βεβαιώσεως. Christus ergò est βεβαιωτὴς μόνιμος, i. e. optimâ fide promissa servavit, & re comprobavit, & evictionem, ut ità dicam, præstitit, ostendens se fuisse ἔξαρχον promissionum, quas Patres & Prophetæ repetiverunt & illustrârunt [‖].

9. *Gentes* (Subauditur & *dico*, ex præced. & *debere* [r]. Similis ellipsis suprà 4. 13 [†]. Τὰ δὲ ἔθνη, pro, καὶ τὰ ἔθνη. Repetendum ergò εἰς τὸ, & utrumque membrum cum verbo γεγενῆσθαι cohæret [t].) *autem* (vel, Et *Gentes*, P. Be. Pi. *Itidémque Gentes*, Bc.) *super*, &c. Ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι, &c.] *Ut gentes* (quibus nulla facta est promissio [v], sicut Judæis [x]; nam promissio de salute Gentium facta est patribus Judæorum [y]:) *pro misericordia* (sibi præstita [z], quam opponit h. l. promissioni, quæ parit aliquod debitum [a]: q. d. pro gratuito beneficio donati Messiæ [b]. Erat & Judæis *misericordia* [c], tum in promissione [d], tum in prædicatione Apostolorum [*], ipsis facta [f]: sed sic loquitur, quia, si comparate rem spectes [g], Gentes ad hujus beneficii participationem vocatæ sunt solâ Dei misericordiâ [h]; Judæis verò, ultra misericordiam, veritas promissionum intercessit [i].) *glorificent Deum*, P. Be. Pi. i. e. gratias Deo agant [k]: vel, *honorare Deum*, Vulg. sim. V. Zeg. &c. Debent Gentes maximas Deo gratias pro tanto beneficio ipsis exhibito ex nulla promissi obligatione [l]. ¶ *Sicut scriptum est*] Quia Judæi ægrè credebant vocationem Gentium [m], & ne illi, ob promissiones, Evangelium sibi soli usurparent, Gentésque excluderent [n], adducit promissiones non Gentibus, sed de Gentibus, editas, quas in Christo impletas esse docet [o]; sicque prudenter & efficaciter componit dissensiones ex populorum diversitate ortas [p]. ¶ *Confitebor tibi* (scil. beneficia à te accepta [q]: vel, *Celebrabo te*, Be. Pi. vel, nomen tuum [r], misericordiam, & beneficia eis exhibita [†].) *in Gentibus*, &c.] Sunt verba LXX [t], ex Psal. 18. 50 [v]. Vel, *inter Gentes*, P. Be. Pi. E. & per Ecclesiam Gentium, videlicet ore omnium te laudantium ob Gentium conversionem [x]. Vel, pro Gentibus, i. e. pro Gentium conversione quam per me facturus es [y]. Dicit David, se etiam vicinis alienigenis narraturum Dei in se beneficia. Optimè autem hæc ad mysticum Davidem, Christum, aptantur [z]. Probat his verbis, Christum esse Gentium ministrum [a]. Sed quid locus ille ad Christum? Resp. Imò quid ad Davidem? qui fermè moribundus canticum illud cecinit, teste 1 Sam. 22. & secundùm se, sive personam suam, Jehovam non fuit celebraturus, ne in Judæa quidem, nedum inter Gentes, ex quo defunctus est vitâ. Nam *in morte*, ut sæpe dixit, *non est recordatio*, aut *laudatio Dei*, &c. Significat ergò se hoc facturum in Christo, sive secundùm personam Christi, quem prævidit fide, & lætatus est. Nam ut per Abrahamum decimatus dicitur Levi, eò quòd in lumbis patris tunc esset, Heb. 7. 9. sic agnovit pia Davidis fides, seminis sui, Christi, officium quodammodo ad se pertinere, & partem illius per fidem sibi vindicavit [b].

10. *Et iterum dicit*, &c. Πάλιν, &c.] i. e. *Alio loco*, ut Matth. 4. 7. Hebræi dicerent, וישוב ויאמר: verbum enim שוב per πάλιν vertere LXX [c]. ¶ *Lætamini*, &c. Εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τῦ λαῦ αὐτῦ] Sumptum hoc vel ex Esa. 35 [d]. vel ex Psal. 67. 4 [*]. vel ex Deut. 42. 43 [f]. de quo dubitari non debet: nam ibi in editione LXX eadem verba exstant [g]. Sed vix ullum in LXX apparet Hebraicæ veritatis vestigium [h]: quod temere dictum videtur. In Hebræo est, הרנינו גוים עמו [i]: [quæ Mosis verba cum Paulo diversimodè conciliant. Ea verò verti possunt, vel, 1.] *Canite gentes populum ejus* [k]; idémque voluerunt LXX: neque enim μετὰ hìc significat societatem [in canendo,] sed argumentum sive materiam cantûs, sive quod cantu celebratur, ut in LXX Psal. 21. 7. *Exhilarabis eum in lætitia* μετὰ *cum vultu tuo*, i. e. facies ut ex vultu tuo habeat argumentum lætitiæ: & Esa. 24. 14. *lætabuntur* ἅμα τῇ δόξῃ *cum gloria* (i. e. de gloria) *Domini*, quod idem est atque, *canent gloriam Domini*. Probat ergò Apostolus, Assumendas fuisse Gentes in communionem gratiæ cœlestis, quia prædictum fuit, fore ut Ecclesia Dei argumentum Gentibus lætitiæ & cantûs esset: quod fieri non poterat, nisi ejusdem gratiæ participes, intelligerent Ecclesiæ præstantiam [l]. Non poterunt Gentes populum Dei ut felicem ex animo laudare, quin eundem cum eo Deum agnoscerent [*]. Sed hæc Versio non placet: nam subjectum Cantici, quod prædicari jubet, non est populus, quem ibi graviter increpat, eíque multa minatur; sed Deus, ut & præced. & seq. demonstrant. Vel, 2. *Cantate Gentes, populus ejus*. Sic Judæos abdicandos, Gentes adoptandas, fore significaret [m]. Vel, 3. *Cantate Gentes & populus ejus* [n], vel, cum populo ejus [o]: ut sit ellipsis, vel conjunctionis [p], vel particulæ עם, *cum*, quam hìc exprimit Syrus [q]. Al. Apparet LXX bis legisse literas עם, nempe hoc modo, עם עמו [r]. [Verba Pauli sic reddunt,] *Gaudete Gentes cum populo ejus*, P. Pi. &c. scil. Dei, velut communis futuri utrique populo [†] h. e. cum Judæis [t] conversis [v]: agite cum eis commune gaudium, quia ex æquo factæ estis participes beneficiorum Christi cum iis [x]. Sic Gentes jubentur lætari cum Judæis, Deut. 32. Ergò & ipsæ aliquando sociabuntur populo Dei, & participes erunt gratiæ, de qua exultabunt. Consequens pro antecedente [y].

11. *Et iterum, laudate omnes Gentes Dominum* &c.]

Nempe

[Marginal notes, left column: g Er. h Er. Tol. E. i E. sim. Tol. k Er. l G. m Be. n G. sim. Be. Tol. o Be. p Me. ex Tol. q Tol. r V. † Par. s Me. sic Zeg. v Me. x G. y V. ‖ Par. * Jun. par. 2. 27. † Di. z Par. a G. sic Camer. Pe. V. Tol. Er. E. Par. &c. b G. c Tol. d G. sim. E. * G. f G. sim. E. Tol. g Vor. h G. Vor. i Er. k G. l Be. G. sic Vor. m G. n Ca. o V. sim. Tol. Me. E. p Me. q G. ‖ Strig. r G. sim. E. Camer. † G. t Be. v Me. sic V. Tol. Zeg. Cam. x V. sic Tol. y Tol. z Me. a E. b T. c Cam. sim. Tol. E. ex Aquin. d E. * Cam. f E. Cam. g Cam.]

[Marginal notes, right column: h V. sim. Cam. Pi. i Tol. k Pi. sim. E. l G. m E. n Tol. o Par. p Tol. q Pi. r Be. E. Me. † Me. t G. v G. Par. &c. x E. y Q. in E. z G. a Cam. b Jun. par. 2. 27. c G. d L. * Q. in E. f G. sim. E. Tol. Er. Di. &c. g G. h Be. i Di. k Di. Q. in Jun. l Di. * Be. m Jun. ib. n Jun. Pi. o Jun. p Pi. sim. Jun. q Be. r G. † Er. t Er. V. Tol. F. Me. v Me. x E. y Par.]

Nempe pro misericordia confirmata & veritate exhibita populo Israelitico [z]: Ergò & ipsæ participes erunt eorundem beneficiorum, &c [a]. Laudabunt Dominum, ergò misericordiam consequentur [b]. Sumpta hæc verba ex Psal. 117. 1. Verba hîc eadem quæ apud LXX, nisi quòd ibi omittitur copula, quæ & in Hebræo non est, sed subauditur [c]. Tot congerit testimonia, tum ut Judæis persuaderet, commune esse etiam Gentibus Evangelium, tum nè Gentes superbirent adversùs Judæos, &c [d].

12. *Esaias ait, Erit radix*, &c. Ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, καὶ ὁ ἀνιστάμενος—ἐπ' αὐτῷ, &c.] Sunt hæc quoque ex LXX, Esa. 11. 10. Locus Prophetæ de Ezechia agit, sed qui & ipse non obscura fuit Christi imago [*]. [Reliqui ferè de Christo prorsus accipiunt, de quo vide ibi Synopsin.] Laborant Interpretes de constructione, quæ ex Hebræo plana fit, ubi est, *Et erit in die illo, radix*, &c. Ἔσται ergò absolutè ponitur, non constructum cum ἡ ῥίζα, sed significans, Hebræorum more, quid futurum sit: deinde, ἡ ῥίζα καὶ ὁ ἀνιστάμενος sunt Nominativi absoluti, qui deinde constructi, per pronomen in alium casum mutantur, ut Apoc. 6. 8. & alibi sæpe [f]. [Verba sic reddunt,] *Erit radix Jesse*, (i. e. Prolem habebit Jesse, scil. Davidem [g]: Orietur ex Jesse domo soboles [h], Christus scilicet [i], *radix*, i. e. surculus ex radice [k], vel per metonymiam, vel potiùs quia vox illa Hebræis & Græcis, sicut & Latinis, significat & principem generis, & eos qui ab ipso orti sunt. Sic Christus dicitur *radix David*, Apoc. 5. 3. & *radix & genus David*, Apoc. 20. Hîc autem dicit, *radix*, non David, sed *Jesse*, quia, quando venit Christus, regnum Davidis cessaverat, familia tamen & semen perdurabat: sensúsque est, *Erit radix Jesse*, i. e. Permanebit tempore illo familia Jesse [l].) *& qui exsurgat* (Heb. *stat*, quod rectè vertitur, *exsurgit*, quia eadem verba in linguis Orient. significant & *esse*, & *incipere esse*, Ut ergò קום, ità & עמד significat, & *stare*, & *incipere stare*, h. e. surgere, ut Neh. 7. 65. Dan. 8. 22, 23 [m]. Ἀνιστάμενος autem intelligitur, vel, 1. de resurrectione Christi ex mortuis [n]: vel, 2. quod loco magis congruit & frequentiori verbi significationi in Scripturis, valet, *exsurget*, vel sursum se eriget, &c [o].) *ad imperandum* (Heb. est לנס, *in vexillum* [p], sive *in vexillum victoriæ*, quod LXX verterunt ἄρχειν, quia Vexillum signum imperii [q].) *gentibus*, (Heb. *populorum*, Di. Al. *quæ erigetur Gentibus pro vexillo*, G. erit instar signi in altum erecti, ad quod undique populi confluant [r]; exsurget, inquam, ut Gentibus imperet [†]:) *in ipso gentes sperabunt*, P. Be. Pi. &c. vel, *nempe in id ut Gentes ei se committant cum bona fiducia*, G. Pro quo in Heb. est, *ad eum Gentes inquirent*, quod rectè hîc versum; est enim spes affectus quo mens ad futurum bonum sese exerens id requirit, ut potita in eo acquiescat [t]: q. d. ille est quem Gentes, suæ vocationis gratiam agnoscentes, requirent, in quem sperabunt, adeóque deprecaturæ sunt [v].

13. *Deus autem spei* (tum, 1. objectivè, in quo solo sperandum est, 1 Tim. 6. 17. Confer Jer. 17. 5 [x]. in quo omnes sperant [y]: quem spes nostra respicit, ut diximus suprà v. 5 [z]. Tum, 2. effectivè, 1 Pet. 1. 3 [a]. auctor spei [b], illius cujus jam facta mentio [c]; qui sperandi vim donat [d]; cujus beneficio factum est ut vos [Gentiles] in eum speretis [*].) *repleat vos omni* (i. e. perfecto & cumulato [f], ut universalis particula sumitur 1 Cor. 13. 2. Eph. 1. 3 [g].) *gaudio* (de tanto beneficio, Evangelio scil. accepto [h]: vel, *tranquillitate*, non rixis & jurgiis [i].) *& pace* (tum internâ cum Deo [k], Rom. 5. 1 [l]. tum externâ cum fratribus [m]: concordiâ [n], ut nullas ampliùs cum fratribus, Judæis conversis, dissensiones habeatis [o]. Vel, *gaudio & pace*, i. e. gaudio quod oritur è sensu pacis cum Deo: ἓν διὰ δυοῖν P.) *in credendo*] Id est, vel, 1. de fide susceptâ [q]; vel, 2. per fidem [r], qu. d. quæ pax acquiritur fide [†]; vel, 3. in fide susceptâ [t]; vel, ità ut communem fidem teneatis: neque enim Deus pacem probat cum detrimento fidei in Christum [v]: vera pax & concordia non est in errore, sed in vera fide [x]. Vel, *ad hoc ut credatis*: ut sit ἐν τῷ πιστεύειν, pro, εἰς τὸ πιστεύειν [y] vel, *credendo*, ἐν τῷ, pro, διὰ τοῦ ut ἐν causam instrumentalem notet, more Hebræorum [z]. ¶ *Ut*, &c. Εἰς τὸ περισσεύειν, &c.] *Ut spe* (recipiendi à Deo nova & perfectiora beneficia [a]: vel, *spe illâ*, nempe vitæ æternæ [b].) *abundetis* (i. e. Ut spes vestra magis ac magis augeatur [c], ex illa tranquillitate & concordia [d];) *per virtutem* (vel, *ope*, G. quæ spes in nobis concipitur [*], atque augetur [f]; per potentiam [g], per efficacem operationem [h];) *Spiritûs Sancti*, Be. &c. qui non amat contentiosos. Vide Gal. 5. 22. Eph. 4. 3. Πιστεύειν est שאן, *fœcundari* [i].

14. *Certus sum autem*, (i. e. Persuasum habeo, & credo [k], ex constanti scil. rumore & sermone hominum fide dignorum [l]:) *fratres mei, & ego ipse* (nempe libenter credens ea quæ de vobis audio [m]:) *de vobis*] Solet Apostolus monita sua emollire quasi ex superabundanti adhibita, ut eò magis suos ad officium excitet. Simile loquendi genus 2 Tim. 1. 5. Heb. 6. 9. Et verum erat quod dicit, sed in parte eorum quibus scribit [n]. Nè correptionem Pauli molestè ferant Romani, quippe docti, aut doctrinæ opinione sibi placentes, excusatione utitur cum laude eorum conjunctâ [o]. q. d. Non vos moneo tanquam ignaros [p], torpidos vel socordes [q], sed ut affectum meum erga vos ostendam, &c [r]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι καὶ αὐτοὶ μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης, &c.] *Quod ipsi per vos* (i. e. etiam me non admonente [†], ultro & sponte vestrâ: id enim sonat αὐτὸς apud Homerum,—τί με σπεύδοντα καὶ αὐτὸν ὀτρύνεις; *Cur me festinantem & ultro incitas* [t]?) *pleni sitis bonitate*, (Bonitatem intelligit quâ utendum sit in admonendis fratribus [v]. Vel, *dilectione*, Vulg. Videtur legisse ἀγάπης [x], vel ἀγαθωσύνη, *bonitatem*, intellexit quæ est in benignitate ac beneficentia. Est tamen ubi vox illa pro omni bonitate virtutis usurpatur, ut Psal. 25. 3. & 38. 21. Posset & de donis gratiæ, sive Spiritûs S. intelligi [y]. [Sensus, q. d.] Spero vos sponte vestrâ sine meo monitu abstenturos à condemnationibus & contemptu [z].) *impleti omni cognitione*, P. Be. Pi. scil. rerum divinarum [a]; vel, rerum omnium ad doctrinam salutis pertinentium [b]; vel, scientiâ necessariâ ad mutuam instructionem in fide [c]: *omni*, i. e. perfectâ, ut v. præced. scil. quoad fieri potest in hac vita, ex collat. 1 Cor. 13. 9, 10 [d]. satis intelligentes esse vos plerosque libertatis Christianæ [*]. ¶ *Ut*, &c. Δυνάμενοι καὶ ἀλλήλους νουθετεῖν] *Et qui possitis etiam vos mutuò* (vel, *alii alios*, Be. vel, *alios*, Be. G. imperitiores [f]: ἄλλους, ut est in 4 cod. quod forsan ἐμφατικώτερον [g].) *monere*, P. Be. Pi. utpote repleti charitate & scientiâ, quæ duo in monitore necessaria sunt; nec meâ indigetis instructione [h]. Vel, *instituere*, G. vel, de officiis hominis Christiani [i]; vel, de ista libertate [k]. Nota Pauli & prudentiam, & modestiam atque humilitatem, & amorem: quandam æqualitatem inte se & illos admittit [l]. Sensus, q. d. Etiamsi ego non admonerem vos, ipsi vos invicem admonere possitis [m].

15. *Audaciùs*, &c. Τολμηρότερον—ἀπὸ μέρους] *Audaciùs* (i. e. liberiùs [n]; vel, confidentiùs [o]; vel, familiariùs [p]: vel, *Audaculè*, Be.) *verò scripsi vobis*, (q. d. Quamvis non nescirem esse inter vos qui hæc præstare possint, ipse tamen audaciam sumpsi ad vos scribendi [q].) *fratres, aliquatenus*, Be. vel, *aliquantulum*, Er. V. *paulò*, G. ex Sy. *aliqua ex parte*, P. Pi. nam ἀπὸ μέρους, & ἐκ μέρους, diminuit aliquid de eo quod dicitur, ut infrà v. 24. 1 Cor. 13. v. 9, 12. 2 Cor. 1. 14. & 2. 5 [r]. Connectendum hoc, vel, 1. cum *scripsi*; q. d. Quæ audaciùs scripsi non pertinent ad vos omnes, sed ad aliquos tantùm [†]. Vel, q. d. Non scripsi vobis omnia mysteria fidei, sed quædam tantùm, nè quis infletur [t]. Vel potiùs, 2. cum *audaciùs* [v], ut 2 Cor. 2. 3 [x]. Mitigat hoc quod dixerat, *audaciùs* [y]. Admiscuit nonnulla liberiùs dicta, de Stulta sapientia, de Idolis, de Libidine præpostera [z]. ¶ *Tanquam*, &c. Ὡς ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς] *Veluti commonefaciens vos*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. &c. *Ut commonefacerem vos*, Tre. ex Sy. *Tanquam submonefaciens vos*, i. e. paululum admonens [a], non docens aut reprehendens vos [b], tanquam ignaros, aut immorigeros, sed tanquam peritos [c]. Ἐπαναμιμνήσκων, Heb. מעורר. Al. *Tanquam in memoriam vos reducens*, Vulg. Mo. sic Ca. ea quæ probè nostis [*]; doctrinam quam didicistis [f]. ¶ *Propter gratiam*, &c.] Scil. Apostolatûs [g], sive muneris Apostolici [h]. *Gratia* pro *munere* [i], μετωνυμικῶς [k], ut Rom. 1. 5 [l]. & 12. 6. Necessitatem officii excusat [m]. q. d. Non temere hoc feci [n], sed ut muneri meo satisfacerem [o].

16. *Ut*, &c. Εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν—εἰς τὰ ἔθνη] *Ad hoc ut sim* (i. e. Ut factis probem me esse. *Esse* pro *conspici*.)

[Marginal sigla, left column: z E. Me. — a E. — b Par. — c G. — d Tol. — * G. — f Di. — g V. sim. E. — h G. — i Tol. E. Me. Pi. &c. — k E. Me. — l Tol. — m Di. — n Caj in E. — o E. — p Di. — q G. sim. Ham. — r E. — † E. sim. Me. — t Di. — v E. — x Par. — y V. — z G. — a Par. — b E. Me. T. Pi. Tol. E. — c Pi. — d V. — * Tol. — f Be sic Pi. sim. Tol. — g Be. — h Tol. — i G. — k Par. — l Be. — m Par. — n Be. sic G. Tol. E. Me. — o Tol. — p Pi. — q Tol. — r V. sim. Be. E. ex Chrys. — † V. — t Me. — v G. — x E. — y Q in Be. — z Pi. — a Tol. — b Pi.]

[Marginal sigla, right column: c E. Me. sic G. — d G. sim. E. — * V. — f E. — g V. — h E. Me. — i G. — k Tol. sim. Pi. &c. — l E. — m Idem. — n G. — o E. — p Me. — q T. — r Me. — † Pi. — t Er. Be. — v E. — x Idem. — y Di. — z G. — a V. — b Pi. — c E. — d Pi. — * G. — f Idem. — g Be. — h Tol. — i Pi. — k G. — l Tol. — m Er. — n Er. G. Pi. Tol. E. &c. — o Tol. — p Er. — q E. — r G. — † Q. in Par. — t Orig. in Par. — v Par. ex Gaynæo, Be. sim. E. Me. Tol. T. — x Be. — y Er. sim. E. — z Er. — a Tol. ex Chrys. — b Tol. sim. Par. — c Par. — d G. — * T. sim. E. — f Pi. — g Tol. Me. T. Vor. Pi. G. — h E. — i V. — k G. — l Vor. — m G. — n E. — o V. sic Tol. E. T.]

spici P.) *minister* (i. e. præco [q]: non dicit διάκονος, sed λειτουργὸς [r] quod nomen generatim significat quemvis publicum ministrum †, sive politicum, sive Ecclesiasticum, Act. 13. 2. Rom. 13. 6. Heb. 8. 2 [t]. præsertim sacrorum, h. e. Sacerdotem [v].) *Jesu Christi apud gentes*, P. Be. Pi. vel, *inter gentes*, Pi. pro, εἰς τοῖς ἔθνεσι [x] vel, *in*, sive *ad*, *gentes*, Vulg. G. scil. docendas [y]; missus [z] ad illas non solas, sed præcipuè [a]. Vide Rom. 11. 13 [b]. & Gal. 2. 7. 2 Tim. 1. 11 [c]. ¶ *Sanctificans* (vel, *Consecrans*, Tol. ex Aug.) *Evangelium*] i. e. Gentibus demonstrans, Evangelium esse sanctum, & per ipsum eas sanctificari debere [d]. Ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον, &c.] *Administrans* (vel, *Operans*, P. Be. Pi. vel, *Et operer*, Di. ex Sy. & Ar.) *Evangelium* (vel, *Evangelio*, P. Be. Pi. Di. ex Sy.) *Dei*, Er. Il. Ti. E. eoque ministerio velut sacerdotio fungens*. *Docens*, sub. *illos*, *sacrum Dei Evangelium*, V. *Dum obeo Sacerdotium*, non Leviticum, sed Christianum, ex vaticinio, Esa. 66. 21 [f]. Hesych. Ἱερουργεῖ, *sacrificat, sacra operatur*. Hinc verto, *Operans sacra Evangelii Dei*. Ut enim lex olim ceremonialis, sic & Evangelium, sua habet sacra; quique Evangelio servat homines, vivas Deo sistit victimas, de quibus Rom. 12. 1. unde & hic sequitur, *ut oblatio*, &c [g]. Describit sacerdotium N. T. quod est, non offerre victimas, sed prædicare Evangelium [h]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, &c.] *Ut oblatio* (vel, *libatio*, quâ Deo libatur †:) *gentium* (Intellige vel, 1. activè, quam Gentes Deo offerunt [i]: ut Gentes offerant Deo spirituales hostias placentes propter Christum*. q. d. Ut oblationes, quas Gentes offerunt, h. e. opera quæ faciunt, sint Deo acceptæ, utpote per Evangelium sanctificatæ [k]. Vel, 2. passivè, quâ Gentes Deo offerebantur [l]: i. e. oblatio quâ à me offeruntur Gentes, h. e. conversio Gentium per meam prædicationem [m]: [quâ] non pecudes Deo offero, sed homines multos per me ad Deum conversos [n]. Genitivus objecti, & meton. subjecti [o]. *Oblatio Gentium* transitivè dictum pro oblatione quæ sunt ipsæ Gentes [p], quæ hic sunt sacrificium [q]; Paulus autem sacerdos [r]. Persistit in similitudine Victimæ [s], sive ministerii sacerdotalis [t]: ideo dicit εὐπρόσδεκτος, quod idem cum εὐάρεστος, Rom. 12. 1, 2. ubi dicta vide. Vocem εὐπρόσδεκτος habes & infrà v. 31. Luc. 4. 19. 2 Cor. 6. 2. & 8. 12. 1 Pet. 2. 5. Δεκτὸς respondet Hebræo רצון [v]. Ἱερουργεῖν est, præparare hostias, & præparatas offerre. Sic Paulus ait se docere Evangelium, & hâc doctrinâ multos præparare ad vitam æternam ||.) *fiat accepta*, (Deo scilicet [x],) *sanctificata per Spiritum sanctum*, Be. Pi. P. tanquam ignem [y], quo victima comburitur [z]: non sale, ut Leviticæ victimæ, sed ipso *Spiritu S.* Vide dicta Marc. 9. 49 [a]. Alludit ad ritus V. T. quo hostiæ Deo offerendæ sanctificationibus quibusdam externis præparabantur ac mundabantur. Ità significat, Gentes priùs immundas, per fidem, operante Spiritu S. mundatas & sanctificatas, à se offerri Deo, &c [b].

17. *Habeo*, &c. Ἔχω οὖν καύχησιν — τὰ πρὸς Θεὸν] *Habeo igitur gloriam* (vel, *gloriationem*, E. vel, *quod*, sive *unde*, *glorier*, P. V. Be. Pi. Val. Tol. sic Er. gloriandi occasionem [c]. *Gloriari* est, magna de se prædicare: quod licitum est, si non fiat in propriam commendationem, sed ut Deus ipse agnoscatur. Vide 2 Cor. 10. — & 12 — [d]. Vel, *quod læter*. Καυχᾶσθαι modò inniti, modò *Lætari ob rem aliquam*. הלל interdum καυχᾶσθαι vertitur, alibi ἀγαλλιᾶν. Sic עלז per utrumque vertitur, nec minùs עלץ & רנן*.) *in Christo Jesu* (i. e. in Christi Jesu negotio, sive in re Christiana: qualis loquendi modus Rom. 8. — & 16 — [f]. Vel, *per Christum Jesum*, Be. Pi. &c. non quasi per me ista effecerim [g], aut virtute meâ, sed per Christum [h]. Vel, *propter Christum*, V. qui operatur per me [i], felici concionum mearum successu [k], salutem Gentium [l].) *ad Deum*, Vulg. Tol. vel, *apud Deum*, Sy. & Ar. in Di. Eadem locutio est Heb. 5. 1 [m]. Vel, *in rebus Dei*, G. *in iis quæ ad Deum* pertinent, P. Be. Pi. sic Val. Er. Tol. Vor. E. τὰ, pro κατὰ τὰ, & sub. ἀνήκοντα [n]. In iis quæ ad Dei gloriam non mediocriter pertinent [o]; in rebus sacris & divinis, non profanis aut humanis [p]: vel potiùs, *quoad Deum* hujus successûs authorem [q].

18. Οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν τι ὧν οὐ κατειργάσατο, &c.] Est honesta περιεργασία φιλαυτολογίας· quales multas adhibet Paulus, ut 2 Cor. 12. 1. & seq [r]. Removet à se suspicionem inanis & falsæ gloriationis: simulque ex obliquo taxat vanitatem Pseudapostolorum, qui in alienis laboribus gloriabantur †. Hoc, ceu procemiolo, & arrogantiæ crimen excludit, & sibi fidem conciliat [t]. *Non* (vel, *Vix*, G.) *enim ausim* (vel, *sustinuerim*, P. Be. ut τολμᾶν sumitur Rom. 5. 7. & apud Platonem, ὃς ἂν τολμήσειεν, &c. *qui sustineat ab alieno abstinere* [v].) *quicquam loqui* (id est, commemorare aliquid à me factum [x]; alienorum factorum mihi laudem arrogare [y]:) *eorum quæ non effecit Christus per me*, (q. d. Nihil dico quod verè non sit virtute Christi per me effectum [z]: satis multa habeo in quibus glorier, quæ per me Dominus operatus est [a]. Vel, *quid non fecerit*, i. e. quàm multa & magna fecerit [b]. Sensus, q. d. Ità mihi omnibus in rebus, omnibúsque modis, adfuit Christus, ut non possim exprimere quid per me effecerit [c]. Λαλεῖν τι ὧν οὐ, pro, λαλεῖν τι ὅ. Illam Erasmi sententiam non probo, tum ob verbum, τολμᾶν, tum quòd eo sensu hæc verba parenthesi includenda sunt, quia non aptè cohærent cum v. 17 [d]. Totum quod fecit modestè tribuit Christo*.) *in obedientiam gentium*, (vel, *ad Gentium obedientiam*, nempe efficiendam [f]: vel, *adducendis ad obedientiam Gentibus*, P. Be. Pi. sic Tol. ut Gentes obedirent Evangelio [g]: h. e. circa conversionem Gentium [h], quam indicat & finem esse & effectum ministerii sui [i].) *verbo & facto*, Er. vel, *verbis & factis*, P. Be. Pi. i. e. prædicatione & miraculis [k]. Vide Luc. ult. v. 19 [l]. & Act. 7. 22 [m].

19. *In*, &c. Ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων] Solent hæc sæpe conjungi, ut Matth. 24. 24. Joh. 4. 48. Act. 2. 43. & 4. 3. & 5. 12. & 7. 36. & 14. 3. 2 Cor. 12. 12. Talia erat Dæmonum ejectio. Morborum omnis generis sanatio, Mortuorum resuscitatio [n]. *Virtute* (vel, *Per virtutem*, P.) *signorum ac prodigiorum*, Be. Pi. P. i. e. Per potentiam declaratam signis & prodigiis. Dependet hæc pars, ut præcedens, ab eo quod dixit, *per me Christus effecit* [o]. *Signa* dicuntur miracula quæ possint etiam fieri per naturam, licèt non ità repentè, nec eo modo, ut febres quæ verbo curantur; *Prodigia* verò, quæ nullo modo fieri possunt per naturam, ut cœcum illuminari, &c [p]. *Signa* sunt minora miracula; *prodigia*, majora [q]. Verùm sic promiscuè vocantur quæcunque supra naturam fiunt: *signa* dicuntur, quia divinitus aliquid nobis significant; *prodigia*, quòd admirationem excitant [r]. ¶ *In*, &c. Ἐν δυνάμει, &c.] Hæc, vel, 1. cum membro præced. conjungenda sunt †: q. d. quæ signa & prodigia facta sunt [t], non Dæmonum potestate [v], sed virtute Spiritûs Sancti [x]: ità Græci [y]. Vel, 2. ab eo distinguenda sunt [z]. Duplex ergò actio à Paulo commemoratur, quâ ad fidem adductæ sunt Gentes; externa, de qua dictum, interna, de qua h. l [a]. *Virtute* (i. e. potenti & efficaci operatione [b]) *Spiritûs S.* quâ effecta sunt miranda in animarum conversione, &c [c]. Hoc ad illas pertinet Revelationes de quibus agitur 2 Cor. 12 [d]. & dona Linguarum*, Prophetiæ, discretionis spirituum, &c. de quibus 1 Cor. 12 [f]. Hæc erant Paulinæ ἱερουργίας (sive Apostolatûs [g]) signa, multò magnificentiora quàm Cidaris & Poderes & Tintinnabula [h]. Pro, πνεύματος Θεοῦ, legitur, πνεύματος ἁγίου, in MS. & in Athanas [i]. ut & Vulg. legit [k]. ¶ *Ità*, &c. Ὥστε με — καὶ κύκλῳ — πεπληρωκέναι, &c.] *Ità ut* (vel, *Adeò ut*, P. Be. Pi.) *ab Hierusalem* (Tangitur illa historia quæ est Act. 9. 26 [l].) *& circum* (vel, *per circuitum*, Ca. Ar. Vulg. q. d. non viâ rectâ, & ad exitum festinando, sed per circuitum progrediendo [m]. Vel, *undique*, sive *in circuitu*, Er. *omnia loca in circuitu*, Il. vel, *circumjacentibus* regionibus, P. Be. Pi. sic V. Hoc κύκλῳ hic adverbialiter ponitur pro *circum*, ut Gen. 23. 17. & 35. 5. & 41. 48. Exod. 7. 24. Job. 6. 3. Sic & Marc. 3. 34. & 6. 6, 36. Luc. 9. 12. Intelligit Phœnicen, Syriæ alia, Arabiam, Act. 9. 20. & 12. 25. & 13. 1. Gal. 1. 17 [n]. Antiochiam, Asiam minorem, & Græciam [o].) *usque ad Illyricum* (Rectè: nam Macedonia, quam peragravit Paulus, Dalmatiam attingit, quæ pars Illyrici, & ipsum mare Illyricum. In eo tractu est Apollonia nominata Act. 17. 1. Vide Ptolemæum [p].) *me implevisse* (vel, *impleverim*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Tre. ex Sy. sic Ca. Vulg. i. e. plenè annunciaverim [q], nihil omittens quod ad fidum Evangelistam pertinet [r]: plenè ubique evulgârim †; vel, diffuderim, dilataverim, propagaverim [t]: quo

Left margin notes: p G. q V. r Tol. E. † Vor. sim. E. Pi. t Vor. v E. sim. Tol. x Camer. Pi. y E. z G. a E. b G. c E. d Tol. * E. f G. g Di. h Par. ex Chrys. & Orig. † Ca. i Q. sic Strig. * Strig. k Q. in Tol. l Vor. sic Par. Be. Strig. sim. Tol. E. m Pi. sim. T. n G. o Pi. p E. q Tol. sic E. r Tol. † G. t E. sim. Pi. v G. || Strig. x Tol. y T. Me. z T. ex Chrys. a G. b E. c T. sic Pi. d Tol. * G. f Ca. g Tol. h Tol. i V. sic Me. Tol. k V. sic E. l Me. T. m Di. n Pi. o V. p E. q Vor. sic Ham. r G.

Right margin notes: † E. t Er. v Be. x E. y Me. sim. Er. ex Orig. z Tol. sim. Er. ex Orig. a Me. b G. c Be. ex Amb. & Græcis scholiis. d Be. * E. f G. g V. E. sim. Tol. T. h Me. ex E. i E. k Tol. sim. E. l E. m G. n G o E. p Tol. in E. sim. Tol q Al. in E. r E. † Q. in E. t Q. in E. sic V. v E. x Q. in E. sic V. y E. z Al. in E. a Pi. b Me. c Tol. sim. Pi. d G. * G. E. f E. g Er. h G. sim. Er. ex Chrys. i G. sic Be. k Be. l G. m Tol. n G. o Tol. p G. q V. r Er. † T. t Me. ex E.

quo sensu verbum *implendi* sumitur Eccles. 24. 35. & 47. 17. simil. & 2 Tim. 4. 17 [v]. vel, *perficerem*, Ar.) *Evangelium Christi*, Mo. sic Vulg. scil. multitudine hominum quos ad Evangelii fidem & obedientiam pertraxi: est enim Evangelium ut rete quoddam quo pisces concluduntur: rete autem implere non aliud est quàm multitudinem piscium comprehendere [x]. Al. *Evangelium* hîc appellat Evangelii prædicationem. Non dissimilis figura, Mat. 10.23. *Priùs quàm consummabitis*,&c. i. e. peragraveritis [y]. Al. *Evangelio Christi*,Il.Ca. sic Pi. ex Luth. ut, *replere Evangelium per ea loca*, dictum sit pro, *loca Evangelio replere*, per Antiptosin [z], vel per Synecdochen & Hypallagen [a]: q. d. omnia Evangelii famâ implevi [b]. Vel, *prædicationem Christi*, Tre. ex Sy. vel, *munus prædicandi Evangelii*, P. Be. Pi. G. est μετωνυμία. Sic, πληρώσαντες τὴν διακονίαν, Act. 12. 25. ἔργον ἐπλήρωσαν, Act. 14. 25. &, πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, Col. 1. 25 [c].

20. *Sic*, &c. Οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι] *Sic*, vel *Ità autem*, (vel, *porrò*, Il. Ti. P. Be. V. vel, *adeò*, Er. Al. *Idque dum ità*, Pi.) *amanter contendentem* (vel, *annitens*,Er. Il. Ti. Val. V. *elaborans*, *cupiens*,Val. *ambiens*, P. *ambirem*, Pi. *contendens*, Be. sic Ca. *solicitè curans*, Tre. ex Sy. Est autem φιλοτιμεῖσθαι, *ambitiosè conari* quippiam [d]: q. d. sanctâ quâdam ambitione abstinui ab illis locis [*]. Hîc autem Paulus eâ voce abutitur in bonam partem, summum ipsius studium indicans, &c [f]. Φιλοτιμεῖσθαι quanquam ab *honoris appetitu* originem trahit, usu tamen traductum est ad id omne quod studio magno ac contentione agimus: ità enim usurpant Plato, Xenophon, Plutarchus, alii, & noster Apostolus, 2 Cor. 5. 9. 1 Thes. 4. 11 [g].) *evangelizare*, Mo. Be. &c. vel, *evangelium prædicare*, Er. Pi. &c. Phrasis hîc est elliptica pro, ταύτῃ φιλοτιμίᾳ χρώμενον ἐν τῷ κηρύγματι [h]. ¶ *Non ubi nominatus est Christus*] i. e. Non iis in locis, ad quæ Evangelica prædicatio jam pervenerat. Intellige, utplurimùm: alioquin & Damasci prædicavit, ubi erant aliqui fideles, & Romæ, &c [i]. Explicat hîc munus Apostolicum, quod erat Evangelium annunciare infidelibus, & novas subindè Ecclesias fundare [k]. Verè de se hoc prædicat Paulus, plerisque in locis se jecisse Evangelii semina [l]. ¶ *Nè super alienum fundamentum* (i. e. ab alio positum [m]: alioqui *alienum* dicitur quod est extraneum, sive quod Christum non habet autorem [n]. Similitudine autem Fundamenti & alibi hac in re utitur 1 Cor. 3. 10. Eph. 2. 20 [o].) *ædificarem*] Nempe doctrinam de Christo [p].

21. *Sed*, (sub. *feci*, G. vel, sub. *prædicavi Evangelium*, Tol. Ellipsis qualis suprà v. 3 [q].) *sicut scriptum est*] Esa. 52. 15 [r]. ¶ *Quibus*, &c. Οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ,&c.] Ità & Lxx, ubi tamen in quibusdam exemp. legitur περὶ αὐτῶν, *de eis*, quod & à Paulina citatione dissonat, & à contextu Prophetico, nam de uno homine, i.e. Christo, erat sermo proximè præcedens [†]. [Verba Apostoli sic reddunt,] *Quibus non* (vel, *nihil*, E.) *est annunciatum de eo*, (scil. Christo [t]: h.e. Gentibus quæ nullam Christi notitiam habuerunt, utpote oraculis Prophetarum destitutæ, in quibus promissio Christi continebatur: nec illis Christus in carne apparuit [v].) *videbunt*, &c. Be. Pi. &c. scil. eum per fidem, Apostolis prædicantibus [x]. Verba sunt Lxx, *Videbunt res non antè nunciatas, & intelligent non antè audita*: quod primo sensu dictum de iis qui vidêre eventum vaticiniorum Jeremiæ, mystico sensu optimè ad Evangelium refertur [y].

22. *Propter quod*, &c. Διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τοῦ ἐλθεῖν, &c.] *Quapropter etiam impediebar* (vel, *inhibitus fui*, G. sic Er. Be. per negotia quibus detinebar [z], quia aliò trahebat me cura populorum, ad quos nondum, ut jam ad Romanos, Evangelii notitia pervenerat [a]. Ἐγκόπτειν sensu *inhibendi* habemus & Gal. 5. 7. & 1 Thes. 2. 18. In Glossario, Ἐγκόπτω, *incido*, *impedio*. Similitudo ducta à curribus, aut navibus, quibus palus infigitur [b].) *plurimùm* (vel, *sæpe*, Er. P. Ca. Be. &c. πολλὰ adverbialiter sumitur [c].) *venire*,&c. Mo. vel, *nè venirem*,P. Pi. &c. *quominus venirem*, Er. Il. Ca. &c. cùm scilicet vellem ad vos venire [d].

23. *Nunc*, &c. Νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις] *Nunc verò quum non ampliùs habeam locum* (scil. vacuum [*], in quo oporteat me prædicare [f]:) *in his regionibus*, P. Be. Pi. Græciæ scilicet [g], in quibus implevi Evangelium [h]. *Non inveniens locum ubi nunc fundamenta jacienda sunt in his regionibus*. In Glossario, Κλίμα, *regio*, *tractus*. Sic κλίματα *Achaiæ*, *Syriæ*, *Ciliciæ* habemus 2 Cor. 11. 10. Gal. 1. 21. Propriè κλίμα vocant Geographi *spatium quod à duobus parallelis intercipitur*: Sed Historici modò arctiùs, modò latiùs, sumunt [i]. ¶ *Cupiditatem*, &c. Ἐπιποθίαν δὲ ἔχων, &c.] *Desiderium* (vel, *Summum desiderium*, Be.) *autem habeam veniendi ad vos*, &c. P. Pi. Ergò occasione datâ nè dubitate me venturum [k]. Pendentem sententiam absolvunt quæ sequuntur [l]. Vide suprà 1. 11. Act. 19. 21. ἐπιποθία hîc quod ἐπιπόθησις, 2 Cor. 7. 7, 11 [m].

24. *Cùm*, &c. Ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν] In MS. ὡς ἄν· & sic legêre Græci Patres. Sic, ὡς ἄν, 1 Cor. 11. 34. In MS. εἰς Σπανίαν. Alii Codices, εἰς τὴν Σπανίαν. Scribit sic Strabo & Glossarium vetus & Scholiastes Juvenalis ad Satyram 14. & Martianus Capella, ut ad eum annotavimus. Sic habent & Codices Justini & Curtii Manuscripti: & Judæi scribunt ספניה, ut K. ad Obadiam: interdum & corruptè ספמיר, ut ab aliis notatum [n]. [Verba sic reddunt,] *Quando* (vel, *Simulatque*, vel, *Ut si*, Er. Verùm ὡς & ὅπως interdum sunt adverbia temporis, Act. 3. 19. ut ὡς ἄν, vel ὡς ἐάν, (utrumque enim legitur) idem declaret atque ὅταν· nam ità etiam accipitur 1 Cor. 11. 34 [o].) *proficiscar in Hispaniam*, Be. Pi. Multa itinera in animo habuit Paulus quæ exequi situs non est, sive per dictatum Spiritûs, sive per occasiones enascentes quæ prævertendæ videbantur. Sunt qui in Hispaniam ivisse Paulum putant post primam causæ dictionem apud Neronem. Certè Clemens in Epistola ad Corinthios ait eum fuisse *præconem & in Oriente, & in Occidente* [p]. ¶ *Spero*, &c. Ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος, &c.] *Spero enim fore ut* (sub. *isthac*, sive *illac*, Er. P. Be. Pi.) *præteriens videam vos*, P. sic Be. Pi. &c. Quia ex Græcia per Italiam iter in Hispaniam capere volebat, obiter verò Romam invisere [q]. Sed quò respicit *illac?* An Hispaniam, cujus antè facta mentio? At ait v. seq. se jam proficisci Hierosolymam, unde in Italiam iturus, non poterat præterire Hispaniam. Διαπορευόμενος mihi hîc idem est quod διαπερῶν, *trajiciens*, vel διερχόμενος, *transiens*, nempe à loco ubi futurus esset, Hierosolymâ nempe aut alio loco Asiæ, Romam usque. Trajectum indicat inter Asiam & Italiam [r]. Non dicit, *videbo*, sed, *spero videre* vos, quia tempora non sunt in nostra potestate, &c [†]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ] *Et à vobis deducar* (vel, *producar*, Er.) *illuc*, P. Be. Pi. Per Galliam scilicet Italis optimè cognitam. Similem rem vide Act. 17. 15 [t]. q. d. Spero me aliquos ex vobis socios itineris habiturum [v]. Προπέμπειν est, honoris causâ ducere & prosequi abeuntem, subministratis, si opus sit, rebus ad iter necessariis, ut Joh. Epist. 3. & sæpe in Actis [x]. ¶ *Si*, &c. Ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ] *Si tamen vestrâ consuetudine* (vel, *vobis*, Vulg. i. e. vestrâ conversatione [y],) *priùs ex parte* (q. d. non quantum vellem, sed quantum licebit [†]. Addit, *ex parte*, ut insinuet inexplebile ejus desiderium [t].) *expletus* (vel, *finitus*, Vulg.) *fuero*, P. Be. Pi. Tale illud,

——*Amplexu extremo satiare tuorum.* Syrus ab Odoribus sumptam translationem putavit [v]. Significat se ex illorum colloquio magnum gaudium accepturum [x].

25. *Nunc*, &c. Νυνὶ δὲ πορεύομαι, &c.] *Nunc autem proficiscor* (i.e. ad iter accinctus sum. Vide dicta ad Matth. 26. 28 [y]. Excusat dilationem profectionis in Hispaniam [z]. Verbum est præs. temp. sicut & seq. Participium: jam enim hoc agebat: Hoc siquidem facere dicimur quod adornamus facere [a].) *ministrans* (pecuniam mihi commissam [b]: ferens illis quæ undique in eorum usum collegi. Vide quæ diximus in Prolegomenis ad hanc Epistolam [c]. Occupatus in negotio colligendæ, perferendæ & tradendæ pecuniæ [d].) *sanctis*, Be. Pi. &c. i. e. Judæis Christianis [*], illic commorantibus [f].

26. *Probaverunt*, &c. Εὐδόκησαν γὰρ Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα κοινωνίαν, &c.] *Placuit* (vel, *Libuit*, Be. *Visum est*, Er. V. Εὐδοκεῖν est, *ex animo probare* [g]. Significat, eos ultro & alacriter hoc fecisse, juxta 2 Cor. 9. 7 [h].) *enim Macedoniæ & Achaiæ* (i. e. Macedonibus & Achæis [i], ut in illo,

——*Simul omne tumultu Conspirat Latium* [k]. Vel, Ecclesiæ quæ sunt in Macedonia & Achaia [l]. Eos cum laude memorat [m]. Tacitè Romanos ad pares liberalitates invitat.)

Marginal notes (left column): v E. — x Tol. — y Er. — z Q. in E. — a Par. — b Vor. ex Luth. — c Vor. — d Er. sim E. — * E. sim. Vor. — f E. — g G. — h Camer. — i Me. ex E. — k E. — l G. — m Tol. sic Be. Pi. Par. Vor. — n Ee. — o G. — p Pi. — q G. — r Jun. Par. — † E. — t Me. — v Tol. — x E. — y G. — z Er. sim. Be. — a G. sim. Tol. E. — b G. — c Er. — d G. — * Er. Tol. Me. — f Tol. — g G. sim. E. Me.

Marginal notes (right column): h Tol. — i G. — k Par. — l E. — m G. — n G. — o Be. — p G. — q Idem. — r Di. — † Tol. — t G. — v Tol. — x E. — y Tol. — † G. — t Tol. — v G. — x E. — y G. — z Er. sim. Tol. — a Er. — b V. — c G. — d E. — * Me. ex Tol. — f Tol. — g Er. — h Be. — i Pi. Camer. — k Camer. — l G. ex V. — m E.

vitat [h].) *conferre aliquid*, &c. P. Pi. Be. vel, *communionem*, sive *communicationem*, (vel, *collationem*, V. Er. scil. facultatum, ut Act. 2. 42 [o]. Sic vocat eleemosynam [p].) *facere*, &c. Er. V. Pi. Val. &c. vel, *facere pauperibus illis partem de suis opibus*. In Glossario, Κοινωνία, *communicatio*. De nomine πτωχῶν diximus ad Matth. c. 26. v. 11. πτωχοὺς τῶν ἁγίων, i. e. *pauperes qui sunt inter sanctos*. Talia sunt, *Nigræ lanarum*, *Ovorum oblonga* [q].

27. *Placuit*, &c. Εὐδόκησαν γὰρ, καὶ ὀφειλέται, &c.] Est egregia διαφορά simul cum ἐπανορθώσει [r]. *Placuit enim*, (sub. *eis inquam*, Be. Pi.) *& debitores illorum sunt*; Pi. sic P. Be. Non obligatione civili, sed æquitate naturali, tanquam beneficium, &c †. Propriè *debet* à quo in jure exigi quid potest; impropriè, quem honesta aliqua ratio ad agendum impellit. De utroque hoc *debendi* significatu diximus, De J. B. & P. 2. 7. 4. & 14. 6. & 22. 16. Sic *gratiam debere* aliquis dicitur. Vide Gellium 1. 5. Sic vocem ὀφειλέτης habuimus Rom. 1. 14. & cap. 8. ver. 12. חובים [s]. ¶ *Nam*, &c. Εἰ γὰρ——ἐκοινώνησαν, &c.] *Nam si spiritualia ipsorum* (sub. *bona*, P. Be. Pi. i. e. doctrinam Evangelicam [v], cujus promissiones & prædictiones Judæi acceperunt, & Gentiles per eos, h. e. per Apostolos [x]; per eos qui Jerosolymis prodierunt [y], qui ab illis missi erant, tanquam membra societatis, &c [z].) *Gentes participarunt*, P. Pi. vel, *Gentibus communicata sunt*, Be. vel, *spiritualia sua communicaverunt Gentibus*, V. Cùm prophetias de Christo ab illis acceperint, & eorum exemplo in Christum crediderint. Nota κοινωνεῖν, sicut Latinum *participare*, & Agendi & Patiendi sensu dici [a]. ¶ *Debent & in carnalibus*, &c.] i. e. In iis quæ ad hanc vitam sustentandam pertinent [b]. Par argumentum habes 1 Cor. 9. 11. Λειτουργῆσαι hîc est עבד, *inservire*, nempe alicujus necessitatibus: sic λειτουργὸν χρείας dixit Apostolus, Phil. 2. 25. & ipsam hanc largitionem διακονίαν τῆς λειτουργίας, 2 Cor. 9. 12 [c].

28. *Hoc*, &c. Τοῦτο οὖν ἐπιτελέσας, καὶ σφραγισάμενος, &c.] *Hoc igitur ubi perfecero*, (h. e. Hierosl. profectus collectam obtulero [d],) *& eis* (vel, 1. Græcis [*]; vel potiùs, 2. Hierosolymitanis [f]:) *consignavero* (vel, *assignavero*, Vulg. sic Mo. vel, *obsignavero*, Er. Il. Ti. Ar. Me. i. e. vel, 1. obsignatum reddidero [g]: sic enim solet reddi pecunia [h]: & sic cavit, nè quis suspicaretur eum in rem suam aliquid indè usurpâsse [i]. Vel, 2. tutò [k], & fideliter [l], apud ipsos deposuero [m], nè quid indè eis depereat [n]. Commendat tum suam in pecunia perferenda, tum aliorum in custodienda, fidem ac diligentiam [o]. Metaphora vel à thesauro obsignato & clauso in tuto loco; vel à literis quæ obsignantur nè legantur; vel à diplomatibus, quæ sigillis munita habentur rata [p]. Est μετωνυμία. Nam *consignari* solent quæ deponuntur. Ità *consignatam dotem* dixit Sueton. in Claudio [q]. Al. σφραγισάμενος eodem ferè significatu possit accipi cum ἐπιτελέσας, ex usu verbi חתם, quo & Syrus & Arabs hîc usi sunt, quod non *obsignare* tantùm, sed etiam *finire*, *complere*, significat, quia finitæ literæ obsignantur. Sic Dan. 9. 24. לחתם, σφραγίσαι, idem quod לכלא, συντελέσαι. Et Ezec. 28. 12. *Tu* חותם, *finis summam*, &c. Apud Arabes quoque חתם non *obsignare* modò, sed simpliciter ἐπιτελεῖν, *perficere*, significat. Vide 2 Cor. 8. 6. Gal. 3. 3. Sic & 2 Reg. 22. 4. ויתם וגו, *Et perficiat pecuniam*, id est, curet ut tota in promptu sit, quanta à populo oblata est. Lxx, σφράγισον.) *hunc fructum*, P. Ca. Be. Tre. ex Sy. &c. *Fructum* vocat id quod ex beneficentia nascitur †, eleemosynam [t], fructum fidei [v], & charitatis [x], & Spiritûs S. Gal. 5. 22 [y]. Sic καρποὶ μετανοίας, Matth. 3. 8. καρποὶ ἀγαθοὶ, Jac. 3. 17 [z]. *Fructum* vocat quia res erat bona & utilis [a], tum, 1. accipienti [b], ad temporalis vitæ sustentationem [c]: tum, 2. & præcipuè, danti [d], ad justitiam & vitam æternam. Vide 2 Cor. 9. & Phil. 4. 17. Deinde *fructum*, qui provenerat ex Apostoli plantatione & cultura, sicut ait, 1 Cor. 3. *Ego plantavi*; q. d. fructum quem ex mea arbore colui [*]. ¶ *Per*, &c. Δι' ὑμῶν, &c.] *Per vos* (i. e. per vestras terras [f]: sicut, *Eamus ad me*, i. e. domum meam. Tale illud,—*proximus ardet Ucalegon* [g]. Vel, *Isthac*, Be. Pi. i. e. per Romam transiens [h],) *in Hispaniam*, P. &c. Hoc proposuit & speravit Paulus, licèt eventus forsan non responderit, Deo aliter disponente [i]. [De quo vide E. & Per. disp. 1. & 2.]

[Margin: h G. sim. E. — o Pi. — p V. — q G. — r G. — † Par. — s G. — v V. E. sic Tol. — x Tol. — y V. — z E. — a G. — b G. sim. V. Tol. — c G. — d Par. — * Er. — f Be. sic E. &c. — g V. ex Er. sic E. Me. — h V. ex Er. — i E. — k Par. — l Be. sic Vor. — m Be. — n Par. — o Be. — p Par. — q G. — * Di. — † G. — t E. sim. Be. — v Tol. Par. Be. — x Par. Be. — y Be. — z G. — a E. — b Er. sic E. — c E. — d Er. ex Chryf. — * E. — f G. sim. Pi. — g G. — h Me. — i E.]

29. *Scio*, &c.] Non certitudine fidei vel evidentiæ, sed fiduciæ nixæ præcedente eorum fide ac obedientiâ [k]. Al. *Scio* per Spiritum [l]. ¶ *In*, &c. Ἐν πληρώματι εὐλογίας, &c.] *In*, vel *Cum*, *plenitudine benedictionis* (vel, *plenâ benedictione*, P. Be. Pi. Tol.) *Evangelii Christi*, &c. Er. Il. Mo. Ti. &c. Abest τοῦ *Evangelii* in plerisque cod [m]. [Latinis.] Sic in MS. illo, & in aliis, quomodo legit Orig. & Amb [n]. Sed eam vocem restituerunt Romani correctores ex vetustis exemplaribus: siquidem in Græcis & Syriacis legitur [o]. [Sensus, q. d.] Veniam cum uberrimis Christi donis [p], ad vos confirmandos scilicet. Vide suprà 1. 11 [q]. Scio adventum meum valde vobis frugiferum fore [r], quoad confirmationem fidei vestræ, qui fructus orietur ex benedictione, i. e. benefica operatione, Dei †. Mea prædicatio & conversatio copiosam vobis impertietur Evangelicorum mysteriorum cognitionem, amorem, consolationem, gratiam, & fructum spiritualem [t]. Πλήρωμα *abundantiam* significat, ut Joh. 1. v. 16. Sic Cant. 5. 12. Εὐλογία omne id *quod* in nos *liberaliter confertur*, ברכה, Gal. 3. 14. Eph. 1. 3. Est enim translatio à voce ad res: εὐλογημένη ἐν πληρώματι, est in Inscriptione Ignatianæ Epistolæ ad Ephesios [v]. Al. [Sensus, q. d.] Plenè vobis Evangelium annunciabo, ut si quid desit vobis ad absolutam Evangelii cognitionem, id totum à me accipiatis [x]. Al. Scio me inventurum vos repletos omnibus donis spiritualibus [y]. Cui favet collat. v. 15 [z]. Ità eos laudando hortatur [a].

30. *Obsecro*, &c. Παρακαλῶ, &c.] *Precor* (vel, *Hortor*, Er.) *autem vos*—*per Dominum*— (cujus causam ago [b]:) *& per charitatem* (vel, *dilectionem*, G.) *Sancti Spiritus*] Quam in nobis effecit Spiritus Sanctus [c]: vel, quâ tenemini proximos diligere [d], per mutuam illam conjunctionem quâ Spiritus Sanctus animos nostros devinxit: quam vocat *communionem Spiritûs*, Phil. c. 2. v. 1. unde Christiana illa συμπάθεια, &c [*]. ¶ *Ut*, &c. Συναγωνίσασθαι, &c.] *Ut mecum certetis* (vel, *simul contendatis mihi*, Mo. *mecum laboretis*, Tre. ex Sy. vel, *me adjuvetis*, Ca. Er. V. E. *laborantem*, Er. V. E. Dixit autem non Συνδεῖν, sed συναγωνίσασθαι, quia preces certamen quoddam sunt, ut apparet Col. 4. 12. Ejus certaminis figuram gessit certamen Jacobi cum Angelo [f]. *Certamen* vocat ferventem orationem, quâ velut extorquemus à Deo, &c [g]. Præsagit magnum sibi instare certamen, sive periculum, quod & evenit. Metaphora à re militari [h].) *vestris pro me apud Deum precibus*, Pi. Vide hîc, 1. humilitatem Pauli, qui aliorum preces exorat: 2. quantùm nos proximorum auxilio indigeamus. Dicit autem, *mecum*, quia sic debemus aliorum orationes petere, ut non desistamus nos etiam orare [i].

31. *Ut liberer ab infidelibus*, &c.] Vel, *contumacibus*, Sy. *rebellibus*, Pi. &c. i. e. Judæis pertinaciter resistentibus Evangelio [k]. Ut eorum manus evadam. Prospiciebat enim periculum ex eorum sævitia. Vide Act. 21. 11. & seq. Par loquendi genus 2 Cor. 1. 10. 2 Thes. 3. 2 [l]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἡ διακονία μου——εὐπρόσδεκτος, &c.] *Ut ministerium hoc meum* (i. e. eleemosyna [m], ministerio meo collecta [n]: opera hæc quam sumpsi in colligendis perferendísque pecuniis. Talia enim διακονίας nomine vocantur, ut Act. 6. 1. Rom. 12. 7. 1 Cor. 16. 15. 2 Cor. 8. 4. & 9. 1, 2 [o].) *erga Hierosolymam* (i. e. erga Christianos qui sunt Hierosolymis [p]. Locutio similis ei quæ suprà v. 26 [q].) *acceptum sit sanctis*, Be. Pi. &c. i. e. ut eleemosyna grata & hilariter accepta sit [r]: quod fiet si larga sit, si salva perferatur, nec propter personam Pauli deferentis displiceret. Erat enim Paulus fidelibus Judæis suspectus tanquam Mosis adversarius, Act. 21 †. Ut ad illorum manus perveniat, & illis proficua sit [t]: nè mihi quoquo modo intercipiatur: ut salva cùm fuerit accepta sit [v]. Ut nempe Judæi, qui in Christum crediderant, vocatos ex Gentibus sincerè ament, conspectâ hâc ipsorum in se beneficentiâ [x].

32. *Ut veniam* (*Ut* eventum significat. Sensus enim est, Ità fiet ut veniam [y].) *ad vos in gaudio*] Lætus tam bono operis successu [z], & vestro conspectu [a]. ¶ *Per voluntatem Dei*] i. e. Volente (& bene juvante [b]) Deo [c]: Deo iter meum ad vos prosperante, ut hanc phrasin suprà habuimus in re eadem, c. 1. v. 10 [d]. Significat, se totum à nutu providentiæ Dei pendere [*]. ¶ *Ut*, &c. Καὶ συναναπαύσωμαι ὑμῖν] *Unàque vobiscum refocillér*, Il. Ti.

[Margin: k E. — l Tol. — m E. — n G. — o E. — p G. sim. Tol. ex Amb. — q G. — r Tol. — † Pi. — t Me. T ex Orig. & Anselm. — v G. — x V. sim. Ee. — y Chrys. in E. — z E. — a Chrys. in Tol. — b Tol. — c G. sim. E. Vor. — d Tol. — * Be. — f G. — g Tol. — h Be. — i Tol. — k E. — l G. — m Tol. E. Me. — n Tol. — o G. — p G. sim. Pi. — q G. — r Tol. — † E. — t Tol. — v V. — x G. — y E. — z G. sim. Tol. — a Tol. — b Me. — c Tol. — d G. — * Par. E.]

Ti. P. Tre. Be. Pi. vel, *recreer*, Mo. Ca. vel mutuâ consuetudine[f]; vel videns profectum vestrum[g]. Ἀναπαύσω, נוח, est, *solatium accipere*, ut videre est 1 Cor. 16. 18. 2 Cor. 7. 13. Philem. 1. 7, 20. Συναναπαύεσθαι est, *solatium dare & accipere*. Sensus planè idem qui suprà in verbo συμπαρακληθῆναι, c. 1. v. 12. Gen. 5. 29. ubi explicatur significatio vocis Noe: in Græco est, Οὗτος διαναπαύσει ἡμᾶς, &c. in Latino, *Iste consolabitur nos ab operibus*, &c[h].

33. *Deus autem pacis* (Amator[i], & Autor[k], & Procurator[l]. Loquendi genus quale suprà v. 5. Θεὸς τῆς παρακλήσεως. Hoc dicit, ut hôc magis Romanos à rixis avertat[n].) *sit cum omnibus vobis.*] Summis & infimis, &c†. vobis adsit, faveat, opituletur. Vide quæ ad Mat. 28. 20. & ad Luc. 1. 28[r]. Per pacis salutationem Epistolam incepit, per pacis votum concludit. Pacem autem illis optat, propter contentiones inter ipsos. Pax etiam complectitur eam quæ ad Deum est, remissionem, reconciliationem cum Deo, &c[v].

f Me. g Tol. h G. i Me. k Me. G. l Tol. n G. † Par. r G. v Tol.

CAP. XVI.

1. *Commendo autem vobis*] Tum ut adjuvetis in negotiis[a], tum ut locum suum ibi teneat, sicut in Synagogis moris erat. Sicut Epistolæ quædam sunt merè συστατικαὶ, *commendatitiæ*, quarum & Paulus meminit 2 Cor. c. 3. & Canon 6. Antiochenus, & 11. Constantinopolitanus, & exempla exstant apud Ciceronem; ità & Epistolarum quarundam partes sive adjectiones[b]. ¶ *Phœben*] Fœminam, negotii cujusdam gratiâ Romam proficiscentem[c], piam, nobilem, & opulentam[d]. Sicut *Phœbus* nomen viri apud Martialem, sic *Phœbe* mulieris*. Per hanc redditam putant Epistolam Romanis†. ¶ *Sororem nostram*] Nempe spiritualem[f], in Christo[g], fide & religione[h]. ¶ *Quæ*, &c. Οὖσαν διάκονον] *Quæ est ministra*, P. Be. Pi. Er. &c. i. e. libenter suppeditat & subministrat opes suas[i]: vel, solebat suscipere & fovere ministros Dei[k]: vel, ministrans ægrotis ex Ecclesia[l]. Deputata erat alicui ministerio Ecclesiæ[m]. In Judæa Diaconi viri etiam mulieribus ministrare poterant: erat enim ibi liberior ad fœminas aditus quàm in Græcia, ubi viris clausa γυναικωνῖτις. Ideo duplici in Græcia fœminarum auxilio Ecclesiæ opus habuere. Alteræ erant πρεσβύτιδες, sive προκαθήμεναι, quæ fœminarum mores formabant, &, ante Laodicenam Synodum, manibus impositis ordinabantur, ut videre est Canone ejus Synodi 11. Aliæ erant διάκονοι, Latinè etiam *diaconissæ*, quod Plin. in epist. ad Trajan. vertit *ministras*, quæ fœminas pauperes aut ægrotas pecuniâ atque operâ sublevabant[n]. Erat Phœbe *diaconissa*, quales describuntur 1 Tim. 5[o]. Non placet: illæ enim *pauperculæ* erant & *sexagenariæ*. At Phœbe erat *multorum & Pauli* προστάτις, multáque habebat negotia Romæ peragenda, ideóque dives fuisse videtur, & διάκονος dicta quòd egenis & peregrinis fidelibus de suis facultatibus subvenisset, quomodo Luc. 8. 3. dicuntur nobiles nonnullæ & divites fœminæ Christo διακονεῖσθαι ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων· & 2 Tim. 1. 18 Onesiphorus Paulo διηκόνησε, h. e. *subvenerat* de facultatibus suis[p]. Videtur hæc fuisse ex iis mulieribus quæ Apostolos in itineribus suis ad prædicandum susceptis comitabantur, ipsísque necessaria subministrârunt, de quibus Græcus Scholiastes, & Theoph. & hæc, ut verisimile est, fuit illa γυνὴ ἀδελφὴ, cujus mentio 1 Cor. 9. 5†. ¶ *Ecclesiæ quæ est in Cenchris*; vel, *Cenchreis*, Er. V. &c. Ἐν Κεγχρεαῖς] Plura erant hujus nominis loca, nempe in Troade oppidum, atque aliud item in Italia[q]. Hîc autem *Cenchreæ* erat oppidum[r], & statio navalis sive portus Corinthiorum[v], ad sinum Saronicum[x]. Vide Act. 18. 18[y].

2. *Ut eam suscipiatis in*, &c. Ἐν Κυρίῳ] *In Domino*, Be. Pi. &c. i. e. in Christi nomine[z]: vel, ob Christum[a], cui fideliter inserviit[b]. ¶ *Dignè sanctis*; ità Mo. Ἀξίως τῶν ἁγίων] *Convenienter* (vel, Sicut *dignum est*, P. Ca. Pi.) *sanctis*, Be. *Ità ut decet* (vel, *oportet*, G.) *sanctos*, Er. Il. Ti. V. E. vel, 1. excipere, scil. alios Christianos[c]; vel, 2. excipi[d], i.e. omni humanitate, charitat & largitate*. Adverbium, ἀξίως, sæpe regit Genitivum quem regeret Adjectivum[f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ παραστῆτε, &c.] *Et adsitis* (vel, *assistatis*, Mo. *auxilio sitis*, V.) *ei* (i. e. operam ei vestram accommodetis[g]. Est hîc παραστῆναι, ut *adesse*, Latinis, *opitulari*[h].) *in quocunque vobis eguerit* (vel, ipsi *usus fuerit*, P. Be. Pi.) *negotio*, Er. Il. Ti. sim. P. Ca. Be. Mo. &c. in quo ipsam juvare poteritis[i]. Julianus, in Epistola, *multùm crevisse* ait *Galilæorum* (sic ille Christianos appellat) *religionem* per τὴν πρὸς τοὺς ξένους φιλανθρωπίαν[k]. ¶ *Etenim*, &c. Καὶ γὰρ αὕτη προστάτις, &c.] *Nam hæc cùm multis* (Christianis scilicet[l],) *adfuit*, (vel, *adstitit*, Tre. ex Sy. *profuit*, Æth. *adjutrix facta est*, Mo. *hospitium præbuit*, P. Be. Pi. Di.) *tum mihi etiam ipsi*, Er. Il. Ti. Ca. &c. Non dicit, παραστάτις, *adjutrix*, sed, magnifico planè titulo eam exornans, dixit προστάτιν, i. e. *patronam*. Sic Athenis dicebantur peregrinorum defensores. Et Plutarchus Latinam vocem *patroni* προστάτην solet reddere[m]. Προΐστασθαι significationem principatûs & præsidii habet[n], & προστάτης est, *patronus*[o], sive *præpositus*, in Glossario, ubi & προστασία, *patrocinium*[p]. Sophoc. Oedip. tyran. Θεὸν οὐ λήξω προστάταν ἴσχων, *Semper mihi patronus & defensor Deus sit*[q]. Notat Hesychius, προστάτην fuisse dictum, cui cura & tutela incumbebat τῶν μετοίκων, *inquilinorum*, qui aliunde in urbem aliquam migrâssent; qui nomen suum in ipsius album inscribendum tradere tenebantur, ac Prostaten suum alere, persoluto inquilinatûs tributo, quod μετοίκιον dicebatur: quod qui non persolverent, ἀπροστασίου postulabantur, i. e. non soluti ei tributi. Talis Phœbe fuisse videtur[r]. Προστάται iidem qui πρόξενοι, qui deligebantur ut hospites ac peregrinos in domum fidémque suam reciperent, &c†. Observa hîc insignem humanitatem Pauli, qui tam multus & officiosus fuit in salutando[t].

3. *Salutate Priscam*, &c. Πρίσκιλλαν καὶ Ἀκύλαν] *Priscillam* (Sic legitur in plerisque cod. Græcis[v], & in Syro: est ὑποκοριστικὸν, à *Prisca*, Act. 18. 2, 26[x]. Origenes docet Πρίσκαν hîc scriptum fuisse[y], quomodo & habent quidam MSS[z]. & legit Latinus, & conjicit eandem esse quæ in Actis *Priscilla* dicitur: rectè. Nam fœminarum nomina modò simpliciter enunciabantur, modò ὑποκοριστικῶς. Sic *Livia* Drusi uxor Tacito, quæ semper Suetonio *Livilla*. Sic quæ *Claudia* Tacito, Suetonio *Claudilla*. Tales sunt *Secundilla*, *Tertulla*, *Quartilla*, pro, *Secunda*, *Tertia*, *Quarta*[a].) *& Aquilam*, Be. Pi. &c. Erant conjuges, ambo Judæi[b], scenopegi, Act. 18. 3[c]. At Judæi Româ à Claudio ejecti erant[d]. Resp. 1. Is forsan aliquos ex gratia ibi retinuit, vel ad tempus negotiorum causâ admisit*. 2. Cessante sævitiâ edicti redierant†. Hinc discas, edictum Claudii contra Judæos non diu viguisse, *acribus*, ut ferme talia, *initiis*, *incurioso fine*, ut loquitur Tacitus[f]. 3. Romam nuper redierant[g], Claudio mortuo[h], sub Nerone*. Credibile est, ejectionem Judæorum Româ multos illorum adduxisse ad consuetudinem cum Apostolo, indéque ad fidem Christianam[f]. ¶ *Adjutores meos in Christo*] i. e. In promovendo Evangelio Christi[g]. Meritò hoc nomine eos ornat Paulus[h], cùm non vir tantùm, sed & mulier, aliis ad Christianismum perducendis operam dederint, Act. 18. 26[i]. Uxor prior viro nominatur[k], hîc & Act. 18. 18[l]. vel, quòd notior esset apud fideles[m]; vel, propter egregium studium Evangelii promovendi[n]. Sed ratio frivola est, & maritus præponitur, Act. 18. 2, 26. 1 Cor. 16. 19[o].

4. *Qui pro anima mea* (i.e. pro vita mea tuenda[p]) *suas*, &c. Τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν] *Suam ipsorum cervicem supposuerunt*, Be. Pi. cultro scilicet, sive gladio ‖. i. e. mortis periculo [se] objecerunt[q], vel in illa seditione cujus mentio Act. 18. 17[r]. vel in illa Ephesi, Act. cap. 19†. Est autem proverbialis hæc locutio, quomodo, *dare & præbere cervices*, apud Ciceronem & Juvenalem[t]; sumpta ab iis qui cervicem, vel, 1. oneri alioqui ruituro supponunt; vel, 2. pro alio resecandam præbent[v]. Respicit morem Romanorum, quo damnatos securi feriebant[x]. Sic &, *caput objicere periculis*, frequens locutio. ¶ *Et cunctæ Ecclesiæ Gentium*] Nempe quæ circa Corinthum[y], necnon aliorum omnium; vel, quia beneficium conservatæ vitæ ipsius, tanquam communis magistri Gentium, ad omnes pertinebat[z]: vel, ob hospitalitatem passim omnibus exhibitam: vel, ob diligentiam in propagando Evangelio[a].

5. Et,

a G. sim. Pi. b G. c Tol. d Par. * G. † Er. sim. Tol. ex Anselm. f Par. g Pi. h Tol. sic E. Me. i V. k E. l Pi. m E ex Chrys. sim. Me. n G. o Tol. ex Orig. & Chrys. p Cap. † Ham. q Er. r V. v Er. V. Zeg. G. E Me. x G. E. y G. z Be. Par. a G. sim. V. Be. Par. Tol. b G. c E. sim. Tol. Sch. d G. sic Tol. Sch.

* Tol. f G. g E. sim. Me. h G. i Tol. k G. l Tol. m G. n Strig. o Strig. Di. p Di. q Strig. r Di. † Be. t E. v D. ex Be. x D. y G. z G. sim. Be. a G. b E. c T. sim. E. Me. d E. Me. * Tol. † Er. f G. g T. sic E. Me. h E. * T. f Li. chron. 123. g V. sim. Me. Tol. T. h G. i G. sim. Tol. E. k E. ex L. l Di. m E. n E. ex Chrys. sim Schol. Syr. in Di. o Di. p V. E. &c. ‖ Be. q Me. sim. V. E. Vor. r G. sim. Tol. E. Me. † Me. ex E. t G. v E. x Vor. y G. z E. sim. Tol. a E.

5. *Et*, &c. Καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν] Eodem modo de illorum domo loquitur Paulus 1 Cor. 16. 19. Quia recens ab Ecclesia redibant Christiani, credibile est, cùm hæc Paulus scriberet, nullos Romæ fuisse communes Christianorum conventus, neque Presbyteros, quos alioqui salutaret Paulus. Tali autem tempore quæque domus *Ecclesia* est, sicut Tertul. ait, *Ubi tres, Ecclesia est, licèt laici*. Vide Bezam ad Act. 21. 4 [b]. [Sic vertunt,] *Item Ecclesiam quæ in domo eorum est*, Be. Pi. &c. Intelligit, vel, 1. familiam eorum Christianam [c], quæ admodum Christo devota erat, 1 Cor. 16. 19 [d]. & lectionibus precibúsque sacris quotidie vacabat inter labores manuarios [*]. Nam *Ecclesiæ* nomen usu Apostolorum significat omnem fidelium, quamvis exiguam & privatam, vel unius tantùm domûs, congregationem, juxta Matth. 18. 20 [f]. Vel, 2. fidelium cœtum [g], qui domi ejus ad conciones & sacra convenire solebant [h]: quales cœtus in tam ampla urbe distinctos fuisse non mirum [i]. Hunc sensum suadet, quòd peculiaris hic character, nonnullis duntaxat adscriptus in salutationibus Apostolicis, ut Colos. 4. 15. Philem. v. 1, 2. singulare aliquid prorsus denotare videtur, non verò id quod omnibus Christianis familiis congruit, de quibus aliâ planè phrasi loqui solet, ut infrà v. 10, 11, 14, 15. & 2 Tim. 4. 19. Hi ergò locum aliquem in domibus suis cultui Dei & conventui fidelium consecrârunt, quod & Oecum. sentire videtur [k]. ¶ *Epænetum*, Ἐπαίνετον, &c.] Sonat *laudatum*, vel *laudabilem*, Er. ¶ *Qui*, &c. Ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας εἰς Χριστὸν] *Primitias Achaiæ* (Sic dicit, quòd inter fideles ejus regionis erat, vel, 1. præcipuus maximéque insignis [l]: vel, 2. primus ad fidem Christi conversus [m]. Sic vocantur qui in quaque gente primi crediderant [n], similitudine ductâ ab illis oblationibus quæ תרומות Hebræis, ἀπαρχαὶ Hellenistis [o]. Vide Rom. 8. 23. & 11. 16. Etiam Clemens Epist. ad Corinth. ἀπαρχὰς eodem sensu usurpat [p].) *in Christo*, P. Be. Pi. &c. ἐν pro εἰς, ut Matt. 10. 11. vel, *in Christum*, sub. *credentium* [q]. At ἀπαρχὴ *Achaiæ*, non *Epænetus*, sed *Stephanas*, 1 Cor. 16. 15 [r]. Resp. 1. Videtur Epænetus fuisse filius Stephanæ, de quo 1 Cor. 1. 16. & primus credidisse [†]. 2. Pro Ἀχαΐας hîc legunt Ἀσίας Orig. & Lat. Interpres, & Hi. & nonnulli Codices [t], & Origenes [v]: & id rectum arbitror [x]. At Græci constanter legunt *Achaiæ*, ut & Syrus [y]. 3. Plures simul ante alios Christo nomen fortè dederunt diversis Achaiæ locis [z].

6. *Mariam*, Μαριὰμ] Nomen exprimit Syriacum ἀκλίτως. Vide ad Matth. 1. 16. Nomen erat valde frequens ob sororem Mosis ità dictam [a]. ¶ *Quæ*, &c. Ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν εἰς ἡμᾶς] *Quæ multùm laboravit* (nempe in Evangelio promovendo [b], hospitia, pecunias, &c. subministrando [c]:) *erga nos*, P. Be. Pi. Obj. At hæc Paulum nunquam viderat. Resp. Quod aliis piis præstiterat ut sibi præstitum laudat. Fuit sanctorum communio: per literas, vel aliorum relatu, hoc didicit, &c [d]. Vel, *in nobis*, V. *inter nos*, Be. vel, *pro nobis*, G. vel, *in nobis*, Sy. sic Ar. in Di. εἰς ὑμᾶς legunt multi Codices Græci [*], & Orig. Amb. & Theophyl [f].

7. *Andronicum*, Ἀνδρόνικον] Cùm hic fuerit Judæus, quippe Pauli cognatus, est hoc nomen Græcum expressum de Judaico; quod puto fuisse מצא נצח, *Masinissa* [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ Ἰουνίαν] Nomen hoc, vel, 1. fœminæ [h]. Videtur fuisse uxor Andronici, cui nomen נערה [i]. Vel, 2. viri [k]. ¶ *Cognatos*] Scilicet Judæos [l]; vel, contribules [m]; vel, sanguine propinquos [n]: quia fortè ὁμόγαμον propinquam duxit Andronicus [o]. ¶ *Et*, &c. Καὶ συναιχμαλώτους μου] *Et concaptivos meos*, Er. P. Be. Pi. olim in aliquo carcere [p]. Crescit oratio. Major enim honos est passionum ob Christum esse participem, quàm sanguinis. Pari honore Aristarchum afficit, Col. 4. 10. & Epaphram, Philem. v. 23. Sæpe autem in vinculis fuit Paulus, ut videre est 2 Cor. 6. 5. Clemens in Epistola ad Corinth. de Paulo, *septies vincula portavit* [q]. ¶ *Qui sunt nobiles*, &c. Ἐπίσημοι ἐν τοῖς Ἀποστόλοις] *Insignes* (vel, *Noti*, Tre. ex Sy. Ca.) *inter Apostolos*, Er. P. Be. Pi. &c. vel, 1. apud Apostolos [r]; vel, judicio Apostolorum [†]: q. d. *qui etiam cæteris Apostolis bene sunt cogniti*: quomodo & Syrus videtur accepisse: nec id mirum [esse] ostendit quod sequitur [t]. Vel, 2. inter Doctores [v], sive Evangelii Præcones [x], illustres erant [y].

b G. — c Tol. E. Me. Par. — d E. — * Par. — f E. — g Be. sic Par Med. — h Par. sim. Med. — i Be. — k Med. De Ecclesiis, l. 2. p. 412. — l Q. in E. sim Chrys. & Orig. in Par. Er. — m Me. T. sic Tol. E. Par. Be. V. Er. — n G. — o G. sim. Be. Vor. — p G. — q Par. — r G. — † Di. ex Schol. Syr. — t G. — v E. — x G. — y E. — z Par. — a G. — b E. sim. Tol. Me. — c Par. — d Idem. — * Di. — f Er. — g G. — h D. sic Be. E. ex Th. — i G. — k E. — l Me. Plerique in E. — m T. sim. E. — n Me. sim. E. — o G. — p T. sim. E. Me. — q G. — r Tol. Be. — † V. — t G. — v Me. — x T. — y Me.

Largè sumit *Apostoli* nomen [z], pro quibusvis Evangelii Ministris [a]; qui scilicet Evangelium infidelibus annunciârunt [b]. *Apostoli* alii erant primariò sic dicti, ut Duodecim & Paulus ac Barnabas; alii secundariò, ut 2 Cor. 8. v. 23. Phil. 2. 5. Sic dicti & Clemens Rom. à Clem. Alex. & Ignatius à Chrysost. & Timotheus apud Photium [c]. ¶ *Qui & ante me fuerunt in Christo*] h. e. Christiani [d]: qui ante me crediderint [*]. *In Christo*, i. e. vel, in Ecclesia Christi [f]; vel, Christo per fidem insiti [g], tanquam palmites viti. Fidei vim significat, quæ credentes Christo conjungit [h]. Nota modestiam. Ipsos ità laudat ut se deprimere videatur [i]. Fuere hi aut ex LXXij Christi Discipulis [k]. Sed tunc aliquid honorabilius de ipsis dixisset [l]. Ex LXX illis qui in Pentecoste Apostolis adfuere, aut ex primis per Petrum conversis [m].

8. *Ampliatum*, Ἀμπλίαν] *Ampliam*, Be. Pi. Vulg. legit Ἀμπλιάτον [n], ut est in uno cod [o]. in MS. & in Orig. Est id nomen Romanorum ex Participio passivo, qualia *Donatus*, *Amatus*, *Præstolatus*, *Benedictus*, Græcum Σωζόμενος, Hebræum *Baruch*, & alia [p]. ¶ *In Domino*] Id est, Propter Dominum quem unicè colit [q], non ob opes, &c. sed fidei & pietatis causâ [r]. *In Domino*, id est, Christo: ut Christianam declaret dilectionem [†]. Nemini adulatur, sed singulos pro meritis commendat [t].

9. *Urbanum*, Οὐρβανὸν] Et hoc nomen Romanum, quo appellati sunt Episcopi complures [v]. ¶ *Adjutorem* ——— *in Christo*] h. e. In iis quæ ad fidem Christi propagandam pertinent [x]. ¶ *Stachyn*, Στάχυν] Nomen est Græcum [y].

10. *Apellem*, Ἀπελλῆν] Est nomen Laconicum, quod fuit & Philosopho apud Plutarchum, & nobilissimo Pictori. Ἀπέλλη, *concio*; ἀπελλάζειν, *concionari*. Meritò dubitat Origenes annon hic sit *Apollos* in Actis nominatus: nam & alius qui Ἀπολλᾶς Athenæ (quod contractum ex Ἀπολλόδωρος) est *Apelles* in epitome Artemidori Ephesii, & apud Clementem Alexandrinum [z]. At si eum salutare vellet Paulus, majoribus ornaret titulis. Nec jam Apollo Romæ versabatur [a]. ¶ *Probum*, &c. Τὸν δόκιμον, &c.] *Probatum in Christo*, Pe Be. Pi. &c. id est, sincerum Christi discipulum [b], virum magnæ existimationis, quantum ad fidem in Christum pertinet [c]: qui magnis experimentis apparuit esse bonâ fide Christianus; vide Rom. 14. 18 [d]. omni ex parte probatus, in quo nihil est adulterinum [*]: cui ἀδόκιμος opponitur. Vide 1 Cor. 9. 27 [f]. ¶ *Qui*, &c. Τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου] *Ex Aristobuli*, sub. *domo*, sive *familia*, D. Par. E. vel, sub. *domesticis*, sive *familiaribus*, D. Camer. Pi. E. Sic 1 Cor. 1. 11. ὑπὸ τῶν Χλόης, *ab iis qui sunt Chloes*, i. e. à domesticis ejus. Sic dicimus, *ad Vestæ*, sub. *ædes*: &c, εἰς ᾅδου, sub. οἶκον [g]. *Eos qui pertinent ad Aristobulum*, Er. Sic mox, τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου [h]. Familias intelligit quæ crediderant [i]. Ipsos, Aristobulum & Narcissum, non salutat, quia hoc tempore erant, vel, 1. domo absentes [k]: vel, 2. mortui, ut arbitror [l]; nam sic & de Onesiphori familia loquitur, 2 Tim. 1. 16 [l]: vel, 3. à fide alieni [m].

11. *Herodionem*, Ἡρωδίωνα] *Herodes* nomen est Atticum, Γερώδης Parthicum. Puto autem Idumæos illos nomen quod à Parthis tunc potentibus acceperant in Græcum emolliisse ex quo ad Romanos se transtulere. Ab hoc nomine Ἡρωδίων, ut Καισαρείων, & similia [n]. ¶ *Ex Narcissi domo*] Puto intelligi Narcissum Claudii libertum [o], in cujus domo aliqui fuerint Christiani [p]. ¶ *Qui* (vel, *Eos*, inquam, *qui*, P.) *sunt in Domino*] i. e. Christo credunt [q]. Hoc addit, quòd nondum omnes forsan domestici crediderunt [r].

12. *Tryphænam*, &c. Τρύφαιναν καὶ Τρυφῶσαν] Nomina hæc an sint traducta ex Hebræis הדרה & נחמה, [forsan נעמה,] an verò Romanæ mulieres fuerint, vitæ, antequam Christo crediderant, impudicæ, qualis Tryphæna apud Petronium, dubitari potest [†]. Matronæ erant pietate conspicuæ. ¶ *Quæ laborant in Domino*] Labore pio & utili Ecclesiæ [t], & qui sexui illo convenit [v]: subministratione opum, &c [x]. vel promotione Evangelii [y], etiam apud alios [z]. ¶ *Persidem*, Περσίδα] Fuerit ancilla aut libertina aliqua orta à Perside, & nomen à patria habens, ut *Mysa*, *Syrus*, *Davus* [a].

13. *Rufum*, Ῥοῦφον] Filium Simonis Cyrenæi. Vide Marc. 15. 21 [b]. ¶ *Electum*, &c. Ἐκλεκτὸν, &c.] *Selectum in Domino*, P. Be. Pi. i. e. lectissimâ fide in Dominum:

z F. sim. Vor. Par. — a Vor. — b E. sim. Me. — c Ham. — d E Me T. — * Me ex Tol. &c. — f G. — g Fe. sic — h Par. — i Par. — l E. — k Multi in E. — l E. — m G. — n Be sic G. — o Be. — p G. — q V. — r Par. — † Me ex E. — t Tol. — v G. — x E. Me. — y G. — z Idem. — a E. — b E. Me. T. Vor. — c V. — d G. — * Tol. — f Vor. — g D. — h E. — i Tol. — k Q. in E. — l G. — m Par. — n G. — o G. sim. Me. — p G. — q V. Me. &c. — r E sim. Me. — † G — t Par. — v E. Me. — x Ham. ad v. 1. — y T. sim E. Me. Tol. — z Tol. — a G. — b Idem.

minum [c]: eximium inter Christianos [d]. ¶ *Matrem ejus & meam*] Honoris causâ suam vocat [*]. *Rufi matrem* naturâ [f], sive carnalem; Pauli spiritualem [g], sive affectu, quomodo Maria Virgo *mater* Johannis Apostoli [h]. Vel, ob beneficia quæ ab ea acceperat [i].

14. *Asyncritum*, Ἀσύγκριτον] Nomen Græcum boni ominis, ut multa. ¶ *Phlegontem*, Φλέγοντα] Et hoc nomen apud Græcos frequens, quod habuit & Adriani Imperatoris libertus ortu Trallianus. ¶ *Hermam*, Ἑρμᾶν] Est nomen libertini hominis, contractum ex Ἑρμόδωρος. Vide quæ in Prolegomenis ad Lucam [k]. Putant Origenes, & eum secuti veteres, hunc esse qui Græcè scripsit librum Pastoris [l], quem habemus Latinè, & fragmenta quædam apud Irenæum & Clementem. Mirum est, cum Librum quondam cum Epistola ad Hebræos certâsse de auctoritate. Epistolâ ad Hebræos utebantur rigidi disciplinæ defensores, qui post Baptismum lapsis in graviora crimina, id est, idololatriam, homicidium, adulterium, misericordiæ quidem Divinæ spem omnem non adimebant, non tamen eis reddebant communionem Ecclesiæ. Hermas, qui ipse post Baptismum lapsus esse dicitur, uni crimini pœnitentiam volebat dari, Angeli, ut ipse dicebat, autoritate. In Oriente videtur Hermas habuisse lenitatis suæ approbatores. At in Occidente & Africa prævaluit severitas, primúsque Zephyrinus Episcopus Romanus, non idololatras, nec homicidas, sed semel adulterii convictos aut confessos, ad pœnitentiam &, post ejus exactæ tempus, ad communionem, admisit, contradicente Tertulliano: quæ disputatio postea Novato scindendi Ecclesiam prætextum dedit. Non malum fuerat si retineri potuisset primus ille rigor: sed Rectoribus Ecclesiæ prima esse debet unitatis cura, & vivendum [lege, *videndum*] non modò quid sit optimum, sed & quid obtineri possit. *Nocuit antiquus rigor & nimia securitas*, [lege, *severitas*,] *cui jam pares non sumus*, ait Tacitus. ¶ *Patrobam*, Πατρόβαν] Martialis hoc nomine libertum quendam Domitiani appellat [m]. ¶ *Hermem*, Ἑρμῆν] Græcum nomen est, & significat *Mercurium* [n]. *Hermes* nomen est apud Martialem. Talia nomina, *Phœbus*, *Phœbe*, & similia [o]. ¶ *Et qui cum eis sunt fratres*] i. e. Christianos eorum domesticos [p]. Ad eandem familiam hi omnes pertinebant. Quis non miretur distinctam Pauli notitiam, cùm nondum tunc Romæ fuerat [q]?

15. *Philologum*, Φιλόλογον] Et hoc nomen libertini alicujus ad literas instituti, atque in eam spem sic à Domino nuncupati. Sic Atteius libertus Attici Capitonis dictus *Philologus*, teste Suetonio, qui causam explicat, *Philologi appellationem assumpsisse videtur, quia sicut Aristophanes, qui primus hoc cognomen sibi vindicavit, multiplici variâque doctrinâ censebatur* [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ Ἰουλίαν] Incertum est an vir fuit, an, ut voluit Orig. fœmina, & Philologi conjux [†]. Hæc libertina fuit manumissa ab aliqua de Cæsarum domo. ¶ *Nereum*, Νηρέα] Est nomen Sabinum *Neria*. Vide Gellium 13. 21. ¶ *Et*, &c. Καὶ Ὀλυμπᾶν] Et hoc contractum pro Ὀλυμπιόδωρον. Vide dicta Prolegomenis ad Lucam [t]. ¶ *Et qui cum eis*, &c.] Vel, de eorum familia [v].

16. *Salutate —— osculo sancto*] i. e. Non profano, non lascivo, non ficto sive doloso [x], quale 2 Sam. 20. 9. Matth. 26. 49 [y]. sed sincero, casto, religioso [z], honesto, modesto, fraterno [a], tali quale sanctos decet [b]; quod ab animo proficiscitur sanctæ charitatis pleno [c]; osculo pacis seu fraternitatis [d], & quod symbolum est amoris casti & spiritualis [*]. Mos hic erat eorum temporum [f], tum Gentilibus, teste Suetonio, tum Judæis, 2 Sam. 20. 9 [g]. tum Christianis [h], post orationes, in signum sanctæ dilectionis. Vide 1 Cor. 16. 20. 2 Cor. 13. 12. 1 Thes. 5. 26. 1 Pet. 5. 14. Justinus, Apol. 2. Ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα παυσάμενοι τῶν εὐχῶν. Tertul. De orat. *Quæ oratio cum divortio sancti osculi integra? Quem omnino officium facientem impedit pax? Quale sacrificium est à quo sine pace receditur?* Nam osculum illud *pacis* nomine appellabant. Præcesserat enim, *cùm fratribus subtrahant osculum pacis, quod est signaculum orationis.* Hinc Ad uxorem 2. *Alicui fratrum ad osculum convenire.* De hoc osculo Clemens Pædagog. Ἅγιον, &c. (*Sanctum illud vocavit Apostolus — quo ore casto & pio testamur benevolentiam animæ*, &c.) Meminit ejus moris & Orig. hoc loco, & Martyrologium ad 2. Idus Septembris de Sosthene & Victo re. Ostendebant eo modo Christiani, se omnes inter se pares esse. Nam apud Persas & alios Orientis populos, pares os inter se jungebant, superiores dabant manum osculandam inferioribus [i]. Ægyptii, Romani, Græci, osculabantur os; Orientales verò manum tantùm, quo nomine laudat eos R. Simeon, &c [k]. Christiani preces suas claudebant solenni Benedictione, sive voto charitatis atque unitatis inter se, notâ illâ formulâ, *Gratia —— Christi, Amor Dei*, &c. deinde osculo invicem dato discedebant [l]. ¶ *Salutant vos omnes* [At illud, *omnes*, abest in Græcis Codicibus.] *Ecclesiæ Christi*] Quæ sunt in Græcia [m]. At quî hoc dicere poterat, cùm omnes non jam Paulo adessent [n]? Resp. Non quòd ab eis salutandi Romanos mandatum accepisset [o], sed quia eorum affectum noverat [p], quo Romanos salutare, & prosperè agere, cupiebant [q].

17. *Rogo vos —— ut*, &c. Σκοπεῖν τοὺς τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδαχὴν —— ποιοῦντας] *Ut observetis* (vel, *speculemini*, P. sic Mo. *consideretis*, Er. Ti. sic G. Idem verbum in eadem re habes Phil. 3. 17 [r]. Vel, *caveatis*, Sy. & Ar. in Di. Σκοπεῖν hîc acceperunt sicut Luc. 11. 35. & sicut passim βλέπειν pro *cavere*. Vide Marc. 12. 38. & 13. 9. Phil. 3. 2 [†]. Observetis vigilanter & cum inquisitione [t], attentè & diligenter quasi hostes è specula [v].) *eos* (vel, *ab iis*, Sy. & Ar. in Di.) *qui dissensiones* (vel, *dissidia*, Er. Ti. sic P. Be. Pi, *seditiones*, Ca. στάσις est *seditio* [x]; dissidia opinionum [y].) *& offendicula* (vel, *scandala*, Tol. sic P. Pi. &c. quæ à fide recedere faciunt [z]; quæ disciplinam ecclesiasticam violando scandalis Ecclesiam deformant [a]: διχοστασίαι præcedunt, sequuntur σκάνδαλα [p], ex dissensionibus nata [q]; id est, schismata [r]. Vide dicta ad Matth. 13. 41 [*].) *præter* (vel, *contra*, Be. Pi. Tol. Par. Utrumque παρὰ hîc significat, ut Rom. 1. 26. παρὰ φύσιν, *præter*, & *contra*, *naturam*, παρὰ νόμον, *contra legem* [†].) *doctrinam quam vos didicistis, faciunt*, Tol. ex Vulg. Nempe hactenus à vestris doctoribus [t], & nunc per meam Epistolam [v]. Innuit his verbis, plebem Christianam aliquo modo, id est, ex generalibus quibusdam principiis, discernere posse doctrinam veram à falsa [x]. [Notent hoc fratres ipsius Romanenses.] Hoc maximè propter Judæos dictum [y], qui Christianismum professi, ceremonias cum Evangelio miscebant: de talibus enim passim queritur, Gal. 2. 4. Phil. 3. 1. 1 Tim. 4. 2. 2 Tim. 3. & Tit. 1 [z]. Al. Notat hîc eos qui, cùm ipsi Judæi non essent, vocatis Gentibus imponere volebant Legis Mosaicæ jugum, contra & præcepta Christi pacem commendantis, & præceptum Apostolicum, quod ubique Paulus servandum docuit, Act. 16. 4. Confer Epistolam ad Galatas [a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐκκλίνατε, &c.] *Et declinetis* (vel, *procul recedatis*, Sy.) *ab eis*, Er. P. Mo. Be. Pi. &c. Tanquam à peste [b]. Eorum consortium fugite [c]. Confer Epist. 2. Joh [d]. Ejicite ex Ecclesia [*]. Et hoc argumentum facit ut credam non fuisse tunc conventus communes aut Presbyterium Romæ. Alioqui voluisset tales excommunicari. Ubi autem sine tali regimine est Ecclesia, nihil aliud possunt singuli quàm declinare familiarem convictum cum iis qui non ex regula Christi vivunt, ut diximus in Comment. ad 2. ad Thessalonicenses, ubi, στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος, idem est quod hîc ἐκκλίνειν. Vide & quæ diximus ad Matth. 18. 17 [f].

18. *Christo non serviunt, sed suo ventri*] Quæ ad doctrinam Christi (aut audientium utilitatem [g]) pertinent non docent [h], sed quæ ad privatum quæstum [i]: quærunt undè lautè vivant, & gulam expleant [k]. Eâdem notâ eosdem homines describit Phil. 3. 18, 19 [l]. Confer Gal. 5. 1, &c. & 6. 12 [m]. Nimirum isti homines duo spectabant; Primùm, ut semet & alios Christianos liberarent à cruce: nam Judæis ab antiquo permissa erat per Imperium Romanum suæ religionis libertas, non item Christianis. Deinde, eâ ratione Judæorum sibi amicitiam, & indè utilitates, parabant. Hoc autem noverat Apostolus, non ex conjecturis solis, sed dictante etiam Spiritu Sancto. Non dissimile est quod de Demade dictum narrat Plutarchus libro De divitiarum studio, αὐτὸς γὰρ εἰς τὴν γαστέρα ἐδημαγώγει [n]. ¶ *Et*, &c. Καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων] *Et per blandiloquentiam* (vel, *dulcem sermonem*, Val. sic Vulg.

sermo-

sermonibus blandis, Tre. ex Sy. sic Ar. Me. &c. verbis quæ hominibus non proficua sunt, sed grata, vanisque appetitibus satisfacientia [o]. Χρηστόλογοι sunt *homines blandi magis quàm benigni*, ut interpretantur eam vocem ii qui Pertinacis vitam scripsere. Est hoc pars ἀρεσκείας, cujus descriptionem habes apud Theophrastum [p]. Cæsares quidam oratione quàm re benigniores vulgò *Chrestologi* dicti sunt [q].) *& assentationem* (vel, *benedicentiam*, Mo. sim. Tre. ex Sy. Ar. Val. id est, laudationem [r], vel adulationem †. Inculcavit idem dictum odio vitii, nempe assentationis [t]. Εὐλογεῖν Isocrati & Aristophani est, *laudare*. Solent autem qui aliis placere volunt, eos in os laudare, & culpas etiam eorum extenuare. De talibus agitur 2 Tim. 3. 4, &c. quales utinam non tam multi sint nostro etiam seculo [v]!) *corda hominum minimè malorum* (vel, *corda simplicium*, Er. V. D. E. Me. Ἄκακοι hic per χρηστοήθεις dicuntur homines faciles decipi [x], incauti [y], rudes & imperiti rerum [z]; quos Hebræi פתאים appellant, Prov. 1. 4. & 8. 5. & 14. 15 [a]. quales omnia ex vultu & sermone metiuntur. Ἀκάκους Græci vocant *parum astutos*, qui non sunt ingenio insidioso: nam *minimè malus* illis εὐήθης dicitur [b]. Plutarchus, Οἱ ἀκάκοι ὑπὸ τῶν λεγόντων μᾶλλον βλάπτονται [c].) *seducunt*, P. Be. Pi. Ut illi qui dicebant, *Pax, ubi non erat pax*, Jer. 8. 11 [d].

19. *Vestra enim obedientia* (id est, facilitas sive promptitudo credendi Evangelio *: vel, fama de obedientia vestra [f]. Ὑπακοὴ hic, ut Rom. 1. 5. & 15. 18 [g].) *in omni loco*, &c.] Ubique celebratur vestra in Christum fides [h]: ideo multi ad vos undique concurrunt, nimirum sperantes in opulenta urbe optimum sibi fore aucupium. Idem planè sensus qui Rom. 1. 8 [i]. Mira hîc suavitas & prudentia Pauli [k]. Hâc laudatione præmollit admonitionem sequentem [l]. Ergò, ô Romani, ut cœpistis, ità pergite, tueri hanc fidem & obedientiam [m]. ¶ *Gaudeo igitur in vobis*, Τὸ ἐφ' ὑμῖν] *In* (vel, *De*, V. Æth. Hoc *in*, Mo. *Sanè de*, Er. Il. Ti.) *vobis*, Tre. ex Sy. &c. *De eo quod in vobis est*, Ar. *Vestrâ causâ*, Ca. *Quod ad vos attinet*, P. Be. Pi. E. Propter tantum vestrum bonum [n]: quòd tam æquanimiter Evangelio obtemperetis [p]. Majori parti Christianorum gratulatur, quæ se non siverat ab illis lucripetis seduci: attamen quia *Cuivis potest accidere quod cuiquam potest*, addit monitum [q]. ¶ *Sed volo vos sapientes*, &c. Σοφοὺς μὲν εἶναι εἰς τὸ ἀγαθόν, ἀκεραίους δὲ εἰς τὸ κακόν] *Sapientes* (vel, *Prudentes*, Tol.) *quidem esse quoad bonum*, (vel, *in rebus bonis*, Pi. *ad id quod bonum est*, Be. *in bono*, Tol. ex Vulg. *quod attinet ad bonum*, Pi. scilicet procurandum [r]: vel, *ut in bono perseveretis*, G. intelligentes veritatis †, & rerum bonarum; scilicet ut eas quemadmodum oportet faciatis [t]; ut sectemini quæ sectanda sunt [v]: cautos, nè à bono quod accepistis seductorum illorum fraudibus excidatis [x]. Significatur notitia practica, quæ prudentiam requirit [y].) *innocentes* (vel, *simplices*, Mo. Be. Ca. Pi. *sinceros*, Er. Il. Ti. V. Tre.) *verò quoad malum*, P. vel, *in malis*, Pi. *ad malum*, Be. perpetrandum [z]: puros ab omni malo [a]: ut nullam nocendi artem teneatis [b], nedum ut reipsâ noceatis cuiquam [c]: quasi nescientes mala agere [d], ut Christus dicitur *nescivisse peccatum*, 2 Cor. 5. 21 *. [Sensus, q. d.] Ità prudentes ut non fallamini, ità bonos ut non fallatis. Idem sensus qui Matth. 10. 16. & 1 Cor. 14. 20 [f]. Hæc est causa hujus meæ rogationis [g]. Quò [enim] simpliciores estis & obedientiores, eò faciliùs ab illis decipiemini, si aberit prudentia [h].

20. *Deus autem pacis*] Sub. *princeps*, P. vel, amator, auctor, donator [i]: à quo pax ista sperari & peti debet [k]. ¶ *Conterat*, &c. Συντρίψει, &c.] *Conteret* (Verba bene sperantis [l]. Vel, *Conterat*, Tol. ex Vulg. &c. Sy. in Be. G. ex Orig. In MS. est συντρίψαι ut sit votum, non prædictio [n]. Sunt verba bene precantis [o]. At συντρίψει est in omnibus cod. Græcis quos inspexi [p]. *Conteret*, nempe in secundo Christi adventu [q].) *Satanam* (magistrum & incentorem dissensionum [r]; qui per potestates idololatricas aliósque adversarios operatur †; qui per ministros suos, errorum magistros, calcaneo vestro insidiatur, hoc est, ad lapsum ac defectionem à rectâ fide solicitat [t]: & propterea quando tales adversarii conteruntur, Satanas conteri dicitur, Luc. 11. 21, &c. Joan. 12. 30.) *sub pedibus vestris citò*, P. Be.

[Margin: o Tol. · p G. · q Er. · r Er. G E. · †Er. Me. T. ex Th. · t Er. · v G. · x G. sim. E. Cam. · y E. · z Cam. sic D. · a D. · b Cam. · c G. · d Idem. · * Tol. E. Par. sim. Me. T. · f Camer. Be. Pi. · g G. · h G. sim. E. Me. · i G. · k Tol. · l E. sim. Tol. · m Me. · n Me. ex Tol. · p V. · q G. · r Pi. Vor. · † Be. · t E. · v Tol. · x Me. sic T. · y E. · z Vor. sim. Pi. · a V. · b Be. Me sim. To E. · c Be. · d Me. sim. E. · * E. · f G. · g Tol. · h Ca. sim. Tol. · i T. sic Me. · k Tol. · l E. · m G. · n G. sim. · o Te. · p E. ex Theod. · p Be. · q V. · r T. sic Me. · † Tol. · t E.]

hoc est, in fine seculi, quem Apostoli jam tum instare putabant. Confer Apoc. 22. 12, 20 [v]. Explicatur sensus ὑπονοίας loci Gen. 3. 15. Nam ibi per *serpentem* intelligi Satanam consentiunt omnes Hebræi: ideo Satan dicitur Hebræis נחש הקדמוני, ὄφις ὁ ἀρχαῖος, Apoc. 12. 9. δράκων sæpè in eadem Apocalypsi. Habet Satanas calliditatem, & studet nocere, ut serpens aut draco. Hoc autem vult dicere Apostolus, Satanas est qui per novos illos Doctores eam, quæ est inter vos Christianos ex Judæis & ex Gentibus vocatos, concordiam cœpit rumpere: Sed non diu durabunt ejus astus; facilè pars major & sanior cæteras ad sanitatem reducet. In Genesi dicitur mulieri & posteritati ejus תשופנו, συντρίψεις, sensu non malo: sed Christianorum est quàm apertissimè omnia ad Dei gratiam referre, ut hîc & alibi facit Paulus [x]. ¶ *Gratia* (id est, favor & beneficentia, ad omnia quæ sunt pietatis & salutis [y].) *Domini* ——— *vobiscum*] In hoc quod dixi Christus vobis faveat & opituletur [z], ut Satanâ sitis superiores [a], & in omni bono proficiatis [b]: ut eos comprimatis qui, Dæmone instigante, bonum pacis, charitatis & unionis, corrumpere student [c]. Hîc iterum finire proposuerat Paulus, sed tempore dato pauca adjecit & ipse, & scriba ejus, ut solet subter Epistolas fieri [d]. Hæc clausula in Latinis & Græcis penè omnibus Codicibus bis legitur, nempe hîc, & v. 24. Chrys. Orig. Amb. & Claromontanus cod. eam tantùm v. 24. legunt. Sed rectè, meo judicio, Syrus neutro loco eam habet, sed his verbis hanc Epistolam, ut & alias omnes, concludit. Nec dubito quin qui v. 24. legerunt, ibi hanc Epistolam finierint, versiculis 25, 26, 27. in cap. 14. 23. rejectis. Itaque perperàm hîc attexitur *.

21. *Salutant vos* (Nota humanitatem Pauli, qui alios sibi salutatores adjungit [f].) *Timotheus adjutor* (vel, *collega*, aut *cooperarius*, Er.) *meus*] Ità P. Be. Pi. scilicet in negotio propagandi Evangelii [g]; nempe ille ad quem duæ exstant Epistolæ [h]. Vide Act. 16. 1. & seq [i]. ¶ *Et Lucius*] Idem qui Lucas Evangelista [k], ut plerique sentiunt [l]; qui Paulo per id tempus adfuit, ut patet ex Act. 20. 4 [m]. quem *Lucium* hîc vocat, nomine ad usum Romanum inflexo, maximè quòd ad Romanos scriberet: quare & Silam *Silvanum* vocat [n]. Al. Cur non esse hunc Evangelistam Lucam putemus, diximus in nostris ad Lucam Prolegomenis. Sed est hic Lucius Cyrenæus, Act. 13. 1. frater Rufi, ut quidam putant [o]. At ille Lucius nusquam legitur Paulum comitatus, aut egisse Corinthi, unde hæc Epistola scribitur [p]. ¶ *Et Jason*] Hospes Pauli Thessalonicæ, Act. 17. 5 [q]. unus Judæorum in Christum credentium, ad quos scripta est Epistola ad Thessalonicenses quæ secunda dicitur, ideo quòd seriùs Ecclesiis innotuit: ut diximus in nostro ad secundum caput ejus Epistolæ Commentario [r]. Idem hic videtur qui *Secundus*, Act. 20. 4. qui Thessalonicensis fuisse dicitur, quomodo & *Jason*, Act. 17. 7. ut unum sit nomen ejus Hebræum, alterum Latinum †. ¶ *Sosipater*] Beræus, Act. 20. 4. Idem enim nomen est, variis dialectis, Σώπατρος & Σωσίπατρος [t]. Et Græci eidem Scriptori alii hoc, alii illud, dant nomen [v]. Ἰάσων Hebraicè vocatur ישוע [x], *Sosipater* verò אבישע [y]. ¶ *Cognati mei*] Ejusdem aut gentis [z], Judæi [a]; aut tribûs, aut familiæ [b]. Vide supra v. 7 [c].

22. *Saluto vos, ego Tertius*, (Τέρτιος legerunt Sy. Ar. Orig. Amb. & Græci. Quare in Latinis quæ aliter habent error est exscriptoris. *Primus*, *Secundus*, *Tertius*, *Quartus*, *Quintus*, *Sextus*, nomina frequentia apud Romanos [d].) *qui scripsi* (vel, *descripsi*, P. Be. Pauli amanuensis *; vel, 1. qui dictante Paulo excepi [f]: vel potiùs, 2. ex ejus adversariis descripsi [g]; à Paulo priùs scriptam descripsi [g], ut Romam transmitteretur [h]. Hoc ad marginem adscripserat Tertius, dum hanc Epistolam ex Pauli archetypo describit. Tales Græci ὑπογραφεῖς vocant [i]. Idem hic forsan qui *Silas*, Hebraïsè שליש, cùm nomina Hebraica hîc scribuntur Romano idiomate †.) *epistolam* (vel, *hanc epistolam*, Pi.) *in Domino*] Referendum hoc vel, 1. ad *scripsi*: *scripsi in Domino* [k], id est, propter Dominum [l]; vel, ad gloriam Christi [m]: vel, 2. ad *saluto* [n], per trajectionem [o]: *saluto vos in Domino*, P. Be. Pi. id est, salutem quæ à Domino est vobis precor [p].

23. *Cajus*, Γάϊος] Nomen fuit multis etiam Christianis

[Margin: v Vor. · x G. · y E. · z G. · a E. sim. Tol. · b E. · c Me. · d G. · * Ec. · f E. · g E. Me. sic Tol. · h E. Me. · i G. · k E. ex Orig. · l Q. in Me. Li. · m E. · n E. Li. chro. 123. · n E. · o G. · p E. · q G. sic E. · r G. · † Li. ib. · t G. sim. · v E. Li. · x G. sim E. · y G. · z E. · a G. · b E. · c Me. · d G. · * E. T. · f Be. Tol. · g E. Pe. · h Tol. · i G. · † Li. chro. 123. · k E. ex Caj. Tol. · l Tol. · m E. ex V. · n Tol E. · o Vor. G. Be. Vor. · p Tol.]

stianis ejus temporis commune q. Tres erant Gaii; 1. Derbæus, Act. 20.4. 2. Macedo, Act. 19. 29. 3. Corinthius, de quo 1 Cor. 1. 14 r. Nisi forsan qui Derbæus origine, habitatione Corinthius, fuerit. Locus enim & tempus scriptæ Epistolæ utrique congruunt †. Sed hîc bene notant eruditi, designari eundem qui 1 Cor. 1. 14 t. unde non levis fit conjectura, Corinthi scriptam esse hanc Epistolam v. Ad hunc scripsit Johannes 3. Epist. ubi eum ab hospitalitate laudat x. Hunc postea fuisse Episcopum Thessalonicensis Ecclesiæ ait ex traditione Origenes. Latini scribebant *Caius*, pronunciabant *Gaius*, quia olim c fuit Γ, ut in Græco Alphabeto: indè Γῆρυς, *Ceres*, multáque similia. Græci ut pronunciabant hoc nomen, ità scribebant, Γαΐος. Ità semper Polybius, Dionysius Halicarnassensis, Plutarchus, Dion, & Inscriptiones y. ¶ *Hospes meus*; ità P. Be. Pi. &c. Ὁ ξένος μου] ξένον dixit pro ξενοδόχον z. *Hospitem* dicit apud quem hospitabatur b, cùm propriam domum non haberet c: ξένον dicit, sicut Latini *hospitem, eum qui alterum excipit* d. ¶ *Et universæ Ecclesiæ*] Quæ scilicet est Corinthi *. Hoc ideo addit, quia, cùm hæc scriberet, solebat conventus Christianorum haberi in Caii illius ædibus f. Al. Hyperbole est g: q. d. totam Ecclesiam, i.e. Christianos passim adventantes domo & mensâ excepit h. Erant apud Judæos, deinde & Christianos, publica Xenodochia, ubi peregrini & viatores publicis sumptibus excipiebantur. Huic forsan muneri præfectus erat Gaius i. ¶ *Erastus*, Ἔραστος] Frequens apud Græcos nomen paris significatûs cum *Agapeti, Pothini*, similibúsque nominibus k. ¶ *Arcarius*, &c. Ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως] *Oeconomus* (vel, *Dispensator*, Er. V. Zeg. *Procurator*, Be. P. Pi. *Præfectus*, Zeg. Th. in Er. quæstor, sive dispensator ærarii l: qui publicam pecuniam administravit m, sive solus, sive cum aliis n. Id Romani veteres dixissent *quæstorem*. Sed οἰκονόμος vox à Domo ad Urbem translata est, sicut & vox *arcarii*, quam hîc posuit Latinus. Nam id antiquitus nomen fuit privati ministerii, ut apparet L. Thais in fine D. de fidei commissariis libertatibus. Vides jam ab initio, quanquam paucos, aliquos tamen fuisse Christianos in dignitatibus positos o. At Pelagius putat eum *arcarium* dictum, quòd talis aliquando fuisset, quomodo Abigail vocatur *uxor Nabalis*, 2 Sam. 3. 2. cui favet, quòd hunc Paulus misit, &c. in Actis Apostol. Si autem quæstor hujus urbis adhuc erat, non poterat versari in Asia, & vacare Pauli negotiis, & ab eo mitti quo ille vellet p.) *urbis*, V. G. &c. i. e. Corinthi q, ex collat. 2 Tim. 4 r. ¶ *Et*, &c. Καὶ Κούαρτος, &c.] *Et Quartus* (*Quartus* nomen quale modò *Tertius*. Romani hi fuerunt negotiantes Corinthi †. Habemus & *Secundum*, per idem tempus, eúmque Thessalonicensem, Act. cap. 19. An fortè tres fratres erant Paulo adhærentes t?) *frater*, Be. Pi. vel, 1. Tertii v; vel, 2. Erasti x. Sed tunc addidisset, *ejus* y. Vel, *frater* dicitur quia fidelis erat z: omnes enim Christiani tunc temporis *fratres* dicebantur a. Sed cùm id omnibus commune erat, Paulus eum peculiariter *fratrem* dicere noluit b.

24. *Gratia Domini*, &c.] Eadem verba quæ suprà v. 20. nisi quòd ibi abest πάντων. Sed Paulus eandem sententiam rursus scripsit suâ manu, ut moris ipsi erat, 1 Cor. 16. 22. 2 Thes. 3. 17, 18. Sic & quæ suprà posuerat manu scribæ fine cap. 14. repetiit hîc suâ manu c. Mihi Paulus similis videtur Patri charissimo, qui à filiis discedens post ultimum *Vale*, iterum atque iterum ad colloquium revertitur, amore detentus. Sic Paulus & in fine cap. præced. & hujus cap. v. 20. & hîc. Et nec hoc dicendi finem facit, sed gratias Deo agit, &c d. Hic versus abest apud Amb. & Orig. & in vetustissimo cod. Constantiensi *. Sed cùm legitur hoc loco in Codicibus tam Græcis quàm Latinis, verisimilius est, singulare aliquid Divino instinctu accidisse, ut postquam Epistolam alienâ manu scriptam de more conclusisset, ipse, affectûs testificandi causâ, quædam adhuc velut pro appendice voluerit ascribere suâ manu. Quod Romanis gratum fore sciebat f. Hîc autem in omnibus vet. cod. nostris desinit hæc Epistola, ut diximus Rom. 14. 23 g. Versus tres sequentes penitùs abstulit Marcion hæreticus h. Absunt quoque in plerisque Græc. cod i. In nonnullis alio adducuntur loco, nempe in fine cap. 14. In quibusdam

q G. r Be. sim. E. † E. t G. sim. Be, Tol. ex Theod. E. Me. Li. v E. x Me. sim. E. y G. z Chrys. in Par. b E. sim. Tol. c Tol. d G. * Me. f G. g Tol. h E. sim. Tol. i Li. chron. k G. l Er. Tol. m E sim. V. n E. o G. p E. q V. Be. G. Li. Tol. E. r E. sic Tol. † G. t E. v E. Me. x Q. in E. y E. z Tol. Me. a Me. b E. c G. d Tol. * Be. ex Er. f E. g Be. ad v. 25. h E ad v. 25. z Er. sim. Val. v. 25.

autem adjiciuntur in fine Epistolæ, ut etiam apud Orig. Amb. &c k.

25. *Ei*, &c. Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι, &c.] *Ei verò* (Supple, *sit honor & gloria*, &c. ex v. vult l.) *qui potest* Sic & alibi ex potentia suadet effectum sperandum & exspectandum esse, duntaxat in his quæ sperare jubemur, ut Rom. 11. 23. & 14. 4. 2 Cor. 9. 8 m.) *vos stabilire* (vel, *confirmare*, Vulg. E. scil. in fide suscepta n, ut in ea perseveretis o: hoc dicit propter debiles in fide, de quibus suprà p. Significat, necessariam esse perseverantiam, eámque non viribus suis, sed ope Dei, obtineri q. Hoc στηρίξαι Deo sæpe tribuit Paulus, ut 1 Thes. 3. 13. 2 Thes. 2. 17. & 3. 3. 1 Pet. 5. 10. Alibi de hominibus idem verbum usurpat, in suo scilicet gradu atque ordine. Quod homines faciunt verbis & exemplis, id Deus facit suo Spiritu. Hoc est הצליח את דרך, Deut. 25. 11, 29 r.) *secundùm Evangelium meum* (i. e. à me prædicatum †) *&* (expositivè dictum t: non enim copulat res diversas, sed rem eandem explicat v: q. d. quod Evangelium meum est prædicatio Jesu Christi x.) *præconium* (vel, *prædicationem*, Tol. ex Vulg. i. e. in Evangelio quod ego annuncio, & prædicatione quæ est in Jesu Christo y; in doctrina quam ego doceo, imò (crescit enim oratio) in ea quam prædicavit ipse Christus z. Κατὰ pro ἐν a.) *Jesu Christi*, Be. Pi. &c. vel passivè, qu. d. de Christo, ut Rom. 1. 2. de filio Dei; vel activè, qu. d. præconiatum & revelatum à Christo non à me excogitatum †. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου] *Ex revelatione* (vel, *Secundùm revelationem*, Tol. ex Vulg. potiùs, *per*, vel *ad*, *revelationem*: alioqui enim duriùs cohærebunt duo κατὰ idem signantia b. Explicat qualitatem prædicationis hujus c: quâ, inquit, continetur non res aliqua vulgaris naturali lumine inventa, sed res maximi momenti à solo Deo revelata d.) *mysterii* (i.e. arcani *, sive secreti divini f,) *quod à temporibus æternis* (vel, *secularibus*, Pi. vel, *seculorum*, Be. i. e. longissimo tempore, ut 2 Tim. 1. 9. idem est, ἀπὸ τῶν αἰώνων, Eph. 3. 9. Col. 1. 26 g. & γενεαῖς ἑτέραις, Eph. 3. 5 h: aliis omnibus ætatibus i; ab initio mundi usque ad Christum k. Neque enim αἰὼν, aut עולם, semper declarat æternitatem, &c l. Aliquid dixerunt de eo Prophetæ ut jam sequetur, sed id ipsum nunquam intellectum est, nisi ex eventu m. Al. Dicit, *temporibus æternis*, q. d. Non est novum inventum, sed ab æterno excogitatum à Deo, & in ipso reservatum atque absconsum n.) *tacitum fuit*, P. Be. Pi. &c. q. d. de quo nihil audivistis omnibus seculis retroactis o. *Mysterium* hîc vocat Gentium vocationem, ut ipse explicat, Eph. c. 3. v. 4 p. redemptionem & salvationem omnium Gentium per Christum q. Al. Non de sola vocatione Gentium, sed de tota Christi doctrina, agi facilè credet r, qui consideraverit loca, Eph. 1. 9. & 6. 19. Col. 1. 26. ubi multa verba eadem quæ hoc loco, & Col. 2. 2. 1 Pet. 1. 12. Vide Esa. 42. 9, 16 †.

26. *Quod*, &c. Φανερωθέντος δὲ νῦν διά τε γραφῶν—κατ' ἐπιταγὴν, &c.] *Nunc verò* (i. e. in tempore, ut distinguatur ab æterno: non autem refertur ad præsens tempus Pauli, sed ad totum Legis tempus, &c t.) *factum est manifestum*, (vel, 1. per Prophetarum oracula v: vel, 2. per Christum & Apostolos x, per Evangelii prædicationem y.) *&* (Vulgatus malè expunxit *, quod est prorsus necessarium, ut connectantur duo Participia, φανερωθέντος καὶ γνωρισθέντος z.) *per Scripturas Propheticas* (supple *expositas & intellectas* a, quæ Christum & Evangelium ejus prædixerunt b: per quas probata est illa [nostra] doctrina, eventu nimirum ad vaticinia respondente. Vide Rom. 1. 2. & 3. 21 c. Sensus loci, q. d. quod mysterium patefactum nunc per Evangelium, & olim per scripta Prophetica †.) *ex imperio* (vel, *secundùm præceptum*, Vulg. id est, jussu d; ex mandato & delegatione, facta videlicet Apostolis *; secundùm ordinationem, seu dispositionem f: q. d. quod ab æterno Deus ordinavit & disposuit faciendum: quod *præceptum* vocat, quia præcepit Deus Prophetis ut id revelarent aliis g. Ne quis cavilletur, cur Deus occultaverit olim, nunc demum revelaverit, ad æternum Dei consilium nos revocat, cujus ipse non tenetur rationem reddere creaturis h.) *æterni Dei* (id est, ejus. Nomen pro pronomine, more Hebræorum i.) *in*, vel *ad*, *obedientiam fidei* (i.e. ut

k Er. v 25. l Me. ex Tol. m E. n E. Me. o Tol. p E. sic Me. q Tol. r G. † E. Me. t E. sim. Vor. v Vor. x Me. sic Tol. y V. sic Tol. Par. z G. a Par. † Par. b Zeg. c Tol. d T. sim. Tol. * Be. f V. g G. h G. Be. i Be. k Vor. sim. E. Be. l Be. m G. n Tol. o V. p Be. q T. r G. sim. Par. † G. t Tol. v Idem. x V. sim. E. y Me. E. z Be. a E. b Me. c G. † Er. d V. * E. Me. f Par. sic Tol. g Tol. h Par. i G.

ut Evangelio credant atque obediant [k]: vel, ità ut etiam doctrinæ isti fides sit habita. Vide Rom. 1.5. & 15.18 [l]. q. d. Ideo nunc revelavit, ut omnes ad fidem & obedientiam ejus vocentur præconio nostro [m].) *apud quasvis* (vel, *inter omnes*, Pi. *in omnes*, i. e. apud plurimas [n]: neque enim singulis aut gentibus aut hominibus Evangelium jam tum annunciatum erat [o].) *gentes declaratum*, P. Pi. vel, *innotuit*, q. d. oblatum earúmque cognitioni expositum est [p].

27. *Soli*, &c. Μόνῳ σοφῷ Θεῷ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας] *Soli* (sub. *inquam*, P. Be. Pi.) *sapienti Deo*, (Sic explicat id quod suprà dictum erat, τῷ δυναμένῳ [q], initio sententiæ [r]. Deus *solus sapiens* dicitur & hîc & 1 Tim. 1.17. quia solus Autor est omnis sapientiæ: sic & *solus immortalitatem habere* dicitur 1 Tim. 6. 16 [†]. & *solus bonus* esse, Luc. 18. 19. nimirum ex se & per essentiam [t]. Significat, viam salutis nullâ hominum sapientiâ, sed à solo Deo, patefactam esse [v].) *per Jesum Christum*, (Jungendum hoc non cum præced. quasi Deus sapiens esset per Christum, sed cum sequent. ut significet, Deo per Christum gloriam attribuendam esse [x]. Gloriam autem Deo optare per Christum, idem significat ac, optare Deum agnosci & coli ab hominibus secundùm Evangelium Christi, i. e. fide Christi susceptâ, & Christianismum profitendo [y]. Sicut gratiarum actio, Rom. 7. 25. gaudium, Rom. 5. 11. ità & δοξολογία *per Jesum*, tanquam viam ad Patrem, dirigitur [z].) *cui* (Hæc particula sententiam valde obscuram efficit [a]. Non respondet præcedentibus, & sensum planè suspensum tenet. Eam ergò Beza expungere ausus est [b], quia in Complutensi editione deest [c]. At Erasmus hîc religiosior, &c [d]. Hæc particula ità constanter obsedit omnes Græc. & Lat. cod. ut nisi summâ impudentiâ non possit expungi. Nec tamen superiora [cum ea] cohærent,

[k] Me. sim. V. Tol. E.
[l] G.
[m] Par.
[n] G.
[o] Be.
[p] Mem.
[q] G. sim. E.
[r] E.
[†] G.
[t] E.
[v] Tol.
[x] E.
[y] Me. ex Tol.
[z] G.
[a] Tol.
[b] Di.
[c] Be.
[d] Di.

nec inferiora: nec sanè reperio quid comminiscar, nisi orationem imperfectam esse, & subaudiendum, *gratias agamus*, aut simile quippiam [*]. [Alii aliter expediunt:] Τὸ *cui* redundat, & repetitionis causâ assumptum [f], ob longum hyperbaton [g]. Est pleonasmus Hebraicus [h], qualis Hos. 10. 7. *Succisus est Samariæ rex ejus* [i]: sic redundat αὐτῷ, Eph. 3. 2. & 1 Pet. 2. 24 [k]. Difficultas nulla est, si dicamus [l], ᾧ positum pro αὐτῷ, vel ἐκείνῳ, *ipsi* [m], pronomen relativum pro demonstrativo, ut Mat. 26. 50. ἐφ' ᾧ, pro, ἐπὶ τούτῳ. Vide ibi dicta. Idem ergò hîc, ᾧ ἡ δόξα, quod Eph. 3. 21. αὐτῷ ἡ δόξα [n].) *gloria* (sub. *sit*, Pi. Be. &c.) *in secula*, Er. &c. vel, *secula seculorum*, Vulg. E. &c. i. e. secula continuata, nunquam terminanda, æterna [o]. Nonnulli Codices addunt αἰώνων, *seculorum* [p]. Articulus [hîc] additus idem valet quod αἰῶνας αἰώνων, i. e. *in æternum*, *sine fine* [q]. ¶ *Amen*] Significat, omnia hucusque scripta vera esse ac fidelia [r].

In Græcis Codicibus subscribuntur verba [†], Πρὸς Ῥωμαίους ἐγράφη ἀπὸ Κορίνθου, &c.] Sed hæc Inscriptio tota deest in cod. Claromont. ut & aliæ omnes: quarum etiam aliquæ falsæ deprehenduntur, ut suis locis observabimus; ut supposititias esse res ipsa demonstrat [t]. Non est putandum, ea verba partem esse Scripturæ Sacræ, sed à quopiam Græco authore postea addita. Quod & in cæteris Pauli Epistolis factum, exceptis ad Gal. Thes. Tim. & Tit. quæ solum loci nomen ascriptum habent [v]. Annotationes istæ quæ Paulinis Epistolis adjungi solent nullius sunt authoritatis, quia nec in omnibus Exemplaribus apparent, & aliis sunt aliæ, discrepántque & in Syriacis & Arabicis. Hoc tamen quod hîc dicitur verum esse credo, non ob istam annotationem, sed quia ex Epistola idem colligitur. Vide quæ diximus in Prolegomenis ad hanc Epistolam [x].

[*] Er.
[f] E. ex Græcis, sim. Camer. ex Oecum.
[g] Camer. ex Oecum.
[h] Vor. Par. sim. Be.
[i] Par.
[k] Be.
[l] Di.
[m] Di. Tol.
[n] Di.
[o] E. ex Aug.
[p] Be.
[q] G.
[r] Par.
[†] E.
[t] Be.
[v] E.
[x] G.

SYNOPSIS

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

Epiſtolam Primam

AD

CORINTHIOS.

PROLEGOMENA.] Corinthus ex anguſto Achaiæ limite hinc Ionium, indè Ægeum, proſpectans mare, ex commerciis magnas adepta divitias, ità ut Homero ob id dicatur ἀφνειὸς, Pindaro verò ὀλβία Κόρινθος, Ἰσθμίου πρόθυρον Ποσειδῶνος ἀγλαόκουρον, ex divitiis ad tantum pervênit luxum, ut indè natûm ſit proverbium, Οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς, (*Non cuivis homini contingit adire Corinthum.*) Scortis verò plurimùm ſemper indulſere Corinthii, adeò id non turpe habentes ut publicis precationibus adhiberentur meretrices, eſſétque in eis precationibus ut augerent dii numerum proventúmque meretricum, etiam voverent quidam ſe novas meretrices adducturos; quæ ex Athenæo & Æliano docemur. Ibi Lais de tota Græcia tributa exegit libidinis, denis drachmarum millibus uſum ſui indicans, & mortua ſepulcrum habuit omnium Poetarum verſibus celebre. Et hinc Κορινθιάζεσθαι vulgò Græcis, *ſcortari*, & Κορινθία κόρη (*Corinthia puella*) ea quæ ſe vulgat. Et Suidas proverbium commemorat, ἀκροκορινθίᾳ ἔοικας χοιροπωλήσειν· addítque, ἀντὶ τοῦ μισθαρνήσειν ἐν Κορίνθῳ· πολλαὶ γὰρ ἐκεῖ ἑταῖραι. Semper celeberrimas meretrices Corinthi fuiſſe notat Scholiaſtes Nazianzeni ad priorem in Julianum. Ælianus etiam ebrioſos ait fuiſſe Corinthios. Divitias ſolet & ſuperbia comitari, quam in Corinthiis eximiam notat Plutarchus. Erat in ore illis, Οὐκ ἀνέξεται ὁ Διὸς Κόρινθος, (*Non feret Jovis filius Corinthus.*) Hæc ſuperbia cùm eos ad contemptum uſque Romani nominis inflâſſet, excidium eis attulit, victore Mummio. Sed reſtitutâ per Julium Cæſarem urbe, ut Strabo narrat, & in fragmentis Diodorus Siculus, breviſſimè ut opulentia, ità & vitia illa rediere. Philoſophiæ ibi ſtudia ab antiquo floruere, Periandro ejus urbis principe inter Septem Græciæ ſapientes annumerato, multúmque ibi verſato receptarum inter homines opinionum deriſore Diogene. Quantum temporis ac laboris Apoſtolus Paulus inſumpſerit ad ſerendum ibi Chriſtianiſmum ex Actis diſcimus. At ſicut apud homines ingenioſos facile fuit commentitios Græcorum deos, quorum præcipua Corinthi Venus, evertere; ità inolita vitia non ità facilè meliori diſciplinæ ceſſerunt. Itaque ſicut à Gentibus aliis, ità à Corinthiis, ægrè obtineri potuit ut ſcortationem pro re illicita ducerent. Inceſtos etiam, qui dicuntur, concubitus in ſe nihil habere mali, ſententia fuit Diogenis; imò & Stoicorum & Epicuri, ut ex Sexto Philoſopho, Theophilo Antiocheno lib. 3. & aliis, diſcimus. Hoc quoque illis inhæſit. Reſurrectura corpora nec Platonici credebant, qui in pœnam corpora animis data cenſebant; neque verò aut Epicurei, aut Peripatetici, qui rerum humanarum curam nullam eſſe Deo docebant; illi apertiùs, hi verò ἐν ἐσωτερικοῖς λόγοις. Arrogantia verò cauſâ fuit cur in Eccleſia partes quiſque facere mallet quàm de principatu alteri concedere. Hæc ità ſe habere non ex his tantùm Pauli Epiſtolis cognoſcas, ſed & ex ea quæ poſteriùs aliquantò à Clemente ad eoſdem Corinthios ſcripta eſt. Paſſim enim accuſat in eis ἀλαζονείαν, αὐθάδειαν, τόλμην, ὑπερηφανίαν, ζῆλον, ἔριδα, φιλονεικίαν· unde factum ait ut nec Presbyteris, nec eorum ἡγουμένοις, pareretur, naſcerentur ſchiſmata, & indè ſeditiones. Monet præterea ut ſeriò fugiant μιαρὰς, &c. (*fœdos congreſſus, ebrietatem, abominandas cupiditates & ſcortationes.*) Reſurrectionis autem dogma multis modis in illa Epiſtola Clemens tuetur. Paulus igitur, per amicos edoctus inter illos Corinthi Chriſtianos eſſe quidem nonnullos verè pios, ſed eſſe & alios Philoſophicis opinionibus & faſtu vitiíſque adhuc imbutos, ſermonem ità temperat, ut modò adhibeat ſolatia & laudes, modò liberas caſtigationes, ut quiſque prout ſibi eſſet conſcius ità aut hæc, aut illa, ſibi aptaret: quomodo & Spiritus S. in Apocalypſi agit cum Sardianorum Eccleſia [a]. Corinthus erat celeberrimum totius Achaiæ emporium [b], frequens & opulentum [c], ſedes Proconſulis, &, poſt converſionem, Metropolis totius Achaiæ ſive Græciæ: & propterea inſcriptio hujus Epiſtolæ Chriſtianos non hujus tantùm urbis reſpicit, ſed & univerſæ Achaiæ Epiſcopis ſuis ſubjectæ. Vide 1 Cor. 2. & 3. 6. & 2 Cor. 9. 2. & 11. 9, 10 [d]. Ante hanc Epiſtolam videtur Paulus aliam ſcripſiſſe quæ hodie non exſtat, ex collat. 1 Cor. 5. 9. & 2 Cor. 10. 10, 11. ubi eſt ἐπιστολαὶ; plur. num. quo non uſi eſſent, ſi Paulus unam tantùm ad Cor. ſcripſerit: & 2 Cor. 12. 14. & 13. 1. Hæc Epiſtola ſcripta fuit non Philippi, ut habet ſubſcriptio Græca [*], ſed Epheſi [f], ut liquet ex cap. 16. 8. *permanebo Epheſi*——.Nec obſtat illud v. 5. *Macedoniam* διέρχομαι. Senſus enim non eſt, Paulum Macedoniam peragrâſſe tum cùm hæc ſcriberet, ſed, ſe eſſe velut in procinctu, &c. ut διέρχομαι ibi poſitum ſit pro διελεύσομαι, *brevi ſum peragraturus*, præſens pro paulò pòſt fut. ut, Matth. 26. 28. 2 Pet. 3. 9, 11. Ibi autem biennium [g], vel propè triennium, egit [h]: quo tempore ſcripſerunt ad Paulum Corinthii, 1 Cor. 7. 1. ídque, ut videtur, per *Stephanam*, &c. cap. 16. 17. per quos videtur ad eos reſcripſiſſe, vide 1 Cor. c. 16. v. 15, 18 [i]; vel per alios, 2 Cor. 12. 8 [k]. Scripta erat poſt *pugnam ipſius cum beſtiis Epheſi*, ut patet ex 1 Cor. 15. 32. cujus occaſio erat tumultus Demetrii, Act. 19 [l]. Occaſio Epiſtolæ hujus duplex erat; 1 Epiſtola Corinthiorum, quâ illum conſuluerant de variis materiis, matrimonio, idolothytis, &c. 2. Scandala & vitia poſt ejus diſceſſum à Corintho nata. Hæc porrò Epiſtola Scripturis Divinis & Canonicis ſemper abſque controverſia fuit adſcripta [m]. Hæc Epiſtola varietate rerum nulli ſecunda eſt, & difficultate ſtyli

[a] G.
[b] Vor.
[c] Cal.
[d] Ham.
[*] Cap. append. 3908.
[f] Cap. ib. Li. chron. 107. Ham.
[g] Cap.
[h] Li.
[i] Cap. ſim. Li.
[k] Li.
[l] Ham.
[m] Par.

ftyli in iis tractandis, omnium quidem prima. Nec minuta hîc eft pars δυσνοήτων illorum, de quibus 2 Pet. 3. 16. quæ tamen plerumque funt circa res hiftoricas [n].

[n] Li. ho. ep. dedic.

CAP. I.

1. VOcatus, &c. Κλητὸς, &c.] *Vocatus* (vel, *Vocatione*, P. Be. Pi. *Vocatitius*, E.) *Apoftolus* (vel, *ut legatus effem*, V. q. d. Non ufurpavi Apoftolatum [a], licèt non effem ex Duodecim [b].) *Jefu Chrifti*, Er. &c. Cùm ad alios, tum maximè erga vos, quos fide imbui, &c [c]. Vide ad Rom. 1. 1 [d]. Perftringit Corinthios, qui alios fibi Magiftros depofcebant [*]. ¶ *Per voluntatem Dei*] Scil. Patris: confer Gal. 1. 1 [f]. *Voluntatem* intellige, tum beneplaciti, tum figni: nam & decreto Dei ad hoc munus defignatus eft, Gal. 1. 15. & tandem mandato Dei fegregatus, Act. 13. 2 [g]. q.d. juffu, decreto, & beneplacito Dei [h]; gratuitò, nullo meo merito [i]. Sic Corinthiis κλητοῖς ἡγιασμένοις ἐν θελήματι Θεοῦ fcribit Clemens. In Epiftola Ignatii ad Ecclefiam Romanam, πεφωτισμένῃ ἐν θελήματι Θεοῦ [k]. ¶ *Et Softhenes* (Videtur Archifynagogus ille, Act. 18. 17 [l]. qui odio fuorum Corintho pulfus fortè feceffit Ephefum [m], factus Pauli comes [n], & collega [o].) *frater*] Sive quia Chriftianus, five quòd eum fibi adhiberet in Epiftola fcribenda [p], five quia minifter [q]. Modeftiam ab initio jam docet Paulus, hominem multò fibi imparem fibi focians [r]. Sic fratres fibi adjungit, 2 Cor. 1. 1. & Gal. 1. 1 [†]. Hunc fibi adjungit, non quafi auctor fit Epiftolæ [t], aut Pauli focius dictando, aut fcribendo [v]; fed, vel, quia Corinthius fuit [x], ut viri nomen apud fuos faciat fidem [y]; vel, ut virum infignem [z], ut confenfum fuum oftendat cum Softhene [a], & fratribus reliquis, & ut eorum deprimat infolentiam qui cæteros afpernabantur [b]: vel, quia Epiftola, Paulo dictante, à Softhene defcripta eft [c].

2. *Ecclefiæ Dei*, &c.] Ità loquuntur & Clemens & Ignatius fæpe [d]. Vox *Ecclefiæ* infinuat confenfionem & conjunctionem neceffariam effe. *Dei* dicit, q. d. non hujus, vel illius, quibus Corinthii fe addixerant [*]. ¶ *Sanctificatis* (Sic quoque Clemens & Ignatius [f].) *in Chrifto*] q. d. Non in Lege. Aut refpicit legem Deut. 23. 1, 2, &c. de exclufione multorum ab Ecclefia Dei: quod non ità fit fub Chrifto [g]. Vel, *per Chriftum*, V. Pi. *propter Chriftum*, Pi. per Spiritum ejus, & propter fatisfactionem ejus [h]. Meritum fanctificationis fignificat [i]. Malim, *in Chrifto*, ut declaret quomodo Deus nos fanctificet; fcil. donando nos Filio fuo, ut ipfe fit in nobis, & nos in eo [k]. [Senfus, q. d.] Qui Baptifmo luftrati, veram à Chrifto fanctitatem perceperunt [l]. ¶ *Vocatis* (vel, *Vocatione*, Pi. E. efficaci fcilicet, à Deo [m]:) *fanctis*] i.e. Ad fanctitatem [n]: qui fanctitatem profitentur [o]. Non eft hic titulus virtutis, fed profeffionis [p]. Al. *Sancti* funt, tum, 1. Dei vocatione ac munere; tum, 2. hominum nuncupatione, fed quæ cum re confentit [q]. Qu. 1. An ταυτολογεῖ Paulus? Aut quid intereft inter, *fanctificatis in Chrifto*, &, *vocatis fanctis*? Refp. 1. Illud fontem fanctimoniæ, hoc medium, denotat. 2. Illud fanctitatem externam denotat, quâ nos Deus fegregat in peculiarem fibi populum, 1 Pet. 1. 1, 2. hoc internam five inhærentem, de qua 2 Pet. 1. 3 [r]. Al. *Sanctificatos in Chrifto* fubdividit in *vocatos fanctos*, i. e. verè fanctos, & *invocantes nomen Domini*, i. e. fanctos profeffione [†]. Qu. 2. Quî eos *fanctos* appellat, qui tot vitiis polluti funt [t]? Refp. Sanctitas externæ profeffionis omnibus jure tribuitur: fanctitas internæ regenerationis iis tribuit non quidem univerfis, fed collectivè, refpectu partis melioris, idque judicio tum charitatis, tum fidei, ob oraculum illud, Act. 18. 10 [v]. ¶ *Cum omnibus qui invocant nomen Domini*, &c.] Hi funt profeffione fancti [x]: q.d. qui in Chriftum credunt [y]. *Invocatio*, &c. pro toto Dei cultu accipitur [z]. Vel, qui Chriftum verè invocant [a], juxta illud Joel. 2. 32 [b]. Illuftre teftimonium Divinitatis Chrifti; quia invocatio, quæ foli Deo debita eft, Matth. 4. 10. Chrifto tribuitur hîc & Act. 9. 14 [c]. & quia Apoftolus ad Chriftum refert quod apud Joelem Domino, יהוה, tribuitur [d]. Τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα, &c.] *Qui vocantur nomine Chrifti*, ut fponfa mariti nomine, Efa. 4. 1. vel fervus domini. Eft itaq; hîc periphrafis tantùm Chrifti-

[a] Pi. fim. E. [b] E. [c] Idem. [d] Pe. G. [*] Juft. [f] Pi. [g] Scl. [h] E. Me. [i] Juft. [k] G. [l] Vor. fic E. T. Juft. Par. Cal. G. Pi. [m] Cal. [n] E. [o] Vor. [p] E. [q] Pi. [r] G. fim. Juft. ex Chryf. [†] Pi. [t] E. [v] Juft. [x] Juft. ex Theod. [y] Me. [z] E. [a] Cal. fim. Me. [b] Cal. [c] E. [d] G. [*] Juft. [f] G. [g] Li. ho. [h] Pi. [i] E. [k] Be. [l] Juft. Me. T. [m] E. fim. Pi. [n] E. Er. Be. [o] Juft. [p] Er. [q] Juft. [r] Scl. [†] Li. ho. [t] E. [v] Par. [x] Li. ho. [y] Pi. [z] Be. Par. [a] Juft. [b] E. [c] Par. [d] E.

anorum. Ità fumi puto & Act. 2. 21. & 9. 14, 21. Rom. 10. 12, 13, 14. & femper in N. T. nifi quum fignificat *appellare*, aut quid fimile. Ἐπικαλεῖσθαι fign. *agnominari*, Matt. 10. 3. Luc. 22. 3. Act. 1. 23. & 4. 36. paffivâ, non activâ, fignificatione [†]. ¶ *In omni loco*] Vel, 1. Achaiæ [*], cujus metropolis Corinthus erat [f], ex collat. 2 Cor. 1. 1. Synecdoche generis [g]. Oftendit vocationem omnibus effe communem, ac proinde unum effe corpus debere, non tantùm unius loci, fed & omnium locorum, putà Achaiæ & Macedoniæ, in qua tum erat Paulus, Ecclefiam [h]. Vel, 2. ubique: ut fignificet, omnium gentium unam effe Ecclefiam [i]. ¶ *Ipforum*, &c. Αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν] *Suóque & noftro*, Er. fic Val. *Vel fuo, vel noftro*, Er. Ti. *Ipforum*, i.e. Gentium; *noftro*, i.e. Judæorum [k], in Judæa [l], vel Hierofolymæ, quia Judæi nefas effe putabant alibi adorare [m]. Retulerunt ergò hæc ad τὸ loco: quod non placet. 1. Ità hæc fruftrà addita funt, cùm fufficerit dixiffe, *in omni loco*. 2. Cur Paulus *noftrum locum* vocaret Judæam, cùm Judæi credentes ubique difperfi fuerint [n]? Præftat ergò hæc referre ad *Dominum* [o], quæ vox hîc repetenda eft [p]: [unde fic reddunt,] Domini, inquam, *tum ipforum, tum noftri*, P. Be. Pi. Significat unum effe omnium fidelium Dominum, atque ità perftringit diffenfiones & factiones Corinthiorum [q], quafi Chriftus effet divifus [r].

3. *Gratia*, &c.] Sub. *multiplicetur*, T. Me. Initium Paulo digniffimum, qui nihil æquè ac gratiam Chrifti extollit. ¶ *Et pax*] Vel cum Deo, quæ ex gratia nafcitur; vel cum proximo, quæ diffenfiones removet, quæ & gratiam tuetur [†]. Vide ad Rom. 1. 7 [t].

4. *Gratias ago*] Vide Rom. 1. 8 [v]. Blandâ oratione eos acerbiori caftigationi præparat [x]. ¶ *Deo meo*] Ut Rom. 1. 8. *Suum* vocat non διακριτικῶς, fed παθητικῶς, ad teftandum affectum fuum & fiduciam in Deum [y]. ¶ *Semper*] i. e. Sæpe & affiduè. ¶ *Pro vobis*] i.e. Propter bona vobis collata [z]. ¶ *In*, &c. Ἐπὶ τῇ χάριτι, &c.] *Ob gratiam* (Nomen *gratiæ* complectitur omne donum gratuitum ordinatum ad falutem vel propriam habentis, vel communem fidelium [a]. *Gratiam* hîc intelligit non juftificationis, quam illis precatur v. præc. fed vocationis [b]; vel potiùs gratis datam, five dona gratuita [c], donum fcientiæ [d].) *Dei* (Eft hîc nomen quod præceffit pofitum pro relativo, αὐτοῦ [*], ut infrà v. 8. 1 Thef. 3. 12. 2 Thef. 1. 8, 9. & alibi [f].) *quæ data eft vobis in Chrifto*, Vulg. vel, *per*, aut *propter*, *Chriftum*, Pi. V. E. h. e. merito Chrifti [g].

5. *Quòd*, &c. Ὅτι ἐν παντὶ, &c.] *Quòd in omnibus* (fub. *rebus*, Pi. vel, *omni*, Er. Be. Juft. vel, *quavis*, Er. fub. *re* aut *negotio*, Be. ex Sy. vel, *gratia*, Juft. omnis generis beneficiis quæ folet Ecclefia ex Deo percipere [h]; vel, donis fpiritualibus, &c [i]: ἐν hîc redundat [k], ex Hebraifmo, Ezec. 27. 33 [l]. Παντὶ hîc referre malim ad genus univerfum quàm ad perfectionem, de qua agit paulò pòft [m]. Al. *in omni re*, ad falutem fpectante [n]. Al. *omnino*, *planè*, ut 2 Cor. 7. 11. vel, quod ferè idem, *variè*, *multifariàm* [o].) *ditati fitis* (i.e. abundatis [p]. Vide Rom. 2. 4. 2 Cor. 9. 11 [q].) *in ipfo*, Be. Pi. i. e. per Chriftum [r]. Vide v. 2 [†]. ¶ *In*, &c. Ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει] Eft ἀναφορά· nam præcefferat, ἐν παντί [t]. *Omni fermone* (vel, *loquendi facultate*, Be. Pi. Intelligit hîc, vel, 1. dona linguarum [v]. Sed nufquam λόγος ità accipitur in S. S. nec donum illud tanti fecit Paulus, ut primo loco commemoraret. Vide 1 Cor. 12. 8. & 14. 19 [x]. Vel, 2. facultatem dicendi, five explicandi quod noveris [y].) *omníque cognitione*, P. fic Er. &c. Hîc intelligit, vel, 1. dona Prophetiæ [z]; vel, 2. rerum (vel facrarum Literarum [a]) cognitionem [b]. Utrumque rectè conjungitur; fcientia enim abfque dicendi facultate quædam eft infantia, elegantia verò fine fcientia battologia quædam eft [c]. In his conjunctis confiftit *fermo fcientiæ*, de quo infrà cap. 12 [d]. Ad has duas fpecies reliqua hîc tractata revocantur [*]. Nota artificium Apoftoli [f]. Ea h. l. eis gratulatur quorum abufum prolixè poftea reprehendit. His duabus rebus maximè abutebantur Corinthii [g], & ad faftum, & in contemptum ac fcandalum imperitorum [h]. Al. λόγος & γνῶσις referri poffunt, vel, 1. ad res in quibus, vel, 2. ad Apoftolos per quos, Corinthii ditati funt. Si prius, non ad totam Ecclefiam hoc pertinet, fed ad illos quibus talia dona obtigerant: fi pofterius, λόγος hîc denotat primam

[†] Ham. [*] Juft. Pi. Be. Ham. Cal. [f] Cal. Juft. [g] Pi. [h] G. [i] Juft. ex Chryf. & Theod. [k] Amb. in Er. [l] Q. in Be. [m] Q. in Juft. [n] Be. [o] Be. Juft. E. ex Chryf. Par. Cal. Pi. [p] Cal. [q] Juft. ex Theod. fim. Be. Cal. [r] Be. [†] Juft. [t] G. Me. [v] G. [x] Juft. fim. Par. [y] Par. [z] E. [a] E. Me. [b] Juft. [c] Juft. ex Theod. [d] Hi. & Primaf. in Juft. [*] G. fim. E. [f] G. [g] Juft. E. [h] Be. [i] Pi. [k] Pi. Juft. [l] Pi. [m] Juft. [n] E. fic L. [o] E. [p] G. Juft. &c. [q] G. [r] G. E. [†] Be. [t] G. [v] G Li. ho. Juft. [x] E. [y] Cal. ex Be. fim. Juft. E. [z] G. fic Li. ho. [a] Cal. [b] Cal. ex Be. Juft. fim. E. [c] Juft. [d] E. [*] Be. [f] Vor. fim. Juft. Cal. [g] Cal. fim. Be. [h] Cal.

nam Evangelii prædicationem, γνῶσις autem pleniorem ejus explicationem atque confirmationem, ut patet ex vocis usu, 1 Cor.8.1.& 12.8.& 2 Cor.11.6[i]. [Sensus est, q.d.] Gratias ago Deo, quòd vobis per me & Apollo copiosam exhibuerit prædicationem, & doctrinam Evangelicam, ejusque sensum & intelligentiam[k]: vel, quòd abundatis copiâ prædicatorum & doctorum Evangelii, & (quæ inde hauritur) copiâ scientiæ mysteriorum fidei, & officii Christiani[l].

6. *Sicut*, &c. Καθὼς τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῖν] *Prout* (vel, *Quemadmodum*, quod ad superiora referendum est[m]; i. e. *per quæ*, sive *quibus rebus*, nempe *sermone & cognitione*[n]) *testimonium Christi* (vel, de Christo. Genitivus objecti[o]: testimonium quod à me vobis perhibitum est*. Intelligit, vel, 1. Evangelium[p], ut infrà cap.2.v.1.& 2 Tim.1.8[q]. Confer Matt.24.14. Act.4.33. 1 Joh.1.1[r]. Vel, 2. dona Spiritûs Sancti†; λόγον & γνῶσιν præced[t].) *confirmatum fuit* (vel, *ratum ac firmum factum habitúmque est*, Zeg. i.e. fide receptum: nam qui credit Verbo Dei obsignat quasi veritatem ejus[v]: *confirmatum* autem, vel, 1. signis & prodigiis, juxta Marc. 16.20[x]. vel potiùs, vi sapientiæ, & dicendi facultate, quas jam nominavit[y].) *in vobis*, P. Be. Pi. Βεβαιοῦν est, *rei veritatem testimonio confirmare*, Marc. c. 16. v. 20. Phil. 1.7. Sic juramentum dicitur esse εἰς βεβαίωσιν, Heb. 6.16[z]. Respondet Hebræo הקים[a]. Confirmat quod dixerat de maxima donorum copia illis data[b]. Argumentum est ab effectis ad causam: qu. d. habetis dona Spiritûs; idcirco abundatis sermone & cognitione[c]. Al. Testimonium, à nobis initio datum vobis de Christo & veritate Evangelii, amplioribus & clarioribus indiciis probatum est[d]. Al. Hæc dona λόγου καὶ γνώσεως sunt testimonium quo astruitur, Jesum esse verum Messiam. Sic Apoc. 19. 10. *Testimonium Jesu est Spiritus Prophetiæ*, i.e. non solùm doctrina quam edit Prophetia, sed ipsum donum Prophetandi. Et testimonium de Christo perhibet *Spiritus*, 1 Joh. 5.8. i. e. dona extraordinaria Spiritûs, ut Prophetia*. Evangelii veritas per vos vestrásque dotes sacras illustrior ac confirmatior facta est[f]. Locum sic expono, Eos abundare scientiâ, sicut Deus ab initio efficaciam apud eos Evangelio suo dedit, tum internâ Spiritûs virtute, tum donis, miraculis, &c[g]. Al. Sensus est, Hujusmodi donis, velut certo firmóque testimonio, cognoscitur vos esse fideles ac servos Christi, ejúsque Spiritum accepisse[h]. Al. Evangelium apud vos adeò efficax fuit, ut nè verbulum ullum suo fructu caruerit: charismata vestra tempori & mediis scientiæ vobis à Deo concessis proportionata sunt: καθὼς hîc est proportionis nota. Huic contraria est νωθρότης illa Heb. 5. 12[i].

7. *Ità*, &c. Ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι] *Adeò ut non deficiamini*, vel *destituamini*, (vel, *careatis*, Ca. sic Ar. vel, *ulli secundi*, sive *inferiores*, *sitis*, Just. *Ut* hîc non notat finem, sed consequentiam[k].) *ullo dono*, Pi. sic Er. Ti. P. Be. E. scil. spirituali[l], vel necessario vobis & Ecclesiæ ad salutem & σωτηρίαν[m]. Ità ut nihil minùs habeatis quàm qui alibi sunt Christiani. Vide Rom. 3.23[n]. Qu. Quî hoc dicit de iis quos de tam multis & instruit & reprehendit? Resp. 1. Non hoc dicit quòd omnes omnia dona haberent, sed varii varia, ut explicat cap. 12. Cùm quo bene consistit, quòd multi inopes erant, &c[o]. Alios ergò laudat, alios culpat[p]. 2. Non dicit eos perfectos esse, sed divites numero donorum[q]. 3. Non pugnant, abundare donis Spiritûs, & aliquid humani pati[r]. ¶ *Exspectantibus*, &c. Ἀπεκδεχομένους τὴν ἀποκάλυψιν, &c.] *Exspectantes* (i. e. interim dum exspectatis, quasi scriptum sit, ἐν τῷ ἀπεκδέχεσθαι† vel, τελικῶς ponitur pro, εἰς τὸ ἀπεκδέχεσθαι ὑμᾶς, *ut exspectetis*, sive exspectare queatis læti & cum fiducia. Hic enim finis est & effectum omnis opulentiæ spiritualis*. Dum eos laudat qui hoc exspectant, tacitè aliter sentientes castigat[t].) *revelationem* (vel, *manifestationem*, E.) *Domini*, &c. Er. Ti. &c. i.e. adventum Christi[v]; vel, tempus resurrectionis[x]; vel diem extremi Judicii[y], quo Christus manifestandus est[z]; in sua gloria palàm conspiciendus, ad ejus gloriæ consortium assumpturus omnes electos[a]. Hujus diei meminit, ut significet, perseverandum ipsis esse in bene cœptis, & aliquid addendum quotidie ad priora bona[c]; & donorum plenitudinem ac perfectionem tunc exspectandam. Ità admonet eos imperfectionis suæ[d].

8. *Qui*, &c. Ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους ἀνεγκλήτους ἐν τῇ ἡμέρᾳ, &c.] *Qui* (vel, 1. Christus*, de quo proximè loquutus fuerat[f]. Sed obstat quod sequitur, *in die Christi*[g]. At ibi antecedens est loco relativi, more Hebræorum[h]. Vel potiùs, 2. Deus*, tum ex collat. v.4†. tum ob id quod sequitur, *Fidelis est Deus*[g]: tum ob totam orationis seriem[h].) *&* (vel, *etiam*, P. Be.) *confirmabit* (vel, *stabiliet*, Camer.) *vos* (in acceptis Dei donis. Promittit illis perseverantiam, quâ in illis conserventur usque ad mortem[i]: *confirmabit*, quantum in se est[k], tum per doctrinam[l], tum per divinæ gratiæ præsidium[m]. *Confirmat* autem Deus non cogendo, sed laborantes & orantes novis semper auxiliis armando: facit quod suarum est partium, 1 Cor. 10. 13. Phil. 2. 13[n]. Sunt hæc verba vel, 1. bene fidentis, non de singulis, sed de corpore fidelium, in quo alii aliis meliores erant ac firmiores; vel, 2. asseverantis, de electis, quos propriè respicit promissio salutis & perseverantiæ, hìc & 1 Thes.5.24. & 2 Thes. 3.3. & 1 Cor.10.13. Heb. 10. 23. Huic favent verba seq. *Fidelis est Deus*, &c[o].) *usque ad finem* (vel vitæ*, vel seculi†,) *inculpatos* (vel, *irreprehensibiles*, V. vel, *sine crimine*, Vulg. sim. Er. ab ἐγκαλεῖν, *in jus vocare*; unde ἔγκλημα, *crimen*[p]: sic ut vel non labamini in aliquod crimen, vel lapsi resurgatis. *Crimen* de gravioribus peccatis dicitur: unde Syrus hîc, *sine accusationibus*, quæ de gravioribus instituî solent[q]: q.d. justos ac sanctos, ἀμώμους, ἀμωμήτους, Eph. 5.27. Phil.2.15. Col.1.22. 1 Thes.2.10. & 3.13. 2 Pet. 3. 14. Jud. v. 24. Apoc. 14.5[r]. quos coram Deo nemo culpare possit, id est, quibus nulla est condemnatio†. Al. Respicit hoc diem Christi, in quo Deus illos inculpatos reddet. Confer Colos. 1.22[t]. Rectè dicit *inculpatos*, non innocentes[v], cum nec justi sine peccato vivant[x]. Al. ut sitis *inculpati*, Be. Pi. V. Scl. ἀνεγκλήτους ellipticè, pro, εἰς τὸ εἶναι ἀνεγκλήτους[y]. Tacitè indicat, eos esse aliquo crimine inquinatos[z]. Al. Potiùs eos laudat, quòd inter tot pericula starent, &c[a]. aliósque hoc pacto invitat ad pœnitentiam[b].) *in die Domini*, &c. Er.&c. scilicet, ídque in illo die quo omnia aperta erunt[c], Rom. 2. 16. Hoc pendet à præced. ἀνεγκλήτους[d]. Al. *in diem Domini*, &c. Be.E. ut Rom.2.5*. & Jac.5. Hæc enim confirmatio fidelium, &c. est præparatio eorum ad diem Judicii[f]: q.d. ut in illo die Christi tales appareatis, Eph.5.27. Simile loquendi genus, sed per εἰς, Eph. 4.30[g]. Hîc ἐν pro εἰς[h]. Ità quoque hoc penderet à verbo βεβαιώσει· cui obstat tum vox ἀνεγκλήτους, tum quod præcessit, *usque in finem*†.

9. *Fidelis* (vel, *Verax*, V. *Certus*, V. Πιστὸς alibi dicitur *qui credit*, ut ἄπιστος, *incredulus*; alibi, *qui est bonæ fidei*, ut hîc*: sub. est, Be. Pi.) *Deus*] Ex Esa.40.7†. Probatio est præcedentis, *confirmabit*[i]. Verax & constans est in promissis[k]: ideo vobis auxilium suum, quod dare cœpit, & deinceps se daturum promisit, non subtrahet[l]: ideo dabit vobis & salutem si perseveraveritis[m], & perseverantiam ipsam[n]. ¶ *Per*, &c. Δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν, &c.] *Per quem* (id est, ὑφ' οὗ, *à quo*, ut cod. Claromont. habet: hæ enim præp. promiscuè usurpantur[o]. Nota, *per* hîc dici de Patre; malè ergò colligunt Arriani, Christum fuisse tantùm Patris ministrum & instrumentum, quòd *per eum omnia facta* dicerentur, Joh.1.3[p].) *vocati estis* (Si vocavit vos ut Christi sanctimoniam imitemini[q], dabit etiam quæ ad hoc sunt necessaria[r]: non enim vocat ut perdat & deserat†. In quod vos vocavit, in eo vos conservabit, faciétque nè excidatis[t]. *Vocati*, vocatione scilicet *secundùm propositum*, Rom.8.28[v]. Quod propositum includit in se promissionem perseverantiæ, quæ electis facta est[x].) *in communionem* (vel, *societatem*. Vulg. *consortium*, Er. V.) *filii*, &c. id est, ut habeatis communionem cum Filio[y], internam scilicet[z]; amicitiam[a], & conjunctionem cum Christo[b], & participationem beneficiorum Christi[c]; communionem fidei & gratiæ[d], ut fiatis membra corporis ejus*, filii Dei & fratres Christi[f]. Vide de hac communione 1 Joh.1.3[g].

10. *Obsecro*, &c.] Molli gradu transit ad reprehensionem[h]. ¶ *Per nomen Domini*, &c.] Id est, per Dominum[i]: imò per nomen Salvatoris, tanquam sacrosanctum & venerabile[k]: nam in obtestationibus etiam nomina ponderantur[l]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε]

λέγητε] *Ut idem loquamini*, P. Be. Pi. Er. G. &c. id est, ut idem sentiatis [m], juxta Rom. 15. 5 [n]. in iis quæ ad regulam fidei pertinent, cujus pars est dogma de resurrectione. Philosophorum varia sunt placita; Christiani omnes idem sentire debent, in regula, inquam, fidei [o]. A posteriori prius vult intelligi. Nam animorum consensum sequitur concordia sermonis [p]. Damnat eos qui novas phrases & terminos excogitant, qui plerumque nova etiam dogmata moliuntur. Nolunt enim loqui cum aliis, ut supra alios sapere videantur [q]. ¶ *Et non sint in vobis schismata*, Σχίσματα] Id est, διχοστασίαι, Gal. 5. 20 [r]. *Dissensiones*, Er. *Dissidia*, Er. V. P. Be. Pi. *Sectiones*, Er. V. [Sensus, q. d.] *Deinde, ne etiam aliâ quâvis occasione partes faciatis in Ecclesiâ*. Σχίσμα apud Johannem *de studiorum varietate* habuimus. Hîc & infrà 11. 18. & 12. 25. aliquid ampliùs, id est, segreges, notat. Usurpat sic & Clemens in dictâ Epistolâ †. Factiones intelligit exortas, non ob doctrinæ diversitatem, sed ob prærogativas ministrorum, &c [t]. Sed nec ea intelligit schismata quibus receditur ab unitate Ecclesiæ, sed quasdam velut sectas intra Ecclesiam, dum alii aliis patronis eorúmque nominibus gloriarentur [v]. Differunt hæresis & schisma [x]: Illa est ex falsâ doctrinâ [y]; hoc, quævis Ecclesiæ laceratio [z], vel animorum atque voluntatum dissensio [a], quâ propter externa (sive ritus externos [b]) factiosè scinduntur [c], ut hîc factum [d]. Non in fidei decretis dissidebant, sed humanâ contentione, &c [*]. ¶ *Sitis*, &c. Ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ] *Sed* (sub. *ut*, Trc. ex Sy.) *sitis coagmentati* (vel, *perfecti*, Vulg. Mo. G. ex Sy. vel, *integrum corpus*, Er. Ti. sim. Just. in quo scil. nullum sit membrum mutilum, aut mancum, aut inæquale [f], quale *perfectum* dicitur, in quo omnia membra eodem aguntur Spiritu [g]. Vel, *compositi*, Ca. *compacti*, Be. Me. aptè & concinnè inter vos mutuò [h]: *coadunati*, ut totum quippiam quod suis omnibus partibus aptè inter se cohærentibus componitur. Ἄρτιος, *perfectus*: indè ἀρτίζω, quod cum suis compositis significat, ut *componere, compingere*, ac *coagmentare*, ut Rom. 9. 22. ità & *perficere*, necnon, *membra luxata restituere*, Gal. 6. 1. & *sarcire* quod ruptum est, Matth. 4. 21 [i]. [Sensus, q. d.] Estote quales vos decet esse [k].) *eadem mente* (vel, *eodem sensu*, Er. ex Vulg.) *& eadem sententiâ*, P. Il. Pi. Be. Er. Ti. &c. Ascendit Apostolus ordine retrogrado, ab imis ad summa [m]; à voce quæ index est eorum quæ cupimus & judicamus, ad mentem & mentis judicium [n]; à locutione ad voluntatem, à voluntate ad fontem tum voluntatis, tum locutionis, hoc est, animi judicium [o]. [Sensus, q. d.] ut doctrinam illis traditam sentiant ac defendant [p]. *Mens* in cognitione versatur, *sententia*, quid agendum sit, statuit: unde γνώμη, *consilium* valet, 1 Cor. 7 [q]. Νοῦς est *mens*, γνώμη *judicium & approbatio* rei mente perceptæ, cui quis firmiter adhæret [r]. Requiritur ergò & consensio in iis quæ mente comprehenduntur †, sive in religionis capitibus, id enim propriè γνῶμαι [t]: & conspiratio voluntatum, &c [v]: quod per *mentem* intelligit, unde ὁμόνοια, *concordia* [x]. *Eâdem mente*, ut idem credatis: unde sequebatur ut & loquerentur eadem, sicut jam dicere cœperat. *Eâdem sententiâ*: hoc jam ad affectus animi refertur; quod alibi explicatur per φρονεῖν & φρόνημα. Sic γνώμη sumitur Apoc. 17. 13. 2 Mac. 9. 20. Utuntur sic & Plato & Demosthenes [y].

11. *Significatum est*, &c. ità Er. Ἐδηλώθη] *Declaratum est*, &c. P. Be. Pi. ¶ *Ab*, &c. Ὑπὸ τῶν Χλόης] Similis dicendi formula occurrit Rom. 16. 10, 11 [z]. *Ab iis qui Chloes*, Mo. *A domesticis* (vel, *familiaribus*, Er. V. Il. Ti.) *Chloes*, P. Ca. Be. Pi. Er. Il. &c. Puto indicari mortuæ Chloes liberos [a]. Nota prudentiam: Familiam nominat, ad fidem faciendam [b], & nè cuivis delationi temere videatur credidisse [c]; ut ostenderet se non incerto rumore, sed à certis hominibus ac fide dignis, hoc accepisse [d]; personas autem non exprimit, nè invidiam illis conflaret [*]. Simul innuit, tale hoc esse de quo potiùs à Presbyteris admoneri vel consuli debuisset, sicut de aliis non majoris momenti consultus esset [f]. *Chloe* hîc est nomen vel, 1. loci [g]. Sed, 1. locus sic dictus non legitur [h]. At apud Cosmographum quendam reperi *Chloen*, urbem Ponti Galatici in Cappadocia.

[m] E. sic Er. [n] Er. [o] G. [p] E. [q] Par. [r] Be. † G. [t] Cal. [v] E. [x] Vor. sic Par. Just. &c. [y] Par. sim. Vor. Be. [z] Par. [a] Just. sic Be. [b] Be. [c] Vor. sim. Be. [d] Just. [*] Just. [f] Er. Just. [g] Er. [h] Me. [i] Be. [k] G. [m] Be. [n] Cal. ex Be. [o] Be. [p] Amb. in Er. [q] E. [r] Just. † Just. sim. Be. [t] Be. [v] Just. ex Chrysost. sim. Be. [x] Be. [y] G. [z] Be. sim. E Just. [a] G. [b] Just. ex Chrys. [c] Be. [d] E. [*] Just. ex Chrys. sim. Er. [f] E. [g] Amb. & Thom. in Er. Stun. [h] E.

Potuerunt igitur aliqui indè Corinthum venisse, vel ut negotiarentur, vel ut habitarent, &c [i]. 2. Tum dicendum esset, ὑπὸ τῶν ἐν Χλόῃ [k]. Vel, 2. familiæ [l]. Vel, 3. fœminæ [m]. Hoc nomen occurrit apud Horat. Od. 3. 9. *Me nunc Cressa Chloë regit*, &c [n]. Et Martialis ad Chloen scribit [o]. Religiosa hæc erat matrona [p]. ¶ *Contentiones*, &c. Ἔριδες, &c.] Hac voce schismata etiam Clemens exprimit [q]. Non dicit *schismata*, nè eos acriùs pungeret; sed, ut crimen extenuaret, *contentiones* [r]; id est, verborum concertationes, ubi quisque vult superare. De quibus certabant seq. declarant †.

12. *Hoc*, &c. Λέγω δὲ τοῦτο, ὅτι ἕκαστος, &c.] *Hoc autem dico*, (Nota ἐξηγητικῶς, ut *inquam* Latinis [t]. q. d. Quod dictum volo, vel, quod dico mihi declaratum, illud est [v].) *quod* (ὅτι determinativè positum; q. d. Hoc quod vos dicitis dico, & repeto per mimesin [x]. Al. ὅτι accipitur pro διότι, *quia*, vel, *propterea quòd* [y].) *unusquisque vestrûm*, (Intelligendum hoc non de omnibus, sed de multis, ut infrà 14. 26 [z]. Nec singulis tribuit hæc omnia, sed alia aliis, ut exponit v. 3, 4 [a].) *dicit*, E. ex Vulg. Singuli suum jactabant Doctorem [b], catechistam & baptistam [c]. ¶ *Ego quidem sum Pauli*] Nempe *sectator* [d], tanquam melioris magistri [*]. Ità cæteros aspernabatur [f]. Quidam putant, Paulum hæc nomina usurpâsse ut alios homines denotaret unde factiones Corinthi nomina trahebant [g]; eáque velut exempli causâ posuisse, nè cogeretur Pseudoapostolos nominare, & ut ostenderet, nè his magistris gloriandum, nedum Pseudoapostolis [h]. In hanc sententiam adducti sunt, quòd non reprehendendum viderent qui se Christi esse dicerent [i]: [de quo suo loco.] Argumento utuntur, quòd infrà 4. 6. dicat Paulus, *se ea quæ dixerat transformâsse in se & Apollon*. Verùm ibi agitur de modestia, quam præ se ferre debent omnes Evangelii ministri, omnia ad Dei bonitatem referendo; at hic quod dicit res erat intellecta ex Chloes familia [k]. Deinde, Pauli, &c. nominibus aliquos Corinthorum contentiosè gloriatos esse liquet tum ex cap. 3. tum quòd hîc negat *se quenquam baptizâsse*, &c [l]. Adde, quòd Clemens, in Epistola de hoc tempore loquens, non obscurè ostendit quid actum fuerit. Ἀναλάβετε τὴν ἐπιστολὴν —— Παύλου, &c. (*Resumite epistolam Pauli*, —— *qui scripsit vobis de Cepha & Apollo* διὰ τὸ καὶ τότε προσκλίσεις ὑμᾶς πεποιῆσθαι, &c. Ubi χαρισματικῶν *sectas* appellat προσκλίσεις, quod Cicero vertit alicubi, *propensiones*. Per *Apostolos* autem *miraculis insignes* non dubium quin intelligantur Clementi Petrus & Paulus, & per *virum probatum* Apollos. Alii ergò Corinthi ab Apollo instituti post Pauli abitum, alii ab ipso Paulo, alii qui è Judæa venerant à Petro, sub illis nominibus alia atque alia dogmata tradebant: quale quid & sub Matthiæ nomine factum ex Clem. Alex. cognoscimus [m]. Ad originem hujus schismatis investigandum, recurri potest ad bipartitionem hujus Ecclesiæ, in *Judæos* conversos, & *Gentiles*; quæ patet ex Act. 18. Hi fortè *Pauli* nomen efferebant & *Apollo*, illi *Cephæ* & *Christi*. Et *Pauli* quidem, ut patris, Apostoli, qui primus inter eos introduxit Evangelium [n]. ¶ *Ego autem Apollo*, Ἀπολλῶ] Est casûs gen. à nom. Ἀπολλώς [o], ut scribitur hîc cap. 3. & Act. 18. 24 [p]. de illo enim sine dubio hîc loquitur [q]. Hunc Paulo prætulerunt, ut doctorem profundiorem, & elegantiorem [r]. ¶ *Cephæ*] Id est, Petri †; vel, 1. ut Principis Apostolorum [t]: quod refellitur ex eo quòd hoc in iis reprehenditur, &c [v]. vel, 2. quòd ab eo baptizati sunt: vel, 3. quòd eo alibi prædicante fidem susceperant [x]: vel, 4. quòd hic minister erat circumcisionis, quem idcirco Judæi [y] aliique Judaizantes colebant. At quare non *Jacobi*, aut *Johannis*, qui æquè erant ministri circumcisionis? Resp. *Petrus* erat Apostolus Circumcisionis extra terram Israel: *Jacobus* autem intra eam. Dices, Johannem quoque fuisse Apostolum quoque Circumcisionis extra Israel, idque in Asia, quæ propior Corintho quàm Chaldæa, ubi Petrus. Resp. Johannes talis erat inter Hellenistas, Petrus autem inter Hebræos purissimi nominis & sanguinis, tum Judæos, tum etiam Decem Tribus. Deinde, Petrus primus Evangelium inter Gentiles introduxit [z]. ¶ *Ego sum Christi*] Sunt hæc verba vel, 1. Pauli, q. d. Alii alios sibi magistros seligant, ego unum Christum, &c [a]. vel, 2. Corinthiorum [b]. [Sed variè explicant:]

[i] Stun. contra Erasm. p. 3507. [k] E. sim. Er. Be. [l] Me. Th. in Er. [m] Er Be. E. Just. Zeg. [n] Just. ex Er. [o] Just. [p] Be. [q] G. [r] Just. † E. [t] G. [v] Be. [x] E. [y] Be. [z] G. [a] Be. [b] Pi. sim. Par. [c] Cal. [d] G. E. [*] E. [f] Be. [g] G. [h] Chrys. Theod. Hi. Amb. &c. in Just. [i] Le. [k] G. [l] E. [m] G. [n] Li. ho. [o] E. sic Pi. [p] E. [q] Just. [r] Li. ho. [t] E. Me. T. G. Par. &c. [v] T. [x] E. sim. Just. [y] E. [z] E. Li. ho. [z] Li. ho. [a] Chrys. in Just. [b] Li. ho. Par. &c.

plicant :] Paulus hoc addit, velut bene & Christianè dictum, dolens quòd non omnes idem dicerent. Est enim vox veritatis, non schismatis [c]. Pauci ex Corinthiis saniores Christi nomine contenti erant, postremi & contemptim habiti quasi generales †. Venerant ex Judæa quidam qui ipsum Christum docentem audierant, & quæ ille de Nova genitura dixerat eadem esse volebant cum iis quæ dixerat de Resurrectione, falsò ac perniciosè; Sadducæorum scilicet traduces [d]. Al. Si qui hic forent qui baptismo solùm Johannis baptizati essent, prout illi Act. 19.4. non mirum si dicerent illi, *Ego sum Christi*, id est, Messiæ, non noscentes adhuc, *Jesum Nazarenum* illum esse; vel, *Ego sum Messiæ*, sed eo sensu quo olim eruditi sumus de Messia, unumquemque scilicet sub eo unico duce conscribendum & subjiciendum, non sub aliquo ab eo deputato, vel vices gerente *. Priores factiones plus æquo ministris tribuebant, hæc ultima in contrariam partem peccabat [f]; atque ita uni Christo adhærebat ut ejus Apostolos ac ministros penitùs negligeret [g].

13. *Divisus*, &c. Μεμέρισται ὁ Χριστός;] Legendum vel, 1. enuntiativè [h]: q.d. Christus, hoc est, corpus ejus, sive Ecclesia, hoc modo in partes scatur [i]. Vel, 2. interrogativè [k]. Ità Græci & Latini communiter exponunt [l]: & μὴ hic præponunt quidam cod. Græci [m]. Num *dispertitus est Christus?* P. Be. Pi. q. d. Num corpus Christi mysticum dissectum est, aut esse debet, in partes aut sectas [n]? Num plures sunt Christi, alius Pauli, alius Cephæ, alius Apollo [o]? q. d. Minimè [p]. Annon unus est idemque Christus qui ab his omnibus prædicatur [q], & qui per singulos ministros suos perfectam salutem operatur? an verò quasi divisus offertur, pars major beneficiorum ejus per alios, minor per alios [r]? Christus est unus †, in capite, & in corpore [s]. Debent ergò omnia Ecclesiæ membra sub illo inter se coalescere per concordiam [v]. Per *Christum* intelligit Christi Evangelium, & quærit an id alibi sit aliud. Fieri id non posse significat, cùm vetuerit Christus multos esse Doctores, & unitatem suis commendârit, Joh. 17. 21, 22 [x]. ¶ *Numquid Paulus* (Idémque dicendum de Apollo & Cepha. De se autem hoc dicit ex modestia & humilitate [y], & nè videatur ex invidia alios nominâsse [z].) *crucifixus est pro vobis?*] Id est, vos redemit [a]? Solus Christus est redemptor vester [b], ideóque ab eo solo denominari debetis [c]. Num Paulus vobis omnia beneficia ad vitam æternam pertinentia suâ morte impetravit? Hoc Christi solius est [d]. ¶ *Aut*, Ἢ εἰς τὸ ὄνομα, &c?] *An in nomen* (vel, *in nomine*, Vulg. id est, authoritate, virtute, & merito [e]: vel, expresso & invocato nomine [f]. Cui repugnat collat. v. 15. ubi phrasis ità sumi nequit [g].) *Pauli baptizati fuistis?*] Be. Pi. quasi remissionem peccatorum ejus operâ acceperitis [h]. Vel, ut eo ritu testatum fieret, vos Paulo nomen dedisse; confer Rom. 6. 2, &c [i]. ut ab ipso nomen duceretis, sicut à Johanne Baptista ii quos ille baptizaverat. Vide Matth. 9. 14. Marc. 2. 18. Luc. 7. 18, 24. Joh. 3. 25. Adde quod diximus ad Matth. 28. 19 [k]. Num per baptismum consecrati estis ad fidem & cultum Pauli [l]? Loquutio sumpta ex baptismi formula [m].

14. *Gratias ago Deo* (cujus providentiâ factum est [n],) *quòd neminem vestrûm baptizavi*] Ipse nempe manibus meis [o]; non quòd hoc malum esset [p], sed quia hoc pacto suspicionem vitaverim schismatis faciendi [q], meóque nomine baptizandi [r]. Indè enim periculum erat, nè vis baptismi Christi abrogaretur, vel saltem minueretur †. ¶ *Nisi Crispum*]: Archisynagogum, Act. 18. 8 [t]. Nomen *Crispus* etiam Thalmudicis in usu [v]. ¶ *Et Caium*, Γάϊον] *Gaium*, Be. Pi. &c. Hospitem aliquo tempore Pauli, cùm in urbe Corinthi esset, Rom. 16. 23 [x]. Quem locum si conferamus cum Joh. Epist. 3. v. 7. tum videtur Johannes Epist. suam primam scripsisse ad Corinthios. *Scripsi*, inquit, *Ecclesiæ*. Cuinam? Ecclesiæ certè alicui particulari, & ubi resedit ipse Gaius. Quænam autem Epistola ista quam scripsit? Primam inter suas quis non æquius dixerit, quàm periisse istam quam scripsit? Et hæc si vera, Diotrephem requiras in Ecclesia Corinthiaca primipilarem in schismate. Sed hæc sub ferula [y].

15. *Nè quis dicat*, &c?] Nè quis vel ullâ specie tale quid de me jactare possit [z], aut me calumniari quòd vos transcripserim in nomen meum, ac de me Paulianos vocari voluerim [a]. Pro ἐβάπτισα MS. ille habet ἐβαπτίσθητε· quomodo & Latinus legit pari sensu [b].

16. *Et Stephanæ* (viri apud Corinthios celebris [c], à fide & charitate laudati, infrà cap. 16 [d]. Est ἐπανάληψις prioris dicti. Stephanam hunc Græci putant esse commentariensem Philippensem, qui conversus Corinthum immigraverit *. ¶ *Nescio si quem alium*, &c.] Non in universum, sive in toto orbe [f], sed eorum qui nunc Corinthi habitant [g]. Dixit se id nescire, vel quia fieri poterat ut aliunde eò migrâssent [h]; vel ex modestia sua, nè aut Corinthios, aut baptismum, parvi pendere videretur [i].

17. *Non enim misit me Christus baptizare*, &c.] Scilicet principaliter [k]: vel, comparatè dictum, ut multa [l]. Similes loquutiones Jer. 7. 22. Ose. 6. 7. Matth. 9. 10. & 21. 7 [m]. Primarium legationis meæ munus est prædicare [n]. Baptismus per quemlibet impleri poterat; sicut illi à Petro conversi in Pentecoste [Act. 2.] non omnes ab ipso fuerint baptizati [o]. Confer Joh. c. 4. v. 2. Act. 10. 34, &c. & 19. 4, 5 [p]. At prædicatio res erat maximè digna Apostolis, & maximo cum periculo conjuncta [q], eadémque magis & necessaria & ardua quàm baptizatio [r], majorémque exigens sapientiam †. Non erat Paulus *Baptista* inter Gentiles, sicut Johannes inter Judæos. Judæi enim, antè edocti de Messia & in articulis religionis, faciliùs à Johanne ad baptismum præparati sunt, quàm Gentiles qui nihil de Christo aut Deo vero inaudiverant, quibus idcirco assiduè & guttatim magnóque labore instillanda erat doctrina religionis [v]. ¶ *Non*, &c. Οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου] Idem σοφία λόγου quod λόγος σοφίας, בינה אמרי, Prov. 1. 2. σεσοφισμένοι μῦθοι, 2 Pet. 1. 16. *sermones multâ eruditione conditi*, qualibus se venditabant illi qui Corinthi partium erant duces. Hinc dicti σοφισταί [w]. Transit latenter ad aliud caput reprehensionis, in prædicatione, &c [x]. *Non* (sub. *tamen*, Be. Pi.) *in sapientia* (vel, *eruditione*, Er.) *sermonis*, D. sic Vulg. i. e. sermone sapiente, ut, *viriditas herbæ* pro *herba viridi* [x]: vel, *eruditio sermone*, Er. V. vel, *cum dicendi peritia*, P. Be. Pi. non exquisito & doctrinis secularibus instructo sermone [z], affectatâ eloquentiâ, & sermonis ornatu [a]. Removet à se verborum lenocinia, grandiloquentiam illam & suavitatem sermonis, quâ Corinthii demulceri satagerunt. Alioquin fuit & Paulo eloquentia, sed qualis conveniret majestati Evangelii [b]. Ellipsis hic est membri oppositi, *sed per sapientiam Dei*. Similis ellipsis Rom. 14. 1 [c]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα μὴ κενωθῇ, &c.] *Nè inanis reddatur* (scil. in animis auditorum [d]; nè vi suâ careat *, laude suæ virtutis ac potentiæ defraudetur [f]:) *crux Christi*, Er. P. Be. Pi. id est, doctrina de cruce [g], sive de Christo crucifixo [h]. Sensus, vel, 1. nè auditores dum aures oblectant eloquentiâ humanâ, interim negligant & contemnant doctrinam de cruce Christi [i]: vel, 2. nè putent se humanâ facundiâ, non Spiritu Christi crucifixi, ad fidem adductos esse [k]: nè laus non Evangelio, sed eloquentiæ, tribuatur [l]. Minùs appareret virtus mortis Christi, si fides Evangelio habita adscribi potuisset verbis eruditis & artificiosis. De verbo κενόω vide Rom. 4. 14. Cæterùm hîc comparatè id verbum sumitur [m].

18. *Verbum*, &c. Ὁ λόγος, &c.] *Nam sermo ille de cruce* (i.e. narratio ista de Christo crucifixo & resuscitato, quâ nititur Christianæ doctrinæ autoritas; vide infrà 2. 2. Gal. 6. 14 [n]. sermo de cruce salvatrice & redemptrice [o]:) *iis quidem qui pereunt* (i. e. reprobis [p], incredulis & perversis hominibus, ideóque perituris [q]. Rem denotavit ex effectu. Cùm incredulos denotare vellet, dixit *pereuntes*, quia qui Evangelio non credunt, pereunt, Joh. 3. 18. Pari modo discriminantur homines in σωζομένους & ἀπολλυμένους, 2 Cor. 2. 15. 16 [r].) *stultitia est*, P. Be. Pi. i. e. esse videtur †; stultum aliquid videtur, indignum creditu [t], salutem ab homine crucifixo exspectandam esse [v]. Id verò evenit quòd in vitiis suis non divertantur, sed habitent: ideo nolunt vera videri quæ vitiis sunt contraria [x]. Hoc dicit, nè cui mirum videretur quod dixit, crucem Christi interdum inanem reddi [y]. Objicere quis poterat, Evangelium, i. e. verbum crucis, contemptui futurum & sine fructu si nudè &

& absque facundia & sapientia prædicetur. Concedit hoc quoad reprobos, sed non quoad electos, penès quos redemptionis proprietas est [z]. ¶ *Iis*, &c. Τοῖς δὲ σωζομένοις, &c.] *Iis autem qui servantur*, (vel, *Nobis autem*, &c. Er. V. Credentibus qui iidem in via sumus ad salutem [a]: electis à Deo [b].) id est, *nobis*, *potentia* (i. e. instrumentum virtutis & potentiæ [c]; organum potens & efficax [d].) *Dei est*, Be. Pi. Vis Dei in illo sermone posita est, per quem justificamur, i. e. à vitiis purgamur, deinde S. Spiritu imbuimur. Vide Rom. 1. 16 [*]. Potenter operatur nostram conversionem & salutem [f]. Confer Rom. 1. 16 [g].

19. *Scriptum est*] Esa. 29. 14 [h]. ¶ *Perdam*, &c. Ἀπολῶ —— καὶ —— ἀθετήσω] Legit Paulus in Esa. אסתר, ubi nos habemus, תסתתר; etiam Lxx sic legunt & Paulus; vertunt enim κρύψω, *abscondam*, *efficiam nè luceat*; quod idem valet cum ἀθετήσω. Justin. quoque cum Tryph. disputans ter locum Esaiæ citat, bis per κρύψω, semel per ἀθετήσω. Quod Esaias de sui temporis hominibus dixerat, idem ad sua tempora majori jure aptat Apostolus [i]. Quod ille prædixit de sapientia Judæorum, h. e. Scribarum & Pharisæorum [k], hic transfert ad sapientiam Philosophorum [l], omnémque sapientiam secularem [m]. Significat Paulus, non novum esse, si aut viri aliàs prudentes præposterè judicent Deíque potentiam pro stultitia reputent, aut Deus eos qui proprio confidant ingenio, subtractâ suâ gratia puniat [n]. [Verba sic reddunt,] *Abolebo* (vel, *Ad nihilum redigam*, V.) *sapientiam sapientum & intelligentiam* (vel, *cogitationem*, *ratiocinationem*, *consilium*, Di. ex Sy. Σύνεσις tria sign. in his Libris, 1. facultatem, *mentem*, ut Marc. 12. 33; 2. *habitum scientiæ*, vel *prudentiæ*, ut hîc; 3. *perspicaciam*, Eph. 3. 4. 2 Tim. 2. 7 [o].) *intelligentium tollam è medio*, P. Be. Pi. vel, *abrogabo*, Pi. vel, *abolebo*, Di. ex Sy. quo sensu ἀθετεῖν ponitur Heb. 7. 18 [p].

20. *Ubi*, &c. Ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου;] Est παρῳδία loci Esa. 33. 18. in quo loco itidem ποῦ sic repetitur: sed ibi agitur de iis qui præcipua munia habuerant in castris Assyriorum, hîc verò de artium Professoribus earum quas Corinthii magni faciebant [q]. Applicatio est istius loci per modum accommodationis [r], sive allusionis [†]. Pertinent hæc verba vel, 1. ad Gentiles, cui favet collat. v. 21 [*]. & tunc αἰὼν *mundum* sign. vel, 2. ad Judæos, si αἰὼν sit *seculum*, sive *ætas* [t]: vel, 3. partim ad hos, partim ad illos [v]. [Sic ergò locum reddunt & intelligunt,] *Ubi sapiens?* (qui docuit alios [x]: vel, naturæ indagator apud Judæos [y]: vel, Philosophus Gentilium [z]. Σοφοὶ Græcis, ut חכמים Hebræis, per excellentiam dicebantur ii qui præcepta morum tradebant, ut septem illi per Græciam nobiles, deinde Socrates, & alii [a].) *ubi scriba?* (vel, *literatus*, Ca. Cal. *literator*, Tertul. in G. *Legisperitus*, Tre. ex Sy. γραμματεὺς, ספר [b], loquendi genere Hellenistico est & *Legum peritus & Historiarum* [c]. Vel, doctus literator, seu philologus [d]; versatus in literis [*], & Libris terendis [f]: vel, doctor Judæorum [g], qui sensum Scripturæ Grammaticum populo explicabat [h]: vel, quivis literatus ut distinctus à plebe; ac præcipuè quivis pater traditionum [i]: qui consultus de rebus perplexis ex Scriptura S. respondet [k].) *ubi disquisitor* (vel, *disputator*, Er. Il. Ti. Tre. ex Sy. *conquisitor*, P. Ca. V. Tertul. in G. *inquisitor*, Mo.) *seculi* (vel, *ævi*, Tertul. in G. vel, *mundi*, Ham.) *hujus*, sive *istius*. Be. Pi. Di. &c. i. e. indagator rerum humanarum [l]; vel Physicus, qui naturæ & mundi arcana curiosè sectatur [m], qui Judæis dictus est חכם המחקר, i. e. *sapiens* ἐξιχνιαστὴς, *investigator* rerum naturalium abstrusarum, ut liquet ex Kimchi. [Verba quære in Ful.) Non placet: 1. Differunt ἐξιχνιαστὴς & συζητητὴς hic propriè cum aliis vel apud alios semper disserit, ille apud se contemplari solet, &c. ille rerum naturas tantùm considerat, hic etiam verborum sensa. Adde quòd Physice apud Gentes magis viguit quàm apud Judæos, qui novitii ejus magistri erant, eámque multis post Christum seculis ab Arabibus hauserant [n]. Συζητητὴς τοῦ αἰῶνος, *indagator rerum naturæ*, quæ Hebræis חוקר העולם, i. e. *Physicus*. Id studium מחקר dici solet, quod propriè est συζήτησις. Sic apud Baruchum 3. 23. & seq. οἱ ἐκζητηταὶ τῆς συνέσεως ἐπὶ τῆς γῆς sunt Physici; οἱ μυθολόγοι sunt qui γνώμας ἠθικὰς dictabant, אומרי משלים; οἱ ἐκζητηταὶ τῆς συνέσεως, *Legisperiti & Historici*. Maluit autem συζητητὴς quàm ἐκζητητὴς dicere Paulus, quia Physicæ quæstiones multis disputationibus ventilari solebant; quod est συζητεῖν [o]. Al. *Disputatorem hujus seculi* hîc vocat, non qui disputat de hoc seculo, aut res humanas indagat, sed disputatorem secularem, sive mundanum; qui scilicet humanâ tantùm ratione & naturali ingenio de rebus quibuslibet inquirit & disputat [p]; qui nihil non suo acumine indagare sibi videtur [q]. Al. Sic vocat astutos politicos, qui suâ versutiâ in omnes formas sese vertere, & mundo imponere, nôrunt [||]. Al. Aptissimè Syrus συζητητὴν exponit דרושא: nam דרש linguâ tum Hebræâ, tum Syrâ, ζητεῖν καὶ συζητεῖν sign. i. e. *inquirere*, *disputare*, ut Marc. 9. 16 [r]. apud RR. est, *disquirere* sensum Scripturæ mysticum, allegoricum, tropologicum, & anagogicum, déque eo inter se disputare. Indè מדרש, teste Eliâ, est *expositio mystica*; & schola, ubi tales expositiones fiebant, בית המדרש; & concionatores vel disputatores, דרשנים, vel, בעלי הדרש [†]. Συζητητὴς ergò hîc est דרשן [t], mysticus sive allegoricus Interpres [v]; qui profundiùs est concionatus atque interpretatus Legem [x]. Ità omnia aptissimè hîc cohærent, & in tribus hominum eruditorum ordinibus venustè crescit oratio; q. d. Ubi Gentilium Philosophus? Ubi Judæorum Doctor, verbi Dei cognitione tumidus, sive secundarius iste, vulgaris ac Grammaticus; sive primarius ac celeberrimus, scil. mysticus? Hi omnes, freti naturali perspicaciâ scientiâque acquisitâ, quoad veram salutis notitiam prorsus fatui erant [y], & nè unus eorum mysterium de servandis per crucem Christi hominibus vel suspicari potuit, vel vi rationis suæ consequi [z]. *Ubi est?* q. d. nusquam est, nullus est, nusquam apparet [a]. Ignatius ad Eph. [locum sic citat,] Ποῦ σοφός; ποῦ συζητητής; ποῦ καύχησις τῶν λεγομένων συνετῶν; Tertul. aliter, [ut antè notatum.] Sensus est, Ostende mihi Philosophos & Philologos, qui tot homines ad tantam probitatem perduxerint quot & ad quantam nos per sermonem Crucis. Pauci sunt illorum discipuli præ nostris, & manent scortatores, si non pejus aliquid; manent Κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοί, (*Utres vanâ opinione inflati*,) ut dicebat Timon; manent arrogantes, litigiosi, maledici [b]. ¶ *Nonne*, &c. Οὐχὶ ἐμώρανεν, &c.] *Nonne infatuavit* (scil. declarativè [c], h. e. facto suo stultam esse ostendit [d], & reapse atque eventu declaravit [*]: palàm traducit [f]. Μωραίνειν, הסכיל, hîc est, *stultitiæ convincere*; quo sensu verba in Hiphil frequentia sunt apud Hebræos [g].) *Deus sapientiam* (quæ sapientia illis videtur [h]:) *mundi hujus?* P. Be. Pi. &c. Vocula τούτου non est in MS. nec eâ opus. Intellige autem [hæc verba] comparatione ejus frugis quam protulit Evangelium [i]. *Infatuavit*, i. e. inanem ostendit, & contemptibilem reddidit [k]; vel, quia alia agendi media prælegit [l], nec dignatus est uti ejus adminiculo ad persuadendum hominibus veritatem Evangelii [m], nec ullum ex illis sapientibus vocavit ad prædicandum Evangelium [n]: vel, quia illam absque fide nihil prodesse ostendit [o], ad percipiendam spiritualem sapientiam doctrinámque salutis [p], quia non potuit invenire verum [q]; omnésque conatus acutissimorum hominum, qui ratiocinationibus suis humanis viam salutis invenire studuerunt, vani & fatui erant [r]: vel, quia per lucem Evangelii errores plurimi Philosophorum patefacti sunt [†].

21. *Nam*, &c. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ, &c.] *Nam* (γὰρ hîc est mirè efficax: est enim ratio tum proximi, cur Deus sapientiam mundi infatuavit, nempe ob voluntariam & affectatam cæcitatem; tum, cur sermo crucis sit potentia Dei, quia per eam servat credentes; tum, cur ità placuit Deo [agere,] quia mundus alia cognitionis media clausis oculis præteriit [t].) *postquam* (vel, *propterea quòd*, Zeg.) *in Dei* (vel, *ex divina*, Ca.) *sapientia* i. e. vel, 1. per Christum, quem paulò pòst vocat *sapientiam Dei*, q. d. Christo prædicante [v]; vel, in ipso Evangelio, de quo hîc nominatim agitur, & quod mox v. 24. & cap. 2. 6, 7. *sapientia Dei* appellatur [x]. Vel, 2. in Theologia sua. *Sapientiam* hîc intelligo *circa Deum*, quæ Deum habet non authorem, sed objectum [y]. Vel, 3. per cognitionem illam Dei quæ ex rerum natura oritur [z], ex mundi opificio sapientissimè conditi [a], sive in quo relucet Dei sapientia [b]: de qua diximus ad Rom. 1. 20, 21.

[z] E. [a] G. [b] Me. ex E. [c] E. [d] Cal. [*] G. [f] E. [g] Pi. [h] G. Me. [i] G. [k] E. [l] Just. [m] E. [n] Cal. sim. Par. [o] Ham. [p] Di. [q] G. [r] Ham. [†] Just. [*] Ham. sic Just. [t] Ham. [v] Me. &c. [x] Li. ho. [y] Ham. [z] E. ex Th. & Oecum. Me. [a] G. [b] G. Li. ho. [c] G. [d] Ham. [*] Just. [f] Cal. [g] E. ex Th. Me. [h] Ful. misc. 3. 7. [i] Ful. ib. [k] Li. ho. [l] Er. [l] V. [m] Me. sim. Just. Be. ex D. [n] Ful. ib.

[o] G. [p] E. [q] Cal. [||] Par. [r] Ful. ib. [†] Di. [t] Ful. sim. Di. Li. ho. Ham. [v] Ful. [x] Li. ho. [y] Ful. ib. [z] Cal. [a] Par. [b] G. [c] Scl. [d] Scl. sim. Vor. [*] Cal. [f] Vor. [g] G. [h] Vor. [i] G. [k] E. [l] Scl. [m] E. [n] V. [o] Just sim. Calv. [p] Calv. [q] Th. in E. [r] Cal. [†] Me. ex Just. [t] Par. [v] Q. in E. [x] Vor. [y] Li. ho. [z] G. sim. E. Just. [a] Ca. sim. V. Pi E. Ee. Scl. T. [b] E. Scl.

20,21. & Act. 14.16. & 17.27[c]. Vel, in sapientia quam ostendit Deus in molitione & gubernatione mundi[d].) *mundus* (i.e. humanum genus *; vel mundi doctores [f], sive sapientes [g]; vel, quotquot extra revelationem Deum cognoscere studuerunt[h]:) *non cognovit* (scil. ad salutem [i]. Synecdoche generis[k]. *Novit* autem ut esset inexcusabilis, Rom. 1. 20[l]. Vel, *noluit agnoscere*, Vor. vel, *non reveritus est*: quod ad Romanos, ἐδόξασαν, vel εὐχαρίστησαν· sic ἔγνω Johannes etiam accepit, Joh. 1. 10. & exponit per ἔλαβον [m].) *Deum per* (sub. *eam*, Be. vel, *suam*, Pi. i.e. mundanam & superbam suam [n]) *sapientiam*, P. Be. Pi. scil. quam Deus omnium animabus indidit. Antanaclasis in voce *sapientiæ*, [o]. Vel, per naturale ingenii acumen, etiam arte atque industriâ adjutum [p]: vel, per suam ipsius sapientiam, sive obstante ipsi suâ propriâ sapientiâ, quam stultam esse dixit v. præced. Confer Mat. 11.25[q]. Al. διὰ τῆς σοφίας, est repetitio ipsius antecedentis, pro relativo αὐτῆς [r]. ¶ *Placuit*, &c. Εὐδόκησεν ὁ Θεὸς, &c.] Similem constructionem vocis εὐδοκεῖν habemus Luc. 12. 32. Rom. 15. 26. Gal. 1. 15. Col. 1. 19†. *Visum est* (vel, *libuit*, sive *placuit*, P. Be. Pi.) *Deo per stultitiam prædicationis* (vel, *stultam prædicationem*, P. Pi. scil. hominum judicio [t]; vel, quæ stulta esse videtur [v], mundo scilicet [x]. Duplex hîc tropus: nam & μωρία τοῦ κηρύγματος ponitur pro, μωροῦ κηρύγματος· & *stultum* dicitur non quod tale est, sed quod tale esse multis eruditis putatur. Apparet id in seq. & mox 2. 14. Sic multa appellantur κατὰ τὸ φαίνεσθαι, non κατὰ τὸ εἶναι [y]. *Stultitiam prædicationis* intellige respectu, vel, 1. subjecti sive materiæ, scilicet Christi; vel, 2. ipsius prædicationis; vel, 3. modi prædicandi à Deo præscripti. Nam quòd per Christum crucifixum prædicatur salus, stultum videtur mundo: quòd per prædicationem communicatur salus, stultius: quòd denique per simplicem adeóque humilem docendi modum dispensatur fides, stultissimum [z].) *salvos facere* (i.e. à vitiis liberare in præsens, in posterum donare vitâ æternâ [a].) *credentes*, Er. &c. homines non sublimia speculantes, disserentes, disputantes, sed tantùm credentes [b]. Fidem Evangelicam humanæ sapientiæ successisse docet [c]. [Sensus est, q. d.] Benigno consilio visum est Deo per crucis prædicationem operari salutem credentium. Cujus rationem dat infrà v. 31 [d]. Apostolus hîc indicare videtur, vel, 1. causam proponendæ fidei Evangelicæ; Gentilium scilicet inscitiam & tarditatem, qui ex rebus creatis Deum non agnoverunt: vel, 2. rerum tantùm seriem & nexum, sive consequutionem; qu. d. Deus, cùm probè intelligeret quid homines cognitione naturali comprehensuri essent, eósque ad vitam beatam condidisset, fidem esse voluit necessariam, eámque, certò tamen ordine, dare decrevit: Eos ergò primùm instituit per legem naturæ, deinde Prophetarum oraculis, postremò lege Evangelicâ. Perinde loquitur ac si quis diceret, Quia nox ad actiones humanas minùs erat utilis, placuit Deo diurnam lucem instituere, ut humanæ vitæ officia rectè peragerentur*.

22. *Quoniam*, &c. Ἐπειδὴ καὶ, &c.] Sic legendum, ut est in plerisque editionibus, non ἐπειδὴ γὰρ, ostendit sensûs cohærentia: non enim argumentatur Apostolus, sed jam dicta explicat [f]. *Quandoquidem & Judæi* (signis olim assueti [g].) *signum*, vel *signa*, E. ex Vulg. ut est in MS [h]. & apud Tertul. Chrys. Th. & Oecum [i].) *petunt*, P. Be. Pi. &c. Non qualecunque, sed ex animi sui arbitratu, Matth. 12. 38. nempe de cœlo, Mat. 16. 1. Marc. 8. 11. sicut Moses grandinem fecerat descendere & Elias ignem [k]: miracula exigunt [l], quibus, velut divinis testimoniis, adducantur ad credendum [m]. Vide Luc. 11. 16[n]. & Joh. 2. 18. & 4. 48 [o]. ¶ *Græci* (Hos nominat, tanquam Gentilium præcipuos [p].) *sapientiam* (humanam scilicet [q], i. e. orationem sapienter exornatam [r]; rationes Philosophicas & oratoria pigmenta †:) *quærunt*] In MS. est, ἐπιζητοῦσι. Volunt quæ dicuntur sibi probari per causas naturales [t], & Philosophicas rationes, & si quid ratione assequi nequeant, ut mysterium crucis, id explodunt [v].

23. *Nos autem* (Secum alios veros Evangelii ministros comprehendebat [x].) *prædicamus* (Intellige ex superioribus, *non in sapientia verbi* [y].) *Christum crucifixum*] Non rationes adferimus, sed testimonium de re conspecta [z]. ¶ *Judæis quidem scandalum*] Ut prædictum, Luc. 2. 34 [a]. Non tantùm quia in crucifixum credere probrosum ipsis videbatur, sed quia insuper hæc fidei professio crucem secum trahebat, Gal. 5. 11 [b]. vel, quia crucis opprobrium eos turbavit ac impedivit nè crederent [c]: putabant enim Messiam temporaliter regnaturum, &c [d]. ¶ *Græcis verò* (Quo nomine complecti solet omnes qui Judæi non erant *, vel Gentiles omnes, saltem cultiores; potissimùm Romanos [f].) *stultitiam*] Stultitia illis videbatur docere, hominem crucifixum esse Deum, & mundi salvatorem [g]. Insipidum illis videbatur nihil adferri de rerum Principiis, de Finibus, de Animi natura: quæ elementa sunt apud Græcos Sapientiæ moralis [h].

24. *Ipsis*, &c. Αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς, &c.] *Ipsis autem vocatis*, &c. Be. Pi. verè scil. & reipsâ [i], efficaciter [k], sive cum effectu; h. e. *iis qui vocationi paruerunt* [l]; vel credentibus [m], sive electis [n], ut Rom. 8. 28 †, 30 [o]. qui ex prædestinatione vocati sunt ad fidem [p], ut postea v. 26. & seq. declarat [q]. ¶ *Christum Dei virtutem* (vel, *potentiam*, Be. Pi. &c. i. e. rem potentissimam [r]; Messiam in se Divinam potentiam habentem †, quam ostendit eripiendo homines è potestate Diaboli, Luc. 11. 21, 22 [t]. & mortem abolendo [v]:) *& Dei sapientiam*] Quam ostendit in eo quòd per humilitatem & mortem Christi electos redemit [x]: vel, eum per quem Deus sapientissimum suum consilium de servandis electis exsequutus est [y]. Hæc per μετάληψιν accipienda, quia per Christum Deus ostendit & potentiam suam ad homines convertendos, (vide Rom. 1. 16.) & sapientiam, de qua actum Rom. 11. 33. Vide & infrà 2. 7. & Esa. 53. 11 [z]. *Potentiam* dicit propter Judæos qui signa postulabant, in quibus ostenditur potentia; *sapientiam*, propter Gentiles qui illam quærebant †, tametsi utrísque utrumque factus est Christus, quia per eum virtus & sapientia Dei in electorum salute procuranda declaratur & agnoscitur [a].

25. *Quia*, &c. Ὅτι τὸ μωρὸν — σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί· καὶ τὸ ἀσθενὲς, &c.] *Nam stultitia* (vel, *quod stultum est*, Vulg. Concretum neutrum pro abstracto, Græcorum more, ut Rom. 2. 4 [b].) *Dei* (Comparatè dictum, id est, *Quod in sapientia Dei minimum est* [c]. Est concessio ironica [d]: loquitur enim ex opinione hominum *.) *sapientior est quàm homines*, (Est contractè dictum, pro, τῆς σοφίας τῶν ἀνθρώπων [f]. Sic apud Plinium, *omnium triumphorum lauream adepte majorem.* Subauditur enim *laureis* [g]. Ellipsis hæc minùs dura est propter mutuam contrariorum rationem. Multò durior ellipsis est Joan. 5. 36. Rom. 6. 5. 1 Pet. 1. 7. Maxima tamen emphasis videtur si stultitiæ opponantur homines ipsi [h]: q.d. sapientior est non solùm quàm sapientia hominum [i], sed etiam quàm ipsi homines, quicquid sunt & habent [k].) *& infirmitas Dei* (Et hoc comparatè sumendum. Significatur enim *id quod in Dei potentia minimum est* [l].) *validior* (vel, *robustior*, Pi.) *est quàm homines*, P. Be. &c. Et hîc subaudi τῆς ἰσχύος, *robore* [m]. Idem sensus est qui proverbialiter exprimitur 1 Reg. 12. 10 [n]. Loquitur hîc de Divina agendi ratione [o], de Evangelio [p], & præcipuè doctrina de cruce [q], & salute credentium per crucem [r]: quam *stultum* vocat, & *infirmum*, non quòd tale revera sit †, sed quòd videatur [t]. Quum Philosophi irrito conatu laborârunt, Crux Christi res gravissimas & difficillimas cunctis ferme mortalibus penitùs persuasit, totúmque orbem subegit [v], & principem hujus mundi debellavit, ac ad æternam hominum salutem valuit [x].

26. *Videte*, &c. Βλέπετε γὰρ τὴν κλῆσιν, &c.] *Videtis* (vel, *Videte*, Vulg. Pi. Vor. E. ex Iren. Primas. Sedul. &c [y]. ut sit hortantis: sic infrà 11. 26. καταγγέλλετε, *annunciate* [z].) *enim vocationem vestram*, P. Be. Pi. &c. i. e. vel vocandi rationem [a]; quam rationem secutus sit Deus in vobis vocandis; vel, quinam ex vobis sint vocati [b]: ut sit *vocatio* pro *vocatis*, metonymicè [c]; ut *circumcisio*, pro *circumcisis* [d]; *electio*, pro *electis*, Rom. 11. 7 *. Sensus, Videtis verum esse, Deum non elegisse potentes & sapientes, *ex vocatione vestra* [f]; inter vos qui vocati estis [g], qui imbecilles estis & insipientes [h]. Et hîc est μετωνυμία· nam κλῆσιν dicit eventum vocationis. Pauci, qualis Nicodemus, Josephus Arimathensis, Sergius, crediderant Evangelio; multi piscatores, multi sellularii: non quòd Evangelium ullius sortis homines à se abjiciat, sed quòd arctam viam facilius ingrediantur minùs sarcinati.

Vide

Vide Matth. 5. 3. & 19. 23. & ibi dicta. Lactant. 7. 1. *Nemo virtuti favet nisi qui sequi potest; sequi autem non est facile omnibus: ii possunt quos paupertas—exercuit & capaces virtutis effecit. Nam, si virtus est tolerantia malorum, non capiunt ergo virtutem qui semper in bonis fuerunt, quia mala neque experti sunt, neque ferre possunt, assuetudine ac desiderio bonorum quæ sola noverunt.—Divites sunt inextricabilibus cupiditatis vinculis irretiti*, &c. Hoc ideo dicit quia inter Corinthios alii ob doctrinam, alii ob divitias, se anteponebant aliis[i]. Docet Paulus, id quod dixit de operibus Dei collatis ad opera hominum, non solùm habere locum in cruce Christi, sed etiam in ipsis qui credunt[k]. Est hîc meton. vel adjuncti pro subjecto; vel effecti pro efficiente instrumentali, cui magis favent verba seq. & totus contextus, sive scopus Pauli; q. d. Vos Deus vocavit per insipientes, infirmos, & ignobiles[l], quales sunt præcones Evangelii[m]. Est ratio præced. ut τὸ ὅτι ostendit; q. d. Quod dixi, *Dei stultitiam esse sapientiorem quàm sunt homines*, id ipsi videtis in iis à quibus estis ad Evangelium vocati, qui sunt ferè indocti, inopes, ignobiles[n]. ¶ *Quia non multi sapientes secundùm carnem*, (i. e. secundùm homines[o]; juxta hujus mundi & animalis vitæ rationem[p], supple *crediderunt*. *Sapientes secundùm carnem* vocat eos qui pollent sapientiâ mundi hujus, ut modò dixerat; eâ scil. quæ non est ex revelatione. Revelationi enim Divinæ *caro* opponitur, Matth. 16. 17[q].) *non multi potentes*, (secundùm seculum[r]: vel, *in dignitatibus positi*, ut Apoc. 6. 15. גבורים[†].) *non multi nobiles*] i. e. Genere nobiles[t], quales Corinthi Cypselidæ ac Bacchiadæ[v].

27. *Sed quæ*, &c. Τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου, &c.] Tota hæc adversativa adamussim respondet verbis præcedentibus[x]. *Stulta* (vel, *Stultissima*. Positivum pro superlativo, more Hebræorum, ut Luc. 1. 28. εὐλογημένη, &c. pro εὐλογητοτάτη· & 1 Cor. 12. 23. Τὰ ἀσχήμονα, pro *inhonestissima*. Talia sunt & illa Poetica, Δῖα θεάων, &, ἤπια μύθων[y]. Vel, *quæ stulta* sunt, P. Be. Pi.) *mundi* (vel, *mundo*. Κόσμου, pro κόσμῳ· quale loquendi genus habuimus & Rom. 8. 3[z]. Eos qui à mundo ob eruditionis penuriam penè pro stultis habentur[a]. Vel, *in mundo*, P. Be. Pi. *secundùm mundum*, Er. V. eos qui ad docendum alios inepti videbantur, quales fuere piscatores[b],) *elegit Deus*, Mo. i. e. crediderunt: qui enim credunt eos Deus *eligit*, sive *approbat*. Et nota genus neutrum [τὰ μωρὰ] poni pro communi, ut & alibi, & in seq[c]. Hæc electio idem valet quod efficax vocatio, sicut ex v. præced. apparet. Intelligit enim actum eligendi, non autem æternum decretum[d]. *Elegit* ad fidem, non solùm suscipiendam, sed etiam aliis prædicandam[*]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα τοὺς σοφοὺς καταισχύνῃ] *Ut pudefaciat* (vel, *confutaret*. Hi autem non confutantur ab iis qui docentur, sed ab iis qui docent[f]. Consilium Dei hîc indicat, simulque eventum rei[g].) *sapientes*, Be. Pi. &c. qui semet præstare ad talem normam sapientiæ potuere[h]: qui per suam sapientiam præstare non possunt, i.e. homines ad salutem æternam adducere, quod sine ea præstant indocti[i]: Ut carnalem sapientiam, quæ se Deo opponit, vanam esse ostendat[k]. ¶ *Infirma mundi*] Vel, *in mundo*, P. Pi. &c. Intelligit homines de plebe[l]. ¶ *Ut confundat fortia*] Quomodo dixerat δυνατοί. Vide Job. 12. 19[m]. Ut illorum comparatione pudefaciat omnem hujus mundi potentiam, dum per illos facit quod potentes seculi non possunt[n].

28. *Et*, &c. Καὶ τὰ ἀγενῆ] *Et ignobilia*, Mo. vel, *ignobilissima*, Ca. i. e. eos qui apud homines habentur ignobiles[o], & obscuri[p]. Julian. l. 6. exprobrat Christianis quòd plerique eorum essent servi & ancillæ. Etiam in ministerio Ecclesiæ ancillas fuisse ex Plinio discas. Chrysost. infrà ad cap. 2. objectum ait Christianis, maximam eorum partem fuisse nutrices, obstetrices, eunuchos[q]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὰ ἐξουθενημένα] *Et contempta*, Er. Il. Ti. vel, *contemptibilia*, Mo. *pro nihilo habita*, P. Be Pi. Solent enim tales despici[r]. De hoc verbo vide Marc. 9. 12. Luc. 18. 9. Act. 4. 11. Rom. 14. v. 3, 10[†]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ] *Et quæ non sunt*, (Intellige comparativè, quòd scil. aliarum rerum respectu nihil esse videantur[t]. Hebraismus est[v]. Quæ in nullo pretio habentur[x]. Ὑπερβολὴ Hebraica, quæ אין & אפס usurpat de rebus valde abjectis. Vide Esa. 40. 17. Contra, τὰ ὄντα, sicut & τί, dicitur de eo quod in pretio est, Gal. 6. 3[y]. *Quæ non sunt*, i. e. pro nihilo habita, & ad nihilum redacta[z].) *ut ea quæ* (vel, *eos qui*, Tre. ex Sy.) *sunt* (sub. *aliquid*, Ca. i. e. quæ videntur aliquid esse[a]; quæ habentur in pretio[b]; sapientes scilicet & potentes mundi[c]:) *enervaret*, Be. vel, *destrueret*, Er. *aboleret*, P. Mo. Pi. *evacuaret*, vel *antiquaret*, Er. vel, *obliteraret*, Er. Il. Ti. Tre. ex Sy. vel, *ostendat esse nihili*, ut καταργεῖν sumitur Rom. 3. 31[d]. vel, *pudefaciat*, Æth. Pudefiunt autem, quia res illis præter spem opinionémque eveniunt, & quia felicitate, quam certò sibi promiserant, excidunt, &c[*]. Hæc omnia præfigurata fuerant temporibus Exitûs ex Ægypto, & in Davidis pugna contra Goliathum & ejusdem evectione in Regnum; & rursus temporibus Esdræ & Nehemiæ[‖].

29. *Ut non glorietur* (Fecit Deus ne quid in hoc negotio homo sibi tribueret: nam καυχᾶσθαι est, *inniti alicui rei, lætari de re aliqua*; vide Rom. 2. 17, 25. & 5. 2, 3, 11[†]. ne quis jactet, se ob sapientiam, opes, &c. vocatum fuisse, sive ad fidem[f], sive ad Apostolatum[g].) *omnis* (vel, *ulla*, P. Be. Pi. Μὴ & πᾶσα Hebræis universaliter negant[h]; *non omne*, pro *nullo*[i].) *caro* (i. e. homo[k]. Ubi homo ex parte viliore *caro* appellatur, fit hoc ad fastum reprimendum[l].) *in conspectu Dei*] h. e. Ubi cum Deo res est[m], vel in iis quæ hominem Deo commendant, ut sunt fides & opera pietatis: sed harum rerum gloria omnis soli Deo tribuenda per Christum[n].

30. *Ex*, &c. Ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε ἐν Χριστῷ] Sumuntur hæc verba, vel, 1. conjunctim, ut sensus sit, Vos ex Dei gratia in Christo insiti estis[o]: per ipsum Christo creditis[p]: per Dei gratiam estis Christiani, Christo incorporati, & beneficiorum ejus participes[†]. Vel, 2. [divisim,] ut comma sit post ἐστε & sensus sit, Vos ex Deo geniti estis, idque per Christum[q]. Ἐξ hîc significat causam efficientem primariam, ut Rom. 11. 36. ἐν pro διὰ, causam mediam: & ἐστε intellige, *estis nova creatura, facti estis longè alii quàm eratis*[r]. *Sed ex ipso* (vel, *ab eo*, Ca. scil. Deo[†]; i. e. Dei unius vi & beneficio[t], non ex vobis[v], non vestrâ operâ[x],) *vos estis* (homines scilicet Dei[y]; vel quicquid estis[z] coram Deo[a]; electi, vocati, regeniti[b]. *Ex Deo esse* idem pollet quod, *ex Deo genitum*, sive Dei filium, *esse*. Confer Joh. 8. 47. & 1 Joh. 4. 2, 4, 6[c]. Et à Deo quicquid boni, quod ad pietatem pertinet, habetis[d].) *in Christo*, P. Be. Pi. i. e. quatenus Christo insiti estis[*]: vel, idque per Christum[f]. Sensus est, Non vestrâ operâ traducti estis ad fidem: nihil enim externa prædicatio efficere potuisset, nisi Deus in animis vestris Divinæ suæ gratiæ vim exercuisset, & fidem divinitus indidisset[g]. ¶ *Qui*, &c. Ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία, &c.] Est hîc perpetua Metonymia effecti positi pro causa; *Christus* enim, *Deo ità procurante, factus est causa per quam sapiamus*, Divina scilicet, *per quam à peccatis purgemur, per quam Spiritu S. donemur, per quam à morte quondam vindicandi simus*; quod ἀπολύτρωσις dicitur Rom. 8. 23. Eph. 4. 30[h]. ¶ *Qui factus est* (vel, *fuit*, vel, *cœpit esse*, Er.) *nobis sapientia* (vel, 1. causaliter[i]; i. e. auctor & dator sapientiæ[k], per quam[l], cujus vi ac merito[m], Deus largitus est nobis sapientiam[n]: ut sit met. effecti[o]. Vel, 2. [objectivè,] q. d. materia subjectiva sapientiæ nostræ[p], vel is in cujus cognitione consistit vera sapientia[q]: is est objectum nostræ sapientiæ[r]. Meton. adjuncti. Confer Col. 2. 3[†].) *à Deo* (h. e. Deo authore: Hoc autem, *à Deo*, per singula repetendum est. *Sapientiam* porrò hanc opponit sapientiæ seculari[t].) *justitiáque* (Intelligit hîc non studium pietatis, sed remissionem peccatorum, sive ipsam justificationem[v]: q. d. cujus merito justitiam consequimur[x]; is cujus satisfactione nobis donatâ atque imputatâ justi sumus: meton. effecti[y].) *& sanctificatio* (i. e. per cujus crucem sanctificati sumus[z]: qui spiritu suo nos sanctificat[a].) *& redemptio*, Be. Pi. i. e. resurrectio mortuorum, quam *redemptionem corporis* appellat, Rom. 8. 23[b]. causa meritoria & efficiens redemptionis[c]: is qui nos redempturus est à miseriis quibus adhuc subjecti sumus[d].

31. *Ut*, &c. Ἵνα καθώς, &c.] *Ut*, (sub. *fiat*, Pi. G. sic Vor. Camer. &c.) *sicut scriptum est*, (sensus concisè depromptus ex Jerem. 9. 23, 24[*]. ubi in Hebræo

[i] G. [k] E. [l] Scl. [m] T. ex Anselm. & Thom. [n] Ca. [o] Pi. [p] Vor. [q] G. [r] E. Me. [†] G. [t] G. sim. [v] E. G. [x] E. [y] Ca. [z] G. [a] G. sim. E. Me. [b] E. [c] G. [d] Vor. [*] E. [f] Ca. [g] Vor. [h] G. [i] E. [k] Vor. [l] G. sim. E. [m] G. [n] E. [o] G. [p] Me. [q] G. [r] G. sim. Me. [†] G. [t] Vor. [v] Sch. sim. E. [x] Cal. sim. E. Me. T. Scl.

[y] G. [z] V ex Er. [a] V. [b] Me. sim. Be Pi. E. T. [c] Me. T. [d] G. [*] Cal. [‖] G. [†] G. [f] T. sim. [g] F. Me. [h] T. [i] G. [k] E. [l] Er. V. [m] Be. G. [n] G. sim. E. [o] Vor. [p] V. [†] E. [q] Vor. [r] G. [†] Ca. Pi. Be. [t] Be. sic Me. Zeg. T. [v] E. [x] Just. [y] Ca. [z] E. Me. Cal. [a] E. [b] Par. [c] Pi. [d] E. [*] Pi. [f] E. [g] Just. ex Chrys. Theod. & Amb. [h] G. [i] E. [k] T. Vor. sic Just. [l] V. [m] Me. sic E. [n] V. &c. [o] Vor. Scl. [p] Scl. [q] Pi. [r] Vor. [†] Pi. [t] E. [v] Vor. [x] E. Me. [y] Pi. [z] E. sic T. [a] Pi. [b] Vor. [c] T. [d] Pi. [*] G. sim. Me.

pro καυχᾶσθαι est יתהלל, quod per ἀγάλλιᾶν alibi vertitur [f].) *Qui gloriatur, in Domino glorietur*, Pi.&c. id est, qui vult se jactare, de Deo tantùm se jactet [g], i.e. de Dei in se benignitate [h]: Deo omnia tribuat cum gratiarum actione [i].

[f] G. [g] V. [h] Me. sic V. [i] Be.

CAP. II.

1. ET, &c. Κἀγὼ—ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας] *Ego igitur* (vel, *Ego quoque*, V. Quòd dixerat, *Deum elegisse stulta*, &c. ostendit hîc suo exemplo [a]. Hoc dicit, Mea quoque loquendi & agendi ratio congruit isti Dei ministerio, tum apud alios, tum apud vos maximè [b].) ——*non veni cum eminentia* (vel, *per sublimitatem*, V. sic Mo. *juxta eminentiam*, Er. Ham. *cum excellentia*, Ca.) *sermonis* (vel, *per magniloquentiam*, Tre. ex Sy. i.e. ornato & sublimi dicendi genere [c]; quod tamen poterat, utpote sapientiæ secularis non expers: Græcos enim ut Poetas, ità & Oratores & Philosophos, legerat [d]. Non erat Paulus indisertus; sed in Græcia multi erant disertiores, qui ad naturæ opes artis adminicula & longum usum adjecerant: ideo dicit ὑπεροχὴν, i.e. נבר [*].) *aut sapientiæ*, Be. Pi. &c. secularis scilicet [f]. Eruditus quidem erat Paulus in Lege & Scriptis Interpretum; at non æquè in Philosophia illa Græcanica [g]. q.d. Mundi facundiam & sapientiam non venditavi [h], ex pondere argumentorum à me excogitatorum, & concinnè in orationem contextorum [i]. ¶ *Testimonium Christi*] Græcè, *Dei*, Be. G. &c. i.e. Evangelium [k], quod suprà 1. 6. *testimonium Christi* [l]: Deus quippe per Christum voluntatem nobis testatam fecit [m]. Vel, testimonium de Christo [n]: in quo Divinæ sapientiæ & majestatis mysteria consignata sunt & testata [o]. *Mysterium Dei* est in MS. & Sy. & cod. Ambros [p].

2. *Non*, &c. Οὐ γὰρ ἔκρινα τοῦ εἰδέναι, &c.] *Non enim statui* (vel, *delegi*, P. vel, *decrevi*, vel, *necessarium duxi*, Kn. vel, *judicavi*, Vulg. Er. i.e. æstimavi, ut Rom. 14. 5. *Alius judicat diem*, &c [q]. vel, declaravi [r]: vel, *putavi*, per Hebraismum: nam פלל, ut *judicare* sign. ità & *putare*, Genes. 48. 11 [†]. Vel, *magni feci*, G. Me. ut Rom. 14. 5 [t].) *quicquam scire* (nôsse verba Legis, traditiones, linguas aliquas, legisse etiam vestras Poetas [v]. Sensus, q.d. Non æstimavi me alicujus pretii ob id quòd scirem aliquid [x]. Vel, Statueram ità me gerere apud vos, ut nihil aliud scire viderer; vel, Dissimulavi me quicquam scire [y]: vel, *scire*, i.e. docere [z]; vel, profiteri aut ostendere me scire [†]. Sic & Latini loquuntur, *Nescias quod scis, si sapis*, h.e. vide nè cuiquam dixeris, ità te gere acsi prorsus nescires [a]. Al. *ad cognoscendum*, P. Hîc, sicut & Act. 3. 12. & 27. 1. Hebraismus est in constructione: Articulus τοῦ (subintellecto ἕνεκα [b]) respondet Heb. ל Infinitivis præposito [c]. Frequens est nostris Scriptoribus τοῦ præponere Infinitivo, ubi alii ponerent ὥστε [d].) *inter vos* (ἐν ὑμῖν, i.e. ἀν' ἐν ὑμῖν, *cùm apud vos viverem* [*]. Vel, eos *qui in vobis*, sive *inter vos*. Ἐν ὑμῖν ellipticè dicitur, pro, τοῖς ἐν ὑμῖν. Non enim voluit intelligi quid sibi, sed quid Corinthiis, necessarium fuit scire. Tales loquutiones, Psal. 78. 31. *Occidit in pinguibus*, i.e. pingues: Hab. 1. 5. *Videte in gentibus*, i.e. ô gentes, vel, vos qui estis inter gentes: Luc. 21. 16. *trucidabunt ex vobis*, i.e. vos: Joh. 6. 17. *dixerunt ex discipulis*, id est, Discipuli [‖].) *nisi Jesum Christum*, (Hoc ad personam Christi referendum [f].) *eumque* (vel, *& quidem*, G.) *crucifixum*, Be. Pi. &c. Hoc ad officium Christi. In his duobus totum versatur Evangelium [g]: cujus [Christi] exemplum in omnibus malis Evangelii causâ perferendis scirem mihi esse sequendum. Sic sumendum ostendunt sequentia [h]. Rudimenta tantùm fidei eis initio tradidit, quia nondum capaces erant rerum sublimiorum, &c [i].

3. *Et*, &c. Καὶ ἐγὼ ἐν ἀσθενείᾳ, &c.] *Et* (vel, *Sed*, Be. Pi. vel, *Nam*, G.) *fui* (vel, *versatus sum*, Camer.) *ego cum infirmitate* (vel, 1. elocutionis; q.d. humili omnísque fuci & ornatûs experte sermone [k]: vel, 2. [status;] q.d. humili & abjecto statu secundùm carnem, quippe manibus victum quærens, Act. 18. 3 [l]: vel, 3. corporis,

[a] Just. sim. E. [b] G. [c] Me. sim. Scl. [d] E. [*] G. [f] E. sim. Pi. [g] G. [h] Vor. sim. Scl. [i] Scl. [k] G. E. Vor. Me. [l] G. sic Vor. [m] G. [n] E. [o] Me. [p] G. [q] Er. [r] E. [†] Di. [t] G. [v] Idem. [x] Er. sim. Just. [y] E. sim. Me. T. Ca. [z] Just. sim. E. [†] Scl. sic Be. [a] Just. [b] Di. sim. Er. [c] Di. ex Be. [d] G. [*] Idem. [‖] Kn. [f] Cas. [g] Idem. [h] G. [i] E sim. Just Ca. ad v. 6. [k] Just. [l] Pi.

quæ sanitati opponitur [m]; vel, dolore ex rebus adversis, ut ἀσθένεια sumitur & Rom. 8. 26 [n]: vel, 4. [animi;] q.d. cum magna animi demissione & humilitate [o], & modestia, tum in dicendo, tum in omnibus actionibus [p].) *& timore & tremore* (φόβος & τρόμος sæpe jungi solent αὐξήσεως causâ, ut Psalm. 2. 11. in Græco; 2 Cor. 7. 15. Eph. 6. 5. Phil. 2. 12 [q]. Hîc autem significant, vel, 1. pericula [r]; cùm ab Judæis vi ad tribunal tractus fuit Paulus, Sosthenes pulsatus, Paulus ipse coactus discedere; quæ habes Act. 18 [†]: vel, 2. solicitudinem operis cum metu offendendi [t]: q.d. solicitus nè mysterium salutis non commodè eis proponeret [v]; vel, nè quid verbo aut facto committeret, quo illi offensi à fide resilirent [x]: vel, 3. humilitatem & reverentiam [y].) *multo apud vos*, Be. Pi. &c. πρὸς ὑμᾶς, i.e. παρ' ὑμῖν. Vide Joh. 1. 2 [z]. Hoc dicit, vel, 1. ut constet, non fuisse propagatum Evangelium humanis auxiliis, sed per vim Divinam [a], quâ omnes difficultates, argumenta, minas, terrorésque hostium, &c. superavit, &c [b]. Vel, 2. ut ostendat, quantum ab arrogantia absuerit, qui ob tot pericula sibi metuere, suæque saluti consulere, cogeretur: adeò non poterat plausum captare, &c [c]. Vel, 3. ut suam humilitatem, mansuetudinem atque animi simplicitatem, cum Pseudo-apostolorum fastu contenderet [d].

4. *Et sermo meus & prædicatio mea* (i.e. oratio quâ utebar in prædicando Evangelio [*]: sermones mei tum privati, tum publici. Nam κηρύσσειν est, *multis dicere*, Matt. 10. 27 [f]. sub. *versata est*, P. Pi. Be.) *non*, &c. Οὐκ ἐν πειθοῖς, &c.] *Non in persuasibilibus* (vel, *persuasoriis*, P. Be. Pi. sic Val. Er. V. i.e. ad persuadendum appositis [g]:) *humanæ sapientiæ verbis*, Mo. &c. sicut infrà v. 13. i.e. quibus uti solet humana sapientia [h], in quibus Rhetores exsultant; quæ scilicet hujus vitæ commoda hominibus pollicentur [i]: non argutiolis & persuasionibus nitebatur, nec erat dicendi arte & cultu instructus [k]. Σοφίας est Genitivus efficientis [‖]. Cùm autem πειθοῖς λόγοις hîc opponat τῇ ἀποδείξει, verisimile est eum non tam de lepore & elegantia sermonis agere, quàm de disputandi subtilitate [†]. Et ornatum rhetoricum & sapientiam secularem à prædicatione sua removet. Qu. Cur non Apostolum omnes hodie prædicatores imitantur? Resp. Ordinaria hæc est via ad suadendum, uti verbis ad eum finem studio compositis, quæ proinde negligi non debent nisi constet, aliâ ratione Deum velle movere homines, sicut ei placuit per Apostolos Gentes converti simplici sermone, &c [l]. Πειθοῖς Græcum non esse multi notârunt: nec adeò Cilix Apostolus ut vocem nusquam lectam usurparet. Legendum, vel, 1. πειθοῖς [m]: vel, 2. πειθοῖ [n], & λόγων, ut legunt Orig. Philocalià, cap. 16. 1 [o]. & Euseb. & Syrus [p], sensu non malo [q], *suadelâ sermonum humanæ sapientiæ* [r]. Πειθὼ est persuadendi artificium: πειθοῖς pro πιθανοῖς, i.e. *probabilibus* [†]. Sed quod dixi præfero. Quod de Demetrio dicit Seneca, multò justiùs de Apostolis dici potest, fuisse eos *eloquentiæ ejus quæ res fortissimas deceat, non concinnatæ, nec in verba solicitæ, sed ingenti animo, prout impetus tulit, res suas prosequentis*. Hippodamus, lib. De Repub. Χρῆσθαι δεῖ τῷ λόγῳ, &c. (*Adhibendus est sermo politicus, & gravis & dicenti familiaris, non autem fictus; sic enim sermo dicentis indolem ostendet* [t].) ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως] *Sed in ostensione* (vel, *demonstratione*, P.Be. Pi. Il. Ca. &c. Ἀπόδειξις dicitur probatio rei ex certis & necessariis rationibus [v]. Habent Mathematici suas ἀποδείξεις, habet Aristoteles suas: At quantò major illa per tot & tanta miracula [x]?) *spiritûs & potentiæ*, Er. Ti. &c. vel, *spirituali* (vel, *divina*, Ca,) *& potente*, Be. Ca. vel, *spiritualis potentiæ*, P. vel, virtute Spiritûs Sancti, quam scil. Spiritus Sanctus suppeditat [y]; q.d. in demonstratione per quam Spiritus Sanctus potentiam suam exseruit. Genitivus adjuncti [z], & ἐνδιαθέτου [a]. Significat, se simpliciter demonstrâsse, seu testificatum esse veritatem doctrinæ Christianæ, & per eam demonstrationem Spiritum Sanctum efficacem fuisse in cordibus Corinthiorum, ut illi fidem haberent [b]. Genitivus hîc instrumentum denotat [c]. Sensus est, Prædicatio mea efficax fuit, quòd eam comitaretur virtus Spiritûs Sancti declarata per miracula [d]; vel, quia nitebatur solidis & firmis rationibus, quæ & rem certò concluderent, & spiritualem ac Divinam potentiam demonstrarent [*]. Reipsâ declara-

[m] Q. in E. [n] G. [o] Me. T. sim. E Scl. ex Be. [p] Be. sim. E. [q] G. [r] G. sic Pi. Just. ex Chrys. Cal. [†] G. sim. Pi. [t] E. [v] Pi. [x] E. [y] Cam. [z] G. [a] Cal. [b] Just. ex Chrysost. Theod. Amb. [c] Just. [d] Cam. [*] T. E. Me. [f] G. [g] Er. V. sim. E. Me. T. [h] G. [i] Vor. [k] Scl. ex Th. [‖] Scl. [†] Just. [l] E. [m] G. [n] Be. G. [o] G. [p] G. sic Ee. [q] G. [r] Be. [†] Camer. sim. Be. [t] G. [v] Be. [x] G. [y] E. [z] Pi. [a] Pi. E. sic Be. [b] Pi. [c] G. [d] E. [*] T. Me.

vi

vi me habere spiritum potentem [f]. Vel, Sensus est, Ità me gessi ut spiritum, h.e. magnum zelum & charitatis affectum, exhiberem cum Christiana sapientia conjunctum, & quæ dixi miraculis confirmarem [g]. Al. *Spiritus & potentia* hic distingui possunt [h]. [Sed hoc non uno modo fit.] *Spiritus* hic denotat, vel, 1. Prophetias *, Prophetias V. T. à Spiritu Sancto dictatas, quæ Christo fidem faciunt [i]: vel, 2. Spiritum descendentem super Christum, eique testimonium reddentem, Matth. 3. 16, 17: vel, 3. Spiritum descendentem super Apostolos, Act. 2. aliósque, Act. 8. 18. quo demonstratur veritas Evangelii [k]. Al. *Demonstratio spiritus* hic est spiritualis sive interior animi persuasio [l]. *Potentia* hic est, vel, 1. illa quâ Christus miracula patravit [m], vel sanationes [n]: vel, 2. illa quâ Christus docuisse populum dicitur, Matt. 7. ult. & Stephanus, Act. 6. 8, 10. Vide Hebr. 4. 12. Cujus partes duæ, ἐξουσία & ἐνέργεια· illa est authoritas quam habet in conscientiis hominum is qui rectè secat Verbum fidei: de hac vide 1 Thes. 1. 5. Heb. 4. 15 [o].

5. *Ut fides vestra non*, &c. Μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ, &c.] *Non sit* (vel, *consistat*; P. Be. Pi. nixa sit tanquam fundamento [p]: *nasceretur*, G. effici putaretur [q],) *in sapientia hominum*, Vulg. E. &c. vel, *ex humana eruditione*, G. vel, *per sapientiam*, &c. ἐν pro διὰ, notátque causam instrumentalem, ut sæpe [r]: nè illi adscribatur conversio vestra †. ¶ *Sed in virtute Dei*] Vel, *per eximiam Dei potentiam*, quò major scilicet ipsi honor & gratia habeatur. Vide suprà 1. 17. & Justinum & Origenem [t], [eorúmque verba in G.]

6. *Sapientiam autem loquimur* (i. e. tradimus & docemus [v]) *inter*, &c. Ἐν τοῖς τελείοις] *Inter perfectos*, Er. P. Ca. Il. Tre. ex Sy. Pi. *Perfectos* hic vocat, vel, 1. ætate [x]; adultos [y], Christianos in doctrina provectiores & arcanorum capaces [z], qui *sensus habent exercitatos*, &c. Heb. 5. 14. qui infrà opponuntur νηπίοις, 3. 1. & 13. 11. & 14. 20 [a]. ut sit Synecdoche generis, & Metaphora qualis Eph. 4. 13 [b]. qui mysterium fidei probè tenent. Hoc vult, Quò magis cuipiam placet illa simplicitas prædicationis, quam vos, ô Corinthii, despicitis, is tantò longiùs ab imperitia abest [c]. Vel, 2. veros (quosvis [d]) ac probos Christianos *, sic dictos Matt. 5. 48 [f]. qui δύναμιν εὐσεβείας experti sunt. His, inquit, placet & materia & forma prædicationis nostræ, quæ aliis stulta videtur. Sic ferè Theologi perfectionem Evangelicam sinceritate definiunt [g]. Ea, inquit, dicimus quæ plena esse sapientiæ tales judicabunt [h]. Al. *In* (vel, *De*, Ar. sub. *rebus*, Ar. Vor.) *perfectis*, Mo. Ti. Ar. Vor. h. e. nunquam perituris: sicut ex antithesi apparet †. Per *sapientiam* hic intelligit, vel, 1. secretiora & altiora fidei mysteria [i], ut de electione & reprobatione, de vocatione Gentium & abjectione Judæorum, de Sacerdotio Christi, de modo resurrectionis corporum, &c. & (quod potissimùm hic spectari docent sequentia) de arcano Dei consilio, quo voluit per opprobrium crucis & humilitatem prædicationis confundere sapientiam hominum & tyrannidem Diaboli [k]; de modo, consilio & fine incarnationis & passionis Christi, &c [l]. Σοφία vocatur acuta quæstio & ænigma, Apoc. 13. 18. Et σοφώτερα apud Demosthenem valet *acutiora*. *Sapientiam* ergò hic vocat perfectiorem & magis difficilem doctrinam, quam perfectos docuit, &c [m]. vel ipsam Christi crucem, ut omnes veteres accipiunt, quæ quia non est cuivis facilis ac pervia, & infidelibus stultitia videtur, *perfectis* tantùm, h. e. initiatis, sive iis qui fidem ac baptismum perceperunt, plenè tradi potest [n]. ¶ *Non hujus seculi*] i.e. Vel, 1. pertinentem ad hujus vitæ commoditates [o]. Vel, 2. quæ lumine rationis nititur [p]. Sed cùm illa vocetur *sapientia Dei*, 1 Cor. 1. 25. & *veritas Dei*, Rom. 1. 25. vix puto eum tantopere locutionem immutare voluisse [q]. [Ità tamen alii accipiunt;] sapientiam philosophiæ secularis, quæ naturali lumine comparari potuit [r]; Physicam illam, de qua & suprà 1. 20 †. aut aliam quamvis disciplinam, quam hujus seculi sapientes vel invenerunt, vel illustrârunt [t]. Vel, 3. studia vana artésque illicitas, quales apud Ethnicos frequentes erant, Act. 19. 19 [v]. Vel, 4. sapientiam ultimam & supremam quam assequi quis potuit ἐν αἰῶνι τούτῳ (qui Hebræis העולם הזה) ante revelatum Evangelium in adventu Christi, qui erat Αἰὼν ὁ μέλλων, Heb. העולם הבא. Et hoc est quod agit Apostolus, nempe ut ostendat summam, imò sanissimam, sapientiam seculorum antecedentium nullo modo conferendam cum splendore sapientiæ Evangelicæ [x]. ¶ *Neque principum hujus seculi*] i. e. Vel, 1. quorumcunque in seculo eminentium [y], vel sapientiâ, vel opibus ac potentiâ [z]; qui sic dicuntur, quia ultra *hoc* præsens *seculum* non extendit eorum imperium [a]: q. d. neque excogitatam ab iis qui ob sapientiæ famam in dignitatibus constituti sunt, quales erant Pharisæi, de quibus v. 8 [b]. Intelligit primores populi Judaici aliósque similes opinione potentiæ & sapientiæ inflatos [c]. *Principes hujus seculi* hic vocantur Philosophi & Oratores, at infrà Herodes & Pilatus, vel Pontifices Judæorum & Pharisæi [d]. Non placet: nam apparet eosdem utrobique intelligi *. Politicam [hic intelligit Paulus,] cui adhærent Jurisprudentia & Historiarum cognitio [f]. Vel, 2. Dæmonum [g], i. e. introductam à Dæmonibus [h], qui principes sunt hujus seculi [i], & tenebrarum [k]: qualis Genethliacorum & superstitiosæ Philosophiæ, quâ referta erat doctrina Simonis; qualis item maximè deorum cultus cum ceremoniis. Ità phrasis eodem modo sumitur hic & v. 8 [l]. ¶ *Qui*, &c. Τῶν καταργουμένων] *Qui* (vel, *Quæ*, Be.) *abolentur*, P. Pi. vel, *evanescunt*, Be. Referri hoc potest ad utrumque antecedens, nempe & *seculum* & *principes seculi* [m]; ut intelligamus utrumque abolendum [n] per Christum [o]. Quæ nunc sunt Imperia non minùs peribunt quàm illa figurata per statuam, Dan. c. 2. v. 44. Virgilius, 2. Georg. *Non res Romanæ perituráque regna* —— P.

7. *Sed loquimur Dei sapientiam in*, &c. Ἐν μυστηρίῳ] Jungendum hoc, vel, 1. cùm *loquimur* [q]. q. d. Sapientiam loquimur & docemus non propalam & passim, sed *in mysterio* [r], h.e. secretò, & apud paucos, i.e. perfectos †. Non placet; ob illud Matt. 10. 27. *Quod in aure auditis, prædicate super tecta* [t]. Vel, 2. cum *sapientia* [v]; *sapientiam Dei* (i. e. à Deo profectam [x], sub. *positam*, Just. vel, sub. *latentem*, Be. Pi. Hebraismus [y]. Ellipsis articuli, ἐν μυστηρίῳ, pro, τὴν ἐν μυστηρίῳ, scil. οὖσαν [z].) *in mysterio*, Be. Pi. Just. h. e. arcanam [a], etiam Angelis, Eph. 3. v. 4, 5 [b]. quam naturali notitiæ opponit [c]. Vel, 3. [cum voce seq.] Inversa est locutio, ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην, pro, τὴν ἀποκεκρυμμένην ἐν μυστηρίῳ, *quæ diu in arcano recondita fuit*. Vide Rom. c. 16. v. 25. & Eph. c. 3. v. 4, 5, 9. μυστήριον, רזא & רזין, ut apud Danielem aliquoties [d]. ¶ *Quæ*, &c. Τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν —— πρὸ τῶν αἰώνων] *Occultam* (vel, Id est, *absconditam*, P. Repetitio Hebraica *.) *illam* (scilicet sapientiam [f]) *quam præfinivit* (vel, *præordinavit*, Er.) *Deus ante secula* (i. e. ab æterno [g]: ante creationem mundi, postquam demum secula fluere cœperunt †. Vel, *ante multa tempora*, ut Rom. 16. 25. rectè: nam præfiguratum hoc non tantùm in Abrahamo & Melchisedecho, sed & in Noe, & in Enocho, & Abele [h]. [Sensus, q. d.] Quæ consilia sapientiæ suæ Deus ab æterno præfinivit ac decrevit exsequenda in tempore [l].) *ad gloriam nostram*, Be. Pi. &c. vel, 1. prædicatorum, quorum scilicet ministerium gloriosum est, 2 Cor. 3. 9 [k]. *ad maximum honorem nostrum*, quos *donis supra omnes Prophetas ornare voluit* [l]. Vel, 2. omnium fidelium, quorum gloria hæc est, quòd in plena luce mysterium salutis cognoscant [m]: vel, ut hujus cognitione gloriam cœlestem consequamur. Confer Joh. cap. 17. v. 3 [n].

8. *Quam* (vel, 1. gloriam [o]; quippe de qua intelligenda sunt verba seq. Esaiæ [p]: vel potiùs, 2. sapientiam [q]; i.e. quæ Divinæ sapientiæ consilia [r]:) *nemo principum hujus seculi*, &c.] Intelligit, vel, 1. Dæmones †: qui mortis Christi authores erant, ut constat ex Luc. 22. 53. Joh. 8. 44. & 13. 2. & 14. 30. quibus consilium illud Dei de hominibus per crucem salvandis, antequam illud Deus exsequeretur, erat prorsus tum incognitum, tum inopinatum [t]. Vel, 2. Judæorum sapientes [v], sive Primores [x]; Scribas & Pharisæos [y]: non minores illos Magistratus, qualis Nicodemus & Josephus Arimathensis; sed illos præfulgentes, qualis Pilatus & Herodes ac Cæsares, & intra Judæos Caiphas & Annas [z]. Dicit *nemo*, i. e. ferè nemo: nam cognovit Nicodemus, &c [a]. & alii, Joh. 12. 44. vel, quia Christo vivente & accusato, nemo comparebat qui profitebatur se eum cognoscere [b]. Constat, aliquam fuisse in Judæis Christi ignorantiam, ex

Marginal notes (left column): f V. · g Me. · h Ham. · * G. · i Ham. ex Orig. · k Ham. · l Vor. · m Ham. · n sim. Vor. · o G. · o Scl. · p Scl. sim. Me. T. · q Scl. · r Idem. · † Me. T. sim. E. V. · t G. · v Me. · x Pi. · y Be. Pi. Cal. · z Ca. sim. Be. Me. T. E. · a Be. · b Pi. · c Be. · d Scl. · * G. sim. Scl. · f G. · g Scl. · h G. · † Vor. · i E. Me. T. sim. Ca. · k E. · l T. · m Ca. · n Just. · o Pi. · p Q. in Cal. · q Cal. · r E. · † G. · t Just. · v Cal.

Marginal notes (right column): x Li. Ho. · y Cal sim. Be. Pi. Just. ex Chrysost. · z Be. · a E. sim. · b Just. Me. · c Just. · Pi. · c Vor. · d Chrys. in E. · * E. · * G. · g E. ex Amb. &c. Me. · h E. Me. · i E. · k Me. · l E. · m Vor sim. Er. Just. Be. · n Er. · o Be. · p G. · q E. Me. Aug. & Amb. in Just. · r E. sim. Er. · † E. sic Me. · t Just. · v Just. ex Chrys. & Theod. Vor. · x Pi. · y Be. · z Pi. · a Be. sim. Just. · b Just. ex Chrys. · c Be. · d G. · * V. · f Pi. · g E. Me. T. Pi. · † Vor. · h G. · l E Me. · k Cal. · l G. · m Cal. · n Pi. · o E. ex Tertul. · p Q. in Just. · q Just. ex Athan Chrys. &c. E. G. · r E. · † E. Hi. Amb. &c. in Just. · t E. · v Cam. · x Scl. · y Just. ex Orig. Tertul. Chrys. Hi. &c. Pi. · z G. · a Vor. Scl. sic Pi. · b J. Cap.

ex Luc. 23. 34. Act. 3. 17. & 13. 27. Ignorabant (odio vel malitiâ, &c. excæcati) Christum fuisse Filium Dei naturalem[c]. ¶ *Si enim cognovissent* (i.e. si penitùs pernôssent Dei destinata in hac re[d], de mundo per Christum servando*,) *nunquam Dominum gloriæ* (i.e. Christum[f], quem sic vocat, vel, 1. respectu naturæ Divinæ, q. d. Jehovam gloriosum. Sic Act. 7. 2[g]. Parricidii gravitatem significat, quòd Filium Patri æqualem sic tractârunt[h]. Vel, 2. respectu naturæ humanæ, in qua passus est[i]; idque, vel, 1. quia per crucem evehendus erat ad gloriam; ut *gloria crucifixioni* opponatur[k]: vel, 2. quia author est & consummator glorificationis electorum, idque per crucem suam[l]:) *crucifixissent*] Non credibile est, eos cruci addicturos fuisse (aut instigatione suâ, ut Sacerdotes; aut decreto, ut Pilatus; aut consensu, ut Herodes) eum quem Deus vult omnium Judicem. Nam *gloria Christi* illum diem maximè respicit, 1 Pet. 4. 13. Tertul. adv. Marcion. 3. *Scripturæ quæ interemptibilem Christum edicentes utique & ignorabilem affirmant: nisi enim ignoratus, nihil scilicet pati posset.* Crucifixisse dicuntur etiam qui assensum præbuere, Act. 2. 36. & 4. 10. Non excusat illos ea ignorantia. Satis enim res magnas fecerat Christus, ut quid afferret inquirerent; cætera, si discendi & bene agendi fuissent cupidi, ab ipso percepturi. Christus, *Dominus gloriæ*, præfiguratus per Arcam, quæ *Rex gloriæ*, Psal. 24. 9[m].

9. *Sed*, (Ellipsis est[n], qualis suprà 1. 31[o]. sub. *evenit*, G. vel, sub. *loquimur*, E. Be. ex v. 7[p]. vel, *prædicamus*, Be. ex Clem. vel, sub. *est*, sapientia Dei nimirum[q]: vel, sub. *abscondita fuit ipsis hæc gloria*, Me. T. sim. Camer. Sed in MS. non est ἀλλὰ, & sic quoque satis cohæret sensus. Illi non noverunt quia Deus talia non revelat nisi se amantibus, i.e. inquirentibus[r].) *sicut scriptum est*] Esa. 64. 4†. Sensus quidem ibi est: Græci ibi, Ἀπὸ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσαμεν, &c. Quæ verba etiam RR. de vita altera exponunt sensu arcaniore. Sed cum ipsa verba, quibus hìc utitur Paulus, exstitisse in Apocryphis Eliæ tradant Orig. Hi. Zacharias Chrysopolitanus, & Gregorius Syncellus, credibile omninò est depromsisse hoc Paulum ex scriptis Rabbinorum, qui ea habuerant ex traditione veteri: de quo genere dictorum vide quæ attulimus ad Matt. 27. 9. Multos veteres Libros periisse dicit Chrys. hoc loco[t]. Repudiandus hìc est Orig. qui meritò hanc Epistolam ait multis videri suspectæ fidei & authoritatis, quòd hoc testimonium non est in Libris Canonicis, sed apocryphis, quales erant *ascensio Esaiæ* & *Apocalypsis Eliæ*[v]. ¶ *Quod*, &c. Ἃ ὀφθαλμὸς, &c.] *Quæ* (Sed Vulg. legit ὃ. Forsan legendum ὃ, ut non sit provocabulum, sed articulus; ità planus & facilis est locus, nec ellipsi opus est, *Sed, sicut scriptum est, Oculus non vidit*, &c. Nolui tamen quicquam mutare ex conjectura[x].) *oculus non vidit* (Hic enim sensus plurimùm valet ad rerum scientiam comparandam[y].) *nec auris audivit*, (qui tamen sensus est disciplinæ[z].) *nec subierunt cor* (vel, *in mentem venerunt*, P. Pi. *in cor ascenderunt*, Vulg. *Cor* Hebræis pro *toto animo* dicitur. Et *ascendere in cor*, Jer. 3. 16. & alibi, est quod Latinis, *in mentem venire*[a].) *hominis*, (vel, *homini*, P. i.e. cor hominis non assequitur[b]: nè cogitare quidem potest homo[c]. q. d. Loquimur ea quæ nulli prorsus hominum, aut Angelorum, cognita sunt, nisi Deo revelante[d].) *quæ* (MS. pro ἃ habet ὅσα*.) *paravit Deus iis à quibus ipse diligitur*, Be. sic P. Pi. &c. Intelligit hìc Paulus, sicut ibi Isaias, mysterium illud adventûs sive incarnationis Christi, (de quo Propheta agit toto capite 64.) cæteraque quæ ex illo consequuntur[f], sive beneficia Christi, salutem & gloriam adoptionis atque æternæ felicitatis[g], tam mirabili ordine procuranda[h]. Non alienum ab hoc loco Philonis illud, lib. De Abele & Caino, &c. Τίς γὰρ ἂν γένοιτο ἱκανὸς τῶν σῶν ὄντα μεγαλοδωρεῶν ψυχῆς τελείας χαλεπώτατα, &c[i]?

10. *Nobis* (nempe Apostolis[k], aliisque Evangelii ministris[l],) *autem revelavit* (vel, *aperuit*, scil. futurum esse Judicium universale quod Christus sit exerciturus, & quâ normâ & quo exitu[m]:) *per Spiritum suum*] Quem missurum se promisit Joh. 14[n]. qui Christo fuit adunatus. Vide dicta Marc. 2. 8. & Rom. 1. 4. In MS. non est αὐτοῦ[o]. Nè quis objiciat, Si sapientia hæc tam abdita sit, cur frustrà in ea perdiscenda laboramus? quid te eam traditurum jactas[p]? quo pacto vos illam loqui potestis[q]? Respondet, *Nobis revelavit*, &c[r]. alioqui & nos eam ignoraremus†. ¶ *Spiritus enim omnia* (scil. in Evangelio patefacta[t]) *scrutatur*, (i.e. vel, 1. penetrat[v], i.e. accuratè cognoscit[x]: vel, 2. scrutari nos facit, quomodo *clamat* & *gemit in nobis*, Rom. 8. 26. Gal. 4. 6[y].) *etiam profunda Dei*] i.e. Maximè abdita Dei mysteria[z], vel consilia Dei occultata[a], Rom. 16. 25. & suprà 7. Idem sensus qui Joh. 1. 18. & 6. 46. & 8. 19, 38. & 10. 15. & 12. 50. & 14. 7, 9[b]. Argumentum hoc est Deitatis Spiritûs Sancti, &c[c].

11. *Quis enim hominum* (vel, *principum*. Nihil opus illo ἀνθρώπων, & abest in MS[d].) *scit quæ sunt hominis* (h.e. intima ejus*; abditos sensus[f]; quæ in animo volvit[g]:) *nisi spiritus hominis*, &c?] i.e. Mens sive animus[h]. ¶ *Ità & quæ Dei sunt* (i.e. quæ ad ejus naturam, aut providentiam, &c. pertinent[i]; cogitationes & consilia Dei[k]; arcana Dei[l]:) *nemo cognovit* (Pro οἶδεν in MS. est ἔγνω, pari sensu[m].) *nisi Spiritus Dei*] Qui in Deo est[n], eandémque cum Deo habet naturam & cognitionem[o]: qui Prophetis ex particula, Christo verò perfectissimè, datus est[p]. Subintellige, *& cui Spiritus revelaverit*, ex collat. tum v. seq. tum Matt. 11. 27[q].

12. *Non spiritum hujus mundi*, &c.] Vel, 1. non spiritum illum malignum, qui est in mundo, vel in quo mundus jacet, 1 Joh. 4. 4. & 5. 19[r]. Non Dæmonem, quo agitantur Pythonici, &c†. Vel, 2. spiritum humanum, quo quis ad humana cognoscenda atque amanda impellitur, qui *spiritus suus*, Ezec. 13. 3[t]. spiritum qui ea docet quæ mundus curat, & quorum capaces sunt homines quâdam naturæ sponte[v]; vel quæ ex rebus mundanis lumine naturæ cognosci possunt[x]. [Sensus, q. d.] Non sumus instituti sapientiâ mundanâ & secularì[y]. *Spiritus* hìc *institutionem* vel *disciplinam* denotat. Sic πνεῦμα alibi quoque ἐνεργητικῶς accipitur[z]. Non ab humano ingenio profecta sunt quæ dixit Christus[a]: Non humani Spiritûs impulsu moveor, non somnia aut figmenta mea narro[p]. ¶ *Sed Spiritum qui ex Deo est*] i.e. Spiritum Dei[q], qui homines subvehit usque ad Deum[r], ad intelligendum & agendum quæ naturæ vires superant†. Spiritus ille qui nostrî causâ in homine Christo fuit, est ipsius Dei velut portio & instrumentum[t]. ¶ *Ut* (eo Spiritu revelante[v]) *sciamus* (per fidem quidem & obscurè, sed tamen certò atque infallibiliter[x]: *ut certò noscamus*, non fluctuante conjecturâ[y],) *quæ* (i.e. quæ & quanta bona[z]) *à Deo donata* (vel, *quæ dedit Deus*, id est, dare decrevit. Est enim Metonymia, qualis Eph. 1. 4. & 2. 6. 2 Tim. 1. 9[a].) *nobis*] Eadem scilicet quæ v. 9. *præparata*, &c. dixerat[b]; h.e. mysteria & beneficia Divina[c], pertinentia ad redemptionem, salutem & gloriam electorum[d]: ipsum Christum ejúsque merita omnia & beneficia, &c*.

13. *Quæ &* (vel, *etiam*, Pi. &c.) *loquimur*] i.e. Tradimus aliis[f]. Quæ etiam ex Christi præceptis omnibus populis annunciamus[g]. ¶ *Non*, &c. οὐκ ἐν διδακτοῖς, &c.] Aliàs διδακτικοῖς, suprà dixit πειθοῖς[h]. *Non in doctis*, &c. Mo. Vulg. simil. Ca. non utentes verbis arte compositis[i], & ad persuadendum comparatis[k]; non humanâ eloquentiâ[l]; non eo sermone quem docuit humana eruditio[n]. Non artificio humano verba accuratiùs quàm par erat sectatus sum[o]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἐν διδακτοῖς Πνεύματος ἁγίου] Bis hìc habemus διδακτοῖς cum Genitivo Causam significante: qualis locutio est apud Joh. 6. 45. In MS. non exprimitur ἁγίου, nec opus[p]. *Sed quos docet*, &c. Er. P. V. Be. &c. *Sed eo sermone quem docuit sanctissimus ille Christi Spiritus*, G. sed utentes oratione quam docet ac suggerit Spiritus Sanctus[q]. *Sed in verbis peritis Spiritûs*, hoc est, quæ habent doctrinam Spiritûs quæ Numinis afflatu contigerit, vel, quæ doceant Spiritum Dei[r]. ¶ *Spiritualibus*, &c. Πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες] Verba amphiboliam habent†: πνευματικοῖς potest vel masc. vel neut. gen. esse[t], & vel ad res, vel ad personas, referri[v]. [Hinc variant.] *Et spiritualibus* (vel, *cum spiritualibus*, Camer. *cum iis quæ spiritualia sunt*, Be.) *spiritualia conferentes*, sive *comparantes*, sive *componentes*, Er. Il. Ti. Be. Ca. V. sic Tre. ex Sy. Camer. vel, *conjungentes*, Il. P. *adaptantes*, Be. Pi. i.e. adhibito judicio ità connectentes, ut omnia quàm aptissimè inter se conveniant†. A συγκρίνειν, cui opponitur διακρίνειν, est σύγκριμα, quod & σύστημα dicitur[x]. Al.

Συγκρίνειν

Marginal notes (left column): c Just. d G. * Pi. f Pi. Me. &c. g Pi. h Just. ex Theod. i Pi. k E. ex Græcis. l E. sim. Me. m G. n Camer. G. o G. p Be. q Be. ex Ar. r G. † D. G. Me. &c. t G. v Just. x Be. y Just. z Idem. a G. b V. c Be. d E. * G. f Just. g E. sim. Cal. h E. i G. k E Just. l Just. m G. n E. Me. o G. p Just.

Marginal notes (right column): q E. r E. Just. † Me. t Be. v Just. E. Me. x Just. sim. E. Scl. y E. z Me. a G. sim. Vor. b G. c Par. d G. * E. Me. f G. g V. h Be. Pi. Ca. i Me. k E. l G. Cal. m G. n E. ex Tertul. o Me. p G. q E. r Pi. † Amb. in Just. t Just. v Be. x Cal. y E. Me. sim. Sch. z Sch. a G. p Just. q E. Me. r Be. † Cal. t G. v E. x T. y G. z Me. a G. b G. c T. ex E. d E. * Cal. f E. Me. &c. g G. h E. i E. Me. k Just. l Be. Just. n G. sim. o Er. * Cal. p G. q E. Me. r Er. † Di. t Vor. E. v Di. † Scl. ex E. x Be.

Συγκρίνειν est פתר, *exponere*, Gen. 40. 8, 16, 22. & 41. 12, 13, 15. Dan. 5. 13, 17. Quod ἐπιλύειν, Gen. 41. 12. & indè λύσις, Eccl. 8. 1: quod σύγκριμα, Dan. 2. 25. & 4. 15. & 5. 28. & σύγκρισις, Dan. 2. 4, 5, 6. & alibi sæpe. [Sensus est,] Exponentes ea quæ Prophetæ Spiritu Dei acti dixere, per ea quæ Christus suo Spiritu nobis aperuit. Prophetia enim non est ἰδίας ἐπιλύσεως, 2 Pet. 1. 20 y. Evangelica mysteria ex V. T. typis illustrantes & confirmantes z. Non placet: quia hoc nihil valeret apud Gentiles qui & V. & N. T. rejiciebant a. Πνευματικοῖς referendum, vel, 1. ad homines b: [sed variè explicant;] communicantes judicium nostrum de spiritualibus cum iis qui sunt spirituales c: spiritualibus viris spiritualia adaptantes, i. e. tanquam apta illis tradentes d. Sensus est, Istos agnoscere mysteria illa quæ ab aliis contemnuntur *. Illis qui Evangelium, quòd fucatis humanæ sapientiæ verbis non proponeretur, fastidiebant, duo opponit Apostolus: 1. Quòd verba Evangelii debeant esse διδακτὰ πνεύματος. 2. Quòd illa spiritualia cum sint, hominibus spiritualibus conferri, i. e. aptari, accommodari, ad eorum usum comparari, debeant. Quid autem talibus rei cum verbis fucatis, &c f? Hanc interpretationem probant verba seq. *nam homo animalis*, &c g. Vel 2. ad res h: spiritualia per spiritualia explicantes i; verba rebus accommodantes k; res Divinas oratione tractantes quæ rebus Divinis congruat, h. e. simplici l; spiritualem (cœlestémque m) doctrinam proponentes spirituali docendi genere n, spiritualibus verbis & argumentis p, juxta illud 1 Pet. 4. 11 q: oratione simplici r; sponte fusâ & minimè fucatâ †, & quæ nativam præ se ferat ἐνέργειαν Spiritûs Sancti t, qui simplici sermonis gravitate gaudet, ab omni verborum lenocinio remotâ v. Non utimur verbis Ciceronianis, rationibus Aristotelicis, discursibus Demosthenis, sed obviis, simplicibus, depromptis ex Scriptura S. vel suggestione Spiritûs Sancti x. In omni enim doctrina oratio rebus accommodari debet, nec enim mathesis declamatorio stylo traditur, &c y.

14. *Animalis autem homo*, ψυχικὸς, &c.] Si τὸ, *spiritualibus*, ad homines referas, facilè hæc nectuntur cum præced z. q. d. Si carnalibus prædicarem, verbis uterer ipsorum ingenio & naturæ accommodatis a, alioqui frustrà essem, quia *homo animalis*, &c. b. Cùm autem mihi cum spiritualibus res sit, ego iis spiritualia accommodo c. Si de rebus accipias, tacitè Corinthios objurgat tanquam animales, qui ea sectantur quæ vulgus admiratur, quæque sensum potiùs oblectant quàm animum solidâ doctrinâ imbuant d. Occurrit huic objectioni, Existimant omnes homines, stultitiam esse res præclarissimas & spirituales non ornatissimo dicendi genere proponere. Respondet distinguendo homines in animales & spirituales *. [Qu. Quisnam hîc ψυχικός;] Resp. Non idem est ψυχικὸς ἄνθρωπος & σαρκικός· ψυχικὸς est qui humanæ tantùm rationis luce ducitur; σαρκικὸς, qui corporis affectibus gubernatur: sed plerumque ψυχικοὶ aliqua in parte sunt σαρκικοὶ, ut Græcorum Philosophi scortatores, puerorum corruptores, gloriæ aucupes, maledici, invidi. Verùm hîc nihil aliud designatur quàm homo humanâ tantùm ratione nitens, quales erant Judæorum plerique & Philosophi Græcorum. Judas in Epistola ψυχικοὺς explicat, πνεῦμα μὴ ἔχοντας. Hierocles ψυχικὸν σῶμα vocat quod mox explicat τὸ ζωτικὸν †. Al. Non dubium est, quin hîc *animalis* idem sit quod *carnalis*, atque eodem modo *spirituali* opponatur f: sicut 1 Cor. 15. 44. σῶμα ψυχικὸν opponitur τῷ πνευματικῷ. Quum enim, phrasi Scripturarum, totus homo ab altertra sui parte vel *caro* appellatur, ut Esa. 40. 5. vel *anima*, ut Gen. 46. 27. Rom. 13. 1. 1 Pet. 3. 20. hinc etiam in concretis permutantur, & pro *carnali animalis* dicitur & hîc & Judæ v. 19 h. Et notum est, Hebræis נפש, *animam*, etiam *corpus* i, quin & *cadaver*, significare k, ut Num. 6. 7, 10. Hagg. 2. 14 l. Ψυχὴ, (ut & Heb. נפש) sign. *animam* quæ omnibus hominibus communis est, à qua proficiscuntur motus & affectus omnibus communes, qui in hac naturæ corruptione sunt inordinati; eique opponitur τὸ πνεῦμα (Heb. רוח) quod in Scriptura sæpe designat Spiritum Sanctum, à quo sunt boni illi & sancti motus atque affectus animi, qui non omnibus communes, sed electorum proprii, sunt; indéque passim usurpatur pro parte hominis regenita. Hinc ψυχικὸς homo est, qui à ψυχῇ, *animâ* solâ, ducitur; & πνευματικὸς, qui habet πνεῦμα, *Spiritum*, à quo regitur m. Ψυχικὸς hîc dicitur humanus & à Divinis alienus n, qui carni obsequitur o; nudus ille & naturalis homo, qui animâ & corpore constat p; qui nihil eximium in se habet præter animam rationalem q, & propriè ab anima, non Spiritu Sancto, regitur r; qui non est regenitus per Spiritum Sanctum †; homo in puris suis naturalibus, ut loquuntur t; qui Spiritu Divino caret, ut constat ex antithesi, & ex Judæ v. 19 v: qui carnalis est non ex parte, ut ille Rom. 7. 14. sed prorsus talis; qui scil. gratiâ Spiritûs destitutus corruptioni suæ obsequitur x; qui *animum*, h. e. affectus humanos, sequitur †. Certè נפש, cui ψυχὴ respondet, sæpe sign. *cupiditatem*, & *appetitum carnalem*, ut Prov. 13. 2. & 23. 2. & 25. 13. Hinc ψυχικὸς dici possit qui cupiditatis suæ servus est. Sed prior interpretatio magis arridet ‖. Ψυχικὸς hîc est, qui naturæ ductum sequitur y; qui non aliâ quàm naturali animi luce præditus est z; qui sensus tantùm & naturale lumen rationis sequitur a; qui humanâ ratione omnia metitur b. Al. *Animalem* hîc vocat non impium & injustum, sed fidelem illum qui præ mentis imbecillitate non recipit altiora fidei mysteria; quem postea vocat *carnalem*, *parvulum in Christo lacte nutriendum*, *imbecillem ad audiendum*; quemadmodum ex adverso est *spiritualis*, *perfectus*, *magister*, &c. *Animalis* dicitur homo quatenus in meris naturalibus consideratur, sed quatenus in actu aliquo particulari, Spiritu destitutus, ex intelligentia carnis judicat de rebus divinis, adeóque de spirituali modo prædicandi: ut contrà, *spiritualis* dicitur, quatenus mente & affectibus renovatus Spiritûs dictamen audit †. ¶ *Non*, &c. Οὐ δέχεται, &c.] *Non percipit* (vel, *capit*, Ca. Pi. *accipit*, Er. *recipit*, Sy. *capax est*, Il. P. Be. Pi. *intelligit*, G. i. e. non potest intelligere d: *capere* hîc est quod mox γνῶναι, *intelligere* *, vel *approbare*: nam δέχεσθαι interdum sign. *ità admittere ut approbes* f.) *ea* (vel, *eorum*, P. Be. &c.) *quæ* (*sunt*, Be. &c.) *Spiritûs Dei*, Mo. h. e. quæ pertinent ad Spiritum Dei, vel quæ docet Spiritus Dei g; vel divina & spiritualia mysteria *; ea mysteria quæ non nisi Spiritu revelante cognoscuntur, sicut ex v. 9, 10. apparet h; vel ea quæ per Prophetas sunt prodita: quippe quæ nè ipsi quidem Prophetæ satis intellexerint i. ¶ *Stultitia enim est* (vel *sunt*, Be. Pi.) *illi*] i. e. Stultitiam esse judicat k: vel, quasi stultorum voces nihil significantes. Tale erat Esaiæ vaticinium Æthiopi, Act. 8. 31 l. Videntur illi absurda & cum ratione pugnantia m. ¶ *Et non potest* (sub. *ea*, Be. Pi.) *intelligere*] Vel, *cognoscere*, Be. Pi. Majus quiddam dicit [quàm οὐ δέχεσθαι] non modò non admittit, sed nè cognoscit n. Est ergò in homine naturalis impotentia ad cognoscendum res spirituales o, tum ob luminis defectum in mente, tum ob pravitatem in corde p. ¶ *Quæ*, &c. Ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται] *Quia spiritualiter* (i. e. à solis spiritualibus q; spirituali intellectu & lumine fidei r, vi & afflatu solius Spiritûs sancti †:) *dijudicantur*, P. Be. Pi. Par. sic Er. Mo. Tre. ex Sy. Just. i. e. ab aliis secernuntur, ut internosci, ac certò comprehendi, queant t: vel, *examinantur*, Vulg. Er. V. Zeg. *discutiuntur*, *decernuntur*, *indagantur*: hæc enim omnia ἀνακρίνεσθαι significat v. Ut dijudicetur verus eorum sensus, opus est novâ & apertiori revelatione: qualis per Christum contigit. Ἀνακρίνεσθαι est vox forensis, Act. c. 4. v. 9. & 12. 19. & solet transferri ad examen doctrinæ, Act. 17. 11. 1 Cor. 14. 24. Et sic vertitur חקר Hebræum x. Ut in humanis, ità in Divinis, idem est legis author & interpres. Ità carnalibus & Spiritu Dei vacuis judicium de religione derogatur, quocunque se titulo jactitent y.

15. *Spiritualis autem* (i. e. 1. perfectus, sive adultus & provectus in via spirituali z; qui multâ à Christo luce imbutus est a: vel, 2. homo charitatem habens b, qui Spiritu Dei præditus est c, qui Spiritu Dei ducitur d, regenitus per Spiritum sanctum *, qui opponitur ψυχικῷ f. *spiritualis*, in quantum spiritualis est †.) *judicat* (vel, *dijudicat*, P. Be. Pi. *adjudicat*, E. *dijudicare potest*. Verba enim actionis potestatem quandoque notant g. Vel, *discernit*, Cam. ἀνακρίνει pro διακρίνει. Vide Heb. 5. 14

y G. z Chrys. & Theod. &c. in Just. a Just. b Li. ex Sy. Vor. E. Zeg. c Camer. d E. ex Thom. * Vor. f Di. g Di. sic E. ex Thom. h Vor. E. Me. &c. i Me. k Scl. ex Be. sic. Cal. l Ca. m Just. n Scl. sim. Be. Cal. Vor. T. p Vor. sim. T. Just. q Scl. r Cal. † Just. t Cal. sim. Be. Par. v Be. x T. ex Chrys. y Par. z Just. a Di. b Just. c Di. sim. Just. d Just. * Dic. † G. f Cal. sim. Di. g Di. h Cal. i Di. k Li. Cal. l Cal.

m Cap. n Ca. o V. sic Græc. in E. Camer. ex Chrys. p V. q Pi. r V. † Pi. t Scl. v Vor. sim. Be. x Cal. † Er. ‖ Cap. y Just. z Be. sim. T. a Me. b Just. c E. † Dic. d Pi. * G. f Scl. g Pi. * T. h Vor. i G. k Cal. l G. m Me. sim. Just. Pi. n Scl. o Pi. p Par. q Idem. r Me ex E. † E. Just. Scl. sic V. Par. t Just ex Be. v Zeg. x G. y Par. z E. a G. sim. Ham. b Thom. in E. c Just. V. d Zeg. * Pi. Scl. Calv. f Scl. † Dic. g Glass. gram 3. 3. 5. 240.

14 [h]. Vel, *redarguit*, ut sit ἀνακρίνει pro ἐλέγχει [i].) *omnia*] Etiam mundana, quatenus ad vitam spectant futuram [k]; tam cœlestia & divina quàm terrestria & humana, & utrorumque vim ac potestatem cognoscit, & quæ præferenda sint probè intelligit [l]; præsentia hæc caduca esse; futura, perpetua [m]: facilè judicat de sensu Prophetarum. Potest de eo optimo jure dici quod alio sensu dicit Aristoteles, Eth. 3. 15. ὁ σπουδαῖος ἕκαστα κρίνει ὀρθῶς [n]. *Omnia*, non solùm terrena, sed & cœlestia ac sublimiora [o]; *omnia*, quæ pertinent ad cultum Dei & vitam æternam [p]: de quacunque doctrina judicat, bona sit an mala [q]. *Omnia*, restringe ad ea de quibus agitur [r]; quæ scil. Christus in Evangelio patefecit †, & quæ ad salutem cognitu necessaria sunt [t]: & spiritualem seu salutarem modum tractandi mysteria Dei pro concione discernit ‖. Sententia autem hæc non est universalis, sed indefinita, & soli competit, sed non omni. Spiritualis solus judicat, sed non quivis [v], verùm pro mensurâ Spiritûs [x], Eph. 4. 7. h. e. qui spiritu discretionis instructus est, ut inter verum & falsum discernat, &c [y]. Sensus est, Nihil valere carnis prudentiam in judicanda pietatis doctrina, penès unum Dei Spiritum hanc censuram & hoc jus residere [a]. Spiritualis omnia per fidei lumen intelligit [b]. ¶ *Et ipse à nemine*, &c. Ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται] *A nemine* (scil. homine [c], nim. animali [d]; vel, qui non sit etiam spiritualis *; vel, quatenus spiritualis non est †: vel, *A nullo*, i. e. à nulla re, ut οὐδενὸς sit neut. gen. quia præcessit πάντα. Ità enim planior erit antithesis, ut non homines modò, sed quicquid etiam ab ipsis proficiscitur, Spiritui subjiciatur [f].) *dijudicatur*, P. Be. Pi. vel, *judicatur*, Cam. *arguitur*, Chrys. in Just. *condemnatur*, Al. in Just. vel, discerni poterit in spirituali suo statu & actionibus spiritualibus, vel pro spirituali haberi †. Vel, *instruitur*, sive *eruditur*, sicut ex seq. ἀντιλογία apparet. Vide similem locum infra 14. 24 [g]. Vel, *judicari*, i. e. refelli potest: ut Stephanus, Act. 6. 16. Causa sequitur [h]: erroris convinci potest in judicandis rebus spiritualibus [i], quia à Spiritu sancto edoctus hominum judicio neque stat neque cadit, verùm apud se quicquid facit de eo plenè persuasus est: hominum non ducitur sententiis, quid hic vel ille sentiat securus. Hoc tamen minimè judicium tollit externum [k]. Veritas quam, quatenus homo spiritualis est, profitetur, pendet à solo Deo ejúsque Verbo, neque stat aut cadit hominum arbitrio, Gal. 1. 8 [l].

16. *Quis*, &c? Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ὃς συμβιβάσει αὐτόν;] Ex Esa. 40. 13. ubi in Græco, Τίς Κυρίου νοῦν ἔγνω; καὶ τίς αὐτοῦ σύμβουλος ἐγένετο; Quomodo & Paulus citavit eum locum, Rom. 11. 34. Deus ante Christi tempora neminem admisit ad arcana sua pernoscenda; sicut Reges admittere consiliarios quosdam solent: συμβιβάζειν est, *instituere*, *edocere*, ut vidimus Act. 9. 22. & 16. 10. hìc verò, non multùm remoto significatu, est, *consilium dare*, συμβουλεύειν, σύμβουλον γίνεσθαι. Itaque συμβουλεύειν & συμβιβάζειν conjunguntur Esa. 40. 14 [m]. [Verba sic reddunt,] *Quis enim* (scilicet animalis homo [n], humanis tantùm viribus [o]; per se & vi luminis naturalis, quo solo nituntur homines animales [p]:) *novit mentem* (vel, *sensum*, Vulg. Val. Sed hoc ambiguum est [q].) *Domini*, (i. e. consilia & secreta Dei [r]; consilium Dei de nostra redemptione per Evangelium patefactum †. Vel, *Domini?* Pi. &c. [interrogativè:]) *qui* (vel, quis est *qui*, Pi. vel, *ut*, Tre. ex Sy. Ar. Ca.) *instructurus sit* (vel, *instruat*, Tre. V. *instiget*, Ca. *consilium daturus sit*, Er. Il. Ti. V. vel ut alii, *qui (Dominus) docebit*, aut *docere solet*, V.) *eum*, P. Be. &c. vel, *illi*, Er. Il. Ti. i. e. collatis consiliis edocturus quid ei sit agendum [t]; vel, convincere erroris, & sic convictum in suam sententiam adductis argumentis inducere [v]. Συμβιβάζειν significat, *efficere condescensionem*, i. e. argumentis propositis efficere ut aliquis tecum in eandem sententiam condescendat [x]. Vel sign. *componere* & *conciliare*: id quod fit discrepantibus sententiis aliquorum, aut aliquo secum quærente & in deliberando hæsitante. Plato Hippia minore, Διαπονοῦμαι καὶ ἀνασκοπῶ καὶ συμβιβάζω τὰ λεγόμενα, ἵνα μάθω [y]. Συμβιβάζειν hìc interpretare vel per καταλλάττειν, *conciliare* [z]; quod non satis appositum est [a]: vel potiùs, per κατευθύνειν, *dirigere* [b], uti facere solent qui alios docent; unde & καθηγηταὶ dicuntur [c]. Τὸ, *eum*, hìc refertur, vel, 1. ad Dominum [d], sive Domini sensum *. q. d. Qui vitam morésque spiritualium, h. e. eorum qui juxta legem Christianam vivunt, accusat, Deum ipsum Legis authorem reprehendit, eique consilium dat: id quod animali homini nullâ ratione convenit [f]. Non placet: tum quia hoc alienum est à v. 15. cujus tamen ratio hìc redditur: tum quia *cognitio mentis Domini* præparatio est ad instructionem aliorum, non item ad instructionem Dei ipsius [g]. Vel, 2. ad spiritualem hominem [h], ut ex ipsa relatione, imò ex causæ redditione, liquet [i]; quem paulò antè nominavit, & quem dixit à nemine judicari: ut sensus sit, *Quis novit*— ut corrigere atque erudire possit virum spiritualem? Sed prius malim [k]. ¶ *Nos autem* (scilicet spirituales omnes [l]; vel, Apostoli [m]:) *sensum* (vel, *mentem*, E. Be. &c.) *Christi habemus*] Vel, *tenemus*, Pi. Er. i. e. consilium ac voluntatem Christi [n]; vel, sapientiam, quam non Plato, non Aristot. &c. sed Christus, menti nostræ infudit; nempe scientiam Theologicam ex principiis fidei haustam [o]; vel, sententiam Christi, quæ nostram salutem attinet, ab ipso Christo in Evangelio revelatam [p]: novimus quid Christo probetur [q]. Νοῦν accipio pro רוח, *Spiritu*, ut Rom. 8. 9 [r]. Sensus, Christi Spiritu præditi sumus, qui nobis arcana illa, alioquin inscrutabilia, omnémque adeò veritatem, patefecit, ut Joh. 16. 13. & Rom. 8. 9. nisi malimus pro ipsius Spiritûs vi & afflatu accipere, eâdem manente sententiâ †. Nos autem novimus Dei consilia, quæ Christo fuere revelata, Joh. 15. 15. Quis potest de Dei voluntate certiora adferre quàm ipse Deus? is autem ex Christo tradidit. Ea igitur qui habet, nullis Prophetarum allegationibus, nullis Philosophorum ratiunculis, solidè refelli potest. Optimè Ambrosius, *Cui magis de Deo quàm Deo credam* [t]. Idem dicit quod v. 10. *Nobis autem Deus revelavit*, &c. tacitâ prolepsi, Si nemo novit, quid ergò vos prædicatis? *Nos*, inquit, *mentem Domini habemus*, nempe revelatam lumine Spiritûs [v]; & propterea à nemine possumus dijudicari, sive erroris convinci [x].

CAP. III.

1. ET (vel, *Etiam*, G. vel, *Porrò*, P. Be. Pi.) *ego*, (tantis Dei donis instructus [a],) *fratres*, *non potui* (scil. jure, vel commodè [b]: non ex usu judicavi, nempe cùm apud vos essem. De hac significatione vocis δύναμαι diximus ad Marc. 6. 5 [c].) *vobis loqui quasi spiritualibus*] i. e. Perfectis, sive adultis [d], cap. 2. v. 6 *. inter quos sapientiam loqui soleo [f]. Πνευματικοῖς] Nempe ὡς. Hæc enim particula subaudiri solet, ut 2 Cor. 12. 2 [g]. Redit hìc ad id quod agere cœperat cap. 1. & ex dissidiis ipsos carnales probat [h]. Al. Πρόληψις est ex cap. præced. nata, Dixeras te sapientiam loqui & posse & solere: cur ergò nos rudimenta tantùm doces? Resp. Conditio vestra id postulat, carnales estis [i]. Non dixit, *Nolui*, sed, *Non potui*, &c. tum nè subiret invidiam, tum ut fastum eorum deprimeret, &c [k]. Sermones qui coram omnibus habentur accommodantur captui partis majoris. Pars autem major Corinthiaci cœtûs non multùm adhuc in doctrina Christi, quæ spiritualis erat, profecerat: ideo magis adhuc opus habebant instillatione præceptorum Christi ad edomandas affectuum malorum reliquias, quàm explicatione figurarum quæ latebant in Veteri Historia, & Novi Fœderis res adumbrabant. Est germanus huic locus & hunc explicans Heb. 5. 11, &c. ubi pariter *lac* sunt elementa Christianæ religionis, *cibus* verò explicatio mysteriorum in Veteri Historia latentium. Hæc conveniunt iis qui multùm proficere in pietate; illa necessaria sunt incipientibus [l]. Al. Occupatio est, Si spiritualis à nemine judicatur, cur tu nos judicas? Resp. Quia spirituales non estis, &c [m]. ¶ *Sed* (sub. *loquutus sum*, Pi. vel, *loquendum fuit*, Er.) *quasi carnalibus*, (i. e. tanquam habentibus adhuc in vobis vestigia affectuum non satis Christianorum. Comparatè eos & πνευματικοὺς negat, & σαρκικοὺς appellat; nempe quia alii erant qui multò plus in pietate profecerant †.) *tanquam* (vel, id est, *ut*, P. Be. Pi.) *parvulis* (vel, *infantibus*, P. Be. &c. &c.) *in Christo*] i. e. Rudibus in fide &

& cognitione Christi [n]: quos alibi νηπίους vocat, 1 Tim. c. 3. v. 6 ||. Sic vocem νήπιοι usurpat & Scriptor ad Hebræos, 5. 13. Dicuntur sic non temporis habitâ ratione per quod Christum cognoverant, sed ἀγνωσίας. Sic & Homerus & Hesiodus homines exiguæ sapientiæ νηπίους vocant. Vide & Eph. 4. 14 [o]. Hinc Hebræis vulgatissimum illud, *Puerulis in scholis* [p]. Mitigat quod dixit, *ut carnalibus* [q], simulque explicat quos (& cur [r]) *carnales* dixit †. Sensus, q. d. Tradidi doctrinam vobis carnalibus aptam, h. e. minus spiritualem [t]: faciliorem & suaviorem doctrinam vobis instillavi, v. g. de nativitate, morte, resurrectione Christi, de redemptione mundi, &c. quæ catechumenis proponi solent [v]; non autem altiora fidei mysteria [x]. *Carnales* hic vocat, non, ut alibi, Rom. c. 8. v. 8. merè naturales [y], sed carnales sive animales ψυχικούς [z], non simpliciter, sed ex parte [a]; non qui secundum carnem vivunt, sed qui in multis adhuc carnaliter sapiunt [b], & carnis sensum sequuntur [c], nondum plenè Spiritum [d]; in quibus magna ex parte dominatur caro, sive nativa labes, unde fastus, ira, lites & dissidia, &c [e]: qui in fide infirmi, in multis hallucinantur & affectibus obsequuntur [f]; imperfecti & novitii in religione [g]. Novus ergò hic est hujus vocis usus, quum alibi *carnales* dicuntur qui à Spiritu sunt prorsus alieni, &c. hic autem incipientes, qui primùm & mysteria incipiunt addiscere & luctæ contra affectus assuescere [h]. Sic seipsum *carnalem* dixerat Rom. 7. 14 [i].

2. Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ οὐ βρῶμα] *Lacte potu vos alui, & non esca, sive cibo*, P. Be. Pi. Er. Il. Ti. *Lac vobis potum* (vel, *potandum*, sive *bibendum*, Ca. Ga.) *dedi, & non escam*, Mo. Est ἀνακολουθία [k]: est ζεῦγμα [l]. Nam de lacte quidem dicitur ἐπότισα, non autem de *cibis* [m]: subauditur ergò *dedi* [n], [quod Syrus hic addit ;] vel, *comedendum dedi*. Τὸ ποτίζειν etiam τὸ σιτίζειν hic includit, sicut alibi *comedendi* verbum etiam *bibendi* notionem unà complectitur, ut Gen. 31. 46. & Esa. 55. 1. Sic & Cœna sacra à parte altera, potu nimirum, synecdochicè describitur, 1 Cor. 12. 13 [o]. Subauditur hic cognatæ significationis verbum, ut in illo Homeri, σῖτον καὶ πότον ἐδηδῶς [p]. Proverbiale. Ἔτι τιθήνης ἔτι, (*Adhuc nutrice opus habet.*) Philo De agricultura, Νηπίοις μὲν γάλα, &c. (*Infantium cibus est lac, adultorum verò quod ex frumento paratur*, &c.) Similiter Theoph. Antiochenus: [cujus verba vide in G.] Lacte nutriri solent non infantes tantùm, sed & ἀσθενεῖς: faciliùs enim concoquuntur liquida. Verbum ποτίζειν habuimus Matth. 10. 42. & 25. 35, 37, 42. & 27. 48. Luc. 13. 15. Rom. 12. 20 [q]. Βρῶμα hic quod στερεὰ τροφή, Heb. 5. 12 [r]. Philo. οὐχ ὁρᾷς, &c †. (*Nonne vides, quòd etiam quoad corpus nostrum priùs lacticiniis utamur quàm cibis solidis*, &c.) Per *lac* hic intelligit, vel, 1. doctrinam quandam simpliciorem [t], vel rudimenta fidei [v]: vel potiùs, 2. docendi modum [x], simpliciorum captui accommodatum [y]: Idem enim Christus atque Evangelium & lac est & cibus solidus, sed diversis modis proponitur & confirmatur [z]. ¶ *Nondum enim poteratis*] Ità P. Be. &c. sub. *id ferre*, P. Be. Pi. sic. G. E. ut Isa. cap. 1. 14 [a]. vel, sub. *concoquere*, G. sim. Camer. nimirum ut vos solido cibo pascerem [b]. Frequentes tales in Paulo ellipses modò nominum, modò verborum. Cum simili ellipsi habemus Heb. אוּכַל, i. e. *potero*, Esa. 1. 13. Psal. 101. 5. in Hebræo [c]. Vel, *robusti eratis*: sic Rom. 15. 1. οἱ δυνατοὶ sunt *robusti* [d]. Occidit enim infantes qui iis dat panem & carnes, Maimon. Ductore dubitantium, l. 33 [*]. ¶ *Nec nunc*, &c.] *Ne nunc quidem*, tanto tempore post fidei initia [f]. Parum adhuc profecistis; neophyti estis, non quidem annis, mente tamen & prudentiâ: quare tarditatis & socordiæ vos pudeat potiùs quàm gloriemini, &c [g]. Debuerant cognitio & virtutes crescere cum tempore. Orig. contra Celsum, l. 3. Τὰ ἐν ἡμῖν μάλιστα καλά, &c [h]. (*Dogmata nostra præstantissima & profundissima proferimus cùm auditores nacti sumus peritos, alioquin de iis tacemus*, &c.)

3. *Adhuc enim carnales estis*] Sic vocat eosdem quos cap. præc. *animales*, sed diversâ ratione: τὸ *animales* imbecillitatem mentis & judicii, *carnales* vitium affectûs atque voluntatis, significat [i]. *Carnales* dicit eodem sensu quo v. 1 [k]. non simpliciter Spiritu destitutos, sed in quibus Caro prævalet, &c [l]; non omnino [carnales,] sed plus satis, comparatè ad alios Christianos, ut jam diximus [m]. ¶ *Cùm*, &c. Ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος καὶ ἔρις καὶ διχοστασίαι] *Quum* (vel, *Quandoquidem*, ut ὅπου usurpatur & 2 Pet. 2. 11. & apud Xenoph. & Plut [n].) *enim inter vos sint livor* (vel, *invidia*, Be. Just. Me. vel, *æmulatio*. Er. V. Ζῆλος sæpe sumitur & in bonam partem, pro honesto studio imitandi alterius virtutem, ut Tit. 2. 14. & in malam partem, ut hic, & Act. 5. 17. & 7. 9. & 13. 45. Rom. 13. 13. 2 Cor. 12. 20 [o].) *& contentio* (vel *lis*, Er. Refertur hoc ad iram & verborum pugnas [p], vel ad studium partium [q].) *& dissidia*, P. Pi. Be. vel, *factiones*, V. Just. Refertur ad seditiones & schismata [r]. Est autem hic gradatio. Nam *invidia contentionem* pepererat, *contentio scissuram*. Vide suprà 1. 10. & infrà 11. 18. & 12. 25. & adde epistolam Clementis. Ζῆλος, קִנְאָה; ἔρις, רִיב; διχοστασίαι, מַחְלֹקֶת †. ¶ *Nonne carnales estis*] Hæc enim inter *opera carnis* numerat Paulus Gal. 5. 20 [t]. *carnis* scilicet nomine omnes affectus respiciens qui non Dei honorem & proximi salutem præcipuè respiciunt, sed ea quæ nostra sunt & nobis placent [v]. ¶ *Et secundùm hominem*, &c?] Intellige quâ parte non renovatus est: quem passim opponit Deo, ut Mat. 16. 23 [x]. q. d. affectu humano & carnali, non spirituali [y]: vel, judicio humano [z], h. e. imbecilli ||. Vivitis more hominum Spiritu Dei destitutorum [a]; vel, ut plerique homines solent [b], non ex Dei præscripto, non κατὰ Θεὸν ut dicitur Rom. 8. 27. *Homo* enim hoc loco *Deo* opponitur [c].

4. *Ego sum Pauli*] Scil. sectator [d]. Illis quidem nominibus illi utebantur, sed principes sectarum sub hoc prætextu suo honori & commodis velificabantur, ut apparet infrà 4. 6 [*]. Non tantùm unum alteri sapientiâ vel eloquentiâ præferebant, sed inde orta ira & contentio, &c [f]. ¶ *Nonne homines estis?*] Id est, humanis affectibus & carnalibus obnoxii [g].

5. *Quid igitur est Apollo, quid verò Paulus*] q. d. Cujus potestatis aut dignitatis sunt, ut de eis gloriemini [h]? Si hoc de se sentiri voluit tantus Apostolus & tantus Evangelista, quantò magis id illos cogitare oportuit, qui, cùm viris tantis comparandi non essent, suas tamen sectabantur glorias cum Ecclesiæ malo [i]. ¶ *Ministri*, &c. Ἀλλ' ἢ διάκονοι, &c.] *Nisi ministri* (subaudiendum hic antitheton, *non autem Domini à quibus pendere debeatis* [d], non authores fidei [*]. Removet ab eis & virtutem sanctificandi & meritum [f]. Διάκονοι hic non speciale nomen est functionis [g], (ut alibi, qui eleemosynis præsunt [h],) sed generale respondens Hebræo מְשָׁרֵת, conveniens omnibus qui Evangelio inserviunt [i], omnibus ministris Evangelii [k]: quomodo & infrà 2 Cor. 3. 6. & 6. 3. & 11. 23. Eph. 3. 7. & 6. 21. 1 Thes. 3. 2. 1 Tim. 4. 6. Simili modo διακονίαν habuimus Act. 1. 17. & 6. 4. & 20. 24. & 21. 19 ||.) *per quos* (vel, *per quorum manus*, Sy. in E. quorum operâ [l]) *credidistis*, Be. Pi. &c. quorum extremo duntaxat ministerio prædicatum est vobis Evangelium Christi, in quem credidistis [m]. ¶ *Et*, &c? Καὶ ἑκάστῳ ὡς, &c?] Est hic trajectio, qualis suprà 2. 7. & in iisdem vocibus, ἑκάστῳ ὡς, Rom. 12. 3. Rectum fuerat, ὡς ἑκάστῳ, &c. & subauditur τοιοῦτοι [n], (*tales*,) vel, οὕτως διάκονοι, &c [o]. (*ejusmodi ministri*, vel, *sic ministrantes*.) *Tales sunt prout eis Deus dedit*, quales eos Deus suâ beneficentiâ effecit. Cùm quicquid habent, ab ipso profectum sit, meritò etiam ejus honori inservire debent [p]. *Et ut cuique* (nempe doctorum de quibus hic agitur [q],) *Dominus dedit*, Be. Pi. &c. Cuique proprium est ministerium, quale & quantum Deus dedit [r]. Uni ut plantaret, &c †. Nihil sibi ascribere possunt, sed totum à Deo acceperunt [t]. Non sunt ut hominum ministri, qui ex se habent quòd ad ministrandum idonei sunt; sed quicquid est donorum, quo in ministerio suo utuntur, à Domino accipiunt, quisque certâ mensurâ [v]. Non possunt ergò gloriari, &c [x].

6. *Ego plantavi*, (scilicet vos in fide [y]: prima apud vos fidei semina jeci [z]: primus Christum vobis annunciavi [a]. Metaphora ab agricolis [b].) *Apollo rigavit*] Id est, plura externa adminicula adhibuit, quà docendo, quà monendo, quibus sementem provexit [c]: confirmavit vos in doctrina meâ [d]: doctrinæ fundatæ superaddidit præcepta quibus illa conservetur & augeatur [*]. Idem dicit quod infrà, *superædificavit* [f]. Ἐπότισε [hic] dixit

Margin notes (left): n Pi. Vor. sim. Be. Me. T. || Scl. — o G. — p Li. ho. — q E. — r Just. — † E. sic Just. Be. Scl. — t E. — v T. ex Amb. & Theoph. — x T. — y Scl. — z Vor. — a Par. sim. Cal. — b E. — c Me. T. — d Me. — e Just. — f Cal. — g E. — h Cal. — i Par. sim. E. — k Just. — l — m G. sim. Just. — n G. sim. Th. in Just. — o Ga. advers. 24. 263. — p Be. — q G. — r G ex Be. — † G. — t Scl. sic E. Me. — v Just. — x Cal. — y Scl. — z Cal. — a E. — b Be. — c G. — d Pi. — * G. sim. D. — f G. — g Cal. — h G. — i E. — k Cal. — l Scl.

Margin notes (right): m G. — n Idem. — o Just. — p Idem. — q Me. — r Just. — † G. — t G. sim. Par. — v G. — x E. — y Me. ex E. — z Just. — a re. — b V. sic Pi. — c G. sic Pi. — d Just Me. — * G. — f Just. — g Me. — h Cal. — i G. — d Vor. — * Er. — f E. — g G. — h Vor. — i G. — k Vor. — l G. — m G. sim. Be. Pi. — n E. — n G. — o Camer. — p G. — q Vor. — r T. sim. E. Me. — † V. — t E. — v Cal. — x Just. — y Me. — z T. — a Me sim. Pi. — b E. Cal. Vor. &c. — c T. — d Pi. — * E. Me. — f E.

dixit figuratè pro ἠρδᾶσι, quæ vox propria agricolis: sed bene facta est translatio, quia quod plantis est *irrigari*, id animalibus est, *potum præbere*. Et ideo vicissim qui bene potârunt *irrigati* dicuntur: sunt enim tales μεταφοραὶ ἀντιστροφοί. Et hoc quidem dictum sit de hac voce. Cæterum, alia rursus est in omnibus illis translatio à plantis ad hominum ingenium. Deus hîc comparatur terræ, unde aluntur insita. Qui plantat, surculum infigit terræ; qui rigat, vias terræ aperit: incrementum autem revera ab ipsa est terra, matre ac nutrice omnium. Ità in Evangelii negotio, fidei, justitiæ, sanctitatis proventus omnis Deo debetur, à quo est revelatio, & revelationis testimonia, & Spiritûs dona. ¶ *Sed Deus*, &c. Ὁ Θεὸς ηὔξανεν] Heb. הצמיח, Esa. 55.10. & 61.11. *Deus dedit incrementum*, P. Pi. vel, *vim crescendi*, id est, germinandi, adolescendi, & fructificandi. *Deus auxit*, E. vel, *crescere fecit*: αὐξάνειν aliàs *crescere*, seu *augescere*, sign. Matth. 6. 28. Joh. 3. 30. Sed verba activa, vel intransitiva, sive neutra, pro transitivis interdum usurpantur. Sic βρέχει, *rigat*, pro, *rigare facit*, Matth. 5. 45. & θριαμβεύω, quod est *triumpho*, Col. 2. 15. valet, *triumphare facio*, 2 Cor. 2. 14. Sensus, q. d. Deus operatur in animis hominum, interiùs dat vitam & vigorem gratiæ, ad adolescendum in fide & virtute. Hinc colligitur, præter externam doctrinam, necessariam cœlestis & interioris gratiæ vim, &c.

7. *Neque qui plantat est aliquid*, &c.] *Nihil sunt*, nempe si Deum respicias; nihil magni sunt: sic enim τι sumptum 2 Cor. 3. 5. Gal. 6. 3. non est auctor fidei vestræ: non talis ac tantus ut ab eo pendere debeatis: nihil, nisi Deus adjuvet & cor aperiat, ut Act. 16. 14. nihil præ Deo; nihil quia actione suâ non attingunt effectum interiorem, vel vegetationis in naturalibus, vel sanctificationis in divinis: sed illam quidem efficit natura Deo authore; hanc verò sibi soli Deus reservat. Non vult vanum esse eorum ministerium, sed eos nihil præter externam operam conferre, quæ sine Deo inanis foret. ¶ *Sed—Deus*] Sub. *est aliquid*, E. Paulo alia est similitudo eodem tendens & iisdem ab agricultura desumpta, sed alio modo. Apud Philonem, Θεοῦ δὲ σπείροντος, &c. (*Is qui, Deo serente & plantante in animo virtutes, dicit, Ego planto, impius est*, &c.)

8. *Unum sunt*] Et munere, unius Domini ministri; & opere, conjunctis viribus uni Domino servientes; & scopo, scil. ædificandi vos in Christo: eodem spectant, nempe ad incrementum exspectandum à Deo: idem agunt negotium. Sicut illi in agricultura plantam terræ & terram plantæ admovent, sic hi in Evangelio homines ad Deum, & Deum ad homines, perducunt. Qui eidem negotio incumbunt, non debent partes facere; nec vos debetis propter eos dividi in factiones. Ergò malè faciunt qui Ministros Ministris opponunt. De hoc loquendi genere vide Joh. 10. 30. & 17. 11, 22. & 1 Joh. 5. 7, 8. ¶ *Unusquisque autem*, &c.] q. d. Non tamen ità unum sunt, ut labore & merito sint pares. ¶ *Accipiet secundum suum laborem*] Non exactè æqualem, sed ei proportionatam. Pro magnitudine laboris erit magnitudo mercedis: sed immensò major labore merces. *Laborem* dicit, non *fructum laboris*; quippe qui non est in potestate ministri, &c. Nec tamen opera nostra ex laboris aut molestiæ magnitudine æstimationem habent apud Deum, ut neque ex diuturnitate temporis, ex numero actionum, sed ex pondere charitatis à qua procedunt.

9. *Dei enim sumus* (nos Apostoli & Doctores alii. Quos dejecerat Deo comparans, eos hominibus comparans multùm attollit: dicit enim eos *cum Deo operari*, suo scil. modo. Iidem & *veritati cooperari* dicuntur 3 Epist. Joan. 8. Vicissim Deus συνεργεῖν dicitur Apostolis, Marc. 16. 20.) *Adjutores*; ità Ar. Æth. Ca. Συνεργοί] *Administri*, T. Be. Pi. Probat quod dixerat, vel, 1. Eos amplâ mercede remunerandos, quia Dei negotium agunt, &c. vel potiùs, 2. Eos unum esse, ob unum eundémque scopum, &c. Illud autem, *Unusquisque*, &c. parenthesi includi debet. *Cooperarii*, Er. Il. Ti. V. sic Mo. E. vel, 1. alter alteri: vel, 2. cum Deo. Συνεργοί, scil. instrumentales, ad fidem efficiendam, &c. Non extendenda est hæc locutio; tota enim nostra cooperatio etiam ipsius Dei operatio est facientis ut faciamus. Vires ministrorum non sunt à natura insitæ, sed ex gratia collatæ, ut constat ex 1 Cor. 15. 10. & 2 Cor. 3. 6. Et quod præcipuum est in hoc opere, i. e. vitam & augmentum, in eo Deus nullum habet συνεργόν. ¶ *Dei*, &c. Θεοῦ γεώργιον, Θεοῦ οἰκοδομή ἐστε] Plebem hîc alloquitur, & duas adhibens similitudines: priorem sermonem ab Agricultura desumptum finit, & novum ab Architectura orditur. *Dei arvum* (vel, *seges*: significat enim γεώργιον id ipsum in quo excolendo laboravit agricola. Vel, *ager excultus*, quem Deus sibi excolendum proposuit. Γεώργιον est omne *quod ab agricola excolitur*. Legitur in Græcis Libris V. T. ut Gen. 26. 14. Prov. 6. 7. & 24. 30. & 31. 16. Pari sensu populus, Esa. 61. 3. φυτεῦμα Κυρίου. Vel, *agricolatio*, sive *agricultura*, Er. Ti. Ca. Mo. V. Vulg. &c. q. d. Primarius istius agricultor est Deus, semen est gratia, fructus sunt bona opera: Deus colit interiùs per Spiritum, Paulus & Apollo exteriùs per vocem.) *Dei ædificium* (vel, *ædificatio*, P. Er. Ti.) *estis*, Be. Pi. Sic Ecclesia *domus Dei* dicitur 1 Tim. 3. 15. Deus primarius architectus, Paulus verò & Apollo illi subserviunt.

10. *Secundum gratiam Dei*, &c.] Intelligit vel, 1. docendi facultatem, ut 2 Tim. 1. 6. vel, 2. gratiam muneris Apostolici, cujus erat novas Ecclesias fundare. Omnia refert ad honorem Dei, [tum] ut alios doceat idem facere; tum ne jactantiæ crimen incurrat, dum se sapientem vocat, &c. ¶ *Ut*, &c. Ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων, &c.] *Ut sapiens* (vel, *peritus*, P. D. Just. Σοφὸς Græcis adjectivum est omnium artificum. Itaque, σοφὸς ἤραρε τέκτων, etiam apud Homerum legimus. Sic Exod. 34. in Græco, οἱ σοφοὶ οἱ ποιοῦντες τὰ ἔργα τὰ ἅγια. Et Esa. 3. 3. חכם חרשים vertitur σοφὸν ἀρχιτέκτονα.) *architectus* (i. e. princeps & autor fabricæ) *fundamentum posui*, Be. Pi. scil. apud vos, vel in cordibus vestris. *Fundamentum jacit* qui rei alicui initium dat. De Evangelio id usurpatur Rom. 15. 20. Heb. 6. 1. Paulò longiùs provectâ translatione ipsi Apostoli, ut in prædicatione principes, *fundamenta* dicuntur Apoc. 21. 14. *Fundamentum*, h. e. Christum, fundamentalem doctrinam de Christo, ut v. seq. exponitur. ¶ *Alius autem superædificat*] Quia *ædificii* mentionem fecerat, aliam instituit ab ædificio comparationem. Antè fideles dixerat *ædificium Dei*, nunc *ædificium* vocat ea quæ in Ecclesia Christiana à Doctoribus docentur. Similes transitiones, parte similitudinis retentâ, parte mutatâ, habes Mat. 13. Marc. 4. Joh. 10. & alibi. *Superædificat autem*, vel, 1. proprias actiones, bonas aut malas. Transit ergò hîc Apostolus ad exhortationem de vita & moribus. Vel, 2. præcepta fidei & morum, quibus fideles confirmentur & proficiant: idem enim est *rigans* & *superædificans*. De solis prædicatoribus hîc loquitur, quorum scil. est populum docere, &c. Tacitè perstringit Corinthiorum magistros, non quòd falsam doctrinam annunciarent, sed quòd curiosa potiùs & arguta quàm solida, &c. ¶ *Videat quomodo superædificet*] i. e. Qualem doctrinam, ex seculari Philosophia, aut ex opinione privata, &c. quam docendi rationem sequatur. Ostendit rem esse periculi plenam.

10. *Fundamentum enim aliud nemo potest* (jure scilicet, h. e. debet. Δύναται) hîc significat jus agendi. Vide Matth. 9. 15. Luc. 5. 21. item Gen. 34. 14. & 43. 31. Deut. 16. 5. 1 Cor. 10. 21. Sic & Jurisconsulti verbum *posse*, & nomen *potestatis*, usurpant.) *ponere, præter id quod positum est*] Scilicet à nobis Apostolis. Non licet contrà docere. ¶ *Christus*] A nobis prædicatus, & à vobis receptus: fides in Christum. Vide 1 Joh. 4. 15. & 5. 1. Vel, doctrina de Christo: Christi historia, præcepta & promissa. Sic *Deum esse, Mundum ab eo conditum ac regi, Datam ab eo Legem*, עקרים, i. e. *fundamenta*, vocant Hebræi. Christus alibi vocatur *lapis angularis*, Eph. 2. 20. hîc *fundamentum*, idque tum salutis, tum doctrinæ seu fidei. Fundamentalis est doctrina de Christo ad salutem scitu & creditu prorsus necessaria. Apostoli quidem *fundamenta* dicuntur Eph. 2. 20. Apoc. 21. 19. sed καταχρηστικῶς, nec aliter nisi ratione unius fundamenti prædicando seu docendo ab ipsis positi; sive propter fundamentalem doctrinam

nam de Christo, quam voce & scriptis tradiderunt [c].

12. *Si quis autem superædificet —aurum,—ligna, fænum,* &c.] Fingit sibi ædificium Paulus partim regale, partim rusticum: quia quanquam tale fieri moris non est, tamen naturæ non repugnat, & id requirit ἀπόδοσις. Proponit ergò nobis domum cujus parietes sint ex *marmore*, columnæ partim ex *auro*, & partim ex *argento*, trabes ex *ligno*, fastigium verò ex *stramine & culmo*; unde *culmen* dicitur: λίθοι τίμιοι aut ἐκλεκτοὶ etiam marmora dicuntur, ut ostendit locus Esa. 54.11. collatus cum 1 Par. 22.2. in Græco, & cum Josepho. Vide quæ ad illum Esaiæ locum diximus. In Tabernaculi structura erant *aurum, argentum, lapides, ligna*, Exod. 25.3,5,7[d]. Locus hic obscurus est*, & totus metaphoricus [f]. Tria materiæ pretiosæ & duraturæ nominat genera, quibus intelligit [g], vel, 1. opera bona [h]; vel potiùs, 2. doctrinam puram & solidam [i], de qua [k] & de doctoribus hîc agi liquet ex ipso contextu [l], ex antecedentibus & subsequentibus [m]: doctrinam sinceræ fidei & charitatis [n]: non ipsam fundamentalem doctrinam, sed quæstiones circa illam, vel ad illam intelligendam utiles & necessarias, aut potiùs modum docendi, significat [o]. Sed mallem significari hîc per *aurum*, &c. & *fœnum*, &c. varias ipsas doctrinarum species. Nam si omnes eandem veritatem doctrinámque proposuissent, minus fuisset si omnes eam non eodem modo enuntiâssent [p]. Tres etiam hîc nominat vilis & perituræ materiæ species, per quas intelligit [q], vel, 1. mala opera [r]; vel potiùs, 2. doctrinam †, non quidem hæreticam, vel perniciosam, sed minùs sinceram & solidam [t], curiosam magis quàm utilem [v], phaleratam, pomposam [x], Philosophicis forsan, aut Judaicis; opinionibus plus satis admixtam [y]; quæ tamen fundamentum salvum retinet [z]: micas Judaismi, quas ex ignorantia spargebant, &c [a]. doctrinam frivolam ac superstitiosam, quales ferè sunt hominum constitutiunculæ [b].

13. *Uniuscujusque* (scil. ædificatoris sive doctoris, cujus opus est ipsa doctrina [c], quæ licèt divina sit, vocatur *opus* hominis, quia hominis ministerio traditur [d].) *opus* (nempe quod superædificaverit*,) *manifestum fiet*] Quale sit apparebit [f], tum doctoribus ipsis, tum piis fundamento adhærentibus [g]. Eventus ostendet quæ materia firma sit, quæ infirma [h]. ¶ *Dies*, &c. Ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει] *Dies* (vel, *Ille dies*, Er. &c.) *enim* (sub. *id*, Be.) *declarabit*, P. Be. Pi. i.e. Deus suo tempore patefaciet [i]. [Qu. Quid hîc *dies?*] Resp. 1. Lux veritatis [k], sive verbi Divini [l], suo tempore diei instar exoriens ut ignorantiæ tenebras pellat [m]. Et *diem & ignem* non malè intelligas de verbo Dei omnia manifestante & probante: nam lux Evangelica sæpe vocatur *dies*, & lex Divina *ignis*, Deut. 33.2 [n]. 2. Perspicua operis inspectio. Nam noctu & quæ bella sunt displicent, & quæ fœda placent: diei certiora sunt judicia. Nox ignorantiæ multa celat, dies retegit, videlicet cùm erumpens veritas factis ac rebus ipsis sese declarat [o]. 3. Longum tempus [p]: *longa dies*, etiam Latinis. Sic ימים χρόνον sæpe vertunt LXX. Vide quæ diximus Num. 3.13. Adde Esa. 3.18. Ἡμέρα δηλώσει, idem est quod dicit Sophocles, Ἅπανθ', &c. (*Omnia longum tempus in lucem profert, obscura licèt:*) & quod Simonides [q]. [Vide G.] Veritas temporis filia [r]. Vana & otiosa dogmata, licèt ab initio arrideant, successu tamen temporis ab oculatoribus deteguntur †. 4. Dies adversitatis, qui probare solet ac discernere bonos à malis [t]. Sed hic dies, licèt justos probet coram Deo, non tamen palàm declarat quinam boni sint, nonnam mali [v]. 5. Dies vindictæ de Judæis & Pseudochristianis, præsertim Gnosticis, sumendæ [x]. *Dies* Domini brevi venturus, & *ignis* intelligitur Divinæ indignationis effundendus in gentem Judaicam. De quo *die* & *igne* frequens est mentio in S. S. [ut sæpe notatum.] Tunc revelabitur eorum ineptia qui Judaismum superstruebant super fundamentum Evangelicum [y]. 6. Dies, seu tempus judicii Divini post hanc vitam [z]; vel, 1. judicii particularis in morte cujusque [a]: vel, 2. generalis atque ultimi Judicii [b]. Cui sententiæ favent, 1. quòd *dies ille*, & *dies Domini*, ubicunque futurum seculum respicit, sic semper accipitur, ut 1 Cor. 1.8. & 5.5. Luc. 10.12. 2. Quòd dies ille per ignem describi solet, ut Joel. 2. 2 Thess. 1.10. 2 Pet. 3.10 [c]. 3. Quòd illo die omnia occulta manifesta fient [d]. Non placet: 1. Quia *dies* ille *Domini* dici solet. 2. Quia in illum diem non rejicit hoc examen Apostolus*, sed de manifestatione doctrinarum in hac vita loquitur; alioqui non satisfaceret prolepsi suæ, si in hac vita aurum à fœno discernere non doceret [f]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται] *Nam per ignem* (vel, *incendium*, G.) *revelabitur*, P. sic Pi. vel, *retegitur*, Be. Pi. i.e. retegi solet [g]. [Quid?] Resp. 1. Dies ille [h], qui per ignem scil. conflagrationis mundi revelabitur, quòd sit dies Domini & Divini judicii [i]. 2. Opus cujusque [k], quod quale sit illo die examinabitur & revelabitur [l]: illud dies manifestabit, mediante scil. luce suâ [m]. [Qu. Quisnam hic ignis?] Resp. 1. Ignis tribulationis sive crucis [n], de quo & 1 Pet. 1.7 [o]. 2. Severum & justum Dei judicium quo opera hominum & examinantur & puniuntur [p]: Deus enim, ut Judex, igni comparatur, Deut. 4. Heb. 12 [q]. 3. Ira Dei in Judæos [r]. 4. Ignis conflagrationis mundi in die novissimo †, quo Christus, ut Judex, omnes probabit, omnino puros illæsos transmittens ad Regnum, impios in æternum crucians, bonos, sed adhuc impuros, ignis illius ardore purgans [t]. 5. Ignis purgatorii [v]: [de quo plura mox dicenda.] 6. Spiritus Dei [x], in Scripturis & conscientiis Doctorum loquens per gratiam suam [y]; vel lux Divinæ veritatis [z], sive verbi Dei [a], per Spiritum S. in Ecclesia accensa [b], & in animis resplendens [c], quæ igni similis est, Psal. 12.7. Eph. 5.13 [d]. De tali enim probatione dogmatum agitur, quo & pii auditores foris, & doctores intus, doctrinas examinare & dignoscere possunt. Quid autem hoc nisi verbum scriptum, unica trutina dogmatum, & norma veritatis? Vide Act. 17.11*. Certum est, de doctrina hîc agi: doctrina verò probatur examine ad normam verbi Dei facto. Ignis ergò pro tali examine accipitur [f]. ¶ *Et uniuscujusque* (scil. hominis [g], peculiariter verò Ministri [h],) *opus quale sit ignis probabit*] Rectè: nam *aurum* ignibus invictum est: *argentum & marmora* diu igni resistunt, minùs *lignum*, minimè *stramen & culmus*: ἐν πυρὶ δοκιμάζεται χρυσὸς, Eccles. cap. 2. ver. 5 [i]. Ignis iste probabit doctrinas, Evangelicæne sint annon [k].

14. *Si cujus opus* (i.e. doctrina Ministri cujusvis [l],) *manserit* —— (nempe in probationis fuerit incendio [m]; si in examine substiterit [n]; si solidum fuerit deprehensum [o], quod vim ignis toleret [p]:) *mercedem* (i.e. laboris sui fructum [q], cœlestem gloriam fidelibus Doctoribus promissam, Dan. 21 [r].) *accipiet*] A Christo judice †. Jam venit ad ἀπόδοσιν. Si quis Doctor præcepta specialia dederit quæ, considerata re, loco, tempore, circumstantiis, conveniant cum generalibus Christi præceptis, is honorem apud Ecclesias omnes consequetur. Vide Clem. Strom. 7. [ejúsque verba in G. si lubet] Plato Magistratibus mercedem dicit esse honorem. Et honor is qui Doctori habetur ab Ecclesiis omnibus, præsagium est honoris à Deo consequendi, ex promisso, Matth. 16.19. Incendio igitur respondet lux quæ ab Ecclesiis omnibus uni Ecclesiæ laboranti allucet. Sic Dei judicia Igni comparantur, Esa. 4.4. & 66.16. Et Spiritus Ecclesiæ primùm in Ignis forma datus [t].

15. *Si cujus opus arserit*] Quomodo ligna, stipula, &c. ab igne comburi solent [v]; h.e. si malum & reprehensibile inventum fuerit, ideóque pœnâ dignum [x]. Si ab aliis Ecclesiis deprehendatur doctrina alicujus repugnare Christi doctrinæ, aut directè, ut, *Licitum esse cum noverca concubitum*, ut, *Non exspectandam resurrectionem*; aut, spectatis circumstantiis, ut, *Licere epulari in Idolio, Licere litigare apud profanos Magistratus*. Talia enim judicio sanarum Ecclesiarum stare non possunt. Justin. cum Tryph. disputans, negat pro Christianis habendos qui resurrectionem futuram negant. Tertul. Adv. Marcion. 5. *Quia per ignem judicatur vestra superædificatio*. Trabes incendio solent perire, Epistolâ dictâ Jeremiæ, 55 [y]. ¶ *Detrimentum*, &c. Ζημιωθήσεται] Est verbum Juris, *Multabitur*, scil. opere suo [z]. *Damnum faciet*, vel *patietur*, P. Mo. Be. Pi. Er. Il. &c. nempe operis ac laboris sui [a], ut & famæ quam ipse sibi per argutias conquirere gestiebat [b]: pudore & ignominiâ multabitur. Confer Phil. 3.8 †. Intelligitur hîc vel, 1. opus [c]: cui favere videtur, quòd illi opponitur αὐτὸς

Marginal notes (left column): c Par. — d G. * E. ex Aug. f Just. g Cal. h Chrys. Theod. Aug. &c. in E. i Be. Pi. E. Me. Just. Cal. Li. Scl. Vor. Par. k Cal. Li. ho. l Cal. sic Li. ho. sim. Just. E. m Just. n V. o Cal. p Li. ho. q Cal. r Chrys. Theod. &c. in E. † Be. Pi. E. Just. Scl. &c. t E. v E sim. Me. Be. Pi. Par. x T. sim. Me. Cal. y E. z Cal. a Li. ho. b Vor. c Vor. sim. Pi. d E. * Pi. f Me. g Par. h G. i Pi. k Be. Vor. l Vor. m Ie. n Li. ho. o Er. p G. sic Vor. Scl. Cal. q G. r Scl. † Cal. t Aug. & Greg. in E. v E. x Ham. y Li. ho. z K. a T. ex Caj. E. ex L. &c. b E. ex Chrys. Theod. &c. T ex Theoph. Anselm. Ma. Zeg. Med. 13. p. 764. c E.

Marginal notes (right column): d Q. in Par. * Be. f Par. g Pi. h E. Me. Scl. i Me. sim. E. k Be. sic Pi. G. Scl. l E. m Scl. n Vor. Aug. & Greg. in E. o Vor. p E. ex Caj. q E. r Li. ho. † E. ex Basil. Al. cuin. Aug. Lactant. &c. T. ex Hi. Greg. Amb. &c. t E. v Just. T. x Calv. Par. y Par. z Vor Scl. sic Pi. a Par. b Scl. sic. Pi. c Pi. d Vor. * Par. f Cal. g E. h E. ex Amb. i G. k Li. ho. l Scl. m Par. n Cal. o Vor. sic Me. p Me. sim. E. q Me. r Par. † E. — t G. v E. sim. Cal. x E. — y G. z D. Scal. a E. Just. Li. ho. Scl. b D. Scal. Be. Cal. c Scl. † Vor. Caj. in E. Ham.

N. Sed antithetum satis constat inter *servationem* ipsius & *exustionem* operis [d]. Vel potiùs, 2. operans [*]: hoc enim verbum non sign. *perire*, ut dictum ad Mat. 16. 26. sed *damnum pati* [f]; id quod operanti congruit, non item operi, quod prorsus consumitur [g]. Pœnâ mulctabitur operans [h]. Dejicietur omnium judicio de Doctoris munere, aut etiam communione privabitur, ut illi incesto accidit [i]. ¶ *Ipse autem salvus erit*] Quia in fundamento mansit, nec aliud præter Christum statuit [k]. Veniam consequetur utcunque si resipiscat [l]. Opere quidem & mercede speratâ, non tamen vitâ, multabitur [m]. ¶ *Sic*, &c. Οὕτως ὡς διὰ πυρὸς] *Ità tamen ut* (vel, *tanquam*, Er. Il. Ti.) *per ignem*, P. Be. Pi. &c. nempe examen illud sustinere cogatur, in quo damnum operis sui facturus est [n]: vel, ut probatus per ignem [o]: ità ut examinis illius rigorem non effugiat, & nonnisi probatus & exploratus, abstersis demum sordibus, placeat [p]. Al. Sensus est, Salvus erit salute æternâ, non tamen sine igne temporalium afflictionum [q]. Al. *Per ignem*, i. e. beneficio lucis; quâ fit ut ipse errorem & agnoscat & revocet [r]. Al. *Salvus erit per ignem*, quia quamvis in Gehennam mittendus sit, nunquam tamen consumetur, sed semper in igne asservabitur ac superstes erit, recens semper ad pœnam [†]. Sed repugnat, 1. usus loquendi in Scriptura: nusquam ibi *salvus* dicitur qui superstes est in malis, sed *periisse* dicitur. 2. Quòd hoc non est peculiare malis ædificatoribus, sed reprobis omnibus commune. 3. Quòd tum dixisset, *in igne*. 4. Quòd σωθῆναι in Scriptura semper sign. *salutem adipisci* [t]. Al. *Ipse autem evadet, at quasi ex incendio*, Scal. sim. Par. h. e. magno cum terrore, difficultate, periculo, damno [v], præclarè secum actum putans si omnia suo incendio conflagrent, modò ipse nudus elabatur [x]: in summo erit salutis suæ periculo. Etsi eam adipiscetur, (quod boni ominis causâ sperare mavult Apostolus) non fiet id sine gravi mœstitia ac dolore. Vide 2 Cor. 2. 7. Hic est ὄλεθρος σαρκὸς, infrà 5. 5 [y]. Proverbium est apud omnes tritum. Qui causam capitalem dicit, & vix est ut non capite plectatur, si honorum amissione aut mulctâ pecuniariâ eo periculo defungatur, is *evasisse* dicatur; sed *tanquam ex incendio*: &, ut dicebat Imperator Claudius, *Absolutus est, sed tamen litura manet*. Cicero in Consolatione, *Non nasci longè optimum, nec in hos scopulos incidere vitæ: proximum autem, si natus sis, quamprimùm tanquam ex incendio effugere fortunæ*. Quod Paulus planè dixisset, ἔπειτα δὲ γινόμενον ὡς διὰ πυρὸς σώζεσθαι. Qui periculum magnum evasit dicitur מצל מאש, ad verb. δαλὸς σωθεὶς ἐκ πυρὸς, *torris ex igne ereptus*, Zach. 3. 2. Amos. 4. 11. Allusit ergò ad proverbium. Σώζεσθαι (quod Heb. המלט, vel הנצל) sign. *evadere*, ut Act. 2. 40. Σώθητε, &c. *Eripite vos fugâ*, &c. vel, *evitate*, sive *effugite* [z]. Σώζεσθαι ὡς διὰ πυρὸς, est proverbiale ad significationem summi periculi. Sic, ἐκ τοῦ πυρὸς ἁρπάζοντες, dixit Judas v. 23 [a]. Aristides in Apellem, ἐκ μέσου, φασὶ, πυρὸς τὸν ἄνδρα σώζειν. Cyprianus Epist. 66. *Exuenda est velociter de incendio sarcina priusquam flammis supervenientibus concremetur. Nemo diu tutus est periculo proximus* [b]. Agathias in Histor. tom. 2. p. 38. de quibusdam loquens propè exustis addit, μόλις ἐνθένδε διεκπίπτοντες καταφύγωσι, *vix evaserint ex illo igne*. Idem significat &, μόλις σώζεται, *ægrè evadit*, h. e. cum damno, &c. Sic & Julianus, Orat. 1. p. 67. ἡ νὺξ ὀλίγους ἀπέσωσε μόλις, *Nox paucos ægrè eripuit*. Hic locus optimè explicari potest ex collat. 1 Pet. 3. 20. διεσώθησαν δι' ὕδατος, *servati sunt per aquam*, vel *ex aqua*, præpositione διὰ (ut aliis sæpe præpos. fit in N.T.) acceptâ pro ἐκ, vel ἀπὸ; quanquam, *evadere per aquam* includit quoque evasionem ex aqua [c]. Al. *Per ignem*, scil. Purgatorii [d]. Non placet: 1. Quum totus hic sermo sit allegoricus, *aurum*, *argentum*, &c. inepti sunt qui *ignem* hìc verè & propriè accipiunt [*]. 2. Hic ignis explorat omnium opera [f], bona & mala, *aurum* & *stipulam* [g]; Purgatorium, ut volunt Pontificii, peccata duntaxat venialia [h]. 3. Hic ignis nondum est, sed in die extremi Judicii futurus est [i].

16. *Nescitis* (q.d. Res nota est [k].) *quia* (vel, *quod*, Q.) *templum Dei estis?*] Redit ad comparationem cœptam suprà, à qua ad alia quædam, affinia tamen, deflexerat [l]. Hactenus de structoribus & materia dixit, nunc de ipso ædificio agit [m]. Egit de ædificantibus super fundamentum, nunc de malis Doctoribus, qui fundamentum evertunt & ædificium destruunt. Facit autem id obliquè, alloquendo ipsos fideles, qui templum Dei sunt [n]; quod proinde falsis doctrinis profanare nefas est [o]. Cavendum docet Ministris quid superstruant, quia templum Dei ædificant, &c [p]. Hactenus de doctoribus egit, nunc auditores alloquitur, ostenditque dissensionum sectatores graviùs peccare quàm ipsos doctores: illi enim ex ostentatione peccant; hi verò sacrilegii rei sunt, quòd templum Dei violant [q]. Philo familiam Abrahami templo comparat. R. Alscheck ad Agg. 2. ait populum Israeliticum dici *Dei templum*. Multò justiùs verò Christiani & singuli & collecti, ob Spiritum Dei in ipsis habitantem. Vide infrà 6. 19. 2 Cor. 6. 16. & Salvianum [r]. [ejúsque verba in G.] ¶ *Et* (vel, *Quia*, G. Copulativa pro causali, ut sæpe [†].) *Spiritus Dei habitat in vobis*] Tum per gratiam, & dona sua [t]; tum per seipsum [v]. Multò augustior hæc inhabitatio quàm illa per fulgorem apud Arcam [x]. Hinc demonstratur Deitas Spiritûs Sancti [y]. 1. Quia posterior pars est explicatio prioris [z]. 2. Quia solius Dei inhabitatio templum Dei facit [a]. 3. Quia quos hìc vocat *templum Dei*, cap. 6. 19. vocat *templum Spiritûs Sancti*; cùm tamen sint templum solius Dei. *Templum* sumus, h. e. similes templo, id est, chari Deo, sancti & sanctis cultibus consecrati. *Spiritus Dei habitat* in nobis, quia nos regit, ornat, sanctificat, idque perseveranter [b].

17. *Si quis autem templum Dei violaverit*, φθείρει] *Violat*, P. Be. *Destruit*, Pi. G. vel, 1. malis sive falsis doctrinis [c]; talibus scilicet quæ fundamentum, adeóque ipsum ædificium, subvertunt [d]: vel, 2. malis exemplis [*], aut moribus [f]: vel, 3. factionibus & dissidiis [g]. ¶ *Disperdet illum Deus*] Æterno scilicet ignis supplicio: nè putet se salvum fore per ignem, sed periturum [h]: Gravissimè puniet Deus, nisi nempe monitus resipiscat. Φθερεῖ hìc quod ἀπολέσει, Matth. 21. 41. Sic Athaliam, sic Baltassarem, perdidit Deus; illam quòd Templum, hunc quòd Templi donaria, profanâsset [i]. ¶ *Templum enim Dei sanctum est*] Quod impunè profanari non potest [k]. Sancta violari non debent [l]. Ratio sententiæ superioris; q. d. Sacrilegium committit ille Templi violator, utpote rem Deo consecratam corrumpens [m]. ¶ *Quod* (vel, *Qui*, Val. Er. V.) *estis vos*, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς] Id est, *Quod templum vos estis*: nam relativum inter duo substantiva positum modò recipit genus & numerum præcedentis, modò subsequentis [n]. Innuit argumentum à minori; videlicet sumptum à sanctitate templi materialis: cujus violatio capitalis est [o].

18. *Nemo se seducat*] Vel, *decipiat*, Pi. Me. &c. i. e. non patiatur sibi imponere vel delectationem alienæ eloquentiæ, vel persuasionem propriæ sapientiæ [p]: אל תשאו נפשותיכם, Jer. 37. 9. Omnis Philosophia humana Evangelio repugnans deceptio est, 2 Thes. 2. 3 [q]. Nullos magistrorum vestrorum se fallat, confidens ac sibi placens in sua sapientia seculari, quasi non sit passurus ea quæ dixi, si vel inutilia doceat, vel perniciosa [r]. Dissidiorum & contentionum, quibus templum Dei profanatur, causam hìc indicat [†]; nimium scilicet humanæ atque inanis sapientiæ amorem & studium, ejúsque ostentationem, &c [t]; vel αὐτάδειαν, & inanem persuasionem sapientiæ in se & in suis doctoribus, à qua idcirco eos ad modestiam traducit. Potest hoc & ad doctores & ad auditores referri [v]. ¶ *Si quis* (sub. *sibi*, Be. Pi. &c.) *videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo*] Id est, *sapientiâ* (& eloquentiâ [x]) *mundi* [y], ut sequitur [z]; vel in rebus hujus seculi [a], Rhetoricâ, Philosophicâ, &c [b]. sapientiâ carnali, Diabolicâ, Jac. 3. 14, 15 [c]. utpote quam Mundus magni æstimat [d], grandiloquentiâ, astutiâ, &c [*]. Si quis in eo sibi placet quòd novit omnium Philosophorum sententias & rationes [f]. ¶ *Stultus fiat*] Non verè, sed mundi opinione [g]; h. e. amplexando fidem, crucem Christi [h], quæ judicio mundi stultitia est [i]; abnegando seipsum & carnalem suam sapientiam [†]. Evangelio se teneat, quod illi Philosophi stultum putant, suprà 1. 18, 21 [k]. intellectum suum in obsequium fidei captivet [l]. ¶ *Ut sit sapiens*] Non quidem opinione mundi [m], sed verè reque ipsâ [n]; in rebus divinis & æternis [o] apud Deum [p] & pios rectè judicans.

[Margin notes, left column: d Ham. * E. Ham. f Ham. g E. sic Ham. h Me. i G. k Cal. l Er. m Ee. n Cal. o Li. ho. p Be. q Aug. & Greg. in E. r Scl. † Chrys. &c. in E. t E. v Par. x Par. sim. Scal. y G. z Scal. a G Ham. b G. c Ham. d E Just. Me. * Cal. sim. Ee v. 13. f Vor. sic Cal. g Cal. sim. Er. h Cal. i Scal. k Par. l G. m Just.]

[Margin notes, right column: n E. o Me. p Scl. sim. Cal. q Just. r G. † E. t Me. sic E. T. v T. x G. y Cal. sic E. z E. a E sim. Cal. b Par. c Vor. G. E. T. Cal. sic V. Scl. d E. sim. Cal. * G. f T. g Just. h E. i G. k Par. l G. m E. n G. o E. p Cal. q G. r E. † Just. sim. Par. t Just. v Par. x Me. y G. sic Me. Scl. Cal. z G. a Pi. b Me. c Scl. d Scl. sim. Cal. * Cal. g Par. sim. Cal. T. h T. sim. Me. i T. † Pi. k G. sim. E. l E. m Cal. n Cal. Pi. Par. E. Me. o Pi. p Par. E. Me.]

cans[q]. Ut ea sapiat quæ ad vitam æternam certò eum possunt perducere[r].

19. *Sapientia enim* (Causa cur sibi non placerent in sapientia †:) *hujus mundi* (i. e. mundana, sive hominum mundanorum[t],) *stultitia est apud Deum*] i. e. Res contemptibilis ac reproba, tum quia ejus adminiculo Deus uti non est dignatus in propagando Evangelio[v]: tum quia nihil sapit salutare & divinum[x], & per se nihil confert ad negotium salutis[y]. Deo non magis placet quàm summa stultitia, quia puritatem illam animi quam Deus requirit non exhibet, suprà 1. 21. *Stultitia*, i. e. non pluris fit quàm stultitia. Similis locutio Rom. 1. 14,25. Sic Esa. 44. 25. דעתם יסכל, τὴν βουλὴν αὐτῶν μωράνων, & 2 Sam. c. 15. v. 31. סכל וגו׳: ubi alii, ματαίωσον' alii, ἀφρόνησον τὴν βουλὴν,&c. ¶ *Scriptum est enim*] Joh. 5. 13[z]. Sunt autem hæc verba non Jobi[a], sed Eliphazi[b], & proinde non habentia Divinæ Scripturæ authoritatem: quæ tamen rectè hîc pro testimonio adducuntur, utpote verba cujusdam sapientis, cui meritò credendum sit differenti contra sapientiam hujus seculi[c]. ¶ *Comprehendam*, &c. Ὁ δρασσόμενος — ἐν τῇ πανουργίᾳ, &c.] *Carpit* (vel, *Capit*, P. Ca. *Qui comprehendit*, Er. Il. Ti. V. Deus capiet[d]. Participium hîc pro verbo*: Heb. est לכד[f]; quâ voce significatur expugnatio urbium armis, quomodo & inanis mundi sapientia rationum momentis superatur[g]: Lxx ibi habent, Ὁ καταλαμβάνων. Est δράσσειν propriè, *pugno includere*[h], Levit. 2. 2. & 5. 12. Num. 5. 26[i]. unde δράξ, *manipulus*[k]. Laxiùs sumptum idem valet quod καταλαμβάνειν, ut Psal. 2. 12. in Græco[l]. Δεδραγμένος est, *fugientem è cursu reprehendere, manúque injectâ capere*. Sensus ergò est, Deus deprehendit, detegit, eludit[m].) *sapientes* (scil. ad faciendum malum[n]; vel, qui huic mundo videntur sapientes[o]:) *in* (vel, *cum*, P.) *versutia* (vel, *astutia*, Er. Mo. &c. *calliditate*, Ca. &c.) *ipsorum*, Be. Pi. &c. Πανουργία vox est media[p], vel *vafritiem*, vel *prudentiam*, significans[q]; hîc idem valens quod φρονήσει. Vide Prov. c. 1. v. 4. & 8. 5. Sirach. 19. 21. & 34. 10. Fecit hoc Deus egregiè cùm Philosophos inter se commisit, ut nihil alter pro certo affirmavit quod non alter æquè ingeniosus eversum eat[r]. Sensus, Sapientiam istorum stultitiæ convincit, dum ostendit illam non posse præstare quod promisit, h. e. ut bene beatéque vivamus ||; vel, dum ipsâ re comperiunt eam nihil profuisse ad veram felicitatem †. Particula Heb. ב, & Græc. ἐν, accipitur, vel, 1. pro materia simpliciter, quòd in ipsa versutia deprehendantur[t]; vel dum versutè aliquid moliuntur[v]: vel, 2. pro circumstantia, quòd cum versutia sua deprehendantur[x]: vel, 3. pro instrumento, quòd Deus ipsos deprehendat ipsorum versutiâ[y]; vel, suis ipsorum vafris consiliis[z]: h. e. Ipsi sibi laqueum inducunt, & sapientiâ suâ evertunt sese[a]. Eorum vafritiem declarabit Deus illud ipsum esse quo sese involverint. Itaque ἐν vel pro σὺν, vel pro διὰ, accipitur[b].

20. *Et iterum*] Psal. 94. 11[c]. ¶ *Novit cogitationes* (vel, *machinationes*, Ham. consilia[d]: διαλογισμοὺς vocat non simplices cogitationes, sed prudentissimos discursus*.) *sapientum*, &c.] h.e. Eorum qui sibi sapientes esse videntur[f]. In Heb. est *hominum*[g]: pro quo Paulus posuit *sapientum*, quia id instituto ipsius conveniebat: & haud dubiè de iis maximè agit Psalmographus qui sibi sapere plurimùm videbantur[h].

21. *Nemo itaque* (Epilogus est[i], quo redit ad primam propositionem, Non esse in magistris gloriandum[k].) *glorietur in hominibus*] Scilicet in eo quòd ipsi sint Hominum, sive *Pauli*, sive *Petri*, sive *Francisci*, Discipuli[l]; vel ut illorum potiùs quàm Christi nomen præ se velint ferre[m]. Nemo lætetur quòd hunc aut illum Doctorem habuerit, ut ei se addicat; ut apud Judæos Hillelis & Sammæi discipuli, apud Græcos Pythagorici, Platonici, Aristotelici, Epicurei[n]. Nemo ipsos homines tanquam fidei dominos jactet, aut ab iis pendeat[o]. ¶ *Omnia enim* (omnes homines[p], imò omnes creaturæ[q]. Quæ sint *omnia*, deinceps enumerando declarat[r].) *vestra sunt*] Quatenus estis Christi membra, fideles †, electi[t]: horum enim gratiâ sunt omnia[v]. Ità potest fidelis verè dicere, quod sapiens, in Senec. 7. 3. *Derideas licet, ingentis spiritûs res est, cùm Orientem Occidentémque lustraveris animo,— cùm tot animalia, tantam copiam rerum — aspexeris, emittere hanc vocem Dei, Hæc omnia mea sunt. Sic fit ut nihil sapiens cupiat, quia nihil est extra omnia*[x]. *Vestra*, χρήσει potiùs quàm κτήσει[y], i. e. vestris usibus ac saluti divinitus destinata sunt[z]: adminicula vobis destinata, ut ad Christum, & à Christo ad Deum, subvehamini, non autem ut in illis adminiculis hæreatis. Ità enim vos illorum potiùs quàm illa vestra fuerint[a]. Non vos Doctorum causâ estis, sed illi vestri causâ: Deus illis dona dat in usum vestrûm[b]. *Vestra*, i. e. cuivis vestrûm communia[c]. Quicquid est de quo aliquis gloriari possit, non est peculiare illi, sed cuilibet Ecclesiæ membro commune, &c[d].

22. *Sive Paulus*, &c.] Primùm nominat ministros Evangelii*; eos nimirum quorum causâ dissidia orta sunt[f], idque eodem ordine quo cap. 1[g]. Quia illi hæc nomina prætendebant, utitur illis nominibus. Quòd si Apostoli sunt illorum causâ quos instituunt, quantò magis illi qui se faciebant sectarum principes[h]? Hæc autem nomina exempli causâ posita sunt[i]. Si quid in Paulo, Apollo, &c. suspicitis & admiramini, id totum à Deo profectum est, & vobis vestræ salutis causâ concessum[k]. ¶ *Sive mundus*] i. e. Quicquid in mundo est[l]. Hæc magnifica gradatio admodum illustrat nostram in negotio religionis libertatem. Sensus enim est, Ministros, eorúmque dona & omnia nostræ potestati, quoad negotium salutis, subjecta esse[m]. Jactant se quidem rerum naturalium scientiâ; atqui totum hoc Universum in hoc conditum est ut Deus cognoscatur. Illi ipsi verè universum possident, universo utuntur ac fruuntur, qui Deum nôrunt[n]. ¶ *Sive vita, sive mors*] [Vel, 1. propria:] nam unicuique electo sua vita & mors utilis est ad salutem[o]. *Vita* tum præsens, ut illam modestè, honestè & cum gloria Dei, transigamus[p]: tum futura, ut eâ in æternum perfruamur[q]. *Mors* quoque, ut pro Christo vel vitam libenti hilaríque animo profundamus[r]. Vel, 2. ministrorum Evangelii †, qui propter fideles eorúmque salutem adeunt discrimina, &, si opus est, mortem oppetunt[t]. Vide 2 Tim. 2. 10[v]. Si vitam Doctoribus protrahit Deus, id facit ut prosint Ecclesiæ, Phil. 1. 24. si ob Evangelium mortem obeunt, id fit ut alii ipsorum constantiâ firmiores fiant[x]. ¶ *Sive*, &c. Εἴτε ἐνεστῶτα, &c.] *Sive præsentia*, (quibus ità utendum est ne offendamus[y]: quæ Deus dirigit in vestram salutem, ut vobis in bonum cedant[z]. Si linguarum & sanationum dona habent, in id habent ut fideles indè & numero & viribus crescant[a]. Vel, *instantia*, ut Rom. 8. 38[b]. h. e. persecutiones Christi causâ jam imminentes[c].) *sive futura*, P. Be. Pi. Quæ vobis Deus destinavit[d]; quibus aliquando fruendum est*. Idem est de rerum futurarum revelationibus[f]. Possunt hîc intelligi, vel, 1. præsentia & futura mala ministrorum Evangelii, quæ vel sustinent, vel in horas exspectant: vel, 2. prospera & adversa tam propria quàm aliena[g]. ¶ *Omnia — vestra*] Omnia hæc sunt non ipsorum tantùm, sed aliorum, quales vos estis, causâ[h].

23. *Vos autem Christi*] Ut Capitis & Domini vestri, qui vos redemit: nam servus id quod est Domini est[i]. *Christi* sumus pleno & absoluto dominio[k], ut qui ab eo & naturam & gratiam hausimus[l]. *Christi* solius[m], tanquam unici magistri, Matth. 23. 8, 9[n]. non creaturarum[o], non hominum[p]. ¶ *Christus autem Dei*] Scil. Patris[q]: sicut Christus Patri suo obedivit, infrà 11. 3[r]. Intellige, vel, 1. quà homo †; quomodo Dei est, quasi Domini & capitis sui, creatura & possessio[t]: vel, 2. quà Deus[v]; jure paterno[x], prout Pater est causa, vel saltem principium, Filii[y]: vel, 3. quatenus mediator est[z]: nam eatenus Deo Patri subjectus est, utpote servus ac legatus ipsius[a]; & id agit ut homines Deo reconciliet, & quærit non suam, sed Dei gloriam, Joh. 7. 18[b]. Confer Joh. 14. 28. 1 Cor. 11. 3[c]. Omnia enim referuntur in Deum, ut finem simpliciter ultimum[d]. Concludendum hîc relinquit Apostolus, Ergò in solo Deo gloriandum*.

Marginal notes (left column): q Par. G. † E. t Pi. v E. x Me. y E. sic Me. z G. a E. b E. G. c E. d V. * Be. f Be. Just. g Just. h G. sim. Be. i G. k Ee. l G. m E. n D. o V. p G. sim. Just. q Just. r G. || E. † Er. t Q. in Jun. par. 2. 32. sim. Pi. v Pi. x Al. in Jun. y Jun. z V. a Jun. ib. sim. Just. b Be. c G. Me. d E. Me. * Par. f E. Me. g D. sic G. h G. sim. Be. i E sim. Ee. k E. sim. Cal. l Scl. sim. Fe. m Cal. n G. o Vor. sim. Ee. p Me. q Me. sic T. r G. † J. Cap. t J. Cap. E v E.

Marginal notes (right column): x J. Cap. y Vor. z Vor. sim. E. Me. T. Zeg. a Cal. ex Ee. b G. c Me. d Ham. * E. f Just. g E. h G. i Chrys. in Just. k Just. l Vor. sim. Just. E. m Vor. n G. o E. p Just. ex Amb. q Just. ex Theod. r Q. in Just. † E. sim. Just. ex Chrys. & Theod. t Just. ex Chrys. v E. x G. y Just. ex Amb. z Cal. a G. b Ham. E. c Ham. d Cal. * Just. ex Theod. f G. g E. h G. i E. k T. l Just. ex Chrys. m T. Vor. n Vor. o T. p Cal. q Pi. r G. † E. Me. T. Just. t Me. ex Thom. & Caj. sim. T. v Just. T. x T. y Just. ex Chrys. Theod. Basil. &c. z Vor. Cal. a Vor. b Cal. c Vor. d Cal. sim. E. * E.

CAP. IV.

1. SIC, &c. οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω, &c.] *Sic de nobis* (Apostolis, quos vos Corinthii parvi facitis, præ doctoribus vestris gloriosis*,) *reputet* (vel, *æstimet*, Er. Vulg. ratiocinando apud se statuat, ità sibi persuadeat [a],) *homo* (i. e. unusquisque [b]. איש, i. e. ἕκαστος, *quilibet*. Hebraismus. Sic infrà 6. 18. & 7. 1, 26. & 11. 27. Gal. 2. 6. & 3. 15. & 6. 1, 7. & alibi sæpe [c].) *ut de ministris Christi*, P. Be. Pi. Ὑπηρέτας hoc sensu habes Luc. 1. 2 [d]. Intelligit publicos verbi ministros *, quos aliàs λειτουργοὺς appellare solet [f]. Al. Vox ὑπηρέτας *famulos* significat, etiam apud Aristot. Quoniam multa dixerat vitanda ministris, nunc docet in quo posita sit ejus muneris ratio; ut neque ipsi plus sibi sumant quàm par est [g], neque alii ipsos contemnant [h]. Rursum erigit quos, ut fidelium causâ institutos, dejecisse videri poterat. Magnum est Messiæ esse ministrum & Dei dispensatorem ad elargienda ea quæ diu condita fuere [i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ οἰκονόμους, &c.] *Et dispensatoribus* (Sic & in Glossario, οἰκόνομος, *dispensator*. Pertinet hoc nomen primùm ad privatorum, deinde & ad publicæ rei, arcarios, ut dictum Luc. 12. 42 [k]. Vide Pauli modestiam & animi demissionem [l]. Oeconomi administrant quidem, sed rem alienam, & rationem redditiuri [m].) *mysteriorum* (i. e. arcanorum [n], scil. Evangelii, ut ait Rom. 16. 25. & Eph. 3. 9, 10 [o].) *Dei*, P. Pi. Μυστηρίων voce intelligit [tum, 1.] dogmata Evangelica [p]; vide Rom. 16. 25. suprà 2. 7 [q]: tum, 2. Sacramentorum [r].

2. *Hîc*, &c. Ὃ δὲ λοιπὸν, &c.] Idem valet quod frequentiùs dicitur λοιπὸν, suprà 1. 16. Act. 27. 20. 2 Cor. 13. 11. 2 Tim. 4. 8. aut τὸ λοιπὸν, ut Mat. 26. 45. Marc. 14. 41. Eph. 6. 10. Phil. 3. 1. & 4. 8. 1 Thes. 4. 1. 2 Thes. 3. 1. Heb. 10. 13. Usurpatur & de rebus & de temporibus restantibus. Sed sæpe, ut hîc, orationem connectit, & vim habet eam quam Latina vox *cæterùm*. *Quod superest*, sive *reliquum est*, (vel, *Deinceps*, sive *Posthac*, Er.) *autem*, illud *requiritur* (vel, *quæritur*, Er. Zeg. *exigitur*, Gat. spectatur, h. e. spectari solet †. Ζητεῖται ad Latinismum accedit; *requiritur*. Vocis οἰκονόμων translationem persequitur [t].) *in* (vel, *à*, Ga.) *dispensatoribus ut quis* (vel, *quisque*, V. B. τὶς pro ἕκαστος [v]. Plurali subjecit singulare, quia ista in distributivis promiscuè usurpantur [x]. Sic & alibi à plurali ad singularem transitur, ut 2 Reg. 5. 13. *Servi—dixere, Pater mi*: Job. 12. 7. *Interroga jumenta, & docebit te*: Gal. 6. 1. *Vos spirituales ——nè & ipse tenteris*: & in Terent. Eunuch. 2. 1. ——*Adeòne homines immutarier Ex amore, ut non cognoscas eundem esse* [y]?) *fidus reperiatur*, Pi. sic Er. P. Be. &c. Spectatur quidem industria [z], & prudentia, quæ fidelitati conjungitur, Luc. 12. 42 [a]. sed inprimis fides [b]. Fidelem esse præcipua laus in dispensatore, Luc. 16 [c]. Itaque tribuitur Mosi, Heb. 3. 5. Samueli, 1 Sam. 3. 20 [d]. Ministris Evangelii, Col. 1. 7. & 4. 7. Tales autem certè non erant illi sectarum duces Corinthi *. *Fidus*, tum, 1. Deo ‖; utiliter agens Domini sui negotium †; rem Domini tractans non ut suam, sed ut suæ fidei commissam [f], nec suam, sed Domini gloriam quærens [g]: tum, 2. iis quorum usui designatus est [h]; ut nihil detineat, Act. cap. 20. c. 20, 27. nec porcis communicet sacra, Matth. 7. 6 [i]. nè muneri suo desit [k]. Aliud hoc est argumentum quo pravum Corinthiorum judicium corrigit, Id quod commendat Ministrum Evangelii non est donorum excellentia, sed fidelitas, cujus Deus solus est æquus æstimator. Ergò cavenda hæc iniqua doctorum ex donis comparatio [l].

3. *Mihi*, &c. Ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν ἵνα ὑφ᾽ ὑμῶν ἀνακριθῶ] *Mihi verò pro minimo est* (vel, *minimi facio*, Ca. vel, *Parum meâ refert*, G. Cap. Phrasis est Hebraica, qualis Job. 15. 11. המעט ממך וגו׳, *An parum sunt tibi*, &c? Et εἰς hic redundat, ut Heb. למעט, pro מעט, 2 Par. 29. 34. Agg. 1. 9 [m]. Est Hebraismus: nam illis attributa, quæ Græcè Nominativo exprimerentur, exprimuntur per ל, quod valet εἰς. Vide quæ diximus ad Matth. 19. 5 [n].) *quòd à vobis dijudicer*, P. Be. Pi. vel, *deferar*, V. vel, *quid vos de me judicetis*, præ eo quod Deus de me judicaturus est. Ἵνα hîc valet *si*. Hoc vult cogitare illos, quos non nominat, sed notat [o]. Sensus, q. d. Ego verò, si de me loquendum sit, non moror hominum judicia, nec illa metuo [p]. Nihili facio, qualis quantúsve à vobis habear [q], num à vobis judicer melior aliis, an deterior; num sincerè, an minùs sincerè, egi. Cùm nos simus dispensatores, &c. nolo tamen vos esse judices nostros [r]. Nec vobis, nec hominum ulli, nec mihi ipsi, competit judicium de meo valore ac dignitate. Temeraria ergò est vestra Doctorum comparatio †. Liberam apud illos judicandi licentiam castigat [t]. ¶ *Aut ab humano die*] Ità Mo. sic Ca. &c. vel, *judicio*, Er. P. Be. Pi. &c. *Dies* pro *judicio* [v], vel, ex Cilicum, ubi Græcam primùm linguam didicerat Paulus, idiomate [x]; vel potiùs ex Hebraismo, ut Jer. 17. 16 [y]. Sic יום, Job. 24. 1. Hebræi interpretantur *judicium* [z]: sic *dies Domini* sæpe accipitur pro judicio Dei [a]. Sic & Latinè dicimus, *diem dicere*; & Germanis verbum significans, *citare ad judicium*, à *die* deducitur [b]. Ratio phraseos esse videtur [c], vel, 1. quia reis dies dici solet ad sistendum se judicio [d]; & Judiciorum certi sunt dies. Est ergò Metonymia adjuncti *. Vel, 2. quia judicium veritati lumen affert, ut facit dies [f]. *Diem* autem dicere maluit quàm *judicium*, ut alluderet ad diem Domini supremum [g], cui hîc opponit *humanum diem*. [h]; quo scilicet ipse homo judicat de alio. *Dies Domini* aut *hominis* plenè diceretur *dies judicii Domini*, sive *hominis*. Qualia sunt, *clavis David*, pro, *clavis domûs David*; & *Mons Domini*, necnon *Mons domûs*, pro, *Mons domûs Domini* [i]. *Judicium* autem *humanum* hîc appellat, id quod ex affectibus humanis proficiscitur [k]. Hoc addit Paulus, nè si de solis Corinthiis hoc dixisset, eos eorúmque judicium contemnere videretur [l]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐμαυτὸν ἀνακρίνω] *Imò* (vel, *Quin*, Ca.) *nec ipse me dijudico*, Be. P. P. sic Er. vel, *de me sententiam fero*, Ca. Be. scil. quod ad dignitatem attinet [m], quanti sim vel non sim [o]. *Non mihi sumo plenas de memet judicandi partes*. Juvenalis de diis locutus, *Notior est illis homo quàm sibi*—[p]. Non est meum de me judicare, sed Dei [q]. Nec ipse de me certum, h. e. infallibile, fero judicium [r], aut de operibus & intentionibus meis & conscientia mea †, quàm rectè & sincerè verser cum Deo in dispensatione mihi credita, ut cum aliis me conferre possim; qui tamen mihi ipse notior sim quàm vobis [t]. Itaque nec vestrum judicium timeo, nec vobis succenseo si me judicatis, quia in me ipso judicando falli possum [v]. Ostendit, se nihil de se arroganter prædicare. Neque ipse (inquit) mihi fido, nec meo de meipso rebúsque meis judicio acquiesco: humanum enim judicium & ex ignoratione, & ex sibi blandiendi studio, errare potest [x].

4. Οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα] *Nihil* (vel, *In nullo*, Be. *Nullius rei*, Er. Il. Ti. P.) *mihi ipsi conscius sum*, Mo. Constructio est involutior more Hebræo [y]. *Nullius*, &c. non simpliciter & universim, sic enim sibi contrarius esset, Rom. 7. 19, 23, 24. sed quoad hypothesin de qua hîc agitur [z]: quoad functionem muneris sui. Est ergò Synecdoche generis [a]: *Nullius*, scil. negligentiæ vel malæ fidei in ministerio defungendo [b]. [Sensus, q. d.] Quanquam enim non in mentem mihi venit me ministerio mihi credito secùs quicquam fecisse [c]. ¶ *Sed non* (sub. *tamen*, Pi.) *in* (vel, *per*, P. Be. Pi.) *hoc justificatus sum*] Tamen non indè sequitur me planè ab omni culpa esse liberum [d]. Id enim significat δικαιοῦσθαι, Act. 13. 38. Rom. 6. 7. Vide & Prolegomena in Epistolam ad Romanos *. Non per hoc justitiæ laudem adeptus sum apud Deum, quasi nihil mihi desit, quasi perfectè omnes muneris mei partes impleverim, ut meritò sim laudandus & magni faciendus [f]; vel ut me reliquis ausim præferre, quum vos audacter & temere ex rebus externis judicatis de me & aliis, & quoslibet vel attollitis vel deprimitis [g]; sed alia mihi justitia coram Deo necessaria est [h]. Conscientia me non accusans non certum me facit (nempe eâ certitudine cui falsum subesse non potest) me justum esse, quippe qui mihi ipsi non penitùs ac perfectè cognitus sum [i]. Deus fortè nævos in me videt quos ego non video [k]: forsan ipse ignarus aliquid in ministerio aut commisi, aut omisi [l]. Chrysost. sensum bene assecutus est, *Sæpe incidimus in peccata quæ nescimus*, &c. [Verba pete ex G.] Huc præcipuè pertinet illud, Jac. 3. 2. *In multis peccamus omnes*: & quòd omnes & semper jubemur dicere,

Dimitte

* Dic. / [a] Just. / [b] V. Ee. E Ti. / [c] G. / [d] G. sim. Vor. / * Vor. sic Just. / [f] Vor. / [g] Just. / [h] Cal. sim. Just. E. / [i] G. / [k] Idem. / [l] Just. / [m] Er. E. / [n] Er. V. / [o] V. / [p] G. sim. E. Me. T. Vor. Ca. Pi. Just. / [q] Me. T. Cal. sic E. Just. ex Amb. / [r] G. / † Er. / [t] G. / [v] Be. / [x] G. / [y] Ga. cin. 2. 15. 332. / [z] E. / [a] Cal. / [b] E. / [c] G. / [d] G. sic Be. / * G. / ‖ Me. / † E. / [f] E. sim. Scl. ex Th. / [g] E. / [h] Just. / [i] Scl. / [k] Me. / [l] Dic. / [m] Cap. / [n] G.

[o] Idem. / [p] Me. / [q] T. / [r] E. / † Dic. / [t] Just. / [v] G. E. Me. Just. Vor. &c. / [x] G. ex Hi. / [y] E. ex D. / [z] G. / [a] Me. ex E. / [b] G. / [c] E. / [d] E. sic Me. Cal. / * Scl. sim. Vor. Cal. / [f] T. / [g] Cal. sim. / [h] Just. / [i] D. / [k] Scl. sim. Zeg. / [l] Just. / [m] Scl. / [o] Scl. Cal. sim. Be. / [p] G. / [q] Ca. / [r] E. sim. Me. / † Me. / [t] E. / [v] Me. / [x] Just. / [y] G. / [z] Scl. / [a] Vor. Scl. / [b] Scl. sim. Pi. E. Cal. / [c] G. / [d] G. sim. Vor. / * G. / [f] Pi. / [g] Cal. / [h] Scl. ex Ee. / [i] E. / [k] T. sim. Just. Me. / [l] Scl.

Dimitte nobis debita nostra. Clemens in Epistola, *A Deo veniam petite,* εἴ τι ἄκοντες ἡμάρτετε, (*de iis quæ non sponte peccastis.*) In Ignatiana, quæ dicitur, Epistola ad Romanos habemus, ἐν δὲ τοῖς ἀδικήμασιν αὐτῶν (militum, à quibus trahebatur) μᾶλλον μαθητεύομαι· ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο δεδικαίωμαι. Hieron. *Hoc* [Paulus hic] *dicit nè quid fortè per ignorantiam deliquisset.* Posidius de Augustino, *Dicebat post perceptum Baptismum etiam laudatos Christianorum Sacerdotes absque digna & competente pœnitentia exire de corpore non debere.* Hæc verissima est hujus loci interpretatio; nec quærenda est alia. Confer Psal. 19. 12, 13 [m]. Hinc colligitur, neminem in conscientia sua de justificatione, salute, & gratia certum esse posse, quia testimonium conscientiæ nostræ nobis incertum est [*]: nec enim Paulus id de se affirmare potuit [†]. Verùm non hoc dicit Paulus, quasi de sua justitia dubitet, quia eam divinitus patefactam fuisse, penè pro certo ab omnibus ponitur; sed ut ostendat eam neque ab aliorum, neque à suo privato, judicio pendere. Accedit quòd, ut mox ipse explicat, hæc de seipso quasi exempli gratiâ disputat, & fortè Ministri cujuslibet personam induit [n]. Non dubitat Paulus de testimonio bonæ conscientiæ suæ, quum se fidelitatis suæ probè sibi conscium professus fuerit, sed negat se per illud justificatum esse coram Deo; nec illud judicio Dei legaliter opponere audet, quia Deus acutiùs cernit quàm nostra conscientia, & multæ in optimis sunt infirmitates, quas videt Deus. Certitudo autem nostra non pendet ex operum meritis, quæ quando & in quantum sufficiant in Dei judicio, cognosci à nullo mortalium potest; sed à fide, quæ justitiam & salutem gratis accipit, Act. 26. 18. De fide autem nobis constat ex testimonio, 1. cordis nostri, 1 Joh. 3. 21; 2. Spiritûs Sancti, Rom. 8. 16; 3. operum, Rom. 8. 14 [||]. ¶ *Qui autem judicat* (vel, *dijudicat*, P. Be. Pi.) *me*, (scil. ratione dignitatis meæ [o],) *Dominus est*] Is est qui detectis non actibus tantùm, sed & cogitationibus, exactissimum de me & de aliis judicium feret. אלהים חקר, Psal. 44. 21 [p]. Non qui suo, sed qui Dei, judicio insons est absolvitur [q]. Illi uni, æquissimo Judici [r], cui omnia certò patent [†], me judicandum permitto [t], non vobis conservis meis [v], qui vestro suffragio justitiam ministris nec tribuere, nec auferre, potestis [x]. Præceps itaque judicium vestrum cohibete, & rem totam committite Domino, qui cujusque animum ac affectum, ex quo unusquisque potissimùm æstimandus est, & cognitum habet, & aliquando palàm faciet [y]. Cohæret hoc cum fine v. præced. Sententiæ ergò præcedentes hujus versûs parenthesi includendæ sunt [z].

5. *Itaque*, &c. Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ, &c.] *Proinde nè ante tempus* (i. e. vel, 1. legitimæ cognitionis; q. d. causâ penitùs non cognitâ [a]: vel potiùs, 2. extremi Judicii [b].) *quicquam* (occultorum scilicet [c]) *judicate*, Pi. sic Er. P. &c. vel, *nè ante præstitutum tempus judicis partes assumite*, Be. ex Sy. Hoc maximè adversùs eos torquet qui, cùm Christi & Petri discipulos se dicerent, Paulum accusabant tanquam inimicum Judaicæ gentis: quam culpam magno ubique studio à se amolitur Paulus [d]. ¶ *Quoadusque*, &c. Ἕως ἂν ἔλθῃ, &c.] *Usquedum* (vel, Id est, *usquedum*, Be. Pi. Hoc enim annectitur præced. per appositionem & expositionem [*].) *venerit Dominus*, P. &c. Christus ad judicium [f]. Non ergò opus est ut vos judicetis, &c [g]. ¶ *Qui*, &c. Ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, &c.] *Qui & illustraturus est* (i. e. in lucem protrahet [h]: vel, manifestabit, ut patet ex exegesi seq. Sic 2 Tim. 1. 10. φωτίσαντος ζωὴν, &c [*].) *occulta tenebrarum*, (עמקות מני חשך, Job. 12. 22 [i]. h. e. ea quæ occultè fiunt [k]; actiones hominum bonas, vel malas, quasi in tenebris gestas [l]: vel, *res tenebris occultatas*, Be.) *& patefaciet consilia cordium*, Er. simil. P. Be. Pi. &c. τὰ κρυπτὰ per βουλὰς explicat, תעלמות לב, τὰ κρύφια τῆς καρδίας, Psal. 44. 21 [m]. latentes cogitationes animorum [n]: vel, quo consilio, quo fine & intentione, quisque fecerit opera sua, etiam in speciem bona [o]. Hæc enim nôsse solius Dei ac Christi est, Act. 1. 24. & 15. 8. Tutò quidem damnari potest pro statu præsenti qui flagitiosè vivit: *manifesta enim sunt opera carnis.* At actibus per se bonis aut mediis animum malum asscribere, contra Dilectionis est regulam. Christo Judici relinquenda ista arcana [p]. ¶ *Tunc laus erit unicuique*, &c.] Scil. qui laude dignus fuerit [q], ob fidelitatem in munere suo [r], si benè egerit [†], si bona egerit bono animo [t]: (unde & contrarium datur intelligi [v]) è contrà, pœna & dedecus, si malè se gesserit [x]. Sed mavult ἔπαινον [y]. *Unicuique*, restrictè accipiendum de quovis fidelium servorum Christi: ergò etiam mihi, inquit Apostolus, qui fidelis sum, &c [z]. Est tacita antithesis inter Dei & hominum commendationem [a]. Sua cuique laus reddetur non ut homines, sed ut Deus ipse, judicaverit [b]. Non ità laudabant aliquos Corinthii quin cæteros culparent, ut etiam apparet ex v. seq. sed laudis mentionem potiùs quàm vituperii facit Paulus, quia istius mali hæc erat origo, quòd certis hominibus plus tribuerent quàm par esset [c].

6. *Hæc*, &c. Ταῦτα —— μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν, &c.] *Hæc autem*, (quæ dixi, vel de malis dispensatoribus [d]; vel, de gloriatione in hominibus [*]; de ambitione ostentationeque Doctorum Ecclesiæ vestræ [f]; de non curanda laude & judicio humano [g]: vel, nos esse Ministros duntaxat vestros, & velut hortulanos, plantantes, rigantes, &c [h].) *fratres*, (Mitigat sequentem reprehensionem. Alloquitur autem Doctores illos arrogantes [i].) *figurâ quâdam* (vel, *per figuram*, Er. Il. Ti. P.) *transtuli* (vel, *transfiguravi*, Vulg. Mo.) *ad meipsum & Apollo*, Be. Pi. &c. Typum & exemplum eorum constitui in me & Apollo [k]: aliorum personam in nos duos transtuli [*], quasi nobis conveniret quod de aliis dicebatur [l]: nos Magistros nominavi, quorum gratiâ in factiones divisi fueritis, sed sub his alios intelligi volo, quos non nomino, ut pudori vestro consulam [m], & nè quos offendam: sciebam enim nos non esse factionum occasionem, & nullum apud vos se *Paulinum*, aut *Apollonium*, jactare [n]. Syrus rectè interpretatur, *Proposui hæc in persona mea & Apollo.* Quia hi vestri Doctores meo etiam & Apollo nomine abutuntur: in nostra persona ipsis ostendi quàm modestè de se ac aliis judicare debeant, quantámque curam gerere vestrî & pacis. Μετασχηματίζειν propriè est, *mutare habitum*, ut videre est 1 Sam. 28. 8. Indè transfertur ad orationem quæ aliud videtur dicere, aliud innuit; cujusmodi locutiones vocari à Græcis solent λόγοι ἐσχηματισμένοι, quas *controversias figuratas* dixit Quintilianus, 9. 11. & *figuras* Suetonius Vespasiano & Domitiano, Hieron. Epist. 66. ad Ruffinum. Philostratus De Herode Attico, σχηματίσας τὸν λόγον. Chrysost. de hoc loco agens in sermone De non vulgandis peccatis, συνεσκίασε τὴν κατηγορίαν [o]. Al. Nominum & personarum mutationem [p], sive fictionem, quam communiter hîc doceri putant [q], hîc non intelligi puto [r], cujus quippe nullum hîc est vestigium: nec enim falsos doctores (quorum nulla adhuc facta mentio) sed cœtum Corinthiorum reprehendit, *Alii dicunt, Ego sum Pauli*, &c. Fictioni huic repugnat tum ratio illa Pauli, *An in Pauli nomen baptizati estis?* tum præcipuè hic locus, ubi non dicit, *Hæc transtuli* —— *propter doctores vestros*, sed, *propter vos.* Significat potiùs Apostolus, se tam humili, hortulani plantantis & rigantis, metaphorâ usum, ut ipsi humilitatis capiant exemplum, &c [†]. Al. Figuratio quâ utitur hæc est, Nempe dum de prædicatione Evangelii loquitur plana & rudi, & è contra, de eleganti & profundiori, hæc ego, inquit, in hoc schemate ad meipsum transtuli & Apollo; priorem concionandi modum ad meipsum, posteriorem ad Apollo [*]. De Accusativo Ἀπολλὼ vide dicta ad Act. 19. 1 [v]. Cum ipso & Apollo, intellige & Cepham, quem reticet vel honoris causâ [x], [Cur ergò eum antea hoc honore spoliavit, ipsum nominans cap. 1. 12?] vel, quia Petrus nondum docuerat Corinthi [y]. ¶ *Propter vos*] Ità P. Be. Pi. &c. fideles scil. Corinthi tam Magistros quàm Discipulos, instructionis vestræ causâ [z], ut hinc discatis quid de aliis omnibus sentiendum sit [a]. Non ego, non Apollos, sed vos opus habuistis hujusmodi μετεσχηματισμέναις monitionibus [b]. ¶ *Ut in nobis* (h. e. nostro exemplo [c]; in nostra persona, in iis quæ de me & Apollo scripsi [d]:) *discatis* (vos scilicet Magistri, ut sequens membrum ad Discipulos referatur [*]. Sed planior est sententia si utrumque de Discipulis accipiatur, ut neque propter Magistri dignitatem plus illi tribuant quàm par est, neque ejus causâ insolentiùs efferantur [f].) *nè*, &c. Τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν] *Nè* (vel, *Nè quis*, Er. Ti. vel, *Nemini*, Ca.) *supra quod scriptum est* (vel, 1. in Sacra Scriptura [g]: q. d. supra id quod regulis de humilitate in Scri-

Marginal sigla (left column): m G. — * Q. in Par. sim. E. — † E. — n Just. — || Par. — o Scl. — p G. — q Ca. — r Me. — † T. — t Me. sim. E. T. — v E. sim. Just. — x Just. — y Cal. — z Pi. — a Par. sim. Me. — b Par. — c E. — d G. — * Pi. — f E. sim. Me. — g E. — h E. G. — * Cam. — i G. — k Just. sim. E. — l E. sim. Me. — m G. — n Me. — o E. sic Me. — p G.

Marginal sigla (right column): q Vor. Pi. sic E. — r Pi. — † Me. — t G. — v G. sim. Just. E. — x Me. — y G. — z Par. — a Vor. — b Just. — c Ee. — d Er. V. — * Zeg. — f Scl. sim. Me. — g Me. — h Par. — i Be. — k Me. sim. T. — * Er. — l Me. — m E. — n V. — o G. — p Li. ho. sic Par. — q Par. — r Li. ho. sic Par. — † Par. — * Li. ho. — v G. — x E. — y Li. ho. — z E. — a Just. — b J. Cap. — c Cal. sim. Me. — d G. — * E. ex Th. — f Just. — g Caj. in E.

præra traditis convenit [h]. Γέγραπται in his Libris semper ad Libros V. T. refertur [i]. Vel, 2. in hac ipsa Epistola [k], hujus cap. v. 1 [l]. nempe quòd Præcones Evangelii sint *ministri* [m], & *dispensatores*, &c [n]. non Domini [o]. Vel, *supra id quod scripsi* de vobis, P. Vel, 3. Rom. 12. 13 [p].) *sapere*, Mo. sic Il. Be. Pi. vel, *sentire*, P. V. *de se sentiat*, Er. Ti. sic Val. *arrogare*, Ca. *prudentiam arrogare*, Ar. *Non alios sumere affectus quàm quales Deus in Scripturis exigit*, G. φρονεῖν hîc elationem mentis denotat, ut in seq. explicatur. Sic Scholiastes ad Thucydidem dicit de voce καταφρονεῖν, quòd est ἄγαν φρονεῖν, καὶ τὸ ὑπερφρονεῖν· ubi φρονεῖν superbiæ significationem habeat necesse est. Sic Demosth. φρονῶν ἐφ' ἑαυτῷ τηλικοῦτον ὅσ' εἰκός, *qui de se tam altè sentit quàm par est*. Sic apud Chrys. φρόνησις *superbiam* notat [q]. ¶ *Unus*, &c. Ἵνα μὴ εἷς ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς φυσιοῦσθε κατὰ τοῦ ἑτέρου] *Ut nè alius* (vel, *unus*, Er. Pi. vel, *quis*, Val. vel, *alter*, G.) *pro* (vel, *de*, Er. V. Ca. vel, *super*, Er.) *alio* (vel, *uno*, Er. V. *altero*, Val. pro hoc vel illo Doctore [r]:) *inflemini* (i. e. superbiatis †, vel superbè vos geratis [t]. Commune est omnibus gentibus ut *inflare* dicant pro *superbire*: hinc *homo inflatus* apud Ciceronem. *Inflare utrem*, in Satyra, *superbum facere*. Sic *spiritus magnos gerere* est, *superbire*. Chrysostomus ad hunc locum, Ἄλλως γὰρ οὐ γίνεται ὑψηλότερον ἕτερον ἑτέρου μέλος, ἀλλ' ὅταν οἴδημα γένηται, (*Non enim aliter fit aliud membrum alio altius quàm cùm tumor fiat*.) Deinde, ὁ φλεγμαινόμενος, οὗτός ὁ νοσῶν, (*qui inflammatur, is est qui ægrotat* [v].) φυσᾶν est equorum; qui, apud Maronem, *spirant naribus ignem*, Il. δ'. sunt φυσιῶντες. Plato Alcibiade posteriore, ἀνδρῶν πολιτικῶν, πολιτικὴν φύσημα φυσώντων, id est, *virorum qui inflati sunt gloriâ administrationis* [x]. Vel, *infletur*, Er. V. Val. Illud hîc novum, quòd ἵνα μὴ Indicandi modo adjungitur [y]. Sic tamen Libanius in Demosth. Olynth. 1. ἵνα μὴ δοκοῦσιν [z]. Sed fortassis hîc legendum φυσιῶσθε [a], & apud Libanium δοκῶσιν [b].) *adversus alium*, P. Be. Pi. i. e. quisque auditorum pro suo peculiari Doctore [c]; nè alius alium jactetis, alium despiciatis [d]. Adversùs illos disputat qui se cæteris præferebant, quòd essent à præcipuis Apostolorum baptizati *. His verbis ostendit se, cùm dixit γέγραπται, locum aliquem respexisse Scripturæ non verbo tenus, sed sensu. Is locus est Deut. 17. 20. Nam si Regi præceptum nè se supra alios fastuosè efferat, quantò magis aliis [f]?

7. *Quis*, &c? Τίς γάρ σε διακρίνει;] *Quis enim te* (Alloquitur Doctorem [g].) *dijudicat?* Val. Er. V. Just. i. e. Quis te laude digniorem alio judicat [h]? *Quis enim de te judicaturus est*, utrum sis cæteris excellentior? Διακρίνει dicit quod antè dixerat ἀνακρίνειν, *judicare & sententiam ferre*, & Præsenti utitur pro Futuro, ut ferè solet [i]. Quis te præstantiorem cæteris prædicat? Cujus hoc est suffragium? Non Dei, sed Hominis. Atqui falluntur humana judicia. Cur igitur tantopere tibi places [k]? *Quis enim te* (sub. *ab aliis*, Be.) *discernit?* P. Be. Pi. i. e. excellere facit supra alios [l], vel supra collegas tuos [m]? q. d. Nullus nisi tu qui inflaris [n]. Nemo te segregat à communi vel hominum, vel ministrorum, sorte [o]. Qua tandem in re differs ab aliis ministris, ut te supra alios efferas [p]? Eos primùm attingit quos plebs ità ob eximia dona admirabatur ut eis se certatim addiceret: quod illi, cùm impedire debuissent, non impediebant, sibi in eo placentes. *Discernit* Deus cùm huic plus dat, aliis minus. Hinc διακρίσεις χαρισμάτων, Rom. 12. 9. Habes hunc sensum fusè tractatum Constit. Clem. l. 8 [q]. Διακρίνειν significat modò *dubitare* [r], modò *differre*, modò *separare*, vel *præferre* *, ut 1 Cor. 11. 29. μὴ διακρίνων, i. e. nihilo plus illi tribuens quàm aliis cibis †: ut sensus sit, Quis docuit te ut temet ab aliis separes ac præferas [t]? Quis te discernit? Deus, ut sequentia monstrant [v]. Deus te pluribus donis exornavit, non tu ipse [x]. Quod autem hîc de uno genere bonorum dicitur, idem verè dicitur de omnibus aliis [y], seu naturalibus, sive supernaturalibus [z]; præsertim de prædestinationis gratia, quæ est omnium gratiarum maxima, & prima, & radix, &c [a]. cùm Deus omnium sit auctor & dator [b]. Ità Aug. & Concilium Arausic. generalem hanc sententiam in particulari accipiunt de discretione per gratiam & electionem Divinam, &c [c]. & hinc probant, quicquid homo habet boni, ut virtutes, conatum, cooperationem & consensum voluntatis, id totum in Deum authorem & largitorem esse referendum [d]. ¶ *Quid autem habes* (sive muneris *, sive donorum, quorum ergò efferaris [f]. *Quid*, scil. boni, quam dotem animi. Synecd. generis [g].) *quod non accepisti?*] Ab alio [h], nec aliunde quàm à Deo [i], juxta Joh. 3. 27. Joh. 1. 17 [k]. ex mera ejus gratia [l]. Ergò Deo debetur omnis gloria, non tibi [m], non alteri homini [n]. Hoc addit, nè quis ad præced. interrogationem responderet, Ego me discerno studio & labore meo [o]. In omni re honos penès dantem, non penès accipientem. Sunt autem & meritò dicuntur χαρίσματα. Etiamsi dona haberetis Apostolica (multùm autem id abest) tamen ipsum *donorum* nomen modestos vos facere debuit. Deus dedit in suos usus, non in tuos [p]. ¶ *Quid gloriaris quasi non acceperis?*] Scil. ex gratia: non enim quævis acceptio gloriationem excludit [q]. Quid in eo tibi places tanquam tuo labore id tibi parâsses? Doctores maximè tangit [r].

8. *Jam saturati estis*] Ità Er. Il. Mo. Be. Pi. &c. i. e. ad satietatem repleti sapientiâ ac cæteris donis, ut quidem vos existimatis †: vel, expleti estis eleganti Magistrorum oratione, nihil vobis amplius discendum, &c [t]. Ironia [v] longa & gravis. Ut vos existimare video, nihil restat vobis expetendum, non magis quàm iis qui de epulis facti sunt saturi [x]. ¶ *Divites*, &c.] Idem dicit [y]. Tantam scilicet copiam donorum consecuti estis, ut quosvis alios, etiam Apostolos, vincatis [z]; vel, ut etiam in alios dona vestra possitis effundere [a]. Hæc autem dicta sunt, 1. generatim ad Corinthios [b]: 2. ad ipsorum Magistros [c], ad quos præcedentia, numero rursus in pluralem mutato [d]. Loquimini ut Ephraim, Os. 12. 8. Πεπλούτηκα, &c *. ¶ *Sine*, &c. Χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε] *Absque nobis* (i. e. sine nostro auxilio [f], aut consortio [g]; imò nos excludentes [h], me præsertim qui vos genui [i], ac si nihil ob ista privilegia nobis deberetis [k].) *regnatis*, Pi. vel, *regnâstis*, Val. Er. vel, *regnum adepti estis*, Er. P. V. Ca. Be. E. Hebraismus est [l]. Βασιλεύειν, sicut & מלך, & *regnare*, & *regnum adipisci*, est [m]. q. d. Videmini vobis regnum & triumphum adepti [n]; in culmine esse dignitatis & felicitatis Evangelicæ [o]; securi de spe & promissionibus [p]; degentes in pace & prosperitate, immemores crucis Christi, & segregati à miseriis in quibus nos hæremus [q]. *Regnare* dicimus eos qui bonis omnibus affluunt & beati sunt [r]. [Al. Sensus,] Ex quo ego à vobis absum, vos in tuto estis, sicut Reges, quibus nemo potest nocere. Loquimini ut Babylon, Esa. 47. 7, 8 †. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, &c.] *Atque utinam sanè regnetis*, (atque adeò feliciter ac bene vobis foret revera [t]. *Non equidem invideo; miror magis* —— [v]. Regnum vobis non invidemus, sed optamus, dummodo verè regnetis [x], in Christo & per Christum [y]; vel, ut oportet [z]; vel, ut Corinthios ad salutem eorum regatis ac dirigatis [a], non ad vestram gloriam [b].) *ut & nos vobiscum regnemus*, Pi. sim. P. Be. vel, *regnaremus*, V. i. e. tanti boni participes simus, saltem per charitatem; vestrum enim bonum nostrum putamus [c]: felicitas vestra in nos, præceptores vestros, redundaret, effétque nobis in tantis calamitatibus magnum solatium [d]: vel, ut nos aliquam in promotione hac vestra felicitatem atque æstimationem sortiremur *. Si ità in tranquillo essent & extra periculum res vestræ, tutum mihi esset eò confugium [f]. Hoc dicit, non appetens regnum super fideles, sed quia concors societas Apostoli cum illis in regendo populo futura erat populo maximè salutaris. Perstringit autem Magistros, quòd soli regere velint, &c [g].

9. *Puto*, &c. Δοκῶ γὰρ ὅτι ὁ Θεὸς ἡμᾶς τοὺς Ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανατίους] *Puto enim quòd* (Sed ὅτι deest in MS. δοκῶ, ut sæpe apud Latinos *credo*, est εἰρωνικόν [h].) *Deus nos Apostolos novissimos* (i. e. postremos tempore, post ascensionem Christi vocatos [i], me & Barnabam [k]. Synecdochicè de se solo loquitur, quippe qui postremò ad Apostolatum vocatus [l]: De se autem ubique hîc loquitur plur. num. quòd ipse plus quàm alii & pateretur, 1 Cor. 11. 23. & laboraret, 1 Cor. 15. 10 [m]. Sed non confert hoc loco priores Apostolos cum posterioribus, sed Apostolos simpliciter cum reliquis fidelibus, inter quos quum primi habendi viderentur, postremi facti sunt, i. e. præ reliquis viles & despecti [n]. Intelligit ergò potiùs omnes Apostolos [o], collegas suos [p], Christi ministros [q], quos *Apostolos* vocat Rom. 16. 7. 2 Cor. 8. v. 23.

[h] Cal. [i] G. [k] Vor. [l] Vor. Dic. Just. Me. sim V. [m] V. sic Just. Me. [n] Just. [o] V. [p] Pi. [q] Ham. [r] G. sim. Zeg. Me. T. Cal Scl. † Pi. G. [t] Scl. [v] G. [x] Stig. [y] Er. [z] Be. [a] Be. sim. Er. G. [b] Be. [c] Vor. sim. Er. E. Me. Pi. [d] Ca. * V. [f] G. [g] V. sim. Cal. plerique in Just. E. [h] V. [i] Ca. [k] Just ex Chrys. & Th. [l] Me. sim. Cal. [m] t e. [n] Me. [o] Scl. [p] Vor. [q] G. [r] Just. * V. Just. † Just. [t] Q. in V. [v] E. [x] Q. in Be. [y] E. [z] T. E. [a] Just. [b] E. [c] T.

[d] E. * Be. [f] Cal. sim. Be. [g] Pi. [h] E. Me. [i] E. Me. sic Be. Pi. [k] E. [l] Pi. sim. Cal. [m] T. sim. Be. [n] T. [o] Me. T. [p] G. [q] Vor. [r] G. † Me. ex E. sic T. [t] Just. [v] G. sic E. Me. Vor. &c. [x] G. [y] Me. [z] G. [a] E. [b] Q. in E. sim. Just. ex Chrys. [c] E. ex Caj. &c. sim. Just. ex Chrys. [d] E. * G. [f] Me. sic T. Scl. [g] Scl. [h] T. ex E. [i] E. [k] Li. ho. [l] E. [m] Ca. [n] T. sim. Me. [o] Li. ho. sim. E. Cal. Scl. [p] Cal. [q] Dic. sim. Q. in E. [r] Just. † G. [t] Li. ho. [v] G. [x] E. Me. T. sic Cal. [y] Cal. [z] T. [a] E. sic Me. T. [b] E. [c] T. ex Me. [d] Cal. * Li. ho. [f] G. [g] E. [h] G. [i] Q. in E. [k] Q. in Just. [l] Vor. sim. Just. ex Amb. Cal. [m] Cal. [n] Di. [o] E. Scl. [p] Vor. [q] Scl.

v. 23 [r]. quales tamen propriè non erant †: Nam & hæc communis est eorum conditio [t], & hæc ratio ad elatos Doctorum Corinth. spiritus deprimendos, ad quod hîc collimat, inprimis est apta: sic, Vos saturi, beati, &c. at ministri Christi miseri, &c [v]. Comparationem hîc instituit inter sinceros Christi Apostolos, & istos Corinthiorum magistros [x]. *Ultimos* autem hîc nominat, quos Græci ἐσχάτους, sive succedaneos subsessores, Latini *subdititios*, seu *suppositios*, dixere, qui occisis seu victis, sive gladiatoribus, sive bestiariis, sufficiebantur ex more in spectaculis [y].) *ostendit* (vel, *constituit*, G. vel, *elegit*, Tertul. in G. Heb. מנה [z]. Vel, *designavit*, P. *edidit*, Mo. vel, *spectandos proposuit*, Be. Pi. publicè produxit [a], quod Græci dicunt potius ἀποδεικνύειν, vel ἐπιδείξειν, &c [b].) *tanquam morti destinatos*, Vulg. Mo. sive, *addictos*, Er. P. Be. &c. sive, *obnoxios*, Er. Heb. בני מות [c]. Vel, *veluti bestiarios*, G. ex Tertul. h. e. damnatos ad bestias †, ut cum bestiis depugnarent [d], & à bestiis lacerarentur, ex immani Romanorum more [*], quorum infra omnes homines sors erat [f]. Dicta hæc, vel, 1. per ironiam, in qua inchoata hîc persistit; q. d. Vestra gloriatio indicat, nos judicio & sententiâ vestrâ infimos esse mortalium, &c [g]. Si ex rebus secundis, ut vos videmini existimare, colligitur Dei favor, nos Apostoli à Deo collocati erimus infimo loco [h]. Vel potiùs, 2. verè atque ex animo [i]: refertur enim hoc ad Deum, qui tales eos exhibebat, tanquam omnium hominum extremos atque vilissimos, quos tamen Deus elegit ad propagandum Evangelium suum [k]: q. d. Deus destinavit nos non regno, & triumphis, sed morti, persecutioni, & martyrio [l]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν, &c.] *Nam spectaculum* (passivè, h.e. qui spectamur. Metalepsis abstracti pro concreto [h]. Instat cœptæ similitudini [i]. Vel, *theatrum*, Er. Θέατρον metonymicè, pro, θέαμα θεατρικόν [k]. Θέατρον alibi est locus spectaculis destinatus, hîc res spectanda [l]. Θέατρον pro *iis qui spectantur*, sicut ἀκρόαμα dicuntur *ii qui audiuntur*. Non dissimiliter, *versari in theatro*, apud Ciceronem, est, spectari ab omnibus. Est usurpatio continentis pro contento. Propriè *amphitheatrum* dicebatur locus in quo pugnabatur cum bestiis: sed & *amphitheatrum* theatri est species, ex duobus constans velut concurrentibus theatris. Job se dixit תפת לפנים, 17. 6. Id Græci vertunt, γέλως αὐτοῖς ἀπέβην [m].) *facti sumus* (ut qui in triumpho ducuntur, & indè in carcerem strangulandi abripiuntur [n]: vel, ut damnati ad bestias [o], aut ad ludum arenarium [p], in theatro morituri [q], qui publicis spectaculis exhibebantur [r].) *mundo* (i. e. vel, 1. ipsi cœlo & terræ, ut Rom. 8. 19 †: vel, 2. mundi potissimis, τοῖς νοεροῖς [t], sive creaturis rationalibus in mundo; Metonymia [v]: vel, 3. improbis in mundo [x]: vel, 4. mundo Ethnicorum †.) *&* (pro, *id est* [y]. Cùm *mundum* velut spectatorem Apostolici certaminis Paulus introduxisset, eum dispertit in *angelos* & *homines*. Id Hebræi vocant *familiam superiorem* & *inferiorem* [z].) *angelis* (1. bonis [a]: dum se deprimit Paulus, tacitè indicat ea quæ abjecta essent & vilia [judicio mundi,] digna tamen censeri quæ ab Angelis spectentur [b]: 2. malis [c]; Dæmonibus [d].) *& hominibus*, Be. Pi. &c. Tam Angelos quàm homines plerique malos & bonos intelligunt. Omnes enim spectatores sunt, licèt dispari studio favoris aut odii, ut fit in spectaculis. Sed malim ad malos tantùm referri, quia de spectaculo agit ludibriis spectantium exposito [*].

10. *Nos* (scilicet Apostoli [f]. Sed videtur de se num. plur. loqui [g]: sub. *sumus*, Pi.) *stulti*] Hæc dicit, vel, 1. ironicè [h]: vel, 2. ex mente sua [i]. *Nos quotidie ut stulti ridemur*. Vide Act. 26. 24. suprà 1. 25 [k]. *Stulti*, vestro & seculi judicio [l], quia temere nos tot periculis objicimus [m]. ¶ *Propter Christum*] i. e. Evangelii causâ [n]. ¶ *Vos—prudentes* (vestro & seculi judicio [o]: vos eruditionis nomine vosmet jactatis [p].) *in Christo*] Quem ità prædicatis ut tamen caute prospiciatis nè ejus causâ patiamini [q] & ità ut laudem simul captetis sapientiæ & eloquentiæ [r]. Vel, *idque in Christo*, id est, in ejus Ecclesia; vide dicta Rom. 9. 3 †. vel, in doctrina Christiana, in qua scilicet egregiè vos sapere videmini [t]. ¶ *Nos infirmi*] h. e. Secundùm seculum [v], quia multa mala patimur, nec resistimus: quod est infirmitatis [x]. Ἀσθενεῖς] *Imbecilles*, V. fracti perpetuis ærumnis [y]: miseri, afflicti, חלשים. Vide suprà 1. 27. & 2. 3. Rom. 8. v. 26. & ibi dicta [a]. ¶ *Vos—fortes*] Vel, *validi*, Be. Pi. *potentes*, G. quasi extra teli jactum positi, qui sibi videntur valde fortes extra pugnam [a]: vel, quia freti eloquentiâ, sapientiâ, & amicitiâ hujus seculi, mala, si quæ occurrunt, facilè repellitis [b]. Vide suprà c. 1. v. 27 [c]. ¶ *Vos nobiles*, *Ἔνδοξοι] *Clari*, Er. V. *Gloriosi*, Be. Pi. Me. in prætio habiti [d], apud Corinthios, propter eloquentiam & philosophiam [*]. *Magnifici*. Vide Luc. 7. 25. Verti sic solet נכבדים & כבודים [f]. ¶ *Nos ignobiles*, *Ἄτιμοι] *Contempti*, sive *despecti*, Er. V. G. ut Matt. 13. 57. Marc. 6. 4. נקלים. Quod opponitur ἐντίμοις, Esa. 3. 5. & ἐνδόξοις, 1 Sam. 18. 23 [g]. *Obscuri*, Er. Me. *Inglorii*, Par. Me. non mundo solùm, sed & vobis, [vel] quia sortis nostræ tam abjectæ & afflictæ vos pudet [h]; vel, quia ornamentis [eloquentiæ, &c.] caremus [i].

11. *Usque in hunc diem*] Ab initio prædicationis nostræ [k]. *Etiam nunc*: nè me de præteritis tantùm agere existimetis. ¶ *Esurimus & sitimus*, &c.] Præcipua vitæ incommoda recitat, unde intelligenda cætera ejus generis. Vide Act. 20. 19. 2 Cor. 4. 8. & seq. & 6. 4. & seq. Phil. 4. 12 [l]. Intellige de Magistris eorum omnia contraria [m]. ¶ *Et*, &c. Καὶ γυμνητεύομεν] *Et nudi sumus*, Be. Pi. Vulg. i. e. laceri ac penè nudi [n]. Γυμνῆται sunt *velites*: unde γυμνητεύειν, *velitem agere*: sed καταχρηστικῶς dicitur de omnibus *nudis*, i. e. tenuiter vestitis. Vide Marc. 14. 52. Joh. 21. 7 [o]. ¶ *Et*, &c. Καὶ κολαφιζόμεθα] *Et colaphis cædimur*, P. Be. Pi. Vulg. significat contumeliosam tractationem, maximè quæ fit inflictis verberibus [p]. Κολαφίζειν propriè quid sit vide Mat. 26. 67. Sed per κατάχρησιν ponitur pro quavis *gravi vexatione*, ut videre est 2 Cor. 12. 7. 1 Pet. 2. 20. Simile loquendi genus 2 Cor. 11. 20 [q]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀστατοῦμεν] *Et instabiles sumus*, Mo. *Et agitamur*, Ca. *Et incertis sedibus erramus*, sive *vagamur*, P. Mo. Be. Pi. Er. Il. Ti. V. Certam quietámque sedem non habemus [r], ex domo in domum, ex urbe in urbem vagamur † *Et habitatio firma non est nobis*, Tre. ex Sy. *Et jactamur*: נדנו. Hoc tristior est nostra paupertas quòd nec tenui lare eam abscondere possumus, sed ubique locorum eam circumferimus. Sumus ἄοικοι, ἀνέστιοι. Ἐλαυνόμεθα φυγάδες, ἐξέδροι χθονός [t]. *Incerti quò fata ferant, ubi sistere detur* [v].

12. *Et*, &c. Καὶ κοπιῶμεν, &c.] *Et laboramus*, (vel, *laboramus ad lassitudinem*, G.) *operantes propriis manibus*, Be. Pi. &c. Ut nobis victum quæramus, nec cuiquam graves simus [x]. Vide Act. 18. 3. 2 Thes. 3. 8 [y]. Hæc omnia tacitâ oppositione notant Doctores Corinthios, opulentos, inflatos, quibus quæstuosum erat Evangelium [z]. Obliquè taxat Corinthios, qui, cùm divites essent & alios magistros lautè alerent, suum Apostolum egere paterentur [a]. ¶ *Maledicimur*, &c. Λοιδορούμενοι, &c.] *Conviciis* (vel, *Contumeliâ*, Val. *Calumniis*, V.) *affecti* (vel, *lacessiti*, V.) *bene precamur*, P. Be. Pi. sic Er. V. Tantum abest ut maledicta regeramus [b]. ¶ *Sustinemus*, Ἀνεχόμεθα] i. e. Patienter & æquo animo ferimus [c]: non resistimus, nec cogitamus vindictam [d].

13. *Blasphemamur*, &c. Βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν] *Infamati* (vel, *Dum blasphemamur*, Er. sic Val. V. Pro βλασφημούμενοι in MS. est δυσφημούμενοι. Habes id verbum apud Græcos Scriptores sæpe, & 1. Macc. 7. 4. ut & nomen δυσφημίας, 1 Macc. 7. 38 [*].) *precamur*, P. Pi. &c. nempe Deum pro ipsis [f], ex Christi præcepto, Mat. cap. 5. v. 10, 44 [g]. vel, *solamur*, Ca. vel, *obsecramus*, Er. Il. Mo. Sy. Ar. *eos*, Sy. i. e. humiliter & demissè loquimur obsecrantium more [h]: benignum ac molle responsum damus [i]. ¶ *Tanquam*, &c. Ὡς περικαθάρματα, &c.] *Tanquam purgamenta* (vel, *lustramenta*, G. ex Amb. vel, *excrementa*, Er. Il. Ti. E. Just. sim. Ca. *rejectamenta*, Tre ex Sy.) *mundi facti sumus*, Be. Pi. &c. Reputamur velut sordes [k], converrendo collectæ & mox ejiciendæ [l]; velut fæces humani generis, contemptissimi omnium mortalium, ac digni qui ex hominum consortio procul ejiciamur [m]. Περικάθαρμα est fæx, scoria, sordes, quæ ex lurida re quapiam repurgantur [n]. Præp. περὶ pondus addit; q. d. sordes undique everrendo collectæ [o]. Desumptum hoc ex Lam. 3. 45 [p]. Reperitur hæc vox περικάθαρμα Prov. 21. 18. & significat *lustramen*. Sicut περικαθαίρειν idem quod καθαίρειν, Deut. 18. v. 10.

r Scl. sic Vor. † Vor. t Scl. sim. E. v Scl. x E. y Di. ex Seld. z G. a Vor. b Be. c G. † G. Cal. sic Be. E. &c. d E. * Be. f G. g Chrys. Theod. &c. in Just. h G. i Just. k E. l Me. h Par. i G. k Sch. l E. m G. n Pi. o E. sic Me. p E. q Me. r E. † Be. t G. v Pi. Vor. x Hi. ex Just. † Ham. y G. sim. Vor. z G. a Zeg. sim. Just. ex Hi. b Chrys. in Just. c Zeg. d V. * E. f Be. g Pi. h Q. in E. sim. Just. i E. k G. l Me. ex E. m E. sim. Par. Me. n G. sim. Vor. Me. Pi. o Me. ex E. p G. q E. r Me. † G. t Vor. v E. x E. Me. y Par.

z G. a Par. b Me. E. c G. d Er. E. * E. f G. g Idem. h Par. i E. k Me. l G. m E. n Idem. o G. p E. q G. r Me. sim. † Strig. † Me. t G. v Strig. x Me. y G. E. z G. a E. b Idem. c E. sic Me. d E. * G. f G. Me. sim. Cas. in E. g G. h Me. ex E. i E. k E. sic Me. T. Just. Be. l T. m E. n Be. sim. Just. o Be. p Be. sic Scl.

Margin line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

10. ità περικάθαρμα idem quod κάθαρμα. Solebant ad id viles homines adhiberi. Mater Menœcei apud Papin. Theb. 10. *Lustralémne feris, ego te, puer improbe, Thebis Devotúmque caput, vilis ceu mater, alebam?* Ad quem locum Scholiastes, *Lustrare civitatem humanâ hostiâ Gallicus mos est. Nam aliquis de egentissimis pelliciebatur præmiis ut se ad hoc venderet: qui anno toto publicis sumptibus alebatur purioribus cibis; denique certo & solenni die per civitatem ductus ex urbe extra pomæria saxis occidebatur à populo.* Meminit ejus moris Gallorum & Cæsar. lib. 6. Et Servius ad illud Virgilii, *Auri sacra fames.* Tales homines non modò qui morti, sed & qui flagris, se devovebant Græcè dicuntur καθάρματα. Scholiastes ad Plutum Aristoph. Καθάρματα *dicebantur* οἱ ἐπὶ καθάρσει, &c. (*qui ad lustrationem pestis aut alterius morbi Diis immolati sunt: hic autem mos apud Romanos obtinuit.*) Et ad Equites, Ἔφερον, &c. (*Tulerunt Athenienses viles & inutiles* [homines,] *eósque tempore pestis aut calamitatis publicæ sacrificabant, ut inquinamenta expurgarent, quos etiam* Καθάρματα *nominabant.*) Et quia illi viles erant, ut diximus, indè natum, teste Eustathio, ut καθάρματα dicantur οἱ ῥυπαροὶ καὶ ἀπόβλητοι. Curtius cùm dixit, *purgamenta urbium suarum*, Græcum illud καθάρματα in mente habuit. Et Tertul. lib. De pudic. quod hîc est περικαθάρματα rectè vertit *purgamenta. Piacularem* dixit Plautus [q]. Sed non puto vel immanem hunc morem fuisse tum passim Græcis notum [r]; vel Paulum ad eum respexisse [†]. Poterat tamen se sic appellare, quasi execrandum caput, quòd invisus esset hominibus veluti piaculum: quomodo se ἀνάθεμα esse optat, Rom. 9. 3. & *superimpendi.* &c. vult, 2 Cor. 12. 15 [t]. ¶ *Omnium*, &c. Πάντων περίψημα] Idem significat quod voce præced [v]. Utque *omnium ramentum*, P. sic Be. E. Me. T. vel, *deterrimorum*, Pi. sim. Be. à περιψᾶν, *detergere* [x]; i. e. quod abstergitur [y]: vel, *pulvis vestigiorum*, Val. vel, *quisquiliæ*, Zeg. G. ex Hi. sic Vor. sordes quæ per attritionem defricantur [z]: quicquid abradendo vel abstergendo, tanquam impurum & inutile, relinquitur pedibus conculcandum [a]. Al. vilis pannus quo sordes absterguntur [b]. Jer. 22. 28. Μὴ περίψημα φαῦλον· ita vertit Symmachus. Eustath. περίψημα interpretatur σπόγγισμα, *id quod spongiâ abstergitur:* alii σκύβαλον. In Glossario est, *Quisquilia*, σκύβαλον. Id malo hîc quàm *Sabanum* interpretari, quanquam id quoque eodem nomine significari tradant Grammatici. Non malè hîc verteris, *retrimentum*, Tob. 5. 24. Ἀλλὰ περίψημα τῷ παιδίῳ ἡμῶν γένοιτο· ubi dicta vide. Barnabas, περίψημα τῆς ἀγάπης ὑμῶν, i. e. *nihil, si vobiscum comparer* [c]. Περίψημα Græca Scholia dicunt esse *reticulum quo sudantes se abstergunt*; alii, *Soleæ suppactum corium*; alii, *pulverem quem calcamus*; alii, *quod abjicitur in mare quò navis sit incolumis:* Videtur idem valere quod apud nos *nauci, quisquiliæ, sterquilinium.* Addit Suidas ità vocari *hominem jugibus obnoxium malis* [d]. Al. Ut κάθαρμα piaculum erat in terra, sic περίψημα erat piaculum in mari [*]. Suidas indicat veterem fuisse morem, ut si quid mali premeret, quotannis unum aliquem in mare projicerent, veluti Neptuno sacrificantes, addentes hæc verba, Περίψημα ἡμῶν γοῦ, *Esto nostrum peripsema*, i. e. salus, seu redemptio. Non placet: 1. Paulus nunquam ab impiis ritibus exemplum trahit ad bonos mores. 2. Sic Paulus sibi arrogare videretur quod Christo proprium est. 3. Non vocat se κάθαρμα num. sing. sed περικαθάρματα· ut per similitudinem ad res projectas pertineat potiùs quàm ad hominem [f]. Se porrò talem esse dicit non ipsis, sed *mundo* & *omnibus*, nè Corinthios offenderet; ideo quæ passus est apud illos maluit civitati publicóque nomini imputare [g].

14. *Non*, &c. Οὐκ ἐντρέπων, &c.] *Non pudore afficiens*, &c. Mo. *Non* (eo animo aut consilio [h]) *ut vos pudefaciam*, &c. Tre. ex Sy. sim. Er. P. Ca. Be. Pi. &c. ut vobis hæc exprobrem [i]: ut vos apud alias Ecclesias traducam. Ἐντρέπειν est, *pudefacere*, Plutarcho & aliis bene Græcis. Apud interpretes respondet Hebræo באש & aliis verbis paris significatûs [k]. De Doctoribus locutus, nunc verba ad fidelium singulos vertit [l]. Subindicat revera Corinthiis pudendum fuisse, quòd posthabitis Apostolis, qui tanta patiebantur ipsorum causâ, magistros honore afficerent, &c [m]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ὡς —

[q] G. [r] Ie. [†] Be. sic Just. [t] Just. [v] E. ex Th. sic Ham. [x] Be. sic Just. [y] Just. [z] Vor. [a] E. ex Th. [b] T. ex Oecum. [c] G. [d] Er. [*] Strig. [f] Er. [g] Er. ex Chrys. [h] Just Cal. [i] Me. [k] G. [l] G. sim. E. [m] E.

νουθετῶ] *Sed ut filios* — (quos paterno affectu diligo [n];) *admoneo*, Be. Pi. In MS. νουθετῶν, rectè, ut cohæreat cum illo ὡς· νουθετεῖν est, *castigare in id ut alter melior fiat.* Parentibus maximè id nomen convenit, ut videre est Sap. 11. 11. & 12. 26. Respondet Hebræo בין & יסר [o].

15. *Nam si* (vel, *etsi*, Be. Pi.) *decem millia* (i. e. multos [p]. Numerus finitus pro infinito [q].) *pædagogorum* (Παιδαγωγὸν Latinè *pædagogum* dixere Cicero & Columella, *custodem* Horatius. Ità dicitur is qui puero aut adolescenti adest ad mores ejus formandos. Sic Oresten cum Pædagogo introducit Sophocles Electrâ, & Leonidas Alexandri dicitur παιδαγωγός. Vide Gal. 3. 25 [r]. *Pædagogos* (qui ab alio genitos suscipiunt educandos [†]) patribus opponit, quia ferè duriùs cum filiis agere solent [t], nec adeò sincerè amant atque patres [v]. Confer 2 Cor. 11. 20 [x].) *habeatis*, &c.] Propter quorum arrogantiam mihi nullus ferè nunc apud vos locus est [y]. ¶ *Non multos patres: nam in Christo*, &c] h. e. Ad fidem Christi [z]. In iis quæ ad Christianam religionem spectant ego pater vester sum, reliqui tanquam nutritii aut pædagogi [a]. Providè addit, *in Christo Jesu*, i. e. per dona à Christo data. Primus in hac re honos est Patris, Mat. 23. 9. 1 Pet. 1. 3. 1 Joh. 3. 9. Proximus Christi, ut hîc apparet & dicto Matthæi loco: Tertius Apostolorum, ut hîc, Gal. 4. 19. Philem. 10. His omnibus & titulus *patris & gignendi* verbum convenit, sed suo cuique gradu. Sic Christus *fundamentum*, & Apostoli *fundamenta*; Christus *servat* homines, & Apostoli eos *servant*. *Pater* hoc loco is est qui primus in Evangelio aliquem instituit [b].

16. *Imitatores mei estote*] Scilicet ut patris: decet enim filios imitari patrem [c]. Quidni id fieri possit, cùm Paulus Christum ipsum sit imitatus? infrà 11. 1. Imitationem autem præcipuè hîc requirit in cura tutandæ in Ecclesia tum unitatis, tum sanctitatis [d].

17. *Ideo misi ad vos Timotheum*] Ut scilicet ex eo discatis vitæ meæ institutum, & conversationis rationem, quam imitemini [*]: vel, qui verbis latiùs explicet ea quæ breviter hæc Epistola comprehendit [f]. Prolepsis; Quibus in rebus imitabimur te? Resp. Hoc vos docebit Timotheus [g]. Vel, Quomodo te imitabimur quem non habemus præsentem? Resp. Ille vices meas supplebit, & de conditione mea edocebit. Confirmat paternam suam curam de ipsis: *Propterea*, quia vos curo, nec possum nunc adesse, *misi*, &c [h]. Al. Transitio est ad alterum locum hujus Epistolæ de judiciis & ecclesiasticis & civilibus [i]. ¶ *Filius meus*, &c.] Vel, 1. spiritualis, sive in Christo: vide 1 Tim. 1. 2 [k]. At ille Christianus erat antequam incidisset in Paulum, Act. 16 [l]. Vel, 2. quia à puero comes Apostolo hæserat [m], & socius erat laborum [n]. Vide 1 Tim. 4. 6. 2 Tim. 1. 5. Vide quæ diximus in Appendice de Antichristo [o]. Vel, 3. quia eum ob vitæ morúmque ejus sinceritatem paterno amore complectebatur [p]. Ideo Timotheum non communi illo, sed specialiori, sensu τέκνον vocare consueverat Apostolus, 1 Tim. 1. 2, 18. 2 Tim. 1. 2. & 2. 1 [q]. Vel, 4. quia junior erat. *Filius*, &c. ergò optimè res meas novit [r]. ¶ *Fidelis* (i.e. cui meritò fidendum ob integritatem [†]; ità conciliat ipsi authoritatem [t]: fidelem mihi operam præstans [v].) *in Domino*] i. e. Vel, in timore Domini [x]: vel, in negotio Domini, in Evangelio prædicando [y]. ¶ *Qui*, &c. Ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς, &c.] *Qui vobis in memoriam revocabit* (Exprobrat illis oblivionem [z].) *quæ sint viæ meæ* (i. e. rationes agendi, instituta [a], conversatio, pericula, labores, prædicatio [b], leges, regulæ [c], doctrina [d]: quibus cognitis habeatis quod imitemini [*].) *in Christo*, (i. e. in administrandis Ecclesiis Christi [f]; vel, juxta Christi doctrinam [g], cui viæ meæ congruunt [h]; vel, id quod sequor in religione Christi [i]: q. d. quomodo ego & vivam ipse secundùm Christi præcepta, & vivendum esse doceam [k].) *sicut ubique in omnibus ecclesiis doceo*, Be. Pi. &c. i. e. Nihil peculiare vobis injungo, sed illud exigo, quod passim ab aliis; ut scilicet exempla Apostolorum imitemini [l]. Ostendit, se non privata, aut occulta aut singularia, dogmata ipsis tradidisse, sed quæ erant omnibus tum necessaria, tum communia [m].

18. *Tanquam*, &c. Ὡς μὴ ἐρχομένου, &c.] *Perinde quasi ego non sim venturus ad vos* (ut eos cominus redarguam.

[n] Idem. [o] G. [p] Er. sim. Vor. Pi. [q] Vor. [r] G. [†] E. [t] Vor. [v] Vor. sim. E. [x] Vor. [y] Cal. [z] Par. [a] Me. T. [b] G. [c] E. [d] G. [*] Me. ex E. sim. Just. [f] G. [g] Pi. [h] Par. [i] Be. [k] Vor. [l] E. [m] G. sim. E. [n] E. [o] G. [p] E. [q] G. [r] Pi. [†] Pi. sim. Just. [t] Pi. [v] E. Me. [x] Pi. [y] V. sim. Just. ex Chrys. E. Me. [z] Me. [a] Pi. sim. Camer. E. Me. [b] E. Me. [c] Chrys. in Just. [d] Vor. E. [*] Me. [f] Pi. [g] V. [h] Just. [i] E. [k] G. [l] Me. ex E. [m] Just.

guam [n]. Perstringit eos qui magistri absentiâ ad insolentiam abutebantur [o].) *inflati sunt* (i. e. superbè se gerunt [p], ut suprà v. 17. Indè enim natæ partes quòd Doctorum alius alium sperneret, idémque faciendi autor esset plebi. Multa autem mendosa hujusmodi eveniebant in Ecclesiis absente Paulo, quæ facilè præsentia ejus repressisset. Vide Phil. 2. 12 [q].) *quidam*] Scil. vestrorum Doctorum [r]. Parcit nominibus, nè eos irritaret, atque adeò insanabiles redderet †.

19. *Veniam citò*] Ità quidem sperabat Paulus, sed diutiùs differre hoc iter coactus fuit, ità ut & alteram Epistolam ex aliquo intervallo scripserit priusquam eò rediret, 2 Cor. 1. 23 [t]. Non est prædictio, sed propositum, vel promissio, &c [v]. ¶ *Si Dominus voluerit*, &c.] Ità convenit loqui Christianis, Jac. 4. 13, 14, 15. vide Rom. 1. 10. Hebræi dicunt, אם ירצה השם, *si Deus voluerit*, aut בגבורת השם, *per potentiam Dei* [x]. Debet hoc tacitè semper intelligi, sed Paulus pro sua pietate eam sæpe exprimit *, ut Heb. 6. 3. &c †. *Cognoscam* (i. e. observabo [y], experiar & probabo [z], examine Spiritûs & verbi Divini probabo [a].) *non sermonem* —— (i. e. *facundiam* [b]; vel, *verba*, h. e. verborum phaleras [c]: vel, *loquutionem*, P.) *sed virtutem*, Pi. P. sub. *spiritualem*, P. vel, *spiritûs*, ut v. 4. h. e. efficaciam spiritualem, zelum Dei, fidem, charismata [d]; δεινότητα illam, & ἐνέργειαν in docendo, quæ in veris Christi Ministris cernitur *; vim orationis ad commovendos animos, quantum valeat eorum doctrina [f]; quantum possint per Spiritum Sanctum, non quantum sermone polleant [g]; spiritualem docendi facultatem [h]; effectum doctrinæ illorum in vobis reformandis; quàm rectè omnia se apud vos habeant per illos magistros, &c [i]. Experimento apparebit non illine me sint disertiores, (nihil enim hoc ad rem) sed an Deus per eos an per me potentiùs operetur [k]. Al. Experiar non quàm pulchrè illi loquantur, sed quàm bene operentur, i. e. quàm Christianè vivant. Nam virtus in opere conspicitur [l].

20. *Non*, &c. Οὐ γὰρ ἐν λόγῳ, &c.] *Non enim in verbis* (sub. *situm est*. P. Be. Pi.) *regnum Dei*, (i. e. regni cœlestis in Ecclesia administratio [m]:) *sed in virtute*, Pi. &c. i. e. in efficacia sive effectu sermonis [n] in animis auditorum [o]; in potestate miraculorum [p], vel potiùs sanctitate & potentia vitæ Apostolicæ, &c. *Regnum*, i. e. virtus & perfectio Christiana [q], & maximè Apostolica, quâ Deus regnat, &c [r]. Christianæ religionis professio non in sermonis cultu sita est, sed in Spiritûs Sancti vi ac potestate †. Al. Evangelium non persuadetur verborum suavitate, sed potentiâ Dei, h. e. per Spiritum Sanctum [t]. Deus regnum suum nec obtinet nec exercet in cordibus suorum per eloquentiam humanam, sed per potentiam suam in simplicitate sermonis se exerentem [v]. Non est hæc legitima Evangelii prædicatio, per quam ad regnum Dei homines adducantur, si facundiam ostentes, sed si prædices cum *demonstratione spiritus & potentiæ*, ut dicitur suprà 2. 4 [x]. Non in simplici professione, nec in affectata facundia, (utrumque enim per λόγον notatur) sed in Spiritûs Sancti efficacia, quæ in doctrina simul & vita sese exserit, &c [y]. Dei regnum, i. e. majestas, apparet non in verbis calamistro inustis, sed in vi miraculorum, qualia ab humana ope proficisci nequeunt. Vide suprà 2. 1. Sicut Latini dicunt Regibus, *Tua majestas*, ità Græci, βασιλεία σου [z].

21. *Quid vultis?*] Transitio ad sequens caput [a], quod hìc Græci inchoant [b], & rectè [c]. [Sensus,] Utrum è duobus eligitis [d]? Τί pro πότερον. Sic Livius, *Duo celeberrimi duces quis prior eorum vicisset*. Et scriptor Belli Hispanici, *Inter duos fit contentio quis prior pontem occuparet* *. ¶ *In*, &c. Ἐν ῥάβδῳ, &c.] *Cum virga* (vel, *Per virgam*, Er. Ἐν hìc valet *cum*, more Hebræorum [f]. Non dicit *gladium*, sed *virgam*, quia patrem se dixerat, cujus est virgâ castigare filium. Per *virgam* intelligit severitatem disciplinæ [g], vel correptionis [h], & punitionis [i]; vel censuras ecclesiasticas [k]; vel acrem castigationem, cujus species est excommunicatio illa de qua cap. seq. videbimus [l]; vel potestatem immittendi aut mortem, ut Ananiæ & Sapphiræ; aut cæcitatem, ut Elymæ; aut morbos. Ità tunc Deus supplebat id quod Magistratus Ecclesiæ præstare debent & tunc non præstabant. מטה, quod ῥάβδος verti solet, vertitur πληγὴ, Esa. 10. 24. Similem usum vocis μάστιγος annotavimus Marc. 3. 10 [m]. ¶ *An cum charitate & spiritu mansuetudinis?*] Vel, *lenitatis?* P. Be. Pi. vel, *leni*, sive *miti?* i. e. leniter in vos affectus [n]. An potiùs plenus amoris & animi lenis ac benigni [o]? An veniam consolaturus potiùs & confirmaturus resipiscentes quàm reprehensurus delinquentes [p]? *Spiritus*, quum de homine sermo est, Hebræis dicitur animus, ut liquet ex 1 Cor. 5. 3. hìc autem per meton. subjecti, est affectus animi: sic Num. 5. 14. *spiritus zelotypiæ* [q]. Etiam *virga* ex *charitate* proficiscitur, cui tamen hìc opponitur, quia occultatur charitas istâ severitate, vultûs tristitiâ & verborum asperitate [r].

CAP. V.

1. *Omnino*, &c. Ὅλως ἀκούεται, &c.] *Omnino* (Est asseverantis [a], simúlque rationem exponentis sententiæ præced. q. d. Virgam meritò vobis minitor [b], non potui minùs durâ præfatione uti, nec ista dissimulare, quia prorsus ità se res habet [c]. *Planè*, Pi. vel, *In summa*, Sy. in Be. quasi noluit tanti sceleris longiorem narrationem instituere [d]: vel, *omnino*, i. e. passim & in tota Achaia *. Sed prius malo [f]. Al. ὅλως, i. e. *ulla omnino*; ut, μὴ ὀμνύναι ὅλως, apud Justinum & Chrys. quod alibi καθόλου. Vide ad Mat. 5. 34. Ὅλως connectitur, vel, 1. cum ἀκούεται *communiter*, sive *universaliter*, sive *in universum*, *auditur*, i. e. invenitur; ut significet universalem hunc fuisse reatum ipsorum: vel, 2. cum πορνεία *fornicatio omnino*, vel, *in summa*, varias ejus species continens, & hæc inter reliquas [h]:) *auditur* (non vago rumore, sed constanti & certâ famâ [i], rumore apud exteros [k]: sub. *esse*, P. Be. Pi.) *inter vos* (Indignum quòd apud vos Christum professos ulla audiatur turpitudo; deinde verò talis [l]:) *scortatio*, P. Be. Pi. Πορνείας nomine non sola *scortatio* significatur [m], sed ex usu Scripturæ generaliùs accipitur [n], pro quovis concubitu non conjugali [o]; pro omni Venere contra fas, jura bonósque mores [p]; etiam pro incestu [q], & adulterio [r]: ut notavimus ad Mat. 5. 32. Sic apud Prophetas זנות & תזנות sæpissimè sumitur †. Et omnes istæ commixtiones veniunt nomine πορνείας, Act. 15. 20, 29 [t]. Veniunt eo nomine etiam conjugia illegitima [v]. Tertul. De pudicitia. *Ideo penès nos occultæ quoque conjunctiones*, i. e. *non priùs apud Ecclesiam professæ, juxta mœchiam & fornicationem judicari periclitantur*. Sic Basilio, *Puellæ quæ sine consensu Domini, vel patris, viro se tradunt* πορνεύουσι, &c. [Verba vide in G.] ¶ *Nec*, &c. Οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται] *Nè inter Gentes* (h. e. populos à fœdere Dei alienos ‖:) *quidem nominatur*, P. Be. Pi. In MS. deest ὀνομάζεται, quod nec Latinus in suo habuit Codice [x]. Vel, *nè nominatur*, h. e. in usu est, vel toleratur. Sed satius videtur h. l. per μείωσιν poni minus, ut majus indè colligatur; *nè nominatur*, scil. nedum ut perpetretur. Sicut Jer. 18. 13. *Quis audivit talia?* q. d. nedum fecit [y]? At nuptiæ cum matre, filia, aut sorore, permissæ sunt apud Arabas ac Persas, testibus Strab. Curt. Lucian, &c. apud Ægyptios, testibus Ptol. Diod. Plut. Justin. &c. apud Assyrios, Parthos, Medas, Æthiopes, ut alii testantur. Nec ab incestis his nuptiis abhorrebant Athenienses, Cimon, Chrysippus, Stoici & Epicurei [z]: [ut locis Plut. Curt. &c. designatis ostendit Just. quem vide si lubet] Gentes etiam his assuetas fuisse notat Moses Levit. 18 [a]. Quomodo ergò hoc verè dicitur [b]. Resp. 1. Hyperbole est [c], qualis in Senec. Hippolyt. 164. ubi incestum Phædræ cum privigno vocat *Nefásque, quod non ulla tellus barbara Commisit unquam* [d]. —— Dicit *non reperiri*, i. e. vix reperiri: verè. Plutarchus Seleucum narrat, cùm vellet Stratonicen uxorem suam filio suo Antiocho concedere, veritum nè ipsa offenderetur τῷ μὴ νενομισμένῳ, *ut re illicita*. Et Cicero in re simili dicit scelus *in omni vita inauditum* *. Significat, hoc rarum fuisse, nec sine horrore auditum [f]. 2. Non loquitur de gentibus in universum [g], sed de gentibus moratis [h], & tunc notis, quæ utplurimum Romanis regebantur legibus [i], apud quos priscæ illæ barbarorum consuetudines vel moribus, vel legibus, cor-

rectæ

rectæ erant. Certè non multò pòst incestos concubitus Christianis objectos notant Tertul. Just. Minut. &c[k]. 3. Non hîc loquitur de stupro semel admisso, sed de concubinatu quotidiano, & quidem cum patris uxore, non vidua [l], [ut videbimus:] de congressu cum noverca, à quo ipsæ etiam belluæ abhorrent [m]. ¶ *Ità*, &c. Ὥστε γυναῖκά τινα τοῦ πατρὸς ἔχειν] *Adeò ut* (vel, Nempe *ut*. P.) *quis* (vel Judæus,vel potiùs Gentilis: hoc tamen incertum est. Nomen autem non exprimit, parcens auribus legentium, & quia id satis notum erat [n].) *uxorem patris* (i.e. novercam [o], quæ Hebræis *uxor patris* dicta est [p], cum qua qui congrediebatur, ex Hebræorum legibus lapidandus erat [q].) *habeat*, Pi. sic P. Be. scilicet sibi [r], vel, 1. in concubinam †; idque patre adhuc vivente, ut colligitur ex 2 Cor. 7. 12 [t]. ubi is qui *injuriâ affectus* dicitur absque dubio pater erat [v]. *Habere*, pro *uti*, vel *usu habere*, ut 1 Cor. 7. 2. sic Ezec. 23. 4. Confer Mat. 13. 12 [x]. Vel, 2. pro uxore [y]. Ἔχειν hîc est quasi, *conjuge uti*, quomodo intellexit Syrus. Vide dicta ad Mat. 14. 4. ubi & hoc notavimus, Uxorem alicujus dici eam quæ uxor fuit, etiam marito jam defuncto [z]. Non placet [a]: 1. Nè Gentilium leges aut mores tale conjugium sustinebant [b]. 2. Christianum tale iniisse connubium verosimile non est. 3. *Scortatio* hîc appellatur [c].

2. *Et vos inflati estis*] Securi scilicet de tanto scelere exterminando [d]: q. d. contentionibus vacatis *, & vobis placetis [f], & donis vestris ostentandis adeò intenti estis, ut quæ sunt officii vestri planè negligatis [g]; ut correctionem hujus incestûs [h]. Sed unde stulta hæc & planè monstrosa gloriatio [i]? Resp. 1. De doctrina seu eloquentia istius fornicantis [k], qui unus erat ex ipsorum magistris [l]: quod vix credo [m]. 2. Forsan ex studio partium, exultante parte adversâ in istam in qua tam gravis lapsus contigerat. 3. Forsan ex malè concepta libertate Evangelii, quasi hoc contra Legem talem licentiam introduxisset [n]. *Inflati estis* majoris cujusdam sapientiæ opinione, quæ talia censet ἀδιάφορα. Ità enim censebant & Cynici & Stoici. Atqui si legibus civilibus cujusque populi tenentur Christiani, ut docemur Rom. 13. multò magis iis quæ apud omnes bene moratos populos receptæ sunt non sine gravi ratione, & iis maximè quæ cum Lege à Deo per Mosem Hebræis data consentiunt. Vide Levit. 18. 8 [o]. 4. Aut videri potest, Patrem incestuosi Ethnicum [adhuc] fuisse, aut infidelem Judæum, uxorem verò ad Christianismum conversam, sicut & filium. Gloriabantur ergò, non quòd filius novercam duxisset, sed quòd ità prævaluerat Evangelium, ut vel uxorem à marito infideli segregaret [p]. Mirabitur fortè aliquis, Romanum Proconsulem pœnas non exegisse de tali incestu. Sed nimirum defuit accusator: neque solebant Romani Magistratus in ista, statum publicum non directè tangentia, solicitè inquirere [q]. ¶ *Et non*, &c. Καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε ἵνα ἐξαρθῇ, &c?] *Ac non potiùs luxistis* (ut debebant omnes ob unius membri peccatum [r], ob publicum dedecus & scandalum †: ut solebant viri sancti. Vide Exod. 32. 31. Num. 16. 22. Jos. 7. 7. Jer. 9. 1 [t]. *luxistis*, i. e. Deum precibus & jejuniis oràstis [v]. Al. *luxistis*, i. e. lugentes procurâstis [x]. Unum enim verbum pro duobus sæpe ponitur ||, ut Act. 2. 40. *Servamini*, vel, *servate vos*, scilicet recedendo vel separando vos, *à generatione prava*, &c. Sic 1 Sam. 7. 2. *Lamentabatur post Jehovam*, h.e. Deum requirendo: & 2 Tim. 4. 18. σώσει εἰς τὴν βασιλείαν, &c. *salvùmque perducet me ad regnum*, &c. Vide & Gen. 12. 15. & 15. 9. & 43. 4. Marc. 3. 3. &c [y]. *Lugere* dicitur pro *excommunicare*, per meton. adjuncti, quia Ecclesia, cùm aliquem esset à suo consortio exclusura, lugentium sumebat habitum [z], eúmque *ut mortuum lugebat*, ait Origenes contra Celsum 3 [a], quomodo Pythagoras, cùm scholam ejus aliquis deseruit, κενοτάφιον sive feretrum circumgestabant eum lugentes [b]. Sic πενθεῖν interpretantur veteres, 2 Cor 12. 21. Clemens Constitut. 2. μετὰ λύπης καὶ πένθους, &c. (*Insanabilem cum luctu Ecclesiâ pellite.*) Tertul. De pudic. *Nec gaudium confert repertrici Ecclesiæ, sed luctum.* Episcopi Synodi Ephesinæ ad Ecclesiam Constantinopolitanam narrantes depositionem Nestorii, πένθος μὲν ἐπὶ τῷ γεγονότι δακρύοντες, (*priùs factum deflentes.*) Sic & Theod. *Flagitiosè viventes* θρηνήσωμεν, &c [c]. Et vox λύπη censuras Ecclesiæ respicere videtur, 2 Cor. 2. 1, 3, 4, 5. & 7. 8, 10, 11. ex collat. cum 2 Cor. 13. 2, 10 [d].) *ut tolleretur* (vestrâ non tam sententiâ aut auctoritate, quàm solicitudine *: q.d. Lugere debuistis, non quovis modo, sed cum studio tollendi, &c [f].) *è medio vestri*, &c. Be. Pi. P. &c. vel, 1. כרת, sive excisione per manum immediatam Dei, quam certè hîc meruerat [g]. Vel, 2. per pœnam capitalem [h]. Sed noluit Paulus Presbyterio Ecclesiastico tribuere jus Magistratibus proprium [i]. Vel potiùs, 3. per נדוי [k], sive per excommunicationis censuram [l]. Nam omnia laudabilia Synagogæ instituta retinuere Apostoli. Et si quis quæ Hebræi de ea re scripsere cum moribus antiquæ Ecclesiæ comparet, miram inveniet congruentiam. Ἐξαίρειν ἐκ μέσου est, *ex Ecclesia excludere*, quomodo loquitur Cyprianus. Oràsse debueratis Deum ut tota Ecclesia consentiens tales excommunicaret. Ἐν δὲ διχοστασίᾳ καὶ παγκάκῳ ἔμμορε τιμῆς [m]. Vel, *ut tollatur*, &c. quasi sacrum ac diris devotum caput, eíque sacris interdicatur: qui mos etiam apud Ethnicos, apud Germanos, teste Tacito, & Gallos, Cæs. Bel. Gal. 6. & apud Romanos, qui *diris devovere* dicebant; de quo vide Plut. Vitâ Crassi, Lucanum Pharsal. 1. Plin. 28. 2. Liv. l. 36 [n].

3. *Ego*, &c. Ἐγὼ μὲν γὰρ ὡς ἀπὼν, &c.] *Enimverò ego* (qui nè absens quidem ferre possum quod vos præsentes, quorum ob oculos quotidie versatur, toleratis [o]: vel, *Ego quidem certè*: q. d. Quum vos officium vestrum neglexeritis, ego certè illud à vobis postulo, &c [p].) *ut absens* (vel, *absens*, Vulg. In MS. deest ὡς non malè. Apostolorum erat munus, si quid in Ecclesiis negligebatur, id supplere suâ autoritate, accedentibus sæpe & miraculis [q]. Vel, *absens* quidem, Er. licèt *absens*, Pi.) *corpore*, *præsens autem spiritu*, P. Be. Pi. i.e. affectu, solicitudine [r], voluntate †, cogitationibus [t], quarum moderator est Spiritus Sanctus qui res etiam longissimè dissitas conjungit [v]: animo [x], ideo quòd omnia videret quæ ibi gerebantur, ut Elisæus quæ, se absente, faciebat Giezi, 2 Reg. 5. 26. ubi est, *cor meum*, pro eo quod hîc est *spiritus* [y]. ¶ *Jam*, &c. Ἤδη κέκρικα, &c.] *Jam ut præsens* (i. e. ac si præsens essem [z]) *judicavi*, F. Be. Pi. i. e. apud me decrevi, conclusi [a], & de facto hisce verbis statuo & impero [b]: jam sententiam tuli [c]; ut verbum sumitur etiam v. 12, 13 [d]. Verùm Apostolus nondum sententiam excommunicationis intulerat, nec his verbis ipsum excommunicat, sed authoritate jurisdictionis decreverat sententiam ferendam *. Dices, injustum hoc fuisse, absentem & inauditum damnare, Act. 25. ult. Resp. Jus illud cessat ubi crimen est notorium, ut h. l [f]. nec testibus opus erat, nec tergiversatione hoc celari poterat [g]. ¶ *Eum*, &c. Τὸν οὕτω τοῦτο κατεργασάμενον] *Ut is qui hoc ità* (i. e. tam impudenter & nefariè [h], palàm & in media Ecclesia, post acceptum Evangelium; ut οὕτω hîc denotet circumstantiam temporis ac loci [i]:) *perpetravit*, P. Be. Pi. h. e. tale & tantum facinus perpetravit; intellige, & in eo adhuc perseverat [k].

4. *In nomine Domini*, &c.] i. e. Vel invocato ejus nomine [l]: vel, ex mandato Christi [m], vel authoritate (& vice [n]) Christi [o], quâ fungor [p]: vel, in ejus gloriam, Col. 3. 17 [q]. vel, Christo quasi præside ac sententiæ auctore [r]. Conjungitur hoc, vel, 1. cum præced. *judicavi*, q. d. ut Christi vicarius ac minister †: vel, 2. cum seq. *congregatis*, &c [t]. nam fideles, quoties conveniunt, *conveniunt in Christi nomine* [v], Matth. 18. 20. ut sensus sit, congregandos esse propter Christum, ejúsque gloriam [x]: vel potiùs, 3. cum seq. *tradere Satanæ*, &c. id quod fiebat virtute, nomine & vice Christi [y]. Sic 2 Cor. 2. 10. dicit, se donare quod reliquum erat pœnæ *in nomine Christi*. Hoc autem addit, nè privatâ potestate rem tantam agere videretur [z]. ¶ *Congregatis vobis & meo spiritu*] i. e. Me, quantum ad sententiam attinet [a]: vel, spiritu meo Apostolico, vel dono Spiritûs mihi concesso [c]: q. d. meo jussu atque imperio [d]. Sic *spiritus Eliæ*, &c. 2 Reg. 2. 15. i. e. Spiritus Propheticus, &c *. Vel, *spiritu*, i. e. animo, quo tanquam præsens inter vos versor [f], vobiscum decretum hoc facturus [g]: ut ex antithesi v. 3. liquet [h]. Significat, sicut nunc cognoscebat omnia quæ ibi fierent, ita tunc etiam quæ facturi essent visurum [i]. [Sensus, q.d.] congregatis vobis, quibus ego adsum

k Just. l J. Cap. m Just. n E. o Pi. Di. Just. E. p Di. q Di. sic Li. chron. 107. r Me. Just. † Me. Vor. J. Cap. T. sim. E. t T. ex Anselm. &c. J Cap. Li. ho. v Li. ho. x E. y Vor. z G. a Just. E. b E. c Just. d Pi. * E. Me. f E. g Scl. h Me. i Li. ho. k Th. in Scl. Chrys. & Theod. in Just. l Chrys. & Theod. in Just. m Just. n Li. ho. o G. p Li. ho. q G. r Vor. † E. t Just. v Li. ho. x Ga. ad. vers. 31. 329. sim. Pi. Ham. Glas. || Glas. gram. 3. 3. 2. 229. y Ca. ib. z G. a Ham. G. b Ham.

c G. d Ham. * Just. f E. g Li. ho. h Q. in Be. sim. Tertul. in G. i Be. k G. l E. Ham. sim. Just. Me. T. Be. Pi. m G. n Just. o Cal. p Pi. q G. r E. Me. † Scl. t Cal. Scl. v Cal. x E. Me. G. Scl. &c. y G. z Me. sic Pi. a Scl. Pi. sic E. Me. b Me. c Cal. Ham. sim. Th. in E. d Ham. * E. ex Caj. f E. g Just. ex Chrys. & Theod. h Pi. Scl. i Be. k E. l Be. m Scl. Pi. Vor. n Me. T. o V. Vor. Me. T. Just. p Me. T. q Scl. r Just. † E. ex Thom. sim. Me. T. t E. G. ex Chrys. sim. Be. Pi. v G. sim. E. x E. Just. y Q. in Me. sic E. z E. a V. c Li. ho. p. 24. sim. Just. ex Theod. d Just. * Li. ho. f Vor. sim. E. g E. h Vor. i G.

adſum præſens ſpiritu, affectu, & ſolicitudine[k]. *Vos* autem cùm dicit, non omnes Corinthios, qui Chriſtiani dici volebant, intelligit, (erant enim ſciſſi inter ſe) ſed optimos[l]. Vult rem agi in conventu publico, ut omnes gravitatem peccati, adeóque juſtitiam pœnæ, agnoſcerent. Nec tamen multitudo eum excommunicabat, niſi approbando & ſuffragando, & excommunicatum vitando[m]; ſed illi qui Eccleſiæ præerant[n], vel certè aliqui eorum, ex judicio tamen ac juſſu Pauli prævio[o]. ¶ *Cum*, &c. Σὺν τῇ δυνάμει, &c.] *Cum poteſtate* (vel, potiùs, *Ex poteſtate*, Be. *Per virtutem*, V.) *Domini*, &c. Be. P. &c. i. e. à Chriſto mihi data[p]. Intelligit vel, 1. virtutem miraculorum, ad quæ vox δύναμις in Evangelio uſitatiſſimè refertur, ad poteſtatem autem diſciplinariam rariſſimè, ſi omnino[q]: vel, 2. efficaciam illam Chriſti, quæ ſeſe in talibus negotiis exerit juxta Chriſti promiſſionem, Matth. 18.18, 19[r]. Refertur hoc, vel, 1. ad *congregatis*, &c †. ut intelligamus concilium illud ex tribus conſtare; ex Pauli decreto, ex conſenſu multitudinis, ex autoritate Chriſti[t]. Dicit ipſam virtutem mirificam, nempe Chriſti, ipſi [ſpiritui Pauli] adfuturam ||. Ad conventum Eccleſiæ refero, cui Corinthii corpore, Paulus ſpiritu, Chriſtus virtute & efficaciâ, intereſſe dicitur[v]. Vel, 2. ad *tradi Satanæ*[x], ut σὺν hoc loco non tam comitem quàm autoritatem declaret à Chriſto datam, Joan. 20.21[y]. ut cùm dicimus, σὺν ταῖς μούσαις, i.e. *Muſis adjuvantibus*, &, σὺν τῷ Θεῷ, i.e. *favente Deo*[z].

5. *Tradere*, &c. Παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον, &c.] *Tradatur ejuſmodi* inquam homo (Epanalepſis Repetit enim vi hujus pronominis illa verba, in fine v. 3. *qui hoc perpetravit*[a]. Τοιοῦτον hîc emphaticum eſt, ut ſignificet, magnitudinem ſceleris reſpondere pœnæ acerbitati[b].) *Satanæ*, P. Be. Pi. h. e. ut publicè declaretur, eum ſub poteſtate Satanæ eſſe[c]. *Tradere* autem *Satanæ* eſt, precari Deum ut eum tradat in poteſtatem Satanæ, nempe ut per eum morbis vexetur[d], vel aliter; citra mortem tamen*. Sic & 1 Tim. 1.20. Nam eam poteſtatem ſicut interdum ſpecialiter Satanas accipit ad tentandos pios, ut Jobum, 2. 4, 5, 6, 7. & Paulum, 2 Cor. 12. 7. ità plerumque eam obtinet in eos qui profani cùm ſint, piis tamen accenſeri volunt[f]. Hanc Græcorum ſententiam probant ex verbis ſeq. *in interitum carnis*. Alii verò ſic refellunt, 1. quòd neque hunc, neque alios quos Apoſtoli Satanæ tradidiſſe dicuntur, uſquam legimus ſic vexatos, nec illius mentio fit 2 Cor. 2. & 7. ſed tantùm ſummæ triſtitiæ, &c. nec legimus illum poſtea à Dæmonis vexatione liberatum, ſed tantùm pœnam ei ab Apoſtolo condonatam, 2 Cor. 2. 10. 2. Quòd ſi ità eſſet, non tam vitandus fuiſſet à fratribus quàm adjuvandus, & ægrotorum more curandus. 3. Nec talis vexatio propriè diceretur *interitus carnis*, quia non erat ad mortem[g]. [Alii igitur aliter explicant:] *Traditio Satanæ* eſt excommunicatio[h], major ſcilicet[i], ſive extrema, quâ etiam hodiéque Judæi utuntur[k], quâ quis fit quaſi Ethnicus, i. e. jus Civitatis Chriſtianæ amittit, Matth. 18. 17[l]. Reſpondet τῷ חרם Judæorum, quod Græcis ἀνάθεμα, cui, ad majorem ſolennitatem, additæ ſunt diræ ex Lege Moſis; quales illæ Act. 8. 20[m]. Excommunicati autem dicuntur *tradi Satanæ*, vel, 1. quia extra Eccleſiam projecti[n], & per hoc privati bonis Eccleſiæ propriis, qualia ſunt orationes, ſacramenta[o], conciones publicæ, (nam apud Judæos qui τῷ חרם ſuberat *nec docet, nec docetur*; & apud Chriſtianos, qui pœnitentes recepti ſunt primò inter auditores in porticu poſiti erant, quâ proinde antea excluſi fuerant[p]) ſpecialis divina protectio, cura paſtoralis, &c[q]. Expoſiti relinquuntur tyrannidi & incurſibus Diaboli[r], cujus regnum eſt extra Eccleſiam*. Cùm enim prædicta illa media deſtinata ſint ad ejiciendum Satanam ex animis hominum, (unde Catechiſta, qui homines inſtructione ſuâ idoneos ad Baptiſmum reddidit, ſive ad ingreſſum in Eccleſiam, dici ſolebat Ἐξορκιστής, h.e. qui Satanam expulit) qui illorum uſu privati ſunt meritò *tradi Satanæ* dicuntur †. Vel, 2. quia excommunicati (ut ſequentia confirmant) olim à Dæmone vexari ſolebant[t]. Vox autem παραδοῦναι emphaſin & elegantiam habet, ut poſtulationi reſpondeat. Conſtat ſiquidem Satanam eſſe *adverſarium* noſtrum, 1 Pet. c.5. v.8. Apoc. 12. 11. & nos ſæpe accuſare, modò falsò, ut Job. 1. 9, 11. modò autem

[k] Me. [l] G. [m] E. [n] E. ſim. Be. T. Juſt. [o] E. [p] T. ſim. Juſt. [q] Li. ho. [r] Vor. ſim. Pi. † Er. ex Amb. [t] Er. || G. [v] Scl. [x] Q in Er. ſic Be. [y] Be. ſim. Juſt. [z] Juſt. [a] Pi. [b] Be. [c] Vor. [d] G. ſim. Chryſ. &c. in E. * Chryſ. in E. [f] G. [g] E. [h] Me. Juſt. E. ex Amb. &c. Scal. Scl. Be. Ham. [i] E. [k] Scal. [l] Scl. [m] Ham. [n] E. Me. Ham. [o] E. Ham. [p] Ham. [q] E. [r] E. Me. ſim. Ham. * E. † Ham. [t] Me. ſim. Ham.

verè ob peccatum admiſſum, & tunc dicitur illum, ut lictor, ἐξαιτήσασθαι, *poſcere* ipſi tradendum. Vide Luc. 22. 31. Cùm autem Deus poſtulatis ejus annuit, dicitur hominem *Satanæ tradere*[v]. Hunc autem ſenſum ſuggerit ipſe contextus. Cùm enim dixiſſet, *ut tollatur de medio veſtrûm*, mox præcipiens ut id fiat, dicit ſe *jam judicâſſe eum tradendum Satanæ*: & poſtea id exponens ait, *Auferte malum ex vobis*[x]. [Aliis hæc ſententia non placet:] Aliud mihi eſſe videtur *excommunicari*, aliud, *tradi Satanæ*, ut apud Judæos, [de quo vide Cl. Authorem fusé eruditéque more ſuo diſſerentem] ità & h. l. apud Apoſtolum, ídque ob has rationes: 1. Cur rejecto vulgari & notiſſimo *excommunicationis* vocabulo ad aliud confugeret ignotiſſimum & obſcuriſſimum? 2. Extraordinario iſti ſceleri congruentior erat pœna aliqua extraordinaria, quàm vulgatiſſima illa excommunicationis. 3. Quid opus tam ſolenni aut inſtigatione ut Eccleſia excommunicaret, aut determinatione, ἤδη κέκρικα, de eo quem conſtabat mereri excommunicationem? Aut quid opus præſentiâ Pauli in re quibuſvis miniſtris Eccleſiæ delegata? 4. Repugnat illud, εἰς ὄλεθρον σαρκός, quod non fortuitum, ſed indubitatum, effectum deſignat. Quid autem ad illud valeret excommunicatio apud hominem in libidines ſuas juratum? Quare de miraculoſa actione locum accipimus, de reali ſcilicet traditione perſonæ hujus in manus & poteſtatem Satanæ ut eum morbis, torturis & terroribus, cruciaret. Huic favet, 1. quòd *tradere Satanæ* nunquam memoratur in Scriptura, niſi cùm adeſſet poteſtas Apoſtolica, ut hîc & 1 Tim. 1. 20. Et cùm poteſtas illa miraculosè feriendi ſceleratos, ut à Petro in Ananiam & Sapphiram, à Paulo in Elymam, & ut veriſimillimum, in Hymenæum & Alexandrum, uſitatè ab eis non exerebatur niſi coràm in os; hîc tamen à longinquo eam exercebat ac ſi præſens eſſet, quod quidem uſitatè non fiebat: at ſcelus hoc etiam non uſitatum. 2. Phraſis illa, *in nomine Chriſti*, uſurpatur in miraculo edendo, Act. 3. 6. de quo etiam 3. vox δύναμις uſitatiſſimè dicitur[y]. Sed de ordinario Eccleſiæ officio, non de miraculo, loqui Apoſtolum circumſtantiæ docent: nam, 1. reprehendit Corinthios quòd ipſum non ſuſtulerint de medio ſui, v. 2. at non reprehenderet eos de non edito miraculo, quia donum hoc erat Petri & Pauli, non omnium; nec mandâſſet Apoſtolus ut ipſi miraculum patrarent. 2. Ad hunc tollendum requiritur ſolennis conventus & conſenſus Eccleſiæ, quo non erat opus ad miraculum Pauli. 3. *Tradere Satanæ* Apoſtolus explicat per, *non commiſceri*, &c. vel, *cibum non capere*, v. 11. 4. & per ἐπιτιμίαν ὑπὸ πλειόνων, *objurgationem à pluribus factam*, 2 Cor. 2. 6, 7, 8. ubi etiam jubet ut ei condonent, eum conſolentur & recipiant. Ergò eum reatu conſtrinxerant atque excluſerant †. ¶ *In interitum* (vel, *Ad exitium*, Be. Tre.) *carnis*] Sic Er. P. Mo. Pi. &c. i. e. vel, 1. carnalis cupiditatis, quæ in illo dominabatur[z], quæ in hoc præcipitium ipſum arripuit[a], ut caro in illo mortificetur[b], ut iræ Divinæ ſenſu carnales affectus in illo exſtinguantur. Ità σάρξ ſumitur Rom. 7. 5. & 8. 9. ὄλεθρος σαρκὸς pari modo dicitur quo, θανατοῦν τὰς πράξεις τοῦ σώματος, Rom. 8. 13[c]. Non placet; quia cùm de emendatione vitioſitatis innatæ loquitur Apoſtolus, nunquam vocat ὄλεθρον, ſed σταύρωσιν & θανάτωσιν, Rom. 8. 13. Gal. 5. 24[d]. Vel, 2. corporis*: q. d. ut corpore affligatur à Satana ad tempus[f]: vel, ut corpus maceretur[g], & emacietur[h], non tam ex morbo à Satana infligendo, ut Th. vult[i], quàm ex dolore ſpiritum ſive ſuccum vitalem exiccante, juxta Prov. 17. 22[k]. Præfigitur his verbis terminus Satanæ, ut corpus duntaxat tangeret, animæ parceret[l]. ¶ *Ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini*] i.e. In die Judicii[m]. *Spiritus* hîc eſt, vel, 1. homo quatenus ſpiritu renovatus[n]; q. d. ut ſpiritus, qui oppreſſus ſuccubuerat, iterum ſeſe erigat, & vindicet, atque ità fiat ſpiritualis homo, cujus ſalus apparebit in die Judicii[o]: ut ipſe in die noviſſima ſalutem aſſequatur, cùm jam non ampliùs caro & ſanguis, ſed ſpiritus, ſive ſpirituales, erimus[p]. Vel, 2. anima, ut 1 Pet. 1. 9[q]. & mens, hâc pœnâ reſipiſcens, &c[r]. q. d. ut ſpiritus, i. e. animus, apud Deum depoſitus (Vide Luc. 23. 46. Act. 7. 59.) non intereat, ſed ſalvus ei ſit, reſtituendus nimirum corpori in die reſurrectionis, 2 Tim. 1 12 †. Nec obſtat, in extremo Judicio

non

[v] Ham. [x] E. [y] Li. ho. † Par. qu. 1. [z] E. ex Aug. ſim. Cal. [a] Be. [b] Vor. ſim. Be. Cal. [c] G. [d] Pi. * Ca Pi. Ham. [f] V. ſim. Me. Ham. [g] Me. [h] Pi. [i] Scl. [k] Pi. [l] Q. in E. [m] Me. ex E. ſim. Be. [n] Q. in E. [o] Cal. [p] Vor. [q] E. Pi. Scl. Me. [r] Me. † G.

non solam animam, sed & corpus salvum fore. Nam in salute animæ potissimum salus hominis consistit: & ex ea salus corporis consequitur ac dependet [t]. Notandum autem est, hunc esse excommunicationis effectum, non naturâ suâ, sed ex occasione, dum eâ pœnâ admonitus, pudefactus & contristatus, ad mentem redeat, & culpam agnoscat, vexatione dante intellectum [v]. Multos sanat malum temporarium, Psal. 83. 16 [x].

6. *Non est bona* (h.e. valde mala ac turpis est, flagrante inter vos tam fœdo crimine quod luctum exposcit [y].) *gloriatio vestra*] Vel, 1. de infami isto homine, tanquam uno ex magistris vestris [z]: q.d. Immeritò vobis placetis isto tali Doctore Philosopho magis quàm Christiano [a]. Non placet. 1. Nulla neque 2 Cor. 2. mentio fit doctrinæ ejus. 2. Non verisimile est, eos de homine incesto, adeóque infami, gloriatos esse. 3. Nullum in Pseudoapostolis infame crimen notatur, sed tantùm *subdoli*, &c. vocantur 2 Cor. 11 [b]. Vel, 2. de seculari sapientia [c], & eloquentia [d], & propria & magistrorum, &c [*]. Satius est animos dimittere, cùm tantum scelus inter vos sustineatis [f]. ¶ *Nescitis*] Qui de sapientia tantopere gloriamini [g], an hoc ignoratis, cujus vos ipsæ pistrices mulierculæ admonere possint [h]?

¶ *Modicum fermentum totam massam corrumpit?*] At sanè fermentum non corrumpit massam, dum eam fermentat, sed magis aptam reddit usui humano [i]. Ζυμοῖ;] *Fermentat?* E. Me. T. Be. P. &c. i.e. totam massam farinæ conspersæ suo sapore inficit [k]. Idem proverbium Gal. 5. 9. Hebræi per ζύμην intelligunt μεταφορικῶς omne id quod alia corrumpendi vim habet, sive dogma sit, sive exemplum, sive aliud quid. Vide quæ dicta ad Matth. 16. 6. Ità lib. Zeror in institut. Paschatis חמץ, i.e. *fermentum*, mysticè interpretatur יצר הרע, *malum appetitum* [l]. Hâc allegoriâ significat, contagium unius improbi hominis facilè ad omnes dimanare [m].

7. *Expurgate igitur vetus fermentum*] i.e. Omnia per quæ corrumpi potest Ecclesia [n]; vel, 1. veterem hominem, sive antiquam peccandi consuetudinem [o], pravas cupiditates [p]: *Fermenti* vox transfertur modò ad falsam doctrinam, modò ad animi affectus & vitia, modò ad naturam corruptam; unde proverbiale, *fermentum in massa*, quod Joseph Albo de innata vitiositate, sive יצר הרע, exponit [q]. *Vetus* addidit, sicut alibi dixit *veterem hominem*, Rom. 6. 6 [r]. ut denotet vetustatem hominis secundùm carnem viventis [†], sive corruptionem originariam [t]. Ità hæc est generalis exhortatio ad vitæ puritatem [v]. Ex hypothesi deducit thesin, è speciali exemplo admonitionem generalem, ut fugiant peccata, & studeant pietati [x]. Vel, 2 hunc impium & incestuosum [y], articulus enim, τὸ, est emphaticus; hoc vetus fermentum [z], notorios peccatores [a]. Sensus, ut dixi, mysticus præcepti, Exod. 12. 19. Quòd hîc est ἐκκαθάρατε, id in versione LXX in Exodo est ἀφανιεῖτε [b]. ¶ *Ut sitis nova conspersio*, φύραμα] *Massa*, P. Be. Pi. &c. Heb. עריסה, vel שאר. Vide dicta ad Rom. 9. 21. & ab Ignatio & Justino [c]: [quorum verba vide in G.] i.e. ut renovemini per Spiritum, &c [d]. ut tota massa, i.e. universus cœtus Ecclesiasticus novus sit, sicuti sigillatim singuli erant puri [*]. ¶ *Sicut*, &c. καθώς ἐστε ἄζυμοι] *Sicut estis* (id est, vel, esse debetis secundùm vestram professionem; vide Rom. 6. 2 [f]. vel estis ex parte, ità tamen ut necesse sit ut pergatis renovari [g].) *infermentati*, Er. V. D. i.e. quales estis cùm fermentum abjecistis ex domibus vestris: vel, quales vos sinceri esse abjecistis [h]; sicut esse debetis & conamini esse [i]; vel, sicut per baptismum facti estis [k]: azymi, i.e. à fermento peccati puri & sancti [l]. מצות, Exod. 12. 8. & alibi, vertitur ἄζυμοι: unde & dies illi Paschatis ἄζυμα, aut ἄζυμοι ἡμέραι Josepho, ut & Mat. 26. 17. Marc. 14. 1, 12. Luc. 22. 1. 7. Act. 12. 3. & 20. 6. Hinc homines ipsi ἄζυμοι qui fermento abstinent; quomodo dicuntur ἄσιτοι, ἄοινοι. Mysticè hoc loco sic vocantur qui sibi cavent ab omnibus iis per quæ corrumpi mores solent [m]. ¶ *Etenim Pascha nostrum* (scil. Christianorum, cujus Pascha Judæorum typus fuit; confer Joh. 19. 36 [n]. Vox ἡμῶν ostendit, Paulum de mystico, non de Judaico, Paschate loqui [o]; quasi novum Pascha [p]. Christus ergo mysticum *Pascha* [q], i.e. Agnus Paschalis [r]: ut vox *Pascha* sæpe sumitur, interdum verò pro Paschæ solennitate sive cœna, vel pro Agni esu, &c [†].) *immolatus est* (πάσχα θυσίαν vocat Josephus. Sic, θύσατε τὸ πάσχα, Exod. c. 12. v. 21. Deut. 16. 2, 5, 6. ἔσφαξαν τὸ πάσχα, 2 Par. 30. 15, 17. & 35. 1, 6, 11. Esd. 6. 20 [t]. In Græco textu additur, *pro nobis*, quod deest in Vulgato, sed summo consensu legitur in Græcis [v].) *Christus*] Vel, nempe *Christus*, P. Be. Pi. &c. Prosequitur cœptam ἀλληγορίαν. Sicut sanguine Agni Paschalis allito postibus liberati sunt Israelitæ ab excidio, ità & Christiani per sanguinem Christi aspersum cordibus, i.e. per fidem ex passione Christi conceptam, liberantur à communi exitio humani generis. Agnus ille sine vitio esse debuit, & Christus sine vitio fuit [x]. Sensus Apostoli, q.d. Jure exigo ut sitis azymi, quia Pascha agitis, in quo omnia Judæis sunt azyma [y]; perpetuum Pascha vobis agendum [z], ideóque oportet abstinere à fermento veteris ac pravæ conversationis [a]. Debetis autem esse azymi quia sicut Agnus Paschalis erat typus Christi, ità panes azymi Christianorum sunt typus & innocentiæ baptismatis, ac vitæ puræ & Christianæ [b]. Tria tenebantur Judæi nocte Paschatis narrare liberis; 1. *Transitum*, quia transilierat Dominus domus Israelitarum, &c. 2. *Amarorem*, quia amaritudine affecerat Pharao vitas Israelitarum. 3. *Infermentatum*, quia redempti fuerunt. Sicut enim panis infermentatus nova quædam est & sincera massa, sic illi ex Ægypto redempti, & à Gentilibus separati, novus quidam erant populus, soli Deo sacer. Unde liquet, rectissimè Apostolum à redemptione per Christi, tanquam veri Agni Paschalis, mactationem parta, ad expurgandum vetus fermentum argumentari, quia infermentatus panis ob redemptionem usurpabatur, ut qui per redemptionem novus populus facti erant, à veteri fermento immunes se esse debere scirent [c].

8. *Itaque epulemur*] Solebant enim festa celebrari solennibus epulis in signum lætitiæ [d]. Ἑορτάζωμεν] *Festum agitemus*, sive *celebremus*, Er. Il. Ti. Tre. P. Be. Pi. &c. scil. diem Paschalem [*]; non typicè, & 7 tantùm diebus, sed spiritualiter, idque toto vitæ tempore [f]: id agamus quod veteri Paschatis festo præfigurabatur [g]. Ἑορτάζειν, חגג, in Lege Mosis est, *abstinere ab omni opere ut Deo sacra fiant*: In mystico sensu, *ità perpetuò Deo servire ut omnia opera sint sacrificia*, Esa. c. 66. v. 23. Philo, Ἑορτὴ ψυχῆς, &c. (*Festum animæ est perfecta in virtutum operibus delectatio.*) Vidit aliquid hujus rei Thucydides cùm dicit, Ἑορτὴ, &c [h]. (*Festum nihil aliud est quàm ea agere quæ oportet fieri.*) ¶ *Non in* (vel, *cum*, Be. Pi.) *fermento veteri*] i.e. Veteris vitæ [i], peccatis infectæ [k]: in malis cupiditatibus [l]. ¶ *Neque in fermento* (Ex egesis prioris [m]:) *malitiæ*, &c. Κακίας καὶ πονηρίας] *Malitiæ & nequitiæ*, P. Pi. vel, *improbitatis*, Be. *versutiæ*, Er. *malignitatis*, E. ex Aug. q.d. Multò minùs in actionibus improbis atque versutis [n]: non in peccatis sive levioribus, sive gravioribus. Κακία est naturalis vitiositas, &c [o]. Πονηρία est aliquid pejus [p]: *malus* est quisquis malè agit, *nequam* qui cum dolo malo agit [q], vel qui accersitâ & voluntariâ pravitate peccat contra conscientiam, &c [r]. unde & Diabolus πονηρὸς dicitur [†]. ¶ *Sed in azymis* (sub. *panibus*, P. G. Pi. quanquam & ἄζυμα absolute poni solet, ut Exod. 12. 15, 17, &c [t]. Per *panes* autem mysticè intelligendæ actiones, ut quibus pascatur animus [v].) *sinceritatis*, &c. Εἰλικρινείας, &c.] *Sinceritatis & veritatis*, P. Be. Pi. q.d. Non triticeis, sed spiritualibus [x]. Hoc est, *sinceritate & veritate*, Er. sic V. E. ex Th. i.e. vitâ sincerâ, sive purâ & verâ [y]. Prius opponitur κακίᾳ, alterum πονηρίᾳ [z]. Εἰλικρίνεια est fuga impuritatis, ἀλήθεια simulationis. Hieron. contra Pelag. dial. 1. *Pascha cum amaritudinibus editur, Pascha sinceritatis, veritatis* [a]. [Sensus, q.d.] Improbos à nobis legitimo judicio segregemus, & ipsi totam vitam in justitia transigamus [b].

9. *Scripsi*, &c. Ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ] *Scripsi* (vel, *Scripseram*, vel *Scripturus eram*: q.d. sed expendens gravitatem sceleris, &c. stylum acuo, nec intimam tantùm, sed & communem in mensa, societatem veto, &c [c].) *vobis in epistola*, P. Be. Pi. Vulg. &c. Quânam? Resp. 1. In hac ipsa Epistola [d], suprà v. 2 [*]. & v. 6 [f]. Cui repugnat illud, νυνὶ δὲ, *nunc autem*, v. 15 [g]. Sed νυνὶ non semper est nota temporis, sed transitionis; q.d. Quum scriberem ad vos, vitandos scortatores, non intellexi Ethnicos, sed Christianos, &c. Confer Gal. 1. 9. *Sicut priùs diximus*; *nunc quoque dicimus*, &c. ubi illud προειρήκαμεν versum

Marginalia (left column): t E. | v E. | x G. | y E. | z Grot. in E. | a G. | b E. | c Me. E. | d E. | * T. sim E. | f Me. | g Be. Scl. | h Scl. | i E. | k Me. | l G. | m Vor. sim. Pi. | n G. | o Vor. | p Pi. | q D. | r G. | † E. | t Pi. | v Me. | x Pi. | y Scl. sim. | z Zeg. E. Me. T. | a Scl. | b Cal. G. | c Idem. | d Pi. | * Scl. sim. Ec. Cal. | f G. sim. Vor. E. | g Pi. | h V. | i T. | k Me. | l Me. T. | m G. | n Vor. | o G. | p Me. | q G. | r G. sic E. Me. T. Be. Pi.

Marginalia (right column): † E. | t G. | v Be. | x G. | y Me. sim. E. | z E. sic T. | a E. | b Me. | c Di. | d Me. ex E. | * Val. | f Vor. | g Scl. sim. Be. | h G. | i E. Me. T. | k T. | l G. | m Par. | n G. | o Par. | p E. & Me. ex Th. | q Me. ex Th. | r Par. | † E. | t Pi. | v G. | x Me. T. | y E. ex Th. | z G sic E. ex Th. | a G. | b Cal. | c Li. chron. 112. | d Li. ho. Glas. T. E. Chrys. Theod. & Hi. in Just. Scl. ex Th. Vor. | * T. Ham. | f Scl. | g Le. Par.

versum tantùm 8. præced. respicit [h]. Resp. 2. In aliqua Epistola antehac scripta, quæ intercidit [i], ut multæ [k]. Credibile enim non est, Paulum non alias scripsisse tot annis Epistolas quàm quæ nunc extant [l]. Satis Deo debemus quòd tot servatæ sunt; ad quas si & singulorum vita & regimen Ecclesiæ dirigatur, bene erit [m]. Ista quæ habemus doctrinæ & institutioni nostræ plus satis sufficiunt, teste 2 Tim. 3. 16, 17 [n]. Miserat Apostolus Timotheum ad Corinthios antequam hanc Epistolam scriberet, cap. 14. 17. & verisimile est, eum aliquam Epistolam per eum misisse, in qua sic scripserat: ast ad Apostolum accedentibus *Stephano*, *Fortunato*, & *Achaico*, totúmque statum Ecclesiæ Corinthiacæ ei pandentibus, literásque & quæstiones ei ab Ecclesia reddentibus, cùm adhuc, quod nôrunt ii, Timotheus ad Corinthum non pervenisset, ille hâc Epistolâ istam complectitur & supprimit: & si istam intercidisse dixeris, verè quidem aliqualiter dixeris, quia ad nos non pervenit exactum exemplar istius Epistolæ: at non verè etiam aliqualiter, quia omnia in Epistola ista comprehensa, in hac habemus, & multa præterea [o]. ¶ *Nè*, &c. Μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις] *Nè commisceremini* (vel, *commercium haberetis*, Ca.) *cum scortatoribus*, Er. Il. Ti. P. sic Be. Pi. &c. vel, *scortis*: est enim vox cuivis corpori meritorio communis. Prostabant enim Corinthi non solùm puellæ, sed & catamiti [p]. Al. Πόρνους hîc intelligit non sanè *catamitos*, ut quidam volunt, sed *scortis utentes*: quod & præcedentia ostendunt, & quæ sequuntur, 6, 10, 15. & Sirac. 23, 21, 22. Συναναμίγνυσθαι hîc & 2 Thes. 3. 14. συγχρᾶσθαι, Joh. 4. 9. κολλᾶσθαι, Act. 10. 28 [q]. Συναναμίγνυσθαι hîc accipi possit pro, *denuo commisceri*; ut significet, eos id facere solitos antequam initiati essent Christo [r]. *Commisceri* h. l. non est turpitudinem cum iis exercere [†], sed vitæ commercium & consuetudinem cum eis habere [t]; vel, familiaritatem colere [v]; eos vobiscum in domo Dei, aut vestrâ consuetudine, habere [x]. Συνανάμιξις conversatio ista reputanda est quæ Judæo prohibita est cum Ethnico, qualis erat, 1. comestio ad eandem mensam: 2. *comparticipatio* (ut vocatur Judæis, nobis autem *deputatio*,) in mercatura aut negotiatione: 3. contractus matrimonii & affinitatis, συγκατάμιξις, Jos. 23. 12 [y]. Prohibet hoc verbo consortium cum iis, vel, 1. in conventibus Ecclesiasticis, ut idem hoc denotet quod, *tollere de medio*, &c. v. 2. confer 2 Thes. 3. 14. vel, 2. in civili conversatione: cui favet; 1. quòd hanc Judæi cum Ethnicis illicitam putabant. 2. Quòd censura illa, נדוי dicta, hanc exclusit. 3. Alioqui supervacua esset illa cautio, nè hoc extenderetur ad Ethnicos, qui ad sacram communionem nunquam admissi eâ certè excludi non poterant, & absurda esset ratio addita, *alioquin è mundo exeundum esset*. 4. Alioqui hæc vitatio consortii illorum non fuisset Ethnicis conspicua, & proinde scandalum adhuc durâsset. 5. Collatio cum locis similibus. Vide Rom. 16. 17. 2 Thes. 3. 14. item Mat. 18. 17. unde constat, Apostolum docere voluisse non tantùm Ecclesiam, ut censuram infligeret, sed privatos quoque Christianos, ut externâ conversatione suâ monstrent quàm parum sibi probentur flagitiosi, &c [z].

10. *Non*, &c. Καὶ οὐ πάντως, &c.] *Ac non* (Illud καὶ in MS. non comparet, & abest rectiùs [a]. Vel, *At non*, Be. Pi. καὶ pro ἀλλὰ, ut sæpe [b]. Vel, *Non utique*, V.) *omnino* (vel, *in totum*, Er.) *cum scortatoribus mundi hujus*, Er. P. &c. h. e. seculi [c], h. e. infidelibus [d], qui huic mundo addicti & extra Ecclesiam sunt. Sic sumitur vox *mundi*, Joh. 15. 19. & 17. 14 [*]. Non id scripsi de non Christianis [f], sive de Ethnicis [g]. ¶ *Aut* (Ad singula sequentia repetendum, *hujus mundi* [h].) *avaris*] Addit alia vitiorum genera [i]: doctrinam specialem extendit ad genus universum, cujus aliquot species enumerat [k]. Πλεονέκται sunt *qui in contractibus & promissis fraudant alterum*: id facere est πλεονεκτεῖν, בצע Hebræis: unde & nomen בצע, πλεονεξία, πλεονέκτημα [l]. Vel, qui plus semper appetunt, rem per fas & nefas augent, res alienas injustè, furto vel fraude, auferunt vel detinent. *Avari* quoque dicuntur qui sua tenaciùs retinent. Sed de iis non diceret, *Nè commisceamini* [n]. ¶ *Aut rapacibus*; sic Er. P. Be. Pi. &c. Ἅρπαξιν] Plus est ἁρπαγὴ quàm πλεονεξία [o]. Nam ἁρπαγὴ vim habet adjunctam [p], ut *raptus* & *rapina* apud Latinos [q]. Sed hæc vox videtur potiùs

h Ham. i G. sim. Be. Par. Just. E. k G. l Scl. m G. n Par. sim. Cal. o Li. ho. p Er. sim. Just. q G. r Er. † E. t E. sim. Me. T. Er. v Cal sim. Vor. Par. Camer. Li. ho. x Scl. y Li. ho. z Ham. a G. b Be. c Me. T. d E. sim. Zeg. Pi. * Pi. f G. g Li. ho. h E. i G. k Pi. l G. n E. o G. p G. sim. E. q G

raptum, sive stuprum vi illatum, denotare; ut Mat. 23. 25. ubi ἁρπαγὴ cum ἀκρασία jungitur. Sic apud Cretes qui puerum ad masculam venerem abripuit dicitur ἁρπαγὴν ποιεῖσθαι, Strab. l. 10. Et in Oraculis Sibyllinis cum impudentibus junguntur ἁρπασιαῖοι, *violatores pudicitiæ*. Et in Harmenopulo *raptor* ἅρπαξ dicitur [r]. ¶ *Aut*, &c. Ἢ εἰδωλολάτραις] *Aut idololatris*, P. Be. Pi. vel, *simulacrorum cultoribus*, Er. E. cultu scilicet qui Deo debetur [†]. Hîc primùm occurrit ea vox. Quod Hebræi dicunt עבודה זרה, id Hellenistæ dicunt εἰδωλολάτρειαν· non quòd vox voci respondeat, sed quòd sic optimè intelligeretur quod vellent, quia Gentes in cultu suo publico utebantur simulacris, i. e. imaginibus exstantibus, Judæi non utebantur. Hinc vox mansit etiam apud Christianos, non quòd secundum Decalogi præceptum eos obligaret, sed quia ille vocis usus illo sensu invaluerat [t]. Al. Hæc vox hoc loco & alibi non tam cultum simulacrorum denotat quàm vel comestionem in Idoliis, vel potiùs impuros illos idololatrarum ritus & congressus, quorum rei erant Gnostici. Constant hunc esse vocis sensum 1 Pet. 4. 3. ut apparet ex ἀσελγείᾳ quæ præcessit, & ἀνάχυσιν ἀσωτίας, seq. v. 4. item 1 Cor. 6. 9. & Gal. 5. 20. ubi inter alia hujus generis *opera carnis* hæc recensetur; item Apoc. 21. 8. & 22. 15. Certè cultus idololatrici Ethnicorum abominandis immunditiis pleni erant, de quo vide Levit. 18. 24, &c. 1 Reg. 14. 24. & 15. 12. Esa. 57. 5. Sap. 14. 23, 26. 2 Mac. 6. 4. Et nota sunt *Eleusinia sacra*, *mysteria Cybeles*, *festa Floræ & Veneris* apud Græcos [v]. ¶ *Alioquin*, &c. Ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα, &c.] *Alioquin* (nempe si id conemini [x]; vel, si vobis abstinendum esset à talium consortio [y]; vel, si hoc voluissem [z]: vel, *Quoniam*, sive *Quandoquidem*, Er.) *debetis scilicet* (vel, *oportebit*, Ti.) *è mundo exire*, P. Be. Pi. &c. *Alioqui utinam videlicet è mundo exissetis*, Er. Sed non convenit sententia, nec usquam ὀφείλετε lego pro *utinam* [a]. *E mundo*, i. e. è tota Græcia [b]: potiùs ex toto mundo, nec enim sola Græcia ferax est horum vitiorum [c]; vel, ex toto genere humano [d]. *Alioqui vobis esset ex orbe migrandum*, Ca. Quoniam talium plena sunt omnia [*]. Nihil noceret si hoc fieri posset, sed nimis hoc grave esset: intercideret ferme omne vitæ humanæ commercium, quod hîc ὑπερβολικῶς exprimitur [f]. Nempe pauci adhuc estis Christiani, quibus nihilominus in Repub. vivendum est inter Ethnicos, quos si fugeretis, quomodo illi Christo lucrifaciendi essent [g]?

11. *Nunc autem*] Νυνὶ non est hîc ad temporis discriminationem additum, quasi nunc aliud scriberet Paulus quàm antè scripserat, sed habet vim adversativæ, quomodo νῦν sumitur infrà 7. 14. & 12. 20. & νυνὶ infrà 12. 18. & 15. 20. Ità apud Ciceronem sæpe ponitur, *nunc verò* [h]. *Nunc* hîc est particula attentionem postulantis, &c [i]. ¶ *Si*, &c. Ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ἢ πόρνος] *Si quis frater nominatus, aut fornicator*, Mo. Al. *Si* (vel, Id est *si*, Be.) *quis, cùm frater nominetur*, (vel, *appelletur*, Er.) *sit* (vel, *fuerit*, Er.) *scortator*, P. Pi. Be. Er. &c. Vulgò quidem legitur, ἢ πόρνος [d], sed malim legere, ᾖ πόρνος [*], ut verbum potiùs sit quàm conjunctio [f]: Sic lego, tum ex Vulgati autoritate, qui convertit, *est fornicator*; tum ex Græcorum scholiorum, & duorum manuscriptorum Codicum, fide [g]. *Frater*, i. e. Christianus: nam Christiani se invicem *fratres* vocabant [h]. Participium hîc accipi possit pro verbo, *nominatur* [i]. Ὀνομαζόμενος vel, 1. fratrem determinat: ut sensus sit, *Si quis, cùm frater appelletur*, i. e. Christiani nomen gerat, *sit fornicator*, &c [k]. *Si quis frater dictus*, i. e. Christianus dici volens; vide Act. 6. 3 [l]. vel, Christianus sit [m], saltem professione tenus [n]. Significat, eum qui sit ejusmodi probris obnoxium, titulo tenus duntaxat esse Christianum [o]. Vel, 2. refertur ad sequentia [p]: ut sensus sit, Si quis Christianus adeò manifestè sit fornicator, ut talis nominetur, & eo nomine passim designatus & diffamatus sit. Nam *famosi* more Scripturæ dicuntur ὀνομαζόμενοι, vel ὀνομαστοὶ, ut Ecclesiast. 39. Baruch. 3. 1 Mac. 3. Si notorium sit crimen, eum, vel ante sententiam Judicis, vitandum vult, &c [q]. Amicitia cum talibus peccatoribus dehonestabat Ecclesiam, cum iis qui extra Ecclesiam erant non item. Habes hîc præcipuas excommunicationis causas. In excommunicationis locum, ubi aut Presbyterium non est, aut Ecclesia

r Ham. † E. t G. v Ham. x Er. y E. z Zeg. a Be. b Er. c E. d Pi. * Ca. sim. Er. E. f G. g Cal. h G. i E. d Be. * Be. sic Scl. f Scl. g Be. h Vor. i Er. k E. l G. m V. Me. sim. Pi. Scl. n Scl. o Græci. in Er. p E. ex Oecum. & Aug. Amb. Iren. Orig. q E.

-est lacerata, succedit privata familiaris commercii fuga. Unde non longè abit Charondæ illud, Ἀδίκῳ ἀνδρὶ, &c. (*Nemo cum improbo viro aut muliere versetur, aut se probro exponat quasi ipsi similis esset* [r].) ¶ *Aut idolis serviens*] Qui sive ex animo, seu metu, seu placendi voluntate, &c. inductus infidelium sacris se admiscet, ut vel idolum colat, opere saltem externo, vel de idolothytis edat †. ¶ *Aut*, &c. Ἢ λοίδορος] *Aut convitiator*, Er. P. Be. Pi. &c. Ad modò dicta vitiosorum nomina addidit hîc pari jure λοιδόρους & *ebriosos*. Λοιδορία respondet Hebræis vocibus, ריב & דבה: illa *jurgium*, hæc ψόγον & ὀνειδισμὰ, (*vituperium* & *probrum*) sign. Vide Joh. 9.28. Act. 23. 4. 1 Cor. 4. 12. 1 Pet. 2. 23 [t]. Λοίδορος est qui facilis est ad convitia & maledicta, &c. Criminis hujus gravitatem disce, quòd communem cum reliquis pœnam mereatur [v]. Referri hoc possit ad Gnosticorum, vel, 1. malitiam in Christianis accusandis & persecutioni objiciendis; vel, 2. mores impudicos: vox enim contumeliam denotat non modò in verbis, sed etiam in operibus. Et peccata impudicitiæ verbis probrum significantibus sæpe exprimuntur, ut per παίζειν, Gen. 39. 14. per ὕβριν, &c. per ἄτιμα πάθη, Rom. 1. 26. Sic autem omnia hæc sunt peccata impudicitiæ præter ebrietatem quæ cum iis aptè conjungitur, &c [x]. ¶ *Aut*, &c. Ἢ μέθυσος] *Aut ebriosus*, Er. P. Be. Pi. &c. Damnat excessum potûs inebriativi, sive potantem inebriet usque ad deliquium rationis, sive non, si *potens* quis fuerit *ad bibendum*, &c. Esa. c. 5. v. 22. Confer Prov. cap. 23. ver. 29, &c [y]. Vox hæc frequentiam ebrietatis notat [z]. *Ebrius* significationem habet actionis; *ebriosus*, perpetui mali. Cicero De fato, *Stilponem scribunt ipsius familiares & ebriosum & mulierosum fuisse: vitiosam autem naturam ab eo sic edomitam & compressam esse doctrinâ, ut nemo unquam vinolentum, nemo in eo libidinis vestigium, viderit* ‖. Neque enim vitari jubet eum qui semel hæc fecerit, sed qui hæret in hujusmodi vitiis, etiam postquam admonitus fuerit [a]. ¶ *Cum ejusmodi* (sub. *inquam*, Be. Pi.) *nec cibum sumere*] Explicat quid sit, *non commisceri* [b], h. e. nullam cum eo habere vitæ consuetudinem [c]; consortium ejus ità fugere [d], ut nec mensam cum eo habeatis communem *, nedum ut intimâ familiaritate flagitia ejus foveatis [f]; vel, nedum ut illos ad sacræ Cœnæ communionem admittere debeatis. Emphaticum hîc est μηδὲ, utpote nota minoris [g]. *Cum talibus*, id est, adeò vitiosis & Christianorum nomen usurpantibus, *ne epulas quidem habere communes*: quod minimum est inter amicitiæ signa. Vide Gal. 2. 12. Συνεσθίειν habes Gen. 43. 32. Psal. 101. 5. in Græco. Hebræis mos erat cibum communem non sumere cum eo qui erat in נדוי [h], nec cum Ethnicis & Publicanis, quorum loco Christus excommunicatos haberi vult, Matth. 18. 17. Familiaritatem, contubernium & convictum, prohibet: mensa enim amicitiæ symbolum apud veteres. Confer 2 Thes. 3. 14. Joh. Epist. 2. 10 [i]. Hoc modo cavebatur tum ut ipse pudore affectus resipisceret, tum nè cæteros suo exemplo corrumperet [k].

12. *Quid*, &c. Τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν;] *Quid enim mihi* (sub. *necesse est*, Pi. vel, *meâ interest*, P. Ca. Be. vel, *ad me attinet*, Er. V. Ca. &c.) & (vel, *etiam*, Be. Pi. Sed καὶ abest in MS. rectè [l].) *eos qui foris* (sub. *sunt*, Er. Ti. vel, *extraneos*, Pi. Tre. ex Sy. *de extraneis*, sive *alienis*, P. Be. Ca. i. e. de iis qui extra Ecclesiam sunt [m], nec unquam intus fuerunt [n], h. e. de Paganis, seu infidelibus [o]; de non Christianis [p]:) *judicare?* Mo. Er. P. &c. i. e. pro condemnato habere [q]? vel, punire? ut *judicare* sumitur infrà 11. 31, 32. item Heb. 13. 4 [r]. Non hoc adeò mihi aut vobis necesse est ad servandam Ecclesiæ puritatem †. Infideles ferendi sunt ut adducantur ad Christum [t]. Nolo me immiscere judicio infidelium [v]. Jurisdictio enim mea, cùm spiritualis sit & Ecclesiastica, extra limites Ecclesiæ non extenditur [x]. Obj. Etiam excommunicati foris sunt. Resp. Non omnino foris sunt, sed secundùm aliquid intus & in Ecclesia remanent, ei quippe subditi: neque enim Ecclesia eos abdicat à sua potestate seu jurisdictione, nec id facere potest. Infideles autem ità sunt extra Ecclesiam, ut ad ejus regimen nullo modo pertineant [y]. Obj. Cur ergò judicavit Elymam cæcitate, Act. 13. 11? Resp. Verba ergò in hunc sensum reddi possunt, *Quare enim mihi conceditur judicare etiam de iis qui foris sunt?* etiam Ethnicos insanabiles, ut Elymam, divinâ aliquâ plagâ percutere, nisi ut immedicabilia talia vulnera ense recidam? Et [ut sequitur,] *nonne vos—judicatis qui intus sunt?* Mihi autem datur à Deo etiam eos qui extra sunt judicare. Quos autem ego sic judico & percutio, Deus judicat & percutit, & vindictâ suâ censuræ meæ suffragatur [z]. ¶ *Nonne de iis* (vel, *eos*, Pi.) *qui intus sunt* (h. e. intra Ecclesiam [a],) *vos judicatis?*] i. e. Debetis judicare [b]? Nonne vestri est officii aut pœnis quibusdam, si eas suscipiant, castigare, aut, si id nolint, à vestra consuetudine segregare ità viventes? In hoc convenire omnes & consentire debueratis [c]. q. d. Hoc ergò facite; exteros judicabit Deus, vos videte domi [d]. *Cùm vobis sit de vestris judicandum*: Christiani de Christianis judicent. Κρίνετε est Indicativi modi, qui sic sæpe reddendus est, ut Mat. 11. 3. *Tu es ille venturus*, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; *an nobis alius exspectandus est?* Atque ità loquuntur Latini, *Quid agimus?* pro, *Quid nobis agendum* *? Alii punctum ponunt post οὐχὶ, ut respondeat præcedenti quæstioni, & pro κρίνετε legunt κρινεῖ. Ità quidam ante Theophylacti tempora, ut ipse monet. Quod optimè convenit scopo loci. *Quid enim mihi eos etiam qui foris sunt judicare? Non omnino. Eos qui intus sunt judicate vos; eos verò qui extra sunt judicabit*, vel *judicet*, *Deus*: q. d. Eos qui extra Ecclesiam sunt æquum est relinquere judicio Dei [f]. Sed οὐχὶ est sæpissimè forma interrogandi, ut οὐχ & μὴ, forma negandi [g]. Verùm & οὐχὶ sic sumitur Rom. 3. 27. *Per quam legem? per legem operum?* οὐχί· *non omnino* †. Argumentum hoc est à pari, nempe ab eorum exemplo [h].

13. *Nam eos qui foris sunt* (τοὺς ἔξω, הזרים, ἀλλοτρίους, ut vertunt LXX [i]:) *Deus* (non Ecclesia [k]) *judicabit*, Κρίνει] *Judicat*, Er. P. Be. Pi. Rectiùs κρινεῖ, *puniet eos*, suo scilicet tempore [l]. Habent Deum Judicem & ultorem, Nè ergò putetis eos melioris esse conditionis quàm Christianos, quòd à nobis non judicentur: non enim impuniti erunt [m]. Extranei Dei judicio sunt relinquendi [n]. Hoc (cum versu præcedenti [o]) per parenthesin legendum est [p]. ¶ *Auferte*, &c. Καὶ ἐξαρεῖτε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν] *Et* (vel, *Etiam*, Er. vel, *Igitur*, P. Be. Pi. sic V. καὶ illativè, ut sæpe: vel vertas, *sed*; καὶ, pro ἀλλὰ, ex Hebraismo, ut suprà v. 10. & Act. 10. 28. & sæpe [q].) *auferte*, vel *tollite*, (vel, *profligate*, Er. vel, *tolletis*, Ham. Kn. ἐξαρεῖτε enim est fut. temp. nec temere reddendum alio tempore: ut sensus sit, q. d. Pari modo parique judicio & vos, quod in vobis est facientes, potestis per istam manum Dei [quâ Deus judicavit quos ego judicavi: ut antè notatum] hunc aliósque istiusmodi nefarios è medio vestrî tollere [r]. Sed fut. indic. hîc Hebræorum more, pro imperat. ponitur †. Ἐξάρατε est in MS. Meliùs alii Codices ἐξαίρετε [t], ut est in cod. duobus [v], sicut præcessit κρίνετε· nam ista cohærent, parenthesi, ut diximus, interpositâ: ut sensus sit, *Nonne debetis eum à vobis amovere?* sicut κρίνετε est, *debetis judicare*: sæpe enim verba talia non tam actum quàm officium significant. Ideo Syrus & hanc interrogationem & præcedentem per Imperativum transtulit [x].) *malum* (vel, *istum sceleratum*, P. Pi. sic Er. Val. ut ad Hominem referatur, non ad Rem [y]; illum incestum, ut articulus designat [z]: vel, *malum*, h. e. rem malam, h. e. exitium vobis alioqui obventurum: nam Chrys. Theod. Theoph. & Vulg. legunt τὸ πονηρὸν, quod rectius, ut respiciat phrasin illam Deut. cap. 22. ver. 21. ubi tamen Romana editio corruptè legit τὸν πονηρὸν [a].) *ex vobis ipsis*, Mo. &c. Neque enim quicquam obstat, nec aliter fieri fas est [b]. Sumpta hæc locutio ex Deut. cap. 24. ver. 7. ubi in Græco, ἐξαρεῖς τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν· ità & Deut. 13. 5. & cap. 17. ver. 7. & 21. 21. & 22. 21 [c]. Ità concludit totum hunc discursum; qu. d. Si monito meo pareatis, effugietis judicium Dei vobis incubiturum si sceleratos permittatis impunè inter vos versari, ut Judæis sæpe contigit: simúlque rationem dat cur censuras suas ad Christianos restringit [d].

CAP.

Marginal notes (left column): [r] G. † E. [t] G. [v] E. [x] Ham. [y] E. [z] Q. in E. ‖ Strig. [a] E. [b] Just. E. [c] Just. [d] E. sim. Er. * E. Me. Er Just. [f] Pi. [g] Vor. [h] G. [i] Cal. [k] Just. [l] G. [m] T. ex E. sim. Just. Me. Vor. Scl. [n] T. ex E. [o] T. sic L. Just. [p] Ca. Vor. sic V. [q] Er. Just. [r] Pi. † G. [t] Just. [v] T. [x] E. sim. Just. [y] E.

Marginal notes (right column): [z] Li. ho. [a] T. sic E. Me Pi. [b] G. Scl. [c] G. [d] Scl. * Ca. [f] Kn. [g] Ham. † Kn. [h] Pi. [i] G. [k] Me. [l] G. [m] E. sim. Cal. [n] Scl. [o] Ham. [p] G. [q] Be. [r] Li. ho. † Be. [t] G. [v] Be. [x] G. [y] Er. ex Aug. sic Val. E. [z] E. sim. Me. [a] Ham. sim. Kn. [b] Cal. [c] G. [d] Ham.

CAP. VI.

1. *Audet*, &c? Τολμᾷ τις ὑμῶν, πρᾶγμα ἔχων πρὸς τὸν ἕτερον, κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων, καὶ οὐχὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων;] *Sustinet* (vel, *Audet*, Vulg. Just. *Potest*, vel *Animum inducit*, Er. Significat, hoc pudendum esse [a], & Christianis indignum [b]. q. d. Eóne audaciæ vos processistis ut vos hujus rei non pudeat [c]?) *aliquis vestrûm* (qui Christiani & fratres estis [d]:) *negotium* (vel, *litem*, Tre. ex Sy. Kn. sic sæpe sumitur πρᾶγμα, ut *negotium* Latinis †.) *habens cum altero*, sive *adversùs alterum*, (scil. fratrem *. Dirigit hîc sermonem contra actorem, cujus in potestate erat apud Ethnicum judicem agere vel non agere; non contra reum qui compellebatur, &c [f]. Πρᾶγμα ἔχων, אשר יהיה לו ריב, 2 Sam. 15. 4. Dicitur talis Hebræis בעל משפט. Πρὸς hîc valet κατὰ, quod habes Matt. 5. 23 [g].) *judicari* (Non placet, quia non agitur de iis qui in jus vocati non poterant Magistratûs authoritatem declinare, sed de iis qui fratres ad infidelium tribunalia pertrahebant [h]. Vel, *litigare*, D. vel, *judicio experiri*, P. Be. Pi. Ca. Κρίνεσθαι est, *litigare*, ריב, ut Matt. 5. 39. & in V. T. sæpe verbum נשפט, quod exactè Græco ipsi respondet [i]. נשפט apud Hebræos partium est, non Judicis. Sic κρίνεσθαι apud Interpretes Græcos [k].) *sub injustis*, (vel, *apud injustos*, Ca. D. Ἐπὶ hîc sumitur ut Act. c. 25. v. 9, 10. 1 Tim. 6. 13 [l]. & apud Strabonem, l. 8. κρίσις ἐγένετο ἐπὶ Φιλίππου; & apud Appianum, 154. καληγορήσων τοῦ παιδὸς ἐπὶ Πομπηΐου [m]. Servanda hîc vis particulæ ἐπὶ, quæ subjectionem litigantis apud judicis tribunal notat: unde Apostolus sequens argumentum eruit. *Sub injustis*: sic Horat. *Et adhuc sub judice lis est* [n]. Ἄδικοι hîc dicuntur qui mox ἄπιστοι [o], non Christiani [p], infideles [q], sive Gentiles, sive Judæi [r], Ethnici & profani judices †, idololatræ [t], quos, verbo ad rem propositam accommodato, *injustos* vocat [v], & meritò, quia & fide carent quâ justus vivit [x], & justitiâ, non modò Christianâ, sed & morali ac politicâ [y], cujus pars quædam est religio [z]; quia Deo non exhibent quod debent [a], in praxi sua nec mandatum, nec gloriam, Dei respicientes ||: sic quoque insinuat, judicandi justitiam non esse ab iis exspectandam [b].) *& non magis*, vel *potiùs*, *sub sanctis*, Er. P. Pi. &c. scil. Christianis [c], nempe arbitris [d], διαιτηταῖς *, vel, 1. electis & assumptis [à litigantibus,] quorum sententiis ex compromisso starent [f]: vel, 2. à fidelium cœtu constitutis ad lites dirimendas [g]. Dignissimi reprehensione erant Corinthii, quos penès erat apud seipsos judicia talia libere exercere. Constat enim, Judæos propriis legibus sub Romano Imperio jam vixisse, & judicia pecuniaria sive περὶ τῶν βιωτικῶν illis permissa fuisse; de quibus judicabat *consessus triumviralis* in Synagoga. Num ergò id negarent Romani Synagogæ Christianæ? Parum curæ erat Romanis has distinguere, Act. 18. 15. Necdum adhuc excitata erat in Christianos persecutio à Romanis, &c [h]. Etiam ubi non est in sacris diversitas, viri boni est ad arbitrum potiùs ire quàm ad Judicem, ob litium moras & impendia & pragmaticorum ea agentium versutias, & quia sæpe ex lite civili nascitur judicium criminale [i]. Lites hæ ut ex injustitia & avaritia natæ sunt, ità conjunctæ erant cum macula nominis Christiani [k], & scandalo Ethnicorum, apud quos detegebantur Christianorum dissidia, avaritia, & injuriæ mutuæ [l]. Sumpta hæc sunt ex disciplina Hebræorum, qui dicebant, *coram Gentibus nunquam esse litigandum*; &, *qui adducit Israelem ad tribunal Gentium, profanat Nomen* [i. e. Deum,] *& honorat nomen idoli* [m].

2. *An nescitis quoniam sancti de hoc*, &c. Τὸν κόσμον κρινοῦσι] *Mundum* (vel, *Mundum ipsum*, Er. *Hunc mundum*, Val. Zeg. i. e. mundanos [n], vel impios [o], totum genus infidelium & improborum [p]:) *judicabunt?* Er. P. &c. i. e. condemnabunt [q]. Hoc faciunt, vel, 1. eorum comparatione [r]. Non placet; sic enim non sancti duntaxat, sed plerique etiam impii, judicium exercebunt, quomodo Ninevitæ & regina Austri *judicare* dicuntur, Matt. 19. 41, 42. Omnino autem aliquid magis proprium ac peculiare sanctis tribuendum est. Vel, 2. assistenter & approbativè †, approbatione sententiæ Divinæ [t]: ipsi primùm à Christo judicati [v] erunt, deinde

a Er. b E. c Pe. d Cal. † Kn. * E. Me. f E. g G. h Be. i G. k D. l G. m Cas. n Be. o G. sic Be. p Ca. q E. Me. T. r D. † Me. sim. E. t G. v Strig. ex Chrys. x E. y Me. sim. Scl. z E. a G. || Scl. b E. sim. Just. c E. Me. Vor. D. Zeg. G. d G. sic Just. E. * G. f E. g Just. h Li. ho. i G. k Cal. l E. m D. n Er. o V. Pi. E Vor. Scl. p E. q Just. Be. r Hi. Amb. Chrys. Theod. &c. in Just. † Scl. t E. sim. Just. Cal. Par. v G.

Christi adsessores judicabunt alios; quod de Apostolis dicitur Matt. 19. 28. Luc. 22. 30 [x]. Cyprianus, *Utpote amici Domini, & cum ipso postmodum judicaturi* [y]. Miror sanè hæc loca ità torqueri, quod pace Doctorum dictum velim. 1. Si privilegium illud sanctis omnibus commune erat, cur sic restringeret Christus, *Vos duodecim*, &c. 2. Omnes *stabunt* ante tribunal Christi, 2 Cor. 5. 10. tam oves quàm hirci, Matt. 25. 32. 3. Christus non personas intelligit, sed doctrinam, Duodecim Apostolorum, quæ Judæos judicabit & damnabit. 4. Num throni iis erigendi sunt ut approbent judicium Dei? Hoc ipsi quoque Diaboli & damnati faciunt. 5. Quale hoc argumentum? Sancti in die extremo approbabunt sententiam Christi. Ergò vos nunc potestis judicare, &c. Nos ergò nequaquam dubitamus, sensum verborum planissimum hunc esse, q. d. Nonne nôstis quòd Christiani futuri sunt magistratus & judices in mundo? Ast unde hoc notum erat? Resp. Apertissimè ex Dan. 7. 18, 27. ubi Imperium sub toto cœlo ad *populum Sanctorum*, i. e. Christianorum, transferendum dicitur. Cui congruit quod dicitur Apoc. 20. 4. Ità optimè procedit argumentum, Sancti olim regimine totius mundi potientur; nè ergò putetis illicitum de litibus inter vos dijudicare [z]. Al. Dicit, κόσμον κρινοῦσι, non quòd reapse fideles sint judicium de hominibus laturi, hoc enim uni Christo reservatum est; sed quòd in summam dignitatem evehendi sunt, &c. quomodo alibi dicuntur *habituri sceptrum, coronas, sessuri cum Christo in ejus solio*, &c †. nusquam tamen dicuntur *judicaturi cum Christo in die judicii* ||. ¶ *Et si*, &c. Καὶ εἰ ἐν ὑμῖν, &c.] *Quòd si* (vel, *Si igitur*; καὶ pro οὖν, ut suprà 5. 13 [a].) *per vos* (tanquam adsessores Christi [b]: *in vobis*, Just. ex Vulg. pro, *per vos*, more Hebræo [c]: vel, *inter vos*, i. e. vobis præsentibus, &, quasi ipsius Christi Judicis ore, mundum condemnantibus †.) *judicabitur* (vel, *judicatur*, Er.) *mundus*] i. e. Maxima hominum pars; οἱ πλείους κακοί· & κρίνεται præs. pro fut. ut suprà 3. 7, 14 [d]. ¶ *Indigni*, &c? Ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων;] *Indigni estis minimis judiciis?* Er. P. Be. Pi. &c. vel, *subselliis*: *subsellia* enim dicuntur *in quibus minutiora judicia exercentur*, secundùm Asconium †. Κριτήριον *locus* est *ubi causæ cognoscuntur*. Siquidem alicubi audiebantur causæ capitales, alicubi leviores & civiles *. Al. Sensus est, *Indignum est vos judicari in Gentilium judiciis*: quæ hîc *minima* vocat præ Judicio illo magnifico, quo Sancti Mundum & Angelos judicabunt [f]. Κριτήριον est δικαστήριον, h. e. *locus judicii*, ut constat ex Hesychio, aliísque Scriptoribus & Glossariis. Ità quoque sumitur Jud. 5. 10. Dan. 7. 10. Jac. 2. 6. & Susannæ, v. 49. Ità & Arabs hîc vertit, *subsellia Judicum ad mundum pertinentia* [g]. Al. Κριτήριον hîc non est *tribunale*, sed κρίσις, *judicium*, מדין, ut Jud. 5. 9. Dan. 7. 10, 26 [h]. *Indigni estis qui judicetis* (vel, *cognoscatis*, G.) *de rebus minimis*, Val. Vulg. Be. i. e. de rebus minimi momenti [i], si cum judicio, quod de salute animarum exercebitur, conferantur [k]; de rebus caducis [l], quæ fovendo ornandóque corpori inserviunt [m]; quæ pòst βιωτικὰ vocantur [n]: vel, de minimis vestris litibus [o].

3. *Angelos*, &c.] Vel, 1. bonos, judicio approbationis, laudis, & glorificationis [p]. Vel, 2. malos, sive Diabolos [q], judicio exprobrationis [r], & condemnationis †; suffragiis nostris eorum damnationem probantes [t]; eorum malitiam, superbiam, atque etiam imbecillitatem, coram toto mundo traducentes, eísque, tanquam victis, & contemptissimis, & à Deo projectis æternúmque damnatis, insultantes: id quod superbissimis illis spiritibus molestissimum erit [v]. Al. Sensus est, *Nos*, Ministri scilicet Evangelii, *judicabimus* Diabolos, i. e. eos oraculis, idolis, sedibus, cultibus & dominio, spoliabimus. Adeò sub dominatione Christiana subjecturus est Deus totum mundum, ut Magistratus Christiani judicaturi sint homines, & Ministri Evangelii Diabolos. Et vos de litibus quibusdam trivialibus non judicatis [x]? Et qui peccârunt Angeli eo tempore [die Judicii] sententiam accipient, Judæ, v. 6. Tertul. *Hi sunt Angeli quos judicaturi sumus, hi sunt Angeli quibus in lavacro renunciamus.* Fortè & boni Angeli majores honores accipient [y]. ¶ *Quantò*, &c? Μήτιγε βιωτικά;] *Nedum* (μήτιγε valet hîc אף כי [z]. Vel, *Quantò magis*, Tre. ex Sy. Ar. μήτιγε Græcis idem valere quod πόσῳ μᾶλλον annotavit Hesychius.

x G. Be. sim. Just. E. Cal. Er. Ca. y G. z Li. ho. † Cam. || Li. ho. a Pi. b G. c Just. † Be. d G. † Kn. * Er. f Chrys. & Th. in Er. g Ham. h G. i Pi. Vor. k Vor. l Just. G. sim. E. m Just. sim. Pi. n Vor. o Me. T. p Me. T. q Me. T. V. Cam. E. Vor. Scl. Li. ho. r T. † Me. T. t Just. v E. x Li. ho. y G. z Idem.

chius[a]. *Multò magis*, Æth. *Non tantùm*, Er. Ti.) *vitalia?* Mo. Val. vel, *victualia*, Val. ex Amb. Er. vel, *ista quæ* (vel, *quæ*, P. Pi. vel, *de iis quæ*, Be.) *ad victum* (vel, *vitam*, Val. Er. vel, *hujus vitæ usum*, P. Be. Pi. sic Er. V. E. vel, *facultates*, Er. V. βίος enim & *vitam*, & *victum*, & *facultates*, significat[b].) *pertinent?* Er. Ti. P. &c. vel, *res* (sive, *de negotiis*, Ca.) *hujus vitæ*, G. Ca. sim. Sy. Ar. Æth. sub. *non judicemus?* P. Pi. vel, *judices non simus?* Be. Idem hîc βιωτικὰ quod τῶ βίε πραγματείαι, 2 Tim. 2. 4. i. e. negotia ad hanc vitam pertinentia[c], victum, vestitum, agros, domos, pecuniam, &c. circa quæ versantur quotidianæ lites[d]. Sic μέριμναι βιωτικαὶ, Luc. 21. v. 34*. Sic βιωτικὰ Chrys. vocat militiam, negotiationem, & agricolationem: & homines βιωτικὲς vocant Suidas & Chrys. *mundi rebus deditos*[f].

4. *Secularia*, &c. Βιωτικὰ μὲ ἐν κριτήρια ἐὰν ἔχητε] Est μετωνυμία[g]: nam κριτήρια hîc vocat *res dijudicandas*[h]: ità Sy. & Ar. accipiunt. Glossar. Græco-lat. reddidit, *judicium, examen*: nec semper κριτήριον est δικαστήριον, *locus judicii*, quanquam Beza sic accipiat. Hebræi βιωτικὰ κριτήρια vocant דיני ממונות, & דיני קנסות, *lites pecuniarias*[i]. [Verba sic reddunt,] *Itaque si judicia* (vel, *causas judicandas*, Di. sim. Pi.) *habeatis de iis quæ ad hujus vitæ usum pertinent*, P. Be. Pi. sic Di. Apud Judæos distinguebantur omnia judicia in *pecuniaria* & *capitalia*[k].

¶ *Contemptibiles*, &c. Τὲς ἐξεθενημένες ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τέτες καθίζετε] Redundat hîc τέτες emphaticè[l]. Καθίζετε est, vel, 1. modi Indicativi; & per τοὺς ἐξεθενημένες intelligit Ethnicos, qui meritò, utpote injusti, apud Ecclesiam nullo numero habentur[m]; ut exprobretur Christianis quòd ad judices infideles devenerint, &c[n]. Alioqui statuendum erit Apostolum ejusmodi ἐξεθενισμὸν quorundam fratrum admittere, quem tamen ipse perpetuò oppugnat. Vide Jac. 2. 1, &c[o]. Locum sic reddo, *Eos ad eorum judicium refertis qui in Ecclesia despicatui sunt?* h.e. non Christianorum, qui apud Christianos nullo numero habentur‖. Vel, 2. modi Imperativi[p], ut plerique accipiunt[q], cui favent & particula ἐν & series verborum[r]. [Verba autem sic reddunt,] *Nihili factos* (vel, *Contemptibiles*, Tre. ex Sy. sim. Er. Il. Ti. *Eos qui vilissimi sunt*, Be. vel, *minimi fiunt*, P. vel, *nullo loco habentur*, Pi. eos quorum non magna est reputatio & autoritas apud vos†; quorum in Ecclesia nullus, aut non magnus, est usus[t]; qui inepti habentur ad majora magisque propria Ecclesiæ ministeria[v]; qui Pastores & Doctores non sunt, nec operam suam rectiùs collocare possunt[x]; qui præ aliis, sive dona Spiritûs, sive publicam vocationem, spectes, infimæ sunt sortis, quos ἰδιώτας Christus passim vocat[y], נבוכים. Sic comparatè intelligendi qui infrà cæteros habentur[z]; scilicet, si Jurisprudentem nullum habeatis: nam mox subjungit, sapientes, si qui sint, huic officio deputandos, v. 5[a].) *in Ecclesia, illos* (sub. *inquam*, Be. Pi.) *sedere facite*, Mo. E. nam sedere est judicantium[b]: vel, *constituite*, sive *collocate*, *in judicio*, Tre. ex Sy. aut, *in subselliis*, Er. P. Be. Ti. aut, *in tribunali*, Il. i. e. committite eis controversias istas cognoscendas & dirimendas[c], potiùs quàm Ethnicos judices adeatis[d]. Non sarcasticè, sed comparativè, accipio, ut illud Matt. 5. 39. *obverte ei & alteram*, i. e. potiùs quàm ulciscaris te*. Mirè hîc addidit τέτες, ad odium rei[f]. Si magnis illis vestris Doctoribus id non vacat, vel minimos de piorum plebe arbitros sumite. Καθίζειν hîc est הושיב, quod primò de Judicibus dictum qui in magnificis sedibus collocantur, 1 Sam. 2. 8. Sirac. 10. 17. & 11. 1. cœpit deinde ad arbitros, imò & ad alia munera, transferri[g]. Videtur autem Apostolus usitatum Hebræis morem respicere, apud quos judicia quidem pecuniaria, quæ momenti erant, peragebantur à Consessu triumvirorum, qui omnes erant δόκιμοι, publica auctoritate approbati & muniti; reliqua verò, à tribus laicis, qui הדיוטות dicebantur à Græca voce ἰδιῶται[h]. Referenda est vox, ἐξεθενημένες, non ad infimos de plebe, aut inopes, (Unde talibus vel peritia vel otium? Et quis non spreverit tales judices?) sed ad infimos de classe judiciaria. Classis ista hos ordines habuit in subselliis Judaicis; 1. Erat Synedrium magnum, ex LXXj. 2. Synedrium 23virale. 3. Consessus triumviralis. 4. בר של מומחין, *Consessus authorizatus*, sive *authenticus*. 5. בר שאינן מומחין, *Consessus non authorizatus*, ἐξεθενημένος, *non authenticus*; sic dictus, non quòd determinationes istius Consessûs non valerent, sed quòd Consessus ipse authoritatem suam non reciperet à Synedrio, sed ab iis eligeretur inter quos pendebat controversia; nec ἐξεθενημένες *viles*, aut *contemptibiles*, verterem, sed, *non authorizatos*. Ad hunc usitatissimum Judæis consessum respicere videtur Apostolus hoc in loco; & modum lites suas finiendi Corinthiis præscribere notum, facilem, & absque sumptu, ut, si quando emergant lites, inter se homines aliquos privatos eligant judices ac arbitros[i]. [De his qui plura vult, consulat Cl. Authorem de his ex Rabbinis fusiùs disserentem.] Non placet vulgaris hujus loci versio, [suprà producta.] 1. Κριτήρια nusquam apud Authores *lites* significat. 2. Apostolus minimè juberet contemptibiles in loco judicii constituere, sed sapientes, ex collat. v. seq. *nè unus sapiens*, &c? 3. Durissima est phrasis, τοὺς τέτες καθίζετε. Obj. Hebraismus est. Resp. Tunc legeretur, αὐτοὺς καθίζετε. Commodior dari possit sensus, variatis tantùm punctis, per Hyperbaton, quod in N. T. frequens est, Βιωτικὰ μὲ ἐν κριτήρια, ἐὰν ἔχητε τοὺς ἐξεθενημένες ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τέτες, καθίζετε. *Secularia igitur subsellia, si habeatis hos contemptibiles in Ecclesia, constituite*; q. d. Num judicio vultis experiri apud infideles, quos contemptibiles habetis in Ecclesia? Constituite ergò inter vos judices & tribunalia. Quoad phrasin, καθίζειν κριτήριον, eadem est ac τὸ καθίζειν δικαστήριον, in Aristophane ac Libanio†.

5. *Ad*, &c. Πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω] *Ad verecundiam* (vel, *erubescentiam*, Er. Il. Ti. ἐντροπὴ est כלמה, Job. 20. 3. Psal. 44. 1, 6. & 71. 13. & 109. 29[k].) *vobis* (vel, *vobis adducendis*, Be. Al. *Pudoris causâ*, P. *Ut vos pudeat*, Ca. G. Æth. sub. *hoc*, Be. Pi. &c. vel, sub. *hujus rei*, G.) *dico*, Mo. &c. ut & infrà 15. 34. suprà 4. 14. ἐκ ἐντρέπων ὑμᾶς γράφω, sed alio sensu, significans, *non in hoc se scribere ut Corinthios apud alios traducat*[l]. Sensus, q. d. Hoc non dixi ex animo, quasi vellem contemptissimos ad judicandum deligi[m]; sed quòd hoc satius esset quàm apud Ethnicos litigare[n], & ut ab eo quod agitis pudor vos avocet[o]. ¶ *Sic*, &c. Οὕτως ἐκ ἔστιν——ὃς δυνήσεται διακρῖναι ἀνὰ μέσον τῶ ἀδελφῶ αὐτῶ;] *Itáne* (vel, *adeòne*, Er. G. Per indignationem[p].) *non* (vel, *nemo*, G.) *est inter vos sapiens*, (vel, *eruditus*, G ad hæc civilia judicia idoneus[q]. Perstringit eorum jactantiam, qui cùm sapientes sibi viderentur, in minimis adeò desiperent[r].) *nè unus quidem*, (quod est vehementius, cùm sitis tam multi†:) *qui possit* (i. e. cui vacat. Fuerat hoc illorum potissimùm qui se sapientiæ nomine inter vos venditant. At si illi id defugiunt, vel ad imperitos iri oportuit[r].) *dijudicare* (vel, *ex æquo judicare*, Tre. ex Sy. vel, *jus reddere*, Pi. sim. Be. *litem dirimere*, Ar. judicare de æquo & bono[v],) *inter fratres suos?* P. Ca. Be. Pi. vel, *inter fratrem suum?* E. & Glass. ex Vulg. scil. cum altero fratre contendentem, ut ex v. seq. patet[x]: ad verb. *inter medium fratris sui*. Hebræa phrasis, pro, *inter fratrem & fratrem*[y]. Ἀνὰ, cum μέσον constructum, *intermedium* significat, ratione tum, 1. loci, ut Matt. 13. 25. ἀνὰ μέσον τῶ σίτε, *in medio tritici*; Marc. 7. 31. ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων, &c. *inter medios fines Decapoleos*. Sic Aristot. τὰ ἀνὰ μέσον, scil. ὅπλα, *intermedia*. Tum, 2. personarum[z]. Fortè scriptum hîc olim ἀδελφῶν[a], vel, ἀδελφῶ καὶ τῶ ἀδελφῶ αὐτῶ[b], ut Syrus (& Arabs[c]) legisse videntur, *inter fratrem & fratrem*[d]: nam, ἀνὰ μέσον, de uno non dicitur. Vide Gen. 16. 5. Deut. 1. 16. Repetitio earundem vocum, ut sæpe, occasionem dedit posteriores omittendi*.

6. *Judicio contendit*, Κρίνεται] *Litigat*, ut sæpe diximus[f].

7. *Jam*, &c. Ἤδη μὲν ἐν ὅλως ἥττημα, &c.] *Jam igitur omnino defectus* (vel, *impotentia*, P. ad verb. *minoratio*, vel, *diminutio*, quâ quis ab alio vincitur, & per hoc deterius habet[g]: vel, *delictum*, Er. Il. Ti. Mo. E. sim. Tre. ex Sy. *vitium*, Ca.) *in vobis est*, &c. Be. Pi. &c. vel spiritûs in genere, carni succumbentis[h], unde oriuntur contentiones[i]: vel, defectus charitatis, unde est litigandi libido[k]: vel, imbecillitas animi non sustinentis injurias, sed ad ulciscendum prorumpentis[l]. Κρίματα hîc dicit quod suprà πρᾶγμα, מדין, ut ibi diximus. Qui ob res quibus facilè caretur litigat, facit contra Christi præceptum, quod explicavimus ad Matt. 5. 40. Qui magnum profectum in Christianismo & mundi contemptu fecere, damnum

damnum quodvis faciunt potiùs quàm ut litigent: quod docet Clem. Constitut. Qui nondum eò pervenere, in iis non est πλήρωμα, sed ἥττημα, i. e. *minus aliquid summo:* dicitur enim ἥττημα comparatè ad aliquid majus, ut Rom. 11. 12. Sic & ἐλάττωμα & ἐλάττωσιν habes apud Sirachiden & Tobiam. Chrysost. δίκαιός ἐστιν, ἐλεήμων ἐστὶν, ἐπιεικής ἐστιν· ἀλλ' ἔχει τι ἐλάττωμα [m]. Al. Delictum hîc sive peccatum intelligi rectè monent Chrysost. Theod. Amb. Aug. &c. non quòd per se malum sit in judicio sua repetere, sed quia mala multa ferè conjuncta habeat. Nam lites illæ & suscipiuntur ferè ex inordinato rerum temporalium amore, & multas gignunt offensiones, ut sinistras de fratre suspiciones & judicia, obtrectationes, odia, malevolentias; & jacturam faciunt tum temporis, tum pacis ac tranquillitatis internæ, quam omnes quærere debemus [n]. ¶ *Quare*, &c? Διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε —— ἀποστερεῖσθε;] *Cur non potiùs* (quàm fineretis vos ad lites pertrahi [o]; vel, quàm cùm Ecclesiæ offendiculo jus vestrum persequamini [p], coram Ethnicis litigando [q]:) *injuriam patimini?* (ἀδικεῖσθαι hîc est, *æquo animo injurias perpeti*, ut apud Platonem & Menandrum [r]: cujus verba sunt, Οὗτος κράτιστός ἐστ' ἀνήρ, ὦ Γοργία, Ὅστις ἀδικεῖσθαι πλεῖστ' ἐπίσταται βροτῶν, *Est, Gorgia, vir ille præstantissimus, Qui injurias scit perpeti quamplurimas* †.) *cur non potiùs damnum accipitis?* Er. Il. Ti. P. Be. Pi. vel, *sustinetis?* Tre. ex Sy. Lysias adversùs Diagitonem, εἰδὼς ὅτι οὐ μόνον οἱ ἀδικοῦντες χεῖρας ὑμῖν εἶναι δοκεῖν, ἀλλὰ καὶ οἵτινες ἂν ἔλαττον ὑπὸ τῶν προσηκόντων ἔχοντες, ἀνέχεσθαι μὴ δύνωνται. Quod Lysias de propinquis dicit, hîc de ejusdem fidei consortibus Paulus. Videtur ἀδικεῖσθαι ad dignitatem læsam, ἀποστερεῖσθαι ad rerum damnum, pertinere: nam ex his duabus causis nascuntur lites [t].

8. *Sed*, &c. Ἀλλὰ ὑμεῖς ἀδικεῖτε, &c.] *At vos non modò non fertis, sed ipsi infertis injuriam.* Hoc eis dixit quorum pejor erat causa [v]. Differunt ἀδικεῖν & ἀποστερεῖν· quòd illud significet actionem injustam, illud verò magis importat effectum actionis, i. e. damnum illatum [x].

9. *Iniqui*, &c. Ἄδικοι, &c.] *Injusti*, vel *Injuriosi*, E. Et hoc nomen, & quæ sequuntur, non ad ἕξιν solam (*habitum*) referenda sunt, sed ad quemvis actum deliberatum, quamdiu is non per seriam pœnitentiam emendatiönemque eluitur. Sic in Jure furem & adulterum dicimus qui semel furatus est aut adulterium fecit. Sunt enim hæc peccata *vastantia conscientiam, mortifera, quæ uno ictu perimunt*, ut loquitur Augustinus. Sunt alia *quotidianæ incursationis*, ut Tertul. loquitur, μὴ κατὰ προαίρεσιν συμβαίνοντα, ut Clemens. Ab his distinguenda illa graviora de quibus hîc agit Paulus & Gal. c. 5. v. 19, 20, 21. 1 Tim. 1. 9, 10. quæ *non admittet omnino qui natus ex Deo fuerit, non futurus Dei filius si admiserit*, ut Tertul. loquitur. Ἀδίκων vox hîc complectitur eos qui infrà dicentur κλέπτας & πλεονέκτας [y]. Sequens distributio ità accipienda est, ut intelligamus, eos, qui vel uno peccati genere adhuc impliciti tenentur, salutem adipisci non posse [z]. ¶ *Nolite errare*] Sic Be. Pi. &c. Putantes aliqua ex his non esse gravia peccata [a]. Nolite committere ut aberretis à rectà vivendi via [b]. Μὴ πλανᾶσθε] Vel, *Nè seducimini*, Be. vel, 1. aliorum malis exemplis: vel, 2. quòd à Magistratibus in ista non animadvertatur [c]: vel, 3. ab impostore aliquo [d]. Solet hâc Præfatione uti Christus, ut Luc. 21. 8. & Paulus, ut infrà c. 15. v. 33. Gal. 6. 7. Jacobus quoque c. 1. v. 16. quoties aliquid dicturi sunt quod ignoratum aut non observatum maximo stabit malo [*]. ¶ *Neque fornicarii*] Vel, *scortatores*, P. Be. Pi. De simplici fornicatione loquitur [f], quia eam ab adulterio, &c. distinguit [g]. Πόρνοι, i. e. πορνίδαι, *qui cum scortis se miscent*, ut diximus suprà 5. 10. & manifestum fit infrà v. 15 [h]. Ità ad sequentem paræncsin de scortatione vitanda aditum parat [i]. ¶ *Neque adulteri*, Μοιχοὶ] *Mœchi*, P. Be. Pi. qui aliena matrimonia polluunt [k]. ¶ *Neque molles*; ità Er. P. Be. Pi. Μαλακοὶ] *Mastrupatores*, Par. Non placet, quia statim sequitur ἀρσενοκοῖται [l]. *Corruptores*, Boder. ex Sy. potiùs, *corrupti*, Di. ex Sy. quos Græci ἀσώτους dicunt qui incontinentiæ & lascivis libidinibus indulgentes, animo ac corpore franguntur, ut vix sani esse possint, adeòque verè sunt μαλακοί. Μαλακοὶ sunt effœminati, perdito corruptóque animo, cinædi [m]; vel, Venerem privatam agitantes; vel, voluptuosi libidine intùs ardentes ad explendum parati [n]: vel, *pathici*. Scholiastes ad primum Thucydidis, Φιλοκλῆς διὰ τὸ παιδὸς θάνατον δῆλον ὅτι νόσῳ νοσήσας, καὶ μὴ φέρων τὴν αἰσχύνην, ἀπελθὼν ἐκ τῆς πατρίδος, ἐκεῖσε πόλιν ᾤκει διὰ τὸ πάθος Μαλακίαν ἐκάλεσε. De eadem re Ausonius, *Mollis erat facilisque viris Pæantius heros.* Catullus, *Cinæde Thalle mollior cuniculi capillo.* Phœdrus hoc sensu dixit *molles mares*. Apud Petronium eodem sensu, *molles, veteres*. Vibius Sequester, *mollescit*, id est, *obscœnus fit*. Plinius, l. 28. *probrosæ mollitiei*. Arnobius, *in partibus Fabius aduritur mollibus*. Utitur voce *mollium* sic & Aug. De civitate Dei, l. 6. Claudianus, De Eutropio, ——*Quid enim servum molléмque pudebit?* Μαλακίαν hoc sensu usurpat & Philo. Chrys. quoque μαλακοὺς hoc sensu usurpat suprà cap. 4. & hoc loco exponit ἑταιρηκότας [o]. Syrus hîc vertit, מחבלא, i. e. *qui se corrumpunt* [p], nempe per voluntariam pollutionem [q]. Μαλακοὶ propriè sunt *catamiti*, scorta mascula, qui turpia patiuntur [r]. ¶ *Neque*, &c. Οὔτε ἀρσενοκοῖται] i. e. *Drauci*. Est ἀντίστροφον ejus quod præcessit †: qui turpia peragunt [t]. *Neque qui concumbunt cum masculis*, Er. P. Be. Pi. &c. *pæderastæ*, puerorum corruptores [v].

10. *Neque fures*] *Fur* est, Jurisconsultis definientibus, *qui fraudulosè lucri causâ rem usúmve aut possessionem rei alienæ contrectat* [x]: vel, qui aliena surripit nullo colore juris [y]. ¶ *Neque avari*; ità Er. P. Be. Pi. &c. Πλεονέκται] Ità dicitur *qui in contractibus fidem fallit, aut quovis modo alium circumvenit* [z]. Sumunt ità hanc vocem & Xenoph. & Aristoteles. Vide Marc. 7. 22. Rom. 1. 29. 1 Cor. 5. 10, 11. Eph. 4. 19. & 5. 3, 5. Col. 3. 5. Hebraicè בצע. ¶ *Neque ebriosi*] Eos intellige qui de consulto vino se ingurgitant, ità ut & usum rationis sibi adimant [a]. ¶ *Neque maledici*, Λοίδοροι] Qui in alios jaciunt convitia [b]. Vide suprà 5. 11 [c]. Nota, ebrietatem & maledicentiam, quæ leviora censentur, cum gravissimis criminibus hîc numerari [d]. ¶ *Neque rapaces*; ità Er. P. Be. Pi. Ἅρπαγες] Distant à *furibus*, quòd *fures* dolo, *raptores* vi, utantur. Vide suprà 5. 11 [*]. ¶ *Regnum Dei*, &c.] i. e. Vitam æternam [f]. Quamdiu tales sunt non debent sperare partem in beatitudine cœlesti. Manet autem reatus usque ad seriam pœnitentiæ functionem, si tamen eam Deus concedit. Neque enim concedit omnibus; sed quosdam occæcat & obdurat. In quos autem eâ severitate utendum sit ipse solus novit, qui intima hominum introspicit, & novit quæ mensura patientiæ ipsius conveniat [g].

11. *Et hæc* (i. e. tales: Positum est neutrum pro communi [h].) *quidam* (scil. vestrûm [i], non omnes [k]: τινὲς, id est, κατὰ μέρος, *per partes* [l], ità ut alii alia committerent [*]. Τὶς pro ἕκαστός τις, sive πᾶς τις, ut etiam apud Thucydidem ταῦτα ἦτε †.) *fuistis*] Est ζωώδης αὔξησις. *Talia scelera eratis.* Ut cùm sceleratum dicimus *scelus, pestem*, &c [m]. Nullum anteactum facinus Baptismo quenquam excludit. Sed multorum culpæ contra acceptas priùs notitias sunt tales ut ii ad fidem non sint idonei, ac proinde nec τεταγμένοι εἰς τὴν ζωὴν αἰώνιον [n]. ¶ *Sed abluti estis*, (Metaphoricè designat redemptionem nostri à peccatis, eámque duplicem, ut verbis seq. exponitur [o]. Ablutionem intelligit, vel, 1. corporalem [p], per Baptismum [q]: vel potiùs, 2. spiritualem & interiorem, h. e. remissionem peccatorum, quæ Baptismi effectus est [r]; vel, pœnitentiam †.) *sed sanctificati estis*, (i. e. non solùm labes scelerum abluistis, sed simul etiam sanctitatem gratiæ Divinæ consecuti estis [t]:) *sed justificati estis* (i. e. veram justitiam adepti [v], justitiâ Christi donati ||. Baptizati estis, ac deinde accepistis Spiritum S. & majores quotidiè in justitia progressus fecistis. Nam ità illud, ἐδικαιώθητε, hoc loco sumi suadet ordo, & idem sensus in Apoc. 22. 11 [x]. *Ablutio* hîc generatim de toto genere beneficiorum Christi intelligitur, cujus partes sunt, 1. *sanctificatio*, i. e. vel regeneratio per spiritum & sanguinem Christi; vel segregatio à mundo & adoptio in Ecclesiam, ut vox ferè usurpatur in hac Epistola; ut & mox 7. 14. usurpabit: vel, 2. *justificatio*, à reatu, &c. sub qua & regeneratio intelligitur, ut Rom. 8. 30. *Quos justificavit*, &c [y]. *Justificat* nos Deus à reatu liberando; *sanctificat*, vitiosam naturam Spiritu suo reformando [z].) *in nomine* (vel, *per nomen*, Be. Pi.) *Jesu Christi* (i. e. in Domino Jesu, ut suprà 1. 4. *Nomen Domini* pro *Domino*, ex Hebraismo [a]: vel, per virtutem ac potentiam Domini [b]: vel,

[Marginal notes, left column:] m G. n E. o Cal. sim. E. p Be. q T. r G. † Be. t G. v Idem. x E. y G. z Vor. a T. sic Me. b Pi. c Be. d Pi. * G. f T. Me. g Me. h G. i Par. k G. sim. Par. l Di. m Idem.

[Marginal notes, right column:] n Par. o G. p G. sic T. q Plerique in T. r Me. T. † G. t Me. ex E. v G. x Idem. y E. z G. sim. E. a G. b Me. c G. d Just. ex Chryf. * G. f E. g G. h Idem. i G. sic E. k V. l Pi. * E. sim. Pi. † Be. m Camer. n G. o Vor. p E. q Me. sic E. r E. † Me. t Me. sim. E. v E. Me. || Di. x G. y Par. z Calv. a Pe. b Pe. ex Er.

vel, per ipsum Jesum, scil. fide cognitum ; confer Act. 4. 13 [c] : vel, per doctrinam Christi, quæ doctrina per Spiritum obsignatur [d] : vel, per meritum Christi, cui tota justificatio & renovatio nostra à principio usque ad finem adscribenda est [*].) *& in Spiritu* (vel, *per Spiritum*, Be. Pi.) *Dei nostri*] i. e. Virtute Spiritûs Sancti à Deo nostro procedentis : huic enim Authori ea quæ ad sanctificationem nostram pertinent, peculiariter in Sacris Literis adscribi solent [f]. q. d. Cavendum ergò est vobis, nè in pristinas sordes recidatis †, sive lites injustas aliis movendo, sive alio quovis modo [*].

12. *Omnia mihi licent*, &c.] Exordium abruptum [g]. Non convenit quorsum hoc adfertur [h]. *Omnia*, scil. certi generis [i] ; vel, de quibus hîc agitur [k], h. e. res mediæ sive indifferentes [l]. Refertur hoc, vel, 1. ad judicia, de quibus egit superiùs, ubi & aliquid obscurum adhuc erat. Nam diceret aliquis, An non licèt cuique jure agere pro re sua? Respondet, *Omnia*, &c. Quam puto sententiam ore sapientum tritam fuisse. Argumento est, quòd eam invariatam infrà repetat [m]. Sensus, q. d. Non in has lites invehor quia non licent, sed quia non expediunt [n], propter rationes antè allatas ; & quia nolim sub aliorum, scil. judicum, advocatorum, procuratorum, maximè infidelium, potestatem vos redigi [o]. Vel, 2. ad potestatem quam Apostolus habuit vivendi ex Evangelio ; q. d. Nolui à vobis accipere honoraria, quanquam id liceret, quia non expediebat; ut vos liberiùs admonerem : quod jam feci [p]. Sed nihil de stipendiis præcessit in textu [q]. Vel, 3. ad fornicationem, de qua agit & cap. præced. & hîc in seq. quam nasci docet ex ingluvie ventris : ut sensus sit, Cibo & potu saturari per se licet, sæpe tamen non expedit, nè saturitas libidinem provocet [r]. Repetit verba usitata Doctoribus illis Corinthiis,qui opiparas divitum mensas sectabantur. Dicebant illi, *Omnia mihi licent*, i. e. Deus ista omnia nostrî causâ condidit ; *quare nihil est mali si eis utamur.* Respondet Paulus, Adhibendum modum : Non enim omnem usum talium conducere aut valetudini, quæ sapienti negligenda non est, aut rectò usui rationis. Nam ——*Corpus onustum Hesternis vitiis animum quoque degravat* †. Pergit ab impudicitia dehortari per dissimilitudinem ; hoc pacto, Non eadem est libertas utendi quâlibet Venere quæ est utendi quolibet cibo. Nam cibo quovis licet uti,quia cibi nullus est usus nisi comedatur, & ventris nullus est usus nisi comedat. Ità alterum alterius causâ creatum est. Si tamen infirmus, me vescente, offendatur, nolim obnoxius esse ulli rei, v. g. meo ventri aut appetentiæ, sed potiùs à carne me abstinebo. At non licet quâvis uti Venere, sicut quovis cibo : quia cùm venter cibo serviat, corpus non libidini, sed Christo, servire debet,&c [t]. De vitanda fornicatione agere hîc incipit, occupatione defensionis hujus, Indifferentia omnia nobis licent. At sicut cibus, sic & scortatio, est indifferens. Ergò nobis licet. Respondet, 1. limitando majorem, licere, sed quatenus conducunt, &c. 2. ad minorem, v. seq. ubi discrimen ostendit ciborum & fornicationis †. Transit h.l. ad res indifferentes earúmque usum. Dixerat Corinthios jam esse ablutos, &c. Hinc potuissent occasionem sumere statuendi, sibi nunc licere omnia, saltem indifferentia, inter quæ gentes scortationem numerabant. Vide Act. 15. 29. [& ibi dicta.] Etsi autem illi conversi erant, retinebant tamen multum ex pristina sententia, & moribus urbis suæ, & vitia sua prætextu libertatis Christianæ excusabant [v]. Objicit ergò sibi in sua aut alterius persona [x], *Omnia*, verè indifferentia, *mihi licita sunt*. Respondet, *At non omnia conducunt*: libertas metienda est regulis charitatis & ædificationis [y]. Transit jam Apostolus ad aliud Thema, agitque tacitè contra facinorosam hæresin Nicolaitarum, quæ, contra nuperum illud decretum, Act. 15. ad comedenda Idolothyta suasit, & fornicationem, & argumenta excogitavit nequitiæ suæ accommodata ; quæ ordine perstringit Apostolus : Primum hoc est, *Omnia mihi licent*. Respondet, *At non expediunt* [z]. Ea *licent* quæ absolutè non sunt prohibita ; *expediunt* autem quæ secundùm particulares circumstantias considerata bona sunt & eligenda. *Expediunt*, Græcè συμφέρει [a] · [quod sic vertunt,] *conducunt*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. sic Ca. &c. vel, *conferunt*, Mo. ¶ *Omnia mihi licent*] Iterum repetit illorum verba, ut pressiùs

[c] Scl. sic Pi.
[d] G.
[*] Me. ex E.
[f] E. Me.
† Dic. sim. Cal.
[*] Dic.
[g] Pi.
[h] E.
[i] Vor.
[k] Be.
[l] Be. sic Vor Scl. Me. Cal.
[m] E.
[n] T. sim. Me.
[o] Me.
[p] Græci in E.
[q] E.
[r] Amb. Haim. &c. in Er.
† G.
[t] Ca.
† Dic.
[v] Cal.
[x] Cal. sic Vor.
[y] Cal.
[z] Li. hc.
[a] E.

respondeat. Frequens talis objectionum repetitio apud Senecam [b]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ᾽ οὐκ ἐγὼ ἐξουσιασθήσομαι ὑπό τινος] Est Paronomasia in ἔξεστι, quod præcessit, & ἐξουσιασθήσομαι. Ἐξουσιάζειν est, *imperium habere*, Luc. 22. 25. infrà 7. 4. Respondet Hebræo משל, ut videre est Neh. 9. 37. Eccles. 9. 17. & 10. 4. & שלט in Neh. 5. 15. & in Ecclesiaste aliquoties. Hinc passivum ἐξουσιάζεσθαι est, *in servitutem redigi*. Qui ultra modum epulis se implet, qui ciborum delicias sectatur, servus est ciborum, non dominus [c]. [Verba sic reddunt,] *Sed non* (vel, *nequaquam*, Be.) *ego redigar* (i. e. non permittam vel patiar me redigi [d],) *potestate* (vel, *in potestatem*, E. vel, *sub potestatem*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi.) *sub quoquam*, Mo. E. vel, *à quoquam*, E. vel, *ullius*, Er. Ti. *ullius rei*, Il. P. Be. Pi. E. ut τινὸς sit neutrius generis [*] : vel, *ullius*, nempe hominis, Q. scil. accipiendo ab eo victum [f]. Sed τινὸς non necessariò refertur ad personam, h. e. hominem, sed est commune personis & rebus ||. *At super me nemo potestatem habebit*, Tre. ex Sy. *Tametsi ego nulli rei mancipabor*, Ca. Sensus, q. d. Non subjiciam me istis rebus [g] ; ità ut propter eas abstrahi, vel distrahi, me patiar quominus libere Deo serviam [h] : nolo intemperanti libertatis usu in servitium affectuum redigi [i], & prætextu libertatis veram libertatem amittere, & mancipari rebus quæ in mea potestate esse debent. Miserrima enim est servitus rebus externis animo [ità] addictum esse ut ab illis nec tui, nec aliorum, gratiâ divelli queas [k]. Disputat Cicero, stultos omnes servos esse, utpote libidinum suarum mancipia [l]. Servitus est, reum fieri coram Deo, excusso Spiritu Sancto, & damnante nos conscientiâ,&c [m].

13. *Esca*,&c. Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, &c.] *Escæ ventri* (sub. *destinatæ sunt*,Er. V. P. Be. E. &c.) *& venter escis*, P. Be. Pi. &c. scilicet ut cibi in ventre concocti cedant in nutrimentum corporis [n]. Dativi hîc respondent Hebrææ particulæ ל, quæ sæpe *propter* significat : *Cibi sunt ventris implendi causâ, & venter ad cibos accipiendos & digerendos. Ventrem* intellige hîc Ventriculum & Intestina [o]. Sed quomodo hæc cohærent cum superioribus [p]? Resp. Connexio sic se habet, Non debeo propter rem temporariam & abolendam me subjicere alienæ potestati, &c [q]. Al. Cur lites suscipitis propter temporalia quæ ferè ad escas & ventrem tendunt,&c [r]. Non convenit vobis, ad perennia bona vocatis, de tantillis rebus vel retinendis, vel augendis, tam sollicitè laborare ut nec Ecclesiæ, nec vestrî,nec fratrum, rationem habeatis †. Al. Scopus est, ut probet, scortationem non esse indifferentem, sicut cibum & potum [t], ut Epicurei somniabant [v]. Ratio est ex manifesto discrimine, venter escis destinatur, &c. non sic corpus scortationi [x] : venter, abolebitur, corpus in æternum permanebit [y]. ¶ *Deus autem & hunc & has destruet*] Vel, *abolebit*, P. Be. Pi. vel , *efficiet ut cessent*, G. vel, 1. quoad usum quem nunc habet venter [z]. Id autem fiet post hanc vitam [a], in qua homines *nec nubent*, nec comedent, &c [b]. Vel, 2. quoad rem ipsam, quippe quæ frustrà est absque suo usu. Neque enim in futuro seculo talis erit vita nostra qualis est in isto [c]. Non ergò in gratiam gulæ aut ventris debemus adducere æternam salutem nostram aut aliorum in discrimen, edendo cum scandalo [d]. Al. Ventris igitur ratio habenda est tantùm ad hanc vitam degendam, ideóque nihil refert quo cibi genere alatur. At corpus æternùm vivet cum Christo, quo fit ut in illam vitam purum servari debet. Sed quod de abolendo ventre & dapibus dictum, quomodo intelligendum sit nescio. Neque enim hinc colligi potest, nihil comesuros nos in altera vita, sed tantùm nullam haberi ventris aut escarum rationem. Quomodo alibi dictum, *in Christo neque marem esse neque fœminam*, (cùm tamen Christiani mares sint & fœminæ,) quia nulla habetur sexuum ratio [*]. Corpora, ubi Angelicis erunt similia, non egebunt cibi : Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ᾽, οὐ πίνουσ᾽ αἴθοπα οἶνον, ii qui cœlestem vitam degunt, ut diximus Mat. 22. 30. Quòd autem dicitur hîc *Deus facturus ut & venter cesset*, id quidam de usu ventris intelligunt. Sed ex veterum scriptis ad hunc locum apparet, eos credidisse homines quidem corpora recuperaturos, ac non sequi in eo corpore fore eas partes quarum tunc officia sint cessatura. Plutarchus, aut quisquis est scriptor Convivii sapientum,

[b] G.
[c] G.
[d] Glas. gram. 3. 3. 11. 258.
[*] Be.
[f] V.
|| E.
[g] Vor. sim. E.
[h] E.
[i] Dic. sim. Cal.
[k] Cal.
[l] Scl.
[m] Strig.
[n] E.
[o] G.
[p] E.
[q] Q. in E.
[r] Me. sim. E. T.
† Be.
[t] Scl. sim. Vor. Dic. Cal.
[v] Scl.
[x] Scl. sim. Dic.
[y] Scl.
[z] Dic. sim. E. Ca.
[a] E. sim. Me.
[b] Me.
[c] Vor.
[d] Dic. sim. E. Cal.
[*] Ca.

tum, ἀφ' ἂν ἄξιον συνεκπιπτεῖν τῇ ἀδικίᾳ καὶ σύμμαχον καὶ ὕπαρ ἂ καλῶς εἰδέναι ἀΐδιον, ὑδὲ ὀρέξιν ἐνδίδωσι. Pertinet autem & hic sermo ut æterna potiùs curemus quàm temporalia ac brevi desitura [f]. Argumentum Nicolaitarum erat, *venter destinatur escis*. Idolothyta sunt escæ. Respondet, *Deus & hunc & has destruet*. De anima ergò præcipuè est curandum, non de istis rebus quæ perituræ [g]. ¶ *Corpus autem non fornicationi*, (scil. destinatum est [h],) *sed Domino*, (ut casto corpore & probatis moribus [i] serviamus Christo Domino, qui nos sanguine suo sibi mancipavit [k]:) *& Dominus* (i. e. Christus [l]) *corpori*] Scil. datus est in caput [m], à quo regatur & motus accipiat [n]; & in servatorem, quippe qui illud olim ad vitam æternam excitabit [o], & gloriæ suæ conformabit [p]: quare illi purè servire debet [q]. Nequis quod de cibis dictum erat ad scortationem quoque pertraheret, quasi ejus quoque usus cum cibis esset permissus, ut docebant isti Philosophi magis quàm Christiani, opponit se huic errori, ostenditque non eodem modo hanc rem se habere: *Corpus enim habere nos non ut scortemur, sed ut Domino serviamus*, nempe per continentiam aut conjugium. *Nam & Dominum evectum in summam illam potestatem in hoc ut corpora nostra post peractum obedientiæ cursum suæ gloriæ consortio donet* [r]. Ostendit hic locus, etiam in ipsa copulatione carnali posse conjuges Domino servire: si non ad turpitudinem, sed ob finem à Deo institutum, opus illud exerceant †.

14. *Deus verò*, &c.] Scil. Pater [t]. Ὁ δὲ Θεὸς, &c.] Hæc particula δὲ est ἐξηγητικὴ præcedentium [v]. ¶ *Et nos suscitabit*] Ad vitam immortalem, in qua cessabit usus membrorum ad ea quæ sunt hujus corruptibilis vitæ [x]. ¶ *Per virtutem suam*] De hac Dei potentia in Christi resuscitatione patefacta, vide Rom. 1. 4, 19, 20 [y].

15. *Corpora vestra* (i. e. vos ipsi, ex collat. v. hujus & præced [z].) *membra sunt Christi?*] Est enim Ecclesia corpus mysticum, cujus Caput Christus; membra autem (non modò tota Ecclesia, sed etiam [a]) singuli Christiani [b], tum animo [c], præcipuè, cui impertit fidem, gratiam, &c [d]; tum corpore*, secundariò, quod est animæ instrumentum, cui largitur vim & facultatem, quâ facilè sese animæ imperio subjiciat [f]. Nam & corpore Christo serviendum est. Vide infrà 11. 3. & 12. 12. & seq. usque ad 27. Eph. 1. 22. & 4. 15. & 5. 23, 30. Col. 1. 18. Vide & Rom. 12. 4, 5 [g]. *Membra Christi*, spirituali scil. ratione, quatenus verâ fide Christo inhæremus [h], per baptismum Christo inserti [i]. ¶ *Tollens*, &c?] i. e. Accipiens, vel assumens, &c [k]. Christo ea auferam ut serviant scorto [l]? Nam membra adhærentia meretrici desinunt esse membra Christi [m], intellige membra viva, & membrorum nomine digna [n]. ¶ *Absit.*] Minimè id decet ad castitatem vocatos [o].

16. *Qui*, &c? Ὁ κολλώμενος, &c?] *Qui agglutinatur* (vel, *adhæret*, Er. Æth. Tre. *copulatur*, Ca. Eadem vox apud LXX, Gen. 2. 24 [p]. ubi Heb. דבק. Sic *Veneris glutinum* dixit Apuleius. Lucretius, *Usque adeò cupidè Veneris compagibus hærent* [q].) *scorto* (vel, *cum scorto* Ca.) *unum* (i. e. quasi unum [r]) *corpus est*, Er. P. Tre. sic Mo. &c. sub. *cum scorto*, Tre. Be. Pi. ¶ *Erunt enim, inquit* (vel, Deus, vel Adamus, vel Moses: nam perinde est ad quem hoc refertur †. Deus per Adamum, vel Mosen [t]: φησὶν, nempe Scriptura, ut Rom. 4. 3. & alibi [v].) *duo* (vel, *qui duo erant*, Be. Pi. Hæc particula non est apud Mosen, hîc tamen & Mat. 19. 5. Marc. 10. 8. rectè exprimitur, quia fit tantùm mentio viri & unius uxoris [x].) *in carne una*, Εἰς σάρκα μίαν] *Caro una*, P. Be. Pi. *In carnem unam*, Er. V. Pi. i. e. quasi una caro [y]. *In carnem unam*, Hebraismus est pro, *caro una* [z]; &, *caro una*, pro, *corpus unum*, alter Hebraismus [a]. q. d. E duobus fiet velut unus homo [b], per corporum unionem & commixtionem [c]. Quod de uxore dictum erat Gen. 2. 24. aptat meretrici [d], quæ est velut uxor usuraria & iis fungitur quibus uxorem fungi jus fuit*; quia actus externi conjugum & fornicantium non differunt secundùm speciem naturæ [f], sed tantùm in genere moris [g]; idem effectus est, copulatio scilicet, quâ pariter aptatur vir mulieri, ut hic sit illius membrum, sed causa differens [h]: idem in utrisque nexus est, in conjugibus quidem perpetuus & ad mortem indissolubilis; in fornicantibus ad breve tempus [i].

17. *Qui autem adhæret* (vel, *agglutinatur*, Be. Pi. scil. per baptismum [k], per fidem [l], charitatem [m], & studium pietatis [n], casto animo & corpore [o],) *Domino* (i. e. Christo [p], qui est sponsus Ecclesiæ [q]. Est ἀντανάκλασις, & respicitur locus Deut. 10. 20. Κύριον — φοβηθήσῃ — καὶ πρὸς αὐτὸν κολληθήσῃ. Sæpe autem quæ de Deo dicta sunt in V. T. Christo applicantur in Novo [r].) *unus* (sub. *cum eo*, Be. ex Sy. Pi.) *spiritus est*] Non essentialiter, sed accidentaliter †, spiritualiter & mysticè [t], conjunctione spiritûs sui cum Spiritu Christi [v]; unus charitate, voluntatis consensu, gratiâ & gloriâ [x], per unum eundémque spiritum (sanctum scilicet) cum Domino cohæret, & uno eodémque spiritu agitur & regitur [y]; ità animatus est quomodo Christus fuit animatus. Sic amici dicuntur *anima una* [z], ut Act. 4. 32. propter animorum concordiam [a]. Metonymia in qua causa nominatur pro effecto. Similis locutio Joh. 3. 6 [b]. Curandum ergò ut hæc conjunctio sarta tectáque maneat, quod fieri non potest si scortando nos à Christo avellamus [c].

18. *Fugite fornicationem*] i. e. Quàm longissimè abeste ab extremis lineis [d]. Peculiare est huic vitio non tam repugnando, aut considerando, (ut alia peccata,) quàm fugiendo, superari, omnes ejus cogitationes penitùs ex animo repellendo, & occasiones sedulò vitando; nam ex imaginatione caro facilè commovetur, &c*. ¶ *Omne peccatum* (nempe externum, ut ostendit antithesis [f]:) *quodcunque fecerit homo*, (ἄνθρωπος hîc valet ἀνὴρ, *vir*. Pari autem jure hæc omnia de fœminis intelligenda, ex natura τῶν πρός τι [g].) *extra corpus est*] *Corpus* intelligit, vel, 1. uxoris [h], quæ diligenda est *ut corpus*, Eph. c. 5. v. 28 [i]. nullo enim alio delicto violatur matrimonium [k]. Sed ità ad solos uxoratos & adulteros hoc pertineret, non ad simplices fornicatores [l]. Vel, 2. extra proprium corpus [m], i. e. tale est quod non peccat in corpus [n], abutitur objecto extra posito, ut ebriosus vino, &c [o]. Ostendit esse aliquid in quo scortatio alia crimina superet: non quòd non & alia peccata exteriora per corpus peragantur, sed quòd ipsi corpori peragentis contumeliam non adferant [p]. ¶ *Qui autem fornicatur* (sub quo intelligit omne genus impudicitiæ sive secundùm, sive contra, naturam [q].) *in corpus suum peccat*] Quia nullâ aliâ re quàm corpore suo adversùs semetipsum abutitur [r]: quia corpus facit non solùm organum peccati, sed & objectum in quod delinquitur †. Vel, quia injuria fit successioni prolis, ad quam corpus ea in re institutum est [t]: vel, quia imminuit robur corporis & valetudinem [v], quæ est honor quidam corporis, Col. 2. 23 [x]. fœdisque morbis inficit & conficit [y]. Sed hoc sensu in corpora peccant invidi & iracundi, & maximè gulosi & ebriosi [z]. Vel, quia hîc toto corpore abutimur, in aliis parte tantùm, ut manu in furto, &c †. vel, quia corpus contaminat, dedecorat & dehonestat fœdâ libidine [a], quâ nimirum ità prorsus absorbetur animus, ut in eo actu nihil aliud cogitare possit [b]: quia maculam in corpore impressam relinquit, qualis non imprimitur ab aliis peccatis, v. g. à furto in manu, à perjurio in lingua, &c [c]. quia corpus immergit in cloacam: Nec id ipsi nesciebant [d]. Morem enim habebant à tali concubitu venientes, totos se abluendi*. Vel, quia hæc ex membro Christi facit membrum scorti. O dedecus ingens [f]! Hominem facit unum corpus cum scorto [g]. Corpus autem à scortatione inquinari non pauca docent, ut quòd *turpitudinis* nomine significatur, Exod. 20. 26. & 28. 42. quòd ipsum semen genitale fœdum dicitur Levit. 15 [h]. quòd membra per quæ actus ille exercetur, vulgò obscæna & pudenda vocentur [i]. Al. Εἰς τὸ σῶμα, ex antithesi, ἐκτὸς τοῦ σώματος, apparet dictum pro, ἐντὸς τοῦ σώματος, sive ἐν τῷ σώματι, sicut Luc. 11. 7. εἰς τὴν κοίτην, pro, ἐν τῇ κοίτῃ. & sicut dixit Plautus, *Mihi in mentem fuit*, pro, *in mente*. Sensus, Cætera peccata sedem habent in animo, cujus corpus ministrum est, ut homicidium, perjurium, invidia, &c. At libido, quamvis ab animo oriatur, intus tamen in corpore committitur sedémque habet [k], & in ipso corpore fontes habet sui ardoris [l].

19. *An nescitis* (Annon cogitatis [m]) *quoniam*, &c? Ὅτι τὸ σῶμα, &c?] *Corpus vestrum* (Quod cap. 1. 17. de toto homine affirmârat, hîc ad corpus restringit, propter præsentem disputationem [n].) *esse templum Spiritûs Sancti* (tum

[Marginal notes, left column:] f G. — g Li. ho. — h E. Me. &c. — i Me. — k E. — l Me. — m Me. ex E. — n E. — o Vor. sim. V. — p E. — q Me. — r G. — † E. — t Pi. — v G. — x Me. ex E. — y G. — z Vor. — a E. — b G. sim. E. — c G. sic E. Just. Me. — d Me. ex Just. — * G. Just. Me. E. — f Me. ex Just. — g G. — h Vor. — i Cal. — k E. ex Carthus. — l G. — m G. ex Amb. sim. Aug. in E. — n E. — o G. — p E. — q G. — r D. — † Vor. — t E. — v G. — x Be. — y D. sic Pi. — z G. — a E. — b V. sim. Er. — c Me. — d G. sim. Vor. Jun. Cal. E. T. — * G. — f E. ex Thom. T. sim. Cal. — g T. sic Cal. — h Jun. paral. 2. 34.

[Marginal notes, right column:] i Just. — k Be. — l Pi. Vor. sic Be. — m Vor. — n Pi. — o T. — p E. sim. G. — q Pi. — r G. — † T. — t Be. — v E. — x Me. T. — y Pi. — z G. — a E. — b G. — c Cal. — d G. — * E. — f Be. Pi. — g G. — h V. Occum. in E. — i Occum. — k V. — l E. — m Q. — n E. Me. — o Pi. ex Be. Scl. sic Cal. — p G. — q E. — r Cal. — † Scl. sim. Be. — t Cl. — v Scl. sim. Q. in E. T. — x Scl. — y T. — z E. — † Scl. — a T. ex Greg. Nyss. sic Just. E. Me. Calv. — b Scl. — c E. — d Calv. G. — * G. ex Chrys. Just. ex Theod. Occum. &c. — f Scl. — g Par. sim. Just. T. — h E. — i E. sic Just. — * Cal. — l Just. ex Occum. — m G. — n Pi.

[Line numbers in gutter: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

(tum quia per Baptismum ipsi ad inhabitandum consecratum est [o]; tum quia Spiritus S. ejus inhabitator est [p]. Nota hîc corpora singulorum dici templum Spiritûs S. ut suprà cap. 3. cœtum fidelium, h. e. Ecclesiam, dixit templum Dei [q]. Hinc colligitur Trinitatis æqualitas [r], & Spiritum S. Deum esse, quia soli Deo templa constituuntur †.) qui est *in vobis, quem habetis à Deo?* Be. Pi. sic P. &c. Nota hîc sacrilegium significari quod à scortatoribus committitur, dum rem Deo consecratam ad impuros usus adhibent [t]. In Deum, tanti muneris authorem, ingrati estis & injuriosi, si Spiritum Sanctum per fornicationem à vobis expuleritis †. *Spiritus sanctus* hîc quod שכינה in Templo. Totus homo *templum Dei*, suprà 3. 16, 17. sed דביר, i.e. *adytum*, est Mens hominis; animi cæteræ partes היכל, *basilica Templi*; Corpus verò אולם, *porticus* cum subdialibus. Bene hunc locum explicat Tertul. lib. De cult. fœm. altero, *Cùm omnes templa simus Dei, illato in nos & consecrato Spiritu Sancto, ejus templi æditua & antistita Pudicitia est, quâ nihil immundum ac profanum inferri sinat, nè Deus ille, qui inhabitat, inquinatam sedem offensus derelinquat.* Spiritus autem ille à Deo est multò magis quàm splendor ille qui apparebat interdum inter Cherubinos. Constructio est Græca quæ relativo pronomini dat casum præcedentem [v]. ¶ *Et* (vel, *Præterea*, G.) *non estis vestri*, Ἑαυτῶν] *Vestri ipsorum*, Pi. Ellipticè, ut desit, *domini*. Ut, *Nam ego meorum solus sum meus*, ἐμαυτοῦ εἰμι [x]. *Juris vestri*, P. Be. *Potestatis vestræ*, Rom. 14. 7, 8 [y]. Intellige per antithesin, *sed Christi & Dei*, ut percipitur ex v. seq [z]. Ideo si fornicamini corpore, quod vestrum non est abutimini [a].

20. *Empti*, &c. Ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς] *Nam empti* (i. e. redempti. Synecd. generis [b]. Vel, *acquisiti*, sive *comparati*. Nam לקח, quod est *accipere, acquirere*, vertitur ἀγοράζειν, & habet in Hebræo post se במחיר, τιμῆ, *pretio*. Et Esa. 55. 1. שברו בלא כסף ובלא מחיר, Gr. ἀγοράσατε ἄνευ ἀργυρίου καὶ τιμῆς. Et קנה, quod propriè est κτᾶσθαι, vertitur per ἀγοράζειν, 2 Par. 34. 11. Prov. 20. 17. Esa. c. 24. v. 2. & discriminis causâ additur ἀργυρίῳ, 1 Par. 21. 24. Valet ergò ἀγοράζειν idem quod περιποιεῖν, Act. 20. 28. unde περιποίησις, Eph. 1. 14. 1 Thes. 5. 9. 2 Thes. 2. 14. 1 Pet. 2. 9. Sic & Latinis veteribus *emere* erat, sumere; unde *demo*, & *adimo*, & *præmium* [c].) *estis pretio*] Scilicet à Christo [d], sanguine ejus *; ideóque in ejus potestate esse debetis; ut servus in emptoris sui [f]. Sensus est, Christus vos à peccatis redemptos sibi mancipavit, sed magno ei statis, morte ipsius cruentâ [g]: servi estis emptitii [h]. Omisit jus ex Creatione, quia alterum erat recentius & magis speciale. Habes eadem verba infrà 7. 23. & sensum, 1 Pet. 1. 18. ¶ *Glorificate*, &c. Δοξάσατε δὴ, &c.] At quidam Codices habuere, δοξάσατε ἄρα τὸν Θεὸν· unde imperiti scribæ fecerunt ἄρατε [i]. [Hos sequitur Vulgatus, locum sic vertens, *Glorificate & portate*, &c. quod ipsius patroni atque asseclæ sic explicant.] Corpus obsequio Dei mancipate. Metaphora à jumentis quæ sessorem portant, & ad ejus voluntatem moventur [k]. [Reliqui Græca sic reddunt,] *Glorificate* (vel, *Honorate*, quod præcipuè fit obsequendo [l]:) *igitur Deum* (quem ignominiâ affecistis, templum ejus polluendo [m]:) *in corpore vestro* (castum illud servando in obsequium spiritûs, & Dei [n]:) *& in spiritu vestro* (non solo animo, nam & corpus ejus est, & ei servire debet; neque solo corpore, id enim est Hypocritarum: sed animo simul [o].) *quæ* (i.e. quoniam. Relativum ponitur causaliter [p]; *quæ*, scil. corpus & spiritus [q]) *sunt Dei*, P. Be. Pi. Non solo Creationis jure; verumetiam jam dictæ Redemptionis [r], quam ità fecit Christus ut non sibi nos tantùm, sed & *Deo*, acquisiverit, Apoc. 5. 6. Imò & Deus ipse dicitur nos *acquisivisse*, Act. 20. 28 †. Ergò non estis vestri: utrumque enim Dei est, & proinde utrumque suo famulari debet Authori ac Domino [t]. Verùm hæc particula, & illa, *& in spiritu vestro*, abest in MS. sicut & absuit à Codicibus quibus usi Latini: Græci verò & Syrus & Arabs hæc legerunt [v]. Corinthios his eguisse stimulis, quibus à fornicatione arcerentur, vel ex eo colligas, quod Herod. & Strabo narrant, fanum Veneris Corinthi supra mille haberet sacrorum famulas meretrices, &c. & Cothys, impudicorum Deus, ibi colebatur, teste Suidâ [x].

CAP. VII.

1. **D**E *quibus autem scripsistis mihi*] i.e. Me per Epistolam consuluistis [a], vos Ecclesiæ Corinthi gubernatores [b]: subaudi, respondeo, vel, ità sentio [c]. ¶ *Bonum*, &c. Καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι] *Bonum* (sub. *fuerit*, P. Be. Pi. non tantùm licitum [d], sed etiam commodum *, honestum & honorificum [f], decorum [g], pulchrum, i. e. res præclara & eximia [h]: vel, *bonum*, i.e. melius, ex Hebraismo [i]. Καλὸν, i. e. συμφέρον [k], ut infrà v. 35 [l]. quod liquet ex adjecto tertio casu, scil. ἀνθρώπῳ [m]. non itaque opponitur vitio [n], sed incommodo [o]. Sic passim dicitur *bono fuisse* quod profuit, & *malus bello* dictus est Horatio qui bello est inutilis [p]. טוב & καλὸν non tantùm *honestum*, sed & *jucundum, utile*, vel *conducibile*, significant, ut constat ex Gen. 2. 18. & 3. 6. 2 Sam. 18. 30. Mat. 17. 4. Rom. 14. 21 [q]. Et quæstio h. l. non erat an fas esset, sed an expediret hoc eo rerum statu, &c [r].) *viro* (ἀνθρώπῳ hîc est *vir* †, ut suprà 6. 18. Sic in Jure, *Si homo, vel mulier* [t]. Contrà איש, ἀνὴρ *vir*, pro אדם, ἄνθρωπος *homo*, alibi [v]. In uno autem sexu hîc alter intelligitur. Bonum est enim & mulieri, &c [x].) *mulierem* (vel, *uxorem*, Er. Il. Ti.) *non tangere*, sive *attingere*, P. Be. Pi. Mo. Ca. Ἅπτεσθαι, Heb. נגע, est dictum σεμνῶς [y], de ipsa συνουσίᾳ, sive congressu [z], ut Gen. 20. 6. Prov. 6. 29. Terentius Hecyrâ, *Nocte illâ primâ virginem non attigit.* Catullus, *Sic virgo dum intacta manet, dum intacta senescit* [a]. Aristot. de elephante, *Quam ubi impleverit, eam deinceps οὐκ ἅπτεται, non attingit.* Epictetus Enchirid. 32. 6. *A re venerea, quantum potest, ante nuptias abstinendum*, ἁπτομένῳ δὲ, &c. *ubi attigeris verò, eâ legitimè utendum.* Et Plut. in Pomp. de Flora, *Postquam Geminium admiserat*, μηκέτι αὐτῆς ἅπτεσθαι, *deinceps eam neutiquam attigisse Pompeium, etiamsi amare videretur.* Sic quoque vox synonyma, θιγεῖν, accipitur apud Plut. in Amatorio, & apud Eurip. Hippolyto, v. 885. Et voces Hebrææ, בוא *adire*, & קרב *appropinquare*, eâdem notione usurpantur. Plaut. Aulul. 4. 10. *Ego quia sum tangere ausus, haud caussificor, quin eam Ego habeam potissimum.* Horat. serm. 1. 2. —*matronam nullam ego tango* [b]. Malè ergò Hieron. verbum ἅπτεσθαι urget quasi in ipso etiam mulieris contactu sit periculum [c]. Sententia est, Bonum est uxorem non ducere [d]: ut apparet ex antithesi v. seq. Hyperbolica amplificatio, Non attingenda mulier, nedum uxor ducenda *. Al. Bonum est castimoniam colere [f]; à mulierum consuetudine abstinere [g]: Quæstio enim generalis erat, num ad vacandum orationi & pietati, ab opere carnali prorsus esset abstinendum, etiam conjugatis [h]. Hoc dicit Paulus, *Optimum esse cum nulla fœmina nupta aut innupta consuetudinem habere* [i]. At hoc ipsum *bonum* dicitur Gen. 2. 18 [k]. Sed hæc contrarietas facilè tollitur distinctione causarum & circumstantiarum, quæ utrinque diversæ sunt [l]. *Bonum* erat indubiè ante peccatum, ad procreationem & felicem vitam; sed per peccatum benedictio Dei conversa est in pœnam, ut conjugium multarum miseriarum causa & materia existeret [m]. Moses loquitur, 1. de bono speciei; 2. pro eo tempore quo mundus erat hominibus vacuus; 3. de bono vitæ temporalis. At Paulus hîc loquitur, 1. de bono individui; 2. pro tempore quo mundus erat hominibus plenus; 3. de bono conducibili ad vitam æternam [n]. Frequens erat apud Philosophos quæstio, *An sapienti ducenda uxor.* Qui omnia ad se referebant, considerantes quàm parum commoda sæpe sint mulierum ingenia, educatio liberorum quàm molesta, quot periculis obnoxia, abstinendum à nuptiis censebant. Est in eam sententiam Antiphanis Philosophi locus apud Stobæum, & dicta Lycurgi, Thaletis, Socratis & aliorum. Contrà, qui publicas spectabant utilitates, dicebant Reipublicæ sicut alia tributa & liberûm sationem deberi. Et in eam partem habes apud Stobæum dicta illustria Musonii & Hieroclis. Menander sic ait, Γαμεῖν ἐάν τις τὴν ἀλήθειαν σκοπῇ Κακὸν μέν ἐστιν, ἀλλ' ἀναγκαῖον κακόν, (*Uxorem ducere, revera malum est, sed necessarium.* [t]) Metellus Numidicus in oratione quam Censor habuit, *Si sine uxore possemus, Quirites, esse, omnes eâ molestiâ careremus. Sed quoniam ità natura tradidit, ut nec cum illis satis commodè, nec sine illis ullo modo,*

vivi

vivi possit, saluti perpetuæ potiùs quàm brevi voluptati consulendum. Itaque cùm Corinthi sub Christianorum nomine Philosophi veriùs quàm Christiani variè tractâssent hanc controversiam, pii quidam homines, qui Apostolum illis Doctoribus præferrent, consulendum eum hac de re censuerunt. Is verò, ut in omnibus, ità in hac re, Deum præcipuè & Ecclesiam spectans, vitam quidem sine nuptiis præfert, quòd sic expeditiùs quis Deo & Ecclesiæ & Sanctorum singulis inservire possit. Cæterùm, iis qui temperare sibi à fœminis aut non possent, aut etiam nollent, nuptias dicit non conducibiles modò, sed & ex hypothesi necessarias, ideo quòd Deus scortatione vehementer offendatur. De liberis serendis non ità soliciti erant Christiani, ut ob id solùm ducendæ uxoris necessitatem sibi imponerent, ideo quòd finem seculorum de proximo instare suspicarentur. Tertul. De Monogamia, *Crescite & redundate, evacuavit extremitas temporum.* Si qui tamen inirent conjugium, iis hunc etiam finem propositum esse debere sentiebant [o].

2. *Propter*, &c. Διὰ δὲ τὰς πορνείας, &c.] *Sed* (sub. *tamen*, Pi.) *propter scortationes* (scilicet vitandas [p]: non tamen excludit alias conjugii causas [q]. Pluraliter videtur dixisse πορνείας, ut omnia impuritatis genera includeret [r].) *suam* (non publicam scilicet †,) *quisque* (cujuscunque sexûs vel ordinis, clericus, laicus, &c. quia par utriusque infirmitas sive periculum [s]:) *uxorem* (non concubinam, non scortum*,) *habeto, & proprium* (emphaticè: hâc voce Polygamia sub N. T. prohibetur [v].) *quæque virum* (vel, *maritum*, Er. V.) *habeto*, P. Be. Pi. &c. ac proinde nubito, si nondum habet [x]: vel, *& mulier suo viro contenta alterum non nôrit.* Vide Heb. 13.4. Ἐχέτω, ubi de conjugio agitur, & Viro tribuitur & Mulieri, ut diximus ad Matth. 14.4. Lactantius, *Quisquis affectus illos frænare non potest, cohibeat intra præscriptum legitimi tori.* Chrysostomus, Γάμ☉, ἀσφάλεια σωφροσύνης, (*Conjugium temperantiæ præsidium* [y].) Loquitur hîc, vel, 1. de conjugatis [z], ut patet ex sequentibus [a]. Sed sequens præceptum ab hoc diversum est; hoc generale est, illud speciale, sicut sequentia omnia [b]. *Habeat*, i. e. vel, 1. retineat [c]. Sed Paulus nondum hîc agit, an dimittere conjugem liceat, sed v. 10. &c [d]. Vel, 2. utatur*, vel, *conjugale debitum ipsi reddat*, ut præcipitur v. 3, 4, 5. Sic 1 Cor. 5. 1.——*ut quis uxorem patris habeat*, i. e. cum ea consuescat. Sic Terent. And. *Quis hodie Chrysidem habuit* [f]? Vel, 2. de innuptis [g], ut tota disputationis series ostendit [h]. *Habeat* autem, i. e. ducat, sive acquirat [i], vel, habere liceat [k]. De utrisvis hoc sumas perinde est: nam quæ ratio conjugatos ad thori commercium adigit, eadem nondum conjugatos ad nuptias ambiendas urget, scil. ut vitent πορνείαν [l]. Est autem hoc, vel, 1. permissio tantùm sive indulgentia [m], ut patet ex sequentibus [n]: [de quibus suis locis.] Vel, 2. præceptum incontinentibus datum, &c [o].

3. *Uxori vir debitum reddat*, Τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω] *Debitam benevolentiam* (vel, *dilectionem*, Tre. ex Sy. Ar.) *reddat*, P. Mo. Ti. Tre. Er. Il. Be. Pi. vel, *solvat*, Ca. sic Ar. Intelligit, vel, 1. latè, omnia conjugii officia [p], h. e. dilectionem, enutritionem, defensionem, &c [q]: vel, 2. restrictè, debitum conjugale [r], ut patet ex scopo Apostoli †, & ex v. 5 [t]. coitum conjugalem verecundè notat [v]. *Benevolentiam* vocat, quia est opus intimæ amicitiæ, quâ conjuges duo junguntur in unam carnem [x]; & mutuæ inter conjuges benevolentiæ indicium est & argumentum [y]: *debitam* vocat, quia ad hoc opus conjuges mutuò ex ordine justitiæ, & ratione pacti conjugalis, obligantur [z], quia congruit hoc cum decreto & præcepto Dei, & ipso Dei opere in creatione instituto & condito [a]. Altera erat quæstio, An ductâ jam uxore rectius non foret eâ uti ad domûs regimen, non ad concubitum. Id Paulus tutum negat talibus quales noverat esse Corinthios. Est hoc præceptum, quod hîc ponit Paulus, inter Præcepta jubentia Legis 121 [b]. Respexit hîc Paulus locum illum, Exod. 21. 10. ibi enim idem, quod hîc, marito præcipitur [c]. [Vide Synopsin ad illum locum.] Ibi est עונתה, quod à LXX vertitur ὁμιλία [d], cujus radix est ענה, vel, 1. quà *humiliare, affligere*, significat, & passim de fœminarum compressione usurpatur *: vel potiùs, 2. quà *benignitatem*, sive *benevolentiam*, h. e. εὔνοιαν, ut Psal. 18. 36. & 45. 5 [f]. Id hîc Paulus σεμνῶς

[o] G. | [p] G. Pi. sic L. E. &c. | [q] Be. | [r] G. sim. Be. Pi. Vor. | † G. | [s] Par. | * Idem. | [v] Vor. | [x] Pi. | [y] G. | [z] T. Plerique in Just. Q. in Par. Scl. | [a] T. | [b] Par. | [c] Scl. Q. in E. | [d] E. | * Just. E. ex Hi. & Chrys. | [f] Cam. | [g] Scl. sim. Be. Par. | [h] Be. | [i] Scl. sim. Pi. Par. | [k] Er. | [l] Scl. | [m] E. T. | [n] E. | [o] Par. | [p] Q. in Par. sim. Camer. Be. | [q] Par. | [r] Par. Pi. Scl. sic Er. D. E. Me. Just. Vor. Cap. &c. | † Be. | [t] Li. ho. | [v] Er. sim. Par. E. | [x] Par. | [y] Cap. sim. E. | [z] Par. | [a] Stig. | [b] G. | [c] Cap. | [d] G. sic Cap. | * Cap. | [f] Ga. pso. p. 117. ex Cap.

admodum vocat εὔνοιαν, quomodo Homerus φιλότητα, Plutarchus φιλοφροσύνην in Amatorio, ἐν τῷ τοιαύτῃ τιλοφροσύνῃ & in Solone, τιμὴ τις ἀνδρὸς αὐτη πρὸς σώφρονα γυναῖκα ἢ φιλοφροσύνη [g]. Alii χάριν unde, χάριν δοῦναι, & χαρίζεσθαι, de concubitu dicitur, testibus Polluce, 5. 15. 1. Zenoph. memor. l. 3. Suidâ, Plutarcho, &c [h]. *Reddat* autem, tanquam opus justitiæ. Justum enim est reddere debitum [i]. Et quidem uxoris cum viro jus hîc facit æquale quoad torum, cùm in cæteris jus viri in uxorem sit potius [k]. *Reddat*, intellige dum exigitur, & omnino quoties infirmitas conjugis ob incontinentiam periclitantis id admonet [l], excepto tamen impedimento legitimo [m]. Ad hoc edictum Apostolicum proximè accedit Solonis lex illa, à Plutarcho in Amatorio recensita, quâ jubet μὴ ἔλαττον ἢ τρὶς κατὰ μῆνα τῇ γαμετῇ πλησιάζειν, i. e. *ut ter minimùm quot mensibus maritus cum uxore consuesceret*, &c [n]. Pro ὀφειλομένην εὔνοιαν alii hîc legunt ὀφειλὴν, (*debitum*,) eodem sensu, ità ut videatur alterum illud esse hujus interpretamentum: ità MS. ille & alii hîc habent [o], ità Codex unus & Clemens [p], & Vulg. Tertul. Cypr. Hi. &c [q]. Alii legunt τὴν ὀφειλομένην τιμὴν, *debitum honorem* [r]: ità Chrys. †. quæ lectio consentit cum 1 Pet. c. 3. v. 7 [t].

4. *Mulier*, &c. Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, &c.] *Uxor* (sub. *enim*, Pi. Vor. est enim ratio præced. præcepti [v]. Priùs de fœminis loquitur, tum quia hæ, magis quàm viri, continentiam amplecti solent [x]: tum quia in his adulterium turpius est, &c [y].) *proprii corporis jus* (vel, *potestatem*, Mo. Tre. ex Sy. sim. P. Be. Pi.) *non habet*, Er. Il. Ti. Mo &c. vel, *& mulier non est*, Ca. vel, *non habet jus plenum atque integrum.* Nam non vitæ tantùm, sed & corporum, inita est κοινωνία. In re autem sociali nemo sociorum jus plenum habet [z]: jus non habet ut pro sua voluntate possit vel continere, (sive ab actu conjugali abstineri invito marito [a],) vel alteri cuipiam se conjungere [b], vel permittere conjugi concubitum cum altero, quod & pacto matrimoniali & præcepto Dei repugnaret [c]. *Corpus* hîc intelligitur secundùm ea membra quæ sexum distinguunt, & quatenus ea serviunt usui conjugali [d].

5. *Nolite*, &c. Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους] *Nè fraudate* (isto jure*, negando petenti debitum conjugale [f]:) *vos invicem*, Er. Il. Ti. vel, *alter alterum*, Be. sim. P. Pi. Mo. *Fraudamus* propriè cùm subtrahimus rem debitam [g]. ¶ *Nisi*, &c. Εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν] *Nisi* (vel, *Si non*, Mo. Quod tanquam exceptivè hîc loquitur, non significat fraudem esse in hac mutua abstinentia. Sed vel *fraudare* dixit pro *privare*, ut vult Caj. vel potiùs *nisi* ex Hebraismo ponitur pro, *sed tantùm*, ut sæpe [h]. Εἰ μή τι, אם לא [i].) *si quid* (sub. *fiat*, Er. sic Camer.) vel, *Nisi quod utique*, E. vel, *Nisi fortè*, Vulg. Ca. *Nisi fuerit id*, Ar.) *ex consensu* (vel, *ex mutuo consensu*, Ca. vel, *cùm ambo consenseritis*, Tre. ex Sy. i. e. nisi visum est à vobis mutuò abstinere: Oratio elliptica [k]. Sub. *abstinendo*, Me.) *ad tempus*, Il. P. Be. Pi. &c. i. e. aliquantulum [l], sive aliquamdiu [m]; ad breve tempus [n], ut docet sequens antithesis [o]. Ità abstinentiam hanc temporariam distinguit à perpetua [p]. Ex consensu semper abstineri potest, quantum jus conjugum attinet; *volenti enim non fit injuria*: & eam continentiam sibi indixisse Christianos nonnullos, ex Salviano & aliis discimus. Sed id, ut dixi, Corinthiis non satis tutum judicavit Paulus. Itaque vult eos *secubare*, aut *in casto esse*, ut Romani loquebantur, ad tempus breve; & hoc quoque ex more Judaico. Nam Judæi castimoniam servabant aut luctûs causâ, ut nos docet Paraphrastes Chald. Eccles. 3. 5. & Matthæus 9. 15. aut ut ad sacrum solenne se pararent; quod intelligi potest ex locis Exod. 19. 15. 1 Sam. 21. 4. ubi dicta à nobis vide [q]. Verùm non debet esse consensus de abstinendo in perpetuum, sed tantùm ad tempus utrique commodum. Ideo καιρὸν dicit, non χρόνον [r]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα σχολάζητε, &c.] *Ut vacetis* (vel, *instetis*, Ar. *affligatis vos*, Tre. ex Sy.) *jejunio & precibus*, Pi. sic P. Be. &c. Non dicit, *ut oretis*, sed *ut vacetis*, &c. emphaticè, quod ea res desideret animum ab omnibus mundanis curis vacuum †. Preces amant comitatum jejunii, Mat. 17. 21. Marc. 9. 29. Luc. 2. 37. Act. 14. 23 [t]. Nota, nec orationis causâ permitti hanc abstinentiam, nisi ex consensu [v]. At Christianis semper orandum, Luc. cap. 18. v. 1. 1 Thes.

[g] G. | [h] Ga. ibid. | [i] Par. sim. E. | [k] Par. | [l] E. | [m] E ex Thom. | [n] Ga. ib. 118. | [o] G. | [p] Pe. | [q] E. | [r] Be. | † E. | [t] Le. | [v] Vor. | [x] Just ex Theod. | [y] Just. | [z] G. | [a] T. ex Aug. | [b] E. Me. T. | [c] Par. | [d] E. ex Aug. Me. | * G. | [f] T. sic E. Me. | [g] Er. sim. Pi. | [h] E. | [i] G. | [k] Pi. | [l] E. | [m] Pi. | [n] Par. | [o] Pi. | [p] E. | [q] G. | [r] Par. | † Er. ex Chrys. | [t] G. | [v] E.

1 Thess. 5.17. Ergò semper abstinendum. Resp. Non loquitur hîc de quibusvis & quotidianis precibus, sed de solennibus [x], publicis, velut Dominicis ac solennibus diebus [y]: vel, extraordinariis, ob ingruentes calamitates [z], aut negotium aliquod arduum, susceptis [a], ut ex jejunio addito constat †. Vide Exod. c. 19. v. 15. Joel. 2.16 [b]. Tertul. dissuadens fœminis Christianis nè paganis nubant, inter alia incommoda & hoc adfert, *Quis denique solennibus Paschæ abnoctantem securus sustinebit* [c]? ¶ *Et*, &c. Καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε] *Et rursum* (finito orationis tempore [d]:) *in unum* (vel, *simul*, Be. in eundem lectum [*]: nam ἐπὶ τὸ αὐτὸ est, *in eundem locum*, ut Act. c. 2. v. 1. 1 Cor. 11.20 [f]. Vel, *in id ipsum*, Mo. Vulg. *ad idem*, Er. E. ad opus consuetum [g], ad debitum mutuò reddendum [h]: *ad eandem rem*, Di. ex Sy. ad eundem matrimonii usum, à quo propter jejunium ad tempus destiteratis [i].) *convenite*, Er. Il. Ti. P. Pi. &c. vel, *congrediamini*, Ca. vel, *revertimini*, Di. ex Sy. Vulg. ¶ *Nè tentet vos* (nempe cum effectu [k]:) *Satanas*] Qui vitiorum scintillas excitat [l]; qui etiam conjugibus insidiatur [m]: Nè vos impellat ad scortationem aut similem corruptelam [n], si diutiùs maneatis à thoro separati [o]: nè Diabolo tentante peccetis, ut Gal. 6.1. *nè & tu tenteris*, i. e. nè tentatus pecces. Antecedens pro consequente: *tentatio*, ut alibi, pro tentationis eventu sive effectu, quomodo & Deus *vocare*, & electi *vocari*, dicuntur [p]. ¶ *Propter*, &c. Διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν] *Propter incontinentiam* (vel, *intemperantiam*, Er. Ti. Ca. sic Ar.) *vestram*, Il. P. Mo. Be. Pi. &c. amborum, vel alterius †; i. e. quum sitis incontinentes, quum non sitis prædití continentiæ dono [q]. *Propter concupiscentiam corporis vestri*, Tre. ex Sy. vel, *Propter impotentiam vestram*, quia hæc est naturæ vestræ imbecillitas, ut indè Satan facilè occasionem arripiat vos impellendi in scortationem, nisi conjugio, ut remedio, utamini [r]. Ἀκρατεῖς Aristoteli dicuntur qui in bono proposito constantes non sunt, sed illecebris vitiorum succumbunt. Is morbus ei dicitur ἀκρασία. Tales autem multi erant Corinthi, etiam inter eos qui Christianismum profitebantur, sed nondum satis in eo adoleverant †. Ἀκρασία propriè *intemperantiam* significat [t], sed hîc per catachresin ponitur pro ἀκράτεια [v], sicut & in Aristot. Ethic. nam intemperantiam ἀκολασίαν vocat [x]. Hæc verba construenda sunt, vel, 1. cum proximè præced. ut sensus sit, Nè Satanas videns incontinentiam vestram & carnis infirmitatem, per eam vos tentet [y]. Vel, 2. cum illis, *revertimini*, &c. q.d. Post orationem redite ad opus conjugale, quod ut faciatis moneo propter incontinentiam vestram, nè alioqui tentet vos Satanas. Confirmatur hæc constructio ex collat. v. 2 [z].

6. *Hoc*, &c. Τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν] *Hoc autem dico ex concessione*, (vel, *juxta*, sive *secundùm*, *indulgentiam*, Er. Ti. Mo. Vulg. sic Ar. vel, *veniam*, Er. Just. E. sive, *ignoscentiam*, Er. *concessionem*, Il. Συγγνώμη hîc non *veniam delicti* significat, sed *æquam concessionem*, quomodo & Heb. סלח interdum sumi diximus ad Luc. 4.27 [a]. Quidam Codices habent, κατὰ γνώμην, *juxta consilium*, sive *sententiam*, sive *opinionem* [b]: q.d. *Dico meam sententiam & quod mihi videtur optimum factu*. Quanquam συγγνώμη appositius ad ἐπιταγὴν est, *venia* ad *imperium*. *Imperium* exigit, *venia* concedit nonnihil præter jus. Indulget enim hoc Paulus illorum fragilitati [c]. Vel, *ex consilio*, q.d. Hoc in genere suadeo, ut plerisque commodissimum, ob periculum scortationis, &c. Quòd συγγνώμη *consilium* significare possit, colligitur ex Grammaticis, Hesych. & Phavor. συγγνώμονας, συμβουλεύσω, & συγγινωσκόμενοι, πειθόμενοι, *qui consilio parent*. Adde quòd ut hîc συγγνώμη opponitur τῇ ἐπιταγῇ, ità v. 25. γνώμη, ubi non nudam permissionem, sive indulgentiam, sed *consilium*, significat, ut apparet ex collat. v. 26. ideóque & συγγνώμη hoc loco idem valet [d]. Συγγνώμη forsan sumitur eodem sensu quo γνώμη v. 25. & 40 [*].) *non ex imperio*, P. Be. Pi. J. Cap. vel, *juxta præceptum*, Er. Il. Ti. similiter Tre. &c. Al. *quòd ità permittam, non quòd præcipiam*, Ca. *Dixit hoc Apostolus indulgens, non præcipiens* [f]. Perinde est sive Pauli, sive Dei, hanc præceptionem & concessionem esse dicamus, quum certum sit, Paulum hoc Divino instinctu dixisse [g]. Pronomen τοῦτο, *hoc*, referri possit, vel, 1. ad id quod sequitur, versu 8. ut patet ex collat. versu 25. quomodo *hoc*, Joel. 1. 2. evidenter refertur ad sequentia. Sic & Psal. 49. 1. & 1 Cor. 10. 23. vox, *omnia*, restringi potest ad sequentia [h]. Vel, 2. ad pactionalem secubitum, v. 5. quasi nolit Apostolus hoc onere eos prægravare [i]: q. d. Illud, *ad tempus*, commodè, non præcisè, intelligendum est, prout scilicet ferre possint conjugum vires & vocatio [k]. Sed hæc expositio scopum Apostoli non attingit [l]. Vel, 3. ad verba proximè præcedentia, quibus jusserat conjuges iterum convenire, &c [m]. q.d. Quod monui de celeri regressu ad commercium conjugale, hoc vobis concedo & consulo, ut remedium contra incontinentiam, non mando ut necessarium observatu, si possitis continere [n]. Hoc addit, ut occurrat impiorum cavillis, & nè videretur fræna laxare libidini [o]. q.d. Hoc dixi non libenter, sed pro vestra infirmitate, ut scilicet memineritis, conjugium impudicitiæ remedium esse, nè eo intemperanter abutamini ad explendam quovis modo, imò absque modo & verecundia, libidinem [p]. Copulam indulgeo, non præcipio [q]. Hinc rectè colligunt Aug. Greg. Anselm. usum conjugii oblectationis gratiâ, non carere culpâ [r], quæ tamen non est lethalis †. Coitus conjugalis res honesta & sancta est, quia est pura Dei institutio: ut autem in aliis omnibus humanis affectibus, ità in hoc affectu, quem præ aliis impotentem & planè belluinum esse concedo, est ἀταξία quædam vitiosa. Sed contrà etiam contendo, quicquid est vitii aut turpitudinis, sic tegi conjugii honestate ut vitium esse desinat, vel saltem desinat à Deo imputari [t]. Vel, 4. ad ipsum capitis initium, ubi de cœlibatu eligendo egerat, quippe quem non præcepisse, sed tantùm suasisse, videri voluit [v]; vel ad totum id quod præcessit, & de conjugio ineundo dictum fuit [x]: *hoc*, scilicet de conjugio [y]. q.d. *Id quod dixi, Habeat quisque suum, aut suam, conjugem, non præcepi, sed suasi* [z]. Est hoc אזהרה לא מצוה, (*monitum, non præceptum.*) Præcepta omnes tangunt, monita dantur prout cuique expedit [a]. Concedit Deus hoc remedium eis qui continere non possunt, non autem omnibus præcipit, ut fecisse visus est. Συγγνώμην vocat commodam dicti interpretationem, habitâ boni & æqui ratione, ut definitur ab Aristot. Eth. 6 [b]. Hebræi matrimonium omnibus 20 annos natis (exceptis iis qui Legis studio incumbunt) severo præcepto præscriptum volunt. Id hîc negat Apostolus, docétque hominem sui juris in hac re esse, ut contrahat matrimonium vel non, prout se experiretur continentem vel secús [c].

7. *Volo*, &c. Θέλω γὰρ πάντας, &c.] *Nam velim* (vel, *vellem*, sive *optarem*, Vor. E. M. T. G. Be. J. Cap. Sic 1 Cor. 14.5. Θέλω, &c. *Velim vos omnes loqui linguis* [d]. Vide quæ dicta ad Matt. 26.39. Marc. 10.35. Rom. 7.15 [*]. Sunt hæc verba non absolutæ voluntatis, sed optativæ [f], sive desiderii [g].) *omnes homines esse*, *ut &* (καὶ hîc emphasin habet [h]:) *ipse* sum, P. Be. Pi. &c. Paulus ubi ad magna hortatur, suum adducit exemplum [i]. Vel, *sic esse ut ego sum*, Ca. i. e. vel, 1. continentiâ scilicet donatos [k], ut possint semper à muliebri commercio abstinere [l]. Hunc sensum dilucidè confirmant verba sequentia, *quisque donum*, &c †. Volo (vel Optarem [m],) omnes ad exemplum mei ab uxoribus abstinere [n], ut eò liberiùs & expeditiùs ministerium suum obirent. Paulo uxorem fuisse volunt Clemens & Ignatius, teste Eusebio [o]; quod & hinc conjicere licet, posteaquam de conjugatis agens sui facit mentionem [p]. De illa dicemus ad Phil. 4 [q]. Vel, 2. cœlibes esse [r]. Talem fuisse Paulum docent Tertul. Hi. Aug. Chrys. &c †. Constat autem non hoc velle Paulum simpliciter & absolutè, alioquin enim genus humanum (& Ecclesiam [t]) interire vellet [v]; sed cum respectu & ad instantem persecutionem & ad cujusque dona [x]. Est ergò votum de impossibili, quale illud Mosis, Exod. 32.32. & Pauli, Rom. 9.3. Talia vota intelligenda sunt conditionaliter, *Optarem omnes cœlibes esse*, nempe si possibile esset, neque obstaret majus bonum, generis humani & Ecclesiæ propagatio. Sic Matth. c. 26. *Pater, si possibile sit*, &c. Addit ergò Paulus hoc loco voti declarationem in forma correctionis, *sed unusquisque*, &c [y]. ¶ *Sed unusquisque proprium donum habet*, &c.] Secundùm quod quisque se metiri debet, non secundùm dona aliorum [z]. q.d. Sed donum continentiæ quod mihi datum est, non est datum omnibus [a]. Quidam donum habent castitatis conjugalis, alii vidualis, alii virginalis [b]. Indicat, iis qui donum continentiæ sentiunt se non habere, nec

[x] Cal. sim. E. Par. Calv. Fe. Vor. Scl. [y] E. [z] Cal. sim. Calv. Par. [a] Par. † Be. Scl. [b] Cal. [c] G. [d] E. Me. sim. Pi. Par. [*] G. sic Pi. Par. sim. Er. Be. [f] G. [g] E. [h] T. [i] Di. [k] E. [l] G. [m] Par. [n] Pi. sim. E. Me. [o] E. Me. [p] Cam. † Par. [q] Pi. sim. Ham. Zeg. [r] Be. † G. [t] Pi. [v] Pi. sic Vor. [x] Pi. [y] Q. in E. [z] E. [a] G. [b] Er. sic V. [c] Er. [d] Ham. [*] J. Cap. [f] Tertul. in G. [g] Vor.

[h] J. Cap. [i] Q. in Vor. [k] Be. [l] Vor. [m] Al. in Vor. sim. E. Just. [n] Scl. sim. Calv. Par. Pi. [o] Calv. sim. Par. [p] Calv. [q] Me. [r] Just. sim. E. † Just. [t] Calv. sim. Be. Cal. [v] Vor. [x] Cal. [y] Ca. [z] G. sim. Be. [a] G. [b] Be. [c] Li. ho. [d] J. Cap. [*] G. [f] E. sim. Vor. [g] Vor. [h] Be. [i] G. [k] Scl. sic Pi. J. Cap. Vor. [l] Scl. † Pi. sim. J. Cap. [m] Be. [n] Zeg. sim. Pe. [o] Be. [p] Er. [q] Zeg. [r] Ca. sic E. Me. T. Vor. Cal. Par. † E. [t] Par. [v] Cal. sim. Par. [x] Cal. [y] Par. [z] Cal. [a] Pi. [b] E. sic T.

nec ad illud seriò niti volunt, paratum esse remedium ex conjugio [c]. Non tantùm illa Spiritûs dona, quæ nullo labore obtinentur, dici χαρίσματα possunt, sed & illa quæ multo labore obtinentur. *Omne* enim *bonum datum à Deo*, Jac. 1. 17. Quomodo autem continentia donum sit, vide Matt. 19. 11. & ibi dicta. Videmus verò hîc etiam conjugalem castitatem *donum Dei* dici. Sunt enim Dei alia majora, alia minora, dona [d].

8. *Dico*, &c. Λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις] Hebræi dicunt אלמן & אלמנה. Græci Mulierem amisso conjugio χήραν vocant; ut Vir amisso conjugio χῆρος dicatur ἀναλογία permittit, usus popularis non recipit: quare aliam vocem quæsivit Paulus, & ἀγάμων dixit, generis nomen pro specie usurpans*. Nam ἄγαμος ex vi vocis est tam qui nunquam in conjugio fuit quàm cui periit conjugium. Sed in posteriore sensu hîc usurpat Paulus, ut *viduarum* addita mentio nos docet, & vox ἄγαμος repetita infrà v. 11 [f]. ubi sic vocatur mulier conjugata, sed à viro digressa: quantò magis ἄγαμος dicatur qui nuptias expertus conjugem amisit, qualis quoque ἄγαμος vocatur v. 23 [g]. *Dico autem innuptis* (vel, *inconjugatis*, Er. vel, *cœlibibus*, Er. Be. Pi. vel potiùs, *viduis*, Be. ex Sy. & Ar. sic Er. Perstringit eos qui secundas nuptias damnant prioribus morte dissolutis [h].) *& viduis, bonum eis est* (id est, *melius*. Vide quæ à nobis & aliis dicta ad Luc. 2. 36 [i]. *Bonum* hîc non dicit absolutè, sed *bonum ipsis*, h. e. commodum & utile [k]: expedit eis [l]. Non majus meritum, sed statum tranquilliorem, intelligit [m].) *si manserint ut ego*, P. &c. sub. maneo, innuptus, sive uxorem jam non habuit, sive nunquam habuit [n]: q. d. si manserint cœlibes, si non transeant ad alteras nuptias [o]. Vel, *sicut ego sum*, non in conditione seu vitæ statu, sed in tranquillitate quam præstat continentia, vel in libertate quam ego habeo ad serviendum Domino, uxorem vertens in sororem, &c P. Ex hoc loco non improbabiliter colligitur, Paulo fuisse uxorem, quod Clemens Alex. putat, sed, cùm hæc scriberentur, mortuam [q].

9. *Quod*, &c. Εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται] *Quod si non continent*, Er. P. Mo. Be. Potentialiter dictum [r], pro, continere se non possunt†, propter infirmitatem carnis: non quasi hoc impossibile sit, sed arduum ac difficile, idque ex defectu bonæ ac firmæ voluntatis continendi [t]. *Si perseverare nolunt aut non possunt*, ut loquitur Cyprianus. Ἐγκρατεύεσθαι idem est quod ἀνέχεσθαι, *ab aliqua re sibi temperare, abstinere*. Utroque modo vertitur אפק Hebræum. Et Aristoteli est ἐγκρατὴς qui constans est in bene agendi proposito [v]. ¶ *Nubant*; ità P. Γαμησάτωσαν] *Matrimonium contrahant*, Be. Pi. *Nuptias faciant*, G. id enim commune Maribus & Fœminis [x]. *Nubant* enim Latinè de Fœminis tantùm dicitur, aut de effœminatis, per irrisum. Sed Christiani Scriptores non semper proprietates istas observant [y]. ¶ *Melius*, &c. Κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι] *Nam melius est matrimonium contrahere quàm uri*, Be. Pi. sic Er. Mo. P. &c. בחר vertitur πυροῦσθαι, Prov. 3. 31. ἐπιθυμεῖν verò Esa. 1. 29. צרב verò vertitur & πυροῦν & πυρίζειν. *Inflammari ad cupiditates*, & *inflammatum libidinibus*, dixit in Tusculanis Cicero. Virgil. *Uritur infelix Dido*. — In Glossario, πυροῦμαι, *calesco*. Convenit hoc cum eo quod suprà [v. 2.] dixit, διὰ τὰς πορνείας [z]. Virgil. *Formosum pastor Corydon ardebat Alexim* [a]. Dicunt Hebræi, *Is qui versatur in studio Legis liber est ab isto præcepto* (de multiplicatione sive generatione.) *At si in eum prævaleat affectus uxorem ducat*, &c [b]. R. Amramus, formâ prætereuntis in domo sua fœminæ captus, cum pravo affectu colluctans ut eum vinceret, elatâ voce exclamavit, *Incendium, Incendium*, ut, concurrentibus eò vicinis, à cœpto suo atque ab isto affectu desisteret præ pudore. Concurrentibus ad eum Rabbinis, adjuravit ille pravum affectum ut ex se exiret, atque ex eo is exiit sicut columna ignis: cui ille, Tu es ignis, & ego caro, nihilominus tamen ego in te prævalui [c]. *Uri* hîc intelligunt, vel, 1. de igne gehennæ [d]: vel potiùs, 2. de libidinis incendio *. *Uri* autem non est calorem duntaxat sentire [f], vel titillari [g], aut tentari incentivo libidinis [h], cui quis fortiter repugnat, non finens excuti amorem pudicitiæ, quin potiùs horrens fœdos omnes motus [i]; sed ardore libidinis flagrare [k], cui resistere nequeas [l]; vel ità ut, nisi quæratur remedium, à pollutione sit præsens periculum [m]; in libidinem consentire [n], quod pessimum genus est ustionis; vel saltem cæco æstuare impetu, & inquietari eo modo [o] ut invocare Deum purâ & pacatâ conscientiâ nequeas [p]. *Melius* autem accipi possit, vel, 1. impropriè, comparatione scilicet boni cum malo; quod verum est, si nubere per se consideretur ac sine circumstantiis, quia nuptiæ per se sunt res honesta à Deo instituta, &c [q]. vel, 2. (quod malim) propriè, ut minus malum esse dicatur per incontinentiam nubere [r]. Al. Catachresis est in voce *melius*: neque enim significat, bonum esse uri †. Non est comparatio mali & mali, sed boni & mali [t]. Genus loquendi petitum est ex medio, sicut cùm dicitur, *Melius est ut bene agentes malis afficiamini, quàm malè agentes* [v]: Melius est vivere quàm mori: melius uti medicinâ quàm morbo torqueri [x]: melius cum Christo pati quàm in æternum pati [y]: melius lucrum facere quàm damnum. Talia Prov. 12. 9. & 16. 8, 19. & 17. 1. &c [z]. Comparatio sæpe adversativæ æquipollet, ut Psal. 118. 8. *Bonum* (melius) *est sperare in Jehova quàm sperare in homine*, i. e. illud bonum est, hoc non bonum: Luc. 18. 14. *Hic justificatus —— magis quàm ille*, id est, hic justificatus, ille planè non: *dilexerunt tenebras magis quàm lucem*, id est, tenebras, non lucem. Sic Joh. 12. 43. Act. 5. 29. &c [a]. Ut καλὸν v. 8. *commodum* significat, ità κρεῖσσον hîc *commodius*, vel *minus incommodum*: quo sensu sæpe occurrit in Proverbiis, ut Prov. 17. 1. &c. ut sensus sit, q.d. Etsi utile dico cœlibem agere propter præsentem necessitatem, & solicitudines mundanas, commodius tamen est nubere quàm uri: etsi enim matrimonium (non quidem naturâ suâ, sed ex accidente, peccato hominis,) mala aliqua & incommoda secum trahat, plura tamen & graviora adfert libido, reatum scil. æternæ mortis [b].

10. *Præcipio*; ità E. Pi. Παραγγέλλω] *Denuncio*, P. Be. ut Dei nuncius cui fides habenda est [c]. *Non jam moneo, sed jubeo*, G. Παραγγέλλειν valet, *præcipere*, Act. 4. 18. & 5. 28. & 1 Cor. 11. 17 [d]. ¶ *Non ego, sed Dominus*] Quorsum hoc*? Alia præcipit Paulus, alia Deus? Quæ Paulus tradit, Dominus non tradit [f]? Certè Paulus *habuit spiritum Dei*, infrà v. 40. & *Christus in ipso locutus est*, 2 Cor. 13. 3. Eadem ergò sunt doctrina & mandata Pauli & Dei sive Christi. Sed illa à se præcipi innuit quæ à se ductu Spiritûs Christi docentur, ea verò Dominum præcipere, quæ in Scriptura continentur [g]. Ubi, inquis, hoc Domini præceptum est? Resp. 1. Implicitè continetur in Gen. 2. 24 [h]. *Relinquet patrem & matrem*, &c. quibus tamen jure naturæ obligatus est obligatione indissolubili. Cùm igitur huic vinculo præferatur copula conjugii, facilè indè colligitur quàm sit indissolubilis & inviolabilis [i]: Ibi quoque sequitur, *Erunt duo in carnem unam*, quæ ergò non laceranda est in duas [k]. 2. Respicit præceptum illud Domini de uxore non dimittenda, Matt. 5. 32. & 19. 9 [l]. Comparatè dictum; Non ego ex me [m], vel ex revelatione singulari Spiritûs S [n]. vel ex nuda sententia mea [o]; sed ex Christi authoritate [p], ex expresso Scripturæ testimonio [q]. Simile Mat. 10. 20 [r]. Sic seipsum explicat 1 Cor. 9. 8. *Num hæc ego dico? nonne lex* †? Hîc loquitur ut legatus Dei: ut privatus autem utitur hâc formulâ [t], è converso [v], *hæc ego dico, non Dominus*, v. 12 [x]. i. e. Hæc est sententia mea, quamvis non adsit textus aliquis Scripturæ. Hebræi sic sæpe loquuntur, *Si vis, proferam opinionem*, vel rationem, *meam: si vis, proferam textum Scripturæ* [y]. Rectè [autem] dicit hoc [quod sequitur] *à Christo præceptum*, argumento à minori, i. e. minus credibili. Lex Mosis indulserat marito uxorem dimittere. Christus, ad majorem dilectionem & patientiam nos vocans, vetat id fieri, ubi abest impudicitia. Si hoc Christus viro dixit, cui tantum juris dederat Lex Mosis, quantò magis idem intelligi debet de Fœmina, cui Lex Mosis nihil tale concesserat? Eadem ergò tolerantia, quam in exercenda Lege Mosis Christus viris præscripserat, multò justiùs erat observanda fœminis, quibus jus à marito discedendi dabat non Lex Mosis, sed Græcæ & Romanæ leges, illorum populorum ingeniis aptatæ ||. ¶ *Uxorem*, &c. Γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι] Sub. δεῖ. Infinitivus pro imperat [z]. *Uxor à viro ne discedat*, Il. P. sic Vulg. vel, *dirimatur*, Ca. *separetur*, Er. Ti. Tre. ex Sy. *se separet*, Ar. G. sic Be. Pi. Accuratè dictum [a]: nam passivum hîc, ut alibi, est pro reciproco [b]; hîc enim agit Apostolus non de divortiis

[Margin notes, left column: c E. — d G. — * G. — f G. sim. E. — g E. — h Be. — i G. — k Par. — l Pi. — m Par. — n E. — o Pi. — p Er. — q G. — r Par. — † Par. ex Be. E. — t E. — v G. — x G. sim. Be. — y G. — z Idem. — a Just. — b Li. ho. ad v. 6. — c Li. ho — d Q. in Er. — * Er. Vor. sic Ca. E. Me. Pi. — f Par. — g Calv. — h E. sim. Calv. — i Calv. — k Me. T. sic Calv. Par. — l Calv. — m Par.]

[Margin notes, right column: n Me. sim. E. T. Calv. Cal. Be. — o Calv. — p Calv. sic Be. Cal. — q E. — r E. ex Hi. — † Pi. sim. Be. — t Par. — v Cal. ex Be. — x Par. — y Pi. — z Cal. — a Glas. gram. 3. 5. 21. 483. — b Scl. — c Be. — d E. — * Par. — f Cal. sim. Par. — g Calv. — h Par. sim. Calv. — i Cal. — k Par. — l Me. ex E. — m G. — n Pi. — o Li. ho. — p G. — q Pi. sim. Camer. — r Li. ho. Calv. — t G. — † Li. ho. — t Cam. — v Li. ho. — x Cam. — Li. ho. — y Li. ho. — || G. — z Pi. — a G. — b G. sic Pi. Scl.]

tiis in casu adulterii [c], sed de spontaneis desertionibus [d], quæ propter aliquam animi offensionem interveniebant; id quod tum locus ille Christi, Matth. 5. 31, 32. & 19. 8, 9. evincit, tum illud καταλλαγήτω [*]: quia iniquum esset innocenti parti præcipi ut innupta maneat, aut reconciliationem quærat [†]. Accuratè quoque de viro dicit, μὴ ἀφιέναι. Nam *dimittere à domo*, quod Paulus dixit ἀφιέναι, Attici ἀποπέμπειν, est mariti, ut domini domûs; χωρίζεσθαι [autem] vel ἀποχωρίζεσθαι, quanquam aliquo sensu utrique aptari potest, magis tamen propriè convenit fœminæ, ut apud Atticos ἀπολείπειν, *deserere*. Sic Josephus, Γυναικὶ οὐδὲ διαχωρισθείσῃ καθ' ἑαυτὴν ἔξεστι γαμηθῆναι· & Justinus in Apologetico priore de fœmina loquens, ἐχωρίσθη· quod Romani dicerent, *discessit*, aut *divertit* [*]. Non sine ratione gravi hac de re admonet, cùm laxa nimirum foret apud Gentiles, & laxior apud Judæos, opinio de firmitate vinculi conjugalis [f]. [De quibus vide Li.ho.& Synopsin ad Matt. 19. 8, 9.] Discessum autem vel separationem hîc intellige, non illam quæ fit jure ac viâ defensionis, ut si conjugem habeat ad scelera cogentem, sævum & intolerabilem, &c. sed quâ mulier virum nolit ampliùs habere pro marito, facto nimirum quoad torum divortio [g]. At debuit Apostolus hîc excipere casum fornicationis, qui excipitur Matt. 5. 32. Resp. Non excipit illum, sed nec excludit [h]. Remittens enim nos ad Domini præceptum, tacitè vult hunc casum intelligi [i]: hîc autem obiter & breviter de his rebus disserere maluit quàm sigillatim omnia persequi [k]. Sensus loci est, Nè discedere ei licitum esto à viro licèt moroso, duro, iniquo, infirmo, morbido, &c [l].

11. *Quod*, &c. Ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ] *Quod si discesserit*, P. vel, *sese separârit*, Be. Pi. i. e. si maritum deseruerit [m], facto divortio [n], sive sponte digressa, sive propter ejus fornicationem, aut propter aliud, sive ab illo dimissa ob quamcunque causam [o]. Sed sequens, *reconciliator*, satis ostendit de quibus divortiis hîc disserat; de iis scilicet quæ non scortationis causâ, (hæc enim matrimonium dirimebat) sed propter aliquam animorum offensionem, interveniebant [p]. [Sensus,] *Si* frigusculum aliquod intercesserit, & ob id *de domo viri uxor aliò se contulerit* [q]. *Si discesserit*, ex impatientia vel novarum nuptiarum cupidine [r]. Viri sæpe uxoribus remittebant nuncium, quia vel mores displicerent, vel forma, &c. Uxores quoque maritos interdum relinquebant propter sævitiam. Ejusmodi verò divortiis vel dissidiis conjugium negat dirimi [†]. ¶ *Maneat cœlebs* (vel, *innupta*, P. Be. Pi. i. e. separata à viro, ac sine usu conjugii, nec priore conjugio utatur [t], nec aliud contrahat [v], in spem resarciendi amoris [f]. At quid si mulier sit incontinens? Resp. Quum officio suo perfuncta fuit, utens remedio à Deo præscripto, legitimo scilicet conjugio, sperare possit Dominum sibi adfuturum, si non succedat ex voto [g].) *aut* (i. e. vel potiùs [h]. Non dat illi optionem, sed disjunctivus sermo diversos casus innuit, qui hoc vel illud exigunt [i].) *viro suo reconciliator*]. Ac proinde redeat ad eum [k], ejúsque torum [l]. Si exspectare non vult donec maritus ipse quærat vias se restituendi in ipsius gratiam: quod etiam facere debet, si in ipso fuit aliquid culpæ. Vide præceptum generale, quod huc etiam referri debet, perscriptum Matt. 5. 24. sed cùm hæc Paulus scriberet, memoriâ servatum ac voce traditum [m]. Confer Deuter. c. 24. v. 4. Nam hîc non dissolvitur vinculum quod illic factum, Jevamoth, fol. 90. Glossa, *Mittit maritus libellum divortii uxori. Si aut ipse postea accedit ad uxorem, aut ad eam nuncium mittit, dicendo, Libellus divortii quem ad te misi nullus sit, nullus est.* En tibi καταλλαγὴν etiam post divortium: (at de divortio hoc loco non loquitur) & tamen praxi suâ ostendebant Judæi, se opinari solutum esse vinculum matrimoniale per quodvis divortium, nam admiserunt secundas nuptias [n]. Non permittit uxori seorsim habitare à viro [o], sed si expulsa fuerit domo, eam ligatam manere asserit [p]; vel si pertinax sit [q], nec vult ei reconciliari [r], vetat eam alteri nubere [†], & in protervìæ & impatientiæ pœnam [t], & in sinceritatis probationem, nè hæc libertas in licentiam trahatur [v]. ¶ *Et vir uxorem nè dimittat*; ità P. Be. Pi. Μὴ ἀφιέναι] *Nè repudiet*, Pi. Μὴ ἀποπέμπεσθαι dicerent Attici, *nè repudiet*, *nè exigat*. Hebræi dicerent, לא יגרש, μὴ ἐκβάλλῃ· ità enim ea vox ab Interpretibus verti solet, Levit. 21. 7, 14. & 21. 13. Num. 30. 9. Ezec. 44. 22. Intelligendum autem Christi præceptum hîc breviter indicatum in eo sensu quem Christus explicaverat [x], h. e. extra casum adulterii [y]. qu. d. Nè dimittat eam ob deformitatem, morositatem, sterilitatem, &c [z]. nec sine justa ac gravi causa [a]. Qu. Cur non hîc addit de viro quod de muliere, *Quod si dimiserit, maneat innuptus aut uxori reconcilietur?* Resp. 1. Quòd viro licet aliam ducere uxorem, si priorem adulterii causâ dimiserit [b]. 2. Quia hoc reliquit intelligendum ex superiore membro [c].

12. *Nam*, &c. Τοῖς δὲ λοιποῖς ἐγὼ, &c.] *Reliquis autem* (i. e. vel, 1. innuptis [d]: opponit enim hunc versum versui 10 [*]. Et possunt hæc verba legi in parenthesi [f]. Vel, 2. conjugatis, ad quos hoc præceptum pertinere manifestum est [g]; impari matrimonio junctis [h]; conjugibus qui disparis fidei sunt [i]. Al. *De cæteris*, h. e. quoad reliquas Epistolæ vestræ partes [k].) *ego dico, non Dominus*, Be. Pi. &c. i. e. vel, 1. Ego auctor fio, non præcipiens, sed consilium dans, ut scilicet innupti perseverent, si continere possint [l]. Ad præcedentia enim, non ad sequentia, hoc est referendum [m]. Vel, 2. Sententiam meam trado [n], authoritate Apostolicâ [o], non à meipso, sed doctus à Spiritu Dei [p], licèt Christus hoc non dixit expressè [q], sive totidem verbis, sive suo ipsius ore, ut illud de divortiis, Matt. 5. 31, 32 [r]. Neque enim tempore Christi gentes vocabantur ad fidem ut disparitas religionis inter conjuges existeret. Et res novæ sæpe novis legibus occasionem præbent [†]. Christus præceptum dederat iis qui suæ futuri essent disciplinæ: De iis conjugiis in quibus alter esset Christianus, alter non esset, nihil dixerat. Restabat ergò ex præceptis generalibus, de Dilectione omnium hominum, derivari monita, quæ tamen non possunt ità esse perpetua ut non ex circumstantiis restringantur, ut debet fieri dictis quidem καθόλου, sed πρὸς τὸ καθ' ἕκαστον applicandis [t]. [Sensus, q. d.] Quia Dominus casum hunc non definivit, ego addam determinationem sententiæ Domini, fidei & charitati, consentaneam [v]. ¶ *Si quis frater* (i. e. Christianus [x],) *uxorem habet infidelem*] i. e. Non Christianam [y], idololatrida. Vide infrà v. 13, 14, 15. & 1 Cor. 6. 6. & 10. 27. & 14. 22, 23, 24. 2 Cor. 6. 14, 15. 1 Tim. 5. 8. Tit. 1. 15. Apoc. 21. 8. *Habet*, id est, Christo credidit in tali matrimonio deprehensus. Nam post fidem talia matrimonia inire omnino non licebat. Vide Tertul. Ad uxorem, 4 [z]. ¶ *Et hæc*, &c. Καὶ αὐτὴ συνευδοκεῖ οἰκεῖν, &c.] *Et hæc assentitur* (vel, *velit*, Tre. ex Sy. Æth. vel, *libens consentit*, P. sic Be. sim. Ca.) *ut habitet*, vel *ad habitandum, cum illo*, Er. Il. Ti. sim. Mo. Pi. &c. prout tenetur [a]: quæ prior causam non det divortio, contenta ipsius moribus, quanquam de rebus Divinis non idem persuasa. Συνευδοκεῖ dixit potiùs quàm εὐδοκεῖ, ut significaret voluntatem fœminæ cum mariti voluntate concordantem [b]. Si ea maritum diligit, humaniter habet, &c. At quid faciendum, si illa blasphemet, virum ad abnegationem urgeat? Concedunt aliqui discessionem, etiam [Petrus] Martyr, item Bellarminus [c]. Consensum cohabitationis hîc intellige, salvo religionis honore, vel citra contumeliam Creatoris, aut notabili ac permanente injuriâ Christianismi; ubi & studium pertrahendi conjugem ad damnabilia peccata comprehenditur [d]. Sed dubius est hic casus: quamdiu velit cohabitare, non ausim contra Apostolum pronunciare: nec facienda sunt mala ut eveniant bona [*]. ¶ *Non dimittat illam*] Ut v. præced [f]. Μὴ ἀποπέμπειν, nè ipse prior bene concordans matrimonium dissolvat. Objici potest, At Nehemias conjugia Judæorum cum fœminis alieni cultûs dissolvi voluit. Responsum esto, Hoc præceptum datum fuisse soli populo Hebræo, Exod. 34. v. 16. ut qui illo tempore quàm longissimè ab aliis populis debebat separari. Aliis populis ea lex non fuit data, nec expediebat eam dari post revelatum mysterium de vocatione Gentium [g].

13. *Et siqua mulier*, &c.] Paria dat monita utrique sexui. Exemplum in matre Timothei [h]. ¶ *Non dimittat virum*] i. e. Non se ab eo separet, sive dimittendo illum à se, sive ab eo recedendo [i]. Ἀφιέναι hîc usurpat de muliere, non durâ admodum καταχρήσει, quia etiam ἡ ἀπολείπουσα potest dici ἀφιέναι. Sic חדל vertitur per ἀφιέναι, & נתן, & alia quæ *deserendi* habent significationem [k].

14. *Sanctificatus*, &c. Ἡγίασται γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικὶ

Marginal notes (left): Scl. — [d] Scl. sim. — Vor. — [*] Scl. — [†] Vor. — [*] G. — [f] Li. ho. — [g] E. — [h] Par. — [i] Par. sim. Calv. E. — [k] Calv. — [l] Par. — [m] Pi. — [n] Me. — [o] E. — [p] Be. — [q] G. — [r] Par. — [†] Calv. — [t] E. — [v] E. sim. Calv. — [f] G. — [g] Calv. — [h] Pi. — [i] E. — [k] Pi. — [l] Par. sim. Pi. — [m] G. — [n] Li. ho. — [o] Calv. sim. Diod. — [p] Calv. — [q] Par. — [r] Diod. — [†] Diod. sim. Par. Dic. — [t] Dic. sim. Par. — [v] Dic.

Marginal notes (right): [x] G. — [y] Vor. sic E. Me. Be. Pi. Par. — [z] Par. — [a] Me. — [b] Caj Cathar. &c. in E. — [c] E. ex Aug. — [d] Vor. sic E. Me. — [*] Me. sim. Vor. — [f] Vor. — [g] Par. — [h] Er. ex Aug. Zeg. sic Be. — [i] T. sim. Calv. Par. — [k] Ham. — [l] Me. sim. E. — [m] Me. — [n] Ham. sic Li ho. v 11 — [o] Græci in E. — [p] E. sim. Scl. Par. — [q] Scl. sim. E. ex Græcis. — [r] Scl. — [†] Par. — [t] G. — [v] Par. — [x] G. E. Pi. &c. — [y] Pi. E. — [z] G. — [a] Pi. — [b] G. — [c] Par. — [d] E. — [*] Par. — [f] Pi. — [g] G. — [h] Idem. — [i] E. — [k] G.

γυναικὶ· κ̓—ἡ γυνὴ, &c.] *Maritus enim infidelis sanctificatus est in uxore*, &c. Be. Pi. Mo. &c. vel, *per uxorem*, &c. Er. Il. Ti. P. Ca. &c. vel, *ob uxorem*, &c. vel, respectu uxoris †: vel, *propter mulierem Christianam*, *&—propter virum Christianum*. In MS. verò pro, τῷ ἀνδρὶ, est ἀδελφῷ, ex more Christianorum, qui se mutuò *fratres & sorores* vocabant [l]. *Sanctificatur* sanctitate quâdam analogica sive imperfecta [m], vel morali quâdam denominatione [n], & quasi sanctitatis (sed extrinsecæ) aspergine [o]. [Variè explicant.] Sanctificatur ab immunditiis carnalibus, à foedis etiam cum conjuge commixtionibus, quæ vel usum naturalem immutant, vel in menstruo cruore fiunt, vel aliter torum conjugalem deturpant; quibus Gentiles assueti sunt: à quibus abhorrebit, sanctam castámque videns conjugis conversationem [p]. Al. *Sanctificare* sæpe significat, præparare sive deputare ad aliquid sacrum, ut Esa. 13. 3. *Sanctificatur* ergò, id est, præparatur ad veram sanctitatem [q], quia non impediendo illam in sua fide & religione, & benevolè cum ipsa vivendo, quasi viam sternit sibi ut per preces, verba & exempla fidelis conjugis, convertatur & fiat sanctus [r]. Fit aliquando ut vir infidens ab uxore fiat *sanctus*, i. e. Christianus †. Al. Vir, quod ad congressum matrimonialem attinet, pro puro habetur, tametsi impurus [t]. Prolepsis est, Occurrit huic scrupulo, quòd fidelis videretur inquinari consuetudine conjugis infidelis, quîcum manere jussus est: ut enim qui adhæret meretrici, fit unum corpus cum ea; ità & qui adhæret idololatræ. Sed dispar est ratio: nam in dispari conjugio conjunctio non fit secundùm id quo altera persona immunda est, h. e. secundùm impietatem; sed secundùm aliud quo non immunda est, h. e. secundùm quod legitimo toro est fideli copulata. At in scortatione fit conjunctio duorum secundùm id quo immundum est scortum & scortatio [v]. Hoc vult, Pietas uxoris plus valet ut conjugium illud sanctum & purum habeatur, quàm mariti infidelitas ut profanetur, vel ut uxor bonâ conscientiâ marito uti non possit [x]. Regula est in Misnah, *Ea est ratio omnis principalis habentis accessorium, ut benedicatur principale, mittatur accessorium*, i. e. speciatim non benedicatur, quia in suo principali benedictum intelligitur. Exempli gratiâ, *Si apponatur mensæ piscis salsus & cum eo panis, benedicitur salsamentum, mittitur panis*. Etsi enim panis in se sit ciborum omnium præcipuus & maximè necessarius, quia hîc tamen salsamento tanquam accessorium additur, benedicitur in suo principali. Ità & maritus, etsi in se ratione conjugii pars sit principalis, quia tamen ratione foederis, quod hîc spectatur, fidelis primarium obtinet locum, hinc fit ut maritus infidelis eo respectu accessorium sit uxoris fidelis, adeòque ipsâ sanctificatâ, ipse quoque in ea sanctificetur. Verum illud est 1 Cor. 3. 21. *Omnia vestra sunt*, i. e. in omnia jus & potestatem habetis. Uxor itaque fidelis, etsi marito civiliter subsit, in Christo tamen supra eum longè eminet, & dominium spirituale in eum consequitur, & verè eum, tanquam accessorium, in se comprehendit & sanctificationis suæ participem facit [y]. [Sensus,] *Sanctificatur*, i. e. emundatur, sanctitate conjugis fidelis, ità ut hæc convictu illius non coinquinetur [z]. *Sanctificatur*, scil. quoad usum in copula conjugali ||. Sanctificatur talis congressus in parte fideli [a], quia maritus hic est fidelis conjugis [b], & una caro cum illa [c]. Potest ergò uxor cum eo consuescere [d] sine pollutione; contrà quàm Corinthii existimabant [*]. Usus illius licitus est & sanctus [f]. Hîc ὁ ἀνὴρ & ἡ γυνὴ dicuntur metonymicè pro *usu viri aut uxoris*, i. e. consuetudine conjugali. Quod vult dicere, hoc est, Qui Christianus est, quæve Christiana, novit etiam in consuetudine illa officii sui limites. Vide historiam de foemina Christiana apud Justinum Apologetico, Tertul. 2. Ad uxorem, *Non ut penès sanctos officia sexus, cum honore ipsius necessitatis tanquam sub oculis Dei, modestè & moderatè transigantur*. Vide Clem. Alex. Pædagogi, 2. 10. Idem Stromat. 3. τῶν ἁγιασθέντων, &c [g]. (*Sanctificatorum etiam semen sanctum est.*) Quare, sicut *cibus*, i. e. ciborum usus, *sanctificatur per preces & gratiarum actiones*, 1 Tim. 4. 5. h. e. Deo gratus est; ità & ille conjugii usus propter pietatem, quam etiam in ea

† Pi. ex Ee. — [l] G. — [m] E. — [n] Me. T. — [o] T. — [p] E. ex Aug. — [q] E. — [r] Me. T. — † Ca. — [t] V. — [v] Par. ex Chrys. — [x] Ee. — [y] Di. — [z] Zeg. — || Scl. — [a] Cam. — [b] Me. T. — [c] T. — [d] Be. sim. Cam. — [*] Cam. sim. Calv. — [f] Cal. sic Pi. — [g] G.

te conjugum melior observat [h]. Causam cur hæc scripserit Paulus, Tertul. annotat, *Verebantur nè non liceret eis matrimonio suo uti qui in carnem sanctam Christi credidissent*. Apud Hebræos dicitur *uxor viro sanctificari per arram, scripturam, concubitum*, i. e. fieri legitima conjux. Vide Mosen de Kotzi Præcepto jubente 48. & de honestate foeminarum Par. Chald. ad Cant. 4. 12 [i]. Quidam hoc referunt ad civilem politiam, quæ rata habet talia matrimonia. Sed quid hoc ad pacandam conscientiam? nam de conscientia Paulus disserit, non certè de civili politia [k]. ¶ *Alioqui*, &c. Ἐπεὶ ἄρα τὰ τέκνα, &c.] *Alioqui* (ad verb. *quoniam*, sub. *nisi ità esset ut dixi* [l]), si uterque essetis idololatræ [m]; vel, nisi tu fidelis maneas cum conjuge infideli [n]; vel, divortio facto [o]; vel, si impuritas conjugis infidelis à nitore credentis non vinceretur [p]. Ἐπεὶ sæpe ponitur elliptice, ut [Eurip.] Hecubâ, ἐπεὶ δίδαξον τίνι, *nam si aliter est, hoc explana*: & [Sophoc.] Oedipo tyranno, ἐπεὶ μόλις σε—ᾔτιασάμην, *nam si veritus essem nè—ista effutires, non carassem te accersi* [q]. Ἐπεὶ hîc est *alioqui*, ut apud Græcos sæpe: & ἄρα redundat. Ità rectè interpretantur hîc & Syrus & Latinus [r].) *certè liberi vestri impuri*, sive *immundi*, (vel, *polluti*, Tre. ex Sy, פסולים, *profani* †,) *essent*, P. Ca. Be. Pi. Er. &c. i. e. vel, 1. patris similes, qui eos docebit non esse Christianos [t]; vel, educarentur in cultum idolorum Deo displicentem [v]: vel, 2. non essent legitimi qui legitimi sunt [z]; haberentur quasi nati ex illicito thoro, adulterini & illegitimi [a]: vel, 3. Deo displicentes tanquam immundi & à foedere alieni [b]; pagani, ab Ecclesia alieni †. ¶ *Nunc autem* (i. e. Atqui. Loco assumptionis posita est ejus probatio à contrario [c].) *sancti sunt*] Nimirum eâ sanctitate quæ prædictis immunditiis opponitur [d]. Sanctitas hæc opponitur impuritati, non illi communi & naturali ex peccato Adami, sed illi quam mulier metuebat à viri infidelis congressu [*]. *Sancti*, sunt, vel, 1. quia connivente infideli [f], facilè fidelis parentis fide diligentiâ & curâ sanctificari, baptizari & Christianè educari, possunt [g]. Si simul maneant, mater eos Christum docebit: ità fient Christiani [h]. Sunt כשרים, *recti*, *mundi*, *Deo grati*, quia Deus ad educationem liberûm opitulatur parti meliori. Cujus exemplum habemus in Timotheo: & haud dubium quin multa extiterint alia ejusmodi cùm hæc Paulus scriberet. Tertul. De anima. *Hinc enim & Apostolus ex sanctificato altero sexu sanctos procreari ait, tam ex seminis prærogativa quàm ex institutionis disciplina. Cæterum, inquit, immundi nascerentur, quasi designatos tamen sanctitati, & per hoc etiam saluti, intelligi volens fidelium filios, ut hujus spei pignore matrimoniis quæ retinenda censuerat patrocinaretur*. Idem Ad uxorem 2. *Si ergò ratum est apud Deum matrimonium ejusmodi, cur non & prosperè cedat, ut pressuris & angustiis & impedimentis & inquinamentis non ità lacessatur, habens jam ex parte Divinæ gratiæ patrocinium?* Hieron. quoque ad quæsita Paulini intelligit *sanctos* dici liberos ideo quòd candidati sint fidei, nati & educati extra inquinamenta idololatriæ. Idem ad Lætam, *Sancta & fidelis domus virum sanctificat infidelem. Jam candidatus est fidei, quem filiorum & nepotum credens turba circumdat*: i. e. de tali viro est cur bene speretur [i]. Vel, 2. mundi, utpote ex honesto & legitimo matrimonio nati [k]. Non placet, quia sic nihil his tribueret præ merè infidelibus [l], quorum liberi nascuntur legitimi [m]. Nec de isto dubium erat, sed de sanctificatione conjugis infidelis, quam hîc ex prolis sanctitate ostendit [n]. Vel, 3. Christiani, ad foedus & Ecclesiam pertinentes, vigore promissionis illius, *Ero Deus tuus & seminis tui* [o]. Argumentum est ab effectis ad causam, Si liberi ex hac admixtione progeniti sunt sancti, tum ipsa commissio. At liberi sancti, quia foedere comprehensi, Gen. 15. 17 [p]. Ἀκάθαρτα & ἅγια (quæ hîc opponuntur, quomodo apud Judæos פסולים & כשרים [q],) non illegitimationem & legitimationem denotant, sed Ethnicismum & Christianismum. Quæstio hîc non erat an proles legitima esset, sed an Christiana: quo sensu vox קדושה occurrit apud Talmudicos. Jevamoth fol. 42. 1. *Vir & uxor proselyti facti, per 90 dies à se invicem separantur, ut dijudicari possit inter prolem genitam in sanctitate*, i. e. cùm parentes

[h] G. sim. Cam. Cal. — [i] G. — [k] Ee. sim. Scl. — [l] Pi. — [m] G. — [n] E. — [o] Me. sim. T. Ca. Zeg. — [p] Zeg. — [q] Camer. — [r] G. — † Idem. — [t] Ca. — [v] G. sim. E. T. — [z] V. — [a] Me. T. — [b] Pi. — † Par. — [c] Pi. — [d] E. — [*] Cam. — [f] Me. — [g] Me. T. — [h] Ca. — [i] G. — [k] Me. T. Amb. & plerique in Par. sim. Cal. — [l] Par. — [m] Par. sic Calv. — [n] Par. sim. Calv. Be. Cap. Scl. — [o] Par. sic Be. Scl. Li. — [p] Scl. — [q] Cap.

parentes jam facti essent proselyti, *& extra sanctitatem*, i.e. dum adhuc forent Ethnici. Chetubb. fol. 44. 1. *Proselytissæ filia si mœchetur, si mater eam concepit* שלא בקדושה, *extra sanctitatem, peperit autem* בקדושה, *in sanctitate, lapidanda est.* Eodem sensu hîc *sancti*, i. e. in sanctitate geniti, dicuntur, h. e. intra Christianismum, si vel pater vel mater sit Christianus. Ethnici à Judæis reputabantur pro immundis, adeóque quidem immundis ut non possent immunditiam contrahere, imò non à re immundissima, sepulchro. Hinc τέκνα Ethnica erant iis ἀκάθαρτα, & Judæorum ἅγια. Ad quem sensum genti notissimum hîc alluditur [r]. Maimon. in Misna. *Non licet*, inquit, *Proselytis legere*, publicè in Synagoga, in libro Legis, *nisi septimo loco, &c. quòd si mater ejus sit Judæa, licet ei legere: dicunt enim, si Gentilis vel servus rem habeat cum Judæa, fœtus erit nihilominus genuinus, legitimus* †. Ex hoc loco non potest colligi, liberos parentis fide aut sanctificari aut salvari, sed hoc tantùm vult, quòd liberi Christianorum à baptismo non arceantur, tanquam ἀκάθαρτα, (quæ vox pari sensu usurpatur de Gentibus, quæ ἀκάθαρτα vocantur Act. 10. 28. quòd à prædicatione arcerentur) quum liberi Ethnicorum eo excludantur; quia nimirum Ecclesia præsumit fidelium liberos in fide instituendos fore. Hoc sensu sumi ἅγια & ἀκάθαρτα h. l. apparet ex natura legalium pollutionum, quæ hominem Templo & cœtu arcebant donec ablueretur sive sanctificaretur. קדש, *sanctificare*, Hebræis sæpe valet, *abluere*: unde cùm Pontifex manus & pedes decies lavat, hoc *decem sanctificationes* vocant, Joma, 3. 3. Et Greg. Nazianzeno aliisque veterum ἁγιάζεσθαι sign. *baptizari* [t].

15. *Quòd*, &c. Εἰ δὲ ὁ ἄπιστος χωρίζεται] *At si infidelis* (vel, *pars pagana*, G.) *sese separet*, Be. Pi. vel, *discedit*, P. Vulg. *se subtrahit*, G. scil. cum animo non revertendi [v]: si religione ejus offensus eam relinquat [x], non consentiens cum ea habitare [y] nisi religioni nuntium miserit [z]. Χωριζέσθω hîc de utroque conjuge dicitur: passivum pro reciproco [a]. ¶ *Discedat*] Vel, *Separatus esto*, Be. Pi. vel, 1. fidelis [b]: i.e. divortium faciat non solius thori, sed etiam contractûs matrimonii, ità ut possit ad alias nuptias transire [c]. Vel, 2. infidelis [d], idololatra mœcho similis: Hermas 2. 4. sinatur facere quod vult *. Non est quòd conjux fidelis existimet se debere illum sequi, sed sinat eum discedere tanquam per illius discessum libertati suæ restituta [f]. ¶ *Non*, &c. Οὐ δεδούλωται —— ἐν τοῖς τοιούτοις] *Non est servituti subjectus* (vel, *servus*, i. e. cogendus [g],) *frater aut soror in hujusmodi*, sub. *casibus*, Be. Pi. sic Er. Mo. &c. vel, *rebus*, Il. P. sic Ca. vel, *in talibus*, Par. nempe desertionis circumstantiis [h]: vel, *talibus*, h. e. infidelibus qui discedunt [i]. Possit hoc referri vel ad personas, si præpos. [ἐν] omittatur, ut erat in uno cod. Rob. Stephani; vel ad res, ut plerique rectiùs intelligunt [k]. *Servitus* ista quæ fuerit, docuit suprà v. 4. nempe vinculi conjugalis obligatio, quâ fieri dixerat ut neuter conjugum sit corporis sui dominus. Sensus ergò est, In hoc casu liber est fidelis, postquam omnia expertus fuerit ut infidelem discedentem revocet ad officium [l]. Liber est non solùm à toro & mensa, sed etiam à vinculo deserentis [m]. Non obligatur ut vel summa cum molestia invito cohabitet [n], vel ut cœlebs maneat [o], & reconciliationem exspectet ac procuret [p]. Non tenetur obligatus conjugi deserenti [q], vinculo conjugali [r]. Lex Christi de Christianæ disciplinæ consortibus agit: quos propius vinculum nectit, & apud quos si quid aberratum est, facilis est sanatio per Ecclesiæ autoritatem. Vide quæ diximus ad Mat. 5. Omnis obligatio servituti est similis, & ideo ex vicino id nomen arripit †. Hinc ille apud Terent. ait, *Uxorem duxi, libertatem vendidi* [t]. Obj. At solum adulterium matrimonii vinculum solvit, Mat. 5. 32. Resp. Id verò negatur. Ἀπολύσας, i. e. Dimissionis, causa nulla justa est nisi adulterium, Mat. 19. 9; Libertatis autem causa altera, viz. voluntaria infidelis discessio. Christus de licita, voluntaria atque expetita, conjugis dimissione disputat; Paulus de necessaria obligatione partis desertæ, ubi deserens nullo modo retineri possit [v]. Non hîc conceditur divortium, sed desertæ tantùm consulitur [x]. ¶ *In*, &c. Ἐν δὲ εἰρήνῃ, &c.] Pro, εἰς εἰρήνην [y]. *Sed ad pacem vocavit nos Deus*, P. Be. Pi. Referendum hoc, vel, 1. ad proximum membrum, ut ratio cur non teneatur fidelis, &c [z]. *Ad pacem*, i. e. ut tranquilli vivamus [a]; quod fieri non possit si inviti conjuges unà degerent [b]: ad pacatam vitam, non ad inquietam & rixosam servitutem [c]: ut tranquillâ vivamus conscientiâ; ea verò turbabitur, si fidelis in hoc casu conjugii vinculo teneatur [d]. [Sensus, q. d.] Religio Christiana, ad quam à Deo vocati sumus, non cogit nos ad hanc servitutem quâ pax Christiana turbetur, h. e. pacificus & tranquillus Christi cultus in familia impediatur *. Per discessum infidelis liberatur fidelis à perpetua illa rixandi necessitate quâ vexabatur, & quasi in pacem vindicatur, ut tranquillâ conscientiâ Deo servire possit [f]. Sed hoc per γὰρ potiùs quàm δὲ dixisset. Vel, 2. ad præcedens præcepti membrum. Nam posterius paucis absolvit, quia multis non opus erat: ultro enim arrepturi erant libertatem deserti. Prius autem ægriùs præstitum est, quare illi comprobando non sine causa insistit [g]. Est ergò hæc altera ratio cur discedere fidelis ab infideli non debeat [h], quia fidelis non debet pacem turbare, sive internam conscientiæ, ut vult Martyr; sive, quod malim, externam, civilem, œconomicam, conjugii, quæ per divortium turbatur [i]. Correctio est, q. d. Hoc tamen postulat Deus ut pacificè vivamus [k] cum omnibus, quantum in nobis est, Rom. 12. 18 [l], ut pacem servemus etiam cum paganis quoad fieri potest [m], & maximè cum conjuge [n] infideli, eúmque omnibus, quibus possumus, officiis demereamur [o], ut sic retineatur, & aliquando lucrifiat [p]; nedum ut vel eum ipsi deseramus [q], vel ad nos deserendos provocemus [r]. *In id vocati sumus*, i. e. hoc est officii nostri †. *Vocare ad pacem*, idem est quod, pacem seriò præcipere & commendare [t].

16. *Unde*, &c. Τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις;] *Ecquid enim nôsti* (vel, *Qui namque scis*, Er. vel, *Qui scis autem*, Ca. sic γὰρ pro δὲ acciperetur [v].) *Uxor, an virum sis servatura?* P. Be. Pi. &c. Referendum hoc, vel, 1. ad proximè dictum de dimittendo conjuge infideli [x]; ut interrogatio intelligatur negativè, ut plerumque in hujusmodi interrogationibus fit, *Num dicet figmentum*, &c? Rom. 9. 20. pro, non dicet: *Num dispertitus est Christus?* 1 Cor. 1. 13. pro, minimè est dispertitus. Particula εἰ, *an*, sola plerumque negat: cum negatione verò affirmat, ut, *An non habeo potestatem?* pro, omnino habeo: *An non decem mundi facti sunt?* pro, omnino facti sunt. Sed non hoc est perpetuum. Sæpe enim etiam absque negatione interrogativa affirmat, ut in illo Terentii, *Qui scis, an quæ jubeam, sine vi faciat?* pro, *an non faciat?* q. d. spes est facturam, &c. Hinc ergò ambiguitas hujus loci, *Quid enim nôsti?* pro, minimè nosti: incertum est, an sis servatura virum [y]. Si infidelis discedere vult, discedat [z], ut pacificè vivas, neque prætendas spem conversionis [a]. Unde enim hoc speres in homine pertinace, rixoso, blasphemo [b]? Vel, 2. ad superiorem sententiam [c], ut ratio cur fidelis infidelem, si fieri potest, retineat [d]. Prolepsis est, Qu. Potéstne fieri ut eum lucrifaciam? Resp. Potest: fortasse hoc facies. Nec obstat genus interrogationis *. Nam phrasis illa, *quî scis?* vel, *quis scit?* rem probabilem vel sperabilem esse innuit, ut 2 Sam. 12. 22. Joel 2. 14. Jonæ 3. 9 [f]. Pertinet hoc ad id quod dictum suprà v. 12, 13, 14. Nam illud v. 15. per παρένθεσιν tantùm interjectum fuit. Simile habuimus suprà v. 6. & alibi. Non frustrà autem hoc dicit, quia lucrifactorum per mulieres virorum, & mulierum per viros, erant exempla, quæ bonam spem facerent. Magnam enim vim habebat in animos sancta viri aut mulieris conversatio. Sic Josephus Jacobi filius, sic Moses *uxores suas ad religionem suam perduxerunt*, ait Scriptor Respons. ad Orthod. resp. 10. Vide & Clem. Strom. 4. [ejúsque verba in G.] Σώζειν dicuntur alii alios quos ad Christum perducunt, infrà 9. 21. 1 Tim. 4. 16. Jac. 5. 20 [g]. *Servare* est, *lucrifacere*, 1 Pet. 3. 1. nempe Christo [h]. Hæc autem virum servat non effectivè [i], dando salutem [k]; sed occasionaliter [l], monitis ac vitæ exemplis, &c [m].

17. *Nisi*, &c. Εἰ μὴ ἑκάστῳ ὡς ἐμέρισεν ὁ Θεός, ἕκαστον ὡς κέκληκεν ὁ Κύριος, οὕτω περιπατείτω] Pro εἰ μὴ quidam Græci cod. habent, ἢ μὴ, *an non*; ut referatur ad superiora, *an mulierem servaturus sis, an non?* Sic legunt & distinguunt

Marginal notes (left column): [r] Li. ho. † Cap. [t] Ham. [v] Be. [x] E. Me. sic Cal. [y] E. Me. Ham. [z] Ham. sic Cal. [a] G. [b] T. Aug. in Be. [c] T. [d] Be. Cal. * G. [f] Me ex E. [g] Ca. [h] Par. sim. Be. [i] Me. [k] E. [l] Be. [m] Par. [n] Cal. sim. E. [o] G. sim. E. Par. [p] G. sim. E. [q] Pi. sic Cal. Scl. [r] Cal. Scl. † G. [t] Pi. [v] Scl. [x] Be. [y] G. Pi.

Marginal notes (right column): [z] Q. in Par. [a] Ca. sic V. [b] Ca. [c] T. [d] Cal. * E. Me. [f] Q. in Par. [g] Par. [h] Par. sim. Calv. [i] Par. [k] Scl. sim. Pi. Par. [l] Par. [m] G. [n] Par. sic Pi. Scl. [o] Scl. ex Be. [p] Pi. sim. Scl. Be. [q] Be. sim. Calv. [r] Be. † G. [t] Par. [v] Be. [x] E. ex L. & Gagn. sim. Par. [y] Par. [z] Me. [a] Me. sim. E. ex L. & Gag. [b] T. sic Me. [c] Be. sim. Par. [d] Be. sim. Par. Calv. Pi. E. Plerique in E. * Pi. [f] E. [g] G. [h] Par. sim. Pi. Ca. [i] Par. [k] E. [l] Par. [m] E.

guunt Græcorum scholia[n]: ità Oecumenius ex Severiano. Meminit & Theoph[o]. Hæc certè lectio perspicua est & omnem de εἰ μὴ difficultatem tollit. Quidni ergò in ea acquiescamus[p]? Sed nostri Codices habent, εἰ μὴ[q], quod rectius[r]; & sequentibus connectunt †. Potest tamen εἰ μὴ connecti cum fine v. 16. (antiqui enim Codices non ità versibus aut punctis distinguebantur ut nostri) hoc modo, *Ecquid enim scis,—an uxorem servaturus sis, εἰ μὴ, an non?* Ità quoque nulla est difficultas[s]. Al. Est hìc ἐλλειπτικὸν ἀνακόλουθον· quod sic supplendum, οὐδὲν περιλείπω εἰ μὴ ὥστε, ὡς ἑκάστῳ ἐμέρισεν, &c[v]. Vel, Quid ergò superest, nisi ut quisque ità incedat ut eum vocavit Dominus[x]? Ἀπόδοσις elliptica, q. d. Pluribus agere possem: sed nihil addo, nisi hoc de diversa diversorum vocatione, ut quisque suam teneat & ornet[y]. Vel sic, Nihil tentetur aut novetur propter alterum infidelem, tantùm ut cuique sors obtigit ità maneat[z]. Elliptica locutio, q. d. Frater aut soror de ejusmodi rebus non sit solicitus, nisi quòd quisque rationem habere debet doni à Deo sibi dati, & vocationis suæ. Ergò *nisi* hìc idem valet quod *tantummodò*, vel, hoc tantùm excepto quod dicam[a]. Vel, *veruntamen*, vel, hoc tamen salvo. Sensus ergò Apostoli, q. d. Hæc dixi de conjugio fidelis cum infideli, déque discessione & divortio, si infidelis illud quærat, aut constare non possit pax sine divortio; alioqui velim unumquemque in vocatione sui conjugii perseverare, & universim sorte suâ esse contentum[b]. Al. Εἰ μὴ hìc valet, *utcunque est*, aut *in summa*. Formula solennis, quoties omissis quæ incerta sunt, ad id redimus quod certum est. Eam expressit Terent. Adelphis, *Gaudebam. Ecce autem de integro, nisi quicquid est volo scire atque hominem convenire.* Sic Paulus, quoniam id quod erat dubium proposuerat, de servando viro aut uxore infideli, *Utcunque hoc est*, inquit, *maneat quisque ut illi tribuit Deus*, &c[c]. Al. Εἰ μὴ valet, *quòd si non*[d], aut, *sin minus**; q.d. Si nulla spes sit lucrifaciendi conjugem, retineatur tamen illud generale præceptum, perstandum esse unicuique in eo statu in quo à Deo fuerit collocatus[f]. Sic ferè locum interpretantur qui præcedentes quæstiones referunt ad infideles consentientes cum Christianis conjugibus cohabitare. Verùm si referas ad discedentes, sensus planus erit, *Unde enim scis, mulier*, &c. nisi fortè Deus, prout variè sua partitur dona, quempiam eâ gratiâ dignetur, ut conjugem infidelem, etsi sibi molestum, & divortium facere volentem, retineat, retentúmque patientiâ, monitis & obsequiis, evincat, Christóque lucrifaciat[g]. Omnis autem ista varietas indè fortassis orta est, quòd ignorârint Interpretes, εἰ μὴ respondere Hebræis particulis אם לא, pro ἀλλά· nisi malimus idem valere atque אפס, Deut. 14. 4[h]. Εἰ μὴ pro ἀλλὰ poni notârunt viri egregii. Tale est Plautinum illud, *Ei liberorum, nisi divitiæ, nihil erat*; i. e. Nihil ei erant liberorum, sed erant divitiæ[i]. Vide Gal. 1. 7. & 2. 16[k]. Tum verò inverso ordine bis hìc ὡς positum, quomodo & suprà 3. 5. Et in MS. prò ὁ Θεὸς est, ὁ Κύριος[l]. [Locum sic vertunt,] *Sed ut unicuique* (vel, *unicuique sicut*, Vulg. pro, *sicut unicuique*: Dictionum metathesis[m]: trajectio Paulo familiaris. Vide Rom. 1. 23. 1 Cor. 1. 5. & 12. 11[n].) *partitus est* (vel, *distribuit*, V. Ham. &c. sub. *donum*, Be. Pi. Par. P. sic E. Glas. vel, sub. *gratiam*, V. vel, *vocationem*, sive *conditionem vitæ*, Par. Ellipsis nominis accusativi verbum sequentis, ut Act. 9. 34. *sterne*, sub. *lectum*: & 10. 10. *voluit gustare*, sub. *cibum*: 1 Pet. 2. 23. *justè judicanti*, sub. *se*, vel *causam suam*[o]. חלק, i.e. μερίζειν, dicitur Deus cùm alicui sortem aliquam assignat natalium, fortunæ, conjugii[p].) *Deus, ut unumquemque vocavit Dominus*, (*vocationem* hìc intelligit non communem & internam, sed externam & specialem, h. e. propriam cujusque stationem & vitæ genus[q]. Bene hoc addit, explicans illud, ἐμέρισεν. Ex quo Deus te vocavit ad Evangelium, & tu scilicet vocanti paruisti, ex eo paternam & peculiarem tui gestat curam. Quòd si putâsset saluti tuæ esse noxium vivere cum pagano, natum esse ex Israelita aut pagano, statu liberum esse aut servum, aliter ea dispensâsset. Nunc cùm non aliter dispensaverit, indè collige, nihil hoc saluti tuæ obstare, ut nimirum,———*quam tibi sortem Seu ratio dederit, seu sors objecerit, illâ Contentus vivas*———[s].

n Er. o E. p Ham. q Be. sic E. r E. ex Er. † Be. s Ham. v Camer. x Q. in Be. sim. Calv. y Par. z Al. in Be. a Ti. b Me. c Er. d Q. in E. * Q. in Be. Scl. f Scl. sim. Q. in Be. Q. in E. g E. h Be. i G. k G. Be. l G. m E. n Be. o Glass. gram. 4. 2. 1. 700. p G. q Par.

Vocavit, ex Hebraismo, hìc valet, certo vitæ generi addixit, & donis ad id pertinentibus pro sua liberalitate instruxit; qualem denique esse unumquemque voluit †.) *ità ambulet*, Be. Zeg. &c. i. e. vivat[t], Περιπατεῖν hìc, ut הלך apud Hebræos, est, *vitæ genus* seu *institutum insistere*. Errant qui putant ab exscriptoribus hìc transpositionem factam contra Pauli mentem. Mos est Pauli obiter quædam à re non aliena interjicere, ac deinde cœptum sermonem repetere. Itaque ex occasione eorum quæ de conjugio dispari dixerat, locum ingreditur communem de variis hujus vitæ conditionibus quæ saluti nihil obstent: [q. d.] Illud quidem quod dixi non scis, sed hoc debes scire, talia non obstare saluti. Redit verò ad propositum, v. 25[v]. Transitum hìc facit ad doctrinam servandæ constantiæ in suo statu & vitæ genere. Dixi, inquit, fidelem, infideli conjuge discedente, non teneri illum aut sequi aut retinere: non prohibeo tamen quominus id faciat, si præsertim occulto Dei dono & instinctu ad id moveatur. Imò sententia mea hæc est, ut quisque, quoad fieri potest, ità ambulet sicut vocavit eum Deus; h. e. conversetur, Deóque serviat, manens in eo genere vitæ in quo ad fidem à Deo vocatus est, sive in conjugio sive extra conjugium, sive in servitute sive in libertate; nec vitæ statum temere mutet ex imprudenti studio suæ salutis[x]. Quod dixi de divortio certis casibus faciendo, nolim in fraudem statûs conjugalis trahi: v. g. Nolim ob hoc solùm fieri divortium, ut quis ab ordinariis conjugii oneribus liberetur, vel lautioribus nuptiis potiatur, vel ex servo liber fiat, &c. Et hæc erat quarta quæstio Corinthiis à Paulo proposita[y]. ¶ *Et*, &c. Καὶ οὕτως——διατάσσομαι] *Et ità* (vel, *sicut*, Vulg. Tunc esset ὅπως[z].) *in Ecclesiis omnibus constituo*, P. Pi. Par. vel, *instituo*, sive *ordino*, Er. V. E. *doceo*, Vulg. διδάσκω, ut etiam in cod. Clarom. legitur[a]: *dispono*, Be. ut nempe quisque suo munere & statione contentus vivat absque curiositate & temeritate[b]: vel, Christianismum non cogere ad mutandum vitæ statum[c]. Occurrit huic calumniæ, quòd plus sibi juris in Corinthios sumeret, quàm in alios auderet[d]. Nihilo plus vos quàm cæteros onero. Paria doceo ubique tum præcepta, tum monita*. Vel hoc addit, quòd faciliùs amplecterentur quod omnibus commune erat[f].

18. *Circumcisus aliquis vocatus est?*] Vocatus quis est ad fidem, cùm à parentibus esset circumcisus more Judaico[g]? Apostolus extra propositam tractationem, ad quam postea redit v. 25. velut excurrens, de circumcisione & servitute, ut rebus mediis, disserit: vel forsan versus isti à 17. ad 25. librariorum culpâ transpositi erant, & post v. 40. subjici debent. Sic omnia optimè cohærebunt, cùm hæc quoque prorsus consentiant cum dictis cap. 8[h]. Nunc inductionem facit vocationum, in quibus sit manendum, &c[i]. ¶ *Non*, &c. Μὴ ἐπισπάσθω] *Nè præputietur*, Ca. *Nè attrahat*, P. Be. Pi. &c. vel, *adducat*, Mo. *accersat*, Er. Il. Ti. V. *revertatur ad*, Tre. ex Sy. sub. *præputium*, Er. Mo. P. Be. sic G. &c. *Nè attrahatur*, i. e. sibi curet attrahi[k], scil. arte medicâ[l]. אל ימשך ערלה, *nè glandem tegat, cutem extendendo*: ità enim loquitur Celsus 7. 27[m]. & ità esse accipiendum apparet ex verbo περιτμηθῆς, quod ei opponitur †. At præputium semel amputatum reponere impossibile est[n]. Sed alii rectiùs id fieri posse fatentur[o]: ut testantur Cornelius Celsus[p], Josephus Antiq. 12. 6[q]. qui id vocat τὴν περιτομὴν ἐπικαλύπτειν[r]. *adduxerunt*, inquit, *sibi præputia, ut nudi quoque non essent Græcis dissimiles* †: historia Macchabæorum[t], 1 Mac. 1. ἐποίησαν ἑαυτοῖς ἀκροβυστίαν, de filiis Tobiæ[v]: Epiphanius (rerum Judaicarum peritus[x]) lib. De ponderibus & mensuris[y], ubi cùm retulisset Symmachum, veteris scripturæ interpretem, (Judæis se adjungentem[z],) denuò circumcisum fuisse, docet id factum instrumento quodam[a] attractorio[b], quod *spaster* dicebatur[c]; quo residuam præputii pelliculam attrahebant, eandémque rursus amputabant[d]. Faciebant hoc quidam odio Judaismi: qua de re diximus 1 Mac. 1. 17*. Masius in Jos. 5. 2. refert, Barchozibam omnes eos qui præputium attraxissent iterum circumcidi mandâsse, &c. Adde Jer. 9. 25. *circumcisum in præputio*. Quid illud? *Circumcidebantur, & attrahebant sibi præputium*, ait Autor Lexici quod *Aruch* vocant:

s G. † Be. t V. v G. x E. y T. z Be. a Idem. b Par. c E. d Calv. * G. f Calv. g G. sim. E. h Be. i Par. k E. l Scl. E. Be. D. m G. sic Be. † Be. n Orig. Hi. & Aug. in E. o E. sim. Er. D. Camer. Just. Me. T. &c. p E. Be. &c. q Be. Me. D. r G. † D. t T. v D. x E. y Be. E. z Scl. a E. b Me. c G. d E. * G.

cant f. Bereſh. Rabb. fol. 46. *Circumciſio quater aut quinquies iteretur, ſi quiſpiam ſit toties* משוך, ἐπισπαστὸς. Hieroſ. Jevamoth, fol. 9. 1. *Multi erant in diebus Ben Cozbæ qui retraxerant præputium, qui iterum circumcidebantur.* R. Niſſim in Jevamoth, fol. 428. 2. *Traditio; Is qui retracti eſt præputii, eſt iterum circumcidendus. Interpretatio vocis* משוך (ἐπισπαστὸς) *hæc eſt, ſi poſtquam circumciſus fuerat, retrahitur præputium, vel per homines, vel per aliquam ægritudinem* g. Rabba in Geneſin, ſect. 46. *Traditum eſt,* τὸν ἐπισπαστὸν *non opus habere circumciſione. R. Juda dixit, circumcidatur propterea quòd illius præputium eſt* כבושה, *ſubactum*, vel *coactum*, &c h. RS. ad Jobamoth, cap. 8. fol. 72. 1. משוך, *attractus*, inquit, *eſt circumciſus, cujus præputium eſt attractum, & coronam ſeu glandem operit.* In Sanhedrin, fol. 44. 1. R. Aila dixit, *Achan attrahebat præputium ſuum.* Ibi quoque RS. *Attractus præputio ſuo,* inquit, *is eſt qui membrum ſuum virile aſſiduè attraxit, uſquedum crevit* (pellicula membri iſtius) *& operuit ſummitatem membri, nè appareat eſſe circumciſus.* Buxtorf. in Lexico magno ſub radice משך multa hac de re notat, & inter alia refert, Maimonidem inter eos qui partem non habent in ſeculo futuro, recenſere *eum qui attrahit præputium ſuum* i. Hic autem mos vetitus h. l. fuiſſe videtur k, quòd nonnulli malè ſuperſtitioſi, ex Judaiſmo in Chriſtianiſmum tranſditi, uſque adeò nulla Judaici ritûs ſupereſſe veſtigia in corpore ſuo voluere, uti præputia, quæ infantes amiſerant, repararent viri. Quod jure in eis hîc culpatur l. Sed hæc à re aliena videntur m. Non hoc ſolùm voluit Paulus, ſed [q.d.] nè pœniteat eum aut pudeat circumciſionis, nec affectet eſſe præputiatus n, nec putet ſe feliciorem aut ſanctiorem eſſe, ſi ſit præputiatus o: nè velit fieri Gentilis, ſive juxta Gentiles mores vivere p. ¶ *In præputio* (i. e. *præputium habens*, ut Rom. 4. 10 q. i. e. cùm eſſet Gentilis r: natus ſcilicet ex Gentibus †:) *aliquis vocatus eſt?*] Ad fidem Chriſti t. ¶ *Non circumcidatur*] Ut quidam voluerunt, Act. 15. 1 v. Hoc enim eſſet Judaizare x, & Chriſtum abjicere y. Non eſt quòd ſuſcipias onus à Deo non impoſitum. Neque enim es ex Abrahami poſteris z.

19. *Circumciſio nihil eſt*] i. e. *Nullius eſt momenti*, in ſalutis negotio, de quo hîc agimus a: nihil confert ad juſtitiam & ſalutem b, vel ad pietatem & cultum Dei: non commendat nos Deo c. Ergò non affectanda eſt d. *Nihil* erat, 1. opinione Judæorum: ſæpe enim apud Talmudicos legitur *Iſraelita præputiatus*, & *Sacerdos præputiatus*, qui tamen veri Iſraelitæ & veri ſacerdotes habebantur. Hieroſ. Peſachin, fol. 36. 2. *Hiſtoria eſt de Sacerdote præputiato, qui ſanguinem ſparſit ad altare, atque approbatæ fuerunt ſparſiones ejus. Sacerdos* (quomodo & *Iſraelita*, Aruch ex Cholin) *præputiatus eſt, cujus fratres mortui ſunt ex circumciſione*, Gloſſa in Zevachin, & Aruch. *Aſtricti* enim *non ſunt Iſraelitæ ad præcepta* [ritualia intellige] *præſtanda ubi mors certò inſequetur: Nam dicitur*, Leges quas ſi obſervaverit homo, vivet in iis, *non, ut moriatur in iis*, Aruch. Hinc ſi filius primus, ſecundus, tertius, morerentur ex circumciſione, poſtea nati non circumcidebantur, ſed ſemper erant præputiati, & tamen Iſraelitæ quoad omnia, ſacerdotes quoad omnia, miniſtrantes ad altare, ſine ſua culpa, ſine cujuſvis querela *. 2. Ratione habitâ temporis, jam enim evanuerat f, adimpleto præcipuo ejus fine ob quem fuerat inſtituta, qui exhibetur Rom. 4. 11. σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ· quem locum ſic reddo, *Et ſignum accepit circumciſionis ſigillum juſtitiæ fidei* (non, ut plerique, *quæ fuerat in præputio*, h. e. Abrahamo adhuc præputiato, ſed,) *quæ futura in præputio*, i. e. quæ futura ſemini ejus præputiato, i. e. Gentilibus, fidem olim Abrahami imitaturis. Nam adverte bene promiſſionem Gen. 17. *Multarum gentium eris tu pater*; quæ munitur duplici ſigillo; 1. mutatione nominis: 2. circumciſione. Ceſſatura ergò meritò erat circumciſio, cùm introducerentur Gentiles ad fidem, quippe quòd tunc finem ſuum ultimum ac præcipuum obtinuerat, & exinde *circumciſio nihil eſt* g. ¶ *Sed obſervatio mandatorum Dei*] Quorum præcipuum eſt, credere in Chriſtum h, ſupple, *momentum habet maximum* i; vel, eſt aliquid, aut confert ad juſtitiam & ſalutem k. Ex hoc loco collato cum Gal. 5. 6. & 6. 15. diſcimus in idem recidere ſive dicas *obſervationem præceptorum Dei*, (nempe in Evangelio) ſive *fidem quæ per dilectionem operatur*, ſive *novam creaturam* l. Prima locutio rem ſignificat, ſecunda partes ei rei aſſignat, tertia cauſam primariam indicat. Quando igitur ab hac re pendet ſalus, ad hanc ſtudia omnia noſtra referamus m.

20. *Unuſquiſque* (ſub. itaque, V.) *in qua*, &c. Ἐν τῇ κλήσει ᾗ ἐκλήθη, &c.] *In qua vocatione* (i. e. vitæ ſtatu n, licito ſcilicet o: alioqui non erit vocatio, quæ utique relationem habet ad Deum vocantem; ſed humanæ cupiditatis præſumptio p.) *vocatus fuit*, (ſcil. ad ſpem vitæ æternæ q, vel ad fidem Chriſti r. Eſt παρονομασία. Nam aliud ſignificat κλῆσις, aliud ἐκλήθη· κλῆσις eſt *appellatio*, i. e. conditio hominis ex qua appellatur Judæus, Græcus, liber, ſervus, per μετωνυμίαν Hebræis frequentem, quibus נקרא, κκλῆσθαι, *ſtatum* alicujus aut *conditionem* ſignificat. Verbum autem ἐκλήθη pertinet ad deſignationem temporis quo quis ad fidem pervenit †.) *in ea maneat*, P. Pi. &c. non mutet ſine juſta cauſa t; hâc contentus ſit: nam μένειν pro ὑπομένειν, *tolerare*; & utroque modo vertitur H[illegible] חנה & יחל v: ſpartam ſuam colat x. Non tamen omnem hîc vetat deſertionem ſive mutationem vocationis, ſed temerariam y, illicitam, vel ſcandaloſam z; ſive ea ſuperſtitione ſive alio impulſu fiat: vetat inquietudinem animi in ſtatu ſuo a; ſortis præſentis & humilioris faſtidium, & affectationem altioris, πολυπραγμοσύνην, &c. Monitum tunc valde neceſſarium erat, quum ſervi prætextu libertatis Chriſtianæ jugum ſervitutis excutere tentarent b.

21. *Servus*, &c.] Cùm ſervus eſſes, cognitionem Evangelii es adeptus c? ¶ *Nè ſit tibi curæ*] Ità P. Be. Pi. &c. Non te res illa angat d, quaſi ſit conditio Chriſtianis indigna *: æquo animo fer f. Nè id te eouſque commoveat ut propterea à domino fugias. Nam ſpecie libertatis, quam Chriſtus ſuis paravit, quidam & magiſtratuum & dominorum imperia ſpernebant. Sic Stoica ſecta, quæ *ſapientem eſſe regem* dicebat, *malè intellecta arrogantes faciebat & turbidos*, notante Tacito Annal. 14. Quidam etiam moleſti erant Eccleſiæ, ut ejus ſumptu libertatem adipiſcerentur: quod reprehendit Ignatii dicta Epiſtola ad Polycarpum. Debebat quiſque Chriſtianorum qui ſimilis eſſet conditionis, id cogitare quod Epictetus, Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σῶμα πηρὸς καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις, (*Epictetus ſervus & mutilus & pauper, ſed Diis charus.*) Ariſtonymus inter Philoſophiæ beneficia hoc recitat, βιῶσαι ἀρκούμενος τοῖς παροῦσι, τῶν ἀπόντων οὐκ ἐπιθυμῶν, (*Vivere contentum præſentibus, nec appetentem quæ non habuit* g.) ¶ *Sed ſi potes liber fieri*] *Si potes* (vel, Etiamſi poſſis h) volente Domino libertatem obtinere i. ¶ *Magis*, &c. Μᾶλλον χρῆσαι] *Potiùs* (eo, Il. Mo. Be. Pi.) *utere*, Er. Ti. P. Ca. Mo. Be. &c. vel, 1. ſervitute utere k: magis ſervias l, majoris boni causâ, ſcil. ad tuam exercitationem, & domini tui ſalutem m. Syrus locum ſic reddit, *Sed etiamſi poſſes liber fieri*, (tuis nempe artibus & fraudibus n,) *elige tibi ut ſervias* o. Qui ſenſus manifeſtior eſſet, ſi εἰ καὶ pro *quamvis* accipiatur p. Huic ſenſui optimè quadrat ſequens ratio conſolatoria, *Nam qui ſervus vocatus eſt, libertus eſt Domini*, &c q. Non tamen hoc voluit, ut ſervitutem præferrent libertati ab heris ſponte oblatæ, ſed libertati illegitimæ per fugam, aut fraudem, &c. Neque inſolens phraſis eſt, *uti ſervitute*, pro *ſervire*: nam & Theod. eam habet r. Vel, 2. utere libertate †: datâ opportunitate in libertatem te aſſeras t; ſume eam, non tanquam ἀγαθὸν, ſed tanquam προηγμένον, ut loquuntur Stoici. Fac autem hoc non aliam ob cauſam quàm ut expeditiùs Deo & Eccleſiæ ſervire poſſis. Nam ſervi non poterant Epiſcopi aut Presbyteri fieri nolente Domino. Vide Canonem Apoſtolicum 82. Non ſuadet ut illos Hebræos imitemur qui aures ſibi perforari ſinebant, Exod. 21. 6 v.

22. *Qui enim in Domino* (i. e. per Dominum, vide 1 Cor. 1. 2 x. vel, à Domino y,) *vocatus eſt*, (ad Chriſti communionem z, ſive cognitionem a, vel fidem b,) *ſervus* (i. e. cùm eſſet ſervus c,) *libertus eſt Domini*] Ἀπελεύθερος, פטור Rabbinis & Chaldæis. Syrus hîc poſuit מחררא, quod eſt ἐλεύθερωθεὶς d. Liber à ſervitute non civili, ſed ſpirituali *, ſive peccati f. Egregia antanaclaſis g. Rationem reddit illius dicti, *Nè ſit tibi curæ* h.

¶ *Qui*

f D.
g Li. [illegible]
h J. Cap.
i Cart. melliſ. 3. 2.
k Ham.
l Cun. De rep. Heb. 3. 5. ſim. Ham.
m Par.
n E.
o Par.
p V.
q G.
r V.
† G. ſim. E. Me.
t T. ſic E. Me.
v Ham.
x E. Me.
y E.
z G.
a G.
b E. Me.
c Pi.
d E. Me.
* Li. ho.
f Li. ho. ſim. Be. E. Me. T. Vor.
g Li. ho.
h Pi.
i G.
k E. Me.
l G. ſim. Vor.
m G.
n E. Me. ſic Pi. &c.
o E. ex Aug. ſim. Calv. Par.
p E.
q Pi.
r E.
† G.
t E. Calv.
v G. ſic Calv. Par.
x Calv.
y Par. ſim. Calv. Cal.
z Par.
a Calv.
b Par.
c G. ſim.
d E. Pi.
* Me. ex E. ſic Be.
* Be.
f Pi.
g G.
h E.
i G. ſim. E. Me.
k Camer. E.
l Chryſ. in Zeg.
m E.
n Di.
o Di. ſim. Chryſ. E. Camer.
p Zeg.
q Di. ſim. Camer.
r Di.
† Q. in Camer.
t Me. ſim. T. Be. Ham.
v G.
x Be.
y V.
z Be.
a V.
b E. Me.
c V. E.
d G.
* Pi.
f E. Pi. Be.
g Pi.
h E. Me. Scl.

¶ *Qui liber—servus est Christi*] Quia ab eo redemptus[i]: oportet ergò eum æquè Christo subjici ac alium[k]. Docet servi liberique parem esse conditionem in Christo[l], sive quod religionem attinet[m]. Est hîc ἀντίθεσις & ὀξύμωρον, [ut] Rom. 6. 20, 21, 22. *Servus per Christum ad fidem perductus, libertus est Christi*, & quidem Orcinus; per ipsum scilicet liberatus à molestiis dominis, cupiditatibus ac vitiis. *Vicissim ingenuus, servus nihilo minus esse debet, nempe Christi.* Vide quàm brevi argumentatione Paulus servos liberis æquaverit. Ignatius, Εἰς δόξαν, &c. (*Ad Dei gloriam magis serviant, ut meliorem libertatem à Deo consequantur.*) Tertul. De corona, *Coronat & libertas secularis, sed tu jam redemptus es à Christo, & quidem magno. Servum alienum quomodo seculum manumittit? Et si libertas videtur, sed & servitus videbatur, Omnia imaginaria in seculo & nihil veri. Nam & tunc liber hominis eras redemptus à Christo, & nunc servus es Christi, licet manumissus ab homine*[n].

23. *Pretio empti estis*] Ità Er. Il. Mo. Be. Pi. &c. [Variè explicant:] Interrogativè legendum; q.d. Redempti estis ab humana servitute soluto pretio? Ità enim fieri solebat[o]. Al. *Pretio*, emphaticè: alioqui quicquid emitur pretio emitur. *Pretio*, magno scilicet & inæstimabili[p], nempe sanguine Christi[q]. Repetit quod suprà dixerat 6. 20[r]. quia nimis sæpe id dici non poterat, Christi estis†. ¶ *Nolite fieri servi hominum*] Nè vos (vestrósque filios, citra extremam necessitatem[t]) vendatis in mancipia[v], præsertim infidelibus[x]: quod forsan hîc subintelligendum, ut v. 14. *Uxor infidelis sanctificatur viro*, sub. *fideli*, &c. Dissuadet hîc non omne, sed impar, conjugium†. Nam libertos Christi decet etiam libertas civilis, ut eò meliùs possint toti vacare servitio Christi[y]. Al. Non jam ad oculum serviatis dominis vestris, sed ex animo, &c[z]. Eph. 6. 6. Al. Tuemini hanc vestram libertatem, & dum corpore servitis, mentes vestras liberrimas habete, eásque soli Christo subjicite[a]: nè ab hominum auctoritate pendete[b]: nolite in vos ultrò accersere servitutem non necessariam, quam vobis imponere volunt isti Doctores pro suo lubitu; q.d. Si servitus illa legibus introducta vobis est gravis, cur aliam sponte vestrâ in vos attrahitis[c]? Nè pravis hominum libidinibus & voluntatibus inserviatis[d]. Habebant tunc heri in servos jus necis, eósque adigebant ad quævis inhonesta servitia, ad lenocinia, furta, flagitia alia designanda vel curanda. Id hîc vetat*. Nolite animas & conscientias vestras subjicere hominibus, nempe ut illi superstitionibus, vel confictis dogmatibus, vos fascinent & in servitutem redigant[f].

24. *In quo*, &c. Ἐν ᾧ ἐκλήθη, &c.] *In quo statu ad fidem pervenit, eum toleret*, G. ¶ *Apud Deum*] Ità P. Be. Pi. &c. i.e. tanquam Deo inspectante[g], לפני יהוה[h]; perpetuò scilicet memores vos in ejus conspectu versari: vel, ità sincerè & ex animo, ut vos Deo approbetis[i]. Vel, in Ecclesia[k], tanquam Dei domo[l], in qua Deus regnat[m], ad cujus cultum vocatus est[n]: ut significet, conscientiæ rationem esse habendam, quoties de vocatione vel amplectenda vel retinenda agitur[o]. Vel, in obedientia Dei, donec illi visum sit ipsius conditionem mutare[p]: vel, Deo adhærens, cui per Christianismum se adjunxit[q], vel salvâ fide & obsequio quod Deo debetur[r].

25. *De virginibus autem* (i.e. de cœlibatu virginum†: ut scilicet maneant virgines[t]. Redit ad propositum[v]. Nam cùm de Conjugibus & Viduis egisset, æquum erat eum aliquid dicere & de Virginibus[x].) *præceptum Domini non habeo*] Scilicet speciale[y], omnibus conveniens[z]; vel, in veteri Lege[a]; vel, Christi in Evangelio[b]. Interpretare ut suprà ver. 6. & ver. 10[c]. ¶ *Consilium*, &c. Γνώμην ἢ δίδωμι] *Consilium tamen do*, Er. sic J. Cap. G. Vulg. quod si secuti eritis, laudabo vos; sin minùs, non damnabo. Vide ad Matth. 19. 12[d]. Sed differunt γνώμη & βουλή*. [Verùm] γνώμη est *consilium*, ut 2 Cor. 8. 10. Utitur sic Thucydides & alii; & ità hîc accepit Syrus: nam מלכא est *consilium*. Occurrit apud Paraphrastas Chaldæos sæpe[f]. Sensus, q.d. Non jubeo ut Dei legatus, sed suadeo ut amicus, iísque fidelis, &c[g]. *Sed do* (sub. *vobis*, P.) *quod sentio*, P. Pi. *Sententiam* (vel, *Opinionem*, V.) *verò meam* hac in re *dico*, Be. sim. Er. ut scilicet id faciant[h]. Dico quod sentio, & melius judico[i]; ex temporis, loci ac personarum circumstantiis trado quid expediat, ac voluntati Dei congruat[k]. ¶ *Tanquam*, &c. Ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι] *Tanquam misericordiam* (vel, *gratiam*, Tre. ex Sy. Sic vocat vocationem suam ad munus Apostolicum[l], ex mera gratia, quia aliis Apostolis indignior erat[m].) *consecutus à Domino fidelis esse*, Mo. vel, *ut sim fidelis*, Tre. ex Sy. *in hoc ut sim fidelis*, Er. Ti. P. ut fideliter (sicut Apostolum decet[n]) vobis consulam[o]. Al. *Ut qui is sim, cui domini clementiâ fidentem esse datum sit*, Ca. *Ut cui Dominus per misericordiam dederit fidum esse*, Be. Pi. sim. Il. Asserit his verbis ministerii sui autoritatem, nè sperneretur hæc ipsius sententia. Πιστὸν hîc vocat, non eum qui fideliter officium facit, (tunc enim aliquid adjungendum esset, putà *minister*, vel *Apostolus*) sed eum cui fides meritò sit habenda, ut sæpe solet πιστὸν λόγον dicere, & πιστὸν ἄνθρωπον, 2 Tim. c. 2. v. 1. Sic πιστὸς κτίστης, 1 Pet. 4. 19. & μάρτυς πιστὸς, sæpe in Apocalypsi[p]. *Ut qui Domino fidelis sim servus, sed hoc ipsum consecutus Dei beneficio.* Ità semper Paulus quicquid in se & aliis est virtutis refert ad Dei misericordiam, quæ nunquam quidem hominibus defuit, sed in Evangelio apertissimè patefacta est. Ἠλεημένος ab ἐλεεῖσθαι, quod est, *beneficium consequi*: quod verbum passivum habemus Mat. 5. 7. Rom. 11. 30, 31. 2 Cor. 4. 1. 1 Tim. 1. 13, 16. 1 Pet. 2. 10. Idem est ἠλεημένος quod κεχαριτωμένος, מחנן: nam nostris Scriptoribus ἔλεος omne *beneficium* significat. Vide quæ diximus ad Luc. 1. 28[q].

26. *Existimo* (vel, *Arbitror*, Ca. E. Sic dicit modestiæ causâ, cùm de re certa loquatur[r].) *ergò hoc* (scilicet viginem esse†, ut statim exponit[t]:) *bonum esse*] *Bonum*, non qualecunque, sed eximium[v]: καλὸν, i.e. κάλλιον, *meliùs*, ut suprà v. 1[x]. ¶ *Propter*, &c. Διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην] *Propter instantem* (vel, *imminentem*, vel *urgentem*, E. ex Hi. &c. vel, *præsentem*, Er. V. Ti. Ar. vel, *inexistentem*, E.) *necessitatem*, Er. Il. P. Mo. Be. Pi. vel, *calamitatem*, Ar. *Propter instantes res adversas*, Ca. *Ob præsentes angustias.* Nam ἐνεστὸς opponitur μέλλοντι, Rom. 8. 38. 1 Cor. 3. 22. Gal. 1. 4. ἀνάγκη verò *angustias* atque *ærumnas* significat, ut diximus ad Luc. 21. 23[y]. *Instans necessitas* hîc est, vel, 1. necessitas moriendi[z], vel brevitas temporis quod nobis conceditur ad æternitatis conquisitionem, quod proinde non mundo, non conjugi, sed animæ & Deo, dandum est[a]: vel, 2. hujus seculi molestiæ[b], vel incommoda status conjugalis[c], ut plerique tam Græci quàm Latini intelligunt; quas infrà *tribulationes carnis* vocat[d]; onus alendæ & instruendæ familiæ, onus partûs, educationis, &c. mœrores, rixæ, timores, &c*: vel, 3. perpetua sanctorum jactatio, sive inquietudo conditionis, &c[f]. nam hoc tempore vix licebat fidelibus ullo loco consistere[g]: vel, 4. vexatio, sive afflictio, ut Luc. 21. 23[h]. q.d. ob ingruentes persecutiones[i], quas faciliùs ferunt & expeditiùs fugiunt cœlibes, Matth. 24. 19[k]. propter asperrima tempora, quæ Christus prædixerat antecessura excidium Hierosol. Matth. 24. idque non in Judæa tantùm, sed & per totum orbem, Apoc. 3. 20. Confer 1 Pet. 4. 17[l]. Quod autem de suis temporibus dicit Paulus, id omnibus temporibus post Christum convenit. Nam secundùm Christum vivere volentibus nunquam deerunt vexationes, modò minores tamen, modò majores; sed etiam subitò maximæ ingruere possunt. Et quantò est satius unum caput q[u]àm multa objicere talibus malis. Vide Matth. 24. 19. & Eurip. & Philippidem[m]: [eorúmq; verba in G.] ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι καλὸν, &c.] *Nam* (vel, *Ut*, Ti. *Quod*, P. Ca.) *bonum* (sub. *inquam*, P. Be. Pi. Est Epanalepsis: alioqui idem per idem probaretur[n].) *est*, vel *sit*, Er. Ti. P. &c. sim. Be. Pi. sub. *sicut ego*, vel, *sicut dicetur*, Camer. sicut virgines, sine conjugio scilicet[o]. Quæstionem propofuerat de fœminino sexu, & respondet de utroque. Par enim fermè est ratio[p].

27. *Alligatus est uxori?*] Sponsione[q], vel matrimonio[r]. Δέδεσαι, &c?] *Obligatus es*, &c? Nam matrimonium vinculum est. Sic & Rom. 7. 2†. ¶ *Noli quærere solutionem*, λύσιν] *Dissolutionem*, P. Be. Pi. *Divortium*, Er. V. Ti. quoad vinculum, aut torum, modo illicito[t]. Λύσις est χωρισμός. Sic in Digestis, *soluto matrimonio*. Ità cœlibem vitam præfert ut à fideli nolit incipere divortium[v]. ¶ *Solutus*, &c.] i.e. Liber

es[x] ? i.e. nunquam ligatus[y]: nam præcipuè de nunquam nuptias expertis nunc loquitur. Sic apud Hebræos sæpe passiva sumuntur pro verbis neutris[z]. Sed antithesis hîc generaliorem sensum exigit. Si liber es à conjugio, sive uxorem aliquando habueris, sive non[a].

¶ *Noli quærere uxorem*] Hoc jam consilii est, ut suprà dixit[b]. Non te hortor ad conjugium, sed magis ad cœlibatum[c], nempe si continere possis, v. 9[d].

28. *Si*, &c. Ἐὰν δὲ καὶ γήμῃς, &c.] Verbum hoc utrique sexui commune est, sed hîc propriè de viro dicitur[*]. *Quòd si etiam duxeris uxorem, non peccâsti*, P. Be. Pi. i.e. *non violâsti fœdus*, ut loquitur in hac re Clem. Alex[f]. ¶ *Tribulationem*, &c. Θλίψιν δὲ τῇ σαρκὶ, &c.] *Sed afflictionem in carne* (vel, *carnis*, Er. *Carnem* vocat externum hominem & quæ præsentem vitam spectant[g]. *Tribulationem carnis* appellat eam quæ circa carnem & carnalia versatur, & quæ carnem affligit[h].) *habituri sunt* (sub. *qui sunt*, P. Be. Pi.) *hujusmodi*, P. Be. Pi. sic Er. Ti. &c. i.e. conjuges[i]. Angoribus animi non carebunt[k]. Intelligit incommoda hujus mundi[l], conjugii, liberorum, & familiæ onera[m]. Ipsum quidem matrimonium semper per se multas habuit molestias, sed non potest non plurimas habere ubi quis vivere proposuit contra seculi morem. Mundus enim suos amat, odit contrarios. ¶ *Ego autem vobis parco*] i.e. Vestrûm miseratione ducor. Vide Act. 20.29[n]. Nolim hæc prolixè nimis aut strictè urgere[o]. Nolo pluribus commemorare conjugii incommoda, nè etiam incontinentes cum periculo suæ salutis absterreantur à conjugio: ità consulo vestræ infirmitati, & potiùs remedium nuptiarum ostendo[p]. Al. Opto vos calamitatum expertes esse[q], atque ideo continentiam suadeo[r]: vel, vos conjugio non indigere exopto[†].

29. *Hoc itaque* (vel, *autem*, Be. Pi.) *dico*] Utilitatem sui consilii, semper boni, commendat ex rebus futuris sibi à Deo revelatis, i.e. à superventura persecutione per Neronem. Similem prædictionem habes Act. 20. 29. ¶ *Tempus*, &c. Ὅτι ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τὸ λοιπόν ἐστιν, ἵνα καὶ ἔχοντες, &c.] Legenda hæc uno spiritu. Sensus enim est, *Breve posthac* (ut τὸ λοιπὸν sumitur Mat. 26.45. Marc. 14. 41. Heb. 10. 13. Utuntur & Demosthenes & alii. In Glossario, λοιπὸν, ὑπόλειμμα, *post*, *secus*, *jam*.) *tempus futurum, cùm ii qui uxores habent pares futuri sint non habentibus*[r]; nempe quia quotidie in periculis erunt nè alter alteri abripiatur per sævitiam Judicum aut inimicorum[v]. Est autem hæc Prophetia cum libertate quadam adumbrata ex illa, Isa. 24.2. Cui similis locus Ezec. 7. 12, 13. Et ἵνα est pro ὅτι, ut 1 Joh. 3.4. Ità sæpe אם ponitur apud Hebræos, ut Gen. 38. 9[x]. Τὸ λοιπὸν referri possit vel ad superiora, vel ad sequentia[y]. [Hinc variant:] *Tempus contractum* (vel, *angustum*, Ca. *breve*, Vulg.) *est*: *superest* (vel, *restat*, Ca. *reliquum est*, Vulg.) *ut qui habent*, &c. Er. Il. Ti. Al. *Quod tempus deinceps abbreviatum est*: *ut illi quibus sunt uxores, sint*, &c. Tre. ex Sy. Sic Chrys. Th. & Basil. distinguunt[z]. *Quoniam* (Sed ὅτι hîc εἰδικῶς exponendum, non αἰτιολογικῶς[a].) *tempus* (vel, *opportunum tempus*, Be.) *contractum* (vel, *angustum*, P. *breviatum*, V.) *est* (in angustias contractum. Translatio à velis & cæteris id genus sumpta: vide Esa. 38.12[b]. q.d. Brevi hinc abeundum est[c]. Tempus hîc intelligit, vel, 1. hujus vitæ[d]; vel, 2. adventûs Domini[*], de quo quasi jam proximo Apostoli loqui solent[f]; vel, 3. quo Christiani à persecutione liberi erunt[g].) *in posterum*, *ut* (Ellipsis, q.d. Idque ideo dico seu admoneo ut[h]) *& qui habent uxores sint ut non habentes*, P. sic Be. Pi. Sic lego & distinguo hunc locum ex 16 vet. cod. itémque ex Græcis scholiis[i]. Hoc dico & volo cogitetis[k], nè immoremini seculi voluptatibus[l]; nè nimiùm rei uxoriæ addicti sitis[m]; ut animum atque amorem magis in Domino quàm in uxoribus defigatis[n], & affectum omnem Divino servitio & saluti æternæ seriò procurandæ impendatis[o], memores vel propter casus humanos, vel propter professionem Christi, uxoribus carendum fore, &c[p]. Locus hic per parenthesin & trajectionem exponendus, hoc modo, *Hoc autem dico, fratres, (quoniam quid remanet breve est tempus) ut & qui habent uxores*, &c. Τὸ λοιπὸν, intellige τοῦ βίου, *residuum vitæ*[†].

30. *Et qui flent*, (scil. ob uxorem aut liberos mortuos[q]; quibus tristia accidant[r], quæ sunt flendi materia[f].) *tanquam non flentes*] Tristia patienter & æquanimiter ferant, utpote non diu duratura, séque consolentur spe futuræ vitæ[t]. Non vacabit iis qui in luctu erunt sumere lugubria, Jer. 16. 4. & 22. 18. Ezec. 24. 16, 22, 23. Insuper erit cur gaudeant ob ereptos amicos calamitatibus, Jer. 22. 10[v]. ¶ *Et qui gaudent*, (scil. ob uxorem ductam, liberos natos, &c[x]: quibus læta obveniunt[y].) *tanquam non gaudentes*] Consideratione brevitatis & vanitatis gaudiorum hujus mundi[z]. Sponsi & sponsæ paria cum cæteris mala ferent, nec manebit eis gaudium, Joel. 2. 16[a]. ¶ *Et qui emunt*, (i.e. res mundi quomodolibet acquirunt[b],) *tanquam non possidentes*] Ità Mo. sic Er. Il. &c. vel, *obtinentes*, P. Be. Pi. Perpetuò scilicet, sed tanquam usufructuarii ad vitam[c], ad suos tantùm & proximorum usus necessarios[d]. Non iis cor suum apponant[*]. Κατέχειν est, aliquid magno studio & conatu tenere vel possidere[f]. At Græci hic nihil tale urgent. Et constat generaliter usurpari pro *possidere*, ut 2 Cor. 6. 10[g]. Qui fundum emerunt pares erunt nihil possidentibus. Hunc sensum habes Esa. 24. 2. & Ezec. 7. 12, 13[h].

31. *Et*, &c. Καὶ οἱ χρώμενοι ——— ὡς μὴ καταχρώμενοι] Καταχρῆσθαι idem est quod χρῆσθαι, nisi quòd videtur plenius quiddam significare. Plato, οὐκ ὀρθῶς κατακέχρηται δωρεᾷ, *dono non rectè usus est*. Lysias, ἀργύριον κατακέχρηται, *absumpsit*. Sicut & Romani *abuti rem* dicunt pro, *utendo consumere*. Sic χρόνον καταχρῆσθαι, *tempus insumere*[i]. [Sic vertunt,] *Et qui utuntur mundo hoc*, (i.e. rebus hujus vitæ[k],) *ut non abutentes*, P. Mo. Be. Pi. sic Il. Ca. i.e. immoderatè ac perversè utentes[l]; in alium usum quàm sint conditæ, iis nimium addicti, quasi non illis possideamur, sed ab illis possideamur; aut eas temere profundentes: hæc enim omnia notat vox καταχρῆσθαι & *abuti*[m]. Vel, *tanquam non utantur*, Er. Ti. Ar. i.e. acsi nullam indè utilitatem consequerentur[n]: vel, utantur obiter, & tanquam in transcursu, quantum fert necessitas[o], & sine adhæsione affectûs[p]. *Abuti* est, valde vel vehementer uti[q]. Qui largè eis usi sunt antea, pares erunt eis qui parcè usi sunt[r]. ¶ *Præterit*, &c. Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα, &c.] *Præterit* (vel, *Abit*, Ca. *Præterit ac labitur*, Ar. Παράγει, i.e. παρέρχεται, ut interpretantur Græca scholia †, sive παράγεται, ut 1 Joh. 2. 17[t]. Vel, *Fallit*, vel *Seducit*, vel *Decipit*, Caj. & Gagn. in E. Scl. &c. blandâ nimirum specie nos alliciens[v]. Budæus exponit παρακινεῖ, *transversos nos agit*, sive, *nos à rectâ via abducit*: nam hoc quoque significat τὸ παράγειν[x]. Sed hujus verbi [ἄγω] composita sæpe & neutralia usurpantur, ut ὑπάγω, *abeo*. Sic παράγω, *prætereo*, Mat. 20. 30. Joan. 9. 1. περιάγω, *circumeo*, Matth. 4. 23. & c. 23. v. 25. προάγω, *præcedo*, Matth. 21[y].) *enim species* (vel, *habitus*, Er. Ti. V. Il. *status*, Er. V. vel, *gestus*, h.e. varii gradus vitæ, dominia, servitutes, contractus. Σχήματα *gestus* sunt & *gesticulationes*, apud Eurip. & Aristoph[*]: [verba vide in Strig.] Vel, *figura*, Er. Mo. Calv. Tre. ex Sy. Be. facies & dispositio[z]. Significat nihil in mundo esse solidi, sed tantùm speciem bonorum & malorum[a].) *mundi hujus*, P. Be. Pi. &c. i.e. transitoria est, & aliquando cessabit[b]. Idem sensus qui Esa. 24. 4. sed locutio desumpta est à theatro[c], sive à scenis comicis aut tragicis, quæ subitò cum personis mutantur[d]. Dicitur παράγειν τὸ σχῆμα τῆς σκηνῆς ubi scena invertitur aliámque planè ostendit faciem. Hoc vult, Non manebunt, ut nunc sunt, res tranquillæ, sed mutabuntur in turbidas. Sic 1 Joh. 2. 17. ὁ κόσμος παράγεται ||.

32. *Volo* (vel, *Velim*, P. Be. Pi. G. vel, *Malim*: sic θέλω suprà v. 7[*].) *autem vos sine solicitudine esse*] Rerum scilicet temporalium[f]; vel potiùs, conjugii[g]: q.d. in cœlibatu permanere[h]. Ἀμερίμνους intellige comparaté. Minus enim curarum habet qui se, non totam familiam, curat: Hæc altera est ratio præter illam de Persecutione, cur cœlibatus conjugio præferendus. Maximè autem hoc locum habet in iis qui se totos Ecclesiæ ministerio dederunt[i]. Sensus, q.d. Quæ dico eò pertinent, quòd cupiam vos quam minimùm distineri curis mundanis[k]. Hæc summa eorum quæ dixi, *Flentes, ut non flentes*, &c[l]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ, &c.] *Qui cœlebs est* (Referri possit ad utrumque sexum[m].) *curat*, &c. P. Be. Pi. h.e. curare potest[n], saltem expeditiùs:

Marginal notes (left column): x G. sic E. — y E. ex Oecum. — z G. — a E. — b G. — c E. — d Cal. — * E. — f G. — g Be. — h Me. — i Pi. V. — k V. — l Er. — m Me. sim. Be. E. — n G. — o Scl. — p E. ex Aug. & Primas. &c. — q Ca. sim. — r E. Me. T. Cal. Be. Calv. — † Be. sim. Calv. Par. — r G. — v G. sic Ham. — x G. — y Vor. — z E. — a Pi. — b Be. — c V. — d E. Me. Cal. Vor. — * Pi. sim. Be. — f Ee. — g Cal. sim. Vor. — h Pi. — i Be. — k E. — l Me — m E. sim. Me. T. Cal. — n Me. — o T. — p Cal. — † En.

Marginal notes (right column): q Vor. Pi. — r F. Me. T. sim. Ee. — † Me. E. — t E. Me. sic T. — v G. — x Vor. ex Pi. — y E. — z E. Me. — a G. — b E. — c Me. — d E. — * E. sim. Cal. — f Gagn. in E. — g E. — h G. — i G. — k G. sim. Be. E. — l E. ex Theod. & Th. — m Be. — n Idem. — o E. Me. — p Me. — q Er. — r G. — † Be ex Er. — t Be. G. — v Scl. Stapul. & Alciat. in Be. — x Be. — y Er. — * Strig. — z Me. — a Er. ex Th. sim. Be. Pi Cal. — b Me. — c G. — d E. — || G. — * G. — f E. sim. Vor. Scl. — g Be. — h T. sic Me. — i G. — k V. sim. Scl. — l Scl. — m E. — n Vor. sic Pi.

ditiùs [o]: hoc præcipuè agit, vix aliud habet quod agat [p]: liberiùs vacare poteſt rebus divinis [q], & ſe totum in iis occupare. ¶ *Quomodo placeat Deo*] Per cordis puritatem [r], & opera pietatis †.

33. *Sollicitus eſt* (vel, *Curat ea*, Be. Pi.) *quæ ſunt mundi*, &c.] h.e. Ea curare ſolet [t]: ſolicitus eſt in cultu corporis, in ornatu ædium ſuique & uxoris: qualia amare ſolent mulieres. Vide Plautum Aulularià, 3. 5 [v]. & proinde non poſſit libere vacare Deo [x]. Curat rem familiarem, & ità ſe gerit ut pacem cum uxore colat [y].

34. *Et*, &c. Μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος] Sic diſtinguunt Græci & Codices & Commentarii, & Syrus, & Baſil. & Tertul. Hi. &c [z]. Ità omnes noſtri cod. Græci, ſi duos excipias *. Alii μεμέρισται cum præcedentibus nectunt: ità Vulgatus, & quidam Codices Græci, & Codex Regius MS. Et hæc forſan verior lectio. Locum autem ſic diſtinguunt, v. 33.—quomodo *placeat viro, & diviſus eſt* [a]. (mente ſcil. & curâ [b]: multis & contrariis curis diſtractus, ità ut uni Deo vacare non poſſit, ſed partem Deo, partem, & quidem potiorem, uxori & liberis, impendit [c].) *Et mulier innupta* (i. e. vidua [d], aut etiam quæ meretrix fuerit; nihil enim vetat has quoque ſervire Deo, nec hæ minùs à viro liberæ ſunt quàm virgines †.) *& virgo cogitat* (vel, *curat*, Ham.) *quæ ſunt Domini*, Vulg. Ham. Huic lectioni favet; 1. quòd Hieron. eam veram eſſe aſſerit *. Sed huic opponimus Clem. Chryſ. Baſil. &c [f]. 2. Uſus verbi μερίζεσθαι, quod alibi ſemper in N. T. ſign. *in duas partes dividi*, ut Matth. 12. 25. Luc. 12. 13. 1 Cor. 1. 13. Sic & μεριστής, Luc. 12. 14. & μερισμός, Heb. 4. 12. Sic & Heb. חלק ſign. *hæreditatem dividere*; apud RR. autem, *in partes diſtractum eſſe*, ut in Targ. ad Gen. 22. 14. & 45. 26 [g]. Sed Apoſtolus hanc vocem notione minùs frequenti uſurpare potuit [h], cùm & vocem διαιρέσεως pro *diſcrimine* ſeu *differentia* uſurpet, 1 Cor. 12. 4, 5, 6 [i]. 3. Quòd ſi μεμέρισται jungatur cum ſeq. verbum hoc ſing. pertinebit ad duo nomina, ἡ γυνὴ & παρθένος [k]. Sed non deſunt exempla ſimilia, &c [l]. [Reliqui ferè communem lectionem ſequuntur & locum ſic reddunt,] *Diviſæ* (vel, *Diſcretæ*, Il. P. Be. Pi.) *ſunt* (ſub. *hæc duo*, Er. Ti. vel, *Multum intereſt*: Eſt hîc paſſivum pro verbo neutro, ut ſuprà v. 27. Μεμέρισται, i. e. *diſtat*, quia quæ dividuntur diſtant. Sic נפרד uſurpant Hebræi & Syri [m].) *mulier* (vel, *nupta*, G. *ea quæ uxor eſt*, P. Pi. Be. ex Sy. & Ar. Ità hîc accipitur γυνὴ, quia ei opponitur ἡ παρθένος, ſive ἡ ἄγαμος· de viduis autem ſeorſim agit [n]. Sed γυνὴ pro γαμηθεῖσα minùs bene dictum eſſet, & ἡ ἄγαμος, pro ἡ παρθένος· cùm & vidua ſit ἄγαμος, & repudiata ſic antè dicatur [o].) *& virgo*, V. Er. Ti. &c. *Diſcrimen autem eſt inter mulierem & virginem*, Tre. ex Sy. Senſus, Diverſo vitæ ſtudio ſunt [p]. ¶ *Cogitat*, &c. Ἡ δὲ ἄγαμος μεριμνᾷ] *Quæ eſt innupta* (i. e. ea ſola [q]) *curat ea*, &c.] Ei vacat omnem operam in Dei conferre cultum [r]. ¶ *Ut ſit ſancta* (eximiè ſcilicet †: pura & immaculata [t]: munda à fœditate libidinis [v].) *corpore & ſpiritu*] i. e. Animo [x], ut ſuprà v. 2. 11 [y]. nè animus pravis concupiſcentiæ flammis æſtuet [z]. Et corpus habet intactum voluptatibus, & animum Chriſto pleniùs vacantem. Vide Naumachium [a] [in G.] ¶ *Nupta —cogitat*, &c.] Comit ſe oculis mariti, ei mores ſuos accommodat [b].

35. *Porrò*, &c. Τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον (MS. habet σύμφερον, pari ſenſu [c].) λέγω] *Hoc autem* (continentiæ ſcilicet encomium [d],) *dico veſtro commodo*, Be. Pi. &c. vel, 1. mundano *; vel, 2. ſpirituali [f], ut vacetis pietati [g]. Conſilium dantis eſt ſpectare quod ei expedit cui conſilium datur [h]. ¶ *Non ut laqueum vobis injiciam*] Ità Er. P. Mo. Be. &c. Metaphora ab aucupibus [i]: q. d. ut cuiquam imponam prava docendo aut conſulendo [k]: ut conſcientias veſtras illaqueem, i. e. exitium vobis afferam [l]: ut vobis præcepta dictem quæ Chriſtus non dedit. Id enim אסר, i. e. *ligare*, dicunt Hebræi. Idem dicitur ἐπιθεῖναι ζυγὸν, Act. 15. 10. & βάρος, Act. 15. 28. & φορτία, Matth. 23. 4. Tranſlatio ſatìs plana. Nam opinio de re aliqua ut illicita hominem preſſum, adſtrictum & quaſi illaqueatum, tenet. Sic Prov. 6. 2. נוקשת, *obligatus es* [m]. Non ut vobis imponerem neceſſitatem continendi [n]. Malè ergò faciunt qui hanc neceſſitatem clero imponunt [o]. Βρόχος eſt מוקש, Prov. 6. v. 5. & 22. 25. alibi παγίς [p]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ ἀπερισπάστως] Quid illud ſit τὸ συμφέρον jam explicat [q]. *Sed* (ſub. *hoc dico*, Camer. vel, *vos adhortor*, Me.) *ad decens & bene adhærens* (vel, *ut quod honeſtum & decorum eſt ſequamini & adhæreatis*, Er. Ti. vel, *ut decenter & aptè adhæreſcatis*, P. Be. Pi. Il. vel, *ad id quod honeſtum eſt & decorum*: εὐπρόσεδρον eſt Gallicè *bienſeant*, *quod bene aſſidet*, ἀξίως τοῦ Θεοῦ, *dignè Deo*, Joh. 3. 6 *.) *Domino indiſtractè*, Mo. vel, *indivulsè*, Zeg. *abſque ulla diſtractione*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. &c. vel, *ità ut non diſtrahari*, G. h. e. quantum licet & fieri poteſt, rerum terrenarum curis minimè obnoxii & impediti [r], ſicut cura familiaris diſtrahit eos qui in conjugio vivunt à piis meditationibus & factis †. Vel, *ſine violenta abſtractione*, i. e. ſine compulſione: non ut vi aliquâ vos traham in verba mea, ut cogam vos & volentes & nolentes in virginitate degere. Περισπᾶν eſt, *vi aliquid abripere* *. Εὔσχημον & εὐπρόσεδρον per ἓν διὰ δυοῖν ſignificare poſſint, *decenter attendere*, &c [t]. Εὔσχημον comparatè dicitur. Eſt enim honeſtum matrimonium, ſed honeſtior caſtus cœlibatus. Sic εὐσχημοσύνη eſt *decor*, infrà 12. 23. & εὐσχημόνως, *decorè*, Rom. 13. 13. infrà 14. 40. 1 Theſ. 4. 2. In Gloſſario, εὐσχήμων, *honeſtus* [v]. Εὔσχημον non ſign. *honeſtum*, quaſi indecorum eſſet matrimonium, quod τίμιον dicitur, Heb. 13. 4; ſed potiùs, τὸ πρέπον καὶ προσφερὲς, i. e. *quod eſt conveniens & accommodatum*, ut Rom. 13. 13. infrà 14. 40. Nam quia Deus puriſſima res eſt & ab omni commixtione aliena, ad eam naturam propiùs accedere videtur qui continet, &c. quamvìs alioquin conjugium res bona & honeſta ſit. Pro εὐπρόσεδρον quidam cod. legunt εὐπάρεδρον, quidam εὐπρόσδεκτον· ſed corruptè, ut liquet tum ex ſeq. ἀπερισπάστως, tum ex eo quòd Paulum apparet de induſtria uſurpâſſe eas voces quibus arctiſſimum illud conjugii vinculum maximè propriè exprimatur: quaſi dicat, ſe tradere quâ ratione homines ſpirituali quodam conjugio cum Deo aptiſſimè poſſint connecti [x]. Παρεδρεύειν dicitur qui *aſſidet*, Prov. 8. 3. & per tranſlationem, qui *inſervit*, infrà 9. 13. Sic 1 Sam. 2. 22. הצבאות Sym. verterat προσεδρευουσῶν. Qui *alicui vacat* dicitur ei eſſe πάρεδρος aut eum habere πάρεδρον, Sap. 6. 14. & 9. 4. Εὐπάρεδρον Græco more, qui adjectivum neutrum pro ſubſtantivo denominato uſurpant, eſt, *facilitas ad vacandum alicui*: nam eam vim habet εὐ in compoſitionibus. Ἀπερισπάστως adjectivum habemus & Sap. 16. 11. & Sir. 41. 2. περισπᾶσθαι eſt, *occupari*, *diſtrahi*, Eccl. 1. 13. & 5. 19. Luc. 10. 40. Utitur hâc voce Athenæus [y]. Et Plut. lib. De curioſitate, ἀπερίσπαστον appellat aſſiduum ſtudium ſapientiæ, nullis negotiis aliò mentem avocantibus [z]. Syrus locum ſic expreſſit, πρὸς τὸ εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ, *ut ſitis ſeduli erga Dominum*, more ſcil. fidorum ſervorum qui à latere Domini ſui non diſcedunt, καὶ τὸ εὔσχημον, *cum honeſtate decora*, ἀπερισπάστως, *non cogitantes de mundo*, id eſt, ità ut mundus veſtram cogitationem ab eo non avellat; ſententiâ certè egregiè expreſsâ [a]. [Ca. verba ſic reddit, *Sed ut honeſtè ac indiviſâ cum Domino conjunctione vivatur*. Senſus loci, q.d.] Sed ut quiſque videat, quid deceat, & quo pacto aſſiduitas præſtetur ſerviendi Domino ſine diſtractione [b].

36. *Si quis*, &c. Εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει] *Si autem quis indecens eſſe* (vel, *indecorum*, Er. Il. Ti. Ca. vel, *aliquid indecorum*, ſive *non decens*, Be. P. Pi.) *ſuper virginem ſuam* (vel, *in virgine ſua*, Ca. vel, *virgini ſuæ*, Er. Il. Ti. vel, *ſe committere erga virginem ſuam*, Pi. ſimil. Be. P. id eſt, erga filiam ſuam quæ eſt virgo [c]:) *exiſtimet*, Mo. &c. *Si quis putat* ἀσχημονεῖν, i. e. ἀσχημονήσειν, (Præſens pro Futuro, ut ſæpe) *ſubiturum ſe dedecoris aliquid per virginem eò quòd ſit plùs ſatìs matura* [d]; vel, turpiter & indecorè ſe gerere *, quòd filiam adultam nuptui non tradiderit [f]: quod vel patri notam negligentiæ, vel filiæ vitii alicujus ſuſpicionem, inurit [g]. Ἀσχημοσύνη ſolet dici de *re turpi*, ut Rom. 1. 27. Turpitudo autem liberûm ad parentes redundat, Prov. 19. 13. Reſpicit Corinthiarum puellarum ingenia. Idem de Hebræis puellis videntur exiſtimâſſe Magiſtri, quorum eſt ſententia, *Si filia tua ſit* בוגרת ὑπέρακμος, *manumitte ſervum tuum ut ipſi eum facias maritum*. Hæc eſt cauſa cur Juſtinianus noluerit exhæredari poſſe filiam ſi quid in corpus ſuum peccaverit poſtquam ad 25 annos

[o] Vor. [p] G. [q] E. [r] Me † E. Me. [t] Vor. Pi. [v] G. [x] E. [y] Be. [z] E. * Be. [a] Ham. ſim Ca. [b] T. [c] Me. ſim. E. T. [d] Ham. Ca. † Ca. * Q. in Ga. [f] Ga. [g] Ham. [h] Ga. [i] Be. Ga. [k] Ham. [l] Ga. [m] G. [n] Be. [o] Ca. [p] V. ſim. Er. Camer. Scl. ex Th. [q] Scl. [r] Ca. † G. [t] Me. [v] E. [x] Ee. Cal. [y] Be. [z] Cal. [a] G. [b] G. ſim. Pi. [c] G. [d] T. ſim. Zeg. Pi. E. * Ham. [f] E. [g] Pi. [h] G. [i] V. ſic Pi. [k] V. [l] Pi. [m] G. [n] Me. ſim. E. T. Cal. Par. Vor. [o] Par.

[p] G. [q] Scl. * Kn. [r] Cal. † G. * Kn. [t] Ham. [v] G. [x] Ec. [y] G. [z] Er. [a] Be. [b] Camer. [c] Pi. [d] G. * Scl ſim. E. Me. [f] Me. ſim. E. [g] Ee.

ætatis

ætatis venerit, & parentes eam nuptum dare distulerint, Novel. 115. 3, Menander, Θυγάτηρ ὑπέρακμος κἂν ὅλως μηδὲν λαλῇ, Διὰ τοῦ σιωπᾶν πλεῖστα περὶ αὑτῆς λέγει, (*Filiæ nubilis etiam silentium loquax est* [h].) ¶ *Quod*, &c. Ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος] *Si sit superadulta*, Mo. sic Vulg. i. e. multùm superans ἀκμὴν, & tempus opportunum eam viro tradendi [i]. *Ut ea vieta sit*, Ca. sic Vor. quæ florem ætatis diu excessit: quales olim vulgò contemnebantur [k]. *Si prætereat nubendi tempus*, Er. Ti. *Si florem ætatis excedat*, Il. P. Be. Pi. sub. *& non tradiderit eam viro*, Be. ex Sy. quod supplementum prorsus flagitat verbum seq. γαμείτωσαν, & seq. οὕτως, *& ità*: alioqui dixisset, καὶ ἄλλως, *& aliter*, *debet fieri* [l]. Videtur eam significare quæ Hebræis vocatur בוגרת, i. e. *puella pilosa* [m]. Ἀκμὴ est, *flos ipse ætatis*. Eam quæ supergressæ sunt magis ostendunt cujus sunt ingenii, &, si eò ferantur, magis ὀργῶσι. *Hæc bona non primæ tribuit natura juventæ. Quæ citò post septem lustra venire solet* [n]. Hippocrates septenario numero distinguit ætates. Quinta autem ætas pervenit usque ad annum 35. quæ est ἀνδρῶν, virilis, firma, constans. Hàc dicuntur à Græcis ἀκμάζοντες, firmâ ætate & vigentes. Post hanc enim vires decrescunt. Est igitur ὑπέρακμος qui properat ad senium †. Al. Constat ἀκμὴν hîc dici ætatem nuptiis maturam [o]. ¶ *Et ità oportet* (vel, *debet*, P. Be. Pi.) *fieri*] Ut scilicet eam viro tradat [p], potiùs quàm domi senescere patiatur [q]; scil. ad vitandam scortationem, v. 2, 7. propter continentiæ carentiam [r]. *Si urget necessitas*, ex corpore aut animo puellæ. Huic opponitur, μὴ ἔχων ἀνάγκην, *cui nulla talis imponitur necessitas* †. ¶ *Quod vult faciat*] i. e. Liberum sit ei elocare filiam, aut non elocare [t]: elocet eam, ut mox exponitur [v]: det eam nuptum. Ea enim res more Judæorum, qui & nunc obtinet, ex autoritate patrum pendebat: nec minùs more Græcorum, —τῶν ἐμῶν νυμφευμάτων Πατὴρ μεριμνήσει, (—*connubii mei curam geret Pater*,) est apud Euripidem. Simil. Sophocles [x]. [Vide in G.] ¶ *Non peccat*] i. e. Rectè facit, ut explicatur v. 38 [y]. pater scilicet [z], quo authore nubit filia [a]. ¶ *Nubat*, Γαμείτωσαν] *Jungantur matrimonio*, Er. P. Be. Pi. &c. nempe ipsa & qui ipsam desiderat [b]. In Singulari cœperat, concludit in Duali [c], [vel] quia res hæc nisi inter duos peragi non potest [d]: vel, ut ostendat in filio, non minùs quàm in filia, eandem regulam valere: nam γαμεῖν propriè de viro dicitur, γαμεῖσθαι de uxore. Theoph. habet γαμισάτωσαν [*].

37. *Nam*, &c. Ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος, &c.] *Qui verò stat* (vel, *perstat*, Be.) *firmus* (vel, *stabilis*, Be. vel, *constans est*, Ca.) *in corde*, Er. P. Be. Pi. &c. h. e. apud se [f], scil. quoad animi propositum [g], quod illi firmum est, à quo nec obloquiis aliorum dimovetur [h]. Opponitur τῷ νομίζειν [i]. *Qui primùm ipse tenax est sui propositi*, filiam servandi virginem. Ἑδραῖος est, *tenax propositi*, infrà c. 15. v. 58. Col. 1. 23. In Glossario, ἑδραῖος, *firmus*, *stabilis* [k]. Ἕδρα notat *stabilitatem*. Galenus, *Pedes corpori præstant τὴν ἕδραν*, *stabilitatem*. Apud eundem βάδισις ἑδραία, *firma ingressio*, & ἑδραῖος, *stabilis & firmus* [l]. ¶ *Non habens necessitatem*] Ità Er. externam scilicet, quæ sæpe parentes adigit ad elocandum filios [m]; ex virginis suæ infirmitate, adeóque incontinentia, provenientem [n]; vel, necessitatem præcepti [o]: nam de virginibus præceptum se habere negavit, v. 25 [p]. *Nec adigitur necessitate*, P. Be. sic Pi. Si præterea tali proposito nec corpus nec animus filiæ obsistit [q]. Al. Qui non cogitur filiam servare innuptam, ob inopiam, infamiam, &c [r]. vel quia servus est ut pendeat ex alterius voluntate †. Quibus obstat illud sequens, *virginem suam*, emphaticè dictum [t]. Ἔχων hîc notat causam seu occasionem decreti patris [v]. Syrus reddit, *Et non coegerit eum voluntas*, i. e. non vehementiùs cupit filiam retinere cœlibem quàm nuptum dare, etsi & cupiat. Voluntas enim tum *cogere* dici potest, cùm volumus aliquid vehementiùs quàm nolumus, tametsi id nolumus †. ¶ *Potestatem*, &c. Ἐξουσίαν δὲ ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος] *Sed in potestate habeat propriam voluntatem*, P. Be. Pi. sim. Er. Vulg. &c. h. e. voluntatem habet à necessitate præcepti liberam, ut possit sine peccato utrumvis eligere [x]: si libertatem habet faciendi quod vult [y], nempe quia virgo se permittit parentis arbitrio [z]; i. e. si per filiam non stat. Nam jus hac in re magnum est parentum, sed & spectanda filiæ voluntas. *Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est.* Multis verbis eandem rem exsequitur, quia non vult nolenti filiæ necessitatem virginitatis imponi [a]. Hoc de animo & voluntate virginis intelligendum videtur: ut sensus sit, Parentem ex consensu filiæ non elocare ipsam, sed virginem servare [b]. Is dicitur *voluntatem suam habere in potestate*, cujus voluntas ab altero non pendet: pendet autem hâc in parte patris voluntas à liberorum voluntate, ità ut teneatur illorum infirmitati consulere, nec possit illis cœlibatûs necessitatem imponere [c]. Nomine *voluntatis* hîc intelligit actus voluntatis patris imperatos, qui semper sunt in potestate patris, si nempe uti voluerit summo jure; non item, si uti voluerit ἐπιεικείᾳ. Dicitur ergò pater *habere potestatem in voluntatem suam*, cùm quod is vult id ipsum vult filia; contrà, *non habere*, &c. cùm aliud exigit τὸ velle aut commodum filiæ, aliud τὸ velle patris, quod vult cedere necessitati. Apostolus ergò duo requirit in patribus qui constituunt non dare filias nuptum; 1. Ut in hoc consilio non fluctuet eorum animus, sed *sit constans & firmus*; i. e. ut non distrahatur. 2. Ne putent rem esse arbitrii sui, sed pendere aliunde, nempe à statu & conditione filiæ & temporum [d]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τοῦτο κέκρικεν—τοῦ τηρεῖν τὴν ἑαυτῆς παρθένον] *Et hoc decrevit in corde suo* (i. e. maturo judicio apud se statuit [*]. Κέκρικα dicunt Philosophi ubi aliquid *planè decreverunt*. Vide & Rom. 14. 13. Τοῦ hîc, ut alibi sæpe, præponitur Infinitivo, pro quo alii τὸ ponerent [f].) *ut servet* (nempe in statu virginitatis [g],) *suam* (*filiam* scilicet [h]: nam articuli sunt vice nominum quæ ex materia subjectâ facilè intelliguntur [i].) *virginem*, *bene facit*, Er. P. Be. &c. quia consilium Christi & meum adimplet [k]: rem facit valde laudabilem. Dare vult filiæ quod longè optimum est [l].

38. *Qui*, &c. Ὁ ἐκγαμίζων, &c.] *Qui dat* (vel, *elocat*, Er.) *nuptam* (Ἐκγαμίζειν est, *spondere*, *nuptum collocare*. Vide Matt. 22. 30. & 24. 38. Luc. 17. 27. & 20. v. 34, 35. In MS. bis est γαμίζων [m].) *bene facit*, P. Be. Pi. &c. Quoad operis tum finem, dum id agens consulit pudicitiæ & saluti filiæ suæ, ac suæ famæ; tum naturam, quia matrimonium res secundùm se bona est [n]. ¶ *Melius facit*] Vel, 1. rem suo genere præstantiorem [o]. Est enim aliquid licito melius. Vide quæ diximus de J. B. & P. 3. 4. 12 [p]. Vel, 2. sibi & suæ filiæ utilius [q], non simpliciter, sed sub conditionibus antè expressis [r].

39. *Mulier*, &c. Γυνὴ δέδεται νόμῳ, &c.] *Uxor alligata* (vel, *vincta*, G.) *est legi* (sub. *matrimonii*, V. E. i. e. legibus conjugii: νόμῳ, i. e. ἐν τῷ νόμῳ †. Vel, *matrimonio*, Er. h. e. vinculo conjugii. Dictio, *legi*, non legitur à Tertul. Cypr. Hi. Aug. Basil. &c [t]. Vel, *lege*, P. Be. Pi. i. e. per legem matrimonii [v], scilicet viro, ut suprà v. 27 [x]. Vel, *lege conjugii*. Sic vocem νόμῳ & verbum δέδεσθαι habuimus & Rom. 7. 2. sed ibi secundùm jus Mosis, hîc secundùm jus à Christo datum [y].) *quamdiu vivit maritus ejus*, Ti. &c. scil. ὅτι τὸ πλεῖστον, & excepto casu fornicationis, Matt. 5. 32. & voluntariæ desertionis, 1 Cor. 7. 15 [z]. ut scilicet discedere à viro suo, alteri nubere, non possit [a]. Ex hoc loco & Rom. 7. 2. rectè docent Theologi, insolubile esse matrimonium utroque conjuge vivente [b]. Scio quidem hoc esse receptissimum inter Christianos. Cùm autem tot millia infelici conjugio sibi cohærent cum exitio utriusque, qui fortasse disjuncti servari possunt, optandum est & considerandum, an liceat ut matrimonia quædam dirimantur, non temere, sed gravibus de causis, [aliis scilicet præter prædictas;] neque per quoslibet, sed per Ecclesiæ Præfectos aut Judices legitimos, & ità dirimantur, ut liberum sit utrique cui velit jungi, aut alteri certè qui divortio non dederit causam [c]. [Qui plura vult, adeat ipsum Erasmum de hac re fusissimè disserentem, eósque qui Erasmi sententiam refellunt. Nobis enim aliud agendum.] ¶ *Quod*, &c. Ἐὰν δὲ κοιμηθῇ, &c.] *Quòd si obdormierit*, &c. P. Be. Pi. id est, mortuus fuerit [d], ut exponitur Rom. 7. 2. Non est in hac phrasi nudus charientismus, ut cùm *puerum* pro *servo* dicimus, sed mysterii significatio. Indicio est quòd in V. & N. T. de solis dicitur hominibus mortuis, & quidem fidelibus, propter spem resurrectionis. Nam de brutis animantibus nihil tale legitur [*]. De hac locutione diximus ad Matt. 9. 24. & 27. 52. Joh. 11. 11. Act. 13. 36. Vide & infrà 11. 30. & 15. 6,

[h] G. [i] Me. [k] Vor. sim. Er. [l] Be. [m] D. [n] G. † Strig. [o] Be. [p] Me. sim. E. [q] Me. [r] Scl. † G. [t] E. sim. Me. [v] Pi. [x] G. [y] Be Scl. [z] Er. E. [a] E. [b] G. sim. Pi. [c] G. [d] G. sim. Ec. [*] Be. [f] Be. [g] Scl. sim. E. Me. T. [h] T. sim. E. Me. [i] Be. [k] G. [l] Strig. [m] Vor. [n] Scl. sim. Be. Cal. [o] E. Me. [p] E. [q] G. [r] T. sim. Oecum. in Just. Caj. in E. † Al. in E. V. [t] E. [v] Pi. † Cam. [x] E. [y] G. sim. T. [z] T.

[a] G. [b] Vor. [c] Scl. ex Be. [d] Cam. [*] Me. ex E. sic T. [f] G. [g] Me. T. sim. E. Pi. [h] G. Pi. [i] G. [k] T. ex Chrys. Me. [l] G. [m] Idem. [n] E. [o] E. sim. Just. [p] G. [q] Vor. sim. Scl. Be. [r] Be. † Camer. [t] E. [v] Be. [x] Pi. [y] G. [z] Scl. sim. Be. [a] Me. ex E. [b] E. ex Chrys. &c. [c] Er. [d] E. Me. [*] E.

15. 6, 18, 20, 51. 1 Thes. 4. 13, 14, 15. 2 Pet. 3. 4. In MS. tamen est ἀπεσάνη. ¶ *Liberata*, &c. Ἐλευθέρα, &c.] i. e. Jus habet de se statuendi [f], & nubendi [g]. Nubendo nihil facit contra Christum, Deum non offendit [h]. Locus manifestus pro secundis & ulterioribus nuptiis, adversus Tertul. & Cataphryges & Novatianos [i]. ¶ *Tantum* (sub. *nubat*, Camer. Pi.) *in Domino*] i. e. Vel, 1. intra Ecclesiam [k], cum Christiano scilicet [l], non cum infideli, aut hæretico [m]. Vide quæ de hac locutione dicta ad Rom. c. 9. v. 3. De re ipsa vide infrà 2 Cor. c. 6. v. 14. & Tertullian. lib. Ad uxorem 2. Ità hîc accepit Arabs [n]. Sed hoc nimis angustum est [o]. Vel, 2. Christiana permanens, i. e. Christi religionem occasione novi conjugii non deserens [p]. Vel, 3. propter Dominum, nè scil. per fornicationem violet Legem Domini [q]. Vel, 4. religiosè & cum Dei timore [r], habitâ fidei & pietatis Christianæ ratione [†]; secundùm Legem Dei, quæ præcipit ut cum temperantia & suscipiendæ prolis studio matrimonium contrahatur, non ex impetu libidinis [t].

40. *Beatior*, &c.] Vel, 1. spiritualiter [v], sanctior [x], Deóque servit liberiùs & expeditiùs [y]. Vel, 2. secundùm carnem [z], in hac vita [a], quia paucioribus molestiis obnoxia [b]; felicior, tranquillior, securior [c]. Hoc sensu *beatæ* dicuntur steriles, Luc. 23. 29. Confer 1 Reg. 10. v. 8. Eccles. 10. 17 [d]. ¶ *Si sic* (vel, *ità*, G. Be.) *permanserit*] i. e. Qualis est, innupta nimirum [*], vidua [f]. Ità ὅτως & suprà habuimus v. 26 [g]. Si scilicet continere possit [h]. ¶ *Secundùm meum consilium*] Quod suprà dedi, v. 25 [i]. ¶ *Puto*, &c. Δοκῶ δὲ κἀγὼ, &c.] *Puto* (Emphatica μείωσις [k]. Minùs dicit, plus intelligi vult; ut si pater filio parum morigero dicat, Puto me patrem tuum esse, cui debeas obedire. Sic sæpe loquitur Paulus modestiæ causâ, ut suprà v. 29. & 1 Cor. 4. 9 [l].) *autem quòd & ego* (vel, 1. ego non minùs quàm pseudo-Apostoli, qui Spiritum Dei sibi vendicabant [m]. Vel, 2. ego perinde ut alii Christi Apostoli, cum quibus se confert cap. 9 [n].) *Spiritum Dei habeam*, i. e. Spiritum consilii [o], quo possim bona & sancta consilia fidelibus suggerere [p]; secundùm quem puto me hæc fideliter suadere [q]. Quod dico, nè quis hoc meum consilium parvipendat [r]. Al. Non intelligit revelationem, sed sincerum affectum Deo & piis serviendi. Vide suprà 4. 21 [†].

[f] G. [g] E. Me. [h] G. [i] E. [k] G. [l] G. sic V. Me. T. E. ex Tertul. Cyp. Hi. Amb. Theod. Aug. &c. [m] T. [n] G. [o] Be. [p] Aug. in E. [q] V. [r] Be. Cal. [†] Vor. [t] Græci in E. [v] E. [x] T. [y] E sic Vor. [z] Scl. [a] J. Cap. [b] Scl. ex Be. sim. Vor. Cal. [c] G. [d] Cal. [*] G. sim. E. Me. [f] Pi. [g] G. [h] J. Cap. [i] G. sim E. J. Cap. [k] Scl. ex Be. [l] E. [m] Q. in E. [n] E. [o] Me. [p] E. [q] Me. [r] E. [†] G.

CAP. VIII.

1. DE, &c. Περὶ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων] *Cæterum, de iis quæ idolis* (vel, *simulacris*, Er. Ti. Non placet: quia eos mox vocat *deos*: nec Jovis simulacro, sed Jovi, sacrificari dicebantur. Εἴδωλα vocantur quæ Heb. אלילים dicunt, Latini *divos*, sed malim *deastros*; q. d. non dii veri: ut dicimus *philosophaster*, *oleaster*, &c [a].) *immolantur*, Il. P. Be. Pi. &c. vel, *sanctificantur*, V. *De victimis autem simulacrorum*, Tre. ex Sy. sic Ar. carnibus & aliis hujusmodi [b]. Quod attinet ad immolatitia [c], repete, *quod scripsistis mihi*, cap. 7. 1. vel, sub. *audio quid prætexatis* [d]; vel, sub. *sequitur*, vel, *jam deinceps scribam* [*]. Περὶ τῶν ἀλισγημάτων, *de immolatitiis carnibus* [f]. Corinthi hoc tempore plerique Ethnici erant, & idolis, imò dæmoniis, immolârunt oves, boves, hecatombas, quæ *idolothyta* hîc vocantur. Indè convivia in idoliis instruebant Ethnici [g], ad quæ amicos, & quandoque Christianos, invitabant [h]. Victimarum cæsarum carnes partim idolo adolebantur, partim cedebant usibus Sacerdotum, & offerentium, qui vel cum Sacerdotibus in templo epulabantur: vel, (si ad rem attentiores erant) parte, quæ Sacerdotibus debebatur, relictâ, reliquas carnes ad domum revocabant, aut in macello divendebant [i]. Diximus ad Act. 15. εἰδωλόθυτα, quatenus Apostolico decreto, quod ubique prædicavit etiam Paulus, ut cognoscere est Act. 16. 4. vetita sunt, esse duûm generum. Nam aut in aram data prosecta, & cætera exta reddita ei qui victimas obtulerat, qui deinde significabat amicis, se sacrificâsse, & orare se eos ut ad reddita exta venirent; aut apud mensam coram convivis in locum qui erat vice aræ data prosecta, ac deinde cœptum ibidem convivium.

[a] Ca. [b] Me. [c] E. sim. Pi. [d] Par. [*] Camer. [f] G. [g] Par. [h] Par. sim. Cal. [i] Cal.

Corinthi & alius mos invaluerat, ut qui Isthmiis vicerant populo in ipso templo post sacrificium publicum darent epulum. Idem credo inter se fecisse alios συμμύστας sive συνθιασώτας. Hæc omnia, sed supra cætera tertium hoc, ex sensu communi aliam interpretationem vix poterant recipere, quàm ab iis qui talibus immolatitiis vescebantur approbari cultum Idolorum. Vide Num. 25. 2. At isti Corinthii, nomine Christiani, intus Græcanici Philosophi, sicut illud de Incestis, ità & hoc, ad dialecticas quasdam disputationes trahebant; *Idolum re* 10 *ipsâ non subsistit*: quod verum erat de Diis illis Corinthiis; nam Jupiter, Apollo, Venus, Leucothea, Palæmon, homines fuerant qui jam olim interierant: ideo εἰδωλόθυτα Hebræis זבחי מתים. *Quod non est, contaminare animum non potest. Nihil ergo in eo peccati, si in Templo epuler, si ad exta vocatus eam, si post prosecta in focum data mensæ accumbam.* Sic illi, de quibus & Tryphon, Καὶ μὲν πολλοὺς, &c. (*Multos quoque Christianorum comperio idolothyta edere, dicentes se iis non lædi.*) 20 Paulus, qui Christi habebat Spiritum, & omnia non ad disputationum subtilitates, sed ad usum, ad Dei honorem, ad plurimos à Paganismo abstrahendos, ad retinendos in Christianismo qui jam Christiani esse cœperant, referebat, & sincerius & quod sequi solet perspicaciùs talia tractabat. Itaque piis ex Corintho, qui ipsum hac de re consuluerant, Apostolicâ prudentiâ respondet. Cui consentiens Just. Tryphoni hæc reponit, *Ex illa pseudo-Christianorum praxi confirmari veros Christianos*, &c. [Verba quære in G.] Valeria, 30 cùm eam deponentes de sagmario hortarentur de idolothytis manducare, nec sibi omnino licitum testaretur, quia esset Christiana, mactata est. Sic Ado ad 4. Calendas Maii in Martyrologio [k]. ¶ *Scimus*, &c. Οἴδαμεν ὅτι——ἔχομεν] *Scimus* (quòd scilicet immolata idolis ab aliis cibis non differant, nec plus habeant numinis aut religionis [†].) *quòd omnes* (i. e. plerique [l], pars maxima nostrûm, ut Rom. 3. 12. Quomodo sumendum & quod sequitur [m]. Hyperbole [n]. Vel, *omnes*, scil. doctiores, quos alibi vocat *spirituales*, *perfectos*, *magistros* [o]: vel, *nos omnes*, Be. Pi. 40 sic Ca. scil. qui alios docemus [p].) *scientiam habemus*, P. &c. Quam scientiam [q]? Resp. Rerum Christianarum [r], vel libertatis Evangelicæ [†]; immolata idolis nihil esse [t]; indifferentia esse [v]; nihil seu religionis aut sanctitatis, seu vitii aut sordium, in se habere [x]. Sic enim hanc propositionem, parenthesi quâdam necessariæ admonitionis interim suspensam, repetens absolvit, v. 4 [y]. Nè isti πεφυσιωμένοι putent se solos sapere, non minùs & nos intelligimus quid sit idolum, sive deus commentitius [z]. Al. Est concessio ironica [a]: q. d. Concluditur 50 ab omnibus, se satis scire libertatem suam, atque indè prorumpunt nonnulli in res quæ non conveniunt [b]. ¶ *Scientia* (isthæc vestra [c] rerum indifferentium [d], vel scientiæ falsa persuasio, ut exponitur v. seq [*].) *inflat*] Solet hoc facere, facit in multis [f]: vanitatis atque arrogantiæ materiam præbet [g]; superbire, & aliis quasi ignorantibus & stupidis insultare, facit [h], non per se aut semper [k], sed secundùm quid [l], & per accidens [m], quatenus charitate destituitur [n], vel, quando in animum incidit ambitiosum, &c [o]. non scientiæ vitio, sed per mo- 60 dum occasionis, ob pravam voluntatem, &c [p]. ¶ *Charitas verò* (vel, 1. Christi [q]; vel, 2. erga proximum [r].) *ædificat*] Vel, 1. nos: q. d. Parum hujus charitatis plus nobis proderit quàm scientia omnis quam vos Gnostici jactatis, cujus prætextu idolothyta comeditis, ut persecutiones effugiatis, &c [†]. Vel, 2. proximos [t], infirmos & ignaros [v]; eos in fide continet & promovet ad salutem [x], quos scientia lædit & destruit [y]. Quod cap. 6. 12. & 10. 23. συμφέρει, hîc οἰκοδομεῖ, cui opponitur σκανδαλίζειν, *obesse*, *lædere*. Sed hæc ad alios refe- 70 runtur, ut sit οἰκοδομεῖν, *prodesse aliis* [z]. Metaphora frequens est, sicut & Ecclesia atque fideles dicuntur *templum*, vel *domus Dei* [a]. [Sensus,] Dilectio dictat, in rebus omnibus videndum quid in commune expediat. Vide Rom. 14. 19. & 15. 2. ubi nomen est huic verbo respondens, οἰκοδομή. Sæpe & nomine hoc & verbo Paulus utitur [b]. Charitas facit ut homo, non contentus suo bono, studeat bono communi; i. e. proximorum etiam saluti: cui contrarium est scandali peccatum [c].

[k] G. [†] Me. [l] Scl. Pi. [m] G. [n] Scl. [o] E. [p] Ca. [q] E. [r] Me. [†] Li. ho. [t] V. sim. E. Me. [v] Me. [x] T. ex Chrys. [y] E. [z] G. [a] Scl. ex Be. sim. Li. ho. [b] Li. ho. [c] Me. [d] Pi. sim. E. [*] Pi. [f] G. [g] Scl. ex Be. [h] T. sic Me. [k] Par. [l] Vor. [m] Cal Par. [n] Be. Vor. Scl. [o] Cal. [p] E. [q] Ham. [r] Pi. [†] Ham. [t] Be. E. Me. T. [v] Me [x] Me. sic Be. E. [y] T. [z] Ca. [a] Be. [b] G. [c] E.

2. Si, &c.

2. *Si*,&c. Εἰ δέ τις δοκεῖ, &c.] *Quòd si quis sibi videtur aliquid scire*, Er. P. Be. Pi. &c. vel de idolothytis, vel de religione Christiana[d]. Si quis hoc tantùm sibi proponat ut sciat[*], & in ea scientia acquiescat[f], eámque ostentet[g]; in hoc uno sibi placeat[h], quòd ingeniosus, quòd eruditus sit, quòd Dialecticas disputationes nôrit. De hac significatione vocis δοκεῖν vide quæ diximus ad Mat. 3. 9. & Marc. 10. 42. Sic & infrà 11. 16. In MS. est ἐγνωκέναι· ut una vox ter repetatur[i]. Δοκεῖν significat scientiæ persuasionem conjunctam cum superbia[k], supercilio, aliorúmque contemptu[l], quæ potiùs in δοκήσει vel οἰήσει, *apparentia & persuasione inani*, quàm in vera solidáque rerum cognitione, consistit[m]. Si quis opinione scientiæ insolescit[n]: subauditur hìc, more Hebræo, *& non habet charitatem*[o]. ¶ *Nondum*,&c. Οὐδέπω οὐδὲν,&c.] *Nondum quicquam* (Græcè, *nihil*, Er. Geminata negatio fortiùs negat P.) *novit sicut oportet nôsse*, P. Pi. &c. scilicet cum charitate[q]; ideóque scientiâ suâ non rectè utitur. Respicit ad finem potiùs, quàm ad modum scientiæ[r]. Non scit (quod tamen præcipuum est in scientia practica & Christiana, de qua hìc agitur †,) quis sit usus, finis, & modus scientiæ[t]; scil. ut per scientiam nè superbiat, prosit quibus possit, nemini obsit, neminem scandalizet, & sic à Deo agnoscatur & ametur; ut sequitur[v]: hoc quod præcipuum est ignorat, Cognitionem per se non esse salutiferam, sed quatenus ad dilectionem ducit[x]: scientia ejus non est ipsi & Ecclesiæ salutaris[y]: caret principio veræ scientiæ, h. e. Dei cognitione, quæ parit in nobis humilitatem & submissionem[z]: nondum novit officium suum, quid scil. debet proximo[a]. *Scire ut oportet* est, scientiâ rectè uti ad suam & aliorum salutem[b]; est, scire *recto ordine*, priùs quod maturius ad salutem; *recto studio*, ardentiùs quod vehementius est ad amorem; *recto fine*, non ad inanem gloriam, &c. sed tantùm ad ædificationem tuam vel proximi. *Scire velle ut scias*, turpis curiositas est; *ut sciaris*, turpis vanitas est; *ut scientiam vendas*, turpis quæstus est; *ut ædificeris*, prudentia; *ut ædifices*, charitas[c].

3. *Si quis autem diligit Deum*] Et (quod illi connexum est[d]) propter Deum proximum[*], ut eum non scandalizet, sed ædificet[f]. ¶ *Hic*,&c. οὗτος ἔγνωσαι,&c.] [Variant:] *Hic cognitus est*, vel *fuit*, *ab eo*, Er. Be. Pi. &c. vel, *edoctus est*, &c. P. Par. Ἔγνωσαι hìc formæ Hophal Hebraicæ vim habet[g], qualis Hebraismus infrà 13. 12. & Gal. 4. 9. q. d. *scire factus est ab eo*[h]: vel, *factus cognoscere sibi ab eo*; (redundat prius pronomen) vel, cognitione donatus ab eo[i]. *Cognitus*, &c. pro, *cognoscere factus à Deo*, h. e. θεοδίδακτος. Enallage consequentis pro antecedente, admonens nos tum de authore veræ sapientiæ, tum de modo eam acquirendi, non solo studio, &c. sed precibus, juxta Jac. 1. 13[k]. Al. *Cognitus est*, cognitione scil. non simplici[l], sed approbationis[m]; q. d. censetur aliquo loco, vel reputatur inter filios[n]. Antanaclasis est qualis in verbo *noscendi*, infrà 13. 12. & Gal. 4. 9. Alio enim sensu [hìc] dixit ἔγνωκε quàm ἔγνωσαι. [Vide] Mat. 7. 27. *Nunquam novi vos*. Sic & Joh. 17. 3. Rom. 7. 15. & 8. 29. & 11. 2. 1 Thes. 5. 12, 19. 2 Tim. 2. 19. Sic Psal. 1. 6. *Novit*, i. e. approbat, ἀγαπᾷ. Sic Prov. 8. 17. *Ego eos diligo qui me diligunt*[o].

4. *De escis autem*, &c.] Epanalepsis est sententiæ antè propositæ, unà cum concessione[p]. Generalia quædam, necessaria admodum, præfatus redit πρὸς τὸ εἰδικὸν κεφάλαιον[q]. ¶ *Scimus quia*, &c. Ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ] *Quòd idolum* (vel, *simulacrum*, Er. Ti. Intelligit effigiem, quâ nobis repræsentatur forma alicujus rei vel fictæ, vel etiam veræ[r], simulachrum ad numen aliquod repræsentandum fabricatum †. Εἴδωλον, ut docent Lexicographi, est ὁμοίωμα, εἰκών, σημεῖον, χαρακτήριον, σκιοειδὲς[t].) *nihil* (vel, *nullum*, Er. J. cap. Li. ho. sub. est, P. sic Be. Pi. &c.) *in mundo*, P. sic Be. Pi. Ti. i. e. in rerum natura[v]; vel, quod verè est in mundo[x]: i. e. pro nihilo habendum est[y]. Aliquid est ratione, tum substantiæ, putà aurum, æs, lignum, &c[z]. tum formæ, quâ scil. est imago sive realis entis, sive notionalis vel ab intellectu ficti[a]. At *nihil* est formaliter & repræsentativè[b], vel ratione significationis[c], quia est imago falsa, seu rei falsæ[d]: nullum numen repræsentant ‖: est nomen sine re, quia res per illud significata, ut deus, nusquam est vel fuit[*]: nihil sunt eorum quæ homines ea esse arbitrantur[f], h. e. non sunt Dii[g]. Dii isti res sunt imaginariæ. Ideo vocantur אלילים[h], ab אל, *nihil*, Job 13. 4. Jer. 14. 14. Zach. 11. 17[i]. vel הבלים, μάταια, & שקרים, ψευδῆ. Idolum est οὐκ ὄν· ità Orig. & Cedrenus. Theophilus lib. 1. τὰ ὀνόματα ὧν φῄς σέβεσθαι θεῶν ὀνόματα ἐστὶ νεκρῶν ἀνθρώπων, (*sunt mortuorum hominum nomina*.) Arnob. l. 6. *Promptum est pro Diis immortalibus mortuos vos colere*. Vide quæ ibi sequuntur, & Clem. Admon. ad Gentes, & Lactant. 2. 14. &c. Ideo Judæi *filii semper viventis Dei*, in Additionibus ad Estherem[k]. Al. *Nullum idolum*, &c. i. e. nulla est, nulla fieri potest, repræsentatio aut figura Dei[l]. *Nihil*, i. e. nullius momenti[m], vel nullius usûs; ut, *medici nihili*, Job 13. 4[n]. *Nihil est*, i. e. nihil potest: *esse* pro *posse*, ut 1 Cor. 10. 19[o]. Nullam vim habet neque sanctificandi neque polluendi cibos[p], aut quidquam aliud efficiendi[q]. Idola hæc sunt figmenta humani erroris, & victimas iis offerre est merum commentum hominum: nihil in iis sacri, aut religionis, quia nihil in iis repræsentationis Dei †. Quare licet comedere ex idolothytis[t]: de quo hìc disputatur[v]. Loquitur in persona comedentium[x]. ¶ *Et quòd nullus est Deus* (*alius*, P. Be. &c.) *nisi unus*] Verus scil. Deus[y], quem nos colimus[z], qui, cùm invisibilis sit, nullo visibili signo repræsentari potest[a]. Non [sunt] plures Dii[b]. Ergò idolum nihil est, sensu priùs allato[c].

5. *Nam*,&c. Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ] *Nam etiamsi sint* (scilicet opinione hominum[d], seu idololatris: ut apparet ex antithesi, *nobis*[*].) *qui dicantur* (vel, *vocentur*, Tre. ex Sy. Ar. nempe à Gentilibus idololatris[f]: Dii nomine & appellatione, non veritate[g]: *dicantur*, emphaticè, q. d. quum non sint[h].) *Dii* (*Etiamsi aliqui exsistant revera qui Deorum habeant nomen & dicantur* אלהים. Sic 2 Thes. 2. 4. ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν[i].) *& in cœlo* (ut Sol, Luna, Astra[k]:) *& in terra*, ut Reges viventes[l], heroici homines; Jupiter, Mars, Apollo, &c[m]. bestiæ & res inanimæ, ut allium, cæpe, &c. apud Ægyptios[n]. Imò Angeli & Principes dicuntur *Elohim*[o]. Quòd si illa Astra, & illi Reges, Dii nobis non sunt, multò minùs ii qui non exsistunt[p]. Erant Gentilibus Dii cœlestes & terrestres, sub quibus etiam dii marini & inferni comprehenduntur[q]. ¶ *Siquidem*, &c. Ὥσπερ εἰσὶ——κύριοι, &c.] *Sicut* (Hæc particula ostendit de iis jam agi, qui Dii sunt participatione potestatis, ut principes & judices; ut in præced. membro de Diis opinione hominum[r]. Sed constat de iisdem hìc agi de quibus priùs. Igitur *sicut*, vel *quomodo*, hìc est declarantis †.) *sunt* (vel, 1. opinione idololatrarum[t]; vel, 2. nuncupativè[v]; more loquendi apud Gentes recepto, λεγόμενοι, ut dixit modò[x]; vel, 3. revera: sed tum *deorum* ac *dominorum* nomine, in hac correctione per parenthesin inserta, intelligendi erunt Angeli & Principes: videtur enim Paulus verbum, *dicantur*, hìc corrigere per verbum, *sunt*[y].) *dii* (h. e. cœlestes & supremi dii[z]) *multi*, *& domini* (i. e. בעלים[a], ut idola sæpe vocantur[b]: sic in Oriente dii Gentium vocabantur[c]. Al. δαίμονες ἐπιχθόνιοι, Dæmones rerum terrestrium præsides[d], mediatores inter Deum & homines[*]:) *multi*, P. Be. &c. [Hæc autem verba parenthesi includunt.]

6. *Nobis* (scil. rectè sentientibus[f], fidelibus[g], supra hominum vulgus notitiâ præditis[h], & secundùm veritatem[i],) *autem* (vel, *tamen*, P. Be. Pi.) *unus Deus*] i. e. Unus tantùm[k], Deus summus[l], qui non nuncupativè tantùm, sed verè & propriè, Deus est & Dominus[m]. ¶ *Pater*, &c. Ὁ πατὴρ] *Pater ille*, P. Be. Pi. *Qui est Pater ille*, Er. *Pater* nempe Christi, & per eum noster, Joh. 17. 3[n]. *Patrem* nominat, ut fontem Deitatis, utpote Divinum Esse cum aliis personis communicans[o]: non tamen excludit Filium, nisi & Patrem dices excludi dominio, quum Filium *unum* vocat *Dominum*[p]. Spiritûs Sancti hìc non meminit, nè Corinthiis, deorum multitudini assuetis, errandi præberet occasionem[q]. Addi posset, consuevisse Apostolum nunc unam duntaxat, nunc duas, nunc tres, personas nominare[r]. ¶ *Ex*, &c. Ἐξ οὗ,&c.] *A* (vel, *Ex*, Er. Hæc præpositio Causam significat primariam rerum †:) *quo* (tanquam principio seu Autore primo & summo[t]: sub. *sunt*,

J. Cap.

J. Cap.) *omnia*, P.Be.Pi. Ex nihilo creata[v]. Est quoque Divinitatis fons & origo[x]. ¶ *Et nos in*, &c. Εἰς αὐτὸν] *In ipso*, P. Be. Pi. Æth. i.e. vi seu virtute ejus, scilicet subsistimus. Εἰς αὐτὸν, pro ἐν αὐτῷ[y]. *In illum*, sive *ipsum*, Er. Il. Ti. scil. conversi sumus per fidem, & velut in unum commissi[z]. *Ad illum*, tanquam salvificum nostrum principium, ex quo pendemus, adducti sumus per fidem, ac verum ejus cultum[a]. Pertinet hoc ad rationem fidei & conjunctionis, quasi doceat nos duplici ratione ex Deo esse; 1. quòd ab illo ex nihilo conditi vitam hausimus: 2. quòd fidem & gratiam ejus munere percepimus[b]. *In quem nos*, scilicet referimur, & ab eo pendemus[c]. *In illum*, i.e. ad ejus gloriam[d], cultum & servitium, creati sumus*; ad quem, tanquam supremum, cultus omnes nostros dirigere debemus[f]. Creavit nos ut à nobis honoretur[g]. Vide Rom. 11.36[h]. Et est hîc Hebraismus, *& nos ipsius causâ*, pro, *cujus causâ nos sumus*[i]. ¶ *Et unus Dominus*, &c. *Unus* per antithesin ad multos ipsorum Dæmones & mediatores[k]: & *Dominus*, jure redemptionis, &c[l]. quia Pater ei dedit potestatem omnium, & imperium suum per illius manum exercet[m]. Dicitur quidem is [Christus] & *Deus*, sed nunquam apud hunc Apostolum ubi Patris est mentio. Itaque Κύριος significat excellentiam supra res omnes, excepto Patre, infrà 15.27. Act. 2.36[n]. Paulus ferè *Dei* vocem tribuit Patri, *Domini* Filio; cùm aliàs & Pater vocetur *Dominus*, & Filius *Deus*[o]. Intelligit hîc illud Christi dominium, quod tanquam mediator à Patre accepit. Confer Act. 2.36[p]. Non tamen excludit dominium ipsi cum Patre commune jure creationis, &c[q]. ¶ *Per quem* (tanquam directorem[r], facta sive creata sunt †) *omnia*] Quæ ad novam creaturam pertinent, 2 Tim. 2.5[t]. Imò *omnia* simpliciter, tum quia eo sensu dicit *omnia* de Patre; tum quia alioqui redundaret sequens membrum, *nos per ipsum*, quod de redemptione nostrî intelligendum, si id jam dixerat in præced. membro[v]. *Omnia*, nempe à Deo diversa[x]. ¶ *Et nos per ipsum*] Creati sumus[y], & redempti[z], & accessum ad Patrem habemus[a]. Per ipsum (tanquam mediatorem[b]) sumus quod sumus, nempe Christiani, 1 Pet. 1.21[c].

7. *Sed* (quanquam tu id scis †,) *non in omnibus est scientia*, Ἡ γνῶσις] *Ea notitia*, Pi. sim. P. Be. scilicet, Unum esse Deum; Unum Dominum[d]; Idola ista nihil esse*, & talem non habere virtutem ut cibos sanctificare vel polluere possint[f]. Articuli enim vis hîc est ἀναφορική[g]. ¶ *Quidam*, &c. Τινὲς δὲ τῇ συνειδήσει, &c.] *Sed nonnulli* cum *conscientia* (vel, *scientiâ*, Er. Vulg.) *idoli* (mentem pristinam erga idola servantes[h], ex conscientia erronea putantes[i], idolum esse aliquid[k], id est, alicujus divinitatis[l], vel virtutis[m]; ac proinde cibos coinquinare posse[n], & illis oblata immunda fieri[o]; ideòque idolothytis non vescendum esse[p]. *Conscientiam idoli* vocat tacitum hoc eorum judicium[q], vel opinionem idoli[r], sive de idolo, quasi vim aliquam haberet †, sive aliquid numinis; unde quædam subnascitur idoli reverentia[t]. Est translatio à re vicina ad vicinam: nam opinio illa aliquid simile habet Conscientiæ. Qui tales sunt, carnes immolatitias vescuntur tanquam immolatitias, id est, putant ex profectis aliquid illas accepisse sanctimoniæ à Numine illo cui ara fuit dicata. Hunc sensum rectè videtur assecutus Syrus. In MS. est, τῇ συνηθείᾳ τοῦ εἰδώλου ut sit Metonymia[v].) *usque ad hoc tempus* (emphaticè, q.d. post Christiana sacra suscepta[x]. Ἕως ἄρτι rectè dicit, quia multùm adhuc vigebat paganismus etiam Corinthi[y]. Eos reprehendit, quòd tanto tempore non plus profecerint in doctrina Evangelii[z].) *ut idolis immolatum edunt*, P. Be. Pi. &c. i.e. quasi aliquo modo immutatum[a]; vel, cum reverentia & veneratione[b], quasi cibus ille sacer fieret[c]; vel, eâ mente ut idola honorent[d]: vel, cum horrore*, quasi ipsos pollueret[f]. Al. *Quin nonnulli hodie opinantes esse deastros, tamen quasi deastris immolata comedunt*, Ca. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν ἀσθενὴς, &c.] *Et* (vel, *Eòque*, V. καὶ illativum, *Atque ità*[g]:) *conscientia eorum infirma* (i.e. non plenè instructa[h] de libertate Christiana[i]: vel, *morbida*, G. sic Ham. i.e. malè instituta[k]: vel, *vulnerata*, sive *peccatrix*. Ἀσθενεῖν sign. *ægrotare*, ut probatum ad Rom. 8.26. & proptcrea, ad animum translata, morbum sive vulnus animi significet necesse est. Sic sumitur Rom. 14.21. ubi jungitur cum σκανδαλίζεσθαι & ἀσθενὴς, Rom. 5.6. idem qui ἀσεβὴς, ibidem, vel ἁμαρτωλὸς, v. 8. Et Heb. כשל, *impingere, cespitare*, LXX per ἀσθενεῖν reddunt. Intelligitur ergò h. l. erronea, idololatrica, peccatrix, eorum conscientia, quâ, ob priorem insolitam consuetudinem, infantiámque suam in Christianismo, idola adhuc deos esse credebant, & idolothytorum esum sibi usui futurum[l].) *cùm sit, polluitur*, P. Be. Pi. vel, *contaminatur*, G. i.e. peccat[m], vel, quia in honorem idoli comedit ||; vel, quia contra conscientiam, aliorum exemplo, manducat idolothyta[n]; vel, quia talibus actibus magis magísque inolescit prava opinio. Omnis autem prava opinio, præsertim circa res Divinas, inquinamentum quoddam est animi[o].

8. *Esca*, &c. Βρῶμα δὲ ἡμᾶς οὐ παρίστησι, &c.] Hoc dicit, vel, 1. in persona Corinthiorum[p], vel Pseudo-apostolorum[q], hoc prætexentium, cultum Dei in cibis non esse positum, ut dictum Rom. 14.17[r]; edere & non edere rem esse indifferentem, ideòque libere & inoffensè utrumque agi posse †. Vel, 2. in persona sua[t]. [Verba sic reddunt,] *Atqui esca* (i.e. esus escæ: Meton. causæ pro effectu[v]: esus idolothytorum[x], vel aliorum ciborum[y]; epulæ cum infidelibus communes[z].) *nos non commendat* (vel, *appropinquare facit*, Sy.) *Deo*, P. sic Be. Pi. &c. Per se nihil facit ad pietatem, quâ quis Deo placeat[a]. Nihil facit ad Deum promerendum vel offendendum, ad salutem parandam vel amittendam, scil. per se: nam ex accidenti ad offensionem Dei & salutis jacturam multùm valet, &c[b]. Qui sine scrupulo talia convivia inibant, volebant credi sapientiores cæteris: at ait Paulus, *non ob id Deo esse acceptiores*. Παρίστησι, id est, *commendat*; quia qui aliquem Regi commendant solent eum in Regis conspectum adducere; quod est παραστῆναι[c]. ¶ *Neque enim si manducaverimus* (scil. quidvis indifferenter[d], vel idolothyta*: si intersumus infidelium conviviis[f].) *abundabimus*] Vel, *abundamus*, V. sim. P. Pi. vel, *amplius habemus*, Be. vel, 1. escis & deliciis, quibus aliâ ratione frui non possumus[g]: vel, 2. gratiâ aut donis spiritualibus[h]. Nihilo ob id erimus Deo gratiores[i], aut præstantiores[k]. De verbo περισσεύειν vide Rom. 3.7. & 5.15[l]. ¶ *Neque si non manducaverimus* (i.e. si abstineamus[m],) *deficiemus*] Quasi eodem genere edulii edere non liceat licèt idolo immolatum non sit[n]. Ὑστερούμεθα] *Pauperiores reddimur*, P. Pi. *Deficimur*, V. *Minus habemus*, Er. V. Be. D. *Indigemus*, ut Deut. 15.8. Dan. 5.27[o]. Eò minus habebimus de Domini benevolentia[p]. *Deficimur*, V. T. rebus spiritualibus[q], virtute, vel profectu spirituali[r]. Ut quid ergò edendis illis adeò inhiatis, etiam cum offensione proximorum †. De significatione verbi ὑστερεῖν vide suprà 1.7. In MS. est inversus ordo, οὔτε γὰρ ἐὰν μὴ φάγωμεν περισσεύομεν, οὔτε ἐὰν φάγωμεν ὑστερούμεθα ||.

9. *Videte*, &c. Βλέπετε δὲ μήπως ἡ ἐξουσία, &c.] *Sed videte* (*Etiam atque etiam videte*, i.e. cavete[t],) *nè quo modo potestas* (vel, *jus*, Er. V. *potentia*, V. *licentia*, Vulg. jus sive libertas agendi[v], vel utendi rebus mediis[x]. Μετωνυμία. Nam *libertatem* dixit, cùm vellet intelligere libertatis usurpationem. Ἐξουσίας vox *jus agendi* significat, ut Rom. 9.21. suprà 7.37. Vide & suprà 6.12[y].) *illa vestra* (scil. vescendi[z]. Prolepsis: dixit enim se suo tantùm uti jure ac libertate[a]. Vel, *istud quod vobis licitum est*, Be.) *offendiculo sit iis qui infirmi sunt*, P. Pi. i.e. rudes, non intelligentes rerum indifferentium[b]. Pro τοῖς ἀσθενοῦσιν in MS. est ἀσθενέσιν. Id hîc non absolutè intelligendum, ut modò, sed comparatè de iis qui, cùm recens Christiano cœtui se addidissent, fidei erant teneræ, & quæ facilè malis documentis aut exemplis convelli posset. Πρόσκομμα est hîc מכשול, *id per quod quis in ruinam impellitur*. Vide quæ ad Matth. 5.29. & præceptum vetans 168. *Ruinam* autem hîc intellige discessionem à Christianismo[c]. *Offendiculum* hoc declarat verbis seq[d]. *nè faciatis ut impingant*, i.e. peccent*, in idololatria sive peccato confirmentur[f]; vel vestro exemplo animentur ad id agendum de quo dubitant ||.

10. *Si enim quis* (scil. infirmus, ex collat. seq[g]. qui illicitum hoc putat[h]:) *viderit eum* (vel, *te*, P. Mo. Be. &c.) *qui habet scientiam*] Veram scilicet & rectam de qualitate idolothyti; nempe quòd nihil lædat edentem[i],

vel

v Just. ex Chrys. x Vor. y Pi. ex Ec. z Er. ex Th. a E. b Just. ex Chrys. c Ca. d G. Pi. Me. T. * T. ex Me. f Med. ib. g G. h G. Pi. i G. k Med. ib. l E. Par. m Calv. n G. o Er. p Vor. q Par. r T. † Me. T. t G. v Par. x E. y Me. z Me. T. a Med. ib. b T. c G. † E. d G. sic E. * G. sic E. Me. Pi. f E. g Be. h Scl. sim. Zeg. Ham. i Me. T. sic E. k E. sic V. Pi. Vor. Scl. l Me. T. m E. n E. sim. Pi. o Be. p Vor. sim. Be. q Fe. r Pi. † G. t Par. v G. x Just. sic Zeg. y G. z Pi. a E. b T. sic Me. c Me. d Scl. * Me. T. f Me. g E. sic T. h Me. sim. Pi. E. Vor. i Vor. k G. sic T.

l Ham. m Pi. || Scl. sim. Ham. n Me. sim. E. T. ex Chrys. o G. p Par. sim. Calv. q Q. in E. V. r Calv. † E. sim. Par. t E. v Par. x Me. y Me. sic E. z G. a E. sic Me. b T. b Par. c G. d E. * Me. T. f G. g Me. h T. i G. sim. E. Pi. k V. sic E. l G. m G. sim. n E. n Me. o D. p G. sim. q E. V. r Me. sic E. † T. ex Chrys. t T. || G. t G. v E. x Pi. Scl. y G. z Ca. V. sic Me. a E. b Pi. c G. d E. Me. * Pi. f Ham. || Scl. g Pi. h Be. i T.

vel quod non est res sacra aut religiosa[k]: qui eruditus & tibi videris & aliis crederis. Vocabant enim illi se Γνωστικὰς, tanquam plus videntes cæteris. Vide 1 Tim. 6. 20. Et Clem. Alex. πεφυσιωμένους εἰς γνῶσιν vocat, Pædagog. 1. 6[f]. ¶ *In*, &c. Ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον] *In idoleo* (vel, *epulo idoli*, P. Εἰδωλεῖον est, vel, 1. locus simulacrorum: vel, 2. mensa super quam carnes sacræ proponebantur[m]: vel, 3. in genere, locus destinatus idolothytis comedendis[n]: vel, 4. templum sive delubrum idoli[o]; ut 1 Mac. 1. 50. & 10. 83[p]. Sic Ἀσαρτεῖον habemus 1 Sam. 31. 10. Sic Ἀτεργατεῖον, 2 Macc. 12. 26. Sic & Ποσειδώνιον Græcis est, *templum Neptuni*; Μυσεῖον, Musarum; Νυμφαῖον, Nympharum[q]. Sic Διάνιον, *Dianium* & *Minervium*, apud Plinium[r]. Εἰδωλεῖον hîc vocat quod idololatræ ναὸν aut ἱερὸν†.) *accumbere*, Be. Pi. &c. vel, *accumbentem*, Er. G. i.e. epulantem more Græco. Sic Plato De Rep. 2. ἐπὶ κλινῶν κατακεῖσθαι. Virgil.—*Tu das epulis accumbere Divûm*. Vide Matth. 26. 20[t]. Hoc illis licitum videbatur. Similiter & Talmudistis nonnullis. Sanhed. fol. 61. 2. *Qui adorat idolum amore aut timore, non est reus, si illud non concipiat pro deo, si supponat Idoleum esse Synagogam*, &c[v]. ¶ *Nonne conscientia* (συνείδησις rursum opinio[x]:) *ejus* (quæ scilicet adhuc trepidat, hæsitátque[y],) *cum sit* (vel, *qui est*, Er. V.) *infirmus*, *ædificabitur*, &c. οἰκοδομηθήσεται, &c.] *Ædificabitur* (vel, *Instruetur*, Be. Pi. *Excitabitur*, V. Me. *Animabitur*, Scl. ex Th. tuo exemplo[z]. *Impelletur*, Ca. *Confirmabitur*, G. sic Tre. ex Sy. Ar. Scl. quomodo Paulus hâc voce uti solet[a]. Verbum hoc in hoc unico loco sumitur in malam partem, non tam per antiphrasin, ut vult. Th. sed ex verbis sequentibus. Sic 2 Tim. 3. 13. legimus, *Proficient in pejus*[b].) *ad edendum idolothyta?* Er. &c. cum conscientia scil. idoli, ut priùs dixit[c]: vel, in honorem idoli[d]; sicut & te facere existimat*. Itaque eò perducitur ut in idololatria nihil mali esse arbitretur[f], & religionis idololatricæ particeps fit[g].

11. *Et peribit*, &c.] i.e. Peccabit mortaliter[h], utpote dubitante (vel reclamante†) conscientia, ac proinde cum contemptu Dei‖: à salute æterna excidet[i], quantum per te stat[k]: paulatim desinet esse Christianus[l], ità secum cogitans, Cur persecutiones sustineam, si ista sunt ἀδιάφορα[m]? ¶ *In*, &c. Ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει] *Tuâ* (vel, *In tua*, Er. Mo.) *istâ scientiâ*, P. sim. Il. Be. Pi. &c. *Per* (vel, *Propter*, V.) *cognitionem tuam*, Ca. Tre. ex Sy. Ar. tumidam illam scilicet[n], quâ tu malè & importunè uteris[o]. *Occasione scientiæ tuæ*, G. E. cujus obtentu ista defendis. In MS. pro ἐπὶ est ἐν[p]. ¶ *Propter quem Christus mortuus est*] Amplificatio à contrario & majori: Christus propter illum mortuus est; tu nè à carnibus quidem abstines[q]. Christus pro omnibus omnino hominibus mortuus est, ut per Evangelium converti possent. Ergò & pro iis qui pereunt, Rom. 14. 15. Heb. 10. 29. 2 Pet. 2. 1[r]. Al. Non perit quisquam pro quo Christus est mortuus, Joh. 10. 28†. Ipsissimo eodem argumento medióque utitur, Rom. 14. 15. verbáque ejus qualitatem personæ respiciunt potiùs quàm personam ipsam nudè consideratam: q. d. Christus mortuus est pro conscientiis infirmis, & trementibus ad verbum Dei, pro pressis & gementibus sub jugo legis, &c. & tu talem cibo tuo perdes[t]?

12. *Et*, &c. Καὶ τύπτοντες, &c.] *Et vulnerantes* (vel, *percutientes*, Mo. Ti. Vulg. sic Tre. vel, *percellentes*, Ca. lædentes[v], imprudenti vestro facto[x]. Metaphora. Animus offendiculis, ut corpus telis, afficitur[y]: scandalizantes, & per scandalum quodammodo vulnerantes[z]. Τύπτειν hîc est, *vulnus infligere*, Prov. 26. 22[a]. Crudelitatem facti exaggerat[b].) *ipsorum conscientiam*, Be. Pi. &c. Συνείδησιν hîc vocat persuasionem de veritate & necessitate Evangelii, quæ cùm adhuc sit tenera levi vulnere interimitur[c]. ¶ *In Christum peccatis*] 1. Quia legem charitatis violatis[d]. 2. Quia contemnitis Christi judicium de illis, tanti eos facientis ut pro iis mortuus sit*. 3. Ob sympathiam illam inter Christum & membra ejus[f], Act. 9. 4, 5[g]. Matth. 25. 40[h]. Injuria servi redundat in dominum[i]. 4. Quia Christi fabricam, scil. proximorum probitatem & salutem, quam Christus suo sanguine construxit, malo vestro exemplo evertitis[k]. Fructum (finémque[l]) mortis Christi, quantum in vobis est, impeditis[m]: eripitis enim ei discipulum. Magna hæc est in Christum injuria[n].

[Margin: k Me. · t G. · m V. ex Er. · n E. · o Ee. Zeg. D. G. · p G. D. · q G. · r D. · † Pi. ex Ec. · t G. · v Li. ho. · x G. · y Scl. · z Pi. · a G. · b E. · c Cal. sic. E. · d G. · * G. sim. Cal. · f G. · g Cal. · h E. sic Me. Par. sim. Ca. · † Ca. · ‖ Pi. · i E. · k Pi. Scl. · l G. sim. Par. · m G. · n Vor. · o Me. ex E. · p G. · q Pi. · r G. · † Scl. · t Li. ho. · v Pi. E. · x T. · y Be. · z Me. · a G. · b Pi. · c G. · d Scl. · * Pi. · f Scl. sim. E. Ne. · g Scl. · h Me. Cal. · i E. ex Th. · k Me. · l Scl. · m G. sim. Scl. · n G.]

13. *Non manducabo carnem*, &c.] Accommodat suæ personæ ut faciliùs persuadeat[o]. Est exaggeratio[p]. Potiùs quàm fratrem scandalizem[q], vel occasionem dem alicui Christiano redeundi ad idololatriam[r], malim (per omnem vitam†) non tantùm epulis illis immolatitiis, sed omni omnino carne[t], sive animato, abstinere, & pane solo atque oleribus, ut nonnulli faciunt, victitare. Non autem hoc dicit quòd hoc aliquo casu opus sit, sed ut ostendat multò graviora quàm de quibus hîc agitur sustinenda pro proximorum salute. Simile loquendi genus observavimus Matth. 5. 29[v].

[Margin: o Pi. · p G. · q E. · r G. · † E. · t G. sim. E. Par. Vor. · v G.]

CAP. IX.

1. NON, &c. Οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος;] Prolepsis. Obj. Frustrà te jactas verbis, *non manducaturum carnes*, &c. Si verè illud dicis, ostende quid contempseris nè fratrem scandalizares[a]. Doctrinam de scandalo fratrum evitando confirmat exemplo suo, qui illius rei causâ à multis licitis abstinuit, &c[b]. Interrogatio ipsos Corinthios testes appellat[c]. *Nonne sum Apostolus?* Be. Pi. Pergit arguere Doctores illos qui eruditionis nomine inflati plus Philosophicis disputationibus, quàm utilitati fidelium, tribuebant. Urget autem eos suo exemplo: hoc dicit, *Si Apostolus sum, ut sum, nihilo minor sum illis Doctoribus*[d]. Nonne sum præco Evangelii, ut mihi debeatur alimonia*? ¶ *Non*, &c. Οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος] *Nonne sum liber?* Be. Pi. &c. Prætexitis vestram libertatem, quòd omnia vobis liceant. Ego quoque sum *liber*[f]. Libertas certè omnibus æqualis est, nec mihi minùs quàm illis competit[g]. [Sensus, q. d.] Estne quisquam qui in me jus habet, ut Apostoli habent in cæteros Doctores[h]. Libertatem hîc intelligit Christianam, non Politicam[i]. *Liber*, scil. à lege ceremoniali[k], sive Mosaica, multò magis à legibus Hebræorum traditionalibus, quibus Juristæ prohibebant nè Judæus ab Ethnicis decimas aut alimoniam exigeret[l]. *Liber*, i.e. mei juris[m], ut salarium sive alimoniam efflagitarem[n] & mihi & uxori ac familiæ, si adessent modò, ob ministrationem suam in Evangelio inter Ethnicos[o]. Sed nondum de salario agit[p]. *Liber*, tum, 1. à præcepto vetante nè ex Evangelio vivam; tum, 2. ad vescendum quidlibet: quâ tamen libertate uti nolui cum scandalo[q]. In MS. meliùs crescit oratio, οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος; οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος; Et sic legisse Syrum & Arabem apparet[r]. Sic à gradu inferiori proceditur ad superiorem: Majus certè est esse Apostolum quàm esse liberum†. Verùm de libertate hîc agit non Christiana, sed Apostolica, ut patet ex v. 5. Rectè autem Apostolum se primùm astruit, & exinde libertatem suam Apostolicam[t]. ¶ *Nonne Christum——vidi?*] Et hoc pacto vocatus sum? Confer Act. 10. 41. Nimirum ea Apostolatûs prærogativa fuit[v]. Hinc patet me esse Apostolum[x]. Si illis authoritatis aliquid confert Græcanica eruditio, at mihi Divinæ revelationes[y]. *Vidi?* At viderunt & Herodes & Pilatus, &c. *Vidit* ergò Paulus visione vocationis & gratiæ, visione & mentis & corporis[z]. *Nonne Christum* mihi corporaliter apparentem vidi, méque vocantem & mittentem audivi[a]? Christum vidit, 1. in itinere suo Damascum[b], Act. 22. 14. 2. in exstasi, Act. 22. 17, 18, 21[c]. 3. in tertio cœlo, 2 Cor. 12. 1, 2. 4. in carcere, Act. 23. 11[d]. Solus ille inter Apostolos Dominum vidit post ascensionem*. ¶ *Nonne opus meum vos* (i.e. fides quæ est in vobis. Meton. subjecti[f].) *estis* (quos ego per prædicationem genui Christo[g]. Ego vos Christo formavi. Sic, *Et magnum magni Cæsaris illud opus*, de eo qui à Cæsare institutus fuerat[h]. Vobis ergò maximè Apostolus fui, &c[i].) *in Domino?*] Christo, in quo meâ operâ coaluistis[k]: vel, per Dominum[l]; virtute Domini, quam exseruit in vobis per meam prædicationem[m].

2. *Si aliis* (i.e. aliorum judicio[n]) *non sum*, &c.] Si alii dubitarent an Apostolus essem[o]. Per concessionem loquitur[p]. ¶ *Vobis sum*] i.e. Videri debeo, qui hoc in vobis experti estis[q]. Vos certè dubitare non deberetis propter ingentia signa Apostolatûs quæ apud vos edidi[r]. ¶ *Nam*, &c. Ἡ γὰρ σφραγὶς——ἀποστολῆς, &c.] *Nam*

[Margin: a Par. ex Chryf. & Martyr. · b E. · c Pi. · d G. · * Me. · f Par. · g G. · h Cam. · i Vor. · k Pi. ex Be. sic Par. · l Li. ho. · m Chryf. in Par. · n Li. ho. Chryf. sim. Me. · o Li. ho. · p Par. · q E. · r G. · † Q. in Li. ho. · t Li. ho. · v Cam. · x T. · y G. · z Par. · a T. · b Li. ho. Par. · c Be. Pi. Scl. Li. ho. · d Par. · * Li. ho. · f Pi. · g Me. T. sic E. · h G. · i E. · k Be. · l Be. Pi. · m Pi. · n Pi. · o G. · p E. · q Pi. · r G.]

Nam sigillum (quod apud homines est certum signum veritatis[†]:) *Apostolatûs mei* (Ἀποστολῆς, *munus Apostolicum*, Act. 1.25. Rom. 1. 5. Gal. 2. 8. quomodo ἐπισκοπὴ, *munus Episcopi*, Act. 1. 20. 1 Tim. 3. 1. De voce σφραγὶς vide quæ dicta ad Joh. 3. 33. & Rom. 4. 11[t].) *vos estis* (patentes sigillo munitæ, quò omnibus fiat plena fides[v]. Sicut per signa apposita constat instrumentum aliquod esse sincerum, ità per vestram conversionem constat me esse Apostolum[x]. Indubitata apud vos existunt Apostolatûs mei indicia ac documenta[y]; fructuosa apud vos prædicatio mea, tot patrata miracula, tot vestri causâ subiti labores & pericula[z], tot Spiritûs Sancti charismata[a].) *in Domino*] Supple; ὄντες· *eo ipso quòd estis in Christo*, quòd estis Christiani, ἐμὸν ἔργον ὑμεῖς[b]. Alludit ad literas dimissorias, quibus legati instruebantur, & simul eorum legatio obsignabatur[c].

3. *Mea*, &c. Ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν, &c.] *Mea defensio* (vel, *responsio*, P. oratio quo me defendo[d], si quis Apostolatum meum neget sive in dubium vocet[*]:) *apud eos qui in me inquirunt*, (i.e. de me, quasi judices de reo, quæstionem habent. Ἀνακρίνειν enim est verbum forense: vide ad Act. 4. 9. Arrogantiam eorum notat, &c[f]. Vel, *qui me interrogant*, Er. Ti. Vulg. vel, *explorant*, Ca. vel, *dijudicant*, V. Er. quo scil. argumento doceam me esse Apostolum[g]: qui id sibi arrogant ut de meis actionibus judicent[h].) *hæc est*] Refertur vel, 1. ad præcedentia[i]: *hæc*, scil. quam modò dixi[k], v. præced[l]. quòd vos meâ operâ ad fidem adducti estis[m]. Vel, 2. ad sequentia[n], *Annon licet*, &c? usque ad v. 15[o]. Doctores nonnulli Corinthiorum, γνωστικοὶ illi scilicet, Paulo obtrectabant tanquam minùs intelligenti quanta esset sapientis hominis libertas. Ostendit verò Paulus se id rectè intelligere, & id multis argumentis docet; sed se usum libertatis circumscribere prudentiæ & dilectionis finibus[p]. Verùm sequentia verba hîc dirigi ad ipsos Corinthios, planè percipitur ex v. 10, 11, 12, 13. Non igitur recitantur ista verba per mimesin, tanquam quæ soleant ad alios à Paulo dici in ipsius apologia, cujus mentio præcessit[q].

4. *Manducandi*, &c?] Scil. Ecclesiarum sumptu[r]. Edebat quidem Paulus, sed operâ suâ. Vide Act. 20.34. 1 Thes. 2. 9. & 2 Thes. 3. 8[†]

5. *Potestatem*, &c. Ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν] *Potestatem sororem* (i.e. Christianam[t],) *mulierem* (vel, *uxorem*, Tre. ex Sy. Il. P. Ti. Ca. Be.&c.) *circumducere*, vel *circumducendi*, Er. Mo. P. Be. &c. Vox γυνὴ ambigua est[v]. Intelligit ergò Paulus h.l. vel, 1. mulierem[x]; matronam[y], quæ ipsi ex suis facultatibus subministrabat[z], ut factum Christo Luc. 8. 2, 3[a]. Non placet[b]: 1. quia, cùm *sororem* dixisset, *mulierem* addere absurdè diceretur[c], & nugatoriè, cùm omnis soror mulier sit[d]. Id quod Rhemenses probè intelligentes, contra omnes Græcos Codices, Syrum & Vulgatum ipsum, ordinem mutant, legentes, *mulierem sororem*; neque sic nuditatem suam tegunt quia *mulier* prorsus otium agit[*]. Obj. At phrasis hæc, ἀδελφὴν γυναῖκα, non aliud significat quàm *Christianam mulierem*; sicut ἄνδρες ἀδελφοὶ sign. *viri Christiani*[f], Act. 23. 1: quem locum Tirinus pro sua prudentia non designavit, nè fraus pateret. Non enim Christianos, sed Judæos & infideles, ibi alloquitur Paulus, quos *viros* à sexu, *fratres* à gente vel natura, appellat, & neutra vox otium agit[g]. 2. Vox ipsa *circumducendi* significat jus mariti in uxorem, aut heræ in ancillam. At mulieres illæ sponte sequebantur Christum. 3. À locupletibus illis mulieribus sublevata potiùs esset Ecclesia quàm gravata[h]. Itaque ineptè Paulus hoc adferret ut se ostenderet de suo jure decessisse[i]. 4. Si alienas traduxissent uxores, malè famæ suæ consuluissent, & criminandi ansam exteris præbuissent[k]. Vel, 2. uxorem[l], ut comitem individuam, quæ alatur ab iis Ecclesiis ad quas ipsum fuerit comitata[m]. Cephas sive Petrus uxorem suam comitem, habuit itinerum, quæ & coram ipso ad mortem ducta est, ut ex traditione refert Clemens Alex. lib. 7. Idem fecere & alii Apostoli, & earum operâ usi sunt ad matronas convertendas, ut idem narrat lib. 3. quanquam addit, οὐχ ὡς γαμετὰς, ἀλλ' ὡς ἀδελφὰς, περιῆγον τὰς γυναῖκας, quasi sign. volens *non usos Apostolos uxoribus ut uxoribus*, cùm tamen antè dixisset & Petro & Philippo natos filios, & à Philippo filias nuptum datas. Solebant autem Judæi uxores suas appellare *sorores*, ob communem originem, Tob. 5. 18. in Græco; Christiani autem ob communem fidem, ut diximus suprà 7. 14. Pari de causa Tertul. uxorem suam *dilectissimam in Domino conservam* vocat. Περιάγειν est, *secum ducere quoquò quis eat*. Sic περιήγαγε sumitur Ezec. 37. 2. ἀγωγὴ hoc ipsum est Justino ubi de Judæis agit, fine Colloquii cum Tryphone. *Nè fœminæ in socios aut gentes externas traherentur* ait Tacitus Annal. 3. 2. Intellige autem περιάγειν sumptu Ecclesiarum, ut fieri solebat[n]. ¶ *Sicut & cæteri Apostoli* (Referendum non ad id solùm quod proximè præcessit, sed & ad superiora[o]:) *& fratres* (i. e. cognati[p], consobrini[q],) *Domini* (Christi, Johannes & Jacobus[r], filii Zebedæi[†]; & Judas[t]:) *& Cephas?*] Crescit oratio. Primùm *Apostolos* nominat, deinde *fratres Domini*, postremò *Cepham*, ipsum principem Apostolici cœtûs[v].

6. *Et Barnabas*] Qui Pauli diu comes multum ab exemplo ipsius traxerat[x], cui etiam hanc abstinentiæ laudem candidè tribuit[y]. ¶ *Potestatem hoc operandi*] i. e. faciendi quod cæteri faciunt[z]. Sed *hoc* additum est[a]. Τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι;] *Non operandi?* P. Pi. &c. scil. manibus[c]. Erat enim σκηνοποιὸς, Act. 18. 3[d]. Jus [intelligit] parcendi operæ suæ, & vivendi impensis Ecclesiarum[*]. Putatis fortè nos duos jus nostrum non intelligere. Intelligimus sanè, sed & intelligimus quando utilius sit eo jure non uti. Vide Act. 18. 3[f].

7. *Quis militat*, &c?] Ut ostendat se jus suum intelligere, argumenta ejus juris adfert, primùm ex consensu Gentium, deinde etiam ex Lege Mosis. Ὀψωνίοις, *stipendia*, Luc. 3. 14. *suis stipendiis militare*, i. e. suo ære, suo sumptu[g]. Respicit ad morem veterum qui militibus frumentum & alia ejusmodi pro stipendio distribuebant. Estque Synecdoche satis aperta[h]. Argumentatur ab exemplis humanis, scilicet militum, qui à Duce stipendia accipiunt, &c[i]. ¶ *Quis—vineam*, &c?] Vinitoribus licet uvas edere. Solent pastores, si qua necessitas urgeat, lacte pecudum se sustentare. Lac & *bibi* dicitur, ut suprà 3. 2. & *edi*, ut hîc, nimirum cum pane quem in pera ferebant pastores, 2 Reg. 4. 42. Judith 10. 5. & 13. 11[k].

8. *Numquid secundùm hominem* (vel, *humano more*, Ca. vel, *tanquam filius hominis*, Tre. ex Sy. vel, *sermone hominem redolente*, Ar.) *hæc* (de alimentis præconibus fidei debitis[l]) *dico?*] Ità Er. P. Mo. Be. &c. i. e. vel, 1. ex humano & carnali affectu, tanquam mihi meisque commodis consulere volens? Minimè[m]. Vel, 2. humanis exemplis sive institutis[n]; secundùm morem hominum, aut jus apud gentes omnes receptum[o]? An putatis me quæ dico solâ humanâ autoritate adstruere[p], ex moribus scilicet[q]? Vide Rom. 6. 19[r]. & Gal. 3. 15[†]. ¶ *Lex*, &c.] Scil. Mosis[t], à Deo data, in qua nihil est iniqui[v].

9. *Scriptum est*] Deut. 25. 4[x]. ¶ *Non*, &c. οὐ φιμώσεις, &c.] *Non obligabis* (vel, *obturabis*, Tre, *obstruito*, Ca.) *os bovi trituranti*, Er. Il. P. Be. Pi. &c. Quia nimirum par est ut animalia laborantia comedant[y]. Utebantur olim bobus[z] ad grana ex aristis exterenda pedibus[a]. Qui mos Orientis[b], sed & Græciæ, ut ex Theophrasto & aliis discimus[c], & hodie in quibusdam Galliæ locis[d]. Vide de hac re Mosem de Kotzi Præcepto jubente, 91. vetante, 184[*]. Qui verò tenaciores erant bobus ora obligabant, nè de frugibus quas terebant edere possent; quod erat inclementiæ cujusdam & injustitiæ, quam Lex inhibet[f]. Φιμὸν est, *capistrare* (*fiscellâ capistrare*[g],) ut loquuntur Plinius & Columella; *infrenare*, ut vertit Amb. ἐπιστομίζειν, ut Hesych. *os occludere*: unde, per translationem, significat, *silentium indicere*, Mat. 22. 12. 34. Marc. 1. 25. & 4. 39. Luc. 4. 35. 1 Pet. 2. 15[h]. ¶ *Numquid de bobus cura est Deo?*] Scil. in hac lege sancienda[i]; vel, in tantum ut propter illos legem istam tulerit[k]? Negatio hæc κατὰ [illegible] intelligenda, non simpliciter[l]: alioquin minima quæque complectitur Dei providentia, Psal. 36. 6. Matth. 10. 29. 1 Tim. 4. 13[m]. Eo in loco curat Deus Pastores præcipuè[n]. *Num boves*, &c? Non præcipuè; sed ideo jubemur misericordiam etiam in jumentis exercere ut eò magis eam noscamus in homines exercendam. Quintil. 5. 9. *Nec mihi videntur Areopagitæ, cùm damnaverunt puerum coturnicum oculos eruentem, aliud judicasse quàm id signum esse perniciosissimæ mentis multisque malo futuræ si adolevisset.* Homines quos Deus

Deus à tutela sua destituit, dicitur habere velut pisces & insecta, quia Deus animantium ipsa genera tantùm curat, Homines etiam singulos, si tanti sint. Vide quæ hac de re φιλοσοφικῶς disserit Maimon. Duce dubitantium, 3. 17. Philo libro De Sacrificantibus, Οὐ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀλόγων, &c. (*Non enim propter bruta lex data est, sed propter homines*, &c.) Philost. Vitâ Apollon. 8. 9. Τῶν γὰρ οὐχ, &c. (*Non enim propter leones dixit, neque enim de brutis instituendis soliciti sumus; sed ut tyrannos coerceret.*) Non dissimile illud Æschinis contra Timarchum, Οὐ γὰρ ὑπὲρ τῶν οἰκετῶν, &c. (*Non enim servorum rationem habuit legislator, sed nos docere voluit ut ab injuriis hominum liberorum abstineremus* [o].) Sensus loci, q.d. Præceptum hoc non boum, sed (præcipuè [p]) hominum causâ datum est, tum ut clementiæ & humanitati assuescerent, tum propriè, ut discerent, operarios (& præsertim Ministros Verbi [r]) non esse fraudandos alimoniâ suâ †.

10. *An*, &c? Ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει;] *An* (sub. hoc, P. Be. Pi. Er. scil. de bobus non capistrandis [t],) *propter nos omnino* (vel, *præcipuè*: id πάντως, sicut πάντες, *plerique* [v].) *dicit?* P. Be. Pi. ¶ *Nam propter nos scripta*, &c. Ἐγράφη, ὅτι ἐπ' ἐλπίδι, &c.] Hoc *scriptum est.* *Nam* (ὅτι causaliter sumitur [x].) *sub spe* (scil. mercedis [y], vel frugum [z],) *debet is qui arat* (in aliorum gratiam [a],) *arare*, (q.d. meritò sperat fructum, quippe qui debetur ei pro labore suo [b]:) *& qui triturat sub spe* (Aut redundat ἐπ' ἐλπίδι [c], quod etiam non legitur in cod. Clarom. & facilè ἀπὸ τοῦ κοινοῦ suppleri potest; aut amplectenda est alia scriptura, &c [d]. Sub. *debet*, Camer. Zeg. &c.) *spei sui* (i. e. fructûs sperati. Metonymia *.) *particeps esse*, P. Be. Pi. Libri hîc variant, ut est ab aliis annotatum. MS. ille, ὅτι ὀφείλει ἐπ' ἐλπίδι ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾶν, καὶ ὁ ἀλοῶν ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετέχειν· In qua lectione duo notanda; primum, post ὁ ἀλοῶν subaudiendum ἀλοᾶν, idque ex simili ἀροτριᾶν, quod præcessit: deinde, μετέχειν referendum non ad posterius tantùm, sed & ad prius ἐπ' ἐλπίδι. Qui jumentis consultum voluit, multò magis hominibus laborantibus, ut laborem soletur spes mercedis, sive ea detur in parte rei ipsius in qua laboratur, ut fit colonis partiariis; sive in pecuniâ, quæ omnium rerum vicem subit [f].

11. *Si nos vobis spiritualia*, &c.] i. e. Doctrinam Evangelii [g], Sacramenta [h], & quæ eò pertinent [i]. ¶ *Magnum est* (i.e. An mirum est? sic, οὐ μέγα, *minimè mirum*, 2 Cor. 11. 15 [k].) *si nos carnalia*, &c.] i. e. Bona externa [l], alimenta aliáque carnis, sive corporis, subsidia [m]. Bis à minori ducit argumentum; primùm, à Jumentis ad Homines; deinde, ab hominibus laborantibus in iis quæ ad hanc vitam attinent, ad homines laborantes in rebus ducentibus ad vitam meliorem. Si illi digni sunt qui alantur, quantò magis hi [n]? Ratiocinatur ab inæqualitate dati & accepti. Seminans plus exspectat quàm in terram projecit, nos minùs, &c [o]. *Serere & metere* frequentia in Proverbiis, ut notavimus ad Matth. 25. 22. Joh. 4. 37. Hoc loco *serere* est, operam præstare; *metere*, pro opera aliquid accipere [p].

12. *Si alii*, &c? Εἰ ἄλλοι τῆς ἐξουσίας ὑμῶν μετέχουσιν] *Si alii* (vel, *cæteri*, Er. Ti. scilicet Pseud-apostoli [q]) *potestatis* (vel, *juris* sui, P. Be. Pi.) *vestræ* (vel, *vestri*, Zeg. E. vel, *apud vos*, P. *in vos*, Il. Be. Pi. G. *erga vos*, Er. Ti. V. Vor. i. e. quâ potuerunt uti erga vos [r]; vel, quam alii in vos habent atque exercent †, scil. accipiendi à vobis alimentum *. Genitivus ὑμῶν non subjectum notat, sed objectum [t], & passivè sumitur [v]; ut cùm Deus Templum suum vocat *domum orationis meæ*, id est, ubi preces ad eum funduntur: & חמסי *violentia mea* dicitur quâ ab aliis afficior [x]. Ità & h. l. ὑμῶν pro εἰς ὑμᾶς· quomodo ἐξουσίαν πνευμάτων, Matt. 10. 1 [y]. ἐξουσία πάσης σαρκός, Joh. 17. 2 [z]. Sed dura admodum est hæc phrasis: Forsan pro ἐξουσίας legendum οὐσίας, id est, *facultatum*, *opum*, &c [a]. Et sic habent aliqui Codices ‖.) *participes sunt*, Er. Ti. i. e. utuntur, fruuntur [b]. [Ca. locum sic reddit, *Si alii vestras facultates participant.*] ¶ *Quare*, &c? Οὐ μᾶλλον ἡμεῖς;] *Non* (vel, An *non*, P. Be. Pi. Cur *non*, P.) *potiùs nos?* Mo. P. &c. scil. Apostoli, & sub. *esse debebamus* [c]. *Quantò magis nos*, supple, *æquum fuit pari frui jure* [d]? ¶ *Sed non usi sumus*, &c.] Ego & Barnabas *. Qui jus habet, potest & ejus juris usu abstinere: alioqui dominus ejus juris non esset [f]. ¶ *Sed omnia*, &c. Πάντα στέγομεν] *Omnia* (mala scilicet ex non usu potestatis antedictæ provenientia [g]; labores, molestias [h], famem, sitim, &c [i].) *tegimus*, vel *continemus*, i.e. apud nos silentio premimus. Vide infrà 13. 7. Prov. 10. v. 12 [k]. Vel, *sustinemus*, vel *sufferimus*, vel *perferimus*, Er. Il. Ti. Tre. ex Sy. P. Ca. Sic στέγειν habemus infrà 13. 7. 1 Thes. 3. 1, 5 [l]. Στέγειν propriè vasis est omnia capientis [m]. ¶ *Nè quod*, &c.] Ἵνα μὴ ἐγκοπήν, &c.] *Nè interrumpamus* (vel, *remoremur*, P. Ca. Tre. sim. Mo. vel, *impediamus*, Sy. sim. Il. ἐγκόπτειν est, *impedire*, Rom. 15. 22. Gal. 5. 7. 1 Thes. 2. 18. Hinc ἐγκοπή, *impedimentum*, ut ubi via intercisa est [n]. Vel, *Nè quod offendiculum demus*, Er. Ti. vel, *Nè quam interruptionem demus*, V. Be.) *Evangelium* (vel, *Evangelio*, Er. Vulg.) *Christi*, Be. Pi. &c. i. e. Nè cursum Evangelicæ prædicationis retardaremus [o]; dum vel sordidi & ingrati [p], sumptu gravati [q], aut resilirent, aut seriùs accederent [r]: aut avari obloquerentur aut repugnarent Evangelio †, spargeréntque in vulgus, non animas (ab Apostolo [t]) quæri, sed thesauros [v].

13. *Qui*, &c. Οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, ἐκ τοῦ ἱεροῦ, &c?] *Qui sacro*, vel *sacris*, (vel, *in sacrario*, Vulg. i. e. templo [x]: vel, *sacra*, Ca. Val.) *operantur* (vel, *faciunt*, Val. *procurant*, Ca. qui sacris funguntur aut subserviunt [y], ut Sacerdotes [z], & Levitæ [a], quorum erat mactare pecudes [b]:) *ex* (vel, ea quæ sunt *ex*, Be. sic P.) *sacrario* (vel, *templo*, Val. Er. Be. E. i. e. ex templi reditibus sive proventibus [c], vel oblationibus [d], decimis *, & primitiis, &c [f]: vel, *de sacro*, G. sic Val. Er. Med. lib. 1. dissert. 21. vel, *ex sacrificio*, Q. in E. Sed hoc non ἱερὸν, sed θυσία, appellari solet [g].) *edere?* Pi. Be. &c. i. e. vivere [h]. ¶ *Qui*, &c. Οἱ—παρεδρεύοντες, τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται;] *Et qui altari assident* (vel, *assistunt*, Er. Ti. *serviunt*, Tre. ex Sy. sic Vulg. *operam dant*, Ca. *assidui sunt*, Ar. Vox hæc sonat assiduum sacrorum cultum [i], cui vacabant [k], ut victum aliâ ratione quærere non potuerint [l]. Al. *altare obsidentes*, & undique circa illud fusi in ejus ministerium, aut decinerantes, aut mactantes, aut sanguinem spargentes, &c [m]. Intellige [hîc] Sacerdotes, quorum erat exta aris imponere, partes autem sibi retinere, Levit. 7. 6. ideo rectè hîc dicitur, *partiri cum ipso altari*, tam de Sacerdotibus quàm de Levitis. Vide Deut. 18. 1. Sic Ion apud Euripidem, βωμοί μ' ἔφερβον, (*altaria me aluerunt.*) MS. hîc habet παρεδρεύοντες· de qua voce diximus suprà 7. 35 [n].) *cum* (vel, *unà cum*, Il.) *altari participare?* Pi. Be. &c. id est, altaris esse socios in dividenda victima [o]. Altari enim sua cedebat portio [p], quam illud quasi vorabat, id est, quod adolebatur [q]: Sacerdotibus item sua de victimis oblatis [r]. Metaphora illustris, quâ altari tribuitur actus animalis, scilicet vorare †. Al. Intelligit istos non quidem cum altari, tanquam re simul participante, sed inter sese de altari, tanquam re communicatâ, participâsse [t].

14. *Dominus* (Jesus [v]) *ordinavit*] Vel, *constituit*, P. Be. Pi. nimirùm ex dicto quod tunc per manus tradebatur, cæterùm nunc perscriptum est [x], Matth. 10. 10. Luc. 10. 8 [y]. Vide Rom. 1. 9 [z]. & 15. 27 [a]. ¶ *De*, &c. Ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ζῆν] *Ut ex Evangelio* (i. e. vel, 1. ex eo quòd Evangelium prædicant [b]. Non placet: nam ut in Protasi *præmium* cum *opere* confertur, ità in Apodosi esse par est: ideóque munus Evangelizandi hâc phrasi non denotatur, sed merces [c]. Vel, 2. ex credentibus, ut εὐαγγέλιον sit pro εὐαγγελισθέντες [d]. Sed Protasis de mercede tantùm loquitur, non de dantibus mercedem *. Vel, 3. ex iis alimentis quæ Ministris ab Ecclesia tribuuntur ob prædicationem Evangelii [f]. Vel, 4. ex eo quod Deo dicatur sive consecratur in Evangelio; ut Levitæ vivebant ex Deo oblatis; vide Joh. 18. 7: ut sit εὐαγγέλιον pro, τὰ τοῦ εὐαγγελίου [g]. Vel, 5. ex præmio, &c. Εὐαγγέλιον enim, licèt in N. T. plerumque *lætum nuncium* significat, alibi tamen sign. *præmium quod datur lætum afferenti nuncium.* Sic Homer. Odys. 14. Εὐαγγέλιον δέ μοι ἔστω, *Sit hoc præmium meum*, χλαῖνα, χιτών, &c. Sic nuncium lætum afferenti de victoria Mantineæ datum est εὐαγγέλιον, ferculum, &c. ait Plut. De gloria Athen. Et Historici qui res perspicuè referunt εὐαγγέλιον merentur, ibid. Et Aristodemo lætum nuncium sed tardiùs afferenti dixit Antigonus, *Tardiùs percipies* τὸ εὐαγγέλιον, Plut. in Demetrio. Cicero ad Atticum, 2. 12. *O suaves Epistolas tuas!* quibus

Marginal notes (col. 435): o G. p Me. r E. sim. Me. † E. t Pi. v G. x Be. y T. Me. z Pi. a T. b E. c Be. sim. Camer. d Be. * Vor. sim. E. Be. Pi. f G. g Vor. E. Me. h E. Me. i Vor. k G. l Vor. m E. Me. n G. o E. p G. q E. sim. Pi. Ham. Scl. r V. † Pi. * T. Me. sim. Be. E. Zeg. t Scl. v Be. x Q. in Cap. y G. sic Be. Scl. z G. a Cap. ‖ Vor. b Pi. c Idem. d G. * E. f G.

Marginal notes (col. 436): g E. sim. Me. h Pi. i E. Me. k Be. l G. m Er. n G. o Be. Scl. sim. Er. V. E. p Be. q E. sim. Me. r Be. † T. sim. E. Me. v E. x T. sim. E. Be. Scl. y L. E. ex Sedul. z Me. sim. E. a Me. L. b Me. G. c G. d Vor. Me. E. sim. Be. Pi. * G. Me. Pi. f Pi. sic Me. g E. h G. i Er. ex Chrys. sim. k E. Be. Scl. l Vor. m Be. Li. ho. n G. o Be. p Scl. ex Be. sim. Med. q Be. r Scl. ex Be. † Scl. ex Pi. sim. t Be. v Vor. x T. y G. z G. Be. sim. L. E. a T. Pi. &c. b Be. c E. d Be. sim. Camer. * Med. ib. f Occum. in Med. g Med. h Pi. Q. in Med.

quibus εὐαγγέλια quæ reddam, nescio. Adde quòd εὐαγγέλια sign. *sacrificia pro læto nuncio*, quæ ϑύειν dicuntur Plut. Phocione, Isoc. Areopagitico, Xenoph. Hellenica. Hinc constat, εὐαγγέλιον dici *donum*, sive *tributum*, *læto nuncio debitum*, sive diis, ut autoribus, sive hominibus, ut nunciis. Quodnam autem nuncium lætius est quàm illud salutis per Christum cujus Ministri sunt nuncii? Et annon illi tale εὐαγγέλιον debetur? Nec profani tantùm Scriptores vocem ità usurpant, sed etiam sacri. Nam Heb. בשרה, quæ unica vox *bonum nuncium* signif. & quinquies tantùm occurrit, bis ad minimum valet, *præmium boni nuncii*. Idem sign. & Chald. בסורא. Et vox εὐαγγέλια, quæ ter tantùm occurrit apud LXX, eo sensu sumitur 2 Sam.4. 10. Fortassis etiam vox εὐαγγέλιον hoc sensu sumenda infrà v. 23 [h]. [ubi dicenda vide.]) *vivant*, P. Be. Pi. Non dixit, *ut thesaurizent* aut Levitæ, aut Apostoli; sed, illi *ut edant*, hi *ut vivant*. Significat, non esse quærenda supervacanea, & quæ ad inanem pompam luxúmque regium referantur [i].

15. *Nullo*, &c. Οὐδενὶ ἐχρησάμην τούτων] *Nullo horum*, sive *istorum*, (scilicet argumentorum quæ à me producta sunt, ab autoritate, ratione, exemplis [k]:) *usus sum*, Be. Pi. Non alimenta accepi, non munera [l]. ¶ *Non* —*scripsi hæc* (scil. quæ scripsi de jure Apostolico [m],) *ut ità* (i. e. quemadmodum fit in reliquis Apostolis [n],) *fiat in me*] Ità Er. P. Ca. Be. &c. vel, *mihi*, Tre. G. i. e. ut mihi præstentur quæ aliis [o]: ut mihi detur stipendium [p]. ¶ *Bonum*, &c. Καλὸν γάρ μοι μᾶλλον, &c.] *Nam bonum* (i. e. melius [q]) *est mihi mori* (vel, malim mori [r], scilicet fame. Hyperbole †. Καλὸν cum Dativo pari sensu habuimus Matt. 18. 8, 9. & 26. 24. Marc. 9. 42, 43, 45, 47 [t].) *potiùs quàm ut gloriationem meam* (quòd scil. gratis evangelizavi [v], versu 18. confer Act. c. 20. v. 33, &c [x]. quum Pseudo-apostoli, qui Corinthiis graves erant & sumptuosi [y], me calumniarentur tanquam commoda mea quærentem. Vide 2 Cor. 12. 16, &c [z].) *aliquis inanem* (vel, *irritam*, Er.) *reddat*, P. Be. Pi. i.e. quàm gaudium illud quod parit mihi conscientia meo sumptu prædicati Evangelii auferat. Magnum animum olim ostendit Abrahamus nihil de præda bello parta sibi cupiens, Gen. 14. 22, 23. multò majorem Paulus pro gravi ac salutifero labore nè alimenta quidem sibi sumens. Verbum κενοῦν habuimus Rom. 4. 14. supra c. 1. versu 17 [a].

16. *Nam etsi evangelizavero* (scilicet ut privatis meis commodis inserviam [b],) *non est mihi gloria*] Vel, *quòd glorier*, P. Be. Pi. scil. apud Deum [c], tanquam aliquid faciens supra præceptum, &c [*]. Comparatè intellige. Magis enim erigitur conscientia de iis quæ ex nulla obligatione egregia fecit †. ¶ *Necessitas*, &c.] Sub. *evangelizandi*, E. Me. Propter vocationem ||, sive officium [d], & præceptum Domini [*], dati tum aliis Apostolis, Matth. c. 28. v. 19. Act. cap. 1. tum Paulo ipsi, non semel, sed sæpiùs [f], ut Act. c. 9. v. 15. & c. 22. v. 15 [g]. & 13. 2 [h]. deinde, [necessitas] hypothetica, si pœnas vitare vellet [i]. ¶ *Væ*, &c.] i.e. Imminet mihi pœna [k], imò maledictio æterna [l], tanquam Dominici præcepti transgressori [m], Jer. 20. 8. Amos. 3. 8. & 7. 15, &c. *Qui à Deo in hoc illuminatus est debet alios instruere etiam cum vitæ suæ periculo*, ait Maimon. Ducis dubitantium 2. 31. & R. Israel De anima, cap. 6. *Si quis defugiat, eveniet ei quod Jonæ, aut pejus aliquid* [n].

17. *Si—volens*, &c.] i.e. Vel, 1. animo alacri & libenti [o], studio promovendi gloriam Christi, multósque Christo lucrifaciendi [p]. Vel, 2. sponte, non jussus [q], ut Frumentius & alii quidam [r]. Hunc sensum suadet, 1. vox opposita, ἄκων, *invitus*, & necessitate coactus: ἑκὼν ergò facit qui sine ullo jussu aut obligatione facit. *Gloriatio* illa v. 10. & 2 Cor. 11. 9, 10. innuit hoc injussu factum, cui favet & vox *mercedis*: *quæ*, inquit Maimon. *ei datur qui injussus aliquid facit*. Hoc autem dicit Paulus non absolutè, quasi hoc fieri possit, nam necessitatem sibi imponi dixerat; sed ex hypothesi: q. d. Si hoc sponte fecissem, deberetur mihi merces. Cùm autem hoc jussus facio, nihil in eo est heroicum, &c. & hoc tantùm mercedem mihi afferre potest, quòd Evangelium gratis prædicem, &c †. Vel, 3. nullâ vitæ aut corporis fulciendi necessitate compulsus [t]. Vel, 4. liberaliter & gratis [*]. ¶ *Mercedem* (i. e. vel, 1. coronam justitiæ, i.e. laudem officii fideliter administrati, juxta 2 Tim. 4. 7, 8 [v]: vel, 2. gloriationem illam, de qua suprà dixerat [x]: vel, 3. præmium non quodvis, sed eximium. Vide dicta ad Luc. 17. 10 [y].) *habeo*] i.e. Habiturus sum in ultimo die [z]. ¶ *Si autem invitus*] i. e. Animo reluctante [a]; coactus timore pœnæ jam memoratæ [b], vel temporalium rerum carentiâ aut cupiditate [c]: vel, non gratis [d]. Al. ἄκων hîc non est *invitus*, sed *jussus*, *non meopte arbitratu* [*]. ¶ *Dispensatio*, &c. Οἰκονομίαν πεπίστευμαι] *Dispensationem creditam suscepi*, Mo. *Dispensatio* (sub. *nihilominus tamen*, Pi. vel, *Ministerium*, Ar. vel, *Hæc procuratio*, Ca. evangelizandi scilicet [f],) *credita*, sive *commissa*, *est mihi*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Ca. vel, *fidei meæ*, Tre. *Mihi*, saltem ut servo: q. d. etiam sic per me dispensatur Evangelium, licèt non ad meam, sed aliorum, utilitatem. Hoc dicit, nè quis contemnendum putet Evangelium quod prædicatur per servum malum & sua quærentem [g]. Al. Carebo supremâ illâ mercede & gloriâ quam comparare possim, licèt satisfaciam muneri meo & præcepto Domini [h]; & modicam forsan aliquam laudem consequar, qualis domesticæ rei curatoribus debetur [i]. Sensus, q. d. Hoc tantùm de me dici possit, dispensationem mihi commissam fuisse, & à me administratam, sed ità ut nulla mihi merces debeatur, &c [k]. Nihilominus cogor evangelizare ex necessitate, idcòque mercede carebo [l]: obsequium meum minimè approbatur Deo, utpote illiberaliter obitum [m]: non mercedem habebo, sed pœnam; non laudem, sed vituperium. Non est directum ἀνέπαινον, sed ex causa colligendum est effectum: quales multæ sunt antitheses in Proverbiis Salomonis [n]. Al. [Verba si reddo,] *Ratio mihi reddenda est impositi muneris*: οἰκονομία, פקדון, quod alibi ἐπισκοπή: vide supra 4. 1. Πεπίστευμαι cum Accusativo, ut Rom. 3. 2. Potest mihi dici, *Redde rationem villicationis tuæ*, Luc. c. 16. v. 2 [o].

18. *Quæ est ergò merces mea?*] Vel, *mihi?* E. P. Be. &c. quam scil. me habiturum dico [p]. Al. Quid faciendo præmium consequar à Deo [q]? *Merces* (eximia & singularis [r]) hîc significat causam mercedis procreantem †, vel modum seu rationem consequendi mercedem [t]; vel, egregium opus mercedis eximiæ meritorium [v], per Metonymiam [x], qualis habetur Rom. 7. 7 [y]. vel per Metalepsin [z]. [Sensus,] Unde ergò spes eximii cujusdam præmii? Augustinus, *Potuit B. Paulus ex Evangelio sibi victum quærere. Quod maluit operari, amplius erogabat* [a]. Al. Quæ est mea gloriatio? ut suprà appellavit [b]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω, &c.] *Ut* (vel, *Si*. Ἵνα hîc est, *si*: sic suprà 7. 29. ἵνα pro *quando* [c]. Vel, Hæc nempe *ut*, Pi.) *quum Evangelizem* (oblatâ scilicet occasione: sæpe enim operabatur, Act. 18. 3 [d].) *gratuitum* (nempe accipientibus [*], sive auditoribus [f]: vel, *insumptuosum*, E. *ità ut ipsis nihilo constet*. In Glossario, ἀδάπανον, *sine impensa partus* [g].) *constituam* (vel, *ponam*, Vulg. i. e. faciam, sive efficiam [h]; nam *ponere* pro *facere* frequens est [i]: vel, tradam & annunciem [k]. θεῖναι hîc est dictum quomodo, ϑεῖναι χάριν, apud Græcos sæpe; *locare*, aut *collocare*, *beneficium*, apud Latinos [l].) *Evangelium*, P. sim. Be. Pi. &c. i. e. nemini oneri sim, & à nemine victum accipiam, tametsi possim [m]; & sic ostendam Evangelium non esse quidpiam venale [n]. ¶ *Ut*, &c. Εἰς τὸ μὴ καταχρήσασθαι, &c.] *Ut nè abutar* (vel, *Et non utar*, Tre. ex Sy. sic Ar. Non est καταχρήσασθαι, *male uti*, ut quidam putârunt; sed, *uti*, aut *peruti*, ut suprà 7. 31 [*]. Vel, *Non abutendo*, Ca.) *jure meo*, sive *potestate meâ*, Be. Pi. Er. P. &c. i. e. Nè utar omni jure meo [o], nempe Apostolico, de quo suprà v. 4, 5, 6 [p]. passim scilicet & indifferenter [q], vel cum aliorum scandalo [r], licèt alioqui temere accepto; aut detrimento gloriæ Dei †, & impedimento successûs prædicationis, &c [t]. Res enim Paulo erat cum hominibus ad hanc suspicionem pronis, illum non salutem, sed bona, hominum quærere, &c [v]. Abstinentia autem hæc Pauli erat opus supererogationis, opus indebitum, & meritorium [x]. Sic autem non dicitur, quasi nullam ex lege charitatis obligationem haberet; sed quòd simpliciter ac nudè consideratum non erat præcepti, sed consilii, licèt ex circumstantiis aliquam haberet obligationem [y]. Opus hoc extraordinarium erat [z], & quoad substantiam operis indebitum [a]; ratione tamen habitâ personarum & circumstantiarum [b], si res ex

Margin notes (col. 1): h Med. ib. — i Just. ex Chrys. — k E. — l G. — m Pi. — n Idem. — o G. — p Ca. — q Pi. E. ex Th. — r Pi. G. — † Pi. — t G. — v Vor. Scl. sim. E. Me. T. V. Be. Pi. — x Scl. — y E. — z Scl. — a G. — b Zeg. — c Idem. — * E. — † G. — || Scl. sic Pi. Vor. — d Pi. Vor. — * E. Cal. — f E. — g Cal. E. — h E. — i Scl. — k Cal. sic Me. — l Pi. E. — m E. Me. — n G. — o Cal. sic E. — p E. sim. Pi. — q G. Ham. — r G. — † Ham. — t Zeg. — * T.

Margin notes (col. 2): v Pi. — x Cal. — y G. sim. T. — z Pi. — a Cal. ex Calv. — b E. — c Zeg sim. E. Par. — d T. — * G. sim. Ham. — f Pi. sic E. Cal. — g E. — h T. sim. Me. — i Me. — k Ham. — l Par. sim. Dic. — m Calv. — n Pi. — o G. — p Pi. — q E. sim. Pi. — r Me. — † Pi. — t Vor. — v Me. — x Me. Pi. — y Pi. — z Vor. — a G. — b Cal. sim. Par. — c G. — d Pi. — * G. — f Scl. — g G. — h Er. V. E. — i E. — k Me. sic Pi. — l G. — m V. — n Be. — * G. — o Me. — p Pi. — q E. — r Vor. sim. Scl. Cal. — † Vor. — t Scl. — v Cal. — x Q. in Par. — y E. — z Cal. — a Par. — b Cal.

ex causa sua, juxta ἐπιείκειαν & legem charitatis æstimetur [c], officii ejus fuit ità se gerere [d], ut fatetur ipse & hoc suo exemplo docet [*]. ¶ *In Evangelio*] Prædicando scilicet [f].

19. *Cùm liber essem* (vel, *sim*, Er. P. Be.&c.) *ab omnibus*] Vel, 1. hominibus [g]; ut cohæret seq. membro [h]: q. d. nemini sum obnoxius [i], sive obstrictus [k], sive servus: non sum alienæ potestatis [l]. Vel, 2. rebus [m], oneribus legis [n] ceremonialis [o]. ¶ *Omnium tamen me servum feci*] i. e. Ad omnia me dimisi, etiam ad inopiam & famem [p]; me omnium infirmitatibus (& necessitatibus [q]) accommodavi [r]; omnium utilitatibus (& saluti [†]) usque hodie subservio [t]. *Sponte me ut omnium servum gessi*, nullum laborem, nulla incommoda, ipsorum causâ defugiens [v]: tanquam servus vobis sine mercede servivi. Servi enim erant prorsus domini sui, qui in illos habebat jus vitæ & necis, & multò magis in corpora; ut sine mercede laborarent, &c [x]. ¶ *Ut plures* (scil. quàm alii Apostoli, vel quàm alioqui poteram [y]: vel, *eò plures*, G. vel, *plures*, id est, quamplurimos [z],) *lucrifacerem*] Nempe Christo [a], i. e. servarem [b]. Vide Matt. 18. 15. Lucrifit enim quod servatur. Itaque pro eodem mox dicet σώσω [c]. Repetit hoc verbum quater, non sine emphasi, ut significet, hunc quæstum uberrimum esse & thesauris omnibus præferendum [d].

20. *Et*, &c. Καὶ ἐγενόμην, &c.] *Et factus sum Judæis* (i. e. Judaizantibus Christianis, qui Legem cum Christi fide copulabant, Gal. 4. 21 [*].) *ut Judæus*, P. Be. &c. vel, *quasi Judæus essem*, G. nempe religione [f], & sectâ, h. e. similis Judæis, quoad actiones quasdam & observationes exteriores [g]; quoad ceremonias, &c [h]; quoad quædam quæ tunc Christianæ fidei non repugnabant [i]. Exemplum vide Act. 21. 23, &c [k]. ¶ *Qui sub lege*, &c.] nempe ceremoniali [l]: hoc est, Judæis nondum credentibus, &c [m]. ¶ *Quasi sub lege essem*] i. e. Proselytus. Proselyti enim Legi se subjiciebant. Exemplum hujus rei vide Act. 16. 3 [n].

21. *Iis*, &c. Τοῖς ἀνόμοις, &c.] *Exlegibus* (i. e. vel, 1. Gentilibus [o], quibus lex scripta [p], vel lex ceremonialis, non est lata [q], sive data à Deo [r]; qui illâ non tenebantur [†]. Ἄνομοι hîc dicuntur *qui legem non habent*, Rom. 2. 14. i. e. quibus Lex Mosis data non est, quales erant omnes extra Israelitas & Proselytos [t]. Obj. Quomodo se conformare potuit Ethnicis [v]? Resp. In eo quòd legem scriptam apud eos non servavit [x]. Vel, 2. Forsan Sadducæos intelligit, qui legibus Pharisæorum omnino contrariabantur; quibus conformare se potuit in ritibus, non in hæresi ipsorum. Distinxit enim, ut videtur, v. præc. inter *Judæos* in genere, & eos *qui sub lege*, i. e. Pharisæos in specie; quippe qui sese magis Legi subjicere videbantur quàm gens reliqua [‖].) *ut exlex*, P. Be. Pi. id est, quasi solam naturam ducem sequerer [y]. Exemplum hujus rei vide Act. 16. 3 [z]. ¶ *Cùm*, &c. (Μὴ ὢν ἄνομος Θεῷ, ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ)] *Quamvis non sim exlex Deo*, (i. e. apud Deum [a],) *sed sublex* (vel, *inlex*, Mo. E. *in lege*, Ca. Tre. ex Sy. P. *obnoxius legi*, Er. Ti. Ar. V. vel, *parens legi*, Ham.) *Christo*, Pi. Mo. &c. vel, *Christi*, Er. &c. *in Christo*, P. *apud Christum*, Ar. Sensus est, Quum tamen revera non sim nec vivam sine Lege Dei, sed observem Legem Christi, cui sim obnoxius [b]. Hanc Parenthesin addidit, nè quis vocem ἄνομος pravè interpretaretur. Nam alio sensu dicuntur ἄνομοι *qui pro animi lubitu vivunt*, Marc. 15. 28. Luc. 22. 37. Act. 2. 23. 2 Thes. 2. 8. 1 Tim. 1. 9. 2 Pet. 2. 8. Dicit ergò *se legem habere*, nempe *Christi*, & secundùm eam vivere. Sic ἔννομον βίωσιν dixit Sirachides [c]. In MS. est Θεοῦ & Χριστοῦ in Genitivo pari sensu, & sic legêre Græci qui ad hunc locum scripsêre [d]. Sed hoc sensum non variat [*].

22. *Infirmis*] i. e. Christianis rudioribus, nec satis intelligentibus libertatis Christianæ, ut cap. præced [f]. ¶ *Infirmus*, Ὡς ἀσθενὴς] *Ut*, vel *Tanquam, infirmus*, Er. V. P. &c. i. e. novitius ac tener in fide [g]. Similis illis, tum animo, commiserando; tum opere, iis se accommodans, veluti Legem observans, ab idolothytis abstinens, &c. quomodo dicimus nutricem cum infantulo puerascere, quâdam actionum similitudine; & medicum ægrotare cum ægroto, dum se ejus infirmitati, quoad potest, attemperat [h]. ¶ *Omnibus omnia*, &c.] In omnes formas me verti, prout ferebat utilitas eorum quibuscum mihi res erat. Prudentis est, non inhærere τοῖς καθ' ὅλα, sed spectare τὰ καθ' ἕκαστα [i]. Omnium ingeniis (moribus & affectibus [k]) me accommodavi [l], nempe in rebus licitis & indifferentibus [m]. Neque enim cum ebriosis inebriatus est Paulus, &c. Neque hoc exemplo licet Cretizare (ut dicunt) cum Cretensibus, & omnia apud homines simulare, nè quos offendant [n]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα πάντως, &c.] *Ut omnino* (i. e. omni ratione [o]) *aliquos* (id est, quosvis, seu ex omni hominum genere aliquos [p]; quod Sy. & Ar. sequuntur [q].) *servarem*, P. Be. Pi. Quo verbo explicat quod dixit, *lucrifacerem* [r].

23. *Propter Evangelium, ut particeps* (vel, *consors*, Pi. *comparticeps*, E. T. h. e. unà cum aliis, vel fidelibus [†], vel prædicatoribus [t]. En Pauli humilitatem, qui, cùm omnes longissimè superaret, gaudebat vel ultimorum participeps reddi [v].) *ejus efficiar*] *Propter Evangelium*, sine impedimento propagandum [x]: ut ex Evangelio fructus uberrimus sequatur, cujus ego quoque cum cæteris particeps efficiar [y]; i. e. ut assequar quod promittit Evangelium [z], h. e. vitam æternam [a]: quod futurum non erat si ab aliis exigerem quod ipse non præstarem [b]. Metonymicè *Evangelium* vocat præmium illud quod in Evangelio promittitur [c], de quo agit v. seq [d]. vel, fructus Evangelii [*]. Sic βραβεῖον Syrus hîc dixit *victoriam* [f].

24. *Nescitis* (vos Pastores [g], vos Græci, vos Corinthii. Totus discursus sequens est agonisticus. Erant autem quatuor ἀγῶνες sive ludi celeberrimi in Græcia; 1. *Olympicus*: 2. *Pythicus*: 3. *Nemæus*: 4. *Isthmicus*, qui apud Corinthios celebratus est [h].) *quòd ii qui in stadio* (Στάδιον, *curriculum*, in Glossario [i], locus erat in quo cursu certabatur [k], pedibus aut equis [l]:) *currunt, omnes quidem currunt*, (Trajectio, pro, πάντες μὲν οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες τρέχουσι. Et prius illud τρέχοντες est Participium pro Nomine σταδιοδρόμοι, more Hebræo [m].) *sed unus* (i. e. unus tantùm [n], qui cursu cæteros antevertit [o], & metam primus occupat [p]:) *accipit bravium?* Τὸ βραβεῖον;] *Præmium*, P. Be. Pi. V. &c. *quod* scilicet *datur certantibus ac vincentibus* [q]. *Palmam*, G. ex Amb. & Cypr. Βραβεῖον, *palma*, in Glossario. Eandem vocem in sensu ad quem tendit hæc comparatio habes Phil. 3. 14 [r]. Βραβεῖον idem quod ἆθλον: prius dictum respectu τοῦ βραβευτοῦ [†], qui præmia vincentibus adjudicat sive distribuit [t]; posterius, respectu τοῦ ἀθλητοῦ, qui illud recipit. Id autem dicebatur λαμβάνειν, vel καταλαμβάνειν, vel ἐπιλαμβάνειν: quod vertimus, *accipere*, vel *obtinere*, id est, arripere præmium, &c [v]. [Qu. Quæ connexio cum præced.] Resp. 1. Ab hoc versu paulatim redit ad quæstionem de esu idolothytorum, à qua sic excurrerat ut tamen à scopo non aberraret: quod enim dixerat tum de alimonia Ministrorum, tum de lege ceremoniali, putà dierum & ciborum discrimine, illi congruum erat. Utitur [autem] novâ propositione, ostendens, indignum esse eos de cibis contendere, quos potiùs oportuit de sobrietate laborare, & luxum vitare, &c [x]. 2. Hâc similitudine ostendit tam sibi quàm aliis in doctrina & vita Evangelica ritè currendum esse, &c [y]. Sensus, Ideo sine sumptu Evangelizo [z], ideo omnibus omnia fio [a], ideo tanto labore contendo hoc vitæ (Apostolicæ [b]) stadium ritè decurrere [c], quia ad primum & supremum anhelo præmium, quod paucis obtinget [d], nè ex iis sim qui præmio excidunt [*]. Similitudo porrò non est in eo quòd sicut in illo currendi certamine unus solus præmium aufert, ità & hîc; (alioqui frustrà diceret in plur. *currite*, &c [f].) sed, sicut ibi non omnes qui currunt præmium accipiunt, sed unus tantùm: ità & hîc, non omnes comprehendunt, sed ii soli qui bene, legitimè & perseveranter, currunt [g]. ¶ *Sic currite* (i. e. bene & perseveranter [h], ut primi sitis in cursu [i]; vel, secundùm leges sive regulas agonum, quibus locus, & à quo, & ad quem, & in quo, currendum designatus est, &c [k]. Sic currite stadium vitæ Christianæ [l]; sic profitemini Evangelium, sic exercete vos in pietate [m].) *ut comprehendatis*] Ità P. Be. Pi. &c. vel, *assequi possitis*, G. præmium [n], sc. vitæ æternæ [o]; vel, coronam gloriæ & bravium victoriæ [p]. Solebant victores coronam, quæ suspensa pendere consuevit, propriâ manu capere, &, ut dicit Chrys. ἁρπάσαι τὸ βραβεῖον, & alibi, *palmam corripere*. Paulus autem hîc non tam alludit ad manûs comprehensionem quàm ad coronæ consecutionem & metæ contactum: de quo Horat. *Qui studet optatam cursu contingere metam* [q]. Hoc vult,

Margin (col. 439): c Par. d Cal. sim. Par. * Cal. f G. sim. Pi. g Par. ex Calv. & Mart. G. Pi. h Pi. sim. Calv. i G. T. k Me. l E. m Par. ex Martyr. n Vor. sic Pi. o Pi. ex Be. p Me. q T. r Me. T. Par. † Pi. t E. v G. x Ham. y Par. z E. Me. sic Pi. a Pi. Par. E. b G. sic E. Me. c G. d Par. * Vor. f G. E. g E. h E. Ham. i Me. k G. l Be. Pi. sic Cal. m Pi. n G. o E. Me. T. sic Pi. p E. q Pi. r E. † T. sim. Me. t G. v Li. ho. x E. ‖ Li. ho. y T. sic Me. z G. a V. b E. Me. c G. d G. sim. E. * E. f Pi. g G. h E.

Margin (col. 440): i G. k E. l Pi. sic E. m T. sim. E. Pi. n E. o Be. p Be. sim. E. q Be. r Pi. † T. sic E. t Me. sic Med. pag. 103. v T. ex Chrys. sic E. x Cal. y E. sim. Me. Be. z Ca. sic E. Me. T. a Pi. Scl. sim. T. Cal. b Be. c G. Vor. sim. Med. d Med. * Scl. f G. g Be. h Ham. i G. k E. Ham. l E. m G. n Ham. E. o Pi. p Cal. sic Ham. q Er. V. r G. † Ham. t Ham. Strig. v Ham. x Be. y E. z T. ex Me. a T. b Idem. c Me. T. d T. * Me. f Idem. g E. h Idem. i G. k Ham. l E. m Pi. n G. Pi. E. &c. o Pi. E. p Me. q Just.

vult, Ut ibi oportet non cursum tantùm inchoâsse, verùm consummâsse & metam attigisse; ità hîc non sufficit Evangelii stadium ingredi nisi usque ad metam & mortem pergas. Vide Matt. 10. 22. & 24. 12. Apoc. 2. 10 [r].

25. *Qui*, &c. Ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται] *Certans* (i. e. qui certare solet, sive gymnasticen exercet: vide suprà v. 7 [†]. Vel, *in agone contendit*, Vulg. vel, *agonizans*, Just. *qui certat*, propriè, in publicis certaminibus, veluti palestrâ [t], luctâ aut cursu [v]. Vox generalis est, quæ etiam cursoribus aptari potest; ex sequentibus tamen apparet, de pugilibus seu luctatoribus accipiendam esse [x]. A cursoribus transit ad agonistas, athletas scil. & pugiles [y].) *omnia* (vel, *per omnia*, sive *in omnibus*, Er. Il. P. Be. Pi. &c.) *continens* (vel, *temperans*, Il. Ti.) *est*, Mo. Er. P. Be. Pi. vel, *continet mentem suam*, Tre. ex Sy. vel, *perfert*, Ca. *sustinet*, sive *tolerat*, Er. Just. vel, *superat*, sive, *in potestate sua habet*, se primùm, deinde omnes cupiditates suas, denique usum libertatis suæ [z]. Respicit ad morem athletarum, qui certâ victûs ratione utebantur, & corpus variis exercitiis ad certamen præparabant [a]. Horatius, *Qui studet optatam cursu contingere metam, Multa tulit, fecitque puer, sudavit & alsit, Abstinuit Venere & Baccho*——. Epictetus, Θέλεις Ὀλύμπια νικῆσαι; &c. (*Vis in Olympicis vincere? Oportet itaque te ordinem servare, cibos præscriptos comedere, à bellariis abstinere, statis horis exerceri, in æstu, in frigore; non aquam bibere, non vinum; denique præfecto tuo, tanquam medico, prorsus te tradere.*) Latè idem exsequitur Chrys. De statuis. Locum Tertul. hac de re alii produxere. Vide Aristot. Polit. 8. 4. & Hesych. in Ἀναγκοφαγεῖν. Utitur & Philo hoc argumento à certaminibus scenicis, gymnicis & equestribus ad certamen virtutis ducto [b]. Athletæ temperatissimâ victûs ratione utebantur [c]. Sed contrarium probat quod Aristot. Polit. 8. 3. athletarum victum ἀναγκοφαγίαν, h. e. edendi necessitatem, vocat, quòd majori quâdam cibi quantitate necessariò egeant. Athletæ, inquit Galenus, quorum vita sagina est, nec vivere possunt diu, nec sani esse. Eorum membra, ait Aristot. variis modis afficiuntur ob nimiam edacitatem. Quærebant hi & robur & molem atque crassitiem corporis, &c [d]. Hinc *habitus* corporis *athleticus* apud Medicos, &c. Quare ἐγκράτεια non *temperantiam* denotat, sed *continentiam*, ut Act. 24. 25. &, ut puto, Gal. 5. 22. 2 Pet. 1. 6 [*]. Miram autem fuisse athletarum continentiam docent Plato, De leg. 8. Galen. De nox. affect. 6. Ælian. var. hist. 11. 3 [f]. ubi luctatorem refert *per totum certaminum tempus à Venere abstinuisse*. Quod & de aliis athletis testatur Eustath. ad Homerum, Iliad. ω' [g]. Athletæ exquisitissimâ utebantur diætâ [h], à rebus omnibus abstinentes, quæ velocitatem corporis impedire possunt; cujusmodi est Veneris aut quorundam ciborum usus [i]. Vox ἐγκρατεύεται denotare potest constantiam animi in abstinendo à rebus omnibus noxiis [k]. Est autem h. l. anantapodoton, sive ellipsis redditionis [l]. Obliquè hîc innuit Paulus aliam hujus [de quo loquitur] mali causam, luxum scilicet Doctorum Corinthiorum, qui prætextu libertatis Christianæ lautissimis pontificalibus epulis participabant. Ab hac ingluvie eos avocat Paulus ex consideratione vitæ Christianæ, ejúsque in terra conditionis: est enim curriculum, est pugillatio, ad quam inepti planè futuri sunt qui ventris ingluviei sunt dediti [m]. ¶ *Et ii quidem* (scil. gymnastæ, certatores, athletæ [n], nempe hoc faciunt [o]: vel, sub. *sunt continentes*, P.) *ut*, &c. Ἵνα φθαρτὸν, &c.] *Ut perituram* (vel, *corruptibilem*, Be.) *coronam* (putà ex Oleastro [p], ut in Olympicis [q]; aut picea [r], sive pinu, ut in Isthmiis [†]; aut lauru [t], ut in Pythiis; aut apio, ut in Nemeis [v].) *accipiant*, P. Pi. &c. i. e. præmium aliquod temporale [x]. Vide Philonem, Basilium, & Eumenium, [eorúmque verba in G.] Et nota hæc scribi Corinthiis apud quos Isthmia agebantur [y]. ¶ *Nos autem* (similiter facimus aut faciamus, moderatissimè utendo rebus hujus seculi, & ab omnibus quæ cursum nostrum remorari pugnámve impedire possent, abstinendo [z]: & subauditur, *ut accipiamus*, ex superioribus [a].) *incorruptam*] Vel, *incorruptibilem*, Er. E. id est, vitam æternam atque cœlestem [b], quam metaphoricè vocat *coronam* ἄφθαρτον, sicut Petrus στέφανον ἀμαράντινον, 1 Pet. 5. 4 [c].

26. *Ego igitur* (Accommodat similitudinem ad suum exemplum [d].) *sic curro non quasi*, &c. Ὡς οὐκ ἀδήλως] *Ut non in incertum*, Er. P. Be. Pi. Il. Ti. vel, *incertò*, Ca. vel, *propter aliquid quod ignotum est*, Tre. ex Sy. sim. Ar. Ut appareat me promovere; non ut ille de quo est Epigramma, Τὸ στάδιον Περικλῆς εἶτ' ἔδραμεν, εἴτ' ἐκάθητο, Οὐδεὶς οἶδεν ὅλως· δαιμόνιος βραδυτής [*]. Non temere & quamlibet in partem [f], quasi ad metam non perventurus [g], non incertâ viâ, quippe quæ illis designata erat [h], non incertâ spe, sive incerto exitu [i], respicit enim non ad modum, sed ad finem seu scopum cursûs [k]; sed recto cursu totóque nisu tendens ad metam [l]: cursum meum & vitæ meæ rationes ad debitum finem dirigo [m]. ¶ *Sic*, &c. Οὕτω πυκτεύω] *Sic*, vel *Ità*, *pugno*, Mo. Vulg. vel, *contendo*, Tre. ex Sy. *luctor*, Ca. *pugnis certo*, Er. V. *pugnis percutio*, Amb. in Er. sim. Ham. *pugillor*, i. e. pancratium facio [n]: *pugilem ago*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Me. Alia hæc similitudo [o]: In Glossario, πυκτεύω, *pugilo* [p]. Πύκτης est qui cæstibus depugnat. Virgil. Æn. 5. *Seu crudo fidit pugnam committere cæstu* [q]. Alludit hîc vel ad πυγμὴν, quâ pugnis percutiebant; vel potiùs ad παγκράτιον quod ex pugnorum certamine & luctatione mixtum est [r]. ¶ *Non*, &c. Ὡς οὐκ ἀέρα δέρων] *Ut non* (vel, *Non velut*, Il. Ti. *Ut qui non*, Ca.) *aerem cædens*, P. Be. Pi. vel, *feriens*, Er. Il. Ti. *verberans*, Mo. *verberem*, Ca. i. e. frustrà & inaniter laborans [†]; irrito conatu verbera intentans [t]; ictibus oberrans, ut solent qui vel pugnæ imperiti sunt, vel de victoria desperant, vel quibus res curæ non est [v]. *Non aerem*, &c. sed hostem [x]; putà vel Diabolum [y], vel corpus sive carnem meam [z]. Videtur alludere ad pugilum morem [a], eorúmque προγυμνάσματα, sive σκιαμαχίαν, quâ se ad pugnam parabant [b]. Pugiles sive pyctæ priusquam certarent, (ut vires suas ante pugnam vel tentarent [c], vel ostentarent [d]) manum & brachia (cæstibus armata [*]) *in ventum jactabant* [f], ut Seneca loquitur. *Ventilare* id dicunt alii. Virgilius de Darete, —*alternáque jactat Brachia protendens, & verberat ictibus auras*. Theoph. Antiochenus l. 3. Οἱ τὰ ἄδηλα συγκρούοντες ἀέρα δέρουσι. Vide Eustathium ad Il. γ' & ad Il. ψ'. [ejúsque verba in G.] Seneca Nat. Quæst. 7. 13. *Solvere ista quid aliud est quàm manum exercere & in ventum jactare brachia* [g]?

27. *Sed*, &c. Ἀλλ' ὑπωπιάζω, &c.] Sic legitur in Codicibus impressis, & Græcis scholiis [h]. Al. Legendum potiùs ὑποπιάζω [i], i. e. *subactum*, sive *dejectum*, *premo* [k]; à πιάζω, Dorice, pro πιέζω [l]. Sic vet. Codices legunt [m]. Hesychius, Ὑποπιάζομεν, ταπεινοῦμεν, ὑβρίζομεν· ὑποπιασμοῖς γὰρ ταπεινώσεις τοῦ σώματος. Ait, ità corporis afflictionem sive humiliationem dici, ex hoc loco haud dubiò [n]. Nonnulli veteres, ut Clem. & Nazianz. legunt ὑποπιέζω, i. e. *dejectum opprimo* [o]. [Sed] vera lectio hæc, ὑπωπιάζω, non ὑποπιάζω, nec ὑποπιέζω· persequitur enim postremam similitudinem à pycta desumptam. Pyctarum est adversarium ὑπωπιάζειν [p]. Τὸ ὑποπιέζειν convenit luctatori, τὸ ὑπωπιάζειν convenit pugili: Apostolus utrâque similitudine usus est, indè orta diversa scriptura [q]. De hoc verbo vide dicta ad Luc. 18. 5 [r]. ubi usum μεταφορικὸν hujus vocis habuimus [†]. [Verba sic reddunt,] *Sed contundo* (vel, *subjicio*, Er. Il. V. Camer. Tre. ex Sy. *coerceo*, sive *cohibeo*, Er. V. *suggillo*, Ga. *obtundo*, Mo. G. i. e. multis afficio incommodis: de quibus vide suprà 4. 11 [t]. *Lividum facio*, Me. Paulin. in Er. scil. verberibus [v], ut pugiles pugnis aut cæstibus Antagonistas contundunt [x]. Ὑπωπιάζειν est, *livore*, seu *sanguinis notâ*, *sugillare*, propriè *oculos*, quos illi ὦπας vocant [y]. Ὑπώπια sunt, vel, 1. partes oculis subjectæ, quarum sugillatio seu plaga, seu vibex ex plaga relicta, ὑπώπιον dicitur [z]: vel, 2. notæ ejusmodi, testibus Hesych. & Suid [a]. tumores orti ex plagis [b], Τὰ ὑπὸ τοὺς ὦπας τῶν πληγῶν ἴχνη, (*notæ plagarum sub oculis*,) ut ait Pollux: sed latiùs dici sic cœpere ἀφ' οἱασδήποτε πληγῆς τραύματα, (*vulnera ex quacunque plaga orta*,) ut ait Scholiastes ad Acharnenses Aristophanis. Cicero Tusc. 2. *Pugiles cæstibus contusi*, i. e. ὑπωπιαζόμενοι [c].) *corpus meum*, P. Ca. Be. Pi. i. e. veterem hominem [d], ejúsque concupiscentiam in carne mea adhuc residuam [*]; spiritûs mei antagonistam [f]; corpus meum, quatenus per carnem adversatur spiritui, h. e. ratione carnalis concupiscentiæ. אצער אני את גופי, ut de eadem re Maimonides [b]. ¶ *Et*, &c. Καὶ δουλαγωγῶ] *Et in servitutem redigo*, Er. P. Mo. Be. Tre. Pi. &c. i. e. appetitus meos edomo [i]: corpus propriè dictum cogo disciplinæ

Marginal notes (left column): r Cal. — † Be. — t Er. V. — v Me. — x Vor. — y Just. — z Ham. — a Vor. — b G. — c E. — d Just. — * Ham. — f Just. — g Ham. — h Scl. Cal. — i E. — k Ham. — l Vor. — m Scl. — n Pi. — o E. — p G. Cal. — q Cal. — r G. — † Cal. — t G. Cal. — v Cal. — x E. Me. — y G. — z E. — a G. — b G. sic E. Me. Pi. — c G.

Marginal notes (right column): d Pi. — * G. — f E. — g Cal. — h Ham. — i Vor. Ham. — k Cal. Ham. — l Vor. — l F. — m Me. — n Aug. in Er. — o Pi. — p G. — q Strig. — r Ham. — † Er. Me. — t Me. — v Cal. — x Me. T. — y E. Pi. &c. Val. — z T. sic Val. Me. — a Me. sic T. — b Ham. — c T. — d Me. — * Me. T. — f G. sim. Me. T. — g G. — h Be. — i Hiens. sim. Cas. — k Be. — l Heins. — m Be. — n Heins. — o Be. — p G. — q Be. — r Be. Ham. — † G. — t Idem. — v Me. — x Scl. — y Er. — z Vor. — a Er. — b Strig. — c G. — d Be. Par. Cal. Dic. — * Cal. — f Cal. sic Be — b E. — b G. — i Just.

disciplinæ spiritualis vi[k]; vel jejuniis, vigiliis, &c[l], ut pareat spiritui[m], & mentis judicio[n]. *Et ut servum ago,* ac subjectum mihi teneo: sic tracto ut cogatur & assuescat servire. Id autem fit, dum ità nutritur & fovetur corpus ut tamen in officio contineatur: dum ea subtrahuntur quæ provocant ad rebellionem, & sola suppeditantur necessaria, veluti servo aut jumento[o]. Etiam δουλαγωγεῖν à pyctis desumptum est: nam qui vicerat, victum trahebat adversarium quasi servum[p]. Luctatorum hoc est, qui adversarios dejiciunt & subigunt nè resistere aut percutere possint. Ità, inquit, meipsum subigo, & mihi abstinentiam à rebus etiam licitis, labores, &c. injungo[q]. Paulus de corpore suo, velut edomito, triumphat. Sic Seneca Epist. 8. dixit *duriùs tractandum corpus nè animo malè pereat.* Σκληραγωγίαν hoc vocat Josephus in Danielis historia, σωματικὴν γυμνασίαν Paulus, 1 Tim. 4. 8. ἄσκησιν Canon Apostolicus 51. Vide Basilium De legendis Græcorum libris [ejusq; verba in G.] Ambros. Epist. 7. Nazianz. Orat. 6. Aug. De operibus Monachorum, 1.9, 10. Voce δουλαγωγεῖν hoc sensu etiam Athenagoras utitur. Tacitâ comparatione perstringit illos epulatores Corinthios[r]. ¶ *Nè*, &c. Μήπως—ἀδόκιμος γένωμαι] *Nè fortè* (vel, *Nè quo modo*, Er. P. Be. Pi. &c.) *aliis prædicans* (vel, *cùm aliis prædicârim*, Be. P. Pi. &c. qui alios docui viam salutis†. Κήρυξ in ludis Olympicis & Isthmicis est *præco*, cujus erat è loco sublimi pugnam promulgare, præmia evulgare, Agonistas vocare, Athletas hortari, leges agonum describere, omnia judicum examini subjicere, & secundùm ipsorum judicium victorem pronunciare. Tales erant Apostoli sub Christo[t].) *ipse reprobus* (vel, *rejectaneus*, Be.) *efficiar*, Mo. Er. Ti. vel, *sim*, P. vel, *fiam*, Il. Pi. *evadam*, Sy. *inveniar*, Ar. i. e. eâ salute indignus fiam[v]; abjiciar & damner tanquam reprobus sive salute indignus[x]; æternùm damner, atque ità reprobus esse declarer[y]. Ἀδόκιμος Rabbinis est פסול[z], i. e. *non probatus*, vel, *non idoneus*, cui opponunt כשר, δόκιμον, rem nempe vel personam *approbatam, idoneam*[a]; *rejiculus*, Catoni & Varroni. Opponitur ἀδόκιμον γενέσθαι ei quod suprà habuimus, συγκοινωνὸν γενέσθαι εὐαγγελίου, *participem esse præmii in Evangelio propositi*[b]. *Reprobus*, i. e. reprobatus à supremo pugilum judice & agonotheta Deo[c]. Sensus, nè Evangelio defrauder, cujus alii meâ operâ fiunt participes[d]: vel potiùs, nè doctrinæ mores mei & opera repugnent, atque ità cum magno meo dedecore & fratrum offendiculo ea negligam quæ ab aliis requiro*; & sic reprehensibilis fiam, bene docendo & malè vivendo: *Turpe enim est doctori cùm culpa redarguat ipsum*[f]. *Reprobus* hìc non opponitur *electo*, sed *probato*[g], sive *probo* ac *sincero*[h]. Ut Judæi vocantur *reprobum argentum*, Jer. 6. 30[i]. h. e. non verum & genuinum[k], sed adulterinum[l]: ità *reprobum* hìc vocat qui professioni non respondet, qui sincerus non est, vel qui talem se experientiâ non ostendit qualem esse oportebat[m]. Ἀδόκιμον γενέσθαι in bonis autoribus idem est quod ἀποκηρυχθῆναι, & opponitur τῷ στεφανοῦσθαι, *coronari*, sive *præmio affici*: significat ergò, *præmio*, de quo contenditur, *excidere*[n]. De hac voce diximus ad Rom. 1. 28[o]. *Si autem Paulus hoc metuit—quantò magìs nobis timendum est*, &c. ait Chrys. hoc loco[p]. [Verba vide in G.] Tralatio est ab Argento adulterino & impuro & à scoriis non repurgato. Vide Græcam edit. Prov. 25. 4. & Jos. 1. 22, 25. & 2 Cor. 13. 6[q].

CAP. X.

1. NOlo, &c. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν] *Nolo*, vel, *Nolim autem*, &c. P. Be. Pi. Meliùs in MS. οὐ θέλω γὰρ, &c. quomodo & Latinus legit, [*Nolo enim*] & Amb. aliique. Bene cohæret id cum superioribus. Dixerat in præcedentibus, se corpus suum malè tractare, nè sperato præmio excidat. Monet Corinthios idem ut faciant, ac nè sibi blandiantur, ut multi tunc faciebant, & nunc faciunt, quòd multa dona à Deo accepissent: Per ea enim eos non constitui extra periculum, sed eò magis obligari ut sibi caveant. Quod ipsum ostendit adumbratum rebus antiqui populi Hebraici, in quibus figuram fuisse temporum Messiæ sapientissimi Hebræorum consentiebant[*]. Ἀγνοεῖν hìc valet, *esse immemorem*. Nam legerant isti Corinthii Libros V. T. sed non omnia memoriâ retinebant, non omnem sensum reconditiorem intelligebant. Sic ἀγνοεῖν sumitur Rom. 6. 3. & 7. 1[a]. Q. vet. cod. hìc legunt γὰρ, sed malo legere δὲ[b], *autem*; quod est ad alia digredientis: at si legas *enim*, cohærent hæc cum superioribus[c]. A sua persona sermonem transfert ad Corinthios, quos docet quæ vitia fugere debeant, monetque nè excidant à statu justitiæ, in quo per fidem & baptismum erant constituti[d]. Hactenus suo, nunc Israelitarum, exemplo*, vel, 1. à peccatis & offendiculis infirmorum eos dehortatur[f]; vel, 2. ostendit, non satis esse bene cœpisse, sed proficiendum esse, &c[g]. Monuerat suprà, ut sibi à ventris ingluvie caverent; ex qua scilicet ortus est infirmiorum fratrum contemptus in idolothytorum esu. Hanc monitionem hìc prosequitur, ostendens & peccata gulam hanc concomitantia, & pœnas eam sequentes[h]. Est autem hìc πλεονασμὸς κατ' ἀντίθεσιν[i], vel est μείωσις[k], *Nolo vos ignorare*, h. e. scire debetis, vel scire vos volo[l]; velim vos hoc inprimis expendere[m]. ¶ *Patres nostros*] Hebræos[n]: quos *patres nostros* vocat, h. e. non Judæorum tantùm, sed & Christianorum inter Gentes, quia præcesserunt [nos] in verâ religione, quam ad nos propagârunt, & in ejusdem fœderis & Sacramentorum analogorum participatione†, erántque ejusdem, non quidem sanguinis, sed fidei‖: quo respectu Abrahamus dicitur *pater omnium*, Rom. 4. 16[o]. Fœdus potiùs quàm personas hìc considerat[p]. Sed non solet Scriptura populum illum carnalem vocare patres fidelium N. T. sed Judæorum tantùm; quo sensu legimus, *patres vestros*, Mat. 23. 32. Joh. 6. 49. Act. 7. 38. Malim ergò, *patres nostros*, id est, gentis nostræ[q], Hebræorum, quorum erat Paulus[r], & aliqui qui Corinthi habitabant†. ¶ *Sub nube*, &c.] Vel, *illa nube*, P. Be. Pi. Articuli enim vis est διακριτική[t]: i. e. sub columna nubis[v], quæ non solùm populum præcessit, ut Exod. 13. & 14. sed & tabernaculum, quum populus quiesceret, operuit, Num. 9*. & Hebræos per diem obumbravit[y], protexitque contra calorem Solis, Exod. 13. 21[z]. [Et] nos Christus ità defendit ab ira Divina ut viam nobis ad salutem monstret[a]. ¶ *Mare*, &c.] Rubrum[b]: neque propterea promissionem adepti sunt: nè putetis esse quòd gloriemini de Sacramentis Christi quæ percepistis[c]. Illi per mare transiere, Exod. 14. nos mundum cœpimus contemnere: Sed restat transeundum ingens desertum[d].

2. *Et*, &c. Καὶ πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο ἐν τῇ νεφέλῃ, &c.] *Et omnes per Mosen* (vel, *per manum Mosis*, Sy. & Ar. in Be. vel, *Mosis operâ & ministerio**. Εἰς, pro ὑπὲρ, & εἰς, pro διὰ[g], ut Act. 7. 53. εἰς διαταγὰς, *per dispositiones*[h]; & 19. 3[i]. Sic Heb. ב sæpe est *per*, ut Ose. 1. 2. בהושע, *per Hoseam*[k]. Vel, *in Moyse*, Vulg. i. e. duce Mose[l]; vel, *in Mosen*, Er. Il. Ti. P. Mo. Be. Cam. E. Li. ho. [quod tamen variè explicant:] Vel, 1. Mose illis præeunte[m]. Vel, 2. in Mosem tanquam in Christi typum, cujus & figuram gessit & personam repræsentavit; unde & μεσίτης dicitur[n]. Moses Mediator fuit, sed Typicus, prout & signa hæc, *nubes*, &c. typica erant; & liberatio Mosis ministerio facta non erat spiritualis, (sic enim nefas esset in ullum præter Christum baptizari) sed carnalis tantùm, ideóque talis erat hic Baptismus. Neque *transitus per mare & nubes* hìc consideratur ut typus officii & beneficii Christi, qualis tamen revera fuerit; sed ut signum Mosaici ministerii, quod non fuit spirituale, sed carnale: quo signo Deus probavit Mosen esse Liberatorem & Mediatorem; vide Exod. 19. 9. unde & populus dicitur *credidisse in—Mosen*, Exod. 14. 31. Eodémque sensu hìc est, *baptizari in Mosen*, &c[o]. Vel, 3. in Legem sive doctrinam Mosis[q]; nondum enim in Christum, cujus adventus procul aberat[r]: in religionis formam tam Mosaicam, quæ ab ea quâ populus antè utebatur tam diversa fuit ut nova religio quodammodo videri posset, novúmque initiationis sacramentum efflagitare†. [Sensus, q. d.] hoc fine baptizati fuerunt ut doctrinæ Mosis adhærerent[r]. *Moses* sæpe ponitur pro doctrina Mosaica, ut Luc. 16. 29. Act. 15. 21. Sic *Christus* pro *doctrina Christi*, Eph. 4. 20[v]. Sic dicimus, *legi Virgilium*, i. e. scripta Virgiliana[x]. *In Mosem baptizari* est, Mosi credere, & per

---

Marginal notes (col. 443): k Dic. l T. sim.] Cap. m Me. n Stilg. o E. p G. q Ham. r G. † G. sim. Pi. t Ham. v G. x E. y Pi. z G. sic Li. ho. a Li. ho. b G. c T. d Calv. * Calv. sim. Par. f Par. g Dic. Par. sic Be. h Be. i Par. sic Fe. k Dic. l Be. m Dic. n Ham. o G. sic Ham. p G. q D.

Marginal notes (col. 444): a G. b Be. c Er. d E. * Cal. sim. Just. f Cal. g Just. h Scl. sim. Be. i Camer. k Be. l Camer. m Be. sim. Glas. gram. p. 288. n E. ex Caj. &c. † Dic. ‖ Cal. sim. Just. o Just. p Be. q E. r G. sic E. † E. t Be. v T. * E. y E. Me. T. z G. sim. E. Me. a G. b E. Me. &c. c] Cap. d G. * Q. in Vor. f Pi. ex Be. g Pi. Di. h Di. i Di. ex Be. k Di. l Me. & T. m Be. n Basil. in Ga. o Cam. q Ga. ex Basil. & Mort. Be. Scl. Er. Dic. r Er. † Mort. in Ga. adv. c. 4. p. 28. r Vor. v Ga. ib. x Camer.

per eam fiduciam incipere iter sub nube, deinde & per mare, ipso Mose præeunte: sicut Christus nobis præivit. Vide Exod. c.14. v.31. & quæ à nobis dicta ad Matth. 18. 29 [y]. Vel, *nomine Mosis*, Ca. vel, *sub Mose*, i.e. tempore Mosis [z]. Sed εἰς nusquam ità sumitur [a]. Al. εἰς τ Μωσῆν, quasi, ἅμα τῷ Μωσῇ, *unà cum Mose*, vel, ipso duce & auspice; ità Th. ex Chrys. vel pro, ἕως Μωσέως, *usque ad Mosen*, nè excepto quidem Mose, ut vult Heinsius [b]. Al. εἰς Μωσῆν, pro κατὰ Μωσῆν, *secundùm Mosen* [c], h.e. secundùm tradita & præcepta Mosis [d].) *baptizatos esse* (ἐβαπτίσαντο passivè ponitur pro ἐβαπτίσθησαν, vel pro, βαπτισμοῖς ἐχρήσαντο· vel, *baptizârunt sese*: sicut, *Tum prora avertit*; &, *Nox præcipitat* [*]. Vel, *Baptizati sunt*, i.e. quasi baptizati sunt. Usurpat istam vocem, ut eò magis ostendat umbram rerum nostrarum. Res enim Baptismi est in illis duobus quæ jam diximus, liberatione ab ira Divina, & liberatione à Mundo. Deinde, in eo quod conspicitur est aliquid simile. Nubes impendebat illorum capiti; sic & aqua iis qui baptizantur. Mare circumdabat eorum latera; sic & aqua eos qui baptizantur [f].) *nube & mari*, Be. Pi. &c. Fatentur ipsi Judæi, baptizatos eos fuisse ad montem Sinai, ex verbis istis Exod. 19. 10. At altiùs rem repetit Apostolus, ut typos Sacramentorum Evangelicorum ostendat & Divinos fuisse, atque etiam miraculosos [g]. Tertul. De baptismo, *Primò quidem cùm populus de Ægypto expeditus vim Regis Ægypti per aquam transgressus evadit, ipsum Regem cum totis copiis aqua extinxit. Quæ figura manifestior in Baptismi Sacramento? liberantur de seculo nationes, per aquam scilicet; & Diabolum dominatorem pristinum in aqua depressum derelinquunt* [h]. [Sensus loci] Omnes miraculo Nubis & Maris veluti baptizati, Mosi fidem habuerunt [i]. Illi non minùs baptizati sunt quàm nos: nam pro Baptismo eis fuit profectiò illa sub nube & per mare [k]. Sicut mare aqua est, ità nubes est ex aqua: ut hic transitus commodè haberi queat Baptismi adumbratio [l]. Nubes illa & Mare symbola erant sacramentalia, Aquam Baptismatis repræsentantia [m]. Sed quomodo in nube & in mari baptizati dicuntur? Nam nec aquâ maris tincti fuere, neque nube madefacti. Resp. 1. Nomen Baptismi indidit Paulus iis rebus de quibus æquè licuisset Israelitis gloriari ac Corinthiis de Baptismo, & quæ quandam cum Baptismo similitudinem habebant [n]. 2. Dictum est Hebræorum, *Qui fœdus Dei init, sub alis Divinæ majestatis colligitur*: quo alludunt ad alas Cherubinorum Arcam obumbrantes, &c. Cùm autem Baptismus inter Judæos æquè ac Christianos ceremonia esset initiationis eorum qui fœdus inierunt, eâdem ratione quâ tales *sub alis Dei recipi* dicuntur, etiam *baptizati* dici possunt *in nube & mari*, quia illa nubis obumbratio super illos, & maris circumdatio circa illos, (neque enim in adversum littus transibant, sed, circuitu in Mari facto, in idem littus redibant, Mari eos undique circumdante) erat ex parte Dei receptio ipsorum sub protectionem suam ut eos salvos in terram Canaan deduceret, atque ità suas fœderis partes impleret; & ex parte eorum, obligatio ipsorum ut Deo parerent sub ductu Mosis; quod hîc dicitur *baptizari in Mosen* [o]. 3. Subire nubem & inire mare (rubrum [p],) quod Ægyptios demerserat, figura erat futuri Baptismatis Christi, quo hostes nostri, id est, peccata, demerguntur, & nos sanguine Christi rubricamur, & cœlesti rore gratiæ Spiritus Sancti obumbramur [q]. 4. Credibile est Israelitas per mare & sub nube transeuntes etiam guttis, tum ex aquis maris hinc indè quà transibant in altum erectis, tum ex nube supra ipsos expansa, fuisse nonnihil aspersos: quò Baptismi Sacramentum evidentiùs significaretur [r]. 5. De Mari satisfaciunt interpretes: magnam enim habet convenientiam ille Israelitarum in maris infima intimáque descensus, & ex eodem ascensus denuo in aridam, cum veteri Baptismi ritu, quo baptizandi in aquas descendebant, & ex eis denuo ascendebant, ut Act. 8. 38, 39. Quin &, sicuti in ritu Christiano, quum immergerentur, aquis obruti & quasi sepulti, & Christo ipsi consepulti, quodammodo videbantur; rursúsque, cùm emergerent, à sepulcro quodammodo resurgere, ac cum Christo resuscitari præ se ferebant, Rom. 6. 4, 5. Colos. c.2. v.12. Ità Maris illius aquis, capitibus ipsis transeuntium altiùs extantibus, obruti ac sepulti quodammodo poterunt videri, & emergere ac resurgere denuo, cùm ad

[y] G. [z] Q. in E. [a] E. [b] Ga. ib. 28. [c] Q. in Ga. [d] Camer. [*] Camer. [f] G. [g] Li. ho. [h] G. [i] V. [k] Pi. [l] Cal. [m] Scl. [n] Cam. [o] Ham. [p] Me. [q] T. ex Amb. & Chrys. sim. Me. [r] E.

littus objectum exeuntes evasissent: de Nube non item. Existimo autem, Nubem illam, quæ, cùm Israelitis præire soleret, supra capita eorum transitu facto, à tergo illis constitit, Ægyptios ab illis arcens dum per capita populi ferebatur, cùm is viæ tædio, Solis æstu, Soli squalore, hostis metu, langueret, Deo in populi sui refrigerium id procurante, pluviam copiosam in eos demisisse: quod indigitari videtur Psal. 68. 7, 8, 9. ubi strictim tangit tam quæ ad mare Erythræum, quàm quæ ad montem Sinæum, gesta sunt: nimísque longè abeunt qui ad terram Canaan pluviis tempestivis rigatam referunt †.

3. *Et omnes eandem* (vel, 1. eandem inter se [t]: ut sensus loci sit, si Patribus omnibus communia fuerint ista beneficia, Baptismus sub nube & mari, item Manna, &c. non omnes tamen in terram promissionis introducti fuerunt; Sic igitur & nos, quamvis omnes eadem sacramenta, Baptismum, &c. participamus, non tamen impunitatem sperare debemus si peccaverimus [v]. Τὸ αὐτὸ, *idem*, qui nunc servati sunt, ut Josue & Caleb; & qui periere. Hæc paritas non impedit eventûs discrimen. Verùm in MS. non est τὸ αὐτὸ, neque hîc, neque in seq. membro; sed, τὸ πνευματικὸν ἔφαγον βρῶμα, &c. τὸ πνευματικὸν ἔπιον πόμα †. Vel, 2. eandem nobiscum [x], non symbolis, sed significatione [y], seu re significatâ; nempe Christo crucifixo, ut declaratur v. seq. sic Gen. 41. 25, 26 [z]. alioqui frigeret Apostoli argumentatio [a]: [quæ sic se habet;] Nè Corinthii prætextu sacramentorum præstantiorum impunitatem sibi promitterent in sua idololatria, ostendit Patres aut nostra, aut illis analoga, sacramenta habuisse, Baptismum v. præced. Eucharistiam hîc & v. seq. & nihilominus puniti erant, &c [b]. Alioqui quorsum *Baptismi* nomen ad eos transferret? & cur ad Christum usque assurgeret [c]?) *escam spiritualem*, &c.] Putà Manna [d]. Quam escam *spiritualem* vocat, non naturâ, sic enim corporea erat; sed vel, 1. origine [*], quia non humanâ operâ, sed præter naturam divino miraculo, suppeditabatur [f]: quia Deus, qui per excellentiam *Spiritus*, Joh. 4. 24. in eo operabatur gustus varios; ut diximus ad Exod. 16. Sic *lex spiritualis*, Rom. 7. 14. i. e. à Deo data [g]. Vel, quia *spirituum*, h. e. Angelorum, ministerio parabatur, unde & *panis Angelorum* dicebatur, Psal. 78. 5 [h]. Vel, 2. significatione [i]: quia significabat Christum, panem verè vivificum, Joh. 6. 32, &c [k]; vel sanguinem Christi [l]: quia typus erat seu figura nostræ Eucharistiæ [m]. Manna de cœlo datum figurat Christum nobis cœlitus missum ad animi alimentum cum variis virtutibus. Manna θεῖον λόγον bis interpretatur Philo [n].

4. *Et omnes* (Expone ut priora: tam qui sospites fuere quàm qui perierunt [o].) *eundem potum* (Divinitus datum [p]: intellige aquam de petra [q].) *spiritualem*, &c.] i. e. Typicum, qui rem aliam indicabat [r], ut mox declarat †. ¶ *Bibebant*, &c. Ἔπινον γὰρ ἐκ τῆς πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας] *Bibebant enim ex sequente* (vel, *prosequente*, tanquam itineris perpetuâ comite: id enim sonat ἀκολουθεῖν magìs quàm ἕπεσθαι [t]. Vel, *obsequente*, Israelitarum videlicet desiderio [v]; h. e. potum illis subministrante [x]: vel, *quæ* illos *sequebatur*, Ang. vel, *sequente*, respectu non loci, sed temporis & historiæ; ídque respectu Mannæ, cujus quippe exhibitionem proximè secuta est percussio petræ [y]. Vel, *comitante*, Er. Ar. Glas. vel, *quæ illos comitabatur*, Il. Ti. V. sim Tre. ex Sy. nempe Israelitas proficiscentes per desertum [z]. Ἀκολουθεῖν non solùm est, *sequi præuntem*, ut vulgò accipi solet (populus enim sæpe dicitur ἀκολουθεῖν Χριστῷ, ut Mat. 4. 25. & 8. 1. & tamen Luc. 18. 39. ex populo memorantur οἱ προάγοντες, *præeuntes*; videl. Jesum, cujus in via erant comites [a].) sed & *comitari*, sive præeas, sive sequaris, ab ἀκόλουθος, id est, ὁμοκέλευθος, *comes*, *assectator*; à κέλευθος, *via* [b].) *spirituali* (Rupes illa *spiritualis* dicitur [c], ut antea cibus & potus, ob spiritualem significationem [d], quia symbolum erat Christi, veræ rupis, è cujus corpore fluxit sanguis [*]; vel, quia Deus ei aquam indiderat: τότε πρῶτον ὕδατος ἀφανέσιν ὑπονόμοις εἰς αὐτὴν ἀθρόον συῤῥυέντος, (*aquis tunc primùm per occultos cuniculos in eam confertim confluentibus*,) ut Philo exponit, De vita Mosis [f].) *petra*, P. Be. Ca. Pi. &c. *Petram* hîc intelligunt, vel, 1. spiritualem [g]: quæ significabat

† Ga p. 30. [t] Vor. Scl. E. Just. &c. [v] E. † G. [x] Vor. Scl. Be. Pi. Aug. in E. Rupert. in Just Par. J. Cap. ex Anselm. Aquin. Lomb. Senens. &c. [y] Scl. ex Pi. sim. J. Cap. ex. Aug. Ec. Vor. [z] Pi. [a] Scl. sim. Be. [b] Par. [c] Be. [d] E. Me. T. Be. Pi. G. Par. &c. [*] Par. [f] E. sim. Par. Just. Cal. [g] G. [h] T. sim. Me. [i] Par. Cal. Scl. E. [k] Par. Cal. [l] E. [m] Me. T. [n] G. [o] G. [p] Idem. [q] E. Me. [r] Ca. † Ca. sic Pi. [t] Er. [v] Be. ex Phot. sim. Stun. contra Er. p. (in Append. crit.) 3511. [x] Stun. ib. [y] Med. l. 1. dissert 43. p. 327. [z] Pi. Glas. [a] Glas. gram. 3 7. 19. 585. [b] Glas. ex Jun. [c] G. Pi. [d] Vor. &c. [*] Vor. sim. E. [*] V. [f] G. [g] Q. in Be.

nificabat illam unicam Petram unde salutem hauriunt omnes credentes*. Sensus, Bibebant de aqua quam eis præbebat petra spiritualis, i. e. Christus, qui per Divinitatem tunc erat, & nusquam aberat; quique toto itinere varia beneficia præstando, eos comitabatur[h]. Potum consecuti sunt beneficio Dei, qui *petra* in Scripturis dici solet: & hæc petra eos sequebatur, sive comitabatur, & protexit, &c[i]. Præp. ἐκ causam efficientem denotat, ut Mat. 1. 20. ἐκ πνεύματός, *ex* (i. e. à) *Spiritu*: Joh. 6. 65. *datum* ἐκ τοῦ πατρός μου, h. c. παρὰ τοῦ πατρός, *à Patre*, ut v. 45. exponitur. Ità h. l. ἐκ πέτρας, *ex petra*, i. e. à petra, h. e. Christo, eorum ductore in deserto, & aquæ hujus autore[k]. Sed non placet hæc sententia[l]: 1. Hanc petram non *sequentem* diceret, sed præcedentem[m]: nam Christus præibat, ut Dux; non sequebatur, ut Comes, Num. 9. 17[n]. 2. Non omnes ex petra hac spirituali biberunt, cùm Christus solâ fide percipiatur[o]. Si autem Christum fide perceperunt, quomodo non id in iis complacitum est Deo? v. 5[p]. Philo πέτραν explicat τὴν στερρὰν καὶ ἀδιάκοπον σοφίαν Θεοῦ, (*solidam & invincibilem Dei sapientiam.*) Deus צור in Veteri Test. Christus in Novo[q]. Vel, 2. materialem[r]; petram illam deserti †. *Ex petra* autem, i. e. ex rivo è petra profluente[t]. Metonymia causæ[v] efficientis, vel subjecti[x]. Ex petra fundente aquas: quomodo bibere quis dicitur è dolio, ex quo vinum depromitur[y]. Tertul. De baptismo, *Hæc est aqua quæ de comite petra populo defluebat*[z]. [Sed quærendum, & quando & quomodo rupes illos secuta est.] Aqua, bis è petra baculo percussa, educta est per Mosem; 1. apud Raphidim, anno post exitum primo, & antequam ventum esset ad montem Sinai, Exod. 17. 2. apud Cades, anno post egressum quadragesimo, Num. 20[a]. Respicitur autem hoc loco, vel, 1. utraque historia[b]; vel, 2. illa Num. 20[c]; vel, 3. illa Exod. 17[d]. ut constat ex pœna, v. seq. quæ percussionem istam Exod. 17. secuta est, licèt non continuò, eadem verò antecessit illam populi de aquæ defectu murmurationem, Num. 20. ut patet ex Num. 14*. Dicitur autem Israelitas *secuta rupes*, effectu scilicet, aquâ ipsos sequente quæ à rupe manabat[f]. Sed nihil tale legimus in Historia V. T. Verùm sunt & alia nonnulla in N. T. allegata quæ in V. T. non exprimuntur. Deinde hoc ex historia Mosis facilè colligi potest[g]. Nam si hoc fuisset unius diei beneficium, postridie fuisset iterum percutienda rupes in illo arido deserto[h]. Jam per totos 38 annos, percussionem petræ illius sequentes, nullum aquæ defectum fuisse legimus: id quod indicio est, aquam hanc illos secutam fuisse, Deo forsan itinera eorum per terras humiles dirigente. Obj. Unde ergò illa rursus aquæ penuria apud Cades, Num. 20? Resp. Quia placuit Deo illam aquæ fluxionem sistere in probationem & pœnam populi[i]. Tradunt Hebræi, per modum historiæ, aut parabolæ, aquas ex petra profluentes secutas fuisse Israelitas per itinera sua in deserto[k]. RS. in Num. 20. 2. *Per omnes quadraginta annos erat iis puteus.* Targum Jon. de puteo altero, Num. 21. 19. *Ex quo datus est illis puteus in Mattanah, iterum factus est illis in torrentes inundantes vehementes, iterùmque ascendebat in cacumina montium, & descendebat cum illis in valles*, &c. Rivi ex rupe in Horeb eos insequebantur, atque in stagna sunt collecti ubicunque illi sunt castrametati. Hinc Schema illud Rhetoricum Prophetis usitatissimum, *Dabo in eremo stagna aquarum*, cùm de irrigatione Gentium per Evangelium & Spiritum est sermo[l]. ¶ *Petra*, &c. Ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός] Hujus enunciationis subjectum an *petra* sit, an *Christus*, haud liquet: nam utrique præponitur articulus. Possit esse, vel, 1. Christus, *Christus erat illa petra*; i. e. erat res per petram significata. Similis inversio ordinis subjecti & prædicati est Joh. 1. 1. *Deus erat verbum*[m]. Sed hos refellit cohærentia sententiarum[n]. Vel, 2. Petra[o]: *Petra* (vel, *Petra illa*, Be. Pi. i. e. aqua illa ex petra profluens[p],) *verò erat Christus*, P. Er. Be. Pi. &c. Cui favere videtur vox *erat*. Sed parum refert utrum ordinem sequamur[q]. *Erat Christus*, scilicet sacramentaliter[r], & metonymicè †, ut in verbis cœnæ, cap. 11. 24[t]. typus Christi[v]; Christum (perennis vitæ fontem[x]) indicabat, vel significabat[y], adumbrabat[z], præfigurabat. Non illi hoc intelligebant,

*Er. [h] Q. in E. [i] Cal. [k] Clas. gram. 3. 6. 8. 535. [l] Be. E. Scl. [m] E. [n] Scl. sim. E. Pi. [o] Be. Pi. [p] Scl. sim. Pi. [q] G. [r] E. † Vor. Scl. [t] D. sim. Pi. E. [v] Vor. [x] Scl. [y] E. [z] G. [a] E. [b] Caj. in E. [c] Aquin. in E. [d] E ex L. Med. * E. [f] G. sim. Scl. Li. ho. E. [g] Med. ib. 327. [h] Scl. [i] Med. ib. [k] Ham. [l] Li. ho. [m] E. [n] Pi. [o] E. Pi. &c. [p] Pi. [q] E. [r] Scl. ex Be. † Be. ex Aug. sic Vor. [t] Vor. [v] Pi. T. [x] Ca. [y] Ca. Pi. Vor. Me. E. [z] Vor.

sed nos intelligimus, quibus omnia ista præstruebantur. Rupes percussa aquam dedit, Christus ad mortem percussus Spiritum S. suis obtinuit. Vide infrà 12. 13. Per ipsam aquam rupes Hebræos comitabatur: Et Christus per Spiritum *nobiscum est ad finem seculi*, Matt. 28. 20. Ut *septem Boves & septem Spicæ sunt septem anni*, Gen. 41. 26. i. e. septem annos præfigurant. Vide & Apoc. 17. 15[a]. Analogia autem signi ad rem signatam sic se habet[b]. Christus est firmissimum & immobile Ecclesiæ fundamentum[c], quo respectu *petra* dicitur Esa. 28. 16. Rom. 9. 33. 1 Pet. 2. 6. est turris invicta electis suis adversùs hostes omnes, peccatum, Diabolum, &c. est quoque locus impactionis, &c. Vide Esa. 8. 14, 15. Rom. c. 9. v. 33. Præsertim hæc Petra Christum repræsentabat: 1. Ut hæc aquam non dedit nisi percussa[d], & ex illa percussa profluxerunt aquæ, quibus reficiebantur Israelitæ*; ità ex Christi crucifixi latere manavit sanguis, quo reficiuntur credentes[f], in hujus vitæ deserto, dum tendunt in terram promissionis, h. e. cœlum[g]. 2. Ut petra percussa est virgâ Mosis[h], ità Christus percussus est à Judæis, quorum figuram gessit Moses[i]; & virgâ Legis, maledictis pœnisque ejus ipsi impositis, Esa. 53. 5, 6. 3. Ut petra aquam exhibuit non præsentibus solùm, sed eis etiam qui sequebantur in stationibus suis in deserto; sic sanguis Christi omnia loca & tempora permeat[k].

5. *Sed non*, &c. Ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν εὐδόκησεν] *Sed* (sub. *tamen*: ἀλλὰ, pro, ἀλλ' ὅμως[l].) *plerosque* (vel, *plures*, V. *multò maximam partem*, G.) *illorum* (omnes præter Caleb & Josue[m]:) *non approbavit*, P. Pi. vel, *gratos habuit*, Be. sic G. Μείωσις pro, exosos habuit, & detestatus est[n]. Idem eveniet multis Christianis qui magnis datis bene non utuntur. ¶ *Nam*, &c. Κατεστρώθησαν, &c.] Vocem ipsam usurpavit quæ est in Græco, Num. 14. 16. Κατέστρωσεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ. Vide ibidem 29. 32. & 26. 64, 65. Psal. 78. 33. Hoc illorum exitium æterni exitii imago est[o]. *Prostrati sunt* (Deo nimirum eos percutiente[p]: Synecdoc. sermo. Nam de cadaveribus eorum loquitur. Respicit illud Num. 14. 29[q].) *enim in deserto*, P. &c. Typus exclusionis eorum è cœlo[r].

6. *Hæc autem* (quæ scilicet commemoravi contigisse patribus nostris †; hæ pœnæ eis à Deo inflictæ[t]:) *in figura*, &c. Τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν] *Typus* est rudis rei delineatio de qua fit imago perfectior. Indè, ἐν τύπῳ, apud Aristotelem, *rudi docendi modo*. Opponitur ei τὸ ἀκριβὲς, τὸ λεπτομερές. Vide Rom. 5. 14. Utitur voce τύπον in hoc sensu & Justinus Colloquio cum Tryphone[v]. Vox τύπος non uno modo accipitur. Sic vocant & *vestigium*, sive *notam* insculptam aut impressam tabulæ, aut nummo, &c. ut Joh. 20. 25[x]; & *figuram*[y], *typum*, sive *formulam*, ut Act. 7. 44. Rom. 5. 14. & 6. 17. Heb. 8. 5[z]; & *imaginem*, sive *effigiem*, ut in Herod. l. 5. τὸν τύπον, &c. *figuram Dei—depictam præmisit*[a]; & *rudem operis futuri delineationem*[b]; & *exemplum*, sive *exemplar*, quod imitamur[c], quod Latini *formam* & *formulam* appellant, ut Act. 23. 25[d]. Phil. 3. 17*. 1 Thes. 1. 7. 2 Thes. 3. 9. 1 Tim. 4. 12. Tit. 2. 7. 1 Pet. 5. 3[f]. [Verba sic reddunt,] *Typi* (vel, *Figuræ*, Er. Ti. Ar. sic Tre. ex Sy. vel, *Ut typi*, Pi. vel, *Formæ*, Ar. *Exempla*, Ca. Ga. ex Tertul.) *nostri* (i. e. peccatorum[g], vel pœnarum nostrarum. Meton. subjecti[h]. Vel, *nobis*, Ga. ex Tertul. & Ca.) *fuerunt*, P. Be. Er. vel, *præbent*, Ca. Ga. vel, *facta sunt*, Vulg. exempla nobis fuerunt, aut esse debent: vel, *acciderunt*, id est, evenerunt Israelitis, ut loquitur v. 11. idque ità ut simul essent typi seu imagines respectu nostri[i]. In iis, tanquam in typo quodam, expressit quid nobis exspectandum sit, si, ut illi, peccemus; pœnas nimirum pares[k]. ¶ *Ut non simus concupiscentes*, &c. Ἐπιθυμητὰς κακῶν] *Concupiscentes rerum malarum*, Er. sim. P. Be. Pi. i. e. noxiarum[l], & prohibitarum[m]. Ἐπιθυμηταὶ κακῶν sunt qui necessariis non contenti plura ardenter desiderant, ut illi Israelitæ, Num. 11. 4. Psal. 78. 29. ἐπιθυμητὰ, מתאוים[n]. Hoc rursum tangit Corinthios epulatores[o]. ¶ *Sicut & illi concupierunt*] Res quidem naturâ bonas licitásque malè & inordinatè, velut carnes, pisces, pepones, &c. non contenti cibo quem Deus illis dedit, &c[p]. Respicit historiam Num. 11[q].

7. *Neque*, &c. Μηδὲ εἰδωλολάτραι, &c.] *Neque idololatræ*, &c. P. Be. &c. Hic tangit eos qui εἰδωλόθυτα vescebantur:

[a] G. [b] Scl. [c] Med. ib. 328. sim. E. [d] Med. ib. * Scl. [f] Scl. sim. E. Med. [g] E. [h] Me. [i] E. [k] Med. [l] Pi. [m] Me. T. E. &c. [n] Scl. ex Be. [o] G. [p] Pi. [q] E. [r] Med. p. 342. † E. [t] Scl. ex Be. sic Pi. [v] G. [x] Gua. [y] Gua. Ga. adv. p. 23. [z] Ga. ib. [a] Gua. [b] Ga. sic Gua. [c] Gua. sic Ga. [d] Gua. * Ga. [f] Gua. Ga. [g] Vor. [h] V. [i] Pi. [k] Scl. sim. Pi. T. Ga. [l] Me. [m] Me. ex E. [n] G. [o] G. sim. E. [p] E. [q] E. Pi.

scebantur [r]: quod aut idoli cultus erat aut gradus ad cultum idoli †. ¶ *Scriptum est*, (Exod.c.32. v.6 [t]. Sunt hæc ipsa verba LXX [v].) *Sedit populus manducare & bibere* (epulo constructo ex hostiis pacificis, quæ aureo vitulo obtulerant [x]:) *& surrexerunt ludere*, Παίζειν] *Ad ludendum*, P. Be. Pi. [*] Saltando nimirum & choros agendo [y]; cantando, tympana pulsando, &c. pro solennitate erecti idoli [z]. Παίζειν est, *saltare*, pro quo & Virgilius dixit, *ludere*, ἐυφραινέσθαι, Act. 7. 41. *Sedit populus*, nempe sicut vos accumbitis: *ad saltandum*, ut & vos facitis [a]. Al. Παίζειν hîc sensu impuro sumi verisimile est ex eo quod צחק, *illudere*, hoc sensu sumi Gen. 39. 14, 17. notant Hebræi. Eámque vocem Græci reddunt ἐμπαίζειν, *illudere*, cui synonymum est τὸ παίζειν. Sic & Tobiæ, 3. 18. Anna castitatem suam asserens addit, v. 17. juxta versionem Hieronymi, (nam Græca ibi desiderantur) *Nunquam societatem habui cum illusoribus* [b].

8. *Neque fornicemur*] Contigua scilicet sunt vitia, idololatria & fornicatio; vide Num. 25. 1, 2 [c]. necnon ciborum satietas & libido [f]. Πορνεύωμεν] Sic solet Paulus, ubi aliquid odiosum dicit, uti plurali primæ personæ κατὰ κοίνωσιν. ¶ *Fornicati sunt*] Πορνεύειν manifestè hîc est, *cum fœminis extra nuptias rem habere*. In Græco, Num. 25. 1. ἐκπορνεῦσαι, לזנות. Tangitur hîc ille incestu contaminatus [g]. ¶ *Viginti tria millia*] At Num. cap. 25. v. 9. viginti quatuor millia numerantur [h]. Resp. 1. Error hic est Scribarum [i]. 2. Paulus nihil falsum dicit, quia numerus minor continetur in majore [k]. Non dicit 23 millia ad unum, sed 23 ad minimum: non negat plures periisse. 3. Non definitè & exactè loquitur [aut hîc] Paulus [l], [aut] ibi Moses, neque enim id solent historici [m]; sed cum vulgo [n]. Paulus de certo numero non erat aut certus aut solicitus [o]. 23 millia, intellige circiter [p], h. e. supra 23 & infra 24 millia [q]. Moses ergò ulteriorem numerum scripsit, Paulus citeriorem [r]. 4. Paulus, non Moses, scripsit, *unâ die* †. Deus porrò duplici usus fuit in peccantes vindictâ, per judices, & per pestem [t]. Intellige mille (nempe Primorum populi [v]) occisos (idque pridie [x]) à Phinee & sodalibus ejus, & 23 millia (popularium [y], alterâ die [z]) plagâ Divinitus immissâ [a].

9. *Neque tentemus* (peccatis eum irritando [b], & velut in certamen provocando [c]: quod ii faciunt qui cognitionem ipsius cupiditatibus suis prætexunt [d]; qui scientiâ suâ præfidentes in apertum tum idololatriæ, tum ex eo iræ Divinæ, periculum se conjiciunt [*]. Vel, experimentum capiendo [f], sive potentiæ ejus [g], sive justitiæ [h]; vel, quousque itura sit ejus patientia [i]. Vel, diffidendo de ejus promissis ‖, & proinde signa petentes [k]: nam quidam ex Corinthiis de resurrectione dubitabant, infrà 15. 12.) *Christum*, Τὸν Χριστὸν] *Christum*, Sy. Ar. &c. Al. Omnino legendum est, τὸν Θεὸν, ut est in vetustissimo illo MS. Error commissus ex notis ΘΝ & ΧΝ. *Christus* nomen est hominis: ἐκπειράζειν est, נסה, Deut. 6. 16. Fecere id sæpe Hebræi, sed eximiè eo tempore cujus narratio est Num. 21. 5, & seq. Tanguntur hîc schismatum Autores [m]. ¶ *Sicut quidam eorum tentaverunt*] Ipsum scilicet. Ellipsis relativi, ut Exod. 13. 8. *fecit Jehova*, sub. *ista*: Deut. 6. 16 [qui locus huic planè parallelus,] *Non tentabitis Jehovam — quemadmodum tentâstis* (scil. eum) *in Massa*: Matth. 21. 7. *collocârunt super ea*, sub. *ipsum*: Act. 13. 3. *dimiserunt*, sub. *eos*. Ità & h. l. subauditur αὐτὸν, *ipsum* [n]; quod tamen in nonnullis exempl. legitur †. Sed quem tentaverunt [o]? Resp. 1. Mosen: quem Israelitæ *tentâsse* dicuntur [p]. Quod falsum est. Notetur manifesta phrasium distinctio. Dicuntur *loqui*, vel *contendere*, vel *murmurare*, *contra Mosen*; nusquam verò *tentare* dicuntur aut Mosen, aut quemvis hominem, sed Deum solum. Vide Exod. 17. 2, 3, 7 [q]. Num. 14. 22. Deut. 6. 16. Psal. 78. 18, 41, 56. & 95. 9. & 106. 14. Mal. 3. 15. Heb. 3. 9. Et quomodo referri posset ad Mosen, cujus nulla planè fit hîc mentio [r]? 2. Deum †. Sed sic & frigida & absurda fit sententia, *Nè tentemus Christum, quemadmodum & eorum nonnulli tentârunt Deum*. Illud, καθὼς, satis ostendit de eadem persona agi, & Paulum eos deterrere exemplo eorum qui & Christum tentârunt [t]: alioqui non erat cur metuerent nè Christum tentent, quia puniti sunt tentantes Deum ‖. Sed καὶ hîc abundat, ideóque in quibusdam cod. deest [v]. Imò καὶ non potest detrahi quin tota sententia mutetur [x]. 3. Christum [y]. Nam Christus (non Deus [z]) expressè hîc nominatur [a], in priori membro, cui posterius per καθὼς connectitur [b]. Deinde respexit Apostolus indubiè locum Exod. 23. 21. ubi de Angelo ductore ea dicit quæ Angelo creato neutiquam conveniunt, v. g. *eum remittere peccata*, item *irritari*, aut *tentari*. Angelus ergò ille haud dubiè fuit Christus, qui Esa. 63. 9. dicitur *Angelus faciei Dei* [c]. At Christus, quatenus Christus, reipsâ tunc nondum extitit [d]. Fuit autem secundùm Deitatem, secundùm quam fuit ante Abrahamum, Joh. 8. 58. ab ipso visus, necnon ab Esaia, cap. 6. 1, 5. collat. cum Joh. 12. 41 [*]. & secundùm Deitatem tentatus est [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὑπὸ τῶν ὄφεων, &c.] *Et à serpentibus illis* (ignitis scilicet [g]. Articulus notat rem certam & illustrem, & ex Historia satis notam [h]. Phrasis qualis apud Demosth. ὑφ᾽ ὑμῶν ἀπολέσθαι, *à vobis perire* [i]: & apud Plin. *Periit ab Annibale*, &c [k].) *perierunt*, Pi. sic P. Be. i. e. occisi seu perditi fuere. Enallage activi pro correlato passivo, ut *exire* pro *ejici*, Marc. 9. 29. Apoc. 3. 12. ut contrà, passivum ponitur pro correlato activo, ut נזהר, *præmoneri*, pro, *præmonitionem accipere*, Ezec. 33. 4, 5. & נשאל, *rogari*, pro, *precibus obtinere*, 1 Sam. 20. 28. Neh. 13. 6 [l]. *A serpentibus*, &c. Sic & qui Deum irritant præda fiunt Diaboli [m].

10. *Neque*, &c. Μηδὲ γογγύζετε] Γογγύζειν est, *obloqui superioribus*, ut videre est Num. 14. 1. Tanguntur hîc illi qui de Apostolo hoc minùs decenter loquebantur [n]. *Neque murmurate*, Be. Pi. &c. sic Er. P. Tre. &c. vel, 1. contra Deum [o]; contra Dei institutionem [p], aut administrationem [q], quasi non rectè agat, aut duriùs nos tractet [r]; nos nimis premat legibus aut pœnis, alios indulgentiùs tractet, &c †. Vel potiùs, 2. contra homines vobis præfectos [t]; eorum aut voluntati contradicentes, aut de administratione querentes sine justa ratione [v]. ¶ *Sicut quidam*, &c.] Respicit vel murmurationem illam Num. cap. 14 [x]. vel illam Num. c. 16 [y]. ¶ *Et perierunt ab*, &c. Ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ] *A disperditore*, Be. *Ab extinctore*, Er. Ti. *Ab exterminatore*, Pi. P. Mo. Ca. sic Tre. ex Sy. Heb. המשחית, Exod. 12. 23 [z]. Jer. 2. 30 [a]. id est, Angelo, cujus ministerio exterminati sunt, i. e. occisi [b]: qui vel malus Angelus erat, vel potiùs bonus [c], idem qui ductor fuit Israelitarum per desertum, qui percussit Ægyptios, Legem dedit, &c [d]. In Num. 14. 37. dicuntur, *percussi & mactati coram Deo*. Sed Dei mos est judicia sua per Angelos exsequi, ut videre est 2 Sam. 24. 16. 2 Reg. 19. 35. Eccles. 5. 6. sic & beneficia quædam per Angelos dispensat, Joh. 5. 4. Angelus ὀλοθρευτὴς, aut ὁ ὀλοθρεύων, Heb. 11. 28. & Sap. 18. 22, 25. est qui in Tobiæ Libro אשמודי, à שמד, i.e. ὀλοθρεύειν [*]. Hæc autem plaga, præ aliis, ascribitur Angelo perdenti, quia genus plagæ insolitum erat, nec à Mose expressum [f]. Malos Angelos Judæi vocant *Angelos* חבלה, ὀλοθρευτὰς: bonos, *Angelos* שרת, λειτουργικὰς. Alludit h. l. ad notionem Judæorum de Angelo mortis, *Samael* iis dicto, cui mortem ascribunt cùm non constat de causa aliqua violenta nota & ordinaria, & evidenti genere mortis. Apostolus notos & evidentes mortis modos memorat, Serpentes, Pestem, v. 8, 9. jam loquitur de communi genere mortis quo periit tota turba murmurantium, Num. 14. intra 40 annos. Periisse eos dicit ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ, à magno isto Disperditore, *Angelo mortis* [g].

11. *Hæc*, &c. Ταῦτα — τύποι, &c.] *Hæc autem omnia* (quæ scilicet transacta sunt in initio seculorum Judaicorum [h], quæ v. præced. sunt memorata, h. e. miracula [i]: hæ pœnæ ex Mose commemoratæ [k].) *typi* (vel, ut, sive tanquam, *typi*, Pi. tanquam *figuræ*, E. Scil. respectu nostri [l]: vel, τύποι, supple ex v. 6. ὑπόδειγμα, *exempla existentia*, sive *exempla cùm existerent* [m]: ut *exempla* aliud indicantia [n]. Vel, *figuræ*, V. *in figura*, Vulg. scil. nostri [o], seu typo pœnarum nobis imminentium, si similiter peccemus [p]: ut essent nobis exempla [q] Divinæ justitiæ ac severitatis [r]: tabellæ quædam prænunciæ eorum quæ in Ecclesia Christi contigerunt †. Vel, *typicè*, Be. D. id est, τυπικῶς, ut est in 2. cod. vet [t]. Vel, *in typum eorum*, Sy. in D.) *contingebant* (vel, *eveniebant*, P. Be. sic Pi. &c.) *illis*, Mo. &c. *Erant quæ ipsis evenere præfigurationes*, rudia lineamenta. Ibi res temporariæ, hîc æternæ. Dicunt Hebræi, *Patres* סימן *documentum filiis* [v].

¶ *Scripta*

[Margin notes, col. 449:] r G. sim. Pi. † G. t E. Me. T. v G. x Me. ex E. y Me. z E. a G. b Ham. c Scl. f E. g G. h G. E. &c. i E. ex Occum. Aquin. Caj. sim. Be D. k Q. in E. l Li. ho. m E. n Li. ho. o Scl. p Pi. sic Vor. q Pi. Scl. sim. E. r E. † Cathar. in E. t Li. ho. v Scl. ex Jun. sic Cathar. x Cathar. y Scl. ex Jun. sic Cathar. z Cathar. a G. sim. Scl. ex Jun. b Par. c Be. Scl. d Be Pi. * Scl. f Cal. G. sic Par. g Cal. sim. Par. h Ca. i G. ‖ E. Me. k E. sim. Zeg. m G. n Glas. gram. 3 2 22 212. † Be. o E. p Q. in Par. q Glas. ib. sic Par. r Glas. † Er. sic Vor. t Cam. ‖ Cal. v Be.

[Margin notes, col. 450:] x Cam. y Be. Pi. Par. Er. Cam. Cal. Glas. E. z Cam. a Glas. sim. Cam. E. b Glas. c Cam. d Vor. * E. f Par. g G. h Pi. i Pi. ex Be. k Be. l Glas. gram. 3. 3. 23. 306. m G. n Idem. o E. Me. p Cal. q Cal. Par. r Cal. † Par. t E. Me. v E. x Scl. Me. y E. Me. Pi. z Be. G. a G. b Me. ex E. sim. Ham. c E. sim. Ham. d E. * G. f E. g Li. ho. h Idem. i J. Cap. k Pi. l Pi. Scl. Vor. m Ga. adv. 4. 25. n Ca. o Me. p T. q V. sic Me. Scl. Pi. r Scl. † E. t Be. v G.

¶ *Scripta—ad*,&c. Πρὸς νουθεσίαν, &c.] *Ad nostrî* (vel, *nostram*, Er.) *admonitionem*, P. Be. Pi. &c. i.e. Ut indè sapiamus, nè pariter peccantes eadem patiamur [x]. Νουθεσία, אוהרה [ ]. ¶ *In quos*, &c. Εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν] *In* (vel, *Ad*, J. Cap.) *quos fines* (vel, *termini*, Er. Il. *extrema*, Ca.) *seculorum* (vel, *ætatum*, Er. Il. V.) *devenerunt*, Mo. Be. Ar. sic Tre. ex Sy. J. Cap. vel, *occurrerunt*, P. Pi. *inciderunt*, Er. Il. Ti. *incurrerunt*, V. Hypallage [y], pro, *qui in fines seculorum incidimus* [z]. Intelligi possunt ejusmodi fines qui perfectionem quandam in se continent, ut innuatur argumentum à minori ad majus, quatenus ingratitudo nostra tantò major est quantò perfectiore seculo vivimus [a]. Al. [Sensus, q. d.] Qui vivimus in seculo corruptissimo, quale extremum fore prædictum est Matt. 24. Luc. 17. &c [b]. Τὰ τέλη τῶν αἰώνων est idem quod, πλήρωμα τοῦ χρόνου, Gal. c. 4. v. 4. πλήρωμα τῶν καιρῶν, Eph. 1. 10. i. e. tempus illud post quod nulla nova Lex aut major Prophetia erat exspectanda. In omnibus actionibus prisci seculi Deus semper ob oculos habebat tempora Messiæ, in quibus non vaticinia tantùm, sed & figuræ omnes, implerentur. Vide quæ ad hanc rem attulimus ex Justino, Tertul. & aliis ad Matt. 1. 22 [c]. Inter omnia Christum præcedentia secula nullum est quod illustriores Ecclesiæ Christianæ typos præfert quàm seculum Mosaicum. Moses multis nominibus erat typus Christi; Persecutionem ab ipsis cunis passus est, Princeps erat simul & Sacerdos, hostium Dei flagellum, fidelium Dux & Liberator, plurima patravit miracula, &c [d]. *Fines seculorum* hîc vocat ultima tempora [*], vel, 1. mundi [f]: cujus ultima ætas ab adventu Christi protenditur usque ad finem seculi: quæ *consummatio seculorum* dicitur, Heb. 9. 26 [g]. & *novissima hora*, 1 Joh. 2. 18 [h]. Sic dicitur comparatè. Nam Hebræi dividebant mundum in tria intervalla, ante Legem, sub Lege, sub Messia; quorum singulis RR. 2000 annos tribuunt [i]. Hoc autem tempus est decurrentis Ecclesiæ, quo implendæ sunt figuræ priorum temporum. Loquitur enim Apostolus in persona fidelium tum sui temporis tum sequentium [k]. Vel, 2. Judaica. Αἰὼν Scripturæ vulgatissimè est seculum Judaicum. Quo sensu Circumcisio, Pascha, &c. dicuntur esse לעולם, εἰς αἰῶνα. Sic Discipulis quærentibus *de consummatione* τοῦ αἰῶνος, Matt. 24. 3. Christus respondet de Excidio Hierosl. Sic redderem & illud, Tit. 1. 2. *promisit* πρὸ χρόνων αἰωνίων, *ante tempora seculorum*, Judaicorum, i. e. ante Oeconomiam Mosaicam. Initium Judaicorum seculorum & finis paria sunt. Utrumque 40 annorum, utrumque tentationis & incredulitatis, utrumque desinens in excidio incredulorum; ibi in eremo, hîc in Urbe, &c [l].

12. *Itaque*, &c. Ὥστε ὁ δοκῶν, &c.] *Itaque* (Πόεισμα ex pœnis memoratis [m]. Cùm hæc ità se habeant [n].) *qui sibi videtur stare* (qui vanâ & arroganti securitate firmitatem sibi in bono pollicetur [o], stultâ opinione suâ nixus [p]; qui sibi placet in opinione constantiæ, quasi liceat sibi securè vivere [q]: vel, qui inani scientiæ fideique suæ opinione præfidens, quòd se tutum à lapsu conservare possit, se in apertum idololatriæ periculum conjicit, v. 22 [r]. *Videtur stare*, vel, 1. in fide, ut Rom. 11. 2. Metaphora à conflictu. Nam Diabolus nobis insidiatur, Luc. 22. 31. &c †. Vel, 2. extra aleam Judicii Divini positus [t]. Al. Qui se semper staturum putat: Præsens pro Futuro [v]. Al. *Qui stat*, Ga. ex Dunæo, ut est Rom. 11. v. 20. *tu fide stas*. Verbum δοκεῖν hîc, ut alibi, redundat. Sic, οἱ δοκοῦντες ἄρχειν, Marc. 10. 42. iidem qui ἄρχοντες, Matt. 20. 25. & Heb. 4. 1. δοκῇ ὑστερηκέναι, pro ὑστερῇ, *frustretur*, *privetur*, ut Rom. 3. 23. &, δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, 1 Cor. 11. 16 [x].) *videat* (i. e. caveat sibi, timendo quicquid evenire potest, Rom. 11. 20 [y]. hoc discat alieno exemplo [z].) *nè cadat*, P. Be. Pi. vel subitò oppressus vindictâ Divinâ, vel tentatione victus [a]: nè fide excidat quam habere videbatur †; nè ex justitia cadat in peccatum & gehennam [b].

13. *Tentatio*, &c. Πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν εἰ μὴ ἀνθρώπινος] *Tentatio* (Quâ voce intelligit, vel, 1. peccatum [c]: cui repugnat tolerantia, cujus mox meminit: nam *peccatum tolerari* non dicitur [d]. Vel, 2. afflictiones [*], quæ *tentationes* sæpe vocantur, ut Jac. 1. 2. 1 Pet. c. 1. v. 6 [f]. odia [g], & persecutiones mundi propter Christum [h]. Vel, 3. quævis ad peccandum incitamenta [i], & præsertim gulam, quæ eos ad idolothyta comedenda tentavit: quam tentationem levem esse dicit comparatione persecutionum, &c [k]. Vel, 4. sensu generali, & afflictiones, & solicitationes ad peccandum [l].) *vos non cepit* (vel, *apprehendit*, Mo. V. Val. *invasit*, Sy. *deprehendit*, G. i. e. invadet. Præt. pro Futuro [m]. Vel, *apprehendat*, Vulg. exhortandi sive optandi modo [n]. q. d. Subrepentem tentationem nè ità foveatis ut fiat insuperabilis [o]. Sed in Libris Complut. ac Regiis aliisque legitur, *apprehendit*; quod rectius [p].) *nisi humana*, Er. P. Be. Pi. &c. i. e. vel, 1. quæ oritur ab hominibus [q], vel ab humana cujusque imbecillitate [r], sive ex gula †, sive ex præpostero metu profanorum [t], & probrorum atque conviciorum quibus infideles eos peterent [v], nisi cum ipsis epularentur [x]. Hanc tentationem opponit Diabolicæ [y]: cui difficiliùs resisti potest [z]. Vel, 2. moderata, modica, mediocris [a]; omnia enim humana sunt parva [b]: superatu facilis [c], clemens ac mitis, nihil inhumanum habens [d], quæ major non est humanis viribus; iis scilicet quas in hac vita Deus, siquando opus est, hominibus indulget; vel quæ non superat eorum cruciatuum gravitatem quos mundani homines tolerare non detrectant [*]: *humanum* enim ubique Paulus tenue quiddam atque exile appellat [f]. Vel, tentatio vulgaris, frequens inter homines [g]. Ità hæc locutio alibi sumitur [h]. Sic, *virga hominis*, 2 Sam. 7. 14 [i]. Sic, γραφῇ ἀνθρώπου, Esa. 8. 1 [k]. *stylus qui in usu est* [l], vel quo literæ sic imprimuntur ut à quolibet legi possunt [m]. Sic, ἀνθρώπινον λέγω, *loquor vulgi more*, Rom. 6. 19. Sic Levit. 6. 3. ὧν ἂν ποιήσῃ ὁ ἄνθρωπος, i. e. *eorum quæ frequenter fiunt*. *Nondum ad sanguinem restitistis*, Heb. 12. 4 [n]. Contrà, quæ excelsa sunt & admiranda, ea *Dei* esse dicuntur; ut, *montes Dei*, Moses *pulcher à Deo* [o]. [Scopum & connexionem loci variè explicant:] Reprehensio est, q. d. Modicæ tentationi succubuistis: quid faceretis in graviore luctâ [p]? Al. Quia putare poterant se jam virium suarum experimentum habuisse quòd incommoda quædam ob Evangelium pertulerant, ostendit levia esse præ iis malis quæ postac ipsis supervenire possent [q]. Prolepsis est. Obj. Quid nos frustrà territas, quasi cadere possemus, qui tentationes multas sustinuimus, nec tamen collapsi sumus? Respondet, Quòd adhuc substitistis, non ex robore profectum est vestro, sed ex eo quòd leves fuerint tentationes vestræ [r]. Sed malim consolatoriè accipere †: q. d. Non est quòd ob horrenda illa iræ Dei exempla animos despondeatis; locus enim adhuc est resipiscentiæ [t]. Non tam malitiâ quàm humanâ infirmitate peccâstis: errare humanum est, ideóque veniale [v]. ¶ *Fidelis autem Deus est*] Dixerat, majora mala posse evenire, ut eò magis cautos redderet: Nunc nè nimiùm consternarentur, solatium addit, significans Deum, modò ipsi negligentes non sint, daturum vires pares tentationi [x]. Jusserat eos bene sperare de venia lapsus admissi: nunc etiam jubet non metuere desertionem in futurum [y]. Obj. Gravior tentatio nos absorbebit. Resp. Id non sinet Deus, qui est πιστὸς, *fidelis*, Heb. אמן, i. e. & *bonus*, sive *misericors*, & *verax* atque *constans in promissis*. Promisit verò invocantibus se in tribulatione auxilium & liberationem [z]. Ideo dicit, *fidelis est Deus*, quia Deus in tali statu opem suam promisit, Matt. 7. 11. Luc. 11. 13. Vide suprà 1. 9. 2 Cor. 1. 18. 1 Thes. 5. 24. 2 Thes. 3. 3 [a]. *Fidelis est*, i. e. certus custos suorum, qui suos nunquam deseret, modò toti ab ipso pendeant, nec opem suam in necessitate subducet, &c [b]. ¶ *Qui non patietur* (vel, *sinet*, P. Be. Pi.) *vos tentari supra*, &c. Ὑπὲρ ὃ δύνασθε] *Supra* id *quod potestis*, P. Be. Pi. nempe ferre [c]; viribus scilicet ab ipso suppeditatis [d]. Timere nos jubet respectu nostrî & virium nostrarum, confidendum docet respectu Dei & protectionis Divinæ [*]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν] *Sed* (vel, *Imò*, Er.) *præstabit* (vel, *faciet*, Er. Vulg.) *unà cum tentatione* (in quam passus est vos incidere [f], vestri boni causâ [g].) *etiam evasionem* (i. e. evadendi facultatem [h]; vel, aditum ad evadendum [i]: vel, *proventum*, Vulg. Mo. i. e. lucrum spirituale [k]; vel, successum [l]: vel, *eventum*, Er. Ti. Ca. vel, *exitum*, Er. Be. Tre. V. Scl. scilicet ex malo tentationis [m]: *exitum*, nempe bonum [n], lætum [o], felicem & gloriosum, ut cùm miles è prælio evadit victor [p]. Metaphora ab iis qui cincti erant latronibus aut hosti-bus,

x Me. sim. Pi. ‖ G. y E. z E sic V. Me. T. a Vor. b Pi. c G. d J. Cap. * D. f E Me. T. Par. g E. h E. Par. i Par. k E. l Li. ho. m Pi. n Scl. o Me. sim. Be. p Scl. q Pi. r Scl. sim. E. † Pi. t Scl. v G. x Ga. cin. 1. 3. 40. y G. z Me. a Scl. † Pi. b E. c Q. in Cam. d Cam. * Cam. Scl. f Cam. g Pi. h Pi. sim. Scl. E. i Scl. sim. E.

k E. l Scl. m V. n Q. in E. o T. sim. Me. p E. q Scl. ex Pi. r Scl. ex Be. † E. t Be. v Just. ex Chrys. x Be. y Scl. sim. Pi. Vor. z Vor. a Calv. E. Scl. Strig. b Strig. c E. d J. Cap. * Cam. f Scl. g G. h Cam. i Cam. J. Cap. G. k G. Cam. l G. m Cam. n G. o Cam. p Q. in Par. q G. sim. E. r Scl. † Par. sim. Calv. t Calv. sim. Par. v Par. x G. y Par. sim. Calv. z Par. a G. b Calv. c Par. Me. d Pi. * Scl. f V. ex Er. sim. Be. g G. ex Cypr. h Be. i Mr. k Be. l Scl. m Me. V. E. n Zeg. o T. ex Phot. & Græcis.

bus, &c [q].) *ut poſſitis ſufferre*, P. Be. Pi. vel, *tolerare*, G. ex Cypr. ità ſcil. ut ferendo vincatur [r], ut ſuperſitis & ſuperetis †; vel, nè ſuccumbatis [t]. Non dicit, *ut omnino perferatis*, ſed, *ut poſſitis perferre*, quomodo interpretatur Cypr. Teſtimoniorum 3. 91. ubi & hanc ponit ſententiam, *Tantum unumquemque tentari quantum poteſt ſuſtinere.* Arma Deus dabit per quæ valebitis vincere, ſi non ſitis ἐγκαταλείποντες, (*ignavi*, ſive *deſertores* [v].) Al. Senſus germanus eſt, Deus dabit vires quibus reipsâ & actu ſuſtineatis ac ſuperetis tentationem, dabit non tantùm vincendi poſſibilitatem, ſed & ipſam *victoriam*, ut dicit infrà 15. 57 [x]. Quod nonnulli excipiunt, *Deus, ſi credidero, dabit exitum*, nugatorium eſt: idem enim eſt acſi diceretur, *Deus ſi dabit exitum, dabit exitum:* nam *fide perſeverare* eſt, adipiſci exitum. Itaque piorum nemo petit ut poſſit credere ſi velit, ſed ut ſemper credat: Deus autem exaudit eorum preces, &c †. Ἔκβασις quod alibi διέξοδος, תוצאה. Sic *exitus mortis*, Pſal. 68. 21. eſt evaſio. *Incidit in tentationem* qui ſuccumbit, ut diximus Matt. 6. 13. *exit* qui tentationem vincit [y]. Perſeverantia hîc notatur [z]. Semper Deus aut vires largitur ad ſuſtinendum ſuperandúmque ſufficientes, aut liberationem planè maturam [a]. Hæc autem promiſſio non pertinet ad omnes homines, etiam fideles, ſed ad ſolos & omnes electos [b], ut conſtat ex collat. 1 Cor. 1. 8, 9. 1 Theſ. 5. 24. 2 Theſ. 3. 3. item Joh. 10. 27, 28. vel ad eos qui Divinum petunt auxilium, nempe ſicut oportet, ac inprimis perſeveranter; quod ſoli faciunt electi [c].

14. *Propter quod*] i.e. Propter omnia præcedentia [d]. Bene hoc cohæret cum paulò antè dictis: Si voſmetipſos aſſuefaciatis epulis in idolio, facilè, ubi gravior perſecutio incubuerit, ad pleniſſimam idololatriam devolvemini. *Per numeros veniunt iſta gradúſque ſuos.* Et, *Nemo repentè fit turpiſſimus.* ¶ *Fugite*, &c.] i.e. Quàm longiſſimè abeſte *. Εἰδωλολατρείαν hîc vocat externam quandam communionem cum idolis [f], convivia idololatrica [g]: his enim intereſſe Idololatriæ ſpecies eſt, quod mox probat [h].

15. *Ut*, &c. Ὡς φρονίμοις] *Ut peritis*, P. vel, *intelligentibus*, Be. Pi. myſteria Chriſtiana [i]: q. d. Cum prudentibus mihi ſermo eſt [k]. Eos enim à chariſmatis antè laudavit [l]. Attentionem Corinthiorum excitat, cum ipſis ingenium tribuit. Φρόνιμος hîc qui Homero φρενήρης [m]. ¶ *Loquor*, &c.] Scil. id quod ſequitur [n]. ¶ *Judicate*, &c.] qu. d. Tale eſt quod dico, ut vos facilè de eo judicare poſſitis [o]. Sermo hîc eſt de judicio non poteſtatis, ſed diſcretionis [p]. [Senſus,] Adeò æqua adferam ut non alios quàm voſmetipſos ſumam Judices [q].

16. *Calix*, &c? Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία, &c?] *Poculum* (vel, *Poculum illud*, Pi.) *benedictionis* (h. e. benedictum [r]; cœnæ ſcilicet Dominicæ, quod Chriſtus eodem nomine inſignit quo Judæi poculum illud in Paſchate, ſuper quod actæ ſunt gratiæ poſt cibum †; quod כוס הברכה [t], (*poculum benedictionis*;) vel כוס הלל, (*poculum laudationis* [v].) *cui* (vel, id eſt, *quod:* declarat enim quo ſenſu dixerat *poculum benedictionis* [x]. [Hoc autem non uno modo explicant:] 1. Quod cum gratiarum actione ſumimus [y]. Pro eodem poni εὐλογεῖν & εὐχαριστεῖν, item εὐλογίαν & εὐχαριστίαν, diximus ad Matt. 26. 26. Intelligitur autem hîc non εὐλογία aut εὐχαριστία communis, ſed illa huic negotio propria per quam orant fideles ut panis ille & vinum illud fiant, ſicut mox appellabuntur, 1 Cor. 11. 27, 29. *corpus & ſanguis Chriſti*, alimentum novæ creationis [z]. Sed non puto idem duabus his vocibus ſignificari [a]: nam εὐχαριστεῖν ad Deum refertur [b], εὐλογεῖν verò ad creaturas [c], ſive ad ſymbola [d], ut liquet tum ex Luc. 9. 16. *benedixit ipſis*, i.e. panibus & piſcibus *; tum ex hoc loco, ubi *calix benedicitur* [f]. 2. Quod ſanctificamus [g], ſolenni prece [h]; quod conſecramus uſui ſacro, ſcil. ut ſit Sacramentum ſanguinis Chriſti [i]. 3. Super quod precamur Deum ut ſymbolis benedicat, &c [k].) *benedicimus* (vel, 1. fideles omnes, animi ſcilicet conſenſu & devotione, &c [l]. vel potiùs, 2. presbyteri, ſacrorum adminiſtri [m].) *nonne* (Interrogatio fortiùs affirmat [n]:) *communio* (vel, *participatio*, V. *communicatio*, Er. Vulg.) *ſanguinis Chriſti eſt?* P. Er. Be. Pi. &c. i. e. ſignum, vel potiùs profeſſio atque obſignatio [o], vel efficax teſſera [p] (nam fideles alloquitur) noſtræ cum Chriſto conjunctionis & in-

[q] Par. [r] Vor. † Er. ſic Me. [t] Pi. [v] G. [x] E. † Cam. [y] G. [z] E. ex Thom. & Lomb. [a] Scl. [b] E. ex Amb. Aug. Greg &c. [c] E. [d] Me. * G. [f] Vor. [g] Scl. ex Pi. ſim. Zeg. [h] Scl. ſim. Zeg. [i] Cal. [k] E. Me. [l] E. [m] G. [n] Me. [o] E. T. [p] E. [q] G. [r] Camer. Ga. † Li. ho. ſim. Ham. [t] Li. ho. [v] Ham. [x] Pi. [y] Er. ex Chryſ. & Th. Be. ſim. Vor. V. Pi. [z] G. [a] Ga. adv. 7. 60. [b] E. Ga. ib. [c] Ga. ib. [d] E. * Ga. ſic E. [f] E. [g] Be. Scl. Ga. [h] Ga. [i] Scl. ex Be. ſim. Ga. ex Calv. & Pi. [k] E. ex Janſen. [l] E. [m] E. ſim. L. [n] Scl. [o] Vor. [p] Be. Pi.

corporationis [q], vel ſalutaris communionis noſtræ in ſanguine Chriſti [r]; ſymbolum & pignus communis juris quod habemus ad ſanguinem Chriſti, communiſque fruitionis illius †: vel, ſignificat, declarat, atque inſtrumentaliter efficit atque exhibet communionem, &c [t]. Eſt Metonymia [v] ſubjecti [x], qualis ſuprà 1. 18. Rom. 1. 16. κοινωνίαν vocat id per quod fit ipſa communio. Sic & Iren. 5. 4. contra eos diſputans qui mundum negabant à Deo conditum, *Sic autem ſecundùm hæc videlicet, non Dominus ſanguine ſuo redemit nos, neque calix Euchariſtiæ communicatio ſanguinis ejus eſt.* Quod mox interpretatur, *Quando ergò & mixtus calix & fractus panis percepit verbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti.* Eſt locutio non diſſimilis apud Valer. Max. 6. 2. ubi *Scipio Jovis epulo cum Graccho concordiam communicâſſe* dicitur [y]. Senſus, q. d. Nonne calix benedictus diſtribuit ſumentibus ſanguinem Chriſti [z]? Metonymia hîc triplex eſt [a]; 1. Continentis poculi pro contento vino [b]: quæ frequens eſt in Scripturis [c]. 2. Adjuncti, vinum benedictionis, cui benedictio adjuncta eſt. Hebraiſmus frequentiſſimus. 3. Subjecti, vinum pro vini potatione [d]: q. d. uſus calicis eſt communicatio, &c *. Hoc porrò dicit Apoſtolus, ut eos abſterreat ab Idolothytis [f]. Ratio ſic ſe habet, Qui pane & vino Domini ſe communicant, & inter ſe & cum Chriſto communicant. Ergò, qui conviviis idololatricis communicant, Idolis ſimul & Idololatris participant [g]. Vos communicatis de ſanguine Chriſti, ergò fugite ab Idololatria. Vos judicate de argumento. Nam obſignat vos ipſa participatio Euchariſtiæ contra Idololatriam & Idolothyta [h]. ¶ *Panis*, &c. Τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, &c?] Pro, ὁ ἄρτος, &c [i]. Sic, *Hos quos videtis ſtare hîc captivos duos*, pro, *hi quos:* &, *Urbem quam ſtatuo veſtra eſt*, pro, *urbs* [k]. Simile loquendi genus Matt. 21. 42 [l]. & Act. 10. 36 [m]. [Verba ſic reddunt,] *Panis* (vel, *Panis ille*, Pi. ex Sy.) *quem frangimus* (exemplo Chriſti, ad repræſentandam crucifixionem Chriſti. Sic & 1 Cor. 11. 24 [n]. Perinde ferè eſt ſive de externa panis fractione propriè ſic dicta, ſive, ex Hebraiſmo, de panis diſtributione, accipias [o]. *Fractio* & fractionem in cruce peractam ſignificat & ipſam communionem [p].) *nonne communio*, &c? P. Be. Pi. &c. vel, *participatio*, &c? Vulg. Id μετέχειν quam vocem uſurpat v. ſeq. non de Chriſto, ſed de pane. Κοινωνία & μετοχὴ differunt ut effectum à cauſa: hæc eſt Symbolorum, illa rerum ſignificatarum, &c [q].

17. *Quoniam*, &c. Ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν] *Quoniam unus panis*, (ſub. *eſt*, Be. ex Sy. & Ar. G. Ga. Glaſ. T. nempe in cœna [r]: Nam à cœna exemplum adducitur, & ſequentia hoc ſatis arguunt †. Supplementum hoc neceſſarium eſt, ut vis argumenti ab unius & ejuſdem Sacramenti perceptione ſumpti intelligatur; Unum corpus ſunt pii, quia ex eodem pane comedunt, qui eſt illorum inter ſe cum Chriſto coalitionis pignus [t]. Id autem ſubintelligendum per ὑπόζευγμα ex eo quod ſequitur, ἐσμέν· *Sicut hoc quod diſperſum fuit, poſtquam eſt congregatum, factus eſt unus panis*, ait Clemens Conſtit. 8. 26 [v]. Al. Non placet hoc ſupplementum: tunc enim dixiſſet, ὁ ἄρτος· deinde ipſa verborum collatio aliam ſyntaxin innuit [x].) *unum corpus multi* (vel, nos *multi*, Pi. vel, nos *illi multi*, Be. credentes ſcilicet [y],) *ſumus*, Er. P. Be. &c. i. e. membra Chriſti, qui eſt Caput, Rom. 12. 4, 5. 1 Cor. 6. 15. & 12. 12, 14, 18, &c. Eph. 1. 22. & 4. 15, 25. & 5. 30. Col. 1. 18 [z]. Ego ſic conſtruo, *Nos multi ſumus unus panis*, id eſt, *unum corpus* [a], h. e. quaſi unus panis, & quaſi unum corpus [b]. Enunciatio metaphorica; Sicuti in unum panem grana multa, in unum corpus membra multa, coaleſcunt; ſic nos multi hoc ſymbolo in unum Chriſti corpus myſticum coaleſcimus [c]. Ratiocinatur à ſigno ad rem ſignificatam, à pane ſacramentali ad panem myſticum, ſeu corpus myſticum [d]. Dicit Paulus, unum panem in cœna, de quo participamus, ſignificare nos eſſe unum corpus myſticum, & ſingula illius panis fruſta nos ſingulos, qui ejus corporis ſingula membra ſumus *. Sicut ex multis granis fit unus panis, ità ex multis fidelibus fit unus panis ſacer & vivus; unum ſcilicet corpus myſticum [f]. Per panis unius ſumptionem omnes efficimur corpus unum, tum cum Chriſto; nam alimentum coaleſcit cum alito: tum inter nos mutuò; nam quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt etiam inter

[q] Be. [r] Vor. ex Pi. † Pi. Scl. [t] Scl. [v] Be. Vor. G. [x] Vor. [y] G. [z] T. [a] Scl. [b] Scl. ſic E. [c] E. [d] Scl. * E. ex Aquin. [f] Me. [g] Scl. ſim. Me. Li. ho. [h] Li. ho. [i] G. Be. [k] G. [l] G. Be. [m] Be. [n] Pi. [o] Vor. [p] G. [q] Be. [r] Picherel. in Ga. adv. 43. 444. ſim. Glaſ. rhet. 1. 13. 434. † Ga. ib. [t] Be. [v] G. [x] Pi. [y] Be. Pi. [z] G. [a] Pi. [b] Pi. Scl. [c] Scl. [d] Pi. * Ga. ibid. [f] Me.

ter se eadem. Itâ Iren. Hil. Chryf. &c[g]. Multi, per significationem & effectum sacramenti, sumus unus panis, & quia idem ille panis corpus Christi est, [quod quo sensu verum quære in Polemicis, & in E. & Par. ad hunc locum] ideo multi sumus unum corpus. *Multos*, intellige cœtum fidelium, i. e. Ecclesiam, tam particularem quamlibet, quàm universalem[h]. ¶ *Nam*, &c. οἱ γὰρ πάντες—μετέχομεν] *Nam omnes* (nempe qui eidem mensæ sacræ pariter accumbimus, & unam facimus φρατρίαν, quæ φρατρίαν totius Ecclesiæ gerit imaginem. Magni erant panes apud Syros & Græcos, itâ ut facilè deni aut plures eodem pane vescerentur. Diogenes Laert. in Vita Pythagoræ, Ἐφ' ἕνα ἄρτον, &c[i]. *Ad panem unum sumendum conveniebant olim amici, prout & adhuc mos est barbaris.*) ex eodem (vel, *uno*, Mo. *uno illo*, Be. Pi. *Unum* vocat, non tam numero, quàm communi notione sacramenti; utpote in unum eundémque finem acceptum[k].) *pane participamus*, Er. Il. Ti. Tre. Et proinde unum sumus corpus inter nos[l]. Mensa communis, sicut & contubernium, amicitiæ erat tessera[m]. Nos hoc pacto cum Christo & inter nos societatem sanctæ religionis habemus. Ergò fideles unà cum infidelibus ex idolothytis edentes, societatem impiæ religionis cum eis ineunt, &c[n]. In mentem hoc revocat illud quod Judæis vocabatur עירוב, *commixtio*, vel κοινωνία, *communio*: quæ inter multos fiebat, in cibo uno, quem parabant in vespere Sabbati, vel cum torta, mola, vel pane integro. Sic consociationem inibant, & omnes unà comedebant, &c. [de quo vide Li. ho.] Si autem Israelitis usitatum foret in unum corpus politicum vel œconomicum coalescere per comestionem panum plurium ab hoc & illo simul congestorum, nos multò magis in unum corpus consociamur ex comestione unius ejusdémque panis ab uno Salvatore nobis instituti †.

18. *Videte* (i. e. considerate[o]: vel, *Videtis*, Be.) *Israelem* (sub. *qui est*, Be. Pi.) *secundùm carnem*] Sic vocat eos, vel, 1. quia carnis, non item spiritûs, filii erant[p]; q. d. eos qui carne Judæi sunt[q]: externâ specie sic dictos, vel juxta Legem æstimatos[r]. Nos enim *secundùm spiritum* Israelitæ sumus, Rom. 9. 6. Gal. 6. 16 †. Confer Rom. 2. 28. & 9. 7, 8[t]. Vel, 2. quia carnalem tantùm, h. e. externum, cultum Deo præstabant[v]. Sic Heb. 7. 16. *mandatum carnale*, i. e. de cultu carnali[x]: q. d. qui corporalem circumcisionem circumferunt[y], & externis sacrificiis adhuc addicti sunt[z]. [Sensus,] Videte an non idem habeatur in Lege Moysi[a]. ¶ *Nonne qui edunt hostias* (juxta Legem immolatas[b], שלמים, τὰς σωτηρίους θυσίας unde qui eas obtulerant vescebantur[c].) *participes* (vel, *consortes*, Be. Pi. *socii*, E. ex Aug.) *altaris?*] i. e. Sacrificii, per Meton. subjecti; & sacrificii, i. e. cultûs, per Synecd. generis[d]. *Altare* pro toto cultu altaris. Synecd. partis*: q. d. socii religionis ac cultûs, & conscii ac approbatores sacrificiorum[f]: participes censentur facti sacrificii[g], tanquam etiam pro ipsis oblati, & per illud sanctificantur[h]. Per id ostendunt, se eum Deum colere cujus est altare in quod profecta victimæ data sunt[i], & cultum altaris sibi probari[k]: profitentur se communionem inter se habere in cultu Dei Israelis, ideóque cum Deo, &c[l]. Hinc colligendum relinquit, Eos qui cum infidelibus Idolothyta comedunt (in sacro idolorum convivio[m]) unà cum illis participes fieri sacrificii idolis oblati[n], & eos hoc profiteri[o].

19. *Quid ergo dico? quòd*, &c? Ὅτι εἴδωλον, &c?] *Idolum* (cui scilicet offeruntur victimæ paganorum[p]:) *aliquid esse*, (h.e. aliquid posse[q], aut vim numinis habere[r]: contra id quod antè docui †.) *aut quod idolis immolatum est aliquid esse?* P. Be. Pi. scil. in se, seu sacrum, seu pollutum[t]; vel religione aliquâ idolum imbutum sive affectum esse[v], ut ab eo metuenda sit coinquinatio peccati[x]? Interrogatio vim habet negandi[y]. Prolepsis est[z]. Quia facilè visuri erant Corinthii quò tenderet illa comparatio, nempe ut qui immolatitia Græcanica ederent, censerentur eos deos colere quorum aris data erant profecta, ideo hoc non exprimit, sed occurrit ei quod sciebat dicturos Philosophos, *idolum nihil esse*, ut suprà 8. 4. *Concedit ergo hoc illis, non esse ultrà Jovem, Neptunum, Cererem: periisse eos pridem*[a]. [Sensus, q. d.] Non hoc dico quasi illa aut obesse queant aut prodesse, quippe quæ nihil sunt prorsus; sed ea volo despiciatis, nè erroris socii esse videamini[b].

20. *Sed*, &c. Ἀλλ' ὅτι ἃ θύει, &c.] Oratio elliptica[c]. *Imò* (sub. *illud dico*, P. Be. Pi. sic Er. &c. q. d. Non dico istud, sed aliud[d].) *quæ immolant gentes*, (infideles in suis sacrificiis*,) *dæmoniis immolant*, P. Be. Pi. &c. i. e. malis spiritibus[f]: non quidem intentionaliter[g], (putabant enim se deos veros colere[h]:) sed tamen quoad eventum[i]: quia omnis potentia quæ se exerebat in illo cultu, sive in reddendis oraculis, sive in præstandis interdum beneficiis, exercebatur operâ Dæmonum[k], qui simulacris assidebant[l], & in iis colebantur, Psal. 96. 5. *Omnes Dii gentium dæmonia*[m]. Confer Levit. 17. 7. Num. 25. 3. De quovis cultu judicat Deus, non secundùm intentiones hominum, sed secundùm verbum suum. Non intendunt Papicolæ Dæmonibus offerre: neque id olim intendebant Ethnici[n]. Dæmones mali per ista nomina, quæ nihil sunt, homines à vero Deo abducunt. Probat ex Deut. 32. 17. ubi in Græco est, Ἔθυσαν δαιμονίοις, pro quo in Heb. est. לשדים, i. e. *Dæmonibus* πορθοῦσι. Tertul. De spectaculis, *Scimus nihil esse nisi nomina mortuorum, sicut nec ipsa simulacra eorum; sed non ignoramus qui sub istis nominibus & institutis simulacris operentur & gaudeant, & Divinitatem mentiantur nequam Spiritus, scilicet Dæmones*[o]. ¶ *Non Deo*] Ut ipsi falsò sibi persuadent[p]. Sententia Ethnicorum erat, Supremos & cœlestes deos purâ duntaxat mente, hymnis & laudibus, Dæmones autem sacrificiis, colendos esse. Vide Porphyr. in Euseb. Præp. Evang. Herm. Trismeg. in Asclepio, Apuleium De Dæmonio Socratis[q]. ¶ *Nolo* (vel, *Nolim*, P. Be. Pi.) *autem vos socios* (vel, *participes*, vel, *communicatores*, Er. V.) *fieri* (vel, *esse*, Pi.) *dæmoniorum*] i. e. Cum Dæmone quidpiam habere commune[r], aut societate jungi. Hoc faciunt qui, vel, 1. Dæmones expressè, vel per se vel per alios, invocant aut consulunt: vel, 2. cum eis paciscuntur, ut vel bene faciant, vel malé: vel, 3. invocantibus eos se consociant, sive in sacrificiis offerendis, sive (quod hîc factum) in edendis idolothytis †. Nè in speciem quidem velim vos sociari pessimis illis Spiritibus, Dei & salutis humanæ inimicis. Κοινωνὸς γίνεσθαι, צמד, quod τελεῖσθαι, i. e. *initiari*, vertunt Græci, Num. 25. 3. Psal. 106. 20[t].

21. *Non potestis* (ritè scilicet, vel bonâ conscientiâ: ut *non posse* sæpe sumitur, ut Deut. 16. 5. Act. 4. 20. &c[v]. q. d. Non convenit, non decet: suprà 3. 11. Mat. 9. 15[x]. Vehementer absurdum est & perversum ac moraliter impossibile, ob maximam repugnantiam inter Christum & Dæmonia[y]. Significat, nullo modo consistere simul posse communionem nostri cum Christo, & cum idolis. Neque tantùm de jure, verumetiam de facto & reipsâ, loquitur[z].) *calicem Domini* (i. e. à Domino institutum, vel qui bibitur in honorem Domini[a]:) *bibere, & calicem Dæmoniorum*] i. e. Qui in honorem Dæmoniorum bibitur[b], quo vinum idolo, & per hoc Dæmoniis, consecratum est[c]. Ποτήριον δαιμονίων vocat vinum diis libatum, quod Hebræis יין עבודה זרה. Vide quæ de ea re attulimus ad Mat. 26. 27[d]. Locutio sumpta ex more Gentium, quæ festa sua convivia libationibus & Divi laudibus claudebant: de quo vide Virgil. Æneid. 8. Et notat Aristot. μεθύειν dictum quasi μετὰ τὸ θύειν. Hæc memorat, ut Corinthios pudeat ejusmodi convivia in rebus mediis numerare, &c*. Alludit h. l. ad poculum ἀγαθοῦ δαίμονος apud Gentiles usitatum[f]. ¶ *Mensæ Domini*, &c.] i. e. Vel, 1. cibi[g], sive convivii[h], in mensa appositi[i]. Meton. subjecti[k]. Vel, 2. ejus cultûs qui Domino exhibetur in ipsius mensâ[l]. Mensam dicit: Ergò ignota tunc altaria[m]. Sed *mensa* pro altari ponitur & Esa. 65. 11. & Mal. 1. 7[n]. Et שלחן גבוה Talmudicis non infrequens, pro *altari*[o]. ¶ *Et mensæ dæmoniorum*] Quæ cibos præbebat Dæmoniis immolatos[p], quæ sternebatur in idolio[q]. Nam & in idoliis mensæ ponebantur populo, tribubus, sodalitatibus: ἱερὰν τράπεζαν habes in Scholiaste Pluti[r].

22. *An*, &c? Ἢ παραζηλοῦμεν, &c?] *An irritamus* (vel, *provocamus*, Er. Il. Ti. Glas. i. e. provocare voluerimus: Sic Luc. 11. 52. *intrantes*, i. e. intrare volentes: Matth. 5. 23. *Si obtuleris*, i. e. vis offerre †. Vel, *ad iram provocamus*, P. Pi. G. *Ira* enim sæpe קנא, ζῆλος· unde & verbum קנא, sive הקניא, quod vertitur παραζηλοῦν, παροξύνειν, παροξ-

[g] T. [h] E. [i] G. [k] Be. [l] Scl. [m] Ga. ib. [n] E. † Li. ho. [o] Me. Pi. [p] Scl. sim. Er. E. [q] V. [r] Vor. † G. [t] Scl. [v] Scl. ex Pi. [x] Pi. [y] Me. [z] Me. sic Cal. Be. [a] V. [b] Zeg. [c] G. [d] Scl. sim. Be. * Par. [f] Cal. [g] Me. ex E. sim. T. [h] E. [i] G. [k] Par. [l] Pi. [m] Scl. sim. T. [n] E. sim. Zeg. Scl. [o] Scl. [p] Pi. [q] Cal. [r] Scl. Cal. Be Pi. † E. [t] T. [v] Be. Pi. Scl. [x] E. [y] Scl. [z] Vor. Scl. [a] G.

[b] Zeg. [c] Vor. [d] Pi. * E. sim. Pi. [f] Pi. [g] Scl. sim. E. [h] Just. sic Scl. [i] Scl. [k] E. [l] E ex Hi. [m] BA. 1. 2. 53. 641. [n] Par. [o] G. [p] Pi. [q] Med. De Apostasia ult. temp. c. 6. [r] Me. † E. [t] G. [v] Glas. gram. 3. 3. 12. 260. [x] sim. Pi. [y] G. [z] E. [a] Vor. [b] Pi. [b] Scl. ex Pi. [c] E. [d] G. * Be. [f] Q. in Med. ib. [g] Pi. Scl. Be. [h] Scl. [i] Be. [k] Scl. [l] Pi. [m] Be. [n] E. [o] Li. ho. [p] E. sim. Med. l. 2. p. 477. [q] E. [r] G. † Glas. gram. 3. 3. 7. 249.

παραζηλοῦν. Eminenter autem dici solet de iis qui idolis honorem exhibent, ut videre est Deut. 32. 21 [t]. Vel, *provocamus ad æmulationem*, Be. ad rivalem & hostem ipsius transeuntes [v]. Alludit ad verba Legis, ubi dicit Deus se rivalem ferre non posse [x]. Vel, *provocando provocamus ad zelotypiam*, Tre. ex Sy sic E.) *Dominum?* Mo. scilicet Christum: cui Paulus passim tribuit quæ in Scripturis de Deo dicuntur, ut h.l. *zelotem esse* [y], q.d. Siccine insanimus ut audeamus provocare, &c [z]? Interrogando deterret, q.d. Minimè vobis suadeo ut Dominum irritetis [a], vestrâ scil. profanitate [b]. Prolepsis est, ad excusationes eorum præoccupandas [c]: sic enim illi, Nos cum amicis necessitudinis retinendæ causâ ad convivia hæc accedimus. Resp. At Deum interim zelotem ad vindictam provocatis [d]. De his in prima persona loquitur, se illis annumerans; ut ostendat factum illorum cedere in injuriam totius Ecclesiæ, cujus membra sunt. ¶ *Numquid fortiores*, &c?] Ut eum velut ad pugnam lacessamus [*], ut pœnas evadere possimus quas iratus Deus nobis velit infligere [f]? q.d. Minimè. Ergò non impunè nobis cedet illa provocatio [g]. Sensus depromptus ex Job. 9. 19. & 37. 23 [h].

23. *Omnia* (scil. hæc, de quibus nunc agimus [i], quæ indifferentia sunt; ut, comedere idolothyta [k]. *Omnia*, ejus scilicet generis de quibus & suprà egit 6. 12. ubi idem dictum. In genere edere εἰδωλόθυτον non est illicitum, ut si quis solus sit nec aliud habeat quod edat. In circumstantiis certis ideo fit illicitum, quia alios id potest pejores reddere [l]. Omnium creaturarum usus concessus est, ergò & idolothytorum [m].) *mihi* (Transit hîc Paulus, ut sæpe, à secunda persona ad primam: id enim perinde est ubi de quovis homine agitur. Sic & suprà 6. 7, 8, 9, 10. similis mutatio fit aliquoties [n].) *licent, sed non omnia expediunt*, Συμφέρει] *Conducunt*, Er. V. *Conferunt*, P. Be. Pi. nempe proximo [o], præsertim infirmo [p]. ¶ *Non—ædificant*] h. e. Meliorem reddunt, proximum scilicet [q]: non promovent publicum Ecclesiæ bonum, quod consistit in salute hominum, sed quædam magis destruunt. Vult enim ex boni negatione malum oppositum intelligi [r]. Minus dixit, plus sensit. Illa adeò homines meliores non faciunt ut etiam ad ruinam impellant [†].

24. *Nemo quod suum est quærat*] i. e. Privatis commodis studeat, neglecto & posthabito communi multitudinis bono [t]; vel, ità ut commodum & salutem proximi negligat [v]: hoc enim est, phrasi Scripturæ, *suum quærere*; quod de charitate negatur, infrà 13 [x]. Careat quisque libenter voluptate vel utilitate vescendi idolothyta, ut aliorum scandalum vitet [y]. Nequis id unum spectet quòd ex tali re ipsi esse boni aut mali possit [z]. ¶ *Sed quod alterius*] i. e. Bonum proximi [a]. Nam inter Christianos partem nostri magnam sibi Proximus vendicat. Qui Proximum amat, Deum amat [b].

25. *Omne*, &c. Πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ, &c.] Μάκελλον vox est Græca ex Latina, ut φραγέλλιν, κησωδία, & similia. Utitur & Plutarchus exponens, κρεοπώλιον [c], & Lexica Græco-Latina [d]. Retinuit eam & Syrus. Rabbini scribunt מקולין. Nomen habet à loco qui erat Romæ; is autem ab homine cujus id fuerat solum [*]. [Verba sic reddunt,] *Quicquid in macello venditur* (i. e. quaslibet carnes ibi venales [f], sive idolis immolatas, sive non [g],) *edite*, Be. Pi. i. e. licebit edere, ut Gen. 2. 16. & 3. 2 [h]. putà in privatis ædibus [i], ubi nullum est periculum offensionis [k]. Fieri poterat ut macellarius, ὁ ὀψοπώλης, antequam ad macellum carnes ferret, aliquid de iis in aram dedisset: Τὰ κατ' ἀγορὰν ὤνια τῆς σπονδῆς καταμολύνοιτο, Euseb. lib. 8 [l]. Fieri etiam poterat, quod Aug. notavit, ut Sacerdotes partes quæ ipsis cedebant venderent [m]. Solebant Ægyptii, teste Herodoto, pecudum immolatarum capita in forum asportata Græcis divendere. Et solebant (inquit Schol. Aristoph.) à sacrificiis redeuntes partem ex ipsa victima domesticis adferre, & si quid superfuisset, asportare [n]. De eo non vult solicitè inquiri; licet nescire talia, & nescisse se dicere. Tertul. De jejuniis, *Claves macelli tibi tradidit, permittens esui omnia ad constituendam idolothytorum exceptionem* [o]. ¶ *Nihil*, &c. Μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν] *Nihil hæsitantes* (vel, *interrogantes*, Er. Il. Ti. P. Mo. Ca. an idolis immolatum sit, necne [p]: vel, *disquirentes*, Ar. V. sim. Tre. ex Sy. *dijudicantes*, Er. *discriminantes*, i. e. citra ullum in istis discrimen [q]. Al. Ἀνακρίνειν hîc est, *damnare*: quomodo & κρίνειν sæpe ponitur. *Damnare* autem hîc est, *pro impuro habere* [r]. Al. Ἀνακρίνειν est, *hæsitare judicio*, & in utramque partem apud animum suum disceptare [†].) *propter conscientiam*, Pi. Vor. Er. P. &c. vel, *persuasionem*, G. vel, 1. alienam: nè tua interrogatio pariat addubitationem sodali [t], aut astanti dum emis, aut assidenti dum edis [v]; atque ità scandalizetur [x]. Vel, 2. vestram [y]; vide suprà 8. 7 [z]. quasi sit vesci nefas [a], quasi non possitis bonâ conscientiâ edere [b]. Persuasionem autem intellige eam de quâ sequitur, Nihil esse in cibis per se impurum. Vide quæ diximus ad Matth. 15. 11 [c]. Innumerabilibus ferè scrupulis in conviviis suis vexabantur Judæi quoad rem comedendam, ut & quoad societatem quâcum est comestum, & modo comedendi. De fructibus & oleribus mensæ appositis, an ritè decimata, an sacrata aut profana, an munda aut polluta. De carne apposita, an ea de Idolothytis, de dilaceratis, de suffocatis, de non ritè mactatis. Quæ omnia abolevit Evangelium, &c [d].

26. *Domini* (i.e. vel, 1. Dei [*]. Κυρίε hîc est ליהוה. Nam cùm Apostoli loca citant V. T. sæpe Deum *Dominum* vocant, cùm alioqui de suo loquentes Christo soleant dare *Domini* nomen [f]. Vel, 2. Christi: quem plerunque ità nominat, ut significet, nobis ab illo datam esse potestatem quosvis cibos comedendi [g].) *enim est terra & plenitudo ejus*] i. e. Quicquid in ea est [h]; quicquid dives gignit terra [i]; infinita illa rerum copia quibus plena est [k]. Est ex Psal. 24. 1. מלוא, sive πλήρωμα, *omne id quod super terram versatur*; sicut πλήρωμα θαλάσσης, *omne id quod in mari est*, Psal. 96. 11. 1 Par. 16. 32 [l]. Αἰτιολογία, quam variè explicant [m]. Dominus purificat quicquid est in terra [n]. Omnia ad usum hominum creata Divinitus, ideóque homini tanquam suis vesci licet [o]. Simile 1 Tim. 4. 4 [p]. Al. Negat impiorum sacrificiis pollui Dei creaturas, quia semper manet penès Deum terræ totius dominium & possessio. Eam ergò conservat suâ virtute, ideóque sanctificat. Purus ergò est rerum omnium usus filiis Dei, quando eas non aliunde quàm ex manu Dei suscipiunt [q]. Dominus omnium hæc sanctificavit, liberúmque eorum usum fidelibus concessit [r]. Al. Tota terra, i. e. universi mundi populus, nunc in Dei concessit ditionem, sublatâ macerie illa separatitia, Eph. 2. 14. Itaque lex illa, de ciborum discrimine, sublata est, & quovis cibo uti licet [†].

27. *Si quis* (non significans scilicet se sacrificâsse [t]:) *infidelium vocat* (i. e. invitat [v]) *vos*] Nempe in domum suam [x], ad convivium [y], privatum [z], vel domesticum [a]; aut etiam in idoleum: nam ex cap. 8. 10. apparet, eò ire non absolutè vetitum esse, modò sit convivium amicitiæ ergò institutum, in quo nullus cultus idolis exhibebatur, &c [b]. Καλεῖν est, *ad convivium vocare*. Qui ad id mittebantur servi κλήτορες Græcis, Latinis *vocatores* [c]. ¶ *Et*, &c. Καὶ θέλετε, &c.] *Et* (vel, *Si omnino*, G.) *vultis* (Admonet tacitè, melius fortè facturos si non eant: Ire tamen non prohibet, suprà 5. 10 [d].) *ire*; (scil. ad convivium [*]. ¶ *Omne*, &c. Πᾶν τὸ παρατιθέμενον, &c.] *Quicquid apponitur*, &c. P. Be. Pi. &c. i. e. Edite de appositis quod lubet. Παρατίθεσθαι vox propria mensæ, Marc. 8. 6, 7. Luc. 9. 16. & 10. 8. & 11. 6. Act. 16. 34 [f].

28. *Si quis autem* (scil. convivator [g], sive infidelis [h], frater infirmus [i],) *dixerit*] Græcè, *dixerit vobis*, P. Be. Pi. aut alteri [k], in prandio aut cœna [l]; nempe ut vos deterreat ab esu [m]. ¶ *Hoc*, &c. Τοῦτο εἰδωλόθυτόν ἐστι] *Hoc* (i. e. hæc caro nobis apposita [n]) *idolis immolatum est*, P. Pi. &c. Sacrificavi Cereri, & ad hæc exsta vos vocavi [o]: ut te vel trahat quasi ad illicita, vel arceat quasi ab illicitis [p]; q.d. non possis eo vesci sine idololatria [q]. In MS. hîc pro εἰδωλόθυτον est ἱερόθυτον. Est ea vox in Oeconomicis quæ Aristoteli tribuuntur. Phrynichus mavult dici θεόθυτον quam ἱερόθυτον [r]. ¶ *Propter*, &c. Δι' ἐκεῖνον τὸν μηνύσαντα, καὶ τὴν συνείδησιν] *Propter illum qui indicavit* (i. e. nè conscientiam illius offendatis [†], nè scandalum ei præbeatis manducando [t]: si fidelis sit, aut te velut malè agentem judicabit [v], aut exemplo tuo contra suam conscientiam comedet [x]; si infidelis, putabit te, aut præ metu vel pudore non audere religionem tuam, quæ omnem exsecratur idololatriam, libere confiteri, aut certè per intemperantiam gulæ prodere sinceritatem tuæ religionis, & per hæc Christianis Christóque ipsi insultabit; tantum aberit ut eum Christo sis lucrifacturus, cujus rei potissimùm causâ ad mensam

X hominis

[Margin notes, left column: t G. / v E. / x Be. / y E. / z Be. / a Pi. / b Vor. / c Scl. sim. Pi. / d Scl. / * E. / f G. / g T. ex Me. / h G. / i Scl. ex Be. / k Me. / l G. / m Pi. / n G. / o Vor. Pi. / p Vor. / q Pi. / r E. / † G. / t E. / v Pi. sim. Me. T. / x E. / y Me. sim. T. / z G. / a E. / b G. / c G. sim. Be. D. / d G. sic D. / * G. / f E. sim. Pi. Me. T. / g Pi. / h Scl. ex Pi. / i Vor. sim. E. Be. / k Vor. / l G. / m G. sic Be. / n Be. / o G. / p T. sic Me. Scl. / q Be.]

[Margin notes, right column: r G. / † Pi. / t V. / v Q. in E. / x Me. / y G. Vor. Cal. E. Me. / z G. / a Ca. / b Pi. Scl. / c G. / d Li. Ho. / * Cal. / f G. / g Vor. / h V. Me. / i Er. / k Be. sim. Calv. / l G. / m Scl. / n V. / o Ca. sim. Pi. / p Pi. / q Calv. / r Dic. / † Scl. ex Be. / t G. / v Pi. Me. / x Cal. / y Pi. E. sim. Me. T. / z Pi. sim. Be. / a T. / b Cal. / c G. / d G. sim. Vor Be. / * Pi. / f G. / g G. sic T. / h T. ex E. / i Pi. Vor. Scl. E. / k T. / l Me. / m Pi. / n Idem. / o G. / p T. / q Pi. / r G. / † Pi. / t Me. / v E. / x E. Me. sim. Ca.]

hominis infidelis accedere debueras y.) & (pro, *id est* z. Habet hîc καὶ vim ἐξηγητικὴν, ut sæpe a. Exponit quid antè dixerat *illum qui indicavit*. Quæri poterat. *Quid hoc ad illum?* Respondet, *Ob illius conscientiam* b: &, q.d. specialiter autem c.) *propter conscientiam*, P. Be. Pi. nempe illius d, scil. fratris *, ut mox declarat f; quam tuo facto vulneras g: Nempe quia ille Cererem aliquid esse credit, & in ea opinione confirmatur, te de immolatitiis edente. Sic συνείδησιν de pagano habuimus suprà 8. 7 h. ¶ Τοῦ γὰρ Κυρίου, &c.] *Domini enim est terra*, &c. P. Be. &c. Hæc verba paulò aliter quàm suprà accipienda sunt i. Terra & fruges Dei sunt, non Cereris: noli ergò alere falsas opiniones. Ità possunt hæc verba hoc loco exponi k. Al. Abstinete his; licet enim vobis aliunde ventrem explere l, sine offensione proximi m: vobis enim patent omnia, & nihil est interclusum n. Dominus terræ alios cibos sanctificavit, nec concessit potestatem utendi indifferenter creaturis suis, cum alicujus scandalo o. Sed [hæc verba] rectiùs fortè omittentur ut malè repetita p: neque enim habet in hoc loco MS q. Claromontanus, eximiæ vetustatis & emendatissimus Codex r: Syrus quoque, Latinus, Arabs, non legerunt †. Nec videtur huic loco quadrare t. Quippe adhiberetur una eademque sententia ad probandum sententias contrarias, nempe & edendum, & non edendum, esse de idolothytis. Deinde, orationis consequentia postulat ut v. seq. immediatè subjungatur istis verbis, *propter conscientiam*. Cohærent enim per epexegesin v. Verùm hæc clausula non est aliena, quamvis applicatio videatur obscurior x. *Domini est terra:* Ergò reverenter, quasi in conspectu Dei, est convivandum, sine offensione proximi y.

29. *Conscientiam autem dico non tuam* (More suo personam fingit z, & mutat numerum, velut unum compellans è pluribus scientiam habentibus, ad quos superiorem direxerat sermonem: idque facit ut doctrina sit efficacior, &c. Sic Gal. 6. 1, 2. *Non tuam*, de qua priùs loquebar, quæ bene-instructa est, ideóque non læditur a: qui rem tenes b; qui nosti Cererem nihil esse, & omnia ista in dominio esse Creatoris c.) *sed alterius*] Scilicet *indicantis*, &c d. illius qui te vocaverat: ἑτέρου, הרע, *is quicum tibi negotium est* *. Vel, fratris infirmi f. ¶ *Ut quid*, &c. Ἱνατί γὰρ ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως;] *Cur enim libertas mea* (i.e. libertatis meæ usus g, in esu ciborum h. Personam mutat, ex secunda in primam, ut ex sua persona alios doceat i.) *judicatur* (vel, *damnatur*, Il. P. Be. Pi. Ar. *damnetur*, Ca. Κρίνεται hîc, ut alibi sæpe, pro κατακρίνεται ut liquet ex seq. βλασφημοῦμαι k. De temerario aliorum judicio loquitur: sunt enim verba Apostoli, non opponentis, &c l. Sensus, Cur committerem m, aut occasionem darem n, temerario libertatis meæ usu o, ut alius damnet libertatem meam p; vel, ut hoc beneficium libertatis meæ ægro fratri interitum afferat q? Cur & cui bono utar jure & libertate meâ cum offensione alterius r?) *ab alia* (nempe fratris infirmi †) *conscientia?* Er. Ti. Tre. ex Sy. &c. Abstinere ergò debes ab idolothyto. Paulus eorum personam induit quos ad moderatum libertatis usum adducere vult t. Al. Verba sunt libertate abutentium, q.d. Cur spolior meâ libertate propter alios? Respondet Paulus v. 31 v. Aliud est ἕτερος, aliud ἄλλος: ἕτερος, ut dixi, *is quicum negotium est*; ἄλλος, *quivis alius quicum negotium non est*. Si quis conviva nôrit eas res esse immolatitias, ego autem id nesciam, ego libertate justâ utor: ille si me propterea pro idololatra habeat, iniquè me damnat x.

30. *Si*, &c? Εἰ δὲ ἐγὼ χάριτι μετέχω, τί βλασφημοῦμαι ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ;] *Si verò* (vel, *Et si*, P. Pi. &c. *Quòd si*, Er. Be.) *ego* (id ignorans scilicet y,) *gratiâ* (vel, *cum gratia*, P. &c. vel, *per gratiam*, P. Be, i.e. vel, 1. per Dei beneficium z, cujus est *terra & plenitudo*, &c. & *qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum*, 1 Tim. 6. 17 a. q.d. Deo dante & id concedente b, ut vescar quibuslibet c. Vel, 2. per gratiam mihi à Deo concessam, quâ scio idolum & idolothytum nihil esse d. Vel, 3. cum gratiarum actione *: ut χάρις sæpe sumitur, ut Luc. 6. 32. & 17. 9. 2 Cor. 8. 16 f.) *participo* (sub. *cibum*, P. Be. Dic. cibos appositos. In MS. hoc, εἰ ἐγὼ, &c. sine δὲ, cohæret cum superioribus g.) *quid* (vel, *cur*, P. Be. Pi. Er. G. sub. *ob id*, Er. P. V. vel, *quid est cur*, Er.) *blasphemor* (vel, *ut blasphemus accusor*, Be. *mihi maledicitur*, Er. V. sic Be. Zeg. Scl. i. e. reprehendor h: vel, *malè audiam*, Er. *calumniam patior*, G. tanquam homo qui gulæ studio aut immundum se facit, aut idololatriæ participem i: vel, *impius judicor*, P. *tanquam impius traducor*, Pi.) *pro eo quod* (vel, *pro quo*, Er. P. Be. Pi. *pro re de qua*, G. *pro eo pro quo*, Er. Zeg.) *ego gratias ago?* Mo. &c. Deo scilicet k: h. e. vel, 1. pro hac indulgentia l: vel, 2. pro cibo m, pro ea ciborum participatione n. Est hîc ἀντίθετον, qualia multa apud Paulum o. Sensus, q.d. Committere non debeo ut alius malè de me loquatur propter cibum: sed potiùs abstinebo, quamvis alioqui cum gratia participaturus p: nè libertate meâ abutar, nec gratias Deo agerem, sed graviter offenderem, nec gloriæ ipsius consulerem, sed illam blasphemiis & maledictis aliorum exponerem q.

31. *Omnia in gloriam Dei facite*] i.e. Ut apta sint ad Dei gloriam promovendam r: Eò omnia referte, si non actu, saltem aptitudine, habitu sive intentione habituali, vel virtuali †. Cavete nè ullo vestro facto ἐκ περιστάσεως (*ex circumstantia*) Dei honor lædatur. Dictum est Hebræorum, כל מעשיך יהיה לשם שמים. Est id in Pirke Aboth, & apud Maimonidem t. R. Jona in libro Timoris, *Omnia sua opera proponet sibi facere in nomine Dei.* Paulo pòst, ubi de gratiarum actione post cibum, *Postea*, inquit, *bibet aquam, vel vinum*, &c. *omnia in nomine Dei.* Alius, *Cultus occultus est, ut credamus unum Deum, atque omnia opera nostra dirigamus ad nomen ipsius*, h. e. faciamus in ejus nomine. Et mox, *Qui facit præceptum aliquod, nec proponit sibi illud facere in nomine Dei, non accepturus est pro eo mercedem.* In his omnibus לשם (*in nomine*) idem est quod, εἰς δόξαν, *in honorem* v. [Sensus] Ità facite ut nullam occasionem detis vituperandi Dei x, aut scandalizandi alium y: ità ut in eo agnoscatur Majestas & Dominium Dei, quod Scriptura vocat *gloriam suam* z. Ad hunc, ceu scopum, omnes actiones vestras dirigite a.

32. *Sine*, &c. Ἀπρόσκοποι γίνεσθε] Ἀπρόσκοποι interdum passivè sumitur pro iis qui non offenduntur b, hîc activè pro eo *qui neminem offendit* c, i. e. deteriorem facit, בלא מכשול. Vide Præceptum vetans 168. Act. 24. 16. ubi de hac voce egimus d. *Estote sine offendiculo*, P. Be. Pi. Tre. ex Sy. sic Mo. *Tales estote ut nullum præbeatis offendiculum*, Er. Il. Ti. Ità vos gerite ut nemini detis scandalum *. *Præbete vos innoxios*, Ca. ¶ *Judæis*, &c.] *Judæos* & *Gentes* nominat, non tantùm quia duobus illis generibus constabat Dei Ecclesia, sed ut doceat nos omnibus, etiam alienis, esse debitores, ut eos, si fieri potest, lucrifaciamus f. Partibus [*Judæis* & *Græcis*] subjicit totum, *Ecclesiæ Dei* g. Al. Omnes homines (qui tunc erant Corinthi h) in tres classes distribuit i; *Judæos & Gentiles*: qui [duo] rectè restringuntur ad eos qui foris sunt, sive infideles k, aut nondum conversi l, Ethnici m; & *Ecclesiam Dei*, i. e. fideles n, sive Christianos o. Judæi, si quis Christianus in idolio ederet, aut ad immolatitia vocatus iret, dicebant, *Ecce quàm verè illi dicant se unum Deum colere*; Græci dicebant, *Si illi hoc faciunt, nihil in idololatria mali esse censent:* Christiani adhuc teneri impendentibus malis aliquibus facilè ad defectionem impellebantur p.

33. *Sicut & ego* (Tanquam bonus magister suo cohortatur exemplo q.) *per omnia* (scilicet indifferentia, de quibus hîc disseruit r: πάντα, pro, κατὰ πάντα †.) *omnibus placeo*] Ità Be. Pi. &c. i. e. placere studeo t, ut omnes ædificem, neminem scandalizem v. Al. Ἀρέσκω hîc est *prosum*, καταχρηστικῶς. Vide Rom. 15. 1, 2. Ἀρέσκειν respondet verbis Hebræis, טוב, & ישר. Sensus idem qui suprà 9. 19 x. ¶ *Non quærens quod mihi utile*, &c.] i. e. Non anteponens commoda mea privata publicæ multorum utilitati, sed contrà faciens y. Vide suprà v. 24. Æterna salus alterius nostris commodis multùm præponderat z. ¶ *Ut salvi fiant*] Sub. *sic & vos facite, ut*, &c. V.

CAP.

CAP. XI.

1. IMitatores mei (tum in eo quod dixi me omnibus placere, tum generatim [a]:) *estote* (sub. *sic*, Camer.) *sicut & ego* (vel, *sicut ego*: nam abundat ϗ [in κἀγὼ] ex Græcorum idiotismo, ut diximus ad 1 Cor. c.10. v.9 [b].) *Christi*] Scilicet imitator sum [c]: ille enim *non sibi placuit*, Rom. 15. 3 [d]. Vide suprà 4. 16. Desperare non debent Corinthii Paulum se posse imitari, si ipse Christum, Dei Filium, imitari potuit. Non dissimile illud Cyri apud Xenophontem, l. 8. *Sicut vos jubeo me imitari, sic docete alios, qui sub vestro imperio aliis præsunt, vosmet imitari* *. Hæc clausula spectat superiora [f], & annectenda est capiti præcedenti [g]: cum quo prorsus cohæret, ità tamen ut singulari quodam Pauli artificio sit simul & superioris disputationis conclusio, & transitio ad ea quæ sequuntur [h].

2. *Laudo—vos*] Laude viam parat ad sequentem admonitionem [i]. Hic sermo ad illos pios se vertit qui ad ipsum scripserant [k]. ¶ *Quod*, &c. Ὅτι πάντα μου μέμνησθε] *Quod omnia mea* (doctrinam meam [l], mea præcepta [m], instituta [n], seu traditiones [o]; ut ipse mox declarat [p]: vel, *per omnia*, Vulg. subaud. κατὰ [q], ut paulò antè [r]: vel, *in omnibus*, Pi. vel, *in omni re*, Tre. ex Sy. *mei*, Vulg. Pi. Tre. &c.) *meministis*, P. Ca. Be. Pi. &c. ¶ *Et sicut tradidi vobis, præcepta*, &c. Τὰς παραδόσεις κατέχετε] *Traditiones* (vel, *Instituta*, Er. Il. Ti. Ca. *Præcepta*, Vulg. sic Tre. ex Sy.) *tenetis*, vel *retinetis*, Er. P. Mo. Be. Pi. &c. i. e. summo studio observatis: id enim præp. κατὰ declarat †. Sensus, q.d. Ea non solâ memoriâ tenetis, verùm ipso quoque opere præstatis. Hoc autem dicit, vel, 1. de bonis, non de malis: vel, 2. cum exceptione sequentium [t]. Commendat eos, quòd aliquousque Doctrinam, & præcepta, partim scripto partim vivâ voce ipsis tradita, de religione observârint hucusque saltem [v]. Locus hic palàm facit pro traditionibus non scriptis [x]. Παραδόσεως nomine vocari *omne id quod docetur* diximus ad Matth. 15. 2. Hìc verò significat [y], non dogmata [z] fidei aut morum [a], non res ad salutem necessarias, ut patet ex hac ipsa traditione, quæ primo loco tractatur, & hodie observari desiit [b]; [sed] præcepta quædam ejus generis quæ Christus Apostolorum & ἡγεμόνων (*gubernatorum*) prudentiæ promiserat [c], vel ritus quosdam [d] pertinentes ad εὐταξίαν (externam*) & τὸ πρέπον, sive decorum [f], in cœtibus Ecclesiasticis [g]: vel, præcepta præcipuè ad Ecclesiasticam disciplinam pertinentia, qualia sunt ea de quibus hoc cap. disserit [h]; qualia non omnia perscripta sunt, quia sufficiebat ex autoritate Apostolorum in usum esse perducta. Quorundam non ex proposito, sed obiter & occasione datâ, in Epistolis fit mentio. Vide 2 Thes. 2. 2,15. Multa erant in hoc genere per se non ità magni ad pietatem momenti, sed in quibus utile erat aliquid in commune constitui, nè discrepans usus dedecoraret Ecclesiam, disputationes & ex disputationibus, ut fit, schismata sereret. Ut ecce, quærebatur in Ecclesiæ conventu homines aperto esse deberent, an operto, capite, & specialiter precum tempore, aut ubi revelationes à Deo acceptæ populo exponebantur. Hìc primùm, Fœminas quod attinet, res non multum habet difficultatis. Satis apparebat, magis decere Fœminas operto esse capite ob pudorem sexûs: de Viris poterat in utramque partem disseri. Sicut apud Græcos γυμνῇ κεφαλῇ fieri dicitur quod palàm fit sine metu aut pudore, ità & Hebræis. Quare, quod Exod. 14. 8. *Israelitæ* dicuntur *egressi manu elatâ*, Chald. dixit בריש גלי. Et Ben Arama *Mosem* dicit *cum Deo collocutum* בראש גלוי, *capite aperto*. Et cùm populum alloqueretur Moses Dei nomine, ὡς θεσπιῳδῶν, non tegmen habuit in capite, sed velum tantùm oppansum vultui, nè fulgor præstingueret adstantium oculos, Exod. 34. 34. At Levitæ in Templo tecto erant capite, quasi metuentes nè ipsi minùs digni Dei majestatem conspicerent. Hoc verò, sicut alia Templi, ad Synagogam transtulere Judæi. Apud Græcos mos fuit sacra facere capite aperto. Legendum enim apud Macrob. 1. Saturn. 8. *Illic Græco ritu capite aperto res divina fit*, apparet ex loco ejusdem libri cap. 10. ubi itidem de Saturno agitur, *& sacrum ei fieri* dicitur *aperto capite, ritu peregrino*, i. e. Græco; & ex loco 3. 6. ubi Varronem ait dicere, *Græci hoc esse moris aperto capite sacrificare.* Ἀπαρακαλύπτῳ κεφαλῇ ait de eisdem Saturni sacris agens Plutarchus in Romanis quæstionibus. *Lucem facere* id dici solitum Festus testatur. Eodem modo, id est, aperto capite, etiam Herculi in ara maxima sacrum fieri solere testatur, præter Macrobium dicto libro 3. 6. Dionysius Halicarn. lib. 1. nimirum quia id sacrum institutum erat ab Evandro homine Græco. Sed Æneas contrarium morem in Italiam intulit sacra faciendi velato capite, nè quod malum omen oculis aut auribus obveniret, ut Virgil. nos docet, Æneid. 3. & ad eum Servius, & in Brevario Aurelius Victor; sed & Plutarchus in Romanis quæstionibus. Et ejus moris etiam Plautus meminit in comœdiis quibusdam; ut solet admiscere Romana Græcis. Paulus, Græcis Corinthiis scribens, Græcum præfert morem, & causas adfert quales ferebat negotii natura. Ex Pauli præscripto perpetuò hunc morem tenuere Christiani veteres. Tertul. Apologetico, *Illuc suspicientes Christiani manibus expansis, quia innocui; capite nudo, quia non erubescimus; denique sine monitore, quia de pectore oramus*, &c. Nihil huc pertinet mos Septentrionis in reverentiæ signum capita nudandi, qui quanquam per Germanicas nationes latè manavit, & Judæis tamen & Græcis & veteri Italiæ fuit incognitus [i].

3. *Vos scire*] i.e. Diligenter expendere, ut suprà 10. 1 [k]. ¶ *Omnis viri* (nempe Christiani [l]; quorum quippe primogenitus est Christus [m]: vel generaliùs; quia omnia Christo subjecta sunt. Vide Rom. 14. 9. 1 Cor. 15. 27. Huic favet quod vox *mulieris* in seq. totum sexum muliebrem comprehendit [n].) *caput Christus est*] *Caput*, ratione, 1. præcellentiæ, ut primogenitus [o]; 2. potestatis ac dominii [p]: q.d. Dominus, superior, rector [q]: imperans ipsi & per Spiritum influens. Vide suprà 10. 17 [r]. ¶ *Caput* (præcellentiæ & dominii ratione †:) *autem mulieris, vir*] Hoc non debet de nuptis tantùm intelligi, sed de toto sexu, quomodo interpretatur Tertul. libro quo ostendit, etiam virgines in Ecclesia velandas [t], & id observatum perpetuò ait Corinthi ex hoc Pauli præscripto. *Majores nostri*, ait M. Porcius Cato apud Livium 34. *nullam nè privatam quidem rem agere fœminas sine autore voluerunt: in manu esse parentum, fratrum, virorum.* Idem mos honestis apud Hebræos fœminis. Ideo meretrix dicitur שלטת, Deut. 16. 30. i. e. *sibimet imperans*. Hoc per parenthesin interjectum est: nam redit oratio ad id quod antecesserat [v]. ¶ *Caput verò Christi* (ut θεανθρώπου & mediatoris [x], vel hominis [y]: nam Christus ut Verbum æqualis est Deo [z].) *Deus*] Pater scil. Synecd. gen [a]. Ità viro Christiano Christus imperat, sicut Christo Deus. Vide suprà 3. 23 [b].

4. *Omnis vir* (scilicet in publico cœtu [c],) *orans aut prophetans*] i. e. Etiam tunc cùm precatur aut revelationes Dei exponit [d]. *Prophetans*, i. e. vel, 1. qui Scripturas legit *, vel interpretatur †: vel, 2. qui Divino Spiritu afflatus occulta quædam profert auditoribus, sive sint res futuræ, sive reconditi sensûs Scripturarum, præsertim Propheticarum; sive latens quodcunque mysterium [f]: vel, 3. qui Deum laudat [g] sacris hymnis, aut Psalmis. Sic *propheta* pro cantore, 1 Reg. 10. 10. 1 Par. 25. 1 [h]. Pauli tempore nondum in Ecclesia orabant & psallebant alternatim, ut hodie fit, sed unus pro omnibus orationem aut Psalmum recitabat publicâ voce, cæteris tacentibus aut auscultantibus: ut præcipitur 1 Cor. 14. 30, 31. Vel itaque de viro taliter orante hìc loquitur, quanquam aliis magis placet generalis intellectus & hìc & seq. quia & rationes Apostoli generales sunt [i]. Pertinet ergò hoc etiam ad auditorum consessum, quorum communis est hæc actio [k], totùsque cœtus dici possit *orare & prophetare* [l], sicut 1 Reg. 8. 62. dicuntur Rex & populus *sacrificâsse* [m]. Ratio enim quæ redditur ad eos pertinet [n]: & alioqui non conveniet oppositum membrum mulieris, quippe cui non permittitur in Ecclesia loqui, 14. 34 [o]. Dicit autem, *orans aut prophetans*, non quòd extra orationem & Prophetiam viro permittit velamen in capite, ut putant Græci, (nam eo pacto etiam mulier extra orationem & Prophetiam capite non velato posset apparere, quod non admittunt Græci) sed quia sermo erat de honestate servanda in publico conventu, ubi hæc turpitudo maximè apparebat [p]. ¶ *Velato*

[a] E. [b] Be. [c] E. Me. [d] E. * G. [f] E. ex Chrys. [g] Caj. &c. in E. sim. Be. Vor. [h] Be. [i] E. ex Er. [k] G. [l] Ham. Me. E. [m] Er. Me. E. [n] Vor. [o] Vor. Pi. Me. E. [p] Vor. Pi. [q] E. Pi. [r] E. † Be. [t] E. [v] Dic. [x] E. [y] G. [z] Vor. Be. [a] Vor. [b] Cal. [c] G. [d] Vor. * Scl. [f] G. Scl. sic Be. Pi. Vor. [g] Scl. ex Pi. [h] Just. ex Amb.

[i] G. [k] Pi. [l] G. sic E. ex Græcis Vor. [m] Vor. [n] E. [o] Scl. sic Pi. [p] E. [q] Me. E. [r] G. † Scl. [t] G. sic E. [v] G. [x] Vor. [y] E. sim. Me. T. &c. [z] E. [a] Pi. [b] G. [c] Be. sim. Par. [d] G. * Par. sic T. † V. Thom. in E. sic T. Cal. Par. Be. [f] E. [g] V. Me. [h] Me. [i] E. [k] Be. sim. Cal. Cap. [l] Be. sic Dic. [m] Be. [n] Cal. sim. Be. [o] Be. [p] E.

(vel, *Tecto*, Tre. ex Sy. *Operto*, Il. P. Ca. Pi.) *capite*; ità Be. Κατὰ κεφαλῆς ἔχων] *In capite* (vel, *Circum caput*, Mo. E. *Super caput*, E.) *habens*, Er. Ti. Ca. E. vel, *gestans*, Be. sub, *quicquam*, Er. Ti. Ca. vel, comam [q], promissam scilicet [r]; vel, pileum sive galerum †, vittam, aut mitram [t]; vel, velamen [v], quo non caput solùm tegatur, sed facies quadantenus involvatur [x]: hujusmodi enim velamentis usæ sunt olim mulieres in obedientiæ subjectionisque signum: confer Gen. 24. 65 [y]. & Esth. 7. 8 [z]. Κατὰ τῆς κεφαλῆς, dixit Marcus, 14. 3. ubi Matthæus, 26. 7. ἐπὶ τῆς κεφαλῆς [a]: quod tamen significat, *velum capiti* duntaxat *imponere* [b]. ¶ *Deturpat*, &c. Καταισχύνει, &c.] *Dedecorat* (vel, *Pudefacit*, Tre. ex Sy. *Probro afficit*, Er. Il. &c.) *caput suum*, Be. Pi. &c. i. e. vel, 1. Christum [c], ex collat. v. seq [d]. qui caput ejus est*: prodit enim absque symbolo libertatis, honoris, & potestatis acceptæ à Christo, quem vir repræsentare debet; & Ecclesiam Christi quodammodo caput facit [f]: Christo enim, tanquam supremo Sacerdoti nostróque apud Patrem patrono, caput aperiendum est dum sacra peragimus [g]. Vel, 2. caput naturale, ut plerique volunt [h]: quia subjectionis signum illi imponit; cùm apertura capitis sit dominii indicium [i]: superioritatem suam prodit [k], dignitatem & libertatem sexûs sui imminuit [l], & se subjectum fatetur [m], & coram præsentibus erubescit [n]. [Sensus, q. d.] Sibiipsi injuriam facit. Sic, *capiti tuo*, i. e. *tibi*, apud Latinos [o]. Caput viri in cœlo est, ideóque debet vir sursum aspicere: at velamen capiti impositum facit respicere deorsum, tanquam ad principem in terra supra se constitutum, quem hoc modo agnoscit; cùm tamen solus Christus sit viri caput [p]. Turpia vitiosáque tegi debent, honesta contrà & vitio carentia detegi ac ostendi. Vir operto capite orans ostendit suum caput esse vitiosum & proinde tegendum: Atqui viri caput Christus est, qui vitii est expers: Itaque debet viri caput detegi, quò Christum (qui viri caput est) vitii expertem esse indicetur. Mulieris verò caput vir est, qui cùm sit nocens & vitiosus, debet mulier suum caput tegere, ut caput suum, h. e. virum, sontem esse fateatur. Hanc esse Pauli sententiam mihi dixit Italus quidam [q]. Viri Judæi non orabant nisi velato priùs capite, partim in signum reverentiæ erga Deum, partim ut demonstrarent se pudefactos coram Deo, & indignos qui in eum respicerent: [de quo vide RR. dicta in Li. ho.] Qua in re Judaizâsse hos Corinthios satis patet ex castigatione Apostoli [r]. Maimon. in Misna, *Non orabit* (*Judæus*) *cum bulga* (*sive pera*) *neque retecto capite, neque nudis pedibus*. Et mox subdit, *Nisi fortè mos loci illius sit ut quis stet coram Magnatibus nudis pedibus*. Quæ verba sensum nobis indicant Canonis hujus Apostolici; cujus alii τὸ ῥητὸν, alii mentem duntaxat rationem, sequuntur. Hic Canon accommodandus est ad receptam locorum consuetudinem civilem, quæ, quia pro varietate temporum & locorum & gentium variat, variare etiam Canonis illius praxin necesse est. Eo nempe habitu precandum est quo solent homines reverentiam suam & cultum testari erga Superiores & Principes. Hoc alii faciunt tecto capite, ut Ægyptii, Turcæ, omnésque Muhammedani, inter quos Maimon. Misnam suam in Ægypto conscripsit; & plerique Orientales: alii apertione capitis, ut Occidentales penè omnes Europæi, nominatim Græci (quales Corinthii erant) & Romani, apud quos omnes ingenui in publicum communiter nudo & aperto capite prodibant, & vix unquam (extra sacra) caput tegebant nisi in luctu, aut morbo, aut necessitate, ob Solis æstum cœlive injurias, aut nisi effœminatâ mollitie fracti essent: At in sacris Ethnici, Romani præsertim, tecto erant capite, tum Sacerdotes, qui vel pileo, vel apice, infulis & vittis, utebantur; tum populus, qui rejectâ in caput vestis laciniâ obnubilato astabant capite: quo habitu non ingenuam erga Numen reverentiam testabantur, sed tristem potiùs & servilem Idolorum metum (qui est à δεισιδαιμονία) prodebant. Veteres quoque Judæi sub Lege, tam Sacerdotes quàm populus, in sacris tecto erant capite, & vix unquam videbantur in publico aperto capite, nisi fortè in luctu. Noluit ergò Apostolus viros obnubilare inter orandum caput, quòd is ritus argueret vel perversam Judaici cultûs imitationem, vel Idololatrarum δεισιδαιμονίαν, tristémque & servilem Divinitatis metum, non verò ingenuam Christianorum, quam apud Deum habent & profiteri debent, fiduciam atque libertatem; tum etiam ut à Christianis submoveret effœminatam Trimalcionum tum temporis mollitiem, qui semper erant tecto capite, quòd nullam aeris intemperiem ferre possent. Prophetantes quod spectat, praxis variat apud Europæos Christianos, tam Pontificios quàm Reformatos. Qui enim sacras habent conciones, alii aperto habent capite, τὸ ῥητὸν hujus Canonis sequentes; alii tecto capite, qui Canonis mentem & rationem in eo sequuntur, quia Dei nomine & tanquam ejus Legati populum, tanquam subditos seu inferiores, vel Discipulos, alloquuntur. Omnes autem sacras conciones audiunt tecto capite, quia auditores non supplicum aut reorum personam sustinent, sed civium potiùs, quos Deus benignè & familiariter Ministrorum suorum ore compellat, quibuscum agit magna cum suavitate, comitate & affabilitate †.

5. *Omnis autem mulier* (seu nupta, seu virgo [t],) *orans* (scil. in publico [v],) *aut prophetans*] Num ergò mulieribus permittit in Ecclesia docere contra mandatum, 1 Cor. 14. 34 [x]. Resp. 1. Intelligendum illud cum exceptione, *nisi speciale Dei mandatum habeant* [y]. Prophetârunt quandoque & mulieres in Ecclesia primitiva in conventu publico [z]. Prophetârunt extra ordinem *Maria*, Luc. 1. 46. *Anna*, Luc. 2. 38 [a]. Sicut in Vetere T. fœminæ fuere προφήτιδες, ut Maria, soror Mosis, Exod. 15. 20. Debora, Jud. 5. uxor Esaiæ, 8. 3. Holda, 2 Reg. 22. 14. ità & in Novo, ut filiæ Philippi, Act. 21. 9. & aliæ postea. Solebant autem tales etiam publicè Prophetias sacras exponere, ut apparet dictis Vet. Test. locis [b]. Ità impletum illud Joel, 2. 28 [c]. Non placet hæc responsio [d]. Constat enim, de re extraordinaria hîc non agi, sed ordinario ritu & habitu in cœtu Ecclesiastico; item de prophetatione & oratione ordinaria*. Resp. 2. Προφητεύουσα passivè hîc dicitur, pro, *prophetantem audiens* [f]. *Prophetans*, non oris voce, sed mentis cogitatione [g]; quæ interest cœtui prophetantium [h], & virum prophetantem auscultat: ut sit Synecdoche membri [i]. *Prophetans* & *orans* assensum secretiorem præbendo. Confer cap. 14. 16. item 1 Reg. 8. 62 [k]. Sed talis acceptio vocis exemplo caret. *Orare* quidem dicitur cœtus, sacerdote orante; non item *prophetare*, ipso prophetante: dispar enim est ratio. In oratione enim est os cœtûs, ejúsque nomine orat, cui etiam assensum præbet, dicendo *Amen*. Prophetans autem est os non populi, sed Dei populum alloquentis. Populus ergò non magis *prophetare* dici possunt quàm concionari qui concionem audiunt. Resp. 3. *Prophetare* hîc sumitur pro, *Deum laudare in hymnis & psalmis*. Ità sumitur 1 Sam. 10. 5, 10. & 1 Par. 25. 1, 2, 3. Et hoc sensu aptè junguntur *orare* & *prophetare* & h. l. & 1 Cor. 14. 15. Nam quia Prophetæ tria olim præstiterunt, 1. futura prædixerunt, 2. voluntatem Dei populo patefecerunt, 3. Deum musicè & poeticè laudabant: hinc *prophetandi* vox de quolibet eorum usurpatur [l]. [Plura vide ad 1 Cor. 14.] ¶ *Non*, &c. Ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ] Sic & Plutarchus loquitur pro eo quod Latini dicunt, *aperto capite* [m]. [Sic vertunt,] *Non velato* (vel, *Detecto*, Ca. sim. Ti. P. Ar. *Revelato*, Ar. *Aperto*, Æth.) *capite*, Er. Il. Mo. Be. Pi. Κατακαλύπτεσθαι plus est quàm operire: nam pileo tegitur caput, non velatur; ad hoc enim requiritur velamen, quo facies quoque ipsa involvatur & contegatur [n]. Fœmina Hebræis in publico non aspiciebatur nisi operto capite, Musar 37. Vide Gen. 24. 65. Indè *caput mulieris nudare* est, eam contumeliosè tractare, ut ex Pheschitha ad Levit. 24. 19. & ex RS. ad Num. 5. 18. notavit vir eruditissimus. Apud Græcos videtur varius fuisse in publico fœminarum habitus, ut & apud Romanos fuisse varium Plutarchus in Rom. quæst. nos docet. Paulus id prætulit quod maximè conveniebat verecundiæ [o]. Fœminarum mos erat, isque severis Canonibus iis præscriptus, nè in publicum prodirent nisi facie velatâ, testibus Maimon. in אישות, cap. 24. & Chetubb. fol. 72. 1. nè scilicet à viris conspicerentur. Cùm autem ad sacra accederent, & in Synagogis seorsim & seclusæ à viris sederent, remotâ jam velationis causâ, velamina sua amoverunt, atque facies exposuerunt nudatas idque non ex levitate, sed ex religione. Hos porrò ritus

[q] Er. Par. Th. in E. [r] Par. † G. Par. Er. [t] Par. [v] Vor. Scl. sic E. Par. [x] Scl. sim. Ham. Be. [y] Scl. [z] Ham. [a] G. [b] Ham. [c] V. E. Pi. Par. Caj. [d] Pi. * Caj. in E. [f] Par. [g] Me. [h] E. sic Scl. Me. Vor. [i] Scl. [k] Vor. [l] E. sim. T. [m] T. [n] T. ex Tertul. [o] G. [p] E. [q] Ca. [r] Li. ho.

† Cap. [t] E. [v] T. Be. [x] Sch. [y] G. [z] E. [a] Scl. [b] G. [c] E. [d] Pi. Vor. Med. * Pi. [f] G. in Med. [g] Pi. [h] D. Cal. [i] Pi. sic Vor. [k] Scl. [l] Med. l. 1. differt. 16. p. 77. [m] G. [n] Scl. [o] G.

ritus adhibuerunt cùm privatim orarent aut sacra tractarent, æquè ac in cœtibus publicis. Viri privatim quoque velati erant. Quare? Ob reverentiam erga Deum & ut pudefacti coram Deo. Fœminæ quoque privatim erant nudatis, sive non velatis, faciebus. Quare? Ratio obscurior Generalior facilè reddi potest; nempe, quòd fœmina soluta vel immunis foret à præcepto, i. e. à plurimis ritibus quibus subjiciebantur viri, ut à gestatione Phylacteriorum, ab his aut illis orationum formis aut occasionibus, &, inter alia, à velatione faciei inter sacra: à quo præcepto dubium est cur Canonistæ eas exemerint, an quòd eas parvi æstimarent, easque infra dignitatem & extra necessitatem observantiæ horum aut illorum rituum ponerent; an quòd eas magni æstimarent, & plus attribuerent venustati facierum muliebrium quàm virilium. Utrilibet optimè quadrat correctio & commonefactio Apostoli, ut patebit in sequentibus [p]. Duplex potest concipi capitis fœminarum nudatio seu apertio: 1. Si non modò facies retegatur, sed & reliquum caput sparsis, vel etiam præcisis, capillis nudetur. Id hîc damnari, nemini qui non insanit dubium esse potest. Nam apud omnes gentes non planè Barbaras semper turpe fuit, fœminas sparsis comis, instar Mænadum, nullo superinjecto velamine, in publicum procedere. 2. Cùm facies quidem & frons aperitur, sed reliquum caput velatur. Qui mos cùm apud omnes penè gentes hoc tempore receptus est, nempe ut pudicæ & modestæ matronæ, præsertim verò virgines nubiles, vix unquam in publicum nisi velatâ facie prodirent, habitúsque ille pudori qui decet illum sexum convenientissimus sit, non dubito eum h. l. fœminis præcipi, quas in sacris cœtibus maximè decet pudorem & verecundiam testari atque demonstrare. Sed quia mos ille civilis velandi fœminas, cùm in publicum prodeunt, jampridem apud nos exolevit, & velare faciem hodie multis in locis luxûs potiùs & delicatæ mollitiei & fastûs quàm modestiæ & verecundiæ est argumentum, coarguendæ potiùs videntur quæ in sacris cœtibus faciem velant quàm quæ audiunt aperto vultu [q]. ¶ *Deturpat* (vel, *Dedecorat*, Be. Pi. *Dehonestat*, vel *Pudefacit*, Er.) *caput suum*] Interpretare ut suprà v. 4 [r]. i. e. vel, 1. *caput* cui subjicitur, ut patet ex v. præced. totóque contextu, h. e. virum suum, dum ea tam formosa præ eo videri vult, cùm quidem sit tantùm gloria viri, vir autem sit gloria Dei, ut dicit v. 7. Ridiculum esse innuit, viros velamine uti cùm orant ob reverentiam & pudefactionem coram Deo, & fœminas non uti quarum gloria est minor [†]. Vel, 2. *caput*, non Metaphoricum sive Politicum, sed Physicum, ut suprà: id quod hæc ratio à pari subjuncta convincit, Ut tonsura dedecorat caput mulieris, sic & capitis denudatio. At tonsura dedecorat caput Physicum, Ergò, &c. Sed quomodo dedecorat mulieris caput apertura? Resp. Synecdochicè, quia dedecorat ipsam. Quâ ratione [t]? Resp. Quia facit contra Divinam ordinationem [v], contra naturalem honestatem & verecundiam illi à Deo inditam [x]: & videri vult non subjecta, cùm subjecta sit viro [y], abjiciendo velum, quo velut signo profitebatur se viro subjectam [z]. Illa capitis denudatio immodestiæ, adeóque abjectæ subjectionis Maritalis, eam arguit [a]. Sed totum Apostoli argumentum non ducitur à subjectione mulieris: alioqui & vir cooperto capite orare deberet, quia Christo subjectus est. Nec constat, velationem mulieris supponi ut signum subjectionis ipsius. 1. Signum hoc exhibetur modestiæ tum veræ, Gen. 24. 64. tum simulatæ, Gen. 38. 14. Ast ubinam subjectionis? 2. Dati sunt capilli Evæ pro velamine (ut clarè asseritur h. l.) priusquam ea vel subjiceretur Adamo, vel maritaretur ei. 3. Non de uxoribus solùm hîc agitur, sed de fœminis in genere, &c [b]. Qu. Cùm indecorum tunc temporis haberetur, mulieres capite nudatas in publicum prodire, unde hic tantus error in Christianis fœminis, ut quod alibi observarent in cultu Dei negligerent? Resp. Ex prava imitatione Sacerdotissarum Gentilium, quæ, dum idola colerent, & vel oracula funderent, ut *Pythiæ*, aut *Sibyllæ*, vel sacrificia celebrarent, ut *Mænades* aut *Bacchæ*, insolenti habitu, nudatâ facie, comis sparsis & pendulis, ea præstabant [c]. ¶ *Unum*, &c. Ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ] *Nam* (sub. *id*, Be. P.) *unum ac idem est* (i. e. tam turpe est [d]) *ac si rasa esset*, P. B. Pi.

[p] Li. ho. [q] Cap. [r] G. [†] Li. ho. [t] Scl. [v] E. [x] Me. T. sim. E. [y] T. [z] E. sim. Cal. [a] Scl. [b] Li. ho. [c] Med. ib. [d] V.

Quod fœminis fieri non solebat, nisi cùm turpes videri vellent, ut in luctu, Deut. 21. 12. Sueton. in Calig. *Regulos quosdam barbam posuisse & uxorum capita rasisse ad indicium ultimi luctus.* Plus est radi quàm tonderi [*]. Argumentatur à pari [f]: unum indecorum declarat per alterum [g]. Capilli sunt ei *velamen*, v. 15. utique naturale: cui, quodam impulsu naturæ, etiam aliud superaddit, ut ostendat, se voluntate facere quod natura docet faciendum, i.e. ut viri gubernationi se submittat [h]. Itaque dum hoc deponit, illud etiam, quantum in se est, excutit [i]. Nemo dubitat quin valde indecorum esset mulieri [k], si rasa esset [l], si attonsâ comâ vel raso capite, quod non nisi virorum est, in publicum prodiret; viri enim assumeret personam. At capite nudato procedere, itidem virorum est: Eodem itaque jure & velum & capillos abjicere potest [m].

6. *Etiam tondeatur*] Cum velamine, signo reverentiæ suæ erga Deum, amoveat & naturale illud signum istius reverentiæ, humiliationis, & pudefactionis suæ coram Deo; velamen scilicet capillorum [n]. ¶ *Si verò turpe —— tonderi aut decalvari*, ξυρᾶσθαι] *Radi*, Er. P. Mo. Ca. Be, Pi. &c. ut omnes sani judicant [o]. *Formæ decus, capilli*, apud Petronium. Servius ad Æneid. 1. *à cædendo dicta cæsaries. Ergò tantùm virorum est.* Fœminis adulteris Germani crines accidebant; Tacitus Germaniâ [p]. Spectavit hîc Paulus hominum habitum, quorum alii tondebant comam, alii etiam radebant. *Tonsam* autem *comam* voco, non eam tantùm quæ penè ad cutim præciditur, sed eam in genere quæ resecatur: ut sit inter muliebrem & virilem comam discrimen [q]. ¶ *Velet*, &c. Κατακαλυπτέσθω] *Veletur*, Er. P. Be. Pi. &c. *Operto sit capite*, in Ecclesia scilicet: qui mos ex præscripto Pauli retentus. Vide Clem. Constit. 2. 27 [r]. [& verba ejus in G.]

7. *Vir*, &c.] *Vir* hîc de toto sexu dicitur, ut & *mulier* [†]. ¶ *Quoniam*, &c. Εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων] *Quum is imago sit & gloria Dei*, Er. P. Be. Pi. &c. Δόξα idem quod ἀπαύγασμα, *effulgentia*, *radiatio* [t]: nam Heb. כבוד utraque voce Græcâ redditur [v]. Est Hebraica locutio. Nam Hæbræi *effulgentiam* Divinæ majestatis radium vocabant, כבוד, Hellenistæ δόξαν, ut Exod. 16. 10. & 24. 16, 17. & 33. 18, 22. & 40. 34. Num. 14. 10. & 16. 19, 42. Ezec. 1. 28. & 3. 23. & 8. 4. & 10. 4 [x]. Vel, δόξα est *similitudo*, ut apud LXX, Num. 12. 8. Psal. 17. 15. quod & hîc congruit, *vir est imago & similitudo Dei* [y]. Al. *Gloria Dei* dicitur, vel, 1. quâ homo in Deo gloriatur & peculiarem habet causam gloriandi, quòd immediatè & solius Dei potestati subjectus sit: quomodo qui Regi paret immediatè, hoc sibi gloriosum ducit [z]. Vel, 2. quâ Deus in homine, tanquam pulcherrimo & perfectissimo opificio à se immediatè facto, gloriatur, aut jure gloriari potest [a]. Et hic sensus mihi magis probatur, quia magis congruit, tum 1. textui, ut vir dicatur *imago Dei*, quia Deus in illo repræsentatur; & *gloria Dei*, quia Deus in illo gloriatur, vel, quod eòdem recidit, glorificatur: congruit quoque sequenti membro, ut mox videbimus: tum, 2. usui Paulino, qui *gloriam* alicujus id vocat in quo quis gloriatur, ut 2 Cor. 1. 12, 14. 1 Thes. 2. 20. Ideo & David Deum vocat *gloriam suam*, Psal. 4. 3. & *gloria filiorum patres*, Prov. 17. 6 [b]. Al. Est ἓν διὰ δυοῖν, *imago & gloria*, i. e. imago gloriæ [c]; i. e. Majestatis & Dominii Divini [d], in quo elucet Dei Majestas & imperium [*]: est enim Dominus omnium post Deum constitutus, atque in terra hac quasi quidam Deus existit, imperitans rebus omnibus [f], etiam mulieri [g]. Vel, imago Dei gloriosa [h]. Argumentum autem Apostoli hinc duplex est: 1. Vir Deo subjicitur immediatè, ejus rei significandæ & profitendæ causâ non debet velamen capiti imponere, quia hoc significat potestatem supra se alterius hominis: mulier autem viro naturaliter subjecta debet velari. 2. Gloria Dei revelanda est, gloria autem hominis occultanda. Velari ergò debet mulier, non vir [i]. Vir operiens caput non seipsum modò, sed etiam Deum, dedecoraret: ut si quis in dignitate positus appareret coram Rege privato habitu, tantundem de Regis ipsius cultu detraheret [†]. Qu. An non etiam mulier imago Dei est? Resp. Est sanè, quod ad internas animi qualitates, ut justitiam, sanctitatem, scientiam, &c.

[*] G. [f] E. [g] Cal. [h] E. [i] E. ex Oecum. [k] Cal. E. [l] E. [m] Cal. [n] Li. ho. [o] Pi. [p] G. [q] Be. [r] G. [†] G. [t] G. Ham. [v] Ham. [x] G. [y] Ham. [z] E. ex Græcis. [a] E. ex Aug. Caj. Haim. &c. [b] E. [c] Scl. ex Pi. sic Be. [d] Scl. [*] Be. Me. T. [f] Scl. sim. Be. T. [g] Be. [h] Me. T. [i] E. ex Thom. [†] Be.

tiam, &c. Gen. 1. 27[k]. [sed non sine discrimine.] 1. Vir ex Deo est immediatè: mulier autem, immediatè ex viro formata, viri imago convenienter appellatur[l]. Imago Dei priùs viro indita est, deinde ad exemplum ejus quæ in viro erat, in fœmina expressa; ut ità proximè vir imaginem Dei referat, fœmina autem proximè viri, &, eâ mediante, Dei[m]. 2. Vir est imago Dei perfectiùs & principaliùs[n], quia hæc in illo potissimùm relucet[o], respectu tum rationis, quæ naturaliter in eo magis viget; tum dominii, quod viro competit ampliùs atque universaliùs quàm mulieri[p], quippe quæ viro subjecta est, Gen. 3. 16[q]. 3. Non respicit Apostolus ad totam rationem imaginis Divinæ, sed tantùm ad illam quæ in dominio consistit, vel in eo quòd sicut Deus omnium rerum principium est & finis, sic quoque se ad mulierem habeat vir, non contrà: vide v. 8, 9. Virum dicit esse *gloriam Dei*, vel quia in hoc opificio gloria Dei maximè conspicua est; vel potiùs, quia vir, ad gloriam Dei, præ se fert speciem quandam dominationis Divinæ[r]. ¶ *Mulier autem gloria viri est*] Minus aliquid viro, ut Luna lumen minus Sole. Τὸ θῆλυ, ἄῤῥεν ἀτελὲς Philosophis. Imperat materfamiliâs suæ familiæ, sed viri nomine†. *Gloria viri*, quia opificium est ex viro factum, ut propterea vir in ea gloriari possit, dicens, ut Gen. 2. 23. *Hoc nunc os ex ossibus meis*, &c[t]. Quia est ex viro ad viri gloriam, veluti ejus imago[v], ut subjectione suâ virum illustriorem reddat[x]; quia & quatenus illi subjecta est[y], & in eo, tanquam capite suo, gloriari debet[z]: sicut subditi dicuntur *gloria Regis*, ratione scilicet subjectionis: illud enim est marito gloriosum, quòd uxorem habet sibi subditam[a]. Velanda ergò est mulier in signum subjectionis[b]: alioqui viro se æquaret, adeóque caput, cui subjici debet, dedecore afficeret[c].

8. *Non enim est vir ex muliere*, (scil. factus, in prima rerum conditione[d],) *sed mulier ex viro*] Et hoc ex Gen. 2. 21*. Et proinde mulier est gloria viri[f], & ei subdita esse debet[g].

9. *Neque vir—propter mulierem*] i. e. Ut mulieri, tanquam præstantiori, serviret[h]. Alia ratio principatûs viri, ex causa finali. Nam id cujus gratia, præcellit ea quæ propter ipsum fiunt; & omnino finis est regula mediorum[i]. Si unum Deus esse hominem voluisset, Vir is esse debuit, non Mulier: quin vir aptior ad actiones humanas, quippe humoris minus habens, plus autem caloris. Sed propter illud, *Crescite & multiplicamini*, Fœminâ quoque opus fuit[k]. ¶ *Propter virum*] Ut eum colat tanquam dominum[l]; ut esset ei in adjutorium[m], ad vitæ societatem, & prolis propagationem[n].

10. *Ideo*, &c. Διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς] *Propter hoc* (vel, 1. quod modò dictum est[o], *quia mulier est gloria viri*[p], *& ex viro & propter virum*[q]: vel, 2. quod mox dicetur, nempe propter Angelos: ut sit appositio[r].) *debet mulier* (in genere: nam & virgines comprehendit†.) *potestatem habere in capite*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. vel, *super*, sive *supra*, *caput*, Mo. Pi. Tre. ex Sy. Ar. [Variè explicant:] Ἐξουσία, *potestas*, non activè accipitur, sed passivè[t], & per Metonymiam[v] catachresticam[x], frequentem Hebræis†, ubi signum nomen rei significatæ accipit[y], pro *signo* seu *indicio potestatis* quam in uxorem vir habet[z], h. e. pro velamine[a]. Velamen enim signum est imperii, sub quo est mulier[b], & quidem congruum, cùm caput velamine tegatur, ut inferius à superiori; perinde ut uxor sub potestate viri, ut superioris, constituta esse, ejúsque protectione & tutelâ frui, debet[c]. Et vicissim vir qui mulieri imperat, *velamen ejus* ob id, ut quidam putant, dicitur, Gen. 20. 16[d]. Confer phrasin Ruth 3. 9. *alas mariti expandi super uxorem*, h. e. hanc quasi obvelari illius potestate, tutelâ, & patrocinio. Eâdem figurâ *robur* Dei, 1 Par. 16. 11. pro *arca roboris*, Psal. 132. 8. sive arca fœderis: &, *induet desolationem*, Ezec. 7. 27. h. e. vestem desolationis indicem*. Al. velum hîc dicitur ἐξουσία, quia Heb. dicitur רדיד[f], Cant. 5. 7. Esa. 3. 23. sic & Gen. 24. 65. & 38. 14[g]. & Arab. רדא; quarum vocum themata significant, κυριεύειν, sive ἐξουσιάζειν, *dominari*[h]. Hæc interpretatio adeò quibusdam placuit antiquis Interpretibus, ut τὴν ἐξουσίαν non *potestatem* verterent, sed

k Scl. l E. ex Theod. m Cal. n E. o Vor. p E. q Scl. sim. E. r Cal. † G. t E. v Me. T. x Vor. y Me. Cal. Ee. z Q. in E. a Scl. b Me. sim. Par. c Be. d E. sim. Pi. * G. f E. ex Aquin. g V. sic E. ex Græcis. h Pi. i E. k G. l Pi. m Me. sic Pi. n Me. o Pi. sic E. p E. q Kn. r Pi. † Pe. t Cap. sic Be. v G. sic Pe Glas. x Glas. † Rhet. 1. 18. 466. † G. y G. sic Scl. Glas. 1. 3, 49. z Cam. sim. Scl. E. Me. T. sim. V. Ca. Er. Glas. Be. a Scl. V. Ca. E. Me. T. b G. sim. Scl. Glas. c Glas 49. d G. * Glas. 49. f Cap. g Ham. h Cap. sim. Ham.

velamen[i]; quomodo & quidam Codices legunt[k]. Mihi nimis coacta, nec scopo loci congrua, videtur[l]. Al. Possit *potestas* hîc accipi pro viro potestatem habente, quem mulier habere debet supra caput, id est, agnoscere & pati superiorem[m]. Ἐξουσία hîc idem sonat quod ἡ ἀποστροφή, &c. Gen. 3. 16. ubi explicatur, *in potestate ejus eris*; & 4. 7. *in potestate tua erit*. Hinc & AE. illud תשוקתך *obedientiam tuam* reddidit[n]. *Caput* hîc dicitur vir, qui *caput mulieris*, v. 3. & Eph. 5. 23. quæ idcirco jubetur *viro suo esse subdita*, Eph. 5. 24. *Habere* hîc, ut sæpe Latinis, & ἔχειν Græcis, idem est quod *tenere*, *æstimare*, vel *agnoscere*. Vis interpretationis & argumenti est à verbis præced. *Mulier est ex viro & propter virum*. Ergò *debet mulier habere*, h. e. agnoscere[o], & gerere[p] *potestatem*[q], suam scilicet, non in se, sed in capite suo[r], sive in viro†, ídque tecto capite testari[t]. Simile planè est argumentum, 1 Tim. 2. 12, 13. *Mulier nè dominetur*, *quia Adam prior formatus est*, &c. Idem ergò est hujus & illius loci sensus[v]. Matrona honesta *potestatem omnem penès virum habet*; ut contrà, meretrix, cujus neque maritus neque Christus caput est, sui ἐξουσίαν habere dicitur, Ezec. 16. 30[x]. Sententia est Græca, Γυναικὶ δ' ἄρχειν οὐ δέδωκεν ἡ φύσις‖. ¶ *Propter Angelos*] Vel, 1. propter bonos Angelos[y], qui sacris fidelium cœtibus intersunt[z], testes pietatis[a], pudoris aut impudentiæ, item obedientiæ, aut inobedientiæ suæ[b]; quibus probrosum id videtur ut aperto capite incedant[c]. Si alibi velatæ esse volunt mulieres, certè in Ecclesia tales esse debent, ubi par est omnia geri summa cum verecundia, ordinémque & decorem servari; quippe ubi non tantùm adsint homines, sed & ipsi Dei Angeli, sicut Cherubini erant in Templo ad significandam Angelorum præsentiam. Quò respiciens Agrippa in oratione ad Judæos apud Jo. Bel. Jud. 2. 28. Μαρτύρομαι δ' ἐγὼ μὲν ὑμῶν τὰ ἅγια, καὶ τοὺς ἱεροὺς ἀγγέλους. Sic & in Synagoga Angeli adesse crediti: vide Deut. 33. 2. & Interpretes Hebræos ad initium Psal. 82. Philo libro περὶ φιλανθρωπίας, de Mose, Ὑμνοὺς ἐποιεῖτο, &c. (*Hymnos cecinit in auribus angelorum & hominum: horum, ut tanquam à magistro similiter gratias agere discerent; illorum, ut adessent tanquam inspectores*, &c.) *Angelum orationis* nominat liber Hebræus *Chasidin* dictus. Tertul. quoque De oratione, *Angelo orationis adhuc adstante*. Meminit horum Angelorum & Chrysost. De Eleemos. orat 1. Vide & 1. Tim. 5. 21. Etiam Plutarchus, libro, *Cur Oracula defecerint*, quosdam ait esse δαίμονας ἐπισκόπους θείων ἱερῶν καὶ μυστηρίων ὀργιαστάς, (*dæmones divinorum officiorum inspectores, & sacerdotes mysteriorum*:) & Jamblichus, 5. 26. *cuique Templo suos esse custodes*. Vide & quæ ad Eccles. 5. 2. Athenagoras τὴν ἐπὶ μέρους πρόνοιαν (*providentiam particularem*) Angelis tribuit. Peccavit Sara quòd apud Angelos risit, Gen. 18. 12. Omnia in Angelorum conspectu seria esse debent[d]. Quoniam causari potuissent mulieres, viris id gratum esse ut aperto capite incederent, respondet, caput velandum esse propter Angelos, qui eas conspiciunt*, vitámque observant, & apud Deum accusabunt mulieres superbas & signum subjectionis fastidientes[f]. Al. Videtur Apostolus h. l. argumentari ab exemplo Angelorum, Esa. 6. 2[g]. qui velando facies testantur subjectionem suam erga Deum[h], & quorum omne studium est servire Christo, quem ut caput, ità potestatis suæ fundamentum, habent simul & agnoscunt, atque ab eo sic dependent[i]. Vel, 2. propter malos Angelos[k], sive Diabolos, quos hîc intelligerem, si per ἐξουσίαν intelligerem *velum*: hoc sensu, Velent se, nè Diaboli ex expansa facierum muliebrium venustate viros irretiant & ad lasciviam incitent, &c[l]. atque ità Ecclesiam in lupanar transforment[m]. Sed si Paulus hoc spectâsset, eos *Diabolos* hîc potiùs quàm *Angelos* vocâsset, ut his mulieribus horrorem incuteret & absterreret à vestitu parum verecundo[n]. Obj. At eos suprà *Angelos* vocavit, 6. 3[o]. Resp. Rectè quidem, quia eò loci voluit fidelium dignitatem commendare. At hîc dispar est & contraria ratio, ut ostendimus[p]. Vel, 3. propter sapientes viros[q], Ecclesiæ præfectos[r]; Prophetas†, in cœtu loquentes, ut Dei nuncios & legatos, propter reverentiam quæ Deo per ipsos loquenti debetur. *Angelorum* autem nomen prophetantibus ministris passim tribuitur,

i Heins. k E. l Kn. m Q. in E. n Heins. o Kn. sim. Heins. p Heins. q Heins. Kn. r Heins. † Kn. t Heins. v Kn. x Heins. ‖ G. y Cam Pi. Cap. G. Med. E. Me. T. z Cap. Pi. Med. Ham. a Cap. b Me. T. sim. E. c Cam. d G. sim. Ham. * Cam. f V. g Vor. h Ham. i Heins. k Q. in Cam. l Li. ho. m Q. in Cam. n Cam. o Q. in Cam. Li. ho. p Cam. q V. r E. † V. Be.

buitur, tum adjuncto *Domini* nomine, ut Agg. 1. 13. Mal. 2. 7. & 3. 1. tum absolutè, ut Eccles. 5. 5. לפני המלאך, *coram Angelo illo*, i.e. summo Sacerdote, apud quem reddenda erat votorum ratio, Levit. 27. qui locus istum mirè illustrat [t]. Vel, 4. propter *Angelos*, vel *nuntios*, *desponsationum*; de quibus RR. copiosè agunt: Vide Kiddushin, cap. 2. Cujus initium, *Vir desponsat sibi uxorem vel per se, vel per Angelum suum*, aut deputatum. Ex hoc more confirmat Paulus quæ dixerat, fœminam esse gloriam viri, ex viro, & propter virum. Quamvis enim ex Canonibus RR. & more gentis faciem velare debuit, tamen ut ob virum sit, sive in ordine ad honestum matrimonium, potestatem habet (ut docent RR. & mos gentis) faciem detegendi & ornandi, non solùm coram eo qui futurus est maritus ejus, sed (quod causam meam fortiùs astruit) coram iis qui ab eo missi & deputati sunt ut eam desponsent. Quos *Angelos* simpliciter vocat, (quod & RR. sæpe faciunt, cùm semel notum fecerint se de desponsationibus loqui) non additâ voce *desponsationum*; quippe quæ facilè subintelligeretur tum ex scopo dissertationis, tum ex verbis præced. *fœmina creata est propter virum.* Ex hac re liquet (inquit) fœminam creatam esse propter virum [v]. Vel, 5. propter ipsum Deum, qui per ministerium Angelorum in hoc ordine creavit illos, & postea legem subjectionis mulieri imposuit, Gen. 3. 16. Atque hæc certè data est per ministerium Angelorum, ut fuit etiam Mosaica, Act. 7. 53. Gal. 3. 19. Heb. 2. 2. Omnia enim Dei opera ad extra fiunt ipsorum ministerio: ideo Angelis sæpe adscribitur quod soli debetur Deo; & promiscuè vocantur *Angeli* nomine *Dei*, & *Deus* nomine *Angelorum*. Qui *Angelus* Act. 7. 35. idem *Deus* vocatur Exod. 3. 6,12. Confer. Jud. 13. 21, 23 [x].

11. *Veruntamen neque vir sine muliere*, &c.] Prolepsis, quâ & viro suadet humilitatem, & mulieri proponit solatium [y]: nè viri se insolentiùs gererent, &c [z]. Alter alterius ope indiget [a], tum in cultu Dei [b], tum in iis quæ familiæ procurandæ necessaria sunt, quæ ad liberorum procreationem & educationem attinent [c]. ¶ *In Domino*] i. e. Vel, 1. Domino ità volente & disponente [d], ut v. seq. explicat [*]. Vel, 2. in Christo, ut submoneat eos quomodo domum regant, natos educent, cæteráque officia præstent; scil. ad normam legis Christianæ [f]. Vel, 3. per Dominum, sive Domino autore & conservatore mutuæ istius conjunctionis, ut in uno Deo coalescant, qui utrumque hâc conditione creavit [g]. Vel, 4. quod ad Deum attinet; ex eo enim æquè uterque exsistit, v. 12 [h]. Utrumque revocat ad differentiæ hujus autorem, Deum creatorem [i]. Vel, 5. in negotio religionis [k]: in statu gratiæ pares sunt [l]. Dominus neque viros exclusis fœminis, neque fœminas exclusis viris, redemit. Dispares sunt sexus in creatione & officiis, pares in salutis negotio [m]. Confer. Gal. 3. 28 [n].

12. *Sicut mulier* (Eva [o]:) *de viro*, (ex viro primùm sumpta seu condita est [p]. Repetit quod dixerat suprà v. 7. ut adjectione id ipsum mitiget [*].) *ità* (nunc scilicet [q], constituto jam rerum ordine [r],) *& vir* (h. e. mas [†]. Articulus hîc [ὁ ἀνὴρ] totum genus virorum indicat, excepto Adamo: omnes enim per fœminas in lucem eduntur. De hoc usu articuli vide quæ ad Mat. 12. 32. & Marc. 3. 26 [t].) *per* (ut ἐκ notat principium materiale [v], ità διὰ causam instrumentalem [x], vel principium originale [y].) *mulierem*] Concipitur, formatur, nascitur, propagatur [z]. ¶ *Omnia* (scil. de quibus hîc agitur, vir & mulier [a]; etiam primus homo, Luc. 3. 38. ac proinde & omnes ejus posteri [b]:) *autem ex Deo*] Non materialiter, ut Manichæi delirabant, sive ex essentia Dei, sed effectivè seu originaliter [c]. Ἐκ Causam hîc efficientem significat. Vide Rom. 11. 36. suprà 1. 30. Et hîc ad Creationem, alibi ad Novam Creationem, refertur [d]. Ἐκ pro ὑπὸ, ut Rom. 11. 36 [*]. *Ex Deo*, scil. fiunt, ordinantur, & disponuntur [f]. Tam viri ejúsque imperium, quàm mulier & illius subjectio, Deum authorem habet. Quare nec vir se efferat, nec mulier indignetur: alioquin in Creatorem suum insurgent [g]. Revocat particularia principia ad unum principium universale omnium rerum, quod est Deus: ut sub illo, tanquam communi capite & principio, uterque pariter humilientur [h].

[t] Be. [v] Li. ho. [x] Kn. [y] Scl. sim. Pi. E. [z] E. sim. Pi. [a] Me. sim. V. E. [b] V. [c] E. [d] Me. T. [*] T. [f] E. [g] Be. [h] Scl. [i] Par. [k] Vor. [l] Par. [m] G. [n] Par. G. [o] Me. [p] Cal. sic E. [*] G. [q] E. [r] Scl. [†] E. [t] G. [v] Be. Par. Scl. [x] Be. Scl. [y] Par. [z] Me. [a] Par. [b] G. [c] Par. [d] G. [*] Pi. [f] Me. [g] Par. [h] E.

13. *Vos*, &c. Ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε] Simile suprà 10. 15 [i]. *Apud* (vel, *Inter*, Er. V.) *vos ipsos* (vel, *In vobis ipsis*, V. In suo quisque animo [k]) *judicate*, P. Be. Pi. Provocat ad sensum communem [l], ad ipsorum judicium [m], significans rem manifestissimam esse [n]. Permissio est rhetorica, mirè efficax ad suadendum [o]. ¶ *Decet*, &c. Πρέπον, &c.] Num *decorum est*, &c? q.d. Minimé [p]. In eo actu [scilicet *orandi*] qui maximè requirit τὸ πρέπον. Cujus vocis quæ sit vis vide Ciceronem De offic. 1 [q]. Dicit solùm *orare*, non item *prophetare*, quia nec mulieri velatæ prophetare licet in Ecclesia: ut infrà dicet, cap. 14 [r].

14. *Nec*, &c. Ἢ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, ὅτι ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστι;] *An nè natura quidem ipsa hoc vos docet, quòd viro quidem comatum esse* (vel, *si comatus est*, Val. Er. V. vel, *comam alere*, Ca. sim. Tre. ex Sy. Ar. Æth.) *dedecori* (vel, *probro*, Er.) *sit?* P. Be. Pi. Er. &c. [De hoc loco fusiùs disserere placet, tum quia vexatissimus est diversis Doctorum sententiis, tum præcipuè quia perspicua illius explicatio utilissima est ad praxin nostram dirigendam, & scrupulos minùs necessarios conscientiis hominum eximendos. Et præter alios autores non pauca hîc decerpam ex Cl. Salmasii Dialogo, & Doctissimi Revii Disput. ejúsque Defensione: qui tractatus mihi ad manum sunt.] Tria hîc inprimis quærenda sunt: 1. Quid hîc sit φύσις, sive *natura?* 2. Quid κομᾷν, *comatum esse?* 3. Quid ἀτιμία, *dedecus* †? Qu. 1. Quid hîc *natura?* Resp. 1. Lex naturæ [t]. Virum comam promittere est contra, supra vel præter, legem naturæ, sive naturalem usum, & habet intrinsecam malitiam, sicut illa scelera Rom. 1. 26,27 [v]. Sed hoc falsum esse docet, 1. quòd Nazaræis hoc jussum erat, Num. 6. 5: 2. quòd hoc præceptum transgredi licet (quod fatentur adversarii) ob necessitatem corporalem, ut imbecillitatem, &c. At legem naturæ transgredi non licet, &c [x]. Resp. 2. Jus Gentium, in quo scilicet Gentes omnes aut ferè omnes consentiunt [y]. Sed agnoscit Poim. gentes hac in re variâsse [z]. 3. Sensus communis [a], sive lumen naturalis rationis [b], sive naturale judicium rectæ rationis [c], quo docemur quidem turpe esse comam alere, sed fœminis id ipsum esse decorum [d]. Reliquias intelligo quæ in homine adhuc supersunt, quales sunt (præter alia) notitia honesti ac turpis: quo pacto vox *naturæ* sumitur Rom. 2. 14. Jac. 3. 7 [*]. Non placet: quia idem est in omnibus hominibus rectæ rationis judicium. At prolixus capillus pluribus olim gentibus non habitus est res turpis, non Judæis, ut constat ex Nazaræis [f]. 4. Consuetudo inveterata & omnium consensu tunc recepta, & quidem apud Græcos [g]. Vox φύσις ità sumi possit, & aliquando sumitur [h], ut Eph. 2. 3. collat. cum Sapient. 13. 1. & Rom. 11. 24. *præter naturam*, id est, consuetudinem Judæorum, quibus ex analogia Legis, Levit. 19. 19. vetitum hoc videtur. Ità Suidas φύσιν hoc loco exponit. *Consuetudo est natura acquisita*, ait Galenus. *Consuetudo similis est naturæ*, &c. Aristot. Rhet. 1. 11 [i]. Et vulgò dicunt, *Consuetudinem alteram esse naturam.* Optimi quoque Scriptores πέφυκε dicunt pro *solet*: quidni ergò φύσις, verbale indè factum, *consuetudinem* significet? Et *naturale* nos vulgò dicimus quod nobis consuetum est [k]. Non est hoc [φύσις] planè naturale; sed sicut Jurisconsulti juri gentium sæpe dant nomen *juris naturæ*, ità & *naturalia* dicuntur quæ non sine probabili ratione longè & latè recepta sunt, ut diximus de J.B. & P. 2. 12. 28. Tertul. De corona, *Quæris igitur Dei legem? habes communem istam in publico Mundi, & in naturalibus tabulis, ad quas & Apostolus solet provocare, ut cùm in velamine faciei*, Non natura vos, *inquit*, docet [l]? Sed certum est, φύσιν hîc non dici *consuetudinem*. Quam enim? Num propriam? De illa frustrà essent admoniti. Num alienam? Ea frustrà ipsis allegata esset. De omnium ergò hominum consuetudine id accipi oporteret, quæ & Corinthiis etiam in usu. At hoc, si κομᾷν de coma simpliciter demissa accipiatur, falsum est. Plures enim tunc in orbe comati viri quàm non comati. At si κομᾷν accipiatur pro crinibus comptum & opertum caput habere, hoc certè natura omnes docuit viris indecorum esse [n]. 5. Naturalis inclinatio [o], hoc est, animi propensio quæ inest mulieribus ad nutriendam comam quæ naturale est ve-

[i] G. [k] Er. E. Me. [l] Par. Pi. [m] Par. sic E. [n] Par. [o] E. [p] E. Me. [q] G. [r] E. † Rev. p. 217. [t] Strig. Q. in Rev. [v] Poimenander & Borstius in Rev. [x] Rev. p. 221. [y] Poim. in Rev. [z] Rev. 224. [a] Vor. Pi. [b] Vor. [c] Pi. [d] Vor. [*] Q. in Rev. p. 232. [f] Salm. 68. sim. Ham. [g] Q. in Salm. sic Calv. Ham. [h] Salm. 69. sic Ham. [i] Ham. [k] Salm. [l] G. [n] Salm. p. 71. [o] E.

lamen mulieribus, non autem viris[p]. Non placet[q]: 1. Inclinatio cujuſquam naturalis non eſt regula recti & decori: alioqui vitium magis ſectandum eſſet quàm virtus, quia ad illud quàm hanc omnes naturâ proclivi-ores ſumus[r]. 2. Propenſio hæc non minùs eſt in viris quàm in fœminis†. Nulla ferme gens eſt in mundo, in qua viri aut nunc aut olim comam non alant aut aluerint, ſaltem vivendi inſtituto, profeſſione, aut ætate: ut ab aliis demonſtratum. 3. Mos ille nutriendæ comæ non tam ex naturali propenſione oritur, quàm ex vitæ inſtituto. Gentes enim & viri maximè otioſi & inertes in capillo alendo & colendo occupabantur, &c[t]. 6. *Natura* hîc deſignatur quæ diſcrevit ſexus[v], quæ marem à fœmina dividit, & diſcriminis inter utrumque rationem habendam eſſe docet[x]. Sic vox φύσις alibi quoque ſumitur, ut Rom. 1. 26. ubi ſexum notat & quod ei convenit; quomodo & v. 27. τὴν φυσικὴν χρῆσιν maſculam Venerem opponit[y]. Sic φύσις, *ſexus*, legitur in Lexico, & in Onomaſtico Græco-Latino, & in Gloſſariis adjunctis, & in Stephani theſauro, ubi Thucydidem & Sophoclem citat; & in Chryſoſt. ad Rom. 16. p. 229. edit. Savil[z]. & in Diod. Sic. l. 31. apud Photium, ubi loquens de puella (ut videtur) quæ poſtea ſexum mutavit, memorat τὴν παρὰ φύσιν ὁμιλίαν, id eſt, conſuetudinem alienam à muliebri ſexu; & in Joſeph. in App. lib. 2. *Novit lex congreſſum* κατὰ φύσιν· & Phil. De legibus ſpecial. ubi τὴν παρὰ φύσιν ἡδονὴν vocat τῶν παιδεραστῶν[a]. Obj. At rara eſt hæc vocis ſignificatio[b]. Reſp. Multa ſunt in V. & N. T. non rara ſolùm, ſed & ἅπαξ λεγόμενα[c]. Inſt. In Lxx nuſquam ità ſumitur[d]. Reſp. 1. Vox φύσις nuſquam occurrit apud Lxx, niſi nos fallat Kircherus. 2. Hebræis nulla vox eſt quæ *ſexum* in communi exprimit, unde nec Lxx talem vocem infercire debuerunt[*]. Qu. Sed quomodo ſexus docet, viro inhoneſtum eſſe κομᾶν; Reſp. Sexus virilis & muliebris inter ſe comparati docent, illum ad imperium, hunc ad ſubjectionem natum eſſe; idcóque illi, non autem huic, conveniunt inſignia poteſtatis, inter quæ apud Corinthios erat caput integumento liberum[f]. Ad ſexuum diſcretionem excogitatæ ſunt differentiæ veſtium, & in ſpecie habitus capitis ex capillo ipſo differentes, &c. quod hîc naturam docuiſſe docet Paulus[g]. 7. Φύσις hîc dicitur ille ſtatutus à Deo ordo, quo mulieri comæ denſæ & prolixæ ſuppeditantur, viro non item; vel, naturæ opus, quo viri ac mulieris capita ità diſcernuntur, ut hujus ſit aptiſſimum ad nutriendam comam, illius verò prorſus ſit ineptum[h]. Natura, præter differentias alias, etiam hâc ſexum utrumque diſtinxit, quòd mulieres comâ denſiore & promiſſiore, quaſi velamine, decoravit, ejúſque rei cauſam in ipſa mulieris κράσει, ſive humiditate, occultavit[i]. Non placet[k]: 1. Natura de qua agit Corinthios docet in communi, idque evidentiſſimè. At hic ordo eos aut nihil, aut perobſcurè, & paucos eorum, ſi fortè, docet, &c[l]. 2. Falſiſſimum eſt, quod pro vero & confeſſo ponunt, Mulieres comam denſiorem & promiſſiorem à natura habere quàm viros, & refellitur experientiâ, & exemplo multorum novi orbis incolarum, quibus uſque ad talos coma defluit. Videmus & barbas quorundam uſque ad umbilicum cadere: Et coma longè magis velociúſque creſcit quàm barba. Nec pili proveniunt ex humidiore temperamento, ut dicunt, ſed ex calidiore: unde viri piloſiores ſunt quàm fœminæ. 3. Capilli viriles, licèt muliebribus breviores eſſent, ſatis tamen prolixi ſunt, ut velamen capiti præſtent, vel caput ejus contegant, ſive ſolvi ſive religari eos placeat[m]. [Atque hæc de prima quæſtione.] Qu. 2. Quid hîc eſt κομᾶν; Reſp. Verbum hoc naturâ ſuâ nihil aliud ſignificat quàm, *comam habere*, vel *gerere*. Celebrior autem ſignificatio eſt, & uſu communior, *comam longam alere*: ut rectè vertunt[n]. Κομᾶν hoc loco non ſimpliciter ſignificat, *comam gerere*[o], ſed, *comam prolixam mulierum more nutrire*[p], quam ferrum non attingit[q], videlicet ordinariè, & notabiliter[r]; vel quæ ad eam menſuram demittitur, ut ſit apta capiti velando muliebrem in modum, quod fit cùm in verticem colligitur†. Ex circumſtantiis enim colligendum, qualis comæ qualiſve longitudo hîc intelligatur[t]. Circumſtantiæ enim docent, agere Paulum de coma quæ capiti pro velamento eſſe poſſit, ut muliebris eſt[v]. Prolixitas vel denſitas capillorum abſolutè & poſitivè determinari non poſſunt, ſed variari poſſunt pro diverſitate complexionum, ætatum, tempeſtatum anni, climatum, morbi aut ſanitatis, &c[x]. Poimenander, primus, in noſtro Belgio, hujus controverſiæ auctor, & cujus ſententia ferè deſerta eſt[y]; Hanc comæ virili menſuram præſcribit, ut ſolum cranium tegat: quo fine Creator velut penicillo terminum ejus graphicè delineavit, (quos ſine contumelia Creatoris tranſire non poſſumus, &c.) non modò circa frontem, ſed & circa aures & occipitium; qui termini à tonſoribus *anguli* vocantur, quia ſunt velut circino deſcripti, &c. Itaq; ad ſummum non licet longiùs diſcendere comam quàm uſq; ad aures, juxta can. Concilii cujuſdam, *Attonſo capite, patentibus auribus*. Hæc ille. Quo argumento abſcindendi erunt & mulierum capilli, quippe qui ortûs ſui certum limitem habent, &c. At Borſtius liberalior eſt. Concedit enim ex conſilio Medicorum, & ob ſanitatem corporis, ut coma tegat tempora & cervicem. Hæc de quantitate comæ. Sed in qualitate etiam diſſonant ſententiæ. Κομᾶν enim dici volunt de capillis, vel, 1. curioſiùs cultis, ut volunt Salmaſ. Poim. & Borſt. [de qua ſententia mox dicendum.] Vel, 2. negligenter habitis, ut ſtatuit Dematius: cujus ſententiam veriorem puto, ex ſcopo Apoſtoli, qui de coma differit in ordine ad velamen capitis: de velamine agit, non prout eſt ornatus, ſed prout eſt ſubjectionis ſymbolum, à quo nihil alienius eſt quàm cincinni, calamiſtri, &c. Nam de ſubnexione per vittas alia eſt ratio, quanquam nè de ea quidem hîc agitur, ſed de aptitudine ad eam, quæ in ſola comæ prolixitate conſiſtit[z]. ¶ Al. Κομᾶν hîc non eſt ſimpliciter, *capillum habere prolixum*, ſed, *comam muliebri more ornare, & comere, & in cincinnos flectere*, &c[a]. [Quod ſic probatur:] 1. Paulus loquitur de coma quæ mulieri data eſt pro velamento, non item viro. Non ergò de coma promiſſa, intonſa, ſoluta, & deflua, quæ caput intectum nudúmque multis in locis dimittit, quà utrinque capillus demiſſus dividitur, & præcipuè in vertice, nec magìs (imò minùs) obvelare caput apta eſt quàm tonſa, ſi tantùm 3 vel 4 digitos tranſverſos alta relinquatur. Quare ea tantùm coma pro velamento data eſt mulieri, quæ in crines convoluta multiplices, & implexa quaſi galericulo crinium impoſito caput tegere idonea eſt[b]. 2. De coma loquitur quæ mulieri δόξα eſt, h. e. decori & ornamento. Non ergò de coma loquitur intonſa, & ſoluta & effuſa, aut uſq; ad talos deflua, quâ nihil fœdius mulieri in publicum prodeunti, & qualem idcirco nunquam habebant niſi ſi fortè in funere, in quibuſdam ſacris, & in lecto cubantes; ſed de comptis, religatis, & ornatis crinibus. Neq; enim aliter niſi comptæ in publico conſpiciebantur. Et hujuſmodi coma decet mulieres, non viros. Quamvis & viri plures, tam Romani quàm Græci, olim extiterunt, qui more muliebri comas comerent: Unde illud Poetæ, *Sint procul à vobis juvenes ut fœmina compti*[c]. 3. Cùm κόμη ſit propria mulierum, nunquam aliter habere comam ſolitæ ſunt mulieres Romanæ, & Græcæ, & Judææ, omnéſq; ferme Europææ, niſi in capite religatam & vinctam variis ἐμπλοκῶν generibus[d]. 4. Κόμη Græcis aliud eſt quàm θρὶξ vel τρίχωμα, *capillus*, vel *capillitium*, ſive coma inornata. [Κόμη] non comam ſimpliciter demiſſam vel ſolutam intonſámq; ſignificat, ſed curatam, cultam, comptam & ornatam. Ità diſertè diſtinguit Artemidorus 1. 20. *Prolixi quidem, ſed inordinati atq; inculti capilli*, ὡς μὴ δοκεῖν κόμην ἀλλὰ τρίχωμα, *ità ut videantur capillitio ſimiliores quàm comæ, luctum denunciant*. Qui unus locus rem totam decidere poſſit. Lat. quoq; Auctores hanc differentiam κόμης καὶ τριχώματος, *comæ & capilli*, diligentiùs ſervant quàm Græci. Notant enim *comam* eſſe mulierum, *capillum* & cæſariem virorum. Et de reis aut lugentibus dicunt, *capillum*, non *comam*, *promittere*, vel *ſummittere*[*]. 4. [Apparet idem ex vocibus conjugatis:] Κόμη deſcendit à verbo κομεῖν, quod eſt, *curare*: unde ἱπποκόμος, *equiſo*, qui equos curat; τραπεζοκόμος, *ſtructor*, qui menſam dapibus inſtruit & adornat. Omnis autem comæ ornatus in variis eum colligendi, ſubſtringendi, religandi, vel implectendi, modis conſiſtebat. Unde Apollo, cui comam intonſam tribuunt Poetæ, apud Virgilium, —*crines implicat auro.* Κόμη dicitur capillus omnis prolixior, maximè intonſa, quæ longiſſima eſt. Hinc & κόμαι arborum, fruticum, & herbarum, quæ nunquam tondentur, ſed

Marginal notes, left column: p Q. in Salm. — q Salm. Rev. — r Salm. 65. — † Salm. ſic Rev. — t Salm. 66. — v Rev. ex Salm. & Borſt. — x Rev. ex Borſt. — y Rev. 121. — z Rev. 235. — a Rev. 122. — b Q. in Rev. — c Rev. 121. — d Q. in Rev. — * Rev. ib. — f Rev. 235. — g Salm 96. — h Muſc. Hyper Poim. Dematius in Rev. — i Par. — k Salm. Rev. — l Rev. 225. — m Salm. 54. — n Rev. 238. — o Be. Scl. — p Be. Scl. E. T. — q Rev. ex Be. — r Rev. ib. — † Rev. ex Salm. — t Rev. ex Dematio. — v Rev. ib.

Marginal notes, right column: x Voetius in Rev. p. 4. — y Rev. 15. — z Rev. 239. — a Salm. in Rev. — b Salm. 73. & 89. — c Salm. 85. & 90. — d Salm. 86. — * Salm. 74, 76, 78, 81.

sed naturali pulchritudine luxuriant. Indè κομᾷν pro *luxuriare, gloriari & superbire*: quæ superbia & jactantia non nascitur ex impexo & inornato capillitio, sed ex nitido, composito & ornato. Hinc Heb. פאר, *decor*, sive *ornatus*, à Lxx in Ezec. redditur κόμη & πλέγμα ἐμπεπλεγμένον, i.e. *ornatus & implexus capillus*. Et κομμῶσαι Græcis est, *ornari*. Hesychius κόμας exponit θεραπείας, & κομᾷν, ἐπιμελεῖσθαι, θεραπεύειν. Et sanè Atticum nomen κόμη pro κόμησις, ut αὔξη pro αὔξησις, & alia sexcenta. Indè etiam κομήτην appellant, teste Hesychio, non πολύτριχα, sed φύτριχα & καλὰς ἔθειρας ἔχοντα, non comatum, aut eum qui longos habet capillos, sed cui decora, ornata & muliebriter compta est coma, ut in proverbiali illo senario, οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὐ ψηνίζεται, *Nemo est comatus quin pati cupiat virum*. Porrò, ut κόμη est à κομᾷν, ità à κόμη est κομίζω· quod etiam ponitur absolutè pro ἐμπλέκειν, sive pro comam comere, & implexibus variis ornare. Hesychius, κομίσαι, ἐπιμελείας ἀξιῶσαι· κομασὶς, ἐπιμελητής. Ibidem κομμώτριαν non solùm *curatricem*, ἐπιμελητρίαν, exponit, sed etiam ἐμπλεκτρίαν, h. e. quæ mulierum crinibus comendis & ornandis operam dabat [f]. Obj. At κομᾷν apud Græcos sæpe significat, *comam promittere* [g]. Resp. Interdum quidem ità accipitur, sed καταχρηστικῶς, abusivè. Quod non impedit quin κόμη propriè significet crines comptos & muliebriter ornatos [h]. Utrum autem propriè an abusivè sumi debet, ex re de qua agitur facilè intelligitur. Cùm de reo aut lugente dicitur κομᾷν, *capillum promissum habere*, in viris denotat; cùm verò de muliebri capillo, crines comptos & ligatos denotat, ut hoc loco. Ità & Ambros. accipit, hinc docens, mulieres, non item viros, decere *crinitam comam*: sic appellat in crines, id est, πλοκάς, vel πλοκαμίδας, multiplices digestam & compositam, ut solitæ tunc eam habere omnes Asiæ Europæque mulieres [i]. [Atq; hæc de secunda quæstione.] Qu. 3. Quid hîc ἀτιμία; Resp. De hac voce judicandum ex opposita voce τιμῆς· quæ sumitur, vel, 1. propriè, pro honore; vel, 2. impropriè, pro iis bonis quæ Aristot. vocat ἐντιμότατα, Plato ἀμείνονα, i.e. in se bona, vel pro talibus quæ bene vel malè uti possumus. Sic & ἀτιμία propriè sign. *ignominiam, dedecus, infamiam*: impropriè opponitur τοῖς ἐντιμοτάτοις, &c [k]. Ἀτιμία generaliter significat ἀσχημοσύνην, interdum tamen talem quæ peccatum adjunctum habet, ut Rom. 1. 26. interdum verò talem quæ peccato vacat, ut 1 Cor. 12. 23 [l]. ubi τὰ ἄτιμα explicantur per ἀσχήμονα, & hæc per ὑστεροῦντα [m]. Et Christus ἄτιμος *fuit in patria sua*, Matth. 13. 57. Ergò ex voce ἀτιμίας non potest concludi ἁμαρτία [n]. Et cùm τὸ πρέπον, seu decorum, cui ἀτιμία opponitur, ut liquet versu 13. non tantùm est in rebus per se bonis & Lege præceptis, verumetiam indifferentibus: idem ergò verum est analogicè in ἀτιμίᾳ ei opposita [o]. Rectè Borstius ἀτιμίαν esse ait, *id per quod homo despicitur, & quo dignitas & æstimatio ejus imminuitur*. Idque applicans rei de qua agitur, *Vir*, inquit, *habet dignitatem aliquam præ muliere, eique divinitus præfectus est. Coma verò prolixa, cùm sit tegmen capitis, symbolum est subjectionis & minoris dignitatis: ideo virum non decet*. Quæ explicatio nobis proba videtur: Ad quam hæc observamus. 1. Potest se homo despicabilem facere etiam per id quod in se peccatum non est: ut si edat in publico, aut sine pallio in foro ambulet. Et ille contemtus quo talis se mulctat non est peccatum propriè, sed detrimentum. 2. Aliud est virum dignitatem quam præ muliere habet abjicere, quod injurium esset in Legem Divinam; aliud symbolum aliquod ejus negligere, quod sine peccato fieri potest, præsertim ubi symbolum illud in usu non est, atque adeò symbolum esse desiit [p]. Al. Ἀτιμία, de qua hîc agitur, explicitè aut implicitè significat actionem peccaminosam [q]. Crines demittere peccatum est & quidem ex eorum genere quæ recensentur Rom. 1. 26, 27 [r]. & tale quod mortem mereretur æternam †. Quod si verum esset, Deus peccandi necessitatem Naziræis imposuisset, &c. Adde quòd Judæi omnes tempore Pauli comati incesserunt, & Christus ipse comam intonsam, more Naziræorum, gestavit. Quare, si κομᾷν sit, prolixum capillum habere, ἀτιμία est tantùm indecorum, (idque quia contra morem populi, qui est regula decori) ineptum, aut ridiculum, aut minùs conveniens, non autem peccatum. Atque ità φύσις pro consuetudine locali acciperetur, non pro naturæ ipsius lege. Atqui φύσις hîc est quæ sexus distinguit, ut dictum. Si ergò κομᾷν de coma muliebriter compta accipiatur, indecentia hæc est, & quidem talis quæ peccat contra Legem Dei & naturæ, quia sexus confundit, quos natura ipsa discriminavit. Et peccatum hoc æquale est acsi vir muliebribus indutus in publico versaretur, (quod Deus disertè prohibuit) cùm natura doceat discerni debere sexum, non solùm vestitu, sed etiam capitis habitu; & proinde vel muliebrem sic habitum vir sumere videtur. In tali igitur comæ habitu peccatum est non leve, sed gravissimum. Si capillus simpliciter, sicut à natura datus est, retineatur, prolixus ac demissus, nullum in eo peccatum est. At si aliter arte formetur quàm natura est, ut crispus nimirum aut tortus fiat pro recto ac simplici, vel ut denigretur qui rufus est naturâ, aut ætate canus, si calamistris inuratur, si pulvere exotico inspergatur, si more muliebri ornetur, rem vitio non carere prorsus statuendum est [t]. [His præmissis, non difficile erit de sensu loci & aliorum interpretationibus judicium ferre.] Damnat hic locus eos qui comam intonsam [v], vel promissam gestant more muliebri, (nisi valetudinis causâ fiat, nè frigus noceat capiti [x]) quia mollis & effœminati animi argumentum est [y]. Loquitur Paulus rationem habens sui temporis [z]: alioqui primis seculis viros intonsos fuisse, Græcos, Gallos, Romanos, testatur antiquitas [a]. Et testatur Plinius, Romam venisse tonsores A.U.C. 454 [b]. Nazaræi autem ex Lege Divina comam aluerunt, ut scilicet istâ notâ habitûs indecentis à cæteris discernerentur [c]. Solet dici, οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὐ ψηνίζεται, [ut suprà notatum:] Quod intellige de longa coma, quæ Clericis per Canones interdicta [d].

15. *Mulier verò——gloria est illi*] Δόξα, id est, τιμὴ, quæ opponitur τῇ ἀτιμίᾳ [*]· quoniam proprium servat, atque institutum: est enim honorabilis cuique suæ conditionis observatio [f]. Coma promissa mulierem decet & formam ejus commendat [g]. Deus fœminam fecit αὐτοφυεῖ τῇ κόμῃ μόνῃ, ὥσπερ ἵππον τῇ χαίτῃ, γαυρουμένην, (*nativâ comâ, ut equus jubâ, gloriantem*,) ait Clemens Alexan. Strom. 2. Plutarchus Quæstionibus Romanis, τοῖς μὲν ἀνδράσι τὸ κείρεσθαι, (*tonderi*,) ταῖς γυναιξὶ τὸ κομᾷν, συνηθές ἐστι. Hebræi פאר, quod propriè δόξαν significat, Ezec. 24. 17. interpretantur *cincinnos* [h]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ] Pro δέδοται αὐτῇ in vetustiss. cod. MS. est δέδοται. Sed parum interest: nam sensus idem est ex utraque scriptura [i]. [Sic vertunt,] *Nam coma pro velamine* (i. e. tanquam velamen [k]; vel, ut sit sive esset velamen [l], & quidem ejusmodi quod aliud accerseret: nam coma propriè velamen non est. Ἀντὶ hîc non significat *loco* seu *vice*, neque rei originem [m]; sed finem declarat [n], ut accipi potest Heb. 12. 2. Vide Joan. 1. 16 [o]. Ideo prolixiores illis dati sunt capilli [p], ad innuendum eas velamine indigere [q].) *data est ei*, P. Be. Pi. Qu. Cur ergò velamen aliud superadditur [r]? Resp. Ut naturæ voluntas addatur †: ut non ex sola natura, sed & voluntate, subjectionem fateatur [t]. Vult autem Apostolus eandem esse rationem velaminis naturalis & assumptitii [v]. Dum aliud requirit velamen, in memoriam revocat primitivam rationem cur fœminæ à natura detur velamen capillorum, nempe ut sit signum reverentiæ, humiliationis, & pudefactionis suæ coram Deo [x]. Musonius apud Stobæum, titulo, περὶ ἀκολασίας, comam vocat σκέπην ὑπὸ φύσεως πεποιημένην, (*tegumentum ab ipsa natura subministratum* [y].)

16. *Si*, &c. Εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι] *Quod si quis videtur contentiosus esse*, P. Be. Pi. &c. i.e. si litigiosus sit: ut δοκεῖν redundet [z]. [Vide Synopsin ad Marc. 10. 42. & ad 1 Cor. 10. 12.] *Quod si cui contentiosum esse libet*, Ca. Si cui libeat contra hæc disputare libertate illâ adolescentioris Academiæ. De hoc usu vocis δοκεῖν diximus ad Matt. 3. 9 [a]. Si quis rationibus à me allatis non acquiescit [b], sed certare pergit, id agens ut vincat, non ut veritas appareat, quod contentiosi est [c]; si & ritibus & rationibus nostris rixosè velit repugnare [d]. ¶ *Nos*, &c. Ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν, &c.] *Nos* (vel, 1. Apostoli, quorum instituta sequi debetis: vel, 2. Judæi, à quibus Evangelium accepistis, quorum mulieres velatæ incesserunt, teste Tertul. & quorum bonas consuetudines imitari debetis [*].) *ejusmodi consuetudinem non habemus* (vel, *eo more non utimur*, G. vel, 1. contentiosè agendi [f], de rebus

f Salm. 74……
g Q. in Salm.
h Salm. 76.
i Salm 87.
k Q. in Rev. p. 168
l Rev. 167.
m Rev. 243.
n Rev. 244. ex Salm.
o Rev. 245.
p Rev. 247.
q Q. in Rev. 167.
r Poimenand. in Rev. p. 19.
† Q. in Salm.

t Salm. 100…108.
v E. sim. Dic.
x E.
y T. ex E. sim. Diod.
z Be. sim. Pi. Scl.
a Scl. sim. Be. Pi.
b Be.
c Pi.
d G.
* Be.
f Scl.
g E.
h G.
i Salm. p. 89.
k Pi.
l Scl. Be.
m Be.
n Be. Scl.
o Be.
p Scl.
q Scl. sim. Be. Pi. E.
r E.
† E. ex Amb.
t E. ex Chrys. & Th. sic Zeg. Scl.
v E.
x Li. ho. ad v. 6.
y G.
z Gi. cin. p. 40.
a G.
b Pi. E.
c E.
d Scl.
* E.
f Be. Scl. sic Pi. Vor. E. ex Chrys. & Amb.

rebus frivolis [g]: vel, 2. ut in Ecclesiis mulieres sinamus esse capite aperto [h].) *neque ecclesiæ Dei*, Be. Pi. &c. neque Ecclesiæ illæ quæ ubique sunt terrarum ità faciunt [i]. Neque Judææ mulieres, neque Trojanæ, neque Romanæ, neque Lacænæ, neque Arabes, detecto vultu procedebant in publicum, testibus Tertul. Clem. Alex. & Valer. Maximo, qui addit, C. Sulpitium uxorem ideo repudiâsse, quòd eam operto capite foris versatam audîsset [k]. Duabus securibus disputationes amputat, instituto Apostolico, & consuetudine Ecclesiarum. Quod per omnes Ecclesias receptum est disputando vel in controversiam vocare est φιλονεικῶν [l]. Consuetudo ab Ecclesiis Dei veris recepta in ritibus externis valet, præsertim negativè, Non sunt ritus isti ab illis recepti; itaque à nostris nequaquam admittendi: sed non valet in fidei dogmatibus aut materia cultûs Divini [m].

17. *Hoc*, &c. Τοῦτο δὲ παραγγέλλων οὐκ ἐπαινῶ] In MS. Τοῦτο δὲ παραγγέλλω οὐκ ἐπαινῶν· quomodo & Latinum legisse apparet & Syrum [n]. *Hoc* (vel, *Illud*, Er. Ti. Referendum, vel, 1. ad præced [o]. q. d. Hoc de velandis mulieribus ità præcipio ut vos non laudem in eo quod sequitur [p]: vel, 2. ad sequentia [q], de dissidiis & luxu, &c [r].) *autem* (vel, *tamen*, Er. Ti.) *denuncians* (vel, *præcipiens*, Er. Ti. V. *quod præcepturus sum*, Tre. ex Sy. vel, *admonens*, Ca. vel, *ità denuncio*, Il. P. Be. Pi.) *non laudo*, Mo. Er. V. &c. vel, *ut vos non laudem*, P. Be. Pi. quia scil. cogor hæc præcipere: oportebat enim vos sponte recta facere [†]. Laudârat autem eos antè, quòd *omnia tenerent* [t]. *Ut pergam*, inquit, *dare præcepta* περὶ συντάξεως, *sunt quorundam facta quæ laudare non possum*. Aliorum eorúmque meliorum facta suprà laudaverat, v. 2. Ità sæpe in hac Epist. & aliis sermonem variis eorum qui in eadem vivebant Ecclesia animis attemperat [v]. ¶ *Quòd*, &c. Ὅτι — εἰς τὸ ἧττον, &c.] *Quòd* (sub. *scilicet*, Er. sic Be. Pi. nam ὅτι est εἰδικὸν, ut infrà v. 23 [x].) *non in melius, sed in deterius*, (vel, *non cum emolumento, sed cum detrimento*, P. Be. Pi. id est, non ad mutuam ædificationem [y], aut profectum spiritualem, sed ad detrimentum animarum [z], ad dispendium pietatis [a]:) *convenitis*, Mo. Er. in Ecclesiam [b], scil. ad audiendum verbum [c], & celebrandam cœnam Dominicam [d]: cui tunc adjunctæ erant Agapæ, &c [*]. Mos vetus erat in Græcia, ut divites quædam offerrent diis, quæ deinde in usum cedebant pauperum; aut ut fieret παιδαιδία, ubi alius plus, alius minus, conferebat pro suis opibus: omnes autem de omnibus pari jure epulabantur. Meminit Scholiastes Aristophanis utriusque moris; illius quidem ad Plutum, hujus verò ad Pacem: Plutarchus Lycurgo, ubi συσσίτια Laconica describit, ἐπὶ ταῖς δὲ δείπνου τῷ πίνειν τῷ πλουσίῳ βαδίζοντος. Hunc morem non imitati tantùm erant, sed multùm superaverant primi illi in Achaia Christiani quos Paulus instituerat, & non dubium quin & exemplo illius κοινωνίας, quod Hierosolymis instituerant Christiani, accenderat ut ad illud ipsum, quantum fieri posset, accederent. Itaque Dominicis diebus divitum sumptu fiebant convivia de quibus pari jure & pauperes & divites vescebantur, & pauperes auferebant ἀποφόρητα. At Paulo digresso divites, qui arctiore disciplinâ teneri nolebant, Doctores sibi adsciverant aptos suis ingeniis, cúmque illis, spretis pauperibus, epulas habebant lautiores quàm deceret. Hoc verò jam erat non progredi, sed retrocedere. Negat igitur Paulus se laudare hoc posse, κατὰ λιτότητα significans valde hoc sibi improbari [f].

18. *Primùm*] Πρῶτον simpliciter declarat sermonis initium, ut Rom. 1. 8 [g]. ¶ *Convenientibus vobis in*, &c. Ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ] *In ecclesia*, P. Be. &c. vel, *ecclesiam*, Vulg. Qu. Quid hîc ἐκκλησία; Resp. Sicut συναγωγὴ propriè est ipse *conventus*, impropriè *locus in quem conveni-tur* [h]; ità & nomen ἐκκλησία utrumque significat [i]: sed posterior dependet à priori, nec ferè aliter quàm posteriori modo in Scripturis accipitur [k]. *In ecclesia*, i.e. in cœtu sacro [l]. Dicuntur autem in Ecclesiam vel in Ecclesia convenire, quia conventus ipse Ecclesiam constituit, quomodo Senatorum conventus Senatum [m]. Etsi non soleat dici *convenire in conventum*, attamen *convenire in Senatum* dicitur, quamvis *Senatus* conventus sit; & *convenire in Synodum*, quamvis *Synodus* conventus sit. Certè cùm queritur Cicero, Catilinam ausum fuisse *venire in Senatum*, non intellexit *Senatûs* nomine locum, sed conventum Senatorum deliberandi causâ convenientium. Τὸ *in ecclesiam* additum est τῷ συνέρχεσθε, ad designandum conventûs rationem & conditionem, quæ designatio unicè facit ad rem quam Apostolus agit. Eos enim à dissensionibus absterret argumento sumpto à sanctitate ἐκκλησίας, i. e. neutiquam loci, sed conventûs. Nam in omni sanè conventu dissidia fugienda sunt, at detestanda in conventu Ecclesiastico, qui religionis causâ instituitur [n]. Al. *In ecclesia*, i. e. in ea domo in qua conventus habentur [o]. Ità hîc sumendam vocem ostendunt, 1. collat. v. 20. ubi hoc repetens exponit, *Cùm convenitis eodem loci* [p]. 2. Antithesis, v. 22 [q]. ubi *ecclesiæ Dei*, tanquam domui communi, opponit *domos* privatas, quas, inquit, ἔχετε, *habetis*, nempe in potestate vestra (quæ vis est verbi ἔχειν) ut eis ad arbitrium utamini. 3. Quòd [vox parallela] ἡ συναγωγὴ significet *locum conventûs*, Psal. 74. 8. Luc. 7. 5. Jac. 2. 2 [r]. Et pleraque verba quæ *conventum* significant, pro *loco* quoque ipsius usurpantur; ut, Ἀγορά, Βουλή, Συνέδριον, *Collegium*, &c. 4. Consensus Patrum, ad v. 22 [†]. Augustin. ad Levit. Ecclesia *dicitur locus quo Ecclesia congregatur* [t]. Simil. Basil. Chrys. &c [v]. [quorum verba vide in Med.] Manifestum est, fuisse Christianis, cùm pacata essent tempora, certas ædes in quas convenirent [x], & quæ sacris cœtibus peculiariter assignatæ sunt [y]; vel, certam domûs partem à pio quovis Discipulo, domûs possessore, illi usui dicatam, quod plerumque erat Ἀνώγεον, vel Ὑπερῷον, Latinis autem *Cœnaculum*, Vide Act. 1. 13. & 2. 46. ubi κατ᾽ οἶκον accipi potest pro ἐν οἴκῳ, *in domo*; & 10. 9. & 20. 7. Et confer ea loca ubi legimus *Ecclesiam in domo*, &c. ut Col. 4. 15. Philem. 1. 2. Confirmant hoc etiam Clemens in Epistola ad Corinthios, & Ignat. Clemens Alex. Tertul. Cypr. &c [z]. [quorum loca & verba vide in Cl. Med.] item Eusebius Hist. 8. 1 [a]. ubi de felici rerum Christianarum statu ante Diocletianum hæc scribit, Πῶς, &c? *Quis—numerum cœtuum—& insignes hominum in Oratoriis concursus percensere queat? Quam ob causam, cùm prisca illa ædificia eos capere non possent, amplas ecclesias in omnibus urbibus erexerunt*. Temere ergò asserit quidam, alioqui vir eruditus ac pius, [Piscator scilicet, cujus sunt verba sequentia,] *Corinthios tum templum non habuisse, in quo Christianam religionem exercerent*. Si *templi* nomine domum amplissimam & magnificam intelligat, concedo, sin ædem commodam, &c. eam probabiliùs asseveramus quàm is negare poterit [b]. Obj. 1. Non est credibile, talia fuisse Christianis loca sub Pagano imperio & in statu persecutionis [c]. Resp. 1. Refellunt hoc expressa testimonia jam producta. 2. Persecutiones non erant continuæ, sed per intervalla [d]. Obj. 2. Ethnicis atheismum Christianis exprobrantibus, quòd nulla haberent Templa, Altaria, Simulacra, ità respondent Origen. Minut. Felix, Arnob. & Lact. ut id se nec habuisse, nec licuisse eis habere, dicant [*]. Resp. 1. His opponimus testimonia aliorum hîc suprà producta. 2. Christianis fuisse loca cultûs, *Oratoria* dicta, compertum adeò est, ut de uno eorum controversia mota fuerit apud Imperatores, *Galienum* & *Aurelianum*: quorum etiam edictum exstat de iis evertendis. Et τόποι θρησκεύσιμοι illis à Galieno restituti leguntur. 3. Per *templa* ergò intelligunt εἰδωλεῖα, sive loca ubi dii Ethnicorum, sive Dæmones, inclusi credebantur, &c [f]. ¶ *Scissuras*, &c. Σχίσματα] *Dissidia*, Er. P. Be. Pi. *Sectiones*, Er. V. Vox σχίσμα octies in N.T. habetur. Σχίσμα dicitur ut vitis, cùm ab agricola in brachia scinditur, ità & multitudo sive Ecclesia, cùm *scinditur in studia contraria*, ut Virg. loquitur, excitatis dissensionibus, ut Act. 14. 4 [g]. Factiones ob diversos Doctores, ut 1 Cor. 1. 12 [h]. Dissensiones vel de cibis ipsis & potibus, vel de loco recumbendi, vel de tempore cœnæ inchoandæ, maxime inter divites & pauperes; quorum isti ab illis contemnebantur [i]: ditiores cœnam celebrabant non exspectatis pauperibus [k]. Alii alios non exspectabant ad communem tum mysteriorum tum epularum usum, sed, sub suis velut ducibus accedentes, sacram actionem in totidem quasi partes discerpebant: ditiores quoque splendidè, tenuiores parcè admodum, epulabantur [l]. Accidebat jam illis temporibus quod nostris multò magis evenit, ut res instituta ad concorporandos fideles in vexillum schismatis verteretur [m]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μέρος τι πιστεύω] *Et* (vel, *Idque*, P.) *aliquam partem* (vel,

[g] Vor. [h] G. sim. [i] Vor Scl. E Me. T. Med. 1. 16. 80. Camer. [†] G. [k] T. [l] G. [m] Scl. [n] G. [o] Q. in E. [p] Me. T. [q] E. ex Græcis, sim. Ham. Pi. [r] Pi. [†] Er. sim. V. [t] Er. ex Chrys. & Th. [v] G. [x] Be. [y] Pi. [z] Me. sic E. T. [a] E. [b] Me. T. [c] Pi. [d] E. sim. Pi. [*] Be. [f] G. [g] Be. [h] G. [i] G. sim. E. [k] E. [l] Pi. sic Cam. [m] E.

[n] Cam. [o] G. sic Ful. Med. [p] Ful. misc. 2. 9. [q] Ful. sim. Med. G. [r] Ful. ib. [†] Med. dissert. De Ecclesiis. [t] Ful. [v] Med. ib. [x] G. sim. Ful. Med. [y] Ful. ib. [z] Med. p. 408. [a] Ful. Med. sic G. [b] Ful. ib. [c] Q. in Med. [d] Med. [*] Q. in Med. [f] Med. ib. [g] Gua. [h] Cal. [i] E. [k] Pi. [l] Be. ad v. 17. [m] G. sim. Par.

(vel, *aliquatenus*, Be. *nonnihil*, Ca. *aliqua ex parte*, Er. Ti. Tre. Pi. Subauditur κατὰ [n]. Intelligit de parte vel rerum vel personarum, se credere [o], vel, 1. partem malorum quæ narrata sunt [p]; vel, 2. ea quæ narrata sunt, de aliquibus illorum [q]:) *credo*, Mo. Il. &c. sub. *verum esse*, P. sim. Pi. ex collat. v. seq [r]. Sensus, Credo in aliquibus eam esse culpam, non in omnibus. Vide suprà c. 1. v. 11. Sic ἀπὸ μέρους sumitur Rom. 11. 25 †. Innuit, se non prorsus credere [t]; vel potiùs, se non facilè aut temere hoc credere, sed motum ratione, quam mox exponet [v].

19. *Nam*, &c. Δεῖ γὰρ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι] *Oportet* (vel, *Necesse est*, scil. propter immutabile decretum Dei. Sic δεῖ accipitur Matt. 26. 34. & Luc. 24. 26. pro quo est, *necesse est*, Matt. 18. 7 [x]. Et tamen libere, si ad authores homines respicias; non enim cogitur voluntas hæretica [y]. Significat hoc non fortuitò, sed certâ Dei providentiâ, evenire [z]. Non loquitur hîc de necessitate fatali [a], simplici [b], sive absoluta [c], (sic enim hæretici culpandi non essent [d],) sed ex hypothesi [*], suppositâ sive spectatâ & malitiâ Satanæ [f], & humanâ infirmitate [g], perversitate [h], inconstantiâ, superbiâ, & pronitate in novitates [i]; quali laborabant Corinthii [k]. Quæ causæ efficientes hæresium semper erunt nec mutabuntur in hoc mundo [l].) *enim etiam hæreses* (vel, *sectas*, Er. Ti. *contentiones*, Tre. ex Sy. *factiones*, Ar. Ca.) *inter vos* (h.e. in Ecclesia, ubi hæretici sunt, nempe ut putridi humores sunt in corpore [m]:) *esse*, P. Be. Pi. Habet ea res usum aliquem, ideóque judicat Deus, eam non esse vi suâ omnipotente impediendam. Vide quod diximus Mat. 18. 7. & Luc. 17. 1 [n]. Αἱρέσεις hîc vocat quod paulò antè σχίσματα [o], non opinionum, sed animorum, dissidia [p], sectas [q], & dissensiones animorum [r], tum in fide tum in moribus †, circa mensas, locum, tempus accumbendi [t], socios sive convivas, &c [v]. Probatur, 1. quia alioqui non congruent quæ mox sequuntur: 2. quia Paulus acriùs invehere solet in hæresium autores, eos appellans *canes*, *operarios malos*, &c [x]. Idem esse σχίσματα & διχοστασίας vidimus suprà 1. 10. & Rom. 16. 17. Nec aliud ex vi vocis αἵρεσις significat, quanquam usus obtinuit ut αἵρεσις dicatur *ea scissura quæ dogmate aliquo discrepat*. Fuitque olim vox media, ut apparet Act. 24. 5, 14. & 26. 5. & ex Philosophorum & Medicorum scriptis; quomodo & Latina vox *sectæ* in bonum sensum usurpatur & à Philosophis & à Jurisconsultis Latinis. Sed frequentior Christianorum usus evicit ut in culpæ parte poneretur, velut hîc, & Gal. 5. 20. Plerumque autem, ut veterum quidam loquitur, *schisma in hæresim eructat*; quia qui sectarum sunt principes, ut eas faciant immortales, aliquid in dogmatibus populariter innovant; quale erat, *Scortationes & incestus esse res medias*, *Sapientibus nihil nocere, si vescantur immolatitiis*, & alia ejusmodi [y]. Al. Antè posuit *schismata*, nunc *hæreses*, quò magis amplificet: quod ostendit particula καὶ, *&*, quæ additur πρὸς αὔξησιν [z], & solet diversum aliquid adjungere [a]. *Schismata* sunt vel obscuræ simultates, sive animorum alienationes [b], sive dissidia [c], cum studiis inter se pugnantibus [d], factionésque de ordine aliquo extrinseco excitatæ [*]. *Hæreses* sunt de doctrinæ capitibus exortæ factiones & sectæ, cùm malis dogmatibus scinditur Ecclesia, apparétque manifestum bellum, & ex professo dividunt se homines in contrarias sectas [f]. *Hæreses* hîc intelligit in doctrina [g], in qua etiam dissidebant Corinthii, ut ex cap. 15. liquebit, & non in ritibus solis, &c [h]. Neque vox, *hæresis*, usquam in S. S. ad morum discrepantiam refertur, sed semper ad diversitatem religionis & doctrinæ [i]. Argumentum est à minori [k]. q. d. Quidni credam schismata inter vos esse, quum oportet etiam hæreses fore [l]? Ex majori malo certo ac necessario probabiliter disputat esse minus [m]. Scio vos, ut & fideles omnes, majoribus malis esse obnoxios, hæresibus & sectis, &c [n]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα οἱ δόκιμοι, &c.] *Ut* (vel, *Quò*, Er. Il. Ti. vel eventum notat [o]; vel potiùs causam [p], scilicet in quem finem Deus hæc permittit [q]:) *qui probi* (vel, *probati*, Er. P. Mo. Tre. ex Sy. Pi. &c. Alludit ad probationem auri per ignem [r]. בחורים Rabbinis †, quibus opponuntur ἀδόκιμοι, 2 Cor. 13. 5 [t].) *sunt* (i. e. veri Christiani [v], integri ac sinceri [x], solidi ac firmi [y]; ii qui constantes sunt [z] in fide [a], & moribus [b], sive pietate [c]:) *manifesti fiant inter vos*, Be. Ca. &c. dum se opponunt doctrinarum corruptelis [d], & sectis, fidei sinceritatem cum charitate retinentes [*]. Fides in corde latens manifestatur per tentationem [f]. Ubi talia eveniunt, discedit scoria à corpore, manet aurum [g]. Bonos his verbis consolatur, & infirmos erigit [h]. Notat consilium Dei, quo schismata in Ecclesia tolerat [i].

20. *Convenientibus* (ut v. 17. & 18 [k]. q. d. Singulis vestrûm seorsim coeuntibus [l]:) *in*, &c. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ] *In unum*, P. Vulg. Pi. *In idem*, E. *In eundem locum*, Er. sic Be. Ful. ubi suprà. יחד, Psal. 2. 2. alibi יחדו. Vide Act. 2. 1 [m]. *Unà*. Non tam identitatem loci quàm personarum unitatem sive conjunctionem designat: id enim significat יחד, Psalm. 2. 2. & יחדו, ut ex affixo colligitur. Quare ἐπὶ τὸ αὐτὸ hîc idem est quod ἅμα, ὁμοθυμαδὸν: quod maximè facit ad obtinendum quod Apostolus studet. Turpe enim est eos qui ut conjunctim de re magna agerent convenerunt, inter se dissentire, &, quod gravius est, damnosum & impium [n]. ¶ *Jam non*, &c. Οὐκ ἔστι Κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν] *Non* (vel, Hoc *non*, Be. Pi. *Hoc*, scil. quod agitis [o]: hoc vestrum convenire [p].) *est* (vel, *licet*, P. V. Mart. in Par. Aquin. & L. &c. in E. quasi esset ἔξεστι [q]. Vel, *contingit*, Henten. in E.) *Dominicam cœnam manducare*, sive *edere*, Mo. P. Be. &c. sub. *eâ concordiâ quâ Apostoli ederunt* [r]. Vel, *convivium Domini celebrare*, G. nempe ut decet †: Videmini potiùs Martis aut Bacchi cœnam instituere [t]. Usitatâ hyperbole negat id fieri quod non ritè fiebat [v]. Vestra convivia haudquaquam repræsentant cœnam Dominicam, & proinde eo nomine sunt indigna [x]. Convivium Domini omnes æquat, sicut Christus pro omnibus pariter est mortuus; nec in hac re ullum discrimen esse debet divitis aut pauperis [y]. Dominus cum Discipulis servísque suis in eadem mensa accubuit, & iisdem cibis usus est. Vos autem privatas vobis mensas facitis, & inæquale convivium, fratres & conservos vestros, quia pauperes, à mensis & epulis vestris excluditis [z]. Κυριακὸν δεῖπνον (quod sic denominatur vel ab autore, vel à fine: nam & à Domino institutum est, & in ejus memoriam celebratur [a].) hîc appellatur, vel, 1. Cœna sacramentalis [b]; cui favet collat. v. 23, &c. Non placet: neque enim in illa contingere poterant quæ hîc memorantur, & reprehenduntur, v. g. quòd alii alios non exspectarent, (quia id in ministrorum potestate erat non priùs inchoare sacram actionem quàm omnes convenissent) quòd alii lautè, alii tenuiter, tractarentur, quòd alii esurirent, alii ebrii essent, &c [c]. Vel, 2. Cœna popularis [d], vel Convivium commune fidelium omnium solenni more celebrari solitum, olim ἀγάπη, *charitas*, dictum, quasi fraternæ dilectionis symbolum [*]: quod dicebatur quoque *cœna Dominica* [f], vel, 1. quia ex charitate Divinóque impulsu fiebat [g]: vel, 2. quia fiebat ad repræsentandam cœnam Domini novissimam, in qua Agnum cum Discipulis comedit priusquam Eucharistiam institueret [h]: vel, 3. quia cum Eucharistiæ Sacramento conjungebatur [i]. Κυριακὸν δεῖπνον hîc dicitur totum illud convivium, ἀγάπη dictum, cujus partem aut primam aut postremam faciebant sacra mysteria [k]. Chrys. & alii putant præcessisse Mysteria, secutum convivium [l]. Et sanè conveniebat id Græcorum moribus, apud quos præcedebat convivium, sequebantur epulæ: ut suprà diximus. At in Oriente, congruenter Judaico mori, præcedebat convivium, in fine ejus sequebatur panis & vini distributio: quod diu servatum in Ægypto ostendimus ad Matt. 26. 26 [m]. Quare convivium hoc sequebatur Eucharistiam [n]: ut constat ex Luc. 22. 20. *Postquam cœnâssent*, &c [o].

21. *Unusquisque enim suam*, &c. Τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν] *Propriam cœnam præoccupat* (vel, *anticipat*, V. Zeg. sic Ca. *occupat*, Er. Ti. V. *præsumit*, Vulg. id est, sumit ante Eucharistiam [p]: *antè sumit*, Zeg.) *in edendo*, Be. Pi. Er. Ti. sic P. vel, *ad manducandum*, Vulg. vel, *edendo*, Ca. sic Me. scil. cœnam Dominicam, ex collat. v. præced. Synecd. generis [q]: q. d. antè manducat quàm venit in Ecclesiam [r]. Aliis non exspectatis edit †. Hoc vult, Divites primùm inter se mensis diversis epulabantur, deinde reliquias suas dabant pauperibus. Ἕκαστος etiam de multis dicitur, ut suprà [t]. Edulia domi præparata in Ecclesiam afferebant, quæ debebant in commune conferre, sibi solis vendicabant, aliis exclusis, aut

non

[n] Camer. [o] E. [p] E. sic Be. [q] E. [r] Pi. † G. [t] Be. [v] Pi. [x] Pi. [y] Scl. [z] Calv. [a] Par. sic Calv. [b] Cal. [c] T. Par. [d] Par. [*] Par. T. [f] Cal. sim. Par. [g] T. [h] Cal. [i] Me. T. [k] T. ex Chrys. Amb. &c. [l] Par. [m] Idem. [n] G. [o] Vor. Græci in E. [p] Chrys. in Er. [q] Me. [r] T. † Me. T. [t] Q. in E. [v] T. [x] Chrys. in Er.

[y] G [z] Calv. [a] E. [b] Calv. [c] Scl. [d] Calv. [*] Scl. [f] Calv. [g] E. sim. Be. [h] Par. [i] E. [k] E. sic Par. [l] Par. sim. Be. E. [m] Scl. [n] Be. [o] Q. in E. Er. & G. ex Chrys. [p] E. ex Aquin. Caj. &c. [q] E. [r] Idem. † G. [t] Be. G. [v] Vor. [x] E. Be. Scl. [y] Me. T. [z] G. [a] G. Be. [b] G. [c] Scl. Be.

[d] Scl. [*] E. [f] Pi. [g] G. [h] Be. [i] Vor. [k] Pi. [l] Cam. [m] G. [n] Cam. [o] Vor. [p] Be. [q] Par. [r] V. † T. [t] Me. sic T. [v] Scl. sim. Calv. Par. [x] E. [y] G. [z] E. [a] Pi. [b] Scl. sic Aug. Theod. Oecum. Lombardus, Aquin. &c. Calv. Par. [c] E. [d] Just. ex Cyr. Chrys. &c. [*] E. [f] E. Just. [g] Just. [h] E. [i] Just. [k] G. [l] G. sic E. [m] G. [n] E. ex Aug. [o] E. [p] T. [q] Pi. [r] V. † Er. sic Be. [t] G.

non exspectatis [v]. Hoc fecerunt alii in aliorum contemptum & cum ostentatione epularum suarum [x]. Non hoc taxat, quòd non jejuni communicarent; quod & Christus & Discipuli fecerunt, finito scilicet Paschatis festo; sed, quòd isti sectis inter se dissidentes, ex publica & communi totius Ecclesiæ cœna privatum quodammodo convivium effecerunt: non enim simul, ut par erat, omnes communicabant, sed cum sectæ suæ sociis singuli singulas cœnas celebrabant [y]. Al. Pars Judaica hujus Ecclesiæ aliquid veteris fermenti sui retinuit, & ut in aliis rebus, ità in Eucharistia, judaizabat, eam putantes esse tantùm appendicem Paschatis, & in eandem cum Paschate commemorationem institutam fuisse. Quod eò promptius erat, tum quia in pane & vino instituebatur, quæ aderant in Paschate; tum quia ab ipsis incunabulis hoc imbiberant, *Messiam ritus Mosaicos non exterminaturum, sed eos in splendidiorem formam evecturum.* Nam, 1. constat, Paulum Corinthios ob ipsissimas has cœnas, & non ob earum abusum, reprehendere, quòd propriam cœnam, quæ, si esurirent, domi comedenda erat, in Ecclesiam importantes eam dehonestarent. 2. Religiosum quid in hisce cœnis posuerunt Corinthii, cùm eas importarent in Ecclesiam. At quidnam illud? Umbram scilicet & memoriam Paschatizationis, &c. ut dictum [z]. Distinguendum hìc puto commate non post φαγεῖν, (ut fit in plerisque, si non in omnibus, Codicibus) sed post προλαμβάνει & locum sic reddendum, *Unusquisque enim præsumit cœnam propriam, & in edendo* (sive, *inter edendum*, i. e. cùm edant cœnam Domini) *hic quidem esurit, ille verò satur est.* Quoad trajectionem τῷ ἐν, frequentissimæ sunt tales trajectiones, &c [a]. ¶ *Et hic quidem* (pauper scilicet [b], qui nihil attulerat & à divitibus negligebatur [c],) *esurit, ille verò* (i. e. dives, qui lautè epulabatur [d],) *ebrius est*, Be. Pi. vel, *plus satis bibit*, G. quomodo Hebræi usurpant suum שכר*, ut Genes. 43. ult. Cant. 5. 1 [f]. & quomodo μεθύειν habuimus Joh. 2. 10 [g]. Certè si crapulam redarguisset, id vehementiùs egisset [h]. *Ebrietas* & vulgò & in Scriptura vocatur non solùm quà rationis usus tollitur, sed & quà mens obnubilari cœpit [i]. Μεθύει hìc refero ad Judæos in procœniis suis paschatizantes ante Eucharistiam, in quibus nonnulli vino se ingurgitabant; & πεινᾷ ad Gentiles, non tam ex paupertate inediam istam patientes, quàm quòd cœnam talem præcedaneam nollent amplecti; utpote quæ Judaismum redoleret [k].

22. *Domos non habetis*, &c?] Nempe quibus ad arbitrium vestrum uti possitis [l]. Privatis conviviis privatæ conveniunt domus [m]. Ibi edatis quantum lubet & quibuscum lubet. Domesticæ epulæ sunt quorum vultis, istæ communes fidelibus, ut ipse Dominus [n]. Solebant Ethnici in Templis suis post peracta sacrificia agitare convivia. Vide 1 Cor. 8. 10. & Josephum contra App. 2. Sacerdotes quoque Judæorum multa in loco sacro, h. e. Templi aliquâ parte, comedebant. Apostolus ergò utrumque morem epulandi in loco sacro hìc improbat [o]. ¶ *An ecclesiam*, &c.] Sic vocat, vel, 1. domum materialem ubi conveniebant [p]. [Vide dicta ad vers. 18.] Respicitur locus Lev. 19. 30. *Sanctuarium meum reveremini* [q]. Loco moderatæ refectioni, mutuæ charitati, destinato abutimini, in eo comessationi & ebrietati vacantes [r]. Vel, 2. cœtum Christianorum †, quem perpetuò ferè Scripturæ more *ecclesiam* hìc appellat, & quidem *Dei*: ut ostendat, factum hoc in ipsius Dei contumeliam cedere. Hunc, inquit, sacrum cœtum vilem habetis [t], & contra reverentiam ejus peccatis [v], quia vacatis in eo comessationi & ebrietati [x]. Vel, 3. pauperes, qui sunt bona pars Ecclesiæ [y]. ¶ *Et*, &c? Καὶ καταισχύνετε, &c?] *Et* (i. e. Quia, vel Quatenus ||,) *pudefacitis* (vel, *probro afficitis*) coram tota Ecclesia, inopiam quodammodo exprobrantes, dum vobis epulantibus coguntur esurire [z],) *eos qui non habent?* Be. Pi. &c. sub. *cœnam*, Kn. vel, bona hujus mundi. Synecd. gen [a]. qui nihil attulerunt, quia non habent quod conferant [b]. Hoc verò est, inquit, pauperibus exprobrare paupertatem. Durum est quòd interim esuriant; sentiant se contemni. *Nil habet infelix paupertas durius in se Quàm quòd ridiculos homines facit* —— [c]. ¶ *Quid vobis dicam? laudo* (vel, *laudabo*, P. Be. Pi. &c.) *vos*, &c?] Est schema quod ἐρώτησιν vocant veteres, quo Paulus sæpe utitur [d]. Sensus, Etsi in aliis laudare vos possim, & jam antè laudaverim, tamen in hoc facto laudare non possum*.

23. *Ego enim accepi* (vel, *acceperam*, V. Dubitari potest [f], num mediatè [g], ab iis qui oculati erant & auriti testes, ut Luc. 1. 2 [h]. [an] hæc didicerit Paulus narrantibus Apostolis aliis [i], an immediatè acceperit [k], ex revelatione [l], in raptu illo de quo 2 Cor. 12. 1, 2 [m], quomodo credibile est, Mosem quædam didicisse præteriti temporis [n].) *à Domino*, (i. e. ut à Domino profectum; quod tamen forsan ab Anania didicit aliisve Discipulis, &c [o]. vel à Domino, in revelatione illa, Gal. 1. 12 [p]. Sed tunc non dixisset ἀπὸ, sed παρὰ, ex usu tum linguæ Græcæ, tum N. T. Joh. 5. 40. & 10. 18. tum & ipsius Pauli, Act. 20. 24. Gal. 1. 12. 1 Thes. 2. 13. & 4. 1 [q]. [Sensus, q d.] Non meum inventum hoc est, sed Domini institutum [r].) *quod & tradidi vobis*] i. e. Vos docui †. Utraque hæc locutio Hebraica est. *Accipere* Hebræis est, ità audire ut discas, vel etiam efficias: & *tradere* illis est, docere. Unde verba illa, jam à Judæis in alienum detorta sensum, קבלה, quod est *acceptio*, & מסורת, *traditio*. Sensus, q. d. *Quod ego didici Christo docente, id vos docui* [t]. Qu. Quorsum hìc loquitur de institutione Eucharistiæ [v]? Resp. 1. Ut exemplo Christi doceat, cœnam hanc & mensam fratribus omnibus communem esse debere [x]. 2. Ut hinc intelligeretur sacrorum mysteriorum magnitudo & dignitas, simúlque peccati ipsorum gravitas, quòd ad ea participanda prorsus indigni venirent, post epulas & ebrietatem, & pauperum injuriam atque contemptum Ecclesiæ Dei [y]. 3. Ut adversùs Judaizantes ostenderet, scopum & finem institutionis cœnæ fuisse commemorationem mortis Christi, non commemorationem aliquam Paschalem [z]. ¶ *In qua nocte tradebatur*, &c. Παρεδίδοτο] *Proditus est*, P. Be. Pi. *Traditus est*, Cam. A Juda & Judæis [b], in mortem [c]: nam *tradere* in lingua Hebræa non est *prodere*, sed, *tradere ad mactandum* [d]. Cùm ei mors velut præsens esset ante oculos. Et vos cùm memoria talis rei celebratur, ob divitias vestras intumescitis*? Qu. 1. Cur Christus tam serò cœnam instituit? Resp. Ut ostenderet, hoc sacramentum, 1. succedere Paschati, quod nocte ingruente mactandum erat; 2. esse suum testamentum, idque proprio sanguine stabilitum; 3. esse μνημόσυνον mortis suæ [f]. Qu. 2. Cur hìc meminit proditionis Christi? Resp. 1. Ut ejus charitatem commendet, qui in proxima exspectatione tantæ injuriæ ab hominibus accipiendæ symbola summi amoris hominibus tradiderit. 2. Ut indicet, quanti faciendum sit hoc mysterium, quod Christus, ad mortem iturus, in sui memoriam nobis extremum reliquit [g]. ¶ *Accepit panem*] Quem à convivatore ministratum manu prehendit & de mensa sustulit [h], sub. *cœnâ factâ, post esum agni* [i]. Hæc explicata vide Matth. 26. 26, 27, &c [k].

24. *Gratias agens*] Patri scilicet [l], pro beneficiis in se vel in homines collatis, & speciatim pro sacramento mox instituendo [m]; pro redemptione Ecclesiæ jamjam perficienda [n]. ¶ *Hoc* (vel, 1. hic panis [o]; vel potiùs, 2. totus hic ritus, sive tractatio panis [p]:) *est corpus meum*] Scil. significativè, & per concomitantiam, in recto usu [q]; vel, metonymicè: est sacramentum (vel signum [r]) corporis mei. Confer 1 Cor. 10. 4 †. Docet panem, quomodo & vinum, aliò jam respicere quàm cùm adhiberentur in Paschate [t]. ¶ *Quod*, &c. Τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον] MS. quidam habet θρυπτόμενον, non malè [v]. *Quod* (i. e. quatenus [x]) *pro vobis frangitur*, Be. Pi. &c. i. e. mox frangetur [y], h. e. cruci affigetur [z]. Hoc verbum designat mortis genus, quo scil. corpus Domini gravissimis cruciatibus laceratum, contusum, confractum denique fuit [a]. ¶ *Hoc* (Quod ego nunc facio, quódque vos, me jubente, facitis [b],) *facite* (id est, hujusmodi panem, scil. cum gratiarum actione fractum, additâ etiam mysterii explicatione, quòd panis ille sacramentum sit mei corporis, edite [c];) *in meam*, &c.] i.e. Ut me mortémque meam recordemini & celebretis [d].

25. *Similiter* (scil. accepit cum gratiarum actione*) *& calicem, postquam cœnavit*] Hoc addit (de calice agens, non item de pane, quanquam uterque post cœnam datus fuit [f],) ut mysticum poculum ab illis antecedentibus, quorum Lucas meminit, distinguat [g]. Vide quæ dicta ad Matth. 26. 26 [h]. ¶ *Hic*, &c. Τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη

Marginal notes (left column): [v] E. [x] Li. chro. 110. [y] Scl. [z] Li. ho. [a] Kn. [b] G. E. Me. [c] E. Me. [d] Me. * G. sic Li. ho. [f] Li. ho. [g] G. [h] Li. ho. [i] E. [k] Li. ho. [l] Ful. misc. 2. 9. [m] Scl. sim. E. Me. [n] G. [o] Cap. [p] Q. in E. sic Ful. Med. T. [q] G. [r] Me. † E. Me. T. [t] E. [v] Me. [x] E. sim. Me. [y] Q. in E. sim. Scl. || Pi. [z] E. [a] Pi. [b] E. Me. [c] G. [d] G. ex Isid.

Marginal notes (right column): * E. [f] G sim. Vor. [g] Vor. Scl. [h] Scl. [i] G. [k] Vor. [l] G. [m] Scl. [n] G. [o] Be. [p] Græci in Be. [q] Be. [r] Par. sim. Cam. † G. [t] Cam. [v] Li. ho. [x] Q. in E. [y] E. [z] Li. ho. [b] Me. sic Pi. [c] Me. [d] Cam. * G. [f] Par. [g] E. [h] Par. [i] V. [k] Me. sim. G. [l] Pi. E. [m] E. [n] Pi. [o] Pi. Camer. [p] Vor. [q] Scl. [r] Pi. † Vor. [t] Li. ho. [v] G. [x] Pi. [y] Pi. sim. Be. [z] Pi. [a] Be. [b] Me. [c] Pi [d] Pi. sim. Me. * Pi. [f] E. [g] G. sim. E. ex Caj. & Bru. [h] G.

διαθήκη ἐν τῷ ἐμῷ, &c.] *Hoc poculum* (i. e. vinum in poculo [i], per Metonymiam continentis pro contento [k]: Vinum autem, ex more gentis, aquâ mixtum erat, quomodo in pactione veteris Fœderis, Exod 24. erat sanguis mixtus aquâ, Heb. 9. 19. & è latere Christi cum sanguine fluxit aqua, Joan. 19. 34 [l].) *est novum illud fœdus*, sive *testamentum* (i. e. symbolum novi Fœderis [m], vel instrumentum authenticum, & quasi charta in qua conscriptum & consignatum est novum Fœdus, & ultima mea voluntas, quâ vobis (si mihi credatis & pareatis) æterna bona lego [n]. Hoc poculum non solùm est signum sanguinis Christi, nec solùm sigillum ut Sacramentum; sed & ipsissima sanctio N. T. id est, totius Evangelicæ administrationis [o].) *per meum* (non vitulorum [p]) *sanguinem*, P. Be. Pi. scilicet sancitum & confirmatum [q]. Sunt verba Lucæ in hac historia. Unde credibile est ex ejus commentariis, quanquam tunc, ut puto, nondum editis, Paulum hæc sumpsisse [r].

26. *Quotiescunque* (Sunt verba Pauli ostendentis quò pertineant hæc mysteria *:) *enim manducabitis panem hunc*, &c.] Substantia ergò panis & vini in usu verè permanet †. ¶ *Mortem Domini annunciabitis*, Καταγγέλλετε] *Annunciatis*, Er. P. V. Mo. Be. G. i. e. annunciare debetis [t]. Non placet: sic enim erit ratiocinatio, cujus vis nulla apparet. Vos Corinthii annunciatis, &c. Ergò Christus præcepit ut hoc faceretis [v]. *Commemoratis*, Tre. ex Sy. *Indicabitis*, Ca. *Annunciate*, Er. V. Ti. Pi. i. e. prædicate, celebrate, ut Psal. 51. 17. & 92. 3. Imperativum postulare videtur sequens determinatio temporis, *Annunciate donec venerit*, i. e. Non vos soli, sed & secuturi credentes usque ad finem mundi debent annunciare mortem Domini [x], i. e. mortis ejus gratam memoriam recolere [y]. Vox καταγγέλλετε optimè respondet voci הגדה in cœna Paschali, quæ erat enunciatio magnalium Dei in liberatione Ægyptiaca, quam retentam voluerunt Judaizantes hi Corinthii in cœna Dominica. At mors Christi, inquit, illud est quod erat annunciandum [z].

27. *Itaque*] Ratio ex præcedentibus [a]. ¶ *Manducaverit*——*vel biberit*, &c.] Ex particula disjunctiva, ἢ, *aut*, nonnulli *communionem sub una specie* deducere volunt. Verùm disjunctiva h. l. magis unit quàm separat, ut ex præced. & seq. patet. Disjunctivâ autem utitur, ut ostendat, parem reverentiam utrique parti deberi, &c [b]. Notant Jurisconsulti sicut *conjuncta pro disjunctis*, ità *disjuncta pro conjunctis*, interdum poni; ut cùm dicitur, *super pecunia tutelâve sua*, L. Sæpe ità. De verborum signific [c]. Sic Levit. 4. 22, 23. *Si*——*peccaverit*——*aut* (pro &) *notum factum fuit*, &c. Confer Prov. 30. 31 [d]. Et Syrus h. l. pro disjunctiva particula conjunctivam posuit. Potest tamen disjunctiva hìc in sua proprietate sumi, quia fieri poterat ut dives seorsim à pauperibus biberet, non ederet; aut ederet, non autem biberet, seorsim *. ¶ *Indignè*] Id est, irreligiosè [f], & irreverenter [g]; non enim hìc respicitur persona sumentis, sed modus sumendi [h]: vel, sine fide [i]; vel scopum & finem ei assignans indignum & nimis humilem [k]. Explicat se v. 29 [l]. Vel, affectum gerens aut reatum peccati mortalis, Christo inimicus, aut ei nondum reconciliatus. Etenim mensa communis symbolum est amicitiæ. Quare, sicuti Regi terreno grandem faceret injuriam qui mensæ ejus sese convivam admisceret, animum gerens ei infensum, vel certè nondum reconciliatum; sic & Christo, &c [m]. Cæterùm vet. Libros multos hìc post ἀναξίως habuisse τοῦ Κυρίου, docent nos Amb. Chrys. Oecum. Basil. Aug. *Indignè Domino* edit vel bibit, qui in hoc actu curat quæ sua sunt, non quæ Domini. *Nè lusisse de Dominica communione videantur*, ait Canon. 3. Concilii Elibertini. ¶ *Reus*, &c. Ἔνοχος ἔσται, &c.] Idem hoc valet quod apud Hebræos נגד חיב, quo uti solent ubi peccata peccatis comparant [n]. *Reus* (vel, *Crimine*, P. Ar.) *erit* (vel, *tenetur*, Be. *tenebitur*, P. Pi. Ar.) *corporis & sanguinis*, &c. Er. Il. Ti. Mo. &c. sub. *spreti*, P. vel, *violati*, Ti. indignè accepti, aut malè tractati [o]. Quia signo illata contumelia ad signatum pertingit; ut si quis Regis sigillum aut imaginem conspurcaret, læsæ majestatis reus haberetur [p]. Par fecit quasi Christum trucidaret [q]. *Panis dabit ob corpus*, &c. Ca. Nempe quia non considerat finem cœnæ Dominicæ. Hæc enim profanatio redundat in ipsum Christum, sive ejus mortem. Confer Heb. 6. 6. & 10. 29 †. De iis loquitur qui adeò ad Judaismum nutarent, ut sanguinem Christi subordinarent Paschati, & nihil majus in eo agnoscerent quàm in sanguine Agni, &c. nempe quòd mera foret commemoratio, &c. Tales, inquit, *rei sunt*, &c. quia sanguinis istius effusioni assentiuntur, & morti ejus suffragantur, ut in *meram umbram* inflictæ [t].

28. *Probet*, &c. Δοκιμαζέτω, &c.] *Probet* (vel, *Exploret*, Be. Ca. vel potiùs, *Approbet se*, i. e. approbatum fide & doctrinâ Christianâ se exhibeat. Sic cap. 16. 3. οὓς ἐὰν δοκιμάσητε, *quoscunque approbaveritis*. Sic & antè v. 19. dixerat eodem sensu, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται [v]. Docet quid agendum, nè reus quis fiat corporis, &c [x].) *autem quisque* (Hoc dicit, quia per schismata prostrata erat Ecclesiæ disciplina: ut vidimus suprà cap. 6. Nè credite, inquit, etiamsi Ecclesiæ judicia cessent, impunè vos laturos contemptum mysteriorum [y].) *se*, Pi. P. &c. scil. an verè in Christum credat [z], & mysterium cœnæ Dominicæ intelligat [a]; num aptus sit & dignè dispositus ad tanta mysteria [b]; an talis sit qualem esse oportet eum qui hæc participat. Est enim panis hic filiorum, non canum; mensa solis amicis posita, spiritualis alimonia, & proinde non sumenda nisi ab eo qui spiritualiter vivit [c]: congruè se purget ac præparet [d], fide & emendatione vitæ, nè animus pravis cupiditatibus æstuet, odio ac irâ *: ut peccati sui & miseriæ magnitudine perspectâ, quanta sibi sit necessitas remedii per Christum, videat, & quâ fide, quo sanctitatis proposito, accedere teneatur ad Christi communionem [f].

29. *Indignè*] Indignitas duplex est, 1. Personæ; 2. Tractationis [g]. ¶ *Judicium*, &c. ità Be. Pi. &c. Κρίμα, &c.] Damnationem (scil. æternam [h]) in sese accersit. Quod per se salutare est in venenum ipsi vertitur [i]; Huic repugnat v. 32. *Erudimur, nè cum mundo condemnemur* [k]. *Ad supplicium participavit*, ait Clemens Constitut. 7. 26 [l]. Κρίμα, i. e. pœnam, sive castigationem [m], scil. temporalem, ut patet exemplis subjectis, v. 30 [n]. ¶ *Non*, &c, Μὴ διακρίνων, &c.] *Non discernens* (vel, *dijudicans*, Er. Ti. Mo. vel, *rectè dijudicans*, Li. ho. sic Ca. vel, *expendens*, V.) *corpus Domini*, Il. P. Be. Pi. ab aliis cibis profanis & communibus [o]: vel, *de corpore*, &c. Ca. Li. ho. nihil in eo videntes præter commemorationem Paschalem [p]: non æstimat præ aliis, ut oportet [q]: eo tanquam promiscuo cibo utitur [r], non ut usui sacro & maximè salutari consecrato †: hæc mysteria convenienti religione non tractans *, nec ad ea summa cum reverentia accedens ‖. Propterea quòd panem istum, factum Sacramento corpus Domini, à pane communi non discernat: de quo vide Justin. Apolog. 2 [t]. [ejúsque verba in G.]

30. *Ideo*] Propter hæc & similia [v]. Ob indignè sumptam Eucharistiam [x]. ¶ *Infirmi*, &c. Ἀσθενεῖς καὶ ἄρρωστοι] Crescit oratio. Nam ἀσθενὴς est, *qui languet*, דוה, vel רפה, ἄρρωστος, *qui ægrotat*, חלה. Vide Levit. 26. 16, 25. Deut. 28. 21, 22 [y]. ¶ *Et*, &c. Καὶ κοιμῶνται ἱκανοί] *Et dormiunt* (i. e. moriuntur [z], scil. morte immaturâ [a], quæ in Lege significatur per כרת, ἐξολοθρευθήσεται quod habes Exod. c. 12. v. 15, 19. de his qui Pascha celebrant cum fermento. Cùm dicit, κοιμῶνται, ostendit se loqui de iis qui pœnitentiâ tacti moriebantur. Nimirum Deus jus habet etiam pœnitentes afficiendi hujus vitæ damno, ut notat Clemens Strom. 4 [b]. [cujus verba quære in G.]) *multi*, Er. Mo. Be. Pi. &c. vel, *satis multi*, Pi.

31. *Quòd*, &c. Εἰ γὰρ——διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα] Εἰ δὲ habet MS. sæpe nobis dictus: & ἐκρίνομεν habent Chrys. Oecum. Theoph [c]. *Etenim si ipsi nos* (vel, *de nobis*, Ca.) *dijudicaremus*, (vel, *rectè judicaremus*, Ca. vel, *judicassemus*, V. *dijudicassemus*, Er. Ti. i. e. si nosmet examinaremus vel discuteremus [d]; scelera nostra damnemus, fide denique & resipiscentiâ nos ipsos à profanis secernamus: quæ omnes significationes conveniunt verbo διακρίνειν *. Vel, si nosmet condemnaremus vel puniremus [f].) *non judicaremur*, Be. Pi. vel, *judicati fuissemus*, V. vel, *puniremur*, P. V. i. e. judicium sive sententia in nos non ferretur. Κρίνεσθαι pro *puniri*, ut 1 Pet. 4. 6, 17 [g]. Si indè factorum pœnas de nobis ipsis exigeremus, animo contrito & humiliato, lacrymis, jejuniis, & aliis ταπεινώσεσι, non opus haberet Deus pœnas nobis

Margin notes (left column): i Vor. sim. E. — k E. &c. — l Li. ho. — m Vor. — n Me. T. — o Li. ho. — p V. — q Scl. — r G. — * G. — † Vor. — t G. V. — v Pi. — x Idem. — y Me. — z Li. ho. — a G. — b Glas. gram. 3. 7. 8. 602. — c G. — d Glas. ib. — * G. — f Vor. — g Vor. Ee. Pi. E. — h Vor. — i V. — k Li. ho. ad v. 29. — l Li ho. — m E. — n G. — o E. sic T. — p Scl. ex Pi. — q G. sim. Zeg.

Margin notes (right column): † Li ho. sic G. — t Li. ho. ad v. 29. — v Li ho. — x Pi. sim. E. — y G. — z Vor. sim. Pi. — a Vor. — b Me. sic T. — c E. — d Me. sim. T. Cal. — * Cal. — f Dic. — g Scl. — h E. — i G. sim. E. Me. — k Li. ho. — l G. — m Vor. sic Pi. Scl. — n Scl. ex Pi. sim. Li. ho. — o T. sim. E. Zeg. — p Li. ho. — q E. — r Me. sim. E. Scl. — † Scl. — * Scl. — ‖ Be. — t G. — v G. — x Me. sim. E. T. — y G. — z Me. T. sim. Ca Be. E. — a G. sim. Me. Zeg. — b G. — c G. — d Me. ex E. sim. Camer. Be. — * Be. — f E. — g Be.

bis immittere. Simplicius ad Epictetum, Ἐὰν τις ἑαυτῷ, &c. (*Qui in se judicium fert, citiùs corrigitur, quia sponte se punit.*) Potest etiam hic locus intelligi, *Si in Ecclesia judicia ità ut oportet exercerentur* [h].

32. *Dum*, &c. Κρινόμενοι—παιδευόμεθα] *Sed* (Præced. reprehensioni prudenter subjicit consolationem [i].) *quum judicamur*, (i.e. punimur in præsenti vita, per morbos & mortem [k]. Κρίνεσθαι dixit de malis hujus vitæ & morte immatura, κατακρίνεσθαι de pœnis æternis. Omnia mala quæ in hac vita eveniunt fiunt νουθεσίαι, sive παιδεύσεις, מיסרים, si sequatur seria pœnitentia & emendatio. Talibus dicunt Hebræi, *Sit tibi mors tua in expiationem omnium peccatorum tuorum* [l].) *à Domino* (i.e. à Christo, ut *Dominus* in tota hujus loci doctrina accipitur: ut significet, ipsum Christum esse, qui, ut Judex omnium à Patre constitutus, injurias suo corpori & sanguini illatas ulciscitur [m]. Illud, *à Domino*, jungendum verbo vel præced. vel potiùs sequenti [n].) *castigamur*, Pi. sim. Tre. ex Sy. (vel, *erudimur*, Il. P.Mo.Be. vel, *corripimur*, Er. Ti. ut pueri à magistro [o], vel patre [p], ut hâc Dei castigatione admoniti resipiscamus [q]:) *nè cum mundo* (i.e. cum impiis [r], infidelibus & peccatoribus mundi †: cum iis qui à Christo sunt alieni; ut *mundus* [sumitur] Joh. 17. 14. & alibi [t].) *condemnemur*, Pi. Ideo nos in hac vita punit, nè simus in alia puniendi [v].

33. *Fratres*] Perterrefactos rursum hâc blandâ compellatione solatur [x]. ¶ *Ad manducandum*] Nempe cœnam Dominicam [y]: quod hîc ex superioribus subauditur [z]. ¶ *Invicem exspectate*] Vel, 1. divites pauperes [a]; vel, 2. pars Gentilitia Judaicam: ut simul & concorditer participent, non divisim, & per partes & contentiones [b]; ut communis sit mensa divitum & pauperum [c].

34. *Si quis esurit*] Nec potest tamdiu jejunus in Ecclesia permanere, donec omnes convenerint [d]. Est χλευασμός· loquitur enim tanquam pueris, qui ità solent esse ὀξύπεινοι, ut quidvis arripiant, nec alios ad partem vocent, neque velint σὺν αὐτοῖς μερίζειν [*]. ¶ *Domi* (ubi id licet [f]) *manducet*] Quod volet & quantum volet & quibuscum volet, vel solus si ità lubet. Est enim quisque rex domi suæ [g]. ¶ *Ut non ad judicium* (vel, *condemnationem*, Er. V. i.e. pœnam [h],) *conveniatis*] Sic Pi. ità ut peccetis, atque ità pœnas luatis [i]: nè ea quæ in conventibus vestris perperàm fiunt, causa vobis sint mali [k]: nè conventus ille institutus ad fovendam charitatem & ad salutem vestro vitio vobis cedat in judicium [l]. ¶ *Cætera* (nempe quæ pertinent ad externam εὐταξίαν [m], sive ordinem politiæ Ecclesiasticæ [n], ad dignam Eucharistiæ sumptionem [o]; vel, quæ à vobis memorata sunt [p]: nequis hîc de dogmatibus agi putet [q].) *autem*, *cùm venero*, *disponam*; ità Mo. Be. &c. Διατάξομαι] *Ordinabo*, Pi. Cas. Me. E. *Componam*, Ca. *Constituam*, P. Mo. Æth. E. Sigillatim præscribam [r]. Apostoli jus habebant constituendi quæ ad conventuum εὐταξίαν & λειτουργίαν pertinebant. Vide suprà 7. 17. infrà 16. 1. ubi idem est verbum. Hæc origo est *Canonum* qui dicuntur *Apostolici*, qui ab ipsis non quidem conscripti, sed in usum introducti fuere †.

h G. i Pi.sim.E. k Me. T. l G. m E. n E. sim. Pi. o E. p E. sic T. q Me. T. r Pi. † Me.T. sic E. t G. v Ca. x G. y G. E. Pi. z G. a Pi. b Li. ho. c G. d E. Me. * G. f Pi. g G. h V. Me. i Ca. k G. l E. m Vor Scl. n Pi. sim. Be. o Me. sic E. p Ham. q Vor. sim. Be. r Me. E. † G.

CAP. XII.

1. DE, &c. Περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν] i. e. Περὶ τῶν πνευματοφόρων, *de iis qui Spiritu afflantur*, sive impuro, sive sancto. Est enim nomen πνεῦματος ad utrumque commune, ut videre est 1 Joh. 4. 1, 2, 3, 6. Sic & infrà habes nomen masculinum πνευματικός, 14, 37 [a]. *Porrò* (δὲ est particula transitiva [b].) *de spiritualibus*, P. Ti. &c. sub. *donis*, P. Il. Be. Pi. Er. E. Me. T. Vor. sive charismatis externis [c] Spiritûs Sancti [d]; quæ tunc in multis conspicua erant, & quibus multi abutebantur ‖: qualia erant dona linguarum, Dæmonia ejiciendi & ægros sanandi, &c †. *Quod ad spiritualia*, Ca. Pi. Ar. scilicet dona attinet. Sic suprà 7. 1 [*]. ¶ *Nolo* (vel, *Nolim*, Be. Pi.) *vos ignorare*, Ἀγνοεῖν] i.e. *Immemores esse*, ut suprà 10. 1 [f]. *In* (sub. *eorum*, Be.) *ignoratione versari*, P. Be. sic Pi. Ἀγνοεῖν absolutè hîc accipitur pro, *rudem & ignarum esse*, ut infrà 14. 38. Heb. 5. 2 [g]. *Ignorare*, Er. scil. à quo, & in quem finem, sint vobis donata [h], & quis eorum usus [i], & quodnam sit vestrum, qui illis instructi estis, officium, [& quæ eorum præstantia:] Errabant enim Corinthii in æstimatione donorum, quòd minora præstantioribus præferrent, ut donum linguarum dono Prophetiæ; & omnia illa externa pluris facerent quàm fidem, spem, & charitatem [k].

a G. b Pi. c Vor. d Me. T. sic. E. ‖ Vor. † Cal. * Pi. f G.

2. *Scitis*, &c. Οἴδατε ὅτι ὅτε] (Quidam Codices omittunt ὅτι, alii ὅτε [l], quidam utrumque habent [m]: quæ vera est lectio [n]. Pleonasmus videtur Hebraicus in voce ὅτι [o].) ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα, ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι] *Scitis vos* (Corinthios, quos à majori parte sic vocat, quanquam inter eos erant etiam ex Judæis aliqui [p]:) *Gentes fuisse* (cultu scil. & religione. Nam naturâ & origine Gentes esse non destiterant [q]. Vel, idololatras [r], à fœdere alienos †, qui *gentes* vocantur, Rom. 2. 14. Eph. 2. 11, 12 [t].) *qui* (vel, & *quòd*, P.) *ad idola* (i. e. simulacra deorum fictitiorum [v],) *illa muta*, *prout rapi contigisset*, (vel, *prout ducebamini*, Be. *utcunque ducebamini*, Er. Ti. V. vel, *quomodo ageremini*, spe discendi futura, *ad idola*, id est, ad vates qui illis aderant; ut in Templo Pythio, Amphiarai, Trophonii [x]:) *abripiebamini*, Pi. P. vel, *sequentes*, Er. Ti. V. vel, *abducebamini*, Il. *abducti*, Mo. Er. G. nempe à Deo [y]; vel, *tanquam illi qui abducuntur*, V. Participium pro verbo [z]: q.d. quovis impellente, suadente, jubente, consulente; brutorum instar, quocunque præierit ductor, sequentes [a]: faciles, sequaces, more pecudum ducti & abducti [b], sive consuetudine [c], principum ac sacerdotum authoritate [d], institutione majorum & sacrificulorum, & Dæmonis impulsu [*], aut fallaciâ [f]. Ad verbum sic reddo, *Scitis*, *ut cùm extranei essetis*, *ad mutos deastros duceremini & abduceremini*. Ὅτι & ὡς idem hîc valent, ἂν redundat: ἤγεσθε ἀπαγόμενοι, pro, ἤγεσθε & ἀπήγεσθε· quod idem est [g]. Significanter dixit *muta idola*, ex Abac. 2. 18. ubi in Græco εἴδωλα κωφά, quod idem est cum ἄφωνα [h]· ut daret intelligi, illam vim quâ vates isti, sive mares, sive fœminæ, prædicebant quædam quæ deinde eventus comprobabat, aut quædam humanam vim superantia efficiebant, non fuisse à simulacro, ut vocis ità intellectûs experte, sed à Dæmonibus, qui falsâ istâ persuasione populum à Deo abducebant. Vide suprà 10. 20. Non mirum autem si mali isti Dæmones multa prædicunt quæ eveniunt, & alia quædam stupenda, Deo sinente, edunt, ideo quòd præter ingenii perspicaciam, longam quoque habent rerum experientiam, &, cùm incredibili sint numero, facilè latentia rerum futurarum indicia explorant. Vide Annotata ad l. 4. De V. R. C [i]. Qu. Quorsum hoc præfationis loco commemorat Paulus? Resp. 1. Ut discrimen notet inter Vates idolorum & Prophetas Christi; nempe, quòd illi à Dæmone arrepti, velut insani, sine mente proferrent ea quæ suggererentur, nec haberent in potestate loqui, aut non loqui, cùm in his res se haberet modo prorsus contrario [k]. Non placet: non enim de vatibus loquitur, sed de fidelibus ab errore gentili conversis. 2. Ut ex opposito doceat, quibus donis per Christianismum ditati sunt, quum antea nihil hujusmodi donorum habebant, sed ad cultum statuarum ducebantur velut pecora sermone & ratione carentia [l]. Hinc scitote, dona vestra non à mutis idolis, sed à Spiritu Dei, vobis obtigisse [m]. 3. Probat omnia illorum dona à Spiritu Sancto esse, quia nemo ab Idololatria, ad quam impetu quodam fertur, nisi vi Spiritûs Sancti abduci potest [n]. [4. Hoc vult, q. d.] Hoc quod tunc, cùm idololatræ essetis, vobis evênit, putate etiam nunc evenire posse. Nam & tales πυθόμαντεις, βακχόληπτοι, νυμφόληπτοι, Diabolo instigante, ad vestros cœtus possunt accedere, & quædam prædicere quibus exitus respondeat. Interdum id accidisse disces ex Euseb. Hist. 4. 16 [o].

3. *Ideo* (Illativa particula: Sensus est, Quandoquidem antea ad idolorum cultum abripiebamini, constat hinc ea, quibus nunc polletis, spiritualia dona à Spiritu Sancto profecta esse †.) *notum vobis facio* (הודעתיכם *doceo vos*. Quærere poterant Corinthii, cùm res ità se habeat ut futura prædicere possint & à Deo, & à Dæmone afflati, quomodo eos dignoscemus? Hac de re eos edocet Paulus, ea quæ sunt Legis κατ' ἀναλογίαν applicans ad Evangelii tempora [p].) *quòd nemo in Spiritu Dei* (i.e. ex

g Be. h Scl. ex Be. sic Cal. i E. k Cal. l Vor. sic E. m Vor. n E. o Vor. p E. q Idem. † Sol. ex Be. t Scl. v Idem. x G. y Idem. z Q. in E. a Scl. b E. c E. Me. d E. * Me. f E. g Ca. h G. sim. D. i G. k Græci in E. l E. m T. n Scl. o G. † Scl. p G.

ex instinctu Spiritûs Sancti q: vel, *divino afflatu*, Ca.) *loquens* (i.e. præditus Spiritu Dei r,) *dicit anathema Jesum*] Ità Er. &c. vel, *Jesum* (sub. *esse*, Zeg. sic Tre. ex Sy. Ar.) *anathema*, Be. Pi. Zeg. &c. i.e. maledicit & exsecratur Jesum †; de Jesu חרם dicit, h.e. ejus nomen exsecratur, βλασφημεῖ· ut est Act. 26. 11. & apud Justinum; *maledicit Christo*, ut est in Epistola Plinii. In MS. est, λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦς· ut sit oratio μιμητική t. Detestatur Christianam doctrinam v, ut faciunt Judæi x, Pharisæi, & Gentiles, & ad idem faciendum vos non rarò invitant, aut etiam minis & tormentis compellunt; quod de se fatetur Plinius z: ut & vos olim fecistis a; sed potiùs Jesum agnoscit, & invocat, quasi auctorem gratiæ, salutis, & omnium donorum spiritualium b. Quisquis ergò Jesum verbis exsecratur, is Divini Spiritûs expers est c. Circumvagabantur Judæi quamplurimi, Magi, exorcistæ, præstigiatores d, qui se Spiritu Sancto donatos jactarent *, plurima docerent & miracula ederent f, & tamen Jesum *Anathema* dicerent g. At certi estote, vos, inquit Apostolus, hosce homines, non loqui, non agere, non agi, Spiritu Dei. Ex altera etiam parte, negârunt Judæi, donari Spiritum S. Gentilibus: de quo idcirco obstupuerunt, Act. 10. 45. *Spiritus Sanctus*, inquiunt, *non habitat super quenquam extra terram Israeliticam:* Contrarium hîc probat Paulus verbis seq. quia Gentiles fatentur Jesum esse Dominum, quod non faciunt nisi per Spiritum h. Sicut in Veteri Lege, ut quis Prophetis adscriberetur, non sufficiebat eventus cum prædictis respondens, sed præterea requirebatur nè à vero Deo homines abduceret, ut ostendit collatio locorum, Deut. 13. 1, 2, &c. & 18. 21, 22. sic & sub. N. T. præter convenientiam eventûs cum prædictis, requiritur nè homines à Jesu abducat. Nam sicut Deus & Dei providentia fundamentum fuit illis temporibus, ità nunc Jesus, sive Deus per Jesum cognitus, fundamentum est totius religionis. Vide suprà 3. 11 i. ¶ *Et nemo potest dicere*, (i.e. prædicare vel celebrare k; vel, fateri l:) *Dominus Jesus*, (vel, *Jesum esse Dominum*, Ti. V. Sy. sic P. Be. &c. i.e. Jesum seriò vel ex animo agnoscere m; ex sincero & pio cordis affectu n credere o, invocare p, profiteri & prædicare eo scilicet modo quo oportet, & ut proficuum sit ad salutem q, non historicè, sed & fiducialiter *. Verba quædam rem significatam cum qualitate ejus sæpe indicant, ut *audire*, Luc. 8. 5. h.e. cum obedientia; *confiteri Christum*, 1 Joh. 4. 15. scil. ex vera fide & charitate, Rom. 10. 9, 10. Sic, *posse dicere*, Prov. c. 20. v. 9. & h.l. nempe verè & ex animo, vel ex salutari cognitione, &c r. *Dominum dicere*, h.e. יהוה, verum Deum †. Dei filium, mediatorem, redemptorem & servatorem suum, agnoscere ac profiteri t. *Dominum* intellige, jure redemptionis: quo sensu Dominum eum prædicabant Apostoli, & veri confitentur fideles v.) *nisi in spiritu sancto*] Vel, *per spiritum sanctum*, Be. Pi. &c. vel, 1. revelantem: de donis enim hîc agitur gratis datis, ad Ecclesiæ commodum, &c. Vel, 2. inhabitantem & regenerantem x. Non est ergò quòd de donis vestris gloriemini y, cùm ea non ex vobis ipsis habeatis, sed à Spiritu Sancto z. [Sensus, q.d.] Qui afflatum habet, is si constanter Jesum profiteatur suum esse Dominum cui per omnia parere velit, nè dubitate quin Divino, non Satanico, afflatus sit Spiritu. Planè idem dicit Johannes, 1 ep. 4. 2. & Polycarpus in Epistola ad Philippenses a. Al. Quàm certò blasphemantes Christum destituuntur ipsius Spiritu, tam certò omnes vos, qui fide sincerâ profitemini Jesum esse Dominum vestrum, Spiritum Sanctum ejúsque dona salvifica habetis. Ergò de aliis donis spiritualibus non debetis alii aliis invidere b.

4. *Divisiones*, &c. Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων, &c.] *Distinctiones* (vel, *Divisiones*, Vulg. Er. Ti. *Discrimina*, Il. P. Ca. &c, *Distributiones*, quæ Hebræis מחלקות, Heb. 2. 4. μερισμοί, quales sub V. T. distincti ordines Sacerdotum, Levitarum, Cantorum, & Janitorum c.) *autem donorum* (i.e. beneficiorum spiritualium, quæ χαρίσματα vocantur, ut donatio & munus intelligatur; eadémque mox vocat διακονίαν, quòd ad ministerium usúmque aliorum collata sint; & ἐνεργήματα, propter mirabiles effectiones, & ut sciamus, spiritualia dona efficacia esse, non otiosa d. Al. χαρίσματα ponit generis loco, quorum duas species constituit, habitâ illorum donorum usûs & finis ratione; nempe διακονίας, & ἐνεργήματα *.) *sunt*, (Post datum discrimen, perquam necessarium cognitu, inter afflatos Divino & afflatos Satanæ Spiritu, pergit dicere etiam afflatûs Divini esse discrimina: non quòd non omnia bona sint, sed quòd non omnia omnibus data; & omnia data non ad ornandos singulos, sed ad utilitatem Ecclesiarum. Quod eò pertinet ut & superbia auferatur & invidia, inculcetur autem modestia & studium omnibus fidelibus inserviendi f.) *sed idem* (Est enunciatum discretum o: Quanquam varia sunt dona, tamen idem g) *Spiritus*, Be. Pi. &c. Non distant hæc origine, ut Divina à Diabolicis; sed distant effectu. Idem hic Spiritus primordio, sed alius atque alius opere h. [Sensus loci,] Gratiæ divisæ sunt in Ecclesia, hæc uni, illa alteri, datur i; sed ab uno fonte sunt, & ad unum finem referendæ, h. e. Ecclesiæ ædificationem k.

5. *Divisiones ministrationum*, Διακονιῶν] *Ministeriorum*, Er. P. Be. &c. h. e. functionum Ecclesiasticarum ædificationi Ecclesiæ destinatarum l. Varia sunt ministeria in Ecclesia m: Sunt fideles, sunt Diaconi, sunt Presbyteri, sunt Principes Presbyterorum, sunt & horum Principes. Διακονία modò nomen est speciei infimæ, ut Act. 6. 1. modò nomen generis, ut Act. 6. 4. Rom. 11. 13. & alibi n. ¶ *Idem Dominus*] Scil. Christus o, qui unà cum Patre mittit Spiritum in corda fidelium p, à quo ut Deo, & per quem ut hominem, illa omnia conferuntur q; cui omnia hæc servire debent r.

6. *Operationum*; ità Er. Il. Ti. Pi. Ἐνεργημάτων] *Facultatum*, P. *Virtutum*, Tre. ex Sy. *Actionum*, Be. *Effectionum*, Ca. *Efficacitatum*, Er. in Be. *Inoperationum*, Be. ex Hil. Pro diversis ministeriis Deus diversa dabat dona, non tamen omnibus eadem, nec semper, sed quibus & quando ipsi visum, ob causas ipsi, non hominibus, cognitas. Ἐνεργεῖν proprium [est] ei rei de qua hîc agitur, Matth. 14. 2. Marc. 6. 14. Gal. 2. 8. & 3. 5. Eph. 2. 2. & 3. 20. De hoc donorum discrimine vide Justin. Colloq. cum Tryph †. [ejúsque verba in G.] Ἐνεργήματα hîc vocat vim quandam & efficaciam quâ Deus agit in nobis t; vel operationes, sive operandi facultates, non quascunque, sed potentes & efficaces, velut à Divina voluntate profectas v; facultatem operandi quæ ad ædificationem spectant Ecclesiæ x, & patrandi miracula y, ex collat. v. 10. ubi vocat ἐνεργήματα δυνάμεων z, in quibus Deus dicitur ἐνεργεῖν· quia in edendis miraculis sola Dei virtus agit prorsus ἀκοινωνήτως, quam nec in Angelos transfundit, &c a. ¶ *Idem verò Deus*] Pater, qui est fons Deitatis b. ¶ *Qui operatur* (vel, *inoperatur*, Me. ex Hil. Hoc verbum [ἐνεργεῖν] significat intimam præsentiam, vim & efficaciam, quâ Deus intimè operatur c.) *omnia*, &c. Τὰ πάντα ἐν πᾶσιν] *Omnia* (vel, 1. ἐνεργήματα d, omnia hæc *: vis enim articuli est ἀναφορική f. Vel, 2. generaliter g, singula opera, tam naturalia, quàm supernaturalia, in omnibus operantibus h: hæc enim phrasis alibi universaliter usurpatur, ut Act. 17. 28. & in hoc dicendi genere interdum redundat articulus, ut suprà 8. 6. & 11. 12 i.) *in omnibus*, Be. Vulg. &c. scilicet in quibus facultates illæ sunt k. Hæc omnia in iis qui Christum pro Domino habent ab uno procedunt Deo l. Omnia dona refert ad unum principium, Spiritum, Dominum, Patrem, qui tres sunt unus & idem author, non multiplex, aut divisus; & proinde unus sunt Deus. Non igitur, inquit, debetis donorum varietate offendi, aut donis ad superbiam, aut invidiam, aut distinctionem, abuti m. Rectè autem *charismata* adscribuntur Spiritui Sancto, tanquam spiritualium donorum largitori; *ministeria* Filio tanquam Domino; & *operationes* Patri, tanquam primo omnium principio. His porrò tribus nominibus rem eandem exprimi volunt Græci. At Latini meliùs ea distinguunt: nam & alibi *ministeria* ab aliis donis sejuncta sunt, ut Rom. 12. 7. 1 Pet. 4. 10. *Ministeria* hîc vocat officia ministrandi Ecclesiæ, in quocunque gradu & ordine; *operationes*, gratias curationum, ejiciendorum Dæmonum, &c. *Charismata* forsan vocat ea Spiritûs Sancti dona quæ neque ministeria sunt, neque operationes: cujus generis sunt quæ mox recensentur, *sermo sapientiæ*, *sermo scientiæ*, *fides*, *prophetia*, &c n.

7. *Unicuique* (cui datur aliquid hujusmodi donorum o,) *autem datur manifestatio* (vel, *declaratio*, P. Be. Pi.)

Marginal notes (left column): q Scl. ex Pi. — r T. — † Er. V. sic Ca. Be. Camer. E. Me. T. — t G. — v Vor. — x E. T. — z T. — a Par. — b Me. — c Ca. — d Li. ho. — * Li. ho. sim. E. — f Li. ho. — g Li. ho. sic E. — h Li. ho. — i G. — k Camer. — l V. — m Vor. Be. Scl. sic Ca. Glas. — n E. ex Aug. — o Me. — p Me. Vor. — q Me. T. — * Par. — r Glas. gram. 3. 3. 14. 263. — † D. sic Par. — t Par. — v E. — x Cal. — y T. — z T. sic Me. — a G. — b Dic. — c Be. — d Camer.

Marginal notes (right column): * Be. — f G. — g Pi. Scl. — h G. — i Me. sim. E. — k Be. — l Be. — m G. sim. E. Me. — n G. — o E. Pi. sic G. — p Pi. — q E. — r G. — † G. — t V. — v [illegible] — x Me. — y T. sic P. Me. Be. Pi. Pierique in Scl. Vor. — z Cal. — a Be. — b E. sim. Be. — c Me. — d Be. Pi. — * Scl. — f Pi. — g Be. E. — h E. — i Be. — k Scl. — l C. — m Par. — n E. — o E. sic Pi.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

Pi.) *Spiritûs* (i.e. donum conſpicuum[p]: nam φανερὸν eſt, *dare ità ut appareat*, גלה, Jer. 33. 6[q]. donum quo Spiritus ſuam præſentiam declarat[r].) *ad utilitatem*] Non propriam †, ſed Eccleſiæ[t], non ipſorum cauſâ[v], non ad quæſtum aut oſtentationem[x], aut fratrum contemptum[y]. Πρὸς τὸ συμφέρον] *Ad id quod confert*, ſive *expedit*, Er. V. ſcilicet in communem uſum populi fidelis[z].

8. *Alii*, &c. Ὧ μὲν — λόγος σοφίας] *Nam huic* (vel, 1. Apoſtolo[a], ex collat. v. 28, 29, 30. Nam licèt omnia [ibi] ex parallelo poſita eadem [quæ hîc] eſſe haud ſtatuamus, aliquid tamen ex ordine expiſcari poſſimus[b]. Vel, 2. Prophetæ, atque Evangeliſtæ[c]. Vel, 3. paſtori[d]) *quidem per Spiritum* (ſcil. à Deo Patre & Filio: vel διὰ, pro ὑπὸ· quum *ſpiritus hæc efficiat*, v. 11[*].) *datur* (Hoc donum, ut alia ſequentia, alii acquirebant multo labore; Chriſtiani, Deo volente, ſolo afflatu, ἀκονιτὶ[f]. De diſtinctione donorum laborant Interpretes: nec mirum, ignorari proprias vocum differentias, quarum res amiſimus[g].) *ſermo ſapientiæ*, Σοφίας] *Dicendi graves ſententias*, quales ſunt in Salomonis Libris, in quibus חכמה quod hîc eſt σοφία. Vide ſuprà 1. 20[h]. Al. Intelligit ſingularem cœleſtium myſteriorum notitiam[i], conjunctam cum ſumma autoritate & peculiari afflatu Spiritûs Sancti[k]. Vel, facultatem explicandi ſapientiam, ſive altiſſima myſteria religionis[l], de Chriſto & ſalute humana[m], de Trinitate, Incarnatione, Prædeſtinatione[n], de Vocatione Gentium, & Reprobatione Judæorum[o]. Vel, donum quo altiſſimas abditáſque rerum cauſas rimatur[p]. Vel, donum prudentiæ, cujus eſt obſervare circumſtantias agendi debitas in exercitio cujuſque chariſmatis & virtutis[q]: donum ſapienter prudentérque eloquendi[r], & applicandi ſingulis † quæ ipſis ſunt ad præſens accommodata[t]; ſive ſolatium, ſive hortationem, ſive terrorem, &c[v]. quod paſtoris donum eſt[x]. ¶ *Sermo ſcientiæ*] Intelligitur, vel, 1. facultas explicandi res naturales & civiles[y], ad humanam civilémque vitam rectè componendam[z]. Γνῶσις, דעת, eſt γραμματεία, *cognitio hiſtoriarum*. Vide dictum locum 1. 20. In Libris Salomonis ſæpe ſic ſumitur[a]. Vel, 2. cognitio futurorum quæ Prophetis attribuitur[b]. Vel, 3. gratia diſſerendi de rebus Chriſtianæ religionis ex iis quæ ſunt humanæ ſcientiæ vel experientiæ. Quod fit, dum ad eas explicandas adhibetur Philoſophia ſecularis, item exempla à rebus humanis ſumpta, &c[c]. Vel, 4. donum cognitionis Scripturæ S. ſed ſine prudentia ritè applicandi ſingula ad πρᾶξιν· ut ſæpe fit[d]: notitia Evangelii ex auditu & Scripturæ lectione comparata[*]; ut ſcienter & peritè poſſit fidei myſteria ex ſacris Literis θετικῶς docere: hoc Doctorum fuit in ſcholis[f]. Vel, ut poſſit dogmata perſpicuè proponere, licèt non commodè applicare: quod doctoris donum eſt[g]. Vel, 5. donum quo prudenter aliis conſilia damus[h]. ¶ *Secundùm* (vel, *Per*, Be. Pi. Idem hîc valet κατ' quod ἐν in ſequentibus. Sic & Græci dicunt, αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναί[i].) *eundem ſpiritum*] Ità Er. Ti. Mo. &c. i. e. opera ejuſdem Spiritûs[k].

9. *Fides*] Non fides juſtificans[l], ſive ſalvifica, quæ electis omnibus communis eſt[m], quia hîc agitur de donis Spiritûs extraordinariis[n], quæ paucis tantùm dantur[o]; ſed vel, 1. *fiducia*, i. e. ſancta confidentia; & magnanimitas, quâ armati erant *Doctores*, h. e. præcones Evangelii, ità ut à nulla re aut perſona potuerint terreri. Vide Act. 4. 13, 29, 31[p]. Vel, 2. magna intelligentia myſteriorum fidei ad ea contemplanda & explicanda[q]. Vel, 3. fides miraculorum[r]: quæ aptè hîc ponitur tanquam fundamentum gratiarum operandi miracula, quas conſequenter recenſet †. *Fides* hîc intelligitur non ea quæ in omnibus Chriſtianis requiritur, ſed ea per quam quis credit Deum per ſe aliquid miri velle facere, ut infrà 13. 2. Matth. 17. 20. Huc pertinet poteſtas Dæmones ejiciendi. Solebat Deus hoc præmium dare adultæ & bene conſervatæ fidei, Marc. 16. 17[t]. Sed nollem hoc intelligi, vel de fide edendi miracula; quia ſpeciatim & ſeorſim numerantur δυνάμεις & χαρίσματα ἰαμάτων· vel de fide credendi miraculis; quia de modis & perſonis hîc eſt ſermo activè Evangelium propagantibus, non paſſivè illud recipientibus[v]. ¶ *Gratia*, &c. Χαρίσματα ἰαμάτων] *Dona ſanationum*, Be. Pi. &c. id eſt, ſanandi morbos[x]: quod Presbyteris Eccleſiam gubernantibus maximè dabatur. Vide quæ diximus ad Marc. c. 16. v. 18[y].

10. *Alii*, &c. Ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων] *Alii verò operationes* (vel, *effectiones*, Ca. *operatio*, Mo. Be. *facultates*, Il. *efficaciæ*, Er. Ti. V.) *virtutum*, Pi. Mo. Be. &c. vel, *potentiarum*, Er. Ti. V. vel, *prodigiorum*, Ca. ſub. *edendorum*, P. i. e. vel, 1. vis edendi miracula[z]. Intellige κατ' ἐξοχὴν[*], miracula eminentiſſima †, qualia Moſis, Eliæ, &c ‖. vel qualia naturali virtute fieri nullo modo poſſint, ut mortuum reſuſcitare, cœcum illuminare, &c[a]. Hic autem edere miracula dicitur non propriè, ſed quatenus impetrat à Deo, ut is edat miracula. Præmiſſa erat hîc *fides*, ut medium generale miraculorum omnium, quo impetrantur adeóque eduntur duo ſequentia, *ſanatio ægritudinum*, & *operatio potentiarum*. Obſerva quòd non dicit, ἑτέρῳ πίστις, ἑτέρῳ (ſed ἄλλῳ) δὲ χάρισμα ἰαμάτων, &c[b]. Vel, 2. poteſtas puniendi ſontes, qualis exercita in Ananiam & Sapphiram, in Barjeſum, in Hymenæum & Philetum. Δύναμις nomen eſt generale iſtorum donorum, ut apparet Matth. 11. 21, 23. & alibi. Sed quia alibi ſpeciale habent nomen, ideo nomen commune huic dono adhæſit, ſuprà 4. 20. & 5. 4[c]. ¶ *Prophetia*] i. e. Vel, 1. donum futura prædicendi[d], ex revelatione extraordinaria; unde ad ἐνεργήματα hîc recenſetur, cùm alibi inter διακονίας referatur, ut mox v. 29[*]. quale habuit Agabus, 11. 28. & 21. 11. & multi alii illis temporibus. Horum autem bene exploratorum fiebat matricula: & illorum erat poſt Apoſtolus prima dignitas, infrà v. 28. Eph. 3. 5. & 4. 11[f]. Vel, 2. donum Scripturas (præſertim propheticas[g], vel obſcuras[h],) explicandi[i]. Vel, 3. facultas concionandi: ut ſæpe ſumitur[k]. ¶ *Alii*, &c. Ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων] *Alii verò diſcretiones* (vel, *dijudicationes*, Ca. *diſcretio*, Tre. ex Sy. Be.) *ſpirituum*, Er. P. Pi. Mo. &c. id eſt, motuum interiorum alicujus quantumvìs mentem ſuam diſſimulantis[l]: facultas diſcernendi cogitationes affectiones, intentiones cordium[m], & conſequenter actionum & ſermonum[n]; ut ſciat an à natura ſint[o], an verò à Spiritu Divino, Angelico, Diabolico[p]. Erat hæc extraordinaria & ſanè miranda facultas à Deo etiam privatis hominibus indita detegendi & redarguendi fanaticos ſpiritus: quod alibi dicitur ἐλέγχειν, convincere adverſarium, &c[q]. Erat dijudicatio de ſpiritibus Propheticis[r], qui Prophetæ veri eſſent, qui falſi †, ac Diabolici; quales multi tunc erant, 1 Joh. cap. 4. v. 1[t]. Vide 1 Cor. 14. 29. Id autem fiebat hoc modo; Si à Chriſto homines non abduceret, annotabantur quæ dixerat, exſpectabatur eventus; is ſi dictis congrueret, aſſcribebatur ordini Prophetarum. Pari modo de miraculis judicabatur, num pro Divinis habebantur quæ Jeſum profitebantur autorem. Hoc donum videtur maximè datum Præſidibus Presbyterorum, qui plures ad eam rem cognoſcendam coibant. Huc illud pertinet infrà 14. 24. ἐλέγχεται ὑπὸ πάντων, ἀνακρίνεται ὑπὸ πάντων. Tertul. lib. De anima, cùm de viſionibus dixiſſet, *diligentiſſimè digeruntur ut etiam probentur*. Exemplum talis conventûs qualem dixi ad examinandas Prophetias habes dicto Euſebii loco, 5. 16, 17. ubi voces ἐξεταζόντων & ἀποδοκιμαζόντων uſurpat Apollinaris, ut & vocem ἐξελέγχειν. Eæ partes in Judaica Republica fuerant Synedrii. ¶ *Genera linguarum*] Varia pro hominibus quibuſcum res erat[v]: donum loquendi variis ac peregrinis linguis[x]. Hoc erat donum Apoſtolis maximè & Evangeliſtis datum[y]. ¶ *Interpretatio ſermonum*] Vel, *linguarum*, Er. P. Mo. Be. &c. Diſtinguenda *ſcientia linguarum ab interpretatione*. Ut diverſa dona ſunt, ità qui linguas ſciunt non ſemper eas bene interpretantur. Scit aliquis linguam Hebræam, nec tamen poteſt V. T. interpretari[z]. Multi linguis exoticis & peregrinis loquebantur, qui non poterant tamen linguâ vernaculâ explicatè enunciare quæ erant prolocuti. Unde illa hortatio, infrà 14. 13. *oret ut interpretetur*[a]. Fieri poterat ut non omnes quibus Apoſtoli aut Evangeliſtæ loquebantur eſſent ejuſdem linguæ, ideo erant in Eccleſia qui dono ſibi Divinitus dato eadem aliis interpretarentur; quam ad rem magnâ opus erat memoriâ. Vide infrà 14. 5[b]: Erant qui linguis loquebantur, nec tamen ea quæ dicerent interpretari poterant, ſed tantùm in genere ſe ſciebant Divina loqui, utpote motos à Sp. S. ad loquendum[c].

[p] G. ſim. Vor. [q] G. [r] Scl. ex Pi. ſim. E. Me. T. Ec. † Me. [t] G. E. Me. T. [v] G. [x] E. ſim. T. [y] Pi. [z] E. [a] Be. Li. ho. [b] Li. ho. [c] Be. [d] Pi. [*] Idem. [f] G. [g] Par. [h] G. [i] Vor. ſim. Be. Cal. [k] Cal. ex Be. [l] Me. ſim. T. Li. ho. E. Par. [m] Li. ho. ſim. E. [n] T. [o] E. [p] Me. [q] E. [r] Scl. ſim. Par. † Scl. ſim. Dic. [t] Scl. [v] Scl. ſim. Pi. [x] Dic. ſim. Pi. Scl. [y] T. ex Aug. [z] T. ex Aug. ſic Me. [a] G. [b] Li. ho. [c] E. [d] Par. [*] Be. [f] Scl. ex Pi. [g] Dic. [h] Vor. [i] G. [k] Me. [l] Li. ho. ſim. E. [m] Scl. [n] Li. ho. ſic Be. [o] Scl. [p] Li. ho. [q] Me. [r] E. T. Pi. Scl. Par. ex Chryſ. ſic Er. V. Be. Dic. † E. [t] G. [v] Li. ho. [x] G. ſim. Be. E. Me. T.

[y] G. [z] V. ſic E. Me. T. Vor. [*] Scl. † Scl. ſim. E. T. ‖ Scl. [a] E. [b] Scl. [c] G. [d] E. Me. T. ſic Be. G. [*] Be. [f] G. [g] E. Me. [h] T. [i] E. Me. T. Ham. [k] Li. ho. [l] Be. [m] T. ſic Me. [n] Me. [o] T. [p] T. ſic Me. E. [q] Cam. [r] Li. ho. † G. ſic Li. ho. [t] Li. ho. [v] G. [x] T. ſic E. Me. [y] E. [z] D. [a] Cam. [b] G. [c] E.

11. *Operatur*

11. *Operatur* (vel, *Efficit*, V. Pi. &c. in homine & per hominem operatur [d]) *unus atque idem spiritus*] Sanctus scilicet, qui in Divinis amor est: cui proinde bonitas, & ex ea fluens distributio donorum convenienter appropriatur [*]. Spiritus Dei, non Diaboli. Agit enim hîc de Christum profitentibus. Vide suprà v. 4 [f]. ¶ *Dividens*, &c. Διαιρῶν ἰδίᾳ, &c.] *Distribuens* (sub. *illa*, P. Be. Pi.) *privatim* (vel *peculiariter*, Er. Ti. V. ἰδίᾳ hîc valet quod Rabbinis בפרט [g]. vel, *seorsim*, vel *singulatim*, Q. in E. Vulg. Sy. & Ar. non legunt ἰδίᾳ, quod tamen est in cod. Græcis omnibus [h]. Aug. legit ἴδια, *propria*, sive *sua* [i], quorum proinde plenam habet potestatem ea pro arbitrio distribuendi. Vide Mat. 20. 15 [k].) *singulis* (scilicet quibus illa distribuit, ut suprà v. 6, 7 [l].) *sicut vult*] *Vult* autem, vel, 1. quisque: quo innuit in nobis situm esse ut quamplurimum gratiæ nobis impertiat Deus [m]. Non placet [n]: Repugnat hoc & veritati & sententiæ Pauli [o], & loci scopo, ut sequentia monstrant [p]. Vel, 2. Spiritus ille [q]: quem hinc constat esse, non motum creatum, aut qualitatem sanctam in piis à Deo effectam; sed personam, utpote agentem liberrimè, & quidem Divinam & omnipotentem, quia effecta divina producit in quibus & quomodo vult [r]. Tu ergò quis es cui non placent Spiritûs S. facta [†]? qui aliis hæc dona invides, aut rationem improbè quæris cur sic distribuantur [t]? Qui non acquiescit in voluntate Spiritûs Sancti insanus est, & Deo rebellis [v]. *Sicut vult*, i. e. liberrimo Dei arbitratu. Nemini enim talia dare tenetur, nec cuiquam singulatim id promisit [x].

12. *Sicut enim corpus* (naturale & animale, putà hominis [y]:) *unum est, & membra habet multa*] Singula suis usibus destinata. Vide Galenum De usu partium. Vide & Rom. 12. 4. & suprà 6. 15 [z]. Quæ licèt diversas habeant facultates & officia, tamen unitatem & concordiam inter se retinent in eodem corpore, ac mutuam præstant operam, eò quòd mutuis egeant auxiliis [a]. ¶ *Omnia autem membra corporis*, &c. Τοῦ σώματος τοῦ ἑνὸς πολλὰ, &c.] *Corporis unius*, (vel, *quod unicum est*, Be. sic Pi. Deest hoc in Vulg. Sy. Ar. & in uno cod. Græco. Sed omnino videtur explicanda fuisse antithesis τῶν πολλῶν μελῶν, & σῶμα τοῦ ἑνός [b].) *multa quum sint, unum* (sub. *tamen*, Be. ex Vulg. & Ar.) *sunt* (vel, *est illud*, Be.) *corpus*, P. Be. Pi. subtiliter dictum: nam cunctæ partes à suo toto non re differunt, sed ratione [c]. ¶ *Ità & Christus*] Scil. unum est corpus [d]; nempe analogicum, mysticum ac spirituale [*], in & cum membris suis, quæ multa & varia sunt [f]. *Christus*, i. e. Ecclesia [g], cujus caput est Christus: Synecd. membri [h]. *Christus*, quatenus scilicet conjunctus est [i] cum Ecclesia sua [k]: vel, *Christus* totus, h. e. quatenus caput simul est ac corpus [l]. Scriptura interdum loquitur de Christo & corpore ejus, quod est Ecclesia, tanquam de una persona [m]. Ipsa Ecclesia venit sub *Christi* nomine, Rom. 9. 3. Regnum est in Rege & subditis [n]. Hinc intelligi vult, neminem ob dona aut insolescere, aut alios despicere, aut aliis invidere, debere, sed omnes sua dona conferre debere ad utilitatem totius corporis [o].

13. *Etenim*, &c. Καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ, &c.] *Etenim per unum spiritum* (h. e. virtute & efficaciâ unius spiritûs [p]: ἐν pro διά [q]. Vel, *in uno spiritu*, Vulg. Er. G. i. e. in spem spiritus ejusdem, sive spiritualium donorum quæ ab eadem omnia origine veniunt, ut dictum est suprà v. 4. Baptismus fidei est consignatio. Deus autem dat ista dona credentibus & id profitentibus, Marc. 16. 16, 17 [r].) *nos omnes in unum corpus* (scil. mysticum [†], ut omnes simul unum fieremus corpus [t], sive ejusdem corporis mystici membra [v]; quod corpus est Ecclesia [x]:) *baptizati sumus*, P. Be. Pi. i. e. per baptismum insiti sumus & incorporati [y]. Al. baptismo, scil. spirituali, quo animus purgatur atque irrigatur. Alludit tamen ad externum aquæ baptismum [z]. ¶ *Sive Judæi*, &c.] Apud mundum aliquid, apud Christum nihil, valent hæc discrimina. Vide suprà 7. 12, &c. Gal. 3. 28 [a]. Et ut hoc significaret, servos hîc antepos uit liberis [b]. ¶ *Et omnes unum*, &c. Εἰς ἓν Πνεῦμα ἐποτίσθημεν] *Unum spiritum hausimus*, Er. V. vel, *potavimus*, V. h. e. dona Spiritûs, quæ in Scriptura fluminibus & aquis comparantur, ut Esa. 12. 3. Ezec. 47. Joan. 7. 38 [c]. Ejusdem Spiritûs Sancti nos vivificantis participes sumus [d]. *In unum spiritum poti*, sive *potionati*, *sumus*, P. Be. Pi. i. e. ut regeremur ab uno spiritu; vel, ut esset nobis unus spiritus, hoc est, unum cor, & una anima: cui favet antithesis inter corpus & spiritum: sic autem illud, ἐν ἑνὶ πνεύματι, repetendum est ἀπὸ κοινοῦ [*]. Ut uno vivifico sanguinis Domini potu participes simus unius Spiritûs ipsius, qui per omnia membra permeans singula vivificet, reddátque suis functionibus idonea [f]. Calicem quoque Domini in hanc spem bibimus. Baptismus exteriora corporis lavat, Calix irrigat interiora: Sic Spiritus Dei & intus & extrà operatur; est pro melle & oleo [g]. Confert h. l. inter se Baptismum & Cœnam Domini, unum eundémque utriusque scopum esse significans [h]. Sensus, q. d. Fideles omnes ut regenerationem habent communem per Baptismum, ità nutritionem quoque communem habent per Eucharistiæ sacramentum [i], in quo unum Christi Spiritum cum sanguine hausimus [k]. Cœnam sacram describit à parte altera, potu nimirum, per Synecdochen [l], ex altera specie alteram intelligendam relinquens; ex potu cibum [m]. Metaphora à stirpibus quæ ab uno fonte irrigantur [n]. Εἰς ἓν πνεῦμα respondet membro præced. εἰς ἓν σῶμα, *in unum corpus*. Unus cod. vet. legit; εἰς ἓν πόμα. Clemens, ἑνὶ πόματι ἐποτίσθημεν [o]. In MS. est, πάντες ἓν σῶμα ἐσμεν [p].

14. *Corpus non est unum*, &c.] Declarat præced. similitudinem [q]. q. d. Per *corpus* non unum membrum intelligo, sed unum quidpiam ex multis membris compactum [r]; alioqui non esset corpus: nam de corpore organico sermo est, cujus partes sunt instrumenta diversis usibus attributa [†]. *Non unum aliquid membrum*, quamvis excellens, *facit corpus*, *sed cuncta simul*, ut suprà v. 12. Sic & Dion. Longinus, & Max. Tyrius [t]. [Quorum verba vide, si lubet, in G.]

15. *Si dixerit pes*] Qui calcat terram & pondus corporis sustinet; h. e. quispiam vili ministerio deputatus [v]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι, &c.] Hoc ut redundans Er. expunxit. Ego puto causale esse, & notare eorum invidiam, qui quoniam non possunt primum locum in Ecclesia obtinere, idcirco illam scindunt, vel ab ea deficiunt [x]. *Non* (vel, *Quia non*, Be.) *sum manus*, Er. P. Pi. Pari festivitate membris humanis sermonem tribuit Menenius apud Livium, lib. 2. qui locus cum hoc conferendus est. Et Æsopus Pedem inducit querentem de onere & id destituere volentem [y]. Significat autem, Non debere minores invidere majoribus [z]. Insinuat, querelas fuisse inter Corinthios, propter donorum & ministeriorum disparitatem [a]. ¶ *Non sum de corpore*] i.e. Nullo loco sum in Ecclesia [b]. ¶ *Non*, &c. Οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν, &c?] *Non propterea non est ex corpore?* P. Be. Pi. &c. *Num idcirco*, &c? Er. Il. Ti. sim. P. Mo. Ca. &c.

16. *Auris*, &c.] Doctores sunt ut oculi, Discipuli ut aures [c].

17. *Si totum—oculus*] Quintil. v. 5. *Sed neque oculos esse toto corpore velim, ne cætera membra suum officium perdant* [d]. ¶ *Ubi auditus?*] i. e. Auris. Sensum posuit pro instrumento sentiendi, ut in seq [*]. Non dissimiliter Plotinus, οὐδὲ γὰρ τὸ δακτύλων τὸ βλέπειν, (*Neque enim digitorum est videre* [f].)

18. *Nunc*] Νυνὶ hîc non est temporis adverbium, sed argumentorum seriem connectit, sicut & v. 20 [g]. ¶ *Posuit Deus*, &c.] h. e. Collocavit, & propriam functionem attribuit [h]. Qui ergò suo loco & statu contenti non sunt, sed altiora affectant, & æqualitatem postulant, Divinæ sapientiæ obstrepunt [i]. ¶ *Sicut voluit*] Loco conveniente, non ex vi materiæ, sed ad usum totius, ἐκ προνοίας ut loquuntur Stoici. Vide Eph. 4. 15. Plato 10. De legibus, Μέρος, &c. (*Pars enim totius gratiâ, & non totum partis gratiâ, operatur* [k].) Sic suprà v. 12. *sicut vult*. At voluntas Dei sancta, justa, sapiens. In hac igitur acquiescendum. Novit is, quid corpori, quid membris, sit maximè conveniens, decorum, salutare [l].

19. *Ubi corpus?*] Scil. organicum [m], humanum [n], quod conflatur ex diversitate membrorum [o].

20. *Multa membra*] Ad varios usus destinata [p].

21. *Non potest—oculus*, &c.] Sicut membra Ventri indignata subtraxisse suum officium fabulatur Menenius.

Marginal notes (left column): [d] Pi. [*] E. [f] G. [g] Idem. [h] Be. [i] Er. Be. [k] Scl. [l] Pi. [m] Orig. in Er. [n] Er. Be. E. [o] Be. sim. E. [p] E. [q] Er. E. Pi. Scl. [r] Par. [†] Scl. [t] E. [v] Par. [x] G. [y] Me. sim. E. T. G. Pi. [z] G. [a] E. [b] Be. [c] G. [d] E. T. [*] E. [f] T. ex Chrys. [g] V. Pi. [h] Pi. [i] Cal. sic Te. [k] G. Vor. Cal. Scl. [l] Vor. sic E. ex Aug. [m] E. ex Aug. [n] G. [o] E. [p] Vor. sic Scl. [q] Scl. [r] G. [†] Pi. Me. T. [t] G. sim. Be. [v] Scl. sic Pi. [x] Me. T. E. [y] T. ex E. [z] Vor. [a] G. [b] E. [c] Q. in E. [d] Scl.

Marginal notes (right column): [*] Pi. [f] Be. [g] G. [h] Be. [i] E. sim. T. ex Chrys. & Caj. [k] Me. [l] Ga. adv. 24. 263. [m] E. [n] Camer. [o] Be. [p] G. [q] E. [r] Me. sim. E. [†] E. [t] G. [v] E. [x] Be. [y] G. [z] G. sim. Vor. [a] Me. [b] E. [c] E. ex Thom. [d] G. [*] E. [f] G. [g] Be. [h] E. [i] Par. [k] G. [l] Par. [m] E. [n] E. G. [o] Me. sim. E. G. [p] Just.

nius. Manus alimenta præbent corpori in quo est Oculus [q]. Hæc pertinent ad eos qui præstantiora dona habebant, ideóque alios despiciebant [r]. Duo ergò hîc nominat membra præstantissima, *oculum* & *caput*. Docet membra mutuis egere officiis & ministeriis †. ¶ *Caput pedibus*] Non debent qui minores sunt à majoribus contemni [t].

22. *Quæ*, &c. Τὰ δοκοῦντα—ἀσθενέστερα, &c.] *Putata* (vel, *Quæ videntur*, Er. P. Be. Pi. &c. q. d. Videntur, sed non sunt [v].) *membra corporis infirmiora*, (vel, *imbecilliora*, Er. Il. Ti. V. vel, *infirmissima*, P. Be. Pi. h. e. viliora, quæ minùs præstantem in corpore functionem obtinent; quæ mox ἀτιμότερα vocat [x] : abjectissima [y]. Meton. efficientis [z]. Ex antecedente intelligitur consequens: Sic 2 Cor. 12. 10. *infirmitates* vocat ea propter quæ vilis aliquis & abjectus habetur [a]. Intelligit cerebrum [b], ventrem & quæ ventre continentur [c], quæ, licèt invalida sint, facilèque lædantur, ad vitam tamen corporis sunt necessaria [d]. Oculo quid aut tenerius aut utilius *?) *esse necessariora*, Mo. sic Vulg. Sed hæc vox Latina non est [f]. Vel, *necessaria*, P. Be. Pi. E. Sensus est, Ea membra quæ putantur inhonesta necessitate commendantur & usu [g].

23. *Et*, &c. Καὶ ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα, &c.] *Et quæ putamus* (sub. *membra*, P. Be.) *corporis maximè esse inhonesta*, (vel, *minùs honesta*, V. *inhonoratiora*, Er. *viliora*, Aug. in Er. eadem quæ mox ἀσχήμονα vocat [i] :) *iis honorem ampliorem* (vel, *abundantiorem*, Mo. sim. Er. Il.) *circumponimus*, Pi. P. Be. Mo. vel, *apponimus*, Er. Il. i. e. diligentiùs ac elegantiùs tegimus & vestimus [k]. Hujusmodi membra sunt vel pedes [l], quos calceis vestimus, aut crepidis, &c [m]. vel ea quæ egestioni serviunt [n], venter & ea quæ sub ventre sunt. His tegmina damus. Nam multi populi brachiis & pedibus nudis aut ex parte nudis incedunt. Vestitum hîc dixit τιμὴν. Sic annulis damus dactylothecam, arcui corytum, custodiæ diligentioris causâ: qui honos quidam [o]. ¶ *Inhonesta*; ità Mo. Τὰ ἀσχήμονα] *Indecora*, Er. P. Be. &c. *Inhonestissima*, Ca. *Immodesta*, Er. Verenda, sive pudenda [p], membra scilicet genitalia, ut omnes intelligunt [q]. ערוה Interpretes Græci ἀσχημοσύνην vocant eas partes quas à *pudore* nominamus. Eas tanquam mysteria à vulgi conspectu amovemus [r].

24. *Honesta*—*nullius egent*, Οὐ χρείαν ἔχει] *Non indigent*, Er. Ti. sim. Ca. *Non habent opus*, sub. *eo honore addito*, Er. V. vel, sub. *decore*, P. Be. Pi. scil. honestate forinsecus adhibitâ per tegumentum †. Facies, quæ in Homine pulcherrima, non tegitur, non absconditur [t], patet omnibus, sicut Templi extima [v]. Observa hîc triplex membrorum discrimen, 1. firmorum & infirmorum: 2. nobilium & ignobilium: 3. honestorum & inhonestorum [x]. ¶ *Deus temperavit*, &c. Συνεκέρασε—τῷ ὑστεροῦντι, &c.] *Contemperavit* (vel, *Simul temperavit*, Er. P. i. e. simul moderatus est & miscuit membra temperaturâ quâdam ut sibi mutuo sint auxilio [y] : uno quodam temperamento inter se conjunxit, adeóque conglutinavit [z] : Temperamento opus est in corporis membris collocandis [a].) *corpus, ei cui deerat* (vel, *egentissimo cuique*, Ca. scilicet membro [b] : vel, *iis quæ minus habent dignitatis*; qualia sunt per quæ fit egestio. Ὑστερεῖν quid sit vide Rom. 3. 23. 1 Cor. 1. 7. & 8. 8. In MS. est, τῷ ὑστερουμένῳ [c].) *copiosiore tributo honore*, P. Be. Pi. id est, constituens ut plus deficienti honoris tribuatur [d]. Cicero De officiis, 1. *Principio, corporis nostri magnam Natura ipsa videtur habuisse rationem, quæ formam nostram reliquámque figuram in qua esset species honesta eam posuit in promptu: quæ partes autem corporis ad naturæ necessitatem datæ aspectum essent deformem habituræ atque turpem, eas contexit atque abdidit* *.

25. *Ut*, &c. Ἵνα μὴ ᾖ σχίσμα, &c.] *Ut nè sit dissidium in corpore*, Be. Pi. P. Est figurata locutio, pro, *Nè ullæ partes negligerentur à corpore*. Sic etiam in Ecclesiæ corpore contemni non debent quibus minùs illustria dona contigere; ut, Expellendi Dæmonas, Interpretandi [f]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη] *Sed membra idem* (vel, *itidem*, Be. *id ipsum*, Vulg. Mo. *æquabiliter*, Tre. ex Sy. *invicem*, V. Er. Il. Ti.) *curent* (vel, *solicita sint*, Mo. Be. Vulg. sim. Er. Il. Ti.) *alia pro aliis*, P. Pi. Be. Er. &c. vel, *mutuò*, Er. vel, *pro invicem*, Mo. Vulg. mutuum sibi auxilium præbendo †: i. e. ad totius corporis commodum & conservationem suas functiones conferunt. Nam alioqui sigillatim non omnia idem curant, cùm aliud sit manûs, aliud oculi, aliud pedis, officium [g]. Τὸ αὐτὸ parem indicat omnium membrorum solicitudinem [h]. *Ut omnia membra in unum consentiant*: quemadmodum Menenius loquitur, —*Alterius sic Altera poscit opem res, & conspirat amicè* [i]. Sic cùm talo spina inhæserit, totum corpus dolet, caput inclinat, flectitur dorsum, venter & femora contrahuntur, intuentur oculi, &c [k].

26. *Et*, &c. Καὶ εἴτε πάσχει, &c.] *Itaque* (Καὶ pro οὖν *.) *sive patitur unum*, &c. Id *consensum membrorum* dixit Plinius, Celsus *consortium*. Vide Plut. Bruto, & Chrys. De pœnitentia, 10 [l]. [eorúmque verba in G.] ¶ *Sive*, &c. Εἴτε δοξάζεται, &c.] *Sive honore afficitur*, &c. P. Be. Pi. vel, *glorificatur*, V. Er. D. sim. Val. Honor autem membrorum è vestitu, qui honestus ac decens [m]. Vel, *exornatur*, Q. in D. bono aliquo afficitur, sicut fieri solet eis quos honoramus: unde Cypr. vertit *lætatur* [n] : bene disponitur, velut dum ex ægro fit sanum, ex imbecillo robustum [o].

27. *Vos* (scil. omnes simul [p], i. e. Ecclesia, in qua velim omnia, quæ de corpore naturali dixi, per similitudinem intelligi & compleri [q] :) *autem estis corpus* (mysticum [r]) *Christi*] Ut Capitis, Eph. 1. 23. Col. 1. 18 †. ¶ *Et*, &c. Καὶ μέλη ἐκ μέρους] *Et membra aliquatenus*, Ca. vel, *particulatim*, Be. Pi. ἐκ μέρους, pro, κατὰ μέρος [t], pro se quisque [v], nimirum pro suæ functionis munere: quod præcedentibus & seq. congruit: quanquam ἐκ μέρους eo sensu non lego [x]. Ἐκ μέρους vel pro, διαμεμερισμένως, id est, *dispertitis functionibus & officiis*; vel pro, ἀπὸ μέρους, vel, διὰ μέρους [y] *ex parte*, Er. Il. Ti. P. Mo. V. q. d. Non vos soli estis corpus Christi, aut omnia ejus membra, sed pars quædam membrorum [z] : nam omnes Ecclesiæ per orbem diffusæ sunt totidem Ecclesiæ universalis membra [a]. Est itaque correctio sive revocatio sui ipsius [b]. Vel, *in locis vestris*, Tre. ex Sy. membra partialia [c], & proinde non unus omnia habet dona [d]. Vel, *de membro*, Vulg. Christo; quia membra corporis in quo Christus est *: commembra, compartes ejusdem corporis, h. e. Ecclesiæ [f] : vel, aliud membrum ab alio pendens mutuâ connexione [g]. *Singuli membra estis*, ἐκ μέρους, pro, οἱ κατὰ μέρος, suppressis articulis [h]. Forsan his verbis excludit Apostolus impios homines, in Ecclesia tamen versantes [i].

28. *Posuit Deus*, &c.] Quisque ergò suo loco & dono contentus sit [k]. ¶ *Primùm Apostolos*] Illos nempe eminenter sic dictos à Christo, in id vocatos ut prima Ecclesiarum fundamenta jacerent [l], ut Ecclesias plantarent & regerent, eâdem potestate quam Christus à Patre habuit, Joh. 20. 21 [m]. Hi sunt quasi corporis hujus caput [n]. Horum dignitatem primo loco asserit, quia eorum authoritas apud Corinthios labefactata fuerat †. ¶ *Prophetas*] Apostolis honore proximos [o], Eph. 3. 5 [p]. & 4. 11 [q]. Qui vel, 1. occulta & futura prævidebant [r] : vel, 2. Scripturas exponebant †, idque ex singulari revelatione [t]. Vide Act. 13. 1, 3. & 15. 32. Apoc. 11. 3 [v]. Vel, 3. Pastores, qui doctrinam ad usum pro concione applicabant, ut patebit ex cap. 14 ‖. Hi sunt quasi oculi [x]. ¶ *Doctores*] Qui donum habebant doctrinam fidei exponendi, non quidem ex revelatione [y], sed à seipsis, &c [z]. Διδάσκαλοι hîc & Act. 13. 1. & Eph. 4. 11. διδάσκοντες, Rom. 12. 7. sunt illi qui eruditione eminentes multis Ecclesiis instituendis præerant, qualis Titus in Græcia. Vide quæ dicta ad illum ad Romanos locum [z]. Qui, sicut & Prophetæ, Ecclesias fundatas tanquam Episcopi gubernabant: indè ποιμένες, *pastores*, dicti [a]. Hi quasi linguæ habentur [b]. ¶ *Virtutes*; ità P. Mo. Be. Pi. sub. *constituit*, P. Δυνάμεις] *Portenta*, Ca. *Potestates*, Er. Il. Ti. V. i. e. vel, 1. Magistratus [c]; vel, 2. Operatores miraculorum [d], scil. majorum *. Abstractum hîc pro concreto, more Hebræo, ut in sequentibus [f]. Hi sunt quasi manus Ecclesiæ [g]. Qui habent ἐνεργήματα δυνάμεων, suprà v. 10. *jus plectendi sontes* [h], ut Act. 5. 5, &c. & 13. 11. Notandum autem, hoc & seq. membro non denotari personas à præcedentibus distinctas, (constat enim Apostolos & Prophetas his donis instructos fuisse) sed diversa tantùm charismata, &c [i]. ¶ *Gratias*, &c. Χαρίσματα ἰαμάτων] *Dona sanationum*, P. Be. Pi. id est,

eos

eos qui morbos sanandi potestatem accepere [x]. Hîc sermonem mutat, à personis transiens ad res, i.e. ad dona personis impertita [y]. ¶ *Opitulationes* ; ità Il. Be. Pi. P. ἀντιλήψεις] *Subventiones*, vel *Subsidia*, Er. V. ἀντιλαμβάνεσθαι est, *curam alicujus gerere*, ut diximus ad Luc. c. 1. v. 54. Ea vox, cùm satis sit generalis, hoc loco videtur significare Præsides Presbyterii qui populum commonefacere officii sui solebant ; idcóque προστάται dicuntur Rom. 12. 8. ubi dicta vide. Ad hoc quoque Deus dona dabat peculiaria [z]. Græci complures quod hîc est ἀντιλήψεις explicant προστασίας [a]. Cujus rei causa est quòd hæc specialis erat pars muneris Episcoporum, quòd ipsorum fidei commissa est cura pauperum & dispensatio facultatum Ecclesiæ, ut testantur Just. Ign. Polyc. &c. & Act. 20. 35 [b]. Al. Ἀντιλήψεις sunt qui opitulantur Episcopis in instituenda & regenda plebe fidelium, ut sunt Parochi, Decani, Archi-diaconi, &c [c]. vel, illi qui comitati sunt Apostolos, atque baptizârunt ab iis conversos, atque huc illuc sunt ab iis missi ad loca ad quæ ipsi accedere, aliis rebus occupati, nequiverunt : ut Marcus, Timotheus, Titus, &c. Talmudici Levitas aliquando vocant מסעדי לכהנים, ἀντιλήψεις ἱερέων [d]. Al. Qui aliis opitulantur per opera misericordiæ [*], seu spiritualia, seu corporalia [f], circa ægros, pauperes, miseros, peregrinos [g] ; nempe Diaconos [h], aliósque qui negotiis Ecclesiasticis opitulantur [i]. Diaconi autem Ministris non parum opitulabantur, de stipendiis Ministrorum & Sanctorum necessitatibus prospicientes, & publicas Ecclesiæ facultates dispensantes [k]. ¶ *Gubernationes* ; ità Il. P. Be. Pi. &c. Κυβερνήσεις] Hi sunt qui ποιμένας, Eph. 4. 11 [l]. ex Syriaco פרנסים, οἱ προεστῶτες, Rom. 12. 8. alibi πρεσβύτεροι [m], qui singulas regebant Ecclesias [n] ab Apostolis fundatas : qui antea διδάσκαλοι à docendo dicti, iidémque hîc κυβερνήσεις à regimine illis commisso [o]. Al. Hi sunt qui regimini Ecclesiæ tanquam Consiliarii adsunt : nam vox hæc apud LXX *consiliarios* designat, ut Prov. 11. 14. & 20. 18 [p]. vel, Presbyteri in specie dicti, qui cum Episcopis seu Pastoribus Ecclesiam gubernant [q], disciplinæ & politiæ Ecclesiasticæ custodes [r]. Al. Κυβερνήσεις mihi hoc in loco non *gubernationes* sonat, aut facultatem regendi ; sed *altam & profundam solertiam*, (quo sensu apud LXX occurrit, Prov. 1. 5. & 11. 14. & 14. 6.) quâ de spiritibus Propheticis, Divinine an Diabolici, dijudicare poterant. Quo dono cùm nullum utilius esset vel magis necessarium, vix hîc omittendum videtur. At ubi mentionem ejus comperies, si non in ista voce † ? ¶ *Genera linguarum*] i. e. Donum loquendi linguis diversis [*], & peregrinis, non quidem omnibus, (ut Apostolis concessum fuerat,) sed illarum gentium quibus prædicaturi erant, &c [v]. Non omnes omnibus linguis loquebantur, ut Apostoli ex usu gentium ; sed alius hâc, alius illâ, & quidem tali quam nunquam didicerat [x].

29. *Numquid omnes Apostoli?*] q.d. Minimè [y]. Non omnia possumus omnes [z].

30. *Linguis*] Sub. *peregrinis*, V. ¶ *Interpretantur?*] Scil. linguas [a]. Interpretare ut suprà v. 10 [b].

31. *Æmulamini*, &c. ità Mo. Ζηλοῦτε] Potest accipi, vel, 1. imperativè, sive præceptivè : vel, 2. indicativè [c], & quidem cum interrogatione, quâ Corinthios reprehendit, quòd ambitiosè ad maxima quæque charismata anhelarent [d]. [Hinc variant :] *Ambitis*, P. *Ambite*, Ar. *Affectate*, Ca. Be. *Sectemini*, Er. Il. V. *Cum æmulatione affectetis*, Tre. ex Sy. *Studiosè sectamini*, Pi. sim. Be. Ad ea nitamini [*] : ea in maximo pretio habete [f]. *Agite cum Deo precibus ut à Deo accipiatis* : nam ζηλοῦν hîc est, *expetere*, ut & infrà 14. 39. Sic & Sap. 1. 12 [g]. Ad hæc dona conquirenda eos hortatur, non absolutè, sed ex hypothesi æmulationis. Sensus igitur est [h], Quoniam æmulamini charismata, quod non prohibeo, studete consequi meliora [i]. ¶ *Meliora*] Vel, *Optima*, G. q. d. Non quæ vulgi judicio majora sunt [k], sed maximè utilia [l], vobis [m], & Ecclesiæ [n] : quæ sunt eximia [o]. In MS. pro κρείττονα est μείζονα P. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι] *Et* (vel *Sed*) *porrò* (vel, *adhuc*, Er. Il. Ti. Mo. Ar. *tamen*, Ca. vel, *Quinetiam*, Be. vel, En *insuper etiam*, P.) *iter* (vel, *viam*, Er. P. Mo. &c. *ad excellentiam* (scilicet perveniendi [q], quâ ad præstantissima dona perveniatur. *Via*, pro medio [r]. Vel, *excellentem*, sive *eximiam*, Er. *excellentiorem*, Er. Il. Ti. Tre. ex Sy. sub. *his*, Er. Il. &c. vel, *secundùm excellentiam*, Mo. vel, *quàm diligentissimè*, P.) *vobis demonstro*, Be. vel, *monstrabo*, P. Κατὰ refertur ad ὁδὸν †. *Viam vobis ostendam quâ nôsse possitis quæ sint utilissima*. Quanquam id fortè opus non est, quia ipsa experientia id vos docet. Ideo dixit, καθ' ὑπερβολὴν [s] i.e. ut Jurisconsulti loquuntur, *ex superabundanti* ; יותר, ut Rabbini [t]. Loquitur de charitate [v] Dei, & proximi propter Deum [x], quam *viam* vocat, h.e. genus vitæ, vel modum ac rationem vivendi, ut *via* sæpe accipitur ; eámque *excellentissimam*, quia ad Deum, ad sanctitatem, ad gloriam æternam [y], certissimè tendit : non sic alia dona [z]. *Via* hæc est, ut omnia exigatis ad regulam charitatis ||.

CAP. XIII.

1. *Si linguis* (i.e. sermone [a]. Exorditur ab hoc dono, quia Corinthii (necnon Judæi [b]) illud præ cæteris admirabantur [c].) *hominum* (i.e. omnium gentium [d], Septuaginta, aut saltem multarum gentium : Sic in laudem Mardochei referunt Judæi quòd linguas calleret 70 gentium, & à Patribus Synedrii requirunt ut sint plurimarum linguarum periti [*]. Hoc ideo dicit quia multi qui id donum acceperant non modestè utebantur, nimiùm sibi placebant præ cæteris, cùm tamen id donum non sit datum ostentationis causâ, sed ad utilitatem aliorum. Nulla erant ejusmodi χαρίσματα quibus non malè uti homines possent, & quæ non possent malè utendo perdere. *Recedente enim disciplina*, ut loquitur Cyprianus, *recedebat & gratia* [f].) *& Angelorum*, &c.] Loquitur pro conceptu Gentis. Rabbini celebrant Jochananem ben Zaccai, quòd didicerat *sermonem* vel colloquium & *Dæmonum, ut eos exorcizaret* ; *& Angelorum, ut eos adjuraret* [g]. Constat Angelos propriè linguas non habere [h]. Est tamen in iis aliquid ἀνάλογον linguis [i], per quod conceptus sibi mutuò tradunt [k] : Solent enim ἀνάλογα inter se recipere communicationem vocabulorum. Vide Dan. 8. 13. Dubitat Nazianz. an Angeli inter se etiam externis vocibus utantur [l]. Locutioni hominum sensibili addidit locutionem intellectualem, qualis est Angelorum [m]. In vita futura haud dubiè beatis est proprius aliquis sermo, fortè Angelicus ille, de quo hîc loquitur, ut communibus votis in Dei laudes prorumpant [n]. Loquitur ex hypothesi, quâ fingitur Angelos etiam variis linguis loqui [o]. Al. *Angelorum*, h.e. Dei (nam אלהים & *Deum & Angelos* significat) i. e. Divinam & excellentem. Deo enim tribuitur quicquid in suo genere excellit [p]. Al. Hyperbole est [q]. Linguam *Angelorum* vocat linguam elegantissimam [r] ; quales essent Angelorum, si loquerentur † : quomodo *facies angelica* vocatur pulcherrima & augustissima [t] ; & *panis Angelorum*, Psal. 78. 25 [v]. Per fictionem exaggerandi hoc dicitur [x]. ¶ *Charitatem autem non habeam*] Nam & hoc est quò fides ducit & ex quo censemur. Χαρίσματα illa modò dantur, modò non dantur, prout aliorum usus exigit. Dilectio est quæ Deum imitatur, & perpetuò adesse potest & nos in perpetuum Deo commendare [y]. ¶ *Factus sum velut æs*, &c. χαλκὸς ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον] *Æs resonans* (i. e. Tintinnabulum animi causâ sonans, nihil autem significans [z]. Tintinnabula erant ex ære [a].) *aut cymbalum* (vel, *sistrum*, Ar. Κύμβαλον à sono dicitur צלצל, 2 Sam. 6. 5. & in Psalmis & in Paralipomenis sæpe [b] : Genus erat instrumenti Musici, ex ære videlicet factum ; cujus meminit Athen. l. 9 [c]. non illud exilis soni instrumentum, quod hodie eo nomine vocamus ; sed aliud altisonum, ut apparet ex Epithetis ejus & hîc & Psalmo 105. v. 5. & indubiè erat πολυάηχον, illúdque æreum, teste Hesych. qui χαλκόστομα vertit, χάλκεα κύμβαλα [d]. Al. *Cymbala* distinguit ab *ære*, quia erant pleraque ex argento [*].) *tinniens*, P. Be. Pi. vel, *jubilans*, Er. V. vel, *edens sonum*, Tre. ex Sy. Be. Ἀλαλάζων est ὀνοματοποιΐα, sive verbum fictitium [f], ab incondita voce ἀλαλά [g], & quemvis *sonum inconditum* significat. Vide quæ ad Marc. 5. 38 [h]. Κύμβαλον quod מצלתים, Nehem. 12. 27. quæ, inquit Aruch, *erant duo globuli ex ære, atque hunc in illum contuderunt*.

Marginal notes (left column): x G. sim. E. Me. T. Ham. y E. z G. a G. Ham. b Ham. c Q. in E. d Li. ho. * Me. T. f T. g Me. sim. E. Pi. Vor. Scl. Be. h Fe. Pi. Camer. Vor Scl. V. i V. k Dic. l G. sic Ham. m G. n G. sic Ham. o Ham. p Di. q Vor. r [illegible] sim. [illegible] † Li. ho. * Me. sim. E. v Ham. x G. y E. z G. a E. Pi. b G. c E. sic Vor. d Phot. in E. * Er. V. f Be. g G. h E. i Me. ex E. sim. T. k E. l G. E. sim. Be. Vor. Me. T. m T. n E. Me. T. Ham. o V. p G. q Vor. r Scl.

Marginal notes (right column): † Be. s G. v E. Me. T. x T. y T. ex Chryf. & Th. sic Me. z E. || Cal. a Camer. b Li. ho. c E. sim. Me. d E. G. * Li. ho. f G. g Li. ho. h E. i G. k G. sim. L. l G. m E. n BP. i. 15. 59. o Vor. p D. q Me. sim. Pi. Scl. r Me. sim. E. T. ex Theod. Pi. Scl. t Scl. ex Pi. t T. ex Theod. & Th. sic Me. v Pi. Scl. x Er. ad v. 2. y G. z G. sim. E. a G. b Idem. c Cua. d Ham. * G. f G. Pe. g Be. h G. sic Be.

derunt. Jam verò κύμβαλον ἀλαλάζον erat, cùm contunderentur duo hi globuli absque ullo Musicæ vel modo vel tono, sed sono incondito atque ululante[i]. [Sensus loci est, q. d.] Si non adsit [mihi] studium bene merendi de proximo ac Dei donum in communem usum conferendi, & non ità loquar ut intelligar, conciones meæ abibunt in ventos[k], nemini prosum[l], nec mihi, nec aliis; ut *æs sonans*, &c. delectant tantùm, sed nihil conferunt ad usum vitæ humanæ[m]. Vel potiùs, aliis prosum, non mihi, ut æs & cymbalum sonando serviunt hominibus, ac seipsa deterunt & corrumpunt. Quomodo Cleanthes Peripateticos comparavit lyris, quæ homines oblectant, seipsas autem non audiunt. Convenit hoc proximè sequent. ubi dicit, *Nihil sum. nihil mihi prodest*, tanquam id solùm urgens quòd sibi sit inutilis, Alioqui constat eos qui dona hæc habent sine charitate, sibíque inutiles, sæpe tamen aliis ministerio suo prodesse[n].

2. *Si habeam prophetiam*] i. e. Donum Prophetiæ[o]: quod habuisse quidam possunt & tamen pietatem & salutem amittere, Matt. 7. 22[p]. ¶ *Noverim mysteria omnia*] i. e. Arcana divina & cœlestia[q]. Si intelligam quò tendunt omnes istæ figuræ V. T[r]. ¶ *Et omnem* (i. e. omnium†, vel historiarum[t],) *scientiam*] Sub. *habeam*, vel repete *noverim*. *Scire scientiam* dicitur Hebræis, ut *peccare peccatum*[v]. ¶ *Omnem*, &c. Πᾶσαν τὴν πίστιν, &c.] *Omnem* (i. e. omnis generis, ut πᾶσαν γνῶσιν, *omne genus cognitionis*, h. l. & πᾶσα θλίψις est, *omne genus afflictionis*[x]. Sed *omnis* hìc non sumitur distributivè pro omnigena, ut alibi; sed collectivè, ut ità dicam, pro perfecta & partibus suis, atque gradibus omnibus completa[y]: q. d. quicquid usquam fidei est θαυματουργικῆς, si illud omne in unum conferretur, atque in me esset, &c[z]. Vel, *totam*, P. Be. Pi. ut *omnis* sumitur Rom. 7. 8. Sic dicimus *omni animo, omnibus viribus*, &c. agere[a].) *fidem* (vel, *illam fidem*, Be. Pi. nempe miraculosam[b], ut liquet ex eo quod subjungitur[c]. Articulus notat certam quandam fidei speciem[d].) *adeò ut montes loco dimoveam*, Er. vel, *transponam*, Be. Pi. sim. P. Fidei enim adultæ id erat præmium, res miras efficere: ut diximus suprà v. 9*. Est autem proverbialis locutio, *montes transferre*, i. e. res planè stupendas efficere[f], ut videre est ad Matth. 17. 20. ubi dicta vide. Adde Apoc. 8. 8[g]. Respicit ad dictum Christi, Matth. 17. 20[h]. ¶ *Charitatem autem non habuero*] q. d. Si talia faciam, non ex amore Dei aut proximi, sed gloriam captans, aut fraterno laborans odio, aut contentionibus & factionibus deditus, &c[i]. Fides multa promissa habet, quia via est ad Dilectionem. Ipsa autem Dilectio est, quæ opera edit magis admiranda quàm ea quæ *miracula* vocantur, &, si operandi tempus desit aut occasio, participes factos Divinæ bonitatis, participes etiam facit Divinæ beatitatis. Hoc scire & hoc agere est esse Christianum[k]. ¶ *Nihil sum*] i. e. Nihil mihi prosum[l], nullo apud Deum ero in pretio[m], ad consequendam vitam æternam. MS. hìc habet, οὐδὲν ὠφελοῦμαι. Vide Psal. 50. 15[n].

3. *Si*, &c. Ἐὰν ψωμίζω, &c.] *Si insumam alendo pauperes* (vel, *frustulatim distribuero*, sub. *egenis*, Pi. vel, *in libertatem erogem*, Ca. vel, *comedendum distribuam pauperibus*, Tre. ex Sy.) *omnes facultates meas*, Mo. sim. Er. Il. Ti. P. Be. &c. Hoc etiam gloriæ causâ fieri potest, sicut à Thebano quodam factum commemorat Orig. ad Matth. cap. 19. Ψωμίζειν propriè est, *ad vescendum dare*, Num. 11. 4, 18. Deut. 8. 3, 16[o]. Vel, escam in frusta seu particulas divisam[p], concisam & intinctam, veluti in os indere; ut puerulis & ægrotis solemus[q]. Vel, porrigere in alimoniam[r]. Figuratè [est,] *in alicujus usus impendere*, Esa. 58. 14†. Vel, in usum pauperum bona avidissimè (& liberaliter[t]) impendere[v]. ¶ *Si*, &c. Ἐὰν παραδῶ, &c.] *Si tradam corpus meum ut comburar*. Utique pro confessione nominis Christi[x]. Si quis hoc faciat ob inanem gloriam, vel etiam pro fide Christi tutanda, sed odio erga proximum, vel alio mortaliter peccandi affectu reservato[y]. Nam hoc fecit Calanus, & multò pòst Peregrinus Philosophus, ὑστεροτιμίας causâ, non Dei amore, ut socii Danielis. Adeò apud Deum res istæ ex proposito magis quàm ex facto æstimantur. Vide quæ diximus ad Matth. 6. 1, &c[z]. Non solùm charismata, quæ propriè non sunt virtutes, sed & opera virtutum speciosissima & ardua, nihil valent, &c[a]. ¶ *Charitatem autem non habuero*] Illam quæ verè nos Dei filios facit. Vide Matth. 5. 48[b]. ¶ *Nihil*, &c. Οὐδὲν ὠφελοῦμαι] *Nihil juvor*, P. Mo. vel, *proficio*, Ca. Tre. ex Sy. vel, mihi *prodest*, Be. Ar. sim. Er. Ti. Pi. nempe ad præmium cœleste[c].

[i] Li. hr. [k] V. [l] Pi. sim. Er. [m] E. ex Græcis & Primas. [n] E. [o] E. [p] G. [q] E. [r] G. † E. [t] G. [v] E. [x] Cam. [y] Scl. [z] Scl. ex Pi. [a] Be. [b] Scl. sic Pi. [c] Scl. [d] Scl. ex Pi. * G. [f] G. sim. Glas. Li. Fo. Cartw. n ellis. [g] G. [h] Me. Pi. [i] E. [k] G. [l] Pi. [m] G. sic E. Me. T. [n] G. [o] Idem. [p] E. [q] Be. [r] E. † G. [t] Vor. [v] Be. [x] E. sic Pi. [y] T. ex Mc. [z] G. [a] E.

4. *Charitas*] Divina planè ἀγάπης descriptio profecta ex pectore ejus pleno[d]. Proprietates insignes & officia ejus recenset, ut notas quibus dignosci queat*. Tropus hìc est vel, 1. in voce *charitatis*[f], quæ significabit hominem charitate præditum[g]: vel, 2. in ipsis verbis seu attributis, quæ charitati propriè dictæ eatenus tribuuntur, quatenus ea quasi regula quædam & magistra eorum omnium est[h]. ¶ *Patiens est*; ità P. Μακροθυμεῖ] *Longanimis est*, Val. V. Er. D. האריך אפו, Prov. 19. 11[i]. i. e. *differt* (ad verb. *prolongat*) *iram ejus*. Ità sumitur hæc vox Sirach 2. 4. & 5. 13. & 18. 10. Baruch 4. 18. & in Lexico Græco-lat[k]. *Levi animo est*, Er. V. *Iram differt*, vel *cohibet*, D. Pi. *Facilis, præditus cunctatione est*, Ar. in Di. Non est præceps ad iram aut vindictam[l]. ¶ *Benigna* (vel, *Misericors*, Æth. *Comis*, P.) *est*] Ità Er. Mo. Ti. Be. Pi. &c. Facilem sui usum aliis præbet[m]; misericors & liberalis erga alios, quos tanquam seipsum curat, &c[n]. Χρηστότης est studium bene merendi de omnibus, omnes juvandi & ornandi sine mercatura propriarum utilitatum. Unde dicunt Græci, Χρηστός, &c. *Bonus vir est commune bonum*[o]. Est comitas ac suavitas morum, quæ opponitur asperitati ac difficultati, seu morositati[p]. *Humanitatem ostendit*. Sic χρηστεύεσθαι sumitur Can. 11. Synodi Nicænæ. Hebræi dicerent, עשה בחסד[q]. Quid sit χρηστεύεσθαι vide Luc. 6. 35[r]. ¶ *Non*, &c. οὐ ζηλοῖ] *Non æmulatur*, Vulg. Mo. *Non invidet*, Er. P. Be. Pi. G. E. &c. aliorum bonis†. Quo sensu hanc vocem habemus Gen. 30. 1. & 37. 10. Sic Theocritus, Ζηλωτὸς μὲν ἐμὶν ὁ τὸν ἄτροπον ὕπνον ἰαύων Ἐνδυμίων. ¶ *Non*, &c. οὐ περπερεύεται] Περπερεύομαι, *perperàm ago*, in Glossario. Vox hæc in veteribus Græcis non reperitur; & quod in Cicerone ad Atticum, 1. 11. legitur ἐνεπερπερευσάμην omnino corruptum est. Unde conjicere est natam hanc vocem ex Latina: nam in Latio vetus vox est. Accius, *Describere in theatro perperos populares*. Item, *Et eo plectuntur Poetæ quàm suo vitio sæpiùs Ductabilitate nimiâ vestrâ, aut perperitudine*. Sunt autem hæc contraria, *rectè facere & perperàm*, ut ex Cicerone pro Cæcina apparet. Sed Græci paulò strictiùs accepere in significatione *simulationis*. Nam περπερεία, καλλωπισμὸς, apud Clem. Pædagog. 3. 1. Sic & Basil. in Definit. *Quid est* περπερεύεσθαι; Πᾶν ὃ μὴ διὰ χρείαν ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν παραλαμβάνεται, (*Omne quod non ob necessitatem, sed propter ornatum fucúmve, assumitur.*) Dilectionis mos non est qui ambitionis, *aliud clausum in pectore, aliud in lingua, promptum habere*. Hebræi dicerent, לא יליץ[r]. [Verbum Græcum sic vertunt,] *Non agit* (quicquam datâ operâ[v]) *perperàm*, Be. Pi. Cal. Vulg. i.e. nequiter sive insolenter[x], vel præterquam fieri oportet[y]. *Non adulatur*, V. Q. in Er. vel, *ostentat se*, Q. in Er. V. sim. Cas. *est insolens*, Il. P. Schol. ἀλαζονεύεται vera interpretatio[z]. Hesych. περπερεύεται, κατεπαίρεται, *contra alium effertur*: πέρπερος, ὁ μετὰ βλακείας ἐπαιρόμενος, *cum ignavia elatus*. Syrus, *Non conturbatur*, vel *tumultuatur*, i. e. tranquilli firmíque animi est, qui non facilè ad tumultus seditionésque concitatur. Arabs, *Non se barbarè gerit*[a]. *Non est procax*, sive *proterva*, Er. ex Th. V. Ti. sic E. Me. Arrianus in Epictetum, l. 3. πέρπερον appellat τὸν πάντα μεμφόμενον, πᾶσιν ἐγκαλοῦντα, μηδέποτε ἡσυχίαν ἄγοντα, (*qui omnia culpat, omnes incusat, nunquam quiescit*;) quod vitium Latini *proterviam* vocant[b]. *Non est præceps & temeraria*, Q. in Er. vel, *inconstans ac levis*, Th. in Er. πέρπερος vel quasi φερόφορος à φέρω[c] vel quasi περιφερής[d] vel potiùs à *Perperis* fratribus conficta, qui & *Cercopes* dicti sunt, quorum procacitas & improbitas etiam fabulis est nobilitata*. Ex his conjunctis exsurgit hic sensus, περπερεύεται qui stultâ superbiâ inflatus ambitiosè se ostentat, & præcipitanter agit, ut gloriam suam promoveat aliámve intemperiem animi expleat. Charitas contrà aliorum commodis sincerè & seriò promovendis studet, &c[f]. ¶ *Non*, &c. οὐ φυσιοῦται] *Non inflatur*, P. Be. Pi. i.e. superbè se extollit[g], aut alios despicit, &c[h]. *Non intumescit*. Vide suprà 4. 6, 18, 19. & 5. 2. & 8. 1. Habet sibi adjunctum ingentem comitatum virtutum, inter eas & ταπεινοφροσύνην[i].

[b] G. [c] G. sim. Pi. [d] G. * E. [f] Vor. [g] Vor. sim. E. [h] Vor. [i] G. D. [k] D. [l] Er. sim. [m] E. Ham. [m] Pi. [n] Ham. [o] Strig. [p] Er. E. Me. T. [q] G. [r] Be. † E. [r] G. [v] Cal. [x] Be. [y] Cal. [z] Cas. [a] Di. [b] Scl. [c] Q. in Scl. [d] Q. in Er. * Er. sic Me. Vor. [f] Ham. [g] E. sim. Pi. [h] E. sim. Ham. [i] G.

5. *Non*, &c. Οὐκ ἀσχημονεῖ] *Non est ambitiosa*, Vulg. Sed hoc esset φιλοτιμεῖται[k]. *Non est fastidiosa*, Er. V. E. ex Chrys. *Nihil ut indecorum fastidit*, P. Nihil sibi indecorum putat quamlibet humile officium, modò prosit[l]: non probrosum ducit subservire fratribus, nec proximorum causâ respuit aut vilia ministeria, aut indigna supplicia[m]. Sed hic sensus non congruit voci[n]. Al. *Non agit*, aut *se gerit*, *inhonestè*, Er. V. sive, *indecorè*, Er. Be. Pi. E. Me. Zeg. Ham. ex Aug. vel impudenter[o], aut verbis aut gestibus indecoris, vel probrosis utens adversùs fratres[p]; sed est modesta & verecunda. Ambitiosi autem ἀσχημονοῦσι, dum honoris captandi causâ ad vilia & pudenda obsequia, & adulationes indecoras se demittunt[q]. Cavet quicquam agere quod vel opinione hominum turpe sit. Non agit Cynicum. Vide Ciceronem De officiis[r]. Non indecorè se gerit in Ecclesia, ex collat. cap. 14. 23, 35. cui contrarium videtur omnia εὐσχημόνως agere, &c †. *Non est contumeliosa*, Be. Nihil agit protervè, Q. in E. Confer 1 Cor. 7. 36. ubi ἀσχημονεῖν est, *indecenter agere*. Exponi autem possit, *pudefieri velut ob rem inhonestam*[t]. ¶ *Non quærit quæ sua sunt*] Scil. cum damno aut incommodo proximi[v]. *Quærere quæ sua sunt*, est omnia metiri suis commodis, in suis actionibus privata commoda primùm ac præcipuè curare, eàque tum utilitati publicæ, tum gloriæ Dei, præferre[x]. Huc nos impellit amor proprius: at charitas aliorum commodis servit[y]. In omnibus rebus magis publicum quàm suum agit negotium. Vide suprà 10. 24, 33[z]. Jure potiùs suo cedit, quàm illud cum charitatis dispendio prosequitur[a]. ¶ *Non*, &c. Οὐ παροξύνεται] *Non irritatur*, sive *exacerbatur*, Er. II. P. Mo. Be. Pi. *Non excandescit*, Ar. *Non est irritabilis*, Ca. *Non facilè irritatur*, T. Aug. sic E. Me. Tolerans est injuriarum[b]. Difficile est nunquam irasci, quod est παροξύνεσθαι, חרה. Sed hoc ingenium est eorum qui homines diligunt[c], ut non modò sine causa non irascantur, sed & in justa commotione modum servent[d]. Vide quæ dicta ad Matth. 5. 22. & ad Act. 15. 39*. Differt hoc à præced. μακροθυμεῖ, quòd παροξυσμὸς est summa & acerbissima ira, & respicit passionem, sive ὀργὴν, quam charitas h. l. moderari dicitur: at μακροθυμεῖν, graviorem iræ partem, θυμὸν & vindictam, respicit, quam charitas v. præced. differre & auferre dicitur[f]. ¶ *Non*, &c. Οὐ λογίζεται τὸ κακὸν] *Non cogitat* (vel, *reputat*, Val. vel, *imputat cuiquam*, Er. V. vel, *suspicatur*, Cam. v. 7. *facilè suspicatur*, G. sub. *de alio*, Cam. sim. Val. Er.) *malum*, Er. P. Be. Pi. &c. vel, *quod malum est*, Tre. *mali quicquam*, G. *malè*, Ca. Dubia in partem accipit meliorem[g]. Non est suspicax[h], sed aliorum dicta factáque benignè accipit[i]. Non machinatur in corde malum adversùs proximum[k], etiam lacessitus non imputat injuriam, nec vindictam expetit, sed dissimulat, excusat, ignoscit[l]. Λογίζεσθαι sæpe est, *cogitare*, *existimare*[m], vel *machinari*: Sæpe quoque est, *imputare*, sive *reputare*, ut Rom. 4. 8. Sic Hesych. Λογισμοῖς, ψήφοις, & λογίζεται, ψημίζεται· sed indubiè legendum ψηφίζεται, quia sequitur, λογίζομαι, τῇ χειρὶ ψηφίζω. Κακὸν porrò ambiguum est & notare potest, vel, 1. perniciem. Ità sensus esset, *Non machinatur ulli perniciem*: vide Gen. 50. 20. Sed non placet hic sensus, quia vulgare hoc est, quod vel ipsa humanitas Ethnicos docuit, nec in eo tanta esset Christianæ charitatis præstantia. Vel, 2. peccatum: ità præstantissimum hoc est charitatis elogium, quòd quicquid alius agit boni illud ipsi imputat, & illud laudat, &c. quod autem malum est illi non imputat ad incommodum ipsius. Est & alia phraseos notio, *non suspicatur malum*. Sed hoc aliter exprimitur, ἐνθυμεῖσθε πονηρὰ, Matth. 9. 4[n].

6. *Non*, &c. Οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ] *Non gaudet* (vel, *applaudit*: χαίρει est μετωνυμία[o]· &, *non gaudet*, pro, *valde dolet*, ut Esa. 66. 4[p].) *de injustitia*, P. sic Be. Pi. &c. i. e. de malo proximi, vel, 1. morali[q]: *malè agentibus*, G. si quis malum quid & injustum faciat[r]. Ἀδικία omne scelus notat, Rom. 1. 18 †. Si quis suspectus de scelere innocens deprehendatur, gaudet; si reus, gravissimè dolet[t]. Vel, 2. physico[v]: si proximus opprimatur vel injuriâ afficiatur[x]. Sensus, Charitas pugnat cum ἐπιχαιρεκακίᾳ[y]. ¶ *Congaudet*, &c. Συγχαίρει, &c.] *Gratulatur* (vel, *Congratulatur*, Be. *Gaudet*, P. Sy. & Ar. in Di. *Unà lætatur*, D.) *autem veritati*, Pi. vel, *cum veritate*, D ad veritatis successum[z]: *veritate*, Pi. i. e. sinceritate[a], probitate, æquitate[b], vel justitiâ[c]; vel, 1. generali, q. d. in omni bono quod agunt[d]: cùm proximos videt justè & rectè vivere ac proficere, non invidet, sed quasi de augmento proprii profectûs lætatur*: amat integritatem, sive vias rectas[f]. Vel, 2. speciali: quum videt inter proximos justitiam coli & neminem lædi. Hoc fortè probabilius ob membrum oppositum[g]. Ἀλήθεια [hîc] latè patet, ut & Heb. אמונה[h], idem est quod δικαιοσύνη, *justitia*[i]: ut ostendit antithesis[k]. Vide dicta nobis ad Luc. 12. 57[l]. Ἀλήθεια sign. *puram sincerámque bonitatem*, 1 Cor. 5. 8. & 3 Joh. 3[m]. Sensus, Gaudet si omnia bonâ fide, justè & rectè, fiant[n]. Confer 3 Joh. 4[o].

7. *Omnia suffert*; ità Er. P. Mo. Pi. &c. Στέγει] *Continet*, Me. *Fulcit*, vel *Sustinet*, T. *Tolerat*, E. Me. T. Ca. Metaphora vel à tignis[p], pondus aliquod fulcientibus; vel à vasis quæ nihil exsudant liquoris infusi[q]. *Omnia* (scil. errata proximi[r]: quæ ferri ullo modo possunt: vide suprà 9. 12 †. Solent voces universales restringi ex materia subjacente. Sic Gen. c. 3. v. 20. *omnis viventis* Chald. interpretatur, *omnium filiorum hominis*[t]. Vide & Joh. 14. 26. 1 Cor. 10. 23. Phil. 4. 13[v].) *fert*, G. vel, *tegit*, Be. Ham. στέγω idem quod Latinis *tego*, unde στέγος, *tectum*. Quare Hesych. vertit, 1. κρύπτω, συνέχω, *tego*, *contineo*; 2. βαστάζω, ὑπομένω, *porto*, *tolero*[x]. *Tegit* autem, id est, dissimulat, tacendo tolerat[y]; quatenus tamen eis ad salutem expediat[z], nec majori aliorum bono repugnat. Hesych. στέγανον explicat *eum qui potest verba στέγειν καὶ μὴ ἐξαγγέλλειν*, *tegere*, *& non propalare*[a]. Al. Pro στέγει videtur legendum στέργει[b], i. e. *diligit*, vel potiùs, *boni consulit*. Sed retinenda est vetus lectio, petita ex Prov. 10. 12. ubi est in Heb. כסה, & in LXX καλύπτει, ut & Jac. 5. 20. & 1 Pet. 4. 8. Possit & hîc στέγειν significare à consequenti, *continere apud se quidpiam*, veluti clausum & opertum. Unde μὴ στέγειν absolutè dicitur 1 Thes. 3. 1, 5. qui continere quod apud se premebat, ampliùs non potest[c]. ¶ *Omnia credit*] Vel proximo, quem non facilè suspicatur mentiri, vel de proximo[d]. Intellige, credenda*, vel credibilia, non apertè falsa[f]; vel quæ credi bonâ conscientiâ possunt & debent[g]; vel, quicquid ad peccatum proximi excusandum vel minuendum pertinet: quo sensu εὐπειθὴς dicitur Jac. 3. 13[h]. Mavult credere quæ credita nihil nocent, quàm temere aliquem mendacii damnare[i]. Non est suspicax, sed in meliorem partem pronior, cùm nondum habuerit argumentum diversum suspicandi[k]: bona quæ de proximis dicuntur faciliùs ac propensiùs credit quàm mala, adhibito tamen judicio, &c[l]. ¶ *Omnia sperat*] Scil. speranda[m]: assiduè sperat de proximo, sive bonus sit sive malus, sed de illo meliora, de hoc bona, resipiscentiam, &c[n]. Non facilè de quoquam desperat quin ad meliorem frugem venire possit. Euripides, οὗτος δ' ἀνὴρ ἄριστος ὅστις ἐλπίσι πέποιθεν αἰεί[o]. ¶ *Omnia* (quantumcunque molesta[p], maledicta, tormenta, &c. à malis hominibus illata[q], etiam pravos aliorum mores, morositatem aliósque defectus[r]:) *sustinet*; ità Er. P. &c. Ὑπομένει] *Tolerat*. Be. Pi. Quæ scil. salvâ conscientiâ tolerari possunt: non blasphemias in Deum & veritatem, neque fratrum vitia blandiendo vel connivendo alit †. Mala ipsi illata æquo fert animo ob salutem inimicorum, à quibus hæc patitur & aliorum, &c[t]. Ab iis qui in profectu sunt in dies meliora exspectat. Græca est sententia, Περιστέλλει τὰ ἁμαρτήματα ἡ εὔνοια, (*Benevolentia operit peccatum*.) Adde Prov. 10. 12[v]. Hæc tria ultima membra Lomb. Herv. &c. intelligunt de officio charitatis erga Deum. *Omnia credit*, non homini, qui mendax est, Rom. 3. sed Deo, qui verax; *sperat*, à Deo, quæ Deus promisit; *sustinet*, i. e. patienter exspectat promissa Dei, quamvis diu dilata, Hab. 2. 3. Jac. 5. 7. At Græci hæc referunt ad charitatem proximi; quibus favet institutum Apostoli, quod est charitatem erga proximum commendare[x].

8. *Charitas nunquam excidit*; ità Er. P. Mo. Be. Pi. &c. Ἐκπίπτει] *Intercidit*, Ca. *Cessat*, i. e. ubique prodest, ubique est usui, imò crescit in dies[y]. לא נבל, *nunquam usu caret*[z]. Sponte suâ nunquam deseret hominem in hac vita, nisi priùs ab eo per mortale peccatum deseratur[a]. Semper durat[b], etiam in vita futura[c], per totam æternitatem[d]. ¶ *Prophetiæ* (sub. *si alicui obtigere*, G. Et prædictionis Propheticæ & expositiones mysteriorum)

rum [*]) *evacuabuntur*] In seculo illo meliore neque præsagia futurorum, neque commemoratio præteritorum, usum habebit: erit enim ibi cognitio præsentissima omnium quæ cognoscere pro illo statu expediet [f]. Nullus ibi prophetiarum usus ubi omnes clarè videbunt Deum, nihilque remotum à notitia Beatorum erit illis annunciandum [g]: nam gnari erunt omnium [h], & Deus per se id intrinsecùs efficiet cujus duntaxat speciem hominum ministerio nunc exhibet. *Prophetiam* hîc vocat prophetandi munus [i]. ¶ *Linguæ*, &c.] Scil. variæ [k], peregrinæ & ignotæ [l]: genera vel donum linguarum. Non dicit *lingua*: erit enim ibi locutio sensibilis [m], linguâ cœlitibus consuetâ, &c [n]. ¶ *Scientia*, &c. Γνῶσις] *Cognitio*, hæc scilicet imperfecta [o], obscura & ænigmatica, quam hîc habemus [p]. Sed hoc sensu destruetur & charitas, quippe quæ ex imperfecta fiet perfecta [q]. Al. γνῶσιν hîc vocat ordinarium docendi munus [r], vel rationem adipiscendæ scientiæ ex Prophetarum seu doctorum institutione †: quæ jam cedit ipsius Dei contemplationi, in quo omnia contemplabitur. Notitiæ ergò non habitus intelligitur, sed qualitas tantùm & quantitas: aliter enim cognoscemus & perfectiùs quàm nunc. Dices, etiam charitatem hoc modo aboleri. Resp. Negatur: nam charitatis acquirendæ & perficiendæ medium & hîc & in futuro idem; notitia scilicet Dei, illiúsque amoris sensus [t]. Al. *Scientia*, i.e. vel, modus sciendi per inspectionem phantasmatum, &c [v]. vel potiùs, donum scientiæ, ad hoc datum, ut doctrina Christiana per ea quæ sunt humanæ cognitionis aut experientiæ persuadeatur, &c [x].

9. *Ex parte* (tantùm, i.e. imperfectè [y],) *enim cognoscimus*] Explicat quæ dixerat: Non deerit cognitio, sed non talis erit qualis nunc est. Nam si res præsentes spectamus, quantum est quod ignorant etiam qui maxima ea in re dona sunt consecuti [z]? Al. Sensus loci est, Donum scientiæ ac prophetiæ nobis datur ob imperfectionem hujus seculi, ubi homines spiritualium rudes instituendi sunt, &c. Dona autem hæc imperfectionem notant non eorum in quibus sunt, sed aliorum quibus erudiendis serviunt [a]. ¶ *Ex parte prophetamus*] Pauca sunt de quibus dantur prophetiæ; & eas nè Prophetæ quidem ipsi plenè intelligunt nisi post eventum [b].

10. *Cùm—venerit—perfectum*, &c.] i.e. Vel, 1. vita illa perfectior [c], quæ αἰὼν τετελειωμένος, Heb. 7.28 [d]. vel, 2. perfecta cognitio [*], Dei & mysteriorum omnium [f]. ¶ *Quod ex parte*, &c.] i.e. Quod imperfectum est [g], vel in se, vel quod datum est ut proximorum imperfectioni serviat [h]: scientia hæc, quæ planè puerilis est respectu cœlestis scientiæ [i]. Dona illa cessabunt, quia omnibus eadem erit cognitio [k].

11. *Cùm essem parvulus*, Νήπιος] *Infans*, Be. Pi. &c. Nullum, aut imperfectum, rationis usum habens [l]. De voce νηπίων vide Matth. 21.16 [m]. ¶ *Loquebar*, &c. Ἐλάλουν,—ἐφρόνουν,—ἐλογιζόμην] *Ut infans loquebar,—sapiebam* (vel, *sentiebam*, Er. Ti. P. Ca. E. Me. animo scilicet. Significatur judicium mentis de rebus, non autem propriè *sapientia*, quæ infantibus nulla est [n]: vel, *intelligebam*, Tre. ex Sy. *discernebam*, Ar. τὸ φρονεῖν est affectuum, λογίζεσθαι mentis [o].) *ratiocinabar*, Be. Pi. vel, *cogitabam*, Er. P. Ca. &c. Similitudine rem illustrat, quâ & Maimon. utitur. Alius est sermo, alia studia, alii rerum conceptus pueris, alia hæc viris. Multò autem major erit differentia temporis hujus & illius cœlestis vitæ: *Reddere qui voces jam scit puer & pede certo Signat humum, gestit paribus colludere, & iram Colligit ac ponit temere, & mutatur in horam* [p]. ¶ *Factus sum vir*, Ἀνὴρ] *Vir plenæ ætatis*, Eph. 4.13 [q]. Sic apud Horatium,—*ætas animúsque virilis* [r]. Ἀνὴρ modò est sexûs nomen, modò maritum notat, modò ætatem integram declarat †. ¶ *Evacuavi*, &c. Κατήργηκα, &c.] *Abolevi* (vel, *Oblitteravi*, G. *Missa feci*, Val. *Ut evanida sustuli*, P. Be.) *quæ infantis* (vel, *puerilia*, Er. Il. Ti. *mores pueriles*, Ar. sim. Æth.) *erant*, Pi. &c. i.e. Cogitationes animúmque virilem indui [t]. Sermonis vitia correxi, studui rebus majoribus, res ipsas intellexi clariùs [v]. Sensus est, In hoc seculo, tanquam in pueritia, de Deo & rebus divinis loquimur & sapimus obscurè & imperfectè, quia per fidem; in futuro autem seculo omnis illa imperfectio abjicietur, fide scilicet in visionem commutatâ [*].

12. *Videmus nunc* (i.e. in hac vita. Apodosis similitudinis [y].) *per*, &c. Δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι] *Per speculum* (Non perspicillum intelligit [z], (non enim est κατόπτρον, sed ἔσοπτρον, quæ vox minùs frequens [a],) sed verum speculum [b]: q. d. per cancellos aut transennam, i.e. procul & summatim atque confusè [c]: non directè [d], ut Divina in se sunt [*]; sed per radios quasi reflexos [f], ut relucent in & ex creaturis [g], ideóque obscuriùs [h]. Vel, *per inspectorium*, q. d. è longinquo & obscurè, ut ea quæ per fistulam dioptricam videmus [i]. Ἔσοπτρον idem quod κάτοπτρον [k]. Quæ in speculo videmus ea palpari nequeunt [l]. Imago quædam est rei, non res ipsa [m]. Videmus imperfectè [n], & evanidè [o].) *in* (vel, *ut in*, Il.) *ænigmate*, Mo. Ti. Tre. Er. vel, *per ambages*, Ca. vel, *& per ænigma*, P. Be. Pi. Hoc imperfectionem nostram auget, significátque & obscuritatem & cognoscendi difficultatem [p]: q. d. obscurè cognoscimus [q]; ænigma enim est sermo obscurus [r]. Duplex ergò hîc est translatio, una sumpta ab iis quæ oculis, altera ab iis quæ mente, usurpantur †. Apparet hæc sumpta ex Num. 12.8 [t]. ubi Moses aliis Prophetis præfertur, eò quòd non per figuras adumbrantes, sed apertis indiciis, velut per amici colloquium, sibi facienda & futura alia intelligeret. Multò autem majus discrimen erit inter cognitionem quam habuit Moses & cognitionem futuri ævi, quàm tunc fuit inter Mosem & Prophetas alios [v]. ¶ *Tunc*, &c. Τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον] *Tunc autem* (scil. in altera vita [x], sub. *cernemus*, P. Be. Pi. sic Camer. E. &c.) *coràm*, P. Be. D. Pi. vel, *præsentes coràm*, Ca. vel, *facie ad* (vel, *contra*, Tre. ex Sy.) *faciem*, Er. Il. Mo. &c. vel, *faciei* oppositâ, Ar. q. d. ità ut facies rerum videndarum faciei nostræ opposita atque objecta sit [y]. פה אל פה, *os ad os* [z]. Perfectè, clarè, distinctè [a], non per ænigmata vel similitudines, sed per suammet essentiam [b], vel *sicuti est*, 1 Joh. 3. 1 [c]. Et gratiùs & perfectiùs facie ad faciem contemplamur amicum quàm in speculo, &c [d]. Quod hîc dixit πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, id dixit εἶδος, 2 Cor. 5. 7. id est Hebræis תמונה [*], *species* [f]. ¶ *Nunc cognosco* (Plurale hîc mutat in singulare, q. d. Ego quoque, licèt raptus in cœlum, cognosco duntaxat [g]) *ex parte*] i.e. Obscurè & imperfectè [h], mysteria pauca è multis [i]. Quæ ipse ego qui sum Apostolus ex donis cognovi, exigua sunt præ cognitione seculi melioris. Hoc eò tendit nè insolescant qui talia dona hic acceperê [k]. ¶ *Tunc*, &c. Τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην] *Tunc verò cognoscam* (scilicet clarè & perfectè [l]; vel omnia, eodem doctore ac præceptore [m]; Deum & res divinas [n]: vel, *recognoscam*, Ca. vel, *ampliùs cognoscam*, Be. Ἐπιγνώσκειν plus est quàm γινώσκειν· nam ἐπὶ auget [o], vel incrementum cognitionis declarat [p]. Vide Rom. 3. 20. & 10. 2. Exactè novero omnem modum per quem Deus mundum gubernavit & salutem hominum procuravit, & dispensationum causas. Vide 1 Joh. 3. 2. & Philonem De Allegoriis, [ejúsque verba in G.] Perfectam fore in vita altera cognitionem etiam Hebræi statuunt & Plato in Philosopho [q].) *sicut & cognitus sum*, Vulg. Mo. Sy. sic Er. &c. scil. à Deo [r], in meamet essentia, & prout à parte rei sum †; nempe clarissimè, distinctissimè [t], perfectissimè [v]: servato tamen discrimine inter perfectionem Creatoris & creaturæ [x]. Similitudinem ergò notat, non æqualitatem [y]. Sicut Deus mea consilia & cogitata exactè novit. Juvenalis De Diis. *Notior est illis homo quàm sibi*—. Vide & suprà 4. 4. 1 Joh. 3. 20 [z]. Vel, *prout ampliùs edoctus*, vel *cognoscere factus, fuero*, Be. Al. Non nuda Dei cognitio hîc intelligitur, sed amore comitata, sive notitia approbationis [a]: ut sensus sit, Quemadmodum Deus me longè aberrantem & à se alienum prior cognovit, requisivit, attraxit ad se, ut ego eum cognoscerem, quærerem & amarem: sic & ego eum in futuro seculo cognoscam, & ad eum accurram, &c. Ità gratia præveniens h. l. insinuatur [b]. Sed res ipsa clamat duplicem hîc inter se conferri cognitionem, priorem imperfectam cum posteriore longè pleniore [c].

13. *Nunc* (scil. in hac vita [d]. Opponit νῦν & τότε, i.e. præsentis vitæ conditionem cum futura. Redit enim ad institutum, aut potiùs disputationem concludit: q. d. Ea igitur tum erit nostra conditio: Ut verò nunc sumus tria nobis adsunt & necessariò manent, si modò Christi sumus [*]. Al. Νυνὶ hîc non est Temporis, sed Opposi-tionis,

Marginal notes (left column): * E. f G. g Me. h Cal. i Be. k T. sic Me. l T. m E. n T. o Me. sic Ca. Vor. Chrys. in E. p Me. T. q E. r Be. † Be. sim. Cal. Scl. t Scl. v Aquin. in E. x E. y T. sim. Camer. Be. z G. a E. b G. c G. sim. Vor. Me. T. d G. * V. E. f E. g Me. h E. i T. k G. l Me. m G. n E. o Pi. ex Fe. sim. Vor. p G. q G. ex Be. r G. † Be. t T. v G.

Marginal notes (right column): * E. sim. T. y Pi. z Vor. ex Pi. sim. E. a E. b Vor. c E. d Me. T. * T. f T. ex Me. g T. h Me. i Q. in Me. k Sch. l G. m G. sim. Be. Scl. n E. Pi. o Camer. p E. q V. sic E. Me. r Me. sim. Scl. Be. † Be. t G. sim. Be. Cam. v G. x Pi. D. sim. V. Cam. J. Cap. y Pi. z Cam. a T. sim. Me. Vor. Scl. b T. sic E. Me. c E. d J. Cap. * G. sim. Cam. f Cam. g E. h E. sic Pi. Me. i E. k G. l E. sic Pi. m D. n E. o G. p Be. q G. r Pi. sic E. Me. &c. † T. sic Me. t T. v T. E. x Scl. ex Pi. y Scl. ex Be. z G. a E. ex Chrys. Th. sim. Vor. b E. ex Chrys. c Be. d Cal. sim. Er. E. Vor. Scl. * Be.

tionis, pro, *At verò*, ut Rom. 3. 21. & 7. 17. suprà 5. 11[f]. Al. Νυνὶ hìc est nota redditionis, quæ respicit ad v. 8[g].) *autem manent* (vel, *manet*, Be. Pi. &c. μένει oppositum est ei quod dixit, καταργηθήσεται[h]. *Manent* autem, vel, 1. in hoc seculo, ut omnibus necessaria: ad differentiam charismatum, quæ nè hìc quidem permanent: donum linguarum jam olim cessavit; prophetia & miraculorum gratia paucorum sunt; donum scientiæ non omnibus necessarium est[i]. Vel, 2. in altero seculo[k]. Sed quomodo *manebunt* (Præsens enim hìc Futuri habet significationem, ut infrà 15. 32. & 16. 3.) in altero ævo? Nempe eo modo quo *Rupes Israelitas sequebatur*, effectu suo, suprà 10. 4. Sic mortuos *sequuntur opera*, Apoc. 14. 13. Fides, Spes, Dilectio præmium habebunt, 2 Tim. 4. 7, 8. non Prophetiæ, Matth. 7. 22. Balaam Prophetam egit, & Deo invisus fuit, Judæ v. 11[l].) *fides, spes, charitas*, (Has enumerat secundùm gradus generationis: gignitur enim in nobis, 1. fides, quâ Deo credimus; 2. spes, quâ Dei promissa ab ipso exspectamus; 3. charitas, quâ Deum, ut summum bonum nostrum, diligimus[m].) *tria hæc*] Addidit, *tria hæc*, quia Ternarius numerus Deo [est] sacer[n]: ut *fides* ad Patrem referatur, à quo symboli, quo fidem profitemur, initium est; *spes* ad Filium, per quem adducimur ad Patrem; *charitas* ad Spiritum Sanctum, qui nexus & amor est Patris & Filii[o]. ¶ *Major*, &c. Μείζων, &c.] *Maxima autem harum* (vel, *ex his*, Er. V.) *charitas*, Be. non quidem simpliciter, sed secundùm quid[p]; vel, 1. hominum opinione[q]: vel, 2. utilitate, quia pluribus prodest[r], fusissimè & longissimè se porrigit †, fructus ipsius longiùs progreditur quàm Fidei & Spei, nempe ad proximum, cùm illa non egrediantur fidelis personam[t]: vel, 3. durabilitate[v], quia permanet in patria[x]: vel, 4. quia Fides & Spes ad Dilectionem ducunt. Dilectio nos Deo conjungit & similes facit, 1 Joh. 4. 8. Sine hac ipsæ quoque Spes & Fides manent infructuosæ: ut intelligi potest ex dictis initio capitis hujus, Gal. 5. 6. Jac. 2. 10. & seq. Ignatius in Epistola ad Ephesios. Ἀρχὴ, &c. (*Initium vitæ fides, finis autem charitas*[y].) Enallage hìc est[z]; comparativus pro superlativo[a]: qualis in Catullo, *Hespere, qui cœlo luces jucundior ignis*[b]; & in Curtio, *Duo majora omnium navigia*; & sæpe apud Græcos[c]. Sic Matth. 23. 11. Marc. 4. 32. 1 Cor. 15. 19[d]. Μείζων etiam de pluribus dicitur, ut videre est Mat. 13. 32. Luc. 9. 46*. Luc. 22. 24[f].

[Margin: f G. g Q. in Vor. h G. i E. k Iren. Tertul. & Phot. in E. l G. m E. n G. sim. E. o E. p Scl. q Camer. r Scl. † V. t Be. v Scl. sim. E. M. T. Cal. x E. Me. y G. z E. a Er. b Er. Be. E. c Er. d Be. * G. f E.]

CAP. XIV.

1. SEctamini (vel, *Persequimini*, Pi. sic P. scil. maximo studio[a], ut venator feram fugientem[b]. De voce διώκειν vide Rom. 9. 31. & 12. 13. & 14. 19[c]. sub. *igitur*, Pi.) *charitatem*] Ità Be. Præ omnibus virtutibus[d]. Cohæret cum superioribus. Cùm tanti sit Dilectio, omnino efficite ut eam habeatis*. ¶ *Æmulamini*, &c. ità Mo. Er. &c. Ζηλοῦτε δὲ, &c.] *Affectate* (i.e. in pretio habete & laudate[f], desiderate & consequi conamini[g], sed cum judicio & ex charitate, non excellendi studio, sed ædificandi[i]. Vel, *Ambite*, P. vel, *Studiosè autem sectamini*, Pi, *Cum æmulatione appetite*, Tre. sub. *dona*, P. Pi. Tre. Ar. sic G.) *spiritualia*, Be. Ca. &c. quæ afflatu Spiritûs dantur aliquoties & malis[k]. Expetite ut ea habeatis, si fieri potest. Neque enim omnino illa ad salutem sunt necessaria[l]. Plus est διώκειν quàm ζηλοῦν· ζηλοῦμεν enim ea quoque quæ probamus ac miramur; διώκειν est, *magno studio adniti ut assequaris*: q.d. Optanda quidem sunt dona, sed quæ charitatis sunt toto conatu sunt affectanda[m]. ¶ *Magis*, &c. Μᾶλλον, &c.] *Maximè tamen* (vel, *sed inprimis*, Ca. Μᾶλλον hìc pro superlativo, ut modò μείζων[n].) *ut prophetetis*, Pi. sic Be. Προφητεύειν, *prophetare*, generaliter erat donum quo quis ex inspiratione Divina cognosceret ac proferret occulta quædam, sive illa futura essent; sive essent Scripturarum obscurarum, maximè propheticarum, explanationes; sive alia quædam ad Christianam doctrinam illustrandam, aut pietatem promovendam, pertinentia: Vide Prov. 29. 18. Act. 13. 1. 1 Thes. 5. 20[o]. Prophetiam cæteris donis præfert, quia maximam ea res autoritatem præstabat Evangelio, convincebat incredulos, firmabat credentes. Divinum enim ab omnibus hominibus creditur esse prædictio, dicta ob id *divinatio*[p]. *Prophetare* est, verbum Dei docere & exponere: quòd verbi Dei interpres revelatione egeat[q]. *Prophetiam* hìc vocat non prædictionem futurorum[r], sed donum Scripturas sacras (maximè propheticas †) explicandi[t], & applicandi, vel de Divinis rebus verba faciendi, hymnos & psalmos in Dei laudem componendi & cantandi[v]. *Ut prophetetis*, i.e. ut ex afflatu Spiritûs Sancti doceatis, dicatis, vel canatis ea quæ alios ad pietatem excitent[x]. Utitur hìc verbo actum significante, ut innuat dona non esse expetenda nisi propter usum[y].

[Margin: a Er. sic Me. b Me. sim. T. c G. d T. * G. f Be. g Me. sic E. T. i E. sic Me. k Er. l G. m Er. n G. sic Pi. o E. p G. q V. r Er. † Pi. Scl. t T. sim. Er. Pi. Scl. Cal. v T. x Me. y E.]

2. *Qui enim loquitur linguâ*] Scil. peregrinâ & ignotâ[z], & sub. *tantùm, ac nemine interpretante*, E. Act. 10. 46[a]. Synec. gen. & Meton. efficientis[b]. Γλώσσῃ hìc idem quod infrà γλώσσαις, & paulò pòst, ἑτερογλώσσοις, καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις· ut *homines* pro *aliis hominibus*, & *gentes* pro *externis gentibus*, dici aliquando ostendimus[c]. *Linguam* pro *lingua peregrina* dicit Aristot. Poet. c. 22. ξενικὸν δὲ λέγω, γλῶτταν καὶ μεταφορὰν †. Perpetuò linguarum charisma deprimit, ut castigaret fastum Corinthiorum, quibus donum illud in admiratione erat; utpote ab initio non sine ingenti miraculo Apostolis divinitus concessum est, ad Gentium conversionem, &c. De illis hìc loquitur qui voluptatis, aut ostentationis, aut curiositatis, gratiâ psalmos v. g. peregrinâ linguâ canebant[d]. Maximè eos compescit qui linguarum dono non modestè utebantur apud ejus linguæ gnaros, sed in Ecclesia ubi nulli aut pauci erant qui intelligerent; & eo dono confisi spernebant cæteros. Non contigere quidem divinitus dona ista post Christum nisi in Christum credentibus. Sed poterant qui crediderant, amittendo dilectionem, aut etiam fidem, dona ista in sese exstinguere, 1 Thes. 5, 19. *Recedente enim disciplinâ, recedebat & gratia*, ut loquitur Cyprianus*. Qu. De quanam lingua ignota sermo hìc est? Resp. Non putem aut ministros Corinthiacæ Ecclesiæ tam stultos fuisse, ut Scythicè, Parthicè, Arabicè, &c. garrirent, nullo aut suo aut Ecclesiæ commodo; aut Apostolum id toleraturum, si potuerint ministri eadem Corinthiacè protulisse, absque molestia Ecclesiæ & interpretis. Opinamur ergò linguam hanc *Hebræam* fuisse: quæ jam olim à communi & vernaculo usu desueverat, at jam, donante Spiritu Sancto, reddita est ministris Ecclesiæ, idque necessariò, & in commodum tum loquentis, dum linguam meliùs calleret V. T. originalem; tum audientium, dum verè redderentur quæ eâ continerentur. Magna tunc pars erat pensi ministerialis, Doctrinam Evangelicam astruere è V. T. Jam verò textus originalis erat vulgo ignotus, Versio LXX Interpretum erat in infinitis locis mendosa, [de quo vide quæ hìc Cl. Autor habet in Addendis, cap. 6, 7, 8, 9, 10, 11. pag. 137. &c.] Targum in Prophetas vanum & Judaizans, Targum in Legem adhuc omnino nullum, ità ut impossibile foret, mentem Dei in textu sacro pandere absque dono immediato Spiritûs S. peritiam & linguæ & sensûs impertiente. Hinc interpretatio (textûs sacri) grande opus erat, & numeratur inter dona Spiritûs extraordinaria: *Oret ut interpretetur*, ait v. 13. Erat autem hujus rei abusus qui hìc castigatur. Suspicor eos hac in re (ut antè in aliis observavimus) Judaizâsse, nempe quòd hâc linguâ, quamvis vulgo ignota, in Ecclesia Corinthiaca (cujus magna pars constitit ex Judæis) uterentur non in ædificationem, & absque interprete, consuetudinem sequuti Synagogæ: ubi (&, ut credo, in Synagogis etiam Hellenistarum) & Scriptura lecta est, & orationes publicæ fusæ sunt, Hebraicè; & is qui è Cathedra docuit vel concionatus est, Hebraicè locutus est, & per interpretem. Suspicor ergò ministros eâdem linguâ usos, pro veteri more: hunc nempe legisse Scripturam ex textu Hebræo, illum orâsse vel concionatum esse linguâ Hebraicâ. Quod tolerat Apostolus, modò adsit interpres, quia lingua ista mysteriorum plena aptè reddita plurimum contulit ad ædificationem Ecclesiæ[f]. ¶ *Non hominibus loquitur*, (ità nimirum ut intelligatur[g]: nempe nisi adsint ejusdem linguæ homines[h]. Perindè se habet ac si non loqueretur hominibus; neque enim illi quicquam indè utilitatis hauriunt[i].) *sed Deo*] i.e. Ad gloriam quidem Dei, tanquam authoris linguarum,

[Margin: z E. sic Me. a V. Ca. Be. b Pi. J. Cap. Scl. c Pi. Scl. † Ca. † J. Cap. d Just. * G. f Li. ho. g F. sic Vor. Me. h G. i Scl.]

rum, illustrandam, ut Rom. 14. 6 [k]. Non intelligitur ab hominibus, sed à solo Deo [l]. Deum solum habet conscium [m]. ¶ *Nullus enim* (nempe in Ecclesia. Loquitur de eo quod plerumque fiebat. Rarum erat ut adessent peregrini [n].) *audit*] i. e. Intelligit [o]: ut שמע sæpe Hebræis. Vide Gen. 11. 7 [p]. & 42. 23. Psal. 38. 14 [q]. Esa. 36. 11. Rom. 11. 8 [r]. ¶ *Spiritu* (i. e. afflatu Spiritûs Sancti †) *autem loquitur mysteria*] Sic Be. Pi. &c. Quo tamen abutitur, cùm loquitur mysteria, id est, quæ non intelliguntur ab ipso cœtu apud quem loquitur [t]. *Spiritu quidem afflante loquitur*, *sed res quæ non pateant*. Nam quicquid latet, sive id futurum est, sive præsens, μυστήριον dicitur, Rom. 11. 25. & 16. 25. 2 Thes. 2. 7 [v]. Sensus, q. d. Nec ipse quidem loquens seipsum intelligit; sed tantùm Spiritu loquitur occulta quædam Dei. Plerique Spiritum Dei hîc intelligunt; alii verò spiritum hominis, h. e. affectum animi, &c. ut sensus sit, Occulta quædam ac sibi non intellecta loquitur cum pio devotionis affectu. Cui sensui favent sequentia [x]. [Sensus est,] Animo suo promit arcana quædam nemini intellecta [y]. [Ca. hoc cum præced. sic reddit,] *Quippe cùm nemo audiat*, (i. e. intelligat,) *sed animo loquatur arcana*, h. e. ità loquatur ut ipse se intelligat, non item ab aliis intelligatur. Cùm sit enim is orationis usus ut animi sensa declaret aliis, qui ità loquitur ut alii non intelligant, is *animo* magis quàm *ore loquitur*, cùm nihil intersit utrum sic loquatur an tacitus cogitet [z].

3. *Qui prophetat*] *Prophetare* tria comprehendit; 1. Psallere, vel laudes Dei celebrare, ut 1 Sam. 10. 5. & 19. 24, 25. 1 Cor. 11. 5. 2. Concionari, vel, *doctrinam habere*, ut infrà v. 26. Vide Act. 10. 46. 3. Aliquid ex divina revelatione prædicere, vel docere, v. 26. vel futura prædicendo, ut Act. 11. 28. & 21. 10. vel mentem Dei Ecclesiæ patefaciendo, de hac aut illa re agenda aut non agenda, ut Act. 13. 2 [a]. ¶ *Hominibus loquitur* (quia ab hominibus intelligitur [b]:) *ædificationem* (i. e. verba ædificationis, ad profectum spiritualem [c]; sermonem utilem ad æternam salutem [d]; quæ homines promoveant in pietatis cognitione & studio *: *prodest aliis*; id enim οἰκοδομεῖν Paulo, ut sæpiùs diximus [f].) *& exhortationem, & consolationem*] Ità Er. Mo. P. Be. Pi. Vor. &c. Generis nomen in species dispertit: *prodest monendo fragiles*, *solando afflictos*; illos periculorum, hos liberationis, prædictione: utrumque cum circumstantiis quæ humanitus prospectari non poterant [g]. Eodem modo dictum quo, *Voluptatem narras*, i. e. quæ ædificant & exhortantur & consolantur [h]. *Homines alloquitur utiliter*, *& cohortando & consolando*, Ca.

4. *Semetipsum ædificat*] i. e. Uni sibi prodest [i], non quòd intelligat quæ loquitur; sic enim etiam interpretari posset: sed quia per Spiritum Sanctum, à quo movetur ad loquendum, excitatur ad laudem Dei [k], & elevatur spiritu atque affectu in Deum [l]: sentit intra se vim Christi [m]. Al. linguam originalem profundiùs intelligit [n]. [Vide annotata ex Li. ad v. 2.] ¶ *Ecclesiam*, &c.] i. e. Cœtum [o]: & præsentes & absentes. Solebant enim Prophetiæ ab Ecclesiis ad Ecclesias transferri [p].

5. *Volo* (vel, *Velim*, G. Pi. Me. ut Rom. 7. 16. & alibi [q]. *Optârim*, Me. non absolutè, quia confusionem id pareret; sed quod ad me attinet [r], nempe si ità Deo placeret †:) *autem omnes vos loqui linguis*] Occupatio est, q. d. Non hæc scribo quasi illud improbem: imò verò placet mihi, quia est donum Spiritûs [t]. Ostendit se pariter affectum ut olim Moses, Num. 11. 29 [v]. Num autem optaret aut suaderet Paulus eos omnes Punicè, Æthiopicè, &c. loqui? Quorsum? At si de Hebræa lingua intelligas, finis patet. Non tam optantis est, quàm dirigentis; q. d. Non restringo vos ad prophetandum solùm, sed volo & hortor ut loquamini linguis, &c [x]. ¶ *Magis autem prophetare*] Vel, *ut prophetetis*, Pi. E. Be. &c. Quia id pluribus conducit, ut jam dixit [y]. ¶ *Nam major est*, &c.] Ministerii & præstantiâ & fructu [z]: sic Mat. 11. 10 [a]. Vel, utilior Ecclesiæ [b], ut suprà 13. 13 [c]. ideòque pluris faciendus [d]. ¶ *Nisi*, &c. ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ] *Nisi* (vel, *Excepto nisi*, Be. *Nisi si*, P. *Præter si non*, Mo. Est duplex negatio pro una, more Hebræo, חוץ אם לא *. *Excepto si*: ἐκτὸς εἰ μὴ hîc & infrà 15. 2. pro εἰ μὴ, vel ἐκτὸς εἰ. Pleonasmus. Sic & Lucianus, ἐκτὸς εἰ μὴ τὸν ἀπὸ ..., &c. *Nisi fortè cinere nos vesci creditis*. Sic Latini dicunt, *nisi si*, ut Terent. Andr. 1. 5. *Nisi si id est quod suspicor*: & Columella De arbor. c. 5. *Per brumam vitem nè celito: nisi si voles eas radices quæ in ablaqueatione apparebunt persequi* [f].) *interpretetur*, Er. Il. Ti. Tre. &c. sub. *quod dicit peregrinâ linguâ*, V. ex ignota lingua in notam transferat [g]. Sensus est, Nisi idem qui linguæ donum *habet*, *habeat & donum interpretandi*, i. e. fidelem memoriam [h].

6. *Nunc*] Νυνὶ hîc quoque positum pro, *At verò*, ut suprà 13. 13 [i]. ¶ *Si venero ad vos* (Rem declarat suo exemplo [k]. Solet sæpe Paulus personam primam ponere ὑποθετικῶς [l].) *linguis* (scil. peregrinis & ignotis, quarum dono præ multis aliis instructus sum [m]:) *loquens, quid vobis prodero*] Nihil profectò [n]. Loquens linguâ nè mihi quidem cognitâ nec mihi prodero, nedum circumstantibus [o]. ¶ *Nisi*, &c. Ἐὰν μὴ ὑμῖν λαλήσω ἢ ἐν ἀποκαλύψει, &c?] *Nisi* (vel, *Sed*: Nam agit de alio genere alloquendi. Diximus de hoc usu istarum particularum, suprà 7. 17 [p].) *vobis loquar aut per revelationem, aut per cognitionem*, sive *scientiam*, *aut* (vel, id est, *aut*, Pi.) *per prophetiam, aut per doctrinam*, Er. Il. Ti. P. Tre. Pi. &c. vel, *vel prophetando, vel docendo*, Be. Alii hæc quatuor distinguunt [q], [sed variè.] Ἀποκάλυψις sumitur interdum generaliùs, ut infrà v. 30. hîc autem est, vel, 1. expositio figurarum latentium in Vet. Test. qualia multa sunt in Paulinis Epistolis, & in illa ad Hebræos [r]: vel, 2. singularis quædam patefactio † Dei, qualis Johanni facta in Apocalypsi [t]: vel, 3. revelatio mysteriorum Dei, quorum est *sapientia*, cap. 12. 8 [v]. Γνῶσις hîc est, vel, 1. historiarum cognitio, ut diximus suprà 12. 8. & 13. 2, 8 [x]. vel, 2. quæ ex visa aut audita re proficiscitur, qualis est historia [sive Evangelium] Johannis & Lucæ; quorum hic audita, ille visa, narrat [y]: vel, 3. notitia ordinaria [z]: vel, 4. cognitio eorum quorum est scientia, quæ ex humanis rationibus divina credibilia facit [a]. Προφητεία est vel, 1. prædictio futurorum [b]: vel, 2. explicatio occultorum Scripturæ sensuum [c]: vel, 3. utrumque comprehendit [d]; vel, 4. vaticinatio, quæ patefactioni addit mentis permotionem ac incitationem, ut in Saulo, &c *. Διδαχὴν vocat, vel, 1. præclaras sententias, quales sunt in libris Salomonis; quod suprà σοφίαν, חכמה [f]: vel, 2. doctrinam quæ literis & ratione comparatur [g]: vel, 3. doctrinam quandam catecheticam aut similem [h], de moribus, &c. Alii duo hîc juga efficiunt [i]. Nam *revelationi prophetia* respondet [k], tanquam illius enunciatrix ad homines [l]: & *scientiæ* respondet *doctrina* [m], id est, docendi gratia, per quam id quod scimus aliis communicamus [n]. *Nisi insit in oratione mea patefactio, aut cognitio, aut vaticinatio, aut doctrina*, h. e. Nisi vos sic alloquar ut aliquid discatis quod mihi patefactum sit aut cognitum, &c [o]. Supplendum hîc, *Atqui nihil horum facere potero loquens*, *nisi interpretationem adhibeam ut intelligatis* [p].

7. *Tamen*, &c. Ὅμως τὰ ἄψυχα, &c.] *Quin &* (vel, *Atqui*, P. Be. Pi. G. ut Gal. 3. 15 [q]. *Etiam*, Er. V. *Certè*, Q. in E. *Nam &*, E. *Quinetiam*, Me. *Similiter*; ὅμως pro ὁμοίως [r].) *inanima* (Sic vocat instrumenta musica †, animæ expertia [t], sensu carentia [v]:) *vocem* (vel, *sonum*, Be. Pi. &c. nam *vox* propria est animalibus [x]. Φωνὴν dicit pro ἦχον vel φθόγγον, per Synecdochen speciei catachresticam [y].) *reddentia*, *sive tibia* (sub. *sit*, Be. Pi.) *sive cithara*, Er. &c. Eruditè Paulus distribuit instrumenta musica, quæ sunt ἐμπνευστὰ, vel κρουστά [z]. Sub *tibia* comprehende quæcunque instrumenta flatu sonant; sub *cithara*, quæ tactu ||. ¶ *Nisi*, &c. Ἐὰν διαστολὴν τοῖς φθόγγοις μὴ δῷ, &c.] *Nisi distinctionem* (vel, *discrimen*, Ca.) *tonis* (vel, *sonis*, Er. Ca. V. &c. i. e. sonum hilarem, vel lamentabilem [a], prout Musici suos, quos vocant, Modos discernunt [b]. Vide Luc. 7. 32. & Num. 19 [c].) *dederint*, &c. P. Be. Pi. &c. vel, *faciant*, &c. Ca. sic Tre. ex Sy. [Sensus, q. d.] Etiam hoc ex inanimatis deprehendi potest [d], quæ ad aliud parata non sunt nisi ut sonent ac tinniant; nulli tamen sunt usui nisi distinctum & significantem sonum dederint:

rint: nedum probandus est inanis vocum strepitus in hominibus Christianis *. Si inauditum quid sonent instrumenta, nihil intelligi potest. Ideo distingui solent modi Dorii, Phrygii, Lydii. Thebarum urbs ad tibiam structa, ad tibiam est diruta. Est tibiæ usus in lætis, Mat. 11. 17. est & in luctu, Mat. 9. 23. Eadem cithara canit res heroum & amores [f].

8. *Si incertum*, &c. Ἐὰν ἄδηλον, &c.] *Si incertum* (i. e. ignotum militibus [g]; vel, qui dignosci nequeat [h]:) *sonum*, &c. Be. Pi. Haud distinguens ad quid vocet homines, aut quid agendum moneat. Tubarum sonus multiplex erat: vide Num. 10 [i]. Olim alius erat tubæ usus ad pugnam, alius ad receptum, teste Procop. Gothic. 2. [verbis à G. productis.] Id magno malo intermissum ad sua tempora ait Procop. ibidem. Sic apud Hebræos alius tubæ sonus ad conventus civiles, alius ad iter, Num. 10. 2. φωνὴ est תרועה, ibidem, Num. 10. 6 [k].

9. *Nisi*, &c. Ἐὰν μὴ εὔσημον, &c.] *Nisi ediderітis sermonem significantem*, Er. vel, *bene significantem*, P. Be. Pi. intelligibilem [l], bene cognitum [m], nempe iis qui adsunt, aut eorum plurimis [n]; sermonem qui bene explicet quid quisque loquatur [o]; vel, τὰ ἐν τῇ ψυχῇ P. ¶ *Eritis enim* (sub. *tanquam*, V.) *in aera* (vel, *cum aere*, Tre. ex Sy.) *loquentes*] i. e. Temere & frustrà verba funditis [q]. Similis locutio illi quæ suprà 9. 26. ὡς ἀέρα δέρων [r], *aerem verberans*; quod pugnam significat inutilem quâ non læditur hostis †. Nam qui à nemine intelligitur, is *ventis loquitur* [t].

10. *Tam*, &c. Τοσαῦτα, εἰ τύχοι, γένη, &c.] *Tot*, *prout inciderit*, (vel, *si casus tulerit*, Be. *si ità acciderit*, Pi. vel, *verbi gratiâ*, Er. Il. V. Zeg. sim. Camer. vel, *ut putà*, Vulg. i. e. nempe, Me. vel, *ut res tulerit*, ut varias linguas audire contigit [v]. Anantapodoton, q. d. Accidere potest ut audias [x]. Vel, *passim*, E.) *genera vocum* (i. e. linguarum, seu idiomatum [y]: ut numerari non possint [z]. Vel, sub. *quot sunt gentes* [a].) *in mundo*, P. Loquitur, vel, 1. de hominibus [b]: maluit autem *voces* dicere quàm *linguas*, quia in hoc argumento *linguam* vocat linguarum donum [c]. Τοσαῦτα dixit quasi digito monstrans numerum Septuagenarium. Tot enim linguas esse aiunt Hebræi. Sed addit, *si fortè*, quia possunt esse & plures de quibus Hebræi nihil audierunt [d]. Ità novum hoc est argumentum, & cum eo probè cohæret quod sequitur. Vel, 2. de instrumentis vocem, h. e. sonum voci similem, reddentibus *. ¶ *Et*, &c. Καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον] *Et nihil* (vel, *nullum*, sub. *genus*, Er. V. quod repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ [f].) *eorum* (vel, 1. instrumentorum [g]; vel, 2. linguarum [h], sive vocum [i]; vel, 3. τῶν ἐθνῶν, vel eorum qui sunt in mundo. Relativum sine antecedente [k]. Hîc αὐτῶν non refertur ad φωνὰς, sed ad ipsos *homines*, quanquam ii nominati non sunt, sed faciliè ex præcedentibus intelliguntur. Parem usum nominis αὐτῶν & alibi notavimus. Hîc nomen ex superioribus subauditur, Num. 8. 9. Esth. 5. 9 [l].) *est mutum*, Pi. &c. vel, *voce carens*, Er. V. sic Vulg. distinctâ scilicet [m], & intelligibili ei qui linguam illam callet [n]. Unumquodque habet vel vocem suam, i. e. loquelam ab aliis diversam; vel sonum proprium [o]. Sunt populi *Tam varii linguis, habitu, quàm vestis & armis*. [Alii τὸ αὐτῶν non legunt.] Deest in MS P. in Vulg. & in 3 vet. cod. & apud Clem. Strom. 1 [q]. ut neutrum singulare sit pro plurali masculino [r]. *Et nihil est mutum*, Be. P. vel, *vocis expers*, scil. in mundo. Nulla, inquit, gens est quæ non habet suum idioma. Itaque nisi adhibeatur interpretatio, erimus alii aliis Barbari †.

11. *Si ergo nesciero virtutem*, &c. Δύναμιν, &c.] *Vim vocis*, P. Be. Pi. Δύναμιν appellat *vocum significationem* [t], (quippe in qua virtus seu potestas consistit [v]:) & usum [x]. ¶ *Ero ei—barbarus*] i. e. Peregrinus: nec intelligam, nec intelligar [y]. Usurpavit vocem *barbari* quæ respondet Hebrææ לעז, Psal. 114. 1. in sensu τοῦ ὅτι τι· quomodo & Ovidius, *Barbarus hîc ego sum, quia non intelligor ulli*. Sic Homero Cares βαρβαρόφωνοι. Anacharsis, Ἐμοὶ δὲ πάντες Ἕλληνες σκυθίζουσι [z]. Hoc nomine Græci [a], & Romani [b], & Ægyptii, teste Herod. l. 2 [c]. nominare soliti sunt cæteras gentes [d]: Iamblichus Ebraica nomina *barbara* vocavit *. Sophocles, τὴν βάρ-

[Margin: * Er. — f G. — g V. — h Be. — i E. — k G. — l E. Me. — m Vor. — n G. sim. Be. Vor. — o Be. — p Pi. ex Be. — q Pi. sim. E. Me. Vor. — r G. — † E. — t G. — v E. — x Pi. — y E. Pi. sim. Be. — z E. — a Pi. — b Be. sim. E. ex Chrys. — c Be. — d G. — * E. — f Be. — g E. — h E. Me. T. — i Val. — k Pi. — l G. — m Me. — n Me. T. — o E. — p G. — q Be. — r G. — † Be. — t G. V. sic Pi. Me. — v Vor. — x V. — y Vor. — z G. — a Pi. Er. — b Pi. — c D. qu. Eb. 2. 17. — d Pi. D. Er. — * D.]

βαρον δὲ γλῶσσαν οὐκ εἰδώς, *Linguam enim barbaram non intelligo*. Nomen ductum vel à *Barbar*, quod Arabicè *murmur* significat, teste Scaligero [f]: vel, à *Bar*, quod Syriacè sign. *extra*, unde, geminatis syllabis, *barbar*, ut à *Thor*, *turtur* [g]. ¶ *Mihi*, &c. Ἐν ἐμοὶ, &c.] *Apud me* (vel, *In me*, Er. i. e. meo judicio [h], meóque animo [i]. Ἐν pro τῷ [k]. Vel, *Mihi*, Vulg. Er. &c. ἐν ἐμοὶ hîc pro ἐμοὶ· quomodo sæpe ἐν in his scriptis πλεονάζει [l]. In uno cod. deest ἐν [m].) *barbarus*, &c. i. e. peregrini & ignoti idiomatis [n].

12. *Sic* (οὕτω hîc valet *propterea* [o].) *& vos quoniam*, &c. Ἐπεὶ ζηλωταί ἐστε πνευμάτων, &c.] *Quoniam* (vel, *Quandoquidem*, Er. P. Be. Pi. &c. *Postquam*, Ca.) *æmulatores* (vel, *sectatores*, Er. Il. Ti. V. vel, *studiosi*, Pi. vel, *affectatores*, Tre. Ca. *cum æmulatione*, Tre.) *estis spirituum*, (vel, *donorum Spiritûs*, Tre. ex Sy. Ca. sic V. Pi. Camer. Be. Vor. πνευμάτων pro πνευματικῶν [p]) *ad ædificationem Ecclesiæ quærite* (vel, *studete*, Sy.) *ut abundetis*, Mo. &c. vel, *ut excellatis*, Er. P. Tre. &c. sic Ca. Ar. *in iis*, Ar. Ca. ut sit quod à vobis in alios redundet [q]. Trajectio hîc est, pro, ζητεῖτε ἵνα περισσεύητε πρὸς τὴν οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας, *optate ut abundetis iis maximè donis unde plurimum utilitatis ad Ecclesiam redeat* [r], non ad ostentationem, &c †. Difficultas hîc est. Videbatur dicendum, Sic & vos barbari estis vobis invicem, quando inter vos linguis loquimini non intellectis. Verùm Apostolus, eo omisso quod per se poterat intelligi, maluit exhortatione concludere sermonem. Sic autem locus suppleri potest, *Sic & vos* eritis vobis invicem barbari. Quod nè contingat, *Quoniam æmulatores estis*, &c. q. d. Quum vestrâ sponte consectamini dona Spiritûs Sancti, hoc studio vestro non resisto, sed hortor ut ea ad Ecclesiæ referatis ædificationem [t].

13. *Qui loquitur* (scilicet in Ecclesia precando, vel agendo gratias Deo [v],) *linguâ* (sub. *peregrinâ*, V.) *oret ut interpretetur*] i. e. Petat etiam interpretationis donum [x]: vel, *ut possit interpretari*, Ca. vel, exponere populo quæ legit [y]. Etiam oret ut memori animo retineat quæ linguâ externâ dixit, ut sic eadem Græcè possit exponere [z]. Al. Ἵνα hîc non τελικῶς ponitur, sed ἐξηγητικῶς· ut sensus sit [a], Ità oret in Ecclesia ut simul explicet [b].

14. *Nam si orem* (publicè [c], in cœtu Ecclesiastico [d], ubi unus altâ voce orat, cæteris audientibus & cum eo deprecantibus *,) *linguâ*] Scil. peregrinâ solùm [f], sive incognitâ [g]. Alioqui si vel optimas ad Deum preces linguâ externâ eloquar [h]. ¶ *Spiritus* (sub. *quidem*, J. Cap. Zeg.) *meus precatur*] Πνεῦμα hîc vocat, vel, 1. halitum *, vel linguæ vocem sive sonum [i]. Quod coactum est [k]. Vel, 2. voluntatem sive affectum rationalem [l], ut Act. 17. 16. & 18. 25 [m]. habitum ipsum, seu vim illam animi linguæ plectrum agitantem [n]. Vel, 3. motum illum qui est ab afflatu [o], vel donum ex Spiritu. Metonymia [p]. q. d. Spiritûs donum illud & afflatus (vel gratia quæ linguam agitat [q]) partes suas agit [r], sed mihi soli, ut suprà v. 2, 4 †. Al. [Sensus,] Spiritu meo reficior *. Affectus elevatur in Deum ‖. ¶ *Mens*, &c. Ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι] *Sed intelligentia mea* (vel, *mens mea*, Er. Mo. Vulg. h. e. quod intelligo dum precor [t]; conceptus mei precantis [v]; sensus seu sententia precum mearum [x]:) *est infructuosa*, Il. P. Be. Pi. &c. vel, 1. loquenti: quia quod profert lingua mens ipsa non intelligit [y]. Sed hoc refellit v. 5. *qui loquitur linguis, seipsum ædificat* [z]. Vel, 2. Ecclesiæ sive auditoribus [a], ut apparet ex scopo Apostoli, & præsertim ex v. 4, 6, 12, 16, 17, 19 [b]. qui linguam exoticam non intelligunt [c]. Al. *Mens mea nihil bene à se excogitatum profert*, G. *Quod ad sententiam attinet*, *sum infructuosus*, id est, nihil aliis confero. Νοῦς, *mens*, pro *mentis sententia* ponitur 2 Thes. 2. 2. Apoc. 17. 9. Sic apud Latinos *mens* alicujus Scriptoris appellari solet. Hinc orare τῷ νοῒ est, *significanter orare*, &c, ut antè locutus est, λόγον εὔσημον διδόναι, *efficereque ut auditor possit voce videre & intelligere quid dicatur* [d].

15. *Quid ergo est?*] Nempe quod optandum sit *: vel, quod mihi faciendum [f]. Prolepsis. Non licet igitur precari spiritu? *Resp.* Licet, sed ità ut intelligentia accedat [g]. ¶ *Orabo spiritu* (i. e. vel, voce [h]; vel, linguâ peregrinâ quam mihi dictat Spiritus [i]; vel, in demonstratione donorum spiritualium [k]; vel, cum devotionis affectu [l]: ut spiritus meus oratione pascatur [m]:

[Margin: f Pi. — g Di. qu. Eb. — h Er. V. — i Er. — k Camer. — l G. — m Be. — n Ideth. — o G. — p Pi. ex Be. — q Be. — r G. — † E. — t E. — v Pi. sim. T. — x Be. sim. E. Pi. — y V. — z G. — a Vor. — b Vor. sim. Pi. — c T. sic Be. Me. — d Be. — * Me. — f T. J. Cap. — g Be. — h G. — * Q. in Par. — i Er. V. — k Be. — l E. ex L. & Caj. & Carthus. — m E. — n Zeg. — o G. — p Par. — q Scl. ex Th. — r Scl. ex Be. — † Be. — * Me. — ‖ E. — t V. — v Scl. sim. Be. — x Pi. Scl. sim. Me. — y Zeg. — z Par. sim. Be. — a Pi. sim. Er. Be. Par. V. Vor. — b Be. — c Par. sim. Pi. — d Ca. — * G. — f T. sic E. Me. — g Pi. — h V. Zeg. — i Be. Pi. — k Li. ho. — l E. — m Me.]

ità ut ego fructum orationis in animo meo percipiam [n].) *orabo & mente*] Vel, *intelligentiâ*, P. Be. Pi. &c. id est, vel, ut ipse intelligam [o]; vel, significanter & intelligenter [p], i.e. ut etiam ab aliis intelligar [q]. Νῦς hîc activè & transitivè sumitur eo sensu quo בינה vel תבונה. Verbalia siquidem verborum suorum vim retinere solent. Ut ergò הבין sæpiùs sign. *intelligere*, aliquando autem, *intelligendum dare*, ut Deuter. 32. 29. Ezræ 8. 16. Nehem. 13. 7; ità & בינה, תבונה, & ad illorum imitationem vox Græca νῦς, sæpiùs significant eum actum quo intelligimus, &c. ut Job. 28. 12, 20, 28. interdum verò eum actum quo mens suos conceptus alteri dat intelligendos *. Ἵνα hîc subauditur. *Hoc optandum est ut orem*, i.e. *oret aliquis, non tantùm motu illo afflatitio, verumetiam iis quæ ipse excogitavit* [r]. *Spiritus* hîc ipsum animum sive affectum orantis aut psallentis, *intellectus* autem orationem ejus intelligibilem, &c. significat †. Duobus modis afficitur intellectus humanus, & quidem à Dei Spiritu; 1. sic ut dicatur simpliciter νῦς, *intellectus*: 2. sic ut dicatur *spiritus*, cùm scilicet intellectus tam vehementer affectus sit ut rapiatur in admirationem, & non possit distinctè explicare quæ concepit: quomodo in Prophetica exstasi, &c [t]. ¶ *Psallam*, &c.] i. e. Canendo gratias agam, ut apparet ex v. seq [v]. Quod de precibus ad Deum dixit, idem de laudibus Dei, תהלים, quæ solebant canendo pronunciari. Vide quæ diximus Matth. 26. 30. Adde Marc. 14. 26. Act. 16. 25. Eph. 5. 19. Col. 3. 16 [x].

16. *Cæterùm*, &c. Ἐπεὶ, &c.] *Quandoquidem* (vel, *Quoniam*, Val. Rev. vel, *Alioqui*, Val. Rev. G. ut Rom. 11. 6 [y].) *si benedixeris* (i. e. gratias egeris [z], Deo scilicet [a]; ut mox interpretatur [b]: si Deum laudes & celebres [c], & verba bene ominata dixeris [d]. Εὐλογεῖν idem cum eo quod mox sequitur, εὐχαριστεῖν. Vide quæ diximus Matth. 26. 26 *.) *spiritu*, P. Nempe solo [f]: i. e. vel voce tantùm [g]; vel sermone peregrino †, quem Spiritus dictat [h]; vel tantùm dum durat ille motus linguæ peregrinæ [i]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ ἀναπληρῶν τ̃ τόπον τ̃ ἰδιώτε] *Qui implet* (vel, *tenet*, Ca. *obtinet*, Er. V. *supplet*, Er. Vulg.) *locum idiotæ*, Tre. P. Be. Pi. vel, *indocti*, Er. Il. Ti. V. sic Ca. *plebei*, Er. sic Ar. Ham. i. e. qui est ex idiotis & rudibus, h. e. plebs indocta [k]: quomodo dicunt Hebræi, *Implet locum patrum*, &c. i.e. patres æquat, nempe eruditione, pietate, &c [l]. Vel, qui sedet inter idiotas [m], sive indoctos [n], simplices, & rudes, & linguarum ignaros [o]. Unde colligitur, Pastores, Prophetas, &c. locis & cathedris fuisse à cœtu reliquo distinctos, ut commodè ab omnibus exaudirentur [p]. Ἰδιώτης, ὁ ἀμαθὴς, Scholiastes ad Ranas. In Glossario, Ἰδιώτης, ὁ μὴ νοήμων, *rusticus, rudis*. Utitur sic & Alexis. Rabbini Hebræi indè fecerunt suum הדיוט. Vide Act. 4. 13. Et ἀναπληρῶν τόπον, מלא מקום, itidem Hebraismus, pro, *in statu aliquo esse* [q]. Apud RR. הדיוט, ἰδιώτης, opponitur modò *sapienti*, modò *diviti*, modò *Judici*, aut cuivis ordinis dignioris. Secundùm hanc vocis acceptationem contradistinguuntur h. l. membra Ecclesiæ à ministris, privati à publicis [r]. *Idiotas*, quasi privatos, hîc opponit ministrantibus †. Sic in variis istis φρατρείαις, Liturgiam Paschalem celebrantibus, erat unus qui benedixit, recitavit, distribuit; quomodo & in Synagogis Angelus Ecclesiæ publico functus est ministerio, & reliqui omnes, quamvis judices & docti, quoad præsentem actionem erant ut privati, & ἀναπληρῶν τ̃ τόπον· quod non de sessione in sedilibus inferioribus intelligas, sed de præsenti eorum capacitate: *suppleverunt locum*, vel, sustinuerunt conditionem privatorum [t]. ¶ *Quomodo*, &c. Πῶς ἐρεῖ τὸ Ἀμὴν] *Quomodo dicturus est Amen*, Be. Pi. &c. vel, *Ità sit*, V. Approbaturus tuam orationem, si illam non intelligit ||. *Amen* est adverbium, tum, 1. asseverandi [v], tum confirmandi quod dictum est, sive id bonum sit, sive malum: vide Exod. 5. 22. Deut. 27. per totum: Neh. 8. 7. & præcipuè Jer. 28. 6 [x]. Tum, 2. optandi [y]. Morem acclamandi Amen ad finem precum laudúmque publicarum accepit Ecclesia à Judæis: vide 1 Par. 16. 1. Esd. 8. Psal. 106 [z]. Unius erat orare, vel gratias agere, omnium respondere *Amen* [a]. In veteri Ecclesia, Episcopo aut alio quovis Deum precante vel laudante, plebs accinebat *Amen*; unde illud, *Et resonaturis ferit æthera vocibus Amen*: eâ voce dicta approbans, idque ex more Hebræo, secundùm quem *Amen* dicitur ἐπύμνιον Philoni. Vide Deut. 27. 15, &c. & quæ ad Matt. 5. 18. In Aruc. אין עונים אמן יתומה. Cùm quis *Amen* dicit ad preces quas non intelligit, id vocatur Hebr. אמן יתומה, *Amen pupillum*. Ideo preces & laudes celebrabantur linguâ populari tam apud Judæos quàm apud Christianos, *apud Græcos Græcè, apud Romanos Latinè, & à singulis linguâ suâ*, &c. ait Orig. adv. Celsum, 8 [b]. [cujus verba tibi dabit G.] Hebræis tanto in pretio hoc erat, ut dicerent, *Quicunque responderit Amen ex omnibus viribus suis, verâ animi attentione ac fide, aperiuntur illi portæ Paradisi.* Rursus, *Major est qui respondet Amen quàm qui benedicit* [c]. Hebræis *Amen* יתומה *orphanum* erat cùm diceretur *Amen*, atque is qui dixit non perpendit, aut novit quare, vel ad quid, sic responderet [d]. ¶ *Super*, &c. Ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ] *Ad tuam gratiarum actionem*, Er. P. Be. Pi. Eam scilicet de qua dixerit, *Si benedixeris*, &c *. Attingit solennem gratiarum actionem quæ adhibebatur in celebratione sacræ Cœnæ, cui populus in fine acclamabat, Amen, teste Justino [f]. Cui favet usus vocis εὐχαριστίας sive εὐλογίας, 1 Cor. 10. 16 [g]. ¶ *Quoniam quid dicas, nescit*] Vel, *non intelligit*, Græcam tantùm linguam edoctus [h].

17. *Gratias agis*] Heb. מברך [i]. ¶ *Sed alter* (i. e. proximus tuus, ut Rom. 13. 8 [k]. qui te precantem audit [l]:) *non ædificatur*] Vel, *nihil indè proficit*, G. nihil discit, quia non intelligit [m]. Ex hujus loci doctrina Cajetanus haberi dicit, quòd *sit melius ad ædificationem Ecclesiæ orationes publicas dici linguâ communi clericis & populo, quàm dici Latinè* [n]. [De quo vide quæ hîc opponit E. & quæ alii reponunt, in Polemicis.]

18. *Omnium vestrûm linguâ*, &c.] i. e. Omnium gentium quæ inter vos versantur [o]. Et Græcâ & Hebræâ, aliisque linguis, quarum dona in vos effusa sunt [p]. Πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶ] *Magis quàm vos omnes linguis loquar*, P. Be. Pi. Er. &c. q. d. Non vitupero donum linguarum [q], tanquam illius inops, ut solent homines deprimere scientias quarum sunt ignari [r]. Apostoli omnium donorum habebant ὁμάδα, (*confluxum* †.)

19. *Sed in Ecclesia* (i. e. in publico fidelium cœtu [t], ubi pauci sunt plurium linguarum gnari [v]:) *volo* (sub. *potius*, V. Be. propter *quàm* subsequens [x]; i. e. *malo*, V. Ca. *malim*, G. Be.) *quinque* (i.e. paucissima, Er. V. Ca. D. Be. sic G. &c.) *verba* (i. e. sententias [y]) *sensu*, &c. Διὰ τ̃ νοός μου, &c.] *Mente* (vel, *Intelligentiâ*, P. V. *Ex intelligentia*, Be. Pi.) *meâ* (vel, *mei*, V. vel, *ut intelligantur*, Ca. vel, *à meipso cogitata*, G. quæ ipse intelligam, eadémque interpretari valeam [z]: vel, linguâ mihi & meis popularibus notâ atque usitatâ, quâ mentis meæ sensa declarare illis possim [a].) *loqui ut & alios instituam*, Er. Il. Ti. &c. vel, *erudiam*, sive *doceam*, Ca. Tre. ex Sy. Er. &c. κατηχήσω, השמיע, *faciam audire*, id est, intelligere [b]. Dicit κατηχήσω, non οἰκοδομήσω, ut Corinthiorum fastum deprimeret, & ut ostenderet, tum se comparatum esse ad infimum etiam quidvis, nimirum ad rudes religione imbuendos; tum linguarum donum ad rudes maximè pertinere [c]. ¶ *Quàm*, &c. Ἢ μυρίες, &c.] Heb. רבבות [d]. *Quàm decem millia* (i. e. innumera *) *verborum linguâ*, P. Be. Pi. Peregrinâ scilicet & plerisque non intellectâ [f].

20. *Nolite*, &c. Μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσίν] *Nè sitis* (vel, *efficiamini*, Mo. sic Vulg.) *pueri* (vel, *infantes*, Ca.) *sensibus*, Er. Il. Ti. Ar. sic Vulg. vel *prudentiâ*, Be. *intelligentiâ*, P. Pi. *mentibus*, Ca. sic Tre. ex Sy. Be. Pi. &c. Φρένας propriè vocant Græci *præcordia*, indè *intellectum*, sive *mentem* [g], per Meton. subjecti [h], quia veteres animum in corde collocârunt [i]. Unde Homericum illud, ——σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι & τὸ φρονεῖν, φρόνησις, φρόνιμ☉, &c [k]. Puerorum est ostentare se in rebus inutilibus [l], & res frivolas preciosis præferre. Videte nè in delectu Charismatum hoc vobis accidat [m]; nè puerili judicio minora bona consectemini posthabitis melioribus [n]; nè pueriliter ostentetis donum vestrum linguarum [o]. ¶ *Sed malitiâ*, &c.] i.e. Quod ad malitiam attinet [p]: sit illa vobis, quasi infantibus, incognita [q]. Innocentiâ pueros vos imitari non veto, ut nec Christus vetuit, Mat. 18. 3 [r]. ¶ *Sensibus*] i. e. Mente & animo †, quoad judicium animi de rebus agendis [t]. ¶ *Perfecti*, Τέλειοι] *Adulti*, P. Be. Pi. Vor. &c. Confer Eph. 4. 13 [v].

Similes

[n] T. [o] E. [p] Me. [q] Be. Li. ho. sim. Val. Me. T. J. Cap. * J. Cap. [r] G. † Vor. [t] Cam. [v] Be. [x] G. [y] Idem. [z] V. Pi. Scl. sic Be. [a] Be. V. Pi. [b] V. sim. Scl. [c] Er sic G. Me. T. [d] Er. * G. [f] T. Pi. [g] V. † Pi. sic Be. Me. T. [h] Pi. [i] G. [k] T. sim. Cartw. mellif. 3. [l] ex Buxt. [l] Cartw. ib. [m] Be. D. Me. sic Vor. Par. [n] D. [o] Me. [p] Par. [q] G. [r] Li. ho. † Be. [t] Li. ho. || Me. sic T. [v] Pi. sim. Be. [x] Di. [y] Pi. ex Be. [z] E. [a] Li. ho. sim. Be.

[b] G. [c] Di. [d] Li. ho. * E. [f] Pi. ex Be. sim. Ham. [g] Ham. [h] G. [i] Idem. [k] E. [l] Pi. [m] Idem. [n] E. [o] Me. [p] E. [q] Me sim. E. [r] E. † G. [t] Zeg. [v] Zeg. [x] V. [y] Pi. [z] Zeg. [a] Pi. [b] G. [c] Be. [d] G. * G. sim. Pi. Scl. &c. [f] G. sim. V. Be. Zeg. Me. [g] Be. sim. Vor. [h] Vor. [i] Be. sim. Vor. [k] Be. [l] G. [m] Cal. [n] E. [o] Me. T. [p] Pi. [q] Me. sim. E. [r] G. † E. Me. [t] E. [v] Vor.

Similes viris adultis [x], ità ut habeatis sensus exercitatos ad spiritualem boni malique discretionem [y].

21. *In lege*] i. e. In Vet. Test [z]. Vel, in Scriptura [a]. Νόμος *(legis)* vocabulo hîc significat omnia scripta Divinitus data, ut Joh. 10. 34. & 15. 25 [b]. In antithesi ad דבריהם, *verba scribarum.* Nota illa distinctio Hebræorum, *Hoc discimus ex lege, hoc ex verbis scribarum.* In Bab. Sanhed. fol. 91. 2. *Legis* nomine insigniuntur & Prophetæ, tum priores, inter quos Josua; tum posteriores, inter quos Esaias; & Hagiographa, inter quæ Psalmi. *Resurrectio mortuorum,* inquiunt, *astruitur è lege. Unde?* Ex Psal. 84. 4. Esa. 52. 8 [c]. ¶ *In,* &c. Ἐν ἑτερογλώσσοις, &c.] Vox ambigua est ad masc. & neut. ut vel ad res, vel ad personas, referri possit [d]. [Hinc variant:] *In aliis* (vel, *Variis,* Er. Ti. *Alienis,* Il. Ca. i. e. peregrinis & ignotis *) *linguis* (vel, *Per diversæ linguæ* homines, P. Be. Pi.) *& in labiis* (i. e. linguis [f]. *LABIUM* apud Hebræos non minùs quàm *LINGUA loquelam* significat, Gen. 11. 1 [g].) *aliis* (vel, *variis,* Er. Ti. *alienis,* Il. Ca. vel, *& per alia labra,* P. Be. Pi.) *loquar populo huic,* Mo. &c. Hæc citantur ex Esa. 28. 11, 12 [h]. non tamen ex Versione LXX, sed ex Versione Aquilæ, ut docet nos Orig. Philocaliæ 8. Sunt autem verba quædam quæ Propheta in medio posuit omissa, ut ad rem hanc non pertinentia. Pœna est versari inter homines linguæ extraneæ; & vos id Ecclesiæ imponitis [i]? Continent verba Prophetæ non tam exprobrationem infantiæ Judæorum quàm comminationem Judicii ob contemptum Verbi. Confer Deut. 28. 49. Jer. 5. 15. Ezec. 3. 5 [k]. Quod hîc, ἐν χείλεσιν ἑτέροις, in Esaia est, בלעגי שפה [l], i. e. *labiis blæsis,* sive *balbutientibus* [m], vel *subsannantibus,* sive *irrisionis* [n], vel, *per sannas labii,* h. e. καθ' ὑπολλαγὴν, sermonem qui sannis excipitur tanquam ridiculus, h. e. peregrinum, qui à vulgo non percipiente irridetur [o]. Sensus idem Paulo & Esaiæ. Nam qui loquuntur linguis peregrinis quasi balbi sunt & barbari non intelligentibus, deridere videntur auditores, & ipsi vicissim audientibus habentur ridiculi, imò & insani, infrà v. 23. vel etiam temulenti, ut illi Act. 2 [p]. [Sensus, Populo huic Judaico rebelli & incredulo loquor primùm ferratis & ferratis Chaldæorum linguis [q], deinde peregrinis linguis Apostolorum meorum à die Pentecostes ac deinceps [r]. Sensus Prophetæ est, Tantâ dementiâ percussus est populus, ut non magis Deum loquentem intelligat quàm alienigenam peregrino idiomate balbutientem. Sensus Pauli, q. d. Adeòne inepti estis ut ultro vobis accersatis quod Deus maledictionis loco habet? Id verò facitis, dum iis linguis loqui affectatis quas nemo intelligit †. ¶ *Et nec sic* (i. e. viso hujusmodi signo [t],) *exaudient me*] i. e. Credent aut obtemperabunt verbis meis [v]: vel, hâc viâ fiet ut non intelligant me [x]; vel, ut ignorantia eorum augeatur [y]. q. d. Nè sinatis ejusmodi homines loqui in Ecclesia, qui peregrinis linguis loquuntur quod non exponunt vobis; nam signum esset Deum vos non amare, qui tales Prophetas solet infideli populo mittere, quem non vult veritatem intelligere, & Sacras Literas noscere [z]. Vel, Nè sic quidem castigati (utpote captivi inter Gentes quarum nè linguam quidem percipient) attentiores fient, &c. cùm ignotâ linguâ loqui non sit beneficium quo Deus homines erudiat, sed maledictio potiùs quâ ingratos ulciscatur. Hæc autem clausula additur à Paulo ad locum Prophetæ illustrandum, i. e. ut consilium Dei exponat [a]. Al. Hæc verba habentur apud Prophetam, quibusdam tamen interpositis: sic enim legitur, *Et noluerunt audire* [b]. Continetur hîc querela de contumacia Judæorum [c].

22. *Itaque linguæ in signum sunt* (i. e. à Deo dantur in signum [d]. Σημεῖον, אות, vocat Scriptura insigne aliquod Domini factum, sive quo consoletur, sive etiam quo puniat, ut hoc loco *.) *non fidelibus, sed infidelibus*] Non quod editur ad consolandum pios, sed ad puniendum impios [f]: signum non gratiæ, sed iræ Divinæ [g]. Præcipuè dantur ad convertendos extraneos, infideles adhuc. Comparatè dictum [h]. Eo fine sæpiùs immittuntur, ut appareat, populum illum esse rebellem & incredulum, quem Deus per istos peregrinos affligit [i]. ¶ *Prophetia autem* (sub. *est signum,* Camer.) *non infidelibus,* (nempe *tantùm,* G.) *sed fidelibus*] Ad confirmandos fideles [k]: signum est, nimirum benedictionis, quâ Deus suos erudit & benedicit, id est, ad omne bonum incitat & promovet [l]. [Sensus, q. d.] Ubi est Propheta qui variis linguis loquitur, & simul exponit populo quod dicit, signum est illum populum esse fidelem, & diligi à Deo ‖. Qu. Quî hoc verum, cùm fideles linguis locuti sunt apud solos fideles, Act. 10. & infideles donum linguarum insaniam judicant, iidémque Prophetiâ auditâ convincuntur, v. 23. & 24? Resp. 1. Sensus est, Quòd linguæ in signum datæ sunt præcipuè propter infideles, ut novitate miraculi convertantur, tametsi interdum etiam fidelibus instruendis & confirmandis serviant: Prophetiam verò præcipuè datam fidelibus ad instructionem; licèt interdum etiam valeat convertendis infidelibus [m]. 2. Apostolus loquitur de solis Judæis, quondam fidelibus, quando habuerunt Prophetas; postea infidelibus, quando in signum exhibitæ sunt eis linguæ, misso in Discipulos Christi Spiritu Sancto [n]. Hoc textui magis quadrat. Propheta quoque de solo loquitur Judaico populo, qualis futurus erat post adventum Messiæ. Colligendum relinquit Paulus, quantò Prophetia linguis potior sit, cùm illa utilis fuerat populo Judaico, utpote fideli, quia per illam instruebatur: donum autem linguarum inutile fuerat eidem populo, licèt signa petenti; quia per illud non credidit, sed eo ipso tempore quo datum est hoc signum transiit in genus infidelium, &c [o].

23. *Si ergò* (vel, *porrò.* Οὖν h. l. non est particula concludendi, sed transeundi ad aliud exhortationis argumentum P.) *conveniat*—*Ecclesia* (sive apud vos, sive alibi [q],) *in unum*] i. e. In locum eundem [r]. Vide suprà 11. 20 †. & Act. 2. 44 [t]. ¶ *Omnes linguis* (ignotis [v]) *loquantur*] Simul, mixtim, confusè, tumultuariè [x], nemine interpretante [y]. Si alius aliâ linguâ clamat, omnes barbarâ, non Græcâ [z]. ¶ *Intrent* (utique in domum ubi Ecclesia congregata est [a]:) *autem idiotæ* (i. e. vel, 1. catechumeni, quia hos distinguit ab infidelibus [b]. Non placet: 1. *Idiota* nusquam ità sumitur. 2. Illi cum fidelibus convenire solebant: at hi *idiotæ* vel casu incidebant in hujusmodi conventum, vel occultè se ingerebant [c]. Vel, 2. indocti [d], vel linguarum expertes *, qui dialectum illam non intelligunt [f].) *aut infideles*] Qui nesciunt quid sit habere donum linguarum [g]. Al. Christiani qui unam tantùm linguam nôrint, aut etiam increduli nihilo peritiores. Solebant etiam Pagani adire Christianorum Ecclesias ad videnda quæ ibi agebantur [h]. ¶ *Non dicent quòd insanitis?*] Vel, *vos furere?* P. Be. Pi. hoc est, reputabunt vos insanos, fanaticos, arreptitios [i]. Quippe & insani ea loqui solent quæ nemo intelligat [k]. Argumentum ab eventu indecoro [l]. Si ità agatur, erit Ecclesia similis turri Babylonicæ, aut judicio isti quod ex duobus surdis apud Judicem surdum fuisse agitatum memorat Græcum epigramma [m].

24. *Si*—*omnes* (scil. linguâ Græcâ [n]) *prophetent*] i. e. Scripturam explicent [o], & ex iis doceant, arguant, exhortentur, &c [p]. ¶ *Infidelis,* &c.] Græcè intelligens Christianus, aut Paganus [q]. ¶ *Convincitur,* &c. ità Mo. Ἐλέγχεται, &c.] *Arguitur* (vel, *Protrahitur,* ut sentiat scelera sua taxari [r]. Convincitur ex verbo Dei †, de peccatis & erroribus suis, de ignorantia [v], & infidelitate sua [x].) *ab omnibus,* &c. P. Be. Pi. sic Er. V. &c. nempe Prophetis, h. e. Doctoribus & concionatoribus [y].

25. *Occulta cordis,* &c.] Diximus alibi προφητεύειν dici etiam de rebus præteritis aut præsentibus, sed ità arcanis ut nullâ vi humani ingenii cognosci possunt. Vide Matt. 26. 68. Prophetæ ergò intrantibus talia dicebant qualia Christus Samaritidi, Joh. 4. 29. qualia Elisæus Giezi, 2 Reg. 5. 26. Dicit Irenæus, 1. 6. se multos novisse & audisse ipsum fratres qui occulta hominum in apertum proferrent [z]. Sed non hîc loquitur de Prophetia propriè dicta, quâ res futuræ vel occultæ cognoscuntur atque aliis revelantur: quia non est sensus, occulta cordis manifestari Prophetis, sed illis ipsis in quibus sunt & latent [a]. Sæpe autem Deus seu per donum Prophetiæ [b], vel discretionis spirituum, seu per alias providentiæ suæ vias, ità dirigit linguam Doctoris [c] ad salutem præsentium auditorum [d], ut appositè tangat occultissima eorum vitia, ut putent eum peculiariter sibi propheticè loqui. Id frequens fuit in primitiva Ecclesia. Et ut etiamnum fiat, orandus ante concionem Deus, ait Aug *. ¶ *Cadens in faciem,* &c.] Totâ cordis & corporis humilitate

x G. sic E. Me. y Me. ex E. z E. Me. T. a Li. ho. sim. Be Pi. b G. c Li. ho. d E. * D. f E. Me. g G. h G. sic Be. i G. k Scl. ex Be. l Be. m E. Be. n E. o Pi. p E. q T. r T. sim. E. Me. † Cal. t E. Me. v E. Me. T. V. y Be. z V. a Be. b E. c Pi. d Idem. * Be. f Scl. ex Pi. g Scl. h G. i Vor. k G. l Me. ‖ V. m E. n E. ex Caj. o E. p Pi. q E. r G. Pi. † G. t Pi. v T. x Me. y E. z G. a Pi. b Th. & Gagn. in E. c E. d Er. V. E. &c. * E. f Me. g Idem. h G. i E. k G. sim. E. l Pi. m G. n G. sim. Cal. o Me. sim. E. L. p Cal. sim. T. q G. r V. † Pi. v E. x E. Me. y Me. z G. a E. b T. c T. sim. Me. d Me. * T.

militate Deum agnoscet [f]. Deum venerabitur, & quidem prostrato corpore. Sicut in Regum, ità in Dei, honore varii erant gestus: Summa autem demissio ostendebatur corpore projecto, ut diximus ad Matt. 8. 2. & in majoribus Annotatis ad Decalogum. Sic Job. 1. 20 [g]. ¶ *Pronuncians*, &c. Ἀπαγγέλλων, &c.] *Renuncians* (suis scil. ad quos fuerit ex vestro coetu reversus [h]: vel, *Testificans planè*, V. *Confitens*, Ca. *Exclamans*, Ar. *Dicetque* Tre. ex Sy. *Palàm affirmans* [i].) *Deum verè in vobis* (vel, *inter*, sive *apud*, *vos*, Be.) *esse*, Be. Pi. Er. P. &c. i.e. habitare; vel, vos esse populum Dei [k]; Deum Christianorum esse verum Deum [l]. Sicut Ægyptii Magi dicebant, *Digitus Dei est hic*, Exod. 8. 19. *Deus esse* dicitur, ubi maximè mira operatur [m].

26. *Quid ergò est?*] Scilicet faciendum [n]? Quid tandem donis spiritualibus fieri volo †? Sumit interrogantis personam, ut respondeat [o]. ¶ *Cùm convenitis*] In Ecclesiam [p], ad res Divinas [q]. ¶ *Unusquisque vestrûm* (scil. Prophetarum [r]; vel eorum qui donis pollent †: alioqui erant inter fideles qui nullum tale donum haberent [t].) *psalmum*, &c.] Vel, *canticum*, &c. P. Be. Pi. i.e. ψαλμῳδίαν [v]: vel, gratiam psallendi, quâ hymnum aut psalmum dictet, aut cantet *. [Sensus, q. d.] Alii aliis donis instructi estis, & ea in medium promere parati. Nam v. g. alius habet canticum aliquod spirituale quo Deum laudet, &c [f]. Auctor vobis sum, ut inter vos munia partiamini [g], ut alius quidem canticum, alius doctrinam, proferat, &c [h]. Cùm interrogatione legenda hæc membra. Etiam extemporales isti hymni sæpe ab afflatu erant. Talis fuit hymnus Simeonis & Annæ viduæ, &, ut credibile est, Mosis & Mariæ sororis ejus, & alter Mosis, & Deboræ, & Annæ quæ nupta Elcanæ, & hymnus Esa. cap. 5. Omnia quæ olim aut ex ingenio, aut ex labore, veniebant, tunc multis dabantur subitò & Divinitus, ut ex eo intelligeretur Dei summa beneficentia [i]. ¶ *Doctrinam*, &c.] i.e. Sermonem scientiæ [k], instructionem populo accommodam [l]; vel, gratiam populum docendi in iis quæ ad fidem pertinent aut bonos mores †; vel, sententias eximias, suprà v. 6 [m]. ¶ *Linguam*] Scil. peregrinam [n]: donum linguæ alicujus quam non didicit [o]. ¶ *Apocalypsin*, &c.] Vel, *Revelationem*, P. Be. Pi. scil. altiorum mysteriorum, quæ comprehendit Prophetiam tanquam sermonem sapientiæ per quem enuncianda est [p]: revelationem sibi peculiariter factam [q]: explicationem aliquam vel loci alicujus obscuri Sacri Scripturæ, vel rei futuræ aut occultæ [r]: donum explicandi ea quæ latent sub figuris V. T †. Hoc refer ad Prophetiæ, sive σοφίας, extraordinarium prorsus donum; ἑρμηνείαν ad γνῶσιν, sive ad doctrinam [t]. ¶ *Interpretationem*] i.e. Donum interpretandi peregrinas linguas [v]: donum omnia ordine dicendi Græcè quæ alter dixit linguâ peregrinâ [x]. ¶ *Omnia ad ædificationem*, &c.] i.e. Ad promovendam Ecclesiam Christi, & singula ejus membra in vita spirituali [y], eò cuncta referantur [z]. Non nostra spectatur gloria, sed Ecclesiæ utilitas [a]. Quisque suo dono utatur ad ædificationem Ecclesiæ [b]. [Sensus loci, q.d.] Cùm convenitis in unum, hic vult tempus cultúmque insumi maximè in Psalmodia, ille in concionando, &c. Hic Psalmodiam præfert, ille linguam, ille prædicationem, &c [c]. Quinque hìc donorum genera recenset, sub quibus universa alia intelligit; 1. *psalmum*, piam cantionem, ad laudes Dei à Spiritu suggestam: 2. *doctrinam*, quâ alios, dictante Spiritu, erudiat, exhortetur, consoletur: 3. *linguam* exoticam, quâ mysteria proloqui cum admiratione possit: 4. *revelationem* mysteriorum Dei, vel de rebus futuris: 5. *interpretationem*, tum Linguarum, tum Doctrinæ, & Scripturarum [d].

27. *Sive linguâ*, &c.] Scil. peregrinâ *; vel, Hebraicâ, cujus usum in sacris, ex veteri more Synagogæ, indulget iis, ut lucraretur Judæos, juxta 1 Cor. 9. 20 [f]. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ δύο, ἢ τὸ πλεῖστον τρεῖς, καὶ ἀνὰ μέρος] *Secundùm duos*, (vel, *Per*, P. Be. Ca. &c.) *duos*, (vel, *binos*, P. &c. sub. *fiat*, P. Be. Pi. Ca. & sub. *id*, Ca. Κατὰ hic valet καθ' ἡμέραν. Solet enim κατὰ in distributionibus usurpari, Matth. 24. 7. infrà 16. 2 [g].) *aut plurimum* (vel, *ad plurimum*, P. Be. Pi. ad *summum*, Val. Er. V. Ca.) *tres*, (vel, *ternos*, P. Be. Pi. Unus legat Scripturam linguâ Hebræâ, alter oret, tertius concionetur: Nam secundùm has species cultûs Divini optimè distribuas personas: non ut omnes eandem rem agant [h]. Tres tantùm loquantur in uno conventu [i]. Quia multi erant illo tempore qui dona Spiritûs habebant, maximus εὐταξίας custos Apostolus non vult omnes qui donum linguarum extranearum habebant, in uno conventûs tempore eo uti, nè plusquam oportet plebs detineretur [k], cum fastidio [l]; neque verò alios in hac parte Basilicæ, alios in ista, adfari & quasi distrahere plebem, ut in foro Agyrtæ faciunt; sed præcipit ut uno die non plures duobus aut tribus audientiam sibi poscant [m].) *&* (vel, *idque*, Er. Il. Ti. Ca.) *per partes*, Mo. vel, *alternis*, Ca. *seorsim*, Ar. Camer. *sigillatim*, Tre. *vicissim*, Er. P. Be. Pi. Glass. *per vices*, Glass. gram. 3. 6. 19. 568. quisque seorsim [n], nè fiat confusio [o]: non simul, sed suo quisque ordine, divisis temporum spatiis, ut primùm hic, deinde iste, mox alius, audirentur [p]. ¶ *Et unus interpretetur*] Scilicet, quod alius linguâ peregrinâ dixerit [q]. Unus aliquis qui id donum habeat [r], & linguam utramque intelligat, dicta peregrino sermone explicet sermone Græco, nihil prætermittens aut immutans †.

28. *Si—non fuerit interpres*] Si nemo adsit id donum habens [t]. ¶ *Taceat*, &c.] Scil. qui peregrinâ linguâ loquitur [v]. Si quis donum linguæ habet [x], reservet id aliis locis ubi peregrini sint convertendi: Publicos autem coetus linguam illam non intelligentium nè obturbet [y]; donis enim non utendum inutiliter & sine ædificatione [z]. ¶ *Sibi—loquatur & Deo*] Domi suæ, si vult [a], Deo teste [b]. Tacitus secum oret [c], vel loquatur [d], quod ipse & Deus intelligant *.

29. *Prophetæ autem duo aut tres* (Hypotheticè dictum, scil. ubi tot fuerint [f]: Non addit h.l. *ut plurimùm*, ut v. 27. quia Prophetiæ donum utilius erat Ecclesiæ quàm Linguarum, ideóque numerus Prophetantium non pari lege restringendus. Sanè ex seq. apparet, plures permitti, si sic usus ferat [g].) *dicant*] Vel, *loquantur*, P. E. &c. scilicet Prophetias suas [h], nempe uno die, sicut de linguæ donum habentibus dixit [i]; nec simul, sed vicissim, ut mox docebit [k]. Unus *psallat*, alius *doceat*, alius *exhortationem* aut *consolationem* proferat †. ¶ *Et*, &c. Καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν] *Et alii* (vel, *cæteri*, Pi. Par. vel, 1. Prophetæ [l]: ut ostendit articulus οἱ [m], & explicatur v. 32 [n]. Vel, 2. Præses Ecclesiæ, advocatis etiam, si res sit difficilior, vicinarum Ecclesiarum Præsidibus. Vide suprà 12. 10 [o]. Vel, 3. alii intelligentiæ & discretionis dono instructi [p]; ejusmodi auditores qui judicare possunt [q].) *dijudicent*, P. Be. Pi. &c. ex dono sibi concesso [r], examinent & probent †, an quod dicunt sit verè Prophetia [t], h.e. doctrina sana & utilis, necne [v]. Vel, *explicent*: nam id significat hæc vox [x]. Totus autem hic ordo ex Synagogarum more desumptus est. Vide Luc. 2. 46. Act. 6. 9. & 13. 15 [y].

30. *Si*, &c. Ἐὰν δὲ ἄλλῳ, &c.] *Quòd si* (sub. *quid*, Be. Pi.) *alii* (nempe Prophetæ [z]) *revelatum*, sive *patefactum*, *fuerit assidenti*, Be. Pi. P. i. e. vel, 1. ministro, qui inter Doctores sedem habebat. Apud RR. *sedit & docuit* convertuntur, & phrasis, *fuit sedens*, valet, *docuit è sede docentis*; vel, *sedit docens*, aut *docturus* [a]. Vel, 2. existenti in numero auditorum. Mos enim erat, & nunc est, ut audientes sederent, loquentes starent [b]. Prophetæ, cùm loquerentur, stabant erecti: cùm verò tacerent, sedebant [c]. Stantes solebant Prophetias promere, Jer. 26. 2. quo posito etiam precabantur, ut diximus ad Mat. c. 6. v. 5. Si uno aliquo loquente Deus alium afflaverit, nè is alium interpellet, aut seorsim cum populo agat, sed exspectet donec prior ille desierit. De sedendi more vide Act. 22. 3 [d]. *Si revelatum sit*, &c. Non revelatum eo ipso instante, sed si dicat se accepisse revelationem *. Hinc colligi potest, rectè suprà v. 6. revelationi subjectam esse Prophetiam, ut effectum causæ [f]. Ἀποκάλυψις autem non semper significat *visionem*, vel *revelationem*, per exstasin vel somnium à Deo acceptam; sed tantùm *sensum*, sive *interpretationem*, Scripturæ alicujus obscuræ, ut apparet ex v. 6. & 26. ut sensus loci sit, q. d. Si quis, alio loquente, sibi videtur difficultatem se explicare posse, &c [g]. Al. Duo hìc insinuantur modi prophetandi, 1. ordinarius, i. e. eorum qui ad conventum venirent instructi præviâ Dei inspiratione; 2. eorum qui ipso conventu novâ revelatione ad prophetandum movebantur:

Marginal notes (col. 1): f E. Me. · g G. · h Be. · i E. Me. · k Pi. · l E. Me. · m G. · n G. Me. sim. E. · † Cal. · o G. · p Me. sim. T. · q E. · r Vor. · † Cal. · t E. · v Camer. · * Me. · f E. · g T. sim. Me. · h Me. sim. T. · i G. · k E. · l T. · † Me. · m G. · n E. T. · o G. · p E. · q T. · r Me. · † G. · t Be. · v Me. sim. E. · x G. · y E. · z Me. · a G. · b Pi. · c Li. ho. · d Par. · * V. · f Li. ho. · g G.

Marginal notes (col. 2): h Li. ho. · i Me. sic Par. · k G. · l Par. · m G. · n E. Me. · o Me. · p G. · q V. E. Me. · r G. sic E. Me. · † G. · t G. sim. E. · v V. Vor. · x G. sic Me. · y G. · z E. · a G. sim. Par. · b G. · c Me. · d E. Vor. · * Vor. · f Scl. ex Be. · g E. · h Me. T. · i G. · k E. · † Li. ho. · l Be. Pi. Vor. Par. E. Me. · m Be. sim. Pi. · n Be. · o G. · p Par. · q Vor. · r Me. · † E. · t Me. · v Me. sic E. T. · x Cas. · y Be. · z Be. Vor. Scl. Me. · a Li. ho. · b E. · c Vor. · d G. · * Li. ho. · f Pi. · g Ham.

vebantur: de quo hîc loquitur, ut de priore, v. 26. *apocalypsin habet* [h]. ¶ *Prior taceat*] Sileat is qui Psalmum habet & huic cedat [i], & audiat verba facientem [k]: id quod Spiritus Sanctus, extraordinario modo suggerens alteri revelationem, velle videtur [l].

31. *Potestis enim omnes* (scil. Prophetæ [m]: non quivis ex cœtu [n].) *per singulos* (vel, *sigillatim*, P. Be. Pi. sic Er. V. diversis aut diebus aut horis [o],) *prophetare*] Sensus est, Quamvis ex spiritu prophetico loquamini, ne miremini quòd jubeam priorem tacere & loquendi vices alteri concedere: nam in potestate vestra est eum servare ordinem, &c [p]. ¶ *Ut—omnes*, &c. Πάντες παρακαλῶνται] *Omnes consolationem* (vel, *exhortationem*, Be. Pi. E. Me.) *accipiant*, P. Be. Pi. Dum nullus eorum est qui non etiam auditor fiat [q]: Quod non fieret, si eodem tempore alius in hoc angulo, alius in illo, plebem adfaretur [r].

32. *Et* (Καὶ hîc est pro *nam* †, idque καὶ ἀνθυποφορά [*].) *spiritus prophetarum* (i. e. vel, 1. dona Spiritûs [v]; dona Prophetica, quoad usum & actionem prophetandi [x]. Vel, 2. interpretationes quæ à Prophetis fiunt [y]: dogmata sive patefactiones quæ à singulis afferebantur [z]: doctrinæ ipsæ [a], quas adferunt Prophetæ [b], 1 Joh. 4. 1. vel, docendi facultates: vide suprà 12. 10 [c]. Vel, 3. fervor & studium prophetandi [d]; impetus sive instinctus ille Divinus [*], quo Propheta commovetur [f].) *prophetis subjecti sunt*] i. e. Prophetarum ex verbo Dei judiciis [g]. *Prophetis*, vel, 1. eisdem [h]: hoc sensu, Et donum & impetus prophetandi in ipsius est Prophetæ potestate, ut possit se cohibere & tacere, & commodum loquendi tempus exspectare, aut statim manifestare, aut omnino celare, &c [i]. Donis illis quisque pro suo arbitrio uti potest, nec ullâ necessitate adigitur ut prophetet [k]. Poterat aliquis dicere, Atqui ità urgeor ut differre nequeam. Respondet Paulus [l], Rem sic se non habere in Divinitus afflatis hominibus quomodo se habet in Pythonicis: Hos ità arripi atque agi ut suæ potestatis non sint; at Dei dona, quanquam non ab hominis voluntate profecta, voluntate tamen ejus regi [m], quoad actum, tempus, & moram ordini necessariam facilè pati. De Sibylla Virgilius, *At Phœbi nondum patiens immanis in antro Bacchatur vates, magnum si pectore possit Excussisse Deum: tantò magis ille fatigat Os rabidum, fera corda domans.* Lucanus 5. de Phœbade, *——bacchatur demens aliena per antrum Colla ferens, vittásque Dei Phœbeáque serta Erectas discussa comas, per inania templi Ancipiti cervice rotat, spargitque vaganti Obstantes tripodas, magnóque exæstuat igne Iratum te, Phœbe, ferens.* Non sic Esaias, Jeremias, & Prophetæ, & alii afflatu Dei agebantur, sed leniter & cum modo. Adeò poterant non obsequi ut Jonas munus detrectaverit. Nulla hîc coactio nisi ex pœnæ metu. Hunc sensum rectè perviderunt Chrys. Oecum. Th [n]. Sed nihil hoc ad præsentem Pauli locum [o]. Si eosdem intellexisset, potiùs dixisset, *Spiritus Prophetarum subjecti sunt eis* [p]. Vel, 2. aliis [q], h. e. aliorum Prophetarum censuris [r], ut de iis judicent, Scripturæ Sacræ conveniant, an non †. De Prophetis hoc peculiariter dicit, quia dici non poterat de iis qui solo dono linguarum potiebantur, qui idonei non erant qui judicarent de aliis simile donum habentibus [t]. Sed multùm à vero sensu aberrant qui putant *dona prophetica aliis Prophetis esse subjecta.* Non pugnant inter se Dei dona; nec sententiæ exquirendæ sunt ubi Deum loqui constat [v]. Ego autem nego hâc censurâ aut Spiritum aut verbum Dei teneri [x]. Sed Spiritus Sanctus non omnibus dictabat omnia, sed unicuique dabatur ad certam mensuram. Fieri igitur poterat, ut Prophetæ dono Spiritûs sua quædam admiscerent. Id dijudicare aliorum Prophetarum erat. Regula autem ad quam judicabant erat, vel, 1. extraordinaria, plenior scilicet revelatio Spiritûs Sancti: vel, 2. ordinaria, quæ erat tum *analogia fidei*, Rom. 12. 6. tum verbum Dei scriptum [y]. Huc referenda sunt illa loca, 1 Cor. 12. 10. *Alii discretio spirituum*: 1 Thes. 5. 21. *Omnia probate*: 1 Joh. 4. 1. *Probate spiritus*, &c [z]. Sed hoc loco non agitur de probatione spirituum [a], sive de doctrina [b], quasi qui Propheta est penderet à judicio alterius Prophetæ; sic enim cum Michea pessimè actum esset [c]; sed de ordine qui servandus est in Ecclesia, [d] de quo v. 30, 31 [*]. nè Prophetæ omnes loquerentur simul tumultuariè & confusè, prout quisque corripiebatur à Spiritu, ut factum à Corinthiis [f]. Prophetæ enim subjecti sunt Prophetis, hactenus ut siquis Propheta surgat ad dicendum, reliqui taceant. Et hanc veram esse Apostoli sententiam ratio subjecta facilè evincit, *Deum non esse Deum confusionis, sed ordinis* [g].

[h] E. ex Caj. [i] Li. ho. [k] Me. [l] E. [m] Be. E. [n] Be. [o] G. [p] E. [q] Idem. [r] G. † G. sic V. E. [*] G. [v] Er. [x] E. [y] V. [z] Vor. [a] Scl. ex Be. [b] Be. [c] Scl. [d] V. [*] E. sim. Vor. [f] E. [g] Scl. ex Pi. [h] E. ex Orig. Hi. Th. Lomb. Aquin. &c. [i] E. [k] Cal. [l] G. [m] G. sim. Strig. Ham. [n] G. [o] Calv. [p] E. [q] E. ex Chrys. Theodor. Hofmeist. &c sic Calv. V. [r] Calv. Par. sim. E. † V. [t] E. [v] G. [x] Calv. [y] Par. sim. Calv. [z] E. [a] Cam. [b] Di. ex Heyd. [c] Cam. [d] Cam. sim. Di. ex Heyd. [*] i i ex Heyd.

33. *Non*, &c. Οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας, &c.] *Non enim est confusionis* (vel, *dissensionis*, Vulg. Mo. vel, *tumultûs*, Tre. ex Sy. *tumultuationis*, Be. Scl. *turbamenti*, Ca. *incompositi status*, Be. Pi. sub. *author*, Er. P. Be. Pi. &c.) *Deus, sed pacis*, Er. V. &c. i. e. ordinis, ac proinde etiam pacis [h]: Ergò non sic inspirat & movet Prophetas, quin opportunum loquendi tempus exspectare possint, &, cùm opus est, à loquendo desistere. Hæc probatio est, si *Prophetis* v. præced. de eisdem accipias: si verò de aliis, probatio talis erit, Deus inspirans Prophetas non est author confusionis, &c. Igitur non debent Prophetæ pro sua quisque sententia certare, sed aliorum judicio libenter se submittere [i]. Ratio præcepti à fine, ut sic ordo & tranquillitas in Ecclesia conservetur [k]. Spiritus impuri violenti sunt, Deus pacificus & lenis. Vide 1 Reg. 19. 12. Hoc per parenthesin legendum est. Ἀκαταστασία est מהומה Rabbinis. Habes hanc vocem & 2 Cor. 12. 20. Jac. 3. 16 [l]. ¶ *Sicut in omnibus——doceo*] Scilicet *Deum non esse dissensionis authorem*, &c [m]. Al. Referendum ad id quod dixit, *hominum liberis usibus subjici Dei dona.* Vide simile suprà 11. 16 [n]. Illud *doceo* adjectitium videtur: nam in Græco non est. Subaudiendum autem nonnihil, *sicut in omnibus Ecclesiis pax est & concordia.* Nam omnium exemplo adhortatur Corinthios ut similiter faciant. Apud Ethnicos quoque indecorum habebatur in concilio tumultuari [o].

34. *Mulieres in Ecclesiis* (id est, apud vos in Ecclesiis vestris, sicut in omnibus Ecclesiis mos est. Ità cohæret hoc cum præced [p].) *taceant*] Nè doceant populum, aut interrumpant loquentes [q]. Similis est Hebræorum canon apud Maimon. *Mulieri non licet legere* (è suggestu) *in Synagoga, propter reverentiam quæ habere debet cœtui illi* [r]. Tyrtæus, Πολλὰ λέγειν οὐκ ἀνδρὶ, γυναικὶ δὲ πᾶσι χαρίεν. Sophocles, Γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. (*Silentium mulieris ornamentum.*) Quod maximè servandum in publico. Valer. Max. 3. 8. *Quid fœminæ cum concione? Si patrius mos servatur, nihil.* Vide & L. 1. § secundo D. de postulando: & L. Fœminæ D. de regulis juris, & ibi à nobis dicta. In MS. est, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. Intelligendum verò cum exceptione afflatûs Prophetici diximus suprà 11. 5 †. ¶ *Non*, &c. Οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται, &c.] *Nec enim permissum est* (vel, *conceditur*, Ca. scilicet Ecclesiarum consuetudine [r],) *eis* (scilicet in aliis Ecclesiis [x],) *loqui*, P. Be. &c. i.e. docere [y]: ut 1 Tim. 2. 12 [z]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι] *Sed* (sub. *oportet*, E. Be. Pi. vel, *imperatur*, P. sic Glass. Subauditur non ἐπιτέτραπται, sed κελεύεται, *jubetur*, idque ex contrario, ut 1 Tim. 4. 3. Sed in MS. est simplicius, ἀλλ' ὑποτασσέσθωσαν τοῖς ἀνδράσι [a].) *ut subditæ sint*, Be. Pi. viris scilicet [b]: vel, *revereri sexum potiorem*: quod fit etiam silentio [c]. ¶ *Et lex*] h.e. Scriptura V. T. ut suprà v. 21 [d]. nempe Gen. 3. 16 [*]. Vide suprà 11. 7. & ibi dicta [f]. Nec solùm Dei verbum hoc exigit, sed & jus Gentium, &c [g].

35. *Si quid——volunt discere*] Scil. de rebus ad salutem pertinentibus [h]. Si quid à Doctore dictum non satis intellexerint [i]. ¶ *Domi* (i. e. privatim [k]) *viros suos* (i. e. maritos [l]: non alienos, licèt doctiores, nè locum dent evagationibus, aut sinistris suspicionibus [m].) *interrogent*] Qui aut respondebunt ex se, aut consulent peritiores. Multum semper Ecclesiis mali dedit effrænis mulierum audacia [n]. Usitatum erat apud Judæos, ut hic aut ille assidens docentem interrogaret de hoc aut illo articulo: At hoc etiam fœminis vetitum [o]. ¶ *Turpe est* (i. e. Non decet: vide suprà 11. 13 [p]. Est contra verecundiam sexui illi naturaliter inditam [q].) *—loqui*] De suo scilicet [r]: aliquid seorsim loqui. Permittitur autem iis respondere *Amen* cum aliis, & cantare cum Ecclesia. Permissum erat vel puerulo, vel etiam servo, legere Legem in Synagogis Sabbato. At si fœmina legeret, dedecori habebatur Ecclesiæ †.

36. *An*, &c. Ἢ ἀφ' ὑμῶν——ἐξῆλθεν;] *An à vobis sermo*

[f] Cam. [g] Cam. sim. Di. ex Heyd. [h] Pi. sim. E. [i] E. [k] Pi. [l] G. [m] E. [n] G. [o] Er. [p] E. [q] G. [r] Cap. † G. [r] E. [x] E. [y] V. sic E. [z] G. E. [a] G. sim. Be. [b] E. T. [c] G. [d] E. [f] G. Pi. [g] E. Ham. [h] G. Be. [i] Pi. [k] G. [l] G. [m] Pi. E. [n] E. [o] G. [p] Li. ho. [q] E. Me. [r] G. † Li. ho.

sermo Dei profectus est? P. Be. Pi. &c. (Hoc ideo dicit quia Corinthii illi Doctores morem introduxerant contrarium omnium Ecclesiarum institutis, ut fœminæ & docerent & interrogarent[t]. Est acris objurgatio[v]. An vos primi credidistis, à quibus ad omnes alios Evangelium propagatum sit? Minimè[x]. Primi credentes erant Judæi[y]. Hierosolymis exierat sermo Evangelii[z], juxta Esa. 2[a]. Ibi aliter fiebat[b]. Ibi de donis & linguis suis non ità pueriliter gloriabantur, ut vos facitis[c]. ¶ *Aut in* (vel, *an ad*, P. Be. Pi. &c.) *vos solos pervenit?*] Sic Mo. Ca. vel, *devenit?* P. Be. &c. i. e. An vos soli credidistis ||? Ut pro vestro libito sacra tentare, conventus ordinare, meis decretis contradicere, velitis †. Prolepsis. At nobis aliter de his videtur: & nos possumus etiam de his rebus judicare, cùm simus Prophetæ. Respondet, Non est quòd vobis nimium arrogetis *. Sicut primi non estis qui credidistis, ità nec soli[d]: nec vos soli donati fuistis Prophetiâ *. Par vobiscum jus habent tot aliæ Ecclesiæ; & æquum est partem toti, non totum parti, cedere[f]. Debetis priores imitari, & illis vos conformare[g]. Æquum est ut audiatis judicium meum, &c[h].

37. *Si*, &c. Εἴ τις δοκεῖ, &c.] *Si quis videtur* (*Videri* valet, *esse in pretio*, ut Gal. 2. 6[i]. Vel, *sibi videtur*, Be. Pi. Notat falsam opinionem quorundam, aut superbiam[k]. Vel, *apud vos creditur*, G.) *Propheta esse, aut spiritualis*, Vulg. i. e. aut aliis donis Spiritûs instructus[l]: Vide suprà 12. 1[m]. Vel, in rebus spiritualibus dignoscendis dijudicandisque peritus[n]: cui opponitur tum carnalis, tum qui adhuc infans est in Christo, ut suprà 3. 1[o]. Sensus, Si quis eminet inter vos, & habetur tanquam excellens, &c. Neque enim dubitabat Paulus an talis aliquis inter eos esset[p]. Al. Ironia in hac voce latet, quâ perstringitur illorum vana persuasio de sua spiritualitate[q]. ¶ *Cognoscat*, &c. Ἐπιγινωσκέτω, &c.] *Agnoscat* (& proinde ea sedulò observet[r]:) *quæ scribo vobis esse Domini præcepta*, Be. sic P. Pi. à Christo profecta †, vel, 1. immediatè, per sermonem, aut revelationem Apostolo factam[t]: vel, 2. mediatè[v], quia præcepta Apostolorum Christi doctrinæ congrua erant, atque Ecclesiæ ejus utilia. Estque hoc probabilius: Nam Propheta aut spiritualis suo judicio cognoscere non poterat, hæc à Christo immediatè esse profecta: poterat autem cognoscere, hæc esse præceptis & scopo Christi consentanea[x]. Vel, *Domini mandata* per me (cui hanc potestatem dedit[y]) jubentis ut hic ordo servetur in vestris cœtibus[z]. Non meâ sponte, sed à Deo jussus, hoc dico, [&] cupio hoc ei [*Prophetæ*, &c.] ostendi. Nam si verè à Deo afflatum habet, his quæ dixi contradicere non poterit[a].

38. *Si quis—ignoret*] i. e. Hæc ignorare velit[b]. Si quis dicat, se dubitare an mihi hoc imperatum sit. In MS. ὅτι Θεοῦ ἐστιν ἐντολή[c]. Qui non vult agnoscere has leges & potestatem meam[d]. ¶ *Ignorabitur*] Scil. à Christo olim dicturo, *Nescio vos* *: i. e. reprobabitur[f]. Legit ἀγνοηθήσεται[g]. In uno cod. Græco est ἀγνοεῖται, *ignoratur*. Sed mihi magis arridet recepta lectio[h]. Ἀγνοείτω] *Ignoret*, Val. Er. V. *Ignarus esto*, P. Be. Pi. i. e. per me ignoret, aut contemnat licet[i]: eum sibi suæque ignorantiæ potiùs relinquendum censeo[k], quàm ut cum eo longiori sermone concertem[l]. Vel, dubitet sanè[m], sed suo periculo[n]. Al. hanc suam ignorantiam agnoscat, & non turbet Ecclesiam, sed peritiorum judicio acquiescat[o]: vel potiùs, illius judicium tanquam ignari & pertinacis contemnitor[p]. Unde enim turbæ magna ex parte, nisi quòd imperiti nolunt imperiti esse, sed peritorum locum occupant[q]?

39. *Itaque, fratres*, &c.] Ex diverticulo de Fœminis redit ad priùs dicta, & quod maximè necessarium est repetere non gravatur[r]. Conclusio hujus disputationis †. [Sensus, q. d.] Præcipuè à Deo expetite donum Propheticum, suprà v. 1[t]. quippe quod magis ædificat[v]. Donum linguarum nè rejicite, ut malum, aut inutile[x]: [&] neminem eo dono præditum prohibete eo uti, modò utatur ità ut modò dixi[y].

40. *Omnia*, &c. Πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω] Meliùs in MS. & aliis quibusdam Libris, πάντα δέ. Est enim restrictio ejus quod præcessit[z]. [Sic vertunt,] *Omnia verò decenter* (εὐσχημόνως idem est quod, πρὸς τὸ εὔσχημον, 1 Cor. 7. 35[a]. i. e. κατὰ τὸ πρέπον[b]. Vel, *honestè*, Vulg. secundùm Ecclesiæ consuetudinem, quæ est regula decentiæ[c]. Vel, *cum modestia*, Tre.) *& ordine*, sive *secundùm ordinem*, (κατὰ τάξιν idem quod modò ἀνὰ μέρος, *partitis temporibus, suo quisque ordine*[d]. Vel, secundùm regulas à me nunc vel in posterum constitutas *.) *fiant*, P. Be. Pi. Er. &c. Videte quid personas, loca, tempora, deceat[f]. Majore modestiâ in templis conveniatur, ubi Christus & Angeli intersunt, quàm in theatro[g]. Et partes & tempora cultûs Divini ità disponantur, ut Dei gloriæ & ædificationi Ecclesiæ inserviant maximè[h]. *Decorum* opponitur vanitati, sordibus, luxui; *Ordo*, confusioni & perturbationi. Facit hîc Ecclesiæ potestatem de decoro & de ordine Ecclesiastico leges ferendi, prout ædificatio quolibet loco postulabit[i]. Ad honestatem & decentiam pertinet nè mulieres in Ecclesia loquantur: id enim turpe est, ut suprà dixit. Ad ordinem spectat, nè quibus loqui licet, plures simul loquantur, sed singuli alius post alium[k]. Quoniam sparsim disseruerat de ritibus, omnia hîc colligere voluit in brevem summam; nempe, ut decorum servetur & vitetur confusio. Hic locus ritè expensus discrimen ostendit inter tyrannica Papæ edicta quæ conscientias præceptis, tanquam per se necessariis, astringunt, & pias Ecclesiæ leges, quæ decoro pacique serviunt, & quibus disciplina & ordo continetur[l].

Marginal notes (left column): [t] G. [v] Mc. [x] E. [y] E. sim. Mc. T. [z] G. sic E. [a] E. [b] G. [c] E. || E. Mc. T. † Pi. * Pi. [d] G. sim. E. Mc. * V. [f] G. [g] E. Mc. [h] Pi. [i] E. [k] Pi. [l] G. sim. Pi. [m] G. [n] T. Be. Mc. sim. E. [o] Be. [p] E. [q] Vor. [r] Be. † E. [t] Aquin. in E. [v] E. ex L. & Caj. T. [x] E. [y] T. [z] Mc. [a] G. [b] V. [c] G. [d] T. ex E. * T. sim. E. Mc. [f] T. ex Aug. [g] Er. [h] Be. [i] Mc. [k] E. sim. T. [l] E. [m] G. [n] V. G. Er. [o] Scl. ex Be. [p] Pi. Scl. [q] Scl. [r] G. † Pi. [t] G. sim. E. Mc. [v] Mc. [x] E. Mc. [y] C. [z] G. [a] G. sim. Be. [b] Be.

Marginal notes (right column): [c] Ham. [d] G. * Ham. [f] Strig. sim. Dic. [g] Strig. [h] Dic. sim. Par. [i] Par. [k] Mc. ex E. [l] Calv.

CAP. XV.

1. NOtum, &c. Γνωρίζω, &c.] *Vobis declaro* (vel, *in memoriam revoco*, V. Mc. T.) *fratres, Evangelium*, &c. P. Vox *Evangelii* primùm quidem τὸ κήρυγμα Christi significat, deinde & illa per quæ κήρυγμα illud confirmatum est; i. e. historiam de vita, miraculis, morte, resurrectione, & in cœlum evectione, Christi: ut diximus in Prolegomenis ad Evangelia. Maximum malum, sed non ità latè diffusum per Corinthiorum Ecclesiam, ultimo loco medicari aggreditur Paulus. Nam quia Resurrectionis dogma Philosophicis quibusdam ratiunculis oppugnari solebat, ut cognoscere est Act. 17. 18. ex Athenagora, ex objectis de Resurrectione quæ sunt in Justin. operibus, & ex libro Tertul. De resurrectione, eò evenerat ut quidam facti quidem Christiani, sed Philosophorum quorundam opinionibus non satis liberati, quorum fuere Hymenæus & Philetus, dogma illud in ἀλληγορίαν verterent, seque jam nunc resurrectionis esse compotes dicerent: quod Gnosticos fecisse testatur Clemens Alex. Strom. 3. Resurrectionem itaque arbitrabantur, Non vacare rebus hujus vitæ, inter quas est Matrimonium; sed soli meditationi, ad exemplum cœlibum Essenorum. Hoc enim cùm nova quædam ipsis vita esse censeretur, cui comparata vita prior mors erat, ideo & illud *mortem*, & hoc *resurrectionem*, vocabant, ut ex 2 Tim. 2. 17, 18. & dicto Clementis loco, & ex iis quæ de Saturnino habent Iren. & Tertul. datur intelligi. Et ad hoc & ad alia quædam dogmata pertinet & illud Tertul. in Apologetico, *Ex horum semine etiam nostram hanc novitiolam paraturam viri quidam suis opinionibus ad Philosophicas sententias adulteraverunt, & de una via obliquos multos & inexplicabiles tramites sciderunt.* Hoc verò, cùm revera nihil esset aliud quàm ipsa doctrinæ Christianæ fundamenta convellere, solicitè sibi refutandum censuit Apostolus[a]. Doctrinam de resurrectione antea in genere, nunc autem explicatiùs, docet[b]. ¶ *Quod*, &c. Ὃ καὶ παρελάβετε, &c.] *Quod & accepistis*, (nimirum fide & professione, à me[c]: vel, *tanquam verum recepistis*. Sic לקח sumitur apud Hebræos. Unde & nomen לקח pro *doctrina* frequens[d].) *in quo* (vel, *per quod*, V.) *etiam statis*, P. sic Be. Pi. vel, *perseveratis*, Zeg. in cujus professione perstitistis hactenus pars maxima *: quò turpior esset inconstantia si nunc deficeretis. Vel, quod adhuc etiam profitemini; vel, per quod etiam datum est vobis ut erecti stetis: sicut eadem formula accipitur Rom. 5. 2. & *standi* verbum suprà 10. 12[f]. Significat se non novam adferre doctrinam, sed quam antè prædicaverat[g].

2. *Per quod* (receptum & creditum[h],) *& salvamini*] Æternùm scilicet[i]. Dicit in præf. *salvamini*, vel,

Marginal notes: [a] G. [b] Be. [c] Pi. [d] G. * G. sim. Be. [f] Be. [g] Mc. [h] E. [i] Par.

vel quia hæc salus incipit in hac vita, perficitur in futura [k]; vel ob certitudinem fidelium de præsenti & futura Dei gratia [l]. Quare & præt. utitur Eph. c. 2. v. 8. *Gratiâ estis salvati* [m]. Al. Est & hîc Præsens pro Futuro, ut suprà 13. 13. infrà 16. 5. 2 Pet. 3. 11. *Per quod salutem consequemini* [n]. ¶ *Quâ*,&c. Τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν εἰ κατέχετε] Manifesta est trajectio [o], qualis Joan. 8. 25. Act. 1. 1. Rom. 8. 3. suprà 14. 37. & infra v. 12 [p]. *Si tenetis*, vel *retinetis*, (scil. memoriâ [q]; & ad finem usque [r]. Κατέχειν hîc non tam ad memoriam, quàm ad constantem fidem & professionem, pertinet †.) *quo sermone* (vel, *quâ doctrinâ*, Il. sic Be. Vor. quibus rationibus seu argumentis [t], & testimoniis, quàm magnis ac multis argumentis [v]: vel, *quo pacto*, Er. Ti. V. λόγῳ hîc positum est pro *modo*; *Si rectè meministis quomodo id vobis annunciaverim*,—i.e. & historiam cum suis circumstantiis, & dogmata cum sua explicatione [x]; & quod prædicavi, & eâ ratione quâ prædicavi [y].) *vobis Evangelizaverim*, P. Be. Pi. Il. &c. vel, *annunciârim*, Er. Ti. Ità enim facilè videbitis quantum hæc distent ab iis quæ isti ex Philosophis malè Christiani dictitant [z]. ¶ *Nisi*,&c. Ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῇ ἐπιστεύσατε] *Nisi* (vel, *Nisi si non*, Mo. *Excepto nisi si*, Be. *Nisi si*, Pi. ἐκτὸς εἰ μὴ, pro, εἰ μὴ. Pleonasmus, ut suprà 14.5 [a]. Duplex hîc negatio pro una [b].) *frustrà* (i. e. temere, & inconsideratè sive leviter. Confer Matth. 5. 23 †.) *credidistis*, Er. Il. &c. i. e. nisi frustrà facti estis Christiani [c], vel inani Christianorum nomine gloriamini [d]: Nam sine fide resurrectionis reliqua fides inanis est & ad salutem inutilis *. Vel, nisi illa omnia priùs credita vobis exciderunt [f]: vel, nisi fidei vestræ fructum omittere velitis. Est autem oratio ἐλλειπτικὴ· subaudiendum enim videtur & κατέχειν ὀφείλετε [g]. [Sensus est,] Aut frustrà credidistis, quod absurdum & ἀδύνατον [h], aut per hoc Evangelium à me prædicatum (cujus vel præcipuum caput est Resurrectio mortuorum [i]:) salvamini, quod certum est [k]. Nisi fides, quam semel accepistis, vestrâ culpâ instabilis fuerit, fluxa & evanida [l].

3. *Tradidi*] Prædicatione scilicet [m]. ¶ *In primis*] Ità P. Be.&c. h. e. Inter præcipua [n], quæ credere debebatis [o]; sive Evangelii capita [p]. ¶ *Quod & accepi*] Vel, *acceperam*, G. divinitus [q], à Christo, Gal. 1. 12 [r]. ab Anania primùm, deinde & ab Apostolis, accedente fortè & speciali revelatione, ut diximus suprà 11. 23. ¶ *Christus mortuus est*] Verè, non imaginariè. Ideo omnia quæ ad mortem & resurrectionem pertinent, tam accuratè observata, tradita, ac postremùm conscripta sunt. ¶ *Pro*, &c. Ὑπὲρ τῶν, &c.] Sic, διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, Rom. 4. 25. ubi dicta vide †. Notatur causa finalis, quæ aliàs per præp. περὶ, ἀντὶ,&c. indicatur [t]. *Pro peccatis nostris*, P. Be. &c. scil. expiandis [v], delendis, tollendis [x]. Mortem, peccati pœnam, sustinuit propter peccata, non sua, quæ nulla habuit; sed nostra: i.e. ad redimendas pœnas peccatis nostris debitas [y]. ¶ *Secundùm Scripturas*] i.e. Sicut testantur Scripturæ [z], scil. Vet. Test [a]. vel propheticæ [b]. Sicut Esaias, Daniel, & alii prædixerant. Vide quæ dicta ad Luc. cap. 24.v.26,27. Act. 26.22,23 [c].

4. *Sepultus est*] Exanimis repositus fuit in monumento adhuc vacuo. Vide quæ ad Matthæum [d]. Sepulturæ meminit; vel, 1. ut doceat, etiam sepultos resurrecturos: vel potiùs, 2. ut veritatem mortis, indéque resurrectionis, Christi declaret *. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἐγήγερται] *Quòd suscitatus sit*, P. sim. Be. Pi. scil. à morte [f]. Reditus Christi ad vitam modò per ἀνάστασιν, modò per ἐγείρεσθαι, significatur; quia scil. Mors & Casui & Somno comparatur. ¶ *Secundùm Scripturas*] Nam & hoc Esaias & Daniel prædixerant [g], & præfiguraverat Jonas [h], & Isaac, qui morti destinatus tertiâ die quasi revivifcit, Gen. 22. Vide & Ose. 6. 3 [i]. Hæc particula hîc additur, quia Resurrectio Christi, adeóque mortuorum, creditu perdifficilis est, & inter ipsos fideles disceptata [k].

5. *Visus est Cephæ*] i.e. Petro [l]. Sic suprà 1. 12 [m]. proficiscenti scil. Emaunta. Vide quæ diximus ad Marc. cap. 16 [n]. Apostolos hîc adducit ut testes oculatos, h. &c. Apparitiones autem Christi post resurrectionem h. l. commemorat, nec omnes eas, nec solas, quas Evangelistæ commemorant. Non omnes: quia non meminit earum quæ factæ sunt mulieribus, nè minus ponderis hoc haberet apud contradicentes: neque illius factæ Cleophæ & socio ejus, Luc. 24. Nec solas: nam in Evangelio non legitur, quòd aut Jacobo, aut Paulo, aut 500 fratribus, apparuit [o]; neque quòd Cephæ,&c. Confer Joh. 20. 30 [p]. Res tanti momenti, neque facilis creditu, multis egebat testibus. Quod hîc tangitur idem est cum eo quod habet Lucas 24. 34 [q]. ¶ *Undecim*] Sic legitur in Amb [r]. Et variâsse hîc Græcos Codices apparet ex Græcis Scholiis,& Chrys.& Aug †. Τοῖς δώδεκα] Sic est in Codicibus Græcis [t] omnibus quos vidi, excepto Clarom [v]. & in Syro. Sed si Judam excipias, Undecim tantùm erant [x]: nam Matthias nondum electus erat [y]. Aberat quoque Thomas, Joh. 20. de qua apparitione hîc agi videtur [z]. Quomodo ergò hîc dicuntur *Duodecim* [a]? Resp. 1. Forsan δώδεκα hîc irrepsit pro δέκα· ut hîc sermo sit de apparitione illa, Joh. 20.19. quum Thomas aberat. Nam v. 7. dicit eum apparuisse *Apostolis omnibus*, scil. Undecim, ut narrat Johannes, 20. 26 [b]. 2. *Duodecim* appellantur, respectu habito ad ordinationem Dei, qui hunc Apostolorum numerum redintegrare voluit [c]. Matthias à Domino jam destinatus erat ac fortè etiam societate conjunctus cum reliquis Apostolis [d]: Forsan & Matthias jam electus erat in locum Judæ †. 3. Major numerus, isque consuetus & ordinarius, synecdochicè ponitur pro minori non ordinario *. Sic collegium *Centumvirorum*,*Decemvirorum*, *Septemvirorum*, nomen retinet, licèt aliqui absint. Sic *Duodecim* dicuntur & Joh. 20. 24. qui tantùm erant Undecim [f]. Sic Gen. 42.13. *Duodecim—sumus*: quum tamen Josephum mortuum crederent,&c [g]. 4. Est Metonymia adjuncti κατηχητική· nam ex adjuncto numero intelliguntur Apostoli ἀοριστῶς, non habitâ numeri ratione [h]. Vocantur *Duodecim*, non quòd tot essent, mortuo Judâ & Thomâ absente; sed quia eo numero institutum erat eorum collegium [i]: unde ea appellatio, etiam Judâ sublato, permansit [k]. Vide dicta ad Joh. 20. 24 [l]. Appellatio Duodecim τεχνικὴ est, nec tam numerum quàm collegium denotat [m].

6. *Visus est plus*, &c. Ἐπάνω πεντακοσίοις, &c.] Constructio ἐλλειπτική, sicut Latinè dicimus, *Interfecit plus trecentos* [n]. Ἐπάνω designat, vel, 1. locum [o]; *supernè*, sive *desuper*, h. e. cœlitus [p]: q. d. De sublimi, h. e. vel cœlo, vel potiùs aere, conspicuum se exhibuit. Ἐπάνω valet *suprà*, Matth. c.5. v.14. Luc. 10.19. Joan. 3.31. Obj. At ἐπάνω eo sensu Genitivum postulat, ut patet in exemplis allatis; quum hîc sit Dativus, *fratribus*. Resp. Hîc autem non est præp. sed Adverbium, sicut & Matth. 2. 9 [q]. & illud, *fratribus*, non regitur ab ἐπάνω, sed ab ὤφθη †. Vel, 2. numerum [t]: qui sensus tolerabilis est, si ἐπάνω sit Adverbium,& subaudiatur ἤ, *quàm*; ut dicimus, *plus mille* [v]. [Sic ergò vertunt,] *Plus*, vel *Ampliùs*, (vel, *Suprà*, E.) *quàm quingentis* (forsan legendum πεντήκοντα, *quinquaginta*: nam pòst in toto cœtu Hierosol. erant tantùm 120. Act. 1. 15 [x].) *fratribus* i.e. Christianis [y]) *simul*, Er. P. vel, *semel*, Be. Pi. i. e. non divisim, sed unà [z], בְּאֶחָד [a], eodem tempore [b]. Hæc apparitio contigit [c], vel, 1. in monte Oliveti, unde ascendit in cœlum, Luc.24. Act. 1 [d]. Quod ex eo refellitur, 1. quòd duæ adhuc posteriores apparitiones hîc sequuntur: 2. quòd tot fideles non ausi fuissent circa Jeros. congregari *. Vel, 2. in Galilæa [f], Matth. 28. 7 [g]. Mat. 28. 16 [h]. in monte [i], ut traditio habet, Thabor, sive Itabyrio [k]. Hæc enim generalis erat ac solennis apparitio ab ipso Christo promissa, Matth. 26. 32. & 28. 7. cui quoque locum à Jeros. remotum designavit, ut liberiùs & securiùs ibi congregarentur fideles,&c [l]. ¶ *Ex quibus multi*, &c. Πλείους, &c.] *Plures* (vel, *Plerique*, P. Be. Pi. Er. V. vel, *Multi*, Vulg. Comparativus pro positivo [m].) *manent*, &c. Er. &c. In vita videlicet, ut Joan. 21. 22 [n]. Ex quibus qui volet testimonium poterit exquirere [o]. ¶ *Quidam autem dormierunt*] i.e. Mortui sunt [p]: qui in hoc testimonio ad finem usque perseverârunt [q]: quorum liberi & familiares testari adhuc possunt quid ex ipsorum ore ista de re audiverint [r].

7. *Deinde*,&c. Ἔπειτα,&c.] *Postea* (Sed videtur ἔπειτα hîc esse Ordinale dignitatis, non temporis; vel formula numerandi ordine insuper habito †; nec est *postea*, sed *præterea*, ut suprà 12. 28. Jac. 3. 17. Nam apparitio

Christi Jacobo facta est statim post resurrectionem, ut habet traditio quam ex Hieron. commemoravimus in Prolegomenis ad Matthæum [t]. Sed illa narratio fabulosa est, nec ipsi Hieronymo probata [v].) *visus est* (multis diebus post resurrectionem, eo scilicet ordine temporis quo hîc recensetur [x]:) *Jacobo*] Non *Zebedæi*, sed *Alphæi*, filio: qui in vivis erat cùm Paulus hæc scriberet, & minister erat circumcisionis [y], & frater Domini †, primúsque Jerof. Episcopus [z], ut testantur Hieron. Chryf. Euseb. &c. [quorum verba quære in Ham.] dictus *justus*, cujus apud fideles, præsertim Judæos, erat permagna authoritas [a]. ¶ *Deinde* (in die ascensionis [b], sive in Jerosolymis, sive in monte Oliveti [c],) *Apostolis* (Quo nomine hîc intelligit non modò Duodecim, sed & LXX Discipulos [d], aliósque quoslibet Christi Discipulos ad prædicandum aliquando missos*.) *omnibus*] De quo vide Joh. 20. 25, 26. & cap. 21 [f].

8. *Novissimè* (vel, *Ultimo*, Be. Pi.) *autem omnium*] Vel, Apostolorum; vel potiùs, universè eorum quibus visus est [g]. ¶ *Tanquam abortivo*, &c. ità Mo. Tre. sic Er. P. Be. Pi. &c. Ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι, ὤφθη κἀμοί] Est & hîc trajectio: recta enim elocutio fuerat, ὤφθη κἀμοὶ, ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι, *Conspectus est & mihi, qui sum velut partus ex abortione*, נפל, Job. 3. 16. Eccles. 6. 3. Imitatus hoc est Ignatius, aut quisquis est Scriptor Epistolæ ad Romanos inter Ignatianas, οὐ γάρ εἰμι ἄξιος, ὢν ἔσχατος αὐτῶν ὡς ἔκτρωμα [h]. Qu. 1. [Quid hîc ἔκτρωμα, & cur se ità vocat?] Resp. Hoc declarat v. seq [i]. 1. q.d. hominem contemptum & abjectitium [k]; minimum Apostolorum [l], & pumilionem ac quasi nanum: *abortus* enim dicitur non solùm partus mortuus, sed etiam fœtus parvus & non justæ magnitudinis, quamvis vivat. Vide Plin. 12. 2 [m]. Imperfectum [n], non usque adeò maturum ad Apostolatum: nam ἔκτρωμα dicitur ἔμβρυον, & quiddam imperfectum, quod ex vulva ejicitur muliebri [o]. Verterem, *quasi rem sine debita forma natam*: q.d. Quantum ego ab Apostolo? Quantum massa aliqua informis deformísve, abortivo partu edita, differt à forma humana: παιδίον μὴ ἐξεικονισμένον, apud LXX, in Exod. 21. 22 [p]. Alludere hîc videtur ad proverbialem formulam apud Romanos, cujus meminit Cardinalis Baronius ex Suetonio in Octav. cap. 35 [q]. *Erant*, inquit, *super mille Senatores, & quidam indignissimi, post necem Cæsaris per gratiam & præmium allecti, quos* Abortivos *vulgus vocabat* [r]. Ità Paulus se quasi supernumerarium vocat, h.e. extra numerum duodenarium ad Apostolatum ascitum unà cum Barnaba †. Sed non puto Paulum, qui Græcè scripsit, nec Romam adhuc viderat, usum vocis tam rarum & remotum ob oculos habuisse [t]. 2. *Abortivum*, i.e. extra tempus, & extra ordinem, in collegium Apostolorum adscriptum [v]: renatum post Spiritûs S. adventum, non, ut reliqui Apostoli, ante eum [x]. Sed natum post alios, patre mortuo, non *abortivum*, sed *posthumum*, vocamus [y]. 3. Sic se appellat propter nativitatis spiritualis modum [z]: quia conversio ejus subita fuit, Act. 9. similis inopinato alicui abortui [a]: quia non longâ institutione ad Christianismum perductus fuit, quò esset velut naturalis partio, sed vi subitâ; quomodo immaturi partus ejici solent [b]: quia, ut ex graviori aliqua percussione abortus plerumque contingit; sic Paulus ex percussione illa Divinæ Christi gloriæ in lucem eductus est cœlestis gratiæ: vide Act. 9. 4. 4. Quid si hîc Paulus tempus apparitionis Christi notare voluit? Christum scilicet sibi apparuisse tum, cùm quasi embryo quidam esset, & quiddam imperfectum; nondum scilicet ad fidei robur aliquod perductus: vel, ut Gal. 4. 19. cùm Christus nondum in ipso formatus est [c]. 5. Videtur hîc esse ἀντίθετον q.d. A me etiam visus est Christus, quamvis in rebus quæ ad salutem pertinent olim tam cœco, quàm cœcus est abortivus ad lucem Solis, Job. 3. 16. Eccles. 6. 3, 4 [d]. Qu. 2. Qualis erat hæc apparitio? Resp. Indubiè corporalis: quia se, ut cæteros, testem oculatum adducit, &c. Qu. 3. Quando & ubi Christum vidit*? Resp. Dum iret Damascum, Act. 9 [f]. Obj. At Paulus tunc excœcatus erat [g]. Resp. Priùs tamen Dominum vidit, cujus maximâ claritate perstricti sunt ejus oculi, ut fit Solem intuentibus [h].

9. *Minimus*, &c.] Respectu vitæ meæ præteritæ. Declarat quâ ratione se *abortivum* dixerit, simúlque gloriam apparitionis Dominicæ sibi factæ humilitate comprimit [i]. Ad augendam testimonii fidem, magna de se prædicaturus, primùm quantum potest se dejicit, nè glorias flare videretur [k]. ¶ *Non*, &c. Οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, &c.] *Non sum dignus* (vel, *idoneus*, Er. V. Ἱκανὸς est ἄξιος, ut apparet collatione loci, Matth. 3. 11. Joh. 1. 27 [l].) *vocari* (vel, *qui vocer*, Pi. Er. V.) *Apostolus*, Be. Pi. Non sum idoneus ad Apostolum, aut dignus eo munere vel nomine [m]. Indignum se negat tanto honore ob vitam priorem. Atqui alibi dixit, *miserationem sibi obtigisse ideo quòd quæ fecerat ea fecisset per ignorantiam*, 1 Tim. 1. 13. Verum est: sed id culpam minuit, non detrahit. Et qui talia peccat, si summo jure agatur, Apostolico honore non est dignus. ¶ *Persecutus sum*, &c.] Deus id jam condonaverat, & ipse meminit [n].

10. *Gratiâ autem Dei* (i.e. Dei miseratione [o], sive gratuitâ beneficentiâ, sive beneficâ operatione [p],) *sum id quod sum*] i.e. Apostolus [q], & doctor Gentium [r], & quidem idoneus †. Nè præced. confessione Apostolatum suum in contemptum adduceret, nunc eundem extollit [t]. ¶ *Et gratia ejus in me*, &c. Ἡ εἰς ἐμὲ, &c.] *Quæ in* (vel, *erga*, Er. V.) *me* (sub. *est*, vel *erat*, Val. Ham. vel, *profecta est*, Er. P. vel, *collata est*, Be. Pi. i.e. quam præstitit mihi [v]: *collatus mihi honos*, G.) *non fuit inanis*, Be. Pi. Er. P. &c. vel, *vacua*, Vulg. Val. V. otiosa, vel sine opere [x]: fructu suo non caruit [y]. *Gratia* hîc intelligitur functionis Apostolicæ bene & cum fructu exercendæ [z]. ¶ *Abundantiùs* (vel, *Plus*, sive *ampliùs*, G. sic Be. Pi. יותר מן [a]:) *illis* (nempe Apostolis [b], generaliter dictis: ut suprà semel & iterum [c].) *omnibus*] Scilicet reliquis [d], non simul*, sed seorsim sumptis [f]. ¶ *Non ego autem*, (nempe solus [g], vel ex meis viribus [h], vel principaliter [i],) *sed gratia Dei mecum*] Vel, *quæ mecum*, sub. *est*, P. Val. Er. Rev. vel, sub. *laboravit*, Zeg. vel, *quæ mihi adest*, Er. V. i.e. Non tam ego quàm gratia Dei [k]. Comparatè & hoc dictum, non ut se excludat, sed ut potentiæ Divinæ potissimas tribuat partes. Similis locutio Matth. 10. 20 [l]. Insinuat cooperationem gratiæ & liberi arbitrii, sic tamen ut gratia principaliùs operetur [m]. Al. Intelligit gratiæ Divinæ totum hoc adscribendum esse [n]. Paulus ità se facit gratiæ administrum, ut illi omnia tribuat [o]. Se quidem dicit organum laborans, laborem verò ejúsque successum gratiæ sibi datæ in solidum tribuit. Neque nunc loquitur de prima gratia, sed de gratiæ fluxu & ἐνεργείᾳ continuatâ. Non modò igitur prævenienti, sed & subsequenti, nec operanti tantùm, sed & cooperanti gratiæ, omnia ascribit [p]. Σὺν nonnunquam opitulationem significat, ut, σὺν τῷ Μωσεῖ [q]. *Gratia Dei cum aliquo esse* dicitur cui favet atque opitulatur. Vide Matth. 28. 20. Quod hîc per σὺν explicatur id alibi per ἐπὶ, Act. 4. 33. per μετὰ 1 Tim. 6. 21. Est hæc explicatio vocabuli עמנואל [r].

11. *Sive*, &c. Εἴτε οὖν, &c.] *Sive* (vel, *Et*, P. Be. Pi. Iterum εἴτε pro καὶ, ut suprà 13. 8 †.) *enim* (vel, *igitur*, P. Be. E. &c. Non enim probat, sed à digressione redit ad prius institutum, in summam colligens testimonia resurrectionis Christi [t]: Hîc desinit Propositio tractationis, incipiente deinceps Confirmatione, usque ad v. 33 [v].) *ego*, (qui tot struxi Ecclesias [x]: vel, *ego Apostolorum minimus* [y].) *sive illi*, (i.e. Apostoli alii, supple *respiciuntur* [z]; omnes uno ore [a], tanquam testes oculati [b]:) *sic prædicamus*] Nempe ut dixi [c]; scil. Christum & mortuum esse [d], & reipsâ κατὰ τὸ ῥητὸν * resurrexisse [f], & nos resurrecturos. ¶ *Et sic credidistis*] Regula Christi in quam baptizati estis utrumque continet [g]. Uniformis est vestra & Ecclesiæ fides de hoc capite, ut si nunc aliter credere velitis, vosipsos arguere cogamini [h].

12. *Si—Christus——resurrexit——quomodo* (i.e. quâ fronte, aut quâ ratione: vel enim impium hoc est, vel absurdum [i].) *quidam dicunt in vobis*, (vel, *inter vos*, Be. Pi. i.e. quidam vestrûm: vel, *dicunt in vobis*, i.e. serunt inter vos hujusmodi sermonem [k]. Quinam hi erant non exprimit, nè pudore à resipiscentia absterreat [l]. Erant vel, 1. Hymenæus & Philetus, 2 Tim. 2. 17. qui huc forsan venerant [m]; vel Cerinthus cum suis, qui primus post Simonem Magum hæresiarcha tempore Pauli resurrectionem negavit †: vel, 2. Judæi ex Sadducæorum secta [n], vel etiam Pharisæi, qui resurrectionem negabant non quidem omnium, sed Christianorum, utpote Aposta-

[Marginal notes, col. 519:] t G. sim. Ham. — v E. — x Idem. — y Ti. ho. — † Zeg. E. Ham. ex Hi. — z E Ham. — a E. — b L. E. Me. — c E. — d E. ex Hi. Chryf. Th. Caj. sic Zeg. — *. Vor. — f G. — g E. — h G. — i Pi. — k V. sim. Me. — l Ca. sim. E. ex Græcis. — m Ca. — n E. Me. — o Scl. — p Li. ho. — q Ham. sim. Baron. & Lorin. in E. — r Ham. — † Baron & Lorin. — t E. — v T. ex Chryf. Amb. Baron. Q. in E. — x Q. in E. — y E. — z Scl. — a Vor. — b G. — c Scl. — d BA. 1. 3. 35. 1031. — * E. — f E. Me. — g Caj. in E. — h E.

[Marginal notes, col. 520:] i E. — k E. — l G. sim. Be. Pi. — m E. — n G. — o G. — p E — q G. E. Me. — r Me. — † E. — t Par. — v V. — x Me. sic E. — y G. sim. Pi. Me. — z E. — a G. — b E. T. Pi. — c E. — d Pi. — * E. Me. — f T. sim. E. Me. — g Me. T. — h Pi. — i E. — k E. T. — l G. sim. — m E. — n Vor. sim. Be. Par. Scl. — o Pi. — p Par. — q Er. — r G. — † Be. — t E. — v Be. — x G. — y E. — z G. sic T. E. Me. — a E. sim. T. — b E. — c E. T. sic Camer. Pi. — d Me. sic T. Par. Vor. — g G. sic E. Me. Pi. Par. Vor. — i G. — k Par. — l Par. — m E. — † Par. — n Q. in Par. T. — † Me. — n Al. in Par. Li. chron. p. 110.

Apostatarum à Judaismo [o]: vel, 3. Gentiles Philosophi [p]: vel, 4. falsi Apostoli [q].) *resurrectio——non est?*] Qu. Quo argumento ex Christi resurrectione sequitur cæterorum mortuorum resurrectio [r]? Resp. 1. Argumentum est à simili †. Dicebant illi, resurrectionem esse τῶν ἀπλῶς ἀδυνάτων, (*ex genere eorum quæ simpliciter impossibilia sunt,*) quæ sunt ἐκ ὄντα, ἐκ ἐνδεχόμενα, (*non entia, quæ fieri nequeunt.*) Nam certè quod factum est fieri potest. Contra tales disputat Abarbaniel ad prima Esaiæ [t]. Resp. 2. A causa ad effectum valet argumentum. Christi autem resurrectio est causa immediata resurrectionis nostræ [v]; h. e. resurrectionis electorum, de qua sola agit Paulus in sequent. Est autem Christus resurgens causa resurrectionis nostræ, 1. exemplaris [x], vel efficiens [y]. Christus enim est caput Ecclesiæ, cui fideles uniuntur tanquam membra [z]. Unitas autem & conformitas totius corporis mystici exigit ut omnia membra participent de vita & gloria capitis [a]. Capitis est, vitam, sensum & motum, infundere membris. 2. Finalis [b]: Christus tam nostri quàm sui causâ resurrexit [c]. Aut ergò fideles suscitabuntur, aut Christus fine suo frustrabitur, quod absurdum [d]: Nec plena esset Christi de morte victoria, si illam in seipso solo, non item in membris suis, devicisset. Atqui plenè ipsam à Christo devictam esse testatur actus de illa triumphus in resurrectione Christi *. Obj. At saltem non sequitur hoc exemplo, impios resurrecturos. Resp. Imò sequitur: nam in uno Christo est causa suscitationis omnium, licèt diversa. Christus enim est caput fidelium, judex omnium, &c. Non tamen imperfecta est argumentatio, aut Christi, Matth. 22. aut Pauli hoc loco, probantium electorum duntaxat, sive eorum qui cum Abrahamo, &c. congregandi sunt resurrectionem. Nam resurrectione beatâ (quæ propriè est consolatio fidelium, quam præcipuè spectârunt Christus & Paulus) semel constitutâ fidéque receptâ, non difficile est credere & impiorum resurrectionem, &c [f].

13. *Si——non est*,&c.] Nempe quia Christus & causa & exemplum est nostræ resurrectionis: sive quia par ratio est capitis & corporis [g]. Argumentatur à negato consequente ad negationem antecedentis [h]. Si penitùs impossibilis est resurrectio, falsum est Christum resurrexisse [i]. Sublato genere tollitur & species. Est argumentum, ut Scholæ dicunt, in FERIO, ideo adductum ut convictâ falsitatis illatione & assumptione manifestâ, nempe *Christum fuisse mortuum*, perimatur propositio quæ est, *Nullum mortuum resurgere* [k].

14. *Inanis*,&c.] h. e. Et falsa [l], & inutilis atque frustranea [m], quia non consequitur finem, scil. vitam æternam [n]. Id ideo quia hoc præcipuè argumento usi erant Apostoli ut evincerent verum esse Christi dogma, quòd Deus eum, si falsa docuisset, non resuscitâsset è mortuis. Vide Act. 1. 22. & 2. 32. & 4. 10, 33. & 13. 37. Rom. 1. 4. & 4. 24 [o].

15. *Invenimur* (vel, *Deprehendimur*, Me. E. G. *Arguimur*, Me. Quod & in Apostolo turpissimum est, & injurium Deo [p].) *autem & falsi testes* (vel, *falsum tulisse testimonium*, G. sim. Be. Pi.) *Dei*] Sic Er. Mo. P. Be. &c. vel, *de Deo*, Ca. vel, *nomine Dei*, G. abusi Dei nomine contra præceptum, Exod. 20. 7 [q]. pro veritate Dei falsa prædicantes [r]. Quod scilicet de nobis minimè credendum est, quos vita tam emendata facilè ab omni falsimoniæ suspicione liberat †. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ Θεοῦ, &c.] *Quoniam de Deo*, &c. Er. P. Mo. Be. Pi. &c. Patre scilicet [t]: vel, *à Deo*. Nam κατὰ interdum idem declarat quod ἀπὸ vel ἐκ, ut Mat. 8. 32. Marc. 5. 13. & Luc. 8. 33. κατὰ τοῦ κρημνοῦ, sed addito verbo ὥρμησε [v]. Vel, *contra Deum*, Ca. G. sic Vulg. E. ex Tertul. ut κατὰ passim sumitur [x]. q. d. Calumniam Deo impegimus [y]: qui falsum annunciat tanquam Dei verbum, facit Deum mendacem [z]. *Contra Deum* est testimonium omne quod Deum fecisse dicit id quod non fecit. Si de homine falsum dicere magnum est scelus, quantò magis de Deo? Si quis Regis monetam adulterat, gravissimè punitur: quantò magis qui Dei? Miracula enim Dei moneta. ¶ *Quem non*, &c.] Est eadem connexio quæ suprà v. 13 [a].

16. *Si mortui*, &c.] Ἐπιμονὴ καὶ ἐπεξεργασία. Repetit dicta & expolit [b]. Repetendo inculcat tanquam invictum argumentum, urgétque connexum [c].

[o] Li. chron. ib [p] Al. in Par. [q] Amb. in Par. [r] E. † Q. in E. [t] G. [v] Par. [x] E. [y] Par. [z] Par. sic E. [a] E. [b] Par. [c] T. sim. Par. [d] Par. * T. [f] E. [g] Vor. [h] E. [i] Me. [k] G. [l] E. Me. T. [m] E. [n] Pi. Vor. [o] G. [p] E. [q] G. [r] E. † G. [t] Pi. [v] Fe. [x] E. [y] Græci in E. [z] E. sic Me. [a] G. [b] Pi.

17. *Vana est*, &c.] Idem quod suprà v. 14. Nam valde necessaria Apostoli sæpe repetunt [d]. ¶ *Adhuc——estis in peccatis vestris*] Et quoad reatum, & quoad dominium *. Nec sanctificati estis, nec justificati [f]: quia hoc à morte Christi pendet [g], quâ peccata expiantur [h]; illud à resurrectione [i]. Vide Rom. 6. 4, 5. Phil 3. 10 [k]. Adhuc obnoxii estis pœnæ peccatis vestris debitæ [l], morti æternæ [m]: nam Christus mortem non vicit [n]. Purgatio Christi fieri debet per fidem, quæ hîc vana ponitur [o]: qualis justificare non potest [p]. Si corruit causa, resurrectio Christi, corruet & effectus, nempe justificatio nostra [q]. Christus non potuit mortem devincere, multò minùs peccatum, illius causam [r]. Nondum justi facti estis, cùm in Christi resurrectione vobis sita sit justitia †. Non estis certi de remissione peccatorum vestrorum, quam Christus promisit Dei mandato: cujus mandati fidem non alia magis facit res quàm ipsius ex morte resuscitatio, Rom. 4. 25 [t].

18. *Qui dormierunt* (i. e. mortem obierunt [v]: q. d. qui nobis vocantur *dormientes* ob spem certum resurrectionis [x].) *in Christo*, (i. e. in fide & gratia Christi, cum spe salutis [y]; in fide perseverantes, &c [z]: vel, *Christi*, i. e. Evangelii, *causâ*, ut Stephanus & alii. Ἐν hîc positum est pro *propter*: & quod hîc est, ἐν Χριστῷ, idem dicitur, διὰ τοῦ Ἰησοῦ, 1 Thes. 4. 14 [a].) *perierunt*] Sine spe vitæ melioris [b]: damnati sunt, quia fides eorum fuit falsa, justitia nulla, &c [c]. vel, instar pecorum prorsus interierunt [d]. Nam si corpus non resurgit, interibit & anima, quæ in æternum sine corpore esse non potest, cùm sit forma corporis, &c *. Argumentum est ad hominem. Disputat enim adversùs eos, qui, licèt de resurrectione hæsitarent, Evangelium tamen agnoscebant, statuebántque se à peccatis liberatos esse, & Apostolorum testimonium recipiebant. Hæc porrò argumenta accommodata sunt præcipuè ad resurrectionem fidelium probandam [f].

19. *Si in hac vita tantùm* (μόνον construendum cum τῇ ζωῇ ταύτῃ [g], per trajectionem: alioqui reprehenderentur qui in solo Christo sperârunt [h]. q. d. Dum hîc vivimus [i]. Si spes nostra non porrigitur ultra terminum hujus vitæ [k]. Vel, *hujus duntaxat vitæ gratiâ*, Ca. *propter hanc vitam*, Pi. Ga. i. e. propter commoda & felicitatem hujus vitæ [l]. Hebraismus [m]: ἐν, id est, ב, idem valet quod בעבור [n], ut Gen. 18. 28. & 29. 18. Hos. 12. 12. Sic ἐν valet *propter*, Matth. 6. 7. Gal. 1. 24. Eph. 4. 1 [o].) *in Christo* (vel, *in Christum*, Be. Pi.) *sperantes sumus*, (i. e. Si non ab eo exspectamus bona futuri seculi, sed præsentis tantùm [p]. Hanc vitam opponit venturæ, ut 1 Tim. 4. 8 [q].) *miserabiliores*, &c. Ἐλεεινότεροι, &c.] *Miserrimi* (Comparat. pro superlat. ut suprà 13. 13 [r].) *omnium hominum sumus*, P. Be. Ca. Pi. Il. &c. vel, 1. nos Apostoli, qui profitemur & omnibus venditamus doctrinam salutis †. Argumentum maximi ponderis, quod etiam latiùs deducitur, infrà v. 30. Non amentes esse Apostolos satis constabat ex vita ipsorum, dictis & scriptis. Atqui amentium fuerat objicere se tot odiis, incommodis, periculis, morti ipsi, nisi præmium aliquod post hanc vitam exspectarent: cujus præmii fidem nulla magis illis res fecerat quàm Christi resurrectio. Verè ergò miserandi erant Apostoli si eousque insanirent. Quid enim à Christo in hac vita sperare poterant quod cum tantis malis compararetur [t]? Vel, 2. nos pii fideles, &c [v]. quippe qui & voluptatibus mundi renunciamus [x], & cruci perpetuò obnoxii esse debemus [y]. Qu. Qui hoc verum, quum seclusâ corporum resurrectione, manebit animarum felix immortalitas ex merito Christi speranda. Resp. 1. Qui resurrectionem hoc tempore negabant, animarum quoque immortalitatem negabant, Act. 23. 8 [z]. 2. Loquitur Paulus ex hypothesi ordinationis Divinæ, quâ voluit Deus nec mortem Christi fore sine ejus resurrectione, nec illam sine ista quicquam nobis prodesse, ad salutem sive corporis, sive animæ. Adde, quòd spes nostra pendet à resurrectione Christi, 1 Pet. 1. 3. Quis enim speraret in Christum mortuum & nunquam victurum [a]?

20. *Nunc*] Νυνὶ etiam hîc, ut Rom. 3. 12. & 7. 10. suprà 5. 11. & 7. 14. & 12. 20. & 14. 6 [b]. ¶ *Christus resurrexit*, &c.] Redit ad propositionem suam: ex qua deinceps

[c] Par. [d] G. * Scl. [f] Be. [g] Be. sic Scl. [h] Scl. [i] Be. sic Scl. [k] Scl. [l] V. sim. E. [m] E. [n] V. [o] E. [p] Me. [q] T. [r] E. † Ca. [t] G. [v] G. sic E. Me. Par. [x] E. [y] E. sic Me. T. Par. [z] Vor. [a] G. [b] G. sic E. Par. [c] T. sim. Par. [d] E. * Me. [f] Cal. [g] G. sic Be. [h] Be. [i] Pi. [k] Er. ex Th. sic E. sim. Pe. [l] Pi. sic Vor. Ga. [m] Pi. sim. Be. [n] Be. sic Pi. Ga. [o] Ga. advers. 17. 165. [p] E. [q] Pi. [r] Be. sim. E. † E. [t] G. [v] E. [x] Vor. sim. E. Par. Me. T. [y] Vor. sim. E. Par. [z] Q. in E. [a] E. [b] G.

deinceps probat institutum principale, scil. mortuorum resurrectionem [c]. ¶ *Primitiæ*, &c. Ἀπαρχὴ, &c.] Idem dicit Clemens in Epistola: [cujus verba vide in G.] De usu vocis ἀπαρχῆς vide Rom. 8. 23. & 11. 16. & 16 5 [d]. *Primitiæ* (vel, *Initium*, Amb. in Er.) *dormientium* (i. e. vel, 1. omnium mortuorum etiam injustorum, quorum resurrectio ex merito Christi, tanquam communis benefactoris, provenit *. Non placet: quia injusti meritorum Christi post hanc vitam participes fieri nequeunt, utpote fide destituti, &c. Vel, 2. solorum justorum, qui soli & membra Christi sunt, & *fructuum* nomine veniunt: nam mali *paleæ*, *zizania*, &c. vocantur. Vide Mat. 3. 12. & 13. 30. Adde quòd [f] eodem sensu Christus dicitur πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, Col. 1. 18. Apoc. 1. 5 [g]. *Primogenitus* autem dicitur tantùm respectu fratrum, Rom. 8. 29 [h].) *factus est*, Vulg. nempe resurgendo ex mortuis [i]. Christum sic vocat, 1. quòd primus mortuorum à morte resurrexit [k]: primus, inquam, tum, 1. tempore [l]. Obj. Multi ante Christum à morte suscitati sunt, ut illi ab Elia & Elizæo, Lazarus, &c. Resp. 1. Christus primus & solus Divinâ suâ virtute surrexit, &c [m]. 2. Illi omnes rursus mortui sunt [n]. Christus omnium hominum primus post mortem consecutus est vitam immortalem [o]. Loquor jam secundùm Hebræos, quibus *vivere* dicitur non animus solus, sed homo totus [p]. Illos autem Matt. 27. 52. verisimile videtur non ante, sed post, Christum resurrexisse [q], velut gloriosæ ejus resurrectionis comites & asseclas. Quòd autem describitur horum resurrectio statim post narrationem mortis Domini, id fit occasione prodigiorum quæ mortem Domini consecuta narrantur, per Prolepsin historicam, non infrequentem in Scripturis [r]. Tum, 2. ordinis dignitate †, quia optimus omnium, ut solent primitiæ meliores esse reliquo fructu [t]. 2. Quòd Christus omnibus suis sit causa resurgendi ad vitam æternam; sicuti primitiæ oblatæ reliquorum fructuum cumulum sanctificabant [v], teste Rom. 11. 16 [x]. & Levit. 23. 9, &c [y]. Metaphoricè designat h. l. & causam & ordinem gloriosæ resurrectionis mortuorum [z].

21. *Quoniam*, &c. Ἐπειδὴ, &c.] *Quia* (vel, *Quandoquidem*, E. *Postquam*, Er. V.) *enim per hominem* (unum [a], scil. Adamum [b],) *mors*, Vulg. non modò mortalitas, sed & mors æterna [d]. Intellige, orta est *, & invasit omnes homines [f], etiam electos [g]: vel, pertigit ad omnes qui naturam ejus participabant. Idem est sensus qui Rom. 5. 14, 15, 16, 17, 18, 19 [h]. ¶ *Et* (Καὶ hîc valet *ità*, more Hebræo [i]: habétque tacitam vim inferendi; q. d. Consequens erat ut oriretur [k].) *per hominem* (scil. Christum [l]) *resurrectio mortuorum*] Nempe ad vitam beatam sive æternam [m], ut patet ex v. 23. & seq. & ex eo quòd de solis fidelibus hîc disserit [n]. Ἀνάστασις νεκρῶν hîc est תחיה, *resurrectio beata*, sumptâ voce in partem meliorem. Resurrectio beata omnibus contingit qui naturæ Christi sunt participes [o], sive quotquot ipsius sunt [p]. Quod propriè quidem pertinet ad eos qui Christo crediderunt eam pollicenti: Attamen etiam sine pollicitatione continget piis qui ante Christum fuere, quia τὸ Λόγον sunt secuti qui [postea] in Christo ἐσαρκώθη, (*caro factus est.*) Data enim illis sunt velut pro mutuo dona quædam de donis Christo destinatis, quibus pro temporum ratione rectè sunt usi [q].

22. *Et*, &c. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ, &c.] *Sicut enim in Adam* (vel, *per Adam*, Er. P. V. E. G. ob vitam ab ipso datam. Ἐν τῷ Ἀδὰμ hîc idem quod, δι' ἑνὸς ἀνθρώπου, Rom. 5. 12 [r]. vel, *propter Adam*, Me.) *omnes* (vel, 1. qui moriuntur †: vel, 2. qui sunt Adami [t]; i. e. omnes homines [v]: vel, credentes, ex antithesi [x].) *moriuntur*, Pi. Be. quia in eo omnes peccavimus: confer Rom. 5. v. 12 [y]. Hoc & de mortalitate, & de necessaria morte, intelligi potest. Vide infrà v. 45 [z]. ¶ *Ità & in Christo* (vel, *per Christum*, Er. V. E. P. G. i. e. per Christi merita [a]. Ἐν τῷ Χριστῷ idem quod, ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ, Rom. 5. 15; & διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ, Rom. 5. 17; διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς, Rom. 5. 19. ubi dicta vide [b].) *omnes* (vel, 1. qui vivificantur [c]: vel, 2. qui sunt Christi [d], qui Christo oriundi sunt *; ii scilicet *qui non sunt nati ex carne & sanguine, aut ex voluntate hominis, sed ex Spiritu Sancto*, Joh. 3. 5 [f]. qui participes sunt naturæ Christi: sic vox *omnes* sumitur & Rom. 5. 18 [g]. Vel, omnes & soli electi [h], sive fideles [i], vel viva Christi membra [k]. Quæ restrictio probatur [l] ex antithesi [m], & ex v. seq [n]. & ex iis quæ subjicit de corporibus cum gloria resurrecturis, & ex simili restrictione τοῦ καθόλου, 1 Cor. 8. 1. & 9. 25. & 10. 33 [o]. Instituitur hîc comparatio inter duo summa generis humani capita; carnale unum, alterum spirituale [p].) *vivificabuntur*] i. e. Ad vitam adducentur gloriosam & immortalem [q]. Verbum ζωοποιεῖν in sensu *beatæ resurrectionis* habuimus Joh. 5. 21. & 6. 63. Rom. 4. 17. & 8. 11. Propriè respondet Hebræo החיה [r]. Vel, *reviviscent*, Ca. Sed notandum est Verbum passivum, quod declarat ipsos non suâpte vi, sed alienâ, resurgere. Tanti est momenti vestigiis Apostoli potiùs insistere quàm verba quædam ut parum Latina refugere †.

23. *Unusquisque autem in*, &c. Ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι] *Suo* (vel, *In proprio*, Er. Il. Ti. Mo.) *ordine*, P. Tre. Ca. Be. Pi. &c. scil. vivificabitur, i. e. resurget [t], eâ nim. vivificatione, de qua v. præced [v]. Prolepsis, quâ nimium desiderium nostrum reprimit [x]. Prudenter occurrit sive curiositati sive impatientiæ eorum qui excipere poterant. Si in Christo omnes vivificantur, quid igitur, ipso jampridem excitato, non omnes simul excitantur? Æquam hujus moræ causam hîc profert à primitiis quæ plenam messem antecesserunt [y]. *Suo ordine*, vel, 1. temporis [z], ut colligitur ex verbis seq [a]. Tertul. 3. Adversùs Marcionem [quomodo & Cl. Medus nostrâs Operum lib. 3. p. 711. Epist. ad Amicum] intelligit intra mille annos quorum mentio fit Apoc. 20. 3, &c [b]. Omnes justos resurrecturos, sed ordine quodam, ut hîc dicitur; primos quidem Martyres, deinde & reliquos justos [c], pro meritis alios maturiùs, alios tardiùs. Nec aliud videtur velle Tert. l. De resurrect. carnis, cùm dicit, *Unusquisque autem in ordine suo, scilicet quia & in suo corpore. Ordo enim non aliud quàm meritorum dispositor.* Sed mihi certum habetur, illud de resurrectione priore Martyrum, quod est in Apocalypsi, neque Paulo, neque Christianis ante Apocalypsis editionem, fuisse cognitum. Sed illud credibile est, & scivisse & hîc indicâsse Paulum, resurrecturos ità priùs singulos prout Christi imaginem propiùs expresserint. Simili quodammodo sensu habuimus κατὰ τάξιν, suprà 14. 40 [d]. Vel, 2. dignitatis *, ac meritorum [f]: q. d. suo gradu gloriæ cœlestis [g]. ¶ *Primitiæ Christus*] Is jam resurrexit [h]. Is primus (utpote Caput omnium & Princeps [i],) resurrexit ad vitam immortalem [k], Act. 13. 34. nam cæteri (qui ante Christum excitati fuerunt [l],) extra ordinem suscitati, ad hanc vitam sunt excitati iterum morituri [m]. ¶ *Deinde*, &c. Ἔπειτα, &c.] Hæc vox notat intervallum supra 1500 annorum, ut experientiâ discimus [n]. ¶ *Postea* (nempe vivificabuntur [o], vel resurgent [p] iterum cum corporibus suis: ut sequentia docent [q].) *qui sunt Christi* (i. e. Christiani [r] qui Christo fideliter servierunt †:) *in adventu ipsius*, Be. Pi. &c. h. e. Christo adveniente, ut 1 Thes. 4. 15, &c [t]. in fine mundi, ex collat. Mat. 24. 3 [v].

24. *Deinde* (sub. *erit*, Be. Pi. E.) *finis*] Scil. hujus seculi [x], vel mundi [y], ut Matth. 24. 6, 14 [z], vel omnium rerum [a], vicissitudinum, afflictionum, &c [b]. prædicationis, ministerii, &c [c]. vel, Regni illius quod Dei Patris vice ac nomine Christus administravit, ut sequitur [d]: vel, *finis*, hominis; is nempe cujus gratiâ conditus est, h. e. perfecta felicitas, quâ deinceps in æternum fruetur *. Vel, perfectio futuri seculi [f]. ¶ *Cùm*, &c. Ὅταν παραδῷ, &c.] *Quum tradiderit* (scil. Christus [g], ex versu 23 [h]. homo [i], vel ut Θεάνθρωπος [k].) *regnum Deo ac Patri*, Pi. Be. &c. Copula, vel, 1. exegetica est [l], *Deo qui est Pater* [m], ut sæpe, Galat. 1. 4. Eph. 1. 3. & 4. 6. Phil. 4. 20. &c. vel, 2. naturarum Christi disjunctiva: *Tradet Deo suo*, juxta humanitatem; *Patri suo*, juxta Divinitatem. Confer Joh. 20. 17 [n]. *Tradet*, nempe sicut Præsides in Provincias missi reddebant Cæsaribus acceptam potestatem [o]. Tot victorias, tantámque Regni sui gloriam, non sibi vendicabit ut homo, sed eam cum subjectione & gratiarum actione Deo & Patri, tanquam Authori, acceptam referet [p]. Quid ergò? An nondum regnat Pater? Regnat certè [q], sed quasi imperfectè, quia nondum hostes omnes subjugantur [r], & à plerisque pro Rege non habetur †. An verò tunc non regnabit Filius? Maximè verò, cùm Regni ejus non sit finis [t]. Duplex est Christi dominium in creaturas: alterum essentiale, quod ab

ab æterno habet commune cum Patre & Spiritu Sancto, nimirum quatenus est Deus [v]; quod Regnum à nulla persona Trinitatis momento unquam depositum [x]: alterum, quasi vicarium, quod pendet à Munere [y]. Regnum οἰκονομικὸν [z], quatenus Mediator est, cui omnis potestas data est, Matth. 28. 18 [a]. Desinet Christus regnare ut nunc regnat, scil. in medio inimicorum [b]. Regnum Christi accipi potest, vel, 1. de ipsa Ecclesia [c]. Sensus est, *Cùm tradiderit*, &c. i. e. cùm perduxerit electos suos, in quibus regnat, ad contemplationem Dei & Patris [d]: Quum Ecclesiam electorum, in quibus, ut in proprio Regno suo regnat, hîc per gratiam, in futura vita per gloriam, eámque planè liberam, & hostibus omnibus plenè ereptam, Patri tradiderit, id est, obtulerit seu præsentârit, ut victoriæ suæ trophæum; ut in iis plenâ gloriâ æternùm regnet ac triumphet [*]. Vel, 2. de præsenti statu Ecclesiæ laborioso & tumultuoso, quem significat non fore perpetuum, &c [f]. Hinc colligebant Ariani, Filium esse inferiorem Patre, quippe cui Regnum tradit. Sed non sic tradit ut ipse prorsus deponat, aut Rex esse cesset: alioqui sequeretur, etiam Patrem, quando Filio tradidit Regnum, amisisse Regnum, nec Regem mansisse [g]. ¶ *Cùm*, &c. Ὅταν καταργήσῃ, &c.] Illud καταργήσῃ, quod est δύσῃ, hîc Plusquam-perfecti habet significationem. Nam quod hîc dicitur præcedit παραδῶ [h]. [Sic vertunt,] *Quum aboleverit* (vel, *evanescere fecerit*, Be. Deus scilicet [i]) *omne imperium*, &c. Be. &c. Illa autem nomina, ἀρχὴν, ἐξουσίαν, δύναμιν, significant, 1. omnia Imperia & Regna mundi ac regimina minora [k]. Respicitur enim, sed sublimiori sensu, id quod est Dan. 7. 14, 27. Tunc verè Christus erit *Princeps Regum terræ, & Rex Regum*, quomodo vocatur 1 Tim. 6. 15. Apoc. 1. 5. cùm destructo omni illo potentatu de Regibus non minùs quàm de infimis quibusque sententiam feret [l]: tunc finem accipient politia & leges, & distinctiones ordinum, & gradus dignitatum, &c [m]. 2. Principatus Angelicos, qui cessabunt [n], quoad executionem potestatis aut officii circa homines [o]. 3. Ministeria & præfecturas in Ecclesia [p]; ut solus Deus per seipsum, non per homines aut Angelos, potestatem suam exerceat [q]. 4. Hostes Regni Christi, sive Ecclesiæ [r], in quorum medio nunc dominatur [†]; id est, mundum, Diabolum, mortem & peccatum [s], præcipuè Dæmones [v], qui nomina ordinum Angelicorum è quibus facti sunt retinent [x], hîc sicut & Rom. 8. 38. & Eph. 6. 12 [y].

25. *Oportet* (vel, 1. ob decretum Dei: vel, 2. ut impleantur Scripturæ [z].) *autem* (vel, *enim*, Par. &c. Probat à statu præsenti Regni Christi, nondum adesse illius finem [a].) *illum* (i. e. Christum [b]) *regnare* (i. e. regere Ecclesiam [c]; hostes evertere, suos liberare [d]; sedere ad dextram Dei, ut est Psalm. 110. 1. quod hîc exponitur *regnare* [*].) *donec*, &c. Ἄχρις οὗ ἂν θῇ——αὐτοῦ] *Usquequo posuerit* (nempe Deus [f], Pater [g]; quod subaudiri debere tum ex Psalmo apparet, tum ex eo quod sequitur v. 27 [h].) *omnes inimicos* (Dæmones, & alios reprobos [i],) *sub pedes suos*, P. vel potiùs, *pedibus ejus*, E. Be. Pi. &c. nempe Christi Filii [k]. In MS. est, τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, *donec ejus inimicos omnes ei subjiciat*: ex Psal. 110. sic intellecto quomodo eum Christus explicat Matth. 22. 44 [l]. Qu. Annon postea regnaturus est? Resp. 1. *Donec* aliquando infiniti temporis est [m], nec semper excludit tempus sequens, ut Esa. 22. 14. Mat. 1. ult [n]. Mat. 28. ult. 2. Non ut nunc regnabit, scil. in medio hostium, &c [o]. Semper Christus *sedebit ad dextram Patris*, Heb. 10. 12. Ergò semper regnabit. Affirmat id Paulus, de quo dubitari poterat, eum regnaturum donec inimicos omnes everterit, &c. At verò quin devictis hostibus regnaturus esset, nemini dubium erat [p].

26. *Novissima*, &c. Ἔσχατος, &c.] *Ultimus—hostis*, &c. Conclusio argumenti à toto ad partem [q]. Subjiciet omnes inimicos; ergò & mortem [r]. Datur ergò mortuorum resurrectio. Ità probat institutum suum [†].

27. *Omnia*, &c.] *Omnia* emphaticè dicit, quum alioquin in Psal. 8. de quibusdam duntaxat creaturis sermo est [r]. Hoc est ex Psal. 8. mysticè intellecto, quomodo eum accepit Scriptor ad Hebræos, 2. 8. Nam Christus alter Adam, in quo omnia majora & æterna [v]. ¶ *Cùm dicit*, (nempe Scriptura, ut Heb. 1. 7 [x].) *Omnia—sine dubio*, &c. Δῆλον ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ] *Palàm est excipiendum eum* (vel, *quòd excipitur is*, Er. sic Tre. vel, *quòd* hoc dicatur *extra eum*, P. hoc dici *excepto eo*, Be. Pi. *Id sic accipiendum est, ut excipiatur*, Ca.) *qui subjecit illi omnia*, Er. Il. Ti. &c. i. e. præter Deum Patrem [y]. Sed quorsum hoc additur? Resp. 1. Prolepsis est cavillationis quæ necti posset ex voce *omnia* [z]: nè quis Gentilium suspicaretur Christum etiam Patrem sibi subjecturum, quomodo Jupiter Saturnum patrem regno exuisse fingebatur [a]. Nè Deo rerum omnium Opifici, quem & Judæi & pii in Gentibus colebant, credatur facere injuriam, si diceret, *Christo omnia fore subjecta*, occurrit pravæ interpretationi, & ex ipso verbo שית, quod est in Psal. 8. ostendit satis apertum esse omnibus *eum qui cætera Christo subjecit*, excipi. Irenæus dicebat, se nè Christo quidem crediturum fuisse, si alium Deum quàm mundi Opificem prædicâsset. Est autem hæc interpretatio ejus generis quod Græci vocant καθ' ὑπεξαίρεσιν, quo sæpe uti cogit necessitas: ut cùm dicimus, —*Et quod tegit omnia cœlum* [b]. 2. Ut solum Patrem excipiens, significaret, omnia cætera sine exceptione Christo fore subjecta; & proinde bene concludi [c], Principatus, Potestates, Virtutes [d], mortémque ipsam, illi subjecta fore [*].

28. *Filius subjectus erit ei*, &c.] Qu. Quomodo subjectus, cùm sit æqualis [f]? Resp. 1. Non agitur hîc de ulla Filii subjectione essentiali vel secundùm Divinam naturam, quâ Patri æqualis est; vel etiam secundùm humanam, juxta quam semper est subjectus Patri [g]. 2. Subjectus est, etiam secundùm Divinam naturam, eo quòd esse & posse & omnia habeat à Patre gignente, tanquam Deus à Deo [h]. Non placet; quia de verâ propriâque subjectione hîc agitur, &c [i]. 3. Subjectus est Christus scil. μυστικὸς Ecclesiæ suæ in æternum adunatus, ut 1 Cor. 12. 12. nam Christi πλήρωμα quoddam est Ecclesia [k]. [Sensus,] Tum totum Christi corpus mysticum erit Deo plane subjectum, & per omnia obtemperans [l]. Non placet: nam de eo loquitur cui omnia subjicienda sunt: quod soli capiti Christo competit, non corpori ejus [m]. 4. Subjectus erit, quatenus homo est [n], vel quatenus Mediator est [o], quum depositâ legatione Mediatoriâ [p], & cessante Regno illo vicario, quod hîc *Patri traditurus* esse dicitur [q], manifestabit plenissimè omnia quæ per se, ut hominem, facta sunt, Dei potentiâ, authoritate & nomine, facta esse [r], séque, ut homo est, Patri subjectum esse [†]. Cùm autem Christus Imperium adhuc vicarium illud obtinet, omnémque habet potestatem, &c. nondum apparet quomodo subjectus sit, &c [r]. ¶ *Ut sit Deus omnia in omnibus*] i. e. Ut sit loco omnium quæ possunt optari ab homine [v]. Ut plenum Imperium exerceat in omnia, etiam in Filium suum, ut homo est: quantò magis in mortem & in corpora mortua [x]? Ut palàm fiat, Deum esse Principem etiam Christi hominis, & Authorem omnium bonorum tam ipsius quàm Ecclesiæ ejus, ut in omnibus laudetur & glorificetur solus Deus [y]. Ut Deus omnes electos (immediatè & per se [z]) beatitudinis suæ participes efficiat [a]. Ut mediatione, & mediis atque adjumentis præsentibus remotis, Deus Triunus præsentiâ suâ immediatâ omnibus Sanctorum necessitatibus plenissimè subveniat, & virtute ac effectu sit *omnia media* & quæcunque desiderari possunt, &c [b]. Peccato enim omnibúsque hostibus deletis, opere redemptionis peracto, non ampliùs opus erit Mediatore, sed creatura Deum rectâ accedet, & cum Deo immediatè unietur [c]. Omnia erunt Deo plena. *Illic omnibus omne cognatum*, ait Seneca ad Marciam de vita cœlesti pro suo modulo loquens. *Angeli & pii adunabuntur cum Deo sicut scintillæ cum Sole*, ait RS. in Libro Keter Malchut. Et huc mystico sensu Hebræi trahunt locum Soph. 3. 9 [d]. Significatur his verbis incomprehensibilis quædam gloria quæ à Deo promanans electos omnes implebit. Nondum est Deus *omnia*, &c. cùm adhuc hostes sint potentes, necdum completus sit electorum numerus, & eorum pars maxima adhuc sit in tenebris & peccato, multique in sepulchro, &c [*].

29. *Alioquin*, &c? Ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, &c?] *Alioqui* (vel, *Præterea*, G.) *quid facient* (vel, *facerent*, Er. i. e. Quid illis sive de illis fiet [f] vel, *efficient*, G. Quem fructum reportabunt [g]) *qui baptizantur* (vel, *lavantur*, Ca. vel, *ablutione utuntur*, Be.) pro

Marginal notes (left): v Cam. x Scl. ex Jun. y Cam. z Scl. a Cam. b Pi. c Par. d Hil. & Aug. &c. in E. Q. in Par. * T. f Par. g Par. ex Chryf. h G. i Me. k G sim. Caj. in E. Calv. l G. m Calv. n Calv. sim. Caj. in E. o E. ex Caj. p Calv. sim. Caj. in E. q Calv. r Be. Par. sic Cal. † Be. s Pi. v E. ex Græcis sic Me. T. x E. sim. T. y E. z E. a Par. b Me. T. c Me. d E. ex Th. & Caj. * Vor. f E. Me. G. g Me. T. h G. i T. ex Me. sim. E. k E. l G. m Scl. n E. o Scl. sim. Par. p E. q Be. r E. sim. T. † E. r Vor. v G. x Idem.

Marginal notes (right): y E. Me. sic Be. &c. z Pi. sic Dic. a Q. in E. b G. c E. ex Aquin. & Caj. d Me. * Me. sic E. f E. g Cam. h E. ex Chryf. Th. &c. i E. k Scl. l Me. Athan. Theod. &c. in E. m E. n E. ex Aug. &c. sic. Me. T. Cal. o Cam. p Dic. q Cam. r Dic. † Dic. sim. Cam. r Cam. v Me. x T. y E. z Vor. sic Cam. Dic. a Vor. ex Pi. b Dic. c Cam. d G. * Be. f Be. 12. ho sic Scl. g Me.

pro mortuis? P. Ti. Il. Tre. ex Sy. Ar. Er. &c. vel, *supra mortuos?* Pi. Locus obscurus [b]: tum quia deficit nos vetus historia Ecclesiæ, unde morem tunc receptum intelligeremus; tum quia variè sumuntur & verbum βαπτίζεσθαι, & præp. ὑπὲρ, quæ cum Genitivo significat modò *super*, ut Homer. Il. ζ'. *Stetit* ὑπὲρ κεφαλῆς, *super capite* [i]; Plat. in Tim. ὑπὲρ γῆς, &c. *supra terram grando concrescit*; Theoph. De caus. plant. 3. τὰ ὑπὲρ γῆς, &c. *quæ super terram exstant vegetiora reddit* [k]; Pindarus, Isthm. η'. τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς, &c. *supra caput Tantali pendens saxum* [l]: modò *pro*; ut, oratio Demosthenis ὑπὲρ Κτησιφῶντος, *pro Ctesiphonte* [m]. Ὑπὲρ valet *pro*, *propter*, *causâ*, sive meritoriè, seu ob causam antecedentem; sive finaliter: ut Isoc. Evag. ὑπὲρ ὧν, &c. *quorum causâ*, vel *ob quas causas antecedentes, nos eos honoribus affecimus:* Demosth. *Plurimi* ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος, &c. *privati commodi causâ pleraque dicunt & faciunt.* Vel valet *pro*, h. e. *vice*, *loco*, *nomine*, ut Joh. 11. 50, 51, 52. Philem. v. 13. Eurip. Alcest. v. 690. *Nè moriaris* ὑπὲρ τοῦδ' ἀνδρὸς, *pro hoc viro* [n]. [Hinc varietas interpretationum:] 1. Βαπτίζεσθαι h. l. metaphoricè sumitur, ut res adversas, dira supplicia, mortémque ipsam, significet [o]: ut *baptismus* sumitur Matth. 20. 22, 23 [p]. Marc. 10. 39. Luc. 12. 50. Quâ ratione & pœnitentia *baptismus lachrymarum* vocatur apud Cyp. Athanas. Basil. &c. Hoc tamen sensu locum variè interpretantur [q]. 1. Sensus est, q.d. Quid pro mortuis solliciti sumus, próque eorum expiatione oramus, jejunamus, &c [r]? Non placet: 1. Illa Baptismi significatio rara est, & soli Christo usurpata. 2. *Baptismus* illis locis afflictiones quidem significat, non autem voluntarias, sed forinsecùs illatas aut irruentes: alioqui non dixisset Paulus, *qui baptizantur*, sed, *qui baptizant seipsos* †. 2. Locus accipiendus de Baptismo sanguinis [t], de continua morte seu cruce [v], sive martyrio [x], cui Christiani propter Christum subjecti sunt [y]. Hunc sensum suadent, 1. quod sequitur, Τί καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν [z]; Si non sit Resurrectio, quid fiet de illis qui corpora sua tradiderunt martyrio? & cur nos indies periclitamur [a]? quem fructum reportabunt qui mortem subeunt [b] pro mortuis aliquibus, i. e. pro Christo & sanctis demortuis, quorum resurrectionem vel jam factam vel futuram profitentur & defendunt, & morte suâ obsignant [c]? 2. Quòd v. 18. arguit à morientibus *in Christo*, i. e. in fide Christiana. Et num credas omittere eum velle argumentum à morientibus pro fide Christiana? 3. Quòd non dicit, Τί ποιοῦσι; Quid sibi volunt, vel denotant, vel significant per hoc quòd baptizantur, &c? sed, Τί ποιήσουσι; *Quid facient?* i. e. Quid de illis fiet? Sic Jerem. 5. ult. *Quid facietis in fine?* i. e. Quid de vobis fiet? Nullus est quoad hunc sensum scrupulus nisi in phrasi, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν· quam illustremus pari: Baptizarunt Judæi proselytum לשם גר, *sub notione*, vel *in nomine*, *proselyti*; & servum manumittendum לשם משוחרר, *sub notione*, vel *in nomine*, *libertini*. Quæ Græcè sic aptè proferuntur, ὑπὲρ προσηλύτου, ὑπὲρ ἐλευθέρου [d]. Ὑπὲρ hoc loco propriè sumitur de causa finali, sicut & suprà v. 3 *. [Hæc de prima verbi significatione.] 2. Βαπτίζεσθαι hîc valet, *lavari*, & *lotionibus elui & expurgari* [f]; ut Marc. 7. 4. Heb. 9. 10 [g]. Confer 2 Sam. 11. 2. & 12. 20. Ecclus. 34. 29. Judith 12. 7. collat. cum 10. 3 [h]. Et βαπτιζόμενοι hîc accipi potest vel, 1. mediâ significatione, pro οἱ βαπτίζοντες, *qui ablutione utuntur*, ut indicat vox Syra עמדין [i]. Atqui participium illud est conjugationis Cal, sive Peal, ubi verbum hoc sign. *baptizari*, ut & Tremel. & Boder. transferunt. In Hiphil autem seu Aphel sign. *baptizare* [k]. Vel, 2. passivè, ut verbale nomen in verbo inclusum sit, ut apud Hebræos sæpè fit; & locus sic vertatur, *qui abluuntur ablutione super mortuos*, i. e. mortuali [l]. Argumentatur Paulus à sepulcrali sive mortuali ablutione & unctione [m], usurpata tum Ethnicis, ex superstitione [n], *Tarquinii corpus bona fœmina lavit & unxit* [o]: tum Judæis [p], imò & Christianis, Act. 9. 37 [q]. ex charitate & fide resurrectionis [r], cujus hæc erat tessera quædam & professio. Nam quia mors speciem habet interitûs, nè resurrectionis fidem exstingueret, species contrarias opponi utile fuit quæ vitam in morte repræsentarent †. Exquisitâ sedulitate & curâ mortuorum sepulturam procurabant Hebræi, repetitis ablutionibus se fatigantes, &c. [de quibus vide quæ hîc Nebriss.] Quod factum non tantùm ut pollutiones ex contactis mortuis aut sepulcris eluerent, sed etiam in fidem resurrectionis [t]. R. Bechai, *Qui tangit mortuum purificandus est aquâ purificationis cum cineribus vaccæ rufæ*, &c. *Atqui innuit etiam resurrectionem mortuorum.* Quonam autem illud modo? Audi Zohar, fol. 86. 4. *Spiritus immunditiei habitat super homines propter mortuos. Remedium est pulvis vaccæ rufæ, quo purificantur, ut obtineant vitam mundi futuri: scilicet ut puri inveniantur in hoc mundo, & sancti in mundum futurum. De quibus scribitur, Conspergam super vos aquam puram, & purificabimini*, Ezec. 36 [v]. Illud autem, ὑπὲρ νεκρῶν, propriissimè sonat, *mortuorum causâ*, vel *nomine*, vel *propter mortuos*, sive *in gratiam mortuorum*. Sic Rom. 15. 8. ὑπὲρ ἀληθείας, &c. *in gratiam veritatis Dei*, i. e. ut Deum veracem esse constaret: item v. 9. ὑπὲρ ἐλέους, *propter misericordiam*, vel nomine misericordiæ, quam consecutæ sunt. Sic & Heb. ל *Lamed* sæpe sonat *propter*, vel *in gratiam*, ut Levit. 19. 28. & 21. 1, 2, 3. Num. 5. 2. Sic quoque accipio phrases illas, *lugere*, *plangere pectus*, &c. ἐπὶ νεκρῷ, i. e. *demortui causâ*, sive *gratiâ & nomine* [x]. [Atque hæc de secunda verbi significatione dicta sunto.] 3. Βαπτίζεσθαι accipiendum h. l. de sacramento Baptismi [y]: [sed diversimodè explicant.] 1. Est novum argumentum ex ritu tunc per Ecclesias recepto, unde appareat ab omnibus creditam Resurrectionem. Nam si quis in statu κατηχουμένου esset mortuus, erat qui ipsius vice ac nomine baptizabatur, sic mortui fidem apud Ecclesiam obsignans. Tertul. De resurrectione carnis, *Si autem baptizantur quidam pro mortuis, videbimus an ratione. Certè illâ præsumptione hoc eos instituisse contendit, quâ alii etiam carni vicarium baptisma profuturum existimârunt ad spem resurrectionis, quæ nisi corporalis non aliàs sic baptismate corporali obligaretur. Quid & ipsos baptizari ait, si non quæ baptizantur corpora resurgunt?* Idem Adv. Marc. *Quid*, ait [Apostolus,] *facient qui pro mortuis*, &c? *Viderit institutio ista, Kalendæ, si fortè, Februariæ respondebant* [Scaliger, *respondebunt*] *illi pro mortuis petere. Noli Apostolum novum autorem aut confirmatorem eum denotare, ut tantò magis sisteret carnis resurrectionem, quantò illi qui variè pro mortuis baptizarentur fide resurrectionis hoc facerent.* Ambrosius, aut quisquis est qui sub ejus nomine ad hunc locum legitur, *In tantum stabilem & ratam vult ostendere resurrectionem mortuorum, ut exemplum det eorum qui tam securi erant de futura resurrectione ut etiam pro mortuis baptizarentur si quem mors prævenisset, timentes nè aut malè aut non resurgeret qui baptizatus non fuerat; vivus nomine mortui tingebatur. Unde subjecit, Quid & baptizantur pro illis? Exemplo hoc non factum illorum probat, sed fixam fidem in resurrectione ostendit.* Marcionitas hoc more usos tum ex Tertul. verbis intelligitur, tum apertè id dicit Chrysost. & post eum alii. Volebant autem videri Marcionitæ omnium quæ Paulus aut instituerat aut probaverat seduli sectatores. Mirari hunc ritum eò minùs debemus quòd nonnullis in locis ipsa mortuorum corpora sint baptizata, ut apparet ex Canone qui aliis est 18. aliis 19. Concilii Carthaginensis; nec minùs mortuis corporibus data Eucharistia, ut nos docet idem Canon Carthaginensis & 83. Synodi in Trullo habitæ. Credo autem, inter alia, usurpatum illum vicarium Baptismum ut Ecclesia pro defunctis oraret. Non solebant enim publicæ preces fieri pro Catechumenis, quanquam eleemosynas pro eis licebat dare [z]. Tertul. tradit, solere in Ecclesia vivos pro mortuis, id est, in solatium mortuorum, baptizari, quorum omnium animæ credebantur in receptaculo sub terra asservari in diem resurrectionis. Theoph. & Epiphan. referunt, solere Marcionitas, si quando absque Baptismo quis decessisset, quosdam ex proximis consanguineis sub lecto, cui incumbebat mortuus, vel intra ipsum sepulcrum, cui defunctus erat superimpositus, baptizare, nè periret, sed remissionem adeptus servaretur [a]. Veteres Christiani putabant animas etiam piorum in centro terræ, tanquam in quodam conceptaculo, exspectare, non sine suspiriis & anxio desiderio, diem Judicii. Pro illorum ergò refrigerio ut orabant, & nonnulli offerebant, itâ etiam baptizabantur, in spem resurrectionis, idque annuâ die, Calendis scilicet Februarii [b]. Verùm hanc expositionem rejiciunt Epiphan. & Chrysost.

[b] E. [i] Par. [k] Fi. [l] Sch. [m] Par. [n] Sch. [o] Q. in Just. [p] Li. ho. Q. in E. [q] Just. [r] Just. sim. T. Q. in E. † E. [t] Scl. [v] Vor. [x] Li. ho. [y] Vor. [z] Scl. sim. Vor. Li. ho. [a] Li. ho. sim. Scl. [b] Dic. sim. Scl. [c] Dic. [d] Li. ho. * Vor. [f] Nebriss. quinquag. c. 8. [g] Be. Nebriss. [h] Nebriss. [i] Be. [k] Di. [l] Be. [m] Be. sim. Par. Nebriss. [n] Par. sim. Pe. [o] Pe. [p] Par. Be. Nebriss. [q] Be. Par. [r] Par. † Be. ex Calv.

[t] Nebriss. [v] Li. ho. [x] Nebriss. [y] Q. in Par. [z] G. [a] Di. [b] Scal.

Chrysost. fatentes quidem fuisse post Apostolorum tempora (vel Cerinthianos, inquit Epiphan. vel Marcionitas, inquit Chrys.) qui tale quid in more habebant, & ex hoc loco Pauli factum suum defendebant, sed falso ejus intellectu. Exstat etiam vetus prohibitio, *Ne mortuos baptizari posse, fratrum infirmitas credat*, Conc. Carthag. 3. can. 6 [c]. [Eam sic refellunt,] 1. Errorem hunc tempore Pauli viguisse non constat ex historia [d]: nec id fieri poterat, si à Marcione aut, ut alii volunt, à Montano excogitatus est. Sed neque Marcioni eum tribuunt Tertul. Iren. Epiphan. Euseb. ubi illius errores recensent *. 2. Prorsus superstitiosum hoc erat [f]. Non verisimile est, Paulum (qui singula propè perstringit eorum vitia, vel in ritibus, &c †.) tam insignem baptismi profanationem sine reprehensione præteriturum [g], aut indè argumentari voluisse [h]. Verùm quamvis morem non laudet, tamen eos suo sibi gladio jugulat: nam si baptizantur pro mortuis ut refrigerium habeant in die resurrectionis, quomodo ergò sui obliti à se dissentiunt, & resurrectionem negant [i]? 3. Sic argumentum infirmum esset, cui facilè responderent Corinthii, Æquè illos errare in resurrectione, ut in baptismo pro defunctis [k]. 4. Non credibile est, qui resurrectionem negabant, eos simul cum aliis usurpâsse hunc ritum [l]. [Hæc de prima sententia.] 2. Loquitur de iis qui infirmi & jamjam morituri & lecto decumbentes (indè *Clinici* dicti [m]) baptizabantur [n], & per hoc profitentur se *baptizari pro mortuis*, h. e. pro statu mortuorum, sive propter statum futurum post hanc vitam [o]; vel ut mortuis, non vivis, prosit [p]. Vel, *baptizari pro mortuis* dico qui jam mortui censentur, & qui de vita omnino desperârunt: atque ità ὑπὲρ valet *pro*, ut quum dicimus, *habere pro derelicto* [q]. Hic sensus apertus ac simplicissimus est [r]. Eum præ aliis probarem, si natura Græci sermonis ferat: 1. Constat Apostolum argumenta ex iis, quæ Corinthii vera & recta esse admittebant, petere †. 2. Frequens hic mos erat primis Ecclesiæ temporibus, quando multi baptismum differebant usque ad extremum vitæ [t]. Scitur, statim ab initio Ecclesiæ, eos qui catechumeni adhuc in morbum inciderant lethalem, baptismum solitos fuisse petere, partim in fratrum ædificationem, partim consolationis suæ causâ, ut secum ferrent salutis suæ obsignationem [v]. Dicebantur hi *pro mortuis baptizari*, quia morti vicini mortuis potiùs quàm vivis erant accensendi [x]. Sed frigidum hoc est [y]. Neque appositum esset hoc argumentum. Et cùm impius ac superstitiosus esset hic mos, noluit illum h. l. indicare, ne approbare videretur [z]. At mos hic initio sanctus erat, nempe ut catechumenus, mortem cernens præsentem, baptismum peteret: quanquam postea superstitio accesserit, &c [a]. 3. Loquitur de veteri ritu baptizandi super mortuorum sepulchra, quod fuit symbolum fidei & confessionis de resurrectione mortuorum [b]. Ὑπὲρ τῶν νεκρῶν valet, *super mortuos*, vel propriè, scil. in sepulchris jacentes: vel metonymicè, h. e. super sepulchra mortuorum. Hic sensus simplicissimus videtur, quia nec per se absurdus erat talis ritus, nec verbis vim facit [c]. Certè νεκρὸς propriè significat *cadaver hominis* [d], & ὑπὲρ cum Genitivo idem valet quod ὑπεράνω, *super*, vel *supra*, ad notandum locum *: [ut antè notatum ex Pi.] Sic Plut. *Aurum quod* ὑπὲρ γῆς, &c. *super terram*, & *sub terra*, &c. Xenoph. in Sympos. *Saltabat* ὑπὲρ ξιφῶν, *super gladiis*. Thucyd. οἱ ὑπὲρ τῆς πόλεως, *urbi imminentes*, &c [f]. Quæ more Christianorum fiebant in publicis cœtibus peragebantur. Quidam ergò studebant, ut funeribus propositis ipsi coram omnibus baptizarentur, ad testimonium spei de resurrectione [g]. [Aliis hoc non placet:] Neque hujus moris ullum in antiquitate vestigium apparet, neque habet aliquam verisimilitudinem, quum nondum Christiani cœmeteria, sive certa sepulchris destinata loca, haberent [h]. 4. *Baptizari pro mortuis* est, baptizari pro fide & spe resurrectionis, quam ante baptismum profitentur Catechumeni, dum symbolum recitant [i]; vel baptizari pro seipsis, in spem rei post mortem percipiendæ, videlicet resurrectionis: id quod stultum esset, si nulla futura esset resurrectio [k]. Sed valde absurdum videtur *mortuorum* nomine spem resurrectionis significari [l]. Sed similes abbreviaturæ frequentes sunt in Constitutionibus atque Articulis. Sic Hebræi dicunt, על עבודה זרה, *de cultu peregrino*, & על ברכת השם, *de benedictione Nominis*, pro præceptis Dei de illis. Sic solent doctores notissimas & vulgò tritissimas sententias dimidiatas citare, ut notat Scal. ad Mat. 15. 5. [ubi dicta vide.] Et Suidas proverbium abbreviatè citat, ἀπὸ καταδυομένης tantùm dicens, pro, ἀπὸ καταδυομένης ὅ, τι ἂν λάβῃς, κέρδος, *A navi subsidente quicquid arripis pro lucro habendum est.* Ità νεκροὶ hîc abbreviatè dicitur pro *resurrectione mortuorum*, quomodo etiam Harmenopulus, De sect. ιά. intelligit. Adde quòd illud, τινὲς ἐξ ὑμῶν, v. 12. est Nominativus τῷ βαπτίζονται· illi nempe Corinthiorum, qui in baptismo, quem nondum renunciaverant, (quod invictum reddit Apostoli argumentum) fidem suam de resurrectione professi erant, jam verò de resurrectione dubitabant: quod non est mirum, quum Philosophi, notante Photio, hunc articulum, tanquam difficillimum, ægrè & ultimo loco admiserunt. Et Synesius Episcopus antè factus est, quàm illi fidem adhiberet, &c [m]. 5. *Baptizantur pro mortuis*, i. e. tanquam mortui [n], vel agentes seu repræsentantes mortuos [o]; *consepulti* nempe *cum Christo in baptismate*, Rom. 6. 4 [p]. eo quòd immersio & emersio, quæ fit in baptismo, sit mortis ac resurrectionis quædam repræsentatio [q]. Argumentum Pauli est hoc, Christiani dum baptizantur, in hoc baptizantur ut cum Christo moriantur, deinde resurgant [r]. q. d. In vanum utitur Ecclesia symbolo baptismi (qui apertus est mortis & resurrectionis Christi atque fidelium typus: vide 1 Pet. 3. 22, 23.) si non est resurrectio. Et in hac ego sententia plenè acquiesco †. Sed hanc expositionem & præced. refellit quòd Apostolus videtur tantùm de quibusdam loqui, non de omnibus fidelibus. At istæ expositiones omnibus baptismum suscipientibus accommodantur [t]. 6. Liceat & mihi meam sententiam aut conjecturam proferre. Apostolus in toto hoc cap. agit de beata piorum resurrectione. Non alios ergò & hîc mortuos intelligit, pro quibus frustrà ait vivos baptizari, si non sunt mortui illi resurrecturi. Constat, Baptismum esse sigillum resurrectionis, tum quia corpori fidelium collatus notat, illud quoque ut mortis ità & resurrectionis Christi participes esse; tum quia est sigillum fœderis, cujus promissio est, *Ego sum Deus tuus*: ex qua Christus resurrectionem potentissimè infert, Luc. 20. 37, 38. Præcipuè autem tenendum, Baptismum, veluti primum fœderis sigillum, publicè in Ecclesia collatum, non singularibus tantùm illis personis, quibus confertur, promissiones fœderis obsignare, sed & universæ Ecclesiæ, tum militanti, tum triumphanti, tum viventium, tum mortuorum; quippe qui unam eandémque cum illis constituentes Ecclesiam, &, ut illi, spe tantùm adhuc salvi facti, complementum promissionum fœderis continenter exspectant. Quotquot ergò in Ecclesia baptizantur, non pro se tantùm, sed & pro mortuis fidelibus, baptizantur; non quidem eorum loco, aut ad eos juvandos, &c. sed ad stabiliendas indesinenter promissiones fœderis, ipsis factas & adhuc implendas. Adeò ut, quamdiu & quoties baptismus administratur in Ecclesia, tamdiu & toties renovetur facta mortuis promissio, Deum esse Deum ipsorum. Et, quia Deus non est Deus mortuorum, sed viventium, vivere ipsos Deo, promissione. Quocirca necesse esse ut aliquando ipsi vivant actu. Unde firmiter concluditur, frustrà vivos pro mortuis baptizari, si non sunt resurrecturi [v]. ¶ *Ut quid*, &c. Τί καὶ βαπτίζονται, &c?] *Quid* (vel, *Cur*, P. Be. Pi. vel, *Quorsum*, J. cap.) & (vel, *etiam*, Pi. J. cap. [sed] καὶ hîc est *ergò* [x]. Καὶ in hujusmodi phrasi redundat, ut diximus Joan. 8. 25 [y].) *baptizantur pro mortuis?* Mô. &c. vel, *sub mortis tempus?* Ὑπὲρ νεκρῶν sumo ut ἐπὶ νεκροῖς, *in morte*, vel, *sub mortis tempus*, Heb. 9. 17 [z]. Notandum [hîc & in præced. membro] non dici *baptizari* ἐπὶ νεκρῶν, quod ἀόριστον esset, & omnes mortuos comprehenderet; sed ἐπὶ τῶν νεκρῶν, eum articulo, qui est ἐμφατικὸς & δεικτικός· q. d. ὑπὲρ τῶν δεῖνα νεκρῶν, *super quibusdam mortuis*. Nec dicit, *Quid faciemus nos*, &c. sed, *quid facient*, &c. Non ergò Paulus, neque omnes, sed quidam, pro quibusdam mortuis baptizabantur, illi nim. quibus *ignorantiam Dei* exprobrat, v. 34 [a]. Habet autem hæc repetitio vehementiam: Sensus enim est, Quorsum, in-

Marginal notes (left): c E. — d Cal. — * Just. — f Di. — || Calv. — g Cal. sim. Calv. — h E. — i Scal. — k Just. — l Calv. — m E. — n E. ex Epiphan. sim. Calv. — o E. — p Calv. sim. E — q Calv. — r E. — † Cal. — t E. — v Calv. — x Q. in Di. — y Di. — z Just. — a Calv. — b Glas. gram 3. 6. 14. 559. ex Luth. sim. Pi. — c Pi. — d Pl. — * Pi. sim. Glas. — f Glas. ibid. — g Camer. — h Cal. — i Chys. Th. & Oecum. in E. Ham. ex Chrys. — k Ca. — l Just.

Marginal notes (right): m Ham. — n Kn. — o Q. in E. — p Kn. — q Caj. & Theod. & Chrys. in E. sim. Kn. — r Ca. — † Kn. — t E. — v Di. — x G. — y Be. — z J. cap. — a Scal.

quam, aut Quorsum, quæso, etiam pro statu post mortem futuro baptizantur, si non sit resurrectio[b]?

30. *Ut quid* (vel, *Cur*, P. Pi.) *& nos* (scil. Christiani[c]; vel Apostoli[d], & Evangelistæ adjutores nostri*, Evangelii præcones[f]:) *periclitamur*, &c?] i.e. Tot periculis & persecutionibus nos objicimus[g]. Si nulla est resurrectio mortuorum exspectanda[h], stultissimi nos hominum sumus. Vide suprà v. 19[i].

31. *Quotidie morior*] i.e. Morti (& mortis periculo[k]) me objicio[l]: proculcor, & mortem exspecto[m]: paratus sum mori. Vide 2 Cor. 4. 11, 12. Sic Paulus *quotidie moriebatur*, quomodo dicitur *adulterium fecisse* qui id voluit[n]. ¶ *Per*, &c. Νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν] Sic legunt Complut. editio, 3 vet. Codices, Græca scholia, Chrys. Th. Amb. Aug. & Hi. Alii legunt ἡμετέραν, *nostram*. Sed ei subjecisset ἔχομεν, non ἔχω[o]. [Sic vertunt,] *Per* (vel, *Propter*, Æth. Amb. in Be. vel, *Juro per*, Tre. ex Sy. sic Ca.) *gloriam* (vel, *gloriationem*, Er. P. Mo. Be. &c.) *vestram*, E. ex Vulg. P. Li. ho. i. e. de vobis, vel in vobis, ut Rom. 3. 23. *gloria Dei*, i. e. in Deo[p]: q. d. quâ de vobis glorior, tanquam meis in Christo filiis[q]. Pronomen hîc possessivum quod vice Genitivi est, sicut alibi Genitivus, causam designat efficientem: hoc enim vult dicere, *Quàm verè ego gaudeo* (id enim est καυχᾶσθαι) *de vestro profectu in Christo, ità verum est me quotidie paratum mori. Tantum abest ut dubitem an futura sit resurrectio.* Vide Respons. ad objecta Græcorum in Justini operibus[r]: [ejúsque verba in G.] Al. *Gloriatio* hæc non erat vel, 1. Apostoli de iis: nam tunc aptiùs dixisset ἡμετέραν. Nec erat quidem, rebus ut tunc stantibus, cur de iis gloriaretur. Vel, 2. eorum in Apostolo; qui nimium apud eos viluit. Sed, 3. eorum contra ipsum: ut sensus loci sit, Indies ego spernor, periclitor, morior: In hujus rei testimonium obtestor appellóq; vestram contra me gloriationem; quam quidem ego pro gloriatione mea in Jesu Christo habeo†. Al. [Sensus,] Quotidie morior, ejúsque rei testes appello omnes ærumnas, quas verè gloriari possum me apud vos sustinuisse: vel, Testis sit mihi gloriatio vestra, i. e. vester profectus in Evangelio quod ego apud vos promulgavi summis cum periculis[t]. Vel, *nostram*, Er. Ti. Pi. Vor. Hi. in Zeg. Cal. Scl. Sic vocat Metonymicè afflictiones & infirmitates suas, de quibus gloriatur, 2 Cor. 11. & 12[v]. Al. Per fidem illam, seu fidelitatem meam in negotio Christi, de qua meritò gloriari possum[x]. Al. Per gloriationem meam[y], de vobis. Νὴ est vel, 1. affirmantis, ut δαὶ obtestantis seu contestantis[z]. Vel, 2. jurantis[a]. Sed non est hoc juramentum, nisi Deum aut Christum intelligas, in quo fideles gloriabantur. Juramus enim per majorem, &c[b]. In juramento solus Deus, non modò ut arcanorum testis, sed ut judex & vindex perjurii invocatur[c]. Vel, 3. obtestantis[d]: quomodo testes advocantur *cœlum & terra*, Esa. 1. 2. & *Angeli*, 1 Tim. 5. 21. Inanimata verò in testimonium vocantur, more oratorio, ad augendam emphasin*. ¶ *Quam habeo in Christo*, &c.] i.e. De vobis ad Christum meâ operâ conversis[f]: vel, quâ glorior per Christum, ex cujus merito & passione mihi provenit omnis gloriandi materia[g]: vel, ex gratia & beneficio Christi, qui me in istis periculis conservavit[h].

32. *Si*, &c. Εἰ κατ' ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα] *Si secundùm hominem* (vel, *humano more*, Ca. Me. i.e. vel, 1. ut fit inter homines[i]: non Divino impulsu[k], sed humano solùm consilio, aut studio[l], spe & fine temporali[m], nihil aliud spectans quàm hanc vitam, ut solent homines[n]: temeritate ductus[o], vel gloriæ causâ[p], ut bestiarii, &c[q]. Vel, 2. eo modo quo homines pugnant. Vel, 3. hoc ipso corpore humano[r]. Vel, 4. humanitus loquendo, ut eadem hæc phrasis accipitur Rom. 3. 5. Gal. 3. 15. id est, ut ex humanis certaminibus petitâ phrasi loquar†. Vel, 5. ut de meipso aliquid dicam, prout homines solent[t]: ut hominum more loquar, qui libenter commemorant pugnas & pericula sua, &c[v]. Moris enim est Apostolo istis præfationibus uti in re simili, ut 2 Cor. 11. 16, 17, 21, 22. Rom. 3. 5[x]. Hæc autem particula parenthesi claudenda est[y]. [Significat] se non juxta humanum spiritum dicere quæ de resurrectione dicit[z]. Vel, 6. quantum homini possibile est, usque ad extremum spiritum[a]. Vel, 7. quantum penès homines erat, qui me ad hanc mortem destinârunt, quanquam Deus me eripuit. Κατ' ἄνθρωπον accipio eodem sensu ut κρίνωνται κατ' ἀνθρώπους, 1 Pet. 4. 5. &, τὸ κατ' ἐμὲ, *quantum in me est*, Rom. 1. 15[b].) *adversùs bestias pugnavi Ephesi*, P. Be. Pi. sic Er. Il. Ti. Qu. Quomodo hoc intelligendum? Resp. 1. Propriè de pugna adversùs belluas suscepta[c]. Damnati autem erant homines ad bestias dupliciter; 1. objecti bestiis, à quibus statim laniabantur: 2. pugnaturi cum bestiis, qui in arenam armati procedebant, evasuri & vitâ donandi si possent bestiam conficere[d]. Paulus revera cum bestiis coactus est depugnare Ephesi & Dei ope salvus evasit, quomodo Ignatium feris objectum legimus, & Christianos ad leonem damnatos apud Tertul*. Huic sententiæ favet, 1. quòd Paulus ad mortem damnatus fuerit, vel saltem destinatus à plebe, ut colligi potest ex 2 Cor. 1. 9. 2. Collat. Act. 19. ubi v. 29. plebs furens Gaium & Aristarchum traxerunt (Paulum etiam, si illis visus fuisset tracturi) in theatrum, ubi hæ pugnæ exhibebantur[f]. 3. Quòd in tumultu illo Act. 19. amicos se Paulo exhiberent Asiarchæ, quorum erat ludos theatricos edere[g], & sontes punire; & Paulum admonerent nè se daret in theatrum, probè scientes eum ibi ad θηριομαχίαν trahendum fore[h]. 4. Phrasis illa, κατ' ἄνθρωπον, sensu suprà dato[i]. [Aliis hæc sententia non placet;] 1. Non erat rem tam insignem præteriturus, vel Lucas, qui & minora Pauli, & quidem illorum temporum, annotat[k]; vel Paulus ipse, ubi pericula sua longo ordine recitat, 2 Cor. 11[l]. Sed hoc mirum videri non debet, cùm etiam Lucas alia omiserit[m]. 2. Supplicium illud erat vilium personarum, non civium Romanorum, qualis erat Paulus. 3. Nec credibile est, Paulum armatum in theatrum prodiisse, &c. quod de nullo martyre legitur[n]. Resp. 2. Metaphoricè[o], de importunis adversariis[p]. Rectius erit intelligere, concertandum sibi fuisse Ephesi cum hominibus ferinis[q] animis & moribus[r]: quomodo θηριώδεις πεζῆνας dixit in Lycurgo Plutarchus. Sic & Deut. 32. 33. impii feris comparantur, & passim Reges in literis Prophetarum, & 2 Tim. 4. 17. Erat enim vulgò receptum ut quibus negotium erat cum hominibus efferatis, ii dicerentur θηριομαχεῖν†. Hoc autem intelligendum, vel, 1. de tumultu apud Ephesinos per Demetrium excitato, Act. 19[t]. Non placet; quia scripta est hæc Epistola ante illum tumultum. Vel, 2. de grandi illo periculo, 2 Cor. 1. 8, 9[v]. Assentior Tertul. qui eandem rem hîc tangi putat quæ tangitur 2 Cor. 1. 8. ità enim ille De resurrectione, *Per quam & repugnavit ad bestias Ephesi, illas scilicet bestias Asiaticæ pressuræ*[x]. ¶ *Quid mihi prodest*, &c?] Scil. ea pugna, tolerantia, &c[y]. Facilè mihi fuisset placare illorum animos nisi fiducia resurrectionis effecisset ut omnia pericula contemnerem[z]. ¶ *Manducemus*, &c.] Proverbium erat Laconicum[a], Epicureis familiare: quale illud Sardanapali, *Lude, bibas, comedas, post mortem nulla voluptas*: & Martialis illud, *Vita nimis sera est crastina: vive hodie*[b]. Μιμεῖται Epicureos & ejus generis alios ipsorum verbis depingens[c]: qu. d. comessemur, indulgeamus genio. Synecd. gen. κατ' εὐφημισμὸν, ut Matth. 24. 38[d]. Verba sunt deprompta ex Græco Esa. 22. 13*. Multa talia habent Horatius, Strato, alii. Tam in Esaia quàm hîc αὔριον ἀποθνήσκομεν est, *brevi moriemur*. Brevis est vita. Præsens hîc iterum pro Futuro, ut suprà 13. 13[f]. *Moriemur*, h. e. planè desinemus esse. Synecd. generis[g].

33. *Nolite seduci*] Nè sinatis vos abduci in errorem[h]. Monendi forma suprà 6. 9. Gal. 6. 7[i]. Dictum hoc ex occasione verborum præced. quæ ad seducendos fideles spectant[k]. Innuit sententiam illam Epicureorum esse erroneam & perniciosam[l]. ¶ *Corrumpunt*, &c. Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί] Est versus ex Thaide Menandri[m], ità scriptus ab ipso Menandro, Φθείρουσιν ἤθη χρησθ' ὁμιλίαι κακαί. Est enim Trimeter ex Spondæis & Iambis, sed Spondæis in sua sede. Tertullianus Trimetro liberiore, qualem Comœdiæ Latinæ usurpant, sic transtulit, *Bonos corrumpunt mores congressus mali.* Sententiæ huic non dissimilis, Κακοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσῃ κακός, (*Cum malis consuescens malus fies.*) Et in Theognide. [vide G.] Donatus ad Eunuchum, 2. 2. *Vide ut sententiosè demonstrat, malos ex bonis contagione fieri, exemplis in pravum prævalentibus.* Significat Paulus, periculosa maximè esse colloquia eorum qui spem tollunt vitæ

vitæ alterius [n]. [Verba sic reddunt,] *Mores bonos* (i.e. vel, 1. commodos seu placidos, & in quamvis partem duci faciles, benignos [o]: *suaves*, Tre. ex Sy. Vel potiùs, 2. probos, ut contextus requirit [p].) *commercia* (vel, *colloquia*, Er. P. Mo. Ti. Ca. Quod nimis angustum est: nam ὁμιλία significat communem totius vitæ usum, q. d. *conversationes* [q]: vel, *narrationes*, Tre. ex Sy. *confabulationes*, Hi. & Cypr. in E. *congressus*, Be. ex Tertul. *consortia*, Glas. rhet. 2. 7. 595. Ὁμιλία est *conversatio*, & ὁμιλεῖν, *conversari* [r].) *corrumpunt mala*, Be. Pi. Per χρηστὰ ἤθη hîc intelligo εὐήθεις, vel χρηστοήθεις, ut Hesych. vocat, h. e. homines non tam probos quàm *simplices*, *faciles*, quales facilè decipiuntur & in errores pelliciuntur. Non respicit hîc vitia vitæ, sed errores mentis, qualis hic de resurrectione †.

34. *Evigilate*, &c. Ἐκνήψατε δικαίως] *Expergiscimini*, sive *Evigilate* (Ἐκνήφειν propriè dicuntur qui ex vinolentia ad se redeunt [t], ut Gen. 9. 24. 1 Sam. c. 25. v. 37. Joel. 1. 5. Transfertur ad eos omnes qui ab errore liberantur, ut Abac. 2. 19 [v]. Vel, *Excitate corda vestra*, Tre. ex Sy. vel, *Estote sobrii*, Ca. Amb. Aug. &c. in E. Vult ad mentis sobrietatem redire eos, qui vanis Epicureorum & opinionibus & voluptatibus quodammodo inebriati sunt [x].) *justè*, Er. P. Mo. Be. Pi. h. e. verè ac sincerè [y]: vel, ut æquum & justum est [z], sicut oportet & rectè [a]. Vel, ut justi sitis [b], ut justitiæ vacetis [c]: nam vigilant quidam etiam ad injustitiam [d]. Δικαίως breviter dictum est pro, ζήσοντες δικαίως, *in posterum justè victuri* *. Opponit studium justitiæ vanitati & curiositati, quâ factum fuerat ut cum profanis versantes de resurrectione ambigere cœpissent, &c [f]. Plenus sensus est, Ab erroris & voluptatum ebrietate experrecti jam sapite, & ad ea quæ justa & recta sunt animum applicate [g]. ¶ *Nolite peccare*] Nè vos date voluptatibus, ut faciunt illi Epicurei [h]. De gravissimo Epicureismi peccato loquitur [i]. *Peccare* hîc accipiunt, vel, 1. ut effectum negatæ resurrectionis; q. d. Nè vos tradite voluptatibus desperatione vitæ futuræ, ad quod vos incitant prava consortia [k]: vel, 2. ut causam negandæ resurrectionis; q. d. Nè vos tradite voluptatibus: quia qui voluptariè & perditè vivunt, libenter ac facilè sibi persuadent non esse futurum quod non sperant, id est, resurrectionem justorum [l]. ¶ *Ignorantiam*, &c. Ἀγνωσίαν, &c.] *Quidam enim* (scil. vestrûm, sive inter vos [m],) *Deum non nôrunt*, P. Be. Pi. Ità vivunt ac si Deum ignorarent, ut de eo nè cogitarent [n]. Latent inter vos quidam ἄθεοι אשר לא ידעו אל, ut loquuntur Hebræi. Vicina sunt ἀθεότης & desperatio vitæ melioris [o]. ¶ *Ad*, &c. Πρὸς ἐντροπὴν, &c.] *Ad pudorem* (sub. *incutiendum*, P. vel, *Ad verecundiam adducendis*, Be.) *vobis loquor*, Er. Ti. &c. vel, hoc *dico*, Be. Pi. *Ut vos pudeat*, Ca. Be. scil. istos sectari [p]: vel, ejusmodi errorum [q]: vel quòd inter vos sint qui Deum ignorant, útque pudore cogente corrigatis tantum malum [r]. Sic 1 Cor. 6. 5 †. Castigat eos quòd talium hominum commercia non fugiant [t].

35. *Quomodo resurgent*, &c?] i. e. Quis modus erit resurrectionis [v]? Al. Quomodo fieri potest ut mortui reviviscant [x]? q. d. Nullo modo [y]. Postquam sua adstruxerat Paulus, refellit Philosophorum objecta [z]. Enallage est [in ἐγείρονται] præs. pro Futuro [a]. ¶ *Quali corpore* (animali, mortali, terreno; an verò diversæ qualitatis [b]:) *venient?* Ἔρχονται;] *Prodeunt*, P. Be. Pi. scil. è sepulchris [c], vel, in vitam [d]. Unde corpus sument, cùm jam pridem corpora illorum computruerint *? Ità argumentabantur Philosophi isti; Si in eodem corpore redibunt, quorsum hoc? Neque enim edent, neque bibent, neque gignent. Si in alio, non iidem erunt. Respondet Paulus, Fore aliquatenus idem, aliquatenus non idem; idque per similitudines illustrat [f].

36. *Insipiens*, Ἄφρον] *Stulte*, Er. *Demens*, P. Pi. Ut qui carnaliter de resurrectione cogitas, neque sensum tuum humanum subjicis sapientiæ Divinæ [g]. Meritò sic eos vocat qui miracula fieri non credunt, cùm natura ipsa plena sit miraculis, sed quæ sui frequentiâ migrant in nomen aliud [h]. ¶ *Quod tu seris*] Hæc prima similitudo [i]. Vetus erat apud RR. corpus sepultum Grano comparare. Usus ea similitudine ad Cleopatram R. Meir, ut legimus in Gemara De Synedrio, cap. 11. utitur & R. Hya. Satis diligenter hanc similitudinem explicat Clemens, 5. 6. Sic & Theophilus Antiochenus. [Cujus verba vide in G.] ¶ *Non*, &c. Οὐ ζωοποιεῖται] In MS. est ζωογονεῖται. Hebræum החיה modò hoc, modò illo, modo vertitur. *Vivificit* dixit de semine Plinius [k]. ¶ *Nisi priùs moriatur*] i. e. Corruptum fuerit [l]. Granum *mori* dicitur cùm aeri ereptum terrâ occultatur [m]. [Sensus loci,] Semina quæ terræ gremio creduntur non germinant nisi putrescant & corrumpantur. Vide Joan. 12. 24 [n].

37. *Non corpus*, &c.] i. e. Non fructum ipsum: nam σῶμα hîc vocat quod de semine enasci solet [o]. Non prorsus idem corpus [p], si qualitates sive conditiones diversissimas spectemus [q]: idem tamen secundùm substantiam [r]. Multa enim ex uno prodeunt. Minutius, *Semina nonnisi corrupta revirescunt*. Tertul. in Apologetico, *Semina nonnisi corrupta & dissoluta fœcundiùs surgunt*. ¶ *Sed nudum granum*] Granum sine culmo, sine aristâ †: nascetur autem granum herbâ & aristis ornatum atque vestitum [t]. ¶ *Ut putà*, Εἰ τύχοι] *Putà*, G. *Exempli causâ*, Er. V. *Ferè*, Aug. in Er. *Videlicet*, Q. in E. *Prout inciderit*, P. Pi. *Si casus tulerit*, Bc. Vide suprà 14. 10 [v]. ¶ *Aut alicujus cæterorum*] Hordei, farris, milii [x].

38. *Deus autem* (Generationes plantarum non ad naturam refert, sed ad Deum ejúsque voluntatem: ut significet Deum qui interveniente actione naturæ semina vivificat, non minùs posse mortua nostra corpora revocare ad vitam absque opere naturæ [y].) *dat* (nempe suâ potentiâ [z]: Nam & opera naturæ à Deo sunt qui naturam instituit [a].) *illi* (semini & grano [b]) *sicut voluit*] Putà novum corpus, h. e. novis conditionibus instructum [c]. Possis sic accipere, Sicut initio mundi instituit, quum seminibus indidit proprias virtutes [d]. ¶ *Proprium corpus*] i. e. Speciei (vel naturæ *) suæ congruens [f]. q. d. Sic & beatis in resurrectione proprium dabit Deus corpus, quale voluerit, & quale decet homines beatos & gloriosos [g].

39. *Non omnis caro eadem caro*] i. e. Ejusdem est naturæ, conditionis, & præstantiæ [h]. Hæc altera similitudo [i]. Caro species est corporis. Sicut carnes, quanquam multùm inter se differentes, non desinunt esse carnes; sic & corpora multùm inter se distantia tamen corpora sunt. *Caro* Hebræis non dicitur nisi de corpore mortali [k]. *Carnem*, non *corpus*, nominat, ut insinuet, in vera carne mortuos resurrecturos, non in corpore quod vel aereæ vel æthereæ sit naturæ [l]. ¶ *Alia—pecorum*] Vox κτηνῶν hîc respondet Hebræo בהמות, quo nomine veniunt omnia animantia muta super terram pedibus gradientia [m]. ¶ *Alia piscium*] De quibus *caro* dicitur Levit. 11. 11 [n]. & ab Hebræis Levit 14 [o]. AE. ad Levit. 17. 2 [p]. & Misnajoth Tract. Cholin. cap. 8. sect. 3. in Exod. 23. 19 [q]. & apud Plinium non uno loco [r]. Fortè *carnem* pro *corpore* dicit †. Insinuat, sic diversorum hominum fore diversa in resurrectione corpora, quoad gradus gloriæ, respondentes gradibus meritorum [t], sive virtutum ac bonorum operum, &c [v].

40. *Et* (sub. *sunt*, Be. Pi.) *corpora cœlestia* (ut sol, luna, &c [x]. vel quæ in cœlo versantur [y]:) *&—terrestria*] Quæ in terra [z], ut arbores, &c. quæ tamen omnia suam & propriam formam, pulchritudinem, & quasi gloriam, habent [a]. Hæc tertia similitudo, eáque multiplex, sumpta à variis corporum generibus [b]. ¶ *Alia—cœlestium gloria*, &c.] Significat gloriæ diversitatem in corporibus resurgentium, etiam bonorum fidelium futuram; velut si gloriam cœlestium corporum conferas cum gloria terrestrium [c]. Δόξαν hîc vocat rerum speciem, τὸ εἶδος, Luc. 9. 29. quæ ἰδέα, Mat. 28. 3. מראה Hebræis [d].

41. *Alia claritas solis*, &c.] Non tantùm alia est species terrenis, alia cœlestibus, corporibus, sed & ipsa inter se corpora cœlestia differunt specie *, sive eo quod conspicitur. Sol omnium siderum fulgorem abscondit. Ὁ ἥλιος, &c. (*Sol lunam longè antecellit virtute & gloriâ*) ait Theoph. Antioch. At verò,—*Micat inter ignes Luna minores*. Inter Stellas alias sunt errantes, sunt fixæ; & inter has aliæ eximiæ, Arcturus, Sirius, Spica Virginis. Vide Psal. 148. 3. Dan. 12. 3 [f].

42. *Sic* (sub. *erit*, Be, Pi.) *& resurrectio*, &c.] q. d. Sic etiam res se habet in resurrectione mortuorum [g]. Simile

mile loquendi genus Matth. 13.24[h]. Sicut una stella alteri, ità & unus Beatus alteri ut gratiâ, ità quoque gloriâ & præmio, præfulget[i]. Sed perperàm huc trahitur hæc apodosis, quæ eò pertinet ut ostendat, longè alia futura corpora nostra post resurrectionem, quàm cujusmodi jam sunt[k]. ¶ *Seminatur*, &c. Σπείρεται ἐν φθορᾷ, &c.] *Seritur* (i.e. vel sepelitur[l], & instar seminis humo conditur[m], atque moritur[n]: vel potiùs, creatur à Deo per generationem, & tanquam corruptibile semen ad tempus in hunc mundum collocatur[o]. Sub. *corpus*, P. Be. Pi.) *cum corruptione*, Be. vel *corruptioni obnoxium*, &c. P. Be. Pi. Ἐν φθορᾷ Hebræo more, i.e. φθαρτὸν, *quod diffluit & sic corrumpitur*[p]. Verùm non ipsa corruptio sive interitus, sed corruptibilitas, sive mortalitas, intelligenda est, sicut apparet tum ex antithesi ἀφθαρσίᾳ, tum ex membris seq[q]. Ἐν ἀφθαρσίᾳ, i.e. ἀφθαρτον, *quod corrumpi nequit*. Vide suprà 9.25. In Aureo carmine Pythagoræ, Ἔσσεαι ἀθάνατος Θεὸς, ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός. [Sensus est,] q.d. Tota illa quam attuli comparatio huc tendit ut intelligatur longè alia esse species mortalis, alia immortalis, corporis. Et cùm posset dicere *sepelitur*, maluit dicere *seritur*, ut magis insisteret similitudini suprà sumptæ de Grano[r]. Ἀφθαρσίαν intellige non tantùm incorruptibilitatem, quæ etiam malorum corporibus communis est; sed & impassibilitatem, quæ justis propria est[†].

43. *In*, &c. Ἐν ἀτιμίᾳ] *Ignominiosum*, P. Pi. *Cum ignominia*, Er. V. Vor. & vilitate quâdam, scil. corpus humile variisque naturæ defectibus & injuriis obnoxium. Confer Phil. 3.21[t]. Vel, sordium plenum[v]. Quid enim fœdius cadavere[x]? Abjectum ab hominibus, nè fœtor noceat. Nam mortuos sepeliri, viventium interest. *Cadaveris facies* in contemptu dicitur apud Terentium[y]. ¶ *In gloria*] i.e. Corpus omni ex parte gloriosum[z]. Significat dotem claritatis[a]. Hîc δόξα non quamvis speciem, sed pulcram atque venerabilem, significat, כבוד[b]. ¶ *In*, &c. Ἐν ἀσθενείᾳ] *Infirmum*, P. Cum imbecillitate, fragile, quod nequit perpetuò resistere iis à quibus lædi solet. Confer 2 Cor. 13.4[c]. Infirmitatibus subjectum[d]. Sine sensu, sine potestate durandi in eo statu[*]. Al. Planè virium expers[f], nempe mortuum, non autem imbecille[g]. ¶ *In*, &c. Ἐν δυνάμει] *Potens*, P. Be. &c. *Robustum*, Pi. Scl. Vegetum, firmum, cum sensibus multis quos nunc non intelligimus[h]. Non ampliùs vicissitudinibus obnoxium, aut indigum cibi, potûs, &c[i].

44. *Corpus animale*, ψυχικὸν] i.e. Quod fuit ψυχικόν. Simile loquendi genus habes Matth. 22.23. Rom. 4.5. Dicitur autem σῶμα ψυχικὸν id quod ad tempus vivit dum anima adest. *Anima* est vox hujus vitæ: postea non nisi impropriè sic dicitur. Itaque Maimon. *Animam in hac vita* ait *potentiâ esse spiritum, in altera vita actu fore*[k]. Ψυχικὸν dicitur corpus quale habent omnia animalia[l], quod sustentatur actionibus animæ quatenus ipsum animat, id est, vegetat, h.e. actionibus potentiæ vegetativæ, quarum præcipua est nutritio[m]; quod habet ortum generationis, & finem interitûs[n]; quod vixit vitâ vegetativâ & sensitivâ[o]; cui anima vitales facultates præbet, imbecillas tamen illas & temporarias[p]; cui vitam præstat anima, eámque caducam[q], quæ indiget cibo, potu, generatione, sicuti vita cæterorum animalium[r]. Al. Corpus terrenum, quod animæ affectibus regitur[†]; quod animalibus subservit affectionibus[t]. ¶ *Spirituale*] Habens in se vice animæ spiritum immutabilem nunquam abscessurum, conservatorem & ducem corporis; quem spiritum *naturam divinam* appellat Petrus, 2. 1.4. Iren. 5. 12. & dicitur *spiritus circumdans intus & foris hominem*. Tale corpus כוס של חויה dicitur Aquibæ in libro super literas. Hujus spiritûs arrhabo est Spiritus qui in hac vita Christianis datur. Vide Iren. 5.11. & Tertul. De resurrectione carnis. Eum spiritum Tatianus *animæ alam* vocat[v]. *Spirituale* intellige, non quoad substantiam, (quod excludit Paulus repetendo nomen *corpus*, nec ea esset corporis resurrectio, sed abolitio[x]:) sed quoad conditiones sive dotes[y]; qualitatibus præditum spiritualibus[z], confer Mat. 22.30. à Spiritu scil. Christi, h.e. Divinâ virtute, ad nos derivatis, unde etiam *spiritus vivificans* dicitur Christus[‖]. Spiritui simile & conforme[a], cui spiritus ità dominatur[b], ut illud per se & sine externo subsidio conservet, moveat, ac regat[c]: instar spiritûs subtile, leve[d], agile[*], immortale. Confer Luc. 20.36[f]. Vel, quod animæ commotionibus caret, spiritu impellitur[g]. Vel, quod Divinæ virtutis particeps tantò excellentiorem vitam vivit quantò Deus animæ præstat: unde æternum, potens, gloriosum fit, &c[h]. Vel, cui perpetuam vitam & operationem absque ciborum adminiculo Spiritus Sanctus subministrat[i]. ¶ *Est corpus animale*, &c.] q.d. Distant multùm illa inter se[k]; vel, q.d. Non absurdè nominavi *corpus animale* & *corpus spirituale*: nam utraque hæc differentia corporis reperitur atque existit. Hoc autem probat verbis sequentibus[l]. Ad universi perfectionem pertinet ut omnes rerum species & gradus sibi invicem oppositos complectatur[m].

45. *Sicut scriptum est*, *Factus est primus*, &c. Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ, &c.] Gen. 2.7. ὁ ἄνθρωπος, &c. Paulus addit nomen Ἀδὰμ ex præcedentibus apud Mosem, & nomen πρῶτος, ut meliùs Christum ei componeret. Vide Rom. 5.14. & suprà 22[n]. [Sic vertunt,] *Primus* (vel, *Primus ille*, i.e. primò à Deo conditus[o]: vel, *Prior*, P. Be.) *homo Adam* (Phrasis hæc à Judæis petita, qui Adamum vocabant *primum Adamum* distinctionis gratiâ, quia אדם nomen est etiam speciei[p]. Forsan irrepsit h.l. vel, 1. ἄνθρωπος[q], quia Ἀδὰμ hîc est nomen speciei, ut ἄνθρωπος v. 47. & alioqui diceretur in antithesi, ἄνθρωπος Χριστός[r] vel, 2. Ἀδὰμ[†]. Sed utraque vox hîc retineri potest. Fortassis ἄνθρωπος exegeticè ponitur pro Ἀδὰμ[t].) *in animam viventem*, Er. &c. i.e. habens animam viventem, quâ scilicet corpus vivit vitâ vegetativâ, quod proinde indiget cibo, &c[v]: vel, *anima vivens*, Pi. Er. vel, *animal*, Scl. vel, *animal vivens*, Be. sic Vor. P. Me. G. E. Vitâ sensitivâ & vegetativâ[x]. Est abstractum pro concreto. Animalium est vivere ad tempus[y]. Eadem phrasis sæpe de bestiis usurpatur[z]. ¶ *Novissimus* (vel, *Posterior* autem, P. Be. vel, *Ultimus* autem *ille*, Pi.) *Adam* (i.e. Christus[a], qui *novissimus* dicitur, quia tempore posterior[b], in ultimis mundi temporibus exortus[c], & post eum nemo alius in alterutro genere princeps; & *Adam*, quia primus Adam hujus figura quædam fuit, Rom. 5. uterque princeps erat humani generis; primus naturâ & carnali propagatione, ultimus gratiâ, regeneratione spirituali, & gloriâ[d]. Sub. *factus est*, Be. Pi.) *in spiritum vivificantem*, Er. Il. Ti. Mo. Tre. vel, *spiritus vivificus*, Be. Pi. sic P. Ca. id est, factus est planè spiritualis & instructus vitâ immortali ac cœlesti[*]; factus est talis homo, qui simul esset Spiritus vivificus, i.e. Deus[f]: ζωοποιῶν, quia virtute suâ Divinâ nos à mortuis exsuscitat[g], vitam & sibi & aliis dat, omnésque prioris Adami infirmitates abolet[h]; vel quia virtute potest suis per Spiritum suum communicare, ut sine cibo vivant, &c[i]. Factus est per resurrectionem & evectionem in cœlum homo planè Divinus, qui potestatem habeat etiam aliis dandi vitam & quidem æternam, Joh. 6.33, 40, 47, 50, 57. suprà v. 22. In Adam fuit ἐπιτηδειότης quædam (*aptitudo*) ad vivendum, in Christo ἐνέργεια (*actus*, sive *operatio*,) ait Cyrillus[k]. *Spiritus* autem *vivificans* hîc dicitur, vel, 1. Spiritus Sanctus[l], cui vivificatio tribui solet, ut Job. 33.4. Joh. 6.63. 2 Cor. 3.6. qui sic dicitur, vel quia vitam corporibus quæ resuscitavit incorruptibilem tribuit; vel quia ab eo corpora resuscitata omnem suam accipiunt operationem. Vel, 2. anima humana, ut Latini plerique intelligunt, quæ *spiritus* dicitur, vel quatenus intellectualis est ordinis, & supernis communicat, ut post Aquin. explicat Caj. vel potiùs, quia per se sufficiens est ad conservandum, movendum, & regendum corpus sine cibo, &c. ut explicant Aug. Lomb. &c. Consonat huic intelligentiæ, 1 Pet. 3.18. *vivificatus spiritu*, humano scil. ut antithesis postulat. Utrovis modo accipias, phrasis sic explicanda, Factus est habens, vel incepit habere, spiritum vivificantem, non quidem, ut aliqui volunt, quando conceptus est, sed quando resurrexit à mortuis[m]; ut scil. haberet post resurrectionem animam gloriosam, quæ corpus planè vivificaret & spirituale redderet, id est, instar spiritûs gloriosum, cibi expers, impassibile & immortale; corpus, inquam, tum suum, tum nostrum[n]. Hoc autem Spiritus Christi actu non præstitit ante resurrectionem. Atque hunc sensum exigit consequentia textûs. Docet enim, nos per resurrectionem Christo futuros in eo similes; &

Marginal notes (left column): h G. — i Me. T. sim. E. — k Vor. — l Be. Pi. — m Be. sim. E. — n E. — o Vor. — p G. sim. Be. — q Vor. — r G. — † E. — t Vor. — v Be. — x Be. Scl. sim. E. Me. — y G. — z E. — a E. ex Thom. & Primas. — b G. — c Vor. — d E. — * G. — f Scl. sim. Pi. — g Be. — h G. — i Be. — k G. — l T. — m E. ex Aquin. Caj. &c. — n Camer. — o Me. — p Be. — q Scl. ex Pi. sic Vor. — r Scl. ex Pi. sim. Me. — † V. — t E. ex Thot. — v G. — x E. — y Cal. — z Pi. Scl. sic Camer. — ‖ Scl. — a T. — b E. sim. Me.

Marginal notes (right column): c E. — d T. — * E. ex Aquin. — f Vor. — g V. — h Be. — i Græci in E. — k G. — l E. — m Me. — n G. — o Pi. — p Cap. — q Pi. sim. Be. Cap. — r Be. — † Q. in Cap. — t Cap. — v E. — x Me. — y G. — z Vor. — a G. E. Me. Vor. — b E. — c Pi. — d E. — * Vor. — f Scl. ex Pi. — g Scl. — h Cal. — i Dic. — k G. — l E. ex Chrys. Tertul. &c. — m E. — n Me.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

& ipsi simus in spiritum vivificantem, corpora spiritualia accepturi [o]. Vel, 3. Christus ipse, sic dictus à parte potiori, i. e. à Deitate in ipso corporaliter inhabitante [p]. Prius hujus versûs membrum scriptum constat, Gen. 2. 7. At ubi posterius [q]? Resp. 1. Hoc non ut scriptum ab Apostolo citatur, sed adjungitur ut priori membro respondens; idque ad perficiendam probationem, Quod sicut est corpus animale, ità est & spirituale [r]: Hoc de suo addit, ut perfecta sit oppositio, & ut intelligatur, quanta inter id quod ab Adamo, vel naturæ ratione, accepimus, & quod per Christum obtinebimus, sit differentia [*]. Resp. 2. Per totum Codicem sacrum. Indè ipsi Judæi tot & tanta de Spiritu Messiæ, & de Messia vivificante: *Messias*, inquiunt, *vivificabit dormientes in pulvere.* Et ad Gen. 1. 2. *Hic* (nempe *Spiritus Dei incubans faciei aquarum*) *est Spiritus Regis Messiæ.* Eodem sensu quo hîc, ὁ ἔσχατος Ἀδὰμ, dicitur Job. 19. 25. אחרון על עפר יקום, *Exurget de pulvere alter*, vel *posterior*, &c. Porrò Adamus, receptâ jam promissione Christi & creditâ, uxorem suam nominavit *Chavam*, id est, *vitam*, Gen. 2. 20. Sensit enim, ultimum illum Adamum, in promissione sibi exhibitum, esse πνεῦμα ζωοποιοῦν, & meliorem vitam introduxisse animæ, & tandem introducturum corporis. Hinc illud Joh. 1. 4. *In ipso vita erat* †. Christum his verbis Adæ opponit, q. d. Refert Moses Adam fuisse donatum animâ vivente; at Christus Spiritu vivifico. Longè autem est majus, esse vitam aut vitæ causam, quàm vivere. Hoc vult, conditionem quam per Christum consequimur longè potiorem esse quàm primi Adami: huic collata fuit suo & posterorum nomine anima vivens; Christus autem nobis attulit Spiritum, qui vita est, cujus virtute Christus & ipse resurrexit, & alios aliquando excitabit à mortuis. Confer Rom. 8. 10, 11. unde hujus loci interpretatio sumenda est ||.

46. *Sed non*, &c. Οὐ πρῶτον, &c.] *Non primum* (vel, *prius*, P. Be. Pi. sub. *est*, Be. Pi. vel, *factum est*, P. nempe *corpus*, quod subaudiendum ex v. 44 [t].) *quod* (sub. *est*, P.) *spirituale*, &c. Er. Tam in Christo quàm in nobis: sanè convenienter: nam & in natura prius est imperfectum quàm perfectum [v]. Præmisit Deus imperfectiora ut perfectiora sequerentur. Sic antè pueri sumus quàm viri. Sic priùs Lex, deinde Evangelium. Priùs cœlum & terra quæ cernimus, posteriùs, cœlum & terra, id est, Universum multò pulcrius [x]. Nè quis putet, nos nunquam habituros corpus spirituale, quia nunc non habemus, subjungit ordinem à Deo esse statutum, ut animale corpus priùs habeamus, &c [y]. Necesse est, inquit, nos priusquam reparemur in Christo originem ab Adam trahere, & illi esse similes. Prius enim est nasci quàm renasci, & vivere quàm resurgere [z].

47. *Primus homo* (Adamus [a], sub. *fuit*, Pi.) *de terra, terrenus*; ità Er. Ti. P. Mo. Ca. &c. Χοϊκός] *Pulvereus*, Be. Pi. Sy. Ar. Dixit de Anima & Spiritu: nunc de corpore loquitur. Χοϊκὸς *limaceus* Tertulliano; *ex limo*, in Latino Irenæi 5. 11. Respicitur illud Gen. 2. 7. ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον χοῦν λαβών. Hebræum est עפר, quod habes & Gen. 3. 19. Significat autem quamvis terræ particulam. Philo, *Duo sunt hominum genera: hic cœlestis, secundùm imaginem Dei factus, corruptibilis terrestrisque substantiæ expers; ille terrestris* ἐκ σποράδος ὕλης, ἣν χοῦν κέκληκεν. Theophilus χοῦν, unde sumptus est Adam, interpretatur οὐ τὸ ξηρᾶς, ἀλλὰ τὸ πολυμεροῦς ποικίλης ὕλης μέρος [b], (*non aridæ, sed multifariæ, materiæ partem.*) Rationem adfert congruentiæ, cur Adam factus sit corpore animali, Christus corpore spirituali [c]. *Terrenus*, i.e. mortalis [d], vel corruptioni obnoxius [*]; vel, 1. naturæ conditione [f]; non ità ut necesse esset ipsum mori, sed talis ut mori posset, adeòque necessariò moriturus, si externa ciborum subsidia deessent [g]: è pulvere terræ factus, scil. ratione corporis [h]. Vel, 2. peccati merito [i], ex lege Gen. 3. 19 [k].

¶ *Secundus homo* (Christus Dominus [l]: sub. *est*, Pi.) *de cœlo*, &c. Ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ] Gen. 4. 1. Eva dixit, *Possedi*, vel *Obtinui*, איש את יהוה; quod verto, τὸν ἄνθρωπον τὸν κύριον, id est, ut ipse Dominus fiat homo. 1. Sic את propriè sumitur. 2. Absque dubio respexit Eva promissionem Christi, cùm filium denominaret, &c [m]. *Dominus* (qui summum in omnes imperium obtinet [n],) *è cœlo*, P. Be. Pi. Propter originem cœlestem [o], ut qui natus sit ex Patre cœlesti, id est, ex Deo [p]; Deus de Deo [q]: ut sit communicatio idiomatum, ut Joh. 3. 13 [r]. quòd Spiritûs S. vi humana natura Divinæ coagmentata fuit, &c †. Al. Ἐξ οὐρανοῦ more Hebræo dicitur pro οὐράνιος, id est, *cœlestis*, habens jam corpus cœleste [t]: Dominus factus, & cœlis ipsis sublimior redditus. Confer Act. 2. 36. Heb. 7. 26 [v].

48. *Qualis terrenus*, &c.] Quale corpus Adamus habuit [x], mortale scilicet [y], tale & sevit in posteros. *In Adami persona genus humanum describitur*, Origenes contra Celsum, 4 [z]. Quæ dixit de duobus hominibus, nunc ad cæteros applicat [a]. ¶ *Et qualis cœlestis, tales* (sub. *erunt*, Pi.) *& cœlestes*] h. e. Omnes fideles, Regni cœlestis hæredes [b], sancti [c], ex eo renati [d], qui ad illum pertinent [*], quorum conversatio est in cœlis [f]. *Tales*, utique secundùm corpus per resurrectionem [g], immortales & gloriosi [h]. Sic & Christus qui nos regenuit, nobis corpus dabit suo simile. Cùm autem dixit ἐπουράνιος, intelligi vult corpus fore dignum habitaculo supercœlesti: de quo vide Orig. Philocaliâ 18. [verbis à G. citatis.] Vide Heb. 6. 4. De voce ἐπουρανίοις vide Eph. 1. 3. Sedes III, in qua est Dei majestas & Angeli, dicitur quidem *cœlum*, nimirum *tertium* excellentius cæteris, ideòque dictum *cœli cœlorum*, & οὐρανοὶ pluraliter; sed id nec minùs ἐπουράνιος, *supercœlestis*, respectu habito ad cœlum spectabile [i].

49. *Et*, &c. Καὶ καθὼς ἐφορέσαμεν, &c.] *Et sicut* (Ἐπιμονή [k].) *gestavimus* (vel, *induimus*, Tre. ex Sy. sic Ar. Æth. *tulimus*, Ca. *gessimus*, Be. *portavimus*, Mo. Φορεῖν propriè est, *gestare*, v. g. vestem, annulum, sceptrum, &c [l].) *imaginem* (non inanem, sed realem; quam scil. res ipsa consequatur [m]:) *terreni*, (videlicet in hac vita mortali [n], similes Adæ homini terreno [o], & peccatori [p]: verè & reipsâ χοϊκοὶ sumus [q]: corpus simile corpori Adami, & ob id morbis, malis & morti, obnoxium [r].) *gestabimus* (vel, *geremus*, Be. *portabimus*, Er. Camer. [G. legit φορέσομεν. Sed addit,] φορέσωμεν habent alii Codices, & sic legerunt Syrus, Arabs, [item Be. Sch. & Codices mei:] & sic citat Orig. contra Celsum †. Φορέσωμεν autem est vel, 1. modi Subjunctivi [t]: vel potiùs, 2. modi Indicativi [v]. Al. *portemus*, Vulg. Ità Tertul. Cypr. Hi. Aug. &c. Ità doctrinæ exhortationem admiscet, admoneris [x], ut cœlestem vitam agant per probatos & sanctos mores [y]. Sed mihi Græca lectio germanior apparet, utpote scopo & contextui magis congrua [z].) *etiam imaginem cœlestis*, P. Pi. &c. hominis scil. Christi, h. e. similes illi erimus per beatam resurrectionem [a]. Agit de cœlesti gloria Christi, quam & nos in futuro seculo adipiscemur [b]. Corpus habebimus simile corpori Jesu, in suo tamen gradu. Sic vox εἰκὼν sumitur Rom. 8. 29 [c].

50. *Hoc autem dico*] Nempe nos gestaturos imaginem cœlestis [d], Clariùs sua dicta explicat. Sic & suprà 7. 29 [*]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα, &c.] *Quia* (ὅτι accipitur αἰτιολογικῶς [f], quia rationem dictorum reddit [g].) *caro & sanguis*, &c.] i. e. Vel, 1. opera carnis, &c [h]. homo quatenus corruptus est. Sic Hebræi in Libro Precum, 463. 1. *Benedictus qui dedit sapientiam suam*—& —*de gloria sua carni & sanguini.* Sirach. 14. 15. *Generatio carnis & sanguinis*: & 17. 30. *cujus cogitatio est caro humana* [i]. Sed hæ voces non tam corruptionem naturæ nostræ quàm infirmitatem significant: ut patet ex Eph. 6. 12. Heb. 2. 14. Hebraismus est frequens apud RR. qui dicunt, *Rex carnis & sanguinis*, &c. Alibi, *Angeli sciunt se vivere & stare in æternum*; *Ego verò caro & sanguis hodie sto, cras moriturus.* Et notat Rabba, illud *Maleacim*, Gen. 32. 3. alios de *Angelis* simpliciter dictis intelligere, alios *de Angelis carnis & sanguinis*, h. e. de nuntiis mortalibus [k]. Vel, 2. mortalis hæc nostra natura, ut sequentia verba declarant; confer Gal. 1. 16 [l]. homines naturâ mortales [m]: corpus ut corruptioni obnoxium [n]; corpus tale quale hîc habemus [o], fluidum, fragile, caducum [p], animale, & infirmum [q], indigum cibi, &c [r]. *constans ex particulis minimis quæ decedunt quotidie & quarum in locum alia extrinsecùs accedunt*, ut ait Alfenus in L. Proponebatur, D. de judiciis. Talia corpora non conveniunt illi Regno immutabili. Κληρονομεῖν, *tenere, possidere jure certo.* Sic emolliendus interpretatione Aug. cùm dicit Libro Contra Adimantium, 12. *in resurrectione non fore carnem aut sanguinem* †. ¶ *Neque corruptio* (i. e. vel, 1. pecca-

Marginal notes (left column): o E. p Scl. ex Be. q Li. ho. r E. * Cal. † Li. ho. || Calv. t G. v E. x G. y Cal. z Calv. a Me. T. b G. c E. d E. Vor. * Scl. f E. sic Vor. g E. ex Aug. h Pi. i Græci in E. k Scl. sic E. l Me. T. m Li. ho. n Scl. o E. sic Cam. p E. q T.

Marginal notes (right column): r Scl. ex Be. † Cam. t G. v Vor. x G. y E. sic Me. z G. a E. b Vor. c Pi. Me. d Me. * E. f Zeg. g E. h Me. i G. k Pi. l E. m Scl. ex Be. n Vor. sic Scl. o Me. sim. E. Vor. p Me. q Scl. r G. † G. t Q. in Vor. v Vor. x E. y Me. sim. E. z E. a E. ex Theod. & Th. b Vor. c G. d Be. Pi. * G. f Be. Pi. Scl. Vor. g Be. h E. i D. k J. Cap. l Vor. m E. sim. Me. n Scl. Calv. o G. p G sic T. q Be. Cal. r E. sim. Ham. † G.

tum, quod corruptio vocatur, 2 Pet. 2. 19 [t]. vel, 2. corruptibile hoc nostrum corpus [v]. Et hîc est abstractum pro concreto. Nam per φθορὰν vult intelligi φθαρτὸν [x]. Et ità explicat quid intelligi voluerit per *carnem & sanguinem* [y]. Non intelligit corporis substantiam, sic enim resurget, Job. 19. 26,27. sed qualitatem corruptam [z].) *incorruptelam* (h.e. vitam æternam [a], in qua corruptioni locus non est [b],) *possidebit*] Vel, *hæreditate accipit*, Er. V. i.e. pertingere ad statum illum immutabilem non potest [c]: vel, *incorruptæ naturæ* (i.e. cœli quod destinatum est corporibus incorruptibilibus; vel, coronæ illius immarcescibilis, 1 Pet. 1. 4 [d].) *hæreditatem accipit*, P. vel, *consequetur*, Be. Pi. Κληρονομεῖ, pro κληρονομήσει [*].

51. *Mysterium*, &c.] i.e. Rem arcanam & adhuc occultam [f], paucis cognitam [g], hactenus vobis aliisque incognitam. Vide Rom. 11. 25. & 16. 25. 1 Cor. 2. 7. & 4. 1. & 13. 2. & 14. 2 [h]. Hoc ergò attentè audiendum [i]. ¶ *Omnes*, &c.] Variant hîc Libri [k]. Tres sunt lectiones, notatæ Hi. Aug. & Oecum. 1. *Omnes* (scil. homines mortui, tam boni quàm mali [l],) *quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*, nempe in statum beatæ immortalitatis. Hæc Vulgata lectio. 2. *Omnes quidem dormiemus*, (nempe somnum mortis, & indè suscitandi) *non omnes autem immutabimur*, ut dictum est. Sensus idem qui præced. lectionis [m]. Sed hæc utraque lectio haud dubiè falsa est, quippe prorsus aliena à scopo Apostoli. Videtur autem orta ex malè intellecto loco Heb. 9. 27 [n]. 3. *Omnes quidem*, &c. ut, quoad sensum, est in Græco [*]. Πάντες μὲν ὀ κοιμηθησόμεθα, πάντες ἢ ἀλλαγησόμεθα] Ità Græci Codices plerique omnes, astipulante Syro [o]. Ità Orig. Tertul. Chrys. Theod. Th. Hæc tamen lectio minùs probabilis est [p]. Stapletonus pro sua impudentia textum Græcum hîc accusat ut falsum & impium [q]. [Alii, etiam ex fratribus ejus, modestiùs agunt, & veritate convicti Vulgatam suam lectionem deserunt.] Græcorum lectio est multis modis probabilis, imò vera & genuina. Ei favet: 1. Quòd de sola bonorum resurrectione hoc cap. agitur. 2. De reprobis agens non diceret in 1. persona, *non—immutabimur*. 3. De electis dicitur, *immutabimur*, ver. 52. 4. Quòd Latinorum lectioni, *Non omnes immutabimur*, non cohærent sequentia, sive illud, *in ictu oculi*, &c. sive illud, *oportet enim hoc corruptibile*, &c. 5. Collatio locorum similium, ut 1 Thes. 4. 15,16,17. Vide & Joh. 21. 23. 2 Cor. 5. 3 [r]. [Verba autem sic reddunt & explicant,] *Non omnes quidem* (πάντες μὲν ὀ, pro, ὀ πάντες μὲν. Trajectio [†].) *obdormiemus*, (i.e. moriemur [t],) *sed omnes* (nempe fideles [v], sive mortui fuerint, sive tunc vivi deprehensi [x],) *mutabimur*, P. Be. Pi. Mo. Sy. Ar. &c. Ex mortalibus facti immortales [y]. Al. Optimè [legit] MS. ille, Οἱ πάντες μὲν ὀ κοιμηθησόμεθα, ὀ πάντες ἢ ἀλλαγησόμεθα, *Neque omnes obdormiemus neque omnes mutabimur*. Veram hanc lectionem ostendunt sequentia. Eadem sententia in commentario ad librum Aboth, 53. 2. Et Notis ad cap. 1. Rabbini Israelis De anima. Eodèm spectat locus Act. 10. 42. & verba Symboli [z]. Se porrò ponit Paulus inter eos quos adventus Domini vivos deprehenderit, quia dies ille occultus erat & semper exspectatus, &c [a]. Confer 1 Cor. 10. 11. & 1 Thes. 4. 14 [b]. Græcæ lectioni obstare videtur, quòd negat omnes morituros, contra Heb. 9. 27 [c]. & resurrecturos [d]. Duæ erant apud Judæos contrariæ opiniones de illa ætate quæ resurrectionem mortuorum præcedit; quam morituram alii negabant, alii asserebant [*]. Omnes morituros negant Chrys. Th. Hi. Tertul. & Caj. rectiùs autem affirmant plerique, quia Scriptura neminem à morte, aut à resurrectione, excipit, Gen. 3. 19. Rom. 5. 12. & suprà v. 36. Quid ergò dicendum? Resp. *Non omnes*, inquit, *dormient*, diuturnâ scilicet dormitione, aut in morte detinendi: non putrefient in terra more seminis. Mortem quidem gustabunt: verùm quia statim reviviscent, somnum mortis non capient; sed erit eis mora illa momentanea velut nictus dormitantis [f]. Al. Immutatio, licèt diversum quid à Morte, erit eis mortis loco [g], eáque mortis species est, quia est corruptibilis naturæ interitus: sed quum non sit animæ à corpore solutio, non est mors ordinaria, sed subitus transitus à natura corruptibili in beatam immortalitatem [h].

52. *In*, &c. Ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ] Hæc referenda ad proximum quod præcessit [i]. Dicit mutationem istam corporis caduci in corpus immortale ità subitam fore ut tempus percipi non possit [k]; nè scil. dolorem aut cruciatum sentiant [l]. *In momento*, (vel, *Celerrimè*, Tre. *In puncto temporis*, Er. Il. Ti. sic Ca. ad verb. *In individuo*, Pi. *In indivisibili*, Val. E. Me. sub. *temporis* Synecd. generis [m]. Ἐν ἀτόμῳ idem est quod alibi, ὡς στιγμή, Esa. 29. 5. פתע [n].) *in ictu* (vel, *nictu*, Val. Be. i.e. uno motu [o]: vel, *jactu*, P. Be. Pi. E. vel, *momento*, Er. Il. Ti. Ῥιπὴ translatum est ab ictu teli seu fulminis [p], vel à subito radiorum oculi jactu [q]: dictum à ῥίπτω [r]. Q. cod. legunt ῥοπῇ [†], *motu* [t], vel, *inclinatione* [v], à ῥέπω [x]: quod translatum est à motu lancis seu libræ [y].) *oculi*, Mo. Er. P. &c. כהרף עין apud RR. כריף עינא, Syrus hîc [z]. Motum hîc intellige, vel palpebræ [a]; vel potiùs pupillæ [b]. [Sensus, q. d.] brevissimo tempore [c], in instanti [d]. Illud, ἐν ἀτόμῳ, etiam Philosophi usurpant; alterum, *in nictu oculi*, multæ gentes [*]. Significat, omnes electos sine prævia dispositione & sine mora temporis statim & perfectè glorificandos [f]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι] Præp. ἐν vel Tempus, vel Instrumentum, denotat [g]. *In extrema tuba*, V. sim. Mo. Pi. i.e. cùm in novissimo illo die dederit tuba Dei clangore suo signum Judicii instantis; vel, in postremo tubæ signo [h]; vel, in eo tempore quo clanget ultima tuba [i]. *Ad* (vel, *Per*, Er. Il. Ti. Sy. Ar.) *ultimam tubam*, P. Be. Pi. i.e. ad sonum tubæ ultimæ, sive ad signum ultimum quale per tubam in militia dari solet [k]. ¶ *Canet*, &c. Σαλπίσει γὰρ] *Canet* (vel, *Clanget*, Ti.) *enim*, Er. P. sub. *tuba*, Er. V. sim. Camer. quæ præcessit [l]: vel, sub. *Angelus*, Er. V. de quo tamen nulla hîc mentio [m]. *Canet enim tubâ*, sub. *Deus*; vel, sub. *Archangelus*, ex 1 Thes. 4. 16 [n]. *Buccinabitur enim*, Er. *Dabitur enim signum*. Vide Matth. 24. 31. ubi dicta vide, & 1 Thes. 4. 16. Sensus mysticus loci, Zach. 9. 14 [o]. Hæc autem tuba accipienda est, vel, 1. metaphoricè, de præcepto & voluntate Christi [p]. Quod nimis dilutum est [q]. Vel, 2. simpliciter [r], de clangore simili clangori tubæ [†]: qualis ille erat in Sina, Exod. 19. 16. confer Joh. 5. 28 [t]. Vel, de sonitu quodam vehementissimo per totum orbem diffuso, quo mortui excitabuntur, ut Lazarus voce Domini, Joh. 11 [v]. ¶ *Et* (Καὶ hîc notat *tunc* [x].) *mortui resurgent incorrupti*] Vel, *incorruptibiles*, h.e. impassibiles [y], immortales [z], & gloriosi, & quidem antequam vivi immutentur, ex 1 Thes. 4. 16 [a]. Vide supra v. 50. In MS. pro ἐγερθήσονται est ἀναστήσονται [b]. ¶ *Et nos* (h.e. ii qui tum vivent [c], ut nos nunc vivimus [d]: *nos*, nempe quos vivos Deus illic deprehenderit; inter quos Paulus putavit fieri posse ut & ipse esset & alii multi qui cum ipso vivebant. Sic loquitur 1 Thes. 4. 17. ἡμεῖς οἱ ζῶντες. Id eò evenit, quia de die ultimo, quando is futurus esset, nihil Christus suis revelaverat; ut semper exspectaretur. Et propiores fuere Apostoli & qui eos secuti sunt Christiani, ut crederent brevi id futurum. Vide si placet quæ hac de re notavimus ad 3. lib. De V. R. Christianæ, & in Appendice ad nostra de Antichristo [*].) *immutabimur*] Simul cum illis ad eundem statum incorruptionis [f].

53. *Oportet enim* (Interpretatur immutationem quam dixit [g].) *corruptibile hoc* (scil. corpus [h]: Dicit *hoc*, quia idem numero corpus resurget [i]; nè quis corpora ob diversas qualitates diversa fore suspicetur, & non eadem [k]. Tertul. De resurrectione carnis, *Quid mortale, nisi caro? quid corruptivum, nisi sanguis? Ac nè putes aliud sentire Apostolum providentem tibi, & ut de carne dictum intelligas laborantem, cùm dicit*, Istud corruptivum *&* Istud mortale, *cutem ipsam tenens dicit. Certè* Istud *nisi de subjecto, nisi de comparenti, pronunciâsse non potuit. Demonstrationis corporalis est verbum* [Plura ex eo vide in G.] Paria habet Justinus ad Symbolum. Vide & Plutarchum [l]. [ejúsque verba in G.]) *induere*, &c.] i.e. Assumere & accipere [m]. Ἐνδύσασθαι valet התלבש, quod Hebræi usurpant cùm de corpore immortali agitur [n]. ¶ *Et mortale hoc* (licèt non mortuum [o]: Potest esse corpus mortale etiam quod non moritur [p].) *induere immortalitatem*] i.e. Immortalitatis stolâ donabitur, juxta 2 Cor. 5. 1, &c [q].

54. *Tunc fiet* (vel, *implebitur*, J. Cap.) *sermo* (λόγος, *res ipsa* [r];) *qui scriptus est*] Vel, *illud quod scriptum est*, P. Be. G. &c. Solet hoc dici cùm Prophetarum verba trahuntur in sensum eminentiorem [†]. Locus est, vel

Marginal notes (left column): t Q. in E. v Vor. sim. Pi. E. x G. y G. sim. Vor. z Scl. a Me. b Ƀ e sim. E. c G. d Pi. * Idem. f Be. Scl. g V. h G. i Scl. k G. l E. ex Tertul. &c. m E. n Vor. * E. o E. p T. q Par. r E. † Pi. t Er. Zeg. D. Pi. E. G. v Vor. sim. Scl. Er. Be. Pi. x Vor. y Vor. sim. Pi. z G. a Er. sim. Pi. b Pi. c Calv. sic E. Par. d E. * D. f E. g D. h Calv.

Marginal notes (right column): i G. k G. sim. E. l Vor. m Pi. n G. o Val. p Er. q Ee. r Er. † Be. sim. Er. t Er. v Be. x Er. y Er. sic Be. z G. * Chrys. & Th. in E. f E. ex Theod. g Me. sim. E. h E. i G. E. k Scl. l V. m Pi. n G. l Er. m Idem. n Pi. o G. p Q. in Pi. q Pi. r Scl. † Pi. t Scl. Pi. v E. x G. y E. z E. Vor. a Vor. b G. c Ca. sim. E. Pi. Vor. d Ca. * G. f E. g E. h Pi. Vor. Me. i Scl. k E. l G. m E. n G. o E. p G. q E. r G. † G.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

vel Hos. 13. 14 [t]. vel potiùs Esa. 25. 8 [v]. unde penè ad verbum conversus est [x]. Sed satis liquet, Paulum hæc verba Apostolico more ex diversis locis compegisse †. ¶ *Absorpta* (i. e. prorsus devicta & debellata [y]. Confer 2 Cor. 5. 4 [z].) *est mors* (Heb. בלע המות, quod Lxx quidem vertunt, κατέπιε θάνατος· at alii meliùs, puto, verterant, κατέπιε τὸν θάνατον [a].) *in victoria*] Ità Mo. Sy. Æth. i. e. per victoriam Christi [b]. Εἰς νῖκος] *In contentione*, Hi. Hil. Tertul. &c. Legerunt νεῖκος [c]. *Victoriosè*, Ca. Vor. & magnificè. Hebraismus [d]. *In*, vel *Ad*, *victoriam*, Er. Il. Ti. Tre. P. Be. Pi. i. e. usque ad perfectam de ea victoriam, ut prorsus sublata sit omnis mortalitas & corruptio, nec metus sit nè vires aliquando resumat *. Heb. לנצח: quod Lxx vertunt ἰσχύσας, *prævalens*, seu *robusta* [f]: sed alii meliùs, εἰς νῖκος, ut לנצח sæpissimè vertitur, secundùm ἑρμηνείαν [g], ut 2 Sam. 2. 26. Jer. 3. 5. Thren. 5. 20. Amos 1. 11. & 8. 7 [h]. Prov. 21. 28. [forsan Prov. 12. 19.] ubi Sym. Aq. Theodot. omnes vertunt, εἰς νῖκος [i]. At sensus est, *in perpetuum* [k], sive *in æternum*: ut locis jam citatis, ubi *victoriæ* significatio non quadrat, sed *perpetuitatis* [l]. Itaque vertitur, εἰς τὸν αἰῶνα, & ἕως αἰῶνος, Esa. 13. 20. Et Chaldæus sæpe transfert לעלמין. Græci alibi, εἰς τέλος, ut Psal. 13. 1. *plenè*, *perfectè* [m]. Sensus, q. d. Mors non vigebit, non dominabitur ampliùs in æternum in fideles: Christus enim vim omnem illi eripuit morte suâ [n].

55. *Ubi*, &c. Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος;] Hoc ordine locum legunt omnes Græci Codices, & Syrus & Arabs. Contrario tamen ordine legendum, *Ubi tua, ô mors, victoria*, &c. ut liquet ex Hebræo ubi morti tribuitur νῖκος, sepulcro κέντρον· sicut in Vulgato legitur: sic etiam meliùs cohæret cum v. seq. in quo τὸ κέντρον ex proximo meliùs repetitur [o]. Hæc ex Osc. 13. 14. petita sunt [p], & quidem ex Versione Lxx, cum inversione vocum νῖκος & κέντρον [q]. Lxx sic, ποῦ ἡ δίκη σου, &c. sensu eodem qui hîc est, verbis paululùm mutatis, ut fieri solet ab iis qui memoriter locum citant [r]. Facilis erat lapsus ex νίκη in δίκη, utriusque autem idem est sensus: victoria námque penès eum est qui causam obtinet; excidit autem victoriâ qui cadit causâ †. Apostolus hîc quasi in re præsente, ut sæpe Prophetæ, triumphum canit *de morte & Inferno*, i. e. statu mortuorum: solent enim conjungi, ut Esa. 28. 15 [t]. [Verba sic reddunt,] *Ubi tuus, ô mors, aculeus?* (Quo soles homines confodere & necare [v]. Metaphora est, sive à stimulis, quibus aguntur boves; vel potiùs ab aculeis vesparum & similium bestiarum, quibus si demas aculeum, sunt illæ quidem, sed nocere non possunt [x].) *ubi tua, ô inferne*, (vel, *ô sepulchrum*, P. Be. Pi.) *victoria?* Ti. Er. &c. ea scilicet quâ de humano genere per Diabolum decepto triumphâsti. Vide Rom. 5 [y]. Apparet Græcos Interpretes in Hebræos non legisse יהי, ut nos, sed איה [z]. At cur ità statuendum? olim enim אהי idem sonare visum est ac איה. Testis est Chaldæus, qui ejusdem capitis v. 10. יהי מלכך vertit, *Ubi Rex tuus?* non, *Ero rex tuus*, ut jam vulgò fieri solet [a]. דבריך apud Prophetam à RR. redditur in sensum *Verbi*; at quidam, ut fatetur K. agnoscunt sensum *Pestis*, idque meritissimè, quia cum eo conjungitur vox קטב, prout קטב & דבר conjunguntur, Psal. 91 [b].

56. *Stimulus——mortis peccatum est*] Egregiè sensu Evangelico explicat dictum Oseæ. *Aculeus* Scorpionis aut feræ similis est id quo maximè nocet. Sic quo maximè nocere Mors potest, si detineat homines sub imperio ità ut reviviscere non possint. Hoc jus Morti dat inobedientia hominum gravis adversus Deum [c]. *Aculeus*, quo mors nos pungit: nam nisi peccâssemus, mors nihil in nos juris haberet [d]. De morte loquitur, tanquam de persona, rege, hoste, cui hîc telum ascribit *. ¶ *Virtus* (vel, *Vis*, Be. Pi. &c.) *autem peccati* (i. e. quod reddebat peccatum potens [f],) *Lex*] Nempe Mosaica [g]. Al. *Legem* hîc intellige quodcunque præceptum Divinum, ut Rom. 3. 20. & 4. 16. & 5. 13. & 8. 2, 7. suprà 9. 21 [h]. *Legis* meminit, nè quis Judæus aut Judaizans putaret peccatum beneficio Legis tolli posse [i], cùm Lex illud ex occasione provocet magis ac roboret [k]. Sine Lege neque agnoscitur peccatum, neque imputatur. Vide Rom. 3. 20. & 5. 13 [l]. Peccatum eò est gravius quò voluntas Dei magis patet: quod fit maximè per Legem à Deo datam, Rom. 5. 13. & 7. 8, 9, 10 [m]. Quare confugiendum ad gratiam Christi, per quam à peccato simul & morte victoriam reportamus, v. seq [n].

57. *Qui*, &c. Διδόντι, &c.] *Qui dat* (vel, *dedit*, P. Vulg.) *nobis victoriam*, E. i. e. Vincere peccatum, ac proinde & mortem [o]. *Peccatum* in Novo Fœdere plerumque significat aut consuetudinem peccandi, aut etiam malefacta ἐκ προαιρέσεως (*destinata*.) Sic, *qui natus est ex Deo non peccat* [p]. ¶ *Per Dominum*, &c.] Cujus merito redempti sumus à tyrannide peccati & mortis [q].

58. *Itaque*] Est illationis nota, ut suprà 3. 21. & 4. 5. & 14. 39 [r]. Doctrinam exhortatione concludit †. ¶ *Stabiles*, Ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι] Bis idem dixit, ut ostendat magnam requiri constantiam in officio faciendo. Sic, τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι, Col. 1. 23. Vide & suprà 7. 37. & Abac. 2. 3, 4. Simonides *virum bonum* vocat χερσὶ——τετράγωνον [t], (*manibus & pedibus & mente quadratum*.) *Firmi estote, immoti*, Be. Pi. P. &c. nempe in fide [v], scil. resurrectionis: nec ab ea pravis quorundam sermonibus vosmet dimoveri patiamini [x]. Alludit ad confirmationem in athletis requisitam, &c [y]. ¶ *Abundantes*, &c. ità P. Pi. Er. Περισσεύοντες, &c.] *Omnia quæ Deo grata sunt facientes abundè*, etiam plus quam quisquam exigere audeat, ut Paulus fecit suo sumptu Evangelium annuncians [z]. *Eminentes* (i. e. tales ut cæteros exsuperetis [a]) *in opere Domini*, Be. *Opus Domini* hîc intelligitur, non specialiter, illud scil. quo quis Evangelio promovendo studet, ut Philip. 2. sed generaliter, quodcunque fit ad gloriam Christi, omnia bona opera. Est enim hæc exhortatio generalis [b]: q. d. in fide & studio pietatis [c], in negotio Christianismi [d]. ¶ *Quòd labor*, &c. Ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν Κυρίῳ] *Labor* (Κόπος graviores labores notat *.) *vester non est inanis* (i.e. mercede vacuus [f]. Μάταιος [g], vel ἀργός [h]· Vult enim dicere *magna fore laboris præmia* [i].) *in Domino*, Er. sic Be. Pi. vel, *per Dominum*, P. i. e. ex gratia & operatione Domini [k]: fructuosus erit per meritum Christi [l]. Al. Hoc per hyperbaton (sive trajectionem [m]) refertur ab *laborem* [n]. Ὁ κόπος ἐν Κυρίῳ, *labor secundùm Dominum* [o], secundùm Christi præceptum [p]; vel, in negotio Domini [q]; vel, propter Dominum susceptus [r]. Bene hanc admonitionem contexuit cum sermone de Resurrectione. Nam si verum est dogma de Resurrectione, nullus labor gravis videri debet. Quid enim suavius vitâ, eâque immortali ac beatissimâ †.

CAP. XVI.

1. De, &c. Περὶ δὲ τῆς λογίας, &c.] *Cæterùm de collatione* (vel, *collecta*, P. Be. Pi. Mo. sub. *facienda*, Pi. vel, *collectis*, Vulg. scil. eleemosynarum [a]: *collecta* pro collectione seu collatione, ut *missa* pro missione; *remissa* pro remissione [b]. Vel, *eo quod colligitur*, Tre. ex Sy. vel, *quod ad collectam attinet*, Ca.) *in sanctos*, Er. Nisi Codicum consensus me retineret, libens hîc legerim εὐλογίας· nam eam vocem in sensu liberalitatis usurpat Paulus & 2 Cor. 9. 6. Solet sic sumi Hebræum ברכה, à verbis ad res ducta translatione [c]. Intelligit autem collationem pecuniarum ad sublevandam paupertatem fidelium in Judæa, Rom. 15. 26 [d]. Sic collectæ in exteris regionibus inter Judæos factæ sunt pro Rabbinis pauperioribus habitantibus Judæam *. ¶ *Sicut ordinavi*, &c. Διέταξα, &c.] i.e. Ordinis causâ constitui [f]. Amabant Apostoli easdem consuetudines ubique introducere. Et hæ sunt Traditiones Apostolicæ relatæ, ut diximus, in συλλογὴν Κανόνων. Hoc est iter per Galatiam cujus mentio Act. 16. 6 [g].

2. *Per*, &c. Κατὰ μίαν σαββάτων] *Per unam* (vel, *In una*, Er. Ti. *Quolibet*, Ar. *Primo quoque* die, Il. P. Be. Ca. Pi.) *sabbatorum*, Mo. Val. Er. V. Ti. vel, *sabbati*, Vulg. vel, *post sabbatum*, Ca. [Intellige Judaicum;] vel, *hebdomadis*, Il. Be. Pi. P. E. sic Tre. h. e. die Dominico [h]: Ità Amb. Chryf. Th. qui ex hoc loco & similibus probant immutationem Sabbati à die septimo ad primum [i]: [de quo vide quæ hîc habet habet Li. in Horis.] Κατὰ hîc distributivè sumitur, q. d. primo quoque die [k]: vel singulis sabbatis. Sic Euclid. l. 6. *Figuræ*, inquit, *rectarum*

Margin notes (left column): t Ham. sic Me. L. &c. v Be. G. Cap. J. Cap. Sc. x Be. † E. ad v. 55. y Scl. ex Be. z Vor. a G. b T. sic Me. c E. d Vor. * E. ad v. 55. f Cap. g G. h G. sic Cap. Ham. i G. k G. sic Cap. Ham. l Cap. m G. n Cap. o Be. p J. Cap. sic Be. Pi. Zeg. E. G. Poc. q J. Cap. r G. † E. t G. v Me. sic T. ex Th. E. x Vor. y E. z G. a Poc. misc. p. 69. sim. Li. ho. ex AE. b Li. ho. c G. d Scl ex Pi. sim. E. Me. * E. f V. sim. Me. g T. h G. i E. k E. sim. Me. T. l Vor.

Margin notes (right column): m G. n E. o G. sim. E. Me. p G. q E. r G. † E. t G. v Me. sic Be. ex Ar. E. x E. y Ee. z G. a Be. b E. c Pi. d Vor. * Be. f E. g Pi. Vor. h G. i G. sim. Pi. Vor. k Pi. Scl. sim. Ee. l Q. in E. m Be. n E. ex Oecum. o G. sic Be. p G. q Be. r V. E. ex Oecum. † G. a Me. Zeg. b E. c G. d G. sim. E. Me. T. Pi Li. ho. * Li. ho. f Be. g G. h Er. Pe E. Me. T. Li. ho. Scl. Vor. i E. k Scl.

rum linearum similes eæ sunt, ὅσα πέντε γωνίας ἴσας ἔχει κατὰ μίαν, *quæ angulos singulos singulis æquales habent* [l]. Numerus cardinalis pro ordinali, ut Gen. 1. 5. Mat. 28. 1 [m]. [ubi dicta vide.] Hæc autem verba construenda sunt, vel, 1. cum sequentibus, ut præcipiat tunc fieri quod proximè sequitur [n]: vel, 2. cum præced., ποιήσατε *facite* κατὰ μίαν, &c [o]. collectam tunc facite. Hoc malim quàm illud, quia dies Dominica non tam ad seponendum, & recondendum aliquid de rebus suis, quàm ad expromendum & conferendum in collectam publicam, fuerit deputata [p]. Philo ait, Συμφοιτήσεις, &c. (*Conventus Judæorum erant primitiarum & cultûs reliqui causâ*,) nempe etiam extra Sabbata. Christiani maximè Sabbatis & diebus Dominicis, quæ sunt μία σαββάτων, Matth. 28. 1. conveniebant. Sed quia hi qui ex Judæis facti erant Christiani, moris Judaici retinentes, Sabbatis pecunias non tractabant, ideo ad eam rem aptior erat dies sequens. Tertullianus Apologetico, *Modicam unusquisque stipem menstruâ die, vel cùm velit, & si modò velit, & si modò possit, apponit. Nam nemo compellitur, sed sponte confert. Hæc quasi deposita pietatis sunt. Nam indè non epulis nec potaculis, nec ingratis voratrinis, dispensatur, sed egenis alendis humandisque, & pueris ac puellis re ac parentibus destitutis; itémque domesticis senibus, item naufragis, & si qui in metallis, & si qui in insulis, vel in custodiis duntaxat ex causa Dei sectæ, alumni confessionis suæ fiunt* [q]. ¶ *Unusquisque vestrûm apud se*, Παρ' ἑαυτῷ τιθέτω, θησαυρίζων] *Apud se* (vel, *Sibi*, G. vel, *Domi suæ*, Ar. in BA. 1. 2. 56. 654.) *reponat*, (vel, *seponat*, Er. G. i. e. recondat apud se, & cumulet, auctúmque deinceps & cumulatum deferat [r], & mox veniens in Ecclesiam offerat in eleemosynam †. Al. Seponat & reconditum apud se retineat, velut depositarium, donec universa collecta mittenda esset Hierosolymam [t]. Non placet. Repugnat hæc praxis tum rationi ipsius collectæ, tum mori Ecclesiæ, &c [v].) *recondens*, P. Pi. vel, *thesaurizans*, Er. *recondens ut thesaurum:* hæ sunt enim veræ opes in cœlo reconditæ, &c [x]. Vel, *paulatim cumulum aliquem faciens.* Id enim est אצר, quod modò per θησαυρίζειν, modò per συνάγειν, vertitur. Id successit in locum decimarum [y]. ¶ *Quod*, &c. Ὅ, τι ἂν εὐοδῶται] *Quod bene successerit*, Mo. E. *Quod commodè poterit*, Ca. *Quicquid commodum fuerit*, Er. Il. Ti. *Quicquid Deo prospero contigerit*, V. ex Er. Hoc addit, nè fortè puderet muneris parum magnifici. Significat, facultates etiam à Deo suppeditari [z]. *Quod facile* aut *leve sit*, sive, *quod bene cedat*, Val. *Id quod venit in manus suas*, Tre. ex Sy. *Quod pro Dei benignitate licuerit*, P. Pi. *Quodcunque* (sive parum id sit, sive multum [a],) *ipsi datum fuerit ut possit commodè*, Be. *Prout illi benedictum fuerit*, Cas. Est autem brevis locutio, *quodcunque Deus prosperaverit*, pro, *quodcunque Deus prosperans ei dederit.* Hebræi hunc sensum sic exprimunt, אשר מצא ידו [b]. Ante ὅ τι videtur subaudiendum κατὰ, ut sit ad verbum, *secundùm quod prosperatur* [c]. Εὐοδοῦν, צלח [d]. Εὐοδοῦσθαι propriè est, iter prosperum à Deo obtinere, ut Rom. 1. 10. sed per Synecd. speciei metaphoricam transfertur ad rerum omnium successus prosperos, ut 3. Epist. Joh. 2 *. ¶ *Ut non cùm venero*, &c.] i. e. *Tunc primùm.* Quod si esset, tenuiores futuræ erant collationes quàm quæ ex longo tempore primùm crevissent [f]. Ut collectas paratas inveniam, ut statim mitti possint, &c [g].

3. *Per*, &c. Δι' ἐπιστολῶν] *Per epistolas*, P. Be. Pi. Er. &c. *Cum epistolis*, Pi. *Cum literis*, Vor. Construendum, vel, 1. cum præced. *Quos probaveritis* (i. e. probatos & idoneos judicaveritis [h],) *per epistolas* [i], quas scilicet dabitis illis Jerosolymam cum subsidio perferendas [k]; vel, additis vestris epistolis, quibus eos esse à vobis dilectos testabimini; ut mos erat Ecclesiarum, &c [l]. Vel, 2. cum seq. πέμψω [m]· notâ interpungente positâ post δοκιμάσητε [n]· Δι' ἐπιστολῶν, pro μετ' ἐπιστολῶν [o], ut alii legunt [p]. *Mittam cum literis* meis commendatiis ac testibus tum vestræ charitatis ac benevolentiæ, tum probitatis ipsorum [q]. Et rursum brevis est locutio, *mittam per literas*, i. e. mittens per literas eos commendabo, testimonio meo eos prosequar. Vide quomodo vir tantus nullam suspicioni rimam aperire voluerit [r]. ¶ *Perferre gratiam vestram*] i. e. Eleemosynam †, beneficium: vide suprà 10. 30. Sirach. 17. 18 [t]. beneficium gratìs collatum [v], donum gratuitum

[l] Strig. [m] Scl. [n] E. [o] Be. v. 1. sim E. [p] E [q] G. [r] Scl. † Me. sim. E. [t] Caj ex Chrys. [v] E. [x] Be. [y] G. [z] Er. [a] Be. [b] G. [c] Pi. Scl. [d] G. * Scl. ex Be. sim. Pi. [f] G. [g] E. sic Me. [h] Pi. [i] E. ex Vulg. & Mont. [k] E. [l] Be. [m] Pi. Th. & Haimo in E. Me. [n] G. ex Th. [o] Pi. [p] Vor. [q] Th. in E. [r] G. † Me. [t] G. [v] Er. V. sic Be. Vor.

ac liberale [x]: donum intelligit profectum non tam ex gratia Corinthiorum [y], erga eos quibus subvenerunt, quàm ex gratia Dei erga Corinthios [z], quibus Deus ex gratia largitus est & facultates [a], & charitatem ejúsque effecta. Confer 2 Cor. 8. 1, 2 [b].

4. *Si dignum fuerit*] Sub. τὸ πρᾶγμα [c]. Vide quomodo eos excitat ut dent quamplurimum. *Si summa collecta tanti erit, ego pro epistola eos comitabor* [d].

5. *Veniam ad vos*, &c.] Qu. An hoc præstitit? Resp. Multi negant, ídque colligunt ex 2 Cor. 1. 15, &c. justâ tamen ratione dimotum volunt à proposito. Sed eum hoc præstitisse apparet, 1. ex collat. Act. 19. ubi dicitur venisse in Græciam, id est, Achaiam, ubi Corinthus erat, & ibi tres menses egisse: credibile autem non est, eum tunc Corinthum non accessisse, cujus maximè causâ in Achaiam venisset. 2. Ex collat. 2. Epist. ad Corinth. Illud autem 2 Cor. 1. 15, &c. aliud promissum respicere ibi docebimus. Non addit hîc, ut solitus erat, *si Dominus voluerit*; illud tamen intelligit, sicut & Rom. 15. nec semper id exprimere necesse est *. ¶ *Macedoniam pertransibo*, Διέρχομαι] *Pertranseo*, Be. *Sum jam pertransiens*, Q. in Li. ho. Al. *Pertransibo*, P. Li. ho. Pi. sic Er. &c. Præsens hîc pro Futuro [f]. Vide Dicta ad Matt. 26. v. 28 [g]. & Matt. 11. 3. Apoc. 1. 4. Scripta fuit hæc Epistola, vel, 1. Philippis, meditante indè Paulo iter suum ultimum Hieros. quod mox describit [h]: vel potiùs, 2. Ephesi; ut hæc docent: 1. Quòd Corinthios salutat nomine *ecclesiarum* non *Macedonicarum*, (ut par erat, si ibi exstitisset,) sed *Asiaticarum.* 2. Collat. v. 8. *Permanebo Ephesi*, &c. q. d. ubi jam sum. 3. Quòd patet eum hanc Epistolam scripsisse antequam perveniret in Macedoniam, ex 2 Cor. 2. 12, 13. & 7. 5, 6, 7 [i]: Macedoniam quidem transiit Act. 20. 3. sed angustiis temporis exclusus non adiit Ephesum, sed Presbyteros ad se accivit, ibid. 16. & seq [k]. Profectionem Macedonicam hîc intellige, vel, 1. illam Act. 16 [l]. Quod facilè refellitur ex Act. 18. ubi primùm Corinthiis prædicat. Vel, 2. illam Act. 19 [m].

6. *Apud vos autem forsitan* (i.e. si res ità tulerit. Opponuntur enim τυχὸν & ἐκ προνοίας sive προαιρέσεως [n]. Vel, addit *forsitan* ob rei incertitudinem [o].) *manebo*] Et permansit hîc per *3 menses*, Act. 20. 3 [p]. Ab hoc proposito, cujus mentio & Act. 19. 21. alia graviora Apostolum diverterunt, ut jam diximus [q]. ¶ *Ut vos me deducatis*, &c.] Me discedentem comitantes, & viæ subsidio juvantes: quod fideles honorificum sibi ducebant [r]. Solebant quidam ex Ecclesiis Apostolo se itineris aliquousque comites addere, ut videre est Act. 15. 3. & 17. 4, 15. & 20. 38. & 21. 5. ¶ *Quocunque iero*] Vel, *Quò ibo*, i. e. in Judæam, 2 Cor. 1. 16 †.

7. *Nolo enim vos modò* (Hîc θέλω *votum* & *desiderium* significat: ἄρτι, i. e. *nunc.* Hoc verò *nunc* hîc significat futurum imminens [t].) *in*, &c. Ἐν παρόδῳ] *In transcursu*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. G. *In transitu*, Mo. *Duntaxat obiter*, Ca. sic Vor. G. *Transiens*, Tre. ex Sy. sic Ar. Perfunctoriè, ut sequentia declarant [v]. ¶ *Spero enim*, &c. Ἐλπίζω δὲ, &c.] Meliùs in MS. ἐλπίζω γάρ. Explicat quod præcesserat. Et de futuro incerto loquens usurpat solitam Christianis cautionem. Sic Rom. 1. 10. 1 Cor. 4. 19. Jac. 4. 15. *Si Deus voluerit*, etiam Paganis usitatum ostendit Tertul. Alii rudiores eorum dicebant, *Si dii volent*, ut Plautus Pœnulo 4. Scenâ ultimâ, Cicero 4. Verrinâ, Sueton. Caligulâ 8. aut, *Cùm diis volentibus*, quod est apud Ennium, Plautum aliquoties, & Catonem De re rustica [x]. ¶ *Si Dominus permiserit*, Ἐπιτρέπῃ] i. e. Concesserit. Ἐπιτρέπειν significat non nudè permittere, sed *concedere*; id est, facere potestatem agendi. Sic dicitur, *Rex*, *Episcopus*, &c. *permissione Divinâ*, id est, authoritate seu concessione, vel voluntate, Dei [y].

8. *Permanebo autem Ephesi*] Postea aliæ occasiones fecere ut magìs properaret, vellétque *in ipsa Pentecoste*, i. e. fine dierum quinquaginta à Paschate, *esse Hierosolymis*, Act. 20. 16. Ità ambulatoriæ sunt hominum voluntates [z]. ¶ *Usque*, &c. Ἕως τῆς πεντηκοστῆς] *Usque ad quinquagesimum*, sub. *diem*, Er. ex Th. V. Argumentum est insigniter amantis quòd temporis etiam modum præscripsit [a]. Al. *Usque ad Pentecosten*, P. Be. Pi. &c. Videtur de festo intelligendum, ut Act. 2 [b]. Non placet: 1. Nullus veterum festi mentionem facit. 2. Festum illud

[x] E. [y] Pi. sic Cam. [z] Cam. [a] Pi. [b] Cam. [c] Camer. [d] G. sim. E. Me. T. * E. [f] G. sim. Be. Li. ho. [g] G. [h] Be. [i] Li. ho. [k] G. [l] Aquin. in E. [m] E. [n] Be. [o] E. [p] Idem. [q] G. [r] Me. sim. E. † G. [t] Idem. [v] Vor. [x] G. [y] E. [z] G. [a] Th. in Er. [b] V.

lud Gentibus vix notum fuit. 3. Omne discrimen dierum tunc sublatum constat ex Rom. 14 [c]. Sed fallitur. Cùm enim præcipua Judæorum festa, Pascha & Pentecoste, propter Judæos ubique dispersos etiam Gentilibus cognita essent, maximè Christianis, quibus cum Judæis plus erat commercii, rectè hîc Pentecosten nominat, non observationis causâ, sed certum tempus fidelibus notum designare volens [d]. Solebant Judæi à festis suis intervalla temporum numerare. Sic Act. 20. 6. & 27. 9 [*]. Pentecosten hîc intelligit non Christianorum [f], sed Judæorum [g], ut in Actis [h]: nè quis existimet, Christianos tunc quoque quædam festa habuisse [i].

9. *Ostium*, &c.] i. e. Occasio prædicandi Evangelii [k]. Metaphora: nam per occasionem quasi introimus in gestionem Rei: confer Apoc. 3. 8 [l]. Sic Latini dicunt, *fenestram aperire*, pro, occasionem dare [m]. *Ostium* spem significat, ut videre est Ose. 2. 15. Quia sicut ostium aditum dat in domum, ità spes ad rem. Sic & Act. 14. 27. 2 Cor. 2. 12 [n]. ¶ *Magnum &*, &c. Καὶ ἐνεργὴς] *Et efficax*, Er. Il. Ti. P. Mo. Pi. Ca. vel, *operosum*, id est, ad magnas res conficiendas opportunum [o]; vel, quod magnos labores requirit [p]: *plenum operibus*, Tre. ex Sy. sim. Ar. Al. *evidens*, Vulg. meliùs, *patens*, Be. Scl. Legit ἐναργὴς [q]: quod meliùs [r]. Ità est in aliis Codicibus: & ità apparet legisse Ambrosium: *spes conspicua*. In Glossario ἐναργὴς, *liquidus*, *evidens* †. Occasio autem hæc fuit, vel, 1. multorum corda ad credendum præparata, quomodo Matt. 9. 37. *messis multa*; & Joh. 4. 35. *regiones albæ ad messem* [t]. Vel, 2. magni alicujus Principis aut Philosophi conversio, quem multi secuturi videbantur [v]. Vel, 3. opportunitas loci. Erat enim civitas primaria, & undique frequentata ob Templum Dianæ & sedem Proconsulis, & bonas artes, &c [x]. Ostium autem hoc apertum erat à Deo, ex collat. Act. 14. 27. Colos. 4. 3 [y]. ¶ *Et adversarii multi*] Qui spem fructûs impedire conantur [z], Judæi scilicet, &c [a]. Quo magis requiritur Pastoris præsentia [b]. Quod alium terruisset, hoc Paulum invitat. *Multi* ibi sunt *hostes* Evangelii, ideo desidero ibi esse ut me iis opponam [c]. Al. *Et* hîc ponitur, vel pro *sed*, ut infrà v. 12. & Act. 10. 28 [d]. vel pro *quamvis*: q. d. Licèt multi adversentur [*]. Tumultum Demetrianum animo veluti præsagiebat [f].

10. *Si—venerit*, &c.] Timotheum, sibi & Domino fidum, miserat quidem Paulus, ut apparet suprà c. 4. v. 17. sed ità ut in itinere multas Ecclesias haberet invisendas. Quare pericula prospiciens dicit, *Si ad vos venerit*, [g]. ¶ *Videte ut*, &c. Ἵνα ἀφόβως, &c.] *Ut tutò* (vel, *securè*, P. *sine metu*, Be. Ca. sic Er. Mo. Tre. &c.) *fit*, &c. Il. Pi. Adverbium cum verbis γίνομαι & εἰμὶ sæpe nominaliter significat, ut Act. 15. 24. γενομένοις ὁμοθυμαδὸν, *quum essent unanimiter*, i. e. unanimes: Eurip. Hecub. σῖγα πᾶς ἔστω λεώς, *sit populus omnis tacitè*, i. e. tacitus. Il. γ'. 95. Οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ, *fiebant tacitè silentio*, pro, *taciti* †. [Sensus, q. d.] Curate ut timoris nullam causam habeat, nemo sit ei molestus [h]. Effectus pro objecto, timor pro periculo & molestia [i]. Curate, nè illi homines inter vos divitiis aut eruditione turgidi [k], schismatum autores, quorum culpas arguet, quicquam nocere ei possint [l], aut ejus adolescentiam atque consilia spernant [m]. Curate quantum in vobis est: non enim omnia pericula illo tempore vitari poterant. Sed bonorum est omnia experiri, nè mali bonis aliis noceant [n]. Dicit, *apud vos*, professione scilicet Christianos, non infideles, &c [o]. ¶ *Opus Domini* (i.e. promotionem Evangelii [p]: Act. 13. 2. & 14. 26. & 15. 38. Vide & Matt. 21. 28 [q].) *operatur* (i. e. pietatis studiosus est sincerè & ex animo [r]:) *sicut & ego*] Magnum præconium. Nam quid non fecerat Paulus †? Cooperatus est mihi in munere Apostolico [t].

11. *Nè quis—illum spernat*] Ob adolescentiam [v]: vide 1 Tim. 4. 12 [x]. Perstringit quorundam superbiam [y]. Monet pios ut eum pro meritis revereantur [z]. ¶ *Deducite*, &c. Προπέμψατε, &c.] *Prosequimini* (vel, *Dimittite*, E. Me. abeuntem [a]. Προπέμπειν est, euntem comitari, & deducere, &, si opus est, necessariis instruere. Sic Tit. 3. 13. ubi explicatur per ἵνα μηδὲν αὐτοῖς λείπῃ [b].) *illum cum pace*, P. Pi. i. e. salvum atque incolumem [c], atque adeò bona cum gratia [d]. Facite ut ad me rediturus à vobis discedat sospite eâ quæ inter vos esse debet

[c] Er. [d] E. [*] Be. [f] E. [g] E. Vor. [h] E. [i] Vor. [k] Pi. sic Vor. E. Me. Scl. [l] Scl. sim. Pi. [m] E. [n] G. [o] Be. [p] E. Scl. [q] E. G. [r] G. sim. Be. Scl. † G. [t] Aquin. in E. [v] Caj. in E. [x] Baron. in E. [y] E. [z] Er. sic E. Zeg. [a] E. [b] Be. [c] G. [d] Hi. in Be. [*] V. [f] Cap. Append. ad hist. Apost. p. 3918. in Append. crit. [g] G. † Sch. [h] E. Me. [i] E. [k] G. sim. E. Me. [l] G. [m] Me. [n] G. [o] E. ex Græcis. [p] G. sim. E. Me. Pi. Vor. [q] G. [r] Pi. † G. [t] E. [v] Me. sic E. Pi. &c. [x] G. Pi. [y] Pi. [z] G. [a] T. [b] Ham. [c] Be. Scl. [d] Be.

amicitiâ [*]. ¶ *Ut veniat ad me*] Scil. Ephesum, ubi nunc ago [f]. ¶ *Exspecto—illum cum fratribus*] Ambiguus sermo: vel, 1. Ego unà cum fratribus exspecto illum. Vel, 2. quod malim, Exspecto illum unà cum fratribus [g]. Multùm ejus comitúmque ejus (nam & alii cum Timotheo Corinthum iverant, ut & sequentia ostendunt,) reditum desidero, operâ eorum usurus [h].

12. *De*, &c. Περὶ δὲ Ἀπολλώ, &c.] *Porrò de Apollo*, &c. P. Be. Pi. i.e. quod ad Apollo fratrem attinet [i]. Ellipsis Paulo familiaris: qualis suprà 7. 1 [k]. Noverant hunc Corinthii: nam apud ipsos fuerat, Act. 18. 27. Et cùm viri & pietatem & eruditionem haberent cognitam, multùm optaverant pii qui erant Corinthi ipsum potissimùm ad res Corinthi corrigendas mitti [l]. Erat hic natu grandior Timotheo, vir eloquens & potens in Scripturis, doctor ipsorum à Paulo secundus, suprà cap. 3 [m]. & factionibus ipsorum offensus eos reliquerat [n]. Excusat se quòd ipsum non miserit. Hunc *fratrem* vocat, nè dissidium inter hunc & Paulum fuisse putaretur ob seq [o]. ¶ *Non fuit voluntas*, &c.] Sub. *Dei*, Th. Theod. & Oecum. in E. Sed coactum hoc est, quia de Deo nihil præcessit. Vel, sub. *ejus*, nempe Apollo [p]. Sensus, Non potui id ab eo obtinere, nempe quia alia magis urgentia eum distinebant [q]. Ob certas causas non erat ei ullo pacto animus nunc eundi [r]. ¶ *Veniet—cùm*, &c. Ὅταν εὐκαιρήσῃ] *Cùm opportunitatem* (vel, *tempus opportunum*, P. Be. Pi.) *habuerit*, Mo. P. Tre. &c. vel, *nactus erit*, Er. V. &c. *Quum ei erit commodum*, Ca. i. e. Ubi ab illis negotiis se expedierit. Εὐκαιρεῖν est, *vacare ab aliis rebus*, ut Marc. 6. 31. Act. 17. 21. Hinc εὐκαιρία, Sirach. 38. 26. 1 Macc. 11. 42 †. Et quidem, dissensionibus Pauli Epistolâ temperatis, Corinthum rediit [t].

13. *Vigilate*] Vide Matt. 24. 42. & 25. 13. & 26. 41. Act. 20. 31 [v]. Salutis vestræ curam gerite, scil. adversùs malè suadentium insidias [x]. Vigilantiæ nomine timorem Dei notat [y]. ¶ *State* (qui situs est vigilantis [z], id est, perstate [a]. Vide suprà 15. 1. Verbum στήκειν pro ἵστασθαι habetur & Marc. 11. 25. Rom. 14. 4. Gal. 5. 1. Phil. 1. 27. & 4. 1. 1 Thes. 3. 8. 2 Thes. 2. 15 [b].) *in fide*] Evangelii [c]. ¶ *Viriliter*, &c. Ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε] Asyndeton [d]. *Viriliter agite* (*Nunc fite viri*, ut loquitur vetus Poeta Latinus, & Homerus, ἀνέρες ἐστέ. אִמְצוּ, ἀνδρίζεσθε, 2 Par. 32. 7. Deus Josuam sæpe hoc verbo animat, Jos. 1. 6, 7, 9. David Salomonem, 1 Par. 28. 20 [*].) *estote fortes*, P. Be. Pi. &c. vel, *constantes*, Ca. Est & hîc passivum pro reciproco, *fortes vosmet præstate*. Nam 1 Sam. 4. 9. ubi in Græco est κραταιοῦσθε, in Hebræo est הִתְחַזְּקוּ: sic & alibi [f]. Estote infracto fortique animo adversùs mala vobis imminentia, &c [g].

14. *Omnia vestra* (scilicet opera, actiones [h],) *in* (vel, *cum*, Be. P. &c. vel, *ex*, E. Pi.) *charitate* (Quæ ubi est, ibi non sunt schismata. Ideo toties eam Corinthiis Paulus commendat, suprà 8. 1. & 13. 1, &c. 14. 1. 2 Cor. 2. 4, 8. & 6. 6 [i].) *fiant*] i. e. Non modò in charitate constituti, & charitate salvâ, sed & ex dictamine ac imperio charitatis, vel actuali, vel saltem virtuali [k]: non ex ambitione, æmulatione, rixa, sed cum charitate fraterna & Christiana [l]. *Charitatem* hîc intellige rectum, sincerum, & Christianum amorem, quo vel Deus propter se, vel proximus propter Deum, diligitur [m].

15. *Obsecro*, &c.] Ab his verbis pendent illa v. seq. *Ut subjiciamini*, &c [n]. ¶ *Nôstis*, &c. Οἴδατε, &c.] Potest verti, *Noveritis*, &c [o]. hortativè [p]: ut jubeat agnosci benemeritos: unde mox dicit, *cognoscite*, &c [q]. Sed repugnat, 1. contextus; 2. discrimen inter οἴδατε & γινώσκετε: quorum hoc notitiam affectivam, illud autem notitiam simplicem, significat [r]. Al. *Nôstis familiam Stephanæ* (id est, Stephanam cum suis †, sive cum familia sua [t]. De hoc *Stephana* vide quæ diximus suprà 1. 16 [v]. Viri nomen esse docuimus ad cap. 1. 16 [x].) *esse primitias Achaiæ*, P. Be. Pi. &c. i. e. inter primos qui crediderant [y] in Achaia [z], vel Asia. Metaphora, qualis 15. 23 [a]. De significatu vocis ἀπαρχῆς vide ad Rom. 16 [b]. Allusio ad Leviticum sacerdotium, quâ ratione etiam fideles dicuntur Oblatio Domini [c]. ¶ *Et in*, &c. Καὶ εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτοὺς] *Et quòd in ministerium sanctis* (i. e. ad ministerium Ecclesiæ [d], sive ad prædicationis ministerium, seu potiùs ad eam functionem quæ pauperum subsidiis & gubernationi Ecclesiæ dicata est [*];

[*] G. [f] E. Me. [g] E. [h] G. [i] Pi. E. [k] E. [l] G. [m] E. ex Græcis. [n] E. ex Haim. [&c.] [o] E. [p] Idem. [q] G. [r] E. Me. † G. [t] Hi. in E. [v] G. [x] E. Me. [y] Pi. [z] E. [a] G. sic E. [b] G. [c] E. [d] Idem. [*] G. [f] Idem. [g] E. [h] E. sic L. [i] G. [k] E. [l] T. sim. Me. [m] E. [n] Pi. [o] Er. [p] Q. in E. [q] Er. [r] E. † G. [t] Camer. [v] G. [x] E. [y] G. sim. Pi. Vor. E. T [z] E. Pi. [a] Scl. [b] G. [c] Be. [d] Vor. [*] Scl. ex Be.

ad exercendam hospitalitatem & beneficentiam in Christianos egenos & peregrinos, & maximè in præcones Evangelii [f]:) *seipsos ordinaverunt*, Er. Il. Ti. vel, *addixerunt*, Mo. Ar. sic P. Be. Pi. id est, ultro suam operam (charitate urgente [g]) obtulerunt [h], legitimè tamen vocati [i]: vel, sese segregârunt voto certo ac proposito. Τάττειν hîc significat, servato gradu, & statione in qua collocatus quis fuerit, sese operibus cum officio conjunctis addicere [k]. Al. *Et multùm eos inservîsse fidelibus aliis*, G.

16. *Ut*, &c. Ἵνα—ὑποτάσσησθε, &c.] *Ut subjiciamini talibus*, P. Be. Pi. Subjectio hîc non legalis, sed moralis, intelligitur [l]. Ὑποτάσσεσθαι hoc quidem loco est, *revereri*, *honorem & obsequia deferre* [m], ut Eph. 5. 21. 1 Pet. 5. 5 [n]. eorum monita & exempla sequi [o], illis cedere, & ab iis libenter regi [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ παντὶ τῷ συνεργοῦντι καὶ κοπιῶντι] *Et omni*, sive *cuivis*, *adjuvanti* (vel, *cooperanti*, G. sim. Be. Pi. scil. ad propagationem Evangelii [q],) *& laboranti*, Er. P. &c. vel, 1. ad sublevandos fideles [r]: vel, 2. in verbo, ut alibi dicitur †. Ostendit quod dixit non personis se deferre, sed meritis [s]. Sensus, q. d. Non solùm illis subditi sitis, sed & omnibus qui vel cum illis, vel mecum, rem Evangelicam adjuvant, nostrique laboris participes sunt [v]. Loquitur de functionibus Ecclesiasticis [x].

17. *Gaudeo autem in*, &c. Ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ, &c.] *De adventu* (vel, *Propter præsentiam*, Me.) *Stephanæ*, &c. P. *Fortunatus* nomen est Romanum, *Achaicus* nomen Græcum. Sed nomina Romana etiam apud Græcos eo tempore erant frequentia. Et mihi videntur Fortunatus iste & Achaicus liberi fuisse Chloes. Vide suprà 1. 11 [y]. Hi tres Corintho Ephesum advenerant Pauli visendi gratiâ, ac studio communis utilitatis Corinthiorum [z]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι τὸ ὑμῶν ὑστέρημα, &c.] *Quoniam absentiam vestram* (vel, *defectum vestrum*, vel *vestri*, Er. P. V. E. Me. Be. i. e. præsentiæ vestræ [a], mihi alioqui desideratæ [b]: vel, *id quod vobis deerat*, Vulg. id in quo vos deficientes fuistis. Quid hoc verò? Fortasse statum rerum Corinthiacarum explicârunt pluribus, id quod cæteri non fecerunt [c]. Nam certum est, non agi de collatione aliqua pecuniaria, quum tot verbis deprædicet gratuitam prædicationem suam, &c [d].) *hi suppleverunt*, P. Pi. &c. *Quod vos omnes facere oportuit, id illi fecerunt*. Certiorem me fecere de vestris morbis. Simili modo ἀναπληροῦν τὸ ὑστέρημα dixit, 2 Cor. 9. 12. מלא המחסור [*]. Al. Sensus, q. d. Magno mihi solatio est quòd tales ac tanti viri vobis præsentes sint adhuc, me absente [f].

18. *Refecerunt*, &c. P. Pi. Ἀνέπαυσαν, &c.] הניחו, i. e. *recreârunt*, Zach. 6. 8 [g]. (unde petita est hæc phrasis [h]:) 2 Cor. 7. 13. Vide & Matt. 11. 29 [i]. *Refocillârunt spiritum meum* (i. e. vel animum meum [k], ut suprà 2. 11 [l], vel me: Locutio frequens, ut in Ignatio, ἀναψύξουσιν ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα. Et quidem cum verbo ἀναπαύειν reperitur, Philem. 7, 20 [m]. [Sensus, q. d.] Me juverunt, foverunt, recreârunt [n]; vel, 1. suâ præsentiâ ac colloquio [o]: vel, 2. quando de vobis tam bene meriti sunt: vestra enim refectio mea recreatio est [p].) *ac vestrum*, Be. Ti. &c. Correctio quædam: q. d. non tam meum quàm vestrum ‖. Quia mea refectio vestra quoque est [q], & in vos meritò redundat, qui mihi Discipuli estis, & de meo bono gaudere debetis [r], & vobis in lucrum cessura est †. *Recreârunt* Paulum, cùm intellexit multos adhuc in Ecclesia Corinthiaca esse qui vera dogmata retinerent, pietatem & pacem colerent: *Recreârunt* vicissim pios illos cùm iis significârunt quo amore eos Paulus prosequeretur [t]. ¶ *Cognoscite*, &c. Ἐπιγινώσκετε, &c.] *Agnoscite*, Er. P. Be. Pi. &c. i. e. tales ducite quales sunt revera [*]: reveremini, colite eos, honorificè habete [f], magni facite. Metonymia frequens apud Hebræos [g].

19. *Salutant vos Ecclesiæ Asiæ*] Scil. Minoris, in qua Ephesus [h]. Hinc probabilis conjectura sumitur, Ephesi potiùs, ut habent Syriaci & Arabici libri, quàm Philippis in Macedonia, ut habent Græci, scriptam hanc Epistolam. Favet huic sententiæ id quod suprà habuimus, 6. & 8. & quod est 2 Cor. 2. 12. ¶ *Salutant vos in Domino*] i. e. A Christo omnia bona vobis adprecantur. ¶ *Aquila & Priscilla*] Qui Paulum Corintho Ephesum erant secuti, Act. 18. 19 [i]. ubi jam erant [k]. ¶ *Cum*, &c. Σὺν τῇ κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίᾳ] *Cum ea quæ in domo ipsorum est Ecclesia*, P. Er. sim. Be. Pi. i. e. cum tota familia sua quæ erat Christiana [l]. Vide Rom. 16. 5. Quocunque illi ibant secum ferebant Ecclesiam [m]. Ut ἐκκλησία non modò locum significat, sed & cœtum; ità & οἶκος non parietes denotat, sed familiam, sive personas in domo, ut Act. 10. 2 [n]. Forsan erant in domo Aquilæ nonnulli qui cum eo commigrârant à Roma, pulsi indè edicto Cæsaris, qui cum eo in eadem domo, dum in exilio suo forent, diversabantur. At quid tum dicendum de iis cùm Romam rediissent, ubi etiam Ecclesiam habere dicuntur in domo sua, Rom. 6. 5? Et quid de Philemone, de quo idem dicitur, Philem. v. 2? Vide & Colos. 4. 15. Resp. 1. Forsan Aquila erat hospes Ecclesiæ, qualis erat Gaius Corinthi, & Philemon Colossis, Philem. v. 22. in cujus domo erant alii aliæque, muneri isti cum eo designati. 2. Forsan domus Aquilæ & Philemonis eidem usui, cui apud Judæos *Beth Midrash*, inservierunt; prælectionibus scilicet sacris, & disputationibus, (de articulis atque apicibus fidei obscurioribus) vel cum Judæis, vel inter Christianos: non quòd negligeretur publica conventio in Ecclesia, sed quòd numerus aliquis ex Ecclesia, forsan totus cœtus Ministrorum Doctorúmque huc convenirent, reliquíque qui ad mysteria Evangelica magis anhelarent [o].

20. *Omnes fratres*] i. e. Fideles qui sunt circa nos [p], in hoc tractu [q]. ¶ *Osculo sancto*] i. e. Minimè fucato [r]; vel, inter Sanctos usitato †; vel, quod Sanctos decet, quódque symbolum est sancti & Christiani amoris [*]; vel, ex sancto pectore profecto [t]: qu. d. Sanctè amate inter vos. Petita locutio ex more mutuò se osculandi, vel in salutando apud Judæos, vel in cœna Domini [v]. Vide Rom. 16. 16 [x]. Et rectè osculum pacis iis imperat qui in periculo erant nè per schismata abriperentur [y].

21. *Salutatio meâ manu Pauli*] Sub. scripta, hæc est quæ sequitur, & quæ sequuntur ad finem [z]. Priora ex autographo Pauli descripserat Tertius aut Timotheus aut alius quis: Cætera adscripsit Paulus suâ manu. Vide 2 Thes. 3. 17 [a].

22. *Si quis non amat Dominum*, &c.] Suâ manu adscribit sententiam cujus maximè eos meminisse volebat, ut Augustus aliquando faciebat ad Provinciarum Præsides [b]. Sequens anathema non pertinet ad omnes qui justi non sunt, sive qui Deum non amant super omnia amore efficaci, &c. sive qui erga Christum & Christianam religionem bene sunt affecti, interim malè viventes: nam & filius non ideo patrem odisse, vel non amare, dicitur, quia jussis ejus non paret, modò patri bene velit, ejúsque felicitatem optet ex animo [c]. Defectus amoris est peccatum cordis, quale sub hominum censuram non cadit [d]. Pertinet autem hoc, vel, 1. ad fucos & hypocritas [*], eos qui nomine Christiano & pietatis professione ad pravos suos affectus abutuntur, qui ventris aut gloriæ causâ turbant Ecclesias [f]; quos ob gravia peccata hâc Epistolâ castigavit, ut schismatum autores, fornicarios, idolothyta cum fratrum offendiculo comedentes, sacra mysteria indignè participantes, resurrectionem non credentes, & tales qui sapientiâ seculari inflati Christum ejúsque doctrinam velut abjectam & humilem aspernantur; quibus utique cunctis imminet certus interitus, nisi pœnitentiam agant [g]. Fontem verò hujus mali hîc designat, quia sincerus Christi amor non patietur nos offendiculum fratribus creare [h]. Vel, 2. ad eos quorum amor non pellit timorem, & in se continet confessionem Christi, h. e. qui Christum abnegant tempore persecutionis: qui error erat Gnosticorum, &c [i]. Vel, 3. ad osores & inimicos Christi occultos & apertos [k], & præcipuè ad Judæos [l] incredulos: ut multa docent. 1. Quòd Judæi præ omnibus mortalibus Christum non amant, sed maximè oderunt, inimici Evangelii acerrimi. 2. Quòd qui hactenus Græcè, hîc Judaicè loquitur, sive phrasi Syriacâ, *Maranatha* [m]. 3. Quòd Judæi soli ex omnibus mortalibus dixerunt Jesum *Anathema*: vide cap. 12. v. 1. Meritò ergò Anathemate eos præ omnibus mortalibus percutit Apostolus, par pari referens [n]. 4. Collatio Esa. 65. 15, *Relinquetis nomen vestrum electis meis in execrationem*: & Mal. 4. ult. *Nè veniam* (hoc idem cum *Maranatha*, Dominus venit:) *& percutiam terram Anathemate*: quod idem cum *esto Anathema*. Comminatio

[Marginal notes, left column:] f T. E. Me. g E. h Vor sim. E. Scl. Be. i Scl. ex Be. k Scl. l E. m G. sim. n Be. E Me. T. o G. p Me. q T. sic Be. Calv. r G. sim. Me. s G. † Vor. t G. v E. x Be. y G. z E. a Me. sic Er. V. E. b E. sim. Er. V. c Scl. d Scl. ex Be. sim. E. * G. f T. ex Anselm. g G. h Ham. i G. k Be. G. l Le. m G. n Me. o E. ex Græcis, Scl. p T. ‖ Pi. q Me. r E. † Scl. sim. E. t G. * Be. f E. Me. g G. h E. Me. i G. k E.

[Marginal notes, right column:] l G. sim. Er. Pe. E. Me. Ham. m G. n Ham. o Li. ho. p E. Me. q G. r Scl. sic Pi. † Vor. * E. t Pi. v Be. x G. E. Me. y G. z Me. ex E. a G. sim. E. b G. c E. d Ham. * Calv. sim. Vor. f Calv. g E. h Calv. i Ham. k Dic. l Li. ho. sim. E. ex L. m Li. ho. n Li. ho. sim. E. ex L.

tio ibi est in incredulos Judæos: ità & hoc loco[o]. Est hîc μείωσις sive λιτότης[p], quæ frequens. Sic, *non prodesse*, pro, valde obesse, 1 Sam. 12.21. Prov. 10.2; *non bonum*, pro, pessimo, Prov. 20.23. & 24.23. & 28.21; *non gaudere*, pro, plurimùm contristari, Prov. 17.21. & Iliad. α'. v.330; *non delectari*, pro, odio habere, Psal. 11.5. & 45.7. Prov. 10.6[q]. Ità & h. l. *qui non amat*, i. e. odit & exsecratur[r], ídque vel sciens & prudens †; quod est peccatum in Spiritum Sanctum[t]: vel, per ignorantiam, & tunc intelligetur conditio, nisi resipuerit, &c[v]. ¶ *Sit*, &c. Ἤτω ἀνάθεμα Μαραναθὰ] *Sit*, vel *Esto*, *anathema*, (vel, *detestabilis*, Ca.) *maranatha*, Er. P.Mo.Ca. Be. &c. i.e. perdatur funditus & deleatur[x]. Genus, *Anathema*, cum specie, *Maranatha*[y]. Ἀνάθεμα Μαραναθὰ est gravissimum חרם, additâ precatione ut Deus quamprimum in eum vindicet. Vide quæ diximus ad Luc. 6.22. מרן Syris est *Dominus*, unde Syri *Maronitæ* quia Christum מרן vocant, & *Murrani* Reges in veteri Latio, de quibus ad Æneid. 11. & *Marnas* Gazarorum Deus Epiphanio, & virgines Cretensibus Μάρναι, sicut alibi κύριαι. Hinc in Hispania solebat dici, ut historiæ narrant, *Sit anathema Marano & excommunicatus*. Arabs hoc loco, פליכן מחרמא מן רחא אלרב, *is omnis sit excommunicatus à spe Domini*, i. e. ab ea spe quam Dominus nobis dedit. Simile Gal. 1.8,9[z]. His verbis extremi anathematis formula describitur, quâ extremæ Christi judicis condemnationi absque spe veniæ addicebatur peccator[a]. Ἀνάθεμα idem sonat quod Heb. חרם, ut patet ex Lxx ad Levit. 27. erátque certè destinatio hominis alicujus noxii ad certissimam mortem & exitium[b]. *Anathema* est res quæ cum execratione separatur, abjicitur, & destinatur ad exitium[c]. Per *anathema* hîc intelligit ipsos homines qui nobis propter hypocrisin suam, tanquam sacri seu devoti, fugiendi sunt[d]. *Maranatha* scribitur vel unicâ dictione & conjunctim, Μαραναθὰ, vel duabus & divisim, Μαρὰν ἀθά[*]. Tres erant apud Judæos anathematis, sive excommunicationis, species[f]; 1. נדוי, *Nidduï*[g], h. e. *profligatio*[h], à familiari consortio, ad 4 passus[i]. 2. חרם, *Herem*[k], quod solennius erat, cum execrationibus additis è Lege Mosis[l]: quo utebantur in eum qui monitus non resipiscebat[m]. 3. שמתא, *Samatha*[n], quod hîc *Maranatha*[o]. Illud autem שמתא variè ἐτυμολογίζουσι, vel, 1. שם מיתה, *ibi mors*[p]: vel, 2. שממא תהא, *erit desolatio*[q]: vel, 3. שם אתא, *Nomen*, i. e. Jehova, sive Dominus, *venit*[r]. Sed nulla est apud RR. hujus Etymi mentio. Vocem autem *Maranatha* nunquam nusquam apud eos inveni, quæsiverim licèt sedulò, &c. Nec verisimile est, Judaicam hanc fuisse excommunicationis formulam, quæ apud Judæos quidem omnino non habetur. Præstat ergò *Maranatha* interpretari, *Dominus noster venit*, scil. ad sumendas pœnas de Judæorum gente ob exosum Christum, &c. de quo adventu Scriptura S. magna & terrifica loquitur, &c †. Non sunt hæc verba Pauli excommunicantis, ut suprà cap. 5. sed exsecrantis & æternum interitum denunciantis, &c[t]. *Dominus noster venit*[v]: h. e. Christus venit in mundum, contrà quàm Judæi asserunt[x]. Quòd si quis eum non amat, frustrà alium exspectat[y]. Frustrà adversùs eum odiis pertinacibus contenditis, quem venisse jam constat[z]. Vel, *veniet*, scilicet ad judicium, ut eum æterno tradat exitio[a]. Innuit, fore ut Dominus suo adventu perdat eum[b]. Sed meliùs hoc de primo Christi adventu exponitur quàm de secundo[c]. Vel potiùs, *veniat*[d], scil. Judex & Vindex, ut eum damnet & puniat[*].

23. *Gratia Domini*, &c.] Hæc est salutatio, quam dixit se manu suâ scribere[f]. Vide Rom. 16.24[g]. id est, Faveat vobis Jesus[h].

24. *Charitas mea* (vel, 1. passivè, quâ à vobis diligor: q. d. Sicut vos diligo, ità cupio me vicissim à vobis diligi in Christo, h.e. sincerâ & Christianâ dilectione. Illis enim exprobrat quòd ipsum minùs diligerent, 2 Cor. 12.15[i]. Vel, 2. [activè,] quâ vos diligo[k]: sub. *est*, P. E. sic Be. ut enunciativè accipiatur[l]. Ità sensus est, Ego vos omnes diligo in Christo[m], vel propter Christum[n], vel quòd Christi sitis[o]: & ex ea dilectione gratiam ejus vobis exopto[p]. Vel, sub. *sit*, Er. Pi. Me. T. ut in parte præcedenti; q. d. Opto meam Charitatem vobiscum esse & permanere. Quod quidem fiet, si vos in fide & dilectione Christi permanseritis[q].) *cum omnibus vobis* (ut simili charitate sincerâ vicissim me & vos invicem diligatis[r]. Vim habet hæc locutio, μεθ' ὑμῶν. Dicuntur amicitiæ dissolvi intervallis locorum. Hoc negat apud se fieri: Se animo ipsis esse præsentem, res eorum curare †.) *in Christo*] Et propter Christum[t]. ¶ *Amen*] i. e. Ità est. Est enim confirmantis potiùs quàm optantis[v].

In Græcis Codicibus huic Epistolæ subscribitur, eam è Philippis missam esse: sed id falsum esse antè probavimus[x]. Non fuit scripta Philippi, sed Ephesi, quomodo habet Arabs, ut liquet ex cap. 16.8[y]. Nec obstat v. 5. quasi Macedoniam peragraret tum cùm hæc scriberet: nam διέλθω & διέρχομαι isthic positum est pro διελεύσομαι, *brevi sum peragraturus*; quomodo sæpe Præsens pro paulò pòst Futuro, ut Mat. 26.28. ἐκχυνόμενον, & 2 Pet. 3.11. λυομένων[z].

[o] Li. ho. [p] Ga. cin. 1 7. 82. Scl. sim. Be. [q] Ca. ib. [r] Be. Scl. Ga. † Scl. ex Be. [t] Be. [v] Be. Scl. [x] V. [y] D. [z] G. [a] Scl. sim. Be. Gua. ex Tre. [b] Li. ho. [c] Me. [d] Vor. [*] D. sic Li. ho. [f] D. Gua. ex Tre. Ham. sim. Be. [g] Gua. D. &c. [h] Gua. ex Tre. [i] Ham. [k] Gua. D. &c. [l] Ham. [m] Gua. ex Tre. [n] Gua. D. Ham. &c. [o] D. sic Be. &c. [p] D. Li. ho. ex He. [q] Ham. [r] D. sic Ham.

† Li. ho. [t] E. [v] Ca. E. Me. T. Pi. D. L. [x] L. [y] Ca. [z] E. ex Hi. [a] Q. in E. [b] Pi. [c] E. [d] Me. [*] Me. sic T. [f] E. Me. [g] G. [h] V. [i] E. [k] E. Me. T. [l] E. ex Chrys. & Th. [m] E sic V. G. [n] V. G. [o] V. [p] E. [q] Q. in E. [r] Me. T. ex Amb. † G. [t] Me. [v] Be. [x] E. [y] Cap. Append. ad hist. Apost. p. 3918. sic Li. ho. ad v. 5. [z] Cap. ib.

SYNOPSIS

SYNOPSIS
Criticorum aliorumque Commentatorum
IN
Epistolam Secundam
AD
CORINTHIOS.

PROLEGOMENA.] Neque statim post priorem neque multò pòst scripsit hanc ad Corinthios Epistolam Paulus. Tantum enim intervalli fuit quo Timotheus à Paulo missus ire Corinthum potuit, mandata Pauli explicare, &, ut eis pareretur, laborare, & ad Paulum redire. Labor autem ejus Corinthi apud plerosque bene successerat; unde & lenior aliquantò hæc est Epistola quàm prior. Manebant tamen quidam Paulo invidentes, quorum obtrectationibus passim hâc Epistolâ respondet [a]. Causa triplex scribendæ hujus Epistolæ; 1. ut adventûs sui promissi 1 Cor.4.19.& 15.16. dilationem excusaret: 2. ut eorum profectum ex priori Epistola atque obedientiam laudaret: 3. ut authoritatem suam tueretur & obtrectantes castigaret [b].

[a] G. sim. Ham.
[b] Cal.

CAP. I.

1. PER *voluntatem Dei*] Sic & 1 Cor.1.1 [c]. ¶ *Et Timotheus*] Quem, tanquam legatum suum, Corinthum misit: unde reversus ad Paulum retulerat de ipsorum statu atque profectu, necnon de Pseudo-Apostolis. Hujus nomen adjungit suo hîc & in Epistolis ad Philip. Colos. Philem. Thes. cap.1. & 2. non quòd ipse Paulum in ea componenda adjuvaret, sed, 1. honoris causâ: 2. ut significet, illum eadem cum ipso sentire. Hunc *fratrem* vocat non tam ob fidei communionem, quàm ob dignitatem ministerii [d]; q. d. Co-apostolum [*]. ¶ *Cum omnibus—in Achaia*] Cujus metropolis erat Corinthus [f]. Voluit Paulus exempla hujus Epistolæ mitti ad alias in Achaia Ecclesias, ut tum fieri solebat [g]: verisimile enim est, omnes iisdem ferè monitis ac remediis indiguisse [h].

2. *Gratia*, &c.] Sub. *multiplicetur*, V. E. Me. Sic 1 Pet. 1. 2 [||]. Vide Rom. 1. 7. 1 Cor. 1. 3 [i]. ubi eadem verba [k].

3. *Benedictus sit* (i. e. Laudetur à nobis [l]. Formula solennis gratias agendi, Rom. 1. 25. & 9. 5 [m].) *Deus & Pater* (vel, *id est*, *Pater*: ϰ exegeticè ponitur [n]: ut 1 Cor. 15. 24 [o].) *Domini nostri*, &c.] Illud, *Domini nostri*, &c. referendum, vel, 1. ad *Deum & Patrem*: est enim Deus hominis, Pater Verbi. Vel potiùs, 2. ad solum Patrem [p]: commate posito post *Deum* [q]. Paulo peculiare est, Patrem vocare *Deum*, Christum *Dominum* [r]. ¶ *Pater*, &c. ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν] *Pater*, inquam, *ille misericordiarum*, P. Id esset ἐλεῶν [†]. Vel, *miserationum*, Be. D. Pi. i. e. summè misericors [t]. Genitivus pro adjectivo, ut & in verbis sequentibus. Vide Exod. 34. 6. Deus רחמנא Syris & Arabibus [v]. ¶ *Deus totius* (Græcè *omnis*, E.) *consolationis*] Qui non levem & modicam sed perfectam consolationem afflictis fidelibus impertitur [x].

[c] G.
[d] E.
[*] E. Me. sic T.
[f] E.
[g] G. sim. E.
[h] E.
[||] V.
[i] G.
[k] E.
[l] E. Me. sim. Be.
[m] G.
[n] Vor. sim. Pi.
[o] Pi. Be.
[p] E.
[q] E. ex Theod. & Th.
[r] Er.
[†] D.
[t] G. sic E. Me. V.
[v] G.
[x] E.

4. *Qui consolatur nos*, &c.] Electos, Evangelii ministros [y]. Non sine causa hoc dixit adversus eos qui Deo exosos putant eos qui in multis incommodis versantur. Confer Rom. 5. 3. & 8. 35 [z]. ¶ *Ut possimus & ipsi consolari eos*, &c.] Sive exemplo nostro [a]: sive quia res adversas experti optimè possunt alios consolari [b]. Omnia sua Paulus ad Ecclesiæ utilitatem refert [c]. Mea, inquit, consolatio aliis quoque prodest [d]. ¶ *Per*, &c. διὰ τῆς παρακλήσεως, &c.] Per *consolationem*, Er. E. Me. Per dona illa Spiritûs quibus Deus me solatur. Vide Act. 4. 36. & 9. 31. & 13. 15 [*].

5. *Sicut abundant* (i. e. multa sunt & magna [f]. Vide Rom. 3. 7. & 5. 15. & 15. 13 [g].) *passiones*, &c. τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ εἰς ἡμᾶς] *Afflictiones* (vel, *Passiones*, Mo. Tre.) *Christi in nobis*, Er. Il. Ti. Tre. P. Mo. Ar. V. Al. *Redundant in* (vel, *ad*, vel *erga*, E.) *nos perpessiones Christi*, Be. Pi. Sic vocat ærumnas quas in nobis (membris ejus [h]) perpetitur Christus, ut Rom. 8. 17 [i]. Vel, quas patimur pro Christo [k], vel Christi exemplo [l]: quas *suas* vocat Christus, 1. quòd pro Christi nomine sint: 2. ob συμπάθειαν [m] cum membris suis. Vide Act. 9. 4. 1 Cor. 4. 10 [n]. 3. Quia ad gloriam Christi tolerantur. Confer Eph. 4. 1 [o]. & 1 Pet. 4. 16 [p]. ¶ *Per Christum*, &c.] i. e. Christi beneficio [q]. Christus ut nobis est afflictionis occasio, ità consolationis causa, tam efficiens, ut Deus, quàm meritoria, ut homo pro nobis passus, &c [r].

6. *Sive*, &c. Εἴτε δὲ θλιβόμεθα] *Sive autem* (vel, *igitur*: δὲ hîc pro οὖν [†].) *affligimur*, Be, Er. V. vel, *opprimimur*, P. *premimur*, Pi. In MS. εἴτε παρακαλούμεθα· ut pendeat hoc à verbo præcedente περισσεύει, quod & de *afflictionibus* & *solatiis* positum fuit [t]. ¶ *Pro*, &c. Ὑπὲρ τῆς ὑμῶν, &c.] *Pro vestra* (vel, *vestri*, Er. Il.) *consolatione ac salute*, sub. *id fit*, Er. Il. Ti. Ca. vel, sub. *affligimur*, Tre. ex Sy. sim. P. Be. Pi. quod ex membro præced. repetendum. Similis Ellipsis infrà 2. 10. & 5. 13 [v]. Magna certè consolatio est fidelium sub cruce, cùm vident Apostolos, &c. inter tot afflictiones & persecutiones invicto animo prædicâsse [x]. Afflictiones sibi evenire dicit *ipsorum salutis causâ*, i. e. propter Evangelium: unde suprà dixit, παθήματα Χριστοῦ, i. e. *quæ Christi causâ feruntur*. Vide 1 Pet. 4. 16. Καὶ σωτηρίας deest in MS [y]. [Sensus versûs, q. d.] Omnia in bonum & usum vestrum referimus [z], nempe ut vos consolationem indè hauriatis & salutem [a]. ¶ *Quæ*, &c. Τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ, &c.] *Quæ* (nempe salus [b]) *effecta* (vel, *efficitur*, Il. P. Pi. Be. E. ex Th. & Oecum. vel, *agitur*, Ca. ostenditur, crescit & intenditur [c]. Vel, *operatur*, Er. Ti. vel, *agit*, Er. Be. sub. *in vobis*, Be. i. e. vim suam explicat & aperit [d]. Nam ἐνεργεῖσθαι activè passim

[y] E.
[z] G.
[a] E.
[b] Me. sim.
[c] E. G.
[d] E.
[*] G.
[f] G. sic E.
[g] G.
[h] E.
[i] Be.
[k] E. Be. Vor. Me. T.
[l] Vor.
[m] Scl.
[n] Cal.
[o] Glas. gram. 3. 1. 30. 106.
[p] Vor.
[q] T. Me.
[r] E.
[†] Be. Pi.
[t] G.
[v] Pi.
[x] E ex Caj. & Græcis.
[y] G.
[z] T. sim. Me. Dic.
[a] T. sim. Dic. Pi.
[b] Me. Cal.
[c] Chrys. in Er.
[d] Er.

ſim uſurpatur in his Libris, ut Rom. 7. 5. Gal. 5. 6. Jac. 5. 16*. Al. Ἐνεργουμένης, i. e. καλεργαζομένης. Vide Rom. 5. 3. Ἐνεργεῖσθαι modò deponentaliter ſumitur, modò, ut hîc, paſſivè[f].) *in tolerantia* (vel, *per tolerationem*, Be. Pi. ἐν pro διὰ[g] i. e. interveniente toleratione[h], vel ut ſalutis cauſâ[i], vel rectiùs, ut ad ſalutem viâ neceſſariâ[k].) *earundem paſſionum* (vel *afflictionum*, Er. V. Zeg. &c.) *quas & nos patimur*, Mo. ſic P. &c. Eadem dicuntur quæ eandem ob cauſam ſufferuntur[l]. ¶ *Sive*, &c. Εἴτε παρακαλούμεθα, &c.] Reſpondet hoc ei quod præceſſit, εἴτε θλιβόμεθα[m]. *Sive conſolationem percipimus* (ſub. *id fit*, V. vel, ſub. *conſolationem percipimus*, Be. Pi. P.) *pro veſtra conſolatione*, Be. Pi. &c. Conſolatio enim magiſtri meritò diſcipulos excitat ſpe conſolationis ad ſimilia ferenda[n]. In MS. de quo dixi toties, verba alio ponuntur ordine, hunc in modum, παρακλήσεως καὶ σωτηρίας, εἴτε παρακαλούμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ, &c[o]. ¶ *Et ſpes noſtra firma eſt pro vobis*; ità Er. Ὑπὲρ ὑμῶν] *De vobis*, P. Be. Pi. ὑπὲρ pro περὶ[p] de conſtantia veſtra in ſufferendis malis[q], quòd neque ſitis nos deſpecturi, neque afflictiones quas perpetiemini malè laturi[r]: vel de conſolatione & ſalute veſtra, idque propter communicationem paſſionum[†].

7. *Scientes*, Εἰδότες] *Cùm ſciamus*, E. *Ut qui ſciamus*, Be. Pi. Hoc non ad Corinthios refertur, ſed ad Paulum & Timotheum. Et ſcire ſe dicit Corinthios tangi ſenſu ut adverſorum ità & bonorum quæ ipſi, Deo dante, contingebant[t]. Solœca oratio. Sed Paulo non inſolens eſt grammaticas leges negligere, dummodo conſtet de ſenſu. Idem Participium abruptè quoque ponitur, ſine nomine & verbo, Rom. 13. 11[v]. Et ejuſmodi Participia Hebræorum Gerundiis reſpondentia ſæpe in his Libris occurrunt. Videtur hîc ſcribendum εἰδότων[x] quod congruit cum ἐλπὶς ἡμῶν[y] ſunt qui N. T. hîc & alibi Solœciſmorum accuſant, ſed temere. Non enim æſtimandæ ſunt divitiæ linguæ Græcæ ex pauperie Latinæ. Sic uſurpantur Nominativi apud Græcos, ut Il. γ'. 211. Ἄμφω δ' ἑζομένω, pro, ἀμφοῖν ἑζομένοιν, pro, ἐὰν ἄμφω ἕζωνται, *ſi ambo ſedeant*; & in Thucyd. l. 1. *Atticæ naves—pugnâ abſtinebant*, δεδιότες οἱ στρατηγοί, &c. pro, δεδιότων τῶν στρατηγῶν, &c. *timentibus ducibus interdictum Athenienſium*. Similia habent Pauſan. Ariſtot. Demoſth. Sophoc. [quorum loca & verba vide in Autore.] Vide & Marc. 6. 11. Act. 20. 3[z]. ¶ *Socii paſſionum*] Intellige, patienter toleratarum. ¶ *Et conſolationis*] Nempe præſentis; (nam in vita futura nulla eſt conſolatio in malis:) quæ tamen arrha eſt gloriæ futuræ[a].

8. *Non*, &c. Οὐ γὰρ θέλομεν ὑμᾶς ἀγνοεῖν—ὑπὲρ τῆς, &c.] Eſt hic ὑπὲρ pro περὶ. Imò MS. hîc habet περὶ. Et ἀγνοεῖν pro ἀγνῶτας εἶναι[b]. *Non enim volumus vos ignorare—de oppreſſione noſtra quæ nobis fuit* (vel, *evenit*, Be. Pi. ſim. Er.) *in Aſia*] Scil. minore in qua Epheſus[c]. Videtur indicare, vel, 1. illa pericula de quibus Act. 20. 19[d]. Vel, 2. illud 1 Cor. 16. 9. *multi adverſarii*[*]. Non placet: quia hanc afflictionem refert ut recentiorem & quæ nondum iis innotuerat. Quare nec pertinet ad illud 1 Cor. 15. 32. de beſtiis Epheſi[f]. Vel, 3. ad tumultum Demetrianum, Act. 19[g]. quo Paulus de vita periclitatus eſt. Scripta enim eſt hæc Epiſtola cùm poſt tumultum illum ſedatum recens in Macedoniam veniſſet, Act. 20. 1[h]. Non placet: quia nulla in eo manus Paulo injecta fuit[i]. Vel, 4. ad aliud quoddam periculum à Luca omiſſum[k]. ¶ *Supra*, &c. Καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρήθημεν, &c.] *Summè* (vel, *Supra modum*, Be. *Per exceſſum*, Zeg. E. *Secundùm exuperantiam*, Mo. *Plurimùm*, Tre. *Valde*, ut Rom. 7. 13. 1 Cor. 12. 31[l].) *gravati* (vel *preſſi*, ut infra 5. 4[m].) *fuimus* (vel, *ſumus*, E. ex Vulg. G.) *ſupra facultatem*, ſive *vires*, P. Pi. &c. ſcil. naturæ[n], & corporis, non gratiæ & animi[o]: ſuprà quàm vires humanæ ſuſtinerent. Fuit πειρασμὸς οὐκ ἀνθρώπινος, 1 Cor. 10. 13[p]. ſupra vires etiam gratiæ ordinarias, non ſupra vires Pauli qui potentiore gratiâ roboratus eſt[q]. Ità conciliatur cum 1 Cor. 10. 13. Plus eſt *ſupra vires* quàm *ſupra modum*: nam ſupra modum eſſe dicuntur quæ permagna ſunt, licèt non viribus majora[r]. ¶ *Ità*, &c. Ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν] *Adeò ut deſperaverimus* (vel, *dubitaremus*, Ca. ſim. Mo. vel, *prorſus animi penderemus*, P. Be. Pi.) *etiam de vita*, Er. Il. Ti. ſic V. vel, *quod ad vitam*, P. Be. Pi. *Ità ut ſpem vitæ abjicerem*. Ἐξαπορεῖσθαι, Pſal. 88. 15. infrà 4. 8[†]. *Ità ut tæderet nos vivere*, Vulg. *Adeò ut propinqua eſſet vita noſtra ut projiceretur*, Trc. ex Sy. vel, *ad evaneſcendum*, Di. ex Sy.

9. *Sed ipſi*, &c. Αὐτοὶ—τὸ ἀπόκριμα, &c.] *Ipſi apud nos* (i. e. intus & in animo[t]) *decretum* (vel, *ſententiam*, Er. V. Ca.) *mortis habuimus*, P. Be. Pi. &c. i. e. Nobis conſtitutum erat mori[v]. Ità affecti ſumus quomodo ii de quibus ſententia ad mortem pronunciata eſt. Locutio ſimilis illi, 1 Cor. 15. 32[x]. *De nobis latam mortis ſententiam ſenſimus*, i. e. in extremo vitæ periculo fuimus[y], noſtra opinione[z]. Tanta erat perſecutionum violentia[a], ut animus noſter nihil aliud præſagiret & exſpectaret quàm mortem[b]. Ipſa pericula mortem denunciabant[c], vel morti me adjudicabant. Metaphora hyperbolica, quâ periculis ſuis actum animatum tribuit[d]. ¶ *Ut non ſimus fidentes*, &c.] i. e. Ut tantis erepti periculis, diſcamus fidere non in noſtris viribus, ſed in Deo[*]. Cauſam adfert cur Deus in tanta pericula Paulum pervenire voluerit. Hebræis interdum *mortui* dicuntur qui quaſi mortui ſunt, & *reſuſcitati* qui liberantur, ut videre eſt Ezec. 37[f].

10. *Qui*, &c. Ὃς ἐκ τηλικούτου, &c.] *Qui* (vel, *Quique*, P.) *ex tanta morte* (i. e. ex præſentiſſimo mortis periculo[g]: vel, *à morte tam triſti*, per manus popularium, per manus eorum qui unum Deum colere ſe profitentur[h], [h. e. Judæorum.] Vel, *ex tantis mortibus*, Sy. & Amb. in Be.) *nos eripuit & eripit*, Be. Pi. ſim. P. Innuit ſe nihilominus adhuc verſari in continuis periculis, quorum ſemper alia aliis ſuccedant[i]. Τὸ *eripit* non legit Syrus, nec cod. Clarom. & fortaſſe redundat[k]. *Liberari* dicimur non tantùm è malis quæ ſentimus, ſed etiam ab iis quæ imminent. Vide Prov. 10. 2. & 11. 4. Vide & Canticum ſodalium Danielis circa finem[l]. ¶ *In quem ſperamus*, &c.] Vel, *ſperavimus*, Er. V. h. e. ſpem fiximus: tametſi præt. ſæpe pro præſ. uſurpatur[m]. Dicit hoc non quòd mortem metueret, ſed quòd longiorem ſuam vitam ſciret è magna re eſſe Eccleſiarum. Vide Phil. 1. 24[n].

11. *Adjuvantibus*, &c. Συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει] *Simul adjuvantibus* (vel, *Unà operam conferentibus*, P. Be. Pi. *ſubſidiariam*, Be. Hoc tricompoſitum ſignificat cooperationem ſubſervientem, vel potiùs ſuffulcientem ac ſuſtentantem[o].) *& vobis per deprecationem* (vel, *per preces*, Pi. *deprecatione*, Er. *in deprecationem*, P.) *pro nobis*, Er. &c. Eſt & hic trajectio pro τῇ δεήσει ὑπὲρ ἡμῶν. Magno honore Corinthios afficit Paulus cùm vult eorum precibus adjuvari[p]. Et magna Pauli modeſtia, qui paſſim aliorum precibus ſe commendat[q]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν] Ità plurimi Codices habent, & ſic Syrus Græcique multi legerunt[r]. Alii autem Codices rectiùs legunt, ὑπὲρ ὑμῶν[†], ex collat. v. 6. ubi omnia ad Corinthiorum utilitatem referuntur[t]. Eſt & hîc trajectio[v] articuli, quaſi ſcriptum ſit, ἵνα τὸ ἐκ πολλῶν προσώπων εἰς ἡμᾶς χάρισμα[x] qualis trajectio eſt infrà v. 24. ὑμῶν τῆς πίστεως, pro, τῆς ὑμῶν πίστεως[y]. Πρόσωπον, quod apud LXX ponitur pro פנים[z], quod à פנה, *reſpicere*[a], eſt *perſona*[b], ut notat Gloſſarium[c]; *facies*[d], *ſuperficies*, *vultus*, *forma*, *ſpecies*[*], *aſpectus*[f], *reſpectus*[g], ut infrà 2. 10. unde מפני, *propter*[h], *modus*; item *os*: vide Pſal. 18. 9. & 55. 23. ubi pro פה, *os*, LXX habent πρόσωπον[i]. Præp. ἐκ mihi cauſam inſtrumentalem declarat[k]. [Verba ſic reddunt,] *Ut donum* (Dei, incolumitas nempe conceſſa[l], vel beneficium liberationis[m],) *à*, vel *ex*, *multis perſonis* (i. e. à multis hominibus[n]: intercedentibus multorum hominum precibus[o]. Vel, *reſpectu multorum hominum*, i. e. in gratiam multorum fidelium[p].) *nobis impetratum* (vel, *in nos* collatum, Be. Pi. Al. *Ut pro dono ex multis perſonis in nos collato*, P. *Ut multis modis*, vel, *ex multis reſpectibus*, vel, *ex multis oribus, collatum nobis donum*, Di. *Ut multis modis*, V. vel, *in multorum facie*, Amb. in Er. vel, *in magna hominum frequentia*, V. ex Amb. vel, *ex multis perſonis*, Er. Ti. V. vel, *reſpectu multorum*, Er. ex Val. *pro dono*, Er. Ti. V. vel, *de dono*, Er. *in nos collato*, Er. Ti. V. vel, *de gratia in me collata*, Er. ex Val.)

multorum

[Margin notes, left column:] * Be. f G. g Pi. h Be. Cal. i E. k Scl. ſim. Dic. l G. m G. n E. o G. p Be. Pi. q G. r Dic. † E. t G. v E. x Be. y Q. in Sch. z Sch. ad Mat. 10. 14. a E. b G. c E. d G. * Chryſ. in E. f E g Cap. E. ex Theod. &c. Me. h Cap. i Li. chron. p. 106. k Vor. ſim. Li. ibid. l G. m Idem. n Me. ſic Scl. o Me. p G. q E. r E. ex Græcis.

[Margin notes, right column:] † G. t Be. v Idem. x G. y Ca. z Vor. a V. b V. ſim. Me. T. E. c Er. d Scl. * T. ſic Me. f G. g Vor. ſim. Be. D. h G. i E. k Be. l G. m Er. n G. o E. p G. q E. r G. † Vor. ſim. G. t Vor. v G. Be. x Be. ſim. y Be. z Di. ſim. a G. b Di. Er. c Di. d Er. Di. * Di. f Er. g Di. G. h G. i Di. k Be. l G. m Cal. n E. ex Th. ſim. o Be. Scl. p Cal. G.

multorum (vel, *per multos*, Er. P. Mo. Be. Pi. E. &c. sub. *homines*, Fr. Referendum hoc vel, 1. ad præced. q. d. pro dono in nos *per multos*, i. e. ob multorum preces, collato, &c. vel potiùs, 2. ad sequentia, i. e. ad gratiarum actionem [q]. Vel, *multis modis*, Er.) *celebretur gratiarum actione*, Il. Be. Pi. G. (vel, *gratiæ agantur*, Er. P. Mo. Ti.) *pro nobis*, Il. Be. Er. Tre. ex Sy. &c. qui sumus servati [r]: i. e. meâ vice, meo nomine †. Vel, *pro vobis*, Er. ex Val. quorum precibus & quorum bono servatus sum [t]. *Ut à multis personis* (ἐκ positum pro ὑπὸ, ut cap. seq. ὁ λυπήμενος ἐξ ἐμοῦ, pro ὑπὸ.) *agantur ingentes Deo gratiæ ob collatum in nos beneficium vestrâ causâ*, vel *vestrâ operâ*. Legendum ὑμῶν, ut respondeat verbo συνυπουργούντων [v]. Sed plures Codices, & Sy. & Theod. & Th. legunt ἡμῶν quod rectius, ut ostendit contextus [x]. Sensus, q. d. Velim vos pro me rogare, & gratias agere Deo, ut pro acceptis beneficiis non solus, sed multi mecum, debitas bonorum omnium largitori gratias referant [y].

12. *Nam*, &c. Ἡ γὰρ καύχησις, &c.] *Gaudium enim nostrum*, &c. ut jam sæpe nomen hoc καύχησις & καύχημα & verbum καυχᾶσθαι exposuimus [z]. *Nam gloriatio*, &c. Er. P. Be. Pi. &c. q. d. Id de quo glorior, & in quo confido coram Deo, speróque me liberatum iri à pressuris meis, &c [a]. ¶ *Testimonium* (sub. *scilicet*, P.) *conscientiæ nostræ*] Vide Rom. 2. 15. & 9. 1 [b]. ¶ *Quòd*, &c. Ὅτι ἐν ἁπλότητι καὶ εἰλικρινείᾳ Θεοῦ] *Quòd cum simplicitate & sinceritate Dei*, Be. Pi. i. e. vel, 1. quæ ex Deo est [c]: ut sit Genitivus efficientis [d]. Vel, 2. quæ Deo digna est [*]. Vel, 3. qualem Deus requirit [f], & recipit, sive probat [g]. Vel, 4. quæ coram Deo talis est, vera scilicet ac minimè fucata; quomodo *gloria Dei*, Rom. 3. 23. q. d. simplici, recto [h], & sincero animo, tanquam Deo inspectante [i]; candore, & animi quasi perspicuitate sanctâ & verâ, ut testis est Deus ipse [k]. Vide 1 Cor. 5. 8 [l]. *Simplicitas* opponitur vel duplicitati, quâ quis aliud agens aliud intendit [m]; vel captationi & mercaturæ propriarum utilitatum [n]. *Sinceritas* opponitur hypocrisi [o], & depravatæ intentioni, quâ laborabant ejus adversarii [p]. Hoc ideo dicit quia quidam ipsum incusabant quasi reditum pollicitus esset nihil tale cogitans. Dicit igitur, se qualis fuit Corinthi, & nunc esse, fidei optimæ; sed eventum præstare non esse suum: multa intervenire quæ cogunt mutare consilium. *Omnia debent eadem esse quæ fuerint cùm promitteres, ut promittentis fidem teneas*, ait Seneca De beneficiis, ubi multa habes exempla ei rei de qua hîc agitur similia. In MS. pro ἁπλότητι est ἁγιότητι [q]. ¶ *Non in* (vel, *cum*, Be. P.) *sapientia carnali*] i. e. Vel callidâ prudentiâ, ut ex antithesi apparet [r]: vel, sapientiâ humanâ, sive hujus mundi & seculi, ut vocatur 1 Cor. 1. & 2. h. e. humano studio atque ingenio comparatâ †; humanâ Philosophiâ [t], aut eloquentiâ fretus [v]. Est obliqua oratio. Perstringit enim obtrectatores suos eruditione Græcanicâ turgentes. Confer 1 Cor. 2. 1, 4 [x]. ¶ *Sed in* (vel, *cum*, Be. G. &c.) *gratia Dei* (i. e. fretus sapientiâ mihi à Deo concessâ [y]; cum multis donis spiritualibus [z]; instructus gratiâ, zelo, efficaciâ, & spiritu divino [a]: fructum prædicationis meæ exspectans à sola Dei *gratia*, h. e. gratuitâ ac potente Dei operatione tam in miraculis quàm in occulto tractu plurimorum ad credendum Evangelio [b].) *conversati* (vel *versati*, Ca. Be. Pi.) *sumus* (& concionando [c], & vitam instituendo [d],) *in hoc mundo*] Græcè & Syriacè, *in mundo* [*], h. e. non tantùm Ephesi [f], sed ubicunque fuimus [g]. ¶ *Abundantiùs*, Περισσοτέρως πρὸς ὑμᾶς] i.e. Παρ' ὑμῖν, ut apud Demosth. πρὸς ὑμᾶς ζῆν, *apud vos degentibus* [h]. *Maximè apud vos*, G. sim. P. Be. Pi. &c. vel, *erga vos*, Er. &c. Quibus scil. majora sinceritatis nostræ argumenta ostendimus [i], ut quibus gratis prædicavimus, &c [k].

13. *Non enim alia scribimus vobis quàm*, &c. Ἀλλ' ἢ ἃ ἀναγινώσκετε, ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε] MS. ἀλλ' ἃ ἀναγινώσκετε καὶ ἐπιγινώσκετε. Veram lectionem esse arbitror quam secutus est Syrus, ἀλλ' ἃ ἀναγινώσκετε καὶ ἐπιγινώσκετε, *Non alia vobis scribimus* (quàm quæ vera sunt scilicet) *sed quæ hîc legitis, ea sic gesta agnoscitis* [l]. [Alii verba sic reddunt,] *Nisi quàm* (vel, *Quàm quæ*, Er. P. Be. Pi. &c.) *legitis*, (i. e. candidè, sincerè & absque fuco, scribo quod sentio [m]. Vel, *legitis*, in meis Epistolis [n]. Sed nemo se testem sibi assumit, Joh. 5. 31 [o]. Vel, *agnoscitis*, Tre. ex Sy. vel, *recordamini*, q. d. quorum facilè meminisse potestis [p]: vel, *recognoscitis*, E. Be. ex Calv. & ex Græcis, Scl. i. e. tacito animi consensu vera esse intelligitis. *Recognoscere* est, reminiscendo cognoscere: unde ἀνάγνωσιν Macrobius *repetitam cognitionem* interpretatur [q].) *aut &*, vel *etiam*, *cognoscitis*, Mo. experimento [r], vel oculatorum testium relatu †: vel, *recognoscitis*, Ca. vel, *agnoscitis*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. nempe ut jam antè vobis nota, vel quæ sponte ipsi intelligitis, nemine suggerente: vel, *agnoscitis*, i. e. consensu vestro approbatis [t]. Vel, *persuasa habetis*, Tre. ex Sy. Sensus, q. d. Et recognoscitis antiqua, & insuper etiam cognoscitis recentia [v], qualia, cùm apud vos essemus, vidistis & experti estis: semper enim & ubique eundem simplicitatis & sinceritatis tenorem servamus [x]. Non sunt vana quæ scribo de recta & sincera mea apud vos conversatione [y]: vos ipsi mihi testes estis [z] perpetui candoris mei †. ¶ *Spero autem*, &c.] Me scil. eundem vitæ tenorem servaturum, &c [v]. nec vos de me alia vel audituros, vel cognituros [x], aut aliter sensuros [y]. Ostendit, se non omnem spem abjecisse ad ipsos veniendi. *Agnoscetis me, ità spero, perpetuò talem*: nempe ubi ad vos venero [z]. Ἕως τέλους, *ad extremum*, hîc valet *perfectè*, quia opponitur τῷ ἀπὸ μέρους, i. e. *ex parte*: q. d. Quis sim cognovistis aliqua ex parte, ut qui apud vos fuerim tamdiu versatus, & ad vos etiam antea scripserim. Spero autem fore ut eundem esse me porrò cognoscatis, ut finis respondeat principio [a].

14. *Ex parte*; ità P. Er. Ἀπὸ μέρους] *Aliquatenus*, Be. Pi. Referendum hoc, vel, 1. ad cognoscentes [b]: *quidam vestrûm*, quomodo Rom. 11. 25. *qualem me novistis quidam*, i. e. ostendistis vos me talem agnoscere, cùm Timotheum tam benignè excepistis, ejúsque monita secuti estis [c]: quidam vestrûm, non omnes, cognovistis integritatem meam. Non enim sum nescius, isthic esse quosdam qui me calumniantur, &c [d]. Vel potiùs, 2. ad rem cognitam, i. e. ad Paulum [*]. Perstringit Corinthios, quòd plus satis auscultantes æmulis & obtrectatoribus Pauli, minùs adhuc bene & honorificè de eo sentirent [f]. Vel dicit, *ex parte*, modestiæ causâ [g]. ¶ *Quòd* (sub. *scilicet*, P.) *gloria* (vel *gloriatio*, P. Be. &c.) *vestra sumus*] i. e. Gloriandi materia [h], nempe quòd talem tantúmque Apostolum nacti sitis [i]. Gaudetis me Doctore [k]. ¶ *Sicut & vos* (sub. *estis*, Be. Pi. vel *eritis*, G.) *nostra*, &c.] Scil. gloriatio [l]: quòd vos Christo lucrifeci [m]; quòd nobis obtigeritis tam alacres, fidi, doctíque discipuli [n]. Vel, *gaudium mihi*, i. e. causa gaudii, cùm videbo vos ejusdem salutis & gloriæ participes [o]. Hoc addit ad laudem Corinthiorum, nè arrogantiùs de se dixisse videretur [p].

15. *Et hâc confidentiâ*] Vel, *fiduciâ*, P. Be. Pi. de vestro erga me affectu [q], vel, vestræ bonæ existimationis de me, quæ spem dabat, fructum me vobis adventu meo allaturum [r]. Confisus me vobis plerisque esse cordi: πεποίθησις est בטחה, 2 Reg. 18. 20 †. Hâc spe fretus, quòd meliùs cognituri sitis quo zelo & sinceritate vobiscum agam, & semper in melius profecturi in constantia fidei, & Christianis virtutibus [t]. ¶ *Volui*, &c. Ἐβουλόμην πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν πρότερον, &c.] Hîc quoque trajectio est [v]: nam τὸ πρότερον construendum est cum ἐβουλόμην [x]: sic enim scribitur in vetustis Codicibus, ἐβουλόμην τὸ πρότερον, &c [y]. Hactenus plurali numero de se loquitur, modestiæ causâ, quòd versaretur in iis commemorandis quæ ad suam laudem pertinerent: hîc jam, ubi de purgandâ culpâ agitur, num. sing. de se loquitur, nè quem secum involvere videatur [z]. [Verba sic reddunt,] *Volueram antehac* (vel, *Priùs volui*, Be. Pi.) *ad vos venire*, nempe cùm priorem Epistolam scriberem, quam vide 16. 5. & seq. Non finxi me velle, sed reipsâ volui. Dixi quod sentiebam [a]. *Volui* (vel, *Constitueram*, E.) *ad vos venire primum*, P. E. i. e. jampridem [b]: vel, *priùs*, Er. E. i. e. priusquam in Macedoniam proficiscerer [c]. ¶ *Ut secundam gratiam haberetis*] Ità Be. Pi. &c. i. e. geminum vel iteratum beneficium [d]; nempe prius per Epistolam, postea per præsentiam ipsius [*]: vel, prius per primum adventum meum ad vos, alterum per secundum [f]: vel, prius primâ Evangelii prædicatione [g], & conversione vestrî [h]; —po-

sterius

Marginal notes (left column): q E. — r Er. — † G. — t Er. — v Ca. — x E. — y Me. — z G. — a E. Me. — b G. — c E. — d Scl. — * E. — f T. — g Me. ex Th. — h E. — i G. sim. E. — k Be. — l G. — m E. — n Strig. — o Strig. sim. E. — p E. — q G. — r Vor. — † E. — t Me. sim. E. — v Me. sic T. — x G. — y Be. Scl. sim. Cal. — z G. — a Me. sim. T. — b E. — c Me. sim. Cal. — d Cal. — * E. — f T. — g G. sic T. — h Be. — i E. — k E. sic Zeg. — l G. — m Cal. ex Be. — n Jun. sim. E.

Marginal notes (right column): o E. — p E. sim. Be. — q Be. — r E. — † Me. — t Be. — v E. — x T. — y Me. ex E. — z E. Me. sim. Be. — † Be. — v Me. — x T. — y Cal. — z G. — a Be. — b Q. in E. — c G. — d Q. in E. — * E. — f E. Me. — g Me. — h Scl. E. — i T. sim. E. Me. Be. — k G. — l E. — m Be. sim. E. Me. — n T. — o G. — p E. — q Me. — r E. — † G. — t Me. — v G. — x G. sic Be. — y Be. — z E. — a G. — b E. — c Idem. — d Er. V. Zeg. T. — * Er. V. Græci in E. — f T. sim. Me. — g Vor. sim. Me. Calv. — h Scl. sim. F. Calv.

sterius rigatione[i], sive confirmatione[k], in fide recepta[l]. Vel, profectum fidei[m], cæterarúmque virtutum Christianarum[n]. Confer. Rom. 1. 12. 1 Cor. 3. 6[o]. Multa enim deerant Corinthiis quoad fidem & mores quæ præsentem curam magistri postulabant[p]. *Ut alterum hoc à me habeatis beneficium*, G. sim. Be. ut 1 Cor. 16. 3[q]. Χάρις hic ponitur pro χαρᾷ, i. e. *gratia* pro *gaudio*[r]. Nam apud Latinos quoque *gratiam habere* dicuntur quæ delectant†. Et Galli vocant *un plaisir* tum beneficium ipsum, tum etiam voluptatem quæ ex eo percipitur[t].

16. *Et* (supple ex v. præced. *volui*[v]:) *per vos transire* (sub. *me*, G.) *in Macedoniam* (scilicet obiter[x]) *& iterum à Macedonia*, &c.] Diutiùs vobiscum mansurus, & omnia visitaturus[y]. Et hoc est quòd ait, 1 Cor. 16. 5. *se venturum ad eos postquam Macedoniam pertransiisset:* hìc verò ulteriùs addit, se etiam in transitu ad Macedoniam voluisse eos salutare[z]. [Plura vide, si lubet, in E.] Sensus, q.d. Primum beneficium fuit quòd apud vos substiti in Macedoniam iturus, alterum sperabam fore quòd ex Macedonia ad vos me reciperem. Est constructio πρὸς τὸ σημαινόμενον. Nam in voce δευτέραν tacitè inest duplex beneficium, quod quale sit explicat[a]. ¶ *Et à vobis*, &c. Ὑφ' ὑμῶν, &c.] In uno Codice, ἀφ' ὑμῶν, *à vobis*, i. e. à vestra regione[b]. Ut quosdam de vobis comites sumerem mei in Judæam itineris, si fortè eò irem. Vide 1 Cor. 16. 4, 5, 6, 7. & ibi dicta[c]. Ibi dixit indefinitè, *quocunque iero*, tunc incertus quò iret. Interea per spiritum edoctus, quòd Jerosolymam ire deberet, ut habetur Act. 19. & probatâ Macedonum liberalitate erga pauperes Jerosf. *Judæam* nominat, quò sit deducendus. Hujus autem profectionis mentione tacitè & velut in transcursu eos submonet ejus officii ad quod inferiùs ex instituto eos hortatur[d].

17. *Cùm*, &c. Τοῦτο οὖν βουλόμενος] *Hoc igitur volens*, E. vel, *cogitans*, E. ex Amb. i. e. deliberatè proponens ac statuens illud facere*. Vel, *deliberans*, Ca. *quum deliberarem*, Be. Pi. Er. sim. V. vel, *statuerem*, Er. Cùm revera id meum consilium fuerit eo tempore[f], scilicet venire ad vos, nec tamen id præstiterim[g]. ¶ *Numquid*, &c? Μήτι ἄρα τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην;] *Numquid* (vel, *Num ubi*, Il. Ti. *Numnam*, Pi. *Num quâ*, Be.) *levitate sum usus?* P. Ca. &c. An fui levis, mendax, aut inconstans[h]? An leviter me gessi[i]? Possúmne accusari quòd aliud tunc dixissem quàm haberem in animo? Ἐλαφρία hìc idem quod κενότης, i. e. *vanitas*, ut exponit Glossarium. *Vanos* vocare solemus eos qui mendaces sunt, quia verba eorum carent pondere. *Vanum mendacémque* conjunctim dixit Virgilius[k]. Levitatis est, certò aliquid promittere quod fortasse præstiturus non sis. Si ego me certò ad vos venturum promisissem, levis essem, cùm non venerim. Nunc non certò promisi: dixi enim, *venturum me si Deus voluerit* (sic enim scripsit 1 Cor. 4. ult.) quæ exceptio me à levitatis & inconstantiæ crimine vindicat[l]. ¶ *Aut*, &c. Ἢ—κατὰ σάρκα βουλεύομαι] *Aut—secundùm carnem* (i. e. more hominum carnalium[m], qui in rebus gerendis obsequuntur animo suo[n], sive carnali cuipiam affectui, v. g. avaritiæ, ambitionis, &c[o]. vel, *more humano*, Ca. qui vel mutant propositum, vel dolo pollicentur quod non est animus præstare[q]; qui ut temere quidvis pollicentur, sic leviter consilium mutant ‖.) *delibero*, Be. Pi. Mo. vel, *cogito*, Er. Il. Ti. At dicet aliquis, Mutâsti consilium. Respondet Paulus, Mutavíne ob mea commoda? Id si fecissem, poterat aliqua esse species me accusandi[r]. Imò subditus sum Spiritui Dei, per quem aliquando vetor facere quod volo, & jubeor facere quod nolebam. Per hunc igitur stetit quò minùs venerim†. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ ναί, τὸ οὒ οὔ] Ità plerique Codices habent[t]. [Sic vertunt,] *Ut Etiam sit apud me Etiam, & Non Non*, Ar. *Ut qui à me provenit unus sit sermo, sive Etiam, Etiam, sive Non, Non*, Æth. *Ut sit apud me etiam etiam, & non non?* Mo. vel, *quod est Etiam Etiam; & quod est Non Non*, Er. Ti. Sensus loci, *Non ità delibero ut solent homines*, suæ fragilitatis immemores, *ut Etiam sit apud me Etiam, & Non Non*, h. e. ut cùm aliquid me facturum dico, id certò affirmem, quasi omnino facturus; aut cùm nego, id certò negem, quasi omnino non facturus. Nam apud me fit aliquando ut *Etiam* sit *Non*, & *Non* sit *Etiam:* ut quod dixi *venturum me ad vos*, id erat *Etiam*; at idem nunc factum est *Non*, quoniam non veni: non enim permisit Deus, penès quem sunt actiones nostræ; ut nihil ipsi de nobis certò affirmare aut negare possimus. Non enim certæ sunt nostræ promissiones, quemadmodum Dei. Nos homunciones impedimur: Deus non potest impediri; sed quod semel promisit, id fideliter præstat. Itaque quæ nos de Christo vos docuimus, non ità docuimus ut modò affirmaremus, modò negaremus, sed idem semper & constanter de Christo affirmavimus: quippe cùm non nostra, sed Dei promissa, forent, qui quæ de Christo promisit, certò & nulla cum conditione aut exceptione promisit. Nec mirum: est enim Deus, qui impediri non potest; itaque ejus promissa nobis certa sunt ejus afflatûs pignore confirmatis. At ego homo sum: quòd si ad vos non veni, non certò promiseram, & non veniendi justa causa fuit[v]. [Hæc ille de hoc versu & sequentibus, quæ ob mutuum rerum nexum simul repræsentare placuit:] Ναὶ apud Græcos est affirmantis, οὒ negantis. Ergò qui non faciunt quod negant se facturos, iis *Non est Non:* & qui faciunt quod affirmant se facturos, iis *Etiam est Etiam*[x]. [Aliis non placet hæc lectio & interpretatio:] Ut enim sententia responderet Apostoli scopo, (qui erat ut ostenderet se non inconstantem aut mendacem fuisse) potiùs dicendum erat, *Ut apud me* quod est *Etiam, sit Non*, & quod est *Non, sit Etiam*[y]: vel, legendum erat cum negatione, *Ut non sit apud me Est Est, & Non Non*[z]. Suspicor autem hunc locum fuisse ex similium locorum collatione depravatum, nempe Mat. 5. 37. & Jac. 5. 12[a]. Indè irrepsit in hunc locum geminatio adverbiorum, cùm scriptum esset simpliciter, ut infrà semel & iterum, *etiam & non*[b]. [Alii ergò sic legunt & vertunt,] *Ut sit apud me Etiam & Non*, P. Be. Pi. q. d. Ut idem modò certò affirmarem, modò constanter negarem[c]. Omnino legendum est quomodo hìc legit Syrus, & mox sequitur, ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ καὶ τὸ οὔ, i. e. ut propterea aliud dicam, aliud faciam. Nam ναὶ, item οὒ, modò promissum, illud addictivum, hoc verò abnuitivum, significant; modò ipsum promissi talis implementum: Itaque ex duplici hoc significatu facta hìc est πλοκὴ, ut diximus De J. Be. & P. 2. 30. 21. & ad Mat. 5. 37. Festus ubi explicat vocem *Nauci*, *Quidam ex Græco quod sit ναὶ καὶ οὐχὶ levem hominem significari volentes. Levem*, ἐλαφρόν. Ità optime Festi ille locus hunc Pauli explicat[d]. Sed quum dura sit illa heterosis, ἵνα ᾖ pro ὥστε εἶναι, retinenda potiùs altera lectio, τὸ ναὶ ναί, καὶ τὸ οὒ οὔ, & facienda ellipsis, ut sententia sic reddatur, *Aut num quæ delibero, secundùm carnem delibero?* (sub. *Nequaquam, quin potiùs ità me gero*) *ut Etiam sit apud me Etiam, & Non Non*, i. e. ut quod affirmo, id ità fit: quod verò nego, non fit. Veruntamen alteri lectioni favet antithesis, v. 18*.

18. *Fidelis*, &c. Πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς, ὅτι, &c.] Δὲ hìc habet vim corrigendi, valétque, *Quin potiùs*, aut *Imò*. Nè videretur hoc arrogare sibi quod dixit, hoc addit, *Fidelis est Deus*, quo autore & adjutore præsto quod præsto; vel, qui per me præstat quicquid voluit[f]. Paulus hoc agit, ut Corinthiis probet, se constantem esse, non levem, sive quid promisisset de sua profectione ad ipsos, sive in doctrina quâ docuerat eos de Christo[g]. *Fidelis Deus*, vel, 1. enunciativè dicitur, ut 1 Cor. 1. 9. & 10. 13. & sensus est, *Fidelis*, i. e. verax & infallibilis in dictis & promissis, *autem Deus est, quia sermo noster*, &c. i. e. ideo sermo prædicationis nostræ quo vobis Christum annuntiavimus tanquam Dei Apostoli, non talis fuit ut mutari posset ex affirmatione in negationem; i. e. nihil in eo incertum & mutabile, sed omnia firmissimâ veritate constant. *Quia* hìc valet *ideo*, ut sæpe, ut Psal. 86. 7. & 116. 1. Ose. 9. 15[h]. Vel, 2. formula obtestantis aut jurantis[i] elliptica[k]: q. d. Deum veracem testor[l], quòd quæ dixi vobis fuerunt certa[m], me non voluisse fallere[n], vel, 1. in promissione adventûs mei[o]. Sed hoc non cohæret cum sequentibus[p]. Vel, 2. docendo[q], me vobis eandem veritatem constanter prædicâsse. Ità calumniæ depulsionem à persona transfert ad doctrinam, de cujus retinenda authoritate potissimùm laborabat[r]. [Sensus, q. d.] Quàm verus est Deus,

i Scl. k Scl. Vor. sic Calv. l Calv. m Vor. sim. E. n E. o Scl. p E. q G. r Chrys. in Er. † Er. t Be. v E. x Me. y Me. sim. E. z Me. a G. b Be. c G. d E. * E. f G. g Me. h T. Me. i Er. k G. l Ca. m V. E. Me. n Er. o E. Me. q Er. ‖ Scl. r G. † Er. t Be.

v Ca. x Er. y Be. z E. a Be. b E. c Scl. sim. Be. d G. * Pi. f Er. g V. h E. i Q. in E. sic Vor. sim. Be. k Be. l Q. in E. Me. T. sim. V. Be. m V. n Me. T. o Q. in E. p E. q T. r Be.

tam verum est, & vos scitis, me nullâ apud vos fraude usum. Similis locutio, *Vivit Dominus*, i. e. Quàm verè vivit Dominus†. ¶ *Non*, &c. Οὐκ ἐγένετο, &c.] *Non fuit Etiam & Non*, Er. P. &c. id est, Non fui inconstans, ut modò aliquid affirmaverim, modò negaverim[t].

19. *Christus*] i. e. Doctrina & prædicatio nostra de Christo[v]. Metonymia Subjecti occupantis[x]. ¶ *Silvanum*] Idem de quo 1 Thes. 1. 1. & 1 Pet. 5. 12[y]. qui & *Silas* in Actis, variâ pronunciatione[z]. Vide Act. 17. & 18[a]. ¶ *Non fuit est & non*] i. e. Varia, inconstans, & sibi contraria[b], ut modò aliquid affirmaverim, modò negaverim[c]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ ναὶ, &c.] *Sed etiam fuit in ipso*, Be. P. Pi. &c. i. e. in Christo, ut v. præced[d]. vel, *per illum*: nè quid arrogaret sibi*. Christus ipse non irrita habuit verba nostra, sed multis miraculis ea confirmavit[f]. Fuit constans affirmatio & asseveratio, & uniformis doctrina[g]. De ipso semper idem affirmavimus[h]. Al. Idem semper & unus fuit in Deo. Nam, ἐν αὐτῷ, ad Deum necessariò pertinet, cujus Filius est ipse Christus, constantissima Patris veritas[i].

20. *Quotquot*, &c.] *Quotquot sunt promissa Dei* in V. T. ad novam creationem pertinentia[k]; vel quæcunque vobis annunciavimus[l]. ¶ *In*, &c. Ἐν αὐτῷ, &c.] *In ipso* (vel, *Per ipsum*, Er. Il. Ti. Zeg. nempe Christum[m], ut v. præced[n]. vel, *De illo*, V. sub. *sunt*, P. Be. &c.) *Etiam, & in ipso* (vel, *de ipso*, V. *per ipsum*, Er. Il. Ti. sub. *sunt*, P. Be. &c.) *Amen*, P. Pi. Be. &c. vel, *veritas*, V. vel, *ità*, Ca. i. e. sunt ratæ, validæ, & immutabiles[o], veræ[p], & adimpletæ in illo[q]; quod semper affirmavi[r]. Τὸ ναὶ est spondentis, & ad promittentem pertinet, qui Christum ut unicum promissionum scopum proposuit, in quo uno illæ exhibendæ ac præstandæ sunt constante ac invariatâ ratione: τὸ ἀμὴν est ratum habentis quod dictum aut factum est, & ad Christum pertinet, in quo illæ sunt exhibitæ & completæ. Si hoc argutum videatur, dicas bis idem hîc dici more Hebræorum & emphaseos causâ†. Ναὶ & ἀμὴν idem valent[t], ideóque & conjungi solent[v]. Significant ratum & certum complementum[x]. Altera vox Græca est, altera Hebræa[y]: simile, Ἀββᾶ ὁ πατὴρ[z]. In MS. ἐν αὐτῷ τὸ ναί, διὸ καὶ δι᾽ αὐτοῦ τὸ Ἀμήν· i. e. Quia Deus promissa per Christum implet, ideo etiam ejus honori canitur *Amen* in Ecclesiis. Et sic legit & interpretatus est Syrus[a]. ¶ *Deo*, &c. Τῷ Θεῷ πρὸς δόξαν δι᾽ ἡμῶν] *Deo ad gloriam* (i. e. Quod de Deo verè dicimus Deo cedit in gloriam[b]: vel, *Ad Dei gloriam*, P. Be. Pi. Trajectio, pro, πρὸς δόξαν τῷ Θεῷ, *ut Deo laus sit*. At si Manuscripti lectionem in iis quæ præcedunt sequimur, τῷ Θεῷ rectè cohærebit cum illo Ἀμὴν[c]·) *per nos*, Er. i.e. nostro ministerio[d]. Ut per nos Dei gloria in Christo patefiat*. Spectat præcipue Gentium conversionem[f]. Qu. Quomodo implentur promissiones Dei per homines? Resp. Non effectivè, sed applicativè, beneficia Christi nobis applicando. Non implentur per eos, sed declarantur impleri[g].

21. *Qui*, &c. Ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν, καὶ χρίσας ἡμᾶς, Θεὸς] *Porro qui* (vel, *Qui autem*, Vulg. Sed δὲ hîc valet *nam*: causam enim reddit cur ista omnia cedant ad honorem Dei, quia à Patre ista potestas proficiscitur. Ab eo procedit ista *unctio*, i. e. Spiritûs operatio interior, fidem in Christum fulciens & roborans. Hæc *unctio* dicitur etiam 1 Joh. 2. 20. nempe quia mysticè significabatur per illam unctionem quam accipiebant Reges & Sacerdotes, ut videre est Psal. 45. 8. collat. cum Heb. 1. 9. Christiani *Sacerdotes*, quia animum & corpus & bona Deo offerunt; *Reges*, quia ad Regnum destinantur[h].) *nos confirmat vobiscum* (i.e. ministros Evangelii unà cum auditoribus[i], nostram prædicationem, & vestram fidem[k]. Hæc distinctio ostendit de quibus dictum sit, *per nos*, v. præced. nimirum de ministris Verbi. Ostendere voluit Paulus, quomodo valet ductum argumentum à Christi persona ad ministros verbi, quia nimirum quod Christus præstitit hoc ipsum annunciatur à ministris, & idem Christi Spiritus per ministros Ecclesiam regit[l]. Dicit *vobiscum*, quod de se dixit commune illis ex parte faciens, ut benevolentiam conciliet[m].) *in Christum*, (i. e. in fide in Christum[n], fortiter profitenda & propugnanda[o]: q. d. qui facit firmiter Christo inhærere[p]. Notat finem confirmationis; qui scilicet tendit in Christum, h. e. ad nostri cum Christo communionem. Vel, *in Christum*, pro, *in Christo*[q].) *& qui unxit nos*, (videlicet Spiritu Sancto[r], h. e. multis & magnis Spiritus S. donis†, quæ præbent argumentum rectæ & sinceræ nostræ prædicationis[t]. Ministerii sui dignitatem asserit adversus eos qui ipsum accusabant levitatis, quasi Spiritu Dei non regeretur, ut qui ad eos non venisset sicut pollicitus fuerat[v].) *Deus est*, Er. P. Be. Pi. *Deus* h. l. est subjectum [propositionis,] ut ex reipsâ, & ex v. seq. patet[x].

22. *Qui*, &c. Ὁ καὶ σφραγισάμενος ἡμᾶς] *Qui etiam obsignavit* (i. e. certos reddidit de vita æterna, ut solent certa esse & stabilia quæ obsignata sunt[y]:) *nos*, P. Be. Pi. Er. &c. nempe Spiritu Sancto[z], largiendo nobis varia ejus charismata, quæ sigilli instar nos probent veros Dei nuntios ac ministros[a]. Qui & externis testimoniis apparere voluit Spiritûs illius vim atque naturam. Vide Eph 1. 13. Instrumentis fides accedit ex testium signis. Vide Rom. 4. 11. 1 Cor. 9. 2[b]. ¶ *Et dedit*, &c. Δοὺς τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος, &c.] *Dedit* (vel, *Indidit*, Be. Pi.) *arrham*, sive *arrhabonem*, *Spiritûs*, &c. Er. Il. Ti. P. &c. i. e. Spiritum Sanctum[c], pro arrha[h], vel qui est instar arrhabonis[i], vel arrha promissionum Dei[k]. Metaphora[l], & Genitivus speciei, ut Joh. 2. 21[m]. Conscios nos facit illorum donorum spiritualium[n], quæ dona spiritualia sunt arrhabo futuræ vitæ spiritualis[o], infrà 5. 5. Eph. 1. 14. *Arrhabo*, ערבון, vox est primitus Hebraica ac proinde & Phœnicia; à Phœnicibus, eximiis mercatoribus, in Græciam venit. Origo vocis à ערב, quod est ἐγγυᾶν, *fidejubere*. Vide Gen. 38. 18[p]. *Arrhabo* pars est pretii, & spondet pro toto pretio[q]. Vide quæ diximus ad 1 Cor. 15. 46[r]. Hebræis hoc nomine venit id omne quo dato confirmatur promissio†. Latini *arrhabonem* ἀποκόπτοντες *arrham* dicunt. Sed & *arrhabonis* vox est apud Plautum, Terentium, Varronem[t].

23. *Testem Deum invoco* (Est juramentum perfectum[v], sed in re gravissima. Sic Job. c. 16. v. 19. Vide dicta ad 1 Cor. 15. 46[x]. Huic addit execrationem sive maledictum[y].) *in animam meam*] i. e Vel, 1. animi mei[z]: vel, 2. in caput meum, sive vitæ meæ periculo[a]; vel, in perniciem animæ meæ[b], cum maximo meo malo, si fallo. Tale illud jusjurandum, Job. 22. 23. יהוה הוא יבקש, *Deus vindicet*[c]. Perdat me Deus, si mentior[d]. Sic, *nè vivam*, jurandi formula apud Ciceronem & Martialem; *nè salvus sim*, apud Ciceronem, alibi*. ¶ *Quod parcens vobis*, &c.] i.e. Sumptibus vestris[f]: *Ut vobis parcerem*. Nam si venissem, cum virga venissem, (ut in priore Epistola minatus sum) h. e. vos graviùs propter illud incesti flagitium castigâssem[g]: venissem ut ultor facinorum, quibus multi inter vos obstricti erant[h], utens auctoritate & rigore Apostolico[i]. Erant & aliæ causæ cur iter differret Corinthum, sed hæc non minima, quòd vellet eos ante adventum suum penitùs corrigi, nè aut verbis aut factis asperioribus uti cogeretur[k]; vel, ut evitaret occasionem eos puniendi pro peccatis, &c[l]. Vide 1 Cor. 4. 21. & infrà 12. 20, 21[m].

24. *Non*, &c. Οὐχ ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως] Est ἀνθυποφορά. Videbatur enim imperiosè dixisse, *non parcens*: itaque removet à se hanc suspicionem[n]. Nihil volumus à vobis credi nisi quæ Christus præcepit. Si quid pro nostro lubitu imponeremus, hoc esset *dominatum exercere in fidem*, ut hîc; *in populum peculiarem* Deo, ut 1 Pet. 5. 3[o]. [Verba sic reddunt, *Non quòd dominemur vestræ fidei*, Il. P. Be. Pi. Ar. Vor. sic Mo. Tre. ex Sy. i. e. Non quasi pro nostro jure & lubitu quidvis in religione possimus statuere, aut conscientias vestras quovis vinculo adstringere[p], aut mandare ut quidvis crederetis quod nobis proponere placet, &c[q]. Al. *Non quòd dominemur* (vel, *volumus dominari*, V.) *nomine fidei*, Er. Ti. E. ex Gagn. *fidei gratiâ*, Er. *propter fidem*, V. E. Me. scil. vestram, quam nostro magisterio didicistis[r], quasi propter eam jus aliquod aut potestatem, qualis est dominorum, in vos usurpare velimus. Accipit *dominari* pro, præesse cum ostentatione potestatis, eâque abuti ad privata commoda†. Hunc sensum suadet articuli collatio; non enim dicit, τῆς ὑμῶν πίστεως, sed, ὑμῶν τῆς πίστεως· ut subaudiatur ἕνεκα[t], causæ significativum[v], more Græcorum[x]. Ostendisset Paulus, se velle dominari iis nomine fidei, si suo jure exegisset ab illis alimenta & vestes[y]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ συνεργοί ἐσμεν, &c.] *Sed* (sub. *quòd*, P. Be. Pi.) *adjutores*

jutores (vel, *administri*, P. Be. &c. vel, *cooperatores*, ego scilicet vel vobiscum, vel cum Co-apostolis [z] :) *sumus* (i. e. esse cupimus [a]) *gaudii vestri*, Er. &c. i. e. ut gaudio vos afficiamus [b], potiùs quàm tristitiâ [c]. Cum Deo & Christo & sub illis *in id laboramus ut gaudii fiatis participes*, nempe *æterni*. Sic χαρὰ sumitur Heb. 12. 2[d]. Ut conscientiæ vestræ pace & gaudio fruantur [*]. Al. [Occupatio est:] Dicet quis, Ergóne nos tam parvæ fiduciæ & constantiæ esse putas ut tuam præsentis castigationem ferre nequeamus? Ego verò (inquit) non puto: scio enim vos in fiducia constantes esse. *Non quòd vobis fiduciam derogemus, sed consulimus vestro gaudio.* Nam si vos præsens castigâssem, ea res vobis (ut de me taceam) dolorem fecisset; qui dolor nunc aberit. Κυριεύειν autem, quod *derogare* vertimus, est non solùm, *dominum esse*, sed etiam, *dominum fieri & potiri*; sicut antè de βασιλεύειν scripsimus: ut sit κυριεύειν τῆς πίστεως, *dominum se facere fiduciæ alterius*, h. e. alteri fiduciam & robur detrahere, & esse negare [f]. ¶ *Nam*, &c. Τῇ γὰρ πίστει ἑστήκατε] Præteritum more Hebræo pro præsenti [g]. *Statis* (vel, *Stamus*, sive *constitimus*, ἑστήκαμεν· hîc enim variant Græca exemplaria: & magis quadrat *statis*, nè videantur usquequaque objurgandi: itaque Chrys. legit [h].) *fide*, G. P. Be. Pi. &c. i. e. per fidem, nempe operantem [i]; vel, quod ad fidem attinet, non excidistis à fide. Quare non est quòd metuatis nè fidei causâ potestatem Apostolicam, quam dominationem æmuli mei interpretantur, in vos exerceam. Verùm sunt alia quædam apud vos meritò punienda, de quibus scribo me vobis parcere [k]. In fide vestra non habeo quod corrigam, sed tantùm in moribus, quos, quia fideles estis, non imperiosè redarguam, sed leni monitione in hac Epistola reformabo [l]. In eo estis statu ut illud æternum gaudium jure optimo sperare possitis. Ideo tantum operæ impendo ut fides ista vobis constet: nihil quæro, nihil exigo aliud [m].

z E. a V. b V sim. E. Me. c V. d G. * Cal. sim. Be. f Ca. g G. h Er. i G. k E. l Me. m G.

CAP. II.

1. STatui, &c. Ἔκρινα δὲ ἐμαυτῷ τοῦτο] *Hoc autem apud me* (vel, *mihi*, P. *mihi ipsi*, Mo. sub. περὶ, ut infrà 17 [a]. ἐμαυτῷ, *mihi*, apud me, ad imitationem לִי Hebraici [b].) *statui*, Be. Pi. vel, *decrevi*, Er. Il. Ti. Ca. *judicavi*, Mo. Tre. *faciendum judicavi*, P. *statueram*, V. *constitui*, ut est Act. 20. 16. & 27. 1 [c]. ¶ *Nè*, &c. Τὸ μὴ πάλιν ἐλθεῖν ἐν λύπῃ πρὸς ὑμᾶς] [G. sic legit, Τὸ μὴ πάλιν ἐν λύπῃ πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν, additque notam sequentem] Et hîc trajectio est, & duæ voces pro unâ. Sensus enim est, μὴ ἀνελθεῖν πρὸς ὑμᾶς καὶ τοῦτο ἐν λύπῃ, *non redire ad vos ità ut reditus meus mœrorem vobis adferat* [d]. *Ut nè rursus ad vos cum tristitiâ* (vestrâ scilicet [*], i. e. tristitiæ causam vobis adferens: quod futurum erat si priùs ad eos venisset quàm resipuissent [f].) *venirem*, P. sim. Be. Pi. Illud, *rursus*, refertur vel, 1. ad illud, *in tristitia*: quia superiori Epistolâ eos mœrore affecerat, noluit iterum eos contristare [g]. Vel, 2. ad verbum *venire*; q. d. Nolui secundum meum adventum ad vos esse cum tristitia [h]. Priorem enim Epistolam mittens ad eos quodammodo venerat [i].

2. *Et quis* (vel, *Quis igitur*, Be. Pi.) *est qui me lætificet* (id est, qui me consolari deberet, ut Doctorem suum [k]:) *nisi qui contristatur ex me?*] i.e. Nisi vos Corinthii quos priori Epistolâ contristavi [l], qui ad meam objurgationem doletis & resipiscitis [m]? Ac proinde nemo [n]. Quomodo enim tristis alium solabitur? Singulare pro plurali, ut in collectivis [o]. Nulli alii causa mihi gaudii sunt præter eos quos in Christo genui [p]. Vos ii uni estis ex quibus possim voluptatem capere. Dicit sing. num. ὁ λυπούμενος, &c. tacitè (ut ex sequentibus apparet) eum designans quem jusserat tradi Satanæ: nunc autem inptimis sibi conciliatum cupit, quòd eum resipuisse intellexisset [q]. Καὶ, *&*, hîc vel redundat [r], vel accipiendum ut in illo, Et *quisquam numen Junonis adoret Præterea* [†]; vel affectum blandientis denotat; q. d. *Quis, quæso, est qui me*, &c [t]. ut alibi affectum indignantis, ut Act. 23. 3. *Et tu sedens judicas me*, &c? & in illo Virgilii, *Et quisquam numen*, &c [v].

a Be. b G. c Idem. d Idem. * E. sim. Vor. f Be. sim. E. g Chrys. &c. in E. h E. ex Caj. i Be. k G. l Me. m T. n G. sim. E. o G. p Er. q Be. r Be. E. † Be. t Glas. gram. 3 7. 3. 550. lin. E. v Glas. ib.

3. *Et hoc ipsum* (nempe quòd illi ac vobis molestiam attulit [†]:) *scripsi vobis*]. Hæc verba referenda sunt, vel, 1. ad 2 Cor. 1. 23 [x]. In hac Epistola scripsi vobis causam cur reditum ad vos differam [y], ut eum auferatis [z]. Vel, 2. ad priorem Epistolam [a] in qua eos hortatus fuerat ut priùs emendarent vitia quàm veniret [b]; præsertim ad cap. 5 [c]. ubi incestuosum excommunicari jussit [d]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα μὴ ἐλθὼν λύπην ἔχω, &c.] Alii legunt, λύπην ἐπὶ λύπῃ, ut quidam cod. vet. & cod. Complut [*]. & Vulgatus. Sed deest illud, ἐπὶ λύπῃ, *super tristitiam*, apud Amb. & Th [f]. & in Græcis, exceptis Complut. & Rhodiensi quodam Codice; & in Syro: nec Græci commentatores illud attingunt [g]. Non levis suspicio est adventitium esse ex Philip. 2. 27 [h]. [Verba sic reddunt,] *Nè quum venero* (sub. *ad vos*, V. E. scil. nondum correctos [i],) *tristitiam capiam ex iis*, *ex*, vel *de*, *quibus oportebat me gaudere*, P. sic Be. T. h. e. ex vobis, qui mihi debebatis esse gaudii materia [k]: vel, nè dolerem occasione vestri, quos, utpote charissimos mihi filios, decet probis sanctisque moribus suis parentem exhilarare [l]: vel, nè inter tot pericula, in quibus versatus sum, novum mœrorem ob severitatem verborum aut rerum quâ uti cogar adversùs inemendatos. Erat Apostolus talis qualis describitur bonus Princeps, *Qui quoties sævus cogitur esse dolet*. Vide infrà 12. 21. *Ex quibus oportebat*, &c. i. e. ex quorum profectu ego maximum percipere gaudium debebam. Τῆς πατρὸς αἰνῶσει εἰ μὴ εὐδαίμονες υἱοί [m]. [Sensus loci, q. d.] Volui per Epistolam illam vos objurgare, nè coràm cogerer vos reprehendere, quod mihi triste admodum fuisset [n]. ¶ *Confidens*, &c. Πεποιθὼς ἐπὶ πάντας, &c.] Sicut בטח Hebræum solet post se trahere על, ità Græcum πέποιθα secum trahit ἐπὶ, ut videre est 2 Reg. 18. 21. & alibi [o]. *Confisus* (vel, *Persuasus*, E. *Certum habens*, E. ex Amb. vel, *Fiduciam hanc habens*, Er. V. E.) *de vobis omnibus* (vel, *erga vos omnes*, Er. V.) *meum gaudium omnium vestrum* gaudium *esse*, Be. Pi. sim. P. quòd me gaudente sitis omnes gavisuri [p], & consequenter dolores meos æstimetis esse vestros, ut quod mihi displicet & vobis displiceat [q]; & proinde speravi ut quod mihi displicere intelligeretis statim tolleretis [r]. *Ità bene de vobis sentio ut credam vos nihil malle quàm ut gaudeam.* Monstro viam quâ id consequamini [†].

4. *Nam*, &c. Ἐκ γὰρ πολλῆς —— συνοχῆς, &c.] *Nam ex multa —— anxietate* (vel, *coarctatione*, Er. V.) *cordis*, &c. Be. Συνοχὴ est *anxietas*, ut Luc. 21. 25. Judic. 2. 3. συνέχομαι, *angi*, ut Luc. 12. 50. Job. 30. 3 [t]. ¶ *Per multas lacrymas*] Indicia doloris mei [v]. Διὰ hîc valet *cum*. Sic, δι' ἀκριβείας λέγειν, apud Aristotelem [x]. ¶ *Non ut*, &c.] Non intendens tristitiam vestram, sed emendationem [y]. Non enim hoc erat προηγούμενον θέλημα Pauli. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ τὴν ἀγάπην ἵνα γνῶτε, &c.] Et hîc locutio est per trajectionem voceum [z]. *Sed ut cognosceretis charitatem quam habeo* (cujus argumentum est, peccata apertè & opportunè corripere [a];) *abundantissimam* (vel, *abundantiùs*, Er. V. Vulg.) *erga vos*, Be. Intellige, plusquàm erga Ecclesias alias [b]. Dum vos conor puros reddere & perfectos [c].

5. *Si*, &c. Εἰ δέ τις, &c.] *Quòd si* (vel, *Etiamsi*, εἰ, pro εἰ καὶ [d]) *quis dolore affecit*, Er. sim. P. Be. Pi. &c. ut subaudias id quod commodum fuerit, *aliquem*, aut *vos*, aut *me* [*]. Præcipuam memorat tristitiæ causam [f], nempe fornicarium illum, 1 Cor. 5 [g]. de quo quasi dubitans & sub conditione loquitur [h], non quod dubitaret, sed quasi facti oblitus propter illius pœnitentiam [i]. Al. *Si quæ Ecclesia me mœrore affecit.* Hæc enim vox ex præcedentibus intelligitur κατὰ τὸ σημαινόμενον. Cùm autem indefinitè dicit, εἴ τις, notat ipsam Corinthiorum Ecclesiam, ut ostendunt sequentia [k]. ¶ *Non*, &c. Οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν, ἀλλὰ ἀπὸ μέρους, ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ, πάντας ὑμᾶς] Locus obscurus, & variè construitur & exponitur [l]. *Non me* (sub. *tantùm*, V. vel, sub. *propriè*, Q. in E.) *dolore affecit*, Er. Ti. sim. P. Be. Pi. &c. (q. d. Quod ad me attinet bono sit animo [m]; per ejus enim resipiscentiam mihi adempta est omnis tristitia quasi eam nunquam sensissem [n].) *sed* (i. e. nisi [o]: Ut enim *nisi* pro *sed* sæpe ponitur, ità & *sed* pro *nisi* [p], ut Marc. 9. 8. collat. cum Matth. 17. 8 [q].) *ex parte*, (vel, *aliquatenus*, Il. Ca. *paululùm*, Tre. *quadantenus*, P. Be. Pi. aliquo modo [r]. Mitigandi causâ hoc addit [†], quia tristitia hæc per resipiscentiam

† Be. x Q. in Vor. Pi. y G. sic Pi. Th. in E. z G. a Be. Pi. sic E. b E. c Vor. d Pi. sic Be. * Be. f Er. g E. h E. sim. Er. Be. i E. k Idem. l T. m G. n Me. o G. p E. ex Caj. sim. Me. T. Be. q Me. r Me. Be. † G. t G. v E. x G. y E. z G. a E. b G. c T. d Pi. * Er. f E. g E. ex Orig. Amb. Aug. Me. sic Pi. h Be. sic E. i E. k G. l E. m Cal. ex Be. n Camer. o Ga. Q. in E. Ca. p E. q Ga. Cin. 1. 3. 48. r Er. † Dic. sic Er.

pisceientiam incestuosi jam conversa erat in gaudium [t]. Significat imperfectionem mœroris, simulque teporem Corinthiorum, qui in principio non satis commoti erant adversus tantum flagitium apud ipsos perpetratum [v]. Vel dicit, *ex parte*, quòd ex altera parte multi erant viri boni qui Paulum solabantur [x]: vel, quia dolor hic ipsi cum omnibus communis erat [y].) *ut non onerem* (vel, *aggravem*, Er. Ti.) *omnes vos*, Mo. sic Ca. &c. hâc scil. infamiâ & suspicione, quasi putem non fuisse multos qui propter incestum dolerent [z]: vel, quasi conscii & participes essetis criminis ipsius [a]: vel, nè vobis omnibus mœroris mei causam imputem [b]. Rationem reddit cur quasi de uno loquitur, *Si quis*, &c. cùm tristitiam illi attulit non modò incestuosi scelus, sed & Corinthiorum in illo corrigendo oscitantia [c]. Vel, *nè addam onus gravatis vobis*; q. d. Vos majore tristitiâ afficiam, si dixero & me & omnes contristâsse [d]. Sensus loci, q. d. Non solùm mihi dolorem fecit, sed etiam vobis *, quod mihi longè gravius est [f]. Quòd si dicerem me solum id flagitium doluisse, onerarem & crimine gravarem vos omnes, quasi non & ipsi dolueritis ejus flagitio: id quod esset in vobis vitiosum [g]. Vel, *nè illum aggravem*, *vos omnes*, Be. Pi. sic P. *illum*, scilicet hominem nostri vestríque luctûs authorem; id est, nè peccatum ejus videar nimium exaggerare, simpliciter affirmando quòd in mœrorem vos omnes conjecerit [h]. Mecum, inquit Paulus, nullum est ampliùs ipsi negotium [i]: offensa, quæ me attinebat, obliterata est, vobiscum autem illi superest negotium [k], quos sanè omnes offendit, sed addo, *ex parte*, nè jam per se gravato onus adjiciam quod potiùs detractum cupio [l], & ut vos faciliùs condonetis, &c [m]. Hæc ergò verba, ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ, in parenthesi legenda sunt [n]; quæ tamen alii cum sequentibus connectunt [o]. Al. Hìc ὅλη, vel ὅλ@, si λαὸς subaudias, intelligendum ex opposito membro, ἀπὸ μέρους· *Non totus cœtus me mœstitiâ affecit, sed quidam:* hoc enim est ἀπὸ μέρους, Rom. 11. 25. supra 1. 14. Sic &, μέρ@ τι, 1 Cor. 11. 18. ἵνα μὴ, &c. q. d. *hoc ideo exprimo nè quis putet singulos vestrûm à me accusari.* Ἐπιβαρεῖν est, *oneri esse*, ut 1 Thes. 2. 9. 2 Thes. 3. 8. Est autem accusatio *oneris cujusdam impositio*, sicut & Prophetarum objurgationes & minæ vocantur משא, id est, *onus* [p]. Locum sic verto & distinguo, *Si quis tristitiam attulit, non mihi soli tristitiam attulit, sed ex parte (nè illum onerem, sive aggravem,) vobis omnibus.* Dicit, *ex parte*, h. e. paululùm. Sensus hic perspicuus est & congruit cum sequentibus. Ipsos secum participes facit & tristitiæ & censurarum, ut participes quoque essent absolutionis & gaudii, &c [q].

6. *Sufficit*, &c. Ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων] *Sufficit* (Non simpliciter, nam scelus hoc graviorem pœnam postulabat; sed judicio Ecclesiæ, habitâ ratione tum personæ, nè ampliùs gravatus desperaret, &c; tum publicæ utilitatis quam Ecclesia ex illa pœnæ moderatione recipit [r].) *istiusmodi* homini (scilicet ei qui Ecclesiam contristavit, nempe incestuoso †. Hoc dicit velut digito indicans illum qui maximum dolorem Paulo attulerat, doctus, & dives, & novercæ maritus. Tertul. De Pudicitia non vult hîc de illo homine agi. Ponit enim quod verum est, In prima Ecclesia post Baptismum in adulterium aut simile quid prolapsos nunquam ad communionem restitutos; aliorum criminum reos, putà incestûs in novercam, diutiùs tamen abstentos quàm fuit intervallum illud temporis intra scriptionem priorem & hanc alteram ad Corinthios. Sed in eo cum multis aliis fallitur quòd agi hîc putat de restituenda communione, cùm agatur de auferendo morbo quem ei Satanas ad preces piorum Corinthiorum immiserat [t].) *objurgatio* (vel, *increpatio*, Er. Be. vel, *castigatio*, G. vel, *mulcta*, sive *pœna*, E. Pi. Ham. nempe traditio Satanæ, 1 Cor. 5. 4 [v]. publica illa separatio ab Ecclesia [x]: vel potiùs, suspensio donec insignem ejus resipiscentiam Paulo significâssent, ut apparet ex eo quòd dicit istam ἐπιτιμίαν sufficere. Nam si Satanæ traditus fuisset, ulteriùs progredi non potuissent, nè si voluissent quidem [y]. Verùm id non dicit de excommunicatione, sed de excommunicationis tempore, quod sufficere dicit; q. d. Jam satis diu excommunicatus fuit, tempus nunc est ut in Ecclesiam recipiatur, &c. Excommunicationem autem hîc intelligi docent sequentia, quòd hortatur eos ut *illi condonent*, i. e. desinant eum mulctare; & *ut eum consolentur*, *nè absorbeatur tristitiâ*, v. 7. At unde tristitia nisi ex excommunicatione? & quòd laudat eos v. 9. quòd fecissent id quod jusserat, 1 Cor. 5. Puto ergò ἐπιτιμίαν hîc non poni pro ἐπιτίμησιν, *objurgationem*, sed pro ἐπιτίμιον, *mulctam* [z]. Pœnæ Canonicæ ἐπιτιμία [a]. Reperitur eo sensu sæpe in Conciliorum actis, & apud Chrys. De sacerdotio. Sufficit, inquit, si abstineatur à communione, & σκληραγωγίαι quædam ei adjungantur. Eas si suscipiat licebit pro eo precari. Vide 1 Joh. 5. 16 [b]. Ἐπιτιμία, i. e. Ἐπιτίμησις· quâ voce declaratur non simplex reprehensio, sed cum exprobratione conjuncta, quæ generali nomine *censura* vocatur: ἐπιτιμία verò irrogatam mulctam declarat [c].) *hæc*, vel *ista*, (sub. *facta*, sive *profecta*, P. Er. V. Be. Pi.) *à pluribus*, P. vel, *pluribus illis*, Be. vel, *amplioribus*, sive *majoribus*, h. e. præstantioribus, ut πλεῖον sumitur Matth. 12. 41, 42 [d]. id est, à senioribus Ecclesiæ Corinthiacæ *, à Presbyterio [f], ut fieri solebat more Judaico [g]: Vide Luc. 22. 66. Act. 22. 5. item Act. 15. 6, 12, 22, 23 [h]. Restitutum enim jam erat Corinthi Presbyterium, & cum eo disciplina, quæ per schismatum distractiones cessaverant [i]. Vel, *sub multis*, sive *coram multis*, ipsis scilicet *congregatis*, &c. 1 Cor. 5. 4. Potestas quidem collata est in Apostolos & gubernatores Ecclesiæ, 1 Cor. 5. 3, 4. res tamen ad majorem solennitatem coram toto cœtu transacta erat [k]. A pluribus, id est, à vobis omnibus, cum detestatione sceleris illius ejectus est [l].

7. *Ità*, &c. Ὥστε τοὐναντίον μᾶλλον ὑμᾶς χαρίσασθαι καὶ παρακαλέσαι] *Ità* (vel, *Adeò*, Er. &c.) *ut è contrario* (vel, *è diverso*, Er. Il. Ti. Ut pro eo quod illum severè ulti estis, nunc clementes sitis, &c [m]. Τοὐναντίον opponitur ei quòd videri posset de omnibus queri; q. d. *Nihil vos accuso nunc ut nimiùm remissos: Imò ad lenitatem ultra hortor* [n].) *magìs* (vel, *potiùs*, Be. Ca. Pi. μᾶλλον deest in MS. subintelligitur autem *velim* [o].) *vos condonare* (vel, *condonetis*, P. Ca. Be. Pi. vel, *condonare* debeatis, Er. Il. Ti. V. sub. *aliquid*, Be. & sub. *ei*, Be. Pi. Tre. ex Sy. Ar. ut remittatis quicquid ei pœnæ reliquum est [p]; quod adhuc ab illo exigere jure possitis [q]:) *& consolari*, Mo. P. Er. V. &c. vel, eúmque *consolemini*, Be. Pi. lenitate & indulgentiâ [r]; h. e. eum jam satis afflictum benignè recipiatis in gremium Ecclesiæ: hæc enim propria est excommunicatorum pœnitentium consolatio †. Al. *Condonare & solari* hoc loco est, Deum orare ut morbus ille desinat. *Solvere peccata* etiam de privatis dici notavimus ad Mat. 18. 18. χαρίζεσθαι hîc respondet מחל [forsan legendum חמל] Vide 2 Mac. 4. 32 [t]. ¶ *Nè*, &c. Μήπως—καταποθῇ, &c.] *Nè quo modo—absorbeatur vir hujusmodi*, P. Be. Pi. &c. i. e. immodico mœrore obruatur, & desperet [v], & totum se mundo dedat, ab ipso solatium quærens [x]. Καταπίνειν hîc est בלע, quod propriè quidem est *absorbere*, translatè vero, quovis modo *perdere*, ἀπολλύειν· quomodo & interdum vertitur illud בלע. Si ad morbum accedat animi cruciatus, facilè indè mors sequi potest. De illo novercæ marito hîc agi censet & Orig. ad Psal. 37 [y].

8. *Obsecro vos*] Eos velut judices honorat ut eos mitiores reddat, quos sciebat esse propter id quod acciderat exulceratos. Alioqui ut præceperat excommunicare, ità præcipere poterat & absolvere [z]. ¶ *Ut*, &c. Κυρῶσαι, &c.] *Confirmare* (vel, *Ut confirmetis*, Tre. ex Sy. *Ut ratam faciatis*, P. Be. Pi. *Ut exeratis*, Ca.) *in* (vel, *erga*, E.) *eum charitatem*, Mo. &c. vestram, recipiendo eum in gremium Ecclesiæ [a]: ut irrita jam deinceps sit alienatio ejus, & rata conjunctio [b]: ut reipsâ charitatem exerceatis, & deinceps illum pro fratre agnoscatis [c]: ut publico Ecclesiæ judicio (quo ejectus fuit [d],) illum denuo pro fratre complectamini *. *Efficite ut charitas in*, vel *erga*, *illum valeat*, Er. Il. Ti. V. vel, *pondus & autoritatem habeat.* Loquitur enim velut ad Judices & concionem, quorum suffragiis eum absolvi velit. Nam κυρία *concionem* significat *in qua creantur Magistratus*, quæ Latini vocant *comitia*, & *jus aliquid agendi*, & *diem præstitutum*, & *eam sententiam quæ vicit in suffragiis*. Κῦρ@ autem significat *efficacem probationem*, seu *pondus & autoritatem sententiæ*, quæ κύρωσις dicitur. Aristot. Rhetor. l. 1. pacta priora vocat ἄκυρα, posteriora, κύρια, quòd prius pactum posteriore reddatur irritum & inefficax.

Margin notes, left column: t Dic. — v E. ex Chrys. — x Q. in E. — y Er. — z Me. — a T. ex Anselm. — b Zeg. — c Q. in Be. — d V. — * Ca. sic Dic. — f Dic. — g Ca. — h E. — i Pe. — k Cal. — l Be. sim. Cal. — m E. — n Vor. sim. P. &c. — o Vor. — p G. — q Ham. — r E. — † E. sic Me. — t G. — v Ham. — x Me. sim. E. — y Be.

Margin notes, right column: z Pi. — a G. sic Be. — b G. — c Be. — d Pi. — * Scl. sic Cal. Pi. — f G. Be. — g G. sim. Be. — h Be. — i G. — k Ham. — l Me. — m Be. sim. E. Me. — n G. — o Idem. — p E. sim. Me. T. — q Me. — r Me. ex E. — † E. — t G. — v Me. ex E. — x Me. — y G. — z E. — a E. — b Camer. — c Vor. — d Be. — * Be. sim. Me.

Line numbers in the gutter: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

ficax [f]. Is à cujus autoritate pendet aliquid κύριος dicitur. Hinc κύριαι ἀρχαὶ, id est, αὐτοκρατορικαί, ad quas respexit 2 Cor. 1.24 [g]. Alludit hîc ad judiciorum morem, quo sensu se ἐπαγγελεῖν, i.e. παράκλητον, sive advocatum, agere declarat [h]. Κυρῶσαι non significat utcunque *confirmare*, vel *constituere*, sed *authenticare*, h.e. cum authoritate decernere, & rem legitimè transigere [i], *ratum & authenticum facere* [k], & *veluti suffragiis comprobare* [l]. Κυρῶσαι propriè est, *alicui rei formam suam legitimam dare, ac sic eam ratam firmámque facere*; hîc per translationem est, *facto ostendere*. Nam qui hoc facit, is aliquo modo ratum facit quod in animo habebat. Factum autem quod hîc requiritur sunt preces totius Ecclesiæ pro illo graviter afflicto [m].

9. *Ideo enim scripsi*] Vel, 1. hanc Epistolam [n]: vel, 2. ea quæ sunt in prima Epistola, cap. 5 [o]. Quod non scripsi ut aut illum infamiâ, aut vos mœrore, afficerem, nec meæ potestatis ostentandæ causâ; sed, &c [p]. Aoristus [ἔγραψα] hîc significationem habet Plusquam-perfecti [q]: *scripseram*, V. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν, &c.] *Ut cognoscerem* (vel, *nossem experiendo*, G. sim. Tre. ex Sy.) *probationem vestrî* (i.e. ut probarem vos [r]: *ut vestrî periculum facerem*, Ca. Vor. Be. vel, ut sinceritatem vestram cognoscerem †. Δοκιμὴ est, *experimentum*, ut Rom. 5.4. 2 Cor. 8.2. & 9.13. & 13.3. Phil. 2.22. hîc verò per Metonymiam ipse animus qui ex periculo patescit [t].) *an* (sub. *scilicet*, Pi. vel, id est, *an*, P. Be.) *ad* (vel, *per*, G.) *omnia* (mihi ut Christi Apostolo [v]) *obedientes sitis*, Er. P. Be. Pi. &c. vel, *obedire velletis*, G. utrum sicut obedistis in eo excommunicando, sic & obediatis in recipiendo, quod utique lubentiùs à vobis fieri debet, &c [x].

10. *Cui*, &c. Ὧ δέ τι χαρίζεσθε, κἀγώ] Locutio concisa, ut alibi passim [y]. *Cui autem aliquid condonâstis*, (vel, *condonatis*, Er. P. Be. &c. ex æquitatis & lenitatis regulis [z]: vel, *donatis*, V.T. seu condonari & remitti à me petitis per Titum, ut infrà sequitur [a]: vel, *donabitis*, Me. sim. E. ex Tertul. & Primas. Videtur enim Apostolus Præsenti tempore uti cum extensione ad futurum [b].) *& ego*, Mo. P. &c. sub. *condono*, Er. P. Be. Pi. sim. Sch. Tanquam animo præsens sicut in illo Satanæ tradendo fueram, 1 Cor. 5.4 [c]. Sicut me vobis conjunxi ad excommunicandum, 1 Cor. 5.4. ità nunc quoque me vobis adjungo [d], illum absolvendo *; & quod me hortante feceritis, ipse etiam me facere declaro [f]. ¶ *Nam*, &c. Καὶ γὰρ ἐγὼ εἴ τι κεχάρισμαι, ᾧ κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς, ἐν προσώπῳ Χριστοῦ] In MS. est, quomodo & Latinus legit, καὶ γὰρ ὃ κεχάρισμαι, εἴτι κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς· ut post δι' ὑμᾶς iterum subaudiatur κεχάρισμαι ex superioribus. Simpliciùs legit Arabs, ὃ κεχάρισμαι, κεχάρισμαι δι' ὑμᾶς. Ostendit se jam præivisse condonando, sicut antè præiverat condemnando [g]. [Verba sic reddunt,] *Nam & ego si quid condonavi*, (i.e. si cui vestrûm, in grave aliquod delictum prolapso ac pœnitenti, condonationem aliquam fecerim: Utitur verbo præt. temp. vel, 1. quia jam apud se statuerat condonare: quomodo dixit 1 Cor. 5.4. *Jam judicavi* [h]. Vel, 2. quia aliis adhuc aliquando condonaverat [i]. Vel potiùs, 3. quia generaliter & indefinitè loquitur de condonatione seu facta, seu facienda [k].) *cui condonavi, propter vos* (in gratiam vestrî [l], veniam pro pœnitente rogantium [m]; vestrî causâ [n], pro publica salute & utilitate vestræ Ecclesiæ, nè scilicet illa detrimentum accipiat [o]; vestro bono, ut meo exemplo disceretis lenitate non minùs quàm severitate uti [p]. Sub. *condonavi*, Er. P. V. vel, *id feci*, Be. Pi.) *in conspectu Christi*, Er. P. Be. Pi. &c. i.e. verè & ex animo [q], bonâ conscientiâ [r], quasi inspectore Christo †. Verùm illud, *in conspectu*, nusquam Græcè exprimitur per ἐν προσώπῳ, sed per ἐνώπιον, ἐνώπιον, &c [t]. Vel, *propter Christum*, ut Hebr. מפני accipitur [v]: vel, *secundùm Christum*, vel, *in gloriam Christi*, Chrys. in Er. *in hac re Christum respiciens*, ut homines servem in fide Christi. Sic suprà 1.11. ἐκ πολλῶν προσώπων, *respectu multorum* [x]. Vel, *in persona Christi*, E. ex Vulg. Th. in Er. Vulg. i.e. ut Christi personam gerens [y], ejúsque Vicarius, qui docuit, *Quicquid nos in terris solverimus, id fore solutum in cœlo* [z]; vel, non secus acsi Christus ipse condonâsset [a]; vel, in nomine, vice & authoritate Christi [b]: ut suprà 1 Cor. 5.4 [c]. ut sicut in nomine Christi tradiderat eum Satanæ, sic in ejusdem nomine eum nunc absolveret [d]. Quòd si id faceremus in nostra persona, aut nostro nomine, *circumveniret nos Satan*, & in peccatum conjiceret. Peccaremus enim, si quod Dei est (videlicet peccata alteri condonare) id nobis usurparemus. Πρόσωπον autem pro *persona* ponitur & Gal. 2.6 *.

11. *Ut*, &c. Ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν, &c.] *Nè occupemur*, &c. Er. Il. Ti. P. i.e. possideamur & usurpemur velut ab injusto possessore Satana [f]. Vel, *superemur*, Be. Pi. sim. Ar. in Di. Πλεονεκτεῖν propriè est, *superiores*, sive *potiores, partes tenere* [g]. Sic Aristot dixit, πλεονεκτῶ τῆς τιμῆς, *plus honoris habeo, vinco honore*. Isocrates, οἱ δίκαιοι τῶν ἀδίκων πλεονεκτοῦσι, *justi injustos superant*. Hinc ἀδικεῖσθαι [omnino legendum πλεονεκτεῖσθαι] passivè est, *omnia inferiora habere*. Vide Stephanum [h]. Vel, *supplantemur*, Pi. *fraudemur*, vel *circumveniamur*, Ca. G. ex Tertul. Vulg. sim. Æth. Di. ex Sy. Metaphora à mercatoribus avaris, qui omnes fallendi occasiones captant [i]. Al. Est Metonymia. Nam qui alios circumveniunt, plus suo habere solent. Pari modo בצע, quod propriè est πλεονεκτεῖν, etiam *vulnerare*, & quovis modo *lædere*, significat. Sic & infrà hoc verbum sumitur, 12, 17, 18. Pluraliter autem loquitur, quia etiam unius exitium damnum est Christi & Ecclesiæ [k]. Condonandum suadet tum huic fratri, tum aliis à lapsu pœnitentibus, nè Satanas occasione nostræ nimiæ severitatis illos nobis eripiat & sibi vindicet [l], & in desperationem impellat [m], quò illi abjectâ fide se totos peccatis immergant [n]. ¶ *Non*, &c. Οὐ —— νοήματα ἀγνοοῦμεν] Non fine allusione dictum, q.d. *scientias nescimus* [o]. *Non enim illius machinationes* (vel, *intelligentias*, Mo. *conatus*, Ca. *cogitationes*, Er. Il. Ti. Tre. ingeniosas, vafras & ad fallendum compositas [p]: ejus dolos & fraudes [q]: nefanda consilia [r]. Heb. מזמות †, μεθοδείας, Eph. 6.11 [t].) *ignoramus*, P. Be. Pi. Intelligit artes & studia Diaboli, tum in genere semper in nostram perniciem intenta, tum speciatim istud [v], quo, prætextu justæ iræ adversus scelera, vellet nos summo rigore uti & inexorabiles esse, ut pœnitentes omni solatio & spe destituti animum despondeant, &c [x]. Successit postea hæc Diaboli fraus (jam prudenter elusa) quando suscitavit hæresin Novatianorum, qui prætextu disciplinæ Ecclesiasticæ lapsis ad Ecclesiam reditum per pœnitentiam negârunt: ex qua re multarum animarum sequutus est interitus [y]. Diversis modis hoc agit Satanas ut homines à Deo abducat, aut illecebris, aut injectâ desperatione. Vide infrà 11.3. 1 Pet. 5.8. Christiani veteres etiam eos quos ob gravia crimina ad communionem nunquam admittebant, nolebant tamen desperare de Dei misericordia. Tertul. De pudicitia, *Hæc erit pœnitentia, quam & nos deberi quidem agnoscimur multò magis, sed de venia Deo reservamur*. Multò magis ad tempus abstentis jubebant bene sperare [z].

12. *Cùm venissem——Troadem*] Troas erat, vel, 1. urbs illa, *Ilium & Troja* dicta [a]: vel, 2. regio ubi ea erat, h.e. Phrygia minor [b]. Spectat hoc ad historiam quam habemus Act. 20.6. 2 Tim. 4.13 [c]. ¶ *Propter Evangelium*, &c. ità Tre. Ca. Εἰς, &c.] *In*, vel *Ad*, *Evangelium*, Er. Mo. P. &c. sub. *prædicandum*, P. Be. Pi. &c. ¶ *Et ostium*, &c.] Id est, aditus patens & magnus [d]. Magna spes mihi data multos Christo acquirendi. Vide 1 Cor. 16.9 *. Καὶ hîc est, *quamvis* [f], ut postulat sententia, & ostendit mutatio constructionis [g]. ¶ *In Domino*] i.e. In negotio Domini [h]. *Per Dominum*, P. Pi. &c. i.e. Domino operante [i].

13. *Non*, &c. Οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν, &c.] *Non habui relaxationem* (vel, *remissionem*, Be. *requietem*, Ca. Tre. ex Sy. Ar. &c.) *spiritui* (vel, *spiritu*, Er. *in spiritu*, P.) *meo*, Mo. Er. P. &c. id est, animo meo, sive apud me [k]. Ἄνεσις *requiem animi* significat, Act. 24.23. infrà 7.5. & & 8.13. 2 Thes. 1.7 [l]. ¶ *Quòd non invenerim Titum*, &c.] Qu. Quæ causa cur absentiam Titi tam molestè tulit [m]? Resp. 1. Quia Titus ex occasione aliqua Corinthi fuerat, & bene exceptus, infrà 7.7, 13, 14. ideo ostendit Paulus & hîc & alibi quàm id sibi gratum sit [n]: Plurimi enim à se Titum fieri, ità ut absentiam tam boni adjutoris gravissimè tulerit [o]. 2. Quia Titum habebat Interpretem qui Divinorum sensum Pauli majestatem Græci eloquii digno explicaret sermone [p]. [De qua ratione vide si lubet E.] 3. Quia hunc Corintho exspectabat,

[f] Er. [g] Be. [h] Be. Scl. [i] E. [k] Scl. ex Be. sic Er. [l] Er. [m] G. [n] Me. Q in E. [o] G. sim. F. [p] E. [q] G. [r] V. † Vor. [t] G. [v] Idem. [x] E. [y] Sch. [z] G. [a] T. [b] E. [c] G. [d] E. sim. Me. T. * T. [f] E. [g] G. [h] E. [i] E. ex Caj. [k] E. [l] T. sic Dic. [m] T. [n] E. Me. [o] E. [p] G. [q] Be. [r] V. sim. Scl. † Be. Scl. sim. V. [t] E. [v] Be. [x] G. [y] Ca. E. Scl. [z] Ca. [a] V. [b] E. sic Vor. Scl. [c] Scl.

[d] E. * Ca. [f] Er. V. [g] Di. sim. Be. [h] Di. [i] Vor. [k] G. [l] E. [m] Me. sim. Scl. T. E. [n] T. [o] E. [p] Idem. [q] Me. [r] Be. † G. [t] G. [v] E. [x] T. [y] E. [z] G. [a] E. [b] Q. in E. [c] G. [d] Me. T. * G. [f] G. sic Ee. [g] G. [h] E. Me. [i] E. [k] Be. sic Me. [l] G. [m] E. ex Hi. [n] G. sim. Græci & Aquin. Carthus. L. &c. in E. [p] Me. ex Hi.

ctabat, & ab eo sperabat se cognoscere statum Corinthiorum, & an se ii quos reprehenderat emendâssent q. Ità ostendit se illos magnâ charitate complecti r, & de iis valde sollicitum esse †. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἀποταξάμενος αὐτοῖς] *Sed valedicens* (vel, *dimissis*, Er. Ti. V. *cùm valedixissem*, P. Be. Pi. Vox notat subitam rerum constitutionem unà cum valedictione t.) *illis*, Il. Mo. &c. Et hîc αὐτοῖς nomen non habet expressum quò referatur, sed subintelligitur nomen ex voce *Troadis* v. Intelliguntur enim (Christiani x) *qui erant Troade* y. ¶ *Profectus sum in Macedoniam*] Ut propior essem Tito, & eum ad me vocarem, infrà 8. 6, 16 z.

14. *Deo—qui*, &c. Τῷ θριαμβεύοντι, &c.] *Qui triumphat* (vel, *triumphum suum agit*, Er.) *nos*, D. E. ex Vulg. sic Mo. Victis nobis, qui prius hostes ejus fuimus. Sic in Latio, *Triumphavit Mumius Achæos*, i. e. victis Achæis a. Vel, *de nobis*, Er. D. ut Col. 2. 15. θριαμβεύσας αὐτοὺς, *triumphans de illis* b. Vel, *per nos*, Er. Zeg. *Qui triumphare nos facit*, V. Gua. sic Il. P. Ca. Be. Pi. scil. vel electos veritatis obedientiæ subjugando, vel reprobis os obstruendo veritatis apertâ luce c: Qui facit ut omnia adversa superemus d, victoriam concedens *. Qui nos ministros in omni pugna cum Diabolo & hominibus non solùm victores efficit, sed & ex victoriis illustres, velut publicè triumphum agentes f; & tanquam triumphali currui impositos spectandos omnibus exhibet g. In Christo triumphamus, ut solent legati & milites participes esse ducis triumphi h. Hebraismus. Kal neutrum pro Hiphil transitivo i. Verum est quod viri eruditi notârunt, θριαμβεύειν hîc esse pro Hiphil, sicut βασιλεύειν est, *facere ut quis regnet*, 1 Sam. 8. 22. & 12. 1. & 15. 35. & σπουδάζειν, *ad festinandum incitare*, Esth. 6. 14 k. & *postulare*, Rom. 8. 26. pro, *facere ut postulemus* l. Respondet autem θριαμβεύειν verbo הגביר. Ità videntur accepisse hoc verbum Sy. & Amb m. ¶ *In Christo*] Sive per Christum ejúsque gratiam: sive in negotio fidei & religionis Christi n. ¶ *Odorem notitiæ*, &c.] Famam & cognitionem sui o suavissimam p, & odoris instar quaquaversum se spargentis q. Alludit, vel, 1. ad unguentum illud odoratum quo ungebatur summus Sacerdos, Exod. 30. 23. Psal. 133. 2 r. vel, 2. ad incensum & suffitum sacrum †: vel potiùs, 3. ad illud Cant. 1. 3. ubi Sponsa de Sponso suo, h. e. Christo, dicit, *Nomen tuum sicut unguentum*, &c. confer Eccles. 7. 1 *. Per *bonum* autem *odorem* hîc significatur bona fama, Jer. 48. 11. Ose. 14. 7. sicut per *malum odorem* mala fama, Gen. 34. v. 30. Exod. 5. 21 v.

15. *Christi*, &c. Χριστοῦ εὐωδία, &c.] *Christi bona fragrantia* (vel, *suavis odor*, Tre. ex Sy. Ca.) *sumus* (Ità se vocat causaliter ut qui de se bonum odorem emittunt x. q. d. Bonam famam Christi ejúsque Evangelii tum verbo tum exemplo spargimus y.) *Deo* (scil. Patri z, i. e. in honorem Dei a:) *in iis qui servantur*, & (subaudiendum hîc κακωδία, *malus odor*, ex vi contrariorum: qualis ellipsis contrarii, 1 Cor. 14. 34. 1 Tim. 2. 12. & 4. 3 b. Sed absit ut fateamur bonos Christi ministros esse aut spargere malum odorem Deo propter malitiam incredulorum. ʻNotum est autem bonum odorem aliis esse salutarem, aliis lethalem c.) & *in iis qui pereunt*, P. Be. Pi. suâ infidelitate & peccatis d. Pii bene de Apostolis & Evangelio loquuntur, & impii malè. Vocantur autem ex eventu pii οἱ σωζόμενοι, Act. 2. 47. contrà impii οἱ ἀπολλύμενοι, 1 Cor. 1. 18 *. Deus non ex eventu, quem solum ipse habet in potestate, sed ex fide & diligentia, æstimat servorum suorum opera f. Εὐωδία solent nobis esse gratissima, ut contra δυσωδία nobis sunt ingrata & molesta. Hinc ea quæ sub Lege adolebantur super altari dicuntur passim adoleri לריח ניחוח, quod Lxx semper reddunt, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. His ergò comparat Evangelium, ut significet, nihil Deo gratius esse illius prædicatione g.

16. *Aliis*, &c. Οἷς μὲν ὀσμὴ, &c.] *His quidem* (scil. incredulis h, sub. *sumus*, Pi.) *odor mortis* (i. e. lethalis i) *ad mortem*, P. Be. Pi. &c. scilicet æternam k, nempe per accidens l, & suâ culpâ m. Hîc prior vox θανάτου qualitatem significat, ut 2 Reg. 4. 40. altera eventum significat. Sunt odores quidam tam mali ut etiam exitium adferant, ut Averni & Asphaltitæ halitus. Fama illa mala de Evangelio credita multis adfert perniciem æternam. In MS. ἐκ θανάτου εἰς θάνατον· nimirum quia mala illa fama autores habet homines in peccatis mortuos n. ¶ *Aliis* (vel, *Illis*, P. Be. &c. nempe electis o,) *odor vitæ*, &c.] i. e. Vitalis p, gratus, salutaris, qui beatam parit immortalitatem q. Sicut odores quidam animo defectos velut in vitam restituunt, ità bona de Evangelio fama eos qui eam hauriunt perducit ad vitam æternam. Et hîc MS. habet, ἐκ ζωῆς· nimirum quia bona illa fama est à Deo autore vitæ. Simile loquendi genus, ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, Rom. 1. 17. & infrà 3. 18. ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν· & ità hoc & præcedens membrum legit Clemens Alexandrinus r. Ὀσμὴ est id quod Rabbinis סם, Jer. 11. 19. *pharmacum*. *Vita* & *mors* in Scriptura usurpantur per translationem ad ea significanda quæ in suo genere ingrata sunt & molesta, vel grata & jucunda. Vide 2 Reg. 4. 40. Eccles. 10. 1. Quare ὀσμὴ θανάτου est, *pharmacum mortiferum*; sunt enim venena quædam quæ solo odore necant: & ὀσμὴ ζωῆς, *pharmacum salutiferum* †. Fragrantia boni unguenti columbam vegetat, scarabæum necat t. Lumen Solis oculos sanos recreat, debiles offendit. Ignis aurum purgat, stipulas absumit. Confer Luc. 2. 34 v. ¶ *Et*, &c. Καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός;] *Sed ad hæc* (quæ dico præstanda x; scilicet ut bonam famam Evangelii de se spargat apud omnes y. Intelligit illa præclara opera Paulo allegoricè descripta z. Vel, ad Christum purè annunciandum a.) *quis idoneus?* Be. Pi. i. e. qui reipsâ talem se præbet b? q. d. Perpauci sunt c. Rem arduam esse significat d. Per prolepsin arrogantiæ suspicionem à se removet *. *Quis*, &c. sub. *nisi Titus*, V. [Sensus est, q.d.] Quàm difficile est hoc quod nos præstamus, qui & tot adversa & pessimos de nobis rumores Christi causâ contemnimus? Huic quæstioni responsio subjicietur, infrà 3. 5. Nam quæ intercedunt explicatio sunt difficultatis f.

17. *Non*, &c. Οὐ γὰρ—καπηλεύοντες, &c.] *Non enim* (Objici poterat, Dicis, *Quis idoneus?* Quasi verò difficile esset istud facere quod tu facis, h. e. Christum docere. Fateor, inquit Paulus, de Christo garrire & eum perfunctoriè docere ac quæstui habere, non est difficile: at id rectè facere valde arduum est g. Sub. *sumus*, Ca.) *ut plurimi* (vel, *plerique*, P. Be. Pi. *reliqui*, D. ex Sy. sim. Er. nempe pseudo-Apostoli & Satanæ ministri h, vel Gnostici i. Tangit manentes adhuc Corinthi malorum reliquias in Doctoribus magìs quàm in populo k.) *cauponantes* (vel, *venundantes & venditantes*, Hi. in Er. *adulterantes*, Vulg. *mixturâ adulterantes*, Tre. ex Sy.) *verbum Dei*, Mo. sic Er. Il, P. Be. &c. i.e. callidè, & avarè, & minùs sincerè tractantes l, ut explicatur 2 Cor. 4. 2. Confer Esa. 1. 22 m. vel, 1. eo abutentes ad quæstum n, turpe lucrum ex eo venantes o: vel, 2. corrumpentes illud mixtione falsitatis p, sive suorum phantasmatum q, quæstûs gratiâ r, verbum Dei ad quæstum suum inflectentes & accommodantes t, ut caupones lucrandi studio mixta pro meris, & vitiata pro sinceris, vendunt t. Κάπηλος est, *qui esculenta & poculenta vendit*, ut diximus ad Sirach. 26. 24. Hinc transferri cœpit ad omnia quæ quæstui habentur v. Sic καπηλεύειν, *cauponari*, πάντα τὰ πράγματα, *res omnes*, dixit Herodotus; & εἰρήνην, *pacem*, Herodianus; & *bellum*, Ennius x; & τὰ μαθήματα, Plato; & τὴν σοφίαν, alius y. Pari modo eos qui Evangelium habent quæstui χριστεμπόρους vocat Ignat. ad Tral z. & χριστοκαπήλους, Nazianzenus. Budæus quoque καπηλευόμενος exponit κιβδηλευόμενος, *adulteratus* a. Veteres omne insincerum ac fraude vitiatum κάπηλον appellant. Hinc in Etymol. Græc. κάπηλα φέροντες τεχνήματα, id est, *cauponia proferens artes*, quia hoc hominum genus plerumque insincerum est, utpote quæstu metiens omnia b; ideóque infames semper sunt habiti, sicut & mangones c. Κάπηλοι dicti παρὰ τὸ κακύνειν τὸν πηλὸν, *à corrumpendo vino* d. Hîc autem videtur Apostolus persistere in metaphora illa ab unguentis pretiosis, in quibus adulterandis magnæ erant & lucrosæ mercatorum imposturæ *. Vide 2 Cor. 4. 2 f. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ὡς ἐξ εἰλικρινείας, &c.] *Sed ut ex* (vel, *ut qui ex*, ut repetatur οἱ g.) *sinceritate* (sub. *prædicantes*, Er. Verùm non est imperfecta oratio, sed cohæret hoc cum seq. λαλοῦμεν h. Vel, *tanquam qui in veritate*, Tre. ex Sy. prorsus ex animo sincero i. *Sed sincerè*, G. id est, tanquam sinceri Evangelistæ, non cauponantes, &c k. Ὡς non tam similitudinem quàm rei veritatem

Marginal notes (left column): q Me. sim. E. ex Primas. Sedul. &c. T. Dic. Cal. · Me. † Cal. t Vor. sim. Scl. ex Be. E. v G. x Me. y G. Me. z G. sim. T. · a D. · b Idem. · c Scl. · d G. · * Me. T. · f E. · g Di. · h Be. ex Er. · i E. · k G. · l Ga. ex Ribera. · m G. · n Me. · o E. sic Me. V. · p V. · q E. · r G. sim. Be. · † Be. in Cap. · * Cap. · v G. · x E. · y T. sim. E. Me. · z Er. · a G. T. · b G. · c E. · d Me. · * G. · f Be. · g Cap. · h Cap. · i E. sic V. · k E. · l Vor. Scl. · m Me. E.

Line numbers (right column): 10 · 20 · 30 · 40 · 50 · 60 · 70

Marginal notes (right column): n G. · o E. · p E. sic V. · q E. · r G. · † Cap. · t E. ex Oecum. · v E. · x Idem. · y E. sim. Me. T. · z Vor. · a V. · b E. · c E. Er. · d Er. · * Vor. · f G. · g Ca. · h E. · i Ham. · k G. · l Be. sim. D. · m Be. · n Er. sim. V. · o D. sim. Scl. · p E. sim. Me. T. · q Scl. · r T. sim. E. Me. · † E. · t E. sim. Be. · v G. · x D. G. · y D. · z G. · a D. · b Er. · c Be. · d Scl. ex Jun. sic Be. · * Be. · f G. · g Q. in Cas. · h Be. · i Vor. · k E.

tem hîc significat [l], estque *caph veritatis*, ut vocant Hebræi [m]: Sic ὡς Joh. 1. 14 [n]. & καθάπερ, 2 Cor. 3. 18 [o].) *sed ut ex Deo*, (i. e. sicut processit ex Deo [p]; ex Dei instinctu, vel Dei beneficio [q]: vel, tanquam profectum & acceptum à Deo [r]: vel, à Deo jussi [†].) *in conspectu Dei* (Deum testem ac judicem [t] præ oculis habentes [v]: inspectore Deo, cui nihil vitiatum placere potest [x].) *de Christo*, &c. P. Be. Pi. &c. Ἐν χριστῷ] *Per Christum*, Er. E. &c. *In Christo*, E. ex Vulg. G. i. e. Christi nomine, tanquam legati ipsius, infrà 5. 20 [‖]. Simpliciter peccata reprehendimus, pœnitentes erigimus. Non ut illi, qui, ut suo quæstui studeant, etiam vitam non emendantibus Dei veniam pollicentur, Deo id non probante, 2 Tim. 3. 6 [y]. Ego puto Evangelicæ prædicationis materiam significari, eámque tam pretiosam ut adulterare sit prorsus nefas [z].

[l] Vor. ex Be. Scl. [m] Be. sic G. Scl. [n] Be. Scl. [o] Be. [p] Be. ex Ar. Scl. [q] Vor. [r] E. V. [†] G. [t] E. [v] E. G. sim. V. [x] Me. [‖] G. sim. E. [y] G. [z] Be.

CAP. III.

1. INcipimus, &c. Ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν;] *Incipimus* (nos Paulus & Timotheus, quorum nomine scripta est Epistola [a]. Ἀρχόμεθα positum est pro, *Opúsne est ut incipiamus?* & interrogatio pro negativa, q. d. Minimè id opus: cum quo sensu bene cohærent sequentia [b].) *rursus* (Illud πάλιν spectat ad ea quæ sunt in priore Epistola [c], ubi multa dixerat quæ ad ipsius commendationem spectare viderentur [d], ut 1. 12, &c [*]. & 5. & 9. & 14. puto etiam ad ea quæ erant in Epistolis quæ nunc periere [f].) *nosipsos commendare?* P. Be. Pi. vel, *certiores facere?* Be. ex Sy. & Ar. vos scil. de nobis, vel, vobis indicare qui simus: quo significatu hoc verbum usurpatur infrà 6. 4. & 7. 11. & apud Græcos idoneos scriptores [g]. Cohærent hæc cum superioribus: itaque nova sectio hîc non erat facienda. Cùm enim cœpisset ostendere quàm esset difficile omnes partes implere hominis verè & solidè Christiani, & ob id quædam de se quasi coactus commemorâsset, reprimens se, nè diutiùs hunc sermonem continuet, ait, non opus eo esse apud Corinthios qui testes fuissent suæ integritatis, laboris & constantiæ [h]. Nè in præced. sinceritatis suæ commemoratione videretur suæ gloriæ studere, suspicionem hanc repellit. Non hoc, inquit, dicimus, ut vestram benevolentiam nostro commodo captemus [i], aut tanquam volentes nos vobis aut aliis commendare [k]: id quod post tot nostra de vobis merita supervacaneum fuerit. Congruit huic sensui quod sequitur [l]. ¶ *Aut*, &c. Ἢ μὴ χρῄζομεν, ὥς τινες, συστατικῶν ἐπιστολῶν, &c.] Sic lego ex Vulg. Sy. Ar. & uno vet. cod [m]. Cætera exempl. legunt εἰ μὴ, id est, *nisi*, quomodo vertit Interpres Theophylacti: tametsi interdum usurpatur pro *num*, *numquid*, quod meliùs congruit [n]. Illud, εἰ μὴ, est formula objicientis sibimet id quod facillimè solvitur. Utitur sic voce *nisi* sæpe Cicero, & alii [o]. Al. Εἰ μὴ exponendum per εἰ καὶ μὴ, & nulla hîc interrogatio est. Sensus, q. d. Ego me denuo commendare incipio, licèt commendatitiis literis non egeam [p]. [Verba sic reddunt,] *Num* (vel, *Aut num*, Be. Pi.) *egemus, ut nonnulli*, (ut alii minùs noti [q]. Taxat Pseudo-apostolos [r], qui literis commendatitiis sese passim Ecclesiis venditabant [†].) *commendatitiis epistolis apud* (vel, *ad*, Er.) *vos, aut à vobis*, &c? Er. P. Be. Pi. quæ ab aliis profectæ commendent nos vobis, aut à vobis profectæ commendent nos aliis [t]. Commendatitiis literis utrinq; opus inter ignotos. Multa talium Epistolarum exempla: apud Ciceronem non pauca, & apud Nazianz. & Isidor. [v], & Zozom. 5. 5. Synesium & Phavor. [quorum verba vide in Cl. Ham.] In iis commendabant Christianos peregre euntes Ecclesiis aliis, ut illis hospitium præberent, &c. Moris hujus origo ab Ethnicis, qui habebant *tesseras hospitalitatis*, & Tertul. phrasin servat, *contesseratio hospitalitatis* [x].

2 *Epistola nostra vos estis*] Quâ scilicet commendemur. *Nostra* dicit pro *mea*, vel modestiæ causâ, vel quòd pari studio essent collegæ ejus [y]. Solet Paulus ex vocibus præcedentibus occasionem captare eas transferendi ad aliquid μυστικώτερον. [Sensus, q. d.] Ego Evangelium vestris inscripsi animis. Et dat totius nomen parti. Nam ipsos dixit, & ostendit se loqui de eorum studio & affectu [z]. Satìs me commendat conversio & conversatio vestra [a]; vel studium nostrum curandæ salutis vestræ [b]; vel quòd operâ nostrâ Christum didicistis, qui in vobis tanquam in Epistola descriptus est & legitur [c]. ¶ *Scripta* (intellige per memoriam & affectum [d]) *in cordibus nostris*] q. d. Eam in intimo quasi sinu altissimè defixam gesto [*], & ubique circumfero & pro mei commendatione exhibeo quibus volo [f]. ¶ *Quæ*, &c. Γινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη, &c.] Amat & παρονομασίας Paulus, ut infrà 4. 8. Priùs *agnoscitur* manus, deinde *legitur* Epistola. Sic Corinthios Christianos omnes sciebant esse Pauli discipulos: deinde videbant sensus ipsius in illorum vita expressos [g]. *Quæ intelligitur & legitur*, &c. Be. Pi. &c. Quam Epistolam omnibus in promptu est inspicere & legere: perinde ut literas patentes omniúmque oculis expositas. Confer 1 Cor. 9. 2. *Signaculum Apostolatûs mei vos estis*, &c. Hoc autem dicit propter famam fidei Corinthiorum latè dispersam [h].

3. *Manifestati*, &c. Φανερούμενοι, &c.] Refertur hoc ad illud, ὑμεῖς ἐστε [i]. Passivum hoc est pro reciproco, quod Hithpael Hebræi vocant. Sic φανεροῦσθαι est התראה. Simul est hîc ἐπανόρθωσις quædam, qualis suprà c. 15. v. 10. Nam cùm Corinthios dixisset *suam esse epistolam*, ut invidiam dicti mitiget, dicit eos esse *epistolam Christi*, sed *suo scriptam ministerio* [k]. [Verba sic reddunt,] *Dum declaratis* (vel, *palàm fit*, P. Pi. sim. Be. vel, *agnoscimini*, Tre. vel, *manifestatis*, vel *manifestamini*: Verbum enim medium est [l]. Vel, *manifestati*, Mo. Vulg. sim. Ar. Verbum hoc passivè accipiendum est. Et hujusmodi Participia Hebræis Infinitis, quæ Gerundia vocamus, respondent [m]: q. d. de quibus manifestum est [n]. Vel, *Estque perspicuum*, Ca.) *quòd estis epistola Christi*, Er. Il. Ti. i. e. quòd in vobis ministerio nostro descriptus est Christus [o]. ¶ *Ministrata*, &c. Διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν] Et hæc est compendiosa locutio: nam *ministratam à se & suis adjutoribus* dixit, pro, *suo ministerio perscriptam*. Christus dictaverat Epistolam, Paulus tabellio fuerat [p]. *Subministrata* (*Administrata*, Ca.) *à nobis*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. &c. i. e. nostro ministerio conscripta. Christus hujus Epistolæ præcipuus est auctor [q]. ¶ *Scripta non atramento*] Ità Er. P. Mo. Be. Tre. Ca. &c. Quomodo scribi solent hominum literæ [r]. Οὐ μέλανι] Μέλαν est sepiæ cruor [†]. ¶ *Sed Spiritu* (Sancto scil. ejúsque afflatu [t]:) *Dei vivi*] Dicit *vivi*, vel, 1. ut denotet virtutem Dei vivificam ad regenerandos animos [v]: vel, 2. quia de Epistola viva & animata loquitur [x]. ¶ *Non in tabulis lapideis*] Ut olim Lex Mosis, Exod. 24. 31, 32 [y]. Quo adumbrata est humani ingenii summa durities. Vide Ezec. 11. 19. & 36. 26 [z]. Evangelium non humanis tantùm literis præfert, sed & Divinis antiquioris temporis. לחות, Exod. 31. 18. πλάκες. Unde & Orphicorum scriptor dixit δίπλακα θεσμόν [a]. ¶ *Sed in tabulis cordis carnalibus*] Vel, *carneis*, Er. P. Be. Pi. &c. i. e. mollibus [b], instar carnis seu cordis humani, facilibus & promptis ad obedientiam [c], & à Spiritu Dei subactis [d]. Illud σαρκίναις alludit ad materiam cordis, quæ est *carnea*, sed propriè significat animos ductiles, & non saxeos [*]. *Carnale* hîc non opponitur spirituali, ut alibi passim, sed ei quod durum est [f]. Σάρκινον distingui debet à σαρκικὸν [g]. Ostendit impletum illud Jer. 31. 33 [h]. Similis oppositio apud Plutarchum, & apud Dionem Prusæensem. [Utriusque verba pete ex G.] In Lege veteri scriptum præcipuum est; vocalis institutio ei servit: In Evangelica vocalis institutio præcipua; scriptura ei custodiendæ servit [i].

4. *Fiduciam* (vel, *Spem*, Æth. Ar. Persuasionem [k], de ministerii nostri efficacia [l], cum animi confidentia [m]. Πεποίθησιν metonymicè posuit pro gloriatione quæ ex fiducia nascitur [n]. Sic πεποιθέναι, *confidere*, pro gloriari, Rom. 2. 19. 2 Cor. 10. 7 [o].) *autem talem* (quâ tam fidenter gloriamur [p], vos nostram esse Epistolam, &c [q]. quòd audemus tam magnifica de nobis prædicare [r]:) *habemus per Christum* (Christi beneficio & merito [†],) *ad* (vel, *erga*, Er. Tre. *apud*, P. Be. E. &c.) *Deum*] i. e. In Deum sperantes per gratiam Christi [t]: *apud Deum*, à quo ministerii nostri præmium exspectamus. Τὸ, *apud Deum*, significat veram & solidam gloriandi materiam, ut quæ probetur & remuneretur in judicio Dei [v]. Hic post

[a] Be. [b] G. [c] G. sim. E. [d] E. [*] Pi. [f] G. [g] Be. [h] G. [i] E. [k] E. Me. [l] E. [m] Be. sim. E. [n] E. [o] G. [p] Vor. [q] G. [r] Scl. E. Me. [†] Scl. sim. E. [t] Er. [v] G. [x] Ham. [y] Er.

[z] G. [a] Me. sim. E. T. Vor. [b] Er. [c] V. [d] E. Me. [*] T. [f] E. [g] G. [h] E. [i] G. sim. Camer. Be. [k] G. [l] Er. [m] Be. [n] Me. E. [o] V. [p] G. [q] E. Me. [r] G. sic E. [†] G. [t] Me. [v] Be. [x] E. [y] E. sim. Be. Me. [z] Be. [a] G. [b] E. T. Vor. [c] E. [d] Vor. [*] G. [f] E. [g] Vor. [h] G. sim. Be. [i] G. [k] Vor. Me. [l] Vor. sim. Be. [m] Me. [n] E. ex Th. [o] E. [p] G. [q] Zeg. sim. E. Me. T. [r] Scl. sim. Be. [†] T. [t] Me. [v] E.

post παρενθήκην repetit sermonem quem habuimus suprà 2. 16. *Quod dixi vix esse ut præstetur, id tamen præsto, & præstiturum me deinceps confido, non viribus nativis, sed iis quas Deus per Christum promisit credentibus* [x].

5. *Non*, &c. Οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν ἀφ' ἑαυτῶν λογίσασθαί τι, ὡς ἐξ ἑαυτῶν] *Non quòd idonei* (vel, *sufficientes*, Vulg.) *simus ex nobisipsis* (i. e. ex propriis naturæ nostræ viribus [y]: vel, *per nos ipsos*, Ca. Be. Pi.) *cogitare* (vel, *vulgare*, i. e. docere verbum salutis [z]: *cogitare*; quod est minima ferè pars boni operis: quantò minùs velle [a], & agere aut exsequi. Λογίζεσθαι non est simpliciter apprehendere, sed cum deliberato rationis judicio & voluntatis affectu, ut Phil. 4. 8 [b].) *quicquam* (scil. boni, ut Joh. 15. 5. *Sine me nihil potestis facere* [c]. Synecdoche generis [d]; aliquid ad hanc rem pertinens, nempe ad hominum conversionem *, quod spectat Deum, Christum, aut fiduciam hujusmodi [f]: quippiam quod ad rem Evangelicam, aut omnino ad pietatem, pertinet [g]; quod verè bonum, vel virtuosum est, quódque juvat ad fidem, gratiam, conversionem, vel salutem [h].) *tanquam ex nobisipsis*, Er. Ti. sic P. Be. &c. sive nostris viribus [i]; i. e. ità ut ex nobis, non ex alio. Quod velle videtur sequens antithetum, *ex Deo*. Vel hoc addit, quia non ad hoc sufficiunt vires naturæ [k]. Ea quæ tot seculis incognita per Evangelium Deus patefecit, unde nascuntur vires tam eximia edendi opera, ejusmodi sunt ut nemini quamvis ingeniosissimo in mentem venire potuerint. Ideo autem cùm dixisset, ἀφ' ἑαυτῶν, repetit, ὡς ἐξ ἑαυτῶν quia potest homo ista capere, sed non ex se reperire. Talia sunt Verbi ἐνσάρκωσις, Crux Filii Dei, ejusdem mortui Resurrectio [l]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἡ ἱκανότης, &c.] *Sed idoneitas* (vel, *aptitudo*, Be.) *nostra* (ad tantam gratiam aliis etiam impertiendam [m]: vel, *si ad aliquid idonei sumus*, Er. sic Be. &c. sub. *id*, Er. Be.) *ex Deo est*, Er. V. &c. Deus est qui illis rationibus à se repertis nobis vires tantas indit [n].

6. *Qui*, &c. Ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους, &c.] *Qui & idoneos fecit* (vel, *reddidit*, Ca. Ἱκανοῦν habes & Col. 1. 12. respondens Heb. הכין, & magis etiam Rabbinico הספיק. *Deus nos ministerio tanto aptos non reperit, sed fecit.* Sic Saulus hic *factus est in virum alium*, ut olim alius ejusdem nominis, 1 Sam. 10. 6 [o].) *nos ministros* (vel, *ut essemus ministri*, P. Be. Pi. sic Tre. ex Sy. Vox διάκονος hìc generaliter sumitur, ut 1 Cor. 3. 5. Sic & διακονία, Act. 1. 17. & alibi sæpiùs. De nomine καινῆς διαθήκης vide Prolegomena nostra ad Evangelia [p].) *novi testamenti*, (id est, ad prædicandum Evangelium, &c [q].) *non literæ*, (id est, Veteris Testamenti [r], vel Legis Mosaicæ †, sive fœderis operum [t]: quam Legem *literam* vocat, utpote literis (tantùm [v]) descriptam [x]; vel in literis hærentem [y], lapideis tabulis insculptam, ut explicatur v. seq [z]. sine omni spirituali virtute ad præstandum quod jubet [a]: neque enim Moses de monte gratiam attulit [b], quâ corda mutarentur, &c [c].) *sed spiritûs*, Er. Mo. &c. id est, Novi Testamenti [d], sive Evangelii *, quod *spiritum* vocat, vel, 1. ob adjunctam Spiritûs S. virtutem [f], ad præstandum quod jubet [g], quia materia, argumentum, minister denique Evangelii est Christus seipsum non modò gratis offerens credentibus, sed & reipsâ insinuans: vel, 2. per antithesin ad veteres ceremonias crassas & corporeas, &c [h]. Moses scripturam in tabulis lapideis populo attulit; Apostoli verbum comitatum illustrioribus signis quàm Moses dederat, ut linguis, sanationibus, mortuorum resuscitatione, quin & potestate dona talia aliis conferendi: quod nunquam visum fuerat [i]. ¶ *Litera enim occidit*] Hominem scilicet [k], non quidem per se suóque vitio [l], sed per accidens: de quo vide ad Rom. 7. 7, &c [m]. vel, 1. quia morte violentâ punit peccantes [n]. Non placet: tum quia de morte æterna Apostolum agere constat ex collat. Rom. 7. ult. tum quia *Spiritus vivificans* de vita æterna accipitur, ut liquet [o]. Vel, 2. quia eos morti relinquit. Sicut החיה Hebræis, ζωοποιεῖν, dicitur de eo qui aliquem non interfecit, ut Exod. 1. 17. & Jud. 8. 19. sic *interficere* dicitur qui hominem morti relinquit, nec ab ea liberat. Hoc autem facit Lex Mosis, nulla habens promissa novæ vitæ secundùm ipsam viventibus, Joh. c. 6. v. 49. Gal. 3. 21 [p]. Vel, 3. quia convincit de peccato tantùm [q], quia nos occisos esse demonstrat, & mortis reos coarguit ‖, dictátque sententiam mortis in eos qui eam non implent [r]. Vel, 4. quia multitudine (& difficultate †) præceptorum urget ac premit [t], & ex occasione concupiscentiæ nostræ [v] peccatum auget [x], nec confert vires ad præstandum [y], utpote gratiæ præsidio destituta, atque ità facta est illis æternæ mortis occasio [z]. ¶ *Spiritus autem* (Dei scilicet [a], i. e. ministerium Evangelii [b], seu gratiæ [c], in novo fœdere [d], quod Spiritum cooperantem habet *,) *vivificat*] i.e. Confert justitiam, pacem [f], vitam supernaturalem, quâ quis potens redditur ad opera bona præstanda [g]; vitam denique æternam [h], quia fidem gignit in Christum [i]. Respicit prophetiam Jer. 31. 31 [k]. ubi Legem evanuisse dicit, quia populus eam minimè amplexus fuerit ex corde, promittit autem Spiritum regenerationis sub Regno Christi, qui Evangelium suum cordibus inscribat: cujus complementum Paulus gloriatur in sua prædicatione extare: ut agnoscant Corinthii quàm nihil sit loquacitas Thrasonum, qui apud illos frigidè declamitabant absque Spiritûs efficacia, quæ præcipua est & Evangelii virtus & laus ministrorum. Hæc autem non simpliciter de Lege & Evangelio prædicantur, sed quatenus unum alteri opponitur: nam & Evangelium non semper est spiritus, & sub Lege Spiritus operabatur, verùm non ex ministerio Mosis, sed ex Christi gratia, Joh. 1. 17 [l]. Ministerium Mosis hìc considerat non totum & absolutè acceptum, nam & Evangelii minister erat Moses populúmque ad Messiam respicere jussit; sed quatenus id erat ministerium Legis, &c. Spiritus autem cum Novo Testamento peculiariter connectitur, quia Christus tunc Evangelium prædicavit, & adimpleta atque patefacta sunt quæ sub V. T. occultata latebant [m], & quia placuit Deo efficaciam Spiritûs in Evangelio magis quàm in Lege exerere [n].

7. *Quod si*, &c. Εἰ δὲ ἡ διακονία —— ἐντετυπωμένη —— ἐγενήθη ἐν δόξῃ, &c.] *Quod si mortis* (i. e. Legis [o], quæ mortis causa sive occasio fuit [p], cujus omnia promissa morte terminabantur sine ulla spe restitutionis. Vide Levit. 26. Deut. 5. & 28 [q].) *ministerium*, (h. e. promulgatio [r]) *in literis* (i. e. non nisi in literis †, sub. *positum*, Be. Pi. & sub. *nempe*, Pi.) *informatum* (i. e. impressum & insculptum [t]) *in saxis*, sive *lapidibus*, (i. e. tabulis lapideis [v]: unde constat, non de ceremoniali tantùm Lege hìc agi, sed præcipuè de morali, utpote quæ sola tabulis lapideis conscripta sit. Confer Deuter. 4. 13, 14 [x]. Dicit ministerium Mosis *inscriptum fuisse saxeis tabulis*, quia illæ tabulæ ostendebant ipsum cui Deus eas tradiderat esse μεσίτην illius fœderis. Est ergò Metonymia causæ pro effectu. Ἐντυποῦν est חרת, κολάπτειν, Exod. 32. 15. ubi de eisdem tabulis agitur [y].) *fuit gloriosum*, P. Mosi scilicet [z]: vel, *in gloria*, Er. Vulg. id est, cum majestate ac splendore corporali [a], cum tonitru, tubâ cœlesti, terræmotu montis Sinai, splendore vultûs Mosis, &c [b]. [Sensus,] Si fuit gloriosum fuisse ministrum Legis in lapidibus scriptæ quæ mortem afferebat: vel, si tantus honor fuit Legi quæ damnabat [c]. ¶ *Ità*, &c. Ὥστε μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι, &c.] *Adeò ut non possent intueri* (vel, *oculos intendere*, Er. *intentis oculis intueri*, Be. Pi.) *filii Israel in faciem Mosis* (Legem ministrantis [d],) *propter gloriam* (i. e. fulgorem *, quem rectè *gloriam* dixit, quia & LXX verbum Hebræum קרן vertunt, ἦν δεδοξασμένη, & δεδόξασται [f].) *vultus*, sive *faciei*, *ejus*, P. Be. Pi. &c. insigniter radiantis ex consortio sermonis Domini, ut habetur Exod. 34 [g]. Bene explicat quod est Exod. 34. 30. *metuebant accedere ad eum*. Ideo enim non audebant accedere quia non poterant eum *contrà tueri*; quod est ἀτενίζειν, Luc. 4. 20. & 22. 56. Act. 3. 4, 12. & 6. 15. & 7. 55. & 11. 6. & 13. 9. & 14. 9. Vide dicta ad Exod. 34. 30. & 1 Cor. 11. 7 [h]. Nota, Apostolum à persona Mosis ad ejusdem doctrinam ea transferre quæ Exod. 34. 30. leguntur [i]. ¶ *Quæ*, &c. Τὴν καταργουμένην] *Evanidam*, Be. *Quæ* (scil. gloria [k]: sub. *tamen*, V. Cal.) *aboletur*, Er. V. vel, *abolenda erat*, P. V. Pi. Novi Fœderis superventu, Jer. 31. 31. Heb. 8. 8 [l]. quæ auferenda erat à Mose, eúmque morientem deseruit [m]; quæ claritas vultûs transitoria erat ac modici temporis [n]. Typus hic erat abrogationis Levitici ministerii [o]. Utitur præs. temp. hìc & mox v. 15. quoniam adhuc de hujus Veteris Fœderis abrogatione non omnibus constabat [p].

8. *Quo-*

Marginal notes (left column): x G. — y E. sim. T. — z V. — a Calv. — b E. — c Ee. Pi. — d Pi. — * Vor. — f J. Cap. — g E. — h T. — i Cal. — k E. — l G. — m Be. — n G. — o G. — p Idem. — q Me. T. — r Val. Zeg. — † V. sic E. Me. T. Be. Vor. — t Dic. — v Idem. — x Vor. Dic. — y Pi. Scl. — z Ee. — a Dic. sim. Scl. — b Cal. — c Be. — d Val. Zeg. sic E. Me. T. — * V. Pi. — f Vor. sim. Pi. Scl. Dic. E. V. — g Dic. sim. Be. Scl. E. Me. T. — h Be. — i G. — k Vor. sim. T. — l E. — m Vor. — n G. sic Græci in E. — o E. — p G. — q Dic. — ‖ Cal.

Marginal notes (right column): r V. sim. Dic. Zeg. ex Chrys. & Amb. Camer. — † T. — t Me. T. — v E. — x Zeg. — y Scl. sic T. — z Me. — a G. — b Dic. sic Scl. Ee. — c Dic. sic E. Me. T. — d Dic. — * Scl. — f Scl. — g T. — h Scl. V. G. &c. — i Pi. — k Calv. Vor. — l Calv. — m Cal. — n Calv. — o G. Me. T. — p Me. T. — q G. — r Me. T. — † Cal. — t Ee. sic Er. Zeg. Me. — v Be. Pi. sic Me. T. — x Scl. ex Be. — y G. — z Idem. — a Be. — b Me. T. — c V. — d E. — * G. sic D. — f G. — g E. — h G. — i Vor. — k Cal. Pi. Me. — l Be. — m Mo. — n E. — o Scl — p Be.

8. *Quomodo non—erit in gloria?*] Scil. spiritualis [q]: i. e. majorem & diuturniorem habebit gloriam [r], eam scilicet quæ in futurum seculum promissa; quæ licèt omnibus electis communis, longè tamen major continget idoneis N.T. ministris, ut per quos cæteri fuerint ad gloriam adducti [†]. *Quantò honoratius est ministerium illius Spiritus* qui arrhabo est vitæ æternæ [t]? Quantò magis doctrina Evangelica, quæ Spiritum administrat, erit in reverentia [v]? Cùm v. præced. tria Legi tribuerit, nempe quòd esset mortifera, quòd in saxeis tabellis scripta, quòd temporarium ejus ministerium, antithesin Evangelii in iis nunc instituit, &c [x].

9. Εἰ γὰρ ἡ διακονία, &c.] *Nam si ministerium condemnationis* (quod v. præced. *mortis* [y]: i. e. Lex quæ condemnat [z]. Lex enim destructa ab iis qui ante Legem fuerant & in Lege sunt tralatitia, nihil aliud quàm damnabat peccatum, i. e. fœditatem ejus faciebat apertiorem, Rom. 7. 7, 8. Gal. 3. 19. & seq. & plures occasiones peccandi dabat [a].) fuit *gloriosum, multò magis ministerium* (vel, ministrum fuisse [b]) *justitiæ* (i. e. Evangelii quod justitiam confert [c]; vel, justitiæ illius internæ, & ità Deo gratæ ut & ei vitam alteram eámque sempiternam polliceatur: de qua justitia vide Epistolam ad Romanos [d]. Vel, justitiæ Christi cujus imputatione ut justi coronamur, &c [*]. Nomine *justitiæ* intelligitur justificatio, sicut ex antithesi *condemnationis* apparet [f].) *abundat* (vel, *excellit*, V.) *in gloria*, P, sic Be. Pi. i. e. multò gloriosius erit [g]. Hîc illud δόξῃ construendum est cum περισσεύει [h].

10. *Nam*, &c. Καὶ γὰρ οὐδὲ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον, ἐν τούτῳ τῷ μέρει, ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης] Correctio est prioris dicti [i]. *Etenim* (vel, *Quandoquidem*, Il.) *quod glorificatum est*, vel *fuit*, (vel, *id quod splendidum fuit*, Ca. vel, *quod claruit*, Vulg. in Sina [k], in promulgatione Legis [l]: h. e. ministerium Mosaicum, etsi per se commendandum & gloriosum fuerit [m].) *ne glorificatum* (vel, *splendidum*, Ca.) *quidem fuit* (i. e. non dicenda est gloria [n]: prorsus ingloriũ, extinctum & quasi evanidum, fuisse videtur [o].) *hac in parte* (i. e. in hac comparationis materia [p], h. e. si comparetur Evangelio [q]: vel *in hanc partem*, i. e. causâ superantis gloriæ; q. d. Lex non fuit in gloria, quò eas partes consequeretur, ut gloriâ superaret Evangelium [q]. Vel, *in hac parte* idem est quod dicimus, En cest esgard, (hoc respectu,) i. e. respectu supervenientis fœderis melioris [r]:) *propter eminentem gloriam*, Er. vel, id est, *quod*, sive *quantum*, *ad superantem gloriam attinet*, Il. P. Pi. i. e. comparatione alterius ministerii [†], vel respectu Evangelii, utpote cujus gloria est supereminens [t]: vel, id est, *supereminentis illius gloriæ respectu*. Hoc additum ut explicaret quod dixit, *hac in parte* [v]. Vel, *si cum superante splendore conferatur*, Ca. *Quandoquidem nè glorificatum quidem fuit quod glorificatum est hac in parte, propter eminentem gloriam*, Ti. Sensus, q. d. Gloria Mosis in Sina nè quidem appellanda est gloria *hac in parte*; i. e. si comparetur cum splendore muneris Apostolici [x]; *propter excellentem* hujus *gloriam* præ illa Mosaica [y]. Illud δεδόξασται Syrus interpres non malè vertit, *Æquum non fuit honorari illud ministerium* (*quamvis per se honoratum*) *hactenus si ratio habeatur eminentioris gloriæ Evangelii scilicet reservatæ*, per tot dona spiritualia & promissa æterna. Ἐν τούτῳ τῷ μέρει hîc & infrà 9. 3. & 1 Pet. 4. 16. est *hactenus*, *in hoc*. Sic ἐν μέρει, Col. 2. 16. *quod attinet*, quomodo & Græci Scriptores dicunt, τὸ ἐμὸν μέρος, *me quod attinet*. Ἕνεκεν autem in significatu *comparationis* poni rectè ab aliis notatum est [z].

11. *Si*, &c. Εἰ γὰρ τὸ καταργούμενον] Διακονία quidem est fœmininum, sed constructio est ad rem; ut, *Triste lupus stabulis* [a]. *Nam si quod aboletur*, Pi. Er. vel, *abolendum erat*, P. V. Moses scil. & Lex [b], vel ministerium illud [c], cujus omnis fructus cum vita hac interibat [d]; vel quod cum Lege abolendum erat [*]. ¶ *Per*, &c. Διὰ δόξης] Fuit *gloriosum*, Il. P. Be. Pi. vel, *per gloriam*, Mo. Vulg. vel, *in gloria*, Er. Ti. Tre. ex Sy. *Cum splendore conjunctum est*, Ca. Διὰ hîc vel pro μετὰ, ut suprà 2. 4 [f]. vel pro ἐν, ut explicatur seq. membro. Idem ergo διὰ δόξης, & ἐν δόξῃ: nec mirum quia utrumque valet Hebræorum ב, & nihil aliud valent quam ἔνδοξον, vel, ut alibi, ἐνδόξως [g]. ¶ *Multò magis quod manet*] *Ministerium quod manet*, i. e. quod fructum habet perpetuum nunquam desiturum [h]: Lex nova Christi quæ durabit usque ad finem mundi [i]: Verbum Evangelii quod manet in æternum [k]. Siquidem major debetur gloria rebus mansuris quàm abolendis [l].

12. *Habentes igitur talem spem*] i. e. Quod nunquam abolebitur [m]: vel, quæ in æternum prominet [n]: vel, *spem* quòd Deus per nos [o], Apostolos [p], vel Novi Testamenti ministros [q], spiritum gratiæ diffundet in animos auditorum [r], nósque ità glorificabit deinceps præ Mose, ut fecit hactenus [†]. Cùm nos spem habeamus tam excellentis gloriæ quam ex nostro ministerio exspectamus [t]. ¶ *Multâ*, &c. Πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμεθα] *Apertè & agimus & loquimur*. Nam utrumque Syris פרהסיא, ut alibi diximus [v]. *Multâ libertate utamur*, Er. V. sic Amb. in E. sub. *dicendi*, *ut reveletur Christus*, V. Χρώμεθα quidem modò est exhortantis. Sed præsens locus postulat Indicativum. Nam hic & in seq. enunciative loquitur, sub exemplo fidorum Evangelii ministrorum, rectum ac legitimum illius ministerii (cujus excellentiam jam demonstravit) usum commonstrans [x]. Παῤῥησία est *loquendi libertas*, cùm palàm quis eloquitur quod sentit. Hoc ad Mosen refert, qui palàm & apertè non est ausus loqui, sed velatâ facie [y]. *Multâ fiduciâ* (vel, *libertate*, E. Me.) *utimur*, Vulg. nempe in Evangelio prædicando [z]. Id enim convenit luci & gloriæ Legis Evangelicæ [a]. Al. *Multâ in loquendo* (h. e. in prædicatione [b]) *evidentiâ* (vel, *perspicuitate*, Be. D.) *utimur*, P. Be Pi. Sic accipitur παῤῥησία, Marc. 8. 32. Joan. 10. 24 [c]. & Joh. 11. 14. & 16. 29 [d]. Quod Moses umbris obtectum indicavit Evangelium perspicuè declarat [*].

13. *Et*, &c. Καὶ οὐ καθάπερ—εἰς τὸ τέλος τοῦ καταργουμένου] Est ellipsis. Sensus enim plenus est, *Non ità se res nostræ habent ut cùm Moses faciei suæ velum imposuit* [f]. *Nec* (sub. *sumus*, P. Be. J. Cap. vel, sub. *facimus*, Er. Zeg.) *sicut Moses* (i. e. tales qualis erat Moses, ut Psal. 32. 9 [g].) *qui imponebat velamen* (κάλυμμα vertit, ut & LXX Heb. מסוה, Exod. 34. 33 [h].) *faciei suæ nè intuerentur* (oculis scilicet fixis & diu inhærentibus, ut solent amantes, & qui attentè audiunt loquentem. Id enim Græcè est ἀτενίσαι [i].) *filii Israel in finem ejus quod abolendum erat*, P. sim. Be. &c. vel, 1. Mosis [*], qui mortalis erat [k], & moriturus [l]; Christus autem immortalis [m]: i. e. nè viderent faciem Mosis, qui tandem finem accepturus erat & abolendus nato Christo [n]. Vel, 2. ministerii Mosaici [o], sive Legis [p]. *In finem*, i. e. in scopum quò Lex respiciebat [q]. *Christus* enim *finis est Legis*, Rom. 10. 4 [r]. ac proinde & legalis ministerii [†]. Judæi verò in ipsa Lege subsistebant [t]. Vel, τέλος designat *Christum*, i. e. Christiana præcepta & promissa quæ ritibus Mosaicis adumbrata erant [v]. *Nec sicut Moses imponebat—nè intentis oculis intuerentur—in finem ejus quod aboletur*: sub *sic & nos facimus*, Pi. sed planè & liberè Evangelium docemus, nihil involventes [x]; q. d. Ut Moses velabat faciem suam, sic nos non velamus faciem Christi, sed illum magnâ libertate omnibus proponimus [y]. Hîc Paulus incipit דרש, i. e. *mysticè explicare fulgorem Mosis & velum*. Fulgor ille Mosis præfigurabat fulgorem Messiæ, quem cognoscere illis temporibus non dabatur. Πρὸς τὸ μὴ ἀτενίζειν, *ità ut non inspectarent* [z]. Paulus hîc eleganter & apposite rem gestam in Exodo ad allegoriam convertit, & latens sub historia mysterium aperit [a]. Hoc autem referendum est non ad consilium Mosis [b], sed ad eventum rei ipsius [c], h. e. excæcationis Judæorum, cujus id erat symbolum [d]; vel ad providentiam Dei [*], qui hoc typo significare voluit, vel, 1. ignorantiam & cœcitatem Judæorum [f], qui nec illa mysteria penetrabant [g], sub litera Legis occultata [h]; nec videre poterant quòd finem haberet Lex, i. e. abroganda foret [i]; nec poterant oculos intendere in Christum, qui *finis* est, i. e. consummatio & complementum totius ministerii Mosaici [k]: subaudiendum ergò h. l. Quod Divinâ providentiâ contigit *nè intentis oculis*, &c [l]. Vel, 2. obscuritatem Ministerii legalis Christum typis velantis, &c [m]. Al. Illud, πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι, nollem verti, *Nè intuerentur*, sed, *quoniam non intuebantur*, vel potiùs, *non tendebant contrà oculos*: neque enim id poterant, ut idem sit quod v. 7. ὥστε μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι, *adeò ut non potuerint intueri*. Itaque hîc πρὸς est pro διὰ: de qua Enallage vide ad Matth. 19. 8. Probat hanc sententiam, 1. historiæ veritas. Neque

[Marginalia, left column: q Be. r Me. † E. t G. v V. x Be. y E. z V. a G. b V. c V. sim. E. Ham. d G. * Be. f Vor. g G. sic V. h G. i Scl. k Me. l T. m E. sim. Vor. n Me. sim. T. o E. p E. sim. Er. V. q V. sim. E. r Be. † Vor. t Scl. v Be. x T. sic Me. y T. z G. a G. b Me. c E. G. d G. * E. f G. g Di.]

[Marginalia, right column: h G. i Me. T. k sic E. l V. E. m V. sim. L. n G. o Me. T. p Me. q T. E. r T. sic Me. † Me. t E. v G. x E. y Er. z E. sic Me. T. a E. b Be. c Be. Pi. d Pi. * Be. f G. g Be. h G. i Er. * Er. Zeg. Me. k Er. l Er. Me. m Er. n V. o E. Be. p E. Be. Er. Vor. q Scl. ex Be. r G. sic Be. † G. t Be. v Ham. x Camer. y V. z G. a E. b Scl. Vor. sim. Be. c Vor. d Glas. gram. 3. 7. 19. 622. * Scl. sim. Be. Pi. f Scl. sim. Dic. g Be. h Q. in E. i Al. in E. k E. ex Aug. Theod. Cal. &c. l Pi. m Scl.]

que enim ultro Moses faciem obvelavit, utpote splendoris sui non conscius, sed trepidatione Israelitarum admonitus. Itaque velum non imposuit nè viderent Israelitæ, &c. sed quia eum intueri non poterant. 2. Antithesis Apostoli, *sed occalluerunt*, &c. quod frigidè dictum, nisi hic sit sensus, *Non potuerunt ferre tantam lucem, sed eorum oculi caligârunt*: nam si dicas, *Impositum est velum nè viderent splendorem illum, sed eorum mentes occalluerunt*, non videntur ista cohærere. 3. Rei natura. Nam hoc callum intellectûs in vitio ponitur. 4. Quòd non debuit celari Israelitas finis Legis Christus. Atqui velo fit ut celetur. Quid igitur est? Nempe totum hoc mysterium & typicum fuit. Populus carnalis splendorem Mosis ferre non potest: itaque velatur illi Lex donec accedat Spiritus qui velamen aufert. Egregiè autem Apostolus, cùm in antithesi dicendum esset, sed eorum *præstincti sunt oculi*, non id posuit, sed loco signi rem significatam reddidit. Nam splendor faciei Mosis cùm esset typus Evangelii Christi, quòd populus ille splendorem illum ferre non poterat, typus erat cœcitatis spiritualis Judæorum futuræ tempore Christi, &c [n].

14. *Sed*, &c. Ἀλλ' ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν] *Itaque* (ἀλλὰ, pro ὥστε, vel γοῦν· Enallage Græcis etiam disertioribus usurpata [o]. Vel, *Sed*, Vulg. Er.) *occalluerunt* (vel, *obtorpuerunt*, Mo. sic Ca. *obduruerunt*, P. *obcœcatæ sunt*, Il. sic Er. Ti. Tre. ex Sy. Ar. V. Zeg. *obtusi sunt*, Vulg.) *mentes* (vel, *sensus*, Er. Ti. Vulg. nempe animi [p]: vel, *cogitationes*, Mo. Er.) *eorum*, Be. Pi. &c. scil. qui toti sunt Legi addicti [q], nempe Judæorum [r]. Quanquam nunc eum agnoscere debebant tam clarè revelatum, non agnoscunt tamen. Ità ad internæ justitiæ neglectum complurium animi induruere. Volunt vitam æternam per Legem, quæ nullibi in Lege promissa est. Ἐπωρώθη, כהה †. Apertè proponimus Evangelium, sed Judæi ad hanc lucem cæcutiunt [t]. ¶ *Idipsum velamen* (scilicet vel ignorantiæ Judaicæ, vel obscuritatis legalis [v], umbrarum & figurarum [x]: *velum* (signum [y]) ponitur pro re velo significata [z], h. e. velamine obtegente corda Judæorum, & hoc tropo *idem velamen* vocat [a]. *Illud ipsum velum* mysticum quod per velum illud aspectabile significabatur. *Lex data die nubilo ad significandum velum quod oculis nostris adimit prospectum veri.* Ità Maim. Duct. dubit. 3. 9 [b].) *in lectione veteris testamenti* (i. e. dum legitur Vetus Testamentum [c] in Templo [d], & Synagogis [*], Sabbatis maximè. Per *vetus Testamentum* intelliguntur Libri Mosis, quorum pars potissima fœdus Sinaiticum [f].) *manet non*, &c. Μὴ ἀνακαλυπτόμενον] *Non retectum*, P. Il. Ar. sim. Mo. Be. *Nec retegitur*, Pi. sim. Tre. Ca. *Nec tollitur*, Er. Ti. V. scil. à vultu, vel animo [g], sive cordibus eorum [h]. Ideo manet impendens ipsis quia tolli nisi Christo cognito non potest, secundùm sensum mysticum Esa. 25. 7 [i]. Dicitur *velamen retegi* per Metonymiam, quum propriè loquendo facies velata retegatur [k]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅ, τι ἐν Χριστῷ καταργεῖται] [Alii legunt ὅτι, ut G. Sch. Vor.] Conjunctio est, vel exegetica, vel potiùs ætiologica, ex collat. v. 16 [l]. [Sic vertunt,] *Quod* (vel, *Nam*, Pi. *Quia*, Tre. ex Sy. Camer. Ti. sic Vulg.) *in Christo*, vel *per Christum*, (qui finis est Legis, fide receptus [m]: vel, cognitione Evangelii [n].) *aboletur*, Mo. Er. Il. Ti. Tre. Pi. vel, *tollitur*, P. *evanescit*, Be. hoc scilicet velamen [o]. Καταργεῖται hic est quod mox περιαιρεῖται P. Nec intelligunt per Evangelium evacuati, id est, tolli Legem Veterem [q], veritate figuras pellente, &c [r]. [Ca. hoc cum præced. sic reddit, *Neque detegitur id in Christo aboleri.*] Causam assignat cur occæcati etiamnum sunt Judæi, nempe quia Christum, per quem solum tolli potest velamen istud, non recipiunt †.

15. *Sed*—*cùm legitur Moyses* (i.e. Lex [t], vel Vetus Testamentum [v], vel Libri Mosis, ut Act. 15. 21 [x].) *velamen*—*est super cor*—] Ut Dei mysteria penetrare non possint [y]: Sic Thren. 3. 65. *Dabis illis tegumentum cordis*, i. e. callum obduces menti eorum [z]. Sensus, q.d. Laborant hâc cæcitate quam dixi, ut pertinaci crassâque inhæsione Legis Mosis [a] Repetit sensum quem jam semel posuerat [b], [vel] & rem omnibus Christianis admirandam infigat animo [c]: [vel] ut addat aliquid quo velaminis significationem clariùs explicet [d].

16. *Cùm*, &c. Ἡνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ, &c.] Locus ambiguus & obscurus, ob verbum ἐπιστρέψῃ, quod vel ad Mosen, vel ad Judæos, referri possit, quódque potest esse vel 3. pers. sing. subjunct. activæ formæ, quomodo penè omnes accipiunt, qui reddunt vel, *sese converterit*, vel, *conversus fuerit*; vel 2. pers. sing. futuri primi, formæ mediæ, ut vertatur, *conversus fueris* [*]. [Verba sic reddunt,] *At ubi* (vel, *postquam*, P. vel, *quando*, Be. Pi. Cam. sic Tre. ex Sy. Ar. Ca. Mo.) *conversi fuerint*, Er. Il. Ti. vel, *conversus fuerit*, Er. V. *se converterit*, Be. Pi. *convertetur*, Cam. Cap. scilicet Israel [f], sive totus, ut in fine seculi, sive aliquis ex iis [g]: h. e. cùm advenerit tempus à Deo præfinitum conversioni Judæorum, quod prædictum Rom. 11. 26 [h]. Huic expositioni duo obstant; 1. verbum sing. num. nam cùm præcessit *eorum*, v. præced. dicendum erat, *conversi fuerint* [i]. Resp. Enallage numeri frequens est [k], præsertim cùm de gente aliqua agitur [l], vel ubi nomen est collectivum, ut Matt. 1. 22. 2 Cor. 2. 13 [m]. nam quia Gens unum quid est & multa simul, hinc fit ut indiscriminatim plur. & sing. de ea dicitur [n]. 2. Quòd si de Judæorum ad Deum conversione loqueretur, potiùs è converso diceret, *Cùm ablatum fuerit velamen, tunc convertentur*, &c. Etenim ordine naturæ prius est ut impedimentum credendi tollatur, quàm ut credant [o]: Priùs tollendum est velum, quod est ignoratio Christi, qui est finis Legis, quàm fiat conversio ad Deum [p]. Resp. Non hìc agitur de rebus quarum altera alterâ prior est, sed de iis quæ simul peraguntur. Non enim dicit *postquam*, sed *quando*, nec dicit *tolletur*, sed *tollitur*: tantùm ostendit quid fiat quando aliquis convertitur ad Dominum [q]. Vel, *conversum fuerit*, P. D. nempe *cor eorum* [r], ex v. præced †. quæ ellipsis mollissima est, & appositissimam sententiam gignit, cùm velamen non fuerit ipsi Legi, sed Israelitis, positum, ideóque his ipsis, non illi, detrahendum [t]. Et ἐπιστρέψῃ est passivum pro reciproco, ubi *se converterit*, nempe *ad Christum*, ubi eum respexerit [v]. Vel, *conversio facta fuerit*: ἡνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ impersonaliter hìc ponitur, vel pro ἡνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψητε. Utrumque sapit Hebraismum [*]. Sensus, Cùm Divino lumine illustrati Evangelii claritatem admiserint Judæi, à litera ad Spiritum conversi [y]. Al. Illud ἐπιστρέψῃ referendum ad Mosen [z], sive Legem [a], sive Vetus Testamentum [b]. Ut hìc jam novum mysterium in Mosis persona præfiguratum nobis insinuetur [c]. Disertè enim notatur in historia, Mosen, cùm Deum accederet, deposuisse velamen [d]. Ut ergò Moses velatus typum gessit populi Judaici velamen habentis super cor suum, ità idem Moses conversus ad Dominum, rectámque habens faciem, typum gessit vel eorum qui ex eodem populo tempore N. T. convertendi erant; vel potiùs, ex collat. v. 18. populi Christiani ad Deum conversi, & revelatâ cordis facie salutis mysteria contemplantis [*]. Sed paulò durius videtur hoc ad Mosen referre [f]. ¶ *Auferetur*, &c. ità Tre. Pi. Περιαιρεῖται, &c.] *Circumauferetur*, &c. Mo. *Tolletur*, ad verb. *tollitur*, Cam. Cap. vel, *amovetur*, Ar. vel, *detrahitur*, J. Cap. Præsens pro Futuro [g].) *velamen*, P. Er. Il. vel, *velamen illud*, Be. Pi. Remoto velamine cuncta perspicuè cernent quibus ad vitam æternam perducantur [h]. Tunc videbunt quantus sit splendor Evangelii olim præfiguratus. Vide Orig. Contra Celsum [ejúsque verba in G.] & Rabbinum Israelem cap. 3 [i].

17. *Dominus*, &c. Ὁ δὲ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν] *Dominus autem* (id est, Jesus Christus [k], ad quem relictâ literâ convertentur Judæi [l]) *spiritus* (vel, *spiritus ille*, Er. P. Be. Pi. τὸ hìc est pro τοῦτο, ut τὰς pro ταύτας, 1 Cor. 9. 12 [m].) *est*, Er. Il. &c. nempe Legis: quasi Moses fuerit caro, utpote mortalis & imbecillis & crassus, juxta typum quem gerit; Christus *Spiritus*, ut efficax & immortalis [n]. Christus homo quidem fuit, sed cum vi Divina, quæ *Spiritus* dicitur Marc. 2. 8. & Rom. 1. 4. ubi dicta vide. Itaque dicit Paulus se, cùm hìc de *Domino* loquitur, præcipuè de vi illa Divina loqui [o], *Spiritus est*, i. e. Spiritum dat [p]: per eum solum habetur Spiritus, non per Legem. Cohæret ergò hic versus cum v. 6. reliquis per parenthesin interjectis. Nam cùm v. 6. dixisset, *literam*, h. e. Legem, *occidere*, *Spiritum verò*, h. e. tum Evangelii doctrinam, quæ spiritualis est, tum spirituale Evangelii regimen per Spiritum regenerantem, *vivificare*, indè excurrit in solutionem hujus objectionis Judæorum, *Quî tanta Evangelii supra Legem præstantia, cùm Lex tam gloriosa*

gloriosa fuerit? &c[q]. Prolepticè hoc annexum videtur: Dixerat, Judæos, cùm ad Dominum conversi essent, velamine illo, & cæcitatis & subjectionis indicio, liberatum iri. Quæri hîc poterat, quî id fieri possit, aut cur non antè velamen illud exuere possent? Respondet, quia solus Christus est elargitor Spiritûs, quem omnibus ad se conversis donat, & cum eo libertatem[r]. *Spiritus ille*, cujus antè meminerat †, quem hoc cap. jam aliquoties nominavit[t], qui Literæ opponitur[v]; i. e. Spiritus Domini, ut mox vocat, sive Dei vivi, per quem Novum Testamentum distinxit à Veteri; & cujus suppeditandi ministrum se docuit. Connexio talis est: Moses ab Israele conversus ad Dominum typus fuit nostri, qui transivimus à Litera ad Spiritum: nam Spiritus ille Dominus est[x]. Hoc addit, ne minus aliquid nobis præstitum videatur qui convertimur ad Spiritum, quàm Moysi qui convertebatur ad Dominum, quum Spiritus ipse sit Dominus[y]. *Spiritus* hîc pro anima sumitur, & metaphoricè Christo tribuitur[z]. Christus est spiritus seu anima Legis, tum ceremonialis, utpote res per illam significata, tum moralis, quia est Legis complementum, in quo solo perfecta Legis justitia reperitur[a]. Christus Legem, alioqui & mortuam & materiam mortis, vivam & vivificam reddit[b]: *est Spiritus ille*, sc. qui vivificat credentes[c], in novam obedientiam & vitam æternam †: & quod Litera sive Lex non potest, præstat ipse Christus qui per Evangelium suum Spiritu suo efficax est, & hominum corda illuminat, ut quis scopus Legis sit intelligant[d]. Al: Metonymicè in voce *Domini* intelligenda est doctrina Jesu Christi, quæ *Spiritus* appellatur propter adjunctam Spiritûs ἐνέργειαν. Vide suprà v. 6*. Al. In his verbis posterior articulus est syntacticus, & subjectum denotat, ut Joh. 1. 1. Si hîc docere voluisset, *Deum esse Spiritum*, dixisset, Πνεῦμα δὲ ὁ Κύριος, ut Joh. c. 4. v. 24. Πνεῦμα ὁ Θεός †. ¶ *Ubi autem Spiritus Domini* (suprà dictus *Spiritus Dei*, ut significetur illum à Deo procedere, quem *Dominum* jam vocavit[f]: i. e. ubi Spiritus Sanctus, quem Christus suis donat[g]; putà in lege Evangelica, quam Spiritus indivulsè comitatur[h]. Sicut ipse vim Divinam in se habet, ità & aliquid de vi Divina nobis communicat pro nostro modulo. Is est *Spiritus Christi*, de quo Joh. 14. 26. & 15. 26. Dicitur autem *Spiritus Christi* & hîc & Gal. 4. 6. Phil. 1. 19. quia per Christum & propter Christum datur[i]. Ubi Israel conversus fuerit ad Dominum, & acceperit ab illo Spiritum, verum Legis & Prophetarum interpretem, tunc Legem intelliget[k]. *) ibi libertas*] Non ab obedientia præceptorum[l], sed à servitute Legis atque peccati[m], omniúmque malorum quæ ex Legis violatione sequuntur[n]; à jugo ceremoniali[o], à vitiis: vide Rom. 6[p]. à metu quo corripi solet qui Legem audit[q]: ut non habeamur ut mancipia, & timore regamur, sed amore ut filii[r]; ut sponte & generosè Legem impleamus †. Et *libertas*, i. e. fiducia ex sensu adoptionis nostræ, ex collat. Rom. 8. 15. ubi duo ponuntur *servitus* & *timor*, quibus contraria sunt libertas & fiducia[t]: vel, *libertatem*, i. e. liberum ad Deum accessum, *habemus per Spiritum*†. Specialiter autem hîc attendere videtur illam mentis libertatem, quâ libere & absque velaminis impedimento rem objectam mens aspicit & contemplatur[v]: libertatem à servitute cæcitatis sive ignorantiæ[x], quâ implicantur omnes qui Legem sine Spiritu Christi tractant[y]. Alludit, opinor, ad illum velaminis usum, 1 Cor. 11. 10. ut ostendit mentio *detecti capitis*, v. seq[z]. Intendit hac parte explicare mysticam significationem ablati velaminis[a]. Ut enim velum impositum subjectionis ac servitutis indicium est, 1 Cor. 11. 10[b]. ità velaminis ablatio significationem habet donatæ libertatis, quæ donatio fit non per Literam, sed per Spiritum: ut sensus sit, Spiritus Domini, cùm ipse sit Dominus, ideóque liberrimus, Joan. 3. 8. 1 Cor. 12. 11. libertatem iis communicat quos inhabitat, id est, Christianis[c]; ac proinde cessat velum, signum subjectionis, 1 Cor. 11. 10[d].

18. *Nos, &c.* Ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ —— κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα —— καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος.] Declarat id quod proximè præcessit. Potest tamen hoc referri ad v. 13. q. d. Non facimus ut Moyses, velo faciem suam occultans, sed revelatâ facie gloriam Dei exhibemus*. [Verba sic reddunt & explicant:] *Nos autem omnes* (sub Evangelio[f], vel, 1. Christiani[g], Novi Testamenti filii[h], fideles[i], tam ex Judæis quàm ex Gentibus facti[k], quos Moses revelatâ facie cum Domino loquens, eámque splendidam habens, significavit. Monet, id quod uni quondam Mosi in mysterio contigit nunc in veritate toti Ecclesiæ fidelium competere. Sic enim partem hanc plerique intelligunt. Vel, 2. quod commodius puto[l], ministri Evangelii[m], in quorum personam tam superiùs quàm in consequentibus multa loquitur Paulus[n], de quorum muneris præstantia inprimis hîc agitur*.) *retectâ facie* (sub. *Christi*, V. detecto vultu[o], clarè & audacter †; non per velum, ut antea sub Lege[p]; rectà, non per tot ceremoniarum umbracula[q]; remoto velo[r], tenebrarum nempe Judaicarum †, ceremoniarum, ignorantiæ, infidelitatis, & duritiei cordis[t]:) *gloriam* (vel, *splendorem*, Ca.) *Domini* (i. e. vel, Divinam claritatem[v]; vel, notitiam mysteriorum salutis nostræ[x]; vel, gloriam gratiæ Dei in Christo[y], majestatem splendorémque Christi in Evangelio lucentem ||; vel, excellentia beneficia divinitus humano generi exhibita, in quibus maximè elucet gloria Dei, putà opus Incarnationis, Redemptionis, Sanctificationis nostræ, &c[z].) *speculantes*, Mo. Ca. Vulg. Vor. (vel, *attentè spectantes*, quomodo & Latini dicunt *speculari*: nimirum, quia qui speculum consulunt omnia singulatim intuentur. Sic Christiani attentè meditantur quanta sit Christi in cœlo regnantis gloria. Plus illis contigit quàm olim Mosi ipsi, Exod. 33. & 34[a]. Vel, *in speculo repræsentantes*, Er. Ti. instar speculi suscipientes[b], veluti speculo exprimentes ac referentes[c]: quo sensu hæc referenda fuerint ad ministros Evangelii[d], qui notitiam mysteriorum, &c. & in se recipiunt & ad alios refundunt, &c †. vel, *quasi in speculo*, vel *è speculo*, sive *per speculum*, *intuentes*, P. Be. Pi. T. Dic. Zeg. sic Tre. ex Sy. V. *Speculum* hîc vocat, vel Evangelium*: vel, Verbum incarnatum[f], qui nobis in Evangelio spectandus proponitur, & Mosi velato opponitur[g].) *eandem* (vel, in, sive ad, *eandem*, Er. P. Ca. &c. vel, per *eandem*, Pi. vel, secundùm *eandem*, Be. Ellipsis præp. εἰς, vel κατὰ[h].) *imaginem* (h. e. ad similitudinem gloriæ Dei[i]:) *transformamur* (i. e. eâdem imagine donamur[k], ejusdem gloriæ imagine, in nobis ut in speculo receptâ, velut in eam transformamur; nam imago in speculo quodammodo forma speculi est[l]: participes reddimur ejusdem claritatis[m], sicut speculum claritatem Solis refert[n]; per reflexionem radiorum ab hoc speculo in nos, nos etiam lucidi efficimur luce fidei & gratiæ Christi; imò sumus quasi specula jubar Divinum in alios quoque emittentia, & quasi Soles mundum illuminantes[o]. Efficimur pro modulo nostro omnes Christo similes hac in parte; quia sicuti nos à Christo Sole justitiæ illuminamur, sic & lucem nostram nos aliis communicamus*. Sensus loci, Aspicientes in Christum per fidem, metu non afficimur, ut qui splendorem Mosaicum aspiciebant: sed ut in speculo solenni novam formam accipere solemus, sic formam accipimus similem ei quam accepit à Deo, i. e. Deo efficimur similes; exemplar quoddam Divinæ justitiæ, æquitatis, & bonitatis ejus reddimur[p]. Non una hîc figura. Nam & præsens ob certitudinem ponitur pro futuro: &, *transformabimur in speciem Christi*, est, transformati eam consequemur. *Cœlestes erimus, quomodo ipse cœlestis est*, 1 Cor. 15. 48. Sicut ille regnat, ità & nos regnabimus, 2 Tim. 2. 12. Apoc. 5. 10[q].) *à gloria* (scilicet ejus[r], Christi †, vel Dei[t], in nobis expressâ ac repræsentatâ, ut olim in facie Moysi[v], in qua, ceu in speculo, excipiebatur reddebatúrque Domini gloria: vel Spiritûs ||.) *in gloriam* (nostram scilicet[x], ut fiamus lucidi sapientiâ & gratiâ ad instar Christi[y]: vel, gloriæ illius participatione facti & ipsi gloriosi[z]; vel, indies in gloria proficientes[a]. *Gloriam* hîc intellige similitudinem cum Deo; hæc enim quotidie crescit[b]. Sanctificatio autem vocatur *gloria*, quia initium est glorificationis; per eam enim reparatur Dei in nobis imago, quæ nostra gloria est †. Magnus honor fuit hîc, Christo ministrâsse, ut jam dictum est; major erit cum ipso regnare[c]: vel, *splendore perpetuando*, Ca.) *tanquam* (vel, *utpote*, quomodo & ὡς usurpatur[d], 2 Cor. 5. 20. 1 Pet. 2. 13, 14[d]. vel, *quippe*, G. Καθάπερ h. l. non comparationem, sed congruentiam denotat*, & rem ipsam signi-

Marginal notes (left column): q Cap. · r Scl. · † Be. · t E. · v Ee. · x E. · y E. ex Chrys. Theod. &c. · z Calv. · a Dic. · b Calv. · c Cal. sim. Dic. · † Dic. · d Cal. · * Vor. · † Cap. · f E. · g Calv. · h T. · i G. · k V. · l Dic. · m E. sim. Dic. Calv. · n Dic. · o Dic. sim. Zeg. · p G. · q V. · r Me. sim. T. · † T. · t Calv. · * Cap. · v E. · x Cal. sim. E. · y Cal. · z Be. · a E. · b E. sic Be. Cal. · c E. · d G. · * E.

Marginal notes (right column): f Cap. · g G. E. T. · h E. · i Cal. · k G. · l E. · m E. ex Caj. & Gagn. · n E. · * Fe. · o T. · † Scl. · p Cap. · q G. · t Dic. Me. Cal. T. · † Me. sic T. · v Dic. · x Me. · y E. · y Dic. · || Scl. · z T. · a G. · b E. sim. Me. Er. Vor. · c E. ex Græcis & Aug. · d Vor. · † E. · * Cal. · f T. sim. Be. · g Ee. · h Vor. sic Camer. E. Pi. · i E. · k V. · l E. · m Me. T. · n Me. · o T. · * Scl. · p V. · q G. · r V. · † Me. · t E. sic Val. · v E. · || Zeg. · x Val. Me. E. Zeg. · y Me. · z Be. · a Scl. sim. T Cal. D. c. · b Scl. · † Dic. · c G. · d Glas. gram. 3. 5. 28. 705. · * Scl.

significat [f], ut & suprà 1. 14. Et ἀπὸ hîc valet ut מן interdum apud Hebræos. Confer Rom. 5. 5. ubi διὰ quod hîc ἀπό. Est & hîc trajectio, ἀπὸ Κυρίου πνεύματος, pro, ἀπὸ πνεύματος Κυρίου [g].) *à Domini Spiritu*, Mo. Er. P. Pi. D. E. Vor. Vulg. Sed sic dicendum esset, ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ Κυρίου [h]. Nec usquam in Scriptura legitur hoc ordine, *Domini Spiritus*, sed ubique, *Spiritus Domini* [i]. Vel, *à Domino Spiritûs*, Val. Er. h. e. à Christo, sic dicto, quia Spiritûs S. charismata largitur quibus voluerit [k]. Vel, *à Domino Spiritu*, Be. Val. Glass. E. ex Chrys. Theod. Basil. &c. h. e. ab ipso Spiritu Domino: voce ὁριστικῇ & determinativâ [l]. Id quod dixerat v. præced. *Dominum esse Spiritum*, hâc repetitione Paulus confirmare voluit [m]. Hæc porrò verba pertinent, vel, 1. ad *gloriam* [n]: q. d. in gloriam, sicut est ea quam à Domini Spiritu accepit [o], [Christus scilicet.] Vel, ad gloriam, quam credimus dari nobis à Domini Spiritu, quæ hîc opponitur gloriæ Moysi quam reatûs causâ cernere nequibant [p]. Vel, 2. ad *transformamur* [q]. Efficientem notat hujus transformationis, Spiritum Christi in ministris agentem [r]. *Transformamur*, dico, *tanquam* qui gloriam hanc atque imaginem non ab homine quopiam mortali, sed à summo illo gloriæ totius fonte, *Domini Spiritu*, accipiamus †. Per Spiritum Christi pervenimus ad istam gloriam. Is enim animum hîc nostrum imbuens donat eum immortalitate, & olim etiam corpora efficiet spiritualia, ut diximus 1 Cor. 15. 44. & suprà 1. 22. & 5. 5. & hoc cap. v. 6 [t].

f G. sim. Scl. — g G. — h Be. — i E. — k Q. in E. — l Glass. gram. ibid. — m E. — n E. ex Amb. — o V. — p Amb. in Zeg. — q Zeg. — r Scl. — † Zeg. — t G.

CAP. IV.

1. *Ministrationem*] Vox διακονίαν hîc sumitur ut suprà 3. 8 [a]. significat *ministerium*, scil. Apostolatûs N. T [b]. ¶ *Juxta*, &c. Καθὼς ἠλεήθημεν] *Prout misericordiam consequuti sumus*, Mo. Pi. P. &c. *Quæ divina est in nos clementia*, Ca. Quodvis beneficium Dei ἔλεος nostris scriptoribus dicitur. Magnum est autem beneficium vocari ad tam salutare Ministerium. Vide 1 Cor. 7. 25 [c]. Καθὼς vel proportionem quandam innuit, q. d. Pro mensura gratiæ Dei mihi concessæ non deficio; vel sumitur pro causali ὅτι, & aliam indicat confidentiæ suæ causam, eámque primariam, scil. misericordiam Dei, quâ ad hoc munus eximium vocatus est [d]. ¶ *Non*, &c. οὐκ ἐκκακοῦμεν] *Non degeneramus*, Ti. Er. sed Christum libere prædicamus *: vel, *deficimus*, Mo. Ar. Vulg. *succumbimus*, Il. *defatiscimur*, Ca. *pigrescimus*, G. *segnescimus*, P. Pi. sic Be. Vide Luc. 18. 1. לא יעפנו [f]. Malis fracti non cedimus [g]: socordiæ indulgentes non cessamus munus nostrum exequi [h]. Ambros. legit, *non deficiamus*, & [v. seq.] *renunciemus*, ut utrumque sit hortantis, quasi legerit ἐκκακῶμεν, &c [i]. Malim hîc describi & commendari ministerii Paulini virtutem ex eo unde illud oppugnabant adversarii, nim. ex ærumnis suis [k].

2. *Sed*, &c. Ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης] *Sed abdicamus*, vel *abdicavimus*, (vel, *rejecimus*, Er. Il. Ti. Tre. V. *abnegavimus*, Er. *abrenunciavimus*, Be. *longè à nobis repellimus*, Heb. נטשנו [l].) *occulta* (vel, *occultamenta*, Er. *tegumenta*, Pi. P. *latebras*, Be.) *dedecoris*, Mo. Vulg. vel, *probri*, Er. vel, *pudoris*, Q. in Er. vel, *dedecora*, vel *ignominiosa*, V. *pudendas*, vel *indecoras*, i.e. minimè convenientes ministris, &c [m]. i. e. probra quæ nobis occultè objiciuntur [n], ea quæ ob pudorem occultantur. Nam Genitivus hîc & alibi sæpe Causam impellentem significat [o]: clancularias artes & fraudes [p] quibus impii flagitia sua obtegunt [q]: τὰ κρυπτὰ מסתרים, ut Jer. 49. 10. Notat Doctores lucripetas, qui captationes suas volebant esse ignotas [r]. Perstringit Pseudo-apostolos, qui Philosophorum more foris omnem honestatem & sanctitatem ostendebant †, occultè verò obscœnas sectabantur voluptates [t]: confer Eph. 5. 12 [v]. & fumos objiciebant discipulis, sicut hodie Judæi jactant mysteria [x]. Innuit Paulus actiones suas ministerio claritatis & veritatis respondere, nec latebras, sed claram lucem, amare [y]. ¶ *Non ambulantes in astutia*, Ἐν πανουργίᾳ] בחלקות, *non vafritie utentes* [z], ut qui aliud sunt, aliud videri volunt [a], ut Pseudo-apostoli qui sese transfigura-

a G. — b E. — c G. — d Scl. — * Er. — f G. — g Be. sic T. — h T. — i Er. — k Be. — l G. — m Be. — n V. — o G. — p Me. sim. E. T. Vor. Be. — q Me sim. E Be Scl. — r G. — † E. — t E. sim. Me. — v Me. — x Er. — y E. — z G. — a G. sim. E. Me.

bant in ministros justitiæ, ut dominationem exercerent & cupiditates suas explerent, infrà cap. 11 [b]. ¶ *Neque*, &c. Μὴ δολοῦντες, &c.] Δολιοῦν habemus Rom. 3. 13. δολοῦν, Psal. 15. 3. & 36. 3 [c]. Idem est quod καπηλεύειν suprà 2. 17 [d]. Utrumque opponitur sinceritati quæ in ministro requiritur *. *Neque falsantes* (vel, *adulterantes*, Mo. Vulg. *dolo tractantes*, Er. V. sic Ti. Tre. ex Sy. Ar. Ca. Ga. Val.) *sermonem Dei*, Be. &c. Quod faciunt qui illum ad hominum affectus attemperant [f], non Dei gloriam, sed sua commoda, captantes [g], qui ut hominibus placeant aut partem veri tacent aut falsa admiscent [h]; qui illum permixtione cum sapientiæ secularis, aut Judaicæ doctrinæ, corrumpunt [i]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ τῇ φανερώσει, &c.] *Sed declaratione veritatis* (vel, *liberâ veri apparitione*, דברים נכחים, Prov. c. 25. v. 26 [k]; clarâ & apertâ *manifestatione veritatis* [l], tum, 1. doctrinæ [m], q. d. apertâ sincerâque prædicatione veritatis Evangelicæ [n]: tum, 2. morum [o], sive conversationis, q. d. nudâ veritate [p], ipsâ rerum evidentiâ morúmque integritate, non vultu & ostentatione [q], & per hypocrisin, ut Pseudo-apostoli, sed rebus ipsis [r].) *commendantes nos ipsos apud omnem conscientiam hominum*, (tum fidelium, tum infidelium judicio nos excutiendos relinquentes †: dantes operam ut probemur ab omnibus [t]: placentes non omnibus (id enim fieri nequit) sed bonis conscientiis [v].) *in conspectu Dei*, P. Be. Pi. i. e. velut Deo inspectante [x], quem nihil latet [y], & quem judicem non recusamus [z]: ut qui sciamus nos coram & cum Deo agere [a].

3. *Quod*, &c. Εἰ δὲ καὶ ἔστι, &c.] *Quod si* (Abundat hîc καὶ, ut diximus 1 Cor. 15. 29 [b].) *tectum*, vel *opertum*, *est Evangelium nostrum*, Be. Pi. &c. i. e. nostra Evangelii prædicatio [c], quam adeò claram & manifestam esse diximus [d]. Videbat objici sibi posse, Multos esse qui veritatem istam non agnoscant *: κεκάλυπται aut κρύπτεται, ut Luc. 19. 42. Id etiam dicitur, quòd, quamvis per se conspicuum sit, reipsâ tamen non conspicitur, ut Sol à cæcis [f]. ¶ *In iis qui pereunt*] Sponte suâ, nempe qui audire, credere, salvari nolunt [g]; vel, qui perire meruerunt, qui vitiis suis favent, & vera videri nolunt quæ vitiis adversantur [h]: vel, in reprobis [i]. q. d. Non ideo frustratur aut ministerium nostrum, aut intentio nostra; non enim propter reprobos, sed propter electos, prædicamus. Vide 2 Tim. 2. 10 [k]. Non nostra, nec Evangelii ipsius, culpa est [l]: non nobis imputandum [m], sed illorum vitio [n]. Argumentum hoc est non obscuritatis doctrinæ, sed incredulitatis in auditore, & perditionis sequuturæ [o].

4. *In quibus*] i. e. Quorum infidelium [p]. Ἐν οἷς] Id est, ἐν ἐκείνοις ὧν, *quorum*, vel, *in iis quorum*. Innuit, Satanam in ipsis mentis eorum penetralibus insidere, ut Eph. 2. 2. Vel, *inter quos*: nec enim illi soli pereunt qui Evangelium rejiciunt, sed & alii, Act. 17. & Rom. 1 *. ¶ *Deus hujus seculi*] i. e. Vel, 1. Deus verus †, qui utriusq; seculi Princeps, qui *excæcat*, &c. non malitiâ, sed justitiâ [q]. Sed hic nusquam ità vocatur [r]. Vel, 2. Satanas sive Diabolus †, sive Dæmon princeps [t]: qui *princeps hujus mundi* dicitur, Joh. 12. 31 [v]. & 14. 30 [x]. ex maxima parte, ut 1 Joh. 5. 19. Eph. 6. 12. οἱ πλεῖστοι κακοὶ [y] qui passim ab infidelibus pro Deo colitur [z]; cui se mancipârunt homines hujus seculi [a], qui terrena bona æternis anteponunt, quales plurimi sunt [b]. Porphyrius de malis Dæmonibus agens, ἡ προεστῶσα αὐτῶν δύναμις δοκεῖ Θεὸς εἶναι μέγιστος. Ità, tanquam si Deus esset, hominibus imperat; & idolorum cultus ad ipsius usum redit. Plutarchus de Iside, Πᾶσα φύσις ἄλογος καὶ θηριώδης τῆς τοῦ κακοῦ δαίμονος γέγονε μοίρας, (*Omnis bruta & belluina natura malo Dæmoni jure debetur.*) Diabolus sic *Deus* quomodo *Venter* Phil. 3. 19. quia Dei vice colitur [c]. ¶ *Excæcavit mentes*] Tenebris infidelitatis, & vitiorum [d], pravis suggestionibus avertens ab Evangelio *. Excæcat omnia Diabolus agendo, Eph. 6. 12. Deus sinendo [f]. ¶ *Infidelium*, Τῶν ἀπίστων] Constructio Hebraizans [g]. Nam recta constructio fuerat, ἐν οἷς ἀπίστοις, deinde, νοήματα αὐτῶν [h]. Hebræi pro relativo (quod apud illos sæpe redundat [i]) sæpe ponunt id quod antecessit aut antecedere debuit [k]. Vide quæ diximus ad Gen. 6. 3 [l]. *Nempe infidelium*, Pi. Id est, *infidelibus*, P. *Nempe in infidelibus*, Be. Cùm sint de numero incredulorum [m]. *Propterea quòd non credunt*, Sy. & Ar. in Di. Ratio est cur pereun-

b E. — c G. — d Be. sim. E. Scl. — * E. — f Dic. sim. E. — g E. — h G. — i E. — k G. — l T. — m T. E. — n E. sim. Dic. — o T. — p E. — q Me. — r E. — † Me. — t V. — v G. — x G. sic E. Me. &c. — y Me. sim. E. Scl. — z Me. sic E. — a Scl. — b Be. — c Scl. — d E. — * G. sim. E. Cal. Dic. — f G. — g T. — h G. — i E. Me. — k E. — l Cal. — m T. — n E. Me. — o Dic. — p Cal. — * Be. — † Er. ex Th. E. ex Chrys. &c. — q E. — r Idem. — † Er. Zeg. Be. Camer. E. G. Me. T. &c. — t G. — v E. Me. G. Be — x E. Scl. — y G. — z T. — a Scl. ex Be. sim. E. — b E. — c G. — d Me. — * E. — f G. — g G. sic Be. — h G. — i Te. — k G. sim. — l G. — m V.

tes

tes justè à Diabolo excæcentur [n]. ¶ *Ut non*, &c. Εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν, &c.] *Nè* (vel, *Ad hoc nè*, P.) *irradiet* (vel, *collustret*, Ca. *illucesceret*, Er. Il. *oriatur*, Tre. ex Sy.) *eos* (Legendum αὐτοῖς [o], quia cum hoc casu construi solet hoc verbum [p]. Vel, *illis*, Er. Il. Tre.) *illustratio* (vel, *lumen*, Er. Il. Ti. P. Pi. Ar. *splendor*, Tre. Intelligit vim illuminandi, quæ Evangelicæ doctrinæ inest [q].) *Evangelii* (i. e. prædicationis [r]) *gloriæ* (vel, *gloriosi*, Be. Pi. Zeg. sive, *gloriæ pleni*, Zeg. vel, *quæ est gloria*, Er. Be. Vel, [per Hypallagen] *gloriæ Evangelii*, Er.) *Christi*, Be. i. e. per quod Christus glorificatur †. Nè participes essent ejus boni quod prædixit Esaias, 42. 6, 16. ἐνὶδάσαι, הופיע. In MS. est διαυγάσαι, & abest αὐτοῖς, non malè, i. e. *non videant illam lucem*. Nam αὐγάζειν & αὐγάζεσθαι sæpe est, *videre*. Τὸν φωτισμὸν dixit metonymicè, effectûs nomen ponens pro causa. Τὸ φῶς האור: nam אור plerumque φῶς vertitur; interdum φωτισμὸς, ut Job. 3. 9. Psal. 27. 1. & 44. 4. & 78. 14. *Evangelium splendens Christi* vocat annunciationem de Christi miraculis, resurrectione, ascensu in cœlos, Regno cœlesti, de missione Spiritûs per eum facta [t]. Al. Metathesin hoc versu esse puto, qualis Joh. 11. 4. εἰς Ἐφραὶμ, λεγομένην πόλιν, pro, εἰς πόλιν λεγομένην Ἐφραίμ· Act. 13. 1. ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν, pro, κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν ἐν Ἀντιοχείᾳ· & 25. 22. Vide & Animadv. ad Act. 13. 27. 1 Pet. 3. 21, 22. Hunc ergò locum sic reddo [v], *Inter quos Deus excæcavit mentes infidelium hujus seculi*, (Intelligit præcipuè Judæos [x], qui oblatum Evangelium invictâ pervicaciâ respuebant [y]; aliósque reprobos [z]. Quod dixit cap. præced. de Judæis non credentibus, *velamen esse positum super cor eorum*, id nunc universè de reprobis significat [a].) *nè luceat*, &c. i. e. ità luceat ut videant & intelligant. Videtur respexisse illud Esa. 6. 10. Αἰὼν est propriè *ævum*, & non *mundus* [b]. ¶ *Qui est imago Dei*] Descriptio est Christi, respectu, vel, 1. Divinæ naturæ [c], quâ procedit à Patre ut imago ipsi simillima ac perfectissimè ipsum repræsentans [d]: vel, 2. officii Mediatoris, cujus pars præcipua est, ut Patrem suum nobis conspiciendum præbeat [*]. *Imago Dei*, in qua Patrem cognoscimus [f]. Nimirum quia sicut ex imagine hominis species cognoscitur; ità ex eis quæ egit & locutus est Christus, Dei potentia, sapientia, sanctitas, bonitas, Heb. 1. 3. Etiam Hebræis Messias dicitur צלם אל, ut in Zohar & alibi. Adde Joh. 1. 18. Col. 1. 15. 1 Tim. 3. 16 [g]. In 3 Codicibus legitur ἀοράτου, *invisibilis*, fortassis ex Col. 1. v. 15. quod tamen hìc otiosum non est: ut indicetur [h], Deum, alioqui naturâ suâ incomprehensibilem (& invisibilem [i]) in Christo velut oculis ipsis conspici [k], tum doctrinâ, tum manifestatis in carne ipsius virtutibus [l].

5. *Non enim nosmetipsos prædicamus*] Non dicimus nos esse hujus negotii principes: non nostram rem agimus [m]: non nostro vel quæstui vel utilitati servimus [n]. Nulla ergò penès nos est culpa, ob quam homines ab Evangelio reddantur alieniores [o]. ¶ *Christum—Dominum*] Vel nostrum, vel totius creaturæ. Ad eum solùm prædicatio nostra refertur [p]. Eum dicimus esse *Dominum* cui per omnia parendum sit [q]. ¶ *Nos—servos vestros*] Scil. prædicamus [r], vel potiùs, exhibemus, aut profitemur †, nos totos, servorum instar, utilitati & saluti vestræ impendentes [t]. Vide quàm modestè loquitur, qui se non Jesu tantùm *servum* dicit, sed & omnium eorum qui in Jesum credunt [v]. ¶ *Per* (vel, *Propter*, Be. Pi. &c.) *Jesum*] A quo ministerium hoc nobis injunctum est [x], vel ut Jesum vobis prædicemus [y].

6. *Quoniam Deus* (Hoc ipsum quòd *servus sit Christianorum* agnoscit maximum esse Dei in se beneficium [z]: sub. *est*, Val. Er. V. Camer. E.) *qui*, &c. Ὁ εἰπὼν λάμψαι] *Qui dixit* (vel, *jussit*, Er. V. D. G. Ca. i. e. solo verbo fecit. *Dicere* pro *jubere* est Hebraismus [a], & Synecd. generis [b].) *ut è tenebris lux splendesceret*, P. Be. Pi. tum, 1. corporalis [c], cùm scil. mundum crearet [d], Gen. 1. 3 [*]. Sæpe comparantur beneficia creationis veteris & novæ. Vide quæ ad initium Evangelii Johannis dicta. *Ex tenebris* Legis *lux* Evangelii [f]. Tum, 2. spiritualis, in quotidiana mentium illuminatione, &c [g]. Indicat Paulus, allegoriam subesse historiæ illi Gen. 1. quâ docemur Deum, sicut verbo fecit è tenebris, &c. ità verbo, id est, imperio & efficaciâ suæ voluntatis, ex infidelibus facere fideles: nam infideles *tenebræ*, fideles *lux*, dicuntur Eph. 5. 8 [h]. ¶ *Ipse*, &c. Ὃς ἔλαμψεν—πρὸς φωτισμὸν, &c.] *Qui* (vel, Is est *qui*, P. Be. Pi. Deest vocula *est* [i], more Hebræo [k]: vel ὃς ponitur pro οὗτος [l]. *Deus idem is est qui*, G.) *illuxit* (vel, *splenduit*, P. Be. Pi. vel, *lucem accendit*, G. Camer. Ἔλαμψεν hìc est pro Hiphil, ut suprà διαυγάσαι. Sic האיר, quod est in Hiphil, vertitur φωτιεῖς, Psalm. 18. 29 [m].) *in cordibus* (vel, *animis*, G. *mentibus*, E. lumine fidei, & cognitione mysteriorum Christi [n]:) *nostris* (ut eam [lucem] postea vobis impertiremus [o]:) *ad illuminationem* (vel, ad præbendum *lumen*, P. Pi. sic Be.) *scientiæ*, vel *cognitionis*, (i. e. vel, 1. ut nos illuminemur à Deo [p]: vel, 2. ut alios eâdem cognitione illustraremus [q]. Qui sensus optimè respondet superioribus [r]. Agit enim de ministris Evangelii, ut patuit suprà v. 1. †. & his verbis explicat partem postremam v. præced [t]. Confer Eph. 3. 8, 9. ubi de eodem suo ministerio agit [v].) *gloriæ* (vel, *majestatis*, G.) *Dei* (id est, quæ à Deo data est [x], h. e. perfectionum Dei [y], & mysteriorum [z] gloriosorum, seu quibus Deus glorificatur [a]: [& præcipuè] consilii Dei de salute hominum, &c [b].) *in facie Jesu Christi*, Mo. P. Be. &c. i. e. per claram certámque cognitionem Christi [c], ejúsque conversationis, vitæ ac doctrinæ [d], & redemptionis ejus [*]. Vulgò enim clarè cognoscitur quisque per faciem [f]. Sensus, q. d. gloriæ Dei quæ refulget in facie Christi, id est, in Christo, qui est imago Dei: ut sit allusio ad Moysen cujus in vultu gloria Dei refulsit [g]. Alludit ad Mosi faciem velamine opertam [h], cùm in Christi facie clarè refulserit gloria Dei Patris, velut in imagine absolutissima [i]. Πρόσωπον, פנים Hebræis, id omne significat quod sensibus exterioribus percipitur, ut Christi dicta & facta, & splendor ille in monte, & resurrectio, & quæ eam sunt secuta. In hoc Dei majestas sine velo apparuit [k]. Al. *in persona Jesu Christi*, Val. E. ex Sy. & Fab. & Tertul. & Caj. &c. i. e. in nomine, vice & authoritate Christi, cujus nos hac in parte legati sumus & ministri. Sic cap. 2. 10. dixit se docuisse *in persona Christi*. Confer & cap. seq. v. 20. Convenit hic sensus cum scopo Apostoli, qui est commendare ministerium Evangelicum à dignitate Domini, cujus in eo ministerio persona geritur [l].

7. *Thesaurum istum*] Vel, 1. cognitionis Evangelii [m]. Vide Matth. 13. 44 [n]. Vel, 2. ministerii Evangelici [o]. ¶ *In*, &c. Ἐν ὀστρακίνοις, &c.] Vox hìc tantùm occurrit & 2 Tim. 2. 20 [p]. *In vasculis testaceis*, P. Be. Pi. Er. in qualibus res pretiosas reponere solemus [q]: vel, *fictilibus*, Vulg. in qualibus olim lumina portabantur: quò hìc alludere voluit [r]. Ὄστρακον sign. & *testam*, sive concham piscis, & *lutum coctum* †. Significat vel, 1. corpora [t], lutea, caduca, fragilia [v], multis malis obnoxia, sicut fictile quod facilè frangitur, Jerem. 22. 28. Platonici corpus hominis palpabile, quod vocant ὀστρεΐνον, opponunt τῷ λεπτοτάτῳ σώματι, (*subtilissimo corpori*,) quod vocant ὄχημα ψυχῆς, (*vehiculum animæ* [x].) Vel, 2. ipsos homines [y], Apostolos [z], sic dictos tanquam & mortales, & viles, ut qui rudes essent scientiarum, ignobiles, inopes, omnium injuriis expositi. Certè personis magis quàm corporibus attribuunt ea quæ ad contemptum pertinent, ut anxietates pati, &c. quæ sequuntur [a]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ Θεοῦ] *Ut hæc hujus potentiæ* (vel, *ejus virtutis*, P. Pi. quæ scil. se exerit vel in sustentatione nostri sub cruce, vel in ministerio nostro [b]: vel, *ejus facultatis*, quâ scilicet idonei sumus ad præbendum lumen cognitionis [c].) *supereminentia* (vel, *excellentia*, P. sim. Pi. Er. V. vel, *excessus*, sive *supergressio*, Val. i. e. excellens illa potentia: *virtutem* enim hìc non vitio, sed infirmitati, opponit [d].) *sit* (hìc ᾖ significat *appareat* [*], vel *cognoscatur esse* [f]:) *Dei* (i. e. à Deo [g]. Adversa quæ patimur ostendunt illa quæ facimus mira, non nostrâ virtute nos facere. Nam si ea virtus in nostro esset dominio, careremus adversis [h].) *& non ex nobis*, Be. Pi. &c. h. e. virtutis nostræ [i]. Vide suprà 3. 5. Est vis quædam Divina in nobis, non ex nobis. Ideo agit cùm vult [k].

8. *In*, &c. Ἐν παντὶ θλιβόμενοι] *In omni* (sub. *loco*, Be. vel, *Undique*, E. Me. vel, *Variè*, sive *multifariàm*, E. *Dum in omnibus*, P. Be. Pi.) *tribulati*, Mo. vel, *pressi*, sive *afflicti*, Er. *premimur*, P. Be. Pi. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ᾽ οὐ στενοχωρούμενοι] *Sed non coarctati*, Mo. vel, *coarctamur*, P. Be. Pi. i. e. in arctum redigimur sic ut evadere non possimus;

simus [l]: vel, *opprimimur*, G. Hîc στενοχωρεῖα plus aliquid est quàm θλίψις [m]. Solent alibi istæ voces promiscuè usurpari, ut diximus ad Rom. 2. 9 [n]. Vide Rom. c. 8. v. 15. 2 Cor. 6. 4 [o]. Heb. dicerent, נחלצים ולא נחלשים [p]. ¶ *Aporiamur*, &c. Ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι] *Hæsitamus*, (vel, *Perplexi sumus*, G. Me. quomodo hoc verbum sumitur Gal. 4. 20. & nomen ἀπορία, Esa. 8. 22. Luc. 21. 25 [q]. hærentes & consilii inopes [r]: vel, *Laboramus*, Er. Il. Ti. *Æstuamus*, Ca. *Redigimur ad summam angustiam & inopiam*, V. Sed ἀπορία non tam ad corpus quàm ad animum refertur †.) *at non prorsus hæremus*, P. Be. Pi. vel, *non destituimur*, Er. Il. Ti. *non exæstuamus*, Ca. *non vincimur*, Sy. V. Er. *& malis opprimimur*, V. Er. *non planè desperantes ac tædio victi*, Er. *non ità perplexi ut desperemus*, ut suprà 1. 8 [t]. At ibi dicit se ἐξαπορηθῆναι. Resp. Ibi loquitur de præsidiis humanis, hîc de præsidio Dei, quod nunquam ei defuit [v]. Nec tamen hæc ità accipienda, quasi Deus suos Apostolos perpetuò incolumes servet, (sic enim martyrii gloriâ carerent,) sed usque ad tempus quo illos evocatos ex hac vita coronare constituit [x].

9. *Persecutionem patimur*] Ità P. Be. Pi. Ab hominibus quidem malè tractamur [y]. ¶ *Non*, &c. Οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι] *Non in ea deserimur*, P. Be. Pi. nempe à Deo [z]. Non permittit nos Deus à persecutoribus occidi [a], ante tempus ab eo constitutum [b]: solatur nos Spiritu suo [c]. ¶ *Dejicimur*, (ex edito loco vasa, ut sumus, fictilia [d]: vel, ut quis in pugna ab hoste dejicitur in terram & prostratus tenetur, jamjam, nisi quis opem ferat, occidendus *. Vel, *Prosternimur*, Be.) *sed non perimus*] Ità P. Be. Pi. &c. non conterimur, Deo manum subjiciente [f]. נדוחים ולא נבלעים. Similitudo sumpta à militibus qui dejecti resurgunt. Sic Israelitæ apud Jer. 51. 34. הממני, *Dejecit me Nabuchodonosor*. Omnia hæc præsignificata in Rubo ardenti, & per iter in Deserto, & per tempora Antiochi [g]. Hic versus & præced. agonum mores respicit. Tria hîc paria ad Luctatores pertinent, quorum duæ sunt artes; nempe hostem *comprimere*, quod θλίβειν: & *dejicere*, sive *substernere*, quod καταβάλλειν. Qui in lucta vincitur rectè dicitur & στενοχωρεῖσθαι, *ad angustias redigi*, & ἀπορεῖσθαι, *nescire quid agat*, non autem ἀπόλλυσθαι, *occidi*, quia prostratus resurgit, &c. Unum par ad cursores pertinet. Qui alium præeuntem sequitur dicitur & eum διώκειν, *prosequi*, & ab eo ἐγκαταλείπεσθαι, *relinqui*, Plut. Horat. &c [h].

10. *Semper*, &c. Πάντοτε τὴν νέκρωσιν, &c.] *Semper* (vel, *Ubivis*, Be. sim. P. Cui favet sequens, *circumferentes*, i.e. quocunque venimus paratam nobis crucem invenientes [i].) *mortificationem* (νέκρωσις, תמותה, sunt miseriæ & mortis pericula, Psal. 79. 11. Sic & RR. ממית עצם, νέκρωσις τῆς ἰσχύος: quomodo νέκρωσις μήτρας, Rom. 4. 19 [k].) *Domini Jesu*, &c. Vulg. Er. &c. Sic vocat, vel, 1. ipsius Christi passionem & mortem, ut ostendit *vita* Jesu huic *morti* opposita [l]: quam periculis & perpessionibus nostris nos illius Ministri atque Vicarii repræsentatione quâdam gestamus [m], & libenter in nobis exprimimus in hoc mundi theatro [n]. Vel, 2. mortificationem quam patiebantur Apostoli [o]: quam *Domini* vocat, [vel, 1.] quia ad exemplum Domini. Solent enim similia similium nominibus nuncupari, ut in sequenti opposito [p]. Vel, 2. quia propter Christum macerabantur. Vel, 3. propter συμπάθειαν. Vel, 4. quia ad Christum pertingunt miseriæ eorum [q]. [Sensus, q.d.] Assiduè mortis periculo exponimur, idque propter Christum [r]. ¶ *Ut & vita Jesu*, &c.] Quâ vivit immortalis post resurrectionem. Dum enim corpora nostra inter tot pericula & mortes occultâ quâdam virtute conservantur in vita, ex eo constat Jesum, pro quo nos, resurrectionem & vitam ejus prædicantes, talia patimur, resurrexisse & vivere †, & eo Christum resurgentem repræsentamus [t]. Al. *Vita Jesu*, i. e. vita talis qualis est Christi, immortalis, beata, cœlestis [v]. *Vitam* hîc appellat, vel vigorem illum & vividam potentiam nobis à Christo per Spiritum subministratam, quæ tum demum se exerit, cum afflictionibus tantùm non enecti esse videmur [x]; vel efficaciam illam seu vividam virtutem quæ in Apostolorum ministerio palàm sese exerebat: sicut ex antithesi apparet [y].

11. *Semper* (vel, *Quotidie*, i. e. sæpissimè [z]:) *enim nos qui vivimus* (i. e. qui vitâ illâ præditi sumus [a], vel qui in tot pro Christo periculis perduramus [b], nec tamen vitam amittimus [c]: qui nondum ex hac vita excessimus, ut multi jam Christianorum [d]. Vel qui per ministerium nostrum efficaciter in vobis agimus ‖.) *in mortem* (i. e. mortis pericula *, μετωνυμικῶς [f].) *tradimur propter Jesum*] i. e. Evangelii causâ quod à Christo nobis commendatum est [g]. ¶ *Ut & vita Jesu*, &c.] Repetit dictum v. præced [h]. Ut in nobis inter tot mortes viventibus appareat Jesum vivere [i], & posse etiam nos excitare & vitâ donare [k]. Al. Hîc ζωὴ significat *vim & efficaciam Christi*. Vita enim in actione consistit. Christus immortalis per Apostolos adhuc mortales agit & loquitur [l]. Ut declaretur in nobis vivificus ille Christi Spiritus & vigor per quem animati & sustentati per mille mortes intrepidè pergimus, &c [m].

12. *Ergò mors in nobis* (scil. ministris [n],) *operatur*, (vel, *agit*, Er. P. V. Pi. Ἐνεργεῖται sumitur vel activè, ut sensus sit, Mortem eos jam invasisse [o]: vel passivè, ut sensus sit, Evangelii prædicatio in nobis efficit *mortem* [p], id est, mortis pericula [q].) *vita autem in vobis*] [Quod variè explicant:] 1. Est ironica exprobratio in Corinthios [r]: q. d. vos interim tranquilli & securi vivitis †, & animos relaxatis periculorum expertes [t]: quod iniquum est & indignum [v]. 2. Sensus est, Per nostram mortem vobis gignitur, augetur, perficitur vita spiritualis, & salus æterna [x]: nostra est afflictio, vestrum commodum, ad vos redit nostrarum ærumnarum fructus [y]. Martyrum mors vita est Ecclesiæ [z]. Eadem Evangelii prædicatio vobis, qui nulla ob id incommoda sentitis, vitam efficiet æternam. Sed nè ipsi Apostoli ideo minoris haberentur quòd tot subjacerent incommodis, prudenter subjicit quod sequitur [a]. 3. Nos non aliter morte illâ vivimus quàm vos vitâ vivitis: qui videlicet in vestris rebus prosperis vitam vestram collocatis. Sed hoc fortè subtilius est [b].

13. *Habentes*, &c. Ἔχοντες δὲ, &c.] *Et quoniam habemus* (δὲ hîc non est adversativum, sed potiùs sententiam nectit: ἔχοντες continet αἰτιολογίαν [c].) *eundem spiritum fidei*, P. Be. Pi. scil. authorem sive donatorem fidei [d]: vel qui non datur nisi credentibus. Iterum hîc Genitivus Causam significat, i. e. conditionem requisitam *. Vel per Hypallagen [f], eandem fidem ab eodem Spiritu profectam [g]: quomodo Hebræis nomen *Spiritus* usurpatur, ut Esa. 11. 2 [h]. ut *spiritus mansuetudinis, pietatis*, &c. significat mansuetudinem, pietatem [i]: Sensus, q.d. Cùm ad eadem credenda ab uno Spiritu Sancto moveamur. Sed cum quibus eadem [k]? Resp. 1. Vobiscum [l], [sic enim legendum pro *nobiscum*.] cum Corinthiis ad quos scribit; q. d. Quamvis mors in nobis operetur, & vita in vobis, quia tamen nos eandem vobiscum fidem habemus, idcirco ad eadem promissa tendimus, & eandem vobiscum vitam immortalem exspectamus: id quod dicit v. seq [m]. 2. Cum omnibus hujus temporis fidelibus; q. d. Omnes isto Spiritu præditi impelluntur ad liberam Christi confessionem [n]. 3. Cum Davide, cujus testimonium subjicitur, aut in genere cum iis quæ crediderunt sancti Patres, & Prophetæ V. T. quorum unus fuit David. Ità ostendit hic locus contra Manichæos, eundem Deum ac Dominum, eandémque fidem, esse utriusque Testamenti [o]. *Eundem Spiritum* quem omnes sancti à mundo condito habuerunt [p]. ¶ *Sicut*, &c. Κατὰ τὸ γεγραμμένον, &c.] *Secundùm illud quod scriptum est*, (Comparationem hoc indicat, vel, 1. cum præced [q]. q. d. habentes eundem spiritum fidei atque is de quo scriptum est [r]. Vel potiùs, 2. cum seq. *Et nos credimus*, &c †. q. d. exemplo Davidis [t], quod scriptum exstat Psal. 116. 10 [v]. ubi Græca sic habent, Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα [x].) *Credidi*, (q. d. Ego David cùm in mediis versarer periculis [y], credidi tamen Deo salutem (& regnum Israelis [z]) mihi promittenti [a].) *ideo* (vel, & *ideo*, Er. P. Be. vel, *quapropter*, sive *propterea quòd*, Significat *se non fuisse locuturum nisi credidisset*: vel, *eò quòd*; sic significat, *se non fuisse crediturum nisi locutus fuisset* [b].) *locutus sum*, Pi. P. Be. &c. q. d. Quare hoc ipsum intrepidè locutus sum, me scilicet credere, &c [c]. vel, Quâ fide palàm ac libere divinam erga me bonitatem prædico [d]. In Hebræo est, *Credidi*, כי אדבר *; [quod vertendum,] vel *quia*, id est, *ideo*, vel *propter quod* (nam conjunctio causalis ponitur interdum pro rationali:

[l] D. sim. Be. [m] G. sim. D. Scl. [n] G. [o] Be. [p] G. [q] Idem. [r] Er. sim. E. Me. † Me. [t] G. [v] Be. sim. E. [x] E. [y] G. [z] E. Dic. sic G. [a] E. sic Dic. [b] Dic. [c] G. sim. Dic. [d] T. sic Me. * E. [f] T. sim. E. [g] G. [h] Ham. [i] Be. [k] G. [l] E. [m] Me. ex E. [n] T. [o] E. sim. Scl. ex Be. [p] G. [q] Scl. [r] V. † E. [t] T. sim. Me. [v] G. [x] Scl. sim. Be. [y] Vor. [z] G. [a] Be.

[b] Be. sim. [c] E. Me. [d] G. ‖ Vor. * V. G. [f] G. [g] G. sim. Me. [h] Me. [i] E. sim. V. [k] V. [l] G. [m] Cal. [n] Be. sim. E. [o] Scl. [p] G. [q] G. sim. E. Me. Be. [r] Chrys. &c. in E. † Me. sic Chrys. [t] Chrys. [v] Primas. in E. [x] E. sim. Me. [y] Be. [z] E. [a] G. [b] Be. [c] Idem. [d] E. Me. * G. [f] Pi. [g] E. sim. Be. Pi. Me. T. [h] Be. [i] Me. [k] E. [l] G. [m] E. [n] Vor. [o] Plerique in E. [p] Pi. [q] Q. in E. [r] Be. sim. Q. in E. † E. [t] Pi. [v] Pi. sic G. [x] G. [y] T. [z] E. [a] T. sim. E. [b] Er. [c] T. [d] E. * Pi.

rationali[f]: vel, *quum loquerer*, scilicet illa quæ ibi præcedunt: quibus continetur prædicatio beneficiorum Dei, & confessio suæ fidei de protectione Dei in futurum. Hæc, inquit, cùm loquerer, credidi; id est, ex verâ fide seu fiducia in Deum illa locutus sum[g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν διὸ καὶ λαλοῦμεν] Sic dixit pro, ἡμεῖς πιστεύοντες διὰ τοῦτο καὶ λαλοῦμεν· & hæc cum præcedentibus cohærent[h]. *Nos quoque credimus*, (scil. liberandos nos à malis, quemadmodum David liberatus est[i]: vel nos ministros novæ legis, licèt periculis expositos tandemque morituros, ad gloriam promissam perventuros[k].) *ideo*, vel *quamobrem*, *etiam loquimur*, P. Be. Pi. i. e. intrepidè profitemur spem liberationis & resurrectionis nostræ[l], & pericula nihil morati fidei nostræ confessionem constanter edimus, & in functione prædicationis perseveramus[m]. Al. Hoc vult, ut ex præced. & seq. constat; (legatur cap. 3, 4, & 5. agit nempe de patientia & constantia sua:) q. d. Vis ac vehementia fidei meæ tanta est, ut fieri non possit quin id quod credo omnibus annunciem, cùm ad id munus à Deo vocatus sim. Actus enim fidei & actus charitatis non possunt à se divelli[n]. Sensus loci, q. d. Videor mihi Davidis verba usurpare[o], cùm ducar eodem Spiritu, qui est auctor fidei[p].

14. *Qui suscitavit Jesum*] Scilicet à morte ad vitam immortalem, h. e. Deus Pater[q]. Deo Patri tribuitur excitatio Christi è mortuis, Act. 3. 15. & 13. 30. Rom. 4. 24. & 10. 9. 1 Cor. 6. 14. nostra autem & Deo & Christo, Joh. 5. 21. Rom. 8. 11[r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡμᾶς—ἐγερεῖ, &c.] *Nos quoque* (ministros ejus ad similem gloriam†) *per Jesum* (cujus membra facti sumus, & per quem donavit nobis omnia[t]; vel per meritum ejus[v]:) *suscitabit*, (à morte scil. illa quotidiana, de qua hìc agit[x]. Potiùs loquitur de resurrectione à mortuis[y].) *& sistet* (vel, *assistet*, Mo. *assumet*, Tre. *constituet*, Er. Ti. Æth. *exhibebit*, Er. G. vel, *adjunget sibi*, Er. *sistet*, sub. *sibi*, ex collat. Eph. 5. 27. Et sanè Syrus hìc supplevit, לוותה, *ad se*, vel *apud se*[z]. Sistet ante tribunal Christi. Sic infrà 11. 2. Eph. 5. 27. Sic *stare* dicitur qui Judici sui copiam facit, Act. 27. 24[a].) *vobiscum*, P. Il. Be. &c. Qui nobis credidistis[b], in cœlesti gloria[c]. Ejus boni quod vobis per tot mala acquirimus nos non erimus expertes[d]. Qui & fidei & tribulationum nostrarum estis participes, communem quoque gloriam habebitis[*]. Modestiæ causâ dicit potiùs, *Nos vobiscum*, quàm *vos nobiscum*[f], ne sibi plus aliquid in illa gloria præsumere videretur præ aliis fidelibus. Consideravit enim illos ut causam finalem sui ministerii[g].

15. *Omnia*, &c. Τὰ γὰρ πάντα, &c.] *Nam omnia* (nostra scilicet, universum ministerium nostrum[h], quæ aut patimur, aut agimus[i]: vel, *hæc omnia*, Be. Pi. hoc omne, quòd Christus mortuus est, quòd resuscitatus[k]: sub. *sunt*, vel *fiunt*, E. Tre. Be. Pi. &c.) *propter vos*, Mo. P. Er. &c. id est, in gratiam vestram[l]; non meâ magis quàm vestrâ causâ accidunt[m]: referuntur à me labores mei non ad privatum meum commodum[*], sed ad utilitatem & salutem vestram; ideòque nos æquum est fieri consortes salutis & gloriæ vestræ[o]. Confer 2 Tim. 2. 10[p]. Ut vos scilicet nostras cernentes pressuras ad Deum precantes confugiatis, & impetratâ liberatione communi Eucharistiâ Deum glorificetis[q]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἡ χάρις πλεονάσασα διὰ τῶν πλειόνων, &c.] Ὑποδιαστολὴ ponenda post πλεονάσασα. Sensus enim est, ut quò amplius est beneficium, eò abundantiorem efficiat Dei gloriam, multis admodum gratias ei agentibus[r]. *Ut gratia illa copiosissima*, (vel, *multiplicata*, Val. *amplificata*, Be. *exuberans*, Er. Zeg.) *pluribus gratias agentibus* (vel, *per plurium gratiarum actionem*, Pi. vel, *propter multorum gratiarum actionem*, Val. Er. Zeg.) *redundet in gloriam Dei*, P. Be. Pi. &c. Sensus est, q. d. Ex eo quòd Deus vos ejusdem nobiscum gloriæ facturus est participes, consequitur hic fructus†, ut gratia, seu beneficium illud in multos sparsum, eisdem multis pro eo gratias Deo agentibus, exuberet ad gloriam Dei[t]. Nullo enim opere nostro magis quàm gratiarum actione glorificatur Deus[v]. Ut cùm fuero liberatus & vobis restitutus, ingens illud beneficium redundet in gloriam Dei; propterea quòd non ego unus gratias agam, sed vos omnes mecum, & afflictionis participes & consolationis. Itaque, διὰ τῶν πλειόνων τὴν εὐχαριστίαν, non cohæret cum πλεονάσασα, sed cum περισσεύσῃ[x]. Verba sic construi possunt, *Ut gratia quæ exuberavit, abundet propter multorum*, &c. vel sic, *Ut gratia propter multorum gratiarum actionem exuberans, abundet*, &c[y]. Potest & περισσεύσῃ transitivè accipi[z], ut infrà 9. 8. & Eph. 1. 8. 1 Thes. 3. 12[a], adhærente huic Accusativo, εὐχαριστίαν[b]; ut sic vertatur, *Ut gratia abundans per plures*, (vel, *quæ per plures sparsa exuberavit*, Er. Zeg.) *gratiarum actionem abundare faciat in gloriam Dei*, E. sic Er. Zeg. h. e. Ut in multos effusa gratia per multos itidem gratiarum actionem pariat, quâ Deus glorificetur[c]. Syrus & Arabs sic, *Ut abundante gratiâ, redundet per multos gratiarum actio ad Dei gloriam.* Placeret, si Codex aliquis Græcus suffragaretur[d]. Sed nihil ferè prædictorum exactè videtur indicare Apostoli sensum, quem ex præcedentibus & ex Ambrosio talem esse colligo; q. d. Nihil refugio laborum periculorúmve vestræ salutis gratiâ, quò videlicet Dei tam dives & larga gratia, pluribus semper prodesse gestiens, apud quamplurimos propagari semper cum gratiarum actione possit atque augeri, ad laudem & gloriam Dei[*].

16. *Propter quod* (i. e. propter spem futuræ gloriæ[f]:) *non deficimus*] i. e. Non succumbimus malis quæ nobis plurima superveniunt[g]. Οὐκ ἐκκακοῦμεν] Id repetit quod dixerat suprà v. 1[h]: [ubi dicta vide.] *Non segnescimus*, vel, *segniter non cedimus*, Er. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' εἰ καὶ ὁ ἔξω—ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ] *Sed etiamsi externus homo noster corrumpitur*, (i. e. per tot adversa attenuatur[i]; id enim hìc est διαφθείρεται· nam & in Jure *perire* dicuntur quæ deteriora fiunt[k]: sive etiam ex seipso propter mortalitatem vergit ad interitum[l].) *internus tamen renovatur* (i. e. novas vires acquirit[m], vegetior fit: q. d. *juvenescit*, quod ἀνανεοῦσθαι, Eph. 4. 23. התחדש, Psal. 103. 5[n].) *quotidie*, P. vel, *in dies*, Be. Pi. G. Heb. יום יום[o]: quod vertitur, καθ' ἑκάστην ἡμέραν, Est. 3. 4. Job 1. 4. Quid dicantur ὁ ἔσω καὶ ὁ ἔξω ἄνθρωπος satis exposuimus ad Rom. 7. 22[p]. Est autem hæc distinctio diversa ab illa *hominis veteris & novi*, de quo Eph. 4. 22, 24. Col. 3. 9, 10[q]. *Hominem exteriorem* phrasi quadam suâ ac peculiari vocat Apostolus[r] corpus hominis†, ut patet ex collat. Rom. 8. 10[t]. cum natura sensitiva[v]: *hominem* verò *interiorem* appellat Spiritum[x], sive animum[y], vel animam rationalem cum potentiis ei propriis[a]. Al. Idem homo dicitur *interior* & *exterior* secundùm diversas conditiones[*] vitæ, prout ad vitæ aut hujus terrenæ, aut spiritualis & æternæ, usum attinet[b]. Quicquid humanum est id externum dicitur, & quicquid spirituale, id est, fide sanctificatum & illustratum, interius[c]. *Renovatur* autem animus à vetustate ignorantiæ & peccati ad novitatem veritatis & justitiæ[d].

17. *Id*, &c. Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν,—κατεργάζεται ἡμῖν] *Momentanea* (vel, *Illico præteriens*, Be. *Quod in momento est*, Er. sic ἡ παραυτίκα ἡδονὴ, *momentanea voluptas*, in Demosth. & τὸ αὐτίκα δεινὸν, *subitum malum*, in Thucyd[*].) *enim levitas afflictionis* (vel *oppressionis*, P.) *nostræ* (τὸ ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως, Græca locutio pro, ἡ ἐλαφρὰ θλῖψις. Et ante παραυτίκα subaudiatur articulus ἡ, i. e. *hujus temporis afflictio*: quomodo sumpsere & Syrus & Latinus. Ità sumunt & Græci Interpretes: & sic παραυτίκα usurpant Xenophon & Demosthenes. *Levis* autem dicitur[f], non qualitate[g], quòd sit *levis toleratu*, sed quòd *citò transeat*[h], vel comparata ad gloriam, quæ ei opponitur membro altero antitheti[i]. Τὸ ἐλαφρὸν ponitur pro substantivo, & παραυτίκα fungitur vice adjectivi: quod Græcis frequens[k].) *excellenter excellenter* (vel, *excellenter excellentis*, Be. Pi. *secundùm excellentiam in excellentiam*, Mo. Me. *per excessum ad excessum*, E. ex Th. *mirè suprà modum*, Er. Il. Ti. vel, *excellentissimè grave*. Καθ' ὑπερβολὴν habuimus & Rom. 7. 13[l]. Sed hìc Hebræo more per verbum geminans Apostolus summam quandam excellentiam indicavit[m]. Idem bis dicit: nam Καθ' ὑπερβολὴν nihil aliud significat quàm εἰς ὑπερβολὴν[n].) *æternum pondus gloriæ* (βάρος δόξης dixit pro δόξαν βαρεῖαν, *gravem gloriam*: sic vocat eam quæ solida est. Nam quæ solida sunt ex auro plus pendent quàm mixta[o]. Ipsa *gloria* כבוד apud Hebræos à *gravitate* nomen habet. Cujus adjectivum כבד Chaldæus sæpe vertit per יקר[*], id est, τίμιον.

τίμιον p. Allusit ergò, ut solet, ad Hebræum & Chaldæum nomen *gloriæ*, quorum utrumque & *pondus* & *gloriam* significat q. כבד duo significat, *pondus* & *copiam*; indéque duo alia, *gloriam* & *opes*. Hinc βαρὺ apud LXX multitudinem denotat, ut 1 Reg. 10. 2. 2 Reg. 6. 14. & 18. 17. &c. Et כבד Gen. 13. 2. LXX vertunt πλέος. Βάρος ergò h. l. non *pondus*, sed *copiam*, vel *divitias*, significat r. Βάρος hîc dicitur non quòd *gravet*, sed quòd *solidum sit & permaneat* †.) *conficit*, P. vel, *parit*, Er. Il. Ti. *operatur*, Mo. Ar. *præparat*, Tre. ex Sy. [Ca. versum sic reddit, *Brevis enim levísque nostra calamitas, incredibile dictu quàm sempiternam quámq; gravem nobis gloriam pariat.*] Vis causandi tribuitur quandoq; causis sine quibus non, ut Rom. 4. 14, 15. *Operari* dicuntur *nobis* gloriam, non meriti modo, Rom. 8. 18. sed ratione misericordiæ Dei promittentis gloriam patientibus pro Christo t.

18. *Non*, &c. Μὴ σκοπούντων, &c.] *Dum non spectamus* (i. e. nobis instar scopi proponimus v;) *ea quæ cernuntur*, (vel, *visibilia*, Be. i. e. hujus vitæ commoda x, & incommoda y; crucem præsentem z:) *sed ea quæ non cernuntur*, P. Pi. &c. vel, *quæ sunt invisibilia*, Be. Vide Heb. 11. 1 a. ¶ *Temporalia*, Πρόσκαιρα] *Temporaria*, P. V. Pi. &c. i. e. ad tempus (breve scilicet b) durantia c. Πρόσκαιρα dicuntur *quæ non diu durant*, ut Mat. 13. 21. Marc. 4. 17. Heb. 11. 25. ¶ *Æterna*, Αἰώνια] i. e. *Sine ullo fine*: Nam ità vox hæc in libris Novi Fœderis ex ipsa fœderis natura sumitur d. Meritò ergò hæc præ illis spectanda nobis sunt & speranda *. Nam de præmiis sermo est f. Seneca Epist. 59. *Omnia ista quæ sensibus serviunt, quæ nos accendunt & irritant, negat Plato ex iis esse quæ verè sunt. Igitur ista imaginaria sunt*, &c. *Mittamus animum ad illa quæ æterna sunt. Contemnamus omnia quæ adeò pretiosa non sunt, ut an sint omnino dubium sit* g.

CAP. V.

1. *Scimus enim*] i. e. Certâ fide persuasi sumus nos ministri Evangelii, quorum præmium, de quo locutus fuerat in genere, nunc speciatim explicat a. Cohærent hæc cum superioribus b. Pergit fidelitatem suam in Ministerio ostendere, commemoratis causis impellentibus, &c *. ¶ *Si*, &c. Ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ] *Si* (i. e. postquam: nisi malis eum dubitanter loqui propter eos qui vivi reperientur, &c. 1 Cor. 15. 51, 52. & 1 Thess. 4. 15 c. Ἐὰν hîc est *etsi* d.) *terrestris hujus domus nostræ tabernaculum* (vel, *domus tabernaculi*, Mo. Pi. Er. E. &c. *hujus*, Er. Il. Ti. i. e. domus quæ est tabernaculum, quod opponit ædificio *: quod caducam corporis & hujus vitæ conditionem aptè significat f. Hypallage est g.) *dissolutum fuerit*, P. Be. Pi. *Etiamsi, inquit, corpus hoc non tantum affligatur, sed etiam dissolvatur ante diem Domini* h. Corpus vocatur *domus* i, quòd in eo anima habitat; *terrestris*, tum quòd in terram resolvi possit & debeat k, & ex terra extractum sit l; tum præcipuè quia super terram est, sicut mox domus cœlestis dicitur, quia in cœlo possidetur: non enim χοϊκὴ hîc dicitur, ut 1 Cor. 15. sed ἐπίγειος m. vocatur quoque *tabernaculum*, ut significetur haud diu duraturum, sed ad paucos dies paratum, ut sunt tabernacula n. Σκῆνος & Hebræis & Pythagoricis est *corpus*. Sic γεῶδες σκῆνος idem quod φθαρτὸν σῶμα, Sap. 9. 15. Appellat sic & Eurysus libro De fortuna, Theagis libro De virtutibus, Pythagorici ambo, & Plato Axiocho, & Hebræus liber Zoar. οἰκία τοῦ σκήνους, quomodo *fons Timavi, oppidum Antiochiæ, amnis Eridani, arbor fici*, Ἀξηνητικός o. q. d. quod domicilium est animæ tabernaculum p. Σκήνωμα eodem sensu, 2 Pet. 1. 13. & *domus* apud Philonem q. [vide G.] Animus noster in corpore habitat, non tanquam in domo diu statura, quæ jam dicetur οἰκοδομὴ, sed tanquam in tentorio, quod facilè tollitur r. ¶ *Quòd*, &c. οἰκοδομὴν, &c.] *Ædificium ex Deo* (vel, *à Deo factum*, G.) *habemus*, P. sic Be. Pi. &c. Nihil nobis peribit †. Intelligit, vel, 1. beatitudinem cœlestem, de qua Joh. 14. 1. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt* t: vel, 2. corpus gloriosum v, cœleste, spirituale, de quo 1 Cor. 15. 44, 46, 48, 49 x. Ità omnes ferè Interpretes accipiunt y. Sic & Christi corpus vocatur & *templum*, Joh. 2. 21. & *tabernaculum*, Heb. 9. 11. Obj. De eo non aptè diceret *habemus*, scil. continuò post dissolutionem, ut ostendit scopus Pauli z. Resp. 1. Præsens hîc est pro Futuro, *habebimus* a: quomodo de credente dicitur quòd *habet vitam æternam*, Joan. 3. 36. & 6. 47. Sic & Paulus de resurrectione futura loquens utitur verbo præs. temp. 1 Cor. 15. 43. *resurgit in gloria, resurgit corpus spirituale*. 2. Post *habemus* commodè hîc subintelligitur *repositum*, vel *reservatum*, propter id quod sequitur, *in cœlis*. 3. Scopus Apostoli est de futura ministrorum gloria disserere in genere, sive ea ad corpus, sive ad animam, pertineat; & sive statim à morte possideatur sive multò pòst. Nam & resurrectionis paulò antè meminit, &c b. ¶ *Domum* (sub. *scilicet*, P. sic Be. Pi.) *non manufactam*] q. d. Non operâ aut manibus hominum factam c, sed opere Divino d. Perstat, quanquam de corpore loquens, in similitudine *ædificii*. Sic ναὸν ἀχειροποίητον habemus Marc. 14. 58. περιτομὴν ἀχειροποίητον, Col. 2. 11. Vult dicere *Corpus factum Divinitus*. Sic, ἅγια οὐ χειροποίητα, Heb. 9. 24 *. ¶ *Æternam in cœlis*] Corpus scilicet immortale f, gloriosum, æternum g, & loco isti, id est, *summo cœlo*, conveniens h.

2. *Nam*, &c. Καὶ γὰρ ἐν τούτῳ στενάζομεν] *Nam in hoc* (scil. tabernaculo, sive domicilio i, vel, corpore k mortali l: vel, *hac de re*, i. e. de tribulationibus suprà memoratis m: vel, *ob id*, Er. V. Zeg. E. scil quod dictum est n, quòd scil. exuendi sumus hoc tabernaculo per mortem, quæ naturæ molesta est & acerba o, quòd domum cœlestem assequi non possumus, nisi domo terrenâ priùs dissolutâ; repugnante videlicet desiderio nostro naturali, quo sine morte vellemus immortalitate donari p: *ob id* quòd cupiamus superindui q.) *suspiramus*, P. vel, *gemimus*, Er. G. Rom. 8. 23. nempe ob quotidianas molestias r. Probat ex gemitu sanctorum, habituros illos domum æternam. Nam si desiderium naturæ non est inane & sine effectu, multò minùs desiderium gratiæ †. Al. Versu præced. fidelitatis suæ hanc causam impellentem memorat, certam ipsius confidentiam de beata immortalitate: hujus autem indicium hîc exhibet, desiderium scil. migrandi ex hac vita *. ¶ *Habitationem*, &c. οἰκητήριον—ἐπενδύσασθαι, &c.] *Expetentes* (vel, *Quòd cupiamus*, Er. Zeg.) *domicilio nostro* (i. e. corpore immortali t, quod habebimus in altera vita v: vel glorioso corpore ipsius Christi. Nam *Christus* à nobis *indui* dicitur Rom. 13. 14. Gal. 3. 27 x. Sed prius loco accommodatius est y.) *quod è cœlo est* (id est, cœleste, gloriâ nimirum & ἀφθαρσίᾳ, non autem substantiâ z,) *superindui*, P. Il. Be. Pi. &c. vel, *supervestiri*, Vulg. Er. ità scilicet ut non priùs exuantur corpore mortali, sed superinduantur immortali a, veste immortalitatis accedente ad vestem corporis b. Emphasis hujus verbi pleniùs intelligi potest ex 1 Cor. 15. 51, &c. ubi de subita vivorum immutatione agitur c. Vox ἐπενδύσασθαι, aut ἐνδύσασθαι, quâ utitur Paulus, 1 Cor. 15. 53. respondet Hebrææ התלבש, quâ in hac re utitur liber Zoar & alii. Exemplum ponunt in Enocho & Elia d. Dicit *superindui*: nam & corpore induimur: unde [corpus] *indumentum* vocatur Hebræis *. Vestem vocat immortalitatis gloriam, quâ corpus nostrum obtegetur. Sic usurpatur & verbum לבש, ut diximus Luc. 24. 49. & 1 Cor. 15. 53 f. Præpos. ἐπὶ significat, vel, 1. vestem vesti additam g, ut si quis indutus thorace superinduatur pallio h: vel, 2. vestem corpori injectam, ad illud operiendum. Mortalitatem enim exuemus, ut succedat immortalitas i.

3. *Si*, &c. Εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, &c.] *Si tamen* (vel, *Si modò*, Ca. *Siquidem etiam*, P. Be. Pi. Correctio est propter ignoratam voluntatem Dei hac in parte k, essétne victurus ad diem Domini l.) *induti* (vel, *vestiti*, Mo.) *non nudi reperiemur*, Er. Il. Ti. P. Be. &c. Hæc antithesis intelligitur, vel, 1. de regeneratione & spirituali Christi induitione, & nuditate huic contraria m: de veste virtutum & bonorum operum; confer Col. 3. 12. Apoc. 19. 8 n. de Christi justitia, quæ sola nuditatem nostram, h. e. peccata, tegit. Ità præcedens privilegium de induenda cœlesti gloria limitat o. Duplex ergò vestitus noster hîc commemoratur; 1. in hac vita, justitia Christi & sanctificatio: 2. à morte, immortalitas & gloria. Prior autem

autem causa est secundi. Hic sensus elicitur ex particula *Etiam*, quæ amplificandi causâ additur; q.d. Nova vestis fidelibus à morte parata est, siquidem in hac etiam vita vestiti fuerint*. Sed hic commentarius non convenit contextui, nec scopo Pauli[p]. Sic enim vestiri omnibus electis commune est, superindui verò paucorum est[q]. Vel, 2. de vita & morte animali, ut præced. & seq. docent, & ad diem ultimum referenda est[r]. Sensus est, q.d. Idque nobis continget†, nempe non dissolvi, non mori, propter quod gemimus; sed superindui, quod tantopere expetimus[t], si nos dies iste [ultimus] deprehendat cum corpore, non exutos à corpore, si erimus inter mutandos (sive vivos[v],) non inter mortuos*. Versus hic, ut puto, parenthesi includendus est, & sic reddendus, *Utinam etiam induti non nudi reperiamur*. Precatur ut in ultimo die inveniantur cœlestem habitationem superinduti, & non ea destituti. Vide similes loquendi formas, Matth. 22. 11. & Apoc. 3. 18. Precationes ejusmodi apud Apostolum sæpe interveniunt in medio sensu. Εἰ optativè sumitur, de quo vide ad Luc. 12. 49. & γε frequenter vacat†.

4. *Nam*, &c. Καὶ γὰρ οἱ ὄντες—βαρούμενοι] *Etenim qui sumus* (Repetit quod dixerat, & addit causam cur gemant, οἱ ὄντες, *dum moramur*. Sic Ruth 1. 4. וישבו שם, in Græco, καὶ ᾤκησαν ἐκεῖ[y]. Vel, *quia sumus*: ponitur enim articulus αἰτιολογικῶς[z].) *in hoc tabernaculo* (scil. corporis mortalis[a],) *suspiramus* (i.e. gemendo precibus Deum solicitamus[b],) *onerati*, P. Er. &c. vel *gravati*, Mo. Be. onere, vel, 1. carnis hujus corruptibilis[c]; in qua beati esse nequimus[d]: vel, 2. peccati: vel, 3. crucis*, sive molestiarum, &c[f]. ¶ *Eò quòd*, &c. Ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν, &c.] *Eò quòd* (ut ἐφ' ᾧ sumitur Rom. 5. 12. Causam exponit cur hîc suspirent sancti[g]. Vel, *Propterea quòd*, Ti. Zeg. *Quandoquidem*, Ca. E. vel, *Quoniam*, Q. in Be. Frobenius legit ἐπειδὴ, sed profectò legendum est ἐφ' ᾧ, ut vet. cod. omnes habent, &c[h]. Vel, *In quo*, P. Be. D. scilicet corpore constituti[i],) *non cupimus* (vel, *nollemus*, Ca. sic Er. Il. Mo. Ti. Tre.) *exui* (hoc corpore, si fieri posset; h.e. nollemus mori[k]: non quòd velimus corpore carere: id enim refugit naturalis voluntas[l]. Pondus sentimus, eo tamen levari nolumus[m].) *sed superindui*, Pi. &c. scil. immortalitate[n]. Dictum hoc comparatè, *Malumus non exui hoc corpore, sed per mutationem superindui corpore immortali*. Malumus mortem lucrifacere[o]. Loquitur de cunctis Christianis, qui immortalitatem optantes, à morte naturâ abhorrent; & cuperent, si fieri posset, eorum esse qui in adventu Christi subitò mutabuntur[p]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα καταποθῇ, &c.] *Ut absorbeatur* (Alludit ad subitam corporum immutationem, de qua 1 Cor. 15[q]. Vel, *consumatur*, nempe sine dolore[r],) *mortalitas* (vel, *mortale*, G. sic Vulg. D. corpus scilicet†,) *à vita*, P. Be. Pi. Ità loquitur & liber Hebræus qui dicitur *Succus malorum granatorum*[t]. *A vita*, scil. immortali[v], seu potiùs immortali illo corpore, quo olim amiciemur[x]: i.e. ut corpus ex mortali reddatur immortale[y]. Græci hinc rectè probant, idem numero corpus resurrecturum†.

5. *Qui*, &c. Ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, Θεὸς] *Porrò qui condidit* (vel, *fecit*, Er. V. corpora nostra in utero plasmavit[z]. De prima hominis creatione hoc accipi potest, præstat tamen de secunda interpretari, de qua paulò post sequetur[a]. Vel, *formavit*, E. *expolivit*. Τὸ κατεργάζεσθαι apud LXX sign. *rem expolire rudem & informem*, & istâ voce reddunt Heb. חרש, Exod. 35. 33. & כרת, 1 Reg. 6. 56. Eâ ergò Paulus eleganter exprimit vim gratiæ, quâ nos, à vita cœlesti alieni, comparamur & idonei reddimur qui compotes simus immortalitatis. Quam ob causam dicimur Dei οἰκοδομὴ, 1 Cor. 3. 9. & κτίσις, 2 Cor. 5. 17. & ποίημα, Eph. 2. 10[b]. Vel *paravit*, Er. V. E. *præparavit*, G. Scl. per Evangelii nempe sui cognitionem[c], & quotidie parat aptósque reddit[d]. Sic עשה Hebræum, quod per כון exponitur Deut. 32. 6. sæpe significat ἑτοιμάζειν, & sic vertitur interdum*.) *nos* (Evangelii ministros[f]) *ad hoc ipsum* (i.e. ad hanc gloriam, ex Rom. 9. 23[g]. ut simus aliquando gloriosi & immortales[h].) *Deus*, P. &c. sub. *est*, Er. P. Be. G. ut suprà 1. 21. & 4. 6[i]. ¶ *Qui dedit nobis pignus* (vel, *arrhabonem*, P. Be. Pi.) *Spiritûs*] i.e. Spiritum Sanctum tanquam arrhabonem[k]. Genitivus positus exegeticè: nam ipse Spiritus est arrhabo[l]. Genitivus notat speciem[m], ut Rom. 4. 11[n]. Spiritus ille qui credentibus à Deo datur[o], cujus multa dona accepimus[p], est velut promutuum vitæ illius plenè spiritualis: Vide suprà 1. 22[q]. Est arrha gloriæ futuræ, &c[r].

6. *Audentes*, &c. ità Camer. Zeg. Θαρροῦντες—ἐνδημοῦντες——ἐκδημοῦμεν, &c.] *Confidentes* (sub. *sumus*, G. Sic enim solent Hebræi participia sine verbo ponere pro verbis præsentis temporis†, quod Hebræi in verbis non habent[t]. *Sumus bono animo*, G. Er. vel, *Confidimus*, Pi. Me. Di. nos scil. adepturos illam gloriam[v], ideóque semper fidenti animo sumus[x], nec ulla pericula reformidamus[y]:) *igitur semper*, & (vel, *idque*, Pi. vel, *etiam*, Di.) *scientes* (q.d. non interim ignari[z]: vel, *scimus*, Er. Be.) *quoniam* (vel, *quòd*, P. Di. *dum*, Be. Pi. Er. D.) *advenæ* (sub. *sumus*, P. vel, *adsumus*, vel *versamur*, Er. vel, *habitamus*, seu potiùs *commoramur*, D. vel, *sumus*, Er. D. vel, *inhabitantes*, Di. ἐνδημεῖν est, *domi agere*[a], aut *in populo suo esse*[b]:) *in corpore* (scil. hoc mortali[c],) *peregrinamur* (vel, *peregre absumus*, P. sic Be. Pi.) *à Domino*, Mo. &c. i.e. à conspectu ipsius absumus, ut peregrini, qui à fratribus suis absunt[d]. Ἐκδημῆσαι est, *foris agere**. A visione & fruitione Dei[f], extra patriam degimus, ideóque patriam quærere debemus permanentem cum Deo, ut Heb. 11. 13, 14. Hoc divinitus edocti sumus, & hæc confidentiæ nostræ causa[g]. Itaque dura toleramus, & voluptates spernimus, quia ad cœlestem patriam festinamus[h]. Nec absentia nostra à Domino fiduciam nostram convellit[i].

7. *Per fidem* (i.e. fide duce ac prævia[k], credentes, ac per fidem exspectantes gloriam futuram[l]: vel, *in rei fiducia*, i.e. certâ spe[m].) *enim ambulamus*] i.e. Vivimus, ex Hebraismo[n], vitam nostram componimus; id enim הלך Hebræis[o]: vel tendimus ad cœlestem patriam[p]. ¶ *Non*, &c. Οὐ διὰ εἴδους] *Non per speciem*, Er. Ti. Ar. Mo. i.e. non videmus *speciem*, i.e. naturam ac pulchritudinem Dei, &c[q]. *Species* enim hîc rem ipsam, seu rei veritatem, hîc significat[r]. *Non in ipsa re versamur*. Τὸ εἶδος dixit, τὸ εἰδόμενον καὶ παρόν sicut Latini Jurisconsulti *speciem* vocant rem ipsam quæ accidit. Sic שביה Esa. 1. & תמונה Exod. 20. ut ibi annotavimus. Isocrates in Helenæ laudatione ἰδέαν vocat, sic loquens, *Eorum quæ pulchritudine carent nihil amari comperiemus, sed omnia contemni* πλὴν ὅσα τῆς ἰδέας ταύτης κεκοινώνηκε, *nisi quæ hanc speciem habeant*, h.e. hanc rem. Heb. 10. vocatur εἰκών. Non dissimile est quod Marc. 10. 42. scriptum est, οἱ δοκοῦντες ἄρχειν, *qui videntur imperare*, h.e. quos videmus imperare, qui imperant†. *Rem verò visam consecuti nondum sumus*: εἶδος, תמונה, est *res ipsa*, Num. 11. 8. Par sensus Rom. 8. 24. 1 Cor. 13. 12[t]. Al. *Non per aspectum*, P. Be. Pi. Calv. vel, *visionem*, Tre. ex Sy. i.e. αὐτοψίαν[v]. nondum tuentes bona promissa[x]. Huic rectè opponitur fides, tanquam hypostasis eorum quæ sperantur[y], quæ apprehendit abscondita, & futura quæ nondum extant[z]. Hic versus parenthesi includendus est[a]. Non placet: reclamat particula δὲ[b]. Sed γὰρ hîc redundat[c].

8. *Audemus*] Repetit quòd dicere cœperat, ut fieri interdum solet absolutâ parenthesi[d]. ¶ *Et*, &c. Εὐδοκοῦμεν μᾶλλον ἐκδημῆσαι, &c.] *Et probamus* (vel, *acquiescimus*, E. *consentimus*, Er. ex Amb. *concupiscimus*, Tre. ex Sy. sic Ar. *malumus*, G. sic Ca. *gratius est nobis*, Be.) *magis*, vel *potiùs*, *peregrinari* (vel, *abesse*, Be. Ar. Ca. *migrare*, Il. P. *peregre abesse*, Er. Ti.) *à corpore*, & *habitatum ire* (vel, *adesse*, Be. *incolere*, Pi. *domi esse*, Val. *domi agere*, E.) *ad* (vel, *apud*, Be. Pi. E.) *Dominum*, Mo. P. &c. i.e. tanquam in patria præsentes apud Dominum morari*, quàm contrà, in corpore præsentes, à Domino abesse[f]: nempe si nostram tantùm conditionem respiciamus, ut explicatur Phil. 1. 23[g].

9. *Et ideo* (quia de resurrectione non dubitamus[h]:) *contendimus*, ità Mo. sic Er. Il. Be. Φιλοτιμούμεθα] *Ambimus*, P. Pi. *Certamus*, Er. V. *Omni studio contendimus* G. sim. E. Tre. ex Sy. id enim est φιλοτιμεῖν[i], ut Rom. 15. 20. 1 Thes. 4. 11[k]. Sanctâ quâdam ambitione inter nos contendimus[l]. ¶ *Sive*, &c. Εἴτε, &c.] Particula hæc h. l. non est disjunctiva, sed copulativa, ut 1 Cor. 13 8. Col. 1. 20[m]. *Et incolentes* (scilicet apud Dominum, ex v. præced[n].) & *migrantes* (scil. à Domino, ob anti-

 thesin;)

thesin °:) *ei simus accepti*, P. &c. Ut & in vita & in morte illi placeamus P: Nam si in vita ei placuerimus, haud dubiè post mortem ei placebimus, &c q. *Ut & nunc & tunc Christo placeamus*, nunc vitam nostram ipsi probando, tunc ab ipso præmium accipiendo r: ut & nostra peregrinatio Deo placeat, & demum ab illo domum recipiamur †.

10. *Omnes enim nos*, &c. Ἡμᾶς φανερωθῆναι, &c.] *Nos comparere*, Be. Pi. vel, *manifestos fieri*, P. i. e. *stare*, παρεστῆναι, Rom. 14. 10. נגלה, *conspici* t; i.e. non modò sisti præsentes, sed etiam illic in nos inquiri, ut palàm fiat qui fuerimus v. Omnia hominum facta & Christo judici & omnibus hominibus nota erunt. ¶ *Ante tribunal Christi*] i.e. Coram Christo judice x. Ut solent qui causam dicunt stare in loco conspicuo coram Judice y. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, &c.] *Ut referat* (vel, *reportet*, Er. P. Be. &c. *percipiat*, Camer. vel, *accipiat*, Camer. Ham. tanquam præmium, vel coronam, ut coronam ἀγωνίζειν & λαμβάνειν dicebantur z:) *unusquisque ea in corpore* (vel, *quæ in corpore*, P. Be. Pi. sub. *recipiat*, P. vel, sub. *fecerit*, Be. Pi. vel, *quæ per corpus*, sub. *fiunt*, Er. Ti. V. vel, sub. *gessit*, Er. ex Th. sic E. i. e. mercedem eorum quæ in corpore fecerit a: Meton. efficientis b. Vel, *propria corporis*, E. ex Vulg. Optima enim exemplaria pro τὰ διὰ σώματος legunt, τὰ ἴδια τοῦ σώματος c. Sic Complut. & Reg. Sic legunt & Cypr. Amb. Ruffin d. *Ista sunt ea quæ corpori debentur*. Sicut Justitia dicitur *suum cuique reddere*, quod sæpe est τὸ ἀμοιβὸν. *Referet quisque præmium vel pœnam, quod corpori ipsius*, id est, ipsi, *debebitur* *. Dicuntur *propria corporis*, non diversa ab iis quæ propria sunt animæ, sed ea quæ singuli fecerunt quisque in suo corpore dum hîc viverent f.) *ad quæ* (vel, *id quod*, Tre. ex Sy. vel, *juxta id quod*, Er. Il. Ti. V. vel, *ad ea quæ*, Er. i. e. pro ratione & portione eorum quæ g: vel, *congruenter ad id quod*, P. Be. Pi.) *gessit*, Mo. vel, *fecit*, Er. Il. &c. vel, *actum est*, Tre. i. e. convenienter vitæ quam duxerit h. Generale est & complectitur tum actiones exteriores, tum intimas cogitationes habitúsque, aut si quid habitibus simile est, voluntati dominans, quale est peccatum originale, &c i.

11. *Scientes ergò timorem* (vel, *terrorem*, P. *terrorem illum*, Be. Pi. Metonymia k. *Timor* pro *re timenda*, more Scripturæ l.) *Domini*] i. e. Horrendum illud judicium extremum m: q. d. timentes Dominum n: quia scimus timendum esse Dominum judicem, & vindicem o. Al. Cùm igitur notum nobis sit quæ sit vera religio: quam Hebræi circumscribentes vocant יראת יהוה, ut in Proverbiis sæpe p. ¶ *Hominibus*, &c. Ἀνθρώπους πείθομεν] *Hominibus suademus*, Vulg. Er. i. e. persuadere nitimur q, vel, 1. hunc ipsum timorem r: vel, 2. ut Christum recipiant †: vel, 3. ut probent ministerii nostri dignitatem ab ejus fructu & efficacia t: vel, 4. nostram integritatem v, nè cui scandalo simus x: ut hominibus & nos ipsos, & causam sive prædicationem nostram, probemus. Πείθειν ἀνθρώπους est, *homines conciliare*, sive *placare*. Vide ad Gal. 1. 10. & 1 Joh. 3. 19 y. *Homines ad fidem adducimus*, P. Be. Pi. *Damus operam ut alios persuadeamus eam religionem sequi*, G. ¶ *Deo autem manifesti sumus*] Dico, inquit, *Hominibus suademus*. Nam quod ad Deum attinet, nihil opus est ut illi nostram integritatem persuadeamus. Novit enim ille recessus intimos cordis nostri z. Scit me sincerè agere a, & ipsum timere, & timorem hunc aliis suadere b. Hujus sinceri nostri propositi Deum habemus testem. Præteritum pro quovis tempore, more Hebræo c. Sententia est, Sic homines convertimus, ut fidem nostram Deo interim probemus d. ¶ *Spero autem*, &c.] Non dubito quin me quod attinet etiam vestra conscientia mihi talis propositi testis sit *. Spero & confido sinceritatem nostram in Evangelico munere ità vobis jamdiu probatam esse f, ut bene rectéque de nobis sentiatis g.

12. *Non—commendamus nos*, &c.] Repetit quod dixerat suprà 3. 1. Ideo dicit πάλιν hoc sensu, *Iterum dico non opus esse ut me vobis commendem*; *satis me nostis*. Est trajectio verborum, οὐ γὰρ πάλιν, pro, πάλιν γὰρ οὐ, & οὐ συνιστάνομεν, pro, λέγομεν οὐ συνιστάναι h. Non hæc scribo ut me meáque commendem i. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος, &c.] *Sed* (supple *hæc dicimus* k,) *occasionem vobis damus* (vel, *dantes*, E.) *gloriandi* (vel, *magni gaudii*. De quo significatu Verbi καυχᾶσθαι, & Nominum καυχήσεως & καυχήματος, satis jam diximus l.) *de nobis*, P. sim. Be. Pi. &c. adversus Pseudo-apostolos qui nobis obtrectant m: vel, *pro nobis*, Vulg. Ut qui ab eo in fide instituti sitis, in quem nulla meritò cadat reprehensio n. Διδόντες sub. ἐσμὲν o. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἔχητε πρὸς τοὺς ἐν προσώπῳ καυχωμένους, &c.] *Ut habeatis* (sub. *aliquid*, Il. Ti. vel, *quod dicatis*, P. Be. Pi. Æth. vel, *quo gloriari possitis*, Camer. sic Zeg. vel, *quod respondeatis*, V. vel, *unde causam meam tueamini*, G.) *adversus* (vel, *ad*, Mo. *apud*, Sy. Ar.) *eos qui in facie* (vel, *facietenus*, i. e. in conspectu hominum p: vel, *ex facie*, P. *de facie*, h. e. externâ specie q, in rebus externis r, ut eruditione & divitiis †, sapientiâ & eloquentiâ humanâ t, nobilitate, &c v. Πρόσωπον, מראה, 1 Sam. 16. 7. ubi ὄψιν posuere Græci, omne id quod inter homines humana sapientes magni fieri solet x.) *gloriantur*, (vel, *gloriam captant*, P. Be. vel, *sibi placent*, G.) *& non in corde*, Er. i. e. in cordis puritate y, qualem mei actus testantur z; & conscientiæ testimonio †, quo Paulus gloriabatur suprà 1. 12 a. Non tales intus se vident, quales exteriùs videri volunt b.

13. *Sive*, &c. Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, Θεῷ· εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν] *Nam sive insanimus*, (vel, *desipimus*, Val. Er. *mente excedimus*, Vulg. Loquitur ex opinione adversariorum c. Sive de nobis gloriosè loquamur, quod stultum & insanum videtur d. Confer dicta infrà cap. 11. & 12. Excusat se, quòd hîc & in seq. ea diceret quæ ad suam laudem spectarent, improbitate adversariorum compulsus, nec sine ratione aut necessitate atque utilitate *: q.d. Si quid glorior f. Vel, *rapti sumus extra nos*, Er. V. Inimici Pauli ἐκστάσεις ejus calumniabantur, tanquam signum animi non semper sui compotis. At Paulus contingere sibi ἐκστάσεις non negat, (nam & Petro contigerat, Act. 11. 5.) sed dicit hoc sibi evenire in Dei honorem, qui etiam eo modo Pauli ministerium illustrabat, infrà 12. 1 g.) *Deo*, (sub. *insanimus*, Er. P. Be. Pi. sic G. ex verbo præcedenti. Simile loquendi genus, Rom. 2. 28 h: q. d. Id non ad meam i, sed ad Dei gloriam pertinet k, ut sic vos Christo lucremur l; vel, nè vobiscum contemnatur doctrina per nos prædicata, & Deus ipse m.) *sive sani* (vel, *sobrii*, Vulg. *recti*, Tre. *modesti*, Ar. *sanâ mente*, P. Be. Pi. sic Er. ex Amb.) *sumus*, (vel, *sapimus*, Val. vel, *prudenter agimus*, Mo. *moderationem præstamus*, Camer. in sermone & laudibus nostris n: si loquor mediocria o, vel humiliter & modestè, ut solent homines sanæ mentis p. Σωφρονεῖν hîc est, *ea agere quæ sunt hominis qui est extra ἔκστασιν*. Vide Marc. 5. 15 q. Sive me hanc sinceritatem meam profiteri sano animo existimet quispiam r.) *vobis*, Er. P. &c. sub. *sani sumus*, Er. sim. Be. Pi. &c. Repete iterum σωφρονοῦμεν, quod subintelligitur. *Talis sum vobis*, i. e. in vestros usus, cùm doceo, cùm scribo†, non meo, sed vestro, commodo id facio t, imbecillitati vestræ me accommodans v, nè vos offendam aut obtrectandi materiam præbeam x, ut modestiam & humilitatem vos doceam y. Utcunque Deo & vobis inservio, illius gloriam vestrámque salutem fideliter promovens z.

14. *Charitas enim Christi*] Vel, 1. activa a, quâ Christus nos diligit b. q. d. Ad utrumque nos impellit exemplum charitatis Christi pro omnibus mortui. Quid ergò non facere nos debemus ut omnes servemus? Hoc exemplum ad procurandam proximorum salutem alibi allegatur, Rom. 15. 2, 3, 7. & 1 Joh. 3. 16 *. Vel, 2. passiva c, quâ nos Christum diligimus d: dilectio quam Christo debemus *. Huic favet series argumentorum. Sensus, q. d. Non hæc dixi ut nos commendemus: nos totos regit non ejusmodi affectus carnis, sed amor quo Christum prosequimur f. ¶ *Urget nos*, Συνέχει ἡμᾶς] *Constringit* (vel, *Cohibet*, Mo. Ar. *Tenet*, Ca. *Compellit*, Tre. Er. V. G. *Adducit* eò, V. Huc *extimulat*, Zeg.) *nos*, Er. P. Be. Pi. &c. Ut omnia Dei & Christianorum causâ agamus g: ut nos, ceu vicarios & legatos Christi, ut mox dicet, totos impendamus iis quos Christus ità dilexit h: ut tanto animi zelo prædicemus i. Nos totos possidet, ut ejus afflatu quasi correpti agamus omnia. Alludit ad Vatum furorem, ut diximus Act. 18. 5 k. Al. Similitudo est sumpta à parturientibus. Vide Luc. 12. 50 l. ¶ *Æstimantes*, &c. Κρίναντας τοῦτο, ὅτι εἰ—ἄρα, &c.] *Judicantes*

o Pi. p Me. sic E. q E. r G. † Scl. Cal. t G. v Ec. x E. y G. z Ham. a Be. Pi. Scl. b Scl. c G. d E. * G. f E. g Er. sic V. h G. i E. k Vor. l E. m Vor. sic Be. D. E. n V. o Me. sim. T. E. p G. q E. Scl. r Me. Zeg † Scl. t Be. v E. x E. sim. Zeg Ham. y Ham. z E. a T. b Me. c G. d Vor. * G. f E. g E. sic Me. h G. i Me. sim. E.

k G. sic E. l G. m E. n Me. o Be. p Zeg. q D. r G. Pi. sic E. T. Me. † G. t Be. sic Scl. E. Cal. v E. x G. y G. sic Scl. z G. † E. sic T. a E. b E. Me. c Vor. d E. sic Me. T. Be. * E. f V. g G. h Idem. i V. k V sic E. Me. T. Be. Er. Scl. l T. m E. n Me. T. o V. p E. q G. r Scl. † G. t Be. sic E Me. Scl. v E. sim. V. Er. x Me. y T. ex Chryf. Amb. sic z E. Me. a Cal. b Q. in Vor. c E. sic Be. * E. c Vor. d Vor. sic Be. Q. in E. * G. f Be. g G. sim. Me. T. h E. i V. k Ee. l G.

dicantes (vel, *Expendentes*, Zeg.) *illud*, vel *hoc*, (vel, *Ut qui hoc statuamus*, G. sic P. Be. Pi. pro certo apud nos [m], sub. *nempe*, Sch.) quòd si (i.e. quandoquidem[n]: Græca quædam exempl. non legunt *si*, nec Th. nec Amb [o].) *unus* (scil. Christus[p],) *pro omnibus* (scil. hominibus [q] redimendis [r]: vel, 1. omnibus in universum †: intellige quoad sufficientiam pretii, non item quoad efficientiam [t]. Vel, 2. omnibus scil. electis [y]; vel, nobis qui in eum credimus [x], qui conversi Christo vivimus, ut mox sequitur [y]. Vel, 3. omnibus, h.e. & Judæis & Gentibus [z].) *mortuus fuerit, ergò* (vel, *nempe*, P. Zeg. Be. Pi.) *omnes* (vel, *isti omnes*, Be. sic Pi. Articulus οἱ πάντες restringit ad eos de quibus agitur, h. e. ad Ecclesiam [a]: omnes pro quibus ille mortuus est [b].) *mortui fuerunt*, Er. P. Zeg. &c. sub. *unà cum ipso*, Zeg. *Mortui*, vel, 1. morte peccati in Adam [c], morte digni [d], morti æternæ obnoxii *, peccato & morti addicti †: & per consequens omnium cogor quærere salutem, nè frustrà pro ipsis Christus videatur dependisse ‖. Pertinet hoc ad scopum Apostoli habentis illos pro mortuis, qui ambitione ducuntur, &c. *Mortuis* opponuntur *viventes*, v. seq. Refertur ergò hæc mors ad conditionem in qua omnes nascimur, & in qua Christus nos deprehendit [f]. Vel, 2. perinde ac si illi omnes essent mortui, & moriendo pro suis peccatis satisfecissent [g]. Vel, 3. mori debent veteri vitæ, scil. peccati, & vivere vitâ justitiæ [h]. Significat non quid sint, sed quid esse debent [i]. Actum hîc dixit pro officio aut eo quod debetur. Debent & omnes mori nempe peccato. Sensus enim est idem, sed breviùs enunciatus, qui Rom. 6. in principio, 1 Pet. 4. 1, 2 [k]. Hic sensus contextui maximè congruit, tum præced. *sive insanimus*, &c [l]. tum sequent [m]. q.d. Omnes ergò, quod ad suas actiones attinet, mortui esse debent sibi ipsis, ut jam non suis commodis studeant, sed gloriæ Christi, cui vivere debent, & saluti eorum pro quibus ille mortuus est. Locus huic simillimus est Rom. 14. 7, 8 [n]. Πάντες ἀπέθανον. Intelligit omnes Christianos in quibus efficacia mortis Christi sese exerit, quatenus & ipsi exemplo Christi peccato & carni mortui sunt [o].

15. *Et*, &c. Καὶ ὑπὲρ, &c.] Καὶ hîc valet *nam*. Ostendit qualem Christus mortem pertulerit [p]. *Et illum pro omnibus*, &c. Be. Pi. ¶ *Ut & qui vivunt* (vel, 1. in Christo [q]; qui hanc vitam à Christo hauserant [r]: vel, 2. vitâ animali sive naturali †.) *jam non sibi vivant*] Id est, ex suo arbitratu [t], suæ gloriæ [v], aut commodis [x], aut cupiditatibus, &c. ¶ *Sed ei*, &c.] Periphrasis argumentosa [y]. Ex Christi præscripto. In ejus honorem [z]. Simile loquendi genus Rom. 6. 2. & 14. 7 [a]. ¶ *Et resurrexit*] Repete *pro nobis*, sicut ratio hypozeugmatis requirit [b]. Hoc addit, ut significet, nobis vivendum esse Christo, eâ vitâ cujus typus est resurrectio Christi, id est, vitâ novâ; sicut mori debemus nobis ipsis, ac vitæ veteri: quam mortem typicè denotat mors Christi, Rom. 6 [c].

16. *Itaque nos ex hoc* (sub. *tempore*, Er. ex Amb. E. Camer. *deinceps*, Val. sim. Er. Mo. *posthac*, P. Be.) *neminem novimus* (i. e. censemus, sive æstimamus [d]: notitia enim hæc est approbationis *. Sic *scire* sumitur Job 34. 19. Prov. 24. 22 [f]. vel, notitiâ amoris & propensioris affectûs †.) *secundùm carnem*] Hanc mortalem [g], i. e. secundùm speciem externam [h], vel ex rebus externis [i], sive *carnalibus*, h. e. hujus seculi [k]: è divitiis aut eruditione [l], vel quòd nobis cognatus sit, amicus, Judæus, &c. In nemine gloriamur carnalis propinquitatis causâ [m]. His affectibus naturalibus mortuus sum, qui in Christo regeneratus illi soli vivo, & omnes in ipso secundùm charitatis spiritum amo, non secundùm carnem [n]. Neminem agnoscimus Christianum qui vivat secundùm carnem, & non secundùm Christum [o]. Vel, Nihil moramur carnalia [p], famam, nobilitatem, & maximè humanas amicitias, cognationes, favores [q]: Non ergò gloriolam aut commoda nostra captamus [r]: sed Deo & Christo principaliter servimus †. Cùm omnes præsenti vitæ mortui esse debemus, nemo Christi servus æstimandus est à carnali excellentia [t]: quare gloriosos vestros Doctores non æstimamus ex genere, eloquentiâ, opibus, &c [v]. Sub *carnis* nomine comprehendit externas omnes dotes, & quicquid absque regeneratione censetur laude dignum [x]; vel, ea omnia quæ ad hanc animalem vitam attinent, uti sunt cognatio carnalis, status, regnum & alia hujus seculi propria [y]. ¶ *Et si* (vel, *Quod si*, P. Be. Pi. *Etiamsi*, G.) *cognovimus* (vel, *cognovissemus*, V. *familiariter cognitum habuissemus*. Ἐγνώκαμεν hîc est Indicativus pro Subjunctivo, more Hebræo [z].) *secundùm carnem* (i.e. corpus, h.e. mortalem [a]. *In carne*, i. e. cùm vitam adhuc mortalem ageret [b]: etiamsi sciamus Christum hîc vixisse ciboque & potu indiguisse [c].) *Christum*] Auget orationem. Poterat dicere, Nec ipsum Abraham novimus secundùm carnem. Sed nominare voluit quendam longè majorem. Quin etsi, inquit, aliquando magnum & gloriosum putavimus [d], vel, 1. Christum in carne mortali videre *. Non placet, quia Paulus eo modo Christum non viderat †. Vel, 2. gentilem & consanguineum esse Christi secundùm carnem [f]. Al. Christum sive Messiam intelligit carnalem, qualem exspectârunt Judæi [g], [& cum iis aliquando Apostoli.] q. d. Si Christum ex externis istis censendum olim existimavimus; scil. recipiendum pro Christo, si gloriosus; rejiciendum, si fuerit pauper, &c [h]. ¶ *Nunc jam non* (sub. *ità*, i.e. secundùm carnem, ex præced [i].) *novimus*] Cognitione humanâ sive terrenâ [k]. Nunc tamen eum non ut talem consideramus & colimus [l], ut nobis similem & cognatum, beneficiis corporalibus nos prosequentem, vel, si mavis, mortalem, infirmum, &c [m]. sed ut gloriosum & cœlestem [n], impassibilem, immortalem, & beneficiis spiritualibus nos prosequentem [o]; ut Regem cœlestem & Judicem humani generis [p]. Nunc alio modo cognoscendus est, nempe spiritualiter, ut nihil mundanum de ipso cogitemus [q]. Nunc ità penitùs mortui sumus affectibus vitæ veteris [r], ut non ampliùs in hujusmodi re gloriandum nobis censeamus †. De Christo ergò augustiùs sentimus, & eum tantùm novimus secundùm Spiritum, id est, ut hominem Divinum, orbis Redemptorem, Auctorem gratiæ & salutis, atque ut tali vivimus, & servimus, talémque prædicamus [t]. Non cogitamus de Christo nisi glorioso & curis hujus vitæ superiore, ut nos illi conformemur & curas illas carnisque vanitatem abjiciamus [v]. Christus carnem deposuit ut secundùm illam hodie non cognoscatur: abjiciamus ergò & nostram, i. e. opera carnalia [x]. Est ἀντανάκλασις in verbo γινώσκειν, quod & notitiam significat & *æstimationem*. Dictum autem hoc est adversùs illos (Pseudoapostolos [y]) qui, cùm ex Judæa Corinthum venissent, se præferebant cæteris, eò quòd Christum ipsum dicentem audiissent, vidissent [z], fortè & cognitione aliquâ contingerent [a], ut illi qui ob id dicti fuere δεσπόσυνοι. Vide quæ dicta ad 1 Cor. 1. 12 [b]. Non est dubitandum illos in eo gloriatos fuisse, quòd Hebræi, Israelitæ, &c. essent, ut infra 11. 22. (quod totum ibi v. 18. vocatur, *gloriari secundùm carnem*,) quòd Christo conjuncti: id quod inter prærogativas Judæorum numeratur, Rom. 9. 5 [c].

17. *Siqua*, &c. Ὥστε εἴ τις, &c.] *Itaque si quis* est *in Christo* (q. d. Non modò nos ministri, sed & omnis qui Christo per fidem insitus est, & Christo jam vivit [d]:) *nova creatura* (vel, *creatio*, Be.) est, P. sic Er. Pi. &c. Vehementem mutationem significat *: q.d. est veluti res quædam recens à Deo condita [f]: per Christi gratiam novus est homo [g], qui proinde ea omnia quæ veteris sunt hominis, quale est nôsse aliquem secundùm carnem, abjicere debet [h]: per Spiritum Sanctum renovatus est ad novam sanctámque vitam in fide Christi ducendam [i]. Intelligit totam hominis regenerationem, &c [k]. Qui Christum profitetur est velut homo novus, & æstimandus ex profectu quem fecit in via Christi. *Nova creatio* modò de vita Christiana, ut Gal. 6. 15. modò de ipso Christiano homine, dicitur. Rectè utrumque. Nam vitam illam producit Deus & hominem refingit. Confer Rom. 6. 6. Non multùm abit hinc quod Plato dicit [quod vide in G.] Adde quæ ad Joh. 3. 3 [l]. Defectiva est oratio, sic implenda, Si quis in Christo, h. e. in Regno Christi, vel in Ecclesia, locum aliquem obtinere cupit, ille sit *Nova creatura*. Hoc verbo damnat quamvis excellentiam, ut doctrinam, eloquentiam, &c. si desit renovatio cordis. Ità corrigit ambitiosa Corinthiorum judicia quibus pluris erant externæ larvæ quàm vera sinceritas [m]. ¶ *Vetera transierunt*] Vel, *præterierunt*, P. Be. Pi. &c. Quæ erant veteris hominis abolita sunt [n], ut peccatum, errorésque Gentilium, & omnis carnalis affectus [o]. Hic veteres affectus, & vetera judicia, exuit [p], simul cum veteribus

teribus

Marginal notes (left column): m Be. n G. o Er. p Er. Zeg. E. Me Pi. &c. q Me E. r E † Q. in E t E. v Be. Q. in E. x Pi. y Scl. z Li chron. p. 119. a Pe b Pi. c Plerique in E. d V. * Me. † Be. ‖ Zeg. f Be. g Pi. h E. ex L. & Aquin. sim. Zeg i E. k G. l E. m E. Zeg. n E. o Vor. p G. q Be. r Me. † Pi. sic E. t G. sim. E. Me. v Me. Be. x Be. y Pi. z G. sim. E. a G. b Vor. c E. d Glas. rhet 1. 1. 13. Calv. Scl. G. sim. E. T. * Scl. f Glas. ibid. † E. g Idem h Me. i Scl. Glas. k G. l G. sim. Me. Scl. m E. n Idem. o V. p V. sim. T. Be. q T. r Be. sim. Cal. Strig. † Strig. t Calv. v Dic. x Calv.

Marginal notes (right column): y Vor. z G. a V. b G. c Cal. d E. * Q. in E. † E. f E. Me. g Caj. in E. h Scl. sim. Dic. i Pi. sic Camer. k Camer. l G. m T. n Cal. o T. p G. q Calv. r E. sic Me. † E. t Me. v Cal. x V. y E. z G. a G. sim. E. b G. c E. d E. * Er. ex Chrys. f Be. g E. sim. Me. h E. i Glas. rhet. 1. 10. 218 k Vor. l G. m Calv. n V. sim. E. o F. p Me. sim. T.

teribus ritibus [q]; & Veteri Testamento, ejúsque servitute [r]. Nobilitas, opes, Philosophia nihili sunt. ¶ *Omnia nova*] Quæ ad salutem æternam nos ducunt, ex quibus nunc æstimandi sumus. Vide Eph. 3. 9 †. Est autem mystica applicatio loci Esa. 43. 18, 19 [t]. Ubi agitur de reditu Judæorum è Babylone. Si autem tunc dici potuit Deus, *omnia nova facere*, quantò magis in adventu Christi, &c [v]? Omnis vetustas in novitatem commutata est, partim in re, partim in spe futuri seculi [x]. Solus novus homo floret ac viget in Regno Christi, *vetera*, id est, quæ non sunt Spiritu Dei reformata, *transierunt*, i. e. emarcuerunt, ut solent res caducæ, &c [y].

18. *Omnia*, &c. Τὰ δὲ πάντα, &c.] *Omnia* (vel, *Hæc omnia*, Be. Pi. Vor. ex quibus censendi sumus [z], scilicet nova [a], jam dicta [b]: Universum hoc beneficium renovationis quod Christus nobis promeruit, quódque jam partim habemus, partim exspectamus [c]: τὰ hìc pro ταῦτα [d].) *autem* sunt *ex Deo*, P. Be. Pi. ut fonte & primo authore omnis boni [*]. Hæc omnis innovatio non est ullius hominis [f], non nostris viribus [g], sed ex Dei donatione & gratia [h]. ¶ *Qui nos reconciliavit sibi*] i. e. In gratiam & amicitiam recepit, h. e. peccata condonavit, justificavit, in filios adoptavit. ¶ *Per Christum*] i. e. Vel, 1. per Christi doctrinam & exemplum quod sequamur. Sed hoc Pelagianum est. Vel, 2. pretio & merito sanguinis Christi, &c [i]. ¶ *Et dedit nobis ministerium*, &c.] i. e. Provinciam annunciandi hanc reconciliationem [k]. Ministros nos fecit ipsius sui propositi [l]. Hìc jam tacitè & opportunè redit ad commendandam dignitatem novæ legis, &c [m].

19. *Quoniam*, &c. Ὡς ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ] *Ut* (vel, *Nempe*, P. Be. Pi. Hìc ὡς est ἐξηγητικόν. Hoc est quod Dei nomine annunciamus [n]. Ὡς pro ὅτι· declarat enim quæ sit illa καταλλαγὴ, de qua loquitur [o]. Vel, *Sic*, ut modum ostendat quo Deus nos reconciliavit [p]. Vel, *Quippe*, Ca. vel, *Nam*, Be. vel, *Quandoquidem*, Er. Be. ut ὡς sit αἰτιολογικὸν pro ἐπεί. Redundat hìc vel ὡς (quod in uno cod. deest) vel ὅτι, & hoc forsan illius glossema erat, quod postea ex albo in contextum irrepsit [q].) *quia* (vel, *quum*, Ca. vel, *quód*: declarat enim hanc reconciliationem, &c [r]. vel, *certè*, Be.) *Deus erat in Christo mundum* (vel, 1. genus humanum ||, omnes & singulos homines †. Non placet. Nusquam enim dicit Scriptura Deum infideles & nunquam credituros sibi reconciliare, iisdémque non imputare sua delicta [t]. Vel, 2. maximam (& pessimam [v]) hominum partem [x], quam antea per tot secula fuerat aversatus [y]. Gentiles æquè ac Judæos [z]. Vel, 3. credentes qui sunt in mundo [a], Christianos [b], electos [c], ex universo mundo [d]; vel vocatos, atque vocandos efficaciter ad fidem Christi [*].) *reconcilians* (sub. *erat*, i. e. reconciliavit [f]:) *sibi ipsi*, Mo. &c. Intellige, quantum in ipso erat: quo sensu alibi mundum dilexisse, & Christum pro peccatis totius mundi dedisse, dicitur. Vide Joh. 3. 16. & 1 Joh. 2. 2 [g]. Illud autem, *in Christo*, jungendum, vel, 1. præcedentibus: ut sensus sit, Deus mundum sibi reconcilians erat in Christo, homine [h]. Erat enim Pater in Filio, Joh. 10. v. 38 [i]. & c. 14. v. 10 [k]. Hic sensus plenior est: ut duo fint membra; 1. Deus in Christo erat, q. d. Quum procul à nobis remotus esset Deus, ad nos in Christo accessit, ità factus verus Immanuel. Ideo hoc exprimit, ut discamus Christo uno esse contenti, quia in ipso & Patrem habemus. 2. Christus est propitiatio nostra, quâ Deo reconciliamur [l]. Vel, 2. sequentibus, hoc modo, Deus erat reconcilians sibi mundum in Christo, h. e. per Christum [m]. Hic commentarius congruit tum phrasi Paulinæ, tum præcedentibus & sequentibus [n]. ¶ *Non*, &c. Μὴ λογιζόμενος, &c.] *Non imputans* (vel, *Non imputando*, P. Be. Pi. i. e. per Christum remittens [o],) *eis* (i. e. mundo [p], sive mundanis [q], sive hominibus [r]: vel, credentibus †. Αὐτοῖς refertur ad κόσμον, per Synesin [t].) *peccata sua*, Er. Val. V. Non ità imputans ut non eos à peccatis & pœnis peccatorum vellet liberare per eam viam quam Christus & monstraverat & iniverat. Vide Luc. 23. 34. sunt enim peccatorum remissionis, ut & aliorum Dei beneficiorum, sui gradus; vide Joh. 3. 16 [v]. Explicatur reconciliatio ex una ejus parte, cùm alioqui gratiam & amicitiam, mentísque sanctificationem, in se contineat [x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν, &c.] *Posuitque* (vel, *Posuit, inquam*, V.) *in nobis* (*Ponere verba in aliquo*, aut, *in ore alicujus*, est, mandata alicui dare, Exod. 4. 15 [y]. aut alicujus operâ uti in re quapiam significanda: sed cùm de Deo agitur, peculiaris est hujus formulæ emphasis, quâ significatur & cor loquentis à Domino impelli, & linguam regi, & autoritate docendi præditos esse qui divinitus sunt ad hoc munus delecti [z].) *sermonem* (vel, *orationem*, Ca. vel, *rem*: *verbum* pro *re*, ut verbum reconciliationis idem sit quod ipsa reconciliatio, sive potestas & ministerium homines Deo reconciliandi [a]: *verbum*, id est, negotium, ex Hebraismo [b].) *reconciliationis*, P. &c. i. e. Evangelium [c]: vel, verbum Evangelicæ prædicationis. Sensus, q. d. Ut hæc reconciliatio effectui demandetur [d], Deus Apostolis mandata dedit humanum genus ad suam amicitiam revocandi [*], & Evangelizandi mundo tantum beneficium [f]. Deus per Christum, in quo erat, dedit nobis reconciliationis administrationem [g].

20. *Pro*, &c. Ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν] *Pro Christo* (vel, *Nomine Christi*, Er. P. Be. Pi. vice & loco Christi [h]. Christus Dei nomine hoc annunciavit, nos verò Christi nomine, quippe ab ipso in hoc munus substituti, Joh. 6. 57 [i].) *ergò legatione fungimur* (vel, *legati sumus*, Tre. ex Sy. vel, *cùm legatione fungamur*, Ca. Respicit ad illas Christi sententias, *Sicut misit me Pater, ità ego vos*; &, *Qui vos audit, me audit* [k]. Vox Hebræa, שלוחים, *Apostoli*, significat quoque *legatos* & *nuncios*. Legatio πρεσβεία dicitur apud Philosf. Vitâ Apollon. 4. 5 [l]. Πρέσβυς est, *legatus*, ut in proverbio, πρέσβεις ἐν ὑβρίζεσθαι, jure gentium, *inviolabiles sunt legati*. Hinc παραπρεσβείας δίκη, *falsæ legationis actio*, cujus multa exempla in Demosthene †.) *tanquam* (vel, & *velut*, Be. Pi. nam reipsâ non precatur Deus, &c [m].) *Deo* (sub. *vos*, Er. P. Be. Pi. &c.) *exhortante* (vel, *obsecrante*, Er. *precante*, P. Be. Pi.) *per nos*, Mo. &c. Ità enim dixerat, Matt. 10. 20. *Non—vos—loquimini, sed spiritus*, &c [n]. Legati quod dicunt id Rex dicere videtur. Deus Christum Legatum fecerat, Christus ex potestate sibi à Patre data Apostolos [o]. Sensus est, Cùm nos exhortamur homines, sic accipere debent ac si Deus exhortetur, &c. ¶ *Reconciliamini Deo*] Mimeticum hoc est; q. d. Hoc est quod ex Christi personâ rogamus [p], *Redite cum Deo in gratiam* [q]. Dicitur καταλλάσσεσθαι etiam is qui alium offendit, ut videre est Matth. 5. 23, 24. Rom. 11. 15. 1 Cor. 7. 11 [r]. Mira hìc est, tum, 1. bonitas Dei, quem homines offenderunt, & tamen Legatos cum precibus mittit ad eos pro reconciliatione: tum, 2. hominum malitia, qui precum blanditiis ad ea quæ salutis suæ sunt invitari debent †.

21. *Eum*, &c. Τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν] Emphatica est Periphrasis Christi [t]. *Eum enim qui non novit* (practicè scilicet [v]:) *peccatum*, Er. sic P. Be. &c. i. e. peccatum nullum fecit [x], acsi prorsus peccatum ignoraret [y]; Christum insontem, Joh. 8. 46. 1 Pet. 2. 22 [z]. nullius sibi peccati conscium [a]. *Nôsse peccatum* est, conscium sibi esse peccati [b]. Sic & Psal. 35. 11. *quæ non cognovi*: & 51. 5. *ego cognosco* [c]. Ratio hæc est sperandæ & quærendæ reconciliationis cum Deo, ex magna Dei benignitate, qui filium insontem dedit, &c [d]. ¶ *Pro*, &c. Ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν] *Pro nobis* (vel, *Nostrî causâ*, G.) *peccatum fecit*, Er. &c. i. e. vel, 1. sacrificium pro peccatis [*]. Ἁμαρτία, *peccatum*, ità sumitur Levit. 4. 3, 25, 29. & 5. 6 [f]. & 7. 2, &c [g]. & Psal. 40. 7. Rom. 8. 3. Heb. 10. 6. & 13. 11. Ut ergò nos *justitia* dicimur, quia à Deo sanctificati & justificati, ità Christus *peccatum*, i. e. damnatus sive devotus tanquam sacrificium pro peccatis populi [h]. Vel, 2. peccatorem seu facinorosum [i], peccatorem summum [k], non in sese, sed ex omnium nostrorum peccatorum reatu ipsi imputato [l]: cujus figura erat hircus ille, Levit. 16 [m]. Al. Sic vocat Christum, vel quia talis reputatus est, Esa. 53. 12. Confer 1 Reg. 1. 21. *Erimus*, i. e. reputabimur, *peccatores*, &c [n]. Vel potiùs, quia tractatus est tanquam scelerosus [o], *factus maledictum*, Gal. 3. 10. traditus in mortem crucis, quo famosi latrones affici solebant [p]. Duplex [ergò hìc est] figura. Nam & abstractum est pro concreto, ut in membro opposito, *justitia*, id est, justi; & præterea subaudiendum ὡς, *fecit peccatorem*, i. e. tanquam peccatorem [q]. Hunc sensum postulare videtur & præcedens emphasis [r], & sequens antithesis †. *Justitia* hìc intelligitur Christi quæ

nobis

nobis imputatur sive accepta fertur. *Peccatum* ergò est reatus quo in Dei judicio obstringimur: Christus autem personam nostram suscepit, ut reus nostro nomine fieret, & tanquam peccator judicaretur [t]. ¶ *Ut nos efficeremur justitia Dei* (i. e. justi coram Deo [v], ità ut Deus nos haberet pro justis [x]. Addidit *Dei*, ut excluderet fiduciam ac supercilium nostrorum operum [y]: justi eâ justitiâ quam Deus approbat [z], donat, imputat [a], cujus pars potissima est in corde [b]: justitiâ, vel, 1. verâ & internâ, quam in nobis efficit [c], hoc est, sanctificatione [d]: vel, 2. imputatâ [*]. Nam ut Christus peccatum effectus est, non inhærentiâ peccati sui, sed imputatione nostri; sic nos justi efficimur apud Deum justitiâ non nobis inhærente, sed à Christo nobis imputatâ [f].) *in ipso*] i. e. Quæ cum in Christo sit, nobis per fidem à Deo imputatur. Ideo additur ἐν αὐτῷ [g]. Vel, *per ipsum*, E. ex Amb. Me. sic G. id est, Christo duce [h], per Christi meritum [i]: vel, quatenus in ipso, videlicet Christo, sumus. Confer Rom. cap. 8. v. 1, &c [k].

[t] Calv. [v] P. ex Fe. [x] V. [y] Er. [z] G. Scl. [a] Scl. [b] G. [c] E. sim. T. [d] Ham. [*] Pi. sic Be. Camer. Scl. Calv. &c. [f] Scl. sim. Calv. Be. [g] Fe. [h] G. [i] E. sic T. [k] Vor.

CAP. VI.

1. *ADjuvantes*, &c. Συνεργοῦντες δὲ καὶ] Subintellige τῷ Θεῷ [a], ut 1 Cor. 3. 9 [b]. quippe qui per nos hortatur, suprà 5. 20 [c]. Post καὶ subintelligitur ἡμεῖς [d]. *Cooperamur autem*, Pi. Scl. E. vel, 1. auditoribus: dum scil. eorum pigritiam excitamus. Vel, 2. sociis vires suas unientibus, &c [*]. Vel potiùs, 3. Deo [f], ut reconciliationem hanc assequamini [g]. Christi socii & administri [h]. *Sed ut & administri*, P. *Sed &* (sub. *ut*, Pi.) *operam nostram ei accommodantes*, Be. Pi. sic Scl. ut instrumenta principali agenti [i]. Cohæret sermo cum superioribus [k]. ¶ *Exhortamur*] Bis rogat, 1. nomine Christi, cap. præced. 2. suo, tanquam illius cooperarius [l]. ¶ *Nè*, &c. Μὴ εἰς κενὸν, &c.] *Nè frustrà* (vel, *incassum*, Ca. *in vacuum*, Er. Ti. Mo. Vulg. i. e. sine fructu sive profectu [m]; imò cum vestro damno, ut Gal. 3. 3. nam quod ad Deum attinet nunquam vacuum ad illum redit [n].) *gratiam Dei* (i.e. beneficium [o], i.e. verbum gratiæ & reconciliationis, per Meton. objecti [p]; vocationem per Evangelium [q]. Non intelligit hîc gratiam sive habitualem, sive actualem, animæ inhærentem [r]; sed generale illud beneficium reconciliationis mundi [†], de quo locutus fuerat [t]. Omne beneficium Dei solet appellari χάρις [v].) *receperitis*, P. Be. Pi. &c. h. e. nè vobis inutilem reddatis [x], per desidiam vel neglectum [y]; vel, non perseverando in fide, vel arbitrando fidem sine operibus sufficere [z]. Sicut *dari* ità *accipi* dicitur interdum etiam sine effectu, Joh. 6. 33. Act. 11. 32. Apoc. 3. 8. Est hîc μετωνυμία. Sensus enim est, Monemus vos, nè ità vos geratis ut appareat frustrà in vos collatum hoc Dei beneficium [a].

2. *Ait enim*] Vel Deus [b], ex proximè præcedentibus [c]: vel Scriptura. Quæ sermonis forma frequens est apud Paulum [d]. Locus est Esa. 49. 8 [*]. Sunt ipsa verba LXX Interpretum [f], & Hebraicæ veritatis [g]. ¶ *Tempore*, &c. Καιρῷ δεκτῷ, &c.] *Tempore* (vel, *Præstituto tempore*, Be.) *accepto* (Heb. רצון, q. d. *placentiæ*, i. e. gratuitæ receptionis [h]: i.e. tempore quod elegi ad salutem populi procurandam. Quod ab Esaia dictum de salute temporali, mysticè ad salutem æternam refert Apostolus [i]. Tempore, vel, 1. præsentis vitæ [k], in qua bene operandi & merendi opportunitatem habemus [l]. Vel, 2. Novi Testamenti [m], quo decreveram propter Christum eximiè orbi benefacere [n], & Gentes ad salutem vocare [o], & uberrimos gratiæ meæ fontes aperire [p]: quod tempus meritò vocatur *acceptum*, seu *placitum*, vel *acceptabile*, non quidem Deo, ut quidam volunt, sed hominibus, maximè Gentibus, Gen. 49. 10. Hag. 2. 8. q. d. Dignum quod cum plausu & exultatione ab omnibus acceptetur, utpote salutem adferens mundo [q].) *exaudivi* (i.e. exaudiam: præt. pro fut. ut sæpe [r].) *te*, (orantem pro salute electorum [†], pro membris & filiis tuis gratiam, opem & salutem, postulantem [t]:) *& in die salutis* (i. e. tempore gratiæ [v], quo omnes homines vocare statui ad salutem æternam [x]:) *succurri tibi*, P. Be. Pi. &c. vel, *adjuvi te*, Vulg. i. e. adjuvabo te [y], ut quod intendis & agis planè assequaris [z], h. e. salutem membrorum tuorum [a]. Nempe copiosam gratiam hominibus impertiar, quâ excitentur, animentur, roborentur ad ea quæ salutis suæ sunt amplexanda [b]. Sunt hæc verba Dei Patris ad Filium [c]: quæ Apostolus accommodat Deo promittenti exauditionem & auxilium hominibus, si opportunitatem à se concessam, quo salus ipsis paratur, non negligant, & gratiam Dei non in vacuum recipiant [d]. Sed non opus est sensum Propheticum mutare [*]. Probat Apostolus nunc esse tempus gratiæ & reconciliationis, ut gratiam non in vacuum recipiamus [f]. ¶ *Ecce nunc tempus*, &c.] Sunt verba Apostoli accommodantis Esaiæ dictum ad Corinthios [g]. En, inquit, tempus illud de quo Deus Pater verbis jam memoratis loquutus est ad Filium, nunc advenit vobísque annunciatum est [h]. [Sensus, q. d.] Hoc tempore quo nos Apostoli vivimus, tantâ rerum notitiâ, tantis miraculis instructi, hoc verè est tempus quo Deus eximiis modis vobis offert salutem. Sensus idem qui Heb. 3. 7, 13, 15. & 4. 7 [i]. Tempus σωτηρίας, *salutis*, hîc vocat, quo veri Christiani tanta à Judæis & Gnosticis passi eripientur, &c [k]. Hic versus aut per parenthesin accipiendus est, aut potiùs hinc eximendus & versui 13. subjiciendus [l].

[a] Vor. G. [b] G. [c] Vor. [d] G. [*] Scl. sim. Q. in E. [f] Scl. E. [g] T. [h] Me. [i] Scl. [k] G. [l] Er. [m] Vor. sic Be. Pi. Scl. E. Me. [n] Ee. [o] Er. E. [p] Scl. [q] G. sic Me. [r] E. ex Caj. [†] E. sim. Dic. [t] E. [v] G. [x] E. [y] T. [z] E. [a] G. [b] Be. Pi. E. Me. sic Er. V. [c] Be. sic E. [d] Er. [*] Pi. G. E. Me. &c. [f] G. sic E. [g] E. [h] Ee. [i] G. [k] Me. T. Vor. [l] Me. [m] Scl. sic Me. T. Vor. [n] T. [o] F. [p] Scl. [q] E. [r] Me. [†] E. [t] T. Me. [v] Me. [x] T. [y] Me. [z] T. [a] Me. [b] T. [c] E. Me. Pi. [d] Q. in E. [*] E. [f] Me. [g] Pi. [h] E. [i] G. [k] Ham. [l] Be.

3. *Nemini*, &c. Μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπὴν, ἵνα μὴ μωμηθῇ, &c.] Cohæret hoc cum παρακαλοῦμεν [m], [v. 1.] versu 2. parenthesi incluso [n], ut habent multi Codices [o]. Ostendit enim quàm seriò moneat, qui, ut aliquid proficiat, nullis terreatur incommodis, nulla non commoda negligat [p]. [Sic vertunt,] *Nullam ulla in re* (vel, *Nemini ullam*, Vulg. Sed μηδενὶ refertur ad Rem, non ad Personam [q]. Vel, *Nè quam usquam*, Er. V.) *præbentes* (vel, *dantes*, Vulg. vel, *demus*, Er. V. vel, *date*, Q. in Be. Sed res ipsa monstrat, Paulum non de ipsis Corinthiis loqui [r], quasi hæc essent exhortationes aut præcepta vitæ [†], sed de se & Timotheo, &c [t].) *offensionem*, (i. e. quidpiam ad quod possint impingere [v]: i. e. sedulò caventes, nè quem verbo aut facto scandalizemus [x]. Προσκοπὴ hîc quod alibi πρόσκομμα, ut Rom. 14. 13. i. e. omne id per quod aliquis averti posset ab Evangelio, מוקש [y]. Vel, *occasionem offensionis*, Tre. ex Sy.) *nè vituperetur* (i.e. reprehendatur, infametur, malè audiat apud homines [z]:) *ministerium*, P. Be. Pi. &c. scil. verbi [a], i. e. nostra Evangelii prædicatio [b]: ut fit, si vita ministrorum non respondeat [c]. Nos, inquit, nullum vobis obicem ponimus, quominus per Ministerium nostrum proficiatis. Debetis ergò proficere, nec gratiam Dei frustrà recipere [d].

4. *Sed*, &c. Ἀλλ' ἐν παντὶ συνιστῶντες, &c.] *Sed in omnibus* (vel, *in quavis re*, sicut modò ἐν μηδενὶ, *in nulla re* [*]: vel, omnibus modis [f]; vel, variè, sive multipliciter [g].) *nos approbantes* (i.e. declarantes & reipsâ præstantes, ut infrà 7. 11 [h]. vel, *commendantes*, Val. Er. Zeg. E. i.e. factis ipsis conciliantes favorem & autoritatem [i]: vel, *commendemus*, Er. V. vel, *approbamus*, P. nempe hominibus [k].) *ut Dei ministri*, Be. Pi. &c. sub. *sumus*, Er. vel, sub. *sese approbant*, per syllepsin; alioqui esset solœcophanes [l]: vel, q. d. uti facere convenit Dei ministros [m], quorum est non suam, sed Dei, gloriam spectare, &c [n]. probantes omnibus nostram in hoc ministerio fidem. Vide suprà 4. 2. Cohærent autem & hæc cum illo παρακαλοῦμεν. ¶ *In*, &c. Ἐν ὑπομονῇ πολλῇ, ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις] Hæc ità connectenda sunt, usquedum sequitur ἐν ἁγνότητι. Explicat enim quibus in rebus ista *tolerantia*, aut, ut Tertul. loquitur, *sufferentia*, versetur. Θλίψεις & στενοχωρία hîc conjunxit, ut Rom. 2. 9. De voce ἀνάγκης vide Luc. 21. 23. 1 Cor. 7. 26. Suprà negavit se στενοχωρεῖσθαι, respiciens Dei solatia; sed hîc res quales in se erant exponit [o]. Θλίψεις sunt qualescunque afflictiones, ἀνάγκαι, graviores angustiæ, στενοχωρίαι, gravissimæ [p]. Al. Θλίψεις est generale nomen, quod per species explicat: ἀνάγκας vocat inopiam eorum quæ ad vitæ usus spectant, στενοχωρίας vocat interiores animi passiones; cùm scilicet difficultates nos ad inopiam consilii redigunt: propriè sign. locum angustum, in quo ægrè quis se potest vertere [q]. *Tolerantiâ multâ in oppressionibus*, &c. P. *In tolerantia multa* (vel, *Per patientiam multam*. Patientia significatur, vel, 1. magna; vel potiùs, 2. multorum malorum, &c. Hanc præponit ut ministris summè necessariam: subtexit autem novem mala quibus ea exerceatur [r].) *in afflictionibus, in angustiis*, Be. Pi. vel, *anxietatibus*,

[m] G. sim. Be E. [n] Be. sic E. [o] E. [p] G. [q] Er. [r] Be. [†] E. [t] Ee. sim. E. Pi. [v] Be. [x] E. Me. [y] G. [z] E. Me. [a] Vor. [b] G. sim. E. Me. Pi. [c] Vor. [d] Dic. [*] G. [f] Be. [g] E. [h] Be. [i] Er. [k] E. [l] Be. [m] E. sim. Me. [n] E. [o] G. [p] E. ex Th. & Occum. [q] Scl. [r] E.

tatibus, V. sub. *tolerandis*, E. In lingua Sapientum אננקי est, *ærumna, vexatio, miseria* †.

5. *In plagis*] Ità P. vel, *verberibus*, Be. Pi. Act. 16. 23. infrà 11. 23, 24. ¶ *In carceribus*] Act. c. 16. ¶ *In*, &c. Ἐν ἀκαταστασίαις] Intelligunt quidam veterum id ipsum quod ἀστατεῖν dixit, 1 Cor. 4. 11 [t]. *In agitationibus*, Ca. *In exagitationibus*, Be. Pi. *In instabilitatibus*, Chrys. in E. i. e. crebris sedium mutationibus, cùm huc illuc fugere coactus sit [v], ob persecutiones [x]. Al. *In seditionibus*, Er. Il. Ti. P. Mo. Vulg. G. ex Sy. i. e. in sustinendis populi tumultibus adversùm nos seditiosè concitatis [y]. Hoc rectius. Ità enim vox illa Græca sumitur Prov. 26. 28 [z]. Luc. 21. 9. 1 Cor. 14. 33. infrà 12. 20. Jac. 3. 16 [a]. Utitur hoc sensu & Polybius in Fragmentis à Valesio editis. Exempla vide Act. 16. 12. & 17. 23. & seq [b]. ¶ *In laboribus*] Vel, artis manuariæ, vel itinerum [c], scil. Evangelii causâ toleratis [d]: vel, sponte susceptis [*]. Κόποι sunt labores ad lassitudinem. Vide 1 Cor. 15. 58. & infrà 11. 23, 27. 1 Thes. 2. 9. & 3. 5. Adde Act. 20. 35. 1 Cor. 15. 10. Gal. 4. 11. Col. 1. 29. 1 Tim. 4. 10. ¶ *In vigiliis*] Sic & infrà 11. 27. ¶ *In jejuniis*] 1 Cor. 4. 11. Phil. 4. 12 [f].

6. *In*, &c. Ἐν ἁγνότητι] *In* (vel, *Cum*, Be.) *puritate*, Pi. Vor. Me. *Per puritatem*, P. E. i. e. morum integritatem [g]; quoad cupiditatem munerum [h]: vel, quoad corpus, vel quoad doctrinæ modum [i]. *In castitate*, Vulg. Vor. *In abstinentia à Venere*, atque etiam à rebus quæ talis culpæ suspicionem parere poterant. Vide infrà 11. 2. 1 Tim. 5. 22 [k]. ¶ *In scientia*] Scil. Divina, opposita seculari sapientiæ [l], vel mysterii Christi [m], vel rerum ad fidem pertinentium [n], ad docendum imperitos [o]: de qua scientia vide 1 Cor. 12. & 13 [p]. Vel, prudentiam intelligit [q], sive rectè agendi peritiam [r]. *In cognitione*, Legis & literali & mystica. ¶ *In longanimitate*] Vel, *lenitate*, adversùm eos qui in me deliquerunt †. ¶ *In suavitate*, χρηστότητι] *Comitate*, Er. V. Opponitur supercilio & morum asperitati [t]. *Beneficentiâ* adversùs omnes, בחסד [v]. ¶ *In* (vel, *Cum*, Be.) *Spiritu sancto*] Qui nobis auxiliator fuit ad ea præstanda quæ commemoravi [x]. Referri hoc potest, vel, 1. ad animum Pauli sanctè affectum [y], ità agendo ut appareat nos Divino spiritu regi [z], non spiritu superbiæ, avaritiæ, &c [a]. Vel, 2. ad charismata Spiritûs Sancti, quibus rectè usus est Paulus [b], & quibus verum se ministrum probavit [c]. [q. d.] Cum prophetiis, linguis, sanctionibus [d], [lege *sanationibus*.] Per ἐνέργειαν Spiritus in fidelibus se exerentem. Metonymia [*]. Commemoratis aliquot speciebus, eas ad duo quasi genera revocat, nempe Spiritum Sanctum, ut causam efficientem; & charitatem, ut finem universalem [f]. ¶ *In charitate non ficta*] Non verbis solis, sed ipsis factis præstitâ, quâ salutem hominum unicè quærimus etiam cum nostro detrimento & periculo. Vide infrà cap. 11. & 12 [g]. Vide Rom. 12. 9. 1 Pet. 1. 22 [h].

7. *In verbo* (vel, *Per sermonem*, Be.) *veritatis*] Vel, *veraci*, V. Nihil mentientes nec in quotidianis negotiis, & multò minùs in rebus ad fidem pertinentibus [i]. Doctrinæ veritatem intelligit [k]. Prædicando Evangelium [l], apertè, sincerè [m], nullâ ex parte adulteratum; suprà 4. 2 [n]. ¶ *In*, &c. Ἐν δυνάμει Θεοῦ, διὰ τῶν ὅπλων, &c.] *Dei virtute nobis arma subministrante, tam dextra quàm sinistra, ad justitiam implendam*, G. Armorum apud Græcos duo sunt genera, φυλακτήρια, id est, tegumenta corporis, & ἀμυντήρια, id est, tela data ad arcendum hostem [o]. Milites dextrâ hastam gerunt, scutum sinistrâ. In rebus secundis hastâ utuntur, in rebus duris scuto. Sic Deus Apostolo & adjutoribus ejus vires dabat eximias, per quas & secundis & adversis rebus rectè uterentur. Hunc sensum exigunt sequentia. Simile proverbium apud Homerum, Οἶδ' ἐπὶ δεξιὰ, οἶδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν [p], (*Novit sive à dextris, sive à sinistris scutum agitare.*) Al. *In virtute* (vel, *Per virtutem*, Be.) *Dei*, P. Pi. (i. e. vel, 1. potestate illâ Dei, cujus mentio fit infrà 10. 4 [q]. quâ impios & refractarios cohibebat & coercebat [r]. Vel, 2. quæ ostenditur per miracula †. Confer Rom. 15. 19 [t]. Sed præstat referre ad præced. *in verbo*, &c [v]. Significat ergò quòd verbum veritatis in quo laborat, fit efficax & fructuosum per solam virtutem Dei [x]. *In potentia Dei*, quæ se in nobis exserit, dum Evangelium efficaciter propagamus, errores refutamus, & Diaboli machinas disturbamus [y]. Δύναμιν Θεοῦ vocat Divinam illam in dicendo δεινότητα, quâ apud auditores suos potens fuit, alios confundendo, alios convertendo. Confer 1 Cor. 2. 4 [z].) *per arma* (id est, instrumenta [a], Rom. 6. 13 [b].) *justitiæ* (h. e. justitiæ exercendæ [c]: i. e. per opera virtutum [*], per rectam integritatem conscientiæ [f]. *Justitiam* generalem hìc intelligit [g]:) *dextra ac sinistra*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. &c. i. e. vel, 1. justitiâ undique armati [h], adversùs omnia [i]: vel, 2. per arma & offensiva, putà gladium, hastam, telum, quæ dextrâ vibrantur; & defensiva, putà clypeum & parmam, quæ sinistrâ tenentur [k]: vel, 3. in prosperis & adversis [l]. *Dextra* res prosperas, *sinistra* res adversas, denotat [m]. Verùm res adversæ dici non possunt *arma sinistra*, sed sinistris armis excipiendæ, scuto videlicet fidei; res autem secundæ gladium Spiritûs potiùs postulant, ad resecandum veternum, luxum & fastum illarum comites [n]. Per dextra arma videtur ea designare, quibus adversùs voluptates & earum illecebras pugnamus: per sinistra, quibus res adversas constanter toleramus. Et fortasse respicit ad malitiam, sive rationem instruendi acies, illo tempore usitatam [o]. Sensus est, q. d. Declaramus nos Dei ministros in prosperis & adversis, dum utrisque utimur velut instrumentis virtutum [p], ubique justis sanctisque actionibus, tanquam armis, utentes [q]; ut nec prosperis elevemur, nec adversis turbemur & superemur [r], in utroque genere immobiles à rectitudine justitiæ †.

8. *Per gloriam*, &c.] i. e. Sive honor nobis habetur, sive contemnimur, sive malè, sive bene, de nobis homines loquuntur [t], ab integritate nostra nunquam discedimus [v]. ¶ *Ut seductores*] Ità P. Pi. vel, *impostores*, Er. Be. i. e. errorum magistri [x], sub. *habemur*, G. sim. E. Me. nempe ab adversariis [y], à multis, maximè à Judæis [z]. De nomine πλάνων & *impostorum*, quod datum Christo, Apostolis ac Christianis, diximus ad Matt. 27. v. 63. πλάνος Hebræis מסית [a]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, P. vel, *Et tamen*, Be. Pi. sub. *sumus*, G. P. Me. E.) *veraces*] Vel, *veridici*, G. veritatis præcones [b]. Non deterrent nos calumniæ per quas ut impostores traducimur, quò minùs pergamus doctrinam illam quæ vera est, & ob quam traducimur, eloqui [c].

9. *Sicut—ignoti*] Scil. mundo [d]: habiti tanquam peregrini [*], obscuri, ignobiles [f], & nullius pretii [g]. ¶ *Et cogniti*, Καὶ ἐπιγινωσκόμενοι] *Sed* (vel, *Et tamen*, Be. Pi.) *noti*, P. Pi. vel, *agniti*, Be. Heb. נכרים, scil. conscientiis piorum [i]. In pretio habemur apud omnes probos ac pios [k], splendore miraculorum & doctrinæ excellentiâ inclyti [l]. Multi nos nôsse non curant, sed aliis benè noti & chari sumus. Vide quæ dicta nobis ad Matt. 19. 29 [m]. ¶ *Quasi morientes* (ob quotidiana mortis pericula [n]: Miseri pro mortuis habentur [o]. Credimur quotidiè morituri, *Semper casuris similes, nunquámque cadentes* [p].) *&* (vel, *sed*, P.) *ecce vivimus*] Dei ope [q]; donec Deus morte gloriosâ nos honestare voluerit [r]. ¶ *Ut*, &c. Ὡς παιδευόμενοι, καὶ μὴ θανατούμενοι] *Qui* (vel, *Ut qui*, P. Be.) *castigamur* (vel, *corripiamur*, Er. V. vel, 1. à Deo †, ut filii à patre [t]: vel, 2. à magistratibus [v], Gentilium aut Hebræorum [x], illos coercere volentium nè prædicarent [y]; q. d. Videmur castigari, quando flagris cædimur velut malefactores, &c [z].) *nec tamen occidimur*, Pi. Deo nos eripiente [a]. Id ipsum quod jam dixerat explicat adducto Psalmi loco, 118. 18. Dicuntur παιδευόμενοι propriè pueri qui verberibus emendantur, impropriè viri summè pii, qui per ista tentamenta semper meliores fiunt [b].

10. *Quasi tristes*] Videmur quasi in mœrore esse ob tot res adversas [c]. ¶ *Gaudentes*] Ob testimonium bonæ conscientiæ & Dei solatia [d], quòd digni habeamur pro Christo pati [*]. ¶ *Sicut egentes*] Rerum optimque terrenarum [f]. Habemur egentissimi [g]. ¶ *Multos autem locupletantes*] Bonis, vel, 1. temporalibus, hortando alios ad liberalitatem, ut infrà cap. 8. & 9 [h]. Ità optimè constat antithesis [i]. Vel, 2. spiritualibus [k], sive cœlestibus [l], cùm per Ministerium nostrum placuit Deo opes gratiæ suæ dispensare [m]. Interim in alios conferimus summas divitias, dona scilicet Spiritûs Sancti [n]. ¶ *Tanquam nihil habentes* (& re & ope destituti, postquam omnia propter Evangelium reliquimus [o]:) *& omnia*

nia possidentes] Quia perinde contenti sumus,& perinde nobis prospicitur de necessariis, ac si omnia mundi bona possideremus [p]; quia patent nobis omnium fidelium ædes & bona, &c [q]. *Nihil mancipio habentes, usu omnia.* Nam qui oculos suos pro ipso daturi erant,ecquid ipsi de bonis suis negâssent? Gal. 4. 15. Ipse quidem de his nihil sibi sumebat, sed dabat pauperibus Judæis quantum volebat tanquam de suo. Sic impletum eminenter vaticinium, Esa. 61. 4 [r].

11. *Os nostrum patet* (vel, *apertum est*, P. Be. &c.) *ad* (vel, *erga*, P. Be. Pi. E.) *vos*] Scil. ad loquendum liberè vobiscum, & plenè vos instituendos, q. d. Non possum silere, & vos pro salute vestra non commonefacere † : neque loquendo exsatior [t]. Apertè & nihil dissimulans locutus sum, familiariter omnia mea vobis exponens; quod maximum est amicitiæ testimonium, quasi cor meum gestiam in sinum vestrum effundere [v] : cum fiducia vos alloquimur, nihil celantes [x]. Hoc ἀνέῳγε hîc est pro Hithpahel, ut & passivum sequens, התפתח. *Aperire os*, frequens Hebræis locutio, ut Job. 3. 1. Mat. 5. 2. & 13. 35. Significat autem hîc non *quovis modo loqui*, sed *liberaliter & apertè loqui*. Elucet enim in verbis præcedentibus mira quædam λιτότης, quam observavit Augustinus [y]. Corpus, inquit, variis prematur angustiis licèt, vis tamen amoris & confidentia mentis bene mihi consciæ, & os mihi patefacit, & cor dilatat ad vos exhortandos pariter & suscipiendos [z]. ¶ *Cor* (i. e. affectus cordis [a],) *nostrum dilatatum est*] Vel, 1. per charitatem [b] ; ità repetendum, *ad*, vel, *erga vos* [c] : i. e. copiosâ benevolentiâ vos prosequimur [d] ; vehementissimè vos amo *. Non verbis tantùm liberalis sum in vos, sed & affectu animi, התרחב לב: sic רחב לב, 1 Reg. 4. 29. Pari modo dicitur *dilectio effusa in cordibus*, Rom. c. 5. v. 5. Hunc affectum etiam infrà commemorat, 7. 3 [f]. Vel potiùs, 2. per affectum gaudii, de quo dixit v. præced. & de quo phrasis hæc usurpari solet, ut Psal. 4. 1. Esa. 60. 1. Vult autem suo gaudio ipsorum tristitiam lenire [g]. Dilatatio cordis & oris vehementissimum declarat affectum, ut in summa lætitia, &c [h]. In lætitia & cognatis affectibus dilatatur cor, quodammodo proripere se cupiens ad rem amatam [i].

12. *Non*, &c. Οὐ στενοχωρεῖσθε, &c.] Verbum est vel, 1. imperat. ut Arabs, & ferè Lutherus [k] : vel potiùs, 2. indicat [l]. quia non dicit hîc μὴ, sed οὐ [m], quum οὐ sit potiùs Adverbium negans quàm vetans sive prohibens [n]. [Verba sic reddunt :] *Non estis angusti* (vel, *constringimini*, V. vel, *habitatis angustè*, P. Be. Pi. sim. Camer. vel, *exiguum locum possidetis* [o], נִצְרָתֶם [p] :) *in nobis*, (i. e. in animo nostro [q], de quo tanquam domicilio loqui perstat [r] : in quo, inquit, tanquam domicilio, eóque minimè angusto, habitatis ; totum enim cor meum vobis dilatavi †. Hæc angusta habitatio opponitur præced. dilatationi, eáque parcum & malignum amorem significat [t]. [Sensus, q.d.] Spatiosè in corde meo habitatis [v] : latissimâ vos cordis charitate complector [x]. Al. Verbum hoc refertur ad angustiam animi Corinthiorum; éstque metaphora sumpta ab iis quorum præcordia constringuntur, ut ægrè respirare queant. Sensus est, q.d. Quòd angustiam patimini, quòd tristes estis & compresso corde, non ex nobis id provenit, qui vobis ex charitate optimè volumus, & in quibus exemplum habetis gaudii spiritualis [y].) *sed angusti estis in visceribus* (vel, *præcordiis*, V.) *vestris*, Er. &c. ità ut in illis locum nullum (vel, angustum [z],) habeam : q.d. in amore & benevolentia mihi non respondetis [a]. Exprobrat illis angustum suum affectum, ut iniquum, &c [b]. q. d. Exiguam charitatem nobis rependitis, ità ut nos non possimus vicissim in vestris cordibus spatiosè habitare [c]. Tacita subest antithesis, Unus multos intrò recipit, multi verò nè unum quidem vicissim capiunt. Par pari non refertis [d]. *Vestra ex parte est cor angustum*, affectus tenuis in me scilicet. Σπλάγχνα non tantùm *de miseratione*, sed & de alio quovis *affectu* dicuntur, infrà 7. 15. Philem. 7. 20. Dicit autem hoc Corinthiis non omnibus, sed quibusdam *. Al. Sensus est, Angustiæ sive tristitiæ vestræ causa est in visceribus vestris, h. e. in vobis [f]. Intra vos sunt qui vos conturbant, tum fornicarius ille, de quo eos valde contristatos fuisse constat ex cap. seq. tum alii multi qui nondum egerant pœnitentiam, infrà cap. 12. 21. Hæc expositio magis inhæret contextui [g]. Al. *Vos non erga nos, sed erga hominem cui estis intimi* (ad verb. *erga vestra viscera*, h.e. erga nos, quorum vos estis viscera, h.e. cui vos estis charissimi : & *qui estis in animis nostris*, ut dicit cap. 7. 3. ad hunc locum alludens.) *estis angusti*, q. d. Ego vobis largè meum animum aperio, officiúmque præsto. Quòd si vos vestrum officium angustè & parcè præstatis, id non mihi, h. e. non Paulo, facitis, sed vestrî amantissimo, & planè vestro patri [h].

p T. q E. Me. r G. † Me. ex E. t T. v Be. x Scl. sim. V. y G. z Zeg. a D. sim. Be. b Plerique in E. T. c E. sic D. d V. sim. Vor. * T. Me. f G. g E. h Be. i Scl. k Sch. l Sch. Er. E. m Er. sim. Sch. n Sch. o G. sim. Er. v. 13. p G. q G. Be. Scl. r Be. † Scl. ex Be. t Vor. v Me. sim. T. Græci in E. x Me. y E. z Græci in E. sim. Me. a V. sim. Græci in E. Me. Ec. b Vor. c T. d Ec. * G. f E. ex Hil.

13. *Eandem*, &c. Τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν ὡς τέκνοις λέγω, πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς] Hæc variè distinguunt & vertunt [i]. *Eandem autem remunerationem ut à filiis exigo. Dilatemini & vos*, Er. sim. Ti. scil. ut parenti respondeatis mutuámque charitatem reddatis. Quamvis pater sim, à quo est amoris exordium, eandem tantùm mensuram reposco [k]. *Ejusdem autem compensationis vicem* posco. *Dico ut filiis, dilatemini & vos*, P. *Loquor autem ut filiis de pari compensatione : dilatamini & vos*, Be. Pi. Videte ut mihi, vestro patri, officiosè & liberaliter pareatis; quemadmodum ego vobis, ut filiis, officiosè ac liberaliter præcepta do [l]. Al. Τὴν ἀντιμισθίαν est pro κατ' ἀντιμισθίαν [m], *ad vicem rependendam* [n]; & illa, ὡς τέκνοις λέγω, in parenthesi legenda sunt [o]. Secundùm *verò eandem compensationem (ut filiis loquor) dilatamini & vos*, Kn. sim. Zeg. qu. d. Sicut cor meum dilatatum est erga vos, v. 11. sic & vos vicissim dilatamini erga nos, &c [p]. *Eandem*, i. e. parem affectui meo. *Vicissim & vos (nam ut filiis loquor) dilatate vos*. Vocem ἀντιμισθίας habuimus & Rom. 1. 27. Idem postulat Apostolus infrà 7. 2 [q]. Sensus, q.d. Propter repensionem autem benevolentiæ nostræ dilatemini vos quoque, amplificate cor vestrum, ut nos capiat & mutuò diligat [r]. *Eandem remunerationem* (sub. *habentes*, Vulg. i. e. parem amorem rependentes mihi † ; vel sub. *adferte*, Græci in E.) *dilatamini & vos*, i. e. cor & charitatem vestram dilatate [t]. Id autem vobis dico tanquam filiis, quos oportet non segniter patrem redamare [v]. Chrys. sine supplemento sic exponit, Eandem amoris retributionem vobis, tanquam filiis, dico, id est, injungo, eámque à vobis, ut pater à filiis, exigo, dicens, *Dilatamini & vos*, mutuâ scil. erga me charitate. Verùm juxta nostram expositionem v. præced. hic erit sensus, Eandem remunerationem quam nos ex fideli ministerio percipimus, dum in perpetuo gaudio sumus, licèt tristes hominibus videamur, vobis quoque tanquam filiis, annuncio ac dico, *Dilatamini & vos*, interno gaudio Spiritûs S. Volo enim vos participes esse mercedis & gaudii nostri. Quod ut fiat, amputate causas malorum, quæ vobis tristitiam pepererunt. Hinc ergò sequitur, *Nolite*, &c [x].

14. *Nolite*, &c. Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις] *Ne ducatis* (vel , *copulamini*, P. Be. Pi. sic Mo. vel, *jungamini*, Er.) *jugum* (vel, *jugo*, Pi. vel, *sub uno jugo*, Tre. vel, *altero jugo*, Mo. sic Æth. vel, *impari jugo*, Be. Pi.) *cum incredulis*, Er. Il. Ti. Qu. Quid hîc jugum ducere cum illis? Resp. Participationem & commercium cum illis habere [y], in iis quæ religionem spectant [z]; aut tale commercium quo videri possimus aut socii aut fautores scelerum [a]; aut arctam societatem seu necessitudinem, quâ fiat ut cum illis communicemus in moribus aut religione [b], maximè conjugium cum illis inire [c]. Non autem vetamur cum illis negotiari, aut cibum sumere, 1 Cor. 5. & 10 [d]. Monet eos, ut & in priore Epistola, nè in idoleis convivarentur *, nè mensæ Dæmoniorum fiant participes, aut cum infidelibus in aliquo opere vel per se, vel secundùm quid, illicito, commercium habeant [f]. Est hîc applicatio mystica Legis, Deut. 22. 10. ubi loca attulimus Plauti & Calphurnii. Vide Præceptum vetans 281. Ovidius, *Non bene inæquales veniunt ad aratra juvenci*. Vide & Papinium [g], [ejúsque verba in G.] Metaphora est, vel, 1. à bubus jugo alligatis [h] : vel, 2. à trutina [i] : ζυγοστατεῖν enim exæquationem lancium in libra significat [k]. Porrò cùm ἕτερον modò significet *alterum è duobus*, modò *diversum è duobus aut pluribus*, unde ἑτερόφθαλμος est *qui altero caret oculo*, ἑτερόδοξος, *qui diversæ est opinionis*, hinc ἑτεροζυγεῖν variè sumitur [l]; éstque vel, 1. idem quod ὁμοζυγεῖν [m], *alteram partem jugi trahere* [n], i. e. idem jugum subire. Quare Syrus hic dixit, *Ne sitis filii unius jugi cum iis qui non credunt* [o]. Sed hæc sententia nullum habet fundamentum,

g E. h Ca. i Be. k Er. l Ca. m G. sim. Er. V. Zeg. Kn. Vor. n G. o Vor. sim. G. ex Sy. & Ar. Kn. p Kn. q G. r V. † Me. sic T. simil. Græci. in E. t Me. sic Græci in E. v Græci. x E. y Me T. sic V. z T. ex Chrys. & Amb. a Scl. b E. c E. sic T. ex H. Ec. Er. d E. * G. f Be. g G. h V. sim. Camer. i Camer. sic Ham. k Camer. l Er. m Q. in Be. n G. sim. Er. Pi. Scl. o G.

tum, nisi quòd ζυγὸς significet *jugum* æquè ac *trutinam* [p]: vel, 2. *cum diversæ conditionis homine jugum ducere* [q]. Hinc כלאים, id est, *animalia diversi generis*, Lxx ἑτερόζυγα reddunt Levit. 19. 19 [r]. vel, 3. significat jugi imparitatem & inclinationem in alteram partem †. Libra cujus lanx altera propendet in unam partem σταθμὸς ἑτερόζυγος dicitur [s], ut contrà ἰσόζυγος dicitur quæ æquè propendet in utramque partem [v]. Sensus ergò est, Nè sitis magis propensi ad errores Gnosticorum quàm erga nos Apostolos Christi, &c [x]. ¶ *Quæ*, &c. Τίς γὰρ μετοχὴ, &c.] *Quod enim consortium* (i. e. quæ consensio sive convenientia [y];) *justitiæ cum injustitia?* P. vel, *iniquitate?* Pi. sim. Be. i. e. justis seu fidelibus (qui in Christo facti sunt *justitia Dei*, cap. præced. v. ult [z].) cum iniquis [a]? Δικαιοσύνη hîc est *cultus Dei ex ipsius præscripto*; ἀνομία, *Religio sine lege Divina, & contra eam.* Eadem sententia Sirach. 13. 20. & in Psalmo 1 [b]. Ostendit quàm absurdum sit fideles jugum ducere cum infidelibus [c]. Amicitia pares aut recipit aut facit. Intelligendum hoc pro materia de qua agitur. Est enim inter homines omnes quædam societas, sed non talis [d]. ¶ *Luci cum tenebris?*] Vel, 1. propriè; vel potiùs, 2. translativè [*]. *Lucem* vocat fideles, *tenebras* infideles [f]. Bonum ducitur argumentum ex analogia spiritualium cum corporalibus [g]. Al. *Lux* est Evangelium; *tenebræ*, Gentium fabulæ [h].

15. *Quæ*, &c. Τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαλ;] *Et quæ concordia* (vel, *consonantia*, E. vel, *consensus*, E. Er. Zeg.) *Christo cum Belial?* P. Be. Pi. i. e. vel, 1. cum Diabolo [i]; qui sic vocatur κατ' ἐξοχὴν, ut alibi ὁ πονηρὸς, *improbus*. Nam *Belial, nequam* [k]. Vel, 2. cum quovis homine exlege [l], Diaboli asseclâ [m]. Nam בליעל παράνομον vertunt Lxx. Deut. 13. 13. Jud. 19. 22. 2 Sam. 16. 7. & 20. 1. & 23. 6. 1 Reg. 21. 10, 13. Prov. 6. 12. Nimirum à בלי, quod est στερητικὸν, & עול, quod *jugum* significat: quæ est Hieronymi etymologia. Alii alias adferunt; sed Græci hanc sunt secuti. Christus obedire Deo nos docuit, illi cupiditatibus tantùm suis obsequuntur. Quidam Libri habent Βελίαρ mutatâ ultimâ. Sic Βεελζεβούλ, pro Βεελζεβούβ, Ἀβακοὺμ, pro Ἀββακοὺκ, Ἰωβὰβ, pro Ἰωβὰβ, Συχὰρ, pro Συχὲμ. Vide quæ ad Mat. 10. 25. & ad Joh. 4. 5 [n]. ¶ *Quæ pars*, &c.] Vel, *portio*, Be. Pi. i. e. communio, vel societas [o]. *Quid commune?* G. sic D. Ità enim loquuntur Hebræi, 2 Sam. 21. 1. Act. 8. 21 [p]. Sic Jos. 22. 25, 27. Vide Deuter. 14. 27. & c. 18. v. 1 [q].

16. *Quis*, &c. Τίς δὲ συγκατάθεσις, &c.] *Et quæ consensio* (vel, *convenientia*, Ca. sim. Er. Il. vel, *consortium*, Ar. *compositio*, Ti. Vox propriè significat eum assensum qui fit dato suffragio; tametsi & generaliter usurpatur pro consensu [r]. Συγκατάθεσις, *societas*. Nam Exod. 23. 1. ubi est in Hebræo לא תשת ידך עם רשע, *nè ponas manum tuam cum impio*; Græca versio habet, οὐ συγκαταθήσῃ μετὰ τοῦ ἀδίκου. Philosophi συγκατάθεσιν vocant *animi assensionem* †.) *templo Dei cum simulacris?* Be. Pi. &c. id est, Quæ confœderatio vobis [t], qui estis Templum Dei [v], cum idolis & eorum cultoribus [x]; cum infidelibus, qui sunt templa idolorum, id est, Diaboli, qui in idolis colendum se ingerit? ¶ *Vos——estis templum*, &c.] Non dicit *templa*, ut significet ità singulos esse Dei Templa, ut tamen omnes unum Dei Templum constituant [y]. *Templum* est ubi Deus habitat: In piis habitat Deus per Spiritum S. Sunt igitur *templum Dei*. Idem sensus 1 Cor. 3. 17. & 6. 19. Nec frustrà addidit ζῶντος, quia dii Gentium erant homines mortui. Vide Matth. 26. 63. Joh. 6. 69. Act. 14. 15. 1 Thes. 1. 9. 1 Tim. 3. 15. & 6. 17 [z]. ¶ *Sicut dicit Dominus*, &c.] Testimonium sequens petitum est vel ex Levit. 26. 12 [a]. vel potiùs ex Ezec. 37. 27 [b]. vel est ex pluribus locis conflatum [c]. Est applicatio mystica loci Levit. cap. 26. ver. 11, 12. ubi in Græco, θήσω τὴν σκηνήν μου ἐν ὑμῖν. deinde, verbis quibusdam interpositis, καὶ ἐμπεριπατήσω ἐν ὑμῖν. Citavit hunc locum, ut & alios, cum libertate aliqua Paulus; itaque & in medio posita omittit, & personam mutat, salvo sensu. Et משכני, quod Lxx θήσω σκηνήν, rectè vertit ἐνοικήσω, quomodo & Græci, Esa. 32. 18. alibi per οἰκεῖν aut κατοικεῖν. Confer Ezec. 37. 27. Rom. 8. 11. 2 Tim. 1. 14 [d]. Sensus est, *Inhabitabo in illis* per gratiam [*], quâ faciam ut me colant [f]; *& ambulabo in eis*, i. e. adero illis præsens [g], varias virtutum actiones quibus me colant in eis excitando atque operando [h]. [Illud ἐμπεριπατήσω sic vertunt,] *inambulabo*, Er. P. Mo. Be. Pi. &c. *versabor*, Ca. *inambulabo inter eos*, Tre. ex Sy. sic Æth. *deambulabo in mentibus eorum*, Ar. ¶ *Et ero illorum Deus*, &c.] Sunt hæc quoque verba ex sequentibus in Levitico, eáque Christianis multò magis quàm veteribus Israelitis competunt [i]. Illis exprimitur quid facturus sit, vel, 1. populus, q. d. Illi me pro suo Deo habebunt, & tanquam populus meus vero cultu se mihi subjicient: vel, 2. Deus, q. d. Ego me Deum illis præstabo, & ut populum meum eos diligam, protegam, &c. Hoc malim, quia tota sententia continet promissionem beneficentiæ Dei erga populum [k].

17. *Exite*, &c.] Sumptum ex Esa. 52. 11 [l]. quanquam insperguntur verba quædam ex Levit. 26. 12 [m]. Quod de Babyloniis deserendis dixerat Esaias id pari jure aptat ad idololatras alios [n]. ¶ *Separamini*] Non tam corporali conversatione & habitatione (nisi quatenus ex ea cuique periculum est suæ salutis) quàm animo, nè malis consentiant, &c [o]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε· κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς] In Esaiæ dicto loco ante ea quæ habuimus præcessit, ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε. Sequitur porrò quibusdam interjectis, ὁ ἐπισυνάγων ὑμᾶς Θεὸς Ἰσραὴλ· in Hebræo מאספכם. Verbum אסף plerumque vertitur ἐπισυνάγειν & συνάγειν· sed & προσλαμβάνειν, ut Psal. 26. 9. quod idem est cum εἰσδέχεσθαι. Vide Rom. 14. 3. & 15. 7. Philem. 12. 17. Per *animalia immunda & res immundas* significari Idololatras sentiunt & Hebræi. Vide quæ diximus ad Act. 10 [p]. [Verba sic reddunt,] *Et impurum* (i. e. vel hominem immundum; vel id quod immundum est [q]:) *nè attingite*: (i. e. ab omni inquinamento infidelium puros vos præstate; & si inter eos versandum sit, malis tamen eorum operibus non communicate [r]:) *tum* (Copula hîc habet vim apodoseos, q. d. tum demum, si scil. ab impietate abstinueritis †:) *ego excipiam vos*, Pi. P. Be. vel, *suscipiam vos*, Er. Il. E. scil. de medio infidelium exeuntes: q. d. Non ideo desolati eritis. Relictâ eorum societate & consolatione transibitis in amicitiam meam [t].

18. *Et ero*, &c.] Vulgò putant desumptum ex loco Jer. 31. 1. Propiùs accedit Jer. 31. 9. Sed puto desumptum ex hymno aliquo celebri apud Hebræos [v]. Aquinas refert ad 2 Sam. 7. 14. Promissio hæc est adoptionis, &c. Et *filios & filias* nominat, quia de conjugiis illud dixerat v. 14. ¶ *Omnipotens*] Hoc addit, nè de promissione adimplenda quis dubitet [x]. Παντοκράτωρ respondet Hebræo שדי aut צבאות: nam utraque hæc vox Græcè sic vertitur [y].

CAP. VII.

1. HAS—*promissiones*] Scil. Deum in nobis semper habitaturum, Deum nobis fore Patrem [a], Nos fore Templa Dei, &c [b]. ¶ *Mundemus nos*] Per seriam pœnitentiam [c]. ¶ *Ab omni inquinamento carnis* (i. e. corporis [d]: Opponitur τῇ ἁγνότητι, de qua suprà 6. 6. Evangelica explicatio legum de טמאות [*]. Hoc dicit, quia somniârunt Corinthii posse se animos puros servare, etiamsi corpora Idolis prostituerent, &c [f].) *& spiritus*] i. e. animi [g]; qui inquinatur per mala dogmata & actus malos [h]. [Sensus, q. d.] A peccatis tum carnalibus [i], quæ per carnis & sensuum delectationem agunt [k]; qualia sunt gula, ebrietas, luxuria: tum spiritualibus [l], qualia sunt superbia, ira, invidia [m], idololatria, sectæ, dissensiones, æmulationes, &c [n]. ¶ *Perficientes*, &c. ità Er. Il. P. &c. Ἐπιτελοῦντες, &c.] *Ad finem perducentes* (vel, *Operemur*, Tre. ex Sy.) *sanctificationem* (i. e. Ut perfectè sancti sitis [o]: vel, *Sanctimoniâ perfungentes*, Ca. proficientes in sanctitate [p]: sanctitatem animi implentes opere [q].) *in timore Dei*, Pi. sic Be. i. e. Deum timentes [r], vel per timorem (cultum & amorem †,) Dei [t], cujus Templum sumus; qui proinde vereri debemus nè Templum Dei profanaremus & violemus [v]: vel idque respectu Dei [x].

2. *Capite nos*; ità Mo. Χωρήσατε ἡμᾶς] *Recipite* (vel, *Accipite*,

[Margin notes, col. 1: p Ham. · q Er. sim. Scl. Ham. · r EA 1. 2. 13 187. ex G. sic D. · † E. ex Th. · s D. es · v Maf. Ham. · x Ham. · y Ide n. · y Vor. · z E. · a Me. · b G. · c E. · d G. · * E. · f E. Me. · g E. · h G. · i Tre. ex Sy. Pi. E. D. · k Vor. Me · l D. · m G. · m Me. · n G. · o D. sim. E. Me. · p G. · q D. · r E. · † G. · t E. · v E. sic Me · x Me. · y E. · z G. · a E. ex Aquin. Me. Be. · b Be. Q. in Er. · c Er. · d G. · * E Me. · f E. · g Me.]

[Margin notes, col. 2: h E. · i G. · k E. · l Vor. E. G. · m Vor. · n G. sim. Me. · o E. · p G. · q D. · r E. · † Vor. · t E. · v G. · x E. · y G. · a G. sim. E. · b Me. · c T. Me. · d Pe. Vor. Scl. · * G. · f Scl. sim. Be. · g Be. Vor. · h G. · i L. E. Me. T. · k E. · l Me. sic E. T. · m Me. T. · n E. · o V. · p Me. T. · q G. · r V. · † T. · t E. Me. T. · v E. · x G.]

Accipite, P. Pi. *Sustinete*, Tre. ex Sy. *Admittite*, Ca.) *nos*, Be. G. scil. in cor vestrum [y], per charitatem dilatatum [z]. Est enim sensus repetitus ex superiore 6. 13 [a]. *Capaces estote nostri*, Er. Il. Ti. Be. Cùm vos toto complectar animo, vos vicissim me in vestros animos recipite [b]. Sinite ut locum apud vos inveniam [c], non arctum, sed latum, sinum charitatis vestræ [d]. Al. Admittite nostram admonitionem [*]. Confer Matth. 19. 11. ubi idem verbum. *Non omnes capiunt*, &c [f]. Al. *Capite nos*, scil. per imitationem [g]. Congruit hoc cum sequent [h]. ¶ *Neminem*, &c. οὐδένα ἠδικήσαμεν ——— ἐπλεονεκτήσαμεν] Tria ponit quibus potissimè alienari solet populi affectus à pastoribus [i]. Meritò, inquit, à vobis exigimus vel charitatem vel obedientiam †: *Neminem læsimus*, vel, *injuriâ affecimus*, (scil. tyrannidem exercendo [k]. *Nemini fuimus malo exemplo.* Vide 1 Cor. 6. 10. Syrus hîc posuit verbum עלב, quod est *illudere alicui*. Ex contrario significat se apertè & ingenuè cum eis egisse [l]: Sensus, q. d. Sincerè & innoxiè Evangelium ministravimus [m].) *neminem corrupimus*, (vel, 1. falsâ doctrinâ [n]; vel, 2. malo exemplo [o]; vel, 3. blanditiis munera extorquentes, ut Pseudo-apostoli [p]: vel, *pervertimus*, P.) *neminem fraudavimus*, Er. Il. Ti. vel, *expilavimus*, P. *occupavimus*, Tre. *circumscripsimus*, Ca. *quæstui habuimus*, Be. Pi. *deprædati sumus*, Ar. in bonis [q]; occultis fraudibus [r], plus emungentes quàm par erat †. Nullius rem præter jus occupavimus [t]. Obliquè taxat Pseudo-apostolos [v], ut alia facientes [x].

3. *Non*, &c. Οὐ πρὸς κατάκρισιν] *Non ad condemnationem*, Mo. &c. sub. *vestrî*, Be. Pi. P. &c. Non me excusando vos accuso [y], vel, 1. quòd talia de nobis suspicemini [z]; vel, 2. quasi vos tales sitis, qualem me esse nego: sed de Pseudo-apostolis tantùm loquor [a]. Corrigere vos volo, non *traducere* [b], quod hîc est κατακρίνειν. Antecedens pro consequente [c]. Non ingrati animi, aut perfidiæ vos condemno [d]. ¶ *Prædiximus*] Nempe suprà 6. 12. ¶ *In cordibus nostris estis*, &c.] Magnum ibi habetis locum [*]. Vobiscum & pro vobis mori & vivere paratus sum [f]. Quod vehementissimi amoris indicium est [g]. Sic Horatius, *Tecum vivere amem, tecum obeam lubens.* Egregius χαρακτὴρ boni pastoris, Joh. 10. 11 [h].

4. *Multa ——— fiducia*, &c.] Vel, *loquendi libertas*, P. Be. Pi. *Magnum mihi jus liberè apud vos loquendi.* Est & hîc μετωνυμία [i]. Ità benè de vobis sentio, ut liberè loquar, vósque admoneam, &c [k]. ¶ *Gloriatio pro*, &c. Ὑπὲρ ὑμῶν] *Propter vos*, Zeg. *De vobis*, P. Be. Pi. *Nomine vestro*, Er. V. E. scil. apud alios, obedientiam vestram prædicans, &c [l]. *Multum gaudeo vestrî causâ*, ubi vos in pietate perseverare ac proficere intelligo. ¶ *Superabundo*, &c. Ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ ἐπὶ πάσῃ, &c.] Dicit hîc generaliter quod jam explicabit specialiùs; primum dicens quæ fuerint *adversa*; deinde, quod illud *gaudium* atque *solatium* [m]. *Vehementer exundo* (vel, *Vehementer superabundo*, Be. vel, *Circumfluo*, Ca.) gaudio (à vobis profectò [n]; auditâ per Titum vestrâ pœnitentiâ & emendatione [o]:) *in omni afflictione nostra*, P. Pi. Er. &c. ità ut gaudium meum tristitiam omnem extinxerit [p]. Al. ἐπὶ hîc significat *post*. Sic ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσι, *post eventum*. Apud Demosth. ἐπὶ τούτοις, &c. *posthæc multa commemorabat alia* [q].

5. *In Macedoniam*] Act. 20. 3. suprà 1. 16 [r]. ¶ *Nullam requiem* (vel, *relaxationem*, Er. P. Be. E. &c. vel, *remissionem*, E.) *habuit caro nostra*] i.e. corpus †, vel homo exterior [t]: excipit enim spirituales consolationes [v]. Idem loquendi genus habes suprà 2. 12. Vide & Act. 24. 23. & infrà 8. 13. Vix respirare nobis à malis licuit; tot erant hostes, tot insidiatores [x]. Οὐδεμίαν ἄνεσιν, &c.] Nihil habuimus laxamenti [y]. ¶ *Foris* (i.e. vel, 1. in corpore [z]; vel, 2. in publico [a]; vel, 3. extra Ecclesiam [b], cum infidelibus [c], cum hostibus (apertis [d]) Evangelii sive Ecclesiæ [*]: à Gentibus & Judæis [f]; hi enim sunt οἱ ἔξω, 1 Cor. 5. 12 [g].) *pugnæ*, *intus* (i.e. vel, 1. in animo [h]; vel, 2. in domibus nostris [i]; vel, 3. intra Ecclesiam [k]; ab hostibus occultis & domesticis [l], à falsis fratribus, infrà 11. 26. Est allusio ad locum Deut. 32. 25 [m]. Vel, 4. pro fidelibus qui sunt intra Ecclesiam [n].) *timores*] Vel novarum persecutionum [o]; vel ob infirmos fratres, nè aut metu dejicerentur, aut Pseudo-apostolorum fraude deciperentur [p].

6. *Qui consolatur humiles*; ità Pi. Τοὺς ταπεινοὺς] *Afflictos*, P. D. G. *Depressos*: Heb. עניים, quasi dejectos & prostratos dicas [q]. Respicitur locus Esa. 61. 1, 3. Vide & Luc. 1. 52 [r]. ¶ *In adventu Titi*] Ἐν, pro διὰ, ut & v. seq †. *Per adventum Titi*, E. Me. vel, 1. quia præsentia Titi, tanquam fidelis adjutoris, ipsi gratissima erat [t]: vel, 2. ut ostendat quanti Titum faciat, ut eò magis attollat officia quæ Corinthii Tito præstiterant [v]: vel, 3. quia Titus Corintho reversus bona de iis annunciabat [x].

7. *Non solum ——— in adventu ejus*] i. e. per præsentiam ejus [y], vestram correctionem annunciantis [z]. Gaudet non tam Titi causâ quàm ipsorum, quod in Tito ostendissent quanti Paulum & Evangelium à Paulo prædicatum facerent [a]. ¶ *Sed etiam in consolatione*, &c.] i. e. in narratione sive nuncio consolationis [b], per Metonym. subjecti [c], vel per Metalepsin, qualem & alibi observavimus [d]: q. d. Per consolationem quam de vobis accepit Titus, qui priùs ob dissensiones & alia peccata vestra contristatus erat [*]. ¶ *Vestrum desiderium*] Vel, 1. mei videndi [f]; vel, 2. satisfaciendi mihi de offensa conceptâ [g]; vel, 3. seriæ emendationis [h]. Sic & ἐπιποθίαν nomen habuimus Rom. 15. 23. Ἐπιποθέω respondet cum vocibus תאב, ערג, אוה [i]. ¶ *Fletum*; ità Er. Mo. &c. Ὀδυρμὸν] *Complorationem*, Ca. *Ejulatum*, P. Be. Pi. Vox amarum luctum significat [k]. *Mœrorem*, nempe piorum Corinthi, vel, 1. ob ea mala quæ in Asia & Macedonia Paulus pertulerat [l]: vel, 2. quòd Paulus ipsorum causâ & culpâ contristatus fuisset [m]: vel, 3. de peccatis admissis [n]: vel, 4. ob objurgationem meam [o]. Ὀδυρμὸν habuimus & Matth. 2. 18. ubi respondet voci תמרורים, Jer. 13. 15. נוד vertitur ὀδύρομαι [p]. ¶ *Vestrum*, &c. Τὸν ὑμῶν ζῆλον ὑπὲρ ἐμοῦ] *Vestrum pro me* (vel, *super me*, Be. Pi. quem in mei gratiam ostendistis [q], vos pii Corinthi [r]: vel, *pro me*, i.e. quo, nomine ac vice mei absentis, processistis ad puniendum fornicarium, ut jussi, 1 Cor. 5. 3, 4, 5 †. Atque hic profectò sensus magis inhæret contextui [t].) *studium*, Er. Il. Ti. Ca. vel, *ardorem*, Be. Pi. *zelum*, P. sic Tre. Me. Vide Joh. 2. 17 [v]. 1 Cor. 12. 31. infrà 11. 2 [x]. vel, *ardens studium*, G. vel, 1. tuendi me [y], bonámque meam famam contra calumnias [z]: vel, 2. contra peccatores [a], & præsertim contra illum fornicarium [b]. Nota hîc venustatem simúlque vehementiam sermonis, concurrentibus Epanaphora, Asyndeto, & Incremento [c]. ¶ *Ità* (vel, *Adeò*, P. Be.) *ut* (vel, *Ut eò*, G.) *magis gauderem*] His auditis [d]: videns honorem Titi cum meo esse conjunctum [*]. *Magis*, vel, 1, quàm antè contristatus fui, sive ex afflictione de qua paulò antè locutus sum [f]: sive quòd vos meâ Epistolâ contristâssem [g]: sive ob vestra schismata aliáque delicta [h]. Vel, 2. quàm antè gavisus sum: q. d. Tito hæc referente gaudium meum magis ac magis crevit [i].

8. *In epistola*] In illa priore, in qua multa sunt asperiora, quia multa erant mala & latè serpserant [k]. ¶ *Non me pœnitet*] Scil. me illa scripsisse, postquam Titus hæc retulit, &c [l]. quia scripsi ut muneri meo satisfacerem [m]. Dicturus eandem sententiam si in iisdem rebus poneretur. Ità olim de se dixit Phocion [n]. ¶ *Etsi*, &c. Εἰ καὶ μετεμελόμην] *Etiamsi pœnituisset*, Er. Ti. V. q.d. Etiam si qua pœnitudo me tenuisset prioris facti, nunc eam abjicerem, his ex Tito auditis. Non pœnitet, etiamsi pœnituisset. Sic loquimur cùm & errata feliciter cadunt [o]. *Etiamsi pœnituerit*, Il. P. Tre. Be. Pi. Hoc malo, quia non additur ἂν P. *Etsi non pœnitebat*, h. e. etsi ante adventum Titi doluerim me vos contristâsse [q]. Dolebat autem non de Epistola sua, quam sciebat se Spiritu Divino scripsisse [r], sed de hoc illius effectu; vel quia tristitia per se malum quoddam est, vel ex metu nè illi indè verterentur in odium Apostoli, &c †. *Pœnitere* hîc impropriè ponitur, pro *dolorem capere*: q. d. Tametsi mihi doluit quòd vobis durus esse cogerer [t], & acerbiùs scribere, geménsque mecum rei eventum exspectarem [v]. *Quanquam doluit mihi*, nempe quòd illâ generalitate verborum multi pii se quoque notari putaverant [x]. ¶ *Videns*, &c. Βλέπω ——— εἰ καὶ πρὸς ὥραν, &c.] *Video enim* (i. e. hoc intueor & considero [y]: His verbis non exponit rationem neque cur se pœnituerit, neque cur se non pœniteat, sed cur dixerit, *Etiamsi tristitiâ affeci vos.* Poterat enim aliquis objicere, Quî scis te non tristitiâ affecisse? Respondet, Video ità esse [z]. Al. Rationem hîc ostendit cur

Marginal notes, left column: y G. sic E. z E. a G. b V. c Be. Me. sic Pi. d T. * Vor. sim. E. f E. g E. ex Aquin. h E. i Scl. † E. k Idem. l G. m E. n E. Me. Scl. sic Er. o Me. E. ex Aquin. p Pi. q Scl. r Pi. † Me. t V. ex Er. v Scl. l. c. E. x E. y E. z E. ex Caj. & Cathar. Me. a E. ex Græcis, &c. b G. E. c G. d Be. * G. f E. sic Me. Pi. &c. g E. sim. Er. Scl. h G. i G. k E. sim. Me. l E. Me. m G. n E. Me. o E. p E. Me. q G. r G. † Be. Pi. Scl. Me. E. t Scl. v Scl. ex Be. x G. y Scl. z Vor. Pi. a Caj. ex E. b Vor. Scl. E. c E. d Scl. sic E. * E. Me. Scl. f E. g G. E. h Pi. Vor. E. i Caj. in E. k Scl. Vor. l E. m G. n E. o E Me. p Scl.

Marginal notes, right column: q Be. r G. † Vor. Pi. t Plerique in E. v G. x E. sim. Be. Me. y V. z E. Me. a G. b G. Scl. c Scl. d G. * E. f G. sim. E. Scl. g Scl. h T. Me. i G. k E. ex Græcis. l G. m E. ex Th. n Scl. sic Me. T. o Scl. p G. q Scl. r G. † E. ex Caj. t E. v Be. G. x G. y Me. T. z G. sim. Me. T. plerique in E. Scl. a Me. b Me. sim. E. ex Caj. Scl. c E. d T. sic E. Me. * G. f E. g Me. sic E. ex Phot. h T. i E. k G. l E. m Me. n G. o Er. p Be. q E. r E. sim. Calv. † E. t Calv. v Be. x G. y Camer. z Pi.

cur olim eum pœnituerat ingesti doloris[a].) *quòd epistola illa, tametsi ad tempus* (breve scilicet[b]: πρὸς ὥραν, id est, *modico tempore.* Sic sumitur hæc locutio etiam Gal. 2. 5. Philem. 15. Sic πρὸς καιρὸν ὥρας, 2 Thes. 2. 17. Sumpsit autem Apostolus vocem ὥρας magis Latino quàm Græco significatu. Nam Græcia vetus *anni tempestates* & *rerum occasiones* hoc vocabulo expressit; Latini verò & Græci posteriores *congruam temporis partem* sic vocant, & propriè quidem *diei partem duodecimam*, per abusionem verò *quodvis tempus non diuturnum*[c]. Πρὸς ὥραν hîc notat tempus breve & definitum censuræ abstentionis ad fructus pœnitentiæ proferendos, &c[d]. Dolorem minuit ex adjunctâ brevitate[*].) *tristitiâ vos affecit*, P. sic Be. Pi. De qua re dolebam[f]. Est ellipsis: supplendum est, *tamen profuit vobis, vósque commovit ad agendam pœnitentiam*, quæ vobis jugem conscientiæ pacem & lætitiam conciliat[g].

9. *Gaudeo non*, &c.] Non simpliciter quòd doluistis, sed secundùm quid, quia dolor iste emendationem toti Ecclesiæ attulit[h]; sive de fructu tristitiæ, qui est pœnitentia[i]. ¶ *Secundùm Deum*] i. e. vel quòd Deum offendistis peccatis[k]: vel ex amore Dei & justitiæ[l]: vel eo dolore qui à Dei Spiritu manat & Deo acceptus est[m]: vel convenienter Divinæ voluntati[n]. Sic κατ' ἀρετὴν πράξεις, *actiones quæ virtuti conveniunt*[o]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἐν μηδενὶ, &c.] *Ut* (vel, *itá ut*, G. sic Er. P. ἵνα, pro ὥστε[p], quia non consilium, sed eventus, notatur[q]:) *nulla in re detrimentum acceperitis ex nobis*, Pi. sim. Be. Sed ingens potiùs commodum[r]. Liptote †. Quid damni accipit qui melior fit[t]?

10. *Tristitia*, &c.] Λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται] *Tristitia pœnitentiam* (Per μετάνοιαν intelligit ipsam *emendationem*[v], quæ talem dolorem subsequi solet. Et est hîc quasi ἀνανάκλασις. Nam μετάνοιαν ἀμετανόητον si dixisset, perfecta fuit ἀντανάκλασις; ut cùm Plinius dicit, *Superest ut meæ pœnitentiæ pœnitentiam agam*[x].) *in salutem haud pœnitendam* (vel, *impœnitibilem*, Val. *impœnitendam*, Er. ex Aug. *cujus nunquam pœniteat*, P. Be. Pi. sub. *Deum*, J. Cap.) *adoperatur*, Mo. vel, *efficit*, P. Be. Pi. Ἀμεταμέλητον referendum, vel, 1. ad salutem[y], q. d. salutem semper mansuram & nunquam pœnitendam[z]. *Salus non pœnitenda* dici possit, respectu vel, 1. Dei, qu. d. cujus collatæ Deum nunquam pœniteat: vel, 2. hominis, q. d. cujus hominem non pœniteat, nec pœnitere queat[a]. Vel, 2. ad pœnitentiam[b], quam non pœnitendam dicit: nam & pœnitentiæ sæpe pœnitentiam agimus[o]. *Pœnitentia* autem *non pœnitenda* dicitur, cujus nunquam quemquam sive pœniteat, sive pœnitere possit, sive pœnitere debeat, sive potiùs cujus cur quenquam pœniteat nihil causæ futurum est. Quomodo Menandro dicitur ἡδονὴ ἀμεταμέλητος, *voluptas cujus pœnitere nihil opus est futurum*; & Polybio προαίρεσις ἀμεταμέλητος, *consilium cujus nunquam erit cur pœniteat*[p]. ¶ *Seculi*, &c. Ἡ δὲ τοῦ κόσμου, &c.] *At mundi dolor* (immodicus[q], ex omissione, vel impeditâ perceptione eorum quæ carnaliter diliguntur, ut voluptatum, amicorum, &c[r]. mœror ob ignominiam acceptam, ob res amissas, ob ereptos amicos †:) *mortem efficit*, Pi. &c. vel, 1. temporalem[t]; sæpe aut morbos mortiferos parit[v], aut homines ad ultrò quærendam mortem adigit[x]: vel potiùs, 2. æternam[y]; mortem enim hîc opponit saluti non corporis, sed animæ[z].

11. *Ecce enim istud*, &c.] i. e. hæc ipsa tristitia[a]. Hoc *ecce* est exemplum recens adferentis ejus quod dixerat[b]. Probat tristitiam illis salutarem fuisse, idque per ipsius rei experientiam, & effectus ejus salutares[c]. Pœnitentiam eorum probat à signis vel annexis. An verò effectus, an partes, an præparationes sint pœnitentiæ, parum refert[d]. ¶ *Quantam in vobis operatur* (vel, *effecit*, P. Pi.) *solicitudinem*; sic Er. Il. Ti. Σπουδὴν] *Studium*, P. Mo. Be. Pi. *Diligentiam*, Ca. sim. Tre. ex Sy. Pro admissis tum auferendis, tum præcavendis[*]: placandi Dei[f], & ea curandi quæ ad salutem pertinent[g]; & corrigendi quod peccatum erat[h], & puniendi incestuosum, circa quem antea negligenter agebatis[i]. Contrarium hujus studii est torpor, vel incuria, vel securitas[k]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ ἀπολογίαν] *Sed* (vel, *Et*, Oecum. & Sy. in E. vel, *Imò*, Er. P. Be. Pi. V. E. *imo &*: ἀλλὰ hîc valet אף[l]: vel, *insuper*, Er. V. E. Auget enim ac veluti corrigit quod dixerat, q. d. imò plus aliquid[m], vel, non solùm, sed &; ut solet Paulus loqui, ut Rom. 5. 3[n].) *defensionem*, Mo. P. Ca. Tre. Pi. vel, *satisfactionem*, Er. Il. Tre. V. vel, *purgationem*, Er. V. sive, *excusationem*, Er. V. Be. Pi. G. vel, 1. Pauli[o], quem purgabant adversùs incredulos[p], & obtrectantium calumnias[q], & cujus factum laudabant, quòd fornicarium Satanæ traderet[r]. At Paulus reprehendi non poterat: quid enim illi cum incestu †? vel, 2. Corinthiorum[t], quâ se purgabant[v], non peccatum commissum negando, sed rei veritatem exponendo[x]; excusando suam negligentiam, primùm apud Timotheum, deinde apud Titum[y]: vel crimen à se depellendo[z], & se delicti non fuisse participes ostendendo[a], (nam & Paulus mox ipsos puros fuisse dicit[b];) dicendo quòd contristati essent ob flagitium illud, & quid ad ejus punitionem & correctionem egissent[c]: vel culpam deprecando[d], priorem negligentiam agnoscendo[*], & testando factum incestuosi sibi nullo modo probari[f]. In Glossario, Ἀπολογία, *excusatio, purgatio, satisfactio.* Et alibi, *Excusatus*, ἀπολογησάμενος[g]. ¶ *Indignationem*] Adversùs scortatorem[h], & peccatum, tum ipsius[i], tum suum[k], in eo tolerando[l], vel scelus dissimulando[m]; quòd itá se gesserint ut ab Apostolo fuerint reprehensi[n]. ¶ *Timorem*] Vel, 1. Judicii Divini[o]. Sed hîc potiùs causa tristitiæ est quàm effectus[p]. Vel, 2. Peccandi in posterum[q]; nè simile quid iterum contingat[r]. *Timorem*, propter illa quæ scripserat in priore Epistola, 4. 2, 19, 20, 21 †. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ ἐπιπόθησιν] *Imò desiderium*, Er. Il. *Imò vehemens desiderium*, P. Mo. Ca. Be. vel, 1. erga Apostolum[t], sive præsentiæ Pauli[v]; nempe quia spem reditûs sui Paulus fecerat, 1 Cor. 4. 19. & 16. 5. & seq[x]. vel, 2. tollendi scandalum, ac per hoc Paulo cæterisque bonis satisfaciendi[y]; vel Deo satisfaciendi[z], & mores emendandi[a]. Desiderium est affectus magis voluntarius quàm timor: timemus inviti, nunquam desideramus nisi sponte. Ergò ut pœnam horruerant, itá alacriter aspirabant ad correctionem[b]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ ζῆλον] *Imò zelum*, P. Be. Pi. &c. i. e. ardorem desiderii[c], quòd certatim magno studio & mutuâ æmulatione contenderent[d], vel, 1. pro Pauli bona existimatione, suprà 7[*]. adversùs pseudo-apostolos[f]: vel, 2. pro Divina gloria[g]: vel, 3. pro emendatione[h], ut proficerent[i]; ad profligandam turpitudinem, & ad virtutem amplectendam[k]; ad pœnitentiæ suæ approbationem[l]; ad prosequenda omnia media ad malum removendum & damnum reparandum[m]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ ἐκδίκησιν] *Imò vindictam*, P. Be. Ca. &c. 1. contra fornicarium[n]; cujus ut anteà fuerant fautores[o], itá postea se severos rigidósque censores præstabant[p], in tantum ut à me ad lenitatem revocandi fueritis: vide suprà cap. 2[q]. 2. contra seipsos[r]; ob torporem suum †, ad humiliationem suam testandam, & ad futura peccata similia præcavenda[t]: per pœnitentiam præterita peccata sua in seipsis ulti sunt[v]. Al. *Vindictam* appellat hoc quòd tales Doctores Corinthii deseruerant[x]. Est autem in his auxesis quædam ab inferioribus ad summa, & ad vehementiora gradatim conscendens[y]. ¶ *In*, &c. Ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι ἐν τῷ πράγματι] *Per* (vel, Denique per, P.) *omnia* (vel, *Siquidem ubique*, Er. Ti. vel, *Omnino*, Be. Zeg. seu, *Omnibus modis*, Be. vel, *Penitus*, Camer.) *testatum fecistis* (itá hoc verbum Demostheni usurpatur[z]: vel, *exhibuistis*, Vulg. *præstitistis*, Er. V. Zeg. *commendâstis*, Er. V. Zeg. *declarâstis*, Zeg. *manifestum fecistis*, vel *rebus probâstis*. Sic συστῆσαι per δεῖξαι exponit Demosth. contra Calippum[a]. Multis argumentis declarâstis[b].) *vos esse puros* (h. e. innocentes[c], alienos & immunes à peccato[d]:) *in hoc negotio*, Be. Pi. P. &c. i. e. vel, 1. in iis quæ ad mei contemptum dictáque factáque erant[*]: vel, 2. in crimine incesti[f], quod negotii nomine tegit, nolens illud exprimere propter turpitudinem[g]: q. d. Vos nequaquam esse participes criminis, quod priùs propter dissimulationem approbâsse videamini[h]. Priorem negligentiam purgâstis, peccatum illud vindicando, & de vestra negligentia pœnitentiam agendo[i]; adeò ut quod ampliùs objiciam vobis non habeam[k]: vel, *per hoc negotium*, nempe, *quòd contristati sitis ad pœnitudinem*[l]. Qu. Quomodo hoc dicit Apostolus, cùm antea gravissimè eos increpârat? Resp. 1. Scriptura sæpe id simpliciter negat aut affirmat quod ex parte

parte tantùm negandum est aut affirmandum; ut sensus sit, Declarâstis vos non consensisse sceleri, quod gravius est; sed tantùm nimiâ tolerantiâ usos esse. Extenuat culpam, non tollit. 2. Hoc de Ecclesiæ corpore dicit, non de singulis: paucorum enim connivent**i**a ad Ecclesiæ infamiam redundârat, cùm tamen plerisque eorum displiceret factum. 3. Distingue tempora, convenient res: anteà rei erant, post resipiscentiam immunes se reddiderant culpæ; non enim imputantur peccata post resipiscentiam, sed perinde sunt apud Deum, & esse debent apud homines, ac si nunquam perpetrata fuissent [m].

12. *Igitur*, &c. Ἄρα εἰ, &c.] *Itaq;* (vel, *Nempe*, P.) *etsi* (sub. *acerbè*, J.Cap.) *scripsi* (vel, *si quid scripsi*, G.) *vobis*, Be.Pi. nempe ea de re [n]. ¶ *Non*, &c. Οὐχ ἕνεκα τοῦ ἀδικήσαντος, &c.] *Non* (sub. *id scripsi*, G. sic Camer. Er.V.Be.P. quod repetendum [o]: sic suprà 2. 10. & 5. 13. & alibi sæpe [p]: & sub. *vobis*, Be. Pi.) *ejus* (scil. tantùm [q], vel præcipuè [r], q. d. non tam ejus. Simpliciter negat quod ex parte negandum est †.) *qui injuriam fecerat*, (abutendo patris uxore [t], h. e. fornicario [v]; ut consulerem ei [x], sive saluti ejus [y]; ut ille puniretur, aut etiam corrigeretur [z]: non quòd ei malè vellem [a].) *nec ejus causâ* (vel, *respectu*, Be.) *qui injuriâ affectus fuerat*, P. Be. Pi.&c. i. e. vel, 1. mulieris adulteræ [b]. Sed repugnat tum genus masc. tum quòd hæc injuriæ inferendæ particeps erat, tum quòd volenti non fit injuria [c]. Vel, 2. mariti [d], vel patris incestuosi †, qui passus est injuriam adulterii & incesti *, ut ille Gen. 49. 4. sive pater vivus fuerit, sive defunctus: nam ad mortuos pervenire injurias posse docet experientia, cum fama, honor, &c. defunctorum per vivos læditur, quanquam sensum injuriarum nullum habeant, id quod ad inferentem injuriam perinde est [f]: q.d. non ut parentis injurias persequerer [g]: q. d. non ullo privato affectu motus; non irâ in filium, non favore erga patrem [h]: non quòd mihi ex ipsius dolore solatium quærerem. Inest enim τῇ τιμωρίᾳ τὸ παρηγορεῖν τὸν πεπονθότα (*vindictæ solatium illi qui* injuriam *passus est*) ut diximus de J.B. & P. 2.20.6 [i]. Vel, 3. mei ipsius, quem hoc nomine proculdubiò designat; q. d. neque illius, neque meâ causâ scripsi [k]. Vel, 4. eorum qui ex contentionibus forensibus aliquid injuriæ passi fuerint, de quibus 1 Cor. 6 [l]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἕνεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν ἡμῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς, &c.] *Sed* (Sed etiam, ac præcipuè id feci [m]:) *ut manifestum fieret studium nostrum pro vobis* (i.e. pro communi Ecclesiæ vestræ bono & salute [n], ut publicum probrum ab ea depellerem [o]. Al. *Sed ob id ut palàm fieret studium vestrum pro nobis*, Er. ut sensus sit, In hoc ea de re scripseram ut appareret omnibus quàm me ametis [p]; ut qui apud vos faverent pseudo-apostolis, ex tristitia vestra intelligerent quo studio & affectu esset tota vestra Ecclesia erga me [q]. Τὴν σπουδὴν ὑμῶν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν legit Erasmus [r], quomodo & Syrus, & fortè meliùs †. Sed huic lectioni repugnat, 1. illud πρὸς ὑμᾶς quod sequitur [t]. [Verùm] πρὸς ὑμᾶς deest in Syro, & in aliis Codicibus [v]. 2. quòd de studio Apostoli erga Corinthios, non contrà, hîc agitur [x]: 3. quòd ἡμῶν ὑπὲρ ὑμῶν legant Amb. & Th. & cod. Complut [y]. sic [&] Græci [z].) *apud vos* (vel, *ad vos*, V. vel, *erga vos*, J. Cap. vel, *vestrâ causâ*, Camer. illud πρὸς ὑμᾶς referendum ad præced. φανερωθῆναι [a]:) *in conspectu Dei*, Cal. sim. P.Be.Pi.&c. i. e. apud Deum [b], sincerum [c], veracissimum [d], minimè fucatum, quod Deo probetur *; vel sincerè, Deo conscio [f]. Significat studium suum fuisse sincerum & ex charitate profectum, quale velit probari coram Deo judice [g]. Hominibus multa videntur quæ talia non sunt, in conspectu verò Dei nihil est laudabile bonúmve quod non sit reverâ tale [h].

13. *Ideo*, &c. Διὰ τοῦτο παρακεκλήμεθα, &c.] *Propterea* (quia puri in hoc negotio inventi estis [i]:) *consolationem accepimus ex consolatione vestrî*, P. Be. Pi.Er. i. e. vel, ex literis vestris quas ad me miseratis per Timotheum [k]: vel, ex vobis jam correctis [l], quòd agnitâ culpâ gavisi estis vos admonitos & correptos fuisse [m]. Intelligit consolationem ab ipsis profectam, vel etiam hortationem ipsorum passivam, cui scil. locum dederunt [n]. ¶ *Abundantiùs*, &c. Περισσοτέρως δὲ μᾶλλον, &c.] Id est, ἄγαν περισσῶς. Nam sic redundat μᾶλλον, ut augeat comparativi emphasin [o]. Duplex comparativus, ut Marc. 5. 26. & 7. 36. Talia sunt μᾶλλον ἐνδικώτερα apud Æschylum, μᾶλλον εὐτυχέστερος apud Euripidem, μᾶλλον ὀλβιώτερος apud Aristophanem, αἱρετώτερον μᾶλλον apud Aristotelem. Sic & apud Plautum *magis certius*, *magis majores*, *magis dulcius*, apud Virgilium *magis beatior*, apud Valerium Maximum *magis locupletior*; quæ notata in doctissimis De grammatica Vossii Libris [p]. [Sic vertunt:] *Sed longè plurimùm* (vel, *Quin uberiùs insuper*, Er. Ti. *Multò autem abundantiùs*, V.) *gavisi fuimus ob gaudium Titi*, P.Pi.&c. Quod cepit ex vobis [q], vel, ex vestrâ correctione [r]; vel, quod Titus à vobis secum attulit †. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἀναπέπαυται, &c.] *Quòd refocillatus* (vel, *recreatus*. De hoc significatu vocis ἀναπαύειν diximus 1 Cor. 16. 18 [t].) *sit spiritus* (vel, *animus*, G. Be. &c.) *ejus ab omnibus vobis*, P. Be.Pi. Ἀπὸ vel notat objectum seu materiam subjectam; vel positum est pro ὑπὸ, ut notet efficientem [v]: vel, *per vos omnes*, G. scil. ex eo quòd viderat vestram erga me observantiam, cæterósque affectus pios, & officia religiosa [x].

14. *Et si*, &c. Ὅτι εἴ τι αὐτῷ, &c.] *Quòd* (vel, *Nam*, P. vel, *Ità ut*, G. vel, Et *quòd*, Be. Pi. Subauditur copula, ut v. seq [y].) *si quid apud illum* (αὐτῷ, pro παρ' αὐτῷ, ut suprà 2. 1. ἔκρινα ἐμαυτῷ, pro παρ' ἐμαυτῷ [z] apud Titum [a]:) *de vobis* (i. e. de vestro in me affectu [b], vel de fide & profectu vestro [c], vos laudans [d]:) *gloriatus sum* (tanquam pater in filiis à me genitis & institutis *: vel, *prædicaverim*, G.) *non fuerim pudefactus*, Er. P.Be. Pi. tanquam inaniter & falsò gloriatus [f]: vel, *in eo non vanus apparuerim*. Est autem in voce κατῃσχύνθην effectum positum pro causa. Nam qui mendacii convincuntur, eos pudor sequi solet [g]. Dicit autem, *si quid*, quia parcè gloriatus fuerit propter vitia quæ adhuc apud illos regnabant [h]. ¶ *Sed sicut omnia in* (vel, *cum*, P.) *veritate*, &c.] Vel, *verè*, Be. Pi. Sicut vos quæcunque vobis dixi (vel, tanquam Apostolus prædicavi [i];) vera comperistis [k]. ¶ *Ità & gloriatio nostra quæ*, &c. Ἡ ἐπὶ Τίτου ἀλήθεια ἐγενήθη] *Quæ ad Titum* (vel, *Quâ usus eram apud Titum*, Er. P. Be. Pi. Ἐπὶ Τίτου hîc est *apud Titum*. Sic ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων, *apud tot testes*, apud Lucianum [l].) *veritas* (vel, *vera*, P.Be.Pi. Hebraica enallage appellativi pro Adjectivo, ut suprà 3. 9 [m].) *facta est*, Mo. Er. vel, *comperta sit*, P. Be. Pi. agnita est à vobis ut verissima. Res sæpe fieri dicuntur, cùm facta esse cognoscuntur. Sic Hos. 5. 15. *Donec rei sint*, i.e. reos se agnoscant. 1 Cor. 3. 18. *stultus fiat*, i. e. stultitiam suam agnoscat, &c [n]. ἐγενήθη, pro εὑρέθη per Hebraismum [o]. Sic & Titus vera comperit quæ ipsi de vobis dixeram [p]: is tales vos invenit quales descripsi [q].

15. *Et viscera ejus*, &c.] i.e. affectus intimi [r]. *Amor ejus erga vos multò magis est*, i. e. fertur. Locutio similis Psal. 145. 9 †. *Ac viscera —— sunt affecta*, P. Be. Pi. ¶ *Vestrum obedientiam*] Quâ nostra suscepistis monita quæ ad vos detulit [t], quam vos Tito tanquam meo vicario exhibuistis. Vide infrà 8. 23 [v]. ¶ *Cum timore & tremore*] i.e. Cum reverentia [x], & metuentes nè quid in vobis esset quod illum offenderet [y]. Vide suprà v. 11. & Psal. 2. 11 [z].

16. *Gaudeo*, &c. Χαίρω —— ὅτι —— θαρρῶ, &c.] *Gaudeo —— quòd penitus* (vel, *in omnibus*, P. vel, *omni ex parte*, Be.) *confidam de* (vel, *in*, P.) *vobis*, Be. Pi. i. e. quòd confidere possim in vobis [a]; i.e. quòd tales sitis ut de vobis mihi omnia optima possim polliceri [b]. Est & hîc μετωνυμία effectûs pro causa. Sic infrà 10. 1. Adde Prov. 31. 11. vel, quòd fiduciam mihi præbeatis ampliùs in posterum gloriandi de vobis [c]: vel, quòd absque offensionis periculo possim liberè vobiscum agere monendo, corripiendo, præscribendo, atque etiam petendo quidpiam à vobis [d]. Ità viam præstant sequenti orationi de eleemosyna *.

CAP. VIII.

1. GRatiam, &c. Τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν δεδομένην ἐν ταῖς, &c.] *Gratiam* (vel, *De gratia*, Er.) *Dei præstitam Ecclesiis* (vel, *collatam in Ecclesias*, P. *quæ data fuit in Ecclesiis*, Er.) *Macedonum*, Be. Pi. *Gratiam Dei* hîc vocat, vel,

Marginal notes (left column): m Scl. — n G. Cal. — o Camer. — p G. — q E.Me.T. — r E. — † Scl. — t J. Cap. — v Me. sim. E.Pi. Vor. — x Me. — y T. — z E. — a G. — b Th. in Sch. — c Scl. — d T. — † T. sim. E. Me. J. Cap. — * E. — f Scl. — g Me. sim. E. T. — h J. Cap. — i G. — k Calv. — l Vor. — m E. — n T. sic E. Me. — o T. sim. Me. — p G. — q Er. — r Be. — † G. — t E. — v G. — x Vor. — y Be. — z G. — a Er. sic Be. — b Be. — c E. — d J. Cap. — * Be. — f G. — g E. — h J. Cap. — i E. — k G. — l E. — m Cal. — n Vor. — o Be.

Marginal notes (right column): p G. — q E. — r Me. — † G. — t Ee. — v Pi. — x Scl. — y Be. — z Pi. — a G. E. — b G. — c E. — d Me. — * E. — f E. Me. — g G. — h E. — i Idem. — k G. sim. E. — l G. — m Be. — n Glas. gram. 3. 3. 17. 281. — o Be. — p G. — q E. — r E. — † G. — t E. — v G. — x Me. — y E. Me. — z G. — a T. sim. Me. — b G. sim. Dic. — c E. ex Th. — d E. Me. T. ex Chrys. & T. — * E. ex Occum.

vel, 1. gratiam regenerationis [a], sive eam quæ generatim ad bona opera refertur, ut probat quod sequitur [b]. Multum sanè erat quod fecerant Macedones, quorum exemplo Paulus Corinthios vult excitare. Sed Paulus, ut solent Apostoli, pro effectu causam nominat, docens omnia quæ à Christianis fiunt, deberi non cuivis sed eximiæ Dei bonitati; ut qui tot & tam gravia peccata remiserit, voluntatem suam tam apertè revelaverit, ultrò vocaverit à se abalienatos, & id per tot miracula. Hæ sunt causæ propter quas in Novo Testamento quàm in Vetere uberior est, & esse debet, *gratiæ* commemoratio [c]. Vel, 2. patientiam in adversis [d]: vel, 3. liberalitatem & munificentiam in pauperes*; q.d. eleemosynam illam Divinam [f]; quæ sæpiùs infrà *gratia* dicitur [g]. Collectam significat quæ fiebat in Ecclesiis Macedoniæ. *Gratiam Dei*, i. e. per Hebraismum, *ingentem beneficentiam*, quomodo *cedri Dei*, *montes Dei*, &c. Sic δυνατὰ τῷ Θεῷ, 1 Cor. 10. 4. & Θεοῦ ζήλῳ, 2 Cor. 11. 2 [h]. Hanc autem liberalitatem ipsorum gratiæ Dei jure deputat, &c [i].

2. *Quod*, &c. Ὅτι ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως, ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν, καὶ ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν] *Quòd* (vel, *Quoniam*, Er. Il. &c. *Quod* scilicet, P. sim. Be. Pi. Est appositio, sive expositio. Declarat quæ sit illa *gratia*, v. præced. ὅτι hic εἰδικὸν est [k].) *in multo experimento* (vel, *in multa exploratione*, sive *probatione*, Il. Be. Pi. P. *per multam probationem*, Er. Ti. Tre. ex Sy.) *tribulationis*, (vel, *afflictionis*, P. Be. Er. &c. i. e. quòd cùm variis tribulationibus quasi experimentis probarentur [l], sub. *à Deo*, V. sic Be. & olim & recenter, ex quibus in paupertatem inciderant [m]. *Probatio afflictionis* per Hypallagen, pro, *afflictio probationis*, i. e. probans: sic mox *abundantia gaudii*, pro, *gaudium abundantiæ*, i. e. abundans: item, *in divitias simplicitatis*, pro, *in simplicitatem divitem* seu copiosam [n]. Θλίψεως est Genitivus instrumenti [o].) *abundantia* (vel, *abundans*, Pi. sic Be. *magnum*, G. sub. *fuit*, G. sic Vulg. Sy. & Ar. in Be. Sed hæc ellipsis violenta est & Græcis inusitata, repugnante articulo ἡ. Ideò malui utramque vocem referre ad ἐπερίσσευσεν [p], vel, *redundavit*, P. sim. Er. Ti.) *gaudii* (vel, *gaudium*, Er. P. Be. &c.) *ipsorum* (i. e. magnum ex ea re gaudium perceperunt, juxta Rom. 5. 3 [q]. Τῆς χαρᾶς, ex consolatione quam Spiritus S. iis sub cruce subministraverat [r], ex pace conscientiæ, etiam tunc cùm per adversa maxima explorarentur. Vide suprà 2. 9. Macedones enim Christiani vehementer vexati fuerant, & à Gentibus, Act. 16. 20, &c. & à Judæis, Act. 17. 5, 13 †. [Sensus, q. d.] In multa inopia quâ affligebantur suppeditatio hilaris eorum exuberavit [t]: per tot ærumnas non diminuta, imò mirè aucta, fuit ipsorum alacritas & promptitudo, quam hìc *gaudium* vocat [v].) *& secundùm profundum* (vel, *secundùm profunditatem*, Glas. gram. 3. 1. 9. 44. Periphrasis qualis διὰ ταχέων, pro ταχέως, εἰς καλὸν, pro καλῶς [x] · vel, *profunda*, Er. Il. Ti. Glas. Be. Pi. D. sic Tre. ex Sy. *summa*, sive *infima*, G. sim. Vulg. V. i. e. exhaustissima [y]; *quæ ad fundum usque* eos exhauserat, Pi. sim. Be. Glas. Metaphora à vasis exhaustis [z]. *ad imum usque pertingens*, Ar.) *paupertas eorum* (partim ex confiscatione bonorum, partim quia divites Ecclesiam deseruerant. Πτωχεία vox in his libris sæpe non *ad mendicitatem redactum*; sed *re tenuem*, significat, ut Marc. 12. 42. κατὰ βάθους, i. e. *infima paupertas*. Sic conditio abjecta vocatur מעמק, Psal. 130. 1. βάθος, Rom. 8. 39 [a].) *abundavit in* (vel, *per*, Sy.) *divitias simplicitatis eorum*, Mo. Er. Il. Tre. &c. vel, *copiosam benignitatem ipsorum*, P. Be. Pi. sim. E. Me. T. Er. Be. Zeg. Ἁπλότης, *simplicitas*, alioqui vox generalis est; & quamvis *animi integritatem* (vel, *candorem & simplicitatem morum* [b]) significat, ut apparet 2 Sam. 15. 11. 1 Par. 29. 17. Prov. 19. 1. suprà 1. 12. infrà 11. 3. Eph. 6. 5. Col. 3. 22 [c]. hoc autem loco accommodanda est ad id de quo agitur [d], éstque *liberalitas* *, ut infrà 9. 11, 13. & Rom. 12. 8. quomodo & ἁπλῶς sumitur Jac. 1. 5 [f]. Non autem est quævis liberalitas, sed ea demum quæ proficiscitur à facilitate quadam & humanitate naturæ [g]; vel ab animi simplicitate [h], h. e. sinceritate [i], quâ non aliud spectatur quàm quod in dandis eleemosynis spectandum est, scilicet ut pauper juvetur & Deus honoretur: nam qui aliud opere ostendit, aliud animo cogitat, cor duplicat, uti August. loquitur [a]. *Simplicitas* hìc significat candidam, liberalem, & alacrem elargiendi voluntatem [b]. Sensus, q. d. Maxima illorum paupertas in largitionem simplicem abundavit, h. e. quamvis pauperes essent, tamen ingenuo animo, & non fucato, suppeditaverunt necessaria Jerosolymitanis [c]. Πλοῦτος Paulo est omne *id quod amplum eximiúmve est*, ut vidimus, Rom. 2. 4. & 9. 23. & 11. 12, 33. Ἐπερίσσευσεν, עשר. Egregium est ἀντίθετον in vocibus βάθος & ἐπερίσσευσεν. *Ipsorum summa paupertas*, i. e. ipsi Macedones valde pauperes, *exundârunt in egregiam liberalitatem*. Magna apparet hìc Pauli sapientia. Macedones pauperes laudat, ut tantò plus à locupletibus Corinthiis obtineat ad sublevandos in Judæa pauperes [d].

3. *Quia*, &c. Ὅτι κατὰ δύναμιν (μαρτυρῶ) καὶ ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι] *Nam* (vel, *Quòd* inquam, Be. ex Sy. Forsan ὅτι irrepsit, quo omisso omnia cohærent *.) *pro viribus* (*testor*) *atque supra vires* (i. e. ità ut sibimetipsis incommodarent. Cum sequentibus hæc cohærent: deinde est vocum trajectio; nam μαρτυρῶ est parenthesis [f], addita quòd ipso præsente gesta essent quæ scribit [g].) *benigni*, P. vel, *prompti*, Er. Il. Ti. V. J. Cap. *ultronei*, sive *voluntarii*, Val. Mo. Be. Pi. sic Ca. Tre. ex Sy. Ar. Er. Be. id est, non rogati, nec provocati [h], ultrò liberales & prompti [i]; sub. *fuerunt*, Er. P. Be. Pi. Quæ tamen ellipsis nova videtur & insolens: unde Sy. & Ar. hæc connectunt cum seq. δεόμενοι, quasi ἐδέοντο scriptum sit, ut solent Hebræi suum Benoni usurpare, quæ structura sanè mollior est [k]. Αὐθαίρετοι respondet Heb. מתנדבים, Neh. 11. 2. quod ἑκουσιαζομένους vertunt Græci. Sic dicuntur qui non ex Legis præscripto, sed sponte suâ aliquid donant; *qualia à pauperibus non postulanda, sed si ultrò dent recipi posse*, docet Maimon. Tom. 3. fol. 85 [l].

4. *Obsecrantes nos*] Ut oblata acciperemus [m]. Multùm me & socios meos rogârunt, ut in nosmetipsos reciperemus partem laboris istas pecunias deferendi ad sanctos in Judæa [n]. ¶ *Gratiam &*, &c. Τὴν χάριν καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, &c.] *Ut beneficium* (vel, *gratiam*, P. Mo. Pi. i. e. donum ex gratia profectum [o], vel, *hanc beneficentiam*, Be. *beneficium hoc*, G. ut 1 Cor. 16. 3 [p]. i. e. eleemosynam [q].) *& societatem* (vel, *communionem*, Er. V. Ti. Ar. *communicationem*, Mo. Pi. *commune*, Ca.) *ministerii* (vel, *subministrationis*, P. *hujus ministerii*, Be. vel, *quæ subministratur*, Pi. vel, *officium*, Ca. Hæc verba appositivè cohærent cum præced. & significant ipsas collectas sive eleemosynas, quæ signum sunt communionis illius, quâ sancti sibi invicem inserviunt [r]. Κοινωνίαν vocat donum illud quod ipsi communicare volebant Sanctis, ut Act. 2. 42 †. Διακονίαν hìc vocat non ipsas eleemosynas, nec earum collectionem, ut multi hìc & infrà 9. 1. perperam acceperunt [t]; sed curam sive laborem pecunias deferendi [v], ut apparet ex v. 19. Confer Act. 20. 22, &c. & 24. 17 [x]. Vide infrà 9. 1, 12, 13. 1 Cor. 16. 15. Sic & omne *id in quo aliis utiles nos reddimus* διακονία dicitur [y]. Donum hoc appellat *communicationem ministerii*, ex eo quòd in hac communicatione ipsi ministrabant Ecclesiæ [z].) *in sanctos* (vel, *erga sanctos*, Camer. vel, *sanctorum causâ* subeundi, Be. vel, *sanctis*, Pi. vel, *quod* est, vel fit *in sanctos*, Er. Pi. *quæ in sanctos impenditur*, P. sim. V.) *susciperemus*, Er. &c. Verba illa δέξασθαι ἡμᾶς non leguntur in Vulg. Sy. & Ar. nec in multis vet. cod. & sine eis eadem manet sententia. Quia tamen sunt in scholiis Græcis, & in Complut. & in duobus MSS. servavi [a].

5. *Et*, &c. Καὶ οὐ καθὼς ἠλπίσαμεν] *Ac non* (sub. *tantùm*, G. Vor.) *prout* (vel, *quatenus*, Er. vel, *hoc quod*, G.) *sperabamus*, Be. Pi. P. &c. sub. *ità fecerunt*, P. Be. Pi. sic G. E. Me. V. *Non* inquam, tenuiter, *ut speraveramus*, ut putaveramus, propter summam eorum egestatem [b]; sed multò ampliùs quàm sperare audebamus [c]. ¶ *Sed semetipsos* (Non bona tantùm suâ [d], sed & personas suas *, de suo numero polliciti sunt se daturos qui Corinthum irent [f]:) *dederunt* (vel, *devoverunt ea in re*, G.) *primùm Domino* (h. e. Christo [g]: id est, vel, 1. totos se cultui Dei consecrabant [h]: vel, 2. totos se arbitrio Dei regendos permiserunt: vel, 3. commendabant se Deo, ut de facultatibus suis augendis vel minuendis, de cruce vel tollenda vel continuanda, quod ipsi videretur statueret [i].) *deinde* (vel, *&*, Mo. hìc καὶ ponitur pro ἔπειτα, ut respondeat voci πρῶτον [k]. vel, deinde *&*, P. Be. Pi.) *nobis* (id est, mihi [l], tanquam ministro Dei [m], parati facere

[Margin, left column: a Vor. b E. c G. d T. E. ex Thom. Me. sim. Be. Calv. * T. sim. E. ex Thom. Me. Be. Vor. Scl. Kn. Calv. f V. g Vor. h Kn. i Calv. k Pi. l Me. sim. E. Pi. Zeg. V. Be. m E. n Pi. o Scl. p Be. q E. r Scl. † G. t V. v Be. x Camer. y Er. z Scl. sim. Er. a G. b Be. c G. d Be. * G. sim. E. Me. T. Vor. Er. Zeg. Be. f G. g Be. h Scl. E. Me. i E. a E.]

[Margin, right column: b Me. c V. d G. * Be. f G. g E. h V. Me. i Be. sim. E. &c. k Be. l G. m Me. sim. E. n G. o Pi. sim. Me. T. Camer. Scl. p G. Pi. q E. Pi. r Vor. † Scl. ex Pi. t Be. v G. Be. x Be. y G. z Scl. ex Pi. a Be. b J. Cap. c V. sim. Be. E. Me. Scl. d G. sic E. T. J. Cap. Scl. * T. sic E. &c. f G. g G. E. h Scl. sim. T. i Scl. k G. l G. Scl. m Scl.]

[Line numbers in gutter: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

facere & dare quicquid voluissemus [n], declarantes se totos esse Christi & ministrorum ejus [o]:) *per voluntatem Dei*] i. e. vel, 1. secundùm voluntatem Dei; nam Deo gratum hoc erat [p], ut quod à nobis Dei voluntati consentaneum esse didicissent, id exequerentur [q]: vel, 2. Deo sic disponente, adeóque volente [r], & ipsorum animos movente [†], ut liberales essent, &c [t]. causam enim hujus illorum deditionis videtur indicare, voluntatem sive decretum Dei [v]. Variè sumitur hæc locutio: alibi enim *Divinam gubernationem*, ut Rom. 15. 32. alibi *munus à Deo impositum* significat [x].

6. *Ita*, &c. Εἰς τὸ παρακαλέσαι, &c.] Hæc primo aspectu videntur finem indicare Macedonibus propositum in hac ultronea deditione sui [y]: hoc, inquit, fecerunt [z], suâq; promptitudine effecerunt, &c. *ut adhortarentur*, &c. vel, *ut eò efficaciùs me rogarent*, &c [b]. Sed propiùs intuenti, effectum hujus illorum alacritatis, quem in Paulo produxerat, declarat, q. d. Cùm ergò videremus hanc illorum alacrem promptitudinem, non potuimus quin *adhortaremur Titum*, &c [c]. Tam egregium & laudabile Macedonum exemplum me impulit ad hoc ut exhortarer & rogarem Titum, &c [p]. *Ut* (vel, *Unde*, Il. vel, Rogantes *ut*: id suppleo ex collat. v. 4. secus oratio imperfecta erit [q]; vel, *In hoc ut*, Er. sic P.) *adhortaremur* (vel, *adhortati sumus*, Il.) *Titum, ut sicut antè cœpit* (scil. vel vos adhortari ad munificentiam [r], vel, colligere atque accipere eleemosynam vestram [†], nempe cùm per vos transiret [t];) *ità etiam absolvat apud vos hanc quoque gratiam*, Be. Pi. &c. vel, *beneficentiam*, V. i. e. collectam, ut v. 4 [v]. i. e. ut eam pergat colligere & accipere [x]: vel, *impleturum id beneficium quod cœpit*, excitandi scilicet vos ad sublevandum fratrum in Judæa inopiam [y]: ut sicut nos in Macedonia, ità ipse Corinthi, pergat promovere hanc bene cœptam eleemosynarum collectionem [z]; nè opulenti Corinthii pauperibus Macedonibus liberalitate sitis inferiores [a]. *Ut nos Titum hortati simus*, &c. scilicet ut nos moneat urgeátque, quò Deus pro sua benignitate vobis eam det mentem, ut quod jam facere cœpistis id perficiatis, videlicet de benignitate in egentes [b].

7. *Sed*, &c. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν παντὶ περισσεύετε πίστει——σπουδῇ, &c.] *Sed* (vel, *Imò*, Er. V. vel, *Itaque*, P. Be. Pi. ἀλλὰ, pro οὖν, ut sæpe apud Atticos, teste Corintho. Conclusio est adhortationis specie posita [c].) *sicut in omni* (vel, *in omnibus*, G. Cal. scilicet aliis spiritualibus dotibus [d]:) *abundatis* (vel, *excellitis*, Camer. G. Non ignoravit Paulus artem Rhetorum, movere laudando*. Optimum verò erit post ἐν παντὶ ponere ὑποδιαστολὴν, ut quod in genere dixit, deinde per species explicet [f].) *fide* (vel, nempe *fide*, Be. Pi. primùm *in fide*, credendo ea quæ credi debent [g]:) *& sermone* (i. e. vel dono linguarum [h]; vel dicendi facultate, sive interpretatione sermonis [i], in instituendis aliis [k], prædicatione atque enunciatione veritatis Divinæ [l]:) *& scientiâ* (i.e. cognitione, vel divinorum mysteriorum [m]; vel historiarum, Poetarum, rerúmque aliarum, quæ etiam in docendo suum usum habere possunt, ut Paulus in his ad Corinthios Epistolis ostendit [n]:) *& omni studio*, Mo. &c. pro salute fratrum [o], vel ad agendas res bonas [p]: vel, sedulitate in rebus agendis [q], rectéque administrandis [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τῇ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπῃ] *Et illa* (vel, *in ea quæ est*, Er. Ti.) *ex vobis in nobis* (vel, *erga nos*, Er. Ti. ἐν ἡμῖν, pro εἰς ἡμᾶς. *In dilectione illa quæ ex vobis*, ex animo scilicet vestro, *ad nos*, supple *fertur* †. *Et vestrâ in nos*, P. Be. Pi.) *dilectione*, Mo. vel, *charitate*, Er. P. &c. id est, amore quo nos complectimini [t]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα καὶ, &c.] Subaudiendum hîc σκοπεῖτε, vel ὁρᾶτε [v]. *Ut* (vel, *Videte ut*, P. Be. Pi. vel, Hortor, aut Date operam *ut*; Er.) *& in hac gratia* (scil. eleemosynas largiendi [x]: vel, *gratificatione*, Camer. *in hac etiam beneficentia*, G.) *abundetis*, Mo. vel, *vincatis alios*, G.

8. *Non*, &c. Οὐ κατ' ἐπιταγὴν λέγω, ἀλλὰ διὰ τῆς ἑτέρων σπουδῆς, καὶ τὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον δοκιμάζων] *Non ex imperio*, sive *secundùm imperium* (vel, *tanquam imperans*, Er. V.) *dico*, sive *loquor*, (*Id dico quidem* adhortans scilicet, *non tamen impero*, G. Nolo vos urgere præcepto, quamvis alioqui possem, ut vester Apostolus [y]. De certa summa, reliquisque circumstantiis in eleemosynis nihil certi præscribit Deus; sed hæc omnia ad legem charitatis exigi vult [z].) *Sed per aliorum* (nempe vestrorum in fide sociorum, sicut Sy. & Ar. rectè explicant, qui fortè legerunt ὑμετέρων. Macedonas intelligit [a].) *studium* (i. e. per exemplum Macedonum, qui tam soliciti fuerunt subvenire pauperibus [b]: vel, *per solicitudinem erga alios*, Er. V. quasi *studium aliorum* passivè accipiendum sit. Sic autem redundabit καὶ particula, idcirco tantùm addita ut comparetur Corinthiorum charitas cum aliorum studio [c]:) *etiam vestræ dilectionis sinceritatem* (vel, *veritatem*, Tre. *germanitatem*, Mo. Ca. *ingenuitatem*, Val. Er. V. Zeg. *ingenuum*, Er. V. Neutrum pro abstracto, ut sæpe [d]. *ingenium bonum*, E. i. e. liberalem indolem & pium affectum*. Γνήσιον & νόθον, *germanum* & *adulterinum*, apud Græcos opponuntur [f].) *reddens exploratam*, P. Be. Pi. vel, *approbans*, Er. Be. nempe aliis, vel omnibus [g]: vel, *experimentum capiens*, &c. Zeg. Ut vestrâ solicitudine sublevando paupertatem sanctorum, ultrò declaretis charitatis vestræ sinceritatem [h]. Dico scilicet hoc *ut comparatione ejus quod fecere Macedones discam quàm sit sincera vestra dilectio*, nempe in illos fratres qui in Judæa sunt. Ut hîc δοκιμάζειν, ità infrà δοκιμὴν, dixit in re eadem, 9. 13 [i].

9. *Scitis enim gratiam*, &c.] Vel, *beneficentiam Christi*, G. quòd & quantum beneficium in vos gratuitò contulit [k], cujus exemplo & nos benefici in alios esse debemus [l]: id quod non exprimit, sed considerandum illis relinquit [m]. ¶ *Propter vos*] i. e. vel, 1. propter exemplum nostrum: vel, 2. propter sacramentum, quia quæcunque Christus egit aut sustinuit, pro nostra salute fecit [n]: δι' ὑμᾶς, i. e. propterea quòd id ad salutem nostram conduceret [o]. ¶ *Egenus*, &c. Ἐπτώχευσε πλούσιος ὤν] *Pauper factus sit* (i. e. indigens rerum temporalium [p]:) *quum esset dives*, P. sic Er. Be. Pi. &c. nempe, in natura Divina [q], vel quia Dominus omnium creaturarum [r]. i. e. Cùm vi illâ polleret omnis generis miracula patrandi, etiam mortuos resuscitandi, personam tamen gessit tam humilem ut nè domum quidem haberet propriam, Matth. 8. 20. עני & דל epitheta Messiæ †. ¶ *Ut illius inopiâ* (extremâ scilicet & quasi mendicitate, ut vox significat [t]; vel, *paupertate*, in temporalibus [v]:) *vos divites essetis*] In spiritualibus [x], putà cœlesti doctrinâ, gratiâ, justitiâ, gloriâ [y]. Illa Christi humilitas, perfectissimam obedientiam habens comitem, causa fuit per quam vos ad veram justitiam perducti estis, dona Spiritûs accepistis, vitam accipietis æternam [z].

10. *Et*, &c. Καὶ γνώμην, &c.] *Et sententiam in ea re meam edo*, vel *dico*, P. Be. Pi. *Et consilium in hoc do*, Er. Non jubeo ut Dei legatus, sed ut amicus suadeo [a]. Est quidem præceptum Christi juvare pauperes, sed modus aliquis libertati relinquitur. Quod Macedones fecerant, tale erat ut suaderi magis quàm juberi posset. Sic γνώμην δίδωμι de Cælibatu habuimus, 1 Cor. 7. 25 [b]. Præceptum hoc erat Dei & Legis naturalis, etsi consilium esset hominum qui vel nollent, vel non possent, præcipere; quomodo sæpe ægrotis à Medico consulitur, quod tamen ab iis exigit Lex naturæ. Paulus hortari maluit, sæpe enim hortando plus obtinetur quàm imperando. Adde quòd præceptum Dei non erat ut Corinthii ità abundanter darent sicut fecerant Macedones, &c. Nec omnes Corinthii habebant superfluum, cùm tamen omnium esset collecta [c]. ¶ *Hoc*, &c. Τοῦτο γὰρ ὑμῖν συμφέρει] *Hoc enim vobis confert*, Mo. vel, *conducit*, Er. Ti. P. Be. Pi. decens & honestum est [d]: ut scilicet constantiæ laudem assequamini*. Expedit vobis tueri bonam famam quam cœpistis consequi. Vestrum jam vobis exemplum proponam. Non est pulcrum audire, *Cœpisti meliùs quàm desinis: ultima primis distant* [f]. Vel, *utile est*, Vulg. scil. ad bonum spirituale [g]. Verùm non ab utili, sed ab honesto, hîc argumentatur [h]. ¶ *Qui non solùm facere, sed & velle cœpistis*, &c. Προενήρξασθε ἀπὸ πέρυσι] *Antè* (vel, *Jam*, Er. Il. Ti. Ca. vel, *Primùm*, Mo.) *cœpistis anno* (vel, *ab anno*, Vulg. sic Mo. Præpositio cum Adverbio, sicut ἀπ' ἄρτι, vel, ὀψὲ scribetur, sicut πρώπαλαι. Non significatur autem certum tempus, sed *jamdudum* [i].) *superiore*, P. Be. Pi. Er. Mo. &c. vel, *præterito*, Tre. Πέρυσι in Glossario vertitur, *anno præterito*: quanquam solet & usurpari de vetustiori tempore. Causa autem cur Corinthii antehac aliquid quidem, sed pauxillum, contulissent ad juvandos in Judæa fratres, videtur fuisse, quòd con-

confiscationibus aut mulctis plurimi essent exhausti: quò spectat id quod habuimus 1 Cor. 10. 13 [k]. Laudem & hic miscet exhortationi, sub laude tamen subest occulta reprehensio tarditatis ad perficiendum [l]. Sed hîc difficultas est. Dicendum enim videtur, *Non solùm velle, sed facere cœpistis*; siquidem pluris est facere quàm velle [m]. [Quid dicendum?] 1. Hysterologia esse potest [n]: Verba hîc transposita sunt [o]. Potest aliquo sensu defendi hoc dictum: sed siquis sequentia comparet, videbit esse loquendi genus inversum; qualia multa in Jure civili Romano & in aliis scriptoribus à viris eruditis notata sunt, ubi in disparium comparatione præcedit quod naturali ordine subsequi debuit: & ità hunc locum interpretati sunt rectè & Syrus & Arabs [p]. Sed hæc transpositio est contra fidem omnium Codicum [q]. 2. Sensus est, q. d. Non solùm nunc facere, sed & antea velle cœpistis, id est, faciendi voluntatem habuistis: q. d. Quod nunc facere cœpistis, id non repentino animi motu, sed ex matura prodiit voluntate, quæ initium habet ab anno superiore. Priusquam ego vos hortarer, adeóque sponte vestrâ, velle cœpistis [r]. Potest & sic intelligi, Nè molestè ferrent Macedones sibi in exemplum proponi, Aliâ, inquit, parte vos potiores estis: quia priusquam illi, & facere, & velle, cœpistis, quamvis jam vos prævenerint perficiendo †. Vos primi auctores fuistis, primi dixistis, vos velle omnino juvare pauperes Jerosolymitanos, & sic alios quoque provocâstis ad idem faciendum ‖. Sensum hunc confirmat collatio tum 1 Cor. 16. unde patet, Paulum nondum venisse in Macedoniam de collectâ facienda cum Macedonibus acturum, quando Corinthios ad collectas hortabatur; tum cap. seq. v. 2. *De vobis glorior apud Macedones*, &c [t]. 3. Non rerum magnitudinem inter se comparat, alioqui dixisset, *non solùm velle, sed etiam facere*, cum facere plus sit quàm velle; sed res inter sese conjungit, ut sit *non solùm facere, sed etiam velle*, idem quod *& facere & velle*, ut utrumque ab anno superiore cœperit. Eodem modo loquitur Rom. 1. 32. *Non solùm ea faciunt, sed & consentiunt*, &c. h. e. & faciunt & consentiunt [v]. 4. Sensus est, q. d. Non solùm me hortatore cœpistis facere, h.e. largiri, &c. sed idem officium ultrò & non provocati præstare volebatis, ab anno, &c. ut illud, *ab anno superiore*, ad utramque orationis partem pertineat [x]. 5. Θέλειν, *velle*, h. l. non simpliciter accipitur, ut vulgò [y]; sed notat spontaneam alacritatem sive promptitudinem [z], ac delectationem [a], quæ simplici facto præferenda est [b]; eámque Paulus hîc testatur se pluris facere quàm opus ipsum quod inchoaverant [c]. Tres enim sunt agendi gradus. Agimus enim, 1. inviti, sed pudore vel metu: 2. voluntariè, sed aliundè inducti: 3. sponte & proprio instinctu; quod facto superius est [d]. Θέλειν idem valet quod Heb. רצה, id est, voluptatem ex eo capere quòd alteri benefacias*. Θέλειν præpositum τῷ ποιῆσαι, significat *statuere* id quod postea facit; ei autem postpositum ulteriorem denotat ejusdem generis actionem, ut h. l. ulteriorem liberalitatis gradum, ut apparet ex v. seq. & ex cap. 9. 2 [f].

11. *Nunc*, &c. Νυνὶ δὲ καὶ τὸ ποιῆσαι ἐπιτελέσατε] *At nunc etiam illud ipsum facere* (i. e. quod facere cœpistis, Tito hortante [g], quod bene inchoatum est [h]. Amat Paulus, ut & Græci, Infinitivos ponere vice nominum, idque cum articulo neutro [i].) *absolvite*, P. Be. Pi. vel, *perficite*, Be. G. Taxat eorum tarditatem præ Macedonibus, ut qui rem ante annum inceptam nondum absolvissent [k]. ¶ *Ut*, &c. Ὅπως καθάπερ ἡ προθυμία τοῦ θέλειν, &c.] *Ut sicut* (sub. *adfuit*, P. Be. Pi. &c.) *promptum illud velle*, (vel, *promptitudo velle*, Mo. *voluntas prompta*, Er. Ti. *promptus animus ut velit*, sive *ad volendum*, Er. sic V. Be. Ea laudanda fuit cùm vires non suppeterent. Πρόθυμος, נדיב לב, 2 Par. 29. 31 [l].) *ità etiam* (sub. *adsit*, P. Be. G. de quali ἐλλείψει egimus jam aliquotiens [m].) *ipsum perficere*, P. Be. Pi. vel, *ità & perficiatis*, Er. Ti. vel, *ità sit & perficiendi*, Vulg. vel, *perficere*, Er. vel, *ad perficiendum*, V. scil. alacritas [n]. ¶ *Ex*, &c. Ἐκ τοῦ ἔχειν, &c.] *Ex eo quod habetis*, Be. Pi. E. vel, *potestis*, Er. Ti. i. e. pro facultate vestra & opibus [o]. *Ex copia*, quæ nunc vobis major est quàm tunc erat: לאל יד [p]. *Ex ipso habere*, Mo. *Ex habendo*, i. e. ex hoc quia habetis, h. e. potestis. *Habere* pro *posse* [q]. Tollit prætextus, Familiam habeo; Multum dare nequeo, &c. Jubet ergò singulos pro modo facultatis suæ conferre [r].

k G. l E. m E. n Zeg. o Q. in E. p G. q E. r E. ex plerisque. † F. ex Caj. ‖ T. t E. v Ca. x Zeg. y Calv. z Calv. a sim. Ee. Vor. Scl. Me. b Scl. ex Be. c Vor. sim. Calv. Scl. Be. d J. Cap. * Scl. ex Calv. * Be. f Ham. g E sim. h Be. ex Er. Me. i G. k G. sim. Ee. l E. l G. m Idem. n Me. o Me. sim. E. p G. q Er. r Scl.

12. *Si*, &c. Εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται, καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις, εὐπρόσδεκτος, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει] Etiam hîc verbum aliquod subaudiendum est, ut 1 Cor. 14. 34. 1 Tim. 4. 3. *Grata est Deo voluntas pro facultatibus*; *supra facultates non exigitur*. Non postulat Deus id quod impossibile est †. [Verba sic reddunt,] *Si enim promptitudo animi* (vel, *promptus animus*, Be. Pi. P. vel, *alacritas*, Ca. ad dandum [t]:) *prius adsit* (vel, *præcesserit*, Er. Zeg. E. quasi fundamentum beneficentiæ [v]:) *secundùm id* (vel, *pro eo*, P. Be. Pi. &c.) *quod habet quis*, (i.e. si det juxta modum facultatum suarum [x], sive multum illud sit, sive parum [y]. Objectionem tenuiorum diluit, qui suas eleemosynas Deo parum gratas fore suspicari poterant: itaque hæc verba ad subjectam materiam referri debent [z].) *bene acceptus*, (vel, *accepta* est, Er. Il. Ti. Tre. *acceptus* est, P. Be. Pi. sub. *is*, P. *ità acceptus* est, Ca. Εὐπρόσδεκτος referri potest, vel, 1. ad personam: vel potiùs, 2. ad voluntatem promptam; quia de rebus sæpiùs dicitur quàm de personis [a].) *non secundùm id quod non habet*, Mo. q. d. ità ut non exigatur à quoquam amplius quàm pro ratione facultatum [b].

13. *Non*, &c. Οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, &c.] *Non enim* (sub. *hoc dico*, Be. sic Pi. vel, *hoc volo*, Camer. vel, *illud exigitur*, G. vel, *sic dandum est*, Er. sic V. Zeg. E.) *ut aliis sit relaxatio*, (vel, *remissio*, Er. Vulg.) *vobis autem afflictio*, Be. P. Pi. vel potiùs, *angustia*, Er. ex Amb. V. nam *angustiam rei familiaris* dicimus [c]. Plus dicit quàm dixerat. Non modò impossibilia non exegi, sed nec quæ supra modum molesta essent. Seneca, *Dabo egenti, sed ut ipse non egeam* [d]. Non impero ut tantam eleemosynam detis, quò pauperes lautè vivant, vos autem necessitatem subeatis*. *Non enim aliis laxitatem, vobis angustiam esse oportet*. Ἵνα, pro δεῖ, aliquando ponitur, ut Joh. 13. 18. ἀλλ' ἵνα πληρωθῇ, pro, πληρωθῆναι δεῖ; & 1 Joh. 2. 19. ἀλλ' ἵνα φανερωθῶσιν, quod Hebraico more dicitur, ut Jer. 3. לאמר, h. e. ἵνα λέγηται, pro λεκτέον, h. e. *quæratur*, aut *respondeatur* [f].

14. *Sed*, &c. Ἀλλ' ἐξ ἰσότητος, ἐν τῷ νῦν καιρῷ τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα] *Sed ex*, vel, *in æqualitate* (q. d. Hoc urgeo ex æquabilitatis Lege, nè alii luxurientur, alii fame pereant; ut si non æqualitas, æquabilitas saltem aliqua servetur [g]. Aliter, ἰσότητα hîc intellige mutuam compensationem, ut scilicet hi nunc illorum sarciant inopiam, ut illi, si res postulat, horum vicissim indigentiæ non desint: cui favent verba sequentia [h]. Multi hîc punctum figunt, ut nova sit sententia, *In præsenti tempore*, &c [i]. ἐξ ἰσότητος, Idem jus Accio quod Titio [k]:) *In hoc nunc tempore* (vel, *ad præsens tempus*, Ca. jam cùm cesset illa in vos vexatio. Est locutio non infrequens LXX Interpretibus, ut Gen. 29. 34. הפעם [l].) *vestra abundantia in illorum defectum*, Mo. supple γένηται per προζεῦγμα: sequitur enim ea vox. Περίσσευμα est יתרון, ὑστέρημα, חסרון. Sensus is qui in Cyro Xenophontis, Ἃ ἂν ἴδω περιττὰ ὄντα τῶν ἐμῶν χρημάτων, τούτοις τὰς ἐνδείας τῶν φίλων ἐξακοῦμαι. Livius, *Ut ex eo quod affluit opibus vestris sustineatis necessitates aliorum* [m]. Al. *abundantiâ vestrâ illorum egestati* [*oportet*] *subveniri*, Ca. Græci continuam hîc faciunt orationem, τῷ *ut*, ex præced. suppleto [n]. [Sic ergò locum reddunt:] *Sed* (sub. *ut*, Er. Be. Pi.) *pari conditione* (id est, ut sicut nunc aliis inopibus vos largimini, sic alii vicissim vobis egentibus largiantur; quanquam hoc in largiendo non debet spectari. Ἐξ ἰσότητος idem valet atque ἐξ ἴσου, vel ἐξ ὁμοίου, ut liquet ex ipsa Pauli interpretatione [o]: vel, *ex æqualitate*, Pi. *ex æquabilitate*, Er. Ti.) *hoc tempore* (vel, *in præsenti tempore*, Er. Ti. E. i.e. vel, 1. durante præsenti illorum necessitate, quam speramus non diu duraturam: vel, 2. in hoc seculo; nam in futuro non erit opus [p].) *vestra abundantia*, sive *copia*, (vel, *quod vobis superest*, Be. sub. *suppleat*, P. vel, *suppleat*, Be. Pi. *succurrat*, Er. Ti.) *eorum defectum*, P. vel, *inopiæ*, Er. Ti. vel, *quod illis deest*, Be. Pi. vel, fiat (quod supplendum ex collat. seq.) *ad illorum defectum*, scilicet supplendum [q]. Sensus, qu. d. Sed hoc volo, ut vos qui abundatis (erat enim Corinthus opulenta civitas) illorum, i. e. fratrum Judæorum, inopiæ succurratis; idque per quandam æqualitatem, non mathematicam, sed civilem, dum præstabitur ut sit vobis quidem sufficientia, nec tamen illis inopia [r]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα, &c.] *Et* (vel, *Ut &*, P. Be. Pi.) *illorum*

† G. t E. v Er. sic E. x E. sic Me. T. y E. z Vor. a E. b Idem. c Er. d G. * Me. sim. E. T. Scl. f Ca. g Q. in Scl. h Scl. i E. k G. l Idem. m Idem. n E. o Be. p E. q Pi. r E.

illorum copia vestræ succurrat inopiæ, ut fiat æqualitas, Er. Ti. sim. P. Be. Pi. scilicet Juris Analogici, dum scilicet pares utrique in hoc sint, quòd habeant quantum sufficit necessitatibus suis †. Intelligunt hoc vel, 1. de temporalibus [t]: [hoc sensu,] Ut si quando fames illa quæ nunc Judææ incumbit cessaverit, & vobis fortè aliquid acciderit adversi, eveniat vobis id quod dicitur, *Habet in adversis præsidia qui in secundis commodat*: ut mutua sint officia, quemadmodum inter amicos esse debent [v]. Non placet: 1. Noluit Paulus spe temporalis retributionis illos hortari ad eleemosynam. 2. Non exspectandum erat, ut qui in Judæa erant fratres aliquando locupletiores facti Corinthiis egentibus subvenirent; quia illi omnia perdiderant, hi verò sua retinebant [x]. Vel, 2. de bonis spiritualibus [y]: ut sensus sit, In hoc seculo vestra temporalis abundantia suppleat illorum temporalem inopiam, ut vicissim aliquando, nimirum in futuro seculo [z], spiritualis illorum abundantia vestræ spiritualis inopiæ supplementum fiat [a]; ità ut seminetis temporalia, metatis spiritualia & æterna [b]. Confirmatur hic sensus ex collat. Luc. 16. 9. 2 Cor. 9. 6, 7. Gal. 6. 9. 2 Tim. 1. 16 [c]. *ut fiat æqualitas*, i. e. Al. Malim generalem esse sententiam de sanctorum communione, quâ fit ut in totum corpus redundet quicquid officii in unum membrum impenditur. Dum ergò singuli inter se communicant pro mensura donorum & necessitatis, ex mutua collatione conficitur apta symmetria. Sensus, q. d. Nè pigeat vos divitiis juvare fratres, nam & vos inopes estis bonorum longè pretiosiorum, quibus vos locupletare possunt qui terrenis opibus egent [d]. Duplex hîc egestas & abundantia notatur, corporalis & spiritualis, ex quarum temperie æqualitas hæc emergit [*].

15. *Sicut scriptum est* (Exod. 16. 18. juxta LXX [f].) *Qui multum* (sub. *habebat*, Er. sic G. vel sub. *collegit*, P. Be. Pi. Me. scil. manna [g]:) *non abundavit*, (vel, *plus habuit*, Be. Pi. Me. sic P. quàm cæteri [h]; vel ultra præscriptam mensuram [i]:) *& qui modicum*, &c.] Egregia allegoria historiæ de Manna, quam & Philo vidit [k]. [cujus verba vide in G.] Deus æqualem omnibus mensuram dabat Mannæ: ergò par est ut etiam Christiani paritatem quandam colant in vitæ necessariis, ut nemo superflua habeat, nemo necessariis destituatur [l]. Spectat & huc ea quam in Symbolo profitemur *Sanctorum communio* [m].

16. *Gratias*, &c.] Vide ut omnia ad bonorum auctorem Deum referat, ut & suprà v. 1 [n]. ¶ *Qui dedit*, &c.] Nota piam hanc Titi curam fuisse opus Dei, quia pro eo gratias agit [o]. ¶ *Pro vobis*] Hoc addit, vel quia opus eleemosynæ plus prodest danti quàm accipienti [p]: vel, *pro vobis*, scil. exhortandis ad collectam perficiendam [q]: q. d. Idem studium excitandi vos ad beneficentiam, quo ego Macedones excitavi [r].

17. *Quoniam*, &c. ὅτι τὴν μὲν παράκλησιν ἐδέξατο] *Quòd* (sub. *scilicet*, P.) *exhortationem* (sub. *nostram*, V. E. illam de qua suprà v. 6 †. vel munus exhortandi vos ad eleemosynam [t]: *exhortationem illam*, P. Be. Pi.) *acceperit*, Ti. sic Er. vel, *gratam habuit*, P. Be. Pi. E. i. e. meo hortatu negotium suscepit [v]. ¶ *Sed*, &c. Σπουδαιότερος δὲ ὑπάρχων, αὐθαίρετος ἐξῆλθε, &c.] i. e. ἑκουσιασμῷ, ut diximus suprà v. 3 [x]. [Verba sic reddunt,] *Studiosior verò existens* (vel, *Majore studio usus*, Be. Pi. vel, *sollicitior*, scil. ad promovendum hoc negotium [y]:) *ultroneus exiit* (vel, *abiit*, P. *iter suscepit*, Be. Pi. *profectus est*, Vulg. i. e. vel, jam paratus est & accinctus ad profectionem: vel potiùs, hoc referendum ad illud tempus quo Corinthiis erat legenda hæc Epistola [z].) *ad vos*, Mo. &c. Sensus est, Titus, cùm eum hortarer ut hoc iter susciperet, ostendit se prævenisse mea desideria, & suâ sponte jam id cupiisse [a]. Meo quidem rogatu venit, sed tamen suâpte sponte ad id propensus & alacer, ut cùm ultrò currentem incitamus, &c [b].

18. *Misimus etiam cum illo fratrem* (Mos erat Hebræorum eleemosynis dispensandis tres præficere, ut monet Maimon. Tom. 3. fol. 85. Eum hîc sequitur Paulus [c].) *cujus laus est in Evangelio*, &c.] Scil. prædicando [d]. Meton. subjecti occupantis [*]: h. e. in Evangelii, vel, 1. prædicatione [f]; vel, 2. scriptione [g]. Sed prius malim propter id quod sequitur, *per omnes Ecclesias* [h]. Qu. Quisnam fuit hic *frater*? Resp. 1. Lucas [i]: qui Paulinæ peregrinationis comes fuit, & qui laudem per omnes Ecclesias meruit ex Evangelio quod scripsit [k]. Non placet [l]: Evangelium enim Lucæ nondum editum videtur [m]. Lucam hîc designari putem, ità tamen ut per *Evangelium* non intelligatur Liber, qui tunc editus nondum erat, sed ipsum munus Evangelistæ, quod Lucas, Pauli vice, multis in locis fideliter obierat, sive ipsa Evangelii prædicatio, ut infrà 10. 14. ἐν, pro διὰ [n]. 2. Barnabas, cui hæc omnia congruunt [o]. Non placet: 1. Apostolus non debuit à Paulo mitti. 2. Quæ hîc scribuntur respondent historiæ, Act. 20. At Barnabas à Paulo discessit, Act. 11 [p]. 3. Apollo, cui hæc competunt, quem Corinthum venturum dixerat 1 Cor. 16. 12 [q]. Non placet: quia nusquam de eo legitur, *fuisse eum ab Ecclesiis ordinatum comitem Paulinæ peregrinationis*. 4. Silas, qui & Silvanus, ex Evangelii prædicatione celebratissimus. Vide Act. 15. 16, 17. & 18 [r]. Non placet: hic enim non ab Ecclesiis, sed à Paulo electus erat, &c. Vide Act. 15. 40. 5. Non dubito quin hic Marcus fuit: 1. Illud, *nobiscum*, v. seq. conjungit Paulum & Barnabam in itinere; tertius autem, qui comes illis adjunctus est, alius non erat quàm Marcus. 2. Marcus ad hoc designatus erat ab Ecclesia tum Jeros. Act. 12. 25. tum Antioch. Act. 13. 5. ut hæc verba, *electus ab Ecclesiis*, versus illos bene explicant. Obj. At Marcus Paulo improbatus erat, Act. 15. 39. Resp. Is tamen postea in gratiam rediit cum Paulo, ut liquet ex 2 Tim. 4. 11 †.

19. *Non*, &c. οὐ μόνον δὲ] *Nec id solùm*, P. Be. Pi. scil. laudem habet in Evangelio [t]. Non tantùm dignus est qui magni fiat ob hoc quod dixi [v]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεὶς — συνέκδημος — χάριτι — διακονουμένῃ — πρὸς — προθυμίαν ὑμῶν] *Sed etiam suffragiis delectus est* (Subauditur hîc ἐγένετο [x], quod hîc exprimit cod. Clarom. pro χειροτονηθεὶς [y]) q. d. impositione manuum initiatus est [z]. Respicit ad morem colligendi suffragia apud Græcos, nempe per manuum protensionem [a]. De voce χειροτονεῖν vide quæ dicta Act. 14. 23. Mos erat Pauli electionem eorum qui pecunias administrarent non sibi sumere, sed Synodo permittere, 1 Cor. 16. 3. Adeò non satis illi erat à culpa abesse, nisi & suspiciones excluderet [b].) *ab Ecclesiis socius*, vel *comes* (vel, *collega*, E.) *peregrinationis nostræ*, (vel, *comperegrinus noster*, Mo. E. Hoc per Parenthesin interjectum est, & Lucæ optimè convenit, ut ex Actis ab ipso scriptis apparet [c].) *cum hac beneficentia* (vel, *gratiâ*, V. Pi. i. e. pecuniâ collectâ: Meton. efficientis [d]: μετωνυμικῶς χάριν vocat id quod ex liberalitate datum est, ut & 1 Cor. 16. 3 [*]. vel, hoc adjecto onere colligendi ministrandique has eleemosynas [f]: ut sit nobis adjutor in colligenda pecunia quam vestra largitur benignitas [g].) *quæ administratur à nobis* (vel, *quam nos procuravimus*, in Macedonia scilicet. Sumitur hîc verbum διακονεῖσθαι, sicut διακονίας vox suprà v. 4 [h].) *ad ipsius* (vel, *ejusdem*, Er. V.) *Domini* (i. e. vel Christi [i], qui passim *Dominus* vocatur; vel potiùs Dei, suprà nominati [k]:) *gloriam* (Domini enim honor est cùm servi bene officium faciunt [l]:) *&* (vel, *secundùm*, Pi. Ar. Pro καὶ legendum puto κατὰ [m]: vel, *& ad*, Tre.) *promptum animum vestrum*, P. Be. vel, *promptitudinem animi vestri*, Er. Il. Ti. Mo. Pi. sub. *comprobandum*, Be. Il. vel, intellige provehendum & declarandum [n], vel, excitandum, exemplo Macedonum, ut suprà v. 1 [o]. vel, *ad alacritatem vestram* in dando, Val. vel, *alacritatémque vestram*, Ca. vel potiùs, *ad animationem vestram*, nempe, ut sitis in dando alacriores & promptiores, cùm pecunias vestras à viris probis administrari perspexeritis. Parenthesin autem hoc loco latiùs extendi velim hoc modo, *Misimus cum eo fratrem* (*cujus laus est in Evangelio, nec id solùm, sed etiam constitutus est ab Ecclesiis socius peregrinationis nostræ*,) *cum hoc ministerio*, sive *dono*, &c. Magis enim consonum est dicere, Hunc fratrem missum à Paulo, vel ab Ecclesiis unà cum Tito, cum hoc dono, quàm, Ab Ecclesiis constitutum socium peregrinationis cum eo dono, &c ||. Al. Sensus, q. d. Hoc ministerium colligendi eleemosynas suscepimus, ut vos ad illas erogandas promptiores redderemus [p]. Hujus ergò suscepti à se Ministerii finem hîc duplicem indicat [q].

20. *Devitantes hoc*; ità Mo. Il. P. Be. Pi. sic Tre. Στελλόμενοι τοῦτο] *Declinantes* (vel, *Caventes*, Ca. Er. V.) *hoc*, Er. Ti. Metaphora à nautis [r], vela contrahentibus †, aut

Marginal notes (col. 617): † Scl. [t] Q. in E. [v] G. [x] E. [y] E. ex pleris que [z] E. [a] E. Me. [b] Me. [c] E. [d] Calv. [*] Vor. [f] Me. sic G. [g] E. Me. [h] Me. [i] Be. [k] G. [l] Me. sim. T. ex Chrys. [m] G. [n] G. [o] E. ex Græcis. [p] E. [q] E. ex Thom. [r] Me. † G. sic E. Be. [t] Me. T. [v] Scl. sim. Be. [x] G. [y] T. [z] E. [a] G. [b] Er. sim. Be. Me. E. [c] G. [d] Me. T. Scl. [*] Scl. [f] V. Be. sic Er. Zeg. D. [g] D. [h] Er. [i] Hi. Primaf. Caj &c. in E. Plerique in Zeg. D.

Marginal notes (col. 618): [k] Hi. in E. [l] E. ex Græcis. [m] E. sim. Scl. [n] G. [o] Græci in E. [p] E. [q] Q. in E. [r] E. † Li. chronol. p. 118. [t] Me. sim. Er. Zeg. [v] G. [x] G. sim. Be. [y] Be. [z] Me. [a] Vor. [b] G. [c] Idem. [d] Vor. [*] G. [f] Me. [g] V. [h] G. [i] E. ex Oecum. [k] E. [l] G. [m] Pi. [n] Er. sic Scl. E. [o] G. sic Scl. || Kn. [p] Me. [q] Scl. [r] G. Er. Be. E. † Be. E.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

aut cursum flectentibus [t], ut scopulum aut periculum declinent [v]. Στελλόμενος, *metuens*, ut Matth. 2. 5. Id verò hîc ponitur pro *cavens*, causa pro effectu [x]. Hoc referendum est ad συνεπέμψαμεν, [v. 18.] ut illa, μόνον δὲ & sequentia sint παρενθετικῶς dicta [y]. ¶ *Ne quis hos vituperet* (i. e. suspicetur me mihi illa corradere in privatos usus, &c [z].) *in hac*, &c. Ἐν τῇ ἁδρότητι, &c.] *In hac ubertate*, sive *exuberantiâ*, sive *abundantiâ* (vel, *liberalitate*, Ca. vel, *plenitudine*, vel *magnitudine*, scilicet vestræ beneficentiæ [a] : in hac pecunia exuberante [b]. Ἁδρότητα vocat *summam pecuniæ satis magnam*. שרים vertitur ἁδροὶ, Job. 29. 9. & 34. 19. In Glossario, Ἁδρὸς, *grandis*. Donatus in Virgilii Vita ἁδρὸν, *validum*, interpretatur. Scholiastæ Græci ἁδρότητα exponunt δύναμιν, μέγεθος [c].) *quæ administratur à nobis*, Be. P. Pi. &c. quæ nostro ministerio collecta est [d]; quæ nostræ fidei commissa est [*].

21. *Providemus*, &c. Προνοούμενοι καλὰ] *Procurantes* (vel, *Præcogitantes*, Mo. *Prospicientes*, Ca. *Ut qui procuremus*, P. Be. Pi. Ponitur enim hîc ἀπολογικῶς [f]. *Curantes*, G.) *honesta*, Er. Il. Ti. vel, *pulchra*, Mo. *ea quæ sunt honesta*. G. *ut honestè se res habeat*, Ca. Ut bene & honestè agamus [g]. Sumptum ex Græco Prov. c. 3. v. 4. Προνοοῦ, &c. ubi in Hebræo LXX legerunt שכל cum punctis iis ut non nomen esset, sed verbum modi imperantis: rectè sanè [h]. ¶ *Non solùm coram Deo* (i. e. quæ recta sunt Deo teste & judice [i];) *sed etiam coram hominibus*] Nè quis infirmus ex iis quæ agimus offendatur [k]; ità ut locus obloquutionibus non relinquatur [l]: q. d. *Ea quæ & Deus probat & viri boni*. Similis locutio, Rom. 12. 17 [m].

22. *Misimus—& fratrem*, &c.] Tertium aliquem qui cum Tito & Luca iret. Hic fortè fuerit [vel, 1.] Epænetus memoratus Rom. 16. 5 [n]. vel, 2. Apollo [o], quem 1 Cor. 16. 12. ad eos profecturum scripserat [p]: vel, 3. Lucas, qui Paulo tunc adfuit, Act. 20. vel, 4. Zenas legisperitus, ex collat. Tit. 3. 13. vel, 5. Sosthenes quem sibi adjunxit, 1 Cor. 1. 1 [q]. vel, 6. Silas, qui Paulo tum aderat [r]. ¶ *Quem*, &c. Ὃν ἐδοκιμάσαμεν—σπουδαῖον ὄντα] *Quem sæpe in multis probavimus* (vel, *comperimus*, Pi. *experti sumus*, G.) *studiosum*, P. Pi. *esse*, Pi. vel, *promptum*, vel, *diligentem*, Er. V. vel, *probum*, Er. *sollicitum*, Vulg. *propensum esse*, Be. *sedulum*: In Glossario, Σπουδαῖος, *sedulus*, *studiosus*, *efficax*. ¶ *Nunc—sollicitiorem*] Si fieri potest, adjecit aliquid ad sedulitatem priorem [†]. ¶ *Confidentiâ*, &c. Πεποιθήσει πολλῇ τῇ εἰς ὑμᾶς] *Confidentiâ multâ quæ in vos*, Mo. *Tanta est de vobis confidentia*, Ca. *Ob multam fiduciam* (sub. *meam*, Be. Pi. vel, *quam habeo*, Er. Il. Ti. P. ego Paulus [t]: vel, *quam habet*, scil. frater ille, ex relatione Titi [v].) *in vobis*, Be. Pi. vel, *erga vos*, Er. Il. Ti. P. vel, *quæ est de vobis*, Tre. ex Sy i. e. Ideo quòd de vobis omnia speret optima me auctore. Vide suprà 1. 15 [x]. Præstat hoc referre ad missionem trium fratrum prædictorum, ut sit sensus, Misimus eos, confisi de vobis quòd eos tanquam viros integerrimos pro nostra exspectatione suscipietis [y], honestè & amanter, ut par est [z].

23. *Sive*, &c. Εἴτε ὑπὲρ Τίτου, κοινωνὸς, &c.] *Sive pro Tito*, (i. e. ob amorem [a], & venerationem Titi [b]; vel, Titi nomine confisi [c]. *Sive pro Tito*, supple, id feceritis ad quod vos adhortor [d]. Al. *Sive Titi nomine*, Er. *Si*, vel, *Sive de Tito*, P. V. Be. Pi. G. Camer. sub. *quæritur*, P. Be. Pi. *quæstio est*, vel *agitur*, G. vel, *loquamur*, V. vel, *aliquid dicendum est*, *hoc possum dicere* [*]: vel, sub. *confisi*, Camer. Hunc memorat, quem illis commendatissimum esse voluit [f].) *socius* (vel, *quod socius*, Camer.) *meus* (sub. *est*, P. Be. &c. socius laboris in Evangelio prædicando [g]:) *& in* (vel, *erga*, Er. V. *apud*, P. Be. Pi.) *vos cooperator*, Mo. Er. V. vel, *adjutor*, P. Be. Pi. in promovenda vestra salute [h]. Quod propiùs vos spectat, etiam in vobis partim corroborandis, partim corrigendis, mihi adjutor fuit [i]. ¶ *Sive*, &c. Εἴτε ἀδελφοὶ, &c.] *Sive* (supple, *pro iis id feceritis qui sunt*, Zeg.) *fratres nostri* (vel, *propter fratres nostros*, Me. sim. Vor. Solæcophanes [k]. Nominativus pro Accusativo [l]. Al. *Sive aliorum qui fratres nostri sunt*, Er. Ti. Quod Græcis non respondet. Sy. tamen & Ar. apparet legisse, καὶ ἄλλοι ἀδελφοὶ ἡμῶν, quod ego maximè probo, vertoque, *Et alii sunt fratres nostri* [m]. *Sive fratres nostri*, nempe, *in disquisitionem veniunt*. Amat ἐλλείψεις Paulus, rem eloqui properans [n]. *Sive de fratribus nostris*, P. Be. Pi. sub. *cæteris*, Er. & sub. *loquamur*, V. vel, *aliquid dicendum sit*, Er. Zeg. Intelligit duos Titi collegas [o], Lucam & alterum [p]: Subaudiendum & *hoc dico* [q].) *Apostoli* (vel, *legati* sunt, P. Be. Pi.) *Ecclesiarum* (i. e. ab Ecclesiis missi [r], sive ad hoc munus speciatim delegati [†]: vel, *qui sunt legati*, V. Aliud sunt ἀπόστολοι Χριστοῦ, *à Christo* eorum principe *legati*, aliud *legati Ecclesiarum*. In Thalmudicis שליחין sunt qui decimas & alia Levitis debita ad ipsos deferebant, qui ἀπόστολοι in Codice Theodosiano de Judæis, ut diximus ad Matth. 10. 1. Ἀποστολὴ eorum munus Julianο & Epiphanio. Indè sumptum hoc nomen [t]: sub. *&*, P. Be. &c.) *gloria Christi*, Mo. &c. i. e. qui singulari eorum fide, pietate, scientiâ [v], vitâ & moribus [x], promovent gloriam Christi [y]; vel, instrumenta sunt gloriæ Christi [z]. Meton. effecti sive subjecti [a]: vel, *gloriæ Christi*, D. ex Sy. Cave spernas. *Ecclesiarum gloria Christi*, i. e. Christianarum, quæ & *Ecclesiæ Christi*. Ut *gloria Domini* dicitur pro Domino, sic *gloria Christi*, ipse Christus [b]. Vel, Ecclesiarum glorificantium Christum [c]. Εἴτε hîc accipiam pro copula, ut locus sic vertatur, *Et Titus itaque socius meus est*, &c. *& fratres nostri sunt legati*, &c. Ergò nova hîc instituitur periodus, quâ tres isti legati Corinthiis commendantur, quorum vult summam haberi rationem. Itaque ὑπὲρ ponitur pro περὶ, ut v. seq. & alibi sæpe: & aliquid supplendum, putà δεῖ λέγειν, *oportet dicere*, vel, potiùs, ἐξετάζεται, *inquisitio habetur* [d].

24. *Ostensionem*, &c. Τὴν οὖν ἔνδειξιν τῆς ἀγάπης ὑμῶν, καὶ ἡμῶν καυχήσεως ὑπὲρ ὑμῶν, εἰς αὐτοὺς, ἐνδείξασθε, εἰς πρόσωπον, &c.] *Itaque demonstrationem* (vel, *ostensionem*, Mo. *indicium*, Tre. *documentum*, Er. Il. Ti. *specimen*, Ca. Sy.) *charitatis vestræ*, *& nostræ de vobis gloriationis* (i. e. qualem decet gloriationem nostram de vobis [*]: q. d. declarate quòd gloriatio nostra, quâ de vobis apud Titum & alios gloriati sumus, non sit inanis [f].) *edite*, (vel, *ostendite*, Mo. Tre. *datote*, Ca. *demonstretis*, Er. Il. Ti.) *in eos*, (vel, *erga eos*, Ca. Possit verti, *apud eos*, ut cohæreat cum καυχήσεως, nisi repugnaret distinctio in omnibus Codicibus addita post ὑπὲρ ὑμῶν [g].) *in conspectu* (εἰς πρόσωπον, pro ἐν προσώπῳ, id est, ἐνώπιον [h].) *Ecclesiarum*, P. Be. Pi. scilicet omnium [i], nempe in Judæa [k]: i. e. ità ut illa vestra dilectio appareat omnibus circùm Ecclesiis, & iis maximè quarum decreta ad vos venerunt [l]. Est hîc Hebraismus [m], quo actio sæpe ponitur pro re objecta, circa quam actio versatur, *ut laudare laudem*, Psal. 106. 2. *timere timorem*, 1 Pet. 3. 14 [n]. ἐνδείξασθε ἔνδειξιν ἀγάπης & καυχήσεως, pro, ἀγάπην & καύχησιν. *Ostendite me à vobis diligi. Ostendite vera esse quæ de vestro in me & meos adfectu prædico* [o]. Charitatem insignem, quæ vos decet, ostendite in Titum & socios [p]; atque adeò in ipsas Ecclesias, quarum personam illi gerunt, utpote earum legati. Id autem ostendetis, si fratres illos pro ipsorum dignitate & nostra exspectatione susceperitis; sic nimirum ut spe liberalitatis vestræ in pauperes exercendæ non frustrentur [q].

CAP. IX.

1. NAM, &c. Περὶ—τῆς διακονίας—περισσόν, &c.] *Nam de subministratione* (vel, *ministerio*, Be. vel *officio*, Ca.) *quidem quæ fit in sanctos*, (vel, *quod sanctis exhibetis*, Be. i. e. de collecta sanctis subministranda [a]. Meton. adjuncti [b]: vel, Synecdoche generis. Ostendit enim nos, cùm Sanctis suppeditamus quæ desunt, debitum tantùm ministerium illis præstare [c]. Sed διακονίαν hîc vocat non eleemosynas, nec earum collectionem, sed earum Jerosolymam deferendarum curam [d]. De voce διακονίας, vide suprà 8. 4 [*].) *supervacaneum est mihi scribere vobis*, P. Be. Pi. sic Er. &c. Occupatio est, q. d. Nè ægrè ferte geminata mea monita, nec putate pigritiam vobis exprobrari [f]; aut legatos à me missos, ut vos docerem aut voluntarios redderem, &c [g]. Hæc connectenda fuerant cum superioribus. Ostendit enim se nullis ultrà hortatibus uti velle super isto negotio pauperum, cùm de ipsis omnia maxima multis de causis exspectet [h]. Al. Sensus est, Quòd ad delectum illorum quibus eleemosynarum onus imponeretur frustrà scriberem, quos satis scio usuros ea in re summâ & fide & diligentiâ,

gentia; neque illos ad vos mitto, quasi hanc procurationem ambirent[i].

2. *Scio enim promptum*,&c.] Vel, *promptitudinem*,&c. Er. ad contribuendam eleemosynam[k]. Vide supra 8. 12, 19[l]. ¶ *Pro quo*, &c. Ἣν καυχῶμαι Μακεδόσι] *Quem* [*animum*] vel, *quam* [*promptitudinem*] (vel, *De qua*, G. sic E.) *de vobis jacto* (vel, *magnificè prædico*, vel, *triumpho*,G.) *apud Macedones*, Er. P. Be. Pi.) ¶ *Achaia* (i.e. Græcia, ut Act. 18. 12 [m]. Modò enim latè, modò strictè accipitur [n]. Achaiæ caput erat Corinthus [o].) *parata est*, &c.] Scil. eleemosynas dare, ut vos datis [p] : *parata*, quod ad animi propositum atque institutum attinet; nam collectam nondum fecissent [q]. Idem dicit quod suprà 8. 10. Nè Macedonibus plus tribuere videretur quòd plus dedissent, Achæos, quorum præcipui Corinthii, hoc nomine solatur, quòd priores incepissent [r]. ¶ *Et*,&c. Καὶ ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος ἠρέθισε,&c.] *Et vestrum studium* (vel, *vester fervor*, V. vel, *ex vobis* ortus, sive orta *zelus*, vel *æmulatio*, i.e. vestrum exemplum †, æmulatio vestri exempli , קנאה [t] : Vide Joh. 2. 17 [v]. Hæc est illa ἀγαθὴ ἔρις ; de qua Hesiodus, &c [x].) *provocavit* (vel, *excitavit*, Ca. Tre. ex Sy. Heb. הסית, vel העיר [y],) *complures*, Ti. ad piam æmulationem [z].

3. *Misi—fratres*] Titum & duos alios præmisit, ipse, si posset, secuturus. Præmisit autem ut cuncta parata inveniret in suo adventu [a]. ¶ *Nè quod gloriamur*, &c.] Nè falsa appareat gloriatio mea de vobis [b], quoad eleemosynam [c], si vel parciores essetis in largiendo, vel justò tardiores [d]. Præmonet, ut in tempore conferant, nè minùs libenter dare videantur,&c *. ¶ *Dixi*] Sub. *apud Macedonas*, V.

4. *Nè—Macedones*] Apud quos de vobis gloriatus sum [f]. ¶ *Erubescamus*,&c.] Tanquam vani in gloriatione nostra [g]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως] *In hac substantia* (i.e. argumento & materia seu negotio [h] ; vel, *fiduciâ*, Il. Calv. vel, *confidentiâ*, Scl. vel, *hoc argumento*, Er. Ti. Ca. V. vel, *hoc fundamento*, Be. G. ut Ezec. 26. 11. in Græco. Sic & infrà 11. 17. Hebræi dicerent מצב [i].) *gloriationis*,Mo.Vulg. vel,*jactationis*, Scl. vel, *in præsidente ista gloriatione*, P.Pi. Ὑπόστασιν dixit *argumentum*, *& cui innititur sermonis fides* [k] : q. d. In eo quo nititur hæc mea gloriatio,nempe insigni vestrâ promptitudine, &c [l]. Ὑπόστασις est *firma & constans exspectatio*, Metaphorâ ductâ à venatoribus qui feram dicuntur ὑφίστασθαι, cùm eam constanter exspectant, & irruentem fortiter excipiunt. Ὑπόστασιν καυχήσεως hic vocat pro, καύχησιν ὑφισταμένην, *gloriationem constantem & firmam*, vel pro, ὑπόστασιν περὶ ἧς καυχῶμαι, *exspectationem* liberalitatis eorum, *de qua sæpe gloriatus est*. Sensus loci, q.d. Nè pudefiam apud eos ob certam meam exspectationem de liberalitate vestra, quam sæpe deprædicavi [m]. Ὑπόστασις h.l. stabilem & præsidentem gloriationem designat[n]. Eadem phrasis est infrà 11. 17. ubi significat *firmam & certam gloriationem*, h.e. quæ non (ut illa Pseudo-apostolorum) vano, futili, vel falso nititur argumento, sed justâ & solidâ gloriandi materiâ [o]. Ὑπόστασις dicitur, 1. res subsistens non evanescens : ut nubes, speculum,&c. sunt ὑποστάσεις; arcus in nube, imago in speculo sunt ἐμφάσεις. 2. fiducia certò aliquid exspectans, ut Heb. 3. 14. & 11. 1. & in Polyb. l. 6. de Horatio Coclite, *Hostes magis metuebant* τὴν ὑπόστασιν αὐτοῦ, *fiduciam ipsius quam robur* †.

5. *Fratres*] Nempe tres suprà memoratos[p]. ¶*Ut*,&c. Ἵνα προέλθωσιν εἰς ὑμᾶς, καὶ προκαταρτίσωσι τὴν προκατηγγελμένην εὐλογίαν ὑμῶν, ταύτην ἑτοίμην εἶναι οὕτως ὡς εὐλογίαν, καὶ μὴ ὥσπερ πλεονεξίαν] *Ut priùs* (vel, *priores*, Be. Pi.) *venirent*, sive *accederent* (vel, præirent, scil. mihi: ἔρχεσθαι, pro ἰέναι, ut alibi [q]: præveniant meum & Macedonum adventum [r].) *ad vos*, Er.P. sic Be.Pi.&c. *& præpararent* (vel, *priùs absolverent*, Be.) *jam antè promissam* (vel, *antea denunciatam*, Be. i e. cujus antè fama & rumor fuit †. Vide 1 Cor. 16 [t]. *prænunciatam*, Mo. προκατηγγελμένην; id est, προειρημένην, *prædictam*, de qua jam multùm dixi. Sic προειρημένην habemus in tertio Maccabaico [v].) *benedictionem* (vel, *benignitatem*, D. vel, *beneficentiam*,Be.D. *munificentiam*, vel *largitatem*, Er. munus liberale [x]. Εὐλογία, ברכה, *largitio*, sive *munus* [y], ut 1 Sam. 25. 27 [z]. Sic Gen. 33. 11. Psal. 24. 5 [a].) *vestram*: (i.e. eleemosynam [b], quæ est opus beneficentiæ [c]:) *ut ea sit parata* (vel, *in promptu*, Er. V.) *ità ut* (vel, *sic veluti sit*, Er. V.) *benedictio*, (vel, *beneficentia*, Be. i. e. volenter data. Rogamus, non eripimus [d].) *& non ut extortum* (vel, *illiberale*, Pi.) *aliquid*, Pi. P. Be. vel, *ut avaritia*, Er. V. Pi. vel, *usurpatio*, *occupatio*, *fraudatio*, sive *extorsio*. Nam hæc dantur ab invitis * : q.d. Ut palàm fiat vos liberaliter (& sponte [f]) conferre, ut non ægrè (& parcè [g],) ut avari solent, ut mereatur nomen *benedictionis*, quæ largitatem significat [i]; nec sit quasi per vim extortum, quod vile & modicum esset solet [k].

6. *Hoc*, &c. Τοῦτο δέ] *Hoc autem*, sub. *dico*, Be. Er. Il. Tre. Pi. vel, *moneo*, Ar. i. e. dicere volo, vel vos scire volo [l]. *Præterea verò*, supple, *censui vos monendos*, è superioribus [m]. ¶ *Qui parcè seminat*, &c.] Id est, qui angustè & minùs liberaliter largitur, exiguum fructum referet [n]. ¶ *Qui—in*, &c. Ἐπ᾽ εὐλογίαις] *Benignè*, Be. D. *Copiosè*, Pi. V. *Perbenignè*, P. *Liberaliter*, G. Pi. Sic & Ezec. 34. 26 [o]. *In*, vel, *Cum benedictionibus*, Mo. Ar. Vulg. V. D. i. e. amplâ beneficentiâ [p], largè tribuendo [q]. ¶ *De* (vel, *In*, E. Me. &c.) *benedictionibus & metet*] i. e. A Deo recipiet. Frequens Hebræis translatio, Job. 4. 8. Matth. 25. 24, 26. Luc. 19. 21, 22. Joh. 4. 35—38. 1 Cor. 9. 11. Gal. 6. 7, 8, 9 [r]. Uberem fructum ac mercedem consequetur †. Hinc constat præmia Regni cœlestis non omnibus æqualia reddi [t].

7. *Unusquisque prout*, &c. Καθὼς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ] *Prout præoptat* (vel, *proponit*, Er. V. *deliberat*, V. *destinat*, Er. *destinavit*, Vulg. Sed verbum est præs. temp [v]. vel, *vult*: Nam προαιρεῖσθαι hìc est *velle*, ut Prov. 21. 25. in Græco προαίρεσις, Aristoteli *deliberata voluntas* [x].) *corde*, Mo. Be. Pi. P. &c. vel, *in corde* suo, G. *Secundùm propositum cordis*, Er. ex Amb. i. e. libenter & ex animo [y], prout apud se, & animo suo liberè constituerit ac prædeliberaverit [z], נדיב לבו, Exod. 35. 5. Subauditur hìc *det* [a], vel, sub. *ità agat*, Be. Pi. vel, *ità conferat*, P. ¶ *Non ex tristitia* (quam parit avaritia [b], & quam concipiunt qui dant inviti [c], ideóque dant minus quàm oportet [d]:) *aut ex necessitate*] Externâ scilicet sive violentâ, sicut ex reipsâ apparet; quasi vel pudore *, vel majorum authoritate [f], aut reverentiâ [g], quorum preces à subditis habentur pro imperio [h], vel aliorum exemplis, impulsi [i], aut coacti, sed lubenti lætóque animo [k]. Nam τὸ ἀκούσιον (*involuntarium*) laudem detrahit actioni [l]. Sensus, q. d. Non eo tendit exhortatio mea, ut aliquem urgerem invitum ad amplius aliquid dandum, sed volo bonum vestrum esse voluntarium, nè mercede privetur apud Deum [m]. ¶ *Hilarem enim datorem* (i. e. eum qui libenter & ex animo dat [n],) *diligit Deus*] i. e. ei benefacere vult [o] : & per consequens tristem invitúmque datorem non diligit, non approbat, non ei benedicit [p]. Est [hæc] sententia trita apud Hebræos. Hinc Sirachides 32. in Græcis, in Latinis 35. 11. ἐν πάσῃ δόσει ἱλάρωσον τὸ πρόσωπόν σου [q].

8. *Potens est autem Deus omnem*, &c. Πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς ὑμᾶς] *Omnem gratiam* (i. e. beneficentiam, sive eleemosynam [r]; vel, *omne donum*, id est, quicquid donaveritis †: omne genus bonorum tum temporalium*, tum spiritualium†. *Gratiam* appellat *Dei dona*, ut 1 Cor. 3. 10. & alibi [t], sive Dei in homines munificentiam, quam vox *omnes* summam esse indicat [v].) *abundare facere*, (vel, *abundanter effundere*, Il. Περισσεῦσαι alibi neutraliter accipitur, hìc transitivè [x]. Nam Græci activa sumunt pro duplicitèr activis, quæ *Hiphil* vocant Hebræi. Sic βασιλεύειν, *facere ut quis regnet* [y]. Occurrit tacitæ cogitationi metuentium sibi inopiam, si copiosiùs tribuerent, docétque quicquid dederint, ad ipsos cum fœnore rediturum [z]. ¶ *Ut—omnem*, &c. Πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες περισσεύητε, &c.] *Omnem sufficientiam* (vel, *Quantum sufficiat*, P. sic Be. Pi. Tre. ex Sy. *Omnino quod satis sit*, Ca. Intellige secundùm modum quem nobis utilem esse cognoscit Deus [a]; omnia quæ ad honestè tuendum familiæ vestræ statum necessaria sunt [b].) *habentes* (*apud vos*, P. i. e. contenti iis quæ natura desiderat. Sic αὐτάρκεια sumitur 1 Tim. 6. 6. & αὐτάρκης, Phil. 4. 11. Usurpat & Polybius αὐτάρκειαν hoc sensu [c].) *exuberetis in omne opus bonum*, Er. &c. i. e. ut in pauperes benefici & liberales esse possitis [d]. Qui suis parcè utitur, multum aliis poterit dare *.

9. *Scriptum*, &c.] Sunt verba LXX, in Psal. 112. 8 [f].

¶ *Dispersit*,

¶ *Dispersit*,&c.] h.e. More seminantis spargit opes,&c[g]. *Sparsit*, i.e. liberaliter erogavit, ut Prov.cap.11.v.24[h]. ¶ *Justitia*,&c.] i.e. vel, 1. justitia generalis[i]; vel, 2. pietas[k]; vel, 3. misericordia[l], beneficentia, vel eleemosyna[m], ut Matth. 6. 1. Itaque in dicto Psalmo alii posuere ἐλεημοσύνην, alii φιλανθρωπίαν[n]. ¶ *Manet in æternum*] Quoad fructum ejus[o]: perennis ac perpetua est †, in memoria Dei[p], & hominum, i.e. laudatur[q], & in cœlesti mercede[r]. *Manet in perpetuum*, in Psalmo significat, *famam post se longam relinquit*, at ex sensu Pauli *præmia parit æterna*, nempe, si & aliæ virtutes adsint quæ adesse debent, sed ità tamen ut inter eas misericordia plurimùm valeat †.

10. *Qui*,&c. Ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν, &c.] *Porrò qui suppeditat semen serenti*, P.&c. i.e. Qui vobis dedit quod daretur pauperibus[t]. Nam id hìc *seminare*,ut suprà v.6[v]. *Semen* appellat eleemosynam[x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν χορηγήσαι καὶ πληθύναι τὸν σπόρον, &c.] *Et* (vel, Is&, P. Er.) *panem* (i.e. frumentum, ut Ruth 1. 6[y]. necessaria ad victum[z]:) *ad escam suppeditet*, (i.e. non tantùm vobis det ad vitam necessaria. Vide Matth. 6. 11[a]. Verbum hoc, sicut & seq. πληθύναι & αὐξήσαι, sunt vel Infinitiva, vertenda per imperat. modum[b]; vel potius Optativi modi[c]. Vel, *præstabit*, Vulg. i.e. non patietur vobis deesse necessaria[d].) *& multiplicet* (vel, *multiplicabit*, Vulg. Enunciativè reddit quæ Græci optativè[*].) *sementem vestram*, (i.e. bona vestra temporalia[f], quæ continuò in pauperes seminatis[g]: q.d. verumetiam det ut in posterum plura dare possitis. Respicitur locus Deut. 28. 12[h].) *& augeat* (vel, *augebit*, Vulg.) *fructus genitos* (vel, *proventus*, Er. V.) *justitiæ vestræ*, Mo. &c. id est, eleemosynæ, aut benignitatis vestræ[i]. Idem sensus, qui in superiori membro. Respicitur autem locus Ose. 10. 13. ubi γεννήματα δικαιοσύνης Græci, qui omisso ו legerunt ירה, & sumpserunt ut nomen, non ut verbum[k]. Malè interpunctus est à plerisque hic locus: illa, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν, connectenda sunt non cum seq. χορηγήσαι, sed cum præced. ἐπιχορηγῶν, hoc modo[l]; *Qui autem suppeditat semen serenti, & panem ad escam*, (sub. *is*, Pi.) *suppeditet & multiplicet sementem vestram*, &c. Be. Pi.

11. *Ut*, &c. Ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι εἰς πᾶσαν ἁπλότητα] *In omni ditati* (sub. *estis*. Vide Rom. 9. 28[m].) vel, *Ut in omnibus locupletemini*, Er. Il. Ti. sim. Tre. ex Sy. Vobis omni modo ditatis, Be. Pi. Scl. Hebraica est Enallage[n], qualis mox v. 13[o]. ut πλουτιζόμενοι, vel absolute ponatur, pro πλουτιζόμενοι ὑμῶν, vel pro verbo, ἵνα πλουτίζησθε[p]. Ut inquam abundetis, *in omnibus ditati*, P.Dic. Pendent hæc à περισσεύοντες, v.8. & versus 9, 10. parenthesi includendi sunt[q], hoc modo; *Ut in omnibus——abundantes in omne opus bonum* (*sicut scriptum est, Dispersit*, &c. *At qui suppeditat*,&c.) *in omni divites facti*[r]. (Ità olim putavi, &c †.) *in*, vel, *ad omnem simplicitatem*, Mo. Er. Tre. &c. vel, *benignitatem*, P. Be. Pi. candorem, sinceritatem, & munificum affectum[t]; *beneficentiam*,quæ fit animo simplici ac sincero[v], non ex inani gloria, &c[x]. vel *liberalitatem*, ut Rom. 12.8. suprà 8. 2[y]. sub. *abundetis*, E. ex Vulg. i.e. excitemini ad largè in posterum tribuendum, sincero & liberali animo[z]. Al. *Ut summa cum simplicitate circumfluatis*, Ca. ¶ *Quæ*, &c. Ἥτις κατεργάζεται δι' ἡμῶν, &c.] *Quæ* (vestra simplicitas[a], sive munificentia[b],) *adoperatur* (vel, *efficit*, P. Be. Pi.) *per nos gratiarum actionem Deo*, Mo. &c. i.e. materiam præbet nobis[c], aliisque quibus innotescit[d], agendi gratias Deo, tanquam authori tanti boni[*]; q.d. quæ causa est cur nos gratias Deo agamus[f]: vel potiùs, *per nos*, id est, interveniente nostro ministerio, ut scilicet intelligantur gratiæ quæ Deo agantur à pauperibus sanctis in Judæa, de quibus proximè loquitur[g].

12. *Quoniam*, &c. Ὅτι ἡ διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης οὐ μόνον ἐστὶ προσαναπληροῦσα τὰ ὑστερήματα τῶν ἁγίων, ἀλλὰ καὶ περισσεύουσα, &c.] *Quoniam*, vel, *Nam ministerium* (vel, *functio*, Er. Ti. Tre.V. *officium*, Ca. *administratio*, Er. Æth. *subministratio*, Il. P. Pi. *effectus*, Ar.) *oblationis* (vel, *functionis*, Be. *muneris*, Ca. *collationis*, Il. *ministerii*, Er. Ti. Tre. ex Sy. Ar. *operis*, Æth. *subministrationis*, V. scil. in Sanctos[h]:) *hujus* (sume ut initio hujus capitis[i]; i.e. officium subministrandæ pecuniæ[k]: hæc collecta[l], vel illius administratio[m]. Λειτουργίαν hìc intellige ipsum munus, διακονίαν, muneris functionem atque executionem[n]. Λειτουργία in prophanis scriptoribus est *ministerium* in genere, in sacris verò, *ministerium sacrum*[o]; sive quodvis sacrum officium publicè peractum, modò ipsa *muneris sacri publica administratio*[p], modò *sacrificium suo ritu peractum*[q]:) *non solùm est adsupplens inopias sanctorum*, (i.e. Christianorum Jerosf[r]. ut suprà 8.14†.) *sed etiam redundans* (vel, *abundat*, Vulg. i.e. abundè subministrat ad aliorum quoque pauperum inopiam sublevandam ||;) *per* (vel, *propter*, Kn.) *multas gratiarum actiones*; vel, *multis gratiarum actionibus*. Idem hìc declarat διὰ atque εἰς, ut Rom. 6. 4[t]. Vel, *per multorum gratiarum actiones*, Di. *Deo*, Mo. vel, *in Deum*, i.e. in laudem Dei[*]; *apud Deum*, P. Be. i.e. per hoc quòd multi gratias agunt Deo[v], qui scilicet liberalitatis vestræ participes fiunt[x]. Ipsa liberalitas per se Deo grata est: deinde alium etiam fructum Deo fert, eò quòd qui eâ liberalitate sublevantur gratias Deo agunt[y].

13. *Per*, &c.] Διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης δοξάζοντες τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν εἰς—καὶ ἁπλότητι τῆς κοινωνίας, &c.] *Per* (vel, *Propter*, Ti. Tre. ex Sy.) *probationem* (vel, *approbationem*, Pi. *experimentum*, P. Be. sic Il.) *ministerii* (vel, *subministrationis*, P. Pi.) *hujus* (vel, *experimento hujus rei*, suprà 2. 9. & 8. 2[z]. Appositio est, q.d. per ministerium hoc vestrum, quod ipsis instar certi experimenti est veræ vestræ obedientiæ, quam Evangelio præstare profitemini. Hæc etsi ad sequentia referri possunt, tamen ad præcedentia malim annecti, tanquam medium quoddam provocans ad gratitudinem significandam[a]. Cohæret hoc non cum δοξάζοντες, (ut patet,quia participium illud non potuit sine copula construi cum διὰ & ἐπὶ) sed cum præcedentibus; quod non animadversum magnopere perturbavit hujus loci constructionem[b]:) *glorificantes* (vel, *dum glorificant*, P.Pi. Be.) *Deum* (q.d. dum per nostrum ministerium, probatâ illis vestrâ liberalitate, Deum glorificant[c]: experti eleemosynam vestram cùm eis ministramus, glorificant, &c †. Sermo naturalis fuerat δοξαζόντων· sed ostendimus ad Marc. 6. 40. rectum pro obliquo sæpe poni,non apud nostros tantùm scriptores, sed & apud elegantiores Græcos. Quale illud in Homero Il. ζ Ἀνδρομάχη, θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος· Ἠετίων, ὃς ἔναιεν Ὑποπλάκῳ ὑληέσσῃ. Item Iliad γ. Ἄμφω δ' ἑζομένω, γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσσεύς. Potest tamen dubitari an non sit error exscriptoris, quia mox sequitur ἐπιποθούντων[d]. Omnino dicendum erat δοξαζόντων τὸν Θεὸν, vel potiùs, δοξαζόντων αὐτῶν· sed sic loqui solent & Hebræi et Attici[*]. Δοξάζοντες pro δοξαζόντων, per Enallagen casûs (qualem observavimus v. 11. & 2 Cor. 1. 7. Eph. 3. 17. Apoc. 1. 4, 5.) refero ad πολλῶν v. præced ||. Sed non opus est hìc Hebraismo vel Atticismo, si hæc verba, *per probationem*,&c. conjungantur cum illis v. 11. *divites facti ad omnem liberalitatem*, verbis interjectis parenthesi inclusis[f].) *in* (vel, *de*, P. Be. Pi. Ar. *super*, Er. Il. Ti.) *obedientia confessionis vestræ* (vel, *obedientiâ consensus vestri*, Er. Ti. i.e. cùm vos viderint tanto consensu mihi obedire, nec mihi monenti refragari. Ὁμολογία & *confessionem* sign. & *consensum*[g]. Vel, *confessione obedientiæ vestræ*, ut sit Hypallage[h]; vel, *subjectione*, sive *summissione vestrâ consentiente*, Il. P. vel, *testatâ*, Be. Pi. i.e. charitatis officiis palàm declaratâ. Est enim charitas Fidei index, & ὁμολογεῖν in his libris publicam professionem declarat[i]. Ὑποταγὴ ὁμολογίας, i.e. ὁμολογουμένη[k]; i.e. ob id quòd facto hoc testatam facitis vestram, quam Evangelio præstare profitemini, obedientiam[l]: siquidem Evangelium fratrum necessitatibus succurrere jubet, nec firmius est veræ fidei specimen quàm Sanctis communicare[m]. Vel, *obedientiâ quam profitemini*, Ar. vel, *quòd obedientes præstitistis vos*, Tre. ex Sy. ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας, id est, δι' ὁμολογίας· q.d. gaudent fratres Judæi quòd vos quoque per professionem factam in Baptismo subjeceritis vosmet Evangelio Christi. Sic ὁμολογία dicitur & Heb. 3. 1. & 4. 14. & 10. 23. Sic & verbum ὁμολογεῖν sumitur 1 Joh. 4. 3, 15. 2 Joh. 7[n].) *in Evangelium Christi*, (quod admonet dandam eleemosynam[o]; q.d. propter insignem vestram promptitudinem obsequendi præceptis Evangelii[p]:) *& simplicitate communicationis* (vel, *deque benigna communicatione*, Il. P. Be. Pi. simplici & candidâ communicatione, sive beneficentiâ[q]; immolestiâ liberalitate[r]: Hypallage Hebræa, & *communicatio* pro dono

Marginal sigla (left column): g E. Me. — h G. — i E. — k Pi. — l G. Vor. — m Q. in Pi. sic E. Me. T. — n G. — o E. — † Be. — p T. — q Pi. sim. E. — r T. sim. E. — † G. — t G. sim. Me. T. Scl. — v G. — x Scl. — y D. — z E. — a G. — b Er. — c E. — d Me. — * E. — f Me. T. — g T. — h G. — i D. sic G. — k G. — l Be. — m G. — n Scl. sim. Be. — o Be. Pi. — p Scl. sim. Pi. Er. — q Val. in Be. sim. Kn. — r Kn. — † Be. — t Zeg. — v D. sim. E. — x E. — y G. — z Me. — a E. — b T. — c E. — d T. — * E. — f G. — g E. — h V. — i G. — k Er. — l T. — m Me. sim. Be.

Marginal sigla (right column): n Scl. — o E. — p Scl. — q Er. — r T. sic E. — † G. — || T. sim. Me. — t Be. — * Pi. — v Er. V. — x E. Me. — y G. — z G. — a Scl. — b Ec. — c E. Me. — † V. — d G. — * Be. — || Di. — f Kn. — g Er. — h Faber in Er. — i Be. — k Be. Scl. — l Scl. sim. V. — m Scl. — n G. — o Er. — p T. — q V. — r Be.

dono quod communicaturi erant, ut suprà 8. 4 †. deinde gaudent de liberali vestra bonorum communicatione. Vide Rom. 15. 26. suprà 8. 4. Heb. 13. 16 [t].) *in illos* (vel, *in se*, P. Be. Pi.) *& in omnes*, Mo. &c. cæteros Christi pauperes [v]: etiam de vestra in alios beneficentia gaudent & Deo gratias agunt, nè credantur suum tantùm negotium gerere [x].

14. *Et*, &c. Καὶ αὐτῶν δεήσει ὑπὲρ ὑμῶν, ἐπιποθούντων ὑμᾶς διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐφ' ὑμῖν.] *Et ipsorum obsecratione* (vel, *in illorum orationem*, P. vel, *per illorum preces*, Pi. sim. Be. Cohæret hoc, vel, 1. cum δοξάζοντες [y]; ut suadet contextus; sed sensus parum commodus est, ut glorificaturi Deum dicantur illi sancti de suis orationibus quas pro Corinthiis funderent [z]: vel potiùs, 2. cum extremo vers. 12 [a]. cum verbo, *abundat*, v. 12. [quò & Pagninus hoc refert, versum 13. parenthesi includens.] ut hic sit alter fructus eleemosynæ istius, nempe quòd pauperes illi sancti pro ipsis orent, &c [b]. Sed nihil est in v. 12. unde Dativus, δεήσει, regatur. Vel, 3. cum v. 13. & regitur ab ἐπὶ, ut sit hæc tertia ratio cur habeant sancti Judæorum laudandi Deum causas; nempe quia etiam pro Corinthiis precantur, quia eorum beneficentiâ provocati sunt ad precandum Deum pro ipsis, eo nomine laudant Deum [c].) *pro vobis*, *desiderantium* (vel, *expetentium*, P. vel, *amantium*, G. id est, amorem suum ostendentium. Ἐπιποθεῖν in hoc sensu habes, Psal. 119. 131. Metonymia est [d]: *maximo amore complectentium*, P. Pi. Πόθος Græcis interdum *amorem* sign. & ἐπιποθεῖν respondet Hebræo חשק, quod est ὑπεραγαπᾶν: nam ἐπὶ adauget significationem, &c [*].) *vos* (id est, qui magno tenentur desiderio vos videndi [f], & adjuvandi [g];) *propter eminentem* (vel, *exuberantem*, Pi. *supereminentem*, Be.) *gratiam Dei* (i. e. fidem & beneficentiam [h];) *in vobis*, Mo. &c. quia in vobis Deus tantam beneficentiam ipsis contulisset [i]. [Sensus, q. d.] Cùm vos viderint tam liberales propter Evangelii consortium, Deum pro vobis precantur: & sic, quomodo possunt, ostendunt vos à se vehementer diligi [k].

15. *Gratias*, &c.] Hoc epiphonemate claudit exhortationem, nè gloriosâ istâ prædicatione efferrentur Corinthii [l]. Paulus in gratiarum actionem se illis in Judæa fratribus adjungit, & quasi *Amen* illis accinit [m]. Quasi voti compos Deum laudat, quo suam fiduciam, quasi re jam confectâ, testari voluit [n]. ¶ *Super*, &c. Ἐπὶ τῇ ἀνεκδιηγήτῳ, &c.] *Super inenarrabili* (ut dixit Plinius Major; vel *ineffabili*, quod tantum est ut explicari nequeat, quod ἀνεκλάλητον, 1 Pet. 1. 8 [o].) *suo dono*, sive *munere*, P. Be. Pi. Sic vocat, vel, 1. Christum [p], qui se *donum Dei* nominat, Joh. 4. 10 [q]. ut sit argumentum ab exemplo Dei majora donantis [r]: vel, 2. propensionem Corinthiorum ad communicandum fratribus, quam v. 14. vocarat χάριν τοῦ Θεοῦ ὑπερβάλλουσαν [†]: vel, 3. eleemosynam [t], quod *donum inenarrabile* vocat, quia pro dignitate verbis explicari non potest, ob multiplicem ejus fructum [v], tam ad dantes quàm ad accipientes promanantem [x]; ejus enim præmium inenarrabile est, Esa. 64. 4. Plurima quoque inde sequuntur ad Dei laudem [y].

CAP. X.

1. EGO *Paulus*] Quia erant adhuc pauci quidem, sed erant tamen Corinthi qui Paulo obtrectabant, adversùs eos Paulus dignitatem muneris sui tuetur [a]. De se deinceps loquitur num. sing. quia non jam causam agit communem ministrorum N. T. sed suam solius, quem peculiariter oderunt hi Pseudo-apostoli, qui Judæi erant & Legem Mosis doctrinæ Christianæ miscebant, &c [b]. ¶ *Per*, &c. Διὰ τῆς πρᾳότητος καὶ ἐπιεικείας, &c.] *Per* (*illam*, P. Be.) *lenitatem* (vel, *clementiam*, P. Pi.) *& æquitatem* (vel, *demissionem*, Tre. *mansuetudinem*, Er. Il. Ti. Ca. *modestiam*, Vulg. *comitatem*, Er. V. *facilitatem*, aut *humanitatem*, Er. pronitatem ad clementiam potiùs ac misericordiam, quàm ad summum illud jus suum persequendum propensam [c]. Ἐπιείκεια hìc *bonitatem* significat, ut Baruch 2. 21. Cant. puer. 13. Sap. 12. 18. 2 Macc. 2. 23. & 10. 4. quomodo & ἐπιεικεῖς sunt *viri boni ac faciles*, Phil. 4. 5. 1 Tim. 3. 3. Tit. 3. 2 [d].) *Christi*, Mo. &c. Πρᾳότης magis ad animum, ἐπιείκεια ad exteriorem conversationem, pertinet [*]. Meritò autem has præcipuè Christi virtutes commemorat, quia propter earum imitationem maximè spernebatur [f]. Per eas obtestatur, ut ostendat, quamvis sibi contra obtrectatores suos asperiùs agendum sit, se tamen ad mansuetudinem ac lenitatem, exemplo Christi, esse propensum [g]. ¶ *Qui*, &c. Ὃς κατὰ πρόσωπον, &c.] *Qui coram* (ut κατὰ πρόσωπον sumitur Gal. 2. 11. & in Polyb. l. 5. *Postquam*, inquit, *fuere ambo reges* κατὰ πρόσωπον, *in conspectu* †: vel, *juxta faciem*, Er. sic Mo. vel, *in specie*, Er. *in facie*, Vulg. Tre. idem valet quod παρὼν v. seq [h]. *præsens*, Il. Ca. i. e. ubi coràm adsum [i].) *quidem humilis* (i. e. abjectus & vilis [k],) *sum* (i. e. videor [l]; humiliter & submissè me gero [m], dissimulans autoritatem meam ac dignitatem [n];) *inter vos*, *absens verò sum* (i. e. esse videor [o], vel esse dicor [p];) *confidens* (vel, *audax*, Er. V.) *erga vos*, P. Be. Pi. &c. Plus æquo mihi usurpans, Epistolas scribens minaces & imperiosas [q], audacter & satis pro imperio agens [r]. Est sermo concedentis: verè enim sic erat, 1 Cor. 2. 3. non sine ratione quam Deus in hoc spectabat: licèt inde adversarii caperent occasionem detrahendi Paulo †. Al. Sunt hæc dicta ironicè [d], vel μιμητικῶς [*], ut Græci quidam Interpretes rectè monuerunt [f]; vel ex opinione adversariorum [g]. Idem enim est quod infrà v. 10. Dicebant obtrectatores eum præsentem multò leniùs agere, quòd offensas metueret, aut gratias captaret. Similes μιμήσεις etiam in Epistola ad Romanos habuimus [h]. Sed sensus citra Ironiam consistit [i], isque talis esse possit; q. d. Præsens quidem abjectus & humilis sum, non fastu turgens, ut Pseudo-apostoli: absens nihilominus confido, quòd meâ humilitate nihil offensi in fidei veritate perstabitis [k].

2. *Rogo autem* (vel, *inquam*, Er. V. Epanalepsis [l]. Δέομαι repetit quod dictum erat παρακαλῶ, estque redeuntis ad id quod cœperat [m], quia nonnulla interjecerat [n].) *vos* (ut mea monita amanter excipiatis [o], & tempestivè compescatis ejusmodi calumniatores [p];) *nè*, &c. Μὴ παρὼν θαῤῥῆσαι τῇ πεποιθήσει ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι ἐπί τινας, &c.] *Ne præsens* (vel, *cùm præsens adero*, Il. P. sic G. & quorundam inobedientiam & contumaciam videro [q];) *audeam* (vel, *sim confidens*, P. sic Mo. *sim audax*, Il. nè vestrâ culpâ qui hactenus me humiliter gessi posthac audeam [r], & cogar audacter uti †, potestate meâ [t], in quosdam ex vobis [v]; nè cogatis me agere confidenter, h. e. duriùs sive asperiùs [x]: ità vos geratis ut mihi necesse non sit quosdam asperiùs tractare [y], excommunicare, &c [z].) *eâ fiduciâ* (vel, *confidentiâ*, Ca. scil. quam in Deum habeo, mea impleturum Deum mea justa desideria. Πεποίθησις hìc quod πίστις 1 Cor. 12. 9. Sic πεποίθησιν pro *fide* habes & Eph. 3. 12. Respondet Hebræo בטח. Hoc est quod dixit, *venire cum virga*, 1 Cor. 4. v. 21 [a].) *quâ cogito* (Mitigans minas, non ait *quâ decrevi*, aut *volo*, *uti*, sed *quam cogito*, etiamnum invitans illos ad resipiscentiam, pro summa sua bonitate [b]. Hoc λογίζομαι est *cogito*, ut Rom. 2. 3. & alibi; sequens λογιζομένους est *æstimantes*, ut Marc. 15. 28. Rom. 2. 26 [c]. vel, *suspicor & destino*, Th. in Er. *Suspicio* est nondum cogitantis; & qui *destinat*, & ad scopum dirigit oculum, nondum emisit telum manibus [d]. Vel, *existimor*, Be. Pi.) *audax fuisse* (i. e. quam putant me insolentiùs in quosdam exercuisse [*]:) *in quosdam*, *qui putant* (vel, *æstimant*, Il. Ar. vel, *habent*, Ca.) *nos veluti secundùm carnem ambulare*, vel *ambulantes*, Er. &c. i. e. secundùm externas hominis dotes, ut docet antithesis, v. 4 [f]. vel ministerium obeuntes [g], humanis, ac proinde infirmis, præsidiis freti [h]; in ministerio Evangelii gratiam captantes, aut offensas improborum metuentes [i]; indulgentes humanis affectibus [k], & non nisi politicâ prudentiâ, industriâ, astutiâ, utentes [l]; ut cùm non audeam præsens comparere vel imperare, absens id faciam, &c [m].

3. *In carne enim ambulantes*] Id est, Quamvis simus homines [n], cæteris hominibus similes [o], quoad infirmitates [p] & afflictiones [q], & molem corporis [r], sive naturam carnis †. Aliud est κατὰ σάρκα περιπατεῖν, quod jam habuimus, aliud ἐν σαρκί: hoc enim significat *in conditione esse infirma & multis malis obnoxia*. Vide Gal. 4. 13. Heb. 2. 14. & 5. 7. & 1 Joh. 4. 2 [t]. ¶ *Non secundùm carnem*

Marginal notes (left column): † Pi. / t G. / v E. / x G. / y Be. / z E. / a Be. / b E. sim. Be. / c Di. / d G. / * Be. / f Me. sic E. Be. V. Er. / g Ee. / h Me. E. / i Er. / k G. / l Ee. / m G. / n Calv. / o G. / p Pi. Scl. ex Th. / q Pi. / r Scl. ex Th. / † Scl. / t Me. sim. E. Dic. / v E. Dic. / x E. / y Me. / a G. / b E. / c Ee.

Marginal notes (right column): d G. / * E. / f G. / g Me. / † Strig. / h Scl. ex Be. / i Er. V. sic E. Me. / k T. sic Me. / l Er. / m E. sim. Zeg. / n Zeg. / o Ca. / p Cl. / q T. Me. / r Scl. / † E. / d Camer. / * sic Græci in E. / f G. Scl. Be. / g G. / h Scl. / i G. / k Er. / l Zeg. / m Be ex Amb. / n Er. / o Be. / p Me. / q T. / r M.e. / t E. / v G. T. / x T. sic E. Me. / y E. / z Pi. / a Ca. / * Me. / b G. / c Er. ex Chrys. / d G. / * Er. / f Me. T. / g Pi. / h Scl. / i Scl. sim. Be. / k G. sim. E. / l T. / m T. Me. / n Mc. / o Er. / p Me. T. Be. / q Vor. sim. Scl. / r Vor. / † Me. / t F. / G.

carnem militamus] Ità Er. Il. Ti. Me. Pi. vel, *bellum gerimus*, P. i. e. Non tamen humanum negotium agimus [v], non exercemus carnalem militiam [x], non obsequimur carnalibus affectibus [y], non carnalium & politicorum hominum more vivimus [z]; bella gerimus non infirma [a]: Apostolatum meum non segniter nec infirmis armis exerceo [b]. Elegans antanaclasis est in voce *carnis* [c]. Ministerium comparat militiæ cuidam, ut & alibi, 1 Tim. 1. 18 [d]. *Nam in carne, non tamen secundùm carnem, ambulantes militamus*, Be.

4. *Arma* (i.e. instrumenta [*],) *militiæ nostræ* (quibus utimur [f], quibus Christo militamus in Evangelio propagando [g]. Intelligit vel, 1. Verbum Dei [h], doctrinam cum zelo & bona conscientia conjunctam [*]; vel, 2. censuras Ecclesiæ, ut apparet ex contextu qui de illis agit, v. 1, 2, 6, 9. & cùm στρατεία hîc ministerium designet, ὅπλα, *arma*, sunt media, quibus illo munere functus est; quæ quidem varia sunt, ut preces, prædicatio, &c. sed & antecedentia & sequentia ad censuras h. l. restringunt [i]. Pari ferme translatione Chaldæus, Gen. 42. 22. per *arcum & gladium* preces Jacobi intelligit. Vide & Eph. 6. 11—17. 1 Thess. 5. 8. & suprà 6. 7 [k]. Metaphoricè hîc designat ea præsidia, sive potestatem quâ ministri verbi divinitùs armati sunt [l]. Sensus, q. d. Sicut ipsa militia Christianorum, & præcipuè doctorum, spiritualis est, non carnalis; ità quoque arma [m].) *non carnalia sunt*] i. e. Vel, 1. invalida [n]; ut σὰρξ sæpe significat [o]: vel, 2. talia quibus homines sibi auctoritatem apud alios parant [p], & res magnas gerunt [q]; ut sunt divitiæ, potentia, famulitia, &c [r]. vel potiùs artes & scientiæ humanæ †; dicendi peritia, &c [t]. vel, versipellis mutatio morum, nunc adulatio, nunc jactantia, &c [v]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων] *Sed divinitùs* (vel, *Deo*, Er. Vulg. i. e. per Deum [x]: deest ἐν vel σὺν [y]. q. d. Non viribus humanis [z], sed virtute divinâ [a]: infinitâ illâ Dei potentiâ nituntur. Nam τῷ Θεῷ, casus est instrumenti, & Deum carni opponit [b]. Vel, *Dei potestate*, P.) *valida*, sive *fortia* (vel, *divinipotentia*, Ca. i. e. validissima [c], ut Act. 7. 20. *bellus Deo*, i. e. eximiè bellus [d]. Authorem potentiæ indicat Deum prædicationi suæ cooperantem [*]: qu. d. Virtus sunt Dei, quia Deus potenter operatur in animis audientium, eósque ad fidem convertit, &c [f]. Hinc sume explicationem Vaticiniorum de victoria Messiæ [g]. Sufficiebant mihi arma mea spiritualia, qualia sunt in veritate parrhesia, disciplina Ecclesiastica [h], zelus, patientia, fortitudo Christiana, & cæteræ virtutes [i]; item sapientia, prophetia, cum cæteris charismatis Spiritûs Sancti: denique potestas verbi, regiminis, & sacramentorum, à Christo accepta. Quibus omnibus armati Apostoli militiam suam exercebant [k].) *ad destructionem*, vel *subversionem*, *munitionum*, Be. Pi. P. sim. Er. Ca. Mo. &c. *Munitiones* vocat quicquid Christo & Evangelio sese opponit [l], putà syllogismos, sophismata [m], scientias seculares [n], eloquentiam, potentiam secularem, amicitiam, &c [o]. Al. *Munitiones* vocat, vel, 1. quibus homines se in peccatis tutantur; vel, 2. ipsos peccatores induratos atque impœnitentes; & tunc καθαίρεσις dici possit ipsa excommunicatio, v. 8. & ch. 13. 10 [p]. Respicit historiam Jesu, qui ad buccinæ sonum, Deo agente, dejecit munimenta Jerichuntis. Quod ibi in Græco est τεῖχος id hîc ὀχύρωμα. Solent homines mœnibus fidere, Jer. 48. 7. ideo quicquid est cui quis confidit, per similitudinem dicitur ὀχύρωμα, Prov. 21. 22. Qualis erat apud Corinthios humana Eruditio, Eloquentia, Divitiæ [q].

5. *Consilia*, &c. Λογισμοὺς καθαιροῦντες καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον, &c.] Cohærent hæc cum στρατευόμεθα, cæteris per parenthesin interjectis. Est autem hîc primùm Trajectio, pro καθαιροῦντες λογισμοὺς καὶ πᾶν ὕψωμα· deinde ἓν διὰ δυοῖν· nam λογισμοὺς καὶ πᾶν ὕψωμα positum est pro ὕψωμα λόγων. Explicat ἀλληγορίαν· nam ὕψωμα, idem quod ὀχύρωμα, *turris & pinnæ murorum*. Iis comparat *Ratiocinationes* Philosophorum, *qui Evangelio opponebantur*. Εὐαγγέλιον hîc κατ' ἐξοχὴν dicitur γνῶσις τοῦ Θεοῦ· ut suprà 4. 6. Vide & Luc. 1. 77 [r]. [Verba sic reddunt:] *Evertentes* (vel. *Destruentes*, Vulg. *Evertendo*, Be. Pi. De talibus participiis vide suprà 9. 14 †. vel, *Dum evertimus*, P. vel, *Quibus armis demolimur*, Er. Il. sic Ti. E. Me. V. vel, *deturbamus*, Ca.) *cogitationes*, (vel, *consilia*, Er. Il. Ti. i. e. machinationes hostiles [t], astus Satanæ & naturæ corruptæ [v]; vel, *ratiocinationes*, P. Be. Pi.) *omnémque celsitudinem*, vel *sublimitatem*, (Sic appellat, vel, 1. quamlibet mundi gloriam & potentiam [x], sive vim quam mundus Christo opponit [y]: vel, 2. quicquid in sermone vel scientia seculari grande & sublime est, & apud homines admirationem excitat [z]: vel, 3. opiniones quibus ratio præcipuè gaudet, qualis opinio quæ fingit hominem justum esse disciplinâ seu externis ritibus, quæ est ὕψωμα Philosophorum & Pharisæorum. Ptol. vocat ὕψωμα, *altitudinem*, Planetarum, illud signum in quo Planeta quasi lætatur; eorúmque ταπεινώματα, *dejectiones*, *humilitatésque*, vocantur signa opposita, in quibus Planetæ tanquam dejecti & mœrentes sine autoritate sordescunt. Vult ergò Paulus ὑψώματα fieri ταπεινώματα, id est, dejici de gradu atque omnino abjici [a].) *quæ extollitur* (vel, *sese extollit*, Be. Pi. Ἐπαίρεσθαι est efferri. Polyb. l. 1. *successu* ἐπαρθέντας, *elatos* [b].) *adversùs cognitionem Dei*, Ar. sim. Mo. &c. vel, de Deo [c], vel quâ Deus cognoscitur [d]; i. e. adversùs fidem veri Dei & Evangelium Christi [*]. ¶ *Et*, &c. Καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα, &c.] *Et captivantes* (vel, *cogimus*, Ca. vel, *captivam ducimus*, Er. Il. Ti. P. *in captivitatem redigendo*, Be. Pi.) *omnem intellectum* (vel, *cogitationem*, Er. P. Be. Pi. &c. intellige rebellem, sive eam quæ veram Christi doctrinam negat & impugnat [*]: vel, *mentem*, Ca. i. e. omne ingenium humanum, quantumcunque excellens & scientiâ instructum [f]. Exempla sunt Dionys. Areopagita, Aristides, Justinus, &c [g].) *in obedientiam Christi*, Mo. vel, *ad obediendum Christo*, Er. P. Be. Pi. ut se Christo humiliter submittant per fidem [h]; vel, nè quid extra doctrinam Christi sapiant [i]. Intelligendum hoc non de effectu, (neque enim in omnibus res succedit,) sed de argumentis sufficientibus ad effectum totum producendum. Sic *dari* dicitur etiam quod non accipitur. Sic Joh. 6. 33. Act. 5. 31 [k]. [Sensus, q. d.] Tantâ virtute loquimur & docemus, ut hominum animi rei veritate victi cogerentur ità cogitare, *Vera dicit, & quæ refelli nequeant* [l]. Αἰχμαλωτίζεσθαι dicitur, qui ità capitur ut reluctari nequeat. Nota processum ministerii Paulini, 1. demolitur adversa Christo; 2. capit; 3. in obedientiam Christi traducit: quidam demoliuntur tantum; alii capere volunt priusquàm vicerint hostem; alii non urgent victum, nec capiunt. Confer Jer. 1. 10 [m].

6. *Et*, &c. Καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι, &c.] *Et in parato habentes* (vel, *in promptu habemus*, Er. Il. Ti. vel, *paratum habendo*, Be. Pi.) *ulcisci* (vel, *vindictam*, Er. Il. Ti. sic P. *quo ulciscamur*, sive *vindicemus*, Be. Pi.) *omnem inobedientiam*, Mo. &c. vel, *contumaciam*, Dic. sic P. nempe, Pseudo-apostolorum [n], mihi detrahentium [o]. Sed obstat quòd Paulus adversùs nos agit, non ut subditos, sed ut adversarios, &c. Potiùs de sceleratis qui apud Corinthios erant hîc agit, &c [p]. Dixerat arma sua potentia esse ad debellandos quosvis Ethnicos, hîc eadem ostendit potentia esse ad ulciscendum quosvis fideles inobedientes & hæreticos [q]. Hæc est illa Virga, de qua modò dicebamus, quali usus Paulus in Elymam, in reum incesti, in Hymenæum, in Philetum [r]. Pœnæ autem illæ erant temporales †. Non placet, quia potestas illa extraordinaria fuit, & temporaria. Hæc vindicta fundatur in Christi verbo, Matth. 16. 19. & 18. 18 [t]. Gladius hic non est corporeus, sed spiritualis [v]; nempe censuræ Ecclesiasticæ [x], quarum præcipua est excommunicandi potestas quâ contumaces puniendi sunt [y]. ¶ *Cùm* (vel, *Postquam*, P. Be. Pi.) *impleta fuerit vestra obedientia*] i. e. Postquam adhibueritis alia mitiora remedia, vobis eum in finem à me præscripta [z]. [Sensus, q. d.] Tunc eâ potestate utar cùm vos plenè ad obedientiam redactos videro [a]; cùm mihi perspectum erit, quinam meis ac Divinis præceptis obtemperent, quinam reluctentur [b]; cùm plerique vestrûm ad obedientiam Evangelii revocati fueritis, cùm separaveritis eos à vobis, &c [c]. Nolo enim vos, de quibus bene spero, eâdem pœnâ involvere [d]: postquam vos, quibus, tanquam infirmis, adhuc consulo & parco, rem omnem intellexeritis, & illorum, quos modò æstimatis & magnificitis, pœnâ non turbemini, &c [*]. *Si vos quod vestri est officii feceritis*. Neque enim duris remediis locus est ubi tota Ecclesia in morbo cubat. *Necessaria est venia ubi totus deseruit*

ruit exercitus, ait Seneca. Videtur respici historia, Num. 16. 26[f]. Quicquid sceleris inebriat multitudinem, amittit examinis severitatem, & Divinæ disciplinæ severam misericordiam postulat. Nam consilia separationis (h. e. excommunicationis) & inania sunt & perniciosa, videlicet, ob periculum schismatis & manifestæ rebellionis[g]. Cùm ergò multi adhuc apud Corinthios essent magnis peccatis obnoxii, non facilè poterant excommunicari[h]. Statuebat prudenter censuras exercere[i]. Prudenter cavet, nè quos alienet nimiâ asperitate: quia enim minatus fuerat pœnam rebellibus, nè videatur eos lacessere, testatur aliud sibi munus injunctum esse erga eos, nempe, ut tantummodò reddat Christo obsequentes; hic enim Evangelii finis est, Rom. 1. 5. & 16. 26. Priùs studet placidè obedientiam impetrare quàm prosiliat ad pœnam rebellionis[k]. Possit tamen hic locus sic accipi, q. d. Quum vos separaveritis à vobis sceleratos, sicut præcepi 1 Cor. 5. tunc ego vindicabo, meâ autoritate vestrum factum approbans & confirmans: sicut è diverso dixit 2 Cor. 2. 10. *Cùm aliquid donatis, & ego*[l].

7. *Quæ*, &c. Τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε] Perinde est sive annunciativè legas, sive interrogativè, nisi quòd hoc acriorem reddit objurgationem: & βλέπετε est vel, *videte*, vel, *videtis*[m]. [Hinc variant:] *Quæ ob oculos* (vel, *in conspectu*, P. V. sic Er.) *sunt* (h. e. res externas quæ in oculos incurrunt, quales Pseudo-apostoli jactabant[n]; quæ foris videntur, & ostentationem potiùs habent quàm efficaciam[o]; quæ apud homines valent: id enim πρόσωπον, ut vidimus suprà 5. 12. Gal. 2. 6. Opponit πρόσωπον, i. e. *apparentiam* veritati, ut Marc. 12. 14. Joan. 7. 24. & 8. 15[p].) *aspicitis?* Be. Pi. vel, *videtis?* sive, *cernitis?* Er. Val. V. *Adeòne illa tantùm—respicitis?* G. Itáne verò in æstimandis hominibus externam illam speciem & larvam intuemini[q]? Vel, *aspicitis*, P. Objurgat eos quòd homines (vel, doctores eorum[r],) non ex animi bonis æstimarent, sed ex opibus, cultu & fastu†, ut vulgus principem strepitu & satellitio æstimat[t]. Vel, *videte*, Vulg. i. e. attendite, expendite[v]: q. d. Moneo vos, ut saltem ea quæ sunt conspicua, & omnibus nota, consideretis; ex iis, quod facile vobis erit, de me & æmulis meis judicate: secundùm faciem, ut aiunt, humilis sum, &c[x]. vel, q. d. Ite nunc, & secundùm faciem judicate, habentes me contemptibilem, &c[y]. Egregios vos æstimatores, si in æstimandis hominibus externam solùm larvam intuemini[z]. Faxo nihilominus ut omnes intelligatis me, qualis qualis exteriùs videor, non minorem esse quàm sunt alii Christi ministri[a]. ¶ *Siquis*, &c. Εἴ τις πέποιθεν ἑαυτῷ Χριστοῦ εἶναι] *Si quis confidit sibiipsi* (vel, *apud se*, P. Ar. vel, *de seipso*, Tre. ex Sy. E. Me. sub. *se*, Be. Pi. subauditur ex superiore ἑαυτῷ[b].) *Christi esse*, Mo. Be. &c. vel fidelem[c]; vel potiùs Christi ministrum[d]; vel se à Christo diligi*. ¶ *Hoc cogitet iterum* (vel, *vicissim*, P. Be. Pi. etiam atque etiam perpendat[f]:) *apud se*] Vel, *ex sese*, P. B. Pi. Er. Il. Ti. i. e. ultrò[g], me non monente[h]; vel, q. d. non exspectans nostram increpationem[i]: vel, ex iis quæ in se videt indiciis vocationis ad Ministerium Christi, quæ ipsa in me reperiet‖. Al. Si genuinus discipulus est, tum veras discipuli notas cognitas habebit, easque non minùs in nobis quàm in semetipso deprehendet†. ¶ *Ità & nos*] Scil. ministri sumus Christi[k], nec iis inferiores[l]. Apparet id omnibus, inquit, ex vita mea, & ex miraculis adeò eximiis & frequentibus[m].

8. *Nam etsi amplius aliquid* (sive quàm soleam, sive præ illis qui mihi detrahunt, sive præ eo quod est quomodocunque esse ministrum Christi[n]:) *gloriatus fuero* (Si quid plus de me dixero quàm alii possent dicere. In αὐτολογίᾳ mira semper Pauli gravitas cum modestia conjuncta[o].) *de potestate nostra*] Scil. Apostolica, quâ non tantùm prædicare Evangelium, sed etiam corripere & punire delinquentes possum[p]. Patres *jus* aliquod habent in liberos: Paulus autem sub Deo & Christo *pater* Ecclesiæ Corinthiorum, 1. 4. 15. hoc illi alii de se dicere non poterant[q]. ¶ *Dominus*] Christus ipse, non homo, Gal. 1. 1[r]. ¶ *In ædificationem*, &c.] i.e. ut prosim, non ut lædam†. Ut homines ædificem spiritualiter, id est, ad salutem promoveam; non ut destruam, i. e. à salute aut profectu salutis impediam[r]. Hoc addit, nè potestatis commemoratio [præcedens] molesta esset[v]. Disce hinc, Ecclesiasticam potestatem nihil posse adversùs bonos mores, imò nec adversùs meliora bona, qualia sunt consilia Christi[x], & gladium excommunicationis sobriè magnâque circumspectione exercendum esse, non levibus de causis, &c[y]. Jus parentum bono liberûm, non malo, introductum est. Jeremias mandata habebat *dirnendi* & *destruendi*, 1. 10. Paulus *ædificandi*[z]. Obj. Quomodo non *ad destructionem*, quum mœchum tradat Satanæ, & Corinthios terreat minis? Resp. 1. Hoc de fidelibus intelligendum; 2. quòd quidam perduntur, id fit per accidens, & ipsorum culpâ; 3. pœna illa mœchi fuit ad sanitatem, tùm reliqui corporis, tum spiritûs ipsius, 1 Cor. 5. 5[a]. ¶ *Non erubescam*] Vel, *pudefiam*, P. Pi. &c. tanquam mendax[b], aut arrogans, quia jure id facere possum[c]: *Non deprehendar vanus*, ut suprà 7. 14[d]. esset enim justa gloriandi materia*.

9. *Ut*, &c. Ἵνα μὴ δόξω ὡς ἂν ἐκφοβεῖν, &c.] His verbis explicat quod jam dixit, se non iri pudefactum in sua gloriatione. Alii tamen restringunt ad membrum illud posterius, *ad destructionem*[f]. *Nè videar ceu perterrefacere vos per epistolas*, Er. P. Be. Pi. &c. Est præcisa oratio: q. d. Quod ego idcirco dico, nè hæc quæ jacto putetis inania esse verborum terriculamenta[g]. Vel sic, Memini potestatis meæ, sed ad ædificationem datæ, &c. idque nè videar vos velle perterrefacere; vel sic, Possem gloriari de potestate mea, non faciam tamen, nè videar, &c[h]. Correctio est, & aposiopesis quædam, q. d. Sed reprimo me, nè videar (quod objiciunt quidam) vos territare, &c[i]. Non addam plura ea de re, nè quis inania esse putet terriculamenta. Res docebit[k]. Particula δὲ additum est in Complut. & 2. aliis cod. & Vulg[l]. *Ut autem non existimer tanquam terrere vos*, &c. Vulg. Hic sensus commodior est, q. d. Nè autem videar terrere vos velle epistolis, quasi præsens nihil audeam. Sequitur parenthesis[m], v. 10. orationem autem quam suspensam hìc relinquit, absolvit v. 11*.

10. *Epistolæ*, (scil. quas ad vos scribit, ô Corinthii†. Enallage numeri est, nam de una tantùm epistola loquitur, quam ad illos scripserat[n].) *inquiunt*, (obtrectatores mei[o]: vel, *ait*, G. sic V. Pi. sub. *aliquis*, V. vel, *ille* quem denoto, & nominare nolo: *Quisquis is est*; *nam nomen adhuc utcunque tacebo*[p]. Veteres nostri Codices habent φησί, quia mox sequitur ὁ τοιοῦτος· sed Vulg. & Sy. legunt φασί, quod rectius[q]. Sensus prorsus idem. Hìc enim mimeticè calumniantium verba refert[r].) *graves sunt & fortes*] h. e. duræ & acres, severæ & minaces†, magnam potestatem & authoritatem ostendunt[t]: βαρεῖαι, i. e. pondus habent sententiarum; ἰσχυραί, i. e. pressæ argumentis[v]. ¶ *Præsentia—infirma*] i. e. vilis, abjecta, contemptibilis. Nam testibus Nicephoro l. 2. 37. & Luciano in Philopatro, Paulus *corpore erat parvo, contracto, incurvo*[x], *tricubitali*[y]. Vultus & gestus nihil habet magnificum. Nam, ut diximus suprà 3. 12. παρρησία Syris etiam ad actiones refertur[z]. Cùm præsens est, humiliter, demissè ac timidè se gerit, tanquam nullius sit authoritatis[a]. Nihil præ se fert majestatis & authoritatis[b]. ¶ *Sermo*, &c. Ὁ λόγος ἐξουθενημένος] *Sermo* (nempe Pauli; nam articulus certum sermonem notat[c]: sub. *est*, Be. Pi.) *nihili*, P. Be. Pi. *contemptus*, Er. Il. Ti. *contemptibilis*, Vulg. Tre. i. e. vel, 1. rudis & inelegans[d]: non erant verba ejus inflata rore Achaio, ut est in Catalectis*. Vel potiùs, 2. dejectus, humilis, & per hoc contemptus, utpote in quo nulla loquentis severitas apparet; non referens eam autoritatem, quâ tonant & fulminant epistolæ ejus[g]. Non hoc dicebant quoad nitorem & elegantiam sermonis (hâc enim parte sermo ejus non differebat ab Epistolis,) sed quoad authoritatem, & potestatis significationem[h].

11. *Hoc cogitet qui*, &c. Ὁ τοιοῦτος] *Qui istiusmodi est*, P. Be. Pi. Quisquis est qui talia dicit[i]: *ille quem mens intelligit*, ut Ovidius in Ibin loquitur[k]. ¶ *Quales sumus*, &c.] Nempe potestatem nostram ac severitatem ostendentes, non solùm sermone, sed & opere, scilicet cùm opus est[l]. Cogitet nos semper similes esse nobis ipsis[m]. Non curat sibi eloquentiam vindicare, sed dicit se *præsentem rebus impleturum quæ per epistolas minatur in eos qui se non corrigunt*[n].

12. *Non enim audemus inserere*, &c.] Ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι ἑαυτούς τισι, &c.] Ironicè carpit eorum jactantiam.

Marginal notes (left column): f G. — g Aug. in E. — h E. — i Dic. — k Calv. — l E. — m E. sim. Er. Be. — n Vor. — o Er. V. — p Be. — q Be. Scl. — r Cal. — † Er. ex Th. sim. Zeg. — t Cal. — v T. — x E. — y Me. — z T. — a T. sim. Me. — b G. — c E. — d E Me. Scl. — * G. — f E. — g Scl. — h G. sic Be. Scl. — i V — ‖ Scl. — † Cal. — k E. — l Me. — m G. — n E. — o G. — p E. Me. — q G. — r E. Me — † Er. — r E. Me. sim. I.

Marginal notes (right column): v Dic. ex E. — x E. ex Caj. — y E. — z G. — a Scl. — b E. — c Me. ex E. — d G. — * Scl. — f Vor. — g Ee. — h E. ex Græcis. — i Scl. — k G. — l Be. — m E. — * E. ad v. 10. — † Me. — n E. — o Me. T. — p G. — q Be. — r Vor. — † Me. T. — t E. — v G. — x T. Me. — y Chrys. in T. — z G. — a E. — b Scl. — c Be. — d Me. T. — * G. — g Scl. — h E. — i G. — k G. — l E. — m Me. — n G.

tiam°. Arrogantiæ crimen à se antè depulsum in adversarios retorquet p. *Inserere* (id est, annumerare q. Ἐγκρῖναι, ait Budæus, est ἐντάττειν, ἐγκαταλέγειν, i. e. *deligere*, vel, *admittere in ordinem aliquem*. Sic in Aristide, *Deos peregrinos cum aliis ἐνέκριναν, admittebant*; & in Demosthene, εἰς γερουσίαν ἐγκρίνεσθαι, *in Senatum cooptari*. Sic Plat. de leg. 12. *alios*, inquit, ἀποκρίναντες, *repudiantes*, *alios autem* ἐγκρίνοντες, *deligentes*. Hinc Hesych. ἔγκριτος, ἐκλελεγμένος, *delectus*: ità & h. l. ἐγκρῖναι ἑαυτὸν, est *suffragium dare sibiipsi*, se illustrem virum præ se ferre r. Al. *adjungere*, Be. Pi. *metiri*, Ar. *cogitare*, Tre. *æstimare*, Sy. *comparare*, Ca.) *aut conferre* (vel, *conjungere*, Be. Pi. *comparare*, Tre. ut pares †;) *nos ipsos quibusdam seipsos commendantibus*, Mo. sic P. Ti. &c. passim apud omnes t, & supra veritatem v. Obj. At hoc facit Paulus. Resp. Non ultrò facit, sed coactus; nec suam quærens laudem, sed Dei, nec mentiens esse se quod non est x. *Nolo*, inquit, *me illis eruditis & disertis aut addere aut comparare*. Non quæro ex isto mustaceo laurelam: illi se jactent in ista aula. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες, καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς, οὐ συνιοῦσιν] Longè aliter quàm cæteri hæc accepit Photius. Putat enim Paulum hæc de semet dicere, ut συνιοῦσιν interpretetur tanquam participium de auditoribus. Sed verior est aliorum interpretatio, *Non vident illi quàm ipsi non publicis, sed quas ipsi fecere, mensuris se metiantur*, id est, sibi sint Suffeni; *deinde quomodo ipsi inter se laudes dent mutuas*, i. e. mutuum muli scabant. *Illud* ἑαυτοὺς modò de *singulis* dicitur, ut Rom. 11. 25. & 12. 16. infrà 13. 5. modò de *pluribus inter se*, ut 1 Cor. 6. 7 y. [Locum sic reddunt.] *Sed ipsi in seipsis seipsos metientes*, (vel, *cùm metiantur*, J. Cap. i. e. cùm sese non cum aliis præstantioribus metiantur, sed cum sui similibus z:) *& comparantes* (vel, *comparent*, J. Cap.) *seipsos sibiipsis*, (id est, seipsos ex suis phantasiis æstimant, atque adeo sibiipsis blandiuntur a; q. d. cùm ex suo ipsius animo se metiuntur, & sibi magni sunt b:) *non* (vel, *nihil*, J. Cap. Cal.) *intelligunt*, Er. V. sic Mo. J. Cap. vel, *non sibi sapiunt*, Calv. ut conjunctim legatur ἑαυτοῖς οὐ συνιοῦσιν. Sed repugnant cod. Græci, in quibus nusquam additur distinctio post ἑαυτοῖς. Deinde hi maximè sibi sapiebant *. [Rectè quidem si *sibi* accipias pro *suo judicio*; non item, si, ut Calv. indubiè accepit, pro *suo bono*.] Vel, *imprudentes sunt*, V. Hæc verba, οὐ συνιοῦσιν, absolutè accipienda sunt, q. d. Dum isti seipsos ità fascinant, stultè agunt c, & ridiculi fiunt suâ ineptitudine, & pro gloria quam præposterè affectant, dedecus reportant d; non intelligunt quàm procul absunt ab eo gradu, in quo se collocabant, veluti si luscus sese cum cæcis comparat *: se cum aliis non comparentes, sed magnitudinem suam ex propria eâque stulta ipsorum opinione æstimantes, inepti fiunt & absurdi f. Quintil. l. 1. 3. *Necesse est sibi nimium tribuat qui se nemini comparat* g. [Alii verba sic disponunt & reddunt,] *Sed non intelligunt*, (vel, *non animadvertunt*, i. e. non sentiunt nec percipiunt. Est enim συνιᾶσιν à συνιῶ, pro συνιοῦσιν à συνίημι, ut Matth. 13. 13. quod tamen in uno MS. invenimus h.) *quòd ipsi sese seipsis metiuntur, & sese sibiipsis comparant*, P. Pi. sic Be. Sensus est, q. d. Non ausim ego homuncio cum istis gigantibus me conferre. Sed mirum est sapientes istos ità desipere, ut non intelligant quàm absurdè faciant. Nam si quis sese velit metiri, is aliquâ mensurâ indiget, putà ulnâ, cubito, &c. Hi verò se non aliquâ mensurâ, non rebus suis gestis, sed seipsis, falsâque de se persuasione metiuntur; acsi pumilio jactet se gigantem esse, nullam rationem adferens nisi quòd ità sibi persuaserit. Illud, ἐν ἑαυτοῖς, rationem habet instrumenti. Vulgatus, ut & Photius, hæc omnia ad Paulum refert. *Sed ipsi in nobis*, i. e. in nostra conscientia i, *nosmetipsos metientes*, id est, nostromet pede, nostris dotibus ac gratiis reverà à Deo acceptis k, rebúsque à me gestis l; *& comparantes nosmetipsos nobis*, i. e. dicta nostra cum factis, vel priora nostra tum dicta tum facta cum posterioribus, non autem cum auditoribus, quibus videlicet non constituimus, ut isti, inservire m. Ut juxta nostram lectionem perfecta sit oratio, participia verbis interpretanda sunt, hoc sensu, *Sed metimur nos eâ mensurâ quæ nobis convenit, & ad eam nosmet comparamus*: h. e. ut ea tantùm de nobis dicimus quæ factis nostris & veritati respondent n, nec nos, ut illi, majores facimus quàm sumus o. Verùm ἡμεῖς δὲ, quod sequitur, satis ostendit Relativum, αὐτοὶ, ad Pauli adversarios pertinere. Ambrosius quidem prætermisit, ut illud οὐ συνιοῦσιν, quod tamen legunt Sy. & Ar. & Græci cod. excepto Claromontano; ità & hoc ἡμεῖς δὲ, contra omnium nostrorum Codicum, & Græcorum interpretum, fidem p.

13. *Nos autem non*, &c. Οὐχὶ εἰς τὰ ἄμετρα καυχησόμεθα] *Non in immensum* (vel, *in immensurata*, Mo. vel, *immodicè*, Ca. *supra modum*, G. E. Me. לבלי חק: ex contrario illos notat q. Vel, *ultra mensuram*, Tre. ex Sy. Ham. ultra terminum ac metas laboris nostri in Evangelio r, quas scil. nobis designavit Deus †: vel, *de iis quæ mensuræ* nostræ *non sunt*, P. Il. Be. Pi. i. e. quæ Deus nobis non admensus est t: vel, de alienis laboribus, ut declaratur v. 15 v.) *gloriabimur*, Er. Ti. vel, *nos jactabimus*, Vor. ut Pseudo-apostoli mendaciter jactitabant, se ad fines usque orbis Evangelium propagâsse, juxta Psal. 19 x. [aut saltem] sibi tribuebant aliena, v. 15, 16 y. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου ἐφικέσθαι ἄχρι καὶ ὑμῶν] *Sed secundùm mensuram* (vel, *dimensionem*, P. vel, *modum*, Be. Pi.) *regulæ*, (vel, *regularem*, Il. Vor. quæ scil. quasi ad regulam nobis definita est z: vel, *nobis ad regulam admensum*, Be. Pi. Κανὼν est *funis per quem agrimensores cuique possessori partes terrarum assignant*. Ità Aq. vertit קו, Job. 38. 5. quod alii σχοινίον & σπαρτίον. Sic Apostoli alii alias instituerunt Ecclesias, plurimas Paulus, Pauli obtrectatores nullas a. *Canones mensurarii* dicebantur quibus præscriptum est quid quisque debeat dare vel accipere b. Μέτρον & κανὼν sæpe pro eodem sumuntur, scil. pro ipso instrumento mensorio; hîc necessariò distinguuntur, ut μέτρον sit modus vel quantitas rei admensæ, κανὼν illud ipsum quod alicui admensum est c. Intelligit autem territorium illud quod Deus ipsi Evangelio excolendum tradiderat, quódque ipse obeundo munus suum actu jam excoluit d. Referendum hoc, vel, 1. ad dona & mensuram gratiæ Paulo & Pseudo-apostolis datam *; vel potiùs, 2. ad loca prædicationis f. Sensus, q. d. Ego me verâ mensurâ & regulâ metior, donorum scil. mihi datorum à Deo, nec ultra fines provinciarum me extendo in quibus jussit me Dominus Evangelizare g; non jactamus, ut illi, quæ non habemus aut fecimus h, sive ultra modum ac terminos laboris nostri i, vel nos nescio quot regiones obiisse Evangelizando, quas non obivimus, &c k.) *quam partitus est Deus nobis, mensuram pertigisse usque & vos*, Mo. vel, *quâ partitus est nobis Deus mensuram*, (vel, *mensurâ*, Ti.) *pertingendi etiam usque ad vos*, Er. Ti. vel, *ejus mensuræ quam dispertitus est nobis Deus pertingendi*, &c. Il. vel, *quâ partitus est nobis Deus mensurâ*, &c. q. d. eâ quoque mensurâ, quatenus ad vos usque gloriemur, nos scilicet imperium Christi propagâsse l. Erasmus, Græca scholia secutus, μέτρου accepit pro διὰ τοῦ μέτρου, & ἐφικέσθαι, pro τοῦ ἐφικέσθαι, quòd utrumque durum est m. Vel, id est, *ejus quam distribuit nobis Deus mensuræ*, (sub. *gloriabimur*, Be. Pi. quod ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum n:) *nos pervenisse ad vos etiam usque*, Be. Pi. i. e. Evangelizâsse à Judæa per interjacentes omnes provincias Corinthum usque o. Ἐφικέσθαι accipio pro, ὥστε ἐφικέσθαι, *ut perveniremus*, ut Sy. vertit. Sy. & Ar. legerunt ὃ, vel ὃν, *quem modum*, aut, *quam admensionem nobis partitus est Deus*, neque μέτρου, neque μέτρῳ repetentes, quæ scriptura planissima est. Dicit, οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου, quomodo Terentius. *Restitue me in quem accepisti locum*. Estque in verbis illis explicatio ejus quod μέτρον κανόνος vocârat, nempe μέτρον τοῦ μερισθέντος μέτρου, id est, *mensuræ admensæ modum*. Illud καὶ, *etiam*, valde emphaticum est p, ut intelligamus non esse mediocre hucusque pertingere q. [Al. sic] *Sed* gloriabimur *nos ad vos etiam usque pervenisse, secundum mensuram canonis mensurarii quam nobis dispertitus est Deus*, J. Cap. Videtur [pro μέτρου] Paulus scripsisse μέτρον, & ità legisse Syrus & Arabs. In MS. illo quem multùm sequor, hoc caput, & præcedentis & sequentis quædam desunt. *Ejus, inquam, funiculi cujus mensuram Deus nobis attribuit*. Inter Apostolicos qui dicuntur Canonas est & ille, Ἐπίσκοπον μὴ τολμᾶν ἔξω τῶν ἑαυτοῦ ὅρων χειροτονίας ποιεῖσθαι. Termini autem primi facti sunt occupando. Ex hac æquitate nemo debuerat Corinthi recipi in Ministerium Eccle-

o Scl. ex E. sim. Me. p E. q E. Me. T. r Ham. † Scl. t E. v Me. x Scl. y G. z Scl. sim. Calv. a Vor. b V. * Be. c Vor. d Calv. * Scl. f Cal. g J. Cap. h Be. i Idem. k T. sim. Me l Me. m Be. n E.

o Me. p Be. q G. r E. sim. Ham. † Ham. t Be. v Scl. ex Be. x E. y Be. z Vor. a G. b J. Cap. c Be. Scl. d Scl. * Q. in Scl. f Scl. sim. Be. g Me. h T. i E. k Scl. l Er. m Be. n Be. o Me. sim. T. E. p Be. q Er.

Ecclesiasticum, nisi Paulo adprobante aut eo cui Paulus id mandâsset. Ἐφικέσθαι ἄχρι ὑμῶν, *ità ut illa mensura mei Apostolatûs ad vos usque pertingeret* [r].

14. *Non,* &c. Οὐ γὰρ ὡς μὴ ἐφικνούμενοι εἰς ὑμᾶς ὑπερεκτείνομεν ἑαυτούς] *Non enim ut si* (vel, *quasi*, Be.) *non pervenissemus usque ad vos*, (i. e. quasi ad vos usque non porrigeretur spatium quod est mihi admensus Dominus †:) *extendimus nos ipsos ultra quàm deceat*, Pi. sic Be. vel, *supra modum*, Er. P. V. &c. progrediendo ultra fines nostros, & in alienos irrumpendo [t]: Non ultra quàm par aut verum est nobis arrogamus [v]. Immoratur in metaphora mensuræ & regulæ [x]. Al. Metaphora est ab athletis aut cursoribus [y]. *Non extendimus nos ipsos* (i.e. κατὰ μετωνυμίαν, possessionem; hoc verò est, inspectionem nostram:) *in ea loca in quæ non pervenimus*, i.e. in quæ juris nihil habemus. Nil facimus contra Legem, Deut. 19. 14 [z]. ¶ *Usque ad vos enim pervenimus*; sic Er. P. Mo. Be. Ca. &c. Ἐφθάσαμεν] *Pertigimus*, Tre. Vox est agonistica, de qua vide ad Rom. 9. 31. Dicitur de cursore qui primus metam attingit, & hîc significat Paulum Evangelizâsse Corinthiis, antequam quisquam alius eò accesserit [a]. Ἐφθάσαμεν idem quod ἐπιγνῶμεν. Sic Mat. 12.28. Luc. 11.20. Rom. 9. 31. Phil. 3.16. 1 Thess. 2.16. Sic Dan. 4.11, 20. ἐφθασεν ἕως τοῦ οὐρανοῦ, &, ἔφθασεν εἰς τὰ κέρατον, נגע [b]. ¶ *In Evangelio*] Scil. propagando [c]: vel, *In Evangelio*, pro *per Evangelium*, more Hebraico [d].

15. *Non,* &c. Οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχώμενοι ἐν, &c.] *Non supra modum* (vel, *de iis quæ mensuræ* nostræ *non sunt*, Be. Pi.) *gloriantes in* (vel, *super*, Er. vel, id est, *de*, Be. Pi.) *alienis laboribus*, Ca. Mo. &c. Ut illi faciebant obtrectatores Pauli,—*aliena ad pabula fuci* [*]. ¶ *Spem*, &c. Ἐλπίδα δὲ ἔχοντες, ἐν ὑμῖν μεγαλυνθῆναι κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν εἰς περισσείαν] Causam declarat cur nondum alias regiones peragrâsset ultra Corinthum, infirmitatem scilicet fidei Corinthiorum [f]. Illud ἐν ὑμῖν, referendum est, vel, 1. ad αὐξανομένης [g], ut apparet ex opposito membro. Mutua enim est convenientia inter Corinthios in fide crescentes in sese, & Paulum suâ veluti jurisdictione auctum [h]: ità subjectum fidei recipiens denotat [i]. Vel, 2. ad μεγαλυνθῆναι [k], & tum efficientem adjuvantem notat; q. d. vestrâ operâ magnificabimur [l]. Ponitur autem μεγαλυνθῆναι, pro μεγαλυνθήσεσθαι [m]. [Hinc variant:] *Sed sperantes, augescente fide vestrâ*, nos *per vos amplificatum iri in assignata nostra mensura admodum*, P. vel, *quòd crescente fide vestrâ, per vos majorem laudem consequamur juxta regulam nostram*, i. e. meo labore [n]. *Spem habentes ut augescente—per vos multò magìs increscamus in funiculo*, i. e. in possessione nostra. Quia Corinthii erant magni navigatores & mercatores, sperabat per eos aliquam famam Evangelii ad oras exteras perventuram, quæ ipsi Paulo aditum ad prædicandum daret; ut olim factum erat Antiochiæ, ut per mercatorem Frumentium postea factum apud Indos. Ideo sequitur, εἰς τὰ ὑπερέκεινα, &c [o]. Speramus futurum, ut crescente per nostrum ministerium fide vestrâ, magnificemur in vobis, h.e. majorem de vobis laudem acquiramus, ut etiam ampliùs gloriemur; & quidem secundùm regulam nostram, id est, mensuram ac terminos laboris nostri: vel, *secundùm regulam nostram*, scil. extensam & ampliatam [p], ut ulteriùs extendatur *mensura nostra*, i. e. regiones nobis attributæ ad prædicandum, & terminos Evangelii ampliùs proferam [q]; ut scilicet vicini vestri, videntes vestram fidem, sanctitatem, &c. provocati vestro exemplo avidè me exspectent, & Evangelium excipiant [r]. Al. *Sed sperantes* (sub. *fore ut*, Be. Pi. sim. Er. Ti. Zeg.) *augescente* (vel, *subolescente*, Er. Ti. quod nescio unde desumptum †. [Forsan legendum *sobolescente*]) *fide vestrâ in vobis, amplificemur in attributa nobis mensura* (κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν [t], ut mox ἐν τῷ κανόνι ἡμῶν, i. e. ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ κανόνι. Et κανὼν hîc non est regula, sed illud ipsum spatium quod ad regulam admensum est, per Metalepsin usitatam, quâ Polluci l. 3. κανὼν dicitur ipsum saltûs spatium, quâ & hæreditas Hebræis dicitur *sors* & *funis*; quasi Deus terrarum orbem inter Apostolos diviserit excolendum [v]. Κανὼν Architectis est ἰχνογραφία. Designat h. l. districtum ipsi tributum & veluti aream cui Ecclesiam inædificaret. Apostolis tamen *omnium Ecclesiarum* cura incumbebat, cap. seq. 28. quod ad jus attinet & potestatem, quamvis οἰκονομικῶς inter se operas

partirentur, ut Evangelii propagandi ratio postulabat [x].) *ulteriùs*, Pi. vel, *ad redundantiam usque*, Be. Quod videtur explicare verbis seq. per τὰ ὑπερέκεινα, &c [y].

16. *Etiam*, &c. Εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν εὐαγγελίσασθαι] *In ulteriora vestrî evangelizare*, Mo. *Ut* (vel, Id est, *ut*, Be. Pi.) *in iis*, (sub. *regionibus*, P. Er. Be. Pi. &c.) *quæ ultra vos sunt, evangelizem*, P. sic Be. Pi. Er. &c. regulâ meâ, Deo volente, longiùs extensâ [z]. Videtur Syrus legisse, εἰς τὸ ὑπερέκεινα, &c. *ut in locis ultra vos positis Evangelium annunciare possim*, nimirum aditu per vos præparato. Videtur innuere Græcas civitates ad Pontum Euxinum positas [a]. ¶ *Non*, &c. Οὐκ ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι εἰς τὰ ἕτοιμα καυχήσασθαι] *Non in aliena* (vel, *alteri attributa*, Be. Pi.) *regula*, (id est, vel in alterius jurisdictione, vel de alienis laboribus in sua jurisdictione [b]; vel, *norma*, Ca. vel, *mensura*, Il. Be. Pi. vel, *per alienam regulam*, Er. Ti. V. vel, *de aliena ratione*, seu *præscriptione*, Camer. Respicit morem in stadiis, ubi κανὼν erat *linea*, quâ cursus terminabatur: unicuique autem cursori trames suus assignatus est, qui, si in alterius tramitem deflexit, dicebatur ὑπερεκτείνεσθαι, i. e. lineam suam transilire [c]:) *in parata* (vel, *de iis quæ sunt in promptu*, Ca. vel, *ut de* (vel, *in*, Tre. ex Sy.) *his quæ parata sunt*, Er. Ti. V. sic Be. Pi. i. e. in iis quæ jam ab aliis occupata sunt [d], & per Evangelii prædicationem præparata [*], ad ferendum fructum [f].) *gloriari*, Mo. vel, *gloriando*, Ca. vel, *gloriemur*, Er. Be. Tre. &c. *Non ut in alteri assignata mensura*, id est, *in præparatis, gloriemur*, P. *Non autem sibi placere jactantem se in alienis terminis*, quod facile est. εἰς τὰ ἕτοιμα, id est, ἑτοίμως· sicut modò εἰς τὰ ἄμετρα fuit pro ἀμέτρως [g]. Taxat obliquè Pseudo-apostolos, qui, cum in alienam messem manus suas intulissent, gloriabantur de ea tanquam sua [h].

17. *Qui autem gloriatur*, (sive ego, sive alius quispiam [i]: vel, *Qui sibi in aliquo placere vult*, G.) *in Domino* (i. e. in Christo, & in iis tantùm quæ à Christo accepit [l]; non autem in falsis aut alienis bonis tanquam propriis, ut Pseudo-apostoli; neque in malis, quæ à Deo non sunt [m]:) *glorietur*] i. e. Totum quod cedit ad gloriam suam referat in Deum [n], & ab eo se accepisse agnoscat [o]; Deo etiam judicium, quid laboribus suis præstiterit, committat; & dum alii pendent ab opinione hominum, alii à persuasione propria [p], ejus gloriæ studiosus sit quæ Deum habeat approbatorem [q]: sic verè laude dignus erit [r]. Vel, in eo placeat sibi quod Christum novit & ei servit. Sic & 1 Cor. 1. 31. Simile Jer. 9. 24 †.

18. *Non enim qui seipsum commendat* (ex sua opinione [t]. *Commendare* hîc est *laudare*, ut interpretatur Syrus; quia qui commendare aliquem volunt, solent eum laudare [v].) *ille probatus est*] δόκιμος, id est, idoneus ad vitam æternam. Similitudo à nummis probis sumpta [x]. Multi enim commendant se, vel, 1. à bonis non suis, sed falsis aut alienis, ut Pseudo-apostoli: vel, 2. à suis tanquam non aliunde acceptis, ut Judæi & Pelagiani. ¶ *Sed quem Deus commendat*] Id est, commendabilem, ex iis quæ verè per eum operatur, ostendit [y]: nam Deus est causa totius boni operis per homines facti [z].

CAP. XI.

1. Utinam, &c. Ὄφελον ἀνείχεσθε [Be. Pi. &c. legunt ἀνείχεσθέ] μου μικρὸν τι τῇ ἀφροσύνῃ] Sic lego ex Vulgati & 2 Codicum autoritate [a]. Alii cod. legunt, μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ. [Ità legit Camer. qui notat ellipticum esse pro ἔν τι τῇ ἀφροσύνῃ.] Sed prius melius. Est autem trajectio, pro, μικρὸν τι τῆς ἀφροσύνης μου [b]. [Verba sic redduntur.] *Utinam toleraretis* (vel, *ferretis*, Ca. sic Be. *ferre possitis*, G. *sustineretis*, vel potiùs *sustinuissetis* [c]:) *paulisper* (vel, *paululum*, G. *paululum aliquid*, Ca. sim. Zeg. Vulg. vel, *aliquanto tempore*, Zeg.) *insipientiam meam*, P. G. vel, *stultitiæ meæ*, Ca. vel, *me in insipientia* mea, Er. Ti. V. Be. vel, *me quod ad desipientiam attinet*, Pi. Pronomen μου non pendet ab ἀφροσύνης, sed ab ἀνείχεσθε, ut liquet ex sequenti correctione, ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθέ μου. Ergò ad ἀφροσύνης subaudiendum est ἕνεκα [d]. Insipientiam vocat extortam αὐτολογίαν [*], gloriationem sive prædicationem laudum suarum [f], per Meton. efficientis [g],

quia ex ea profluit[h], estque opus hominis insipientis & vani[i], nisi gravis causa subsit[k]; [vel] ideo quod speciem habeat insipientiæ apud eos qui rem non penitus inspiciunt cum suis circumstantiis. Ὄφελον אחלי, 2 Reg. 5. 3. Psal. 119. 5. Alibi ponitur pro Hebræo מי יתן, quod & ipsum est Optantis, ut *unde* Latinis[l]. ¶ *Sed &*, &c. Ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθέ μου] Ἀνέχεσθε est vel modi Imperativi[m], vel Indicativi[o]; sensu neutro quicquam erroris habente[p]. [Hinc variant:] *Sed &* (vel, *Et vero*, P. *Imò &*, Er. Ti. *Imò etiam*, Be. Pi. *Sed profectò*, vel, *Sed quæso*, Camer. *Attamen quæso*, G.) *supportate me*, Mo. Vulg. vel, *ferte*, sive *tolerate*, Camer. Pi. G. Ca. sim. Be. E. Est modi precativi[q]. Ut ferant eum petit[r]. Vel, *fertis*, Camer. *toleratis*, P. sim. Er. Ti. V. Corrigit quod dixerat†: q.d. Facitis quod opto: persuasum habeo vos me ità diligere, ut facilè me toleretis[t].

2. *Æmulor*, &c. Ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς Θεοῦ ζήλῳ] *Ambio* (vel, *Zelotypus sum*, Er. Ti. V. vel, *Affectu*, Be.) *enim vos*, (vel, *erga vos*, Er. Ti. *de vobis*, Ca.) *Dei zelotypiâ*, P. vel, *ardore*, Be. vel, *zelo*, Er. Ti. V. i. e. propter (vel ad, vel secundùm[v],) Deum[x], ac Dominum, i. e. Christum sponsum; non pro meipso[y], pro meis commodis & gloria[z]. Solicitè vos custodio sicut mariti qui uxores suas ardenter amant; idque facio propter Deum[a]. *Zelum* appellat ingentem suum amorem, quo velut ambit apud eos primus esse, nec rivalem fert[b]. Ostendit hic & in seq. necessitatem gloriationis suæ, ob zelotypiam sanctam in causa Christi[c], & ut tueretur authoritatem suam, &c[d]. ¶ *Despondi*, &c. Ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ, παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι, τῷ Χριστῷ] *Despondi* (vel, *adjunxi*, Er. Ti. V. *Adaptavi*, Er. sic E. ex Aug. *Desponsavi*: Alludit enim ad locum Ose. 2. 19. *Desponsabo te mihi*; & Christus passim in V. T. dicitur *Sponsus Ecclesiæ**. Ἡρμοσάμην rectè verti *despondi*, sive *desponsavi*, suadet tum, 1. sententia; hic enim agitur de Christi & Ecclesiæ conjugio; tum, 2. natura verbi ἁρμόζεσθαι, quod sic usurpatur[f], apud LXX, Prov. 19. 14[g]. & Herod. in Terpsich[h]. [Verba vide in Be.] & Plutarch[i]. Sic Lexic. vetus, ἁρμόζομαι, *spondeo*[k]. Sic Julio Polluci Onomast. l. 3. idem valent ἐγγυᾶ, *despondeo*, & ἁρμόζει, & utrumque socero tribuitur[l]. Al. *Paravi*, G. Amb. in Er. Zeg. Sic Prov. 19. 14. παρὰ δὲ Κυρίου ἁρμόζεται γυνὴ ἀνδρὶ, ubi Græci in Hebræo legere, מכלת, pro משכלת. Chaldæus autem videtur legisse משכרת, vertit enim מתמדרה, *Paravi*, i. e. ornavi vos omnibus modis. Sic & Esth. 5. 27. כלה Hebræis *sponsa* ab ornatu[m]. Hoc malim, quia hic usus verbi congruit cum officio illorum magistratuum qui apud Lacedæmones dicebantur ἁρμοσταὶ, vel ἁρμόσυνοι: sic autem dicti sunt, tum Præsides ad Provincias regendas missi, testibus Ulp. Phavor. Hesych. διὰ τὸ ἁρμόζειν, &c. *quòd mores provincialium adaptarent moribus Lacedæmoniorum*; tum præfecti ἐπὶ τῆς εὐκοσμίας τῶν γυναικῶν, *fœminis educandis atque instituendis*, quasi censores morum inter illas. Sensus ergò est, q. d. Ego sum ἁρμόσυνος vester cœtui vestro præfectus, ut vos Christo aptem, &c[n].) *enim vos* (per fidem & baptismum[o], tanquam procus[p], vel pronubus & paranymphus[q];) *uni viro virginem castam sistere*, (vel, *exhibere*, Vulg. vel, *ut traderem*: παραστῆσαι est hic *in manus tradere quomodo pacta viro traditur*. Vide Gen. 29. 21. Hoc est quod *collocare in matrimonium* dicunt Latini[r]. Vel, *ut virginem castam exhiberetis*, Er. Ti. *ut virginem castam exhibeam*, V. Hoc malim quàm *exhiberetis*. Persistit enim Paulus in translatione, & finem sui consilii explicat, nempe, ut cùm eos prædicatione Evangelii purificâsset, quasi virginem Christo tandem sisteret†.) *Christo*, Mo. Vulg. i. e. Ut vos illi exhibeam, tradam, assignem*; suo tempore[t], die judicii; virgines[v], castas & incorruptas[x]; h.e. integros fide, spe & charitate, nuptiali thalamo gloriæ Christi[y]. Persequitur cœptam similitudinem, & explicat mysticum sensum Cantici Salomonis, & Legis illius in Levit. cap. 21. ver. 14. *Virgines* sunt *incorruptæ*: Talis esse debet Ecclesia, & qui ad eam pertinent, Apoc. c. 14. v. 4. Vide quæ diximus ad Luc. 1. 27[z]. *Una hic sponsa* vocatur Ecclesia particularis, talis autem maximè est Ecclesia universalis, ad quam propriè pertinent promissa dotalia[a]. Est & hic Trajectio: nam ἑνὶ ἀνδρὶ, & τῷ Χριστῷ loco dissita sunt, re cohærent[b]; [hoc modo,] *Paravi vos sistere puram virginem uni viro, Christo*, Ham. vel, *Christo scilicet*, E. Al. *Aptavi* (vel, *Præparavi*, P.) *enim vos*, quos *uni viro*, *ut virginem puram*, *sistam* (vel. *pro virgine pura sisterem*, P.) nempe *Christo*, Be. Pi. P. Alludit ad legalem typum Pontificis Maximi, qui virginem ducere debuit, Levit. 21. 14. ἑνὶ ἀνδρὶ rectiùs conjungitur cum παραστῆσαι quàm cum ἡρμοσάμην, & *Christi* nomen in epexegesi ponitur, cujus simile exemplum est Mat. 19. 17. Ante παραστῆσαι subaudiendum ὥστε, & ὑμᾶς repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ[c].

3. *Metuo*] A Pseudo-apostolis, quasi stupratoribus virginitatis vestræ[d]. ¶ *Nè sicut serpens* (vel, *serpens ille*, sive *draco*, G. per quem Satanas intelligitur*, dictus Hebræis נחש הקדמני[f], cujus instrumentum erat serpens, teste Maim[g]. [cujus verba exhibet Di.] Vide Apoc. 12. 3, 9. & pluribus locis aliis[h].) *Hevam* (Quidni Adamum dicat[i]? Vide 1 Tim. 2. 14[k].) *seduxit*, &c.] Vide Gen. 3. 1. &c[l]. ¶ *Ità*, &c. οὕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς τὸν Χριστόν] *Ità corrumpantur*, (vel, *corruptæ*, P. Be. Pi.) *mentes*, (vel, *cogitationes*, Be. Zeg. G. *sensa*, vel, *judicia*, Me. *sensus*, Er.) *vestræ* (sub. *degenerent*, P. Be. Pi. vel, *deflectant*, Ca. vel, *avertantur*, G. sim. E. Est & hic contracta locutio[m], ac obscura, uno verbo [φθαρῇ] pro duobus posito; ut, *Quem vendidistis in Ægyptum*, Gen. 45. 4. i. e. qui à vobis venditus ductus est in Ægyptum[n].) *à simplicitate illa* (vel, *quæ*, Er. P. Ca. G. &c. sub. *est*, vel *erat*, Er. P. Tre. Be. Pi. &c. vel, *esse debet*, Ca. vel, sub. *fertur*, vel, *respicit*, G. vel, *pertinet*, Camer.) *in Christum*, Mo. vel, *in Christo*, P. Be. Pi. vel, *ad Christum*, Camer. *erga Christum*, Er. Il. Ti. Tre. V. vel, *in fide Christi*, Ar. vel, *in Christianis*, Ca. id est, à simplici, pura, & incorrupta fide quam habetis in Christum[o], à Christianos decente sinceritate, seu doctrinæ, seu morum[p]. Hoc fit ubi Philosophicis doctrinis adulteratur sermo Evangelii. Vide suprà 4. 2[q]. Hoc fecerunt, partim humanam introducendo sapientiam, partim Legem Mosis miscendo cum Evangelio[r]. Sensus, q. d. Nè paulatim à simplici doctrina deflectendo, tandem à Christo deficerent†.

4. *Si*, &c. Εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος, &c.] *Siquidem enim veniens* (vel, *veniens quispiam*; ut articulus indefinitè sumatur[t], de quocunque Pseudo-apostolo[v]: vel, ut Vulg. *is qui venit*, ut certum quempiam designet, ut suprà 10. 10. aut unum aliquem ex multis, exempli causâ, proponat[x]. *venit*, sponte scil. non missus[y]: Non placet; nam & Christus ὁ ἐρχόμενος vocatur[z]. *Ille qui* ex Judæa ad vos *venit*, & à Christo se institutum dicit, 1 Cor. 1. 12[a]. Si is qui post me supervenit, & accedit ad vos tanquam novus magister salutis[b]: *Quòd si quis ad vos veniens*, J. Cap.) *alium Jesum*, &c. Mo. &c. vel, *Christum*, Vulg. *Alium*, h. e. excellentiorem[c]; doctrinam perfectiorem[d]: *Jesum*, i. e. doctrinam de Jesu*. Ἰησοῦν hic intellige appellativè *servatorem*. Si servatorem vobis certiorem annunciare potuit quàm nos annunciavimus[f]. ¶ *Aut alium Spiritum*, &c.] i. e. Spiritûs dona[g]: q. d. Aut si is vobis potiora dona Spiritûs conferre potuit[h], quàm nos per manuum impositionem vobis contulimus[i]. ¶ *Aut Evangelium*, &c.] Aliud & præstabilius, h. e. meliora promissa complectens[k]. Si doctrinam adferre potuit nostrâ cœlestiorem[l]. ¶ *Rectè*, &c. Καλῶς ἠνείχεσθε] *Rectè* (vel, *Meritò*, G. sub. *eum*, P. G. Be. Pi.) *toleraveritis*, P. Be. Pi. Subauditur ἂν; nisi malis, *toleraretis* [ut Il.] ut nulla sit ellipsis[m]. Vel, *ferretis*, Ca. G. nempe, in eo quòd me longe infra se ponit[n]: vel, *sustinuissetis*, Er. V. scil. illos Pseudo-apostolos[o]. *tolerâssetis*, Er. in Be. Quod non convenit, cùm non præcesserit ἐκήρυξεν, aut ἐκήρυξεν, sed κηρύσσει, & λαμβάνετε[p]. *Pulchrè acquiesceretis*, Tre. ex Sy. *Congrua sanè esset ejus rei tolerantia*, Ar. Vos illum *pulchrè toleraretis*, J. Cap. Kn. Ità accipiendum colligo ex v. 19. 20[q]. Dictum Ironicè†, ut illud Marc. 7. 9. καλῶς ἀθετεῖτε, *pulchrè*, sive *bellè rejicitis*, &c‖. Rectè ferretis talem magistrum, ejúsque authoritatem, utpote tradentis meliora[r]. Ex hypothesi loquitur, & ità conciliandum hoc cum Gal. 1. 8. Utitur hic deductione ad absurdum† & impossibile, quòd Corinthii nullo modo concesserint, nec ipsi Pseudo-apostoli dicebant se alium Christum, alium spiritum, aliud Evangelium, prædicare, sicut revera non erat aliud. Idcirco, inquit, non potestis ad excusationem vestrî quicquam tale prætendere[t]. Est ergo ellipsis, q. d. Si ità esset,

[Margin notes, col. 1:] h Pi. · i E. sim. Me. Scl. · k Me. sim. E. · l G. · m Ca. Sch. ex Be. · o Sch. ex Er. & Luth. · p Sch. · q G. · r Ca. · † V. · t Græci in E. · v E. · x T. · y E. · z Me. sim. Er. · a G. · b Er. · c Dic. · d E. · * Cam. · f Ca. · g Cam. · h Be. · i Ca. · k D. · l Ham. · m G. · n Ham. · o G. Me. · p Scl. · q E. Be. · r G. · † Be. · * E. sic Me. · t T. · v Me. sim. E. · x E. · y Me. sim. E. T. · z G. · a E. · b G.

[Margin notes, col. 2:] c Be. · d Me. · * G. sic Di. · f G. · g Di. · h G. · i E. · k G. E. · l G. · m G. sim. Ca. · n Ca. · o E. · p T. ex Chrys. · q G. · r E. · † Scl. · t Be. · v Be. sic Me. · x Be. · y Plerique in E. · z E. · a G. · b E. · c Idem. · d Me. sim. Be. E. · * Vor. sim. Glas. rhet. p. 45. · f G. · g Be. · h G. sim. Be. E. Me. Zeg. · i G. · k E. · l G. · m Be. · n G. · o Er. V. · p Be. · q J. Cap. · ‖ Kn. sic J. Cap. · r E. · † Be. E. · t E.

esset, rectè & jure eos admitteretis, nobis contemptis. Nunc cùm neque novum quid adferant, neque præstantius quàm nos, non ità fieri debet[v]. Sed malim hæc σχηματικῶς dici, ut causam ostendat cur eorum adulterationi metuat, nempe, ex levitate illâ quam semper ostendebant in recipiendis Pseudo-apostolis, &c[x].

5. *Existimo*, &c. Λογίζομαι γὰρ μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων] *Puto* (vel, *Persuasum habeo*; vel, *Rationibus subductis concludo*: id enim λογίζομαι, Rom. 3. 28. Cæterùm quod hîc dicit, id repetit infrà 12. 11[y].) *enim*, (sub. *me*, J. Cap. sic P. Be. &c.) *nihil* (vel, *nulla in re*, J. Cap.) *inferiorem* (vel, *posteriorem fuisse*, vel *esse*) *summis* (vel, *excellentibus*, sive *eximiis*, Er. Ti. Val. V. vel, *supra modum excellentibus*, Er. vel, *super valde*, Mo. vel, *illis plus quàm summis*; ad verb. *illis super nimis*, Pi. Est hîc duplex nota magnitudinis, ὑπὲρ & λίαν, sicut λίαν ἐκ περισσοῦ, Marc. 6. 51. & Adverbium præposito articulo simul pro Adjectivo. Hebræi dicerent המתגדלים מתר מאד[z]; vel, *præcipuis*, G. vel, *ullo præstantissimorum quorumque*, J. Cap.) *Apostolis*, Be. Er. &c. vel, *Apostolorum*, G. J. Cap. &c. Intelligit hîc vel, 1. veros & summos Apostolos[a], quales Petrus, Jacobus, Johannes, Gal. 2. 9[b]. Qui tres in maximis rebus Christo aderant. Vide Matth. 17. 1. & 26. 27. Luc. 8. 51*. Eadem propè verba infrà 12. 11. Dicit hoc præcipuè adversùs eos qui Petri se sectatores profitebantur[c]. Vel, 2. ironicè Pseudo-apostolos[d], sic se supra omnia efferentes*, q. d. qui plusquam nimis videntur esse Apostoli. Ironia quâ perstringit vanam tum illorum de seipsis, tum Corinthiorum de illis, persuasionem[f]. Responsio hæc est ad eos qui fortè dicebant, se missos à præcipuis Apostolis, & doctrinam ab illis acceptam, eámque nostrâ meliorem, vobis tradere[g]. [q. d.] At nunc aliter se res habet: neque ego in prædicatione (aut in iis quæ in muneris mei functione gessi[h];) habeo cur cedam, non dicam illis, [Pseudo-apostolis,] sed nec ipsis Apostolis, &c[i].

6. *Nam*, &c. Εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης, &c.] *Quòd si* (vel, *Quamvis*, Er. vel, *Cæterùm licèt*, Er. Ti. Non est fatentis, sed concedentis & donantis[k]; sub. *sum*, P. Be. &c. vel, *sim*, Er. Ti. vel, *cui videor*, J. Cap.) *rudis* (vel, *imperitus*, Er. vel, *idiota*, Val. J. Cap. i. e. similis idiotæ[l];) *sermone*, sive *locutione*, Be. Pi. P. i. e. quoad elegantiam sermonis[m]. Redit ad id quod sibi objectum suprà dicit. Vide Act. 4. 13[n]. Ἰδιῶται propriè dicuntur privati, id est, plebeii, qui ferè sunt rerum, ac præcipuè oratoriæ facultatis imperiti. Noluit Paulus rhetoricæ pigmentis uti, erat tamen in eo mascula & germana facundia, & in verborum simplicitate emicuit δεινότης quædam, & quasi majestas inter dicendum, ad animos auditorum percellendos potentissima[o]; qualem nec in Demosthene, Platone, &c. comperisse me fateor, sive homines perterrefacere, sive commonefacere, sive adhortari, constituit[p]. Confer 1 Cor. 2. 4. Dilucidiùs apparet Spiritûs S. efficacia in verborum rusticitate, quàm in nitoris larva[q]. Λόγος hîc est dicendi facultas, ut 1 Cor. 2. 1. & 4. 20. & alibi sæpe, cum quo dono cohæret γνῶσις, id est, ipsa doctrinæ substantia[r]. Fatendum est, & ex Epistolis ipsius clarum est, non adfuisse Paulo sermonis nitorem, eloquentiam, perspicuitatem †, verbosam illam, seu fastuosam eloquentiam[t]. Erat autem ei divina facundia, quâ magno affectu de magnis rebus loquebatur, &c. alioqui eum Lystrii Mercurium haudquaquam vocâssent, Act. 14[v]. ¶ *Non scientiâ*] Scil. rerum divinarum[x], & ad vestram salutem spectantium[y], quæ Apostolum decet, &c[z]. Non cognitione Legis & mysteriorum in Lege latentium[a]. ¶ *In*, &c. Ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς] *Sed in omni* (in omni re[b]: vel, *omnino*, P. Be. Pi. G. vel, *ubique*, Er. Ti.) *manifestati*, (vel, *manifesti facti* sumus, P. Be. Pi.) *in omnibus* (i. e. inter omnes[c]: vel, *apud quosvis*, J. Cap.) *in* (vel, *apud*, P. Be. &c. *inter*, J. Cap.) *vos*, Mo. &c. Apparet quales simus erga vos[d]. Plenè perspecti sumus vobis, nec alio teste egemus*. Fucum nulla in re fecimus. *In omnibus & omnino apertè vobiscum agimus*. Obliquè notat adversarios[f], qui simulatione sanctitatis ipsis imponebant[g], & per hypocrisin sua vitia tegebant. Ego nihil dissimulanter egi[h]. Nôstis per experientiam[i], me imperitum esse sermone, non item scientiâ[k]. Palàm fecit Deus quàm non simus idiotæ[l].

[Margin: v Plerique in Scl. sim. Calv. — x Scl. in Analysi. — y J. Cap. — z G. — a Vor. Scl. E. Me. T. ex Chrys. &c. — b E. Me. T. G. Er. Zeg. — * Sch. — c G. — d Scl. sim. Be Q. in E. — * Scl. — f Pi. — g E. — h Be. — i G. — k Er. — l G. — m Er. ex Hi. — n G. — o Be. Scl. — p Be. — q Scl. — r Be. — † E. ex Hi. — t T. — v E. — x E. Me. T. — y E. — z T. sim. E. — a G. — b V. sic J. Cap. — c V. — d Idem. — * T. — f G. — g Er. — h E. — i E. sim. Me. — k E. — l J Cap.]

7. *Aut*, &c. Ἢ ἁμαρτίαν ἐποίησα, ἐμαυτὸν ταπεινῶν ἵνα ὑμεῖς ὑψωθῆτε; ὅτι δωρεὰν, &c.] *Num*, (vel, *Num illud*, Er. Ti.) *peccavi quam* (vel, *quòd*, Er. Ti.) *me demitterem* (vel, *humiliarim*, Er. Ti. *submitterem*, Be. gerens me tanquam nullius essem authoritatis; loquitur enim de humilitate præsentiæ suæ, quam ipsi objiciebant æmuli[m]: vel, ità vili vivens quasi servus essem[n]; jure meo cedens[o], gratis prædicans[p], ut mox explicat[q]; vile scenofactoriæ opificium exercens[r]:) *ut vos attolleremini?* (scil. apud Deum †, vel spiritualibus divitiis[t]: ut ad altiorem perfectionem eveheremini, discentes exemplo meo, gratis proximo deservire[v]: vel, ut vos per fidem dona Spiritûs consequeremini[x]: vel, ut vobis hoc laudis accederet, quòd pluris quàm reliquas gentes vos fecerim, gratis & per egestatem vobis serviens & prædicans[y]: vel, *ut vos efferremini*, P.) *nam* (ὅτι enim hîc accipio non αἰτιολογικῶς; quia sic dicendum esset, καὶ δωρεὰν εὐαγγελιζόμενος, quia præcessit ταπεινῶν; sed ἀποδεικτικῶς, vel potiùs ἐξηγητικῶς. Declarat enim his verbis quomodo se demiserit[z]. Vel, *quòd*, Er. Ti. Be. vel, *quódque*, P.) *gratuitò* (i. e. sine vestro sumptu[a], Act. 18. 3. 1 Cor. 9. 4, &c[b]. labore meo victum quærens[c].) — *evangelizavi vobis*, Pi. Sine interrogatione legendum, ut verba sint commemorantis merita sua erga Corinthios[d]; vel, *vobis?* Er. P. Be. E. *Num peccavi*, &c? i. e. Num id mihi vitio vertitur, aut quasi crimen objicitur*?

8. *Alias Ecclesias* (etsi vobis pauperiores[f], quæ proinde spoliari ac denudari viderentur[g]. Designat præcipuè Ecclesias Macedoniæ[h]. Intelligit solos Philippenses, Phil. 4. 15. Nam à Thessalonicensibus noluit quidquam accipere, 1 Thes. 2. 9. & 2 Thes. 3. 8, 9[i].) *expoliavi*, Ἐσύλησα] Id est, ὡς ἐσύλησα, *accepi ab illis*[k]. *Deprædatus sum*, Er. Metaphora à militia: voces enim militares sunt *spoliare*, *stipendium*[l]. Nulla autem hîc est significatio injuriæ[m]. Gravis metaphora, id est, plus quàm par est accepi[n]. Qu. Cur non potiùs commemorat laborem suum manuarium? Resp. Quia Pseudo-apostoli id ei exprobrabant tanquam non habenti potestatem accipiendi stipendia. Hoc ergò exemplo ostendit stipendia sibi deberi, &c[o]. ¶ *Accipiens*, &c. Λαβὼν ὀψώνιον πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν] *Accipiens* (sub. *ab eis*, P. Be. Pi.) *stipendium* (ὀψώνιον vocat sumptus sive impensas[p]; vel modicum aliquid quod militi datur[q]:) *ad ministerium vestrum*, Mo. Pi. vel, *vestri*, Pi. vel, *ad hoc ut vobis inservirem*, P. sim. Er. Be. Pi. scil. in prædicando Evangelio[r]; vel, dum vobis Evangelium ministrarem †; vel, *ad sustentandos pauperes vestros*: id enim διακονία suprà 6. 3. & 8. 4. & 9. 1, 12, 13. Corinthi aut initio pauci erant divites in Ecclesia, aut præparci[t]. Sensus, Vobis inservivi sumptu alieno, non vestro[v].

9. *Et*, &c. Καὶ παρὼν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ὑστερηθεὶς, οὐ κατενάρκησα οὐδενός] *Et quum apud vos essem & egerem*, (vel, *& destitutus*, vel, *cùmque deesset*, Er. q. d. quamvis egerem[x]. Καὶ hîc epitasin habet[y]. Ex vestris collationibus non satis reperiens unde pauperes vestri alerentur[z].) *non obtorpui* (vel, *elangui*, E.) *cum cujusquam incommodo*, P. Be. Pi. Vor. i. e. non idcirco segnior ad prædicandum fui[a]. Reprehendit eos qui nisi largam mercedem accipiunt, frigidè & ignavè officium faciunt[b]. Eleganter scriptum κατενάρκησα οὐδενὸς, pro ἐνάρκησα κατ' οὐδενός[c] vel, *non segnis fui adversùs quenquam*, Non cum damno ullius stupore segnitiei occupatus fui[d]; vel, *non tamen læsit ullum meus torpor*; vel, *non tamen enervatus sum*, in faciendo præconio Evangelico*; vel, *non onerosus fui* (vel, *obtorpui*, Mo.) *cuiquam*, Er. Il. Ti. sim. Tre. ex Sy. Ar. Vulg. scil. vestrûm, i. e. nihil accepi à vobis. *Onus* hoc vocat, vel quia carnales homines ità esse judicant, vel ut significet jus ac debitum: q. d. Hoc jus meum à nemine exegi[f]; vel, *neminem tamen exuxi*, Ca. *non extorsi divitias vestras*, Æth. Habemus hoc verbum, & quidem addito personæ Genitivo, bis infrà 12, 13, 15[g]. Est autem desumptum ex Cilicum idiomate[h], & Cilicibus peculiare[i]; quàm verum hoc sit nescio, cùm à Theoc. Synes. & Plat. usurpetur[k]. Videtur autem de iis dici *qui cùm sint ignavi & torpidi aliis ob id sint oneri*. In Jobi Græco, 33. 19. ἐνάρκησε, *obtorpuit*. In Glossario καταναρκῶ, *obtorpeo*[l]. Verbum dictum est ab otio & torpore[m]. Qui otio torpent, premunt & imminent aliis, unde petunt assiduè[n]. Compositum est à ναρκᾶν *torpere*, unde &

[Margin: m E. — n G. — o Be. — p Vor. sic Me. — q Be. sim. — r Vor. Me. — t T. sim. — † E. — t Me. — v T. — x G. — y Me. — z Pi. — a G. sim. Pi. E. — b G. — c Pi. sim. Me. — d Me. — * Me. sic T. — f T. Me. — g E. Me. — h E. — i Cap. ad v. 9. — k G. — l E. sim. Er. — m E. — n Scl. — o E. ex Caj. — p D. ex He. — q G. — r Zeg. — † Me. — t G. — v Er. — x E. sim. Er. — y Er. — z G. — a Q. in E. sim. Be. Just. — b Vor. — c Be. sic Camer. — d Sch. — * Camer. — f E. — g G. — h Hi. in G. — i Hi. in. Be. — k Be. — l G. — m Er. — n Er in Te.]

& νάρκη, *torpedo*, piscis, & præpos. κατ', quod sæpe in malum accipitur, ut in καταστηνιάω, & καταφθείρω, præsertim cùm hîc genit. casui jungatur [o]. Piscis νάρκη, *torpedo*, eos qui ipsam tangunt, torpidos reddit, inquit Ælian. Qui autem aliquid ab alio petunt, proverbio dicuntur id agere quod facit torpedo, h. e. torpidum reddere. Hinc καταναρκᾶν, quod propriè est *torpidum reddere*, significat & *rogare*, sive *petere*: q. d. *Neminem rogavi*, vel, *sollicitavi. Molestum verbum est & onerosum, Rogo*, ait Seneca [p]. ¶ *Quod*, &c. Τὸ γὰρ ὑστέρημα, &c.] *Quod enim mihi deerat suppleverunt fratres*, &c. P. Be. nempe, socii ministerii nostri, de quibus suprà 9. 3. 8, 16 [q]. vel, Philippenses, Phil. 4. 15, 16 [r]. Cùm manibus mihi victum tenuem pararem, ab illis accepi unde pauperes juvarem †. ¶ *Et*, &c. Καὶ—ἀβαρῆ, &c.] *Et—inonerosum*, (vel, *minimè onerosum*, P. Be. Pi. In Glossario, ἀβαρής, *non gravis* [t].) *vobis meipsum servavi, & servabo*, Mo. &c. Addit futurum, nè præteritam commemorando abstinentiam videatur eos admonere quid in posterum erga se facere debeant [v].

10. *Est veritas Christi in me*] Formula asseverandi [x], vel jurandi [y]. Verum loquor Christo teste, Rom. 9. 1 [z]. vel, Nè censeatur in me esse Christi veritas, nisi affectus sim, &c [a]. Testor Christum me nihil accepturum, &c [b]. ¶ *Hæc gloriatio* (nempe, Evangelii gratis prædicati [c]: vel, *Hoc gaudium meum*, quòd vobis oneri nunquam fuerim †.) *non*, &c. Οὐ φραγήσεται εἰς ἐμέ, &c.] Sic legunt Chrys. Oecum. Vulg. Sy. Ar. & Henric. Stephanus, A. D. 1567. & edit. Lugd. A. D. 1571. At σφραγίσεται legunt Rob. Stephanus, A. D. 1549, 1550, 1551. Plantinus A. D. 1571. & 1574. Videlicet σφραγίζω idem ferè sign. quod φράσσω· nam quod *obsignatur*, id *occluditur*, ut Cant. 4. 12. *scaturigo conclusa, fons obsignatus*, pro eodem sumuntur [d]. Melior tamen lectio, φραγήσεται [*] alioqui dicendum fuerat potiùs (φραγισθήσεται) quàm σφραγίσεται [f]. [Verba sic reddunt,] *Non obstruetur* (vel, *interrumpetur*, Er. vel, *excludetur*, vel, *deficiet*, Camer. vel, *abolebitur*, Tre. ex Sy.) *in me*, (vel, *mihi*, Il. Ar. vel, *contra me*, Er. P. V.) *in regionibus Achaiæ*, Be. Pi. sim. Mo. P. &c. h. e. Non patiar hujus gloriæ cursum mihi intercidi; sed volo eam habere perpetuam apud vos, & per totam Achaiam [g], cujus metropolis est Corinthus [h]. Al. οὐ φραγήσεται, לא יסתם, *non continebitur intra me*; *non tacebitur*. Nam φράττειν στόμα est *os occludere*, Rom. 3. 19. Heb. 11. 33. Et est λιτότης, pro, *longè (ac latè) manabit per omnem Achaiam* [i].

11. *Quare?*] Quæ causa est, inquit, cur id sciri velim [k]? aut cur à vobis nolim quicquam recipere [l]? ¶ *Quia non diligo vos?*] Nam qui aliquem non amant, solent ei benefacta sua exprobrare [m], & dona ejus recusant [n]. ¶ *Deus scit*] Qui corda novit, scit vos à me teneri amari. Est in his verbis, & alibi, vis jurisjurandi [o].

12. *Quod autem facio* (gratis prædicans, &c [p].) *id faciam*] i. e. facturus sum deinceps [q]. Al. Pergam hoc ipsum publicare [r]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν θελόντων ἀφορμὴν] *Ut amputem occasionem* (scil. pecunias emungendi à vobis, quasi me in hoc imitentur †;) *iis qui cupiunt occasionem*, P. sim. Be. Pi. i. e. quibus nihil est optatius; quæ vis est verbi θέλειν [t]. *Ut abscindam prætextum quærentibus eum*, ut se nobis anteponant. De voce ἀφορμῆς vide Rom. 7. 8, 11. Jactabant illi Doctores divites se nihil de arca Ecclesiæ sibi sumere [v]. ¶ *Ut in quo* (vel, *in*, eo de *quo*, P. Be. Pi. Er. &c.) *glorientur*, (scil. se gratis evangelizare [x], & vobis non esse onerosos [y];) *inveniantur sicut* (vel, *quales*, P. Be. Pi. vel, *quemadmodum*, Er.) *& nos*] i. e. fiant nobis pares [z], nec habeant quod præ nobis glorientur [a]; vel, comperiantur in hoc nihilo præstantiores nobis, cùm etiam gratis doceamus, sicut & ipsi [b]. Non placet; quia Pseudo-apostoli, exemplo primorum Apostolorum, potestatem sibi vindicabant vivendi ex Evangelio. Vide infrà v. 20. & 1 Cor. 9 [c]. [Sensus est,] Occasio, quam quærebant Pseudo-apostoli, hæc erat, *Ut inveniantur sicut & nos, in quo* (scilicet, in eo quod est inveniri sicut & nos;) *gloriantur*. Cupiebant enim illi Paulum accipere sumptus, quoniam & ipsi accipiebant, ut jactarent, Paulum, ut eloquentiâ & sapientiâ humanâ se inferiorem, nè hâc quidem parte præcellere, &c [d]. Sic autem verba illa, *in quo gloriantur*, parenthesi claudenda sunt [*]. Al. *Quò sibi, in quo glorientur, suppetat, quemadmodum & nobis*: Illi, inquit, quærunt occasionem gloriandi, ut nos gloriamur. Quòd si non gratis prædicaremus, possunt gloriari idem se facere quod nos. Nunc cùm nos gratis prædicamus, non habent eam occasionem; nec enim gratis docere sustinent, cùm suo serviant abdomini. Εὑρεθῶσι autem positum est ut Heb. נמצא, quod sæpe in passivo est *exstare* & *suppetere*, & in Hiphil est *suppeditare* & *suggerere*. Jam hîc εὑρεθῶσιν ἐν ᾧ καυχῶνται dictum est, pro, εὑρεθῇ αὐτοῖς, ἐν ᾧ καυχῶνται· sicut Phil. 3. 8. ἵνα Χριστὸν κερδήσω, καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ, *ut Christum lucrer, & in eo mihi satis suppetat*. Simile illud Rom. 6. 17. εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον; & illud Matth. 13. 19. *Qui secundùm viam satus est*, h. e. semen accepit [f]. [Al. Sensus est,] Ut saltem meo exemplo reipsâ præstent quod se dicunt facere [g].

13. *Nam*, &c. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι ψευδαπόστολοι, ἐργάται δόλιοι, μετασχηματιζόμενοι, &c.] *Nam* (vel, *Siquidem*, Er.) *istiusmodi Pseudo-apostoli* (i. e. falso titulo Apostoli [h]: sic dicti, tum quia à Christo missi non erant, nec ab Apostolis; tum quia sub umbra nominis Christiani legalia tradebant [i]. Illos præcipuè notat qui, cùm Christum vidissent, dicebant se ab ipso mandata prædicandi accepisse. Sic ψευδοπροφῆται, *qui se Prophetas dicunt, cùm à Deo non sint vocati* [k].) *operarii dolosi sunt*, P. Be. Pi. Er. &c. (i. e. callidi & versipelles [l]; prætextu Evangelii privatum, non Domini, agentes negotium, & vineam, in qua operarii esse videbantur, reverâ dissipantes [m]. *Operantur Evangelio, sed non bonâ fide*. De voce ἐργάται vide Matth. 9. 37, 38. & 20. 10. & 21. 2, 8. Cur malæ fidei? Nihil sumebant de arca Ecclesiæ, sed clàm sumebant plurima ab iis, qui peccatis onerati, neque ab iis se liberantes, sperabant ipsorum precibus se posse servari; quo genere hominum nihil perniciosius, 2 Tim. 3. 6. Vide & Matth. 23. 14 [n]. Al. Locus sic distinguendus, *Nam ejusmodi Doctores sunt Pseudo-apostoli, iidémque sunt operarii dolosi* [o].) *transfigurantes se*, &c. Be. Pi. &c. vel, *transformati*, P. מתחפשים. Vide 1 Sam. 28. 8. Unde intelliges hoc hîc dici [p], illos homines *personam induere Apostolorum Christi* [q]; dicentes se esse Christi Apostolos [r], sed falsò †, cùm ab eorum virtutibus longè absint. Subintelligitur hîc rursum *sunt*, ut suprà v. 6. *fui*. Solent Hebræi, qui præsentis temporis verba non habent, participiis ad eum modum uti [t].

14. *Et non mirum*] Nihil in hac re novi [v], scil. transfigurare se illos, &c [x]. ¶ *Ipse enim Satanas*, (eorum magister [y],) *transfigurat se in Angelum lucis*, φωτὸς] Id est, φωταγωγόν, ut loquitur in Epistola Barnabas [z]; lucidum [a], qui habitat in cœlesti luce: confer Luc. 16. 8 [b]. quum Diaboli sint Angeli tenebrarum [c], 2 Pet. 2. 4. Judæ v. 6 [d]. Angelum bonum & cœlestem sic vocat [*], quia bene lucidi & gloriosi apparere solent [f]: vel, *lucis*, i. e. veritatis & justitiæ [g], quam hominibus à Deo ministrant, sicut Angeli mali errores & peccata suggerunt hominibus [h]. *Lucis* nomine intelligitur cœlestis gloria, & spiritualis ac purissima illa intelligentia cujus participes sunt Angeli beati [i]. Quod [hîc] dicit confessum erat apud eruditos, quales illi Paulo adversantes videri volebant. Porphyrius de Dæmonibus, *Interdum*, inquit, *formas mutant*, &c. [Verba vide in G.] Et idipsum Dæmonum genus vocat ἀπατηλῆς φύσεως, παντόμορφον & πολύτροπον· (*fallax & multiforme*.) Arnobius ait ex Magorum sententia, *antitheos sæpe obrepere pro veris*. Citavimus & Jamblichi loca ad eandem rem facientia, in annotatis ad l. 4. De V. R. Chr [k].

15. *Non—magnum*] i. e. θαυμαστόν, ut modò dixerat. Vide 1 Cor. 9. 11 [l]. Non mirandum, ut res magna [m]. ¶ *Ministri ejus*] Nam certè *Satanæ ministri* sunt qui sui commodi causâ fovent peccata [n]. ¶ *Velut ministri justitiæ*] i. e. probi & integri quibus opponuntur *dolosi* [o]; vel, *justitiæ*, i. e. Evangelii, quæ causa veræ apud Deum justitiæ [p]. Vide Rom. 1. 17. & 3. 22 [q]. Sic vocat Apostolos Christi [r]. ¶ *Quorum finis*, &c.] i. e. merces †, digna erit operibus suis [t], h. e. mors æterna. Nam etsi fallant homines, Deum fallere non poterunt [v]. Quæ nunc clam faciunt aperta fient, & summam illis infamiam parient. Vide 2 Tim. 2. 16. ubi de iisdem agitur hominibus [x]. Vel significat, neminem diu posse fictam personam sustinere, &c [y].

16. *Iterum*

16. *Iterum dico*] i. e. peto. Synecd. generis [z]. Eadem *dico denuo*, Camer. Ut me gloriantem sustineatis [a]. Resumit intermissam sui ipsius commendationem: quæ verò sequuntur parenthesi legenda sunt [b]. Aliquoties repeto quomodo inter vos vixerim [c]. ¶ *Ne quis*, &c. Μή τις δόξῃ, &c.] Μὴ, pro ἵνα μὴ, quia sequitur δόξῃ, verbum Subjunctivi modi [d]. Al. Est sermo prohibentis, non reddentis causam [*]. *Nequis me putet insipientem esse*, Vulg. &c. quòd scil. meipsum laudem: nam justa causa subest [f]. Nequis putet mihi imprudenti excidisse quæ dixi [g]. ¶ *Alioquin*; ità P. Pi. Εἰ δὲ μήγε] *Sin minus*, Be. Pi. *Sin aliter*, Er. Camer. E. Si aliud impetrare non possum [h]: si minùs persuadeo me non esse insipientem [i]: sin verò aliter sentitis, me videlicet non sapere [k]: si non vultis credere hæc omnia prudenter à me dici [l]. ¶ *Velut*, &c. Κἂν ὡς ἄφρονα δέξασθέ με] *Etiam* (vel, *Vel*, Be. Pi. vel, *Et jam*, Er. Ti. vel, *Saltem*, at interim [m]:) *ut insipientem accipite* (vel, *recipite*, Be. Pi. *ferte*, vel *tolerate*, G. Pi. E.) *me*, P. &c. לקח est & δέχεσθ, & ἀνέχειν. Ferte me paulò latiùs loqui de rebus meis, etiamsi vos hoc putaretis esse imprudentiæ. Nam περιαυτολογία omnis speciem habet ἀφροσύνης; non tamen semper est ἀφροσύνη, ut disci potest ex Libro quem de ea re eòque titulo fecit Plutarchus [n]. ¶ *Ut ego modicum*, &c.] q. d. Cùm illos toleretis tam multa de se jactantes, finite & me parum gloriari [o].

17. *Quod loquor* (scil. in hoc genere gloriandi [p];) *non loquor secundùm Dominum*] i. e. Divino more dictum [q]: vel convenienter Legi Divinæ, quæ nec præcipit, nec consulit homini laudare seipsum: vel secundùm Christum, cujus ministros decet omnis humilitas & modestia [r]: q. d. Facturus sum quod Christianæ humilitati non est admodum consentaneum; sed eò invitus descendo, nec laudes meas audeo recensere, nisi priùs veniam impetraverim †. Vel, non ex instinctu Domini, neque ità ut Deo dignum videtur [t]. Quanquam omnia hæc per concessionem dicta sint [v]: non ex mandato aut exemplo Christi [x]; vel, tanquam profectum à Spiritu Domini [y]; si scilicet consideretur in sese [z]; nam Spiritus S. non docet nos gloriari de dotibus nostris [a]. Est tamen *secundùm Deum*; si spectetur ut procedit ex charitate & necessitate, nè vos, me contempto, seductoribus adhærescatis [b]. [Sensus, q. d.] Non hîc jam loquor ex Dei aut Christi mandato, sed pro affectu meo. Vide 1 Cor. 7. 25 [c]. vel, q. d. Liceat mihi Legati mandata à Deo præscribentis personam deponere, ut vos amicos amicè alloquar [d]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ὡς ἐν ἀφροσύνῃ] *Sed ut insipiens*, Be. sic Pi. vel, *per insipientiam*, Er. Ti. Tre. &c. Stulti enim & vani hominis est, se & sua jactare [*]. Nota ὡς· non enim hæc de se prædicatio in se est ἀφροσύνη, sed circumstantias non bene expendentibus speciem ejus rei potest præferre [f]. ¶ *In*, &c. Ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει, &c.] *In fundamento istius gloriationis*, i. e. habitâ eorum ratione, quibus, tanquam fundamento, nititur hæc mea gloriatio [g]. *In hoc argumento*, &c. Er. Ti. vel, *materia*, Ca. *fiducia*, Il. sim. Mo. *Fretus hâc fiduciâ de qua gloriati sumus*; de vestra scilicet erga me benevolentia, quæ fecit ut aliquanto liberiùs quàm prudentiùs vobiscum agam [h]. *In hoc firmamento gaudii mei*, G. Vide suprà 9. 4. & ibi dicta [i].

18. *Gloriantur* (vel, *sibi placent*, G.) *secundùm carnem*] i. e. in rebus carnalibus [k], & externis [l], magis quàm internis [m]; putà nobilitate, divitiis, sapientiâ [n], lege & circumcisione [σ]. Vide suprà 5. 16 [p]. ¶ *Et ego gloriabor*] Non de illis modò, sed & de aliis quæ me verè laudabilem reddunt; non ut illos malè gloriantes imiter, sed ut eorum jactantiam reprimam, & meam apud vos authoritatem defendam [q]. Habeo & ego de quo gaudeam in rebus illis in aspectum cadentibus, si ea tanti habentur [r].

19. *Libenter enim suffertis* (vel, *toleratis*, P. Pi. vel, *ferre soletis*, G.) *insipientes*, (i. e. jactabundos †, Pseudo-apostolos, ineptè & falsò gloriantes [t], & vestro damno [v]:) *cùm*, (vel, *quòd*, Be. Pi.) *sitis ipsi sapientes*] Ut quidem vobis videmini. Est enim Concessio [x]; vel Ironia acerba [y], quâ imprudentiam eorum perstringit [z]. Sensus, q. d. Sustinebitis, spero, & me apud sapientes sapienter & utiliter gloriantem [a]. Sapientis est insipientes ferre [b].

20. *Sustinetis enim* (multò duriora quàm stultitiam gloriationis meæ [c]:) *si quis vos in servitutem redigit*] Legis scilicet [d]; ut erant qui Corinthios victui & diebus Legalibus volebant subjicere [*]: vel, potiùs eos qui imperiosè vobis dominantur ut mancipiis. Pseudo-apostolos notat [f]. ¶ *Devorat*] Subaudi *vos*, ex membro præced [g]. vel bona vestra [h]. Interpretare ex Mat. 23. 14. ¶ *Accipit*] Ità Er. Il. P. Be. &c. clam scilicet, ut modò diximus [i], à vobis [k], sub. *stipendium*, ex v. 8 [l]. vel sumptus vitæ [*]; vel alia quæ extorquebant specie munusculorum [y], munera [z]. Sed nihil magnum erat aut insolens, aut mercedem muneris obiti, aut sponte data, accipere. Reliqua autem omnia graviora sunt, &c [a]. Vobis quidpiam *eripit* [b]. *Rapit*, Ar. *Capere* hîc pro *rapere*, ut in Hosea [c]. *Tollit*, vel *Aufert*; ut λαμβάνειν sumitur, Apoc. 3. 11. & 6. 4. Verùm optimè Dunæus noster, *Quæstum facit de vobis*. Sic Demosth. περὶ τὴν περιεργίας, *Superflua reliqua omnia reputant* πρὸς τὸ λαβεῖν, *præterquam quæstum facere*. Idem Olynth. 1. *Unam eandémque rationem esse debere*, τοῦ λαμβάνειν, καὶ τὸ ποιεῖν τὰ δέοντα, *& quæstum faciendi, & quæ opus sunt exequendi*. Et ibidem pro eodem adhibentur τὸ λαμβάνειν & τὸ καρποῦσθαι, *fructus percipere*. Hinc λῆμμα & λῆψις, *quæstus*, in Aristot. Eth. 4. 1. *Liberalitas est mediocritas* περὶ δόσιν καὶ λῆψιν, *circa largitionem & quæstum*; & in Demost. qui hoc Æschini objecit, quòd esset ὅτι τὸ λῆμμα ῥέπων, *ad quæstum*, iniquum scilicet quo corrumpatur, *pronus*. Idem περὶ πρεσβείας, οὗτος ὅλος ἦν πρὸς τῷ λήμματι, *tam penitus lucro fuit intentus*. Et hic sensus istis Pseudapostolis convenit. Vide cap. 12. 16—18 [*]. ¶ *Si quis extollitur*, Ἐπαίρεται] *Insurgit* in vos, J. Cap. *Attollit*, vel, *Extollit sese*, P. Mo. Er. Be. Pi. &c. sub. *supra vos*, Tre. ex Sy. E. ut vos deprimat [f]: dicendo se esse [Judæos] populum Dei, vos ex Gentilibus peccatores, juxta id quod sequitur [g]. Arrogantiâ intolerabili insolescit [h]; potestatem sibi vendicat in vos. Vide 1 Cor. cap. 9. Sed prius melius. ¶ *In faciem vos cædit*] Sermonis improprietatem exprimit per id quod sequitur [i]. Nam apud Hebræos, & in his Libris, *cædere in os*, est κατ' ἀτιμίαν [k]. Non alapis, sed contumeliis, exprobrando quòd fueritis peccatores, idololatræ, immundi [l]. Hyperbolicè dicitur pro gravi & evidenti injuria [m]: q. d. ludibrio habet. Species pro genere. Nam *faciem verberare* inter maxima ludibria est, 1 Reg. 22. 24. Matth. 5. 39. Luc. 22. 64 [n]. Intellige hîc, *me verò non toleratis*, ut sit Ellipsis oppositi [o]; vel, me ergò bono feratis animo de meipso gloriantem [p].

21. *Secundùm*, &c. Κατὰ ἀτιμίαν λέγω, ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήσαμεν] *Quantum ad* (vel, *Juxta*, Er. Ti. sic Vulg. Mo.) *contumeliam*, (vel, *Tanquam in ignominia*, Tre. ex Sy. *Ad ignominiam* vestram, J. Cap. T. *Per modum contumeliæ & exprobrationis*, Ar. *Contumeliæ respectu*, Be. De conviciis quæ in vos jactant [q]; sub. *hoc*, Ar. sic J. Cap. T.) *loquor*, vel, *dico*, (scilicet eos *in faciem vos cædere* [r]: q. d. Non leviora his patimini ab istis †.) *perinde quasi* (vel, *quasi quòd*, Mo. *veluti quòd*, Be. sic Pi. vel, *nempe quia*, P. *quasi ità sit quòd*, Tre. ex Sy. vel, *quasi*, ὡς ὅτι pro *quasi*, ut suprà 5. 19 [t].) *nos infirmi fuerimus*, Er. Il. Ti. &c. sub. *inter vos*, J. Cap. vel, *quòd in hac re fuimus imbecilles*, i. e. quòd quasi ad hæc imbecilles, non ità vos tractavimus, & tamen paruistis illis libentiùs quàm nobis [v]: q. d. Sustinetis fortes, audaces, minaces, & imperiosos Pseudo-apostolos [x]; me contemnitis tanquam infirmum, pusillanimem, quasi qui imperiosè agere non potuerim [y], tanquam inferiorem, impotentiorem, qui non habeam, sicut illi, quibus glorier & authoritatem mihi comparem [z]: q. d. Potui sanè eodem imperio in vos uti, sed nolui ex humilitate, modestia & charitate erga vos [a]. Exemplum istius contumeliæ profert, sibi quidem illatæ, sed quæ in ipsos redundaret, ut qui ab homine penderent infami iisque destituto quæ authoritatem comparant [b]. Infirmus erat Paulus quoad externum apparatum, non item miraculis & prædicationis efficaciâ [c]. *Ad dedecus* hoc *dico*, id est, contumeliosè loquor, *quasi acciderit ut nos viribus deficeremur*. Posse hæc sic intelligi puto, ut se conjungens cum illis, dicat, pertinere ista ad suam quoque contumeliam; ità, quòd & nostra, inquit, hæc imbecillitas esse videatur [d]. *Indecorè dicam* (Quomodo κατ' ἄνθρωπον, *humanè*, & κατ' ἀτιμίαν, *indecorè*: h.e. Dicam contra quàm me deceret loqui. Dedecet enim me gloriari;

[Marginal references, left column: z Pi. a Me. b E. c G. d Pi. * E. f Me. sim. E. g G. h Me. i Er. E. k Be. l G. m E. n G. o E. sim. Me. p Zeg. sic E. T. q T. r E. † Me. t Vor. v Vor. sim. Scl. Be. x Scl. y Pi. z Pi. sim. T. a Pi. b T. c G. d J. Cap. * Me. f G. g Be. h J. Cap. i G. sic Be. k E. Me. l Me. G. m G. n T. sic Mc. Ec. E. σ E. p G. q E. r G. † G. t E. sim. Me. v T. x G. y Vor sic Me. Pi. Zeg. z Vor. a Me. b E.]

[Marginal references, right column: c Dic. d Aquin. & Caj. in E. * G. f E. Me. g E. h Me. T. i G. k E. Me. Tre. l Be. * Me. y E. z Er. Zeg. a Ga. ad 1 vers. 27. 293. b J. Cap. c D. misc. 2. 75. * Ga. ib. f Me. g E. h Scl. i E. k Cas. l Me. T. m ex Chrys. Vor. n G. o J. Cap. p Zeg. q Me. sim. E. r E. Me. Be. &c. † Er. sim. Pe. t J. Cap. v V. x Me. y Me. sim. T. z E. a Me. T. b Ec. c J. Cap. d Camer.]

gloriari: sed gloriabor, ut insipiens.) *quasi verò nos nequeamus*, scilicet idem de nobis gloriari quod ille de se. Ἠσθενήσαμεν autem Indicativus est pro Conjunctivo, ut sæpe ponitur à Paulo Hebræorum more, quorum lingua Conjunctivo caret *. Sensus est, *Si de ignominiis agitur, nos eas pertulimus maximas.* Κατὰ hîc valet *de*, aut *quod attinet*. Ἀσθενεῖν est *adfligi*, ut ἀσθενεῖς *afflicti*, 1 Cor. 4. 10. ἀσθένεια, *miseria, ærumna*, infrà 30. Rom. 8. 26. 1 Cor. 2.3. ὡς hîc abundat, ut sæpe [f]. ¶ *In*, &c. Ἐν ᾧ δ' ἄν τις τολμᾷ, ἐν ἀφροσύνῃ λέγω, τολμῶ κἀγὼ] *In quo* (vel, *In quocunque*, P. Be. &c. i. e. in quacunque re [g]:) *quis* (vel, *aliquis*, P. Be. E. &c. sub. *illorum*, E. T.) *audet*, (scilicet gloriari [h]; vel, *audet* aliquid [i]; vel, *audaciâ uti velit*, P. Be. Pi. Τολμᾶν hîc valet παρρησιάζεσθαι, *loqui audentius*, ut Phil. 1. 14. Judæ v.9 [k].) *in insipientia* (vel, *ut desipiens*, Be. Pi. &c. Hoc parenthesi includendum est [l]. Ἐν ἀφροσύνῃ hîc rursus valet ὡς ἐν ἀφροσύνῃ. Facilè id intelligitur ex superioribus [m].) *dico*, vel, *loquor, audeo*, &c. Mo. &c. scil. gloriari [n]; utpote nullâ re illis inferior [o], de qua isti gloriantur [p]. Corrigit quod modò dixerat, *quasi nos minùs valuerimus in hac parte*, h. e. in argumento gloriandi. Tantum autem hoc abest, ut illis par sim, imò superior, &c [q]. Τολμᾶν directè opponitur τῷ ἀσθενεῖν [r].

22. *Hebræi sunt?*] Ità P. Be. Pi. Legenda hæc priora membra, [vel] cum interrogatione †; vel assertivè, sive narrativè, quod perinde est [t]. *Hebræi*, i.e. ab Abrahamo orti. Nam *Abraham* dictus עברי quòd venisset ex locis trans Euphratem, ut diximus ad Gen. 11. 1 [v]. Tales erant Pseudo-apostoli [x]; quod non facilè crediderim. Potiùs cùm isti nobilitate suâ superbirent, se nobiliorem illis esse probat, q. d. Num ità nobiles sunt isti, ut audeant se Hebræos, &c. profiteri? Esto; ego tamen par sum illis [y]. ¶ *Et ego*] Sub. *sum*, P. Be. &c. Si jactent se Hebræos esse, sciant me quoque esse [z]. ¶ *Israelitæ*, &c.] Si ob Jacobum sanguinis auctorem magis sibi placent; & ego ex eo sum. Hæc dicta adversùs illos magistros qui ex Judæa venerant [a]. Qu. Quid hîc differunt inter se *Hebræi, Israelitæ*, & *semen Abrahæ?* Resp. 1. Iidem omnino sunt, & amplificandæ tantùm rei gratiâ discreti [b]. Resp. 2. Sic distinguuntur: *Hebræos* dicendo significat gloriationem [c]; vel, 1. ex antiquitate generis, quasi ex *Heber* illo Gen. 11 [d]. vel potiùs, 2. à lingua, quòd linguâ suæ gentis primitivâ, quâ usi sunt Patriarchæ, Prophetæ, imò Deus ipse, adhuc loquerentur; cùm plurimi Judæorum linguam cum regione mutâssent, & Hebraicè loqui primùm desuevissent, deinde & dedidicissent, & plerique Græcè loquerentur. Vide Act. 6. Hanc autem linguam Paulus retinuerat, quamvis Tarsi natus, ut patet ex Act. 22. 1. Addit *Israelitæ*, vel, ne suspicio esset ipsum linguâ tantùm, non etiam Gente, Hebræum esse; vel potiùs, ad significandam nobilitatem generis, quâ negat se illis inferiorem: ea maximè significatur nomine *Israel* in S. S. celeberrimo, & Jacobo divinitus dato. Addit deinde *semen Abrahæ*, quod multò adhuc honorabilius censebatur. Est itaque hîc Auxesis. Etenim gloriosius erat *Israelitam* dici quàm *Hebræum*, & *semen Abrahæ* dici quàm *Israelitam* *.

23. *Ministri Christi sunt?*] Per concessionem hoc dicit [f]: q. d. esto, vocent se Christi ministros [g]; demus esse tales; at non erant, nisi quòd ad Christum quoquo modo prædicandum se ingererent [h]. ¶ *Ut*, &c. Παραφρονῶν, &c.] Pro, ὡς παράφρονῶν [i]. *Desipiens loquor*, P. Be. Pi. i. e. quasi insipiens; q. d. stultè loquor, sed ignoscite stultitiæ meæ [k]. ¶ *Plus*, &c. Ὑπὲρ ἐγὼ] *Plusquàm illi.* Deest αὐτοῖς [l]. *Super* (vel, *Supero*, Pi. *Excello*, P. *Magis*, Ca. *Superior*, Be. *Excellentius*, Er. Il. Ti. sim. Tre. *Ampliùs*, Camer. sub. *sum*, Il. Ti. Sy. &c.) *ego*, Mo. Christi scil. minister; potiùs mihi quàm illis debetur hoc nomen. Quod, tum nè dictum arrogantiùs videretur, tum quia ad institutum commendandi sui ministerii pertinebat, deinceps latè probat [m]. Correctio est, q. d. *Ministri — sunt? sum & ego. Quid autem dixi, & ego? Imò, ut stultorum more loquar gloriosiùs, plus ego* [n]. ¶ *In*, &c. Ἐν κόποις περισσοτέρως] Resumit jam & membratim explicat id quod dixerat, ὑπὲρ ἐγώ. De voce κόπων, vide suprà 6. 5 [o]. *In laboribus* (vel, *fatigationibus*, P. Pi.) *amplius*, Be. Pi. vel, *pluribus*, Er. V. *abundantiùs*, Val. Er. vel, *perabundè*, P. sub. *fui*, Pi. vel, sub. *versatus*, Be. & sic deinceps [p]. Sensus, q. d. In eo quòd graves & multos labores Evangelii causâ sustinui [q], intellige minister Christi declaratus aut probatus sum [r]. ¶ *In*, &c. Ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως] Vide suprà 6. 5 †. *In plagis*, vel *verberibus*, (insolenter mihi illatis [t],) *excessivè*, vel, *eximiè*, Val. Er. V. vel, *plus satis*, P. *supra quàm credi possit*, Er. V. *supra illos*, Be. Pi. ¶ *In carceribus*, &c.] Sæpiùs & diutiùs fui propter Christum quàm illi [v]. Vide suprà 6. 5 [x]. Semel tantùm legitur, nempe Act. 16. Sed multa Paulus fecit & passus est quæ in Actis non leguntur [y]. ¶ *In mortibus*] i. e. in capitalibus malis [z]; in præsentissimis mortis periculis [a]. Vide suprà 1. 9, 10. & 4. 11, 12. & 1 Cor. 15. 30, 31 [b].

24. *A Judæis* (Qui sub Romanis potestatem habebant pœnas infligendi, non quidem capitales, sed corporales, ut flagellationem, &c. Vide Marc. 13. 19 [c]. Judæi Romanorum permissu in Judæa, & quibusdam locis vicinis, jus in suos animadvertendi ad verbera usque habebant [d].) *quinquies*, &c. Πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον] Subauditur πληγάς. Similis breviloquentia, Luc. 12. 47, 48 *. Πεντάκις jungendum cum ἔλαβον, non cum τεσσαράκοντα [f]. *Quinquies accepi quadragenas plagas, unâ minus*, P. Be. Pi. &c. Respicit locum Deut. 25. 3 [g]. Quæ Lex quadraginta plagas infligi ferebat, non jubebat. Sapientes citra eum numerum consisti voluere. Vide præceptum Vetans 199 [h]. & Jubens 105 [i]. In quam Legem sic Moses de Kotsi, Flagellans *unâ manu percutiat quantâ maximâ vi potest undequadragies.* Sic Jo. Antiq. 4. 8. p. 124. *Plagas undequadraginta à scutica accipiens*, &c [k]. Vide Joh. & RS. ad Deut. 25. 3 [l]. Qu. Quæ causa numeri imminuti? Resp. 1. Clementiæ & humanitatis causâ [m]. 2. Quia flagellum constitit ex tribus loris. Plagæ igitur terdecies verberando infligebantur 39. Quòd si iterum verberâsset lictor, fuissent plagæ 42 [n]. 3. Ob cautelam [o], nè fortè in ipso verberandi impetu [p], calore incitati [q], numerum transilirent [r]. Quæ Judæorum cura præpostera erat †, & in Dei Legem injuriosa; neque enim illis licebat numerum Legis mutare [t]. Quid est demere verbo Dei, si hoc non est? Sed [dices] vitare voluerunt periculum transgressionis. Igitur Mose, vel potiùs Deo, sapientiores erant, qui periculum hoc non præviderunt [v]. Verùm hoc non pugnat cum interdicto quod est Deut. 4. 2. Nam *addere ad Legem* est facere quod Lex vetat, *diminuere* est omittere quod Lex jubet: Horum neutrum fit in hac & similibus traditionibus. Sic ante & post Sabbatum addidere horam. Hæc sunt quæ vocant *sepimenta*, φυλακὰς, *Legis*, in odiosis minus, in favorabilibus paulò plus facere quàm Lex imperat *.

25. *Virgis cæsus*] Scil. à Gentilibus [y], ut mos erat Romanorum [z]. At Paulus evadere poterat hanc pœnam, utpote Romanus, &c. Vide Act. 23. At Act. 16. evadere noluit, ut occasio daretur convertendi custodem carceris, &c [a]. ¶ *Lapidatus sum*] Act. 14. 19 [b]. nempe per seditionem multitudinis, ut videre est Joh. 10. 31. Act. 5. 26. & 14. 5. Virgil. in seditionis descriptione, *Jámque faces & saxa volant* —— Idem λιθάζειν hîc & Act. 5. 26. Heb. 11. 37. quod λιθοβολεῖν, Matth. 21. 35, 37. Act. 7. 58, 59. &c. סקל [c]. ¶ *Ter naufragium feci*] Ubi & quando incertum [d]; de his altum silentium apud auctores *. De tribus his Pauli naufragiis unum in Actis narratum habemus [Act. 27.] Alia evenere priusquam Lucas se Paulo conjunxisset [f]. At illud naufragium Act. 27. 18. contigit post hanc scriptam Epistolam [g]; falluntur ergò qui hoc numerant inter hæc tria [h]. ¶ *Nocte*, &c. Νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα] *Noctem ac diem in profundo* (vel, *in mari sine navi*, Tre. ex Sy.) *egi*, Er. Il. P. Ti. Ca. Be. Pi. &c. vel, *mansi*, Ar. Ποιεῖν tempori adjunctum durationem significat, ut Jac. 4. v. 13 [i]. Apoc. 13. 5. Νυχθήμερον vox Græcis frequens, respondens Hebræis duobus ערב ובקר [k]. *Profundum* hîc intelligit, vel, 1. carcerem [l]; vel, 1. *carcerem interiorem*, Act. 16. 24, in quo circa νυχθήμερον egit [m]; vel, 2. carcerem illum teterrimum, quem refert Beda fuisse in Cyzico, urbe Asiæ, qui, quòd altissimus esset, vocabatur *profundum maris*, qua de causa & carcer quidam apud Athenienses *barathrum* appellatus est [n]. Verùm, nec Paulus unquam Cyzici prædicâsse legitur, nec h. l. addi-

* Ca. f G. g E. h E. Me. i T. k G. l Er. m G. n E. Me. o E. T. sim. Be. p Be. q Er. r Be. † G. sim. Vor. f e. ex Græcis. t Vor. v G. x E. y Be. z Pi. a G. b Just. c E. d Caj. in E. * E. f Me. sic F. g Me. h E. i G. k Me. ex E. l G. m E. n Er. o G.

p Pi. sim. q E. r E. Me. † G. t E. v Me. x G. y E. z Ca. a Pi. sic Camer. Be. b G. E. Me. c Li. chron. p. 109. d G. * Idem. f Be. g Be. sic Et. D. E. G. Ham. &c. h G. i G. J. Cap. k J. Cap. l D. m E ex Er. n Q. in D. sim. Ham. o Cartw. mellif. ex He. p. 3036. sic E. q Sch. r E. † Cal. t E. v D. * G. y E. sic Sch. z E. sim. Camer. J. Cap. a E. b G. E. Me. c G. d T. sic Me. * Me. f G. g Me. ex E. T. sic Cap. hist. Apost. p. 3914. ex Baron. Li. chron. 131. h E. i G. sim. Be. k G. l V. ex Er Sch. m Sch. n Q. in E. sim. Ham.

addidisset se in carcere fuisse *diem & noctem*, cùm homines diutiùs ibi detineri soleant [o]. Vel, 2. mare [p]. Βυθὸς, מצולה, ut Exod. 15. 6. Psal. 68. 22. & 107. 24. est *altum mare* [q]. [Sed hoc variè explicant:] 1. Demersus fuit ex naufragio in profundum maris, ut olim Jonas, ubi tamen divinâ ope fuit servatus noctem & diem, & inde postea liberatus [r]. Non placet, quia sic miraculum non necessarium fingitur †. 2. Naufragio facto, die unâ integrâ ac nocte in alto mari jactatus, & natare [vel aliquâ navis fractæ parte seipsum sustentare] coactus fuit [t].

26. *In itineribus*; molestiis, longis, periculosis [v]. Ὁδοιπορίαις] Ἐν hîc & in sequentibus subauditur ἀπὸ κοινοῦ ex eo quod præcesserat, ἐν κόποις, ἐν φυλακαῖς, &c [x]. ¶ *Ex genere*; ità Er. Ti. Mo. sub. *meo*, Tre. ex Sy. i. e. à Judæis [y]. Ἐκ γένους] Nempe ἐμοῦ, *à mea gente*. Sic Act. 7. 19. Gal. 1. 14 [z]. *A* meis *gentilibus*, P. Be. Pi. quibus opponit τὰ ἔθνη [a]. ¶ *Ex gentibus*] Sed iis plerumque à Judæis in ipsum concitatis [b]. Ἐξ ἐθνῶν] Ità vocare solent omnes qui Judæi non sunt, neque Judæis additi, גוים [c]. ¶ *In civitate* (veluti Damasci, Jeros. Ephesi, &c [d].)—*in solitudine*] i. e. In desertis locis, in quibus ab adversariis collocabantur insidiæ [*]. Hæc singularia ponuntur pro pluralibus [f]. ¶ *In mari*] Præter ventorum & undarum impetum, ex piratis [g], & insidiantibus hostibus, maximè Judæis, ut Act. 20. 3 [h]. ¶ *In*, &c. Ἐν ψευδαδέλφοις] Vide Gal. 2. 4. Hi sunt qui Christianos se simulabant [i], ut res Christianorum perdiscerent, deinde eos proderent. Similis compositio in ψευδομάρτυς, ψευδαπόστολος, ψευδοπροφήτης [k].

27. *In*, &c. Ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ] *In fatigatione* (vel, *labore*, Be. Tre. Ca. &c. Vide Mat. 11. 28 [l].) *& ærumna*, P. Mo. Il. Pi. vel, *molestia*, Er. Ti. vel, *fatigatione*, Tre. Ca. Μόχθος hîc est *miseria*, עמל [m]. ¶ *In vigiliis*; ità Er. P. Be. &c. Ἐν ἀγρυπνίαις] *In pervigiliis*, G. Exemplum vide Act. 20. 7, &c [n]. & Act. 16. 25 [o]. Vide 2 Cor. 6. 5 [p]. ¶ *Jejuniis*] Intellige spontè susceptis [q], ad accendendas preces, ut Act. 13. 2, 3. & 14. 23. 1 Cor. 7. 5 [r]. Nam *fames & sitis*, quæ præcedunt, erant ex necessitate †. ¶ *In frigore & nuditate*] Act. 28. 2. & Rom. 8. 35 [t]. Hæc duo conjungit, quia frigus ob nuditatem passus est [v]. *Nuditatem* autem intellige comparatè, i. e. vestitum tam levem qui corpus non satis defenderet. Vide Marc. 14. 52. Joh. 21. 7 [x].

28. *Præter*, &c. Χωρὶς τῶν παρεκτὸς, ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν, ἡ μέριμνα, &c.] *Præter illa* (vel, *Præter cætera*, Ca. Sy. *Absque iis*, P. Be. Pi.) *extrinsecùs*, (vel, *quæ extrinsecùs*, sub. *eveniunt*, sive *accidunt*, P. Be. Pi. Er. Il. Ti. &c. i. e. corporis afflictiones & pericula [y]; vel, quæ mihi inferuntur ab Ethnicis [z], [qui οἱ ἔξω dici solent:] qualia hactenus recensui [a]; accedunt illa quæ interiùs animum exedunt, nim. quæ sequuntur [b]:) *instantia mea* (i. e. moles negotiorum mihi instantium & incumbentium [c]; vel, *conspiratio in me*, V. Me. velut agmine facto [d]; vel, *incursus in me*, Er. ex Aug. V. populorum scilicet seditionem moventium in Evangelium [*]: vel, *incumbens mihi*, Er. Il. Ti. vel, *quæ me distinent*, Ca. vel, *urget agmen illud in me consurgens*, P. Be. Pi. Intelligit multiplices curas, quibus tanquam agmine quodam obruebatur. Ἐπισύστασις propriè dicitur multitudo quæ adversùs aliquem coiit, idque repetitis vicibus [f].) *per diem*, (vel, *quotidiana*, Er. V. Ca. vel, *quotidie*, sub. *id est*, P. Be. Pi.) *solicitudo* (ἡ μέριμνα per appositionem, sive εἰδικῶς additur [g]:) *omnium Ecclesiarum*, Mo. P. &c. i. e. plurimarum [h]. *Præter hæc corporis incommoda, oppugnor quotidie ab ea anxietate in qua versari Ecclesias video.* Ἐπισύστασις, *oppugnatio*, Num. 26. 9. הצות à נצה, quod est *irruere velut globo facto*. Vide & Act. 24. 12 [i].

29. *Quis*, &c. Τίς ἀσθενεῖ, &c?] Partem sollicitudinis suæ hîc explicat [k]. *Quæ Ecclesia adfligitur ut ego non adfligar?* Id enim ἀσθενεῖν, ut diximus suprà v. 21. כשל. Similis sensus Job. 6. 9 [l]. *Quis affligitur*, &c. P. Pi. Be. Per concessionem ἀσθένειαν vocat ex adversariorum sententia perpessiones Christi nomine; quam interpretationem in prioribus editionibus secutus, nunc corrigo [m]. *Quis infirmatur*, (vel, *infirmus est*, Be. animo scilicet, pronus ad peccandum [n], non satis intelligens Christianam libertatem [o];) *quin ego sim infirmus?* Be. sim. E. ex Vulg. &c. Per commiserationis affectum, metuens & sollicitè cavens nè de facto cadat [p]? ¶ *Quis scandalizatur*, (vel, *offenditur*, P. Pi. sim. Be. & jam ad lapsum propendet [q]. Plus est *scandalizari* quàm *infirmari*; inquantum deterius est cadere quàm pronum esse ad casum [r]. Quis est cui offensa objicitur in via pietatis †.) *& ego non uror?*] i. e. multò magis offendar [t], partim dolore, partim zelo curandi & arcendi mali [v]. Verba, πυροῦσθαι, *uri*, modo de cupidine dicuntur, ut 1 Cor. 7. 9. modò de *animi cruciatu*. Sic apud Terentium, *uro hominem*. Hebræi ענם eodem modo usurpant [x]. Dicit, *& ego uror*, non *& ego scandalizor*, quia hoc in bonum non sumitur; *scandalizatur* non qui cadentibus condolet, sed qui similiter cadit [y].

30. *Si gloriari oportet*] Sic meritò præfatur, tum ut ambitionis suspicionem vitet; tum quòd ipsæ perpessiones sint Dei dona, de quibus ergò efferri non licet [z]. ¶ *In iis*, &c. Τὰ τῆς ἀσθενείας, &c.] *Quæ* (vel, *De iis quæ*, P. Be. Pi. E. Secundùm *ea quæ*; subauditur κατὰ [a].) *infirmitatis meæ*, (sub. *sunt*, P. Be. &c.) *gloriabor*, Mo. &c. *Infirmitates* vocat [b], h. l. & cap. seq [c]. non vitia seu defectus, sicut omnes circumstantiæ docent [d]; sed afflictiones seu calamitates suas [*], pro Christo susceptas [f]. In his magis gloriatur quàm in miraculis, quæ hominem gloriosum reddunt, 1. quòd in his maximè declaratur virtus Christi; 2. quia in his Pseudo-apostolos longè superavit; 3. quia hæc animum non erigunt; 4. quia hæc ab hominibus refugiuntur, partim ut dura & aspera, partim ut probrosa [g]. *In eo gaudeo ac triumpho quòd tot mala Christi causâ pertulerim.* Vide Act. 5. 41 [h].

31. *Deus & Pater—scit quòd non mentior*] q. d. Sit mihi hujus testis veritatis [i]. Jurisjurandi formula [k]. Jurat, sed in re gravissima, & ad Deum pertinente [l]. Pertinet hoc, vel, 1. ad sequentia de fuga sua [m]. Sed hoc tam forti asseveratione non eget. Vel, 2. ad præcedentia, quæ tam multa & magna sunt ut videri possint fidem excedere [n]. Est & hîc Trajectio; nam οἶδεν naturali ordine poni debuit ante illa, ὅτι οὐ ψεύδομαι. Ὁ εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, הברוך לעולמים, titulus Dei, Rom. 1. 25. & 9. 5 [o]. Emphasin hoc habet, q. d. Absit ut abutar ejus testimonio, cui omnis laus & honor debetur in æternum [p].

32. *Damasci* (sub. *accidit quod refero*, Zeg.) *præpositus*, &c.] Est eadem historia quæ Act. 9. 23, &c [q]. *Aretas* hic fuit Arabum Rex, cujus meminit Josephus [Antiq.] 18. 7. & alibi. Is hoc tempore Damascum tenebat, eique Præfectum imposuerat, qui hîc dicitur ἐθνάρχης, ideo quòd toti Syriæ Damascenæ præesset. Habemus eandem vocem in Maccabaicis & Josepho sæpe, & in Strabone. Etiam qui Princeps erat Judæorum Alexandriæ sic vocatur in Edicto Claudii, quod est apud eundem Josephum. Justin. Colloq. cum Tryph. Ὅτι ἦν Δαμασκὸς, &c. (*Quòd verò Damascus ad Arabiam pertinebat, quamvìs nunc Syrophœniciæ attribuatur, neque vestrûm quidam negare possunt.*) Tert. Adv. Marc. 3. *Et Damascus Arabiæ retro deputabatur, antequam transcripta esset in Syrophœnicen ex distinctione Syriarum* [r]. *Gassanii* regnabant in Syria per 400, vel, ut alii volunt, 600 annos, ex quibus multi dicti sunt *Harethi*, vel, *Aretæ*. Vide Pocock. not. ad Greg. Abul. Far. p. 77 †. Strabo l. 16. de Arabia agens, *Post multos dies*, inquit, *in Aretæ terram pervenit, qui Obodæ affinitate conjunctus erat* [t]. Hic Aretas socer fuit Herodis Antipæ, qui Baptistam peremit, fuítque Rex Arabiæ Petreæ, & Damascenæ civitatis (quæ Arabiæ vicina est,) Dominus, teste Josepho [v]. ¶ *Custodiebat*, Ἐφρούρει, &c.] *Excubias posuerat*, &c. Er. Il. Ti. *Præsidio tenebat*, &c. P. Mo. Be. &c. ¶ *Ut*, &c. Πιάσαι, &c.] Sic πιάσαι habemus, Joh. 7. 30, 32, 44. & 8. 20. & 10. 39. & 11. 57. Act. 12. 4. Hebræi dicerent תפש [x]. *Cupiens me prehendere*, Be. Pi. &c.

33. *Per fenestram*] Scil. muro injunctam [y]. ¶ *In*, &c. Ἐν σαργάνῃ] *In sporta*, Er. Il. P. Mo. Ar. Vulg. Tre. ex Sy. *In corbe*, Be. Pi. Act. 9. 25. [est] ἐν σπυρίδι [z]. At σαργάνη est *funis* apud Æschylum. Intellige hîc *funem quo sporta attenebatur*. Aut ἐν hîc sit more Hebræo nota Instrumenti. Rabbinis סרגנים est *cilicium* [a]. Hebræis סרג, vel שרג est *implicare*, & idem verbum usurpant Syri, Chaldæi, Arabes. Inde Syris סריג, & Græcis σαργάνη, alibi *rete*, hîc *sportula ex viminibus contextis* [b]. Σαργάνη est vel σχοίνιον, vel, πλέγμα τι ἐκ σχοινίου, ait Suidas; idem

[o] E. [p] Er. ex Amb. & Th. [q] G. [r] E sic Anselm. &c. in Just. † Just. ex Chrys. [t] T. ex Chrys. Amb. Ans. Aquin. &c. Just. ex Theod. Oecum. &c. [v] Me. E. [x] G. [y] E. Me. G. Er. V. [z] G. [a] Be. Er. [b] E. Me. [c] G. [d] E. Me. [*] E. [f] G. [g] Me. [h] Me. ex E. [i] G. sim. E. Me. [k] G. [l] Be. [m] G. [n] G. sim. E. [o] E. [p] G. [q] G. Scl. [r] G. † Me. sim. Scl. [t] G. [v] E. [x] G. [y] E. sim. V. [z] V. [a] E. sim. Me. [b] Me. sim. E. T. [c] Me. T. ex Ans. sim. E. [d] Me. [*] Er. [f] Scl. ex Be. [g] Scl. [h] Me. E. [i] G. [k] E. [l] G. [m] Be. [n] E. Me. [o] Be.

[p] T. ex E. Me. [q] Me. [r] E. † G. [t] Ca. [v] T. sim. Me. [x] G. [y] E. [z] Be. [a] E. [b] E. Vor. [c] E. [d] Vor. [*] Vor. sic E. Me. T. V. [f] Me. sim. T. [g] E. [h] G. [i] Me. sim. E. [k] Pi. E. ex Aug. [l] G. [m] Q. in E. [n] E. [o] G. [p] E. [q] G. sim. E. [r] G. † Ham. [t] Stun. in Erasm. p. 3516. in Append. Crit. [v] Zeg. ex Er. sim. Stun. ib. [x] G. [y] G. [z] G. Ga. [a] G. [b] E. P. 4. 10. 253. sim. Ga. adv. Pso. 4. 45. [c] Ga. ib. [*] E. Me.

idem quod aliis dicitur ὀργάνη, vel ὀξυάνη, item κρεμάστρα, item κόσινος, Hesych. Τὸ σπυρίδιον δίκτυον, Schol. Æschyl. sic Etymol. ταργάνη Atticis, Tzetzes ad Lycosth[c]. ¶ *Per murum*] i. e. per mœnia civitatis[d]. At Lex erat, muros non transiliendos. Resp. Finis Legis erat, ut hostes ab incursu arcerentur, &c. Scitè Cicero, *Etiamsi peregrinum lex arceat à muri accessu, minimè tamen peccat qui murum conscendit servandæ urbis causâ, quia leges semper ad æquitatem flectendæ sunt**. ¶ *Demissus sum*, Ἐχαλάσθην] הורדתי. Vide Josephum 2. 15. & Act. 9[f]. ¶ *Et effugi*, &c.] Non de fuga sua gloriatur, sed de periculo, quod tantum erat, ut periisset nisi fugâ elapsus esset[g]. Rectè autem fugit Paulus, tum quia unum Paulum, non autem reliquos fideles, ibi persequebantur; tum quia eo migrante ministri ibi erant, Ananias & alii; tum ut se in futurum tempus servaret utilitati Ecclesiæ[h].

[c] Ga. ib. [d] E. Mc. * Scl. [f] G. [g] E. ad v. 32. [h] E.

CAP. XII.

1. SI *gloriari*, &c.] Illud, *si*, non est in Græco, & videtur in nostris huc ascriptum ex loco superiori. Varietas autem est in Græcis Codicibus ob similitudinem trium dictionum, δεῖ, δή, δέ, *oportet*, *sanè*, *autem*[a]. Καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι] *Gloriari sanè*, (vel, *profectò*, vel, *equidem*, Rev. vel, *jam*, V. *certè*, Chryf. & Th. in Er.) *non expedit*, vel *convenit*, *mihi*, P. Be. Pi. &c. [Alii legunt δεῖ.] *Gloriari oportet*, *sed non convenit*, Sy. & Ar. in Be. *Gloriari oportet? non expedit mihi*, Amb. in V. *Lætitiâ gestire non expedit*. Saluberrimum animo ἡ οἰήσεως συστολή[b]. (*elationis depressio.*) *Non expedit*, intellige simpliciter, & extra casum præsentem, aut similem[c]. *Expedit* quidem vobis[d], ut dignitatem ministerii mei tuear*, quæ apud vos valde imminuta est; *non item mihi*, qui humilitatem alios docui[f]; tum quia speciem habet jactantiæ; tum propter elationis periculum[g], ab excellentiæ suæ aspectu[h]. Sensus, Iis quæ jam dicturus sum gloriari non expedit[i]. ¶ *Veniam*, &c. Ἐλεύσομαι γὰρ εἰς ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεις, &c.] *Veniam enim* (Causam reddit cur dixerat, *non expedire sibi* super hisce rebus *gloriari*[k]. Vel, *autem*, Vulg. [vel, *tamen*, Q.] Causalis particula pro discretiva[l]: q. d. Quanquam non expediat, veniam tamen[m], & pergam gloriari[n]. Ostendit se coactum hoc facere[o]. Eò, inquit, veniendum esset, si gestiendi & exsultandi quærerem materiam[p].) *ad visiones*, (vel, *apparitiones*; quæ citra exstasin fiunt, ut Matth. 28. 1, &c. quum ὁράματα, *visiones*, per exstasin fiant[q].) *& revelationes* (scil. commemorandas[r]:) *Domini*] i. e. à Christo Domino mihi factas, ut Gal. 1. 1†. Nam habet & Satanas visiones suas[t]. *Revelatio visionem* includit sive supponit[v]; hæc est cùm aliquid videtur, cujus significatio non revelatur, ut Gen. 41. 17. Dan. 2. 31. illa, cùm aperitur intelligentia rei visæ[x]. *Revelationes* sæpe contingunt vel per somnium, vel per oraculum, in quo nihil oculis apparet; visiones plerumque aspectui oculorum adhibentur. Has memorat, nè inferior videretur Pseudo apostolis, qui fortè visiones prætexebant[y]. Ὀπτασία, quomodo apud Danielem sæpe vertitur מראה, sive ὅραμα, est *species visibilis objecta vigilanti aut somnianti*; ἀποκάλυψις est quidem generale, sed hîc ponitur pro *afflatu*, sive *luce quâ mens perfunditur*[z].

2. *Scio hominem*] i. e. quendam[a]. Hæc Paulus prædicat quasi non sua; q. d. —*quæ non fecimus ipsi*, *vix ea nostra puto*. Ideo in tertia persona hoc eloquitur, ut ille in controversiis Senecæ, *Scio quendam in hac civitate propter hoc adoptatum*. Sicut contrà, ubi aliquid dicendum est quod odiosum est, pro secunda persona primam assumit[b]. Hoc de se loquitur, non de alio[c], ut ostendit totus contextus, maximè v. 7. Et alioqui, nihil ad institutum faceret ista narratio[d]. Sed tanquam de alio loquitur*, modestiæ seu humilitatis causâ[f], (quomodo & Johannes, cap. 13. 24. & 19. 26. & 21. 20[g].) nè nimium sibi arrogare videatur[h], ut ostenderet nihil se minùs captare quàm gloriam[i]. ¶ *In Christo*] Ità P. Mo. &c. vel, *Per Christum*, Pi. Pertinet hoc, vel, 1. ad ἄνθρωπον[k], q. d. Christianum[l]; vel, ope Christi[m], non dæmonis, ut Simon Magus[n]: raptum Spiritu Christi, edoctum hæc à Christo. Simili phrasi dicitur aliquis *esse in spiritu immundo*, Marc. 1. 23. & 5. 2. i. e. agi & rapi ab eo, &c. & *esse in spiritu*, i. e. in exstasi; cui opponitur *esse in seipso*, Act. 12. 11. h. e. humanâ tantùm ratione agi[o]. Vel potiùs, 2. ad οἶδα, ut hoc addatur confirmationis vel exprimendi affectûs causâ; quasi per parenthesin dicas, *quod in Christo dico*, i. e. quod sine ambitione dictum velim, quum solum Christum hîc respiciam[p]; vel, q. d. cujus meæ affirmationis testem invoco Christum. Sic præp. ἐν notat juramentum, Matth. 5. 34, &c. Rom. 9. 1[q]. Al. Ostendit se, quamvis supra communem hominum sortem evectum, non aliam affectare excellentiam quàm in Christo, seu fidelem, esse, & in uno Christo gloriari[r]. ¶ *Ante annos quatuordecim*] Referendum hoc vel, 1. ad illud, *in Christo*; q. d. Hominem talem qui per annos jam 14 Christo serviat†: vel, 2. ad seq. *raptum*, &c[t]. Tempus rei gestæ notat[v], ut significet, tum, 1. se, qui tamdiu hoc reticuisset, non sine causâ & necessitate id nunc propalâsse[x]; tum, 2. quantis postea donis divinitùs cumulatus fuerit, quem à tam multis annis tam insigni revelatione Christus fuisset dignatus[y]. Contigit ergò hic raptus, vel, 1. in illo triduo statim à conversione sua, Act. 9[z]. vel potiùs, 2. octennio post conversionem[a]. [De qua quæstione plura videsis in Cap. append. ad hist. Apost. pag. 3913. in Append. Crit. & in Lightf. Comment. ad Acta Apost. p. 129, &c.] ¶ *Sive* (vel, *An*, P. Be. &c.) *in corpore, nescio*; *sive* (vel, *an*, P. Be. &c.) *extra corpus*, *nescio*] Bis dicit, *nescio*, ut significet, se neutrum affirmare posse, quòd utrumque nesciat[b]. Est & hîc trajectio; nam hæc verba in fine hujus versûs poni naturaliter debuerant. Potest autem evenire alicui ut longè remota videat duplici modo, aut si per Angelum aliquò avehatur, quod in Additamentis ad Danielem de Abacuco refertur, & quomodo à Satana avectus creditur Christus: aut ut sine loci mutatione ea quæ sunt absentia tanquam præsentia ei exhibeantur divinitùs excitatâ specie; quomodo Christus vidit omnia regna mundi, Ezechiel, cùm ad Chaboram esset, ea quæ gerebantur in Templo Hierosolymitano[c]. *Nescire* se dicit, quòd eo tempore à phantasmatibus & sensibus alienatus fuerit, nec satis quæ circa se gererentur intellexerit[d], totus iis intentus quæ spectanda offerebantur†. *In corpore*, i. e. vel, 1. corpore translato*, locali corporis translatione in cœlum[f]; quomodo rapti sunt Philippus, Act. 8. Habacuc, &c[g]. Non placet; tunc enim sensibus corporis usus fuisset, iisque Christum & vidisset, & loquentem audivisset: neque se hoc fecisse potuit ignorare[h]. Vel, 2. animâ in corpore manente[i]. *Extra corpus*, i. e. vel, 1. in animo sine ulla corporis motione[k]; animâ quidem corpori conjunctâ, sic tamen ut mens esset à sensibus corporeis alienata[k]: vel, 2. animâ (extra ordinem & ad tempus[l],) à corpore separatâ[m], & in Cœlum sublatâ[n]. Non placet; sic enim non raptus fuisset, sed mors[o]. Verùm id non sequitur, si cum summis Philosophis statuamus animam rationalem, etiam in Homine, distinctam esse à sensitiva & vegetativa, quamvis non sit divisa, &c[p]. ¶ *Deus scit*] Rem certò novit. Sic de rebus incognitis, aut incertis, dicere solemus. Non est h. l. jurantis, ut paulò antè[q].

¶ *Raptum*, &c. Ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον, &c.] *Raptum* (i. e. raptu quodam elevatum[r]; raptu, vel locali, vel potiùs spiritali: confer Ezec. 8. 3. Act. 7. 56†.) *hujusmodi* (sub. *hominem*, E. Pleonasmus est[t].) *in tertium usque cœlum*, Be. i. e. cœlum cœlorum, cœlum summum, Angelicum[v], empyræum[x]; sedem Christi[y], & Beatorum spirituum[z], h. e. angelorum atque animarum defunctorum[a], quod respectu aeris & ætheris cœlum tertium dici solet[b]. Triplex enim cœlum est in Scriptura, 1. aereum[c], Gen. 7. 11. & 8. 8. & 21. 28. Dan. 4. 12. & 8. 8. 2. æthereum[d], sive sidereum, in quo stellæ*; Gen. 22. 17. 1 Reg. 22. 17[f]. 3. empyreum[g]; Psal. 2. 4. & 11. 4. Dan. 2. 28. Matth. 6. 1. Luc. 6. 23. 2 Cor. 5. 1. Heb. 9. 24[h]. Hebræi Orbes in Cœlo diversos non agnoscunt, sed Cœlum partiuntur in tres regiones, quarum prima est Nubifera, altera Astrifera, tertia Angelifera. Prima dicitur Hebræis עולם שפל, secunda עולם התיכון, tertia עולם העליון. Alii primam vocant רקיע, secundam שמים

[a] E. [b] G. [c] E. [d] Scl. ex Er. sim. E. * E. [f] Scl. [g] E. sim. Er. Scl. [h] Scl. [i] V. [k] Er. E. [l] Scl. [m] Scl. sim. Pi. [n] Pi. [o] Be. [p] G. [q] Pi. [r] Me. † E. [t] Scl. [v] E. [x] Me. E. [y] Scl. [z] G. [a] G. [b] G. [c] E sim. Be. Me. T. Cal. Calv. [d] E. * Me. [f] Me. T. Cal. [g] Cal. [h] Dic. [i] Be.

[k] Be. sic Ham. [l] Be. G. E. Me. T. V. [m] T. sic Me. [n] T. [o] Ham. [p] Be. [q] Pi. [r] Dic. † G. [t] Plerique in E. [v] E. ex Chryf. [x] Scl. sim. E. ex Chryf. Cal. [y] E. [z] L. & Aquin. &c. in E. [a] E. [b] Idem. [c] G. [d] Me. sic T. † T. * G. [f] Dic. Chryf. &c. in E. [g] Q. in E. [h] E. ex Aquin. & Aug. [i] E. Cam. [k] E. ex Aquin. G. [l] Dic. sim. Cam. Scl. [m] Chryf. &c. in E. Dic. [n] Dic. [o] T. sim. E. [p] Cam. [q] E. [r] Idem. † Scl. [t] Be. [v] G. [x] E. Me. [y] Pi. [z] D. Pi. E. Me. Vor. Be. [a] Pi. [b] Vor. [c] E. Cal. D. * Cal. [d] D. sic E. Cal. [g] E. sim. Cal. [h] Cal.

שמים, tertiam שמי שמים[i]. Alii tamen nomine *tertii cœli* intelligunt ipsam beatam & cœlestem cum Deo conversationem; & per primum cœlum accipiunt totum istud mundanum cœlum, de quo Gen. 1. agitur: per secundum autem ipsam Evangelii prædicationem, quæ tanquam via est ad cœlum beatorum[k]. Ἔκστασις sive excessus mentis dicitur, quâ mens hominis sancti Dei singulari afflatu seu colloquio fruitur, sensibus interim quasi obstupefactis & in consueta objecta minimè intentis, adeò ut nihil percipiatur vel sensu vel intellectu, nisi quod divinitùs cognoscendum offertur; qualis illa Act. 10. & 22. 17. Hæc autem ἔκστασις alterius, longéque eminentioris fuit rationis. Nam non mansit eodem loci, sed è terris in cœlum raptus fuit; deinde fatetur se nescire an ità raptus fuerit ut animus à corpore excederet, an verò corpus unà transferretur. Si prius, & sine sensuum usu audivit, & nullo mediante phantasmate intellexit, planè ad eum modum quo spiritus & animæ separatæ intelligunt. Animus in divinam revelationem, & ad verba illa ἄρρητα intentus, & ab illis veluti absorptus non animadvertit, num in corpore esset, & ope sensuum operaretur necne? Hinc conjice magnitudinem revelationis, cujus modum nec ipse Apostolus novit[l].

3. *Sive in corpore*, &c.] Eadem verba rursus parenthetice interponit, humiliter scire se negans quod nescit, ut fidem mereatur in eo quod se scire affirmat[m].

4. *In paradisum*] Non terrestrem, sed cœlestem, ut plerique statuunt[n], i. e. in tertium illud cœlum, de quo suprà[o]: sic dictum hîc, & Luc. 23. 43. Apoc. 2. 7. & in Ecclesiastico aliquoties[p], propter omnigenas delicias[q]; phrasi & eâ ætate, & præcedenti, usitatâ in Ecclesia Judaica[r]. Al. Paradisus hîc est locus alius à cœlo[†]; & diversæ visiones hîc narrantur, ex collat. v. 1[r]. More Hebræorum distinguitur *Cœlum*, sive Mundus supremus, à *Paradiso*. Cœlum illud supremum promittitur piis post resurrectionem; post mortem & ante resurrectionem, Paradisus; ille locus gloriæ, hic solatii. Diximus ea de re ad Lucam 23. 43. Reperies idem discrimen apud R. Israelem De anima. Et distinctum quid à *Cœlo tertio Paradisum* intelligunt hîc Chrys. Oecum. Th[v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἤκουσεν ἄρρητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν, &c.] *Et audivit* (nempe, à Christo[x],) *arcana* (vel, *ineffabilia*, P. Be. Pi. Tre. ex Sy. vel, *non dicenda*, Er. V. quæ dici nequeunt. Sic nomen Tetragrammaton vocant ἄρρητον ὄνομα, *non dicendum nomen*, quod & *ineffabile*, ἀνεκλάλητον. Et Hermeti Deus dicitur ἀνεκλάλητος, ἄρρητος, &c[y]. Quæ fando explicari à quoquam homine non possint[z]; uti vocat ἀρρήτους ἰδιότητας Aphrodiseus proprietates quas vocant occultas. Vulg. & Er. vertunt *arcana*, id est, ἀπόρρητα, quasi prohibitus fuit ea enunciare; quasi in religione Christiana sint Elusinia quædam sacra, ac non potiùs omnia evulgari jusserit Dominus, &c[a].) *verba, quæ non licet* (vel *fas sit*, Er. Il. Ti. sic Vor. Cam. vel, *potest*, Æth. sic Ar. E. &c.) *loqui*, Mo. P. Be. Pi. quæ nemini mortali concessum est eloqui[b]; quæ captum humanum longè excedunt[c]. *Non licet*, intellige de negatione, vel, 1. potentiæ[d]; οὐκ ἐξὸν, id est, ἀδύνατον, vel, οὐκ ὂν[*]: tunc autem Hyperbole esse possit: vel potiùs, 2. potestatis, quam τὸ *licet semper* in N. T. significat. *Non licebat* autem quia hæc arcana erant, & ejusmodi ut non deberent evulgari[f]: ἐξὸν aliàs significat *licitum*, seu *concessum*, ut 1 Cor. 6. 12. hîc verò usurpatur pro *possibili*[‖]. At non est credibile Paulum habuisse ullam rerum Divinarum arcanam notitiam, quam nefas esset cum Ecclesia communicare[g]. Resp. Nullam habuit earum notitiam Ecclesiæ utilem aut necessariam, quam celavit, ut ostendit Act. 20. 20, 27. Sunt autem alia quæ non omnibus & singulis utilia sunt, ut constat ex Joh. 16. 12[h]. Qu. Quorsum Paulus audiebat quæ perpetuo silentio erant premenda? Resp. Ut adversùs tot ærumnas, summásque quæ ipsum manebant difficultates, confirmatus esset, & invictus perstaret[i]. *Vidisse* autem vel *audivisse* eum volunt, vel, 1. divinam essentiam[k]. Non placet, quia eam nec plur. *verba* vocaret, nec *audivisse* se, sed *vidisse* diceret[l]. Vel, 2. ordines agminum cœlestium[m]; vel, 3. gloriam & pulchritudinem sanctarum animarum[n]; vel, 4. secretum modum & ordinem divinæ prædestinationis[o], & vocationis Gentium[p], ut insinuatur Rom. 11. 33[q]. vel, 5. œconomiam Ecclesiæ, ejusdémque tum præsentis, tum futuræ, mirabiles successus[r]. Sicut Moses intellexerat omnem illam dispensationem quâ Deus populum Israeliticum tuebatur ac regebat, sic Paulus illam per quam Christus Ecclesiam suam gubernat; unde factum est ut ad danda consilia aptior fuerit ipso Petro qui primas in Ecclesia obtinebat. Sed hæc quæ intellexerat vetitus fuit enunciare[†].

5. *Pro*, &c. Ὑπὲρ τοῦ τοιούτου, &c.] *Super* (vel, *de*, P. ὑπὲρ, pro περὶ[t].) *ejusmodi* (vel, *tali*, G. sub. *homine*, Be. P. Pi. E. ut ostendit tum articulus adjunctus, tum membrum oppositum, ὑπὲρ ἐμαυτοῦ[v], scilicet quem novi[x].) *gloriabor*, Be. Pi. &c. vel, *gaudere & exsultare possem*, futurum pro potentiali, more Hebræo[y]; non de me, ut sequitur. Nam illum hominem tantâ revelatione dignatum quasi finxit alterum à se multis infirmitatibus subjecto, quia qualitates diversæ sunt. Est itaque hîc fictio personæ[z]; vel, ironiæ species est, quæ semper permissa fuit fidelibus. Vide 1 Reg. 18. 27. & 22. 15. Eccles. 11. 9. Jer. 2. 28[a]. ¶ *Pro* (vel, *de*, P. E.) *me autem* (scil. ut de me, vel, in mea persona[b];) *nihil gloriabor, nisi in* (vel, *de*, P.) *infirmitatibus meis*] i. e. calamitatibus[c]. Vide suprà 11. 30[d]. q. d. Non dicam quæ feci, sed quæ pertuli; id enim minùs invidiosum est, & pauci sunt qui talis gaudii societatem appetunt[*]. Molestias omnes, sive extrinsecas, sive intrinsecas, ἀσθενείας vocat; vel, quòd cùm iis premimur, aliis infirmi videmur & contemptibiles; vel, quòd tum potissimùm imbecillitatem humanam prodimus per impatientiam, murmurationes, & similia[†].

6. *Si voluero gloriari*] Scil. de meipso[f], in his quæ gloriosa videntur hominibus, ut sunt visiones, &c[g]. Si de factis meis dicere aliquid vellem[h]. ¶ *Non*, &c. οὐκ ἔσομαι ἄφρων] *Non ero insipiens*, Vulg. Be. P. &c. reverà, licèt talis videar[i]. *Nihil mihi opus esset vaniloquentiâ.* Satis rerum mihi suppeteret. Ἄφρων antea habuimus pro ὡς ἄφρων. Hîc verò magis propriè ἄφρων dicitur, qui διὰ τὴν χαυνότητα, (*propter arrogantiam*) sibi non sua adscribit: *Hoc faciunt stulti quos gloria vexat inanis*[k]. ¶ *Veritatem enim dicam*] Vel, *Dicerem enim vera*, G. Non semper vacat culpâ qui vera de se prædicat[l], si scil. laudes suas, veras licèt, non necessariò & superbè ostentet[m]; qui verò falsa de se prædicant omnium stultissimi sunt, & impudentissimi[n]. Paulus vel vera de se invitus dixit[o], & necessitate compulsus, ut gloriam Pseudo-apostolorum falsam & Corinthiis noxiam reprimeret[p]. ¶ *Parco autem*; ità Er. Il. Mo. Tre. &c. φείδομαι δὲ] *Sed parco* vobis, Er. *Sed desino*, Ti. *Sed abstineo*, Me. contineo me[q]. *Sed mihi tempero*, P. Zeg. sub. τοῦ ἐρεῖν, aut μεγαλαυχεῖν[r]; vel, ab his recensendis[†]. *sed parcè loquor*, P. Be. Pi. Subauditur τοῦ λόγου[t]. Sed consultò ab illarum rerum commemoratione abstineo[v]. ¶ *Ne quis*, &c. Μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται ὑπὲρ ὃ βλέπει με, ἢ ἀκούει τι ἐξ ἐμοῦ] *Ne quis de me* (Heb. לי, Gen. 20. 13. vel, *in laudem meam*: ut in illis dicendi generibus, εἰς βασιλέα, εἰς Ἀθηναίους, λέγειν[x].) *cogitet*, (vel, *mihi tribuat*, Er. V. vel, *imputet in rationes meas*, E.) *super*, vel, *supra*, *id quod videt esse me, aut quod audit* (vel, *aut audit aliquid*, Er Vulg.) *ex me*, P. Be. Pi. Er. &c. i. e. Nè quis propter illa me majorem putet, quàm facta mea quæ videt, & sermo meus quem audit, me esse declarant[y]; nè privilegia mea eximia ebuccinando aliquid esse viderer supra hominem, quod sæpe accidit. Vide Act. 14. 12, 13[z]. & Act. ult. Si autem illum ob viperam excussam Deum appellarent, quid facerent, si magnificas illas revelationes illis patefecisset[a]? *Nolo quisquam me aliundè æstimet quàm ex ipsis quæ ipse videt me facientem, aut docentem audit.* Præsentia mihi sufficiunt; præterita malo occultare silentio[b].

7. *Et nè*, &c. Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι] Est hîc metathesis[c], sive trajectio, quales multas notavimus ad Rom. 11. 31[d]. *Et nè excellentiâ* (vel, *superlatione*, Val. vel, *magnitudine*, E. Aug. in Be. vel, *ob præstantiam*, Ca. sim. Tre.) *revelationum supra modum efferrer*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. vel, *me nimis efferam*, Ca. nè insolescam, & vanè gloriosus sim. Nam & Paulus homo erat[*], nec ità confirmatus in virtute, quin adhuc extolli posset in superbiam[f]. *Etiam ob illas quas dixi revelationes nè exsultem*, grave mihi frœnum datum est[g]. Vide quàm pertinaciter hominibus, etiam optimis, inhæret superbia[h], & quantum sit illius vene-

Ff num,

[i] G. [k] Vor. [l] Cal. [m] E. [n] E. [o] Scl. sim. Be. E. ex Aug. &c. Ham. Cam. [p] Be. [q] Scl. sim. Be. Par. [r] Cam. [†] D. ex Hc. Q. in E. [r] Chrys. Greg. & Primas. in E. [v] G. [x] Pi. [y] D. [z] Be. sic E. T. Scl. [a] Be. [b] Vor. [c] T. sim. E. [d] Cam. ex Calv. [*] Be. [f] Cam. [‖] Strig. [g] Q. in Cam. [h] Cam. [i] Cal. [k] Aug. Beda, Ans. & Aquin. in E. [l] E. [m] Greg. & Theod. in E. [n] T. ex Chrys. [o] T. ex Theod. [p] T. Q. in E. [q] T. ex Baron.

[r] T. [†] G. [t] Ec. [v] Idem. [x] E. [y] G. [z] E. [a] Scl. [b] E. [c] V. sim. Me. [d] Ec. [*] G. [†] Scl. [f] E. [g] E. Me. [h] G. [i] E. Me. [k] G. [l] Cal. [m] Scl. [n] Cal. sim. Scl. [o] Cal. [p] E. [q] Ca. [r] Camer. [†] Zeg. [t] Be. [v] G. [x] Be. [y] E. Me. [z] Scl. [a] E. ex Græcis. [b] G. [c] Camer. [d] Be. [*] E. ex Th. [f] E. [g] G.

num, quod non potest nisi veneno curari [i]. ¶ *Datus*, &c. Ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ] *Datus* (vel, *Inditus*, Cam. G.) *est* (Etiam inter Dei dona numeranda sunt ista, nedum ob illa obmurmurandum. Hinc de hac ipsa re dicitur ἐχαρίσθη, Phil. 1. 29. & κατηξιώθησαν, Act. 5. 41 [k].) *mihi* (nempe à Deo, hoc permittente [l], & ordinante [m];) *stimulus* (vel, *pruritus*, Tre. ex Sy. vel, *surculus*, P. Be. Pi. vel, *spina*; nam hâc voce reddunt Græci & סלון, quod est *spina*, Ezec. 28. 24. & סירים, quod itidem *spinas* significat, Ose. 2. 6. & שכים, quod quidam *sentes* interpretantur, Num. 33. v. 55 [n]. Non dicit hîc κέντρον, ut in Actis, sed σκόλοψ [o], qui est *palus præacuta* [p], vel *assula*, vel, *etiam quicquid acuminatum humano corpori infigitur*, unde nascitur dolor acutissimus. Etiam σκόλοψ σταυρὸς est, non quilibet tamen σταυρὸς, sed quo damnatorum corpora transfigebantur [q]. Tertul. interpretatur *sudem*. Sed constat accipi pro surculis acutioribus, & quidem inhærentibus, ambulantium v. g. per sylvas cæduas pedibus. Hinc sæpe in Dioscoride, σκόλοπας ἕλκει, ἀνάγει, ἐκσπᾷ. [ubi] Hermolaus interpretatur *assulas, & tela corporibus inhærentia*; Ruellius, *spicula & aculeos*; Marcel. *surculos & aculeos* [r].) *carni*, (vel, *in carne*, Val. Er. Ti. Cam. *per carnem*, Er. Il. *propter carnem*, i. e. ad affligendum corpus meum †: *carni*, i.e. ad carnem; quomodo solet Cato loqui De Re rustica, *Ornamenta bubus*, *instrata asinis*, *opercula doliis*, &c [t]. vel, *carni meæ*, Tre. ex Sy. Cal. h.e. exteriori homini, mihique quatenus adhuc infirmitate carnis circumdor [v].) *angelus* (vel, *nuncius*, Sy. Zeg. & *nuncius*, Er. Il. nempe *angelus*, P. Be. Pi.) *Satan*, sive *Satanæ*, (i.e. *immissus mihi à Satana*: nam ἄγγελος vox tribuitur etiam rebus non animatis, ut vento & igni, Psal. 104. 4. Vide quæ dicta nobis ad Gen. 3. 24. A Satana autem morbos etiam piis immitti, Deo id sinente, ex Jobi historia discimus. Vide & Luc. 13. 16 [x]. Utraque hæc vox [ἄγγελος & σατᾶν] accipi potest, vel, 1. generaliter, de quovis adversario, sive nuncio maledico; vel, 2. specialiter [y], de angelo aliquo impuro à Satana principe Dæmonum immisso [z]: vel ipse Dæmon, vel minister aliquis & legatus Dæmonis [a]. Sic *angelos diaboli* legimus Matth. 25. 41 [b]. Non dissimilis est phrasis, 2 Sam. 24. 1. & 1 Par. 21. 1 [c].) *ut me colaphizet*, Mo. vel, *colaphis cædat*, Il. P. Be. Pi. sic Er. Ti. &c. vel, 1. propriè; cui favet sequens petitio, ut abscederet ille angelus; vel, 2. metaphoricè, pro, ut me pudefaciat [d], vel vexet [*], atrocibus injuriis: est enim maximè probrosum colaphis cædi [f]. Est species pro genere, ut suprà 11. 20. Sic κολαφίζεσθαι sumitur & 1 Cor. 4. 11 [g]. Vel, *qui me tundat*, Ca. Qu. Quisnam hic stimulus? Vetus hæc est dubitatio, necdum satis explicata [h]. Resp. Eo significatur per similitudinem Dolor admodum pungens [i], vel afflictionis quoddam genus penè intolerandum [*]. [Hoc in genere; in specie verò discrepant.] 1. Erat morbus aliquis corporis [k], dolor auriculæ vel capitis, ait Tertul. κεφαλαλγία, Chrys. & Hi [l]. morbus iliacus, sive viscerum dolor [m]; carnis & corporis multa ac gravia tormenta, Cypr [n]. corporis adversa valetudo [o], à Dæmone ei immissa [p]. Sed absurdum est, Pauli corpus traditum fuisse manibus Diaboli, qui Pauli simplici mandato paruit, &c [q]. 2. Simplicissima sententia est, Paulum cæsum fuisse plagis ab Angelo quodam Satanæ. Huic favet, 1. mos Scripturæ, ut quod priùs dictum figuratè, posteriùs nudis & significantibus verbis proponatur: Ita h.l. cùm dixisset *stimulum in carne*, id sic explicat, *Angelus Satanæ*, &c. alioqui nullo consilio hîc allegoricis locutionibus usus fuisset, cùm rem gestam narret. 2. quòd revelationi & superbiæ opponitur hîc crux longè gravissima, qualis certè non erat morbus, &c. 3. quòd nulla hîc causa est recedendi à sensu literali. Nam si esset ulla, certè dignitas muneris Apostolici & sanctitas Pauli causa foret. At cùm tantum permissum sit Diabolo in corpus non solùm sanctissimi Jobi, sed & ipsius Christi, quid mirum licuisse ei quoque sævire in corpus Pauli [r]? 3. Significat afflictiones & perturbationes †, gravissimas & animi & corporis punctiones, ob contumelias & injurias, quæ ipsum gravissimè fodicabant [t]; Pauli adversarios à Satana concitatos, ut piis ejus conatibus, velut quidam stimuli, sive pali appositi, ubique resisterent, ut Hymen. Philetus, &c. Pseudo-apostoli [v], Gnostici qui

[Margin: i Calv. ex Aug. — k Be. — l E. Me. T. — m E. — n G. — o Er. — p Er. E. sim. Be. — q Cam. — r Be. — † V. — t Ca. — v Cal. — x G. — y Vor. — z Vor. sim. Pi. — a Cal. — b Pi. — c Be. — d Pi. — * G. Cal. — f Cal. — g G. — h E. — i G. — * Cam. — k Q. in E. — l G. — m Aquin. in Er. & E. — n G. — o Q. in Er. — p Q. in E. — q Cal. ex Chrys. sim. E. — r Cam. — † Camer. sim Ham. — t Be. sim. Cal. ex Chrys. Theod. &c. — v Chrys. Primas. &c. in E.]

illum graviter afflixerunt. Sic & Ezec. 28. 24. *spina pungens* acerbam afflictionem denotat [x]. Sic reliquiæ Palæstinorum dicuntur fore spinæ in lateribus Israelitarum, &c. Num. 33. 55. Dicuntur autem *surculus in carne*, quia carnem, sive potissimum, torquent, naturali inclinationi & affectibus inimica, &c [y]. Huic sententiæ favet, quòd ipse Paulus hunc stimulum mox explicare videtur per infirmitates, contumelias, pericula, & persecutiones adversariorum [z]. Sed obstat; 1. quòd Paulus de multis loquens non *angelum* dixisset, sed *angelos*; 2. quòd hæc spiritum potiùs Pauli affligebant quàm carnem; 3. quòd reliqui etiam Apostoli passi sunt ejusmodi adversarios, &c [a]. [Hæc tertia sententia.] 4. Designat terrentis conscientiæ stimulos, ab Angelo quopiam Satanæ, idque, ut videtur, immediatè, immissos: nullus enim surculus acrior illis est, nec carni molestior. Confer Psal. 6. & 32. Hinc & tam obnixè deprecatur Paulus, & promittit Deus auxilium gratiæ manifestissimum [b]. 5. Intelligit omne genus tentationum, quas Satanas ei immisit, & quibus pungebat carnem ejus. *Caro* autem hîc non corpus, sed partem animæ non regeneratam significat [c]. Gravissimas notat tentationes, quibus Satanas eum à fiducia in Deum avertere sategit, cum terroribus variis, & suggestionibus impiis, quibus eum invitum & repugnantem impetiit; ut sæpe Satanas animis etiam piorum invitissimis pessima obtrudit de Deo & Providentia, &c [d]. 6. Significat subitam animi consternationem, qualis Joan. 12. 27. & dolorem acerbissimum ex recordatione tristissimi peccati quo Paulus ante conversionem sese polluit. Peccatum enim, remissum licèt, non leviter conscientias excruciat, &c. Vide Psal. 51. 3, &c [*]. 7. Intelligit reliquiarum aliquid peccati in carne sua, motionem scilicet concupiscentiæ aliquam ad porrò peccandum tendentem; cui adjuncta erat specialis tentatio à Diabolo immissa, adeò violenter ipsum ad peccandum solicitans, ut coactus sit opem divinam implorare. Quod ut non mirandum est legenti Rom. 7. 24. ità medium fuit ad humiliationem Apostoli efficacissimum [f]. [Hoc in genere dictum, alii speciatiùs explicant:] Designat motus libidinis in carne [g]. Hunc sensum proponunt nec rejiciunt Primas. Sedul. Ans. Eum Hi. & Aug. probare videntur [h]. Communior hæc est & verior hujus loci explicatio [i]. Ei favet, 1. quòd hoc singulariter facit ad humilitatis custodiam, &c. 2. quòd stimulum vocat, eúmque carni datum dicat; 3. illud, *ut colaphizet*, i. e. ignominiâ afficiat vilémque reddat, ex collat. cap. præc. v. 20, 21. Atqui tales motus pudorem maximè incutiunt [k]. 4. Paulum tales tentationes passum ostendit Rom. 7. 23 [l]. Diabolus porrò Paulum stimulavit & tentavit, &c. Alii autem hanc sententiam longissimè rejiciunt [m]. Commentum hoc ridiculum est [n]. 1. Indignum hoc tali viro, eóque jam sene [o]. Verùm & Greg. Naz. jam senex de hoc malo graviter conqueritur, & Paulus jam annum duntaxat 57. habuit [p]. 2. Labores varii, itinera crebra, vigiliæ, abstinentia, &c. de quibus 1 Cor. 9. 27. non sinebant impuros lascivire affectus. 3. *Datum* hoc dicit: At non sunt dona Veneris incitamenta. 4. Dum hoc modo famam suam tueri eniteretur, eum conspurcaret [q]. 5. Circumstantiæ omnes ostendunt eum de afflictionibus loqui, maximè illud κολαφίζῃ [r]. 6. Verisimile non est, concupiscentiam ità infestam indomitámque in Paulo fuisse †; si autem fuisset, usus esset remedio quod ipse aliis præcepit, 1 Cor. 7. 9 [t]. 7. Vitium vitio non curatur. 8. Gloriatur Paulus in hac infirmitate, v. 10. ea ergò non est ullum vitium [v]. ¶ Ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι] *Ne supra modum efferar*, P. Be. Pi. Ut omnis animi ἔπαρσις tam gravi & assiduo dolore reprimeretur. Sed hæc verba in MS. hîc non reperiuntur; [à Vulgato quoque omittuntur:] & satis esset suprà esse posita [x].

8. *Propter*, &c. Ὑπὲρ τούτου, &c.] *Super* (vel, *Pro*, vel, *De*, Er.) *hoc*, (i. e. hac re; vel *Propter hunc*, scilicet stimulum [y].) *ter* (i. e. frequenter [z]; sic ter & quater fieri dicitur quod sæpe fit. Numerus certus pro incerto [a]. Vel, *ter* expressè, magísque devotè & instanter [b]; vel, *ter* tantùm, quia tunc responsum accepit [c]. De Ternario numero in precibus vide dicta ad Matth. 26. 44 [d].) *Dominum* (i.e. Christum [*], ut ex v. 9. apparet [f];) *rogavi*, P. Be. Pi. &c. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἀποστῇ, &c.] *Ut discederet*, sive *abscederet*, &c. Er. P. Mo. Be. &c. vel *facesseret*, Ca.

[Margin: x Ham. — y Cal. — z Caj in E. — a E. — b Scl. — c Calv. — d Strig. — * Q. in Strig. — f Dic. — g E. ex Th. & Bel. sic Me. T. — h E. — i Me. sim. T. — k E. — l T. — m E. — n Calv. — o Q. in E. sic Er. — p E. — q Scl. — r Vor. — † Cal. — t Pi. sim. Scl. — v Cam. — * G. — y E. — z T. E. ex Græcis sic Camer. Be. Cal. — a Cal. sim. Be. — b E. ex Aquin. — c E. — d G. — * E. Vor. — f Vor.]

Ca. *Ut abiret à me dolor ille*, G. *Ut removeret*, &c. Tre. ex Sy. vel, *discedere faceret*, Di. ex Sy. Deus scilicet. Sic & Act. 5. 37. Ἀπέστησε transitivè accipitur; imò semper, ni fallor, ἀφίστημι transitivum est, nec aliter explicatur in Thes. Steph.[g]

9. *Et* (vel, *Sed*, Be. Pi. καὶ, pro ἀλλὰ, nam est antithesis[h].) *dixit mihi*] Dominus[i], Christus; per בת קול[k]. Aliam revelationem obiter insinuat[l]. ¶ *Sufficit* (vel, *Sufficiet*, i. e. sufficere debet[m];) *tibi* (ad malum hoc, quodcunque illud est, superandum[n]:) *gratia mea*] i. e. quòd tibi bene volo[o]; cœleste auxilium ad eas tentationes superandas nunquam tibi denegabo[p]. In te licèt infirmus, in me sis fortis, &c[q]. q. d. Non necesse est, neque expedit, ut fiat quod petis. Exauditus erat Paulus non quidem in eo quod expresse voluit & petivit, sed in eo quod implicitè voluit & intendit, i.e. bonum suum salutare[r]. Pii, cùm malorum levamenta orant, non semper exaudiuntur; quia nec precantur nisi sub conditione, Si ipsorum bono & Dei honori id sit conducibilius †. ¶ *Nam*, &c. Ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται] *Nam potentia* (vel, *fortitudo*, Ca.) *mea*, (h.e. gratiæ meæ[t]: Hinc probatur Deitas Christi[v].) *per infirmitatem* (vel, *in imbecillitate*, Ca.) *perficitur*, Er. P. Ti. Ca. Mo. &c. vel, *ad finem suum adducitur*, Pi. i. e. pleniùs sese exerit[x], perfectè præstatur ||, illustriùs manifestatur[y], perfectiùs agnoscitur; sicut sæpe verba Hebræa Hiphil ad notitiæ effectum referuntur[z]. Sensus, q. d. Sine te calamitatibus exerceri, ut tandem potentia mea hostibus tuis illustrior reddatur, cùm te ab iis liberavero[a]. Potentia Divina longè diversâ ratione declaratur quàm potentia mundi: Siquidem hæc vi innotescit, illa contrà tolerando[b]. *Potentia Dei* hîc dicitur non ipsa illius vis, sed ejus potiùs effectum in nobis sensim progrediens & efficax[c]. Sensus, q. d. Mea in te potentia excellens declaratur & perfecta[d]; ostendit se summam esse, nec vinci posse*, dum per eam imbecillitas tua roboratur in afflictionibus & invicta redditur[f]; & hæc infirmitas, quicquid sit, sive tentatio, sive persecutio, &c. à te superatur, aut nè noceat, toleratur, & per hoc magis illustrem fortémque te reddit[g]; dum in summis his angustiis vivis & respiras cum patientia, &c[h]. Quò major erit tua infirmitas, eò majus robur à me tibi suggeretur, & victoria illustrior obtinget[i]. Nisi tentarere, vincere non posses; nunc tentatus & te imparem sentiens, perfectè fortis evadis & vincis meo favore & beneficio[k]. Causam hîc reddit cur malum hoc ei non auferat, *Quia potentia ipsius*, nempe Christi, *hoc magis perficitur*, i. e. illustratur, *quò ii per quos agit magis sunt adversis obnoxii*. Qui à Paulo videt morbos sanari, sciat hoc non ab ipso esse, (ægrotat enim & ipse,) sed à Christo. Alioqui verum etiam hoc est quod Plinius dicit 7 Epist. 26. *Optimos nos esse dum infirmi sumus*. Cui congruit Senecæ illud, *Calamitas virtutis occasio est*: & Quintiliani, *Temeritas omnis animorum calamitate corporum frangitur*: & Minutii Felicis, *Calamitas sæpiùs disciplina virtutis est*: & Salviani, *Affectis artibus vires corporum in virtutes transferuntur animorum*: & hoc ejusdem, *Sancti viri infirmiores se faciunt, quia si fortes fuerint sancti esse vix possunt*[l]. ¶ *Libenter*, &c. Ἥδιστα οὖν μᾶλλον, &c.] *Libentissimè* (h.e. cum maxima voluptate[m],) *igitur gloriabor potiùs super*, vel *de*, *infirmitatibus meis*, Er. P. Be. Pi. i.e. mihi immissis à Deo[n], h. e. in adversitatibus & ærumnis meis[o], quàm in ulla alia re quâ videar excellere[p]; vel, potiùs gloriabor quàm contristabor in illis[q]. Ἥδιστα μᾶλλον hîc dictum est pro ἥδιον, ut καλὸν μᾶλλον, pro κάλλιον, Marc. 9. 42. Alibi μᾶλλον κρεῖσσον, μᾶλλον περισσότερον, μᾶλλον περισσοτέρως: ità ut μᾶλλον conjungatur cum Positivo, Comparativo, & Superlativo[r]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ, &c. *Ut inhabitet* (vel, *tanquam in tabernaculo inhabitet*, Be. vel, *tentorium figat*, E. ex Th. i. e. fixam stabilémque in me sedem habeat †. Hoc verbo non temporaria inhabitatio significatur, sed ipsius hospitii infirmitas[t]: q. d. ut in me tanquam infirmo domicilio, & testaceo vasculo inhabitet[v].) *in* (vel, *super*, E. ex Th.) *me* (ut in me refulgeat seu conspicua sit[x];) *potentia Christi*, P. Pi. &c. quâ nimirum potens sum in Christo ad superandas omnes infirmitates[y]: i. e. ut magis ac magis sentiam virtutem Christi. Nam quò sunt nostra tabernacula infirmiora, eò magis elucet in illis Christi virtus; cum nullis periculis aut laboribus frangantur, ut scriptum est suprà 4. 7 †. *Ut eò magis vis illa Christi per me appareat*: nam σκηνοῦν, ἐπισκηνοῦν, ex Syriaco שכן, est *habitare*. *Habitare* autem hoc loco est *frequenter se ostendere*; sicut homines sæpiùs domi sunt quàm extra domum[z].

10. *Propter*, &c. Διὸ εὐδοκῶ, &c.] *Propterea* (id est, Propter insignem earum utilitatem quam dixi[a], & quia per illas in me perficitur & inhabitat virtus Christi[b]:) *oblector* (vel, *acquiesco*, V. Be. *placeo mihi*, Er. *tranquillo sum animo*, V.) *in infirmitatibus*, P. Pi. חפצתי, aut רציתי: *Amo ipsa illa adversa*[c]. Non tantùm æquo & forti animo illas fero, sed etiam voluptatem maximam ex iis percipio[d]. ¶ *In contumeliis*] Imò contumeliosè tractari Christi causâ. ¶ *In necessitatibus*, Ἐν ἀνάγκαις] Vide suprà 6.4. & 1 Cor. 7. 26. ¶ *In persecutionibus*] Vide Matth. 13. 21. Marc. 4. 17. Act. 8. 2. Rom. 8. 35*. ¶ *Pro Christo*] Scil. illatis ac toleratis[f]. ¶ *Cùm enim infirmor*, (vel, *infirmus sum*, Be. Pi. quod ad meas vires attinet[g]; vel, secundùm naturam[h]: cùm subjicior infirmitatibus prædictis[i].) *tunc potens sum*] Scil. per gratiam[k], vel, robore à Christo mihi subministrato[l]; ideóque gratia & potentia Dei in me magis elucescit[m]. Quò magis adversis premor, eò majora Deus per me operatur[n].

11. *Factus*, &c. Γέγονα ἄφρων καυχώμενος] *Fui insipiens* (i. e. quasi insipiens[o],) *in gloriando*, P. Be. &c. In MS. non est καυχώμενος. Nam ἄφρων, id est, ὡς ἄφρων, ut sæpe in capite præcedente, hîc idem valet quod καυχώμενος P. ¶ *Vos* (i. e. Sed vos[q],) *me coegistis*] nempe ad id[r], ut auctoritatem meam, & opinionem quam de me habere debetis, stabilirem †; quia tanti facitis Pseudo-apostolos, mei contemptores[t]. Sunt quædam αὐτολογίαι extortæ, ac propterea extra culpam[v]. ¶ *A vobis debui commendari*] Contra obtrectatorum calumnias[x]. Non debueratis exspectare ut quicquam ad me commendandum dicerem. Nemo me meliùs noverat quàm vos; nemo meliùs de me testimonium præbere poterat[y]. ¶ *Nihil*, &c. οὐδὲν γὰρ ὑστέρησα τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων] Vide suprà 11. 5[z]. *Nulla enim in re inferior fui summis* (vel, *excellentissimis*, Er. vel, *illis plusquam summis*, Pi. i. e. primis ac præcipuis[a].) *Apostolis*, Er. P. Be. &c. vel, 1. Petro, &c. quorum se discipulos venditabant Magistri Corinthiaci[b], qui cum Christo fuerant in carne versati; quibus proinde Paulum æqualem esse negabant Pseudo-apostoli[c]: vel, 2. Pseudo-apostolis, quos sic vocat κατ' εἰρωνείαν[d]; non quòd tales essent, sed quòd tales haberi vellent*. Vide modestiam Pauli, qui, cùm plus omnibus laboràsset, contentus fuit dicere, se eis æqualem esse; æqualem intellige in Apostolico munere donísque ei annexis, &c[f]. ¶ *Tametsi nihil sum*] Scil. ex meipso[g], si in me specter extra Christum[h]; nihili faciendus[i], nullius pretii apud Deum. Hîc οὐδὲν sumitur sicut oppositum τῷ τι, Gal. 6. 3[k]. Humiliter dictum, ut omnia Deo tribuat[l]. Contra tentationem superbiæ revocat se per veram humilitatem ad considerationem infirmitatis, & (ut ità dicam) nullitatis propriæ: q. d. Totum quod sum, quod habeo, & quod ago, gratiæ Dei in me, & per me, operanti acceptum refero[m]. Vel dictum hoc per concessionem ex opinione Pseudo-apostolorum[n].

12. *Signa*, &c. Σημεῖα μὲν, &c.] *Signa* (vel, *Indicia*, Be. Pi.) *Apostoli* (i.e. vel miracula tam magnitudine quàm numero Apostolica[o]; vel opera quæ probant me Apostolum esse[p], qualia statim enumerat[q]; per quæ cognoscor ego esse *Apostolus* non minùs quàm illi Duodecim[r]:) *quidem* (vel, *certè*, Er. vel, *tamen*, Vulg.) *peracta* (vel, *edita*, Be. Pi.) *fuerunt apud vos*, P. &c. vel, *inter vos*, Er. V. h. e. vobis videntibus †; vel, in prædicatione Evangelii apud vos[t]. ¶ *In*, &c. Ἐν πάσῃ ὑπομονῇ, &c.] *Cum omni* (i. e. admiranda[v], vel, singulari, ut diximus ad 1 Cor. 1. 5[x].) *tolerantia*, sive *patientia*; (scil. laborum, molestiarum, & injuriarum[y]; quæ heroica virtus quasi cœleste sigillum erat, quo Dominus Apostolos suos confirmabat[z]. Ὑπομονὴν posuit ante charismata. Verè Apostolicum est plura quàm cæteri adversa fortiter tolerare[a]. Primus character Apostoli est omnimoda ac perfecta patientia[b]. *Per omnem tolerantiam*, P.) *per signa & prodigia & virtutes*, Be. Pi. &c. באותות, במופתים, בגבורות[c]. *Virtutes* vocat potentiam miraculorum[d]. Si autem per *signa* miracula intelligantur, sensus est, q.d.

Miracula,

Miracula, Apostolica apud vos à me facta sunt, non cum fastu & imperio, quasi propterea me extollere, vósque in servitutem redigere, vellem, sicut facere conantur Pseudo-apostoli; sed cum omni patientia & humilitate: facta sunt, inquam, multipliciter, id est, in signis & prodigiis & virtutibus [e].

13. *Quid*, &c. Τί γάρ ἐστιν ὃ ἡττήθητε ὑπὲρ τὰς, &c.] *Quid enim est quod* (vel, *in quo*, Er. P. Be. Pi. &c. ὃ, pro καθ' ὃ [d].) *inferiores* (vel, *deteriore conditione*, Be.) *fuistis* (vel, *minus habuistis*, Vulg. vel, *succubueritis*, Pi.) *supra cæteras Ecclesias*, Mo. Pi. i. e. plus quàm cæteræ Ecclesiæ [*]: vel, *cæteris Ecclesiis*, P. Be. Pi. Al. *superati sitis à cæteris Ecclesiis*, Ca. Fundatis vel à me [f], vel ab aliis Apostolis [g]. Vulgatus ὑπὲρ accepit acsi responderet Heb. מן [h]. [Sensus, q. d.] An minora dona per impositionem manuum mearum vos recepistis, quàm illæ Ecclesiæ quas Petrus & alii Apostoli fundàrunt [i]. ¶ *Nisi*, &c. Εἰ μὴ ὅτι — οὐ κατενάρκησα ὑμῶν] *Nisi* (Specie exceptionis magìs firmat quod dicit: est enim εἰρωνεία [k], quâ abutitur exceptivâ particulâ [l].) *quòd ego ipse non gravavi vos*, Vulg. sic Tre. ex Sy. sim. Ar. Ti. vel, *non obtorpui* (vel, *piger fui*, G.) *vobis*, Mo. vel, *vestro damno*, G. sim. Be. P. Pi. i. e. Non sumpsi à vobis quæ me à manuum labore liberarent. Vide suprà 11. 8, 9 [m]. Non accepi sumptus in ministerium meum, ut alii Apostoli, & ego in aliis Ecclesiis [n]. ¶ *Donate*, &c. Χαρίσασθε, &c.] *Condonate* (vel, *Gratificemini*, P.) *mihi hanc injuriam*, Er. Il. Ti. Ca. Pi. &c. Et hæc valde efficax est ironia [o]. Ἄδικοι sunt *qui plus sumunt quàm oportet*. Paulus hìc ex contrario fecit figuram, *Si apud vos injustitia est minus quàm debetur sumere, rogo hanc culpam mihi condonetis*. Χαρίσασθε est quod RR. dicerent מחלו [p]: [forsan חמלו.]

14. *Tertiò*, &c. Τρίτον ἑτοίμως ἔχω ἐλθεῖν, &c.] Ità habent pleraque Græca exempl. sed tria habent τρίτον τοῦτο, &c [q]. Τρίτον pertinet, vel, 1. ad ἐλθεῖν [r]; vel potiùs, 2. ad ἑτοίμως ἔχω [†]. Non hoc dicit, *tertiò se venturum*, sed *jam tertium esse quòd se parat itineri ad ipsos, & impeditur* [t]. Bis tantùm ivit Corinthum [v], semel, ut exprimitur Act. 18. 1. secundò, ut indicatur Act. 20. 2, 3. quod tamen factum post hanc Epistolam, ut patet ex collat. 2 Cor. 1. 15, &c [x]. & ter paratus fuit ire [y]; primò, Act. 19. 21. & 1 Cor. 16. 5. secundò, 2 Cor. 1. 15. & tertiò h. l. [z]. *Tertiò paratus sum* (animo nempe, ut Act. 21. 13. Vide & Dan. 3. 15 [a].) *venire ad vos*, &c. Be. Pi. &c. ut spiritualia vobis ministrem, ídq; sine vestro gravamine [b]. Non ergo hoc commemoro tanquam exprobrans, sed [legendum videtur, *seu*] admonens ut quod hactenus non fecistis posthac faciatis [c]. Constitui perstare in meo instituto nihil vos gravandi, suprà 11. 8, 9 [d]. ¶ *Non — quæro — vestra —* (i. e. pecunias vestras, aut commoda temporalia [*]; nihil vestrum expeto [f]:) *sed vos*] Id est, vestram salutem [g], cujus proinde causâ gratis vobis ministrabo, & sed vos in æternum salvos præstare cupio. Dictum verè Apostolicum [i]. ¶ *Nec enim debent filii parentibus*, &c.] q. d. In eo ego pater vester patres imitor, quorum non est à filiis accipere, sed filiis dare [k]. *Ratio naturalis, quasi lex quædam tacita, liberis parentum hæreditatem addicit*, ait Jurisconsultus Paulus. Vide quæ diximus De J. B. & P. 2. 7. 5 [l]. Non negat filios debere alere parentes [m], quod præceptum in 5 mandato [n], & Matth. 15. 4, 5, 6 [o]. & pari ratione fideles debere alere pastores [p]; sed comparatè hoc dicit [q], & quoad naturæ ordinem. Nam thesaurizatio fit in posterum; atqui naturaliter & ordinariè filii succedunt parentibus, & parentes hoc ex naturali amore præstant, &c [r].

15. *Ego*, &c. Ἐγὼ δὲ ἥδιστα δαπανήσω, καὶ ἐκδαπανηθήσομαι, &c.] *Ego autem libentissimè impendam*, (sub. *quæ habeo*, V. vel, *res meas, quanquam tenues sunt*, G. vel, *sumptum impendam*, Be. Pi.) *& expendar*, (vel, *insumar*, Ca. vel, *memetipsum impendam*, G. sic Me. Nam passivum hìc, ut sæpe, est pro reciproco, quod Hebræi dicunt *Niphal pro Hithpahel* [†]: meum sanguinem, spiritum, vitam exhauriam & profundam [t].) *pro animabus vestris*, Mo. &c. i. e. pro vobis [v]. ¶ *Licèt plus vos diligens*, (scil. quàm alias Ecclesias [x]; vel, quàm diligant vos Pseudo-apostoli [y]:) *minùs diligar*] Scil. à vobis, vel, 1. quàm Doctores alii [z], Pseudo-apostoli; vel, 2. quàm ab aliis Ecclesiis [a]; vel, 3. quàm vos à me diligamini.

[Margin: e E. · d Pi. · * Idem. · f E. Me. · g Mc. · h Pi. · i G. · k Idem. · l E. · m G. · n E. · o G. sim. E. Er. · p G. · q E. · r [illegible] in Be. · † Be. · t G. · v E. ex Be. · x E. · y E. ex Aquin. & L. sim. Be. · z Le. · a G. · b E. Me. · c E. · d G. · * E. · f G. · g E. Me. · [h] E. · i G. · k E. Me. · l G. · m E sim. Scl. · n E. · o Scl. · p E. · q Scl. · r E ex Aquin. · † G. · t Me. · v G. · x Idem. · y E. · z G. · a E. ex Aquin.]

Cui favet comparatio; nam plerumque filii minùs solent parentes diligere, quàm ab iis diliguntur [b].

16. *Sed esto*, (verum scilicet [c],) *ego* (vel, *ego ipse*, E. sic Er.) *vos non gravavi*] Palàm scilicet [d]. ¶ *Sed — callidus*, &c.] Sed callidè vos emunxi [*], per interpositas personas faciens quod per meipsum facere nolueram [f], alios subornando qui pro me acciperent [g]. Objicit hoc sibi tanquam ex adversariorum verbis, ut statim solvat [h].

17. *Numquid*, &c. Μή τινα — δι' αὐτῶν, &c.] Hebraica formula loquendi: vide ad Matth. 7. 9 [i]. Est ἀντίπτωσις, ut *Urbem quam statuo vestra est* — [k]. *Num per quenquam eorum*, &c? P. Be. Puta per Timotheum, 1 Cor. 16. 10. ἐπλεονέκτησα, בצעתי. Vide suprà 7. 2 [l].

18. *Rogavi Titum*] Ad vos ut iret [m], suprà 8. 6 [n]. ¶ *Fratrem*] Qui putatur Lucas [o]. Vide suprà 8. 18 [p]. ¶ *Numquid*, &c. Μήτι, &c.] i. e. κατά τι, vel ἔν τινι. Sic enim malo accipere quàm ut παρέλκον [q]. *Num aliqua in re*, &c? Be. Pi. *An ex vobis lucrum fecit*, G? ¶ *Nonne eodem spiritu*, &c.] Scil. Dei [r]; vel, affectu animi [†]; eodem animo, eâdem voluntate [t], simili instituto [v]; ut res ipsa docet [x]. ¶ *Iisdem vestigiis?*] i. e. externis operibus [y]? *Nonne illi meis institerunt vestigiis?* i. e. me per omnia imitati sunt [z]?

19. *Olim*, &c. Πάλιν δοκεῖτε ὅτι ὑμῖν ἀπολογούμεθα;] *Rursum* (vel, *Num è contrario*, Be. vel, *Olim*, Vulg. i. e. jamdudum [a]. Legit πάλαι [b], ut est in uno Codice [c]. Num iterum ex occasione superiorum verborum [d]; vel, dum hæc tam operosè inculco [*]:) *putatis quòd nos vobis excusemus?* P. Be. Pi. sic Er. &c. vel, Apologiam nostrî texamus, & id agamus præcipuè, ut apud homines commendati simus [f]; ut avari simus, nec tales videamur [g]? *Putatis fortè me hoc toties repetere mei tantùm purgandi causâ*. Aliud est quod præcipuè hìc specto [h]. ¶ *Coram Deo in Christo*, &c.] Est juramentum [i]: q. d. Testis est Deus & Christus eorum quæ loquimur [k]. Al. Sensus, q. d. Sine fuco & sincerè loquor, ut decet eum qui se *in Christo*, i. e. Christi membrum & discipulum, profitetur [l]; vel, *in Christo*, i. e. secundùm Christum, ejúsque doctrinam, h. e. sincerè, &c [m]. Puto auferendam διαστολὴν post λαλοῦμεν, & legendum τὰ δὲ πάντα, *Dicimus hæc omnia, conscio Deo, & eâ veracitate quam Christus nos docuit, vestri profectus causâ*; nempe, nè si ego vobis vilescam, vilescat vobis & Evangelium, quale id vobis prædicavi. Confer Gal. 1. 20. Col. 1. 22 [n]. ¶ *Omnia*, &c. Τὰ δὲ πάντα, &c.] *Omnia autem hæc* (quæ hactenus diximus quasi in nostram commendationem [o], sub. *loquimur*, Pi. Me. quod ἀπὸ κοινοῦ repetendum [p]:) — *pro vestrî ædificatione*, P. Be. &c. non ad gloriam, aut excusationem nostram [q].

20. *Non quales volo*] Vel, *velim*, P. Be. Pi. i. e. benè correctos à pristinis vitiis [r], sed corruptos à Doctoribus illis qui vitiis blandiuntur [†]. ¶ *Inveniar — qualem*, &c. Οἷον οὐ θέλετε] *Qualem nolitis*, P. Be. Pi. &c. scil. severus pater, & peccatorum vindex [t]; rigidior quàm hactenus experti estis [v]. Nè severitate in vos uti cogar, ut 1 Cor. 4. 21. suprà 10. 6 [x]. ¶ *Nè fortè*, &c. Μή πως ἔρεις, &c.] *Nè quo modo* (sub. *sint*, Be. Er. P. sic Camer. scilicet apud vos [y]; vel supple, *etiamnum post tot remedia adhibita inter vos reperiantur*, 1 Cor. 1. 11. & 3. 3 [z].) *lites*, (i. e. verborum pugnæ, solo vincendi studio susceptæ [a];) *æmulationes*, (ex invidia videlicet orientes [c]: Invidiam notat [d].) *excandescentiæ*, (vel, *furores*, Er. *iræ*, Er. G. Me. ut Act. 19. 28. Gal. 5. 20. Eph. 4. 31. Col. 3. 8 [*].) *rixæ*, (vel, *contentiones*, Er. *concertationes*, V. E. nempe & studiis & factis [f]. Quarum mentio Gal. 5. 20. Vide & Rom. 2. 8. Phil. 1. 16. Jac. 3. 14, 16 [g].) *obtrectationes*, (vel, *detractiones*, Vulg. Καταλαλιάς habes 1 Pet. 2. 1. & καταλάλους Rom. 1. 30. ubi de significatu diximus [h].) *susurri, tumores*, (vel, *inflationes*, Vulg. Mo. Superbiam significat [i]. Vel, *gloriarum flatus*, ob divitias, eruditionem, eloquentiam. Notat illos quos 1 Cor. 4. 18, 19. & 5. 2. ubi habes verbum φυσιοῦσθαι, ut & 1 Cor. 8. 1. & 13. 4 [k].) *tumultuationes*, Be. Pi. Quibus scilicet alii aliorum quietem interturbant [l]. Vel, *seditiones*, P. G. Vulg. quæ ex schismate nasci solent, ut nos docet Epistola Clementis ad Corinthios. De hac voce vide Luc. 21. 9. 1 Cor. 4. 33. suprà 6. 5 [m].

21. *Nè*, &c. Μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ — πρὸς ὑμᾶς] Est

[Margin: b E. · c Zeg. · d G. · * Vor. sim. E. · f G. · g E. · h G. · i Be. · k G. · l Idem. · m G. sic E. Me. · n G. · o G. sim. E. · p G. · q Be. · r E. sic Be. · † G. · t E. Me. · v Scl. · x Be. · y E. · z G. · a E. · b Be. E. · c Be. · d E. · * T. · f E. · g Me. · h G. · i T. · k V. · l Me. T. sim. Be. · m E. · n G. · o Me. ex E. · p Pi. · q E. Me. · r E. Me. · † G. · t Me. sim. E. · v Vor. · x G. Me. · y E. · z G. · a E. · c Be. · d E. sic Me. · * G. · f E. ex Caj. · g G. · h Idem. · i E. sim. Me. · k G. · l Be. · m G.]

Est & hîc Trajectio; nam πάλιν ἐλθόντα με cohæret cum πρὸς ὑμᾶς, *ubi ad vos rediero.* Ταπεινῶν hîc est mœrore afficere; unde ταπείνωσις, Luc. 1. 48. Act. 8. 33. Psal. 90. 3. in Græco. *Deus me mœrore afficiat*, i. e. Dei causâ mœream [n]: *Nè rursus ad vos ubi venero, affligat me Deus meus*, Ca. [Alii verba sic reddunt,] *Nè me, postquam iterum venero*, (h. e. in secundo hoc meo ad vos adventu [o];) *deprimat* (vel, *humiliet*, Vulg. *humilem faciat*, Er. P. vel, *vilem reddat* in oculis vestris, qualem me *coram* esse dixerunt, supra 10. 1. vel, *contristet*, Me. T. Intelligit animi sui demissionem ex justo dolore [p].) *Deus meus* (Tam tristia quàm læta Deo adscribit, ut 1 Sam. 2. 6.) *apud vos*, Be. Pi. &c. scil. cùm videro tenuissimos vestros in fide ac pietate progressus [q], & me frustra laborâsse: id quod ei gravissimum erat, sicut nihil ei lætius erat prospero prædicationis suæ successu. Vide 1 Thes. 2. 20 [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, &c.] h. e. πολλοὺς προημαρτηκότας, ut supra 10. 12. τινι τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων, h. e. τισὶν οἵτινες ἑαυτοὺς συνιστᾶσι. Nec enim est divisio, ut eum eorum aliis se conferre audeat, cum aliis non item. Tale quiddam declaravimus in Psal. 54 †. [Sic vertunt,] *Et lugeam* (vel, *deplorem*, Ca. i. e. lugere cogar & cum luctu castigare [t]. Sic loquitur, quia usus ille potestatis suæ adversus malos, qualis 1 Cor. 5. 2. non erat sine magna ipsius utentis tristitia, quâ humiliatur ac dejicitur homo [v]. Est hîc μετωνυμία. Nam *lugeam* dicit pro *punire cogar*, quod Apostoli non faciebant sine signis. Sicut Romani civem damnaturi sumebant pullam togam. De hoc sensu vocis πενθεῖν, vide quæ dicta 1 Cor. 5. 2 [x].) *qui antè peccârunt*, (non ante conversionem suam, sed ante scriptam Epistolam vel priorem [y], vel posteriorem [z]; eos dico qui ante adventum meum se non correxerint [a]:) *nec resipuerunt* (i. e. nondum Ecclesiæ satisfecerunt, quam peccatis suis offenderant [b]; vel, nondum fructus fecerunt pœnitentiâ dignos [c].) *super impuritate* (Illas libidines intelligit quas eâdem voce ad Rom. 1. 24 [d].) & *scortatione*, (Intelligit concubitum maris & fœminæ extra conjugium [*]. Al. Hoc vocabulo [πορνείας] diximus & *scortationem* comprehendi, & *nuptias illicitas*. Vide Act. 15. 20. 1 Cor. 5. 1 [f].) & *protervià* (vel, *lasciviâ*, Be. *omni genere lasciviæ*. Vide Marc. 7. 22. Rom. 13. 13 [g]. vel, *vilitate*, Tertul. in G. ἀσέλγεια est petulantior libido in libidinosis osculis & tactibus [h].) *quam* (ῇ, pro ἐκείνῃ ἥν [i]) *patrârunt*, P. Pi. &c.

n G. o E. p Vor. q Scl. r Be. † Ca. t Me. v E. x G. y E. z Vor. a G. b Vor. c E. d G. sim. E. Me. * E. f G. g Idem. h Me. sim. E. i Pi.

CAP. XIII.

1. **T**Ertiò, &c. Τρίτον τοῦτο, &c.] *Tertiâ hac* (vel, *jam*, Be.) *vice venio ad vos*, P. Pi. &c. ut scilicet puniam vos [a]. Hoc repetit, ut eo metu corrigant se Corinthii, & virgam Apostolicam præveniant [b]. Quasi secundò venisset, quum non venerit, tertiò venturum se promittit, ut patet amplius ex v. seq. Vide cap. præced. v. 14 [c]. Sed non patitur historica narratio, ut hic adventus fuerit tertius [d]. [Quid ergo dicendum?] 1. Adventus hîc metaphoricè intelligitur [*]. Binas suas Epistolas pro totidem ad illos profectionibus posuit. De vero autem adventu loquens, utitur verbo πάλιν, [v. præced.] non τρίτον [f]. 2. Ἔρχομαι hîc habet significationem futuri, nempe ejus quod est in procinctu [g]. *Hic tertius erit adventus meus ad vos*, Er. *Venio*, id est, venire propono [h], venire constitui [i]. *Tertium me jam itineri paro.* Est enim idem quod dixerat suprà 12. 14. Et solet conatibus dari nomen effectûs. In MS. autem est planius, ita ut suprà, ἑτοίμως ἔχω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς· & sic legit Syrus [k]. ¶ *In*, &c. Ἐπὶ στόματος — σταθήσεται, &c.] Ex (vel, *In*, Er. Vulg.) *ore duorum testium, aut trium, firmum* (i. e. ratum, vel stabile [l],) *erit* (vel, *constituetur*, Er.) *omne verbum*, P. Be. Pi. i. e. omne negotium [m], controversum, ex Lege Deut. 17. 6. & 19. 15 [n]. h. e. accusatio ipsa erit rata & stabilis [o]. *Cùm jam bis terve id dixerim, tandem ratum erit*; quod Hebræi dicunt יקום. Est enim applicatio, quasi per παρῳδίαν, Legis Deut. 19. 15. Similis ferme applicatio Legis ejusdem, Matth. 18. 16 [p]. Significat, se peccantes Corinthios non præcipitanter ac temerè judicaturum, sed secundùm Legem, &c [q]. Puniam eos qui per duos aut tres testes convincentur graviùs peccâsse [r]. Al. [Sensus, q. d.] Hæc est solennis secunda admonitio mea per Epistolam, cui nisi pareatis, accersetis vobis censuras quum venero, juxta methodum Christi, Mat. 18. 15. Huic interpretationi favet, 1. quòd ipsa institutionis verba h. l. recitantur; 2. quod addit, προείρηκα καὶ προλέγω, *prædixi*, vel *præmonui*, in prima Epistola mea, & *prædico*, vel *præmoneo*, nempe in hac secunda Epistola, quæ vobis secunda admonitionis vice erit †. Al. Alludit h. l. ad suum secundum & tertium ad Corinthios adventum, quos 2 aut 3 testium loco fore innuit, per quos certiùs de eorum peccatis cognoscat, &c. Huic sensui favet, 1. quòd jam dixerat tertiò se venturum, quasi tertius adventus tertium testimonium futurum sit; 2. quod hîc sequitur; 3. quòd de notoriis peccatis loquitur, in quibus indicandis & puniendis testium inductione non videtur opus fuisse [t].

a Me. T. b E. c Vor. d Be. * Scl. f Scl. ex Pe. g E. h Me. T. i Cal. k G. l D. m Be. Pi. Scl. n Scl. o V. p G. q Q. in E. r Me. T. sim. Cal. † Ham. t G.

2. *Prædixi*, &c. Προείρηκα καὶ προλέγω ὡς παρὼν τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὼν νῦν γράφω, &c.] *Prædixi & prædico, ut præsens cùm essem iterum*, (vel, *velut iterum apud vos futurus*, Præs. pro Futuro [v].) ità & *absens nunc scribo*, &c. Er. Ti. q. d. Cùm adessem secundò prædixi quod nunc absens tertiò prædico scribens [x]. Non placet; quia sic conjungeretur ὡς παρὼν, non cum προλέγω, sed cum γράφω, quod absurdum; tum quia tunc sine necessitate statueretur ellipsis copulæ quæ conjungeret προλέγω & γράφω; tum quia bis videretur Paulus præsens scripsisse, aut certè scripsisse cùm secundò præsens esset [y]. *Prædixi* (nempe in priore Epistola, cap. 4. 19, 20, 21 [z].) & *secundò prædico* (in hac Epistola [a], q. d. denunciavi, & denuncio vobis [b]: τὸ δεύτερον pertinet ad προλέγω [c].) *ut præsens*, (Significat sui absentis non minorem esse autoritatem quàm præsentis [d]. Non dicit *præsens*, sed *ut præsens*, quomodo & 1 Cor. 5. 3 [*].) & *absens nunc scribo* (Sensus, q. d. Ità ut præsens prædixi, ità & nunc absens prædico; pari scil. autoritate, interminatione, acsi præsens essem, prædico & scribo [f]: vel, q. d. Olim id vobis denunciavi, & secundò denuncio ut præsens, hâc videlicet Epistolâ quam absens scribo [g].) *iis qui antè peccârunt*, P. Be. Pi. qui jam peccârunt graviùs, suprà 12. 21. ¶ *Et cæteris*, &c.] Si qui adhuc peccaturi sint [h]; tanquam testibus futuris denunciationis ac præmonitionis meæ [i]. ¶ *Si*, &c. Ἐὰν ἔλθω, &c.] *Si denuò venero*, P. Be. Pi. & inemendatos mores invenero [k]. Ἐὰν hîc valet *quando*; *Ubi ad vos rediero* [l]. ¶ *Non parcam*] Peccatoribus scilicet [m]; agam severè pro criminum meritis [n]: expediam virgam Ecclesiasticam [o], ut excommunicationem [p]; vel, si res poscat, pœnam infligam corpoream, vel etiam capitalem. Hæc enim autoritas Apostolis concessa est. Vide infrà v. 10. & 1 Cor. 5. 3 [q]. Obj. At parcere debuit, ex Matth. 18. 22. Resp. Ibi sermo est de hominibus privatis, hîc de iis qui cum imperio sunt; ibi de pœnitentibus, hîc de præfractis [r].

v G. x Er. y Be. z Be. Cal. Scl. a Ec. b E. c Be. Scl. d G. * E. f Me. g Be. h G. sim. Vor. i E. k Me. l G. m Me. E. n G. o Me. sim. E. Cam. p E. q Cam. r Scl.

3. *An*, &c. Ἐπεὶ δοκιμὴν, &c.] *Quandoquidem experimentum* (vel, *specimen*, vel, *documentum*, Val. Er. *probationem*, Be. experimentale signum sive argumentum †.) *quæritis in me loquentis Christi*, P. Pi. &c. Sensus, Dico me non parciturum, quandoquidem ità vos geritis quasi dubitetis [t], & experiri velletis an in & per me loquatur Christus, sicut in & per alios Apostolos; an præcepta mea ab humano, an divino, spiritu sint profecta [v]; an transgressores punire audeam, vel possim (de quo dixi [x],) potestate mihi datâ à Christo [y]. Dubitationis causa fuit; quòd Christi mansuetudinem imitatus tamdiu se à vindicta cohibuisset. Similes exprobrationes vide Exod. 16. 6, 7, 8. Esa. 7. 13 [z]. *Quandoquidem ità agitis ut videamini periculum facere velle, quid Christus, cujus nomine Evangelium prædico, per me efficere possit.* Vide suprà 5. 20 [a]. Sensus est, q. d. Videmini quasi Christum tentare, dum meis comminationibus parum movemini [b]. ¶ *Qui*, &c. Ὃς εἰς ὑμᾶς, &c.] *Qui* (Christus [c],) *erga* (vel, *in*, Er. V.) *vos* (i. e. respectu vestrî [d],) *non est infirmus*, (vel, *impotens*, sive *imbecillis*, V. tanquam in vos peccantes non possit animadvertere [*]:) *sed potens est in vobis*, P. Be. Pi. i. e. multa inter vos edidit potentiæ suæ signa [f], in miraculis, variis Spiritûs S. donis; quinetiam in punitione delinquentium, 1 Cor. 5. & 11. 30, 31 [g]. q. d. Ostendit se non esse imbecillem, seu in se seu in ministris suis, sed valde potentem [h], in convertendis vobis

† Scl. t E. v T. Me. sim. Er. x E. y T. sim. E. z Scl. a G. b Vor. c E. d Idem. * Idem. f Me. g E. h T.

vobis per meum Ministerium *. Est præsens pro præterito. Non opus habetis ejus rei periculum facere, cùm jampridem Christus per me apud vos ingentia dederit potentiæ suæ signa; vide suprà 12. 12 [i]. Idem bis dicit more Hebraico emphaseos causâ. Vel, quia εἰς ὑμᾶς, & ἐν ὑμῖν, non frustrà videntur repeti, illud οὐκ ἀσθενεῖ referatur ad Spiritûs dona, ex quibus patebat quàm efficax fuit Pauli prædicatio; alterum verò membrum ad potestatem Pauli in contumaces, q. d. Non parcam vobis, quia alioqui mihi non credetis, nisi Christi in me loquentis specimen exhibeam; quem sentitis quidem non esse erga vos (tot eximiis donis in vos collatis) infirmum, sed ego vobis confirmo, ad vos, cùm opus fuerit, castigandos potentissimum esse. Huic expositioni favet quod subjicitur. Certum enim est hoc dici, ut reverentiâ autoris ministerii sui ad officium faciendum revocentur [k]. [Sensus versûs est:] Christus, inquit, in ministerio meo se palam demonstravit, potentiámque suam exeruit erga vos, ut nullus sit ignorantiæ locus. Quare non tam de me & doctrina mea habetur quæstio quàm de Christo, nec tam mihi quàm illi facitis injuriam; tentatur Christi patientia dum spernuntur admonitiones meæ & authoritati meæ derogatur [l].

4. *Etsi crucifixus est ex infirmitate*] Scil. humanitatis & carnis [m], ultrò assumpti [n], vel, suscepti corporis [o]; vel, secundùm carnem infirmam, passibilem, &c [p]. Ἀσθένεια hîc est *conditio caduca & infirma*, quam Christus nostrî causâ susceperat [q]. *Infirmitatem*, scil. humanam, opponit potentiæ, scilicet divinæ. Porrò Christi infirmitas non erat naturalis, sed voluntariæ dispensationis [r]. ¶ *Sed* (vel, *Tamen*, P. Be. &c.) *vivit* (i. e. resurrexit †, & vivit vitâ immortali & impassibili [t]:) *ex virtute* (vel, *potentia*, P. Be.) *Dei*] i.e. divinitatis suæ [v], vel Dei patris, qui eum resuscitavit, &c [x]. *Virtutem Dei* intellige eandem quæ in ipso operata fuerat, & confer Rom. 1. 3, 4. 1 Pet. 3. 18 [y]. Tacitè autem indicat Paulus, non debere se propter multa quæ ferebat adversa contemni, cùm eâdem viâ Christus ingressus fuerit [z]. ¶ *Nam & nos* (i. e. Sic igitur & nos Apostoli [a]. Γὰρ ostendit argumenti superioris consecutionem; ineptè enim à Christi exemplo suam confirmaret potestatem, nisi ostenderet quatenus sint Christo conformes ministri, & quòd illi Christi primùm crucifixi & postea viventis imaginem circumferant [b]:) *infirmi*, &c. Ἀσθενοῦμεν ἐν αὐτῷ] *Infirmi* (i. e. abjecti, contemptibiles [c];) *sumus* (utpote multis injuriis, periculis, afflictionibus obnoxii [d]; multa patimur. Id enim esse ἀσθενεῖν sæpe jam vidimus *.) *in eo*, Er. Ti. Mo. Be. Pi. id est, quamvis in illo jam simus [f]; vel, in ipso tanquam exemplari, cui nos ministri conformamur [g]; ad instar illius [h]. In MS. est σὺν αὐτῷ, non malè, *ad illius exemplum* [i]; vel, in ipsius gratia, & illius nominis prædicatione [k]: vel, *cum illo*, Il. P. Tre. ex Sy. illius scilicet infirmitatis participes [l]; vel, *propter ipsum*, G. V. Particula ב sæpe apud Hebræos valet *propter* [m]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ ζησόμεθα—εἰς ὑμᾶς] *Sed vivemus* (vel, *vivi erimus*, Be. Pi. aliquando [n], i.e. vitam consequemur immortalem [o]; vel, vivi, vividi, valentes, potentes deprehendemur, scilicet in exercenda potestate Ministeriali [p]. Loquitur de vita sive efficacia sui ministerii [q]; ideo εἰς ὑμᾶς cum ζησόμεθα connectendum est [r]. Vel *vivimus*, ut habent multa Latina exempl. & Syrus, id est, potentes sumus: vitam infirmitati opponit, & per potentiam exponit †.) *cum eo*, (i. e. Christo viventi assimilati, vel, instar Christi [t]; quemadmodum & ille [v]:) *ex virtute* (vel, *potentia*, Be. Pi.) *Dei* (i.e. ex eadem virtute Dei [x], quæ à Christo in ministros promanans in media illorum infirmitate eminet [y];) *apud* (vel, *erga*, Er. Il. Ti. *in*, Mo. Ca. *propter*, Ar. sic Æth.) *vos*, P. vel, *in vobis*, Tre. ex Sy. Vulg. vestrî respectu, ut non solùm miracula apud vos patrare, sed & vos peccantes punire, possimus [z]: q. d. ídque de facto experiemini, cùm contra vos virgam expediero [a]. Vel, *per eandem Dei virtutem, quæ per nos inter vos tam magna operata est*. Vide quæ diximus ad 1 Cor. 15. 44 [b].

5. *Vosmetipsos tentate* (i. e. examinate, & conamini cognoscere quantum fieri potest [c]; etiam atque etiam circumspicite [d]:) *si estis* (vel, *an sitis*, Be. Pi.) *in fide*] i.e. num fidem habeatis Fidem autem intelligit, vel, 1. quæ per dilectionem operatur: congruit hoc scopo Apostoli; reprehendit enim Corinthios non de infidelitate, sed de malis operibus: vel, 2. miraculorum efficaciâ, quæ signum est Christi habitantis in eo fidelium cœtu, in quo ipsa viget; ut alibi signum esse dicitur Spiritûs accepti, Gal. 3. 5 *. Al. Num fidem semel acceptam retineatis [f]; an omnia ea dogmata bene retineatis quæ vobis tradidi [g]. Intelligit tentationem seu explorationem ipsius doctrinæ, non tam quatenus ab Apostolis fuit tradita, quàm quatenus ab ipsis recepta [h]. Connexio cum præced. & sensus hic esse videtur. Experiri vultis, ô Corinthii, utrum Christus in me loquatur: quærite potiùs de vobis [i], num fidem habeatis; & per hoc [k], cognoscite Christum esse in vobis [l]; quanto magis in magistro & Apollo vestro [m]? ¶ *Ipsi vos probate*; ità Er. Mo. P. &c. vel, *explorate*, Be. Ca. Ἑαυτοὺς δοκιμάζετε] 1 Cor. 11. 28. Sensus idem Soph. 2. 1. secundùm quosdam Interpretes. Deest hoc in MS. [n]. *An non*, &c. Ἢ οὐκ ἐπιγινώσκετε ἑαυτοὺς, &c.] *Annon agnoscitis vosmetipsos*, (vel, *ex vobisipsis*, V.) *quòd* scilicet *Jesus Christus in vobis sit*, P. sic Be. Pi. &c. nempe per fidem quam in vobis esse invenitis, ut proinde de me, cujus ministerio fidem accepistis, ambigere non debeatis quin loquatur in me Christus [o]. *Nonne sentitis Christum per Spiritum suum in vobis præsentem esse?* Si id sentitis, bene tractate tantum hospitem, Eph. 4. 30 [p]. *In vobis*, scil. omnibus simul, h. e. in Ecclesia vestra, ubi tot sunt miracula, gratiæ, dona, ut non dubitetis Christum in ea esse & operari [q]. Illud, *Christum esse inter ipsos*, præsentiam denotat & potentiam Evangelii in Ecclesia Corinthiaca per ministerium Pauli; ut liquet tum ex contextu, tum ex loco Exod. 17. 7. (quò hîc respicere videtur) ubi Israelitæ post tot miracula quærunt, *Num Deus est inter nos?* q. d. Si post tot miracula Christi per me patrata inter vos nondum creditis, me esse Apostolum Christi, & Christum esse inter vos, pares estis Israelitis illis, vel Pharisæis, plura signa postulantibus, ibi & Marc. 8. 11 [r]. ¶ *Nisi*, &c. Εἰ μή τι ἄρα ἀδόκιμοί ἐστε] *Nisi* (vel, *Alioquin*, Tre. ex Sy. *Si non quid*, Mo. *Nisi sicubi*, Er. Il. Ti. P. *Nisi fortè*, Er. Ca. Ambros. omittit fortè; nam τι solet nonnunquam addi festivitatis causâ magis quàm usûs: vel, *Nisi in aliquo* †; *Nisi aliqua in re*, i.e. ob rem aliquam [t].) *reprobi estis*, Pi. Ca. Er. P. &c vel, *rejectanei*, Be. vel, *adulterini*, i.e. nomine, non re, Christiani, 1 Cor. 9. 27. 2 Tim. 3. 8. Tit. 1. 16. Heb. 6. 8 [v], stupidi, indurati [x], improbi, inepti ad fidem Christi [y], aut quicquam boni [z]. *minimè probi*, vel, *minimè probati*, Christi fide, gratiâ, luce, ac cognitione privati, & pristinis ignorantiæ vel infidelitatis tenebris involuti [a]. His oppositi δόκιμοι, *probi* [b], v. 7. qui sunt quod videntur, Rom. 14. 18. & 16. 10. 1 Cor. 11. 19. suprà 10. 18. 2 Tim. 2. 15. Jac. 1. 12 [c]. *Nisi reprobi estis*, i. e. nisi flagitiis vestris fidem & inhabitantem Christum excussistis [d]: vel, *sine probatione*, vel *experimento*, i. e. nisi fortè tales sitis qui fidem in vobis esse experientiâ non cognoveritis; quod certè tum demum cognoscitur, cùm affligimur *. *Reprobi*, indigni fidelium nomine, saltem, nondum regeniti [f]. Al. *Reprobi* hîc opponuntur electis [g]: q. d. Si Christus non esset in vobis, posteaquam ille vobis tam fideliter à me est prædicatus, id esset argumento vos esse reprobos, non electos, &c. At hoc nequaquam debetis statuere. Ergò debetis agnoscere, Christum esse in vobis, & per consequens, me esse verum Christi Apostolum [h]. Hic versus 5. cohæret cum v. 3. hoc modo, *Quandoquidem quæritis probationem in me loquentis Christi* (*qui erga vos non infirmus*, &c.) *tentate vosmetipsos* (q. d. hortor & admoneo vos, ut priusquam quæratis eam in nobis, velitis vosmetipsos experiri;) *num sitis in fide: vosmetipsos probate*, (*Annon agnoscitis vosmetipsos, quòd Jesus Christus in vobis sit?*) *utrum non sitis sine probatione* in vobis loquentis Christi, quam in me quærere non veremini; si fortè possibile est, cùm toties vobis prædicaverim, & scripserim, *vos non scire vosmetipsos, quòd Jesus Christus sit in vobis*. Ἀδόκιμοι sign. ἄνευ τῆς δοκιμῆς, *sine probatione* *.

6. *Spero autem* (quales quales vos jam sitis [i], etsi vos reprobi essetis [k], & à Christo spiritûsque donis excidistis [l];) quòd *cognoscetis* (ipso facto [m], vel experientiâ [n]; veritate victi, & indiciis Apostolatûs mei convicti [o].) *quia* (vel, *quòd*, Er. V.) *nos non sumus reprobi*] Vel, rejecti à Christo [p], ejúsque gratiâ, efficaciâ & potestate

privati,

privati, atque ideo Christum in nobis esse; vel, quòd nos non sumus *sine probatione* quam in me quæritis, sed nollem eâ uti, &c. Videbitis enim Christum per me tam potenter operantem, ut dubitare nequeatis, &c. ut agnoscatis authoritatem meam; nec patiar me contemni. Ostendemus hoc factis ipsis, non connivendo ad crimina, ut alii faciunt. Spero fore ut cognoscatis, me tam fideliter Christo servire, ut me judicetis electum esse, ac proinde in pretio à vobis habendum. Al. Existimo vos cognoscere quòd nos probavimus reipsâ Christum in nobis habitare, doctrinâ scilicet & miraculis.

7. *Oramus*, &c. Εὔχομαι δὲ πρὸς, &c.] *Opto autem à Deo*, (vel, *ad Deum*, Val. *apud Deum*, Val. Er. V. Ad Deum preces ea de causa fundo.) *ne quid mali faciatis*, Be. Pi. censurâ nostrâ dignum; vel, *ne cogar cuiquam pœnam infligere*, quæ *malum* dicitur quia dura est toleratu. Πράσσω cum Accusativo, pro quo Latini Dativum ponerent, Matth. 27. 22. Luc. 15. 19. q. d. Non hoc dico, me *sperare*, &c. [v. præced.] quasi delectet me usus potestatis meæ; quin potiùs opto, ut subtrahatis nobis occasionem illius exercendæ. ¶ *Non ut* (Est in Græco transpositio, οὐχ ἵνα, pro, ἵν' οὐχ. Qualis Trajectio in eadem voce ἵνα est Eph. 3. 18.) *nos probati*, (vel, *probi*, Be.) *appareamus*, P. Be. vel, *comperiamur*, Pi. Quasi qui habeamus discipulos tam bene institutos: q. d. Non autem oro ut cogar probare vobis authoritatem meam erga vos, quæ mihi data est per Christum inhabitantem; vel, ut nos, puniendo vos, videamur esse magnæ authoritatis, qui scopus est Pseudo-apostolorum, &c. Sensus loci, Preces illas facio, quòd malo vos bonos esse quàm meam sinceritatem vestris pœnis testatam fieri. Maneam ego potiùs sine tali documento quàm vos in peccata talia incidatis. Non oro ut ego, vestra ulciscens flagitia, probatus appaream, h. e. integer, incorruptus, &c. ¶ *Ut vos—bonum—faciatis*] i. e. per omnia probi & obsequentes sitis; mihi non sit opus uti virgâ censoriâ. ¶ *Nos*, &c. Ἡμεῖς δὲ ὡς, &c.] *Nos vero veluti reprobi simus*, P. Be. Pi. scil. hominum judicio, ut suprà 6. 8. q. d. Etiamsi nos imbelles ac potestate Apostolicâ destituti, & consequenter viles & inglorii reputemur; hoc enim facilè patiar: sim ego (quando itâ vultis) reprobus, dummodo vos ut probatos Christi servos geratis: de me, meâque inter homines existimatione non sum solicitus. *Nos verò sine probatione simus*, i. e. ut non cogamur experientiâ ipsâ ostendere authoritatem nostram in vos.

8. *Non enim possumus aliquid adversùs veritatem* (i. e. vitæ integritatem, vel justitiam, id quod rectum & justum est; id enim ἀλήθεια nostris scriptoribus, ut Hebræi אמת, vel אמונה, sæpe significat, Joh. 3. 21. ubi dicta vide, & 3 Joh. 3.) *sed pro veritate*] Scil. conservanda & tuenda. *Non posse*, pro *non debere*, ut Marc. 2. 19. Vide & Act. 4. 20. Sic & Jurisconsulti dicunt, *Servitus imponi non potest*, à non Domino scilicet, h. e. non licet per Leges, &c. Vir probus, quod non licet ipsi facere, putat id se nè posse quidem facere. [Sensus, q. d.] Potestas illa nobis data est ut rectè eâ utamur, non ut malè, contra transgressores, non contra justos; nec ullum habet usum quamdiu justitia servatur: nam ubi culpa non est, ibi omnes sunt pares. Absit à nobis ut auctoritatis nostræ augendæ causâ adfligamus innocentem. Id unum quæro ut ab omni scelere puri sitis, nec nos ullam potestatis exercendæ occasionem habeamus, etiamsi inde nullius nos potentiæ censeamur.

9. *Gaudemus enim quoniam* (vel, *quum*, sive *quando*, E. P. Be. Er. &c.) *nos infirmi sumus*, (vel, *appareamus velut infirmi*, non edentes illa quæ diximus potentiæ in nobis Divinæ documenta; neque possimus defectu materiæ potentiam nostram in vobis castigandis exerere, quia vos culpâ vacatis; & nos (quasi nullam haberemus) potentiam nostram non ostendamus.) *vos autem potentes estis*] Scilicet gratiâ & virtutibus; vel, *ut vos sitis valentes ac vegeti*, G. ut adversus quos ego nihil possim, ob correctam vitam vestram. ¶ *Hoc*, &c. Τοῦτο δὲ εὐχόμεθα, τὴν ὑμῶν κατάρτισιν] *Hoc autem* (quod dixi, scilicet ut potentes sitis; vel, ut vobis hoc etiam concedat.) *etiam* (vel, *insuper*, Er. &c.) *optamus*, *vestram* (sub. *scilicet*, P. sic Be. Pi.) *perfectionem*, P. sim. Mo. vel, *integritatem*, Er. Il. Ti. V. *instaurationem*, Pi. *reconcinnationem*, vel *compactionem*, vel, *integram concinnationem*; ut membris luxatis in locum suum repositis, totum corpus vestrum instauretur, ut Gal. 6. 1. vel, *refectionem* ac *restaurationem in integrum*, ut correctis vitiis ac sublatis dissidiis, integri sitis & irreprehensibiles, ac potestati nostræ nequaquam obnoxii: vel, *ut vos confirmemini*, Æth. *ut vos perficiamini*, Sy. ut sitis consummati in omni gratia & virtute; *ut officium faciatis*, nè in mala incidatis. Κατάρτισις est תכונה, quod ἑτοιμασία solet verti, *recta constitutio*; sicut κατηρτισμένος, נכון, ut diximus ad Luc. c. 6. v. 40. Adde quod diximus ad Gen. c. 34. v. 21.

10. *Ideò——scribo, ut non*, &c. Μὴ ἀποτόμως χρήσωμαι, &c.] *Nè præsens severitate utar*, (vel, *rigidus sim*, Er. Il. Ti. *excisione utar*, Ham. v. 11. *duriter agam*, Tre. ex Sy. *præcisè* (vel, *severè*. Er.) *me geram*, Be. Er. sic Val. sub. *vobis*, i. e. præcisâ severitate utar apud vos: Ideò, inquit, minas adhibeo, nè eas exsequi cogar, vos adhuc incorrectos inveniens. Χρῆσθαι ἀποτόμως est *severè agere*. Nam χρῆσθαι interdum absolutè ponitur, nullo nomine sequente. Sic ἀναγωγότερον ἐχρῶντο, 2 Macc. 12. 14. ἀποτόμως, *severè*. Sic & Tit. 1. 13. ἀποτομία, *severitas*, Rom. 11. 22. ἀπότομος ὀργή, κρίσις ἀπότομος, Sapient. 5. 20. & 6. 5. In Glossario, Ἀπότομον, *rigidum*.) *ex potestate* (vel, *secundùm potestatem*, Mo. Vulg.) *quam dedit mihi Dominus* (Intelligit potestatem clavium, quæ singularis elucebat in Apostolis; vel potestatem illam Divinitùs datam ad immittendos morbos, cæcitatem, mortem etiam.) *ad ædificationem ac non ad destructionem*, Pi. P. Be. &c. vel, *ad juvandum*, & *non ad officiendum*, Ca. quæ data nobis non ad damnum, sed ad utilitatem & profectum Ecclesiæ. Vide suprà 10. 8. Obj. At potestatem habebant & destruendi, puniendi, & tradendi Satanæ. Resp. Ea quoque erat ad ædificationem cùm totius Ecclesiæ, tum hominis delinquentis. Confer 1 Cor. 5. 4, 5. & destructio fit tantùm ex accidente, 2 Cor. 2. 16.

11. *De cætero*, Λοιπὸν] *Quod superest*, vel, *restat*, P. Be. Pi. Verbum est properantis sermonem absolvere. ¶ *Gaudete*, Χαίρετε] *Valete*, Val. Er. Be. P. &c. *Bene valete*. Itâ enim Græci hoc usurpant. ¶ *Perfecti* (vel, *Integri*, Er. Il. Ti. V.) *estote*; itâ Tre. ex Sy. sic P. Mo. Καταρτίζεσθε] *Redintegramini*, corrigite vitia priora, &c. implete quæ desunt, & ad meliora semper proficientes perficiamini. *Facite quod vos decet*. Vide suprà v. 9. Est & hîc Niphal pro Hithpahel. *Constantes estote*, Ar. *Comparate vos*, Ca. *Instauramini*, Be. Pi. Καταρτίζειν in S. S. significat, 1. *compingere*, vel *coadunare*, vel tanquam membra in corpore, vel tanquam partes in ædificio; in Græco, Exod. 15. 17. Esd. 4. 13, 16. Psal. 40. 6. inde, 2. & generaliùs, *præparare*, sive *aptare*, ut partes ædificii aptantur sibi invicem; deinde, 3. *corroborare*, ut quod compingitur corroboratur; denique, 4. *perficere*, ut ædificatio domûs est illius perfectio. Similiter Hesychius; Καταρτίσαι, inquit, (non καταρτήσαι, ut perperam legitur,) est κατασκευάσαι, πληρῶσαι, στηρίξαι, *præparare*, *perficere*, *corroborare*. Et verbum his significationibus occurrit in Mat. 4. 21. & 21. 16. Luc. 6. 40. Rom. 9. 22. Heb. 10. 5. & 11. 3. & 13. 21. Et, cùm Ecclesia ædificium quoddam sit, significat compingere Christianos in societatem, &c. Eph. 4. 12. & restituere eos qui vel censurâ ejecti sunt, Gal. 6. 1. vel schismate excesserunt ex Ecclesia, 1 Cor. 1. 10. & pacem illis ablatam reddere, ut convenire possint ad cultum Dei, 1 Pet. 5. 10. ¶ *Exhortamini*, Παρακαλεῖσθε] Et hoc ejusdem formæ [cum præced.] *Solemini vosmet*, nempe siquid adversi inciderit. *Consolationem habete*, Er. P. Be. Pi. vel, *percipite*, E. Me. nam contristati fuerant. *Confirmamini*, Ca. In afflictionibus pro Christo perferendis. ¶ *Idem*, &c. Τὸ αὐτὸ φρονεῖτε] *Idem sentite*, Er. Zeg. P. Be. Pi. *Unanimes sitis*, Er. V. nempe in dogmatibus. *Concordes este*. Nam φρονεῖν Paulo ad affectum, non ad intellectum, refertur. Simili modo τὸ αὐτὸ φρονεῖν habuimus Rom. 12. 16. & 15. 5. Phil. 2. 2. & 3. 16. & 4. 2. Hoc addit, propter dissensiones & schismata quæ inter illos fuerant. ¶ *Pacem habete*, vel, *colite*, Be. Εἰρηνεύετε] Marc. 9. 50. Rom. 12. 18. 1 Thes. 5. 13. *In pace agite*, P. Pi. Mutuâ vos charitate

charitate atque animorum conjunctione complectimini [y]. A pace exorsus, in pace desinit, vir verè Apostolicus [z]. ¶ *Deus pacis & dilectionis* (scil. auctor [a], & approbator [b];) *erit vobiscum*] Nempe per ampliora gratiæ suæ dona, si scilicet concordes sitis, &c [c]. vobis favebit, & auxilio erit. Vide Luc. 1. 28. & ibi dicta, Rom. 15. 33. & 16. 20. 1 Cor. 14. 33. Sic Hebræi dicunt, אל שלום אל אהבה [d].

12. *Salutate*, &c.] Rom. 16. 16 [*]. Mos hic erat & Judæorum, & Persarum (testibus Xenoph. & Herod.) aliarúmque gentium Orientis [f]. Pervenit tandem ex usu vitæ communis in cœtus Ecclesiasticos. Solebant veteres ante cœnæ communicationem se mutuò osculari, ad testandam eo signo amicitiam; deinde eleemosynas conferre, ut quod osculo repræsentaverant, re comprobarent. Mos autem iste illis & locis & temporibus proprius fuit. Eum ergò nobis hîc non commendat, nec tam ut fiat, monet, quàm modum, quo ritè fiat, præscribit [g]. ¶ *Omnes sancti*] Nempe, qui in Macedonia sunt [h]; vel, qui apud nos sunt [i].

13. *Gratia Domini*, &c.] Sic vocat totum redemptionis beneficium [k], vel gratuitam beneficentiam Christi Redemptoris nostri [l]; gratiam quæ datur, vel à Christo ut authore, secundùm Divinam naturam; vel per Christum, id est, per meritum ejus [m]. ¶ *Charitas Dei*] Scilicet Patris [n]. Amorem intelligit, non æternum, quo nos elegit, sed actualem, quo nos in Christo charos habet [o]; quo Christum pro nobis in mortem tradidit [p]. ¶ *Et communicatio*, &c.] Activè sumpta, ut Heb. 13. 16 [q]. id est, participatio, sive larga effusio donorum Spiritûs Sancti [r]. Sic vocat gratias illas inhærentes nobis à Christo per Spiritum communicatas [†]. Sunt hîc, ut in Baptismo, apertè nomina τ Τειάδ☉ ejus quam Christiani colunt [t]. Hinc constat, Spiritum S. ejusdem esse naturæ cum Patre & Filio [v]. Suo more Patrem appellat *Deum*, Filium *Dominum*. Patri tribuit *charitatem*, qui *sic dilexit mundum*, &c. Joh. 3. 16. *gratiam* Filio, qui nos nihil promeritos redemit, *communionem* Spiritui, per quem Donorum distributio facta est [x]. ¶ *Cum omnibus*, &c.] Supple *sit*, G. B. &c. ut Rom. 16. 24. 1 Cor. 16. 23. ¶ *Amen*] Deest in MS. Additum hoc ab Ecclesia Corinthiaca, quæ id respondere solebat quoties Epistola hæc lecta erat [y]. ¶ *Missa fuit*, &c. Ἐγράφη, &c.] Subscriptiones has supposititias esse, ex eo quoque liquet quòd in quodam vetustiss. cod. pro διὰ Τίτυ καὶ Λυκᾶ legitur, ὑπὸ Παύλυ καὶ Τιμοθέυ· & in cod. Claromontano, ἡ πρὸς Κορινθίυς β΄. ἐπληρώθη· ἄρχε) ἡ πρὸς Γαλάτας; quæ verba sunt descriptoris [z].

[y] Scl. [z] Er. [a] G. Pi. Scl. [b] Scl. [c] E. [d] G. [*] G. Me. [f] Be. [g] Scl. [h] G. [i] E. [k] Vor. [l] E. Me. [m] E. [n] L. E. Scl. [o] Scl. [p] E. Me. [q] E. [r] E. sic Me. T. Ham. [†] Scl. [t] G. [v] Er. ex Chrys. [x] Er. [y] G. [z] Be.

SYNOPSIS

Criticorum aliorúmque Commentatorum

IN

EPISTOLAM

AD

GALATAS.

PROLEGOMENA.] De plantatione Ecclesiarum Galatiæ, vide Act. 16. 6. & 18. 23. Est autem *Galatia* regio minoris Asiæ, aliter dicta *Gallo-Græcia*. Unde scripta sit hæc Epistola, item quo tempore, non liquet. Alii enim Antiochiâ, & quidem post secundam Pauli peregrinationem; alii Epheso, post tertiam peregrinationem; alii Româ, quum in conducto illic habitaret, scriptam putant [a]. Tempus quo scripta est hæc ad Gallo-Græcos Epistola sicut designatè indicare non possum [b], ità videre mihi videor non longè absuisse ab eo tempore quo ad Romanos scripta est Epistola [c]. Plerique ergò scriptam volunt anno Christi 55. & 20 ann. post conversionem Pauli [d]. Tertullianus Adv. Marc. 1. hanc Epistolam inter primas Pauli fuisse existimat. Verba ejus sunt, *Ab illo certè Paulo qui adhuc in gratia rudis, trepidans denique nè in vacuum cucurrisset aut curreret, tum primùm cum antecessoribus Apostolis conferebat. Igitur si ferventer, ut adhuc neophytus adversùs Judaismum aliquid in conversatione reprehendendum existimavit, passivum scilicet convictum, postmodum & ipse usu omnia omnibus futurus ut omnes lucraretur, Judæis quasi Judæus, & eis qui sub Lege tanquam sub Lege; tu illam solius conversationis placituræ posteà accusatori suo reprehensionem suspectam vis haberi*, &c. Vehementiorem in hac quàm in aliis Epistolis esse satis apparet. Causas tamen alias quàm suspicatur Tertul. existimo, nempe quòd illi qui libertatem rituum Judaicorum vocatis è Gentibus volebant eripere non Judæi essent, quibus aliquid ea in re erat condonandum; sed alienigenæ qui in Judæa vixerant, quorum princeps erat Cerinthus; quales fuere & illi qui Philippis eadem docuerunt, teste Phil. 3. 3. quòd iidem Judaizandi necessitatem docerent, nullâ pietate moti, sed ut eâ ratione honores & commoda à Judæis adipiscerentur, simúlque effugerent incommoda quæ Christianos premebant: nam eis temporibus Judæis, per leges Romanas & edicta, libera erat religionis functio, non item Christianis, quos vexari jam tunc cœpisse ex Actis & aliis Pauli Epistolis apparet. Videbat autem Paulus, cui specialiùs quàm cæteris incumbebat Gentium conversio, quantum impedimentum ei rei allatura esset hæc novi oneris injunctio. Cùm autem isti Pauli libertatem strenuè defendentis obtrectatores, dicerent Paulum jus docendi non nisi à Petro, Johanne & Jacobo accepisse, ac proinde illorum instituta Pauli institutis antehabenda; præterea Paulum ipsum in hac re fuisse varium: Paulus contrà magno animo ostendit, se non minùs quàm alios Apostolos Apostolatum suum à Christo accepisse, neque Petrum, Johannem & Jacobum aliud docere quàm ipse doceat; se quoque, etsi in usu aut omissione rituum solitus esset se accommodare utilitati eorum quibuscum viveret, idem tamen de ista

[a] Vor. [b] G. [c] G. sim. Ham. [d] Ham.

ista libertate docuisse semper; & hoc suum dogma typis V. T. μυστικῶς explicatis confirmat*. Causa Epistolæ scribendæ, erat falsorum doctorum tum calumnia, quòd Paulus reliquis Apostolis inferior esset ac discipulus eorum, & ab eorum doctrina dissidens; tum error perniciosus de necessitate circumcisionis, &c. & Ecclesiarum Galaticarum inchoata seductio [f]. Pseudo-apostoli illi Legem cum Evangelio conjungendam docuerunt, &c [g]. Nazaræi hi nominati erant, qui nomine Christiani, reverâ Christi meritum ac justitiam ignorabant, & ex operibus Legis prorsus pendebant; flagrantes partim pravo Legis zelo, partim ambitione, avaritiâ, &c [h]. Gnostici hi erant, qui cùm nec Judæi essent, nec proselyti fœderis, tamen ut persecutionem Judæorum effugerent, circumcisionem Christianorum è Gentilibus urgebant, ipsi interea incircumcisi, &c [i]. Epistola hæc mixti generis est, partim didactici, partim demonstrativi, docens simul & objurgans auditores, & anathematizans seductores [k]. Principales hujus Epistolæ partes tres sunt, 1. historia vocationis Pauli, &c. cap. 1. & 2. 2. disputatio de justificatione solius fidei, déque abrogatione Legis, &c. 3. hortatio ad perseverandum in libertate Christiana, vitandúmque ejus abusum, & ad varia officia Christiana [l]. Titulus Epistolæ authoritatem habet non divinam, sed humanam tantùm: id quod ipsa varietas ejus in Græcis aliísque Codicibus ostendit [m]. [de quo vide Gom.]

*G. [f] Gom. [g] Vor. [h] Ca. [i] Ham. [k] Ca. [l] Vor. [m] Gom.

CAP. I.

1. NON *ab hominibus*] Scilicet puris [a], velut autoribus [b], sub. *missus*, Pi. sim. Ham. vel, sub. ὤν, id est, χειροτονηθεὶς [c]. Munus hoc meum, *non ab hominibus* suopte arbitratu, impositum est [d]; non est humanæ inventionis, non fundatur in humana autoritate*; non à collegio Apostolorum, ut Matthias; aut suffragiis alicujus Ecclesiæ, ut Barnabas & Silas [f]. ¶ *Neque per hominem*] Vel, 1. purum sive nudum [g]. *Neque etiam* Dei jussu *per meros homines* [h], mediatè, seu hominum ministerio [i]; quomodo multi in Ecclesiis ordinati fuere per Apostolos dictante Spiritu, ut Matthias ab Apostolis nominatus [k]: vel, 2. mortalem, qualis Christus erit quando 12 Apostolos elegit, sed per ipsum immortalem [l]. Sed non verisimile est, in ipso limine Epistolæ Paulum se cæteris Apostolis anteferre voluisse [m]. Prius membrum opponitur vocationi legitimæ, [omnino legendum, *illegitimæ*] (ex temerario hominum errantium ausu, ut Pseudo-apostoli [n];) posterius immediatæ [o]. Obj. At Paulus per homines missus est, Act. 13. 23. Resp. Missio illa particularis fuit ad certum opus, v. 2. nam antea fuit Apostolus, &c [p]. ¶ *Sed per Jesum Christum*] Qui non est purus homo, sed homo-Deus [q], ut hinc constat [r]; immediatè † *ab ipso Christo* [t], jam extra homines in Divina potestate constituto. Christus per evectionem suam in cœlum non est *homo*, nempe qualis fuit, & quales nos sumus, id est, mortales [v]. *Per Christum*, ut disertè docetur Act. 9. 5, 15. & 26. 16, 17, 18. & quidem ut Deum, qui cum vocatione dona simul necessaria immediatè ei contulit. Nec obstat illa manuum Ananiæ impositio, Act. 9. 17. quippe quæ illius rei signum duntaxat erat, non autem causa adjuvans. Διὰ, *per*, hîc non causam instrumentalem, sed principem, notat, quia sequitur, *&* (sub. *per*) *Deum Patrem* [x]. ¶ *Et Deum Patrem*] Christi naturalem [y]. Duæ ergo distinctæ personæ, unius atque ejusdem essentiæ & potentiæ ratione, una sunt causa efficiens Apostolatûs Pauli [z]. Quò magis suum munus commendet, per causam mediam ascendit ad primam. Non potestas illa quâ Christus Ecclesiam regit & Paulum ad Apostolatum vocavit, venit ei a Deo Patre, supra quem nihil est [a]. ¶ *Qui suscitavit eum*, &c.] Hoc addit, ut tacitè innuat, à Christo per resurrectionem immortali se constitutum Apostolum, quod nulli contigerat aliorum [b]. Hoc iis opponit qui ipsi objiciebant, quòd Christum non vidisset, ut alii Apostoli, &c [c].

[a] Me. T. [b] Er. sic Be. [c] Camer. [d] G. *Dic. [f] E. [g] Pi. E. ex Hi. &c. Me. T. [h] G. [i] Dic. [k] G. [l] Aug. in E. [m] E. [n] Gom. [o] Vor. sim. Gom. [p] Gom. [q] E. Me. T. [r] E. ex Hi. † Be. [t] G. Be. [v] G. [x] Gom. [y] E. Me. [z] Gom. [a] G. [b] E. Me. sim. Be. Gom. [c] Be.

2. *Et qui mecum sunt fratres*] i. e. Christiani [d], Corinthii, ut ego arbitror. Fuit apud Galatas Paulus aliquantò antè quàm Corinthum veniret, Act. 16. 6. & 18. 1. videtur autem secundum ad Galatas iter, de quo Act. 18. 23. instituisse post hanc scriptionem*. Hos assensores, qui re communicatâ Epistolam approbârunt, prudenter adjungit [f], propter eos qui Pauli Doctrinam ut singularem calumniabantur [g]. Al. *Fratres* hîc fortè vocat collegas Evangelii Doctores [h], vel socios itinerum & laborum suorum, in prædicatione Evangelii, quales Timoth. & Clem. &c. & reliqui *cooperarii* ejus dicti. Sic Phil. 4. 21. *fratres qui mecum*, distinguuntur à πάντες ἅγιοι, v. 22. Sic ἀδελφοὶ, 2 Cor. 8. 23. & ἀδελφὸς, 2 Cor. 8. 18. & 13. 18. vel Lucas, vel Sylvanus, esse creditur †; vel, totum Antiochenæ Ecclesiæ Presbyterium [l]. ¶ *Ecclesiis Galatiæ*] Ancyranis, Tavianis, Pessinuntiis. Non addit hîc titulum, *sanctis*, quia cœperant ab Evangelio declinare [k]: Supple hîc *dicunt* [l], vel *scribunt*, aut *precantur*, quod sequitur [m].

[d] Me. Gom. sim. Par. *G. [f] Gom. [g] E. [h] Par. † Ham. [l] Be. [k] G. [l] V. [m] E. Me.

3. *Gratia* (i. e. immerita Dei benevolentia [n], & justificatio, quæ *donum per gratiam* dicitur Rom. 5. 15 [o]. vel, gratiæ augmentum [p], hi enim fideles jam erant [q]; vel, amor [r].) *vobis* (sub. *sit*, Gom.) *& pax*, (i. e. vel prosperitas †; vel reconciliatio cum Deo [t]: Hæc autem dona illis opportunè precatur qui illis privari meruerunt [v].) *à Deo Patre & Domino nostro Jesu Christo*] In MS. *& Domino Jesu Christo*, ut Rom. 1. 7. & 1 Cor. 1. 3. & 2 Cor. 1. 2 [x].

[n] Gom. Par. [o] Gom. [p] Me. sim. Gom. [q] Gom. [r] V. † Me. sic V. [t] Me. sic Gom. [v] Gom. [x] G.

4. *Qui dedit semetipsum*] Scilicet in mortem [y], ut Rom. 4. 25. & 8. 32. Eph. 5. 2. Tit. 2. 14 [z]. ¶ *Pro peccatis nostris*] Scil. expiandis [a], tollendis sive delendis [b]. Mors Christi multos habet effectus, hunc inter alios, ut admirabilis obedientiæ exemplo nos à peccatis abstrahat, 1 Pet. 1. 18 [c]. Al. hostiam pro peccatis [d]. Ὑπὲρ h. l. non vicem denotat, sed causam, nec eam finalem, sed efficientem impulsivam mortis Christi. Confer 1 Pet. 2. 24. *pertulit peccata*, i. e. pœnam peccatorum, &c*. Innuit non à ceremoniis legis, sed ex cruce Christi remissionem peccatorum exspectandam [f]. Alii Libri hîc habent ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν, quomodo Baptismum dari ὑπὲρ τῆς ἀνομίας τῶν λαῶν, dicit Justinus Colloquio cum Tryphone [g]. ¶ *Ut*, &c. Ὅπως ἐξέληται, &c.] *Ut eriperet* (vel, *eximeret*, P. Be. Pi. vel, *segregaret*, E. Quæ vox præcedentem nostram indicat miseriam, quòd antea ex mundo fuerimus [h]. Heb. הצִּיל, Esa. 42. 22 [i].) *ex præsenti seculo malo*, Er. Il. Ti. P. Be. &c. vel, *maligno*, Amb. in Er. vel, *ærumnoso*, V. *laborioso*, Er. i. e. vel, 1. à tempore vitæ præsentis, quod *malum* est non per se, sed ob malos homines, &c [k]. vel, 2. à mundo impiorum [l], ab impiis huic seculo addictis [m]. Αἰὼν hîc quod γενεὰ, Act. 2. 40. κόσμος, 1 Joh. 2. 17. & 5. 19. Videtur autem maximè Judæos tangere qui regnum hujus mundi exspectabant [n]. Αἰὼν hîc *mundus*, ut Heb. 1. 2. & 11. 3. & *mundus* pro hominibus, iisque malis, quia *totus mundus in malo jacet*, 1 Joh. 2. 19 [o]. Vel, 3. à miserrima hominum extra Christum conditione, vitâque depravatissimâ [p]; seculari & carnali conversatione, ad quam invitant mundus & mundani homines [q], à mundi cupiditatibus, totâque peccati & Diaboli tyrannide. Confer 1 Joh. 2. 17 [r]. à peccatis quæ admittimus in hac vita, quæ peccandi occasiones multas habet †. Vel, 4. ex interitu præsentis seculi improbi [t]. Hoc seculum *malum* vocat comparatione futuri [v]. ¶ *Secundùm voluntatem Dei* (Jungendum hoc cum præced. *dedit*, &c [x]. Ostendit obiter Christum [y], non temerè [z], nec tantùm volentem esse mortuum [a]; sed ex decreto (& præcepto [b]) Patris [c], nempe ad sanciendum Fœdus Novum diversum à legali. Laudantur exordia quæ auditorem ad id quod præstandum est præparant [d].) *&* (pro, *id est*, Vor.) *Patris nostri*] i. e. qui est pater noster*. Καὶ hîc exegeticè ponitur [f]. Καὶ hîc diversa attributa conjungit, ut Eph. 1. 3. 1 Thes. 1. 3. 1 Pet. 1. 3 [g].

[y] G. Pi. E. &c. [z] G. [a] Par. Pi. [b] Par. E. [c] G. [d] T. sic Gom. *Gom. [f] E. [g] G. [h] Gom. [i] G. [k] E. [l] Gom. [m] Pi. [n] G. [o] Gom. [p] Be. [q] Me. sim. T. [r] Vor. † V. [t] Camer. [v] Er. [x] E. T. [y] G. [z] Gom. [a] G. [b] E. Me. [c] G. E. Me. T. [d] G. *Pi. [f] Vor. Pi. [g] G.

5. *Cui est* (vel, *sit*, Be. Pi.) *gloria*, &c.] Qui pro tanto beneficio æternùm glorificandus & laudandus est [h]. Vide Rom. 16. 27 [i].

[h] Me. sim. E. [i] G.

6. *Miror*] Indicat se magnam de iis opinionem concepisse; nam magnorum casum miramur [k]. ¶ *Quòd*, &c. Ὅτι οὕτω ταχέως μετατίθεσθε ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ] *Quòd ità citò* (vel à prima conversione ad Christum, vel à prima seductione; quòd non diu restiterint impostoribus, sed facilè manus dederint*. Hæc circumstantia pondus addit huic reprehensioni [l].) *transferimini* (i. e. sinitis vos transferri [m], per novos illos Docto-

[k] E. *Par. [l] Be. [m] G sim. Me.

Doctores [n]. Sic reprehensionem suam prudenter mitigat, in alios culpam rejiciens, quòd Galatæ non suâ sponte, sed aliorum seductione defecerint: deinde, quòd seductio non sit peracta, sed cœpta; quare non dicit *transtulistis vos*, nec *translati estis*, sed *transferimini* [*]. Hebraicè גליתם, quod ad nomen Galatarum alludere ait Hieron. Cæsar Gallos, unde orti Galatæ, ait *in consiliis capiendis fuisse mobiles, & novis plerumque rebus studuisse* [o].) *ab eo qui vocavit vos* (Quæ periphrasis intelligitur, vel, 1. de Paulo [p], q.d. à me [q], doctrinâque mea [r], sive meo Evangelio; per hoc enim illos Paulus vocaverat †. Sed hæc interpretatio & ab usu Scripturæ recedit, & momentum sententiæ elevat [t]. Vel, 2. de Deo [v], cui vocationis laus perpetuò ab Apostolis tribuitur, ut Gal. 5. 8. 1 Thes. 5. 24. 2 Thes. 2. 14. 1 Pet. 1. 15. 2 Pet. 1. 3 [x]. Non dicit à meo Evangelio, sed à Deo; nè suum negotium agere, aut sui causâ commotus esse, videatur †.) *in gratia Christi*, Mo. vel, *in beneficio Christi*, i.e. in religione Christiana [y]; vel, *in gratiam Christi*, Vulg. Gom. ἐν, pro εἰς, ut 1 Cor. 7. 15. Heb. 4. 11. *Gratia* autem *Christi* hîc est gratuita justificatio, reconciliatio cum Deo, & salus æterna, quam Christus merito suo nobis acquisivit [z]. *in gratiam*, &c. i.e. ad participationem gratuitorum ejus beneficiorum [a]; vel, *per gratiam Christi*, E. Vor. Gom. ἐν, pro διὰ, ut 1 Cor. 12. 3, 8, 9, 13 [b]. i.e. per meritum Christi gratuitò vobis applicatum [c]. Al. Est hic hyperbaton, & verba aliter construenda sunt [d]. *Quòd à Christo, qui vocavit vos per gratiam, adeò citò transferamini*, Er. Il. Ti. vel, *aversi estis*, Tre. ex Sy. *Christum* cum dicit, ipsius doctrinam intelligit. *Vocare nos*, i.e. nihil cogitantes ad salutem invitare, *Deus Pater* sæpissimè dicitur; sed quia id facit per Christum, rectè & *Christus* hoc facere dicitur: καλέσαντος [ergò], rectè conjungitur cum voce Χριστοῦ ‖. Non placet, quia vocatio passim à Paulo non Christo, tribuitur, sed Patri [*], ad, vel per, Christum vocanti, ut 2 Thes. 2. 13, 14, 16. 1 Pet. 5. 10 [f]. sic Rom. 8. 30. 2 Tim. 1. 9 [g]. Sic ergò alii vertunt:] *Quòd ità citò, deserto eo qui vocavit vos in gratiam Christi, transferamini*, P. sic Be. Pi. ¶ *In aliud Evangelium*] h. e. diversum ab eo quod vobis prædicavi [h], quódque priùs amplexi eratis [i]; quod Dei vocationi, & gratiæ Christi derogat [k]: vel, in aliam doctrinam quæ vobis pro Evangelio obtruditur [l]; h.e. à Christianismo in Judaismum [m]. *Alterum Evangelium* dicit, vel, 1. figurâ à Simili, i.e. in novam doctrinam quasi esset Evangelium. Sic Satanas *Deus hujus seculi*, quia quasi Deus colitur [n]. Vel, 2. mimesi impostorum, qui doctrinam suam vocabant Evangelium, & quidem præstantius ac perfectius quàm illud Pauli; vel, 3. ex sua sententia [o], quòd adulterarent Evangelium, & à gratia averterent, Rom. 11. 6. Gal. 2. 21. & c. 3. v. 21, 22. & 5. 2, 4 [p].

7. *Quod*, &c. Ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο] Ambros. hoc non legit: Hieron. & Sy. duntaxat legunt ὃ οὐκ ἔστι, *quod non exsistit*, sive *quod nusquam est*, ut Sy. habet. Nam falsum Evangelium non est Evangelium [q]. Relativum, ὃ, refertur, vel, 1. ad totum orationis complexum [r], ad totam rem; *Quæ res nihil in se habet aliud, nisi*, &c †. vel, 2. ad *aliud Evangelium* [t], q.d. μὴ ὄντος ἄλλου [v], i.e. *quum* tamen *non sit aliud*, Pi. sic V. nempe *Evangelium*, Pi. sub. *præter id quod vobis annuntiavi*, V. *Evangelium aliud* per concessionem evangelium v. præced [x]. id nunc corrigit [y], & declarat quo sensu id dixerat, scil. non quòd esset aliud Evangelium Christi, seu verum, sed adulteratum, &c [z]. q. d. doctrina eorum non est digna nomine Evangelii. Quicquid à meo diversum afferunt, non est Evangelium, sed Pseudo-Evangelium, magistris Pseudo-apostolis congruens [a]. *Quod non est aliud*; nisi nomine tenus [b] ¶ *Nisi*, &c. Εἰ μή τινές εἰσιν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς] *Nisi quòd quidam sunt qui turbant vos*, Er. Ti. Ca. vel, *qui animos vestros commovent*, בהלו, qui scrupulos vobis injiciunt [c], Non placet, quia sic infarciunt, ὅτι, quòd [d]. Al. *Nisi quidam sunt qui turbent vos*, P. sic Val. Al. *Sed nonnulli vos turbant*, Be. Pi. sic Il. Gom. εἰ μὴ, pro ἀλλὰ [*]; *nisi*, pro *sed*, ut Mat. 12. 4. 1 Cor. 7. 17. Apoc. 9. 4. & 21. 27 [f]. & Gal. 2. 16. *Nonnullos* dicit, indignos censens quos nominet [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ θέλοντες μεταστρέψαι, &c.] *Et volunt* (vel, *velint*, P. Conatum significat, non eventum: nam Evangelium unum est & immobile [h].) *invertere* (vel, *pervertere*, Tre, ex Sy. Ca. *evertere*, V. Be. *ad aliud*, sive *in diversum*, *detorquere*, Er.) *Evangelium Christi*, Be. Pi. &c. i. e. doctrinam Christi quam vos docui, mendaciis suis [i]. Mutat mercem qui aliquid admiscet extraneum; ut hi Doctores doctrinæ Christi miscebant Legis Judaicæ necessitatem, quam Christus noluerat imponi, iis præsertim qui ex Gentibus erant vocati. Idque vitam quidem mortalem agens innuerat magis quàm dixerat; apertiùs autem explicaverat Apostolis post resurrectionem, tum per se, tum per Spiritum Sanctum [k]. Exiguum quiddam Evangelio repugnans, quale erat sabbatum & circumcisio, ejusmodi est ut universum Evangelium invertat: perinde ac si quis regii numismatis aliquantum depravârit, is totum numisma adulterinum reddit [l].

8. *Sed licèt nos*] i. e. vel, 1. ego ipse Paulus; nam Pauli scopus, erat Evangelium suum vindicare, &c [m]. & solus Paulus eis prædicaverat, eósque ad Christum converterat, Gal. 1. 11. & 4. 13, 14, 19. Plurali ergò de se utitur per Enallagen pro Singulari, ut 2 Cor. 10. 2—16 [*]. vel, 2. nos Apostoli [n]: q. d. Si Petrus aut Johannes hoc facerent, quibus autoribus Pseudo-apostoli gloriabantur [o]. Vel, 3. ego & fratres, quorum nomine hos salutavit, suprà v. 2 [p]. ¶ *Aut Angelus de cœlo*] Scilicet veniens atque à Deo missus [q]; vel, cœlestis & bonus Angelus [r]. Hypothesis est rei impossibilis †. Est quidem hoc exaggeranter dictum, non tamen planè impossibile, nam Angeli desertores olim in cœlo fuere; neque semel, sed sæpius accidisse ut Angeli ex bonis mali fierent, putant Hebræi [t]. ¶ *Evangelizet*] Catachresticè dictum pro *annunciet* [v]; vel, *doceat*, eâ figurâ quam jam [antè] observavimus [x]. ¶ *Præterquàm*, &c. Παρ' ὃ, &c.] *Præter id quod*, &c. Er. Ti. P. Be. Pi. Sy. *Præterquàm quod*, Vulg. Tre. *Diversum ab eo quod*, Ar. Pi. Vor. sim. Æth. neque enim continuatio, sed diversitas, doctrinæ indicatur [y]. Al. Παρ' ὃ hîc significat *contrà quàm*, ut Act. 18. 13. Rom. 1. 26. & 4. 18. & 11. 24 [z]. Παρὰ Græcis, sicut *præter* Latinis, sæpe valet *contrà*; unde παράνομος est *legis transgressor*: unde & dicimus, *præter morem*, *præter legem*, *præter spem*, *præter dignitatem*, id est, contra. Παρ' ὃ ergò hîc significat quod ità diversum est ut simul sit adversum. Ità & Hi. Amb. Aug. exponunt [a]. Verùm *non dixit*, (sunt verba Chrys.) *si contraria annunciaverint, aut totum Evangelium subverterint; verùm si vel paulùm aliquid Evangelizaverint præter illud Evangelium—etiamsi quidvis labefactaverint* [b]. Sed neque hi Pseudo-apostoli assertione contrariâ, sed additione falsâ Evangelium adulterabant. Fidem Christi non negabant, sed addebant legis opera, &c. Quare non dixerat eos velle ἀνατρέψαι, vel καταστρέψαι, *evertere*; sed μεταστρέψαι, *invertere* [c]. Et insolens est παρὰ pro *contra*, nec uspiam in V. aut N.T. certò sign. *contra*, nisi Act. 18. 13. Sed & vulgata versio, & hîc, & Rom. 16. 17. *præter* reddit: simil. 1 Cor. 3. 11. *Fundamentum aliud—præter id*, &c [d]. In V. Fœdere mentio est *fœderis* cujusdam *novi*; at in Christi Fœdere non modò nullum posterius promittitur, sed etiam asseritur nullum exstiturum posterius, ut videre est Matth. 28. 20 [*]. ¶ *Anathema sit*] i. e. maledictus & execrabilis [f], perdatur prorsus, & morte æternâ puniatur [g]: יהי חרם, i. e. cum eo nihil vobis sit commercii, non magis quàm cum iis quos Synagoga aut Ecclesia penitus abscidit. Vide Rom. 9. 3. 1 Cor. 12. 3. & 16. 22 [h]. Ἀνάθεμα (sicut & חרם, quod LXX sic reddunt, Deut. 7. 26. & 13. 17.) significat, primò rem Deo devotam, v. g. sacrificium; indéque (quia res tales in usum alium transferre erat nefas, Levit. 27. 28. & sacrificia occidebantur;) rem exitio devotam atque execrandam; quo sensu, neque alio, occurrit in N. T. ut h. l. & Act. 23. 14, &c [i].

9. *Sicut prædiximus*] Vel alio quodam tempore, &c. vel potiùs verbis proximè præced [k]. Solemus quæ valdè inculcare animis volumus sæpiùs repetere [l]. ¶ *Et nunc*, &c. Ἄρτι hîc valet *nunc*, ut Matth. 3. 15. & 9. 18. ubi dicta vide [m]. ¶ *Siquis*, &c. Εἴ τις ὑμᾶς, &c.] Vel deficit πρὸς ante ὑμᾶς, vel legendum ὑμῖν [n]. [ut G. legit.] ¶ *Præter*, &c.] i. e. Contrà quàm ego vos ex Christi mandato docui [o]. *Præter* id *quod accepistis*, Be. Pi. scilicet à me [p], à nobis [q].

10. *Modò*, &c. Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν Θεόν;] *Modò* (vel, *Nunc*, P. Er. Pi. &c. i. e. ex quo Apostolus factus

factus sum [r], ex Pharisæo, &c †. vel, *Nunc*, i. e. hortatione præpositâ, v. 8, & 9 [t].) *enim* (Rationem reddit priùs dictorum, sive cur illi persistere deberent in Evangelio, sumptam à scopo suo [v]. sub. *utrum*, Er. P. Be. Pi.) *homines* (sub. *audiendos*, Be. vel, *hominibus*, Er. Il. Tre. ex Sy. Vulg.) *suadeo*, (vel, *persuadeo*, Val. Ca. vel, *pareo*, Zeg.) *an Deum?* Mo. P. Ti. Be. Pi. vel, *Deo?* Er. Il. Tre. Vulg. Zeg. Græca phrasis anceps est. Πείθω propriè est *suadere*, ut Act. 19. 26. & 28. 23, 24. inde per Meton. effecti, *persuadere*, ut Matth. 28. 14. Act. 12. 20. deinde (quia suasio est doctrinæ species,) *docere*, ut Act. 18. 4. Porrò hoc verbum semper Accusativum regit, sive rem quæ suadetur, ut Act. 19. 8. sive eum cui suadetur, ut Act. 28. 23. 2 Cor. 5. 11. notet [x]. [Hinc variant ;] An quod prædico ad gloriam (sive in gratiam [y],) hominum prædico, ac non potiùs Dei [z]? ut hominibus morem geram, an ut Deo? Imo solam Dei gloriam specto, &c [a]. Al. Sensus, q. d. Num causam hanc apud homines judices ago? imò apud Deum, cui, ut Judici meo, eam probare studeo: contradictores meos non moror, Deo Judice contentus [b]. Πείθω hîc significat *propitium mihi facio*, ut diximus ad Matth. 28. 14. Sic in Græco, 1 Sam. 24. 7. καὶ ἔπεισε—τοὺς ἄνδρας, &c [c]. i. e. *placavit eos* [d]. Ex obliquo adversarios ferit, qui dum hominum iras effugerent Dei iram non curabant *. Sensus, q. d. Num illa doceo quæ homines, scilicet persecutores Judaicos, mihi propitios reddant, quod Gnostici vestri faciunt, an quæ favorem Dei concilient [f]? Al. Utrum suadeo ut hominibus credatis an ut Deo †? Non homines prædico, sed Christum ||. Evangelium meum vos non duxit ad homines, Petrum, Paulum, Jacobum, &c. ut horum authoritate niteretur fides vestra, vel, ut his placeretis; sed directè ad Christum & Deum, quod evidens est salutaris doctrinæ argumentum [g]. Adversarii mei homines prædicant, ipsisque unicè se approbare student, ego Deum, &c [h]. Non de personis quibus suadetur, sed de rebus ipsis quæ suadentur, hîc agit, q. d. Vos testes esse potestis [i], me non humana, sed merè divina suadere ac docere [k]; nec humanum aliquid spectare [l], sed solam Dei gloriam [m]. *Homines & Deum* Meton. dicit pro iis *quæ ad homines*, sive *res humanas*, & *quæ ad Deum pertinent*: quomodo idem sunt *docere & Christum*, Act. 8. 5, 35. & *quæ de Christo*, Act. 28. 23, 31. item *regnum Dei*, Act. 20. 25. & 28. 31. & *quæ de regno Dei*, Act. 8. 12. & 19. 8 [n]. Verùm non loquitur hîc Paulus de argumento suæ prædicationis, sed de animi sui proposito, quòd Deum potiùs quàm homines respiciat *. ¶ *An quæro hominibus placere?*] i. e. veritate posthabitâ gratiam hominum eblandiri [o]? i. e. Non quæro, ut vos nôstis [p]. An facio ut illi, qui Judæorum captant gratias [q]? ¶ *Si*, &c. Εἰ—ἤρεσκον—οὐκ ἂν ἤμην] *Si enim* (vel, *Enimverò si*, P. Be. Pi.) *adhuc* (i. e. sicut antea faciebam [r], in Judaismo †, cùm imprudenti zelo sacerdotibus servirem [t];) *hominibus placuissem*, (vel, *placerem*, P. Mo. Be. Pi. &c. i. e. vel, 1. gratus sive acceptus essem; vel potiùs, 2. quærerem placere; cui favet, tum quòd de studio placendi hîc actum est, tum similis usus verbi ἀρέσκειν, Rom. 15. 2. 1 Cor. 10. 33. 1 Thes. 2. 4 [v].) *Christi servus haudquaquam essem*, Er. Ti. sic P. Be. &c. vel, *fuissem*, Tre. ex Sy. *servus*, scil. genuinus sive fidelis [x], vel idoneus [y]: Christus enim solidum hominem postulat, Mat. 6. 24 [z]. Non transiissem ad Christianismum [a], quo tantam mihi conflavi invidiam [b]. Vel generaliùs, sensus est, q. d. Si captarem hominum gratiam, Christi gratiâ exciderem [c]: vel, *servum Christi* se vocat ob ministerium suum, ut Rom. 1. 1. q. d. indignus essem nomine *servi*, &c. utpote non sincerè agens [d]. De se loquendo, illos alios ex contrario notat *, quorum studium erat hominibus placere [f].

11. *Non est secundùm hominem*] h. e. Non nititur humanâ auctoritate [g], aut patefactione, ut v. seq. declaratur [h]. Nihil humani affectûs admixtum habet [i]. Non est humanum inventum [k], à me confictum [l], aut mihi traditum ab homine [m], edoctum ab Apostolo quopiam; quod ipsi objiciebant Judaizantes, indéque eum cæteris inferiorem esse contendebant [n]; sed immediatè à Deo & Christo, &c [o]. Κατὰ hîc valet, vel, 1. *secundùm*, κατ' ἄνθρωπον, i. e. more humano, ut 1 Cor. 3. 3. Gal. 3. 15. consueto atque ordinario, ut extraordinaria vocatio hîc designetur: vel, 2. idem quod διὰ, *per*, ut Marc. 1. 27. *Imperat*—κατ' ἐξουσίαν, *per potestatem*, & Gal. 2. 2. *Ascendi* κατ', *per revelationem*. Ità hîc *per hominem*; quod verb. seq. declarat *.

12. *Neque—ab homine* (i. e. alicujus hominis magisterio [p], aut persuasione [q];) *accepi illud*, (nempe, Apostolatûs onus [r]. Non ex Hillelis traditione hoc ad me venit †.) *neque didici*] Vel, *edoctus sum*, P. Be. Pi. sic Er. &c. nempe doctrinam meam *, scil. ab homine [t]. Non hoc me Gamaliel docuit [v]. *Accipere & discere* hîc idem sonant [x]. Al. Non aut semel *accepi*, aut per temporis moram *didici* [y]. ¶ *Sed per*, &c. Δι' ἀποκαλύψεως, &c.] *Sed per revelationem* (nempe extraordinariam, ut 2 Cor. 12. 1. alioqui Christus Evangelium revelat per Spiritum suum, etiam hominum ministerio [z];) *Jesu Christi*, P. Er. Be. &c. i. e. ab eo immediatè mihi factam, de totius Christianismi mysteriis [a]. Hic Genitivus indicat causam agentem, non subjectum vel objectum, &c [b]. *Patefaciente id mihi Jesu Christo*, Pi. Hoc factum non longè post conversionem ipsius, ut patet ex Gal. 1. 15, &c [c]. sive in itinere Damasceno, Act. 9 [d]. sive mox in triduano illo jejunio Damasci *. Cui repugnat quòd missus est ad Ananiam à quo disceret, &c. Act. 9. 6 [f]. Sed nulla Evangelii ab Anania traditi fit mentio. Et à Christo hoc immediatè factum constat ex Act. 22. 14, 15. & 26. 16, 17, 18 [g]. *Per revelationem cœlestem addidici*. Iterum, *Jesum Christum hominibus*, i. e. mortalibus, opponit. Sic Moses vocatur per Angelum in rubo [h]. Hinc rectè colligunt Patres Christum non esse hominem tantùm, sed & verum Deum [i].

13. *Audîstis enim* (Rem ignotam, quòd scil. Evangelium suum à Deo haberet, colligit ex re nota: Noverant enim eum priùs fuisse furiosum Christi hostem, &c. qualis repente in amicum mutari non poterat humanâ ratione, sed divinâ gratiâ, &c [k].) *conversationem meam* (i. e. vitæ genus ac modum. Habes ἀναστροφὴν, Tob. 4. 19. Ephes. 4. 22. 1 Tim. 4. 12. Heb. 13. 7. Jac. 3. 13. & in utraque Petri non semel [l]. Vel, *quomodo versatus sim*, Be. Pi. quo studio me gesserim [m].) *aliquando* (vel, *olim*, sive *quondam*, Er. P. Be. Pi.) *in Judaismo*] i. e. in Judaica religione. Sic Ἰουδαΐζειν habes Esth. 8. 17 [n]. q. d. cùm Judæus essem [o], antequam converterer ad Christum [p]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι καθ' ὑπερβολὴν—ἐδίωκον, &c.] *Quòd summè* (ad verb. *secundùm superlationem*, sive *excellentiam*, i. e. summo studio atque conatu [q]. Locutio Paulina, ut Rom. 7. 13. 2 Cor. 4. 17 [r].) *persequebar Ecclesiam Dei*, (Idem habes 1 Cor. 15. 9 †. id est, Christianos, quos sic vocat, ut peccatum suum exaggeret, quòd disperdere voluerit eum cœtum quem Deus in terris congregabat, quod erat contra Deum pugnare [t].) *& eam vastabam*, P. sim. Be. Pi. Habes hoc verbum de re eadem, Act. 9. 21 [v]. vel, *depopulabar*, V. Metaphora à re militari [x]; vel, *expugnabam*, Vulg. scil. quantum in me erat [y], i. e. oppugnabam & expugnare studebam [z].

14. *Et*, &c. Καὶ προέκοπτον, &c.] *Et proficiebam in Judaismo*, P. &c. i. e. in notitia Judaicæ religionis [a]; sive Pharisaicæ doctrinæ ac superstitionis [b], sive in Legis studio [c]. ¶ *Supra*, &c. Ὑπὲρ—συνηλικιώτας, &c.] *Super multos æquales* (vel, *coævos*, Be. sim. Vulg. Er. Pi. *Dimeos*, Pi.) *in genere meo*, P. Pi. &c. i. e. in gente mea [d], ut 2 Cor. 11. 26 *. scilicet Judaica [f]. מן הילדים על כל בני גילי אשר, ut est Dan. 1. 10. ut loquitur alicubi Maimonides [g]. ¶ *Abundantiùs*, &c. Περισσοτέρως ζηλωτὴς, &c.] *Abundantiùs* (nempe quàm alii [h],) *zelotes* (Sic se vocat ab immodico studio ac amore [i]. *Cùm vehementer essem studiosus*, Er. V. sim. P. Be. Pi. Ζηλωτὴς est *ardenter studiosus*. Vide Act. 21. 20. Rom. 10. 2. Phil. 3. 6 [k].) *existens patriarum mearum traditionum*, Gom. &c. quas scil. acceperam à patribus meis [l]; i. e. rationis vivendi à majoribus acceptæ [m], utpote Pharisæi filius, Act. 23. 6 [n]. quod his verbis significat [o]. Eas autem traditiones intelligit quæ necessitatem circumcisionis & ceremoniarum, &c. statuebant, ut Act. 22. 3 [p]. Παραδόσεων voce tum ipsam Legem, tum Legis interpretationem intelligit. Vide Matth. 15. 2. τὴν παράδοσιν hîc, ut τοῖς ἔθεσι τοῖς πατρῴοις, Act. 28. 17. sunt *leges & instituta à majoribus accepta*. Vide Act. 23. 6 [q].

15. *Cùm*, &c. Ὅτε δὲ εὐδόκησεν, &c.] Cohæret hoc cum ἀπελθὼν, v. seq. *Cùm Deo visum est per me cognitum facere*

Marginal notes (left column): r G. sim. Er. V. — t Gom. Be. — † Be. — t Q. in Gom. — v Par. — x Gom. — y Me. — z Q. in E. sim. Me. — a Me. — b E. ex Chryf. sim. T. — c G. Ham. — d Ham. — * G. — f Ham. — † Pi. — || Ca. — g Par. — h Be. — i Gom. — k Gom. sim. Er. ex Th. V. Vor. — l Vor. — m V. sim. Er. — n Gom. — * Calv. — o E. — p Gom. — q G. sim. Dic. — r G. sim. E. Me. — † E. Vor. — t Gom. sim. Vor. Par. Be. — v Gom. — x G. Gom. — y E. — z G. sim. Gom. — a Par. sic E. — b E. — c Par. — d E. — * G. sim. E. — f E. — g Vor. sic Be. — h Vor. — i G. — k E. ex Aug. sim. Be. V. — l Par. — m Par. sim. E. — n E. — o T.

Marginal notes (right column): * Gom. — p E. — q Par. — r Be. — † G. — * Be. — t Er Gom. — v G — x E. — y Hi. in E. — z Be. — a E. — b Vor. — c E. — d Hi. in E. — * Aquin. in E. — f E. — g Gom. — h G. — i Gom. — k Par. — l G. — m E sim. Me. Gom. — n G. — o V. sim. Me. — p Me. — q Pi. — r G. — † Idem. — t E. — v G. sic Gom. — x Pi. — y E. — z Me. — a G. — b Gom. — c G. — d Pi. sic Er. V. G. — * G. — f P. sic Er. V. — g C. — h Com. sim. E. — i Er. — k G. — l Gom. D. sim. Er. — m V. — n G. m. sim. D. — o D. — p Gom. — q G.

facere Filium suum. Εὐδόκησε, חפץ, dicitur de iis quorum Deus rationes reddere non solet [r]. *Sed quando placuit* (vel, *libuit*, Be.) *Deo*, P. Pi. scil. Patri, ut 2 Cor. 3. 8. qui tamen per Filium eum vocavit, Act. 26. 16, 17. 1 Tim. 1. 12. Hoc ergò utrique attribuitur, Gal. 1. 1. 1 Tim. 1. 1 †. ¶ *Qui*, &c. ὁ ἀφορίσας, &c.] *Qui separavit*, vel *segregavit* (vel, *segregaverat*, Er. Il. V. Ti. *separârat*, P. Be. i. e. qui jam tum me destinaverat, vel separare decreverat [t]. Segregatio hîc notatur ratione non executionis, quæ per vocationem fit, sed decreti, sive prædestinationis [v]. Neque hîc agit de prædestinatione sui ad vitam æternam [x], sed ad Apostolatum [y]; sive ad prædicandum Evangelium, ad quod etiam *segregatus* esse dicitur Act. 13. 2. Rom. 1. 1. sequitur enim hîc, *ut revelaret*, &c [z].) *me inde ab utero*, &c. Pi. Tre. &c. i. e. ex eo tempore quo eram in utero [a], ut Psal. 58. 3. & 71. 6 [b]. Solet quidem hæc locutio proverbialiter, & sæpe ὑπερβολικῶς, usurpari, ut Psal. 22. 9. & 58. 3. & 71. 6. Esa. 48. 8. sed hîc tamen proprietas significationis retinenda est: respicitur enim locus Jer. 1. 5. quem bene explicat Maimon. Ductoris dubitantium 2. 32. *Requiritur ad Prophetiam bonum cerebri temperamentum; non tamen qui id habent Prophetæ fiunt, sed ii quibus hoc Deus vult concedere.* Non dissimilis locutio in Philone [c]. [quam vide in G.] *ex utero*, &c. i. e. ab ipso nativitatis meæ exordio [d], antequam natus aut quidpiam promeritus essem [*]. Scriptura æternitatem sæpe insinuat alia quædam temporis principia nominando, v. g. antequam mundus fieret, ab origine mundi, à formatione aut nativitate hominis, &c [f]. ¶ *Et vocavit*, &c.] Efficaciter, tempore conversionis meæ [g]. Vocationem illam intellige de qua Act. 9. 5. & seq [h]. non ad fidem, de qua agit v. seq [i]. sed ad Apostolatum [k]. Illa autem proveniebat ex singulari quadam (& gratuita ac minimè debita [l],) Dei benevolentia in eum, qui tunc maximè hostem agebat Christianismi [m].

16. *Ut*, &c. Ἀποκαλύψαι—ἐν ἐμοὶ] *Revelare*, sive *Retegere*, (vel, *Patefacere*, scil. per prædicationem Evangelii, ut mox sequitur [n]: *Ad revelandum*, sive, *Ut revelaret*, E. In hoc *ut revelaret*, Er. Pendet hoc, vel à verbis, *segregavit*, & *vocavit* [o]; vel potiùs ab εὐδόκησεν [p], *placuit Deo patefacere* [q].) *filium suum in me*, P. Be. Gom. Ca. sic Mo. inspiratione fidei & cognitionis mysteriorum Evangelii [r]; ut ἐν subjectum notet, ut interna Paulo facta revelatio designetur †. Quod & proprietati vocis, & sequentibus maximè convenit, & loci scopo, & aliis Scripturæ S. locis, ut 2 Cor. 13. 3. Eph. 3. 3, 5. 1 Thes. 2. 13 [t]. vel, *mihi*, Æth. Ar. Be. vel, *per me*, Er. Il. Ti. Pi. G. sic Vor. E. Me. Tre. ex Sy. id est, per ministerium meum [v]. Ἐν hîc pro διὰ, *per* [x], ut sæpe [y], & causam efficientem notat [z]. [Sensus, q. d.] Voluit Filium suum (fideique ejus mysteria [a],) per me cognitum facere plurimis [b], mundo, &c. Qui sensus tam superioribus, ubi se *segregatum* dixit, scil. ad munus Apostolicum, quàm sequentibus, apprimè congruit [c]. ¶ *Ut Evangelizarem*, &c.] Ἵνα hîc sumo pro ἰτὰ ut, quo sensu ponitur in 1 Cor. 9. 24. & Apoc. 13. 13. Explicat enim modum quo Deus voluerit per Paulum Filium suum cognosci, nempe, *Paulo Gentibus prædicante*, Act. 9. 15 [d]. ¶ *Continuò*, &c. Εὐθέως οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι] Εὐθέως referri potest, vel, 1. ad præcedentia [*], hoc modò, *ut Evangelizarem—in Gentibus continuò*; h. e. ut protinus & citra moram accingerer ad prædicationem, &c †. vel, 2. ad sequentia [*]. Significat *statim* se, i. e. nullâ morâ interpositâ, cœpisse fungi suo munere, ut Act. 9. 20. videre est. Sed maluit id efferre per negationem [f]. Ellipsis magis sensu quàm verbis: hoc enim dicit, Statim parui vocationi Dei, nec quæsivi tum aliquos cum quibus de illa conferrem [g]. *Statim* obsecutus sum, nihil cunctatus, *& non contuli*, &c [h]. Προσανατίθεσθαι est insuper mutare aliquid aut de integro restituere; ut cùm de dubiis ad aliquos refertur deliberandi causâ [i]. Ἀνατίθεσθαι est arcanum suum, velut onus, in amicum exonerare, & in ejus sinum deponere. Præp. πρὸς hîc addit, ut testetur se alios non adiisse ut disceret, &c [k]. Προσανατίθεσθαι idem quod ἀνατίθεσθαι, *aliquem adire consilii capiendi causâ*. Usurpant sic Diodorus Siculus & Lucianus [l]; ille de Alexandro sic loquens, τοῖς μάντεσι προσανέθετο περὶ τοῦ σημείου, *Quum super portento illo Chaldæos consuluisset* [m];

hic de Jove, *O Jupiter quid meditabundus—loqueris*,—ἐμοὶ προσανάθου, &c. *mecum communicato, cape me consultorem*, &c [n]. [Locum autem sic reddunt:] *Continuò non* (vel, *Non statim*, P. Be. Pi. *Statim non*, Gom. *Non equidem*, Ca. *Eâdem horâ non*, Tre. ex Sy.) *contuli* (vel, *præterea contuli*, Be. vel, *acquievi*, Mo. vel, *revelavi*, Tre. ex Sy. sic Ar. vel, *rem communicavi*, h. e. consilium de provincia mihi mandata [o].) *cum carne & sanguine*, Er. Il. Ti. P. Ca. Be. &c. vel, *carni & sanguini*, Mo. Tre. &c. *Caro & sanguis* hîc significant [p], vel, 1. carnalem sive humanam Pauli rationem [q], quam negat se in consilium adhibuisse, essétne oraculum hoc cœleste, an ludibrium? essétne Deo parendum? deberétne Christum amplecti & prædicare per mille pericula, &c? tales enim rationis humanæ discursus à veritatis professione multos absterrent [r]. Non placet: 1. phrasis hæc nusquam in S. S. ità sumitur; 2. alienum hoc à scopo, ut videbimus †. Vel, 2. hominem carnalem, sive peccatis deditum [r]. Qualis quidem *caro* interdum dicitur, ut Gen. 6. 3. sed *caro & sanguis* nusquam, nè quidem Matth. 16. 17. ubi pro homine accipitur; nec enim opponitur hominibus spiritualibus, sed Deo patri [v]. Vel, 3. Judæos consanguineos Pauli [x]. Cui repugnat, 1. phrasis; nam licèt Judæos *carnem suam*, Rom. 11. 14. vocet, *sanguis* tamen pro consanguineis nusquam sumitur: 2. scopus Pauli, qui non speciatim se à Judæis, sed generatim ab homine, non edoctum asserit [y]. Nec ulla erat ratio ut cum incredulis imperitísque hominibus, quales Judæi, de Evangelio suo communicationem institueret [z]. Vel, 4. Hominem, & quidem mortalem [a]. Huic significationi favent, 1. usus phraseos [b], ut Matth. 16. 17 [c]. 1 Cor. 15. 50 [d]. Eph. 6. 12 [*]. Heb. 2. 14. & apud Rabbinos [f], quibus passim *Rex carnis & sanguinis*, est Rex mundanus [g]: 2. scopus Apostoli omnésque loci circumstantiæ [h]. [Sensus,] Non quæsivi ex homine ullo an parendum mihi esset: Sciebam enim mihi gravissimas pœnas imminere nisi paruissem, 1 Cor. 9. 16. Hæc omnino eò pertinent ut ostendat se nihil dare aut amori in Gentes, aut odio in Judæos; sed se quæ facit facere Dei & Christi causâ [i]. Non communicavi negotium prædicationis cum quoquam mortalium [k], nè Apostolis quidem [l]; vel, quia Evangelium, tanquam dubium, & ab iis aut corrigendum aut supplendum, communicare, res indigna & absurda videretur; vel, nè videretur ab iis accepisse Evangelium [m]. Neque arrogantiæ hoc tribuendum (quod Porphyrius objecit) sed Apostolicæ constantiæ, quòd doctrinam suam ex divina revelatione certam, noluit, velut dubiam, humano subjicere examini [n].

17. *Neque*, &c. Οὐδὲ ἀνῆλθον, &c.] *Neque redii* (vel, *ascendi*, Er. Be. ut Joh. 6. 3 [o].) *Hierosolymam, ad eos qui ante me* fuerant *Apostoli*, P. Be. Pi. nempe *vocati* [p]: ad eos quibus ante me commissa fuerat provincia Evangelica [q], Petrum Johannem, Jacobum, qui plurimùm circa illa tempora Hierosolymis agebant [r]. At venit Hierosol. post conversionem, Act. 9. 26, &c. Resp. Venit quidem necessitate fugæ compulsus †, & per eam, quasi per aliam urbem, transiens in Arabiam [t]; non autem ut Petrum videret [v]. In illo autem transitu oraculum in templo accepit, quo jussus erat non ad Apostolos accedere, sed procul Gentibus prædicare, Act. 22. 21. Inde ergò abiit in Arabiam, &c [x]. ¶ *Sed abii* (scilicet è Damasco [y],) *in Arabiam*] In loca Damasco proxima; ipsa enim Damascus tunc sub Arabum erat Regno. Hæc prima est Gentium cui Paulus Evangelium annunciavit; in hoc quoque Mosi similis, cui post relictam Ægyptum prima statio in Arabia. Sic impletum mysticè Vaticinium Esa. 44. 11. Hoc iter Lucas non enarravit, quia ei non adsuit [z]. ¶ *Iterum—Damascum*] Quando accidit illud, 2 Cor. 11. 32 [a].

18. *Post annos tres*] Ab ipsius conversione supputandos [b], & in Arabia exactos [c]; non Damasci, ut ostendit quòd Pauli conversio Jerosolymitanis ignota esset [d]. ¶ *Videre*; ità Mo. Æth. Ἱστορῆσαι] *Videndi gratiâ*, Ca. *Ut viderem*, Er. Tre. &c. *Ut viserem*, sive *inviserem*, Il. P. Be. Pi. G. ex Chrys. E. &c. ut solemus res aut personas excellentes, &c [*]. Sic ἱστορῆσαι χώρας, Plutarchus Theseo. Usurpat sic & Lycophron. Pro Πέτρον hîc in MS. est Κηφᾶν, & sic in omni hac Epistola; & credo sic scripsisse Paulum sed exscriptorem reposuisse nomen inter

Marginal notes (left column): r G. | † Gom. | t Vor. | v Gom. | x E. sim. Ham. | y Ham. | z E. | a Pi. sim. E. | b E. | c G. | d Me. | * T. | f E. | g E. | h G. | i Gom. | k Gom. Pi. | l Gom. | m G. | n Pi. | o E. sic Er. | p Be. | q Pi. | r Q. in E. | † Gom. ex Chrys. sim. Be. | t Com. | v Vor. | x Pi. Vor. sic G. E. | y E. | z Gom. ex Er. | a E. | b G. | c E. | d G. | * V. Er. ex Hi. | † Hi. in Er. | * V. | f G. | g Pe | h J. Cap. | i Camer. | k Be. | l G. sim. Pi. | m Pi. ex Budæo.

Marginal notes (right column): n Pi. ex Steph. | o Pi. | p G. | q Q. in Gom. Par. | r Par. | † Gom. | r Hi. in Gom. | v Gom. | x Hi. in Gom. | y Gom. | z E. | a G. sic Ca. Vor. Zeg. Me. Be. E Pi. Cap. J. Cap. Gom. Camer. | b Gom. | c G. Gom. | d Vor. | * G. Gom. | f J. Cap. | g Cap. | h Gom. | i G. | k E. sim. Gom. Vor. | l E. Pi. | m E ex Chrys. | n E. | o Be. | p Par. E. | q V. | r G. | † Me. | t Par. | v Me. | x Par. | y E. | z G. | a Par. | b E. sic Cap. in Hist. Apost. p. 3887. | c Me. sim. Cap. ib. | d Cap. | * E.

inter Græcos notius [f]. Ἱστορῆσαι significat *percontandi discendique causâ videre*; quanquam Hieron. id negat [g]. ¶ *Mansi apud eum*] Magnus hospes magni hospitis [h]. ¶ *Diebus quindecim*] Non ergò illum adii, ut discerem, cui non sufficit tam breve spatium, sed honoris causâ, &c [i].

19. *Neminem nisi*, &c. Εἰ μὴ, &c.] Hinc sequitur, Jacobum hunc Apostolum fuisse, si scilicet εἰ μὴ exceptivè sumatur, non item, si adversativè [k]. Εἰ μὴ hîc valet *sed*, ut Matth. 12. 4. Gal. 1. 7. Eph. 2. 16. Apoc. 9. 4. & alibi. *Nullum reperi Apostolorum*, quippe qui aliò iverant Evangelii spargendi causâ; *sed reperi* eum qui eorum vices obibat, *Jacobum* [l]. *Jacobum* intelligit non Zebedæi [m], sed Alphæi [n], *fratrem*, i. e. cognatum, nempe consobrinum, Domini [o].

20. *Ecce coram Deo*] Sub. *testor*, P. Be. vel, *affirmo*, Pi. Formula jurandi [p], vel saltem asseverandi [q]. Juramentum adhibet, ut Rom. 1. 9. 2 Cor. 1. 23. & alibi sæpe [r]; nè conficta putarentur quæ dixerat, nec testibus probare poterat [†]. Causa autem gravis erat ut crederetur Apostolus à Christo factus, non ab aliis Apostolis substitutus [t].

21. *In*, &c. Εἰς τὰ κλίματα, &c.] *In regiones* (ad verb. *inclinationes*. Sic appellant Geographi terrarum tractus ab *inclinando*; quòd partes terræ propter ipsius rotunditatem à polis aliæ aliis plus declinent [v].) *Syriæ*, &c. P. Be. &c. Act. 9. 30. Vocem κλίματα habuimus & Rom. 15. 23. 2 Cor. 11. 10 [x].

22. *Ignotus facie*, &c.] Ut proinde nec ab iis edoceri poterat, &c [y]. Τῷ προσώπῳ hîc est quod Latini dicunt, *de facie*. Ità Cicero ad Pisonem, & alii. Hoc interserit ut appareat falsum esse quod de illo spargebatur, Ipsum in Judæa docuisse necessitatem rituum Judaicorum [z].

23. *Tantùm*, &c. Μόνον δὲ ἀκούοντες ἦσαν] Præcessit ἐκκλησίαις, & sequitur masculinum; intelliguntur enim *illi qui in Ecclesiis erant* [a]. *Sed solùm audierant* qui dicerent, P. Be. Pi. h. e. Rumor apud illos erat [b]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ διώκων, &c.] i. e. διώξας nam sic Benoni sæpe ponitur apud Hebræos. Vide Sirach. 48. 7 [c]. ¶ *Evangelizat fidem* (Πίστιν vocat metonymicè τὸν λόγον cui creditur [d], sive Evangelium [*], ut 1 Tim. 4. 1 [f]. Sic & infrà 3. 2, 5, 23, 25 [g]. *Fides* dicitur & id quo, & id quod, creditur [h].) *quam—expugnabat*] Vel, *oppugnabat*, V. *vastabat*, P. &c. i. e. propter quam olim vastabat Ecclesiam, ut suprà v. 13. magis propriè loquutus est [i]. Quod ibi de Ecclesia dictum, hîc de fide. Vastabat fidem, quia Christi fidelibus fidem extorquere persequendo nitebatur [k]. Sic apud Sallustium dicitur *conscientia mentem vastare* [l]. De voce πορθεῖν vide suprà 13. de re Act. 9. 21 [m].

24. *Et*, &c. Καὶ—ἐν ἐμοὶ, &c.] *Et glorificabant Deum de me*, P. Be. Pi. &c. vel, *propter me*, Pi. Vor. vel, *mei causâ*, G. Vor. ἐν pro περὶ, ut Psal. 63. 7. & 87. 3. vel potiùs, pro διὰ [n]. Heb. ב, pro על [o]. Gloriam meæ conversionis Deo tribuebant [p]. Gloriam misericordiæ illi tribuens quam erga Paulum exseruerat [q].

[Margin: f G. g Er. h G. i E. k E. l G. m Par. n Par. Gom. Me. o Pi. Vor. T. sim. E. p Vor. ex Pi. q Vor. r G. † E. t G. v Pi. x G. y Gom. z G. a G. b Er. V. c G. d Idem. * Fe. Vor. f Be. g G. h Le. Vor. i Pi. k E. l Be. m G. n Pi. o Be. p E. q Pi.]

CAP. II.

1. **D**Einde *post*, &c. Διὰ δεκατεσσάρων, &c.] *Post* (vel, *Per*, Er. Pi. Διὰ hîc sumitur [a], pro μετὰ, *post* [b], ut Matth. 26. 61 [c]. Marc. 2. 1 [d]. Act. 24. 17 [*]. Gal. 1. 18 [f]. & apud Thucydidem, &c. ut H. Stephanus ostendit [g]. Διὰ notat tractum temporis quem Paulus vivendo quasi peragraverat, &c [h].) *annos quatuordecim*, Er. Vulg. &c. *Interjectis annis*, &c. P. Be. Pi. Hæc Pauli profectio eadem est quæ narratur Act. 15 [i]. quamvis enim id Chrys. aliique nonnulli negent, Hi. de eo dubitet; plures tamen probant, & Baron. ac Per. bonis argumentis asserunt [k]. Eadem utrobique est causa profectionis, quæstio de Circumcisione, &c. utrobique Barnabas Pauli comes, &c [l]. Hi autem anni numerandi & inchoandi sunt, vel, 1. à præced. itinere Hieros [m]. sive à fine triennii illius [n], de quo Gal. 1. 18 [o]. cui favet, 1. vox ἔπειτα [p]; 2. mos Scripturæ tempora computantis à spatio proximè præcedente quale hîc erat triennium illud: 3. scopus Apostoli, qui erat ut ostenderet quamdiu apud Gentes prædicavit sine reprehensione Apostolorum [q]. Vel potiùs, 2. à conversione Pauli [r]; vel potiùs, 3. à Christi passione, & missione Spiritûs S. in Apostolos die Pentecostes, & initio Ecclesiæ Christianæ: ità incidit hoc in 6 vel 7 Claudii annum, quo tempore Concilium Jeros. habitum erat. Si hoc non placeat, pro δεκατεσσάρων legamus τεσσάρων, & plana sunt omnia: tot enim sunt reverà anni à fine triennii illius, qui incidit in 2 Claudii annum, ad 6. usque Claudii annum. Fortè scriptum erat à Paulo ἔπειτα διὰ τεσσάρων, indè, proclivi lapsu, ἔπειτα δεκατεσσάρων, deinde, inserto διὰ syntaxeos gratiâ, ἔπειτα διὰ δεκατεσσάρων [†]. Assentior Codicibus si qui pro δεκατεσσάρων habent τεσσάρων. Cùm enim numeri per notas scriberentur, facilè fieri potuit ut antè δ'. per errorem, ι'. adderetur; & ex uno sæpe exemplari scripturæ vitia in multa fluxisse alia ostendimus ad Luc. 4. 26. & alibi. In numeris autem plurimos admissos errores ab exscribentibus apertum fecimus ad multa Vet. Testamenti loca. Nihil autem credibilius reperio quàm notari hîc illud ipsum Pauli iter cujus mentio Act. 15. 2. quod non potest totis 14 annis posterius fuisse aut conversione Pauli, aut etiam, si quis id malit, fine Arabicæ peregrinationis. ¶ *Ascendi*, &c.] Semper quoties de Hierosolymis loquuntur Hebræi dicunt *ascendere*, etiam ubi in externis sunt locis, quia domi ità loqui erant soliti, Act. 15. 2. & 21. 4, 12, 15. & 25. 1 [t]. ¶ *Cum Barnaba*] De quo vide Act. 11. 22, &c [v]. qui Paulo comes adjungitur Act. 15. 2. Βαρνάβα Genitivus, quales Ἀνδρέα, Παυσανία [x]. ¶ *Et Tito*] Homine incircumciso, quem non sum veritus mecum adducere [y]. Tito illo, ad quem exstat Pauli Epistola [z]. Titus eo tempore non erat Evangelista, sed comes Pauli, qualis diu Timotheus [a].

2. *Ascendi autem secundùm* (vel, *per*, Tre. ex Sy.) *revelationem*] Sic Mo. Er. Ti. &c. vel, *ex revelatione*, P. Be. Pi. &c. i. e. peculiari Spiritûs S. afflatu & monitu: vide 2 Cor. 12. 1 [b]. jussus à Deo per revelationem [c]; non humano, sed divino instinctu & oraculo [d]. At illa profectio Act. 15. erat ex humano, consilio sive decreto. Resp. Quod homines statuerant, Deus quoque idem faciendum monuit, quomodo & Petrum monuit Act. 10. ut iret quò ab hominibus quærebatur [*]. Occasionem ab hominibus natam Christus viso aliquo diurno aut nocturno confirmaverat [f]. Ab Ecclesia delectus, privatim quoque oraculo monitus fuit, ut provinciam delegatam promptus subiret cum sociis [*]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀνεθέμην αὐτοῖς, &c.] Illud αὐτοῖς hîc, si voculas captamus, non habet quò referatur; si sensum, facile est intelligi *eos* significari *qui Hierosolymis erant*, quia nomen id urbis præcessit [g]. [Verba sic reddunt,] *Et contuli* (vel, *communicavi*, ut ἀνατίθεσθαι idem sit quod προσανατίθεσθαι, Gal. 1. 16 [h].) *cum illis*, Vulg. Er. Il. Ti. Non ut inferior, sed ut in munere prædicandi æqualis [i]. Communicavi rationem doctrinæ meæ, &c [k]. *Et exposui* (vel, *retuli*, Ca. *narravi*, ut Act. 25. 14 [l]. quo sensu eâ voce & Plutarchus utitur [m], & alii in Bud. Comment. & H. Steph. Thesauro [n]; ad verb. *deposui*, scilicet tanquam in sinum, familiari declaratione [o].) *eis*, &c. P. Be. Pi. &c. nempe, Apostolorum collegio & cœtui Christianorum [‖], vel fidelibus [p], qui erant Hierosolymis [q]. ¶ *Quod prædico*] Præs. tempore utitur emphaticè, q. d. in quo hactenus perstiti, & adhuc persto, atque perstabo [r]. ¶ *Seorsum*, &c. Κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς δοκοῦσι] *Sed privatim* (q. d. quàm familiarissimè ac liberrimè, ut inter amicos privatim colloquentes fieri solet [†]: vel, *sigillatim*, Ham. sic Li. chron. *seorsim ac secretò*, Camer. Actio publica fuit contra adversarios de lite proposita: suam verò causam privatam privatim ègit, neque eam cum lite publica miscere voluit [t]. Al. *privatim*, quia omnes nondum portare poterant [v]. Publicè docuit, Gentes non debere circumcidi, &c. privatim verò, Judæos quoque à Lege liberandos, quod nondum declarari oportebat, ob illud Act. 21. 20 [x]. vel, *seorsim à cæteris*, nè subreperent falsi illi fratres ad explorandam libertatem [y].) *iis*, vel, *cum iis qui sunt*, vel, *erant* (vel, *habentur*, Er. Pi. sic Mo.) *in pretio*, P. Be. Er. Il. Ti. &c. vel, *æstimatis*, sive *eminentibus*, Zeg. ex Amb. *eminentioribus*, Kn. vel, *qui putantur*, Pi. ad verb. *videntur*, Pi. Zeg. Cam. vel, *videbantur*, Vulg. Zeg. sub. *esse aliquid*, ex v. 6 [z]. Quæ ellipsis est & in illo Euripidis [a]. —Λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν, Κἀκ τῶν δοκούντων, αὐτὸς, ὁ τἀυτὸν σθένει [b]. *Oratio enim & ab*

[Margin: a G. b Par. Gom. Vor. c G. d G. Gom. Par. * Gom. f Par. g Gom. h Pi. i Cap. Hist. Apost. p. 3910. sim. E. k E. l Cap. ib. m Li. chron. p. 97. n V. in Cap. o Li. ib. Cap. p Cap. q Li. ib. 92. r E. ex Aquin. Cal. Per. Baron. sic V. Ham. † Cap. ib. t G. v Pi. Vor. x G. y Me. z Pi. a G. b Be. c Pi. sim. E. Me. d T. * E. f G. * Par. g G. h Pi. i E ex Hi. k T. sic E. l Gom. sic Be. m G. n Gom. o Pi. ‖ Par. p Gom. q Gom. E. Me. r Be. † Pi. t Par. v Gom. ex Aug. x E. y Kn. z Pi. Cam. sic Zeg. Gom. a Gom. b Er. Gom.]

ab inhonoratis profecta. Et ab honoratis eadem, idem non valet [c]. Δοκοῦντες absolutè dicuntur Græcis *qui magnæ sunt autoritatis*; velut ἀδοξοῦντες, *quorum levis est autoritas* [d]. Δοκοῦντες sunt *qui præter cæteros illustri sunt in fama.* Utitur sic hâc voce & Plato aliquoties. Rabbini dicerent חשובים. Apparet autem ex iis quæ sequuntur intelligi non Apostolos alios, sed illorum Apostolorum nimis fervidos sectatores *: *iis qui sunt in singulari existimatione*, Camer. sim. E. qui magnæ sunt auctoritatis, qui videbantur esse columnæ Ecclesiæ, & primarii Apostoli [f]. Significat Petrum, Jacobum, & Johannem, quos postea nominat [g]. Διασυρτικῶς dictum *qui videbantur*. Designat eos non elogiis officii & dignitatis, sed tantùm ab hominum opinione; & tacitè reprehendit præposteram multorum de quibusdam in Ecclesia præ reliquis magnis viris opinionem [h]. Alii τοῖς δοκοῦσι neutro-passivè interpretantur, & cum seq. connectunt hoc modo; *qui putabant* Apostolum *frustrà currere*, &c [i]. Sed præstat absolutè accipere [k]. Ut δοκεῖν, ità & participium δοκοῦντες usurpatur, 1. activè, *putantes*, ut Joh. 20. 15. 2. passivè, *qui videntur*, vel *putantur*, ut Marc. 10. 42. 1 Cor. 12. 22. indéque οἱ δοκοῦντες, *qui magni æstimantur*, &c [l]. ¶ *Ne*, &c. Μή πως εἰς κενὸν τρέχω ἢ ἔδραμον] *Ne fortè* (sub. *quis dicat quòd*, V. vel, *Nequo modo*, P. Be. Pi. Er. Il. Ti.) *in vanum*, vel, *frustrà currerem aut cucurrissem*, Mo. P. Tre. &c. i. e. Nè in irritum caderet meus labor tum ejus temporis, tum antè actus [m]; & absque fructu esset [n], apud auditores meos [o]; nempe si fama ea spargeretur, aliud me docere, aliud eos qui ante me vocati erant Apostoli [p]: vel, (ut Tertul. explicat) me *secundùm illos credidisse, & non secundùm illos evangelizâsse.* Loquendi genus quod attinet, habes simile Phil. 2. 16 [q]. Studium suum in Evangelio prædicando *cursum* vocat, metaphorâ ab iis ductâ qui cursu certant [r]. Vide Act. 13. 25. 1 Cor. 9. 25, &c. 2 Tim. 4. 28. Heb. 12. 1 †.

3. *Sed* (supple, *non in vanum cucurri*; id quod Titi exemplo ostendit [t]. Ἀλλὰ vim habet occupatoriam, Exposuisti eis Evangelium, fortè tacuisti de circumcisione. De hac, inquit, actum est, & mihi prorsus assenserunt [v].) *neque Titus—cùm* (vel, *quamvis*, Pi.) *esset Gentilis* (vel, *Græcus*, Er. E. P. Be. &c. utroque parente [x]:) *compulsus* (vel, *coactus*, P. Pi. &c.) *est circumcidi*] i. e. Non sum passus ut cogeretur, ex collat. v. seq [y]. Liberum permiserunt circumcidi vel non [z]. Non exegerunt hoc à me illi Hierosolymis Apostoli ut Titum facerem circumcidi, facturi id fortè si Judæus fuisset aliqua ex parte, ut Timotheus ex matre, Act 16. 2, 3. at cùm esset gentis alterius, nemo id ab eo exegit [a].

4. *Sed*, &c. Διὰ δὲ τοὺς παρεισάκτους, &c.] Δὲ hîc, ut redundans, abjiciendum, tum quia non sequitur τὸ quod illi respondere debeat, tum quòd sensu repugnat [b]. Cohærent ergò hæc verba cum superioribus, *Non fuit compulsus circumcidi propter falsos*, &c [c]. i. e. quamvis falsi fratres odiosè instarent atque urgerent ut circumcideretur [d]. Al. Heterosis est conjunctionis δὲ, pro ἀλλὰ, quia non præcessit μὲν *. Al. Δὲ, pro δὴ, vel δῆτα; cujus Enallages exempla dat Budæus †. Al. Est expositio causæ προσθετική [f]. q. d. Quod quidem feci, ut nimirum non paterer Titum circumcidi [g], non propter circumcisionis contemptum [h]; *sed propter fratres*—[i], qui speculabantur quid agerem, & num Titum jam paterer circumcidi, ut Concilium illorum sententiæ patrocinari videretur, &c [k]. vel, *propter fratres*, &c. nempe nè illi possent nocere Ecclesiis, abusi nostro exemplo: quasi nimirum & ego circumcisionem adhuc necessariam ducerem [l]. [Verba sic reddunt,] *Propter* (*Propter autem*, Mo. Tre. *Sed propter*, Il. *Utque propter*, Ca. *Nempe propter*, P. Be. Pi.) *obiter ingressos* (vel, *subintroductos*, Mo. *insidiatores*, Il. *emissarios*, Ca. *irreptitios*, Be. Pi. *subreptitios*, P. *subinductitios*, Er. Mc. velut exploratores & per insidias [m], per fraudem & pietatis simulationem [n]; nam παρὰ in his verbis plerumque in vitio ponitur [o]: *subornatos, in insidiis collocatos*, Strig. clam, sive nemine observante se insinuantes [p]. Παρείσακτοι sunt qui παρεισέδυσαν Judæ v. 4. Ità dicuntur *qui se arte insinuant, subinducunt, subinferunt.* Simile παρεισάγειν, 2 Pet. 2. 1 [q].) *falsos fratres*, Er. Ti. &c. *Fratres* vocat, quatenus credebant [r]: Christiani enim passim *fratres* vocantur, Matth. 23. 8. ob unum Patrem, Matth. 23. 9. & unam matrem, Gal. 4. 20 †. *falsos* vocat, quia Judaizabant [t], vel, q. d. falso nomine Christianos [v], hypocritas [x]; qui simulabant se fideles esse [y], séque cum Apostolis Evangelium promoturos [z]. Ψευδαδέλφων vocem habemus & 2 Cor. 11. 26 [a]. ¶ *Qui*, &c. Οἵτινες παρεισῆλθον κατασκοπῆσαι—ἵνα ἡμᾶς καταδουλώσωσι] In MS. καταδουλώσωσι *. *Qui irrepserant* (vel, *præteringressi fuerant*, V. Pi. nempe, præter animadversionem doli ipsorum [b], nobis aliud agentibus [c]: vel, *clam ingressi fuerant*; aliter accipitur Rom. 5. 20 [d]. *subintroierant*, Er. sub. *in concionem nostram*; qui non vocati advenerant, sed admissi fuerant præter decorum *: insidiosè irrepserunt [f], solebant subintroire; est enim παρεισῆλθον tempus indefinitum [g].) *ad explorandam* (Explorandi verbum apparet esse castrense. Significat autem hîc per Metonymiam specie amicitiæ malum alii struere ut solent exploratores [h].) *libertatem nostram* (scil. Evangelicam [i], sive ab observatione Legis Mosaicæ [k]:) *quam habemus in Christo Jesu*, (i. e. in Christianismo [l], in Christi fide, Ecclesia, religione [m]; vel, per Christum [n], ejúsque meritum [o], qui nobis hujus libertatis plenam notitiam fecit, cùm antè rei esset controversæ [p]: ut eâ libertate exploratâ & cognitâ, aut nobis eam extorquerent, si comperissent nos metu Apostolorum circumcidisse Titum; aut, si id non fecissemus, nos accusarent apud Apostolos, & eorum authoritate tentarent cogere nos ad Legem servandam [q].) *ut nos in servitutem* (pristinam [r], jugi legalis †;) *adigerent*, P. Be. Pi. Est autem malum, etiam opinio servitutem adferens inutilem. Sensus [loci] est, *At illorum Judæorum causâ qui se Christianos simulabant, ut libertatem per Christum partam nobis extorquerent, nibil cessimus de proposito ejus libertatis & tuendæ & ad vos omnes transmittendæ* [t].

5. *Quibus*, &c. Οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ, ἵνα, &c.] Apparet οἷς illud hîc redundare, aut abundantiâ sermonis non infrequente Hebræis, aut exscribentis errore [v]. Τὸ, *quibus*, non habent Tertul. & Amb. & quædam MSS. Latina. Habent autem Græca omnia, & præstantissima Latina, licèt fortè quoad sensum redundat [x]. *Quibus* (i. e. vel, 1. falsis fratribus [y], sive adversariis, circumcisionem Titi aliorúmque urgentibus, &c [z]. At hi omnino non interant, v. 4. Vel, 2. τοῖς δοκοῦσι, eminentioribus Apostolis, v. 2 [a].) *neque* (vel, *nè*, Er. P. Be. &c.) *ad horam* (vel, *ad tempus quidem*, Er. Ti. *ad momentum quidem*, Be. *ad minimum quidem tempus*, ut 2 Cor. 7. 8. 1 Thes. 2. 17. Philem. 15 [b].) *cessimus subjectione*, (vel, *per subjectionem*, Er. Il. Ti. P. Pi. vel, *nos subjiciendo*, Be. V. ut, proditâ Evangelii veritate [c], & libertate [d], nos illis subjiceremus *, aut eorum voluntati [f], aut Legi [g], quæ jubet circumcisionem [h]: τῇ ὑποταγῇ, i. e. ità ut non agnosceremus pios ex Gentibus isti jugo esse obnoxios [i].) *ut* (vel, *idque ut*, E.) *veritas Evangelii* (i. e. sinceritas doctrinæ [k], de Lege per Christum abrogatâ, nobísque per gratiam, & non per Legem, salvandis [l]:) *permaneat* (vel, *permaneret*, P. Be.) *apud vos*, Mo. Galatas cæterósque Gentiles [m], quorum par erat causa, & quibus peculiariter destinatus erat Apostolus [n]; apud quos utique non permaneret, si meo exemplo fidelibus autor essem Judaizandi [o]. Erant fortè Petrus, Jacobus, &c. nimium καιρῷ δουλεύοντες, & ad connivendum proni, nè fideles aliqui è Judæis offenderentur, &c. Vide Act. 21. 20. Illis autem Paulus noluit pro momento cedere, nè vacillare videretur Evangelium quod prædicaverat apud gentes, Mosaicam nempe Legem esse jam abolitam. Vide infra v. 11 [p].

6. *Ab his*, &c. Ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι ὁποῖοί ποτε ἦσαν, οὐδέν μοι διαφέρει, &c.] Difficultas est ut in sensu, ità & in constructione, quam alii perfectam, alii imperfectam esse putant. Priores dupliciter construunt, prout διαφέρειν significat, vel *differre*, vel, *conferre*, sive *conducere* atque *utile esse*, ut ostendit Budæus, *Ab iis autem qui videntur*, sive *putant*, *esse aliquid, nullâ re differo*, scil. ut scopus ostendit, ratione perfectæ cognitionis Evangelii per revelationem à Deo acceptæ: vel, *nihil mihi accedit*, supple utilitatis. Non placet; 1. διαφέρειν eo sensu cum ἀπὸ construi, exemplo caret; 2. hæc constructio intricata est atque perturbata; sic enim & verba illa, οὐδέν μοι διαφέρει, *qualescunque fuerint*, divelluntur, & sequentia, *personam*, &c. cum remotioribus illis, *qualescunque fuerint*, inconcinnè conjunguntur.

Marginal notes (left column): c Gom. d Er. * G. f Mc. sim. E. g E. sim. Li. chron. h Cam. i Vor. k Vor. sim. Be. l Gom. m G. n Pi. ex Be. sic Gom. o Gom. p G. sim. E. Mc. T. q G. r Pi. sim. Gom. † G. t Gom. v Par. x T. y Pi. z Par. a G. b Hi. in Er. c Er. ex Aug. sim. Camer. E. T. d E. * Vor. † Le f Pi. g Pi. Ham. v 2. h Pi i Pi. Ham. k Ham. l Pi. m Er. n Lc. o Be. sim. Er p Pi. sim. Vor. q G r Par. † Gom.

Marginal notes (right column): t Par. v Er. x Pi. sic Gom. y Gom. z Pi. a G. * G. b Pi. c Er. d Be. * V. f Mc. g Kn. h G. i Vor. k E Me. l sic Pi. Gom. Zeg. l E. m Me. n G. E. Mc. o E. p G. q E. r T. † Gom. sic E. Mc. t G. v G. x E. y Plerique in Kn. Be. z Gom. sim. E. a Kn. b G. c T. d T. Be. * Be. T. sic Er. Zeg. f E. g V. E. Zeg. h V. i G. k Gom. sic E. Par. Pe. l E. sim. Gom. m E. sim. Be. Gom. n Be. o E. p Kn.

junguntur. Alli sic construunt, *Quod ad eos attinet qui existimantur esse aliquid*, &c. nimirum ut ἀπὸ valeat *ad*, sicut Mat. 27. 24. Act. 20. 26. *sanguine*, i.e. quantum ad sanguinem attinet q. Al. *Quales vero aliquando illi fuerint, qui videbantur esse aliquid, nihil meâ refert*, vel, *interest*. Ante ἀπὸ τῶν δοκούντων, subaudiendum οἱ, quomodo Matth. 27. 9. ἀπὸ υἱῶν, pro οἱ ἀπὸ υἱῶν, ut Be. & G. exponunt; Luc. 21. 16. *occident* ἐξ ὑμῶν, pro, τοὺς ἐξ ὑμῶν; & Joh. 16. 17. *dixerunt igitur* ἐκ, i.e. οἱ ἐκ τῶν μαθητῶν. Phrasis est vulgaris, ut οἱ ἀπὸ Πλάτωνος, *Platonici*; οἱ ἀπὸ πλήθους, *Plebeii*; οἱ ἐκ πίστεως, *Fideles*, Gal. 3. 7 r. Posteriores aposiopesin esse volunt, qualis occurrit Luc. 19. 42. & 22. 42 †. [Verba sic reddunt,] *Ab iis autem qui putantur*, vel *videntur esse aliquid* (i.e. aliquid magni. Sic 1 Cor. 3. 7. 2 Cor. 3. 5. Sic contrà οὐδὲν est *nihil magni*, 1 Cor. 8. 4. quomodo & τὰ μὴ ὄντα, 1 Cor. 1. 28. Agit de illis qui in Judæa inter Christianos doctissimi putabantur t: sub. *Evangelium non accepi*, Gom. sive, *nihil edoctus sum*, Gom. sic V. Be. Pi. ex Gal. 1. 12 v. sim. E. quod hîc sapienter reticuit vitandæ invidiæ causâ x, ne arrogans videretur y. Sermo hîc imperfectus est, qui statim perficitur interpositâ parenthesi z. Ἀνανταπόδοτον est a. Sed huic anomaliæ medetur epanalepsis, quanquam alio loquendi modo concepta, ibi, ἐμοὶ γὰρ οἱ δοκοῦντες οὐδὲν προσανέθεντο, ubi γὰρ tantùm epanalepsi servit. Similem anomaliam vide Rom. 5. 12. & 14 b. Cœperat ità instituere sermonem Apostolus quasi dicturus esset, Ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναί τι οὐδὲν προσελαβόμην· sed interjectâ parenthesi repetiit vocem δοκοῦντες, & subintulit οὐδὲν προσανέθεντο, i.e. *addiderunt*, aut authoritatis, aut cognitionis scilicet. Similem transitum habes Eph. 1. 13 c. Similes solœcismos in syntaxi videre est Eph. 2. ubi illud, ἐγὼ Παῦλος, v. 1. nullum habet verbum se sequens, & v. 7. constructio mutatur ab ἐγὼ ad ἐμοί· & post illud, *ut Christus habitet in cordibus vestris*, v. 17. sequitur ἐρριζωμένοι, &c. Sic Eph. 4. 1. post illud παρακαλῶ ὑμᾶς——sequitur ἀνεχόμενοι & σπουδάζοντες. Sic Col. 1. 10, post ὑμᾶς constructio mutatur in καρποφοροῦντες. Sacri nempe scriptores non se astringebant Grammaticorum regulis, nec tam accurationem sermonis quàm perspicuitatem sensûs curabant; ut non sit mirum si in eis deprehendantur solœcismi, quales & in Chrysostomo notati sunt, &c d.) *quales* (vel, *qualescunque sanè illi*, Camer.) *olim* (vel, *aliquando*, Er. Il. &c.) *fuerint* (vel, *sint*, nam ἦσαν hîc est pro indefinito tempore; & fieri potest ut quidam eorum, cùm hæc scriberet Paulus, mortui fuerint *:) *nihil meâ refert*, (vel, *nihil mihi differt*, sive *discrepat*, Mo. Gom. *non curo*, Sy. in G. de eo non sum solicitus f. Non refert quales fuerint, sed quales nunc sint g. Quales fuerint ante Apostolatum, vel ante acceptum Spiritum S. nolo discutere h; sive peccatores i; sive abjecti, illiterati, &c. cùm ego clarus & doctus fui k; sive Judæis satis multum indulserint l; vel, an legem servandam docuerint, annon m; sive familiares fuerint Christi discipuli, ejúsque Apostoli, cùm ego Pharisæus eram n.) *personam* (vel, *faciem*, Pi.) *hominis Deus non accipit*, P. Be. &c. q. d. cùm Deus in salutis negotio talia non attendat: πρόσωπον enim vox hîc sumitur ut 2 Cor. 5. 12. & 10. 7. ibi dicta vide o. Deus quos vult eligit p, ad Apostolatum, nullâ prioris vitæ habitâ ratione q; prærogativas illas Deus non moratur r. Scribenda [autem] sunt ista ab ὁποῖοι usque ad λαμβάνει per parenthesin. [& sic scribunt, P. Pi.] In MS. πρόσωπον ὁ Θεὸς οὐ λαμβάνει, rectiùs. Vide quæ dicta Act. 10. 34 †. ¶ *Mihi enim——nihil contulerunt*] Er. Οὐδὲν προσανέθεντο] *Nihil mecum contulerunt*, P. vel, *communicarunt*, Pi. *impertierunt*, V. *præterea contulerunt*, Be. i. e. nullo consilio me instruxerunt, quid aut quomodo docendum mihi esset t: nihil ab illis didici per eam collationem v: nihil illi præsumpserunt iis addere quæ priùs à Christo accepta docueram inter Gentes x. De hoc verbo vide suprà 1. 8 y. & 16 z.

7. *Sed*, &c. Ἀλλὰ τοὐναντίον] *Imò è contrario*, P. Pi. Idem hîc valet, quod, *quin magis*, vel, *sed potius*; neque semper plenam vim habet adversandi a. [Sensus, q.d.] Adeò nihil reprehenderunt, ut contrà comprobaverint doctrinam & Apostolatum meum b. ¶ *Cùm*, &c. Ἰδόντες ὅτι πεπίστευμαι, &c.] *Quum vidissent* (nempe *Jacobus*, &c. v. 9 c. Est ergò trajectio; nam secundùm naturalem loquendi ordinem *Jacobus*, &c. nominari debuerant cum participio ἰδόντες d.) *mihi concreditum* (vel, *delegatum*, V.) *fuisse Evangelium* (i. e. munus prædicandi Evangelium *, ut Rom. 1. 1. 2 Cor. 2. 12 f.) *præputii*, (i.e. apud incircumcisos, seu gentes g, ut Rom. 2. 26, 27 h.) *sicut Petro Circumcisionis*, P. Be. Pi. i. e. Judæorum i, ut Rom. 3. 33. & 4. 12. ad quos [specialiter] ex Dei vocatione ac missione pertinebat Evangelium k. Id autem intelligendum est ὅτι τὸ πολὺ, sive κατ' ἐπικράτειαν: nam & Petrus Cornelium convertit incircumcisum, & Paulus Judæos nonnullos, ut ex Actis discimus. Vide Act. 9. 15. sed præcipuum studium Petro erat circa Judæos, Paulo circa gentes alias: Petro autem adjutores & velut adstipulatores plerumque Jacobus & Johannes; Paulo autem Barnabas, & ipse Divinitùs ad hoc vocatus, quem proinde Græci non malè *Apostolum decimumquartum* nominant l.

8. *Qui*, &c. ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ, &c.] *Qui enim efficax fuit* (vel, *vim suam ostendit*, V.) *in Petro*, &c. Er. V. vel, *per Petrum*, &c. P. Be. Pi. ut ἐν hîc causam instrumentalem denotet m, i. e. Qui dedit ei provinciam Evangelizandi, &c n. q.d. Qui eum fecit Apostolum Judæorum, idem me fecit Apostolum Gentium o. Sed verbum hoc efficacem significat operationem gratiæ Dei in prædicatione Petri, &c. declaratam & miraculis, & charismatis, & multorum conversione ad fidem. Est ergò argumentum à [pari] effectu seu fructu ministerii p. [Sensus, q. d.] Cùm viderent res non minores effectas per Paulum apud Gentes quàm per ipsum Petrum apud Judæos, ità ut nihil haberet Paulus cur in Apostolico munere aut aliis, aut ipsi Petro, quicquam cederet. Illa autem, ἐνήργησε, & [v. seq.] χάριν δοθεῖσαν, tum ad miracula pertinent, tum ad ingentis hominum numeri conversionem. Dativus ille Πέτρῳ, ut & ἐμοὶ, regitur à præp. ἐν quæ est in verbo ἐνεργήσας. Est autem hic versus parenthesi includendus q.

9. *Et cùm cognovissent* (ipsâ jam rei experientiâ r, ex rebus à me gestis †; ex piorum ac communi relatu, nostráque declaratione, Act. 15. 3 t.) *gratiam* (vel, *gratiam illam*, insignem scilicet, ut geminatus articulus indicat, sicut 1 Cor. 4. 10. Confer Mat. 17. 5. Luc. 15. 22, 23 v.) *quæ data est mihi*, (Intelligit, vel, 1. munus Apostolicum x, Apostolatum præputii y; vel, 2. effecta gratiæ, h.e. charismata sive dona Spiritûs mihi collata z; vel, 3. efficaciam ministerii mei a.) *Jacobus* (scil. frater Domini, suprà 1. 19 b. qui primus hîc ponitur, vel, 1. quòd Synodi Jerosf. præses esset, Act. 15. 19 c. vel, 2. ut Episcopus Hierosolymæ d; vel, 3. ob honorem Domini *. Sed ordo recensionis diversus & promiscuus reperitur. Vide Act. 13. 2, 7, 50. 1 Cor. 1. 12 f.) *& Cephas*, (id est, Petrus g. Sed in MS. illo antiquissimo non est interpositum inter *Jacobi* & *Johannis* nomen *Cephæ*; quod rectius arbitror. Satis enim fuit præcessisse *Petri* sive *Cephæ* nomen. Neque moris est eum qui Princeps sit Collegii, medio loco nominari; sed aut primo, ut Mat. 10. 2. aut postremo, ut Marc. 16. 7. Præterea scriptores veteres de hoc loco agentes Petrum primo loco nominant h.) *qui videbantur* (vel, *putantur*, P. Pi. &c. vel, 1. falsò, q. d. quos vanâ jactatione sic vocant i, quos solos isti pro columnis habent, quasi ego sim nihili k; vel, 2. verè rectóque judicio, de quo etiam verbum δοκῶ usurpatur, 1 Cor. 7. 40. Quomodo & Latinis, *videtur mihi*, & *puto*, certam etiam scientiam non rarò designant l.) *columnæ esse*, (scil. fidei m, & collegii Apostolici n, & Ecclesiæ o: tum, 1. quòd in Ecclesia eminerent & conspicui essent, ut Apoc. 3. 11 p. ut columnæ interdum ornatûs causâ ponuntur; tum, 2. quòd veritatem q, & Ecclesiam, quodammodo sustinerent r, prædicatione, miraculis, invictâ tolerantiâ, &c †. quia Ecclesia superædificata illis duobus quasi *columnis* sustentari credebatur; quales scilicet columnas Græci παραστάτας vocant. Videtur autem Paulus alludere ad columnas illas duas quæ erant in Templo Salomonis, 2 Par. 3. 17 t.) *dextras dederunt——societatis*] Non ineundæ, sed testandæ ac confirmandæ v; i. e. dextras sociales x, quòd scil. & muneris Apostolici, & puritatis doctrinæ socii essent y. Sensus loci est, *Tantum abest ut illi Judæi mihi quicquam contulerint aut autoritatis aut notitiæ, ipsi illi in Ecclesia præcipui Jacobus & Johannes me non imparem, sed ut collegam, agnovere, & ut tali dedere dexteram*. Nam Dextram

Margin notes (left): q Gom. r Kn. † Gom. t G. v Gom. x Be. Pi. y Gom. z V. a Be. Pi. b Pi. c G. d Ham. * G. f Idem. g Par. h E. i E. ex Aug. k E. ex Aquin. Caj. &c. l Q. in Vor. m Chrys. Hi. &c. in E. n Be. o G. p Me. sim. Be. E. q E. sim. Be. r Par. † G. t Pi. v E. sim. Me. x G. y Vor. z Pi. a E. b Par. sim. Gom. c Ham. G.

Margin notes (right): d G. * Me. sim. V. Gom. f Gom. g Pi. sic V. Be. Gom. h Gom. i Gom. V. Pi. k Gom. l G. m Be. n V. o Q. in E. sim. V. p E. sim. Gom. q G. r E. sic Me. † Me. t Gom. v Idem. x Pi. y E. sim. Me. z Par. a Pi. Vor. sic Gom. b Pi. Gom. c Q. in Gom. d Ham. E. * E. f Gom. g Me. Pi. h G. i Q. in Gom. k Be. l Gom. m Me. n Par. o Me. Pi. E. Par. p Gom. q Par. r Gom. sic Par. † Gom. t G. v Gom. x Er. sic Camer. y Gom.

tram dare apud Hebræos signum societatis, ut videre est Levit. 6. 2. Jer. 50. 15 [z]. Nota hæc erat pacis & consensionis [a], unde illud Ciceronis, *Dextræ, quæ fidei testes esse solebant*; & illud Virgilii, *En dextra fidésque* [b]. Sensus, q. d. Non contempserunt me, ut isti Pseudo-apostoli, sed pro Apostolo agnoverunt [c]. ¶ *Ut nos in* (vel, *inter*, P. *apud* Be. Pi. &c. *in*, pro *erga* [d]:) *Gentes*, &c.] Sub. *Apostolatu fungeremur*, P. V. Be. Pi. Er. G. ex illo, ἀποστολὴν, quod jam præcesserat. In MS. ἡμεῖς μὲν, &c [*].

10. *Tantum*, &c. Μόνον τῶν πτωχῶν, &c.] *Solum* (sub. *manuerunt*, P. Be. Pi. &c.) *ut pauperum* (scilicet qui in Judæa [f], sive Hierosolymis [g]; vel sortis conditione [h], quòd omnia vendiderant, Act. 4 [i]. vel hostium persecutione [k], vel annonæ caritate [l]:) *meminissemus*, P. Be. Pi. &c. commendando eos gentibus conversis [m]. *Meminisse* est curam gerere, Psal. 8. 4. & 106. 4. Luc. 23. 42. & alibi. Rogârunt Petrus, Johannes, Jacobus, Paulum & Barnabam, ut quod facere jam cœperant (vide Act. 11. 29, 30.) id porrò facerent, ex Gentibus pecuniam colligentes quibus Judæorum egestas sublevaretur [n]. ¶ *Quod*, &c. Ὃ καὶ ἐσπούδασα αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι] *Quod etiam* (vel, *Quod & ipsum*, P. Pi. *Id quod equidem*, Ca.) *studui facere*, Be. P. Ca. &c. *In quo & diligens fui ut hoc ipsum facerem*, Er. Ti. *Quod etiam studui id ipsum facere*, Mo. Redundant hîc αὐτὸ τοῦτο [o]. Hebraismus est: nam Hebræi post Relativum אשר addunt Pronomen demonstrativum Rei aut Personæ. De re ipsa vide 1 Cor. 16. 1. 2 Cor. 8 [p].

11. *Cùm autem venisset Petrus* (in MS. hîc rursus Κηφᾶς [q].) *Antiochiam*] Hæc contigerunt, vel, 1. ante conventum Jeros [r]. Confer Act. 11. 20, &c. & 13. 1 †. Videtur significare id tempus de quo Act. 13. 1 [t]. vel potiùs, 2. post illum [v], ut ex orationis serie [x], & reipsa, satis apparet [y]. Paulus enim, absoluto concilio, statim Antiochiam rediit, Act. 15. 30 [z]. ¶ *In*, &c. Κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην] *In faciem* (vel, *In os*, Be. P. Ca. *Palàm*, Er. Ti. sic V. *Coràm*, Ar. *Coram omnibus*, ut ipse explicat v. 14 [a]. *Coram ipso*: nam κατὰ πρόσωπον est *coram*, לפני; quod & ἐνώπιον & ἔναντι verti solet, & sæpe solet poni cum ἀντιστῆναι, ut Deut. 7. 24. & 9. 2. Joh. 1. 5 [b]. apertè & palàm [c]; præsens & coràm; opponitur enim absenti, sicut & Act. 25. 16. 2 Cor. 10. 1 [d]. Al. *secundùm faciem*, h. e. specie externâ, & per simulationem [*]; non verè, sed ex composito [f]. Quam sententiam Augustinus refellit [g]. [De qua quæstione plura qui velit legat quæ hîc habent, Er. E. Par. Gom.]) *ei restiti*, sive *obstiti*, Mo. Il. Er. P. Be. &c. vel, *improbavi ejus consilium*: ἀντέστην hîc intelligendum verbis amicis; nam & ענה, quod est *respondere*, per ἀνθίστασθαι vertitur [h]. Vel, *illum redargui*, Tre. ex Sy. sic Pi. propter hypocrisin, ut sequentia declarant [i]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι κατεγνωσμένος ἦν] *Eò quòd reprehensus esset*, Er. Ti. Ham. non à Paulo, sed ab aliis, ob hypocrisin illam v. seq [k]. Sed neque hoc constat ex historia, nec constaret ratio, *Ego restiti ei, quia fuit reprehensus*. Imò historia repugnat. Alii enim cum eo in simulationem abrepti fuerunt; non igitur eum reprehenderunt [l]. *Quoniam offendebantur in eo*, Tre. ex Sy. Eò *quòd condemnandus* (vel, *notandus*, Mo. *reprehendendus*, Ca. V. *reprehensibilis*, Vulg. Il. Ar.) *esset*, vel erat, P. Be. Pi. Ca. Mo. &c. h. e. quia rem commiserat publicâ reprehensione dignam, quæ nec sine ea corrigi posset [m]; propter incautam simulationem Judaismi, quódque scandalum daret Gentibus [n]. Καταγινώσκειν sæpe nihil aliud est quàm *minùs probare*, apud Demosthenem, Æschinem, & alios [o]: & κατεγνωσμένος hîc est more Hebræo participium pro verbali, κατάγνωστος [p], ut εὐλογημένος, pro εὐλογητός. & ὁ πειράζων, pro, ὁ πειραστής [q]. נמאס, *abbominabilis*, נבזה, *contemptibilis* [r], נחמד, *expetibilis*, נרצה, *amabilis*, &c †. מהלל, *laudatus*, h. e. laudabilis, Psal. 18. 4. Sic *baculus* רצוץ *confractus*, i. e. fragilis, 2 Reg. 18. 21 [t].

12. *Priùs enim quàm venirent* (Antiochiam [v], ab Hierosolymis [x], cui Ecclesiæ tum præsidebat Jacobus [y];) *quidam* (Judæi conversi [z], & legis æmulatores [a];) *à Jacobo*] i. e. Ab eo loco ubi erat Jacobus, quomodo rectè hîc sumit Syrus. Sic dicimus, *Eamus ad me* [b]. Nam à Jacobo non missos fuisse liquet ex Act. cap. 15. ver. 24 [c]. ¶ *Cum Gentibus edebat*] Cibos vetitos Lege Mosaicâ, hoc facto docens, Legis observationem non esse (gentibus [d]) necessariam [*]. Non erat quæstio de eo quod

z G. a Gom. sim. Be. b Gom. c Pi. d Er. * G. f G. Me. g V. Pi. E. h Gom. i E. k Gom. sim. E. l G. m E. sim. Me. n G. o Pi. Vor. p G. q G. r Aug. in E. Vor. † Vor. Pi. t G. v E. sim. Cap. Gom. Par. x Gom. sim. E. Cap. y Gom. z E. sim. Gom. Par. a Be. b G. c Me. d E. * Hi. in E. f Chrys. in Par. g Par. h G. i Pi. k Ham. l Par. m E. n Me sim. Par. o G. p G. sim. Ca. D. E. Be. Gom Par. Glas. q Ca. r D. † Be. t Glas. gram. 3. 4. 2. 410. v E. x G. E. Be. y G. z Me. a E. b G. c Me. d E. * Me ex E.

liceret, (neque enim de eo Petrus dubitabat,) sed de eo quod esset utilius [f]. ¶ *Cùm autem venissent*] Illi Hierosolymitani [g]. ¶ *Subtrahebat*, &c. Ὑπέστελλε, &c.] *Subduxit* (vel, *Inhibuit*, Ca. *Continuit*, Ar. *Subterfugiebat*, Be.) *ac separavit se ab illis*, Er. Il. Ti. P. Pi. &c. i. e. à convictu (& mensa [h]) Gentilium [i]. Ὑποστέλλειν *se subducere*, Job. 13. 8. Abac. 2. 4 [k]. ¶ *Timens eos*, &c.] i. e. Christianos illos qui erant ex Judæis [l]: Sic Act. 10. 45 [m]. Metuens nè eos offenderet [n], & sic occasionem daret Christianismum deserendi [o], dum viderent Apostolum suum aliud in Judæa agere, aliud inter gentiles [p]. Hinc apparet, Petrum non tam malâ voluntate, quàm imprudentiâ, lapsum fuisse; & Paulum non tam ad animum Petri quàm facti eventum respexisse [q].

13. *Et*, &c. Καὶ συνυπεκρίθησαν αὐτῷ, &c.] *Et simulabant unà cum eo reliqui*, &c. P. Be. Pi. sic Er. Ca. &c. Nempe qui Antiochiæ erant [r], ubi jam antea degebant †; vel, qui cum Petro erant, non qui à Jacobo venerant [t]. Si Codices vetusti assentirentur, legendum hîc putarem συνυπεκλίθησαν, & mox τῇ ὑποκλίσει. Nam ὑποκλίνεσθαι idem est cum eo quod modò dictum est ὑποστέλλειν. *Subduxerunt se à familiari consuetudine Christianorum circumcisorum*: & certè sic legit Syrus; nam אתרמי est ὑποκλίνειν [v]. ¶ *Ità*, &c. Ὥστε καὶ —— συναπήχθη, &c.] *Itaque* —— *simul abreptus fuit*, &c. Q. in Gom. *Adeo ut* (Exaggerat culpam Petri [x]: q. d. Eò res progressa est *ut* [y]. Rem magnam dicit, Tantam ejus exempli à Petro editi fuisse vim *ut* [z]. Ὥστε, quando significat, *adeò ut*, cum Infinitivo modo construi solet [a]: interdum tamen, ut hîc, cum Indicativo [b], vice Infinitivi. Sic apud optimos Scriptores Græcos, Isocratem, Aristophanem, Platonem, Xenophontem, Plutarchum [c]. Sic crebrò apud Demosthenem [d]. Sic semel in N. T. Joh. 3. 16 [*].) *etiam Barnabas* (itinerum meorum comes, & mecum Gentium Magister [f], collega meus in Apostolatu Gentium, idémque me senior [g].) *simul*, vel *pariter*, *abriperetur* (vel, *abduceretur*, Er. P. sic V. impetu scil. & exemplo potiùs quàm judicio [h];) *eorum simulatione*, Be. sic Pi. &c. i. e. per illorum simulationem [i]; vel, *in illorum* (nempe, Petri & Judæorum Antiochenorum [k]:) *simulationem*, Er. P. Gom. Pi. &c. i. e. ut unà cum ipsis simularet [l], scilicet se Legem Mosis, quasi adhuc obligantem, observare, cùm reverâ id non intenderet [m]; vel, se ceremonias Legis putare Christianis necessarias observatu [n].

14. *Sed cùm vidissem* (Reprehensionem non differt in posterum, id enim scandalum fovisset, sed statim scandalo dato atque observato adhibet, tanquam remedium necessarium [o]:) *quòd*, &c. Ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς, &c.] *Quòd non recto pede incederent* (Elegans Metaphora à claudicantibus, ut 1 Reg. 18. 21 [p]. h. e. quòd curvos gressus facerent non rectà ad scopum tendentes [q]: *quòd non ambularent rectè*, Tre. ex Sy. *eos non rectè se gerere*, Ca. eos malè agendo ab officii, quasi viæ ineundæ, rectitudine declinare. Cujus contrarium est, *rectas orbitas facere*, &c. Heb. 12. 13. qui locus hunc egregiè illustrat [r]. Illud ὀρθοποδεῖν opponitur τῷ σκάζειν & χωλεύειν [*]: sed materia hæc non admittit tam duram interpretationem †:) *ad* (vel, *secundùm*; ut πρὸς, quod cum Accusativo constructum sæpiùs terminum notat, hîc, ut interdum fit, convenientiam designet, idémque sit cum κατὰ [t]) *veritatem* (i. e. puritatem, ut v. 5. oppositam mixturis falsorum fratrum [v];) *Evangelii*, Mo. Gom. Er. i. e. in negotio veritatis Evangelicæ procurandæ †. Quæ veritas via est ac norma fidei & actionis rectæ [x]. Vel, quòd ad regulam quasi & mensuram verbi Evangelici vita & acta eorum non essent conformata [y]. Vel, *ut veritati Evangelii congruebat*, P. Be. Pi. sim. Me. Πρὸς hîc idem quod κατὰ, congruentiam declarat, ut 2 Cor. 5. 10. & in illo Isocratis, πρὸς τὸ πρέπον ἑκάστοις [z], pro, κατὰ τὸ πρέπον [a], *prout cuique consentaneum est* [b]. *Veritatem Evangelii* vocat tum sinceram Evangelii doctrinam, tum rectum ejus usum [c]. [Sensus, q. d.] *Ubi vidi non insistere eos eam viam quæ ad propagandam ubique veritatem Evangelicam erat maximè conducibilis*. Ità hîc sumendum hoc verbum pro eo quod Hebræi dicunt, ישרו הדרך להם [d]. Errabat autem hîc Petrus non prædicatione [*], opinione, sive doctrinâ, quasi senserit ac docuerit, Legem gentibus imponendam esse; ut constat, tum quòd simulatio fuit, tum quòd antè cum gentibus comedit

f G. g G. sic Me. h E. i Me. sic E. k G. l Pi. m G. n G. Pi. sim. E. o G. sim. E. p E. q Vor. r G. † Pi. t E. v G. x Gom. sim. Pi. y E. z G. a Gom. sim. Pi. b Gom. sim. Be. Pi. G. c G. d Pi. * Gom. f G. g E. h Be. i Pi. k Par. l Pi. m T. n Pi. o Gom. p Gom. sic Pi. q Par. r Gom. † G. t Gom. v Par. † E. x Gom. y Glas. rhet. 1. 12. 350. z Be. Glas. ib. a Be. b Glas. ib. c Ec. d G. * Gom. G. ex Tertul.

10 20 30 40 50 60 70

comedit; nec subitò potuit opinionem mutare, sed exemplo duntaxat [f], vel conversatione [g], & imprudentiâ facti [h]. ¶ *Dixi Cephæ*] Vel, *Petro*, Er. P. &c. soli tanquam authori scandali [i], & summæ authoritatis, quo correcto alii facilè corrigerentur [k]. ¶ *Coram omnibus*] In magno consessu [l], publicè, quia peccatum publicum erat & omnibus notum ac noxium [m]. Vide 1 Tim. 5. 20 [n]. ¶ *Si tu, cùm Judæus sis*, (Judæus ex Judæis; quem probabilius est Lege Mosis teneri quàm illos qui ad Abrahami stirpem nihil pertinent [o]. *Judæus*, i.e. Deo consecratus ex fœdere, & Lege institutus, Rom. 9. 4, 5 [p]. *gentiliter* (vel, *alienigenarum more*, Ca.) *vivis* (i.e. uteris libertate, nempe ubi tibi ità visum est. Vide suprà 12. Act. 10 [q]. circumcisionem ac ceremonias Legis negligis [r], liberè quovis cibo vesceris †. In MS. ἐθνικῶς ζῇς οὐκ Ἰουδαϊκῶς [t].) *& non Judaicè*] i. e. Judæorum more Legem observando, &c [v]. ¶ *Quomodo*, &c. Τί (In MS. πῶς, sensu eodem [x];) τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις, &c.] *Cur Gentes* (vel, *Gentes illas*, scil. antè memoratas, h. e. Ecclesiam Antiochenam è Gentibus constantem [y]: quibus Lex ceremonialis non est lata, quíque in ea non sunt educati [z].) *cogis*, &c? Non propriè, ut Act. 26. 11. sed metaphoricè, magnam rei causam præbendo, ut Matth. 14. 22 [a]. 2 Cor. 12. 11. i.e. invitas [b], provocas ad Judaismum [c], exemplo tuo [d]. Sic idem verbum habuimus Marc. 6. 45. Luc. 14. 23. 2 Cor. 12. 11. Est simile verbum παραβιάζεσθαι, Luc. 24. 29. Act. 16. 15 *. Cur istâ simulatione in causa es, ut etiam extranei te imitentur atque ità Judaizent [f]? q. d. Facti tui rationem justam reddere non potes [g].

15. *Nos* (i. e. ego & tu Petre [h]: Orationem adhuc ad Petrum continuat [i], usque ad v. 17 [k]. vel ad v. 18 [l]. vel usque ad finem capitis [m]: cui sententiæ favet, tum, 1. cohærentia sermonis ad eum usque locum, tum conversio sermonis ad Galatas, cap. 3. 1. Nisi quis in superioribus verbis dicat latentem esse recessum à Petro, & ingressum ad materiam principalem, quod non est improbabile [n]. Hîc absolutâ narratione Paulus inchoatum ad Galatas sermonem persequitur [o].) *naturâ* (i. e. naturali generatione, origine, & prosapiâ [p], non insitione & cooptatione ut proselytæ [q]:) *Judæi*] sub. ὄντες [r]; vel, sub. *sumus*, Er. Be. Non solùm genere, sed & obligatione Legis observandæ, tanquam sub Lege nati †; non, ut illi vestri Doctores, qui cùm sint ex Gentibus Judaizant [t]. ¶ *Non ex Gentibus* (scilicet procreati [v],) *peccatores*] i.e. carentes regulâ divinâ Legis (quæ ipsis data non fuit,) & per hoc abeuntes in omne genus peccatorum præcipites [x], idololatræ & Legis Divinæ ignari. Nam id quidem fuere illi novi Doctores. Vide quæ dicta ad Matth. 5. 46 [y]. Al. Nos Gentiles, quos Judæi, vetustâ quâdam superbiâ, *peccatores* vocant, quasi ipsi justi essent [z]. Verùm *peccatores* hîc non intelligit generatim, quales sunt omnes; sed κατ' ἐξοχὴν, eximios peccatores, profanos & sceleratos, ut vox sumitur Phil. 1. 1, 5. 1 Tim. 1. 9. Confer 1 Joh. 3. 4. quales erant Gentiles antequam crederent in Christum, Rom. 1. 29, 30. Gal. 4. 8. Eph. 2. 12 [a]. Argumentum hoc est principalem thesin probans, Gentes non esse adigendas ut in Lege justitiam quærant; neque enim nos ex ea justificamur, &c [b].

16. *Scientes*, &c. Εἰδότες ὅτι οὐ δικαιοῦται, &c.] *Scientes* (vel, *Quum sciremus*, ego Paulus, & tu Petre; ità suum cum Petro consensum ostendit, probátque, Petrum perperam suo exemplo gentes ad Judaismum, quasi ad salutem necessarium, cogere, cùm contrà per nulla Legis opera homo justificetur; idque Petrus minimè ignoraret [c].) *non justificari hominem* (quenquam [d], circumcisum aut incircumcisum, non-regeneratum sive regeneratum, nè ipso Abrahamo excepto, Rom. 4. 2. Phil. 3. 9 *.) *ex operibus* (sive ceremonialibus, sive moralibus [f],) *legis* Mosaicæ [g], h.e. ex observatione Legis [h]; justum pronunciari quòd Legem præstiterit [i]. Non perduci ad veram ac spiritualem illam justitiam quæ vitam æternam parit, per opera Legis. Vide quæ ad Epistolam ad Romanos diximus in Prolegomenis, & Act. 3. & 4. Agendo secundùm Legem homo assuefit ad justitiam quandam, sed carnalem, & præmium habentem temporale. In MS. additur, ὅτι ἐξ ἔργων νόμου, locutione non dissimili ei quæ est 2 Cor. 3. 5. nisi quòd ibi est ὡς, hîc ὅτι ut sensus sit, Legis opera posse inservire ad pariendam veram justitiam, sed hanc ex illis propriè non procedere; neque hoc ad illam absolutè requiri [k]. Verùm *justificare* non significat justum justitiæ qualitate efficere, sed justum judicare, ut usus Scripturæ evincit [l]. [De quo vide fusè dicta ad Romanos.] ¶ *Nisi per fidem*, &c.] Sic videtur exceptionem facere ab eo quod præcedit, q.d. Non justificatur ex operibus Legis, nisi fides accedat. Sed cùm hic sensus justificationem dividat inter fidem & opera, quod est disertè contra sequentia verba, & Rom. 3. 20. omnino repudiandus est [m]. Est ellipsis formulæ exegeticæ, τοῦτ' ἔστι. Integra enim oratio esset, *Scientes, non justificari hominem ex operibus Legis*, i. e. non justificari eum *nisi per fidem*, &c [n]. Al. Hîc ἐὰν μὴ (seu εἰ μὴ [o],) valet ἀλλὰ, *sed* [p], vel, *sed tantùm* [q]. Nam, 1. sic accipi potest, & alibi accipitur [r], ut Mat. 12. 4 †. Marc. 13. 32 [t]. 1 Cor. 7. 17. Gal. 1. 7 [v]. Apoc. 9. 4. & 21. 27 [x]. Sic Luc. 4. 27 [y]. Joh. 5. 19 [z]. ubi vide quæ diximus [a], Joh. 17. 12 [b]. Syrus quoque hîc habet אלא, quod factum est, [vel] ex Græco ἀλλὰ [c], vel ex Heb. כי אם [d], quod Græci convertunt & per ἐὰν μὴ, ut Gen. 22. 16. & per ἀλλ', ut Gen. 24. 38. Esa. 59. 2. & per ἀλλ' [n], ut 2 Reg. 5. 17 *. Sed & Latini *nisi* usurpant pro *sed*, ut demonstrat Manutius ad Sallustium [f]. Terent. And. *Nescio, nisi mihi deos satis scio iratos fuisse*, &c. Terent. Hec. *Nisi pol filium multis modis jam exspecto ut redeat domum* [g]. Cicero l. 13. famil. *De re nihil possum judicare, nisi* (pro, *sed*,) *illud mihi certò persuadeo* [h]. 2. Sic accipi h. l. necessariò debet; alioqui Paulus perpetuæ suæ doctrinæ, Act. 13. 38. Rom. 3. 28. repugnaret; & hoc eodem versu turpi contradictione & subverteret & tueretur adversariorum sententiam, qui duos justificationis contrarios modos per opera & fidem, Act. 15. 1, 5. falsò & imperitè copulabant [i]. Ἐὰν μὴ h. l. disjunctionem apertam significat [k]. [Sic ergò vertunt:] *Sed per fidem Jesu Christi*, P. Be. &c. i. e. in Jesum Christum [l], ut infrà v. 20 [m]. Simile loquendi genus notavimus Marc. 11. 22. ubi dicta vide [n]. Cur ad Christum confugimus? Ut justi, adeóque insontes, fieremus. Frustrà sanè, si id per Legem consequi poteramus, &c †. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡμεῖς, &c.] Καὶ hîc valet *etiam* [o]. *Etiam nos*, inquam, (Judæi, tu Petre, & ego Paulus æquè ac gentes: confer Act. 15. 11. Rom. 1. 16. & 3. 22, 28, 29 [p]. *nos*, tametsi nati sub Lege [q].) *in Christum Jesum credidimus*, P. Pi. &c. Christianismum suscepimus, certò persuasi Judaismum non sufficere: alioqui enim Gentibus solis prædicandus fuerat Christus [r]. Quod ergò nos facimus, etiam Gentes facere doceamus, neque eas Judaizare cogamus †. ¶ *Ut justificemur* (vel, *justificaremur*, P. Be. Pi.) *ex fide*, &c. Ἐκ hîc valet διὰ, ut Rom. 3. 20. δικαιωθῶμεν intellige, *justitiam consequeremur, illam quæ vitam æternam secum trahit*. ¶ *Propter quod*, &c. Διότι οὐ δικαιωθήσεται —— πᾶσα σάρξ] Locutio quæ apud Hebræos universaliter negat, nempe ubi negativa verbo additur; ut rectè hîc ab aliis notatum. Lex illam justitiam nemini contulit, opus est fide rerum majorum quàm Lex promittit [t]. [Sic vertunt:] *Propterea quod* (Non enim est illatio ex superioribus, sed repetitio & inculcatio rationis suprà positæ, tanquam confessæ [v]: vel, est confirmatio propositionis ex testimonio Psal. 143. 2. quod tamen hîc elliptice proponitur, ac si dixisset, *Sicut scriptum est propterea quod*. Sic & alibi testimonia Scripturæ ἀνωνύμως adducuntur, ut Rom. 10. 13, 18. Gal. 3. 11, 12. quia scilicet loci illustres erant ac triti [x].) *non justificabitur ulla —— caro*, P. Be. &c. i. e. ullus homo [y]; vel, *ullus vivens*, ut est in Psalmo, pro quo emphaticè dixit, *ulla caro* [z]; quo significatur hominis natura prorsus corrupta, & ad immortalitatem sibi comparandam inepta [a].

17. *Quòd si*, &c. Εἰ δὲ —— εὑρέθημεν καὶ αὐτοὶ ἁμαρτωλοί] *Quòd si, dum quærimus* (i. e. studemus, cupimus *;) *justificari per Christum*, (h.e. non per opera Legis [b], sed per fidem in Christum [c], per fidem Evangelio ejus habitam [d]: ἐν Χριστῷ, pro διὰ Χριστοῦ *. quod nobis fundamentum est & ratio negligendæ Legis [f].) *reperimur* (i. e. propter hoc invenimur & deprehendimur [g], præter opinionem [h].) *& ipsi* (Christiani scilicet [i], Judæi non minùs quàm gentiles [k], ego Paulus, & tu Petre [l]:) *peccatores*, Er. P. Be. Pi. &c. i. e. si adhuc sumus in peccato [m], sub reatu & servitute peccati [n], ut volunt Judaizantes [o], si in eo peccamus [p], quia Legem non observamus [q], quia

quia peccati remissionem quæsivimus in Christo, ubi non est quærenda, sed in Lege [r]. Ἁμαρτωλοὶ hîc intellige non in sensu isto laxiore, sed arctiore, i.e. *flagitiosæ vitæ homines*. Planè tangit illos Circumcisionis Doctores qui vitæ erant minimè emendatæ; sed odiosa, ut solet, in prima persona eloquitur [*]. *Peccatores*, id est, quasi similes gentilibus, qui, quòd sine Lege vivunt, *peccatores* vocantur †, ut suprà v. 15. Vide ad Luc. 7. 37. rei Gentilismi sub nomine ἁμαρτίας [t]. Al. *Peccatorem inveniri*, est cum Lege Evangelica docere Legis Mosaicæ observationem esse necessariam ad justificationem [v]. [Sensus, q. d.] Atqui si Mosaicæ Legi paremus, id quod tu nunc facis, cùm ideo pareamus ut justitiam consequamur, sequitur nos esse sontes, qui Christo contenti non simus; ità fit ut à Christo *peccatum*, non justitiam, consequamur, *id quod absurdum est* [x]. Calumnia est adversariorum, q. d. Si ex fide, non ex operibus, justitiam quærimus, licebit opera Legis negligere, & peccato indulgere [y]. ¶ *Numquid*, &c. Ἆρα Χριστὸς ἁμαρτίας διάκονος] Legendum hoc, [vel, 1.] sine interrogatione, Sensus est, *Jam dicent increduli Christum nihil aliud quàm peccandi licentiam auxisse*. Hoc illi colligent ex vita nostra, nisi ea superet & Gentium incircumcisorum & Judaizantium vitam [z]. Per vos Christus erit auctor & doctor peccati [a], inimicus Legis, & fautor Gentilismi †. Vel, 2. cum interrogatione [b], quia illud, *absit*, interrogationibus tantùm subjici solet, deinde ut plus habeat ponderis [c]; denique ob reverentiam Christi [d]. *Num Christus peccati minister* est? P. Be. Pi. i. e. vel, 1. peccato impotentior, eique veluti servus subjectus? vel, 2. auctor aut suasor peccati [*]? An Christus peccato inservit, illud fovendo & conservando, hoc ipso quòd Legem tollit ad justificationem & peccati deletionem, ut ipsi aiunt, necessariam [f]? vel, quòd fideles suos avocat à Lege prohibente & puniente peccatum [g]? Al. *Nonne Christus peccati minister est?* vanus scilicet in promissionibus suis, si per eum non justificemur, quia hanc doctrinam perpetuò inculcavit. Syllogismus hic est, Si quærentes justificari per Christum reperimur peccatores, Christus erit peccati minister. At Christus non est peccati minister. Ergò quærentes justificari per Christum non reperimur peccatores [h]. Al. *Christus* pro *doctrina Christi*; q.d. Numquid Lex Christi, doctrina Evangelica, ministra est, sive docet, Legis Mosaicæ observationem necessariam esse ad salutem? quod sanè docere, peccatum est [i]. ¶ *Absit*] i. e. Minimè [k]. Legendum hoc per parenthesin, & est abhominantis; Rom. 3. 4, 31. & 6. 2, 15. & 7. 7, 13. &c [l].

18. *Si enim quæ destruxi* (scil. docendo [m], peccata nostra Christi morte esse ut remissa, ità & destructa atque expurganda, &c [n].) *iterum hæc ædifico*] [Vel] malè vivendo [o], vel docendo, justificatos debere peccatis indulgere, ut habet calumnia [p]. Si rursum operam darem peccato, cujus destruendi causâ ad Christum confugi, &c [q]. Al. Si vim justificandi detrahens Legi, eam rursus Legi affigam [r]. Petrum obliquè perstringit, qui Judaismum †, quem & doctrinâ & exemplo evertit, facti sui exemplo [t], restauravit [v]. Sententiam adversariorum per μετωνυμίαν hypotheticè in sua persona explanat & diluit, ad mitigandam invidiam, &c. Simile 2 Sam. 12. 1, &c. 1 Cor. 4. 5 [x]. Siquis *quod demolitus est*, *idem instaurat*, h. e. ad Legem (quam ad Christum transiens repudiaverat, eique valedixerat,) recurrit, & ab ea rursus præsidium petit, is se *nocentem* fatetur esse qui à Lege petit innocentiam. Qui enim ad Christum se contulit, is Legi valedixit, cúmque ea nihil jam habet commercii; sed *vivit*, [ut pergit sequentia explicans,] justúsque & insons est, *Christi fide*, id quod *Dei beneficium* est. Quòd si ad Legem redit, repudiat hoc beneficium, qui nolit à Christo, sed à Lege, insons fieri. Ità fit ut *ei Christi mors* (quam ob delenda suorum peccata oppetiit,) nihil prosit. Hactenus Petrum reprehendit Paulus [y]. [Sensus, q. d.] Si postquam docui Legis observationem non esse necessariam ad justificationem, nunc doceo esse necessariam [z]. ¶ *Prævaricatorem me constituo*] Sic Mo. F. Er. Be. Pi. &c. vel, *præbeo*, Ca. Παραβάτην dixit pro ἁμαρτωλὸν, ut patet ex verbo præced. ἁμαρτία de eadem re posito [a]. Pro συνίστημι in MS. est συνιστάνω, pari sensu, i. e. *ostendo παραβάτην*, i. e. *impium*, & qui longè alia dicam

Margin: r Me. · * G. · † E. sim. Ham. · t Ham. · v V. · x Ca. · y Par. sim. Dic. Diod. · z G. · a Dic. · † Ham. · b E. Gom. · c Gom. · d E. · * Vor. · f Me. · g E. · h Gom. · i V. · k Me. · l G. · m G. Par. · n Par. · o G. · p Par. · q Dic. sim. Diod. · r T. sim. Me. · † Q. in E. sim. Gom. · t Gom. · v Gom. · Q. in E. · x Com. · y Ca. · z V. · a Ca.

quàm faciam. פריץ, quod vertitur παραβάτης, ἀσεβὴς [b]. Meipsum condemno & mendacii redarguo [c]; mihiipsi contrarius essem [d]; me impostorem constituo [*], qui ad omnem ventum fidem muto [f]. Sensus loci, q. d. Si Legem, quam prædicatione meâ destruxi, nunc observandam doceo, planè astruo me prævaricatorem Legis tamdiu fuisse, quamdiu eam posthabui [g]. Reipsâ me prævaricatorem demonstro, qui temerè & Legem deserui & Christi fidem amplexus sum [h].

19. *Ego enim per legem legi mortuus sum*] Aliquid hîc supplendum, q. d. Atqui non fui prævaricator deserendo Legem, nam *per legem*, &c [i]. Meritò, inquit, ego hæc abhominor. Longè enim ego vivo aliter. *Mortuus sum legi*, id est, [vel, 1.] non ultrà ad eam vitam meam compono. Locutio similis Rom. 7. 1. Sensus autem idem qui Rom. 7. in principio [k]. Vel, 2. desii esse obnoxius (sive subjectus [l]) legi [m], tum ceremoniali [n], ratione necessariæ observationis, justificationis & condemnationis [o]; tum morali [p], ratione justificationis & condemnationis [q]: q. d. renunciavi justitiæ Legis [r]; nihil cum Lege habeo commercii. Metaphora à conjugio, 1 Cor. 7. 39. vide Rom. 7. Similis phrasis, *crucifixus sum mundo*, Gal. 6. 14. *mortuus peccato*, 1 Pet. 2. 24. *Per legem*, vel, 1. Christi †; vel, 2. Mosaicam [t], quæ spiritualiter intellecta docet, se non esse perpetuam, sed Christo, quem præfiguravit, venienti cedere debere [v], tanquam scopo & termino suo [x]. Per *legem* hîc intelligit (per Antanaclasin, ut Rom. 3. 21. Gal. 4. 21 [y].) & Legem, sive Libros Mosis, & scripta Prophetica [z], ut Rom. 3. 19, 21 [a]. Atque se per ea ipsa adductum nè Legem ultrà in pretio habeat; nimirum quia justitia quædam major ibi promittitur, Circumcisio cordis, Inscriptio in cor [b]. Libri Mosis à Lege nos liberant & ad Christum adducunt, (hæc enim conjuncta sunt, & de utroque hîc agitur,) tum, 1. per se, Prophetiis de Christo, Act. 10. 43. Deut. 18. Jer. 31. 33. typis & ceremoniis; tum, 2. per accidens, declaratione & officii nostri, & peccati ac damnationis meritæ [c]. *Per legem*, nempe damnantem peccatores; vide Rom. 3. 20 [d]. Lex terrens conscientiam [*], & nihil nobis relinquens præter desperationem, expellit à sui fiducia [f]. ¶ *Ut Deo vivam*] Nempe secundùm Christi præscriptum: vide Rom. 6. 10. 2 Cor. 5. 15 [g]. vel, ad honorem & voluntatem Dei; quod fit fide gratiam Dei amplectente & per charitatem operante [h]: vel, per veram justitiam [i], novámque vitam [k]. Lex Christi differt à Lege Mosis, 1. modo imperandi; quòd hæc perfectam obedientiam inexorabiliter exigit, nec tamen vires suppeditat, &c. illa & cum lenitate imperat, humanæ ignorantiæ atque infirmitati se accommodans, & vires præstandi subministrat; 2. fine & scopo; hujus scopus est jus ad vitam comparare, illius, hominem & disponere & dirigere ad novam vitam [l].

20. *Christo*, &c. Χριστῷ συνεσταύρωμαι] *Christo concrucifixus sum*, Mo. *Unà cum Christo crucifixus sum*, Er. P. Be. Pi. &c. tum, 1. imputatione mortis Christi, qui pro me crucifixus est, ut 2 Cor. 5. 15. confer Rom. 7. 4. & 14. 7, 8, 9. tum, 2. efficaciâ illius & imitatione: vide Rom. 6. 6,—12. Gal. 6. 14 [m]. Sicut ille crucifixus est, ità & ego *crucifixi*, i. e. cum cruciatu interemi, vitia omnia, Rom. 6. 6 [n]. Judicialiter unitus sum Christo crucifixo [o]; per baptismum, qui symbolum est mortis & sepulturæ Christi, Christo commortuus sum & consepultus [p]; per fidem sum cum Christo crucifixus, h. e. efficaciæ Christi crucis communico [q]; mortuus sum peccato, veteri homini & veteri Legi [r]: Ergò peccato indulgere ex principiis meis non possum †, quia in Christo judicialiter obstringor ad moriendum peccato; Christus enim Sponsor in cruce, non tantùm expiavit peccata redemptorum, sed etiam ipsorum nomine spospondit fore ut morerentur peccato, &c [t]. ¶ *Vivo autem* (Hoc addit per correctionem, nè de civili crucifixione loqui putetur [v]. *Vivo* novâ vitâ [x], quam consecutus sum per eundem baptismum [y]:) *jam non*, &c. Οὐκ ἔτι ἐγὼ] *Non ampliùs ego*, P. Be. Pi. i. e. non vetus ille homo qualis eram [z], naturâ & educatione [a], vel ante conversionem [b]; nempe crassus & carnalis [c], alienus à spirituali vita Dei [d], ut Rom. 7. 17. Nam regeneratione homo nova quædam res fit [*]. q. d. Is qui fueram non sum. Mutatus sum multò magis quàm alter ille Saul, 1 Sam.

Margin: b G. · c Par. · d Dic. sim. Par. · * T. · f Me. · g E. · h Vor. · i E. · k G. · l Gom. · m E. Me. T. Er. V. · n Gom. E. · o Gom. · p Gom. sim. E. · q Gom. · r Par. · † Vor. sim. Diod. · t E. Me. T. Er. Ca. V. Zeg. Camer. · v E. Me. · x T. · y Gom. · z G. sic Gom. · a Gom. · b G. · c Gom. · d Par. · * Be. · f Calv. · g G. · h Gom. · i E. Me. · k E. · l Diod. · m Gom. · n G. · o Dic. · p Me. sim. E. · q Par. · r T. · † Dic. sim. Par. · t Dic. · q Par. · v Me. sim. E. · y Me. · x Par. · z E. Me. sim. Be. Vor. Com. · a Gom. · b Vor. · c Vor. sic Par. · d Vor. · * Be.

1 Sam. 10. 6 [f]. vel, sensus est, q. d. Quòd jam vivo vitâ justitiæ, ex meipso non habeo [g]. ¶ *Vivit verò in me Christus*] Qui scilicet me gubernat [h], efficaciter operans & dominans [i], Spiritu suo [k]. Christus mihi totius vitæ spiritualis author est, hic in me efficax est per gratiam suam [l]. Vivo novâ vitâ, quam habeo per Christum ejusque gratiam [m], quâ me movet quò & quomodo voluit [n]. ¶ *Quòd*, &c. Ὃ δὲ νῦν ζῶ, &c.] *Quòd autem nunc vivo*, scilicet justè [o], vel spiritualiter, *in carne*, tot vitiis, imperfectionibus, tentationibus obnoxia [p], non legi acceptum fero, sed fidei in Christum, &c [q]. Quòd adhuc fungor eis functionibus quas hæc mortalis vita exigit; sicut Phil. 1. 22. ὃ hic ità positum ut Rom. 6. 10. *in fide*, &c. h. e. sustineo hoc sub spe vitæ melioris, cujus promissis à Filio ipso Dei mihi factis fidem plenissimè habeo [r]. *Et vitam*, (Ut *mortem* appellat mortem à peccatis, ità *vitam* vocat liberationem à peccatis †, addo, & à Judaismo [t]:) *quam nunc vivo in carne*, (i. e. in hoc mortali corpore [v]. *In carne vivere* non est hîc moraliter accipiendum, ut Rom. 8. 5, &c [x]. de vitiosa vivendi ratione [y], sed physicè, de vita naturali [z], pro, vitam mortalem vivere [a]:) *vivo per fidem* (vel, *propter fidem*, id est, ut fidem doceam: vel, *in fide vivo, fide, inquam* [b],) *filii Dei*, Pi. &c. i. e. quâ credo in Filium Dei, ut unicum servatorem [c], quæ tota fertur ad Christum, qui solus & remittit peccata & innovat hominem; non ad Legem, quæ nos condemnat, & peccatum accendit, nedum ut illud exstinguat [d]. Sensus, q. d. Non falsò me ampliùs vivere negavi; nam etsi in carne, non tamen secundùm carnem & Judaismum vivo, sed contrà fidei ductu vitam ad Christi nutum compono *. ¶ *Qui dilexit me*] Nempe, ut partem humani generis. Eum sensum hîc exigunt sequentia. Datum in communè beneficium etiam ad singulos pertinet [f]. *Dilexit*, & quidem prior, ità ut me gratis & justificaret & sanctificaret [g]. *Dilexit me.* Vox fidei, commune beneficium sibi specialiter applicantis [h]. Vis hîc & πληροφορία fidei justificantis exprimitur. Et ratio hæc est cur Christo vivere debeamus, ex gratitudine, quia nos dilexit, &c [i]. ¶ *Et tradidit semetipsum* (Vide Rom. 4. 25 [k].) *pro me*] Non dicit, *pro nobis*, quia singulis tantum Christus profuit quantum omnibus, & pro uno solo redimendo æquè mori debuisset [l].

21. *Non*, &c. Οὐκ ἀθετῶ, &c.] *Non abjicio*, sive *rejicio* (vel, *repudio*, Ca. Par. ut Joh. 12. 48 [m]. *abrogo*, P. Pi. scilicet doctrinâ meâ [n]: vel, *aspernor*, Er. Ti. sim. Par. ut Heb. 10. 28 [o]. vel, *irritam facio*, Be. Par. ut Mar. 6. 26 [p]. & 7. 9. Gal. 3. 15 [q].) *gratiam Dei*, Mo. Tre. ex Sy. &c. Quâ scilicet nobis donavit, Christum in justitiam, ut verba sequentia declarant [r]. Non sum adeò ingratus †, & injurius in Christum [t], ut gratiam Dei per Christum mihi oblatam & impensam repudiem [v], ut illi faciunt qui Legi adhærent, quos hîc summæ ingratitudinis arguit [x]: q. d. Absit à me tam detestabilis ingratitudo, in quam utique incurrerem, si à Lege justitiam exspectarem [y]: quod probat verbis sequentibus [z]. Syllogismus hîc est, Si ex operibus Legis justificari nos statuerimus, abjiciemus Dei gratiam. At hanc non debemus abjicere. Ergò nec illud statuere. Rectè Hieronymi Scholia, *Abjecta enim est gratia, si sola non sufficit* [a]. Al. *Non sperno hoc Dei donum*, i. e. Evangelium: לא מאסתי. Non modò non vivo dissolutè, sed exactiorem sequor normam quàm eam quæ est in Lege [b]. ¶ *Si enim*, &c. Εἰ γὰρ——ἄρα Χριστὸς δωρεὰν ἀπέθανε] Γὰρ ponitur hîc proleptice. Quæri poterat, Ergône abrogares gratiam Dei, si doceres nos justificari ex Lege? Maximè, inquit; *nam si per legem*, &c. *Christus frustrà est mortuus*, ac proinde gratia Dei abrogatur, quâ Christum pro nobis in mortem dedit [c]. [Verba sic reddunt,] *Nam si* (vel, *Atqui si*: γὰρ enim quandoque adversativum est, ut apud Latinos, *at enim*; ut Rom. 3. 7. εἰ γὰρ ἡ ἀλήθεια, &c [d].) *per Legem* (i. e. per opera Legis *;) *est* (vel, obtineri potest [f], nobis obvenit [g], haberi potuit [h];) *justitia*, (illa justitia quæ Deo planè placet & vitam æternam parit; aut, *Si illa justitia Legalis sufficit* [i]:) *igitur Christus frustrà mortuus est*, Er. Il. Ti. Pi. &c. i. e. sine fructu, sine adeptione finis: nam finis mortis Christi fuit ut nobis mereretur remissionem peccatorum ac justificationem, quem finem certè ille adeptus non est, si justitia nostra per Legem est [k]. Δωρεὰν חנם hîc valet μάτην, quomodo חנם transfertur Prov. 3. 30. Ezec. 14. 23 [l]. vel, *sine causâ mortuus est*, P. Be. absque ullâ necessitate [m]; quando sine ejus passione redimi & justificari potuit homo [n]. *nihil opus fuit Christum mori.* Quid enim opus Evangelio, si Lex sufficiebat? Et si Evangelio non erat opus, nec morte Christi erat opus, quia in hoc à Deo destinata est ut Evangelium ipsius sanguine sanciretur [o]. Δωρεὰν aliàs significat *gratis*, id est, gratiosè & sine merito, hîc *frustrà*, i. e. sine justa & sufficiente causa [p].

[Margin: f G. g F. Me. h G. i Gom. ex Chrys. k Gom. G. Pi. l E. m Me. n T. o E. Me. p T. q E. T. Me. r G. † Gom. ex Chrys. t Gom. v Be. Pi. Gom. x Par. y Vor. z Par. a Vor. b V. c Pi. d Be. * Gom. f G. g Be. h Pi. i Par. k G. l T. m Par. n Pi. o Par. p Be. q Par. r Pi. † Me. sim. t T. v Me. x Gom. y E. sic Me. z E. a Gom. sim. Par. b G. c Pi. d Ca. * E. sim. Par. f E. g Me. T. h G. i Idem. k Pi. l G. m Me. T. n E. o G. p Vor. sim. Be.]

CAP. III.

1. O &c. Ὦ ἀνόητοι, &c.] *O amentes*, sive *dementes* (vel, *insensati*, Vulg. Mo. quod est ἀναίσθητοι [a]. Vel, *stulti*, Er. Ti. V. sic G.) *Galatæ*, P. Be. Pi. Ca. &c. Exprobrat eis, vel, 1. gentile vitium [b]; quo Galatæ indociles erant, & ad sapientiam tardiores [c]: vel potiùs, 2. insperatam stoliditatem. Confer 1 Cor. 15. 36 [d]. Exclamatio pathetica, qualis Luc. 24. 25 *. q. d. O rudes & parum cordati [f]. Hanc paternam increpationem non pugnare cum præcepto Christi apparet ex dictis ad Mat. 5. 22 [g]. Est convicium non indignationis & odii, sed zeli & amoris [h], ex necessario salutis Galatarum & veritatis studio; nec temerè aut falsò prolatum, sed authoritate Apostolicâ & verè & leniùs meritò [i]. *Stultos* meritò vocat eos qui Apostolos deseruerunt in gratiam talium Doctorum, fortassis Ebionitarum, quorum stultitiam notat Euseb. &c [k]. ¶ *Quis*, &c. Τίς ὑμᾶς ἐβάσκανε] Βασκαίνειν propriè est *oculos corrumpere*. Sed ab Oculis ad Animum transfertur, ut & Latinum indè deductum, *fascinare* [l]; & significat, judicium mentis imposturis corrumpere [m]. *Quis vos fascinavit*, Er. P. Be. Pi. vel, *incantavit*, Er. V. i. e. dementavit [n], quasi fascino, aut magico quopiam carmine [o]; menti vestræ, velut præstigiator, falsis persuasionibus illusit [p], ut veritatem ante oculos positam non videatis, &c [q]. Est planè præstigii genus ut id quod coràm cernas non videas, tum quod non est id videre te putes. Βασκαίνειν sign. etiam *invidere*, ut intelligas, invidiâ motos quosdam voluisse Galatas ad servitutem Legis revocare [r]. ¶ *Non*, &c. Τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι] *Nè obsequeremini* (vel, *Non credere*, Vulg. *Non obedire*, Er. *Ut jam non credatis*, Camer. *Ità ut non pareretis*, G. sic Be.) *veritati*, P. Pi. nempe Evangelicæ †, semel traditæ; ut eam non retineretis. ¶ *Ante*, &c. Οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς——προεγράφη ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος] Construi debet ἐν οἷς ὑμῖν, *in quibus*, nempe *vobis*. Est loquendi genus Hebraicum. Sic Jos. 13. 21. ὃν ἐπάταξε Μωσῆς αὐτόν. Sic 1 Pet. 2. 24. οὗ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰάθητε. Sed meliùs in MS. omittitur illud, ἐν ὑμῖν, ut supervacuum. Sensus est, *Ità antehac descriptus est vobis Christus, cum sua cruce, ut quasi ob oculos vobis versaretur.* Πρὸ enim in voce προεγράφη, hîc ut & Rom. 15. 4. & προέγραψα Eph. 3. 3. tempus anteactum significat, ut in προγεγονότων ἁμαρτημάτων, Rom. 3. 9. sic προείπομεν infrà 5. 21. 1 Thes. 4. 6. & προελέγομεν, 1 Thes. 3. 4. nec aliter mox in προευηγγελίσατο. Solet Sermo Historicus conferri Picturæ: & hinc διατυπώσεως nomen, quod *subjectionem sub aspectum* vocare liceat. Quintilianus *formam rerum expressam verbis*. Intelligit autem hîc Apostolus mortem Christi cum suis effectibus [t]. *Quibus ob oculos*, vel *sub oculis*, *Jesus Christus præscriptus est* (vel, *coram*, sive *antè*, sive *priùs depictus*, vel *descriptus fuit*, sive *fuerat*, Er. V. Ca. Be. πρὸ hîc, vel tempus significat [v], vel locum, pro ἔμπροσθεν [x]. Γράφειν apud Græcos tam de scriptura dicitur quàm de pictura [y]. Notat perspicuam & solidam mysterii Christi explicationem [z]: vel, *quasi figurando figuratus erat*, Tre. ex Sy. palàm, velut in programmate ac tabula publica, unde de plano legi & apertè cognosci posset, propositus est [a]; vel, 1. in Vaticiniis prophetarum [b]. Sed non verisimile est, Galatas, etiamnum parvulos, in illis admodum fuisse versatos [c]. Vel, 2. per prædicationem meam [d], quâ Christum per fidem quasi intuiti estis in vobis quodammodo præsentem, & ante oculos vestros constitutum *:) *in vobis crucifixus*, Er. &c. h. e. multa passus in vobis, eodem sensu quo dictum Col. 1. 24. Christus enim adhuc patitur in membris suis [f]. Cui favet quod sequitur, *Tanta passi estis sine causa?* vel, *ante vos*, &c. Me. apud

[Margin: a Par. b Q. in Vor. sic Hi. in Gom. c Hi. in E. d Vor. * Pi. f Be. g G. h Me. i Gom. k Ham. l G. sim. Par. m Gom. n Me. Pi. o Me. p E. q E. sim. Par. Gom. r Er. † Par. sim. Pi. t G. v Par. ex Be. x Par. y Me. z Vor. a E. b Er. ex Hi. c E. d E. Me. Er. Be. Pi. * E. f Caj. in E.]

apud vos, Ca. *inter vos*, Er. P. Be. Pi. i. e. in regione vobis vicinâ [g], in tam recenti memoriâ [h], vestrâ etiam ætate, & quibusdam vestrûm præsentibus ac spectantibus [i], Jerosolymæ [k]. Al. Quibus ità declaratus fuit Christus ut apud vos crucifixus esse videatur [l]. Potest & comma post προεγράφη tolli, vel post ὑμῖν poni, ut locus sic vertatur, *Quibus Jesus Christus crucifixus, propositus fuit apud vos, ob oculos vestros*, i. e. cum evidentia: vel, demendum ἐν ὑμῖν, quod Regium MS. non legit, & sic sensus planus est & constructio clara [m].

2. *Volo discere*] i. e. cognoscere [n]: q. d. Unum hoc vos interrogo, respondete mihi [o]. Ἐρώτησις, figura speciei volentis aliquid discere urgens adversarium [p]. ¶ *Ex operibus legis* (i. e. ex prædicatione operum legis [q],) *Spiritum accepistis*, (sanctum scilicet [r]; i. e. dona ejus †, linguarum, prophetiæ, sanitatum, &c [t]. spirituales gratias fidelibus collatas, tum externas, tum internas [v], gratiam, justitiam, &c [x]. & donum ordinarium regenerationis, & dona singularia & miraculosa, de quibus Joh. 7. 39. Act. 8. 17, 19. utraque enim erant testimonia veritatis Evangelicæ propria [y]. Spiritus S. [inquit] non datur nisi jam justis sive mundatis animo; justi ergò eratis cùm eum accepistis: At non per opera Legis; neque enim eo tempore Legem sequebamini [z]: non operum legalium, ad quæ desciveratis, merito aut adminiculo [a].) *an ex*, &c. Ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως] *An ex fide auditûs?* Q. in Gom. vel, *per auditum perceptâ?* P. Be. An ex fide quam audivistis doceri vos [b]? *An ex auditu fidei?* vulg. i. e. fideli, per Hebraismum [c]: ex auditu, quo fidem audîstis, eique obedîstis [d]; vel, ex eo quòd fidei paruistis *. *An ex prædicatione fidei?* Pi. Er. i. e. Per prædicatum vobis Evangelium. Nam ἀκοὴ, ut & Heb. שמועה, *sermonem* significat, ut Joh. 12. 38. Rom. 10. 16. *Fidem* autem pro *eo quod creditur* habuimus & suprà 1. 23. sic & 1 Tim. 4. 1 [f]. ut sit duplex metonymia, auditus pro prædicatione, & fides pro doctrina de fide. Sic Rom. 10. 16, 17 [g]. q. d. Ex fide quam ex nobis audîstis, non ex lege didicistis [h].

3. *Cùm*, &c. Ἐναρξάμενοι πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε;] Ἐναρξάμενοι πνεύματι Græcus loquendi modus, pro ἀρξάμενοι ἐν πνεύματι [i]. [Verba sic reddunt:] *Cùm spiritu* (i. e. ex virtute Spiritûs S. regenerantis [k], spirituali Evangelii efficaciâ, quæ interiorem hominem gignit per Spiritum Sanctum & perficit, & sese tunc exerebat illis donis, quorum fit mentio 1 Cor. 12. [l]. spirituali vitâ [m]; spirituali gratiâ, fide Evangelii quàm Spiritus operatur [n]; spirituali Christi doctrinâ [o]; per Evangelium [p], per Spiritûs S. charismata [q]: consecuti jam cælestia illa dona [r]:) *cœperitis*, (scilicet vivere †, Deo servire & Christo [t], eique placere [v]:) *nunc carne* (i. e. vel viribus carnalibus sive naturalibus, quibus conamini opera Legis præstare [x]: vel, carnali pædagogiâ Legis Mosaicæ [y], carnalibus Legis ceremoniis [z]; per Legem [a].) *perficimini?* P. Be. Pi &c. i. e. perfici cupitis [b], quæritis vel statuitis [c]? quasi Spiritus non sufficeret ad vos servandum & Deo commendandum [d]; in carnem desinitis *? Reditis ad carnalia præcepta, qualia sunt illa Legis, Heb. 7. 16. Gal. 6. 12, 13. Phil. 3. 3, 4. Ἐπιτελεῖσθε hîc, ut alibi ἐνεργεῖσθε, est passivum voce, sensu activum, more Attico [f]. Pseudoapostoli docebant Christum nihil prodesse nisi accederet circumcisio, adeóque Legem Christo præferebant, cùm Christo tantùm initia, Legi perfectionem justitiæ, tribuerent [g]; justificationis initium ex fide, complementum per opera, haberi statuentes. Absurdum esse innuit à causa ignobiliore præstantiorem effectum quærere, & carni caducæ plus adscribere quàm spiritui immortali [h]. Per tacitam prolepsin indicat, eos qui ad præsidia Legis recurrunt hoc ipso à Christo deficere [i].

4. *Tanta*, &c. Τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῆ;] *Tanta* (vel, *Tam multa*, Er. P. Be. &c. τοσαῦτα potest & de numero & de magnitudine intelligi; q. d. tam multa & gravia [k]: tot mala [l].) *passi estis* (ob professionem Christianismi [m], à Judæis & gentibus [n], infidelibus [o]:) *sine causa?* vulg. vel *frustrà?* Er. P. Be. Pi. &c. ad verb. *temerè?* sed εἰκῆ hîc pro μάτην [p], sine fructu [q]; quod utique futurum erit, si à gratia Christi ad Legem Mosis prolabamini [r]. μείωσις est in μάτην, q. d. sine utilitate, imò cum detrimento †: *frustrà*, cùm ea evitare potueritis Judaismum (quod illi suadent) profitendo [t]. ¶ *Si*, &c. Εἴγε καὶ εἰκῆ] *Si modò* (vel, *Si tamen*, Er. Il. Ti. Ca. V. vel, *Utinam autem*, Tre. ex Sy. sic. Ar.) *frustrà*, P. vel, *& frustrà*, Mo. Er. Il. Ti. *etiam frustrà*, Be. Pi. Hæc reprehensionem vel 1. amplificat [v]: q. d. *Si tamen frustrà tantùm*, i. e. sine commodo [x], id erit, ac non potiùs magno cum vestro detrimento, quòd scilicet pro falsa fide passi estis adversa [y]. Plus est autem lædi quàm non juvari [z]. Tacitè innuit hanc mutationem non modò priorem patientiam reddere irritam; sed & cum maximo damno, amissione nempe illius Spiritûs, fore conjunctam, nisi ad bonam mentem redeant [a]. Vel 2. mitigat [b]: tunc autem redundat καὶ, ut Joan. 6. 25. 1 Cor. 15. 29 [c]. Correctio est rhetorica, q. d. sed spero meliora. Nam confido vos redituros à lege ad gratiam, ut non frustrà hæc passi fueritis [d]. Nam si volueritis expergisci, non frustrà *. Ità dum spem suam de resipiscentia Galatarum & gratia Dei innuit, tacitè eos in viam revocat [f]: q. d. absit ut frustrà tot mala perpessi sitis, &c. [g]. Hinc colligunt Theologi, bona opera subsequenti peccato mortificari, i. e. infructuosa reddi, eadémque rursus per pœnitentiam vivificari [h].

5. *Qui*, &c. Ὁ οὖν ἐπιχορηγῶν—καὶ ἐνεργῶν—ἐξ ἔργων, &c.] MS. ἐξ ἔργων νόμου τὸ πνεῦμα ἐλάβετε· nec aliter putem scripsisse Paulum. Est enim constructio similis ei quam habuimus suprà 2. 16. Utraque est non κατὰ λέξιν, sed κατὰ τὸ σημαινόμενον· Ibi de accipiente inchoans sermonem desinit in dantem, hîc de dante cùm sermonem cœpisset transit ad accipientem. Simile Joh. 17. 2. Usitata locutio fuerat ἐξ ἔργων νόμου ἐχορήγησε· & nota ἐξ rursum hîc valere διὰ, ut suprà 2. 16. Dona Spiritûs quàm illis temporibus fuerint frequentia cognosci potest ex 1 Cor. 12. [i]. [Verba sic reddunt:] *Qui igitur suppeditat*, sive *subministrat* (vel, *suppeditabat*, Er. *dedit*, Tre ex Sy. *suggessit*, Ca. scil. Deus [k], vel Christus [l]; vel Paulus [m]:) *vobis spiritum, & efficit* (vel, *operatur*, Er. *inoperatur*, per intimam scilicet & divinam suam energiam & potentiam [n]: vel *operabatur*, Er. Ὁ ἐπιχορηγῶν & ἐνεργῶν possunt esse, vel 1. præs. temp. [o]. quòd Spiritus non desierat subministrare dotes suas [p]. Non tam repetit quàm amplificat argumentum illud v. 2. Nam ibi de principiis donorum Spiritûs S. ante pseudoapostolorum adventum, hîc verò de continuatione & effectis recentibus, agitur: q. d. *Qui adhuc suppeditat & operatur*, nempe Deus [q], qui per singulas horas Spiritum S. ministrat, etiam illis qui non tenent Evangelii veritatem, &c. confer Marc. 9. 39. [r]. Vel 2. præt. temp. †. Refertur hoc ad præteritum tempus, quo talia dona Galatis contingebant, &c [t].) *virtutes* (vel *facultates*, Pi. scil. edendi miracula [v], ut Mat. 7. 22. ut *spiritus* omnia dona Spiritûs S. notet [x]:) *in vobis, ex operibus legis, an ex prædicatione fidei*, Pi. &c. sub. *id facit?* Er. sic Camer. vel, *subministrat?* P. Be. Pi. Di. vel, sub. *arbitramini hoc fieri?* Zeg. Prius dici non potest, quia Lex erat tunc vobis incognita, cùm scil. dona illa consecuti fuistis. Fides ergò gratiæ Christi eorum causa erat, à qua proinde ad Legem transferri minimè debuistis [y].

6. *Sicut Abraham credidit Deo*, &c.] h. e. promissioni Dei, tum generali, de fœdere, Gen. 15. 1. tum singulari, de hærede & numerosa prole, v. 4, 5. qui tamen hæres cum Isaaco Christum, & soboles numerosa Israelitas non tantùm carnales, sed & spirituales, significat, Rom. 4. 16, 18. & 9. 7. Gal. 4. 28. & 7. 16. [z]. Hoc dicit, sic Deus Spiritum vobis subministrat, & ex fide, & non ex operibus, sicut Abrahæ non ex operibus obtigit justitia, &c. [a]. Exemplo Abrahami probat, non fuisse subministratum Spiritum ex operibus, sed ex fide [b]. Non mirum est, fidem nunc à Deo magni fieri, cùm semper eam Deus pro re egregia habuerit. Hoc enim est λογίζεσθαι εἰς δικαιοσύνην, ut ostendimus in Prolegomenis in Epist. ad Romanos, & 4. 3 [c]. [Alii aliter explicant.] Vide Synopsin ad Rom. 4. 3.

7. *Cognoscite*, &c. Γινώσκετε ἄρα ὅτι οἱ ἐκ πίστεως, &c.] *Cognoscite* (vel, *Cognoscitis*, Me. *Intelligitis*, Pi. *Ità nostis*, P. Be. vel, *Scitote*, G. ex Sy. *Cognoscatis*, E. Γινώσκετε, vel indicativè, vel imperativè, reddi potest [d].) *ergò* (vel, *autem*: ἄρα hîc non est illativum, neque enim hoc ex præced. sequitur, sed adversativum *: vel, *nempe*, Pe. Be. scilicet

scilicet ex dicto Mosis de Abrahamo [f].) *quia* (vel, *quòd*, Par.) *qui ex fide* (sub. *sunt*, Gom. P. Be. E. quod exprimitur v. 10 [g]. i.e. qui justitiam fidei amplectuntur [h], qui in Christum credunt [i], qui à sola fide in Christum pendent, ut apparet ex antithesi v. 10. Confer Rom. 4. 10, &c [k].) *ii sunt filii Abraham*, Mo. &c. proles ejus μυστικὴ, ut Rom. 4. 12 [l]. filii spirituales, non per generationem, sed per imitationem; ac consequenter ad eos pertinet benedictio, justitia, & salus Abrahæ promissa [m], potiùs quàm ad carnales Judæos justitiam ex lege quærentes, quos hîc perstringit, &c [n].

8. *Providens* (vel, *Prævidens*, Er. P. Pi. &c. *Cùm prævidisset*, Be. V. *Quia præcognovit*, Tre. ex Sy. longè ante prospiciens [o]:) *autem Scriptura*] de Scriptura ut de homine loquitur [p], ἀνθρωποπαθῶς [q], & *prævidere* eam dicit quod præsignificat. Simile habes infrà 3. 22. vide & Joh. 7. 38, 42. Rom. 4. 3. & 9. 17. & 10. 11. & 11. 2 [r]. Al. *Scriptura*, metonymicè, i.e. Deus seu Spiritus S. in scripturis loquens †: q. d. Quoniam præviderat ac decreverat Deus [t]. ¶ *Quia*, Ὅτι δικαιοῖ, &c.] *Deum ex fide justificaturum* (Præsens [δικαιοῖ] pro futuro: respicit enim tempus Evangelii, cùm non Judæi tantùm, sed & Gentes, ad justitiam veram perducti sunt per fidem [v]:) *gentes*, Be. Pi. &c. ¶ *Prænunciavit*, &c. Προευηγγελίσατο, &c.] *Antè* (vel, *Priùs*, Er. V. q. d. jam olim [x], ante justificationem gentium [y]: vel, ante latam legem Mosis [z]; imò ante legem circumcisionis Abrahamo latam, de qua Rom. 4. 10 [a]. sub. *id*, Be. Pi.) *evangelizavit* (quod verbum doctrinæ de gratuita per Christum reconciliatione peculiariter consecratum est [b]: vel, *rem lætam nunciavit*, Er. V. E. &c.) *Abrahæ*, P. Be. Pi. *Multò antè prædixit Abrahamo*. Sed maluit Paulus illo uti verbo quod significaret latenter in his vocibus contineri rem Evangelii [c]. Ergò non est novum Evangelium de Christo, fide, justitia, &c. sed Abrahæ tempore notum [f]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἐνευλογηθήσονται, &c.] Ἐνευλογηθήσονται habes in Græco, Gen. 12. 3. sic & Gen. 22. 18. in quibusdam exemplaribus. Nam in aliis est εὐλογηθήσονται. Sic & Psal. 72. 17. Sic & Act. 3. 25 [g]. [Verba sic reddunt:] *Benedicentur* (sub. *inquiens*, P. Pi. sim. Be. i.e. Justificabuntur [h], fientque amici & filii Dei [i], & hæredes regni cælestis [k]: benedictionem enim spiritualem, non carnalem, intelligit [l].) *in te* (i.e. in semine tuo, h.e. in Christo [m], ut alibi explicat [n]: vide Gen. 22. 17. per fidem in Christum [o]:) *omnes gentes*, P. Pi. &c. Sensus est, *Per te summa bona adipiscentur gentes omnes*, aut etiam *adeptas se agnoscent*: quod vult והתברכו, Gen. 22. 18 [p]. Al. Respicit hîc formulam benedictionis apud Judæos, Levit. 9. 23. quâ sacerdos benedixit populo, Num. 6. 24. vide & Gen. 28. 3. & 49. Illud, *in te*, exponi possit ex Gen. 48. 20. *In te Israel benedicet*, &c. i.e. hoc erit exemplum benedictionis, *Faciat te Deus sicut Ephraim*, &c. Ità & h. l. sensus erit. Non solùm Judæi, sed & gentes aliæ, quæ sibi aut aliis benedicent, hâc formulâ utentur: Deus te faciat sicut Abrahamum, vel, det tibi benedictionem Abrahami, &c †.

9. *Qui ex fide sunt*] i.e. credentes [q]. Vide idem loquendi genus Rom. 4. 12. & infrà v. 10 [r]. filii Abrahæ non naturâ, sed fide †, sive imitatione fidei ejus [t]. ¶ *Benedicentur* (i.e. Maxima bona consequentur [v]:) *cum fideli Abraham*] h.e. eodem modo quo ille, h.e. fide, non circumcisione aut operibus [x], ad exemplum Abrahami. Ità σὺν sumitur Rom. 8. 32. Sic עם Eccles. 2. 16. Latinè vertitur *similiter*. Nec aliter sumenda verba συμπάσχειν, συνδοξάζεσθαι, & alia ejusmodi [y]. Non dicit *ab Abrahamo*, sed *cum Abrahamo* [z].

10. *Quicunque enim* (Probat conclusionem præcedentem [a], argumento à contrariis [b], quia ex operibus legis est maledictio [c]:) *ex operibus legis sunt* (i.e. ex iis justitiam exspectant [d], vel in iis salutis fiduciam locant*:) *sub maledicto sunt*] i.e. vel 1. nulla habent promissa vitæ æternæ atque cælestis. Solent στερήσεις (*privationes*) sumere nomen *contrariorum*, quia comparatè talia videntur [f]. Vel 2. adeò promissæ benedictionis exortes sunt, ut etiam execrationi sint obnoxii [g], ac punitione digni [h]. ¶ *Scriptum*] Deut. 27. 26 [i]. ¶ *Maledictus*, &c. Ἐπικατάρατος, &c.] In MS. est ὅτι ἐπικατάρατος. Particula illa sæpe præponitur allegationibus. Vide Joh. 15. 25 [k]. [Sic reddunt:] *Execrabilis omnis qui* (vel, est *quisquis*, Be. Pi.) *non manserit in omnibus*, &c. P. Be. Pi. &c. In Hebræo non leguntur *omnis* & *in omnibus* [l]. Verùm ἐν πᾶσι (*in omnibus*) Græci addidere ad sensum, & ex Græcis Samaritani [m]: intelliguntur enim *omnia præcepta cætera* quæ nondum eo capite nominata fuerant [n]: id quod Moses indefinitè hîc innuit, nominatim verò proponit v. seq. & Deut. 28. 1, 4, 15 [o]. Ut in disciplinis, sic in legibus, indefinitas propositiones universalem habere sensum in confesso est. Exempla passim sunt, ut Exod. 21, & 22 [p]. Rectè ergò Apostolus ex ipsa phrasi hoc colligit, præsertim ex illis verbus, *qui non firmaverit verba hujus legis*, &c [q]. Argumentum Apostoli est, Quisquis non permanserit in omnibus, &c. maledictus est. Qui sunt ex operibus Legis non permanent in omnibus. Ergò—maledicti sunt [r]. Minorem hîc supponit †, ut certam & notam [t], eámque probat v. seq [v]. quòd scilicet nemo sine fide & gratia Christi Legem servare possit [x]. Verùm omnia Legis præcepta perfectè præstare impossibile est naturæ humanæ non solùm corruptæ, sed etiam per gratiam reparatæ [y]. Vide Jac. 3. 2. 1 Joh. 1. 8 [z]. Transgressor Legis est qui vel unum præceptum transgreditur [a], ideòque maledictus [b]. Objici hîc potest esse quorundam commissorum, multóque magis omissorum, expiationes quasdam proditas. Verum id est, sed illæ expiationes liberabant à morte aut violenta aut immatura, nullum autem contra mortem remedium adferebant; non pollicebantur resurrectionem & vitam æternam, ut remissio illa peccatorum quæ est in Evangelio. Quòd si in Prophetis tale aliquid innuitur magis quàm dicitur, id promutuum est, sumptum de gratia Evangelica [c].

11. *Quoniam*, &c. Ὅτι δὲ ἐν νόμῳ, &c.] *Quòd autem per legem* (scil. Mosis [d],) *nullus justificetur apud Deum* (vel, *eam justitiam assequatur quæ Deo placet*, G.) *manifestum est*, P. sim. Be. Pi. Valet illa justitia apud homines, non apud Deum, nempe ut datorem vitæ æternæ*. Probat, eos qui ex operibus Legis sunt non facere ea quæ scripta sunt in Lege, quia ex Lege nemo justificatur [f]. Argumentum est à contrario, Fide justificamur: Ergò non ex Lege, &c [g]. ¶ *Justus ex fide* (i.e. per fidem ut instrumentum [h]:) *vivet*] i.e. Justitiæ suæ vitam omnem ex fide haurit, ex hac radice habet quòd justus est & justè operatur [i]. Non dicit, *vivit*, sed *vivet*, ut vita in solidum fidei tribuatur [k]. Vide ad Rom. 1. 17. Multa sunt quæ me movent ut credam hanc Epistolam & illam ad Romanos propè eodem dictata tempore. Sed hæc est asperior, quia malum apud Galatas erat gravius [l].

12. *Lex autem non est ex fide*] i.e. ex classe vel societate fidei [m]; non docet, non affert, fidem & gratiam quâ justificemur [n], non constat fide sive præceptis de fide [o]; non pendet à sola fidei cognitione, imò fiduciam misericordiæ Divinæ prorsus excludit, quatenus absolutam & meritoriam obedientiam requirit, ut sequentia declarant [p]: vel, *ex*, pro *per*, q. d. *per fidem* justificans, ut sit ellipsis, cui favet & scopus Pauli, & sequens membrum [q]. Lex non pronunciat justum eum qui credit [r], aut hominem ex fide victurum †. *Legem* hîc intelligit præcepta in Sinai data, in quibus nulla Fidei mentio; ea autem præcipuè respicit, quia ii quibuscum res ipsi erat cætera parvi ducebant [t]. Opera ex Lege facta non possunt esse opera fidei. Occurrit hîc Judaizantibus, qui ex utraque justitiam peti posse dicebant [v]. ¶ *Sed* (supple, tantùm de Lege dicitur [x]:) *qui fecerit ea*, (quæ Lex præscribit [y]. Sumptum hoc ex Levit. 18. 5 [z]. & Ezec. 20. 11 [a].) *vivet* (vel, 1. vitâ & prosperitate temporali [b]: q. d. vitam hîc habebit felicem. Nam *vivere* Hebræis sæpe est feliciter vivere, *mors*, miserè [c]: vel potiùs, 2. vitâ justitiæ, veræque salutis [d], vitâ æternâ; ut liquet tum ex Luc. 10. 28. tum ex eo quòd Deus testatur servantibus Legem se Deum fore, Levit. 26. 12. & servatorem, Matth. 22. 32*. ut ex Matth. 19. 16, 17. Rom. 2. 13 [f].) *in illis*] Vel, *per ea*, Be. Pi. i.e. per eorum obedientiam [g].

13. *Christus* (nempe, auctor & revelator vitæ æternæ ac cœlestis [h]: Cùm dixisset operantes esse sub maledicto, nec

nec per Legem indè eximi posse, nunc ostendit per quem liberentur, scil. per Christum, si in eum credant [i]. Al. Novum est argumentum, Quo redimimur ab execratione Legis, eo justificamur. At solâ fide Christi redimimur, &c[k]. Al. Objici poterat, si operantes sub maledicto sint, quòd Legem nemo servat, pariter & fideles, &c. Id negat sequi, quia hi per Christum liberantur [l].) *nos* (tam Judæos quàm Gentiles [m], fideles [n], omnes qui sub maledicto erant, etiam Abrahamum, Mosen, &c [o].) *redemit* (i. e. liberavit [p], quasi pretio persoluto satisfecit. Confer 1 Cor. 6. 20. & 7. 23 [q]. Ἐξαγοράζειν, ut & ἀγοράζειν, sæpe quamvis *liberationem* significat: hîc, ut & infrà 4. 5. eam significat *quæ facta est magno pretio* [r].) *de maledicto* (vel, *ab exsecratione*, P. Be. Pi. sim. Er. V.) *Legis*] i. e. à pœna quàm Lex cum execratione minatur †; ab omni miseria nostra, ut liquet ex benedictione quæ ei opponitur [t]; à Morte, sub qua Lex homines relinquit: ea verò sors etiam iis communis erat qui Legem à Deo datam non habebant; quare & liberatio ad omnes pertinet: id hîc valet ἡμᾶς [v]: à morte æterna, & ab ipsa sententia exsecratoria Legis, sive ab ira Dei [x]. ¶ *Factus*, &c. Γενόμενος—κατάρα] *Dum pro nobis factus est exsecratio*, P. Be. Pi. &c. Duplex hîc figura: 1. κατάρα, pro κατάρατος [y], exsecrabilis [z], putà hominibus [a]; maledictus, & quidem summè [b]: quomodo *circumcisio* pro *circumcisis* [c], *gloria* pro *glorioso*, 2 Cor. 3. 9. *scelus* pro scelerato [d]. 2. Subauditur ὡς: nam Christus ità tractatus est quasi esset Deo κατάρατος. Nihil homini pessimo in hac vita pejus evenire poterat. Vide 2 Cor. 5. 21. & ibi dicta. Indè apparet quanti nostram salutem fecerit: id verò eò spectat nè parvi ducantur ejus beneficia [*]. Christus, quatenus vas noster erat, verè, propriè, & sine tropo, factus est exsecratio, in quem Deus propriè effudit omnem iram suam, ut nos reciperet in gratiam †. *factus*——*maledictio*, nempe, quatenus pro nobis maledictam crucis mortem subiit [f], uti sequens epexegesis ostendit [g]; quia maledictiones humani generis Deus in Christum transposuit [h]: Christus peccati erat & maledictionis reus non tam in se quàm in nobis, & quia personam nostram susceperat [i]; quia maledictionem & pœnam universam, nobis debitam, pro nobis pertulit [k]. ¶ *Quia scriptum est*, (nempe Deut. 21. 23 [l]. ubi hunc locum explicatum vide [m]:) *Maledictus*, &c.] In MS. hîc rursum est ὅτι, nota scilicet loci citandi. Apud Hebræos non erat pœna aut Crucis aut Patibuli: nam strangulandi stantes strangulabantur. Sed eorum qui ob gravia crimina, putà Idololatriam, erant lapidati, corpora patibulo suspensa per aliquot horas erant ostentui populo; ut qui supplicio ipsi non interfuissent eo conspectu à criminibus absterrerentur. At si tam contumeliosum erat post mortem suspendi, multò certè contumeliosius erat Crucis supplicium, quod & ipsum cum afflictione suspensionem conjunctam habet, & Romanis moribus erat maximè infame: unde nomen *cruciarii* [n]. In Deut. 21. est *maledictio Dei*, sive *à Deo*, quod hîc omisit Paulus; vel, quia ex loci hujus circumstantia & oppositione benedictionis satis constat de maledicto coram Deo agi [o]; vel, nè atrociori illo sermone imbecilles Galatarum animos offenderet [p]. Suspensus autem maledictus est, 1. politicè, ad colophonem supplicii sui, & aliorum terrorem; 2. typicè, ut Christi crucifixionem & maledictionem adumbraret [q].

14. *Ut*, &c. Ἵνα εἰς τὰ ἔθνη—γένηται, &c.] *Ut* (Referendum ad præced. Ideò Christus nos redemit *ut* [r].) *in Gentibus* (vel, *ad Gentes*, Pi. E. &c. nempe omnes †, ex collat. v. 8. cujus impletionem h. l. demonstrat [t], & ex collat. Gen. 12. 3 [v].) *benedictio Abrahæ* (promissa scilicet [x], quæ totam hominis renovationem & beatitudinem complectitur [y]. Εὐλογία τοῦ Ἀβραάμ sunt bona illa magna quæ Gentibus per Abrahamum, i. e. per aliquem ex ipsius stirpe, eventura prædictum fuerat [z]; gratia reconciliationis, adoptionis, justificationis, ipsaque vitæ æternæ hæreditas [a].) *extet* (h. e. ut Gentes justificentur sive salventur [b]: vel, *fieret*, i.e. deflueret quasi ex fonte [c]; vel, *perveniret*, Be. Pi. sic E. Me. & in iis compleretur [d].) *in Christo*, P. Par. tanquam in semine Abrahæ promisso [*]; vel, quatenus illæ Christo inseruntur per fidem [f]: vel, *per Christum*, V. Par. Ἐν, pro διὰ, *per* [g]; & nomen repetitum pro pronomine: Sensus enim est, *per ipsum* [h]. Paulus h. l. benedictionem rectè infert ex maledictione cui Christus nostro loco obnoxius fuit in cruce, ut sciamus hanc benedictionem à Christi sacerdotio pendere, quatenus seipsum victimam pro nobis obtulit [i]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν, &c.] Explicatio est membri præcedentis [k], sive benedictionis, à primaria ejus parte [l]. *Ut* (vel, Et *ut*, P. Be. Pi. Subauditur hîc *nempe*, est enim hoc ἵνα præcedentis ἐξηγητικόν. Nam quod majus bonum in hac vita poterat sperari Spiritûs Sancti donis, præsertim cùm illa ipsa certos faciant homines de vita cœlesti? Illa autem dona manifestum dari credentibus in Christum, non per Legis opera incedentibus †.) *promissionem Spiritûs* (i. e. vel, 1. à Spiritu profectam [m]; vel, 2. spiritualem [n], quæ generaliter complectitur spiritualem ac cœlestem felicitatem, corporali Legis benedictioni oppositam [o]. Sic docet, promissionem Abrahæ factam non solùm fuisse de terra Canaan, sed præcipuè de spirituali benedictione ‖. Vel potiùs, 3. de Spiritu; ut sit Hypallage, pro *Spiritum promissionis* [p], qui promissionem obsignat in cordibus nostris [q], vel, *Spiritum promissum* [r], more Hebræo. Vide Act. 2. 33 †. Adde Act. 1. 4. Heb. 6. 12, 15. & 10. 36 [v]. Spiritum non servitutis in timore, quem qui sub Lege erant, acceperant, sed charitatis & adoptionis filiorum Dei [x]; Spiritum S. nos justificantem & sanctificantem, filiis Abrahæ, id est, credentibus promissum [y]. *Spiritûs* nomine intelligit, vel, 1. ipsum Spiritum; vel, 2. benedictionem æternæ Spiritualis vitæ [z]; vel, 3. dona ejus tam communia & perpetua, quàm temporaria & miraculosa: de quo Spiritu Act. 2. 17. Rom. 8. 9, 15. Gal. 4. 6, &c [a].) *accipiamus per fidem*, Mo. &c. Quâ in Christum credimus [b], quæ unica via est illius nanciscendi [c], quâ & benedictionis & Spiritûs S. (nam *fidei* vox ἀπὸ κοινοῦ ad utrumque refertur,) participes fiamus [d].

15. *Fratres*] In MS. hîc additur, ἀδελφοί, quod & Latinus & Syrus legerunt [*]. ¶ *Secundùm hominem*, &c. ità Mo. Er. Κατὰ ἄνθρωπον, &c.] *Humano more*, P. Be. Pi. Di. Gom. vel, Communi hominum judicio [f]. Exemplum sumam à re merè humana [g], & vulgari [h], testamenti & testatoris [i]. Solent Thalmudici eâ emollitione uti quoties Deo humani aliquid tribuunt. Vide quæ diximus Rom. 3. 5 [k], ¶ *Tamen*, &c. Ὅμως ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην οὐδεὶς ἀθετεῖ, ἢ ἐπιδιατάσσεται] *Hominis licèt* (vel, *Certè hominis*, Zeg. vel, *Vel hominis*; ità enim loquimur ubi minus aliquid adserimus quàm id est quod indicare volumus [l]: Aposiopesis est, q. d. multò minùs Dei †.) *pactionem* (vel, *fœdus*, Ar. *testamentum*, Er. Vulg. Vide ad Matth. 26. 28 [m]. Al. διαθήκη hîc significat *promissum*: de qua voce diximus in Prolegomenis ad N. T [n].) *authoritate confirmatam* (vel, *ratam habitam*, Be. vel, *tamen si sit comprobatum*, Er. Il. Ti. authorizatum, h. e. jure factum [o], publicâ authoritate firmatum per solennes formulas, scribam, & testes [p]; authenticum [q]. Si quis alteri quid promiserit ità ut quæ ad legitimam promissionem requiruntur adfuerint: id enim est κυροῦσθαι, קום, Gen. 23. 20 [r]. Loquitur autem de tempore quo mortuus est testator, qui, dum vivit, mutare potest †.) *nemo abrogat*, (vel, *rejicit*, Er. *rescindit*, Er. V. sic Gom. *irritam facit*, Be. convellit ac pro nullo habet [t]:) *aut* (sub. *aliquid*, Er. P. Be. &c. & sub. *ei*, P. Be. Pi.) *superaddit*, P. Be. vel, *addit*, Er. Il. Ti. vel, *immutat*, Ca. *mutat in eo quicquam*, Tre. *dispensat in eo*, Ar. *superordinat*, Mo. Vulg. i. e. mutat, aut innovat, sive addendo, sive demendo [v]. Particula ἐπὶ hîc aliquid posterius significat, ut ἐπιγενομένου Act. 28. 13. Est ergò ἐπιδιατάσσεσθαι *posterius aliquid constituere*, nempe, tale quo id quod priùs factum fuerat immutetur. Διατάσσεσθαι ponitur pro Hebræo שום [x]. Nemo derogat, aut arrogat [y], præter contrahentium, & eorum quorum interest, voluntatem [z].

16. *Abrahæ dictæ sunt promissiones*] Aliquoties repetitæ, nempe à Deo, qui optimæ est fidei [a]. Dicit *promissiones*, quia sæpiùs facta est promissio [b]: *Promissiones*, de terra Canaan, & de vita æterna per illam significata [c]; vel, de benedictione Gentium [d]. ¶ *Et semini ejus*] Rectè: nam quod uno loco Gen. 12. 3. dictum erat de Abrahamo, id Gen. 22. 18. de semine ejus dicitur; ut nimirum intelligamus illud magnum bonum eventurum humano generi per Abrahamum, quia scilicet ex sanguine Abrahami sit extiturus qui id effecturus sit [*].

¶ Non

¶ *Non dicit, Et seminibus—sed—Et semini tuo, qui est Christus*] Qu. 1. Quemnam Geneseos locum hic citat? Resp. Plerique referunt ad Gen. 22. 18. alii ad Gen. 17. 7[f]. alii ad Gen. 15. 5[g]. alii ad Gen. 12. 7. & 13. 15 quod & scopo & verbis congruit[h], & loco simili, Rom. 4. 13. nisi forte ad hos omnes respexerit. Qu. 2. An accommodatè adducitur hic locus[i]? Et quâ ratione *seminis* urget numerum, cùm *semen* Hebræis sit nomen collectivum, & multos sæpe significat, nusquam tamen in plurali reperiatur[k]? Resp. 1. Quanquam Hebræum זרע plurali numero dici non solet, poterat tamen Moses usurpâsse vocem בנים, aut ילדים, quæ isti Græco σπέρμασι responderet: at id non fecit, quia indicabat unum aliquem fore inter posteros Abrahami eximium qui illud bonum Gentibus esset allaturus; & eum quidem non ex Ismaele oriturum, sed ex Isaaco, qui in eo sacrificio, de quo ibi agitur, Christi gesserat figuram. Simili modo Christus singulariter ille esset qui ex Davide oriri debebat, Act. 2. 30[l]. Licèt זרע sit nomen collectivum, h. e. aptum ad plures significandos. Paulus tamen argumentum in eo fundat, quòd Deus aliquoties inter Isaacum & Ismaelem, tanquam diversa Abrahami semina, distinxit, quorum prior tantùm hæreditatem Abrahamo promissam adiret. Itaque tacitè à typo ad antitypum argumentatur, h. e. ab Isaaco & corporali hæreditate, ad Christum ejúsque credentes & hæreditatem eorum spiritualem[m]. Promissio hæc (cujusmodi plurimæ) historica est simul & typica. Nam primùm historicè, Israelitis promittitur terra Canaan, ut liquet ex Gen. 15. 18. Deut 34. 4. Deinde typicè adumbratur hæreditas totius mundi & Regni cœlorum, donanda Christo, & in Christo fidelibus, ut hinc & ex seq. constat[n]. 2. *Seminis* nomen ità est collectivum, ut tamen uni interdum tribuatur[o], ut Gen. 3. 17. & 4. 24. & 15. 3. & 21. 12. & 38. 8, 9. Cùm ergò nomen *seminis* æquivocè dicatur[p], vel ex circumstantiis, vel aliunde discendum, num pro multis, an pro uno, accipiatur[q]; & videndum utra significatio magis pertineat ad eos locos, ubi contendimus singulares de Christo promissiones à Deo fuisse propositas[r]. Paulus autem eodem spiritu quo promissio facta, & scriptura condita, est, eam hoc modo interpretatur, &c †. 3. *Seminis* nomine h. l. fideles intelligit, qui sunt semen illud cui promissio facta est, cùm Christus propriè sit semen per quod promissio sit adimplenda[t]. Cùm Judæi se solos Abrahami semen & promissionis hæredes esse gloriarentur, docet Apostolus ex ipsa enuntiationis forma quâ Deus utitur, non multa esse ac diversa semina, Judæorum nimirum & Gentium; sed unum duntaxat, nempe Christum, cum quo & in quo omnes fideles unum sunt & æquales, Gen. 3. 28. Eph. 2. 12—19[v]. Scopus Apostoli hîc erat, ut doceret exemplum Abrahami, per unam fidem justificati & benedicti, rectè applicari tum Gentibus, tum Judæis. Hos ergò, sigillatim v. 14. consideratos, jam in unum corpus instituit conjungere, eósque communi hoc & collectivo nomine *seminis* complecti; ut unum communem patrem Abrahamum habeant, cum quo benedicantur unius & ejusdem promissionis virtute. Alioqui Abraham haberet plura semina, unum Judæorum, alterum Gentium, & promissio facta esset numero plurali[x]. Adde, Paulum hîc non argumentari, sed Judæis respondere gloriantibus ob promissionem factam Abrahæ & semini ejus; existimabant nempe se semen esse Abrahæ. Ait Apostolus, Promissiones non esse factas *seminibus*, specie scilicet differentibus, carnalibus putà & spiritualibus simul, sed fidelibus tantùm per Christum[y]. Relativum autem ὃς referendum, vel, 1. ad σπέρμα, ex Græcorum idiotismo; vel potiùs, 2. ad ἑνὸς, hoc modo, *Non dicit, Et seminibus, ut multis, sed dicit, Et semini tuo, ut uni, qui est Christus*, ut Syrus rectè ordinavit: objecit autem hæc clausula errorem iis qui putârunt Paulum de una Christi persona disserere, cùm potiùs disserat de duobus populis, Gentibus & Judæis, in unam sobolis Abrahami veluti massam redactis, ut diximus. Qu. Cur ergò Christum nominat? Resp. Ut significet, unum Christum esse totius collecti illius corporis vinculum atque caput[z]. *Christus* autem hîc non propriè & per se intelligitur, sed Synecdochicè, Christus mysticus[a]; sive Christus cum suo corpore conjunctus, seu Christus & Ecclesia, tanquam caput & corpus, ut 1 Cor. 12. 12[b]. & Eph. 1. 23. ubi Ecclesia corpus & complementum Christi dicitur[c], servatâ interim capitis dignitate, ut de eo primariò intelligatur[d].

[f] Gom. sim. Jun. par. 2. 53. [g] Gom. [h] Gom. sim. Jun. [i] Gom. [k] Q. in E. [l] G. [m] Vor. [n] Com. [o] Pe sim. Jun. ib. Me. [p] Jun. par. [q] Q. in E. [r] Jun. ib. † E. ex Aquin. & Caj. [t] E. ex Aug. sim. Be. [v] Gom. [x] Be. [y] Cam. [z] Be. [a] Gom.

17. *Hoc autem dico*] Collectio ex præmissis, q. d. Hoc igitur est quod intendo, quod volo concludere *. Postquam promissi sensum explicavit, redit ad sermonem quem interruperat, & ostendit quò pertineat illud quod dixerat, *Promissa perfectionem suam habentia non rescindi*[f]. ¶ *Testamentum*, &c. Διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ Θεοῦ εἰς Χριστὸν, &c.] *Pactionem* (vel, *Pactum*, V. *Promissum illud*, G. *Testamentum*, Vulg. Mo. &c. Id propriè mortem supponit, &c. sic autem vocat pactum, id est, promissionem Abrahæ factam, tum quia immutabilitas promissionis Dei non minùs valet ad confirmationem, &c. quàm mors testatoris, &c. tum quia respiciebat mortem Christi, & ab ea firmitatem accipiebat[g].) *antè*, vel *priùs sancitam*, vel *confirmatam* (Auget hoc vim argumenti[h]: vel, *jam perfectam*, G. Priùs confirmatum erat variis modis, 1. juramento, Heb. 6. 17, 18. 2. crebrâ & seriâ repetitione: 3. solenni fœderis ritu, Gen. 15. 17, 18. 4. sacramento circumcisionis, Gen. 17. 11. Rom. 4. 11. 5. longi temporis præscriptione[i].) *à Deo respectu Christi*, (vel, *in Christum*, Er. Val. Ti. *in Christo*, Tre. ex Sy. *Christo*, Ar. *erga Christum*, Er. V. *pertinens ad Christum*, G. *respicientem in Christum*, Be. Vor. eo modo consideratum quo v. 16. expositum[k], in quo [Christo] uno colligatur ex Judæis & Gentibus unicum illud in Christo semen Abrahami[l]. Illud εἰς Χριστὸν deest in MS[m]. & in Vulgato[n].) *Lex quæ post annos quadringentos & triginta* (Numerus hic desumitur ex loco Exod. 12. 40[o]. ubi diximus, initium videri sumendum ab ea revelatione Abrahamo facta quæ describitur Gen. 15. v. 13[p]. ubi prima illa fœderis sanctio facta est: confer Gen. 16. 3[q]. Paulò verò ante id præcesserat promissio illa memorata Gen. 12. 3. Quare hunc numerum Hebræis notissimum servare quàm aliquantillum adjicere maluit Paulus: nec quicquam interat, quando in numero majore comprehenditur minor[r]. Obj. At anni tantùm quadringenti recensentur Gen. 15. 13. Resp. Illi à nativitate Isaaci supputandi sunt, ut 30 anni ante eam statuantur. Annos autem 430 sic numerant. Ab egressu Abrahæ Charrane, Gen. 12. 4. ad Isaacum natum an. 25, Gen. 21. 5. indè ad Jacobum 60, Gen. 25. 26. indè ad descensum Jacobi in Ægyptum 130, Gen. 47. 9. indè ad exitum 215; vel, ut Hebræi volunt 210, ut reliqui quinque anni computentur ab egressu Uris Chaldæorum †:) *cœpit* (data in monte Sinai[t]:) *non facit irritam*, (Non ob id tanto pòst tempore data est Lex, ut quod Abrahahamus, Isaacus, Jacobus, & Patriarchæ crediderant futurum, id irritum fieret. Respiciendum ergò quid Christus adferat, non quid Lex attulerit[v].) *ut aboleat* (vel, *abroget*, V.) *promissionem*, Pi. &c. Explicat quod dixerat. Eadem verba habes Rom. 4. 14. ubi dicta vide[x]. Hæc [postrema] verba non causam finalem, sed modum declarant: itaque sic etiam verti possunt, *non facit irritam*, nempe, *vanam reddendo promissionem*. Innuit h. l. eos qui Legi justificationem asscribunt, Deum sibimet adversum facere[y].

18. *Nam si ex Lege* (Mosis[z]: si per Legem præstatur[a]; si secundùm conditionem Legis contingit[b]:) *hæreditas*, (cœlestis Cananææ[c], possessio æternæ vitæ & felicitatis[d], significata per typicam terræ Canaan possessionem *. Vide ad Rom. 4. 14[f]. vel potiùs, *hæreditas* synecdochicè vocatur justificatio & glorificatio[g]; vel, benedictio Abrahæ promissa, & juxta promissionem à filiis ejus hæreditanda[h], h. e. justitia & salus[i].) *jam non ex promissione*] Nempe de Christo: nam hæc ἐπαγγελία dicitur per eminentiam, Act. 2. 39. & 7. 17. & 13. v. 32[k]. Non ergò jam ex pura & liberali Dei promissione per Christum exspectanda erit, atque ità per Legem evacuabitur promissio[l]: non ergò ex vi promissionis factæ Abrahæ; quod dici non potest[m]. Ergò latâ semel Lege, non ampliùs opus fuisset *promissione*, i. e. semine promisso, nempe Christo; sed Lex ipsa suffecisset[n]. Objici poterat, Non abolemus promissionem, sed Legem conjungimus. Respondet Paulus, hæc duo cohærere non posse[o], nempe benedictionem ex Lege debitam & gratis datam[p]: nam meritum & donum inter se adversantur. Confer Rom. 4. 14[q]. ¶ *Abrahæ au-*

[b] Gom. sim. Be. Ham. [c] Be. [d] Gom. * E. sim. Me. [f] G. [g] E. [h] Vor. [i] G. [k] Vor. [l] Be. [m] G. [n] Be. [o] G. sim. Gom. [p] G. sim. E. Par. Vor. [q] Par. [r] G. † Gom. [t] E. Me. [v] G. [x] Idem. [y] Gom. [z] Me. [a] E. [b] Gom. [c] Idem. [d] G. sim. Vor. Pi. Gom. * Vor. [f] G. [g] Gom. [h] E. [i] Me. [k] G. [l] E. [m] Me. [n] T. [o] Gom. sim. Be. [p] Be. sim. Gom. Pi. [q] Pi.

tem per repromiſſionem (gratuito & irrevocabili dono [r];) *donavit* (i. e. dandam promiſit †;) *Deus*] Sub. *hæreditatem*, Pi. Nempe, Chriſtum nepotem poſt multos gradus *Abrahamo dedit*, ídque *ſecundùm* vetus *promiſſum*. Sic Deus dicitur *lucernam dediſſe Davidi* multo poſt mortem ejus tempore, 2 Reg. 8. 19 [t].

19. *Quid*, &c. Τί οὖν, &c.] *Quid* (vel, *Quorſum*, J. Cap. G. Τί hîc pro למה διὰ τί [v];) *igitur Lex?* P. Be. Pi. G. ſub. *data eſt?* J. Cap. dicat aliquis [x]. Cui lata eſt [x]? Cur lata eſt [y]? vel, quid de Lege dicendum [z]? ¶ *Propter*, &c. Τῶν παραβάσεων χάριν προσετέθη] *Tranſgreſſionum causâ*, ſive *gratiâ* (vel, *Propter tranſgreſſiones*, Er. Il. Ti. V. vel, 1. coercendas terrore & minis [a]: quia vitia populi Iſraelitici in Ægypto increverant, & pœnarum malis debebant coerceri, nè pravâ illâ conſuetudine paulatim ad impietatem prolaberentur. Vide infrà 5. 23. & 1 Tim. 1. 9 [b]. vel, 2. oſtendendas ſive declarandas [c]: ut morbos oſtendat, non ut auferat [d]; ut homines peccati convinceret [*]; ut luculenter conſtaret quanta ſit in nobis vis peccati [f], ut fusè docetur Rom. 7. 13. &c [g]. ut populus ſuperbus, visâ Lege, agnoſceret peccata ſua, ſibíque Chriſti gratiâ opus eſſe ad Legem implendam [h]. Vel, 3. quodammodò augendas: vide Rom. 7. 8 [i].) *appoſita* (vel, *addita*, P. Pi. ſic Ca. Be.) *eſt*, Mo. G. &c. nempe poſt promiſſa [k]: obiter adjuncta eſt, inter primam promiſſionem & Evangelium [l], velut appendix ad certum tempus [m]. *Additum* dicit, nè putetur Lex promiſſioni ſucceſſiſſe, eámque removiſſe [n]. Lectio Irenæi, ὁ νόμος τῶν πράξεων προσετέθη, quam ille ſequitur & 3. 7. & 5. 21. minùs huic loco convenit [o]. ¶ *Donec*, &c. Ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται] *Donec* (vel, Duratura *donec*, Ca. ſic Pi. Viam ſuam habitura, id enim hîc ſubintelligitur, *donec* [p]. Intellige ratione ceremoniarum [q]; nam lex charitatis æterna eſt [r]: confer Col. 2. 14 †.) *veniſſet* (vel, *veniret*, Ca. G.) *ſemen illud cui* (ſub. *ei populo cui*, V. vel *quod*: nam in quodam cod. legi ὃ; in aliis erat ᾧ· utrobique idem ſenſus [t].) *facta eſt promiſſio*, Be. Pi. P. Tre. &c. vel, *promiſſum fuerat*, Er. Ti. Mo. ut ſcilicet in eo benedicerentur omnes gentes [v]. Per *ſemen* intelligit, vel, 1. illum nepotem Abrahami per quem Gentes bona ſumma debebant accipere, & ad quem promiſſio illa Abrahamo facta ſpectabat, planè quaſi ipſi facta eſſet. Idem hîc dicit quod initio Rom. 7. Planè germanæ ſunt iſtæ Epiſtolæ. Et validum eſt argumentum, Si nè Judæos quidem Lex nunc obligat, multò minùs Gentes [x]. Vel, 2. Chriſtum [y], ut v. 16. qui eſt finis Legis, Rom. 10. 4. & corpus, Col. 2. 17 [z]. Chriſtum autem, non per ſe [a], ſed cum ſuo corpore, h. e. Eccleſia, conjunctum [b], ſuprà v. 16. deſcriptum [c]. Senſus, q. d. Donec dirutâ macerie ſurgeret plenum ſemen illud coagmentatum ex utriſque, ut explicatur Eph. 2. 14. Quid igitur? Ante Chriſti adventum nullum erat ſemen Abrahæ, & tamdiu ſuſpenſa eſt promiſſionis efficacia? Reſp. Minimè; ſed comparatè hoc dicitur, quo ſenſu dicuntur ſancti eo tempore non accepiſſe promiſſionem, Heb. 11. 39. Deinde, nondum advenerat ſemen illud quatenus omnes Gentes complectitur [d]. ¶ *Ordinata*, &c. Διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου] *Ordinata* (vel, *Inſtituta*, Ca. *Præcepta*, G. *Diſpoſita*, Zeg. Cam. *Et data eſt*, Tre. ex Sy. Lex, inquam, *ordinata*, P. Be. Pi. i. e. imperata ſive edicta [*], digeſta, ſcripta, & lata [f], promulgata, ſubminiſtrata [g].) *per angelos* (i. e. angelorum operâ ſeu miniſterio [h]: Angelo uno nomine Dei eam pronunciante, Act. 7. 38. cæteris eum ſtipantibus, Deut. 33. 2. Heb. 2. 2. Vide quæ à nobis dicta in Commentario ad Decalogum. Opponit *Angelos* Filio, per quem datum eſt Evangelium [i], ſive promiſſio; ità diſcrimen indicat inter Legem & promiſſionem [k]. At de Angelis nulla mentio, Exod. 19. & 20. Dicamus ergò terræmotum, procellam, tonitru, fulmina in Sinai facta Angelorum operâ, quibus quæ facta ſunt apud Ægyptios tribuuntur, Pſal. 78. 49 [l]. Hoc autem cum ſeq. addit ut commendaret dignitatem Legis, cui quod dixerat de tranſgreſſionum causâ probroſum alioqui videri poſſet [m]. ſub. *& tradita*, V. *lata* ac adminiſtrata & promulgata [n].) *per manum* (vel, *in manu*, Er. Ti. &c. i. e. operâ, vel, per potentiam & virtutem [o]; vel, *miniſterio*, J. Cap.) *mediatoris*, Mo. Tre. ex Sy. Cam. Pi. J. Cap. vel, *internuncii*, P. Be. Pi. vel, *interceſſoris*, Er. Ti. V. vel, *conciliatoris*, Er. vel, *per ſequeſtrem*, Ca. *per mediatorem*, Cam. Ἐν χειρὶ Hebraica locutio pro *per* [p]. *Mediatoris* meminit, ut novis argumentis viam ſternat [q]. Qu. Quemnam hîc *Mediatorem* intelligit? Reſp. 1. Chriſtum [r]; ut volunt plerique †, tam Græci, quàm Latini [t], cùm veteres, tum recentiores: Nam Patrem per Filium dediſſe Legem, extra controverſiam eſt [v]. Tunc autem *in manu* de poteſtate interpretantur, ut Gen. 16. 6. Job. 1. 12 [x]. acſi eſſet ſenſus, Legem ordinatam per Angelos ſitam eſſe non in noſtra, ſed mediatoris, poteſtate, qui pro nobis eam præſtitit & à peccatis liberavit [y]: vel ſenſus eſt, Legem Iſraelitis traditam fuiſſe per manum, id eſt, poteſtatem & directionem mediatoris Chriſti, populum illum in ſuum adventum hoc modo præparantis [z]. Significat, Legem eſſe *in manu*, h. e. poteſtate, Chriſti, ut Domini, qui eam abrogare poteſt, &c [a]. Malim, *in manu*, h. e. operâ & authoritate Chriſti mediatoris. Suâ igitur manu Chriſtus Legem proferens, quaſi vadem ſe medium interpoſuit, qui & Legem aliquando perfectè præſtaret, & Legis exſecrationem in ſe derivando nos ab ea liberaret [b]. Reſp. 2. Moſem [c]; ut volunt Epiphan. & Gennad [d]. & multa probant: 1. phraſis, ἐν χειρὶ, quæ non ſummam poteſtatem declarat, ſed miniſterium [*], quotieſcunque aliquid factum dicitur à Deo in manu cujuſpiam, ut *verbum Domini in manu Aggæi*, &c. Atqui Legem conſtat latam à Deo, *in manu*, h. e. miniſterio *Moſis*, ut dicitur Levit. 8. 36. At miniſterio Chriſti datam fuiſſe Legem nec dicitur, nec ſine errore dici poteſt [f]. Præterea, ità deſcribitur hæc hiſtoria, ut ſignificetur iſtum [Mediatorem] velut inferiorem, accepiſſe ab Angelis, ut ſuperioribus, quod ad Iſraelitas deferret. 2. Quòd hîc agitur de Lege, quatenus promiſſioni oppoſita & *mortis adminiſtratio*, 2 Cor. 3. 7. eſt [g]. Chriſtus autem non Veteris Teſtamenti, ſed Novi Mediator eſt, Heb. 8. 6. & 12. 24. Vide & Heb. 2. & 9. de differentia Chriſti & Moſis, quoad utriuſque miniſterium. Confer Joh. 1. 17 [h]. Et videtur Apoſtolus h. l. Chriſtum ut pacti promiſſionis unicum mediatorem ex diametro pacti Legis internuncio opponere [i]. 3. Quòd manifeſtè hîc alluditur ad Deut. 5. 5. ubi Moſes ſe internuncium, &c. fuiſſe diſertè narrat [k]. [Senſus eſt, q. d.] Moſe medium ſe interponente inter Deum & populum, Deut. 5. 5. *Ego ſequeſter* (inquit) *& medius fui inter Dominum & vos tempore illo*, nempe tanquam inter partes litigantes pararius, qui Rabbinis אמצעי. Id verò ideo quia populo gravia vitia adhuc adhærebant: unde & terribilis fuit ſonus Legis; Quem ſonum quidem perceptum populo volunt Hebræorum doctiſſimi, ſed vocem diſtinctè non perceptam niſi à Moſe. Alii idem ſentiunt, niſi quòd excipiunt duo prima præcepta. Qua de re vide Moſem Maimonidem [l]. Moſes typicus erat Mediator, quomodo Legale fœdus erat fœdus typicum. Moſes, inquam, typus erat Chriſti, quo modo Lex typus erat Evangelii [m].

20. *Mediator*, &c. Ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς οὐκ ἔστιν, &c.] Ἑνὸς hîc ſumo à neutro ἕν. *Non ſolet ſequeſter ſe interponere inter eos qui unum ſunt*, i. e. bene conveniunt. Sic τὸ ἕν ſumitur Joh. 10. 30. & 17. 11, 21, 22. 1 Cor. 3. 8 [n]. Si de Chriſto hoc accipiatur, erit declaratio per anticipationem; Etſi Chriſtus Mediator Legem Judæis tulerit, ut ad agnitionem tranſgreſſionum adduceret, eóque ad fœdus gratiæ præpararet, non tamen unius eſt gentis Judaicæ Mediator, ſed omnium hominum; quemadmodum Deus unus eſt omnium. Similis locus 1 Tim. 2. 5. Rom. 3. 29, 30 [o]. Quia mirum videri potuit ſi alius eſſet Mediator quàm Evangelii Mediator Chriſtus, ut nè hoc mirum videatur, monet, *Mediatorem non eſſe unius* tantùm, ſed & alterius Fœderis; itaque ἑνὸς eſt neutrius gen. non maſc. Deinde quia videbantur iſta pugnantia, ut *Mediator non ſit unius* Fœderis, &, quod conſequens eſt, ut non ſit unum Fœdus, monet, iſta optimè congruere; quia *Deus*, quod ad conſilium & voluntatem attinet, *unus eſt*, cujus ductu & auſpiciis Lex & Evangelium data ſunt, qui unum eundémque ſcopum conſtituit in utriuſque fœderis pactione: nam *finis Legis eſt Chriſtus*, &c. Cùm ergò miniſterium Moſis ſubordinatum fuerit miniſterio Chriſti, diverſitas Mediatorum & rerum non facit continuò ut fuerit conſilii & propoſiti diverſitas in Deo [p]. Si de Moſe hoc accipiatur, erit corollarium,

Marginal notes (left column): [r] E. † Idem. [t] G. [v] J. Cap. [x] G. [y] Pi ſic E. Me. Be. [z] Me. [a] E. Me. ſim. Gom. ex Hi. & Chryſ. [b] G. ſim. Hi. in Gom. [c] E. Me. Pi. ſic Be. Gom. ex Aug. Ca. [d] Aug. in Gom. * Pi. [f] J. Cap. [g] J. Cap. ſim. Ca. [h] Me. [i] E. [k] G. [l] Er. ex Th. [m] Camer. [n] E. [o] G. [p] G. [q] Gom. ſic Pi [r] Gom. † Pi. [t] Er. [v] E. Me. Ca. ſic J. Cap. [x] G. [y] Gom. Ca. E. Me. [z] Gom. [a] Be. [b] Be. ſim. Vor [c] Vor. [d] Be. * Idem. [f] E. Me. [g] Par. [h] E. Me. [i] G. [k] Me. [l] Cam. [m] Par. [n] Ca. [o] V.

Marginal notes (right column): [p] G. [q] Gom. [r] Gom. Calov. Par. Calv. † E. Gom. [t] E. [v] Gom. [x] Q. in Gom. [y] Gom. ex Aug. [z] Aug. in E. [a] Hi. &c. in Par. ſim. Zeg. [b] Par. [c] Be. Gom. E. Vor. Cam. J. Cap. G. Me. [d] Be * Be. ſim. E. [f] E. [g] Be. [h] E. [i] Ec. [k] Be ſim. E. [l] G. [m] J. Cap. [n] G. [o] Gom. [p] Cam.

sectarum[q], oriens ex Legis ferendæ modo, hoc sensu: Cùm in ferenda Lege opus fuerit Mediatore Mose, quia Israelitæ Deum, ut terribilem legislatorem, ferre non poterant, Heb. 12. 19. liquet, eam non esse vinculum nostræ cum Deo conjunctionis, sed indicem nostræ ab illo abalienationis[r], sive dissidii inter Deum & nos †, ex eo orti quòd simus Legis transgressores[t]. Nam *mediator non est unius*, scilicet partis[v], sed plurium ac saltem duarum[x], & quidem dissidentium[y], quia *mediator* dicitur quasi medius: medium autem est quod inter duo extrema consistit[z]. Sic Moses Mediator fuit inter Deum & Hebræos; Christus, inter Deum & Christianos[a]. Sensus, q. d. Non est locus Mediatori, nisi dum una pars cum altera negotium habet. De contrahentibus eum loqui nemo sani judicii dubitat. Sed quorsum hanc sententiam inseruit Paulus, ferè in suspenso relinquunt. Forsan prolepsis est, Diceret quispiam, Ergò sicut pacta sua retractare solent homines quorum ipsos pœnitet, ità etiam factum est de pactis Dei. Respondet Paulus, Homines quidem, qui caput unum in hoc contractu faciunt, varii sunt & instabiles; sed tamen Deus *unus* manet, h. e. sibi constat. Vel potiùs, diversitatem hîc notari arbitror inter Judæos & Gentiles. Non unius ergò Mediator est Christus, sed ut olim Judæorum erat, ità nunc Gentium est. Multùm à Judæis differunt Gentes, circumcisione, &c. Deus tamen *unus*, h. e. semper manet sui similis, ac perpetuo tenore fixum tenet ac statum quod semel decrevit, & eos qui priùs inter se dissidebant ad unum Deum adducens facit etiam ut in unum corpus coalescant[b]. Argumentum est contra justificationem ex Lege, Quomodo ex Lege quæritis justificari, ex qua propter vestras transgressiones exsistit Dei ira[c]? Argumenti vis hæc est, Datâ Lege non ponitur reconciliatio, sed manet dissidium inter Deum & homines, ut apparet ex modo tradendi Legem. Ergò per Legem non est justificatio[d]. Quod verò annectit, *Deus verò unus est*, obscurum est quem sensum habeat, & quomodo cum præcedente sententia cohæreat*. [Sic autem explicant:] Deus sibi constat, sibi est similis[f], putà in avertandis peccatoribus[g]; quales cùm vos sitis, non est quòd ex Lege justificationem quæratis: quin potiùs Dei ira vobis metuenda sit[h]. Occurrit huic objectioni, Priora instrumenta, ex contrahentium vel testantium voluntate sæpe rescindi contingit: quidni ergò & Deus quoad promissionem Abrahæ factam aliquid immutârit, cùm jussit Legem posteris Abrahæ dari? Respondet, Hoc in Deum cadere non potest qui *unus*, i.e. idem & immutabilis est[i]. Sic dicunt Latini, ——*Rex Jupiter omnibus idem.* Sic Cicero, *Idem qui semper fueris inventus es.* Par sensus Eph. 4. 6. *Non mutatur Deus*, Mal. 3. 6. nempe nisi Homine mutato. Quare nisi multa ac gravia intervenissent delicta, Deus tam placidum se atque amicum exhibiturus fuerat Israelitis quàm se exhibuerat olim eorum majoribus, neque nunc magis quàm tunc opus fuisset medio aliquo qui se interponeret[k]. Hanc expositionem germanam esse apparet ex ea objectione quæ cum hac appendice cohæret, Num Deus, Legem ponendo, quæ Promissioni contraria est, à seipso dissenserit*. Al. *Deus unus* dicitur respectu unius pacti olim cum Abrahamo initi, & postea per Christum confirmati. Plenus commentarius erit, si hunc sensum cum præced. conjungas[l]. Al. *Deus unus est*, non duo: Itaque Moses non erat internuncius Dei & Dei, sed Dei & Israelitarum: Aliquid ergò (ut fœderum natura est) ab utraque parte promissum est. Quid autem? à Deo *vita*; ab Israelitis *obedientia*, ut constat. Nunc quoniam hi Legi parere nequeunt, supplicio sunt obnoxii. Ità fit ut Lex eorum peccata patefaciat, eósque pœnâ dignos ostendat[m]. Al. Non sunt duo Dii, unus Legis & Judæorum, alter Abrahæ & Christianorum, sed unus est utrorúmque Deus, idémque auctor Legis & Evangelii. Unus ergò idémque fecit Mosen Mediatorem inter se & Hebræos, & postea Christum Mediatorem inter se & Christianos omnium Gentium, atque per Christum benedixit & justificavit omnes gentes, ut promiserat Abrahæ[n]. Optimus hujus loci Expositor est Interpres Æthiopicus; *Deus tamen unus est duorum. Mediator unius non est, Deus verò unus est*, i. e. duorum. Necesse est enim ut sint personæ duæ inter quas sit Mediator, ut fuit Moses inter

[q] Gom. [r] Gom. sim. Be. † Pi. [t] J. Cap. [v] Pi. [x] Par. J. Cap. [y] E. sic Gom. J. Cap. Par. Ca. Vor. [z] Par. J. Cap. Gom. Vor. [a] Par. sic E. [*] Me. [b] Calv. [c] Pi. [d] Dic. [*] Pi. [f] G. Pi. sic Be. Vor. T. ex Salmer. [g] Vor sim. Pi. [h] Pi. [i] T. ex Salm. [k] G. [*] Be. [l] Vor. [m] Ca. [n] Me.

Deum & Israel: *Hæc sunt lex quam dedit Dominus inter se & filios Israel——per manum Mosis*, Levit. 26. 46‖. Al. Deus, qui promisit Abrahæ, unus est, non usus homine Mediatore ad promittendum, sicut usus est ad ferendam Legem. Quæstioni illi, *Quid igitur Lex?* ità respondet, ut significet, quantò *Promissio* sit dignior *Lege*: Illa principaliter ac primò facta est, hæc apposita & subintroducta; illa benedictionis, hæc ob transgressiones; illa limitationem temporis non habet, hæc *donec veniret semen*; illa facta ab uno Deo ad Abraham loquente, sine Mediatore, hæc per Angelos, & in manu Mediatoris[o].

21. *Lex ergò* (sub. *num addita est*, P. Be. Pi.) *adversùs promissa Dei?*] i. e. Num Lex evertit promissiones Dei[p]? Si enim, *ob transgressiones* augendas, posita est, ut dicis[q]. Videtur obstare nè promissiones ad Abrahami filios perveniant, & in iis impleantur, quia transgressoribus non benedictio, sed maledictio, per ipsam Legem denunciatur[p]: Lex peccati arguit & damnat, adversatur ergò Promissioni, quæ contrà justificat & vivificat*: Promissa Dei *justitiam* & *felicitatem* conferunt, Lex autem *peccatum* & *pœnam* †. Species ergò est repugnantiæ. Potest esse exclamatio, quasi evictâ causâ, q. d. Quis nunc audet dissidium fingere inter Legem & Promissiones? Vel forsan accusat adversarios, quòd Deum sibiipsi contrarium faciant: Lex enim & Promissiones, ab eo profectæ, repugnant certè, si Lex justificat[r]. Al. Num Lex est Promissioni contraria, contrariam justificandi rationem ostendens hominibus †? ¶ *Absit*] q. d. Nequaquam[t]; hoc fieri non potest[v]: sic enim Deus sibiipsi contrarius esset[x]: Distulit Deus promissum, non abstulit[y]. ¶ *Si enim data esset lex* (*legem* intellige non modò ceremonialem, sed & moralem, ut liquet ex præced. & ex v. 10[z].) *quæ posset* (homines scilicet[a]:) *vivificare*] i. e. vel, 1. justificare[b]; vel, 2. servare[c], vel præstare ut homines bene beatéque vivant[d]; vel, 3. spiritum vivificantem tribuere ad Legem perfectè præstandam*, homines ad vitam spiritualem reformare[f], facere ut homo vitalia opera virtutum ex interno charitatis & gratiæ spiritu exerceat[g]: vel, 4. spem vitæ æternæ in nobis excitare[h]. Si Lex promissa habuisset vitæ, nempe æternæ. Nam dicitur Lex facere quod promittit, more Hebræo. Locutio non dissimilis, 2 Cor. 3. 6. Tangit præcipuum errorem Judæorum illius temporis, ut & in Epistola ad Romanos[i]. ¶ *Verè*, &c. ὄντως, &c.] *Verè* (vel, *Reverâ*, E. ex Aug.) *ex Lege esset justitia*, P. Pi. &c. Quod si esset, verè Lex Promissioni repugnaret, ponendo scilicet justitiam operum justitiæ fidei contrariam[k]; unde sequeretur, Deum, abolito priore pacto, alterum in ejus locum sanxisse: quod fieri non potest, cùm Deus sit unus, &c ‖. Tantùm abest ut Lex Promissis contraria sit, ut idem conetur efficere quod Promissa[l]. Promittit enim *vitam* & *justitiam* obedientibus, perfectè scilicet. Quòd si non obediunt homines, per Legem non stat, sed per hominum infirmitatem, qui obedire nequeunt[m].

22. *Sed*, &c. Ἀλλὰ συνέκλεισεν ἡ γραφὴ τὰ πάντα, &c.] Nempe τὰ ἔθνη[n]. *Sed conclusit* (i. e. declarat conclusos & captivos teneri sub dominio peccati[o], pronunciavit esse peccato obnoxios[p]; coarguit & coargutos continuit in metu[q]: vel, *comprebendit*, Tre. *involvit*, Ca. G. i. e. involutos declaravit[r]:) *Scriptura* (i. e. vel Synecdochicè, Lex Mosis †; *Scriptura illa*, h. e. Lex scripta in duabus tabulis[t]: vel, Scriptura sacra in genere[v], non Lex sola, &c[x]. i. e. Deus in Scriptura[y]:) *omnia* (i. e. omnes homines[z]; vel, omnes populos, non illos tantùm qui Diluvii tempore fuerant, & Sodomitas & Amorrhæos & Ægyptios, sed & Israelitas[a]: *omnia* dicit emphaticè, quo non solùm homines, sed omnia eorum studia & vires complectitur[b]. Est hîc locutio similis ei quam jam habuimus. Nam facere Scriptura dicitur id quod ostendit[c].) *sub peccato*, P. Pi. Be. &c. i. e. peccati arguit & damnat[d]. ¶ *Ut promissio* (i. e. res promissa*, ut suprà v. 14[f]. & Heb. 10. 36[g]. hæreditas promissa[h], benedictio Abrahæ promissa, nempe justitia, hæreditas, salus æterna[i], justificatio & vivificatio[k]:) *ex fide Jesu Christi* (i. e. quæ facta erat iis qui fiderent Christo Jesu[l]: vel, per fidem[m]:) *daretur credentibus*] Ut tantò insignius esset beneficium, cùm olim justitia illa vera ac spiritualis daretur per fidem iis qui in Jesum Christum erant credituri[n].

‖ En. [o] E. [p] E. [q] E. sim. Gom. Par. [p] E. [*] Gom. sim. Par. † Ca. [r] Calv. † Dic. sim. T. [t] Par. [v] Me. [x] E. [y] G. [z] Gom. [a] E. [b] Par. T. [c] Gom. ex Occum. &c. [d] E. [*] Pi. [f] Vor. [g] Me. [h] Vor. [i] G. [k] Par. ‖ Be. [l] Ca. [m] Ca. [n] G. [o] E. [p] Me. [q] Gom. ex Chrys. [r] G. † Q. in Gom. [t] Be. [v] E. sim. Gom. [x] E. [y] Pi. [z] E. T. sic Me. [a] G. [b] Gom. ex Calv. sim. Be. [c] G. [d] Gom. [*] G. sic. Be. [f] G. [g] Be. [h] Pi. E. [i] Me. T. [k] Gom. [l] V. [m] E.

dituri [n]. Ut in Lege nullam invenientes medelam ad Christum confugiant, qui est semen illud in quo datæ sunt promissiones [o]; ut de propria justitia desperantes ad fidem compellantur [p]. Ità Lex adeò non adversatur Promissis, ut eis subserviat, dum homines peccati convictos ad promissum authorem gratiæ justificandos transmittit, &c [q]. Quia omnes peccant, omnes egent Christi justitiâ, qui Legi obediens, justus fuit, & nobis suam justitiam impertit, quæ in eo *justitia Legis* est (ut appareat in Lege sitam esse justitiam, cùm Christus Legis justitiâ justus sit, quippe qui Legi paruerit;) eadémque in nobis *fidei justitia* est, quòd fidendo Christo simus ejus justitiæ compotes [r].

23 *Priùs autem quàm veniret fides*] Non propriè, nam eadem credebant omnes justi, &c [†]. sed metonymicè [t], vel 1. tempus Evangelii, quod fide apprehenditur [v]; vel 2. doctrina fidei [x], sive Evangelium [y], quod docet fidem [z]: sic vocem πίστεως habuimus & suprà 1.23. & suprà v. 2 [a]. vel 3. Christus, fidei materia seu objectum [b], ut ex v. 19. & 24. colligi potest. Quo etiam tropo Christus *spes nostra* dicitur, 1 Tim. 1. 1. ¶ *Sub lege*, &c. Ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα συγκεκλεισμένοι] In MS. συγκλειόμενοι [c]. *Sub Legem* (vel, *Sub Lege*, Er. Il. Ti. Ca. Cam. *Legem* vocat, vel 1. ceremonias quæ Christum adumbrabant [†]; vel potiùs 2. totam Legem Mosaicam [d]; vel, 3. fœdus illud legale à Mose promulgatum [*]. Vel, *Sub Legis præsidio*, P. Be. Pi. i. e. sub Lege tanquam præsidio [f]; sub custodia Legis [g];) *custodiebamur* (vel, *tenebamur*, P. Pi. φρουρὰ est *præsidium militare* [h]; unde φρουρεῖσθαι est *præsidio custodiri* [i]. Al. *Custodire* Pædagogi est: itaque idem *pædagogus* & *custos* est. Itaque *custodiri sub Lege* idem est quod v. seq. *lex erat nobis Pædagogus* [k]. Declarat temporarium Legis officium, quod fuit instar præsidiarii militis Judæos in officio continere [l].) *conclusi*, Mo. P. Be. &c. *Nos* Israelitæ *involuti peccatis*, ut cæteri, *per Legem custodiebamur* [m]; sub legis imperio, velut in custodia conclusi, servabamur [n]; i. e. pœnarum legalium formidine coercebamur [o], nè nimiùm exsiliret—*frænis natura remotis* [p]; nè prorumperemus in idololatriam aliáque manifesta crimina [q]. Vide hac de re Eleazari epistolam quæ est in Præparatione Eusebii. Agit de populo qualis erat ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Nam νόμοι φραγμάτων (cancelli) τῶν ἁμαρτημάτων, ait Isocrates Areopagitico [r]. Ostendit, Judæos velut intra septa seu carcerem quendam conclusos fuisse [†]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθῆναι] *In futuram fidem revelari*, Mo. *In eamfidem quæ erat revelanda*, Er. Il. Ti. P. Pi. Tre. ex Sy. Εἰς causam finalem declarat [t]. Ut hâc ratione duceremur ad eam fidem quæ suo tempore manifestanda erat per Christum & Apostolos [v]. Ad tempus usque dum revelaretur Evangelium [x], vel Christus: qui indicatur antea sub umbris legalibus latuisse. Revelatus autem est Christus variis modis, ut ministerio Angelorum, præconio Johannis, Patris testimonio, &c [y]. Alius hic modus quo Lex præparavit homines ad Christum, dum scil timore eos continens & coarctans, quasi servos, cogeret aspirare ad libertatem filiorum Dei promissam in Christo per fidem [z]. Sensus, q. d. Tantum abest ut Lex promissionibus adversetur, ut illa, mirâ quâdam Dei providentiâ, ipsam fidem aliquando revelandam præcurreret, eámque indicaret, & tantisper [donec] illa prodiret in lucem, suo nos veluti patrocinio ac præsidio tutaretur [a].

24. *Itaque lex Pædagogus noster fuit*] Hæc, instar Pædagogi; nos, tanquam parvulos & ad vitia proclives, custodivit & præparavit [b], timore coercens, & primis elementis erudiens [c]. Sunt ut *hominum*, ità & *populorum ætates*, ut Florus ostendit. Ætas Israelitici populi sub Lege erat quasi Pueritia, infrà 4. 1. nempe illa cui solet addi παιδαγωγός, sive *custos*, ut Horat. loquitur, השמר, Gen. 4. 9. qui eos à gravioribus delictis retrahat. Hoc officium Lex illi populo præstitit: quod ni fuisset, prolapsi fuissent ad tantam impietatem per quam obsurduissent ad vocem Evangelii. Est autem παιδαγωγία non nisi temporaria auctoritas. Simplicius ad Epictetum Pædagogi similitudine paulò aliter utitur, sed quæ ab hac non longè abit [d]. [Ejus verba vide in G.] ¶ *In Christo*, &c. Εἰς Χριστόν, &c.] *In*, vel, *Ad Christum*, Er. Mo. Pe. Ca. Be. &c. sub. *respiciens*, P. Be. Pi. Vide suprà v. 17 [*]. i. e. ad pleniorem cognitionem Christi [f]. Ut nobis præesset usque ad adventum Christi [g]. Εἰς Χριστὸν pro ἕως Χριστοῦ, *usque ad tempus adventûs Christi* [h]. Duxitque ad Christum verum justitiæ doctorem ac magistrum [i]. ¶ *Ut ex fide*, &c.] Non ex Lege [k], non ex ceremoniis quippe quæ nos non in se retinebant, sed ad Christum ducebant [l]. Ut suo tempore veram justitiam consequeremur per Evangelium [m].

25. *Ubi venit fides*] i. e. tempus fidei, h. e. Evangelii [n]; ut suprà v. 23 [o]. ¶ *Non sumus sub Pædagogo*] i. e. sub pædagogia Legis [p], nempe quia sub Evangelio omnes censentur adulti seu perfecti filii Dei, sicut ex sequentibus intelligere est [q]. Alia ætas alios mores postulat. *Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores*, ait Horatius [r].

26. *Omnes enim* (sive Judæi [†], qui sub pædagogia Legis [t], sive Gentiles [v], qui hoc pædagogo caruistis [x]: q. d. pædagogus ille Judæis quidem opportunus fuit, per quem ad Christum adducerentur, vobis autem Gentilibus non erat necessarius, cùm sine legis opera fides & adoptio haberi possit [y].) *filii Dei estis* (nempe adoptivi, nec quidem parvuli & sub pædagogo, quales erant patres [z]; sed adulti [a], emancipati, in hæreditatem immissi [b], jam modò descripti, quippe κατ' ἐξοχὴν ità dicti respectu Judæorum & Vet. Testamenti [c]; ideòque ad Legem, quasi ad pædagogum, recurrere necesse non habetis [d]:) *per fidem in Christo*] i. e. Quâ in Christum creditis [*], vel hoc ipso quòd credidistis [f]. *Vos qui in Christum credidistis*, ità ut oportet, ac sic credere perseveratis, *estis filii Dei*, nempe adulti, quales qui sunt incipiunt bonis paternis frui. Sic & vos accepistis Patris Spiritum. Dicuntur quidem & Israelitæ sub Lege *Dei filii*, Deut. 14. 1. sed tanquam pueri quorum dignitas nondum apparebat: regebantur enim servilem in modum, infrà 4. 1 [q].

27. *Quicunque enim* (fine Gentium, status, & sexûs, discrimine, ut apparet ex v. seq [r].) *in Christo* (vel, *in Christum*, Mo. Be. E. &c. i. e. in Christi nomen [†], & professionem [t]: vide 1 Cor. 1. 13 [v]. & Act. 19. 13 [x].) *baptisati estis* (i. e. qui per Baptismum vos profitemini Christi discipulos. Vide dicta ad Mat. 28. 19 [y]. Intellige sic, quantum est ex virtute baptismi. Non de omnibus omnino baptisatis hoc dicit, sed de iis tantùm qui baptismo justificati sunt [z]; sive de fidelibus, quos alloquitur, ut liquet ex v. 26. quibus Sacramenta instituta sunt [a];) *Christum induistis*] Quâ metaphorâ unio nostri cum Christo declaratur [b]: q. d. tam propinqui, tam intimè conjuncti Christo [c], per fidem [d], ac fidei sacramentum [*], ut dici possitis ipsum induisse, adeóque gratiâ & donis ejus abundantes, ut illis circumdati & immersi videamini [f]: exuto veteri homine velut transformati estis in Christum novum hominem [g], Christo conformes facti imitatione virtutum [h]. Legis ergò obsequio non indigetis, ut ad Christum adducamini [i]. Sicut à Baptismo vestes sumuntur, ità vos promisistis *vos induturos Christum*, i. e. victuros secundùm Christi regulam, Rom. 13. 14. Similis allusio ad ritum Baptismi, Rom. 6. 3, 4. Col. 2. 12 [k]. Fideles Christo, tanquam veste, operiuntur, & sub eo delitescunt, ut in eo irreprehensibiles censeantur, Eph. 5. 27. videtur hæc phrasis ex vetere quoque adultos in Baptismo mergendi more profecta, qui vel suis tanquam novis, aut aliis verè novis, vestibus induebantur [l]. Christum induunt verè Christiani quique à Deo sibi, tum 1. imputatum, ad justificationem; tum 2. impertitum, ad sanctificationem: in illa Christus vicem geret amictûs artificialis, qui corpori adhæret non inhæret: in istâ, amictûs naturalis, qualis telluris herbis, satisque, &c [m].

28. *Non*, &c. Οὐκ ἔνι, &c.] Forsan pro ἔνι legendum ἔστι, ut in tertio membro scriptum inveni in MS. codice. Est enim [illegible]rum ἔνι pro ἔνεστι [n]. Verùm ἔνι pro ἔνεστι habemus & Jac. 1. 17. quare immeritò suspecta quibusdam est hæc lectio [o]. Ἔνι pro ἔστι, Poetarum & Atticorum more. Sic ἔνιοι pro ἐνὶ οἳ, *sunt qui* [p]. [Sic vertunt:] *Non est* (nempe in hac re [q], in Christianismo & apud Deum [r]:) *Judæus, neque Græcus*, i. e. Ethnicus [†]: Græci hîc omnes non Judæi; in quibus & Galatæ. [Sensus, q. d.] Illa discrimina in hoc negotio non attenduntur. Idem sensus & eadem locutio, Col. 3. 11 [t]. Hoc dicit, nè putarent Galatæ, saltem plus aliquid eos consequi in Christo quos Lex quasi pædagogus ad Christum adduxit [v]. Nullum

lum in Christo est discrimen personarum [x]. ¶ *Non est servus*, &c.] Nam & servi liberi sunt à peccatis, & ingenui servi sunt Christi, 1 Cor. 7. 21, 22. Eph. 6. 8. Col. 3. 11 [y]. Priùs *servum* quàm *liberum* nominat, ut significet, Christum indifferenter ad utrumvis pertinere [z]. ¶ *Non Masculus*, &c.] Conditionum & sexuum diversitas nihil hîc efficit. In Judaismo magnum erat privilegium Virilis sexûs: Is solus fœderis signum in corpore gerebat, solus Regni ac Sacerdotii erat capax, solus exclusis feminis gradûs paris ad hæreditatem admittebatur. ¶ *Omnes*, &c. Πάντες γὰρ ὑμεῖς εἷς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ] MS. breviùs ac simpliciùs habet, Ἅπαντες γὰρ ὑμεῖς ἐστε ἐν Χριστῷ, quod & bene cum sequentibus cohæret. *Esse in Christo* dicuntur qui Christum induêre, qui Christo obediunt, Joh. 17. 21. Rom. 16. 7. qui *Christi sunt*, ut jam sequitur. Dicit autem tales esse Galatas Christianos Paulus ex parte potiore, & quia optabat ut omnes tales essent, & de multis bene sperabat [a]. *Omnes enim vos* (fideles scilicet [b],) *unus* (i. e. tanquam unus homo [c], i. e. prorsus indiscreti [d] : vel, unicum illud semen, de quo v. 16. dixerat [*]: unum corpus mysticum [f] :) *estis in Christo Jesu*, P. Pi. &c. i. e. quatenus Christo insiti estis per fidem [g] : vel, in negotio salutis per Christum [h].

29. *Si*, &c. Εἰ δὲ ὑμεῖς Χριστοῦ] *Quod si vos* (Galatæ licèt gentiles [i] :) estis *Christi*, P. Be. Pi. i. e. membra Christi, qui est verum illud ac singulare semen Abrahæ promissum [k]. Si non nomine tantùm, sed & re, ad Christum pertinetis [l]. Vel, *unus* sive *unum* estis *in Christo*, Q. in Er. ut cod. Clarom. legit, i. e. unicum illud semen quod in Christo coaluit [m]. ¶ *Ergò* (vel, *Nempe*, P. Be. Pi.) *semen Abrahæ estis*] Mysticè, ut suprà v. 7 [n]. illud semen de quo v. 16. & 19. actum est [o]. *filii*, non solum fidei imitatione, sed & incorporationis jure [p] : quia Christo principaliter facta est promissio, tanquam semini Abrahæ [q]. Christus nomen suum & dignitatem vobis communicat: etiam per vos convertuntur gentes aliæ [r]. ¶ *Hæredes*] scilicet benedictionis promissæ [†], vitæ cælestis. Vide suprà v. 18 [t]. non minùs quàm Judæi [v]. *Semen*, &c. non sicut Ismael & reliqui concubinarum filii, qui ab hæreditate fuerant exclusi, sed sicut Isaac, &c [x]. Ità Judæorum arrogantiam retundit [y].

CAP. IV.

1. **D***Ico autem*, λέγω δὲ] Hoc *autem dico*, P. Be. Pi. Quod autem dico tale est [a]. Quod autem dixi, suprà 3. 24. *Legem fuisse pædagogum*, &c. sic intelligo [b]. ¶ *Quanto tempore hæres* (i. e. filius [c] :) *parvulus est*] vel, *infans*, Er. P. Pi. pupillus in minore adhuc ætate constitutus [d]. Similitudinem sumit à puero cujus pater peregrinatur. Tali patri comparatur Deus multa humana facta dissimulans. Similis comparatio Mat. 21. 33. ubi dicta vide [*]. ¶ *Nihil differt à servo*] Non aperit ei pater animum suum [f], cæditur ut servus, Sirach. 30. 1 [g]. alieno regitur arbitrio, nec liberum usum habet paternorum bonorum [h]. ¶ *Cùm*, &c. Κύριος πάντων ὤν] Locutio figurata. Quod significat vox *quodammodo* addito *dominii* titulo, cùm is filiis tribuitur, ut Instit. De heredum qualitate & differentia, L. in suis D. de liberis & posthumis nimirum dicitur *herus exspectatione*. *Herum minorem* dicunt servi in Comœdiis [i]. *Quamvis sit dominus omnium*, P. Pi. E. &c. scil. hæreditatis jure & voluntate paterna [k].

2. *Sed*, &c. Ἀλλὰ ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ καὶ οἰκονόμους] *Sed sub tutoribus* (vel, *curatoribus*, Er V.) *& actoribus*, (vel, *curatoribus*, Ti. P. B. Pi. vel, *dispensatoribus*, Er. V.) *est*, Er. Ἐπιτρόπους vocat quasi *tutores*, qui, patre absente, ipsius vice funguntur. Est enim vox hæc Græca etiam ad Judæos ac Syros deducta אפיטרופוס, nec semper *tutorem*, sed quemvis alium *personæ aut rei præpositum* significat, ut videre est apud Chald. Par. Gen. 39. 4. 34. & 41. & 43. 16. Esth. 1. 8. & 2. 3. Οἰκονόμοι sunt *actores*, qui sub tutorum inspectione res pupilli administrant, nec eum patiuntur eis uti nisi tutorum arbitratu [l]. ¶ *Usque*, &c. Ἄχρι τῆς προθεσμίας, &c.] *Usque præfinitionem patris*, Mo. *Usque ad præfinitum à patre tempus*, Ca. sim. Er. P. Ti. Tre. Be. Pi. G. &c. *A patre*, h. e. extremâ voluntate seu testamento patris [m]. Donec pater eum judicavit idoneum ut sit suæ tutelæ. Προθεσμία vox est bene Græca apud Aristotelem & alios. Pro eo Rabbini dicunt עת קבוץ, vel זמן קבוץ [n]. Hoc ideo addit, quoniam qui est sub perpetua tutela vix potest liber censeri [o].

3. *Ità & nos*, (De Judæis loquitur P, ut ostendent sequentia [q]. Seipsum tamen & Galatas includit, qui tunc eandem cum fidelibus Ecclesiam constituebant [r] : loquitur de Ecclesia Veteris Testamenti [†].) *cùm essemus parvuli*] vel, *infantes*, P. Pi. i. e. rudes adhuc [t], & imperfecti [v], tum 1. cognitione [x], sive intellectu; tum 2. affectu [y], amore Dei, justitiæ & salutis [z], de Deo & rebus divinis, carnaliter sapientes, rebus quoque sensibilibus, quibus pueri delectantur, addicti [a]. Ætati ephebicæ respondet omnis ætas Israelitici populi post exitum ex Ægypto ad Christum [b]. ¶ *Sub*, &c. Ὑπὸ τὰ στοιχεῖα —— δεδουλωμένοι] *Sub elementis* (vel, *rudimentis*, Ca.) *mundi* (vel, *mundanis*, Ca.) *eramus in servitutem redacti*, P. Er. B. Pi. *Mundum* vocat per catachresim quicquid est visibile, caducum [*], temporarium, visibiles scilicet & corporales ceremonias legis veteris; uno verbo, res materiales à lege præscriptas [c]. Στοιχεῖα, *elementa*, dicuntur in quaque arte (vel doctrina, sive vera, ut Heb. 5. 12. sive falsa, ut Coloss. 2. 8. 20 [d].) cujus *rudimenta*; quia quod in rerum natura sunt Elementa, id illa in artibus [*]. Ità in re pietatis sunt quædam στοιχεῖα, Heb. 5. 12. quæ quia Judæis cum mundo sunt communia, vocantur τοῦ κόσμου à majore ea usurpantium parte, ut & Col. 2. 8. 20. Similis translatio in voce Rabbinica יסודים [f]. στοιχεῖον apud Græcos, sicut & *elementum*, modò declarat *initium rei nascentis*, modò ipsas *literas*. Nam & Aristot. inter ea unde cognitio rerum nascitur, recenset στοιχεῖα, i. e. *elementa*, subjiciens hæc Principiis & Causis. Et Justinianus lib. Institut. *elementa juris* appellat, veluti rudimenta. Nec aliud στοιχεῖον hîc & Colos. 2. Nam de Ceremoniis Judæorum agit & hominum institutionibus, quæ velut exordia data sunt hominibus rudibus adhuc & nondum capacibus Evangelicæ doctrinæ [g]. *Elementa mundi* hîc vocat rudimenta mundana, id est, crassa, corporea, sensibilia [h]; vel, Legem, quæ fuit instar rudimentorum mundi, & veluti rudis quædam disciplina, rudibus conveniens, quâ Deus mundum erudire voluit, quem suo tempore ad plenam cognitionem veritatis vocaturus erat [i]; vel, elementorum Legis doctrinam, sive initia & rudimenta cælestis disciplinæ [k], corporalia signa [l], pædagogiam Legis, quæ prima fuit & rudior ad fidem institutio, veteri Ecclesiæ (quam *mundum* vocat metonymicè, ut Joh. 3. 16, &c.) destinata [m]; & potissimùm ceremonias legales [n], ad mundi hujus elementa, putà Aquam, Ignem, Terram, Solem & Lunam pertinentes, cujusmodi erant Purificationes, Neomeniæ, Sabbata, Oblationes frugum, Victimæ, &c [o]. [Sensus, q. d.] *Eramus subjecti ritibus illis, qui nobis cum mundo erant communes*: qualia sunt Templa, Aræ, Victimæ, Liba, νεομηνίαι, & similia, imposita Israelitis in hoc nè talium amore ad idola delaberentur [P]. Judæos autem *servos* sub Lege fuisse dicit [q], vel propter onus (grave & importabile [r];) legis ceremonialis eis impositum [†] : vel, propter timorem servilem, quo continebantur aliquatenus in officio [t] : vel, alludens ad pueros elementarios, qui serviliter compelluntur addiscere elementa literaturæ, nescientes quid ex iis sit proventurum utilitatis [v].

4. *At ubi* (vel, *postquam*, P. Pi.) *venit plenitudo* (vel *impletio*, Il. vel potiùs, *complementum*, Pi. Tre.) *temporis*] vel, *plenum tempus*, P. Pi. Be. Ca. &c. h. e. finis illius προθεσμίας [x]. Sic enim πληροῦσθαι aut συμπληροῦσθαι sumitur de fine temporis, Act. 2. 1. Gen. 25. 24. & 29. 21. & 50. 3. Levit. 8. 33. & alibi sæpe. Sic πλήρωμα καιρῶν, Eph. 1. 10 [y]. ubi impletum fuit tempus [z], à Deo præfinitum [a], 1 Pet. 1. 11, 12. Gen. 49. 10. Dan. 9. 25. &c [b]. ut liberaremur à servitute Legis, & hæreditatem acciperemus [c]. Designat quarti sive ultimi Regni tempora in serie Danielis [d]. *Plenum tempus* dicitur, cujus spatia omnia peracta sunt [*]. ¶ *Misit*, &c. Ἐξαπέστειλεν, &c.] *Misit*, i. e. potestatem ei dedit eximi-

am[f]: vel, *Emisit*, P. Be. Pi. &c. nempe è cælo †, ex sua illa cælesti gloria[g], in terras[h]; mutatione non loci, sed conditionis, per incarnationem[i]: Non indicat separationem, sed declarationem præsentiæ, more S. S. de Dei descensu loquentis, Gen. 11. 7. Nam emissus à Deo adhuc mansit apud Deum & in cælo, Joh. 1. 10, 11, 18. & 3. 13*. *Legavit*, nempe cum mandatis[k]: *Ablegavit*, scilicet à se. Confer Joh. 8. 42[l].) *Deus* (nempe Pater; ut relatio ostendit[m]:) *filium suum* (primogenitum, ad quem, absente patre, cura pertinebat[n], naturalem, proprium, & unigenitum[o]; *Filius* ergò erat etiam Deitatis ratione[p]:) *factum* (i. e. ut fieret[q]:) vel, *genitum*, Ar. Æth. *ortum*, Pi. *natum*, Ti. Ca. Er. G. Q. pro γινόμενον legunt γεννώμενον[r], ut est in 4. MS. cod. pro γενηθέντα, *natum* †, sensu tamen eodem manente[t]. Non creatum eo modo quo Adamus creatus fuerat, sed *natum partu muliebri*, quò nobis esset similior[v]. Sed *factum* dixit, non *natum*, ut significaret, eum non communi more nascentium, sed operatione Spiritûs S. formatum fuisse[x].) *ex muliere*, Vulg. P. Pi. &c. nempe sola[y], ex Maria virgine[z], ex matris substantia[a], absque virili complexu[b]. Vox *mulieris* h. l. non privationem virginitatis, sed differentiam sexûs, hîc denotat[c], ut Gen. 24. 5[d]. ¶ *Factum sub lege*, Ὑπὸ νόμον] *Sub Legem*, Mo. *Legi* (nempe Mosaicæ*,) *subjectum*, sive *subditum*, Er. V. Be. Pi. G. E. non jure, sed facto[f], non obligatione, sed observatione[g]; quia licèt Christus (quià Deus sive Dei filius[h],) lege non teneretur, illam tamen sponte servavit, subjiciens se circumcisioni & ceremoniis, &c[i]. ut & humilitatis exemplum nobis præberet, & Legem paternam honoraret[k]. *Legi obnoxium*, Er. Il. Ti. P. quia scilicet natus erat Judæus[l]. *Sub Lege*, & ceremoniali, & morali[m], ratione tum 1. obedientiæ[n], sine qua ipse peccator & reus ex se fuisset, & quia homo verus cùm esset, Lege creatoris necessariò tenebatur[o]: tum 2. maledictionis illius[p], quam nostrî causâ in se suscepit, ex collat. Gal. 3. 13. morti execrabili obnoxius, &c[q].

5. *Ut*, &c. Ἵνα—ἐξαγοράσῃ, &c.] *Ut Legi* (i. e. maledictioni Legis[r],) *subditos* (h. e. Judæos †, ex quorum persona hucusque loquitur[t], qui nominatim ad servandam Legem sese obstrinxerant[v], & Proselytos[x], 1 Cor. 9. 20, 21[y].) *liberaret*, à vitiis primùm, deinde & ab obligatione Legis[a]; vel, *eximeret*, vel *emercaretur*, Er. *redimeret*, P. Be. Pi. E. pretioso sanguine suo[b]: dato pretio (ut vox Græca significat[c],) eximeret[d], à servitute (& oneribus*) legis[f], politicæ sive civilis, & ceremonialis, & à maledictione, licèt non ab obedientia, Legis moralis. De Lege enim politica & ceremoniali sola intelligi hoc non potest: alioqui solos[g] Judæos, qui sub hac Lege erant (non item Galatas) redimere debuisset[g]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν] *Ut adoptionem* (vel, *adoptionem filiorum*, P. Mo. Tre. ex Sy. vel, *adoptione jus filiorum*, Er. Il. Ti.) *acciperemus*, vel *reciperemus*, Be. Pi. P. Mo. &c. vel, *adipisceremur*, Ca. Pariter scilicet Judæi & Gentes, sublato vallo quo dispescebantur. Sicut Filios pueros comparaverat Servis, ità persequens hanc similitudinem, υἱοθεσίαν vocat illud permissum Patris quo permittuntur Filii res quasdam suas habere, & suo arbitratu res quasdam agere, nempe manente in Patrem obsequio, sed sine specialibus præscriptis. Vide quæ dicta ad Luc. 17. 10[h]. Sensus est, Ideo filius Dei factus est filius hominis, ut filios hominis faceret & adoptaret in filios Dei[i]. *Adoptio* propriè est alicujus ex non filio in filium legitimè facta arrogatio. Qu. Quomodo hoc dicit, quum patres priùs dixerat hæredes[k], & justi Veteris Testamenti participes erant adoptionis Christi? Resp. virtus passionis Christi pertinuit etiam ad tempora præcedentia, licèt amplior & copiosior ejus fructus postea manaverit, &c[l]. υἱοθεσίαν ergo hîc intelligit non tam ipsam adoptionem quàm adoptionis possessionem & hæreditatis traditionem[m]; vel plenum jus filiorum adultorum, in quo etiam continetur fruitio libertatis[n]; vel fruitionem adoptionis seu juris ac libertatis filiorum, tum quod ad ceremonias attinet, tum quod ad gustum paterni favoris Dei[o]. Patres habebant quidem adoptionem, sed jure potiùs, quàm usu[p], aut fruitione[q].

6. *Quoniam autem estis* (sub. *& vos*, Par. Galatæ gentiles[r], etsi sub illis tutoribus ac rudimentis non fuistis, æquè tamen ac Judæi effecti estis †. Hoc addidit, nè solis Judæis adoptionem tribuisse videretur[t]. Post applicatam Judæis parabolam de parvulo hærede[v], Apostrophen facit ad Galatas[x]; occupans quod ab illis dici poterat, Si Judæis ità contigit adoptio ut priùs sub Lege essent, &, si Christus sub Lege factus est, ut redimeret, &c. debemus & nos priùs esse sub Lege, ut adoptionem accipiamus. Respondet, vos jam non indigetis Legis tutelâ, quandoquidem estis[y]:) *filii*] nempe Dei[z], ut Gal. 3. 26[a]. non sicut hæres parvulus, &c. sed in statu libertatis filiorum constituti[b], impetrato vobis hoc jure morte Christi[c]. Al. *filii*, i. e. adoptioni ab æterno destinati[d]; sed hoc refellit verbum præs. temp. *estis**. Al. *filii*, i. e. similes facti Deo per cor à vitiis mundatum[f]. ¶ *Misit* (vel, *Emisit*, P. Be. Pi. non ratione essentiæ aut loci, sed energiæ[g]:) *Deus Spiritum filii sui* (i. e. Spiritum Sanctum[h]; tanquam partem de hæreditate pro mutuo datam. Solent interdum patres aliquid de hæreditate liberis dispensandum dare. Vide Luc. 15. 12. Sensus idem hoc loco qui Rom. 8. 15, 16. Spiritus autem ille eximius sæpe vocatur *Dei*, sæpe & *Christi*, quia per Christum obtinetur, Joh. 14. 16[i]. *Spiritum filii* vocat, quia non à Patre solo, sed etiam à Filio procedit[k]. Appositè mentionem *filii* adjunxit, ut filiorum adoptionem in naturalem Dei filium referret[l].) *in corda vestra*, (Non in cuticulam ubi est circumcisio. MS. ἡμῶν, non male[m].) *clamantem* (i. e. per quem clamamus[n], clamare nos facientem[o], sive docentem[p]: Hebraismus, quem interpretatur ille par huic ad Romanos locus[q], Rom. 8. 26[r]. *Clamare* fiduciam fidelium significat, quæ Spiritui S. tribuitur, quia illius illustratione & instinctu contingit †.) *Abba* (sub. *id est*, P. Pi. &c.) *Pater*, Vulg. P. &c. Vox filiorum amorem suum erga patres testantium. Vide ad Rom. 8. 15[t]. Probat eos esse filios Dei testimonio Spiritûs S. à quo impulsi, magno cordis affectu in orationibus suis Deum patrem appellant[v].

7. *Itaque jam*, &c. Ὥστε οὐκ ἔτι εἶ, &c.] *Non ampliùs es* (tu Galata[x], tu quisquis es[y], qui per Spiritum clamas, &c[z]. A numero plurali transit in singularem, propter emphasim[a], vel 1. ut ad singulos fideles hæc pertinere doceat[b]; vel 2. ut communionem sanctorum exprimat[c]:) *servus*, (i. e. sub tutore[d], vel ab hæreditate alienus*;) *sed filius*, P. Pi. &c. *filius* κατ' ἐξοχὴν, quatenus infanti & servo opponitur[f]; *filius*, nempe pleno jure, major annis[g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ κληρονόμος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ] *Hæres* (i. e. particeps bonorum & facultatum, & quidem gratis[h]: *hæres futurus*, non exspectatione tantùm, sed & rei possessione, quam *Christus* dabit. Vide Rom. 8. 17. Jure Hebræo filii tantùm hæredes: sed sub illo nomine indicantur omnes fideles, cujuscunque sint sexûs[i].) *Dei per Christum*, Er. P. Be. Pi. &c. cui inserti sumus[k], per meritum Christi[l].

8. *Sed* (Ἀλλὰ vim habet occupationis, ex v. 3[m]. Atqui nos Galatæ nunquam servivimus sub Lege[n]. Quomodo igitur fuimus sub tutoribus, nunc sumus filii Dei adulti, emancipati? Ità est, inquit; verùm sicut Judæi serviebant sub Lege[o]; ità vos serviebatis servitute longè deteriore[p], idolis scilicet: à qua servitute per Christum emancipati vultis reverti in aliam servitutem, nempe elementorum mundi[q].) *tunc* (i. e. priusquàm essetis filii[r], in gentilismo †. Τότε quasi digito intento designat omne tempus quod ante vocationem Galatarum exierat[t]: quum adhuc durarent ceremoniæ Legis[v]: cùm vos Deus in libertatem assereret[x].) *quidem ignorantes Deum* (nempe verum, sive naturâ Deum[y]; illum scilicet æternum Universi Opificem, maximam partem intelligit, ad quam comparati Philosophi non omnes (nam nec Aristotelici excipi debent, nec Epicurei & multi horum similes;) valde erant pauci, ac nè ii quidem rectè exprimebant id quod credebant animo[z]. Non prorsus ignorabant Deum, Rom. 1. 20. sed qualem se in verbo suo patefecit[a].) *iis qui naturâ* (vel, *reipsà*, G. Be. sic J. Cap. Sic φύσει sumitur & Eph. 2. 3[b]. & apud Epiphanium[c].) *non sunt dii* (sed fictione, falsâque opinione hominum[d]; nimirum idolis*, in quibus non est veritas divinæ naturæ[f]: Deut. 32. 21. בלא אל, ubi Græci, ἐπ' οὐ Θεῷ, id est, τῷ φύσει μὴ ὄντι Θεῷ[g]. φύσει opponitur δόξα, *opinatio*: est autem hîc vocis φύσει trajectio, qualis Eph. 2. 3[h]. Pro μὴ φύσει

φύσει μὴ οὖσι θεοῖς est in MS. τοῖς φύσει μὴ οὖσι θεοῖς, i. e. *qui reipsa Dii non erant*, τοῖς λεγομένοις θεοῖς, 1 Cor. 8. 5. Non dissimile loquendi genus apud Aristotelem De partibus animalium, 2. 2. ὅτι τὸ ψυχεῖν φύσει τῇ ἔξει σημεῖόν ἐστιν.) *serviebatis*] Colendo ipsa, cultu religioso, magno zelo, labore, sumptu. Obiter noto, discrimen inter λατρείαν & δουλείαν prorsus inane esse, quoties de cultu Dei vel idolorum agitur.

9. *Nunc*, &c. Νῦν δὲ γνόντες Θεὸν] *At nunc quum* (vel, *posteaquam*, Er.) *cognoscatis* (vel, *cognovistis*, Er. sic Pi.) *Deum*, Be. sic P. Christi beneficio, Joh. 1. 18. & 17. 3. ¶ *Imo*, &c. Μᾶλλον δὲ γνωσθέντες, &c.] *Imo potius* (Non est comparantis, sed corrigentis, ut commendet gratiam prævenientem, unde est nostra cognitio Dei atque conversio, &c.) *cogniti* (vel, *edocti*, P.) *sitis* (i. e. dilecti, vel assumpti. Vide ad 1 Cor. 8. 3. in numerum filiorum ex gratia recepti.) *à Deo*, Be. Pi. i. e. per ejus dilectionem attracti ad Deum cognoscendum, & amandum. Quod plus est, à Deo ipso approbati: nam & id ידע Hebræis. Vide Psal. 1. 6. 1 Cor. 8. 3. & amat Paulus voces easdem, mutato nonnihil significatu, jungere; approbaverat autem eos Deus datis spiritualibus donis. Dicitur Deus *cognoscere* quos diligit & gratiâ suâ dignatur, Matth. 7. 23. 2 Tim. 2. 19. ¶ *Quomodo*, &c. Πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν, &c.] *Quomodo convertimini*, vel, *convertitis vos retrorsum* (πάλιν, i. e. εἰς τὸ ὀπίσω sive, εἰς τοὔμπαλιν. Galatæ ex Paganismo vocati fuerant ad Evangelium, à quo veluti pedem referentes ad Judaismum regrediebantur, cùm contrà oportuerit eos ad metam progredi: πάλιν, id est, ἀνάπαλιν. Vel, *iterum*, Vulg. Mo. Sy. vel, *denuò*, Er. Ti. Iteratio hæc, vel, 1. respicit Judæos fideles qui erant inter Galatas; vel, 2. intelligitur in facto simili, non in personis eisdem: sicut Judæi sub jugo Legis servierant, ità Galatæ ab eis malè persuasi, sub eo servire volebant: vel potiùs, 3. significat, illa priora, quibus servierant Galatæ, elementa fuisse, quamvis Judaicis elementis dissimilia: hæc enim infirma duntaxat & egena erant, illa etiam perniciosa. Reverti illos dicit ad [illegible] Elementa pietatis, non quòd Judaizâssent antea, sed quòd multa usurpâssent cum Judæis communia, ut ciborum delectum, dierum discrimina: & Galli Deûm matris, quæ culta à Galatis, non circumcidebantur quidem, sed castrabantur.) *ad infirma*, sive *impotentia & egena, elementa*, (Intelligit, vel, 1. ceremonias Legis: quas *infirmas* & *egenas* vocat, in sese & seorsum à Christo consideratas, quia non conferebant gratiam & sanctitatem, consolationem, vel vitam æternam, saltem Judæis carnalibus, &c. vel, quòd nullas habebant vires hominem justificandi. Vel, 2. elementa Ethnica, quæ ἀσθενῆ vocat, quia vim non habebant mundandi animum; & πτωχὰ quia divitias illas donorum spiritualium secum non ferebant. Confer Heb. 7. 18, 19.) ¶ *Quibus*, &c. Οἷς πάλιν ἄνωθεν, &c.] Πάλιν & ἄνωθεν idem valent ut αὖ ψ αὖθις sæpe apud Homerum, πάλιν ἐξαρχῆς apud Aristophanem, πάλιν ἐκ δευτέρου, Matth. 26. 24. quæ repetitio rei novitatem aut indignitatem notat. [Sic vertunt:] *Quibus denuo* (vel, *iterum*, sive *rursum*, Er. Ti. V. Ca. vel, *retrorsum*, Il. P.) *desuper* (vel, *de integro*, Ca. sic Er. Ti. *ab initio*, Il. P. Ἄνωθεν declarat quæ superioribus seculis vigebant.) *servire vultis?* Mo. &c. At Galatæ Legi nunquam servierant. Resp. 1. Catachrestice hoc dicitur, quomodo & Ruth rediisse dicitur in terram in qua nunquam fuerat, Ruth. 1. 10, 22. 2. Πάλιν non rem eandem respicit, sed similem. Servierant idolis, quæ res erant terrenæ & inutiles, quales quoque erant ceremoniæ Legis. 3. Πάλιν non semper repetitionem rei factæ, vel sermonis dicti significat, sed quandoque oppositionem, valétque *è diverso*, *è contrario*, ut 1 Joh. 2. 8. Dicit οἷς πάλιν ἄνωθεν, per trajectionem pro, οἷς ἄνωθεν (repete στοιχείοις, quod necessariò subauditur,) πάλιν, &c. *quibus superiùs*, vel *è retro* elementis *rursus servire vultis?* οἱ ἄνωθεν, sunt *majores, qui superioribus fuerunt temporibus*, & οἱ ἄνωθεν ἄρχοντες, *retro principes*, apud Stephanum. Simile hyperbaton, Col. 2. 22. Ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει κατὰ τὰ ἐντάλματα, &c. pro, *Quæ omnia*, nempe elementa sive dogmata, *sunt secundùm præcepta & doctrinas hominum ut intereant usu*, vel *quoad usum expiratura*.

10. *Dies* (vel, faustos aut infaustos, more Gentilium; vel Judaicos, dies festos in Lege præscriptos, sabbata, neomenias, scenopegia, cæterásque solennitates Judaicas:) *observatis*] Nempe religiosè, cultu & superstitione Judaicâ. ¶ *Et menses*] i. e. νεομηνίας, h. e. novilunia, seu festa calendarum: vel mensem primum & septimum festorum causâ celebriores. ¶ *Et tempora*, Καιροὺς] *Opportunitates*, Er. E. *Præstituta tempora*, Be. *Articulos temporum*, Ti. Celebriora festa quotannis recurrentia, ter in anno, Pascha, Pentecosten, Scenopegia: [Hebrew], azyma, tabernaculorum diem, diem propitiationum. ¶ *Et annos*] i. e. annum sabbaticum, annum septimum Remissionis, & quinquagesimum Jubilæi. Sub his temporum ceremoniis intelligi vult reliquas omnes Legis ceremonias.

11. *Timeo*, &c. Φοβοῦμαι ὑμᾶς, μήπως εἰκῇ, &c.] *Timeo*, sive *Metuo vos*, (vel, *vobis*, E. Mo. vel, *de vobis*, Er. P. V. E. Me. Be. Pi. &c. ὑμᾶς, pro δι' ὑμᾶς, vel ὑμῖν, per Enallagen: i. e. Res vestræ mihi timorem incutiunt,) *ne fortè* (vel, *nè quo modo*, E. vel, *nè*, P. Be. &c. voce μήπως bene temperat sermonem inter metum ac spem: nihil certi prædicit, sed ostendit periculum.) *frustrà* (i. e. fine fructu, ratione finis mei, h. e. salutis vestræ.) *fatigatus sim*, vel *fuerim* (cùm sedulâ prædicatione Evangelii, tum persecutionis tolerantiâ, ut sequentibus explicabit:) *erga*, vel *apud vos*, Mo. P. Be. &c. in conversione vestra. Nè fortè totus labor à me in vos impensus in irritum cadat: hoc ideo quia illa æmulatio Judaicorum rituum gradus esse poterat ad exuendum penitus Christianismum.

12. *Estote sicut* (vel, *velut*, G. *quasi*, P. Be. Pi.) *ego*] i. e. *alter ego*, nimirum amicissimi mihi. Me non secùs ac vos amate. Similis phrasis, 1 Reg. 22. 4. Hæc est dilectio maxima, alterum diligere tanquam semetipsum. Cicero quoque pari modo *quasi me alterum* dixit, ut docti notarunt. Al. Judaicas observationes meo exemplo abjicite, neque Legem servitutis patiamini vobis imponi. ¶ *Quia & ego sicut vos*] i. e. [Hebrew], *tanquam vos ipsi*, amicissimus sum vobis; ego sum vos, sed addit ὡς ut emolliat dicendi genus. Al. Ego me vestræ infirmitati accommodavi, ut vos Christo lucrifacerem. Vel, Ego gentiliter vivendo me vobis gentilibus, quantum licet, accommodo. Quidni verò audeatis vos Gentiles, cùm audeam ego Judæus? Ego vobis studeo placere. Al. Nam & ego aliquando in vestro errore versatus sum, quem moneo ut exemplo meo deseratis: fui zelotes Legis, Gal. 1. 14. prout vos nunc estis, putans pietatem esse circumcidi, sabbata servare, &c. Quare ut videtis me, neglectâ observatione Legis, solo Christo fidere, ità & vos facite. Καὶ hîc vel redundat, vel collationem parium innuit. ¶ *Obsecro vos*] Verba δέομαι ὑμῶν. Vox est non tam efflagitantis aliquid quàm blandientis aut plaudentis, & ad sequentia refertur. Potiùs referendum ad superiora, *obsecro vos*, ut quod dixi faciatis. ¶ *Nihil me læsistis*] At Paulum graviùs læserant, doctrinam ipsius deserendo, &c. Resp. 1. Non absolutè hoc dicit, sed comparatè, & ratione veniæ, ipsis dandæ si resipiscerent. Resp. 2. Sic dicit, vel quia defuit animus lædendi: vel quia magis in Christum erat hæc injuria quàm in Paulum: vel certè quia de tempore quo apud Galatas fuerat loquitur, quando illum beneficiis affecerant; cui favent quæ sequuntur. Resp. 3. De injuria personæ suæ loquitur. *Nihil me privatim læsistis*, cur credere debeatis vos à me tractari duriùs quàm antehac. Quæ dixi ex amore nascuntur. Quòd vos duriùs increpavi, non feci contumeliosè, tanquam injuriâ lacessitus, ut iracundi solent; sed ex amore, & miseratione vestrî, ac studio vestræ salutis.

13. *Per infirmitatem carnis*, &c.] i. e. vel, 1. morbo gravissimo vexatus; vel, 2. per humilitatem corporalis præsentiæ meæ, de qua 2 Cor. 10. 10. velut homo abjectus, me vobis accommodans, ut jam dixi. Vel, 3. multis cum doloribus, persecutionibus, ærumnis: per varias afflictiones, ut ἀσθένεια sæpe sumitur. Vide 1 Cor. 11. 30. 2 Cor. 11. 29. & 12. 10. q. d. *Per varios casus, per mille pericula rerum* perrexi ut vos instituerem: id enim ἀσθένεια, Rom. 8. 26. 1 Cor. 2. 3. 2 Cor. 11. 30. & 12. 9. σὰρξ autem hîc significat omne id hominis quod in

in aspectum venit [l]. *Carnis* dicit, quia afflictiones carnem tantùm afficiunt & vexant, non spiritum, &c [m]. ¶ *Jampridem*, Τὸ πρότερον] *Prius*, P. Be. Pi. Nempe, cùm præsens essem. Nam & absens nunc eos docet [n].

14. *Et tentationem vestram*, &c.] Sic pleraque manuscripta [o], exemplaria vetera [p]: i. e. *tentationem vestri*, i. e. quâ vos ex infirmitate mea tentabamini, aut certè tentari poteratis [q], ut me meúmque Evangelium spernetetis [r]. Sed Græci Codices consentienter legunt, *tentationem meam* †. ¶ Καὶ τὸν πειρασμόν μου—οὐκ ἐξουθενήσατε, οὐδὲ ἐξεπτύσατε] *Et tentationem meam* (i. e. me tentatum variis afflictionibus [t]. Intelligit idem quod v. præced. per *infirmitatem carnis*, nempe, omnes afflictiones & calamitates, quas eo tempore apud Galatas sustinuit [v]; vel, *explorationem mei*, Bc. *experimentum mei*, Er. P. Pi. i. e. afflictiones quibus Deus me exploravit [x], inter vos [y]. *Tentationes* vocat ipsa adversa per quæ explorari homines solent, Jac. 1. 2 [z].) *quæ* (vel, *quod*, Er. P. &c. sub. *erat*, Er. P. vel, *fiebat*, Be. Pi.) *in carne mea* (i. e. ea quæ in corpore meo passus sum [a]:) *non sprevistis* (vel, *pro nihilo habuistis*, P. Pi. &c. non illa vos offenderunt, ut me propterea sperneretis [b]:) *neque respuistis*, E. Er. P. Be. Pi. Mo. &c. vel, *repulistis*, Tre. *reprobâstis*, Æth. *execrati estis*, Sy. *expuistis*, Ar. Plus est ἐκπτύειν quàm ἐξουθενεῖν· hoc enim contemptum, illud & abhominationem significat, qualem multi ostendere solent adversùm infelices. Et est translatio ducta ab esculentis & potulentis, quæ si vehementer displiceant exspuere solemus. Sic Catullus,—*precésque nostras Oramus, cave despuas* [c]. ¶ *Sicut Angelum*, &c.] Cœlitùs à Deo missum [d]. Locutio Hebræa, summum honorem ipsi habitum aut habendum significans [*], ut 2 Sam. 19. 27 [f]. ¶ *Sicut Christum*] Cujus sum minister [g]. Ipsum Christum, si in carne ad vos venisset, vix potuissetis majore honore excipere. Ὑπερβολή, sed efficax [h]. Revocat illis in mentem ab ipsis collata in se beneficia, [1.] quò minus crederetur, eis infensus esse [i]: q. d. Non ità sum durus ut talium obliviscar [k]: 2. ut pudorem eis incuteret, si nunc ab eo resilirent, &c [l]. 3. ut hâc laudatione eorum moneret eos ut sibi similes esse pergerent [m].

15. *Ubi*, &c. Τίς οὖν ἦν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν;] MS. Ποῦ οὖν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν; quomodo & alii habent Codices perveteres [n]. [Sic vertunt:] *Quæ* (i. e. qualis [o] & ô qualis & quanta [p]:) *igitur* (sub. *tum*, Pi. sic Di.) *erat* (vel, nunc *est*, Zeg.) *beatitudo vestra?* Mo. Er. Pi. Ca. Di. &c. q. d. Eratis tunc beatissimi [q], qui me doctrinámque meam ità accepistis [r]. Interrogatio admirantis, & μακαρισμὸς ponitur pro μακαριότης †. [Sensus, q. d.] Nihil est in quo vos beatos dicere possitis nisi meam doctrinam retinetis [t]. Vel, *beatitatis vestræ prædicatio?* P. Be. Pi. vel, *beatificatio vestra*, vel, 1. activè, quâ me beatum appellabatis, de quo nunc videmini longè aliter sentire; Vel, 2. passivè [v], quâ præ multis beati prædicati estis [x], à me [y], à vobisipsis, vos felices propter adventum meum dicentes [z], ab aliis Ecclesiis [a], ab omnibus [b]. Μακαρισμοῦ vocem habes & Rom. 4. 6. quomodo & μακαρίζειν, Luc. 1. 48. Jac. 5. 11. & in Sapientiæ Libro & apud Sirachidem aliquoties [c]: significat autem, *beatum prædicare, aut profiteri* [d]. q. d. Ubi nunc illa prædicatio felicitatis vestræ ex adventu meo [*]? Ubi pristinæ vestræ de me voces, laudes, &c? cur tam citò, tam temerè, mutati estis [f]? ¶ *Testimonium*, &c.] i. e. Ubique hoc ego de vobis testari soleo [g], & verè testari possum [h]. ¶ *Si fieri posset*] i. e. Si id mihi prodesse potuisset [i]; vel, si natura permitteret [k]: nam impossibile est, oculos suos effossos dare aliis ad videndum [l]: vel, si licuisset; nam *posse* sæpe idem quod *licere*, ut Act. 4. 20. 1 Cor. 3. 11. & 10. 21 [m]. ¶ *Oculos vestros*, &c.] Quibus nihil habemus charius aut pretiosius [n]. Indicium summi amoris [o]: q. d. Eram vobis charior oculis vestris, h. e. charissimis [p]. Tale illud, *Ni te plus oculis meis amarem*. Idem & *fodere oculum* dixit, & Seneca in Oedipode: quod alii *exsculpere*, *eruere* [q].

16. *Ergò*, &c. Ὥστε ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα ἀληθεύων ὑμῖν;] *Igitur* (sub. *num*, P. Pi.) *inimicus factus sum vobis* (i. e. pro inimico me habere cœpistis [r]:) *vera loquendo* (vel, *dum vera loquor*, P. Be. Pi.) *vobis?* Er. &c. quòd vera dicendo, vestrósque errores corrigendo, vos in viam revocare studeo †? *An nunc, quia vera vobis dico, ideo putatis me inimico in vos esse animo?* Hic sensus optimè cum præcedentibus & sequentibus convenit [t]. Qu. An non antea veritatem illis prædicaverat? Resp. Non omnia initio tradidit eis, sed tantùm fidei rudimenta, reliqua in opportunum tempus distulit, qualia de Legis abrogatione, &c [v]. ὥστε hîc interrogativè sumitur †.

17. *Æmulantur*, &c. Ζηλοῦσιν ὑμᾶς, &c.] *Depereunt* (vel, *Ambiunt*, Er. V. Gom. *Affectant*, Er. V. Be. *Diligunt*, Er. *Zelo afficiuntur*, Di. sim. Er. V.) *vos* (vel, *erga vos*, Er. Di. Ζηλοῦν aliquem dicitur qui *valde ab eo amari affectat*, quia talis cupiditas comitem solet habere ζηλοτυπίαν. Est ergò Metonymia. Vide 2 Cor. 11. 2. Agit autem hîc de novis illis Doctoribus, de quibus & suprà [x], de Pseudo-apostolis [y], suppresso nomine [z], quos procis comparat [a]; ut qui non possint in amandis Galatis ferre Paulum tanquam rivalem [b]. Illi, inquit, per quos inimicus vobis factus sum, vos ambiunt, tanquam vestræ salutis admodum cupidi [c]; ambiunt vos sibi conciliare [d], & legi suæ subjicere [*]:) *non bene*, P. Pi. &c. i. e. zelo non bono [f], neque ad bonum vestrum [g]; amore non sancto, sed fucato, & sui commodi gratiâ [h]: non eam ineunt quam oportet viam. Debebant hoc bene merendo à vobis consequi, non dolo grassari. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς, &c.] Sic & MS. non ἡμᾶς [i]. Sed legendum ἡμᾶς, ut ipsa sententia docet [k]. Neque enim amicam à rivali, sed rivalem ab amica, dicitur procus excludere [l]. At ipse fatetur in omnibus Codicibus scriptum esse ὑμᾶς †. [Sic vertunt:] *Imò excludere* (vel, *secludere*, G. scilicet à me [m], à mea amicitia [n], à pristino erga me zelo [o], à doctrina mea [p], à Christo & Christiana religione [q], à libertate Christiana [r]: vel ab amore vestri †. Al. *includere*, Di. ex Sy. vel, *incarcerare*, Di. ex Ar. *concludere*, vel *constringere*, tanquam puerum fasciis, aut captivum carcere, ut scilicet vos sibi obstringant & obligent [t]: ἐγκλεῖσαι enim hîc habent multi Græci Codices [v], & Syrus, i. e. *sibi servare* [x]; ferarum more caveis includere, h. e. in servitutem redigere, & suos facere, & pro libito, velut sibi obnoxios, tractare [y]; legi involvere [z]:) *vos* (vel, *nos*, Be. Pi. i. e. me Paulum [a]:) *ut se depereatis*, P. Pi. &c. i. e. colatis, ametis, illísque adhæreatis [b]: ut & vos magni habeatis ab ipsis amari [c].

18. *Bonum*, &c. Καλὸν δὲ τὸ ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ πάντοτε] *Bonum* (vel, *Præclarum*, P. Be. Pi.) *autem est æmulari* (i.e. alios imitari cum admiratione & studio insequendi [d]: vel, *zelari*, h. e. indignari ob læsionem rei bonæ, amatæ, & læsionem illam depellere [*]: vel, *vehementer amare*, P. Pi. vel, *affectari*, i. e. à pluribus diligi, & quidem ardenter [f]:) *in re bona* (h. e. quando res amata verè bona, veréque læsa, est [g]: quum habeatis justam amandi mei causam [h]:) *semper*, Er. &c. Rectum erat ut semper operam daretis ut ego à vobis amari expeterem: est enim hoc amari honestum. Theocritus, Τίπτε μοι τὸ καλὸν πεφίλαμαι [i]. Tacitè exprobrat illis inconstantiam amoris erga se [k]. Innuit, Pseudo-apostolos non rectò in Galatas amore duci, sed partim invidiâ adversùs Paulum, partim gloriæ & laudis ambitione, ad ipsos seducendos impelli [l]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μὴ, &c.] Καὶ hîc est epexegeticum, & explicat præcedens, *semper* [m]. *Et non solùm quum præsens sum*, &c. P. sic Be. Pi. Cùm adessem magni id faciebatis quod nunc cœpistis contemnere. Amicitias bene fundatas intervalla locorum non disjungunt [n].

19. *Filioli mei*] Sic vocat, ut indicet, vel, 1. teneritudinem eorum in fide [o]: vel, 2. maternum & honestissimum suum amorem, &c [p]. vel, 3. ipsos à se genitos Christo per Evangelium [q]. Apostrophe hæc, vel, 1. elliptica est; vel, 2. cohæret cum *dicite mihi* v. 21. Si quis tamen malit duos hos versus connectere superioribus, quasi blanditiis maternis objurgationis asperitatem mitiget Apostolus, non refragabor [r]. ¶ *Quos*, &c. Οὓς πάλιν ὠδίνω] *Quos* (relapsos à Christo †, & Evangelio [t], ad Judaismum [v]:) *iterum parturio*, Er. P. Be. Pi. i. e. magno nixu & labore conor [x], à Judaismo revocare [y], ad Evangelium [z], & Christo rursum parere [a]. Comparat se Matri [b], cujus est tenerrimus in liberos affectus. Est autem hîc ὠδίνω, id est, *utero gesto*. Nam הריתי, quod ὠδίνειν dixere LXX, Esa. 26. 17. multis in locis vertitur ἐν γαστρὶ ἔχειν. Fœtus Physicus non nisi semel gestari & edi potest; fœtus moralis sæpiùs. Alibi Paulus Patri se comparat, ut 1 Cor. 4. 15. Phil. 2. 22. sed Matris comparatio

paratio aptior ad molestias ac labores unà significandos: simul ostendit plus se amare Galatas quàm Moses amaverat Israelem, Num. 11. 12.[c] ¶ *Donec formetur Christus*, &c.] Ità Er. Il. Ca. &c. Christi fides, spes, libertas[d], vel dogma Christi, quod impressum animis hominem facit Christianum[*]: donec perfectam Christi formam accipiatis, h. e. rectam fidem de Christo, quâ credatis, Christum vobis ad salutem sufficere sine legalium observatione[f]. Foetus paulatim in utero formam suam accipit, quod ἐξεικονίζεται dicunt LXX, Exod. 21.22. Uterum *formandi hominis monetam* dixit Macrobius. Confer Apoc. 12. Similis locutio apud Philonem[g]: [cujus verba vide in G.] Sensus loci, q. d. Paratus sum de novo vos instituere, ut plenam tandem Christi notitiam percipiant[h].

20. *Vellem*, &c. Ἤθελον δὲ παρεῖναι, &c.] *Velim*, vel *Vellem autem* (vel, *sanè*, Pi.) *adesse apud vos nunc, & mutare vocem meam*, P. Be. Pi. Er. Ca. &c. i.e. modò asperiùs, modò leniùs loqui, prout vos reperirem affectos: id enim præsentibus & coram loquentibus magis patet[i]: ut matris more nunc blandirer, nunc gemerem, nunc obsecrarem, nunc objurgarem vos[k], ut vos persuadeam, &c[l]: ut coram, prout viderem vobis convenire, inflecterem sermonem meum[m]: Velim non ità asperè vos alloqui, ut feci, sed blandè, instar matris[n]. ¶ *Quoniam*, &c, Ὅτι ἀπορῦμαι ἐν ὑμῖν] *Quoniam hæsito* (vel, *dubito*, Ca. *obstupesco*, Tre. ex Sy. sic Ar. *perplexus sum*, Er. V. Zeg. *consilii inops sum*, Er. Il. Ti. V.) *in vobis*, P. Be. Mo. Pi. &c. vel, *propter vos*, Tre. ex Sy. *circa vos*, G. quomodo vobiscum agere[o], & quo genere sermonis uti, debeam[p], blando aut aspero[q], quibus verbis & rationibus vos permoveam & ad officium reducere possim[r].

21. *Dicite mihi*] Ἀνακρίνατε[†]. ¶ *Qui sub lege* (i.e. jugum Legis subire, hâc conditione ut Deus vobiscum agat secundùm Legis pactum[*], Legis operibus justificari, adeóque sub Legis maledictione juxta Gal. 3. 10[t].) *vultis esse*] i.e. ultrò & cupidè appetitis[v], ultro itis vos perditum, quod est insaniæ[x]. ¶ *Legem* (i.e. vel Libros Mosis per antanaclasin[y]; vel totum Vetus Testamentum, ubi Lex traditur[z]:) *non auditis*] i.e. Non consideratis sensum μυστικώτερον verborum Mosis[a]? Ipsa, inquit, Lex vos à se ad Christum amandat. Argumentatur autem hîc ex Lege, i.e. ex historia allegoricè exposita[b]. Sed infirmum videtur argumentum ab allegoria sumptum[c]. Est sanè, ab allegoria humanitùs excogitata. Sed alia est divinæ hujus allegoriæ ratio, quam Spiritus Sanctus sive Mosi, sive Paulo, monstravit sub historia latere[d]. Sed Paulus non jam argumentatur, sed offendiculo medetur de necessitate circumcisionis, ostenditque hoc olim adumbratum in domo Abrahæ, ut ejiceretur circumcisus, &c[*]. Postquam argumentis satis pugnavit Apostolus, confirmatio hæc est atque exornatio non spernenda[f].

22. *Scriptum est enim*, &c.] Gen. 16. 15. & 21. 2[g]. Sensum historiæ refert cum iis notis quæ ad ἀλληγορίαν pertinent, de qua agere cœpimus ad Rom. 9. 7, 8, 9. SARAM in ἀλληγοριῶν Libro τὴν ἀρετὴν interpretatur Philo, quæ ingenua est; AGAREM verò, *artium cognitionem*, quæ Virtuti famulari debet, aut alioquin expelli, tum in Libro *Cherubim*, tum alibi. Utrumque habes ab eodem Philone fusè explicatum in Libro περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου[h]. Non est, inquit Paulus, sine mysterio quòd scriptura narrat de duobus Abrahami filiis, Ismael & Isaac, &c[i].

23. *De ancilla*] Vocem παιδίσκης pro *ancilla* sæpe usurpant LXX. Vide ad Matth. 26. 69[k]. ¶ *Secundùm carnem*, &c.] Vel, 1. ex consilio carnis, Saræ nimirum, &c[l]. vel, 2. per vires carnis[m], secundùm consuetum naturæ ordinem[n], quo gigni solent liberi[o], justis parentum ætatibus[p], ex juvencula & non nimium sene[q]. על דרך בשר. Sic Judæi Abrahamidæ modo naturali[r], sive sanguinis duntaxat ratione, qui carne (id est, externâ ceremoniarum servitute,) nituntur[†]. ¶ *Per repromissionem*] Vel, *promissionem*, P. Be. E. &c. Metonymia[t]; i.e. per eam vim extraordinariam quam Deus promiserat[v], & suppeditaverat Abrahamo & Saræ[x], jam senibus & sterilibus, quibus filii nasci non poterant naturali virtute[y]. Sic per Dei verbum Christiani fiunt credentes, mystica Abrahami soboles[z], non è terra, sed è cælo, geniti, ex vi pactionis Evangelii, i.e. gratuitæ[a].

24. *Quæ*, &c. Ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα] *Quæ sunt allegorizata*, Mo. sim. Tre. ex Sy. i.e. figuram rei majoris continent[*]. *Quæ per allegoriam dicuntur*, Er. Ti. V. i.e. aliud ex alio significant[b], vel, sensu mystico sive allegorico aliud quiddam significant[c]. 1. Allegoria est cùm aliud dicitur, aliud significatur[d]: éstque, vel 1. in verbis, ut in omnibus Scriptoribus: vel 2. in rebus, quod genus Scripturæ sacræ peculiare est, quum sub vera historia latet altioris rei significatio[*]. *Quæ res aliud significant*, Ca. *Per quæ aliud figuratur*, P. Be. Pi. sic Il. *Quæ alio quodam sensu sunt*, sub. *talia*: vel, *Quorum allegoria* (quam ὑπόνοιαν veteres vocârunt) *talis est*[f]. Non historiam sustulit Paulus, sed in historia duo pacta designata demonstrat[g]. *Quæ sunt typica*, J. Cap. sic Gom. vel, *figurata*. Typi autem duplices sunt, vel 1. communes, ut 1 Cor. 10. vel 2. proprii & prophetici, ut Joh. 3. & 6. & hoc loco[h]. Sumit quod confessum erat inter Judæos, in historiis illis præter sensum historicum alium eminentiorem occultari, qui מדרש dicitur. Lex דברי כפולים, *verba duplicata*, Mosi Maimonidæ[i]. Sic interpretatur Paulus non præsumptâ licentiâ, sed tum naturali exemplorum quæ sunt in scriptura analogiâ, tum autoritate Esaiæ Prophetæ, infrà v. 27[k]. Non intelligit Paulus, Mosem eo consilio scripsisse, ut historia in allegoriam verteretur (quod perperam fecit Origenes) sed admonet qualiter præsenti causæ historia conveniat, nempe si figuratè in familia Abrahæ delineatam nobis Ecclesiæ imaginem observemus. Neque aliena est à genuino literæ sensu ejusmodi anagoge, quum à familia Abrahæ similitudo ducitur ad Ecclesiam. Ut enim Abrahæ domus tunc fuit vera Ecclesia; ità indubiè præcipui eventus qui in ea contigerunt nobis totidem sunt typi. Sicut ergò in Circumcisione, sacrificiis, &c. allegoria fuit, sicuti hodie est in nostris Sacramentis; ità etiam in domo Abrahæ fuisse dico: sed id non facit, ut à literali sensu recedatur. In voce autem *allegoriæ* est catachresis[l]. Argumentatio hæc est, Par aut eadem domus Abrahæ & Ecclesiæ est ratio. Domus autem Abrahæ duos filios habuit, unum ex ancella, &c. alterum ex libera, &c. Quare & Ecclesia priores filios quasi ancilla ad servitutem generavit, posteriores verò libera liberos[m]. ¶ *Hæc*, &c. Αὗται γάρ εἰσιν, &c.] *Nam eæ* (scil. mulieres[n], Agar & Sara[o],) *sunt* (i.e. significant sive figurant[p]: nota diligenter hoc verbum[q]. Simile loquendi genus, Gen. 41. 26. 1 Cor. 10. 4[r].) *duo fœdera*, Ca. V. &c. scil. Vetus & Novum[†], quod Lege & Evangelio continetur[t]: vel, *duæ illæ pactiones*, P. Pi. Pactum unum fuit, si rem & scopum, duplex, si tempus & œconomiæ rationem, habeas[v]: *duo fœdera*, i.e. typi duorum fœderum[x], duorúmque fœderatorum populorum[y], Metonymicè[z]. ¶ *Unum*, &c. Μία μὲν, &c.] *Una quidem* (nempe διαθήκη[a], pactio vel fœdus[b]:) *ex monte Sina*, (nempe data sive tradita[c]: h.e. vetus testamentum[*]. Σινᾶ scribit quomodo Strabo, Justinus & Sulpitius. In Hebræo סיני. Σινᾶιον ὄρος Appioni. Jod facilè perit in pronunciatione[f].) *ad servitutem* (sub. *prolem*, P. Be. verbale in verbo includitur Hebræorum more[†].) *generans*, Pi. sic. Be. Pi. &c. i.e. servos[g], vel in conditione servilem[h], ipsâ generatione servituti obnoxios[i], Judæos scilicet servientes umbris multiplicium onerosarum ceremoniarum[k], idque nudo timore pœnarum, &c[l]. Lex enim servilem timorem incutit[m]. ¶ *Quæ est Agar*] i.e. Quod testamentum vetus & servile significatur per Agar servam[n]. Hîc contra rei significatæ dat nomen rei significantis: Sensus enim est, *Per Agar significari fœdus in Sina factum*[o].

25. *Sina*, &c. Τὸ γὰρ (In MS. est τὸ δὲ) Ἄγαρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν, &c.] *Ista enim Agar est Sina mons in Arabia*, Pi. sim. Er. Be. Val. V. Ἄγαρ dicitur τεχνικῶς, *Agar serva est Sina*, i.e. repræsentat, vel significat montem Sinam[q], *quæ servit*, videlicet Romanis[r]: i.e. Deus per Agarem servam adumbrari voluit Legem in monte Sinai datam[†]. Ἄγαρ hîc intelligitur, vel 1. de tota Agaris historia[t]. vel 2. de monte[v]. Fortè allusit Paulus ad ipsum vocis Ἄγαρ sonum, quasi Ἄγαρ idem esset quod Arabicè חגר, sive חגרה, quod *petram* significat: *petra* autem & *mons* idem

idem fermè sunt: unde dixit *Agar mons est* [x]. Mons Sina *Agar* appellatur linguâ Arabum [y], vel Chaldæorum [z]. Causam reddit cur *Agar illud fœdus significaverit*, Quia & *mons Sina*, ubi factum est illud fœdus, vocatur *Agar*, κατὰ συνεκδοχὴν, nempe, quia ibi est oppidum *Agra* Plinio, *Agara* Dioni in rebus Trajani: gens ipsa Ἀγραῖοι Straboni & Stephano; pro quo Græci posteriores dicunt Ἀγαρηνοὶ, & Chaldæi הגראי [a]. Bis Hagar fugit in desertum Arabiæ, Gen. 16. & 21. Ab illa ergò videtur esse nomen & montis, & urbis Hagaræ, & Hagarenorum. Hagar igitur montem Sina, in quo legalis pactio ortum habuit, meritò dicitur præfigurâsse, quia etiam nomen suum ei communicavit [b]. Sed nusquam legitur, montem Sina alio nomine *Agar* vocatum [c]. Vel 3. de ancilla [d]. Sensus est, Agar ancilla & Sina mons ejusdem rei significationem gerunt, nempe Veteris Testamenti [*]. Urgere voluit Paulus situm & qualitatem loci [f]: q. d. Convenienter à monte Sina Vetus Testamentum profluxit. Nam Sina mons est horribilis in Arabia, longè extra fines terræ promissæ situs, proinde aptissimus ad significandam Veteris Testamenti qualitatem, quæ est timorem & horrorem incutere, & servos facere, promissiones exortis, & ab hæreditate alienos [g]. Deus nempe ejusmodi loca & nomina certo consilio in danda Lege delegit, ut rebus nomina & typis suis res τυπωθεῖσαι responderent. Lex nempe in monte Sinai data, & Agare adumbrata, Homini corrupto, cui data est, saxo *durior* est & molestior, & *aridior*, à quà nè gutta veræ pietatis è corde humano exprimi possit: horrendam etiam in eo *vastitatem* & *desolationem* minis fungit, facit, quibus ceu *spinis* & *aculeis* conscientiam pungit, hominémque à Deo fugat & absterret, &c [h]. ¶ *Qui*, &c. Συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλὴμ.] *Qui* (nempe mons Sinai [i]:) *conjunctus est*, &c. Vulg. vel, *conterminus*, &c. Hi. *contiguus*, &c. Th. in E. Chrys. in Er. vel, *vicinus*, Er. Chrys. vel 1. situ [k]. Cui repugnat quòd Sina distet ab Hieros. itinere fermè 20 dierum [l]: vel 2. similitudine [m], naturâ & proprietate ingenii, cognatione [n], vel significatione seu correspondentiâ [o]. *Confinis est autem ei quæ nunc vocatur Hierusalem*, Er. Il. Ti. ut olim *Iebus* & *Salem* dicta est [p]. Sed 1. hoc ad rem præsentem nihil facit: 2. tempore etiam latæ Legis Jerusalem vocata est, ut ex libro Josuæ liquet [q]. *Quadrat enim*, &c. *Et consentit cum*, &c. Tre. Mo. *Et ex adverso correspondet*, &c. Æth. *Quæ contermina est*, &c. Ar. *Qui congruit cum*, &c. in eo scilicet quòd Hierosolyma servit [r], vel servos gignit †, sicut & Sina [t]. *Eadem* vel *Pari autem serie respondet ei Hierosolymæ quæ nunc est*, P. Be. Pi. &c. i.e. hujus temporis ac seculi [v], post Christum exhibitum, in qua scribæ & Pharisæi dominantur, q. d. non ei quæ olim fuit à patribus, ingenuis, liberis Abrahæ filiis habitata [x]: vel terrenæ Jerosolymæ, cui mox opponit cælestem, cujus spes omnis in futurum seculum extenditur [y]. Sina & Jeros. similis sunt conditionis [z]: Illa Vetus Testamentum significat, hæc sedes est populi Judaici, id est, filiorum Veteris Testamenti [a]: in illa Lex vetus data est, in hac principatus est Legis veteris, propter templum & ceremonias & studium Legis retinendæ. Denique idem est populus continuitate successionis, qui Legem in Sina accepit, & qui nunc in Jeros. habitans, pro ea contendit [b]; hi cum illis ut natura, sic & in indole servi moribúsque, conveniunt [c]. Judæi, quanquam à monte Sina migraverant Hierosolymam, tamen à servili conditione non degenerabant, tanquam filii Agar, non Saræ: Judæos & Arabes æquat, quòd utrique pariter serviant Legi, & ad Synagogam pertinent, nòn ad Ecclesiam [d]. Hagareni Circumcisioni, multísque aliis Legis præceptis seipsos obligârunt: sic & Judæi. Hagareni erant in statu servili, sicut mater antea fuerat: pariter & Judæi permanebant in statu servili & opposito libertati Evangelii [*]. Συστοιχεῖν h. l. est *ejusdem esse ordinis* sive *seriei* [f], quam στοῖχον vocant Græci [g]. Unde & στοιχεῖα vocantur tum *literæ*, quòd serie quâdam sibi junguntur; tum *elementa*, putà terra, aer, &c. quòd suo consistant ordine: & στίχοι *versus*, & στίχαι, *acies ordine compositæ*, &c. à στείχειν, quod est *ordine progredi*, sive *in serie stare*: σύστοιχα Suidæ sunt *quæ sunt ejusdem ordinis ac sortis*, v. g. literæ π, κ, τ, quæ in hoc conveniunt quòd sunt exiles, quibus ἀντίστοιχα sunt φ, χ, θ, & σύστοιχα dicitur *rerum inter se similium series* [h]. Σύστοιχα sunt *consentanea*, & ea quorum inter ipsa implicata est significatio, ut καλὸς, κάλλος, καλῶς, &c [i]. Præsens Jerusalem σύστοιχεῖ Agari & Sinæ, h. e. veteri pactioni, ut mater & liberi sint σύστοιχα, matris conditionem videlicet sequentibus liberis [k]. *Pari jure est cum Hierosolymis Judæa*. Nam σύστοιχα dicuntur ἀλλήλοις, τὰ ὁμοίως ἔχοντα πρὸς ἄλλα. Hebræi dicerent היא כנגד [l]. ¶ *Et*, &c. Δουλεύει δὲ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς.] *Servit autem* (vel, *Servitque*, P. Be. Pi. *Servit enim*, V. Ca. Par. Pro δὲ legendum γὰρ, ut castigatiora habent exemplaria [m]; & MS [n]. Est enim ratio cur pactionem servilem præsenti Jerosolimæ congruere dixit, ab adjuncto proprio [o].) *cum filiis suis*, Er. Zeg. &c. i. e. filios servos vel 1. gignit [p], quia partus sequitur ventrem [q]; vel 2. comprehendit aut significat [r]. *Servit*, vel 1. Sina †; vel 2. Agar [t], à Sina monte orta [v]; vel Sina, qui ab Agare significatur [x]: vel Vetus Testamentum significatum per Agar [y]. *Pari jure est, quia pariter subjecta est Agar*, i. e. gens Agarena, *& singuli ad eam pertinentes*. Circumcisioni & Sacrificiis & Dierum discrimini, quanquam non Lege Mosis, sed ex suis legibus, aut moribus Ismaelitarum, qui & *Agareni* & *Saraceni*. De Circumcisione diximus in Annotatis ad l. 1. De V. R. C. In conditione libera aut servili non apud Romanos tantùm & Græcos, sed & apud Hebræos & Arabes partus jus maternum sequebatur [z]. Vel 3. Jerosolyma [a], ut patet ex pronomine αὐτῆς [b]: hæc autem *servire* dicitur, quia servitute premebatur [c], vel 1. Romanorum [d]; vel potiùs 2. Legis Mosaicæ: cui favet quod sequitur [*].

26. *Illa*, &c. Ἡ δὲ ἄνω, &c.] scilicet ἐστι [f]: & ἄνω pro ἄνωθεν, ut Phil. 3. 14 [g]. [verba sic reddunt:] *Illa verò quæ sursum* (vel, *sublimis*, Pi.) *est* (i. e. cælestis [h]:) *Hierusalem*, i.e. Ecclesia Christiana [i]. Nomine *Jerusalem* hic intelligitur alterum Fœdus, nempe Evangelicum, idque ob ἐτυμολογίαν. Nam *JERUSALEM* significat *visionem pacis*, quod nomen Evangelio eximiè competit, Luc. 2.14. Rom. 5.1. & 10. 15. 1 Cor. 7. 15. Eph. 2. 17. Hebræi *pulcriorem Jerusalem* exspectant; Zohar ad Numeros, Jarchi ad Canticum: sed verè illa pulcra Jerusalem jam advenit, Apoc. 21. 2. Dicitur autem *supernè venisse* [k], vel *sursum esse* [l], vel 1. quia Deus Pater eam non in montem descendens, sed in cælo manens, misso Filio suo revelavit. Hunc sensum docet nos scriptor ad Hebræos, 12. 25 [m]. vel 2. quia Christus ejus caput è cælo descendit, ac rursum in cœlos ascendit, indéque Ecclesiam regit [n]. vel 3. quia Ecclesia supernè gratiâ cælesti colligitur & regitur, adeóque *superna* dicitur, non à loco in quo est, sed ab origine unde est [o]; & quæ sursum sunt quærit, Phil. 3. 20. Col. 3. 2 [p].) *libera est*, Be. Pi. &c. à Vitiis & Ritibus [q], à spiritu servitutis, accepto spiritu dilectionis & adoptionis [r]: vel à servili jugo legis Mosaicæ †, Saræ similis [t]. Intellige h. l. quæ est Sara per significationem. Dixerat quid per Agar significetur, nunc quid per Saram, &c [v]. ¶ *Quæ*, Ἥτις ἐστὶ, &c.] *Quæ est mater omnium nostrûm*, Be. Pi. P. credentium scilicet, sive Judæorum, sive Gentilium [x], atque adeò Galatarum, quos proinde significat liberos esse [y], & legitimos paternorum bonorum hæredes [z]. *Matris* nomen convenit Græcæ voci τῇ διαθήκῃ illa est pactio quæ nos Deo peperit; nos, tam conversos ex Judæis quàm ex Gentibus [a]. Agar cum sua stirpe typus est tum Legis, quatenus consideratur ut fœdus, tum eorum qui Legem non aliter considerant quàm ut fœdus, cujus vi cælestem hæreditatem consequi volunt, quales erant Judæi, qui, cùm à perfectione quam fœdus illud exegit, longè abessent, nihil inde referre possent præter miserrimam servitutem. Sara verò cum sua stirpe typus est eorum, qui Legem ut normam respiciunt, cui conformes esse cupiunt, non ut fœdus à quo, cujúsve virtute, salutem exspectent, &c [b].

27. *Sicut Scriptum est*] Esa. 54. 1 [c]. ¶ *Lætare*, &c. Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον, &c.] Sunt ipsa verba LXX, Esa. 54. 1. Ubi primò notandum, participia præsentia poni pro præteritis: quod & sensus exigit & in Hebræo manifestum est. Quod autem ibi dicitur de urbe Hierosolymorum diu deserto & Regno destituta, majorem ejus fore sobolem quàm terrarum semper habitatarum ac regnatarum, id μυστικῶς perquam eleganter ad Evangelium aptat Paulus, quod Christo præ-

[x] Cap. [y] Er. ex Græcis sic Zeg. Par. [z] Al in Vor. [a] G. [b] Par. [c] E. [d] Q. in Er. [*] Me. E. [f] E. [g] E. Me. [h] Cap. [i] E. Me. Er. Ca. [k] Q. in Be. [l] E. [m] Er. V. Be. [n] E. [o] Vor. sim. Me. [p] Q. in E. [q] E. [r] Ca. † V. Me. [t] Ca. V. sim. E. Me. [v] E. [x] Par. [y] E. [z] T. [a] E. Me. [b] E. ex Th. [c] Me. [d] Er. [*] Ham. [f] Be. sic Er. [g] Ec. [h] Er.

[i] Camer. [k] Be. [l] G. [m] Par. [n] G. [o] Par. [p] B. sim. [q] E. [r] E. † Be. Q. in E. [t] Me. Be. [v] Be. [x] Ca. [y] Q. in E. sim. Zeg. [z] G. [a] Ca. E. [b] Ca. [c] E. [d] Q. in E. Ca. [*] E. [f] Pi. [g] G. [h] Ca. [i] Par. Me. Vor. sim. E. [k] G. [l] E. Me. [m] G. [n] Me. [o] Par. [p] E. sim. Be. Pi. Me. [q] G. [r] E. † E. sim. Me. [t] G. [v] E. [x] Me. sim. E. Par. [y] E. [z] Me. [a] G. [b] J. Cap. [c] E. Me. Er. Pi.

prædicante paucos peperit, eo vitæ mortali exempto plurimos, ità ut Judæi præ Christianis pauci essent [d]. [Verba sic reddunt:] *Lætare* (Sunt verba Prophetæ ad Ecclesiam Novi Testamenti [*], ex Gentibus vocatam & collectam [f]:) *sterilis* (i. e. quæ sterilis eras antea [g], initio, quum Ecclesia Judaica adhuc duraret [h]; vel; usque ad Christi adventum [i]; vel à Christi morte ante Pentecosten [k]:) *quæ non paris*, (i. e. quæ ex gentibus penè nullos, ex Judæis verò paucissimos, Christo filios, eosdem sub servitutis velamine, tanquam & ipsi servirent, latitantes enixa es [l]. Alludit ad sterilitatem Saræ, simulque ostendit, veros filios Abrahami nasci spiritualiter per Evangelium, quibus opponuntur filii secundùm carnem, qui non sunt hæredes, sed serviunt [m].) *erumpe* (ῥῆγνυσι) potest quidem & ipsum Partum significare; sed Hebræus textus magis exigit ut Eruptio vocis intelligatur, quomodo ῥήξει φωνὴν habemus, Job. 6. 5. Et verbum ipsum, quod hìc in Hebræo est פצח per βοᾶν vertitur, Esa. 14. 7. & 44. 23. Philo De Caino, τῆ δ᾽ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ῥήξει φωνὴν [n]:) *& clama*, &c. P. Be. Pi. i. e. Cum lætitia Deum lauda, & in clamorem & cantica laudis erumpe [o]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι πολλὰ —— τῆ ἐρήμου μᾶλλον ἢ, &c.] *Quoniam multi liberi desertæ, magis quàm*, &c. P. *Quoniam plures* (πολλὰ μᾶλλον pro πλείω [p]:) *sunt liberi desertæ* (i. e. solitariæ [q], virum non habentis [r], nec prolem [†], vel à toro repulsæ aut sejunctæ ob sterilitatem [t]: Heb. שוממה [v], i. e. *destructæ & excisæ*, nimirum propter Chaldæorum vastationem [x]. Vox & Hebræa, & Græca, ἔρημος, potest significare *orbam liberis*, *desertam ab amicis*, & multa similia: hìc autem apparet ex membro opposito intelligendum *viduam*, quomodo sumitur & Lam. 1. 13. Non abscedit [Paulus] à cœpta similitudine: nam & Sara quasi vidua fuerat cùm Agar Abrahamum possideret [y].) *quàm ejus quæ habet virum*, Be. Pi. &c. i. e. cum qua vir consuetudinem habet, propter fæcunditatem [z], h. e. Saræ quàm Agaris, Ecclesiæ Christianæ quàm Judaicæ; quòd illa ex omnibus gentibus conflanda, hæc verò ex una solùm constaret: hæc autem *habere virum* dicitur ob externum Dei cultum [a]. [Sensus, q. d.] Christo plures paries filios, quàm Synagoga viro suo conjuncta, id est, Legem Mosaicam studiosè amplexata, toto Veteris Testamenti tempore, filios peperit [b].

28. *Nos*, &c. Ἡμεῖς δὲ —— κατὰ Ἰσαὰκ, &c.] *Nos autem* (vel, *igitur*, Il. Be. Pi. id est, οὖν, ut ostendit orationis series: redit enim ad v. 26. propter interjectum v. 27 [c].) *fratres secundùm Isaac* (i. e. instar Isaaci [d], ad exemplum Isaaci [f]; juxta typum & similitudinem Isaac [g], qui non virtute carnis, sed promissionis natus est [h], qui liberæ & hæredis Ecclesiæ est veluti primogenitus, sicut Ismael servæ synagogæ [i]:) *promissionis filii sumus*, Er. &c. i. e. semen spirituale, seu filii legitimi, ad quos pertinet promissio facta Abrahæ [k], adepti sumus novam naturam per Dei gratiam olim promissam. Sic & Rom. 9. 7 [l]. geniti per promissionem Evangelii [m].

29. *Tunc* (i. e. tempore Abrahæ [n]:) *is qui secundùm carnem*, &c.] Ismael [o], ὁ σοφιστὴς Philoni. Ostendit non in omnibus meliorem esse conditionem Ecclesiæ; quippe quæ à Synagoga gravissimè vexaretur: sed hoc esse leve & temporarium pro tantis bonis [p]. ¶ *Persequebatur eum qui secundùm spiritum*] i. e. Dei opera [q], divinitùs & spirituali ratione [r], supple *genitus est*, G. Camer, h. e. Isaacum. Per *Isaacum* intelligit Philo *gaudium quod est in animis piorum*. [Ejus verba vide in G.] Πνεῦμα vocat vim illam Divinam per quam Sara fæcunditatem alieno tempore acceperat. Vide 2 Cor. 10. 3 [†]. Qu. sed quomodo Ismael Isaacum persecutus est, cùm nusquam illius mentio [t]? Resp. Quia eum irrisit [v], i. e. pietatem ejus, ut diximus ad Gen. 21. 3 [x]. fidémque promissionum divinarum [y], contumeliis eum lacessens & superbè adversùs illum se afferens [z]. Irrisio autem persecutio est non minima [a], præsertim irrisio fidei [b], & vocationis nostræ. Nè crux ipsa Christum tantum cruciavit quantum illa blasphemia, *Confidit in Deo, quid illi prodest?* Quantò plus est, irritam fieri gratiam Divinæ adoptionis, quàm caducam vitam nobis eripi? Nec quicquam est quod tam graviter animos nostros vulnerare debeat, quàm Dei contemptus & adversùs gratiam ejus ludibria, nec ulla magis exitialis est persecutio quàm quum impetitur animæ salus [c]. Plura vide ad Gen. 21. 9 [d]. [& in E. ad h. l.] ¶ *Ità & nunc*] Nempe carnalis Israel spiritualem persequitur [*]. Judæi illi ritibus addicti, quos vos vultis imitari, maximo odio prosequuntur Christianos [f].

30. *Quid dicit Scriptura?*] i. e. Deus in Scriptura [g]; Quid commemorat Scripturam Saram dixisse? Nempe hoc quod sequitur [h]. ¶ *Ejice ancillam*, &c.] Gen. 21. 10 [i]. MS. hìc παιδίσκην αὐτήν, in LXX. τὴν παιδίσκην ταύτην. Est autem Sara quæ ibi loquitur, quæ erat ingenua & matrona [k]. ¶ *Non enim hæres erit*, &c.] Non quia concubinæ, sed quia ancillæ, filius est [l]. Apud Hebræos ex vetustissimo more, qui & ante Abrahamum obtinuisse videtur [m], filii concubinarum quæ liberæ essent [n], & Israeliticæ [o], & in uxorem duci jure potuissent [p], hæreditatem adibant [q], succedebant patri intestato ante cæteros [r]; at filii ex ancilla nati minimè [†]. Hoc loco supplenda est apodosis, quam Paulus cogitandam nobis relinquit [t]. Illa ejectio significat, eos qui in ritibus hærent [v], vel sub Lege sunt [x], non perventuros ad justitiam veram & cœlestem [y], simul cum Christianis, sed cum Lege sua foràs mittendos [z]. Confer Joh. 8. 35 [a]. Terret hâc sententiâ Galatas, nè Legem recipiant [b]. Ejecta est Agar, Sarâ postulante, & Deo annuente [c]. Quo significabatur, tum repudiatio Synagogæ, & ejectio ejus è familia & populo & Ecclesia Dei [d], tum Legis ac Veteris Testamenti cessatio [*].

31. *Itaque*, &c. Ἄρα, ἀδελφοί, οὐκ ἐσμὲν, &c.] In MS. ἄρα ἡμεῖς, ἀδελφοί, *nos Christiani*: & ἄρα hìc valet *ergò* [f]: & οὐκ ἐσμὲν significat, *meminerimus nos non esse ancillæ liberos*, i. e. obligatos ritibus Judaicis [g]. *Itaque* hìc non tam concludentis est, quàm accingentis se ad exhortationem subsequentem. *Non sumus ancillæ filii*, i. e. non pertinemus ad Legem significatam per Agar, sed ad Jerusalem, &c [h]. Sciamus ergò nos liberos esse a servitute Legis, &c [i].

CAP. V.

1. QUA, &c. Τῇ ἐλευθερίᾳ —— στήκετε] Hæc sic rectè cohærent, malè in quibusdam Codicibus divulsa, ità ut pars horum capiti præcedenti adhæreat [a]. Illud, *libertate*, &c. pertinet ad sequentia, non ad superiora [b], quanquam secùs legant Hi. Amb. & Aug [c]. & edit. Complut [d]. cap. 5. inchoantes, *State*, &c [*]. In 3. cod. MSS. sic junguntur, Ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας, τῇ ἐλευθερίᾳ ᾗ Χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε, στήκετε οὖν, &c. *sed filii liberæ, eâ libertate quâ nos liberavit Christus, State igitur* [f]. Græcæ lectioni obstat quòd στήκετε jungat cum dativo sine præpositione [g]. Nativa [quidem] locutio fuerat, ἐν τῇ ἐλευθερίᾳ· nam cum ea præpositione verba *standi* poni solent, ut 1 Cor. 16. 13. Phil. 1. 27. & 4. 1. 1 Thes. 3. 8. Sed tales particulæ sæpe subintelliguntur. Et ᾗ hìc est πρὸς ἥν, לאשר [h]. Et Syrus & Latini præpositionem hìc supplent [i]. *In libertate igitur quâ Christus nos liberavit* (1. à Legis maledictione [k]: 2. à legis coactione [l], vel rigida exactione [m]: 3. à septo politiæ Mosaicæ, cap. 3. 23 [n]. 4. à jugo rituum & ceremoniarum [o]:) *state*, P. Er. V. vel, *perstate*, Be. Pi. constanter persistite [p], abjectâ omni fluctuatione [q]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε] *Et nè rursus* (vel *iterum*, Vulg. Intellige ut Gal. 4. 9 [r]. vel, *è contrario*, P. vel, *regredientes*, Be. Pi.) *jugo servitutis* (Sic vocat tum Legem [†], sive id quod Hebræi dicunt עול תורה, *Legis jugum* [t], ratione ceremoniarum & maledictionis, ut Act. 15. 10 [v]. tum 2. opiniones ac ritus quibus Gentes semetipsos devinxerant [x].) *implicemini*, Er. Il. Ti. P. Mo. Be. Pi. vel *illaqueemini*, vel, *obnoxii sitis*, Er. vel, *detineamini*, Val. sim. Ca. vel, *subjiciatis vos*, Tre. ex Sy. Ar. Sensus, q. d. Libertate donati nè patiamini vobis imponi servitutem [y]. Ἐνέχεσθαι hìc *vinciri*, *adstringi*, frequens apud bonos scriptores verbum. In Glossario, ἐνεχόμενος, *obligatus*. Christus etiam jugum nobis imposuit, sed suave. Vide Mat. 11. 29 [z].

2. *Ecce*] Vox est attentionem excitantis [a]. ¶ *Ego Paulus*]

d G. * E. sim. Vor. f Me. g Idem. h Pi. i E. k Gom. l E. m Be. n G. o E. Me. p Be. q E. Me. r B. sim. Me. E. D. † Be. t E. v Be. G. x Be. y G. z E. a Gom. b E. Me. c Be. d Me. Pi. f G. sic Be. g E. sim. Vor. h Me. sim. E. i Be. k E. sim. Be. l G. m Pi. n Pi. o G. Be. Pi. p G. q V. r Be. † G. t Gom. sic Par. v G. sic Gom. Pi. Par. Vor. E. x G. y Gom. sim. Par. z Calv. a Gom. sim. Calv. b Gom.

c Calv. d Me. * Pi. f G. sim. Me. g Pi. h E. i Me. G. k G. l Di. m G. n G. sic Di. o Di. p G. q Di. ex K. & Rambam. r G. † G. ex Maim. Di. t Vor. v G. x E. y G. sim. E. z E. a G. b E. c E. sim. T. d T. ex Hi. Amb. Chrys. * E. f G. g G. h E. i E. sim. Par.

a G. b Er. c Er. sic Be. d Be. * Er. Be. f Be. g E. h G. i E. k Vor. Par. l Par. m Vor. n Par. o Par. sim. Vor. p E. Me. q E. r Idem. † Gom. t E. Me. v G. x Gom. y E. z G. a G.

Paulus] Pro authoritate mea Apostolica [b], Apostolus à Christo vocatus: quod illi vestri Doctores de se dicere non possunt [c]. Opponit hoc Pseudo-apostolis, qui contrarium docebant, Act. 15. 1 [d]. Mira ἀκυρότης [*]. ¶ *Si circumcidamini*] i.e. circumcidi vos procuratis [f], nempe credentes id necessarium esse ad salutem [g], Act. 15. 1. Gal. 2. 4. & 5. 4 [h]. vel, hoc animo ut per circumcisionem justificemini [i]: Synecdoche generis [k]: vel, cum certa persuasione vos qui ex Gentibus estis in id obligari. Nam viam salutis æternæ Deus constituit aut Judaismum, aut Christianismum. Paganismum enim à Deo non esse satis constat. Si Judaismus ea via est, Christianismus ea via non est: Si Christianismus ea via est, Judaismus ea via non est. Alioquin Circumcisionem per se non damnari & Paulus sæpe ostendit, & Justinus contra Tryphonem [l]. Paulus ipse Timotheum circumcidit, Act. 16. [m]. Sic & Judæi fideles adhuc se aut filios suos circumcidebant justis ex causis, tum ut Synagogam honorificè cum Moyse ad sepulchrum ducerent, tum ut infirmorum ex Judæis fratrum offensionem evitarent. Hìc autem Paulus ad Gentiles loquitur, quibus Lex data non fuerat, quique proinde, si circumcidebantur, meritò judicabantur id facere, quòd justitiam & salutem ex circumcisione exspectarent: quod erat Christum abjicere, juxta Gal. 2. 21. Erat igitur illis hæc ceremonia perniciosa & mortifera [n]. ¶ *Christus* (i. e. Christi redemptio, & ipse Christianismus [o]:) *vobis nihil proderit*] Scil. ad salutem: nam justitia operum & justitia ex fide non simul constant [p].

3. *Circumcidenti se*] Intellige rursum, *circumciso ex ea opinione quam diximus* [q], scilicet necessitatis [r], cultûs†, justificationis [t]. ¶ *Debitor est universæ* (vel, *totius*, E. Pi. &c.) *legis*, &c.] Obligat se ad observandam totam Legem Mosis [v]; & ad id tenetur, non quidem simpliciter & absolutè, ex genere operis, sed ex intentione operantis, & suppositâ tali opinione, quæ falsa est & abjicienda. Ratio sententiæ est [x], quia, ut baptismus est publica professio fidei Christianæ [y], quem qui suscipit se debitorem constituit totius Christianæ Legis [z]; [ità] circumcisio erat Legis professio [a], & symbolum [b] quo Legem profitebatur, eique toti se, veluti proselytum, subjecit, atque universum Legis onus subiit [c]. Non potest quisquam ex Lege justificari, nisi qui perfectè eam implet [d]. Si Judaismus via est ad salutem, totus Judaismus est observandus: non ex eo eligendum & spernendum quod velis. Isti novi Doctores multa Legis non observabant, infrà 6. 13. nimirum quia illud unum spectabant ut Romani ipsos pro Judæis haberent, ac sic liberos esse sinerent à Legibus novas religiones vetantibus. Id autem videbant satis obtineri posse per circumcisionem. Ex circumcisione nosci Judæos dicit etiam Arrianus in Epicteteis: & Martialis *damnatam tributis* dicit eam partem quæ circumciditur [*].

4. *Evacuati*, &c. Κατηργήθητε, &c.] *Aboliti* (vel, *Antiquati*, E. *Evacuati*, Vulg. Æth. *Exclusi*, Tre. ex Sy. *Privati*, Il.) *estis* (vel, *Evanuistis* separati: De verbo καταργεῖν vide ad Rom. 3. 31. & 6. 6 [f].) *à Christo*, Mo. E. *Soluti estis*, &c. ut servus à domino, vel, uxor à viro, Rom. 7. 2. tam quoad beneficia quàm quoad onera [g]. Ostenditis vos Christi legibus obligari nolle. Similis locutio, Rom. 7. 2 [h]. *Christus vobis factus est otiosus*, vel, *inanis*, vel, *inutilis*, Er. Ti. P. Pi. V. E. ut sit Hypallage, qualis Rom. 6. 4. emolliendi causâ, quia duriùs sonat, ὁ Χριστὸς ὑμῖν κατηργήθη [i]. Nihil vobis rei aut negotii est cum Christo [k], nihil per eum beneficii vobis exspectandum est [l]. ¶ *Qui in lege* (vel, *per legem*, P. Pi. &c. ex Legis operibus [m]:) *justificamini*] i. e. justificari vultis, vel quæritis [n], vel gloriamini: nam reverâ non justificabantur ex Lege, &c [o]. Non eventum, sed consilium notat †. Qui eâ justitiâ contenti estis quam Lex potest producere, quæ justitia est carnalis, præmia habet terrena [p]. ¶ *A*, &c. Τῆς χάριτος ἐξεπέσατε] Et (Copula Hebræorum more in bimembri oratione, hìc suppletur, sicut & Joh. 10. 16. 1 Tim. 4. 3 [q].) *à gratia* (nempe Christi [r], vel Dei, quam vel conversione cordis, vel saltem professione oris accepistis: Loquitur enim Paulus de corpore Ecclesiæ, ex quo aliqui conversi, alii hypocritæ erant, &, quod partis erat, more scripturæ, toti sive omnibus tribuit [y]: ab itinere adipiscendæ gratiæ quod ingressi estis [z]; à beneficiis Christianismi [a]. *Gratiam* κατ' ἐξοχὴν intelligit Evangelicam [b].) *excidistis*, P. Be. Pi. Heb. נבלתם. Jam ultrà Evangelium ad vos non pertinet [c]: Nam qui ex Lege justificari quærunt, non exspectant justitiam à Christo per fidem, ut veri Christiani faciunt [d]. In nihilum redigitis gratiam Christi, dum justitiæ partem in Lege statuitis [*]; gratia enim & meritum misceri nequeunt: Vide Rom. 11. 6 [f].

5. *Nos* (qui verè & ex animo Christum colimus [g]; qui in Christum rectè credimus [h]: vel, *nos* Judæi, quibus Lex data est, quantò magis gentiles [i]; vel, ego Paulus & fratres mecum, Gal. 1. 2. & Ecclesia Apostolica. Vide Gal. 2. 16 [k].) *enim spiritu* (i.e. vel, 1. per Spiritum [l], nempe Sanctum [m], sive Dei, authorem fidei, spei, &c. vel, adoptionis, quia fiducia hæc non fluit ex carne; vel potiùs, 2. mente & corde nostro [n], intra animum [o]: ut *spiritus* opponatur corpori, sicut 1 Cor. 7. 34. Eph. 4. 23. & subjectum fidei & spei notetur [p]. Πνεῦμα hìc *animum* interpretor, qui opponitur Cuti in qua est Circumcisio †. Hìc tacita antithesis est inter cultum legalem qui quasi corporalis erat, & Evangelicum, qui spiritualis est [q].) *ex* (vel, id est, *ex*, Be.) *fide* (quâ Christum credimus authorem justitiæ [r], quæ partim spiritum impetrat, unde justitia in nobis efficitur, partim ab ipso spiritu oritur †: *ex fide*, non ex carne [t], Lege [v], circumcisione [x]: vel, *per fidem*, G.) *spem justitiæ* (sic vocat, aut per Hypallagen justitiam speratam [y]: aut Metonymicè [z], ipsum præmium quod speratur [a], vitam æternam [b], quæ *corona justitiæ*, 2 Tim. 4. 8 [c]. quæque justitiam, h. e. remissionem peccatorum, necessariò sequitur [d]: cujus spes ex justitia nascitur [*]. Sic *spei* nomen ponitur & Rom. 8. 24. Col. 1. 5. 1 Thes. 1. 3. 1 Pet. 1. 3. & alibi, *spem illam quæ justitiæ*, nempe spirituali, *proposita est* [f]:) *exspectamus*] & consequimur [g].

6. *In Christo*] i. e. In Christi Regno, Ecclesia [h], religione [i], Lege. Sic *Moses* pro *Lege* sæpe ponitur [k]. ¶ *Neque circumcisio* (ac proinde nec alia Legis præcepta. Nam præceptum circumcisionis Judæi *præcipuum* ac *stabile* vocant, quia hoc solum de tot præceptis Jubentibus, si omittatur, pœnam habet additam ἐξολοθρεύσεως. *Angeli illius qui vim habebat exscindendi non circumcisos vim à Christo distinctam*, ait Orig. contra Celsum 4 [l]. Per *circumcisionem* intelligit omnia Judaicæ gentis privilegia, adoptionem, gloriam, fœdera, patres, totúmque cultum legalem, quibus superbiebant, & meritum justitiæ quærebant hypocritæ [m]:) *aliquid valet*, (nempe ad justitiam & salutem [o]:) *neque præputium*] Sub. *valet*, vel, 1. ad justitiam arcendam; vel, 2. ad eam acquirendam [p]. Hoc dicit nè quis ob id quòd incircumcisus est Deo se gratiorem putet [q], & ut gentilium supercilium dejiciat [r]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη] Ἐνεργουμένη sumitur, vel, 1. passivè †: ut semper sumitur, tum apud profanos scriptores, tum in Scriptura sacra [t]; ut Rom. 7. 5. ἐνηργεῖτο, &c. *efficiebantur*, vel *perficiebantur*, &c. 2 Cor. 1. 6. *salutis* τῆς ἐνεργουμένης, *quæ perficitur* tolerantiâ: 2 Cor. 4. 12. *mors in nobis* ἐνεργεῖται. i. e. producitur, ex collat. v. 11. Sic Eph. 3. 20. Col. 1. 29. 1 Thes. 2. 13. & 2 Thes. 2. 7 [v]. ubi Castalio vertit, *est in fieri, agitur*. Sic & Jac. 5. 16. *oratio* ἐνεργουμένη est *ex afflatu Spiritûs S. facta*. Sic & Hesychius, ἐνεργεῖται, κατασκευάζεται; & alibi, ἐνεργουμένη, τελειουμένη, vel, τελειωμένη [x]. Sic ergò locum reddo, *Fides per charitatem animata, acta, mota, incitata ad opus*, i.e. quæ constituitur in actu, vel quam charitas non sinit esse torpentem sive otiosam [y]: vel, *fides quæ per charitatem perficitur*, E. ex Sy. Ham. ut hic locus sit planè parallelus illi, Jac. 2. 22 [z]. Ex hac vocis significatione colligunt Pontificii Fidem à Charitate generari, sed perperam. Nam etsi passivè sumeretur, esset locutio illi similis, 2 Cor. 12. 9. *Virtus Dei perficitur in infirmitate*, i. e. se tum vel maximè exserit & ostendit. Sic & Syrus h. l. habet מתגמרא, quod non vertendum, *ea quæ perficitur*, sed potiùs *quæ ostendit se esse perfectam* [a]. Vel, 2. activè [b]: ἐνεργοῦμαι enim significationis est mediæ, significans idem quod ἐνεργῶ. Sic Rom. 7. 5. *passiones* ἐνηργεῖτο *operabantur in nobis*: 2 Cor. 1. 6. *pro*—*salute* τῆς ἐνεργουμένης, *quæ operatur tolerantiam*: & 4. 12. *mors operatur in nobis*. Sic Col. 1. 29. Jac. 5. 16 [c]. Sic Eph. 3. 20. 1 Thes. 2. 13. 2 Thes. 2. 7 [d]. In istis locis omnibus constat,

b Gom. fim. E. — c G. — d E. ex Be. fic G. — * Be. — f G. — g Me. T. ex Aug. fim. E. Gom. — h Gom. — i Pi. fim. Vor. E. Gom. Me. — k Pi. — l G. — m Vor. fic E. — n G. — o Me. — p V. — q G. — r V. — † Gom. — t Gom. fim. Be. — v Me. E. T. — x E. — y T. — z E. — a E. Me. T. — b Vor. — c E. — d Be. — * G. — f Be. — g Ham. — h G. — i Pi. — k Ca. E. — l E. fim. Me. — m Me. — n Pi. fic E. Me. Vor. — o Be. — † Vor. — p G. — q Be. — r Me. E. — y Par.

z Be. — a T. fim. E. Me. — b G. — c Idem. — d E. Me. — * Calv. — f Par. — g Me. — h E. — i Par. — k Gom. — l E. Par. fim. Be. — m Gom. — n Par. — o G. — p Par. — † G. — q Vor. — r E. — † Me. — t Be. — v Par. E. — x Gom. E. — y Gom. fim. E. — z Gom. G. — a G. — b G. Vor. Me. fic Gom. — c G. Gom. — d Vor. — * Pi. — f G. — g E. — h Par. — i E. Me. — k G. — l Idem. — m Par. — o E. Me. — p Par. — q G. fim. Be. Par. — r Par. — † E. Ham. — t E. — v Ham. fim. E. — x Ham. — y E. — z Ham. — a Cam. — b Cam. J. Cap. — c J. Cap. — d Cam. J. Cap.

stat Veterem Interpretem verbum hoc activè accepisse, quia vertit per *operatur* *. Jam *operari* non est passivum, sed activum [f]. [Sic ergò verba reddunt:] *Fides per charitatem agens*, P. Pi. vel, *operans*, Er. Be. vel, *efficax*, Mo. i. e. quæ vim suam exercet in nobis[g]; quæ agit, scil. occultâ & innatâ sibi virtute[h]: id quod proprium est Spiritûs; sentitur enim vis, cùm ipse nusquam appareat. Nam Legem vult parum efficacem videri, contrà, fidem efficacem[i]. *Fides* hîc Spem etiam comprehendit; quibus si accedat *Dilectio operans*, nihil desideratur amplius ad obtinendam salutem æternam[k]. Planéque idem valet *fides per charitatem operans* quod *nova creatio*, infrà 6. 15. & *observatio præceptorum Dei*, nempe Evangelicorum, 1 Cor. 7. 19. 1 Joh. 2. 3. Hoc est in Christianismo τὸ πᾶν[l]. Al. Hæc descriptio partim exegetica est, partim limitativa, significans non quamvis fidem, sed vivam illam & actuosam in Christo valere, &c[m]. Hâc determinatione, 1. fidem veram ab adulterina, vivam à mortua discernit[n]; 2. hypocritis, fidem solo ore testantibus, larvam detrahit; 3. calumniam operariorum refellit, quòd doctrina fidei studium bonorum operum minuit[o]. Quòd autem justificationem inter fidem & charitatem sive opera dividit, & falsum est[p], & repugnat scopo Apostoli[q], & superioribus omnibus ejus argumentis[r].

7. *Currebatis bene*] In via & doctrina Christiana †; in stadio fidei & pietatis[s], tendentes ad vitam æternam[v]. Sinceram fidei professionem notat[x]. Sæpe vita Christiana Cursui comparatur, quia magnâ ad eam alacritate & contentione opus est: suprà 2. 2. 1 Cor. 9. 24. Phil. 3. 16. 2 Tim. 4. 7. Heb. 12. 1[y]. Ex pristino profectu inconstantiam eorum accusat[z]. ¶ *Quis*, &c. Τίς ὑμᾶς ἀνέκοψε, &c.] Ita plerique Codices habent[a]: ἀνέκοψε est in MS[b]. & in nonnullis Codicibus, quomodo & Vulg. legit †. Ἐγκόπτειν propriè est, *transversum aliquid struere quo iter impediatur*: unde translatione quâdam[c] significat *impedire*[d], Act. 24. 4 *. Rom. 15. 22. 1 Thes. 2. 18[f]. 1 Pet. 3. 7[g]. & ἐγκοπὴ, *impedimentum*, 1 Cor. 9. 12[h]. ἀνακόπτω plus est quàm ἐγκόπτω[i]. Ἀνακόπτειν est *inhibere*: Lucian. ἀνακόψαι τὸ ῥεῦμα, *inhibere fluentum*. Sic ἀνακόπτω τὴν ὁρμὴν, *inhibeo impetum tuum*[k]. [Hinc variant:] *Quis vos impedivit* (vel, *inhibuit*, Pi. *turbavit*, Tre. ex Sy. *interpellavit*, P. Ar. *retudit*, Camer. *interrupit*, i. e. fecit ut inhibito rectò cursu retrò feremini[l].) *ut non crederetis* (vel, *pareretis*, Pi. sim. Be. vel, *acquiesceretis*, E.) *veritati*, Er. Il. Ti. &c. Christianæ scilicet, ut ad Judaismum dilaberemini[m]. *Veritatem* eximiè vocat ipsum Evangelium[n]. Vide suprà 3. 1[o]. Non inquirentis, sed indignantis interrogatio est, q. d. Quis, obsecro, tantùm persuadendo potuit ut, &c? A Diabolo hoc profectum est[p].

8. *Persuasio*, &c. Ἡ πεισμονὴ, &c.] *Persuasio* (vel, Nempe *persuasio*, Er. Ti. *Hæc persuasio*, P. Be. Pi. E. tum passivè, vestra; tum activè, seductorum[q]; nimirum ut veritati non obtemperaretis[r], vel quâ vobis persuadere conantur, legalia ad salutem necessaria esse †. Malim passivè accipere, quâ quis persuadetur ut credat, q. d. Hæc vestra credulitas, quâ tam leniter estis persuasi recedere à veritate[t]. Ἡ hîc demonstrat: est enim positum pro αὕτη ἡ πεισμονὴ[v] q. d. hæc perversa persuasio *.) *non* (sub. *est*, Vulg. P. vel, *profecta est*, Be. Pi. Er.) *ex vocante vos*, Mo. &c. i. e. ex eo qui in principio vocavit vos[y], i. e. ex Deo[z], Patre[a]: vel ex Christo[b], ex collat. Gal. 1. 6[c]. qui vos vocat vel vocavit ad communionem sui[d], ad fidem & gratiam *, ad vitam æternam[f]; ita ut eam vellet haberi per viam unicam[g], per Christum[h], 2 Tim. 1. 11, 12[i]. vel, per Evangelium[k]: qui non desinit vos etiam nunc vocare, ad resipiscentiam videlicet[l]. Deus jam antè vos ad veritatem vocavit, Gal. 3. 5. & iterum vocat[m]. Non est [autem] Deus sibi contrarius[n]. Est ergò à Diabolo[o], ejúsque ministris qui saluti vestræ insidiantur[p].

9. *Modicum*, &c. Μικρὰ ζύμη, &c.] *Paulum fermenti*, &c. P. Pi. &c. Adagium est, significans parvum alicujus partis vitium totum pervadere ac depravare[q]. Respicit, vel, 1. personas[r]: Præoccupatio est. Pauci tantùm defecerunt. At hi pauci, inquit, possunt omnes pervertere *; vel, q. d. Nè putetis paucorum hominum, qui à Judæa venientes aliud docent, insidias esse contemnendas; facilè enim ad multos penetrabit paucorum doctrina †. Similitudo est per quam significatur à à paucis facto initio latè admodum inter Galatas sparsam fallacem istam persuasionem. Vide Matth. 13. 33. & 1 Cor. 5. 6[t]. vel, 2. doctrinam[v], quæ fermento comparatur, Matth. 16. 12[x]. Est tacita prolepsis[y]: q. d. Nè putetis parvi esse momenti paucula legalia recipere[z]; ritus aliquos Mosaicos retinere concordiæ causâ, ut Judæi lucrifiant[a]: nam exigua corruptela cavenda est[b], exigua Legis portio, si cum Evangelio misceatur, sinceritatem ejus corrumpit, quandoquidem totius & partis, quoad negotium justificationis, eadem ratio est[c].

10. *Ego*, &c. Ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς, &c.] *Ego confido de vobis in Domino* (i. e. vel, 1. q. d. non per conjecturam, sed prophetiæ spiritu[d]; vel, 2. per clementiam & gratiam Dei *, qui quod in vobis benignè cœpit pro solita clementia perficiet[f]:) *quod nihil aliud sensuri sitis*, Er. P. sic Be. Pi. scilicet quàm id quod ego vos docui[g], vel quàm veritatem[h]. *Ego eam spem habeo in Dei erga vos bonitate, ut tandem*, re bene expensâ, *futuri sitis affecti ità ut ego sum*. Hoc ideo dicit, quia videbat illos non malâ malitiâ, sed incogitantiâ quâdam & metu lapsos[i]. ¶ *Qui*, &c. ὁ δὲ ταράσσων ὑμᾶς βαστάσει τὸ κρίμα, ὅστις ἂν ᾖ] *Sed qui turbat vos* (i. e. qui vestram in fide tranquillitatem novâ doctrinâ perturbat[k]. Insignem aliquem turbatorem perstringit[l].) *portabit* (βαστάζειν est *ferre aliquid quod grave est*, ut 2 Reg. 18. 14. Mat. 20. 12. Act. 15. 10[m]. vel, *auferet*, P. Vor. Be. nempe à Deo[n].) *judicium* (vel, *condemnationem*, P. Be. i. e. judicatam condemnationem. Metonymia Synecdochica[o]: justas pœnas luet[p]. Minatur vel excommunicationem, vel extremi judicii vindictam[q].) *quisquis fuerit*, Pi. sic Er. &c. h. e. quibuscunque titulis se ornaverit, Act. 15. 1, 24. Gal. 1. 8[r]. *Pœnas dabunt quicunque harum turbarum causæ sunt*: ὁ ταράσσων, הכהל. Vide Act. 15. 24. ubi de eodem dogmate agitur. Κρίμα, *pœna*, Mat. 23. 14. Marc. 12. 40. Luc. 23. 40 †.

11. *Ego*—*si circumcisionem* (h. e. necessitatem circumcisionis[t]:) *adhuc* (scil. post conversionem meam[v]:) *prædico*, (quod Pseudo-apostoli de Paulo dicebant, quippe qui Timotheum circumcidit, & alias Legis ceremonias observavit[x]: si verum esset quod illi dicunt[y]; si adhuc apud Judæos Judaizo, ut illi fingunt[z].) *quid* (vel, *cur*, E.) *adhuc persecutionem patior?*] Nempe à Judæis[a], solâ Legis æmulatione mihi infensis[b]: Cur me impugnant, quem affirmant pro illis stare[c]? Patior à Judæis persecutionem, ergò circumcisionem prædico[d]. Al. Nullam haberem curam tam dura ferendi quàm fero: nam Judæi, ut diximus, religionis causâ nulla mala patiebantur *. ¶ *Ergò*, &c. Ἄρα κατήργηται, &c.] *Nempe* (vel, *Igitur*, Er.) *abolitum* (vel, *evanidum factum*, Be.) *est* (i.e. vigorem habere desiit[f]:) *offendiculum crucis*, P. V. Pi. In MS. additur, *Christi*[g], i. e. Evangelium, quod est sermo crucis Christi, 1 Cor. 1. 18. quæ & nos à Lege liberavit, & Gentibus salutem peperit: quæ duo Judæis scandalum erant, & occasio persecutionis, &c[h]. Sensus, q. d. Nemo (Judæorum[i]) posthac offendetur, cùm Christus crucifixus prædicabitur[k]. Non enim tam offendit eos prædicatio crucis, quàm Legis per crucem abolitæ[l]: vel sic, frustrà crucem prædicamus, cujus humilitas & ignominia Judæos tantopere offendit[m]. *Si ità esset, non esset ea quæ est crucis offensio*, non infestarent me Judæi, nec eos offenderet Evangelium[n]. Sensus est, *Jam si id est, cessabit crux quæ tam multos offendit*. Σκάνδαλον σαυρῦ, id est, σαυρὸς ὅς ἐστι σκάνδαλον. Nam Genitivus sæpissimè apud Hebræos, interdum & apud alias gentes, appositivo sensu ponitur. *Crux* dicitur quicquid Christi causâ ferimus, Mat. 16. 24. Luc. 9. 23. & 14. 27[o]. *Crucem* vocat Evangelicam doctrinam, quæ crucifixi Christi justitiam respicit, ideóque à Judæis non admittebatur[p].

12. *Utinam*, &c. Ὄφελον καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς] *Utinam etiam* (καὶ hîc est ἐπιτατικὸν[q], habétque augmentum mali denunciati, v. 10[r].) *abscindantur* (vel, *amputentur*, sive *resecentur*, vel, *prorsus exsecentur*, Er.) *qui vos inquietant*, P. Be. Ca. Pi. i. e. sedibus vestris pellunt, dum non sinunt vos acquiescere in Christo †: vel, *labefaciant*, Er. Il. Ti. V. *commovent*, Val. *à statu dimovent*, Er. V. Val. Respexit id quod dixerat, *state*[t]: *infestant*, Ar. ἀναστατοῦν est *in vastitatem redigere*, in Isocrate,

Isocrate, sic & in Sophocle [v]: vel, *conturbant*, Tre. ex Sy. Vulg. i. e. à statu dejiciunt, aut dejicere moliuntur [x]; *subvertunt*, Amb. in Er. Me. i. e. student vobis auferre libertatem in qua statis [y]. Ἀνασατοῦντες hîc idem quod ταράσσοντες. Vide Act. 17. 6. & 21. 38 [z]. Ὄφελον optandi Adverbium est, & modò regit Indicativum, modò Optativum: vide 1 Cor. 4. 8. 2 Cor. 11. 1. Apoc. 3. 15 [a]. *Abscissionem* hanc variè explicant [b]: Utinam qui circumcisionem vobis obtrudunt, non circumcidantur ipsi solùm, sed etiam abscindantur illis prorsus genitalia [c]: Quandoquidem illi in pellicula abscissa ità gloriantur, *utinam illis abscindatur* insuper totum seminale membrum, quò magis triumphent. כרות שפכה, Græcè ὁ ἀποκεκομμένος, Deut. 23. 1. est *is cui*, ut cum Horatio loquar, *cauda salax demessa est*. Id ἀποκόψαι τὰ αἰδοῖα etiam Stephano, ubi de Gallis matris Deûm, quales & Pessinunte erant, urbe tunc Galatiæ cùm hæc Epistola scriberetur. Dion. de Heliogabalo, τὸ αἰδοῖον (*pudendum*) περιέτεμε——ἐβουλήθη μὲν παντάπασιν αὐτὸ κατακόψαι. Hîc κατακόψαι idem est quod ἀποκόψαι apud ό. & Paulum. Et sic hunc locum accepisse Chrysostomum apparet, Εἰ βούλονται μὴ περιτεμνέσθωσαν μόνον, ἀλλὰ καὶ περικοπτέσθωσαν. ποῦ τοίνυν εἰσὶν οἱ τολμῶντες ἀποκόπτειν ἑαυτοὺς, &c. (*Si volunt, non solùm circumcidantur, sed & amputentur. Ubi igitur sunt qui se abscindere ausint*, &c?) Nec aliter Hieron. *Si putant sibi hoc prodesse, non solùm circumcidantur, sed etiam abscindantur. Si enim exspoliatio membri proficit, multò magis abolitio.* Videtur ad hunc locum respicere Lex Wisigottica, 12. 3, 4. *Illi verò qui carnis circumcisiones in Judæis vel Christianis exercere præsumpserint, quisquis hæc aut intulit alteri, aut fieri ab altero permiserit sibi, veretri ex toto amputatione plectetur* [d]. Sed hæc sententia minùs digna videtur Apostolicâ gravitate [*]. Tunc etiam dixisset, ὄφελον καὶ ἀποτέμνονται, ut constaret paronomasia περιτομῆς καὶ ἀποτομῆς, *circumcisionis & abscissionis* [f]. 2. *Utinam abscindantur*, nempe à consortio Ecclesiæ [g], per excommunicationem [h], quam turbatoribus jam antè denunciavit [i], v. 10. & cujus causam memoravit, nempe periculum contagii, v. 9 [k]. Et hoc ad præsentem paronomasiam magis quadrat, ut, cùm Galatas studeant circumcidere, Galatæ contrà hosce à sua Ecclesia abscinderent [l]. Vel, comminatio est excommunicationis, vel votum duntaxat, quòd ob ipsorum pertinaciam suámque authoritatem spretam, malum irritandum potius quàm sanandum illo remedio putavit [m]. 3. Utinam exterminentur à Deo [n]. Qu. An rectè eis imprecatur? Resp. Non hoc facit ex odio, sed ex justitia [o], justâque indignatione pro gloria Dei & salute Ecclesiæ, quam periclitari per istos sensit, nec tam humano affectu illis malè precatur, quàm spiritu prophetico instans Dei judicium eis denunciat [p].

13. *Vos enim in*, &c. Ἐπ' ἐλευθερίᾳ, &c.] *In libertate* (vel, *In statu libertatis*: ἐπὶ apud Græcos scriptores sæpe Statum aut Conditionem significat [q]: vel, *In*, sive *Ad libertatem*, Er. P. Ca. Be. Pi. Tre. &c. nempe à jugo Legis Mosaicæ [r], necnon à peccato & à timore servili: his enim velut tribus partibus Evangelica libertas constat & perficitur †:) *vocati estis*, Mo. &c. Nempe ad salutem [t], gratis asciti estis [v], ἐπ' ἐλευθερίᾳ, pro, εἰς ἐλευθερίαν [x]. ¶ *Tantùm*, &c. Μόνον μὴ τὴν ἐλευθερίαν εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκὶ] Apostolus hîc partem Moralem, quam alibi tractare incipit absolutâ parte Dogmaticâ, dogmaticis interserit, occasione sumptâ ex voce *libertatis*. Libertatem Christus suis dedit in rebus quæ per se nihil habent honesti: In illis verò rebus quæ naturâ aut sensu communis utilitatis commendantur, plus exigit quàm Lex ulla [y]. [Sic vertunt:] *Tantùm* (Indicat, in proclivi hîc esse lapsum [z]: sub. *videte*, vel, *cavete*, Camer. Sch. T.) *nè libertatem* (sub. *detis*, Er. ex Hi. sic G. vel, sub. *ostendite*: quales ἐλλείψεις multæ in his Libris [a]: vel, sub. *habeamus*, Th. in Er. vel, *accipite*, Par. vel, *datam putetis*, P. *arripite ut datam*, Pi. *vertite in datam*, Be.) *in occasionem* (vel, *pro occasione*, P. vel, *occasionem*, Be. Pi.) *carni*, Mo. &c. h. e. naturæ vitiosæ [b], vel licentiæ carnali [c], ad serviendum carni [d], h. e. carnalibus desideriis [*], vel, ad denegandum proximo necessaria auxilia [f]. Ἀφορμὴ est *prætextus*, uti Rom. 7. 8. *Nolite carni*, i. e. carnis cupiditatibus, *hoc nomen Libertatis largiri in obtegumentum vitiorum*, nimirum quasi tanta sit Dei misericordia ut hominibus quomodocunque viventibus velit dare vitam æternam, quomodo Judaici Doctores dicebant, *omnem Israelitam partem habiturum in futuro seculo*. Non sic intelligenda est Christiana libertas [g]. Sensus est, Libertas nostra à Lege non est absoluta, sed duntaxat à maledictione & ceremoniis Legis, non autem ratione pietatis & charitatis quam præcipit [h]. Non estis immunes à Lege naturali & divina charitatis, non solùm erga Deum, sed & erga proximum [i]. ¶ *Sed per charitatem servite invicem*] Vel, *alii aliis*, P. Be. &c. Non tantùm non nocete, sed & servite omnibus [k]. Hæc libertas adeò non laxat carni habenas, ut etiam servitutem illi contrariam Christianis imponat, eam scilicet quâ quisque proximo suo subserviat, ejus commodis studendo, eique charitatis officia exhibendo [l].

14. *Omnis*, &c. Ὁ γὰρ πᾶς——πληροῦται] In MS. est πεπλήρωται ‖. *Nam tota Lex uno verbo* vel *dicto* (id est, præcepto [m], more Hebræorum qui decalogum vocant *decem verba*, ut & Græci δεκάλογον [n]:) *completur*, P. Be. Pi. Sicuti rudimenta implentur per doctrinam perfectiorem. Lex Israelitas tantùm inter se jungit, Evangelium homines omnes; idque non quovis modo, sed propter Deum [o]. Πληροῦται, id est, ἀνακεφαλαιοῦται, ut Rom. c. 13. v. 9. q. d. Omnia Legis præcepta generali illo charitatis præcepto comprehenduntur [p]. Non excludit dilectionem Dei, sed supponit, tanquam radicem ex qua pullulat dilectio proximi, & hæc certum est illius documentum [q]. *Legis* nomine secundam Decalogi tabulam intelligit [r]; synecdochicè †, ut quod in genere apud Paulum dicitur interdum restringendum est ad id de quo agitur [t]. Probarem, nisi addita esset particula πᾶς [*]. Similis locus, Matth. 7. 12. & 22. 39, 40. Rom. 13. 8, 9, 10 [v]. ¶ *Diliges*, &c. Ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις, &c.] *In illo* (vel, *Isto*, videlicet, Be. Pi. Nempe *in hoc*, Er. V. P. quod sequitur [x], vel quod scriptum est [y]. Exstant quidem hæc verba Levit. 19. 18. sed ibi *proximus* est Israelita aut proselytus, hîc omnis homo; & illud ἀγαπήσεις in Lege intelligitur secundùm præcepta Legis, in Evangelio secundùm præcepta Evangelica multò sublimiora. Ibi Dilectio exigitur in factis quibusdam, hîc & in animo & in factis majoribus [z]. [Vide dicta ad Rom. 13. 8, 9.] Hoc tacitè opponit Pseudo-apostolorum doctrinæ, qui solas ceremonias urgebant, &c [a].

15. *Quòd si invicem* (vel, *alii alios*, Pi. Be.) *mordetis*, &c. Δάκνετε καὶ κατεσθίετε] *mordetis* (verbis [b], invidiâ & calumniis †; roditis, laceratis [c]:) *& exeditis*, Be. vel, *devoratis*, P. Pi. i. e. læditis factis [d], rapinis & gravioribus injuriis ‖, contra præceptum dilectionis [*]. Erant inter Galatas dissidia [f], odia, detractiones, calumniæ [g], controversiæ & contentiones [h], fortè circa legalia [i], vel etiam ex aliis causis [k]. ¶ *Videte nè——consumamini*] Hîc enim est dimicationis & controversiarum exitus [l]. Cavete vobis, inquit, à talibus, nè mutuis istis odiis Dei iram & pœnas gravissimas in vosmetipsos concitetis. Vide Heb. 12. 29 [m].

16. *Dico autem*] q. d. Quod dicere volo tale est: eorum quæ dixi [n], vel hujus Epistolæ [o], summa est [p]. ¶ *Spiritu ambulate*] Ità Er. Mo. &c. i. e. vitam instituite secundùm Spiritum Christi, qui semper Christi verbis consonat, Rom. 8. 1, 10, 13, 14. & hîc infrà v. 18, 25 [q]. vel, juxta doctrinam Christi [r]; non lege, non carne †; secundùm instinctum, sive dictamen, non carnis, non mundi, non dæmonis [v], sed Spiritûs Sancti [x]. Sensus, q. d. Radix omnis vestri mali est defectus spiritûs [y]; vel, quòd non obsequamini Spiritui Sancto [z]. *Spiritum* hîc vocat, vel, 1. ductum Spiritûs Sancti [a]; vel, 2. novum hominem [b], de quo Eph. 4. 22, 23, 24 [c]. ¶ *Et*, &c. Καὶ——οὐ μὴ τελέσητε] *Et concupiscentiam*, sive *desiderium carnis* (vel, *quod concupiscit caro*, Be. Pi. E. i. e. omnes vitiosas cogitationes, inclinationes, appetitiones, &c. carnis. *Carnem* hîc vocat pravitatem originalem naturæ [d], vel veterem hominem [*], sive partem hominis nondum regenitam [f]:) *non* (vel, *nequaquam*, Pi. vel, *nè*, Be.) *perficiatis*, Mo. vel, *perficietis*, Er. P. Pi. Par. &c. vel, *perficite*, Be. ut *incedite* & *perficite* sint duo antitheta unius præcepti. Sic τελέσητε, esset pro τελεῖτε [g], subjunct. pro imperat. ut construi solet οὐ μή. Vide Mat. 19. 14 [h]. At ibi est μὴ κωλύετε, non οὐ μὴ κωλύσητε [i]. Errant qui οὐ μὴ τελέσητε putant esse Imperativi; nec locus quem citant

[v] Strig. [x] Er. [y] Me. [z] G. [a] Sch. [b] E. [c] Hi. Aug. Amb. Chrys. in Me. E. ex Caj. & Cræcis. [d] G. [*] Er. sim. Ham. E. [f] Par. [g] Gom. sic Pi. Me. Par. [h] Gom. sic E. Me. &c. [i] Gom. sim. E. [k] E. [l] Gom. [m] Ham. [n] Gom. sim. Be. [o] E. ex Hi. & Caj. [p] Par. [q] G. [r] E. sic Me. T. Gom. † E. [t] G. [v] Be. [x] Pi. [y] G. [z] Par. [a] G. [b] Gom. sic Pi. [c] Vor. [d] E. Me. [*] T. sic Par. [f] T.

[g] G. [h] Gom. [i] T. [k] G. [l] E. ‖ G. [m] Be. E. Me. T. [n] Be. [o] G. [p] Vor. [q] Par. [r] Gom. sic Be. † Gom. [t] Be. [*] D. [v] Gom. [x] E. [y] Camer. [z] G. [a] Par. ex Ca. v. [b] G. † Gom. [c] Me. T. [d] G. ‖ Gom. [*] E. [f] G. [g] T. Me. [h] Me. sic E. Vor. [i] T. sim. E. Me. [k] E. [l] Me. [m] G. [n] E. [o] Me. [p] E. Me. [q] G. [r] V. † Me. [t] T. E. [v] T. [x] E. T. [y] Me. [z] T. [a] Par. [b] Gom. Par. sim. Be. [c] Gom. [d] Par. [*] Gom. Par. [f] Par. sim. Be. [g] Par. [h] Be. [i] Par.

citant id ullo modo ostendit: contrà, οὐ μὴ, sequentem habens Subjunctivum, significat id quod fieri potest aut solet, Matth. 5. 18. οὐ μὴ παρέλθῃ, ut & Luc. 21. 32. Matth. 10. 23. οὐ μὴ τελέσητε, & 42. οὐ μὴ ἀπολέσῃ, Matth. 16. 28. οὐ μὴ γεύσωνται, Heb. 8. 11. οὐ μὴ διδάξωσιν, Apoc. 18. 7. οὐ μὴ ἴδω [k]. Promissio potiùs est futuri eventûs quàm merum præceptum [l]: id quod sequens ratio confirmat [m]; caro Spiritu frænatur, tanquam à suo contrario [n]. Sensus, q. d. Si Spiritu obedieritis, caro nihil negotii vobis facesset [o], & quamvis in vobis maneat ac vos vexet [p], atque solicitet ad peccata [q], non tamen dominabitur vobis, ut jussa illius, quasi mancipia, *perficiatis* [r], i. e. opere compleatis †, aut consensu [t]. Τελεῖν ἐπιθυμίαν, est *opere eam perficere*. Sic ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα, Jac. 1. 15. *Ità fiet ut non agatis ea quæ carni* (supple *tantùm*) *placent*; quod qui faciunt dicuntur *carnis curam habere ad cupiditates*, Rom. 13. 14. *ambulare secundùm carnem*, Rom. 8. 1. *in carne esse*, Rom. 8. 5. Caro & affectus qui ex carne oriuntur quærunt jucunda, nec considerant quid rectum aut non rectum sit: quod discrimen aliquatenus dictat Ratio, Dei autem præcepta plenissimè. Tales affectus vocantur ἐπιθυμία σαρκὸς, Joh. 2. 16. Eph. 2. 3. 1 Pet. 2. 11 [v]. Definit h. l. eum esse rectum Christianæ libertatis usum, ut *Spiritus* ductum sequamur, *carni* verò repugnemus [x]; ostendit hoc esse domandæ carnis remedium, ut Spiritu Dei in vita nostra nos regi à Deo petamus & studeamus [y].

17. *Caro enim concupiscit adversùs spiritum*, &c.] i. e. Naturâ in diversum feruntur: caro in suavia, Spiritus in ea quæ pia & sancta sunt [z]. Est ratio docens, quare & quomodo Spiritus concupiscentiæ carnis medeatur, à contrariis, quæ se mutuò pellere solent. Sunt autem caro & Spiritus contraria [a], cupiditates carnis & Spiritûs inter se pugnant; idque apparet ex contrariis studiis, actionibus [b], & desideriis [c], ut sequentia declarant [d]. Qu. Quid hîc per *carnem* & *spiritum* intelligit? Resp. 1. Duplicem hominis appetitum, inferiorem, sive sensitivum, ut superiorem, sive rationalem, & intellectum *; vel, sensualitatem & rationem [f]. Sed hoc refellit, 1. quòd hi duo appetitus in multis non pugnant, ut in hominibus carnalibus. At *caro & spiritus* ubique pugnant, ut hîc sequitur. Confer Rom. 8 [g]. 2. quòd pars intellectiva concupiscit adversùs Spiritum [h]; 3. quòd inter opera carnis in sequentibus ea recensentur quæ ad appetitum sensitivum referri non possunt, ut idololatria, sectæ, invidiæ [i]. Resp. 2. Animam, sive hominem ipsum, quatenus carnalis est, i. e. ad vitia proclivis, & quatenus spiritualis est, id est, per Spiritum Sanctum reformatur [k]. Quæ sententia aliquo modo probabilis est [l]. Resp. 3. Malim *carnem* hîc dici ipsam carnalem concupiscentiam quam ex Adamo traximus [m], carnalem quamvìs concupiscentiam, sive illa sit in appetitu sensitivo, sive in rationali [n]: *spiritum* verò, ipsum Spiritum Sanctum [o], ut constat ex collat. tum v. 22. tum Rom. 8. 14. *Concupiscit* autem, i. e. concupiscere nos facit, quo sensu Spiritus *postulare* & *clamare* dicitur, quia nos postulantes & clamantes facit [p], vel excitat & commovet in nobis desideria contraria [q]. ¶ *Hæc*, &c. Ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις.] *Hæc autem inter se* (vel, *sibi invicem*, Camer.) *opposita sunt*, P. Be. Pi. Nempe, tum caro & Spiritus, tum concupiscentiæ utriusque [r]. Nempe, in multis rebus multa delectant quæ non decent; & contrà. Hoc dictum vim habet παρενθέσεως †. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα μὴ ἃ ἂν θέλητε ταῦτα ποιῆτε.] Vel aliquid hîc subaudiendum, veluti, *Quod ego dico*, sive, *cujus rei vos admoneo*, ne quicquid vobis in mentem venerit, committatis, sed ut diligenter consideretis à carne an à Spiritu proficiscatur quod appetitis: vel sensus est, hoc certamen in causa esse cur non possint perficere bonum quod optant, ut explicatur Rom. 7 [t]. Sed ità ἵνα, pro ὥστε erit [v], ut Apoc. 13. 13 [x]. Notat Apostolus non eventum, sed causam finalem, agitque [y]; vel, 1. de voluntate tantùm prava, quòd hanc Spiritus frænet, nec sinat facere quæ prava libido suggerit [z], vel, quæ carni adlubescunt [a]: vel, 2. de voluntate tantùm regenerata, quòd hanc non sinat caro facere quæ vult bona, ut Rom. 7 [b]. Velletis non concupiscere, & non sentire motus iræ aut libidinis, & tamen quod optatis assequi non potestis †, durante hac mortalitate ‖. Non de malis, sed de bonis operibus agit, q. d. Caro nihil aliud quærit, cum Spiritum oppugnat, quàm ne faciamus ea bona, quæ facere velimus; sicut ex v. præced. ampliùs apparet [c]. Hoc construendum est cum proximo membro, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ σαρκός. *Ideo Spiritus se Carni opponit, ne ea faciatis quæ alioqui velletis*, nempe si Caro sola vos duceret. Vide Rom. 8. 13 [d], vel potiùs, ut suadet antithesis, de utraque: Quia, inquit, Caro & Spiritus contraria concupiscunt, hinc fit, ut non semper ea quæ vultis, tam in bonis quàm in malis, etiam facere possitis *.

18. *Quod*, &c. Εἰ δὲ πνεύματι ἄγεσθε, &c.] *Quod si Spiritu* (sancto scilicet, quem omnes hîc intelligunt, de eodem ergò loquebatur v. 16 [f].) *ducimini*, (Hoc iterum cum illo quod dixi membro cohæret. Ἄγεσθαι hîc est *duci, regi, gubernari*, ut Rom. 8. 14 [g]. Si vos Spiritus S. movet, agit, impellit; si, ut dictum, Spiritu ambulatis [b]: Sed hæc differunt ut antecedens & consequens, imò ut causa & effectus. Naturâ priùs Spiritus ducit, posteriùs nos incedimus [i].) *non estis sub Lege*, P. Be Pi. &c. tum morali †, scilicet terrente, vindicante [k], premente [l], cogente [m], maledicente [n]; tum ceremoniali [o]. Ratio est, quia Spiritu duce libenter faciunt quæ Lex præcipit [p]: vel, quia Spiritus nos ducens est Spiritus adoptionis & libertatis, & pignus salutis futuræ [q]. Qui *Spiritu ducuntur*, ut jam majores annis facti, non opus habebant Lege adolescentiæ custode; suprà 3. 25. Pro ὑπὸ νόμον malè in quibusdam cod. est ὑπὸ νόμῳ [r]. Anticipatio est: objici poterat. Si igitur præstare non possumus bona quæ volumus, sumus sub Lege. Imò, inquit Paulus, etiamsi non possitis omnia præstare, modò Spiritûs ductu vitam instituerítis, ut Caro non imperet, non estis sub Lege, condemnationis nimirum ratione. Similis locus, Rom. c. 8. v. 1 †.

19. *Manifesta sunt autem opera carnis*] i. e. actus ad quos excitat Caro [t], studia moresque hominum carnalium [v]. Ut ostendat quò ducat Caro remotis frænis, turpissima quædam digito ostendit. Confer Matth. 15. 19 [x]. Hæc autem dicit *manifesta esse*, vel, 1. quia lumine naturæ omnibus constat esse turpia, detestanda, fugienda [y], quia contra conscientiam fiunt [z]; vel, 2. ut innuat, homines ista patrantes frustrà latebras quærere & impunitatem sibi promittere, uti solent [a], quia vitium non perinde ut virtus simulari potest [b]: vel, 3. quia manifestum est, talia non Spiritu Divino, sed concupiscentiâ carnis instigante, fieri [c]. ¶ Μοιχεία] Hæc in Lege Mosis est *concubitus viri Cœlibis, aut Mariti, cum nupta aliena*; in Evangelio; *etiam Mariti cum ea quæ nupta non est*; quia Christus jura sexuum æqualia esse voluit, contrà quàm factum est ubi soli Viri exclusis Fœminis Legum erant Domini [d]. Est violatio tori alterius, imò & sui. ¶ *Fornicatio*; est concubitus soluti cum soluta *. Πορνεία] Sub hoc nomine veniunt & *concubitus extra nuptias & nuptiæ illegitimæ*, ut videre est 1 Cor. 5. 1. Vide ea quæ dicta Act. 15. 20. ¶ *Immunditia*, Ἀκαθαρσία] Vox hæc satis latè patet, ut diximus ad Matth. 23. 27. sed videtur hîc, ut & Rom. 1. 24. & 2 Cor. 12. 21. contrahi ad libidinem extra naturam. Sic Barnabas in Epistola ἀκαθαρσίαν vocat eam ἀνομίαν quæ ore fit. Balsamo ad Basilicum ἀκαθαρσία interpretatur αἰσχρουργία, i. e. [Hebrew] [f]. Est mollities quâ quis contra naturam se contaminat [g]. Non modò scelus illud contra naturam, Romanis olim & hodie familiare, sed omnem libidinem, mollitiem, seminis abusum, impudicitiam, complectitur [h]. ¶ *Luxuria*; ità Æth. Ἀσέλγεια] *Libido*, Ar. *Luxus*, Tre. ex Sy. *Protervia*, P. Mo. Pi. *Salacitas*, Ca. *Lascivia*, Er. Ti. Be. Pi. Me. T. Par. *Petulantia*, quâ caro ad opera præcedentia inflammatur, verbis aut factis [i], per gestus, oscula, tactus impudicos [k]. Significat, ut ad 2 Cor. 12. 21 diximus, omne lasciviæ genus, in quo primas obtinent partes libidinum incitamenta [l].

20. *Idolorum* (vel, *Falsorum numinum*, G.) *servitus*] Vel, *cultus*, E. Me. G. qui plerumque apud simulacra celebrari solebat [m]. ¶ *Veneficia*, Φαρμακεία] *Veneficium*, Er. P. Be. Pi. E. &c. Cùm scilicet potionibus, aut aliâ simili ratione, occultè necantur homines [n]: propriè significat veneni procurationem, sed extendi solet ad maleficia, sive opera magica, per quæ ex pacto cum dæmonibus inito nocumenta inferuntur hominibus [o]. Φαρμακεία propriè quidem *veneficium* significat, sed sæpe

Ii respon-

Marginal notes (col. 721): k G. — l Vor. — m Par. sim. E. — n Par. — o Vor. — p Par. — q E. Me. sic Par. — r Par. — † Par. sic E. Me. — t E. Me. — v G. — x Gom. — y Par. ad v. 17. — z G. — a Par. sim. Pi. — b Vor. — c Par. — d Vor. — * Q. in E. — f L. — g E. — h E. ex Aug. — i E. — k Q. in E. sim. Par. &c. — l E. — m Me. sim. E. — n T. — o E. ex Hi. Ans. Aquin. Caj. — p E. — q E. Me. — r Par. sim. E. — † G. — t Be. — v Be. sic Pi. — x Pi. — y Vor. — z Q. in Par. — a Pi. — b Al. in Par. — † Me. sim. E. — ‖ E.

Marginal notes (col. 722): c Vor. — d G. — * Par. — f Par. — g G. — h E. sic Me. — i Par. — † E. — k E. Me. — l E. — m Me. sic Par. — n Par. — o E. sic Par. — p E. Me. — q Par. — r G. — † Gom. — t Me. sic E. — v Par. — x G. — y Par. — z Strig. — a Par. — b Vor. — c E. — d G. — * Par. E. — f G. — g T. sic Me. — h Par. — i Idem. — k T. ex Ans. & Aquin. Me. — l G. — m G. — n Me. — o E.

respondet Hebrææ voci להטים, Exod. 7. 11, 12. & בשפים, Esa. 47. 9, 12. ubi de Magicis artibus agitur: credo quòd iidem plerumque essent & venefici. Vide Pharmaceutriam Theocriti & Virgilii [p]. ¶ *Inimicitiæ*, Ἔχθραι] *Simultates*, Er. i.e. odia [q] manentia [r], inveterata †, occulta [t]. ¶ *Contentiones*, Ἔρεις] *Lites*, Be. Pi. verbis plerumque probrosis [v]: Verborum certamina ex ira [x], Rom. 1. 29. & 13. 13. 1 Cor. 1. 11. & 3. 3. 2 Cor. 12. 20 [y]. ¶ *Æmulationes*] Conjunctæ cum invidentia [z]: cùm quis vel conatur alium præpedire ab eo quod ipsemet ambit [a]; vel, dolet quòd eo quod concupierit alius potiatur, ipse careat, ut Cicero explicat [b]. Ζῆλοι] *Invidiæ*, Mo. Æmulatio improba de honore: solet jungi cum voce ἔρις, ut Rom. 13. 13. 1 Cor. 3. 3. 2 Cor. 12. 20. sicut & φθόνος & ἔρις junguntur, Phil. 1. 15. 1 Tim. 6. 4 [c]. ¶ *Iræ*; ità Er. Mo. &c. Θυμοὶ] *Excandescentiæ*, Be. Pi. Fervor animi exardescentis ad vindictam [d]. Ira immoderata, 2 Cor. 12. 20 *. ¶ *Rixæ*] Cùm quis semper ad contradicendum & contendendum paratus est [f]: Dicitur & φιλονεικία [g]. Ἐριθεῖαι] *Contumaciæ*, ut Rom. 2. 8. Jac. 3. 16 [h]. ¶ *Dissensiones*; ità Mo. Διχοστασίαι] Sic & Rom. 16. 17. 1 Cor. 3. 3. idem quod σχίσματα, 1 Cor. 1. 10. & 11. 18. & 12. 25. *dissidia quæ sine opinionum diversitate Ecclesiam scindunt*; putà ex Episcoporum electione discordi, ex contemptu disciplinæ [i]. *Seditiones*, Er. Il. Ti. Ca. *Dissidia*, P. Be. Pi. Tre. ex Sy. Par. in rebus politicis [k], aut apud domesticos, aut etiam fideles [l], cùm dicunt, *Ego sum Pauli*, &c [m]. ¶ *Sectæ*; ità Er. Il. Ti. Mo. Ca. Αἱρέσεις] *Sectæ quæ ex placitis humanis vehementiùs defensis trahunt originem*. Vide quæ dicta 1 Cor. 11. 19 [n]. *Schismata*, Tre. ex Sy. Dissensiones circa religionem [o]. *Hæreses*, P. Be. Pi. Vide Act. 5. 17. 1 Cor. 11. 19 [p]. Opiniones falsæ & dissidentes in doctrina religionis. Cùm *dissidia* nominâsset subjicit hîc præcipuam ejus speciem [q].

21. *Invidiæ*, Φθόνοι] Dolor ex bonis alienis [r]. ¶ *Homicidia*, φόνοι] *Cædes*, P. Be. Pi. &c. Voces paris soni amat jungere Apostolus, ut has ipsas, Rom. c. 10. v. 29 †. ¶ *Ebrietates*, (ex ingurgitatione vini & potûs nimia [t]:) *comessationes*] Excessus circa cibos [v]. Hæc [duo] rebus cohærent. Vide ad Rom. 13. 13. ¶ *Et his similia*] De paribus par judicium [x]. ¶ *Prædico*] Non tam ut monitor, quàm ut vates rei certò eventuræ [y]. Præmoneo priusquam veniat dies retributionis, sive judicii, quem hîc respicit [z]. ¶ *Sicut prædixi*] Breviter suprà v. 13 [a], vel, quum apud vos essem [b]. ¶ *Qui talia agunt*, &c.] Illud, τὰ τοιαῦτα, abundat hîc. Satis enim fuerat dixisse ἅπερ. Sed quia voces quædam intercesserant, nihil nocuit eandem significationem aliis vocculis reponere. Πράσσοντες noli restringere ad ἕξιν, (*habitum*) sed sume etiam de actibus προαιρετοῖς (*consultò factis*.) Ubi hæc reperiuntur ibi nondum regnat Spiritus [c]. Hæc autem comminatio est conditionalis, nisi resipuerint [d], Ezec. 18. 23, 32. & 33. 11. Marc. 2. 17. Quod exemplis Davidis, Manassis, Petri, &c. probatur *.

22. *Fructus autem* (i. e. opera [f], ut Matth. 3. 8, 10. & 7. 16, &c. Luc. 3. 8. & 6. 43, &c [g]. Sed *fructus* vocare maluit, quia, sicut fructus arborum, & utilitatem hominibus præstant & delectationem [h]. Deo quoque grata & accepta sunt instar suavissimi fructûs †. Vitia sunt *infrugifera*, Eph. 5. 11. virtutes frugibus gloriosis pullulant [i]. Vocat autem *fructum* num. sing. propter connexionem omnium in charitate [k].) *Spiritûs* (Πνεῦμα hîc intellige, ut suprà, *Spiritum sanctum* [l]: q. d. à Spiritu gratiæ provenientes [m]:) *est charitas*, Ἀγάπη] Illa de qua 1 Cor. 13 [n]. Charitas erga Deum & proximum [o]. Ab hac orditur, quia hæc reliquorum radix est & origo [p], & legis complementum, v. 14 [q]. Alibi generaliùs sumitur, hîc *beneficentiam* significat [r]: opponitur ἔχθραις & φθόνοις †, & litibus, iræ, &c [t]. ¶ *Gaudium*] Scil. spirituale, quod *gaudium in Spiritu sancto*, Rom. 14. 17. h. e. in iis bonis quorum author est Spiritus S. vel quæ ad nostram spectant sanctificationem [v]; quod oritur ex conscientia serena, sancta & purgata, &c [x]. *Gaudium* ex bonis alterius [y], quod *invidiæ* opponitur [z]. Est oblectatio animi, vel, 1. propter Deum ejúsque gloriam, de quo 1 Cor. 13. 6. cui opponitur gaudium peccati: vel, 2. propter nos, ex conscientia amoris Dei erga nos, de quo Luc. 10. 20. Rom. 5. 3. vel, 3. propter proximum, ex cognitione commodorum & salutis illius, de quo Rom. 12. 15. 1 Cor. 13. 6 [a]. Hilaritas est erga proximum, quæ morositati contraria est [b]. *Gaudium* tum internum cordis ex Deo reconciliato, tum externum moderatum, ex bono præsenti vel exspectato [c]. ¶ *Pax*] Aut cum Deo [d], Rom. 5. 1. aut cum conscientia nostra *, quâ tranquilla mens nullis passionibus turbatur [f]; aut cum proximo [g], quæ est in bono & ad bonum cum aliis tranquillitas, de qua hîc & Rom. 12. 18. pacifica cum proximis conversatio [h], fuga dissidiorum: opponitur ἔρισι [i], rixis & contentionibus [k], & inimicitiis [l]. ¶ *Patientia*, Μακροθυμία] *Longanimitas*, Er. V. E. *Patiens animus*, Be. *Lenitas*, P. Pi. Er. V. E. Me. *animi*, Er. V. Me. quâ quis mala (quamvis gravia & diuturna [m]:) forti & constanti animo perfert [n]; quâ patienter tolerat injurias, nec leviter irritatur [o], sed multa condonat pacis causâ & emendationis spe [p]. *Spes de lapsorum emendatione*, opposita ζήλοις [q], vel excandescentiæ [r]. ¶ *Benignitas*; ità P. Be. Pi. &c. Χρηστότης] *Suavitas in convictu*, opposita ἐριθείαις †: humanitas, quâ alteri libenter sumus usui [t]: morum facilitas ac suavitas, quâ quis aliis se libenter accommodat in bonum. ¶ *Bonitas*, Ἀγαθωσύνη] Quâ quis & à nocumentis abstinet, & prodesse ac benefacere paratus est [v]: est animi ad optima quæque propensio [x]: vera probitas, candor, ingenuitas [y]: bonitas illa quæ dubia accipit in partem meliorem, nec facilè quenquam aut condemnat aut contemnit, Rom. 15. 14. Hæc impedit διχοστασίας [z]. ¶ *Fides*] Fidelitas [a], & veracitas in promissis [b], pactísque servandis [c], quæ est fundamentum justitiæ [t]. Al. Intelligenda hîc *aperta professio veræ fidei*: opponitur ταῖς αἱρέσεσι [v]. ¶ *Modestia*, Πραότης] *Mansuetudo*, Er. P. Pi. Par. *Lenitas*, Be. *Iræ fuga*: opponitur θυμοῖς [x]. Ut non irascamur nisi quibus, quando, quamdiu, &c. oportet [y]. Est animi & morum facilitas, seu lenitas comitati & affabilitati juncta. Cui opponitur vindictæ studium, ferocitas & morositas [z]. ¶ *Continentia*, Ἐγκράτεια] *Temperantia*, P. Be. Pi. Er. G. quæ & *libidinibus* suprà memoratis & *ebrietati* opponitur [a]. Hæc est voluptatum corporis (& circa opes atque honores [b];) moderatio [c]. Qu. Quomodo sunt hæ virtutes fructus Spiritûs, quæ & in Ethnicis erant [d]? Resp. Differunt in tribus, 1. in efficiente *, quæ in Ethnicis ratio erat [f], vel lux reliqua naturæ [g]; in Christianis Spiritus Dei [h], fides & animus regeneratus [i]: 2. in forma [k]; ibi sine fide, hîc ex fide sunt [l]: in illis congruunt Legi Dei, quia sunt à Spiritu, & defectus qui a nobis accedunt Christi gratiâ teguntur, 1 Pet. 2. 5. Heb. 13. 21. in his verò hâc destituuntur [m]: 3. in fine; illorum opera ad gloriam aut commodum proprium potissimum referuntur [n], horum ad gloriam Dei, & obedientiam ei præstandam [o].

23. *Adversus*, &c. Κατὰ τῶν τοιούτων, &c.] Legendum hoc in genere vel neutro [p], vel potiùs masculino [q]. *Adversus ejusmodi* (vel, *talia*, nempe tales fructus Spiritûs [r]: vel, *tales*, Pi. Par. vel, *eos qui sunt ejusmodi*, P. i. e. qui tales fructus edunt †, qui ductum Spiritûs sequuntur, & adversus carnem luctantur, etiamsi Legi perfectè non satisfaciant [t]:) *non est Lex*, Be. Pi. scil. arguens, puniens [v], damnans [x], maledicens [y], ex collat. v. 21 [z]. ac proinde, *si spiritu ducimini, non estis sub Lege*, ut dixit v. 18 †. Minus hîc dicitur, plus intelligitur [a], q. d. Præmia vos manent, non pœnæ Legis violatæ [b]; regnum consequemini, v. 21. Id autem hîc non expressit, nè putaretur hoc esse beneficium Legis [c]. Similis locus suprà v. 18 [d]. Hæc qui præstant, Lege non habent opus *. Confer 1 Tim. 1. 9 [f]. Si homines fuissent tales, nihil opus fuisset Lege Mosis aut aliâ Lege pœnali, suprà 3. 19. Græcorum est dictum, Δίκαιος ἀνὴρ τῷ τρόπῳ χρῆται νόμῳ. Tacitus Annal. 3. *Vetustissimi mortalium nullâ adhuc malâ libidine, sine probro & scelere, eóque sine pœna aut coercitionibus, agebant* [g].

24. *Qui autem* (vel, *enim*, Be. Pi. P. δὲ pro γὰρ, ut suprà v. 2. Causam adfert cur tales non sint sub Lege, quia Christus, cujus Spiritu aguntur, carnem in iis exstinxit [h]:) *sunt Christi*] membra scilicet [i], verè Christiani [k]; qui ad Christum pertinent, qui se ei dedere regendos [l]; qui Christi Spiritu aguntur [m]. ¶ *Carnem* (i. e. carnalem concupiscentiam [n], naturam pravam sive vitiatam [o]:) *crucifixerunt*] i. e. vel, crucifigere cœperunt,

cœperunt, vel potiùs crucifigere debent, virtute baptismi, & quia Christus crucifixus est. Sunt verba præcepti [p]: in sese mortificaverunt [q], & compresserunt [r], idque per Spiritum Sanctum †. Ii carnem constrictam tenent, viresque ejus, ad peccandum scilicet, constringunt; sicut homo cruci affixus constringitur, frangitur, & cum sanguine vires ei abscedunt. Vide Rom. 6. 6 [t]. ¶ *Cum*, &c. Σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις] *Cum affectibus* (vel, *passionibus*, Vulg. Vor. non naturalibus, sed inordinatis. Confer Rom. 1. 24, 26 [v]. *passionibus peccatorum*, ut vocat Rom. 7. 5 [x]. vitiis suis habitualibus [y]: affectibus τοῦ θυμοειδοῦς [z], *facultatis irascibilis*.) *& concupiscentiis*, Er. P. Pi. vel, *cupiditatibus*, Be. i.e. moribus suis actualibus [a], vel affectibus τοῦ ἐπιθυμητικοῦ sive ὀρεκτικοῦ [b], (*facultatis concupiscibilis*.) Hæc autem non ità perimunt fideles nè sint, sed nè dominentur [c].

25. *Si* (i.e. Quia [d]; ex causa enim infert effectum *:) *Spiritu vivimus* (animati gratiâ & instinctu Spiritûs Sancti [f]; si in vitam novam per Spiritum regenerati sumus [g]: si internam habemus vitam & animam gratiæ [h]: si animus noster Dei Spiritu movetur: sic & infrà 6. 16. Nam Moveri est vivere [i]: si verè donati sumus illo Spiritu vivifico, qui facit ut peccato mortui Deo vivamus [k]. Al. si vitam æternam per Spiritum consecuti sumus [l].) *& Spiritu* (vel, *etiam*, Be. Pi.) *ambulemus*] vel, *incedamus*, P. Be. Pi. i. e. Actibus id ipsum exprimamus: quod הלך Hebræi dicunt. Vide quæ dicta ad Joh. 11. 9, 10. 1 Cor. 7. 17. 2 Cor. 5. 7. Eph. 4. 17. & 5. 15 [m]. Hoc reipsâ, id est, vitâ sanctâ, testemur [n]: sequamur eam vitæ rationem quam Spiritus docet [o], nec defluamus à spiritu ad opera carnis [p]: vel, exerceamus opera vitæ hujus Spiritualis, quæ sunt sanctæ actiones [q]; spirituales actiones exerceamus, nempe respondentes vitæ Spirituali. Alioqui *Spiritu vivere* & *Spiritu ambulare* æquipollent. Confer Rom. 8. 5, &c [r]. Ortui respondeat totus vitæ cursus, & idem spiritus sit omnium actionum norma, qui fuit vivificationis principium †.

26. *Non*, &c. Μὴ γινώμεθα κενόδοξοι, ἀλλήλους προκαλούμενοι, &c.] Hæc ideo specialiùs inculcat Paulus quòd hæc mala maximè in Ecclesiis Galaticis invaluissent [t]. Sequuntur præcepta specialia, &c [v]. *Nè simus* (vel, *efficiamur*, Er. P. Atqui natura nos tales genuit [x]: loquitur in prima persona, seipsum comprehendens, quò civilior sit admonitio [y]: nè simus, vel esse pergamus [z].) *inanis gloriæ* (quam *inanem* vocat, vel quia caduca est & momentanea, vel potiùs quia tantùm in hominum opinione posita [a]:) *cupidi* (vel, *inaniter gloriosi*, Er. Κενόδοξοι sunt qui honorem venantur ex iis rebus in quibus verus honor situs non est, ut ex Opibus, Eruditione, Eloquentia. Horum vitium κενοδοξία, Sap. 14. 14. Phil. 2 [b]. 3. Aperit fontem invidiæ & contentionum inter Galatas regnantium, nempe cupiditatem excellendi inter homines [c].) *alii alios provocantes*, Be. Pi. ad pugnas verborum [d], Προκαλεῖσθαι, *provocare*, dicitur de iis qui ad certamen, aut bellicum aut judiciale, alios vocant. Indè per translationem dicitur de iis qui in quovis alio certamine, putà eruditionis aut eloquentiæ, sperant se aliis superiores fore: hoc est eorum qui potiores se arbitrantur, aliorum est invidia; neutrum verò Christiano convenit *. ¶ *Invidentes*] Si victi fuerimus [f]: cùm pares, aut cæteris superiores esse non possumus [g]. Ambitio inferiores contemnit, provocat, &c. æqualibus & superioribus invidet virtutem & fortunam suam [h].

CAP. VI.

1. **F**Ratres] Latet hîc argumentum, Fratres non decet inhumana feritas morum in reprehensionibus, &c [a]. ¶ *Etsi*, &c. Ἐὰν καὶ προληφθῇ—ἔν τινι παραπτώματι] *Etiamsi* (vel, *Si &*, Mo.) *occupatus* (vel, *præoccupatus*, P. Be. Pi. Mo. *anticipatus*, Ca. h. e. præventus antequam potuerit cavere [b]. Notat improvisam occupationem [c], ad extenuandam culpam, q. d. non malitiâ & animo destinato [d], sed infirmitate, vel imprudentiâ, lapsus *, vel impetu abreptus, vel ignoratione seductus *, seu à dæmone, seu à carne, seu à falsis fratribus, in fraudem actus [f]. Vel, *deprehensus*, quomodo προληφθῆ sumitur Sap. 17. 17. Vult autem dicere, *deprehensus antequam hæc Epistola ad vos veniat* [g].) *fuerit homo* (i.e. aliquis, ut est infrà v. 7. quia Hebræi sic ponunt איש [h]: Indefinitè dicit, *si homo*, ut nemo lapsibus humanis se exemptum putet [i].) *in aliquo delicto*, Er. Il. Ti. &c. nempe eorum quæ jam dixi, præsertim ἀγνοημάτων aut ἀσθενείας [k]. Παράπτωμα est lapsus hominis ex improviso impingentis [l]. ¶ *Vos—Spirituales*] i.e. vel, 1. Presbyteri (sive Rectores [m];) Ecclesiæ [n]: cui favet, 1. quòd πνεῦμα interdum denotat χαρίσματα in illos collata: 2. quòd his competit πνεῦμα πραότητος, cui opponitur ῥάβδος, 1 Cor. 4. 21. quæ vox censuram notat, &c [o]. 3. quòd his ex officio incumbit lapsos restituere, &c [p]. Vel, 2. qui Spiritûs ductum præ cæteris sequimini [q], fortes ac robusti, Rom. 15. 1 [r]. qui spirituales & perfecti videmini, vel nobis †, vel aliis [t]. Talium præcipuè est officium lapsos corrigere sive erigere, & infirmorum ædificationi se impendere [v]. ¶ *Instruite*, &c. Καταρτίζετε, &c. *Instaurate* (Sed, *Instaurate*, de personis dici non solet [x]: vel, *Instruite*, Mo. *Reficite*, Er. V. Ca. *Sarcite*, Er. *Reconcinnate*, vel, *Compingite*, Be. i. e. nitimini eum quasi membrum lapsu suo luxatum, & à compage corporis sejunctum, suo loco reponere, & adaptando rursum compingere [y]. *Redintegrate*, Me. T. pristinæ virtuti restituere [z]. Καταρτίζειν est *aptum reddere* [a], *aptare*, vel *concinnare* [b]; interdum & *sanare quod corruptum est*, Mat. 4. 21. Marc. 1. 19. quæ significatio bene congruit huic loco. Si *Jumentum prolapsum restitui* debet, Exod. 23. 5. quantò magis *Homo* [c]? Hîc autem idem est quod in pristinum gradum restituere [d].) *hujusmodi hominem cum spiritu mansuetudinis*, sive *lenitatis*, Er. P. Pi. Be. &c. i. e. blandis verbis *, animo leni sive mansueto [f]; non superbo, moroso, rigido & turbulento [g]; non duriter & severè agendo [h], sed humaniter & mansuetè [i]; secundùm regulas quidem disciplinæ Ecclesiasticæ, sed accedentibus etiam fraternis monitis [k], eum admonentes & corripientes [l]. Ipsa enim disciplina Ecclesiastica, cùm bono etiam ipsorum qui lapsi sunt sit instituta, lenitati non obstat. 2 Thes. 3. 15 [m]. ¶ *Considerans* (sub. *unusquisque*, Be. Pi. Al. *Circumspectans*. *Circumspectare* autem ponitur pro *cavere*; solent enim qui cavent circumspicere [n]:) *temetipsum*, (Enallage numeri sing. pro plur [o]. Prærupta numeri mutatio [p], non ex imperitia sermonis, ut Hi. censet [q]; sed studio, quòd num. sing. aptior esset ad compellandam uniuscujusque conscientiam [r]: vel, per Apostrophen, ad elatum aliquem animo †: vel, quia utrum priùs dicas perinde est. Sic & suprà 4. 6, 7 [t].) *nè & tu tenteris*] Ità P. Be. Pi. &c. i. e. soliciteris à diabolo ad peccandum [v], h. e. tentatione vincaris [x]. Causa pro effectu [y]. Intelligendum hoc verbum hîc cum pleno effectu, i. e. *nè & tu aliquando tentationi alicui succumbas*. Sic & activum πειράζειν sumitur 1 Cor. 7. 5. 1 Thes. 3. 5. Adde quæ dicta ad Mat. 6. 13 [z]. Solet enim Deus simili pœnâ permittere puniri duros & inclementes in peccatores [a].

2. *Alter*, &c. Ἀλλήλων, &c.] *Alii aliorum onera portate*, P. Be. Pi. &c. Etiam peccata sunt *onera* [b]. *Onera* vocat peccata [c], quæ reatu suo nos deprimunt, & pœnis obnoxios reddunt [d]; quæ conscientiam turbando *, & iram Dei provocando, animum gravant [f]. Sensus, q. d. Aliorum vitia & imbecillitates, quæ vobis oneri esse possent, mansueto animo tolerate & emendare studete [g]. *Portat aliena peccata* [h], qui non superbè lapsum contemnit, sed sperat de eo meliora [i]; vel condolendo [k], dissimulando, ferendo [l], precando veniam divinam [m], condonando [n], leniter & fraternè corripiendo [o]; denique hoc agendo, ut corrigatur frater potiùs quàm puniatur [p]. ¶ *Sic adimplebitis*, &c. Οὕτως ἀναπληρώσατε, &c.] Sic plerique Codices habent ut sit imperantis [q]. *Et ità complete*, vel, *adimplete* (i. e. reipsâ præstate [r];) *Legem Christi*, P. Be. Pi. vel, Er. V. Quam Legem? Resp. 1. Voluntatem illius, quâ omnes salvos fieri vult †. 2. Evangelium, quod completur charitate [t]. 3. Mandatum dilectionis [v], à Christo datum [x], Joh. 13. 15, 33, 34. & 15. 12 [y]. ut omnes hujus loci interpretes intelligunt [z]: quod *Lex Christi* vocatur, quia Christus eam renovavit [a], & seriò repetivit [b]; singulariter discipulis imperavit [c], à corruptelis Pharisaicis vindicavit, & exemplo docuit [d]; denique suo spiritu eam cordibus inscribit, Heb. 8. 10 *.

3. *Nam* (Connectit per causale γὰρ quia causa impediens mansuetudinem est amor & admiratio sui ipsius [f]:

sius[f]: ex superbia sibi placentes, duriùs tractabant infirmos[g]. Est tamen generalis hæc sententia[h]:) *siquis existimat se aliquid esse* (vel, *sibi videtur aliquid*, P. Be. Pi. &c. h. e. magni aliquid esse, putà justum & sanctum esse[i], præstantioris naturæ esse[k]; adeóque immunem esse à communi infirmitate[l], sive ab oneribus[m]: si magnificè de se sentiat, seséque efferat supra reliquorum hominum conditionem, quasi propriâ virtute aliquid posset, aut ullum esset tam fœdum flagitium quod & ipse non patraret, nisi Deus eum cohiberet[n]:) *cùm nihil sit*] scilicet nisi vanitas & peccatum[o]; cùm nullius pretii homo sit[p], comparatione hominis spiritualis, qui scit gratiâ Dei se esse quod est[q]: quia suâ duritiâ & arrogantiâ ostendit se nihil, h.e. nullius virtutis, esse†: vel, quia nihil est, h.e. universi mortales, quanti quanti sunt[r], nihil tamen sunt. Sensus est, Hominem ex se nihil posse quod ad pietatem & salutem æternam pertinet†. Hîc & τὶ & μηδὲν sumuntur comparatè, id est, *Si quis pluris se æstimet quàm sit*. Vide 1 Cor. 3. 7. & 10. 19. & 13. 2. 2 Cor. 12. 11. δοκεῖ *putat*[t]. Τὸ δοκεῖν & τὸ εἶναι opponuntur[v]. ¶ *Ipse*, &c. Ἑαυτὸν φρεναπατᾷ] *Seipsum* (vel, *Suum ille animum*, Er. Ti. sic Ar. V. vel, *Hunc suus ipsius animus*, Il. P. Be. Pi. vel, *Ipse se animo*, Ca. sic Mo.) *fallit*, Tre. ex Sy. Er. P. &c. vel, *seducit*, Be. In errore versatur[x]: mentis suæ & alienæ deceptor est[y]: *decipit cor suum*, ut Jac. 1. 26. se citiùs fallet quàm alios. Ab hoc verbo φρεναπάται, Tit. 1. 10. *qui animos seducunt*[z]. Perniciosissimum est fallendi genus ubi quis imponit sibi[a].

4. *Opus*, &c. Τὸ δὲ ἔργον—δοκιμαζέτω] *Opus autem suum* (i. e. vitam & conversationem suam[b], facta sive opera sua[d]. *Opus* vocat omnes vitæ actiones & mores*: Singulare, ἔργον, pro plurali, hîc, quomodo 1 Pet. 1. 17. & Apoc. 22. 12[f].) *probet*, P. Er. vel, *exploret*, Ca. Vor. scrutetur & discutiat[g], *expendat*, G. E. apud semetipsum[h]. Probatio autem hæc Synecdochicè complectitur non solùm examen, sed etiam correctionem actionum nostrarum ad Legis Christi normam, ut 1 Cor. 11. 28[i]. vel, *probatum reddat*, Be. Pi. scilicet Deo[k]. Sensus q. d. Ad semetipsum oculos convertat, & suas imbecillitates lapsúsque consideret, & alios eâdem charitate & lenitate tractet, quâ cupit ipse tractari[l]. Pressiùs eos urget quòd tanquam ipsi puri à crimine, facta aliena judicabant[m]. Multi apud Galatas magni se faciebant quòd minùs mali essent quam alii: at *Nulla est gloria præterire asellos*[n]. Aptissimum hîc affert remedium arrogantiæ & aliorum contemtui, qui inde oritur quòd in propriis cæcutiamus, in aliorum vitiis simus Argi[o], quòd nos ulnâ alienâ, non nostrâ, metiamur[p]. ¶ *Et sic*, &c. Καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν, &c.] *Et tunc in semetipso* (εἰς ἑαυτὸν pro ἐν ἑαυτῷ[q]:) *tantùm* (vel, *solo*, Be. Pi. Sed deest μόνον in Græcis scholiis, nec videtur satis convenire[r]:) *gloriationem habebit*, (i. e. habebit unde glorietur†, modestè[t], apud se in conscientia sua[v]; apud Deum[x], in actionibus suis[y], Dei gratiâ factis[z]. Hæc gloriatio est testimonium bonæ conscientiæ, 2 Cor. 1. 12. quâ humiliter dona Dei nobis collata agnoscimus[a]: gaudebit recto sui examine[b].) *& non in alio*, Er. &c. vel ipsum laudante[c], vel graviùs lapso[d]: non deteriorum comparatione*: ut non sit ei necesse gloriam mendicare ab aliis, reclamante conscientiâ, quam alii non vident[f]: ità fiet ut gloriatio ejus ipsi propria sit, nec ab aliis pendeat: probitas in re, non in collatione. Nemo est quin, si se cum aliis conferat, deteriores inveniat, aut certè æquè malos. Misera est gloriatio quæ ab aliorum improbitate pendet[g]. Simile illud, —*Nec te quæsiveris extra*. Ea demum vera laus est quæ ex conscientia officii rectè facti oritur[h].

5. *Onus suum portabit*] i. e. ex suis operibus æstimabitur in Dei judicio[i]: in die extremi judicii stipendium recipiet peccati sui, non alieni[k]: pro delictis feret pœnam, משא[l]; non sublevabitur pejorum comparatione[m]: Ut delictorum, ità pœnarum, sunt gradus[n]. At dixit v. 2. *Alii aliorum onera portate*[o]. Resp. 1. *Onus* ibi est peccatum, hîc pœna peccati[p]. 2. *Portare onus* ibi alio sensu dicitur, quàm hîc[q]; ibi est infirmitates ferre[r], quoad præsentem vitam†, hîc, rationem reddere in die judicii[t]. Causam hîc reddit, cur potiùs de seipsis approbandis quàm de aliis condemnandis solliciti esse debemus[v].

6. *Communicet*, &c. Κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι, ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς] [Sed] non est hîc ponenda ἀντίστοιχον post κατηχοῦντι. Hoc vult dicere[x]. *Communicet* (Quo verbo æquitatem præcepti subindicat, ut sicut docentes spiritualia, sic discentes temporalia, communicent[y]: vel, *participem faciat*. Κοινωνεῖν, ut Latinum *participare*, dicitur & de dante, ut Rom. 12. 13. Phil. 4. 15. & de accipiente, ut Rom. 15. 27. respondet Hebræo חבר[z].) *autem qui instituitur* (vel, *catechizatur*, Er. Vulg. i. e. vivâ voce instituitur[a], in doctrinâ fidei[b]. Vox κατηχεῖν alibi de primis tantùm rudimentis usurpatur[c], hîc autem paulò latiùs sumitur, ut & Rom. 2. 18[d]. pro, *docere**: *is qui docetur*, G.) *in sermone*, (vel, *verbum*, Mo. G. Er. ut subaudiatur κατὰ[f]: i. e. Evangelium[g], quod κατ' ἐξοχὴν dicitur λόγος, Act. 16. 16[h]. 1 Tim. 5. 17.) *ei*, vel *cum eo*, *qui se instituit*, (vel, *Doctorem suum*, G.) *omnia bona*, P. Be. Pi. vel, *ex* (vel, *in*, Vulg. Camer. Gom.) *omnibus bonis*. Hebræa constructio[k]. Al. ἐν hîc valet *per*, *per omnes res bonas*[l]. *Bona* hîc intelligit, vel 1. moralia: q. d. Communicet cum suo doctore non in malis operibus quæ facit, sed in bonis quæcunque & facit & docet[m]. Vel, 2. temporalia, ut penè omnes reliqui exponunt[n]; omnes facultates suas[o], quævis bona, pro facultatis cujusque & necessitatis ministrorum ratione[p], 1 Tim. 6. 8[q]. non alimenta tantùm, sed & alia obsequia & officia. Vide 1 Cor. 9. 11. 1 Tim 5. 17[h]. Huc facit quòd verbo *communicandi* largitio bonorum temporalium sæpe significatur, ut Rom. 12. 13. Phil. 4. 15. Heb. 13. 16[i]. Necesse erat dici hoc Galatis, quia illi novi Doctores accipiebant non à Christianis, sed à Judæis. Hos multi Galatæ sequebantur per tenacitatem, quia nihil in eos sumptûs faciendum habebant. De talibus dicitur ארור, נוכל, Mal. 1. ult[k]. Videtur autem Apostolus hoc præceptum idcirco post prædicta subjungere, nè verbis superioribus, quibus inhumanitatem & arrogantiam magistrorum, qui spirituales esse debent, repressit, videretur ab illis alienare discipulos voluisse, quò minùs eis liberaliter temporalia suppeditarent[l].

7. *Nolite*, &c. Μὴ πλανᾶσθε] *Nè errate*, Pi. *Nè seducimini*, Be. Pi. Pe. i. e. nè sinite vos seduci[m]: nè decipite vosmetipsos. Niphal pro Hithpael[n]. Perstringit tenaces, qui variis prætextibus elusuri erant præcedens præceptum[o], ut homines valde hîc sunt ingeniosi in quærendis subterfugiis[p]. ¶ *Deus non*, &c. Οὐ μυκτηρίζεται] Job. 13. 9[q]. *Non irridetur*, nempe impunè[r]; verbum emphaticum est, gestum irridentis exprimens†; propriè est *naso suspendere*[t]. *Non finit sibi illudi*. Nam verbum hoc quoque cum effectu intelligendum est. Habet hanc sententiam & Policarpus[v]. Nemo potest Deo illudere tanquàm à se decepto[x]: fucus Deo fieri non potest[y]: vanæ excusationes vestræ valere possunt apud homines, non apud Deum[z]. Docet quantum scelus sit, ministros mercede defraudare: derisio est Dei[a]. ¶ *Quæ*, &c. Ὃ γὰρ ἐὰν σπείρῃ, &c.] *Quicquid enim seminaverit homo, hoc & metet*, Pe. Pi. Be. i.e. accipiet omnium operum mercedem[b], præmium vel pœnam prout se gesserit[c], in futuro Dei judicio. Præcedenti monito generalem hîc subjicit exhortationem ad bona opera[d]. Est proverbium frequens apud omnes gentes. Utuntur eo Æschylus, Euripides, Gorgias, Plautus Captivis, Cicero 2. De Oratore, *Ut sementem feceris, ità & metes*. Similes sententias habes Job. 4. 8. Prov. 11. 18. & alibi. *Serere* Hebræis sæpe Operari, *metere* Pœnam aut Præmium ferre, Mat. 25. 24, 26. 2 Cor 9. 6. & seq*. Hoc est quod à liberalitate nos retardat, quia perire nobis putamus quicquid datur, &c. At, inquit Paulus, dum benefacimus, sementem facimus[f].

8. *Qui*, &c. Ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα, &c.] *Qui seminat* (i. e. semen operum suorum projicit[g], omnia impendia facit[h];) *carni suæ*, (vel, *in carnem suam*, Val. Er. i. e. in corporis voluptates[i]: qui carnalibus cupiditatibus indulget[k]: qui vitiosæ naturæ inservit[l]: qui prospicit præsentis vitæ necessitatibus, nullo futuræ vitæ respectu[m]. Vel, *per carnem suam*, i. e. qui carnalem tradiderit doctrinam[n]. Sed hæc allegoria non tam in specie de carnali vel spirituali doctrina, ejúsque contrariis fructibus, quàm generatim de vita & conversatione uniuscujusque intelligi debet[o]:) *ex carne* (nam & caro ipsa φθαρτόν τι, 1 Cor. 15. 53[p].) *metet interitum*, P. Be.

f Par. g E. Me. h E. i Vor. k Gom. l Vor. m Gom. n Cam. o L. p Hi. in Par. q Gom. ex Aug. † Me. r Par. † E. t G. v Be. x Me. y Par. z G. a Er. b E. d Vor. G. * Par. f G. g E. h Vor. i Gom. sim Par. k Pi. l Me. m E. n G. o Gom. p Par. q Be. Ca. r Be. † E. Me. t Me. v E. sic Me. x E. y Gom. sim. Me. z Me. a Gom. b G. c T. d Me. * G. sim. E. Ca. Cam. f E. g Ca. h Cam. i Vor. k E. l G. sim. Me. Gom. Par. m G. sim. Gom. n G. o Par. p Gom. p Par. E. ex Aug. r E. sic Par. † E. t E. sim. Par. v Be.

x G. y Par. z G. a Vor. ex Pi. sic Gua. E. b E. Me. T. c G. sim. Be. Gua. E. d G. * Be. sic V. E. &c. f Er. g G. Gom. sim. Er. V. E. h G. k Be. l G. m Amb. & L. in E. n E. o V. p Gom. sim. Be. q Gom. h G. i E. k G. l E. m Pi. n G. sim. Be. o Par. p Be. sim. Gom. Calv. q G. r Gom. sic Par. † Vor. ex Pi. t Par. sic Pi. v G. x E. y Me. z E. Me. a Par. b Gom. sic E. Me. c Pi. d E. * G. f Calv. g E. Me. h G. sim. Par. i G. sim. Be. Pi. k Vor. sim. E. Me. l Gom. m Calv. sim. Par. n V. o Vor. ad v. 7. p G.

Be. Pi. &c. vel, *corruptelam*, h. e. fructum periturum [q]: miseriam & mortem æternam [r]. Meritò talem exitum reperiet quale est id cui studuit †. Colliget opes, sed caducas, nec sibi, nec posteris, salutares [t]. ¶ *Qui—seminat* (i. e. impendium facit [v],) *in spiritu*; Ἐις τὸ πνεῦμα] *Spiritui* suo, T. Sed non dicit, *in spiritu suo*, ut dixerat *in carne sua*; sed tantùm *in spiritu*, non suo, sed Dei, sive Spiritu Sancto [*], q. d. in agrum Spiritûs Sancti [y]. *In Spiritum*, Val. Er. *Spiritui*, P. Be. Pi. In eas res quas dictat Spiritus Sanctus [z]: ad parandas res Spirituales [a], quæ cœlum magis quàm terram respiciunt [b]: quæ Dei gloriam, & cultum, ecclesiæ pauperúmque commodum spectant [c]: in studium pietatis à Spiritu Sancto profectum [d]: q. d. qui operatur Spiritualia [*], qui Spiritui Dei obtemperat [f]. *Per Spiritum*, V. ¶ *De* (vel, *Ex*, P. Be. Pi.) *Spiritu* (i. e. propter illum Spiritum, qui est ἀΐδιος; sic Hebræi מן usurpant [g]:) *metet vitam æternam*] Hinc collige merita bonorum operum [h]. Verùm messis & merces operum justa quidem est ratione promissionis Dei, sed non merito, verùm gratuita, Rom. 6. 23 [i]. Messem, agricolæ labore partam, gratuitam tamen Dei benedictionem agnoscimus, &c [k].

9. *Bonum*, &c. Τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῶμεν] *Benefaciendo autem* (De beneficentia agit [l], ex collat. v. seq [m]. vel, *Bonum faciendo*, Er. Pi. Be. ut intelligatur in genere de studio pietatis [n]. Τὸ καλὸν, i. e. primùm ea quæ sunt Justitiæ, deinde ea quæ sunt Misericordiæ. Qui illa non facit, ut Galatæ tenaces, hæc multò minùs faciet [o].) *nè segnescamus*, P. Pi. Par. sic Be. ἐκκακεῖν *segnescere*, Luc. 18. 1 P. 2 Cor. 4. 1, 16. Eph. 3. 13. 2 Thes. 3. 13 [q]. vel, *nè torpescamus*, Ar. *nè sit nobis molestum*, Tre. ex Sy. *nè defatigemur*, Er. Il. Ti. E. Me. Nè patiamur nos vinci tædio aut segnitie [r]: *nè tædeat*, Tert. in Er. Ἐκκακεῖν propriè est *degenerare*, *pejorem fieri* †. ¶ *Tempore enim suo* (vel, *præstituto*, Be. vel, *proprio*, E. ex Aug. h. e. in fine seculi [t], in die judicii [v], quod proprium est tempus metendi [x]; illo die quem Deus præfinivit [y]:) *metemus*] Ità Er. P. Be. Nempe vitam æternam [z]. Ità munit eos adversùs illa quæ beneficentiam remorari solent, qualia sunt hominum ingratitudo aut indignitas, egentium multitudo, facultatum nostrarum angustiæ [a]. Perstringit eos qui simul cum semente messem volunt [b]. ¶ *Non*, &c. Οὐκ ἐκλυόμενοι] *Non elanguentes*, Mo. vel, *obtorpescentes*, Be. ex Græcis; *defatigati*, Er. Ti. Participium hoc vim habet conditionis, *modò nè defatigemur*: id enim ἐκλύεσθαι, עיף. Sic sumitur hæc vox Judith. 15. 2. Sirach. 43. 12. 1 Macc. 3. 17. & 10. 82. Mat. 9. 36. & 15. 32. Marc. 8. 3. Heb. 12. 3, 5 [c]. *Si non elanguerimus*, Ar. P. Pi. vel, *defecerimus*, vel potiùs, *frangamur animo*, Be. Perseverantiæ necessitatem notat [d].

10. *Ergò*, &c. Ἄρα οὖν ὡς—ἐργαζώμεθα—πρὸς τοὺς οἰκείους, &c.] *Nempe igitur dum* (Aut ὡς scriptum fuit [*], aut ὡς positum pro ἕως. Sic ἄχρις οὗ, Heb. 3. 13. *dum manet hæc vita*, secundùm cujus actiones judicabimur [p]: vel, *pro eo atque*, Camer. vel *prout*, q. d. benefaciendi nulla prætermittenda opportunitas [q]:) *tempus habemus* (i. e. dum sumus in hac vita, quod est seminandi tempus [r]; q. d. Non omne tempus sationi idoneum est, nec beneficentiæ †:) *simus benefici erga omnes*, (vel, *quibusvis hominibus*, ut proximis nostris, ex Christi lege [t]:) *maximè verò erga* (vel, *ad*, Mo.) *domesticos fidei*, P. Be. Pi. h. e. fideles seu Christianos [v], sic dictos, quia in unam Ecclesiæ domum per fidem congregati sunt [x]. οἰκεῖος 1 Tim. 5. 8. בן הבית, *qui de familia alicujus est*. Sic Christiani sunt *de familia Dei*, Eph. 2. 19. *Familia* autem *Dei*, 1 Tim. 3. 15. 1 Pet. 4. 17, est talis per Fidem: ideo eadem rectè *fidei familia*, genitivo Instrumentum significante. Eadem *familia spiritualis*, 1 Pet. 2. 5. Quòd si omnibus fidelibus consulere debemus, multò magis iis qui in id unum incumbunt ut nos instituant [y].

11. *Videte*, &c. Ἴδετε πηλίκοις, &c.] *Videte* (vel, *Videtis*, P. Be. Pi. *Vidistis*, Aug. in Er.) *qualibus* (vel, *quàm longis*, P. Be. *quàm longâ*, V. Camer. sic Il. vel, *quantâ*, Er. Ti. *quantis*, Ca. Be. G. i. e. quàm multis. Solent adjectiva Magnitudinis poni pro adjectivis ad Numerum pertinentibus. Sic Græcum τόσος utroque sensu usurpatum [z].) *literis* (vel, *epistolâ*, V. Camer. E. &c. pro quo usurpatur vox γράμματα, ut Latinis vox *literæ*, ut Act. 28. 21 [a].) *scripsi* (vel, totam hanc Epistolam, vel potiùs hos ultimos versus, in quibus & sententiam & praxin meam assero adversùs calumnias Gnosticorum [b]:) *vobis meâ manu*] Probabile est, Paulum ex usu manuarii opificii neque καλλιγράφον, neque ταχυγράφον, fuisse, & proinde aliis ferè Epistolas dictâsse [c]. Sensus, q. d. Quamvis Græcos characteres non pulchrè pingam, ut videre potestis [d], & aliàs scribere soleam manu alienâ, & tantùm dictatis subscribere [*], hanc Epistolam totam, & satis longam, manu meâ scripsi, tum ut intelligatis quantum mihi sit curæ vestra salus [f], tum ut nulla vobis possit esse suspicio, nè alienæ pro meis literæ vobis obtrudantur, quod aliquando factum constat ex 2 Thes. 2. 1 [g]. Solebat suâ manu Paulus scribere sententias quasdam insigniores ac perpetuò retinendas. In aliarum Epistolarum fine quædam scribebat suâ manu, 1 Cor. 16. 21. Col. 4. 18. 2 Thes. 3. 17. cætera manu alienâ, ut videre est Rom. 16. 22. hîc verò Paulus suâ manu scripsit omnia quæ jam sequuntur, ut Hi. rectè putat. Id autem multùm erat in homine adeò occupato, &c, ut videtur, non multùm assueto Græcè scribere [h]. Sunt sanè longiores Epistolæ ad Rom. & Corinth. sed alienâ manu exaratæ [i]. Illud, πηλίκοις, refertur, vel ad sublimitatem sententiarum [k]; vel, ad literarum elementa grandiuscula [l]; vel, ad deformitatem characterum Pauli, ex imperitia, &c [m]. Quod parum convenit, cùm Paulus ad Græcè dictandum adeò promptus, & in omni literatura probè institutus fuerit, ut liquet, &c [n].

12. *Quicunque*, &c. Ὅσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι, &c.] *Quicunque volunt speciosi apparere* (vel, *bonâ facie esse*, Mo. *juxta faciem placere*, Er. Ti. Pi. V. externâ specie sese venditare, seu pulchram quandam speciem affectare; quod ferè faciunt, qui circa ceremonias occupati sunt [o]: vel, *probari*, Par. vel, *gloriari*, Tre. ex Sy. *Qui se pulchrâ specie venditant*, Ca. Πρόσωπον, id est, *speciem* seu *vultum*, opponit veritati [p]. Vel, *bene personatum esse*, vel, *haberi*, Par. vel, *magni videri*. Εὐπρόσωπος propriè *pulcher*, יפה מראה, per translationem, *quicquid placet aliis*. Sic λόγους εὐπροσώπους dixit Demosthenes [q]; εὐπρόσωπα argumenta apud Rhetores vocantur popularia & plausibilia: εὐπροσωπεῖν assentatores dicuntur, qui alludunt ad affectus principum aut vulgi. Herod. Polymnia, p. 228. de Corcyræis, Ἐπεκρίναντο μὲν ὧδε εὐπρόσωπα, *hanc plausibilem speciem præ se ferebant* ‖.) *in carne*, P. Be. &c. i. e. vel, 1. in observatione carnalium seu externarum ceremoniarum Legis Mosaicæ [r]; quæ *caro*, i. e. res externa, Metaphoricè dicuntur, ut Gal. 3. 3 †. vel, 2. apud homines [*], & Gentiles suos, Judæos [t]. Ἐν σαρκὶ, pro ἐν σαρκὶ, & caro pro *homine* [v]. Judæi licèt Christianos capitaliter odissent, faciliùs tamen ferebant Pseudo-apostolos, qui circumcisionem & Legem cum fide retinebant [x]. ¶ *Cogunt vos circumcidi*] i.e. Vos pertrahere nituntur ad circumcisionem [y], exemplo & doctrinâ. Vide Gal. 2. 14 [z]. ¶ *Tantùm*, &c. Μόνον ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ—διώκωνται] *Tantùm* (sub. hoc agunt, Er.) *ut nè cruci* (vel, *crucis*, Di. ex Vulg. vel, *cruce*, Di. ex Sy. & Ar. Er. vel, *ob crucem*, Er. P. Be. Pi. Tre.) *Christi* (h. e. quæ propter Christum, & exemplo Christi nobis ferenda est [a]: vel, ob Evangelium, quod est doctrina crucis [b]: vel, ob crucem qualem pati solent præcones Christi crucifixi [c].) *persecutionem patiantur*, Mo. Er. P. &c. q. d. Non id agunt ex conscientia sua [d], aut studio complendæ Legis [*]; nec salutis vestræ gratiâ [f], sed nè Judæi ipsos persequantur, &c [g]. *Crucem Christi*, eo modo dicit quomodo *perpessiones Christi*, 2 Cor. 1. 5. Sic vocat incommoda ob Christum ferenda, alludens simul ad illud peculiare supplicium quod passus est Christus, inter alia, ut nobis patientiæ exemplum daret. Sic & Phil. 3. 18. quæ Epistola sub idem tempus scripta videtur, & paribus de causis. Vide quæ diximus in Præfatione ad hanc Epistolam, & suprà 5. 11 [h].

13. *Neque enim*—*Legem* (sub. *de circumcisione*, V.) *custodiunt*] q. d. Non faciunt hoc zelo Legis [i], cujus multa præcepta, cùm lubet, negligunt [k]. Non tanto tenentur studio Legis ut omnia ejus præcepta exactè observent: facilè inveniunt exceptiunculas. Vide quæ diximus Matth. 23. 4. & suprà 5. 3 [l]. Moribus & vitâ licentiosâ nihil minus quàm Legem observant [m]. ¶ *Sed volunt*,

volunt, &c.] i. e. in id laborant. Metonymia. Manuscriptus eodem sensu, ἀγᾳ θέλοντας [n]. ¶ *Ut in* (vel, *de*, P. Be. Pi.) *carne vestra* (i. e. vel ob circumcisionem carnis vestræ [o], quæ fit in carne, h. e. in partibus pudendis, ut *caro* sumitur Ezec. 23. 20 [p]. vel, de vobis, tanquam suo ministerio proselytis factis [q], & ad circumcisionem atque Judaismum conversis [r]; vel, ex vestro metu carnali, h. e. ut vestra inconstantia in ferendis incommodis ipsis honori cedat apud Judæos †:) *glorientur*] Vel, *exsultent*, G. apud Judæos [t], quòd rem Judaicam egregiè promoverint; quod quanto studio egerunt, liquet ex Matth. 23. 15 [v].

14. *Mihi* (vel, *A me*, P. Be. Pi.) *autem absit* (vel, *ne contingat*, Er.) *gloriari* (vel, *ut glorier*, Er. V. ut acquiescam cum exsultatione [x]:) *nisi in cruce*, &c.] i. e. in passione & morte Christi [y]; in doctrina de Christo crucifixo [z]; in fide, gratâ memoriâ, prædicatione beneficii crucis [a], per quam Christus omne bonum ad pietatem & salutem pertinens nobis promeruit ac procuravit [b], & tribulationibus ejus causâ subeundis [c]. Meum est gaudere, non quòd mutando aliquid doctrinæ incommoda defugiam, sed quòd ob doctrinam tuendam omnia fortiter patiar. Idem sensus 2 Cor. 11. 30. & 12. 5, 9. Adde ea quæ Phil. 1. 29 [d]. ¶ *Per*, &c. Δι' ἧ, &c.] Potest & ad proximum Χριςῦ, & ad remotius, τῷ ςαυρῷ, referri eodem sensu *. *Per quam* (Christum crucifixum [f], h. e. Christi causâ [g], vel Christi merito ac beneficio [h]. Sed malim, *Per quam*, scil. crucem, qui sensus plenior videtur, q. d. studio crucis Christi [i].) *mundus mihi crucifixus est*, (i. e. mortuus sive mortificatus est [k]: nihil mihi est commercii cum mundo [l], sicut mortui à vivis planè separantur atque alienantur. Confer Rom. 6. 2. & 7. 4 [m]. Mundus nullam potestatem habet in me, neque ei servio [n]: mundus à me contemptus est [o], quasi res nihili, vana, mortua [p]. Mundum abhominor acsi cadaver esset latronis crucifixi [q]. Per *Mundum* intelligit, vel, 1. omnem hominum cæterarúmque rerum splendorem, qui istis Pseudo-apostolis perstringebat oculos, ut præ iis Christum contemnerent, cùm ipse nihil istis commoveretur [r]; vel, 2. res mundanas, i. e. eas quæ ab hominibus hujus seculi expetuntur, ut opes, honores, voluptates †; vel, 3. infideles Judæos [t]; vel, 4. mundanos & carnales homines [v], ut vox *mundi* sæpissimè sumitur, quod & hîc probè quadrat; nam de hominibus antè loquebatur v. 12. & Gal. 1. 10 [x]. [Sensus, q. d.] Mores illos hominum mundo servientium ego despicio, quomodo cruciarii ab adstantibus despici solent. Vide Matth. 27. 39 [y].) *& ego mundo*, P. Be. Pi. Ego ab illis vicissim despicior [z]: illi me, ut crucifixum, abhominantur & horrent [a]. Mundus & ego mutuo respectu planè mortui sumus, & invicem alieni & aversi, atque adeò adversi & contrarii [b]. Mihi susque déque est quòd nihil fiam, quia nihil ad mortuum pertinet. *Mundus* hîc opponitur novæ creaturæ. Quicquid ergò contrarium est spirituali Christi Regno, mundus est, quia ad veterem hominem pertinet, cujus est quasi objectum & scopus [c].

15. *In Christo*] i. e. In Christi fide, religione, Ecclesia [d]: in negotio salutis obtinendæ per Christum. Non tam probatio est ejus quod præcessit, quàm conclusio totius doctrinæ quam hâc epistola tradidit: q. d. Hoc est quod dico & repeto, & extremis verbis commendo, &c *. ¶ *Aliquid valet*, Τί ἰσχύει] Τί ἐςιν dicunt veterum quidam scriptum fuisse in Libro cui nomen *Apocalypsis Mosis*: & sic legitur in Manuscripto [f]. ¶ *Sed nova creatura*] Vel *creatio*: κτίσις utrumque significat [g]. Καινὴ κτίσις locutio est Christiana, ut videre est 2 Cor. 5. v. 17. quanquam res ipsa prædicta Esa. 42. 9. significatque statum *novi hominis*, de quo Paulus Rom. 6. 4. Eph. 2. 15. Col. 3. 10. Sensus hujus sententiæ idem qui suprà 5. 6 [h]. *Novam creaturam* hîc appellat [i], vitam spiritualem, à Deo creatam [k], totámque [l], & internam [m], hominis renovationem [n], exteriùs baptismo, interiùs per gratiam Christi [o]; nec solùm complectitur habitus virtutum, sed & actus, &c. Hæc enim est observatio mandatorum Dei [p], & fides per charitatem operans, Gal. c. 5. v. 6 [q]. Opponitur creaturæ veteri, sive naturæ corruptæ [r].

16. *Et*, &c. Καὶ ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ ςοιχήσουσι, &c.]

- n G.
- o V. sic E. Me.
- p E.
- q Vor. sim. E.
- r Me. sim. Be. E.
- † G.
- t Me. sic E.
- v E.
- x Ee.
- y E.
- z Gom.
- a Me. T.
- b E.
- c T.
- d G.
- * Par.
- f E. sic Par.
- g Par.
- h E.
- i Vor.
- k E.
- l Ca. sim. E.
- m E.
- n V.
- o Gom. sim. Ee. Par. Calv.
- p Par.
- q T. sic Me.
- r Ee.
- † Plerique in E. sim. Ham.
- t Com.
- v E. ex Aug.
- x E.
- y G.
- z G. sim. Be.
- a Me. sic T.
- b E.
- c Calv.
- d Me. sim. T.
- * E.
- f G.
- g Par.
- h G.
- i Me.
- k E. ex Caj.
- l Pi.
- m Vor.
- n E. Vor. sim. Pi.
- Par. Me. T.
- o T. sim. Me.
- p E.
- q Gom.
- r Par.

In MS. ςοιχῦσιν: de qua voce vide quæ suprà 4. 25. Locutionem, κανόνι ςοιχεῖν, habemus & Phil. 3. 16. Sic Mich. 7. 4. in Græco legimus, ὁ βαδίζων ἐπὶ κανόνος. Κανὼν hîc dicitur *via quasi ad regulam facta*, i. e. planè recta, *ad rigorem*, ut dicunt mensores. Talis est via illa novæ creationis †. *Et quicunque* (sine Gentium discrimine [t]:) *secundùm* (vel, *ad*, P.) *hanc regulam* (Intelligit, vel, 1. summam totius Scripturæ Canonicæ, ad quam doctrina & vita omnium conformanda est [v]; vel, 2. normam veri Christianismi, ad quam omnis vita nostra componenda est [x]; vel, 3. doctrinam quam tradidit [y], hâc Epistola [z], de vera justificatione [b], libertate, & vita spirituali [c]; vel, 4. sententiam proximè præcedentem, de nova creatura [d]:) *incedent*, (vel, *incedunt*, V. vel, *gressum dirigent*, P. Mihi ςιχεῖν plus quàm περιπατεῖν significat, nempe, *incedere certo ordine, & quasi lineam non transilias* *:) *pax* (sub. *esto*, Be. vel, *erit*, P. Pi. vel, *contingat*, Camer.) *super eos* (tam Gentiles [f], quàm Judæos, conversos [g]:) *& misericordia* (i. e. felicia omnia à Deo favente. Sic χάρις & εἰρήνη conjuncta habemus, 1 Cor. 1. 3. 2 Cor. 1. 2. Eph. 1. 2. Col. 1. 2. 1 Thes. 1. 1. χάρις, ἔλεος, εἰρήνη, 1 Tim. 1. 2. 2 Tim. 1. 2 [h].) *&* (pro, *id est*, V.) *super Israelem Dei*, Be. Pi. &c. i. e. populum Dei [i], Καὶ hîc est exegeticum, q. d. Hi sunt verus Israel Dei, quem hîc opponit Israeli carnali, glorianti de circumcisione [k]. Confer Rom. 9. 6, 8. Hæc promissio opposita est interminationi, Gal. 1. 8 [l]. q. d. Non ità hæc opto Gentibus ut Israelitis excludam, dummodo iidem etiam vere sint *apud Deum* sint *Israelitæ*, i. e. spirituales Jacobi imitatores, precibus Deum quasi vincentes, malis, ut Jacobus, exerciti. Vide Joh. 1. 47. Rom. 9. 6. Nota τὸν Ἰσραὴλ cum articulo, quomodo את ישראל, Psal. 25. 22 [m]. Fausta hæc precatio approbationis quoque signum est. Non est quòd Papæ fulmina timeant qui hanc regulam tenent, cùm pacem eis, &c. Deus promittat [n].

17. *De cætero*; ità Er. P. Be. Pi. &c. Τοῦ λοιποῦ] *Cæterum*, Mo. *Deinceps*, Tre. Ca. *Posthac*, G. Be. sic Camer. Utitur sic Demosthenes [o]. Ellipsis τοῦ ὅτι, & χρόνε P. Aristophanes, χρόνε τοῦ λοιποῦ: sed sæpiùs non exprimitur χρόνε, ut in διὰ πολλοῦ, διὰ μακροῦ, & similibus [q]. Idem esse videtur quod τὸ λοιπὸν [r], vel, εἰς τὸν λοιπόν, id est, εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον †. Al. Subauditur ἕνεκα, ut sensus sit, De aliis rebus [t]. Potest τοῦ λοιποῦ referri, vel, 1. ad tempus, q. d. Satis diu patiens fui: dehinc desinant, &c. vel, 2. ad doctrinam, q. d. Hic canon solus satis mihi sit, nemo alium mihi obtrudat. Priùs tamen malo [v]. Claromont. cod. hîc habet, τὸ λοιπὸν, quod est magis usitatum [x]. ¶ *Nemo*, &c. Κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω] *Ne quis mihi molestias exhibeat*, P. Be. Pi. turbulentis contentionibus, de re nunc quantum satis exposita est & inculcata [y]: vel, rogando an servus sim Mosis, an Christi [z]: vel, aliter sentiendo & vivendo quàm magister & docuit & fecit [a]. Graviter & vehementer hoc dicit [b], pro authoritate Apostolica [c], ut compescat proterviam & calumniam æmulorum, quòd Paulus multa de cruce blateraret, interim otia & delicias consectaretur [d]. *Abstineant, quæso, me vexare* ii qui Christiani dici volunt. Satis aliunde habeo quod feram *. ¶ *Ego enim stigmata* (ςίγματα sunt notæ infames [f], quales inurebantur servis [g], ex quibus cujus essent agnoscerentur [h]; item barbaris, fugitivis, maleficis [i]. Sic vocat res omnes suas adversas quas religionis ergò pertulit [k].) *Domini Jesu* (i. e. vel, 1. quæ Christo conveniunt [l]; vel, 2. propter Christum [m], à me prædicatum [n]; vel potiùs, 3. authore Christo [o]:) *in corpore meo porto*] Quibus agnosci potest me esse Christi servum [p], non Mosis [q]. Sensus, q. d. Satis habeo molestiarum quotidianarum propter Christum, ut nihil opus sit vos addere ad eas afflictiones [r]. Has notas opponit circumcisionis cicatrici †, q. d. Gesto & jacto stigma non circumcisionis, sed Christi, &c [t]. non Legis servitutis, sed Christianæ libertatis, testes ||. Circumcisi sunt isti novi Doctores. Sum & ego: sed hoc nihili æstimo præ certioribus meæ in Christum fidei notis, i. e. vibicibus ac cicatricibus ex *plagis* illis, *lapidationibus* & *verberibus*, quorum meminit 2 Cor. 11. 23, 24, 25. Similitudinem autem sumpsit à militibus, qui *vicinuris in cute punctis* signabantur, ut diximus ad Apoc. 13. 16. ubi & vocem ςίγματα eo sensu ab Æliano sumi ostendimus [v].

- † G.
- t Be.
- v Dic.
- x Vor.
- y Me. T.
- z E. Par.
- b E.
- c T. E.
- Par.
- d T.
- E.
- * Be.
- f T. Me.
- g T.
- h G.
- i V. sic Par.
- k Par. sim. Calv.
- l Gom.
- m G.
- n Calv.
- o G.
- p Camer.
- q Be.
- r Vor.
- † Camer.
- t Q. in Vor.
- v Par.
- x Ee.
- y E.
- z T. sim. Me.
- a Zeg.
- b Pi.
- c Gom. sic Par. E.
- d Par.
- * G.
- f Par. sic Ee. E. Me.
- g T. Gom.
- h Me.
- i Par.
- k Gom. sim. Par. Vor.
- l Gom.
- m Gom.
- Pi. Me. T.
- n Pi.
- o Gom.
- p Me. sic T.
- q T.
- r V. sim. E.
- † Be.
- t T.
- || Be.
- v G.

18. *Sit cum spiritu vestro*] i. e. vobiscum, ut est in aliis Epistolis [x]: vel, q. d. Animis vestris insideat, ut Dei Spiritu magis ac magis confirmemini [y]. Significat se ea præcipuè precari quæ non ad corporis commoda, sed ad animi perfectionem, pertinent. Eodem modo finit epistola Barnabæ: & eadem est locutio in Liturgia Græca, Latina, & aliis [z].

x E. Mc. T.
y Be. sim. Par.
z G.

SYNOPSIS

Criticorum aliorúmque Commentatorum

IN

EPISTOLAM

AD

EPHESIOS.

PROLEGOMENA.] Epistola hæc semper inter eximias est habita, scripta ab Apostolo jamdiu functo Apostolicum munus, cùm in vinculis esset Romæ, ad Ephesios, civitatem Asiæ præcipuam, è qua urbe multi viri docti & in seculi rebus sapientes prodierant. Itaque solicitè ostendit quantum omnes doctrinæ sordere debeant præ Evangelio, cujus sublimitatem admirandis & verè Apostolicis cogitatis exprimit. Apostolicam autem dignitatem sibi ascribit & in hac & in aliis Epistolis, cogente re, quòd multi essent qui ipsum docendi munus à Petro, Johanne & Jacobo accepisse dicerent, eorúmque nomine, quanquam illis ipsis nolentibus, uterentur, ut rituum Judaicorum servitutem eis qui è Gentibus vocati erant imponeret. Pertinet autem maximè hæc Epistola ad demendam autoritatem eis qui eruditionis extraneæ nomine se venditantes ob id *Gnostici* vocabantur: Cujus argumenti est & ad Colossenses huic planè germana, & illa ad Titum, utraque ad Timotheum, Petri altera, & Judæ. Scripsit Paulus eodem planè exemplo vel tenore Epistolam ad Laodicenses, ut ex Tertulliani Libris contra Marcionem colligere est. Nam Marcio hanc Epistolam vocat ad Laodicenses, ex fide, ut credibile est, Ecclesiæ Laodicensis. Nam cur in ea re mentiretur nihil erat causæ. Et hanc esse credimus quam Paulus dicit τὴν Λαοδικείας, Col. 4. 16. non scriptam à Laodicenis, sed ad Laodicenos pertinentem; quod ipsum rectè significatur casu possessivo. Nam literæ ejus sunt cujus tabellario sunt traditæ, multáque magis ubi & redditæ sunt, L. *Si epistolam*, D. De acquir. rerum dominio [a]. Est autem hæc inter postremas Epistolas à Paulo scripta, cùm jam Romæ captivus de reditu desperaret. Ephesus erat metropolis Asiæ minoris, ut constat [c]. In ea erat templum celeberrimum Dianæ, indéque crassa idololatria, quæ tamen Pauli prædicatione corruere cœpit, Act. 19 [d]. Erat civitas mercatoria, admodum frequens ac opulenta, & Idololatriæ & Magiæ valde dedita, Act. 19. Hinc Paulus, & solicitè & diu ibi docuit, quod & Johannes Evangelista fecit [*]. Ephesi Ecclesiam Paulus severat, ut videre est Act. cap. 18. & 19. Eo digresso multi extitere qui Christianis multa mala ferentibus & majora metuentibus Evangelii causâ persuaderent, posse homines & rectè vivere, & vitam æternam consequi sequendo Philosophorum scita, putà Heracliti, qui Ephesius fuerat, aut Pythagoræ, qui, ut hîc Græci notant, multos habebat Ephesi sectatores. Præterea multi erant Ephesi Judæi, ut ex Actis & Josepho apparet: Hi quoque studebant Christianos ad suos ritus traducere. Ideo Paulus jam vetus in Apostolico munere, & ob Evangelium Romæ vinctus, ostendit illis quanta sit vis Evangelii præ doctrinis omnibus, quomodo omnia Dei consilia ab omni ævo eò tetenderint, quàm admiranda sit in eo Dei efficacia, rerum sublimitatem adæquans verbis sublimioribus quàm ulla unquam habuit lingua humana. Proxima huic & argumento & verbis etiam est illa ad Colossenses, eodem, ni fallor, scripta tempore [f]. Occasio scribendi hanc Epistolam fuit imminens illa mutatio prædicta, Act. 20. 29, 30. adversùs quam animos eorum hîc confirmare voluit [g]. Lupi ibi descripti erant Gnostici, quorum & doctrina ex Judaicis ceremoniis, & Gentili Philosophia, conflata, & vita flagitiosissima, erat [h]. Scopus ergò Epistolæ erat, ut tanquam brevi moriturus iis in memoriam reducat summam veræ doctrinæ [i], eósque in ea constanter retinenda confirmet; tum porrò ut eos ad studium vitæ sanctæ inflammet [k]; quod in illa opulenta mercatoriáque urbe, & summa licentia turpitudinéque Gentilium vitæ, valde necessarium erat. Hoc verò ipsum agit, formâ non disputationis, ut ad Rom. & Gal. sed expositionis [l]. Exponit autem breviter hæc Epistola summa Dei beneficia, & gratiam quam ei debemus verbis factísque [m]. Partes ejus principales duæ sunt, 1. Commendat illis gratiam Divinam ab æterno quidem decretam, sed per Christum tandem patefactam, eáque antithesi multiplicis nostræ miseriæ illustrat, cap. 1, 2, 3. 2. Varias hortationes ex superiore doctrina colligit, & præcepta Christianæ pietatis proponit [n]. Est hæc Epistola ceu Epitome sive summa totius doctrinæ Christianæ, & omnium fermè præcipuorum locorum Theologiæ [o]. [De quo videsis Zan. & Bod.] Agit de Gratia Dei & conjunctis doctrinæ capitibus, Electione, Justificatione, Redemptione, &c. Beneficia autem per Christum parta illustrat, conferendo ipsorum tristissimum statum in Ethnicismo, &c [p].

a G.
b Vor.
c Vor. sim. Ham.
d Vor. sim. Ca.
* Ca.
f G.
g Vor. sim. Ham.
h Ham.
i Ca.
k Ca. sim. Zan.
l Ca.
m G.
n Vor.
o Zan.
p Ca.

CAP. I.

1. *Apostolus Christi*] Quem ut auctorem vocationis, & prædicationis argumentum, hîc spectat 1 Cor. 2. 1. Apostolum se vocat, tum ut se adversus Pseudo-apostolos tueretur, tum ut doctrinam suam hoc nomine com-

commendaret [a]. ¶ *Per voluntatem Dei*] Sic & 1 Cor. 1. 1. 2 Cor. 1. 1. Col. 1. 1. Idem dicitur Gal. 1. 4. 1 Tim. 1. 1. 2 Tim. 1. 1. Non humano arbitratu factus Apostolus, ut expressiùs dicitur Gal. 1. 1. Ostendit suo exemplo quantum sit beneficium vocationis. Et ipse enim & homines cæteri longè aliud agebant [b]. Hoc opponit tum libidini propriæ carnis, quâ rapiuntur temere falsarii, tum voluntati hominum, quâ vocantur ministri ordinarii, tum suo merito ‖. ¶ *Sanctis*, &c.] Sic appellat non cœlibes tantùm, sed & conjugio sanctè utentes. Vide infrà 5. 22. & seq. Idem titulus Christianis datur, 1 Cor. 1. 2. 2 Cor. 1. 1. Christiani primùm fiunt צדיקים, deinde חסידים. Vide Prolegomena in Epist. ad Romanos †. Sancti vocantur, 1. Segregatione ex mundo; 2. Imputatione; 3. Sanctitatis inchoatione, & renovatione, &c [c]. In MS. τοῖς ἁγίοις πᾶσι, &c [d]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πιστοῖς, &c.] *Et fidelibus* (q.d. Qui sunt fideles *; ut καὶ sit exegeticum [f]:) *in Christo*, P. Be. Pi. i.e. propter fidem quâ in Christum credunt [g]. Sanctitatis fidelium, tum fontem, Christum, tum medium, fidem, ostendit [h]. Credentibus in Christum [i]. Qui hactenus in pio isto instituto perseverârunt, quomodò nomen πιστῶν sæpissimè sumitur, ut respondeat Hebræo נאמנים. Πιστὸς Græco sermone propriè est qui *fidem præstat, ac pollicita sua rata facit*. A scriptoribus Græcis N. Fœderis sæpe sumitur in sensu minùs proprio, ut πιστὸν] *credentem* significet, ut videre est Joh. 20. 27. Act. 10. 45. & 16. 1. 1 Tim. 4. 3, 12. & 5. 16. Tit. 1. 6. sed hoc loco rectiùs & significatu illo magis proprio sumi, quomodo Matth. 24. 45. & 25. 21, 23. Luc. 12. 42. & 16. 10, 11, 12. & 19. 17. 2 Tim. 2. 2. & de Deo, 2 Cor. 1. 18. 1 Thes. 5. 24. 2 Thes. 3. 3. 2 Tim. 2. 13. Heb. 10. 23. & 11. 11. 1 Pet. 4. 19. quia post titulum *sanctorum* meliùs subjungitur titulus qui constantiam in sanctimonia significat quàm qui assensum Evangelio habitum. Eodem modo πιστοὶ dicuntur qui antè κλητοὶ & ἐκλεκτοὶ, *vocati & electi*, Apoc. 17. 14 [k].

2. *Gratia* (i.e. gratuitus favor ac benevolentia Dei [l]:) *vobis & pax*] Rom. 1. 7. 1 Cor. 1. 3. 2 Cor. 1. 2. Gal. 1. 3. Favorem Dei Christique optat, & quæ ei connexa est, veram felicitatem, quam nostri scriptores, ad Hebræorum exemplum, *pacis* nomine appellant [m]. *Pacis* nomine intelligit, vel, 1. bona temporalia [n], vel prosperum in hac vita statum [o]; vel, 2. pacem spiritualem, de qua Rom. 5. 1. Phil. 4. 7. pacem conscientiæ, omnésque gratiæ salutaris effectus [p]: salutem ac felicitatem, ex cujus sensu oritur pax conscientiæ [q]. ¶ *A Deo Patre*] Qui ut est fons Deitatis, sic etiam bonorum & beneficiorum erga nos [r]: qui ut est à seipso, sic à seipso operatur gratiam & pacem †. ¶ *Et Domino Jesu*] Tanquam Mediatore, per quem omnia donat Pater [t]. Non excludit Spiritum S. qui alibi dicitur, ut 2 Cor. c. 13. v. 13 [v].

3. *Benedictus* (sub. *sit*, Pi. sic Be. i. e. Laudetur & prædicetur [x]. A laude Dei orditur, ut 2 Cor. 1. 3. ubi verba eadem. Εὐλογητὸς, ברוך, Gen. 9. 26. & alibi sæpe LXX. Εὐλογεῖν *benedicere & laudare* significat, & *benefacere* (ut Job. 42. 12. & alibi) quia nimirum id ex benevolo proficiscitur animo, non minùs quàm bona dicta. Ità sæpe similia similium obtinent nomina [y].) *Deus & Pater* (h.e. Deus is qui est Pater [z]. Ità eum distinguit tum à diis Gentilium, tum à Deo quem contumaces Judæi colebant [a]. Distinctio hîc est duorum prædicatorum, non duorum subjectorum, non enim dicitur ὁ Θεὸς καὶ ὁ πατὴρ, sed ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ [b].) *Domini*, &c.] Ac proinde fons omnis benedictionis, &c [c]. ¶ *Qui benedixit nos*] Vel, *nobis*, Be. Pi. &c. i. e. beavit nos [d], felicitate & mundana & cœlesti *. Evenit hîc, quod frequens est Paulo, ut eadem vox vix ullo intervallo in sensu diverso sumatur. Εὐλογεῖν enim jam fuit *laudare*, nunc est *benefacere*, ut Job. 42. 12. nimirum quia utrumque ex benigno animo proficiscitur. Et solent similia inter se nomen permutare [f]. ¶ *Omni* (Perfectionem hoc magis quàm universalitatem significat [g]:) *benedictione spirituali*] Non (solâ [h]) carnali & temporali, quam fere solam Judæi agnoscebant & optabant [i], quæ in V. T. promissa est [k]. Non illis beneficiis terrenis quæ Hebræis Deus promiserat, Levit. 26. Deut. 7. 13. & Deut. 28. sed æternis ac cœlestibus [l], omni dono vel fructu spirituali [m], id est, ad spiritum & salutem pertinente. De beneficiis quæ propria sunt piis hîc agit, ideò omittit temporalia utpote impiis communia, &c [n]. ¶ *In*, &c. Ἐν τοῖς ἐπουρανίοις] *In supercœlestibus*, G. ex Tertul. Ἐπὶ tum per se, tum in compositione modò valet *super*, modò *in*. Si priori modo sumas, *cœlum* hîc intelligere debebis Astriferam regionem; si posterius, ipsum Cœlum summum sive tertium [o]. *In cœlis*, Be. Pi. *In cœlestibus*, Er. P. Mo. &c. subaudiendum, vel, 1. rebus [p], q. d. bonis quæ ad cœlestem beatitudinem pertinent, non ad vitam terrenam [q]; vel, 2. locis [r]; cui favet quòd hæc particula (quæ quinquies in hac Epistola legitur, nec usquam alibi †) eodem sensu accipitur infrà v. 20. & Eph. 2. 6. Qu. Cur & quomodo nos qui in terra versamur benedicti dicimur in cœlo? Resp. 1. Ratione Dei, qui dona hæc in cœlis ipsis, tanquam in solio residens, elargitur. 2. Ratione Christi, qui in cœlis residet, ibi & suo & nostro nomine benedictus [t]. 3. Ut benedictionem spiritualem discerneret à carnali: hæc in terra & incipit & consummatur, illa in cœlo [v], unde oritur, & ubi conservatur ac completur [x]. Illa [terrena beneficia] in terris peragebantur, Exod. 3. 8. hæc nos & spe & jure in cœlo collocant, Matth. 5. 3, 10. Phil. 3. 20. Perfectio hujus felicitatis non erit in terra Canaan, sed in summo cœlo. Vide quæ dicentur infrà v. 20 [y]. ¶ *In*, &c. Ἐν Χριστῷ] Sic plerique Codices [y], omnes nostri vet. cod. & Sy. Th. & Græca scholia [z]. *In Christo*, Be. Pi. &c. i. e. vel, 1. Christo incorporatos per fidem [a]; vel, 2. per & propter Christum [b], ejúsque merita [c], tanquam causam secundariam [d]; vel, 3. in Christi persona *, tanquam membra in capite [f], quippe cujus benedictio, vita, gloria, justitia, Jer. 23. 6. nostra est, in quo & cum quo etiam resurrexisse, & in cœlis sedere, dicimur [g], & ex eo in nos fluit omnis benedictio [h]. Alii Codices legunt Χριστῷ omissâ præpositione, sensu tamen eodem manente [i]. [Unde quidam sic vertunt,] *Christo*, Er. P. &c. i. e. in gloriam Christi [k]. Ἐπουρανίοις Χριστῷ, dicit pro, *Christi cœlestibus*, h.e. cœlestibus & ad Christum pertinentibus, quomodo 2 Cor. 10. 4. arma sua vocat δυνατὰ Θεῷ, h. e. *Deipotentia*, id est, Divinam virtutem habentia [l].

4. *Sicut elegit*] Vel, *Quemadmodum elegerat*, V. Secundùm quod elegit [m]: q. d. Quòd Deus nobis, id est, sanctis & fidelibus, non autem cæteris hominibus, ità benedixerit, id non fecit temere, aut casu, absque ullo definito consilio, nec ob nostra merita, aut dignitatem præstantiámve præ illis, &c [n]. *Eligere* ut in sermone communi, ità in S. literis, varios habet significatus. Est Electio ad vitam suavem & diuturnam, ad possessionem terræ uberrimæ, ad Legis cognitionem, ad Regnum, ad Sacerdotium, ad Prophetiam, ad libertatem reditúmque in patriam, ad alia. In Novo autem Fœdere *electio* itidem multa significat; ut est Electio ad Apostolicum munus, ad legationem aliquam, ad functionem Diaconi. Sæpe *electio* significat approbationem eorum qui Evangelio credunt, ut videre est maximè Jac. 2. 5. quò rectè referas & illa 1 Cor. 1. 27, 28. & 2 Thes. 2. 13. & ad Romanos multa. Hoc verò loco videtur significari vocatio per Christum, sive per Evangelium ejus: sicut contrà illa credentium electio *vocatio* interdum dicitur, ut 1 Cor. 1. 24, 26. Non immeritò autem *electionis* voce indicatur beneficium illud eximium, reservatum iis qui Messiæ temporibus aut non multò pòst erant victuri, & Spiritûs datores futuri tot miraculorum ac donorum Spiritûs Sancti. Sic ἐκλογῆς vox sumitur, 1 Thes. 1. 4. Sed & hoc hîc notandum est, hîc non ipsam vocationem designari, sed de vocandis Judæis & Gentibus, atque inter eas etiam Ephesiis, decretum, per μετωνυμίαν satis frequentem, quæ consilio dat effectûs nomen. Simili fermè modo Paulus 2 Tim. 1. 9. ait *gratiam datam nobis ante tempora secularia*: & Eph. 2. 6. *nos à Deo collocatos in cœlis*: quem in sensum & Aug. locum Joh. 17. 5. exponit. Ità & h. l. decretum sumit nomen actûs. Vocationi interdum postponitur electio. Sed & ipsa Vocatio est electio quædam, i. e. beneficium quoddam eximium ducens ad vitam æternam: Cujus generis quæ sunt beneficia, illa omnia tam nunc rectè sub *electionis* nomine veniunt quàm olim ea quæ ad hujus vitæ commoda & honores spectabant [o]. Al. *Elegit*, i. e. eligere

proposuit

propoſuit ſeu decrevit [p], ab æterno ſcilicet; nam *eligere* dicitur cùm propoſitum ſuum exſequitur [q]. Sed hoc 1. nugatorium eſt, quaſi dicas, *propoſuit proponere*, vel, *decrevit decernere*: 2. electionem cum vocatione confundit, adeóque decretum cum executione. Electio eſt ad vitam ordinatio ſive deſignatio, quæ fuit ab æterno [r]. Revocat nos Paulus à benedictione facta in tempore ad primam & æternam illius cauſam, quæ eſt æterna & gratuita electio †. De electione ab æterno hîc agi conſtat [t]. *Sicut elegit*: Hæc eſt antiquiſſima, & liberaliſſima Dei benedictio, fons & origo cæterarum. Senſus eſt, q. d [v]. Effectus electioni reſpondet; præſtat nobis Deus in tempore beneficia quæ ſe nobis daturum ab æterno decrevit [x].

¶ *Nos*] Me & vos Epheſios [y], nos fideles [z], ex Judæis & gentibus: de iis enim loqui, & non de omnibus, certiſſimum eſt [a]. Electio enim eſt aliquorum ex reliquorum numero [b]. ¶ *In ipſo*] nempe Chriſto, ex v. præced [c]. in ipſo ſcil. adoptandos, ut poſtea explicat [d]: vel, *Per ipſum*, Vor. G. Nam & quod Apoſtoli hac in re fecere, Chriſti fecere mandato, adeò ut Chriſtus ipſe id feciſſe dicatur, Act. 13.47. Joh. 12.32. *Per ipſum*, non per Moſem *. Ut per Chriſtum tanquam mediatorem ſervaret [f]. *Eligere in Chriſto* hîc dicit, ſicut *benedicere in Chriſto*, v. præced. Benedictio autem illa eſt ſpiritualis, ſive in rebus cœleſtibus, & proinde talis eſt electio, quæ eodem reſpicit, ut particula καθὼς declarat; & eſſe hîc dicitur non ad ſalutem in altera vita ſed *ad adoptionem*, *& ut ſancti eſſemus*, &c. Senſus ergò eſt, q. d. Deus ab æterno decrevit Chriſtum dare, tanquam medium perducendi omnes, & ſpeciatim Gentes, ad veram ſanctitatem, &c [g]. Al. In Chriſto, tanquam in capite [h], per quod gratiam, vitam, &c. Pater nobis communicaret: vel, tanquam fundamento cui nos, h. e. Eccleſiam, ſive domum ſuam, ſuperſtrueret [i].

¶ *Ante*, &c. Πρὸ καταβολῆς κόσμου] *Ante fundationem* (vel, *jactum fundamentum*, Be. ſim. Er. Il. Ti. Pe. Pi. &c. vel, *conſtitutionem*, Vulg. Mo.) *mundi*, Tre. ex Sy. Καταβάλλεσθαι eſt *jacere fundamenta*, Heb. 6. 1. יסד: hinc καταβολὴ de Domo dicitur, 2 Macc. 2. 30. & per ſimilitudinem de Mundo, καταβολὴ κόσμου, *initium mundi conditi*, Mat. 13. 35. & 25. 34. Luc. 11. 50. Joh. 17. 24. Heb. 4. 3. & 9. 26. 1 Pet. 1. 20. Apoc. 13. 8. & 17. 8. Non temerè quibuſvis Dei decretis adjectam hanc vocem reperias, ſed eximiis, comparatione ab iis ſumptâ qui domum ſtructuri omnem ejus uſum animo ſibi præfigurant, & ad id cuncta dirigunt. Solet Scriptura de Deo, ut de Homine, loqui. Homo domum ſtructurus priùs uſum ejus animo figurat. Deus Mundum conditurus Hominis causâ, Hominem verò ut Deum coleret, cultum quendam perfectiſſimum ſibi propoſuit, ad quem, præſtructis gradibus quibuſdam, hominem eſſet perducturus, idque per Filium ſuum. Simili modo Hebræi dicunt, *ante mundum fuiſſe Legem*, *Pœnitentiam & nomen Meſſiæ*. Sic *myſterium* Evangelii dicitur *abſconditum* ἀπὸ τῶν αἰώνων, Eph. 3. 4. Col. 1. 26. πρὸ τῶν αἰώνων, 1 Cor. 2. 7. quod ipſum dicitur κεκρυμμένον ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, Mat. 13. 35. *gratia data*, i. e. dari deſtinata, πρὸ χρόνων αἰωνίων, 2 Tim. 1. 9. quod idem valet atque *Regnum paratum* ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, Mat. 25. 34. *Gloria Chriſto data* πρὸ καταβολῆς κόσμου, Joh. 17. 24. Chriſtus προεγνωσμένος, i. e. *prædecretus*, πρὸ καταβολῆς κόσμου, 1 Pet. 1. 20. Sic ἐξ αἰῶνος, *à ſeculo*, Eccleſ. 1. 4. ἀπ' αἰῶνος, Act. 15. 18. Judæi Electionem ſuam ab Abrahamo auſpicantur, eáque ſe jactant antiquitate: aut & interdum ab Exitu ex Ægypto, quod tempus dicitur קדם, Pſal. 74. 2. At in conſtitutione Divina multò prior fuit Abrahamo Chriſtus, ut ipſe docet Joh. 8. 56. & ſeq [i]. Sciendum autem eſt hâc phraſi, *ante conſtitutionem mundi*, ſignificari æternitatem [k]. ¶ *Ut*, &c. Εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ, ἐν ἀγάπῃ] Ellipſis vocularum εἰς τὸ, vel πρὸς τὸ, ut ſæpe [l]; vel ὥστε [m], vel ἕνεκα [n], ante εἶναι [o]. Exponit effectum ad quem à Deo electi ſumus, non quidem totum, ſed quem conſequimur in hac vita [p]. Alibi ſalutem finem electionis nominat, 2 Theſ. 2. 13. & hoc cap. v. 6. gloriam Dei: hîc finem ſubordinatum exprimit †. *Ut ſimus*, vel *eſſemus*, (Non dicit, quia eramus ſancti, aut, quia ejus præſcientiâ futuri eramus ſancti [q], ne quis ſentiat homines ex meritis eorum prævisis à Deo eligi [r], aut prævisionem fidei electionis cauſam eſſe †:) *ſancti* (i. e. juſti [t], puri [v], mundi à peccatis [x], per remiſſionem peccatorum, mentiſque renovationem [y]; Deo conſecrati [z]; Chriſto nos regenerante induti, per quem incipimus mori peccato [a]: vel *ſancti* quoad fidem [b]. Sanctitas hîc nihil aliud eſt quàm puritas & integritas & animæ omniúmque facultatum ejus, & vita, hîc inchoata, in cœlis demum perficienda [c].) *& inculpati*, vel, *irreprehenſibiles* (ſcil. quoad vitam [d], per obſervationem mandatorum Dei *, maculæ omnis expertes tam in animo quàm in vita & moribus externis [f]. In veteri Lege arietes & boves qui Deo offerebantur debebant eſſe תמימים, ἄμωμοι, Exod. 29. 1. Levit. 1. 3, 10. & alibi ſæpe. Chriſtiani nunc ſemet offerunt, Rom. 12. 1. Æquum ergò eſt ut ipſi ſint, ἄμωμοι ſive ἀμώμητοι, *immaculati*, infrà 5. 27. Phil. 2. 15. Col. 1. 22. 2 Pet. 3. 14. Judæ v. 24. Apoc. 14. 5. ſive ἄμεμπτοι, ut Phil. 2. 15. 1 Theſ. 2. 10. & 3. 13. nempe ſecundùm Evangelii præſcripta, abſtinentes ſcilicet ab omnibus illis culpis quæ hominem ab Evangelico fœdere excludunt: quo ſenſu etiam dicuntur *non peccare*, 1 Joh. 3. 6, 9. Sic quidam ſunt ἄμεμπτοι, *ſine querela*, ſecundùm Moſis Legem, Luc. 1. 6. Phil. 3. 6 [g].) *coram ipſo* (nempe Deo [h]: i. e. vel, 1. eximiè, ut *venuſtus Deo*; vel, 2. in perpetuum, ut in illo, *ſemen eorum coram te firmabitur*, Pſal. 102. 28 [i]. vel, 3. apud tribunal Dei, ut juſtitiam imputatam intelligamus [k]: vel, 4. verè ac ſincerè [l], in corde & conſcientia [m], judicio Dei omnia cernentis [n]: coram hominibus ſancti ſunt etiam hypocritæ [o]. Rectè ergò addit, κατενώπιον αὐτοῦ· nam & animi puritas requiritur, quam ſolus Deus inſpicit [p].) *per charitatem*, Er. P. Pi. &c. vel, *cum charitate*, Be. Hanc particulam alii aliò referunt [q]; vel, 1. ad proximè præcedentia [r], quòd *charitatis* nomen utriuſque tabulæ officia complectatur †: ut declaret vitæ ſanctæ originem [t], vel ut explicet, in qua re conſiſtat hæc ſanctitas, &c. nempe in dilectione Dei & proximi [v]; paſſivâ ſcilicet, quanquam alii dilectionem Dei activam intelligant [x]. Senſus, q. d. ut ſancti ſimus, &c. per charitatem quâ Deum diligentes nos purificamus, &c [y]. *Charitatem* hîc addit, tanquam effectum comitémque indiviſum ſinceritatis illius coram Deo, cujus proximè mentionem fecerat [z]. Vel, 2. cum voce remotiore, vel cum præced. *elegit* [a]: vel, cum ſeq. προορίσας, *qui per charitatem* (ſcil. quâ nos dilexit [b]:) *prædeſtinavit nos* [c]. Hoc malim, quia ſic vitatur hyperbaton, quod eſt ſi conjungas cum *elegit* [d]. Ità explicat cauſam impulſivam electionis in Deo extitiſſe, nec fuiſſe opera noſtra prævisa; ſed meram gratiam charitatémque Dei erga nos *, cui Scriptura paſſim adſcribit beneficium prædeſtinationis & ſalutis noſtræ, ut Joh. 3. 16. Eph. 2. 4, &c [f]. Oſtendit quò tendat & decretum vocandi, & ipſa per Evangelium vocatio, nempe ut ſic vocati edant magnæ pietatis opera, & ab omni crimine vacent; ſive ut qui vocationi obtemperant, eximiâ quâdam fulgeant probitate atque innocentiâ quæ Deo placeat, procedens quippe ex animo Deum diligente tum ob beneficia jam præſtita, tum ob ſperata ab ipſo præmia. Eximia & probitas & innocentia requiritur ut plenum ſortiatur effectum illa tam admiranda vocatio. Hæc autem duo optimè comprehenduntur in nomine *dilectionis*, in qua eſt Evangelii τὸ πᾶν. *Ne igitur cùm audis*, Elegit, *fidem ſolam ſufficere exiſtimes*, *adjecit & vitam*, ait Chryſ [g].

5. *Qui*, &c. Προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτὸν] Hoc & hîc & alibi ſedulò agit Apoſtolus ut oſtendat ex multò antè conſtituto veniſſe quæ tum diſpenſabantur. Ea antecedens conſtitutio vocatur προορίζειν, *prædecernere*, πρόθεσις, *propoſitum*, interdum & πρόγνωσις, *præcognitio*. Prima vox legitur Act. 4. 28. ubi de *provida permiſſione & directione* agitur, Rom. 8. 29, 30. 1 Cor. 2. 7. & mox v. 11. Alterius vocis verbum, Rom. 3. 25. & hîc mox v. 9. nomen inde factum, Rom. 8. 28. & 9. 11. & hîc mox 3. 11. Tertiæ verbum hoc ſenſu (eſt enim ubi *approbationem* magis ſignificat,) 1 Pet. 1. 20. nomen autem Act. 2. 23. ubi itidem de *provida permiſſione ac directione* ſermo, & 1 Pet. 1. 2. Talium autem antecedentium conſtitutorum cùm fit mentio, conditio non ſemper additur, quippe quæ ex ipſa negotii natura, ſæpe & ex verbis præcedentibus, & ex ſequentibus ſeriis admonitionibus, ſatis poteſt intelligi.

ligi. Sic Paulus dicit Romanis, 1. 13. προεθέμην; *proposui venire*, nempe si negotia magis necessaria id paterentur. Sic Rom. 8. 29. quo capite de malis sufferendis agitur. Καὶ προώρισε, &c. *& prædestinavit conformes fieri*, &c. i. e. decrevit ut & ipsi ad summa bona perveniant eâdem quâ Christus viâ, modò scilicet Crucis signa non deserant, ut antè dixerat 8. 17. *si tamen compatimur*. Paulus ad Apostolicum munus Deo sepositus, Gal. 1. 15. sed nimirum ità si *non inobediens esset cœlesti viso*, Act. 26. 19. Eidem & comitibus promissa in summo maris periculo salus, Act. 27. 24. si & ipsi quod in ipsis erat facerent, nautas in navi retinerent, v. 31. alimentis uterentur, v. 34. jactum facerent, v. 38. natarent, v. 43, 44. Ità & hîc dicit antè constitutum à Deo ut illos vocatos non tantùm ex inimicis amicos faciat, sed & *adoptet*, &c. Ità passim conditiones tum ex rei qualitate, tum ex locis aliis plurimis & clarissimis tacitæ pro expressis haberi debent. Hieron. ad h. l. *Hoc prædestinavit ut haberent potestatem filii Dei fieri homines qui credere voluissent*. Sicut diversi generis sunt Dei decreta, sic & verba προτίθεσθαι, προορίζειν, προγινώσκειν, ut deducta inde nomina, πρόθεσις, προορισμὸς, πρόγνωσις, non eodem sumuntur modo. Significant enim interdum *decretum permittendi cum præscientia quadam conjunctum*, ut Act. 2. 23. & 4. 28. Rom. 3. 25. interdum *decretum Dei sine conditione*, Rom. 8. 29. & 9. 11. hîc infrà 3. 11. 1 Pet. 1. 20. 1 Cor. 2. 7. Hîc verò & alibi decretum ejus quod Deus facere vult si & homines faciant quod debent, quanquam illa conditio non semper exprimitur, sed ex aliis locis, imò etiam ex iis quæ eodem loco sunt cohærentia, satis intelligitur [h]. Al. Προορίζειν est prædestinare ad aliquid, & quidem ità ut simul constitutas omnia media, tempus & locum, quibus ad id certò deducatur [i]. Ὁρίζειν *destinare*, dicitur de iis quæ nunquam non fuerunt; προορίζειν, *prædestinare*, de iis quæ aliquando cœperunt esse, de quibus aliquid decretum fuit priusquàm essent [k]. Differunt ἐκλογὴ, *electio*, & προορισμὸς, *prædestinatio*: illa respectum habet ad membrum oppositum, nempe ad reprobos, propriéque est, delectus aliquorum è turba reliquorum, qui à Deo præteriti sunt, &c. hæc idem illud decretum denotat cum respectu ad media causásque omnes quibus Deus illud exsequitur [l]. Præpositio πρὸ consilii Divini prioritatem, h. e. æternitatem designat [m]. Connexio duplex est [n]. 1. Προορίσας pendet à præced. *elegit nos*, &c. quæ verba hîc declarat [o], docétque quomodo & ad quid elegit, vel cur nos elegit ad sanctitatem, &c. quia nimirum prædestinavit ad hoc, ut essemus filii Dei, quales sanctos esse oportet [p]. 2. Malim esse hîc αἴτιον, q. d. Non solùm elegit nos ad sanctitatem, &c. sed etiam prædestinavit, εἰς υἱοθεσίαν, &c. quod amplius est [q]. [Verba autem sic reddunt & exponunt:] *Qui* (vel, *Quatenus*, Pi.) *prædestinavit* (vel, *destinando*, Q. in Zan. *Præfiniens*, Mo. *Cùm constituisset*, G. *Destinaverat*, Ca. *Qui destinavit antequam ab utero prodiremus*, V.) *nos in*, vel *ad*, *adoptionem* (tam imperfectam quàm perfectam, quæ in hac vita inchoatur & proficit, in futura perficitur †:) *filiorum* (vel, *ut*, *sive quos*, *adoptaret in filios*, Er. Ti. P. Be. vel, *filios facere*, vel, *ut pro filiis habeat tractétque*, nempe si vocationi ut debent obediant *; vel, ad consequendam filiationem divinam [r], quo nomine intelligitur tum efficax vocatio †, ut consentiat hic locus cum Rom. 8. 30 [t]. tum inprimis ipsa glorificatio [v]; (quæ *adoptio* vocatur & Rom. 8. 23. Gal. 4. 5. quippe quæ in hac vita non manifestatur, 1 Joh. 3. 1 [x].) omniáque quæ filiationem consequuntur, ut fit Synecdoche [y]:) *per* (vel, *propter*, G.) *Jesum Christum* (non nudè & seorsim spectatum ut Deum [z], sed ut θεάνθρωπον [a], ut mediatorem [b]; ut caput prædestinatorum [c], per quem habemus omnia [d]: per fidem in Christum *, vel ob merita Christi [f]. Apostolus in omnibus ad Christum nos ducit, quem ut totius nostræ salutis fundamentum substernit [g].) *in ipsum*, G. Vulg. &c. Tunc autem scribendum εἰς αὐτὸν, non εἰς αὑτὸν, ut nunc habemus [h]: Quæ lectio significat, adoptionem nostrî [i], & quicquid gratiæ & gloriæ hominibus collatum est [k], tendere ad Christum, sive ad Christi gloriam [l], tanquam in causam finalem nostræ prædestinationis [m]. Vel, *sibi*, G. E. Zan. ex Sy. nam εἰς αὐτὸν hîc & alibi est pro Dativo, valétque αὐτῷ, *sibi*, ad modum Hebræi לו: & nomen υἱοθε-

h G. i Cro ex Zan. k Er. l Bod. sim. Be. m Bod. n Zan. o Pi. p Q. in Zan. q Zan. † E. * G. r Vor. † Vor. sic Pi. t Pi. v Vor. sim. Zan. Bod. x Bod. y Zan. z Bod. ex Be. a Be. b Fe. Zan. Cro. Bod. c Bod. d Zan. * Pi. f Me. g Bod. h Me. sic Vor. i Vor. k Me. l Vor. Me. m Me.

σίαν sic Dativum regit quomodo ipsum verbum υἱοθετεῖν: qualis est illa constructio, *quid tibi illam tactio est?* Olim Israel בן בכור. Vocatio huc tendit ut purgati adipiscamur Spiritum illum qui nos faciat Dei filios, id est, Divinæ voluntatis imitatores [n]. Vel, *in*, sive *ad sese*, P. Be. Pi. E. Me. h. e. sese unum spectans, & gloriam suam [o]; vel, ad gloriam gratiæ suæ, ut exprimitur v. 6, 12, 14 [p]. Voluit hunc sibiipsi honorem, ut cùm unicum haberet filium naturalem, multos haberet adoptivos, à quibus invocaretur, ut Pater [q]. Significat, Deum in suis eligendis nihil extra se, sive præsens, sive futurum, sed seipsum unum spectâsse, in quo uno consilii sui causas invenerit, nempe suam charitatem erga nos †. Declarat cujus *filii* sint, nempe ipsius Dei prædestinationis [t]. Εἰς αὐτὸν, i. e. ἐν ἑαυτῷ [v]. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ] *Juxta beneplacitum* (vel, *propositum*, Vulg. G. Εὐδοκία autem non solos electos respicit, sed & reprobos, ut planum est ex collat. Mat. 11. 25, 26 [x]. Verùm εὐδοκία ibi electorum respectu præcipuè dicitur [y]. Hæc vox sacris literis peculiaris est [z], & primùm à LXX excogitata [a], quibus exprimerent Heb. רצון [b]. Significat propensam benevolentiam, ac favorem gratuitum [c], ac liberum [d].) *voluntatis suæ*, Er. G. &c. vel, *Ità ut placuit voluntati ipsius*, G. sic Sy. in D. Addit *voluntatis*, ut omnes alias causas excludat *. *Voluntas* est generalius quiddam, quod etiam reprobos complectitur, & per vocem εὐδοκίας restringitur ad eam voluntatis speciem quæ cum benevolentia conjuncta est, ex qua Electionis decretum dependet, &c [f]. Al. *Pro bona*, aut *benevola sua voluntate*, V. Be. Utrâque voce res eadem, id est, amor gratuitus, significatur [g]. Dictum ἐκ παραλλήλων, ut *lutum cœni, terra pulveris*. Nam Senes רצון modò εὐδοκίαν vertunt, modò θέλημα, ut Dan. 8. 4. & 11. 3, 16 [h]. Sensus est, Deum nos prædestinâsse non ullis nostris meritis aut operibus prævisis provocatum, sed ex mero beneplacito suo [i]. Non potest aliqua causa vel ratio prædestinationis assignari ex parte hominis, tunc enim principium boni operis esset in homine ex seipso, & non per gratiam, quæ est hæresis Pelagiana [k]. Εὐδοκία & εὐδοκεῖν, ubi absolutè ponuntur, i. e. non additâ præpositione personæ nomen regente, aut aliquâ re simili, vel, ubi non personam directè respiciunt, cui tunc præpositio ἐν solet præponi, sed actionem, talem denotant actionem, cujus ratio non soleat reddi; vel, decretum ità liberum ut ejus rationem aliquis alteri reddere non teneatur, Mat. 11. 26. Luc. 10. 21. & 12. 32. Rom. 15. 26, 27. 1 Cor. 1. 21. Gal. 1. 15. Col. 1. 19. 1 Thes. 2. 8. Sic & 2 Macc. 14. 35. Sic חפץ poni de decretis quorum causa ignoratur notat Abrabaniel ad Esa. 53. 10. Deus judiciorum suorum vindicantium rationes liberaliter solet reddere; beneficiorum autem reddit interdum, interdum non reddit. De secundo hoc beneficiorum nihil quod in Homine sit respicientium genere agitur, Esa. 40. 13. item Rom. 11. 34, 35. Sic *mundum conditum* ἐξ εὐδοκίας, *quia Deo ità visum fuit*, dicunt Hebræi. Etiam apud Latinos *quoties judicium aut ratio non apparet, solere interponi, SIC VISUM*, notavit Servius. Ità si quærat aliquis cur Deus tanta illa bona, & tam eximiam vocationem illius seculi hominibus impertiverit, & inter eos Ephesiis, pro Deo responderi nihil aliud potest quàm, *Ità visum ipsi*, &c. *Non licet mihi de meo facere quod volo?* Mat. 20. 15. & *Miserebor cujus miserebor*, Rom. 9. 15 [l].

6. *In*, &c. Εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ] *In*, vel, *Ad laudem gloriæ* (vel, *gloriosæ*, P. Be. Pi. E. &c.) *gratiæ suæ*, Mo. G. Ar. &c. *Ut laudetur* (sub. *à nobis*, Pi.) *gloria gratiæ suæ*, Er. Ti. vel, *gloriosa ipsius gratia*, Pi. In præced. assignat causam Prædestinationis efficientem [m], Dei voluntatem; hîc finalem [n], ut illustrior redderetur magnitudo & excellentia benevolentiæ suæ [o]; ut Deus glorificetur tum à nobis tanto beneficio affectis [p], tum ab Angelis, &c [q]. *Ut laus gloriosa ei reddatur pro beneficio tanto*. Nam ἔπαινον δόξης hîc valet ἔπαινον ἔνδοξον, Hebræorum more, qui Genitivos ponunt pro Adjectivis. Et εἰς non hîc Finem, saltem primarium, sed Consequens aliquid significat, sive id quod æquum est nos pro summis beneficiis Deo reddere: 1 Cor. 6. 19, 20. 1 Pet. c. 2. v. 9. Neque verò quicquam à nobis proficisci potest quod naturæ nostræ sit convenientius aut Deo gratius. Vide Psal. 50. 14. & seq. Etiam Aristoteles Nicom.

n G. o Me. p Pi. q Zan. r Be. sim. t Calv. Zan. † Q. in Zan. v E. x Be. y Pi. z Bod. a E. b E. ex Hi. c E. sim. Vor. Cro. d Me. sim. e Vor. D. * Vor. Zan. f Bod. g Be. h D. i E. Me. k E. l G. m Me. n E. sim. Zan. o V. p E. sim. Me. q E.

com. 9. 2. *Diis & parentibus reddi*, ait *honorem, æquale enim nihil reddi posse*. Vide Deut. 26. Agitur autem hîc de ea laude & gratiarum actione quæ statum adoptionis consequitur. [e] *In qua*, &c. Ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ] In MS. pari sensu ἧς ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς,&c. *quo nos affecit*, &c. Sed Hebræi, ut & Latini interdum, amant nominibus addere verba cognata. Est ergò ἐν χάριτι χαριτοῦν, *gratificari gratiâ*, Hebraicus Pleonasmus, aut potiùs locutio ἐνεργητικὴ, *efficax*, ut *morte mori*, *servitutem servire*, & mille ejus generis alia. חן est χάρις, *beneficium*, חנן verbum χαριτοῦν, *afficere beneficio*, quod per ἐλεεῖν & οἰκτείρειν sæpe vertunt LXX. Vide quæ dicta ad Luc. 1. 28. Maria Ecclesiæ gerebat imaginem [r]. [Verba sic reddunt:] *Quâ* (vel, *In qua*, Vulg. Ἐν ᾗ pro ἐν οἷς, vel ᾗ †.) *gratos* (vel, *gratiosos*, Camer. *charos*, Er. Ti. Il. Vor. *acceptos*, Pi. Ca. *gratis acceptos*, Be. sub. *sibi*, Il. Pi.) *nos reddidit*, sive *fecit* (quo sensu Maria κεχαριτωμένη dicitur Luc. 1. 28 [s]. i.e. vel, gratiâ nos implevit [t]; vel, nobis gratiam auxit; vel, nos dignos reddidit favore suo, atque hujus participes [u]:) *in illo dilecto*, P. Be. Pi. nempe Christo, Matth. 3. ult [x]. quem Pater dilexit ab æterno, non propter alium aliquem, sed propter ipsum [y]: בחירי. Vide Esa. 5. 1 [a]. Qui suâ gratiâ nobis meruit omnem gratiam [b]. Vel, *per* (vel, *propter*, G.) *illum dilectum*, Er. V. G. Ἐν pro *propter*, ut infrà 3. 13. & alibi. Sicut Deus in Fœdere V. sæpe se benefacere ait Hebræis *propter Abrahamum*, *Isaacum*, *Jacobum*, *Mosem*, *Davidem*; ità in N. Fœd. benè facit credentibus in Christo *propter Christum*, quo nullum amavit ardentiùs. Vide Mat. 3. 17 [c].

7. *In quo* (Christo [d], nempe solo, ut in ipso solo fuimus electi, dilecti, &c [*]. non in nobis, non in Lege aut sacrificiis ejus, Heb. 10. 4 [f]. vel, *Per quem*, V.) *habemus* (nos scilicet, electi, fideles [g]:) *redemptionem* (à peccatis & Satanæ imperio, & morte æterna [f], idque dato pretio, λύτρῳ, 1 Tim. 2. 6 [*]. Ἀπολύτρωσις est *plenissima liberatio*, à reatu scilicet. Quanquam autem vox illa tralatione quâdam ad *liberationem* quamvis referri interdum solet, in hoc tamen argumento *talem* intelligi *liberationem quæ non sine magno impendio fiat*, ostendit locus Matth. 20. 28. ubi Christi vita nobis impensa λύτρον, *redemptio*, dicitur, & ἀντίλυτρον, 2 Tim. 2. 6. Philo, *Vir bonus hominis mali*, λύτρον, *redemptio* [l].) *per sanguinem ejus*, (Nempe in cruce effusum, h. e. per mortem testatoris ac mediatoris, cujus sanguine novum fœdus sanciri oportuit [m]; vel, per sacrificium ipsius Patri oblatum, ut satisfieret Divinæ justitiæ, & Deus nos absolveret à condemnatione, &c. A Diabolo autem nos liberavit Christus in manu potenti, &c [n].) *remissionem* (sub. *inquam*, Be. Pi. Appositivè hoc additur [o].) *peccatorum*] Sub qua complectitur liberationem ab omnibus pœnis & malis quæ peccatum consecuta sunt; illam verò tantùm posuit, quia hinc pendent reliquæ omnes redemptiones [p]. Eadem verba Col. 1. 14. nisi quòd pro παραπτωμάτων ibi est ἁμαρτιῶν sensu eodem. Retrò videtur gradi & hîc & ibi, quia locutus de Adoptione & Sanctitate venit ad Peccatorum remissionem. Sed hoc non frustrà facit, ut Chrys. & alii hîc notant. Nulla enim in re magis apparet Dei bonitas quàm quòd pro nobis, hostibus adhuc suis, Filium dilectissimum in mortem dederit. *Remissionem peccatorum* hîc optimè intelligas illam Dei indulgentiam quâ humano generi in gravissima lapso crimina non tantùm vias pœnitentiæ præcludere noluit, sed novas insuper & nunquam antehac auditas rationes aperuit per quas ad pœnitentiam invitaretur. Ea verò ipsa remissio etiam ἀπολύτρωσις dicitur, id est, פדיון, quomodo vocari solet id quod ad redimendum datur, Exod. 21. 30. nempe ut sciamus, hanc remissionem non contigisse sine gravi impendio, non quidem à nobis facto, ut in illa Exodi Lege, sed in Christo pro nobis. Vide quæ diximus ad Luc. 23. 34. Poterat Deus suo jure id facere, nullâ victimâ intercedente: sed quia non Judæi tantùm, sed & Gentes solitæ erant ab annis ferme quater mille ad expianda peccata uti victimis, ne facilitas veniæ peccata minoris duci faceret, ideo & hîc Deus victimam multò digniorem voluit intercedere, sed, quò magis ejus bonitas appareret, à se, non à nobis, datam. Sicut in V. Lege non obtinebatur venia eorum quæ in eo statu veniam accipere poterant, nisi cruentâ morte victimæ; ità in N. F. remittit Deus peccata credentibus in Christum, ideo quia Christus id suâ morte cruentâ, quippe sacrificio perfectissimo, Deoque gratissimo, pleno obedientiæ, demissionis, dilectionis & patientiæ, ab ipso nobis impetravit [q]. Qu. Quomodo sanguis Christi hominis potuit infinitæ Dei justitiæ satisfacere? Resp. Quia Christi mors infiniti erat pretii & meriti, tum ob pœnæ quam tulit immensam gravitatem, pondus scil. iræ Divinæ, &c. tum maximè ob infinitam personæ dignitatem, utpote & Dei & hominis [r]. ¶ *Secundùm divitias gratiæ ejus*] i. e. Pro ubertima ipsius bonitate, & ut infrà 2. 7 †. *Ex divite ipsius gratia*, P. Pi. Hypallage [t]. *Abundantia bonitatis*, pro *bonitate abundante*, per Hebraismum. Eadem locutio πλοῦτος τῆς χάριτος infrà 2. 7. In MS. [hîc est] τὸ χρηστὸν αὐτοῦ. Πλοῦτος Paulo *abundantiam* significat: ut diximus ad Rom. 2. 4. & 9. 23. 2 Cor. 8. 2. sic & infrà v. 18. & 3. 16. Col. 1. 27. & 2. 2. Verè *abundans bonitas*, quòd qui nostrî nulla in re indiget, nos à se aversos ultrò ad se vocavit, & ut id fieret, Filium mori voluit [v]. [Sensus, q. d.] Hæc nobis fecit Deus pro copiosa erga nos beneficentia sua [x]: Hæc causa προηγουμένη [y], quâ impulsus est Deus ad dandum Christum, & Christus ad nos redimendos [z].

8. *Quæ*, &c. Ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει] *Quâ* (scilicet gratiâ divite [a], quæ præcessit [b]. Ἧς, pro ᾗ οἷς, vel ᾗ [b], vel ὅπερ ἧς [c]: vel, *De qua*, Er. Jungitur hîc περισσεύειν secundo casui, ut Luc. 15. 17 [d]. vel, *Quam*, V. E. &c.) *redundavit*, vel *exundavit* (vel, *ubertim impertivit*, V. Er. vel, *redundare fecit*, Bod. vel, *copiosè se effudit*, Pi. Bod. vel, 1. Deus ipse [*], Pater de quo dictum v. 6. & 7. vel potiùs, 2. Christus, de quo v. 6. sed non excluso Deo Patre [f]. Περισσεύειν accipitur hîc transitivè, ut 2 Cor. 9. 8 [g].) *in nos* (vel, *erga nos*, Ca. vel, *nobis*, Er. V. Περισσεύειν, ut & Hebræi רבב, שאן, יתר, alibi de eo qui accipit aut habet dicitur: hîc verò, ut & 2 Cor. 9. 8, 12. & 1 Thes. 3. 12. de liberaliter dante. Non contentus posuisse nomen πλοῦτος, addidit verbum περισσεύειν, ut bonitatis hujus ἀκατάληπτον magnitudinem imprimeret animis [h]:) *omni* (vel, *in omni*, Vulg. id est, cum omni [i]:) *sapientiâ & intelligentiâ*, P. Pi. vel potiùs, *prudentiâ*, Be. Zan. Vulg. Bod. Eò scilicet quòd nobis omnem eam sapientiam & cognitionem dedit quæ ad salutem sufficit, quæ φρόνησις *prudentia justorum*, Luc. 1. 17. Hunc sensum monstrant & explicant quæ sequuntur. Opposita hæc sunt ei eruditioni de qua Græci & Asiatici gloriabantur. Σοφία חכמה, φρόνησις בינה, Prov. 1. 2. *Sapientiæ* fuit invenire rationes sanandi generis humani; *prudentiæ*, eas disponere. In Morte Christi fuit & testimonium de veritate doctrinæ ab ipso promulgatæ, & simul omnium virtutum Christianarum perfectissimum exemplum. Secutâ autem & Resurrectione, pignus promissi nobis præmii [k]. *Sapientiam & prudentiam* hîc intelligit, vel, 1. Dei, quomodo & illud, *in charitate*, v. 4. ostendimus de charitate Dei dictum esse [l]. Sic autem connectendum est, vel cum verbis sequentibus; vel, cum eo quod præcedit, hoc sensu [m]. Quam gratiam nobis elargitus est, mirâ sapientiâ & prudentiâ usus ea in re [o]. Vel, 2. nostram [p]: ut sensus sit, Deum nos magnâ sapientiâ, &c. implevisse [q]: vel, q. d. Quam gratiam copiosè in nos, Apostolos ac primos fideles, effudit [r], unà cum præclaris sapientiæ & prudentiæ donis †, de quibus 1 Cor. 12 [t]. vel, sapientes & prudentes nos reddens [v], idque dono fidei [x]. Designatur ergò his vocibus donum fidei [y], quâ Christus cum toto thesauro gratiæ & salutis recipitur [z]; sive [donum] illuminationis internæ à Spiritu Sancto, quæ fit per vocationem efficacem [a]. *Sapientia* refertur ad cognitionem [b], rerum tum humanarum [c], tum divinarum [d], h. e. Dei, Christi atque Evangelii [*]: *Prudentia* verò, ad rerum agendarum usum [f], quâ scil. cognitione illâ rectè & salutariter utimur, non autem abutimur ad vitia, securitatem, &c [g]: Illa respicit res credendas & cognoscendas, hæc, faciendas & imitandas, vitam & mores Christiani [h]. Cùm autem utrumque sit veræ fidei officium, prudentissimè Paulus his duabus vocibus virtutem veræ fidei descripsit [i]. [Sensus loci est:] Ex abundanti hac gratia tanquam fonte, Christus seu Pater in Christo, in efficaci vocatione nostri in summa sua sapientia communicavit nobis perfectam sapientiam & prudentiam, i. e. dedit nobis fidem salvificam, in cujus objecto, Christo scilicet, omnis sapientiæ & intelligentiæ

Margin (left column): r G. — † Pi. — s Vor. — t Me. sim. E. — u Camer. — y Pi. — z E. — a G. — b Me. — c G. — d Zan. Cro. — * Zan. — f Cro. — g Zan. — f Zan. sic E. — * Zan. sim. Be. E. — l G. — m Bod. — n Zan. — o Vor. — p Zan.

Margin (right column): q G. — r Bod. — † G. sim. V. — t Pi. — v G. — x Me. — y Bod. — z Zan. — a Bod. sic Zan. Pi. — b Camer. — c Pi. — d Be. — * Bod. Pi. — f Zan. — g Pi. Bod. — h G. — i E. — k G. — l E. — m Q. in E. — o Q. in E. & in Vor. — p E. ex Amb. — q Vor. — r E. — † E. sim. Me. — t E. — v Zan. ex Græcis. — x Zan. — y Bod. sim. Zan. — z Zan. — a Bod. — b Me. sic Zan. Bod. — c Me. — d Me. Zan. — * Bod. — f Me. — g Bod. sim. Zan. — h Bod. — i Zan.

gentiæ

gentiæ summa & perfectio consistit[k]. Descendit h. l. ad Evangelii prædicationem, per quam in nos exundat Dei bonitas[l], & declarat dignitatem Evangelii[m], quod *Sapientiam & prudentiam* vocat, ut contrarias omnes doctrinas despiciant Ephesii: nam hoc colore se insinuabant Pseudo-apostoli, sublimius se quiddam afferre traditis à Paulo rudimentis[n]. Christus crucifixus est summa sapientia, quamvis mundus eam pro stultitia habeat[o].

9. Ut, &c. Γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον, &c.] *Patefacto nobis* (vel, 1. Judæis, primis credentibus, quibus exoptat Ephesios similes effici, *Spiritu revelationis*, &c. v. 17[p]. vel, 2. electis, quibus solis hoc revelatur, Matth. 11.25. & cap. 13. v. 11. Joh. 17.6[q].) *mysterio* (vel, *arcano*, Be. Val. D. &c. vel, *sacramento*, G. ex Tert. sic Vulg.) *voluntatis suæ*, (eo nimirum quod nobis in Evangelio manifestatur[r], de servandis scilicet nobis per Christum†; vel, de Gentibus ad fidem vocandis[s]. *Sacramentum voluntatis*, Hebræo loquendi genere, est *consilium arcanum*, i. e. quod diu latuit; voluntas Dei diu abscondita, partim silentio, partim involucris figurarum tam tenebrosis, ut nè Angeli quidem id quod futurum erat perspicerent, 1 Pet. 1. 12. Sic μυστηρίῳ voce intelligi id quod ignotum est ad Rom. 11.25. notavit Chrys. Justinus ad Diognetum, Ἐν ὅσῳ μὲν ἦν κατεῖχεν ἐν μυστηρίῳ, &c. *Quamdiu in arcano clausit sapientem voluntatem, negligere nos —videbatur. At ex quo per filium aperuit —quæ ab initio præparaverat, unà omnia nobis præbuit*[v]. Quod autem hoc fuerit consilium, explicant sequentia[x].) *secundum beneplacitum suum* (vel, *ejus*, G. vel, *gratuitam suam benevolentiam*, P. D. Bod. ostendit cur revelat nobis arcana, quia amavit nos[y]:) *quod proposuerat* (vel, *præstituerat*. Vide Rom. 3. 25. nempe Deus Pater[z].) *in sese*, Pi. P. Be. &c. vel, *secum*, V. *intra se*: αὐτῷ enim in his Libris sæpe valet ἑαυτῷ[a]. Significat, Deum ideò revelare nobis hoc mysterium gratis & pro sua εὐδοκίᾳ, quia sic facere, i. e. gratis revelare, decreverat[b]; summam Dei libertatem hìc designat: q. d. Deus nullâ necessitate astrictus aut impulsus est ad nos diligendos[c]. Ostendit qualis fuerit ista Dei voluntas, Sæpe aut iisdem aut mutatis verbis inculcat, & ex libero hoc decreto fluere, & ex antiquissimo; illud, nè Deum suo jure utentem ad rationes vocemus; hoc, nè suspecta sit novitas, ac nè Judæi se antiquitate jactent[d]. Vel, *in ipso*, Be. sic Vulg. i. e. ἐν αὐτῷ, ut habet Clarom. cod. i.e. in Christo*.

10. Εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν] Explicat hìc quid *mysterii* nomine significavit[f]; vel, quænam fuit illa arcana voluntas quam nobis gratis patefactam dixit[g], & quamdiu illa in Deo abscondi debuit[h]. Ideo hoc Deus penes se retinuerat ut suo demum tempore id publicaret dispartirétque in Judæos & Gentes. Est similitudo sumpta à familia, in qua paterfamiliâs, aut aliquis ejus loco, ex cella deprompta dimensa dat singulis. Id hìc Deo tribuitur; alibi Ministris Dei, ut infrà 3. 2. 1 Cor. 9. 17. Col. 1. 25. 1 Tim. 1. 4[i]. [Verba sic vertunt:] *In dispensatione* (vel, Nempe *in dispensatione*, Be. P. Pi. εἰς, pro ἐν, & particula exegetica, *nempe*, subauditur, ut sæpissimè fit[k]: vel, *Pro dispensatione*, J. Cap. vel, *Ad*, sive *Usque ad dispensationem*, Er. Il. Ti. vel, *Ad dispositionem*, ut notetur finis sequentis instaurationis seu collectionis[l]: vel, *Pro dispensatione*, sive *administratione*; vel, *Secundùm dispensationem*: nam in Reg. MSS. legitur κατὰ τὴν[m]. Οἰκονομεῖν est *penum asservatam distribuere*, ut Luc. 16. 2. & seq. Latinissimè id dicitur *dispensare*; unde munus *dispensatorium*. Sic consilii illius distributio in Judæos & Gentes οἰκονομίας, *dispensationis*, dicitur nomine, 1 Cor. 9. 17. hìc infrà 3. 2. & in illa ad Colossenses, hujus Epistolæ velut consanguinea, 1. 25. & 1 Tim. 1. 4. Ideò retinuerat apud se illud Deus ut convenienti tempore publicaret[n]. Οἰκονομία propriè est rei domesticæ administratio, quâ cuique in domo quod opus est distribuit: hìc autem est illa provincia quam Deus Pater injunxit Filio, ut, factus homo, curam susciperet domûs suæ, h. e. Ecclesiæ, ex Judæis & Gentibus colligendæ, eámque redimeret & servaret[o].) *plenitudinis temporum*, Mo. Er. &c. vel, *pleni* (sive, *impleti*, Il.) *temporis*, P. Pi. Il. vel, *plena temporum illorum præstitutorum*, Be. i. e. cùm dispensata, i. e. erogata, expensa, evoluta esset plenitudo temporis[p]. מלאת Hebræis dicitur tempus quod ad metam suam perductum est,

[Margin notes: k Dic. l Calv. m Be. n Calv. o Be. p E. q Zan. r Bod. † Zan. sim. Bod. s Er. sim. Be. v G. x G. sim. Vor. y Zan. z Be. a G. b Zan. c Ecd. d G. * Be. f Be. Bod. g Zan. h Zan. sim. E. i G. k Bod ex Be. l Vor. m Ham. n G. o Zan. p Me.]

Act. 2. 1. Sic πληρώσεις ἡμερῶν, Ezec. 5. 2. Dan. 10. 3. πλήρωμα [ergò] τῶν καιρῶν, quod & πλήρωμα χρόνου, Gal. 4. 4. est *plenitudo temporum*, vel, *maturitas temporis*, aut clariùs *maturum tempus*[q]; éstque tempus illud quo Vaticinia pleraque ac potissima impleta sunt eventúmque habuere[r]. Et credibile est respici hìc ad hebdomadas Danielis†, vel potiùs ad quatuor Regnorum tempora, ut designet hæc phrasis tempora quarti sive ultimi Regni Danielis[s]. Sensus, q. d. Donec completa erant tempora à Deo præfinita[v], quibus scilicet Deus constituerat, tum Judæos sub Legis servitute retinere, tum Gentes permittere ambulare in viis suis, Act. 14. 16. & 17. 30[x]. quibus elapsis Christus venire debuit, &c[y]. Non hìc intelligit œconomiam temporum, quasi tum Christus dispensaturus foret tempora; sed œconomiam, quam Pater ei injunxerat exercendam & perficiendam, verùm non priùs quàm implerentur tempora præfinita*. Ità ut *tempus* hìc metonymicè pro iis quæ in tempore fiunt aut eveniunt accipiatur[a]. Nota, Deum ab æterno præfinivisse non solùm omnia quæ fieri debeant, sed etiam tempora & momenta quibus fierent. Vide Joh. 2. 4. & 8. 20. & Act. 1. 7[b]. ¶ *Instaurare*, &c. Ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα, &c.] *Instaurare* (vel, *Ut instauraret*, Er. Il. *Ut recolligeret*, P. Pi. *Ut summatim recolligeret*, Be. *Recapitulare*, Er. ex Hi. Zeg. Me. ex Hi. & Aug. *Restituere*, V. T. *Ad caput revocare*, Er. V. Zeg. sic Val. *Ut sub unum caput redigeret*, Pi. sic J. Cap. i. e. in unum corpus conjungeret[c].) *omnia* (vel, *omnia illa*, Be.) *in Christo*, Mo. &c. vel, *per Christum*, V. tanquam caput[d]; vel, sub Christo duce*, à quo omnis nostra unitas pendet[f]. Quærendum hìc quid ἀνακεφαλαιῶν & quid πάντα[g]? Κεφαλαιῶν [occurrit] Sir. 32. 9. ἀνακεφαλαιοῦν, Rom. 13. 9. est *æra in summam colligere*: nam κεφάλαιον est *summa*, vel, *ærum collectio*, Hebræis חכן, aut מתכנת Chaldæis סכין, unde verbum Chaldaicum הסכין, ἀνακεφαλαιοῦν. Quæ voces deinde per tralationem à simili ad qualemcunque collectionem cœpere aptari; sic qui dispersos milites in unum agmen contrahit rectè dicitur eos ἀνακεφαλαιοῦν, sicut Latinè *colligere*, quæ significatio huic loco maximè convenit[h]. Ἀνακεφαλαιοῦν est summatim aliquid colligere[i], & quæ prolixè dicta sunt breviter complecti, more Rhetorum, id quod vocant *recapitulare*. Tunc autem *omnia* interpretantur quæcunque à mundi initio cum humano genere, & præsertim in Ecclesia, per umbras & figuras gesta sunt; & sensus est, Christum esse totius V. T. scopum, sensum, animam, tot typorum veritatem, tot præceptorum, promissorum, prædictionum, complementum[k]. Al. Ἀνακεφαλαιοῦν est in unum corpus conjungere[l], & ad unum caput revocare[m], & capiti denuo unire & adglutinare[n]; partes disjectas & divulsas[o], dispersa recolligere, atque ad originem suam principiúmque, unde exciderant[p], vel ad pristinum statum, primámque suam integritatem, revocare[q]; ἀνὰ, pro σὺν posito, ut sæpe fit[r]. Hæc verbi significatio magis convenit†, quia hujus contrarium est ἀποκεφαλαιοῦν, *caput detruncare*, vel, *à capite avellere*[s], ut significat apud Ptolem. in Centiloquio, sent. 73[v]. *Omnia* autem intelligunt, vel, 1. omnes creaturas, quippe quæ propter hominem vanitati subjectæ sunt, Rom. 8. 20. quæ etiam renovandæ dicuntur, ibidem, & 2 Pet. 3. 13[x]. Hæc autem h. l. comprehenduntur tantùm ex consequenti, & per accidens, non autem per se[y]. Vel, 2. *omnia*, nempe τὰ νοερὰ, *intellectu utentia*[z], τὰ πάντα, pro τοὺς πάντας[a]; omnia illa, quibus anteà divulsis atque distractis, ipse Christus in unum corpus colligendis à Patre missus fuit[b]; humanam naturam quæ corruerat corruptáque & perdita fuerat[c]; homines per peccatum lapsos & dispersos, &c[d]. Vel, 3. omnes electos*, sive fideles tam ex Judæis quam ex Gentibus, quos, antea dispersos ac dissipatos veluti per deserta vanitatis, erroris, impietatis atque idololatriæ, innuit à Deo recollectos esse[f], sub uno capite Christo, in unum corpus quod est Ecclesia, & communio Sanctorum[g], sive in unum hominem mysticum, eodem Spiritu, eâdémque fide & charitate coalescentem[h]. ¶ *Quæ in cœlis* (Quo intelligit, vel, 1. animas electorum sive piorum jam in Cœlum receptas[i], quum hoc scriberet Paulus, vel saltem ante Christi adventum. Obj. Sed quomodo illi recollecti sunt per Christi exhibitionem in carne, qui ante Christum collecti

[Margin notes: q G. r G. sim. J. Cap. † G. s Med. l. 3. p. 878. v E. sim. V. Me. x Zan. y Zan. sim. Pi. Bod. * Zan. sim. Bod. a Bod. b Zan. c Pi. d G. * G. sic Bod. f Bod. g Zan. h Zan. i Strig. k Bod. ex Zan. l Be. Vor. sic Bod. m Bod. sic Zan. Vor. Strig. n Zan. sim. Bod. o Be. p Bod. q Zan. ex Tertul. r Bod. † Zan. s Zan. sic Strig. v Strig. x Q. in Zan. y Zan. sim. Bod. z Bod. a G. b Pi. c Bod. ex Be. d Zan. ex Phot. * Bod. f Zan. Bod. g Bod. h Zan. sim. Bod. i Bod. Bod. Q. in Zan. sim. Pi. Be.]

[Line numbers in gutter: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

lecti & consummati, h.e. salutem æternam consecuti, fuerint. Resp. Id & illi consecuti sunt per fidem in Christum venturum, vel vi & efficaciâ sanguinis Christi, quippe à quo solo pependit omnis eorum spes. Nec enim per Christum venturum salvi facti essent, nisi is suo tempore venisset, &c[k]. Vel, 2. Cœlestes[l], electósque[m] Angelos[n]. Sed obstare videtur locus huic parallelus, Col. 1. 20. ubi *quæ in Cœlis* per Christum reconciliata dicuntur, quod Sanctis Angelis accommodari non potest[o]. Et quomodo, quæso, Angeli, qui nunquam à Deo defecerunt, nec inter se dissipati sunt, recollecti dici possunt per Christum[p]? Resp. 1. Quia etsi non excidere, tamen excidere poterant, nisi in Christo, ut capite, fuissent, ad hoc ut per ipsum perpetuò conservarentur & confirmarentur in felicitate sua[q]. 2. Quia post adventum Christi aucti sunt & pleniore cognitione voluntatis Divinæ, Eph. 3. 10. & lætitiâ, Luc. 15. 10.[r]. 3. Antea inter Angelos factiones erant & studia pro populis. Angeli olim alii Judæis, alii Persis, alii Græcis, favebant, ut videre est apud Dan. 10. 13, 20. & 12. 1. Et adde Job. 4. 18. & ea quæ de Angelis dicit Hieron. Adv. Jovin. 2. & Maximus in Dialogo. Ea sustulit Christus, Rex factus etiam Angelorum, unum ex tot populis sibi populum colligens, cui Angeli ministerium nunc debeant, Heb. 1. 14. Exempla vide Matth. 18. 10. Act. 5. 19. & 12. 11. & 16. 26. & 27. 23, 44. 1 Cor. 11. 10. ubi de Angelis Orationis agitur, quorum & Liber Hebræus Chasidin meminit & Tertul. Philo, De humanitate, eosdem vocat ἐπόπτας, &c. *inspectores, ut docet sapientum experientia, nè quid in cantu sit absonum.* Ad Christi Regnum quod in Angelos est adeptus nonnulli referunt id quod est Col. 1. 16. quia κτίζειν *creare* sæpe ordinationem novam significat. Certè ut pleraque Epistolæ ad Colossenses cum hac Epistola congruunt, ità & locus iste huic lucem adferre & vicissim ab eo lucem mutuari videtur †. 4. Angeli, à nobis, tanquam peccatoribus & Apostatis, avulsi & alienati, jam nobiscum reconciliati, & in unum idémque consortium & corpus, sub Christo capite, nobiscum collecti sunt[t], ut pariter utrique Deo conjuncti, communem beatitudinem obtineant[v]. Angeli omnes, infensi Gentibus ob idololatricos cultus, favent iisdem ad Christum conversis, iísque propter Christum libenter inserviunt, ut ad Angelicam dignitatem vocatis[x]. 5. Quia numerus Angelorum beatorum, ex multorum lapsu imminutus, ex hominibus electis reparatur, &c[y].) *& quæ in terra*] Hoc est quod Hebræi dicunt, *familiam Dei superiorem & inferiorem.* Confer Col. 1. 20. Christo enim *omnis potestas data & in cœlo & in terra*, Matth. 28. 18. Vide infrà 21. & cum eo loco confer Col. 1. 16. ubi ἐκτίσθη videtur esse *ordinata sunt*: de qua hujus vocis significatione diximus aliquid in Prolegomenis ad Evangelia[z]. *Quæ sunt in terra* intelligit Homines, quorum nativa sedes est terra[1]: Judæos & ex Gentibus genitos, quotquot vocationi obtemperant, rupto intersepto; sublato insuper odio quod maximum fuerat. Nam sicut Judæi illos alienigenas oderant ut idololatras, eósque habebant *pro hominibus abhominandis, in quos nec homicidium, nec adulterium, committi posset*, cùm ipsos ducerent *feris deteriores, & nuptias eorum innuptas*, ut ex Josepho Albo, Mose Maimonide, Bachai & aliis in explicatione Deut. 21. 21. discimus; ità vicissim Gentibus invisi Judæi ob institutorum diversitatem, & illi Judæos habebant pro *hostibus Deorum immortalium*, ut Cicero pro Flacco nos docet, & pro *violatoribus humanæ societatis*, ut ex Apollonio Molone, Diodoro Siculo, aliísque multis apparet. Vide De J. B. & P. 2. 15. 9. Quòd si Deum respicimus, per multa secula soli Judæi Dei populus; nunc omnes in Christum credentes Christi, & per Christum Dei, populus: Judæi ipsi quoque, contemptâ verâ pietate, & in solis ritibus positâ inani fiduciâ, plerique Deo invisi. Nunc mutata omnia, conciliati & Deo & inter se utriusque generis homines qui vocationi paruere. Nunc qui ex utroque genere ad Christum veniunt, amici, imò fratres inter se, unus simul Dei populus[a].

11. *In*, &c. Ἐν αὐτῷ, ἐν ᾧ ἐκληρώθημεν] *Per eundem* (vel, *In ipso*, inquam, P. Be. Pi. nempe Christo[b], v. præced. nominato. Ità per Epanalepsin hunc versum cum priori connectit[c]. Al. Hoc præcedenti annectendum est, per pleonasmum Hebraicum[d]. Satis fuerat quod præcessit, ἐν Χριστῷ; sed repetere id voluit, quò magis animis legentium imprimeret, unum esse cœlitum & terras colentium, piorum scilicet, Regem, Matth. 28. 18. vel, quasi diceret, *Per ipsum, inquam, unum, non per ullum alium.* Non hoc factum per Mosem, non per Philosophos[*].) *per quem* (vel, *in quo*, P. Mo. Ca. Be.) *&* (vel, *etiam*, Be. Ca. Pi. V.) *nos*, V. G. (iidem scilicet Judæi[f]. Quæ priùs generaliter de Christianis dixerat, jam distinctiùs in duo genera dispertit, priúsque agit de se & Apostolis & aliis qui ex Judæis vocati fuerant[g]. Loquitur hîc propriè de Judæis qui priores sunt vocati, Mat. 10. 5. & 15. 24. Act. 13. 46. mox ad alios credentes deducturus orationem[h].) *in sortem* (vel, *in partem*, Val. Zan. *in participationem*, sive *communionem*, Zan. Er. *in hæreditatem*, Pi. Zeg. nam hæc omnia κλῆρος significat[i].) *adsciti sumus*, Er. Il. Ti. Be. Ca. Pi. i. e. facti sumus hæredes[k]: vel, *lecti*, sive *electi sumus*, P. Mo. vel, *sorte vocati sumus*, Vulg. *sors nobis obvenit*, intellige vocationis, adoptionis, hæreditatis, aut quid simile[l]: נחלנו, *possessionem*, i. e. jus possessionis, accepimus, non terrestris, ut majores nostri per Josuam, sed cœlestis. Sic pater dicitur κληροῦν τοῖς υἱοῖς in Græcis Codicibus nonnullis, Esa. 17. i. e. *possessionem filiis relinquere.* Sæpe autem jus ad rem rei nomen accipit, ut infrà 2. 6. Phil. 3. 20[m]. vel, *facti sumus sortem*, sive *hæreditatem, accipere*, Zan. Fideles autem adsciti sunt in sortem Dei, tum, 1. passivè, h. e. ità ut ipsi fiant sors & populus ejus, ut alludit ad Deut. 32. 9. tum, 2. activè, h. e. ità ut ipsi hæreditatem Sanctorum obtineant[n]. Al. *cujus patrimonium nos facti sumus*, G. Κλῆροι dicebantur in populo Hebræo terræ quæ in prima divisione cuique obtigerant; quia scilicet prima divisio ibi sorte facta fuerat, ut & in aliis gentibus: unde hæredes dicti κληρονόμοι. Hinc deducta similitudine populus Hebræus olim dictus κλῆρος Dei, Deut. 4. 20. & 9. 26. & 32. 9. 1 Reg. 8. 51. nunc verò ii qui in Christum credunt, 1 Pet. 5. 3[o]. & peculiari modo Ministri, &c[p]. Significat hæc vox Deum tales, quà scilicet tales sunt & manent, perpetuò pro suis habere velle, sicut res soli apud Hebræos in familia manebant, nec alienari poterant ut res mobiles[q]. Κληρωτοὶ dicuntur Magistratus qui sortitò creantur[r]. Utitur hîc voce *sortitionis*, non quòd Deus temere & absque ratione eos eligat aut vocet †; sed ut excludat eorum merita[t], industriam[v], aut qualitates[x]. In MS. est ἐκλήθημεν, non malè[y]. ¶ *Prædestinati*, &c. Προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος, &c.] Hoc addit, nè ex *sortis* mentione colligerent hoc fortuitò contingere[z]. *Prædestinati* (vel, *Quum essemus prædestinati*, P. Be. Pi. nempe ad vocationem in possessionem hæreditatis cœlestis[a]:) *secundùm propositum ipsius* (i. e. ex certo decreto ejus[b]. De vocibus προορίζεσθαι & πρόθεσις diximus antè. Quod generaliter suprà dixerat, id distributo humano genere in duas partes, Judæis, ut priùs vocatis, priùs aptat. Itaque idem hîc est πρόθεσις, *propositum*, quod suprà εὐδοκία. Ostendit illam Judæorum ante alios vocationem venisse ex Dei decreto, nempe ut ipsi per omnem terram in Dei laudem perferrent ea quæ Christus egerat, quæque Christo evenerant[c].) *omnia* (vel, 1. sine exceptione[d], non solùm hæc gratiæ beneficia, sed simpliciter omnia quæcunque sunt[*]; omnia opera, etiam mala, nempe quatenus opera sunt, non quà mala[f], quæ Deus optimè dirigit ad finem suum, h. e. gloriam suam, & salutem suorum[g]. Sic autem argumentum est à minori ad majus, Deus operatur omnia, etiam in vilissimis creaturis, multò magis quæ ad salutem pertinent[h]. Vel, 2. *hæc omnia*, Pi. nempe quæ ad salutem nostram pertinent; de his enim hîc disserit[i], ut liquet ex præced. & subsequentibus[k]. Cui favet vox ἐνεργοῦντος, quam infrà de efficacia Spiritûs S. in piis usurpat[l]. Vel, 3. intelligendum hoc de iis actionibus quæ Dei solius sunt, quale est Christum mittere cum mandatis, & eum mortuum resuscitare. Vide Rom. 9. 19. De revelatione Evangelii & rebus inde pendentibus hîc agitur, ut solet vox τὰ πάντα, *omnia*, ad id negotium de quo agitur adstringi[m].) *efficientis* (vel, *cujus vi*, aut *virtute, fiunt omnia*, V. Er. i. e. omnia agentis ac moderantis[n], qui efficaciter operatur (ut vox significat) salutem nostram, sicut universa operatur, nimirum causalitate Physicâ, sive propriè dictâ[o]:)

k Bod. sim. Be. — l Vor. — m Zan. — n Zan. Vor. E. Me. T. Calv. Cam. — o Bod. — p Q. in Zan. — q Bod. sim. Zan. Calv. — r Zan. — † G. — t Bod. sim. Zan. Cam. — v Q. in Calv. — x G. — y Aug. in Bod. — z G. — 1 Cam. — a G. — b Bod. Zan. Me. G. — c Bod.

d Q. in Bod. sim. Me. — * G. — f E. — g G. — h G. ex Tert. — i Zan. — k V. — l Me. ex E. sim. Zan. — m G. — n Bod. — o G. sim. Ham. — p Ham. — q G. — r Be. Bod. — † E. — t E. Zan. Bod. — v Zan. — x E. ex Aug. — y G. — z Zan. sic E. ex Aug. Me. — a Zan. — b E. — c G. — d Be. — * E. — f Zan. sim. Bod. — g Bod. — h Zan. — i Pi. Zan. Bod. — k Zan. — l Bod. — m G. — n Er. — o E.

secundùm consilium (i. e. decretum [p], ut mox sequitur [q]; quod *consilium* vocatur non propter inquisitionem [r], aut consultationem, quæ in Deum non cadit †, sed propter certitudinem cognitionis [t]:) *voluntatis suæ*, Mo. &c. h. e. liberè quidem, quia ex voluntate, sed tamen etiam sapienter & justè, quia ex consilio voluntatis [v]; ex pleno suo atque absoluto jure in creaturas, quod *voluntatis* nomine significatur [x]. Ergò quòd in hanc sortem adsciti simus, non nostris meritis, sed voluntati Dei tribuendum [y], quâ vocat Deus quoscunque vult, ac Judæos priùs quàm Gentes, &c [z]. Circumlocutione ad rem valde appositâ Deum designat, hoc titulo, quòd *omnia effecta det quæ voluit*, ex Esa. 46. 10. ut intelligamus, revelationem Evangelii fluxisse non ex alio fonte quàm ex liberrima Dei constitutione [a].

12. *Ut*, &c. Εἰς τὸ εἶναι, &c.] Significatur hîc causa finalis prædestinationis [b]. *Ut nos* (sub. *comparati*, Pi.) *simus laudi*, vel, *ad laudem gloriæ ipsius*, P. Be. Pi. i.e. Dei gloriosi [c], ut *gloria Jehovæ* ponitur pro ipso Deo, &c. Exod. 16. 10. Rom. 1. 23 [d]. vel, *laudem gloriæ* dicit pro *laudem & gloriam* *: quæ meritò distinguuntur, quia *gloria* Divina propriè est in Deo, estque omnimoda & infinita proprietatum Divinarum, Sapientiæ, Justitiæ, Misericordiæ, &c. perfectio, propter quam creaturæ Deum laudant [f]. Hoc porrò intelligi potest, vel, 1. passivè [g], h. e. ut simus materia & seges laudis & gloriæ Divinæ [h]; ut Deus in nobis laudetur & glorificetur, tanquam in opere suo, in quo insigniter reluceat ejus bonitas & sapientia [i]; in nobis, peccatoribus, hostibus [k], mortis, Satanæ, peccati, gehennæque mancipiis [l], ad tantam dignitatem evehendis, &c. vel, 2. activè, ut nos animo, linguâ, vitâque sanctâ ipsum glorificemus [m]. Unde fit ut nostro ministerio ipse meritissimas laudes assequatur. Vide quæ suprà [n]. ¶ *Qui*, &c. Τοὺς προηλπικότας, &c.] *Antè* (vel, *Priùs*, E. vel, *Qui priores*, Er. P. Be. Pi. Tre. ex Sy. &c.) *sperantes* (vel, *speravimus*, Er. P. Tre. Pi. G. &c. vel, *spem posuimus*, Be. sic Ca.) *in Christo*, Mo. G. &c. Hæc est descriptio Judæorum [o], ex quorum persona adhuc loquitur [p], qui priores vocati, & priores in Christum credidere ac spem suam in eo collocârunt. Sic 2 Thes. 2. 13. ὅτι εἵλετο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς, pertinet ad Judæos qui ob Christianismum à Judæis pulsi Thessalonicam concesserant [q]. *Priùs*, &c. i. e. vel, 1. priusquam Christus veniret [r], quem ut verè nostrum communione sanguinis, & jure promissionis, & venturum credidimus & multis seculis exspectavimus †: Vide Luc. 2. 25, &c. & 10. 24 [t]. quam exspectationem vocat *spem Israelis*, Act. 26. 7. & 28. 20 [v]. Vel, 2. priusquam Gentiles in Christo sperarent [x]; quod scopo loci magis convenit, ut sequentia docent [y]: à quibus & per quos verbum Domini ad Gentes derivatum fuit, juxta Esa. 2. 2 [z].

13. *In*, &c. Ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς ἀκούσαντες, &c. *In quo* (nempe Christo [a]: vel, *Per quem*, Pi. Zan.) *& vos* (Gentiles [b], Ephesii [c], Christiani jam facti [d], electi ex Gentibus *. Transit à Judæis ad Gentiles, vocatione & fide posteriores [f], eósque ejusdem cum Judæis gratiæ & hæreditatis cœlestis participes esse docet [g]. Cùm autem verbum hîc aliquod ex præced. necessariò repetendum sit [h], subauditur hîc, vel 1. τὸ ἠλπίκατε [i], *sperâtis*, Er. Il. Ti. Me. vel, *sperâstis*, P. E. T. sim. Be. Sed vox illa προηλπικ. non potest commodè Gentibus applicari [k], quippe qui in Christo venturo non speraverant. Vel potiùs, 2. Τὸ ἐκληρώθητε [l], vel ἐκληρώθητε [m], *in hanc sortem adsciti estis*, Zan. Pi. Bod. quod verbum & proximè præcessit, & maximè ad rem faciebat [n], & verbum principale est in oratione Apostoli [o], v. 11 [p]. Vel, 3. τὸ, ἐστε, *estis* [q]. Gentes Judæis æquat [r], quod salutem attinet †. Q. Codices legunt ἡμεῖς, *nos* [t], ut in Ald. edit. nempe Apostoli & Judæi [v]; sub. ἠλπίκαμεν [x]: Sed rectiùs Amb. Hi. &c. legunt ὑμεῖς, *vos*. Cùm dixisset, *ut nos essemus*, &c. v. præced. personam subitò mutat, velut exponens quos dixisset *nos*, q. d. Cùm *nos* dico, intelligo & omnes in Christo sperantes, inter quos sumus & nos. Se autem conjungit hîc cum Gentibus, quorum quippe Doctor erat [y].) *audientes* (vel, *postquam audivistis*; intellige non auribus tantùm corporis, sed & animi, ut Mat. 13. 9. operâ Spiritûs S. qui intus animis nostris persuadet, quod foris proponitur [z]: q. d. non olim ut nos, sed nuper cùm audivistis [a]:) *verbum veritatis*, (vel, *illum sermonem veritatis illius*, Be. Evangelium sic vocat [b], vel, 1. per Hebraismum, q. d. Sermo verax, imò summæ veritatis ac certitudinis, ab eo profectus qui est ipsa veritas, &c [c]. vel, quia non nisi veritatem continet, eámque divinitùs revelatam [d], cui proinde Ephesii tutò credere possent, &c *: quia nihil habet admixtum falsi, quod habent doctrinæ Philosophorum [f]. vel, 2. ut opponat illud umbris antiquæ Legis [g], ità ut *veritas* soliditatem simul significet, Joh. 1. 17. Rom. 15. 8. Heb. 9. 24 [h]. Vel, 3. κατ' ἐξοχήν [i], quòd excellentem & salvificam veritatem, annunciet [k], æternum nempe illud Dei propositum, quo constituit & Judæos & Gentiles [l], non per Legis opera, sed per solum Christum crucifixum servare [m]: de qua veritate sermo est Joh. 8. 32. & 17. 17. & 18. 37 [n].) *Evangelium* (vel, *quod est Evangelium*, Tre. ex Sy. Er. vel, id est, *Evangelium*, P. Pi. sim. Be.) *salutis vestræ*, Mo. &c. vel, *de salute vestra*, V. *salutis* veræ scilicet & æternæ ac gratuitæ; & *vestræ*, h. e. Ephesiorum, & ex consequenti aliarum Gentium [o]. Evangelium sic vocat, quia salutem annunciat [p], quia via est non tantùm certissima, sed hoc tempore etiam unica quæ ad æternam salutem homines perducat [q]: vel, quia est instrumentum salutis [r], vel potentia Dei ad salutem †. ¶ *In quo*, &c. Ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε, &c.] Rectus ordo fuerat, Ἐν ᾧ καὶ αὐτῷ πιστεύσαντες, &c. *& ipsi credentes*; sed & Græci articulum post positivum nonnunquam ponunt pro demonstrativo, & Apostoli minutas illas constructionis regulas non curabant: itaque genera, casus, pronomina sæpe commutabant, verborum incuriosi, cùm tantæ res mentem ambirent [t]. [Verba sic reddunt:] *In quo* (vel, *Per quod*, Pi. nempe Evangelium [v], cujus proximè facta fuerat mentio [x], ut sit ἐν ᾧ, pro δι' οὗ; nam per Evangelium, tanquam instrumentum, fides in nobis efficitur [z]; sed præstat referre ad Christum [a]. *In quem*, Christum, ut sit ἐν ᾧ pro εἰς ὃν [b], & præpos. ἐν notet subjectum occupans [c]: vel, *Per quem*, Pi. Bod. ἐν ᾧ pro δι' οὗ [d], ut significetur, Spiritum sanctum datum eis esse à Patre per Christum. Sed tunc præp. ἐν non regitur à πιστεύσαντες, sed ab ἐσφραγίσθητε *.) *& credentes* (vel *cùm*, sive *postquam*, *credidistis*, Er. V. P. E. Me. vel, *fide ipsi habitâ*, Be. quum primùm credidistis [f]: non citiùs, nec antè, sed post fidem in Christum [g]. Duo exiguntur, 1. ut audiatur Evangelium; 2. ut fides ei habeatur [h].) *signati* (vel, *consignati*, Ca. *obsignati*, Er. P. Mo. Be. &c.) *estis* (nempe à Deo Patre, cui, tanquam principali agenti, hactenus omnes nostræ salutis actiones attribuit. Confer 2 Cor. 1. 21, 22 [i].) *Spiritu* (vel, *spiritu illo*, Il. P. Pi. sic Be.) *promissionis* (Sic vocat, vel, 1. q. d. Spiritu promisso credentibus [k], Joel 2. 28. & Act. 2. 17. & ex promissione data [l]. Vel, 2. quia per hunc confirmantur promissiones in fidelibus [m]: quia hic nobis fidem facit fore ut nobis promissa præstetur hæreditas [n]: quomodo Spiritus Fidei, Sapientiæ, &c. dicitur, quia fidem, sapientiam, &c. producit, fovet, adauget in fidelibus [o].) *sancto*, Mo. Er. &c. Quæ certa nota est, certúmque testimonium vos esse filios Dei [p]: quasi sigillo apposito confirmationem & (ut ità dicam) certificationem accepistis à Spiritu credentibus promisso [q]. Non extrà signati estis in cute, quomodo Judæi circumcisi, & Græci idolorum punctis notati *, nec tantum sigillis externis, Sacramentis Evangelicis ||; sed (quæ obsignatio multò dignior est) intus Spiritu S. quem Deus per Christum promiserat, Luc. 24. 49. Act. 1. 4. & 2. 33 [r]. Hæc obsignatio alterum est argumentum efficacis fidelium Ephesiorum vocationis †. Quod magis stupendum quàm Gentes illas à Deo alienas, ab Hebræis contemptas, non modò ad pietatem conversas, sed & Prophetis æquatas, donis linguarum, sanationum, prophetiæ, aliisque similibus? Sed auget rei magnitudinem, quòd hoc ipsum futurum Prophetæ significaverant, ut Joel 3. 1, 2. & Christus disertè promiserat, Marc. 16. 17. Luc. 24. 49. Joh. 7. 38, 39. sicut autem signum annuli instrumento impressum tabulis contractûs firmum atque indubitabile reddit quod actum est; vide dicta ad Joh. 3. 33. & 6. 27. ità & dona illa credentes de Dei in se paterna benevolentia dubitare non sinebant, Rom. 5. 5. & 8. 15, 16. Eodem sensu usurpatur vox σφραγίζεσθαι, *signare*, 2 Cor. 1. 22. Frequens autem est

sanctis

sanctis Scriptoribus, ut in una re explicanda plures adhibeant similitudines, idque permixté. Sic vita æterna, *pretium* & *hæreditas*; Dona Spiritûs, *sigilli impressio* & *arrhabo*. Notandum autem hanc obsignationem non datam nisi jam credentibus, Joh. 14. 17. Gal. 4. 6[t]. Nota, obsignationem Spiritûs sequi fidem in Christum[v]. Sumpta est hæc translatio à sigillis, quorum impressione authenticâ ab incertis, & à falsis, vera distinguimus[x]. Sed hîc quærendum, quid sit hæc obsignatio. Illustris hæc similitudo sæpiùs usurpatur ab Apostolo in fidei & sanctificationis negotio, ut 1 Cor. 1. 6, 7. 2 Cor. 1. 21, 22. Eph. 4. 30[y]. *Resp.* 1. Est interna fidei confirmatio quam Spiritus S. operatur[z]. Sed hæc finis est obsignationis[a]. 2. Est Spiritus S. præsentia efficax, quâ excitati clamamus, Abba Pater[b]. Sed hæc potiùs sigillum est quo obsignamur. 3. Est imaginis sigilli in re obsignata impressio, &c. h. e. imaginis Spiritûs S. sive Dei in anima piorum impressio[d], quâ Deo similes, vel Divinæ naturæ participes, simus[*]. Est autem illa imago Sanctitas vel Regeneratio nobis impressa[f], quâ ratificatur atque authenticum fit ipsum instrumentum, vel res inscripta in diplomate, putà privilegium, donum, contractus, aut quid hujusmodi, quæ res h. l. est promissio Adoptionis & Hæreditatis æternæ[g]. Quæ expositio confirmatur ex collat. 2 Cor. 3. 3[h]. *Qu.* Quomodo Spiritus S. has promissiones cordibus credentium inscribit? *Resp.* Per fidem quam in illis excitat, quâ eas apprehendunt[i]. *Obj.* Quomodo igitur obsignari dicimur postquam credidimus[k]? *Resp.* 1. Non temporis sed naturæ ordinem hîc respicit, juxta quem fides obsignationem, tanquam causa effectum, antecedit[l]. 2. Donum fidei sequebantur dona alia Spiritûs S. ut Linguarum, Miraculorum, &c. quibus obsignabantur fideles, &c[m]. Sed non credo Apostolum hîc loqui de hoc genere obsignationis externæ, quæ fiebat visibilibus his donis, quæ non omnibus communicabantur; sed de tali obsignatione, internâ scilicet & spirituali, quâ omnes veri fideles obsignantur. 3. duplex est opus Spiritûs S. in donanda fide, inchoatio fidei, ejúsque confirmatio[n]. *Obsignandi* nomine non significatur prima fidei productio, sed ejusdem ulterior progressus & confirmatio[o], quâ omnis dubitatio pellitur[p].

14. *Qui*, &c. Ὅς ἐστιν ἀῤῥαβὼν, &c.] *Qui* (vel, 1. Christus[q]; vel, 2. Spiritus[h], nobis datus, nósque obsignans[i]. *Obj.* Sed ὃς masc. non convenit cum πνεῦμα neut. gen[k]. *Resp.* 1. In MS. est ὃ ἐστιν[l]. 2. ὃς refertur ad τὸ πνεῦμα ratione sensûs, quia Spiritûs S. est certa persona[m]; Synesis. Sic & Joh. 16. 13[n]. 3. ὃς congruit cum seq. ἀῤῥαβὼν[o], ut sæpe relativum concordat cum sequente dictione, apud Græcos[p], & Latinos, ut Cicer. *Tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus*[q];) *est arrhabo* (vel, *pignus*, Ca. Sed hæc differunt: nam *arrhabo* datur in emptione vel sponsione, quò firma sit obligatio: *pignus* verò pro mutuata pecunia traditur, ut cùm illa reddita fuerit, pignus recipiatur[r].) *hæreditatis nostræ*, Er. P. Be. Pi. &c. i. e. datur quasi pars anticipata futuræ solutionis; h. e. quasi pars & progustus futuræ nostræ felicitatis[†], quâ nobis confirmatur hæreditas promissa[t], quâ certi sumus, nos eam tandem possessuros[v]. Est enim arrha & pignus futuræ solutionis, & pars pretii solvendi[x]. Dicitur autem hoc de Spiritu S. ratione charismatum quæ credentibus tribuit[y], tum externorum & visibilium, ut Linguarum, Miraculorum, &c. tum internorum & invisibilium, ut charitatis, justitiæ, pacis, &c[z]. ratione Regenerationis & Sanctificationis nostræ hîc inchoatæ, quæ quasi pars est & initium illius perfectæ, h. e. vitæ æternæ[a]. Sic & alibi dona ista *arrhæ* vocabulo appellat, ut dicto loco, 2 Cor. 1. 22. & 5. 5. quibus locis de voce ἀῤῥαβὼν diximus. Vox illa non Græca est origine, sed Syriaca, Cananæa, sive Phœnicia, quæ per commercia Phœnicum inde in Græciam venit, ערבון, ut apparet Gen. 38. 17. à voce ערב, quod *spondere* significat. Et valde huic rei convenit. Est enim *arrhabo* sive *arrha*, pars pretii in antecessum data, quò minùs de plena solutione dubitetur. Sic dona illa Spiritûs cœlestis portio quædam erant futuræ felicitatis & æternæ, & rei principalis secuturæ fidem ipsis faciebant certissimam. Sic nè factæ paci diffidatur obsides dari solent. Dicitur autem felicitas illa *hæreditas*, quia perpetuo jure Christianos sequitur: quia nunquam à nobis discedet, non magis quàm terræ hæreditariæ apud Hebræos, quarum proprietas semper redibat ad veteres dominos[b]. ¶ *In*, &c. Εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως] *In redemptionem acquisitionis*, Ar. G. Gamer. Vulg. i. e. acquisitorum[c]: vel, acquisitam, i. e. quam Christus nobis acquisivit[d]: vel, *possessionis*, E. vel, *assertionis*, Mo. Pi. Zan. plenæ nimirum & perfectæ, i. e. usquedum perfectè ab omni servitute miseriâque liberati in perfectam libertatem vindicemur in fine mundi[*]. Vel, *acquisitæ possessionis*, Er. Ti. E. i. e. ad fidem faciendam futurum ut credentes, &c. resuscitentur ad vitam cœlestem. Ἀπολύτρωσις, *redemptio*, præter eam quæ est a vitiorum consuetudine, [quam hîc intelligi vult Cl. Ham.] duplex in N. Fœdere memoratur; prior à Peccatorum reatu, quæ credentibus promittitur, altera à Miseriis & Morte ipsa, quæ nihil est aliud quàm beata quam dixi Resurrectio; quæ eodem nomine appellatur Rom. 8. 23. & infrà 4. 30. Hîc autem & 4. 30. ἀπολύτρωσις intelligitur non illa quæ viam facit ad pœnitentiam, neque ipsa quæ in hac vita contingit à vitiis emundatio[f]; sed illa plena libertas ab omnibus animi corporísque infirmitatibus, i. e. beata resurrectio[g]. Περιποίησις, *acquisitio*, autem, Hebræo more abstractum pro concreto[h], hîc est res quæ acquiritur; ut *possessio* dicitur pro re possessa[i], vel Ecclesia, sive Universitas Christianorum[k], quæ λαὸς εἰς περιποίησιν, *populus acquisitionis*, vel, *populus ille Deo acquisitus*, dicitur 1 Pet. 2. 9. quia Deus eam *acquisivit per sanguinem suum*, i. e. per mortem cruentam Filii sui, Act. 20. 28. Habet autem ea vox ἔμφασιν, & plus aliquantò est quàm κλῆρος, *sors*: nam *sors* jus proprium perpetuúmque significat, *acquisitio* & hoc & modum acquirendi, gravem ac laboriosum. Solemus autem plurimi ea facere quæ magno nobis constant. Alius fortè malit ἀπολύτρωσιν περιποιήσεως hîc intelligere eam liberationem quæ vitam secum ferat. Nam מחיה Hebræum est ζωοποίησις, Esdræ 9. 8, 9. περιποίησις, 2 Par. 14. 13[l]. Al. *Ad obtinendam redemptionem*. εἰς ἀπολ. τῆς περιπ. pro, εἰς περιποίησιν τῆς ἀπολυτρώσεως, per Hypallagen, cujus exempla vide infrà 4. 13, 29. Col. 2. 2. Heb. 7. 19. & 10. 22[m]. *Dum in libertatem vindicemur*, sive *asseramur*, Il. P. Pi. Ad verb. *Ad redemptionem assertionis* seu *vindicationis*, i. e. usque ad diem redemptionis, infrà 4. 30[n]. Vult Deus suum Spiritum in nobis manere, arrhæ loco, donec in cœlum perducamur. Nihil magis pugnat cum voluntate Dei, ejúsque scopo & fine, quem in omnibus promissis, in morte Christi, ínque donis Spiritûs S. spectari à nobis vult, quàm dubitare de gratia Dei nostrâque salute[o]. ¶ *In laudem gloriæ ipsius*] Sæpe id repetit, nè unquam obliviscamur Deo pro tot beneficiis gratias agere, primùm pro vocatione, deinde pro jure dato ad vitam æternam, præterea verò quòd ejus juris certos nos fecerit. Dona illa Spiritûs, quæ olim paucis in Hebræo populo contigerant, nunc contingebant plerisque Christianorum, etiam illis qui non ab Abrahamo, Isaaco & Jacobo, sed ab idololatris, orti, antè & ipsi idololatræ fuerant[p].

15. *Propterea*, Διὰ τοῦτο] *Propter hoc*, Zan. quod scilicet de vobis dixi, vos in hanc sortem vocatos fuisse[q]: quia Deo pro tantis beneficiis gratiam debemus, quod unum ei reddere possumus[r]. ¶ *Audiens*, &c. Ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν, &c.] *Audiens* (scil. aliorum relatu: vel, *Sciens*: שמע, *audire* significat & *scire*, ut Eph. 3. 2[†].) *illam circa vos* (vel, *quæ in vobis est*, Er. P. Be. Pi. vel, *vestram speciatim*: nam κατὰ est partitivum. Loquitur autem de profectu Evangelii apud Ephesios ex quo ipse ab illis discesserat[t].) *fidem in Domino Jesu* (i. e. in Dominum Jesum[v]: Sæpe enim tales particulas permutant hi Scriptores: fidem in Deum fundatam in Christo[x]. Cùm audissem fidem vestram adhuc integram esse, nec corruptam per falsos magistros, nec turbatam per mea vincula[y].) *& dilectionem*, &c. Mo. &c. Bene conjunxit *Fidem* & *Dilectionem*, θαυμαστὴν ξυνωρίδα (*bigam admirandam*) ut loquuntur Græci Patres[z], quia hæc duo totum hominis Christiani officium complectuntur[a]. Fides, nisi Dilectio accedat, nos ad vitam æternam non perducet. Vide quæ dicta Gal. 5. 6[b].

16. *Gratias agens pro vobis*] h. c. Pro fide & dilectione vestra, Ergò utrumque scivit ejus esse donum cui gratias agit[c]. Non pro nobis tantùm sed & pro aliis

ad

[Marginal notes, left: t G. — v Vor. — x Be. — y Bod. — z Q. in Zan. — a Zan. — b Al. in Zan. — c Zan. — d Zan. sim. Bod. — * Zan. — f Bod. sim. Zan. — g Bod. — h Zan. sic Bod. — i Bod. — k Zan. — l Bod. — m Q. in Zan. — n Zan. — o Bod. sim. Zan. — p Zan. — q Faber in E. — h Er. Be. E. Zan. Pi. — i Zan. — k Faber in E. — l G. — m Pi. sim. Be. — n Pi. — o E. sic Be. — p E. — q Be. — r E. ex Hi. & Aquin. — † Me. — t E. — v Zan. sic Pi. — x Bod. — y E. — z T. — a Bod.]

[Marginal notes, right: b G. — c Camer. — d Q. in Bod. — * Zan. — f G. — g G. sim. Vor. — h G. sim. Camer. — i Er. sic Me. — k G. sim. Vor. Me. — l G. — m Be. — n Pi. — o Zan. — p G. — q Zan. sim. E. — r G. — † Ham. — t G. — v G. sim. Zan. — x G. — y E. — z G. — a Bod. — b G. — c E.]

ad Christum perductis gratias Deo debemus. Et hæc pars est aliqua nostræ concorporationis & Communionis Sanctorum[d]. ¶ *In orationibus meis*] Gratias agit pro datis, precatur pro obtinendis beneficiis[*]. Amant jungi, & à Paulo plerumque junguntur, Gratiarum actio & Preces; illæ pro præteritis & impetratis, hæc ad alia futura impetranda[f].

17. *Ut*, &c. Ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου — δώῃ ὑμῖν πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ] *Ut* (Quibus orationibus postulo *ut*[g]:) *Deus* (Respondet hæc vox Hebrææ אלוה, quæ *jus* atque *imperium* significat[h]. Docet, quis invocandus, & à quo omnia petenda sunt[i].) *Domini nostri Jesu Christi* (Deus Christi *pater*, ut *noster*, Joh. 20. 17. ità & *ipsius Deus* dicitur ibi & hoc loco[k]; non quidem respectu Divinæ naturæ[l], sed ratione, 1. naturæ humanæ[m]: 2. officii Mediatorii[n]: 3. fœderis ipsius cum Christo[o]: vel, quia Christus ipsum prædicavit[p]. Si Deus dicitur *Deus Abrahami, Isaaci & Jacobi*[q], quia apparuit eis[r], vel fœdus cum eis pepigit[†], quantò justiùs dicetur *Deus Christi*, quem in cœlestem regiam Deus evexit, summúmque ei secundùm se imperium tribuit[t]. Possit tamen hîc Hyperbaton esse[v], ut Θεὸς & πατὴρ trajecta sint, & alterum alterius loco positum. Sic enim planior esset & usitatior oratio. Sanè Act. 7. 2. habetur *Deus ille gloriæ*, & Christus 1 Cor. 2. 8. dicitur *Dominus gloriæ*[x]: Hic ergò rectus est ordo, *Ut Deus gloriæ, Domini nostri Jesu pater*[y]:) *pater gloriæ* (אל כבוד, ut aiunt Hebræi; מלך הכבוד, Psal. 24. 7. Futuræ claritatis auctor primarius. Deus non tantùm *claritudinem* habet, sed & *claritudinem* dedit Christo & dabit Christianis. *Pater* autem dicitur qui causa est alicujus rei[z]. Deus dicitur *Pater gloriæ*, 1. quòd summè gloriosus est[a]; ut distinguatur ab aliis patribus[b]: 2. quia est autor omnis gloriæ, sive in terra, sive in cœlis[c], omniúmque gloriosorum bonorum, &c[d]. 3. quia illi debetur omnis gloria[*], q. d. Deus gloriâ & laude dignissimus[f].) *det vobis Spiritum* (i. e. vel, 1. donum sive afflatum[g]; persona enim Spiritûs S. incrementum non suscipit[h]: ut *Spiritus* pro donis ejus sæpe ponitur. Vel, 2. ipsum Spiritum sanctum, qui tunc dari dicitur, quum mittitur in corda cum efficacia, &c[i].) *sapientiæ* (i. e. fidei, vel cognitionis rerum divinarum[k]: sapientiæ, spiritualis scilicet & cœlestis[l]. Spiritus S. qui credentibus datur, inter alias dotes etiam sapientiam imprimit animis credentium, non rerum hujus seculi, quâ Philosophi, & olim Ephesii, se jactabant, sed spiritualem, sive earum quæ ad vitam meliorem ducunt. Vide Act. 6. 3. 1 Cor. 2. 6. Col. 1. 9, 28. Jac. 1. 5[m].) *& revelationis* (i. e. sapientiam conferentem & arcana revelantem[n]; sapientiam, quâ divina mysteria[o], quæ ratione humanâ percipi nequeunt, sed solâ discuntur revelatione divinâ[p], vobis patefiant[q]. Hæc vox [*revelationis*] singularem quandam & eximiarum rerum non omnibus cognitarum patefactionem significat, 1 Cor. 14. 6, 26. ubi dicta vide. Eph. 3. 3. Idem Spiritus etiam res futuras aut latentes, quæ humanâ ope sciri nequeunt, suis revelat[r]. Docet hîc modum quo *sapientiam* donat augétque Spiritus S. nempe per *revelationem* sacrarum literarum, quæ fit tollendo velum è cordibus nostris, & illustrando mentes nostras, quò eas intelligere possimus: vide Luc. 24. 45. Act. 16. 14. 2 Cor. 3. 14, 15, 16. De revelatione hîc loquitur, non quæ Prophetis speciali modo fiebat, sed quæ omnibus piis communis est[†]: vocibus *sapientiæ* & *revelationis* h. l. ampliorem eorum cognitionem declarat quæ Christianis omnibus cognoscenda sunt[t].) *in agnitione* (vel, *in cognitione*, Camer. Zeg.) *ejus*, Mo. G. Bod. &c. ut significetur sapientiæ hujus objectum, imò natura[v], vel in quo consistit; nempe in cognitione, non rerum humanarum[y], naturalium, moralium, politicarum[z], sed Dei & Christi[a], idque per fidem, amorem & obedientiam[b]: vel, *in*, sive *ad*, *agnitionem ipsius*, Pi. ἐν ἐπιγνώσει pro εἰς ἐπίγνωσιν[c], ut declaret in quem usum inserviat illa sapientia & revelatio[d]; ut agnoscatis ipsum[*], ut magis magísque Deum noscatis[f]: vel, *per agnitionem* (ut denotetur modus quo nobis revelatur illa sapientia[g];) *sui*, Er. Camer. Zeg. nempe Dei[h], Patris[i]: *Cognitionem* autem *Dei* intellige, non naturæ Divinæ imperscrutabilis, sed proprietatum ejus & consiliorum actionúm-

d G. · * E. · f G. · g Me. · h G. · i Zan. · k G. · l Bod. · m Bod. Zan. sim. Be. · n Bod Zan sic Vor. · o Bod. · p Zan. Bod. · q G. sic Zan. · r Zan. · † Bod. · t G. · v Q. in E sic Me. · x Pi. · y Me. · z G. · a Bod. sic Zan. E. T. sim. Be. · b Bod. · c Bod. sic Zan. · d Zan. · * Zan. Bod. · f V. · g Zan. Bod Be. · h Zan. · i Bod. · k Zan. · l Bod. · m G. · n V. · o Me. sic E. T. · p E. · q T. Me. · r G. · † Zan. · t Be. · v Bod. · y Zan. Bod. · z Bod. · a Zan. sic Bod. · b Bod. · c Pi. G. · d Bod. sic Zan. · * V. · f G sic Pi. Me. T. · g Bod. sim. Zan. · h Er. sic G. · i Er.

que ad nos pertinentium[k]: vel, *ipsius*, P. B. Zan. Bod. Zeg. nempe Christi[l], ex quo agnito omnem sapientiam Divinam haurimus[m]: *in eo* enim *sunt omnes thesauri sapientiæ*, &c. Col. 2. 3[n]. & quò quis eum clariùs agnoscit, eò fit sapientior & mysteriorum Dei peritior[o]. Γνῶσις est eorum quæ priùs incognita nôsse cœpimus; ἐπίγνωσις, quâ agnoscimus olim cognita quæ nôsse desiimus[p]. Significat, non esse satis Christum cognovisse, sed etiam agnoscendum esse quotidie magis & magis, quem semel cognovimus[q]. Γνῶσις est *cognitio*, ἐπίγνωσις est *major exactiórque cognitio*, ut Rom. 3. 20. Eph. 4. 13. Col. 1. 9, 10. & 2. 2. & 3. 10. 1 Tim. 2. 4. 2 Tim. 2. 25. & 3. 7. Tit. 1. 1. Philem. 6. 2 Pet. 1. 2, 3, 8. & 2. 20[r]. *Cognoscimus*, vel ignotos, vel exteros aut alienos, vel eos quos aversamur. *Agnoscimus* autem & antea natos, & propinquos aut amicos, & eos quos amplectimur, approbamus & observamus, &c. Quare ἐπίγνωσις τῇ γνώσει addit debiti officii præstationem, &c[†].

18. *Illuminatos*, &c. Πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας, &c.] Non διανοίας, sed καρδίας, habet etiam MS. לב καρδία, *cor* hîc, ut Hebræis, pro *animo humano* ponitur, cui Mens pro oculis. Ei tribuuntur Oculi, ut multis ostendimus ad Mat. 6. 22. Clemens ad Corinth. Ἐβλέψαμεν τοῖς ὄμμασι τῆς ψυχῆς. Philo De Mundi conditura, ὅπερ νοῦς, &c. *Quod mens in animo id oculus in corpore*. Tribuntur ei & Aures, quia est in animo aliquid illis ἀνάλογον. Per πρόληψιν ἐξηγητικὴν, *appositione explicante rem*, explicat qualis sit illa cognitio, *in mentis*, ut diximus, *illustratione* consistens; ostendítque illam *sapientiam* & *revelationem* veram & eximiam esse *illuminationem oculorum interiorum*, quam optare solebant viri magni, Psal. 13. 3. & quam Lex Mosis exiguâ quâdam parte præstabat, Psal. 19. 8[t]. [Verba sic reddunt:] *Illuminatos oculos mentis vestræ*, Er. Pi. vel, *cordis vestri*, Be. &c. Illud πεφωτισμένους variè construunt[v]; sed plana est constructio[x]. Accusativus absolutè ponitur per Atticismum, pro, *Illuminatis oculis*, &c[y]. Sic explicat modum quo Spiritus S. revelat mysteria, nempe illuminando, &c[z]. Beza [ut jam dictum] Accusativos absolutè accepit, *illuminatis*, &c. quod per Genitivum efferre solent Græci: interdum tamen etiam per Accusativum, ut apud Arist. ὥσπερ ἐκ αὐτῷ χώραν τινὰ ἔσαν, *quasi non esset ei regio ulla*, pro χώρας τινὸς ἔσης. Vide ad Act. 26. 3. Posset & εἰς τὸ εἶναι subintelligi *ut sint illuminati oculi*. Sic Act. 5. 31. *Hunc Deus exaltavit* ἀρχηγὸν, &c. pro, εἰς τὸ εἶναι ἀρχηγὸν, &c. *ut esset dux & servator*, Rom. 8. 29. *Prædestinavit* συμμόρφους, &c. *ut essent conformes*, &c. Jac. 2. 5. *Elegit pauperes* πλουσίους, &c. i. e. *ut essent divites*, &c[†]. Al. Pendet hoc à verbo δώῃ v. præced[a]. & per appositionem cohæret cum πνεῦμα σοφίας, &c[b]. & ante, *illuminatos*, supplendum est, vel, *nempe*[c]; vel, potiùs, *&*[d], Hebræorum more, ut Joan. 10. 16. 1 Tim. 4. 3. hoc modo, *Det Deus Spiritum sapientiæ*, &c. *& illuminatos oculos*, &c[*]: q. d. Det Deus non solùm donum sapientiæ, &c. sed & rectum illius doni usum, excitando & permovendo mentem vestram, ut actu sciat, &c[f]. [Sensus, q. d.] Et illuminet oculos cognitionis & intelligentiæ vestræ[g]. Al. Forsan legendum πεφωτισμένοις, ut pendeat à præced. ὑμῖν[h], & subaudiatur κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς[i]. Sic & plana & elegans est oratio[k]. *Illuminatis oculis*, &c. P. Be. ¶ *Ut*, &c. Εἰς τὸ εἰδέναι ὑμᾶς, &c.] Cùm modum adipiscendæ cognitionis designâsset, jam & cognoscendorum explicat præcipua, ostendítque quæ sint præcipua illa circa quæ illa & *Sapientia* & *Revelatio* versentur, nempe, bona illa æterna & cœlestia *quæ dicuntur spes*, &c[l]. [Verba sic reddunt:] *Ut sciatis* (i. e. magis ac magis cognoscatis[m]:) *quæ* (i. e. qualis & quanta[n], & quàm certa[o]:) *sit spes illa vocationis ipsius*, P. Be. &c. *Spes* hîc ponitur, vel, 1. Metonymicè[p], ut Gal. 5. 5. Col. 1. 5. Tit. 1. 2. & 2. 13. Heb. 6. 18[q]. pro re sperata[r], sive ad quam sperandam Deus fideles vocavit[†], i. e. quid sperare deberent vocati ab illo[t]; vel, pro bonis æternis & cœlestibus[v], quæ dicuntur *spes vocationis Divinæ*, quia & Vocatio eò tendit ut ea sperentur, *spes vocationi proposita*, ἡ ἐλπὶς, &c. *spes reposita in cœlis*, Col. 1. 5. est Vita illa immortalis ac beatissima quam variis figuris explicant S. literæ, Convivii, Vestitûs magnifici, Templi,

Regni;

k G. · l Be. Zan. Bod. Zeg. · m Be. · n Bod. Zan. · o Zan. · p Er. · q Be. · r G. · † Bod. · t G. · v Zan. · x Bod. · y Zan. sim. Be. · z Zan. · † Di. · a Pi. Zan. Bod. Be. ex Amb. · b Pi. · c Be. · d Be. sic Zan. ex Sy. & Amb. · * Be. · f Zan. · g V. · h Pi. ex Be. sim. Vor. Bod. · i Pi. · k Pi. sim. Bod. · l G. · m E. Me. · n Zan. ex Græcis. · o Zan. · p Vor. sic G. Be. · q G. · r Plerique in Zan. Be. Me. Pi. Bod. · † Bod. sim. V. Vor. · t V. · v G. sim. Vor.

Regni; præterea verbis quàm possunt efficacissimis ostendunt ei inesse non tantùm, à malo liberationem, sed & plenissimam bonorum, quæ nomine *divitiarum*, *honoris*, *gaudii*, intelligi solent, possessionem, cum Deo similitudinem, corpus, intellectum, voluntatem, perfectissima omnia, consuetudinem cum Deo, Angelis, Sanctisque omnium temporum ac locorum. Hæc atque his similia ità per Spiritum Deus imprimit mentibus piorum ut ea velut præsentia conspiciant, præque iis omnem hujus seculi pompam vitæque commoda, vitam denique ipsam pro nihilo ducant. Vide Joh. 12.25, 26. 1 Cor. 15.19[x]. Vel, 2. propriè, pro dono spei, quo speramus & sperare jubemur. Hoc malim, 1. quia res sperata statim subjicitur; 2. ob illud, *vocationis ipsius*, q.d. Dominus vocavit vos ad spem, i.e. ad sperandum, sicut vocavit ad fidem, i.e. ad credendum, ut sensus sit, q.d. Ut sciatis qualis & quàm certa & bene fundata sit spes, quâ vos futura sperare jussit Dominus[y]. ¶ *Et quæ* (id est, quales & quantæ sint[z]:) *divitiæ gloriæ* (i.e. quàm copiosa sit gloria[a], quàm splendida & magnifica sit gloria cœlestis[b]:) *hæreditatis ejus* (q.d. idque dante Deo, quod hic per Genitivum αὐτοῦ indicatur, ut & Rom. 8. v. 17. Πλοῦτος δόξης est *abundans claritudo*, quæ cum illa Beatitudine conjuncta est, sive splendor eximius cujus gustum aliquem Apostolis suis Christus dedit in monte. Vide locutionem similem suprà v. 7. Ea futura erit *in sanctis*. Illa autem *claritudo* dicitur esse τῆς κληρονομίας, i.e. κληρονομηθῶν, quia habebitur non fructuario, sed mancupii jure, sive quod perpetua sit, nec à possessoribus alienetur. Israelitæ habuerant à Deo κληρονομίαν non spernendam, sed quæ ad cœlestem illam comparata meritò sordeat[c]. Gloria hæc *hæreditas* vocatur, quia nobis ut filiis datur, non ergò à nobis comparatur operibus, sed gratis datur[d].) *in sanctis*] i.e. fidelibus, h.e. quæ sanctis promissa[*], & in ipsis est quidem jam spe, tandémque erit plenâ possessione[f].

19. *Et quæ*, &c. Καὶ τί τὸ ὑπερβάλλον, &c.] Videtur retrocedere à Vita cœlesti ad Resuscitationem; sed id consultò fecit, ut ostensâ Dei bonitate, etiam potentiam ejus summam atque admirabilem ostendat. Vide Phil. 3.21. ubi hæc ipsa potentia ἐνεργείας, *efficaciæ*, voce significatur. Magnæ sanè potentiæ est omnia piorum corpora non tantùm in vitam restituere, sed & terrenæ compagis corpora meliora efficere cœlestibus, & supra omnes cognitas cœli regiones illis domicilium semper mansurum dare. Quia autem non de quavis resurrectione, sed de beata, agit, quæ חיים Hebræis, ideo ad vocem ἡμᾶς, nè de omnibus hominibus loqui crederetur, adjecit τοὺς πιστεύοντας[g]. [Verba sic reddunt:] *Et* (Item ut cognoscatis[h]:) *quæ* (vel, *quàm*, V.) *sit excellens* (vel, *sublimis*, Er. *supereminens*, Be. Vulg.) *illa magnitudo potentiæ ipsius in* (vel, *erga*, Cam.) *nos* (vel, *nobis*, Pi. Be.) *qui credimus*, P. i.e. quam ostendit vel ostendet erga nos credentes[i]: quo declarat, se non loqui de nuda & absoluta Dei potentia, quâ infinita potest facere, sed eam conjungere cum ejus voluntate, revelatâ in promissionibus, quibus nititur fides[k]. Loquitur hic, vel, 1. de beata nostra resurrectione & gloria cœlesti, quam exemplo resurrectionis Christi, &c. confirmat[l]. Sensus, q.d. Ut sciatis, quantam potentiam ostendit Deus in nobis resuscitandis, &c[m]. Spem illam certam de hæreditate illa cœlesti à nobis possidenda, confirmat, ut ex voluntate Dei v. præced. ità ex summa Dei potentia h.l. Objici poterat, Magna prædicas de illa hæreditate, nos autem sumus miseri homunciones, indigni & incapaces tantorum bonorum. Resp. Ne respicite vestram infirmitatem & indignitatem, sed summam potentiam Dei, quam in nos exeret, sicut jam exeruit in Christo[n]. Vel, 2. de conversione fidelium[o], in quâ omnipotentem vim exserit Deus ad eorum cor flectendum, qualem in Christi resuscitatione exseruit[p]: q.d. quantâ potentiâ usus fuerit Deus in nobis ab infidelitate ad Christum traducendis[q], ut tam ardua & ab humano sensu remota fidei mysteria crederemus[r], & à statu peccati ad gratiam vocandis[†]. Hoc malim quàm de resurrectione accipere, quia verbis præced. *divitiarum gloriæ*, &c. haudd ubiè intellexit τοὺς πεπληρωμένους cœlo receptos; tum subjungit hic, *Et quæ sit*, &c. non dicit, *quæ futura sit*, &c. Tum personam mutavit: non enim dixit, ἐν τοῖς ἁγίοις, ut prius,

x G. y Zan. z Idem. a V. b E. Me. c G. d Zan. * E. Zan. f Zan. g G. h Me. E. i E. Me. sic Pi. k Zan. l E. ex Amb. Oecum. Aquin. Caj. m E. n Zan. o Cam. sic Chrys. & Th. in E. p Cam. q T. r Me. † Me. sim. T.

sed εἰς ἡμᾶς; neque dicit πιστεύσαντας (uti alibi πεπληρωκότας dixit) sed πιστεύοντας[t]. ¶ *Secundum*, &c. Κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος] Cohærent hæc cum illis præced. τὸ ὑπερβάλλον, &c. *supereminens*, &c. nec aliud est κράτος ἰσχύος *potentia virtutis* quàm ὑπερβάλλον μέγεθος δυνάμεως, *supereminens magnitudo virtutis*. Et quod de nobis dictum erat, de Christo dicitur, sed verbis aliis, quò copiosior sit oratio. Vocabulum κατὰ rei similitudinem significat. Quod factum apparet id iterum fieri potest. Ἐνεργεῖν hic est *actu ostendere*, ut infrà 3.20[v]. *Secundùm operationem* (vel, *efficaciam*, Er. Il. Ti. vel, *Pro efficacitate*, P. Be. Pi.) *potentiæ* (vel, *roboris*, Il. P. Be. Pi.) *virtutis* (vel, *virium*, Be. vel, *fortis*, Il. P. Pi.) *ejus*, Mo. &c. q.d. secundùm actualem efficacitatem omnipotentiæ ipsius naturalis. Tribus nominibus utitur, ut excellentem Dei potentiam clariùs & efficaciùs exprimeret[x]. Ea autem distinguenda sunt[y]: ἰσχὺς est quasi radix, κράτος arbor cum ramis, ἐνέργεια fructus[z]: ἰσχὺς est facultas ipsa, κράτος ipsius sese exserentis virtus, ἐνέργεια verò ipsius effectum[a]: ἐνέργεια est ipsa efficax operatio, quæ proficiscitur immediatè ἀπὸ τοῦ κράτους, i.e. ex actuali robore, quasi à manu & brachio exserto: κράτος igitur erit potentia & vis exerta, quâ quis aliquid agit, & hæc proficiscitur ἀπὸ τῆς ἰσχύος, vel δυνάμεως. Etiam Philosophi tria distinguunt, δύναμιν φυσικὴν, ἕξιν, habitum, & ἐνέργειαν, unde opus oritur[b]. Sed non opus est tantâ subtilitate. Suffecerit hic observare, causam & fundamentum illius efficacis & potentis operationis quam in nobis exeruit regenerandis suo Spiritu, nempe ipsam Dei potentiam naturalem & infinitam, quam his epithetis illustrat, quòd sit, 1. fortis & robusta; 2. efficax in operando: q.d. secundùm potentiam suam fortem & efficacem, pro quo tamen maluit dicere, *secundùm efficaciam roboris potentiæ suæ*, quia hæc loquendi formula longè vehementior est & gravior atq; sublimior[c]. Hæc porrò verba construenda sunt, vel, 1. cum proximè præced. εἰς ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας, πιστεύοντας, inquam, *secundùm efficaciam roboris*, &c[d]. Ità duplici argumento demonstrat magnitudinem potentiæ Dei salvificæ, atque ità spem nostram de hæreditate cœlesti confirmat, quorum unum spectatur in nobis fide donandis, & à peccato, in quo eramus mortui, resuscitandis & regenerandis, &c. alterum in Christo capite, quem suscitavit, &c. vel, 2. cum verbis superioribus, ut sensus sit, *ut sciatis*, *quæ*, i.e. quanta, *sit illa magnitudo potentiæ ejus*, quam in nos declaraturus est, *secundùm efficaciam roboris*, &c[*].

20. *Quam*, &c. Ἣν ἐνήργησεν, &c.] *Quam* (Ad verb. *Quâ*: nam κατὰ repetendum est ante ἣν ex Hebraismo: Vide infrà 2. 4[f].) *exeruit* (vel, *exercuit*, Er. vel, *exhibuit*, vel, *demonstravit*, V. vel, *operatus est*, Be. vel, *efficaciter operatus est*, Zan. Bod.) *in Christo quum suscitavit eum*, &c. P. Mirari non debemus tantam jam vim potentiæ Deum in nobis exserturum, cùm talem jam exseruerit in Christo cùm eum è mortuis excitavit. Ut futura magis crederentur, Deus oculis humanis quantum posset in Christo, Capite & Duce nostro, ostendit. Illud futurum potentiæ documentum huic jam exhibito respondebit; quod significat præpositio κατά. Christum à mortuis excitare potuit; Poterit ergò & nos excitare. Cui cùm accedat apertissima promissio Dei & Christi, nihil est quod dubitemus. Sadducæis Resurrectionem negantibus optimè Christus, *Erratis*, inquit, *ignorantes Scripturas*, quæ scilicet id pollicentur, *& Dei potentiam*, quæ nimirum etiam eousque se extendit, Mat. 22.29. Tertul. hunc locum sic vertit, *Inoperatus est in Christum valentiam suam, suscitando eum a mortuis*[g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ, &c.] *Et collocavit* (vel, *constituit*, E. sic Vulg. G. *sedere fecit*, V. repete αὐτὸν, *ipsum*[h]. In MS. καὶ καθίσας αὐτὸν, *& postquam collocasset eum*[i], nempe Christum, non simpliciter ut æternum Dei Filium, sed ut hominem[||]; vel, ut Mediatorem[k], ut Deum & hominem, sive ut Deum in carne manifestatum[l]. Καθίζω hic transitivum est, ut in multis locis quos produximus ad 2 Thes. 2[m]. ut Matth. 21.7. 1 Cor. 6. 4[n].) *ad dextram suam* (In MS. ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ[o]) *in cœlis*, P. Be. Pi. vel, *cœlestibus*, Er. Vulg. vel, *supercœlestibus*, Zan. sub. *locis*, Be. Zan. D. i.e. in cœlo supremo & glorioso[p], loco beatorum ac sede Dei[q]. Ἐπουράνια, *supercœlestia*, vocantur loca illa beatæ sedis, Joh. 3.12. 1 Cor. 15. 40, 48, 49. in hac Epistola aliquoties, Phil. 2. 10. 2 Tim. 4. 18. in

t Cam. v G. x Zan. y Zan. sic Be. z Zan. ex Calv. a Be. b Zan. c Bod. d Zan. ex Græcis. * Zan. f Be. g G. h Camer. i G. || E. k Bod. l Zan. Bod. m G. sic Be. n Be. o G. p Zan. Bod. q E.

Epistola ad Hebræos sæpe, respectu ad illam cœli regionem quæ sidera continet. Alioqui eadem regio etiam *cœlum* vocatur Hebræis, & quidem *tertium*, supra Aerem Ætherémque[r]. Christum *sedere ad dextram Patris*, est non tantùm à laboribus quiescere cum Patre in æterna illa beatitudine †, sed inprimis cum Patre regnare, & imperium in omnia in cœlo & terra habere[t]; in summam Gloriam, Dignitatem, Potestatem & Majestatem, Deo ipsi proximam, exaltatum esse[v]; quietam supremæ felicitatis & dignitatis possessionem accipere[x]; imperii illius summi consortem esse[y]. *Ad dextram sedere* locutio est Orientis, proximam à Rege dignitatem significans, 1 Reg. 2. 19. Psal. 45. 9. Vide dicta Mat. 20. 21. Finguntur in cœlo duo solia, alterum *Dei*, alterum *Agni*, i. e. Christi, Apoc. 22. 1, 3. Sed illud Dei intelligendum ubi simpliciter θρόνος nominatur, Apoc. 5. 13. Hebræis כסא כבוד, *thronus gloriæ*. Apud Danielem solia posita duo interpretatur R. Akiba, *posita Deo & Messiæ*. Sicut autem *solio Dei*, ut loquitur scriptor ad Hebræos 12. 2. Apoc. 7. 10. & 14. 5. proximum est solium Messiæ; ità Messiæ solio proxima solia Apostolorum, Luc. 22. 30. deinde aliorum præconum Evangelii, Apoc. 4. 4. ac postremò credentium omnium qui & ipsi *regnabunt*, 2 Tim. 2. 12. Apoc. 3. 21. & 5. 10. & 22. 5. in suo scilicet ordine & gradu. Sicut potentia Dei nos non tantùm è mortuis excitatura est, sed & maximis auctura honoribus & supra cœlum collocatura; ità hoc quoque non minùs quàm illud in Christo apparere voluit. Nam Christum in cœlum sublatum vidêre Apostoli; regnantem in majestate supercœlesti vidêre Stephanus, Paulus, Johannes, alii. Nec minus ejus rei testimonium est in Spiritu S. quem ipse, ut promiserat, in Apostolos credentésque è sublimi regia misit. Ergò quin nos quoque in summum honorem, nostri tamen gradûs, evehere possit, nulla dubitandi est ratio. Vide Joh. 17. 24[z].

21. *Supra*, &c. Ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως καὶ κυριότητος] Non dicit ἄνω, sed ὑπεράνω[a], ut significet Christum infinitis partibus excellere[b]. Subaudiendum hîc, *exaltatus est in cœlum, sedet ad dextram*[c]. *Longè supra* (non modò situ corporis, sed & multò magis superexcellentiâ potestatis[d]:) *omne imperium* (vel, *omnem principatum*, Er. *ac potestatem*, vel, *auctoritatem*, Be.) *& potentiam* (vel, *virtutem*, Er. *potestatem*, Be.) *& Dominium*, P. Er. Be. Pi. Christi majestatem magis magísque depingit, ut eò major Satraparum ejus, i. e. Christianorum, honor intelligatur*. Intelligunt hoc, vel, 1. de Imperiis terrenis[f]: ut ἀρχαὶ sint Reges, &c. ἐξουσίαι, alii Magistratus; δυνάμεις, potestates, etiam tyrannicæ; κυριότητες, quivis domini, etiam privati[g]. Vel, 2. de eximiis vel sublimissimis Angelorum classibus[h], sive ordinibus[i], sive choris[k]; quorum hæc sunt nomina[l], eáque apud Hebræos frequentia[m], ut apparet tum ex voce, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις[n] tum ex [collat.] Rom. 8. 38. ubi exposuimus unde ortum habeant hæc nomina, 1 Cor. 15. 24. Eph 3. 10. Col. 1. 16. desumpta ex nominibus dignitatum Imperii Persici, quasi dicas, ut ex Romano Imperio posteriore sumamus nomina, *Præfectos prætoreo, Vicarios, Præsides, Comites*. Θρόνοι qui Col. 1. adduntur sunt *Reges*, quales nonnulli erant sub magno Persarum Rege, qui ob id dictus *Rex Regum*. Similis ordinum distinctio etiam in Satanæ Regno, infrà 6. 12, Christus igitur omnibus illis, etiam excelsissimis Spiritibus, imperare hîc dicitur, ut *Rex Regum*, & *Dominus Dominantium*[o]. Forsan Paulus hîc respicit Poetas & Theologos Græcorum, qui de cœlestibus temere multa fabulabantur, præcipuè verò scholam Simonis Magi, quæ talia Angelorum nomina, pro magna sapientia, cum fastu & auditorum admiratione inculcabat, ut referunt Iren. & Epiphan. Contrà docet Apostolus, veram sapientiam esse, si sciamus Christum regnare supra omnem, etiam cœlestem, potestatem, &c[p]. Vel, 3. de utrisque, & terrestribus & cœlestibus tam malis quàm bonis*; de principatibus, tum terrenis, ut patet ex scopo Apostoli, qui est demonstrare Christum supra omnes creaturas exaltatum esse, & ex collat. Mat. 28. 18. tum etiam cœlestibus ac angelicis, ex collat. Col. 1. 15, 16, 17. & 1 Pet. 3. 22[q]. ¶ *Et*, &c. Καὶ παντὸς ὀνόματος, &c.] *Et omne nomen quod nominatur* (*Nomen* hîc accipit, vel, 1. pro re[r] existente †: tum significat, quicquid exsistit in rerum natura[v]; omne enim quod exsistit nomen habet[x]: vel, 2. pro persona[y], quavis excellenti, sive humana illa sit, sive Angelica[z], quæ ratione potestatis aut dignitatis cum fama nominari potest[a]. שם *nomen* apud Hebræos *dignitatem* sæpe significat[b]; tunc autem significat homines celebres[c], qui Hebræis *viri nominis* appellantur, Græcis ὀνομαστοί. *Nomen* pro re celebri, & *nominari* pro celebrem esse[d]: Participium præsens [ὀνομαζομένου] per συλλήψιν continet & futurum*.) *non solùm in seculo hoc, verumetiam in futuro*, P. Be. Pi. Hæc clausula referenda est, vel, 1. ad totum complexum superioris orationis[f]; sive ad illa verba, *sedet ad dextram*, &c. ut doceat, Christum non solùm sedere jam, h. e. regnare super omnia in hoc seculo, sed etiam regnaturum in futuro[g], eóque regnum ejus esse æternum[h], & futurum seculum comprehendere[i]. Vult dicere, Christum à Patre evectum esse supra omne quod in creaturis habet aut habere potest nominis celebritatem, idque sine exceptione, sive in hoc seculo, quod est hominum mortalium, sive in futuro quod est Angelorum immortalium[k]. Vocatur autem futurum, non quòd jam non exsistat, sed quia nobis futurum est[l]. Vel, 2. ad verbum proximè præced. *nominatur*, ut sensus sit, Christus non solùm est supra prænominatos ordines Angelorum, verùm si qui alii sint sublimiores, aut aliquæ res præstantiores, quæ in seculo quidem hoc nominari non possunt, sed in alio seculo cognoscentur[m]; si quæ sint adhuc illis nominibus augustiora Angelorum vocabula; si qui erunt Spiritus illis quos designavimus digniores, putà quales apud Ezechielem nomine חיות obscurè denotari putantur ab Hebræis, (αἰῶνας eam vocem verterunt veteres Christianorum hæretici, ut & Tatianus;) quorum in futuro seculo cognoscentur nomina ac munera, etiam in illos imperium Christus obtinet, nullâ naturâ exceptâ præter Patrem, 1 Cor. 15. 27[n].

22. *Et omnia* (tam Angelos quàm Homines[o], & bonos & malos[p], omnésque creaturas[q], ex collatione verborum præcedentium & Phil. 2. 10[r]. vel, omnes hostes suos; ut membro seq. Ecclesiæ subjectionem declarat †.) *subjecit sub pedibus ejus*] i. e. subjectione perfectâ[t], vel, sicut quæ sub pedibus habemus, nempe ut vilia & digna quæ conculcentur & conterantur*. Mystica applicatio Psal. 8. 6[v]. Vide quantum secundus Adamus priori præstet: Huic subjecta Pecora & Armenta, illi Angelorum exercitus[x]. Potestatem ei [Christo] dedit omnia inimica, ac postremò Mortem ipsam, subjugandi[y]. Confer 1 Cor. 15. 27. Phil. 3. 21[z]. In verbis præced. honorem & dignitatem supra cæteros Christo tribuit, ei autem hîc addit dominandi potestatem[a]. Obj. At nondum omnia Christo subjecta sunt. Resp. 1. Omnia ità subjecta sunt illi, ut ea possit conterere cùm vult, sed non semper vult ob graves causas[b]: [quas vide in Zan.] 2. Hoc refert Paulus velut rem quæ jam impleri cœperit, & paulatim impleatur, perfectè autem implenda sit in fine seculi; sic tamen, ut jam data sit Christo perfecta & suprema potestas, per quam omnia tandem sibi subjecturus sit[c]. ¶ *Et ipsum*, &c. Καὶ αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ] *Et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam*, Vulg. Gentium & Judæorum[d], Angelorum & hominum, triumphantem & militantem*. *Et eum qui est super omnia dedit caput Ecclesiæ*, Tre. ex Sy. *Ipsum super omnia* (supple *positum*, G. sim. Camer.) *dedit Ecclesiæ, ut caput ejus*. Est Trajectio. Magna consolatio, quòd tantum imperium habeat is qui id exercet Ecclesiæ bono, sicut caput consulit corpori. Vide Heb. 1. 14. *Capitis* nomen respectu Ecclesiæ Christo datum vidimus 1 Cor. 11. 3. Vide & infra 4. 15. & 5. 23. Col. 1. 18. & 2. 19. In bonum Ecclesiæ obtinet hoc imperium. Vide Heb. 1. 14[f]. Al. Supplendum hîc ὥστε εἶναι, hoc modo, ὥστε εἶναι αὐτὸν ὑπὲρ πάντα κεφαλὴν τῇ ἐκκλησίᾳ, i. e. *summum ut esset ac omnipotens caput Ecclesiæ*[g], vel etiam, *solum & unicum caput*[g]. *Eumque dedit* (vel potiùs, *constituit*, Be. P. Pi. Bod. Hebraismus, ἔδωκε, pro κατέστησε, ut Gen. 41. 43[h].) *caput super omnia Ecclesiæ*, Mo. vel, *ipsi Ecclesiæ*, Er. P. Be. Pi. ὑπὲρ πάντα, id est, vel, 1. pro ὑπέρτατον, supremum, cui omnia subsint, & eminentiam notet[i]; vel, 2. *super omnia*, & ad omnia bona illi communicanda, h. e. ut illi adsit in omnibus, nil sinat illi deesse; vel, ad omnia veri capitis officia facienda erga Ecclesiam

Marginal notes (left column): r G. — † Zan. — t Zan. sim. Bod. — v Bod. sim. E. — x E. — y Ee. — z G. — a Zan. ex Græcis E. sim Ee. — b Be. — c Zan. — d E. — * E. — f Q. in G. & in Zan. — g Q. in Zan. — h G. sic Hi. & Chrys. & c in Zan. — i E. Me. — l E. — m Me. — n Me. E. G. — o G. — p Q. in Zan. — o G. — p E. — * Vor. — q Zan. — r E. D. Bod. — † Bod.

Marginal notes (right column): v D. ex Be. Bod. — x D. — y E. Me. — z D. — a Me. — b E. — c G. — d D. — d Be. — * G. — f Be. sim. Bod. — g Zan. — h Zan. sic Be. Bod. — i Be. — k E. — l E. ex Primas. sim. Be. — m Plerique in Zan. — n G. — o Me. sim. E. — p E. — q E. Bod. sim. Zan. — r Bod. — † Q. in Bod. — t E. — * Zan. — v G. sim. E. — x G. — y G. sim. Zan. — z G. — a E. ex Græcis. — b Zan. — c G. — d T. — * Me. T. — f G. — g Camer. — h B. — i Bod.

clesiam, ut illuminet, defendat, vivificet,&c[k]. vel, 3. (quod maximè arridet[l],) comparatè exponendum,q.d. præcipuè, & præ cæteris omnibus[m], superiùs enumeratis, datus est Ecclesiæ in caput: q. d. Hanc illi dignitatem, hoc munus peculiare Pater injunxit, ut, quamvis omnium sit Rex ac Dominus, soli tamen ac toti Ecclesiæ caput proprium, unicum, ac perfectum, se præbeat, quippe cujus unius gratiâ reliquis omnibus dominetur[o]; vel, ut præ aliis creaturis omnibus, singulari amore feratur in Ecclesiam[p]. Similis usus phraseos, Eph. 6. 16. *Super omnia accipite scutum fidei*[q]. *Super omnia*, scilicet Dei beneficia, hoc excellit, quod Christum Ecclesiæ præfecit caput, &c*. Dicitur autem Christus Ecclesiæ caput, non solùm quia illam regit & sibi subjectam habet, sic enim & omnium caput est; sed ex analogia capitis in corpore naturali[r], quia eandem cum ea naturam participat, & occulto quodam modo gratiæ suæ dona influit in eam, ac diffundit in membra virtutem operandi †; quia vim, sensum, ac motum, ipsam denique vitam, occultâ quadam actione, singulis membris, atque adeò ipsi universo corpori mystico, largitur: cui explanationi mirè favent quæ sequuntur[t]. Christus non est caput Ecclesiæ sicut Rex caput est sui populi, sed sicut est caput humani corporis, per juncturas & ligamenta connexum, ut infrà dicetur, eâdemque animâ illi copulatum[v]. Christum caput esse Ecclesiæ duo denotat, 1. gradum locúmque superiorem atque supereminentiam, quâ ei superimponitur, ipsámque regit: 2. unionem & cohærentiam cum corpore[x]; quæ unio explicatur similitudine vitis & palmitum, viri & uxoris, fundamenti & lapidum super illud exstructorum, & h. l. capitis & corporis, quâ nulla clarior est explicatio[y]. Hæc autem unio non est naturalis, sed planè mystica ac spiritualis, quæ proinde naturæ tum vires, tum captum, excedit; quin & fideles eam potiùs ex effectis suis percipiunt sentiúntque quàm ejus modum formámque concipiunt. Est præterea hæc unio & arctissima & insolubilis. Vinculum hujus unionis primarium sive formale est Spiritus Christi, quo fideles animantur atque informantur, indéque unus cum eo Spiritus fiunt, 1 Cor. 6. 17. vincula autem secundaria & instrumentaria, tum Fides, tum Charitas & Christi erga nos, & nostra erga Christum & erga fratres. Effectus denique hujus unionis sunt vita, justitia, sanctitas, gratia omnis & gloria à Christo ad corpus derivata[z].

23. *Quæ est corpus ipsius*] Nempe mysticum[a]. Magnam significat conjunctionem[b]. Vide Eph. 4. 12, 15, 16. & 5. 23. Col. 1. 18. Sicut in humano corpore ex capite defluens Spiritus omnia membra continet, nutrit augétque, ità Christi Spiritus omnia Ecclesiæ membra: quod sapienter admodum nos docet Paulus, Col. 2. 19. & aliâ similitudine illustrat Christus ipse Joh. 15. initio capitis[c]. ¶ *Et plenitudo*, &c. Τὸ πλήρωμα τοῦ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου] *Complementum* (vel, *Plenitudo*, Mo. *Impletio*, Er. *Supplementum*, Be. *Et complementum*, Be. Tre. ex Sy. Πλήρωμα alibi activam habet significationem, *id quod implet*, ut Joh. 1. 16. Col. 2. 9. alibi passivam, *id quod impletur*, ut Rom. 11. 25. & 15. 29. quæ hic rectiùs convenit, ob locum huic geminum, Col. 2. 10. ἐστὲ ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι, &c. *estis in illo repleti qui est caput*, &c. & infrà 5. 18. πληροῦσθε, &c. *implemini Spiritu sancto*. Et ob id Ecclesia vocatur πλήρωμα, *plenitudo*, Col. 1. 19[d].) *ejus* (h.e. capitis sui Christi*. Nam sicut caput membra, sic membra caput ipsum, perficiunt: non enim perfectum est corpus, nisi ex utrisque unitis[f]. Is est Christi in Ecclesiam amor, ut cùm omnia omnibus ad plenum præstet[g], tamen se velut mancum & mutilum putat, nisi Ecclesiam sibi habeat adjunctam[h]. Hinc factum ut *Christus* interdum collectivè sumatur pro tota Ecclesia capiti suo adjuncta, ut 1 Cor. 12. 12, 13. Gal. 3. 16[i]. Ecclesia autem dicitur *Christi plenitudo*, ex hypothesi nempe, quia Christus sic voluit, & constituit sibi unire Ecclesiam, h. e. esse unum cum Ecclesia, non autem ex ulla necessitate aut Christi indigentia[k]:) *qui omnia* (i.e. quoad omnia[l], nempe dona gratiæ & gloriæ[m], ut antè τὰ πάντα subaudiatur κατὰ[n]. vel, *penitus*[o]:) *in omnibus* (scilicet membris suis[p],) *adimpletur*, Vulg. i. e. perficitur & completur[q]. Christus in omnibus Ecclesiæ membris paulatim impletur, h. e. perficitur, quo sensu Christus in nobis formari dicitur, Gal. 4. 16[r]. Al. *qui omnia implet* (Mentem luce, Voluntatem piis affectibus, Corpus ipsum obsequendi facultate: Ad quæ dona perpetua accedebant primis temporibus etiam admiranda illa χαρίσματα πνευματικὰ, *dona spiritualia*, quorum suprà meminit†: *implet omnia* veri capitis officia, omniáque beneficia immediatè præstat[t]:) *in omnibus*, P. Be. Pi. sic Er. Il. Ti. Tre. ex Sy. Mo. Ca. scilicet corporis sui membris[v], vel credentibus, nam de iis hîc agitur. Idem [hîc dicit] quod infrà 4. 10. *qui ascendit*——ἵνα πληρώσῃ, &c. *ut impleret omnia*[x]. Sensus est, Christum omnia Ecclesiæ membra suis donis implere. Vide Eph. 4. 10*. Hoc additur, nè quis putet Christum hoc complemento per se & ex sua natura indigere[y]: q. d. Non ideò Ecclesia est Christi πλήρωμα, quòd Christus per se eâ carere non possit; is enim potiùs eam implet, & in omnibus omnia felicia & bona operatur[z]: is *omnia adimplet*, vel ut homo, quatenus influxu suo totum Ecclesiæ corpus perficit, alias aliis membris operationes & officia distribuens; vel ut Deus, quatenus omnia quæ sunt, Spiritu suo replens, conservat & regit[a]. Christus, ut caput, quatenus ad Ecclesiam ut corpus refertur, & cum ea confertur, duobus modis consideratur, 1. ratione quantitatis, seu integritatis, illius, quam partium & membrorum numerus absolvit; atque ità Ecclesia est Christi complementum atque perfectio, sine qua quasi mancus esset, velut caput suo corpore destitutum: 2. ratione virtutis ac donorum spiritualium, atque ità solus Christus est Ecclesiæ complementum, quippe quam ipse de suo fonte repleat omni gratiâ salutari, & gloriâ, &c[b]. Causam reddit cur Ecclesia *corpus* dicatur *Christi*, quia ab illo impletur, sicut corpus humanum è cerebro[c]. Πληρουμένου participium est verbi medii, & vel activè accipi potest, vel passivè, ut Chrys. & Th. interpretantur[d]. Al. Πληρουμένου hîc dictum formâ Atticâ, sono passivo*, sensu activo[f], quomodo hoc verbum usurpant & Plato in Timæo, & Xenophon Græcæ historiæ sexto[g].

CAP. II.

1. **E**T *vos*, &c. Καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις] Illud, ὑμᾶς, regitur à συνεζωοποίησε, v. 5[a]. Est igitur h. l. & hyperbaton, & synchysis, & ἀποκοπὴ τῆς περιόδου, *intercisio periodi*, quæ est species τοῦ ἀνανταποδότου. Cujus quidem anomaliæ causa est ἐμβολὴ, interjectio sententiæ prolixioris, quâ pristinus Ephesiorum, &c. status exponitur[b]. Non ità difficile est solvere Pauli ἀναπόδοτα, quæ in illo frequentia esse notârunt Hi. & alii. Nam si quæ hîc sequuntur usque ad v. 4. sumas ut παρένθεσιν, & deinde δὲ quod sequitur v. 4. & καὶ quod sequitur v. 5. (nisi malis δὲ sumere pro ὅμως & καὶ pro καίτοι) sumas ut πλεονάζοντα more Hebræo, qui suum ו, quod & δὲ & καὶ valet, sæpe sic interponunt, habebis orationem bene cohærentem[c]. Possit hoc, ὑμᾶς, cohærere cum Eph. 1. 19. hoc modo, *Et quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos qui credimus* ( ) *& vos qui eratis mortui*, &c. verbis intermediis, κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους, &c. usque ad finem capitis, parenthesi inclusis; ità plana sunt omnia, sine vi & figura. Obj. Prælonga est hæc parenthesis. Resp. 1. Si ὑμᾶς regatur à συνεζωοποίησε, v. 5. parenthesis æquè longa est, & constructio multò durior. 2. Parenthesis æquè longa est Rom. 1. incipit enim à v. 1. & desinit in fine v. 6. nec multò brevior Rom. 2. ubi eâ v. 13, 14, 15. includuntur[d]. [Verba sic reddunt:] *Vos quidem mortui fuistis delictis & peccatis*, Ca. *Et vos* (sub. *unà vivificavit*, P. Be. Pi. sic. Vulg. Ang. ex v. 5*.) *existentes mortuos* (vel, *quum essetis mortui*, P. Be. Pi. Er. Ti.) *delictis & peccatis*, Mo. Er. Ti. Phrasis hîc accipi possit, ut Rom. 6. 2, 12. q.d. Et vos qui jam estis mortui peccatis vestris, i. e. non ampliùs in iis viventes, nihilque commercii cum illis ampliùs habentes, *convivificavit Christo*, &c. ut infra v. 5. Significatur autem ordo naturæ inter hæc duo, peccato mortuum esse, & Christo convivificari. Estque allusio ad baptismi ceremoniam, in qua prius est immergi, id est, mysticè, mori peccato; posterius emergere, i. e. ad vitam justitiæ exsurgere.

exsurgere. Sensus hic probabilis est, tamen non facilè recedendum à communi expositione [f], [mox danda.] Vel, *per lapsus* (vel, *delicta*, Er. V.) *& peccata*, Pi. Er. V. i.e. morte æternâ digni propter peccata [g], per peccata tanquam per instrumentum mortis, juxta Rom. 5. 12. propter peccata, tanquam causam; Rom. 6. ult [h]. vel, in *offensis & peccatis*, P. Be. sic G. Zan. Bod. Vor. est ergò ellipsis voculæ ἐν [i], qualis Prov. 6. 12 [k]. & Num. 27. 3. Vide & Act. 8. 23 [l]. Plena locutio est in loco qui huic est geminus, Col. 2. 13. & hîc in Syriaco [m], ut & infrà v. 6. Est ergò hîc Dativus pro casu qui Sextus dicitur, & Causam significat [n]. Græci quippe Dativo pro Ablativo, quo penitus carent, ad causam significandam utuntur, non addito ἐν [o]. Alioqui si Dativus in proprio suo sensu sumatur, ἀποθνήσκειν τῇ ἁμαρτίᾳ longè aliud indicat ab eo quod hîc significatur, ut videre est Rom. 6. 2 [p]. *Mortui in peccatis* sunt homines immersi vitiis [q], ità ut vix ulla spes sit eos ad vitam meliorem posse resurgere; qualibus Pythagorei struebant κενοτάφιον, & qualium exempla vitanda docet lex Nazaræatus in sensu mystico. In Seror Hamor habes הרשעים בחייהם קרויים מתים. Tales autem fuerant in Gentibus plerique, etiam ex Philosophis, ut ostendimus ad Rom. 1 [r]. Sensus est, Cùm essetis Spiritu mortui in delictis, &c. sive per delicta, &c. nimirum ut causam formalem hujus mortis. Peccatum enim est mors animæ [s]. Mortem Spiritualem hîc intelligit [h]; de qua passim in Scripturis fit mentio, ut Esa. 9. 1. Joan. 5. 25. 1 Tim. 5. 6 [i]. Vita Spiritualis ex Dei per Spiritum suum gratiosa præsentia in animo nostro promanat [k], éstque animæ unio cum Deo, vel actus animæ ex ea unione promanans, quo ad functiones & actiones spirituales idonea redditur, & sensu motúque Spirituali donatur [l]. Hujus vitæ operationes sunt sanctæ cogitationes, appetitiones, actiones. Spiritus S. regenerans in ea se habet loco animæ [m]. Hinc facilè intelligitur, quid sit mors Spiritualis, sive mortuum esse in peccatis, nempe quum Deus subtrahit gratiosam illam præsentiam atque imaginem ex hominis intellectu, corde, conscientia, &c. in cujus locum succedit imago Diaboli, &c. ità ut homo nihil jam sanctè intelligere, velle, facere, valeat [n], non magis quàm mortuus resurgere possit, &c [o]. Voces istæ, παραπτώματα & ἁμαρτίαι interdum permutantur [p], ut patuit suprà 1. 7. interdum distinguuntur ità ut ἁμαρτία sit חטא vel אשם, (utrumque enim Hebræum illâ voce transfertur) παράπτωμα verò מעל, quomodo vertitur ista vox Hebræa, Ezec. 14. 13. & 15. 8. & 18. 24. & 20. 27. alibi ἀνομία, ἀπόστασις, ἀποστασία. Sic Latini distinguunt *flagitium* à *scelere* [q]. Παράπτωμα hîc levius quiddam est quàm ἁμαρτία [r]. Al. Παράπτωμα significat peccatum originale, vel pravos motus internos; ἁμαρτία peccatum actuale, vel prava opera †. Sed malim has voces promiscuè usurpari [t], & peccata hîc significari actualia [v], ut fit, quoties in plur. numero usurpantur [x].

2. *In quibus* (peccatis [y]:) *aliquando* (vel, *olim*, Be. Pi.) *ambulâstis*] i. e. conversati estis [z], vitam egistis [a], vos etiam Ephesii, dediti tum vitiis aliis, tum magicis artibus. Vide dicta ad Act. 19. 19. Περιπατεῖν הלך *consuetudinem* significat [b]. Hoc argumento probat eos esse mortuos in peccatis. Unde constat, τὸ *ambulare in peccatis*, non renatorum esse, nec esse simpliciter peccare labíque in peccata, quod & renati faciunt, sed est, sponte & scientem ac volentem in eis se volutare atque oblectare, vitam in eis securè & sine timore Dei traducere [c]; in iis semet continenter, tanquam in arte exercere, &c [d]. sic contrà, *ambulare in bonis operibus*, v. 10. est in studio bonorum operum totâ vitâ se exercere, &c [*]. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου] *Juxta seculum* (i.e. homines [f], sicut *ætatem* Latini pro hominibus dicunt [g]: vel, *ævum*, vel *vitam*, D. vel, *mundanitatem*, Tre. ex Sy. i.e. vanitatem [h]: vel, *Ut est vita*, Il. P. Ca. Be. Pi. Zan.) *mundi hujus*, Er. Ti. sic Mo. Vulg. i.e. secundùm consuetudinem secularium mundanè viventium in hoc mundo [i]. Αἰών multa significat, interdum *vitam*, & per Metonymiam, *rationem vivendi*, quæ דרך Hebræis [k]: vixistis, ut mos erat plerisque [l], in peccatis omnium Gentium & seculorum communibus, h. e. in idololatria, &c. Causam hîc aperit cur in eâ tam securi vixerint, quia scilicet viderent parentes, avos, &c. viros sanctitate & eruditione illustres, totum denique mundum idololatricos cultus sequi [m]. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος] *Secundùm principem* (i. e. ex voluntate & imperio Principis, id est, Satanæ [n]:) *potestatis*, i. e. potestatum [*], q. d. *qui omnibus illis potestatibus aeris imperat*, singulari posito vice pluralis. De eo Principe vide Mat. 9. 34. & 12. 24. Marc. 3. 22. Luc. 11. 15. Joh. 12. 31 ‖. vel, *cui jus sive potestas est*, Er. Il. Ti. P. V. Be. Pi. vel, à Deo ipsi ante peccatum data, nec per peccatum adempta [o]; vel, à se usurpata [p]:) *aeris*, Mo. P. &c. vel, *aeriæ*, Tre. ex Sy. Vor. Med. h. e. spiritualis ac Dæmoniacæ [q]. *Aerem* intelligit caliginosum, nobis proximum [r]; vel, hanc infirmam orbis partem, in qua sola regnat ille, non ut dominus, sed ut tyrannus, & non nisi nostro vitio potens †. Diabolos non ante diem Judicii in gehennam detrusos esse, sed in Aere versari crediderim cum Hebræis, & Hi. Justin-Mart. Iren. Aug. [quorum verba vide in Med.] Alii eos in Gehenna esse colligunt ex 2 Pet. 2. 4. & Judæ v. 6. Alii sic conciliant, quosdam ex eis in gehenna, alios in aere esse. Sed cùm omnes peccâssent, quidni par esset omnium conditio [t]? Diaboli habitant & dominantur in aere, unde nos observant, tentant, invadunt [v], excitant tempestates &c [x]. ut constat ex historiis Jobi & Evangelistarum, & quotidiana experientia [y]. In libro Heb. dicto *Munus Novum*, *A terra ad cœlum omnia plena spiritibus* [z]. Joseph Castiliensis in Porta lucis, *A terra usque ad expansum non est locus vacuus, sed omnia plena sunt* ὄχλοις, i. e. *turbis. Ex iis quidam sunt puri, benigni, &c. alii polluti, lædentes*, &c. Vide ad Eph. 6. 12 [a]. Dæmonum multa sunt genera. Ignatius ad Ephesios, ἐν ᾧ πᾶς πόλεμος καταργεῖται ἀερίων καὶ ἐπιγείων πνευμάτων. Illi terrestres vocantur κοσμοκράτορες τοῦ σκότους, quia qui sub terra latent obscuri sunt; illi verò in Aere, τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, infrà 6. 12. Δαίμονος ἀερίου γένος. Habes idem in libro Hebræo qui dicitur *Cedrus Libani*. Terrestres illi suggerunt appetitus crassiores, quales sunt qui externis sensibus percipiuntur; illi verò aerei, superbiam, ultionem, κενοδοξίαν, idololatriam, vitia non minora, sed subtiliora [b]. ¶ *Spiritûs*, &c. Τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας] *Spiritûs* (Appositivè [c], ut referatur ad præced. ἐξουσίας, & ut vox sing. ἐξουσίας [d], ità & vox sing. πνεύματος sit pro plurali [*], quod frequens ubi de toto genere agitur: quomodo ἄνθρωπος est *humanum genus*. *Illorum*, inquit, *spirituum* [f]: ut sensus sit, Satanam esse Principem potestatum in aere habitantium, quæ sunt spiritus [g]: vel, *spiritu ipsius*, Be. vel, *spiritum*, Pi. ut sit antiptosis, πνεύματος pro πνεῦμα [h]: vel, *spirituum*, V. vel, & *spiritûs*, Er. P. Zan. Malim enim *spiritum* hîc poni pro afflatu, quo Diabolus insufflat in homines impia consilia & desideria, ut sit sensus, Satanam esse principem non solùm potestatum aeris, sed principem etiam primariúmque autorem illius afflatus quo mundus ad scelera ducitur [i].) *nunc efficientis* (vel, *agentis*, Er. P. *agente*, Be. *agentem*, Pi. vel, *qui modò efficax est*, Camer. *qui nunc efficaciter operatur*, Zan. Bod. h. e. impellit eos quocunque vult [k]. Tentat etiam electos, sed non efficaciter [l]: *qui nunc agunt*, V. *qui etiam nunc dominantur*, G. τὸ *nunc* additur, vel, 1. ut designet tempus hujus seculi, vel potiùs, 2. quia ante prædicationem Evangelii locum non habebat hujusmodi contumacia, juxta Joh. 15. 22 [m]. vel, 3. nè mirentur Ephesii, quòd adhuc multi Pseudo-apostoli & alii Evangelio resisterent, quia Satan etiam nunc in multis operatur, &c [n].) *in filiis* (vel, *hominibus*, Il. P. Be.) *insuasibilitatis*, Mo. vel, *inobedientiæ*, Val. Er. Zeg. *immorigeris*, Er. V. *incredulitatis*, Val. *incredulis*, D. *contumaciæ*, Tre. Ca. *contumacibus*, Er. P. Il. Be. D. q. d. non in vobis [o], sed in omnibus illis qui Evangelium sibi oblatum repudiârunt: υἱοὶ ἀπειθείας & hîc & Col. 3. 6. locutione Hebræâ sunt homines qui Divinis legibus quanquam & sanctis, & clara Divinæ patientiæ testimonia habentibus, subjicere se nolunt. Similis descriptio Deut. 32. 20 [p].

3. *In*, &c. Ἐν οἷς — ἀνεστράφημεν, &c.] *In quibus* (nempe παραπτώμασι, &c. *deliciis & peccatis* [q]; vide Col. 3. 7 [r]. Al. *Inter quos*, Er. P. Be. Pi. Zan. nempe rebelles †. Meliùs enim congruit ut referatur ad proximam dictionem [t].) *& nos omnes* (ego aliique Judæi [v]: Nè nimium onerari se putarent Gentes, addit & Judæos, qui illo tempore ἀπιστοῦ nihilo meliores fuerant, ut & ex S. literis & ex Josepho apparet. Dicit autem ἡμεῖς, quan-

f E. g V. h Zan. i G. sic Be. k G. l Be. m G. sim. Be. n V. o E. p G. q G. sic Zan. r G.] s Plerique in E. h Fe. sic E. ex Græcis. Bod. i Bod. ex Be k Bod. ex Zan. l Bod. m Zan. n Bod. o Zan. p G. sim. Be. q G. r Be. † Q. in Zan. & in Bod. t Bod. v Bod. sic Zan. x Bod. y E. z E. Me. a E. b G. c Zan. d Bod. * Zan. f V. Be. g Be. h D. i Me. sim. E. Pi. k G. l G. sic Zan.

m Zan. n Zan. sim. E. Me. Ti. Be. * Zan. ‖ G. o Zan. ex Chrys. p Zan. ex Amb. q Vor. r E. † Er. t Med. l. 1. dissert. 4. v Zan. x Zan. sim. T. y Zan. z G. sic D. a D. b G. c Zan. ex Græc. sic E. * Zan. E. f G. g Zan. h Pi. i Zan. k Zan. sim. Bod. Me. l Zan. m E. n Zan. o G. sim. Zan. p G. q G. E. Hi. in Zan. Vor. r G. † Be. sim. Zan. Vor. t Zan. v Zan. E.

quanquam ipse talis non fuerat (vixerat enim vitam non quidem ullo modo comparandam cum ea quam duxit postea Christianus, sed tamen probiorem quàm sui temporis Judæi, Phil. 3. 6.) utens figurâ κοινώσεως, per quam ea quæ sunt odiosa facimus nobis communia. Vide Dan. 9. 5. Servius ad illud, *& dubitamus adhuc? Et dubitas. Miscuit personam suam.* Tale & illud Homeri, Τυδείδη, τί παθόντε λελάσμεθα θούριδος ἀλκῆς. Vide & quæ diximus ad Rom. 7 [x]. Quomodo Paulus se his annumerat, cùm testetur se secundùm Legem fuisse irreprehensibilem, Phil. 3.6? Resp. Abstinuit quidem à scortationibus, furtis, &c. erat tamen, se teste, blasphemus in Christum, persecutor, sanguinarius, grassator, &c [y].) *conversati sumus* (i.e. vitam egimus [z], illorum vitæ similem [a]:) *aliquando* (vel, *olim*, P. Be. &c. priusquam veniremus ad Christum [b]:) *in desideriis* (vel, *cupiditatibus*, P. Pi. &c. *concupiscentiis*. Quâ voce significat naturam corruptam ejúsque appetitiones & desideria.) *carnis nostræ*, Mo. &c. i. e. pravæ concupiscentiæ nostræ [d], ad exemplum majorum nostrorum, quorum historia est Num. 11. 34*. ¶ *Facientes*, &c. Ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν] *Facientes voluntates* (i. e. cupiditates ac desideria: vox est plur. num [f]. Notare videtur duplices cupiditates perversas, quarum aliæ magis externæ, aliæ internæ sunt [g]: vel, *voluntatem*, Tre. ex Sy. vel, *quæ libebant*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi.) *carnis* (vel, *carni*, Er. P. &c. indulgentes actionibus illis crassioribus, putà Scortationibus, Adulteriis, & Vinolentiis [h]. *Carnem* hîc vocat partem animi ἄλογον [i], (ratione carentem,) vel, partem crassiorem corruptæ naturæ, quæ corpus, totámque partem animalem, irascibilem & concupiscibilem, omnésque carnis affectus, complectitur [k]:) *& cogitationum*, Mo. vel, *cogitationis*, Tre. ex Sy. *consiliorum*, Amb. in Er. *cogitationibus*, P. Be. Pi. E. illis nimirum quæ non ex sensu carnis ortum habent, sed solùm ex appetitu intellectivo, ut cogitatio honoris consequendi, &c [l]. subtilioribus illis vitiis, quæ sunt magis ἐν τῷ διανοεῖσθαι, & propiùs ad virtutes videntur accedere [m]: διάνοιαν hîc vocat partem animi λογικὸν [n], sive spiritualiorem, h. e. mentem. Hinc liquet, mentem ipsam & corruptam esse, & nomine *carnis* sæpe intelligi in S. S. ut Col. 2. 18 [o]. Nihil prorsus relinquit homini Paulus, quod non sit per peccatum non dico semimortuum, sed prorsus mortuum [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς, &c.] *Eramúsque naturâ filii iræ*, &c. P. Be. Pi. Er. &c. Non activè, pro hominibus iratis, ut *filii contumaciæ* pro contumacibus; sed passivè [q], digni & obnoxii iræ ac vindictæ Dei [r], proprii iræ †, rei iræ [t], & mortis æternæ [v]. *Ira* in his libris sæpe est pœna [x]: *filii iræ* sunt qui pœnam meruere, sicut *filii mortis* qui mortem [y], 2 Sam. 12. 5. Joh. 17. 12. 2 Thes. 2. 3 [z]. Trajectio hîc est nominis φύσει, qualis Gal. 4. 8 [a]. In MS. καὶ ἦμεν φύσει τέκνα. Φύσει significat, vel, 1. non opinione [b], sed reverà [c], ut Gal. 4. 8. Syrus מליאית, *plenè, omnino*: quomodo & Hieron. ait à veteribus acceptum. Non agi hîc de labe originaria satis ostendunt præcedentia, ubi describuntur vitia à quibus multi veterum fuere immunes. Tales erant plerique Israelitæ, quales fore prædixerat Moses Deut. 32. 5, 20. & quales describit Esaias, 57. 5 [d]. vel, 2. naturâ, non quatenus creata, sed quà corrupta est*; ex naturæ nostræ corruptione & propensione [f]; à primo exortu naturæ nostræ, quæ per Adamum & originale peccatum corrupta est [g]; ex nativitate [h]; non ex consuetudine & imitatione, sed peccatores nascimur, ut liquet ex Psal. 51. 7. Rom. 5. 12, 13, 14 [i]. Et hunc Apostoli locum Aug. Prosp. &c. volunt unum ex præcipuis esse quibus docetur, omnem hominem nasci in peccato originali. Huic intellectui congruit, 1. quòd non hîc dicit υἱοί, ut antè, sed τέκνα, quæ vox nativitatem seu partum expressiùs importat: 2. ordo Græci textûs, *filii naturâ iræ*, q. d. filii, quod ad naturam attinet, sive naturales, iræ, ut hos opponat filiis adoptione: 3. quòd hæc scribit in persona Judæorum [k], & vocem *naturæ* tacitè opponit eorum gloriationi de carnali generatione ex Abrahamo [l]; docétque, ipsos ex nativitatis origine, quâ naturam à parentibus acceperunt, aliquando fuisse iræ Dei obnoxios perinde ut Gentiles, quos ob nativitatem ex parentibus idololatris tanquam peccatores & immundos aspernabantur [m]. 4. quòd

x G. y Zan. z E. Me. sic Zan. a Zan. b E. c Zan. d E. sim. Zan. * G. f E. g Vor. h G. sim. E. i Be. k Zan. l E. m G. sim. E. n Be. o Zan. p Be. q Bod. ex Be. r Me. sic V. D. Zan. Bod. † Strig. t Pi. v Zan. x G. y G. sim. Bod. z G. a Pi. ex Be. b G. c G. ex Th. & Oecum. d G. * Be. sim. Zan. Bod. E. f Me. g T. sim. Zan. Bod. h E. ex Aug & Hi. sic Zan. Bod. i Be. k E. l Vor. sim. E. m E.

Apostolus mali hujus [vitæ depravatæ, de qua jam dixerat,] causam & radicem hâc locutione disertè denotare voluit [n]. Mihi videtur *naturam* opponere *gratiæ*, quâ mox *nos salvos factos esse* dicet. *Ira* erat nostræ Naturæ sive Nativitatis. *Salus* erat Gratiæ, & ob id Christo imputanda, non nobis ipsis [o]. Hoc uno loco, quasi fulmine, totus homo, quantus quantus est, prosternitur. Neque enim naturam dicit læsam, sed mortuam per peccatum, id eóque iræ obnoxiam [p].

4. *Qui*, &c. Πλούσιος ὤν, &c.] *Quum* (vel, *Ut qui*, Be.) *dives sit misericordiâ*, Pi. &c. Heb. רב חסד, Exod. 34. v. 7 [q]. Orationem hucusque suspensam colligere jam incipit, ac paulò pòst absolvit [r]. Loquitur hîc de misericordia Dei quoad effecta ejus, eámque à dilectione Dei proficisci docet †. ¶ *Quâ*, &c. ἣν, &c.] Pro ἀγάπην ἧ. Syntaxis Græca [t]. Vel, repetendum διὰ ex præced. vel subaudiendum κατὰ [v]. *Quâ dilexit nos*, P. Pi. &c. i. e. vel, 1. totum humanum genus. Hæc est dilectio illa antecedens de qua Rom. 5. 8. 1 Joh. 4. 10 [x]. vel, 2. *nos*, tum Judæos, tum Gentiles [y], quos elegerat, &c [z]. Mutat hîc personam 2. in 1. ὑμᾶς in ἡμᾶς, ob collationem Judæorum cum Gentibus [a].

5. *Et*, &c. Καὶ ὄντας ἡμᾶς, &c.] De istis duabus particulis δὲ & καὶ, quæ hîc πλεονάζουσι, diximus suprà [b]. [ad v. 1.] Καὶ hîc, vel redundat [c], vel, sententiæ ejusdem v. 1. inceptæ epanalepsin sive resumptionem ostendit [d]; vel, vim habet comparandi*, q. d. Non solùm vos Gentes, sed etiam nos Judæos [f]. Hæc ergò quasi apodosis est, respiciens ad v. 1 [g]. [Sic vertunt:] *Nos*, (vel, *Etiam nos*, V. Be. Er. Zan. vel, *Nos, inquam*, Camer.) *quum per lapsus* (vel, *per peccata*, Er. Be. *in offensis*, Be.) *mortui essemus, unà vivificavit* (vel, *fecit nos vivere*. ζωοποιεῖν adumbratum ex Hebræo החיה, quod habemus Deut. 32. 39. & alibi [h]; dignos fecit qui unà viveremus [i]:) *cum Christo*, Pi. &c. i.e. ad exemplum Christi [k], vel, potentiâ illâ quæ Christum excitavit [l]: vel, hac phrasi significat, tum, 1. causam salutis nostræ meritoriam; tum, 2. nostram cum Christo unionem ejúsque effectum esse vitam novam, &c. *Vivificatio* h. l. & justificationem & regenerationem nostram complectitur [m]. Vivificatio hæc duplex est, duplici morti respondens, infernali & spirituali, 1. quâ liberamur à reatu mortis æternæ, & donamur jure vitæ æternæ; hæc fit per expiationem remissionémque peccatorum: sic Deus nos vivificavit in persona Christi per mortem suam expiantis peccata, &c. 2. quâ à morte peccati in vitam spiritualem traducimur: hæc fit per communicationem Spiritûs Christi, &c [n]. Vitam hîc intelligit, vel, 1. gloriæ, quam in spe habemus [o]: vel potiùs, 2. justitiæ [p]: q. d. fecit nos participes spiritualis resurrectionis & novæ vitæ Christi [q]. ¶ *Cujus*, &c. χάριτι, &c.] Sumunt multi interpretes ut παρένθεσιν. Sed Chryf. istud hoc loco non videtur legisse: & credi potest festinatione scriptoris positum pro eo quod est infrà v. 8 [r]. Sed nollem hanc fenestram aperire infidelibus & hæreticis. Nec frustrà hoc additum: ostendere hîc voluit totam salutem nostram esse gratuitam, &c †. (*Gratiâ estis servati*) Pi. Er. Sed dura & insolens est hæc parenthesis [t]. At ea tribuenda est affectui Pauli admirantis donum Dei [v]. Cujus *gratiâ estis servati*, P. Be. Vulg. Ellipsis relativi, ut Jac. 5. 6. 1 Pet. 4. 14. 1 Joh. 3. 12. Imò in cod. Clarom. οὗ, *cujus*, exprimitur [x]. Qu. Sed cur dicit, *salvati estis*, non *sumus*? Resp. 1. Quia Judæorum salus erat partim ex veritate, Gentium prorsus ex misericordia, Rom. 15. 8, 9. ideóque magis gratuita, utpote non promissa [y]. Verùm mox sententiam suam ità explicat ut sit omnibus qui salvantur communis. 2. Repentina hæc personæ mutatio tribuenda videtur affectui Apostoli erga Ephesios, quibus, ut discipulis suis, singulariter commendatum esse voluit beneficium gratiæ Dei [z].

6. *Et*, &c. Καὶ συνήγειρε —— ἐν Χριστῷ] *Unáque suscitavit, unáque collocavit in cœlis in Christo*, P. Be. Pi. &c. Resuscitationem & sessionem hîc intelligunt, vel, 1. quam in hac vita consequimur: q. d. ut Christum resuscitavit, &c. ità & nos à morte peccati revocavit ad vitam justitiæ, & fecit ut conversatio nostra in cœlis esset [a]. Non placet, quia de hoc beneficio jam egit sub nomine vivificationis, &c [b]. Vel, 2. quam in fine seculi exspectamus [c], resurrectionem corporum, &c [d]. Sed in sensu

Verbo-

n Eod. o Er. p Be. q G. r E. † Zan. t Pi. v Be. x G. y Zan. sic Be. z Zan. a Pi. ad v. 1. b G. c Bod. ad v. 1. d Bod. ib. sim. Pi. v. 1. * Bod. f Bod. sim. Vor. g Vor. h G. i V. k G. sim. Me. l Ham. m Eod. n Zan. o Q. in E. p E. q T. sim. Me. r G. † Zan. t Be. v E. ex Th. x Be. y Caj. in E. z E. a Q. in E. b Zan. c E. d Plerique in Zan.

verborum variant *. 1. Hoc dicit, propter certitudinem, quam omnes pii ex resurrectione Christi concipiunt [f]. *Et pariter cum illo suscitavit*, Er. Nempe spe, ut dicitur Rom. 8. 24. Ideò Christum excitavit, ut sciremus nobis idem eventurum, *simulque cum illo sedere fecit*. Etiam nos ergò regnabimus, Matth. 19. 28. & 20. 21. 2 Tim. 2. 12. In quos ergò? Difficile dictu. *Mysterium est*, ut Chrys. hîc ait. Res tamen vera. Per ἀπαρχὰς sanctificatur tota frugum congeries. Sic Christus cœli possessionem adeptus est, non pro se tantùm, sed & pro nobis. Jus ad rem, ut & suprà diximus, sæpe rei nomen accipit [g]. Dicitur nos in cœlum evexisse, per spem, affectum, tendentiam, & vitam cœlestem, per quam reipsâ post mortem nos in cœlum invehet [h]. 2. Nos jam excitati dicimur actu & reipsâ, nempe in Christo, tanquam in capite, qui non suo tantùm, sed & nostro, nomine Regnum possidet: quomodo benedictis primitiis, reliquæ simul fruges, non tantùm potentiâ, aut spe, sed actu, benedictæ erant, &c [i]. Nos quidem non re, facto, aspectu, aut effectu, sed tantùm spe, jure, fide, affectu, resurreximus: sed mirâ & emphaticâ hâc phrasi [k], quod Christo tantùm reapse competit, illud nobis in ipso tribuitur, ut unio nostra cum Christo arctissima, & rei ipsius summa certitudo hoc pacto insinuetur [l]. Nexu nimirum triplici Christo copulati sumus, 1. æternæ prædestinationis, ut essemus ejus membra; 2. carnis nostræ; 3. Spiritûs sui [m].

7. *Ut*, &c. Ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις — ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς, &c.] *Ut ostenderet* (tanquam in specimine aut exemplo: id enim verbum hoc significat & 1 Tim. 1. 16 [n].) *seculis*, vel *in seculis*, *succedentibus* (vel, *supervenientibus*, Er. Mo. Be. &c. *futuris*, Tre. ex Sy. Cl. i. e. vel, 1. in seculo futuro [o], ubi perfectissimè declarabitur & cognoscetur magnitudo gratiæ Dei erga electos [p], q. d. ostendit nobis ampliores divitias in cœlis [q]. Quod nunc spe ac jure obtinemus, tunc in re ipsa obtinebimus. Αἰῶνες οἱ ἐπερχόμενοι, עולם הבא, tempus post resurrectionem; αἰὼν ὁ μέλλων, suprà 1. 21. Heb. 6. 5 [r]. Vel, 2. in temporibus sequentibus †, sive futuris hujus seculi [t]; h. e. hominibus victuris in seculis [v], perpetuò sibi succedentibus, in finem usque mundi, in exemplum posteris omnibus [x]:) *summas* (vel, *supereminentes illas*, Be. sim. Er. V.) *opes* (Vide Rom. 9. 23 [y].) *gratiæ suæ*, *per benignitatem* (vel, *benignitate* suâ, Be. Pi. πλοῦτος χάριτος, ut suprà 1. 7. Et augendi causâ adjecit ὑπερβάλλοντα, ut 2 Cor. 3. 10. & 9. 14. suprà 1. 19. infra 3. 19. Et post χάριτος adjecit ἐν χρηστότητι, ut istâ verborum abundantiâ magnitudinem beneficii significaret. Sic Esaias 63. 7. posuit רב טוב, & רחמון & rursus רב חסדיו. In MS. & ὑπερβάλλον πλοῦτος, quasi πλοῦτος esset Neutrum declinationis tertiæ. Et ità perpetuò in illo Libro poni solet πλοῦτος cum Adjectivis Neutris [z].) *erga nos* (vel, quâ utitur *erga nos*, V. i. e. me fidelésque omnes, tam Gentiles, quàm Judæos ab adventu Christi ad tempus quo hoc scribo. Ità sensus planus est, Per benignitatem Dei, defunctis Patribus in Christo præstitam, posteris autem prædicatam, ipsos quoque posteros intellecturos, quantæ sint divitiæ gratiæ, &c. eóque spem concepturos Deum futurum erga se liberalem, si crediderint [a].) *in Christo Jesu*, P. &c. Hoc addit, ut sciamus nos post Deum Christo omnia ista debere [b].

8. *Gratiâ enim* (nempe Dei, ex v. præced [c]. id est, favore Dei gratuito [d]: vel, beneficio gratuiti auxilii Divini *.) *servati estis*] Inchoatè [f], i. e. justificati [g]. Σώζεσθαι hîc est *purgari à vitiis*, *justum reddi*, ut Act. 2. 40. & 1 Cor. 1. 21. Nempe, sicut vita in peccatis *mors* dicitur, sic ab iis liberari appellatur *servari* [h]. Verùm non solùm justificationem hîc intelligit [i], sed totam plenámque salutem, ut liquet ex toto contextu, ubi resurrectionis, &c. mentionem fecit. Eam autem nos consecutos dicit, 1. in Christo capite; 2. quia eam certò consequemur. Qu. Sed cur dicit *estis*, non *sumus*? Resp. Non excludit Judæos, ut v. 10. docet, sed de Gentibus hoc exprimit, 1. quia ad ipsos gratiam Dei non pertinere putabant Pseudo-Apostoli, nisi Legem Mosis admitterent, & salutem volebant perfici per opera; 2. quia his nulla facta erit promissio, sicut Judæis, Rom. 15. 8, 9 [k]. Personarum tam crebrâ & consultâ permutatione subinnuit, fideles omnes sine discrimine eodem loco haberi, tanquam eidem iræ obnoxios, ejusdem salutis consortes, idque ex eadem Dei gratia [l]. ¶ *Per fidem*] Scilicet vestram [m], scil. in Christum [n], quæ hujus salutis initium est & fundamentum [o]; quæ ex libero arbitrii nostri consensu & cooperatione cum Dei gratia præveniente elicitur [p]. Hoc non ità accipiendum est, quasi fides gratiam præveniret, nec inter beneficia gratiæ ponenda esset, cui sententiæ mox obviat. Qui dicit, artificem totam domum ædificâsse super bono fundamento, non negat fundamentum ab ipso positum fuisse, &c [q]. Qu. Quomodo solâ gratiâ, si per fidem [r]? Resp. Sive fidei, sive gratiæ hoc tribuitur, perinde est, quia fidei non tribuitur tanquam causæ †, aut operi nostro [t], sed tanquam instrumento beneficium hoc oblatum recipienti [v]. Est autem necesse accipias salutem, si servari velis [x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τοῦτο, &c.] *Et hoc* (i. e. vel, 1. hæc fides [y]: *hoc ipsum*, scil. credere; non enim de habitu solùm, sed & de actu, fidei loquitur [z]: illud ipsum quod credidimus, Phil. 1. 29 [a]. Prolepsis est [b]: q. d. Hoc quod dixi, *per fidem*, non ità volo accipi, quasi fidem ipsam à gratia excipiam [c]; vel, 2. hoc quod dixi, *servati estis* [d]: ut ad totam sententiam referatur *, quod melius est [f].) *non est ex vobis*: (h. e. ex naturæ nostræ aut viribus [g], aut dignitate [h], aut merito [i]; non ex vestro desiderio, vel petitione [k]:) *Dei* (vel, sed *Dei*, Be. Pi.) *donum est*, Pi. Be. &c. i. e. ex gratuita & spontanea Dei liberalitate nobis provenit [l]. Fides sive in Deum fiducia procedit non ab argumentis humanitùs repertis, qualibus utebantur Philosophi, sed ab iis quæ Deus non rogatus in Christi miraculis & morte & resurrectione exhibuit. Meritò igitur hoc Dei bonitati adscribit, ejúsque *donum* vocat [m]. Vox *Dei* hîc emphasin habet. Nam cùm omnes gentes verum putant, quod datur dono illud ex gratia esse, quia non debetur, id multò magis locum habet in Deo, qui liberrimus est, & nihil nobis debet, &c [n].

9. *Non ex operibus*] Supple ex prioribus, *servati estis* [o]. Non acquisivistis istam justitiam longâ exercitatione, quomodo Philosophi dicunt acquiri virtutes. Subitò & sine labore ea vobis obvenit per compendiosam viam Fidei. Vide Rom. 4. 2. & ibi dicta [p]. Opera hîc excludit, vel, 1. quæ quis habet ex seipso, vel quæ fidem præcedunt [q]; vel, 2. absolutè omnia, quia hîc de tota agit salute nostra, quæ tantùm ex gratia est [r]. Vide hîc gratiam & opera inter se pugnare in officio justificandi & servandi †. ¶ *Ut ne*, &c. Ἵνα μή τις, &c.] *Nè quis glorietur*, P. &c. In se, aut viribus naturæ [t], vel, quòd aliquid de suo ad sui salutem attulerit [v], vel, se suis operibus meruisse, aut adeptum esse justitiam & salutem [x]. *Nè quis id laudi sibi tribuat*, quasi suopte ingenio aut labore pervenisset ad istam justitiam quam sanctitas & sancta opera sequuntur. Quicquid est in flumine fonti debetur [y].

10. *Ipsius enim sumus* (nos etiam Judæi, &c [z].) *factura*] Vel, *opus*, P. Be. &c. Ex Deut. 32. 6. Esa. 43. 21. & 44. 21. Populum Israeliticum Deus *sibi fecerat*, liberando eos Israelitas à servitute Ægypti: Populum Christianum *sibi* Deus *fecit* liberando nos à servitute vitiorum. Hæc est *nova creatio*, 2 Cor. 5. 17. Gal. 6. 15 [a]. Sumus Dei figmentum & corporale & spirituale [b]. Sed de nobis non ut hominibus, sed ut Christianis, hîc loquitur [c]. Probat, salutem nostram non esse ex operibus nostris tanquam causâ præcedente [d], quia bona opera sunt effectus salutis nostræ, quæ in justificatione & sanctificatione consistit *; & priusquam nos bona opera facere possimus, nos ipsi opus Dei fiamus necesse est [f], quod nihil aliud est quàm vitæ & salutis jam compotes fieri [g]. Quòd opera bona sunt, soli gratiæ debetur [h]. ¶ *Creati*, &c. Κτισθέντες — ἐπὶ ἔργοις] *Conditi* (nempe à Deo [i]:) *in Christo Jesu* (i. e. per fidem in Christum [k], per meritum Christi [l]. Opera nostra nec bona sunt, nec Deo placent, nisi propter Christum, & in persona Christi. Ut prima creatio fuit per λόγον, ità & secunda, &c [m].) *ad opera bona*, P. Pi. &c. vel, *ut bona opera ederemus*, G. sim. Me. Ἐπὶ hîc significat id cujus causâ aliquid fit, quomodo Græci dicunt ἐπὶ κέρδει, ἐπὶ μισθῷ. Sicut ex rudi mole terram Deus condidit ut fruges ederet, ità ex Hominibus ἀτάκτοις (*inordinatos*) Deus fecit compositos homines, ut deinde bona opera ederent. Παραπλησίως τῇ φύσει ἡ διδασκαλία (*doctrina propè natura est*) ait Theod.

Adde

* Zan. [f] Q. in Zan. [g] G. [h] Me. [i] Zan. [k] Bod. [l] Bod. sim. Zan. [m] Zan. [n] Zan. [o] Q. in Zan. & in E. [p] Q. in E. [q] Q. in Zan. [r] G. † Me. [t] E. [v] Pi. Bod. [x] Zan. [y] Be. [z] G. [a] Zan. [b] G. [c] Pi. [d] Zan. sic Bod. * T. sim. Me. [f] r. [g] Me. T. [h] G. [i] Zan. sim. Be. [k] Zan.

[l] Bod. [m] Zan. [n] Pi. E. [o] E. [p] T. sim. Me. [q] E. [r] Zan. † Bod. [t] Zan. [v] Bod. sic Zan. [x] Zan. [y] Be. Pi. [z] Zan. Bod. sim. Me. T. [a] E. [b] G. [c] Bod. [d] E. [e] Zan. sic Bod. Be. Ca. * Vor. sim. Bod. [f] Vor. [g] E. Zan. Bod. [h] Bod. sic Zan. [i] Bod. sic Me. [k] Zan. [l] Me. sim. Zan. [m] G. [n] Zan. [o] G. sim. Pi. [p] G. [q] Q. in E. [r] E. † Zan. [t] E. ex Aquin. [v] Zan. [x] Me. [y] G. [z] Zan. [a] G. [b] T. [c] E. sim. Be. Vor. [d] Bod. sim. Zan. * Bod. [f] Bod. ex Zan. [g] Bod. [h] Be. [i] E. [k] V. [l] E. sim. Me. [m] Zan.

Adde quæ de hac voce diximus in Prolegomenis ad Evangelia [n]. Non regeneravit nos Deus, ut otiemur, &c [o]. Occupatio est [p]. Depellit calumniam Pseudo-Apostolorum, quòd doctrina de salute ex sola gratia evertit bona opera. Imò, inquit, illa stabilit, &c [q]. Bona opera sunt effecta, licet non causa, gratiæ [r]. ¶ *Quæ*, &c. οἷς προητοίμασεν, &c.] *Quæ* (scil. opera †: οἷς, pro ἐκείνοις ἃ [s] vel, *Quibus*, nempe hominibus [v], ut ad *nos* referatur [x].) *præparavit Deus* (i. e. vel, 1. prædestinavit [y], præordinavit ab æterno [z], æterno suo consilio præparavit [a], dispofuit se nobis ea daturum [b]; vel, 2. *præparavit*, tum præscribendo formam operum, tum dando Spiritum qui ad optima quæque nos agat; quasi in mari aliquis & viam præsignaret, & simul ventos daret ferentes [c]: *præparavit*, nempe in nobis, per Spiritum suum nos disponendo & afficiendo, mentem illuminando, voluntatem flectendo, promptitudinem & vires ad ambulandum in iis suppeditando, nosque ad finem usque comitando, adjuvando & regendo [d].) *ut in eis ambularemus*, Pi. Be. vel, *versaremur*, P.

11. *Propter quod* (ut scilicet beneficii magnitudinem meliùs intelligatis [*]. Hactenus ostendit, Gentiles & Judæos ex æquo fuisse & perditos & gratiâ servatos. Id nunc ad Gentes speciatim applicat, quarum status miserabilior erat, &c [f].) *memores estote*] Concludit ex antedictis, omnes ad Christum conversos perpetuò gratias Deo debere, sed maximè illos ex Gentibus [g]. Semper mementote, & quid aliquando fueritis, & quid nunc sitis [h]. ¶ *Quòd*, &c. Ὅτι —— τὰ ἔθνη ἐν σαρκί, &c.] *Vos quondam* (sub. ὄντες, *quum essetis*, ex collat. v. seq. ubi sententia hîc inchoata, & interrupta, repetitur [i]:) *Gentes* (גוים. Eo enim nomine vocabantur qui non erant Israelitæ, Matth. 6. 32. & alibi sæpe [k].) *in carne*, (ob carnem non circumcisam [l]: vel, q. d. carnales, sive non renati [m]: Confer Joh. 3. 6. Rom. 8. 8 [n]. vel, *carne*, G. i. e. origine carnali [o]. Al. nec fœdus habebatis, nec tesseram ejus in carne [p].) *qui dicebamini præputium*, &c. P. Be. quamvis ad Christum conversi essetis, à fratribus tamen Judæis carnalibus sic dicebamini, & execrabiles habiti estis. Vide Act. 11. & 15. 1 [q]. Contemptim à Judæis etiam piis dicebamini ἀκροβυστία, i. e. ἀκρόβυστοι ἔχοντες, quod legimus Act. 11. 1. הערלים, Jud. 14. 3. & 15. 18. 1 Sam. 14. 6. & 17. 26, 36. & 31. 4. & alibi sæpe. Quæ vox Hebræa à Græcis plerumque vertitur ἀπερίτμητοι, at Jos. 5. 7. ἀκρόβυστος. Ἀκροβυστίας vocem pro ἀκροβύστοις habuimus & Rom. 2. 25, 26, 27. Sic περιτομὴ pari Metonymiâ pro *circumcisis*, Rom. 3. 30. & 4. 9. Non frustrà autem additur ἐν σαρκὶ & χειροποιήτου, quia est & alia Circumcisio mystica *cordis* sive *animi*, quæ est ἀχειροποίητος, Col. 2. 11. Hæc per Evangelium communis facta est Judæis & Gentibus [r].

12. *Eratis in illo tempore* (cujus tamen momenta fuerunt ab æterno præstituta †,) *sine Christo*] i. e. Sine Christi cognitione, lege, gratiâ, religione [t]. Quia promissiones de Messia ad solos Judæos à Prophetis annunciatæ fuerant. Vide Rom. 9. 4. Nunc eum possidetis non minùs vos quàm ii quibus promissus fuerat [v]. Meritò à Christo auspicatur, tanquam omnium promissionum scopo [x], omnium bonorum fundamento [y]. ¶ *Alienati*, &c. Ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας, &c.] *Alienati* (vel, *Abalienati*, Er. Il. sic P. Be. &c.) *à republica* (vel, *à civili statu*, Be. à civili commercio, Deut. 7. 2. Joan. 4. 9 [z]. *à conversatione*, Vulg. i. e. ab instituto vitæque ratione, id enim πολιτεία non rarò significat [a]: vel, *à civilitate*, Val. Er. V. Forsan Valla scripsit, *à civitate* [b]:) *Israel*, Mo. sic Er. P. Be. &c. quæ sola tum erat Dei Respublica [c]: q. d. ab Ecclesia, ideóque à verbi cognitione & promissione salutis, quia absque Christo. Christus enim & Ecclesia adeò inseparabiles sunt, ut Ecclesia nonnunquam *Christus* appelletur [d]. In illa Republica à Deo instituta (quámque Deus à cæteris secreverat [*];) non modò honores non poteratis capere [f], sed nec pro civibus haberi [g]: adeò distabant instituta. Vide Esth. 3. 8. & Tacitum de Judæis. Nunc verò aliam sibi Rempublicam Deus fecit, Ecclesiam scilicet, in qua per omnes honorum gradus provehi potestis non minùs quàm Judæi. Sic impleta eminenter prædictio, Esa. 55. 5 [h].
¶ *Et*, &c. Καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας ἐλπίδα μὴ ἔχοντες] Nomen τῆς ἐπαγγελίας jungendum, vel, 1. cum sequentibus [i]; cui favet, 1. quòd promissio satis in nomine *testamenti* continetur; 2. quòd *testamenta* absolutè ponuntur & Rom. 9. 4. subjunctis *promissis*; 3. quòd vox *promissionis* meliùs cohæret cum seq. *spes promissionis*, i. e. rerum promissarum, quàm cum præced. nam *testamenta promissionis* nunquam legimus [k]. [Sic ergò vertunt:] *Hospites* (vel, *Peregrini*, E. ex Hi. Me.) *testamentorum* (i. e. extranei, sive alieni, à testamentis sive pactis, quæ Deus cum Judæis inivit [l], quæ quidem multa erant, sed illa præcipua quæ promissiones Novi Testamenti continebant [m].) *promissionis*, (i. e. Messiæ venturi [n];) *spem non habentes*, Vulg. Mo. de Messia nihil, nè per umbram quidem, audientes [o]. Vel, 2. cum præced. eâdem tamen manente sententiâ [p]. [Sic ergò reddunt:] *Et extranei à pactis*, sive *testamentis*, sive *fœderibus* (i.e. cum quibus Deus nihil pepigerat [q]:) *promissionis*, (illius scilicet, *Ero Deus tuus*, &c [r]. vel, promissi Christi †. Pacta illa cum Abrahamo facta, deinde cum Isaaco & Jacobo, ac deinde pactum Legale per Mosem datum, nihil ad vos pertinebant, i. e. nihil de vobis loquebantur, Psal. 147. 20. Nunc pactum illud quod Christus attulit vos Judæis æquat. Omnia autem ista pacta vetera rectè vocantur *pacta* ἐπαγγελίας, quia annexas habent promissiones ex Dei parte; quæ videri possunt suis locis [t]. Plura fœdera nominat, quia multa erant specialia, v. g. fœdus circumcisionis, & alia talia. Hîc igitur nominatim designat pacta illa, quæ spirituales promissiones continebant [v]. Utitur plur. pro sing. aut διαθηκῶν dixit propter Legem & Circumcisionem [x]. *Pacta* in plur. dicit, & *promissionem* in sing. ut significet fœdus reapse atque substantiâ, semper unum idémque fuisse, diversa autem accidentibus & circumstantiis externis, & proponendi modo πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως [y].) *Spem non habentes*, Er. P. &c. scil. extra vitam hanc [z]; *spem* remissionis peccatorum [a], vel Resurrectionis [b], & vitæ æternæ [c], ut hoc explicatur, infrà 14. 18. Omne tempus post reditum ex Babylone erat vestibulum Evangelii. Resurrectio & Vita æterna plenè & certò revelanda erant per Messiam. Sed ex mystica Prophetarum explicatione per Esdram facta aliquem rerum illarum gustum Judæi acceperant, ut ex Maccabaicis libris, Pharisaicarum sententiarum descriptione quæ est apud Josephum, & Act. 23. 8. apparet. Gentes verò nullam habebant ea de re Divinam revelationem. Epicurus & Aristoteles nihil ejus credebant. Stoici animas putabant manere, sed non ultrà quàm ad tempus ἐκπυρώσεως. Platonici animas perpetuis vicibus nunc beatas, nunc verò miseras, fieri. Quicquid dicebant, conjecturæ erant incertæ, vagæ, fragiles [d]. Spem meritò conjungit promissionibus de Christo, sine quibus frustrà sperant homines [*]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἄθεοι, &c.] *Et Dei expertes*, P. Pi. vel, *sine Deo*, Vulg. Be. vel, quia plerique eorum in Atheismum devoluti erant: vel, quia cùm plures sibi deos asciscerent, tunc maximè [f], & reverâ [g], erant sine Deo [h]; sine Dei notitia & cultu [i], quia Deum verum non agnoscebant [k]; sine Deo propitio, Deum negligentes, & à Deo neglecti [l], vitam ducentes irreligiosam, nihil minus sibi proponentes quàm ut obsequantur & placeant Deo [m]. Per omnes terrarum oras verum Deum, Mundi scilicet Opificem, aut ignorabatis, aut certè non colebatis, sed pro eo deos ab hominibus fictos. Est autem sensus desumptus ex Ose. 4. 1. *Nec est cognitio Dei in terra*, Gal. 4. 8. *Non cognoscentes Deum* [n]. ¶ *In*, &c. Ἐν κόσμῳ] *In mundo*, P. Pi. Qui est cœtus impiorum, è quo Christus suos eripit, Joh. 15. 19. & 17. 14. [Gal. 1. 4.] viventes juxta seculum mundi hujus [o]. Portionem habentes in mundo, Psal. 17. 14 [p]. q. d. extra Ecclesiam, nam mundus Ecclesiæ opponitur [q].

13. *In Christo*] Vel, *Per Christum*, G. V. Christi gratiâ & beneficio [r]. ¶ *Qui*, &c. Οἵ —— μακρὰν] *Qui olim eratis procul*, P. Pi. à cognitione Dei veri, & à spe vitæ cœlestis †, ut ex v. præced. apparet [t]; vel, *longinqui*, Be. Non locorum spatiis, sed in Spiritu, corde, cognitione, fide, amore [v]. Alludit ad Esa. 49. 1 [x]. ¶ *Facti estis propè*] Adducti estis ad Deum [y], conjuncti Christo & Ecclesiæ & Deo, fœdere, fide ac spe [z]. Clare illa conspicitis, ut solent qui propè ad rem aliquam accessere [a]. ¶ *In sanguine* (vel, *Per sanguinem*, sub. *inquam*, P. i.e. mortem [b], vel meritum passionis [c]:) *Christi*] Mors Christi,

Margin notes (left column): n G. — o Zan. — p E. ex Chrys. — q Zan. — r E. — † Er. sim. — s Zan. — v Pi. — x Val. Er. — y Val. — z Aug. & Amb. in Zan. E. Bod. — a T. — b Me. — c E. — c G. — d Zan. — * Me. — f Zan. — g G. — h E. — i Pi. — k G. sim. Be. — l V. — m Zan. ex Amb. — n Zan — o G. sim. E. — p Be. — q Zan. — r G. — † Be. — t Me. — v G. — x Be. — y Zan. — z Me. — a E. sic V. — b Rev. — c J. Cap. — d Zan. — * Be. — f G. — g G. sim. Be. — h G.

Margin notes (right column): i E. ex Amb. & Primas. &c. — k E. — l E. Me. — m E. — n Me. sim. E. — o Me. — p Be. — q V. — r Zan. — † V. — t G. — v Vor. — x D. — y Bod. sim. Zan. — z J. Cap. — a Zan. — b G. — c G. Pi. — d G. — * Be. — f Me. — g E. Vor. — h E. Me. Vor. — i E. sim. Zan. — k V. sim. Be. D. — l Zan. — m J. Cap. — n G. — o Zan. Bod. — p Bod. — q Zan. — r Me. — † G. sim. Zan. Me. D. — t Vor. — v Zan. — x Be. — y E. sim. Me. — z Zan. — a G. — b V. Vor. — c E. — d G.

Christi, & eam secuta resurrectio vos rerum istarum certos fecere [d].

14. *Ipse enim* (h. e. Christus [*]:) *est pax nostra*] i. e. causa concordiæ [f], author pacis [g], qui pacem conciliavit [h], tum, 1. inter nos & Deum: tum, 2. inter duos populos hostiles, Gentes & Judæos [i]; inter conversos ex Judæis & ex Gentibus. Vide suprà 1. 10. Similis locutio Mic. 5. 5 [k]. Deus fuit pacificator, 2 Cor. 5. 19. sic & Moses: sed solus Christus *pax* dicitur, quomodo & justitia, salus, redemptio, &c [l]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν] *Qui utraque* (nempe ἔθνη [m], vel ἔθνη [n], i. e. utrumque populum, Judaicum & Gentilem [o]; vel, *ex utrisque*, V.) *fecit unum*, Pi. &c. nempe σῶμα, *corpus* [p], vel ἔθνος, *gentem*, inquam, seu populum alium, Christianum scilicet [q]: קרב אותם אחד אל אחד, Ezec. 37. v. 17. cujus loci mystica impletio hîc docetur. Vide Joh. 10. 16 [r]. ¶ *Medium*, &c. Καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας] *Et medium parietem* (vel, *interstitium*, Er. Ti. Ca. V. vel, *intermurale*, Zeg.) *maceriæ* (vel, *septi*, Ca. *Sepes* & *maceria* pro eodem usurpantur in Scriptura. Dicit autem *parietem maceriæ*, per Hebraismum, pro *maceriaceum* †. Dicit τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, pro, τὸν φραγμὸν μεσότοιχον, per Hypallagen [t]. Sed præstat Genitivum resolvere in participium, nempe διαφράσσων, h. e. *dirimens*, vel *separans* ‖. Al. *Et intergerini parietis septum*, Be. קיר פרץ, *intergerinum*, ut Plinius loquitur, *separans*. Nam Genitivus hîc more Hebræo est vice epitheti [v].) *solvens*, Mo. vel, *solvit*, P. Pi. *dissolvit*, Be. *abrupit*, Ca. *diruit*, Er. Il. Ti. Tre. ex Sy. Sic apud Terentium jubetur *maceria dirui ut fiat una domus* [x]. Qu. Quisnam est hic *medius paries maceriæ*, quo Gentiles à Judæis dividebantur? Resp. 1. Inimicitia, ut sequitur [y], inimicitiæ mutuæ, contemptus & odium inter ipsos [z]. Resp. 2. Lex mandatorum sive ceremonialis [a]: quam congruè *maceriem* vocat, 1. ut enim maceries ex multis durisque lapidibus constat, ità lex & multa habuit mandata, & dura erat ac intolerabilis populo, Act. 15. 10 [b]. 2. ut maceries est opus tantùm tumultuarium [c], aut certè temporarium & imbecillum [d], quo duo agri ad tempus disterminantur [*], tantisper dum in unius domini, h. e. Christi, potestatem pervenerint [f]. Metaphora hæc ducta est, vel, 1. à pariete intergerino qui duas solet conjunctas domos separare [g]: vel potiùs, 2. à Templi Hierosf. structura & more Judæorum [h]. Indubiè hîc alludit ad Loricam illam quæ Atrium Gentium disterminabat ab Atrio Judæorum [i]: de qua vide Josephum Antiq. 12. 3. & 15. ult. & 1 Macc. 9. 54 [k]. Duplex erat Lorica, sive septum, sive lapideus paries, três cubitos altus, quo diversa Atria cingebantur, 1. interior, quo populus, etiam Judæorum, à Templi ingressu & Atrio Sacerdotum, qui sacris in eo operabantur, discludebatur: 2. exterior, quo Ethnici, ab interioris Septi aditu, quo solis Judæis, & quidem mundis, patebat ingressus, arcebantur [l]. Huic inscriptum erat, *Nè quis alienigena sub capitis pœna loricam illam transgrederetur* [m]. Vide Ezec. 44. 7. Act. 21. 28 [n]. Alludit hîc ad utramque hanc loricam, eámque hîc vocat μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, & μεσότοιχον quidem, quia reverà fuit μέσος τοῖχος, *paries medius & intergerinus* inter populum & Sacerdotes, item inter Judæos & Gentiles; φραγμὸν autem vocat, quia paries ille hos ab illis ἔφραττε, *arcebat*, & quasi sepe quâdam separabat. Fuit autem paries ille geminus typus Ceremoniarum legalium, quibus Judæi tum à Deo veróque Dei cultu spirituali submovebantur, tum ab Ethnicis in Religionis cultu externo distinguebantur [o].

15. *Inimicitias*, &c. Τὴν ἔχθραν —— τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας] *Inimicitiam* (vel, *Simultatem*, Er. Il. Ti. V. *Inimicitias*, Ca. Tre. ex Sy. Id est, *Inimicitias*, Be. Appositivè cohæret cum *medium parietem* [p]; & referri potest, vel ad præced. λύσας, vel ad seq. καταργήσας [q]. Intelligit, vel, 1. odia mutua inter Judæos & Gentiles [r]; vel, 2. legem ceremonialem †, quam sic vocat per Metonymiam [t]; q.d. causam (vel, signum sive insigne [v],) inimicitiæ [x], vel dissensionis [y], inter utrumque populum [z], ob quam Gentes ab Israelitis spernebantur, contrà Israelitæ in Gentium erant odio tanquam ἄμικτοι, ἀσύμφυλοι, ἀκοινώνητοι [a]. Erat quoque hæc lex signaculum quoddam odii, quo Deus hominem peccatorem prosequitur; docebátque nos esse filios iræ, alienatos à Deo, reos, qui expiatione egebant. Denique ἔχθρα vocatur, quia legis illius observatio dura fuit, gravis, odiosa & molesta. Vide Mal. 1. 13. Act. 15. 9 [b]. Ponenda hîc ὑποστιγμή [c].) *in carne sua*, (vel, *per carnem suam*, Er. Il. Ti. &c. i. e. corporis sui sacrificio [d]. Hoc refer ad illud ποιήσας ἓν & λύσας. Fecit illud non victimarum carne, per quas fœdera sancire solebant, ut diximus ad Matth. 26. 27, 28. Idem est quod mox dicit, *per crucem* [*]. Suprà dixit, *per sanguinem*, hîc, *per carnem*, ut significet, se de toto loqui sacrificio, quod & caro erat & sanguis, non exclusâ personâ Filii Dei, &c [f]. Metalepsis est, *caro* pro toto corpore & homine, & *corpus* pro morte quam in corpore perpessus est [g].) *Legem mandatorum* (scilicet carnalium [h], sive ceremonialium [i], Legem Mosaicam [k]. Νόμος τῶν ἐντολῶν dicitur ea pars Legis quæ consistit in rebus per se nec honestis nec turpibus: & respondet vox ἐντολῶν Hebraicæ חקים, ut videre est Deut. 16. 12. 1 Reg. 2. 3. & 3. 14. Ezec. 18. 21. Hoc nomine intelliguntur præcepta de Diebus, de Victimis, de Cibis vetitis, & similia [l].) *dogmatis* (vel, *cum mandatis suis*, Tre. ex Sy. *per mandata sua*, Ar. Horum vim sustulit Christus δόγμασι, Col. 2. 14. quod hîc dicitur, ἐν δόγμασι, *per dogmata*, nempe sua, ut hîc rectè intellexerunt Sy. Chrys. Oecum. Th [m]. & plerique Græci & Latini, h. e. per præcepta Evangelica quæ Christus in locum Mosaicæ Legis substituit [n]. Docuit enim per Apostolos suos, hæc in se nihil habere egregii, & Deum istorum aut sequendorum aut non sequendorum, indulgere libertatem, quò intentiores sint homines ad potissima. Δόγμα vox est Græca, quæ frequens ad significandas Philosophorum doctrinas. Eâ hîc utitur Paulus, scribens hominibus tritis in Philosophorum scriptis. Sic Græci Patres sæpe Christianam doctrinam φιλοσοφίας nomine appellant [o]. [Alii illud, ἐν δόγμασι, aliter reddunt:] *in decretis*, vel *placitis*, sitam, sive *positam*, Er. Ti. V. Ca. Zan. Me. h. e. in placitis quæ ex mero decernentis placito obligant [p]. Sic vocat, quia erant mandata de ceremoniis penè innumerabilia. Hoc addit, ut significet hanc tantùm Legis partem abrogatam fuisse, non item illam de cultu & timore Dei, de Fide, Spe, Charitate, nec de promissionibus, &c [q].) *abolens*, Mo. &c. vel, *abrogans*, Er. Ti. &c. Καταργεῖν respondet Hebræo בטל: quomodo & à Syro hîc vertitur. Dicuntur autem καταργεῖσθαι ea quæ vim amittunt. Vis autem quæ hîc intelligitur est vis obligandi [r]. Est hîc verborum Trajectio, & nonnulla hîc supplenda †: Id est, *inimicitias dissolvit carne suâ*: (i. e. quia carne nostrâ indutus ea exhibuit atque implevit quæcunque ipsum venturum adumbrabant:) *Lege illâ præceptorum*, quæ *in ritibus* posita est, (ἐν δόγμασι, pro τὸν ἐν δόγμασι) *evanescere factâ*, h.e. abrogatâ [t]. *Inimicitiis*, i. e. *Lege mandatorum* quæ *in ritibus* posita est, *per carnem suam abrogatâ*, sive *abolitâ*, P. Pi. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ, &c.] *Ut duos* (vel, *duos illos*, Pi. nempe homines [v], vel populos [x], quod infrà τοὺς ἀμφοτέρους [y], Judæos nempe & Gentes [z], pro quo antè dixerat, ἀμφότερα, nempe γένη, ut jam diximus [a]: vel, *ex duobus illis*, Be. Pi.) *conderet* (vel, *crearet*, sive *pararet*, Er. De nova creatione loquitur, ut suprà 2 v. 10 [b]. vel, *formaret*, ut suprà v. 10 [c]. Opponitur hoc τῷ λύειν, quod præcessit [d].) *in semetipso* (velut centro quodam, ad quod ex diversis partibus lineæ concurrunt, aut velut in capite, à quo divisa membra corporis unitatem accipiunt [*]: *in se*, i. e. per insitionem in Christum †. Ut sibi & corpori suo, i.e. Ecclesiæ, inserat & incorporet [f]: ut in ipso & cum ipso coalescant [g]: ἐν ἑαυτῷ est Metonymia Efficientis pro Effecto; *in se*, i. e. per suam doctrinam. In MS. est ἐν αὐτῷ, pro ἐν ἑαυτῷ, sensu eodem [h].) *in unum novum hominem*, (i. e. non ut ex Judæo gentilem, aut ex gentili Judæum faceret, sed ut ex utroque componeret unum novum hominem [i], i. e. novum corpus, non priscis illis, sed novis, utentem legibus [k], in novitate vitæ ambulantem [l]; ut utrumque mutaret in alium novúmque populum, Christianum scilicet, h.e. in novam creaturam [m]. Sicut populus totus est una persona civilis, sic & Ecclesia [n].) *faciens pacem*, P. &c. tum inter nos & Deum [o], tum inter duos populos [p], *concordiâ constitutâ*. Vide suprà v. 14 [q]. Dissidii causâ sublatâ, h. e. Lege rituum, animísque pacatis, & inter se amicis †.

16. *Et reconciliet* (vel, *Et ut reconciliaret*, P.) *ambos* (vel, *utrosque*, P. Pi. &c. id est, utrumque populum [t], nempe

Margin notes (left column): d G. * Zan. G. f G. g Pi. h Me. sim. E. i Me. sic E. Zan. k G. l Zan. m G. n Zan. o Me. sic E. Zan. Vor. Ca. p G. q Zan. r G. † Zeg. t Pi. ‖ Vor. v G. x Idem. y E. z Me. a Zan. Vor. E. sim. Be. Pi. Cap. b Zan. c Bod. d Zan. Bod. * Bod. f Zan. g Plerique in Cap. h Cap. i Medl 1. dissert. 3. p. 26 Ham. k Ham. l Cap. m Cap. sic Ham. n Ham. o Cap. p Er. sim. Be. q Er. r Me. † Bod. sim. Be. Zan. E. Cap. t Bod. sic Vor. G. v Vor. x G. E. Vor. y E. z Vor. a G. sim. Cap.

Margin notes (right column): b Cap. c G. d Bod. sim. Zan. * G. f Zan. g Bod. h Zeg. i Er. sim. Zan. Bod. Cap. k Me. l G. m Idem. n E. o G. p Me. q Zan. r G. † Pi. ex Be. t Be. v E. x Me. Vor. y G. z G. Zan. Me. a G. b Vor. c G. d Be. * E. † Zan. f Me. g Be. h G. i E. k G. l Me. m Zan. n G. o Cap. p Me. sic Cap E. q G. r E. sic Zan. t Zan. v Me.

nempe inter se[v]:) *in uno corpore* (nempe mystico[x]; *in unum corpus*, i. e. ut in unum corpus coalescerent[y]: vel, in uno & eodem corpore Christi, ut exponitur Colos. 1. 22[z]. Hic *corpus* dixit quod modò ἄνθρωπον, sicut Latinis Collegia vocantur *corpora*. Sic *corpus civitatis* dixit Livius, & *sui Corporis Regem*. Hæc sunt corpora ἐκ διεστηκότων, ut loquuntur Græci, *ex distantibus compacta*, ut Pomponius Jurisconsultus[a].) *Deo*] Ad quem, tanquam præcipuum auctorem & scopum hæc reconciliatio duorum populorum referenda est[b]: *Deo* breviter dictum, pro, *ut Deo serviant*[c]. Al. *Deo*, i. e. in gratiam & amicitiam Dei patris restitueret[d]: docet Legis abrogationem necessariam fuisse, ut conciliaret, 1. duos populos inter se, de quo v. præced. 2. utrosque Deo, de quo hoc versu[*]. ¶ *Per crucem*] i. e. Per mortem suam in cruce[f], per meritum passionis suæ[g]. Cùm *crucem* dicit, simul intelligit doctrinam cruce sancitam: sed *crucem* dicere maluit, ut intelligamus, quanti res ista Christo steterit, ut eò majoris faciamus hoc beneficium[h]. ¶ *Interficiens*, &c. Ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν ἐν αὐτῷ] Nempe σταυρῷ[i]. *Peremptis inimicitiis per eam*, P. Pi. Be. G. ex Sy. nempe *crucem*[k], i. e. Christum in cruce pendentem[l]. Idem hîc valet ἀποκτείνας quod modò λύσας · sed crucis factâ mentione aptior fuit translatio verbi ἀποκτείνας, quia crux mortem adfert. Similis allusio Gal. 5. 24[c].

17. *Et* (Intellige Christus[d], de quo hactenus locutus est‖:) *veniens* (vel, *cùm venisset*, E. nempe in hunc mundum[*], vel ad utrumque populum[f]. Al. ἐλθὼν & πορευθεὶς voces sunt sæpe περιττικαὶ (*redundantes*) ut alibi diximus: aut, si quid significant, significant operam diligentem[g].) *evangelizavit* (i. e. læto præconio promulgavit[h],) *pacem* (quam etiam fecit, & acquisivit, de quo hactenus dictum. Nunc quomodo hæc pax mundo innotuerit & communicetur, declarat, nempe per Evangelii prædicationem[i]: *pacem* & cum Deo[k], & cum proximo[l], vel inter Judæos & gentes[m]: totum denique Christi beneficium *pacis* nomine complectitur[n].) *vobis qui longè fuistis* (nempe à cognitione veri[o], à Deo, Christo, salute[p], h. e. Gentibus[q]:) *& pacem iis qui propè*] i. e. Propinqui erant Deo per ejus notitiam & legem[r]; vel, ob Prophetias de Messia, & traditiones de vita æterna †, h. e. Judæis[t]. Vide suprà v. 13. Sumptum hoc ex Esa. 57. 19. In MS. εἰρήνην ὑμῖν τοῖς μακρὰν καὶ εἰρήνην τοῖς ἐγγύς[v]. De Judæis res hæc clara est, sed quærendum, quomodo dicitur ad Gentes venisse & prædicâsse? Resp. 1. venit, non in sua persona[x], sed per Apostolos & legatos, quibus ut Evangelizarent præcepit[y]. Sic Christus in Paulo *loquitur*, 2 Cor. 13. 3[z]. *Christus* εὐηγγελίσατο εἰρήνην est vox actionis simplicis pro actione duplici: sensus enim est, *fecit ut pax prædicaretur*. Vide Mat. 28. 19. Marc. 16. 15. Luc. 24. 47. Act. 1. 8[a]. Resp. 2. Christus ipse hoc fecit, cùm annunciaret tam Gentes quàm Judæos Deo reconciliandos & in unam Ecclesiam congregandos, &c. ut Mat. 8. 11. & 21. 43. & 24. 14. & 28. 19. Joh. 10. 16[b].

18. *Quoniam*, &c. Ὅτι δι' αὐτοῦ — προσαγωγὴν, &c.] Particula ὅτι hîc est, vel, 1. exegetica, ut sensus sit, Christum evangelizâsse pacem, &c. quam pacem? nempe, Quòd utrique accessum habent, &c. vel, 2. causalis, ut plerique rectiùs putant, ut sensus sit, Christum ideo pacem evangelizâsse non solis Judæis, sed etiam Gentibus quia utrique accessum jam habeant, &c. q. d. Quoniam utrique pacem hanc consecuti sunt, ideo utrisque etiam fuit annunciandam[c]. [Sic vertunt:] *Quoniam per* (ἐν hîc bis pro positum[d];) *ipsum* (tanquam mediatorem & pacificatorem nostrum[*]:) *habemus aditum* (vel, *accessum*, Mo. sic Tre. *introductionem*, Er. *adductionem*, Il. Zan. adductio autem fit per alterius manum & ductum[f]. De voce προσαγωγὴν vide Rom. 5. 2[g]. occurrit & infrà 3. 12. Προσαγωγὴ *aditus*, quasi ad Regem: προσάγειν, *admittere*, *aditum dare*, 1 Pet. 3. 18[h]. Omnis ad Deum accessus amicitiam cum Deo significat. Per quem autem Deo reconciliati sumus, per eundem etiam ad Deum adducimur[i].) *utrique* (Judæi & Gentiles[k]: Utrique per Christum ad Deum invocandum adducimur, ergò Pater utrisque est per Christum reconciliatus[l].) *per unum Spiritum* (nempe Spiritum Sanctum[m], ductorem & impulsorem[n], qui Spiritum nostrum afficit, ducitque ad Deum[o]: Christus est instar Portæ, per quam accedimus, &c. Spiritus dux noster est, per quem ingredimur[p].) *ad Patrem*, P. &c. Qui Spiritum Sanctum accepere certi sunt, se esse Dei filios, ac proinde magna cum libertate ac fiducia Deum ut *Patrem* suum alloquuntur, Rom. 8. 15. Gal. 4. 6[q].

19. *Non estis hospites*, &c. Ξένοι καὶ πάροικοι] *Hospites* (vel, *Peregrini*, Er. V. &c. *Extranei*, nempe à pactis, v. 12[r].) *& inquilini*, P. Be. Ca. Pi. vel, *incolæ*, Er. Il. Ti. Tre. ex Sy. sive *accolæ*, h. e. qui aliunde commigrârunt in alienam civitatem †. Sic eos vocat, quia multi ex illis morabantur inter Judæos, diversis tamen legibus, moribus, & religione utentes[t]. Vel, *sine domo*, nempe Israelis: respicit illud *abalienati à Rep. Israelis*. Πάροικος est exul, vagus, & sine certa domo[v]. [Sensus] Non ultrà estis exclusi à jure civitatis in populo Dei, ut antè. Vide suprà v. 12. Ξένοι sunt *qui peregrinantur*: πάροικοι *qui domicilium in aliquo loco habent sine jure civitatis*; *incolæ* in Digestis, & alibi[x]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ συμπολῖται, &c.] Barbara ferè vox. Nam ut πολῖται Græci, ità Latini *cives* dixere, non συμπολίτας, neque *concives*. Isocrates tamen συμπολιτευομένοις dixit[y]. In Glossario, Συμπολίτης, *concivis*. At Latini dicunt, *civis meus*, *municeps meus*, i. e. ejusdem civitatis aut municipii[z]. *Sed concives Sanctorum* (omnium scilicet verè sanctorum qui unquam fuerunt futurive sunt[a], tam in cœlo, ut Angelorum[b]; quàm in terris[c] Patriarcharum & Prophetarum, ut locus, hic similis sit illi, Heb. 12. 23[d]. Vel, *Sanctorum*, i. e. Judæorum[*], respectu quorum antè *peregrini* dicebantur, qui *Sancti* dicebantur respectu Abrahami, Isaaci, &c. qui verè sancti erant, &c[f].) *ac domestici Dei*, P. Pi. i. e. ad familiam Dei pertinentes. Οἰκεῖοι [hîc] ut Gal. 6. 10. 1 Tim. 5. 8. vel οἰκιακοί, ut Mat. 10. 25, 36. Hebraicè & Syriacè בני בית, sunt *ii qui ad familiam alicujus pertinent*, quales primo loco sunt filii familiâs[g]. Apud nos *domestici* dicuntur ut liberi, ità & servi, sed apud Deum soli filii, qui soli sunt veri servi Dei. Est ergò hîc Liptote[h].

20. *Superædificati* (vel, *Superstructi*, P. Pi. Zan. Alibi dicuntur, *insiti*, *incorporati*, *adglutinati*. Quæ voces omnes unionem & communionem duntaxat cum Christo significant[i].) *super fundamentum Apostolorum ac Prophetarum*] i. e. Vel, 1. Super Apostolos & Prophetas, qui sunt fundamentum Ecclesiæ[k]; non quidem primarium, quod est Christus, 1 Cor. 3. 11. sed secundarium, per suum ministerium[l], quatenus doctrinam salutis per Christum annunciârunt[m]. Vel, 2. Super doctrinam Apostolorum ac Prophetarum[n]. Voces per translationem usurpatæ aliis aliter aptantur: Jesus *fundamentum*, 1 Cor. 3. 11. & Apostoli *fundamenta*, Apoc. 21. 14. Apostolorum testimonium de iis quæ viderunt, audiverunt, palpârunt, congruens cum prædicationibus Propheticis, inconcussam facit fidem Christianorum, sicut fundamenta Templum Hierosolymitanum, 1 Reg. 5. 17[o]. Vel, 3. Super fundamentum quod Apostoli & Prophetæ jecerunt, nempe Christum[p], quem illi pro unico mediatore, servatore, & Ecclesiæ capite prædicârunt[q]. Sic Apostolus ipse explicat 1 Cor. 3. 11. Vide & Esa. 28. 16[r]. Obj. Christus non est hoc *fundamentum*, sed *lapis angularis*, ut sequitur. Resp. 1. Res sæpe una appellationes tralatitias varias ex rationibus variis obtinet, quomodo & unâ similitudine res diversæ denotantur. Sic idem Christus *fundamentum*, 1 Cor. 3. 11. *templum*, Joan. 2. 19. *ostium*, Joan. 10. 7, 9. *lapis angularis*, Psal. 118. 2. *Architectus*, Mat. 16. 18 †. 2. Idem hic lapis est & angularis, & in fundamento positus. Supponit enim Paulus lapidem tam magnum, & ità fabricatum, ut & totius domûs fundamentum sit, & ab omni etiam extrema parte rectâ ascendat ad summitatem usque domûs, ut angularis lapis, quo diversi parietes simul copulentur, eòque tota domus simul contineatur & conservetur. Totum enim hoc à Christo præstitum vult, &c[r]. Non dicit *fundamenta Apost. & Proph.* sed *fundamentum*, ob consensum doctrinæ ipsorum, &c. Præponuntur autem *Apostoli Prophetis*, non temporis, sed dignitatis ratione[v]. *Prophetas* hîc intelligit, vel, 1. Novi Testamenti, qui proximi dignitate Apostolis, 1 Cor. 12. 28. infrà 3. 5. & 4. 11[x]. vel potiùs, 2. Veteris Testamenti[y], qui prænuncii erant Evangelii, &c[z].

Marginal notes, left column: v G. sim. Vor. · x Q. in Zan. · y Be. · z Zan. · a G. · b Vor. · c G. · d E. · * Zan. · f Pi. sim. Zan. E. · g E. · h G. · i G. Be. ex Sy. · k Er. V. Be. · l Be. · c G. · d Zan. Me. · ‖ Zan. · * Me. E. · f Zan. · g G. · h Me. · i Zan. · k Zan. sic E. · l Zan. · m E. · n Zan. · o G. · p Me. · q G. E. Me. Zan. · r E. Me. · † G. · t E. Me. Zan. · v G. · x Zan. · y E. ex Amb. Aquin. L. Caj. sim. Vor. Zan. · z Zan. · a G. · b E. ex Anselm. · c Zan. · d G. · * E. Me. · f Zan. · g G. sic Pi. · h G. · i Zan. · k Me. · l Zan. · m Zan E. · n Me.

Marginal notes, right column: o Zan. · p Be. · q G. · r Zan. · † Er. · t E. · v Zan. · x G. · y Camer. · z G. · a Zan. · b Plerique in E. · c Zan. · d Plerique in E. · * Ham. ex Procop. sim. Vor. · f Ham. · g G. · h Zan. · i Zan. · k Me. sic E. · l E. · m E. sim. T. · n Vor. Pi. · o G. · p Zan. sim. Be. Pi. Ga. · q Zan. · r Le. · † Ga. Cin. p. 402. · r Zan. · v E. · y E. Vor. sim. Zan. · z E.

¶ *Ipso*, &c. Ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ, &c.] *Existente summo* (vel, *imo*, P. Be. Nam ἄκρον extremum quodvis, tam summum quàm imum denotat [a].) *angulari* (sub. *lapide*, P. &c.) *ipso Jesu Christo*, P. Be. &c. Qui κεφαλὴ γωνίας, Mat. 21. 44. ex Psal. 118. 22. Ipsa vox ἀκρογωνιαίου est in Græco, Esa. 28. 16. In angulis præcipua vis est quâ ædificia sustinentur, ut ad Mat. 21. diximus [b]. *Anguli* vocantur ii qui autoritate præstant, & Reip. molem quasi fulciunt, ut 1 Sam. 14. 38. & Esa. 19. 13 [c]. Ἀκρογωνιαῖος λίθος est is unde angulatæ structuræ initium ducunt [d], vel qui in extremo anguli fundamento positus, duos parietes conjungit [*]. Christus autem sic dicitur, 1. ob soliditatem ac robur [f], quia est præcipuum fundamentum totius Ecclesiæ [g]. 2. quia conjungit (& in seipso continet atque sustentat [h],) duos populos, Judæos & Gentes, &c [i]. Al. *Cùm imus angularis sit*, &c. Pi. Il. *Ubi* (i. e. in quo ædificio [k]:) *summus lapis—est*, &c. Er. in Zan. *Cujus* (i. e. vel, fundamenti, vel ædificii;) *imus angularis*, &c [l].

21. *In*, &c. Ἐν ᾧ πᾶσα ἡ οἰκοδομὴ συναρμολογουμένη αὔξει —ἐν Κυρίῳ] *In quo* (Super quo, scil. lapide [m]: *Per quem*, V. scil. Christum [o]:) *totum* (vel, *omne*, V.) *ædificium* (vel potiùs, quævis pars ædificii, quicquid super hoc fundamento exstruitur [p]:) *congruenter coagmentatum* (aptè certáque ratione constructum [q]: vel, *quod compingitur*, V. *commissum* sive *coaptatum*, Er. decenter unitum & cum fundamento, & cum partibus singulis, ità ut omnia suum sibi suóque officio convenientem habeant locum [r]. In Glossis, συναρμολογῶ, *compagino*. Idem est διὰ ἁφῶν καὶ συνδέσμων συμβιβαζόμενον, Col. 2. 19. Sed ibi à Corpore humano similitudo ducitur, hîc à Templi ædificio. In structura lapides sunt alii propiores fundamento, alii remotiores, idque per multos gradus. In Corpore est Caput, sunt Arteriæ, sunt Venæ, sunt Musculi, sunt Nervi: Sic in Ecclesia sunt & semper esse debent gradus per quos Dei Spiritus ad minimas usque partes influit †.) *crescit* (id quod supponit hos *lapides* esse *vivos*, ut dicitur 1 Pet. 2. 5. & à fundamento suo vitam accipientes [t]: vel, *crescit*, i. e. assurgit. Est Translatio in Allegoria: nam *augeri* propriè est corporis naturalis; *surgere* de ædificiis dici solet,———*quorum jam mœnia surgunt*. Sed nec alterum extra usum est [v]. Dicit, *crescit*, temp. præs. quia architecti adhuc in opere versantur [*].) *in templum* (i. e. in Ecclesiam [y], ut fiat templum, h. e. domus [z]. Notatur ædificationis effectum. Sic apud Claudianum strages dicuntur *crescere in cumulum*, i. e. ità ut tandem magnus cumulus fiat [a].) *sanctum* (Alludit ad Templum Hierosol. quod fuit vivi istius ædificii typus [b]. Sicut דביר *adytum* Cœli summi, ità היכל Ecclesiæ figura [c].) *Domino*, Pe. Be. Repetitur antecedens, more Hebræorum, quamvis expresso relativo, cùm præcesserit ἐν ᾧ, si hoc conjungas cum αὔξει [d]: vel, *Domini*, D. Me. Sic idem, *vinctus in Domino*, & *vinctus Domini*; *circumcisio in carne*, & *circumcisio carnis* [*]: vel, *in Domino*, Vulg. Pi. Referri potest, vel ad *sanctum*, vel ad *crescit*, q. d. quod omnem, vel sanctitatem, vel profectum, habet ex Domini Christi merito [f]: vel, *propter Dominum*, Q. in D. *per Christum*. Est nomen pro relativo pronomine αὐτῷ, more Hebræorum [g]. Significat, hoc incrementum pendere à Domini virtute [h].

22. *In quo* (vel, templo [i], vel fundamento Ecclesiæ, & lapide angulari, Christo [k]: vel, *Per quem*, V. Me. Christum [l].) *& vos coædificamini* (vel, *unà ædificamini*, Be. Pi. unà cum aliis Christianis [m], cum fidelibus qui ex Judæis sunt [n], inædificamini huic fabricæ [o].) *in habitaculum Dei* (i. e. templum in quo Deus habitet [p]: שכינה κατοικητήριον significat *Tabernaculum*, Exod. 15. 17. & 33. 14. & postea *Templum*, quod in Tabernaculi locum successit. Non tantùm tota fidelium collectio, sed & fideles singuli rectè appellantur *templum*, quia in ipsorum mentibus Spiritus Dei habitat, 1 Cor. 3. 16, 17. & 6. 19. 2 Cor. 6. 16. Philo De præmiis, καὶ γάρ ἐστι τῷ ὄντι βασίλειον καὶ οἶκος Θεοῦ, τοῦ σοφοῦ διάνοια [q]:) *in spiritu sancto*] vel, *per Spiritum*, P. Be. Pi. i. e. per operationem Spiritûs Sancti [r], qui gratiâ suâ & charitate, quasi glutino, vos coagmentat & continet †.

[Margin: a Bod. ex Zan. Be. — b G. — c Be. — d G. — * E. — f Me. — g E. — h Me. — i E. sic Me. — k Zan. ex Er. — l Q. in Zan. — m E. sim. Be. — o Me. — p Zan. — q E. — r Zan. — † G. — t Zan. — v G. — * Be. — y Me. — z E. — a Pi. — b Be. — c G. — d Be. — * D. — f E. — g G. — h Pi. — i Me. — k Zan. — l Me. G. — m Me. — n E. — o Me. — p E. — q G. — r E. — † Me.]

CAP. III.

1. **H**Ujus rei gratiâ] i. e. Propter Evangelium vobis Gentibus prædicatum [a]: vel, hujus doctrinæ (quæ est Christi, & à quo vestra salus pendet,) retinendæ causâ, nè ab ea deficiatis, sed potiùs in ea, exemplo meo, confirmemini: vel, ut magis ac magis coædificemini super hoc fundamentum, &c [b]. ¶ *Ego*, &c. Ἐγὼ Παῦλος ὁ δέσμιος —ὑπὲρ ὑμῶν, &c.] Oratio imperfecta est [c], vel hyperbato suspensa [d], usque ad illa verba v. 8. *mihi omnium—minimo*, &c. Commutatio autem recti in obliquum excusatur exemplis Thucyd. & Demost. &c ‖. Non rarò evenit Paulo ut inchoato, nec absoluto, sermone interjiciat ingentem παρένθεσιν, deinde ubi rediturus est ad id quod animo conceperat, inferat aliam constructionem, quæ non verbis, sed sensu, cum prioribus consonat. Hîc παρένθεσις incipit in verbis εἴγε ἠκούσατε, [v. 2.] finit in verbis, τῆς δυνάμεως αὐτοῦ; deinde cùm secundùm Grammaticas regulas dicendum fuisset, [v. 8.] ἐλαχιστότερος πάντων ἔλαβον τὴν χάριν ταύτην, dixit, ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη; planè quomodo Gal. 2. 6. cùm dixisset, ἀπὸ τῶν δοκούντων, & exspectaretur οὐδὲν ἔλαβον, subintulit οὐδὲν προσανέθεντο [*]. Al. Construenda sunt hæc verba, vel cum *peto*, v. 13 [f]. vel cum *flecto genua*, v. 14 [g]. vel cum *adhortor vos*, Eph. 4. 1 [h]. ubi [v. 14.] resumit Apostolus sententiam & absolvit [i], ut omnes versus intermedii claudantur parenthesi [k]. Al. Manifesta est hîc ellipsis verbi [l], quod respondeat τῷ, *Ego Paulus vinctus* [m]. Id variè supplent [n], vel, 1. πρεσβεύω, *legatione fungor*, ex Ephes. 6. 20 [o]. vel, 2. *glorior*, ex collat. Phil. 2. 16 [p]. vel, 3. *hæc scribo* [*]; vel, 4. εἰμί, *sum* [q], quæ ellipsis usitatissima est. Sed obstat articulus ὁ ante δέσμιος [r], utpote trahens suum nomen in partem subjecti †. Verùm duplex hîc esse potest construendi modus, 1. ut δέσμιος sit prædicatum, q. d. *Ego Paulus sum ille captivus*; 2. ut ὁ δέσμιος sit, unà cum nomine *Pauli*, subjectum, loco autem prædicati repetatur eadem dictio, δέσμιος, cum verbo, *sum*; vel addatur verbum ejusdem significationis, cum particula, *adhuc*, vel alia simili: quâ significetur Pauli constantia in cruce perferenda propter hanc doctrinam, hoc modo, *Ego Paulus captivus ille Christi Jesu*, sub. *sum adhuc*, *& multos jam menses captivus*, ex collat. Act. 28. 30. quod hîc modestè innuit per Aposiopesin [t]. [Verba sic reddunt:] *Ego Paulus* (sub. *sum*, Be. P.) *captivus* (vel, *vinctus*, Vulg. Er. D.) *ille Christi Jesu* (passivè [v], Christi causâ [*], propter assertam doctrinam & gloriam Christi [y]. Hic Genitivus Causam ob quam denotat. Sic & 2 Tim. 1. 8. Philem. 1. 9. pro quo infra 4. 1. dixit δέσμιος ἐν Κυρίῳ. Sic δεσμὰ εὐαγγελίου, Philem. v. 13. Scripta hæc Epistola, ut & ad Colossenses, Philippenses, altera ad Timotheum, & illa ad Philemonem, intra biennium illud quo Paulus militi alligatus Romæ vixit, Act. 26. 16, 30 [z].) *pro vobis Gentibus*, P. Be. Pi. i. e. propter defensam vestram causam & salutem, quia prædico salutem merè gratuitam esse, nec minùs ad Gentiles quàm ad Judæos pertinere [a]: quia Gentes incircumcisas vocavi ad Evangelium [b], accusatus sum à Judæis & ex eo vinctus Romam veni [c].

2. *Si*, &c. Εἴγε ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν, &c.] *Siquidem* (vel, *Si tamen*, Vulg. Non dubitantis est, sed potiùs affirmantis [d]: *Si modò*, Be.) *audivistis* (non solùm ex me, sed ex ore omnium fidelium [*], quod mihi persuadeo [f], & constat [g]. Heb. שמע propriè est *audire*, sed alibi εἰδέναι & γινώσκειν, per quas voces etiam vertitur interdùm. Vestro bono mihi hæc evenere, videlicet si modò ea bene intellexeritis quæ jam dixi & dicam [h].) *dispensationem* (vel, *distributionem*, V. *administrationem*, Er. E. activè sumptam, quatenus scil. constitutus sum dispensator [i]: munus dispensandi & communicandi [k]. Οἰκονομία dicitur *assignatio partium*, qualem in familia facere solent dispensatores, 1 Cor. 9. 17. Eph. 1. 10 [l].) *gratiæ* (scil. Evangelicæ [m], h. e. salutis per Christum [n]. Al. Munus hoc *gratiam Dei* vocat, utpote gratuitò collatam [o]: χάριν ταύτην δόξης vocat ipsum Apostolatum, summum in Ecclesiis honorem, ut & Gal. 2. 9. Sic Rom. 1. 5. χάριν καὶ ἀποστολήν, i. e. χάριν ἀποστολῆς [p].) *quæ* (non dispensatio, sed gratia [q]:) *data est mihi* (nempe utenda [r]:) *apud*, vel *erga vos*, P. Be. Pi. Heb. מנת תחנות אל עלי

[Margin: a Me. — b Zan. — c E. — d E. sic Pi. — ‖ Oecum. in E. — * G. — f Zan. — g E. Zan. sic Pi. — h Ham. ad Eph. 4. 1. — i E. — k Zan. sim. E. Ham. Pi. — l Zan. — m E. — n Zan. — o Amb. in E. sim. Ca. V. — p Be. — q Camer. — r Be. Vor. Zan. ex Sy. & Er. &c. — † E. Ca. — t E. — t Zan. — v Idem. — * Me. D. — y Zan. sim. Be. — z G. — a Zan. — b G. sim. E. — c G. — d E. — * Zan. — f Me. — g E. — h G. — i Zan. sic T. — k T. — l G. — m Zan. sic T. — n T. — o E. — p G. — q E. — r Pi.]

עליכם; *partem illam Apostolatus mihi datam quæ ad Gentes pertinet*, vel *circa Gentes administranda est*, Gal. 2. 7, 8. Act. 11. 15 †. Loquitur de vocatione sua peculiariter Gentibus destinata [t].

3. *Quoniam*, &c. Ὅτι — ἐγνώρισέ μοι, &c.] Deum videlicet *per revelationem* (scil. à Deo. Docet, cognitionem suam certissimam fuisse [v]: Innuit se immediatè vocatum, quod refertur Act. 9. 15. & 22. 21 [x].) *notum mihi fecisse mysterium illud*, Be. Pi. &c. In MS. ἐγνωρίσθη μοι, quomodo & Latinus legit & Syrus. Nempe non tantùm primâ istâ revelatione, de qua Act. 9. sed & multis subsequentibus, de quibus 2 Cor. 12. 1, 7. patuit mihi, inquit, apertiùs quàm ipsi Petro, rituum Judaicorum onera non modò non imponenda Gentibus, sed nè à Judæis quidem observanda posthac, quasi ex præcepti necessitate. Vide Rom. 7. & Gal. 4. Itaque Paulus in hac re ut Propheta magis illustratus Petrum illustravit. Meritò autem μυστήριον vocat quod etiam Apostolorum præcipuis non satis patuerat antea [y]. Sed quærendum [ampliùs] quodnam sit hoc mysterium, &c [z]? Resp. 1. De redemptione ac justificatione hominum per Christum [a]. Sed illud mysterium toti doctrinæ Apostolicæ commune est [b]. 2. De vocatione Gentium [c], ad salutem, idque sine Legis operibus [d]. 3. De Pauli legatione ad Gentes [*]. ¶ *Sicut*, &c. Καθὼς προέγραψα ἐν ὀλίγῳ] *Quemadmodum paulò antè* (i. e. πρὸ ὀλίγου [f],) *scripsi*, Er. G. Zan. i. e. ὀλίγῳ πρότερον ἔγραψα [g]. *Sicut antea* (nempe cap. præced. 1. & 2 [h]. ubi multa de hoc mysterio dicta [i]:) *paucis*, Be. Pi. P. Er. Tre. &c. vel, *in brevi*, Mo. Vulg. *breviter*, Ca. sic Zan. E. Me. T.

4. *Prout*, &c. Πρὸς ὃ δύνασθε ἀναγινώσκοντες νοῆσαι τὴν σύνεσίν μου, &c.] *Ad quod* (vel, *Juxta quod*; ut sensus sit, Scripsi vobis non secundùm rei magnitudinem, sed juxta quod potestis legentes capere intelligentiam meam, i. e. id quod ego intelligo & capio, de mysterio Christi [k]. Vel, *Ex quo*, Be. P. Pi. Cohæret hoc cum verbo νοῆσαι, & accipitur πρὸς ut in illo Ovidii, *Mortua (crede mihi) tamen ad tua verba revixi* [l]. *Ex quibus*, Er. Il. Ti. V. *Unde*, Ca. Quò certiùs credatis me à Deo datum Apostolum Gentibus [m]. *Prout*, Vulg. Tre. ex Sy.) *legentes* (vel, *perlecto*, P. Be. Pi. vel, *dum legitis*, Tre. ex Sy. sic Ar. quæ suprà scripsi [n], cap. 1. & 2 [o]. repetentes aliquoties ea quæ jam scripsi. Δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά [p].) *potestis intelligere* (& percipere [q]: vel, *perpendere*, Be. *animadvertere*, Ca.) *prudentiam meam* (vel, *cognitionem meam*, Er. Il. Ti. *quæ sit mea intelligentia*, Er. Il. Ti. quam scientiam habeam [r], quousque ego in illius arcani cognitione, Deo dante, penetraverim †:) *in mysterio Christi*, Mo. &c. quod dico per revelationem me didicisse [t].

5. *Quod*, &c. Ὃ — οὐκ ἐγνωρίσθη, &c.] *Quod* (nempe mysterium [v]:) *aliis* (h. e. superioribus [x],) *ætatibus non innotuit*, &c. P. sim. Be. Pi. Er. &c. Obj. At mysterium vocationis Gentium (de quo sermonem esse, liquet ex sequentibus,) non latuit Prophetas [y], qui sicut hanc prædixerunt, sic etiam intellexerunt [z]. Quî ergò hoc antea ignotum dicit [a]? Resp. Comparativè loquitur [b], ut ὡς sequens evidenter docet [c]. Antiqui non ità clarè, plenè, & perfectè hoc mysterium cognoverunt [d], cum particularibus & determinatis circumstantiis [*], quoad modum, tempus, locum, personas [f], sed obscurè tantùm & sub velamine [g]. Nam quæ sunt apud Esaiam & Prophetarum veterum alios valde generalia sunt, & ante eventum erant perobscura [h]. Nesciebant veteres, vel quòd gentes sine circumcisione admitterentur in Ecclesiam, &c. Vide Act. 10. & 15. 1 [i]. vel, quòd Gentiles pares essent Judæis, quoad consortium gratiæ Dei [k]. ¶ *Sicut nunc — Apostolis ejus* (Nempe ex promisso Christi, Joh. 16. 13 [l].) *& Prophetis* (scilicet Novi Testamenti [m], ut manifestum est [n], ut diximus suprà 2. 20 [o]. de quibus 2 cap. seq. & 1 Cor. 14 [p]. Aliquid didicerat Petrus in re Cornelii, plus postea Paulus, & post Paulum alii [q]: Nec putem hos Prophetas hoc ex novis duntaxat revelationibus didicisse, sed etiam in exponendis Scripturis Propheticis V. T. instructos fuisse à Deo, ut ea clariùs explicarent [r].) *in Spiritu*] Vel, *per Spiritum*, P. Pi. &c. Sanctum, immediatè & peculiariter hoc revelantem eis, &c †.

6. *Gentes* (Intellige natos ex Gentibus, manentes in sua libertate, non factos proselytos [t]; & *gentes* om-

† G. [t] Be. sim. E. Me. [v] Zan. [x] Be. [y] G. [z] Zan. [a] Q. in E. [b] E. [c] E. Zan. [d] Zan. [*] E. [f] Zan. ex Græcis. [g] G. [h] G. E. T. Zan. Be. Vor. [i] G. [k] E. ex Græcis. [l] Be. [m] G. [n] E. [o] Me. [p] G. [q] E. G. [r] E. † G. [t] E. [v] E. sic Zan. [x] Me. T. [y] E. [z] Zan. [a] E. [b] Vor. sim. E. Be. [c] Vor. sim. Be. [d] E. sim. Be. [*] E. sim. T. [f] E. ex Aquin. & Caj. [g] E. sim. Be. [h] G. [i] Zan. sim. Amb. in E. [k] Primas. &c. in E. [l] G. [m] G. E. Me. T. Vor. Be. [n] E. sim. Vor. [o] G. [p] E. [q] G. [r] E. † Zan. [t] G.

nino omnes, earúmque vocationem publicam & sole nenem, quum constet, olim quoque variis modis jam has, jam illas, gentes à Deo illuminatas esse [v]:) *esse* (vel, scilicet *esse*, P. sic Be. Pi.) *cohæredes* (pari jure [x], vocatos ad vitam cœlestem, quæ hæreditas dicitur [y]. Vide Rom. 8. 17. Heb. 11. 9. 1 Pet. 3. 7 [z]. *&*, &c. Καὶ σύσσωμα καὶ συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ, &c.] *Et concorpores* (vel, *cohærentis corporis*, Ar. vel, *ejusdem corporis*, Er. Il. Ti. Ca. sic Zan. G. E. i. e. Ecclesiæ [a], partes sive membra [b], sub uno capite Christo [c]. Vide suprà 2. 16 [d]. Hæc arctior unio est quàm prior [*]. [*cohæredes*,] vel, *participes corporis ipsius*, Tre. ex Sy. vel, *unum quoddam corpus*, Camer.) *consortésque promissionis ejus* (nempe Dei [f], illius scilicet quæ est caput omnium promissionum, *Ero Deus tuus*, &c [g]. vel, Spiritûs Sancti [h], qui dicitur *promissio Dei*, ut vidimus suprà 1. 13. αὐτοῦ enim hîc refertur ad illud Θεοῦ, quod satis longè præcessit [i]:) *in Christo* (qui Dei promissiones promulgavit [k], vel in quo omnes promissiones complementum habent, 1 Cor. 1. 20 [l]. vel, *per Christum*, qui ista bona nobis obtinuit [m], vel, per meritum Christi [n], vel, implendæ per Christum [o]:) *per Evangelium*, P. Be. &c. gentibus annunciatum [p], tanquam per instrumentum quo Christus ad res illas efficiendas utitur. Per Evangelium colligitur Ecclesia, credentibus datur jus ad vitam cœlestem, & interim dona Spiritûs [q]. Hoc addit, tum ut doceat, qui vult promissionum fieri particeps, eum oportere Christo inseri; inserimur autem per fidem; fides verò adhibetur Evangelio: tum ut excludat circumcisionem, & omnia opera nostra [r].

7. *Minister*, Διάκονος] Voce nempe διακόνου sumptâ generaliùs, ut 1 Cor. 3. 5. 2 Cor. 3. 6. & 6. 4. & 11. 23. Col. 1. 23, 25 †. ¶ *Secundùm donum*, &c.] i. e. Ex liberali & gratuito dono [t]. Al. Donum hîc notat intelligentiæ, fidei, docendi, aliáque ad officium Ministri necessaria [x]. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ τὴν ἐνέργειαν, &c.] Ut suprà 1. 19. & infrà 4. 16. Phil. 3. 21. Col. 1. 29 [y]. *Secundùm efficacitatem* (vel, *efficacem illam vim*, Be. sim. Me.) *potentiæ* (vel, *Per efficacem potentiam*, V. *ipsius*, P. &c. Intelligit & vim prædicationis, in conversione millium, &c [z]. vel, donum linguarum, eximium effectum admirabilis potentiæ Divinæ ad convertendas Gentes [a], 1 Cor. 14. 18 [b]. & vim miraculorum, quibus Evangelium confirmabatur [c]. Sensus, q. d. Apostolatum non inanem & otiosum accepi, &c [d]. Vinctus sum ego, sed Deus etiam nunc per me est efficax [*].

8. *Mihi*, &c. Ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ, &c.] *Mihi* (sub. *inquam*, P. Be. Pi. Zan. Est Epanalepsis & refertur ad v. 2 [f]. Redit ad sermonem quem per παρένθεσιν interruperat, sed mutatâ constructione, ut modò diximus [g], [ad v. 1. ubi dicta vide.]) *longè minimo* (q. d. *minimissimo*, E. quod longè amplius est quàm ἐλάχιστῳ [h], quod habet 1 Cor. 15. 9 [i]. ἐλαχιστότερον comparativum ex superlativo factum [*]. Sic superlativum ex superlativo, ἐλαχιστότατον, *panxillum*, in Glossario. Talia sunt apud Poetas, ἐσχατώτατος, χειρότερος, χερειότερος, κυδιστατος, λωΐτερος, προτεραίτερος, ῥαότερος [k].) *omnium* (non dicit *Apostolorum*, ut 1 Cor. 15. 9. sed crescente, post tantos labores, humilitate [l],) *sanctiorum*, P. Be. &c. i. e. Christianorum [m]: vel, *sanctorum* nomine Apostolos præcipuè intelligit [n]. [Vox hæc] ἁγίων additur in Manuscriptis & aliis Libris †. Notanda autem Pauli, ubi de se, non de munere, agit, summa modestia. Confer 1 Cor. 15. 9 [o]. Hoc autem non dicit ex hypocrisi [p], sed veraciter [q], respiciens statum ipsius in Judaismo, cùm persecutus fuerat Christum, &c [r]. & reputans qualis sit ex seipso, & seorsum à gratia Dei †. ¶ *In Gentibus*] In MS. abest ἐν. ¶ *Investigabiles*, &c. Τὸν ἀνεξιχνίαστον, &c.] Quam vocem habemus & Rom. 33. 11. respondet Heb. אין חקר, ut videre est Job. 5. 9. & 9. 10. & 34. 24 [t]. *Impervestigabiles* (Incomprehensibiles sive immensas [v]:) *opes*, &c.] Intellige χάριτος (*gratiæ*) ut suprà 1. 7. & 2. 7. *gratiam uberrimam* [x], immensa Christi beneficia [y].

9. *Et*, &c. Καὶ φωτίσαι πάντας] Ad implendum eminenter vaticinium, Esa. 42. 16. Vide suprà 1. 18. φωτίζειν האיר *docere*, ut Psal. 119. 130. Et rectè construitur cum Accusativo Personæ, ut Joh. 1. 9. Ignatius Romanæ Ecclesiæ scribens vocat eam πεφωτισμένην ἐν θελήματι Θεοῦ [z]. [Sic vertunt:] *Et in lucem proferam* (vel, *illumi-*

[v] Vor. [x] G. [y] G. sim. E. Me. Zan. [z] G. [a] Idem. [b] G. Zan. E. [c] Zan. E. [d] G. [*] Zan. [f] Zan. E. Me. V. Pi. [g] Zan. [h] G. E. Me. [i] G. [k] Me. [l] Zan. [m] G. [n] E. [o] V. [p] E. [q] G. [r] Zan. † G. [t] E. [x] Zan. [y] G. [z] Zan. [a] G. sim. E. Me. [b] G. [c] Zan. sim. E. [d] Me. [*] G. [f] Zan. [g] G. [h] Zan. [i] E. [*] G. Be. Me. [k] G. [l] E. [m] E. Me. [n] Zan. † G. sim. Er. [o] G. [p] Zan. [q] E. [r] Zan sim. E. † Calv. [t] G. [v] E. ex Amb. [x] G. [y] Me. sim. E. V. [z] G.

illuminare faciam, Tre. ex Sy. vel, *perspicuum faciam*, Ca. sim. Camer. V.) *omnibus*, Er. Il. Ti. Zan. sic P. Be. Pi. ut ad res ipsas per se occultas referatur [a]. In uno cod. MS. deest πάντας [b]: forsan legendum πᾶσιν [c]. Al. *Et illuminare omnes*, Vulg. Mo. Zan. illos intellige ad quos dicebatur missum esse Apostolum; ut respiciat homines ipsos, naturâ cæcos, &c [d]. *Illuminare* homines Christo propriè & principaliter competit, juxta Joan. 1.9 [*]. ministris Evangelii ministerialiter [f], ut Act. 26. 18. quomodo etiam dicuntur regenerare, remittere peccata, &c [g]. ¶ *Quæ*, &c. Τίς ἡ οἰκονομία, &c.] *Quæ sit communio* (vel, *communicatio*, Zeg. nempe gratiæ Evangelicæ [h], quam Judæi putabant ad se solos pertinere, non ad Gentes, nisi circumciderentur. Sed Deus per me patefecit, rem aliter se habuisse in consilio Dei, &c [i]. Vel, *dispensatio*, Vulg. G. &c. vel, *exsecutio*, G. q.d. Ut scilicet doceam, quàm sapienter dispensatum, id est, distributum, & omnibus propositum nunc sit hoc secretum, &c [k]. ut omnibus manifestem quomodo visum fuerit Deo in hoc tempore exsequi arcanum illud, &c [l].) *mysterii*, (vel, *istius arcani*, G.) *quod erat absconditum à seculis* (i. e. à longissimo tempore: vide 1 Cor. 2. 7 [m]. vel, toto superiori tempore [n]; per tot secula, imò ab æterno [o]. Ἀπὸ hìc notat terminum temporis à quo, sicut Rom. 1. v. 20 [p].) *in Deo*, (i. e. in Dei mente, consilio, & prædestinatione [q]; vel, *intra Deum*, ut suprà 1.9 [r]. Deo soli notum, scilicet quoad particulares circumstantias [†].) *qui omnia* (vel, *hæc omnia*, P. Pi. τὰ, pro ταῦτα [‡]) *creavit per Jesum Christum*, P. Be. &c. Illud, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ non leguntur Vulg. Sy. cod. Clarom. Hi. Amb. reperi tamen in omnibus Græcis, & sanè magnam habet emphasin [v]. Hoc accipiendum, vel, 1. de nova creatione [x]. Quid sit κτίζειν, vide suprà 2.10, 15. & in Prolegomenis nostris ad Evangelia. Omnia Christus fecit nova, 2 Cor. 5. 17. & divinior hæc creatio quàm prior illa [y]. Quicunque regenerantur per Christum regenerantur [z]. Articulus τὰ docet πάντα ad id restringendum de quo agitur [a]; i.e. omnes hos populos qui in Christum jam credunt [b]. Vel, 2. de prima creatione, ità tamen ut inde argumentum ad secundam ducatur [c]. Sicut unus Deus omnes populos condidit, ídque per Christum, sic etiam nunc omnes per Christum instaurat & ad se vocat [d]. Dixit se *illuminare* πάντας, Judæos nempe & Gentiles. Quid ità? quia etiam τὰ πάντα creavit per eundem Christum [*]; *omnia*, quæ sunt in rerum natura. Hoc adjectum putant propter scholam Simonis Magi, quæ docebat mundum corporeum factum esse ab Angelis [f].

10. *Ut*, &c. Ἵνα γνωρισθῇ, &c.] Ἵνα hìc pro ὥστε [g]: neque enim finem hìc designat præcedentium, sed effectum & consequens quoddam vel eventum [h]. *Ut innotescat nunc* (Illud νῦν docet hoc antea ignotum illis fuisse, quamvis semper viderint faciem Dei. Elumbe ergò est illud argumentum, Sanctos in cœlo omnia quæ in terris fiunt videre, quia Deum omnia videntem vident. Ignorârunt etiam diem judicii, &c [i].) *principatibus* (vel, *imperiis*, P. Be. Pi.) *& potestatibus in supercœlestibus*, Mo. vel, *in cœlis*, Pi. quæ *in cœlis* sunt, P. Be. Intelligit h. l. vel, 1. Principes terrenos, quorum celsitudinem notat illo additamento in cœlestibus [k]. Locum sic reddo, *Ut nota nunc fiat principatibus——sapientia Dei per Ecclesiam in cœlestibus*, nempe rebus, quæ ad vitam æternam pertinent, ut Joan. 3. 12. Eph. 1. 3. De his Evangelizavit Paulus Herodi, Fælici, Festo, Agrippæ, &c. qui omnes erant ἀρχαὶ & ἐξουσίαι. Confer Luc. 12. 11. Tit. 3. 1. Si Trajectio vocum, τοῖς ἐπουρανίοις, displiceat, æquè transpositæ sunt [juxta alteram interpretationem] voces, διὰ τῆς ἐκκλησίας [†]. Vel, 2. Præsides Ecclesiæ in rebus cœlestibus [l]. Vel, 3. totum genus Angelorum, tum bonorum, tum malorum: Utrique enim his nominibus insigniri solent [m]. Vide Eph. 2. 2. & 6.12 [n]. item 1 Cor. 15. 24. & Col. 2. 15 [o]. Vel, 4. Angelos malos [p], quia hæc mysteria, per experientiam didicerunt, tunc quando completa sunt, ut satis declarat Evangelica & Apostolica historia [q]. Vel, 5. Angelos bonos [r], ut patet ex collat. 1 Pet. 1. 12. Vide & 1 Tim. 3. 16 [†]. Angelos primarios [t]; illos Angelorum ordines, qui principatus dicuntur & potestates, sub quibus & reliquos Angelorum choros intelligit [v], quorum habitatio est in locis cœlestibus [x]. [Sensus, qu. d.] Ut pateat etiam maximis Angelorum ordinibus id quod antè & ipsi & Prophetæ ignorârunt, Deo istud consilium apud se retinente. De re vide 1 Pet. 1. 12. de nominibus verò ἀρχῶν & ἐξουσιῶν ad Eph. 1. 21 [y]. Multa de mysteriis Christi & Ecclesiæ, quoad particulares rationes & circumstantias, nescierunt Angeli tam superiores quàm inferiores, donec ea rebus ipsis compleri inciperent [z]. ¶ *Per Ecclesiam*] Vel, 1. efficienter [a]; per Ecclesiam docentem, id est, per Apostolos, qui hoc pacto non tantùm hominum, sed etiam Angelorum, doctores ac magistri fuerunt [b]. Vide quantus honos Hominum, quòd hæc arcana consilia per ipsos, maximè per Apostolos, Deus innotescere Angelis voluit. Ideò Angeli post hoc tempus nolunt ab Apostolis coli tanquam in ministerio majore collocatis, Apoc. 19. 10. & meritò: multa enim magna mandata fuerant data Angelis, sed nullum huic par [c]. Hinc colligunt, Angelos interesse concionibus, ut communiter nobiscum proficiant [d]. Sed hæc speculatio est parum firma [*]. Vel potiùs, 2. objectivè, ut διὰ hìc objectum sive medium notet [f], q.d. per ea quæ in Ecclesia geruntur [g], successu temporis [h]; sive per exsecutionem mysteriorum in Ecclesia [i], pérque dona & gratias quæ Ecclesiæ communicantur [k]. Significat, Ecclesiam Christianam, & remotis ritibus Mosaicis [l], ex Judæis Gentibúsque conflatam [m], tanquam rem novam & omnino inopinatam [n], fuisse Angelis instar speculi, in quo viderunt, & admirati sunt Dei sapientiam, eóq; & gratulatos nobis esse tantum beneficium [o]. ¶ *Multiformis*, &c. Ἡ πολυποίκιλος, &c.] *Multiformis* (vel, *Vehementer varia*, Er. V. *Multivaria*, Ti. Vor. i.e. multiplex & varia [p], ut dicitur propter operum, sive effectuum, ejus multiplicem varietatem, in quibus illa relucens, quodammodo multiplex & varia apparet, quamvis in se una & simplicissima sit [q].) *sapientia Dei*, P. Res ipsa non variatur, cùm unus Christus semper fuerit propositus, sed variata est œconomia, quoad locos, tempora, personas, &c. Multiplex autem hæc Dei sapientia longè meliùs apparuit in conjunctione tam multiplicis turbæ diversorum populorum in Ecclesia quàm in unius Synagogæ gubernatione [r]. *Verè miranda tam varia Dei dispensatio.* Adamo Leges dedit faciles: Labi sinit ad coercendam humanam superbiam. Sinit vitia crescere ante Diluvium: Rursus post Diluvium, auctis iterum vitiis, & vitiorum maximo Idololatriâ, unum hominem excitavit per quem veri Dei cultus instauraretur: Ejus posteros voluit experiri suo malo quantum esset discriminis inter instituta Abrahami & aliarum gentium, etiam earum quæ sapientissimæ habebantur. Deinde gliscente apud alias gentes Idololatriâ, multis quoque Israelitis ad ejus imitationem tractis, eduxit ex ea contage Abrahami posteros, eósque in locis solitariis per 40 annos, etiam morbis mortibúsque immissis in contumaces, purgavit: Deinde dedit eis terram egregiam, & rectores Dei Spiritu donatos; ut viderent quanta res esset à Deo regi. Volentibus permisit habere Reges, & plerosque malos. Sub Regibus tamen fines bene tutati sunt & protulere: sed illis bonis malè usi & Regum secuti exempla, prolapsi sunt in Idololatriam, & ad omnia vitia alia, quæ plerumque Idololatriam, ut impietatis ducem, sequi solent. Deus per gradus eos admonuit, scisso primùm Regno, deinde parte utrâque multum vexatâ per Principes externos, pòst Decem tribuum primùm parte exiguâ, deinde quod reliquum erat, abductis, ut & ipsi corrigerentur, & exemplo isto terrerentur alii. Cùm nè hâc quidem tam severâ admonitione rectè usæ essent Tribus quæ restabant, eas quoque abduci fecit; & longo ac duro 70 annorum exsilio experiri eos voluit quali ingenio essent idololatræ, quò magis in posterum ab Idololatria abhorrerent: quæ medicina ità fuit valida, ut ad omnia alia potiùs quàm ad Idololatriam relapsi sint postea Judæi. In illo exsilio multos ex Gentibus suâ institutione & exemplo ad cognitionem veri Dei perduxerunt. Hoc de ipsis sumpto experimento, Deus per Cyrum, Regem non idololatram, eos in patriam restituit, non tamen cum plena libertate; ut paulatim ad contemptum rerum terrenarum, & spem rerum cœlestium, quas plenè erat revelaturus Messias, assuescerent. Et hoc tempus omne ad Messiam usque verè, ut modò dixi, vestibulum fuit Evangelii: nam & multi ex Gentibus per ea tempora Deum verum agnovere

[a] Zan. [b] Be. sim. Camer. [c] Be. [d] Zan. [*] E. [f] Zan. sim. E. [g] Zan. [h] Vor. [i] Zan. [k] Me. [l] E. [m] G. [n] E. [o] Me. [p] Pi. [q] Me. T. [r] G. [†] E. [‡] Vor. [v] Be. [x] Vor. sim. Zan. [y] G. [z] Zan. [a] Be. [b] Pi. [c] Zan. [d] Be. sim. Zan. [*] Zan. [f] E. [g] Zan. Bod. ex Græcis. [h] Bod. sim. Zan. [i] Zan. [k] Zeg. [†] Kn. [l] Hi. in Zan. [m] Vor. sim. Chrys. in E. [n] Vor. E. [o] E. [p] Amb. in E. sim. V. [q] E. [r] Plerique in E. Zan. ex Aug. Bod. Zeg. [†] E. [t] T. [v] Me. sim. E. [x] E.

[y] G. [z] E. [a] Q. in Bod. [b] Q. in E. [c] G. [d] Q. in Calv. [*] Calv. [f] Bod. [g] E. sic Me. T. ex Hi. Chrys. Amb. &c. [h] T. [i] E. [k] Me. [l] Bod. [m] Bod. sim. Zan. [n] Zan. [o] Zan. sim. Bod. [p] Vor. E. [q] E. [r] Be.

vere Judæorum exemplo. At cùm rursus idem ille populus non quidem ad Idololatriam, sed ad alia vitia plurima, quæ & ipsa μυστικῶς rectè dicuntur *idololatriæ*, decidisset, per Macedonas primùm, deinde per Romanos, repressit eorum ferociam. Ac plerisque nihil correctis, misit Eliam, i. e. Johannem Baptistam; deinde Messiam ipsum, qui per triennium, & vitæ sanctitate & miraculis omnes Prophetas ipsúmque Mosem superans, omnia fecit quæ fieri poterant ad corrigendos Judæos: frugem collegit aliquam, sed in tanta multitudine exiguam. Idem post ipsum tam malè tractatum à Judæis evenit Apostolis ejus. Quid fecit Deus? Legem illam ritualem, nihil in se habentem aut boni aut mali, sed in hoc repertam, primùm ut istis ritibus onerata plebs rituum amans eò minus causæ haberent sequendi ritus idololatricos, deinde ut sub illis figuris res intelligerent majores, cùm nec prius illud ante Babylonicum exsilium, nec posterius illud post Babylonicum exsilium, ἀπόλυ bene successisset, antiquavit: rem orsus est planè novam, inauditam atque incredibilem, ostenditque, se illos ex Gentibus qui pietatem à Christo præceptam vellent sequi etiamsi non fierent proselyti, nihilo minoris ducere quàm aut Judæos aut proselytos, eáque ratione tum Judæos multos, exemplo Gentium quas contempserant, ad pietatem adduxit, tum innumeram hominum multitudinem, Pauli maximè ministerio, ad eum perduxit pietatis gradum & rerum omnium terrenarum atque ipsius vitæ hujus contemptum ad quem nè optimi quidem ex Judæis pervenerant. Hæc qui bene expenderit (& tamen exiguam tantùm partem dixi illius dispensationis; neque enim omnia aut concipere aut eloqui meum est:) is certè causam habebit cur admiretur ac veneretur τὴν πολυποίκιλον σοφίαν τοῦ Θεοῦ. Vide Esa. 55. 9 †. *Sapientiam* hanc *multiformem* nollem restringi ad Judæorum & Gentium sub uno capite conjunctionem, sed extendi velim ad totam œconomiam tam Redemptionis humanæ per Christum, quàm gubernationis Ecclesiæ, variis ipsius ætatibus & periodis, à mundi principio. Miranda certè est Dei providentia, sive quòd peccatum & permisit, & ad gloriam suam direxit; sive quòd suos per media in speciem contraria ad felicitatem perduxit, ut Josephum, Davidem, Paulum, &c. sive mirabilem illam spectes necessitatis contingentiæque & libertatis concursum; sive quòd per instrumenta vilia res magnas peregit; sive (quod locum hunc propiùs attingit) expendas varios Ecclesiæ vultus formásque externas, unâ semper manente pietatis cultûsque Divini substantiâ, ante Legem, sub Lege, sub gratiâ, variósque voluntatem Divinam patefaciendi modos, variásque lucis mensuras; sive illam Judæorum ac Gentium vicissitudinem quoad fœdus Dei, &c. sive denique mirabilem illam justitiæ & misericordiæ divinæ consonantiam, summum peccati odium, summámque simul φιλανθρωπίαν in opere Redemptionis, &c. quis hæc satis mirari possit [t]?

11. *Secundùm*, &c. Κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων ἣν ἐποίησεν, &c.] Servit hic versus tum omnibus quæ jam dicta sunt, tum maximè ei quod v. præced. q. d. Totum hoc non temerè & fortuitò factum est, sed pro decreto, &c [v]. *Secundùm propositum* (De voce πρόθεσις, vide Rom. 8. v. 28. & 9. 11. & de verbo προτίθεσθαι, Rom. 3. 25. suprà 1. 9 [x]. vel, *præstitutum*, Be. *præfinitionem*, Er. Il. Ti. Vulg. consilium sive decretum [y], scilicet vocandi & salvandi electos omnium populorum [z]: vel, πρόθεσιν dicit pro προωρισμένης, ut alibi περιτομὴν pro *circumcisis* [a].) *seculorum* (vel, *ante secula*, ut sit πρόθεσις τῶν αἰώνων, pro θέσις πρὸ τῶν αἰώνων, sicut Col. 1. πρωτότοκος πάσης κτίσεως, est *genitus* πρὸ πάσης κτίσεως; θέσις autem est *positio*, *constitutio*, vel *decretum* [b]: vel, *æternum*, P. Be. Pi. V. Vor. sive omni principio antiquius, ex collat. 1 Pet. 1. 20 [c]. vel, *antiquissimum*, cujus indicium est promissio facta Abrahamo de ingentibus bonis quæ per aliquem ex posteris Abrahami Gentes essent adepturæ. Sic interpretamur ex Tit. 1. 2 [d].) *quod* (vel, *quam*, Be. &c. Ἣν ad diversa referri potest [*], vel, 1. ad propositum [f]; vel, 2. ad Ecclesiam [g]; vel, 3. ad sapientiam [h].) *fecit* (vel, *constituit*, P. Be. Pi. *exsecutus est*, G. *proposuerat*, sive *præfinierat*, Er. vel, *implevit*, V.) *in Christo*, Mo. vel, *per Christum*, G. Quod sicut fecit in Christo, sic etiam in eodem tandem reipsâ complevit atque perfecit [i]. *Id quod præparatum fuerat à seculis, & fecit illud*, Tre. ex Sy. *Quemadmodum ab omni ævo decreverat, & præstitit*, Ca. Sicut ab æterno præfinitum fuerat ab eo [k]: Juxta ea quæ ab æterno decrevit Deus beneficia præstare Ecclesiæ suæ per Christum [l]. Sensus est, Innotescere & aperiri mysteria suis temporibus à Deo præfinitis, quibus implentur [m]. Quæ omnia facta sunt iis temporibus, quæ, ut maximè opportuna & idonea, præfinierat [n].

12. *In*, &c. Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν παῤῥησίαν καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐν πεποιθήσει, &c.] *In quo* (Christo [o], ei insiti & incorporati [p]: vel, *Per quem*, V.) *habemus audaciam* (vel, *libertatem dicendi*, V. sic Be. i. e. cujus ope sine metu evangelizo [q]: vel, *audaciam liberè loquendi*, Er. audaciam prædicandi Evangelium apud quoscunque [r]: vel, *libertatem*, P. Pi. Vor. vel, *fiduciam*, Vulg. Παῤῥησία (quasi πανῥησία †,) ex origine quidem *loquendi* significat *libertatem*, sed, longiùs perductâ significatione, *fiduciam*, ut videre est Levit. 26. 13. ubi in Hebræo, קוממיות. Magnam autem fiduciam parit Spiritus ille attestans Deum nobis esse patrem, Rom. 8. 15. Gal. 4. 6. Philo de hærede rerum Divinarum. Πότε δ' ἂν ἄγει παῤῥησίαν οἰκέτης πρὸς δεσπότην, &c [t] (*Quando liberè loquitur servus ad dominum? Nonne quando nullius maleficii sibi conscius est, certus se omnia ex usu domini & dixisse & fecisse. Quando igitur & Dei servum decet eâdem libertate uti apud Deum, nisi quando à peccatis purus fuerit, & dilectionis ergà dominum summæ sibi conscius*, &c?) Παῤῥησία est libertas & securitas illa spiritualis, quâ quis liberè & intrepidè audet Deum, ut Patrem, accedere, ipsum inclamare, &c [v].) & *aditum* (vel, aditum liberum [x], atque intrepidum [y], suprà 2. 18. קרבת אלהים, Esa. 58. 2. In MS. deest τὴν [z]. Vel, *adductionem*, Il. *accessum*, Mo. sic Tre. sub. *ad Patrem*, V. ad Deum Patrem [a].) *cum fiducia* (nempe impetrandi, Deúmque propitiandi [b]: vel, *in confidentia*, Mo. Vor. vel, *cum animi præsentia*, Vor. vel, *confisione*, Ca. vel, *cum spe magna rerum futurarum*. בטח Hebræum plerumque ἐλπὶς vertitur, πεποίθησις autem 2 Reg. 18. 20. Vide 2 Cor. 1. 15. & 3. 4. & 8. 22. & 10. 2. Phil. 3. 4 [c].) *quæ est per fidem illius*, Er. &c. i. e. in illum [d], q. d. quam parit fides Christi [*]: *per eam fidem quam Christus in nobis effecit*. Iste Genitivus non Causam ex qua, ut suprà v. 1. sed Objectum significat, ut Marc. 11. 22. ubi dicta vide [f]. Per fidem enim cognoscimus Christum nobis à Patre datum ut mediatorem ac propitiatorem nostrum, cujus meritis confisi Deum sine trepidatione ac metu servili invocaremus. Perstringit Simonianos, qui per Angelos, tanquam mediatores, purgari nos oportere dicebant, officium quod soli Christo competit in illos transferentes [g]. Hinc constat, fiduciam à fide differre, ut effectum à causa [h].

13. *Propter quod*] Cùm tam justa sit nostra in Deum fiducia [i]; cùm ad tantam dignitatem vocati sitis [k]: vel, propter ea quæ hactenus dixi de beneficiis Christi, &c [l]. ¶ *Peto*, &c. Αἰτοῦμαι μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς—ἥτις ἐστὶ, &c.] *Peto* (vel, *Rogo*, Ar. Zan. vel, 1. Dominum [m], vel potiùs, 2. vos [n], sive à vobis, Ephesii [o]:) *non segnescere* (Ἐκκακεῖν quidem alibi est *segnescere*, sed hîc potiùs *expavescere*: nam & Græci κακοὺς sæpe vocant eos qui sunt timidi; & vicina sunt timor periculi ac laboris. In Glossario, ἐκκακῶ, *deficio* [p]. Illud ἐκκακεῖν positum absolutè, referri potest, vel, 1. ad personam Pauli [q], *nè deficiam*, Hi. in Er. *ut non anxius sit meus spiritus*, Tre. ex Sy. h. e. nè mihi deficere: vel 2. ad Ephesios, quos hîc hortatur [r], ut constat ex præced. & seq †. [Unde sic vertunt,] *nè segnescatis*, P. Pi. sic Be. *nè deficiatis*, Er. Il. Ti. Æth. *nè tædio afficiamini*, Ar. *nè animos despondeatis*, Ca. vel, *nè turbemini*, Zan. ex Græcis, *nè deficiatis* à doctrina, *nè defatigemini* aut *languescatis* in studio pietatis [t]:) *in tribulationibus meis* (vel, *ob afflictiones meas*, P. Be. Pi. Er. Zan. Vor. &c. ob hæc vincula, & mala alia, quæ fero [v]. Notatur causa impellens [x]. Hinc occasionem sumpserunt ministerium ejus traducendi, quasi doctrina ejus non esset vera, nec ipse gratus esset Deo, alioquin non permisisset Deus ipsum tam graviter affligi. Erant quoque qui alia docerent quàm Paulus docuerat, ut prædixerat Act. 20. 29, 30. Hac de causa tam diligenter eos hortatur, &c [y].) *pro vobis* (i. e. quas patior propter vos [z], vestrî causâ [a], quia vobis Evangelium prædico [b]; vel, in salutem vestram [c], ut meo exemplo confirmemini [d]. Repetit quod dixerat suprà v. 1.

vestrî causâ hæc mihi eveniunt, æquum est nè vos pœniteat rei cujus me non pœnitet [*] :) *quæ est gloria vestra*, Mo. &c. i. e. qua in re posita est vestra gloria [f]. Illud ἥτις referendum, vel, 1. ad θλίψεις, *afflictiones* Pauli [g]; & tunc ἥτις ἐστὶ fuerit pro αἵτινές εἰσι [h]. Apud Hebræos (& apud Græcos,& apud Latinos; [i]) relativum pronomen tam posteriori, quàm priori, parti conformari solet [k]. Tale illud Ciceronis, *ignibus quæ sidera vocatis* [l]. [Sensus, q. d.] Propter quas gloriari debetis, quòd ad confirmationem fidei vestræ eas feram libenter [m]. *Quæ mala multum vobis honoris adferunt*, nec vel mihi vel vobis dedecori sunt, sed summo potiùs honori; quia non propter scelera patior, sed propter honestissimam causam Christi [n]. Verè honos erat omnium Christianorum, maximè eorum qui ex Gentibus vocati erant [o], & nominatim Ephesiorum [p], quòd Paulus nulla mala pati recusabat pro ea quam tradebat disciplina [q]; quòd ministrum haberent mala tam fortiter perferentem [r]. Indè apparebat, quanti Deus eos faceret, qui non modò filium suum, sed & Apostolos ejus, pro salute illorum pateretur affligi †. Vel, 2. quod malim, ad illud, μὴ ὑμᾶς ἐκκακεῖν, q. d. quæ res gloria est vestra, nempe si non deficiatis à doctrina & fide propter meas afflictiones, sed constantes permaneatis. Dura quidem est locutio: sed Paulus vocat se imperitum sermonis, &c. [t].

14. *Hujus rei gratiâ*] Nectendum hoc, vel cum v. 1 [v], ut sit Epanalepsis [x]; vel, cum v. præced [y]. q. d. Nempe in hoc, nè meis malis territi labascatis [z]. ¶ *Flecto genua*] Qui mos precantium in rebus anxiis. Vide quæ dicta ad Mat. 6. 5. Luc. 22. 41. Act. 7. 60. & 9. 40. & 20. 36. & 21. 5. ¶ *Ad Patrem Domini*, &c.] Vide suprà 1. 2. In MS. desunt illa, τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, & sine illis meliùs cohærent sequentia, & suo quoque tempore à Græcis hæc abfuisse docet Hieron. Sensus idem manet [a]. Atqui in omnibus veteribus libris & scholiis Græcis hæc particula additur. Nec potest Deus nisi in Christo invocari [b].

15. *Ex quo*] Vel, 1. Deo Patre [c], per Christum [n]: vel, 2. Christo [o], qui immediatè præcedit [p], q. d. Deus nonnisi in Christo pater noster est, ac proinde gentes in Christum credentes filii Dei sunt [q]. ¶ *Omnis*,&c. Πᾶσα πατριὰ,&c.] *Omnis*, vel *tota,paternitas* (vel,*parentela*, Er. Ti. V. *cognatio*, Tre. Ca. V. *familia*, P. Be. Pi. Ar. D. G. Hebraicè משפחה, 2 Sam. 14. 7. Est. 9. 27 [r]. vel, בית אבות †, ut Exod. 6. 25 [t]. & 12. 3 [v]. *Familia* est gens quæ unum communem patremfamiliâs habet [x], vel ad eandem domum pertinet. Confer Luc. 2. 4 [y].) *in cœlis & in terra nominatur*, Mo. &c. Nempe nomine filiorum Dei [z], vel Christianorum à Christo. Ὀνομάζεσθαι, est ex alicujus nomine celebrari [a]: vel, *nominatur*, i. e. existit, & originem accipit [b]; ità nominatur ut reverâ sit. Hebraismus: Nomen pro re [c], vel *vocare* pro existere, ut Luc. 1. 32. Rom. 9. 26. &c [d]. Intelligit h. l. vel, 1. familiam Angelorum & Hominum [*]. Dictum hoc contra scholam Simonis, qui plura principia, velut plures deos, introducebat [f]. Πατριὰς Angelorum ordines intelligit. Sic argumentum est à creatione ad redemptionem, ut suprà v. 9 [g]. Sed vix putem Angelis convenire nomen *adoptionis*, in Christo [h]. Solenne autem est Hebræis, ut & suprà attigimus, cùm de Angelis & Hominibus piis loquuntur, nominare eos *familiam Dei superiorem & inferiorem*. Utrique *Dei filii* dicuntur; utraque vocatur *Dei familia*: & hoc est quod hîc dicitur. Vide Simplicium in Epicteteis, & Proclum in Timæis. [eorúmque verba in G.] Magnificum putant Hebræi, quòd genus suum referre possunt ad Judam, Reubenum, & alios Jacobi filios; at nos Deo Patre censemur :——τοῦ πατρὸς εὐχόμεθ' εἶναι [i]. Vel, 2. familiam Dei, i. e. Ecclesiam tum in cœlis existentem, (i. e. qui in cœlum jam migrârunt [k]:) tum in terris, h. e. in omnibus terræ partibus [l], sive Judæos sive Gentiles [m]. Perstringit Judæos, qui familiam Dei ad suam gentem restringebant [n].

16. *Ut*, &c Ἵνα δῴη—εἰς τὸν ἔσω, &c.] *Ut det vobis, secundùm divitias* (i. e. pro abundantia [o], ut suprà 1. 7, 18. & 2. 7. [p].) *gloriæ suæ*, (i. e. vel misericordiæ, sive gratiæ [q], gloriosæ [r], quâ dare velit †: Sic Eph. 1. 6 [t]. vel potentiæ, quâ id potest dare [v]. Δόξα *majestatem* significat, sed hîc metonymicè ipsam Dei *potentiam*, quam sequitur *majestas*; quomodo Hebræis עז poni solet modò hoc, modò illo significatu [x]. *Gloria* Dei vocatur id unde apparet gloriosus [y], vel quo glorificatur [z].) *ut fortiter* (vel, *virtute*, sive *fortitudine*, V. E. Me. Er. Zan. nobis scilicet à Deo communicatâ [a], ut v. 20 [b]. vel, *viribus*, G.) *corroboremini* (adversùs omnes tentationes [c]:) *per Spiritum suum* (i. e. quæ corroboratio datur & fit per Spiritum S. Act. 1. 8 [d].) *in interiori homine*, Be. Pi. sic P. Zan. &c. εἰς pro ἐν [*], h. e. in corde vestro, ut v. seq. explicatur [f]; in mente ipsa [g], & voluntate, nempe renovatis per Spiritum sanctum [h]. Vide ad Rom. 7. 22. [i]. vel, *in internum hominem*, Er. sic Vulg. &c. i. e. ad profectum interioris hominis [k]: ut internus homo Spiritu Dei crescat, & vires colligat, quibus externus homo pessundetur [l]. Falluntur qui *interiorem hominem* confundunt cum *novo homine* [m]. Ut exterior homo est pars carnalis & animalis [n], sic *interior* est pars hominis rationalis [o]. Syrus & Græca scholia hoc conjungunt cum v. seq. ut idem fit cum *cordibus*, & utrumque denotet non superficialem, sed profundam inhabitationem, &c. Sic autem construunt Græci, εἰς τὸ κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Sed præfero receptam constructionem & sensum [p].

17. *Christum*, &c. Κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν, &c.] Hoc quoque construitur cum δῴη [q]; Det vobis sicut κραταιωθῆναι, sic etiam κατοικῆσαι [r], & est ἀσύνδετον. De sensu vide Joh. 14. 23. †. Et *inhabitet* (vel, *Ut inhabitet*, P. Notanda emphasis verbi [t], κατοικεῖν, quod differt à παροικεῖν. Illud est, perpetuò habitare, hoc commorari ad tempus [v]. Hanc autem inhabitationem precatur, tanquam causam efficientem superioris corroborationis [x].) *Christus per fidem*, &c. Be. Pi. quæ est cœterarum virtutum fundamentum, &c. [y]. Precatur ergò fidei constantiam & incrementum [z]. ¶ *In*, &c. Ἐν ἀγάπῃ ἐρριζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι] Constructio difficilis. Si construatur cum præced. ὑμῶν, esset ἐρριζωμένων,&c. si cum verbo δῴη v. 16. esset ἐρριζωμένους, &c. scilicet ὑμᾶς [a]. [Quid dicendum ?] 1. Est σφάλμα, sive erratum in scriptione [b]. Sed nollem hanc fenestram aperiri infidelibus [c]. 2. Est permutatio casûs, qualis in Isoc. δοκεῖς γάρ μοι ζῶν, &c. πελευτήσαντα δὲ τὸν βίον, pro τελευτήσας. Est ergò Nominativus (vel) pro Genitivo, ἐρριζωμένων, &c [d]. vel, pro Accusativo, ut est apud Thucydidem [*]. 3. Cohærent hæc cum seq. ἐξισχύσητε [f], estque hîc Metathesis [g], sive Trajectio vocis ἵνα [h]; qualis Joh. 13. 29. Rom. 11. 31 [i]. & 12. 3 [k]. 1 Cor. 9. 15. 2 Cor. 2. 4. Gal. 2. 10 [l]. Sed dissimilia sunt exempla Bezæ, ut in quibus non tot verba ante ἵνα præcedunt, sed unum duntaxat nomen [m]. 4. Aliquid hîc supplendum, *Ut sitis* (h. e. Det Deus ut sitis,) *in charitate radicati*,&c [n]. i.e. ut charitas vestra firma sit & constans [o]. *Et sitis in charitate*, &c. Ca. Dum *in charitate* fueritis *radicati & fundati*. Accipio Nominativos tanquam positos absolutè per Hebraismum [p]. [Verba sic reddunt:] *In charitate radicati & fundati*, Mo. *Fixis* (vel, *Actis*, Er.) *radicibus*, *& fundamento jacto*, Il. Ti. Er. sim. Tre. ex Sy. Ar. Constantia duabus similitudinibus rectè exprimitur, Arboris in altum radices agentis, Mat. 13. 6, 21. & Ædificii bene fundati, Mat. 7. 24. Luc. 6. 48. ubi vox θεμέλιον. Vide & suprà 2. 20. Apoc. 21. 14. & confer Col. 2. 7. Vide & Philonem [q]. [ejúsque verba à G. representata.] Significat, eam demum veram esse fidem quæ cum charitate jungitur [r]. *Charitatem* intelligit, tum, 1. Dei inprimis erga nos †, in qua radix est electionis nostræ, suprà 1. 4. &c [t]. tum, 2. nostram erga Deum & proximum [v].

18. *Ut*, &c. Ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι, &c.] *Ut possitis comprehendere* (vel, *assequi*, Er. P. Be. Pi. &c. i. e. certò intelligere & animo assequi [x], maximè quoad affectum, id est, seriò perpendere, ac dignè æstimare [y].) *cum omnibus Sanctis* (h. e. Christianis [z], sive fidelibus [a], qui fuerunt à condito orbe, qui ad hoc aspirârunt, Joan. 8. 56 [b].) *quæ* (sub. *sit*, P. Pi. &c.) *latitudo*, &c. Mo. P. &c. Has voces constat non propriè, sed Metaphoricè accipi. Tres enim tantùm sunt dimensiones corporum, longitudo, latitudo, profunditas, quibus hîc altitudinem addit [c]. Illis exprimitur magnitudo, dignitas,

[*] G. [f] Be. [g] Zan. sic E. Me. Te. [h] Zan. [i] G. [k] G. sim. Be. [l] G. [m] V. [n] Zan. [o] G. [p] Zan. [q] G. [r] Zan. sim. T. † G. [t] Zan. [v] Me. sic Pi. Zan. [x] Pi Zan. [y] Zan. [z] G. sim. Zan. [a] G. [b] Be. [c] Vor. sic Be. plerique in E. [n] Be. [o] Vor. Zan. Be. [p] Zan. [q] Vor. [r] D. † G. D. [t] G. [v] G. D. [x] Be. [y] Vor. [z] Pi. [a] Be. [b] E. Me. sic T. [c] Zan. [d] Vor [*] E. Me. T. [f] E. [g] Zan. [h] Be. [i] G. [k] Be. [l] Zan. [m] Zan. sim. Be [n] Zan. [o] E. Me. [p] E. Me. [q] Zan. Be. Me. V. [r] Me. † Zan. [t] Be. Zan. [v] Zan.

[x] G. [y] Zan. [z] E. [a] Zan. sim. E. [b] Zan. [c] E sim. Zan. [d] Zan. [*] Be. Zan. G. [f] Zan. Vor. [g] G. Zan. Me. [h] Zan. [i] G. [k] E. Me. [l] V. [m] G. sim. Vor. [n] Zan. [o] Zan. sic E. Me. [p] Zan. [q] G. Zan. [r] Zan. † G. [t] Be. [v] Zan. ex Be. [x] Zan. [y] E. [z] Zan. [a] Idem. [b] Phot. in Zan. [c] Zan. [d] Ca. [*] Zan. ex Phot. [f] Be. [g] Camer. [h] G. ex Be. sim. Camer. Zan. Caj. & Occum. in E. [i] G. [k] Be. [l] B. G. [m] Pi. [n] E. [o] E. Me. [p] Pi. [q] G. [r] Pi. sim. Zan. † Zan. sim. Be. [t] Be. [v] Zan. [x] Cam. sim. E. Me. [y] E. [z] E. Me. T. [a] Zan. E. [b] Zan. [c] Idem.

dignitas, majestas[d], absoluta & omnimoda perfectio[*], & immensitas[f]. Non explicat cujus rei dimensiones hic intelligit[g]. Intelligit autem, vel, 1. Deum immensum atque infinitum, quem omnes in cœlo videbimus, ut hîc precetur nobis felicitatem cœlestem[h]: vel, 2. Christum, tam quà Deus est, quàm quà homo[i]: Christi, tum, 1. potentiam infinitam; tum, 2. immensum amorem erga nos, quibus duabus rebus & utraque Christi natura demonstratur, & fides nostra de salute nititur[k]: vel, cognitionem Jesu Christi, ut omnes circumstantiæ docent[l]: vel, beneficium redemptionis Christi[m]: vel, mysterium de salute Gentium totiúsque humani generis per Christum gratuita, quod *longum* vocat quia ab æterno præfinitum; *latum*, quia ad omnes extenditur; *profundum*, tum quia Christus descendit ad inferos, tum ob resurrectionem mortuorum, quæ fiet virtute Christi; *altum*, quia qui descendit, idem & ascendit supra omnes cœlos, &c[n]. Hujus itaque mysterii ampliorem cognitionem eis precatur. Hæc explicatio eò magis placet, tum quòd Epilogum continet eorum omnium quæ hactenus tractavit, tum quia facit ad scopum Apostoli, &c[o]. Vel, 3. Dei bonitatem[p]; quæ & *latissimè* in omnes homines se effundit, & *in longum*, i. e. in omnia secula se extendit, & ex *infima depressione* Hominem liberat & in *loca suprema* evehit[q]. Eodem spectabant motiones rerum oblatarum, prior in altum & profundum, quæ dicebatur תרומה deinde altera in latum & longum, quæ dicebatur תנופה[*], ad quos ritus hîc forsan alluditur[†].

19. *Scire*, &c. Γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ] Forsan Trajectio est, q. d. Excellentem Dei charitatem in ipsa Christi cognitione, quæ nobis contigit, elucere[t]. Verba sic resolvenda sunt: Ut possitis γνῶναι τὴν ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ, ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως[v]. In MS. τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀγάπην τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ, *summam illam dilectionem*, Dei scilicet & Proximi, *quæ ex cognitione Christi oritur*. Videntur etiam Hieronymi tempore quidam libri sic habuisse; nam ipse sic hunc locum exponit. Vide Phil. 3. 8[x]. Si vera est illa lectio, versio plana erit, *excellentem dilectionem cognitionis Christi*, ut intelligat dilectionem Dei in patefactione, & Christi in permissione, ut ipse à nobis sciretur: quod bene cohæret & cum v. 18. & cum verbis hîc proximè sequentibus. Quòd si altera sit verior lectio, sensus est, *Ut scirent dilectionem Christi erga nos, quæ antecellit scientiam*, quam jactant Gnostici[y]. *Cognoscereque* (vel, *Utque sciretis*, Er. q. d. Oro Deum ut possitis plenè scire & pro dignitate æstimare[z]. Γνῶναι hîc est *in semet experiri*[a]. Forsan tangit Gnosticos, quorum, inquit, universam scientiam excedit hujus mysterii cognitio[b].) *excellentem* (vel, *præeminentem*, Er. Ti. *illam imperscrutabilem*, Il.) *cognitionis* (vel, *superantem captum humanum*, V. sic Be. vel, *omni cognitione superiorem*, Pi. sic Be. Zan. *excellentiorem quàm ut cognosci possit*, P. V. sic E. Me. perfectè scilicet & penitus[c]. Mens humana hoc & *capit* & *non capit*; atque in eo capit, quòd rapitur in admirationem, & videt aliquid semper superesse quod persentiscere quidem potest, attamen non ità percipere ut possit explicare totum[d].) *charitatem Christi*, Mo. &c. h. e. Quâ Christus nos dilexit[*]. Al. *Et* [repete *cognoscere valeatis*] *quàm omnem cognitionem excedat amor Christi*, Ca. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Θεοῦ] *Ut impleamini in omnem* (vel, *ad omnem usque*, P. Be. Pi. vel, *omni* V.) *plenitudinem* (vel, *plenitudinem illam*, P. Be. Il. scil. de qua dictum v. præced[f]. vel, *plenitudine*, V.) *Dei*, Er. Ti. Mo. &c. i. e. plenâ Dei cognitione[g], perfectâque ejus in nobis inhabitatione, & naturæ ejus participatione[h]; omni perfectione quâ plenus est Deus[i]; omnibus illis donis quibus Deus implere homines solet[k]. Πλήρωμα hîc sumo activè, ut Joh. 1. 16. Col. 2. 9[l]. vel, omni illa perfectione charitatis quam Deus in Christo nunc à nobis exigit, & ad quam nos elevare constituit[m]; εἰς pro μέχρι accipitur, ut εἰς πάντα, *eò usque*, & εἰς τοῦτο, *hactenus*[n].

20. *Ei*, &c. Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ ὧν, &c.] *At potenti super omnia* (nempe quæ visa sunt hactenus[o];) *facere super ex abundanti*, &c. Mo. Periphrasis Dei Patris emphatica[p]: simili fermè δοξολογίᾳ finitur ad Romanos Epistola[q]. *Ei verò qui potest infinita cum redundantia* (vel, *cumulatè*, Er. Ti. V. *cumulatissimè*, Er. vel, *longè longéque copiosiùs*, Ca. ad verb. *suprà quàm redundanter*, Be. Ὑπερεκπερισσοῦ ponitur tanquam ad verbum[r]: ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ sunt particulæ plures αὐξητικαὶ cumulatæ: quod loquendi genus amat Paulus, ut videre est 2 Cor. 3. 9. & 7. 13. Phil. 1. 9. 1 Thes. 4. 1, 10. item Rom. 5. 20. 2 Cor. 7. 4. 1 Tim. 1. 14. suprà 1. 21. infrà 4. 10[†].) *omnia facere supra ea quæ petimus aut mente concipimus*, (vel, *petere aut cogitare audeamus*, G.) *pro illa vi*, aut *potentia agente* (vel, *quæ viget*, Ca. vel, *juxta vim agentem*, Er. Il. Ti. V. i. e. efficaciter operantem. Non loquitur de potentia Dei nuda, absoluta & otiosa, sed de efficaci, quæ cum ejus voluntate conjuncta est[t].) *in nobis*, Pi. Be. &c. In MS. ἐν ὑμῖν, (*in vobis*) i. e. ità ut incepit operari; nam κατὰ sæpe similitudinem significat[v]: in me & vobis ad Christum conversis[x]. Vel, *secundum virtutem* (vel, *potentiam*, Me. E.) *quæ operatur* (i. e. quam Deus operatur[y],) *in nobis*, Vulg. i. e. gratiam & Spiritum, qui vos potenter ad ardua virtutum impellit[z].

21. *Ipsi* (sub. *sit inquam*, Be. Pi.) *gloria in Ecclesia*] Subjectum notat[a], q. d. in cætu Christianorum[b]: q. d. Ipsum glorificet Ecclesia[c], cujus hæc bona sunt, quæ in sempiternum ut manebit, ità Deum glorificabit, quæ sola novit hæc beneficia & hoc mysterium, &c[d]. Al. *per Ecclesiam*, ἐν pro διὰ *per*[*]. ¶ *In*, &c. Ἐν Χριστῷ] *In Christo*, extra quem Deus non potest glorificari; in quo sumus electi, redempti, &c. in quo totum suum amorem erga nos patefecit Pater[f]. *Per Christum*, Pe. Be. Pi. Zan. utpote mediatorem illum[g], per quem omnia nostra in Deum tendunt[h]. In Ecclesia sicut mos est per Christum precari, ità etiam per Christum gratias Deo agere, Rom. 1. 8. & 7. 25[i]. Extra Christum nullus nobis patet ad Patrem accessus[k]. ¶ *In omnes generationes* (vel, *ætates*, P. Be.) *seculi seculorum*] i. e. omnium seculorum[l]. Hîc quoque augendi causâ duas locutiones Hebraicas miscuit Apostolus, quarum prior est לדר ודר, Psal. 10. 6. altera עלמי עד, Esa. 45. 17. & alibi[m]. *Seculum seculorum* quod omnia secula in se continet nec ullo fine terminatur[n]. ¶ *Amen*] Solebant talibus δοξολογίαις Ecclesiæ acclamare, *Amen*: quod ut faciant, præit eis Paulus[o].

CAP. IV.

1. *Obsecro itaque vos*] Parte Doctrinæ absolutâ venit, ut solet, ad Adhortationes[a]. ¶ *Ego vinctus in Domino*] Idem est quod suprà 3. 1. dicit δέσμιος τοῦ Χριστοῦ: nam ב Hebræis ut alia ità & *propter* significat[b]: q. d. vinctus non propter scelera aut falsam doctrinam[c], sed propter Christum ejúsque Evangelium[d]. Posset, ἐν Κυρίῳ, conjungi cum παρακαλῶ[*], *Obsecro vos per Dominum*, ut dicitur Rom. 15. 30[f]. Sed prius præfero[g]. ¶ *Ut*, &c. Ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως, &c.] *Ut ambuletis ità ut dignum est vocatione*, &c. P. Pi. vel, *sicuti convenit vocationi*, &c. Be. Ut memores sitis & quònam & per quem & quamobrem & in quem finem simus vocati. Vocationem intelligit, tum communem sive Christianam, quæ postulat ut sanctè vivamus, &c. de qua hoc cap. & parte cap. 5. tum privatam & particularem, ad quam quisque peculiariter vocatus est, alius ut sit pater, alius ut filius, &c. de qua cap. 5. & 6[h]. Ità [ambuletis] ut par est eos vivere quos tanto & tam inexspectato beneficio Deus affecit. Simile loquendi genus, Rom. 16. 2. Phil. 1. 27. Col. 1. 10. 1 Thes. 2. 12. ¶ *Cum*, &c. Μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης] Act. 20. 19. Phil. 2. 3. Col. 2. 18, 23. & 3. 12. Magna hæc virtus est Philosophis fermè omnibus incognita, ad quam præcipuè ducere homines debuit memoria ejus quod fuerunt ante tam benignam vocationem, unde cætera bona fluunt: ideo toties ejus meminere Apostoli[i]. *Cum omni* (i. e. verâ & perfectâ[k];) *modestia*, P. Pi. Zan. vel, *submissione animi*, Be. sic V. Quâ quis humiliter de se sentit[l], nemini se anteponit, ac neminem judicat[m], aliis plus quàm sibi tribuit[n]. ¶ *Mansuetudine*, &c.] Quâ quis non facilè irritatur, aut aliorum infirmitatibus offenditur[o]; sed se comem & affabilem

Marginal notes (col. 783): d E. — * Be. Vor. — f Zan. — g Me. — h Q. in Zan. — i T. — k Zan. ex Phot. — l Vor. — m Me. sim. Be. — n Zan. ex Phot. — o Zan. — p G. sim. Cam. Q. in Zan. V. — q G. — * G. sim. Be. — † Be. — t Vor. — v Zan. — x G. — y Ham. — z T. Me. — a G. — b E. sim. Ham. — c E. Me. — d Cam. — * Me. sim. E. T. — f Be. — g V. Zan. T. ex Th. — h Zan. — i T. — k G. sim. E. Me. — l G. — m Ham. — n Be. — o G. — p Vor. — q G.

Marginal notes (col. 784): r Camer. — † G. — t Zan. — v G. — x Zan. — y E. — z Me. — a Vor. — b Ham. — c E. Me. — d Zan. — * Ham. sic V. — f Zan. — g Vor. sim. Zan. T. — h Vor. — i G. — k Zan. — l E. Me. — m G. — n D. — o G. — a G. sim. Zan. — b G. — c Zan. — d E. Me. Zan. sim. Vor. Be. V. — * Zan. — f E. — g Zan. sim. E. — h Zan. sim. Be. — i G. — k Zan. — l V. sic Me. — m E. — n Zan. — o E.

affabilem omnibus præbet [p]. *Lenitatis* est non moveri ob res leves, μακροθυμίας etiam in gravioribus cohibere iram. De hoc vide Mat. 18. 26, 29. 1 Cor. 13. 4. 2 Cor. 6. 6. Gal. 5. 22. 1 Thes. 5. 14. Utrumque conjunctum habes & Col. 3. 12 [q]. ¶ *Supportantes*, &c. Ἀνεχόμενοι ἀλλήλων, &c.] Pro ἀνεχόμενοι, ut congruat cum ὑμᾶς. Antiptosis [r]. Ità fecit constructionem quasi dixisset non περιπατῆσαι, sed περιπατεῖτε. Sed frequens Paulo respicere τὸ νοούμενον †: [sensum magis quàm verba.] Sed his non opus est. Punctum ponendum post *vocati estis*, v. 1. & versus secundus sic vertendus, *Cum omni humilitate——tolerantes*, sub. *estote*, h. e. tolerate. Ellipsis verbi substantivi, qualis Mar. 12. 40. οἱ κατεσθίοντες, *qui devorant*: Act. 24. 5. εὑρόντες, *invenimus*: Col. 3. 16. διδάσκοντες, &c. *docete*, &c. Heb. 13. 5. ἀρκούμενοι, *estote contenti*: 1 Pet. 2. 18. ὑποτασσόμενοι, *subditi estote*. Phrasis enim est vulgaris, ut Luc. 1. 22. ἦν διανεύων, *innuebat*: Eph. 5. 5. ἴστε γινώσκοντες, *nostis* *. *Tolerantes* (vel, *Sustinentes*, Be. P. Mo.) *alii alios* (i. e. æquo animo ferentes fratrum mores incommodos, morosos [t], insuaves, asperos & vitiosos [v], nec ob illorum infirmitates aut injurias desinentes illos amare, illis benefacere, cum illis versari, &c [x]. Confer Col. 3. 13. ἀνέχεσθαι, סבל, est aliorum ignorantias, quanquam nobis molestas, leniter ferre. Similitudo ab onere deducta [y].) *per charitatem*, Pe. Pi. Be. &c. quæ hujusmodi actus imperat. Vide 1 Cor. 13 [z]. Hoc additamentum tria denotat, 1. modum tolerantiæ, ἐν ἀγάπῃ, non contra charitatem, q. d. tolerate eos, quatenus ad illorum Ecclesiæque salutem facit: non jubet ut dissimulemus vitia, &c. Sic Eph. 6. 1. *Obedite parentibus in Domino*. 2. causam impulsivam, cur toleraremus, non ob nostrum commodum, aut affectum carnalem, sed ex charitate. 3. causam tolerantiæ efficientem esse charitatem [a].

3. *Soliciti*, &c. Σπουδάζοντες τηρεῖν—ἐν συνδέσμῳ, &c.] *Studentes servare* (i. e. studiosè ac solicitè operam dantes ut servetis [b]. Verbum hoc est verè Evangelicum. Lex perfectionem postulabat, Christus tantùm studium obedientiæ, & operam, non quidem perfunctoriam, sed diligentem, attentam, accuratam: nam χλιδάζειν & σπουδάζειν opponuntur †.) *unitatem* (illam nempe de qua suprà cap. 2. & 3. h. e. corporis Christi ex variis populis conflati & uni capiti Christo conjuncti [c]:) *Spiritûs* (Sic vocat unitatem Ecclesiæ, quæ est corpus spirituale [d]; idque 1. quia non est unio corporalis *, sed spiritualis [f], sive animorum inter se consentientium [g]: 2. quia per Spiritum S. fit [h], nexu spirituali [i]:) *per vinculum* (vel, *per connexum*, Be. *in colligatione*, sive *concatenatione*: σύνδεσμος est *quo aliud alii connectitur* [k].) *pacis*, P. Pi. &c. i. e. per pacem quæ animos conjungit [l], & conservat unitatem Ecclesiæ quæ per dissidia dissipatur. Pax autem servari non potest sine mutua tolerantia: tolerantia verò locum non habet inter feroces & furiosos, sed tantùm inter humiles, &c. Hîc ergò finem notat sive scopum præced. hortationis [m]. Unitas servari non potest ubi regnant Fastus, Æmulatio, Invidentia, & alia Dilectioni contraria. Vide utrumque ad Corinthios [n].

4. *Unum* (sub. *est*, Pe. Be. Pi. vel, sub. *vos estis*, vel, *quippe qui estis*, ut sit oppositio ad superiora [o]: vel, sub. *fit*, V. vel, *existentes*, E. sive, *ut sitis*, E. Me. Sy. in Zan.) *corpus*] Breviter dictum, pro, *Ecclesia est unum corpus*. Hujus figura, unum Tabernaculum Hebræorum, & ejus vice postea Templum unum. *Corpus sumus de conscientia religionis & disciplinæ unitate & spei fœdere*, ait Tertul. in Apologetico [p]. *Unum corpus*, scil. mysticum, h. e. Ecclesia [q], cujus unitatem vos, qui membra estis, servare debetis [r]. *Unum corpus*, propter externam, visibilem & ordinatam conjunctionem †. ¶ *Et unus Spiritus*] supple, *est qui Ecclesiam gubernat* [t], *movet & vivificat* [v], *atque in unum corpus conjungit* [x]; non Satanicus, non humanus, sed Divinus, 1 Cor. 12. 4 [x]. Spiritus autem unus non potest à seipso dissidere: vel, *Spiritus*, pro animo [y]: q. d. animo & spiritu inter se consentientes, tanquam essent unus spiritus [z], ut videantur quodammodo esse unus homo [a], qui à seipso dissentire non possit [b]. Quid enim portentosius quàm unum hominem in seipsum insurgere, &c [c]? ¶ *In una spe*] i. e. ad unam eamdémque spem salutis æternæ [d]: ἐν pro εἰς *. Et *spem* vocat ipsam rem ad quam sperandam vocati sumus, i. e.

[p] Zan. [q] G. [r] Zan. † G. * Kn. [t] Zan. [v] Me. sic E. [x] Zan. [y] G. [z] E. [a] Zan. [b] E. sim. Zan. † Zan. [c] Zan. [d] G. * Zan. * Zan. Be. [g] E. sim. Me. [h] Zan. sim. Be. [i] Zan. [k] Er. [l] V. sim. E. Me. [m] Zan. [n] G. [o] Camer. [p] G. [q] Vor. [r] Zan. † E. [t] G. [v] Zan. [x] G. [y] Be. [z] E. [a] Me. sic T. [b] T. [c] Zan. [d] Me. sim. Zan. * G. Vor.

vitam æternam [f]. Vide suprà 1. 18 [g]. Cur hîc dissidemus, omnes eâdem felicitate æternùm fruituri [h]?

5. *Unus* (omnium fidelium [i],) *Dominus*] ex Dei Patris decreto [k], nempe Christus [l], 1 Cor. 8. 6 [m]. & 12. 4. &c [n]. quatenus est Redemptor, Servator [o], Gubernator & Caput Ecclesiæ; qui nec vult, nec potest dividi, quem tamen quasi in frustra lacerant qui Ecclesiam scindunt [p]. ¶ *Una* (scilicet objecti ratione [q];) *fides*] i. e. regula fidei, de qua diximus ad Mat. 28. 19 [r]. quam omnes sequimur †: vel, doctrina salutis quam credimus, quæ una semper fuit, eóque una fides totius Ecclesiæ [t], tum Christianorum, tum antiquorum ante Christum, &c [v]. ¶ *Unum Baptisma*] Quo regeneramur [x]. Videtur hîc internus potiùs quàm externus Baptismus intelligi, quia ille & scopo Pauli & hortationis argumentis aptiùs respondet [y]. Al. Unus modus [est] profitendi eam fidem, nempe per Baptismum. Vide ad Mat. 28. 19 [z]. Eadem omnibus ut fides, ità & externa Fidei Symbola [a]. Unum Baptisma semper fuit, etiam ante Christum, quod ad rem signatam attinet, nunc unum, quoad externum etiam Symbolum [b].

6. *Unus Deus & Pater* (Habes hoc & 1 Cor. 8. 6 [c].) *omnium*] Vel, 1. hominum, ut est Creator [d]; vel potiùs, 2. fidelium; hîc enim de eo loquitur quatenus Ecclesiæ junctus est, & in nobis inhabitat *: *omnium*, scil. vestrûm fidelium. Duplex argumentum. Idem Deus exigit cultores unanimes: idem Pater filios fraterno amore conjunctos [f]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ ἐπὶ πάντων, &c.] i. e. ἐπάνω πάντων [g]. Illud πάντων potest esse vel neut. gen. vel masc. ut est in postremo membro, à quo priora membra genere discrepare non quadrat [h]. [Sic vertunt:] *Qui est super omnia*, (i. e. universas creaturas [i], i. e. autor omnium [k]; quod Patri congruit [l]: vel, *super omnes*, Be. Pi. Mo. Tre. vel, 1. Dominio [m]: q. d. qui imperium habet in nos omnes [n], sive in totam Ecclesiam [o]. Vel, 2. præstantiâ, quoad naturam & proprietates [p].) *& per omnia*, (vel, *per omnes*, Be. Pi. &c. providentiâ [q], quâ permeat, sustentat, regítque omnia [r], vel quæ per omnia Ecclesiæ membra diffusa est †: qui *per omnes* diffundit providam gubernationem suam [t]. Congruit hoc Filio, per quem omnia facta sunt [v].) *& in omnibus vobis*, Er. P. Be. Pi. &c. Justificatione [x]: *vobis*, h. e. Ecclesiæ membris, nempe inhabitat [y], vel operatur †, per gratiam suam [z], & dona [a]. Congruit hoc Spiritui Sancto, cujus habitaculum sunt fideles, &c [b]. Vel, *intra vos* agit per Spiritum à se procedentem [c]: vel, *in omnibus nobis*, Vulg. nempe credentibus [d]: vel, *in omnibus*, Ca. ὑμῖν abest in MS *. Illud, ἐν πᾶσιν, nostram cum Deo conjunctionem in Christo designat [f]. Hinc Græci refellunt hæreticos facientes Filium Patre, & Spiritum S. utroque minorem, quòd διὰ tribuitur Filio, ἐν Spiritui S. cùm ἐξ tribuatur Patri: hîc enim & διὰ & ἐν Patri tribuuntur [g].

7. *Unicuique*, &c. Ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ——χάρις, &c.] *Sed unicuique nostrûm* (nempe gratiam aliquam habenti [h]:) *data est gratia* (illa à Deo [i], non una & par, sed huic major, illi minor [k]: χάρις idem hîc quod χάρισμα, *donum gratiæ* [l]:) *pro mensura* (vel, *pro portione*, Ca. *juxta mensuram*, Er. Il. &c.) *doni* (vel, *donationis*, Er. Ti. &c. h. e. liberalitatis & munificentiæ [m].) *Christi*, P. Be. Pi. i. e. quam Christus largiri voluit [n]; doni quod nobis contulit sive Christus, sive Pater in Christo [o]: non pro dignitate aut meritis nostris, sed prout Christo placuit [p]: unde nemo superbire [q], nemo queri, nemo alteri invidere potest, sed quisque quod accepit, debet ad communem totius corporis utilitatem conferre [r]. Pertinet hoc ad commendandam unitatem Spiritûs inter fideles ‖. Particula δὲ docet, hanc esse exceptionem adversùs præced. Non enim omnia in Ecclesia esse omnibus unum & idem. Sed tamen invertit argumentum Apostolus, & probat, hæc varia dona ad eundem spectare finem, communem scil. corporis salutem: sicut in corpore humano membra, officiis licèt & actionibus diversa, sibi tamen mutuò serviunt & unita consistunt, &c †. Quia objici poterat, *Non eadem omnes accepimus*; respondet, *Dona sunt, quorum mensura à voluntate pendet donantis, & hæc ipsa non uni, sed omnibus serviunt*, Rom. 12. 3, 6. Sic non omnibus

[f] G. sim. E. Zan. [g] G. [h] Zan. [i] E. Zan. [k] G. [l] E. Me. Zan. Vor. G. [m] G. Vor. [n] Vor. [o] Zan. sic T. [p] Zan. [q] E. sic Zan. [r] G. † Me. T. [t] Zan. [v] E. [x] T. sim. Me. [y] Vor. [z] G. [a] E. [b] Zan. [c] G. [d] Q. in Zan. * Zan. [f] E. [g] G. Chrys. in Er. [h] E. sim. Be. [i] Er. [k] Er. ex Hi. E. ex Aquin. [l] E. ex Hi. & Aquin. [m] E. ex Theod. Me. T. [n] G. [o] Be. [p] Zan. [q] E. ex Theod. Me. T. Zan. Be. [r] Zan. sim. Er. ex Hi. † Be. [t] G. [v] E. ex Hi. [x] E. ex Theod. Me. [y] Zan. † Ham. [z] Zan. sic T. Ham. [a] T. Ham. [b] E ex Hi. [c] G. [d] Er. ex Amb. * G. [f] Be. [g] Er. [h] E. [i] Idem. [k] Me. [l] Vor. sic Zan. [m] Zeg. [n] V. [o] Be. [p] E. sim. Me. T. [q] T. sim. [r] E. [t] T. ‖ E. † Zan.

Tribubus

Tribubus tantundem datum terræ, sed plus copiosioribus[t].

8. *Propter quod* (scil. ut significet, Christum, quatenus Mediator est & caput Ecclesiæ, unicum esse autorem omnium horum diversorum donorum[v], & donationem hanc gratuitam esse[x]:) *dicit*] sub. *Scriptura*, vel, *Deus*[y], Psal. 68. 8[z]. ¶ *Ascendens*, &c. Ἀναβὰς, &c.] In Græco prima verba eadem, nisi quòd ibi ad Deum sermo, hîc de Deo[a]; ibi *ascendisti*, hîc *ascendens*: qua in re nulla est discrepantia, nam alterum ex altero sequitur[b]. *Quum ascendisset in sublime*, vel *altum* (i.e. in cœlum[c]; *supra omnes cœlos*, ut infrà dicit[d]:) *captivam duxit captivitatem*, (vel, 1. activè, eos qui captivos tenebant homines[*]; vel, hostes suos[f], & imprimis cacodæmones, quos veluti captivos abduxit, & de iis triumphavit[g]: mortem, Satanam & peccatum[h]. Vel, 2. passivè, i.e. eos qui captivi tenebantur à Diabolo, quos Christus liberavit[i]; vel, *captivorum multitudinem*, ut αἰχμαλωσία, שְׁבִי, sign. in Psalmis & Num. 31. 12[k]. Patres à Limbo eductos[l]. Sed phrasis illa, *captivitas captiva*, nunquam adhibetur in Scriptura nisi cùm agitur de hostibus, quales certè Patres non erant. Et quis dicet eos captivos ductos fuisse cùm liberarentur[m]?) *& dedit dona* (multiplicia[n], Spiritûs Sancti, in Pentecoste, & deinceps[o]:) *hominibus*, P. Be. Pi. &c. At in Psalm. 68. est, *accepisti dona* באדם[p], & in ὁ. ἐν ἀνθρώποις[q]. At *accipere & dare* sunt opposita[r]. Resp. 1. In Psalmo Christus *accepisse* dicitur, quia nondum factum hoc erat, sed futurum promittebatur: hîc autem *dedisse*, quia jam dona sua distribuerat[†]. 2. Paulus, ut meliùs ad mysticum sensum hæc traheret, לקח sumpsit in sensu *dandi*: nec id mirum, cùm quæ dare volumus accipiamus ut demus, ut videre est[t] Exod. 25. 2. & 1 Reg. 17. 10[v]. Ubi *accipere* pro *dare* ponitur[x]: quare & per ἐκβάλλειν vertitur Job. 22. 22. Jer. 23. 30[y]. *Accipere* & *dare* sunt relata: relatum autem apud Hebræos correlatum in semet includit, ut Gen. 12. 15. *Et capta est—in domum*, h. e. capta ab iis perducta est in domum; & Num. 23. 27. *Assumam te*, &c. i. e. assumptum deducam[z]. Vide & Gen. 32. 13. Act. 7. 9[a]. Sic autem sumpto verbo ב valebit *propter*, de quo significatu diximus suprà v. 1[b]. ב pro בעבור, vel ל[c]: sic *accipere dona pro hominibus*, idem est quod, *accipere dona quæ daret hominibus*[d]. לקח Hebræis est & *dare* & *accipere*[*], quomodo Anglis, to take, interdum significat, to give, & Græcis λῆμμα & δῶρον idem sunt. Hinc factum, ut illud לקחת, Syrus, Interpres valde antiquus, vertit, *Et dedisti*, Arabs item, *Et dedit*[f]. [Plurima exempla verborum contrariis significationibus gaudentium vide in Cl. Authore, & ex eo decerpta in Synopsi ad Mic. 5. 2.] Optimè autem Christo convenit hic locus, qui in cœlum ascendere conspectus est, deinde per Apostolorum doctrinam vicit & velut captivam egit Idololatriam, & vitia alia; sumpsitque à Patre dona quæ hominibus dispartiretur[g]. Solent principes, dum triumphant, magna munera & pecunias in populum spargere: sic fecit & Christus[h]. Dona autem hæc accepit Christus, & à Deo, ut homo, & à Patre, ut Filius[i]. At Psalmus hic agit de victoriis Davidis, aut veteris populi[k]. De illis quidem figuratè agit, propriè verò de Christo in cœlos ascendente[l]. Adeò propria est hæc Pauli explicatio, ut aliæ omnes translatitiæ sint, fatentibus etiam Judæis æquioribus[m]. Obj. 1. At hæc dicuntur de Davide[n], vel populo; qui *ascendit*, &c. quum hostibus superior factus est[o]. Resp. 1. Totus contextus docet soli Deo hoc tribui, cui David hunc Psalmum, tanquam exinicion, ob victorias concessas, canit[p]; & de quo antecedentia & sequentia omnia enunciantur[q]. 2. Hoc illo ipso versu ostendit Propheta, dicens, *Etiam inhabitans*, putà in sublimi, *rebelles captivos tenes, ô Jah Deus*. Agit ergò de Deo, sed in carne patefacto, qui *descenderat*, &c. (ut hîc sequitur) postea ascensurus[r]. Obj. 2. De Deo loquitur quo tempore Legem tulit[†]. Resp. Hoc evertit ipse Psalmus, qui de illo tempore antè agit. Summa Psalmi est, Nunquam Dei præsentiam non esse Ecclesiæ salutarem, & hostibus ejus exitiosam. Id primò generatim exponit Psaltes, deinde minutatim per tempora Legis & Evangelii, à v. 8. ad 14. usque. Et quia legalis gloria interscindi videbatur afflictionibus, Ecclesiam Dei erigit contemplatione alterius adventûs gloriosissimi, v. 18. & in seq. nempe quo Verbum caro factum est, &c. Idem ergò quod sibi voluit Propheta docet Apostolus, demonstrans vetera ex novis, & nova ex veteribus esse contestata[t].

[t] G. [v] Zan. [x] E. Me. [y] Vor. [z] Er. Jun. Zan. &c. [a] G. [b] E. [c] Ma. T. E. D [d] Zan. [*] Idem. [f] Vor. [g] Vor. sim. Zan. Bod. [h] V. sic Be. [i] Zan. [k] G. [l] Q. in Cam. sim. E Me. [m] Cam. [n] T. [o] Me. [p] Be. [q] G. [r] E. [†] E. ex Hi. [t] G. [v] G. E. [x] E. [y] G. [z] Bod. [a] Be. [b] G. [c] Be. [d] Bod. sim. Be. [*] Ham. sim. Poc. misc. 2. 24. [f] Poc. ib. [g] G. [h] Zan. [i] E. [k] Q. in E. [l] Vor. [m] Be. [n] He. in Jun. Q. in Calv. [o] Q. in Calv. [p] Calv. [q] Jun. par. 2. 56. sim. Be. [r] Jun. ib. [†] Q. in Jun.

9. *Quod*, &c. Τὸ δὲ ἀνέβη, &c.] *Cæterùm illud* (sub. *quod dictum est*, Er.) *Ascendit, quid est* (i. e. quid significat[v], quidve concludit[x],) *nisi quòd etiam descenderat priùs in infimas partes terræ?* P. Be. Pi. i. e. vel, 1. in uterum virginis[y], ut posset aliquis credere ob Psal. 139. v. 15[z]. ubi iterum vocat *inferiora terræ*[a]: vel, 2. in terram, quæ pars est mundi infima[b]; ut sit comparatio inter partes non Terræ, sed Mundi[c]: in eam partem in qua homines solent vivere. Vide Joh. 3. 13. & 6. 33, 38, 41, 42, 50, 51, 58. Sic κάτω sumitur Joh. 8. 23. Act. 2. 19. Credibile est hîc agi de Divina Christi potentia in terris exercita coram multis testibus, de qua agitur & 1 Tim. 3. 16[d]. Si terram absolutè hîc sumas, consequentia promptior est; *Ascendit*, &c. *ergò priùs descendit*, &c. nam ascendit è terra in cœlum[*]. Vel, 3. in sepulchrum[f], totúmque statum mortuorum. Ità comparatio erit inter partes terræ, superiorem, ubi sunt viventes, & inferiorem, ubi mortui[g]. Vel, 4. in inferos[h], vel, ut dolores inferni pateretur[i]; quod non placet, quia finis dolorum ejus fuit in cruce: vel, ut præsentiâ suâ significaret, justitiæ Dei satisfactum esse, séque omnium dominum esse, & ut Diabolos secum duceret in triumpho, juxta Col. 2. 15[k]. vel, ut suos consolaretur, pleniúsque ostenderet id quod sequitur, Christum implêsse omnia[l]. Ego omnes hasce quatuor interpretationes hîc complector. Sicut enim verbo *Ascendendi* continentur omnia quæ ad glorificationem Christi pertinent, sic etiam verbo *Descendendi*, omnia quæ ad ejus humiliationem referuntur, intelligenda sunt[m]. Etiam Deus, de quo sensu primùm obvio agit Psalmus, primùm descenderat, sed in montem Sinai: Christus verò multò inferiùs[n]. Verba autem hæc bifariam exponi possunt; vel, 1. ut Paulus ex verbo, *ascendit*, concludat, Christum igitur priùs fuisse in Cœlo, indéque descendisse; quæ consequentia non ex natura rei pendet, sed ex qualitate personæ ascendentis, quem noverant David & Paulus fuisse ut hominem, ità & Deum æternum in cœlis, unde eum descendere oportuit, &c. Vel, 2. ut Paulus verba Prophetæ interpretetur, & concludat, Davidem, cùm ibi prædixit glorificationem Christi, sive ascensurum illum in Cœlum, prævidisse simul humiliationem ejus, sive eum priùs descensurum è Cœlo, futurúmque hominem verum. Hæc mihi videtur simplicior interpretatio[o].

10. *Qui descendit* (Vide modò dicta Johannis loca[p]:) *ipse est & qui ascendit*] Idem Christus est. Refellit hoc & eos qui negant Christum ante Mariam fuisse, & Nestorianos, qui duos confingebant Filios, Filium Dei, & Filium hominis[q]. Non dixit Paulus, *Qui ascendit idem est qui descendit*, nè putaretur corpus è cœlo attulisse; sed contrà, *Qui descendit*, &c. ut doceret Filium Dei descensu suo non esse factum alium, h. e. alienam personam, neque humanam naturam assumptam aliquid ad personam Filii Dei addidisse; sicut homo non fit alius assumptione vestis quam induit, &c. Christus descendit sine mutatione loci, cùm esset tantùm Deus; ascendit autem mutatione loci, cùm esset homo. Totus tamen Christus realiter ascendisse dicitur, ob communicationem idiomatum[r]. ¶ *Supra*, &c. Ὑπεράνω, &c.] *Supra* (vel, *Longè supra*, P. Be. Pi.) *omnes cœlos*] Nempe corporeos[†], sive aspectabiles[t]; supra aerem[v], & æthera[x], cœlúmve sidereum[y]; quæ regio *cœlum tertium* dicitur, & *cœlum cœlorum*, & pluraliter οὐρανοὶ, & κατ' ἐξοχὴν, ὁ οὐρανός. Vide Act. 2. 34. & 1. 10. 1 Cor. 15. 48. & hîc infrà 6. 9[z]. Christus enim alibi dicitur *ascendisse in cœlum*, & *cœlo capi*, Act. 3. 21. & *in cœlo esse*, Col. 3. 1. & *ingressum esse in ipsum cœlum*, Heb. 9. 24[a]. Et planè condecet ut Rex in Regno suo resideat[b]. Christus ergò non est extra Cœlum empyreum[c], illius convexæ superficiei pedibus insistens, ut volunt Caj. Suar. & La. &c[d]. sed ascendit in altissimam partem cœli empyrei[*], sive in dignissimum in eo locum[f]. Super arborem enim ascendisse dicitur qui altiores ejus ramos conscendit, etsi infra verticem hæreat[g]. Dicitur Christus *penetrâsse cœlos*, Act. 4. 14. quomodo Pontifex Aaronicus penetrabat quotannis usque ad intima Sanctorum, sed non ultrà progre-

[t] Jun. ib. [v] Camer. Zan. sim. Pi. [x] Zan. [y] Zan. Q. in G. sim. Cam. D. ex He. [z] G. sim. Zan. Cam. [a] Zan. [b] Be. Zan. sic Camer. E. ex Caj. & Cathar. &c. Vor. [c] Zan. [d] G. [*] E. [f] D Zan. Be Vor. [g] Zan. [h] Zan E. [i] Q. in Zan. [k] Zan. [l] E. [m] Zan. [n] G. [o] Zan. [p] G. [q] E. [r] Zan. [†] E. [t] Vor. sic Zan D. [v] G. sic D. [x] G. [y] D. [z] G. [a] Zan. [b] E. [c] E ex Hi. & L. &c. sim. T. [d] T. [*] E. ex Aquin. [f] T. [g] T. ex Less.

progrediebatur[b]. ¶ *Ut impleret omnia*] [Variè explicant:] Ut compleret & perficeret omnia, quæ de ipso scripta erant[i], (inter quæ erat & hoc, ipsum ascensurum, &c.) omnia quæ ad salutem nostram requirebantur[k], vel omnia officia sua quæ perficienda erant sive in terris, ut pati, mori, sepeliri; sive in cœlo & è cœlo, indè dona distribuenda, &c[l]. Al. Ut impleret omnia loca, (nam de locis sermo præcessit[m]:) tum potentiâ suâ[n], gloriâ[o], majestate, triumpho[p], illustribus potentiæ & majestatis suæ documentis †, tum præsentiâ corporali, sed successivè[q], non simul, sed unum [locum] post alterum[r]. Al. Ut impleret omnia, nempe Ecclesiæ membra †. Neutrum pro communi; *ut impleret*, sive *satiaret omnes*, nempe fideles[t], vel omnia hominum genera[v], universum mundum, vel totam Ecclesiam[x], omnes electos[y], sive Judæos, sive Gentes[z], suâ munificentiâ[a], donis suis[b], omnis generis[c], quæ Christum daturum jam dixerat ex Propheta, unde apparet hunc sensum genuinum esse[d]. Πληρώσῃ τὰ πάντων, h. l. non est de Expansione aut Multiplicatione Corporis Christi accipienda, sed de καταρτισμῷ, seu completa exstructione Corporis mystici Christi, ad quam adhuc necessaria erant dona illa à Christo impetranda & distribuenda. Confer Joan. 1. 16. Eph. 3. 19. Col. 2. 10*.

11. *Et ipse* (vel, *Is igitur*, Be. Pi. καὶ, pro ἐν †. Christus: Idem tribuitur & Patri & Spiritui Sancto, 1 Cor. 12. Significare ergò voluit, tum Christum esse verum Deum, tum opera hæc externa omnibus personis esse communia[f]. Sicut Deus per Mosem constituerat Tribuum Principes, (quibus respondent Apostoli,) Chiliarchos, Centuriones, atque ità deinceps; ità & nunc fecit Christus[g].) *dedit* (De Patre dixit ἔθετο, *constituit*, de Filio ἔδωκε, *dedit*, ut significet, Patrem esse Primum autorem donorum, Filium esse distributorem, eáque donare ex Patris constitutione. Enumerat hîc quædam præcipua dona, eorúmque finem simul explicat[h].) *quosdam quidem Apostolos*] i. e. Voluit in Ecclesia esse Apostolos[i]. Hi erant immediatè à Christo edocti & missi ad prædicandum Evangelium cum præcipua autoritate in Ecclesiis ubique terrarum[k], eorúmque erat constituere Ecclesias †, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos ‖. Obj. At Christus Apostolos constituit ante mortem suam: cur ergò hoc eum fecisse dicit, *cùm ascendisset*, &c[l]? Resp. Tunc *dedisse* dicitur, non eos eligendo, nec iis præcipiendo, &c[m]. sed respectu, 1. plenitudinis donorum ad Apostolatum necessariorum[n], quæ tunc primùm distribuit, Joh. 7. 39. & 16. 7. Act. 1. 4. 2. solennis & publicæ inaugurationis è cœlo per visibilem Spiritûs S. è cœlis acceptionem; 3. mandati eundi & prædicandi ut Judæis ità & Gentibus, ad quas non antea iverunt, &c[o]. ¶ *Prophetas*] Scil. Novi Testamenti, ut cap. præced[p]. Hi semper proximi Apostolis ponuntur: ut suprà 3. 5. 1 Cor. 12. 28[q]. Munus ergò hoc præcipuum erat, sed temporarium[r]. Hi eximiâ pollebant sapientiâ, tum in administrandis Ecclesiis, tum in interpretandis Scripturis †, tum etiam in futuris prædicendis, Act. 11. 27, &c. & 21. 10, &c[t]. ¶ *Evangelistas*] Qui singulari dono Evangelii prædicandi præditi erant[v], adjutores (vel, comites[x],) Apostolorum[y], Act. 21. 8. 2 Tim. 4. 5[z]. Tales aliquandiu fuere Titus, Timotheus, Apollos, Silas[a], Marcus, Lucas[b], Stephanus & Philippus diaconi, quorum hic *Evangelista* dicitur, Act. 21. 8[c]. Vide 2 Cor. 8. 18[d]. ¶ *Alios*, &c. Τοὺς δὲ, ποιμένας καὶ διδασκάλους] *Alios autem Pastores ac Doctores*, P. Be. Pi. Non dicit, *alios Pastores, alios Doctores*, sed *alios pastores & doctores*, quia Pastores omnes debent esse & Doctores*, cùm potissimum eorum munus sit, populum pascere verbo Dei †. Perinde est, sive appositivè hæc duo nomina accipiantur, sive duo distincti ordines ministrorum verbi intelligantur[f]. Duobus nominibus eosdem significat[g]. Sed quorsum in tam paucis verbis id faceret[h]? פרנסין, *pastores*. *Pastor* apud Judæos vocabatur Gubernator Synagogæ. Id nomen in Ecclesia competit τοῖς πρεσβυτέροις τοῖς κοπιῶσιν ἐν λόγῳ, 1 Tim. 5. 17. qui κατ' ἐξοχὴν dictus ἐπίσκοπος, *inspector gregis*. Nam Docere est pascere. *Doctores* sunt Episcopi & ipsi, sed in eminentiore gradu positi, quales dicti postea μητροπολῖται, ut diximus Rom. 12. 7. & 1 Cor. 12. 28[i]. Per *Pastores* intelligit Episcopos[k], & Presbyteros[l], qui particulares Ecclesias regebant[m], & docebant[n]; Parochos, qui curam animarum habent[o], qui *Episcopi* vocantur, Act. 20. 28. Phil. 1. 1[p]. & 1 Pet. 2. 25[q]. *Doctores* sunt qui vocati tantùm sunt ad docendum, & ad refellendum hæreticos[r], quos Paulus alibi *Catechistas* vocat †: quales erant in schola Alexandrina Origenes, Clemens & alii[t]. Cùm autem Origeni concessum esset concionari in cœtu, quidam id præter morem majorum factum esse dicebant, teste Niceph. hist. 5. 14[v].

12. *Ad*, &c. Πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων εἰς ἔργον, &c.] Est & hîc Trajectio: nam genuina constructio fuerat, εἰς ἔργον διακονίας πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων. Opus illis injunctum est, & quidem ut sanctis ministrent, eos perficiendo magis & magis in fide & cognitione rerum earum quæ ad Evangelium aliquo modo pertinent. Vide de hoc verbo 1 Cor. 1. 10. 2 Cor. 13. 11. Gal. 6. 1[x]. [Verba sic reddunt:] *Ad coagmentationem* (vel, *instaurationem*, Er. Il. Ti. Zan. *confirmationem*, Ar. sic Æth. *perfectionem*, Tre. ex Sy. sic Vulg. *concinnationem integram*, Be. *refectionem*, Er.) *sanctorum* (nempe singulorum[y]: i. e. ad complendum numerum sanctorum[z]: ut Christiani in suo quisque gradu perficiantur[a], sanctitate scilicet[b]: ut sanctos & Christo per fidem, & inter se per charitatem, adglutinent, & ut membra Ecclesiæ per peccatum luxata corrigant ac ceu manu Chirurgi in suum locum reponant, ibique constabiliant[c].) *ad opus* (vel, *per opus*, ut sit εἰς ἔργον, pro ἐν ἔργῳ, per Heterosin, id est, δι' ἔργου, per Hebraismum[d]:) *ministerii*, (vel, *in opus dispensationis*, i. e. ad dispensandum & docendum verbum*: ad strenuè obeundum munus suum[f]. Nomen τοῦ ἔργου excludit otium, διακονίας autem dominium[g].) *ad ædificationem* (sub. *inquam*, P.) *corporis Christi*, P. Pi. Mo. &c. i. e. Ecclesiæ[h]. Ut ad eum modum sancti apti fiant ædificandæ Ecclesiæ, i. e. docendis aliis[i]: vel, ad spiritualem Ecclesiæ profectum[k], & perfectionem in fide & moribus[l]: ut Ecclesia & numero & virtutibus proficiat, donec tandem consummetur[m]. Triplex ergò hîc est usus Ministrorum, &c. primus singulos sanctos respicit, secundus Ministros ipsos, tertius totum corpus Ecclesiæ[n].

13. *Donec*, &c. Μέχρι καταντήσωμεν — εἰς τὴν ἑνότητα — ἐπιγνώσεως — εἰς μέτρον ἡλικίας, &c.] Explicat ad quid ordinantur prædicti ministri[o], & quousque Christus velit eos esse in Ecclesia[p]. Et rursum κοίνωσις. Nam Paulus, supra alios perfectus, se imperfectis accenset[q]. *Donec occurramus* (vel, *obviemus nobis invicem*. Metaphora sumpta ab illis qui è diversis locis egressi in unum locum conveniunt[r]. Hâc voce innuit, Electos in hoc Mundo partim dispersos esse & vagari, partim variis affectibus distrahi, sed tandem omnes sibi invicem occursuros in unum, &c*. vel, *fiamus*, Tre. ex Sy. *evadamus*, P. Pi. *perveniamus*, Er. Il. Ti. Ca. V. Zan. E. Me. T. ut verbum sumitur Act. 16. 1 †.) *omnes* (nempe sancti sive electi[t], tam infirmi quàm qui firmi sunt[v], Judæi & Gentes[x]:) *in unitatem* (vel, *in unitate*, Be. εἰς τὴν ἑνότητα, pro ἐν τῇ ἑνότητι[y]) *fidei* (i. e. eâ summâ conjunctione, cujus vinculum est Fides[z]:) *& agnitionis* (Non dicit γνώσεως, sed ἐπιγνώσεως, quæ non est simplex notitia, sed conjunctam habet fiduciam & dilectionem[a]:) *filii Dei* (Tam diu aliis magistris quisque opus habet donec ipse quoque in fide & accedente ad fidem cognitione, de quâ suprà 1. 17. Col. 1. 10. & 2. 2. consummatus fuerit[b], usquedum omnes fiamus unum cum Christo corpus, conjuncti per unam & eandem fidem ac agnitionem Christi[c].) *in virum perfectum*, (vel, *adultum*, Be. Pi. i. e. ut non semper infantes simus vel parvuli[d], sed provecti, viriles, constantes*; perfecti in cognitione ac dilectione Christi[f]. Metaphoricè denotat continuum profectum in fide Christiana. Nam Christus spiritualiter in nobis habitans, suas habet diversas ætates ac progressiones[g]. Ἀνὴρ τέλειος dicitur Luciano & Græcis aliis is qui virium complevit augmentum, quod quintâ fieri annorum hebdomadâ ait Macrob. Saturn. 1. 6. Pro eodem ἀνὴρ sine adjectione legitur, 1 Cor. 13. 11. Ejus habitudinis nomen hîc à corpore ad animum transfertur[h]. *Virum perfectum* hîc vocat Judæos & Gentiles conjunctos in unitate fidei, &c[i]. De Ecclesia loquitur tanquam de unico homine, ut unitatem ipsius declaret[k].) *in*, vel, *ad mensuram staturæ* (id enim est ἡλικία, Mat. 6. 27[l]. Luc. 19. 3[m].

vel,

vel, *ætatis*, Er. Ti. Zan. V. Zeg. Vulg. Perinde est, sive *staturam* vertas, sive *ætatem* [n].) *plenitudinis* (vel, *perfectionis*, Ar. vel, *pleni*, Pi. *adulti*, Il. P. *plenæ*, Be. *plenè adultæ*. Er. Ti. V.) *Christi*, Mo. Tre. &c. nempe in corpore suo mystico [o]: q. d. quæ perfecta cognitio est plena statura sive ætas hominis Christiani [p]: vel, *ad eum staturæ modum qui plenus sit Christi*, i. e. cognitionis de Christo [q]: vel, donec adulta in Christum fide præditi simus [r]. Πληρώματος τοῦ Χριστοῦ interpretor τοῦ πληρωθέντος Χριστοῦ, per Heb. hypallagen, de qua suprà 1. 14. & Act. 5. 20. Spectatur enim hîc Christus non in sese, sed quatenus in nobis adolescit †. *Plenitudinem Christi* intelligit, vel, 1. activè, quâ Christus Ecclesiam suam gratiâ & gloriâ tandem impleturus est; vel, 2. passivè, quâ Christus ipse perficitur & impletur, sive, 1. in se, ad cujus, etsi non æqualitatem, similitudinem tamen & conformitatem accedet tandem Ecclesiæ perfecta statura, sive perfectio in cœlis: sive, 2. per perfectionem Ecclesiæ suæ, quæ est ipsius *complementum*, Eph. 1. ult [t]. Metaphora est ducta à corpore naturali Christi, quod diversos habuit ætatis & quantitatis gradus: sic, inquit, & singula Christi membra, h. e. fideles, & totum ipsum corpus Christi mysticum, suam habuit infantiam, nempe in cognitione Christi, regeneratione, &c. suam item pueritiam & adolescentiam: perfecta autem ætas reservatur in aliud seculum [v]. Locum hunc Latini ferè interpretantur de futuro seculo: referunt autem, vel, 1. ad resurrectionem corporum, in qua consequenter fideles virilem perfectionem, quoad ætatem, robur, dotésque gloriosas corporis Christi perfectioni respondentes consequentur. Hinc probant, omnes electos in ætate & statura virili resurrecturos esse. Vel, 2. ad perfectionem spiritualem, quam tunc habebunt, quando corpus Christi mysticum omni ex parte perfectum erit, ut nec membrum ullum, nec perfectio ulla, desit. Græci autem, ut & Hi. Amb. &c. de præsenti seculo accipiunt, ut sensus sit, Ministri tantisper laborabunt, donec omnes ad vitam destinati alii post alios, virile robur & constantiam in fide & cognitione Christi assequamur, *tanquam mensuram plenæ & perfectæ ætatis Christi* in corpore suo mystico, ut in voce *viri* etiam sexus intelligatur, sed spiritualiter †.

14. *Ut jam*, &c. Ἵνα μηκέτι ὦμεν νήπιοι κλυδωνιζόμενοι, &c.] Ostendit hîc usum fructúmque Ministrorum [x]. Al. Pleniùs ostendit qualis sit illa virilis habitudo comparatione aliorum qui nondum eousque pervenere [y]. *Ut non ampliùs simus pueri* (qui animis & corporibus instabiles sunt, cùm vir stet pede firmus utroque [z], quibus imperfectum & instabile judicium est [a]: *pueri*, i. e. infirmi in fide [b]. Νήπιοι נערים sunt qui adhuc instituti aut roborari debent, Rom. 2. 20. 1 Cor. 3. 1. & 13. 11. Heb. 5. 13 [c]. *pueri* intelligentiâ, deceptu faciles [d].) *qui fluctuemus* (vel, *commoventur*, Tre. ex Sy. i. e. inconstantes simus [*]. Metaphora à navi in mari turbato posita, quæ huc illuc à fluctibus agitatur, &c [f].) *& circumferamur* (in omnem partem [g].) *quovis vento* (sive impulsu [h];) *doctrinæ*, P. sic Be. Pi. &c. seu veræ, seu falsæ [i], nescientes inter eas dijudicare [k]; abrepti ab hæresiarchis in falsa dogmata [l]. Ostendit non tantùm quod evenire poterat, sed & quod multis Ephesi evenerat. *Doctrinis* enim partim Judæorum, partim Philosophorum, *concussi & huc illuc jactati* fuerant *tanquam procellis*: hoc enim κλύδων, Prov. 23. 34. Jon. 1. 4, 11, 12. Luc. 8. 24. Jac. 1. 6. unde κλυδωνίζεσθαι. Videtur autem alludi ad locum Esa. 57. 13. ubi in Græco, Τούτους γὰρ πάντας ἄνεμος λήψεται, καὶ ἀποίσει καταιγίς. Seneca, *Turbo quidam animos vestros rotat & involvit, fugientes, petentésque eadem; & nunc in sublime allevatos, nunc in infima allisos rapit* [m]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῇ κυβείᾳ — ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης] *In alea* (vel, *Per versutiam*, Er. Il. Ti. V. sic Ca. *Per aleam*, Pi. *In aleatoria ludificatione*, Be.) *hominum*, (i. e. in præsenti hominum vita, quæ ob incertitudinem variósque casus, comparatur ludo aleæ [n]: vel, in incertis illis casibus quibus jactantur homines [o]. Metaphoricè notat callidam impostorum versutiam, sicut ex adjuncta appositione patet [p]: q. d. per fallaciam hominum, sive Philosophorum, sive Judaizantium, sive hæreticorum, quâ nos in errorem inducunt [q], per Sophisticam, quâ imperitos facilè seducunt, ut viri in ludo aleæ facilè imponunt pueris [r]. Illorum culpam sublevat, graviter accusando ipsos seductores. Κυβεία Græca vox est, sed Thalmudicis quoque & Rabbinis frequens קוביא. Et quia in aleæ ludo solent simpliciores circumveniri, ideo ad quamvis *circumventionem* hæc vox transferri solet. Nam *Aleator quantò in arte est melior tantò est nequior*. Et ità apparet hîc Syrum accepisse †. Κύβος est *alea*, sive *tessera*: hinc κυβεία hîc & apud Phavorinum idem quod πανουργία, quæ hîc sequitur [t].) *in astutia* (vel, *per astutiam*, Er. Il. Ti. sic Tre. Planiùs explicat quod dixerat: Et utroque loco ἐν valet *per* [v]. *per fallaciam*, V. per *veteratoriam versutiam*, Be. Pi. sic P. quâ quis methodum fallendi optimè novit [*]. Adjungit hoc per appositionem, ad metaphoram nominis κυβεία explicandam [y].) *ad insidias imposturæ*, Mo. vel, *ad circumventionem erroris*, Il. *ad insidiosè fallendum*, Pi. P. *ad artificiosè seducendum*: notat methodum & artem seducendi [z]: vel, *quâ nos adoriuntur* (vel, *insidiantur nobis*, V. vel, *malitiosè aggrediuntur*, Ca.) *ut seducant nos*, Ti. sim. Er. vel, *ad fallendum*, Ca. sim. V. vel, *sese componunt ut fallant*, Tre. ex Sy. In MS. πρὸς τὰς μεθοδείας τῆς πλάνης τοῦ διαβόλου· nempe ut intelligamus, versutè agere illos homines, idque ex *arte seducendi* quam habent à Diabolo. Videntur Pythagorei maximè indicari, quorum plerique Magi. Magicas autem artes multùm exercitas fuisse Ephesi, videmus Act. 19. 19. μεθοδεία idem quod μέθοδος, *vis ac ratio agendi*. Confer quod infrà 6. 11. ubi *rationes* vertit Ambrof. non malè. Μεθοδεύειν רגל, *astu agere*, 2 Sam. c. 19. v. 27 [a]. Μεθοδεῖαι in Hesychio, sunt τέχναι, & μεθοδεύειν in Suida, τεχνάζειν, *artificio uti*, *fallere*, sive verbis, sive factis, sive in lucta, ait Chrys. apud quem μεθοδεύειν τὸν λόγον est sermonem ità componere ut aptissimus sit ad persuadendum. In Hermete Trismegisto ἀμεθόδευτος κριτής est *Judex sapientissimus*, cui non facilè imponitur artificiis oratorum [b]. Μεθοδεύειν significat machinari & architectari [c], vel, insidias à tergo parare [d]: & μεθοδεία est occulta & fraudulenta circumventio, sicut Eph. c. 6. v. 11. [*]. propriè insidiæ quæ à tergo alicui incauto struuntur [f].

15. *Veritatem*, &c. Ἀληθεύοντες δὲ ἐν ἀγάπῃ αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ, ὁ Χριστός] *Sed veritatem* (i. e. veram Christi doctrinam [g]: veritatem fraudi oppositam, in dictis, factis, totóque vitæ cursu †.) *sectantes*, (vel, *servantes*, Herten. in E. vel, *facientes*, Mo. Vulg. i. e. opere exsequentes [h]: vel, *sincerè nos gerentes*, Be. Pi. vel, *constanter perseverantes*, Be. ex Sy. ut ἀληθεύειν respondeat verbo נאמן, quod est *firmum & constantem esse* [i].) *cum* (vel, *in*, Mo. Vulg. Pi.) *charitate* (i. e. unà cum charitate [k]: in iis enim duobus, in fide & charitate, pietas Christiana consistit [l]: vel, per charitatem, seu opera charitatis [m]: jungendum hoc cum seq. *in charitate crescamus* [n]. Sicut ἀλήθεια *sinceritatem* significat Matth. 22. 16. Tob. 8. 9. ità ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ est *sincerè alios diligere* [o], veraciter & candidè sese tum in doctrina & verbis, tum in amore & omnibus actionibus gerere [p].) *adolescamus* (vel, *augescamus*, Er. sim. Val. Zeg. i. e. proficiamus [q], in fide, charitate & virtutibus [r]:) *in illum* (nempe Christum †; h. e. in Christi corpus [t]. Motum significat, non localem, sed spiritualis incrementi, nempe quòd qui adolescit, is in hunc semper finem tendit, ut magis magísque Christo incorporetur, similis ei evadat, & unum fiat cum illo. Accusativus ergò h. l. magnam habet emphasin [v]: [Sensus, q. d.] ut hujusmodi incrementis proficientes, tandem respondeamus capiti nostro, Christo [x]. Al. *in illo*, Vulg. nempe Christo, h. e. ex virtute & influxu Christi [y]. Εἰς αὐτὸν, pro ἐν αὐτῷ, *in ipsa*, i. e. ipsius cognitione [z]: vel, *per illum*, V.) *per omnia* (τὰ πάντα, pro, κατὰ τὰ πάντα [a], ut 1 Cor. 9. 25 [b], & 10. 33 [c]. in omnibus scitu dignis. Sic Col. 1. 10. dicit αὐξανόμενοι εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ· quod idem est cum illo quod sequitur, Col. 2. 19. αὔξει τὴν αὔξησιν τοῦ Θεοῦ [d]. *per omnia*, intellige vel nostra, vitam nimirum & doctrinam: vel potiùs, membra ex collat. sequentium [*], secundùm omnes nostras partes, internas & externas [f], quaquaversum [g], omni augmento [h], scil. omnibus donis, gratiis & virtutibus [i], cognitione in mente, amore in corde, charitatis operibus per pedes, manus, &c [k]. vel, *prorsus*, Be. Pi.) *qui est caput*, nempe *Christus*, P. Be. &c. vel, *Christum*, ὁ Χριστὸς, pro τὸν Χριστὸν· Antiptosis, qualis suprà 2. 2 [l]. Nativa constructio fuerat, εἰς αὐτὸν τὸν Χριστὸν, ὅς ἐστιν

Margin (left column): n Vor. — o E. — p T. — q G. — r V. — † Be. — t Bod. — v Zan. — † E. — x Zan. E. — y G. — z Strig. — a E. Me. — b Zan. — c G. — d D. — * E. Me. — f Zan. — g T. — h T. sic E. — i T. — k E. — l Me. — m G. — n Q. in Zan. — o Be. — p Vor. — q E. Me. — r Zan.

Margin (right column): † G. — t Ham. — v G. — * Zan. — y Pi. — z Be. — a G. — b Ham. — c Strig. — d Zan. — * Strig. — f Zan. — g E. sic T. — † Be. — h T. — i Be. — k Me. — l Zan. — m T. — n E. — o G. — p Zan. — q G. — r Me. — t E. Zan. Ca. — v Ca. — v Zan. — x E. — y T. sim. Me. — z G. — a Zan. sic Be. — b Be. G. — c Be. — d G. — * E. — f Zan. — g T. — h Me. T. — i Me. — k Zan. — l Pi.

εἰς ἡ κεφαλή [m], *in ipsum Christum, qui est caput*, ut Syrus legisse videtur [n]. Hanc clausulam addit, tum quia pertinet ad scopum, qui erat, hortari nos ad unitatem, &c. sumus enim sub uno capite; tum ut doceat, nos non posse proficere, nisi in Christum oculos defixos habeamus. Christus vocatur caput nostrum non tantùm ob ipsius efficaciam, perfectionem, meritum, ordinem, ut notat Melanchthon, sed præcipuè ut unionem designet quam nobiscum habet, arctissimam & perfectissimam, qualis est capitis cum membris [o].

16. Ex, &c. Ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον] Locus difficilis. Christus antea vocatur *caput*: influxus autem qui hîc ab illo profluere dicuntur à corde potiùs provenire videntur. Quî hæc consistunt? Resp. 1. Probabile est, augmentum corporis humani esse à capite, per spiritus animales quos nervi ad partes omnes transmittunt, nervi autem à cerebro descendunt per spinam dorsi ejúsque vertebras: hinc in curvis hominibus, ob vertebras luxatas, augmentum impeditur [p]. 2. Christus in Ecclesia non Capitis tantùm, sed & Cordis habet rationem [q], unde & sanguis & spiritus per multos inter se cohærentes meatus ad externas partes fertur incrementúmque præstat singulis, dum incremento habent opus [r]. Hæc tota allegoria partim à structura corporis humani, partim ab ædificiis & eorum aptatione sumpta est †. [Verba sic reddunt:] *Ex quo* (scilicet capite Christo [t], de quo v. præced. à quo, ceu fonte, est hoc incrementum corporis: Construe hoc cum αὔξησιν ποιεῖται [v].) *totum corpus* (Christi mysticum [z], h. e. Ecclesia [a], cujus *membra* singuli; Rom. 12. 4, 5. 1 Cor. 12. 12, 14, 18, &c [b]. Sensus, q.d. Ex quo dependens totum corpus quod nos sumus [c].) *connexum* (vel, *componitur*, Tre. ex Sy. vel, *coagmentatum*, Il. *congruenter coagmentatum*, P. Be. Pi. *constructum*, Er. *quod conjungitur*, V. *si coagmentetur*, Er. Ti. Verbum hoc significat congruentem ordinem, dispositionem & connexionem, vel membrorum duntaxat inter se, vel, (quod malim) etiam cum capite [d]. Συναρμολογῶ, *compagino*, in Glossis. Dicitur & de Ædificio, ut suprà 2. 21. & de Corpore, ut hîc. Idem est quod συναρμόζειν. Xenophon, τὸ σῶμα συνήρμοσαί σοι [*].) *& compactum*, Mo. vel, *colligatur*, Tre. *compositum*, Er. *compingatur*, Er. Ti. *coagmentatum*, Er. *conglutinatum*, Hi. in Er. *connectitur*, V. Συμβιβάζω, *cogo*, in Glossario, videtur arctius quoddam coagulum significare quàm vox præcedens [f]: illa commodam partium coaptationem notat, hæc earum connexarum astrictionem velut cæmento, vel paxillo, &c [g]. Significat, corpus ità arctè & firmiter compositum esse & inter se & cum capite, ut divelli nequeant, &c. Intellige hîc, *incrementum facit*, ut mox sequitur, i. e. Eatenus totum corpus incrementum facit, quatenus manet cum Christo & cum singulis membris conjunctum, &c [h].

¶ *Per*, &c. Διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας] Vide geminum huic locum, Col. 2. 19 [i]. & 2. 2 [k]. *Per omnem commissuram* (vel, *juncturam*, Vulg. Zan. V. Er. vel, *tactum*, Er. ex Aug.) *subministrationis*, Er. Ti. Vulg. Zan. vel, *suppeditationis*, Mo. vel, *subministrantem*, Il. Me. quâ, scil. subministratur nobis Spiritus & gratia Christi capitis nostri [l]: vel, per mutuam officiorum subministrationem [m]. *Per omnes commissuras*, Tre. ex Sy. *Per omnes suppeditatas commissuras*, P. Be. Pi. *Omnibus* (*per quas efficitur administratio*) *commissuris*, Ca. Hæc verba jungenda sunt, vel, 1. cum præced. ut explicet per quid corpus & omnia membra connexa sint, &c. nempe per juncturas [n]. Sed si hoc voluit, quorsùm adjecit τῆς ἐπιχορηγίας? Vel, 2. cum seq. *incrementum facit*, ut modum describat quo hoc incrementum fit, nempe per juncturas sive ligamenta, quibus membra cum capite & inter se conjuncta sunt, &c [o]. Ἁφὴ (in plurali ἁφαὶ Col. 2. 19. ubi & συνδέσμων vox additur [p],) sunt *juncturæ corporis* [q], quia per contactum mutuò sibi & cum aliis membris cohærent, ut Venæ & Arteriæ [r]. Ἁφὴ (ab ἅπτειν *tangere* †,) significat tum ligamenta, nervos ac venas, quibus membra simul inter se & cum capite conjunguntur, tum ipsum articulorum & membrorum contactum, quo simul conjuncta sese mutuò tangunt. Ideò Græci vocant συνάψεις [t]. Σύνδεσμοι Col. 2. 19. indubiè significat *ligamenta* corporis, venas nempe & arterias, per quas sanguis & spiritus transmittuntur in singulas partes: vox ergò ἁφαὶ, cum illa juncta, significet necesse est juncturas quæ per ligamenta illa colligantur [v]. Addit hîc πάσης, quia non singula membra per singulas, sed omnia membra per omnes, commissuras simul & inter se, & cum capite conjuncta sunt [x]. Vocantur autem illæ ἁφαὶ τῆς ἐπιχορηγίας, Genitivo significante usum rei, quia spiritum & succum corpori suppeditant: sicut Col. 2. 19. dicitur corpus *per* illas *juncturas* ἐπιχορηγούμενον, i.e. *accipere quæ sibi sunt necessaria*. Fit autem ista ἐπιχορηγία, i. e. *subministratio*, sive *alitura* κατ᾽ ἐνέργειαν, &c [y]. [de quo statim.] Vocantur *juncturæ subministrationis* activè acceptæ, quia per illas subministratur vitalis spiritus & alimentum ut à capite in singula membra, ità à membris aliis in alia membra [z]. Aristoteles initio 4. Polit. de corpore bene à natura informato vocem χορηγουμένως usurpat [a]. Qu. Quænam sunt hæ juncturæ & hæc ligamenta in corpore mystico, quibus fideles & cum Christo & inter se junguntur? Resp. Primum & præcipuum ligamentum est Spiritus Christi ac regenerationis & dona ipsius, imprimis donum fidei, cum qua semper conjuncta sunt dilectio & pax; deinde sacramenta, diversæ quoque vocationes sive functiones in Ecclesia; omnia denique illa quibus cum Christo capite, & inter nos cohæremus, inter quæ sunt etiam vincula humanæ necessitudinis & naturæ, vincula item politica & domestica [b].

¶ *Secundùm*, &c. Κατ᾽ ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέρους] *Secundùm operationem* (vel, *Juxta actum*, Er. Ti. vel, *Factum*, V. vel, *Ex vi intus agente*, Il. P. Be. Pi. Intellige vim Christi, qui instar capitis influit, & singula membra vegetat †. Secundùm efficacem cujusque membri operationem, quâ dona accepta non retinet sepulta, sed ea aliis communicat [c].) *in mensura* (vel, *in mensuram*, &c. Vulg. vel, *pro mensura*, Il. P. Be. Pi. Er. V. ἐν μέτρῳ, pro κατὰ μέτρον [d] pro modo & exigentia [*], vel juxta suam naturam, statum & conditionem [f].) *uniuscujusque membri*, Mo. &c. vel, *partis*, Er. Ti. Meliùs [enim] MS. μέλους [g], ut veteres Græci omnes legunt [h]. Non refert utrum legas [i]: nam eodem recidit [k]. *Per operationem in membrum unumquodque*, idque ἐν μέτρῳ, id est, pro modo quo quodque membrum alimenti indiget, tum ad sustentationem, tum ad incrementum sui. Sicut ædificii, ità corporis, juncturis respondent in Ecclesia omnes illi Præpositorum gradus de quibus suprà 1. 21. & hoc capite v. 11 [l]. ¶ *Augmentum*, &c. Τὴν αὔξησιν —— εἰς οἰκοδομήν, &c.] *Augmentum*, vel, *incrementum corporis* (proprii, i. e. suiipsius [m]. Per Hebraismum τοῦ σώματος dixit pro ἑαυτοῦ, i. e. nomen repetit ubi alius posuisset nomen reciprocans [n]: vel, *corpori conveniens*, P. Be. Pi. i. e. ità crescit ut par est corpus crescere. Neque enim abundat repetitum nomen σώματος [o].) *facit* (vel, *capit*, P. Be. Pi. *accipit*, V.) *in*, vel, *ad* (vel, *usque ad*, V.) *ædificationem*, (vel, *extructionem* (vel, *perfectam constructionem*, V.) *sui* (i. e. ut seipsum ædificet, compleat, & perficiat hoc corpus, quod est Ecclesia [p]. Docet hîc finem cui fit hoc incrementum singulorum membrorum, & in cujus utilitatem cedit, non ad suam tantùm propriam, sed ad communem totius corporis utilitatem, propter quam dona quæ quisque habet accepit à Christo [q].) *in charitate*, Mo. vel, *per charitatem*, Er. P. Be. &c. sine qua corpus non proficit, & sine qua nihil sunt cætera [r]. Hæc causa impulsiva, à qua impellitur quisque fidelis, & impelli debet, ad promovendum hoc totius corporis & singulorum membrorum incrementum: hæc est dilectio erga caput totúmque corpus & singula membra †. Incrementum singulorum quidem est membrorum, sed omnes partes in totius corporis incrementum consentiunt [t]. Finis totius incrementi quod singula membra faciunt est, ut tandem totum corpus exædificetur, & ad perfectam staturam adulti Christi perducatur. Sensus est, Ædificari corpus, h. e. Ecclesiam, dum membra, i. e. fideles, crescunt in fide, in cognitione, in charitate [v]. Miscet comparativè ἀπόδοσιν. Hæc, inquit, eò pertinent ut *corpus* illud, i. e. Ecclesia, *per dilectionem mutuam*, i. e. per dilectionis officia, *ædificetur*, i. e. magis magísque instruatur. Magnæ autem dilectionis opus est docere alios [x].

17. *Hoc igitur dico* (i. e. hoc est quod dicere cœperam [y]: redit ad id quod dixit capitis hujus initio [z], sive ad intermissam exhortationem [a].) *&*, &c. Καὶ μαρτύρομαι ἐν Κυρίῳ]

Κυρίῳ] *Et obtestor* (sub. *vos*, palàm quasi testibus adhibitis denuncio, העידותי. Vide Act. 20.26. & Gal. 5.3 [b].) *per Dominum*, E. nempe Christum [c], quem volo hujus exhortationis meæ esse testem [d]. Sensus, q. d. Rogo per Dominum *. ¶ *Ut jam non ambuletis*, &c.] i.e. conversemini, &c [f]. *Nè eam vitam ducatis quam ducunt illi ex Gentibus* qui ad Christum conversi non sunt [g]. ¶ *In*, &c. Ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν] Philosophos maximè tangit, ut & Rom. 1. 21. ubi verbum ἐματαιώθησαν. Vide ibi dicta. Hebræi tales homines vocant אבירי לב, Esa. 46. 12 [h]. *In vanitate mentis* (vel, *cogitationis*, Trc.) *suæ*, Er. Il. Mo. Be. Pi. &c. vel, *mentis eorum*, qui scilicet toti in rebus vanis hujus mundi sectandis & captandis occupantur [i]. Videmus hîc totam hominis naturam corruptam esse: nam præcipuam hominis partem τὸν νοῦν [k], quæ à Philosophis vocatur τὸ ἡγεμονικὸν [l], & ab iis tantopere celebratur [m], quo reliquæ partes reguntur, *vanam* vocat; idque, 1. à fine, seu ab objecto, quòd occupetur circa vana, nempe idola, &c. quòd vana sit in iis quæ ad Deum ac religionem verámque felicitatem pertinent: 2. quòd effectum speratum non assequitur, multa quidem sibi pollicetur ex cultibus, consiliis & operibus suis; sed nihil eorum assequitur, Deum non placat, &c. 3. quòd citò transeat atque evanescat, juxta Rom. 1. 21. multa de Deo bene cogitat, sed quæ non habent radicem & sunt ut fumi ac nubes citò transeuntes [n].

18. *Tenebris*, &c. Ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ] Hæc participia ad sensum, non ad verba præcedentia, referri debent, quia præcessit τὰ ἔθνη [o]. *Obtenebratam*, vel *obscuratam*, *cogitationem* (vel, *mentem*, V. Hi. in Er. *intellectum*, Vulg. Amb. in Er.) *habentes*, Pi. P. &c. Tenebris erroris & ignorantiæ [p]. Appetitus corrupti etiam mentem obnubilant: Rom. 1. 25. infrà 5. 8 [q]. Mens quatenus sine discursu tenet & intelligit prima principia, vocatur νοῦς, quatenus autem ex illis ratiocinatur, vocatur διάνοια [r]. Al. διάνοια est actio mentis, ipsa ratiocinatio & cogitatio †. Eodem recidit sensus. Gentes non renatas cœcas esse dicit, non in omnibus rebus [t], multa enim nôrunt de natura & moribus [v]; sed in rebus divinis, &c [x]. nec Deum, nec Christum nôrunt, & lapides ac ligna pro diis colebant [y]. ¶ *Alienati*, &c. Ὄντες ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς—διὰ τὴν ἄγνοιαν—διὰ τὴν πώρωσιν, &c.] *Existentes alienati* (vel, *longè remoti*. Vocem hanc habes Eph. 2. 12 [z], vel, *abalienati*, Er. P. Il. Be. Pi. &c. Quâ voce significat, Gentes omnes in Adamo ante lapsum fuisse cum Deo conjunctas [a].) *à vita Dei*, (i.e. à vita illa quæ secundùm Deum est [b]: Vide Gal. 2. 19 [c]. à vivendi modo quem Deus instituit ac præcepit [d]: à vita quâ Deus vivit in nobis *, &, vivendo, nos vivificat per Spiritum suum, per quem nos vivimus Deo, & ad voluntatem Dei. *Vitæ* nomen duo complectitur, 1. *esse* novum mentis, voluntatis, &c. 2. *affectiones* & *actiones* novas & divinas [f].) *propter* (vel, *per*, Vulg.) *ignorantiam* (veritatis [g], vel Dei [h], & legis Divinæ [i]: Explicat id quod de *tenebris* modò dixerat [k]. Hæc ignorantia causa est prædictæ abalienationis à vita Dei; initium enim hujus vitæ à vera cognitione Dei in Christo dependet [l].) *quæ est in ipsis*, (quâ laborant [m]; quæ illis innata est à peccato Adæ, confirmata verò ipsorum pertinaciâ. Phrasis emphatica est, docétque causam perditionis non à Deo esse, sed in ipsis qui pereunt hærere [n].) *per* (vel, *propter*, Pi. Mo. Trc. vel, *&*, Er. Il. Ti. [repete *propter*] Appositio est, qualis suprà v. 14. ἐν τῇ κυβείᾳ, ἐν πανουργίᾳ [o].) *obdurationem* (vel, *excæcationem*, Er. Ti. sic Trc. ex Sy. Vulg. Sed hi confundunt πήρωσιν & πώρωσιν [p]. Vel, *torporem*, Ca. Diximus ad Mar. 6. 52. omnia vitia inolita designari voce πωρώσεως. Sic & Latinis *callum obduxisse* dicuntur qui bona monita non persentiscunt. Vide Esa. 6. 10 [q]. *Excæcatio* propriè ad mentem refertur cujus est videre, *obduratio* ad cor, cujus est flecti [r]. Possit hoc appositivè seu exegeticè sumi: sed alter sensus uberior est †. Potest obduratio à Paulo statui tanquam ignorantiæ origo, quia homines pertinaciter respuunt lucem in ipsos incurrentem, &c [t].) *cordis ipsorum*, Be. Pi. &c. quod accipio & passivè, quòd obdurata essent ac pertinaciora facta, & activè, quòd ipsi se obdurârunt. Duplicem hîc notat fontem alienationis à vita Dei, ignorantiam Dei, & obdurationem, sive pertinaciam in peccatis. Πώρωσις *callum* significat: aut sic vocatur à *poro* lapide non absimili marmori: Hunc aiunt ex aqua viscosa sensim accrescere, majorémque simul & duriorem fieri. Tale quid est in corde humano, &c. Cordis obduratio triplex est, 1. naturalis & communis omnibus. 2. voluntaria. 3. judicialis, à Deo, qui ut judex hominem indurat, sed per accidens, &c [v]. πῶρος seu πώρωσις durities est in artubus. Dioscorides, λύει καὶ τοὺς πώρους περὶ τὰ ἄρθρα. Arist. Hist. animal. 3. 19. *Putrefactus sanguis in corpore fit pus, ex pure autem fit πῶρος durities* †.

19. *Qui*, &c. Οἵτινες ἀπηλγηκότες] *Qui socordiæ dediti*, Er. ex Val. *Qui dedolentes* sive *indolentes*, Mo. Er. ex Hi. *Qui posteaquam dedoluerunt*, P. Be. Pi. Zan. vel, *dolere desierint*, Ti. vel, *pervenerunt eò ut dolere desierint*, Er. V. Zeg. nempe peccata sua [x]. Ampliùs explicat quid per πώρωσιν intelligat [y], esse nimirum ἀπαλγησίαν & ἀναλγησίαν, seu ἀναισθησίαν [z]. Sed malim incrementum peccati, fructúmque πωρώσεως, hîc ostendi. Obdurati erant Pharao, Saul, Judas, non tamen penitus ἀναίσθητοι. Amplius ergò hîc dicit, dum diu pugnant sive peccant contra conscientiam, tandem fiunt ἀπηλγηκότες, i. e. ut dicitur 1 Tim. 4. 2. κεκαυτηριασμένοι, &c. h. e. cauterio amputata est illis conscientia [a]: ex consuetudine peccandi callum quendam conscientiæ obduxerunt [b]: conscientiæ morsum non sentiunt [c], aut non curant [d]: amiserunt omnem peccati sensum *, omnéque συντηρήσεως judicium [f], sive conscientiam [g], mentem habentes ἀδόκιμον [h], & stupidam; nec dolent de peccatis, sed potiùs, instar phreneticorum, rident miseri usque ad mortem: summa cum delectatione & approbatione peccant, scelera sua defendere non verentes, & de iis gloriantes [i]. Sicut partes quædam corporis à spiritu vitali destitutæ dolorem nullum sentiunt, ità illis animus, etiam cùm turpissima faciant, nullo ob id dolore commovetur [k]. Al. *Qui desperantes*, Vulg. sim. Trc. ex Sy. Ar. scilicet salutem [l], & viam virtutis [m], & vitam æternam [n]. Videntur legisse ἀπηλπικότες [o]. Verùm ἀπαλγεῖν desperationem significat apud Polyb. l. 1. *Collapsam, inquit, Carthaginensium Rempublicam*, καὶ τὰς ἀπηλγηκυίας ψυχὰς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἤγαγεν, *animos desperatione fractos erexit & confirmavit* [p]. Apud Pausaniam ἀπαλγεῖν est παύσασθαι ἀλγεῖν, *desinere frigus sentire*. Sic ἀπαλγοῦντες ἀπὸ τοῦ πολλοῦ ῥίγους, *qui ex summo frigore torpent*, nec sentire valentes, nec operari [q]. Horribile hoc est Rejectionis Divinæ signum, & ultionis exemplum, quum homo nullo judicii metu tangitur; sed securè pergit, sibique placet ac blanditur, imò nullo pudore afficitur, nullam honoris curam habet [r]. ¶ *Semetipsos tradiderunt impudicitiæ*; Τῇ ἀσελγείᾳ] *Protervia*, Pi. *Libidini*, Ca. *Lasciviæ*, Er. Il. Ti. P. Be. Trc. ex Sy. Ἀσέλγειαι sunt impudicitiæ initia, primæ, ut loquuntur, lineæ. Diximus ad 2 Cor. 12. 21 †. Se, inquit, sponte dedunt captivos concupiscentiæ suæ, ad omne illius obsequium atque imperium, sicut qui cum hostibus pugnare nolunt, &c. Tradidit quidem Ethnicos & Deus, Rom. 1. 24. Sed non invitos; hîc enim se dedunt [t]. ¶ *In*, &c. Εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας πάσης ἐν πλεονεξίᾳ] *In operationem immunditiæ omnis in excessu*, Mo. vel, *in cupiditate sua*, Trc. ex Sy. *Ad patrandum immunditiam*, sive, *impuritatem* (vel, *obscœnitatem*, Ca.) *omnem* (i. e. ad omne genus impudicitiæ quolibet modo exercendæ [v]. *Ad perpetrationem omnis immunditiæ*: non solùm internè flagrant concupiscentiæ igne, sed & externè perpetrare parati sunt, si detur facultas [x]. Basilius ad Diodorum, *voce*, inquit, ἀκαθαρσίας τὰς τε τῶν ἀρρένων ἀρρητοποιΐας καὶ τὰς θηλειῶν περιλαμβάνων [i. e. monstrosos illos & marium & feminarum concubitus intelligit, de quibus vide Rom. 1. 26, 27.] Iones, quorum principes Ephesii, *molles* Martiali, didicerant mores Persicos: itaque regnabant apud eos ea vitia quæ ἀκαθαρσίας nomine Paulus notat ad Rom. 1. 24. & 6. 10. ut & 2 Cor. 12. 21. & Gal. 5. 19 [y].) *cum aviditate*, Er. Il. Ti. V. Zan. vel, *certatim*, P. Be. Pi. i. e. quasi agatur de lucro, ità ut alius alium superare contendat [z]: vel, *avidè*, seu *cupidè*, Vor. Ca. cum inexplebili pergendi in suis voluptatibus desiderio & studio [a]. Πλεονεξία significat immodicam quamvis cupiditatem, sive in pecuniis, sive in honori-

bus,

bus, sive, ut hîc, in turpibus corporis voluptatibus [b]: vel, *in avaritia*, h. e. per avaritiam, sive cupiditatem rei alienæ. Hoc ideo addit, quia multi mares ob pretium se prostituebant. Ideo Sallustius dicit; *Avaritia corpus animúmque effeminat.* בצע Hebræis *lucrum* significat: sæpe autem vertitur πλεονεξία [d].

20. *Vos*, &c. Ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἐμάθετε τὸν Χριστὸν] *Vos autem non ità didicistis Christum*, P. Be. Er. Pi. &c. i. e. metonymicè, doctrinam Christi *, quippe quæ longè alios mores postulat [f]. Talia non docet Evangelium Christi [g], secus schola Simonis & Gnosticorum, qui hac in parte cum Gentilibus conveniunt [h]. *Non ità*, ut scilicet illa flagitia imitari debeatis [i]; sed potiùs ità, ut veterem hominem exuatis, &c [k]. Nec eo modo, nec cum in finem didicistis, non tam malè, tam infructuosè, tam ad vestram perniciem †. Al. Possit locus sic distingui, *Vos autem non sic: Christum didicistis* [l]. Sic —— Syrus legisse videtur. *Vobis autem non est sic: didicistis Christum:* simil. Theophilactus [m]. *Non sic* (sub. *facere convenit*, & sub. *qui*) *didicistis*, &c. Be. Ellipsis, qualis Luc. 22.26. *vos autem non sic*; pro quo Mat. 20.26. *Non ità erit inter eos.* Et bene vivit quisquis Christum novit, & Christum nescit qui malè vivit. Tit. 1. 16. 1 Joan. 2. 3, 4. [o].

21. *Si*, &c. Εἴγε αὐτὸν ἠκούσατε, καὶ ἐν αὐτῷ ἐδιδάχθητε, καθώς ἐστιν, &c.] *Si modò* (vel, *Si quidem*, Er. Ga. *Si sanè*, Er. V. *Si tamen*, Vulg. Est vel, 1. Dubitantis, quò terreat Ephesios [p]; vel, 2. Confirmantis [q]; q. d. sicut omnino [r]:) *eum* (scilicet Christum †, vobis annunciatum [t]; ejúsque doctrinam [v], Evangelium [x]: vel, *de ipso*, Ga. ib.) *audistis*, (sub. *verè*, Zan. ex Sy. vel, *bene comprehendistis*. Sic ἀκούειν habuimus & suprà 3.2 [y].) *& de eo*, ἐν αὐτῷ pro περὶ αὐτοῦ, ut Eph. 6. 20 [z]. vel, *in eo*, Er. Il. Ti. Mo. Zan. Diod. i. e. in ipsius veritate, fide, & exemplo: vel, existentes in ipso, h. e. communionem cum eo in fide & Spiritu prontentes †. Vel, *ab eo*, h. e. à Christo ipso instituti. *Sic à Deo edocti*, Isa. 54. 13. Joan. 6. 45. ἐν αὐτῷ pro παρ' αὐτοῦ, vel, ὑπ' αὐτοῦ, sicut Col. 1. 16. vel, *per eum*, [ut & P. reddit:] ut Heb. 1. 2. ἐν υἱῷ, *per filium*, —δι' οὗ, *per quem & secula condidit* [a].) *edocti estis*, (Illud, ἠκούσατε, refero ad auditum verbi, verum scil. & sincerum; hoc, ἐν αὐτῷ ἐδιδάχθητε, ad doctrinæ auditæ, in cor per vim Spiritûs Christi, impressionem [b].) *quomodo sit* (vel, *sicut est*, Vulg. P. Mo. Be. &c.) *veritas in Jesu*, Pi. &c. i. e. quæ demum vera est ac sincera institutio in Christo [c]: vel, quænam sit vera ratio vivendi in Jesu tanquam in capite, vel in fide Jesu, nempe *deponere, &c* *. vel, quænam sit veritas doctrinæ Christi, quæ docet *deponere vos*, &c [d]: vel, ut edocti sunt qui verè ac seriò Jesum cognoscunt *, ejúsque doctrinam [f]: ut sicut in Christo nihil est nisi pura veritas & justitia, sic & vos eam sectemini [g]. [Sensus q. d.] *Et si ità edocti estis Evangelium, quomodo illud reverâ se habet, prout à Jesu ipso prædicatum est.* Hoc ideo dicit quia post suum abitum quidam sub nomine Evangelii profanam quandam docuerant libertatem, ut & Corinth [h]. *Veritas* hîc dicitur sinceritas sive simplicitas, ut sensus sit, Verum seu sincerum Christianismum in iis rebus situm esse, de quibus deinceps agitur [i]. Si ità verè audivistis, &c. sicut in Christo est *veritas*, h. e. vera sanctitas ac justitia, vera sanctè vivendi ratio, quam suo verbo & exemplo nos docuit & docet [k]. Si—edocti estis, quæ sunt consentanea veritati quam Jesus & verbo tradidit & vitæ exemplo [l], q. d. non ut Simon & Gnostici docent, sed sicut ipse Jesus mentiri nescius [m]. *Veritatem* opponit vanitati mentis antè nominatæ [n]: Al. *sicut est*, &c. h. e. vel, modo illo vivido & efficaci, quo veritas docetur in Christi Evangelio, ut sit & forma justitiæ, Rom. 6.17. & semen regenerationis, Jac. 1.18 [o]. Si efficaciter edocti sitis per ipsius Spiritum, quæ sit illa in Christo vera sanctitas, quæ sit præscripta ab illo rectè vivendi ratio, & quanta sit virtus & vis spiritualis in illo, ad efficiendum ut genuini ipsius discipuli sic vivant [p]. Hæc verba, *sicut est veritas in Jesu*, parenthesi includenda sunt, ut sequens ἀποθέσθαι cohæreat cum ἐδιδάχθητε [q].

22. *Deponere*, &c. Ἀποθέσθαι ὑμᾶς κατὰ τὴν, —τὸν φθειρόμενον —κατὰ τὰς ἐπιθυμίας, &c. [*Deponere* (sub. *oportet*, V. vel, Nempe *deponere*, Be. Pi. sic Zan. sub. *debere*, Pi. vel, *Ut deponatis*, Zan. Translatio est, Hebræis & Paulo familiaris, à vestibus sumpta [r]: *deponere*, pro exuere, h. e. deponere vestem; opponitur enim verbo *induendi*, v. 24. †. Quod hîc ἀποθέσθαι, id est ἀπεκδύσασθαι, Col. 3. 9. cujus contrarium est ἐνδύσασθαι, quod jam sequetur; utrumque alludens ad ritum Baptismi, in quo vestes deponebantur, & resumebantur [t]:) *vos, secundùm* (vel, *quod*, Il. *juxta*, Er. Ti. vel, *quod attinet ad*, P. Be. Pi.) *pristinam* (vel, *priorem*, Er. Ti. Il.) *conversationem*, (Hæc verba velut exegesin continent veteris hominis [v], modúmque indicant deponendi eum; nempe si deponamus pristinam conversationem, nec ampliùs ambulemus in peccatis [x]. Explicat quales fuerint, & quid exigat Domini Jesu doctrina, Mat. 16. 24. & alibi, prædicta ab Esaia, 55. 7. Et est Trajectio, *ut exuatis veterem hominem, id est, eum qui erat in priore vestro vivendi genere* [y]; vel, qui intelligitur in ea conversatione quâ priùs vivebatis [z]. Ordo & sensus est, ità deponere veterem hominem, ut non ampliùs ambuletis secundùm pristinam conversationem [a]. Ἀναστροφὴ est *vitæ quoddam genus inter homines*, ut Gal. 1. 13. Jac. 3. 13. 1 Pet. 1. 15, 18. & 2. 12. & 3. 16. 2 Pet. 2. 7. & 3. 11. Tob. 4. 19. Sic *conversari* pro συνομιλεῖν dixit & Seneca [b]: *Priorem* hîc opponit posteriori, h. e. novæ vitæ [c].) *veterem hominem* (quem habuimus & Rom. 6. 6 [d]. *Vetus homo* est, vel, 1. vetustas illa & corruptio peccati ex veteri Adamo contracta *; vel potiùs, 2. ipse homo quatenus hâc vetustate affectus est [f]; vel, 3. nos ipsi, quos abnegari vult Dominus: nequeenim in homine quicquam reliquum est sani, &c [g].) *corruptum* (vel, *qui corrumpitur*, Er. P. Ti. &c. *qui se se corrumpit*, Be. qui in vetustate & corruptela proficit [h]: vel, qui, dum inflammatur & furit libidinibus, & plura quàm assequi possit concupiscit, corrumpitur, & tabescit, & cui carnifices sunt sua ipsius desideria [i]: vel, qui tendit ad exitium, Gal. 6. 8 [k]. Vel, corruptior fit, & deterior & ad peccandum propensior, invalescente in eis naturali pravitate: vel, *corrumpitur*, quia æternæ corruptioni, morti, &c. magis ac magis præparatur, &c [l].) *secundùm desideria*, sive *concupiscentias*, (vel, *per cupiditates*, G. vel, *desideriis*, V. *cupiditatibus*, Il. P. Be. Pi.) *erroris*, Mo. Er. Vulg. &c. i.e. obsequendo pravis ac turpibus desideriis [m], quod fit ex mentis errore & cœcitate [n]. Vel, *deceptionis*, Zan. *fallacibus*, Il. *deceptricibus*, P. Pi. sim. Be. *qui decipiunt*, V. Zan. hominem scilicet, cui dum promittunt voluptatem & felicitatem, eum deteriorem & infeliciorem efficiunt [o]. Dulcis radix, sed fructus amarissimi: lotos Homerica [p].

23. *Renovamini*, &c. Ἀνανεοῦσθαι δὲ τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς ὑμῶν.] *Renovari verò* (sub. *oportet*, V. vel, refertur ad *edocti estis* [q].) *Spiritu mentis vestræ*, P. Be. Pi. &c. i. e. vel, 1. per Spiritum Sanctum in mente vestra, habitantem [r]: q. d. secundùm mentem, sive interiorem hominem, vivificâ illâ vi gratiæ mentibus inditæ, quâ Spiritus Sanctus nos regenerat, &c [r]. Spiritu Sancto vestris mentibus infuso †. Vel, 2. eo Spiritu qui mens vocatur: addit *mentis*, quia non omnis Spiritus est mens, licèt omnis mens sit Spiritus [t]. Hîc *Spiritus mentis* est ipsa mens. Sic Hebræi dicunt *lutum cœni*, *terram pulveris*; ubi Genitivus est ἐξηγητικός [v]. Amat Paulus mentem dicere *Spiritum*, ut 1 Cor. 5. 4. 1 Thes. 5. 23. 2 Tim. 4. 22. ob Spiritualem ejus naturam, quia à corporis & vinculo & conditione remotior atque liberior est quàm cœteræ facultates; hæc enim intelligit, judicat, &c. *Mentis* autem potissimùm in hac renovatione mentionem fecit, vel, 1. ut renovationis naturam modúmque meliùs ostenderet, eam innuens non in corpore, sed in animo tantùm fieri: vel, 2. nè ex *cupiditatum* mentione v. præced. putaretur labes originalis ad inferiorem animæ partem restringi [x]. Vel, 3. ut significaret, & ibi initium fieri renovationis, quia sedes illa est fidei & cognitionis Christi, & ipsam quoque occurreret perpetuâ renovatione egere [y]. Vel, 4. ut errori occurreret veterum Philosophorum, qui mentem incorruptam fecerunt, &c [z].

24. *Et*, &c. Καὶ ἐνδύσασθαι τὸν καινὸν, &c.] Quem τὸν νέον ἄνθρωπον eodem sensu dixit, Col. 3. 9 [a]. *Et* (sub. *oportet*, V. vel, *edocti estis*, Zan.) *induere* (vestis similitudine significat ut veterem, ità & novum, hominem, novere nostra fieri, & in nobis esse, unúmque nobiscum fieri [b]:) *novum hominem* (i. e. vel, Christum, juxta Rom. 13. 14 [c]. Vel, novam vitæ & totius hominis qualitatem divinám-

[b] E. sim. Zan. [c] Er.
[d] G.
* G. Vor. [f] Vor. [g] E. Me. [h] E. [i] G. sim. Pi. Zan. [k] Zan. † Bod. [l] Ga. ex Be. [m] Ga. adv. 17. 159. [n] Ga. ex Be. [o] Be.
[p] E. ex Oecum. sim. Camer [q] E. ex Chrif Er. ex Th. sim. Camer. [r] Me. † Ga. ib. E. Me [t] E. [v] Me. [x] G. [y] Idem. [z] Pi. † Diod. [a] Ga. ib. [b] G. [c] Be. sic Just. * Pi. [d] Me. ex V. * Be. sic T. Just. [f] T. [g] E. [h] G. [i] Vor. [k] Zan. [l] Just ex Chrys. [m] Just. [n] Just. ex Chrys. [o] Diod. [p] Dic. [q] Be.

[r] Be. † Zan. [t] G. [v] Vor. [x] Zan. [y] G. [z] E. [a] Me. [b] G. [c] Zan. [d] G. * E. Me. sic Zan. [f] E. [g] Be. [h] E. Me. [i] Me. [k] G. [l] Zan. [m] E. Me. sic Zan. [n] E. Me. [o] Zan. [p] G. [q] Zan. Zeg. sic Er. [r] Zan. ex Græcis [r] Me. † Ca. [t] E. ex Aug. &c. [v] G. [x] Bod. [y] Zan. [z] Bod. [a] G. [b] Zan. [c] Zan. ex Amb.

divinámque, quam accipit, naturam [d]. Vel, ipsum hominem, quatenus renovatus est [*]: mentem vitámque novam, novum vigorem spiritualem [f].) *ipsum secundùm Deum* (i. e. secundùm Dei voluntatem [g], Legi Dei conformem [h], ad Dei exemplar & imaginem [i];) *creatum* (vel, *qui conditus est*, P. Be. *qui formatus est*, G. per regenerationem [k]. De voce κτίζειν vide supra 2. 10. & 3. 9. 2 Cor. 5. 17 [l].) *in justitia* (vel, *ad justitiam*, P. Be. ἐν pro εἰς, ut effectus & finis novæ creationis significetur [m]: vel, *cum justitia*, i. e. ità ut præditus sit justitiâ [n].) *& sanctitate* (vel, *religione*; ὅσιον quasi ἅζιον ab ἅζω, *venerari, ut Numen* [o]: vel, *pietate*; nam ὁσιότης, *pietas* P.) *veritatis*, Mo. vel, *verâ*, Pi. G. &c. i. e. minimè fucatâ [q], quæ sint in esse, non in videri [r]. Genitivus adjuncti †: vel, *sanctitate veritatis*, pro *veritate sanctâ*, i. e. facultate quâ verum à falso sanctè discerneret [t]: vel, *veritatis* addit ad distinctionem justificationum & sanctificationum tum Judaicarum, quæ typicæ erant & corporales, tum hypocriticarum [v]. Prior est δικαιοσύνη, צדק, *innocentia*, ὁσιότης, ut illud distinguunt Hebræi [x]. Al. δικ. ad secundam, ὁσιοτ. ad primam tabulam referunt Interpretes [y], *justitiam* erga proximum [z]; *sanctitatem*, seu pietatem [a], sive mundítiam [b], erga Deum [c], vel, erga seipsum [d]. Malim *justitiam* hîc opponi illi injustitiæ, quâ homo non renatus peccat & in Deum & in proximum, neutri dans quod debet: *sanctitatem* verò opponi immunditiæ, lasciviæ, &c [*].

25. *Deponentes* (membra veteris hominis [f], & inprimis [g];) *mendacium*] A quo incipit, tum quia primum hoc erat peccatum in Paradiso, idque Diaboli proprium; tum quia hoc veræ justitiæ maxime contrarium est; tum quia familiare hoc erat ethnicis & Græcis Ephesiis: *Græcia mendax. Cretenses semper mendaces.* Tum quia nihil homine indignius quàm mentiri: unde & Ethnicus dixit, Ψεῦδος δὲ μισεῖ πᾶς φρόνιμος καὶ σοφός [h]. Hoc adversùs eos dicit qui; ut gratias captarent aut Judæorum aut Gentium, alia dicebant quàm sentirent [i]. ¶ *Loquimini veritatem* (i. e. Et dicite id quod res est, & in omnibus sincerè agite, sine dolo, &c [k].) *unusquisque cum proximo suo*] Præsertim Christiano [l]. Sumpta hæc verba ex Zach. 8. 16 [m]. Apertè loquimini quod sentitis, non tantùm apud Christianos, sed etiam apud alios; qui sicut ante Legem dicebantur οἱ πλησίον, ut Exod. 11. 2. ità etiam in Nova Lege [n]. ¶ *Quoniam sumus invicem membra*] q. d. Unum membrum alterum non decipit [o], non lædit [p], sed adjuvat quantum potest [q]. Præter illam societatem de qua egimus, est & alia quædam societas, aut civitatis, aut humani generis: & hæc quoque observanda est; quod fieri nequit si aliud lingua dicat quàm mens concipit [r]. Al. sumus membra ejusdem corporis Christi, sive Ecclesiæ, cujus caput Christus est ipsa veritas, Joh. 14. 1 †.

26. *Irascimini, & nolite peccare*] Sumptum hoc ex Psal. 4. 4 [t]. de quo miror esse qui dubitent: nam versio LXX ibi eadem habet verba, Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε [v]: quò hîc saltem alluditur [x]. Non præcipit hîc iram [y], nec prohibet [z]; sed Imperativo utitur hypotheticè, ut Eccles. 30. *Lacta filium, & paventem te faciet: lude cum illo, & contristabit te*, i. e. si lactaveris, si luseris, &c [a]. Non probat, sed per *Concessionem* hoc dicit [b]: nam laudabilem iram non intellexit, teste v. seq [c]. Sensus est, q. d. Si contingat irasci, tamen nè peccetis [d], nè indulgeatis iræ [*]; compescite iram [f]; cavete nè in opus, vel usque ad injuriam, ira erumpat [g]. Oratio elliptica est, q. d. Si res ità postulet ut vobis irascendum sit, videte nè modum excedat [h]. Rectè verti possit, *Irascimini? at nè peccate* [i], i. e. nè pergite longiùs [k], eo loquendi genere quod habemus Jac. 5. 14 [l]. ¶ *Sol non occidat super*, &c. Ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν] *Super iram* (vel, *iracundiam*, P. Tre. ex Sy. Ar.) *vestram*, Er. Il. Ti. *Super exacerbatione vestra*, Be. Pi. Non dicit ὀργὴν, quæ bona esse potest, sed παροργισμὸν [m], *commotionem*, aut *irritationem* [n]: qui bonus esse non potest, cùm sit sine justa causa & præter rationem, ut particula παρὰ indicat [o]. Est proverbium, significans iram statim deponendam [p]. Est locutio Hebræa de eo quod protrahendum non est, Deut. 24. 15. & simul applicatio ejus legis quæ est Deut. 21. 23. argumento à minori ad majus; Si pœnæ Lege præscriptæ non extendantur usque ad vesperam, multò minùs extendi ultra eam debet ira privatim suscepta. Plutarchus, Πυθαγορικοὶ, &c [q]. (*Pythagoræi—si quando ex ira ad convitia processerint, ante occasum solis dextras dederunt & reconciliati sunt.*) Jona in libro Timoris. *Nè tecum dormiat nox & ira adversùs aliquem; sed abi, & concilia eum tibi, ità ut persuadeatur, quamvis ipse te prior offenderit* [r]. Sensus, q. d. Ità excandescite in scelera fratrum †, ut ira vestra non vergat in odium & contemptum [t], aut vindictam [v]: redite in gratiam ante occasum Solis [x]. Ratio schematis est, quia Solis occasus apud Judæos initium erat diei: Quare si quem irascentem nox occuparet, is iram retinebat usque in alterum diem [y].

27. *Nolite*, &c. Μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ] *Neque detis locum calumniatori*, Er. Ti. Sch. ex Luth. h. e. nè præbeatis ansam calumniandi Ethnicis, quibus videmini vindictæ cupidi [z]. Hominem calumniatorem & susurronem hîc intelligo: quales sæpe in causa sunt cur ira inter dissidentes augeatur [a]. Al. *Neque detis locum Diabolo*, P. sic Be. Pi. Zan. Vor. &c. vos scilicet tentandi atque impellendi ad plura & graviora mala, ad jurgia, rixas, ultionem, homicidia, &c [b]. vel, vos circumveniendi [c], insidiis suis [d]. Nullum est tam immane scelus quod Diabolus non facilè suadeat tenacis iræ hominibus [*]. Parit ira reservata odium aut vindictæ consensum, per quem Diabolus jam incipit in homine dominari [f]. Optima monitio. Nam si motus animi negligendo foveantur, transeunt in ἕξιν, Diabolo jus quoddam in tales nanciscente. Qua de re diximus ad Luc. 22. 3. Joh. 13. 27. Act. 5. 3. Sic, *Neglectis urenda filix innascitur agris* [g]. Congruit hoc monitum cum consiliis veterum Philosophorum, qui non ignoti erant Ephesiis. Tria sunt apud Aristotelem iratorum genera, 1. ἀκρόχολοι, i. e. *citò & valde irritati*: quos respicit illud, ὀργίζεσθε. 2. πικροὶ, *amari*, sive *contumeliosi* in ira sua: quos spectat illud, μὴ ἁμαρτάνετε. 3. χαλεποὶ sive δυσδιάλλακτοι, *qui ægrè reconciliantur*: quos respicit illud, *Sol nè occidat*, &c. q. d. Ante vesperam, quod tempus erat solennis precationis ad Deum, ut hæc exhortatio congruat cum illa Mat. 5. 23, 24 [*].

28. *Qui furabatur*; ità P. Be. Pi. vel, *furatur*, i. e. furari solet, postquam Christianus factus est [h]. Ὁ κλέπτων] i. e. ὁ κλέψας. Nam apud Hebræos sicut verbum præteritum usurpatur pro præsente, ità participium præsens pro præterito, quia plures formas Hebræi non habent [i]. ¶ *Jam*, &c. Μηκέτι κλεπτέτω] *Non ampliùs furetur*, P. Be. *Furari* hîc generaliter ponitur pro fraudare, vel injustè auferre aut detinere alienum. Et sic κλέπτειν sumitur apud Pindarum. Restitutionem verò hîc non tacet, sed includit: nam qui non restituit cùm possit, in furto, i. e. in alienæ rei voluntaria detentione, perseverat [k]. Damnat hîc omnes fraudes, quibus quis quærit lucrum facere cum injuria proximi [l]. ¶ *Magis*, &c. Μᾶλλον δὲ κοπιάτω] Simile loquendi genus 1 Cor. 4. 12. 1 Thes. 4. 11. Adde Act. 20. 24 [m]. *Sed potiùs laboret*, P. Be. &c. non segniter & oscitanter, sed totis viribus, ut vox significat [n]. Vitare jubet otium & ignaviam, quæ causa est furandi [o]. ¶ *Operando*, &c. Ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν, &c.] *Operando manibus* (Hoc addit, quia manus sunt organa, per quæ artes fere omnes exercentur: alioqui non damnat eos qui laborant pedibus, ut tabellarios, aut linguâ, ut Ludimagistros. Vide 1 Cor. 5. 17 [p].) *quod bonum sit*, P. Pi. i. e. non turpi officio, sed honesto, victum quærat [q]. Bene hoc addit, nè quis putet quemvis quæstum probari, qualis est scortorum & lenonum [r]. Vel, *comparans bona*, Be. sim. Vor. vel, *quod bonum est*, i. e. quæ res bona est, ut hoc parenthesi includatur †. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι, &c.] *Ut habeat quod impertiat*, &c. Be. sic Vulg. sim. Be. Pi. &c. Est brevis locutio [t]. Sensus enim est, *ut non tantùm ipse habeat unde vivat, sed & insuper aliquid quo egenos adjuvet*, ut illa paupercula Luc. 21. 2 [v]. Non solùm ut pellat otium, aut ut ablata restituat, aut ut sibi necessaria comparet, sed ut largiatur eleemosynam [x].

29. *Sermo*, &c. Λόγος σαπρὸς, &c.] *Sermo corruptus* (vel, *detestabilis*, Tre. ex Sy. *pravus*, Ar. sim. Æth. Ca. E. Me. *spurcus*, Er. Il. Ti. *noxius* aliis [y]: *putidus*, Ga. qui sale (prudentiæ [z]) non est conditus [a], juxta Col. 3. 6. vide & Marc. 9. 50 [b]. *putris* sive *putridus*, Be. Pi. G. Zan. i. e. obscœnus [c], qualia multa, ut credo, haberemus, si exsisterent Ephesiaca Xenophontis. In Glossario, σαπρὸς, *fœdus*: Heb. דבר באשת vel

Marginalia (left column): [d] Zan. [*] E. Me. [f] T. [g] G. [h] Me. T. [i] Be. Zan. T. [k] Me. [l] G. [m] Be. [n] Pi. [o] Er. [p] D. [q] D. ex Fe. [r] G. † Pi. [t] Be. [v] Zan. [x] G. [y] Zan. [z] Zan. E. Me. [a] Zan. [b] E. Me. [c] Zan. [d] E. Me. [*] Zan. [f] Me. [g] Q. [h] Zan. [i] G. [k] Zan. [l] E. [m] G. [n] G. ex Aug. [o] Me. [p] E. [q] Me. [r] G. † Zan. [t] E. G. [v] G. [x] Calv. [y] E. sic Zan. Be. [z] Calv. [a] E. [b] Cam. [c] Cam. sim. Be. [d] Er. sic E. Me. Pi. Be. Zan. [*] Pi. [f] Er. [g] E. Me. sim. Be. [h] Vor. [i] G. ex Be. [k] Be. [l] G. ex Be. [m] Zan. [n] Er. [o] Zan. [p] Me. sim. E. Be.

Marginalia (right column): [q] G. [r] Cap. † V. [t] V. sim E. [v] E. [x] V. sim. E. [y] E. [z] Er. [a] Sch. [b] Zan. [c] Ca. [d] Me. [*] Be. [f] E. [g] G. [*] Hami. [h] Zan. [i] G. [k] E. [l] Zan. [m] G. [n] Zan. ex Schol. Græc. [o] Zan. sim. Hami. [p] Zan. [q] Me. ex Er. sim. E. Zan. Vor. T. [r] G. † Er. [t] G. [v] G. sim. Zan. [x] E. [y] Ee. [z] Me. [a] Me. sic Ga. advers. 43. 442. [b] Ga. ib. [c] G. Er. V. sic Me.

vel רקבון, Joel 2. 20 [d], qui, instar pomi (aut cibi [*],) putridi, nec prodest, nec delectat [f].) *ex ore vestro*, &c. P. Be. &c. *Exire ex ore* dicitur quod loquimur, Mat. 4. 4 [g]. Alludit fortè ad halitum fœtidum, aut etiam venenatum, ex corruptis pulmonibus emissum: talis est sermo corruptus ex corde corrupto proficiscens, ut *arbor σαπρὸς, putris, fert malos fructus*, Mat. 7. 17 [h]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ᾽ εἴτις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας ἵνα δῷ χάριν, &c.] *Sed* (nempe is sermo exeat [i]:) *si quis est bonus* (vel, *commodus*, Il. P. Pi. *aptus*, G.) *ad ædificationem* (vel, *institutionem*, G. sic Ca.) *usûs*, (vel, *utilitatis*, vel, *necessitatis*, h. e. utilem [k]; vel, *necessariam*, Ti. Zan. vel, *opportunitatis*, Hi. in Zan. h. e. opportunam, pro loco, tempore, modo, personis; non imprudenter [l], aut temerè, sed ad promovendam salutem proximi [m]: vel, *fidei*, Vulg. πίστεως legit cod. Clarom. reliquis cod. repugnantibus [n]: vel, *quoties opus est*, Er. V. *quà sit opus*, Ca. *eam quæ cuique est necessaria*, G. sim. V. Genitivus pro adjectivo, more Hebræo. Χρεία vox frequens apud Sirachiden [o]. Vel, *indigentiæ*, Zan. sub. *præsentis*, Zan. ex Græc. i. e. ità ut spectetur præsens auditorum necessitas, putà an egeant reprehensione, consolatione, &c [p]. Monet, sermonem, etiam per se bonum, opportunè proferendum esse, nè vitio nostro vertatur in malum [q]. Al. *ad ædificationis* (h. e. ædificantem, seu ædificatorium [r]:) *usum*, P. Be. Pi. ut sit Hypallage pro, πρὸς χρείαν τῆς οἰκοδομῆς, qualis Esa. 1. 3. *præsepe Domini*, pro *Dominum præsepis* [†]. Vel, *utilis ad ædificationem*, Tre. & Be. ex Sy. quasi scriptum sit, καὶ χρήσιμος πρὸς οἰκοδομὴν [t].) *ut gratiam* (i. e. vel, jucunditatem, q. d. qui gratus sit, juxta Col. 4. 6 [v]. gratus nempe quoad Spiritum, non carnem: vel, gratiam Dei [x], progressum in gratia & virtutibus [y]: vel, *beneficium*, Ca. *utilitatem*, V.) *det* (vel, *adferat*, P. Be. &c. *conferat*, V.) *audientibus*, Mo. &c. vel, *auditoribus*, P. Be. &c. Participium pro nomine verbali, more Hebræorum [z]: *per quem bene merearis de auditoribus* [a]. Sic ἐπιτελεῖν χάριν habuimus 2 Cor. 8. 6. Bene de aliquo meretur qui à vitiis abducit. *Prosit* hîc Latinus rectè [b]. Sermo pro quo gratiam nobis à Deo precari possint auditores: vel, sermo quo audientes aut doctrinam capiant, aut consolationem, aut correctionem, &c. Per talem enim sermonem solet gratia Dei auditoribus communicari [c]. Sermo dat gratiam audientibus, quando Deus homine, atque ipsius sermone, utitur ad largiendam audientibus suam gratiam [d].

30. *Nolite contristare Spiritum*, &c.] Verbis putridis & obscœnis [*]. At quî contristari dicitur Spiritus S. qui est Deus? *Resp.* Quia contristantur homines pii in quibus est Spiritus S [f]. Sed præstat hoc accipere de ipso Spiritu Dei, tum propter articulum geminatum, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, tum maximè ob seq. *per quem obsignati*, &c [g]. Hîc autem *contristari* dicitur ἀνθρωποπαθῶς, sicut Esa. 63. 10 [h]. quatenus materia tristitiæ illi præbetur [i]. Spiritus enim S. sanctos sermones amat, impuros autem & profanos odit [k]. [Sensus, q. d.] Nolite offendere Spiritum S. atque ità facere ut à vobis recedat [l]. Major est Spiritus Sanctus Angelis: at moniti sæpe Israelitæ, nè Angelum offenderent, Exod. 23. 21. ubi in Hebræo est אל תמר, in Gr. μὴ ἀπείθει αὐτῷ. Hennas 2. 10. *Tristitia omnium Spirituum nequissima est, & pessima servis Dei, & omnium Spiritus exterminat, & vexat Spiritum Sanctum.* Mox, *Noli offendere Spiritum S. qui in te habitat.* Tertul. De spectaculis, *Deus præcepit Spiritum S. utpote pro naturæ suæ bono tenerum & delicatum, tranquillitate & lenitate & quiete & pace tractari.* Non planè alienum illud Senecæ, Ep. 41. *Ità dico, Lucili; sacer intra nos Spiritus sedet bonorum malorúmque nostrorum observator & custos: hic prout à nobis tractatus est, ità nos ipse tractat* [m]. ¶ *In quo*, &c. Ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν, &c.] *In quo*, vel *per quem*, *signati*, vel, *obsignati estis* (in anima, in qua Conditoris signum, figuram, & notam, i. e. gratiam & sanctitatem habetis [n]: quem Spiritum, velut impressum vobis sigillum, accepistis [o], qui Spiritus vos regeneravit, suámque vobis imaginem impressit [p]: *signati estis*, internâ & copiosâ gratiâ, quâ tanquam peculiari notâ filiorum Dei, ab omnibus aliis dignoscemini [q]. Metaphora sumpta à Mercatoribus, qui emptas à se merces sigillo suo obsignant, ut cùm tempus est exportandi, eas à cæteris discernant, &c [r]. Et cùm olim Homines, non minùs quàm aliæ merces, emerentur, servis quoque emptitiis impressa erat nota in fronte aut alibi, quibus ab aliis servis discernerentur. Hinc servi illi Dei in fronte signati sunt, Apoc. 7. Quare & Christus *signari* dicitur Joh. 6. 27. i. e. designari *servum illum Dei* esse, Esa. 42. 1. idque per Spiritum S. super ipsum descendentem; ut hîc Ephesii, *per Spiritum*, h. e. per prædicationem Evangelii & plantationem Ecclesiæ inter ipsos, qui fructus est descensûs Spiritûs S. super Apostolos, ut antea super Christum, &c [†].) *in diem redemptionis*, Vulg. Mo. P. Be. &c. perfectæ scilicet [t], h. e. beatæ resurrectionis [v], quo die credentes plenè liberabuntur [x]: certi facti quòd in die judicii redemptionem consequemini [y]: ut certi sitis de ventura die redemptionis, nempe corporum, quæ est Resurrectio, Rom. 8. 23. Sic εἰς ἀπολύτρωσιν suprà 1. 14. ubi & verbum ἐσφραγίσθητε præcessit [z]. Vide ibi dicta [a], & Luc. 21. 28 [b]. Duo ergò gravissima mala committuntur profanis & obscœnis sermonibus; 1. signaculum Dei commaculatur & quasi obducitur: 2. redemptionem amittimus [c].

31. *Omnis*, &c. Πᾶσα πικρία, καὶ θυμὸς, καὶ ὀργὴ, &c.] *Omnis amaritudo*, sive *amarulentia*, (quæ est animi rancor & desiderium studiúmque alicui nocendi [d]: vel, animi dolor in invidiam, aut malevolentiam, exacerbati [*]: quâ animus aliquo proximi verbo aut facto offensus ab eo avertitur, amarescit, ægrè & invitè eum videt, audit, aut de eo cogitat [f]. Vel, *acerbitas*, Ca. vel, *maledicentia*: vide Rom. 3. 14 [g].) *& excandescentia*, (i. e. animi effervescentia [h], sive prima inflammatio: Rom. 2. 8. 2 Cor. 12. 20. Gal. 5. 20. Col. 3. 8 [i]. Vel, *ferocia*, Er. vel, *tumor*, Er. Ti. V. vel, *furor*, E. ex Hi. i. e. ira incipiens, & in animo effervescens [k], vel prima sanguinis ebullitio [l]:) *& ira*, (i. e. motus transiens in μῖσος [m]; ira accensa [n], quâ quis indignatur se læsum aut contemptum [o], quæ, furore restincto, desiderat ultionem [p]:) *& clamor*, (scilicet inordinatus [q], in quem erumpunt homines irati [r]. *Clamor equus est iræ: cùm equum prostraveris, equitem dejeceris* [†].) *& maledicentia*, (vel, *blasphemia*, Vulg. convitium [t], in Deum, vel proximum [v]. Vide Mat. 15. 19 [x]. Omnis quidem maledicentia dicitur βλασφημία: sed ut distinguatur ἀπὸ τῆς πικρίας, videntur hîc intelligenda verba quæ Dei honorem quoquomodo lædunt. Nam sic & Menander usurpavit hanc vocem: & in nostris literis sic usurpari solet. Vide 2 Reg. 19. 6, 22. Esa. 52. 5. Mat. 9. 3 [y].) *tollatur* (vel, *longè absit*, G.) *à*, vel *ex*, *vobis*, *cum omni malitia*, P. Be. Pi. vel, virtuti contrariâ [z]; vel, eâ quâ proximus læditur [a]: malignitate & nequitiâ, quæ justitiæ & charitati erga proximum repugnat [b]. Hoc addit, quia longum erat singula in proximos peccata annumerare [c]. Vide Rom. 1. 29. 1 Cor. 5. 8. & 14. 20. Col. 3. 8. Tit. 3. 3 [d]. Videtur hîc Paulus quosdam *furoris* gradus facere, incipiens à πικρίᾳ, i. e. *animi offensione*, cùm intus carpitur animus: unde mox incipit pectus calescere, donec erumpat ira: unde tandem clamores & rixæ, non sine convitiis [*]. Hæc sunt membra veteris hominis; & hæc inter Ephesios regnâsse innuit. Subdit contraria novi hominis [f].

32. *Benigni*; qualis Abrahamus erga Lotum, Gen. 13. 8 [g]. Χρηστοὶ] *Comes*, Er. Ti. V. E. Mc. suaves, blandi [h]. Vide Luc. 6. 35 [i]. Opponitur *amarulentiæ* [k], & *asperitati morum*: nam & Χρηστολόγοι dicti sunt *vehementer comes & blandi*. *Benignitas* autem propriè ad dandum pertinet [l]. ¶ *Misericordes*; ità Er. Ti. P. Be. Pi. G. Sic 1 Pet. 3. 8. Idem sensus ubi σπλάγχνα οἰκτιρμῶν commendat Paulus, Col. 3. 12 [m]. Εὔσπλαγχνοι] Hoc non solùm ad *misericordiam*, sed ad omnem *pietatis affectum*, pertinet, q. d. *bonorum viscerum* [n]; ut Hispani dicunt, *hombre de buenas entranas* [o]. ¶ *Donantes*, &c. Χαριζόμενοι, &c.] *Largientes*, vel *Libenter dantes*, *vobisipsis*, Er. V. ut intelligas, quod in alios benefeceris, id tuo bono lucróque fieri magis quàm illius qui accipit [p]. *Gratiam exhibentes mutuam*, Ti. *Condonantes* (& quidem gratis, ut vox significat [q]:) *inter vos*, Ca. vel, *vobis mutuò*, P. Be. Pi. vel *alter alteri*, ut ἑαυτοῖς ponitur infrà 5. 19. & Col. 3. 13 [r]. sub. *offensas*, P. Be. Pi. G. E. Me. sic D. ut exprimitur Col. 2. 13 [†]. ex præcepto Christi Mat. 18. 22. De usu hoc hujus verbi vide 2 Cor. 2. 7. 10. & 12. 13. Hæc lenitas opponitur *offensioni* [v]. Illud,

illud, ἑαυτοῖς, hîc emphasin habet, ut significet, eum qui fratri in Christo condonat, sibiipsi verè condonare, quia membrum membro [condonat.] *Amicus* enim (& multò magis frater in Christo,) *est alter ego.* Quis autem sibi-ipsi non condonat injuriam quam sibi fecit, &c†? ¶ *Sicut*, &c. Καθὼς καὶ ὁ Θεὸς ἐν Χριστῷ, &c.] Sic habent plerique & optimi Codices. Sic legunt & Syrus, Chryf. Th. & Latinus: ἐν Χριστῷ, i. e. *ob Christum*, Christo deprecante, Esa. 53.12. Luc. 23.34. Q. tamen legunt, Καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἐχαρίσατο ὑμῖν· qui sensus hîc non malus [x]. Quid hîc est, *in Christo?* h. e. non sine morte & cruce filii sui. Tu autem sine ullo tuo damno condonare potes [y].

† Zan. ad Eph. 5. 1. — [x] G. — [y] Zan.

CAP. V.

1. **E***Stote ergò imitatores Dei*] Quod præcipuè fit bene omnibus faciendo, Matth. 5.48. nam sic *Homo homini Deus* [a]. De *imitatione* hîc loquitur, vel, 1. generali, in justitia & sanctitate, &c. cum quo congruunt sequentia de vitanda impuritate vitæ, & sequenda sanctitate[b]. Vel, 2. [speciali] in condonandis injuriis, ut conjungatur cum v. præced[c]. cui favet tum particula οὖν, tum quod subjicit de sacrificio Christi, quo peccata nostra expiata sunt. Quâ doctrinâ explicatâ, redit ad generalem dehortationem à vitiis, &c[d]. ¶ *Sicut filii charissimi*] *Dei* nempe[*]. Liberorum est patrem moribus referre[f], maximè si videant se ab eo amari, vel si se velit illi reddere *amabiles*, quod ἀγαπητοὶ significat[g].

2. *Et ambulate*, &c.] Περιπατεῖν, הלך, non actum unum aut alterum significat, sed perpetuum vitæ tenorem[h]: q. d. Exercete opera mutuæ charitatis[i]. Totam vitam transigite in charitatis affectu atque officiis, inter quæ non postremum locum habet injuriarum condonatio[k]. ¶ *Sicut & Christus dilexit nos*] Quæ dilectio Christi conjungi potest, vel, 1. cum dilectione Patris, q. d. Non solùm Pater, sed & Christus dilexit; vel, 2. cum dilectione nostra ad quam hortatur, cum Christus prior dilexit nos omnes, Judæos & Gentes: æquum ergò est, ut dilecti diligamus, eos saltem quos ipse prior dilexit, ideòque vult à nobis diligi. Non dicit *dilexit*, quasi nunc non amet, sed, 1. ut significaret, amorem ejus luculenter declaratum in vita & passione ejus; 2. ut discerneret amorem, quo nos amabat adhuc inimicos ab eo quo nunc[l]. ¶ *Tradidit semetipsum*] In mortem scilicet[m]. Sic & Gal. 2.20. Adfert maximum dilectionis testimonium, Joh. c. 15. v. 13. Rom. 5.8. & seq[n]. ¶ *Oblationem*, &c. Προσφορὰν καὶ θυσίαν, &c.] Προσφορὰ vox generalis est, omnia V. T. sacrificia complectens; θυσία specialis, significans sacrificium cruentum[o], sive oblationem animalis[p]: illa erat sacrificium eucharisticum, hoc propitiatorium[q]. Hæc duo simul habes & Psal. 40.6. ubi pro προσφορὰν in Hebræo est מנחה, *oblatio*, nimirum *triticea*: de qua vide dicta ad Levit. 2. & Marc. 9.49. quare θυσία, זבח, quod alioqui generale est, *de victimis* intelligendum. Similitudo in eo, quòd de utroque pars sacrata in honorem Dei imposita altari absumebatur[r]. ¶ *In*, &c. εἰς ὀσμὴν εὐωδίας] *In odorem suavitatis*, Vulg. Mo. vel, *redolentiæ*, Er. Val. *bonæ fragrantiæ*, Er. P. Be. Pi. &c. *suavem*, Ca. *fragrantem*, Tre. ex Sy. h. e. bene olentem & gratum Deo[t]. Eadem phrasis Phil. 4.18[t]. Usurpatur & de victimis, Levit. 1. 9. & de Manaa, Levit. 3. 16. ac primùm occurrit in Noæ historia Gen. 8.21. ריח הניחח, ubi ad ipsum *Noæ* nomen fit allusio. Christus alter Noe, qui ex diluvio vitiorum servat, Princeps novi seculi. Nullum sacrificium Deo potest esse gratius quàm ubi idem est & sacerdos & victima. Accedit, quòd in nullo sacrificio perfectior obedientia; & fructus ejus, salus humani generis[v]. Alludit ad Legis thymiamata, quibus Christi obedientia adumbrabatur[x]. Significat sacrificium crucis Deo Patri acceptissimum fuisse[y], Deúmque nobis iratum placâsse, &c†. Et cogitandum relinquit, debere nos vel mori pro fratribus, &c[z].

3. *Fornicatio*] Redit ad præcepta sanctitatis[a]. Jam nominat vitia quæ Ephesi maximè regnabant[b]. Nomine πορνείας propriè intelligit concubitum cum scortis &

[a] G. — [b] Q. in Zan. — [c] Zan. ex Græc. sim. E. Vor. — [d] Zan. — [*] G. — [f] G. sim. Me. Zan. — [g] Zan. — [h] G. — [i] E. Me. — [k] Zan. — [l] G. — [m] G. sim. Zan. — [n] G. — [o] Zan. — [p] E. — [q] Zan. — [r] G. — [t] V. sim. E. Vor. — [t] Cas. — [v] G. — [x] Ee. — [y] Me. — † Ham. — [z] E. — [a] E. — [b] G.

meretricibus[c]; sub eo autem rectè hîc & Adulteria comprehendas[d], omnémque sexuum commixtionem extra conjugium[*], ut & Latini sub *stupri* nomine[f]. ¶ *Et omnis immunditia*] Vel, *impuritas*, P. Be. Pi. id est, vel obscœnitas, & libido tactuum, aut immundorum operum[g]: vel, omnis alia vaga libido[h]; vel, quævis pollutio contra naturam[i], ἀρσενοκοιτία, κτηνοβατία, ἀσέλγεια, λεσβιασμός. Vide suprà 4. 19[k]. ¶ *Aut avaritia*] Circa pecunias[l]: immodica habendi cupiditas†. Quia urbs mercatrix, Ephesus, L. 2. De eo quod certo loco dare oportet. In talibus autem urbibus maximè regnat per fas & nefas rem augendi cupido. *Nam non quæritur unde habeas, sed oportet habere*[m]. Sed cur hoc vitium Paulus inter impudicitiæ peccata medium poneret[n]? Malim ergò hîc intelligi insatiabilem libidinis explendæ appetitum, ut Eph. 4. 19[o]. Vide dicta ad Rom. 1,29[p]. ¶ *Nec nominetur in vobis*] Vel, *inter vos*, Be. Pi. Simile loquendi genus 1 Cor. 5. 1. Nemo Christianus illis nominibus vel suspectus sit[q]. Deberent hæc prorsus incognita vobis esse[r]. Ità absit ut nulla sit ejus mentio†, ex ore vestro; ne ex ipso auditu concepta cogitatio carnem commoveat[t]: Nam sensus afficiunt quæ sæpe nominantur. Vide Jos. 23.7. Psal. 16. 4[v]. Si cui Paulus severior videatur, audiet Isocratem præcipientem λέγειν ὡς δεῖ, &c. *loqui ut oportet, cogitare ut oportet*, &c[x]. ¶ *Sicut decet sanctos*] Scil. professione[y], h. e. Christianos[z]: qui sancti & mundi esse debent[a], à peccatis, præsertim carnalibus[b]; idque non solùm animis & corporibus, sed etiam verbis[c]. Quia ad sanctitatem nemo pervenit nisi priùs liberetur à talibus vitiis[d].

4. *Aut*, &c. Καὶ αἰσχρότης] Et (Repete, *ne nominetur inter vos*, E.) *turpitudo*, Mo. Ti. Ca. Vulg. vel, *obscœnitas*, Er. Il. P. Be. Pi. Tre. Zan. nempe in verbis[*]. *Et sermo obscœnus*, Ar. sim. Æth. Hanc αἰσχρολογίαν vocat Col. 3. 8. *inverecundiam in verbis*: quam Stoici probabant. Vide Ciceronis epist. ad Papirium Pætum 9 22. in Glossario αἰσχρολογία, *turpiloquium*[f]. Id hîc speciatim intelligi constat, tum ob sequentia, tum quia ei opponitur εὐχαριστία· alioqui αἰσχρότης in genere significat quicquid in verbis, factis, aut gestibus, ab honestate & decoro recedit[g]. *Turpitudo* hæc consistit in tactibus, amplexibus, & osculis libidinosis[h], in habitu gestúque indecoro & impudico[i]. Huc accommodari possit illud Aristot. Polit. 7. 17. ὅλως μὲν οὖν αἰσχρολογίαν, &c. id est, *Legislatorem oportet omnino sermonis turpitudinem è civitate evellere. Nam facilè turpia loquendo, efficitur ut homines his proxima faciant*[k]. ¶ *Aut*, &c. Καὶ μωρολογία, ἢ εὐτραπελία] Particula ἢ posita per epexegesin docet εὐτραπέλους hîc vocari eosdem atque μωρολόγους καὶ γελωτοποιοὺς[l] q. d. μωρολογία, quam homines ὑποκορίζοντες (*subblandientes*) vocant εὐτραπελίαν. Talia sunt dicta Mimorum, item Parasitorum in Comœdiis. Qui talibus dictis scatent, γελωτοποιοὶ Græcis, *ridicularii* Latinis. Talia verò personam graviorem, qualis est hominis Christiani, non decent. Egregiè hunc locum explicat, & γελωτοποιοὺς illos describit Chryf. Hom. 6. in Matthæum[m]. [Verba sic reddunt:] *Et stultiloquium* (Pertinet hoc ad fatuas & ineptas fabulas[n], præsertim eas in quibus sit aliquid obscœnitatis[o]. Al. Intelligit studium ineptorum & inanium sermonum[p], sive id sit jocosum, sive serium[q]; vel, sermonem insulsum, audientibus inutilem, nullo charitatis aut prudentiæ sale conditum[r]. In μωρολογίᾳ damnatur quoque μωροποίησις, cùm quis gestu se stultum esse vel simulat vel declarat, ut fecit David apud Achis†.) *aut* (vel, *&*, Il. P. Be. Pi,) *urbanitas*, Er. vel, *facetia*, Val. V. Er. Ti. Ca. *lusus*, Tre. ex Sy. sic Ar. *scurrilitas*, Be. Pi. *dicacitas*, Il. P. *verba derisoria*, Æth. Εὐτραπελίαν Aristoteles virtutem facit, quâ scilicet aliquis concinno & honesto aliquo joco & se & audientes exhilarat[t]. Qu. An hæc h. l. damnatur? Resp. 1. Damnatur, non per se, sed propter circumstantiam temporis[v]: Præsens tempus non est tempus risûs & facetiarum, sed crucis & certaminis[x]. Non ad ludum & jocum, sed ad luctum potiùs & lacrymas, nati sumus. Vana illa vitæ oblectamenta non conveniunt cum Christiana gravitate, multò minus cum perpetuo resipiscentiæ & mortificationis studio, jugique vitæ futuræ meditatione. Si animorum laxamentum quærimus, vir pius & gravis illud inveniet in Dei laude & lege meditanda, & vitæ

[c] Zan. — [d] G. — [*] E. — [f] G. — [g] Me. — [h] Zan. — [i] E. ex Aquin. — [k] G. — [l] Q. in E. — † Calv. sic Zan. — [m] G. — [n] E. — [o] E. ex Hi. — [p] Ham. — [q] G. — [r] Zan. — † Ca. sim. E. — [t] E. — [v] D. — [x] Be. — [y] E. — [z] E. Me. Zan. — [a] Zan. sim. E. — [b] E. — [c] Zan. — [d] G. — [*] Zan. E. Me. Ham. — [f] G. — [g] Zan. — [h] E. — [i] Ham. — [k] Be. — [l] Be. sim. Camer. — [m] G. — [n] E. sic Me. T. — [o] E. — [p] Zan. sim. Calv. — [q] Zan. — [r] Bod. — † Zan. — [t] Idem. — [v] Græci in E. — [x] Occum. in Bod.

vitæ futuræ exspectatione & gaudio Spiritûs S. ineffabili, &c. *Mihi crede*, inquit Seneca, epist. 23. *res severa est verum gaudium*, &c. In omni ergò sermone nostro, sive gravi, sive faceto, non voluptatem, sed ædificationem spectemus, & si facetiis innoxiis nos oblectemus, illud inter infirmitatis humanæ reliquias deputemus, &c [y]. *Resp.* 2. Non simpliciter damnatur [z], nisi alieno tempore & loco [a]. Ejus exempla suppetunt, 1 Reg. 18. 27. 2 Reg. 2. 23. Esa. 14. 11. & alibi sæpe [b]. Verùm non ridendi, sed irridendi causâ illa dicta sunt, eáque ædificationem audientibus adferebant [c]. Εὐτραπελία h. l. est urbanitas scurrilis [d], quæ propriè βωμολοχία dicitur [*], quo sensu & εὐτράπελία sumitur apud Pindar. Pyth. Od. 1. μὴ δολωθῇς φίλε κέρδεσιν εὐτραπέλοις, *lucris scurrilibus*, ut rectè vertit Stephanus [f]: & Pyth. δ'. e. 8 [g]. tum apud Aristot. Nicom. 4. 8 [h]. & 2. 7 [i]. Βωμόλοχοι, inquit, sæpe vocantur & εὐτράπελοι [k]. tum apud Basil. in Psal. 62. πολλοὶ εἰσιν οἱ τὰς πονηρὰς φράσεις ἀποδεχόμενοι, καὶ χαρίεντα μὲν τὸ εὐτράπελον, τὸ δὲ αἰσχρολόγον πολιτικὸν, τὸν πικρὸν καὶ ὀργίλον ἀκαταφρόνητον ὀνομάζουσι, &c. Ubi vides τὸ εὐτράπελον in vitio poni, at τὸ χαρίεν in bono. Addit enim, καὶ ἀπλῶς πᾶσαν κακίαν ἐκ τῆς παρακειμένης ἀρετῆς ὑποκορίζονται [l]. Quia difficile est urbanis modum servare, & hæc virtus facilè degenerat in alterum extremum, juxta illud, *Et mala sunt vicina bonis*, &c. ideo εὐτραπελία pro scurrilitate usurpatur [m]. Teneatur ergò præceptum Isocratis, Cùm medium attingere difficillimum est, satius est deficere quàm excedere [n]. Quia difficillimum est dicacem esse quin sis etiam mordax, & in ipsis facetiis quædam est affectatio pietati minimè consona, meritò ab ea Paulus revocat. Et de omnibus illis simul pronunciat, quòd non conveniant [o]. Sed post εὐτραπελία tollendum comma, εὐτραπελία τὰ (pro κατὰ τὰ) οὐκ ἀνήκοντα [p]. Quòd μωρολογία *stultiloquium* significet, idémque εὐτραπελία, sed cum additamento joci, indubium est. Quòd autem utrumque h. l. ad sermones obscœnos pertineat, colligi possit, tum ex ipsarum comitibus, *scortatione*, &c. tum ex ratione addita v. 5. ubi, si hæc duo eò non spectent, enumeratio illa non contineret singula in hortatione memorata, ut oportebat fieri. Ut ergò impudica facta in S. S. dicuntur *stultitia*, in Eurip. μωρά, in Aristoph. ἀνόητα; ità & μωρολογία, *stultiloquium*, possit esse *turpiloquium*. Sic & εὐτραπελία, quæ ab Hesychio vertitur κουφότης, *levitas*, & μωρολογία, *stultiloquium*, hîc idem est quod αἰσχρολογία, *turpiloquium*; præsertim cùm magna pars εὐτραπελίας consistat in hoc argumento, obscœni scilicet sermonis. Huic favet & quod sequitur, τὰ μὴ ἀνήκοντα, quod ad omnia verba præcedentia referendum, nec significat simpliciter *quod non convenit*, sed *indecorum, turpe*, &c. quod ad gestus actúsve impudicos propriè pertinet [q]. ¶ *Quæ*, &c. Τὰ μὴ ἀνήκοντα] In MS. ἃ οὐκ ἀνῆκεν, אשר לא יעשה [r]. [Sic vertunt : *Quæ non conveniunt*, Er. P. Be. Pi. &c. vel, *prosunt*, Ar. vel, *necessaria sunt*, Tr. ex Sy. vel, *convenientia*, sive *decentia sunt*, Val. Er. Me. *Quæ dedecent*, Ca. E. nempe Christianos †. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ μᾶλλον εὐχαριστία] *Sed potiùs gratiarum actio*, P. Be. Pi. Deo scilicet, ad quem illa maximè pertinet [t]; scilicet nominetur, audiatur ex ore vestro [v]. Sermonis vestri præcipua materia sit gratiarum actio pro beneficiis. Confer quod infrà 19. 20 [x]. Loco facetiarum & scurrilium jocorum quibus homines carnales in congressibus & conviviis suis se oblectare solent, vos semper gratâ commemoratione beneficiorum Dei vosmet oblectate [y]. Εὐχαριστία quoque hîc significare possit sermonem gratiâ & sale conditum [z], sive *gratiositatem* [a]; sermonem auditoribus utilem & gratum [p], pium sive religiosum [q]. Cui favet, 1. quòd hæc opponitur *turpiloquio*, &c [r]. 2. quòd *mulier* dicitur εὐχάριστος, i. e. *pia*, sive *gratiosa*, Prov. 11. 16 †. Sic enim legendum, non εὐχενὴς [t]. 3. quòd χάρις sæpe *pietatem*, sive *virtutem* in genere significat, Eph. 4. 29. Col. 3. 16. & 4. 6 [v]. Obstat tamen, quòd vox εὐχαριστία nec apud Apostolum, nec usquam in Scriptura aliud significat quàm *gratiarum actionem* [x].

5. *Hoc*, &c. Τοῦτο γάρ ἐστε γινώσκοντες] Circumlocutio Græca, pro γινώσκετε [y]. Imperativum potiùs esse reor quàm Indicativum [z]. Verba enim sunt denuntiantis malum quod cavere debeant [a]. Et sic paris sensûs monitum Paulus inchoat 1 Cor. 6. 9. μὴ πλανᾶσθε [b]. *Nam hoc scitis*, Er. Ti. sic Pi. vel, *sitis cognoscentes*, Er. *este intelligentes*, Val. Al. *sciatis*, vel, *scitis cognoscentes*, V. *scitote intelligentes*, Vulg. Legit ἴστε, sic & Syrus [c]. In MS. est ἴστε γινώσκοντες, i. e. *bene scitote*, locutione Hebræâ. ¶ *Fornicator*, Πᾶς πόρνος] *Omnis scortator*. Sic enim nostri scriptores hanc vocem usurpant, ut ostendimus. Universalis vox sequente negatione apud Hebræos est pro negativa universali, ut jam sæpe vidimus [d]. ¶ *Aut immundus*] Vide ad v. 3 [*]. Hi sunt μαλακοὶ & ἀρσενοκοῖται, 1 Cor. 6. 9. ubi & πλεονέκται [f]. ¶ *Aut*, &c. Ἢ πλεονέκτης, &c.] *Aut fraudator*, &c. Cypr. in G. vel, *avarus*, P. Be. &c. i. e. vel, 1. cupidus congerendarum opum [g], qui rectè *idololatra* dicitur, ut & Col. 3. 5. nam pro Deo habent *Mammonam*, i. e. divitias, Matth. 6. 24. in iis spes totas collocant; iis totos se devovent; earum causâ nihil non faciunt. Par loquendi genus est, *quorum Deus est venter*, Phil. 3. 19. Facit pulcrè huic dicto explicando locus Philonis De Monarchia, 1. Διελέγχων δὲ μετρίως, &c. (*Avaros vehementer redarguens, qui argentum undecunque quærunt, & acquisitum, tanquam Numen, recondunt in penetralibus, eique suam felicitatem tribuunt.*) Idem libro de præmiis & pœnis, τὰ πάθη τῆς ἡδονῆς (*cupiditates voluptatum,*) vocat εἴδωλα [h]. Avarus & Idololatra unam eandémque rem colunt, aurum & argentum, alter in simulacris, alter in nummis [i]. Avarus nummos, quasi rem sacram & divinam, diligenter asservat, reverenter habet, formâ delectatur, usu consumere non audet, &c [k]. Vel, 2. cupidus voluptatum illicitarum [l]; ut suprà dictum. Sicut autem passim idololatria in Prophetis *fornicatio* dicitur, ità vicissim fornicatio *idololatria* vocari potest [m]. Et ratio appellationis h. l. est, quòd Simoniani, hîc notati, infandas libidines ità exercebant, ut eas in Dei honorem referrent, Deóque tanquam gratum sacrificium offerrent. Qualia de Gnosticis scribit Epiphan. hæresi 26 [n]. ¶ *Non habet hæreditatem* (i. e. jus hæreditatis : vel, *habet* pro *habebit* [o].) *in regno Christi & Dei*] Patris scilicet [p], i. e. in Ecclesia & inter electos [q]. *Regnum Christi* est in Judicio; *Regnum Dei*, post Judicium: 1 Cor. 15. 24. Hebræi dicerent, אין לא חלק בעולם הבא [r]. Non negat Christum esse Deum †, nec enim scribit, καὶ τοῦ Θεοῦ; sed unico articulo τοῦ subjicit nomina Χριστοῦ & Θεοῦ [t], *Christi & Dei*, h. e. qui est Deus. Καὶ, &, pro pronomine relativo ponitur. Sic Ruth. 3. 16. *Venit ad socrum, & dicebat*, &c. h.e. quæ dicebat. Psal. 118. 27. —— *Jehova & illuxit nobis*, i. e. qui illuxit, &c. Esa. 36. *dies venient & (id est, quibus,) auferetur*, &c. Amos. 3. 11. *hostis* וסביב *& circuitu terræ*, h. e. qui est in circuitu terræ [v]. Nec vult aliud esse Regnum Christi, aliud Dei [x], sed utrumque conjungit, ut ostendat, Regnum esse utriusque [y]; *Dei*, ut regis naturalis, Christi autem hominis, ut Regis à Deo constituti [z], vel Christi ut Mediatoris; quem hîc à Patre discernit, ideóque, nemini in Regnum illud aditum patere, nisi per Christum [a].

6. *Nemo vos seducat* (i. e. Nè sinite vos decipi quorundam [b],) *inanibus verbis*] i.e. Falsis [c], sive fallacibus [d], qui non præstant securitatem quam pollicentur [*]; quasi hoc quod dixi non ità se habeat [g], quasi hæc aut peccata non essent, aut non ità exitialia credentibus [h]. Similis monitio 1 Cor. 3. 18. Notat autem Philosophos, qui docebant nihil mali esse in incestibus & ἀρσενοκοιτίᾳ: & qui laudabant κοινογαμίαν: & qui putabant vendentibus & ementibus licitum circumvenire se invicem, ideo quòd volenti non fiat injuria, & leges civiles id permittant: sed & Judæos, qui *omnibus Judaizantibus*, quomodocunque vixissent, *partem fore* dicebant *in seculo altero* [l]. ¶ *Propter hæc* (vel, 1. vana verba [k]: Sed genus non convenit [l]: vel, 2. peccata prædicta [m].) *venit* (id est, venire solet [n]; vel, ventura est [o]:) *ira Dei* (i. e. Divina ultio [p], animadversio ab irato Deo profecta. Metonymia [q]: ira Dei æterna [r].) *in* (Præp. ἐπὶ videtur indicare, iram Dei quasi præcipitem è cœlo in istorum caput ruere †:) *filios* (vel, *homines*, P. Be.) *diffidentiæ*, Ἀπειθείας] *Incredulitatis*, Er. *Insuasibilitatis*, Hi. in Er. *Inobedientiæ*, Er. V. *Contumaciæ*, Pi. Cypr. in E. *contumaces*, P. Be. i. e. qui in sceleribus contumaciter perseverant, non qui in talia scelera labuntur, sed resurgunt per pœnitentiam [t]. *In eos qui Evangelium spernunt*, suprà 2. 2. Col. 3. 6. בנים לא אמן בם, Deut. 32. 20 [v]. In eos qui Divinæ Legi (hæc

Margin notes (left): y Bod. z Zan. sim. Be. Vor. a Zan. b Be. c Bod. d Er. V. sic Vor. Zan. E. Me. * E. f Rev. g Sch. h Cas. i Me. k Bod. l Rev. m Strig. sim. Scl. n Strig. o Calv. p Sch. ex Luth. q Ham. r G. † E. Camer. sic Zan. t Ham. v E. Me. x G. sim. Zan. y E. z Zan. sim. a E. ex Hi. p E. ex Hi. q Zan. r Ham. s Zan. Ham. † Ham. sic E. ex Hi. t Hi. in E. v Ham. x E. y G. z G. sim. E. a E. b G. sim. E.

Margin notes (right): c Be. d G. * Me. f G. g Me. &c. h G. i Plerique in E. k Q. in E. l Me. sim. E. ex Hi. m E. ex Hi. n E. ex Sasb. &c. o E. p Er. q V. r G. † Zan. E. ex Caj. t Be. v Glas. gram. 3. 2. 15. 201. x E. ex Caj. y Zan. z E. a Zan. b E. c E. d E. Me. * Zan. ex Oecum. g E. Me. h Zan. l G. k Græci in Zan. l E. m E. Me. n Zan. ex Græcis. o Be. Me. p T. sic Er. q V. sic Er. r G. sic E. Me. T. s Be. t Zan. † Be. t Zan. v G.

(hæc vetanti [x],) non obedientes [y], hisce peccatis se maculare non verentur [z].

7. *Participes* (vel, *Consortes*, P. Be. Pi.) scilicet filiorum diffidentiæ in peccatis suprà dictis [a], h. e. socii scelerum [b]: quales illi qui describuntur Job. 34. 8. Psal. 50. 18 [c].

8. *Eratis—tenebræ*, &c.] In abstracto [d], q. d. prorsus cœci & flagitiosi: ut *scelus* pro scelestissimo [*]. Versabamini in tenebris infidelitatis [f], & ignorantiæ [g] Dei [h], rerúmque agendarum [i], & impietatis vitæque flagitiosæ: hæc enim omnia nomine *tenebrarum* significantur, ut contrà nomine *lucis* significantur cognitio Dei ac fides, & puritas sanctitásque vitæ [k]. Per Metonymiam hîc σκότος esse dicuntur qui alibi ἐν σκότει, Rom. 2. 19. 1 Thes. 5. 4. qui in magna rerum bonarum ignorantia versantur. Vide Rom. 3. 12. Sic φῶς ἐν Κυρίῳ, *illuminati per Christum*, suprà 1. 18 [l]. h. e. beneficio Christi [m], fide, gratiâ & doctrinâ Christi [n], & prælucentes aliis, ipsorúmque scelera coarguentes [o]. ¶ *Ut* (i. e. Ergò ut: Ellipsis conjunctionis [p].) *filii lucis* (i. e. ex luce, quæ est Deus, geniti, æternæque lucis participes [q]. Significat, hoc beneficium ab adoptionis fonte proficisci [r]. Locutio Hebr. בני אור, quæ significat, homines luce perfusos [†], salvificâ Dei notitiâ imbutos, & ad fruendam lucem, h.e. gloriam cœlestem, destinatos [t]. Sic & 1 Thes. 5. 5 [v].) *ambulate*] i. e. Vitam ducite vestræ vocationi & conditioni congruentem [x]. Moribus vestris ostendite vos ad lucem pertinere [y]. Lucem fidei internam per bona opera foras proferte, &c [z]. Pro eodem est *ambulate in luce*, 1 Joh. 1. 7 [a].

9. *Fructus enim lucis*, &c. Ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ πνεύματος ἐν πάσῃ ἀγαθωσύνῃ, &c.] Videtur γὰρ positum pro δὲ [b]: nam obiter declarat, quomodo ambulaturi sint ut filii lucis, nempe si proferant fructus Spiritûs [c], illius scilicet per quem è tenebris in lucem vocati estis [d]. *Nam fructus Spiritûs* situs est *in omni bonitate*, &c P. Be. Pi. Per parenthesin hæc legenda sunt [†], ut congruat constructio v. 8. cum v. 10 [*]. [Et sic legunt Be. Pi. &c.] in MS. est ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ φωτός [f]. Sic habent Claramont. & alii duo veteres Libri, & Syrus [g], & omnes Latini Codices [h]. Et hoc cum præced. meliùs cohæret [i], quia de luce non de Spiritu, sermo erat [k]. His [fructibus] opponuntur mox ἔργα σκότους. Hebræorum mos est *fructuum* nomine appellare Opera, Mat. 3. 8. Joh. 15. 16. Gal. 5. 22 [l]. ex quo loco hæc lectio à Scribis malè mutata est [m]. Ἀγαθωσύνη (de qua Rom. 15. 14. Gal. 5. 22 [n].) est benignitas & beneficentia: hæc opponitur iracundiæ [o]: δικαιοσύνη opponitur τῇ πλεονεξίᾳ, quam suprà damnavit [p], sive fraudibus [q]: ἀλήθεια opponitur *mendacio* [r].

10. *Probantes*, &c. Δοκιμάζοντες, &c.] Pendet hoc à verbo περιπατεῖτε. Nam absolutâ παρενθέσει reditur ad cœptum sermonem. Quod hîc dicit, idem est cum eo quod dicitur Rom. 12. 1, 2 [†]. *Probantes* (vel, *Expendentes*, V. *Explorantes*, V. Be. Sicut numisma probamus oculo, auribus, tinnitu, &c [t]. diligenter, accuratè, & continuo studio investigantes, ídque non tam legendo & audiendo, quàm πείρᾳ experiendo [v].) *quid sit acceptum Domino*, P. V. Pi. nempe ut id solum faciatis [x]. Hoc primum lucis officium, ut ostendat quid quæque res sit, formosa an deformis, &c [y].

11. *Et*, &c. Καὶ μὴ συγκοινωνεῖτε, &c.] *Et nè commercium habete* (vel, *communicate*, Calv. sic Vulg. vos miscete [z]:) *cum operibus illis* (non dicit *cum impiis*, cum quibus non prohibetur omnis consuetudo [a]:) *infrugiferis* (otiosis, multò magis perniciosis. Vult Deus omnes actiones nostras esse frugiferas & utiles Ecclesiæ [b]. Emphatica est periphrasis peccatorum [c]: nullum fructum ferunt nisi exitium [d], Rom. 6. 21. Gal. 6. 8. Eph. 4. 22 [*]. Et est liptote [f], *infructuosis*, i. e. maximè noxiis, exitialibus [g].) *tenebrarum*, Pi. sic P. &c. i. e. cum peccatis [h]; quæ sic vocat, quia tenebras captant lucémque fugiunt, quia eorum suasor est Princeps tenebrarum [i], quia ex ignorantia Dei procedunt [k]. Congruit hoc cum præced. metaphora. Lux etsi sordes tangat, ipsa tamen nunquam inficitur iis, sed eas tantùm detegit. Sic & filii lucis cum impiis versantur, 1 Cor. 5. 10. nec inficiuntur, &c [l]. Participes se faciunt [m], multis modis [n]; vel, cooperando eadémque faciendo [o]; vel, juvando eos ope aut operâ [p], consilio [q], consensu vel nutu [r], verbo & suffragio [†]; vel, approbando; vel, non prohibendo, cùm possis ac debeas [t]; vel, connivendo, tacendo & dissimulando [v]; vel, ullam ipsis improbitatis ansam offerendo [x]. ¶ *Arguite*; Ità P. Be. Pi. Ἐλέγχετε] Ex præscripto Levit. 19. 17. ubi in Græco, ἐλεγμῷ ἐλέγξεις τὸν πλησίον σου, הוכח תוכיח: quæ est Hebræis inter leges Jubentes, 205 [y]. *Redarguite*, Vulg. *Convincite*, scilicet talia opera esse infrugifera, perniciosa, eóque vitanda [z]. Redargutionem intelligit, vel, 1. verbis [a], juxta Mat. 18. 15. Vel, 2. factis, i. e. moribus contrariis [b]; i. e. prodite luce bonæ vitæ [c]. Hoc malim, 1. quia omnibus hoc præcipitur; omnes autem verbis non possunt arguere alios, præsertim infideles: 2. quia lux non verbis, sed splendore suo, tenebras redarguit: 3. quia non homines hîc arguere jubemur, sed opera, quæ arguuntur contrariis operibus: 4. quia de secretis & ignotis agit, v. seq. quæ non verbis argui possunt, sed tantùm operibus, quibus redarguuntur in ipsorum conscientiis [d].

12. *Quæ*, &c. Τὰ γὰρ κρυφῇ γινόμενα, &c.] *Nam quæ occultè*, vel *secretò*, *fiunt ab istis*, (vel, 1. Gentilibus [*]; vel, 2. à familia Simonis Magi, infandarum libidinum magistra [f]:) *turpe est &* (vel, *vel*, P. Pi. &c.) *dicere*] Quantò magis perpetrare [g]? Nè ergò communicate cum illis [h]. Meritò dixi reprehendendos esse illos qui turpia loquuntur aut faciunt: nam nisi id fiat, audebunt clàm etiam turpiora. *Non stant ista ubi incipiunt, & nox pudorem adimit*, teste etiam Tacito [m]. *Nox & Amor Vinúmque nihil moderabile suadent: Illa pudore vacat, Liber Amórque metu* [n].

13. *Omnia*, &c. Τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται] *Sed omnia*, (vel, *omnia illa*, Be. Pi. nempe opera tenebrarum [o]:) *dum arguuntur* (vel, *quæ culpabilia sunt*, ut sit ἐλεγχόμενα pro ἐλεγκτικά, participium loco nominis [p]: vel, *quæ arguuntur*, Vulg. i. e. produntur, sive in lucem proferuntur [q]:) *à luce*, (vel, luce verbi Dei [r]: vel, à filiis lucis [†]; luce sanctæ vitæ [t]:) *manifesta fiunt*, P. sic Be. Pi. &c. in apertum protrahi, h. e. palàm coargui, debent [v]. Cùm ista reprehendantur ab homine luce Divinâ perfuso, tunc apparet quàm sint turpia [x]. Illud, ὑπὸ τοῦ φωτὸς construendum, vel, 1. cum præced. ἐλεγχόμενα [y] *dum à luce arguuntur*, Pi. Be. vel potiùs, 2. cum seq. φανεροῦται [z], quod magis congruit cum sequente ætiologia [a]; ut sensus sit, Dixi vos, qui estis filii lucis, arguere debere opera tenebrarum: Sic enim habet rei natura, ut quæcunque tenebrosa arguuntur, id est, produntur, ea manifestentur à lumine [b]. Sed sensus eodem recidit, quia omnia ut reprehenduntur, ità & manifestantur à luce: τὰ ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς, ὑπὸ τοῦ φωτὸς etiam φανεροῦται; subintellige, & ideo etiam σώζεται. Hortatur eos ad sanctam vitam, quia per illam arguuntur peccata impiorum in suis ipsorum conscientiis: sic autem reprehensa, manifesta fiunt ipsis impiis, quòd sint peccata verè infrugifera, imò damnantia. Hæc autem peccatorum φανέρωσις initium etiam est salutis ipsorum, juxta Mat. 18. 15. Locus hic est de utilitate correctionis, sive per verba, sive per vitæ exempla, factæ [c]. ¶ *Omne enim*, &c. Πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον φῶς ἐστι] Πᾶν puto hîc esse Accusativum; & φανερούμενον Atticâ formâ, sensu activo, qualem & suprà habuimus, 1. 23. *Lux*, id est, quod rem quamvis detegit. Sic quales sint cujusque actiones is qui luce Divinâ perfusus est & videt, & ut alii videant facit. Trajectiones vocum tales frequentes Paulo, qualis & infrà v. 27 [d]. In his verbis est ætiologia superiorum, quâ propria piorum indoles describitur, quòd videlicet opera tenebrarum patefacere ac redarguere soleant [*]. Participium φανερούμενον est vocis mediæ [f]; ideóque exponi potest, vel, 1. passivè [g]. *Nam quicquid manifestum fit*, sive redditur, *lux*, sive *lumen*, (vel, *lucidum*, Ca.) *est*, Er. Ti. Be. Pi. sic Di. ex Sy. Ca. Mo. Ar. i. e. opus lucis [h], vel, luce perfusum & illustratum [i]; nec ampliùs manet tenebrosum [k]; vel, lucidum fit: quod optimè convenit cum v. 11 [l]. Vel, à luce fit, manifestum scilicet. Metonymia est, qualis Rom. 7. 7. *Lex peccatum est*? i. e. peccatum gignit? Πᾶν cohærere cum φανερούμενον, tanquam adjectivum cum substantivo, planum est ex collocatione. Deinde, quum verbum φανεροῦται præcesserit in voce passiva, non est probabile, continenter repeti in voce media & significatione

[x] T. [y] Me. T. [z] Me. [a] E. Me. [b] V. [c] G. [d] L. [*] Zan. [f] Me. [g] Me. E. Zan. Vor. [h] E. Zan. [i] E. [k] Zan. [l] G. sim. Be. [m] V. [n] Me. [o] Be. [p] Pi. sim. Zan. [q] Zan. [r] Be. [†] G. [t] Vor. sim. Pi. [v] G. [x] Zan. [y] E. sim. Me. [z] Zan. [a] G. [b] Pi. [c] Pi. sim. Zan. [d] Zan. sim. Be. [†] Zan. sic G. [*] Zan. [f] G. [g] Be. [h] E. [i] G. sim. E. [k] E. [l] G. [m] G. sim. E. [n] G. [o] E. [p] G. [q] E. [r] G. sic E. [†] G. [t] E. ex Hi. [v] Zan. [x] E. sim. Me. [y] Zan. [z] Me. [*] Zan. [b] Idem. [c] Vor. [d] G. sim. E. Vor. [*] G. [f] Me. sim. E. [g] Me. [h] Me. T. Zan ex Græcis. [i] Me. [k] E. [l] Zan. [m] G. sim. Zan. [n] Zan. [o] Zan. sim. E. [p] Bod. [q] Bod. Calv. sic Zan. [r] Calv.

[†] Bod. [t] Zan. [v] Zan. sim. Bod. [x] Bod. [y] G. [z] Zan. [a] Bod. sic Zan. [b] Zan. [c] Er. sim. Be. Cam. [d] Zan. [*] Zan. Q. in E. Pi. [f] E. [g] Vor. sic Zan. Pi. [h] Zan. [m] G. [n] Be. [o] Pi. Zan. sim. E. [p] Vor. [q] E. [r] Pi. [†] Vor. [t] Zan. [v] Vor. [x] G. [y] Zan. sic Pi. [z] Zan. sim. [a] Zan. [b] E. [c] Zan. [d] G. [*] Vor. [f] B. E. [g] E. Di. ex Sy. [h] Q. in Zan. [i] Me. [k] T. [l] Be.

catione activa ||. Peccatum, dum à lumine proditur & redarguitur, *fit lux*, i. e. in justitiam convertitur per pœnitentiam [m]. Homines, quorum peccata arguimus luce sanctitatis nostræ, ità adducuntur in sui cognitionem, ut tandem & ipsi convertantur, & conversi fiant lux in Domino [n]. Sed his repugnat nota universalis, *Omni*, &c. cùm plurimi hoc modo manifestati maneant in tenebris, & lumen magis oderint, juxta Joh. 3. 20 [o]. Al. Dixerat, ipsos nefanda sua in occulto perpetrare. Sed non semper, inquit, in occulto manebunt: redarguentur enim aliquando; & quum redarguentur, à luce manifestabuntur ista opera; & quum sic manifestantur, non ampliùs occulta sunt, sed lux sunt [p]. Vel, 2. activè [q]: *Quicquid enim manifestat* (vel, *patefacit*, Be. Tre. ex Sy. [de quo vide Di.] nempe aliud [r], vel obscurum aliquid †: vel, *res conspicuas facit*, Be.) *lux est*, Zan. Be. Er. V. aut lucis particeps: Id quod verum est de luce & spirituali & corporali [s]. Tenebræ tegunt omnia: Ergò lux, illis contraria, omnia revelat. Atqui vos estis lux: Ergò æquum est ut hâc luce, vitæ sanctæ scilicet, utamini ad redarguenda & in lucem proferenda opera tenebrarum; ut impii pudefacti & impietatis suæ cognitione donati convertantur & salvi fiant, fiántque & ipsi lux in Domino [v]. *Lux enim illud est quod omnia facit manifesta*, P. sim. Il. Bod. Ratio est à lucis natura, sive officio, q.d. Non mirum est ergò, quòd opera illa tenebrarum, dum à luce redarguuntur, fiant manifesta, quia hæc lucis natura propriúmque officium est, res conspicuas reddere [x].

14. *Propter quod*] i.e. Ad quod studium pellendi peccatorum tenebras acuendum [y]. Conjungi hoc potest, vel, 1. cum v.8. hoc modo, *Quia eramus olim tenebræ, nunc autem lux*, &c [z]. *propterea dicit*, *Surge*, &c. q.d. Docemur, & quænam pristina nostra conditio fuerit, nempe tenebrarum, & quâ ratione ex eo statu, scil. è tenebris in lucem, evocemur, nempe efficaci Christi vocatione. Vel, 2. cum v. 11. q.d. Quia fidelibus à morte peccati resurgendum est, & in vitæ novitate ambulandum, propterea dicit [a]. Vel, 3. cum proxima sententia. Vel, 4. cum eo quòd jussit Apostolus tenebras à luce coargui [b]. Sed malim ad ipsum fundamentum hujus doctrinæ referre: [de quo jam dictum] quod meliùs cohærere videtur. Nam somnus tenebris, non luci, convenit [c]. ¶ *Dicit*] Quis? & ubi [d]? Resp. 1. *Dicit*, alteri scilicet, *lux illa* [*]; i. e. homo luce perfusus, cui dat Paulus verba quæ eo digna sunt [f]. Prosopopæia, qualis Heb. 12. 5. ubi ἡ παράκλησις dicitur nobis, ut filiis, διαλέγεται [g]. 2. *Dicit*, nempe Spiritus S. per me: sumptum ex usu Prophetarum, qui dicebant, *Hæc dicit Dominus*, nempe per nos [h]. Sed hic non est mos Pauli [i]. 3. *Dicit* Deus vel Spiritus Sanctus [k]; vel, Scriptura. Ellipsis eadem Jac. 4. 6 [*]. sed ubi? Resp. 1. In libro quodam Apocrypho, sicut alibi versus ex poetis Ethnicis citantur [l]: in Apocryphis Jeremiæ [m]: & fieri potest ut fuerit, sed non additâ voce Χριστός, quæ illis temporibus in hoc sensu non congruit [n]. 2. In canonico aliquo libro, qui temporum injuriâ intercidit [o]. 3. In Prophetis, [in genere,] ex quibus collegit Paulus summam hanc doctrinæ Propheticæ, atque Apostolicæ, quam hâc brevi sententiâ complexus est: constat autem ea duabus partibus, prædicatione, tum 1. pœnitentiæ, *Surge qui dormis*, &c. i. e. resipisce: tum 2. remissionis peccatorum salutísque æternæ per Christum, *Et illucescet*, &c. i. e. Christus servabit te, &c [p]. 4. In Esaia [q], vel, cap. 9. 2 [r]. vel, 26. 19 †. vel, 60. 1, 2 [t]. ubi non eadem [sunt] verba, sed sensus prope idem [v]. Apostolus enim agens de tenebris peccatorum & luminé gratiæ, verba Prophetæ generaliter ad Jerusalem dicta, in quibus luminis ac tenebrarum fit mentio, mutatis & additis quibusdam, per accommodationem, assumit pro exhortatione peccatoris, &c. ut sensus sit, Huc facit illud quod dicitur Esa. 60. Tu qui dormis, &c [x]. Sed mihi non videtur Paulus locum aliquem adducere. ¶ *Surge*, &c. Ἔγειραι —— καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστὸς] Alii Codices hîc habuere ἐπιψαύσεις τοῦ Χριστοῦ, sed minùs rectè ni fallor [y]: Aug. & alii, *continget te Christus*, i. e. ἐπιψαύσει [z]. [Verba sic reddunt:] *Excitare* sive *Expergiscere* (ô peccator [a],) *qui dormis*, (i.e. detineris somno [b], eóque mortifero, peccatorum [c]:) *& surge*, (vel, *resurge*, Be.) *à mortuis* (tu qui mortuus es in peccatis [d]. Qu. Cur peccatorem modò ut dormientem, modò ut mortuum, alloquitur? Resp. Quia duo sunt peccatorum genera, qui hîc invitantur ad pœnitentiam, fideles, & infideles: illos dormientibus, hos mortuis comparat [*]. Vita in peccatis & Somno comparatur, Rom. 13. 11. & Morti, Eph. 2. 1. Somnolenti nihil boni agunt: Mortui etiam nocent odore [f].) *& illucescet tibi Christus*, P. Be. Pi. qui est verum lumen [g], sol justitiæ [h]: is per gratiam te illuminabit [i], ità luce perfundet, ut accepto illo splendore perinde acsi nativus esset, possis alios illuminare & tuo lumine coarguere, & patefacere tenebras errorum, & peccatorum, quibus involvuntur [k]. Iis qui purgati sunt dat Christus τὸ φωτισμὸν, de quo suprà 1. 18. & Mat. 28. 19 [l]. Hoc argumento nos excitat ad redarguenda peccata: Spiritus S. vult, ut qui facti sunt lux in Domino, luménque habent, & facem portant cœlestis doctrinæ, arguant perpetuò opera tenebrarum, omnes ad pœnitentiam excitando: & hoc apparet in omnibus Prophetis, quorum doctrinæ summa hæc est, *Expergiscere ô qui dormis*. Atqui vos estis lux, &c. vestrum itaque est peccatores redarguere, omnésque ad pœnitentiam excitare, ut & ipsi lux fiant [m].

15. *Videte*] Bene dictum, quia in tenebris nihil cernitur [n]. q.d. Utimini luce vestrâ ad videndum [o]. ¶ *Quomodo*, &c. Πῶς ἀκριβῶς περιπατεῖτε] *Quomodo accuratè* (vel, *diligenter*, Er. *circumspectè*, V. Tre. ex Sy. *pulchrè*, vel etiam *piè*, Di. ex Sy. [quem videsis]) *ambuletis*, Be. Pi. sic P. i. e. conversemini, maximè cum infidelibus, quod exprimitur Col. 4 [p]. inter quos versabantur: quomodo traducatis vitam vestram, ità ut neminem offendatis, sed omnes ædificetis [q]. *Quomodo possitis vitam instituere exactam*: id enim est ἀκριβῶς. Vide Sap. 19. 17. Mat. 2. 8. Luc. 1. 3. 1 Thes. 5. 2. Et est hîc Indicativus pro Potentiali, more Hebræo [r]: *accuratè*, i. e. quàm proximè ad Legis Dei mandata †. Vos, qui aliorum tenebras discutere debetis, minimè cæcutire debetis in proprio vitæ instituto [t]. ¶ *Non*, &c. Μὴ ὡς ἄσοφοι] *Non ut insipientes*, P. Be. Pi. quales sunt qui in hac luce Evangelii in errores aut peccata impingunt [v]: non incautè aut imprudenter [x]. Philosophos per allusionem nominis ἀσόφους vocat; ut alibi περιτομὴν, κατατομήν. Illi inania sapiunt; vos & certa, quippe à Deo revelata, & in æternum profutura. Contraria nomina dat Israelitis Moses Deut. 32. 6. nempe respiciens ad tempora Idololatriæ [y].

16. *Redimentes*, &c. Ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, &c.] *Redimentes* (vel, *Ementes*, Val. Er. Ca. Ar. i. e. omni diligentiâ quærentes [z], omni studio & pretio [a], & voluptatum rerúmque nostrarum [b] quarumvis dispendio captantes [c]. Metaphora à mercatoribus, qui diligenter occasiones emendi ac vendendi observant [d], & deliciis omnibus facilè vel lucellum aliquod anteponunt [*]:) *tempus* (καιρὸς enim sæpe Paulo idem quod χρόνος [f]: i. e. Non permittite ut propter nostras voluptates & otia tempus infructuosè elabatur †: vel, *opportunitatem*, sive *occasionem*, Er. Il. Ti. P. Be. V. Pi. nempe bene agendi ||; proficiendi in via virtutum [g]; de omnibus bene merendi, ac gloriam Dei promovendi [h]. [Sensus, q d.] Nè temporis occasionem amittatis cavete; ut solent diligenter servari quæ empta sunt [i].) *quoniam dies* (nempe præsentis vitæ [k]:) *mali sunt*, Mo. Ca. &c i. e. vel, scelerati [l], non temporis vitio, sed hominum in eo viventium [m]: vel, afflicti [n], difficultatum & asperitatis pleni [o]; multis tentationibus [p], ærumnis, & periculis, expositi [q]; quæ sæpe naufragia pariunt, & sperata lucra subvertunt [r], & occasionem bene agendi vel adimunt, vel minuunt, vel periculo exponunt †. Potest locus sic accipi, Dies mali sunt, h. e. viget adversum vos persecutio [t]; tempora sunt plena periculis [v], ob hominum in vos odia [x], & ob scelera grassantia, ac tentationum laqueos animis vestris positos [y]. Hæc locutio est ex Gen. 47. 9. eadem in Psal. 49. 5, 6 [z]. *Ideo redimite tempus* [a]; i. e. potiùs aliquod rerum vestrarum dispendidium patimini, quàm adversariis relinquatur occasio persequendi fidem Christi [b]. Confer Col. 4. 5 [c]. vel, quovis labore ac honestis verborum obsequiis vitate pericula, & diem de die ducite [d]; moras trahite ad evadendum [*], ut Dan. 2. 10 [f]. ubi in Græco est, καιρὸν ὑμεῖς ἐξαγοράζετε [g]. Videtur locutio proverbialis esse, ut in Plutarcho, ubi Scipio, *videns furorem hostium, dixit*, ἀγοράζ

|| Pi. [m] Er. in E. [n] Zan. ex Phot. [o] E. [p] Di. [q] Zan. ex Phot. E. ex Caj. [r] Zan. † E. Fe. [s] E. [v] Zan. [x] Bod. [y] T. [z] Bod. sim. Be. [a] Bod. [b] Q. in Be. [c] Be. [d] Zan. [*] G. sim. Fe. [f] G. [g] Be. [h] Hi in Zan. sim. L. [i] E. ex Aquin. [k] Zan. Fe. E. [*] Pi. [l] Hi in E. [m] Epiphan &c. in G. [n] G. [o] Me. [p] Zan. [q] E. &c. [r] Q. in Zan. † Be G. Bod [t] Fe. G. Bod. E. ex Aquin. Caj. &c. [v] G. sim. Vor. [x] E. [y] G. [z] Be. [a] Me. T. [b] E. sic Me [c] Me. sim. T. [d] E.

[*] Zan. ex Hi. [f] G. [g] E. [h] T. [i] E. [k] Me. [l] G. [m] Calv. [n] Er. [o] E. Me. [p] E. [q] Zan. [r] G. † Be. [t] Calv. [v] Me. [x] E. [y] G. [z] V. [*] T. [b] Zan. [c] T. sic Zan. [d] Vor. sim. Be. Pi. [*] Be. [f] E. ex Sasb. † Zan. || V. Pi. Zan. [g] T. sic Me. [h] Zan. [i] Ca. [k] T. sic Camer. [l] Er. [m] E. sim. Zan. [n] Er. [o] Be. sim. Vor. [p] Me. T. E. [q] Me. T. sim. Zan. [r] T. † Me. [t] E. [v] G. sic Ham. [x] G. [y] Ham. [z] G. E. Ham. [a] E. [b] E. sic G. [d] G. [*] Q. in E. sic Ham. [f] E. G. Ham. [g] G. Ham.

ὠνεῖσθαι τὸ χρόνου τὴν ἀσφάλειαν, *emendam esse temporis securitatem*, hoc est, *pugnam cum iis eo tempore vitandam*, &c. p. 14. de Juliano, ὁ μὲν ἐξαγοραζόμενος τὸν καιρὸν, ibi explicatur verbis seq. κρύπτων ἐν ἐπιεικείᾳ, &c. *ingenium pessimum dextrè tegens prætextu lenitatis*. Pariter & h. l. prudentiæ usum denotat ad vitandum, seu vitia illo tempore epidemica, sive persecutiones, nè nosmet intempestivè periculis objiciamus, alios hortando ubi nulla est spes fructûs: quod propriè dici possit, *tempus redimere*, & commodiorem loquendi *opportunitatem* expectare. Vide Rom. 12. 11 [h].

17. *Propterea*] Cùm dies mali sint, & omnia peccandi periculis plena [i]. ¶ *Imprudentes*] i.e. Incauti in conversatione vestra, nè tempus bene agendi vobis effluat [k]. *Estote ut serpentes*, Matth. 10. 16 [l]. ¶ *Sed intelligentes*, &c.] i. e. Date operam ut intelligatis quid Deus à vobis velit fieri [m]. *Ità tamen ut semper attendatis quid Christus jusserit*. Vide suprà v. 10. Plus est συνιέναι quàm γινώσκειν, ut apparet ex hoc loco collato cum Luc. 12. 47. γινώσκειν est *nosse*, συνιέναι, *attentè expendere*. *Voluntas Dei est sanctificatio nostra*, 1 Thes. 4. 3 [n].

18. *Nolite inebriari vino*] Sumptum ex Prov. 23. 20, 31. Vide & Rom. 20. 1 [o]. Major hac in re temperantia à Christianis exigitur quàm à Judæis priori tempore. Crevit gratia; crescere debent & virtutes. Malus mos perditum ire, vel ad tempus, id quod Deus nobis optimum dedit [p]. ¶ *In*, &c. Ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία] *In quo* (vel, 1. vino [q], quod causa est, vel potiùs occasio, luxuriæ [r], si immodicè sumatur †; vel, 2. inebriari vino [t]: In qua re [v].) *est luxuria*, sive *luxus*, Mo. Er. P. Be. Pi. V. i.e. omnis profusio, eáque summa cum turpitudine conjuncta [x]; vel, morum dissolutio [y]: universum genus intemperantiæ, lasciviæ & prodigalitatis [z]; ut in iis qui assiduè potant & comessantur [a]: hic autem intelligitur luxuria quæ in libidine rei Venereæ consistit, nam, ut ait Hieron. *Venter mero æstuans facilè despumat in libidinem* [b]. Ἀσώτως Hesychius vertit αἰσχρῶς, ἀπλήστως, *turpiter*, *insatiabiliter*. Sic Luc. 15. vivere ἀσώτως, v. 13. explicatur per *victum cum scortis*, v. 30. Respicere possit Ethnicorum (quales multi Ephesi erant,) Bacchanalia, in quibus ebrietati successit libido. Vide ad 1 Cor. 10. 7. Tempestiva cautela, nè Christiani à Gnosticis abducerentur ad festa hæc idololatrica [c]. Græci ἄσωτον vocant quem Latini *perditum*: Quæ verba specialiter quidem eum denotant qui rem patriam avitámque prodigit: nam hoc esse *citò perire* dixit Martialis. Verùm etiam transferuntur ad omne genus hominum ità immersorum vitiis ut eorum salus deplorata sit; quod plerumque evenire solet ebriosis. Est enim Ebrietas omnium vitiorum & mater & nutrix. Gellius 7. 11. *nequam hominem* Græcè vertit ἄσωτον, &, aliis vocibus, ἀκόλαστον, ἀχρεῖον, ἄχρηστον. Servavit Græcam vocem Syrus, eandémque posuit, 1 Pet. 4. 3. Et Chaldæi verbum זלל, Prov. 23. 20. vertunt אסט: & nomen זולל, Prov. 23. 23. vertunt אסיט. Vide quæ [de ebrietate habent] Alexis & Crobylus [d]: [eorúmque verba in G.] ¶ *Sed implemini Spiritu*] Nempe Spiritu Sancto [*], i. e. gratiâ & lætitiâ spirituali, omnibúsque bonis spiritualibus [f]. Opponit res in aliquo similes: Illi *vino* implentur; vos *Spiritu* [g], qui in Scripturis significatur nomine *aquæ* [h]: Illud illis gaudium parit; hoc verò quantò justiùs vobis? Vide ἀντίθετον simile, Act. 2. 15, 16 [i]. Qu. An Spiritus S. est in nostra potestate? Resp. Non est, nisi quatenus per Dei gratiam liberè exercemus bona opera, quæ sunt Spiritûs S. dona, & per quæ Spiritu Sancto magis magísque replemur [k].

19. *Loquentes*, &c. Λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς] Confert effecta, seu lætitiam ebrietatis ex Spiritu, cum illis quæ sunt ex vino. Solent bene poti inter se garrire, canere, ludere instrumento Musico. Hæc illis non prohibet, modò rectè fiant [l]. [Verba sic reddunt:] *Loquentes vobismetipsis* (i.e. meditantes intra vos ipsos, internâ ac tacitâ locutione [m]. Sed hi Græcam phrasim non consideràrunt, quâ significatur allocutio mutua [n]. Vel, *inter vos mutuò*, P. Be. Pi. non solùm in conventibus Ecclesiæ, sed & in domibus privatis, ut mos erat veterum Christianorum. Vide Act. 16. Significat & modum alternatim canendi [o]: ἑαυτοῖς *inter vos*, ut suprà 4. 32 [p].) *psalmis* (vel, *carminibus*, Ca.) & *hymnis & cantionibus* (Has tres voces sic distinguunt [q]: *Psalmi & hymni*, ex usu Scripturæ tantùm in sacris & spiritualibus intelliguntur: illi sunt sacræ cantiones in genere, quales omnes Psalmi Davidici; hi propriè Dei laudes continent: *cantici* nomen prorsus generale est, ideóque additum, *spiritualibus*, quod ad eam solùm vocem, non ad duas priores, pertinet [r]. Ψαλμοί, Heb. מזמורים †, vel, תהלים [t], sunt cantiones [v], eximia carmina illa Davidis & aliorum [x], quæ in Templo cytharis & nabliis aptari solebant [y]. In his multa sunt quæ Christiani apud Christianos utiliter recitare possunt. Cæterùm Christianos veteres assâ voce cecinisse, non cum organis, docet Responsio ad Orthodoxos 107. quisquis ille scriptor est, Justino addi solitis [z]. Ὕμνοι, Heb. תהלים [a], sunt cantica continentia laudes & encomia [b], cujusvis rei [c], præsertim Dei; sive solâ linguâ decantentur, sive cum instrumento [d]: ὕμνοι dici videntur extemporales Dei laudes ex occasione natæ, Act. 16. 25. Adde quæ diximus ad Matth. 26. 30 [*]. Ὠδαί, Heb. שירים [f], sunt carmina præmeditata, non sine arte aliqua, qualia illa Exod. 15. 1. Deut. 31. 19. Jud. 5. 12. 2 Sam. 22. 1. 1 Reg. 4. 32 [g]. vel, sunt cantiones continentes non solùm laudes, verùm etiam adhortationes, doctrinas, vaticinia, &c. Et hæ linguâ tantùm decantantur [h]. Bene autem addidit πνευματικαῖς· nam sunt & aliæ ᾠδαί, quales de quibus Amos. 8. 10. Sic & Col. 3. 16. Simile suprà 1. 3 [i].) *spiritualibus*, Be. Pi. sim. Er. Il. P. &c. i. e. à Spiritu S. profectis, & de rebus spiritualibus, & verbis Spiritûs S [k]. vel, ex dono illo Spiritûs, de quo 1 Cor. 14. 26 [l]. Sic vocat per antithesin ad carnales cantiones ebriosorum & profanorum hominum [m], in Bacchanalibus, εὐα Βάκχε [n]. ¶ *Cantantes & psallentes* (sive vestra, sive aliena, recitantes. Tertul. Apologet. *Ut quisque de Scripturis sanctis, vel de proprio ingenio, potest, provocatur in medium Deo canere*. In MS. est, ἐν χάριτι ᾄδοντες· non malè; ut & Col. 3. 16 [o]. Ἄδειν est *canere*, sed linguâ tantùm & voce; ψάλλειν est cum instrumento ludere & canere [p].) *in cordibus vestris* (i. e. non linguâ duntaxat, sed serio cordis affectu [q], corde consentiente cum oris sono; Ose. c. 7. v. 2. Vide 1 Cor. 14. 15. h. e. משכיל in Psalmis [r]. Non excludit vocem oris, sed tantùm hypocrisin & vanitatem, ex qua fere ebrii canunt †.) *Domino*] i. e. In honorem Christi [t], quem *Dominum* appellare solet, ut Patrem *Deum* [v]. *Carménque Christo quasi Deo dicere secum invicem*, Plinius Epistolâ de Christianis [x]. Ad gloriam Dei, non ad voluptatem carnis, aut vanitatem, quæstum, &c [y]. ad laudem Domini [z].

20. *Gratias agentes* (Unum usum scopúmve nostrarum cantionum significat [a]:) *semper* (i.e. sæpissimè, & quâvis occasione [b]:) *pro omnibus* (vel, 1. hominibus [c]. At multi sunt infideles, &c [d]. Vel potiùs, 2. rebus [*], bonis acceptis [f]; vel etiam adversis, quippe quæ electis cooperantur in bonum [g]: pro omnibus gratiis, donis, & beneficiis à Deo acceptis [h].) *in nomine Domini*——(i. e. per Christum, utpote cujus nomine, respectu, ac merito, nobis omnia bona proveniunt [i]; & per quem omnia nostra opera, preces, laudes, &c. ad Patrem mittimus, & per quem omnia illi grata fiunt [k]:) *Deo & Patri*] Ut causæ principi, Esa. 63. 7 [l]. ut fonti bonorum omnium. *Deo* dicit, propter creationem & generalem gubernationem: *Patri* verò, propter electionem, redemptionem, justificationem [m].

21. *Subjecti*, &c. Ὑποτασσόμενοι, &c.] *Subjecti*, sive *Subditi* (sub. *estote*, Zan. vel, *Subjicientes vos*, Be. Pi. Ὑποτασσόμενοι est sono passivum, sensu reciprocum; quomodo verba formæ Niphal sæpissimè usurpantur apud Hebræos [n]. Est autem id frequentissimum in verbo τάσσειν & inde deductis. Sic & in sequentibus [o].) *alii aliis* (vel, *vicissim alius alii*, Er. Il. Ti. pro sua quisque conditione & vocatione: nam & Reges populis inservire tenentur, sicut & Christus servivit Ecclesiæ [p]. Sed durum est de his dici ὑποτάσσεσθαι, quod significat *subordinari*. Intellige ergò *subjecti*, nempe qui subjiciendi sunt [q], secundùm ordinem Naturalem, Civilem, Ecclesiasticum [r]; subditus superiori †, ut patet ex præceptis sequentibus [t]. Al. *Cedentes vobis invicem*, i. e. sine contentione res sacras tractate [v].) *in* (vel, *cum*, P. Be. &c.) *timore* (vel, *per timorem*, Er.) *Christi*] Quæ omnia nobis servanda

propter

propter Christum, ne ejus favorem amittamus. Ἐν φόβῳ Χριστοῦ habet & noster ille quo tam sæpe utimur Manuscriptus, nec aliter Syrus & Arabs. Alii Libri habent ἐν φόβῳ Θεοῦ [x]. Sic plerique Codices Græci [y]: *in*, vel, *cum timore Dei*, Er. P. Mo. Be. &c. Notat subjectionis, vel, 1. causam impulsivam, timorem Dei qui hoc mandat, à quo est omnis potestas [z]; non propter temporale commodum, sed ex animo & propter Deum [a], timentes eum offendere [b]: vel, 2. rationem [c], q. d. cujus vinculum est Deus [d]; non contra Deum [*], aut in iis quæ prohibuit Deus [f], sed pro Domino [g], & ad gloriam ejus [h]. Hæc ergò verba vim habent limitandi seu declarandi hanc subjectionem [i].

22. *Viris*, &c. Τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, &c.] *Propriis viris subjectæ sitis*, P. vel, *subjicite vos*, Be. Pi. &c. Spontaneâ nempe voluntate, agnoscentes ordinationem Dei, qui id etiam ante peccatum constituit [k]. Vir in id conditus ut imperet: id initio fuit naturale, 1 Cor. 11. 8. 1 Tim. 2. 13. postea ob vitia hominum factum pœnale, Gen. 3. 16. rursum in Evangelio suave redditum propter imaginem Christi & Ecclesiæ. Idem sensus Col. 3. 18. 1 Tim. 2. 12. Tit. 2. 5. 1 Pet. 3. 1, 5 [l]. Hæc subjectio duo includit, 1. honorem ac reverentiam; 2. obedientiam [m]. ¶ *Sicut Domino*] i. e. Christo [n], qui est caput & sponsus Ecclesiæ [o], quem in viris suis (utpote locum ejus tenentibus [p];) considerare [q], amare, revereri, debent [r]: non tanquam homini, & ad oculum, & coactè, sed sincerè, agnoscentes in ipsis Dominum ipsum, qui eas viris subjecit; item, in rebus honestis & quæ placent Domino, non si peccare eas jubeant, &c †. Sicut vos Mulieres Christo paretis, sic & ob Christum Viris parete: nam Vir Christi imago [t]. In Matrimonii conjunctione, quæ similitudinem quandam habet cum Christi & Ecclesiæ unione, vir, ut superior, Christi, uxor, ut inferior, Ecclesiæ, personam refert [v].

23. *Vir caput*, &c.] Ratio subjectionis [x], à præstantia & autoritate viri [y]. Caput est præstantius corpore, sedes sapientiæ, principium sensûs & motûs, &c [z]. Imperium in uxorem vir habet naturæ privilegio & gentium jure, testibus Menandro, Philemone, Euripide, Josepho [quorum verba quære in G.] Vide 1 Cor. cap. 11. v. 3. ¶ *Sicut Christus*, &c.] Suprà 1. 22. & 4. 15. Col. 1. 18. & 2. 19 [a]. Sicut Christus Ecclesiam gubernat ac protegit, ad ipsius Ecclesiæ utilitatem; ità maritus uxorem regere debet ad bonum ejus ac totius familiæ [b]. Ὡς hîc significat similitudinem, non æqualitatem, & comparat rem cum re, non autem modum cum modo, quia alio & præstantiori modo Christus est caput, &c [c]. ¶ *Ipse*, &c. Καὶ αὐτός, &c.] *Et* (vel, *Nam*: est enim cur *caput* dicatur, quia ei salutem dat, sicut caput corpori; caput enim pro reliquo corpore tuendo solicitum est [d]:) *ipse est servator corporis*, Mo. vel, *qui salutem dat corpori*, Er. Ti. P. Be. Pi. Hoc exponunt, vel, 1. de marito, qui salutem procurat corpori, h. e. uxori, cujus ipse est caput [*], & liberis quos ex ea habet [f]; vel, 2. de Christo [g]: q. d. Christus qui est caput Ecclesiæ, idem & salvator ejus est, tanquam corporis sui, in illud influendo, dirigendo & ad salutem perducendo [h]. Nihil non facit Christus pro salute Ecclesiæ, quæ dicitur *corpus ipsius*, 1 Cor. 12. 27. suprà 1. 23. & 4. 12. sic & viri nihil non facere debent ut uxores & hîc protegant, & ad salutem perducant æternam. Ἀνταπόδοτον sequitur v. 25. Nam priùs vult Apostolus id inferre quod priori parti hujus commatis respondet, venturus deinde ad partem alteram [i]. Subaudienda hîc est apodosis quædam de maritis, qui similiter uxorum suarum aliquo modo servatores esse debent, h. e. nutritores & defensores [k]. Refertur hoc ad Christum immediatè, & per illum ad virum, hoc modo; Sicut & Christus caput Ecclesiæ, & ipse, Christus, est servator corporis sui, sic & vir uxoris suæ: uterque enim datus est ut sit servator, sui quisque corporis. Est ergò hîc novum argumentum ab utili: Vir caput est, ut sit ejus servator, protector, sustentator; Ergò si mulier amet salutem suam, non gravabitur ei subjici [l].

24. *Sed*, &c. Ἀλλ' ὥσπερ, &c.] *Sed sicut Ecclesia*, &c. Vulg. Ἀλλὰ accipiendum, vel, 1. propriè, ut sit hæc conditio salutis accipiendæ, &c. q. d. Vir dat salutem uxori, sicut Christus Ecclesiæ; sed ità, si subjecta maneat, &c [m]. vel, 2. pro *igitur* [n]; ut hæc sit conclusio hujus adhortationis, collecta & illata ex præcedentibus argumentis [o]: ἀλλά, pro οὖν: nam ἀλλά, inquit Gaza, καὶ συμπερασματικῶς καὶ συλλογιστικῶς λέγεται [p]. Ἀλλὰ hîc est, ut Corinthus Grammaticus ait sæpe esse, παρακελευσματικόν, quomodo & אך sæpe Hebræis. *Sicut Ecclesia*. Ecclesia libenter se Christo subjicit [q]. ¶ *Ità & mulieres*, &c.] Sub. *subjectæ sint*, P. sic Be. Pi. E. ¶ *In omnibus*] Nempe ad quæ viri potestas se extendit, sive quæ ad gubernationem domesticam pertinent [r]; vel, *in Domino*, Col. 3. 18. *intra limites disciplinæ*, ut loquitur Tertul. simil. Clemens †. [cujus verba vide in G.] vel, quod Deo contrarium non est [t].

25. *Viri diligite uxores vestras*] Vocem ἑαυτῶν Græci de omnibus personis usurpant [v]. ¶ *Sicut & Christus*, &c.] h. e. Amore sincero, magno, constanti, sancto & casto, non ut scorta [x]; non polluendo eas, aut pollui sinendo ullis immunditiis [y], ut Græci quidam fecerunt [z]; quò spectare videtur sequens comparatio de Christo Ecclesiam suam sanctificante [a]. ¶ *Et seipsum tradidit*, &c.] i. e. Ità eam amavit ut ejus bono morti se traderet, quo nullum amoris testimonium majus. Vide suprà v. 2. Tiberius Gracchus salutem uxoris suæ prætulit, Valer. Max. 4. 6 [b].

26. *Ut illam sanctificaret*] i. e. Sanctam efficeret [c], sive mundam Deo ab omni peccato [d], Deóque consecratam: cujus consecrationis symbolum est Baptismus [*]. *Ut ei Spiritum suum sanctum daret* velut conjugale munus [f]. ¶ *Mundans*, &c. Καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι] *Mundans*, sive *Purgans* (vel, *Mundatam*, Er. Il. Ti. sic Ca. Be. *ab eo*, Be. *Postquam eam purgâsset*, Pi. Zan. Non tamen significat, Christum priùs eam purgare, deinde sanctificare; sed modum potiùs exprimit quo eam sanctificat, scil. mundando eam à peccatis, id quod fit tum justificatione, tum regeneratione, ac mortificatione, &c [g].) *lavacro* (vel, *lotione*, Ca.) *aquæ* (Quo intelligit, vel, 1. Sanguinem & Spiritum Christi quo anima abluitur. Confer Joan. 3. 5, &c. Tit. 3. 5, 6 [h]. Vel, 2. Baptismum [i]: cujus substantia est interna per sanguinem Christi ablutio, quæ constat remissione peccatorum & regeneratione; quæ purgatio interna per externam aquæ ablutionem repræsentatur & obsignatur, atque adeò etiam offertur & exhibetur [k].) *in verbo*, Mo. Er. vel, *per verbum*, Be. Pi. &c. sub. *suum*, Ar. sic Æth. vel, *divinis verbis*: ἐν ῥήματι per Antonomasiam dictum pro ἐν ῥήματι Θεοῦ, ut cap. seq. scriptum est. Dicit autem ῥῆμα quod alibi magis proprie solet vocare λόγον. Similiter paulò antè, *pleni Spiritu*, pro, *Spiritu Sancto*: & Levit. 24. 11. *convitium fecit nomini*, pro *nomini Dei*. Sic & Latini dicunt, *bonam*, pro *bona dea*; & *rectam*, pro *recta cœna*; & *Flaminiam*, pro *via Flaminia* [l]. Per *verbum* intelligit, vel, 1. formam verborum Baptismi, *In nomine Patris*, &c [m]. Cui obstat, 1. quòd hæc formula nusquam in S. S. appellatur *verbum*; quòd tunc dixisset Paulus, *lavacro aquæ & verbi*, i. e. per aquam & verba simul cum lotione prolata [n]. Vel, 2. verbum doctrinæ Evangelicæ [o]: cui favet, 1. quòd hæc *verbum* sæpe appellatur; 2. quòd huic verbo fidei tribuitur effectus Baptismi, scil. regeneratio, mundatio, salus, Jac. 1. 18. 1 Pet. 1. 23, 25. *Verbum* autem intelligit, quatenus fide suscipitur [p]; *in verbo*, i. e. per fidem in verbum Evangelicum, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit* [q]. Sed fides ideo hîc non exprimitur, quia de Baptismo loquitur, qui etiam parvulis datur [r]. *Verbum* hîc appellat κατ' ἐξοχήν, promissionem gratuitæ in Christo justificationis & sanctificationis, non ut pronunciatam duntaxat, sed ut explicatam & fide perceptam †. Vel, 3. totum verbi ministerium, cujus pars est administratio externi Baptismi [t]. *Lavacro aquæ per verbum*, i. e. sanguine suo in cruce effuso, de quo testantur Baptismus & Evangelium, 1 Joh. 1. 7 [v]. Alludit hîc ad Baptismum, non tamen ipsum nomine lavacri aquæ propriè designavit [x]. Al. Subintelligendum h. l. ὡς, *postquam eam mundâsset verbo suo, quasi balneo*. Sicut in lavacro, quod רחצה, Cant. 4. 2. aut in Mari æneo Templi (nam & hoc & illud λουτρὸν dicitur ἐξηγητικῶς, ut lutum cœni Hebræis, & similia:) sordes corporis deponuntur; ità per verbum Evangelii, nempe fide perceptum, sordes animi. Vide dicta ad Joh. 3. 5. Est autem in his verbis allusio ad ritum Baptismi, ut & Tit. 3. 5, 6. 1 Pet. 3. 21. quales allusiones jam pluribus locis habuimus [y]. Hinc intelligimus, quomodo

omnes

Marginal notes (left column): x G. y E. z Zan. a E. ex Th. b Me. sic T. c Zan. d Be. * Zan. f Ham. g Zan. h Be. Zan. i Vor. k Zan. l G. m Zan. n Zan. E. o E. p T. q T. sic E. Me. r T. † Zan. t G. v Be. x Zan. y Zan. sim. Be. z Zan. a G. b E. c Zan. d Pi. * E. ex Græcis. f Q. in Zan. g Zan. E. Me. &c. h E. i G. k Vor. l Zan. m Zan. n Zan. sic Be. E.

Marginal notes (right column): o Zan. p Be. q G. r E. † G. t Vor. sim. Zan. v G. x Zan. y E. sim. Zan. z Zan. a E. b G. c Be. sim. Pi. Zan. d E. sic Me. * Be. f G. g Zan. h Vor. i Zan. Zeg. Me. T. Plerique in E. k Zan. l Ca. m T. ex Chrys. Theod. Amb. &c. sic Me. n E. o E. ex Aug. Hi. Primas. Sedul. Cathar. sim. Zan. p E. q V. r Zan. † Be. t Vor. v Pi. x Vor. y G.

omnes hæ locutiones conveniunt. *Mundare* nos dicitur & *Christus*, ut causa princeps efficiens; & *sanguis Christi*, ut mundationem impetrans; & *fides*, ut instrumentum, quo purgationem accipimus; & *verbum* & *Baptismus*, ut media externa, quibus mundatio & salus offeruntur [z].

27. *Ut*, &c. Ἵνα παραστήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον τὴν ἐκκλησίαν, μὴ ἔχουσαν σπῖλον ἢ ῥυτίδα, &c. Trajectio rursus, pro ἵνα παραστήσῃ ἑαυτῷ αὐτὴν ἐκκλησίαν (illam nempe de qua jam agi cœpit) ἔνδοξον. In MS. fortè rectiùs, αὐτὸς ἑαυτῷ παραστήσῃ, *sibi admoveat*: quod verbum Christo similiter tribuitur Col. 1. 22. Apostolis, 2 Cor. 11. 2. singulis Christianis de se, Rom. 6. 13 [a]. [Sic reddunt:] *Ut sisteret* (vel, *adhiberet*, Zan. vel, *adjungeret*, Er. *exhiberet*, Vulg.) *eam* (vel, *ipse*, Vulg. Legit αὐτός; quæ Scriptura suum pondus habet [b]:) *sibi* (ut scil. semper sit ei in conspectu præsens, persona scil. Ecclesiæ, id est, omnes simul Electi, coram ipsa etiam humana Christi natura in cœlo: 2 Cor. 5. 6, 8. 1 Thes. 4. 17 [c].) *gloriosam*, (vel, *magnificam*; qualis Salomonis uxor, כבודה, Psal. 45. 13 [d]. multo decore & gloriâ illustrem [*], fulgentem gloria Dei & Christi, gloriâ & cognitionis & sanctitatis perfectissimæ, corporum etiam immortalitate ac cœlesti splendore [f]:) id est, *Ecclesiam non habentem maculam*, (peccati [g], deformitatem operis [h]. Macula est quæ vestimento inhærens illud deturpat [i]: σπῖλος, vel σπίλωμα sunt *sordes*, צאה, Esa. 28. 8. ubi LXX vertêre σπιλωμάτων, Theodotion ῥυπαλίας [k].) *aut rugam*, (vetustatis [l], vel senilem [m]: Ruga in corpore senilem ætatem demonstrat [n]. Prius illud significat Christianos carere debere vitiis; alterum, vegetos semper esse debêre ad agenda ea quæ recta sunt [o]. Significat, nullum planè peccatum fore in corpore Ecclesiæ, &c [p].) *aut quicquam ejusmodi*, (scil. deforme aut fœdum [q], non cœcam, non claudam: quæ omnia hîc ad animum referenda [r]. Hoc additamento intelligi possunt reliquiæ peccatorum, ut pravæ inclinationes, & motus involuntarii, & multiplices ignorantiæ. Dicuntur autem hæc, à similitudine mulierum quæ propter maculas & rugas displicere solent viris suis, quas proinde illæ abstergere conantur †. Multi viri solent infirmitates uxorum suarum duritiæ & inhumanitati suæ prætexere. Hinc jubet Paulus illos contemplari, qualem sponsam nactus sit Christus, & quantâ charitate & patientiâ sordes ejus omnes non modò non sit dedignatus, sed suo etiam sanguine eluerit. Quantò potiori jure debent mariti suarum uxorum infirmitates tolerare, &, si possunt, etiam curare [t]?) *sed ut esset sancta & inculpata*, P. Be. vel, *irreprehensibilis*, Er. V. *vitii expers*, Pi. Quales victimæ esse debebant in Veteri Lege; *sanctæ*, i. e. solenniter Deo oblatæ per Sacerdotes, & *sine illis vitiis quæ* מום, id est, μῶμοι, dicuntur, Levit. 21. 17. & seq. & 22. 20. Vide & Exod. 29. 1. Levit. 1. 3. תמים vertitur ἄμωμος. Videat cui id vacat illa Legis loca quæ notavimus. Salomon Sponsæ suæ, quæ Ecclesiæ referebat imaginem, μῶμος οὐκ ἔστιν ἐν σοί [v], Cant. 4. 7. quò hîc alludi videtur [x]. Qu. Quando Christus Ecclesiam sibi talem exhibet, qualis hîc describitur [y]? Resp. In hac vita [z], inchoatè [a]; in altera autem vita perfectè [b]. Nunc mundat, ut aliquando gloriosam & immaculatam exhibeat, nempe in futuri seculi nuptiis, Apoc. 19. 7, 8. Hinc & 2 Cor. 11. 2. distinguitur tempus virginis desponsatæ & exhibendæ Christo: Nunc *despondi—*ut olim *exhiberem Christo* [c]. Hæc tamen perfectio pro scopo nobis proposita esse debet, ut scilicet totis viribus eò contendamus [d].

28. *Ità*, &c. Οὕτως ὀφείλουσιν, &c.] Digressus nonnihil ad mysterium, nunc ad institutum redit [*]. *Sic*, vel, *Ità* (Referendum, vel, 1. ad seq. *sic ut corpora sua* [f]; vel, 2. ad præced. *sic ut Christus*, &c [g]. simili dilectione, sincerâ scilicet, castâ & perpetuâ [h]; ut non monitis tantùm, sed & exemplo sanctæ vitæ, uxoribus præeant, sicut Christus suis præivit [i]:) *debent* (tenentur. Auget adhortationem [k].) *viri diligere uxores suas, ut sua ipsorum corpora*, Zan. P. Pi. &c. i. e. quali amore sua corpora diligunt [l], exemplo Christi, qui Ecclesiam ut corpus suum dilexit [m]: *ut unam carnem*, Gen. 2. 24. Extant eadem quæ hîc sunt verba in Libro Hebræo *Arbaa Turim*, ut ab aliis notatum. [Vide verba in D. & paria verba ex R. Jona vide in Cap.] Sicut corpus instrumentum Animi, ità Uxor instrumentum Viri, ad res domesticas, ad quærendos liberos [n]. Al. Novum hoc est argumentum, Debent

[z] Zan. [a] G. [b] Be. [c] Zan. [d] G. [*] T. [f] Zan. [g] Me. [h] E. [i] Zan. [k] G. [l] Me. [m] G. [n] Zan. [o] G. [p] Zan. [q] Camer. [r] G. † E. [t] T. [v] G. [x] Vor. [y] E. [z] Græci & L. Caj. &c. in E. [a] T. [b] Vor. sim. T. E. ex Aug. [c] E. [d] Vor. [*] Zan. [f] E. [g] Q. in E. sim. Zan. [h] Zan. [i] G. [k] Zan. [l] Q. in Zan. sim. E. [m] E. [n] G.

uxores suas diligere, quia sunt ipsorum corpora [o]; vel, quia prima mulier ex primo viro est, & proinde uxor est quodammodo pars mariti [p]. Quadrat hoc cum sequentibus [q]. ¶ *Seipsum diligit*] In quantum caput & corpus unum quid constituunt [r]: Sunt enim conjuges unum quid per individuam vitæ societatem †: uxor est Alter ego, eadem caro, unus idémque homo cum viro [t]. Al. Sensus est, Rem facit non modò Deo gratam, sed & sibi utilem [v].

29. *Nemo—carnem suam*, &c.] h.e. Corpus suum [x]. *Nemo*, scil. sanæ mentis [y]. Curtius lib. 7. *Corporibus nostris quæ utique non odimus*. Seneca epist. 14. *Fateor insitam nobis esse corporis nostri charitatem*. Et hinc argumentum petit Seneca simile planè huic Apostolico, lib. De Clementia, 1. 5. ubi principi sic loquitur. *Si quod adhuc colligitur, animus Reipublicæ tu es, ego corpus tuum, vides, ut puto, quàm necessaria clementia sit; tibi enim parcis, cùm videris alteri parcere* [z]. Sententia hæc absolutè vera. Nemo carnem suam simpliciter odit, sed tantùm ut vitiosam, morbidam, &c. Quidam etiam occidunt, non odio sui aut carnis suæ, sed odio miseriarum, quas sic se putant effugere [a]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ θάλπει αὐτήν] Imò *enutrit ac fovet* (vel, *calefacit*, Ar.) *eam*, P. Be. Pi. &c. i. e. suppeditat ei vitæ necessaria, nempe alimenta, quibus alamur; id ἐκτρέφει; & vestimenta, quibus tegamur & calefiamus: hæc respicit θάλπειν, aliáque quibus opus est ad præsentem vitam, multóque magis ad vitam Animæ, ut tacitè indicat exemplo Christi, &c [b]. *Curam gerit corporis ut alatur & vestiatur*. Nam θάλπειν, ut & θερμαίνειν, est *vestire*, Job. 31. 20. Jac. 2. 16. θάλπω idem quod θερμαίνω· itaque חמם utrovis modo vertitur. *Generi animantium omni à natura tributum, ut se, vitam corpúsque tueatur*, ait Cicero De officiis, l. 1 [c]. ¶ *Sicut & Christus Ecclesiam*] Subintellige, *diligit* [d], vel, *ut carnem suam nutrit ac fovet* [*]; omnia suppeditando quæ ad salutem pertinent [f], tum Corporis, tum præcipuè Animæ [g]. Nutrit eam Verbo & Spiritu, vestit virtutibus [h].

30. *Membra sumus* (singuli, 1 Cor. 12. 27 [i]. quotquot sunt fideles [k]:) *corporis ejus*] Mystici [l], h. e. Ecclesiæ [m]. ¶ *De* (vel, *Ex*, P. Be.) *carne ejus, & de ossibus ejus*] Intelligendum hoc, [vel, 1. propriè,] q. d. ejus membra, caro & ossa sumus [n], in quantum sumus ejusdem cum illo humanæ naturæ participes [o]. Obj. Sic è contrario dixisset, Christum esse de carne nostra & de ossibus nostris, quia nostram assumpsit naturam, Heb. 2. 14 [p]. Resp. Imò rectiùs dicit, nos esse de carne & ossibus ejus, quia in hac natura ipse caput est, nos membra. Probat h. l. Ecclesiam esse carnem Christi, quia Christus est caput Ecclesiæ, tanquam corporis sui, cujus nos membra sumus, non quomodocunque secundùm analogiam, sed ità ut simus de carne ejus, &c [q]. Vel, 2. spiritualiter ac metaphoricè [r], sive de unione spirituali & mystica, quâ personæ nostræ cum persona Christi mysticè, verè tamen & efficaciter ad salutem, uniuntur per fidem & Spiritum Sanctum; per quam sic in unum cum Christo corpus coalescimus, ut ipse Caput nostrum fiat, nos ejus membra, &c. Hanc potiùs quàm priorem unionem hîc intelligi apparet, 1. quòd de statu electis & fidelibus proprio hîc loquitur, & de spirituali eorum cum Christo conjugio, cujus typus & umbra fuit vetus illud Adami & Evæ conjugium, ut patet ex verbis seq †. 2. quia satis constat, non perinde nos esse ex carne & ossibus Christi, atque olim Heva ex carne & ossibus Adami formata fuit, sed spirituali tantùm ratione ex ipso Christo quasi procreatos esse [t]. Vult nos esse verè carnem è carne, & ossa ex ossibus, Christi, sicut etiam verè Eva fuit os ex ossibus Adæ: sed diverso modo, illa carnali, nos autem modo spirituali; sive, ut mox dicit, in mysterio, non ob naturalem generationem, quâ sumus ex carne, &c. Adami primi, & Christus potiùs ex carne nostra, &c. sed quatenus per carnem & sanguinem Christi nobis communicatam inserimur Christo & regeneramur, quo respectu nos antè dixit *conditos in Christo*, cap. 2 [v]. *De carne ejus*, &c. i.e. per corporis ejus & sanguinis pretium redempti [x]. Locutio [hæc, ἐκ τῆς σαρκός, &c. est] Hebræa & Punica, de qua diximus ad Gen. 2. 24. & 29. 14. 2 Sam. 5. 1 [y]. Sensus hoc loco, *Ex carne ejus & ossibus crucifixis*, i.e. ex passione ejus prædicata & credita, ortum

[o] Zan. [p] E. [q] E. sic Zan. [r] E. † G. [t] Zan. [v] Q. in Zan. [x] D. [y] E. Zan. [z] G. [a] E. [b] Zan. [c] G. [d] L. [*] E. Zan. [f] E. [g] Zan. [h] G. [i] G. [k] E. [l] E. Me. [m] E. [n] Me. [o] E. [p] Q. in E. sim. Zan. [q] E ex Hi. Aquin. &c. [r] Vor. sic Q. in E. † Bod. [t] Vor. [v] Zan. [x] V. [y] G.

ortum habuit Ecclesia[z]. Sicut autem modò allusit ad Baptismum, ità hîc ad Eucharistiam, in qua corpus & sanguis Domini sumuntur Sacramentali modo. In MS. tamen absunt hæ voces: & potest fieri ut aliquis ad marginem adscripserit [a]. Mos est sacræ Scripturæ, enumeratione partium exprimere totum. Sic *cœlum & terra* pro mundo: *vespera & manè* pro die naturali. Vide ad Colos. 1. 20. & 2 Pet. 3. 7. Ità & h. l. *caro ejus & ossa ejus* non aliud significant quàm *ipse*; ideóque sensus loci est, nos esse membra Christi, nec aliud quicquam significatur [b].

31. *Propter*, &c. Ἀντὶ τούτου] Hoc dixit pro ἕνεκεν τούτου in Græco, Gen. 2. 24 [c]. Sic ἀνθ᾽ ὧν sæpe habemus pro *quia* [d]. *Pro hoc*, Er. Zan. *Hujus rei causâ*, Zan. *Loco illius*, q. d. *pro patre ac pro matre* [*]. *Propterea*, P. Pi. &c. h. e. quia mulier formata est ex ossibus & carne viri [f]. Al. Sensus est, q. d. Propterea ad hunc quodammodo locum pertinent illa quæ legimus Gen. 2. 24 [g]. ¶ *Relinquet homo patrem*, &c.] Quoad cohabitationem & conversationem domesticam [h]. Sicut Christus nihil tam charum habuit quod non nostrî causâ abdicaverit, ità nos quoque, tanquam conjugii fide, ipsi conglutinari debemus; Joh. 17. 21 [i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ] In MS. προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ, quomodo Matth. 19. 5 [k]. *Et agglutinabitur* (i. e. firmissimo vinculo conjungetur [l]:) *uxori suæ, & qui duo erant*, (vide Matth. 9. 5 [m].) *fient una caro*, Be. P. Pi. &c. i. e. unum corpus, unus homo. *Caro* pro *homine* ex Hebraismo [n]. *Una caro*, vel, 1. nexu amoris [o]. Sed quid si non ament [p]? Vel, 2. propter copulam carnalem [q]. Sed Josephus & Maria erant una caro, sine copula carnali; vel, 3. vinculo conjugii quo unus in alterius corpus potestatem habet, 1 Cor. 7. 4 [r].

32. *Sacramentum hoc magnum est*] Pontificii quidam ex hoc loco colligunt, matrimonium esse sacramentum †: sed id ex hoc loco non videtur efficaciter colligi [t]: quin id refellunt verba sequentia, ubi expressè ait, se non loqui de matrimonio inter virum & fœminam, sed de Christo, &c [v]. [De quo plura videat cui lubet in Er. E. Be. &c.] Τὸ μυστήριον τοῦτο, &c.] *Mysterium hoc* (præcedentibus verbis significatum [x]:) *magnum est*, P. E. Me. Be. &c. i. e. Verba ista quæ apud Mosem exstant explicavi vobis non κατὰ πόδας, sed sensu μυστικωτέρῳ, במדרש. Sic & Hebræi aiunt, *Mulierem de latere Viri desumptam ad significandum conjugium Viri supremi, benedicti.* Quæ autem in V. T. applicantur Deo, ea Christo applicantur in Novo [y]. Μυστήριον in Sacra Scriptura dicitur quicquid (religiosum scilicet [z];) est obscurum & latet [a], nec sine revelatione Divina percipi potest [b]. Matrimonium Adami & Evæ *mysterium* dicitur, quia typus fuit matrimonii Christi cum Ecclesia [c]; & eductio Evæ ex latere Adæ dormientis repræsentabat eductionem & creationem Ecclesiæ ex latere Christi in cruce mortui [d]. Nec tamen illa eductio Evæ, &c. instituta est à Deo ut significaret conjunctionem Christi cum Ecclesia: Typi enim sunt duplices, 1. qui instituto tantùm significant, ut typi legales: qualis typus non erat hæc Mulieris ex Viro creandæ ratio; 2. qui ob similitudinem *typi* dicuntur, quales sunt typi, ut ità dicam, *naturales*. Nam in operibus Dei etiam diversi generis est similitudo quædam. Prima ergò creatio hominis ex pulvere, &c. typus erat secundæ, sive novæ creationis, ut notatur 2 Cor. 4. 6. unde & primus Adamus confertur cum secundo, Rom 5. 15, &c. 1 Cor. 15. 45, &c. Hujus generis typus est Mulieris efformatio, &c. Porrò similitudo illa inter ut Viri & Uxoris, sic Christi & Ecclesiæ, conjunctionem, in duobus consistit; 1. quòd vir sit *mulieris caput*, 1 Cor. 11. 3. Caput autem & corpus *unum* quidem constituunt, sed ità ut à capite sit motus animalis & sensus: pariter & mulier à viro omnia accipit, nihil verò dat præter amorem & reverentiam. Sic Ecclesia à Christo omnia accipit, nihil ei dat. 2. Quòd ut Adam primò conditus est, deinde Eva, velut appendix ejus; sic Christus veluti fundamentum substratum est Ecclesiæ, unde hæc *Christo superædificata* dicitur; Christus primum exemplar & archetypus est Ecclesiæ, & origo conformitatis quam habet Ecclesia cum Christo, Rom. 6. 5. Et ut Deus Evam ex Viri costa effinxit, sic Ecclesia ex Christo condita est [*]. ¶ *Ego autem dico* (i. e. verba ista usurpavi [f]:) *in Christo*, &c. Εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν] *In* (vel, Respiciens *in*, Be.) *Christum & in Ecclesiam*, Mo. Be. *De Christo, & de Ecclesia*, Er. P. Pi. Ca. Tre. G. i. e. de spirituali Christi & piorum conjunctione [g], quam Spiritus Sanctus verbis illis ad Adamo prolatis jam tum significabat [h]. Unde hortor vos, ô conjuges, ut amorem hunc conjugalem foveatis, atque ità mysterium hoc quod repræsentatis, reipsâ exprimatis, amore, reverentiâ, &c [i].

33. *Verumtamen*, &c. Πλὴν καὶ ὑμεῖς οἱ καθ᾽ ἕνα ἕκαστος, &c.] *Veruntamen* (q. d. Omisso hoc mysterio [k]: Quanquam iste locus μυστικῶς sic rectè explicetur, tamen & κατὰ πόδας à vobis impleri debet [l]: Quod de Christo secundùm mysterium dico, id secundùm literam ad vos conjugatos pertinet [m]. Vel, *Quanquam*, Er. Ca. vel, *Itaque*, P. Be. Sensus enim poscit ut hîc sit illativa particula, redundante καὶ, sicut in διὸ καὶ [n]. Al. πλὴν hîc est אפס, *attamen* [o]: q. d. Verùm ut ad institutam exhortationem revertar [p].) *& vos* (q. d. sicut Christus dilexit Ecclesiam, sic & vos [q]:) *per unum* (vel, *singulatim*. Er. Il. Ti. vel, *singuli*, P. Be. Pi. G. q. d. ad unum omnes, sive Reges, sive subditi, sive uxores sint formosæ, divites, morigeræ, sive deformes, pauperes, immorigeræ [r]: sub. *ità facite*, P. vel, *hoc præstate*, Er.) *unusquisque——sicut seipsum*, &c. Mo. &c. ut suprà v. 28 †. Sensus duplex, vel, 1. non minùs quàm seipsum; vel potiùs, 2. quia illa est Alter ego [t], vel velut eam cum qua est una caro [v]. ¶ *Uxor*, &c. Ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα] Et hîc est trajecta vox ἵνα, & ἵνα φοβῆται est pro φοβείσθω. *Timere* autem hîc Obedire significat, quomodo & ירא Hebræum sumi solet. Et est hoc monitum & in Libro Musar [x]. [Sic vertunt:] *Uxor autem* (sub. *dico*, vel, *det operam*, V. vel sub. *videat*, P. Be. vel, *curet*, Zan. vel, *decet*, Ar.) *ut revereatur* (vel, *timeat*, sive *metuat*, Mo. Be. Camer. metu non servili, sed liberali, ex amore & reverentia, &c [y].) *virum*, Er. Pi. P. &c. Sed non opus est Ellipsi. Potiùs pleonasmus est τὸ ἵνα, quod imperandi vim habet, & in versione negligi potest, unde Vulg. hîc rectè, *Uxor autem timeat virum.* Sic & Marc. 5. 23. & 14. 49 [z]. [ad quæ loca consule Synopsin nostram.]

CAP. VI.

1. **F**ilii, Τὰ τέκνα] Hoc sic dictum ut modò αἱ γυναῖκες [a]. ¶ *Obedite*, &c. Ὑπακούετε, &c.] Ὑπακούειν propriè est subaudire, seu obaudire & subauscultare, & est inferioris ad superiorem, ut ostendit particula ὑπό. Ergò ὑπακούειν est h. l. cum omni subjectione & reverentia parentum mandata attentè audire promptéque perficere [b]. *Auscultate in Domino* (i. e. vel, 1. propter Dominum, qui hoc mandavit [c]: Hs. ἐν Κυρίῳ, i. e. διὰ τὸν Κύριον [d]. Domini amore & reverentiâ [*]. Vel, 2. quatenus Christi Lex permittit [f], modò nihil imperent perversum [g], aut contra Dominum [h]. Vide Act. 5. 29 [i]. Obedientiam ergò limitat [k]. Vide Eph. 5. 24 [l].) *parentibus vestris*, P. Be. Pi. &c. Vide quæ de hac re & de dominorum imperiis dicta à nobis de J. B. & P. 2. 26. 3 [m]. ¶ *Hoc enim justum est*] Jure Divino, Gentium, Naturæ. Docent hoc & bruta animalia, &c [n]. כשר. Quid enim æquius quàm ut eis obsequare per quos in rerum naturam introductus es, quibus parem gratiam nunquam possis reddere [o]? ut eis obedientiam reddas à quibus vitam acceperis [p]. Rectè Latinus, *Ames parentem si æquus est: si non, feras* [q].

2. *Honora patrem*, &c.] Sic & Lxx in Decalogo. Diximus in fusiore nostro ad Decalogum Commentario sub verbo τιμᾶν comprehendi & Curam, nè quid eis necessariorum desit. Quò spectant illæ Græcorum sententiæ, Ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς, ità &, Ἐλπιζε πρὸς τοὺς γονεῖς πράξειν καλῶς. Adde Prov. 13. 1 [r]. Consistit iste honos, 1. in opere †, obedientia [t], omníque officiorum genere [v], liberali rerum necessariarum suppeditatione, Marc. 7. id quod præcipuè hîc spectatur, cùm jam antè de obedientia locutus fuerit, ad quam reverentia facilè reducitur [x]. 2. In sermone de eis honorifico, &c. 3. In tolerandis illorum morbis, morositatibus, & aliis incommodis [y]. ¶ *Primum in* (vel, *cum*, Be. Pi. &c.) *promissione*] i. e. Primum cui adjuncta sit expressa [z], & specialis promissio [a]. Verum est. Nam quod præcedit, *faciens misericordiam in millia*, &c. generale

[Margin notes, left: z G. sim. Caj. in E. — a G. — b Ham. — c G. ad v. 32. sic E. ex H. — d G. — * Er. — f E. sim. Zan. — g Me. — h E. — i E. — k G. — l E. — m Be. — n E. — o Q. in Zan. — p Zan. — q Al. in Zan sic Q. in E. — r Zan. — † Be. — t Er. sim. F. ex Caj. &c. — v Zan. — x E. Me. — y G. — z Zan. — a Cam. sim. Zan. — b Zan. — c Cam. sim. Zan. — d Zan. — * Cam. — f G.]

[Margin notes, right: g Vor. — h Me. — i T. — k Zan. — l G. — m E. — n Be. — o G — p Pi. Vor. — q Zan. — r Idem. — † G. — t Zan. — v E. sim. Zan. — x G. — y Zan. — z Clop. in collat. crit. p 3995. — a G. — b Zan. — c Zan. sim. Be. — d Zan. — * Me. sic Er. — f E. — g G. ex Hi. — h Zan. sim. — i E. — k Vor. — l G. — m Idem. — n Zan. — o G. — p Me. T. — q G. — r G. — † Zan. — t Zan. E. — v Zan. — x E. — y Zan. — z E. Me. — a E. Me. sic Zan. Vor. G. Er.]

nerale est ad totam Legem pertinet [b], & præterea opponitur minis præcedentibus. Ac sapienter, loquens quasi pueris qui cœlestia & æterna nondum concipiunt animo, ostendit ex hoc facto promitti id quod homines, simul ac aliquâ ratione uti cœpere, maximè amant, i.e. vitam longam & simul fœlicem [c]. In omni Decalogo id unum præceptum est jubens, cætera vetantia [d]: Notant autem Hebræi vetantibus præceptis minas addi, promissa jubentibus [*]. Al. *primum*, secundæ scilicet tabulæ [f].

3. *Ut* (vel, Nempe *ut*, Pi. Sunt verba ipsius promissionis [g], apud LXX [h].) *bene sit tibi & sis longævus*, &c.] i.e. ut fœliciter ac diu vivas [i]. Simul vult intelligi Paulus, quod tunc promissum est in terra illa, idem & nunc præstari in terris aliis: & hinc & aliunde apparet, aliquid in potestate hominis situm, unde ad longævitatem perveniat [k]: Dicit *super terram*, non addit id quod in Exodo sequitur, *quam daturus est tibi*, nè Judæi crederent, aliam terram sibi esse exspectandam per Messiam [l]. Substantialia V. Testamenti adhuc manent & ad omnes fideles pertinent, accidentalia ad solos Israelitas. Hæc autem promissio semper impletur, vel simpliciter & ad literam, vel commutatione hujus beneficii in majus [m], in bona spiritualia & æterna [n].

4. *Nolite*, &c. Μὴ παροργίζετε, &c.] *Nè irritate*, sive *provocate, ad iram*, &c. Be. Pi. P. &c. Nimiâ severitate, duris imperiis [o], iniquis præceptis [p]; plus ab illis operis exigentes quàm par est, asperitate, minis [q], verbis contumeliosis, verberibus [aut] injustis [r], aut nimiis [†]. Nè sitis in eos sævi, agrestes, morosi: clementiâ potiùs quàm metu eos in officio retinete: alioqui alienantur animi liberorum à parentibus, ut eos amare & revereri tanquam parentes non possint, sed tantùm metuere ut tyrannos [t]. Cavete nè sine causâ eos malè tractetis: nam sic nè Equum quidem reddas docilem [v]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ κυρίου] *Sed enutrite* (vel, *educate*, Mo. Vulg. quoad corpus, donec succrescant [x]:) *eos disciplinâ* (vel, *in eruditione*, Er. V. P. vel, *institutione*, Er. *cum institutione*; i.e. adhibitâ institutione: ἐν pro σὺν, vel, μετὰ [y]: vel, *per eruditionem*, Er, Ti.) *& admonitione* (vel, *doctrinâ*, Tre. ex Sy. *correptione*, Mo. vel, *castigatione*, Be. Vor. *monitis*, P. Ca. Ar. *correptionem*, Er. Ti. *commonefactione*, Pi.) *Domini*, Be. i.e. Christi [z]. i.e. Date eis vivendi modum secundùm doctrinam & monita Chrsti [a]; παιδείας finis & scopus est νουθεσία [b]. Utraque vox anceps est, & significat tum *eruditionem & admonitionem*, tum *castigationem & objurgationem* [c]. Malim posterius, præsertim quoad παιδείαν quæ fere semper in S. S. sic usurpatur [d]. Παιδεία sæpe quidem latiùs extenditur, sed hîc significare videtur *institutionem per pœnas*, quæ adhibendæ sunt filiis simulatque aliquam liciti ac illiciti cognitionem haurire possunt. Sic παιδεύειν usurpatur Heb. 12. 7. & Sirach. 7. 24. & 30. 2, 12. Latini modò *castigare* dicunt, modò *emendare*. Νουθεσία autem est *ea institutio quæ fit verbis*, olim quidem Legis, Deut. 6. 7. Prov. 22. 6. nunc verò Evangelii [*]. Al. Παιδεία hæc respicit virtutes morales & intellectuales: vult igitur ut eos instituant tum in literis & artibus, tum in bonis moribus. Huic subjicit, id quod proprium est Christianorum, ut eos instituant ἐν νουθεσίᾳ, &c. i.e. in vera religione ac pietate. Peccant parentes nimiâ vel severitate, vel indulgentiâ. Utrumque vitium hîc corrigitur [f].

5. *Servi*] Non tollit morem tunc receptum servis utendi: habet enim sua commoda, & licet eo rectè uti [g]. Docet libertatem Christianam consistere cum servitute politica, & per Christum non tolli, nec mutari, status politicos [h]. ¶ *Obedite*, &c. Ὑπακούετε τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα] *Obedite dominis* (sub. *vestris*, Zan. sic Be. Pi. sive pii sint, sive impii [i]:) *secundùm carnem*, Mo. vel, *carnalibus*, Vulg. temporalibus [k], qui dominantur corpori vestro, vestrisque rebus externis [l]; iis qui secundùm leges jus in vos habent. Sic & Col. 3. 22 [m]. Ità mitigat servitutis asperitatem, & limites tum dominis in imperando, tum servis obsequendo, definit [n]: Domini sunt, sed temporarii, non æterni, non in animas & conscientias vestras [o]. *Servitus non in totum hominem descendit*, ait Seneca, *excipitur animus*. Animo tam herorum quàm servorum Deus imperat, & nunc sub Deo Christus, infra v. 9. Col. 3. 24. & 4. 1 [p]. vel, *secundùm carnem*, q. d. Quamvis communem vobiscum naturam habeant, dominii tamen jure excellunt [q]. ¶ *Cum timore* (scilicet Christi judicis, ex collat. Col. 3. 22 [r]. vel, cum reverentia [†]; vel, obedientia [t];) *& tremore*] i.e. sollicitudine [v]: vel, metu ipsis displicendi [x]: vel, metu pœnæ; hoc enim proprium est servorum. Confer Rom. 13. 3, 4 [y]. sed servilem, metum nè in illis probat [z]. Etiam de nostris adversùs Deum officiis eadem vocabula usurpantur Phil. 2. 12 [a]. ¶ *In* (vel, *Cum*, Be. Pi.) *simplicitate*, &c.] i.e. Corde simplici, recto [b], candido & sincero, sine dolo & hypocrisi [c]; fide non fictâ. 1 Par. 29. 17. בישר לבבי vertitur ἐν ἁπλότητι καρδίας. Utitur hâc locutione & Sapiens, 1. 1 [d]. ¶ *Sicut Christo*] i.e. Propter Christum, qui hoc vult, & sicut Christus mandat, ità ut in gratiam dominorum carnalium nil agant contra Christum [*]: vel, quomodo Christo servimus [f], qui omnia videt, etiam occulta cordis [g]. Vide 2 Cor. 1. 2. Eph. 5. 22 [h].

6. *Non*, &c. Μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν ὡς ἀνθρωπάρεσκοι] Habet interdum voces eleganter compositas Paulus, quales sunt hæ duæ. Vox ἀνθρωπαρέσκων est & Col. 3. 22. desumpta ex Græco, Psal. 6 [i]. *Non secundùm ocularem*, sive *oculorum, servitutem*, Mo. E. Er. (vel, *ad oculum servientes*, P. Be. Pi. &c. vel, *ad aspectum oculorum*, Tre. ex Sy. i.e. nihil aliud spectantes quàm ut dominis suis præsentibus & intuentibus placeant [k], ut adulatores & aulici [l], ut Giezi, qui alius erat in heri conspectu, alius extra conspectum, 2 Reg. 5. aut ut aulici Saulis, qui in rebus improbis ei adulabantur. *In oculis* frequens Ciceroni, pro *in conspectu* [m].) *quasi hominibus* (qui occulta cordis non vident [n],) *placentes*, Mo. Vulg. vel, *placere conantes*, sive *studentes*, Er. Ti. Ca. V. &c. potiùs quàm Deo [o]: quasi nihil aliud spectetis, quàm hominum offensam caveri [p], aut gratiam captare [q], & proinde absentibus dominis, eorum res & negotia parum curantes [r]. Significat eos qui non cogitant quid sui sit officii, sed quomodo per fas aut nefas gratias captent: ἀρέσκεια, ἔντευξις οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίστῳ ἡδονῆς παρασκευαστική. Tales videas servos Comicos apud heros minores: tales erant aulici Saulis [†]. ¶ *Ut servi Christi*] i.e. Ut decet servos Christi [t], qui hoc mandat [v]. Jussit Christus Cæsari pareri. Eadem autem est ratio in republicâ & in familiâ. Nec ad salutem nostram quicquam refert quâ parte in humana rè locati simus. Licet quamvis personam bene agere, ὡς δοῦλοι Θεοῦ ait Petrus, 1. 2. 16 [x]. ¶ *Facientes voluntatem Dei* (i.e. quæ Deus præcepit [y]: q. d. Non, facitis voluntatem hominum, cùm eis obeditis, sed Dei & Christi, qui hoc à vobis postulat [z].) *ex animo*] i.e. בכל לב, Psal. 111. 1. id est, *non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam*, ut in re simili dicitur Rom. 13. 5. In quibusdam exemplaribus illud, ἐκ ψυχῆς, refertur ad sensum sequentem [a].

7. *Cum*, &c. Μετ' εὐνοίας, &c.] *Cum benevolentia*, (i.e. non coactè [b], aut gravatè [c], sed libenter [d], benevolè [*], amicè [f]: non adulatoriè, aut ex φιλαυτίᾳ, sed ex amore [g]. Bene hoc addidit. Esse enim potest inter dominum & servum, quanquam in dispari fortuna, amicitia quædam. Servi *humiles amici* Senecæ. Vide quæ diximus de J. B. & P. 3. 14. 2. Itaque & δοῦλον εὐνοῦν δόμοις dixit Euripides, & Δοῦλον ὄντα φιλεῖν δεσποτῶν γένος. Tales illi qui *in conviviis loquebantur, sed in tormentis tacebant*, ut ait Seneca, Epist. 47. *Contumax, etiam adversus tormenta, servorum fides*, ait Tacitus Hist. 1. Exempla vide apud Valerium 6. 8 [h].) *Domino*, (vel, *sicut Domino*, Vulg. sic Be. Pi. sed illud, ὡς, *sicut*, redundat, nec additur ab Amb. & Theoph. additur autem à Chrys [i]. Ego ὡς restitui ex Claromont. & aliis 4. cod. MSS. & Vulg. & Syro. Sensus q. d. Dei voluntate & reverentiâ commoti [k].) *& non hominibus*, P. Er. &c. i.e. Respicientes præcipuè non illos homines sub quibus positi estis, sed Christum, qui id exigit, & qui præmium reddit [l]. Sentit hoc obsequii quod impenditur impiis aut morosis Dominis, non impendi hominibus, sed Christo, cujus amore servus tyrannidem fert, nè quod offendiculum ponat Evangelio [m]. Innuit Christum esse Deum, & non hominem tantùm [n].

8. *Scientes*, &c. Εἰδότες ὅτι — κομιεῖται, &c.] *Scientes* (vel, *Ut qui illud sciatis*, P. Pi. h. e. Cùm hoc dideritis & scire debeatis [o]. Omnibus hoc notum & certum esse vult [p].) *singulos quicquid fecerint boni* (nempe ob finem quem monstrat fides Christiana [q]:) *hoc* (i. e. hujus præmium, per Metonymiam satis frequentem. Similis locutio 2 Cor. 5. 10 [r].) *reportaturos* (non quidem ex debito, vel pro meritis suis, sed ex gratia, ut liquet ex Luc. 17. 10 †.) *à Domino*, Be. i. e. à Christo, omnium judice [t]. ¶ *Sive servos*, &c.] Neque enim Christus hæc discrimina aut nunc respicit, aut in judicio respiciet, 1 Cor. 7. 22. & 12. 13. Gal. 3. 28. Col. 3. 11 [v].

9. *Eadem facite*, &c.] Non opere aut officio, sed modo & proportione [x]; nam officia servorum & dominorum diversa sunt [y]: *eadem* non specie, sed genere, secundùm cujusque conditionem & vocationem; agite cum simplicitate, ex animo [z]. Vicissim in eos ostendite benevolentiam [a], & humanitatem [b]. Vide Plinii & aliorum monita de J. B. & P. 3. 14. 2. Ὅταν τύχῃ τις συνόντος εἰκότι, οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα κάλλιον βίῳ. Christiani omnibus Christianis fratres: itaque parem, imò majorem, bonitatem ostendere debent in servos Christianos quàm olim Hebræi in Hebræos. Vide Deut. 15. 12. Jer. 34. 14 [c]. *Paria facite cum illis* servis. Seneca Epist. 47. *Servi sunt? imò homines, — imò contubernales, — imò humiles amici, — imò conservi. Arrogantiæ proverbium est, Totidem esse hostes, quot servos. Non habemus illos hostes, sed facimus. Sic tu cum inferiore vivas quemadmodum tecum superiorem velles vivere* †. ¶ *Remittentes minas*] Ità Er. P. Mo. Il. Ti. &c. i. e. Pœnas quas comminati estis [d], vel minacem sævitiam, sive injustas ac importunas minas [*], vel asperitatem sive duritiam [f]. Non prohibet minas simpliciter, sed nè perpetuò aut sæpe, nè graviùs & clamosiùs minentur quàm par est; nè minas statim executioni mandent, si non usque adeò bene & perfectè obtemperatum sit. Non dicit *abstinentes à minis*, sed *remittentes minas* [g]. Nolite iracundè agere ubi aliter jus vestrum tenere potestis. Noli esse *Antiphates trepidi Laris, aut Polyphemus*. Vide Levit. 25. 43. Dixi *iracundè*: nam ועם, quod *iracundiam* significat, Græcè vertitur ἀπειλή. Clemens Romanus eodem sensu dixit, Οὐκ ἐπιτάξεις δούλῳ σου — ἐν πικρίᾳ ψυχῆς [h]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὑμῶν αὐτῶν, &c.] Chrys. legit καὶ ὑμῶν καὶ αὐτῶν, scil. servorum [i]. In MS. καὶ αὐτῶν καὶ ὑμῶν. Parùm refert [k]. *Et vester ipsorum dominus est in cælis*, Er. P. V. &c. ergò potentissimus est [l]. Communem Dominum & judicem habetis vos & illi [m]. Et ipsis & vobis idem imperat. Homines estis: גם בני אדם גם בני איש. *Omne sub regno graviore regnum est*. Vide Barnabam in Epistola. [in G.] Si in Lege Veteri servi molliter tractati fuere, quia Deus eos sibi acquisiverat educendo ex Ægypto, Levit. 25. 42. quantò nunc magis, cùm idem Dominus & dominos & servos à servitute multò duriore liberaverit? Lactantius, *Tametsi corporum sit diversa conditio, nobis tamen servi non sunt, sed eos & habemus & dicimus spiritu fratres, religione conservos* [n]. Reprimit supercilium dominorum qui putant sibi nihil non in servos licere [o]. ¶ *Et personarum*, &c.] Non personas respicit, sed merita [p]; justè judicat [q], non te absolvet quia Dominus est, aut illum puniet, quia servus [r]: non curat Christus ista fabulæ humanæ choragia. Vide quæ dicta Act. 10. 34. Rom. 2. 11. Gal. 2. 6. Adde Col. 3. 25. Sumpta locutio ex Deut. 10. 17. & 2 Par. 19. 7 †.

10. *De cætero*; τὸ λοιπὸν] *Quod superest*, P. Pi. In MS. τοῦ λοιποῦ, ut Gal. 6. 17. locutio ad finem festinantis [t]. Nunc redit ad generalem admonitionem, q. d. Hactenus de fide & singulis ferè vitæ officiis abundè disserui, nihil aliud mihi restat quàm ut vos ad constantiam & fortitudinem animem [v]. ¶ *Confortamini*; Et hic est passivum pro reciproco, ut & 2 Tim. 2. 1. & in Græco, Psal. 52. 7 [x]. Ἐνδυναμοῦσθε] *Corroborate vos*, Pi. *Sitis fortes*, i. e. constanti & forti animo estote adversùs Satanam [y]. ¶ *In Domino*] i. e. Auxiliatore Domino [z]: vel, per Christum [a], in quo manendum per fidem, extra quem imbecilli eritis, &c. 1 Joan. 5. 4 [b]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ] Genitivus exegeticus, ut suprà 4. 26. Habes hanc geminationem & suprà 1. 19. Respici videtur locus Esaiæ 52. 1 [c]. Pleonasmus hîc est, emphasin habens [d]. Ἰσχὺς est velut radix, vel habitus, ἕξις, sive id quod in Christo est: κράτος est vel fructus, vel ἐνέργεια, quæ nobis communicatur [*]. *Perque potentiam roboris illius*, Er. sim. Vul. i. e. per potentiam ac fortitudinem ejus, sive quam ille suppeditat, seu potiùs, quâ ille vos adjuvat [f]. *Et per forte ipsius robur*, Pi. P. &c.

11. *Induite*, &c. Ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν, &c.] Incipit jam à re militari figuras ducere. Locus huic geminus 2 Cor. 10. 4. & alter 1 Thes. 5. 8. Simile illud Esaiæ, 61. 10. ἐνέδυσέ με ἱμάτιον σωτηρίου καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης. Habes πανοπλίας vocem in Græco Jobi 39. 20. & 2 Sam. 2. 21. ubi in Hebræo חליצה. In Glossario, Πανοπλία, *armatura*. *Universitatem armorum* dixit Ambrosius. Par armatura etiam Deo tribuitur, Sap. 5. 18, 19, 20, 21, 22 [g]. [Sic vertunt:] *Induite totam*, sive *integram*, (vel, *universam illam*, P. Be. Pi.) *armaturam* (omnia arma militaria, tum ad vos defendendos, tum ad hostes feriendos [h]:) *Dei*, Zan. E. h. e. quæ à Deo donatur, q. d. quæ non carnalis est, sed spiritualis, 2 Cor. 10. 4 [i]. ¶ *Ut possitis stare* (scilicet in pugna [k]; vel, pugnare, ut Psal. 94. 16. *Quis stabit mihi*, &c. i. e. pugnabit: & alibi, *Multi stant contra me*, & est 8. 11. *ut starent pro anima sua*, i. e. ut pugnarent pro vita sua: vel, *stare*, i. e. vincere; nam qui vincit *stare*, qui vincitur *cadere*, dicitur [*]. Vel, resistere [l]; vel, in fide & via Christi persistere [m].) *adversùs*, &c. Πρὸς τὰς μεθοδείας, &c.] *Adversùs insidias* (vel, *versutias*, Ar. *vias agendi astutas*, תחבולות. Vide suprà 4. 14 [n]. vel, *artes*, Be. BA. ut Suidas reddit. Itaque in Hesychio pro Μεθοδίτας, τέχνας, legendum, μεθοδείας [o]. Vel, *assultus* sive *insultus*, Er. Il. Ti. Tre. ex Sy. V. insidiosos congressus [p].) *Diaboli*, P. Mo. &c. ὁ διάβολος, ut alibi ὁ Σατανᾶς, totam universitatem malorum Dæmonum significat. Confer locum Apoc. 12. 7 [q]. Docet, Diabolum pugnare contra nos ut aperto marte, ità & ex insidiis, & adversùs has majori panopliâ opus esse [r].

12. *Non est nobis colluctatio*, &c. Ἡ πάλη πρὸς αἷμα, &c.] *Lucta adversùs sanguinem & carnem* (i. e. homines imbecillos †, & humana [t], ut ex antithesi seq [v]. & aliorum locorum collatione patet. Confer Gal. 1. 16, 17 [x]. & Mat. 16. 17. 1 Cor. 15. 50. Heb. 2. 14 [y]. בשר ודם dicuntur Homines, ubi comparantur Deo aut Angelis [z]. Obj. At nos mali quoque homines oppugnant [a]. Resp. 1. Subauditur hîc *tantùm* [b], more Hebræo [c]; ut ut sæpe fit [d]. 2. Non simpliciter id negat, sed ipsum totius belli autorem indicat [*]: q. d. Non tam contra carnem, & sanguinem, quàm, &c [f]. Diabolus per mundum & carnem, tanquam instrumenta sua, electos oppugnat [g].) *sed adversùs imperia, adversùs potestates*, P. Be. Pi. Intelligit cacodæmones [h], quos sic vocat ab adjunctâ potestate & dominatione [i], vel ob varios eorum gradus & ordines [k]. Eadem graduum nomina usurpantur de Dæmonibus quæ de Angelis: nam & Satanæ imperium ordine constat, Mat. 12. 26. ἀρχὰς & ἐξουσίας de sanctis Angelis habes & suprà 1. 21. & 3. 10. Col. 1. 16. de malis Angelis, 1 Cor. 15. 24. Col. 2. 15. ἀρχὰς & δυνάμεις de iisdem malis Angelis, Rom. 8. 38 [l]. ¶ *Adversùs*, &c. Πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους, &c.] *Adversùs mundipotentes* (vel, *principes*, Pi. vel, *possessores*, Tre. ex Sy. vel, *mundi Dominos*, Er. Il. P. Zan. q. d. adversus deos hujus mundi, ut Diabolus vocatur 2 Cor. 4. 4 [m].) *tenebrarum* (vel, *tenebrosos*, Pi. Vor. i. e. impios & damnatos [n]: vel, id est, *tenebrarum*, Be. Pi. *rectores tenebrarum*, Er. Il. Ti. P. i. e. vel, 1. hujus tenebrosi aeris [o], mundi hujus inferioris & caliginosi [p], in quem Dæmones, in pœnam hominis, potestatem acceperunt, sive ad tentandum homines, sive ad nocendum eis [q], ad ciendum procellas, ventos, &c [r]. vel, 2. hominum impiorum †, & malorum operum [t]:) *seculi hujus*, Mo. Ca. In MS. τοῦ σκότους τούτου, quomodo legerunt & Syrus [v], & Latinus [x]. Sed forsan rectiùs τοῦ σκότους construxerimus cum κοσμοκράτορας, ut interpretemur tenebrosos principes, &c. In Claramont cod. non legitur τοῦ αἰῶνος τούτου. Et sanè nomine τοῦ κόσμου satis videtur istud intelligi [y]. *Illos dicit qui imperium habent in mundum hunc tenebricosum*, i. e. magnam partem humani generis,

ris; qui ἦσί ἀπειθεῖς, ſuprà 2. 2. Simili modo princeps ejus univerſitatis, ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου, Joh. 12. 30. ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου, 2 Cor. 4. 4. κοσμοκράτορας τοῦ σκότους idem eſt quaſi dixiſſet, τοὺς κρατοῦντας τοῦ κόσμου τοῦ σκότους. Opponit τὸν κόσμον τοῦ σκότους *filiis lucis*, de quibus ſuprà 5. 8. ubi itidem dicuntur illi antea fuiſſe σκότος· ἔργα σκότους habuimus ſuprà 5. 11 [z]. ¶ *Contra*, &c. Πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις] *Adversùs ſpiritualia* (vel, *ſpirituales*, Er. Il. Ti. P. &c. Inſinuat, tantò majorem eſſe Dæmonum malitiam, quantò natura nobilior eſt [a]. Vel, *ſpiritus*, Tre. ex Sy. Forſan legendum πνεύματα [b].) *nequitiæ* (vel, *malitias*, P. Pi. ſim. Be. *nequitias*, Er. V. Zeg. vel, *aſtutias* ſive *verſutias*, Er. Ti. vel, *malos*, Tre. ex Sy. i. e. dæmones nequam [c]. Πνεύματα πονηρίας Hebræo more quæ πνεύματα πονηρά, Mat. 12. 45 [d]. πνευματικὰ τῆς πονηρίας dixit pro *ſpiritualem malitiam*, quomodo Latini *plana camporum* & *ardua montium* pro *planis campis & arduis montibus* [*].) *in cœleſtibus*, Mo. Er. &c. ſub. *locis*, Pi. vel, quæ ſunt *in ſublimi*, P. Be. Pi. qui in ſublimibus habitant locis [f], h. e. in aere [g], qui *cœlum* ſæpe dicitur in Scriptura [h]. Loca ἐπουράνια ſunt loca *aeria*, ſuprà 2. 2. ubi retulimus Hebræorum ſententiam, *Omnia à terra ad cœlum*, nempe aſtriferum, *plena eſſe talium ſpirituum*: ἠέρα ἑσσάμενοι (*aere induti*) Heſiodus de Dæmonibus [i]. Diverſa hîc notat Dæmonum genera, ſive loco, ſive ſuggeſtionibus ſuis, diſcrepantia; nempe terreſtria, κοσμοκράτορες, &c. qui carnales appetitus, libidinem, &c. ſuggerunt, & aeria, qui ſuperbiam, &c [k]. Al. qui ſunt *in rebus cœleſtibus*: Intelligo, in Evangelii & Religionis negotio quæ in Evangelio cœlum dici ſolet [l]: vel, *pro cœleſtibus*, q. d. Non pro rebus terrenis colluctamur, ſed pro regno cœlorum [m]. Sed Græca præpoſitio hoc non admittit [n].

13. *Accipite*, &c. Ἀναλάβετε, &c.] *Aſſumite*, vel *Accipite*, &c. Pe. Be. Mo. &c. Repetit quod dixerat, ut armaturam nobis deſcribat longè aliam quàm aut Homerus in rebus Achillis, aut in rebus Æneæ Virgilius [o]. ¶ *In die malo*] i. e. Tempore periculoſo, difficili, triſti; nempe cùm tentationes ingruunt [p], ab hoſtibus fidei [q], tyrannis, hæreticis, hypocritis, Diabolo quaſi ſoluto & maximè ſæviente [r]; etiam tunc cùm Dæmonum arte homines ſuſcitati vobis mala maxima minabuntur, ſuprà 5. 16 [†]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι] *Et omnia conficientes* (vel, *omnibus* (ſub. *rebus*, Zan.) *confectis*, ſive *perfectis*, ſive *peractis*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. V. Ca. i. e. expugnatis hoſtibus [t]: *poſteaquam perfeceritis omnia*, Er. ex Chryſ. Me. quæ ſcilicet boni militis ſunt [v]. Multa ſunt militum Munia, Circumdare foſſam vel aggerem, Caſtra munire, Expedire arma, &c. His omnibus gnaviter peractis, ſupereſt ut ſtent, ſemper accincti ad prælium [x]. Vel, *in omnibus perfecti*, Vulg. i. e. perfectè inſtructi ſive armati ad pugnandum [y]: omnibus officiis ſtrenuè defuncti, vel rebus omnibus ex ſententia confectis [z]. *præparati exiſtentes in omni re*, Tre. ex Sy.) *ſtare*, Mo. in pugna contra hoſtes, nè cadatis, aut loco cadere cogamini [a]: nè parta ſemel victoria vobis effluat è manibus [b]. Militis eſt non fatigari, & ſtare in prælio [c]. *ſtare* tanquam triumphatores [d].

14. *State ergò*] Duo hîc requirit, 1. ut quiſque in ſua ſtatione ſeu vocatione, tum generali, tum ſpeciali, ſe conſtanter contineat, nec cedat hoſti, nec ab exercitu diſcedat. 2. vigilantiam, quæ ſecuritati opponitur, 1 Pet. 5. 8 [*]. ¶ *Succincti*, &c. Περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν, &c.] Totam armaturam militis Chriſtiani partibus exponit [f], incipiens à cingulo ſeu baltheo militari [g], quo latera roborantur [h], lumbi (in quibus ſunt vires militis [i],) ſtringuntur & muniuntur [k], qui thoracis & ζώματος commiſſuram tegebat [l]. Milites ζωστῆρα habent, i. e. *baltheum*, qualem Hectori dedit Ajax. In Gloſſario, Ζωστὴρ, *cingula*, *baltheum*, *cingulum*. Et rectè Baltheo comparatur Veritas. Mendaciorum magna eſt laxitas: Veritas adſtringit hominem. Eſa. 11. 5. אמונה, *bona fides erat baltheus lumborum ejus* [m]. [Verba ſic reddunt:] *Succincti* (vel, *Circumcincti*, Er. ſic P. Be. Pi. &c.) *lumbos veſtros* (ſub. *baltheo*, Er. Ti.) *in veritate*, Mo. &c. vel, *per veritatem*, Er. Il. Ti. *Veritatem* intelligit, vel, 1. doctrinæ, h. e. veram religionem [n], cujus Chriſtus & auctor eſt & argumentum [o]; quam Satan inprimis nobis eripere quærit [p]. Non placet, quia Verbum Dei, quæ eſt reapſe Doctrinæ veritas, eſt Gladius ille Spiritûs, &c. Vel, 2. ſcopi ſive propoſiti, cordis rectitudinem [q], ſive ſinceritatem [r], vel (quod eòdem recidit,) bonam conſcientiam, 1 Cor. 4. 3, 4. & 2 Cor. 1. 12. 1 Tim. 1. 5, 18. quâ *myſterium fidei retinetur*, 1 Tim. 3. 9 [†]. Vel, 3. practicam, ſive morum [t], vel ὁμιλητικὴν, in dictis, factis, pactis, & conventis cum proximo [v], fidem ac ſinceritatem, in dictis & promiſſis [y]. ¶ *Et induti loricam*, &c. Τὸν θώρακα, &c.] Θώραξ dicitur, tum 1. ea pars corporis quæ à collo ad pudenda uſque trunca pertendit; tum 2. veſtis & armatura quæ eam corporis partem ambit; ut vice versâ ζώνη ea *pars corporis* dicitur *quam cingulum ambit* [z]. *Thoracis* una pars à pectore infra umbilicum, altera, quam ζῶμα vocabant, ab umbilico ad genua protendebatur [a]. Θώραξ indè dicitur quòd pectus tegat, *Lorica* Latinis: de qua habet Epigramma Martialis, *Invia Sarmaticis domini lorica ſagittis.* In pectore Cor, quod adversùs tentationes tutum eſt conſuetudine rectè agendi [b]. [Vertunt:] *Thoracem* (vel, *Loricam*, Mo. Tre. ex Sy. Ca.) *juſtitiæ*, Er. Il. Ti. &c. Hic Genitivus, ut & ſequentes, vim appoſitionis habet, id eſt, ſpeciem rei declarat [c]: q. d. Juſtitia ſit vobis pro thorace militari [d]. Sumptum hoc ex Eſa. 59. 17 [*]. *induit juſtitiam* ὡς θώρακα [f]. *Juſtitiam* intellige in operibus, ut *veritatem* in dictis [g]. *Juſtitiam* intelligit non ſpecialem, quæ jus ſuum cuique reddit, ſed generalem, quæ eſt completio omnium virtutum, quæ, ut lorica, totum hominem obarmat [h]; juſta ſeu ſancta opera [i], conſtans ſeriúmque ſtudium ſanctitatis novæque obedientiæ [k]: quo ſenſu *juſtitia* ſumitur Job. 29. 14. Pſal. 37. 6. & 112. 9. Ezec. 18. 20, &c. 1 Joan. 3. 7. Hoc enim, Loricæ inſtar, præcordia & cor munit adversùs vulnera lethalia [l].

15. *Et*, &c. Καὶ ὑποδησάμενοι —— ἐν ἑτοιμασίᾳ, &c.] *Calceatis pedibus* (calceis militaribus, id eſt, ocreis [m], quibus & pedes & tibias muniebant, tum adversùs ictus hoſtiles, tum adversùs incommoda viæ aſperæ, confragoſæ, ſpinis horridæ, obicibus, vel etiam muricibus, ſtratæ [n]:) *præparatione* (vel, *alacritate*, Ca. vel, *ut parati ſitis*, Er. Ti. ut animus ſit paratus, promptus & expeditus [o]: ἑτοιμασία Græcè Dan. 11. 20, 21. eſt כן, id eſt, *ſtatio* [p].) *Evangelii* (vel, *felicis illius nuncii*, Be.) *pacis*, P. Pi. ſic Il. Mo. &c. i. e. pacem, h. e. proſperitatem bonáque omnia ſecum afferentis [q], ac præſertim pacem cum Deo [r], cum conſcientia noſtra, & cum proximis [†]: vel, *ad Evangelium pacis*, Er. Ti. &c. ſcilicet conſiderandum & retinendum [t], amplexandum & vitâ exprimendum [v], liberè intrepidéque confitendum [x], & ſi voceris, prædicandum [y], ac ad infideles perferendum [z]. Neque ad illa præparatio hæc reſtringenda eſt, ſed & ad alia quævis, aſpera licèt & ardua, officia noſtra agenda ac ſubeunda, ad crucem tollendam, nos abnegandos, &c. Ad hæc nos præparat armátque Evangelium [a], quod optimum eſt ſuſcipiendæ & peragendæ expeditionis [Chriſtianæ] inſtrumentum, quo omnia obſtacula ſuperamus: unde *præparatio* hæc Evangelii effectum eſt [b]. Milites caligati ſunt. *Pedes* ſignificant quotidianas actiones, ut diximus ad Joh. 13. 10. Eæ non ſordeſcent, ſi ſemper inſiſtant cogitationibus exſequendi & propagandi Evangelii [c]. Sermo eſt de calceis militaribus, qui conſtantiam confidentiámque ſignificare videntur [d]: nam qui nudis pedibus ingreditur, timidè & gradu ſuſpenſo progreditur; contrà verò calceatus intrepidè & audacter [*]. Calceos induere indicium eſt hominis parati ad iter: unde illud juſſum & Iſraelitis in [primo] Paſchate, & Apoſtolis, Marc. 6. 9. Hæc ergò phraſis, juncta cum ἐν ἑτοιμασίᾳ, præparationem denotat ſive promptitudinem ad iter Chriſtianum, ad quod illos munit doctrina pacis & charitatis [f]. Dixit autem *Evangelium pacis*, [vel] alludens ad illud Eſa. 52. 7. quo Paulus utitur Rom. 10. 15 [g]. vel, quia de bello, nempe cum dæmonibus, ſermo illi erat, quod lætiſſimâ pace, cum Deo ſcilicet, finiendum eſt: vel potiùs, quia idcirco nos ad hoc iter præparat Evangelii cognitio, quòd per illud docemur & certioramur, Deum nobis eſſe Patrem propitium, in Chriſto, qui eſt Pax noſtra, regnúmque

[z] G. [a] E. [b] Be. Pi. ſim. G. ex Sy. [c] Me. E. [d] G. [*] Ca. [f] Me. [g] V. Pi. E. Me. ſim. Be. Ham. [h] E. ſim. Ham. [i] G. [k] Ham. [l] Ca. [m] Græci & Caj. in E. [n] E. [o] G. [p] T. ſim. E. Me. Be. Zan. [q] E. ſic Me. [r] Zan. [†] G. [t] Zan. ſic Be. [v] Q. in E. [x] Er. [y] Me. ſic E. T. [z] Vor. [a] E. [b] Q. in E. [c] G. [d] Zan. [*] Zan. [f] E. ſim. Be. Zan. [g] E. [h] T. [i] Zan. [k] T. [l] Be. [m] G.

[n] Q. in Bod. Zan. ſim. Ham. T. [o] Q. in Bod. [p] Zan. [q] Bod. [r] Bod. G. ſic C lv. [†] Bod. [t] T. [v] Q. in Bod. & in Zan. [y] E. ſim. Me. [y] E. [z] Gua. [a] Be. [b] G. [c] Vor. [d] E. [*] G. ſim. Bod. [f] G. [g] E. [h] Me. [i] T. ſim. Zan. [k] Bod. ſim. Zan. [l] Bod. [m] T. ſim. Bod. [n] Bod. ſim. Ham. [o] T. ſim. Zan. Bod. Vor. E. Me. [p] G. [q] Me. [r] Me. ſim. E. [†] Me. [t] Vor. [v] T. ſim. Me. [x] Zan. Bod. [y] Zan. ſim. V. [z] E. ſim. T. ex Chryſ. [a] Bod. [b] Calv. [c] G. [d] Me. [*] Me. ſic T. ex Chryſ. [f] Ham. [g] G.

que nobis vincentibus paratum esse,&c. quâ persuasione muniti parati erimus ad hoc iter per dura & aspera alacriter prosequendum, &c[h].

16. *In*, &c. Ἐπὶ πᾶσιν] *In omnibus*, Vulg. Mo. prædictis scilicet, veritate, justitiâ, &c. Hoc enim scuto indigent omnia illa ut illæsa permaneant[i]: In omni tentatione & opere †. *Insuper*, Pi. *Adhæc*, P. Tre. ex Sy. Quod puto dilutius esse[k]. *Ante hæc*, Er. *Super omnia*, Er. Ti. Zan. Be. Bod. E. h. e. præcipuè: cui favet tum collat. Col. 3. 14[l]. tum fidei natura usúsque hîc ei adscriptus, qui est non ad vulgaria, sed ad perniciosissima, tela retundenda, &c[m]. ¶ *Sumentes scutum* (vel, *clypeum*, Ca. Duo erant olim Parmarum genera, *Clypei*, Græcis ἀσπίδες, qui rotundi erant; & *Scuta*, quem Græci θυρεὸς dixerunt, quæ oblonga erant totíque corpori obtendi poterant. Quam distinctionem in Polybio videre est[n].) *fidei*, &c. Τὸν θυρεὸν, &c.] Scutum sit fides solida & constans, per spem firmata, per charitatem formata[o]. *Fidem* intelligit Christianam, quæ promissiones respicit[p]; vel, fiduciam in Christum[q], fidem quæ Christum cum sua perfectissima justitia meritísque apprehendit & nobis applicat[r]. ¶ *In quo*, &c. Ἐν ᾧ — τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ, &c.] *Quo* (vel, *Per quod*, V.) *possitis omnia jacula* (vel, *tela*, Mo. Ca. Vulg.) *mali* (vel, *maligni*, Be. Ar. *nequam*, Mo. Vulg.) *illius* (i. e. Diaboli †, qui ὁ πονηρὸς κατ' ἐξοχὴν dicitur, ut Matth. 6. 13. & 13. 19[t].) *ignita* (i. e. tentationes ejus[v], instar ignis penetrantes[x], & cor inflammantes[y]. Alludit ad antiquæ militiæ morem, quo gentes barbaræ tela veneno inficiebant, quod & vulneraret corpus, & inflammaret, &c[z]. Sed *ignita* meritò dixit illa Diaboli tela quibus homines vel ad libidinem, iram, vindictam, &c. accendit, vel, ad dubitationum ac desperationum angores impellit[a].) *extinguere*, Er. Il. P. Pi. &c. Solebant à funditoribus mitti glandes, quæ ipso motu ardescebant. Eæ scuto firmo repulsæ vim suam perdebant non minùs quàm ignis qui extinguitur. Tale ὅπλον ἐπιβόσιον, verum מגן דויד, quod nomen Judæi stultè indunt suis στοιχειωματικοῖς, est Fides in Christum, repellens libidines omnes, quæ *tela* sunt Diaboli *ignita*: *Fides vincit mundum*, 1 Joan. 5. 4[b]. Rectè hanc vim fidei tribuit, quia nihil efficacius est ad superandas Diaboli, carnis, & mundi, tentationes, quàm si quis fidem diligenter exerceat, & sæpe ante oculos ponat nobis promissa, *quæ nec oculus vidit*, &c. Hinc tot & tanta per fidem gesta leguntur Heb. 11. Confer 1 Pet. 5. 9[c]. Nulla Panopliæ nostræ pars sine fide tentationes Diaboli repellere valebit. Si illi opponas tuam sinceritatem, justitiam, &c. facilè respondebit, illa omnia imperfecta esse & inquinata, ideóque Deo placere non posse, &c. Hæc autem facilè diluuntur scuto Fidei, per quam Christo insiti à Deo acceptamur, & ut puri perfectíque in Christo reputamur[d].

17. *Et*, &c. Καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου] Et hoc ex Esa. 59. 17. וכובע ישועה בראשו, περιέθετο περικεφαλαίαν σωτηρίου[*]. *Galeam etiam salutis*, Be. Pi. Ca. Tre. &c. vel, *salvatoris*, Ar. vel, *salutaris*, Er. Ti. *salutarem*, Il. P. V. i. e. quæ salutem affert, quia tuetur caput[f]; vel, à qua nostra salus & conservatio dependet[g]. Per *galeam* hîc intelligit, vel, 1. Christum, qui est salutare nostrum, quíque meritò pro defensione capitis assumitur[h]; vel, 2. fidem in Christum[i]; vel, 3. spem de salute æterna ex Evangelio concepta; ut apparet ex 1 Thes. 5. 8. ubi est, καὶ περικεφαλαίαν, ἐλπίδα σωτηρίας[k]. quæ scuto fidei meritò subjungitur, utpote ei subjunctissima, adeò ut *fides* & *spes* promiscuè pro eodem sæpe usurpentur[l]. Caput, inter præcipua, tuendum militi, tum quia lethales fermè sunt ictus qui in eam partem cadunt, tum quia toti corpori caput imperat: in Capite nostro Mens est, quam falsis doctrinis seduci non patitur Spes illa vitæ æternæ, quæ solidè in nulla alia doctrina, præterquam in Evangelio, revelatur[m]. Diabolus conatur nos ad desperationem adducere. Præcipit ergò spem certam salutis æternæ nobis per Christum gratis partæ[n]. Christo servatore, tanquam galeâ, caput munire nihil aliud est quàm omnem spem obtinendæ salutis & victoriæ in hoc periculosissimo certamine, in Christo figere, vitámque nostram illi protegendam committere, partam salutem huic acceptam referre[o]. Spes hæc facit ut in mediis afflictionum & tentationum angustiis caput securi attollamus, unde etiam *spe servati* dicimur, Rom. 8. 24[p]. ¶ *Et gladium Spiritûs*, (i. e. vel, 1. spiritualem[q]: Solent talia addi translationibus molliendis, ut diximus ad Matth. 26. 29[r]. Et congruit, quia hostis etiam est spiritus, & ipsum bellum spirituale †. Vel, 2. quo utitur spiritus, id est, animus hominis[t]; vel, 3. qui à Spiritu S. subministratur[v], & per illum efficax est[x].) *hoc est*, (vel, *quod est*, Zan. *qui*, nempe gladius, *est*[y]: ut ὃ mutuetur genus à nomine postposito, ῥῆμα[z].) *verbum Dei*, Be. Pi. Quo Dæmonis jugulum petimus, cùm Evangelici verbi prædicatione infideles aut peccatores illi eripimus, & in Christi castra convehimus[a]. Vult nos instructos esse testimoniis Scripturarum, quibus possimus Diabolum repellere: id quod Christus fecit Matth. 4[b]. μάχαιρα θεοῦ, sive ῥομφαία θεοῦ, (nam hæ duæ voces eodem sensu ponuntur in his Libris, & apud V. T. interpretes;) est doctrina omnis quæ à Deo procedit, quia intima penetrat, separátque affectus malos à bonis. Vide Heb. 4. 12. Apoc. 1. 16. & 2. 12. Sumpta autem hæc similitudo ex Esa. 49. 2. & simul mysticè explicantur verba Psal. 149. 6[c]. Notandum, inter omnes hujus armaturæ partes nullam esse quæ dorsum munit, sed omnes anteriora tueri. Quid ità? Quia nunquam huic hosti terga vertenda sunt, nulla nisi in pugnando & resistendo salus, &c †.

18. *Per*, &c. Διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως] Hæc est pars septima divinæ πανοπλίας, sine qua reliqua arma parum prosunt[d]. Postquam eos armis instruxit, docet à quo fortitudinem & victoriam exspectare & petere debeant[*]. *Omni prece* (vel, *obsecratione*, P.) *& supplicatione*, Pi. vel, *deprecatione*, P. Be. Sensus est, Et hæc facite, multis orationibus Deum precantes, ut vos victores faciat[f]. Προσευχῆς vox est quidem generalis, quo sensu & verbum προσεύχεσθαι illicò habebimus: sed cùm opponitur ei δέησις, ut hîc & 1 Tim. 2. 1. προσευχὴ significat *preces ad bona impetranda*, δέησις *deprecationem arcendis malis quæ metuimus*: est enim ἀπὸ τοῦ δέος deductum nomen. In Glossario, Δέησις, *deprecatio*. Solet plerumque δέησις in Græco poni ubi in Hebræo est תחנה, aut תחנונים, quæ voces *implorationem misericordiæ* significant[g]. Προσευχὴ est adoratio ipsa, quâ quis se coram Deo humilians aliquid ab eo petit: δέησις est ipsa petitio, quâ quis, suam agnoscens indigentiam, opem petit[h]. Al. Videtur potiùs Apostolus inculcatione usus ad vehementiam exhortationis, quàm discrimen aliquod istarum vocum attendisse[i]. ¶ *Omni tempore*; Ἐν παντὶ καιρῷ] Πάντοτε, Luc. 18. 1. ἀδιαλείπτως, 1 Thes. 5. 17[k]. *In omni opportunitate*, i. e. quoties occasio necessitatis & ingruentium malorum postulat. Non hîc loquitur de ordinariis Ecclesiæ aut familiarum precibus, sed de liberis orationibus. ¶ *In spiritu*] Tum, 1. nostro, quo oramus[l], non voce tantùm[m], sed & animo[n], vel cordis affectu[o]; mente in Deum ejúsque promissa intentâ[p]; cum intimo & fervente spiritu[q]: tum, 2. Sancto, per quem oramus[r], Rom. 8. 26, 27 †. Vide Eph. 5. 19[t]. Respicere videtur illud Joh. 4. 24[v]. ¶ *Et in*, &c. Καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες] *Et ad hoc ipsum* (vel, *illi ipsi*, P. Be. Pi. *rei*, Be. Pi. i. e. vel, 1. verbo Dei semper incumbendo, juxta Psal. 1. 2[x]. Sed contortius hoc videtur. Vel, 2. precibus[y], sive studio precationis[z]: *ad hoc ipsum*, ut assiduè Deum oretis in spiritu[a]. Εἰς αὐτὸ τοῦτο ad rem totam præcedentem refertur[b].) *invigilantes*, Er. Il. Ti. Be, &c. Non securè dormientes[c]: שוקדים. Militare dictum est, *Mars vigila*. Conjungi solent Preces & Vigiliæ, Matth. 26. 41. Psal. 5. 3. & 88. 13. In Templo semper aliquibus erat pervigilium[d]. ¶ *In omni*, &c. Ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει καὶ δεήσει περὶ πάντων τῶν ἁγίων] *In*, vel, *Cum*, *omni* (vel, *summa*, Ca.) *perseverantia* (vel, *instantia*, Mo. Er. vel, *sedulitate*, Er. Ti. V. de qua suprà[*]. In sacris Gentium dicebatur, *Hoc age*. Docet nos hoc Plutarchus in Numa, aítque eis verbis homines juberi προσέχειν τοῖς ἱεροῖς, &c[f]. (*In sacris animum attentum habere, nec quicquam alienum interponere*, &c.) *& supplicatione*, (vel, *deprecatione*, P. Ar. *obsecratione*, Mo.) *pro omnibus sanctis*, Be. Pi. &c. fratribus scilicet[g]: Non pro se tantùm orare vult unumquemque, sed & pro aliis[h]: quod ἐντεύξεις vocat 1 Tim. 2. 1[i]. Dicit *omnibus*, quia nemo tam perfectus est, qui non opus habeat aliorum precibus[k].

Marginal notes, left column: h Bod. — i E. ex Th. sic Chrys. in Bod. — † Me. — k Bod. — l E. — m Bod. — n Idem. — o T. — p E. — q Zan. sim. — Bod. — r Bod. — † E Zan. Bod. — t E. sic Bod. — v E. Me. — x T. — y T. sic E. Me. Zan. Bod. — z Q in Bod. sim. — Zan. — a Bod. — b G. — c E. — d Bod. — * G. — f Zan. sim. Me. — g Be. — h Caj. in E. — i V. — k G. sim. E. Me. Zan. Bod. — l Bod. — m G. — n Zan. — o Me.

Marginal notes, right column: p Bod. — q Zan. G. Bod. — r G. — † Zan. sim. Bod. — t Pi. Vor. — v E. sic Vor. — x Pi. — y Pi. E. — z E. sim. Pi. — a Me. — b Zan. sim. Bod. — c G. — † Bod. — d Zan. — * E. — f E. Me. — g G. — h Zan. — i E. — k G. — l Zan. — m G. E. Me. sic Zan. — n G. sim. Be. — o E. Me. T. — p Zan. — q V. — r Zan. sim. Be. — † Be. — t G. — v Vor. — x Be. — y Pi. — z Zan. sim. Vor. — a E. Me. — b G. — c Zan. — d G. — * Er. — f G. — g Zan. — h G. sim. Zan. — i G. — k Zan.

19. *Et pro me*] Ecce quanti Paulus preces piorum faciat, cùm ille, tantæ apud Deum gratiæ, speret se aliorum precibus posse adjuvari: & nos existimabimus Pauli cum Christo regnantis preces nihil nobis prodesse [l]? ¶ *Ut detur mihi sermo* (i.e. ut loqui mihi liceat †. Per Sermonem intelligit, tum, 1. ipsum Sermonis argumentum sive materiam [m]; tum, 2. facultatem eloquendi [n], aptè & convenienter [o]:) *in apertione* (vel, *cum apertione*, Il. vel, *ad apertionem*, P.Be.Pi.) *oris mei* (id est, occasione datâ; nam occasio loquendi Rabbinis פתחון פה. Sic Deus *labia aperire* dicitur ubi materiam suppeditat sibi gratias agendi, Psal. 51. 15 [p]. Al. *Apertio oris* apertam, plenam, liberámque veritatis professionem significat [q], omni metui, pudori, tergiversationi, dissimulationi, contrariam [r]: quod uno verbo παῤῥησίαν vocat; nam unam phrasin per alteram expono, *cum oris*, inquit, *apertione*, h. e. ἐν παῤῥησίᾳ †.) *cum fiducia*, &c.] Vel, *libertate*, P.Pi. *loquendi libertate*, Be. *audaciâ loquendi*, Er. vel, *palàm*, & *publicè*, cui opponitur *clàm*, & *in occulto*. Sic ἐν παῤῥησίᾳ Marc. 8. 32. Joh. 11.14 [r]. Ut liberè, confidenter, & intrepidè annuntiem, &c [v]. Sed παῤῥησία non tam hîc *fiduciam* Pauli quàm *impedimentorum extrinsecùs advenientium remotionem* significat, vocabulo quidem Græcæ originis, sed Syrâ locutione: nam בפרהסיה pro *palàm* & *apertè* usurpant Rabbini. Sic & Joh. 11. 54. [Sensus est,] Ut ab hac custodia militari Liber per omnem Urbem perferre possim sermonem Evangelii eum, cujus res antehac occultæ fuere [x]. Al. Ut quoties os meum aperio docendi causâ mihi detur sermo absque dicendi metu, &c [y]. ut in os meum infundatur sermo ejus, &c [z].

20. *Pro*, &c. Ὑπὲρ οὗ πρεσβεύω ἐν ἁλύσει] *Cujus causâ* (Evangelii scilicet [a]; vel, *Pro*, sive, *Super quo*, Mo.Er.Ti. Ca.) *legatione fungor* (Apostolicâ [b]: legatum Christi ago [c], & præconem apud Gentes [d]. Insinuat, jus Gentium, quod legatos vult haberi illæsos, in se violatum esse *.) *in catena*, P. Be. Pi. Nunc quoque non desino *obire legationem mihi mandatam*, sed cum magnis molestiis ac difficultatibus; quippe eâdem *catenâ* me & appositum mihi custodem tenente [f], ut mos erat longiusculâ catenâ captivi dextram, & sinistram militis, alligare, &c [g]. Vide quæ diximus ad Act. 28. 20. ubi ipsum nomen habes ἅλυσιν, ut & 2 Tim. 1. 16. pro quo δεσμὰ dixit Phil. 1. 7, 13, 14, 16. Col. 4. 18. 2 Tim. 2. 9. Philem. v. 10, 13 [h]. Hinc patet hanc Epistolam Româ è carcere scriptam esse †. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἐν αὐτῷ παῤῥησιάσωμαι, &c.] *Ut* (sub. inquam, P.Be.Pi.) *de eo* (vel, *in eo*, Zan. Vulg. scil. Evangelio prædicando [i]: ἐν hîc περὶ, ut suprà 4. 21 [k].) *liberè loquar* (& liberè ac confidenter agam, ut verbum significat, omnia quæ ad idem propagandum pertinent, ut arguere peccata & idololatrias Romanorum, calumnias depellere, &c [l].) *sicut oportet*, &c. P. Be. Pi. *Ut liberè ubique enunciem quæ mihi dicenda sunt*, G.

21. *Et vos*] Sicut & aliæ Ecclesiæ [m]. ¶ *Quæ*, &c. Τὰ κατ' ἐμὲ] *Res meas*, Be.Pi. E[t] *quæ ad me pertinent*, G. Er. P. *Quæ de nobis sunt*, i. e. statum nostrum [n], quomodo tractemur à Romanis [o]. ¶ *Quid agam*] In carcere constitutus [p]. ¶ *Omnia*, &c.] Πάντα non legit Syrus: & rectiùs sine eo cohæret oratio. Notatum etiam in quibusdam Libris eam vocem non exstare [q].

Margin: l G. † Idem. m Bod. n Bod. Vor. Be. o Bod. p G. q Bod. r Bod. sim. Zan. † Bod. s D. v E. sim. Me. Zan. Bod. x G. y V. z Zan. a E. Zan. b E. c Vor. sic Me. d Me. * E. f G. g Be. h G. † Me. sim. E. i Me. sic E. Zan. k Pi. l Zan. m Zan. n V. o Zan. p E. Me. sic Zan. q G. sim. Be.

¶ *Tychicus*] Ex Asia hic erat, Act. 20. 4 [r]. & fortè Ephesius. Sic ad Corinthios missus Titus, Corinthius & ipse †. ¶ *Charissimus frater*] Nempe in Domino [t]. Hoc titulo idem Tychicus insignitur Col. 4. 7. Credibile est, provectiorem fuisse ætate; juniores enim τέκνα magis appellat Paulus. Provectiores Rabbinis dicuntur חברים [v]. ¶ *Et fidelis* (in officio faciendo [x]: cui ergò tutò credi potest [y].) *minister in Domino*] i. e. In negotio Domini [z], in Evangelio administrando [a]. Hic vel propriè diaconus erat [b], vel *diaconus* pro quolibet ministro ponitur [c]. Διακόνε vox hîc sumitur ut comprehendat omnes qui Evangelio navant operam, quales erant Evangelistæ, ipsique imprimis Apostoli. Vide 1 Cor. 3. 5. 2 Cor. 3. 6. & 6. 4. & 11. 23. suprà 3. 7 [d].

22. *Et*, &c. Καὶ παρακαλέσῃ, &c.] Brevis locutio, pro καὶ ἵνα αὐτὸς παρακαλέσῃ, &c *. *Et consoletur corda vestra*, Vulg. Be. Pi. sic Er. P. &c. Ne animis deficiatis ob meas tribulationes, &c [f]. Possit verti, *Et exhortetur*, &c [g]. ¶ *Pax* (i. e. Res prosperæ [h], sub. *sit vobis*, Be. Pi.) *fratribus*, & *charitas cum fide*] Charitas sit fidei conjuncta [i]. Hæc duo juncta promissum habent vitæ æternæ. In MS. καὶ ἔλεος σὺν πίστει [k]. ¶ *A Deo Patre* (ut authore & largitore [l]:) & *Domino*, &c.] Ut mediatore, qui per crucem suam hæc nobis promeruit. De Christo loquitur secundùm humanam naturam [m]. Conjunxit Causam principem cum Causa secunda, ut semper meminerimus nos utrique obligatos [n].

23. *Gratia*] Quæ complectitur omne genus beneficentiæ divinæ pertinens ad salutem vitæ æternæ [o]. ¶ *Cum omnibus*] Non Ephesios tantùm salutat, sed & omnes in Asia Christianos [p]. ¶ *Qui diligunt Dominum—in*, &c. Ἐν ἀφθαρσίᾳ] *In* (vel, *cum*, Pi. ἐν, pro σὺν [q].) *incorruptione*, Vulg. i. e. incorruptè sive sincerè [r], purè & sanctè †, sine corruptela vitiorum: ἐν hîc valet διὰ, *per*, testibus Chrys. & Th. Sic diligitur Christus, si nos servemus incontaminatos ab hoc seculo [t], cum vitæ castimonia, & absque corruptelis libidinum. Cui favet, quòd libidines *corruptionis* voce significantur, ut 1 Cor. 3. 17. 2 Pet. 1. 4. Jud. v. 10. Modum ergò hîc ostendit, sine quo Christus non verè diligitur. Hoc adjecit propter discipulos Simonis Magi, qui inter tot turpitudines tamen Christum se diligere profitebantur [v]. *Ad immortalitatem*, P. *Ad incorruptibilitatem*, vel, *Cum incorruptibilitate*, vitâ scil. æternâ & metâ ejus gratiæ, quam fidelibus precatur [x]. *Gratia cum incorruptione*, h. e. incorruptibilis, sive quæ non corrumpitur ||. Ἐν, pro εἰς, vel σὺν; ἀφθαρσίαν autem pro sinceritate nusquam reperio. Græcus scholiastes perpetuum amorem intelligit, ut ἐν ἀφθαρσίᾳ positum sit pro ἀφθάρτως, *perenniter* [y]. Ἀφθαρσίας vox ad animum relata legitur & Tit. 2. 7. ubi tamen ea abest in nonnullis Codicibus, quia præcessit vox idem valens, ἀδιαφθορίαν. In Glossario, ἀδιάφθορος, *incorruptus*. Utuntur Plato & Demosthenes: Plato & ἀδιαφθάρτῳ voce sensu eodem. Significatur is qui nullâ vi, nullis precibus, nullis illecebris se *corrumpi*, i.e. à recto abduci, patitur. Talis animi status hîc dicitur ἀφθαρσία· potéstque hoc ἐν ἀφθαρσίᾳ verti *constanter*. *Sicut virgo stupro corrumpitur, sic peccato quovis animus*: ità hîc Chrysost. & ex illo Græci alii [z].

Margin: r G. sim. Zan. † G. Zan. t Zan. v G. x Zan. y G. z V. sim. E. Me. a V. b Me. sic E. c Me. d G. * G. f E. Me. g E. h G. i E. k G. l E. m Idem. n G. o E. p G. q Pi. D. r Vor. Me. sic T. Er. V. † E. sic Me. T. t Er. v E. x Be. || D. y Be. z G.

SYNOPSIS

Criticorum aliorúmque Commentatorum

IN

EPISTOLAM

AD

PHILIPPENSES.

PROLEGOMENA.] Philippi urbs Macedoniæ præcipua erat [a], & *prima*, Act.16.12. sive situ, prima cis fluvium Strymonem, qui Macedoniam à Thracia dividebat [b]; sive potiùs dignitate, &c[c]. [De hac difficultate plura videsis in Zan. & Gom. ad h.l.] Erat & colonia Romana [d], Act.16 [*]. Hanc converterat, cùm Divinitùs evocatus esset in Macedoniam, Act. 18 [f]. Vide Act.16.12. & 20.3 [g]. Eam sæpiùs revisit, Act.20. Mediocria erant initia hujus Ecclesiæ; sed postea valde aucta erat, tum credentium numero, tum ferventi pietatis studio: Quâ sæpiùs Paulum sublevârunt, dando ei coràm, & mittendo tum Thessalonicam, tum etiam Romam usque, subsidia [h]. Scripta est hæc Epistola Romæ [i], Phil. 1.13 [k]. cùm in vinculis esset [l], ut liquet ex Phil. 1.7, 13, 14 [m]. & quidem primâ vice [n], quâ liberatus est, Phil. 1.25. non secundâ, quâ cæsus, 2 Tim. 4.6 [o]. Occasionem hanc Epistolam scribendi dederunt tum pecuniæ ad illum à Philippensibus missæ per Epaphroditum, tum ea quæ ex Epaphrodito audiverat & de pseudo-doctoribus Judæis, & de constantia Philippensium [p]. Et ut Philippenses per illum miserunt ad Paulum, &c. Phil. 2.25. & 4.10, 18. ità eundem ad illos remisit Paulus cum hac Epistola, Phil. 2.28 [‖]. Nulla Pauli Epistola perinde pathetica est & paternis affectibus referta [q]. Est hæc Epistola, quanquam in vinculis scripta, lætior alacriórque & blandior cæteris, ideo quòd Philippis bis fuisset Paulus, Act.16. & 20. & bene successit ibi Pauli prædicatio, conversâ muliere purpurariâ, ejecto Spiritu Pythonico, converso & per miraculum commentariensi, acceptâ à Magistratibus ob injuriam acceptam satisfactione. Post quæ tempora Philippenses plerique fideliter custodierant ea quæ à Paulo acceperant, amorémque in tam bonum magistrum & reverentiam multis modis erant testati. Insurgit tamen nonnunquam in asperitatem aliquam oratio adversùs homines similes illis quos ad Galatas notat, qui, cùm Judæi ipsi non essent, illis tamen quos Paulus ex Gentibus converterat suadebant Judaismum, occasione captâ ex vinculis Pauli & malis quæ Christianis non Judaizantibus imminere videbantur. In quod consilium ex sola carnis cura profectum quâ debet fortitudine despuit Paulus [r].

[a] G. sim. Ca. Zan. [b] Zan. [c] Gom. [d] Ca. sic G. Zan. Gom. [*] Zan. [f] Ca. [g] Ham. [h] Ca. [i] G. Gom. sic Zan. [k] Gom. Cap. append. ad hist. Apost. p. 3921. [l] Gom. sic G. Cap. [m] Cap. ib. [n] Gom. sic Ca. Ham. [o] Gom. sim. Ham. [p] Zan. [‖] Cap. ib. [q] Ca. [r] G.

CAP. I.

1. PAulus & Timotheus] *Timothei* nomen ideo addit, quòd cùm in utroque Philippos itinere Paulum esset comitatus, notus ob id charúsque esset Philippensibus [a]. *Timotheum* secum conjungit, non quasi auctor fuisset Epistolæ [b], aut socius illius scribendæ [c], sed comprobator, ac fortè scriptor illius, dictante Paulo [d], & socius salutationis duntaxat [*]; & ut intelligerent Philippenses, quicquid hâc Epistolâ continetur, non modò esse ex Pauli sententia, sed etiam Timothei [f]. ¶ *Servi Jesu*] Non communiter, ut omnes Christiani, quia empti à Christo, &c. sed peculiariter in ministerio [g], ut Jac. 1.1. 2 Pet. 1.1. Non dicit *ministri*, qui ad certum tempus & officium tenentur, sed, quod plus est, *servi*. *Servi* propriè erant, qui toti obstricti erant domino in perpetuum, nec sibi, sed Domino suo, lucrabantur, nec quicquam, nisi ex dominorum præscripto, agebant. Sic docet Ministros, quid sit sui officii [h]. Modestè eum quæsivit titulum in quo Timotheum secum sociaret [i]. Apostolicam autoritatem hîc opus non habebat sibi adstruere, quando ea Philippis in controversiam non vocabatur [k]. ¶ *Omnibus sanctis*] i.e. Fidelibus [l]: qui sancti erant sanctitate vel imputatâ, vel inhærente, vel saltem sacramentali, utpote Deo per Baptismum consecrati [m]. ¶ *In Christo*] i.e. Per Christum, cujus merito sanctitas datur hominibus [n]: per fidem in Christum [o]: q.d. Sancti estis non in Mose, aut per Legem, sed in Christo. Nè ergò à Christo ad Mosem vos abduci patiamini [p]. ¶ *Qui sunt Philippis*] De qua urbe vide Diod. Sic hist. l.16. p.514 [q]. [& Prolegomena ad hanc Epistolam.] ¶ *Cum*, &c. Σὺν ἐπισκόποις] Ità plerique Codices, & Syrus, non, ut Chrys. & secuti eum Græci legunt, συνεπισκόποις [r], *Coepiscopis*, V. Sic legunt Græci aliquot Codices, & Theoph. quasi communicet suum officium cum illorum Presbyteris [†]. *Unà cum episcopis*, P. Be. Pi. &c. Hos non postponit plebi, sed cum dixisset, *omnibus sanctis*, in quibus utique sunt & Episcopi, &c. Hos honoris causâ peculiariter expressos subjicit, q.d. Omnibus sanctis, & nominatim Episcopis, &c [t]. Non novum est, præcipuas personas postremo loco nominari: qua de re diximus ad Marc. 16.7. ἐπισκόπων vox in Græcis versionibus respondet Hebræis פקודים, פקידים, מפקדים, quomodo vocari solent omnes qui cujuslibet rei curam & inspectionem habent. In N. Test. vocati sic Presbyteri omnes, quia in gregem habebant inspectionem, Act. 20.28. quæ *inspectio* ἐπισκοπὴ, Act. 1.20. At is qui in eo ordine primas habebat, dicebatur per excellentiam ὁ ἐπίσκοπος· unde factum ut id ei nomen proprio quodam jure manserit, sicut *Senum* nomen Episcoporum primis in Africa. Princeps autem hujus Presbyterii Philippensis videtur fuisse ipse Epaphroditus, qui Philippis ad Paulum ivit, quem mox Paulus vocabit συνεργὸν & συστρατιώτην [v]. Qu. Quomodo Paulus ad unam urbem scribens dicit, *Episcopis*, num. plur. cùm ex veteri more una urbs plures Episcopos non habuit [x]? Resp. 1. Per *episcopos* hîc intelligit Presbyteros [y], sive Pastores Ecclesiæ,

[a] G. [b] Me. [c] E. [d] Zan. [*] E. [f] Me. [g] Zan. sim. E. [h] Zan. [i] G. sim. E. ex Caj. [k] G. [l] E. Me. [m] Zan. [n] E. [o] V. [p] Zan. [q] Cas. [r] G. [†] Er. [t] E. [v] G. [x] E. [y] Me. ex Chrys. & Sy. Be.

clesiæ [z], vel parochos omnes in urbe & pagis ejus, ut sit Synecdoche in voce *Philippis* [a]. Chryf. & plerique alii tam Græci quàm Latini dicunt *Episcopi* nomen Apostolorum tempore fuisse etiam *Presbyteris* commune [b]. Quod tamen non ità intelligendum ut utraque vox *Presbyteri* & *Episcopi* eos indifferenter designet, quos hodie *Presbyteros* vocamus, sed *Episcopos* in qualibet Ecclesia constitutos. Nam ordo ille Presbyterorum nondum ab Apostolis constitutus est, donec auctus esset fidelium numerus. Resp. 2. Dici possit, vel Paulum potestatem Episcopalem penès se retinuisse, vel Episcopum Philipporum tunc absentem fuisse, eúmque Epaphroditum fuisse, ut affirmant Theod. & alii [c], qui cùm ad Paulum missus fuerat, Clerici hîc memorantur, quod in nulla alia Epistola fit [d]. Hîc autem duntaxat *Episcopos* & *Presbyteros* memorat, vel, 1. quia illi pecunias collegerant & ad ipsum miserant: vel, 2. ut ideam ostenderet officii atque ordinis in hac Ecclesia, purè Gentili, quæ illi Ecclesiarum Christiano-Judaicarum responderet *. Resp. 3. *Episcopi* hîc propriè, sive hierarchici, intelliguntur [f]. Nec alii, sive πρεσβύτεροι, sive ἐπίσκοποι, in N. Testamento vocantur, ut Act. 20. 17, 28. (nam Episcopi illi non erant unius Ephesi, sed totius Asiæ, vel saltem illius partis, quæ ad Ephesum, ut Metropolin, pertinebat; ut patet ex v. 18. & collat. Act. 19. 10, 26. ex Iren. l. 3. c. 14.) & 1 Tim. 3. 2 [g]. Nam hæc Epistola sic ad hanc urbem missa est, ut vicinis etiam urbibus communicaretur, quomodo & ea ad Colossenses communicanda erat Ecclesiæ Laodiceæ [h], quæ Metropolis erat Phrygiæ, cui adjungitur urbs Coloss. tanquam secundaria. Sic & Epistola ad Corinth. pertinebat ad omnes Ecclesias *Achaiæ*, 2 Cor. 1. 1. Huc facit, quòd Philippi erat hoc tempore *urbs prima Macedoniæ*, & *colonia*, Act. 16. 12, 21. in qua ergò Prætor jus dicebat, indè *Metropolis* dicta Photio. Et licèt Thessalonica præcipua esset Metropolis Macedoniæ, Philippi tamen, quòd priùs ad fidem vocata fuit, ei præponitur, & fit Metropolis primaria. Hinc liberalitas Macedoniæ in genere, 2 Cor. 11. 9. peculiariter Philippensibus adscribitur, Phil. 4. 16. unde liquet, Christianos illius regionis sive partis Macedoniæ sub illo titulo contineri [i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ διακόνοις] *Et diaconis*, P. Be. &c. Vox διάκονος hîc sumitur, vel, 1. generaliter, pro quovis ministro [k], pro eo qui Apostolo sive Episcopo ministrabat, prout ipsi visum erat, in prædicando, baptizando, &c [l]. pro ministro altaris à Presbyteris proximo, qui tam Episcopo quàm Presbytero subserviebat [m]. Vel, 2. speciatim [n], pro eo qui Eleemosynis Ecclesiæ colligendis & distribuendis præficitur [o]. Sic Act. 6. Rom. cap. 12. ver. 7. 1 Tim. cap. 3. v. 8, &c. Hos autem conjungit cum Episcopis, ut ostenderet, tum, 1. se horum ministerium magnifacere: tum, 2. his duobus ordinibus constare totum Ministerium Ecclesiasticum, scilicet Episcopis, qui animas & spiritualia curant, & Diaconis, qui corpora & temporalia curant [p].

2. *Gratia*, &c.] Rom. 1. 7. 1 Cor. 1. 3. 2 Cor. 1. 2. Gal. 1. 3. Eph. 1. 2 [q]. ¶ *A Deo—& Christo*] Non à Mose aut Lege. Discrimen indicat Legis & Evangelii: Lex iram operatur, Evangelium gratiam adfert & pacem [r].

3. *Gratias ago Deo meo*] i. e. *cujus sum ego, & cui deservio*, ut dicitur Act. 27. 23 †. Vox est plena fiduciæ, familiaritatis, & filialis affectus erga Deum, ut sæpe in Psalmis: vel, *Deo meo*, q. d. à quo missus sum, vel quem non agnoscunt Judæi, Gentes, &c [t]. Hinc constat unum Paulum hanc scripsisse Epistolam, non Timotheum, &c [v]. ¶ *In*, &c. Ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ ὑμῶν] *In* (vel, *Cum*, Il. P. Be. ἐπὶ, pro ἐν [lege ἐν] ut ב, pro על, Enallage Heb [x].) *omni* (vel, *tota*, Il. vel, *sedula*. Tre. vel, *summa*, Me. *omni*, i. e. *perfecta* [y].) *memoria* (vel, *mentione*, Pi. Tre. ex Sy. vel, *recordatione*, Pi.) *vestri*, Mo. Er. Ti. &c. id est, omnibus modis [z], & semper [a], vestri memor [b], præsertim in assiduis precibus [c]. *Quotiescunque vestri memini*, G. sic V. Pi. E. Me. vel, *mentionem facio*, Pi. Simile Rom. 1. 8. 1 Cor. 1. 4. Eph. 1. 16 [d]. *De omni memoria vestra*, Ar. Quòd mei vincti memores estis *.

4. *Semper*, &c. Πάντοτε ἐν πάσῃ—μετὰ χαρᾶς, &c.] *Semper* (vel, Quum scilicet *semper*. Declarat enim verba proximè-præcedentia, ἐπὶ πάσῃ, &c [f].) *in omni precatione cum gaudio*, &c. P. Pi. &c. Magni sanè affectus testimonium, omnibus suis precibus pro ipsis preces admiscere. Et laus magna, quod addit, *cum gaudio*: audiebat enim de plerisque eorum quæ vellet [g]. *Cum gaudio*, i. e. cum gratiarum actione. Eadem enim erat ipsi gaudii & gratiarum actionis materia, nempe ea quæ sequitur [h]. Illud, μετὰ χαρᾶς, potest referri & ad præced. εὐχαριστῶ, & ad seq. δέησιν ποιούμενος, q. d. Semper vestri memini, & quando gratias ago, & quando precor [i]. Ordo & sensus est, Gratias ago Deo cum gaudio, eum deprecans [k]. Parenthesi hunc versum claudunt [l], nec incommodè: nam v. 5. aptissimè cum v. 3. cohæret [m]. Sed ad sensum hæc non est necessaria [n].

5. *Super*, &c. Ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον] Omnes hoc construunt cum v. 3. ut indicetur materia pro qua gratias agit [o]. Referendum hoc non ad proximum, *deprecationem faciens*, (quia pro præteritis non est precatio, sed gaudium & gratiarum actio:) sed, vel ad illud, *gratias ago*, vel, illud, *cum gaudio*: q. d. Gaudeo & gratias ago Deo *super communicatione*, &c [p]. Id gaudeo, *quòd Evangelii participes facti estis* [q]. Potest tamen & cum proximo conjungi, *Precor super communione vestra*, nempe retinenda & promovenda [r]. [Verba sic reddunt:] *Super communicatione* (vel, *communione*, Be. Pi. *participatione*, P.) *vestri* (vel, *Propter communionem vestram*, Tre. ex Sy. sic Ar.) *in Evangelium*, Mo. Vel, *in* (vel, quæ est *in*, Tre. ex Sy.) *Evangelio*, P. Be. Pi. Tre. ex Sy. Ar. εἰς τὸ εὐαγγέλιον, pro ἐν τῷ εὐαγγελίῳ †. Κοινωνίαν enim propriè habemus cum Ecclesia, & cum Christo, 1 Joan. 1. 3. sed per Evangelium [t]. Eadem [autem] κοινωνία τοῦ υἱοῦ, 1 Cor. 1. 9. & κοινωνία τοῦ μυστηρίου, Eph. 3. 9. κοινωνία μετὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, 1 Cor. 1. 3 [v]. Al. *Quòd Evangelium participaveritis*, Ca. *Quòd veneritis in communionem Evangelii*, Er. Il. Ti. sim. Vor. Intelligit participationem, vel, 1. fidei, & doctrinæ Evangelicæ *: quòd sitis facti participes Evangelii Christi, nimirum credendo, & fidem operibus exercendo [y]. Vel, 2. laborum & afflictionum quas propter Evangelium Paulus patiebatur, in quibus cum ipso communicabant, quia ei & compatiebantur & per Epaphroditum opem adferebant [z]: ut sensus sit, Gaudeo & gratias ago, pro eo quòd communicaveritis, id est, subsidium contuleritis, ad Evangelium Christi prædicandum & propagandum, scil. ministris ejus, mihique inprimis, suppeditando vitæ necessaria [a]. Huic favet quòd subventio hujusmodi passim ab Apostolo *communicatio* vocatur, ut Rom. 12. 13. 2 Cor. 8. & 9. Gal. 6. 6. Phil. 4. 14, 15. Heb. 13. 16 [b]. ¶ *A primo die* (nempe conversionis [c],) *usque*, &c. Ἄχρι τοῦ νῦν] *Usque ad hoc tempus*, P. Be. Pi. Referendum, vel, 1. ad verbum, εὐχαριστῶ, q. d. *A primo die*, &c. *gratias ago* [d]: vel, 2. ad vocem, τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν, nempe, *à primo die*, &c. διακονούμενοι: q. d. Gratias ago, quòd vos constantes hactenus perstitistis, &, continenter aliis post alios ad Christum conversis, profecistis in illa κοινωνίᾳ *. Laudat constantiam in accepta fide [f].

6. *Confidens*, &c. Πεποιθὼς, &c.] *Persuasum habens* (Heb. בטוח, *sperans*: vide Eph. 3. 12. & ibi dicta [g].) *hoc ipsum*, Pe. Be. Pi. Construi potest, vel cum *gratias ago*, vel cum *precor*, ut sensus sit, Gratias ago, vel, Precor, pro vestra perseverantia in communione Evangelii, *persuasum habens*, &c [h]. *Persuasus*, certitudine, vel, 1. morali ac probabili ex justa ratione profecta: vel, 2. omnimodâ, sive certâ fide, intellige de electis [i]. Qu. Qualis fuit hæc Pauli spes de illis? Resp. Aut loquitur de singulis Ecclesiæ membris; sic spes erat non prorsus certa, sed valde probabilis, ex judicio charitatis, quæ in dubiis in meliorem partem judicat, 1 Cor. 13. 7. ex effectis probabilibus, &c. aut de verè fidelibus, sic spes certa erat ex judicio fidei, quia talibus perseverantia & salus promittuntur ‖, & quia amor Dei erga illos ut verus est, ità perpetuus & constans †. ¶ *Qui cœpit* (scilicet Deus [k]:) *in vobis* (nempe vobis cooperantibus; quod sequentia indicant. Sed maluit nominare causam principem ac digniorem [l].) *opus bonum* (Intelligit, vel, 1. opus communicationis in Evangelium Christi, quod proximè commemoraverat *; vel, 2. bonam conversationem in genere, ut à specie ad genus transeat [m]; vel, 3. fidem in Christum [n], seu communionem Christi per

Marginal notes (left column): [z] Gom. sic Be. [a] Zan. [b] E. sim. T. [c] Ham. [d] Ham. ex Th. * Li. chron. p. 136. [f] E. sic Ham. [g] Ham. [h] E. sim. Ham. [i] Ham. [k] Q. in Zan. [l] Ham. [m] E. [n] Zan. [o] Zan. sim. Be. Gom. [p] Zan. [q] G. [r] Zan. † E. [t] Zan. [v] E. [x] Be. [y] Zan. ex Be. [z] Be. [a] Zan. [b] Be. Zan. [c] Be. [d] G. * Me. [f] Pi.

Marginal notes (right column): [g] G. [h] E. [i] Zan. [k] Me. [l] Q. in Zan. & in E. [m] E. sim. Zan. [n] Zan. [o] Zan. [p] E. [q] G. [r] Zan. † G. [t] Zan. [v] G. * Me. sim. Ti. [y] E. [z] Me. [a] E. ex Chryf. Th. &c. [b] E. [c] Zan. Vor. L. sim. E. T. [d] Q. in Zan. * Zan. [f] G. [g] G. [h] Zan. [i] E. ‖ Gom. † Zan. [k] Me. [l] G. * E. Me. [m] E. [n] Pi. sic Gom.

per Evangelium [o].) *perficiet* (sub. *illud*, Be.) *usque in diem Christi*] i.e. Diem judicii [p]: vel, diem mortis [q]. Ad extremum usque finem non deseret vos Dei Spiritus [r]. Simile Philonis illud in Allegoriis, Πολλοὶ ἀσκηταὶ, &c †. (*Multi qui se applicarunt ad virtutis studium circa finem defecerunt : sed cui Deus firmam dat scientiam, ei largitur utrumque, & operari virtutes, & ab iis nunquam recedere*, &c.)

7. *Sicut*, &c. Καθώς ἐστι δίκαιον, φρονεῖν ὑπὲρ, &c.] *Sicut justum* (vel, *æquum*, V. *par*, ut Act. 4. 19. ישר [t].) *est, ut ego id sentiam* (q. d. Justa ratio mihi persuadet ut ità sentiam & confidam [v] : vel, *ut sollicitè agam*. φρονεῖν enim significat aliquid *curare*, ut Philip. 3. 19. & 4. 1. Hoc autem referunt ad v. 5. hoc modo, Quoniam hoc, scilicet gratias agere, & orare pro vobis, justum est mihi ut solicitè faciam. Huic sensui favet, 1. ὑπὲρ quod propriè valet *pro*, quod cum hoc sensu meliùs congruit, *sollicitè agam pro vobis*. 2. ratio sequens. Nec enim vera causa est, Justum est mihi, sentire de vobis, quòd Deus perficiet in vobis, &c. quia vos amo: sed vera causa est, cur debeam pro vobis orare & gratias agere [x]. Hæc interpretatio non est contemnenda [y]. Sed φρονεῖν hîc dicitur non de animi affectu, sed de mentis judicio [z].) *de* (vel, *pro*, Q. in Zan. Sed ὑπὲρ hîc est pro περὶ, ut contrà περὶ pro ὑπὲρ, Eph. 6. 18 [a].) *omnibus vobis*, P. Be. Pi. &c. i. e. de vestra Ecclesia [b]. Ità antehac vos gessistis ut optima de vobis sperare in posterum debeam: vobis autem sic pergentibus, Deus quoque perget vos cumulare donis [c]. Justas habeo rationes cur vos reputem inter electos, de quibus certus sum quòd Deus in eis perficiet quod cœpit [d]. ¶ *Eò quòd*, &c. Διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς,—ἐν τῇ ἀπολογίᾳ καὶ βεβαιώσει—συγκοινωνούς μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας] *Propterea quòd animo teneam* (i. e. vel in memoria [*], q. d. semper & ubique de vobis cogitans ; vel, in intimo cordis affectu [f], velut rem charam & dilectam: sic 2 Cor. 3. 2. & 7. 3 [g]. q. d. vehementer diligam [h].) *vos* , (vestrámque humanitatem [i] :) *tum in vinculis meis* , (Me enim absentem & vinctum omnibus charitatis officiis prosecuti estis [k] :) *tum in defensione* (vel, 1. mea, apud Neronem [l]. Sunt veteres qui putant scriptum hoc in secundis vinculis, post primam causæ dictionem apud Neronem, quo tempore nemo Paulo adfuerat, 2 Tim. 4. 16. atque eo ipso tempore Timotheus Romæ non fuerat, ut ex eodem loco apparet. At mihi videtur ἀπολογία posse intelligi illa apud Judæos qui Romæ erant, de qua in Actis. In omnibus autem his malis quæ Paulus ferebat, in eo se solabatur, quòd Philippenses Christiani non eâdem modò de causa, sed pari modo, suscitantibus Romanos Magistratus Judæis, multa mala toleraverant, ac tolerabant, ut videre est infrà v. 29 [m]. Vel, 2. *Evangelii*, ut sequitur, quod & defendit adversùs criminationes, & probabilibus argumentis confirmavit [n].) *& confirmatione Evangelii*, (Hoc addit, vel quòd etiam in vinculis Evangelii docendi & confirmandi occasiones non negligeret : vel potiùs, quòd necessariò conjunctæ essent defensio sui, & confirmatio Evangelii [o]. Ἀπολογία καὶ βεβαίωσις εὐαγγελίου dictum per ἐπεξήγησιν, quod breviùs ἀπολογία εὐαγγελίου infrà v. 17. βεβαίωσις קים [p]. [lege קים] Per ἀπολ. & βεβαίωσ. &c. (utrumque enim simul conjungo:) intelligo orationem, quâ coram Nerone Evangelium suum tum à calumniis defenderat, tum magis ac magis confirmaverat. Alii autem distinguunt, ut ἀπολογία facta sit verbis, βεβαίωσις autem factis, h. e. forti tolerantiâ malorum propter Evangelium, cujus veritas ex eo confirmata erat [*]. *vos*, inquam, *omnes*, qui mecum ad vitam æternam electi estis à Deo ||. Videtur ὑμᾶς abundare, sed propter verba interposita commodissimè explicari potest per Epanalepsin [q].) *unà mecum fuisse* (ὄντας pro εἶναι [r], ut in illo Herodoti εὑρίσκε Λακεδαιμονίους—περιεχόντας, i. e. περιέχειν †: vel, *cùm sitis*, vel, *quippe qui estis*, E.) *gratiæ meæ* (Gratiam illam intelligit, de quâ infrà v. 29. agit, nempe tum, 1. credendi in Christum [t]: tum, 2. pro Christo patiendi [v]. Magnus in hac re honos, magna præmia [x]. Non mirum hoc *gratiam* dici, cùm τὸ pati toties à Paulo, Petro & Jacobo celebratur tanquam singulare Dei beneficium & materia gaudii [y], & de eo dicatur v. 29. ἐχαρίσθη [z].) *participes*, P. sic Be. Pi. &c. Hujus autem gratiæ participes erant, 1. animo, quia causam Pauli suam esse reputabant ||, per compassionem †; 2. operè, quia ei in illa causa nunquam defuerunt, sed miserunt & homines qui ei assisterent [y], & pecunias quibus sustentaretur [z] : 3. quatenus similia patiebantur [a] : quod, quamvis in Actis non legatur, ex Judæorum tamen malitia, &c. omnino credibile est [b]. Sensus, q. d. Ità sum affectus erga vos, quos video meæ etiam gratiæ consortes esse, ut non possim aliter sentire de vobis quàm sentio [c].

8. *Testis—Deus*]. Scrutator cordium [d]. Juramentum, ut Rom. 1. 9. 2 Cor. 1. 23. 1 Thes. 2. 5. 10. Vide Gen. 31. 50. Job. 16. 19 [*]. ¶ *Quantopere*, &c. Ὡς ἐπιποθῶ, &c.] *Quàm* (vel, *Quantopere*, Be.) *desiderem* (vel, *expetam*, Be. Ar. *diligam*, Tre. ex Sy. sic E. Me. T. *propensè amem*, P. Pi.) *vos omnes* (Hoc addit, nè minùs perfecti se excludi putarent [f].) *in visceribus* (σπλάγχνα omnis *affectus*, 2 Cor. 6. 12. Philem. 7. 12, 20. 1 Joh. 3. 17 [g]. Per *viscera* significat intimum affectum amoris aut misericordiæ [h]. *Viscera* autem hîc sua certè intelligit [i].) *Jesu Christi*, Er. Il. &c. i. e. Eo affectu viscerali quo Christus intimè vos, omnésque Christianos, amat [k]. Hoc addit, ut significet, vel, 1. fontem ex quo promanat hic amor, nempe ex visceribus Christi, i. e. ex intimo amore erga Christum; indè enim fluit etiam vera charitas erga proximum: vel causam impulsivam amoris, quòd scil. eos amet, non quia mittunt munera, sed quia sunt & quatenus sunt in Christo, & à Christo amantur in suis ipsius visceribus. Vel, 2. qualitatem amoris sui, quòd eos amet non ex visceribus carnis, sed à visceribus Spiritûs, quæ vocat viscera Christi, quia Christus in nobis vivit, & cor nostrum afficit sancto hoc amore, Jer. 31. 33. ideóque talis amor est amor potiùs Christi activè, quàm noster [l]. Sensus, q. d. Amo vos amore non illo communi [m], non humano, [*] non simulato [n], non carnali [o], sive à carne aut veteri homine [p]; sed verè Christiano [q], vel pietatis ||, vel spirituali, fundato in Christo [r] ; in quo vobis optimè volo †. *Vos omnes dignâ Jesu Christo affectione desidero*, i. e. Christianâ [t]. Al. [Sensus,] Quantum cupiam Christum suam misericordiam effundere in vos [v].

9. *Ut*, &c. Ἵνα—περισσεύῃ] Est Metonymia. Hoc enim vult dicere, *Oro ut iste vester in me amor à Deo majora indies dona accipiat*. Ex illo enim accipere sequetur τὸ περισσεύειν [x]. [Verba sic reddunt:] *Ut charitas vestra* (quam benefaciendo declaratis [y] :) *adhuc magis ac magìs redundet*, P. Pi. vel, *exundet*, Be. Zan. instar fontis scaturientis, ad alios omnes, etiam absentes, etiam inimicos, officia & beneficia derivantes. Dat illis h. l. testimonium charitatis, & quidem abundantis, ut liquet ex particulis, ἔτι & μᾶλλον καὶ μᾶλλον [z]. ¶ *In*, &c. Ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει] *In* (vel, *cum*, Calv. Zan.) *cognitione*, vel, *scientiâ* (vel, *agnitione*, Er. Il. Ti. Zan. vel, *Per cognitionem*, per quam, si ex Spiritu Sancto hausta sit, augetur dilectio, h. e. ut sicut crescit cognitio, sic etiam in ea & per eam charitas [a]. Ἐπίγνωσις vocatur major *rerum Divinarum cognitio*, ut Rom. 3. 20. Eph. 1. 17. & 4. 13 [b].) *& omni* (i. e. plenâ & solidâ, non autem omnium rerum [*]:) *sensu*, Be. Pi. Vulg. Zan. vel, *intelligentiâ*, Er. Ti. Tre. ex Sy. V. Calv. *perspicientiâ*, Ca. *judicio*, P. *Sensum* pro recto judicio mentis, id est, prudentia, ponit †. Vel, *scientiâ* : nam דעת priscâ interpretatione αἴσθησις, ut Prov. 1. 7. & 10. 15. & 12. 1. &c [c]. Vel, *experientiâ*. Sic דעת LXX vertunt αἴσθησιν Prov. 1. 4. & sæpe alibi in eodem libro : quod alibi σύνεσιν, ἐπιστήμην, & aliis modis [d]. Apparet αἴσθησιν hîc impropriè sumi, ut & αἰσθητήρια Heb. 5. 14 [*]. Hæc aliàs solet appellari νοῦς, cùm certum sit, res divinas non nisi intellectu & interiore sensu quodam comprehendi posse [f]. Loquitur hîc Paulus primùm de perceptione, deinde de rei perceptæ dijudicatione, ut vera sit notitia, &c [g]. Optat hîc eis abundantiam *scientiæ & sensûs*, h. e. intelligentiam mysteriorum fidei [h]. [Sensus loci, q. d.] Ut charitas vestra multiplici rerum cognitione, exquisitâque scientiâ rerum fidei & ad salutem pertinentium, perficiatur [i]. Al. Ut charitas vestra exuberet, idque secundùm scientiam Christianam, & cum exacto dictamine rectæ rationis [k] ; in omni cognitione & intelligentia judicióque, ut non temere omnibus benevolentiam impertiamini [l], nè si temere & sine delectu vos officiosos

&

& largos præbeatis, etiam erga pseudo-apostolos, benignitas vestra degeneret in vitium, & charitas esse desinat [m]. Differunt ἐπίγνωσις & αἴσθησις· illa est cognitio θεωρητικὴ, estque universalium notitiarum quæ è Scripturis discuntur: hæc est cognitio πρακτικὴ, estque rerum particularium, quæ per sensum, non corporalem, sed spiritualem, sive per experientiam, quâ res divinas earumque veritatem & certitudinem in nobisipsis per gratiam Dei sentimus & gustamus: de quo gustu Psal. 34. 9. Sic in Medico ἐπίγνωσις est quâ vires medicamentorum discit ex libris, &c. αἴσθησις quâ easdem discit ex praxi longâque experientiâ: quæ scientia multò melior & certior est [n]. Ἐπίγνωσις, *agnitio*, est viva fides in Christum, Esa. 53. 11. Joh. c. 17. v. 3. Tit. 1. 1, 2. αἴσθησις, *sensus*, est experientia interior animæ, seu interius Spiritûs Sancti in corde testimonium, de gratia Dei & adoptione, de quo Rom. 5. 1, 5. & 8. 16, 17. & 14. 17 [o]. *Verba Dei*, eruditè inquit Epiphan. θεωρίας δέεται καὶ αἰσθήσεως, &c. *& speculatione indigent & sensu:* illâ in consideratione phrasis, collatione locorum, distinctionibus, &c. hoc, ut experientia monstret vim vocum, quid significent vita, mors, dolor, timor, consolatio, lætitia, fides, &c [p].

10. *Ut*, &c. Εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα] *Ut* (vel, *Ad hoc ut*, P.) *exploretis* (vel, *dignoscatis*, P. *probetis*, Er. Ti. Pi. Vulg. i. e. eligatis & amplectamini [q], vel sequamini [r]: vel, probando cognoscatis, nempe quæ sit illa latitudo, longitudo, &c. ut ait Eph. 3. 18 †. vel, *judicare possitis*, V.) *quæ discrepant*, Be. P. sic Zan. nempe à bono [t], falsas doctrinas ab Evangelio discrepantes [v]: vel, *potiora*, Vulg. *utilia*, V. *præstantia*, Er. Vor. nempe mysteria illa magna, quæ non omnibus promiscuè patent [x]. Quæ ἀδιάφορα sunt, non refert utrum facias, an non facias: Contrà, διαφέροντα ad rem nostram faciunt [y]. [Sensus, q. d.] Ut in quaque rerum circumstantia quid rectum, quid non sit, *intelligatis:* quomodo hanc locutionem explicavimus Rom. 2. 18 [z]. Pertinet hoc ad rectum mentis judicium in actionibus [a]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς] *Ut sitis sinceri*, P. Be. Pi. &c. nempe in animis vestris [b], in omnibus rebus, in doctrina, in fide, in moribus [c]; nec misceatis fidem erroribus, aut Judaismo [d]: ut finceram & rectam habeatis intentionem coram Deo in omnibus operibus vestris *; ut clarè omnia perspiciatis. Sic τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν dixit Petrus, 2. 3. 1 [f]. εἰλικρινεῖς propriè dicuntur, quæ suum duntaxat nativum colorem, præsertim album, retinent, ut lana candida. Sic farina sincera est, quæ non est fermento corrupta [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀπρόσκοποι] Vide Act. 24. 16. 1 Cor. c. 10. v. 32 [h]. *Et inoffensi*, Mo. Pi. nempe conscientiâ, Act. 24. 16 [i]. vel, *innoxii*, Ca. *sine offendiculo*, Pi. Tre. ex Sy. *nemini offendiculo*, Er. Ti. *tales ut nemini sitis offendiculo*, Er. Il. sic E. Zan. ex Chrys. Pi. actionibus vestris †, ut vox activè sumatur [k], ut 1 Cor. 10. 32 [l]. Potest & passivè accipi [m]: quod malim [n]. *Ac inoffenso cursu*, sive *pede*, *pergatis*, P. Be. Zan. Metaphora ab iis qui aliquò contendunt [o]. Ut scilicet in nihil impingatis quod vos offendat, h. e. scandalum aut peccatum [p], ut constantes permaneatis in puro Dei cultu, nec declinetis ad dextram aut sinistram [q]. *Non hæsitantes*, Ar. *Qui non possunt offendi:* Græca vox ambigua est [r]. ¶ *In diem Christi*] i. e. Semper †, perseveranter [t], usque ad finem: vel, intuentes semper in illum diem Christi, eúmque desiderantes: id quod nos retinebit nè facilè labamur [v]. Vide suprà v. 6 [x].

11. *Repleti fructu* (vel, *fructibus*, Mo. P. Be. E. &c. Nam Græca variant. Alii enim Codices habent num. plur. alii num. sing [y].) *justitiæ*] Vel generalis, quæ complectitur omnem virtutem: vel particularis, i. e. eleemosynæ, quæ nonnunquam in S. S. *justitia* vocatur, alludens ad eleemosynas sibi à Philippensibus missas: qu. d. Oro ut similibus misericordiæ actibus cumulemini [z]. Sic כרב לפריו habes Ose. 10. 1. Sensus est, *ut largè fructum feratis bonorum operum:* quæ omnia veniunt δικαιοσύνης nomine [a]. *Fructus* vocat opera, & actiones, tam internas, quàm externas, cogitata, dicta, facta, &c [b]. Bona opera *fructus* vocat, quia delectationem pariter & salutem adferunt operantibus [c], Deóque gratissima sunt [d]. ¶ *Per*, &c. Τῶν διὰ, &c.] *Qui* (sub. *sunt*, Be. Pi. sic Er. vel, *contingunt*, Er. vel, *insunt vobis*, P.) *per Jesum Christum*, P. Be. &c. Quæ consummatiora esse debent quàm Legis opera *. Quos fructus facimus & habemus [f], duntaxat per Christum, Joan. 15. 5 [g]. ejus merita & gratiam [h], vel vi Spiritûs Christi [i]. Christus est qui operatur in nobis & velle & perficere. Vide Gal. 2. 20. Philip. 2. 13 [k]. ¶ *In gloriam & laudem* (videtur idem esse τιμὴ, & δόξα, iisque significatur omnis perfecta & perpetua gloria [l]:) *Dei*] Omnia enim illa hominum, antè impiorum, pia opera ad magnam redundant laudem Divinæ gratiæ, Eph. 1. 5, 12, 14 [m]. [Sensus, q. d.] Volo vos abundare bonis operibus, non ut vos glorificemini, aut ego in vobis [n]; non in vestram utilitatem, sed in proximi commodum, ut indicat vox *fructus*, quia arbores non sibi, sed aliis fructus proferunt, & maximè [o], ut per ea laudetur & glorificetur Deus [p].

12. *Scire autem volo vos*] Consolatur eos turbatos vinculis Pauli [q]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι τὰ κατ' ἐμὲ μᾶλλον εἰς προκοπὴν——ἐλήλυθεν] *Quia* (vel, *Quod*, Er. Il.) *quæ circa me* (vel, *res meæ*, G. Ar. ut Eph. 6. 21 [r]. *negotium meum*, Tre. ex Sy. *casus mei*, Ca. *quæ mihi acciderunt*, Er. P. Be. Me. E. &c. Romæ, quamvis dura & gravia †; id est, captivitas & vincula mea [t].) *magis* (vel, *maximè*, sive *excellenter*, Be. & Tre. ex Sy. sim. Ar. Comparativus pro Superlativo [v].) *ad profectum Evangelii venerunt*, Mo. vel, *evenerunt*, Er. Il. Ti. P. &c. vel, *cesserunt*, Ca. Intellige, quàm ad ejus eversionem [x], impedimentum, vel damnum [y]. Tantum abest ut Evangelii cursum impedierint, ut eundem magis promoverint [z]. Rectè facitis quòd non terremini his vinculis meis: nam ea ipsa Evangelio serviunt. Vocem προκοπῆς habemus & infrà v. 25. & 1 Tim. 4. 15. Est & apud Sirachiden [a].

13. *Ita*, &c. Ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς ἐν Χριστῷ γενέσθαι] Illud, ἐν Χριστῷ, construendum, vel, 1. cum δεσμοὺς [b], ut sit Hyperbaton [c], sive Trajectio, qualis Psal. 138. 2 [d]. *Adeò ut vincula mea in Christo* (i. e. quæ patior propter Christum *, sive Christi nomine [f]. Ità congruit cum illo Eph. 4. 1. ὁ δέσμιος ἐν Κυρίῳ, i. e. propter Dominum [g]. Vel, *in Christianitate*, Ca.) *celebria sint*, P. vel, *conspicua facta sint*, Be. Metonymia. *Vincula mea in Christo nota facta sunt* †. i. e. Innotuit me vinctum esse [h], non ob æs alienum, vel scelus aliquod [i], sed tantùm Christi causâ [k]. Sícque per vincula mea nomen Christi ubique clarescit [l], & occasio multis oblata inquirendi quod & quale esset hoc Evangelium [m]. Vel, 2. cum φανεροὺς γενέσθαι [n]. *Ità ut vincula mea manifesta* (vel, *celebria*, Il.) *facta sint in Christo*, Er. Ti. Il. i. e. per Christum [o], & beneficio Christi, omnia in bonum convertentis, vel propter Christum quem prædico, & per quem celebris facta est Apostoli pietas, & causa vinculorum. *Vincula* videntur sumi pro vincto ipso, vel, per Metonymiam, pro causa vinculorum [p]: vel, *cum Christo*, qu. d. Non solùm vincula mea innotuerunt, sed unà cum eis etiam Christus, causa eorum [q]. Hoc addit, ad Dei gloriam & modestiæ significationem [r]. Sed prior interpretatio simplicior est †. ¶ *In*, &c. Ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ, &c.] *In toto prætorio* (Quo intelligit, vel, 1. locum ubi jus dicebatur, quò adductus Paulus Evangelium illis patefecit. Vide Act. 26 [t]. Vel, 2. aulam Cæsaris [v]: quæ Græcis dicebatur *prætorium* [x]: quæ appellatio latè patet, unde & Milites Prætoriani [y]. Hic rumor latius latiúsque manans etiam in aulam pervenerat, ità ut & ibi quidam servorum aut libertorum Cæsaris facti essent Christiani, infrà 4. 22. *Prætor* olim dictus is qui præiret exercitui, ut Varro explicat: hinc *cohors prætoria*, *navis prætoria*. Hinc *prætorium* dici cœpit tentorium Imperatoris; indè etiam Præsidis Provinciæ domus: *duo prætoria coli*, apud Tacitum. Romæ Cæsarum domus *Palatium* dicebatur: sed provinciales assueti vocabulo *Prætorii*, appellabant & hanc πραιτώριον [z].) *ac reliquis omnibus*, P. Be. Pi. Vel, 1. locis [a], Romanæ urbis & Imperii [b]; vel, 2. hominibus [c], Romanis [d], vel Romæ versantibus *, quos ab aulicis distinguit ‖. q. d. Reliquis civibus †, vel, apud plebem Romanam ‖.

14. *Ut*, &c. Καὶ τοὺς πλείονας——πεποιθότας——περισσοτέρως τολμᾷν, &c.] *Et plerique* (vel, *Adeò ut etiam plures*. Nam construitur cum præced. versu *.) *ex fratribus*

[Marginal notes, left column: m E. — n Zan. — o Glass. rhet. 1. 12. 357. — p Strig. — q E. — r Me. — † Pi. — t Be. — v Q. in Vor. — x Vor. — y Er. — z G. — a E. — b Pi. sim. Zan. — c Zan. — d Me. sim. Zan. E. ex Græcis. — * E. — f G. — g Zan. — h G. — i Pi. — † Pi. — k Zan. ex Chrys. sim. E. Me. — l E. — m E. Me. sic Be. Zan. — n Be. sim. Zan. — o E. — p Me. — q Zan. — r Er. — † G. — t E. Zan. — v Zan. — x G. — y E. — z Me. — a G. — b Zan. — c E. — d Pi.]

[Marginal notes, right column: * G. — f Me. sim. E. Pi. — g E. sic Me. — h Me. — i Pi. — k Zan. — l Idem. — m G. — n E. — o Zan. — p E. Me. sim. Zan. — q E. — r G. — † Me. sim. T. — t E. sic Zan. Vor. — v E. — x V. — y Zan. — z Pi. sim. E. Me. T. — a G. — b Be. Zan. — c Zan. — d Be. — * Zan. sim. Be. — f Be. — g Zan. — † G. — h G. sic Vor. E. Me. T. Pi. V. — i Me. T. sim. Vor. — k G. sic E. Me. Vor. T. Pi. V. — l Me. sic T. — m E. — n Q. in Zan. sim. Gom. — o Gom. — p Q. in Zan. — q Al. Zan. — r Gom. — † Zan. — t Ham. — v E. Me. T. Zan. Vor. Gom. V. Ca. — x E. sim. Er. ex Chrys. — y Be. — z G. — a T. P. — b T ex Chrys. An. sim. Me. — c Val. sim. E. — d Vor. — * Be. sic Pi. — ‖ Be. — ‖ Er. ex Chrys. & Th. — ‖ G. — * Zan.]

fratribus in Domino (quales illi qui salutantur Rom. 16[f]. h. e. è Christianis[g]: quos sic vocat ad discrimen Judæorum, qui Paulo fratres erant secundùm carnem[h]. Al. Illud, *in Domino*, jungendum cum seq. *confidentes*[i]; *in Domino*, i. e. per fidem in Christum[k].) *freti* (vel, *animati*, Zan.) *vinculis meis* (i. e. constantiâ meâ in vinculis perferendis[l]; animis & audaciâ sumptis ex vinculis meis[m], & quòd me vinctum videbant intrepidè causam agere Evangelii[n]: excitati patientiæ meæ exemplo[o]:) *magìs* (vel, *ampliùs*, Er. *abundantiùs*, Vulg.) *audeant* (cùm priùs timidiores essent[p]:) *impavidè* (περισσοτέρως ἀφόβως, i. e. ἀφοβωτέρως[q]:) *sermonem* (nempe Evangelii[r], quod *sermo* κατ' ἐξοχὴν vocatur, & quidem cum articulo. In cod. Claromont. & aliis, & Sy. & Vulg. additur, *Dei* †.) *loqui*, P. Pi. &c. Quare? ob hunc successum, profectúmque Evangelii ex vinculis Pauli[t].

15. *Quidam* (scilicet eorum de quibus dixi fratrum[v], mali scilicet[x]. Prædicabant omnes, sed non eodem affectu[y]. Judæos indicat, qui, ut progressum Christianismi impedirent, ubique rumoribus differebant qualis esset illa doctrina, quibus se argumentis fulciret: quæ res efficiebat ut multi ad Paulum concurrerent, ex ipso rem totam intellecturi[z].) —*propter* (vel, *per*, P. Be.) *invidiam* (contra Paulum[a], cui invidebant gloriam ipsius[b], ex tanto Evangelii successu[c], qui ex ejus vinculis & constantia prædicationis emanabat[d], in ea urbe quæ caput erat mundi, simúlque Evangelii Romam invecti laudem ad se transferre cupiebant[*]:) *& contentionem*] Cum fratribus inter quos rixas excitabant[f]. Al. Cum Paulo de fama & gloria decertabant[g], volentes præ illo excellere[h]. Hos verisimile est Judæos fuisse[*]. ¶ *Quidam—propter*, &c. Δι' εὐδοκίαν] *Propensâ voluntate*, P. Pi. *Libente* (vel, *Bono*, Zan.) *animo*, Be. Ex charitate, ut mox dicet[i], seu ex benevolentia[k], erga me & Christum sive Evangelium[l], & erga Ecclesiam[m]: quòd desiderabant hominum salutem[n]. Al. *Quidam etiam vulgabant Christianum dogma ideo quòd ipsi id probarent*, ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκουν· qualis locutio 1 Cor. 12. 10. Nec multò aliter εὐδοκία, Rom. 10. 1[o].

16. *Quidam*, &c. οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας] Sub. ὄντες. *Qui sunt ex contentione*, i. e. rixatores, soboles contentiosa, & ad rixas nata[p]. Cui obstat, quòd ex illa syntaxi exsisteret Anantapodoton, sive sententia imperfecta in membro illo antitheto, οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης. Malim ergò particulas, οἱ μὲν, οἱ δὲ, idem hîc valere quod suprà τινὲς μὲν, τινὲς δὲ, & illa verba ἐξ ἐριθείας, & ἐξ ἀγάπης, pendere à verbo καταγγέλλουσιν[q]. *Alii quidem* (sub. *inquam*, Be. P. Pi.) *ex contentione*, sive *per contentionem*, Er. P. V. Be. Pi. &c. i. e. impellente eos studio contentionis[r], studio contendendi mecum de gloria †, gloriæ suæ studentes, neque deprimere conantes[t]. Ἐξ ἐριθείας, id est, δι' ἔριν[v], vel ἐξ ἔριδος. Et ἐξ hoc loco est vice Adjectivi, ut Rom. 4. 12. & cum eadem voce ἐριθείας, Rom. 2. 8[x]. Verùm ἐριθεία plus est quàm ἔρις, hæc est quævis contentio, illa contentio cum rixa, vel irritatio, & ad iram provocatio[y]. ¶ *Non*, &c. Οὐχ ἁγνῶς] *Non* (sub. *id faciunt*, Tre. ex Sy. Zan. vel, *annunciant*, Zan.) *sincerè*, Mo. vel, *simpliciter*, Amb. in Er. *castè*, Ca. Aug. in Er. *purè*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. vel, 1. quoad doctrinam[z], quam variis opinionibus contaminabant[a]. Non placet, 1. quia τῇ ἀληθείᾳ v. 18. non opponit τῷ ψεύδει, *mendacio*, sed τῇ προφάσει, *obtentui*[b]; 2. tunc Paulus eâ re non fuisset gavisus[c]. Resp. Gavisus est non simpliciter, totâ illorum prædicatione, sed comparativè cum doctrina Ethnicorum. Et fortassis fuerunt isti Judæi, qui cum Christo prædicabant opera Legis: quod certè melius erat quàm ut prædicaretur Ethnica Religio[d]. Vel, 2. quoad animum[*]; non pio puróque animo[f], non simplici, rectâ & purâ intentione[g], scil. promovendæ gloriæ Christi, sed fraudulenter & perfidè[h]: Bona docebant, sed non bene, puram doctrinam impuro animo, ut & ex v. 18. apparet[i]. ¶ *Existimantes*, &c. Οἰόμενοι θλίψιν ἐπιφέρειν, &c.] In MS. pro ἐπιφέρειν est ἐγείρειν· quomodo & Latinum legisse apparet[k]. [Verba sic reddunt:] *Putantes* (vel, *Quòd existiment*, Be. Pi.) *se afflictionem meis addituros vinculis*, Ca. sim. Er. P. Be. &c. i. e. novam majorémque vexationem addere mihi captivo[l]. Qu. Quo pacto? Resp. 1. Irritando animum Pauli[m], dum gloriam Evangelii hac in urbe propagati mihi eripere & ad se transferre nituntur, ut splendore gloriæ suæ me (quem sibi similem esse putant, h. e. gloriæ cupidum,) urant, & tormentum animo meo adferant. In quo tamen valde falluntur, quum è contrà gaudeam, quocunque modo Christum annunciari[o]. Hic sensus valde congruit ingenio æmulorum Pauli[p]. Resp. 2. Novam majoris persecutionis occasionem suppeditando hostibus[q], cùm Neroni, tum Judæis accusatoribus[r]. Ideo ubique de dogmate loquuntur quòd sperent se & mihi & dogmati odium concitaturos †, ut hâc suâ liberâ prædicatione, vel vulgo persuaderent, vel, Paulum non Evangelii nomine (quippe quod ipsi impunè annunciarent,) sed suo vitio & intemperie, in vinculis detineri[t]; vel, Neronis iram ob propagationem Evangelii augerent, unde Paulus, tanquam totius rei caput, graviùs affligeretur[v]. Nam quantò plures erant Christiani, tantò majus futurum erat adversariorum odium ‖. Hoc quærunt ut in arctiorem der custodiam[x], vel ad necem rapiar[y]. Non placet, tum quia sic Pauli gloriam magis auxissent, gloriosum enim erat pro Christo pati: tum quia hoc cum suo periculo conjunctum erat. Verùm illi hoc periculo contempto gloriæ studebant, nec ex odio, sed ex invidia, cum Paulo contendebant, superare eum gloriâ cupientes[z].

17. *Quidam*, &c. Οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης] Hîc etiam, sicut v. præced. constructio varia est[a]. *Quidam autem sunt ex charitate*, Zan. sim. E. Al. *Alii verò* (sub. *Christum annuntiant*, Zan.) *ex charitate*, Be. Pi. &c. i. e. incitante eos charitate[b], erga Christum, erga Evangelicam veritatem, & erga me[c]. *Ideo quòd me ament*, dicunt quæ sint quæ doceam, spectantia scilicet ad emendandos mores, minimè seditiosa[d]. ¶ *Scientes quoniam*, &c. Ὅτι εἰς ἀπολογίαν——κεῖμαι] Charitas illa declaratur à causa adjuvante, nim. conscientia, sive notitia & officii & sinceritatis Pauli, &c[*]. *Quòd in defensionem Evangelii constitutus*, sive *positus sim*, Er. Il. Ti. P. Mo. Be. &c. divinitùs videlicet delectus & in hac statione collocatus, ut 1 Thes. 3. 3[f]. κεῖμαι, i. e. τίθειμαι. Sic κεῖται habuimus Luc. 2. v. 34. Sic & κείμεθα, 1 Thes. 3. 3. Sic שימה vertitur ἦν κείμενος, 2 Sam. 13. 32. Ideo me amant & me miserantur, quia sciunt me ad munus prædicandi Evangelii hujus non sponte venisse, sed à Deo vocatum. Ἀνάγκη μοι ἐπίκειται dicit ipse 1 Cor. 9. 16[g]. Vel, *jaceo*, Pi. nempe in vinculis[h]. Sensus, q. d. Cùm sciant me propter Evangelium in vinculis teneri, ideóque liberè per urbem Evangelium prædicare non posse, ex charitate, quâ quærunt hominum salutem, supplent hoc meum impedimentum suâ prædicatione[i]: idcirco illi etiam prædicant, ut me juvent in defensione Evangelii[k]. Propterea amant me, quia sum Evangelii præco & propugnator[l], tum verbis, tum sanguine, &c. Conclusio est, totum hoc facere ad profectum Evangelii[m].

18. *Quid*, &c. Τί γάρ;] *Quid enim?* Er. Ti. Zeg. Zan. Camer. sub. *refert?* Camer. Zan. γὰρ, pro δὲ[n]. *Quid igitur?* P. Be. Pi. Gom. Me. sub. *fit*, Gom. *Quid autem?* Zan. *Quid tum postea?* Camer. Est oratio ἐλλειπτική[o]. Hoc vult, *Quid hinc sequitur? Nihil nisi*, &c[p]. *Quid dices?* Nonne isti dolorem addunt tibi, &c[q]? Quid? Ergóne isti verò me pungunt, ut ipsi putant? Minimè[r]. Quid meâ refert? quid mihi curæ est †? q. d. Non discutio, non multùm moror, quo animo isti prædicent, modò Christus prædicetur[t]. Responsio est ad objectum. Quomodo ista prædicatorum diversitas potuit prodesse ad profectum Evangelii? Resp. Hæc nihil impedit. Quid ità? quia omnes Christum prædicant, &c[v]. ¶ *Dum*, &c. Πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ, &c. In MS. πλὴν ὅτι, non malè[x]. *Attamen* (vel, *Certè*, Ca.) *quovis modo*, (sive modo simulato, sive sincero[y];) *sive specie*, (vel, *per*, sive *in*, *speciem*, P. Be. Pi. Il. sive hoc fiat specie aliquâ[z]: vel, *fictè*[a]: vel, *per prætextum*, sive *obtentum*, Er. Ti. Ar. Be. sic Tre. ex Sy. h. e. aliud prætendendo ore, aliud corde meditando[b]: *prætextu* zeli boni[c], & studii promovendi Evangelii[d], cùm reverâ stimulentur invidiâ[*], aut avaritiâ, ambitione, &c[f]. Christum prætexentes suis commodis[g]. Vel, *per occasionem*, Er. E. Me. T. Ham. i. e. per accidens, & non destinatò, vel aliud in prædicatione sua spectantes, nempe gloriam suam, Paulíque depressionem[h]. Προφάσει hîc non significat, *prætextu*, sed *occasione*[k]. Nam ex occasione illi Judæi, dum nocere Paulo student, multos pertrahebant ad Evangelium

lium. Sic Prov. 18. 1. προφάσεις ζητεῖ Latinus vertit, *occasiones quærit*. Sic ἐν προφάσει πλεονεξίας, Latinus *in occasione avaritiæ*. In Glossario, Πρόφασις, *occasio*. Sic πρόφασιν λαμβάνειν apud Platonem *occasionem arripere*. Sic & Euripides, Ἐπεὶ βραχείας προφάσεως ἔδει μόνον [l].) *sive veritate*, (vel, *per veritatem*, vel *verè*, Er. vel, *sincerè*, P. Be. Pi. Zan. ut *veritas* sumitur Joan. 2. 21 [m]. h. e. animo sincero [n]: non aliò detorquentes intentionem [o], verâ & directâ efficientiâ. Opponuntur πρόφασις & αἰτία, *vera causa* [p]. Vel, per verum & purum zelum [q]. Προφάσει καὶ ἀληθείᾳ manifestè respondent prædictis, διὰ φθόνον καὶ ἔριν, (qui sunt affectus cordis non sinceri, & προφάσεως, *prætextus*, quærunt;) & δι' εὐδοκίαν, quæ est ipsa sinceritas, sive ἀλήθεια [r].) *Christus annunciatur*, Mo. &c. *Veritas* ergò h. l. opponitur non falsæ doctrinæ (quasi sibi curæ non esset verâne an falsa sub Christi nomine docerentur;) sed pravæ intentioni †. ¶ *Et in hoc* (nempe in re, non in modo [t]; in ipsa prædicatione Christi [v], non in perversa prædicantium intentione [x]; in bono eventu etiam malorum consiliorum [y]:) *gaudeo*, (quia etsi procedat à malo auctore, & malo fine, ipsa tamen doctrina in se bona est [z], & per eam Evangelii negotium promovetur [a]:) *sed & gaudebo*] i. e. materiam gaudii semper habebo [b]. Satius ergò est, mercenarium habere pastorem quàm nullum [c].

19. *Scio* (vel, per revelationem Spiritûs Sancti: vel, è Scripturis Sacris, quæ docent omnia piis cooperari in bonum [d]: vel, certitudine bonæ spei [*], ut infrà declarat [f].) *enim* (Rationem reddit cur dixerat se in posterum etiam gavisurum, &c [g].) *quia* (vel, *quòd*, P. &c.) *hoc* (Quid? Eorum scilicet vel prædicatio [h], vel odium & invidia [i]; vel, actio & studium, quo prædicando Christum, conabantur Apostolo afflictionem addere, ut vel minis Neronis desisteret Paulus ab incepto, vel moreretur [k].) *mihi proveniet*, &c. Ἀποβήσεται, &c.] *Obveniet* (vel, *Cedet*, P. sic Be. Pi. *Exibit*, G.) *in*, vel *ad*, *salutem*, G. Zan. &c. vel, 1. multorum hominum [l]; vel, 2. meam [m], sive corporalem [n], & præsentem, ut à vinculis liberer [o], & maneam in vita propter vestram salutem [p]: sive spiritualem [q], in futuro seculo [r], atque etiam præsenti †: quia Deus mihi dabit παρρησίαν atque constantiam [t]. Augebit id gloriam meam, quam illi obscurare conantur [v]. ¶ *Per*, &c. Διὰ τ—ἐπιχορηγίας, &c.] *Vobis precantibus, & ad vestras preces Christo mihi suppeditante vim perpetuam Spiritûs sui*. Χορηγία מתן [x]. Novit Paulus, duobus mediis perfici in nobis Divinas promissiones, uno externo & humano, precibus piorum, & præsertim totius Ecclesiæ, altero interno & divino, gratiâ & auxilio Spiritûs Sancti [y]. *Per vestras preces* (quas proinde pro me fieri peto, ut Christus mihi Spiritum det, &c [z].) *& suppeditationem*, sive *subministrationem*, (vel, *donationem*, Tre. ex Sy.) *Spiritûs*, &c. Pi. sic Er. P. Ca. &c. i. e. auxilium mihi subministrante Spiritu Jesu [a]. q. d. Si videlicet oraveritis pro me, mihique impetraveritis Spiritum, &c [b]. Preces accipit tanquam causam, subministrationem Spiritûs S. tanquam effectum [c]. Rogabant indubiè Philippenses Deum, tum ut Paulum constantem redderet, tum ut eum servaret in vita propter salutem Ecclesiarum: in quibus duobus sita erat Apostoli σωτηρία, sicut in horum contrariis sita erat θλίψις, nempe aut abnegatio, vel saltem neglectio, Christi, aut mors [d].

20. *Secundùm*, &c. Κατὰ τὴν ἀποκαραδοκίαν, &c.] De hac voce vide Rom. 8. 19. Psal. 37. 7. התחולל vertitur ab Aquila ἀποκαραδόκει [*]. Pendet hoc à præced. Hoc mihi cedet ad salutem, nimirum, inquit, *secundùm*, &c. i. e. prout exspecto & spero [f]. Al. Quem Spiritum subministrari mihi magnâ spe & desiderio exspecto [g]. *Secundùm exspectationem* (vel, *exspectationem intentam*, Il. P. Be. Ar. intensam ac vehementem [h], avidissimam [i], certam & anxiam, ceu exerto & intento capite [k], ut Rom. 8. 19 [l]. κάρα, *caput*, & δοκάω [m]; à gestu vehementer inhiantium capite inflexo, &c [n].) *& spem meam*, Er. Ti. Mo. &c. Quod vehementer exspecto & spero futurum [o]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἐν οὐδενὶ, &c.] Nunc explicat, quidnam speret, & proinde in quibus salus prædicta consistit [p]. Salutem hic declarat remotione contrarii falsi, & positione veri [q]. Nectendum hoc cum superioribus. Scio quia hoc mihi proveniet ad salutem, nec ulla in re confundar, quia nullius peccati mihi sum conscius, cujus me pudere debeat, nec spes mea frustrabitur [r]. [Sic vertunt:] *Quòd* (vel, *Certè*, E.) *nulla in re* (sive prosperâ sive adversâ †; vel, ad Evangelium quod prædico pertinente, † q. d. quòd nihil Evangelicæ doctrinæ dissimulabo, nedum retractabo [t].) *pudefiam*, (nempe à spe mea, sed eam plenè consequar [v]: vel, quòd à Christo prædicatione nunquam declinaturus sim, per Metonymiam consequentis effecti [x]: vel, *Fore ut non in vanum laborem*. Est Metonymia, qualis 2 Cor. 10. 8. לא אבוש, Psal. 119. 80. Esa. 49. 23 [y]. [Sensus, q. d.] Novi & spero Deum non permissurum, ut ego Christum aut abnegem, aut dissimulem, &c [z].) *sed cum omni libertate*, (scilicet agendi & loquendi [a], prædicandi & defendendi Evangelium [b]: vel, *per liberam professionem* credentium, ut Act. 4. 13, 29, 31 [c]. παρρησίαν opponit *pudefactioni* †.) *ut semper* (scil. antea [d], ex quo factus sum Apostolus [*]. Spem suam confirmat superiorum temporum experientiâ [f].) *ità nunc quoque* (Ellipsis τοῦ ἰτά, ut Matth. 6. 10. *Sicut in cœlo & in terra: nunc* me vinculis alligato [g].) *magnificabitur* (id est, magnificè extolletur †: glorificabitur [h], magnum consequetur nomen. De voce μεγαλύνεσθαι vide Luc. 1. 46, 58. Act. 10. 46. & 19. 17. Psal. 104. 1. & alibi sæpe [i].) *Christus in corpore meo* (i. e. in me & per me [k]; per corporis actiones, aut passiones, Christum constanter confitendo & prædicando, eique obsequendo & crucem ferendo. Emphaticè dicit, *in corpore meo*. In corpore fragili, mortali, vili, thesauros suos collocavit Christus, ut per illud toti mundo dispensarentur, & ipse glorificaretur, &c [l].) *sive per vitam, sive per mortem*, P. Be. Pi. &c. i. e. seu vivere contingat [m], & è vinculis dimitti [n], tunc enim corpus impendam obsequio Christi [o] seu mori [p], tunc corpus meum exhibebo hostiam Christo, juxta 2 Tim. 4. 6 [q]. & sanguine obsignabo Evangelium [r]. Utrovis autem modo proveniet mihi salus, & gloria etiam apud homines †. Bene *corporis* vocem ad utrumque retulit: nam & corpus loquitur, & corpus occiditur. Dicuntur Martyres *morte suâ* δοξάζειν τὸν Θεὸν, ut vidimus ad Joh. 21. 19 [t].

21. *Mihi*, &c. Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν, Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν, κέρδος.] *Nam* (Est redditio causæ, vel explicatio ejus quod dixerat ad finem v. 20 [v].) *mihi vita* (vel, *vivere*, Il. Mo. Ca. Pi. Non dicit, *vita*, i. e. causa vitæ efficiens, sed ipsum *vivere*, i. e. vitæ causa finalis & scopus [x].) *Christus est*, (i. e. est Christo servire [y]: Vitam meam Christo consecravi [z]. Si vevo [a], Christi causâ vivo [b], Christum docebo: ità fiet ut promoveatur Christianismus. Christo servio. Vita mea non nisi in Christi rebus occupatur. Greg. Naz. Βίος τὸ κύριος ὢν βιῶν καθ' ἡμέραν [c]. Causa optandi mihi vitam longiorem est ut pluribus Christum annunciem [*], vel, ut Christum glorificem prædicatione & obedientiâ meâ [f]. Mihi dum vivam, Christus erit τὸ πᾶν: vivam ut Christianum & Apostolum decet [g]. Al. Etiam quod vivo debetur Christo; vel, Omnino Christi potentia in mea vita exereetur. Phrasis qualis Colos. 3. 4. *Christus qui est vita nostra*. Alibi. Κύριος δόξα μου, & κραταίωμα τῆς λαοῦ. *Ego tibi salus sum. Tu mihi vita es* [h]. Christus vitâ ipsâ mihi est charior [i].) *& mors* (vel, *mori*, Mo. Il. &c.) *lucrum*, Er. Ti. &c. id est, Mortem (maximè pro Christo illatam [k],) pro lucro deputo [l], meo commodo morior [m]; promovebit salutem meam [n], nam per mortem liberabor à præsentibus molestiis, & transferar in locum quietis, ubi & Christus est [o], sive in vitam æternam [p]. Al. Si mihi pro Christo moriendum, ità alacriter id facturus sum ut lucrum mortem sim mihi reputaturus [q]. *Et si morior, morte meâ aliquos Christo lucrabor*. Sic κερδαίνειν habemus 1 Cor. 9. 19, 20, 21, 22. 1 Pet. 3. 1. Est hoc oppositum ei quod est in Psal. 30. 10. מה בצע בדמי [r]. [Alii aliter:] *Mihi enim vivendo Christus est & moriendo lucrum*, Calv. *Mihi enim* est *Christus* & *in vita, & in morte lucrum*, P. Be. Gom. ex Belg. Ut sensus sit; Sive vivam, sive moriar, Christus semper est lucrum meum †, quia solus Christus nos & viventes & morientes felices efficit [t]: ut *Christus* sit utriusque membri subjectum [v], non autem attributum prioris membri [x]; *lucrum* verò (i. e. gloriam Christi cum Pauli commodo conjunctam;) prædicatum [y], & ut ante τὸ ζῆν, & τὸ ἀποθανεῖν subaudiatur κατὰ [z], vel πρὸς [a]: quæ Ellipsis & usitata est [b], & inter Atticismos nume-

Marginal notes, left column: [l] G. [m] Zan. [n] G. sim. Be. E. Me. Zan. Zeg. [o] E. [p] Ham. [q] T. [r] Zan. † E. [t] Zan. [v] E. sim. Me. Zan. [x] E. sim. Zan. [y] G. [z] T. [a] E. [b] Zan. sim. E. [c] E. [d] Zan. [*] E. sim. Zan. [f] E. [g] Zan. [h] E. sim. Zan. ex Græcis. [i] Me. [k] Zan. [l] G. [m] Zan. &c. [n] T. ex Chrys. [o] Me. [p] Zan. [q] Q. in T. E. [r] E. sic Me. † E. [t] Zan. [v] E. [x] G. [y] Zan. [z] E. [a] V. [b] T. Me. [c] Vor. [d] Zan. [*] G. [f] E. [g] Me. [h] E. [i] Vor. sim. Zan. Er. [k] Zan. [l] Zan. E. [m] Zan. [n] Er. [o] V. [p] Zan. [q] Gom.

Marginal notes, right column: [r] Me. † V. [t] Zan. [v] E. [x] Gon. [y] G. [z] Zan. [a] E. [b] Zan. [c] G. † Zan. [*] Zan. sic G. [f] E. [g] Gom. sim. Zan. [h] E. [i] Be. [k] Zan. [l] G. [m] T. [l] Zan. [m] E. Pi. sic Zan. [n] Me. T. [o] Pi. [p] E. [q] E. sim. Zan. Pi. &c. [r] E. [t] Zan. † E. [t] G. [v] Zan. [x] Idem. [y] Me. T. [z] E. sim. Camer. [a] Er. G. [b] Er. [c] Zan. [d] G. [*] V. [f] Zan. sim. Pi. [g] Cas. [h] Camer. [i] Me. [k] E. sim. Pi. [l] E. sim. Me. T. Zan. [m] Er. [n] Pi. [o] Pi. sim. Zan. [p] V. [q] Cas. [r] G. † Q. in Zan. [t] Q. in Zan. sic Calv. [v] Be. sic Calv. Gom. [x] Gom. [y] Be. [z] Be. sim. Gom. [a] Calv. [b] Gom. sim. Calv.

numeratur[c]. Hic sensus meliùs cohæret cum proxima sententia[d], & cum præced. & cum sequent*. Alioquin [juxta alterum sensum] in priori duntaxat membro *Christi* mentio fit, non item in posteriori. Atqui applicanda est ratio propositioni cui adjungitur[f]. Al. Non placet[g]: 1. quia dura hæc esset Trajectio, & à simplicitate stili Paulini aliena. Sic enim potiùs verba collocâsset, ἐμοὶ γὰρ Χριστὸς κὴ τὸ ζῆν κὴ τὸ ἀποθανεῖν κέρδ@. 2. quia sic non cohærebit hoc ut ratio cum præcedente, quod tamen γὰρ postulat; nam aliud est gloria Christi, aliud lucrum, sive salus, Pauli[h]. 3. quia sensus alter facilis est, & optimè congruit cum præcedentibus, & cum sequentibus, ut mox videbimus[i]. Vult enim ostendere, Christum glorificatum iri & per vitam, & per mortem, suam, quorum illud expressè declarat, hoc verò ità innuit, ut alium præterea suæ mortis effectum exponat, nempe salutem suam[k].

22. *Quòd si*, &c. Εἰ δὲ τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ, τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου] Hîc varia est lectio & constructio[l], vel sine Ellipsi, vel cum Ellipsi[m]. *Si verò* (vel, *Si igitur* : δὲ pro οὖν. Dixerat, *vivere mihi Christus est* : nunc explicat primum membrum v. præced[n]. sub. *contingat*, Er. Pi. Zan. Vor. vel, *detur*, T. sic Zan.) *vivere in carne*, (i. e. in hoc caduco corpore[o]. Sic & Gal. 2. 20. designatur vita hæc morti obnoxia[p].) *hoc*, vel *istud*, (vel, *id ipsum*, Vor. *ea res*, Ti. Zan. i. e. ea vita[q]. Si vivere in hoc mundo mihi permittatur[r]; vel, si vivendo fructum aliquem facere possum[r].) *mihi* (sub. *est*, vel *erit*, Er. Ti. Pi. Zan. Vulg. &c.) *fructus operis*, Mo. Er. Ti. Il. Pi. Zan. Vor. i. e. ministerii mei; h. e. causa sive occasio erit multum fructum proferendi, sive multos Christo lucrifaciendi per meum ministerium; vel, destinatum est ad fructum adferendum Ecclesiæ †; operæpretium est, fructuosum & utile[t], tum mihi, ad majus meritum[v], tum aliis[x], vobis[y]. Καρπὸς ἔργου est Latina locutio, *operæpretium*[z], h. e. res utilis & fructuosa, & digna in qua opera ponatur[a]. Talia ἐρωτᾶν pro *rogare*, ἱκανὸν λαμβάνειν, *satis accipere*, διδόναι ἐργασίαν, *dare operam*[b]. Al. *Si autem vivere* meum *in carne*, Christus est, ut suprà diximus, h. e. si in mea vita glorificetur Christus, *hoc*, i. e. hæc glorificatio, *erit fructus operis*, h. e. mei laboris in vita, i. e. mei Ministerii[c]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τί αἱρήσομαι οὐ γνωρίζω] *Et* (καὶ obscuram reddit hujus versûs sententiam : habet autem h. l. peculiarem & occultam vim excludendi quod diversum erat, ut sensus sit, Quòd si procedit mea prædicatio, & prosim Ecclesiis, adeò non præfero meum commodum vestro bono ut dubitem etiam utrum eligam*. Al. Καὶ hîc est συλλογιστικὸν, & valet *sanè* ‖.) *quid* (horum scilicet duorum, ut aut moriendo sim cum Christo, aut vivendo fructum adferam Ecclesiæ, si detur optio[d] : vitámne, an mortem † :) *eligam* (vel, *electurus sim*, Zan.) *ignoro*, Er. Il. Pi. &c. i. e. non satis mihi liquet : τί pro πότερον· quomodo & Latini scriptores *quis* ponunt pro *uter**. [Alii totum aliter reddunt:] *Quòd si mihi in eo situs est profectus* (καρπὸς idem quod προκοπὴ, v. 25. & Rom. 1. 12.) *operis*, h. e. Evangelii; *si vivam in corpore*, nam mortuus Evangelium promovere non posset, *utrum eligam nescio*[f]. *an*, vel *utrum*, (hæc enim significatio particulæ εἰ in subjectione usitatissima est[g];) *verò vivere in carne mihi operæpretium* sit, (supple, *majus quàm mori*, Gom.) *& quid eligam, ignoro*, Be. Gom. Redundat hîc τοῦτο[h], ut sæpe, ex Hebraismo[i]. Sensus, si vivere adhuc mihi ad prædicandum Evangelium ampliùs utile est, ut est, tunc verè ego quid malim nescio. Καὶ vel vacat, ut sæpe, vel, ex Hebraismo, valet *tum*, ut Gen. 13. 9. *si tu ad sinistram, &* (i. e. tum,) *ego dexteram petam*. Καρπὸς ἔργου dicitur ut alibi καρπὸς χειλέων[k]. Quòd si permanere in hac vita mihi cessurum sit ad fructum operis, dum labore prædicationis multos ad Christum adduco, adeò præsens meum commodum quod ex morte exspecto non præfero saluti proximorum, ut etiam dubitem utrum è duobus eligam, vivere an mori. Hic sensus fere omnium est Interpretum[l].

23. *Coarctor*, &c. Συνέχομαι δὲ ἐκ τῶν δύο] i. e. *Utrinque cogor*. Sic συνέχεσθαι habemus Luc. 12. 50. Act. 18. 5. 2 Cor. 5. 14. i. e. Causæ sunt graves quæ me hoc, & quæ me illud, præoptare compellunt. Sic David 2 Sam. 24. 14. צר לי מאד, στενά μοι πάντοθεν σφόδρα ἐστί. Post vocem δύο ponenda hîc διαστολὴ, ut rectè monet Aug[m]. *Coarctor* (vel, *Distrahor*, Ca. *Constrictus teneor*, Be. i. e. Perplexus sum & hæreo[n].) ἐ, vel ἀ, *duobus*, Mo. Ca. vel, *utrinque*, P. Be. Pi. *ex his duobus*, Er. Il. Ti. affectibus contrariis[o], desiderio Christi, & amore fratrum[p]: Distineor ac trahor in diversa[q], inter hæc duo[r], Vitam & Mortem, in quorum utroque est quod invitet, est quod deterreat †. ¶ *Desiderium*, &c. Τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι] *Desiderium habens* (vehemens scilicet & perpetuum : nam plus hoc est quàm ἐπιθυμεῖν[t] : vel, *Desiderans*, P. *Desiderio tendens*, Be. Pi.) *ad dissolvi*, Mo. vel, *dissolvi*, Er. Il. Ti. *solvendi*, Zan. *migrare*, P. Ca. Æth. sic Zan. *liberari*, Tre. ex Sy. *reverti*, Hi. in Er. *ad dimissionem*, Be. *ad remigrationem*, ad verb. *ad migrandum*, Pi. nempe ex hoc mundo vel corpore[v], h. e. ad moriendum[x]. Hinc discimus, Animas sanctorum ex hac vita sine peccato migrantium statim post mortem esse cum Christo, h. e. beatas esse ante generalem resurrectionem, falsúmque esse quod dicunt Anabaptistæ, animas usque ad resurrectionem sopore quodam pressas, nec in bonis esse, nec in malis[y]. Sed quærendum hîc quid sit ἀναλῦσαι. Resp. videtur hîc poni pro ἀναλυθῆναι[z], vel ἀναλύεσθαι, quomodo in Syra edit. למפטר est pro להפטר[a]. Infinitivum activum pro ejus passivo ponitur, ut sæpe; ut Gen. 4. 26. *Tunc cœptum est* לקרא *invocari*. Prov. 25. 7. טוב אמר, *Satius est dici*[b]. Psal. 42. 4. באמר, *dum dicitur*, &c. & 66. 10. כצרוף, *sicut conflatur*, &c[c]. Non placet, nec loca allata id probant. Non Gen. 4. quod sic est ad verbum, *Tum cœptum est* (ab hominibus nempe piis,) *invocare*, &c. nec Psal. 42. quod sic vertas, *in dicere*, i. e. cùm dicunt : nec Psal. 66. quod, *secundùm conflare*, h. e. conflationem, vel, ut conflat aliquis : nec Prov. 25. quod, *dicere*, i. e. ut dicat[f]. Ἀναλῦσαι, i. e. נפטר, quod Hebræis frequens, ut & Nomen פטירה, ad significandam piorum mortem. Syrus eâdem voce hîc usus[g]. Ἀναλύω, sicut & ἀνάλυσις, quatuor significat : 1. *resolutionem*, *dissolutionem*, *solutionem*, compositi alicujus: Sic in Homer. Odyss. β. Penelope telam *die texebat*; Νυκτὸς δ᾽ ἀλλύεσκεν, *nocte resolvebat* : & in Plut. De orac. desit. *Natura sæpe* ἀναλύει *resolvit*, &c. in Stob. tom. 2. c. 119. ubi Sosibius ——ἀναλύεται, &c. *dissolvitur corpus post animæ fugam*[h]. 2. *dimissionem*[i]; nempe liberationem à corpore mortali, Rom. 7. 24. Confer 2 Pet. 1. 14[k]. Huic favet & Syrus מפטר[l]. [de quo jam dictum.] Sic ἀπολύειν sumitur Luc. 2. 29. & 9. 10. Metaphora à curru vectis, qui in diversorio καταλύειν dicuntur, quòd equorum lora & vincula solvere consueverunt[m]. Sed alia hæc verba sunt. Καταλύειν, ut notat Leunclavius est *aliquò divertere*[n], vel, *se componere in diversorio*[o] : ἀναλύειν contrà, *migrare de loco in quo fueris*[p], vel, *movere sarcinas, & mutare diversorium*[q]. 3. *reditum*, sive *reversionem*[r] : ità ἀναλύειν sumitur Luc. 12. 36. & Sap. Salom. 2. 1 †. & 16. 14. & 2 Mac. 9. 1. & apud Athen. Dipnosoph. 2. *à cœna* ἀναλύοντες, *reversi* : Appian. Bel. civil. 4. ἀναλύοντα, &c. *revertentem à compotatione*—— *occiderunt*[t] : Dionys. Areop. Greg. Nyssen. & Naz[v]. [quorum verba vide in Scult.] Videtur alludere ad Eccles. 12. 7[x]. *Spiritus* à Deo est, & *ad Deum redit*. Loquitur sic & Philostratus in vita Apollonii ; & Cicero De divinat. 1. Eudemi somnium exponens, *ut cùm animus Eudemi è corpore excesserit, tum demum revertisse videatur*[y]. Mors est ἐπάνοδ@, *reversio*, sive *regressio*, quædam, & de ea ut tali loquuntur Eurip. Chrysippus in Philone, Lucretius, &c. [Verba vide in Ga.] Seneca epist. 76. *Mors est eò reverti unde veneris*[z]. Et ut καταλύειν, metaphorâ à curribus sumptâ, sign. *ad diversorium pervenire*, Luc. 9. 12. (unde κατάλυμα, *diversorium*, Luc. 2. 7.) quia tum solvuntur equi; ità ἀναλύειν est *domum redire*[a]. Hoc non improbo prorsus. Simplicius tamen est quod sequitur. 4. *migrationem*, *abitum*, *discessum*[b]. Sic ponitur ἀναλύειν, Luc. 12. 36. & Judith 13. & Sapient. 2. 1[c]. & 2 Macc. 12. 7. & apud Epictet. in Arrian. 1. 9. *Ubi Deus è servitio isto nos* ἀπολύσῃ, *dimiserit*, *tunc ad ipsum* ἀναλύετε, *discedatis*, vel, *emigretis*[d]. Sic *tempus* ἀναλύσεως, 2 Tim. 4. 6*. Nec aliter accipio מפטר Syri, nam פטר Hebræis significat etiam *discedere*, vel *abire*, 1 Reg. 19. 10. & apud Chald. ad Cant. 1[f]. Hinc etiam mors ἔξοδ@ dicitur, Luc. 9. 31. 2 Pet. 1. 15.

&

c Be. d Calv. * Gom. Vor. f Be. g Zan. sic Pi. h Pi. i Zan. k Pi. l Zan. m Vor. n Zan. o Be. sim. Zan. p G. q Zan. r V. † Zan. t Mc. T. v T. x T. Me. y Pi. z G. sim. Be. Ham. a Be. sim. Ham. b G. c Q. in Zan. * Er. ‖ Camer. d Zan. † Pi. * G. f Ca. g Be. h Be. Glass. gram. 3. 2. 25. 219. i Ec. k Cas. l E.

m G. n Zan. o Idem. p E. sim. Zan. q E. r Zan. † Er. t Zan. v D. sim. Zan. Be. x Me. sim. E. &c. y E. z Pso. 35. a D. b D. sic Pso. c Pso. ib. f Ga. Pso. 7. 71. g G. h Ga. Pso. ib. i Ga. ib. k Be. l Ga. ib. m Be. in Ga. n Ga. o Ga. ex Er. p Ga. q Ga. ex Er. r Ga. ib. Tertul. & Hi. Di. Ham. Scult. exerc. 1. 64. t Scult. ib. Ga. ib. v Scult. ib. x Scult. sic G. Ga. y G. z Ga. ib. a Scult. ib. b Ga. ib. sim. Zan. Ca. Ham. Er. ex Chrys. Pi. Vor. c Ca. d Ga. ib. 77. * Ham. f Ga. sim. Ham.

& *transitus* sive *demigratio* ex mundo, Prov. 31. 8. Joan. 13. 1. & apud Cicer. Tusc. 4. Senec. epist. 65. videtur autem metaphora sumpta, vel, 1. ab eis qui in tentoriis degunt, quorum funes solvunt qui migraturi sunt [g]. Vel potius, 2. à nautis, qui è portu migraturi dicuntur *solvere* [h], ut apud Cicer. ad Tiron. epist. 16.9. & *solvere navem*, in Cæsar Bel. Gal. 4. *solvere oram*, in Fab. Instit. 1. & 4. 2 [i]. Græcis quoque nunc λύεσθαι, nunc ἀπολύεσθαι, ut Luciano in Sectis [k], nunc ἀναλύσαι, ut in Hom. Odyss. ο'. πρυμνήσια λῦσαι, *rudentes solvere* [k]. Huc facit illud Plat. in Tim. *Ubi—mors affuerit*, λύεσθαι, &c. *solvi dicuntur animæ, tanquam navis cujusdam, retinacula* [l]. Porrò hoc verbo significat, mortem hominis non esse interitum animæ, sed partium permanentium, id est, corporis & animæ, dissolutionem ac separationem [m]. ¶ *Et esse cum Christo*] i. e. In Christi custodia, quoad partem potiorem, Act. 7. 59. Nihil hinc de loco definiri potest. Polycarpus in Epistola Philip. inscripta, ὅτι εἰς τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς τόπον εἰσὶ παρὰ Κυρίῳ. Hieron. *Scimus Nepotianum nostrum esse cum Christo & Sanctorum mixtum choris* [n]. Significat, beatitudinem nostram esse in bonis Christi, atque eorum esse participem [o]. Fideles in hac vita sunt *in Christo*, & *Christus in illis*, 2 Cor. 13. 5. Eph. 3. 17. 1 Joan. 4. 13. at *cum Christo esse* dicuntur tantùm qui in cœlo sunt præsentes apud Dominum, 2 Cor. 5. 8 [p]. ¶ *Multò*, &c. Πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον] *Multò magis melius*, Mo. Comparativum duplicat, ut vehementem excessum significet, q. d. Infinitis partibus melius quàm permanere in carne [q]: q. d. quia hoc mihi jucundissimum esset [r]. Hoc dicitur per Appositionem †, de toto eo quod præcessit, q. d. quod quidem mihi multò est melius [s]: vel, cupio solvere, & esse cum Christo; rem sanè longè mihi meliorem [v]: quia sic scilicet futurum erat ut Paulus *requiesceret à* tot *laboribus*, Apoc. 14. 13 [x]. Scholia construunt cum participio ἔχων repetito ἀπὸ κοινοῦ, quod etiam conjungunt cum sequentibus, Habens hoc (scil. esse cum Christo) pro re multò mihi meliore, sed manere in carne ἔχων, habens, pro re magis necessaria propter vos. Vel, resolvatur per verbum *est*, & subintelligatur, vel ὅ, quoniam id *melius est*, vel γὰρ, nam hoc—*melius est* [y]. *Nam id longè optimum* (vel, *valde multò melius*, Be. Pi.) *est*, P. Γὰρ non est in meo cod. vetustiss. legit autem Amb [z]. *Multò longéque melius est*, Er. Ti.

24. *Permanere autem in carne*] i. e. In hoc mortali corpore, ut suprà v. 22 [a]. in hac vita hærere [b], & Evangelicis laboribus insistere [c]. ¶ *Necessarium*] Græcè, *Magis necessarium* est, Be. Pi. Zan. Non dicit, minus bonum, sed quasi bonum aut desiderabile non esset, dicit *necessarium* [d]. Sentit se è duobus coarctari, quorum alterum desideret, alterum verò necessarium judicet [*]. ¶ *Propter vos*] i.e. Ad vestram utilitatem, salutem, & incrementum pietatis, ut pòst explicat v. 25 [f]. ut vos pleniùs doceam de Christo [g]. Non Philippenses tantùm, sed & alios Christianos hoc nomine complectitur [h]. Et quia id vobis magis necessarium est, præferendum est privato meo commodo [i].

25. *Et*, &c. Καὶ τοῦτο πεποιθὼς οἶδα] *Et hoc confisus* (vel, *persuasus*, Er. T. à Spiritu Sancto [k], scilicet esse magis necessarium vobis ut vivam [l]: vel, *certò*, Er. Ti. V. πεποιθὼς pro πεπεισμένως [m]. Pellit omnem dubitationem [n].) *novi*, P. Be. Pi. &c. q. d. Hoc omnino mihi persuadeo [o]. Non de certa & infallibili, sed de probabili tantùm, scientia loquitur; cùm constet rem aliter cecidisse [p]. Non dicit, scire se diu mansurum, sed dicit, se ità sibi esse conscium, ut quia videat suam vitam Christianis multis adhuc necessariam, ideo magis speret se in vita, quamvis molesta, mansurum, & ad ipsos rediturum [q]. Πεποιθὼς οἶδα idem quod οἶδά με πεποιθέναι, *scio me hoc sperare*, i. e. malle [r]. Et persuasionem, sive spem suam, & desiderium indicat. Πεποιθὼς est *cum fiducia sperans*, ut suprà v. 6. Respondet voci Hebrææ בטח, quod verti solet ἐλπὶς, sed 2 Reg. 18. 20. πεποίθησις, *persuasio*, *fiducia*. Sic 2 Cor. 1. quod ἐλπίζω, *spero*, v. 13. est ἐν ταύτῃ τῇ πεποιθήσει, *in hac persuasione*, v. 15 [t]. ¶ *Manebo*, & &c. Καὶ συμπαραμενῶ, &c.] *Et unà permansurus sim* (in vita scilicet [v].) *cum vobis omnibus*, P. sim. Be. Pi. scilicet Philippensibus [x]; vel, *omnibus* in Christum credentibus [y]: cum quibus adhuc familiariter versabor [z], eis tum voce, tum scriptis inserviens, licèt captivus sim. Plures certe epistolas Ecclesiæ debent Pauli vinculis quàm libertati [a]. Hinc patet, Epistolam hanc scriptam esse è primis vinculis, non è secundis; nam è primis fuit liberatus Paulus, in secundis à Nerone occisus [b]. *Ad*, &c. Εἰς τὴν ὑμῶν προκοπὴν καὶ χαρὰν τῆς πίστεως] *Ad vestrum profectum* (majorem scilicet: vide suprà v. 12. & 1 Tim. 4. 15 [c].) *& gaudium fidei*, P. Be. Pi. vel, 1. passivè, quod ex fide promanat [d]: vel, 2. activè, quo (ex Pauli reditu & præsentia accepto [*];) illorum fides confirmanda erat [f], cùm felicem viderent illius captivitatis exitum [g]; adeóque se in eum credere qui est verus Servator, suos potenter servans, &c [h]. quò majori cum gaudio conjuncta sit fides vestra [i]: vel, gaudium meum de fide vestra [k]. Sed illud, *fidei*, quod quidam cum *gaudio* tantùm conjungunt, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ad *profectum* etiam referendum est [l].

26. *Ut*, &c. Ἵνα τὸ καύχημα ὑμῶν, &c.] *Ut gratulatio* (vel, *gloriatio*, Er. P. Be. E. &c. Καύχημα hic, ut & alibi, est ἀγαλλίαμα, *exsultatio* [m].) *vestra* (vel, 1. activè, quâ de me gloriamini [n]: q. d. Ut, cùm liberatus fuero, possitis affatim de me gloriari, vobísque gratulari [o]. Vel, 2. passivè, quâ de vobis glorior [p]: Qui sensus modestior est [q].) *abundet in Christo Jesu* (i. e. quâ gloriabimini, animis occupati in consideratione Christi, cujus beneficio liberatus sum: præp. ἐν hîc notat objectum [r]: vel, *de Christo Jesu*, V. quâ de Christo, ejúsque potentia & bonitate gloriari soletis †: vel, *per Christum Jesum*, G. tanquam boni hujus auctorem [t]; vel, *in Christo*, i. e. Christo bene juvante me [v].) *in me*, Vulg. vel, *de me*, P. Be. Pi. &c. liberato & ad vos reverso, tanquam in speculo potentiæ & curæ Christi de suis [x]: vel, *propter me*, meâ causâ [y]. ¶ *Per*, &c. Διὰ τῆς ἐμῆς παρουσίας πάλιν πρὸς ὑμᾶς] *Per meam rursus apud vos præsentiam*, Pi. sic P. Be. i. e. quum vobis fuero restitutus [z]. Explicat illud, ἐν ἐμοί, q. d. Ut possitis ex insperato meo reditu agnoscere quanta sit potentia & cura Christi de suis [a].

27. *Tantùm*, &c. Μόνον ἀξίως—πολιτεύεσθε] *Tantùm* (Sic construunt cum superioribus, q. d. Ego quidem non dubito quin ad vos redibo, &c. hoc interim à vobis requiritur [b]: hoc tantùm moneo in præsentia [c]: Quæ ad salutem vestram pertinent, quod ad Deum attinet, ferè peracta sunt, & reliqua Deus perficere perget, me eripere & ad vos redire constituit, &c. Quid interim restat, dum ego veniam ad vos? quid à vobis exigitur? hoc tantùm [d]. Transit ad exhortationem, q.d. De me nè sitis soliciti, tantùm hoc curate [*].) *dignè* (vel, *ut dignum est*, P. Pi. *ut convenit*, Be. *convenienter*, Gom.) *Evangelio Christi* (i.e. sicut exigit Evangelium [f], in cujus communionem vocati estis. Est ergò argumentum ab honesto, ut dignè vivant illo, i.e. professione suâ [g].) *vos gerite*, Mo. P. Be. &c. vel, *conversemini*, Er. Il. Ti. *ambulate*, Ar. *vitam agite*, Ca. i. e. Vita vestra Evangelio respondeat [h], ut hoc ex illa honoretur [i]. Verbum hoc est emphaticum, quo tota Christianorum vita seu conversatio tanquam civium cœlestis Hierosolymæ denotatur [k]: q.d. Tanquam veri cives regni cœlorum vitam vestram conformate ad doctrinam Evangelii [l]. Vide Act. 23. 1. & Phil. 3. 20 [m]. Πολιτεύεσθε locutione bene Græcâ significat *vivendi rationem*, התהלך, ut Act. 23. 1. Hinc πολιτεία frequens vox Chrysostomo & aliis pro *vitæ instituto*. Est translatio ducta à civibus qui secundum civitatis suæ leges vivunt [n]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα εἴτε—ἀπὼν ἀκούσω τὰ περὶ ὑμῶν, ὅτι στήκετε—συναθλοῦντες τῇ πίστει, &c.] *Ut sive veniens & videns vos*, (i. e. sive præsens sim [o], quod velim [p]:) *sive absens*, (quod fieri potest [q]:) *audiam* (vel, *cognoscam*, ut ἀκούειν interdum accipitur [r]:) *quæ de vobis*, (vel, *de vobis*, Vulg. Sy. Legerunt περὶ ὑμῶν, quod forsan rectius †: vel, *de rebus vestris*, P. Be. Pi. vel, *ea quæ sunt de vobis*, Er. τὰ, i. e. ταῦτα, hæc quæ sequentur. Simile loquendi genus Rom. 11. 29 [t]. sub. *videlicet*, Be. vel, sub. *audiam* vel *videam*, vel, sub. *gaudeam*, Zan.) *quia* (vel, *quòd*, P.) *statis* (vel, *perstetis*, Zan. sic Be. Pi. i.c. perseveratis [v], scilicet in Christo, seu in doctrina Evangelii †. *Standi* verbum athletis convenit, gradum servantibus, à quibus sumpta est translatio, quam persequitur ad finem usque capitis [x]:) *in uno spiritu*, (i.e. vel, 1. in pari religionis fervore [y], pariter affecti: nam πνεῦμα *affectum* significat 1 Cor. 4. 21. & alibi sæpe [z]. Vel, 2. in una intelli-

Marginal notes (left column): g Ga. ib. 78. sim. Er. — h Zan. sic Er. Vor. Pi. Ham. Ga. — i Ga. — k Pi. — l Ga. ib. — m E. — n G. — o E. — p Zan. — q E. — r Me. sic T. — † G. Zan. — s G. — v Zan. — x G. — y Zan. — z Be. — a G. sic Zan. Be. — b Me. sic Be. — c Me. T. — d E. — * E. ex Aug. — f Zan. — g Pi. — h G. — i Me. T. — k Zan. — l Zan. ex Græcis. sim. T. — m Cas. — n Zan. ex Græcis. — o E. — p Vor. sim. Be. E. — q G. — r G. sic Ham. — t Ham. — v E. — x Zan. — y G.

Marginal notes (right column): z Zan. — a Be. — b Me. sim. Zan. E. — c G. — d Zan. sic Be. — * Zan. — f Zan. sic Be. — g Be. — h Zan. — i G. — k V. — l Zan. — m G. — n Zan. — o Q. in E. — p Q. in Zan. E. ex Græcis. — q E. — r Pi. — † Zan. — t G. sim. E. — v Me. — x Zan. — y G. — z Pi. — a Zan. — b Zan. ex Græcis. — c Me. — d Zan. — * E. sim. Pi. — f V. sim. Pi. Zan. — g Zan. — h E. Me. — i E. — k Vor. — l Zan. — m Be. — n G. — o E. — p G. — q Idem. — r Zan. — † Be. — t G. — v V. — † Zan. — x Be. — y V. Me. — z G.

gentia, sive sententia [a]: πνεῦμα hîc mentem, sive judicium mentis notat [b]. Vel, 3. per Sp. Sanctum [c], qui *unus* tantùm est & per se, & in omnibus fidelibus [d], vel, per afflatum ejus [*]; vel, per unum ejus Donum, scil. charitatis & concordiæ, quod præcipuum est donum Spiritûs Sancti [f]. Significat, perseverantiam non esse ex nostris viribus aut meritis, sed merum esse donum Spiritûs Sancti [g]. Vel, 4. concordes, maximè in doctrina [h] Evangelii, quod *spiritus* vocatur 2 Cor. 3. 6 [i].) *uno animo* (i. e. unâ voluntate [k], in pari mutuæ charitatis studio [l], unanimes sive concordes [m], amantes vos mutuò [n]. Ψυχὴ hîc est *voluntas* seu *affectus*, ut sensus loci sit, q. d. Non tantùm in negotio religionis idem sentientes, verùm etiam ex animo sese invicem diligentes. Confer Act. 4. 32 [o]. Vel, q. d. Usque adeò augeatur in vobis spiritus charitatis, ut sit omnium vestrûm ceu anima una, juxta Act. 4. 32 [p].) *collaborantes* (id est, labores sustinentes [q]: vel, *adjuvantes simul*, vel, *pariter decertantem*, Il. Ti. sic Er. vel, *pariter decertantes*, P. Amb. in Er. & *simul decertetis*, Tre. ex Sy. *concertantes*, Be. P. Er. *certantes quasi facto agmine* contra hostes Evangelii [r]: vel, *unà certantes*, Pi. vel, 1. unà cum fide [*], quæ in nobis pugnat [†], periclitatur, & velut in certamine versatur [t]: nos ergò nè simus otiosi [v]; qu. d. adjuvantes decertantem fidem, hoc est, doctrinam Evangelicam, quæ quidem tum certare intelligitur, quum pro ea certant fideles, &c. Est autem in verbo συναθλεῖν argumentum ab eventu utili, videlicet à præmio athletis fortiter pugnantibus dato, quod ἆθλον dicitur, ut alibi βραβεῖον [||]. Vel, 2. unà nobiscum [x], in hoc certamine adjuvantes nos [y]: vel, 3. vos omnes simul [z], vos mutuò adjuvantes in certamine [a], conjunctis viribus decertantes, suo quisque modo, & pro sua quisque virili; alii precibus, alii prædicationibus, alii scriptionibus, omnes confessione & tolerantiâ, &c [b]. συναθλεῖν, יחד התחזק [c].) *fidei* (vel, *cum fide*, Ca. Pi. *pro fide*, E. Me. Æth. V. Vor. Q. in Zan. hoc est, pro religione Christiana; ut fides sit non instrumentum quo pugnemus, sed res pro qua pugnandum: τῇ πίστει, *pro fide*, ut dicimus, *militare Gallo*, vel, *Cæsari*, id est, pro Gallo, pro Cæsare [d]: ut τῇ πίστει sit idem quod ὑπὲρ τῆς πίστεως [*]: vel, *fidem*, Er. Ti. vel, *per fidem*, Tre. ex Sy. Ar. Il. Be. Zan. tum internam, tum externam, sive fidei confessionem, & verbis & factis [f]: fide armati: confer Eph. 6. 14 [g]. ídque per fidem habitam & servatam Evangelio [h]: vel, fide freti, id est, doctrinâ Evangelii, seu verbo Dei, ut *fides* accipitur Gal. 1. 23. 1 Tim. 4. 1 [i]. Al. *Fides* pro fiducia accipitur [k].) *Evangelii*, Mo. &c. id est, quæ fides Evangelio, ac proinde invicto Christi robore, nititur [l].

28. *Et*, &c. Καὶ μὴ πτυρόμενοι, &c.] *Et* (sub. *videam*, vel, *audiam quod vos*, ut hoc construatur cum ὅτι στήκετε συναθλοῦντες [m].) *non* (vel, *nihil*, G.) *territi* (vel, *territos*, Be. Pi. *turbati*, sive *tumultuantes*, Er. *turbemini* aut *tumultuemini*, Rev. ex Val. *terreamini*, Er. Il. Ti. P. Tre. ex Sy. *percellamini*, Ca. ità scilicet ut animi vestri constantia labefactetur [n], vel, ut terga vertatis hosti desertâ veritatis defensione [o]. In Glossario, πτύρομαι, *trepido*, *terresio*. Utitur Plutarchus hâc voce de equo *consternato* [p]. Alludit ad morem gladiatorum, qui adversarium terribili insultu & gestu ad terrendum illum planè composito aggrediuntur [q].) *in ullo* (vel, *ulla in re*, Be. Pi.) *ab adversariis*, Mo. vel, *hostium minis*, G. vel, *ab iis qui se opponunt*, P. Be. Pi. h. e. Vel, 1. ab hæreticis præfractis [r], qui diu & pertinaciter veritati se opponunt eique cedere nolunt; qui armis suis pugnant, hoc est, sophismatibus, calumniis, anathematismis [†]. Vel potiùs, 2. ab infidelibus [t], qui vos persequuntur [v], ferro & igne [x]. ¶ *Quæ*, &c. Ἥτις—ἔνδειξις, &c.] *Quæ*, (vel, *Quæ res*, Ar. *Quod*, P. Be. Pi. Ca. Mo. hoc est, quòd vobis adversantur [y]. Dixit ἥτις, non ὅπερ, ob seq. ἔνδειξις, quamvis complexui orationis referendo neutrum genus soleat potiùs usurpari. Vide Eph. c. 3. v. 13 [z]. ἥτις, subaudi, ἐπιχείρησις αὐτῶν.) Complectitur & conatum ac pugnam hostium contra veritatem, & simul nostram perseverantiam ac fortitudinem; q. d. Quòd illi veritatem ac nos pertinaciter oppugnent, & quòd nos contrà non territemur, hæc, inquam, res [a].) *illis quidem*, *est causa*, (vel, *occasio*, Amb. in E. *Ostendere* in Scriptura sæpe pro *facere*, vel *exhibere*, accipitur [b], ut Psal. 4. 7 [c]. & 1 Tim. c. 4. v. 14 [d]. vel, *ostensio*, Er. Zeg. *indicium*, P. Be. Pi. Zan. *argumentum*: nam הראה vertitur ἐνδείκνυμι. Hesychius, ἔνδειξις, ἀπόδειξις [*], ἔνδειξις, id est, ἔμφασις, apertum & planum testimonium [f]: vel, *demonstratio*, manifestissimum atque certissimum signum & argumentum [g].) *perditionis*, (nisi eos Deus misericordiâ suâ dignetur: quod rarò fit [h].) *vobis autem*, *salutis*, Er. Il. Ti. &c. id est, vestra hæc constantia & defensio cedet vobis in salutem [i]. Cùm videant minas suas nihil proficere, vos autem in mediis malis à Deo sustentari, inde capere argumentum debent quis futurus sit utrorumque exitus [k]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τοῦτο, &c.] *Et hoc* (vel, *Idque*, P. Be. Pi.) *à Deo*, Mo. Er. &c. id est, Ipso Deo auctore, bonos promovente ad salutem, malos puniente ac damnante [l]. Omnia hæc eveniunt Deo sic dispensante [m]. Τοῦτο referendum, vel, 1. ad proximum membrum, *vobis autem*, *salutis*, qu. d. hoc quòd patiamini pro Christo [n], quòd non terreamini, sed constantes sitis [o]. Hunc sensum confirmant & explicant sequentia [p]. Vel, 2. ad utrumque membrum [q]: nempe quòd & illi sese opponant veritati, & quòd vos fortiter in ea persistatis, & pro ea patiamini; utrumque à Deo est, cujus singulari providentiâ excitantur hostes qui pios vexent simulque in fide & patientia exerceant: vide Job. 1. 21. Prov. 16. 4. & cujus gratiâ fit nè pii terreantur, &c. Non est ergò quòd aut fortiores insolescant, aut infirmiores timeant, cùm à Deo constantiam & perseverantiam impetrare possint [r].

29. *Quia*, &c. Ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, &c.] Est pleonasmus, ut rectè vidit Syrus. Satis enim fuerat dixisse, ὑμῖν ἐχαρίσθη οὐ μόνον τὸ εἰς Χριστὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ πάσχειν [†]. Illud, τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, positum fuit ut conjungeretur cum πάσχειν, qu. d. *ut pateremini pro Christo*; hoc enim solùm superiorem sententiam confirmat: sed interpositum fuit ex abundantia Spiritûs Sancti in Paulo, ut solet, illud, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ, & mox resumptum illud de dono patiendi, ὑπὲρ Χριστοῦ [t]. [Verba sic reddunt:] *Quia vobis donatum est* (nempe ex gratia, hoc est, gratuita benevolentia, Dei, non vestro merito [v]. Egregium Dei munus est pro Christo pati [x], ídque longè majus quàm donum miraculorum: pro hoc enim dono debitor sum Deo, pro illo debitorem [ex pacto scilicet vel promissione ipsius,] habeo Christum. O rem admirandam! & donat mihi, & super hoc ipse debet mihi [y].) *pro Christo*, (ut illud, ὑπὲρ Χριστοῦ, referatur ad extremum verbum, *patiamini*, per hyperbaton [z]; quod sic ordinandum est, ut non solùm in Christum credatis, sed etiam ut pro Christo patiamini, ut Syrus accipit [a]: vel, *à Christo*, ut sit ὑπὲρ pro ὑπὸ [b]. Sed aliena est hæc præpositionis interpretatio, & articulus τὸ præfixus repugnat huic constructioni [c]. Vel, *in Christi negotio*, P. Be. Pi. Zan. Vor. ut sit Ellipsis præpositionis κατὰ, ut suprà v. 21 [d]. Ad verb. *in eo quod pro Christo* suscipitur, Be. vel, *quod attinet ad Christum*, Camer. περὶ pro ὑπὲρ [*] qu. d. κατὰ τὸ περὶ τοῦ Χριστοῦ πρᾶγμα, ut sit Ellipsis gemina, & heterosis præpositionis [f]: ut sensus sit, Quod ad alia hujus vitæ negotia attinet, aliis multis multa donantur à Deo, sed quod ad negotium Christianum attinet, vobis hoc datum, non omnibus, juxta Matth. c. 13. v. 11 [g]. Illud τὸ refertur ad sequentia, τὸ πιστεύειν, καὶ τὸ πάσχειν, & sic legendum, Vobis donatum est propter Christum τὸ· quid τὸ? non solùm τὸ πιστεύειν, sed etiam τὸ πάσχειν [h]. Al. Vobis donatum est τὸ, id est, τοῦτο· quid? non solùm credere, &c [i]. Sic satis benè fluit oratio [k].) *non solùm ut in eum* (id est, ei: nam εἰς respondet literæ Heb. ל [l]:) *credatis*, (id est, in eo confidatis [m], in eum fiduciam collocetis [n]: ut dicitur Psal. 146. v. 3. Nè confidite in principibus [o]. Non dicit, *ut crederetis*, sed *ut credatis*, nempe etiam nunc; ut significaret, non initium duntaxat, sed & continuationem & incrementum, esse à Deo, adeóque totam salutem esse gratuitam [p]. Hinc constat contra Pelagium, & patientiam

entiam esse Dei dona [q]. Sicut fides dicitur *Dei donum* Eph. 2. 8. sic etiam occasiones illæ pro Christo dura patiendi, qui honos summus [r]. *Christo credit* qui eum credit vera dicere †: *In Christum credit* qui per Christum accepturum se confidit vitam æternam [t]. *) verumetiam ut pro illo* (vel, *ipsius causâ*, i. e. pro Evangelii confessione [v]: *) patiamini*, Er. Ti. &c. Ut quis verè pro Christo patiatur, hoc requiritur, ut nempe patiatur, h. e. passionem æquo & forti animo perferat; idque tum, 1. propter Christum, non propter scelera; tum, 2. ex vera fide & dilectione Christi, non propter vanam gloriam, aut ex levitate, avaritia, &c [x].

30. *Idem*, &c. Τὸν αὐτὸν ἀγῶνα, &c.] *Idem certamen* (Sic dicit quod ex eadem venit causa [y]: h. e. simile certamen [z]. *Certamen* appellat, patientiam adversorum, quia qui patitur certat & pugnat, nè per impatientiam superetur [a].) *habentes* (vel, *sustinendo*, Be. Pi. Participia respondent Hebræorum infinito modo, pro quo Latini gerundii modum usurpant [b]: q. d. Idem certamen certatis pro Evangelio, quia pro eo persecutiones, exilia, carceres, &c. passi estis [c]. Est hic Nominativus ἔχοντες pro Dativo ἔχουσι, qualia & apud Homerum nonnulla [d].) *quale vidistis in me*, (olim Philippis *. Tangit historiam quæ est Act. 16. 19, &c [f].) *& nunc auditis in* (vel, *de*, G. ex Sy. Be. Pi. Vulg.) *me*, Er. P. &c. Romæ [g]. Vincula sua intelligit [h]. Hortatur eos ad patientiam exemplo suo [i].

[q] E. [r] G. † G. sim. Zan. [t] G. [v] Camer. [x] Zan. [y] G. [z] T. sic E. [a] E. [b] Be. [c] Me. [d] G. * E. Me. T. [f] G. sim. Zan. [g] Me. T. [h] G. E. [i] Zan.

CAP. II.

1. *Siqua*, &c. Εἴ τις οὖν παράκλησις ἐν Χριστῷ] *Siqua igitur est consolatio* (vel, *confirmatio*, Ca.) *in Christo*, P. Be. Pi. &c. Valde & blanda & παθητικὴ ratio. *Si interdum* vehementer adfirmat, *Si bene quid de te merui*. Magna enim sunt quæ à Christo habemus solatia [a]. Παράκλησις significat, tum, 1. *hortationem* [b]; ut sensus sit, Siqua hortatio vobis facta in nomine Christi apud vos valet [c]; tum, 2. *consolationem*, & accipitur, vel, 1. activè [d], q. d. *Siqua* in vobis erga me est *consolatio*, vel consolandi effectus, &c. si vultis me vinctum & afflictum solari in Christo, h. e. in negotio Christi [f], cujus ego sum Apostolus [g]; si quid est in vobis pietatis, quâ possitis aut me aut alios in Christo & propter Christum afflictos consolari [h], hoc certè debetis mihi, &c [i]. *Si qua —— est consolatio in Christo*, i. e. Christiana, sive quæ ab iis proficisci possit qui sunt in Christo [k]; vel, *in Christo*, i. e. in iis qui eundem Christum colunt [l]. Vel, 2. passivè, q. d. Siqua vobis in Christo existentibus est consolatio adversus vestras afflictiones, cùm eam accepistis per meum ministerium, annon debetis eam mihi expetenti & indigenti communicare [m]? ¶ *Siquod*, &c. Εἴ τι παραμύθιον] *Siquod solatium* (ut verbum sumitur Joan. 11. 19. 1 Thes. 2. 12. & 5. 14. Propriè est *alloquium*, quo afflictos solamur, unde Syrus hîc vertit, *locutio super cor*: loqui ad cor, est loqui ea quibus cor recreatur [n].) *charitatis*, sive *dilectionis*, P. Mo. Be. Er. Ca. &c. i. e. ab iis qui diligunt [o], vel, ex charitate profectum [p], quod vultis mihi impendere [q]. Mutua Christianorum dilectio magnum est in malis lenimentum [r]. Siqua in vobis sit erga me charitas, quâ me solari cupitis †. ¶ *Siqua* (vobis scil. mecum est [v]:) *societas* (vel, *communio*, Er. P. Be. &c. *communicatio*, E.) *spiritûs*] Vel, 1. spiritûs humani, ut Phil. 1. 27 [v], q. d. Siqua animorum communio [x], si mecum estis unus spiritus per consensum & charitatem [y]: vel, 2. Spiritûs S [z]. q. d. Siquis sit Spiritus Sanctus omnibus Christianis communis [a]: Si inter vos ipsos, & inter vos & me, verè sit κοινωνία spiritualis sub uno capite Christo per unum Spiritum conciliata, eámque κοινωνίαν mihi declarare cupitis [b]. Olim *pagani* dicti qui de eodem bibebant fonte: quantò major conjunctio eorum qui de eodem bibebant Spiritu? 1 Cor. cap. 12. v. 4 [c]. ¶ *Siqua viscera* (i. e. si quis intimæ charitatis sensus [d], intimi ac tenerrimi affectus, qui sedem habent in visceribus, ac potissimum in corde. Meton. subjecti *.) *ac miserationes*] Prima vox metaphorica est [f], hanc ergò addit explicationis gratiâ [g]: q. d. Si quis pius ac misericors affectus ad sublevandos afflictos [h], vel erga me Apostolum vestrum vinctum, &c [i]. Σπλάγχνα sunt *affectus* quivis, οἰκτιρμοὶ *affectus circa calamitosos*. Ità hæc explicanda ubi pariter ponuntur. Alioqui & generale illud in significatione speciei sumitur. Magna autem hæc sunt inter verè Christianos [k].

[a] G. [b] Zan. [c] Q. in Zan. Vor. [d] Zan. ex Chrys. * T. [f] E. Me. [g] E. [h] Zan. ex Chrys. [k] Zan. sic Er. [l] Be. sim. Vor. [l] V. [m] Zan. ex Græcis. [n] Zan. [o] V. [p] E. Me. sim. Zan. [q] T. sim. Zan. [r] G. † Zan. [t] T. Me. sim. E. [v] E. [x] T. [y] E. [z] Me. Zan. [a] V. [b] Zan. [c] G. [d] Be. * Vor. [f] Zan. [g] Zan sin Camer.

2. *Implete gaudium meum*] Eadem locutio Joan. 3. v. 29 [l]. q. d. Gaudium concepi ex præclaris vestris initiis [m], ex vestra constantia in fide, tolerantia, &c. quod tamen ex vestris dissidiis imminutum est: vos ergò illud explete, vestro in pietate profectu [n], vestrâ consensione, charitate, &c [o]. Gaudium, quo me credendo & collaborando Evangelio afficere cœpistis, cumulate [p]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε—σύμψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες] *Ut idem sapiatis*, (vel, *sentiatis*, Er. V. *Ut* explectivè sumitur, q. d. Implebitis gaudium meum [q], si idem sapiatis [r], i. e. & intellectu & voluntate consentientes, si eadem & velitis & credatis †. *Ut idem habeatis propositum*, Rom. 12. 16. & 15. 5. 2 Cor. 13. 11. Vide Phil. 3. 15 [t]. Ut sitis concordes [v]. *Ut eodem sitis affectu*, Be. sim. P. Pi. Zan. Ut consentiatis in fide & charitate, & rebus civilibus, &c. φρονεῖν enim ad omnes animi actiones refertur [x], tam ad voluntatem quàm ad intellectum [y]. Al. Non tam opinionum quàm animorum consensionem notat: Confer Phil. 3. 15 [z].) *eandem charitatem habentes*, (i. e. charitatem mutuam [a], & parem [b]; q. d. pares in mutua dilectione [c], nè eum remissè diligas qui te multùm amat [d]. Vel, q. d. τὸ αὐτὸ ἀγαπᾶν, i. e. diligite easdem res, eandem Ecclesiam & doctrinam, eundem Christum, eosdem prædicatores, &c. Ex tali enim amore alitur consensio & concordia, ut contrà ex diversis amoribus distrahuntur homines in diversa consilia & studia. Hic sensus cum præced. & subseq. congruit. Sic & eandem fidem habere dicuntur qui eadem credunt *.) *unanimes*, (Idem quod μιᾷ ψυχῇ Phil. 1. 27 [f]. & Act. 4. 32. conjuncti animis, sententiis, voluntatibus, studiis [g]: unum idémque sentientes. Nihil ergò hîc diversum à præced. sed est interpretatio præced. & inculcatio ejusdem rei [h].) *idipsum* (vel, *unum*, sive *idem*, Er. V. Pi.) *sentientes*, Vulg. &c. vel, & *sententiis uni*, P. Be. A voluntatum conjunctione transit ad doctrinæ consensum, ut plena justaq; sit concordia [i]. Φρονεῖν hoc sensu occurrit Phil. 1. 7 [k]. τὸ ἓν φρονεῖν idem est quod suprà τὸ αὐτὸ φρονεῖν [l]. Sed malim illud esse & explicationem hujus & causam: docet quomodo possumus dici τὸ αὐτὸ φρονεῖν, nempe si simus τὸ ἓν φρονοῦντες; si unum sentiamus, si unum Christum unámque doctrinam retineamus, &c [m]. [G. hæc verba cum sequenti versu nectit, hoc modo, *Hoc unum studentes*, maximè scilicet, *nè quid contentiosè*, &c.]

3. *Nihil*, &c. Μηδὲν κατὰ ἐριθείαν, ἢ κενοδοξίαν] *Nihil* (sub. *agentes*, Pi. sic Camer. Be. Vor. *agatis*, G. *gerite*, P. Al. *Nè quid* fiat, Er. Ti. Sed non hîc loquitur de factis, sed de affectibus animi, unde facta oriuntur: repetendum ergò ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ex v. 2. φρονοῦντες. Docet enim, quomodo possimus ἓν φρονεῖν, nempe si nihil per contentionem, &c. sentiamus [n]: vel, huc trahendum est verbum sequens, ἡγούμενοι [o].) *per contentionem* (vel, *contendendi libidinem*, quâ dissensionibus & singularibus sententiis delectatur [p]: vel, *irritationem*, Amb. in Er. quâ quis alios ad lites provocat [q]. *Contentionem* hîc vocat eam verborum pugnam quæ non veritatis aut justitiæ studio suscipitur, sed *inanis* gloriæ, studio [r], quam proinde, ut illius matrem, subjungit †.) *aut inanem gloriam*, P. Be. Pi. ex qua quis facilè ad contentiones & nova dogmata devolvitur. Duas hîc notat causas dissensionis & discordiæ [t]. Idem [hîc dicit] quod Gal. 5. 26. Μὴ γινώμεθα κενόδοξοι, ἀλλήλους προκαλούμενοι. Adde 2 Cor. 12. 20. Jac. 3. 16. In MS. hîc est τὸ αὐτὸ φρονοῦντες [v]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν] *Sed modestiâ* (vel, *ex modestia*, P. Pi. *cum animi submissione*, Be. *per humilitatem animi*, Er. Il. Ti. Hanc opponit duobus vitiosis affectibus præced. eámque verbis seq. definit: est enim virtus quâ quis de se abjectè & viliter, de aliis verò excellenter, sentit. Est autem humilitas mater consensionis, &c *.) *alii alios arbitrantes*, sive *existimantes*, (verè scilicet & ex animo judicantes [y]:) *superiores sibiipsis*, Mo. vel, *se præstantiores*, Er. Il. P. &c. *sibi præcellere*, Be. Hoc est modestiæ ingenium, de aliis magnificentiùs semper quàm de se opinari [z]. Vult ut majores

[h] V. sim. Zan. [i] Zan. [k] G. [l] Idem. [m] E. [n] Zan. [o] Zan sic. T. [p] Me. [q] E. [r] E. Me. † E. [t] G. [v] Er. [x] Zan. [y] Zan. Be. [z] Zan. [a] E. Me. [b] Be. E. Me. [c] G. [d] E. Zan. ex Chrys. * Zan. [f] G. [g] Zan. [h] E. [i] Be. [k] Pi. [l] Græci in Zan. [m] Zan. [n] Zan. [o] Vor. [p] Zan. [q] Me. sic Er. [r] E. † E. ex Th. [t] Zan. [v] G. * Zan. [y] E sic Zan. [z] G.

majores hoc sentiant de minoribus, doctores de discipulis, præstantiores de deterioribus. Qu. Qui possunt illi ità de his sentire sine mendacio? annon hoc est dicere bonum malum, & malum bonum [a]? Resp. 1. Debet quisque vitia sua diligenter excutere, aliorum verò vitia tegere pallio charitatis [b]. Hinc ampla humilitatis [& charitatis] materia [c]. 2. Non agitur de donis, v.g. doctrinæ, eloquentiæ, &c [d]. sed de virtute ac probitate [*]; in qua alium te præstantiorem verè sentire possis: quia licèt videas eum te esse in externis actionibus pejorem, interna tamen non vides, nec qualis sit apud Deum [f]: tu alium castitate antecellis, ille te forsan patientiâ, mansuetudine, humilitate, pietate, charitate. 3. Hæc cogitatio, quia non absolutum habet judicium, sed partim suspensum, partim negativum, quo dicitur, fortè ille melior non est; non me illi præfero, quia nec occulta cordis mei vitia video, vacua est ab omni errore. 4. Potest sic intelligi, ut dum dicit, *superiores*, accipiamus eos quibus debemus subservire, eorum saluti studendo, & quibus nos libenter velimus submittere, quatenus Dei honor, vel illorum salus, exigat. Huic sensui quadrant sequentia; tum illud, *Non quæ sua sunt*, &c. tum Christi exemplum, &c [g].

4. *Non*, &c. Μὴ τὰ ἑαυτῶν ——— σκοπεῖτε, &c.] *Ne sua quisque* (vel, 1. dona. Superbiæ causam ostendit, quòd homines seipsos tantùm suásque dotes, suum ingenium, suam eruditionem, &c. contemplantes admirantur, propriis vitiis dissimulatis, contrà verò, aliorum dotes & virtutes clausis oculis prætereunt, eorúmque nævos amplificant, ideóque eos contemnunt [h]. Vel, 2. privata commoda [i]. Sic apparet fontem dissidiorum, nempe φιλαυτίαν, h.e. amorem proprii honoris & commodi, conjunctum cum aliorum contemptu [k].) *spectetis*, (vel, *consideretis*, E. ex Vulg. *respicite*, Be. præ oculis habete velut scopum [l]: quod maximè est naturale. *Egomet mibi proximus* [m].) *sed unusquisque etiam* (Illud καὶ emphasin habet: neque enim vult ut nos aut nostros negligamus, &c [n].) *quæ sunt aliorum*, P.Be.Pi. Quod societati quidem humanæ aliquatenus congruit; sed in Evangelio in summo quodam gradu præcipitur, præsertim in rebus illis in quibus salus aliorum æterna vertitur, cum qua omnia bona terrena comparari nequeunt. In MS. est, ἀλλὰ καὶ τὸ ἕτερον ἕκαστοι τοῦτο φρονεῖτε [o]. Sensus est, Nemo communi utilitati sive saluti omnium rem privatam anteponat [p].

5. *Hoc*, &c. Τοῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν, &c.] *Hoc enim* (est ἀπολογία ejus quod dixerat, ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε, i.e. *ut pariter sitis affecti*. Quibus affectibus? Charitatis & humilitatis? Quare? Quia Christus sic affectus fuit [q].) *sentite* (vel, *sentiatur*, Mo. Ar. Er.Be.Camer. Zeg.Zan.) *in vobis*, (i.e. hæc sit sententia vestra [r]:) *quòd & in Christo*, Vulg. E. Zan. sub. *sensum fuit*: vel, *quod & Christus*, Sy. in Zan. scilicet sensit in seipso [†]. Al. *Itaque* (γὰρ illativum, ut antè [t]: vel, *Enimverò*, P.) *is sit affectus* (nempe charitatis & humilitatis [v], de quibus hîc agitur, & proinde φρονεῖν hîc de actionibus potiùs voluntatis quàm intellectûs accipiendum [x]:) *in vobis qui fuit & in Christo*, Be. Pi. sic E. Me. T. G. Locum hunc accipiunt, vel, 1. de ipsa Christi incarnatione [y]. Sed quomodo erat in Christo affectus antequam esset homo? Resp. Iste divinæ naturæ in Filio affectus nihil aliud fuit quàm amor illius erga nos & inde ortum decretum ac voluntas carnem nostram sumendi, patiendi, &c [z]. Vel potiùs, 2. de Christi jam in carne manifestati humiliatione [a]: nam, 1. hâc ratione ei conveniunt hæc duo nomina, *Christus Jesus* [b]. Sed hæc, cùm sint nomina personæ Christi, utrique aut alteri naturæ conveniunt [c]. 2. hoc congruit instituto Apostoli: instituit autem exemplum Christi eis proponere tanquam vitæ regulam [d]: exempla autem rerum notarum & visibilium esse debent [*], qualis non est Christi incarnatio [f]. Sed hæc ratio confutatur ex 2 Cor. 8. 9 [g]. 3. φρονεῖν de homine tantùm rectè usurpatur [h]; 4. loquitur de ea humiliatione quæ sublata est per exaltationem: at incarnatio (i.e. humana natura per incarnationem assumpta,) sublata non est [i]. Verùm exaltatio opponitur humiliationi, non universè, sed secundùm quid, nempe humiliationi conditionis humanæ naturæ. Quare statuimus, Paulum hîc considerare Filium Dei etiam ut incarnandum, & duplex hîc constituere humiliationis genus, 1. in incarnati humiliatione; 2. in ipsa incarnatione & modo illius: quam, cùm singulare in ea esset charitatis & humilitatis exemplum, non verisimile est Paulum, hoc loco, ubi de eo argumento accuratissimè tractat, fuisse prætériturum, præsertim cùm eodem utatur 2 Cor. 8. 9. idque ex ipsorum [Pi. &c.] interpretatione [k].

a Zan. b Q. in Zan. sic Calv. c Calv. d Zan. * E. Zan. f Zan. g E. h Zan. i Me. sic E. Zan. k Zan. l E. m G. n Be. o G. p E. q Zan. r Camer. † Zan. t Be. v Zan. sim. Me. T. Be. Cam. Pi. x Zan. y Q. in Vor. sic plerique in Pi. z Zan. a Vor. ex Amb. Er. Luth. sic Pi. b Vor. c Gom. d Pi. sim. Vor. * Vor. sim. Pi. f Pi. g Com. h Vor. i Pi. k Gom.

6. *Qui*, &c. Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων] *Qui cùm esset* (vel, *existens*, Mo. Zan. vel, *subsistens*, Zan.) *in forma* (vel, *similitudine*, sive *imagine*, Tre. Sy. h.e. expressa Patris imago, ut dicitur Col. 1. 15. Confer Heb. 1. 3 [f].) *Dei*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. i.e. Deo similis [g]; talis qualis est Deus [h], h.e. verus Deus [i], divinâ gloriâ præditus [k]. Qu. Quid hîc μορφή? Resp. 1. Non est ipsa Dei essentia, sive natura [l], sed externa species ac figura [m]. Μορφὴ in nostris Libris non significat internum & occultum aliquid, sed id quod in oculos incurrit, qualis erat eximia in Christo potestas sanandi morbos omnes, ejiciendi dæmonas, excitandi mortuos, mutandi rerum naturas; quæ verè Divina sunt, ità ut Moses, qui tam magna non fecit, dictus ob id fuerit *Deus Pharaonis*. Vocem μορφῆς quo dixi sensu habes Marc. 16. 12. Esa. 44. 13. ubi in Hebræo תבנית. Dan. 4. 33. & 5. 6, 10. & 6. 28. ubi in Chaldæo זיו. Job. 4. 16. ubi in Hebræo תמונה [n]. [Hanc porrò sententiam sic astruunt:] 1. Non probabile est, Paulum μορφὴν in ea significatione usum fuisse quæ solis Philosophis nota erat, populo verò (cui hæc scripta sunt [o]) ignota [p]. Resp. Hanc non ignotam fuisse constat, tum ex voce conjugata, Gal. 4. 19. *donec formetur*, &c. tum ex synonymis, qualia sunt quòd Christus vocatur *imago Dei*, nempe essentialis, Col. 1. 15. *character hypostaseos Patris*, Heb. 1. 3 [q]. 2. Apparet ex cohærentia sententiæ, μορφὴν, ὁμοίωμα, σχῆμα, rem unam eandémque significare [r]. Resp. Id alibi fit, hîc autem distinctionem esse docebitur in sequent. [†]. 3. Apparet hoc ex pari [t], sive ex antithesi formæ servilis [v]. *Forma servi* denotat non naturam, sed conditionem, humanam, ut hinc patet, quia formam servi Christus deposuit exaltatione suâ, quâ factus est *dominus dominantium*, ideóque non retinet tum formam servi. Pari ergò ratione *forma Dei* non naturam significat, sed conditionem Divinam [x]; nempe gloriam seu majestatem sive auctoritatem Divinam [y], quam Christus, cùm inter homines degeret, præ se tulit, tum miracula edendo, tum cultum religiosum recipiendo [z]. Resp. 1. Christus nunquam deposuit formam servi, sed tantùm humiliationem illius formæ, h.e. naturæ infirmitates & servilem abjectámque conditionem. Et Christus, licet Dominus sit relatè ad creaturas, servus tamen est & manet relatè ad Patrem, secundùm naturam humanam, & ratione officii, Esa. 42. 1. & 49. 6 [a]. Deinde, si μορφὴ gloriam tantùm Divinam declaret, cùm tamen gloria Dei ab ipsa divinitate separari non possit, τὸ *esse in forma Dei* optimè declarat Deitatem Christi [b]. [Hæc de prima sententia.] Resp. 2. Μορφὴ, *forma*, designat essentiam & naturam [c], & proprietates naturæ [d]; idémque est quod οὐσία & φύσις [*], nisi quòd οὐσία nudam essentiam denotet, cui φύσις addit proprietates essentiales & naturales, quales in Deo justitia, potentia, &c. eisque μορφὴ addit accidentia naturam rei consequentia, & quibus quasi lineamentis οὐσία & φύσις confirmantur & depinguntur, ut in homine, esse facie ad cœlum conversâ, &c. in Deo autem (in quo nulla sunt accidentia) immensa ejus gloria, majestas, &c [f]. Μορφὴ ergò denotat essentiam Dei, non nudam, sed suis vestitam qualitatibus, & proprietatibus essentialibus, gloriâ, majestate, &c [g]. quomodo & naturam humanam cum suis quoque qualitatibus consideratam: atque hinc factum, ut μορφὴν Θεοῦ & δούλου, & ὁμοίωμα & σχῆμα ἀνθρώπου potiùs quàm Θεὸν & ἄνθρωπον diceret [h]. [Hujus sententiæ argumenta sunt:] 1. Antithesis formæ servi, quæ est natura humana; ergò forma Dei est natura Divina [i]. 2. Quòd hanc phrasin Paulus explicat per τὸ ἴσα Θεῷ. 3. Vox ὑπάρχειν nihil enim subsistit in accidentibus, sed in substantia, in essentia & natura [k]. 4. Consensus omnium patrum [l]. [de quo vide Zan. & Er.] Significat & μορφὴ similitudinem sive imaginem alicujus rei expressam, ut sigilli in cera. Est & Christus similitudo sive imago Dei Patris, non quidem accidentalis, quia in Deo non sunt accidentia; sed substantialis & essen-

k Gom. f Zan. g Ca. h Be. i Ca. Be. sic E. Me. k Pi. l Pi. Vor. m Vor. Er. n G. o Q. in Gom. p Pi. Vor. q Gom. r Pi. Vor. † Gom. t Q. in Gom. v Vor. x Q. in Gom. Pi. y Pi. Vor. z Vor. a Gom. b Be. ex Calv. c Gom. Zan. Be. Strig. Ham. d Strig. * Zan. f Zan. ex Danæo. g Zan. ex Ee. h Be. i Zan. Strig. sic Ham. k Zan. l Zan. Be.

sentialis [m]. Vox autem *Dei* in hac phrasi sumi potest, vel, 1. essentialiter, per appositionem, pro essentia Divina [n]; vel, 2. personaliter & relatè, pro forma Patris [o]. Hoc accommodatius, ut sequentia indicant, *æqualis Deo*, scilicet Patri [p]. ¶ *Non*, &c. Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ] *Non prædam* (vel, *rapinam*, Er.Il. Ti.P.Be. Pi. Ca. Sy. *sortem raptam*, Ar. sub. *esse*, P. Be. &c.) *reputavit* (vel, *duxit*, P. Be. Pi. *arbitratus est*, Er. Il. Ti. *judicavit*, i. e. novit ||. *habuit*, Ca. vel, *æstimásset*, Tre. *arbitratus esset*: Contextus enim requirit modum Subjunctivum. Hucusque enim Paulus de Christi gloria tractat: non ergò quid fecit Christus commemorat, sed quid illi facere licuerit. Et solet Paulus præteritum Indicativi pro Subjunctivo accipere, subaudiendo potentialem particulam, ἐὰν [q], sive ἄν, ut ηὐχόμην, Rom. 9. 2. & ἔγνωσαν, 1 Cor. 2. 8 [r]. Sed malim ἡγήσατο proprio tempore accipere, ut hoc quoque ad pristinam Christi gloriam pertineat, de qua Joan. 17. 5 †.) *esse paria Deo*, Mo. vel, *suam cum Deo æqualitatem*, Ca. vel, *parem*, sive *æqualem*, *esse* (sub. *se*, Pi. Ar.) *Deo*, P. Be. Pi. Ar. Sy. sic Er. Il. Ti. vel, *quòd* ipse *esset æqualis Deo*, Zan. Articulus τὸ ponitur δεικτικῶς, Illud nimirum quod esset; & est hic ellipsis [s]: deest τὰ ἑαυτῦ, ut sic legatur, τὸ εἶναι τὰ ἑαυτῦ ἴσα Θεῷ, *quòd quæ sua sunt essent æqualia Deo* [v]: & τὰ ἑαυτῦ pro *ipse* per Græcismum [x]. [Duo hîc fusiùs discutienda sunt.] Qu. 1. Quid hîc εἶναι ἴσα Θεῷ? Resp. Ἴσα hîc ponitur, vel pro ἴσον [t], per enallagen generis & numeri [v], ex collat. Joan. 5. 18. ἴσον τῷ Θεῷ [x]: vel, pro ἐν ἴσῳ, ut Græcis usitatum est [y]: vel, adverbialiter [z], pro ἴσως, *æqualiter* [a], ut in Odyss. Ο'. Τὸν νῦν ἶσα Θεῷ Ἰθακήσιοι εἰσορόωσι. ἰσόθεα φρονεῖν dixit scriptor 2 Macc. 9. 12 [b]. ad verb. *esse æqualiter Deo*, i. e. esse æqualem Deo. Nam verba Substantiva cum Adverbio sæpe Adverbii significationem faciunt nominalem, ut Homer. Il. γ'. 95. ἀκὴν ἐγένοντο, *fiebant tacitè*, i. e. taciti: & Odyss. β'. 82. πάντες ἀκὴν ἔσαν, *omnes erant tacitè*, i. e. taciti ||. Εἶναι ἴσα, pro ἰσοῦσθαι, pro quo Tertul. dixit *pariari* [c]. Hæc autem æqualitas cum Deo aut prorsus eadem est cum illa Dei forma, aut non nisi respectu quodam ab eo differt [d]. Εἶναι ἴσα Θεῷ est *spectari tanquam Deum* [*]. Non placet: nam, 1. εἶναι non est *spectari*, sive εἰσορᾶσθαι, sed *esse*; 2. ἴσα non est *tanquam*, sed *æqualis*, ut & Luc. 6. 34. ubi ἀπολαβεῖν τὰ ἴσα est *percipere æqualia* [f]: sic Job. 30. 19. ubi Græci, ἥγησαι δέ με ἴσα πηλῷ, *reputâsti me æqualem luto* [g]. Qu. 2. Quid hîc ἁρπαγμὸν ἡγήσατο? Resp. Ἁρπαγμὸν ἡγεῖσθαι est locutio Syriaca. In Liturgia Syriaca Johannes Baptista Christo Baptismum ab ipso expetenti dicit, לא אלבוך גולתא, *Non assumam rapinam* [h], h. e. rem injuriam facere [i]. Sed aliud est *assumere*, aliud ἡγεῖσθαι [k]. Ἁρπαγμὸς, *rapina*, seu *raptus*, dicitur, cùm quis quid ab altero per vim & injuriam sibi rapit atque usurpat [l]. *Rapinam arbitrari*, pro *rapere*, est periphrasis Græca [m], ut in Thucyd. l. 8. σκῦλον ἁρπαγὴν ποιησάμενος, *vasa rapinam faciens*, pro *rapiens* [n]: quomodo & in Polyb. l. 1. ἐποιοῦντο τὸν πλοῦν, *fecerunt navigationem*, pro *navigabant* [o]. Verùm diversa est apud Paulum & apud Thucyd. verborum ratio & constructio, nisi statuamus, hîc quoque ellipsin esse verbi *facere*, ut sit sensus, Non arbitratus est rapinam faciendam. Sed ellipsis hæc insolentior est, ut & illa interpretatio ἡγήσατο, *duxit*, pro *induxit in animum*, seu *constituit*, *facere rapinam*. Sed ἡγεῖσθαι ità sumi non liquet [p]. *Rapinâ*, *habere*, sive *rapinam*, aut *pro rapina ducere*, dicit pro *rapaciter uti* & *retinere*; ut Latini dicunt, *in hostium numero habere*, pro, *occidere ut hostem*. Sic enim poni solet verbum ἡγεῖσθαι ut non solùm cogitationis sit verumetiam rei, ut cap. seq. ἀναγκαῖον ἡγησάμην, &c. *Necessarium putavi Epaphroditum mittere*, h. e. nisi quòd ità necessarium putavi. Et Gen. 31. 15. *Alienæ putatæ sumus*, h. e. tractatæ ut alienæ [q]. Sensus ergò est, q. d. Non retinuit illam cum Deo æqualitatem tenaciter, ut faciunt rapaces, qui nihil sibi detrahi patiuntur [r], nec facilè ab occupatis per rapinam regnis discedunt, metuentes, nè illud penitus amittant: noverat enim se non rapinâ, sed naturâ, Deum esse, ideóque sese ad nos usque demittere non dubitavit, sciens se nihil amissurum de illa majestate, quam quasi reliquerat in coelo †. Al. Deitatem suam, quam publicè ostentare potuit, in carne assumpta celavit, non coactus, ut fures res furto ablatas celare solent, nè convincantur furti, sed sponte, &c [t]. Metaphora est à victoribus, qui spoliis hostium superbi, ea ostentant ad pompam [v]. Solent qui aliquid bellicâ virtute peperere id omnibus ostentare, ut Romani in triumpho facere solebant. Non multò aliter Plutarchus in Timoleonte, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο [x]. Sensus est, Non venditavit, non jactavit, sive ostentavit Christus potestatem suam [y], sive gloriam Divinam, sed occultavit [z]; quin sæpe etiam imperavit nè quod fecerat vulgaretur [a]: Intellige de maxima vitæ suæ parte, nam interdum gloriam suam manifestavit, ut Joan. 2. 11. &c [b]. Hæc interpretatio cum contextu probè congruit, ut hoc, *nolle* sibi *assumere*, vel *adscribere* tantam potentiam, &c. opponatur sequenti, *exinanivit se*, &c. nec tamen placet: quia, licèt ἁρπαγμὸς *prædam* significet, tamen ἁρπαγμὸν ἡγεῖσθαι nusquam (quod sciam) sign. *ostentare*, aut *venditare*, sed *rapinam ducere*: aliud enim est *assumere*, aliud ἡγεῖσθαι, *reputare*. Sed quicquid sit de hac phrasi, Deitatem Christi satis probant verba præcedentia, nec ei repugnat, quòd Christus eam celavit, &c [c]. Al. Simplicissima videtur hæc interpretatio, quòd Paulus hîc explicare voluit causam humiliationis Christi [d]; quòd non coactus [*], tanquam raptor, gloriâ suâ nudatus sit [f], nec propter rapinam sive affectationem Deitatis de coelo præcipitatus fuit, ut mali Angeli, &c [g]. & primus Adamus, &c. sed ultro [h]; cùm sciret, quis esset, & quid sibi licuisset [i], & se naturâ, non rapto, æqualem fuisse Patri [k]; & se pro suo jure posse [l] ab incarnatione abstinere [m], aut εἶναι (scilicet perpetuò) ἴσα Θεῷ [n], i. e. in sola forma Dei permanere [o], vel assumptâ humanâ naturâ gloriosâ, cum digna Deo magnificentia apparere [p]. Sensus loci, q. d. Qui cùm esset ac sit non usurpativus, sed verus Deus, non existimavit æqualitatem Dei sibi esse rapinam, h. e. rem alienam & rapto usurpatam, ut propter hoc tantopere se humiliaret, velut agnoscens usurpâsse se aliquid non suum, quod humiliando se deponere voluerit. Ubi latenter taxatur diaboli & hominis superbia, qui divinitatem appetendo quodammodo eam rapuerunt, & propter hoc humiliati sunt vel inviti [q]. Sed huic interpretationi obstare videtur sequens ἀλλὰ [r], *sed*, quod constructionem difficilem reddit †, quia non liquet cuinam verbo adversatur [t]. Hoc variè expediunt [v]. 1. Ellipsis hîc est sic supplenda, *Non rapinam duxit, quòd esset æqualis Deo*, (sub. *ac propterea si voluisset, jure suo potuisset permanere in ea æqualitate, sed noluit jure suo uti*;) *verùm exinanivit*, &c [x]. vel, sic, *Rapinam non duxit*, &c. (sub. *ac proinde non fuit à Deo humiliatus in pœnam superbiæ & raptus*, &c.) *sed sponte exinanivit*, &c [y]. 2. Hæc æqualitas cum Deo de æqualitate ordinis personalis accipienda est [z]; hoc modo, *Non duxit* sibi faciendam esse hanc *rapinam*, *ut esset*, vel esse vellet, nempe simpliciter, *æqualis Deo* Patri; quod non nisi per rapinam & injuriam Patris fieri potuisse sciebat, cùm Filius, quà Filius est, minor sit Patre, utpote ab eo genitus, cùm Pater sit à seipso; *sed* spectatâ Patris voluntate, *exinanivit se*, &c. & mitti carnemque suscipere voluit, &c [a]. Sed hæc interpretatio & sententiam continet perobscuram, nec aliis Scripturæ locis probandam, & Pauli argumentum enervat, ut docet Chrys [b]. 3. De æqualitate essentiali locus accipi potest, hoc sensu, *Non duxit* per *rapinam* τὸ εἶναι (ἀεὶ) ἴσα Θεῷ, *ut* semper *esset* & maneret *æqualis Deo* Patri, nec unquam fieret Patre minor per assumptionem humanæ naturæ, quia hoc fuisset rapere sibi quod proprium est Patris; *sed exinanivit*, &c [c]. 4. Ἀλλὰ hîc non contrarium denotat, sed diversum ac conjunctum, vel, ut cum Linacro loquar, redditivum adversativo, *quanquam*, hoc est, pro, *tamen*, *attamen*; ut ἀλλὰ sumi docent Budæus & H. Stephanus [d]: ut sensus sit, Christus, cùm esset verus Deus, Patrique æqualis, tamen se exinanivit [*]. Hic locus æternam Christi Divinitatem clarissimè asserit [f], nec satis verecundè Erasmus tam hanc, quàm alios similes locos, eludere conatur. Fatetur ubique Christum esse Deum; sed quid hoc juvat, si nullâ Scripturæ authoritate fulciatur mea fides [g]? Quid [inquit] magni tribuit Paulus Christo, *si enim Deus esset naturâ, intellexit id non esse rapinæ*, h. e. Novit seipsum [h]? Resp. Multa & magna mysteria hîc continentur, & quæ ad Pauli scopum maximè pertinent. Explicat enim, quâ ratione Christus fuit in forma Dei, non communicatione, aut gradu aliquo, sed verè & prorsus & omnibus modis, alioqui ἁρπαγμὸς fuisset quòd Deo par esset. At cur Christum

Margin notes (left column): m Zan. n Q. in Gom. o Al. in Gom. p Gom. || Zan. ex Græcis. q Calv. r Be. ex Calv. † Be. s Camer. v Zan. ex Camer. x Zan. t Pi. sic Camer. v Pi. x Zan. y Camer. z Zan. G. a Zan. b G. || Sch. c Be. d Vor. * G. f Ham. g Gom. h G. i Q. in Ham. k Ham. l Zan. m Q. in Gom. n Com. sic Strig. o Strig. p Gom. q Ca. r Ca. sim. V. † Zan. ex Phot. Chrys. & Bulling. t Brent. in Zan.

Margin notes (right column): v Q. in Gom. sim. Pi. Vor. Cam. x G. y G. sic Pi. Vor. Cam. z Pi. a G. b Pi. c Ham. d Gom. * Gom. Zan. f Gom. g Zan. h Gom. i Zan. k Gom. l Gom. sic Be. Zan. m Gom. n Zan. o Gom. sim. Zan. p Gom. q E. r Gom. † Zan. ad v. 7. t Zan. Gom. v Gom. x Q. in Gom. Plerique in Zan. y Zan. in Musc. z Al. in Gom. sic Zan. a Zan. ex Basil. b Gom. c Zan. d Gom. * Gom. sim. Be. f Calv. sim. Be. Zan. E. &c. g Calv. h Er.

dicit hoc non ignorâsse? Resp. Ut ostendat, Christi summissionem spontaneam fuisse, &c[t]. Al. Ἁρπαγμὸν ἡγεῖσθαι est rei vehementer desideratæ potiundæ occasionem oblatam avidissimè arripere, eámque sine mora & cum summa lætitia occupare, eâque perfrui. Sic in Heliodori l. 7. quum Anus quædam Theagenem ad libidinem Arsaces, quæ illum deperibat, explendam hortaretur, ejúsque animum à facinore alienum videret, cum stupore eum sic alloquitur, *Juvenis pulcher & vegetus parem ipsi fœminam repellit? καὶ οὐχ ἅρπαγμα, οὐδ' ἕρμαιον ἡγεῖται τὸ πρᾶγμα; i.e. & non potiùs rapinam ac insperatum lucrum ducit hanc rem?* & lib. 8. quum Cybele consilium dedisset Arsacæ, tollendi è medio Charicleam, Arsace ἁρπαγμὸν τὸ ῥηθὲν ἐποιήσατο, *rapinæ loco habuit*, i. e. cupidè arripuit illud consilium: & l. 7. initio, *At Cybele hunc occursum* ἅρπαγμα πεποιημένη, *rapinam arbitrata*[*]. Sensus proinde hujus loci erit, *Qui, quum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est*, i. e. non avidè arripuit, aut sine mora ad tempus aliquod differre noluit usurpationem plenariam Deitatis cum Deo Patre æqualis, sed eâ aliquandiu seipsum exinanivit, exspectato justo tempore quo Pater ipsum exaltavit †.

7. *Sed*,&c. Ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε] הריק, i. e. libenter duxit vitam inopem, Matth. 8. 20. Nam planè idem sensus qui 2 Cor. 8. 9. ὅτι δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος ὤν. Nam *inopes* dicuntur κενοὶ Gen. 31. 42. Luc. 1. 53. Jud. 11. 3. ubi in Hebræo est *viri* ריקים, Græco, κενοὶ, Latino *inopes*[k]. *Sed ipse sese inanivit*, Be. Mo. sic Er. Il. P. &c. Vel, *exhausit*. Tertul. in Be. *humiliavit*, Ar. *eousque ad nihilum redegit*, Ca. *imminuit*, Ham. ex Phavor. sic Heb. אמל, quod Jer. 14. 4. & 15. 9. vertitur κενῶν, est Hos. 4. 3. Joel 1. 10, 12. ὀλιγοῦν[l]. Sensus, q. d. Quasi ab omni ad nihilum se redegit[m]. Exinanivit *se*, non simpliciter & absolutè[n], quasi Deus esse desierit[o], sed ratione status & comparatè[p]; q. d. Divinam illam gloriam & occultavit, & quasi deposuit[q], vel se evacuavit, sive evacuare visus est omni gloriâ[r], & æqualitate cum Patre, non quidem simpliciter, sed in assumpta carne: modum evacuationis explicat, dicens, *formam servi accipiens*, q. d. non dimittendo quod erat, sed assumendo quod non erat †. Videtur hîc alludere ad Dan. 9. 26. ubi dicitur Messias exinaniendus ut ei nihil supersit, i. e. quasi in nihilum sit redigendus. Deinde interpretatur Paulus hoc loco, Esa. 52. 13. & deinceps[t]. Notandum illud ἑαυτὸν, quo significatur, tum, 1. spontanea fuisse illius summissio[v]; tum, 2. Christum mansisse quod erat: non dicit ἐκένωσε, &c[x]. ¶ *Formam*, &c. Μορφὴν δούλου λαβὼν] *Similis factus servis*, qui nihil proprium possident. Hîc ponenda διαστολή: incipit enim jam ἀντίθετον aliud[y]. *Formâ servi acceptâ*, Be. Pi. vel, *sumptâ*, P. vel, *assumptâ*, Gom. Significat, Christum hanc formam ad se sumpsisse, vel, sibi assumpsisse, nempe in unitatem personæ[z], per unionem hypostaticam[a]: quod est ἐπιλαμβάνεται, Heb. 2. 16[b]. ac proinde, naturam assumptam non fuisse partem personæ assumentis, sed ab ea diversam[c]. Per *formam servi* intelligit, vel, 1. speciem sive similitudinem hominis nocentis, cujus personam pro nobis gessit, dum flagellatur, &c[d]. Servi enim ex peccato fiunt, sicut Cham, &c[*]. Non placet: 1. sic enervatur Pauli argumentum. 2. Quis credat μορφὴν hîc dici de eo quod videtur sed reverâ non est? 3. *Servus* absolutè nusquam in S. S. dicitur de eo qui peccato servit[f]. Vel, 2. Naturam humanam[g], totam perfectam & veram, non nudam, sed cum omnibus proprietatibus suis[h]: quæ utique respectu Dei servilis est[i]. Cùm autem *servus* sit relatum, habet hîc & correlatum, quod hîc est non homines, quorum tamen servus dicitur Esa. 42. 1. Rom. 15. 18. sed Dominus, & particulariter, Deus Pater, qui & antecessit, & sequitur[k]. Vel, 3. conditionem servilem, humilem & abjectam[l]: ut patet 1. ex verbis sequent. 2. ex præced. antithesi. 3. Quòd δοῦλος propriè est mancipium. 4. Ex Christi exaltatione, in qua cùm sit Dominus Dominorum, quis credat eum adhuc in forma servili exsistere? Confer Psalm. 22. & Esa. 53. ubi hæc servilis forma copiosè describitur[m]. Ut *forma Dei* dicitur augusta illa Dei gloria & majestas quæ est ipse Deus, ità *forma servi* est abjecta illa & imbecilla hominis natura ac conditio[n]. Non dicit *formam hominis accepit*, quod fecisset, si natus fuisset rex potens, &c. sed

t Be. * Sch. ex Enjed. † Sch. k G. l Ham. m Be. sic T. n Gom. o Zan. p Gom. q Vor. sim. Zan. r Zan. sim. Me. T. Pi. † Zan. t Be. v Be. sic Zan. x Zan. y G. z Zan. a Gom. b Zan. Gom. c Zan. d Er. * Er. ex Amb. f Be. g Zan. E. sic Me. T. h Zan. i E k Gom. l Fi. sim. Vor. m Vor. n Be.

formam servi, q. d. pauperrimus, infirmus, &c. Quò meliùs explicaret verbum ἐκένωσε[o]. ¶ *In*, &c. Ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος] *In similitudine hominum factus*, Mo. *Cùm similis esset* (vel, *similis factus*, P. Be. Pi.) *hominibus*, vel, 1. illis nempe primis, i. e. peccati expers, 2 Cor. 5. 21[p]. vel, 2. hominibus vulgaribus & abjectis[q], qui interdum *hominum* voce significantur, ut Jud. 16. 7, 11. Psal. 82. 7[r]. vel, 3. aliis hominibus, quorum unus non erat, quia non fuit merus homo, nec peccator †; cœteris hominibus similis excepto peccato[s]. Hinc collegerunt Marcionitæ & Eutychiani, Christum non fuisse verum hominem[v], sed speciem tantùm hominis habuisse. Sed falsi sunt[x]. *Similis erat hominibus*, non accidentaliter aut phantasticè, sed naturaliter & substantialiter, quomodo omnes homines dicuntur esse similes specie, seu naturâ humanâ[y]; & *ovum ovo simile*. *Similitudo* non semper excludit identitatem, Rom. 8. 3. Heb. 4. 15. sed sæpe convenientiam quamvis designat, tum in qualitate, tum etiam in substantia[z], ut Gen. 5. 3. *ad similitudinem suam*[a], & in natura, & in corruptione[b]. Alioqui sequeretur, Sethum non fuisse verum hominem[c]. Sic Col. 1. 15. Christus dicitur *imago Dei*[d], substantialis scilicet, & ideo verus Deus[*]. Sic Heb. 2. 15. *fratribus similis*, Heb. 2. 17. nim. substantiâ, ut antè docuit, &c[f]. Vox autem γενόμενος hîc observanda est, quia unionem significat hypostaticam personæ Christi cum humana natura, sine qua unitione non posset dici *factus homo*, sed tantùm *adjunctus homini*[g].

8. *Et*, &c. Καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος] *Et habitu* (vel, *figurâ*, Er. Il. Ti. Ar. Ca. V. *similitudine*, Tre. ex Sy. *formâ & specie*, Zeg. σχήματι, i. e. ἀπὸ τοῦ σχήματος[h], à figura seu forma sive habitu, vel, 1. corporis humani Christi[i]: vel, 2. totius humanæ naturæ[k], & vitæ, vitæque actionum ac perpessionum, ut edere, bibere, sitire, flere, &c[l]. quibus veritatem naturæ suæ humanæ etiam Christus probavit, ut Luc. 24. 39. Joan. 20. 20, 27[m]. σχῆμα prorsus idem est quod μορφὴ[n], imò prorsus idem est cum *forma servi*[o]; non est inanis figura & species corporis, quasi Christus non esset verus homo[p]: τυράννου σχῆμα ἔχων pro τύραννον ὢν dixit Sophocles, Athen. p. 141[q]. σχήματι dicit, nè Deitas in humanitatem conversa putaretur[r]. Al. *dignitate*: σχῆμα hîc est ἀξίωμα, *dignitas conspicua*, ut apud Græcos sæpe: quam vocem hîc servavit Syrus †.) *inventus est* (vel, *repertus est*, Er. Il. Ti. Ca. sim. P. Pi. i. e. agnitus est[t], ab omnibus qui eum viderunt[v]; hominum oculis visibilis apparere viderique voluit[x]: demonstratus est à Deo, & compertus hominibus[y]: *talis apparuit*: εὑρεθεὶς est נמצא, *conspectus est*[z]: *compertus est* certissimis argumentis[a]:) *ut homo*, Mo. Be. &c. Vel, 1. כאדם, *tanquam Adam*, qui ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, i. e. dominio in omnes creaturas, in Mare, Ventos, Panes, Aquam. Ob quam causam id quod de Adamo dictum fuerat in Psalm. 8. Christo μυστικῶς applicatur[b]. Vel, 2. Ut quivis vulgaris homo[c]. Vel, 3. Tanquam verus & verè homo: ὡς hîc est affirmantis[d], & veritatis nota, non similitudinis, ut Joan. 1. 14[*]. q. d. *specie hominis*, nim. id præ se ferens quod erat[f]. Significat h. l. verbum æternum & invisibile ità assumpsisse formam hominis, ut illam hominibus spectandam objecerit[g]. ¶ *Humiliavit semetipsum*] Quis? Christus, Filius Dei. A quo? Non ab aliis & coactus, sed à seipso & ultrò[h]. Quo respectu? Et secundùm divinam naturam[i], quippe quam apud homines occultam tenuit[k]; ut dictum hoc sit per communicationem proprietatum[l]: & secundùm humanam naturam[m], verè & realiter[n]; tum, 1. externè, sive in tota vita[o], in qua, Deo & hominibus inservivit in summa abjectione[p], ex paupere & in præsepi natus, faber, versatus cum peccatoribus, cum bestiis, &c[q]. tum, 2. internè, in intimis animi cogitationibus atque affectibus[r]: vide v. 5 †. quo suam voluntatem appetitúmque boni sui naturalem Deo prorsus subjecit[t], & animum suum coram Deo demisit, &c[v]. Non pro dignitate sua se gessit, sed humiliter admodum, ità ut & pedes Discipulis lavaret, Joan. 13. 12, 13. Sicut κενόω, ità & ταπεινόω, formæ sunt Hiphil, sed significant, talem se exhibere aut ostendere. Sic & Latini dicunt, *comem se facere*[x]. Modum humiliationis exponit verbis sequentibus[y]. ¶ *Factus*, &c. Γενόμενος ὑπήκοος, &c.] *Factus obediens* (Deo inprimis ejúsque voluntati[z], tam in tota vita, quàm in morte sua[a]: deinde

o Zan. p G. q Vor. Pi. r Vor. † E. ex Græcis. s Ca. v Gom. sic Zan. x Zan. y T. z Gom. a Gom. Be. Zan. b Gom. c Zan. d Be. Zan. * Zan. f Gom. g Zan. h Zan. i Zan. sim. Me. k Gom. l Gom. sic Zan. m Gom. n Vor. sic Ca. o Vor. p Zan. ex Græcis. q Cas. r Zan. ex Græcis. † G. t E v Zan. x Me. y Gom. z G. a Er. b G. c T. ex Chrys. & Th. sim. Vor. Er. d Zan. sic E. Me. * E. ex Th. sic Zan. Gom. f Er. ex Th. g Me. h Zan. i Gom. sim. Zan. k Gom. l Zan. m Gom. sic Zan. n Zan. sim. Vor. o Zan. sim. Gom. p Gom. q Gom. r Zan. sim. Gom. † Zan. t Gom. v Zan. x G. y Vor. z Zan. sim. Gom. a Gom.

parentibus & Magistratibus [b], hominibus tam Judæis quàm Romanis. Non opposuit vim illam Divinam capientibus se, damnantibus, interficientibus. Tantas injurias libenter pertulit, bono humani generis [c]. Obedientiæ meminit, quia, sicut superbiæ est subjici nolle, ità humilitatis, obedire [d].) *usque ad mortem*, (Illud *usque* non exclusivè, sed inclusivè sumitur [*], ut totum tempus vitæ & mortis complectatur, ut mortuus etiam sit ex obedientia [f]: q. d. obedientia ejus duravit usque ad mortem [g]. Sensus, qu. d. Obediens decreto Patris de morte subeunda [h]. Hujus obedientiæ meminit, tum quia hic actus omnium difficillimus erat, tum quia per mortem executus est Christus opus nostræ redemptionis [i]. Non dicit *in morte*, sed *usque ad mortem*, ab ipso incarnationis momento [k].) *mortem autem crucis*, P. Pi. &c. Mortis genus & ignominiosissimum, & maledictum, Deut. 21. 23. Gal. 3. 13 [l]. Hoc supplicium & summè atrox (nam & inde *cruciare* & *cruciatus*,) & maximè despectum. Appianus Civilium 2. ἐκρεμάσθησαν ὅσοι θεράποντες ἦσαν (*suspensi sunt quotquot servi erant.*) Servus apud Plautum, *Scio ego crucem fore mihi sepulchrum* [m].

9. *Propter quod*, Διὸ] *Quapropter*, P. Be. Pi. i. e. quia ipse deprimi se passus est [n], propter præcedentem humiliationem [o], ex dilectione nostri profectam [p]. Διὸ hìc notat, vel, 1. consequentiam [q]; vel, 2. causam impulsivam, non quidem finalem, sed efficientem, eamque meritoriam [r], sive merita Christi †, quibus & sibi & nobis exaltationem promeruit [s]; quomodo Adamus, si stetisset, causa fuisset vitæ & sibi, & posteris suis [v]: humilitatis Christi præmium notat, &c [x]. [De hac quæstione plura videat, qui vult, in Gom. ad h. l. & in Calv.] ¶ *Deus exaltavit*, ὑπερύψωσε] *Superexaltavit*, Amb. in Er. V. Pi. Gom. h. e. vehementer sive insigniter exaltavit [y]. *in summam extulit sublimitatem*, P. Be. Pi. Vor. מרומם, Dan. 4. 34. *Multò sublimiorem fecit quàm erat antea*. Confer Heb. 12. 2 [z]. *Exaltavit*, ad vitam & gloriam immortalem [a]. Exaltavit quoad naturam, tum 1. Divinam, nempe patefactione gloriæ illius, quam in humiliatione occultaverat [b]: tum 2. humanam [c], quæ realiter exaltata est à Deo, h. e. & à Patre, & à seipso, quà Deus est. *Exaltavit*, tum loco, tum dignitate atque imperio supra omnes [d]. Hujus porrò exaltationis gradus sunt quatuor [*], 1. resurrectio. 2. ascensio in cœlum. 3. sessio ad dextram Patris [f]. 4. reditus ad judicium. Vox *Dei* hìc accipienda non οὐσιωδῶς sed hypostaticῶς de Patre, ad quem, licet commune hoc sit Trinitatis opus, aptè hæc refertur h. l. & Joan. 17. 5. ut ordo personalis & œconomia redemptionis indicetur [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐχαρίσατο, &c.] *Ac donavit* (Hoc verbum emphaticum est, significans, totam Christi exaltationem à gratiosa Dei voluntate sive ordinatione dependere [h]:) *ei* (nempe Christo, secundùm utramque naturam [i]:) *nomen quod est supra omne nomen*, P. Be. Pi. &c. *Nomen* hìc sumitur, vel, 1. tropicè pro gloria [k], & dignitate [l], ut Eph. 1. 21. Sic שֵׁם, Deut. 16. 19. εἰς ποιῆσαί σε ὀνομαστὸν καὶ καύχημα [m]: q. d. Gloriam ac celebritatem nominis excellentiorem gloriâ cujuscunque alterius [n], sed cum re ipsa conjunctam [o]. Gloriam autem intelligit vel finitam, quæ humanæ, vel, infinitam, quæ Divinæ, naturæ convenit [p]. Vel, 2. propriè [q]: ut sit, vel, 1. Nomen *Jesu*, & Salvatoris †, quod hìc sequitur †. Non placet [t]: 1. quia nomen hoc non erat super omne nomen, sed multis hominibus commune [v]. 2. quia datum est id nomen non primùm in exaltatione, sed ante incarnationem [x]. At in cruce factus est actu perfecto Salvator, & hoc meritus ut sic appellaretur [y]. Vel, 2. Nomen *Dei*, aut *Filii Dei* [z], de quo Esa. 7. 14. Mat. 1. 23. Luc. 1. 32 [a]. quod Christo propriè tribuitur, κατ' ἐξοχὴν Heb. 1. 4. & 5. 8, 10 [b]. Nomen autem cum re intelligit [c]. Dicitur autem Deus hoc nomen ei donâsse, quando rem nominis fecit innotescere, scilicet post resurrectionem, &c. Tunc enim agnitus est verus Deus Deique filius, &c [d]. Solet aliquid dici *fieri*, quando incipit patefieri [*].

10. *Ut*, &c. Ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι, &c.] *Ut in nomine* (vel, *ad nomen*, Be. vel, *propter nomen*, Pi.) *Jesu* (i. e. præ magnitudine virtutis Jesu †:) *omne genu se flectat*, Er. Ti. &c. i. e. Ut omnes genua curvando nomen Jesu & Jesum ipsum adorent [f]. *Genu flectere* signum reverentiæ, Gen. 41. 43. in Latino. Magnus autem honos, non præsenti tantùm alicui exhibere signa talia, sed etiam absenti nomine ejus nuncupato [g]. Sed nunquam credidi hunc esse loci sensum, nec genuflexionem ad nomen Jesu hinc colligi posse, nisi generali & indefinitâ consequentiâ. Eum ritum potiùs deduco ex more in variis religionibus recepto, ut eo, quem colunt, nominato, reverentiam aliquam exprimant [h]. Non agitur hìc de veneratione ipsius nominis, sed, per Metonymiam isto ritu significatam, de cultu & adoratione Jesu Christi [i]. Sensus est, ut in honorem salvatoris flecti cogatur omne genu [k]. *Ut* hìc non causaliter ponitur, sed expletivè, & *nomen* hoc loco pro re seu persona positum videtur: *genuflexio* metonymicè subjectionem & humiliationem sui significat. Itaque sensus est, Adeò ut omnes quicunque usquam sunt, cognoscentes Jesum esse Deum & filium Dei, sese illi submittant, & illum adorent [l]. *Jesus* nomen est personæ Christi, quod Judæis quidem aliisque erat contemptibile & execrabile nomen. Donavit ergò Deus illi nomen aliud, quod est supra omne nomen, h. e. nomen Dei, &c. [ut dictum] Significat ergò, totam hanc personam adorandam esse. Illud autem verbum, *se flectat*, duo significat, tum, 1. officium, quòd omne genu debet se flectere; tum, 2. prædictionem, ut tandem omnes creaturæ sese illi flectant, i. e. eum adorent, adoratione vel voluntariâ, ut pii, vel coactâ, ut impii, &c [m]. ¶ *Cœlestium*, &c. Ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων] Distributio hæc triplex est & in Apoc. 5. 13. ubi ὑποκάτω τῆς γῆς dicitur quod hìc καταχθόνιον [n]. [Sic vertunt:] *Cœlestium ac terrestrium & subterraneorum*, P. Pi. &c. q. d. Quæcunque & supra mundum sunt & in mundo [o], omnes omnino creaturæ, quæ Christum suo modo suspiciunt [p]; creaturæ rationales, quæ poterunt Christum videre, & quæ sistentur ante ejus tribunal; de eis enim loquitur & Esaias cap. 45. & Paulus Rom. 14 [q]. *Cœlestes* hìc sunt Angeli [r], (tam boni, qui in cœlo beatorum, quàm mali, qui in Aere, qui etiam *cœlum* vocatur, versantur †:) & animæ beatæ [t]. *Terrestres* sunt homines in terris agentes [v]. Sed de voce καταχθονίων controversia est [x]. Per eam intelligit eos qui sub terra sunt [y]; vel, 1. mortuos [z], qui terrâ conditi sunt [a], quomodo Græcis ea vox usurpari solet: ut intelligantur ii qui nunc mortui & sub terras abditi sunt, reverentiæ signa exhibituri Christo, ubi nempe per eum excitabuntur [b]. Vel, 2. eos qui in purgatorio expiantur [c]: Neque enim alius est sub terram locus ubi pii sunt, qui genua flectant Christo. Datur ergò Purgatorium, inquiunt Pontificii. Sed Paulus hìc loquitur de adoratione generali, sive liberâ & piorum, sive coactâ & impiorum, &c [d]. Vel, 3. eos qui cruciantur in inferno [*], tum, 1. dæmones [f], qui, licet in aere versentur, tamen rectè *subterranei* dici possunt, quòd infernus sit locus illis puniendis destinatus, Mat. 25. 41. vide Luc. 8. 31. Confer Mat. 16. 18. & Jac. 3. 6 [g]. tum, 2. damnati cæteri [h], quorum supplicii locus infernus est [i]. Subjectionem ergò hìc intelligit generaliter, quæ etiam malis competit, cui favet collat. Rom. 14. 10, 11 [k].

11. *Et omnis lingua* (cœlestium, terrestrium & infernorum [k], 1 Cor. 13. 1 [l]. non Hominum tantùm, sed & Angelorum [m]; vel, omnes populi cujuscunque linguæ, sive Judæi, sive Græci [n]:) *confiteatur, quia*, &c. Ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν, &c.] Tres sunt hujus loci lectiones & sensus, qui omnes veri sunt, nec contorti, ideòque possunt omnes conjungi [o]. 1. *Quod Dominus Jesus* (hoc subjectum, sequitur prædicatum,) *in gloria est Dei Patris* [p], i. e. habet eandem gloriam cum Patre [q], duplicem habet gloriam, unam increatam & immensam, alteram creatitiam, finitam, & visibilem, &c [r]. εἰς δόξαν potest accipi pro ἐν δόξῃ †. 2. *Quod Dominus sit Jesus Christus*, P. Zan. sim. Er. V. Be. Pi. (i. e. quòd Jesus iste, quem pro nudo homine, imò summo peccatore & seductore habuerunt, sit Jehovah, nam יהוה semper [t] vertunt per κύριος [*], quòd sit Dominus, non cum aliqua limitatione, sed absolutè, i. e. Dominus totius creaturæ, secundùm utramque naturam †. Perinde est, sive κύριος prædicatum sit, sive Χριστός: sensus enim utrobique erit, Jesum esse Christum & æternum Regem à Deo factum. Confer 1 Joan. 5. 1 [v]. *Jesum esse Dominum re-*

Margin (left): b Zan. · c G. · d E. · * Gom. ex Zan. · f Zan. · g Gom. · h Me. sim. E. · i E. · k Be. · l Gom. · m G. · n G. sim. E. Me. Pi. · o Vor. sim. Zan. · Gom. · p Zan. · q Calv. · r Gom. · †Zan. sim. E. Me. T. Gom. · s Zan. sic Gom. · v Gom. · x Me. sic Pi. · y Er. sim. Pi. · z G. · a Me. · b Gom. · c Zan. Gom. · d Zan. · * Gom. · f Gom. Zan. · g Gom. · h Vor. · i Zan. Gom. · k Q. in Gom. sim. Pi. · l Gom. G. Vor. · m G. · n Q. in E. sim. Be. · o Be. · p Gom. · q Al. in Gom. · r Os. in Be. Me. · †Q. in Gom. · t E. Be. Gom. · v Gom. · x Gom. sim. E. · y Me. · z E. ex Græcis. & Aug. &c. Zan. · a E. · b Gom. · c Zan. · d E. · * Aug. in Gom. · †V. · f Me. sim. Ham.

Margin (right): g G. · h Med l. 4. epist. 71. & 1041. · i Vor. · k T. · l E. · m Zan. · n G. · o Be. · p Vor. · q Zan. · r E. Me. T. sic Zan. ex Theod. Gom. Ham. · †Zan. ex Theod. · t E. Me. · v E. Me. sic Zan. Gom. · x Zan. · y Me. · * Gom. ex Theod. Zan. · a Theod. · b G. · c Me. sic T. · d Gom. · * Me. sic. · f E. T. · g E. Gom. ex Chrys. · h Gom. · i E. sic Me. T. · k H. · l Me. ex E. Zan. · m Zan. G. Gom. · n G. · o Zan. · p Idem. · q Zan. ex Vulg. & Amb. · r E. · s Zan. · † Be. sim. Zan. Gom. · * Zan. · † E. · v Vor.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

rum omnium, Act. 2. 36 [x].) *in Gloria Dei Patris*, Zan. &c. ut duo hîc de Christo prædicentur, quòd jam sit Dominus omnium, & quòd sit in gloria, &c [y]. Vel, 2. *ad gloriam Dei Patris*, Pe. Be. Pi. vel, & hoc, vel, idque, *in gloriam Dei Patris*, Er. Val. Zan. Quòd enim omnes hoc agnoscunt cedit in gloriam Patris [z]; vel, 1. quia scilicet eum misit quem promiserat [a]: vel, 2. quia honos Christi ad honorem Patris redit [b], Joan. 5. 23 [c], quia gloria Patris est exaltatio filii, sicut contrà, dejectio Filii est ignominia Patris [d]: Datus ei is honos à Patre ideo quòd Patrem honorâsset plus quàm quisquam, Joan. 17. 5, 6 [e]. Vel, 3. quia in Christi exaltatione perspicitur summa Dei erga electos suos gratia [f].

12. *Itaque*] Cùm Christus in se specimen nobis dederit eorum quæ expectare debemus [g]: Redit ad exhortationem [h], quam infert ex dictis de obedientia & humiliatione Christi [i]. ¶ *Sicut semper* (nempe inde à conversione [k]:) *obedistis* (subintellige τῷ εὐαγγελίῳ, 2 Thes. 1. 8. aut τῷ λόγῳ, ut 2 Thes. 3. 14.) *non*, &c. Μὴ ὡς ἐν τῇ παρουσίᾳ μου——μετὰ φόβου καὶ τρόμου——κατεργάζεσθε] Hæc ità uno spiritu legenda [l]. *Non tanquam in præsentia mea*, (i. e. dum præsens sum, tanquam præsentiam meam reverentes [m]: verorum amicorum est, etiam absentium mandata memori animo retinere & fideliter implere [n].) *solùm, sed nunc multò magìs in absentia mea* (sed cur nunc magis quàm antè? quia me absente minus habetis amicorum & admonitorum, & plus seductorum [o]:) *cum timore & tremore* (i. e. magna cum solicitudine [p], metu non planè servili, sed filiali: confer 1 Pet. 1. 17 [q]. cum metu reverentiali & horrore peccandi [r]. Opponitur hoc, vel, 1. salutis certitudini & securitati [†]. Cui obstat quòd timor & tremor conjunguntur cum fiducia in Messiam & exultatione, Psal. 2. 11 [t]. Vel, 2. carnali confidentiæ de propriis viribus in salute procuranda, &c [v]. *cum timore*, nè securitas carnalis reddat nos negligentes in bono operando, & nos in peccata inducat; *cum tremore*, nè in bonis operibus insolescamus, nobisque tribuamus quod solius est gratiæ Dei, adeóque Deum, qui superbis resistit, à nobis alienemus, & ab illo deseramur [x]. Φόβος significat obedientiam; τρόμος, metum offendendi: quæ de servorum erga mortales heros officio dicuntur, ut vidimus Eph. 6. 5. multò justiùs aptantur ad id quod nos Deo debemus, ut 2 Cor. 7. 15. Adde Rom. 11. 20. Heb. 4. 1. & 12. 28. 1 Pet. 1. 17. & 3. 2. Macarius Hom. 27. ἀλλὰ καὶ τὴν τοιαύτην χαρὰν ἀγαλλίασιν ἔχοντες ὑπὸ φόβον καὶ τρόμον εἰσί [y]. Est certè duplex in piis metus, 1. quo de periculis suis soliciti diffidunt sibi, & ad Deum confugiunt eique firmiter adhærent; quomodo qui matris ulnis gestatus infans in præcipiti loco, tantò arctiùs matrem amplectitur & stringit quantò casus magis est metuendus, itaque sibi diffisus matri fidit, certus se casurum nisi adhærescat: 2. quo pii non corripiuntur, sed ducuntur, estque reverentia Divinæ Majestatis, orta ex sensu tum gloriæ Dei cum bonitate conjunctæ, tum peccati & miseriæ nostræ, quòd omnia Deo, nobis planè nihil debeamus. His tamen verbis non metum sed humilitatem duntaxat significat, ut liquet, 1. ex collatione aliorum locorum: nam hæc locutio quinquies tantùm occurrit in Scriptura, hîc & Psal. 2. 11. 1 Cor. 2. 3. 2 Cor. 7. 15. & Eph. 6. 5. illâ semper eademque mente. 2. ex cohærentia, & cum præced. hæc enim hortatio ducta est ab exemplo Christi, qui summam humilitatem testatus est, & cum sequent. *Deus enim facit in vobis tum velle tum perficere*: id quod nullam metus causam præbet, humilitatis verò maximam. 3. quòd φοβεῖσθαι opponitur τῷ ὑψηλοφρονεῖν, Rom. 11. 20. ideóque non est propriè *metuere* (neque enim Metus superbiæ opponitur, cùm Diabolo, quo nihil est superbius, & impiis, nihil sit magis meticulosum:) sed idem quod ταπεινοφρονεῖν, i. e. *demissè de se sentire* [z]. Scopus Apostoli, est humilitatem commendare, ideóque causam illius, timorem tremoremque præcipit [a]. Quòd hæc phrasis, μετὰ φόβου καὶ τρόμου, significat, *cum humilitate*, sæpe dictum est ex antiquis, & confirmatur à Chrys. & ex collat. v. seq. hîc tamen & alibi aliquid amplius denotare videtur, non tantùm animi demissionem, sed & diligentiam, cautionem, solicitudinem, metum offendendi, curamque Deo se pro-

[x] G. [y] Zan. [z] Zan. sim. E. Gom. [a] V. [b] G. sim. Zan. [c] Gom. sic Pi. Zan. [d] E. [e] G. [f] Pi. [g] G. [h] E. [i] Zan. [k] Gom. sim. Zan. [l] G. [m] Me. [n] G. [o] Zan. [p] E. [q] Vor. [r] T. [†] E. [t] Gom. sic Zan. [v] Gom. [x] Zan. [y] G. [z] Cam. [a] Gom.

bandi. Confer 2 Cor. 7. 1. 1 Pet. 1. 17 [b].) *vestram ipsorum salutem* (i. e. quæ ad salutem promovendam & stabiliendam faciunt, putà bona opera [c]: vel, *quæ sunt salutis vestræ*, V. vel, *opus vitæ vestræ*, Sy. & Ar. in Cam. Sed differunt *vita* & *salus*: vivit Deus, & quidem beatissimè, &c. at *salus* est ea demum vita quæ perditis obtingit: quare fœlicitas Lege promissa, *vita* vocari solet, in Evangelio verò promissa, *salus* dicitur [d].) *conficite*, P. Be. Pi. &c. vel, *operamini*, Vulg. vel, *elaborate*, Camer. vel, *peragite*: non enim simpliciter dixit ἐργάζεσθε, sed κατεργάζεσθε [*]: q. d. quo cursu cœpistis eodem contendite ad metam: nam κατεργάζεσθαι est *rem inchoatam effectam & perfectam dare*, hîc & Rom. 7. 18. Rectè ergò Arabs sic exprimit, *crescite magìs in opere*, &c. & Syrus, *magìs operamini opus*, &c. h. e. magis magisque. In hac enim secunda creatione, sicut in prima, Deus opus suum non absolvit statim, sed sensim & paulatim [f]. Sensus, q. d. date operam saluti vestræ, studentes ex animo rebus ad salutem pertinentibus, bonis ac salutaribus, & ità quidem ut in iis toti simus, & hæc sit velut ars nostra; quomodo dicuntur *operantes iniquitatem* qui student rebus pravis & in iis toti sunt, artem hanc factitantes [g]. Videbatur hîc dicendum, *Sic nunc multò magìs obedite*, &c. pro quo dicit *salutem vestram perficite*, ut significaret, hâc obedientiâ salutem nostram promoveri [‖]. *Salutis operatio*, ut & *conversio*, & similia, nunc Deo adscribuntur, nunc hominibus: interdum uno loco utrisque; Deo, ut causæ principi; hominibus, ut quorum etiam aliqua ad hoc opera requiritur: 1 Cor. 5. 7. Eph. 4. 22, 23, 24. Col. 3. 9, 10. 2 Tim. 2. 21. Jac. 4. 8 [h]. *Salus* hæc modò *Dei salus* dicitur, ut Psal. 21. 1. & 70. 4. &c. quia à Deo proficiscitur, crebrius autem *nostra*, quòd ejus nos per Christi gratiam reddamur compotes [i]. Præclarè R. Tarphon, *Non tui officii est opus* (salutis) *perficere*; q. d. Dei est, non tuum: *at nec liberum tibi est ab eo cessare*: q. d. nec tamen totum ità Deo relinquendum, ut otiosus cesses. Nec minus præclarè Hillel, *si egomet non sum mihi, quis mihi?* verùm prudenter & piè addit, *& quando ego sum mihi, quid sum ego?* q. d. Nostrum quidem est salutis nostræ negotium sedulò curare, nec aliis id credere, à Deo tamen semper pendendum est, sine quo nihil sumus. Si autem unumquemque salutem suam operari oportet, improbè docentur in Papatu plebeii salutis suæ negotium pastoribus omnino committere [k]. Ostendit hic locus, opera fidelium ad salutem promerendam valere, quia dicit, *salutem operamini*, &c [l]. Hoc argumento insolescunt Pontificii, sed frustrà: nam *operandi & faciendi* vox impropriè accipi & potest (ex usu Scripturæ, ut 2 Sam. 12. 12. *Ego facturus sum hanc rem*, nempe incestum, &c.) & debet, quia opera fidelium imperfecta sunt, ideóque salutem non promerentur, &c [m]. [Sed hæc quære in scriptoribus Polemicis.] Ἐργάζεσθαι aut κατεργάζεσθαι τὴν σωτηρίαν non est *salutem efficere*, sed *circa eam operari & laborare*, ea tractare quæ ad salutem faciunt; quomodo Joan. 6. 27. ἐργάζεσθε τὴν βρῶσιν, non est *efficite cibum*, sed *operamini circa eum*; & 1 Cor. 9. 13. οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, non sunt *qui sacra efficiunt*, sed *qui circa ea operantur*; & Apoc. 18. 17. ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται, non sunt *qui mare efficiunt*, sed *circa illud occupati sunt* [n]. Aliud est, Salutem jure meritóque acquirere; quod soli Christo convenit, Act. 4. 12. aliud, Adire possessionem partæ salutis; quod nobis etiam tribuitur, ut instrumentis quibus ad hanc rem Deus vel Christus utitur, quibus tamen nulla penitus inest vis quæ ab illo fonte omnis boni in nos non derivatur. Non ergò ex libero hominis arbitrio gratia fit efficax, &c [o].

13. *Deus est enim qui*, &c. Ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν, &c.] In MS. Regio additur δυνάμει [p]; quod energiam habet ad acuendam nostram diligentiam, quæ sensu difficultatis atque impossibilitatis hebescit [q]. Qu. Quomodo hæc verba præcedentem exhortationem confirmant [r]? Resp. 1. Sensus, qu. d. Nè terreamini quia dixi, *cum metu*, &c. Deus enim vobis adjutor est, &c [†]. Animat eos ad studium bonorum operum, quibus ipsorum salus perficiatur, quia Deum habebant propitium [t]: q. d. Nolitè diffidere acsi virium inopiâ non possitis id quod dico

[b] Ham. [c] Me. [d] Zan. [*] G. [f] Cam. [g] J. Cap. [‖] Zan. [h] G. [i] Cam. [k] Di. [l] E. [m] Gom. [n] Di. [o] Cam. [p] Ham. sic G. [q] Ham. [r] E. [†] Chrys. &c. in E. [t] Q. in Zan.

dico implere. Deus enim per revelationem promissorum suorum faciet ut recta velimus, & per Spiritum suum faciet ut etiam constanter talia operemur [v]. 2. Sensus, q. d. Nec tamen vobis nimium placeatis, si hoc faciatis, i. e. si salutem operemini, quia hoc Dei donum est, &c [x]. Non ergò de nobis gloriandum est, sed humiliter in officio faciendo pergendum, & gratiæ Deo agendæ sunt [y]. Tollit hîc materiam superbiæ, quâ homines viribus suis nimium tribuunt, &c [z]. 3. Sensus, q. d. Hortor ut *cum metu & tremore operemini*, &c. quia hoc non consistit in vestris viribus, sed in gratia Dei, &c [a]. Timendum ergò nè Deus gratiam suam subtrahat [b], nè nos gratiam Dei in vanum accipiamus, nè stertamus & securè vivamus, &c [c]. Cum metu enim & solicitudine versamur in eo quod ab aliena gratia dependet, nè eam socordiâ vel ingratitudine nostrâ amittamus [d]. [Verba sic reddunt:] *Qui efficit* (vel, *agit*, Er. Ti. vel, *efficaciter operatur*, ità ut prohiberi nullo modo possit: id enim hâc voce significari ostendit usus ejus in Scriptura, ut apud LXX. Esa. 41. 4. ubi de actione efficacissima, & quæ omne perrumpit obstaculum, loquitur; & Eph. 1. 11. ubi agit de exsecutione decreti Divini, quod irritum fieri & mutari non potest; & Eph. 2. 2. ubi de iis agit qui, cùm alieni sint à Deo, & Satanæ sponte animi arcem tradant, non peccare non possunt, &c [*]. Sed si irresistibilis esset hæc efficacia, frustranea fuisset hæc exhortatio [f].) *in vobis*, (Ità discernit pios ab impiis, & actiones Dei in piis, ab illis quibus operatur etiam in impiis, & in aliis creaturis [g]:) *& ut velitis, & ut efficiatis*, P. Be. Pi. &c. Intellige quod bonum est. Ea enim Synecdoche h. l. (pro subjecta operationis salutis materia) intelligitur, ut ex Apostoli scopo apertè constat [h]. Nos & *volumus* & *facimus*, sed Deus facit ut & velimus & faciamus, quia acti agimus [i]. Verbo *velle* initium, *perficere*, perseverantiam ad finem usque, quòd utrumque sit à Deo, significat [k]. His verbis idipsum exprimitur quod Rom. 7. 18. est θέλειν & κατεργάζεσθαι, *velle & perficere*. Nempe duo sunt Voluntatis motus, prior est inchoatus tantùm, qui *velleitas* vocatur; éstque inclinatio tantùm & levis atque evanida animi commotio, ut in iis qui vellent esse viri boni, sed revera nolunt esse tales, qui—*virtutem vident intabescúntque relictâ*: alter, qui solis inest verè piis, est plena & constans voluntas ad bonum, quâ non modò afficiuntur persunctoriè pietatis studio, sed ducuntur etiam & rapiuntur: Ea hîc ἐνέργεια dicitur. Utrumque Deus efficit [l]. *Perficere* hîc non dicitur respectu operis alicujus præcedentis, cui perfectio deest, sed respectu τῶ *velle*, h. e. facere seu exsequi quod volebas, nec tentationi cedere [m]. *Operari in nobis τὸ velle & perficere*, est operari in nobis eas vires quæ requiruntur ad nostrum velle & perficere [n]. Verùm non dicit, eum operari ut possimus velle & facere, si velimus, sed etiam ut reipsâ velimus & faciamus [o]. Dicunt quidam, Deum operari in nobis velle, si velimus. Sed stultè & ridiculè quippiam exigitur ut conditio suiipsius; velùt si dicas, Deus facit me vivere, si vivam. Dicunt quidam, Deum, quantum in ipso est, operari in nobis, ut velimus & operemur. Sed & hoc August. meritò reprehendit. Non enim operatio gratiæ Dei ab humanæ voluntatis assensu dependet, sed cum facit, cùm sit per se efficax. Verus sensus est, Deum efficaciter operari, &c. tum quia omnis operatio Dei est efficax, tum quia vox ὁ ἐνεργῶν id notat [p]. Operatur autem Deus, tum remotè, ratione principii, & habitûs voluntatis bonæ; tum proximè, ratione actûs, &c. intus per Spiritum, foris per verbum, &c [q]. Operatur Deus velle per gratiam prævenientem, quâ intellectum illuminat, excitat voluntatem, affectum, pios motus, &c [r]. Deus *cogitare* sine nobis, *velle* nobiscum, *perficere* per nos, facit [†]. ¶ *Pro*, &c. Ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας] Ὑπὲρ hîc notat causam non finalem, sed efficientem; facit quia ità libet. *Legati mittuntur*, ait Demosth. ὑπὲρ τῶν κοινῇ συμφερόντων, *ut faciant utilia Reip* [t]. ὑπὲρ hîc pro κατὰ, Eph. c. 1. v. 9. ut pro διὰ, 2 Thes. 2. 1 [v]. Non malè illi qui exponunt, *pro desiderio nostro*, idque ex loco Psal. 145. 19. ubi est רצון [x]. *Pro bono animi proposito*, Er. Ti. *Pro benevolentia*, sive *beneplacito*, Mo. Ca. Pi. vel, *gratuitâ benevolentiâ*, Il. P. vel, 1. hominum [y], Philippensium [z]. Sed in iis quibus jam inest εὐδοκία, sive qui jam volunt, quid opus est efficere τὸ *velle* [a]? vel, 2. sub. *suâ*, sive *suo*, Il. P. Ca. Pi. &c. h. e. Dei [b]. Εὐδοκία enim, licèt interdum de hominis voluntate dicitur, ut Phil. 1. 15. plerumque tamen & ferè semper [c], & κατ' ἐξοχὴν [d], ad Dei voluntatem refertur [*], ut Matth. 11. 26 [f]. in Psalmis & alibi [g]. Potest hîc rectè exponi, *pro summa sua in nos benevolentia* [h]. Excludit hoc merita nostra, &c [i]. Græci, quia ὑπὲρ fini sive intentioni servit, ut Joan. 11. 4. sic exponunt, Ut compleatur in nobis beneplacitum ejus. Malim autem sic, Pro bona voluntate sua erga nos declaranda [k].

14. *Omnia autem facite sine*, &c. Χωρὶς γογγυσμῶν (Q. habent χωρὶς ὀργῆς [l]) καὶ διαλογισμῶν] *Absque murmurationibus* (vel, 1. adversùs Deum, ut Num. 11. 2, 7. 1 Cor. 10. 11 [m]. Est γογγυσμὸς, sive γόγγυσις, תלונות, Exod. 16. 7, 8, 9, 12. Num. 14. 27. & 17. 10. id quod Græci dicunt μεμψιμοιρίαν, ubi quis Divinæ de se dispensationi non acquiescit [n]. Vel, 2. adversùs homines [o]: quod meliùs convenit, 1. scopo; 2. sequenti vitio. Confer 1 Pet. 4. 9. Judæ v. 16 [p]. *Murmurationes* autem sunt clancularíæ oblocutiones & querelæ unius de altero [q].) *ac disceptationibus*, P. Be. Pi. E. Me. V. Er. Gom. nempe malis, per Synecdochen, ut Marc. 9. 33. 1 Tim. c. 2. v. 8. sunt enim & bonæ: Vide Mat. 15. 19 [r]. vel, *hæsitationibus*, Vulg. *dissidiis*, Me. *pravísque cogitationibus*. Verbum, διαλογισμὸς, medium est. Sed si vituperatur aut vetatur, intelligitur prava cogitatio; ut Latinè *valetudo*. Si dicas, *Non licuit per valetudinem*, intelligitur adversa valetudo: sin dicas, *valetudo contingat abunde*, intelligitur bona valetudo [†]. Διαλογισμοὶ verò videntur hîc esse rixæ acerbæ [t], de rebus ad pietatem nihil facientibus, quales multa erant inter Philosophos, maximè Aristotelicos; quales in Macedonia multi [v]. Vult igitur, ut cum omnibus versemur modestè, alii aliis, in rebus adiaphoris, cedentes, omnes autem Christo & veritati [x]: nec obmurmurantes superioribus, nec disceptantes de iis quæ præcipiuntur [y]. Modestiam hîc describit ab effectis, superbiæ contrariis. Superbi enim & simultates alunt atque inimicitias, quæ se produnt murmurationibus & disceptationibus [z].

15. *Ut sitis sine*, &c. Ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι] *Irreprehensibiles* (apud homines [a], i. e. tales ut nemo de vobis meritò conqueri possit [b], ut neminem verbo aut facto offendatis [c]. Vide Luc. 1. 6 [d].) *& sinceri*, P. Pi. Zan. apud Deum [*]: vel, *sine fuco*, Er. V. *simplices*, Be. Vulg. Zan. integri, innoxii [f], candidi in omnibus vestris dictis & factis [g]: תמימים וישרים [h]. ¶ *Filii* (sub. *inquam*, P. Be. vel, Tanquam *filii*, Sy. in Be.) *Dei* (Rom. 8. 16, 29. & 9. 8. Gal. 4. 28 [i].) *sine*, &c. Ἀμώμητα] *Inculpati*, P. *Inculpabiles*, Be. Pi. q. d. Ex Dei imitatione vitam ducentes inculpatam [k]. Eph. 1. 4. & 5. 27. Col. 1. 22. 2 Pet. 3. 14. Judæ 24. Apoc. 14. 5 [l]. ¶ *In*, &c. Ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης] *In medio nationis* (vel, *generationis*, E. Ham. &c.) *pravæ ac perversæ*, P. Mo. Be. vel, *tortuosæ*, sive *distortæ*, Er. Il. V. Sic & Act. 2. 40 [m]. Intelligit omnes impios & infideles, quorum plurimi erant in Macedonia & Philippis [n]. Erant eo tempore mores Judæorum & Gentium non conversarum ad Christum corruptissimi [o]: Sensus, q. d. Agitis inter malos, qui pro animi sui pravitate etiam benefacta criminantur [p]. Sunt [hæc] verba desumpta ex Deut. 32. 20 [q]. σκολιὸς est obliquus, cui opponitur ὀρθὸς; διεστραμμένοι Græcis vocantur qui habent distortos oculos, vel lusci, qui oculos huc illuc detorquent, & loripedes. Vide quàm venustè describit Paulus mundi dolos, &c. In mundo nihil sani, veri, recti, sed omnia inæqualia, obliqua, lusca, claudicantia [*]. ¶ *Inter*, &c. Ἐν οἷς φαίνεσθε ὡς φωστῆρες] Receptum apud Hebræos, *Opera creationis externæ habere in se imaginem creationis internæ*, id est, novæ. Dicere etiam solent, *Quod luminaria in cœlo, id Sapientes in terra*. Φωστῆρες מארות, Gen. 1. 14. Sol & Luna: quibus rectè comparantur ii qui verè sunt Christiani, Matth. 5. 14. Eph. 5. 8. 1 Thes. 5. 5. Confer & quod olim dictum, Dan. 12. 3. quò Apostolus respicit, Rom. 2. 19 [†]. Christus Soli, Ecclesia Lunæ, Fideles singuli, stellis, comparantur [t]. [Verba sic vertunt:] *Inter quos* (sub. *homines*, P.) *lucetis*, sive *splendetis* (vel, *lucete*, Er. ex Cypr. & Amb. V. E. ex Th. Me. splendore veræ doctrinæ & sanctæ vitæ [v]. Sed malim in Indicativo sumere [x], q. d. Vos soli & pauci inter tenebras lu-

cetis

[v] G. [x] Al. in E. [y] Zan. ex Aug. [z] Gom. [a] E. ex Aug. & Caj. Me. sim. Zan. [b] E. ex Caj. [c] Zan. [d] E. ex Caj. [*] Cam. [f] Ham. sic T. [g] Zan. [h] Gom. [i] Zan. [k] Zan. ex Aug. [l] Cam. [m] E. [n] Ham. [o] Be. [p] E. [q] Gom. [r] Me. sic T. [†] Me. ex Bern. [t] Strig. [v] Cam. [x] G. [y] Fr. ex Amb. [z] Sy. in Be.

[a] Cam. [b] Er. ex Th. Ee. Cam. Zan. Vor. E. Me. Ham. [c] E. [d] Cam. [*] E. sic Cam. [f] Cam. [g] E. [h] G. [i] E. sic Me. Ham. [k] E. [l] Er. V. G. [m] Q. in Gom. [n] G. [o] Plerique in Gom. [p] Gom. [q] Zan. sim. Gom. [r] Gom. [†] Ca. [t] G. sic Zan. [v] G. [x] Zan. [y] E. [z] Zan. [a] G. [b] Me. sim. E. Zan. [c] Zan. [d] Be. [*] G. [f] E. Me. [g] Zan. [h] G. [i] Idem. [k] E. Me. [l] G. [m] G. [n] Zan. [o] G. [p] E. [q] G. [*] Strig. [†] Ee. [†] G. [t] Q. in Gom. sim. Zan. [v] Me. sim. Zan. [x] G.

cetis professione nominis Christiani, & donis Spiritûs Sancti[y]. Hinc materiam accipit exhortationis, nè quid agant quo splendorem suum obscurent[z]. Videte quomodo vivatis: omnes vos respiciunt[a].) *ut luminaria*, Er. P. Ca. Pi. &c. i. e. Solis ac Lunæ instar[b]. At Ptolemæus ità distinguit φῶς ἀπὸ τοῦ φωστῆρος, ut prius tribuat Soli ac Lunæ, posterius stellis[c]: vel, *faces*, i. e. λαμπῆρες, sive φανοὶ & λυχνίαι, Joan. 18. 3. Hîc tamen φωστῆρες nec lucernæ, nec λυχνίαι quibus lucernæ imponuntur, sed ipsi illorum gestatores intelliguntur[d].

16. *Verbum*, &c. Λόγον ζωῆς ἐπέχοντες] Est ἀπόδοσις mixta comparationi. Sicut illa lumina cœlestia vitam dant animalibus, ità vos attollitis lumen omnibus Gentibus vivificum. Sic ἐπέχειν ἡμέρα dicunt Græci. Barnabas ait, τῷ λόγῳ ζωοποιούμενοι*. *Sermonem vitæ* (i. e. vivificum[f]; vel, 1. Christum, ut 1 Joan. 1. 1[g]. vel potius, 2. Evangelium[h]; quod sic dicitur, vel à materia, quia de vita æterna agit[i], quia prædicat Christum, qui est vita nostra[k]; vel ab effectu, quòd vitam affert, ut Rom. 1. v. 16[l]. q. d. lumen vivificæ fidei vobis prædicatæ[m]:) *sustinentes*, Er. Ti. Ca. hoc est, in vertice tenentes, ut erecta machina tollitur in altum lumen sustinens[o]: vel, *continentes*, Mo. Vulg. i. e. habentes & conservantes[p], nempe fide in cordibus vestris[q], ut lucerna suo vase continetur[r]: Evangelicæ doctrinæ respondentes & ut eâ dignum est vos gerentes †: vel, *prætendentes*, Be. Pi. Zan. Gom. sim. Il. P. vel, *obvertentes*, Be. *præbentes*, sive *exhibentes*, Be. Sch. ut nutrix dicitur *mammam puero* ἐπέχειν *prætendere*, sive obvertere †: prætendentes seu communicantes aliis, tum verbis[t], doctrinâ & confessione[v], tum exemplo vitæ[x]. Metaphora à Pharo, ubi accensæ faces navigantibus in alto portum quasi prætendunt in quem appellunt[y]. Ut autem hîc dicitur ἐπέχειν in sensu jam dicto, ità ἐπέχειν τινὶ dicitur qui oculos ad aliquid advertit, & quasi in re adversa defixos tenet[y]. Vel, *adhibentes*, sive *applicantes* (ut in Theocrito, ἐπέχε ποτῷ——κρωσσόν, *applicuerat aquæ urnam*,) aliis ut balsamum salutare, & latè spargentes, &c[z]. ¶ *Ad*, &c. Εἰς καύχημα ἐμοὶ εἰς——ὅτι οὐκ εἰς κενὸν, &c.] Hæc verba non pendent à proximè-præcedentibus, sed ab illis remotioribus, *Omnia facite*, &c. item, *Ut sitis irreprehensi*; nisi φαίνεσθε per Imperativum vertas[a]. *In gloriam mihi* (vel, *Ut gloriari possim*, P. Be. Pi. scil. de vobis[b], in fide & Evangelica vita constantibus[c]: ut mihi honorificum sit: vel, *Ut gloria mihi contingat*[d]; vel, *Ut de vobis gaudeam*: id enim esse καυχᾶσθαι & καύχημα sæpe jam diximus*.) *in diem Christi*, (i. e. semper usque ad diem Christi[f]: vel, *in die Christi*, Be. Pi. in die illo magno[g], in die judicii[h].) *quòd non in vanum* (i. e. sine fructu, 2 Cor. 6. 1. Gal. 2. 2. Est autem hîc λιτότης; vult enim dicere, *non sine copioso fructu Evangelii*[i]: vel, *frustrà*, P. Be. Pi.) *cucurrerim, nec in vanum laboraverim*, Zan. &c. *Frustrà* intelligit, non sibi (neque enim gloria fidelis ministri pendet à salute auditorum,) sed populo. Ità ostendit, se non tam de sua privata gloria sollicitum esse, quàm de illorum salute, quippe quam indicat suam gloriam esse[k]. Prædicatio rectè comparatur & Cursui, ut Act. 20. 24. Gal. 2. 2. 2 Tim. 4. 7. & Operæ laboriosæ, Act. 20. 35. 1 Cor. 15. 10. Gal. 4. 11. 1 Tim. 4. 10. & cap. 5. v. 17. Apoc. 2. 3[l].

17. *Sed*, &c. Ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ, &c.] *Quinetiam si immolor* (vel, *libor*, Mo. vel, *pro libamento offeror*, Il. P. Be. Pi. sic Tre. ex Sy. Σπένδειν est *libare*; hinc σπένδεσθαι pro *fœdus sancire*: nec usquam legi σπένδεσθαι in passivâ significatione; hîc tamen ità accipiendum docet sententia[m]:) *super hostia sacrificioque* (vel, *sacrificio & ministerio*, Be.) *fidei vestræ*, Er. Ti. Mo. P. &c. i. e. ob fidem quam suscepistis, quámque Deo velut gratam hostiam jam obtuli †. Præp. ἐπὶ hîc notat objectum simúlque causam impulsivam, q. d. Si contingat me supplicio affici propter Evangelii prædicationem, & quidem, dum in illa occupatus sum[n]. Sensus, q. d. Quinetiam hoc verè affirmare possum, si quando contingat sacrificio fidei vestræ studium, laborem, aut etiam sanguinem meum, veluti libamentum, infundi[o]: Etiamsi me contingat immolari Deo per mortem à persecutore pro Christo inferendam, postquam vos ad fidem vestram, velut hostiam, Deo ministrans atque sacrificans, prius obtulero. Duo hîc inducit sacrificia, unum sui tanquam offerentis, Philippensium tanquam oblatorum, quo nimirum ipse Deo ministrans offerebat fidem eorum, vel ipsos credentes: alterum, quo ipse insuper immolandus esset per mortem. Ità Th. Oecum. Anselm. & Thomas. Confirmatur ex collat. Rom. 15. 16[p]. Alludit ad Sacerdotium[q], & sacrificia[r], Legis †. In sacris erat *victima*, θυσία· ea solenni ritu per Levitas ac Sacerdotes præparabatur: id erat עבודה, λειτουργία· Accedebat σπονδὴ[t], *libatio*[v], vel olei[x], vel vini[y], quod Pauli sanguinem aptè repræsentat[z]; quæ [libatio] hostiæ superinfundebatur, ut fieret unum integrum sacrificium ex hostia & libamento[a], Exod. 29. 40. Levit. 2. 6. Num. 15. 5, 7[b]. Vide Jud. 9. 13. Σπονδὴ est Ammonio (sicut & Hesychio[c]:) *effusio vini super sacrificia*. Sanguis Vino comparatur; & in sacris Vinum est vice Sanguinis. Vide quæ diximus ad Matth. 26. 27. Thrasea moriens apud Dionem, Σοὶ τοῦτο τὸ αἷμα Ζεῦ Ἐλευθέριε σπένδω. Paulus Philippenses fecerat Deo victimas: Rom. 12. 1. & 15. 16. Eph. 5. 2. Eos doctrinâ & exemplo suo ità paraverat ut Deo grati essent. Videbat facilè fieri posse ut ipse suo sanguine fidem & Philippensium & aliorum confirmaret: id hîc vocat σπένδεσθαι, *libari**. Sensus, q. d. Ego vos ad Christum adduxi, cui postulo ut vos tanquam hostiam vivam sistatis; nec dubitem meipsum, tanquam libamentum, addere[f]. Sentit mortem suam victimam quandam esse cujus ipse sit minister & sacrificus, seipsum pro fide illorum immolans[g]. Solet Paulus *victimæ* nomine significare ipsos fideles Deo devotos, & quicquid est in iis, vel ab iis proficiscitur, Deo gratum, ut Rom. 12. 1. Phil. 4. 18. 1 Pet. 2. 5[h]. Θυσίαν ergò hîc vocat, vel, 1. Philippenses[i]: addit *fidei vestræ*[k], quia per fidem sunt sanctificati[l], & facti hostia[m]: vel, 2. Philippensium conversionem[n]; vel, 3. eorum eleemosynas ipsi Deo in persona Apostoli ipsius oblatas[o]. Λειτουργίαν vocat ministerium, vel suum, quo oblati fuerant Christo[p], Rom. 15. 16. vel Epaphroditi, quo λειτουργῷ in hujus sacrificii curatione Românque perductione usi sunt[q]. Σπονδὴν vocat mortem suam[r], additam victimæ, ad confirmandum in eis Evangelium fœdúsque novum †: Mortem suam vocat σπονδὴν, quia sanguine martyrum confirmatur doctrina novi fœderis, & in animis electorum constabilitur[t]. *Enimverò licet fidei vestræ sacrificio ac operatione immoler*, i. e. propter vos Christianos factos[v].

¶ *Gaudeo*, &c. Χαίρω καὶ συγχαίρω, &c.] *Gaudeo* (vel, *Gaudebo* tanto honore[x], immolatione mei[y]. Præsens pro Futuro[z].) *& gratulor* (vel, *congaudeo*, Er. V. E. vel, *gratulabor*, G.) *omnibus vobis*, P. Be. Pi. & fidelibus aliis, ad quos fructus mortis meæ perveniet[a], qui & ipsi per fidem efficimini sacrificium Deo acceptum[b]. Gaudendum vobis de morte mea[c], non simpliciter, sed ob fructum ejus[d].

18. *Idipsum*, &c. Τὸ δ' αὐτὸ, &c.] *Itidem* (vel, *Eodem modo*, Camer. Subauditur κατὰ*. Sic & Latinè dicimus, *Hoc gaudeo*, i. e. ob hanc rem[f]: sed ob idipsum quod dixi[g].) *autem & vos gaudete*, (vel, de bono vestro quod jam habetis[h]: vel, de mea morte[i], si contingat[k]: vel, *gaudetis*, Er.) *& gratulemini mihi*, P. Pi. &c. de bono meo quod exspecto[l], ut ego gaudeo exspectatione martyrii[m].

19. *Spero autem* (spe, non fidei, quæ certa est, sed charitatis, quæ probabilis, quâ de aliorum salute, &c. optimè speramus[n]:) *in Domino Jesu*] i. e. Per gratiam Domini[o], confisus Domini erga me benevolentiâ, non humanis viribus fretus, sed potentiâ Christi[p]: Spero me Christo adjuvante hoc consecuturum quod sequitur[q]. ¶ *Timotheum me citò mittere* (vel, *brevi missurum*, P. Pi. &c.) *ad vos*] Nimirum ut ex eo cognoscatis quis sit rerum nostrarum & hujus Ecclesiæ status. Quod utique cedet ad gaudium vestrum[r]. Multum promittit. Eum enim vult mittere quem γνήσιον τέκνον vocat, 1 Tim. 1. 2 †. Duo sperabat, licèt unum tantùm hîc exprimat, ut è vinculis liberaretur, & se liberatum posse carere servitio Timothei, & illum ad Philippenses missurum[t]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα κἀγὼ εὐψυχῶ γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν] *Ut & ego bono sim animo* (i. e. læto & alacri[v]. Alii legunt ἐμψυχῶ. Non spernenda hæc lectio: nam ἐμψύχειν, quod & ἀναψύχειν, est activum pro reciproco, *refrigerare semet*; quod Hebræi dicunt בלג, Psal. 39. 13. Calamitates æstui comparantur, solatia refrigerationi; inde & παραψυχή[x]. Εὔψυχον Græca

Græci vocant animi præsentiam & generositatem. Et Plato κακοψυχίαν, i. e. *degenerem animum*, opponit τῇ εὐψυχίᾳ [y]. Idem ferè εὐψυχεῖν & θαῤῥεῖν [z].) *cognito statu vestro*, P. Be. Pi. vel, *ubi cognovero de rebus vestris*, aut *in quæ circa vos sunt* [a]; aut *de vobis* [b], juxta formam illam quâ τοὺς ἀμφὶ Πλάτωνα ipsum *Platonem* dicimus [c]. Græcismus hic est, significans idem quod res vestras [d]. Supponit Timotheum bona & læta de iis renunciaturum [*], prout charitas ipsum jussit de iis meliora sperare [f]: docétque se ex animo solicitum esse quo loco ipsorum res sint [g].

20. *Neminem enim habeo* (hîc ad manum [h]:) *tam unanimem*, Ἰσόψυχον] Ex Psal. 55. 13. כערכי Græcè, ἰσόψυχε. *tam charum fidúmque mihi*. Syrus, *ut anima mea* [i]: qui eadem mecum sentit & vult [k]. *Pari* (mecum scilicet [l]:) *animo præditum*, P. Be. Pi. tam promptâ voluntate [m]: qui pari sinceritate tractat Evangelium [n]: qui vobis æquè mecum studet [o]. ¶ *Qui*, &c. Ὅστις γνησίως, &c.] *Qui germanè*, sive *sincerè*, (γνησίως *sincere*, in Glossario. Habes eam vocem 2 Macc. 14. 8 [p]. vel, *ingenuè*, Er. ex Aug. *tantâ fide*, G. *diligenter*, Tre. ex Sy.) *res vestras curaturus sit*, Er. P. Be. &c. puram tradens doctrinam, idque animo sincero, non sua quærens, sed Christum, &c [q].

21. *Omnes* (i. e. multi, ut Rom. 3. 2 [r]. plerique †, cæteri [t], qui mecum sunt [v], commilitones mei [x].) *enim quæ sua sunt quærunt*, (i. e. sua agunt [y], student privatis commodis [*], lucro, gloriæ [z], quieti [a], & valetudini [b]:) *non quæ sunt Jesu Christi*] i. e. negotium Evangelii promovendi [c]; quæ Christo placent, quæ ad salutem & consolationem Ecclesiæ pertinent [d]: q. d. privata commoda præponunt gloriæ Christi [*]; magis amant suam quietem quàm ut vestrâ causâ tam molestum iter suscipiant, aut p ricula subeant: de eo enim animos eorum tentaverat, &c. Loquitur autem comparatione Timothei [f].

22. *Experimentum*, &c. Τὴν δὲ δοκιμὴν αὐτοῦ, &c.] Hanc vocem habuimus Rom. 5. 4. 2 Cor. 2. 9. & 8. 2. & 9. 13. & 13. 3 [g]. *Porrò probationem* (vel, *experimentum*, Be. Pi.) *ejus* (h. e. quanta fidei suæ documenta dederit [h]:) *nôstis*, Er. Ti. Hoc nôrunt, cùm apud ipsos esset Timotheus & cum Paulo, & post discessum Pauli [i]: ut colligitur ex Act. 16. & ex eo quòd Timothei nomen in fronte hujus epistolæ additur [k]. Vel, *cognoscite*, Vulg. q. d. scilicet ex me [l]: Accipite documentum sinceritatis & virtutis Timothei [m]. ¶ *Sicut*, &c. Ὡς πατρὶ —— εἰς τὸ, &c.] *Sicut patri* (vel, *cum patre*, Er. P. Be. Pi.) *filius*, (id est, non minùs quàm filii Patri solent, 1 Tim. 1. 1. 2 Tim. c. 1. v. 1 [n]. honorem & obedientiam mihi præstans, meúmque ingenium & spiritum retinens [o]:) *cum me servivit* (sub. *Deo*, Be. Pi. vel Christo, & eadem mecum docens & eodem animo ac fine. Nota modestiam Pauli, qui Timotheum conservum suum vocat [p].) *in Evangelium*, Mo. Er. V. vel, *in Evangelio*, P. Be. id est, in Evangelii prædicatione [q], ad Evangelium promovendum [r].

23. *Hunc* (tantum ac talem virum †:) *igitur* (id est, cùm res ità se habeant, ut modò dixi [t].) *spero*, &c.] Scilicet in Domino, ut suprà dixit [v]. ¶ *Mox*, &c. Ὡς ἂν ἀπίδω τὰ περὶ ἐμὲ ἐξαυτῆς] *Ut videro ea quæ circa me, ex ipsa*, Mo. ἐξαυτῆς, supple ὥρας [x]; & referendum hoc, vel ad proximum verbum ἀπίδω, vel, quod perinde est, ad remotius ἐλπίζω [y], vel ad πέμψαι [z]. *Quum videro rerum mearum statum, è vestigio*, Pi. In Glossario, ἐξαυτῆς, *actutum, è vestigio*. Est ea vox apud Marcum, 6. 25. Act. 10. 33. & 11. 11. & 23. 30. Utitur & Plato περὶ τῶν ὑπνομαζομένων, & Procopius. Respondet Chaldæo בה שעתא [a]. Ἐξαυτῆς conjungendum cum ὡς, qu. d. sine mora [b]. *Simulatque* (vel, *Brevi postquàm*, Tre. ex Sy. *Mox*, vel, *Protinus*, sive *Confestim ubi*, Er. Il. Ti.) *videro rerum mearum statum*, P. Be. Pi. vel, *mea negotia*, Er. Ti. V. i. e. quem exitum habebunt vincula mea [c], mortem, an liberationem [d]: nam antè integrum ei non erat de rebus suis externis disponere [*]. Simulatque rebus meis prospexero [f].

24. *Confido autem in Domino*, &c.] Idem sensus qui suprà 1. 25, 26. *A Domino me hoc consecuturum spero*, ut suprà ἐλπίζω ἐν Κυρίῳ. Nam πέποιθα idem est quod ἐλπίζω suprà 1. 6 [g]. Confirmat hîc quod dixerat v. 15. nè putaretur mutâsse consilium, & Timotheum mittere, quòd ipse venire nollet [h].

25. *Necessarium* (vel, *Operæpretium*, V.) *autem existimavi* (i. e. E re esse judicavi: sic ἀναγκαιότερον habuimus suprà 1. 24 [i]. *Necessarium*, ad consolationem vestram, dum Timothei ad vos profectio differtur [k].) *Epaphroditum* (cujus & infrà meminit, 4. 18. Puto eundem esse qui Ἐπαφρᾶς contractè, Col. 1. 7. & 4. 12. Nam in eum modum contrahi solita nomina diximus initio ad Lucam. Nomen *Epaphroditi* est & in Orationibus Lysiæ [l]. Hunc Philippenses Romam miserunt, non solùm ut Paulo necessaria suppeditaret, sed etiam ut ei in carcere ministraret, & negotia ejus extra carcerem perficeret, nec ab eo discederet, antequam exitum status Pauli videret. Hoc officio fideliter functus est, etiam supra vires, indéque in morbum gravissimum & lethalem incidit [m].) *fratrem* (i. e. Christianum [n]; vel fraternâ charitate dilectum, vel certè socium operis Evangelici [o]:) *& cooperatorem* (vel, *adjutorem*, Be. *collegam*, P. Pi. Participem laboris [p], in annunciando Evangelio [q], Rom. 16. 3, 9, 21. 2 Cor. 8. 23. Phil. 4. 3. Col. 4. 11. 1 Thes. 3. 2. Philem. 1, 24 [r].) *& commilitonem meum*] In hac sacra expeditione sub Christo duce †; in sustinendis certaminibus cum mundo, Satana, falsis fratribus, hæreticis & tyrannis [t]: q. d. participem etiam periculorum, quod egregiè significatur tralatione sumptâ à re militari. Sic & Philem. 2. Similis tralatio 2 Cor. c. 10. v. 4. 1 Tim. 1. 18. ¶ *Vestrum*, &c. Ὑμῶν δὲ ἀπόστολον] i. e. שלוח: sic enim Hebraicè loquentes, Græcè verò loquentes ἀποστόλους vocabant eos qui sacras pecunias colligebant atque portabant, ut diximus ad Matth. 10. 2. Θεοδρόμον dixit Ignatius & ἱεροπρεσβύτην & ἱεροτρόμον [v]. *Vestrum autem Apostolum*, Er. Ti. Vulg. latè sic dictum [x], honoris causâ [y], i. e. verbi ministrum [z]; qui Apostolis apud vos fidem & Ecclesiam fundantibus aliqua ex parte collaboravit [a]; vel sic vocat, quia eorum Episcopus erat [b]: vel, *legatum*, P. Be. Pi. Zan. Vor. E. ex Th. & Caj. Fuerat enim missus cum eleemosyna [c]. Huic favet & quod hîc sequitur [d], & collat. 2 Cor. 8. 23 [*]. ¶ *Et*, &c. Καὶ λειτουργὸν τῆς χρείας μου] *Et ministrum usus mei*, Mo. vel, *necessitatis meæ*, Vulg. Tre. ex Sy. *Mei muneris vicarium*, Ca. i. e. me absente vestrum Episcopum [f]. *Quique mihi subministrat*, vel, *subministravit in necessitate mea*, Er. Ti. vel, *quibus mihi opus erat*, Il. P. Pi. sic Be. Per quem publico nomine mihi necessaria subministrâstis [g]. Nam λειτουργὸς est publici muneris exsecutor [h]. Ità docet, eum fecisse officium suum [i]. Miserant Philippenses pecunias ad Paulum per Epaphroditum: quas accepit, tum quia in vinculis constitutus laborare, ut antè manibus suis, non poterat; tum, ut indè pauperes Christianos qui Romæ erant sublevaret. Hoc dicitur χρεία, Act. 2. 45. & 4. 35. & 6. 3. & 20. 34. & 28. 10. Eph. 4. 28. Phil. 4. 16 [k]. ¶ *Mittere ad vos*] Antequam Timotheum mittam [l]. *Mittere* dixit pro *remittere*: simplex pro composito [m]. Hoc dicit, nè suspicarentur, aut eum sponte discessisse, aut à Paulo dimissum fuisse, ut ipsi minùs gratum [n].

26. *Quoniam*, &c. Ἐπειδὴ ἐπιποθῶν ἦν πάντας ὑμᾶς] Subintelligi potest verbum ἰδεῖν [o], quod in MS. (in Claromont. cod. & aliis tribus [*]:) rectè additur, quomodo loquitur Rom. 1. 11. & 2 Tim. 1. 4. Et ità apparet hîc legisse Syrum [p]: sine illo tamen sensus etiam constat [q]. *Quandoquidem desiderabat omnes vos*, Er. Ti. sic P. Be. Pi. scilicet revisere [r]; vel, *desiderio vestrî omnium flagrabat*, Pi. Non dicit, videre suos, scil. domesticos, sed *vos*, nec quosdam, sed omnes. O amorem verè pastoralem †! ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀδημονῶν] *Et mæstus*, Mo. Ar. sic Vulg. vel, *anxius*, Ca. Tre. G. *erat*, Tre. G. *anxius animi*, Er. Ti. *valdè anxius animi*, Il. Vide Matth. 26. 37. Marc. 14. 33. Utitur & Aquila Job. 18. 20. Syrus hîc מעק bene [t]. Vel, *gravissimè angebatur*, P. Be. Pi. Zan. *impatienter solicitus erat*, Amb. in Er. nè quid gravius ex tam tristi nuntio vobis contingeret [v]. Ἀδημονεῖν est *penè exanimari ac deficere præ dolore* [x]. ¶ *Quod audieratis illum infirmatum*] Vel, *ægrotâsse*, P. Pi. &c. Unde non dubitavit vos vehementer fuisse contristatos [a].

27. *Nam*, &c. Καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ] חלה למות, Esa. 38. 1. ubi Græci quidam ἐμαλακίσθη ἕως θανάτου, alii, ἕως τοῦ ἀποθανεῖν, alii, εἰς θάνατον [b]. *Etenim* (Causam reddit cur

cur dixit, exoptâsse eum illos videre, ut eos consolaretur, & unà cum illis gratias Deo ageret[c]. Vel, *Et certè*, Er. Ti. P. Be. Pi.) *infirmatus est* (vel, *ægrotavit*, P. Be. &c.) *proximè morti*, Mo. sic P. Be. Pi. *ità ut esset vicinus morti*, Er. Il. Ti. sic Ca. E. Me. ¶ *Sed Deus misertus est ejus*] Eripiens eum periculo & sanitati restituens[d]: quod *misericordiam* vocat, i. e. opus misericordiæ*, quatenus erat miseriæ cujusdam remotio[f], & quia morbus hic suâ naturâ incurabilis erat. Obj. At misericordia potiùs erat, ipsum ex hac miserrima vita eripere. Resp. De morte loquitur in sese considerata, quo modo summa est miseria, utpote corruptio rei viventis, & stipendium peccati. Et mors ejus miserabilior esset, quia fuisset Ecclesiæ Philippensium afflictio & desolatio, luctus piorum, lætitia impiorum & falsorum doctorum[g]. ¶ *Nè tristitiam super tristitiam haberem*] i. e. Continuum dolorem[h]: Nempe si ad vincula accessisset jactura amici[i]. Nè dolorem quem patiebar, vel ob infirmitatem ejus[k], vel, ex meo carcere[l], (homo enim erat, non saxum, & dolorem sensit, ut & Christus, sed eum constanter tulit[m]:) exciperet novus dolor, isque acerbior, ex ejus morte[n]. Observa, Deo non probari ἀπάθειαν Stoicam, sed συμπάθειαν Christianam[o]. Qu. Cur Paulus, cùm donum haberet curationum, hunc non sanavit[p]? Resp. 1. Vis illa non erat in potestate Apostolorum, sed Dei, qui illis tanquam organis suis, cùm volebat, utebatur[q]; nec illi eo dono uti poterant, nisi quando sentiebant instinctum divinum ad utendum. 2. Non sanabant illi domesticos, nè suspicio infidelibus oriretur, rem ex composito agi, sed ab aliis oblatos, externos & ignotos. 3. Sciebat illud donum sibi concessum, non sui vel Epaphroditi causâ, sed ad utilitatem publicam Ecclesiæ[r], præsertim propter infideles convertendos †. At Epaph. & Philip. fideles erant, non ergò opus fuit miraculo[t]. 4. Creditur Apostolus suis precibus vitam illi impetrâsse[v], sed hoc, modestiæ causâ reticuisse[x].

28. *Festinantiùs*; ità Er. G. Æth. sic Ar. Est enim hæc genuina hujus vocis significatio à σπεύδειν. Indè translata altera, quæ *diligentiam* significat[y]. Σπουδαιοτέρως] *Sollicitiùs*, Er. ex Amb. *Avidiùs*, Ca. *Studiosiùs*, Er. P. Mo. Ti. Eò *studiosiùs*, Il. Be. Pi. Sed hoc ipsum Græci exponunt, Sine mora[z]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἰδόντες αὐτὸν πάλιν χαρῆτε] Πάλιν jungendum, vel, 1. cum ἰδόντες[a]. *Ut cùm videritis eum rursus* (vel, *Ut ipsum iterum conspicientes*, G. sim. Be. Pi. quem vos nunquam visuros putabatis[b]:) *gaudeatis*, P. vel, ob id *gaudeatis*, G. Vel, 2. cum χαρῆτε[c]. *Ut eo viso, rursùs gaudeatis*, Zan. sim. Er. Ti. scil. post luctum & lacrymas, ut antea gaudebatis, quòd talem haberetis pastorem[d]. ¶ *Et*, &c. Κἀγὼ ἀλυπότερος ὦ] *Et ego magìs vacem dolore*, Er. Ti. P. V. vel, *eò minùs doleam*, Be. Pi. Nempe ubi eum salvum ad suos venisse cognovero*. De his lætabatur optimus Apostolus, de suis verò vinculis non ità erat solicitus[f].

29. *Excipite*, &c. Προσδέχεσθε, &c.] *Excipite* (id est, accipite, amplectimini[g]:) *igitur eum in Domino* (i. e. tanquam servum Domini[h], non tanquam privatum amicum, & à me missum, sed ut virum Dei missum à Deo, eòque tanquam Christum ipsum; vel, propter Dominum, & Deo sic jubente[i]:) *cum omni* (i. e. magno[k], pleno, sincero & perfecto, & omnium vestrûm[l]:) *gaudio*, P. sic Be. Pi. Rom. 15. 32[m]. ¶ *Et*, &c. Καὶ — ἐντίμους ἔχετε] *Et tales* (non eum solum, sed & alios ei similes[n]: Eum autem commendaverat non ab eloquentia, scientia, &c. sed à summa pietate & charitate[o].) *in pretio* (vel, *in honore*, Be.) *habete*, Er. Ti. P. Pi. Debito honore afficite[p], etiam in suppeditandis stipendiis[q], 1 Tim. 5. 17[r].

30. *Quoniam propter opus Christi* (Sic vocat operam positam Christi causâ †, & ad promovendum ejus Evangelium[t], me scilicet per Epaphroditi ministerium in vita servato[v]: vel, visitationem Pauli in carcere detenti propter Christum[x]; quæ periculosa erat ob Neronis iram, &c[y]. vel, totum illud opus quod Philippenses ei injunxerant, ut scilicet eleemosynam Romam perferret, Pauloque in omnibus, sive in carcere, sive extra carcerem, inserviret[z].) *usque*, &c. Μέχρι θανάτου ἤγγισε] קרב למות, Job. 33. 22[a]. *Accessit ad mortem usque*, Pe. Be. Pi. &c. *Morti proximus fuit*, V. sim. Er. Ti. Ex prolixo itinere & nimiis laboribus[b], ac diligentiâ circa meum ministerium[c], gravem morbum incurrit[d], ut mihi adesset & serviret*. ¶ *Tradens*, &c. Παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ] *Posthabens animam*, Mo. *Et sprevit animam suam*, Tre. ex Sy. *Non habitâ vitæ* (vel, *animæ*, Ar. sub. *suæ*, Ar. Ca.) *ratione*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. V. *Malè*, vel, *Perperam, consulens animæ*, i. e. vitæ suæ, E. Me. Zan. Be. uti facit qui se in apertum vitæ periculum conjicit[f]; qui supra vires laborat, vigilat, &c. aut aliquid agit contra suam valetudinem: ut contrà ille dicitur bene vitæ suæ consulere qui omnia rectè agit ad valetudinem suam vel recuperandam vel conservandam[g]. Παρὰ in compositione *perperam* significat, ut in παραλογίζεσθαι, *perperam ratiocinari*, &c †. Verùm nec παραβουλεύεσθαι est vox Græca, neque phrasis hæc Græca est[h]. Sic ergò vertas, *Vitæ discrimen audacter iniit*[i]. Omnino legendum est, παραβολευσάμενος τῇ ψυχῇ, i. e. *vitam objectans periculis*[k]. Plinius in Epistolis, Periculosa, ùtque Græci meliùs exponunt, παράβολα. Latinus Interpres recepto vetustior posuerat hîc, *parabolatus est animam suam*. Nam & Latinè *parabolani* dicuntur qui cum vitæ periculo ægrotis adsunt[l]. Παράβολον πρᾶγμα est *audax facinus & plenum periculi*: & παραβόλως significat *audacter, & magno cum discrimine*. Unde ab Apostolo factum παραβολεύεσθαι, *audacter se gerere, nullâ habitâ periculi ratione*[m]. Παραβολος in Aristophane est ῥιψοκίνδυνος, *qui se in periculum conjicit*, quo sensu habemus παραβαλλόμενος 2 Macc. 14. 38. Et in Plutarcho Vitâ Galbæ παραβολώτερον ἀγωνίζεσθαι est *magna cum audacia pugnare*. Verbum παραβολεύσασθαι vix alicubi occurrit nisi in Hesych. & Phavor. aliisque Glossariis, qui illud non tantùm hinc videntur desumpsisse, sed & legisse παραβολευσάμενος (quanquam Libri impressi secùs habeant,) quia collocant inter voces παραβολὴ & παράβολιον, vertùntque, *qui seipsum tradit ad mortem*[n]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρός με λειτουργίας] *Ut* (vel, *Dum*, Ca.) *suppleret* (vel, *impleret*, Tre. ex Sy. vel, *rursus impleret*, Mo.) *defectum* (vel, *quod fuit diminutum*, Er. Ti. *id quod defuerat*, Tre. ex Sy.) *vestri officii* (vel, *ministerii*, Be. Zan. Er. vel, *obsequii*, Er. vel, *suppeditationis vestræ*, V. vel, *vestrum ejus officii*, Mo. vel, *vobis in ministerio*, Tre. ex Sy. vel, *in vestro officio*, Er. Ti.) *circa me*, Er. vel potiùs, *erga me*, Er. Il. Ti. P. Ca. Pi. Zan. V. vel, *quod ad me*, Mo. *quod est ergà me*, Tre. vel, *quo erga me functi estis*, Be. Ad verb. *vestrum defectum officii erga me*, Pi. q. d. Dum id mihi præstaret quod præstare vestri erat officii[o]: [nam] suppeditare debetis mihi necessaria, qui spiritualia seminavi[p]. Non perstringit eos quasi aliqua in re sibi defuerint: non enim in animis ipsorum fuit hoc ὑστέρημα, sed in ipsa λειτουργίᾳ, cum qua conjungere [se] non potuerunt, quod peroptabant omnes, nempe ut etiam cominus Apostolo suo singuli inservirent. Sed hoc ille eorum nomine supplevit[q]. Sensus, q. d. Ut quæ obsequia vos per absentiam mihi præstare non potestis, ipse suppleret[r], mihi pro vobis ministrans †. Similis sensus Philem. 13. Loquendi genus non dissimile, 2 Cor. 11. 9[t]. Est catachresis in nomine λειτουργία· quod propriè significat administrationem officii publici, putà magistratûs aut sacerdotii: sed hîc usurpatur ad significandum officia privata humanitatis ac beneficentiæ erga Paulum[v]. Λειτουργία significat ministerium publico nomine debitum. Quâ voce usus est Paulus, ut Philippenses à fastu revocaret, ac nè sibi placerent, velut qui magnum aliquid & indebitum Paulo præstitissent[x].

CAP. III.

1. **D**E *cætero*, Τὸ λοιπὸν] *Quod superest*, P. Pi. &c. Videtur hîc Apostolus finire Epistolam voluisse, ut facere solet per vocem τὸ λοιπὸν, aut λοιπὸν, aut τοῦ λοιποῦ, ut 2 Cor. 13. 11. Gal. 6. 17. Eph. 6. 10. 2 Thes. 3. 1. & per verbum χαίρετε, 2 Cor. 13. 11. infrà 4. 4. 1 Thes. 5. 16. sed postea, cùm temporis aliquantò plus accepisset, addidisse ea quæ sequuntur. Quale quid ei evenisse etiam cùm Epistolam ad Romanos scriberet, ibi notavimus[a]. Pendet hoc à superioribus, sed ad sequentia pertinet, q. d. Descripsi vobis, ubinam vestra consistat salus

Marginal notes (left): c Zan. · d E. sim. Me. Zan. · * Zan. · f E. Me. · g Zan. · h D. · i G. · k E. ex Græcis sic Me. Zan. · l Zan. sim. E. · m Zan. · n E. sic Me. Zan. · o Zan. · p Zan. E. · q Zan. · r E. · † E. sic Zan. · t Zan. · v Zan. sim. E. · x Zan. · y G. · z E. · a Be. · b Be. sim. Zan. · c Q. in Be. · d Zan. · * G. sim Zan. · f Zan. · g Zan. · h Pi. sic Vor. · i Zan. · k E. · l Zan. · m G. · n E. · o Zan. · p E. Me. · q E. · r E. G. · † G. sim. E. · t E. sic Zan. Vor. · v Zan. · x Me. sim. E. ex Græcis T. Be. · y E. · z Zan. · a G. · b T.

Marginal notes (right): c E. · d T. sim. E. Me. · * Me. · f Be. · g Zan. · † Zan. · h Cap. ex Scal. · i Cap. · k G. ex Scal. & Salm. sim. Cap. Ham. · l G. · m Cap. · n Ham. · o Ca. · p V. · q Zan. sim. E. · r G. sim. E. Me. T. Zan. Be. Pi. · † E. · t G. · v Pi. · x E. · a G.

salus, nempe in solo Christo. Quid restat, nisi ut in eo, tanquam in summo bono, gaudeatis, &c [b]. Al. Suprà descripsit materiam gaudii de Epaphrodito, &c. nunc docet, quali gaudio debent gaudere [c]. Consolatione concludit superiora, ut ad novum transeat argumentum, q. d. Quod superest volo vos, abjecto mærore ex meis vinculis, &c. gaudere †. ¶ *Gaudete in Domino*] i. e. Propter Dominum, tanquam bonorum & felicitatis autorem: deinde, juxta voluntatem Domini, ut 1 Cor. 7. 39 [d]. vel, eo gaudio quod Christianos decet [*]; gaudio spirituali, & quod dignum est Domino [f], non gaudio carnis & mundi [g]. ¶ *Eadem vobis scribere* (vel, quæ scripsi aliis [h]; vel, quæ præsens dixi & inculcavi [i]. Sæpe repetere ea quæ magno sunt usui [k].) *mihi*, &c. Ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν] Hîc ὀκνηρὸν ponitur sensu passivo, ut Prov. 31. 27 [l]. *Mihi non grave* (vel, *molestum*, Tre. ex Sy. V. vel, *pigrum*, Mo. Ar.) est, G. vel, *Me non piget*, Er. Il. Ti. P. Ca. Be. Pi. G. *In me non est timidum:* sequentes cautelæ adversus canes, &c. non profluunt ex timiditate mea. Ὄκνος, inquit Phavor. est ῥᾳθυμία, *timiditas*, vel, *ignavia*, unde & ὀκνηρὸν ità sumitur, &c [m]. ¶ *Vobis autem necessarium:* Ut in fide confirmemini [n]. Ἀσφαλὲς] *Tutum*, Er. P. Ca. Be. &c. i. e. Vos tutos reddit & confirmat [o]; sæpe enim repetita eò meliùs hærent animo. *Ut vos cautiores sitis:* Syrus non malè [p]. Ut tutiores sitis à periculis [q]. Optimè Seneca, epist. 95. *Etiam aperta monstrare plurimùm prodest. Interdum enim scimus, nec attendimus. Licèt nil doceat admonitio, excitat tamen & continet memoriam, nec patitur elabi* †.

2. *Videte*, &c. ità Ca. Βλέπετε τοὺς κύνας—τὴν κατατομήν] *Cavete* (vel, *Vitate*, V. *Admoniti estote*, Sy. in D. *Videte* pro *cavete* [r], [ut] & etiam Latini usurpant: sed frequentiùs eo sensu construitur per ἀπὸ, ut Marc. 8. 15. & 12. 38 †. Trinâ verbi βλέπετε repetitione significat diligenter & sine mora dandam operam, ut eos & cognoscamus, & cognitos caveamus [t].) *canes*, (vel, *à canibus*, Sy. in D. vel, *istos canes*, Zan. De certis quibusdam loquitur quos illi noverint [v], quos velut digito demonstrat [x]. *Canes* vocat homines & inverecundos & avaros ex Esa. 56. 10. Hîc tangere incipit illos Judaismi commendatores, duriùs eos tractans, ideo quòd animum ipsorum penitus noverat [y]. Loquitur hîc de falsis doctoribus [z], de Judaizantibus [a], & hæreticis [b]. Retorquet in eos nomen *canum*, quod ipsi Gentilibus tribuerant [c]. Hos *canes* vocat, 1. ob ignorantiam rerum Divinarum [d]; 2. ob impudentiam [*]; 3. quòd redirent ad vomitum, hoc est, ad Judaismum. Vide Prov. 26. 11 [f]. 4. ob calumniam sive caninam mordacitatem [g]; quòd Apostolos morderent & lacerarent, eorùmque doctrinæ passim oblatrarent [h]: 5. ob voracitatem seu avaritiam [i]; quòd ventris causâ omnia agebant, & [k].) *cavete malos operarios*, (qui *operarii subdoli*, 2 Cor. 11. 13 [l]. qui in opere Domini, i. e. Evangelio, non versantur bonâ fide [m], nec Christi, sed suam, spectabant utilitatem. Eos sic maximè vocat, quia videbantur quidem operari in prædicatione Evangelii Christi, cujus ministros se jactabant, 2 Cor. 11. sed reverà illud suâ doctrinâ pervertebant [n], Christianismum miscentes & corrumpentes Judaismo [o]; vel, quòd opera mala docebant, idque malo animo, nempe ex odio Pauli, & ad malum finem, &c [p].) *cavete concisionem*, Er. P. Mo. Be. &c. vel, *à concisione carnis*, Tre. ex Sy. vel, *concisos*, Ca. i. e. circumcisos, qui circumcisionem vobis obtrudunt [q]. Moris erat Judæis, tum idolis, tum hominibus malis, nomen aliquod indere quod ab ipsorum nomine non longè abiret, ut eorum imbecillitatem aut vitia denotarent. Sic Paulus eos qui se vocabant περιτομὴν, nempe abstracti voce positâ vice concreti, ut Rom. 3. 30. & 15. 8. Gal. 2. 7, 8, 9. Eph. 2. 12. mox v. 5. vocat κατατομὴν, i. e. τοὺς κατατέμνοντας, *scissores* Ecclesiarum Christi. Nam κατατέμνειν est *in partes lacerare*, שרט, Levit. 21. 5. גדד, 1 Reg. 18. 28. Usurpant sic Xenophon, Plutarchus, & alii. In Glossario, Κατατομή, *concisio* [r]. Est paronomasia †; sive elegans antanaclasis, quâ eorum jactationes de necessitate circumcisionis irridet, & simul conditionem doctrinæ ipsorum exponit, quippe quâ & seipsos, & alios à Christo velut abscinderent [t]. Circumcisionem, sive Judæos, per contemptum vocat *concisionem* [v]: vel, q. d. non verè circumcisos, nempe corde, sed tantùm corporis particulâ concisos [x]: vel, q. d. circumcisio tanti olim facienda, nunc post Christum nihil aliud est quàm carnis sectio & concisio [y]: vel, quia dum circumcisionem urgebant, corpus Ecclesiæ scindebant atque perdebant [z], & sibi perniciem creabant [a]. Κατὰ in compositione destructionem significat [b]. Forsan hîc allusit ad profanas incisiones prohibitas, Levit. 19. 18. & 21. 6 [c]. Circumciditur id à quo superfluum aliquid resecatur, conciditur autem quod in partes minutas scinditur [d]. Et circumcisio quidem arte fit ad rem purgandam & expoliendam; concisio verò temerè, & cum destructione rei [*].

3. *Nos enim sumus circumcisio*] Scilicet vera & spiritualis [f], sive cordis, Rom. 2. 29. i. e. corde circumcisi [g]: quod ut præcipuum urgent Prophetæ [h]. Vide Deut. 30. 6. Act. 7. 51 [i]. Rectè ergò eos *concisionem* appellavi [k]: Jactant illi carnalem circumcisionem, nec usum ejus & significationem agnoscunt [l]. ¶ *Qui*, &c. Οἱ πνεύματι Θεῷ, &c.] *Qui spiritu* (i. e. vel, Spiritu Sancto [m]; vel, spiritu nostro [o], puro animo, quod maximum, Joan. 4. 24 [p]. non externis tantùm ritibus, ut Judæi, Esa. 29. 13 [q]. sed spiritualiter [r], spirituali fide, spe & charitate †.) *servimus Deo*, P. Pi. &c. A vero & spirituali cultu ad veram ac spiritualem circumcisionem argumentatur Apostolus [t]. Alii legunt, οἱ πνεύματι Θεοῦ, &c. Sic 5. MSS. cod. Sic lectum testatur Aug. in Græcis penè omnibus, & Latinis plerisque, exemplaribus [v]. Ità vertendum, *qui spiritui Dei servimus* [x]. Hinc colligitur, Spiritum S. esse Deum, cui cultus debetur [y]. ¶ *Gloriamur in Christo*] Tanquam auctore salutis nostræ [z], non in Mose [a]; in solo Christo fiduciam collocantes [b]: hoc maximè gaudentes, quòd Christum, i. e. doctrinam ejus, perceperimus [c]; omne bonum virtutis ac pietatis, & quicquid est in quo rectè gloriamur, Christi meritis acceptum referentes [d]. ¶ *Non in carne*, &c.] Id est, in rebus externis sive carnalibus [*], neque ad animum pertinentibus [f], v. g. circumcisione, nobilitate, legis scientiâ, &c. ut patet ex sequentibus [g], & si quid aliud est extra Christum [h]. Judæi suæ in Deum fiduciæ hoc habebant argumentum, quòd Deus ipsis, tanquam fœderatis suis, præcepisset in cute circumcidi; at nos, quòd Christus fœdus nobiscum morte suâ sanxerit [i].

4. *Quanquam*, &c. Καίπερ ἐγὼ ἔχων πεποίθησιν, &c.] *Quanquam ego habeo* (Ad ἔχων subauditur *sum*, more Hebræo [k]; i. e. habere possim [l]:) *confidentiam* (vel, *de quo confidam*, P. Be. Pi. i. e. fiduciæ argumentum [m]:) *etiam in carne*, Zan. P. &c. seu rebus illis carneis [n], siqua est ea gloria [o]: vel, *confidere possim carnali circumcisione*, V. possim gloriari [p]: q. d. Non ideo hæc rejicio, quòd mihi gloriandi materia desit, ut solent homines ea contemnere in aliis quæ ipsi nesciunt aut non habent [q]. ¶ *Si*, Εἴ τις δοκεῖ, &c.] *Si quisquam alius* (eorum. De Judaizantibus loquitur [r].) *videtur* (vel, *putat se*, E. ut 1 Cor. 7. 40. Jac. 1. 26 †. Dicit δοκεῖ, quòd aut nemo esset qui ità posset gloriari, sicut Paulus; aut quòd hæc videretur esse gloria aliqua, sed non esset vera gloria [t]:) *fiduciam habere in carne*, *ego magis* habeo, P. Illi gravi jam ætate circumcidi se faciunt: Judæi non sunt, nisi adscititii [v]. Obj. At erant inter Judæos quidam Paulo nobiliores in carne, ut qui ex genere regio aut sacerdotali. Resp. Paulus hoc non dicit propter singula quæ enumerat, sed propter omnia simul: In illis enim excellebat zelus legis, quo Paulus eos superavit [x].

5. *Circumcisus*, &c. Περιτομῇ ὀκταήμερος] *Circumcisus* (*Circumcisionem* se vocat [y], pro *circumcisum* [z], ut Gentes *præputium* vocat [a]: Quippe *circumcisus*, Pi. Utpote *circumcisus*, E.) *octavo die*, P. Be. &c. Eo tempore circumcisus quo Isaac & posteri ejus [b]. Discernit se à proselytis, qui circumcidebantur quovis tempore [c], vel cùm adulti essent [d]. Ὀκταήμερος dicitur ut τεταρταῖος, διετής, τριετής [*]. *Circumcisio octiduana*, Zan. vel, *octavi diei*, V. E. Videtur hîc ellipsis esse horum verborum, ὃ ἐστιν [f] vel, legendum περιτομὴ, q. d. *circumcisione octiduanus* [g]. ¶ *Ex genere Israel*] Non ex Ethnicis natus [h]. Rectè hoc addit, quia & Ismaelitæ & Idumæi circumcidebantur. Sic ἐκ γένους Ἰουδαίων, Esth. 6. 13. מזרע, nam זרע vertitur γένος, Levit. 21. 17. Jer. 29. 32. & 31. 36, 37. &

Margin notes (left column): b Zan. c Q. in Zan. † Me. d Zan. * Me. T. f Zan. g Gom. h Me. i Me. fin. Be. Zeg. k G. l Idem. m Ham. n T. o V. p G. q Zan. † Q. r G. sic Camer. Be. † G. t Zan. v Er. x Zan. y G. z Zan. a Me. T. sic Zan. b Me. c Li. Chron. 136. fin. E. d Zan. * Zan. sic Glass. rhet. 1. 11. 327. f Zan. g Glass. ib. h E. fin. Zan. Me. i Glass. ib. k E. Zan. l G. E. m G. n E. o Me. p Zan. q Me. r G. † E. t Vor.

Margin notes (right column): v E. Me. x Zan. fin. Zeg. Ca. y Me T. z Zan. fin. Be. a E. b Zan. c Be. fin. Li. Chron. ib. d E. fin. Er. ex Hi. * E. f E. Me. sic Zan. g G. sic E. Zan. Vor. h G. i Zan. k Me. sic Zan. l E. m Q. in E. o E. ex Græcis. p G. sic Zan. q Zan. fin. Er. Me. r Zan. † Me. t Zan. v Be. x E. y Amb. in Er. z E. Me. a T. b Zan. c G. d E. * Be. E. Me. f Be. g Me. fin. E. T. h Zan. i G. k G. fin. Vor. Zan. l Me. m G. fin. E. Be. T. n T. o Cap. p Me. q E. r Idem. † Idem. t Zan. v G. x E. y Er. fin. E. Be. z Be. a E. b G. * Zan. fin. E. d Me. * G. f Pi. Vor. g Gom.

& 36. 31. & 41. 1 [i]. ¶ *De tribu Benjamin*] Hoc addit, tum ad certitudinem quòd sit Israelita, tum ob dignitatem [k]. Ex eo ortus quem tantopere dilexerat Jacobus, & de quo egregia prædixerant idem Jacobus & Moses [l]: ex insigni tribu, è qua primus fuit rex Isr. quæque tribui Juda fuit conjunctissima [m], à qua nec tempore schismatis recessit, neque religionem mutavit [n]. ¶ *Hebræus ex Hebræis*] Scil. parentibus [o], vel, utroque parente [p], oriundus [q]. Non בן גר, i. e. *ex proselyto natus*, sed *totâ majorum serie ex Hebræis*, Act. 22. 3. 2 Cor. 11. 22 [r]. à prima usque origine. Nam & ipse Abraham Hebræus dicitur. Itaque non γενεαλογεῖ Paulus †. Ità nobilitatis suæ antiquitatem indicat [t]. Al. Illustris inter Hebræos: ut apud Gorion. *discipulus è discipulis*, i. e. eximius discipulus; & *Hasidæus ex Hasidæis*, i. e. illustris inter Hasidæos [v]. Al. Qui Hebræam linguam retinuit, & quidem à suis majoribus acceptam [x], in ea à parente suo, quamvis in Cilicia morante, à teneris imbutus, cùm multi ex Judæis dispersis linguam suam amisissent, &c. Vide ad 2 Cor. 11. 22 [y]. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ νόμον, &c.] *Secundùm legem* (i. e. doctrinam aut ritum; nam lex doctrina, Psal. 78. 1. Prov. 1. 8. & 4. 2. & 13. 14 [z]. vel, institutum [a]; vel, sectam [b]; vel, professionem [c], legis rigidè observandæ professionem [d]. Νόμον hîc vocat *specialia instituta*, ut Num. 6. 13. Prov. 1. 8. & 6. 20. ubi Græci habent θεσμὸς *. vel, traditionem Patrum [f]: vel, quod ad Legem attinet [g], & Legis interpretationem [h]: vel, *Religione*, P. Be. Pi.) *Pharisæus*, Vulg. &c. quæ *secta exquisitissima*, Act. 26. 5 [i]. & Legis observantior [k], & sectâ Sadducæorum sanior & præ antior [l]. Vide Matth. 23 [m].

6. *Secundùm*, &c. Κατὰ ζῆλον διώκων, &c.] *Quod ad zelum*, (vel, *æmulationem* attinet, Be. vel, *Juxta studium*, Er. Ti. Vel, *Pro vehementi studio*, vel, *vehementiâ zeli*, V. illius de quo Rom. 10. 2 [n]. zelo religionis & legis [o].) *persequens* (διώκων, i. e. διώξας· nam Hebræi participiis præsentibus, quia alia non habent, etiam pro præteritis utuntur. Confer 1 Cor. 15. 9 [p].) *Ecclesiam*, P. Pi. &c. i. e. Christianos, quos Legi adversarios arbitrabar [q]. ¶ *Secundùm justitiam quæ in lege est*, (i. e. lege præscripta à Deo: vel, *per legem*, i. e. quam Lex jubendo potest ab homine impetrare, quæ justitia vera non est [r]: secundùm jus & fas & præscriptum Legis †; vel, justitiam quæ in externa observatione earum rerum quas Lex mandat, consistit: veram enim justitiam tunc ignorabat [t]. Nomen *Legis* hîc accipit pro illis præceptis secundùm quæ judicia exercebantur. Dicit ergò nihil se fecisse quod morte aut verberibus castigandum esset [v].) *sine querela*, Ἄμεμπτος] Heb. בר, Job. 11. 4 †. *Irreprehensus*, P. *Irreprehensibilis*, Be. Pi. sic V. non coram Deo, 1 Tim. 1. 13, 14 [x]. sed coram hominibus [y], quorum nemo de me queri possit, aut transgressionem legis objicere [z].

7. *Sed quæ mihi* (i. e. opinione meâ [a], atque aliorum [b], sive apud homines [c]:) *fuerunt* (i. e. Has excellentias quas olim putabam [d]: hanc justitiam & cætera superiora *:) *lucra*] i. e. Vel, 1. Utilia [f], ad obtinendam salutem [g], tanquam veræ justitiæ opera [h]; quæ ad Christum ducebant [i], & pro quibus præmium exspectabam [k]. Vel potiùs, 2. merita æternâ salute condigna [l]. *Quæ mihi lucrosa esse poterant*, Origo Judaica, Secta laudabilis, secunda inter meos Fama [m]. Ea in quibus summam justitiæ opinionem collocabam †. ¶ *Hæc*, &c. Ταῦτα ἥγημαι, &c.] *Ea duxi propter Christum* (i. e. vel, comparatione Christi [n]: vel, ut Christum lucrifaciam [o], ut postea se exponit [p]: vel, quia sunt impedimenta veritatis & salutis à Christo hauriendæ [q]: vel, ut Christum magìs ac magìs cognoscerem [r].) *damnum esse*, P. Be. i. e. saluti adversa †, quippe quæ veræ justitiæ aditum præcludunt [t], & à Christo hominem arcent atque excludunt. Tam perniciosa res est propriæ justitiæ fiducia [v]. Postquam Jesum Christum cognovi, vidi in illis nihil esse veri lucri. Ἥγημαι פללתי: ζημίαν עונש [x]. Justitiam hanc ex Lege rejectaneam judicat, tum quia non erat vera justitia, tum quia opera sic facta non erant moraliter bona, tum quia ipsum à vera Christique justitia magìs alienârunt [y].

8. *Veruntamen*, &c. Ἀλλὰ μὲν οὖν γε καὶ ἡγοῦμαι, &c.] *Quinetiam certè duco* (q.d. Ut antea, cùm cœpi Christum cognoscere, duxi, ità & nunc duco; tantum abest ut mutârim sententiam [z]:) *omnia* (Non illa tantùm quæ dixi, sed & Honores, & Bona hujus vitæ omnia, & ipsam Vitam [a]: Non solùm quæ in Judaismo habui ac præstiti, sed & omnia alia quæ & nunc Christianus & Apostolus ago & habeo; quæcunque à me aut quovis alio præstari possunt, omnia præter sequens illud τὸ ὑπερέχον, &c. opera omnia etiam post justificationem, facta salutis promerendæ causâ [b]:) *damnum esse*, P. Be. &c. Omnia quæ tunc magnificiebam [c], ut genus, sectam, &c [d]. jam nihili facio; & non solùm inutilia, sed etiam noxia puto *. ¶ *Propter*, &c. Διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως, &c.] Græca constructio pro τὴν γνῶσιν τὴν ὑπερέχουσαν [f]. *Propter excellentiam*, sive *eminentiam*, *cognitionis* (efficacis scilicet & salvificæ [g]. Sub *cognitione* more Scripturæ comprehendit perceptionem & fructum rerum cognitarum [h]. Ut assequar excellentiam cognitionis †. Vel, *Præ excellenti cognitione*, V. sim. E. Zan. Si comparentur ista cum cognitione [i], quam assecutus sum fide [k], sive ex Evangelio, præ qua notitia illa generalis Messiæ quam ex lege habui nihil fuit [l]:) *Christi Jesu* (h.e. non solùm personæ, sed & officii [m], & beneficiorum ejus [n], h. e. quatenus est Dominus & salvator noster; de hac enim re disputabatur [o]:) *Domini nostri*, Er. Il. P. Pi. Mo. &c. qui mihi super omnia est [p]. Vox hæc est singularis & fiduciæ [q], & affectûs erga redemptorem [r]. ¶ *Propter quem omnia*, &c. Τὰ πάντα ἐζημιώθην] *Omnia pro damnis duxi*, Er. Ti. sim. V. Gom. vel, *Omnium jacturam feci*, V. *Omnibus istis meipsum multavi*, P. Be. Pi. *Libenter rerum aliarum omnium jacturam feci*, נענשתי, secundùm præceptum Christi, Mat. 16. 24 †. Qu. Cùm omnia ista bona antè appellet ζημίας; quomodo jam dicat se eorum fecisse jacturam? Privari enim damnis, non est jacturam, sed lucrum, facere? Resp. Ista damna erant, non simpliciter, per se enim bona erant; sed respectu duntaxat majoris boni, h. e. cognitionis Christi. Quatenus ergò ζημίαι erant, Paulus ea rejecit; quatenus bona, dixit, ἐζημιώθην [t]. Non hoc erat absolutè detrimentum pati, sed juxta rerum æstimationem quam habuerat in Judaismo [v]. Sensus, qu. d. Non jacturam feci, sed pro magno damno & jactura duxi; non quidem dum illa abjeci, tunc enim magnum lucrum feci, sed dum per ignorantiam sectarer, neglectâ Christi cognitione [x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι] *Eaque duco pro stercoribus*, Il. Ca. Be. Pi. sic Mo. Tre. ex Sy. vel, *rejectamentis*, Er. Ti. *excrementis*, P. *fæcibus*, Ar. *quisquiliis*, Me. E. ex Hi. Signato utitur vocabulo [y], quo nihil potuit contemtius significari [z]. In Glossario, Σκύβαλον *stercus*, *retrimentum*. Charisius exponit *quisquilias*. Vide Sirach. 27. 4. Hebræi dicerent מאוס [a]. Σκύβαλον quasi κυσίβαλον [b], i.e. τοῖς κυσὶ βαλλόμενον, *quod canibus projicitur* [c], ut volunt Suidas & magnus Etymologus [d]. Σκύβαλον vile quodvis *rejectamentum* designat, unde sic dicuntur, 1. animantium excrementa *, duriuscula [f], & quæ difficiliùs egeruntur [g]: unde σκυβαλίζειν est *ruspari*, ut in sterquilinio gallinæ assolent; & ἀποσκυβαλίζεσθαι, *excerni* è ventre, apud Stobæum, tom. 2. tit. 5. 2. Liquorum fœces & fraces, quæ *retrimenta* vocant. 3. Metallorum scoria: unde *cadmiæ* τὸ σκύβαλον *crassamentum*, in Dioscor. 5. 85. & σκυβαλώδης pro *fæculento* apud Maximum Schol. in Dionysium; & *nummus* σκυβαλικὸς i. e. *scoriâ vitiatus*. 4. Stirpium decidua, frugum purgamenta, ut paleæ, aceres, aristæ, farinæ furfures, ut Sirach. 27. 4. Sic Chrysost. & Th. σκύβαλον τὸ ἄχυρον. 5. Mensarum decidua, etiam ossa, panis carnisque frustula, quæ solent canibus projici [h]. Nec mireris legalem justitiam hîc vocari *stercora*, quæ *immunditia* vocatur, & quasi pannus menstruatæ, Esa. 64. Quia fiebant ab illis ea opera legis & sine fide Christi, & cum opinione meriti. Putabant enim legem solam sibiipsis ad veram justitiam sufficere. Quæ persuasio falsa & noxia coinquinabat omnia opera, &c [i]. De justitia nostra hîc agit, tum, ut per se considerata; tum, comparatione scientiæ & justitiæ Christi excellentissimæ; tum denique, prout in illa fiduciam ponimus [k]. ¶ *Ut Christum* (i.e. Christi favorem [l]:) *lucrifaciam*] i. e. Ut bonorum ejus particeps efficiar [m], magìs ac magìs, ut ei arctiùs incorporer, ejúsque perfectam cognitionem & justitiam consequar [n]. Communionem Christi

Christi intelligit non ratione initii, quippe quod antea habebat, sed ratione continuationis illius quam exspectabat[o]. κερδήσω קָנִיתִי P.

9. *Ut & inveniar* (i. e. existam, sive sim[q]: Hebraismus est[r], qualis Gal. 2. 17. ut talis inveniri quis dicatur, qualis revera existit†. Alludit hîc ad judicium universale, in quo quisque judicabitur secundùm id in quo esse, & cui confisus esse, reperietur*.) *in illo*, (scilicet Christo, sicut palmes in vite[t], ipsi insitus[v], ut ipsi insitus maneam[x]:) *non habens* (Exponit quid sit *inveniri in Christo*[y]:) *meam justitiam* (i. e. quæ mihi à meipso sit, quæ ex sola Legis notitia habetur[z], meis naturæ viribus partam[a]: vel, justitiam in sanctis inchoatam & inhærentem, quæ nostra dicitur, 1. quia donum hoc realiter in nobis est, licèt non à nobis; 2. quia, licèt dona sint Dei, actiones tamen ex iis donis provenientes nostræ sunt. Hâc phrasi significat, alteram justitiam, quam appetit, nempe Christi, imputatam merè alienam esse, utpote in solo Christo manentem, ad quam nulla nostra concurrit actio, sed tantùm ad ejus apprehensionem actio fidei nostræ[b].) *quæ* (vel, nempe *quæ*, P. Be. Pi.) *ex lege est*] i.e. Vel, legalem, quæ ex Legis observatione acquiritur, absque spiritu fidei & gratiæ Christi[c]: quam suis quisque viribus comparat, & cui adjuncta est opinio meriti[d]: illam innocentiam quæ in judiciis secundùm Legem valet, & humanâ ope parabilis est. Simile Rom. 4. 2. & 10. 3. ubi ista justitia dicitur ἰδία δικαιοσύνη. Illud ἐν νόμῳ hîc est *secundùm Legem*, nempe qualiter illa à Pharisæis urgebatur. Vide Matth. 5. 20. & ibi dicta*. Vel, *quæ est in lege*, ut v. 6. i. e. quæ in lege præscribitur, & in legis observatione consistit, legis, inquam, totius, non solùm ceremonialis & politicæ, sed & moralis. Num ergò cupiebat inveniri sine bonis operibus? Absit: neque enim dicit, *Non habens opera justa & bona*, sed *non habens justitiam meam*, &c. ità scilicet ut ex ipsa judicetur à Domino in fine mundi, juxta Psal. 143. 2. Non legis moralis observationem rejicit, sed fiduciam duntaxat in illa, & meriti opinionem[f]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ τὴν διὰ, &c.] *Sed eam quæ fide Christi constat*, V. vel, *quam per fidem in Christum consequimur*[g]; quod est δικαιωθῆναι ἐκ πίστεως. Genitivus *Christi* hîc objectum significat. Quomodo id fiat, jam exactiùs explicabit[g]: quæ fundatur in fide[h]; imò cujus initium fides est[i]. Sed differunt fides per quam, & justitia quæ, percipitur. Quare fides nec est illa justitia, neque ejus pars[k]. Vel, *quæ est* (i.e. nobis imputatur[l]:) *per fidem Christi*, P. Be. Pi. quâ scil. in Christum creditur[m]. Fides ergò est instrumentum quo justitiam Christi, fidelibus à Deo donatam sive imputatam, accipimus, Act. 10. 43. & 26. 18[n]. *Per fidem*, non ergò ex operibus, sive ex lege: hanc enim illi ubique opponit[o]. ¶ *Quæ*, &c. Τὴν ἐκ Θεοῦ—ἐπὶ τῇ πίστει] Id est, *justitiam* quæ est *ex Deo* (tanquam autore[p]: q.d. quæ tota, penitus, & omnibus suis partibus, merum est donum Dei gratuitum[q]: quam Deus in nobis operatur, & propterea ut opus suum approbat, Rom. 3. 21, 22. & 10. 3[r].) *per fidem*, P. Be. Pi. i.e. cujus fundamentum est fides†: *per fidem*, tum in Christum tum in Deum[t]: vel, *super fidem*, i.e. quæ fidei destinata est, non operibus. Venit hæc justitia è cœlo, unde cadit super fidem, eique innititur[v]. Ἐπὶ τῇ πίστει hîc, ut & Act. 3. 16. pro διὰ τῆς πίστεως[x]. Non dicit hîc, τὴν ἐκ πίστεως, quasi fides, prout est opus nostrum, vel sit pars hujus justitiæ, vel illam promereatur, sed tantùm διὰ τῆς πίστεως, & ἐπὶ τῇ πίστει[y].

10. *Ad*, &c. Τοῦ γνῶναι αὐτὸν] Variè hoc cum præced. connectitur[z]. Explicato primo communionis personæ Christi beneficio, nempe justificatione v. præced. procedit hîc ad alterum, vitæ nempe sanctificationem[a]. Explicat, quibusnam in rebus consistat illa superexcellens cognitio Christi, propter quam omnia duxit esse stercora, nempe in cognitione mysterii passionis, &c. In horum enim cognitione consistit nostra justitia, quam dixit esse in fide Christi[b]. Describit hîc vim & naturam fidei, quòd scil. per eam Christum cognoscamus[c]; non nudè vel confusè, sed ità ut percipiatur virtus resurrectionis, &c[d]. Pendet hoc à præced. *in fide*, ut sensus sit, Justitiam esse ex fide, quâ cognoscitur Christus, & virtus resurrectionis, &c*. ostendit quibus in rebus fides

[o] Gom. [p] G. [q] Me. sic E. G. [r] E. sic G. † E. * Zan. sim. Be. [t] E. Me. [v] G. sim. Zan. [x] Gom. [y] Be. [z] E. [a] Me. T. [b] Zan. [c] Me. [d] Vor. * G. [f] Zan. [g] G. sim. Vor. Zan. [g] E. Me. [h] T. [i] E. [k] Zan. [l] Be. [m] Zan. [n] Gom. [o] Zan. [p] E. Me. [q] Zan. ex Chrys. [r] G. † E. Me. [t] G. [v] Zan. [x] G. [y] Zan. [z] Zan. [a] Gom. [b] Amb. in Zan. [c] Zan ex Chrys. Theod. Th. & Calv. [d] Zan. ex Calv. * Græci & plerique in E.

ista consistat, nempe primùm *ut noscatur Christus*, i.e. doctrina ejus[f]. Attamen valde probabile est, hanc partem altiùs esse referendam, ut simul cum præcedentibus dependeat ab eo quod dixit, *se omnia detrimentum fecisse*, &c. Ostendit fructum deserti à se Judaismi, quódque breviter & obscurè dixerat, *propter eminentem scientiam*, &c. nunc partibus quibusdam explicat[g]. Dixerat, se nolle in carne confidere & gloriari, sed tantùm in Christo, quia illud perniciosum erat, hoc utilissimum: ac proinde omnes suas justitias, omniáque propria duxisse ut stercora, ut Christum lucrifaceret. Lucrum autem quod ex eo speravit per partes explicare cœpit: Principale lucrum fuit ipsa vera justitia: de hac hactenus dixit. Nunc alias explicat lucri Christiani partes, tum in hac vita, hoc v. 10. tum in vita altera, v. 11[h]. [Verba sic reddunt:] *Ut cognoscam*, (vel, *agnoscam*, P.) *eum*, P. Pi. nempe Christum[i], & personam ejus[k], quis, quantus, qualis sit, nempe Deus homo[l]; & officium ejus[m], quòd sit verus solúsque salvator mundi[n]. *Ut cognoscam*, non tam theoreticè, quàm practicè[o]; non tam per fidem, quàm per vivam experientiam[p], sive gustum spiritualem, quo sentiam, ex ejus in me efficacia, eum verè talem esse, &c.[q] Notitia hîc, ut sæpe, pro sensu & experientia, &, per Metonymiam, pro communione Christi[r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὴν δύναμιν, &c.] *Et* (sub. *cognoscam*, Zan.) *vim resurrectionis ejus*, P. Scilicet quâ excitatus fuit à mortuis†: nempe quòd ea sit causa exemplaris nostræ resurrectionis[t], sive quòd per eam nos resurgere faciet[v]. Ut noscatur etiam Christus Divinâ vi resuscitatus, in testimonium nobis idem eventurum si ipsum sequamur, Eph. 1. 19, 20[x]. Sub nomine resurrectionis ipsam mortem complectitur. Duplex autem est vis & mortis & resurrectionis Christi: 1. mortis; una, quâ peccata nostra expiavit, mortem & Diabolum devicit, quæ per fidem habetur: altera, quâ peccatum in nobis inhabitans magis ac magis mortificatur per Spiritum S. 2. resurrectionis; una, quâ ille resurgendo vitam nobis æternam comparavit: altera, per quam nos vi Spiritûs S. in novam vitam magis ac magis resurgimus. Et hæc posterior est illa vis de qua hîc loquitur[y]. *Vis resurrectionis Christi* in nobis est resurrectio à morte triplici, 1. æterna: 2. corporali: 3. spirituali, quæ est novi hominis vivificatio vi Spiritûs Christi, de qua re Rom. 6. 4. Eph. 2. 10. vitæque sanctitas, de qua hîc agitur, ut v. 9. de prima: v. 11. de secunda[z]. Intelligit vim resurgendi à peccatis, & consequenter à reatu mortis æternæ[a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν παθημάτων αὐτοῦ, &c.] *Et communionem*, sive *societatem*, *perpessionum* (vel, *afflictionum*, Er. Ti.) *illius*, (vel, *in iis quæ perpessus est*, Er. Ti.) *dum conformis fio* (vel, *configuratus*, Mo. Vulg. vel potiùs, *conformatus*. Negligit Apostolus syntaxin Grammaticam, ut interdum alibi[b]. Hoc construitur cum eo quod præcessit, ἐγνῶναι[c].) *morti ejus*, Be. Pi. &c. Hæc autem communio, sive conformatio, cum morte (& passionibus[d]:) Christi duplex est*, 1. interior[f], putà carnis mortificatio[g], [sive] interfectio vitiosorum affectuum[h]. 2. exterior, quæ in S. S. vocatur externi hominis mortificatio, h. e[i]. crucis tolerantia[k], pro Christo[l], & pro salute Ecclesiæ, idque animo forti & constanti[m]: q. d. Ut & hoc noscatur, nos quoque ipsius exemplo crucem, si ità res tulerit, libenter tolerare debere, Mat. 10. 38. & 16. 24. Marc. 8. 34. Luc. 9. 23[n]. [Vel,] quòd oporteat me affligi pro illo, nec detrectare mortem ejus morti similem[o]. Nec mirum, hoc à Paulo lucrum duci[p]: sciebat enim eos qui participes fiunt passionum, participes quoque fore gloriæ[q], ut sequitur. Duo porrò sunt genera passionum Christi, 1. in sua persona. Has nobis communicat, tum imputatione; tum reapse, cùm illarum vim impertit per Spiritum S. nos & mortificantem & vivificantem. 2. quas in membris suis & Ecclesia patitur, Act. 9. 4. Col. 1. 24. Has ergò Christus sanctis suis communicat[r].

11. *Si*, &c. Εἴπως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν] MS. τὴν ἐκ νεκρῶν†. *Si quo modo* (vel, *Experiens ecquo modo*, P. Be. Pi. Gom. Est præcisum dicendi genus, de quo diximus Rom. 11. 14[t]. Illud εἴπως ostendit, vel, 1. rem incertam esse[v], sive dubitationem Pauli de salute sua[x]. Sed huic repugnant & promissiones

[f] G. [g] E. [h] Zan. [i] Zan. G. [k] Zan. [l] T. sic E. Me. [m] Zan. [n] Zan. sic Me. T. [o] Zan. [p] Zan. sic E. [q] Zan. [r] Gom. † V. [t] E. [v] Me. [x] G. [y] Zan. [z] Gom. [a] Vor. [b] E. [c] G. [d] E. Zan. * Vor. sim. Zan. Gom. [f] Zan. [g] Vor. sim. Zan. [h] G. sim. Gom. [i] Zan. [k] Zan. sim. E. Me. T. Gom. [l] Zan. sim. E. [m] Zan. [n] G. [o] V. [p] Zan. [q] Zan. sim. E. [r] Zan. † G. [t] Pe. [v] G. sim. E. ex Chryf. [x] Q. in Zan.

nes Dei, & multa Pauli de se dicta [y]. Et si dubitationem indicaret, ea non esset de re, sed de modo [z]. Omnes fideles eâdem viâ perveniunt ad gloriam, sed non eodem modo, quidam vitâ tranquillâ, alii per multas afflictiones, alii etiam sanguinis effusione. Significat ergò, sibi perinde esse quocunque modo illam assequatur [a]. Vel, 2. rem esse difficilem [b]. Vel, 3. Pauli desiderium & conatum [c]:) *pertingam* (vel, *perveniam*, P. Ca. sic Be. Pi. καταντᾶν εἰς τι est *ad rem aliquam pertingere*, 1 Cor. 14. 36. Eph. 4. 13 [d].) *ad resurrectionem mortuorum*, Er. Il. Ti. &c. beatam scilicet [*]. Ἀνάστασις ergò hîc ponitur pro ἀναβίωσις [f]. Non dicit ἀνάστασιν, sed ἐξανάστασιν [g], voce peculiari, q. d. *reexsurrectionem*, quâ pii à terra in aerem exsurgunt, &c [h]. ut intelligatur illa plena resurrectio quam nulla mors, nihil mali, sequitur, quæ תחיה Hebræis [i].

12. *Non*, &c. Οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον] Correctio quædam est [k], sive exegesis præced. verborum [l], nè quis indè suspicionem hauriat arrogatæ sibi perfectionis [m]. *Non* (sub. *hæc dixi*, B. sim. Camer. E. Pi.) *quòd jam acceperim*, Mo. Tre. ex Sy. Intelligit eâ acceptione *quæ in futurum amitti nequit*. Habebat quidem talis qualis nunc erat jus ad resurrectionem beatam; sed illud jus adhuc amitti poterat, 1 Cor. 9. 27 [n]. vel, *consecutus sim*, Ca. intelligam perfectè [o]: *apprehenderim*, Il. P. Be. V. Pi. Ar. sub. *omnia*, Camer. vel, sub. *metam*, Il. P. Be. Pi. Intelligit, vel, 1. βραβεῖον resurrectionis gloriosæ, quod, inquit, *non accepi*, i. e. non commerui, aut certus sum me accepturum [q]. Non placet: 1. quia quin ad eam nondum pervenisset Paulus, dubitari non potuit [r]: 2. quia explicationis causâ subjicit, ἢ ἤδη τετελείωμαι. Quanam in re? Num in resurrectione quæ nondum inceperat? non: sed in cognitione, &c [*]. Vel, 2. Christianæ justitiæ apicem [†]; vel perfectam Christi cognitionem, de qua antè dixerat [t], aut perfectam Christo configurationem [v]; vel cursûs ipsius confectionem [x], ità ut ad capiendum præmium nihil mihi desit [y], nec ultrà proficere debeam [z]. ¶ *Aut*, &c. Ἢ ἤδη τετελείωμαι] *Aut jam sim consummatus*, sive *perfectus*, Er. Il. Pe. Mo. Be. &c. scil. in communione cum Christo; cujus mentionem fecit v. 10 [‖]. vel, in hac cognitione: quòd de se jactabant Pseudoapostoli, quos Paulus hîc perstringit [a]. Erat quidem τέλειος aliquo modo Paulus, (non quidem gradibus sed numero partium integralium, quòd fidem haberet & bonam conscientiam [b]:) ut intelligere est ex Mat. 5. 48. & mox v. 15. sed non erat extra periculum constitutus, ut illi qui cursum suum absolverunt; qualem se esse dicit 2 Tim. 4. 6, 7. rem proximè futuram præsentis temporis verbo enuncians. Aptè ad hunc locum Chrysost. εἰ δὲ ὁ τοιαῦτα παθὼν, &c. (*Quòd si is qui talia passus est*, &c. *non confideret de illa resurrectione, quid nos dicemus?*) tamam, τελειοῦται, dicitur de *opere consummato*, 1 Reg. 7. 22 [c]. τέλειοι dicuntur qui ad virilem ætatem adoleverunt; τέλειοι passim opponuntur νηπίοις, ut 1 Cor. 2. 6. & 14. 20 [d]. ¶ *Sequor*, &c. Διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην, &c.] *Sed sector* (vel, *persequor*, P. Be. Pi. *id quæro*, *eò tendo*, ut Rom. 9. 30, 31. & 12. 13. 1 Cor. 14. 1 [*]. *assequi cupio*, Er. *insector*, Zeg. ego scilicet qui olim fugi [f], persequor instanter [g], cum extremo conatu assequendi [h]: sub. *experiens*, P. Be. Pi. Tre. Zan.) *si* (vel, *an*, P. Be. Pi. &c. sub. *ipse*, Be. Pi.) *etiam* (vel, *quoque*, P. Be. &c. vel, *quo modo*, Vulg. Tre. Legisse videtur πῶς [i].) *apprehendam* (vel, *comprehendam*, Mo. *assequar*, Er. V. Zeg. optatum bravium [l], apicem perfectionis [m]; illam Christi cognitionem, & κοινωνίαν perpessionum ejus quæ ducit ad resurrectionem [n]. Non loquitur de præmio vitæ æternæ, (de quo non diceret, *Ego me non arbitror comprehendisse*, cùm id nullam haberet dubitationem:) sed de perfectione cognitionis & vitæ, ad quam in hoc seculo semper adhuc aspirandum est [o]. A Cursoribus sumpta similitudo, quibus palma proposita in fine stadii. Vide 1 Cor. 9. 24 [p].) *quatenus* (vel, *in quo*, Mo. vel, *in eo quod*. Eundem sensum efficit hoc loco ἐφ' ᾧ & ἐφ' ᾧ. q. d. *id ad quod* [q], vel, *id propter quod*, V. *id cujus causâ*, P. Be. Pi. id est, ἐφ' ᾧ, ut Mat. 26. 50 [r]. h. e. ut in illius cognitione magis ac magis proficiam, eámque aliis communicem [†]: vel, *quatenus*, Vor. Be. i. e. καθ' ὅσον. Nos enim non currimus nisi quatenus nos apprehendit Christus & nos in viam deducit nobísque vires ad currendum largitur [t]. Vel, *propterea quòd*, Zan. ex Chrys. sic Vor. vel, *quandoquidem*, Vor. q. d. Quoniam Christus me fugientem apprehendit suâ gratiâ, & ad sui cognitionem traxit; ego vicissim teneor illum persequi donec plenè apprehendam, &c [v]. vel, *quemadmodum*, q. d. Sicut Christus me apprehendit, nempe perfectè, sic etiam ego hoc ago, ut illum indies perfectiùs apprehendam. Confer 1 Cor. 13. 12. Congruit hoc cum scopo Pauli [x], qui erat, ut Calv. notat, ut suo exemplo doceret illos nondum esse perfectos in cognitione Christi, sed in ea adhuc proficere debere, &c [y].) *apprehensus sum*, vel *fui*, (i. e. captus, ac vocatus [z], electus ac prædestinatus [a]; in viam salutis devectus [b], ad sui cognitionem tractus [c], per gratiam ejus prævenientem [d], cùm Damascum pergerem [*], procul aberrans & fugiens ab eo [f]:) *à Christo Jesu*, Er. Ti. Il. &c. Al. *quò ut pervenire possem, Christus prior me velut manu suâ prehensum deduxit in hoc stadium*. Est πλοκὴ in verbis καταλαμβάνειν & καταλαμβάνεσθαι, qualis in ἐπιγνώσομαι & ἐπεγνώσθην 1 Cor. 13. 12. καταλαμβάνειν est לכד *apprehendere*, quomodo vertitur in Glossario Græcolatino [g]. Totum hoc gratiæ est, tum quòd simus à Christo apprehensi, tum quòd nos illum apprehendimus [h]. Sensus, q. d. si quo modo assequar [i], & intelligam [k], id ad quod me Christus delegit [l], & à media via retraxit [m], & in hoc stadio certare jussit [n]. Latini hunc sensum reddunt, Curro & persequor, ut comprehendam, ac talis efficiar, qualis ut fierem comprehensus sum à Christo, &c [o]. Antanaclasis hîc est, qualis 1 Cor. 13. 12 [p].

13. *Fratres*] Ad Philippenses sermonem convertit, ut eos suo exemplo humilitatis admoneat [q]. ¶ *Ego me*, &c. Ἐγὼ ἐμαυτὸν οὐ (sed οὔπω, *nondum*, habent Codices Græci [r] plures [†]; sic cod. Claramont [t]. & Amb [v]. & quidem rectiùs [x]: quia *quanquam de præmio perseverantiæ certus sum, de ipsa perseverantia certus non sum*, ut Aug. loquitur [y]:) λογίζομαι κατειληφέναι] Ego (quamvis tot pro Christo perfunctus laboribus, periculis, &c [z]. *Ego*, à Christo ipso edoctus, per tot jam annos Apostolus, per quem & vos ad cognitionem Christi perducti estis [a]:) *meipsum non* (vel, *nondum*, Er. Ti. P.) *arbitror apprehendisse*, sub. *metam*, Be. Pi. P. &c. h. e. perfectionem quam habere debeo [b], & quam jactant nonnulli inter vos, præsertim Judæi, qui, fastidientes doctrinam Evangelii, dicunt se satis supérque Christum nôsse, nec opus esse ut Christus ampliùs inculcetur; sed urgendum duntaxat studium legis bonorúmque operum in quibus consistit Christiana perfectio. Repetit ergò h. l. primum membrum præced. versûs, tum ut horum fastum deprimat, tum ut ostendat, quanti sit momenti, ut quis imperfectionem suam verè agnoscat, alioqui nunquam ad perfectionem contendet, &c [c]. ¶ *Unum*, &c. Ἓν δὲ] *Unum* (vel, *Unum illud*, i. e. hoc solum: vel potiùs, *unum* pro *tantummodò* [d].) *autem*, Mo. P. &c. sub. *est*, Be. & sequentia participia cum seq. διώκω conjungenda sunt [*]: vel, sub. *novi*, Tre. ex Sy. vel, sub. *ago*, P. Be. Pi. Er. Il. Ti. Pi. V. &c. ut suprà 2. 3 [f]. vel, σπουδάζω [g], vel, λογίζομαι, vel, διώκω, curo, & curandum mihi est [h]: in hoc unum totis viribus collimo [i]. Al. Refertur hoc non ad verbum unum, sed ad sensum totum [k]. Sed quid hoc unum? Hoc postea explicat, nempe ut ad propositum scopum totus contendat, nempe ut Christum perfectè cognoscam & possideam [l]. ¶ *Quæ*, &c. Τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος] *Ea quidem quæ à tergo sunt* (i. e. ea quæ præcessere [m]: ὀπίσω pro *eo quod præteriit* usurpat, ut Homer. Odys. σ [n]. [Intelligit,] vel, 1. præterita tempora sub lege transacta [o], vel opera legis, quæ suprà dixit se reputare ut stercora [p]. Verùm illa erant extra, imò contra, cursum hominis Christiani. Vel, 2. opera sua præterita justa & ex fide facta, sed imperfectiora comparatione ejus perfectionis ad quam contendit [q]; progressus quos adhuc fecerat in cognitione Christi veráque pietate [r]. Vel, 3. præteritos prædicationis labores [†], tum opera & labores, tum passiones pro Christo toleratas [t]. Vel, 4. omnia hæc terrena negotia [v].) *obliviscens*, (Non dicit, *non respiciens*, sed, *obliviscens*, quod multò amplius est: q. d. Eorum nè meminerit quidem, tantum aberat ut in eis confideret, aut illis insolesceret, aut ex eis perfectionem ullam

lam sibi adscriberet, ut fecerunt Pseudo-apostoli[x]: oblivifcitur autem eorum, non quòd ea contemnat[y], sed quòd, non contentus operibus præteritis, semper ad majora & perfectiora nitatur[z].) *ad ea verò quæ à fronte* (vel, *ante me*, Tre. ex Sy.) *sunt* (i.e. ea quæ futura sunt[a]. Intelligit, vel, 1. fiduciam in Christum[b]; vel, 2. progressus ulteriores sive adhuc conficiendos in cognitione Christi & Christianæ pietatis studio[c], ad magis arduos ac perfectiores pietatis gradus[d]. Vel, 3. proposita dona & promissa cœlitùs præmia[*]; vel, promissa ac præcepta Evangelica, quæ nobis unicè ob oculos proponere debemus[f].) *contendens*, P. Be. Pi. &c. vel, *enitens*, Er. Il. Ti. vel, *intendens*, Ca. *adextensus*, E. *extendens meipsum*, Vulg. id est, cursum meum[g], per desiderium & conatum[h], ad ulteriora. Sicut in re bellica Cæsar, *ad ulteriora tendens semper, Nilque putans actum, dum quid superesset agendum*, non cogitabat quid jam fecisset, sed in id intentus erat, ut actis plura & majora adjiceret; ità & in hac spirituali militia Paulus, cùm magna præstitisset, iis non acquiescebat[i]. Ἐπεκτεινόμενος contentionem exprimit superandi alterum, ut hoc loco antevertendi in cursu[k]. Persistit in metaphora Cursorum[l], qui aliquousque progressi sunt, sed metam nondum attigerunt[m]; qui non observantes passus quos fecerant[n], totos se protendunt ad anteriora[o], & ad illud quod restat conficiendum[p], &, si quando summo & quasi jam ultimo impetu nitantur, prono & quasi præcipiti corpore feruntur ad scopum[q]. Docet Paulus se non considerare quis fuerit aut quid egerit, sed tantùm ad scopum summo ardore tendere. Non tamen hîc damnat omnes respectus ad anteactam vitam, cujus recordatio & nobis animum sæpe addit, & nos peccatorum admonet; sed eos duntaxat qui alacritatem frangunt, vel minuunt, ut si quis persuasus se satis magnos progressus fecisse pigrescat, vel, siquis solicitetur desiderio relictæ conditionis, & proinde non potest totum studium ad id quod agit applicare[||].

14. *Ad*, &c. Κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω, &c.] *Juxta præfixum signum* (vel, *Ad*, sive *versus*, *scopum*, Mo. Ca. P. Be. Pi. *Secundùm* præfixum *scopum*, Zan. *Scopum* hîc appellat, vel, 1. quod infrà βραβεῖον, vel præmium[r]. Cui repugnat, 1. diversitas præpos. ἐπὶ & κατὰ: 2. quòd in cursu corporali aliud est scopus, aliud præmium. Vel, 2. perfectionem illam, quam se nondum accepisse dixerat[†]: vel, Christum, perfectè cognoscendum, amandum, possidendum[||]. In illo κατὰ σκοπὸν est Metaphora[t]. Σκοπὸς est *signum ad quod dirigitur jaculum*[v], Job. 16. 12. Lam. 3. 12. Pindarus, Ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον. Huic respondet in stadio id quod *calcem* vocant Latini, Græci τέρμα[x].) *i sequor*, (vel, *persequor*, Mo. *feror*, Il. P. Be. Pi. *contendo*, Ca. *tendo*, V. Opponit hoc, κατὰ σκοπὸν διώκω, ei quod est, *in incertum currere*, 1 Cor. 9. 26[y]. Διώκω hîc est *curro* per Metonymiam. *Curro*, inquit, *eâ viâ quæ ad calcem proxima est*[z]. Κατὰ σκοπὸν διώκω idem quod καταδιώκω σκοπὸν, *scopum persequor*, i. e. scopum versùs totus feror[a]. Verbum, διώκω, docet, debere nos omnia cursûs impedimenta depellere, & si cadamus, mox surgere & cursum continuare[*].) *ad palmam* (vel, *ad præmium*, Pi. sic E. Me. regni cœlestis[b]. Sed *præmium* est nomen generale. Malim ergò, *ad palmam*: nam βραβεῖον, propriè est præmium quod datur certantibus ac vincentibus[c]. Ἐπὶ τὸ βραβεῖον, על עקב, *spe palmæ*[d].) *supernæ vocationis Dei*, (i. e. ad quam, vel quod, à Deo[*], qui superna inhabitat[f], vocati sumus[g]. Intelligit, vel, supernam beatitudinem[h]; vel vocationem divinam, quâ ad salutem in Christo vocamur, quæ velut è cœlo profecta, rursus ad cœlum nos invitat[i]. Monet, palmam nostram non esse in terra deorsum, sed in cœlis sursum ubi Christus est, & mentes nostras eò attollendas, &c[k]. Τὸ βραβεῖον suspendebatur super metam[l]. Solebant οἱ βραβευταί, sive ἀγωνοθέται, sedere in sublimi loco, atque indè per præconem citare cursores singulos. His Deum comparat qui ex loco sublimissimo, id est, ex cœlo, nos per Christum vocat. Non alienum ab hoc loco illud Plutarchi, Ἀγωνίζου (ἡ ψυχή) ἀγῶνας ἀθλητὴς κατὰ τὸν βίον· ὅπως

x Zan. y E. z E. Me. a Cas. ex Nazianz. b V. c Zan. d Er. * Zeg. f Vor. g G. h Me. i G. k Camer. l E. sic Be. Zan. m Zan. n Zan. sim. E. o E. p Zan. q Be. || Calv. r Vor. sim. plerique in E. † E. || Zan. t G. v G. sim. Er. E. x G. y E. z G. a Me. * Zan. ex Chrys. b E. c Pi. d G. * V. E. f V. g E. V. h E. i Vor. k Zan. l Ham.

ὁ διαγωνίσηται, τότε τυγχάνῃ τῶν στεφάνων[m]. Sensus est, Oculis semper in scopum defixis, cursu contendo ad palmam regni cœlestis[n]. Scopus, sive meta, est quidem finis cursûs, sed via ad coronam vincenti dandam à Judice[o].) *per Christum Jesum*, Er. Ti. &c. id est, per fidem & merita Christi[p]. Est in hoc versu & v. 12. continua quædam metaphora sumpta ab iis qui cursu certant in stadio[q]. Et voces hîc usurpatæ sunt planè agonisticæ & scriptoribus agonisticis usitatæ. Tales sunt, 1. vox λαμβάνειν v. 12. quæ ei tribuitur qui, cùm cursum absolverit & vicerit, præmium accipit: 2. vox τετελείωμαι, ibid. quæ etiam sign. coronam sive præmium accipere. Præmia enim illustriora vocabantur τέλεια νικητήρια, *perfecta præmia*. 3. vox διώκω ibi quæ contentionem in cursu notat, quâ quis alios anteire conatur. 4. vox καταληφθῆναι ib. quæ Christo adscripta significat, cum velut cursu contendere, hoc tantùm præmio sibi proposito ut discipulum convertat, &c. 5. phrases illæ v. 13. ἐπιλανθάνεσθαι τὰ ὀπίσω, &c. Non solent cursores cursum sistere & respicere, ut quid peregerint, aut quantum alios anteiverint; sed eò niti ut præcurrentes antevertant, quod est ἐπεκτείνεσθαι τοῖς ἔμπροσθεν, primique metam attingant: quod & Horatius exprimit Serm. 1. Sat. 1. *Ut cùm carceribus missos rapit ungula currus Instat equis auriga suos vincentibus, illum Præteritum temnens, extremos inter euntem.* 6. vox σκοπὸς, v. 14. quæ *metam*, & βραβεῖον, ib. quæ *præmium*, designat, ut notum[r].

15. *Quicunque ergò* (Redit ad id quod cœperat dicere suprà v. 3. *Ità*, inquit, *affecti simus ut fiduciam habeamus, non in carne, sed in spiritu*[†].) *perfecti sumus* (Obj. At supra negavit se esse perfectum[t]. Resp. 1. Perfectus erat perfectione non quidem patriæ, sed viæ[v]; non graduum, sed partium[x]. 2. *Perfectos* dicit per concessionem & ironiam, perstringens falsos doctores, qui se perfectos esse jactabant. 3. *Perfectos* vocat κατά τι[y], & comparatione aliorum[z], qui in via & cognitione Dei minùs profecerant[a]: quos alibi *spirituales* & *firmiores* vocat, qui intelligentiâ rerum Divinarum cœteris præstant, vel, reipsâ, vel, suâ & aliorum opinione[b]; qui in rebus Divinis optimè versati sunt, ut 1 Cor. c. 2. v. 6. & 14. 20[c]. adulti in Christianismo, quibus opponuntur νήπιοι, *infantes in Christo*, 1 Cor. c. 3. v. 1. & 14. 20. Eph. c. 4. v. 13, 14. Heb. c. 5. v. 13, 14[d]. *Perfecti*, i. e. perfectionis studiosi[†]. *Perfectos* dicit, nè quis hæc velut rudimenta pueris præscripta putaret[*].) *hoc sentiamus*] Id est, In animis nostris defixum & persuasum habeamus: nam φρονεῖν non est simpliciter cogitare, & frigidè sentire[f]. *Hoc*. Quid? Referendum hoc, vel, 1. ad ea quæ v. præced. de se dixerat, qu. d. Agnoscat quisque imperfectionem suam, & studeat proficere ac perfectionem consequi[g]; vel, 2. ad omnia quæ suprà de se narravit, nempe quòd abjectâ omni carnis & propriæ justitiæ fiduciâ, in solo Christo confidat & glorietur, & hoc unum agat, ut perfectionem Christianam consequatur[h]: *hoc sentiamus*, scil. quod ego de meipso professus sum[i], nos nondum perfectionem attigisse, sed contento studio ad eam tendere & conari debere[k]. ¶ *Si quid aliter sapitis*] Vel, *sentitis*, P. Be. Pi. de ea re de qua jam egi[l], scilicet se jam apprehendisse perfectionem, ut proficere ultra non debeant[m]; vel, Legi aliquid tribuendum esse[n]: non ex fide justitiam contingere, sed ex Legis observatione[o], & in hoc consistere perfectionem Christianam[p]. [Sensus, q. d.] Si qui vestrûm à novis illis magistris abrepti estis[q], & sentitis *aliter*, i. e. aliud, per ἑτέρως, nempe aliquid sublimius quàm ego jam docui, vel, quod nondum estis adepti[r]. Non intelligit doctrinam huic suæ doctrinæ contrariam, sed diversa quædam, fortè etiam sublimiora, mysteria, quàm quæ hactenus in Epistola sua tradiderat[†]. ¶ *Et hoc* (q. d. sicut & alia omnia, nempe quæ nôstis[t]: *hoc*, quod quis diversum à me sentiat, de perfectione Christiana[v]: vel, *hoc*, scil. justitiam esse ex fide, nè fortè affictetis vos[x].) *vobis Deus revelabit*] Id est, Deteget, suo scilicet tempore, an verum sit necne, patefaciet, illum turpiter

m G. n V. E. ex E. o Ham. p E. sic Me. q E. ad v. 12. r Ham. † C. t E. v Q. in E. x Q. in Zan. y Zan. z Zan. E. sic Gom. a E. sim. Zan. Com. b E. c G. d Pi. sic Vor. † Me. T. * Zan. ex Calv. f Zan. g Zan. ex Chrys. h Zan. ex Calv. i E. k Me. sim. E. T. l E. m E. sim. Me. Zan. ex Chrys. n Er. sim. Zeg. o V. p Zan. q G. sim. Zan. r Pi. † Vor. t Zan. ex Chrys. v Zar. x V.

turpiter errare, & ab errore in viam revocabit [y]: *hoc aperiet*, G. nempe vos esse deceptos [z]. Revelat autem hoc Deus, dum homini suorum vitiorum & suæ infirmitatis cognitionem impertit [a]. Loquitur pro spe quam ex priore ipsorum pietate conceperat. Sic & Gal. 5. 10 [b]. Sensus, q. d. Equidem confido Deum vobis, qui tales estis, etiam hoc quod sentiendum dixi, revelaturum per internam inspirationem atque doctrinam [c]. Paulus docebat externè, solus Deus revelat internè per Spiritum. Vide Matth. 11. 25. 1 Cor. 3. 6 [d].

16. *Veruntamen*, &c. Πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν] *Veruntamen* (supple, *rogo*, vel *hortor* *: vel, *oportet* [f]: vel, *memineritis* [g].) *ad quod* (vel, *ad id quod*, Er. Ti. Tre. vel, in eo *ad quod*, P. Be. Il. Pi.) *pervenimus*, (vel, *assecuti sumus*, Er. Il. Ti. *Interim quantum adepti sumus*, Ca. h. e. gradum illum cognitionis rerum divinarum, & perfectionis vitæ [h], retineamus scilicet [i]: in eo quod revelavit Deus, scil. persistamus unanimes. Hâc conditione Dominus revelabit [k]. Deus aperta bene implentibus revelat futura. Φθάνειν hîc est *pervenire*, ut Matth. 12. 28. Luc. 11. 20. Rom. 9. 31. 2 Cor. 10. 14. נגע, 2 Par. 28. 9. Eccles. 8. 14. Dan. 3. 8. & 4. 8. & 7. 13 [l]. Sensus, q. d. *Quandoquidem alios* in hoc cursu *antevertimus*, i. e. progressus aliquos fecimus. Est enim φθάνειν vox agonistica de iis dicta qui primi currunt, &c [m].) *eâdem incedere* (vel, *incedamus*, sive *procedamus*, Er. Ti. P. V. Be. Pi. in sua quisque statione & ordine juxta canonem sibi ab Imperatore præfixum; id enim valet στοιχεῖν, quod est verbum militare [n]. Est autem hîc & in eo quod sequitur Infinitivus pro Imperativo Atticé [o].) *regulâ*, (Etiam qui de Circumcisione & Ritibus aliter sentiunt, interim sciant Evangelii præcepta, quæ Divina esse persuasi sunt, sibi esse sequenda. Στοιχεῖν κανόνι quid sit diximus Gal. 6. 16. Sed in MS. deest κανόνι, ut τῷ αὐτῷ στοιχεῖν referatur ad illud εἰς ὅ. הלך *vitæ perpetuum tenorem* significat; ità & στοιχεῖν [p]. *Regulam* hîc intelligit à Christo & Apostolis ejus præscriptam [q]; doctrinam quam modò tradidit, summam doctrinæ Christianæ, tum de dogmatibus, tum de moribus [r]; doctrinam fidei †, de qua jam egit contra Judaizantes, quam etiam *regulam* nominat Gal. 6. 16 [t]. & dilectionis, & sanctitatis vitæ [v].) *idem sapere*, Mo. Explicat id quod dixerat, τῷ κανόνι στοιχεῖν. Ità Græca scholia. Alii volunt esse quid diversum, & de affectu animorúmque concordia exponunt, addito καί [x] & *idem sapiamus*, sive *sentiamus*, Be. sic V. i. e. concordes simus [y]; & habeamus idem velle & nolle [z], quæ vera est amicitia, si rectè intelligatur [a]: & itidem *simus affecti*, P. & *eodem animo simus affecti*: vel, & *eundem geramus affectum*, ut suprà 2. 2 [b].

17. *Imitatores*, &c. Συμμιμηταί μου, &c.] Μιμηταί μου, &c. dixit 1 Cor. 4. 16. & 11. 1. Eph. 5. 1. 1 Thes. 1. 6. & cap. 2. v. 14. hîc verò συμμιμηταί [c]. *Estote simul* (vel, *pariter*, Er. P. V. &c.) *imitatores mei*, Be. Pi. ad verb. *coimitatores mei*, E. i.e. imitatores mei unà cum aliis qui me imitantur [d]: sicut alios videtis esse studiosos mei imitandi, ità & vos facite. Hos alios indicat parte sequenti *. Vel sic, pari studio me imitamini [f]: aut, hoc conveniat inter vos, etiamsi quid in cæteris dissentitis, ut sitis imitatores mei [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ σκοπεῖτε, &c.] *Et considerate* (vel, *observate*, Mo. Vulg. ut imitemini [h]: vel, *attentè considerate*, G. sim. Zan. ut solemus ea quæ imitari volumus [i].) *eos qui ità* (in Claromont. & alio cod. legitur ὄντως, i. e. verè ac sinceré [k]:) *incedunt sicut habetis nos pro exemplari*, P. Be. Pi. vel, *sicut habetis formam nostram*, Vulg. *sicut habetis formam* (vel, *typum*, T.) *nos*, Er. V. ut sit appositivè dictum *, i. e. formam vivendi per, vel secundùm, nos, ut κατά subaudiatur [l]. Τύπος hîc est *exemplar*, ut Act. 7. 44. Rabbinis ציור [m]. Seipsum proponit exemplum tum in doctrina, tum in charitate & pace cum fratribus colenda, & in vitandis altercationibus, & in sanctitate vitæ [n].

18. *Multi enim ambulant*] Nempe, *longè aliter* [o], quàm ego [p], quod ex natura ἀντιθέτου intelligitur [q]. Ratio præcedentis moniti, è contrario exemplo, & à salutis periculo; [r] quia multi sunt nequaquam vobis imitandi †. ¶ *Quos*, &c. οὓς——λέγω, &c.] *Quos* (vel, *De quibus*, Er.) *sæpe dixi vobis*, (de quibus sæpe coràm vos commonefeci [t],) *nunc autem & flens* (Flebat autem, quòd antea admoniti, sibi tamen non caverent, &c [v]. Commendat hoc amorem suum erga Philippenses [x].) *dico*, (λέγειν hîc est *appellare*. *Appellavi*, inquit, *antehac, & nunc dolens appello* [y].) *hostes* esse *crucis Christi*, P. Be. Pi. &c. i. e. disciplinæ, doctrinæ, sanctitatis Christianæ [z]; sceleratissimos, & voluptatum sectatores [a]; qui idcirco videntur odisse crucem Christi, utpote quæ non ad delicias, sed ad labores, & austeritatem vitæ nos invitat [b]: tales homines, qui nihil non faciendum dicunt ut crux defugiatur, Gal. 6. 12 [c]. qui, nè quid propter Christum paterentur, cum Christo Mosem miscebant [d]: qui doctrinam Evangelii de salute in uno Christo crucifixo quærenda irridebant *. *hostes crucis*, i. e. virtutis crucis, quâ omnia peccata expiata sunt, & ablata maledictio [f]: cujus hostes erant [g], quia docebant, justitiam ex Lege quærendam [h], & aliâ ratione quàm per solam Christi crucem, peccata expiari, & homines servari [i].

Margin notes (left column): [y] Zan. [z] G. sim. Me. T. [a] T. ex Me. [b] G. [c] E. [d] Zan. *Me. ex E. T. Camer. [f] Zan. ex Phot. Vor. [g] Camer. [h] Me. sim. E. T. [i] Me. [k] Zan. [l] G. [m] Ham. [n] Zan. [o] G. sim. Er Camer. Vor. E. ex Th. [p] G. [q] T. [r] Zan. † E. sic Me. Zan. [t] E. [v] Zan. † Me. Zan. [x] Zan. [y] E Me V. [z] Me Be. [a] Be. [b] Pi. [c] G. [d] E. sic Er. V. * E. [f] G. [g] Er. [h] E. T. [i] G. [k] Be. * Er. [l] Zeg. [m] G. [n] Zan. [o] G sic Be. ex Sy. e. [p] Me. [q] G. [r] Zan. † E. sim. Zan [t] E.

19. *Quorum finis* (i. e. merces, ut Heb. עקב significat [k]:) *interitus*] Rom. 6. 21. 2 Cor. 11. 15. Gal. 6. 8. Locutio desumpta ex Num. 24. 20. ubi de Amaleco אחריתו עדי אבד [l]. Sensus, q. d. Qui æternùm perdentur [m], nempe si ità docere, & ità vivere, pergant [n]. ¶ *Quorum Deus venter est*] i. e. Ventricolæ, qui ventris causâ omnia faciunt [o]; qui in gula & ventre summum bonum ponunt, quales Græci (ut Athenæus [p],) κοιλιοδαίμονας appellant & κοιλιοδούλους, i. e. *ventris servos*, aut *ventri deditos*: qui etiam vocantur ὀλβιογάστορες, qui beatitudinem ventris sui voluptate metiuntur [q]. Illud pro Deo habemus cujus causâ omnia facimus [r], cui inservimus †. Vide Eph. 5. 5. *Venter fons omnium malorum*, ait Eurip. sic & Homer. [verbis à G. productis :] Venit super eos maledictio Serpentis, Gen. 3. 15 [t]. Hîc jam explet id quod dixerat, *ambulant*, quod hucusque manet suspensum [v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν] *Et gloria* (quam scilicet ab hominibus captant [x]: vel, *gloriatio*, Zan.) *in* (vel, *cum*, P.) *confusione* (vel, *dedecore*, Er. V.) *eorum*, Pi. P. i. e. in iis quorum eos pudere oportebat [y]: in flagitiis [z]; vel, in eo quòd defenderent ritus Mosaicos [a]: qui gloriantur cùm turpe aliquod admiserunt [b]: *quod minimè eos decet*, quotidie in conviviis esse, *de eo maximè gloriantur* [c]: *Et gloria* quam captant *ad ignominiam ipsorum* redundabit [d]. Vel, *in turpitudine ipsorum*, i. e. in pudendis, in quibus circumcidendis gloriabantur *. Sed vox αἰσχύνη nunquam ità usurpatur. Deinde de moribus Judaizantium, non de doctrina, hîc agitur [f]. ¶ *Qui terrena sapiunt*] Vel, *sentiunt*, Er. *cogitant*, Camer. *curant*, P. Be. Pi. quæ ad vitam duntaxat animalem pertinent [g], satietatem, opes, glorias. Vide Jac. 3. 15. *Sunt curvæ in terras animæ*. Et hoc ex maledictione serpentis pulverem lingere [h].

20. *Nostra*, &c. Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα, &c.] Oppositum est ei quod præcessit, τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες [i]. *Nostra enim* (Ratio est illius dicti v. 17. cur Paulum, non Pseudoapostolos, imitarentur [k].) *administratio* (vel, *conversatio*, Vulg. i. e. vitæ ratio & institutum, ut interpretatur Budæus [l]: vel, *civilis vita*, V. Pi. Vox significat *conversationem civilem*, i. e. civium inter se [m]. Vel, *civitas*, Be. vel, *nostrum enim municipium*, Zan. sic G. ex Tertul. i. e. jus civitatis nostræ [n]. Posset exponi ex Aristotele, *nostrum civile regimen*, i.e. nostra vivendi ratio, nisi quòd hæc potiùs in cœlum tendere, quàm *in cœlis* ὑπάρχειν, *existere*, diceretur [o].) *in cœlis est*, Mo. Civitas nostra, in qua ut cives conversamur, in cœlis est: itaque nos non terrena, sed cœlestia, sapimus, quærimus, meditamur [p]. *Nos enim* (vel, *autem*, Pi. γὰρ, pro δέ [q].) *ut municipes cœlorum nos gerimus*, P. Pi. Christianismus est professio vitæ cœlestis [r]. *Nos verò*, inquit, *animo jam in cœlo sumus, cœlestia cogitamus*; curamus ea quæ illuc ducunt; cœlestibus legibus regimur. Sumus hîc quasi *peregrini*, quod de se Jacob dicebat Gen. 47. 9. & μυστικῶς explicatur Heb. 11. 9, 10, 13, 14, 15. Ibidem dicitur nos *accedere ad Jerusalem cœlestem*, 12. 22. *quæri à nobis civitatem futuram*, 13. 14. Adde Apoc. 4. & ibi dicenda. Anaxagoras *cœlum sibi patriam esse* dicebat, teste Laertio. Seneca Epist. 41. de Sapiente, *majore sui parte illic est unde descendit*. Idem Epist. 66. *Vetas me cœlo interesse, & jubes me vivere capite demisso*. Similia vide apud Philonem & Porphyrium [quorum verba vide in G.] *Animus*

Margin notes (right column): [v] Zan. [x] E. [y] G. [z] Me. [a] E. [b] Græci in E. [c] G. sim. Vor. [d] Zan. * Vor. [f] Zan. [g] Zan. E. [h] E. [i] Zan. [k] Be. [l] G. [m] E. sic Zan. [n] Zan. [o] G. [p] Idem. [q] D. [r] G. † Zan. ex Phot. [t] G. [v] E. [x] E. sic Zan. [y] T. ex Chrys. sic E. Me. Zan. [z] E. [a] Zan. [b] V. [c] G. [d] Be. * Q. in Zan. [f] E. [g] Zan. [h] G. [i] G. sim. Pi. Vor. [k] Zan. [l] Me. [m] E. [n] Zan. sic Ham. [o] Be. [p] E. [q] Pi. [r] Me.

mus ibi est ubi amat. Sic impletur Vaticinium Dan. 2.44†. ¶ *Unde,*&c. Ἐξ οὗ — ἀπεκδεχόμεθα, &c.] Non mirum est nos eò respicere unde ventura est redemptio nostra. Ἐξ οὗ rem spectat, non quod præcessit vocabulum[t]. *Unde* (vel, *Ex quo*, nempe loco[v], vel cœlo[x]; ex quo cœlorum loco[y]. Sed obstat numerus, quia præcessit οὐρανοῖς: præstat ergò referre ad totum hoc, quod est conversari in cœlis, q. d. Nos per conversationem cœlestem exspectamus, &c[z]. Verùm Apostolus more suo neglexit constructionem grammaticam, eò magis quòd vox Græca indifferenter utroque numero usurpatur[a].) *servatorem exspectamus*, &c. P. Be. Pi. Ibi enim Christus est corporaliter[b].

21. *Qui*, &c. Ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν] Ταπείνωσις hoc loco est ipsa ταπεινότης, *vilis conditio*, & ut Luc. 1.48. Jac. 1. 10. עני, vel ענוה. Idem ἀτιμίαν dixit 1 Cor. 15.43[c]. Docet quod & quantum bonum adventu suo Dominus justis sit allaturus[d]. Connexio talis est, Innuerat nos ex terris in cœlos subvehendos esse. Sed quomodo, inquies, nos cum his nostris corporibus, morti & corruptioni obnoxiis, esse poterimus in cœlo incorruptibili. Respondet, corpora mutanda fore, &c*. *Qui reformabit* (vel, *transfigurabit*, sive *transformabit*, Er. Il. Ti. Ca. Be. Pi. P. i. e. in aliam formam commutabit[f]: *transmutabit*, Tre. non in substantia, vel in figura, membris & lineamentis[g]; sed in conditionibus & qualitatibus[h], post & propter peccatum invectis[i].) *corpus humilitatis nostræ*, Mo. Tre. ex Sy. vel, *corpus nostrum humile*, Er. P. Ca. Be. Pi. &c. i. e. vile, miseriis & corruptioni obnoxium[k]; ex corruptibili faciet incorruptibile, ex passibili impassibile, ex terrestri cœleste[l]. ¶ *Configuratum*, &c. Εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον, &c.] 1 Cor. 15.48. 2 Tim. 2. 12. In MS. εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ deest, & potest μετασχηματίσει construi cum σύμμορφον. Est autem σύμμορφον דמה, Dan. 3.25[m]. *Ut conforme* (vel, *configuratum*, Val.) *fiat corpori suo*, sive *ejus*, *glorioso*, P. Be. Pi. V. clarissimo ac splendidissimo[n], & immortali[o]. Hanc autem transformationem non futuram in mutatione substantiæ, &c. docent voces sequentes, 1. μετασχηματίσει· quod idem cum μετεμορφώθη, Matth. 17.2. Vide 1 Cor. 7.31. ubi σχῆμα non est substantia aut figura, sed species & qualitas mundi. 2. τῆς ταπεινώσεως· quæ est misera conditio ad quam ob peccata dejecti sumus. Ab hac ergò mutabimur. Substantia autem & figura & membra erant ante peccatum. 3. τῆς δόξης αὐτοῦ. Christus autem non sumpsit novam substantiam formámve corporis[p]. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι, &c.] i. e. εἰς τὸ δύνασθαι· quomodo τοῦ sæpe sumitur in his Epistolis[q]. *Secundùm* (vel, *Per*, Ti. *Pro*, Be. Pi.) *operationem* (vel, *efficaciam*, Er. Il. Ti. E. V. sic Ar. P. Pi. vel, *operationem efficacem*, E. *illâ vi efficace*, Be.) *posse eum* (vel, *quâ potest*, Er. P. Be. Pi. &c.) *&* (vel, *etiam*, P. Pi. &c.) *subjicere sibiipsi* (In MS. pro ἑαυτῷ est αὐτῷ, quod ipsum pro αὑτῷ poni sæpe solet[r].) *omnia*, Mo. i. e. omnem creaturam†; & quidlibet in quodlibet transmutare[t]. Paulus hîc Filio tribuit, quod aliàs Patri. Eadem ergò est Patris & Filii potentia, ideóque essentia & divinitas[v]. Κατὰ τὴν ἐνέργειαν de Deo Patre habes Eph. 1. 19. hîc de Christo[x].

[Margin: † G. — t G. — v Br. E. Zan. ex Chrys. — x Er. Be. — y Zeg. E. — z Zan. — a Caj. E. — b E. sic Zan. — c G. — d E. — * Zan. — f Me. T. — g Zan. — h Vor. sic Zan. E. — i Zan — k E. Zan. — l Me. — m G. — n T. — o Me. — p Zan. — q G. — r Idem. — † E. — t T. sim. Me. — v E. ex Amb. — x G.]

CAP. IV.

1. *Itaque*] Cùm tanta nobis proposita sint præmia, de quibus jam egi. ¶ *Charissimi*, &c.] *Quos amo & videre desidero*[a], & quibuscum semper esse cupio[b]. ¶ *Gaudium* (i. e. causa & objectum gaudii mei ob eximiam pietatem, charitatem & constantiam[c]. Sic & Latini *gaudium suum* vocant eum ob quem gaudent[d].) *& corona mea*] i. e. Gloria mea*, dulce decus meum[f]: Nam עטרת, στέφανος, *ornamentum* significat, genus ex specie, Job. 19.9. Prov. 4.9. & 12.4. & 14.24. & 16.31. & 17.6[g]. de quibus gloriari possim[h], ob vestram constantiam[i]; vestri profectûs causâ sive occasione & celebror apud Christianos & coronam æternam à Deo accepturus sum[k]. Ità comparati estis, ut gaudium & gloria mihi ex vobis contingat[l]. ¶ *Sic* (Quomodo? vel, sicut hactenus fecistis; vel, sicut ego faciendum esse antè monui[m]: ità ut dixi[n]: vel, *ità*, i.e. rectè. Οὕτως denotat id quod fieri debet, Matth. 23. Sic כן *rectum*, Cohel. 8. 10. οὕτως ἐποίησαν, *sic fecerunt*, i. e. rectè[o].) *state* (vel, *perstate*, G. constanter persistite[p], vel perseverate[q].) *in Domino*] i. e. In fide Christi[r]; vel, in vita secundùm Christum†: 1 Cor. 15.1. 2 Cor. 1.24. 1 Pet. 5. 12[t]. vel, *per Dominum*, i. e. virtute Domini[v]. Vel, in conjunctione cum Domino Christo; vel potiùs, in Christo, tanquam radice & fundamento, Col. 2. 7. ut fideles periphrasticè vocantur *qui sunt in Christo*, Rom. 8. 1. 1 Pet. 5. 14[x]. Al. Jungendum hoc cum seq. *Sic state, ô dilecti in Domino*, ut causam notet amoris sui erga illos, quòd Christo insiti essent[y]. ¶ *Charissimi*] Ποθητοὶ hæc vocis hujus ἀναφορά[z].

2. *Evodiam rogo* (vel, *precor*, P.&c.) *& Syntychen*, &c.] Erant hæ duæ fœminæ[a], ut liquet ex v. seq. ubi de iis dicit αὐταῖς & αἵτινες[b], & quidem primariæ apud Christianos Philippis[c]; inter quas (ut ex seq. hortatione constat[d],) aliquid dissidii ortum fuerat*, vel de rebus domesticis & politicis[f]; sive, quod malim, de rebus fidei ac religionis, in quibus (ut ex contextu colligi potest,) vel inter se, vel ab Ecclesia, dissentire cœperunt, seductæ à Pseudo-apostolis, &c[g]. Verùm Συντύχης, ut Εὐτύχης, virile est nomen[h]. ¶ *Idipsum sapere* (vel, *Ut idem sentiant*, Be. Zan. i. e. ut concordes sint[i]:) *in Domino*] i. e. In charitate Christi[k]: vel, juxta Christianæ charitatis leges[l]: vel, propter Dominum[m]: vel, in fide in Christum: vel, secundùm Domini voluntatem[n]: vel, eâ concordiâ cujus vinculum est Dominus[o], piâ & verâ, ac proinde diuturnâ, concordiâ, qualis non est quæ extra Dominum[p]: vel, in iis quæ de Domino à me audierunt[q]. Vel, ὁρκίζω ἐν Κυρίῳ, *obtestor per Dominum*[r].

3. *Etiam*, &c. Καὶ ἐρωτῶ καὶ σε] *Et rogo te quoque*, P. Be. Pi. Al. *Sanè rogo & te*, Er. Ti. Zan. non minùs quàm illas fœminas†. In MS. ναὶ ἐρωτῶ σε ναὶ est precantis ad modum נא Hebræi, ut Apoc. 22.20. ἐρωτῶ est *precor*, locutione efficta ad Latinum sermonem, ut Joh. 14. 16. & 16.26. & 17.9. 1 Thes. 4. 1. & 5. 12. 2 Thes. 2. 1. 1 Joh. 5. 16. 2 Joh. 5[t]. ¶ *Germane*, &c. Σύζυγε γνήσιε] *Compar germana*, Er. Il. Ti. V. vel, *Conjux ingenua*, V. Er. sive *sincera*, sive *vera*, q. d. quæ Christum unà cum marito amplectitur: nam *impar conjugium* vocatur ubi est diversitas religionis[v]. Alloquitur ergò h. l. uxorem suam[x]: Probatur, 1. ex testimonio Clementis apud Euseb. hist. l. 3. c. 30[y]. qui vicinus erat Apostolis[z], & Petri comes[a], ideóque optimè scire potuit, an Paulus uxorem habuit, necne[b]; 2. quia convenientius erat mulieribus juvandis addi mulierem, quàm virum[c]; 3. alioqui nulla certa hîc indicatur persona[d]. Obj. Sed tunc dixisset γνησία, non γνήσιε*. Resp. Attica hæc est generis permutatio[f], ut Tit. 2. 11. χάρις σωτήριος, *salutifera*, & in Hom. κλυτὸς, pro κλυτὴ, & in Eurip. γυναῖος, pro γυναικεία[g]. [Alii sic vertunt:] *Socie* (vel, *Compar*, Vulg. *Collega mi*, Tre. ex Sy. V.) *germane*, P. Mo. Be. Pi. vel, *vere*, Tre. Ca. vel, *sincere*, Ca. *ingenue*, V. Σύζυγος (qui hîc idem qui suprà συνεργὸς,) non tantùm dicitur de *junctis matrimonio*, verùm etiam de *collegis*[h], de ejusdem consilii sociis, ut apud Aristoph[i]. [cujus verba vide in Be.] Vide H. Steph. Thesaurum[k]. Alloquitur hîc, vel, 1. maritum, aut fratrem, sive Evodiæ, sive Syntyches, sive utriusque[l]; ut Paulus intelligat conjugatum, non sibi, sed ei, aut illis[m]: vel, 2. virum, cujus proprium nomen erat Σύζυγος[n]. Sed illud durum est propter adjunctum γνήσιε epitheton[o]. Resp. Allusio ergò est ad nomen proprium, qualis ad nomen Onesimi, Philem. v. 10, 11, 20. q. d. precor te σύζυγε *germane*, i.e. qui verè, & re & nomine, σύζυγος es[p]. Vel, 3. aliquem suum in Evangelico labore socium[q]: vel, 1. Barnabam, aut Silam[r]; vel, 2. Timotheum, quem hoc nomine suprà laudaverat, 2. 20, &c†. vel, 3. unum ex Episcopis vel Diaconis, quos salutat initio Epistolæ[t], qui forsan inter illos excelluit; vel, collegam absentis Epaphroditi[v]: vel, 4. ipsum Epaphroditum. Quem enim Philippis potiùs *collegam* vocaret Paulus quàm τῶν πρεσβυτέρων προεστῶτα, cujus summa erat etiam in pecuniis elargiendis auctoritas? Ad Epaphroditum ergò per Apostrophen vertit se oratio, tanquam præsentem futurum ubi Epistola hæc in Ecclesia Philippensium legeretur. Ei igitur com-

[Margin: a G. — b Zan. — c T. sim. Zan. E. — d G. — * Zan. — f G. T. — g G. — h E. sic Me. Zan. — i Zan. — k T. — l Vor. ex Pi.]

[Margin: m Zan. è Græcis. sim. E. — n Be. — o D. — p T. sim. Zan. — q E. — r E. Me. Græci in Zan. — † G. sim. Me. — t G. — v Zan. Gom. — x Gom. — y Q. in Zan. — z G. — a Pi. Vor. Zan. E. Me. T. — b Pi. — c Me. sim. Zan. E. — d Zan. — * Me. ex G. sim. Zan. G. — f Q. in Zan. — g Zan. — h G. — i Er. C. E. — k E. — l Me. — m G. — n Gom. — o Be. — p Zan. — q V. — r Be. — † Zan. — t G. — v Er. — x Er. ex Clem. Zan. Caj. & Cathar. in E. — y Er. Zeg. — z Zan. — a Er. — b Zan. — c Zan. ex Caj. sim. Er. — d Zan. — * E. — f Q. in Gom. sim. — g Er. — h G. — i Be. — k Gom. — l Q. in Gom. sic Th. in Er. Be. — m Q. in Gom. — n Gom. — o Be. — p Gom. — q Ca. — r Lichron. p. 136.1. — † E. — t Q. in E. — v Q. in Gom.]

commendat τὰς πρεσβύτιδας, sive τὰς πρεσβυτέρας, *viduas* nempe *seniores*, ut eas vocat Ferrandus Diaconus, quæ in convertendis ad Christum fœminis aliis plurimùm laboraverant. Commendat autem in hoc, ut habeant unde se & suos honestè sustentent. In Judæa non fuerant necessariæ aut πρεσβύτιδες tales, aut etiam fœminæ διάκονοι, quia liberior ibi viris erat aditus ad fœminas. In Græcia clausa gynæconitis: Itaque fœminæ per fœminas primâ Christianismi cognitione imbui, & sic ad Ecclesias pertrahi, debebant. Eædem πρεσβύτιδες mulieribus conversis erant σωφρονίστριαι, morúmque inspectrices & magistræ. De quibus vide Laodicenum Canonem 11. & Epiphanium Hæres. 79 [x]. ¶ *Adjuva illas*; ità Be. Er. Il. Ti. sim. P. Pi. &c. nempe Evodiam & Syntychen [y]. Συλλαμβάνου αὐταῖς] Tu unà cum aliis adesto illis, ut idem sentiant [z]. Possit verti, *Suscipe eas*, q. d. Suscipe earum infirmitatem, & eas inter se reconcilia [a]. ¶ *Quæ*, &c. Ἅιτινες —συνήθλησάν μοι] *Quæ* (vel, *Ut quæ*, Be. Pi. q. d. dignæ enim sunt, &c [b].) *in Evangelio* (promovendo [c]:) *decertârunt* (vel, *concertârunt*, Be. *unà certârunt*, P. Pi. &c.) *mecum*, vel *mihi*, Er. Il. Ti. P. Be. &c. vel, 1. in fœminis instituendis, ut Paulus in viris: vel, 2. ferendo afflictiones [d], labores & pericula [*], propter Evangelium [f]. Significatur certamen, quale est athletarum, vehemens ac laboriosum [g]. ¶ *Cum Clemente*, &c.] Clemens hic videtur fuisse Romanus aliquis in Macedonia negotians. Is, & ii quos sub generali nomine hîc designat Paulus, fuere Presbyteri Ecclesiæ Philippensis [h]. ¶ *Quorum nomina sunt* (vel, sub. γέγραπται, *scripta sunt* [i]:) *in libro vitæ*] i. e. Viventium vitâ scil. sempiternâ [k], in catalogo verorum Christianorum [l]: q. d. Quorum multò felicius alibi scripta sunt nomina, quàm si hîc adscriberentur [n]. Hoc addit, nè cæteri Pauli cooperarii offenderentur, quòd hîc non nominarentur [o]. Sensus, q. d. qui à Deo electi sunt ad vitam æternam [P]. Metaphoricè significatur notitia Dei, quâ firmiter in mente retinet eos quos prædestinavit [q]. Loquendi genus figuratum [r], sumptum à more, vel, 1. militari †; ubi dux belli milites delectos in Libro consignat, reliquis exauthoratis [t]: cùm autem vita Christianorum omnium, & inprimis ministrorum, militia sit, de utrisque passim usurpatur hæc phrasis [v]. Vel, 2. civili [x]; à more optimarum civitatum, scribendi in Albo publico cives, ità ut si perduelles fiant, etiam delere possint eorum nomina. Vide quæ diximus ad Dan. 12. 2. ad Luc. 10. 20. & ad Apoc. 13. 8. [& Synopsin nostram ad illa loca.] Pii, dum tales sunt, certum habent jus ad vitam æternam. Possunt & perdere, ut Demas perdidit, qui in Epistola ad Philemonem eodem hoc titulo συνεργοῦ decoratur, v. 24. at postea tamen defecit, 2 Tim. 4. 10 [y]. Hebræi dicunt, כתוב בספר חסד [z]. Vide Psal. *69. 29.* & Ezec. 13. 9 [a]. [& ibi dicta in Synopsi.] Qu. Unde hoc novit Paulus de collaboratoribus suis? Resp. Ex judicio charitatis [b], ex pia illorum opera [c]; quòd videret eos constantes esse in fide, & studere sanctæ vitæ, & multa pro Christo perpeti, &c [d].

4. *Gaudete*, &c.] Idem dixerat suprà 3. 1. nunc id repetit, & quidem voce bis positâ, ad signandum affectum eximium. Tale illud, *Vale, vale, inquit Jola* [*]. Addit, *in Domino*, q. d. non in rebus mundanis [f]; gaudio spirituali [g], non carnali [h]. Addit, *semper*, id est, sæpissimè & sine intermissione [i], non obstantibus Pseudo-apostolorum injuriis, aliisve rebus adversis [k]. Hoc inculcat, quia in magnis versabantur afflictionibus, &c [l].

5. *Modestia*, &c. Τὸ ἐπιεικὲς, &c.] i. e. ἐπιείκεια [m], Act. 24. 4. 2 Cor. 10. 1 [n]. Adjectivum pro Substantivo, ut τὸ χρηστὸν, &c [o]. *Moderatio* (vel, *Modestia*, Er. G. Mo. Ti. *Lenitas*, Tre. ex Sy. Zeg. sic Ar. *Æquitas*, Be. Er. Zeg. *Humanitas*, Er. V. *Candor*, Be. *Probitas*, Zeg.) *vestra nota sit omnibus*, P. Il. Pi. &c. etiam Ethnicis, ad gloriam Evangelii, & proximi ædificationem [P]. In Glossario, Ἐπιείκεια, *mansuetudo, clementia, modestia*. Non enim hîc sumitur tam arcto significatu hæc vox quàm eam sumit Aristoteles; sed *Bonitatem* denotat, partim cedentem multùm de suo jure, partim occasiones quærentem bene faciendi aliis [q]. Ἐπιεικὴς propriè est moderatio summi juris per æquitatem, cui opponitur ἀκριβοδίκαιον [r]. hîc autem latiùs patet [r], estque moderatio animi atque affectuum †, quâ, vel, 1. dura quæque patienter ferimus; nam de afflictionibus hîc agitur [t]: vel, 2. quâ de jure nostro cedimus [v], nosmet ad proximi salutem & necessitatem accommodantes, æqui & boni amantes, tolerantes injurias potiùs quàm ut publicam concordiam, & charitatem violemus; vitia naturalia, non enormia, ut iracundiam, &c. in proximo tolerantes, & graviora leniter, quantum licet, corrigentes, & ambigua ejus facta aut dicta in meliorem partem interpretantes [x]. Significat eam vitæ morúmque compositionem, quâ quis cum aliis hominibus, omni æquitate, modestiâ, facilitate, conversatur [y]: q. d. Præstate vos humanos erga omnes [z].

¶ *Dominus* (i. e. Christus judex [a]; quem paulò antè dixerat de cœlis adsuturum, remuneratorem piorum [b]:) *propè est*] 1. Deitate; 2. Efficaciâ Spiritûs in nobis; 3. Adventu suo visibili ad judicium [c]. Ità sanè arbitrabantur, quia Christus tempus illud sui adventûs in occulto tenuerat, 1 Cor. 15. 52. 2 Cor. 5. 1, &c. 1 Thes. 4. 17. Confer Apoc. 1. 3. & 22. 10. Locutio sumpta ex Psal. 45. 11 [d]. Respondet huic objectioni, Si simus ἐπιεικεῖς, miserrimi erimus, & omnium injuriis expositi. At, inquit, non est dubitandum de auxilio Divino [*]: paratus est Deus vobis succurrere [f]: afflictiones hujus vitæ non durabunt: citò veniet tempus retributionis [g]: Christus appropinquat, qui vestram patientiam & modestiam coronabit [h], & injurias vobis illatas vindicabit †.

6. *Nihil*, &c. Μηδὲν μεριμνᾶτε] *Nihil* (vel, *De nulla re*, P. Be. Pi. &c. quæ vobis aut desit, aut contingat [i], vel vitæ hujus caducæ [k], bonorum temporalium, aut malorum [l].) *soliciti sitis*, Mo. Ca. &c. Idem sensus qui Mat. *6. 34.* ubi dicta vide [m]. Solicitudinem hîc vetat non spiritualem, sed carnalem [n]; non diligentiam & studium perficiendi ea quæ nostræ sunt vocationis, sed anxietatem animi de rerum & laborum eventu [o], ortam ex diffidentia providentiæ & promissionis Dei [P]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἐν παντὶ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει—τὰ αἰτήματα, &c.] *Sed in omni* (sub. *tempore*, G. ex Sy. Id alibi διαπαντὸς [q]. vel, sub. *tentatione*, V. vel, *omni in re*, Er. P. Be. Pi. vel negotio, ut subaudiatur πράγματι [r]. Opponitur enim hoc præcedenti, *nihil*: q. d. quacunque in re opus habueritis, & in quacunque occurrente necessitate †. Παντὶ cùm sit neutrius gen. non potest cum fœmin. προσευχῇ conjungi [r]. Malè ergò Vulgatus hîc habet, *in omni precatione* [v].) *oratione & obsecratione*, (vel, *precibus & supplicatione*, Pi. De discrimine harum vocum vide quæ diximus Eph. *6.* 18 [x]. & dicenda 1 Tim. 2. 1 [y].) *cum gratiarum actione* (de quocunque demum eventu [z], & pro beneficiis, & pro afflictionibus, vestris [a]. Debent hæc jungi, Gratia pro datis, Precatio pro dandis [b], 1 Cor. 14. *16.* Eph. 5. 4. εὐχαριστία est תודה, vertente Aquilâ [c].) *petitiones vestræ* (Vocem αἴτημα habes hoc sensu 1 Joh. 5. 15. αἴτημα שאלה, 1 Sam. 1. 17, 27. Psal. 20. 5. & 37. 4 [d].) *innotescant apud Deum*, Mo. &c. i. e. petite à Deo ut vos consoletur [*]. Πρὸς τὸν Θεὸν hîc est ליהוה. In Deum rejicite curas vestras: Aut dabit quod huic vitæ necessarium est, aut vos à molesta hac vita liberabit. Verbum γνωρίζεσθαι habemus Rom. *16. 26.* Eph. 3. 5, 10. נודע, Exod. 21. *36.* & alibi [f]. Suprà monuit, quid eorum vellet innotescere hominibus [v. 5.] non injucundo schemate nunc subjicit quid velit innotescere Deo [g]. Sed quid hoc est? annon Deus omnia videt, omnésque precationes novit? Resp. 1. Loquitur de notitia non simplici, sed approbativa [h]. Dicitur Deus scire ea quæ probat, nescire quæ improbat [i], ut Matth. 7. 23. *Nunquam novi vos* [k]. 2. Ἐπιείκειαν innotescere voluit etiam hominibus, preces autem soli Deo. Excludit ergò à precibus inanem gloriam, omnémque hypocrisin, & includit veram fiduciam [l]. Differentia autem inter has voces, quæ omnes precationis species complectuntur, hæc est: Αἴτημα ceu genus est, cujus species sunt tres, 1. προσευχὴ, oratio quâ bona petimus; 2. δέησις, quâ mala deprecamur; 3. εὐχαριστία pro acceptis beneficiis [m].

7. *Et*, &c. Καὶ ἡ εἰρήνη—ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει—τὰ νοήματα, &c.] *Et* (Si hoc faciatis quod dixi, si curas vestras in Deum rejicitis [n]:) *pax Dei* (i. e. vel, 1. amicitia cum Deo [o]: Dei favor. Vide Psal. 29. 11. Rom. c. 1. v. 7. & 2. 10. & 5. 1. 1 Cor. 1. 3. 2 Cor. 1. 2. Est autem Metonymia, quia qui pacem inter se habent, solent

[x] G. [y] Me. [z] Zan. [a] E. [b] Idem. [c] E. Zan. [d] V. [*] F. [f] V. sic E. [g] E. [h] G. [i] Camer. [k] D [l] Ham. [n] E. Me. [o] E. [P] Pi. sic Vor. Zan. sim. E. [q] E. sim. Zan. [r] G. sim. Zan. † Pi. Vor. sic Ham. [t] Pi. sim. Ham. [v] Ham. [x] Vor. [y] G. sim. Ham. [z] G. [a] Be. [b] Zan. [c] E. [d] Zan. [*] G. [f] T. [g] E. Me. [h] Zan. [i] E. [k] Zan. [l] E. [m] G. E. [n] G. [o] E. [P] Zan. [q] G. [r] Zan. † Zan. sic Vor. E Be.

[t] Q. in E. [v] Vor. Zan. sim. Er. Be. [x] Zan. [y] E. [z] V. [a] Me. sic E. [b] E. [c] Zan. [d] G. [*] Zan. [f] Q in E. [g] E. [h] Me. † Pi. [i] E. [k] G. sic Zan. [l] E. [m] G. [n] Gom. [o] Zan. [P] Zan. sim. E. [q] G. [r] E. ex Græcis. † E. [r] T. sic E. Me. [v] Be. [x] G. [y] Strig. [z] T. [a] Ham. [b] G. sim. E. ex Chrys. [c] G. [d] Idem. [*] V. [f] G. [g] E. [h] Zan. [i] E. [k] Zan. [l] Q. in Zan. [m] Zan. [n] G. [o] Vor.

solent aut debent aliis bene velle. Sensus idem Num. 6.26. At in MS. est εἰρήνη τοῦ Χριστοῦ [p]. Nostra cum Deo reconciliatio [q]: cujus quippe effectum est donum perseverantiæ, seu custodia animi nostri [r]. Vel, 2. mentis & conscientiæ tranquillitas †, nata ex fide de Deo per Christum reconciliato [t]: quæ quantum bonum sit, dum hîc vivimus, mente comprehendere non possumus [v]. Vocatur *pax Dei*, tum quia solus Deus eum dare potest; tum, quia non est carnalis & humana pax, sed divina, & in corde [x]. Vel, 3. pax cum proximo, sive studium pacis, unitatis, ac concordiæ, inter homines atque in Ecclesia. Probatur hæc sententia, 1. ex collatione aliorum locorum, ut Rom. 13. 18. Gal. 5. 22. & Col. 3. 15. ubi εἰρήνη ità sumitur; 2. ex contextu. Hoc enim pacis studium suadet, ut apparet ex cap. 3. 2, 15, 16. & hoc cap. 4. 2. Qu. Sed quomodo hoc dicit *superare omnem intellectum?* Resp. Sensus est, hoc pacis studium præstabilius esse omni illâ intelligentiâ, quâ alii carere, alii verò abundare, putabantur, eique anteferendum esse, quod & innuebatur cap. 3. v. 15, 16. Illa autem hortatio, v. 4, 5, 6. illos munit adversùs Gnosticorum errores & vitia, ac proinde non est aliena ab hac materia *.) *quæ superat omnem intellectum* (vel, *mentem*, Be. Ca. Er. Val. vel, *sensum*, Mo. Vulg. nempe creatum [y]: major est quàm cogitari possit [z]; quæ intelligi non potest quanta & qualis sit [a]:) *præsidio erit* (vel, *custodiat*, Mo. Vulg. ut Optativè sumatur [b]: vel, *custodiet*, Er. V. Ca. E. Me. ut legatur assertivè [c]; neque enim optat hoc illis, sed animat eos hâc fiduciâ [d]: vel, *præsidio custodiet*, Be. tuebitur ac muniet instar valli cujusdam, aut præsidii *, aut fidæ militaris custodiæ [f]. Non Imperativè aut Optativè loquitur, sed conditionaliter & promissivè [g]. Si ità agitis, *Dei bonitas per Christum custodiet & mentem & affectus vestros*, nempe nè quid per metum & anxietatem peccetis. Locus planè similis 1 Pet. 1. 5. ubi idem verbum. Similitudo à re militari deducta; nam φρουρά, נציב, *præsidium militare* [b]: custodiet ut certus adoptionis vestræ testis. Bene usurpavit verbum militare, cùm nihil æquè nobis conetur Satan atque pacem istam extorquere, eóque nomine non desinat perpetuò nos oppugnare [i].) *cordibus vestris* (vel, *corda vestra*, Er. Be. &c. non dicit, fortunas vestras, aut corpora, sed corda [k]; i. e. affectus seu voluntates [l], nè à bono declinent [m].) *& mentibus vestris* (vel, *mentes vestras*, V. *cogitationes vestras*, Be. cogitationes mentis [n], ne à vero devient [o].) *in Christo*, P. Pi. i.e. in ejus cognitione [p], fide [q], & gratiâ [r]: vel, *per Christum*, V. Zan. efficaciter Spiritu suo operantem, nè excidant ac pereant. Hinc probatur perseverantia sanctorum †.

8. *De cætero*] Protracto longiùs quàm putaverat sermone, rursus ὁμολογεῖ. Vide suprà 3. 1. Hebræi dicerent סוף דבר, ut Eccles. c. 12. v. 13 [t]. ¶ *Quæcunque sunt vera*] Nempe inter ipsos etiam Ethnicos, tam de religione, quàm de rebus politicis [v]: *vera*, id est, sincera [x], aliena ab hypocrisi [y], à mala fide & mendacio remota; את אשר נאמנים [z], honesta, justa, cum Lege naturæ congrua; ut Deum colere, verum loqui ingenuéque fateri, fidem datam servare [a]. *Veritatem* hîc vocat bonæ conscientiæ integritatem [b]. ¶ *Quæcunque pudica*, Σεμνά] *Honesta*, Er. Il. Ti. P. Mo. Zan. V. *Severa*, Er. Me. *Veneranda*, P. Be. Pi. sic D. G. Ham. In Glossario, σεμνός, *venerabilis* [c]. *Gravia*, Er. Ca. Me. Zan. *Gravitatis plena*, 1 Tim. 3. 8, 11. Tit. 2. 2. Adde 1 Tim. c. 2. v. 2. & 3. 4. Tit. 2. 7. σεμνά, נגידים, Prov. 8. 6 [d]. *Verecunda*, Er. Me. *Casta*, sive *pudica*, V. sic D. Excludit omnem morum lasciviam *, & levitatem [f], in verbis, vestitu, incessu, factis. ¶ *Justa*] De speciali justitia loquitur [g], quâ quis alteri præstat quod illi debet ex lege, sive naturæ, sive gentium, sive patria, &c [h]. Quæ longe absunt ἀπὸ τῆς πλεονεξίας. מישרים, 1 Par. 29. 17 [i]. ¶ *Sancta*; Noster ἅγια legit [k]. Ἁγνά] *Pura*, P. Pi. E. &c. *Casta*, Me. E. Er. G. ut Gloss. reddit. Heb. זך, vel טהור. Quæ remotissima sunt ab omni specie impudicitiæ. Vide 2 Cor. 11. 2. Tit. 2. 5 [l]. Prohibet carnalia peccata, velut impudicitiam, ingluviem, ebrietatem [m]. ¶ *Amabilia*; ità P. Mo. Be. Pi. Ca. Προσφιλῆ] *Accommoda*, Er. Il. Ti. Quæ grata sunt omnibus, intellige bonis & honestis: vel, quæ citra offensionem Dei præstare & gratificari possumus etiam impiis [n]: talia, per quæ sitis amabiles hominibus: nihil sit in moribus asperum, quod

p G. q Gom. Q. in E. r Gom. † Zan. sic Be. E. Me. T. Vor. t Zan. fim. E. v E. x Zan. * Ham. y Zan. sic E. z G. a Me. fim. Cam. b E. c Idem. d Er. * E. f T. g Sch. b G. i Be. k Zan. l E. Zan. sic Be. m E. ex Aquin. n E. sic Zan. o E. ex Aquin. p Zan. ex Græcis. q Zan. Me. r Me. † Zan. t G. v Zan. x Me. y Me. sic E. z G. a Zan. b G. c G. sic D. d G. * E. f E. Zan. g E. h Zan. i G. k Me. l G. m E. n Zan.

offendat alios [o]: quæcunque amicitiam, concordiam, benevolentiam promovent [p]: quæ benigna sunt & gratiosum faciunt hominem: Sirach. 4. 7. & 20. 12. In Glossario, προσφιλής, *gratus, amans, amabilis*. Hebræis חפצים, θελητά [q]. ¶ *Quæcunque bonæ famæ*: ità Mo. Εὔφημα] *Fausta*, Ca. *Bene ominata*, sive *boni ominis*, Er. *Boni nominis*, P. Be. Pi. *Laudabilia*, Tre. ex Sy. Ar. Quæ bonam famam pariunt [r], vobis, Christo, Christianismo †. In multis enim rebus sufficit Gentium consensus, ut 1 Cor. 5. 1. contra quem disputare, ut Græci & Stoici faciebant, impudentium est. Hebræi dicerent את אשר נאוה. Sym. etiam רנה transfert εὐφημίαν, Psal. 126. 2 [t]. ¶ *Si qua virtus*] Alia scil. apud prophanos invenitur [v]: Si quæ res est quæ in censu Virtutum apud cordatos venit [x]: pro ratione temporum & rerum in omni genere virtutum vosmet exercete [y]. Ἀρετὴ apud V. Instrumenti interpretes interdum significat δύναμιν, ut & 1 Pet. 2. 9. sed hîc in sensu Græcis usitatiore ponitur; דבר תהלה [z]. ¶ *Si qua*, &c. Εἴ τις ἔπαινος] *Si qua laus est*, Be. Pi. Non vult ut laudem humanam appetant; sed ut ea faciant quæ laudem apud homines mereantur, non quæ reprehensionem [a]. Metonymia: vult enim dicere [b], si quæ res laudabilis habetur [c], דבר נהדר [d]. ¶ *Hæc cogitate*, λογίζεσθε] Assiduè meditamini, & in iis vos exercete *. Significat diligentem considerationem, amorem item & studium animi erga talia [f]. *Hæc animo recolite*, דרשו, nempe ideo ut in actionem producatis. Vide Rom. 2. 3 [g].

9. *Quæ & didicistis, & accepistis* (à me, h. e. quæ ego vos docui, & vobis agenda tradidi [h]:) *& audistis* (vel, à me [i], vel de me absente [k]:) *& vidistis*] In me præsente. Seipsum imitandum eis proponit: quo perstringit Pseudo-apostolos, quorum mores erant corruptissimi [l]. Magna conscientiæ fiducia, quòd non dicta tantùm, sed & facta sua, aliis sequenda proponit, ut & suprà 3. 17. 1 Cor. 4. 16. & 11. 1. 1 Thes. 1. 6. Ἐμάθετε hîc, ut μαθητεύσατε Matth. 28. 19. significat primam institutionem: παρελάβετε, קבלתם, exactiorem doctrinam. Ἠκούσατε refertur ad familiares sermones, doctrinam aptantes rebus enatis; εἴδετε verò, ad ipsas Pauli actiones [m]. ¶ *Hæc agite*] Exponit quod dixerat, *hæc cogitate*, ut ostendat, non nudam cogitationem se exigere, sed eam quæ cum actione sit conjuncta [n]. Mens inprimis requiritur, secundò externa facta [o]. ¶ *Et Deus pacis* (pacis, vel, 1. author [p]: vel, 2. amator, Rom. 15. 33. & 16. 20. 1 Cor. 14. 33, &c [q].) *erit vobiscum*] Vel, *vobis opitulabitur*. De hac locutione vide dicta ad Mat. 28. 20. Luc. 1. 28 [r].

10. *Gavisus sum autem in Domino* (i. e. gaudio non carnali †, sed spirituali & Christiano [t]: vel, *per Dominum*, q. d. cujus gaudii author est Dominus [v]: vel, *propter Dominum*, tum, quòd Dominus vos suo Spiritu excitaverit ad hanc beneficentiam; tum, quòd respectu & causâ Domini, sive ut illi obediretis & gratificaremini, subsidium hoc ad me, non tanquam amicum, sed tanquam Apostolum Christi, misistis [x]. *Gavisum se* ait, non sui, sed Evangelii, causâ [y].) *Vehementer*] Quòd viderem hoc vobis plurimùm profuturum [z]. Illud μεγάλως sæpe legitur apud Interpretes V. Testamenti, scriptores Tobiæ & Maccabaicorum [a]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν] *Quòd jam aliquando* (vel, *tandem*, P. Be. &c.) *revixistis* (vel, *revixistis*, Er. velut post ariditatem, aut post hyemem [b]; cùm quoad hanc beneficentiam exaruisse visi estis [c], vigorem recepistis. Non hoc dicit, quasi interim aridi fuissent ac mortui, quoad studium suum erga Paulum; sed quòd illud in animo latens, non se tunc exeruit [d]. Comparat eos arboribus, quæ hyeme exaruisse videntur, (quia vis eorum intus contracta latet *:) sed Vere florent, &c [f]. vel, *revixit*, Ca. *revixit*, Er. Il. Ti.) *pro me sentire*, Mo. vel, *in sentiendo de me*, Mo. vel, *vestrâ* (vel, *in vestra*, P. Be. Pi. Zan. Ante τὸ subauditur κατὰ [g], idem valens quod εἰς [h].) *pro me* (vel, *de me*, Ca.) *curâ*, Il. Ca. P. &c. vel sic, *Revirescere fecistis vestram pro me curam*, Be. Pi. *fecistis in animo vestro oriri curam pro me*, G. Ἀναθάλλειν hîc est transitivum [i], ut apud bonos auctores usurpari solet [k]. Sic & Ezec. 17. 24. ponitur pro Hebræo הפריח. Utitur sic & Sirachides 1. 15. & 11. 22 [l]. Eodem modo usurpantur verba similia, ut θριαμβεύειν, 2 Cor. 2. 14. & ἀνατέλλειν, Matth. 5. 45 [m]. ¶ *Sicut*, &c. Καθώς ἐστι δίκαιον

o E. p Me. sic V. T. q G. r G. V. Zan E. Me. † Me. fim. Zan. t G. v Zan. x G. y E. z G. a E. b G. c G. fim. Zan. d G. * E. f Zan. g G. h E. i Zan. k E. l Idem. m G. n E. o Zan. p Pi. E. Me. q G. r Idem. † Zan. t E. fim. Zan. v V. x Zan. y G. z Zan. a G. b E. c Zan. d E. * Idem. f Zan. fim. E. g Pi. sic Zan. Vor. h Pi. i G. fim. Be. Pi. Vor. k Vor. l G. m Ham.

In quo (vel, *In eo in quo*, Er. Il. *In eo quòd*, Ti. *Sicut*, Tre. ex Sy. *Qua de re*, P. Be. Pi. ἐφ' ᾧ, vel, pro ἕνεκα, ut suprà 3. 12 [n]. vel, pro περὶ οὗ [o].) *&* (vel, *tamen*, P. Be. Pi. καὶ pro μέντοι, ut Heb. ו ponitur pro adversativa, ut Ecclesf. 9. 16 [p].) *sentiebatis*, Mo. vel, *soliciti eratis*, Er. P. Be. Pi. &c. Al. *Et post id semper eum affectum in animo retinuistis*. Ἐπὶ *post*, ut Heb. 9. 17. Sic cum Dativo sæpe usurpant ἐπὶ optimi Græci scriptores [q]. ¶ *Occupati*, &c. Ἠκαιρεῖσθε δὲ] *Verùm deerat opportunitas*, Er. Il. sim. P. Be. Pi. Ti. Mo. V. &c. sub. *mittendi quæ volebatis*, V. vel, 1. quòd vos tunc non abundaretis [r]. Ut καιρὸς in Plut. & Xenoph. & εὐκαιρία in Polyb. sign. *sufficientiam*, ità ἀκαιρία ejus defectum significare possit †. Vel, 2. quòd non esset in promptu qui munus perferret*. *Non data est vobis antehac occasio ostendendi affectum*, quia nemo erat idoneus & paratus suscipiendo itineri quem mitteretis [p]. Lenit orationem præced. & intermissi dilatique beneficii causam transfert à voluntate ipsorum in calamitatem temporum, &c [q].

11. *Non*, &c. Οὐχ ὅτι καθ' ὑστέρησιν λέγω] *Non quòd* (vel, *quasi*, Vulg. &c. Pro ὅτι legunt ὡς, quæ syntaxis commodior est [r].) *propter penuriam* (κατὰ, pro διὰ † · vel, *juxta penuriam*, Er. Il. Ti. *penuriæ respectu*, P. i. e. respiciens ad penuriam quam patior, quasi meum commodum hîc spectem [t]: vel, *penuriâ laborem*, Be. Pi. sim. Tre. ex Sy. ante missum subsidium vestrum [v]: vel, *mihi quidpiam defuerit*, Steph. in Be. Sic accipitur ὑστερεῖν tum de persona, ut Matth. 19. 20. Luc. 23. 35. 1 Cor. 12. 24. tum de eo quod deest, ut Marc. 10. 21 [x].) *dico*, Mo. Be. &c. vel, *loquar*, Er. P. &c. sub. *hoc*, Be. Pi. Non ideo hoc dico quòd ego opus habuerim vestrâ liberalitate [y], sed spectans potiùs quid sit è re vestra [z]. Ὑστέρημα, vel ὑστέρησις, מחסור, חסרון, vel. Vide suprà 2. 30 [a]. Forsan ὑστέρησις significat *posthabitionem*, sive *neglectum*: q. d. Non hæc fuit causa mei illius dicti, quòd me neglexeritis [b]. ¶ *Ego enim didici*, &c. Ἔμαθον ἐν οἷς εἰμὶ, αὐτάρκης εἶναι] *Didici*, (Non theoreticè, aut verbis, aut revelatione, sed practicè [c]; ipso rerum usu, vivâque experientia, per gratiam Christi [d].) *in quibus sum*, (h.e. statu meo, utut misero: plus est quàm si dixisset, *iis quæ habeo*; quid enim siquis nihil habeat *? vel, *in iis quæ reperio*, rebus quamvis arctis [f], rebus præsentibus [g].) *his* (vel, *iis ipsis*, P. &c.) *contentus esse*, Er. P. Be. &c. Αὐτάρκης & Res dicitur *quæ sufficit*, & Homo *qui eo quod habet contentus est*. Hinc virtus αὐτάρκεια, 2 Cor. 9. 8. 1 Tim. 6. 6. *Minimo contentus, parvo contentus*, sæpe est apud Ciceronem [h].

12. *Scio & humiliari*; sic Mo. Ταπεινοῦσθαι] *Humilis esse*, Er. Il. Ti. *Deprimi*, P. Ca. Be. Pi. i. e. inops & indigus esse [i]; quo animo esse debeam, cùm me Deus deprimit [k]; in rebus exiguis patienter me gerere [l], contemptum mei & paupertatem forti animo perferre, acquiescere in voluntate Dei [m]. *Scientiam* hîc intelligit cum affectu & usu conjunctam [n]. ¶ *Abundare*] i.e. Rebus abundantibus cum modo uti. Est enim in hoc & præced. verbo Metonymia [o]. Dum copia suppetit, moderatè ferre [p]; in sublimi statu non insolescere, sed in timore Dei, cum gratiarum actione, præsentibus uti bonis [q]. Περισσεύειν] Excellere, V. sic Er. ¶ *Ubique*, &c. Ἐν παντὶ καὶ ἐν πᾶσι] *In omni* (vel, *quovis*, G. vel, loco [r]: vel, tempore †: vel, re sive negotio [t].) *& in omnibus*] Quæ obiter incidunt [v]: in re quavis [x]. ¶ *Institutus* (vel, *Imbutus*, Amb. in Er. *Initiatus*, P. Be. Pi. *Exercitatus*, Tre. ex Sy. *Edoctus*, Ca.) *sum*; ità Er. Il. Ti. Μεμύημαι] Sign. *sacris initiari* [y]. Metaphora est à Mystis, qui sacris initiabantur [z]: vel, à rebus sacris [a], ut significet, pios esse ad hæc omnia à Spiritu S. consecratos [b], sanctificatam iis esse suam tum abundantiam, tum inopiam: denique totam piorum vitam quasi perpetui sacrificii instar esse [c]. Mysteria primum discuntur, tum exercentur [d]. Non formidavit Apostolus vocem Græcæ superstitionis ad meliores usus transferre. Nam & μυστήριον vox hinc venit. In Glossario, μυῶ, *initio, imbuo*. Diodorus Siculus, μυεῖν τοὺς ἀνθρώπους· τοῦτο δὲ ἐστι διδάσκειν τὰ καλά. Unde & dictas vult Μούσας quasi μυούσας. Nota hæc vox Macedonibus, qui à Thracibus mysteria acceperant. Vide Plutarchum in Alexandro *. ¶ *Et* &c. Καὶ χορτάζεσθαι, &c.] *Et saturari* (i. e. ità ut metas temperantiæ non excedam [f]: ex magna rerum copia sumere

[Marginal notes: n Be. · o Zan. · p Be. · q G. · r Chrys. & Th. in E. sim. Ham. · † Ham. · * E. ex Theod. & Oecum. sic · Zan. · p G. · q Zan. · r Vor. sim. Be. · † Q. in F. · t E. sim. Be. · v Zan. · x Be. · y G. · z Be. · a G. · b Zan. · c Idem. · d Zan. sim. E. · * Zan. · f G. · g V. · h G. · i Me. sim. Be. Zan. E. · k V. sim. E. · l G. · m Zan. · n E. · o G. · p E. · q Zan. · r Be. · † Be. G. Er. · t Er. ex Th. · v Er. · x G. · y Zan. · z Vor. · a Be. Zan. · b Zan. · c Be. · d Er. · * G. · f E.]

quantum satis est. Vide Matth. 14. 20. & 15. 37. Luc. 9. 17. Joh. 6. 26. Jac. 2. 16 [g].) *& esurire*, (vel, *ad saturitatem & ad esuritionem*, P. Be. Pi. Zan. non tenuiter tantùm pasci, sed & famem pati æquo animo [h].) *& abundare* (Repetit quod dixerat [i].) & *penuriam pati*, Er. &c. Eadem significatio quæ modò in verbo ταπεινοῦσθαι. Habes hoc verbum, [ὑστερεῖν] Luc. 15. 14. & 22. 35. Joh. 2. 3. 2 Cor. 11. 9. חסר Deut. 15. 8 [k]. Vel, id est, *tum ad abundantiam, tum ad inopiam*, P. Be. Pi. Latiùs patent hæc duo [verba] posteriora, utpote pertinentia ad victum, vestitum, & cætera quibus opus est [l].

13. *Omnia possum*, &c. ità Er. Mo. &c. Ἰσχύω] *Valeo*, P. Be. Pi. *Viribus possum*, Sy. *Omnia* jam enumerata [m], & alia quæcunque, possum & præsto [n], non meis viribus, sed virtute & potentiâ Christi, in me inhabitantis Spiritu suo, & vires intus suppeditantis: non enim dicit simpliciter δυναμοῦντι, sed ἐνδυναμοῦντι [o]. Habebat vires magnas Paulus, sed à Christo eas acceperat. *Magna erant Pauli merita*, ut ait August. *sed ut ea in ipso essent fecerat gratia Dei*: 2 Cor. 3. 5. In MS. deest vox Χριστῷ, ità ut τῷ ἐνδυναμοῦντί με sit ἀνωνομασία [p].

14. *Veruntamen bene* (vel, *rectè*, P. Pi. &c.) *fecistis*] Non hæc, ait, eò dico, ut vobis gratias agam. Καλῶς ἐποιήσατε, formula Gratias agentis. De hac locutione diximus Act. 10. 33 [q]. Nè putetis tamen donum hoc supervacuum, aut parum gratum mihi fuisse, verè enim laboravi penuriâ, &c [r]. ¶ *Communicantes*, &c. Συγκοινωνήσαντες, &c.] *Quòd unà* (vel, *simul*, P.) *communicâstis meæ afflictioni*, Pi. Zan. sim. Be. P. i. e. Quòd me & verbis & subsidio juvâstis †; quòd mihi afflicto & egenti res vestras communes feceritis [t]; quòd ostendistis tangi vos sensu calamitatum mearum. Alibi hæc locutio ipsam *rerum adversarum societatem* significat, ut Apoc. cap. 1. v. 9. συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει. Vide & 2 Cor. c. 1. v. 7 [v].

15. *Scitis — & vos*] Ut magis eos laudet, dicit eos fecisse hoc more, non imperio [x]. ¶ *In principio Evangelii*] Scil. à me vobis prædicati [y]: cùm primùm Evangelium sevi in Macedonia: cujus rei historia est Act. 16. & 17 [z]. ¶ *Quando profectus sum à Macedonia*] Ad alios iturus & prædicaturus [a]: in primo meo indè discessu, de quo Act. 17. & 18 [b]. Cùm irem Atticam versùs, Act. 17. 14, 15 [c]. ex Macedonia, in qua vos estis [d]. ¶ *Nulla Ecclesia mihi communicavit* (i.e. mihi quicquam tribuit *:) *in*, &c. Εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως] *Ad rationem expensorum & acceptorum*, i. e. quod vel illi mihi expensum, vel eis ego acceptum, ferre possem [f]; quod possem perscribere in Codice meo donatarum rerum & acceptarum [g]. *Cum nulla Ecclesia rationes habui expensi aut accepti*. Non solent quidem beneficia in Calendarium referri, sed tamen sæpe ità loquimur quasi ea in tabulas referrentur, *Ego sum in vestris expensi tabulis, vos in meis accepti* [h]. Metaphora à mercatoribus qui in codicillis data & accepta conscribunt [i]. *In ratione dati & accepti*, P. Be. Pi. *In rationem dandi & accipiendi*, Er. Il. Ti. Tre. ex Sy. Ar. i. e. ob id quod à me datum est illis, & à me acceperunt, h.e. ob prædicationem [k]. Significat, æquum esse, ut sicut Ministri Ecclesiis dant spiritualia, ità vicissim ab illis accipiant carnalia [l]. *Rationem dati* intellige de bonis vitæ necessariis; *rationem accepti*, de bonis spiritualibus [m]. Al. Paulus habuit codicillos, in quibus ab una parte notabat, quæ ab Ecclesiis ad sui suorúmque sustentationem, & in alios pios usus accipiebat; & ab altera, ea quæ dabat sive insumebat, ut Ecclesiis monstrare posset se fideliter distribuisse, &c [n]. Non enim de alimentis, quæ suppeditabantur à privatis, sed de pecuniis, quæ ab Ecclesiis Apostolo tradebantur, loqui videtur [o]. ¶ *Nisi vos soli*] Quæ magna eorum laus [p], cum aliorum vituperatione conjuncta [q].

16. *Et*, &c. Καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ] Pro, εἰς Θεσσαλονίκην. Nam ea fuit, exceptâ Bereâ, extrema urbium Macedoniæ quam vidit Paulus [r]. *In Thessalonicam*, Mo. *Thessalonicæ* cùm essem, P. Be. Pi. ¶ *Semel &* (vel, *aut*, Pi.) *bis*] Vel, *iterum*, Er. P. Pi. &c. i. e. sæpiùs, 1 Sam. 26. 8. 2 Reg. 6. 10. Neh. 13. 20. 1 Macc. 3. 30 †. ¶ *In usum*, &c. Εἰς τὴν χρείαν, &c.] Non ad luxum, sed ad necessitatem & usum debitum [t]. *Ad egestatem*, Er. V. *Quod opus erat*, V. Quæ in usus meos erant necessaria [v]. Al. Ad usus pauperum qui in aliis erant urbibus [x].

[Marginal notes: g G. · h Idem. · i Idem. · k Idem. · l E. · m E. Me. · n E. · o Zan. · p G. · q G. · r E. sim. Zan. · † Zan. · t E. sim. V. · v G. · x G. · y Me. sic Zan. Be. · z G. · a Zan. · b E. · c G. sim. E. Me. · d E. Me. · * E. · f Ca. · g V. · h G. · i Zan. sim. Be. · k V. · l Plerique in Zan. sim. E. Me. · m Strig. · n Q. in Zan. · o Zan. · p Zan. sim. E. · q E. · r G. · † Idem. · t Zan. · v E. sim. Me. · x G.]

17. *Non*, &c. Οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸ δόμα] *Non* (scilicet hæc scribo, aut vestram liberalitatem laudo [y] :) *quòd requiram* (i.e. desiderem, vel exigam [z]:) *donum*, P. Be. ¶ *Sed requiro* (vel, *quæro*, Zeg.) *fructum* (vel, *profectum*, Ca.) *abundantem* (vel, *qui redundet*, Er. Ca. V.) *in*, &c. Εἰς τὸν λόγον ὑμῶν] *In* (vel, Qui inducatur *in*, P. Be. Pi.) *rationem vestram*, Er. V. i.e. in vestrum commodum [a]. Ut rationarius Liber vester ostendat quàm liberales sitis [b]. Ut promoveatur Evangelium, quæ res sit vobis utilissima [c]. *Non tam istis datis gaudeo quàm quòd ex ista liberalitate ingens ad vos fructus redibit*, Deo scilicet eam repensante. Rursum dixit εἰς τὸν λόγον continuans Tralationem à Mercatoribus sumptam. *Multas hoc nomine usuras referens in tabulas accepti* [d].

18. *Habeo*, &c. Ἀπέχω, &c.] *Accepi* (Præs. pro præt [*].) *autem omnia*, P. Mo. Be. quæ scil. per Epaphrod. misistis [f]. Verbum est valde emphaticum [g]. Non dicit ἔχω, sed ἀπέχω [h] quod, inter alia, significat, recipere ex aliquo, velut censum ex agro, aut mercedem à labore [i]. Innuit, non gratuitum esse, sed debitum, quod datur ratione ministerii sacri [k]. *Rectè omnia accepi.* Vide Mat. 6. 2 [l]. Hæc est ἀποχὴ, quæ Epaphroditi fidem liberat [m]. Recepi persolutum debitum: unde ἀποχὴ, testimonium recepti debiti [n], vel acceptilatio, sive scriptum, quo persolutum esse fatemur [o]. ¶ *Abundo*] Plus habeo quàm desiderem: עֲשִׁירְתִּי [p]. Satis superque habeo. Pertinet hoc ad αὐτάρκειαν & frugalitatem Pauli potiùs quàm ad copiam pecuniæ [q]. ¶ *Repletus sum*, (nempe χαρᾶς, ut 2 Tim. 1. 4. aut παρακλήσει, ut 2 Cor. 7. 4 [r]. abunde expleta est mea egestas [†]. sub. *inquam*, P. Be. &c.) *acceptis* (Qui Ablativus non regitur à verbo, *repletus sum*, sed absolutè ponitur [t]: vel, *posteaquam accepi*, Er.) *ab Epaphrodito* (suprà 2. 25. Illud παρ' Ἐπαφροδίτου in MS. hîc non ponitur [v].) *quæ*, &c. Τὰ παρ' ὑμῶν] Sub. σταλέντα [†]. *Quæ à vobis* allata, vel missa, sunt, P. Be. Pi. ¶ *Odorem* (Hæc cum præced. cohærent per appositionem [x]:) *suavitatis*, &c.] Alludit ad Legis thymiamata, ut Act. 10. 4. Phil. 2. 17 [y]. Unde hoc loquendi genus veniat diximus ad Eph. 5. 2. Ibi ad Sacrificium Christi perfectissimum ea locutio mysticè aptatur, hîc ad opera misericordiæ, quæ & ipsa Sacrificia sunt, ut jam dicetur. Unde sit locutio hæc, θυσία εὐάρεστος, diximus ad Rom. 12. 1. Ibi mysticè aptatur locutio corporibus piorum, hîc verò eorum operibus. Additur hîc δεκτὴν, i.e. רָצוֹן, *sine vitio*: nam quæ victimæ vitium habebant non erant δεκταὶ, Levit. 22. 20 [z]. Sensus est, Eleemosynam illam non tam sibi quàm Deo fuisse exhibitam: Incensum & hostiæ soli Deo offerebantur [a]. Deo olim erant Altaria, 1. Incensi, in Templo; 2. Sacrificii, in Atrio. Super hæc duo offerebantur omnia quæ Deo oblata sunt: & sub his duobus capitibus describitur Eleemosyna, tanquam præcipuum sub Evangelio favoris Dei obtinendi medium [b].

19. *Deus autem meus* (quem colo [c], cujus legatus sum, qui me huc misit, & in carcere sustentat [d]: Dicit *meus* potiùs quàm *noster*, quia loquitur de compensando beneficio erga se præstito, q.d. Ego pauper sum, & paria referre nequeo. Sed Deus meus est ditissimus [*].) *impleat* (vel, *implebit*, Val. *supplebit*, P. Be. Pi. &c. *præstabit*, G. Est promissio, sed conjuncta cum precatione [f].) *omne*, &c. Πᾶσαν χρείαν ὑμῶν] *Omne id quo vobis est opus*, G. sim. P. Be. Pi. &c. Sic Job. 20. 22. בִּמְלֹאות סִפְקוֹ. Si Deus magna promisit alentibus Levitas, quantò magis alentibus Apostolos? ¶ *Secundùm divitias suas*] i.e. Pro summa sua potestate: nam πλοῦτος Paulo *abundantiam* cujusvis rei significat. In MS. hîc, ut alibi semper, est κατὰ τὸ πλοῦτος neutraliter [g]. Deus vos compensare, ut volet, quia est Deus meus; ità poterit, quia dives est [h]. ¶ *In gloria*] Vel, *Cum gloria*, V. i.e. simul impendet vobis gloriam æternam [i]. A rebus temporalibus (in quibus eos compensandos dixerat,) cogitationem eorum transfert ad æternas & cœlestes [k]. Al. Δόξα ponitur metonymicè pro potestate, עֹז. Vide Eph. 3. 16 [l]. ¶ *In Christo*] h.e. Per Christum [m], ut donorum omnium spiritualium, ità & vitæ æternæ, datorem & dispensatorem [n], extra quem Pater nihil agit, &c [o].

20. *Deo autem & Patri nostro* (i.e. Deo qui idem est Pater noster [p]. Sic & Eph. 5. 20 [q]. Conjunctio καὶ h.l. exegetica est, non autem copulativa [r]. Nomen *Dei* ad creationem & bona temporalia refertur, nomen *Patris* ad regenerationem, adoptionem, bonaque æterna [†]. ¶ *Gloria*, &c.] i.e. Laus: Rom. 11. 36. & 16. 27. Gal. 1. 5. Eph. 3. 21 [t].

21. *Omnem sanctum*] i.e. Omnes Christianos [v], omnes eos qui per Christum sanctitatem sunt adepti. Ità accepit Syrus [x]. ¶ *In Christo*] Quod jungendum, vel, cum *salutate*, q.d. Salutate propter Christum, sive quia sunt in Christo: vel, cum ἅγιον, ut explicet quem *sanctum* vocat, nempe illum qui Christo insitus est, & in Christo manet per fidem [y]; qui baptismo sanctificatus est per Christum [z]. ¶ *Qui mecum sunt* (constanter scilicet [a],) *fratres*] Putà Timotheus [b], Linus, Clemens [c].

22. *Omnes sancti*] Christiani (reliqui [d],) qui Romæ [*]. ¶ *Qui de Cæsaris* (i.e. Neronis [f]:) *domo sunt*] Ejus aulici, seu domestici [g]. Vel, liberti quidam, ut credibile est. Vide suprà 1. 13 [h]. Addit hoc, ut eos consoletur & ad constantiam animet [i]. Hoc enim quid aliud erat quàm Deum in mediis inferis regnare [k]?

23. *Gratia Domini*, &c.] Rom. 16. 20, 24. 1 Cor. cap. 16. ver. 22. Gal. 6. 18. In MS. pro μετὰ πάντων ὑμῶν est μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν, quomodo legit & Latinus [l].

y Zan. sim. Pi. z E. a Er. V. b V. c Ca. d G. * Zan. f Idem. g Vor. h E. i E. sim. Er. k E. l G. m G. sim. Zan. n Strig. o Zan. p G. q Zan. r G. † Me. sim. E. t E. v Vor. ex Pi. † Pi. x Pi. sim. Er. E. y Be. z G. a Zan.

b Ham. c E. Pi. d Zan. * E. f Zan. g G. h Zan. i V. sim. E. Me. k E. l G. m V. G. n G. o Zan. p G. Me. q G. r Vor. sim. Pi. † Zan. t G. v Me. sim. E. x G. y Zan. z Me. a Ham. b G. Zan. c [illegible] d Zan. * Zan. f Sc. Zan. g E. Me. h Camer. sic Be. Me. i G. k Zan. l Be. G.

SYNOPSIS

SYNOPSIS
Criticorum aliorúmque Commentatorum
IN
EPISTOLAM
AD
COLOSSENSES.

PRolegomena.] Qu. 1. Quinam erant hi Colossenses? Resp. 1. Erant Rhodienses, sic dicti à nobili illo Colosso Solis, qui in ea Insula fuit [a], & memoratur inter septem mundi miracula [b]. Sic Suid. Calepin. & Munst [c]. Sed si illi Colossenses à Poetis dicti fuerint, minimè tamen probatur, aut insulam Rhodum dictam fuisse Colossas [d], aut urbem illius nominis in ea fuisse [*]. Resp. 2. Colossæ civitas erat Phrygiæ, quæ est in Asia minore [f]. Probatur, 1. ex urbibus huic vicinis, nimirum Hierapoli [g], & Laodicea [h], quam Phrygiæ urbem esse constat [i]. Vide Col. 2. 1. & 4. 13, 15, 16 [k]. 2. quòd hanc urbem Phrygiæ adscribunt Herod. l. 7. Plin. 5. 32 [l]. sic & Xenoph. & Strabo [m]. Hæc autem urbs, necnon Laodicea, non multò post scriptam hanc Epistolam terræmotu corruêre [n]. Qu. 2. Quæ occasio scribendi hanc Epistolam? Resp. Cùm Epaphras Colossenses ad Christum convertisset, orti sunt quidam qui vel inani Philosophiâ, vel ritibus Mosaicis, eos seducere tentârunt. Erat tum Paulus Romæ captivus, qui nunquam fuerat Colossis. Ad eum se contulit Epaphras [o], qui & summam doctrinæ suæ, & novatorum errores Paulo exposuit [p]; & ab eo impetrat & testimonium sanæ suæ doctrinæ, & literas ad Ecclesiam suam, &c [q]. Omnes Epistolæ Pauli egregiæ sunt: sed omnium imprimis quæ Româ ex vinculis missæ sunt. Harum primam temporis ordine arbitror fuisse illam ad Philemonem: nam tunc adhuc cum ipso erat Epaphroditus qui & Epaphras. Alteram ad Philippenses, ubi Epaphroditum remittit. Tertiam ad Ephesios, & eodem propè tempore hanc ad Colossenses, cùm adhuc quæ ad Ephesios scripserat in animo hærerent. Postrema verò omnium ea quæ posterior est ad Timotheum [r]. Hanc ad Colos. è vinculis scriptam esse liquet ex c. 4. v. 3, 18. Epistolæ autem ad Colos. Eph. & Philem. eodem tempore fuerant Romæ scriptæ, & per eosdem, Tychicum nempe & Onesimum, missæ [†].

[a] Q. in Zan. [b] Er. [c] Zan. [d] Gom. [*] Er. [f] Er. Zan. ex Hi. & Chrys. Th. Calv. &c. Dav. sic G. Ham. Gom. [g] Gom. sic Er. [h] Gom. Er. Zan. G. [i] Zan. [k] G. Gom. [l] Er. [m] G. sim. Gom. [n] G. [o] Zan. [p] Dav. [q] Zan. [r] G. [†] Cap. append. ad hist. Apost. p. 3921.

CAP. I.

1. PAulus Apostolus, &c.] Idem initium quod ad Ephesios [a]. ¶ *Per voluntatem Dei*] i. e. Gatuitâ Dei liberalitate [b]: non propriâ autoritate, nec sponte, sed tractus à Deo, cui repugnabam [c]. ¶ *Timotheus*] Hujus nomen ideo adjungit, quòd probè notus esset Colossensibus, ut qui aliquando cò missus fuisset [d], & ut illi potiùs quàm sibi autoritatem apud eos conciliaret [*].

2. *Sanctis*, &c.] Sic & Ephesios [f] ¶ *In Christo*] Tum, quia sumus revera in Christo per imputationem; tum, quia à solo Christo fluit sanctitas, &c [g]. ¶ *Gratia vobis*, &c.] Eph. 1. 2. In multis cod. Græcis & Latinis abest hîc καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ut & in Syriaco [h].

3. *Gratias agimus Deo & Patri——semper pro vobis orantes*] q. d. Gratulamur vobis apud Deum beneficia accepta: inter orandum simul gratias agimus, &c [i]. Vide Eph. 1. 16 [k]. Illud autem πάντοτε cohæret, vel, 1. cum seq. προσευχόμενοι, ut videre est Rom. 1. 10. Phil. 1. 4 [l]. vel, 2. cum præced. εὐχαριστοῦμεν [m], ex collat. Eph. 1. 16 [n]. In V. T. Deus solebat dici, Deus Abraham, Deus Isaac, &c. In N. Test. solet vocari, Deus & Pater Christi [o].

4. *Audientes fidem vestram in Christo Jesu* (vel, quâ creditis in Christum: vel, quam habetis de universo Christi mysterio P.) *& dilectionem*, &c.] Eph. 1. 15 [q]. In his duobus membris Christiana religio consistit, Gal. 5. 6. 2 Tim. 1. 13 [r].

5. *Propter spem*, &c.] Jungendum hoc, vel, 1. cum v. præced [†]. q. d. Quam charitatem exercetis propter spem, &c [t]. vel, 2. cum εὐχαριστοῦμεν v. 3. quod malim [v]. Dici poterat, Cur gratias agis ob fidem & charitatem nostram? Resp. Quia inde intelligo gloriam vobis reservatam esse, &c [x]. *Spem* vocat id quod speratur [y], ut Eph. 1. 18 [z]. nempe salutem æternam [a]. Vita æterna & cœlestis à Christo promissa excitat & Fidem & Dilectionem. Sic ἀπόκειται dicitur quod alicui servatur, ut 2 Tim. 4. 8. כמס, Deut. 32. 34 [b]. Alludit ad patres, qui thesauros seponunt suis liberis in hæreditatem [c]. ¶ Ἣν προηκούσατε, &c.] *Quam* (vel, *De qua*, V. E. spe scilicet [d].) *præaudistis* (vel, *priùs audistis*, P. Pi. &c. prima accepistis rudimenta. Nam *audientes* sunt Catechumeni Tertulliano De Patientia; qui ibidem vocat *auditorum tirocinia*. Utitur sic & Cyprianus. Illud autem πρὸ additum significat jam aliquod tempus ex eo transiisse [*].) *in verbo* (vel, *per sermonem*, P. Pi. &c.) *veritatis* (i. e. veracem [f], verissimum, 2 Cor. 6. 7. Eph. 1. 13 [g]. in quo nihil continetur nisi veritas; in quo loquitur ille qui est ipsa veritas, Joh. 14. 6 [h]. in quo est veritas excellentissima, nempe salutifera; in quo agitur de Christo, qui est veritas [i].) *Evangelii*, Mo. Appositio [k]: vel, id est, *Evangelii*, P. Be. Pi. ut sit epexegesis [l], q. d. qui sermo in Evangelio prædicatur [m].

6. *Quod*, &c. Τοῦ παρόντος εἰς ὑμᾶς] Sic 2 Pet. 1. 12. ἐν τῇ παρούσῃ ἀληθείᾳ [n]. *Quod pervenit* (vel, *præsens est*: nam παρόν utrumque significat, ut Chrys. & Th. accipere videntur [o]: vel, *prædicatum fuit*, Tre. ex Sy.) *ad vos*, Er. P. Ca. Be. Pi. Vulg. &c. Rectè: nam παρεῖναι ponitur pro אתה *venire*, Prov. 1. 27. Est autem participium præsens pro præterito positum more Hebræo [p]. Metaphoricè dicit, *pervenit*, tanquam de re animata [q]. Τοῦ παρόντος exponunt

[g] Zan. [h] G. [i] Zan. [k] G. [l] G. sic Pi. Vor. [m] Vor. E. [n] E. [o] Vor. [p] E. sic Mc. [q] G. [r] Gom. [†] Zan. ex Chrys. sim. E. [t] E. sim. Zan. [v] Zan. [x] Dav. ex Athan. [y] G. sim. Zan. E. Me. Vor. [z] G. [a] Vor. sim. Zan. Dav. [b] G. [c] Zan. [d] E. [*] G. [f] V. [g] G. [h] Zan. [i] Dav. [k] G. sim. Vor. [l] Be. [m] Zan. [n] G. [o] E. [p] G. [q] E.

exponunt τὸ ἐνεργοῦν, non enim ait, πρὸς ὑμᾶς, sed εἰς ὑμᾶς· pervenit enim πρὸς, ad omnes gentes prædicatione, sed non εἰς, aut in omnium corda, penetrat, &c[r]. ¶ *Sicut* (sub. πᾶσι †:) *& in universo mundo*] Synecdoche significans illustrissimas orbis partes[t], ut Rom. 1. 8. Videtis ex hoc ipso quàm vera sint Christi prædicta, Matth. 24. v. 14[v]. Opponitur hoc doctrinæ Mosaicæ, quæ uni tantùm patuit nationi[x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐστὶ καρποφορούμενον] *Et* (Sed illud καὶ non malè abest in MS[y].) *fructum profert*, P. Be. Pi. scilicet in toto mundo[z]; *fructum*, nempe spiritualem, animarum conversionem[a], & salutem; vel, bona opera[b], fidem, charitatem, sanctitatem[c]. Καὶ αὐξανόμενον hîc additur in 4. vet. cod. & in Sy. & Vulg[d]. quod tamen abest [in alio] MS. Tanquam arbor & fructus profert, פרה, & simul crescit, רבה. Dicitur hoc & de Evangelio, ut hîc, & Act. 6. 7. & 19. 20. & de Fide, 2 Cor. 10. 15. & de ipsis fidelibus, infrà v. 10. Allusio ad Gen. 1. 21[*]. Καρποφορεῖ ad profectum, αὐξάνεται ad auctum numerum, fidelium refertur[f]. ¶ *Sicut* (vel, *Sicut &*, Mo. Er. &c.) *in vobis*] Nempe fructificat[g]: *Non minùs apud vos quàm apud alios*, G. ¶ *Ex ea die quâ audistis*, (i. e. cœpistis audire Evangelium. Exprimit tempus quo cœpit in iis esse efficax[h]: q. d. Non nuper in vobis fructificare cœpit, sed à primo die[i]. Commendat hîc & efficaciam Evangelii, & ipsos Colossenses, tum à docilitate, quòd statim amplexi sunt Evangelium; tum à constantia, quòd in eodem adhuc persistunt. Non est procrastinandum auditoribus Evangelii, &c. Vide Heb. 3. 8[k].) *& cognovistis*, (nempe ex Evangelio[l]:) *gratiam Dei* (i. e. Evangelium, in quo gratia Dei ostenditur & offertur nobis[m]; vel, doctrinam de gratuita Dei beneficentia, quâ homines salvare constituit[n]; vel, summam illam Dei benevolentiam quæ per Evangelium revelatur[o].) *in veritate*] Id est, vel, 1. in Evangelio[p], quod antè dictum est verbum veritatis[q]; vel, 2. verè & sincerè[r]: ut *in gloria*, pro gloriosè, Phil. 4. 19 †. Quod referri potest, vel, ad Colossenses, qui Evangelium amplexi sunt verè & ex animo, absque hypocrisi: vel, ad Epaphram, qui illud sincerè prædicavit & sine erroribus, &c[t].

7. *Ex Epaphra*] Paulus ipse fuit quidem in Phrygia plus semel, sed non potuit adire omnes Phrygiæ urbes, infrà 2. 1. itaque Epaphroditum (qui & *Epaphras* contractione pronunciationis, de qua ad initium Lucæ. Sic Δημᾶς est Δημήτριος.) eò miserat; qui multis locis oberratis, tandem Philippis consedit, atque indè ad Paulum missus est[v]. Erat hic Colossensis[x], & à Colossensibus ad Paulum juvandum missus, in carcerem conjectus fuit[y]. Ejus autem captivitatem hîc forsan reticuit, nè Coloss. eâ auditâ consternarentur[z]. ¶ *Charissimo*] Mihi ob sinceritatem, ideóque à vobis diligendo[a]. ¶ *Conservo nostro*] In munere Evangelizandi[b], qui unà mecum, & pari consensu prædicat Evangelium[c]. ¶ *Qui est fidelis* (non suam gloriam, aut commodum quærens, sed honorem Dei & salutem gregis[d]:) *pro vobis* (tum aliorum, tum & vestro, maximo bono[*]; pro vestra salute[f]:) *minister*, &c.] Διάκονος vox hîc sumitur, ut 1 Cor. 3. 5. 2 Cor. 3. 6. & 6. 4. & 11. 23. Eph. 3. 7. & 6. 21[g]. non pro speciali illo officio, Act. 6. 3. sed largo sensu, pro quovis verbi dispensatore[h], sive præcone[i].

8. *Manifestavit* (i. e. verbis exposuit[k]:) *nobis dilectionem vestram*] Vel, 1. erga vos invicem[l]; vel, 2. erga omnes sanctos[m]; vel, 3. erga me[n]; quomodo nos diligatis[o]. In eo quoque fidus fuit, quòd Paulum & Coloss. ad mutuam dilectionem excitaret[p]. ¶ *In spiritu*] Id est, vel, 1. spiritualem[q], quæ sola vera, firma, ac solida est dilectio[r]: vel, 2. qui à Spiritu Sancto, qui in vobis est, proficiscitur †; propter Spiritum S. vobis datum[t]; vel, 3. quia erat in animo, spiritu, & intimis præcordiis: vel, 4. conceptam animo & spiritu[v], erga eum quem nunquam viderunt in carne[x]. *Spiritus* ergò hîc sumitur ut 1 Cor. 5. 3[y].

9. *Ideo & nos ex qua die audivimus*, (Vel, 1. de dilectione vestra erga nos, vos quoque vicissim amantes oramus[z]: Sed sic amor Pauli non planè spiritualis fuisset, sed aliquid habuisset carnis. Vel, 2. totum id quod suprà se audivisse dixerat[a], de eorum fide, dilectione, &c[b]. *simulatque hæc audivimus*. Eadem appositio quæ suprà v. 6. Heb. dicerent מאז[c].) *non cessamus pro vobis orantes*] Vel, *orare*, P. Be. Græcismus est, ubi participia pro verbis infinitis usurpantur[d]. Repetit quod dixerat suprà v. 3[*]. Pastoris officium est, non modò docere gregem, sed etiam in privatis æquè ac publicis orationibus suis, nunquam illius immemor esse. Vide 1 Sam. 12. 23. Rom. 1. 9[f]. ¶ *Et postulantes*, Αἰτούμενοι] *Postulare*, Er. V. *Petere*, P. Be. Pi. *Expetentes à Deo*. Sic αἰτεῖν habemus Matth. 5. 42. & 6. 8. & 7. 7, 8, 11. & 18. 19. & 21. 22. Explicat precum suarum præcipuam materiam. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν, &c.] Est constructio Paulo non frequens, sed apud Græcos recepta: nam apud eos quem casum regunt activa, eundem regunt & passiva. Πληροῦν autem quartum casum regit, ut Phil. 2. 2. & alibi[h]. Aut πληρωθῆτε sumendum est activè, i. e. *ut impleatis*; aut, potiùs subaudienda est præp. κατὰ, more Græcorum, quasi per Synecdochen[i]. [Verba sic reddunt:] *Ut impleamini* (i. e. ut Deus suppleat in vobis usque ad complementum & perfectionem, id quod adhuc vobis deest[k]. Audiverat jacta in illis esse bona pietatis fundamenta, optat hîc illis incrementa[l], & perfectionem; non quidem patriæ, quam hîc obtinere non possumus, 1 Cor. 13. 9. sed perfectionem viæ, quæ est maxima illa gratiæ mensura, quam Deus unicuique electorum in hoc mundo impertire decrevit[m].) *agnitione* (vel, secundùm *agnitionem*, i. e. quantum attinet ad cognitionem[n]: ἐπίγνωσις est *major exactiórque cognitio*, ut Eph. 1. 17. & 4. 13. Phil. 1. 9. Ejus bona pars est cognitio mysteriorum V. Testamenti ad N. Testamentum spectantium[o]: est γνῶσις ἐπὶ γνῶσιν, cumulata & plena cognitio, non nuda, sed efficax apprehensio[p].) *voluntatis ejus*, Er. Be. &c. i. e. Dei[q], ex v. 6[r]. nam v. 7. & 8. quasi sunt interjecti[*]; vel, Christi: nam utrumque præcesserat †. Sed & vox αὐτὸς per ellipsin, ac κατ' ἐξοχὴν, de Deo interdum usurpatur[t]. Voluntas autem hîc intelligitur non arcana, sed verbo revelata; vel, 1. generatim in quolibet negotio[v]; quæ consistit in præceptis Dei, ut ea perfectè & practicè cognoscamus[x]: quæ complectitur cognitionem credendorum & faciendorum[y], vel Legis & Evangelii[z]. Vel, 2. [specialiter, illa] quâ Deus voluit & ab æterno decrevit homines sibi reconciliare & salvare, non per Angelos, sed per Christum[a]. Hâc enim parte doctrinæ, quæ præcipua est, tentati erant à falsis doctoribus[b]. ¶ *In*, &c. Ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ συνέσει πνευματικῇ] *In* (vel, *Cum*, P. Be. Pi. T. Dav. Vor. Sed eodem res recidit[c].) *omni* (i. e. perfecta[d], ut 1 Cor. 13. 2[*].) *sapientia* (Eph. 1. 8[f]. quæ est affectio omnium mysteriorum fidei[g]; vel, est infusa cognitio illorum quæ ad fidem & bonam vitam pertinent, cum affectu pio inclinante ad praxin eorum[h].) *& intellectu* (vel, *intelligentia*, P. Be. Pi. Dav. vel, *prudentia*, Er. V. Zan. φρονήσει, ut videre est ad Eph. 1. 8. cognitione rerum agendarum[i]: quâ mysteria cognita ad actiones applicamus[k]. Σύνεσις est tantùm gradus eminentior, & quasi acumen sapientiæ. Est igitur quædam perspicacia sapientiæ[l], quâ quis idoneus est judicare de veris & falsis, bonis & malis, cùm implicantur speciali quâdam difficultate ex circumstantiis particularibus[m]. Vide Matth. 15. 16. 2 Tim. 2. 7[n]. Ostendit hîc unde oriatur illa ἐπίγνωσις voluntatis Dei, vel, in quo fundatur; scilicet in hac sapientia & intelligentia[o], quæ sunt habitus infusi, unde hæc actualis & efficax agnitio dimanat[p].) *spirituali*, Mo. Non carnali vel literali[q], non humana, ex acumine ingenii, doctrina usúque rerum[r]; non acquisita, sed infusa †, quæ per Spiritum Christi generatur[t], Jac. 1. 5[v]. & quæ ad res spirituales & divinas pertinet[x]. Cùm autem hæc Paulus Colossensibus precetur, colligimus, cœcam ignorantiam Deo minimè placere; nec sufficere laicis fidem implicitam, quam passim dilaudant Pontificii[y]. Vide hîc artificium Pauli, Dum hæc illis optat, ostendit eorum defectus, eósque dociles attentósque ad documenta sua reddit. Et dum cognitionem restringit ad voluntatem Dei, procul amandat inventa hominum, subtilitates Philosophorum, & superstitiones Judaizantium[z].

10. *Ut*, &c. Περιπατῆσαι ὑμᾶς, &c.] Pro εἰς τὸ περιπατῆσαι· qualem ellipsin jam sæpe habuimus. Illud ὑμᾶς abest in MS. non malè[a]. *Ut* (id est, ὥστε[b]:) *incedatis*, sive *ambuletis*, (i. e. cursum vitæ instituatis & teneatis[c]:) *sicut*

sicut Domino convenit, Be. vel, *dignum est*, P. Pi. Al. *dignè Deo*, Mo. Vulg. i. e. ità ut Christo debetur [d]: sicut decet Dei filios †, vel, Christi Discipulos; ità ut ipsi per omnia placeant, ut explicatur verbis seq [*]. *Dignitatis* vox non semper ponit absolutam condignitatem, sed quandam convenientiam, quæ tollit repugnantiam, ut Matth. 3. 8 [f]. Alibi est *dignè vocatione*, Eph. 4. 1. *dignè Evangelio*, Phil. 1. 27 [g]. *dignè Deo*, 1 Thes. 2. 12 [h]. ¶ *Per*, &c. Εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν] Ἀρέσκεια h. l. sicut & Rom. 15. 2. Gal. 1. 10. non tam eventum, quàm studium & intentionem, placendi denotat [i]. Ἀρέσκεια Aristoteli & Theophrasto in vitiosam partem sumitur. Est alioqui vox ipsa per se media, ut apparet Prov. 31. 30. In Glossario vertitur *placor*; Apuleio *placentia* [k]. [Sic vertunt:] *Ad*, vel *In*, *omnem placentiam*, Er. Pi. vel, *omne placitum*, Er. ex Amb. Pi. Dav. sive *obsequium*, Dav. *Cum omni complacentia*, Be. *Ut per omnia* (i. e. in omnibus actionibus vestris [l], verbis, operibus (tam internis quàm externis) & etiam opinionibus, ut Græci explicant [m]:) *placeatis*, Er. P. Pi. sub. *ei*, Pi. Deo scilicet [n]. ¶ *In*, &c. Ἐν παντὶ—καρποφοροῦντες καὶ αὐξανόμενοι εἰς τὴν ἐπίγνωσιν, &c.] In MS. αὐξανόμενοι τῇ ἐπιγνώσει. Quid sit καρποφορεῖν vidimus ad Matth. 13. 23. Marc. 4. 20. Luc. 8. 15. quid αὐξανόμενοι, 2 Cor. 10. 15. Eph. 2. 21. Col. 2. 19. &c [o]. *In omni opere bono* (vel, *Omnis generis bonorum operum*, G. vel, *Omnis operis boni*, Be. Pi.) *fructificantes*, Er. (vel, *fructum proferentes*, P. Be. &c. i. e. Nullum bonum opus quod temporis ac rerum ratio postulat prætermittentes †. Arbor unius tantùm generis fructus, eósque uno tantùm anni tempore, profert. Pii autem omnes fructus & omni tempore [p]. Si quis ergò producat bonos fructus eleemosynæ, & admisceat impuros fructus impudicitiæ, immundus à Deo reputatur: nec enim mundus est qui in una cloaca volutari solet [q].) *& crescentes* (vel, *magis magísque proficientes*, G.) *in cognitionem* (vel, *in agnitionem*, P. Ca. Be. Pi.) *Dei*, Er. Il. &c. i. e. in divinorum mysteriorum notitia [r]. Bonam intentionem sequi debet bona operatio, cujus duas species nominat, practicam, quæ ad opus, & theoreticam, quæ ad cognitionem acquirendam, nititur; & utraque necessaria est, & una sine altera consistere nequit. Ex vera cognitione oritur studium sanctitatis, & ex hujus studio illa incrementum capit, &c †.

11. *In omni potestate*, &c. Ἐν πάσῃ δυνάμει δυναμούμενοι] *Omni robore* (vel, *genere roboris*, nempe spiritualis [t]; quo certè opus est contra omne genus hostium, quibus undique oppugnamur [v].) *corroborati*, P. Pi. &c. Respondet hoc præcedentibus participiis, *fructificantes & crescentes* [x], & connectendum cum v. 9. *Non desinimus orare*,—*ut impleamini*,—*ut incedatis*—*corroborati*, &c [y]. Δυναμοῦν, quod & ἐνδυναμοῦν, Act. 9. 22. Rom. 4. 20. Eph. 6. 10. 1 Tim. 1. 12. &c. est עזז, ut videre est Psal. 68. 29 [z]. Etiam renati manent infirmi. Sapienter ergò Paulus post sanctificationem optat iis corroborationem, quâ firmentur tam ad sustinendum quàm ad abstinendum. Proprium hujus corroborationis opus est, illam vim homini indere quâ possit & bona opera aggredi, quantumvis ardua, & impugnare vitia, & repellere tentationes, & contemnere terrena, & afflictiones perpeti [a]. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ τὸ κράτος, &c.] Idem est quod κράτος ἰσχύος, Eph. 1. 19. & 6. 10. nam & δόξα sumitur Metonymicè pro *valentia*, ut Eph. 3. 16. & עז Hebræum sic interdum vertitur [b]. *Secundùm vim*, vel *potentiam*, *gloriæ ipsius*, Dav. sic Er. V. i. e. gloriosam, sive insignem & magnificam [c]. ¶ *In*, &c. Εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν καὶ μακροθυμίαν] Ut non tantùm mala constanter feratis, sed & meliora speretis de inimicis vestris. Vide 2 Cor. 6. 6. Gal. 5. 22. Eph. 4. 2 [d]. *Ad omnem tolerantiam* (hæc respicit gravitatem afflictionis [*]:) *& longanimitatem*, Dav. vel, *patientiam*, V. sim. Be. hæc respicit diuturnitatem mali [f]. Ostendit hîc corroborationis istius, vel usum & finem, scilicet ut procreet in nobis *tolerantiam*, &c [g]. vel, comites individuos [h]; vel, in quo situm est illud robur, nempe in *patientia*, &c [i]. ¶ *Cum gaudio*] i. e. Quæ minimè extorquetur ab invitis, sed ab animo læto & alacri proficiscitur [k]. Magnum hoc est & Christianorum velut proprium, ipsis malis ob Christum toleratis lætari, Act. 5. 41. Phil. 2. 17, 18 [l]. Hoc autem gaudium non est de objecto patientiæ, sed de actu, fructu, & fine [m].

[Margin notes, left column: d G. † Cam. * E. f Dav. g Dav. Zan. h Dav. Zan. G. i Dav. k G. l Vor. m Dav. sim. Zan. n G. Vor. o G. † E. p Zan. sim. Dav. q Dav. r E. Me. † Dav. t G. v Dav. x E. y Dav. ex Zan. z G. a Dav. b G. c Vor. sim. E. Me. d G. * Dav. f Idem. g Dav. sim. Zan. h Dav. i Me. k Be. l G. m Dav.]

12. *Gratias agentes*, &c.] Cohæret cum v. 9. *Non desinimus—orare*, &c [n]. ¶ *Qui*, &c. Τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί] Vocem ἱκανοῦν habuimus 2 Cor. 3. 6. Respondet Hebræo דבב. Μερὶς κλήρου, חבל נחלתו, Deut. 32. 9. Sed ut ostendatur discrimen Legis & Evangelii, additur hîc τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί, i. e. τῷ ἐν τῷ φωτί, subaudito articulo, ut sæpe; qui exprimitur Rom. 2. 19. ubi est τῶν ἐν σκότει. Est autem ἐν τῷ φωτί qui lucem habet comitem, 1 Joh. 2. 9, 10 [x]. [Verba sic reddunt:] *Qui idoneos* (vel, *dignos*, Sy. Ar.) *nos fecit* (i. e. Dignatus est nos assumere [y], & aptos atque sufficientes reddere [z], cùm essemus inepti ab bonum spirituale, 2 Cor. 3. 5. Nos autem idoneos reddit Deus, tum, 1. potenti suâ operatione, quâ nos mutat & regenerat; tum, 2. misericordi suâ acceptatione, quâ infirmitates nostras tegit, & conatus imbecilles reputat pro perfecta obedientia [a].) *ad participationem* (vel, *partem*, Mo. *portionem*, Æth. Ham. Gom. vel, *perceptionem*, Vor.) *sortis* (i. e. vel, 1. statûs sive conditionis, ut in illo, *Sors tua mortalis*: q. d. statum filiorum Dei, Joan. 1. 12, 13. Eph. 2. 19 [b]. Vel, 2. hæreditatis [c], nempe cœlestis [d], sive vitæ æternæ [*]: quam *sortem* dicit, ut significet eam non ex nostris meritis donari, sed ex sola Dei gratia [f], sive ex electione gratuita, quomodo divisa erat terra Canaan juxta divinum decretum, &c. quò hîc alluditur [g].) *sanctorum* (i. e. sanctis promissæ ac repositæ [h], non autem impiis, 1 Cor. 6. 9 [i].) *in lumine*, sive *luce*, Er. Pi. &c. Quod exponi potest, vel, 1. de lumine fidei [k], sive veritatis [l], sive Evangelii [m], quo illuminavit nos [n], totúmque mundum [o]; q. d. quæ est in lumine & cognitione Christi: vel, per lumen Evangelicum [p]. Vel, 2. de lumine gloriæ [q], sive de regno cœlesti & glorioso, ubi summa lux & felicitas, 1 Tim. 6. 16. Apoc. 21. 23 [r].

13. *Qui*, &c. Ὃς ἐῤῥύσατο, &c.] *Qui* (nempe Deus Pater †:) *eripuit* (Plus hoc est quàm liberavit: liberantur etiam qui volunt & cupiunt & merentur liberari; sed eripiuntur sæpe inviti, ut Lotus è Sodomis. Magnificat & gratiam & potentiam Dei [t].) *nos* (infirmos, rebelles, liberationis nostræ hostes [v]:) *ex potestate* (id est, vel jure condemnandi, Rom. 6. 21, 23 [x]. vel dominatu [y]: *Qui facit peccatum, servus est peccati*, Joh. 8. 34 [z].) *tenebrarum*, Pi. i. e. Vel, 1. Diaboli [a]; qui vocatur *tenebræ* [b], quia est princeps tenebrarum [c]; quia tenebras amat, & in eas trahit homines [d], & regnat in tenebris, h. e. mentibus & cordibus impiorum [*], & sibi subditos obtenebrare molitur †: vel, 2. peccati [f], Ethnicismi [g], ignorantiæ Dei & impietatis [h]: quæ *tenebræ* appellantur 2 Cor. 4. 6. Eph. 4. 18 [i]. vel, 3. mortis æternæ [k], & maledictionis divinæ [l]. Ἐξουσία σκότους dicuntur hîc *tenebræ efficacissimæ ad obcæcandos animos* [m]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μετέστησεν, &c.] *Et transtulit* (Metaphora ab iis qui colonias in novam regionem deducunt [n]:) *nos in regnum filii* (i. e. Vel, 1. in Regnum gloriæ, nempe cœlum, in quod nos transtulit, non re, sed jure & spe [o]; vel, 2. in regnum gratiæ [p], sive Ecclesiam [q]. Dicit autem *regnum filii* potiùs quàm *regnum Patris*, 1. quia Pater neminem admittit ad hoc Regnum, nisi per Filium; 2. quia Christus illud à Patre accepit gubernandum usque ad finem seculi; 3. ut transitum paret ad seq. dissertationem de persona filii [r].) *dilectionis suæ*, Mo. Vulg. vel, *dilecti sui*, Er. P. Pi. G. &c. Eph. 1. 6 †. Est Hebraismus, ut cùm dicitur *mons sanctitatis* & similia [t]. Αὐτοῦ non pendet ab ἀγάπης, sed ab υἱοῦ [v].

14. *In quo* (nempe solo [x]; quatenus in illo sumus [y]: vel, *Per quem*, V.) *habemus* (nos scilicet Christiani [z]:) *redemptionem*] A servitute peccati [a], Diaboli, & inferni [b]. ¶ Διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ] *Per sanguinem ipsius*, P. Pi. &c. i. e. Per mortem sanguinolentam [c]: non quòd præviæ actiones & passiones Christi nihil conducebant ad salutem nostram promerendam, sed quòd in morte fuit complementum satisfactionis [d]. Videntur hæc verba asscripta hîc ex Eph. 1. 7. Nam MS. ille quo toties utimur non magis hæc habet quàm Sy. & Lat. & Amb [*]. ¶ *Remissionem* (vel, Id est, *remissionem*, P. Be. &c. Appositio [f].) *peccatorum*] q. d. Quæ sita est in remissione peccatorum [g]; ac proinde & in liberatione à morte & ira Dei, & tyrannide Diaboli [h]. Optimo consilio hoc additur, ut significetur, esse quoque aliam liberationem, quæ in futurum seculum reservatur, nempe à corruptione

[Margin notes, right column: n Dav. sic Vor. x G. y E. Me. sic Zan. ex Græcis. z Zan. sic Dav. a Dav. b Idem. c Dav. Zan. d E. Me. T. Vor. * Vor. f Gom. g E. sim. T. Dav. h Zan. i T. k Dav. l Dav. sic E. Gom. T. m E. n Me. sic Vor. o E. p Vor. q V. r Dav. sim. Zan. T. t Dav. sim. Zan. Vor. v Dav. x Zan. y Dav. z Gom. a G. Gom. b G. c Zan. Dav. d E. Me. e E. f Zan. g Me. h Zan. i Dav. k Vor. l Ham. m Gom. sim. Zan. n Gom. o Vor. sim. Dav. p Zan. q G. r Dav. s Gom. t Dav. v E. Me. x Dav. ex Zan. y G. z G. Be. Pi. a Pi. b Zan. c Dav. d Idem. e Me. Dav. f Dav. g Dav. sim. Zan. h Dav. i G. k Er. Dav. l Dav. Zan. m Zan.]

corruptione corporis, & miseriis externis, & reliquiis peccati [i].

15. *Qui* (scil. filius Dei [k]:) *est imago* (vel, *aspectabilis imago*: ità enim Latini loquuntur [l].) *Dei* (Patris scilicet [m]:) *invisibilis*] vel, *inaspecti*, G. *inconspicui*, V. Idem sensus 2 Cor. 4. 4. 1 Tim. 3. 16. Heb. 1. 3. Adam *imago Dei* fuit, sed valde tenuis: In Christo perfectissimè apparuit quàm Deus esset sapiens, potens, bonus. Sic in aqua Solem conspicimus. Aliud *imago*, aliud *umbra*, qualis in Lege, Heb. 10. 1 [n]. *Imago* tria dicit, 1. similitudinem: 2. derivationem aliquo modo ab eo cujus imago est: non enim dicimus ovum ovi alterius imaginem esse: 3. quòd pertineat ad speciei sive naturam sive designationem. Quæ omnia in Christo erant [o]. Hic *imago Patris* dicitur, 1. respectu Dei Patris ejusdémque cum eo essentiæ, per æternam generationem, Heb. 1. 3 [p]. sic est & semper fuit imago Patris, perfecta, essentialis, invisibilis [q]; Patri per omnia similis & æqualis [r], æternitate, Joh. 8. 58. immutabilitate, Heb. 1. 11, 12. immensitate, Joan. 3. 13. intelligentiâ, Apoc. 2. 23 †. 2. respectu ad nos, ratione incarnationis & officii [t]: quòd post carnem assumptam fuit visibilis imago Patris [v], & Patris naturam, opera, & voluntatem patefecit [x], & omnia Patris opera fecit, Joh. 5. 19. Vide Joan. 1. 3. & 13. 18. &c [y]. Sensus, q. d. In quo Deus naturâ invisibilis, quasi conspiciendum se præbuit per opera Christi, ex quibus apparebat, Deum in ipso esse, eúmque divinâ, eâque propriâ, potentiâ operatum esse [z]. Dicitur autem Deus *invisibilis*, 1. respectu divinæ naturæ, quæ videri nequit, Exod. 33. 20. Joan. 1. 18. 1 Tim. 1. 16. 2. quia Pater nunquam apparebat Patriarchis, sed Filius &c [a]. ¶ *Primogenitus omnis creaturæ*] Ità Mo. P. sic Er. Il. Ti. Tre. &c. vel, *totius naturæ*, Ca. [Variè explicant:] *Primus in creatione*, nova scilicet, de qua 2 Cor. 5. 17. Apoc. 21. 5 [b]. primogenitus omnium Dei filiorum, Rom. 8. 29 [c]. sive fidelium, qui Evangelio crediderunt [d]. Sic locum hunc eludunt qui Christum negant ante fuisse quàm ex Virgine nasceretur. Sed hoc sensum ineptum reddit, quasi Apostolus hoc, velut arcanum, docere voluerit, Christum fuisse priusquam homines prædicationi ejus crederent. Et quâ, quæso, authoritate, generalem hanc *creaturæ* vocem ad fideles restringunt [*]? Arriani (& Photiniani [f],) ex hoc loco colligunt, Christum creaturam esse, quia est primogenitus creaturarum, quomodo primogenita fratrum, gregis, &c. sunt de numero fratrum, gregis, &c [g]. [Sed diversimodè respondent & hunc locum exponunt:] 1. Sic non *primogenitum*, sed *primò creatum* dicere debuit [h]: At non dicit hìc πρωτόκτιστον, sed πρωτότοκον [i]: manifestè distinguitur quod genitum est ab eo quod conditum est [k]. 2. Hic non connumeratio cum creaturis est intelligenda, sed antecessio solùm. In primogenitis qui habent secundo-genitos eadem est natura primi & secundi. At Christus ità dicitur primogenitus ut sit unigenitus [l]; idque ut ratione matris Virginis, Mat. 1. 25. ità quoque respectu Patris, Joh. 1. 14 [m]. vox *primus* dicitur, ratione, vel, 1. consequentium, & sic ponit ordinem, 1 Cor. 15. 47. vel, 2. antecedentium, & sic non ponit ordinem [n]; sed [tantùm] excludit prioritatem rerum aliarum [o]; quo sensu Deus *primus* dicitur, Esa. 41. 4. quòd ante eum nullus, Esa. 43. 11 [p]. 3. In hoc loquendi genere composita vox est dissolvenda, ut Act. 1. 24. καρδιογνῶστα πάντων, pro γνώστης καρδιῶν πάντων, i. e. *qui nôsti corda omnium*. Sed hìc ampliùs πρωτότοκος pro τεχθεὶς πρὸ accipiendum [q]: constructio hìc est, qualis Joh. 1. 15. πρῶτός μου, pro πρότερός μου [r]: vel, est Ellipsis præpositionis πρὸ, ut plenè dicatur, πρωτότοκος πρὸ πάσης κτίσεως †: Sensus est, genitus ante omnem creaturam [t], h. e. ab æterno [v]. Est quidem hæc paulò durior constructio: sed voluit Paulus cum æterna Christi generatione creaturæ mentionem copulare, ut indè intelligatur ità fuisse à Deo Patre ab æterno genitum, ut in tempore esset principium effectivum totius creaturæ [x]. 4. Vox *primogenitus* non propriè h. l. sed Metaphoricè accipitur [y], vel Metonymiâ antecedentis pro consequente [z], pro Domino & hærede [a]. [Hanc sententiam probant:] 1. ex collat. Heb. 1. 2, 6 [b]. 2. ex familiari hujus vocis usu in Scriptura [c]. בכור *primogenitus* Hebræis dicitur, & quod primum, & quod

[i] Dav. [k] Camer. [l] G. [m] Zan. Dav. Me. T. [n] G. [o] Dav. [p] Gom. sim. E. Dal. [q] Dav. [r] T. sic Dal. † Dal. [t] Gom. [v] Dav. sim. Gom. [x] Gom. [y] Dal. [z] Pi. [a] Dav. [b] G. [c] Q. in Vor. [d] Q. in Dal. [*] Dal. [f] Cam. [g] Q. in Dav. [h] E. [i] Gom. sim. Be. [k] Be. [l] Dav. [m] Gom. ex Cyr. & Th. [n] Gom. [o] Dav. sim. Gom. [p] Gom. [q] Cas. [r] Gom. † Gom. ex Oecum. [t] V. sic Zeg. Dav. Be. Pi. [v] Gom. Dav. [x] Dav. [y] Gom. [z] Cam. [a] Gom. sic Cam. Pi. Dav. Dal. D. Vor. Ham. [b] Gom. [c] Cam.

summum est in quoque genere [d]: sic Job. 18. 13 [*]. *primogenitus Mortis*, h. e. Princeps mortis, vel morti præfectus [f]: Psal. 89. 27 [g]. *primogenitus Regum*, i. e. præcipuus inter Reges: Esa. 14. 30. *primogeniti pauperum*, i. e. pauperrimi [h]: Jer. 31. 9. & alibi [i]. Sic infrà v. 18. *primogenitus*, i. e. Princeps, seu Dominus, *mortuorum* in beata resurrectione excitandorum. [3. ex Jure primogenitorum:] בכור *primogenitus*, apud Hebræos erat fratrum suorum dominus, & familiæ velut princeps, & hæres omnium bonorum paternorum. Quin & Latinis *hæres* pro *domino* accipitur, ut in Justin. Institut. l. 2. Tit. 19. de Hæred. qual. & differ. § ult [k].

16. *Quoniam* (Probat Christum omnibus creaturis priorem esse & excellentiorem [l], sive esse Deum æternum, quod asseruit v. præced [m].) *in*, &c. Ἐν αὐτῷ, &c.] *In ipso* (vel, *Per eum*, P. Be. Pi. Mo. T. ceu causam efficientem: ἐν pro διὰ, ut sæpe [n].) *condita sunt universa*] Accipitur hoc de nova seu secunda creatione, sive universali rerum reformatione [o]. Certum est, *per verbum creata omnia*. Sed quæ præcedunt, ostendunt hìc de Christo agi, quod hominis est nomen, quomodo etiam Chrys. hunc accepit locum. Sed ille intelligit mundum creatum propter Christum, sensu non malo. Sed propter id quod præcedit rectius est ἐκτίσθη hìc interpretari *ordinata sunt*, *novum quendam statum sunt consecuta*. De quo significatu vocis κτίζειν diximus in Prolegomenis ad Evangelia; & Eph. 2. 10, 13. & 3. 9. & 4. 24. Angeli Hominibus, Homines inter se reconciliati sunt sub Christo [p]. Verùm de reparatione mundi per Christum hoc loco non agi facilè evincitur: 1. quia de ea mox agere incipit, v. 18. &c [q]. 2. quòd inter has res creatas numerat Angelos [r], de quibus quoque fusiùs agit quàm de reliquis, qui certè per Christum non erant renovati ac reparati, quia nunquam lapsi, &c †. 3. ex collat. similium locorum, ut Joan. 1. 3. Heb. 1. 10 [t]. 4. quòd *creandi* vox, hìc simpliciter & indefinitè ponitur, cum de nova creatione nunquam usurpetur, nisi restrictione aliquâ additâ, ut Esa. 65. 17, 18. Eph. 2. 15, 26 [v]. De prima ergò creatione hìc agitur [x]. ¶ *In cœlis* (tum aërio, tum stellato, tum summo, ubi sedes est angelorum & beatorum [y]:) *& in terra*] Sive in superficie, sive in visceribus terræ, sive quæ sunt in mari [z]. ¶ *Visibilia* (i. e. corporea [a]; ut stellæ, plantæ, animalia [b], & omnia corpora [c]:) *& invisibilia*] i. e. Incorporea [d], ut Angeli & animæ beatorum [*]: ea quæ sunt in Mundo supremo, qui φῶς ἀπρόσιτον, 1 Tim. 1. 16 [f]. ¶ *Sive*, &c. Εἴτε θρόνοι, &c.] His nominibus designat, vel, 1. humanam omnem politiam [g], sive imperia omnia, &c [h]. ut hæ voces in usu sunt, Tit. 3. 1. 2 Pet. 2. 10. Judæ v. 8 [i]. sive gradus dignitatum inter homines [k]. *Throni* sunt Regum, κυριότητες Regulorum, ἀρχαὶ, præfecti provinciarum & urbium, ἐξουσίαι, potestates inferiores [l]. Vel, 2. politiam cœlestem [m], sive angelos [n]; eorúmque vel varia officia & effecta [o], vel varios ordines [p], quos rerum humanarum [q], ac visibilium nominibus significat [r]: *Throni*, i. e. Angeli in thronis considentes quasi Reges quidam. Vide quæ diximus ad Gen. 41. 40. Rom. 8. 38. Eph. 1. 21. Tales sunt illi in Daniele qui Regnis totis præsident, Chaldæorum, Persarum, Græcorum. His respondent in Ecclesia Patriarchæ, quorum sedes θρόνοι eximiè dicti: quæ κυριότητες vide Eph. 1. 21. quæ δυνάμεις & ἐξουσίαι, vide ibid. & ad Rom. 8. 38 †. [De Angelorum ordinibus qui plura velit, adeat Gom.] Hunc sensum suadent, 1. usus harum vocum, quæ iis sæpe tribuuntur [t]: 2. loci scopus [v]: quia Paulus invisibilia, quorum meminit his vocibus subdividit [x]; & ostendere vult contra Pseudo-apostolos, qui cultum Angelorum urgebant, Christum solum esse colendum, non Angelos [y]. ¶ *Omnium* (sub. *inquam*: est Epanalepsis [z].) *per ipsum*] Ut causam efficientem [a], ut per principium à principio [b]. Διὰ non semper notat causam instrumentalem, sed interdum principalem, ut Eph. 1. 1. interdum connotat ordinem, non inæqualitatem [c]. *Omnia*, quæ pertinent ad creationem, vel, 1. novam: vide Heb. 1. 2 [d]. vel, 2. primam rerum omnium [*]. ¶ *In*, &c. Εἰς αὐτὸν] *In ipsum*, Val. Er. ut causam finalem [f]. *Ejus respectu*, P. Be. Pi. *Propter ipsum*, V. G. E. i. e. ut ipse omnibus illis præesset [g], sitque hæres omnium [h]; vel, ad ipsius gloriam [i].

[d] G. [*] G. Cam. &c. [f] Cam. Dal. [g] G. Cam. &c. [h] Cam. [i] G. [k] Cam. [l] Dav. [m] Gom. [n] Dav. [o] Q. in Vor. [p] G. [q] Dal. [r] Dal. sim. Gom. † Dal. [t] Gom. Dal. [v] Dal. [x] Gom. Dal. sic Vor. [y] Dav. sim. Zan. [z] Dav. [a] E. [b] Dav. [c] Zan. [d] E. [*] Zan. sic Dav. [f] G. [g] Gom. [h] Q. in Zan. sim. Ham. [i] Gom. [k] Ham. [l] Cam. Ham. [m] Gom. [n] Gom. [o] Vor. [p] Vor. Zan. E. [q] Gom. [r] Cam. † G. [t] Gom. [v] Gom. Zan. [x] Gom. [y] Zan. [z] Pi. [a] Vor. [b] E. [c] Gom. [d] G. [*] Gom. [f] Vor. sic E. [g] G. [h] Pi. [i] Pi. Gom. sim. Be. T.

17. *Ante omnes*] Angelos & creaturas quaslibet [k]. Πρὸ πάντων] *Ante omnia*, Er. P. E. ex Sy. &c. Prior omnibus creaturis, ut dignitate, ità & tempore [l]; ac proinde æternus Deus [m], & ab æterno genitus à Deo Patre, non creatus [n]: est α & ω juxta Apoc. 1. 8. Intellige, ut jam diximus [o]. [de quo judica ex dictis.] ¶ *In*, &c. Ἐν αὐτῷ συνέστηκε] *In ipso* (vel, *Per illum*, Er. P. Be. Pi. &c. i. e. manu ejus & providentiâ [p]:) *constant*, Vulg. Mo. Ca. vel, *consistunt*, Er. Pe. Be. Pi. Tre. Ti. &c. i. e. sustentantur [q], Heb. 1. 3 [r]. conservantur †, & reguntur [t]. Conservatio autem non minùs Deo propria est quàm ipsa creatio [v]. Et hæc vox de veteri creatione ad novam traducitur. Vide 2 Pet. 3. 5. Sic apud Philosophos σύστασις φυσικὴ, i. e. κατασκευὴ [x].

18. *Et ipse* (secundùm utramque naturam [y], etiam humanam [z]:) *est caput corporis Ecclesiæ*] Ità P. &c. vel, *corporis*, *id est*, *Ecclesiæ*, Be. Pi. G. ut mox hæc locutio exponitur: Eph. 1. 22. & 4. 15. & 5. 23 ‖. vel, corporis sui [a], mystici [b], quod est Ecclesia [c]: vel, Ecclesiæ tanquam corporis sui [d]. Ut caput, 1. unitum est corpori per nervos & animam; 2. toti corpori eminet *; 3. corpori dat vitam & motum [f]: ità Christus Ecclesiæ, &c [g]. ¶ *Qui*, &c. Ὅς ἐστιν ἀρχὴ, πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν] *Qui est* (vel, *Estque* etiam, Be. Pi.) *principium*, (Sic & Apoc. 1. 8. ראשית, *origo* mundi melioris [h]: initium [i]; vel, primitiæ, h. e. præcipua hujus corporis pars [k]: confer 1 Cor. 15. 20 [l]. ἀρχὴ pro ἀπαρχὴ [m]. Al. *principium*, i. e. causa prima efficiens [n], vel, 1. omnium omnino creaturarum [o]; vel, 2. Ecclesiæ [p], & radix regenerationis, &c [q]. vel, 3. resurrectionis, ut verbis seq. declarat.) *primogenitus* (vel, & *primogenitus*, P. Be. ex Sy. Pi.) *ex mortuis*, Mo. &c. Sic & Apoc. 1. 8. & eodem sensu *primitiæ dormientium*, 1 Cor. 15. 20 †. Primus resurrexit, 1. dignitate [t]: 2. causalitate [v], quia ejus resurrectio causa est nostræ [x]: 3. tempore [y]; non quidem absolutè [z], sed ad immortalem vitam [a], Heb. 9. 28 [b]. Primogenitura Christi triplex erat, 1. æterna ex Patre; 2. temporalis à matre; 3. metaphorica [c]: resurrectio enim est ceu genitura quædam, Act. 13. 33 [d]. & *regeneratio* dicitur Matth. 19. 28 *. Caput & Princeps, seu Dominus, mortuorum in beata resurrectione excitandorum [f]. Al. ἀρχὴ πρωτότοκος, sine articulis hîc positi, possunt verti *principium primogenitum*, &c. q. d. primum principium, quòd ille sit fons, dux & autor, resurrectionis [g]. ¶ *Ut sit*, &c. Ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων] *Ut* (Vel conclusio est ex antecedentibus deducta, Si author est omnium & restitutor, jure illi primatus debetur; vel finis est, quo resurrectio Christi illustratur: hoc malim ex collat. Rom. 14. 8, 9. & 2 Cor. 5. 15 [h].) *sit in omnibus* (vel, *inter omnes*, Be. Pi. vel, 1. res & creaturas, etiam Angelos [i], ut Eph. 1. 22. quod scopo optimè convenit [k]: vel, 2. fratres, ex Rom. 8. 29 [l]. quorum respectu primogenitus vocatur [m].) *ipse primas tenens*, P. In vitæ sanctitate, in miraculis, in doctrina, in reditu ad vitam [n]: vel, imperium habens [o].

19. *Quia*, &c. Ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε (Nempe *Deus*, qui Nominativus sæpe subauditur. Ἐυδοκεῖν autem cum Nominativo rectè jungitur, ut Rom. 15. 26. 1 Cor. 1. 21. Gal. 1. 15 [p].) πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι] *Quoniam in eo placuit* (vel, *libuit*, Be. *visum est*, Ca. sub. *Patri*, Er. Il. P. Be. V. Ti. Ca. Pi. &c. nempe ab æterno [q], beneplacito seu decreto suo [r]: non ergò arripuit Christus, aut sibi assumpsit hunc honorem. Porrò Christum hîc non considerat Paulus simpliciter ut Dei Filium, quo respectu divinam essentiam ac plenitudinem, non ullo voluntatis decreto, sed naturali communicatione æternâque generatione, accepit; sed ut Mediatorem, in quo omnem perfectionem, divinam humanámque naturam, concurrere voluit Deus †. Qu. Quomodo constat de hoc Dei decreto, &c. Resp. Ex testificatione Dei apud Mosem & Prophetas, &c [t].) *ut omnis plenitudo inhabitaret*, P. sic Er. Be. Ca. &c. i. e. Perpetuò & inseparabiliter adesset [v], non per tempora, ut in Prophetis. Hæc est ὑποστατικὴ ἕνωσις [x], [hypostatica unio.] Duplex hîc est ratio, cur Christus rectè vocetur *caput Ecclesiæ*, 1. à causa efficiente, quia *complacuit Deo*: 2. à causa formali [y]; à plenitudine omnium bonorum [z], & donorum quæ eum idoneum caput Ecclesiæ reddunt [a]. Hinc

[k] Me. [l] Vor. sic E. [m] Gom. sic Zan. [n] Zan. [o] G. [p] Zan. [q] Zan. sic Gom. [r] Gom. † Er. Zeg. Zan. E. Me. [t] Zan. [v] E. [x] G. [y] Zan. [z] Zan. E. ‖ G. [a] Zan. [b] Me. [c] Zan. [d] E. * Zan sim. Gom. [f] Gom. [g] Zan. sim. Gom. [h] G. [i] Q in Gom. [k] Me. ex Græcis. Be. [l] Pi. [m] Zan. ex Chrys. Be. [n] Zan. Gom. [o] Vor. [p] Zan. E. Gom. [q] Gom. [r] V. † G. [t] E. [v] E. sic Gom. [x] Zan. [y] E. Gom. [z] Gom. [a] Gom. sic Zan. ex Aug. Me. Vor. G. Be Pi. [b] G. [c] Gom. sim. Zan. [d] Zan. * Gom. [f] Cam. [g] Er. ex Chrys. [h] Gom. [i] Gom. Zan. [k] Gom. [l] Be. Pi. [m] Pi. [n] G. [o] Zan. [p] G. [q] Zan. Dav. [r] Zan. Dav. Dal. † Dal. [t] Dav. [v] G. sim. E. Dal. [x] G. [y] Dav. sim. Zan. [z] Zan. [a] Dav.

colligendum relinquit, non opus esse, ut Mosen aut Angelos cum Christo miscerent, cùm in uno Christo omnis esset plenitudo [b]. *Plenitudo*, nempe *Divinitatis*, quod hîc interpretandi causâ addunt quidam Latini cod. i.e. Divinarum virtutum, ut infrà 2. 9. Sic πλήρωμα habemus & Job. 1. 16. ubi dicta vide [c]. *Plenitudo* in Scriptura interdum rei magnitudinem, & justam integrámque mensuram denotat; interdum quoque id quod rem aliquam implet atque perficit, quomodo populus dicitur *plenitudo terræ*, vel *urbis*, &c [d]. *Plenitudinem* hîc intelligunt, vel, 1. Deitatis, Col. 2. 9 *. i. e. omnes Divinæ naturæ proprietates, sapientiam, omnipotentiam, &c. quarum respectu Christus jam dictus est *imago Dei*, *creator omnium*, &c [f]: ut probet Paulus, Christum primatum habere, quia est Deus patefactus in carne [g]. Vel, 2. gratiæ habitualis [h], sive donorum spiritualium [i], quomodo omnia genera, omnésque gradus plenè & unitè in Christo concurrunt, tanquam in capite, à quo transfunduntur in reliquos homines, Joh. 1. 16 [k]. Et forsan utramque hanc plenitudinem hîc complecti voluit Paulus, quia utraque ut in Christo habitat, ità & requiritur ad constituendum perfectum redemptorem & caput Ecclesiæ [l].

20. *Et*, &c. Καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι πάντα εἰς αὐτὸν] De voce ἀποκαταλλάξαι vide Eph. 2. 16 [m]. pro eo Eph. 1. 10. dixit ἀνακεφαλαιώσασθαι [n]. Decrevit Deus, sublatis inimicitiis & offensionibus, omnes ad unum caput, Deum, recolligere [o]. Reconciliationis, quam factam esse supponit, modum h. l. describit [p]. *Et per eum* (i.e. per verbum ipsius †; non per Angelos, quos, ut reconciliatores, in locum Christi Simon introducebat [q]:) *reconciliaret omnia sibi*, P. Be. Ca. Tre. &c. i. e. Deo Patri, ex collat. Rom. 5. 10. 2 Cor. 5. 18, 19 [r]. vel, *erga se*, Er. Il. Ti. V. vel, *in*, sive *ad*, *ipsum*, Mo. tanquam commune caput †. Al. εἰς αὐτὸν hîc sumendum ut suprà v. 16. *sub ipso*, sive *ità ut ipsi pareant* [t]. Alii legunt εἰς αὐτὸν ‖, pro εἰς ἑαυτὸν †, i. e. ἑαυτῷ *. Loquitur autem de efficacia reconciliationis, quatenus consideratur in se & proprio suo valore hoc λύτρον, & quatenus offertur omnibus, &c. non de actuali reconciliatione; multi enim non reconciliantur Deo, ob defectum applicationis. Locus hîc explicatu difficilis est. Qu. Quid hîc vult per *omnia*, *præsertim quæ in cælis*, ut sequitur, & quomodo hæc Deo per Christum reconciliantur [v]? Resp. 1. Complectitur his verbis omnes creaturas terrestres & cœlestes [x], sive ratione præditas, sive eâ destitutas [y], totámque fabricam machinæ cœlestis & terrestris, quæ suo modo omnia participant in hoc beneficio redemptionis, juxta Rom. 8. 19, &c. Eph. 1. 10. [z]. His autem verbis non significat reconciliationem Deo factam per Christi mortem, quæ Angelis minimè congruit, & de qua agit verbis proximè seq. sed reconciliationem ac reunionem creaturarum non cum Deo, sed inter se invicem, quâ non solùm Angeli, sed & ipsa elementa, nobis ob peccatum antè infensa, nobiscum reconciliantur, &c [a]. Sensus loci est, Angelos & homines inter se reconciliari, unitos tanquam unum corpus in Christo ut capite, pace inter eos compositâ per sanguinem ejus, &c [b]. Non placet: quia apertè loquitur de reconciliatione terrestrium & cœlestium quæ fit Deo, non quæ fit inter se [c]. Verùm illud εἰς αὐτὸν non denotat terminum hujus reconciliationis, sed eventum & finem [d], sive causam finalem *; eam scilicet factam esse non cum ipso, sed *in seipsum*, sive ad Dei gloriam [f]. Resp. 2. Idem hîc intelligit quod Eph. 1. 10. pios Angelos & pios homines. Locutio plena fuerat, τὰ ὄντα εἴτε ἐπὶ τῆς γῆς εἴτε ἐν τοῖς οὐρανοῖς †. Per *ea quæ in cælis* intelligit Angelos, qui *reconciliati* dicuntur per Christum, non restauratione, sed continuatione gratiæ & pacis, ut Christi mortis beneficio liberati essent à periculo lapsûs, in quo versabantur [g], utpote creaturæ, &c. & ut confirmati essent in amore divino, & eleventur ad gloriosam & stabilem Dei participationem, quæ superat naturæ creatæ vires & dignitatem. Non dubitandum est, Angelos ipsos indigere gratiâ Christi redemptoris, gratiâ, inquam, non propriè *reconciliante*, sed *elevante* & *confirmante* [h], ut in statu suo perseverarent [i]. Sed audax est hæc assertio, & fundamento caret in Scriptura S [k]. Sic enim Christus esset mediator Angelorum, quod repugnat naturæ istius officii,

[b] Dal. [c] G. [d] Dal. * Dav. Zan. Camer. [f] Dal. [g] Gom. [h] Dav. Gom. sic Zan. Dal. [i] Pi. [k] Dav. [l] Dav. sim. Dal. [m] G. [n] G. sim. Zan. [o] Zan. [p] Dav. † G. [q] E. [r] Dav. † E. [t] G. ‖ Vor. Be. † Pi. * Be. [v] Dav. [x] Dal. [y] Theod. in Gom. [z] Dav. [a] Dal. [b] E. Me. [c] Dav. [d] Dal. * Vor. [f] Dal. † G. [g] Q. in Gom. sim. Calv. [h] Dav. [i] Q. in Dal. [k] Dal. sim. Gom.

officii, quippe quod offensionem & inimicitiam praecedentem supponit [l]. Deinde quod hîc additur, *per sanguinem ejus*, quomodo Angelis, qui nec veniâ, nec sanguinis effusione, opus habebant, conveniet? Est quidem Christus caput etiam Angelorum, sed quà creator, & conservator, &c. & ex personae ipsius dignitate, & obedientiae praestantia, Phil. 2. 9, 10. non autem quà redemptor, sive mortis suae satisfactione [m]. [Haec de secunda sententia.] Resp. 3. Per *omnia* hîc intelligit universam Ecclesiam, quam & alibi *mundum*, simili dicendi genere appellat, ut 2 Cor. 5. 19. confer Eph. 1. 10 [n]. vel, omnes fideles sive electos, tum jam in coelum receptos, tum eos qui adhuc degunt in terra [o]. Sed haec expositio videtur, 1. coacta, quia *quae in coelis* ex usu Scripturae Angelos designat, quorum sedes ibi est: 2. frigida, nec verborum sublimitati ac dignitati ullo modo respondens. Si enim hoc tantùm voluit, fideles Deo reconciliatos esse, quorsum eos in duo genera distribueret? & quis dubitat fideles utriusque generis reconciliatos esse Deo? Sed consilium Apostoli erat, ut extolleret opus Dei per Christum, quòd scil. non ad homines duntaxat, sed & ad coelos ipsos extenderet [p]. Resp. 4. Per *omnia quae & in coelis & in terris* intelligit Judaeos & Gentes, sive omnia hominum genera, ut idem hîc intelligatur quod *reconciliatio mundi*, Rom. 11. 15. Notanda hîc est Hebraeorum phrasis, qui quodvis totum mentione ac enumeratione partium designare solent: sic diem naturalem vocant *vesperam & mane*: sic mundum hunc inferiorem (cùm desit illis verbum unum quo eum significent) per *coelum & terram* saepe designant. Hunc sensum suadet & collatio Eph. 2. 14, 16. Nec obstat quòd πάντα hîc sit neutrius generis, quia neutrum pro masculino saepe ponitur, ut Matth. 18. 11. *Christus venit servare* τὸ ἀπολωλός, i. e. homines perditos: Gal. 3. 22. *Conclusit omnia*, id est, omnes homines, *sub peccato* [q].

¶ *Pacificans* (vel, *Pace-facta*, Il. Be. Pi. &c. scil. inter Deum & homines: pacificatâ Dei justitiâ, & irâ ejus adversùm nos restinctâ [r]. Quod Eph. 2. 16. Christo tribuitur, id hîc tribuitur Deo ejus Patri, ut qui hoc per Christum effecerit. Εἰρηνοποιήσας factum ad exemplum Hebraei משלים [†].) *per sanguinem crucis ejus*] i. e. Qui in cruce effusus est [t]. Sanguinis effusio, & maledictum crucis supplicium, ex Dei decreto & praedictione ad peccatorum nostrorum expiationem erant necessaria, Heb. 9. 22, 23. Gal. 3. 12 [v]. *Sanguinis* hîc fit mentio, quia per sanguinem foedera sancire solebant, ut diximus ad Mat. 26. 28. Adde & Rom. 3. 25. & 5. 9. Eph. 1. 7. Addidit autem τοῦ σταυροῦ, ut intelligatur mors haec fuisse conjuncta cum suis cruciatibus [x].

21. Et, &c. Καὶ ὑμᾶς — ἀπηλλοτριωμένους καὶ ἐχθροὺς τῇ διανοίᾳ ἐν τοῖς — νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν] *Et* (vel, *Itaque*, P. Be. Pi. Zan.) *vos* (Generalem doctrinam ad illos applicat [y]:) *aliquando* (vel, *quondam*, P. Pi. *olim*, i. e. vel, 1. ante adventum Christi; vel, 2. ante praedicationem Evangelii inter vos [z].) *existentes alienatos* (vel, *cùm essetis abalienati*, Pi. sic Be. Heb. מוזרים, Psal. 69. 8 [a]. A quo [b]? A Deo [c], à populo Dei, quod additur Eph. 2. 12 [d]. à Christo, à spe salutis [*], à cultu Dei [f]:) *& inimicos* (animo alieno à Deo, Rom. 5. 10 [g]. *hostes*, tum, 1. activè, quòd Deum odissent [h], ut Act. 13. 10. Phil. 3. 18. confer Rom. 8. 7 [i]. tum, 2. passivè, quòd Deo essent exosi [k], ut Rom. 11. 28 [l]. hostili animo adversùs Deum [m]. Videmus quales sint homines ante conversionem [n], sive in statu naturae corruptae [o].) *mente* (vel, *cogitatione*, Val. Er. vel, *mentibus vestris*, Tre. ex Sy. Διάνοια & intellectum & voluntatem complectitur: totus ergò homo corruptus est [p].) *in operibus malis*, Mo. Er. Il. (quae impietatem comitari solent, 1 Cor. 6. 10, 11 [q]. sub. *existente*, Il. Dav. vel, *inhaerente*. Mens dicitur esse in ea re quam semper cogitat, ut famelici animus *esse* dicitur *in patinis* [r]. Mihi Dativus, διανοίᾳ, pendet à praeced. ἐχθρούς, quippe declarans instrumentum seu modum inimicitiae [‖]. Vel, *propter opera mala*, Tre. ex Sy. vel, *operibus malis* intentâ, P. Be. Zan. Dav. vel, videlicet *per opera mala*, Pi. q. d. & qualitate malâ animae, & pravitate operum [†]: Labes in mente inhaerens ostendit se in malis operibus, juxta Gen. 6. 5 [t].) *nunc* (vel, 1. post Christi adventum: vel potiùs, 2. postquàm credidistis [v].) *autem* (sed abundat hîc δὲ, ut Eph. 2. 4 [x].) *reconciliavit*, Mo h. e. Deo amicos fecit, nempe per conversionem [y]: *Reconciliavit*. Quis? vel, Christus patri; vel potiùs, pater sibi: ut continuet orationem de patre [z].

22. *In corpore carnis* (id est, carneo [a], non coelesti, aut phantastico [b]; non alieno, ut fingebat Basilides [c], sed proprio [d], vero [*], verè humano [f], atque ejusdem naturae cum nostris corporibus [g]: forsan hoc additur διακριτικῶς, ut corpus Christi naturale distinguatur à mystico [h]; vel ad discrimen corporis spiritualis & immortalis, quod jam ampliùs pati non potest. Confer 1 Cor. 15. 44. &c [i]. Al. *Corpus carnis* nihil aliud quàm *carnem* significat, quia Heb. עצם ut *corpus*, ità & *essentiam* rerum incorporearum, significat [k]. *Per corpus Christi*, simile nostro, *constans ex carne* & ossibus. Tantas res perfecit instrumento adeò tenui [l]. Ut antè *sanguinis*, ità hîc *corporis & carnis* meminit, quòd utrumque ad reconciliationem requirebatur, nempe sanguinis effusio, & corporis oblatio, Heb. 9. 12, 22, 25. & 10. 5, 10 [m].) *ejus* (vel, *suae*, P. Pi. &c. Αὐτοῦ hîc refertur ad nomen longiùs remotum: quomodo & δι' αὐτοῦ quod praecessit [n].) *per mortem*] Scil. in eo corpore toleratam [o]. Docet, quomodo hoc corpus fuit reconciliationis nostrae instrumentum, nempe moriendo [p]: non simpliciter, sed quatenus mortuum est [q]. Res mira; Vita ex morte [r]. ¶ *Exhibere*, &c. Παραστῆσαι — ἀμώμους καὶ ἀνεγκλήτους, &c.] Finem nostrae reconciliationis ostendit [†]: παραστῆσαι, i. e. εἰς τὸ παραστῆσαι, ut suprà v. 10 [r]. [Sic vertunt:] *Ut sisteret*, vel *exhiberet*, (sub. *praesentes*, V. vel, *Ut sibi adjungeret*, sive *admoveret*, ut Eph. 5. 27 [v]. Non dicit, *ut sisteremus nos*, quia sanctitatem nostram, tum inhaerentem, tum imputatam, à Christo mutuamur [x].) *vos sanctos*, (sanctitate, vel, 1. imputatâ [y]; vel, 2. inhaerente, quae hîc inchoata, in altero mundo perficitur [z]. Hoc malim, ex collat. Eph. 1. 4. & 5. 26, 27. Tit. 2. 14. Sic & duo redemptionis nostrae praecipua capita hîc continentur, 1. reconciliatio, & justificatio: deinde, sanctificatio vitae [a].) *& irreprehensos*, (vel, *irreprehensibiles*, Er. sim. V. Be. vel, *vitii expertes*, Pi. respectu propriae conscientiae [b]:) *& inculpatos* (respectu aliorum, q. d. quos nemo possit criminari [c]. Sanctitas autem fidelium hîc censetur *inculpata* & perfecta, non per se ac vi suâ, sed per accidens, in Christo cui sancti insiti sunt, Heb. 13. 21 [d]. De vocibus ἁγία & ἄμωμος diximus ad Eph. 5. 27. ἀνέγκλητος vocem habemus 1 Cor. 1. 8. 1 Tim. 3. 10. Tit. 1. 6, 7. Utuntur Plato & Xenophon. In Glossario, ἀνέγκλητος, *inaccusabilis* [*].) *coram se*, P. &c. vel, *coram ipso*, Vulg. *in conspectu suo*, Er. vel, *ejus*, nempe Patris [f], i. e. verè tales [g], Deo spectante & approbante, ut Eph. 1. 4 [h]. Ostendit nihil prodesse hominibus speciem pietatis ac religionis, &c [i].

23. *Si*, &c. Εἴγε ἐπιμένετε — μὴ μετακινούμενοι, &c.] *Siquidem permanetis in fide* (i. e. Si fidem habeatis veram ac vivam, non temporariam, sed constantem & perpetuam [k]; si perseveretis in fide [l]; si modò fidem illam semper servatis, non in intellectu tantùm, sed & in proposito. In hac re coepisse non sufficit [m]. Si non permaneatis in fide, participes esse non potestis beneficiorum Christi [n], vel reconciliationis [o]; Christus vos non exhibebit sanctos, irreprehensos, &c [p]. vel, nihil vobis proderit quòd Christus vos tales exhibuerit, &c [q].) *fundati* (Mat. 7. 25. Luc. 6. 48. Eph. 3. 17. 1 Pet. 5. 10. מיסדים. Domus bene fundatae durant. Est autem translatio ducta [vel] à Templo, 1 Reg. 6. 37 [r]. vel, ab aedificiis, quorum fundamenta in firmo solo poni solent [†].) *& firmi*, (1 Cor. 7. 37. & 15. 58. In Glossario, ἑδραῖος, *firmus*, *stabilis*. Sedere, positio est durabilis [t].) *nec dimovemini à spe Evangelii* (i. e. à spe bonorum coelestium, quae promittit Evangelium [v], gratis ex sola Dei misericordia [x], & propter solam Christi obedientiam [y], sub conditione fidei [z]. Fides spem generat; Spes perseverantiam. Spe amissâ, perseverantia concidit [a].) *quod audistis*, (nempe ab Epaphra [b]: sub. *Evangelii, inquam*, P. Be. Pi.) *praedicati* (vel, *quod praedicatum est*, Vulg. nempe ab Apostolis [c].) *omni creaturae* (rationali scilicet [d], h. e. omnibus hominibus [*], sive gentibus [f]: Nomen generis appropriatur homini per antonomasiam, quia hic est creaturarum princeps [g]. Κτίσις בריה Hebraeis κατ' ἐξοχὴν *Hominem* significat. Vide Marc. 16. 15. Non debetis dubitare de futuris, cùm quae videtis tam bene praedictis conve-

conveniant. Vide suprà v. 6 [h].) *quæ sub cœlo est*, P. &c. Pleonasmus est, sed emphaticus, ut Act. 4. 12 [i]. ὑπ' οὐρανὸν dicitur *terra*, Luc. 17. 24. aut *quod in terra vivit*, ut Act. 4. 12. Sic Hebræum תבל vertitur Prov. 8. 26 [k]. Qu. Quomodo tunc temporis Evangelium omnibus prædicatum erat? Resp. 1. Est hyperbole, pro longè latéque. 2. Totus mundus hîc opponitur populo Judaico, qu. d. non solis Judæis prædicatum est, sed etiam extra gentibus. 3. Præteritum in prædictionibus propheticis sæpe ponitur pro futuro, cùm res certò futura sit [l]. ¶ *Cujus factus sum minister*] Multis in locis, etiam in Phrygia vestra. De voce διακόνου dictum suprà v. 7. In MS. ampliùs est, κήρυξ καὶ ἀπόστολος, ut 1 Tim. 2. 7. 2 Tim. 1. 11 [m]. Ostendit, Evangelium ab Epaphra prædicatum idem esse quod Paulus prædicavit, &c [n].

24. *Qui*, &c. Νῦν χαίρω, &c.] Hoc bene sensum inchoat, ut 2 Cor. 7. 9. ὃς ante νῦν non legerunt Græci commentantes ad hunc locum [o]: at legerunt Vulg. & cod. Clarom P. *Nunc gaudeo in*, vel *super*, *afflictionibus meis* (vel, *de iis quæ patior*, P. Pi.) *pro vobis*, Er. Zan. i. e. quas sustineo pro vobis [q], non quidem redimendis aut expiandis, sed ædificandis, & confirmandis in doctrina Evangelica [r]; vestro commodo & fructu †, ut vos & alii eò magis in fide confirmemini, 2 Tim. 2. 10 [t]. vel, quas ideo patior, quia vobis gentibus prædicavi Evangelium [v]. Confer Act. 21. 28, 29. & 26. 17, 18. Eph. 3. 1 [x]. Sensus, q. d. Adeò certum est hoc Evangelium, ut gaudeam me propter illud affligi [y]. Suo exemplo animat eos ad perseverandum & patiendum, &c [z].

¶ *Et*, &c. Καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα, &c.] *Et suppleo* (vel, *adimpleo*, Tre. ex Sy. Vulg. *adimplere paratus sum*, V. *rursus readimpleo*, Mo. *vicissim expleo*, P. Be. Pi. Zan. Gom. Intelligit comparatè, vel, 1. ad Paulum, q. d. Ut partem afflictionum pertuli, sic reliquias vicissim expleo; vel, 2. ad Christum, q. d. Ut Christus pro me passus est, sic ego vicissim pro ejus gloria patior [a]: ut Christus implevit sua πρότερα παθήματα, quæ vocari possunt προϋστερήματα; sic vicissim ego τὰ ὑστερήματα, &c [b].) *quod deest*, sive *deerat*, (vel, *defectus*, D. sic Mo. *reliquias*, P. Be. Pi. sic G.) *afflictionibus* (vel, *afflictionum*, P. Pi. &c.) *Christi* (Vox *Christi* hîc notare potest, vel, 1. causam, q. d. quas pro Christo patior [c]; vel, 2. quod malim, subjectum, q. d. quas Christus patitur [d], adhuc quotidiè *; non quidem in persona sua, sed in membris suis [f]. Passiones Pauli, ac fidelium, dicuntur passiones Christi, tum ob mysticam unionem capitis & membrorum; tum, ob sympathiam Christi cum membris suis [g]. Christus magna passus est pro nobis & saluti nostræ sufficientia [h]; satis passus est ad redemptionem nostram, ideóque supplemento martyrum opus non habet [i]: sed ità amat suos ut quæ ipsi ferunt mala tanquam sibi illata sentiat, Act. 9. 5. Sic Paulo vincula ferente, Christus ea quodammodo ferebat [k]. Oportet membra conformari capiti in passionibus. Dicit ergò se supplere, vel, 1. ea quæ Christo, nempe in membris, adhuc patienda supersunt [l]; vel, 2. ea quæ sibi ex decreto Dei constituta erant, &c [m]. quæ ei adhuc ferenda supererant [n]. Videbat enim instare tempus ea complendi [o].) *in carne mea pro corpore ipsius, quod est Ecclesia*, Er. &c. suprà v. 18. i. e. bono Ecclesiæ, ut jam diximus P, ut Ecclesia congregetur, perficiatur [q], ædificetur & confirmetur [r]. Vide dicta ad 2 Cor. 1. 5, 6. & 4. 6, 15 †. Hinc sequitur, *Cujus* (Ecclesiæ) *factus sum minister*, non dicit *mediator*, aut *redemptor*; ut intelligatur illum non loqui de passionibus satisfactoriis, sed ædificatoriis [t]. Dicit se implere ea quæ desunt passionum Christi, non quidem ad meritum, aut vim satisfaciendi, (quid enim desit infinito?) sed vim & efficacitatem mortales perducendi ad fidem, ut Ecclesia perficiatur, docendo, hortando, patiendo, &c [v]. Quod quidam hinc colligunt, sanctorum passiones fidelibus prodesse ad remissionem peccatorum, quæ vocatur indulgentia, verum quidem est; sed ex hoc loco non videtur solidè statui posse [x]. [De quo plura vide in Dav. & Gom. & E.]

25. *Cujus* (vel, 1. Ecclesiæ [y]; vel, 2. Evangelii, suprà v. 23. Qui Evangelio servit, idem Ecclesiæ servit Nam Evangelium datum est colligendæ & servandæ Ecclesiæ causâ [z].) *factus sum ego minister*, (Altera ratio cur lætus patitur pro Ecclesia, sumpta ab officio suo [a]: *Ministrum* se vocat, non *redemptorem* [b], non *dominum* cum imperio absoluto, &c [c].) *secundum*, &c. Κατὰ τὴν οἰκονομίαν, &c.] *Juxta dispensationem Dei*, (i. e. commissam à Deo curam, ut 1 Cor. 4. 1 [d]. vel, providam œconomiam patrisfamiliâs Dei, suum cuique officium distribuentis *: vel, ut dispensem toti familiæ, i. e. singulis fidelibus, bona & dona Dei [f]. Vel, *Ex dispensatione Dei*, P. Be. Pi. Dav. i. e. ordinatione, sive legitima & ordinata potestate mihi à Deo commissa, quoad administrationem rerum spiritualium ad Ecclesiam pertinentium. Vide Heb. 5. 4 [g].) *quæ data* (vel, *commissa*, V.) *est mihi in* (vel, *apud*, P. *erga*, Be. Pi.) *vos*, (i. e. erga gentes [h], ex collat. Act. 22. 21. Rom. 1. 5. 1 Tim. 2. 7 [i]. Vide 1 Cor. 9. 17. Verba propè eadem habemus Eph. 3. 7 [k].) *implendi* (vel, *ad implendum*, Be. Pi. *ut impleam*, i. e. impletum esse declarem [l]: vel, *ad præstandum*, P. πληρῶσαι, i. e. εἰς τὸ πληρῶσαι. Vide suprà v. 10 [m].) *sermonem Dei*, Er. &c. i. e. vel, 1. Metonymicè, Evangelii prædicationem, ut Rom. 15. 19 [n]. q. d. Ut illud prædicem plenè [o], ac perfectè P, & sincerè [q]; ut prædicationem quam Christus cœpit ego compleam [r]. Vel, 2. Prophetias & promissiones de Christo & vocatione Gentium †. Sed usus phrasis videtur obstare, quia nulla hîc mentio Prophetiarum, &c [t]. Vel, 3. sensus est, ut omnia loca impleam verbo Dei [v]; ut ubivis prædicarem sive per meipsum, sive per alios [x]; ut Evangelium promoveam, & ministerium meum absolvam usque ad mortem, neque ullis afflictionibus ab illius prædicatione deterrear [y]. Eadem locutio est Rom. 15. 19 [z]. & 1 Macc. 2. 55 [a].

26. *Mysterium*, V. vel, *De mysterio*, V. vel, Nempe *mysterium*, P. Pi. Explicat hîc de quo sermone locutus fuerit: alioqui & Lex est sermo Dei [b]. Μυστήριον, Heb. רזא, Dan. 2. 18 [c]. est sacrum secretum nobísque occultum [d]. *Mysterium* hîc vocat, vel, 1. verbum Dei *; vel, 2. mysterium Christi in genere [f]. Vide 1 Tim. 3. 16. vel, 3. synecdochicè, partem hujus mysterii [g], nempe de vocatione Gentium [h].) *quod absconditum fuit* (in arcano æternóque Dei proposito; necnon velo ceremoniarum legalium [i]:) *à seculis* (Eph. 3. 5, 9. ubi dicta vide [k].) *& generationibus*] Vel, *ætatibus*, P. Be. Pi. i. e. omnium seculorum & ætatum hominibus [l]. Idem significant γενεαὶ, Act. 15. 21. Eph. 3. 5. quod αἰῶνες. Pro eodem ponuntur γενεαὶ αἰώνων, & sic αἰῶνες καὶ γενεαί. Γενεὰ, דור, propriè, *duratio vitæ humanæ* [m]. Absconditum hoc erat, 1. Gentibus; 2. Judæis, *ex parte* [n], h. e. vulgo Judæorum [o]; & *comparativè* P, etiam Prophetis, & doctioribus Judæis, quippe qui rem in genere intellexerunt, non autem illius modum, quòd Gentes absque circumcisione, &c. admittendæ essent in Ecclesiam. Vide Act. 10. 28. 3. Ipsis quoque Angelis, Eph. 3. 10 [q]. ¶ *Nunc autem* (sub. αὐτὸ [r], vel ὃ, vel ἐκεῖνο †.) *manifestum est* (vel, *conspicuum factum est*, Be. *patefactum est*, P. Pi. Dav. non inventum, aut erutum ingenio nostro; tum, quia res erat supernaturalis, & dependens à mera voluntate Dei; tum, quia intellectus humanus cœcus est in spiritualibus, 1 Cor. 2. 14. τὸ *nunc* monet eos, ut præsentem opportunitatem agnoscendi, &c. arripiant [t].) *sanctis ejus*] Rom. 16. 26 [v]. i. e. vel, 1. iis quos ipse in Christo consecrandos sibi segit [x], h. e. electis [y], sive fidelibus: ità patefactio hæc efficax est & salutifera. Vide Esa. 53. 1. Matth. 13. 11 [z]. fidelibus Novi Testamenti [a]. Vel, 2. sanctis Apostolis [b], & Prophetis N. T [c]. quibus hoc primariò & immediatè patefactum est, ut mediante illorum ministerio patefieret omnibus aliis [d]. Hæc sententia magis convenit, 1. scopo Pauli, ut Apostolatûs sui authoritatem muniret; 2. sequentibus, quia sancti à Gentibus fidelibus distinguuntur, v. 27. 3. loco penitus simili, Eph. 3. 3, 5, 8 *.

27. *Quibus voluit Deus* (pro suo beneplacito [f]. Ità curiositati & arrogantiæ humanæ occurrit, Eph. 3. 7 [g]. & antevertit objectionem, Cur antea non innotuit? cur jam solis electis innotescit [h]? Hujus, inquit, discriminis causa est sola voluntas Dei [i], non merita humana [k]. Vide Eph. 1. 4, 9 [l].) *notas facere*, &c. Γνωρίσαι τίς ὁ πλοῦτος, &c.] *Notum facere* (γνωρίζειν הודיע, ut Rom. 9. 22, 23 [m].) *quæ* (vel, *quantæ*, V.) *sint divitiæ* (scil. misericordiæ & gratiæ suæ, ut est Eph. 2. 7. quas nobis offert, & sapientiæ, justitiæ, &c. quas nacti sumus [n]: *divitiæ*, i. e. amplitudo, ex Hebraismo [o].) *gloriæ* (i. e. quàm

Marginalia (left column): h G. — i Be. sim. Pi. — k G. — l Zan. Dav. — m G. — n Dav. sim. Zan. — o G. — p Be. Pi. — q E. Me. — r Dav. — † Be. — t G. — v Zan. sic G. Dal. — x Dal. — y Zan. ex Phot. sim. E. — z Dav. — a Gom. — b Zan. — c Gom. ex Theod. — d Gom. Vor. — * Vor. — f Vor. sim. E. Me. — g Dav. — h G. — i E. — k G. — l E. — m Zan. — n V. sim. Zan. — o Zan. — p G. — q E. — r Dav. sim. Zan. — † Be. — t Dav. — v Just. — x E. — y Zan. E. Er. V. Me. — z Amb. in Er. — a Dav. sim. Zan.

Marginalia (right column): b Zan. — c Dav. — d Gom. — * E. — f Me. — g Dav. — h Dav. Zan. — i Dav. — k G. — l V. — m G. — n Gom. — o Me. sim. Vor. E. Dav. — p E. — q Vor. — r Me. T. — † Q. in Gom. Be. — t Gom. — v E. — x Ham. — y Dav. — z G. — a Ham. — b Zan. — c G. — d Dav. — * Me. — f Zan. — g Dav. — h E. Zan. Dav. V. — i Dav. — k G. — l Be. E. — m G. — n Dav. Zan. — o Dav. — p Zan. Dav. — q Dav. — r G. — † Camer. — t Dav. — v G. — x Be. Dav. — y Dav. — z Zan. — a Me. — b Gom. Dav. — c Gom. — d Dav. — * Gom. — f Be. — g Gom. — h Dav. — i Dav. sic Zan. — k Zan. — l G. — m Idem. — n Dav. — o Be.

quàm abundans potentia, Rom. 9. 23. Eph. 1. 18. Vide & suprà v. 11 [p].) *mysterii hujus*, Er. &c. Τῆς δόξης referri possit, vel, 1. ad nomen sequens [q], ut sit epithetum mysterii [r], *divitiæ gloriosi hujus mysterii*, P. Be. Pi. Hoc autem mysterium rectè dicitur *gloriosum*, tum quia maximè illustrat gloriam divinam, Luc. 2. 14. tum quia gloriam fidelibus pollicetur †. Sed huic sententiæ obstat constructio, quia *gloriæ* vox antecedit. Et si hypallagen concedamus, *gloria* potiùs subjectum & argumentum mysterii notaret: *gloriæ*, h. e. de gloria Dei, in salute hominum procuranda [t]. Vel potiùs, 2. ad nomen præcedens, πλοῦτ☉ [v]; idque, vel, ut sit epithetum [x], *gloriosæ illæ divitiæ hujus mysterii*, Be. Pi. vel, quod malim, ut *gloria* subjectum notet, sumatúrque pro gloriosa misericordia, potentia & sapientia Dei, quam exerit in vocatione Gentium; necnon pro effectis illius, & salute Ecclesiæ, seu pro gloria quæ à Deo nobis confertur, Eph. 1. 18. ut verbis seq. *gloria* sumitur. Ità vox utrobique eodem sensu accipitur. Atque hoc sensu vox *gloriæ* constructionem habebit geminam, nempe ut ab antecedente regatur, & consequens regat. Nam *gloria* hæc dicitur *mysterii hujus*, quòd in eo eluceat & confirmetur [y]. ¶ *Quod*, &c. Ὅς, &c.] *Quod* (nempe mysterium [z]: In MS. est ὃ ἐστι †. Vel, *Qui*, vel *Quæ*, Val. Er. Rev. nempe ὁ πλοῦτ☉, *divitiæ*, quæ vox est masc. gen. & sing. num [a].) *est Christus* (scil. objectivè, quia circa ipsum versatur, ut authorem & causam meritoriam beneficii, & ut caput totius corporis [b]; vel *Christus*, metonymicè pro doctrina Christi [c]; quæ divitiæ in Christo reconditæ sunt. Vide Eph. 3. 8. Col. 2. 3 [d].) *in vobis* (q. d. non simpliciter & extra vos *, sed in vobis inhabitans per fidem [f]: vel, *inter vos*, P. Be. Pi. vel, *apud vos*, Sy. in Be.) *Spes* (vel, *spes illa*, Be. Pi. qui *est spes illa*, P. i. e. spei causa [g], sive autor, & objectum ‖.) *gloriæ*, Mo. i. e. Spes gloriosa [h]: vel, per quem speratis æternam gloriam [i]. Ingens arcanum Dei patuit, cùm doctrina Christi in Gentibus sonuit in spem vitæ æternæ [k].

28. *Quem* (scil. Christum [l], Dei imaginem, caput Ecclesiæ, fontem plenitudinis, unicum hominum mediatorem [m]; ejúsque doctrinam, præcepta atque promissa [n].) *nos* (Apostoli mundo [o]) *annunciamus*] 1 Cor. 2. 1. & c. 9. v. 14. Phil. 1. 16, 18 [p]. Discernit suam doctrinam ab illa Pseudo-apostolorum. Illi Angelos cum Christo, & opera legalia cum fide, conjungebant; Paulus Christum solum sufficere docebat, &c [q]. ¶ *Corripientes*, &c. Νουθετοῦντες ——— καὶ διδάσκοντες, &c.] *Admonentes* (Act. 20. 31. Rom. 15. 14 [r]. vel, *Corripientes*, Vulg. νουθετεῖν propriè est *mentem bonam alicui indere*: quod fit non solùm admonendo, sed & increpando delinquentes, excitando negligentes, recreando mœrentes, sive quocunque modo voluntatem, affectiones, & mores hominum, reformando †.) *omnem* (vel, *quemvis*, Pi. sic Be.) *hominem*, (sine ullo discrimine [t], vel Gentium, Rom. 1. 14 [v]. vel statuum; nec spernentes pauperes, nec timentes magnates [x]:) *& erudientes* (vel, *docentes*, Pi. Matth. 28. 20 [y]. illuminantes. Refertur hoc ad intellectum, ut νουθετεῖν ad voluntatem. Ostendit h. l. prædicationis suæ modum; & ministerium Evangelicum ad duo capita revocat, admonendi, & docendi [z].) *omnem hominem*, P. &c. *Omnem hominem*, h. l. omittit Vulg. ut superfluum: habetur autem & in Græcis, & in multis Latinis, & apud Chrys [a]. Est pleonasmus, sed emphaticus: tum, ut asserat se esse totius orbis Apostolum [b], & proinde jure suo posse admonere & docere Colossenses ipsorúmque doctores: tum, ut studium suum declaret erga omnes, &c [c]. ¶ *In*, &c. Ἐν πάσῃ σοφίᾳ] *In* (vel, *Cum*, Be. vel, *De*, Pi.) *omni* (i. e. perfectâ, quæ est cùm Christus agnoscitur [d]; integrâ & absolutâ, tum in sese, tum quæ sectatores suos tandem perficiat *.) *sapientia*, Er. Vulg. nempe spirituali [f], 1 Cor. 2. 6, 7. & 12. 8. Eph. 1. 8, 17. suprà v. 9. & 3. 16 [g]. sive salutari [h]: non extendendum est ultra limites præsentis materiæ: q. d. Illum nihil celantes [i]; instituentes in perfecta cognitione Dei & mysteriorum fidei, quæ est vera sapientia [k]. Possit intelligi de sapientia docentium, q. d. omni sapientiâ, quâ prædit sumus, docentes, &c [l]. Non est idoneus minister Evangelii, qui aut non novit populum Dei in omni sapientia erudire, aut non vult id facere [m]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα παραστήσωμεν, &c.] *Ut exhibeamus* (vel, *præstemus*, P. vel, *sistamus*, Be. Pi. E. nempe Deo tanquam ministri [n], & reddamus [o].) *omnem hominem* (i. e. quàm plurimos possumus [p]: vel, πάντα, i. e. ὅλον, ut referatur tam ad corpus quàm ad animam, ait Clem. Alex [q].) *perfectum* (i. e. perfectè instructum [r], salutari cognitione Christi, vivâ fide, & sincerâ pietate, in quibus est perfectio Christiani †.) *in Christo*, Er. &c. id est, in his quæ ad fidem & cognitionem Christi pertinent [t]: vel, *per Christum*, tanquam conciliatorem [v].

29. *In quo*, &c. Εἰς ὃ κοπιῶ, ἀγωνιζόμεν☉ κατὰ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ τὴν ἐνεργουμένην, &c.] *Ad quod* (i. e. In quem finem: vel, ad quod præstandum [x], nempe ut exhibeam omnes perfectos, &c [y].) *enitor*, (vel, *laboro*, Be. Dav. vehementer & ad lassitudinem, ut verbum hoc significat [z]: עמלתי, Act. 20. 35. 1 Cor. 13. 10. & 16. 16. Gal. 4. 11. Phil. 2. 16. 1 Thes. 5. 12. 1 Tim. 5. 17 [a].) *decertans* (ut athletæ [b], qui in palæstra certant [c], multáque ibi dura & aspera patiuntur [d]: משתדר, Dan. 6. 14. Non immeritò hoc addidit, ut præter *laborem*, etiam *pericula* significaret *, & passiones Pauli [f], infrà 2. 1. & 4. 12. 1 Cor. 9. 25. 1 Tim. 6. 12. 2 Tim. 4. 7 [g]. Vide 2 Cor. 11. 23. Qui otium, opes, honores sibi proponunt, non sunt apti ad ministerium. Crux omnium piorum peculium est, maximè ministrorum [h].) *secundùm efficacitatem* (vel, *operationem*, Vulg.) *ipsius* (id est, Christi, sive Spiritûs Christi, qui est principium effectivum hujus operationis, Luc. ult. 49. Phil. 4. 13 [i].) *agentem in me potenter*, P. Pi. &c. vel, *per virtutem*, Er. *cum potentia*, V. Be. *potenter & efficaciter*, q. d. non humanis viribus confisus, sed vi Spiritûs Christi operantis in me potentissimè [k]: h. e. vel, 1. per concursum & auxilium potentiæ suæ [l], multis miraculis [m]; vel, 2. per influxum & impressionem gratiæ suæ, quâ me idoneum reddidit ad omnia faciendum & patiendum, quæ mihi incumbebant [n]. Ἐνεργουμένην hîc est sensu activum, ut Gal. 5. 6. Sic ἐνέργεια & ἐνεργεῖν junguntur, Eph. 1. 19, 20. ἐνέργεια ostendit δύναμιν, hinc ἐνέργεια δυνάμεως, Eph. 3. 7. *Vires ad certandum eximias Deus Paulo aspirabat*, suprà v. 11. Phil. c. 4. v. 13. 1 Tim. c. 1. v. 12 [o].

CAP. II.

1. VOlo (vel, *Velim*, Be. Pi. &c.) *enim* (Ratio illius dicti, Col. 1. 28. & cur hunc conatum suum ad Colossenses retulit [a].) *vos scire* (ad usum fructúmque vestrum [b]:) *qualem*, &c. Ἡλίκον ἀγῶνα, &c.] כמה נפתול [c]. Ex occasione verbi ἀγωνιζόμεν☉ sermonem hunc nectit [d]. *Qualem solicitudinem*, &c. Vulg. Per ἀγῶνα autem intelligit non *solicitudinem* tantùm, sed & *preces assiduas*, significatas per luctam Jacobi *. *Quantum periculum*; aut *laborem cum difficultate periculóque conjunctum*, Er. V. *Quantum certamen*, P. Be. Pi. Certamen hoc erat tam animi, quàm corporis, contra Satanam ejúsque membra pro Ecclesia, &c [f]. Certabat & per exantlatos labores, orandi, scribendi, prædicandi, &c. & per exantlatos dolores, &c [g]. ¶ *Et pro iis qui sunt Laodiceæ*] Intellige Laodiceam Phrygiæ [h] metropolin [i]. Hos conjungit cum Colossensibus, tum quòd eâdem operâ utrosque ad constantiam hortaretur [k]; tum, quia his recitanda erat hæc Epistola, Col. 4. 16 [l]. tum, quia hi Coloss. vicini erant [m], ideóque (ut verisimile est) eodem modo à seductoribus appetiti [n]. ¶ *Non viderunt faciem meam in carne*] i. e. Faciem carnis, seu corporis hujus mortalis: Addit enim *in carne*, per quandam ταπείνωσιν, ut intelligant pluris faciendam esse præsentiam spiritûs quàm carnis [o]. Latini dicerent, *me de facie non noverunt*. Sed quia פנים Hebræis multa significat, perspicuitatis causâ addidit ἐν σαρκί [p]. Sensus, q. d. non viderunt me corpore præsentem, nec audiverunt prædicantem [q].

2. *Ut*, &c. Ἵνα παρακληθῶσιν, &c.] Ut impleatur in illis vaticinium Esa. 40. 1, 2 [r]. *Ut invitentur*, aut *incitentur*, &c. V. *Ut consolationem accipiant eorum* (quos scil.

[Marginal notes, col. 903:] p G. q Vor. r Q. in Com. † Dav. t Gom. v Vor. sic Gom. x Q. in Com. y Gom. z E. Me. Be. † G. a Er. b E. c G. Vor. sim. Me. d Dav. * Zan. f Zan. sic E. Dav. g G. ‖ Vor. h Q. in E. Me. i E. sim. V. Dav. Zan. k G. l Dav. E. Me. m Dav. n Ham. o E. Me. p G. q Dav. r G. † Dav. t Vor. sic Dav. v Dav. sim. Be. x Dav. y G. z Dav. a Zeg. b Camer. c Dav. d V. * Be. f G. Vor. Dav. g G. h Vor. Dav. Pi. i Dav. k E. Me. l E.

[Marginal notes, col. 904:] m Dav. n G. o E. p G. q Cas. r E. Me. † Dav. t E. Me. v G. x E. y Zeg. z Dav. a G. b Dav. c Vor. d Dav. * G. sic Dav. f Dav. g G. h Dav. i Idem. k V. l Dav. m V. n Dav. o G. a Zan. b Dav. c G. d G. sim. Vor. * G. f Dav. Zan. g Dav. h G. Ham. i Ham. k Gom. l Dav. m Me. sic Dav. n Dav. o E. p G. q Dav. r Vor.

scil. non viderat, ac de quibus proinde magis laborabat †; quia de absentibus amicis magis soliciti sumus quàm de præsentibus [t]:) *corda*, P. Be. Pi. Unde? Resp. 1. Ex certamine prædicto, quia indè clarè videbant, tum curari se, & vehementer amari à Paulò; tum doctrinam quam ab Epaphra hauserant veram certámque esse [v]. 2. Quia multis jam liberati erant dubitationibus, & erroribus pseudo-apostolorum, &c [x]. ¶ *Instructi*, &c. Συμβιβασθέντων ἐν ἀγάπῃ] Similitudo sumpta à cortinis Templi. Quod ibi est חבר, συνέχειν & συνάπτειν, id hîc est συμβιβάζειν. Vide Exod. 26. multis locis. Vide Eph. 4. 16. & hîc infrà v. 19 [y]. *Compactiorum* (vel, *Ipsis compactis*, Be. Pi. Zan. Dav. vel, *Instructiorum*, V. E. vel potiùs, *Constructiorum*, E. *Instructi*, Vulg. *Cùm fuerint instructi*, E. Amb. in Er. *Cùm fuerint compacti*, Er. P. *Cùm fuerint conjuncti*, Ti. Intelligit solidam & arctam animorum conjunctionem [z]. *Cùm fuerint copulati*, vel, *concinnè coagmentati*. Herod. in Clio, οἱ δὲ σφι συμβιβάσαντες αὐτοὺς, *autores pacis & conciliationis inter eos* [a]. Metaphora est, vel, 1. à corporibus inter se compactis aut ferruminatis [b]; vel, 2. à membris unius corporis connexis & aptè cohærentibus inter se [c].) *in charitate*, Mo. &c. i. e. Per charitatem, velut quoddam vinculum unionis [d]. Hæc autem animorum confœderatio est & *fructus* constantiæ in vera fide, & *conditio* sine qua non habetur suprà dicta consolatio *. ¶ *Et in*, &c. Καὶ εἰς πάντα πλοῦτον τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως] *Et in* (vel, *Idque ad*, P. Pi.) *omnes divitias* (vel, *omnibus divitiis*, V. εἰς pro ἐν, & πλοῦτος, ut sæpe diximus, *abundantiam* significat [f], respicitque materiam fide comprehensam, sive augmentum scientiæ eorum, &c [g].) *plenitudinis intellectus*, Mo. vel, *plenæ certitudinis* (vel, *certò persuasæ*, P. Pi. vel, *certæ persuasionis*, Er. Pi. vel, *certioratæ*, Pi. *plenè certioratæ*, Be. *indubitatæ & compertæ certitudinis*, V. sim. Er.) *intelligentiæ*, V. Er. P. Pi. &c. vel, *scientiæ*, V. G. illius scil. quæ à Spiritu S. profecta plenam certámque persuasionem in nostris animis gignit [h]. Πληροφορία συνέσεως, *plenitudo scientiæ*, est scientia plena, i. e. quanta esse in hoc seculo potest. Πληροφορεῖσθαι poni etiam pro מלא, πληροῦσθαι, ostendimus ad Rom. 14. 5. Hinc πληροφορία & πληροφόρημα, *plenitudo* [i]. Πληροφορεῖσθαι ad verb. *plenè ferri* [k], est metaphora à navibus sumpta quæ plenis velis in portum feruntur [l]. Est hîc Hypallage [m], πληροφορία συνέσεως, pro, σύνεσις πεπληροφορημένη, *intelligentia planè persuasa* [n]; quæ cum fide semper conjuncta est, Eph. 1. 17 [o]. vel potiùs, ipsa fides est. Rectè autem fidem & charitatem copulat, quia hisce duobus vinculis in sacrum Dei ædificium compingimur & unimur, Eph. 4. 13, 16 [p]. Evertit hoc fidem implicitam & cæcam, quæ nè micam habet συνέσεως, *intelligentiæ* [q]. Significatur hîc finis seu scopus prædictæ *compactionis per charitatem*, ut scil. ex charitate se mutuò erudiant de mysterio Evangelii [r]. ¶ *In*, &c. Εἰς ἐπίγνωσιν, &c.] *In agnitionem* (vel, *Ad cognitionem* inquam, P. Pi. Cohæret cum præced. per appositionem †. Ἐπίγνωσις autem est *cognitio exactior* [t].) *mysterii* (i. e. Evangelii [v]. *Mysterium* dicit totam doctrinam Evangelicam [x], sive voluntatem illam Dei quam Christus patefecit [y].) *Dei, & Patris*, (i. e. Dei qui idem Pater est noster, ut Eph. 1. 2. & 4. 6. Phil. 4. 20 [z]. vel, Καὶ ponitur exegeticè, pro, *id est* [a]: vel, est pleonasmus copulæ [b], quasi esset *Dei Patris* [c]:) *& Christi*, V. i. e. Vel, 1. quod [mysterium] soli Deo & Christo cognitum [d]: vel, 2. de Deo & Christo *, qui sunt præcipua objecta doctrinæ Evangelicæ [f]: vel, 3. à Deo & Christo, ut à causa efficiente [g], quia ab utroque patefactum est [h]: ut ab authoritate Dei confirmet commendétque Evangelium, illúdque à contemptu vindicet [i].

3. *In*, &c. Ἐν ᾧ εἰσὶ —— ἀπόκρυφοι] *In quo* (vel, 1. mysterio [k], significationis ratione [l]: vel, 2. Christo [m]: ídque, vel, 1. tanquam in subjecto, & fonte omnis sapientiæ, cui omnia mysteria nota sunt & explorata: vel, 2. tanquam in objecto, quo rectè cognito omnem habemus sapientiam, &c [n]. Non de persona Christi, aut de sapientia quâ Christus ipse præditus est, sed de doctrina ejus, sive Evangelio, & de sapientia quæ in cognitione Christi consistit, hîc agitur [o].) *sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ* (nempe salutaris [p]. Vide suprà 1. 9. Eph. 1. 8 †. Hæ autem voces conjunguntur, vel, 1. eodem ferè sensu [q], & geminantur tantùm amplificandi causâ [r], ut perfectissimam cognitionem significent †: vel, 2. diverso sensu, ut *sapientia* ad dogmata fidei, *scientia* ad vitæ institutionem, referatur [t]:) *absconditi*] i. e. Reconditi [v]. Ἀπόκρυφος cùm dicit, similitudinem sumit ab arca in qua pecuniæ servantur indidem promendæ ubi opus est. Sic Dan. 11. 43. κυριεύσει ἐν τοῖς ἀποκρύφοις τοῦ χρυσίου. Et 1 Macc. 1. 24. ἔλαβε τοὺς θησαυροὺς τοὺς ἀποκρύφους. Sapientia Thesauris comparari solet, Prov. 8. 10, 19. Matth. 13. 44 [x]. Al. Hâc voce innuitur, præstantiam Christi ac Evangelii latere homines carnales, & à spiritualibus duntaxat conspici, Matth. 11. 25. 1 Cor. 1. 23 [y].

4. *Hoc autem dico*] Vel, 1. de excellentia scientiæ Christi [z], in eo *esse omnes thesauros*, &c [a]. vel, 2. omnia quæ in hoc cap. præcesserunt; se certamen cum falsis doctoribus in hunc finem suscepisse, & propugnâsse veram doctrinam de Christo, &c [b]. ¶ *Ut nemo*, &c. Μήτις ὑμᾶς παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ] *Nè quis vobis imponat* (nempe *falsis rationibus*, Ti. sic Me. E. Παραλογίζεσθαι respondet Hebræo רמה & התל, pro quibus ponitur & πλανᾶν, ἐξαπατᾶν. Vide 1 Cor. 6. 9. & 15. 33. 2 Cor. 11. 3. Gal. 6. 7. 2 Thes. 2. 3 [c]. Παραλογίζεσθαι, est *ratione falsâ quæ speciem habet veritatis imperitum circumvenire*, sive ex malitia, sive ex inscitia fiat. Sub hac igitur voce complectitur quicquid sub specie religionis introducitur contra simplicitatem Evangelii [d]. Jam tum erant qui in Phrygia semina jaciebant hæreseos quæ dicta κατὰ Φρύγας. Miscebant alii Judaica, alii Pythagorica, tum dogmata, tum instituta, Christianæ religioni; & cæteros non eadem sequentes quasi imperitos & carnales spernebant *. Pertinet hoc ad Simonianos, qui humanæ Philosophiæ placitis imbuti erant, & à Christo ad Angelorum religionem homines avocabant [f].) *probabilitate* (vel, *persuasibilitate*, Er. sic Mo. &c.) *sermonis*, Er. P. Pi. Be. &c. vel, *oratione speciosâ*, G. sive ad persuadendum accommodatâ [g], quæ specie probabilitatis decipit [h]. Sub hac voce comprehendit rhetoricas & blandas insinuationes, sophisticas & intricatas argutias, &c [i]. speciosum fucum rationis humanæ [k].

5. *Nam si corpore*, &c. Τῇ σαρκὶ, &c.] Idem sensus qui 1 Cor. 5. 3 [l]. ubi pro σαρκὶ est σώματι [m]. Hanc objectionem tollit, longè remotus es à nobis, ignarúsque rerum nostrarum: non es itaque de nobis solicitus [n], neque si velis potes nobis apta præscribere, &c [o]. ¶ *Spiritu*, &c.] i. e. Vel, 1. animo [p], mente, curâ, cogitatione [q], affectu †, & memoriâ [t]: vel, 2. extraordinariâ quâdam Spiritûs præsentiâ per virtutem divinam mihi concessâ, qualem habuit Elizæus, 2 Reg. 5. 26 [v]. Deus Paulo revelabat quæ Colossis fierent [x]. ¶ *Gaudens & videns* (est ἓν διὰ δυοῖν. Hoc enim vult, Gaudeo videns [y]: vel, gaudens quia cerno, sive dum video; copulâ causaliter positâ [z]:) *ordinem vestrum*; Τάξιν] i. e. Εὐταξίαν [a]: cuncta apud vos agi rectè atque ordine [b]. Intellige disciplinam Ecclesiasticam [c], bene ordinatam [d], ut 1 Cor. 14. 40. deinde, compositos singulorum mores; vide 2 Thes. 3. 6. denique, consensum ac concordiam illorum *, in religione; nam τάξις denotat cohortem militum instructam & ordine apto conglobatam [f], ערך, τάξις Aquilæ [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὸ στερέωμα, &c.] *Et soliditatem* (vel, *firmitatem*, G. constantiam [h].) *vestræ in Christum fidei*, Er. Ti. P. Be. Pi. יסוד אמונתכם. Vide 1 Pet. 5. 9 [i]. Duo designat, quòd scilicet & firmi atque immobiles in vera doctrina permanerent †, & nullam admitterent mixturam doctrinæ falsæ ac alienæ: *Solidum* enim propriè est quod est sui solius plenum, nec recipit heterogeneum intra se [k].

6. *Sicut ergò accepistis* (vel, *didicistis*, ab Epaphra nimirum [l]: παραλαμβάνειν propria vox discentibus, 1 Cor. 11. 23. & 15. 1, 3. Gal. 1. 9. Phil. 4. 9 [m]. Talem qualem accepistis, fide scilicet [n]: Constringit illos proprio testimonio: receptam hanc doctrinam rejicere stultitia est, aut levitas. *Turpiùs ejicitur quàm non admittitur hospes* *.) *Christum Jesum* (i. e. doctrinam Christi [o], ipsúmque Christum, qui, hâc doctrinâ per fidem receptâ, recipitur, & in corda reconditur ad salutem nostram [p]:) *Dominum*, (q. d. non ut conservum Mosis, quomodo Pseudo-apostoli eum prædicabant, sed ut Dominum fidei & vitæ vestræ; ac proinde non estis vestri juris, nec

potestis

Marginal notes (col. 905): † Be. — [t] Dav. v. 1. — [v] Dav. ex Zan. — [x] Zan. — [y] G. — [z] Vor. — [a] Strig. — [b] Vor. sim. Dav. — [c] Er. — [d] E. — * Dav. — [f] G. — [g] Dav. — [h] Be. — [i] G. — [k] Pi. — [l] Vor. sic Pi. — [m] Pe. — [n] Dav. sim. Pe. — [o] Dav. — [p] Gom. — [q] Dav. — [r] Pi. — † Pi. Dav. — [t] G. — [v] V Dav. — [x] Dav. — [y] G. — [z] Idem. — [a] Q. in Gom. sic Pi. — [b] Com. — [c] Pi. Vor. Camer. — [d] V. — * Pi. sim. Vor. — [f] Dav. sim. Vor. — [g] Gom. sim. Dav. — [h] Vor. — [i] Gom. — [k] Zan. Dav. Gom. — [l] G. Vor. Pi. — [m] Com. — [n] Zan. Dav. Gom. E. Me. Pi. — [o] Gom. — [p] Vor. sim. Pi. — [q] G. sic Gom. — † G.

Marginal notes (col. 906): [q] Gom. — [r] Q. in Dav. — † Q. in Dav. sim. Gom. — [t] Q. in Gom. sim. Dav. — [v] Me. — [x] G. — [y] Dav. — [z] E. — [a] Zan. — [b] Dav. — [c] G. — [d] Dav. — * G. — [f] E. — [g] Be. — [h] Vor. — [i] Dav. — [k] V. — [l] G. sic Vor. — [m] Vor. — [n] Dav. — [o] Dav. sim. Zan. — [p] Pi. Gom. — [q] Dav. sic E. — † Me. — [t] Dav. — [v] Amb & alii in Dav. — [x] G. sim. Zan. — [y] G. — [z] Dav. Et — [a] Me. — [b] G. sim. Me. — [c] B. sim. Ham. Dav. Gom. — [d] Dav. Ham. — * Dav. sic Gom. — [f] Dav. — [g] G. — [h] E. Me. Gom. — [i] G. — [k] Dav. — [l] Zan. Dav. — [m] G. — [n] Zan. — * Dav. — [o] G Vor. — [p] Dav.

potestis vos aut ceremoniis aut doctrinis philosophicis subjicere [q]:) *in* (vel, ità *in*, P. Be. Pi. &c.) *ipso ambulate*] *Actu id exprimite:* id enim הלך sive περιπατεῖν, Rom. 6. 4. & 8. 1, 4. & alibi [r]: Perseverate & progredimini in doctrinâ & fide Christi †: Pergite ipsum, ut caput & mediatorem, retinere [t]: nè sinatis vos dejici à recto tramite veritatis [v]: Vitam agite juxta hanc fidem, & juxta ductum Spiritûs Christi [x].

7. *Radicati* (Vide Matth. 13. 6. Eph. 3. 18. Longè alii esse quàm illi de quibus Esaias, 40. 24 [y]. *Radices habentes in illo fixas* [z].) *& super-ædificati* (Act. 20. 32. Eph. 2. 20. vel, *fundati* [a]; vel, *super-ædificantes vos*, V. Participium præs. temp. est, ut significetur hanc hominum exstructionem successivè fieri [b]. Metaphora hîc duplex, 1. ab arboribus; 2. ab ædificiis [c]:) *in ipso*] i.e. Christo, qui *Fundamentum* est, 1 Cor. 3. 11 [d]. Hæc ità verti possint, ut significetur, vel, 1. modus ambulandi in Christo; vel, 2. causa finalis istius ambulationis *. *Ut radicemini & superstruamini in eo, & stabiliamini in fide*, Pi. ¶ *Et confirmati* (Heb. נצבים [f]:) *fide*] vel, *in fide*, Vulg. scil. Christi. Idem nunc repetit sine tropo [g]. Al. In figuratis illis dictionibus exprimit illam firmitatem, quam fides habet in firmo solo, scil. in Christo: hîc autem illam tangit firmitatem, quam acquirit fides quoad ipsum habitum, indies in se corroborata, & invalescens [h]. ¶ *Sicut & didicistis*] Eph. 4. 21 [i]. Hoc repetit, ut occurrat vitioso hominum affectui, quo doctrinam receptam fastidire, novámque appetere, solent [k]. ¶ *Abundantes*, &c. Περισσεύοντες ἐν αὐτῇ ἐν εὐχαριστίᾳ] *Exuberantes* (vel, *Crescentes*, G. proficientes & proficiendo abundantes [m]:) *in ea* (scil. fide [n], vel cognitione doctrinæ Evangelicæ [o]. Malim ad rem cognitam referre, ut sensus sit, *abundantes*, i. e. cognoscentes, vel certò statuentes, vos abundare; ut verbum sumitur Rom. 5. 20. confer 1 Cor. 4. 8. i.e. Abundè habere omnia ad salutem necessaria, *in illa*, scil. fide quæ soli Christo nititur. Hæc sententia maximè convenit, & cum scopo Pauli, & cum verbis seq. quia hæc maxima est gratitudinis causa, &c [p].) *cum gratiarum actione*, Er. Ti. P. Pi. i.e. Gratias agentes quòd illam vobis dederit [q]. Hoc addit, ut ostendat, non modò non esse discedendum à doctrina Christi, sed etiam pro ea, tanquam summo beneficio, gratias Deo agendas, v. 7 [r]. vel, *per gratiarum actionem*, 1 Cor. 14. 16. 2 Cor. 8. 7. Deus gratos majoribus cumulat donis. In MS. deest ἐν αὐτῇ †.

8. *Videte*, Βλέπετε] i. e. φυλάττετε [t]: q. d. Videte, cavete, hostes ingruunt. Non modò instruit intellectum, sed voluntatem & affectus movet ad detestationem falsæ doctrinæ [v]. ¶ *Nequis*, &c. Μή τις ὑμᾶς ἔσαι ὁ συλαγωγῶν] Ἔσαι ὁ συλαγωγῶν pro συλαγωγῇ, loquendi genus etiam elegantioribus Græcis usitatum [x]. *Nè quis sit qui vos deprædetur*, Er. Ti. P. Be. Pi. i. e. velut prædam abducat à Deo [y], vel, à recta fidei via in errorem ac servitutem legis Mosaicæ [z], vel, ab Evangelio ad suas imposturas [a]. Vel, *vos abigens*, Mo. vel, *vos spoliet*, nempe ornamentis armísque vestris, h.e. beneficiis Evangelii [b]. Vel, *decipiat*, Vulg. Σύλα est *id quod per vim abducitur*, ut in Repensaliis: συλαγωγεῖν, *quasi per vim abducere*. Sic dicimus,—*quæ me prædata puella est*. Solemus enim translationes sumere ad ea quæ parem habent effectum [c]. Συλαγωγεῖν est captivum abducere tanquam prædam [d]. Metaphora est à prædonibus, qui prædas abducunt *, aut vi, aut fraude & per insidias [f]. Ità grande periculum illis imminere ostendit à seductoribus [g]. Alludit quoque ad Pseudo-apostolorum fraudes [h]. ¶ *Per*, &c. Διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης] *Per philosophiam & inanem deceptionem*, Er. Ti. P. Pi. &c. *Et* pro *id est*: q. d. quæ inutilis est & deceptrix [i]. Exponit qualem Philosophiam vult, nimirum fallacem & inanem [k]. Est ἓν διὰ δυοῖν: idem enim valet quod διὰ τῆς κενῆς ἀπάτης τῆς διὰ φιλοσοφίας. Ipsam vocem Græcam usurpavit φιλοσοφίας, quia erat recepta. Verè autem ea fallebat homines. Nam aut vitam æternam non promittebat, aut viam quæ eò duceret veram certámque non monstrabat. Itaque non miror Hasmonæorum temporibus factum decretum, *Maledictus sit qui docet filium suum Philosophiam Græcam*: non quòd per se eam nôsse malum sit, sed quòd multum in ea viderent periculi.

Et certè fatendum est, postquam Judæi Græcis libris se dedêre; veterem illam doctrinam multis modis fuisse interpolatam [l]. Non simpliciter damnat h. l. Philosophiam [m], ut rem noxiam, aut inutilem [n], cùm hoc partus sit rectæ rationis, Deúmque habeat authorem [o]; sed κατά τι [p], nempe quæ fertur extra proprios limites [q], statuítque de rebus quæ captum ejus superant [r], pendéntque tantùm ex voluntate Dei, v. g. quæ spectant ad cultum Dei hominúmque salutem: quales doctrinæ illæ quas Pseudo-apostoli conabantur Colossensibus obtrudere †, ut de cultu Angelorum [t], de expiatione animorum [v], de Deo ac Dei Filio, de mundo ejúsque creatione [x], partim à Platonicis accepta [y], partim ex proprio cerebro adinventa. Vel, per *Philosophiam* intelligit doctrinam Philosophorum gentilium de Deo rebúsque divinis, quæ corruptissima erat [z]. Philosophiam cum elementis mundi conjungit Apostolus, quia Hebræi universum tabernaculum ceremoniásque ad Philosophiam referebant [a]. ¶ *Secundum traditionem hominum*] Rectè: nam quod Græci illi docebant, ex humano ὅτι τὸ πλεῖσον erat ingenio. De Deo autem Deíque decretis quid certi haberi potest nisi Deo docente? Ideò perpetuæ & inexplicabiles inter Philosophos rixæ: & plurimus labor in iis quæ nec per se certa sunt, nec homines reddunt meliores [b]. Sensus est, q. d. Inanis hæc fallacia non est à Deo revelata, sed ab hominibus vanis & errantibus conficta [c]. Omnes falsorum doctorum imposturas ad tres species revocat Paulus, *philosophiam*, *traditionem*, &c. *elementa*, &c [d]. *Traditionem hominum* vocat præcepta, instituta, & doctrinas ab hominibus corruptis ac sine Deo authore traditas *; vel, superstitiosas stultásque observationes sitas in rebus externis, quæ nitebantur solâ consuetudine & antiquitate [f]; quales illæ sive Pharisæorum, ut Mat. 15 [g]. sive Gentilium in sacrificiis, in nuptiis, in exequiis, &c [h]. ¶ *Secundùm elementa mundi*] *Secundùm institutionem* non à cælo venientem, sed *hujus mundi*; ac proinde partim falsam, partim imperfectam. De voce ϛοιχείων vide Gal. 4. 3, 9 [i]. Στοιχεῖα, *elementa*, in genere sunt initia seu rudimenta doctrinæ alicujus [k], sive divinæ, sive humanæ; seu veræ, seu falsæ [l], ut apparet ex collat. Gal. 4. 9. & Heb. 5. 12. & 6. 1 [m]. Ut autem Christianismus vera est & virilis scientia, ità duplicia sunt elementa puerilia scientiæ; unum apud Judæos, alterum apud Gentes: ut de utrovis genere accipi posset, & hîc forsan de utroque, quia Gnosticorum Theologia, quam h. l. tangit, ex utroque conflata erat [n]. *Elementa mundi* vocat externa ac mundana rudimenta & præcepta, tradita de rebus hujus mundi, ut de cibis immundis, vestibus, temporibus [o]. Intelligit, vel, 1. Physica mundi elementa [p], solem & stellas, ex quibus fiunt temporum observationes [q]. Hoc alii extendunt ad universam Astrologiam [r]: alii ad cultum idololatricum solis, lunæ, maris, terræ, fontium, &c. quem philosophi Gentiles docuerunt †. Vel, 2. rudimenta pædagogica Judæorum, sive ritus Mosaicos [t]; mandata de cibis, ablutionibus, diebus festis, vestibus, &c [v]. ut exponitur Gal. 4. 3, 9 [x]. Obstat tamen, quòd vox *mundi* in S. S. denotat omnes homines Judæos & Gentiles [y]. Vel, 3. secularis ac mundanæ Philosophiæ rudimenta, cujusmodi à Platonicis ac Simonianis tradebantur [z]: qualia erant & Pythagoreorum abstinentiæ, purgationes, sacrificia, aliáque quæ discipulis suis præscripta sunt [a]. Vel, 4. mixtim hîc loquitur contra Philosophos & Judaizantes [b], & utrorumque rudimenta [c], propterea fortasse quòd utriusque erroris iidem essent magistri [d]. ¶ *Et non secundùm Christum*] *Non qualis est illa Christi* à cœlo delata, Joh. 3. 13, 31. & 6. 33, 38, 41 *. Al. Quod secundùm Christi doctrinam fieri nequit [f]; sed magis est contra Christum [g]. Hæc antithesis eò valet, ut sciamus, exhibito jam Christo, legem Mosis, præsertim ceremonialem, antiquatam esse [h]. Continetur hîc ratio cur tres prædictæ doctrinæ sint rejiciendæ [i], quia Christo non probantur, quòd oves Christi à recta via abducunt, &c [k].

9. *Quia* (Ab hypothesi ad thesin quæstionem revocat. Cùm falsos cultus quærant homines, quòd Christum non sufficere putent, opponit illis Christum qualis est, &c [l]. ostendítque doctrinam Christi ad salutem sufficere [m],

Margin notes (left column): q Idem. r G. † Dav. t E. v Me. x Dav. ex Zan. sim. Gom. y G. z Er. V. a G. b Be. c Dav. Gom. sic E. d G. * Vor. f G. g E. h Dav. i G. k Dav. m E. Me. n G. E. Me. o Plerique in Dav. p Dav. q V. r Gom. † G. t Vor. v Dav. x G. y V. z Er. a Dav. sim. Ham. Vor. b Ham. c G. d Strig. * Vor. sim. E. Dav. f E. g Dav. h Be. i V. sim. Pi. Vor. k Dav.

Margin notes (right column): l G. m Gom. n Dav. E. Be. E. o Dav. sim. Gom. p Be. q Dav. sim. Be. r Dav. sic E. † Dav. t Dav. sic Be. Med. v Dav. x E. y E. sic Dav. z E. a Di. b G. c Me. d Dav. sim. Zan. * E. f Dav. sim. Be. g E. sic Dav. Gom. h Dav. i G. k E. sim. Ham. l E. m Ham. sic E. n Ham. o V. p Chrys. in Gom. q Græci in E. r Alii in E. † Q. in Dav. t Dav. sim. Zan. Gom. v Zan. x Gom. Dav. y Ham. z E. a Ham. b E. c Ham. d E. * G. f V. sic E. Me. Gom. Dav. g E. Me. h Vor. i Dav. sim. Zan. k Zan. l Be.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

ficere [m], nec opus esse ut vel Philosophorum, vel Judæorum præscripta adjungantur [n]. Non frustrà, inquit, hoc dixi: nam Christi doctrina non modò Philosophiæ, sed & Legi Mosis, plurimùm præstat [o].) *in ipso* (Christo [p], homine; vel, in humana illius natura, quantumvis abjecta & despicabili [q]:) *inhabitat* (i. e. non separabiliter, sed tanquam in fixa & propria sede, residet [r]; non ad tempus, sed perpetuò, ut notat κατοικεῖν [t].) *omnis plenitudo Divinitatis* (i. e. λόγος, plenus, verus, & perfectus Deus [v]; quicquid Deitatis est in Patre [x]; Deitas tota, mediante λόγῳ [y]; non portio aliqua Divinitatis, ut Gentiles de diis suis credebant, nec dona tantùm gratiæ &c [z]. sed universa Dei voluntas, itémque majestas, quatenus in verbo nobis est patefacta [a]:) *corporaliter*, σωματικῶς] Quod variè explicant: 1. Per unionem ipsius Divinitatis cum corporea [Christi] substantia, seu carne humana [b]; non cum anima tantùm, sed etiam cum corpore [c], ut verè dicatur hominem Jesum esse Christum Deum [d]. 2. Totaliter: *corpus* enim pro quovis *toto* ponitur, ut Rom. 6. 6. 1 Cor. 1. 16. & 10. 17. & 12. 12, 13, 14 [*]. 3. Veraciter [f], non per umbram aut figuram [g], ut in Templo habitavit [h]; quòd Veritas Typis opponatur [i], quomodo Corpus Umbræ [k], Col. 2. 17 [l]. & infrà v. 17. In V. Test. est *umbra*, in Evangelio *rerum soliditas*, quæ σῶμα per similitudinem quandam dicitur: Ità σωματοποιεῖν Græcis sæpe est *solidare* [m]. Indicat hæc vox solidam ac perfectam Divinitatis patefactionem, quæ videlicet umbris legalibus, aliísque obscuris & imperfectis revelationibus opponatur; ut apparet, tum ex cohærentia totius sermonis, quæ eò tendit, ut sciamus in Evangelio nos omnia plenissimè patefacta habere; tum, ex collat. v. 10. & 17. & Eph. 3. 19 [n]. 4. Substantialiter, sive essentialiter [o], quomodo Heb. בעצם non *corpus* solùm, sed & *essentiam* notat. Sicut sol per radios suos terram inhabitat, cœlum autem, corporaliter, sive per corpus suum, quod ibi est; sic & Divina natura in Christo est non per speciem, vel umbram, vel imaginem ejus; sed essentialiter [p], & ὑποστατικῶς, h. e. personaliter [q]: ut sit Synecdoche speciei καταχρηστική [r]: q. d. Non per efficaciam solùm aut assistentiam, sed unionem hypostaticam. Neque aliena est hæc interpretatio: nam ut Hebræis *animæ* ponuntur pro *personis*, Gen. 14. 21. Ezec. 18. 20. Act. 7. 14. sic & Græcis σῶμα *personam* significat. Sic Thucyd. l. 1. dicit *pauperes multò promptius militare σώμασιν ἢ χρήμασι, in propriis personis quàm pecuniis.* Et Demosth. Athenienses ad bellum animans, iis adesse dixit σωμάτων καὶ χρημάτων πλῆθος, i. e. hominum sive personarum & nummorum copiam. Et sic in Epigram. Σώματα πολλὰ τρέφειν, &c †. Hic primarius est loci sensus, in quo continetur alter, quòd scil. voluntas Dei tam plenè in Christo, vel per Christum, revelatur, ut nullis opus sit additamentis, &c [t]. Illustrissimus est hic locus, & paucis complectitur quicquid de Christi persona nobis sentiendum est. Cùm dicit, *in eo*, manifestè in unica hypostasi duas naturas statuit, & quidem distinctas [v]: Christum hîc describit, quòd sit verus idémque & unus cum Patre Deus, verúsque homo, una & eadem persona, eóque & verus Mediator [x]. [De quo plura videsis apud eruditissimum nostratem Davenantium ad h. l.]

10. *Et*, &c. Καὶ ἐστὲ, &c.] *Et estis* (vel, *estote*: ἐστὲ hîc sume, ut modò βλέπετε, in modo precativo [y]:) *in eo* (vel, *per illum*, V. ut causam efficientem [z]. Non dicit, *ex eo*, aut *per eum*, solummodò; sed *in eo* [a], ut subjectum notetur, & causa quoque perfectionis nostræ innuatur, nimirum unio mystica cum Christo [b]; vel, quòd Christum habemus in nobis manentem & habitantem, Joh. 15. 4 [c].) *completi*, sive *perfecti*, P. Pi. V. &c. i. e. Instructi rebus omnibus ad salutem necessariis [d]; quæ ad hæc tria capita revocari possunt; quòd in Christo habemus, 1. completam sapientiam, Joan. 17. 3. 1 Cor. 2. 2. 2. completam justitiam, Esa. 53. 11. Rom. 3. 22. & 10. 4. 3. sanctificationem per Spiritum Christi, Rom. 1. 4. & 8. 9. Quare non opus est assumentis Judaicis aut philosophicis [*]; nec indiget Christus collegis mediationis [f]. Vel, *contenti*: πεπληρωμένοι [valet] *contenti*; quia quod plenum est nihil aliud desiderat [g]. Adhærescendum esse soli Christo probat, 1. ab infinita Christi perfectione, v. præced. 2. ab effecto, his verbis, quòd Christus non modò in se perfectus est, sed & nos perfectos efficit: 3. ab Officio Christi, verbis seq [h]. ¶ *Qui est caput* (i. e. dominium habet [i]: κεφαλὴ is qui *imperium habet*, 1 Cor. 11. 3. Eph. 5. 23 [k].) *omnis principatus* (vel, *imperii*, Be. Pi.) *& potestatis*] i. e. Omnium potestatum visibilium & invisibilium [l], potestatum Angelicarum [m]; & propterea multò superior est omnibus Philosophis, & in eo acquiescendum est [n]. Nonne sufficere vobis debet is qui & Angelicis classibus imperat? Respicit enim quod suprà dixerat 1. 16. Hoc dicit ob eos qui Angelorum, sive αἰώνων, cultum instituebant [o]; ut avocaret eos à cultu Angelorum, quem Simon tradebat [p]. Refellit tres Pseudo-apostolorum errores, 1. Angelos esse adorandos: 2. Illos esse mediatores, per quos patet hominibus accessus ad Deum: 3. Per illos derivari ad nos spirituales gratias [q].

11. *In quo* (scilicet Christo [r]; i. e. per Christum, vel efficaciâ & virtute Christi †.) *&* (vel, *etiam*, Be. q. d. non solùm baptizati, sed & circumcisi [t]:) *circumcisi estis, circumcisione non manu facta*] vel, *quæ fit sine manibus*, P. Pi. &c. i. e. non illâ externâ & carnali [v], quæ manu humanâ fiebat, Eph. 2. 11 [x]. quâ una pellicula demebatur [y], quæ in carne: cui opponitur περιτομὴ ἀχειροποίητος, h. e. ea quæ fit Divinitùs, illa Cordis per Spiritum. Vide Rom. 2. 29. & ibi dicta. Similem oppositionem habes Marc. 14. 58. 2 Cor. 5. 1. Heb. 9. 11, 24 [z]. Hactenus in genere docuit, nullis opus fuisse additamentis; jam speciatim eos oppugnat qui ritus Mosaicos (inter quos primarium locum obtinebat circumcisio:) Christianis imponebat, & occurrit huic objectioni, Non estis, ut dicis, in Christo completi, quia nondum circumcisi. Imò, inquit, circumcisi sumus, &c [a]. Hoc [dicit] adversùs eos qui Circumcisionem urgebant [b]. Quid signo externo opus cùm res per illud significata apertè exhibeatur [c]? Obj. Sed hæc ratio solida non videtur, quia Abrahamus corde circumcisus erat, circumcisionem tamen admisit. Resp. Aliud tempus id fuit, & alia œconomia. Non valebat hæc consequentia in V. T. quia circumcisio erat signum à Deo institutum: valet autem in N. T. ubi abolitâ circumcisione, aliud signum instituit Christus, nempe Baptismum: & valet præsertim apud Gentiles, qui nunquam obnoxii erant circumcisioni & legi Mosis [d]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκὸς, &c.] *In exutione* (vel, *Per oblationem*, V. *Exuendo*, Be. *Dum exuistis*, Er. Ti. P. Pi. Zan. Qu. Quomodo dicit, *exuistis*, cùm adhuc in sanctis hæreat peccatum? Resp. Exuerunt, 1. reatu: 2. inchoatione: 3. in capite suo, Christo: 4. certâ spe: 5. sacramentaliter [*]. Vel, *In exspoliatione*, Vulg. *Exuto*, Ca. *In depositione*, Dav.) *corporis* (vel, *corpus*, Er. Ti. P. Be. Pi. &c. vel, *corpore*, Ca.) *peccatorum carnis*, Mo. Er. Ti. Be. Pi. V. (vel, *carnis peccato obnoxiæ*, P. vel, *humanorum peccatorum*, h. e. exutis peccatis, quæ *corpus* sunt, h. e. per corpus in circumcisione significantur: ut cap. 3. 24. ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας, κληρονομίαν, ἥτις ἐστὶ ἀνταπόδοσις: & in Plin. 1. 5. *aquarum elementum* vocat aquas, quod elementum est [f]. *Corpus* h. l. sumitur, vel, 1. propriè [g], ut designetur hujus sanctificationis sacramentum, nempe Baptismus, Rom. 6. 6. allusione factâ ad veterem baptizandi morem, quo corpora in aquam immergebantur, ideóque vestium exspoliatio requirebatur: unde natæ illæ phrases, *Veterem hominem exuere, & novum induere* [h]. Vel, 2. metaphoricè [i], pro veteri homine, sive vitiosa natura [k]; vel massa peccati [l], sive nativæ corruptionis [m], in nobis habitantis ante regenerationem [n]. Sed cur tunc additur *carnis* nomen [o]? Resp. 1. Ut significetur unde illud corpus peccatorum ortum habeat & motum; nimirum ex carnali generatione [p], & ex carnali, sive irregenita, hominis parte [q]. Resp. 2. *Corpus carnis* dixit, i. e. quæ caro est, quia corpus multarum rerum est, quarum nulla caro est [r]. Vox *carnis* pro vitiositate carnali, vel etiam pro corpore mortali, in quo vitiositas illa sese exerit, accipi potest †. In circumcisione illa veteri est ἀπέκδυσις ערלה, sed exiguæ pelliculæ; hîc verò *omnium vitiorum quæ carni blandiuntur*. Ἁμαρτία, i. e. *peccandi consuetudo*. Huic *corpus* tribuitur, ut Rom. 6. 6. Omne enim quod ex multis componitur solet hoc vocabulo appellari. Sic & μέλη infrà habemus, 3. 5. In MS. breviùs sensu eodem ἐν ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῆς σαρκός. Nec aliter legit Latinus [t].) in

Marginal notes (left column): m Dav. | n Zan. | n Dav. | o G. | p E. Me. Gom. Dav. | q Dav. | r Idem. | † Idem. | t Be. | v Dav. | x Zan. | y Gom. | z Dav. | a Vor. | b E. sic Me. | c E. | d Camer. | * J cap. | f J. cap sic Er. V. | g V. | h Idem. | i J. cap. | k J cap. sic G | l J cap. | m G. | n Vor. | o Pi. sic Occum in Gom. Ham. Camer. Zan. | p Ham. | q Pi. Zan. Dav. | r Pi. | † Dav. | t Ham. | v Be. | x Zan. | y G. | z Q. in Gom. | a Dav. | b Gom. | c Dav. | d Dav. sim. Be. | * Dav. | f Med. ad 1 Tim. 4. 1, 2. pag. 773. | g G.

Marginal notes (right column): h Dav. | i V. | k G. | l V. | m Dav. sim. E. Zan. | n Vor. | o G. | p E. | q Dav. | r Zan. Dav. | † Dav. | t Zan. | v E. sim. Dav. | x G. | y E. | z G. | a Dav. | b G. | c G. sim. Zan. Dav. Gom. | d Zan. sim. Dav. Gom. | * Zan. | f Ca. | g Be. in Dav. | h Be. | i Plerique in Dav. | k Pi. | l Vor. | m Dav. | n Vor. | o Be. | p Dav. sic Pi. | q Dav. | r Gom. Ex Aug. | † Vor. | t G.

in circumcisione (vel, *per circumcisionem*, Pe. Be. Pi.) *Christi*, Er. Ti. Ca. &c. Non illâ Abrahami, sed Christi, qui major Abrahamo [v]; non corporali, sed spirituali, & internâ, qualem exspectare oportet à cœlesti nostro Sacerdote, quæ facta est virtute Spiritûs Christi [x]. Circumcisionem hîc intelligit, non passivam, quâ Christus in infantia circumcisus fuit; sed activam illam, quâ ipse nos circumcidere solet: de qua vide Rom. 2. 28, 29 [x]. quâ Christus Spiritu suo nos intus circumcidit [y]. Declarat h. l. Apostolus, quænam sit illa circumcisio spiritualis [z], quam in Christo habemus, & quàm eximius sit hujus effectus, nimirum depositio corporis peccatorum carnis, & quantum spiritualis hæc circumcisio corporali præstat [a]. Sed quia sic ταυτολογία esset, mallem hoc de Baptismo interpretari, ex collat. v. seq. & Rom. 6. 3. Eph. 5. 26, 27. qui Metonymiâ sacramentali, *circumcisio Christi* vocatur, quòd sit antitypon circumcisionis V. T. idémque reipsâ, h. e. circumcisionem cordis, etsi modo diverso, signat & obsignat; qua de causa dicitur & arcæ antitypon, 1 Pet. 3. 21. Confer & 1 Cor. 10. 1, 2, 3, 4 [b].

12. *Consepulti ei* (vel, *cum eo*, P. Pi. scil. Christo [c]: Sic dicit, quia mors & sepultura Christi non solùm typus est & exemplar, sed etiam causa spiritualis mortis & sepulturæ carnis, seu veteris hominis nostri, quæ [sepultura] Baptismo signatur & obsignatur [d]:) *in baptismo*] vel, *per Baptismum*, ut loquitur Rom. 6. 4 [*]. *Baptismum* autem hîc intelligit, non externum seorsim acceptum, sed cum illo interno, de quo 1 Pet. 3. 21. Confer Rom. 6. 3 [f]. Objici poterat, deesse piis externum symbolum, &c. Id hîc negat [g], ostenditque Baptismum successisse circumcisioni, &c [h]. Commemorat factum in Christianis quod Baptisma figurat. Erat enim in Baptismate, sicut olim administrabatur, (in veteri enim Ecclesia non tingebant tantùm, sed in aquam immergebant eos quos baptizabant [i]:) imago & Sepulturæ & Resurrectionis, tum conspicuæ Christi, tum internæ in Christianis, Rom. 6. 4 [k]. Corpus peccati sepelitur, quando ejus vis enervatur, & quasi cadaver terrâ obruitur, nè possit ampliùs movere & quoquò velit hominem impellere. Hoc autem in Baptismo fit, tum 1. in persona Christi, cui cùm per Baptismum inserimur, donantur nobis beneficia mortis Christi: illo autem mortuo & sepulto, clarum est, mortua sepultáque simul fuisse peccata nostra, Rom. 6. 3. tum, 2. in nobismet ipsis, non solùm sacramentaliter, sed & realiter etiam, per Spiritum gratiæ in Baptismo acceptum [l]. [Sensus loci est, q. d.] Cùm baptizati fuistis, significâstis vos per mortem Christi esse à peccato liberatos, & novam vitam ineundam esse cum eo qui resurrexit [m].

¶ *In*, &c. Ἐν ᾧ καὶ συνηγέρθητε] *In quo* (vel, *Cum quo*, V. vel, *Per quem*, P. Be. Pi. G. Perinde est sive hoc relativum ad βαπτίσματι, sive ad Χριστῷ, referamus [n].) *& coexcitati estis*, Mo. vel, *cum eo resurrexistis*, P. Pi. &c. nempe ex vitiis, quæ *mors* nominantur Mat. 8. 22 [o]. vel ad novam vitam [p]. Emersio [ex aquis] in Baptismo facta speciem præbuit resurrectionis [q]. ¶ *Per*, &c. Διὰ τῆς πίστεως τῆς ἐνεργείας, &c.] *Per fidem operationis Dei* (i. e. quam Deus operatus est in vobis [r]: vel, *efficacem Dei*, Ti. vel, *Dei efficaciter agentis*, P. Pi. vel, *efficacis illius virtutis Dei*, Be.) *qui excitavit illum à mortuis*, Er. sic Mo. &c. i. e. Per fidem quæ fertur in operationem illam Dei mirificam, quæ pro nostra justificatione excitavit Christum †; h. e. per fidem resurrectionis ejus Divinâ virtute factæ [t]. Ostendit qualem fidem à nobis exigit, &c [v]. Hîc Genitivus, ἐνεργείας, objectum Fidei significat. Sic & Eph. 3. 12. Phil. 1. 27. & 3. 9. Qui credit Deum tam potentem fuisse ut Christum à mortuis excitaverit, is simul credit Deo non deesse potentiam ut & alios excitet: Cui potentiæ cùm accedat promissio, meritò ea res pro certa habetur. Idem sensus, Eph. 1. 19. Rom. 4. 24 [x]. Hanc autem fidem peculiariter nominat per congruentiam quandam, quia de resurrectione tam nostra, quàm Christi, loquebatur [y].

13. *Et*, &c. Καὶ ὑμᾶς νεκροὺς ὄντας ἐν τοῖς παραπτώμασι καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ —— συνεζωοποίησε, &c.] Ostendit eos non opus habere circumcisione, quia in Christo habent omnia [z]. *Vósque mortuos* (vel, *Cùm mortui essetis*, Vulg. Zan. Er. scil. spiritualiter [a], privati vitâ gratiæ [p], & pace cum Deo, & vitâ æternâ [q]. Ὄντας hîc sensum habet præteritum, *Nos* [Nam G. legit ἡμᾶς] *qui peccatis eramus immersi ac velut immortui*. Idem sensus & ferme eadem verba Eph. 2. 1, 5. Vera vita est Deo vivere. Alii *mortuum* exponunt *mortis debitorem*, ut Gen. 20. 3 [r].) *in peccatis* (vel, *per delicta*, Er. Ti. V. E. seu peccata vestra, in quibus vivebatis †. Designat hâc voce peccata actualia [t], & originalia [v];) *& præputio* (vel, *præputium*, Er. V. &c.) *carnis vestræ* (i. e. Per concupiscentiam, & opera carnis præputio significata [x]; vel, quòd viveretis secundùm Gentilem vestrum vivendi modum [y]: vel, Gentilismum intelligit, & mores Gentilitios; vel, eam carnis circumcisionem, quâ quis carnalibus desideriis obsequitur [z]. Sicut purgatio à vitiis per Metaphoram vocatur *circumcisio*, ità status vitiosus ἀκροβυστία, quo nomine Hebræi appellant omne id *quod amputandum est*. Quare ערלה, quod ἀκροβυστίαν significat, Levit. 19. 23. vertitur ἀκαθαρσία [a]. Per *præputium carnis* intelligit; vel, 1. ipsum carnale cor, adhuc præputiatum, seu nondum circumcisum [b]; vel, 2. carnem [c], i. e. carnalem vitiositatem [d]; vel, peccatum originale [*], sive naturæ corruptionem [f], per propagationem carnalem in omnes derivatam [g], quæ est veluti præputium, h. e. res abhominabilis Deo [h].) *cum eo vivificavit*, P. Pi. sic Be. i. e. excitavit nos ad vitam novam [i], spiritualem [k], vel æternam [l]: vitam dedit, ut cum illo vivatis [m]: fecit nos per gratiam participes vitæ Christi [n]: sicut Christo novam contulit vitam ex morte corporis, ità & nobis novam ex morte animorum [o]. *Qui idem vos delictis & vestri corporis præputio* (h. e. humanis peccatis, quæ tollenda esse declaratur dum in circumcisione detrahitur præputium :) *mortuos in vitam unà cum eo revocavit* [p]. ¶ *Donans*, &c. Χαρισάμενος, &c.] Hactenus de sanctificatione, quæ prima circumcisionis spiritualis pars: altera est justificatio [q], de qua hîc loquitur [r]. Al. Explicat, quomodo facta sit præcedens illa vivificatio, nempe condonatione, &c. cui tamen semper connexa est sanctificatio, &c †. *Condonatis* (gratuitò, ut verbum declarat [t]:) *vobis omnibus peccatis*, P. Be. Pi. *Donare* pro *condonare*, ut Eph. 4. 32 [v]. Sic 2 Cor. 2. 10 [x]. Sic & Latini usurpant. *Donare inimicitias* dixit Cicero, *pœnam donare*, Lucanus 7. *donare crimina*, l. 11. *labores donare*, *donare nefas*, eodem libro. Cùm autem Χαρισάμενος hîc sit præt. temporis, intelligenda hîc remissio ad certum quid, i. e. ad patefaciendam viam quæ ad pœnitentiam duceret. Vide Luc. 23. 34. & ibi dicta [y].

14. *Delens*, &c. Ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον] *Delens* (vel, *Deleto*, Er. Ti. Ac *deleto*, P. Be. Pi. In Eph. 2. 15. est καταργήσας, quod de lege dici solet; hîc ἐξαλείψας, quod de chirographo & rebus aliis quæ scribuntur, מחה. Creditor delens cautionem, eo ipso remittere debitum intelligitur, ut & qui chirographum reddit. Sic qui legatum inducit, hæredem liberat [z]. *Delens* hîc est Deus Pater, de quo omnia hæc accipienda sunt [a]: ἐξαλείψας hîc est τελείως ἀφανίσας, i. e. ità perfectè delens, ut nullum ejus rei supersit vestigium [b].) *illud* (vel, *quod* erat, Er. Ti. P.) *adversùs nos* (scil. Judæos [c]: Gentes enim illa Lex non tenebat [d]: Judæi autem ad Legem ceremonialem observandam se obstrinxerant [*].) *chirographum*, Mo. &c. vel, *chirographo*, Er. P. &c. Χειρόγραφον Heb. שטר חוב, in precibus Judæorum [f]. Consentiunt omnes, hâc voce aliquid designari, quod nos reos coram Deo possit arguere in virtute testimonii: Rectè: hîc enim est usus chirographi, vel, syngraphæ, ut indè creditor debitorem convincere possit, si tergiversetur [g]. Sed quid sit hoc chirographum, in eo variant [h]. 1. Est illud pactum Dei cum Adamo, Gen. 2. 17. quo violato Adamus & posteri ejus rei mortis quasi ex syngrapha tenebantur [i]. 2. Est memoria peccatorum nostrorum in divina mente & propria uniuscujusque conscientia quasi descripta [k]. 3. Est Lex, sive Decalogus, quæ contra nos testificatur, & nos condemnat, sicut chirographum debitorem coram Judice [l]. 4. Est (ut apparet ex collat. Eph. 2. 15.) Lex Mosis positiva, quæ per similitudinem quandam χειρόγραφον dicitur, quia populus se ad Legem servandam obstrinxerat, Deut. 2. Neh. 10 [m]. Est Lex ceremonialis [n];

lis [n]: quæ *chirographum* appellatur, quia testimonium erat reatûs humani [o], & miseriæ publica professio [p]. Circumcisio, nativam pollutionem: Ablutiones, peccatorum sordes: Victimæ denique, capitalem reatum, publicè testabantur [q]. Huc facit sequens, τοῖς δόγμασι· nam per *dogmata* ritus Judaici designari solent, ut Eph. 2. 15 [r]. Hoc demonstrat & scopus Apostoli: disputat enim de ceremoniarum abrogatione †. 5. Est lex tota, tum moralis, obligans ad perfectam obedientiam, & damnans ob defectum ejusdem; tum ceremonialis [t], in qua sita erat quasi publica confessio & confirmatio hujus obligationis & meritæ damnationis. Probatur: 1. Beneficium chirographi deleti ad omnes spectat tam Gentiles quàm Judæos; ergò hujusmodi chirographum est, quo ex aliqua parte tenentur omnes: ceremoniali autem lege Gentes nunquam tenebantur [v]. 2. Certum est, totam legem, quoad rigorem & maledictionem sublatam esse, alioqui sub peccato adhuc essemus [x]. 3. Utraque hæc lex erat *adversùs nos*, & *contraria nobis* [y]: 1. moralis, proponendo decreta humano ingenio contraria, Rom. 7. 14. nos arguendo & convincendo de peccato, Rom. 3. 20. nos damnando, Gal. 3. 10. 2. ceremonialis, & numero onerosorum rituum, Gal. 5. 1. & suâ significatione & testificatione [z].

¶ *Decretis*, Τοῖς δόγμασιν] [Quidam hoc jungunt cum præced. nec uno modo:] Chirographo *rituum*, P. Be. vel, in *ritibus*, Pi. Dav. in *decretis*, Zan. V. in *decretis ritibus*, Gom. sub. *posito*, Pi. sic Gom. ex collat. v. 20, 21 [a]. & Eph. 2. 15 [b]. ubi est, ἐν δόγμασι, pro τὸν ἐν δόγμασι· ità h. l. τοῖς δόγμασι, pro τὸ ἐν τοῖς δόγμασιν, scil. ὂν, vel, κείμενον [c]; quod placita Dei continebat. Ritibus, sive præceptis ceremonialibus, quippe quæ à mero legislatoris beneplacito dependent [d]. Ritus legales erant quasi tot chirographa ad significandum reatum nostrum, vel appendices chirographi. Argumentatur ergò h. l. à remotione *rei* ad remotionem *signi* [*]. Al. Unà cum *decretis*. Ellipsis usitata τῷ σὺν [f]. Alii construunt cum præced. *delevit*, & sic vertunt [g], *Per suam doctrinam*, G. sic Ham. Vide ad Eph. 2. 15 [h]. per doctrinam fidei [i]. Christus *chirographum* & *delevit doctrinâ* suâ, dum loco externorum rituum internam puritatem exigit, & *cruci affixit* morte suâ [k]. Sed hæc constructio alienior est [l]. [Ca. locum sic reddit;] *Obliterato placitorum chirographo.* Sic Dativo utitur ut is per Genitivum reddit possit, ut 2 Cor. 12. 7. *stimulus carni*, h. e. carnis, vel, ad corpus stimulandum: & Apoc. 8. 4. καπνὸς θυμιαμάτων ταῖς προσευχαῖς, pro, τῶν προσευχῶν. Sic in Catone, *Ornamenta bubus*, i. e. boum. Ità hîc χειρόγραφον τοῖς δόγμασι est *placitorum chirographum*, h. e. ipsa placita decretáque Divinæ legis, quibus nos tanquam Chirographo tenebamur obstricti ad parendum Legi: quod quia non poteramus, Christus pro nobis paruit, pœnásque dedit, atque ità chirographum quasi acceptilatione delevit [m]. [Alii hoc cum sequentibus jungunt, locúmque sic vertunt,] *Quod erat nobis contrarium per decreta*, Er. Ti.

¶ *Quod*, &c. Ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν] *Quod* (sub. *inquam*, P. Pi.) *erat nobis contrarium*, P. nempe quia lex ceremonialis velut insigne dissidii fuit inter Judæos & Gentes. Confer Eph. 2. 16 [o]. vel, *occultè contrarium*, Pi. vel, *subcontrarium*: nempe, quoniam è contrario in speciem videbantur ipsius quod obsignabant chirographi deletionem promittere. Et ità se habebant profectò, quatenus erant Evangelicæ gratiæ adhuc exhibendæ sigilla. At hæc Paulus torquet adversùs eos, qui ceremonias, ut legalis justitiæ partem, Christo adjungebant [p].

¶ *Et*, &c. Καὶ αὐτὸ ἦρεν ἐκ τοῦ μέσου, προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ] *Et ipsum* (vel, *Ipse verò illud.* P.) *tulit* vel *sustulit*, *de medio*, (ἐκ μέσου αἴρειν etiam elegantioribus Græcis, ut Demostheni, est *auferre*, *nè compareat.* Sic ἐξῆλθεν ἐκ μέσου, Act. 17. 33. 2 Cor. 6. 17. ἁρπάζειν ἐκ μέσου, Act. 23. 10. ἐξαίρειν ἐκ μέσου, 1 Cor. 5. 2. ἐκ μέσου γένηται, 2 Thes. 2. 7 [q].) *affigens illud* (vel, *affixum*, P. Pi.) *cruci*, Mo. h. e. per Christi crucem [r]; q. d. acclavatum, i. e. clavis affixum †. Alludit ad historiam Christi crucifixi [t], cum quo ritus Mosaici simul transfixi, h. e. aboliti sunt [v], quatenus per mortem Christi novum Testamentum sancitum fuit [x]. Mos est quibusdam in locis clavis transfigendi edicta antiquata. Is tunc etiam in Asia videtur fuisse, & ad eum alludere Paulus [y]. Non contentus dixisse χειρόγραφον ἡμῖν, &c. v. præced. adjecit, *deletum esse Chirographum*; nè metueremus, creditorem aliquando, vel oblitum, vel pertæsum condonationis, debitum à nobis repetiturum: & quia, eo deleto, oriri tamen possit controversia inter creditorem & debitorem, addit quod amplius est, *sublatum esse è medio.* Sed quid si alicubi servetur absconditum? Non: imò laceratum est & *cruci affixum*; ut totus mundus, Angeli & homines testes sint, plenè satisfactum esse pro nostris debitis à Christo in cruce, nè dubitare possimus, &c. Pertinent hæc omnia ad astruendam certitudinem salutis nostræ per Christum, &c [z].

15. *Et*, &c. Ἀπεκδυσάμενος —— ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ, θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ] Amplificat superius beneficium, q. d. Non modò deletum est chirographum, &c. sed omnes hostes nostri triumphati, &c [a]. *Expolians* (vel, *Exspoliatos*que, Er. Ti. sic P. Be. Pi. vel, *Exuens seipsum*, i. e. carnem suam [b], h. e. carnis infirmitatem, ut luctatores, vel cursores, certaturi vestem deponere solent [c]: ut ἀπεκδυσάμενος, quod Græci cod. à sequentibus distinguunt, reciprocè accipiatur [d]. Al. *Exarmans*, sicut ἐνδύσασθε est *armari*, Rom. 13. 12. Eph. 6. 11, 14 [*]. Metaphora à bellatoribus [f], victoribus, qui solebant victos armis spoliare, eadémque pro tropæo illic figere, ubi in fugam hostes versi fuerunt [g].) *principatus & potestates* (quibus nominibus certo certius ex contextu intelligi cacodæmones [h], Satanam cum Angelis suis [i], & omnibus quæ illis militabant contra nostram salutem, vetere Adamo, mundo & peccatis nostris; quomodo, imperatore devicto, exercitus illius simul fugatus intelligitur [k]. Intelligit hîc Dæmonas illos qui in idolis colebantur, & quorum cultum cum mangonio aliquo restituere volebant Asiatici Philosophi. Vide Rom. 8. 38. 1 Cor. 15. 24 [l]. Dæmones autem vocantur h. l. *principatus*, &c. sicut *mundi rectores*, Eph. 6. 12. & *vir fortis*, Luc. 11. 21. quia potestatem in homines usurpant, eósque captivos tenent, 2 Tim. 2. 26 [m].) *traduxit* (i. e. captivos duxit [n], ignominiæ exposuit [o], ignominiæ causâ transvexit [p]; per publicum cœtum spectantium duxit, ac traxit [q]: vel, *ostentavit*, Er. Ti. E. T. V. scilicet Deo & Angelis [r]; ut victum ostentare solent victores †: Alia similitudo à triumphantibus Romanis, qui solebant —— *captos ostendere civibus hostes* [t], quos, manibus retrò devinctis, ducere solebant, &c [v]. Δεῖγμα vox est Græca, sed quæ & ad Judæos transiit, & scribitur דוגמה, posito ו pro י, ut sæpe. Hinc δειγματίζειν, quod est *ostendere*, efficitum pari formâ quâ παραδειγματίζειν, Matth. 1. 19. Heb. 6. 6 [x].) *in libertate*, (Vel, *liberè*, Orig. in Er. *in*, vel *cum*, *autoritate*, Amb. in Er. Ham. vel, *confidenter*; intrepidè enim cum Diabolo pugnabat, & morti se subjiciebat, pro certo sciens se hoc pacto Diaboli regnum eversurum [y]: vel, *palàm*, Er. Ti. P. Be. Pi. D. G. ut Marc. 8. 32. Joh. 11. 54. & 7. 4, 13 [z]. & ut Hebræi dicunt בפרהסיא [a], vocem Græcam suam facientes [b]: qu. d. Toto mundo inspectante [c], moriebatur & Diabolum vincebat [d].) *triumphans* (vel, *triumphatis*, P. Be. Pi. i. e. in triumphum ductis [*]: vel, *cùm devicisset*: θριαμβεύσας enim hîc est dictum metonymicè pro νικήσας [f].) *illos* (vel, *illis*, P. Be. Pi. vel, *de illis*, Er. Ti. Me. scil. hostibus devictis [g], malis spiritibus [h]. Mutavit genus, cùm intulit αὐτοὺς, cùm antè dixisset ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, nempe constructionem faciens πρὸς τὸ σημαινόμενον [i], ad sensum non ad voces [k].) *in seipso*, Mo. vel, *per semetipsum*, Er. Ti. V. *per ipsum*, scil. Christum [l]: q. d. Non virtute & sudore aliorum, ut mundani imperatores solent, sed solâ suâ passione, Esa. 63. 3 [m]. suâ unius vi [n]: vel, *in ea*, scil. cruce, quæ fuit instar triumphalis currûs, aut circumvecti trophæi [o]: vel, *per eam*, P. Be. Pi. nempe crucem [p], cujus paulò antè facta mentio [q]. Vicit Dæmonas non pugnando, sed patiendo; quod verè Divinum victoriæ genus [r].

16. *Nemo*, &c. Μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω] i. e. Καλακρινέτω, ut Rom. 2. 1 †. *Nequis igitur vos judicet*, Er. Pi. vel, *damnet*, P. Be. Pi. i. e. damnatione dignos afferat [t]. Agnoscatis neminem hanc potestatem habere: nè curetis, nè metuatis judicia illorum, qui vos damnant: *sententia enim* (ut dicunt Jurisconsulti) *à non judice lata* nulla

Marginal notes (col. 913): [n] Gom. ex Be. & Calv. sic Vor. Ham. Zeg. [o] Dav. [p] Be. Gom. [q] Be. [r] Dav. sic Zan. † Gom. Zan. [t] Dav. sic Zan. [v] Dav. [x] Zan. [y] Dav. Zan. [z] Dav. [a] Gom. [b] Gom. Pi. [c] Pi. [d] Vor. [*] Dav. [f] Camer. [g] Gom. [h] G. [i] Theod. & Chrys. in Gom. [k] Ham. [l] Gom. [m] Ca. [o] Vor. [p] Be. [q] G. [r] Ca. † Pi. [t] Vor. [v] Pi. sim. Vor. [x] Vor.

Marginal notes (col. 914): [y] G. [z] Zan. [a] Dav. sim. Zan. [b] Er. ex Græcis. [c] Q in Be. [d] Er. ex Th. [*] G. [f] Be. [g] Dav. sim. Be. [h] Zan. [i] Be. Gom. sim. E. Me. T. Dav. [k] Dav. [l] G. [m] Dav. [n] Er. ex Orig. [o] Me. sic Val. [p] Be. [q] Zan. [r] T. † V. sim. Be. Er. [t] G. [v] Zan. [x] G. [y] Dav. [z] D. [a] D. sic G. [b] D. [c] G. sic Dav. [d] Dav. [*] Pi. [f] G. [g] Me. [h] Pi. [i] G. [k] Pi. [l] E. ex Amb. & Caj. [m] Dav. [n] Be. sim. Er. V. [o] Be. ex Græcis. [p] G. Vor. [q] Vor. [r] G. † G. [t] V.

nulla est ipso jure [v]. Nè patiamini vos damnari [x]. Nè admittite tales Magistros qui talia non observantes à spe salutis excludunt [y]. Nemo vobis imponat instituta Mosis [z]. ¶ *In cibo aut in potu*] Vel, *Ob cibum, aut potum*, P. Be. Pi. ἐν per Hebraismum valet *propter* [a]: h.e. In negotio rerum ceremonialium, quarum species hîc aliquot recensentur [b]: reliquarum autem par est ratio [c]. Qu. Unde hîc potûs mentio, cùm in lege nullus potus ut immundus prohibeatur? Resp. 1. Forsan ex Scribarum traditione quidam potus interdicti sunt [d]. 2. Præscripta erat nonnullis abstinentia à vino & sicera, Num. 6. 3. Jud. 13. 4. Vide & Num. 19. 15 [*]. 3. Unâ clausulâ comprehendit & Judaizantes & Pythagorizantes. Vino abstinere perpetuò non erat Judaicum nisi in paucis, apud Pythagoristas frequens. Cibis nonnullis Judæi abstinebant; multò pluribus Pythagoristæ. Illa [sequentia] de diebus Judaizantes spectant [f]. ¶ *Aut*, &c. Ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, &c.] *Aut in parte festi*, Mo. vel, *diei festi*, Er. Ti. i. e. ob partem aliquam festi violatam: nam festivitates nonnullæ multis diebus constabant, & multis ceremoniis: hæc omnia nè in parte quidem ulla violari permittebant; at Paulus è contrà nè ulla quidem ex parte necessariò observanda concludit [g]. Al. Dicit, *in parte*, quia Judaizantes exactam festorum aut legis observationem nec ipsi præstabant, Gal. 6. 13. nec à Colossensibus exigebant [h]; sed quædam festa servari volebant, quædam negligebant [i]. Significare voluit Paulus, Christianos ad servanda festa, vel tota vel partem, nullâ lege constringi [k]. *In parte*, i. e. in partitionibus [l]; vel, in vicibus festorum, nempe neglectis [m]; vel, in negotio festi [n], scil. non observati [o]. Al. *Aut respectu diei festi*, P. vel, alicujus *festi*, Be. Pi. *Ex causa diei festi*: sic 1 Pet. 4. 16. ἐν τῷ μέρει τούτῳ, hac de causa. Respondet autem hoc ἐν μέρει Rabbinico מצד, ut rectè à viris eruditis notatum est [p]. Al. Sensus, *Nemo vos damnet* — ἐν μέρει, i.e. ex illa Rabbinorum sectione de *festis*, &c. quæ est in Talmude: ut μέρος idem sit quod פרק, vel, חלק, h. e. *caput*, vel *tractatus*, Talmudistarum de hac, vel illa materia, ut notant Scal. & Is. Casaub. epist. 24 [q]. Ἑορταὶ hîc sunt Azyma, dies Omer, Scenopegia, Dies ἱλασμοῦ, חגים [r]. *Dies festus*, ut à *neomenia* & *sabbato* distinguatur, est qui semel tantùm in anno recurrit, ut Pascha, Pentecoste, Scenopegia [†].

17. *Quæ* (nempe Judaica [t], vel, ceremoniæ [v]:) *sunt* (Qu. Sed cur de abrogatis ritibus loquens dicit, *sunt*, non *fuerunt*? Resp. 1. Quia non tam de rebus quæ jam contigerant loquebatur, quàm de ipsis ritibus in sese & naturâ suâ, dicens eos nihil aliud esse quàm umbram, &c [x]. 2. Quia adhuc stabat templum [y], & aliquot ritus penes Judæos [z], quos, merâ ignorantiâ peccantes, Deus tolerabat [a].) *umbra futurorum*, (scil. mysteriorum in Christo & per Christum completorum [b]: q. d. quæ officia & beneficia Christi ac doctrinam Evangelicam obscurè delineabant [c]: Vide Heb. 8. 5. & 10. 1 [d].) *corpus autem* (i. e. veritas figurarum [*], soliditas rerum, olim rudi modo adumbrata [f]: sub. *est*, P. Pi. &c.) *Christi*] i. e. ad Christum pertinet, ab eo solo petenda est [g]; per Christum exhibetur [h]. Christus res est illis umbris adumbrata [i]. Similis oppositio apud Josephum, Belli Jud. 2. 4. ἥκει δεῦρο τῆς ἄλλοτε σκιὰν αἰτησόμενος βασιλείας ἧς ἥρπασεν ἑαυτῷ τὸ σῶμα. Photius, τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, τουτέστιν ἡ ἀλήθεια. At MS. ille quo utimur hæc verba trahit ad periodum sequentem, τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω· *vos*, inquam, *qui Christi corpus estis*, &c. 1 Cor. 12. 27. Meminit hujus distinctionis idem Photius & Isychius ad Levit. 15. qui tamen CORPUS CHRISTI *doctrinale verbum* exponit [k]. Ex hoc loco illud σωματικῶς, v. 9. explicandum est [m]. Respondet tacitæ objectioni, At ista mandata erant à Deo. Resp. Ità, verùm ad Christum usque observanda, non ulteriùs [n]. Nam ubi corpus habetur, ridiculum est ejus umbram captare & complecti [o]. Umbræ ergò aboleri debent [p]. Ciborum distinctione adumbrata fuit distinctio gentis Judaicæ, tanquam mundæ, à gentibus cæteris quæ immundæ censebantur. Vide Act. 10. 11, 23. At hæc distinctio sublata est per Christum. Festa autem licèt præterita beneficia respexerunt, conjunctam tamen habebant adumbrationem & promissionem beneficiorum Christi, ut *Pascha* adumbrabat Christum immolandum: *Pentecoste*, Spiritûs S. missionem, &c. Sive ceremoniæ moralem sanctitatem, sive peccatorum expiationem, sive cœlestium bonorum participationem, adumbrabant ac promittebant, hæc omnia Christus nobis communicavit; Christus ergò veteres ritus abrogavit, non damnando, sed implendo, eorùmque finem exhibendo [q].

[v] Dav. [x] Zan. [y] G. [z] Ham. [a] Be. [b] Vor. sim. Dav. [c] Dav. [d] E. [*] Dav. [f] G. [g] Dav. [h] E. [i] Me. [k] Zan. [l] Me. [m] Zan. [n] Zeg. Me. [o] V. [p] G. [q] Ham. [r] G. [†] E. [t] G. [v] Dav. Zan. Vor. [x] Zan. sim. Dav. [y] Be. Zan. [z] Zan. [a] Be. [b] T. [c] Dav. [d] G. [*] Me. sic E. Er. [f] G. [g] Idem. [h] V. [i] Ca. sim. Pi. [k] G. [m] Vor. [n] Zan. sim. Dav. [o] Dav. sim. E. Me. T. [p] Dav. sim. Me. [q] Dav.

18. *Nemo*, &c. Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων] Magna hîc est versionum varietas, quæ pendet à duabus vocibus καταβραβευέτω, & θέλων [r]. Vox illa, ut & aliæ nonnullæ, est ex Cilicum lingua [†]. At notârunt alii reperiri apud alios [t]: Ab Aristotele [v], Demosth. Isoc. & Plut. usurpatur [x]. Metaphora est ab agonothetis, i.e. judicibus publicorum certaminum [y], qui nominantur βραβευταὶ, eò quòd victoribus decernant præmium [z]: unde βραβεύειν est [propriè] certamina moderari, præmia dispensare, &c. indéque significat, actionem vel rem quamvis regere & definire eo modo quo brabeutæ solent [a]: βραβεύειν est *dominari*, Col. 3. 15 [b]. Hinc καταβραβεύειν quod est, vel, 1. ad brabium evocare, sive brabium ostentare [c]. Non placet [d]: quia sine exemplo est [*]. Vel, 2. præmium exigere, quod κότινον παραλαμβάνειν dixit Pausanias, ut Scaligero notatum [f]. Vel, 3. condemnare, ut conveniat cum v. 16 [g]. vel, condemnare tanquam certaminis judicem [h]: vel, 4. vincere [i]: vel, 5. præmium intercipere, vel, à præmio impedire [k]. Estque καταβραβεύειν vel judicis, vel τοῦ συναγωνιζομένου [l]. Vel, 6. perversè & iniquè fungi officio τοῦ βραβευτοῦ [m]; malè regere certamen, metam transferre, aut quocunque modo impedimentum objicere [n]; præmium abjudicare & eripere merentibus [o]. Sed hoc propriè est παραβραβεύειν [p]. Vel, 7. dominatum usurpare, ut κατακυριεύειν [q]. Vox θέλων, jungenda, vel cum præced [r]. vel cum seq [†]. [Hinc locum variè reddunt:] *Nemo vos seducat*, Mo. Vulg. (vel, *vos supplantet*, atque ità impediat quominùs brabium assequamini: quod faciunt qui Christianos à vera doctrinæ via abducunt. Καταβραβεύειν eo modo dixit quo καταπαλαίειν dicitur [t]. Vel, *vos ad brabium evocet*, sive *vobis brabium ostentet ad provocandum cursum*, Val. vel, *vos condemnet*, Ham. vel, *de vobis palmam referat*, Cas. vel, *vobis præmium intercipiat*, sive *palmam intervertat*, Er. Ti. Me. Zeg. *vos paratâ coronâ indignos reddat*, V. *vos brabiis*, aut *præmiis fraudet*, Er. V. Me. E. Gom. ex collat. tum v. 8. *nè quis vos deprædetur*, tum locorum similium, 1 Cor. 9. 24, 25. Gal. 5. 7. &c. Brabium hîc est vita æterna, 1 Pet. 1. 4. Hoc autem præmio fraudatur cursor, vel, iniquitate judicis: vel, ab aliquo impedimentis in ipso cursu objectis, quibus vel labatur, aut deficiat cursu, vel à recta meta abstrahatur & aberret [v]: vel, si scopus aut suo loco moveatur, aut obscuretur, ut non possit discerni: scopus autem hîc est Christus, ad quem currimus fide & charitate: stadium est religio Christiana, &c [x]. Vel, *dominatum in vos usurpet*, J. Cap. sic Dal. vel, *adversùm vos rectoris*, sive *judicis*, *partes sumat*, Be. Pi. Significat, imperiosam quandam potestatem à Pseudoapostolis usurpatam, quasi illis, tanquam agonothetis, præmia vel tribuere, vel eripere, licuisset [y].) *volens* (vel, *volens*, sub. *hoc facere*, Calv. Zan. ex Græcis, i.e. suâ authoritate in vos exercere, vel, vos defraudare [z]: vel, *ultrò*, Be. Pi. vel, *studio*, sive *datâ operâ*, Er. Zeg. vel, *etiam si maximè id velit*, G. vel, *pro libidine*, Dav. Zan. Dal. q.d. Non ex Dei voluntate, aut justâ ratione, neque ex meritis athletarum, sed ex mera & nuda sua ipsorum autoritate & voluntate [a]: id quod referri possit, vel, 1. ad ipsorum doctrinam, à seipsis inventam, non à Deo præscriptam; vel, 2. ad ipsorum munus, quod spontè arrogârunt [b]. Θέλων interpretor ἐθελοντὴς *voluntarius* [c], i.e. à se lectus, qui hanc judicandi & definiendi potestatem sibi arrogavit nullo jure: quo sensu Cicero vocavit Asinium *Senatorem voluntarium*, & *à se lectum* [d]. Al. *sibi placens*, Ca. Zan. Ham. V. Θέλων, Heb. חפץ: quod aliàs εὐδοκεῖν dici solet, ut Matth. 27. εἰ θέλει αὐτόν, h. e. εἰ εὐδοκεῖ αὐτῷ· est enim in Psal. 22. כי חפץ בו [*]. Sic Psal. 1. 2. θέλημα αὐτοῦ, *delectatio ejus* [f]; & Psal. 41. 12 [g]. Sic autem jungendum cum sequentibus [h], *placens sibi in humilitate*, Zan. sic V. vel, *affectator humilitatis*, V. sic Aug. in Er. vel *volens*, repete ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, *vos καταβραβεύειν in humilitate* [i]: vel, *per affectatam submissionem*. Θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ per ἓν διὰ δυοῖν, pro ἐν ἐθελοταπεινοφροσύνῃ, h. e.

[q] Dav. [r] Zan. [†] Hi. in G. [t] G. [v] Er. Be. [x] Be. [y] Pi. sim. Zan. ex Theod. Be. Er. Dav. [z] Pi. [a] Dav. [b] J. Cap. [c] Val. [d] Er. Rev. [*] Rev. [f] G. [g] Cam. ex Phot. Ham. [h] Q. in Gom. [i] Cas. ex Hesyc. & Amb. [k] E. [l] Cas. [m] Dav. sic Zan. ex Theod. & Steph. [n] Strig. [o] Dav. sim. Strig. [p] Cas. [q] J. Cap. [r] Q. in Dav. [†] E. [t] Ca. [v] Gom. [x] Zan. [y] Be. [z] Q. in Dav. [a] Zan. [b] Dal. [c] Be. Dav. [d] Dav. [*] Ca. [f] Ca. Ham. [g] Ham. [h] Zan. ex Græcis. [i] Zan.

h. e. *submissione voluntariâ*: quomodo cultus voluntarius dicitur ἐθελοθρησκεία, v. 23. & Epiphanio ἐθελοδιδάσκαλοι [k]. θέλων accipio pro ἐθελόθρησκος, v. 23. vel, pro *cupidus id faciendi, qui facere id quærat*, ut notamus ad Joh. 6. 21 [l].) *in humilitate* (vel, *in modestia*, i. e. quæ modestia videtur esse; cùm à certis cibis modestè abstinent. Sic Terent. *Terram intuens modestè*, i. e. cum specie modestiæ [m]: vel, *per humilitatem animi*, Er. Ti. *in abjectione sui ficta*, V. *in demissione animi*, Be. Pi. *per fictam humilitatem*, Me. prætextu humilitatis [n], quam vultu, vestitu, verbis, simulabant [o].) *& religione* (vel, *cultu*, Pi. vel, *falso cultu*, V. vel, *cultum superstitiosum*, Zeg. vel, *religioso cultu*, Be.) *angelorum*, Mo. &c. Al. *Nullus voluntarius moderator de vobis statuat ex subjectione & cultu Angelorum*, P. Et hîc est ἐν διὰ δυεῖν. Nam intelligit ταπεινοφροσύνην τῇ ἐν θρησκείᾳ ἀγγέλων [p]. Connectuntur hæc, ταπεινοφ. & cultus angelorum, quia sub humilitatis prætextu illum cultum introducebant [q]. Habet speciem modestiæ sive humilitatis, non audere Deum (rectâ [r]) accedere, sed ad Angelos preces deferre ad Deum deferendas [†]; ambiendas itaque esse intercessiones Angelorum, ut nos ad Deum perducant [t]: quo colore Philosophi defendebant τὴν πολυθεΐαν· quod & Celsus fecit, ut ex Origene cognoscimus. Ab Essenis diligenter custodita Angelorum nomina ex Josepho discimus. Alioqui publicus Judæorum mos non fuit Angelos compellare nisi eos qui ipsis apparebant, nimirum metu nè paulatim ad πολυθεΐαν tanto labore exutam relaberentur. Et hoc notatum Origeni l. 2. Contra Celsum, Πῶς γὰρ, &c. *Ubinam quæso tradit Moses angelos colendos esse?* & lib. 5. πᾶσαν μὲν γὰρ δέησιν, &c. (*Omnis enim precatio & gratiarum actio ad Deum transmittenda est per eum qui est super omnes angelos, Sacerdotem vivum, Sermonem & Deum.*) Agit Orig. ter de eadem re l. 8. ubi dicit licere eos εὐφημεῖν καὶ μακαρίζειν, (*laudare & beatos prædicare.*) Et quia hoc malum invaluerat in Phrygia, ideo Synodus Laodicensis vetat ἀγγέλους ὀνομάζειν καὶ συνάξεις ποιεῖν, quæ *occulta idololatria* ibidem dicitur. Vide ibi Zonaram [v]. Prohibuit hæc Synodus, nè precarentur Angelos [x]. Ubi notanda Carranzæ fraus, qui in summa Conciliorum, vocem *angelos* in *angulos* detorsit [y]. Christiani, Christo magistro, summi Regis ac Principis veneratores, Arnob. l. 1. quem vide [z]. Docet his verbis, & quid hi introduxerunt, cultum scilicet Angelorum, & quo prætextu, nempe humilitatis, quorum utrumque faciunt Romanenses [a]. [De quo plura videsis in Dav. Gom. Dal. E. Sed aliud hoc pensum est. Pergendum nobis ad sequentia verba.] ¶ *Quæ*, &c. Ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων εἰκῇ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς, &c.] *Quæ* (vel, *In his quæ*, Er. Ti. *In ea quæ*, P. Be. Pi. G. *Ad illud quod*, Di. ex Sy. & Ar.) *non vidit*, (i. e. didicit, ut Joan. 8. 38 [b]. vel, *novit* [c]: *non vidit* oculis sive corporis, sive fidei in Scriptura [d].) *incedens* (vel, *penetrans*, G. *invadens*, Pi. *se ingerens*, P. J. Cap. vel, *aggrediens*, sive *accurrens*, Di. ex Sy. vel, *audacter prorumpens*, Di. ex Ar. vel, *gradum inferens*, Be. *fastuosè incedens*, Be. ex Er. & Hi. V. Ti. Verbum enim sumptum est ex tragicis cothurnis, qui propterea ἐμβάδες dicuntur [d]. Sed Budæus veriùs ostendit, ἐμβατεύειν nihil aliud esse quàm pedem ponere, vel ingredi in possessionem alicujus rei: sic enim Pseudo-apostoli ingerebant sese in res ignotissimas & obscurissimas, tanquam in notissimas propriásque possessiones, ubi regnabant & quidlibet statuebant, &c [*]. In Glossario, ἐμβατεύω, *ingredior*. Ponitur pro Heb. חלק, Jos. 19. 51 [f]. [Sensus, q. d.) Illa agens quæ pro certo non habet Deo accepta esse [g]: jus sibi faciens loquendi de incognitis. Præficiebant Angelos quibus vellent negotiis, nomina illis indebant, distribuebant in classes [h]: statuentes, vel decernentes, de rebus incertis [i]; sua commenta, tanquam oracula, proferentes [k].) *frustrà* (vel, *temerè*, P. Be. Pi. i. e. sine ratione [l].) *inflatus* (vel, *turgens*, P. Pi. Be.) *à sensu* (vel, *mente*, Er. Ti. V. vel, *intelligentiâ*, V. Be.) *carnis suæ*, Mo. P. &c. i. e. propter prudentiam suam carnalem [m]: opinionis corruptæ naturæ fiduciâ tumidus [n]; ingenio suo fidens, quo se omnia consequi posse putat; in suis stultis inventis valde sibi placens [o]; doctrinam suam hauriens non ex revelatione Dei, sed ex præsumptione rationis humanæ [p]. Νοῦς σαρκὸς hîc dicitur *cognitio humana*, non à Deo revelata: quomodo σὰρξ sumitur Matth. 16. 17. *Ea*, inquit, *cogitatio eos inflat vento similis*. Vocem φυσιοῦσθαι habuimus, 1 Cor. 4. 6, 18, 19. & 5. 2. & 8. 1. & 13. 4. *Multùm sibi placens in rebus inanibus*. Vide Ezec. 13. 3 [q]. Putans se posse veritatem in religionis negotio propriâ perspicacitate invenire, contra 1 Cor. 2. 14 [r]. Doctrinam hanc de cultu Angelorum duplici nomine rejicit, quod oritur & ex inscitia & ex superbia [†].

19. *Et*, &c. Καὶ οὐ κρατῶν, &c.] *Neque obtinens* (vel, *retinens*, Be. *tenens*, Ca. G.) *caput*, P. Er. Ti. Pi. nempe Christum [t]. Exprimit causam erroris hujus de cultu Angelorum, nempe ignorationem Christi, in quo omnem plenitudinem esse dixerat, extra quem nihil quærendum est [v]. Novum argumentum adversùs seductores. Qui cultum Angelorum ingerunt, conantur vos à Christo divellere [x], ipsique à Christo defecerunt, nec illum fide & dilectione retinent [y]. *Non tenens se Christo*, G. quem innuit esse caput Angelorum [z], quem Deus ideo *caput* Ecclesiæ dedit ut per eam desideria nostra ad ipsum perferremus. Multi illi Commendatores facilè schismati dant occasionem, Ecclesia unitatem retinet. *Deus unus, & unus mediator*, 1 Tim. 2. 5 [a]. Non agnoscens salutis totius caput Christum [b], sed pro Christo Angelos substituens [c]. ¶ *Ex*, &c. Ἐξ οὗ—διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον αὔξει τὴν, &c.] Hoc vult, Retinendam Ecclesiæ unitatem; quod fieri non potest nisi retineantur præpositorum gradus, & iis pareatur in eis quæ ad Ecclesiæ pacem pertinent. Ità in tempore occurrit sectis illis quæ postea erupere κατὰ φρύγας dictæ. Locus huic geminus est Eph. 4. 15, 16. ibi est ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας, hîc ἁφῶν καὶ συνδέσμων· per artus & venas & arterias, quæ sunt nexus & vincula corporis חבורות וללאות: ibi est συναρμολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον, pro quo hîc—ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον. Est autem ἐπιχορηγεῖσθαι, unde ἐπιχορηγία, *accipere ea quæ alendo corpori sunt necessaria*. Vide Sirach. 25. 28. In Glossario, ἐπιχορηγῶ, *subministro, suppedito* [d]. [Verba sic reddunt:] *Ex quo*. (Constructio sensu congrua, non voce [*]. Nam cùm dixisset κεφαλὴν, ità cætera intulit quasi dixisset Χριστὸν, quem per vocem κεφαλὴν indicabat [f].) *totum corpus*, (Ecclesiæ [g]:) *per nexus* (vel, *commissuras*, Er. Ti. Be. Pi. P. Dav. vel, *velut per articulos*, V.) *& conjunctiones* (vel, *compagines*, Er. Ti. sic P. Pi. vel, *juncturas*, Dav. vel, *connexus*, Be. vel, *colligationes*, sive *ligamenta*, V.) *subministratum*, vel, *suppeditatum & constructum*, (vel, *compactum*, Er. Ti. P. Pi. vel, *alitur & connectitur*, V. Ἁφαὶ sunt ea omnia quæ nos Christo devinciunt, & per quæ cœlestia bona nobis suppeditantur; cum qua voce conjungendum est ἐπιχορηγούμενον [h]: quod respicit unionem corporis cum capite [i]. Σύνδεσμοι sunt ea omnia per quæ membra sub capite sibi cohærent, & utilitates mutuas ad invicem communicant: cum qua voce jungendum est συμβιβαζόμενον [k]· quod respicit unionem membrorum inter se [l]. *Commissuræ* sunt fides & dilectio in Christum: *compagines*, charitas inter membra [m]: Ex utroque sequitur augmentum Ecclesiæ. *Commissuræ* sunt *Spiritus Christi*, Rom. 8. 9. ejúsque dona, præsertim fides, Joan. 6. 35. *Juncturæ* quoque sunt idem Spiritus ejúsque dona, 1 Cor. 12. 13. præsertim donum charitatis, deinde diversitas donorum & vocationum, Eph. 4. 11, 12. Χορηγὸς Græcis est qui omnia ornamenta suppeditat sacras choreas agentibus: hinc χορηγεῖν dicitur qui aliis suppeditat res ad quemvis finem necessarias, & ἐπιχορηγεῖν est hoc facere abundè & copiosè [n].) *augescit augmentum* (Græca locutio, quam & Latini sequuntur cùm dicunt *mortem mori, servire servitutem* [o]. Vel, est ellipsis τῷ κατὰ [p] vel, *augmento*, Er. Ti. P. &c.) *Dei*, Mo. &c. i. e. Vel, 1. illo incremento quod à Deo est [q], 1 Cor. 3. 6 [r]. ut Genitivus hîc causam significet: ex iisdem & nutrimur & crescimus [†]. Vel, 2. illo quod Deus exigit & probat [t]; vel, 3. quod ad Dei gloriam tendit [v]; vel, 4. augmento divino & spirituali [x], in omni gratia spirituali [y]; incremento fidei & Spiritûs Dei [z]: vel, 5. augescit usque ad summam perfectionem Deo Patre dignam [a].

20. *Si ergo mortui estis cum Christo* (i. e. tum, 1. in persona Christi, quo moriente moriebantur omnes electi: tum, 2. in nobilipsis, idque & sacramentaliter, & reipsâ, cùm ex vi mortis ejus nobis communicata morimur [b]. Mors Christi nos liberat à vinculis ceremoniarum; 1. quod

[k] J Cap. [l] Cas. [m] Ca. [n] Dav. sic Be. [o] Zan. [p] G. [q] Dav. [r] Idem. [†] G. sim. Dav. Me. [t] Dav. [v] G. [x] Theod. in Gom. [y] Gom. [z] G. [a] Dal. [b] Ca. [c] G. [d] Zan. sim. Dav. [d] Be. ex Er. [*] Dav. [f] G. [g] V. [h] G. [i] Dav. [k] Gom. [l] Be. [m] V. [n] Gom. [o] Zan. [p] Dav.

[q] G. [r] Dav. [†] Dav. sim. Zan. Dal. [t] Zan. Ca. [v] Zan. [x] Dav. [y] Zan. [z] E. [a] G. [b] Zeg. [c] Me. [d] G. [*] D. sim. Ca. G. [f] G. [g] Me. sic Zeg. [h] Dav. [i] Zan. sic Dav. [k] Dav. [l] Zan. sic Dav. [m] Zan. [n] Dav. [o] G. sim. E. [p] Pi. [q] G. sic Zan. Dav. Gom. [r] Dav. [†] G. [t] Q. in Gom. [v] Dav. [x] Zan. [y] Dav. [z] V. [a] Zeg. [b] Zan.

1. quòd hoc nobis promeruit; 2. quòd illas, sancito novo fœdere, actu abolevit; 3. quòd apportavit fidelibus bona illa quorum umbræ istæ erant||.) *ab elementis mundi*] i.e. Si ope Christi liberati estis, &c[v]. Christus vos liberavit ab illa institutione humana. Qui moritur, liberatur à vitæ incommodis. Ideo *mori* etiam in bonam partem sumitur, ut Rom. 6. 2[d]. *Mortuum esse* hîc idem est quod *liberatum esse**, ità ut hæc nihilo plus juris in te habeant quam leges mundanæ in mortuos[f]. Ἀπεθάνετε ἀπὸ τῶν στοιχείων dixit, quomodo Latini, *paratus à pecunia*, i.e. quod ad pecuniam attinet*: vel, ante præpos. ἀπὸ subauditur, *atque ità liberati estis*†. Στοιχεῖα dicuntur *institutio* quævis, Gal. 4. 3, 9. ubi videbis cur hæc στοιχεῖα τοῦ κόσμου dicantur, nimirum quia Judæis erant communia cum gentibus aliis: nihil in ipsis ritibus erat proprium Judæis, & magis à Gentibus ad Judæos, per συγκατάβασιν quandam Dei, quàm à Judæis ad Gentes venerant[g]. *Elementa mundi* hîc vocat, vel, 1. philosophiam mundanam[h]; vel, 2. ceremonias Judaicas[i]. Sed cur ad illa rediret tam plenè refutata à v. 9. ad 18[k]? Vel, 3. superstitiosas observationes quæ, ab hominibus inventæ[l], obtruduntur specie humilitatis, mortificationis, &c. ut patet ex versu ultimo[m]. Observandus hîc est pulcherrimus ordo refutationis. Confutat primò pœdagogiam Mosis, v. 16, 17. deinde philosophicas speculationes, v. 18, 19. denique merè humanas ac superstitiosas traditiones[n]. *Elementa mundi* vocat impias, mundanas, carnalésque Judaicarum & Gentilium constitutionum præceptiones sive observationes[o]. ¶ *Quid*, &c. Τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε;] *Quid tanquam viventes in mundo* (i.e. tanquam viventes rebus hujus mundi visibilibus[p]: quasi vestra felicitas sit in rebus istis terrenis posita, ac non potiùs spirituale sit Dei Regnum[q]: tanquam non ad Christi, sed ad mundi, exemplum vita vobis esset componenda[r]: quasi rursum secundùm hæc mundi elementa vivere velitis†: tanquam illis subjecti, cultum Dei & justitiam in illis quærentes[t].) *dogmatizamini?* Mo. quidam nempe vestrûm[v]. Δογματίζεσθε accipiendum, vel, 1. activè, pro dogmatizatis, docetis, decernitis[x]; vel decreta quæritis[y], vel sententiam fertis[z]; vel, passivè[a]: non enim ipsos imperiosos doctores, sed auditores tantùm, alloquitur, quibus illi leges imponebant[b]. [Sic ergò vertunt:] *decretis* (vel, *ritibus*, P. Pi. vel, *placitis*, ut distinguantur humana hæc instituta à ritibus per Mosem præscriptis[c].) *tenemini?* Er. Ti. V. vel, *oneramini?* P. Pi. vel, *adstringimini?* Be. vel, *servitis?* V. Al. *doceri vos finitis?* G. *decreta vobis edici patimini?* E. Δόγμα ferè in malum accipit Paulus pro legibus hominum arbitrio præscriptis. Jam enim præcepta illa de delectu ciborum, dierum, &c. hominum esse cœperunt, postquam apud Deum evanuerunt[d]. Argumentum est à majore ad minus, Liberati estis ab illis ritibus quos ipse Deus præscripsit; ergò liberandi estis à novis ritibus ab hominibus excogitatis, vel veteribus humanâ authoritate revocatis*.

21. *Nè*, &c. Μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς] Est hîc Mimesis[f], cujus notam hîc apposuit Syrus[g]. Sic enim Magistri illi loquebantur[h]. Tertul. negat hæc ad Legem Mosis pertinere. Mihi videtur verbis usus communibus, quæ & Judæos & Philosophos, præsertim Pythagoristas, comprehenderent. Hi, teste Clem. Alex. Strom. 2. οἴνῳ, &c. (*Vino & animatis & Venere abstinebant: colebant angelos & dæmones.*) Verbum θίγω & θιγγάνω Græcum est frequens bonis scriptoribus: invenitur & Exod. 19. 12. & Heb. 11. 28. & 12. 20. Iidem qui hîc Doctores tanguntur à Clemente, aut quisquis est scriptor Constitutionum, 6. 16[i]. [Verba vide in G.] *Nè attigeris*, (vel, *esitâris*, Be. sub. *aiunt isti*, Pi. sim. Camer.) *neque gustâris, neque contrectâris*, P. Pi. sic Er. V. &c. vel potiùs, *appropinquâris*, ut verbum redditur Exod. 19. 12. Heb. 12. 20. Sic autem pertinet ad duo præcedentia interdicta, quæ hoc anathemate obstringuntur, quasi illa facere abhominandum esset[k]. [Hæc autem variè explicant:] 1. Hæc omnia ad cibos referuntur: μὴ ἅψῃ, i.e. *nè esitâris*[l], ut verbum hoc sumitur[m], apud Thucyd. & Plut[n]. Ἅπτεσθαι, quod propriè de manûs prehensione dicitur, h. l. ad ipsum cibi manu prehensi esum à consequenti refertur*: *nè gustâris*, etiamsi nihil indè deglutias: *nè attrectâris*, i.e. vel manibus tangas. Hâc itaque gradatione depingitur progressus Pseudo-apostolorum in suis decretis, in quibus semper progrediuntur ad strictiora[o]. Qu. Sed cur exemplum dat in cibis[p]? Resp. 1. Quia hæc superstitio radices altas in hominum animis egit, & semper se exeruit, &c. unde eam toties oppugnat Paulus[q]. 2. Quia hac in re Colossenses maximè urgebantur[r]. Al. Illa, μὴ ἅψῃ, μὴ γεύσῃ, ad cibos pertinent, i.e. *Nè tangas ut gustes*, Gen. 3. 3, 22. illud verò μὴ θίγῃς pertinet ad vitandas fœminas; quod Judæi Sacerdotes certis temporibus faciebant, Pythagoristæ verò semper†. Al. Ἅπτεσθαι pertinet ad fœminas, 1 Cor. 7. 1. γεύεσθαι ad cibos: abstinentiam ergò tum à nuptiis, tum à cibis quibusdam, post Pythagoristas Gnostici præceperunt: & θιγεῖν utrumque respicit, ut dictum[t]. Al. *Nè contigeris*; scilicet immunda[v], cibum pollutum[x], cadaver, Gentilem, aut quenquam alterius dogmatis[y]: *nè gustaveris*, h.e. vesci noli[z], hoc vel illo cibo, quia prohibitus est[a], ut Cæsar *Britannos leporem non gustare* tradit[b]: *nè tetigeris*, vel levissimè[c], putà vasa sacra[d].

22. *Quæ*, &c. Ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει] Τῇ ἀποχρήσει legerunt Oecum. & Th. Sic Græci vocant id quod Latini *egestum*, vel *egestionem*. Hoc vult, *Quid magni est multa præcipere de eis quæ egesta pereunt?* Similis sensus in Christi verbis, Matth. 15. 17. Pertinet hoc ad illa duo priora de quibus egerat*. *Quæ sunt omnia in corruptionem*, sive *interitum*, *usu*, Mo. vel, *ipso usu*, Vulg. vel, *ex abusu ipsorum*, Ham. De decretis jam dictis loquitur, q. d. Quod totum genus præceptorum ducit ad interitum & mortem æternam[f]. *Quæ omnia interitui sunt ipso usu*, i.e. mortem afferunt utentibus, quòd in illis putent esse salutem Christianam[g]: vel, Quæ Pythagoristarum & Judæorum dogmata, abusu Gnosticorum deteriora facta sunt, usque adeò ut inducant scelera contra naturam, quæ φθορᾶς nomine veniunt, 2 Pet. 1. 4. & 2. 12[h]. Verùm Hieron. & Græci referunt ad aliquid subintellectum, nempe ad cibos, de quibus non gustandis erant præcepta[i]. *Quæ omnia* (h.e. cibi omnes[k], quos illi gustare vetant[l]:) *ipso usu* (vel, *abusu*, Ti. Er.) *pereunt*, P. Pi. Dav. *Quæ omnia sunt* comparata *ad interitum*, sive *corruptionem*, (vel, cedunt *in corruptionem*, J. Cap.) *ipso usu*, Be. J. Cap. *Quorum omnium is usus est ut usu pereant*, Ca. i.e. qui cibi eò destinati sunt ut utendo pereant[m]; alioqui nullus eorum usus esset, & sine usu perirent. Idem dicitur 1 Cor. 6. 13. *Venter escæ, & esca ventri*[n]. Distinguuntur τὸ χρῆσθαι & ἀποχρῆσθαι, sicut *uti* & *abuti*[o]. Ἀπόχρησις hîc significat, vel, 1. abusum[p]; vel, 2. usum[q], sufficientem scilicet & moderatum[r], ut in Dion. Halicarn. l. 1. p. 47. *Si mihi constet vos huc venisse sedium inopiâ*, ἐν ἀποχρήσει † γῆς μοίρας, *ut utamini parte nostræ regionis*†. Sic Cato solet *abuti* dicere, pro *utendo consumere*[t]. Abusum pro usu consumptivo dicunt Jurisconsulti, teste Cicerone[v]. Ἀπόχρη est sufficit dicere, unde ἀπόχρησις est sufficientia in usu: non est κατάχρησις[x]. Isocrates tamen in Panegyrico dixit καταχρῆσθαι pro *utendo consumere*[y]. Argumentum hoc est à natura & fine ciborum, quia res sunt fluxæ quæ usu pereunt, & ad usus corporales, non spirituales, instituti sunt; & proinde nec eorum usu anima contaminatur aut perditur, neque abstinentiâ sanctificatur, vel servatur[z]. Stultum ergò est in illis sanctitatem aut justitiam quærere. Confer Matth. 15. 11, 12, 17. Rom. 14. 17[a]. ¶ *Secundùm præcepta*, &c.] Vel, Præscripta *ex mandatis & doctrinis hominum*, P. Pi. sic Be. Hoc debet referri ad remotius, nempe ad illud δογματίζεσθε[b], per Hyperbaton, hoc modo, *Quid adhuc tanquam viventes in mundo dogmatizamini secundùm præcepta*, &c. i.e. Cur sinitis vos regi præceptis & doctrinis humanis, qualia sunt, *Nè tetigeritis*, &c[c]? Altera hæc ratio, cur in illis decretis non sit sita religio, justitia, aut salus nostra[d], à traditionum autoribus sumpta*, Ab hominibus ista reperta sunt, non primitùs à Deo venerunt[f]. Ἐντάλματα sunt *quæ legibus humanis jubentur*; διδασκαλίαι *quæ à Philosophis præcipiuntur*[g]. Qu. Cùm sermo sit de legalibus à Deo institutis, quomodo ea vocat *præcepta & doctrinas hominum*[h]? Resp. 1. Quia Deus jussit eadem abrogari, ut jam ex mandatis hominum, non ex imperio Dei, imponantur[i]. 2. Quia hi Legem Mosis, non puram sed humanis suis institutis mixtam atque corruptam, tradiderunt, &c[k]. Perpende vim

Margin notes (left column): || Dav. v V. d G. * Dav. sic Be. Zan. f Dav. sim. Zan. * Ca. † Pi. sim. Zan. Dav. g G. h Me. sim. Ham. i E. sim. Glas. k Be. l Dav. sim. Zan. m Dav. n Zan. sim. Dav. o Zeg. p V. q Be. r G. † Me. t Dav. v G. x Me. y Fab. in Er. z Tert. in Be. a Be. Vor. Me. b Vor. c Be. d Er. * Dav. f G. sim. Er. Ca. Be. D. Zan. Dav. g G. h G. sim. Ca. Dav. i G. k Ham. l Dav. ex Zan. m Dav. sic Q. in D. n Q. in D. * Be. ex Calv.

Margin notes (right column): o Dav. sim. Zan. p Zan. q Dav. r Zan. † G. t Ham. v Ca. x D. y J. Cap. z Ca. sim. D. a Q. in Dav. b Ca. c Be. d Q. in Dav. sim. Zeg. * G. f Aug. & alii in E. g V. h Ham. i E. k Ca. sim. Er. Zeg. l Zan. Dav. m Ca. n Ca. sic Zan. o Ca. p J. Cap. Ham. q Ca. Zan. r J. Cap. Zan. † J. Cap. t Ca. v E. sim. Be. x Zan. y Ca. z Zan. sim. Dav. a Dav. b G. sim. Ham. E. c E. d Dav. * Zan. f G. sim. Dav. E. g G. h E. i Dav. sim. Chrys. & Th. in E. k E. ex Græcis.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

vim hujus argumenti, Hoc est ex mandatis hominum; ergò non est ex necessariis ad salutem, vel ad cultum Dei, vel ad justitiæ & sanctitatis acquisitionem: Hunc enim honorem sibi soli servat Deus, ut statuat quid velit ad cultum suum directè pertinere, Deut. c. 12. v. 32. Matth. 15.9 [l].

23. *Quæ*, &c. Ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας ἐν ἐθελοθρησκείᾳ καὶ ταπεινοφροσύνῃ καὶ ἀφειδίᾳ σώματος, οὐκ ἐν τιμῇ τινι πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός] Est hîc μὲν positum sine sequente δὲ, ut & Act. 3.21. Rom. 1.8. & 3. 2. & 11. 13. 1 Thess. 2. 18. idque per ὑποσιώπησιν ἀντιθέτου, quod facilè suppletur. *Habent ista rationem non stultam*, si adsint cautiones; ἐν ἐθελοθρησκείᾳ, *si spontè ista suscipiantur*, non abhominando ea quæ Deus creavit. Θρησκεία est vox media, significans *ritus* aut *ceremonias*, ut Glossaria exponunt. Origo à Thracibus, ut nos docet Plutarchus Alexandro. Vide suprà v. 18. Act. 26.5. Jac. 1. 26, 27. Ἐθελοθρησκεία *ritus*, sive *observationes spontè susceptæ*, quæ Heb. נדבות, Græcis Interpretibus ἑκούσια. Addit, καὶ ταπεινοφροσύνῃ, i. e. *cum ea modestia animi quæ alios aliter viventes non damnet*, Rom. 14. 3, 4. Eph. 4. 2. καὶ ἀφειδίᾳ, &c. Ubi sic construenda hæc, οὐκ ἐν τιμῇ τινι τῆς σαρκὸς πρὸς πλησμονὴν, eatenus bona sunt, si hoc sibi propositum habeant *durè tractare corpus, neque carni obsequi ad saturitatem.* Φείδεσθαι est *molliter habere*: huic contrarium ἀφειδεῖν, sicut σωμάτων ἀφειδεῖν apud Lucianum: unde hîc nomen ἀφειδία. Hæbræi dicerent אכזריותא. Τιμὴ verò σαρκὸς est *cura quæ carni præstatur*, ut 1 Cor. c. 12. v. 23. 1 Tim. 5. 17. πλησμονὴ, Gen. 41. 30. Exod. 16. 3. & alibi. His intellectis facile est supplere id quod reticetur ἀντίθετον, nempe, Istas ἀποχὰς Pythagoricas magìs noxias esse quàm utiles, si velut ad salutem necessariæ suscipiantur, i. e. si fiant οὐ δι' ἄσκησιν, ἀλλὰ διὰ βδελυγμίαν, (*non exercitii causâ, sed ex detestatione*,) ut loquitur Canon Apostolicus 51. si ob id contemnantur alii, si non minùs lautè habeatur corpus ex herbis, leguminibus, pomis ad delitias coctis. Vide Philonem lib. 1. *Pejorem insidiari meliori* [m]. [ejúsque verba in G. Locum sic reddunt:] *Quæ* (nempe præcepta & doctrina hominum, ex v. præced [n]:) *sunt rationem* (vel, *opinionem*, P. *prætextum*, Zan. Dav. vel, *speciem*, Er. Ti. V. Dav. Vor. vel, *apparentiam*, Zan. Vor. sicut ex sequenti antithesi patet [o]: opponitur rei veritati [p]: vel, *verbum*, seu *nomen*, apud imperitos [q].) *quidem habentia sapientiæ*, Mo. &c. (Al. *Quæ verbotenus quidem habent speciem sapientiæ*, Er. Ti. λόγος mihi sonat *sermonem* aut *verba*, ut opponatur *rei* [r]: q. d. Videntur quidem exquisitæ quædam res esse †, & speciem habere excellentis cujusdam doctrinæ è cœlo allatæ, vel ab ipso Spiritu Dei profectæ, saltem apud carnales homines, quibus talia maximè arrident [t]. Est hîc prolepsis, vel occupatio: concedit adversariis quod obtendunt, simul intelligi volens ea nullius esse momenti [v]. Excipi poterat ad illud v. præced. licèt non expressa hæc sint in verbo Dei, non tamen propterea sunt rejicienda, quia sapienter sunt à patribus instituta, &c. Sapientiæ ergò speciem concedit, rem negat. Si absolvisset Paulus orationem, dixisset ad hunc modum, *Quæ videntur quidem erudita ac magnifica, nimirum ab Angelis profecta, ut illi narrant. Ceterùm re longè absunt à religione Christi, quæ nec in superstitione, nec in abjectione animi, quâ pecudum ritu homines homunculi cujuspiam arbitrio circumaguntur, nec in læsione corporis sita est, cùm Deus sibi voluerit honorari corpus, non cruciari inediâ, sed in puritate vitæ & charitate* [x]. [Sed pergamus ad reliqua textûs verba:] Ostendere hîc incipit quibus coloribus seductores hanc falsam sapientiam pingere solent [y]: qui tres sunt, ἐθελοθρησκεία, ταπεινοφροσύνη, & ἀφειδία τοῦ σώματος [z].) *in voluntario cultu* (i. e. non præscripto à Deo, sed Deo oblato humanâ voluntate & electione [a]; in voluntariæ pietatis, quæ Deus non exigit, exercitiis [b]; religione affectatâ & confictâ [c], sive ab illis excogitatâ [d]: videtur alludi ad dictum Jud. 21.25. & alibi, איש הישר בעיניו יעשה. Cui opponitur εὐσέβεια, 1 Tim. 6. 11. h. e. quod 2 Reg 15.34. dicitur הישר בעיני יהוה *. *Cultus* hic *voluntarius* dicitur, non quoad modum quo exhibetur, sed quoad institutionem ejus, sive principium quod eum imperat [f]. Vel, *in spontanea religione*, Er. vel, *per superstitionem*, Er. Ti. sic Vulg. i. e. falsam religionem [g]: vel, *per propriâ voluntate inventam religionem*, V. Vox quidem ἐθελοθρησκεία in malum sumi solet, &c, ut superstitionem notet. Cùm autem illud hîc designet, quo seductores doctrinam suam commendabant atque ornabant, id certè non erat superstitio, quam in vitio poni notum est; sed cultus voluntarius, quo homines plurimùm delectantur, & in quo gloriari solent [h], quòd scilicet ultrò plùs præstarent quàm tenerentur, &c [i]. Hinc nata opera supererogationis, &c [k]. Ἐθελοθρησκείαν hîc in bonum sumi, ostendunt, 1. quòd cum duabus rebus indubiè bonis, humilitate & severitate in mortificatione corporis, conjuncta est; 2. quòd in ea erat λόγος *sapientiæ*, sive pietatis; 3. usus vocis apud Patres [l]. [De quo vide Cl. autorem. Nobis pergendum in versione textûs:] *& submissione* (vel, *humilitatem*, Er. Ti. vel, *simulatam humilitatem*, V.) *animi*, Mo. P Be. Pi. (quâ Christianus simpliciter & absolutè se subjicit præpositis suis & illorum traditionibus ac mandatis [m]. Humilitatem ostentabant hi seductores, tum in cultu Angelorum [n], tum abstinentiâ à cibis & observatione dierum, quâ libertatem, atque potestatem sibi adjudicabant, & se quasi jugo subjiciebant [o]. Hic secundus sapientiæ color [p].) *& subductione* (vel, *læsionem*, Er. Ti. V. i. e. macerationem [q]: ad verb. *imparsimoniâ*, h. e. cùm quis non parcit alicui rei [r]: vel, *ad vexationem*, Amb. in Er.) *corporis*, Mo. &c. (vel, *& austeritatem corpori nullo modo parcentem*, J. Cap. vel, *& in eo quòd corpori non parcant*, P. Pi. Be. Usurpabant austeritates corporales †, præposteram quandam & insolitam abstinentiam & afflictionem corporis [t], per jejunia, vigilias, flagellationes, &c [v]. Hic tertius color: hæc larva, quâ imperitorum oculos perstringebant [x]. [Restat ultimum hujus versûs comma, in quo reddendo non parùm variant:]) *non in honore aliquo* (vel, *per honorem aliquem*, Er. Ti. i. e. nullo pacto honorando illud, i. e. alendo [y]: vel, *neque in honore ullo*, sub. *habent corpus*, Dav. vel, *nullam habebant curam corporis*, Dal. *Honorem corporis* hîc subsidium vocat [z], sive curam corporis [a], 1 Tim. 5. 3, 17 [b]. Sic *honor* sumitur Matth. 15.3. Marc. 7. 12. 1 Cor. 12. 23 *.) *ad expletionem* (vel, *saturitatem*, Dav.) *carnis*, Mo. Er. Ti. vel, *quantum satìs est carni*, V. nè vires & valetudo illi desint ad præstanda officia sua [c]. Ità his verbis exponit Paulus quæ sit illa ἀφειδία corporis quam reprehendit, nim. cùm corpus nullo in honore habetur, &c †. Reprehendit eos qui corpori necessaria non tribuunt [d]: q. d. Corpus fraudando necessario subsidio, quo saturari posset *, ità ut serviat spiritui, suásque sine impedimento exerceat actiones [f]. Possit τιμὴ hîc accipi pro honesto castóque usu matrimonii, ut 1 Thess. 4. 4. quomodo *conjugium* dicitur *honorabile*, Heb. 13. 4. per antithesin ad illicitas libidines, quæ vocantur πάθη ἀτιμίας, Rom. 1. 26 [g]. ἀσχημοσύνη, ἀκαθαρσία, Rom. 1. 24 [h]. Significat ergò h. l. Gnosticos non permisisse honestum conjugii usum *ad explenda* naturalia & legitima *desideria carnis*, & vitandam fornicationem vel ustionem, 1 Cor. 7. 2, 9 [i]. Illa autem abstinentia seu σώματος ἀφειδία non est ἐν τιμῇ τινι· nam corpus eâ veluti dehonestatur & fœdatur. Hæc porrò verba, οὐκ ἐν τιμῇ τινι, includenda sunt per Parenthesin; nam series sermonis id requirit ut hæc conjungantur, ἐν ἀφειδίᾳ σώματος πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός, h. e. *illis corpori non parcitur quantum ad carnis expletionem attinet* [k]. [Alii ultimum comma aliter reddunt:] *nec* (sub. *tamen*, P. Be. Pi. Subaudiendum hîc est δὲ, ut ex præced. μὲν liquet [m], ut plenior sit antithesis [n]:) *ullius sunt* (subaudito ἐστὶ ex præcedentibus [o]:) *pretii*, (illa scilicet hominum mandata de abstinentia, &c [p]. Judicium mundi de iis protulit [q], quòd *rationem habent sapientiæ* [r]; nunc rectum de iis judicium ostendit, nempe ista, utut splendeant, nullius esse pretii †, nempe ad justificationem, sanctificationem, cultúmque Dei, ut seductores voluerunt [t].) quum *ad ea* spectent (ut suppleatur ὄντα, seu συντείνοντα [v], seu ἀνήκοντα [x]· quæ ellipsis non durior est quàm si Latinè dicas, *Nihil ad rem*, sub. *pertinet* [y].) *quibus farcitur caro*, P. Be. Pi. vel, *quum spectent ad carnem saturandam*, Dav. i. e. sita sint in cibo, potu, & rebus terrenis & caducis, in quibus non est Regnum Dei, &c [z]. Sunt igitur istæ potiùs sumptuariæ Leges, non autem de pietate ac religione, 1 Tim. 4. 7, 8. τὴν πλησμονὴν non sumo pro actione, i. e. expletione seu fartura, sed passivè pro eo quo farcitur venter [a]. [Ca. versum sic reddit,]

Istæ

[l] Dav. [m] G. [n] Cam. [o] Vor. [p] Zan. sic E. [q] E. [r] Er. † Be. [t] Dav. [v] Zan. [x] Er. [y] Dav. sim. Zan. [z] Zan. sic Dav. [a] Dav. sic La. Zan. [b] J. Cap. [c] E. sim. Er. [d] Me. sim. [e] Zan. * Cam. [f] Dal. [g] Er.

[h] Dal. [i] Be. sim. Dal. [k] Be. Cam. [l] Ham. [m] Dav. sim. Zan. [n] Dal. Ham. [o] Dal. [p] Zan. Dav. [q] V. [r] Er. † Me. sim. T. [t] E. [v] Dav. sim. Zan. J. Cap. Vor. [x] Dav. [y] V. [z] Er. V. sic E. Me. [a] Dav. [b] Er. sic V. Dav. * Me. [c] Dav. † Dav. [d] V. sim. Dav. * Me. sim. E. [f] E. [g] Ham. Cam. [h] Cam. [i] Ham. [k] Cam. [m] G. [n] Vor. [o] Idem. [p] Dav. [q] Be. [r] Dav. Be. † Be. [t] Dav. [v] Be. Dav. [x] Pi. [y] Be. [z] Dav. ex Be. [a] Be.

Ista verò placita sunt (Ad verb. *Quæ sunt:*) *ex hominum præceptis atque doctrinis, quæ quidem sunt ejusmodi, ut rationem habeant sapientiæ* (i.e. ut eorum tanquam sapienter factorum ratio reddi posse videatur:) *ob religionis speciem atque modestiam, & corporis vexationem severam*, i. e. quòd videntur *modestè & religiosè* fieri, & quòd eâ continentiâ corpus *severè asperèque tractatur:* ἐν autem posuit pro *propter*, ut suprà v. 16. ἐν βρώσει, & Eph. 3. 13. ἐν ταῖς θλίψεσί μου. Illa autem verba, οὐκ ἐν τιμῇ, &c. transtuli ad v. præced. Est enim adjectio ad ea quæ de cibis dixit, qui *ut usu consumantur expleántque corpus & ventrem* comparati sunt, *non ut sint in honore*, non ut iis tantum honoris præstetur ut sit contingere nefas [b]. Sed immodica hæc est licentia, & audacissimum hyperbaton, &c [c].

[b] Ca. [c] Be.

CAP. III.

1. IGitur (Constitutâ fidei doctrinâ, nunc more suo Christianæ vitæ præcepta superstruit [a]:) *si* (i. e. quandoquidem [b]; non est dubitantis, sed inferentis [c]:) *consurrexistis cum Christo*] Ut præsupponitur ex cap. præced. v. 12, 13 [d]. nempe tanquam membra cum capite [*], in novam vitam [f], ubi nec cibo nec potu egebimus, sed similes erimus Angelis Dei [g]. *Consurrexistis*, nempe per baptismum [h], idque & sacramentaliter [i], per externam mysterii administrationem; & realiter [k], sive efficaciter [l], per Spiritûs S. operationem. Ratio est à causa ad effectum: hæc resurrectio est principium effectivum novæ vitæ, & proinde novæ conversationis & operationis [m]. Resurrectio nostra cum Christo duplex est, 1. propria, à morte corporali: à qua resurreximus; 1. facto & re in Christo, propter unionem mysticam, tanquam in capite; 2. jure & spe in nobis, quia membra sumus Christi; 3. sacramenti typo seu significatione, & obsignatione baptismi. 2. Impropria, à morte spirituali, quæ sanctificatio & regeneratio dicitur. Cujus causa & typus est resurrectio Christi, &c ‖. ¶ *Quæ sursum sunt* (i.e. Res cœlestes ac divinas [n], sive ad vitam cœlestem & æternam pertinentes [o]; ea ad quorum notitiam & fruitionem vocamur, & ad quæ pervenitur veri Dei cultu, & charitate in proximum [p]; Regnum cœlorum, ejúsque semina, dona gratiæ, &c [q]. non autem curiosa, vanáve humanarum traditionum exercitia [r]:) *quærite*] Phil. 3. 20. *Sursum corda* †: ita scil. ut hoc vestrum propriè sit ἔργον [t]. *quærendi* vox laborem & conatum indicat [v], cum totis viribus [x]: q. d. Eò cogitationes & studia vestra conferte [y]. ¶ *Ubi Christus est*, &c.] Secundùm humanam ejus naturam [z], Patri majestate proximus [a], Matth. 22. 44. & 26. 64. Marc. 14. 62. Act. 2. 34. Rom. 8. 34. Eph. 1. 20 [b]. Argumenti hujus vis duplex est, 1. ab effectu fidelium erga Christum, cum se adjungere contendunt; is autem sursum est: 2. ab influxu capitis in membra. Christus enim ibi non sedet otiosè, sed gratiam virésque suis inspirat, & suos sursum trahit, ut sol vapores attrahit, &c [c].

2. *Sapite*, φρονεῖτε] *Curate*, Er. Ti. V. Pi. P. *Satagite*, Be. *Animo volvite*, V. Affectus vestros in cœlum mittite [d]. φρονεῖν ad intellectum & ad voluntatem refertur, q. d. eò attollite cogitationes, corda, affectus [*]. ¶ *Non quæ super terram*] Sic vocat, vel, 1. externa illa in quibus illi summam pietatis ponebant [f], ritus abolitos [g]; vel, 2. opes, voluptates, honores [h], hujus seculi [i]. Nè estote *curvæ in terras animæ*, ut illi de quibus, Phil. 3. 19 [k].

3. *Mortui enim estis*] Repete ἀπὸ κοινοῦ, *cum Christo* [l], vel spiritualiter [m], peccato scilicet, mundo, & carni [n], juxta Rom. 6. 11. Gal. 6. 14. Ergò non debetis terrena quærere, quod effectum est peccati dominantis, nec mortuis convenit [o]. V. Mori cœpistis rebus terrestribus [p]: Vitam priorem vos exuere professi estis in baptismo, suprà 2. 11, 12 [q]. ¶ *Et vita vestra* (quâ vivitis [r]: vita spiritualis & supernaturalis †, ac cœlestis [t]: vestrum novum vivendi genus [v]: vita quâ vivitis Deo, & ex Spiritu Christi [x]; tum, 1. vita gratiæ [y]; tum, 2. vita gloriæ [z]. Jus ad rem rei nomine appellat [a]: vita quam sancti exspectant [b].) *abscondita est* (nunc est quasi clausa ac sigillis obsignata. Confer Eph. 4. 30 [c]. ignota est [d], tum, 1. Mundo [*]; qui pios habet pro despicatissimis, stultissimis & miserrimis homuncionibus [f], pro injustis, hæreticis, damnatis, &c [g]. Heb. 11. 36, 37. Sapient. 5. 3. tum, 2. ex parte quoad ipsos sanctos, quippe qui vitam hanc sentiunt in se esse valde infirmam, obscuram, dubiam, ob tentationes Diaboli & carnis. Vide Psal. 51. 10. & Rom. 7 [h].) *cum Christo* (in Christo, in quo vita nostra residet, tanquam in fonte, vel capite, unde in nos derivatur [i]. Ipse quoque Christus, cùm in cœlis sit, absconditus est, tum omnibus hominibus hîc viventibus, tum præcipuè impiis, &c [k].) *in Deo*] Vel, *apud Deum*, V. Qui invisibilis est & mundo absconditus [l], ad quem Christus ascendit, &c [m]. [Sensus,] q. d. Vita illa cœlestis & spiritualis ignota quidem est mundo [n], attamen à Deo vobis reservatur ibidem ubi Christus est [o], in Dei decreto & promissione per Christum data probè fundata est [p]. Vide suprà 1. 5. 2 Tim. 4. 8 [q].

4. *Cùm Christus apparuerit*] Postremo & glorioso adventu suo [r], judicaturus humanum genus †. Vide Matth. 24. 30 [t]. Job. 19. 25. 1 Cor. 15. 52 [v]. ¶ *Vita*, &c. Ἡ ζωὴ ἡμῶν] *Vita* illa *nostra*, P. Be. Pi. Qui nobis est causa vitæ [x], causa, inquam, efficiens, meritoria, exemplaris [y], objectiva & finalis [z]. Metonymia [ut] Joh. 11. 25 [a]. auctor vitæ [b]: qui hanc vitam nobis promisit, Luc. 12. 32. Joan. 10. 28. promeruit, 1 Joan. 4. 9. præparavit, Joan. 14. 3. & nos illi, Col. 1. 12. & nobis reddet, Joan. 17. 2. 2 Tim. 4. 8 [c]. ¶ *Apparebitis* (Idem verbum, 1 Joan. 3. 2 [d].) *cum ipso* (conformes Christo [*]:) *in gloria*] Vel, *gloriosi*, P. Pi. cum honore ac splendore [f], gloriâ præditi [g]. Quæ consistit in perfectâ Dei visione, fruitione, & dilectione, & gloriosis corporis dotibus, claritate, agilitate, &c. Mirè autem hoc facit ad contemptum terrenorum & desiderium cœlestium [h].

5. *Mortificate ergò* (quia scil. cum Christo mortui estis, &c [i].) *membra vestra* (i. e. vitiosos vestros affectus [k]: quos *membra* vocat, 1. respectu veteris hominis, qui *corpus* vocatur, Rom. 6. 6 [l]. & ex variis peccatorum generibus coagmentatur, sicut corpus hominis ex variis membris [m]. Sicut [ergò] tota peccandi consuetudo *corpus* dicitur, Rom. 6. 6. suprà 2. 11. ità partes singulæ dicuntur *membra* †. 2. Quòd vetus homo, h. e. nativa corruptio, iis utatur [n], ad operandum mala [o], ut corpus membris [p]. 3. Quia exoriuntur è corpore peccatorum [q]. 4. Quia sese in membris hominum exserunt [r]. Dicit *vestra*, quia hi affectus, quatenus vitiosi sunt, nostri sunt; non à Deo †, nec à principiis naturæ, sed à peccato Adami, à quo ad nos propagatum in nobis habitat [t].) *quæ sunt super terram*] Nè intelligerentur corporis humani membra, addidit τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ubi subintelligi debet ex præcedentibus τὰ φρονήματα [v], *eos affectus qui ad terrena feruntur* [x]. [Sensus,] *Vim magìs ac magìs adimite omnibus vitiorum partibus*. Νεκροῦν hîc sumitur quomodo ἀποθνήσκειν, Rom. 6. 2. Idem est σταυροῦν, Gal. 5. 24. Est in hoc implementum μυστικὸν sacrificiorum Legalium. Vide Origenem ‖, [ejúsque verba in G.] Νεκρὸν, *cadaver*, quod ad voluptatem & actiones ampliùs non movetur, utut objecta proponas, utut jubeas [y]. *Mortificate*, i. e. facite corpus vestrum Adami instar cadaveris, ut quamvis retineat quædam membra & lineamenta, sint tamen inefficacia, vitâ motúque destituta; reprimite corruptam vestram naturam [z], & coercete omnes illicitas affectiones [a], atque actiones quæ indè ebullire solent. In hoc mortificationis studio tria continentur, 1. serium propositum resistendi peccato, quod cor avertat à viis peccati; 2. cautela occasionum quæ inducere solent ad peccandum; 3. usus assiduus omnium mediorum quæ conducunt ad peccatum subjugandum, ut constantes simus in proposito, & feliciter progrediamur [b]. Qu. Quomodo *mortuos*, v. 3. jubet mortificari? Resp. 1. Mortui hi erant, 1. Sacramentaliter [c]; 2. Inchoativè [d], & habitualiter [*]. Jubet ergò ut mortificent, 1. reipsâ [f], & actualiter, in vitæ scil. conversatione; 2. practicè, exercendo infusam Spiritûs S. gratiam in oppugnandis suis concupiscentiis. Mortificatio habitualis & interna [g], & inchoata, quæ in conversionis & sanctificationis initio consistit [h], est opus solius Dei, Joh. 1. 13. Eph. 2. 10 [i].

Margin notes (col. 923): [a] E. sim. Dav. Zan. [b] Me. [c] Dav. [d] Dav. sim. G. [*] Zan. [f] Dav. Be. [g] Be. [h] Me. sic Zan. Dav. [i] Zan. Dav. [k] Dav. [l] Zan. [m] Dav. ‖ Gom. [n] E. Me. [o] Vor. [p] Be. [q] Dav. sim. Zan. [r] Zan. † G. [t] Be. [v] Dav. [x] Zan. [y] E. Me. [z] Dav. [a] G. sim. Me. [b] G. [c] Dav. [*] G. [*] Zan. sim. Dav. [f] Be. [g] Ham. sic Dav. Gom. [h] Dav. sim. Vor. [i] Vor. [k] G. [l] Be. [m] Vor. [n] Dav. sic Vor. [o] Dav. [p] V. sim. Me. [q] G. [r] Zan. † Dav. Zan. sic Vor. E. [t] E. Vor. [v] V. [x] Zan. [y] Dav. [z] Gom. Me. [a] G. [b] Me.

Margin notes (col. 924): [c] Idem. [d] G. [*] G Zan. Dav. Vor. F. [f] Dav. [g] Zan. [h] Dav. [i] Zan. sic Dav. [k] Zan. [l] Zan. Dav. [m] Dav. [n] G. sim. Vor. [o] G. [p] Vor. [q] G. [r] Dav. sic Be. † G. sic Be. Dav. [t] G. [v] Dav. [x] G. Zan. [y] Dav. [y] T. sic E. [z] T. [a] G. [b] Vor. Dav. [c] Dav. [d] G. [*] Dav. [f] G. [g] Pi. sic Zeg. Dav. [h] Dav. [i] Zan. Dav. [k] Vor. Zan. Dav. [l] E. Dav. [m] E. † G. [n] Q in Gom. Be. sim. Zan. Dav. Vor. [o] Zan. [p] Be. Gom. [q] Pi. [r] Vor. ex Pi. sic Zan. Dav. † Zan. sim. [t] Dav. [v] G. [x] G. sic Dav. ‖ G. [y] Zan. [z] Dav. [a] Dav. sic Zan. [b] Dav. [c] Zan Dav. [d] Zan. [*] Dav. [f] Zan. [g] Dav. [h] Gom. [i] Dav. sim. Gom.

Mortificatio autem externa, sive practica [k], continuata & aucta [l], est opus ipsius hominis renati, cum Spiritus adjutorio [m]. Et ad hanc eos hortatur [n]: q. d. pergite mortificare [o]. *Resp.* 2. Differunt mors naturalis & mortificatio spiritualis, illa est pura privatio, hæc non est: nam dum vivimus, relinquitur aliquid de contrario fomite, quod perpetuò oppugnandum, & magis magisque mortificandum est [p], ratione & actuum & habituum. Actus mortificatur, cùm cogitationes & prava carnis desideria reprimuntur & domantur. Habitus mortificatur, quum crebris pietatis actionibus, & malorum actuum repressionibus, & precibus, minuitur caro, h. e. peccatum originis, & Spiritûs incrementum obtinetur [q]. ¶ *Fornicationem*, Πορνείαν] Hîc ea vox itâ generaliter sumenda est ut & Adulterium comprehendat, quemadmodum Matth. 5. 32 [r]. Al. Intelligit omnem concubitum maris & fœminæ non conjugalem [†]; vel, concubitum cum scortis [t], aut saltem cum concubinis. Familiare fuit hoc vitium Ethnicis, qui illud licitum, aut saltem tolerabile, esse putabant [v]. [De hoc peccato fusè hîc disserit Cl. Dav.] ¶ *Immunditiam*] De hac voce vide Rom. 1. 24. 2 Cor. 12. 21. Gal. 5. 19. Eph. 5. 3 [x]. Intelligit fœdiora omnia libidinum genera [y], ut adulterium, incestum, stuprum [z], & speciatim peccata contra naturam [a]. ¶ *Libidinem*, Πάθος] Post actus externos, venit ad ipsum internum motum [b]. Hâc voce hîc intelligendi *motus vitiosi* τῆς ἐπιθυμίας, quales sunt ἔχθραι, ἔρεις, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐριθεῖαι, Gal. 5. 20. ubi & v. 24. distinguuntur παθήματα & ἐπιθυμίαι. Alibi πάθος generaliùs sumitur, ut 1 Thes. 4. 5 [c]. [Vocem sic vertunt:] *Libidinem*, Vulg. V. scil. præposteram [d]: perpessiones libidinis contra naturam [*], eorum masculorum vitium qui turpia patiuntur [f]; unde *pathici* dicuntur [g]: qua de re vide Rom. 1. 26, 27 [h]. *Mollitiem*, Er. Ti. P. Be. Pi. Quæ est affectio vehemens & turbulenta [i], quâ quis non reluctatur carnis tentationibus, nec earum impetum sustinere vult; nec potest sibi temperare, sed ultrò & illicò se constringendum præbet vinculis libidinum; quâ quis aptus & paratus est ad peccatum libidinis, quâcunque occasione oblatâ [k], & quibusvis illecebris ad quævis libidinum genera facilè pertrahitur [l]. *Morbum* appellat Flaccus in Odis, ——— *cum grege turpium Morbo virorum* [m]. Πάθος hîc vocat motus illos quibus accenditur & fovetur libido [n]. ¶ *Concupiscentiam* (vel, *Cupiditatem*, P. Be. Pi.) *malam*] Ità Er. Pi. Motus ἀλόγους τῆς ἐπιθυμητικῆς, in quibus μέθαι, κῶμοι, & similia, Gal. 5. 21 [o]. Designat radicem nequitiæ [p], primum scil. motum *concupiscentiæ* inordinatæ, quæ *mala* dicitur, ut secernatur à naturali & spirituali [q]: vel, illam concupiscentiam, quæ in ultimo Decalogi præcepto prohibetur, id est, concupiscentiam rei Venereæ [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πλεονεξίαν, &c.] *Et avaritiam*, Er. Ti. P. Be. &c. Post genus nominavit speciem [†], *nimiam habendi cupiditatem* [t]; vel, inexplebilem appetitum animi quærentis divitias, modis illicitis, & corde in illarum fruitione acquiescente & fidente [v]. Aptè hoc subjungit iis vitiis quæ castitati repugnant, non solùm propter ordinem, quòd ut ea septimo, itâ hæc octavo, præcepto adversetur; sed etiam quia causa est altera libidinum, quarum duo sunt fontes, *cupiditas mala* & *avaritia*; quæ proinde meritò conjunguntur hîc & Eph. 5. 5. Confer Eph. 4. 19 [x]. Hanc aptè mediam inter peccata carnalia & spiritualia interserit: 1. quia est mediæ inter illa naturæ, carnalis ratione objecti, spiritualis ratione delectationis: 2. quia utrisque fomenta, causas, occasiones præbet, v. g. luxuriæ, superbiæ, iræ, invidiæ, &c [y]. Hæc autem vocatur *idololatria*, vel, 1. ut notet quàm sit exsecrabilis Deo: nihil enim erat Judæis exsecrabilius quàm idololatria. Solenne est Hebræis, magna peccata notare nominibus quæ peccata vulgò detestanda significant; ut cùm rebellio dicitur *divinatio, & idololatria*, 1 Sam. 15. 23. Sic sæpe RR. res abhominandas appellant פסולים [z]. Vel, 2. quia avarus summum bonum collocat in divitiis [a], eas colit ut Deum [b], amorem, fiduciam, obsequium, soli Deo debita, illis exhibet [c]: quia avaritia cor omnino avellit à Deo, & affigit Mammonæ, &c [d]. Al. Πλεονεξίαν vocat insatiabilem cupiditatem turpium voluptatum, hîc, sicut & Eph. 5. 5 [*]. Est enim ferme idem utriusque Epistolæ argumentum, & in utraque sententiarum magna similitudo: deinde & hîc & illic πλεονεξία adnumeratur peccatis impudicitiæ. Hæc autem *idolorum cultus* dicitur, quia Simoniani, contra quos utraque scribitur Epistola, nefarias suas libidines exercebant velut cultum quendam, ut ipsi impiè docebant, Deo gratissimum [f]. Vide Eph. 5. 5. & ibi dicta [g].

[k] Dav. [l] Gom. [m] Dav. sim. Gom. [n] Gom. [o] V. [p] Dav. [q] Gom. [r] G. [†] E. [t] Zan. sim. Dav. [v] Dav. [x] G. [y] Dav. sim. Zan Gom. [z] Dav. [a] Dav. sim. E. Gom. [b] Dav. [c] G. [d] V. [*] Gom. [f] Mc. [g] Gom. E. Mc. sic Sy. in G. Vor. [h] Gom. [i] Zan. [k] Dav. [l] Zan. [m] Er. [n] Be. [o] G. [p] Dav. sic Zan. [q] Dav. [r] E. [†] G. [t] G. sic Zan. [v] Dav. [x] Gom. [y] Dav. [z] Cam. [a] D. [b] Ca. sic Zan. [c] Dav. [d] Zan. [*] E. ex Hi. sic Ham.

6. *Propter quæ* (peccata præced. aliáque flagitia [h]:) *venit* (i. e. venire solet [i]. Vide Eph. 5. 6 [k]. Al. Ἔρχεται præsens pro futuro; quod in hoc verbo frequens [l].) *ira Dei* (i.e. ultio, vel vindicta divina [m]: *Veniunt pœnæ*, Eph. 5. 6. Vide & Gen. 32. 10 [n].) *super filios incredulitatis*, Ἀπειθείας] *Inobedientiæ*, vel *Diffidentiæ*, Er. *Intractabiles*, Er. Dav. *Incredulos*, vel *Rebelles*, Vor. *Contumaciæ*, Pi. *Contumaces*, Ti. P. Be. Dav. Qui non sinunt sibi persuaderi, ut mala vitent & bona agant, Deóque obediant [o]; ut verbo Dei fidem adhibeant, & renuncient peccatis suis: quales illi Zach. 7. 11. Matth. 24. 38, 39. Clarum est, hîc depingi reprobos & excœcatos: electi enim tandem cedunt gratiæ Dei, &c [p].

7. &c. Ἐν οἷς, &c.] *In quibus* (nempe vitiis [q], ut ex seq. membro patet [r]: vel, *Inter quos*, Er. Ti. nempe filios inobedientiæ [†].) *& vos ambulâstis* (vel, *versabamini*, P. vel, *actiones vestras secundùm illos motus dirigebatis*: Id enim est הלך. Sic κατὰ σάρκα περιπατεῖν, Rom. 8. 1, 4. 2 Cor. 10. 2, 3. Vide & Eph. 2. 2. & 4. 17 [t]. *Ambulare in peccatis*, est in iis versari, quasi in vocatione sua ordinaria; assiduè ea patrare, & illis cum voluptate parere [v].) *aliquando*, (vel, *quondam*, Be. Pi.) *cùm viveretis* (vel, *versaremini*, D. ex Sy.) *in eis*, Vulg. Be. &c. i. e. cùm talibus affectibus perpetuò moveremini. Nam moveri est *vivere*. Vide Rom. 6. 2 [x]. *Ambulare* est *Vivere*: Quod Gen. 5. 24. *ambulare cum Deo*, id Persio, *vivere cum Deo* [y]: hîc autem distinguuntur [z], ut naturæ habitus & ἐνέργεια ipsa [a], vel, ut potentia & operatio apud Philosophos: nam præcedit vita, sequuntur operationes vitæ congruentes. Confer Gal. 5. 25 [b]. *Cùm viveretis*, h. e. cùm peccatum originis in vobis ante regenerationem regnaret: *incessistis*, &c. h. e. opera peccati edidistis. Argumentatur à remotione causæ ad remotionem effectûs [c], q. d. Peccatum non nisi vivens & regnans, causa esse solet vitæ improbæ; quod hîc supponitur: sed peccatum non est vivum, sed mortificatum in vobis: quod hîc ostendit, *cùm viveretis*, &c. quò significat, ipsos jam non ultra in illis vivere: quomodo dicunt, *vixit*, i.e. Mortuus est [d].

8. *Nunc autem* (Opponitur præced. τότε [*]: q. d. *nunc*, cùm peccato mortui sitis, &c [f]. nunc aliam vitam, alios mores exigit Deus, Rom. 13. 12. 1 Thes. 5. 5, 6 [g].) *deponite*, &c. Ἀπόθεσθε — ὀργὴν, θυμὸν, κακίαν, βλασφημίαν]. *Deponite* (vel, *Seponite*, ab aspectu, ab affectu, ab omnibus sensibus: q. d. Non solùm mortificate, sed jam mortua à vobis removete, & tanquam putrida cadavera à vobis prorsus separate [h]. Videte nè quid veneni resideat, Eph. 4. 22, 25 [i]. vel, *Exuite*, tanquam vestem sordidam [k], veterem ac detritam: vel, *deponite*, quasi onus quoddam quo anima ad ima detrahitur, Heb. 12. 2 [l].) *etiam vos hæc omnia*, (q. d. Non solùm graviora illa peccata antè memorata, sed reliqua omnia, minora scilicet, quæ fortè adhuc inter vos vigent [m].) *iram*, (h. e. ulciscendi libidinem [n]: *iram*, nempe inordinatam & illicitam, quæ aut principio, aut modo, aut fine peccat: est alioquin & ira bona [o], quæ ex amore Dei aut proximi oritur [p], quâ vitiis irascimur, ut Christus, Matth. 23 [q].) *excandescentiam*, (h.e. præcipitem [r], subitam, & acriorem [†], sive vehementiorem iram [t]. Ὀργὴν & θυμὸν distincta habes & Eph. 4. 31 [v].) *malitiam*, (i.e. Vel, 1. vitiositatem quæ omnes affectus nostros inficit [x]. Sed inter tot vitiorum species non satis aptè generis nomen interfereretur [y]. Vel, 2. maleficium quodvis, vel ultionem [z], vel malitiam, quæ est versuta & fallax nocendi ratio, quo modo opponitur χρηστότητι, Eph. 4. 31, 32. & sinceritati, 1 Cor. 5. 8 [a]. vel, mali machinationem in corde ex ira ortam [b]. Vide Rom. 1. 29. 1 Cor. 14. 20. Tit. 3. 3. 1 Pet. 2. 1 [c].) *maledicentiam*, (Aptè procedit à vitiis cordis ad peccata oris [d]. Βλασφημία propriè est famæ alicujus læsio [*], vel, 1. Dei, ut Levit. 24. 16. vel, 2. proximi, ut Rom. 3. 8. 1 Cor. 4. 13. Tit. 3. 2. & hoc loco: cui hæc blasphemia nocet, vel occultè, & tum vocatur detractio; vel

[f] E. [g] G. [h] Dav. [i] Be. Er. [k] Be. [l] G. [m] Dav. Er. sim. Zan. Vor. [n] G. [o] Zan. [p] Dav. [q] Er. Zeg. Zan. Dav. ex Be. Vor. [r] Vor. ex Er. [†] Er. [t] G. [v] Dav. [x] G. [y] D. [z] Be. ex Amb. [a] Be. [b] Dav. [c] Gom. [d] Dav. [*] Zan. [f] Zan. Dav. [g] Dav. [h] Dav. ex Zan. [i] G. [k] Dav. [l] Gom. [m] E. [n] Gom. sim. Dav. [o] Dav. ex Zan. [p] Dav. [q] Zan. [r] Dav. [†] Gom. [t] Zan. [v] G. [x] Q. in Dav. [y] Gom. [z] Zan. [a] Gom. [b] Dav. [c] G. [d] Dav. [*] Gom. sim. Zan.

vel apertè, & dicitur convitium [f]. Damnat ergò h. l. convitia, obtrectationes, murmurationes [g], omniáque maledicta [h]. Vide Matth. 15. 19. Marc. 7. 22. Eph. 4. 31 [i]. ¶ *Turpem*, &c. Αἰσχρολογίαν, &c.] *Turpiloquentiam* (vel, *Verborum obscœnitatem*, Gom. Be. Quæ αἰσχρότης, Eph. 5. 4 [k]. & *sermo putridus*, Eph. 4. 29. rectè: nam & à putrida radice pullulat, h. e. luxuriat, & quasi putredinem moribus hominum inducit [l].) *ab ore vestro*, Er. &c. sub. *procedentem*, Pi. Vor. vel, construitur hoc cum ἀπόθεσθε [m], quasi ea vox hîc repetita esset: id dicitur περίζωμα [n].

9. *Nolite mentiri*, &c.] Eph. 4. 25 [o]. i. e. fraudibus & mendaciis circumvenire [p]. *Mendacium*, ut rectè definit Aug. *est voluntaria falsi enunciatio, fallendi causâ.* Cui astipulantur Durandus, Aquin. Alensis, reliqui Scholastici. Estque vel, *perniciosum*, quod profertur nocendi causâ; vel, *officiosum*, quod juvandi; vel, *jocosum*, quod delectandi. Nullum horum licitum est, ut constat tum ex Prov. 12. 22. Apoc. 21. 8. & 22. 15. tum quia mendacium est secundùm se malum ex genere, &c [q]. ¶ *Exspoliantes*, &c. Ἀπεκδυσάμενοι, &c.] *Quum exueritis* (vel, *Exuentes*, i. e. postquam exuistis [r]: vel, *Utpote qui exuistis*, vel, *exuere cœpistis*, V. Metaphora est, vel, 1. ab antiqua ceremonia baptismi, in quo, veteribus vestibus depositis, novæ assumebantur †. Sed hunc morem Apostolorum tempore viguisse non est verisimile, ex collat. Act. 2. & 5. &c [t]. Vel, 2. à veteribus & tritis vestibus, quæ ità exuuntur, ut nunquam resumantur. *Exutos* eos dicit, nempe sacramentaliter & inchoativè [v], scil. quoad actum seu motum peccati, totaliter verò, quoad reatum & Dominium peccati [x]; deinde spe certâ, ratione consummationis; denique obsignatione Dei, Gal. 3. 27 [y]. Al. *Sed exuite*: ἀπεκδυσάμενοι, pro ἀλλ' ἀπεκδύσασθε [z], vel pro, ἀπεκδύσασθε γοῦν. Est enim tacita hîc antithesis: nè quis putet modum seu rationem agendi præscribi [a]. Vel, *Exuti*, sub. *estote*: vel, participium hîc ponitur pro verbo, ut sæpe fit. Ità non hîc est periodus, quæ sit velut collectio præcedentium in unam generalem exhortationem [b].) *Veterem illum hominem* (Sic vocat, vel, 1. pravam vivendi consuetudinem †. pristinam vivendi rationem, ut & Rom. 6. 6. & Eph. 4. 22. ibi est ἀποθέσθαι quod hîc ἀπεκδυσάμενοι. Mores sunt velut Vestes animi. Vide suprà 2. 11. Rom. 13. 14. Gal. 3. 27. Eph. 4. 24. & 6. 11 [c]. Vel, 2. Peccatum originis, quod, instar hominis, sua habet membra [d]: sive naturalem vitiositatem *, vel corruptionem peccati ex veteri Adamo contracti [f]; sive inclinationem omnium facultatum ad malum [g], cujus membra sunt vitiosi affectus & peccata [h]; atque insuper peccandi habitum, quem ante regenerationem acquisiverunt [i].) *cum factis* (vel, *actionibus*, Zan.) *ipsius*, P. &c. Quæ sunt peccata [k].

10. *Et*, &c. Καὶ ἐνδυσάμενοι——ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν κατ' εἰκόνα, &c.] *Et induistis* (vel, *indueritis*, P. vel, *induite*, Pi. *induti sitis*, Be. nempe à Christo [l]:) *novum hominem*, (vide Eph. 4. 24 [m]. Sicut autem vetus homo est totius naturæ corruptio, &c. ità & novus est ejusdem instauratio [n], & nova propensio omnium facultatum ad bene agendum impressa fidelibus per Spiritum Sanctum, Rom. 7. 22. Eph. 3. 16 [o]. nova illa & spiritualis natura, quam fide in Christum consequimur [p].) *qui renovatur* (mente scilicet [q]. Vox hæc ad modum spectat [r], & explicat quo pacto *novus sit homo* †, q. d. Renovatio vestra non uno momento absolvitur, sed assiduâ Spiritûs S. operâ indiget [t]. Ἀνακαίνωσις dicitur & Rom. 12. 2. Tit. 3. 5. Hoc addit, quia quotidie magis magisque proficiendum est in via pietatis [v].) *ad*, vel *in*, (vel, *per*, V. T. sive *propter*, V.) *agnitionem* (i. e. fidem, cultum, amorem [x], nempe Dei ac Christi [y]: i. e. ad cognoscendum mysteria revelata, & sapiendum ea quæ Dei sunt [z]. Mens hominis veteris cœca est, Eph. 4. 18. Auspicatur ergò opus renovationis ab infuso scientiæ & fidei lumine: Confer Eph. 1. 17, 18 [a]. vel, *in scientia*, Aug. [ut sit εἰς pro ἐν. Finis, aut, si vis, materia regenerationis hîc significatur [b]. *Cognitionem* intelligit ipsam experientiam bonitatis in nos Divinæ [c], in eo quòd nos regenerat, &c ‖. Sic 1 Tim. 2. 4. Tit. 1. 1. Heb. 10. 26 †. *Scientiam* hîc intelligit, non otiosam & speculativam; sed vivam [d], & efficacem *, ut definitur 1 Joan. 2. 3

f Dav. g Zan. h Gom. i G. k Idem. l Dav. m G. Vor. ex Pi. n G. o G. p Me. sim. E. q Dav. r Er. † Q. in Gom. sim. Be. t Gom. v Zan. sim. Dav. Gom. x Dav. y Gom. z Pi. sic Vor. a Vor. b E. † Vor. c G. d Gom. * Zan. sim. Dav. f E. g Dav. h Zan. i Dav. k Dav. sim. E. l Zan. m G. n Zan. sic Dav. o Dav. p Vor. q T. r Dav. † Zan. t Dav. v G. x T. y Zan. z E. a Dav. b Be. c G. sic Ham. † G. ‖ Ham. d Dav. * Be. Dav.

4 [f].) *juxta imaginem* (vel, *congruentem imagini*, Be. Pi) *ejus qui condidit illum*, Ti. &c. nempe secundùm qualitates [g]: i. e. vel Christi [h]; vel Dei [i], creatoris & regeneratoris [k], qui nos per Christum fecit novam creaturam [l], Eph. 2. 10, 15. & 3. 9. & 4. 24. Adamus ad quandam Dei imaginem conditus, intellectu, liberâ voluntate, dominatu: At nos ad longè perfectiorem, qualem Christus exhibuit, justitiâ, sanctitate, veritate, bonitate. Vide suprà 1. 15 [m]. Est hoc alterum renovationis effectum, ut mente per fidem illustratâ, voluntas Deo conformis reddatur [n]. Itaque renovatio hæc in eo consistit, ut deponentes vitia, & studentes virtutibus, indies clariùs cognoscamus Deum & voluntatem ejus [o].

11. *Ubi*, &c. Ὅπου, &c.] *Ubi* (vel, *Apud quem*, &c. scil. Deum [p]; vel Christum [q]: *In qua*, nempe creatione [r]: *In quo*, nempe negotio †, religionis, sive Christianismi [t]; vel, renovationis [v].) *non est Græcus* (vel, *gentilis*, Vulg.) *& Judæus*, P. Solent ista sæpe opponi, ut Rom. 1. 14, 16. & 2. 9, 10. & 3. 9. & 10. 12. 1 Cor. 1. 24. & 10. 32. & 12. 13. Gal. 3. 28. Cæterùm alibi *Græcorum* vox totum humanum genus extra Judæos complectitur: hîc verò, ut sequentia indicant, strictiùs sumitur, pro *iis qui Græci erant sermonis* [x]. Sensus est, q. d. Nihil externum spectandum est [y]: nullum nationum discrimen aut promovet salutem, aut impedit [z]: non præfertur Græcus Judæo [a]. *Gentilem* hîc præponit, alibi Judæum, ut Rom. 2. 9. ut hanc indifferentiam insinuet [b]. ¶ *Circumcisio & Præputium*] i. e. Circumcisus aut incircumcisus. Sic Rom. 4. 9. Gal. 2. 7, 8, 9, Eph. 2. 11. Phil. 3. 5. Sensus hîc idem qui Gal. 5. 6. & 6. 15 [c]. τὸ, *Judæus*, ad prærogativam gentis; τὸ, *circumcisio*, ad prærogativam sacramenti & religionis, pertinet [d]. Nihil valet diversitas religionis *, & rituum [f], traditionum [g], ceremoniarum & externarum observationum [h]. ¶ *Barbarus* (Id nomen datum à Græcis omnibus qui linguæ Græcæ non erant [i], ut apud Eurip. Βεβαρβάρωκας χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις, & Horat. *Græcia Barbariæ lento collisa duello.* Maximè de Phrygibus usurpabatur [k]. Superiora ad Judæos spectabant, qui gente & ritibus gloriabantur: hæc ad Græcos, qui philosophiâ & artibus exculti, cœteras nationes barbaras vocabant, & quasi belluas præ se contemnebant [l].) *& Scytha*] Crescit oratio. Nam inter barbaros barbarissimi erant Scythæ, semiferi homines [m]. Itaque hoc nomine tanquam probroso in Demosthenem utitur Æschines. Seneca Troadibus, *Quis Colchus hoc, quis sedis incertæ Scytha Commisit?* Certum est distare gentes ἀπὸ τρόπου ingenio: sed *Nemo adeò ferus est qui non mitescere possit. Si modò culturæ patientem præbeat aurem.* Testis est Anacharsis Scytha. Non abit hinc illud Valerii Maximi, 3. 3. *Virtus——omnibus æqualiter exposita, quid cupiditatis potiùs quàm quid dignitatis attulerit, æstimat* [n]. ¶ *Servus & liber*] i. e. Nulla conditionis ratio: unde & *servum* primo loco nominat [o]. Nè natalium quidem sors obstat: 1 Cor. 7. 21, 22. (ubi dicta vide) & 12. 13. Adde Gal. 3. 28 [p]. Servorum conditio apud veteres iniquissima erat & miserrima, ea tamen saluti nihil obstabat [q]. ¶ *Sed omnia* (scil. ad salutem necessaria [r], vel quæ sunt novi hominis †; ut justitia, sanctitas [t], religio & omne bonum [v]. Christus *omnia* est, tùm meritoriè, 1 Cor. 1. 30. tum efficienter, 1 Cor. 15. 10. Gal. 2. 20 [x].) *& in omnibus* (nempe credentibus [y], vel renovatis [z]; in omni hominum genere sine discrimine [a]: sub. *est*, Be. Pi.) *Christus*, P. Be. &c. sese scilicet uniens renatis, eósque regenerans [b]: vel, *Christus*, i. e. imago justitiæ Christi, ut Rom. 13. 14 [c]. Christus est omnium perfectio [d]. Hoc solum discrimen nunc valet, quantum de Christo traxerit *: Solus Christus verâ fide receptus in hac parte omnia præstat [f].

12. *Induite vos*, (i. e. Ornati estote, ità ut nunquam exuatis [g]. Obj. At hæc eos antea induisse dixerat. Resp. *Induere* hîc nihil aliud est quàm exerere & exercere has virtutes impressas cordibus illorum à Spiritu Sancto [h].) *igitur* (quia novum hominem induistis [i]:) *sicut electi Dei*, (i. e. à Deo [k], ad vitam æternam [l]: vel, *electi*, i. e. efficaciter vocati [m]:) *sancti* (sanctitate & externâ & internâ [n]: in Baptismo, & per Spiritum, sanctificati [o]:)

f Be. g Idem. h Vor. i Vor. G. Gom. k Gom. l G. sim. Vor. m G. n Dav. sim. Zan. o Me. p Zeg. q Q. in Zan. r G. † Vor. E. t Vor. v E. sim. Zan. Dav. x G. y Me. z Dav. sim. Zan. E. a V. b E. c G. d Zan. * E. f E. Zan. g Zan. h Dav. i G. sim. k G. l Dav. m G. sim. E. Zan. Dav. Er. n G. o E. p G. q Dav. r Dav. sic Zan. † E. t E. Me. v Me. x Dav. y Zan. sim. E. z Zan. sic Dav. a Me. b E. Dav. c Gom. d V. * G. f Vor. g Be. sim. Zan. Dav. h Dav. i Idem. k E. Pi. l Zan. Dav. m Pi. &c. n Zan. sim. Dav. o Gom. Zan. sic Dav.

& dilecti, (scil. amore amicitiæ [p], recepti in Dei gratiam [q]. Sensus q. d. Sicut decet electos, &c [r]. Ratio à decoro sive honesto †. Valde apta ad commovendos animos hæc oratio, ut multæ in Paulo. Magnis à Deo affecti beneficiis, Spiritu donati, summè ab ipso dilecti, videte quid vicissim facere debeatis [t].) *viscera misericordiæ*, (vel, *miserationum*, P. Pi. i. e. per Hypallagen, miserationes viscerum, h. e. non fucatas, sed serias & à corde profectas [v], promptissimam & plenam misericordiam [x], tenerrimum affectum [y], in quo ipsa viscera affici sentimus. Vide Gen. 43. 30. Thren. 2. 11 [z]. σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, sicut Phil. 2. 1. σπλάγχνα, οἰκτιρμοί. Voces istæ ejusdem aut propinqui significatûs inter se vinctæ magnam habent efficaciam [a].) *benignitatem*, (Ab affectu transit ad actum, h. e. opera misericordiæ [b]: χρηστότης est vel promptitudo aliis benefaciendi [c]; vel, comitas & humanitas, quæ morum asperitati opponitur [d]: q. d. ut sitis blandi, non austeri *. Vide 2 Cor. 6. 6. Gal. 5. 22. Tit. 3. 4 [f].) *humilitatem*, (q. d. non elati vestris misericordiæ operibus [g]: vel, *modestiam*, Er. V. sic Pe. Be. Pi. Vide Act. 2. 19. Col. 2. 18, 23. & 3. 12. 1 Pet. 5. 5 [h].) *modestiam*, (vel, *lenitatem*, E. Me. Er. Gom. in aliis humaniter tractandis, iisque minimè offendendis [i]: vel, *mansuetudinem*, Er. V. sic P. Pi. Be. quâ erga omnes affabiles sumus & comes [k]. Vide 1 Cor. 4. 21. 2 Cor. 10. 1. Gal. 5. 22. & 6. 1 [l].) *patientiam*] vel, *longanimitatem*, Er. V. E. Me. *lenitatem*, V. sic P. Pi. *animi moderationem*, quâ quis non facilè provocatur [m]. [De μακροθυμίᾳ] vide 2 Cor. 6. 6. Gal. 5. 22. Eph. 4. 2. Col. 1. 11. 2 Tim. 2. 10. & 4. 2. &c [n].

13. *Supportantes invicem*, Ἀνεχόμενοι ἀλλήλων] Eph. 4. 2 [o]. *Sufferentes* (vel, *Tolerantes*, P. Pi,) *vos invicem*, Er. Ti. vel, *alii alios*, P. Pi. Be. q. d. Quamvis lacessiti & læsi sive verbis, sive factis, non statim insurgite ad vindictam expetendam, sed lenitate hostes vincite, &c. Hâc tolerantiâ vincetis, tum vosmetipsos, vestrósque appetitus, quæ maxima victoria, Prov. 16. 32. tum hostium malitiam, idque modo legitimo & à Deo probato [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ χαριζόμενοι ἑαυτοῖς] Plus hoc quàm quod præcessit. Tolerat enim, qui non potest ulcisci, aut qui non judicat expedire, nec tamen condonat, &c [q]. Exigit ergò & *tolerantiam*, quâ injuriæ feruntur, & *veniam*, quâ condonantur [r]. *Condonantes vobisipsis*: Sibiipsi condonat, qui condonat fratri; nam amicus aut frater est Alter ego †: vel, *vobis mutuò*, Er. Ti. P. Be. Pi. Zan. Emphaticè; nam veniæ æquitatem docet à pari [r]. Hîc ἑαυτοῖς positum pro ἀλλήλοις, ut Marc. 10. 26. Luc. 23. 12. Eadem verba Eph. 4. 32 [v]. ¶ *Siquis*, &c. Ἐάν τις πρός τινα ἔχῃ μομφήν] *Siquis adversus aliquem habuerit querelam*, Er. P. Be. &c. i. e. justam conquerendi causam [x]. Hoc est quod dicitur Matth. 5. 23. ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ. Μομφὴν ἔχειν locutio bene Græca est & apud Euripidem & Aristophanem [y]. ¶ *Sicut & Dominus*, &c.] Græcè *Christus*, pro quo Eph. 4. 32. est *Deus in Christo* [z]. Christi exemplum habet vim, tum, 1. *argumenti* ad persuadendum, Joan. 13. 14. 1 Pet. 2. 21. quia oportet membra capiti suo respondere: tum, 2. *regulæ* ad dirigendum, quatenus perfectissimam virtutis ideam continet [a]. *Et hoc habemus*, Eph. 4. 32 [b]. ¶ *Ità & vos*] Supple vel *condonate* [c]; vel *facite*: quod verbum & alibi subauditur [d].

14. *Super omnia autem hæc* (tanquam vestimentum extimum quod aliis vestibus superindui solet: Charitatis præeminentiam, seu prærogativam, docet *. Vel, *Propter hæc omnia*, h. e. eorum causâ: ut sitis misericordes, mansueti, &c [f]. Prædictæ enim virtutes & veritatem suam ac pretium, & actum suum, & firmitatem atque alacritatem, à charitate habent: ἐπὶ significat & *super* & *propter* [g].) *charitatem*] Nempe ἐνδύσασθε, *induite* [h]: quod ex longinquo repeti hîc debet. Qualia multa apud Paulum [i]. *Charitas* est virtus quâ sincerè diligitur propter se Deus, & propter Deum proximus ‖. ¶ *Quod*, &c. Ἥτις ἐστὶ σύνδεσμος τῆς τελειότητος] *Quæ est vinculum* (vel, *connexus*, Be. δεσμὸς est vinculum quo res una ligatur, σύνδεσμος est vinculum quo plures simul colligantur. Charitas autem multos & multa unit [k].) *perfectionis*, Er. P. Pi. &c. vel, *integritatis*, Er. vel, 1. quoad officium nostrum & legem [l], vel inter ipsas virtutes [m]; quia qui charitatem habet cœteras omnes habet & exercet [n], & sine illa reliquæ virtutes nil sunt coram Deo, 1 Cor. 13. 1 [o]. Vide Rom. 13. 8. Gal. 5. 14 [p]. sine illa neque integræ, neque unitæ servantur, sed diffluant ac dissiliant necesse est [q]: charitate omnia hominum inter se officia continentur ac cohærent [r]. Vel, 2. quoad Ecclesiam, quæ, tanquam domus Dei, compage charitatis continetur, Eph. 4. 16 †. Charitas unit membra Ecclesiæ inter se [t], facitque ut suo quodlibet fungatur officio [v], & ut mutuas operas sibi communicent ad utilitatem & conservationem totius [x]. [Sensus, q. d.] Est perfectio devinciens inter se Christianos [y]. Respexit ad corpus, in quo spiritus colligat & connectit omnia membra, alioqui dilapsura [z]: *vinculum perfectionis*, h. e. perfectæ illius unitatis, & fraternæ amicitiæ, quæ inter Christianos vigere debet [a]: vel, *vinculum perfectum*, V. Me. quo homines inter se colligantur; cùm alia vincula societatum humanarum aut imperfecta sint, aut etiam noxia [b]: vel, *perficiens*, Q. in Me. i. e. perfectè uniens fideles inter se [c]: vel, *perfectissimum*, G. Ham. per Hypallagen [d], animos scilicet conjungens. Idem sensus Eph. 4. 3. In MS. ὅ ἐστι σύνδεσμος, constructione ad rem facta *.

15. *Et*, &c. Καὶ —— βραβευέτω, &c.] *Et pax Dei* (vel, *Christi*, ut est in MS †. id est, pax fraterna [f], vel Christiana, sive mutua [g], vel, cum proximo: quæ dicitur *pax Dei*, quia Deus eam inter nos sancivit suis legibus, ac sanguine filii sui confirmavit; & quia donum Dei est, quia Deus, & præcepto & Spiritu suo, ejus author est, indè dictus *Deus pacis*, Rom. 16. 20. 1 Cor. 14. 33 [i]. Hæc pax nascitur ex charitate [k], Dei & proximi [l].) *imperet*, vel *regat*, sive *moderetur*, (vel, *principatum obtineat*, Jac. Cap. *primum locum habeat*, V. *sit gubernatrix*, Be. agat brabeutem, sive agonothetam [m], inter cæteros affectus, &, cùm insurgunt affectus iræ, odii, &c. eos compescat, &c [n]. vel, *arbiter sit* ad componenda omnia dissidia: hinc Phavorinus, βραβευτὴς est διαλλακτὴς, & βραβεύειν, μεσιτεύειν, &c [o]. vel, *dijudicet*, nempe si quid est inter vos controversum. Pacis studium sit vice Judicis: שפט βραβεύειν propriè dicitur de Judicibus ἀγώνων· sed transfertur ad Judices quosvis, ut apud Plutarchum aliquoties. Non abit à sensu Hesychius, cùm dicit, βραβευέτω, κατισχυέτω. Vir bonus sibi Judex est [p]. Vel, *palmam ferat*, Er. Ti. V. q. d. Nè judicet Ira in vobis, aut Invidia, aut Superbia, sed Pax deferat palmam; ut is putet se vicisse qui cæterarum rerum dispendio pacem conservaverit [q]: *bravium ferat*, de omnibus animi passionibus [r]. Cùm duplex in nos insurgit motus, alter ad vindictam incitans, alter ab ea revocans, prævaleat mansuetudo, non ira †: Ante omnia studete paci conservandæ, quamvis jure vestro cedatis, &c [t]. vel, *palmam tribuat*, i. e. sit justus certaminis arbiter, & ei motui palmam tribuat qui vos ad lenitatem inclinet [v].) *in cordibus vestris*, P. Pi. Dav. &c. Non in ore tantùm, aut vultu, quibus multi præ se ferunt pacis studium, qui intus alunt iram & odium [x]. ¶ *In*, &c. Εἰς ἣν —— ἐν ἑνὶ, &c.] *Ad quam* (i. e. ut illam servetis [y]:) *etiam vocati estis* (1 Cor. 7. 15 [z]. cùm facti estis Christiani [a]: vel, per hanc unionem vestram tanquam membrorum, &c [b]. quia hæc pax & prædicta est, ut Esa. 2. 4. & 11. 6. & mandata, Marc. 9. 50. Rom. 14. 19. & Christi auspiciis stabilita, Eph. 2. 14, &c [c].) *in unum corpus*, Be. P. Pi. vel, *in uno corpore*, Er. Ti. i. e. in unam Ecclesiam [d]: vel, *ut unum essetis corpus*, quod nisi per pacem fieri non potest, 1 Cor. 10. 16 *. vel, in eo quòd estis Ecclesia, quæ unum corpus est [f]: utpote facti membra unius corporis [g], non *politicè* tantùm, ut cives reipublicæ, sed *supernaturaliter* & *mysticè*, &c [h]. h. e. unius Ecclesiæ [i]. Quid enim turpius, aut perniciosius, quàm membra inter se dissidere [k]? ¶ *Et*, &c. Καὶ εὐχάριστοι &c.] *Et grati estote*, Er. Ti. Pi. vel, 1. passivè, h. e. aliis accepti [l], *gratiosi*, sive *amabiles*, Er. ex Hi. V. P. comes & benigni erga omnes, propensi ad bene merendum de omnibus [m]: ità pax inter vos consistet [n]: vel, 2. activè, ut vox sæpiùs sumitur [o]. *grati*, vel, 1. erga homines [p]; quia ex ingratitudine sæpe oriuntur inimicitiæ, ut 1 Sam. 25 [q]. vel, 2. erga Deum [r], h. e. memores quàm clemens ille fuerit in nos, ut ipsi vicissim clementes simus erga conservos †: agnoscite gratiam

[Margin, left column:] p Dav. q Zan. E. Me. Dav. r G. v Gom. x V. sim. Be. y Dav. ex Be. z Dav. a G. b Dav. c Gom. sim. Zan. d E. * Me. f G. g Dav. h G. i Gom. k Zan. l G. m Er. n G. o Idem. p Dav. q Zan. Dav. r Gom. † Zan. r Gom. v G. x Zan. Dav. E. y G. z E. a Dav. b G. c Dav. d G. * Dav. f Calv. g Dav. h G. Camer. Ca. i G. ‖ Dav. k Zan. l Gom. m Dav. sic Zan.

[Margin, right column:] n Dav. sim. E. T. o Zan. p Dav. q Zan. r Be. † Gom. t Zan. Dav. v Zan. Dav. y Camer. z Er. a Vor. b Me. c E. Me. d Ham. * G. † Idem. f Dav. g Gom. h Zan. i Dav. k Zan. Dav. l Dav. m Dav. sic l e. Pi. Vor. n Dav. sim. Zan. ex Chryf. o Ham. p G. q Er. sim. E. r T. † Me. sim. T. t E. v Me. x Dav. y V. z G. Gom. a Zan. b Gom. c Dav. d V. Me. * G. f V. g E. sim. Zan. Dav. Gom. h Dav. i E. Dav. k Zan. l Gom. sic Me. m Er. n Er. sim. V. o Gom. p Dav. sim. Zan. q Dav. r Dav. Zan. Er. ex Th. † Er. ex Th.

tiam per Christum vobis factam [t]: ità facilè injuriarum vestrarum obliviscemini [v]: *grati*, i. e. memores beneficiorum [x], quæ à Deo accepistis. In Glossario, εὐχάριστος, *gratificus*, *gratus* [y]. Est hoc aut præceptum virtutis novæ: aut ratio quâ studium pacis commendatur [z]. In eo enim gratitudinem in Deum ostendimus, si pacem in domo Dei servemus [a]. Al. *Benefici estote*: εὐχάριστος, inquit Julius Pollux, diligens proprii vocum usûs observator, est φιλόδωρος, & qui χάριν, i. e. beneficium alteri tribuit. Quæ notatio optimè cum præced. & cum seq. cohæret [b].

16. *Verbum Christi* (id est, doctrina Evangelica [c]; *Christi* dicta, & quòd à Christo revelata ac prædicata est, & quòd de Christo loquitur [d]. In MS. ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ [*]. Cùm nimis longum esset singulas Christianas virtutes exactè explicare, generale hoc monitum subjicit [f].) *habitet* (i. e. fixam sedem habeat [g]; q. d. domesticum & familiare vobis sit & notissimum [h], instar domestici [i], vel, hospitis exoptatissimi in domum recepti [k]: nunquam ex animis vestris abeat; id enim est ἐνοικεῖν, ut 2 Tim. 1. 5. Hebræis שכן [l].) *in vobis* (scilicet omnibus & singulis membris Ecclesiæ [m]. A Laicis ergò requiritur lectio & studium Scripturæ [n], ut patet ex mandato & intentione Dei, Deut. 11. 18, 19. Joan. 20. 31. Rom. 15. 4. Adde Act. 8. 28. & 17. 11. Impiè ergò Pontificii eos a lectione Scripturæ arcent [o]. [De quo fusè hîc disserit Cl. Dav.]) *abundanter* (vel, *largè*, P. sim. Be. Pi. πλουσίως *abundanter*, ut 1 Tim. 6. 17. Tit. 3. 6. 2 Pet. 1. 11 [p]. vel, *opulentè, & divitum more*, Er. q. d. Non particula aliqua [q], sed tota Scriptura legenda & pervestiganda est [r], atque in vos totos admittenda, in mentem, affectus, &c †.) *in* (vel, *cum*, Be. Pi.) *omni sapientia*, Mo. i. e. Ut indè discatis omnem salutiferam sapientiam [v], perfectam nempe cognitionem [x], tum credendorum, tum agendorum [y], juxta 2 Tim. 3. 15, 16, 17 [z]. q. d. Verbum Dei sapienter à vobis tractetur, sobriè, piè, rectéque intelligatur, prudenter ad usum vestrum accommodetur: nè sitis fatui illius lectores, vel auditores, vitetis omnes sophisticas, hæreticas, stultas & absurdas illius interpretationes [a]: ἐν hîc, ut alibi, valet σύν. Vera sapientia Evangelium comitatur, 1 Cor. 1. 30. & 2. 6. Eph. 1. 8 [b]. ¶ *Docentes*, &c. Διδάσκοντες καὶ νουθετοῦντες ἑαυτοὺς] In præced. ad studium Scripturæ eos excitavit, jam ejus usum multiplicem ostendit [c]. More suo negligit syntaxin: nam præced. *vobis*, exigebat, *docentibus*, &c. Est enim sensus, & ità quidem ut vos invicem doceatis, &c. nisi subaudiatur verbum substantivum [d]. Repetendum hîc γίνεσθε· ut illud, ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν sit quasi parenthesis. Et rursum ἑαυτοὺς pro ἀλλήλους [*]. Syntaxis hîc refertur ad sensum orationis, non ad voces [f]. Aut abusus est participii loco verbi [g], infiniti, vel, gerundii [h], ut apud Hebræos [i]; aut referendum hoc ad præced. *grati sitis* [k]. Verba sic reddunt: *Docendo* (vel, *Docetéque*, Er. Ti.) *& commonefaciendo* (vel, *commonete*, Er. Ti. Est etiam privatorum aliquatenus & *docere & monere* [l], non quidem publicè cum authoritate, sed privatim ex charitate, ut constat ex Gen. 18. 19. Deut. 11. 19. Psal. 78. 5. Act. 18. 26. 1 Cor. 14. 35 [m]. Præcipitur hîc mutua institutio [n] ¶ *Psalmis, hymnis, & canticis* (Hæc quid differant, vide Eph. 5. 19 [o].) *spiritualibus*] Cantica *spiritualia* vocantur, 1. à causa efficiente, Spiritu Sancto [p]: 2. à materia seu argumento [q], quòd sint de rebus spiritualibus [r]; hoc magis convenit, ut opponantur mundanis: 3. à fine †; [quòd sint] ad Dei gloriam nostrámque salutem [t]. Hæc verba conjungenda sunt, vel, 1. cum præced. docentes, &c [v]. Recitationes tales vim habent *docendi & monendi* [x]. Verbum Dei adeò vobis familiare esse debet, ut etiam ad hilaritatem vobis serviat, & ex eo canatis, &c [y]. Innuere voluit, etiam cùm hilaritati inservimus, ædificationis mutuæ memores nos esse debere [z]. Vel, 2. cum sequent. *canentes Domino, Psalmis* scilicet, &c [a]. Quod non minùs probabile est. Ad rem parum interest [b]. ¶ *In*, &c. Ἐν χάριτι, &c.] *Cum gratia* (vel, 1. canentis, quâ donatus est à Spiritu, q. d. secundùm gratiam acceptam, ut Rom. 12. 6, 7 [c]. vel, per gratiam Spiritûs S. sine qua tale munus obiri non potest [d]: vel, 2. auditorum, ut iis grata jure esse possit [*], ut prodesse possitis & delectare [f]: חן, i. e. χαριτόως, *amabiliter* [g]. Sic χάρις sumitur Eph. 4. 29 [h]. & Col. 4. 6 [i]. vel, 3. cum gratitudine erga Deum [k]: ut χάρις accipitur 1 Cor. 15. 57. 2 Cor. 2. 14 [l]. q. d. gratias agentes, vel, recinentes Deo laudes ob sua beneficia in vos collata [m]: vel, 4. gratiosè, ità ut Deo gratum sit †.) *in cordibus vestris* (est enim in MS. ἐν ταῖς καρδίαις [n]: vel, *in corde vestro*, Mo. P. &c. i. e. non solâ voce, sed cum assensu animi [o]; cum attentione [p], & affectu [q].) *Deo*, Vulg. &c. vel, *Domino*, Mo. P. i. e. ad Dei aut Christi gloriam [r]; non ad quæstum, aut ad luxum †, aut ut hominum aures demulceamus, &c [t].

17. *Omne*, &c. Καὶ πᾶν ὅ, τι ἂν ποιῆτε ——— πάντα, &c.] *Et quicquid egeritis*, (ποιεῖν, עשה, interdum opponitur Dictis, hîc verò ità laxè sumitur ut & Dicta comprehendat. Nam & qui dicit, *agit* aliquid [v].) *sermone, aut facto*, (sed ubi *cogitatio*? Resp. Sermo duplex est, Oris & Cordis [x]. Al. Opera hîc intelliguntur, & externa, & interna [y].) *in* (vel, istud *in*, Be. vel, *omnia in*, Er. id *omne in*, Pi. Est Epanalepsis [z], pleonastica, quia jam præcesserat πᾶν ὅ, τι [a].) *nomine Jesu*, P. i. e. ipsius autoritate & auxilio [b], invocato Christi nomine [c], secundùm voluntatem Christi [d], & ad ejus gloriam [*]; supple ποιεῖτε, *facite* [f], quod ex præcedenti subintelligitur. Hebræorum dictum est, יהיו כל מעשיכם לשם שמים, [*Fiant omnia ad nomen cœli*, h. e. ad gloriam Dei:] Non autem necesse est ut sic omnia actu fiant, sed sufficit si fiant habitu, h. e. virtute seu virtuali intentione [h]; si fixum sit in corde nostro propositum sic agendi. Optimum tamen est, ut, quàm fieri potest sæpissimè, actu cogitemus de gloria Christi, &c [i]. ¶ *Gratias agentes* (tum in usu creaturarum, tum in omni successu & eventu rerum atque actionum nostrarum, Eph. 5. 20 [k].) *Deo & Patri* (ut suprà 1. 3. ubi exemplum habes hujus gratiarum actionis, quemadmodum & Rom. 1. 8. & 7. 25 [l]. Καὶ hîc est διασαφητικὸν, & declarat quis noster sit Deus, nempe ille Pater, qui nos in Filio dilexit [m]. Mos est Scripturæ, ut & orationes & gratiarum actiones ad personam Patris dirigantur: cujus ratio est, quòd Pater sit fons Deitatis, &c [n].) *per ipsum*] h. e. Christum [o], mediatorem [p], per cujus meritum omnia nobis dona salutaria à Deo Patre proveniunt [q]: nam nè gratiæ quidem nostræ gratæ erunt Deo, nisi per & propter Christum [r]. Explicat quid sit *in nomine Christi omnia facere ac loqui*, nimirum *de factis dictisque Deo Patri gratias agere per Christum* †.

18. *Mulieres*, &c. Αἱ γυναῖκες, ὑποτάσσεσθε ——— ὡς ἀνῆκεν ἐν Κυρίῳ] *Uxores*, (Αἱ γυναῖκες pro ὦ γυναῖκες, sic deinceps [*]. Incipit ab officio Uxoris, tum, quia difficilius est subjectionem quàm dilectionem præstare; tum, quia dilectio viri ut plurimùm pendet ex debita subjectione uxoris [t].) *subjectæ estote* (vel, *subjicite vos*, Be. Pi. G. Est enim passivum pro reciproco [v].) *propriis* (quâ voce avocat earum cogitationes à viris alienis [x]:) *viris*, (ἰδίοις additur Eph. 5. 22, 24 [y]. Sed perperam id omisit Vulg. quod est in cod. Clarom. & Sy. [z].) *ut convenit in Domino*, P. Verba hæc continent, vel, 1. rationem prædicti mandati, quia sic jussit Christus [a]; quia hoc convenit in Domino, i. e. secundùm ordinationem Domini [b]: sicut decet eas uxores quæ sunt cum Domino conjunctæ per fidem, quæ Christianismum profitentur [c]: *ut Dominicis dignum est*, h. e. Christianis [d]: ità, *in Domino*, construendum cum, *ut convenit* [*]. Vel potiùs, 2. limitationem mandati; cujus occasio erat quòd multarum mariti erant infideles: q. d. Parete iis, non in omnibus absolutè & promiscuè [f]; sed *in Domino*, i. e. juxta Christi doctrinam [g], & quatenus ea permittit [h]. Distinguendum ὡς ἀνῆκεν [i], commate aut ὑποταγῇ [k], ut ἐν Κυρίῳ sit restrictio illius ὑποτάσσεσθε [l], qualis Eph. 6. 1. ὡς ἀνῆκεν, *ut æquum est*: τοῦτο γάρ ἐστι δίκαιον, ibidem ad Eph [m]. Hæc porrò subjectio sita est in tribus, 1. in cordis, vel mentis, actu interno, quo virum, ut se superiorem, revereretur, Eph. 5. 33. 1 Pet. 3. 6. 2. in studio conformandi mores & affectus suos, ad illius indolem in rebus mediis & licitis, 1 Cor. 7. 34. 3. in præstandis illis officiis & muneribus quæ illi incumbunt. Primarium autem officium est virum suum amare sanctè, curare officiosè, illíque esse adjumento & solatio in omni fortuna, Gen. 2. 18. Prov. 31. 12. Tit. 2. 4, 5 [n].

19. *Viri diligite uxores*] Eph. 5. 25 [o]. q. d. Non imperiosè eas regite, sed cum dulcedine charitatis, ut leve illis

illis sit onus subjectionis [p]. *Diligite*, tum, 1. interno cordis affectu: tum, 2. in effectis, quæ potissimùm tria sunt; 1. præsentiâ & consortio ejus delectari, nè ex odio, vel tædio, libentiùs alibi sit quàm cum ea; nè ab ea diu avellatur, nisi ob causas necessarias. Vide Prov. 5. 18, 19. 2. dirigere & erudire uxorem in iis quæ spectant, vel, ad hanc vitam probè transigendam, vel, ad æternam consequendam, 1 Cor. 14. 35. 1 Pet. 3. 7. 3. providere uxori suæ de rebus omnibus necessariis [q]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μὴ πικραίνεσθε, &c.] Hîc activum pro reciproco, ad instar Hebræi מרר, quod significat *amarè se gerere*; & modò vertitur per πικραίνειν aut πικραίνεσθε, modò per παροργίζειν, quod habemus Eph. 6. 4 [r]. *Et nè sitis amarulenti* (i. e. difficiles, morosi [†], iracundi [t], duri & crudeles [v], & ad amaritudinem provocantes [x]:) *adversus* (vel, *erga*, Er.) *eas*, P. scil. verbis & factis [y]. *Neque verberibus, neque maledictis, exasperandam uxorem* docent Hebræi in Musar [z]. Metaphora est ab amaris & ingratis cibis, quibus gustus noster offenditur [a]. [Sensus, q.d.] Estote dulces, humani [b], & mites, &c. Hæc autem amarulentia in tribus sese ostendere solet; 1. in affectibus; si ob leves causas aut offensas, eam maritus aut odisse incipit, aut saltem remissè diligere: quod est contra mandatum & exemplum Christi, Eph. 5. 25, &c. 2. in verbis; si hæc sint aspera, dura, contumeliosa, minacia. 3. in factis; cùm tyrannidem in uxorem exercet; quod fit, 1. cùm eam ab omni imperio œconomico removet: 2. cùm ei negat aut aufert quæ spectant; sive ad necessitatem ejus, sive etiam ad dignitatem. 3. cùm verberibus in eam sævit: quod nè apud Ethnicos quenquam fecisse legimus, nisi temulentum aut insanum. Hinc lex civilis permittit uxori *repudii auxilio uti, si probare possit maritum verberibus illam affecisse*; & rationem reddit, quòd *verbera sunt ab ingenuis aliena*. Non enim quævis superioritas dat potestatem coercendi inferiorem per verbera [c].

20. *Filii*, &c. Τὰ τέκνα——τοῖς γονεῦσι, &c.] *Liberi*, (vel, *Filii*, P. Be. &c. ad verb. *Geniti*, tam masculi quàm fœminæ, tam magni, quàm parvi [d]; etiam nepotes, qui in Scriptura, & apud Jurisconsultos *filiorum* nomine sæpe veniunt. Nulla ætas, nullus honor aut authoritas, liberat ab hoc officio. Vide Gen. 46. 29 [*].) *obedite parentibus* (promptè & alacriter, ut vox indicat, facientes quæ jubent, etiam in vitæ suæ cursu instituendo; discentes quæ docent, emendantes quæ reprehendunt. Dicit *obedite*, potiùs quàm *honorate*, quia multi honorem iis præstant, sed obedientiam detrectant. Nec dicit πατράσι, *patribus*, sed γονεῦσι, *parentibus*; tum, ut utrumque parentem includat; tum, ut argumentum insinuet, quòd ab illis acceperunt originem, nutritionem, & eruditionem [f].) *in omnibus*, Zan. &c. Hæc quoque generalitas restringenda [g], subaudito, *in Domino*, ex Eph. 6. 1 [h]. vel, quæ non sunt contra Deum [i]; vel, licitis & honestis, licèt duris, Gen. 22. 9. Luc. 2. 51 [k]. vel, intra terminos juris paterni [l]. Sic & infrà 22. κατὰ πάντα; & ἐν παντί, Eph. 5. 24 [m]. ¶ *Placitum*, &c. Εὐάρεστον, &c.] *Gratum* (vel, *Acceptum*, Er. Non dicit ἀρεστὸν, sed εὐάρεστον, i. e. valde bene placitum & pergratum [n]:) *est Domino*, P. Pi. &c. i. e. Christo, cui placere felicitas est [o]. Q. cod. habent ἐν Κυρίῳ; sed meliùs alii, τῷ Κυρίῳ, quomodo Eph. 5. 10. שר לפני אלהים [p].

21. *Patres, nolite*, &c. Μὴ ἐρεθίζετε, &c.] *Nè irritate*, vel, *provocate*, &c. Mo. Be. Pi. Ca. P. Er. Ti. E. &c. nempe *ad iram*, ex collat. Eph. 6. 4 [q]. per injurias [r], aut contumelias [†]. Phavor. ἐρέθισμα est ὕβρις *contumelia*; & ἐρεθίζειν in Homero κακολογίας denotat [t]. Hic est ἐρεθίζετε, quod Eph. 6. 4. παροργίζετε, quam ipsam vocem & hîc habet MS. דרך vertitur ἐρεθίζειν, Prov. 19. 7. Vide & 2 Cor. 9. 2. [v]. Nè este nimis in eos morosi [x]: Nè temerè & sine causa eos, vel objurgate, vel flagellate [y]. Pater irritat liberos; 1. si eis deneget quæ illis jure debentur, victum, vestitum, educationem, &c. 2. si eos impiis aut iniquis mandatis oneret, ut 1 Sam. 20. 31. Matth. 14. 8. 3. si eos immerentes verbis contumeliosis & indignis proscindat. 4. si eos aut injustis, aut immodicis, verberibus & pœnis castiget, ut 1 Sam. 20. 33. Confer Deut. 25. 2, 3. Porrò de *parentibus* loquitur v. præced. quia filii sæpe peccant in obedientia erga matres; hîc de *patre solo*, quia matres sæpius peccant indulgentiâ, quàm nimiâ acerbitate erga filios. Hîc quoque

p E. q Dav. r G. † E. Me. t Me. Vor. v Vor. x Me. y Zan. z G. sim. D. a Dav. b Zan. c Dav. d Zan. * Dav. f Idem. g G. sic Dav. h Dav. Z. n G. Be. i Me. k Dav. l E. c Aquin. m G. n Zan. o Dav. p G. q E. sic Zan. r Zan. † Zan. sic Ham. t Ham. v G. x Ca. y Vor.

latet argumentum in nominibus *patris* & *liberorum*, q. d. Nè facite quod à patris persona & officio alienum est, erga carnem vestram, viscera vestra, vosmetipsos [z]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα μὴ ἀθυμῶσιν] *Nè despondeant animum*, Er. Ti. P. Pi. &c. vel, *animo concidant*, Be. G. sic Er. Me. E. חרה vertitur ἀθυμεῖν, 1 Sam. 15. 11. 2 Sam. 6. 8. 1 Par. 13. 11 [a]. Al. *Nè pusillo* (vel, *remisso*, i. e. languenti ad obsequia [b]:) *animo sint*, vel, *fiant*. Dav. Mo. Nè viles, abjecti, desperabundi fiant, omnémque erga parentes fiduciam & amorem amittant [c]. Complectitur hæc ἀθυμία, 1. mærorem gravem, quandoque lethalem: 2. dejectionem, animíque stupiditatem, quâ timidi fiunt, & inepti ad quævis opera, indéque inertes & torpidi: 3. desperatam quandam contumaciam, &c [d].

22. *Servi, obedite* (verbum ὑπακούειν duo involvit, humilitatem in excipiendis jussis alterius, & alacritatem in iis exsequendis [*]:) *per omnia* (quæ pertinent ad jus herile [f], aut officium servile, non autem in rebus illicitis [g]: id quod excluditur per verba sequentia, *secundùm carnem*, & *timentes Deum* [h].) *dominis carnalibus*] Vel, *secundùm carnem*, Mo. P. &c. i. e. temporalibus [i], etiam Ethnicis [k]; licèt vos Christiani sitis [l]: vel, q. d. secundùm corpus, non spiritum [†]. Significat, eos dominatum habere tantùm temporalem, & in rebus externis, non autem in animam & conscientiam [m]. Vide Eph. 6. 5 [n]. ¶ *Non*, &c. Μὴ ἐν ὀφθαλμοδουλείαις, &c.] *Non obsequiis ad oculum exhibitis*, &c. P. Pi. &c. i. e. domino præsente & aspectante, dum eo absente otientur, &c. hominibus tantùm placere studentes [o]. Vide Eph. 6. 6 [p]. ¶ *In simplicitate cordis*] i. e. Recto corde [q], sine simulatione [r]: cupientes idem esse quod videmini [†]. Et hoc est Eph. 6. 5 [t]. ¶ *Timentes Deum*] Vel, *Dominum*, ut MS [v]. Qui videt abscondita cordis [x], & quid agant & quomodo; à quo in eam servitutem vocati sunt [y]. Deus varias esse voluit hominum sortes, & quemque suâ contentum vivere· ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ad Ephes [z].

23. *Quodcunque facitis*] In ministerio vestro [a], quod impenditis dominis vestris [b]. ¶ *Ex animo*] i. e. æquo animo, sine querela [c]; non coactè [d], sed animo libenti, prompto, liberali [*], & benevolo [f]. Heb. נפש sæpe voluntatem, & quidem spontaneam, significat [g]. ¶ *Sicut* (i. e. Perinde atque si ministraretis [h]:) *Domino*, (*Christo* servitur cùm ipsius paretur legibus, quarum hæc una est, Ut supra nos jure humano constitutis exhibeatur fides & obedientia. Vide Eph. 6. 7 [i].) *& non hominibus*] Nempe principaliter [k], nempe ποιοῦντες τῶν [l]: q. d. Utpote qui in istis obsequiis Christum magis & priùs respicitis quàm homines, Christi causâ illis servientes. Usus operum ad homines respicit, animus operantis ad Deum primò & præcipuè [m].

24. *Scientes* (vel, *Pro certo tenentes*, Dav.) *quòd à Domino* (i. e. Christo [n]:) *accipietis retributionem* (vel, *mercedem*, P. Pi. &c. vel, pro *mercede*, V. mercedis loco [o]:) *hæreditatis*] Hic Genitivus est ἐξηγητικὸς [p]. Nam *merces* est cœlestis *hereditas* [q], i. e. perpetua possessio, Eph. 1. 14, 18. Heb. 9. 15. 1 Pet. 1. 4 [r]. Genitivus speciei [†]: q. d. Ex servis vos Dei filios faciet [t]. *Mercedem* vocat, quia de servis agit [v], & quia datur tantùm laborantibus, ídque post labores exactos: *hæreditatem*, quia ad pios pertinet jure filiationis [x], sive adoptionis gratuitæ [y]. Servis (saltem mancipiis [z]:) nulla aut exigua datur merces [a], nedum hæreditas [b]. Δούλῳ μισθὸς τροφή (*victus est servo merces*) ait Aristot. Oecon. 1. 5 [c]. ¶ *Domino*, &c. Τῷ γὰρ Κυρίῳ Χριστῷ δουλεύετε] *Christi estis servi*, illum respicite omnium *Dominum*, Eph. 6. 6 [d]. *Nam Domino Christo servitis*, P. Be. Er. &c. Quia hominibus, juxta mandatum Christi, & propter gloriam Christi servitis [*]. Omne bonum opus obsequium est & servitus Dei [f]. Jam cui *opus* exhibetis, ab eo *merces* expectatur: hæc enim relata sunt [g].

25. *Qui*, &c. Ὁ δὲ ἀδικῶν κομιεῖται ὃ ἠδίκησε] *Qui verò injuriam intulerit*, (vel, *peccabit*, vel, *non rectè facit*, Er. *injustè agit*, Ti. Referendum, vel, 1. ad dominos [h]: dominus in servum durus [i]. Dictum in solatium servorum, q. d. Si domini vestri iniqui fuerint & imperiosi, vos mercede defraudantes, urgentes supra vires, injustis verberibus affligentes, videte nè per impatientiam insurgatis

z Dav. a G. b V. c Zan. d Dav. * Dav. f E. g Dav. h Zan. i Me. k Me. sic Zan. l Zan. † E. sic Vor. m Dav. sim. Vor. Gom. n G. o Dav. p G. q E. r E. Me. sim. Dav. † Dav. t G. v Idem. x E. Me. y Zan. z G. a G. sic E. b E. c G. d E. Dav. * E. Me. sic Dav. Vor. f Dav. g Vor. h E. Me. i G. sim. Dav. k E. l G. m Dav. n E. Dav. o Pi. p G. q G. sic Pi. r G. † Pi. t E. sic Be. v Pi. sim. Vor. x Dav. y Be. z Dav. a E. sim. Dav. b E. c Dav. d G. * Dav. f E. g Dav. h Q. in Dav. i G. sic Dav.

gatis in eos, aut deſeratis munia veſtra [k]. Vel, 2. ad ſervos [l]: ſervus infidelis domino [m]: ut ſit comminatio ad ipſos ſervos, q. d. Si per contumaciam, ignaviam, aut dolum, dominis injuriam infertis [n]. Vel, 3. ad utroſque [o]: tum quia generatim omnes alloquitur, tum quia hanc comminationem mediam interſeruit inter officia ſervorum & dominorum [p].) *reportabit* (vel, *auferet*, Pi. Vor. à Deo, vel Chriſto [q]:) *injuriam quam intulerit*, P. Be. Pi. &c. i. e. pœnam injuſtitiæ ſuæ [r]; Metonymia †. Sic Hebræi dicunt *peccatum portare* [t]. Par locutio, 2 Cor. 5. 10. Eph. 6. 8. Idem explicatiùs habetur 2 Pet. 2, 13 [v]. vel, *peccatum ſuum*, Er. *injuſtitiam ſuam*, Ti. *id quod geſſit iniquè*, E. ex Amb. ¶ *Et non eſt* (nempe *apud Chriſtum*, Eph. 6. 9 [x].) *perſonarum acceptio*] Non magìs dominis iniquis quàm ſervis iniquis parcet [y]. Non flectitur potentiâ, aut gratiâ improborum dominorum: non ex miſericordia favebit pauperibus ſervis, aut ex invidia detrahet quod ſuum eſt divitibus [z].

[k] Q. in D. [l] Al. In Dav. Græci. in E. [m] G. ſic Dav. [n] Al. in Dav. [o] Dav. ex Hi. [p] Dav. [q] Vor. Pi. Dav. [r] G. ſic Be. Pi. Dav. Vor. † G. Vor. [t] Vor. [v] G. [x] G. ſim. E. ex Vulg. [y] G. [z] Dav.

CAP. IV.

1. D*Omini*] Hæc cohærent cum ſuperioribus, neque ſcindenda fuere [a]: Hunc verſum ad cap. præced. referendum clamat, tum ipſius materia, quæ eadem planè eſt cum præced. tum materia versûs ſeq. quæ planè nova eſt, &c [b]. ¶ *Quod*, &c. Τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα, &c.] Eſt quidem etiam inter inæquales, ut inter Dominum & Servum, jus aliquod: ſed Hebræis צדקה, & Helleniſtis δικαιοσύνη, ſæpe *bonitatem* ſignificat; ἰσότης verò hîc eſt id quod Hebræis כשר *quod cuique convenit*. De quo ſignificatu diximus ad Marc. 14. 56. h. e. Exigite operas moderatè, victum & veſtitum ſuppeditate, ſeptimo anno, ſi velint, eos manumittite. Vide legem Deut. 15. 12. & ſeq. & noſtra De J. B. & P. 3. 14 [c]. [Sic vertunt:] *Æquitatem* (vel, *Jus*, Ti. Be. *Juſtum*, Mo. ſic Vulg. Dav. i. e. quod eis jure debetur [d], ex obligatione legali; opus, cibum, caſtigationem, mercedem, omnia debitâ menſurâ *:) *& æqualitatem*, ſive *æquabilitatem*, (vel, *æquum*, Be. i. e. quod illis debetur ex obligatione morali, & ex lege charitatis & manſuetudinis Chriſtianæ [f], atque humanitatis [g]. Hujus ἰσότητος opera ſunt; 1. ſervos, ut ejuſdem naturæ & gratiæ, participes æſtimare, non vilipendere, Philem. v. 16. 2. illis auſcultare & cedere, quum ratio poſtulat, Job. 31. 13, 14. 3. eos ægrotos, &c. clementer tractare & amanter fovere & curare; 4. ſervis benemeritis ultra mercedem præmia dare [h]; 5. nec omne debitum ſervitutis ad amuſſim ab eis exigere, nec omne eorum delictum rigidè punire [i]; 6. non unum durè tractare, alterum indulgenter, &c [k].) *ſervis exhibete*, P. Pi. Er. Ti. ¶ *Scientes* (i. e. credentes, cogitantes [l]: vel, *Ut qui ſciatis*, Be. Pi.) *quòd & vos Dominum habetis* (& proinde eorum conſervi eſtis [m]:) *in cœlis*] i. e. cœleſtem, id eſt, juſtum, omnipotentem, omniſcium, uno verbo Deum [n], vel, Jeſum Chriſtum [o]. Vide Eph. 6. 9. In lege Moſis ratio hæc redditur, Quia Deus illos non minùs quàm vos ex Ægypto redemit, Deut. 15. 15. In N. Fœdere, Quia redemit vos omnes Chriſtus, qui ex cœlo omnia deſpectat [p].

2. *Orationi* (vel, *In precibus*, P. Pi. &c.) *inſtate*] Vel, *perdurate*, Mo. P. Be. Pi. Rom. 12. 12 [q]. Προσκαρτερεῖν notat, tum vehementiam, animíque intentionem, & quaſi pugnam; tum frequentiam & aſſiduitatem, in precibus [r]. Nè obrepat vobis orantibus tædium aut ſocordia †. ¶ *Vigilantes in ea*] Vel, propriè, vigiliis nocturnis. Vide Pſal. 22. 2. & 77. 6. Act. 16. 25. vel, metaphoricè, mentis vigiliis, 1 Cor. 16. 13. 1 Theſ. 5. 6. Apoc. 3. 2. & 16. 15. q. d. Peccatis & mundanis rebus minimè indormientes, ſed ſemper experrecti diem mortis adventúmque Chriſti expectantes [t]. Γρηγοροῦντες, &c.] *Ità ut attenti ſitis in precibus*. Ità שקד uſurpant Hebræi [v]. ¶ *In* (vel, *Cum*, P. *Simul cum*, G.) *gratiarum actione*] Conjungi enim debet grata exacti temporis (& acceptorum beneficiorum [x]:) memoria cum futuri poſtulatione [y]: ἐν pro σὺν, ut ſuprà 3. 4, 16. & 2 Tim. 1. 13. & alibi [z].

[a] G. ſim. Be. Dav. ex Chryſ. Aquin. Muſc. Zan. Gom. [b] Dav. [c] G. [d] E. ſim. Dav. V. * Dav. [f] Idem. [g] E. [h] Dav. [i] E. [k] Me. ſim. V. Er. [l] E. [m] Dav. [n] Idem. [o] E. [p] G. [q] G. [r] Dav. † E. [t] Dav. [v] G. [x] Dav.

3. *Pro nobis*] Pro me, reliquíſque miniſtris [a]. Sed illud, *vinctus ſum*, oſtendit ipſum de ſe loqui num. plur. modeſtiæ causâ [b]. Magnus eorum honos quorum precibus Paulus velit juvari, Rom. 15. 30. Philem. 22 [c]. ¶ *Ut—aperiat—oſtium ſermonis*] h.e. Evangelii [d], quod vocatur ὁ λόγος *. [Senſus,] Ut det, 1. dicendi facultatem [f], ſive aptitudinem, dotéſque idoneas. Vide Exod. 4. 11, 12. Luc. 21. 15. 2 Cor. 3. 5, 6. 2. libertatem [g], opportunitatem, ſive occaſionem [h], ut 1 Cor. c. 16. v. 9. 2 Cor. 2. 12 [i]. remotis omnibus obſtaculis [k], tam à vinculis meis quàm ab infidelibus & perſecutoribus meis [l]. 3. efficaciam penetrandi in hominum animos, Act. 16. 14 [m]. *Oſtium*, &c. i. e. os liberum & apertum [n]. Alibi *oſtium ſpei*, Hoſ. 2. 15. & *oſtium oris*, Mic. 7. 5 [o]. ¶ *Ad loquendum* (vel, *Ut loquamur*, i. e. Ut detur nobis in uſum & praxin deducere dona jam dicta, quæ multi accepta ſepeliunt per inertiam, aut avaritiam, ut 2. Tim. 4. 10. aut vanitatem, &c [p]. In MS. eſt ἐν παῤῥησίᾳ λαλῆσαι, quomodo Eph. 6. 19 [q].) *myſterium Chriſti*] i. e. Doctrinam ſalutis per Chriſtum [r]: quam *myſterium* vocat reſpectu priorum temporum †. ¶ *Propter quod*, &c.] Refertur aut ad *myſterium*, aut ad totum complexum, τὸ *loqui myſterium* [t]. Nullam ob culpam vinctus ſum, ſed quia officio meo fungor [v].

4. *Ità ut oportet*, &c.] h.e. Debito & optimo modo [x], verè, conſtanter, prudenter [y], liberè ac confidenter, Eph. 6. 20. aſſiduè & diligenter, 2 Tim. 4. 2. ſincerè & fideliter [z]. Non tantùm ut magnum mihi det Deus auditorium, ſed & fortitudinem animi, & eloquendi copiam. Vide 1 Cor. 9. 16 [a].

5. *In ſapientia* (vel, *Sapienter*, Er. P. Be. &c. vel, *Prudenter*, G. E. Me. conſideratè & circumſpectè [b], cautè [c]:) *ambulate* (vel, *vos gerite*, P. Pi. vivite [d], & negotia tranſigite *:) *ad* (vel, *erga*, P. Be. Pi. Zan. &c.) *eos qui foris ſunt*] Vel, *extraneos*, P. Pi. &c. alienos à fide Chriſti [f], & familia Eccleſiæ [g]: i. e. Ethnicos [h]. Οἱ ἔξω ſunt omnes non Chriſtiani, 1 Cor. 5. 12, 13 [i]. quibus opponuntur *domeſtici fidei*, Gal. 6. 10 [k]. Hoc vult, nè aut eorum moribus vitium contrahant, aut eos facto aliquo ſcandalizent [l]: nè ullam Chriſtum calumniandi occaſionem habeant ex vobis [m]; vel, ex mala vita veſtra, Rom. 2. 23. 1 Tim. 6. 1. vel, ex eo quòd obſequia illis debita negetis [n]: ut vitetis omnia non neceſſaria quæ eorum animos poſſent offendere [o]: nè occaſionem eis detis Evangelii perſequendi [p]. ¶ *Tempus*, &c. Τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι] *Opportunitatem* (vel, *Tempus*, Ca. vel, *Occaſionem*, V. vel, rectè agendi [q]: vel, Deo inſerviendi, & ſalutem veſtram promovendi [r]: vel, rei Chriſtianæ bene gerendæ ac promovendæ †: vel, infideles Chriſto lucrifaciendi [t].) *redimentes*, Er. Ti. P. Be. Pi. &c. i. e. quærentes omni ratione [v], vel captantes [x], etiam cum jactura rerum veſtrarum [y], cum injuriarum tolerantia, &c [z]. Senſus, qu. d. Ex difficillimis & incommodis temporibus, ac ſaluti veſtræ infeſtis, facientes commoda & opportuna [a]. Al. Effugientes pericula. De hac locutione diximus ad Eph. 5. 16 [b]. Cum infidelibus, inquit, cautè converſemini, ità ut redimendæ vexationis atque evitandæ perſecutionis causâ, quò tempus habeatis liberum ad ſerviendum Deo, patiamini, ſi opus ſit, etiam diſpendium aliquod rerum temporalium [c]. Al. Quæ emimus, cùm chara ſint, diligenter ſervamus. Eſt igitur *tempus redimere*, magnifacere tempus, & cavere nè perdatur aut malè collocetur, h. e. toto tempore bene uti, nec ullam rectè agendi occaſionem prætermittere [d]. Metaphora eſt à mercatoribus, qui nullam omittunt occaſionem, quâ cum ſuis etiam incommodis rem ſuam faciunt *.

6. *Sermo veſter* (inter omnes [f], & præcipuè apud infideles [g]:) *ſemper* (cùm ſcilicet loquimur, qu. d. non tantùm coram miniſtris, vel, in morbo [h]:) *in gratia*, &c. Ἐν χάριτι ἅλατι ἠρτυμένος] *Cum gratia* (vel, *Suavis*. Vide ſuprà 3. 16 [i]. ſub. *ſit*, vel, *eſto*, Er. P. G. Pi. &c.) *ſale* (vel, acſi *ſale* eſſet, Tre. ex Sy. Ellipſis particulæ ὡς vel, ὥσπερ [k].) *conditus*, Er. Ti. P. Pi. &c. i. e. ſapidus: nam quæ ſalita non ſunt, ea ſunt inſipida: Myſtica explicatio legis Levit. 2. 13. & alibi [l]. Chriſtianis non modò vivendum, ſed loquendum eſt ad normam. Vide

Jac.

[y] G. ſim. Dav. [z] G. [a] Dav. [b] E. [c] G. [d] D. ſic Be. * D. [f] V. Dav. Vor. [g] Dav. [h] T. E. G. Vor. [i] G. E. Pi. [k] Dav. Zeg. ſic E. [l] Zeg. [m] Dav. [n] Be. [o] D. [p] Dav. [q] G. [r] Dav. ſim. Vor. † G. [t] E. [v] G. [x] Dav. [y] Gom. [z] Dav. [a] G. [b] Be. ſic E. [c] Me. [d] G. ſic Zan. * Zan. [f] Vor. [g] E. ſic Me. Dav. V. [h] Me. ſim. E. V. [i] G. ſic E. Dav. [k] Dav. [l] Gom. ſim. Dav. [m] Zan ſim. Dav. [n] Dav. [o] G. [p] E. [q] Ca. [r] Dav. † Me. [t] Zan. Gom. Be. ſim. V. [v] V. [x] Gom. Me. [y] Be. ſim. Dav. Gom. Zan. [z] Zan. [a] Dav. [b] G. [c] E. [d] Ca. * Zan. [f] Zan. ſim E. [g] Dav. E. [h] Dav. [i] G. [k] Vor. [l] G.

Jac. 1. 26. & 3. 8. & Prov. 18. 21 [m]. *Cum gratia*, i. e. cum grata jucunditate [n]; festivus [o], jucundus ac modestus [præsertim] cum Ethnicis [p], ad commodum proximi comparatus [q]: *sale*, &c. sapientiæ [r], plenus judicio & prudentiâ †. Sal symbolum sapientiæ [t]. Huic opponitur *sermo putris & corruptus*, Eph. 4. 29 [v]. Sal putredinem arcet, & cibos salubres reddit. Sic sermo vester nè sit otiosus aut noxius, sit autem aptus ac utilis ad ædificandum [x]. ¶ *Ut*, &c. Εἰδέναι, &c.] *Scire* (vel, *Et scitote*, Tre. ex Sy. vel, *Ut sciatis*, Er. P. Pi. &c. i. e. ut ostendatis quòd scitis [y]: ut constet vos præditos esse hâc eximiâ scientiâ, quæ decet Christianos. Ità ostendit sani sermonis fontem, h. e. scientiam [z]. Vel, *Sciendo*. Hic Infinitivus est vice Gerundii [a].) *quomodo oporteat vos* (nempe de fide interrogati, 1 Pet. 3. 15 [b].) *unicuique respondere*, Mo. Hoc etiam ad gratiam sermonis pertinet. Nam pro diversis hominum moribus & studiis, aliter atque aliter cum iis loquendum est [c], cum Paganis constanter ac prudenter, cum hæreticis acriter & fortiter, cum imperitis, afflictis, &c. sapienter [d].

7. *Quæ*, &c. Τὰ κατ' ἐμὲ] *Quæ ad me pertinent*, Camer. *Res meas*, P. Be. Pi. perpessiones, pericula, spem liberationis, &c [*]. ¶ *Tychicus*] Qui fuit minister verbi [f], ex Asia oriundus, comes Pauli, Act. 20 [g]. cujus mentio Eph. 6. 21 [h]. Itaque iter Tychicus per Ephesum erat sumpturus in Phrygiam [i]. ¶ *Charissimus frater*] Sic eum vocat non tantùm pro more communi, quo omnes Christiani se *fratres* vocabant, juxta 1 Thes. 4. 9. sed pro amore singulari. ¶ *Minister*] Scil. Christi [k]. ¶ *Et conservus* (sub. *meus*, E.) *in Domino*] i. e. Christo [l]: vel, in rebus ad Evangelium pertinentibus [m]. Illud, *in Domino*, referendum ad utrumque membrum [n].

8. *Ut*, &c. Ἵνα γνῷ τὰ περὶ ὑμῶν] *Ut cognoscat res vestras*, P. Pi. &c. vel, *statum rerum vestrarum*, V. Ca. sic Dav. spiritualem scilicet, profectum vestrum in fide, charitate, &c [o]. Al. Legendum est ex MS. ἵνα γνῶτε τὰ περὶ ἡμῶν, quomodo est Eph. 6. 22 [p]. Gratum est amicis, de statu amicorum absentium aliquid certi audire [q]. ¶ *Et consoletur* (cùm præsentiâ suâ, tum verbo [r]:) *corda vestra*] Valde angebantur animo, tum ob Pauli carcerem, &c. tum de suis infirmitatibus, afflictionibus, & periculis †.

9. *Cum Onesimo*] Qui ex servo fugitivo verus factus est Christianus, Philem. 10 [t]. ¶ *Qui ex vobis est*] i. e. Vel, 1. Ex præputio conversus ad Christum [v]: vel, 2. Colossensis [x]. Servi multi ex Phrygia, Mysia, & vicinis locis. Horum majores bellis scilicet venditi, alii in Macedoniam, ut Epaphroditi, alii Ephesum, ut Onesimi, pervenerant. Sed Epaphroditus liber factus videtur ipse, aut parentes ejus. Onesimus ergò priùs aditurus erat Phrygiæ Ecclesias quàm iret in Macedoniam. Phryga fuisse Onesimum dixit & Theod. in illam ad Philemonem [y]. ¶ *Nota facient*, &c.] Nempe Tychicus & Onesimus [z]. Ità duorum testimonio eos certos facit [a].

10. *Aristarchus*] In Macedonia notus [b], Thessalonicensis [c], Act. 19. 29. & 20. 4 & 27. 2. & pridem ad Christum conversus, ut & hîc, & in Actis, & Philem. 24. apparet. Nomen commune cum multis eruditis in Græcia viris [d]. ¶ *Concaptivus meus*] Tum, quia ipse mecum vinctus abductus est Romam [*]: tum, quia mihi semper in carcere aderat & ministrabat [f]. ¶ *Marcus*] Dictus & *Joannes*, Act. 12. 12 [g]. qui Evangelium conscripsit [h], de quo Act. 15 [i]. Fortior jam factus post id quod narratur, Act. 15. 39. eóque charus jam Paulo, 2 Tim. 4. 11 [k]. ¶ *Consobrinus Barnabæ*] Er. P. Be. Pi. Sic vocat, ut eum distinguat à Marco Evangelista, quem, licèt nonnulli secùs opinentur, alium fuisse probat Baron [l]. Ἀνεψιὸς notat Phrynichus Atticis dici qui aliis ἀδελφοὶ, i. e. aut *patrueles*, aut *amitini*, aut *consobrini*: nam his tribus vocibus Græca illa vox in Glossis vertitur. Amitinum credidit Syrus [m]. ¶ *De quo* (vel, 1. Barnaba [n]: At vir tantus his non egebat [o]. Vel potiùs, 2. Marco [p], nempe excipiendo [q].) *accepistis mandata*] i. e. Literas commendatitias [r], seu testimoniales †, & monitorias [t]; vel, à Barnaba [v]; vel, ab ipso Paulo [x], qui de ejus resipiscentia, pietate, & studio in Evangelio prædicando certior factus est [y]. Adjungit [Paulus] ad Barnabæ commendationem etiam suam; nè quid

crederetur reliquum esse de vetere illo frigusculo [z], & nè Colossenses eum, tanquam desertorem, repellerent [a]. ¶ *Excipite illum*] Hospitaliter scilicet atque humaniter [b].

11. *Et Jesus qui dicitur* (voce Latinâ [c]:) *Justus*] Cognomine, utpote justi & æqui observantissimus. Idem videtur de quo Act. 18. 5, 6, 7 [d]. *Jesus* dicebatur inter Judæos; inter Romanos, nomine non multùm abscedente, *Justus*. Vide dicta Act. 13. 9 [*]. ¶ *Qui* (nempe Marcus ille, i. e. Mardochæus, & Jesus ille [f], & Aristarchus [g]; qui licèt patriâ Thessalonicensis, gente tamen erat Judæus [h]:) *sunt ex circumcisione*] i. e. Ex circumcisis Judæis [i]. ¶ *Hi soli* (vel, 1. ex Judæis [k]; vel, 2. ex vestratibus & Asiaticis, qui mihi ministrare solent [l]: vel, ferè soli; alioquin etiam Lucas & Timotheus tunc Romæ erant [m].) *sunt adjutores* &c. Συνεργοὶ, &c.] *Cooperarii in*, (vel *ad*, V. Camer.) *regnum Dei*, Mo. Scil. promulgandum [n]. *Evangelium*, ejúsque propagatio, passim vocatur *regnum Dei*, quia introducit homines in regnum Dei, tum gratiæ, tum gloriæ [o]: q. d. In Evangelii prædicatione; per quod Evangelium Deus in hominibus regnat perfectiùs quàm per Legem, quæ מלכות אלהים Hebræis. Vide Mat. 4. 17 [p]. ¶ *Qui*, &c. Οἵτινες ἐγενήθησάν μοι παρηγορία] *Qui* (præsentiâ suâ & nomine vestro [q]:) *fuere mihi solatio*, Er. Ti. P. Pi. i. e. magnum solatium [r], invisendo, condolendo, necessitatibus meis ministrando †, fidi laboris socii. Παρηγορία, פרגוריה [t]. Vel, *Me hortabantur*: nam παρηγορεῖν & *hortari* significat, & *consolari* [v].

12. *Epaphras*] Idem qui *Epaphroditus* in Epistola ad Philippenses [x]: de quo suprà 1. 7 [y]. ¶ *Qui ex vobis est*] Origine, ut suprà v. 9 [z]. vester Gentilis [a], concivis, vestris commodis deditus & devotus [b], vestri cætûs antistes: confer suprà 1. 7 [c]. ¶ *Servus Christi*] nempe κατ' ἐξοχὴν in ministerio [d], ut Rom. 1. 1. Jac. 1. 1 [*]. princeps cætûs Philippensium [f]. ¶ *Solicitus* &c. Ἀγωνιζόμενος, &c.] *Decertans*, sive *laborans*, &c. Er. V. Fervorem innuit, & quasi luctam cum Deo [g]. Vide suprà 1. 29 [h]. & 2. 1 [i]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα στῆτε τέλειοι καὶ πεπληρωμένοι ἐν παντὶ θελήματι τοῦ Θεοῦ] De voce τελείων vide 1 Cor. 2. 6. & 14. 20. Phil. 3. 15. Eph. 4. 13. Col. 1. 28 [k]. *Ut stetis* (Perseverantiam optat [l]. Contrà *jacere* dicuntur abjecti & eversi [m].) *perfecti & pleni* (nempe Spiritu, ut Eph. 5. 18 [n]. vel, sapientiâ, & moribus Christianis [o]. In MS. est πεπληροφορημένοι eodem sensu. Vide quæ suprà 2. 2. & hîc infrà 17. Pro στῆτε latinus legit ἦτε [p].) *in omni* (i. e. totâ, sive perfectâ [q]:) *voluntate Dei*, Er. Ti. P. Pi. &c. vel, *ad omnia placita Dei implenda*: εἰς pro ἐν [r]: in solida & practica divinæ voluntatis cognitione †: ut plenè cognoscatis voluntatem Dei in quacunque re [t], eámque pro virili facere studeatis [v].

13. *Testimonium*, &c.] Ingens testimonium. ¶ *Laborem*, &c.] Est in MS. πόνον [x]. ¶ Ζῆλον, &c.] *Zelum multum*, &c. Er. V. &c. h. e. studium vestri boni, & profectûs in Christo [y]: *Ardens pro vobis studium*. Vide Joh. 2. 17. Rom. 10. 2. ¶ *Et — Laodiceæ, & Hierapoli*] Quæ utraque urbs in eadem Phrygia. Vide Strabonem & Stephanum. Fuere & aliæ urbes dictæ *Hierapoles*, ut in Syria, in Caria [z]. Erant hæ urbes Colossis vicinæ, & forsan participes Evangelii per Epaphram prædicati [a].

14. *Lucas medicus*] Sic eum vocat ab arte quam olim exercuit [b], quâ etiam insignem operam fidelibus præstitit [c]. De eo vide quæ ad Evangelium ab ipso scriptum diximus, & 2 Tim. 4. 10. Philem. 24 [d]. Lucam hunc Evangelistam esse nonnulli dubitant, sed Hieron. Theod. Amb. &c. rectiùs affirmant [*]: nam 1. Lucas cum Dema nominatur, ut 2 Tim. & Philem. (quibus locis Evangelistam intelligi nemo dubitat) ità & h. l. 2. Lucas cum Paulo Romam pervenit, ut ex Actis constat, ibidémque cum eo perseveravit. Cur ergò alium hîc fingeremus [f]? 3. Constat inter veteres, Evangelistam medicum fuisse [g]. ¶ *Et Demas*] Qui & *Demetrius*; compendio vocis, *Demas*, *Dama* Latinè, 2 Tim. 4. 10. Philem. 24 [h]. Is adjutor Pauli fuit, Philem. 24 [i]. in prima Pauli captivitate; in secunda autem defecit [k], & Paulum reliquit, 2 Tim. 4. 10 [l]. Al. Demas, Paulo ad tempus derelicto, postea Romam ad

ad ipsum rediit, atque in vinculis constituto rursus ministravit [m].

15. *Salutate*, &c.] Per Epistolam aut nuncium [n]. ¶ *Et*, &c. Καὶ Νυμφᾶν] *Et Nympham*, P. Pi. &c. *Nymphas* est nomen, vel, 1. mulieris [o]; vel, 2. viri, sive masc P. ut ex articulo apparet [q], ex αὐτοῦ seq [r]. id quoque contractum ex *Nymphodori* nomine, quo appellatus insignis medicus apud Plinium. Videtur hic Nymphas alicubi in agro habitâsse [†]. ¶ *In domo ejus*, &c.] Hæc domus *Ecclesia* vocatur, vel, 1. quòd cætus fidelium ad sacra officia peragenda in domo ejus convenire solitus sit [t]: vel, 2. quòd suos omnes domesticos piè & Christianè instituebat [v]: id quod omni patrifamiliâs incumbit, Gen. 18. 19. Jos. 24. 15 [x]. Paterfamiliâs quisque, sive dominus domûs, curam gerere debet salutis æternæ suorum subditorum, atque eos admonendo, docendo, corripiendo, &c. Ecclesiasticum & quodammodo Episcopale implere officium [y]. *Ecclesiæ domesticæ* mentio etiam Rom. 16. 5. 1 Cor. 16. 19 [z].

16. *Cùm lecta fuerit apud vos* (nempe in solenni conventu Ecclesiæ vestræ [a]:) *epistola*: Hæc quam ad vos scribo [b]. Ἡ ἐπιστολὴ] Ἡ pro αὕτη. Sic τὰ χαρίσματα pro ταῦτα, &c. Rom. 11. 29. ¶ *In Laodicensium Ecclesia*, &c.] Exemplo eò misso, ut mos erat inter Christianos [c]. Ratio mandati; 1. quòd doctrina generalis erat, totique Ecclesiæ communicanda [d]: 2. quia hæc Ecclesia propter vicinitatem ab eisdem seductoribus, & eodem modo oppugnata fuit quo Colossensis [*]: 3. quia hæc Ecclesia erat una ex præcipuis. Vide Apoc. 3 [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας, &c.] *Et eam quæ ex Laodicea*, &c. Mo. *Et eam quæ scripta est ex Laodicea ut vos quoque legatis*, Er. Ti. P. Pi. sic Tre. ex Sy. Be. Qu. Quænam hæc epistola? Resp. 1. Est aliqua Epistola à Paulo scripta ad Laodicenses [g]. Hâc occasione abusus quispiam talem concinnavit atque evulgavit epistolam: quæ indubiè suppositia est, & aliena à more scribendi Paulino [h]: [De quo plura videsis in Er. & E.] Eam tamen Stapletonus impudenti inscitiâ pro genuina Pauli epistola haberi cupit [i]. Verùm non dixit h. l. τὴν πρὸς Λαοδικεῖς, sed τὴν ἐκ Λαοδικείας [k]. [Est tamen quod alii reponunt:] Ellipsis est usitatissima, τὴν ἥκουσαν, i. e. allatam, ἐκ Λαοδικείας, *epistolam Laodicensem* [l]. Non significat, indè scriptam fuisse, sed indè petendam [m]. Al. Vera lectio non est, ἐκ Λαοδικείας, sed τὴν Λαοδικείας. Rectè autem dicitur ἡ Λαοδικείας ea quæ futura erat in potestate ac dominio Laodicensium, ut ostendimus etiam ex Jure Civili, initio ad Ephesios. Erat autem illa Pauli epistola ad Laodicenses scripta eodem tenore quo illa ad Ephesios, sed quia propior Colossensibus erat Laodicea, indè maluit exemplum peti [n]. Epistolam hîc intelligit Pauli ad Ephesios [o]; cujus exemplar, Paulo monente, ab Epheso, ut Metropoli, ad Laodiceam ei subditam, ex collat. Apoc. 1. 11. transmissum erat. Sic epistola ad Corinthios ad omnes Ecclesias Achaiæ pertinebat, 2 Cor. 1. 1. indéque ad eas missa indubiè exemplaria; quomodo decretum illud, Act. 15. à Paulo communicatum est Ecclesiis Syriæ, &c. Act. 16. 4. & quomodo hæc ipsa ad Coloss. epistola cum Laodicea communicanda erat [p]. Resp. 2. Epistola hæc est Pauli ad Timotheum prima; quæ apud Græcos subscriptionem habet, quòd missa sit ex Laodicea [q]. Sed hoc refellitur, quia Paulus nunquam Laodiceæ fuerat, Col. 2. 1 [r]. Deinde, subscriptiones illas epistolarum Pauli non ab ipsomet appositas, sed ab aliis adjectas fuisse multi probârunt [†]. Resp. 3. Forsan intelligit, epistolam ab alio quolibet Apostolo, aut Apostolico viro, ex ea urbe scriptam [t]; fortè primam epistolam Joannis, tanquam ab ipso scriptam ex Laodicea [v]. Resp. 4. Epistola hæc erat à Laodicensibus scripta [x]; vel, 1. ad Paulum [y]; quæ continebat, vel, 1. magnam testificationem fidei & charitatis eorum, quam à Colos. legi voluit, ut eo exemplo ad majorem fidei & charitatis profectum excitarentur [z]: vel, 2. aliquid perutile cognitu Colossensibus [a]. Vel potiùs, 2. qua responsuri essent Laodiceni Colossensibus [b].

17. *Et dicite Archippo*] Hic erat, vel, 1. diaconus apud Coloss [c]. ob vocem seq. διακονίαν [d]. Sed ea vox generaliùs sumitur, ut Rom. 11. 13. Eph. 3. 7 [*]. Vel, 2. Ecclesiæ Colossensis presbyter [f], vel doctor [g]: vel, 3. Ejusdem episcopus [h], qui Epaphræ successit [i]. Sed nulla apparet ratio cur Epaphras eorum episcopus esse desierit [k]. Sed non liquet, Epaphram fuisse episcopum Colossensem [l]. Fuit Archippus Epaphræ symmysta; illi ergò, absente Epaphrâ, diligentiùs laborandum erat, ut utriusque vicem suppleret. Videtur autem in officio suo languisse, & proinde monitore indiguisse [m]. Hic Evangelistæ munus tunc obibat, modò Ephesum, modò loca alia, collustrans, Philem. 2. Videtur autem postremùm resedisse Colossis, & ibi functus πρεσβύτης (*Præsidis*) munere, quem nunc κατ' ἐξοχὴν *Episcopum* dicimus. ¶ *Vide*, &c. Βλέπε τὴν διακονίαν ——— ἵνα αὐτὴν πληροῖς] Hebraismus pro Βλέπε ἵνα πληροῖς. Est autem πληροῦν, מלא, *bene perfungi*, ut suprà 1. 25. Idem est πληροφορεῖν, 2 Tim. 4. 5 [n]. *Vide* (i. e. Diligenter perpende [o]:) *ministerium* (nempe Evangelicum [p]:) *quod accepisti in Domino* (id est, *secundùm Domini præcepta*, quæ sunt Mat. 10. & alibi [q]: vel, in his quæ Domini sunt [r]: vel, in Ecclesia Domini [†]: vel, *per Dominum*, V. Zan. Dav. ἐν Κυρίῳ pro διὰ Κυρίου [t], i.e. per ejus gratiam, & ad ejus gloriam [v]: vel, *propter Dominum*, V.) *impleas*, Er. Ti. sic P. &c. h. e. Ut plenâ fide ac diligentiâ idipsum administres [x]: non tam ut assequaris honorem, quàm ut exequaris laborem, ministerii, eáque omnia facias quæ incumbunt ministro, &c [y].

18. *Salutatio meâ manu*] Quæ hucusque scripta sunt, ea scripta erant Scribæ manu: hæc verba ad finem usque suâ manu scripsit Paulus [z]. Sic 1 Cor. 16. 21 [a]. (ubi dicta vide [b]:) 2 Thes. 3. 17 [c]. Hâc subscriptione epistolas suas Paulus ab adulterinis & suppositiis distinxit [d]. ¶ *Memores estote meorum vinculorum*] Horum jam tertiò meminit hoc capite [*]. Egregia monitio. Videte quæ feram: vos quoque ad mala ferenda parati este, & amate eum qui Gentium causâ hæc mala sustinet [f]. Hoc non memorat sui causâ, quasi subsidium tacitè postulans [g]; sed ut pro ipso orarent [h], & ut confirmarentur in fide pro qua videbant ipsum tanta pati [i]. ¶ *Gratia*, &c. Ἡ χάρις, &c.] Nempe *Christi*; quod alibi additur, hîc subauditur: quanquam Latinus etiam addidit, *Domini nostri* [k]. *Gratia*, i. e. paternus Dei favor in Christo, omniáque bona spiritualia indè dimanantia [l].

[m] E. ex Baron. [n] G. [o] Ansel. in E. [p] E. Me. G. T. Dav. &c. [q] G. [r] Me. [†] G. [t] Dav. [v] Dav. sim. Zan. [x] Dav. [y] E. [z] G. [a] Dav. [b] E. [c] G. [d] Dav. [*] Dav. sim. E. [f] E. [g] Q. in Zan. Camer. Stun. ex Athanas. in Crit. Append. 3527. [h] E. ex Theod. &c. sim. Er. Dav. ex Hi. & Oecum. [i] Dav. [k] Dav. ex Theod & Occum. [l] Camer. [m] Zan. [n] G. [o] Tertul. in Ham. [p] Ham.

[q] Th. in E. [r] E. [†] Gom. [t] Vor. [v] Li. Chron. p. 153. [x] Be. [y] Be. E. Me. Li. Chron. Dav. Gom. Vor. [z] E. ex Chrys. Theod. Phot. & Occum. [a] Dav. [b] Be. [c] Primas. in E. [d] Q. in Dav. [*] Dav. [f] E. [g] Dav. [h] Dav. [i] Ham. Q. in E. [k] Q. in E. [l] E. Ham. [m] Dav. [n] G. [o] Dav. sic [p] L. Zan. Dav. [q] G. [r] E. [†] V. [t] Zan. & Dav. ex Græcis [v] Zan. [x] Vor. sim. E. Me. [y] Dav. [z] G. sim. Dav. Gom. [a] G. E. [b] E. [c] G. [d] Gom. sim. Dav. [*] E. [f] G. [g] E. [h] Me. sic Dav. [i] E. Me. [k] G. [l] Dav.

S f SYNOPSIS

SYNOPSIS
Criticorum aliorúmque Commentatorum
IN
I. EPISTOLAM
AD
THESSALONICENSES.

PROLEGOMENA.] Præcipuè quærendum de occasione & scopo hujus Epistolæ.] De quo judicandum est ex collat. Act. 17. ubi refertur, multos ex Judæis & Gentibus prædicatione Pauli & Silæ, ad Christum conversos fuisse. Postea Paulus indè pulsus Athenas se contulit [a]; exspectans ibi Silam & Timotheum. Per eos certior factus de turbis contra fratres excitatis [b], de piorum constantia [c], & de statu illius Ecclesiæ, primùm, ad eos confirmandos & consolandos mittit Timotheum, deinde hanc Epistolam mittit, &c [d]. [Quærendum porrò de ordine harum Epistolarum.] *Prior* quidem ad *Thessalonicenses* hæc dicitur: sed, ut nos in nostra edita antehac Commentatione diximus, inversus est ordo ab iis qui Epistolas collegerunt & digesserunt. Idémque hic evênit quod in Maccabaicis, ubi Liber Primus tertio loco est positus, ídque ideo quòd seriùs Christianis Græcis (nam Latini eum Librum nondum recepere) is Liber innotuit. Pari modo inter N. T. Libros Epistola ad Hebræos quasi Paulina, & Apocalypsis quasi Johannis, ultimum acceperunt locum, quia eorum Librorum autoritas diu in obscuro aut controverso fuit. Quæ dicitur *Posterior ad Thessalonicenses*, scripta est ad Jasonem Judæum Silæ & Timothei cognatum, & alios Judæos Christianizantes, quia ortâ post Stephani mortem persecutione ex Judæa in Syriam indè longiùs concesserant. Ea verò Epistola, quia continebat facinora Caii Principis verbis valde expressis, sed, quantum res exigebat, asperis, publicari sine malo Ecclesiæ non potuit regnante Romæ Claudiâ domo, id est, ante Galbam. Itaque cùm primùm publicari cœpit, tunc Epistolis Pauli ad Ecclesias scriptis (nam ad singulos scriptæ postremum habent locum) cœpit addi. Hæc verò Epistola, quæ ideo prior dicitur quòd ante alteram jam locum suum occupâsset in Epistolarum Paulinarum volumine, scripta est non multò postquam Thessalonicæ Paulus fuerat, non sane Athenis, ut quidam Epistolæ fini adscripsere, sed Corinthi, ut dicemus infrà *. Sed hæc coacta sunt. Neque primum hoc tempus est quo Grotius in rem suam omnes modestiæ limites transiliit. Primam dictam Epistolam priùs scriptam fuisse apparet ex 2 Thes. 2. 15. *Tenete traditiones quas didicistis sive per sermonem, sive per Epistolam nostram.* Quam Epistolam fatetur Grotius hâc [secundâ] priorem fuisse, sed eam perditam statuere mavult, quàm primam eam esse Epistolam, secundùm Canonem. Sed primam hanc Epistolam ibi intelligi ex argumento secundi Capitis liquet, quod omnino nihil aliud est quàm sensûs sui de Adventu Christi, de quo scripserat 1 Thes. 4. 13, &c. & 5. 1, 2, 3. luculentior explicatio [f]. Epistolam primam dictam priùs scriptam satis liquet; In 1. epist. conversionem Thessal. commemorat ad fidem, in 2. epist. istius incrementum: in illa varia fidei dogmata latè persequitur, in hac quædam tantùm veluti in cumulum adjicit: in illa brevibus dixerat, ut sua agerent, suis manibus victum quærerent; in hac rem eandem, pro ea, quam intellexerat, necessitate magìs urget & inculcat: in illa docuerat Christi adventum fore insperatum & subitaneum; in hac, cùm credi posset, eum jamjam instare, nè id credant, monet nè, eventu non respondente, in risum & ludibria Christiana fides verteret [g]. Argumenta Grotii in contrarium duo sunt; 1. ex 2 Thes. 3. 17. *Quod est signum in omni epistola.* At nullum tale signum est in præced. Epistola. Resp. Est ibi hoc ipsum signum: concluditur enim cum *Gratia Domini*, &c. Atque hoc manu propriâ scriptum est. 2. Ex 2 Thes. 3. 14, 15. ubi dicit tantùm, μὴ συναναμίγνυσθε, &c. & νουθετεῖτε, neque excommunicationem ibi præcipit: Christiani ergò tam pauci ibi erant, quando Paulus eam scripsit Epistolam, ut Ecclesiam sive Presbyterium constituere non possent, quo res Ecclesiæ authoritativè administrarentur. Resp. Sed vox prior occurrit & 1 Cor. 5. 11. ubi, Grotio teste, excommunicationem innuit; posterior occurrit 1 Thes. 5. 14. quum tamen Ecclesiam ibi fuisse Grotius agnoscit ||.

[a] Vor. sim. Zan. Ham. [b] Zan. [c] Vor. [d] Zan. sim. Vor. Ham. * G. [f] Mor. 2. 21. 756. [g] Simplic. p. 7. || Mor. 2. 21. 756.

CAP. I.

1. PAulus] Non addit *Apostolus*, tum quòd de eo Thessal. abundè constabat [a], & ex adjunctis ipsi sociis id satìs liquebat [b]: tum, quia ibi deerant Pseudo-apostoli [c]: tum, nè Neophytos, specie arrogantiæ, offenderet [d]: tum, propter reverentiam Silvani, qui quasi co-apostolus ejus erat *. ¶ *Silvanus*] Sic dicitur & 2 Cor. 1. 19. 2 Thes. 1. 1. 1 Pet. 5. 12 [f]. Idem est qui *Silas* [g], nomine aliter elato, ut Hi. & alii notârunt [h], Act. 15. 22, 27, &c. & 16. 19, 25. & 17. 4, 10. & 18. 5 [i]. Ex locis Actorum apparet eum fuisse inter primos Christianos [k]. ¶ *Timotheus*] Qui scripsisse videtur Epistolam dictante Paulo, & modestiæ causâ suum nomen postremo loco posuisse [l]. Et hunc & Silam Paulus sibi in Macedoniam assumpserat, quòd ibi cognatos haberent [m]. Et ideo hîc eorum addidit nomen quòd jam noti essent etiam illis Thessalonicensium qui ex Gentibus erant conversi Pauli operâ [n]. Subaudiendum hîc, *Scribunt aut mittunt hanc epistolam* [o]. ¶ *Ecclesiæ* (Ei Ecclesiæ quæ olim ex solis Judæis, nunc etiam ex multis Græcis constabat. Non nominat hîc *Presbyteros* & *Diaconos*, quia recens erat Ecclesia, necdum formam plenam acceperat [p].) *Thessalonicensium*] De cujus plantatione vide Act. 17 [q]. Thessalonica fuit urbs Mace-

[a] Gom. sim. Zan. ex Calv. [b] Gom. [c] Zan. [d] Scl. sim. Zan. ex Græcis. * E. ex Caj. [f] G. [g] Gom. G. Ham. E. Vor. [h] G. [i] G. sic Gom. [k] G. [l] Zan. [m] G. [n] G. sim. Zan. E. Scl. [o] E. Me. [p] G. [q] Pi. Vor.

doniæ[r], liberæ conditionis, Plin. 4. 10†. origine, situ, amplitudine, nobilissima[t], metropolis Macedoniæ, nunc celebre emporium[v]. ¶ *In Deo*, &c.] Variè supplent[x]: Quæ est *in Deo*, &c. P. Be. Pi. Gom. E. tanquam solido fundamento, verâ fide radicata[y]; quæ fiduciâ suâ recumbit in Deo, &c[z]. *Quæ exstitit, id agente Deo patre & Christo.* Ità rectè accepit Syrus[a]. Quæ colit Deum & Jesum: vel, quæ perseverat in fide in Deum & in Christum[b]. Prius membrum opponitur Ecclesiæ Ethnicæ, posterius autem Judaicæ[c]. Vel, *in* valet *cum*; vel, *per*; q. d. Ecclesiæ quæ cum Deo, &c. communionem habet, juxta 1 Joh. 1. 3. vel, quæ Deum, &c. habet autorem[d]; quæ collecta est per efficaciam Dei patris, &c[*]. vel, jungendum cum seq. *Gratia vobis*, &c. q. d. Gratiam precantur à Deo, &c[f]. ¶ *Gratia vobis*, &c.] 1 Cor. 1. 3. 2 Cor. 1. 2. &c. Illa ἀπὸ Θεοῦ, & sequentia, absunt in Codicibus nonnullis; neque ea legit Syrus[g].

2. *Gratias*, &c.] Rom. 1. 8. 1 Cor. 1. 4. Eph. 1. 16. & 5. 20. &c[h]. ¶ *Semper*] Non actu, sed affectu[i]. ¶ *Pro —— vobis*] i. e. Pro beneficiis in vos collatis[k]. ¶ *Memoriam*, &c. Μνείαν, &c.] *Mentionem vestri*, &c. Be. Pi. Rom. 1. 9. Philem. 4[l].

3. *Memores operis*, &c. Ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς πίστεως] *Vestri propter opus fidei*, Er. Ti. *Efficacem vestram fidem*, P. Be. Pi. Ad verb. *vestrum opus fidei*, Pi. Est hîc trajectio[m], gemina; una in ὑμῶν[n], ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς πίστεως, pro, τοῦ ἔργου τῆς πίστεως ὑμῶν[o]; altera in ἔργον, per Hypallagen Hebræam: dicitur enim *opus fidei*, pro *fide operis*, h. e. operosâ, sive efficaci, nempe per charitatem, juxta Gal. 5. 6[p]. ἔργον, pro ἐνεργείας, vel, pro ἐνεργουμένης[q]. Eadémque Hypallage est in sequentibus, ubi κόπος ἀγάπης, pro ἀγάπη κοπιῶσα, & ὑπομονὴ τῆς ἐλπίδος, pro ἐλπὶς ὑπομένουσα[r]. Apparet enim hæc Substantiva nomina tanquam epitheta istarum vocum hoc loco adjecta esse†. [Sensus loci est, q. d.] Quantum & fide operemini, & charitate laboretis, & spe toleretis[t]. *Opus fidei*, i. e. fidem non inertem, sed bonorum effectricem[v]. Meritò fidem *operosam* vocat, quæ tot bona operatur, v. g. amorem Dei, spem, obedientiam, patientiam, perseverantiam, &c[x]. *Opus fidei* h. l. non formam notat, ut 2 Thes. 1. 11. sed effectum, nempe alacritatem in receptione veritatis, & cultu Dei, infrà v. 8, 9. studiòque erga Paulum[y]; quòd me tam benignè excepistis, tanta cum cura dimisistis, Act. 17. 7, 10. *Opus fidei* vocat id quod ex fide proficiscitur & fidem perficit. Non quodvis opus ostendit fidem, sed quod comitem habet alacritatem animi & constantiam in malis. Ità hîc Chrysost[z]. *Opus fidei* h. l. est firmitas & constantia quam in periculis ostenderant[a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ κόπου τῆς ἀγάπης] *Et laboris charitatis*, Mo. Sic & Heb. 6. 10[b]. i. e. ex charitate suscepti[c]: q. d. & molestiarum quas passi estis amore Christi, & studio retinendæ fidei[d], & ut me periculo eriperetis, Act. 17[*]. Denotat officia charitatis, quæ, urgente persecutione, laboriosa sunt[f]. Multum est per se *Dilectio*, sed multò majus, si accedant *molesti labores*: id enim κόπος[g]. *Laborem* meritò dat charitati, quæ omnia suffert, 1 Cor. 13. 4. nullúmque pro amato laborem recusat[h]. *Et laboriosam charitatem*, P. Be. Pi. ¶ *Et*, &c. Καὶ τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος τοῦ Κυρίου, &c.] Bis hîc Genitivus causam denotat. Nam & Spes vitæ æternæ causa est Patientiæ, Rom. 5. 3. & Christus causa illius Spei[i]. *Et quòd permansistis in spe Domini*, &c. Er. Ti. *Et propter perseverantiam exspectationis Domini*, &c. id est, propter perseverantem & constantem vestram exspectationem secundi adventus Christi[k]. *Et tolerantiæ* (vel, *patientiæ*, Val. Er.) *spei* (h. e. spei quæ tolerat, ut *gehenna ignis*, pro *ignis gehennæ*[l]; vel, quòd patienter perseverâstis in spe[m]. *Tolerantiam spei* vocat quæ spei sit, vel causa, ut Rom. 5. 4. vel potiùs, effectum, ex collat. 1 Thes. 1. 10. & 5. 8[n].) *Domini*, &c. Zan. Val. i. e. quam habetis in Christo[o]. Hi Genitivi, τοῦ Κυρίου, &c. partim causam efficientem, partim objectum, præcedentium virtutum declarant[p]. *Et tolerantem illam spem* (vel, *patientem illam exspectationem spei* illius, Be.) *in Domino*, &c. P. Pi. Be. sub. *sitam*, P. vel, *erga Dominum*, &c. vel, *à Domino*, &c. Camer. *Spes Christi* vocatur passivè, ut *fides Dei*, Marc. 11. 22. pro fide quæ Deo habetur[q]. ¶ *Ante*, &c. Ἔμπροσθεν, &c.] Hoc neque Syrus legit, neque Arabs[r]. *Coram Deo*, &c. P. Pi. Connectendum, vel, 1. cum præced. μνημονεύοντες†, sive *memores*[t]: qu. d. Quoties precamur, toties nobis in mentem venit vestra fides, &c[v]. Significat, se eorum quæ recensuit meminisse coram Deo cum gratiarum actione[x]. Vel, 2. cum proximè præcedentibus[y], virtutibus ipsorum[z]; quas à sinceritate commendat, quòd non sint fucatæ, ac tantùm coram hominibus, sed coram Deo cordium scrutatore[a]. Monet, Deum quasi spectatorem esse commemoratarum virtutum[b].

4. *Scientes*, &c. Εἰδότες —— ὑπὸ Θεοῦ, &c.] Hîc novus sensus incipit; & construitur hoc Participium cum illo quod mox sequitur [v. 6.] ἐγενήθητε[c]. Al. Cohæret hoc cum præced. Participiis, ποιούμενοι & μνημονεύοντες, ut omnia ad εὐχαριστοῦμεν referantur[d]. Causam hîc declarat hujus tum gratiarum actionis[*], tum perpetuæ ipsorum recordationis[f], nempe electionis eorum testimonia[g]. *Scientes*, (Refertur, vel, 1. ad Thessalonicenses[h]: *Scientes*, pro *scitis*, sive *scientes estis*[i]: vel, 2. ad Paulum & collegas[k]: *Ut qui sciamus*, P. Pi. i. e. ex signis & conjecturis, ex vestra fide, &c. probabiliter colligimus[l].) *fratres dilecti*, *à Deo electionem vestram*, Mo. vel, *à Deo esse vos electos*, P. sim. Vor. Al. *dilecti à Deo*, ex collat. 2 Thes. 2. 13[m]. *electionem vestram*, Pi. sic Be. vel æternam, ut Eph. 1. 4[n]. sive ad vitam æternam, unde promanant fides, spes, charitas, &c. Tit. 1. 1[o]. vel, temporalem è mundo, per Verbum & Spiritum ejus, ut Joh. 15. 19[p]. quomodo Deus vos è Mundo secreverit. Vide dicta ad Eph. 1. 4. & adde 2 Pet. 1. 10[q].

5. *Quia* (Refertur ad *scientes electionem vestram*. Unde? Indè quia[r]:) *Evangelium nostrum* (h. e. à nobis prædicatum†: vel, prædicatio Evangelii[t]: *nostra doctrina*. Vide quæ in Prolegomenis ad Evangelia diximus. Sic Rom. 16. 25. 2 Thes. 2. 14. 2 Tim. 2. 8[v].) *non fuit* (vel, *constitit*, P. Be. Pi.) *ad vos* (vel, *apud vos*, P. Pi. G. &c. Pro εἰς ὑμᾶς in MS. est πρὸς ὑμᾶς, sensu eodem[x].) *in sermone* (vel, *loquutione*, P. Pi. &c.) *tantùm*, (eóque impotens[y]: λόγος opponitur *veritati* & *efficaciæ*[z]: *Non stetit*, inquit, *intra verba*[a]: Confer 1 Cor. 2. 4, 5. & 4. 20[b]. q. d. Non nuda & inania duntaxat verba effusa sunt[c].) *sed & in virtute* (i. e. confirmatum fuit, vel, 1. potentiâ & efficaciâ miraculorum[d]; sanatione, & expulsione dæmonum, 1 Cor. 2. 4[*]. vel, 2. vi & efficaciâ Spiritûs S. operantis in cordibus eorum ad salutem[f]; vel, 3. utroque modo[g]:) *& in Spiritu Sancto*, (i. e. cum Spiritu qui vobis datus est per me[h]: vel, 1. variis Spiritûs S. donis, ut 2 Cor. 12. 11, 12. Gal. 3. 2[i]. quæ charismata vocantur, ut sunt dona linguarum, prophetiæ, curationum, &c[k]. His enim confirmabatur veritas Evangelii[l]. Vel, 2. vi Spiritûs S. quâ prædicatio est efficax[m]. Refertur hoc, vel ad Thessalon. quòd ipsi ad prædicationem acceperint Spiritum Sanctum[n]: vel, ad Paulum, quòd actus magna vi Spiritûs prædicavit[o]. *in Spiritu sanctitatis*, Mc. ex Sy. sanctitas enim Evangelizantis doctrinæ fidem conciliat[p]. Nota, *virtutem* & *Spiritum Sanctum* hîc pro spirituali virtute, qualis à Spiritu Sancto proficiscitur, accipiendum esse[q].) *& in*, &c. Καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ] *Et in* (vel, *Tum in*, P. *Et cum*, V. Zeg. *Perque*, Er. Ti.) *plena perceptione* (vel, *plena certioratione*: Vide Luc. 1. 1. & Col. 2. 2[r]. vel, *certitudinem*, Er. Ti. vel, *certa persuasione*, P. Pi. Tre. ex Sy. Gom. vel, *plena & perfecta satisfactione*, Zan.) *multa*, Mo. &c. i. e. magna & quæ multis magnísque argumentis constabat†. Ἐν δυνάμει ἁγίῳ καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ, i. e. ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ πνεύματος ἁγίου· de quo loquendi genere diximus ad Joh. 3. 5. Id verò est *cum magnis argumentis habitantis in vobis Spiritûs Sancti*. Intellige autem non tantùm mirifica illa dona, sed & Dilectionis & Patientiæ opera. Vide Luc. 1. 1. & ibi dicta[t]. Nihil defuit quod faceret ad plenam fidem doctrinæ Evangelicæ‖. Πληροφορία h. l. & activè & passivè, respectu Apostoli & auditorum ejus, accipienda est[v]. Refertur, vel, 1. ad Thessalonicenses, ut notet eorum fidem[x], quæ in animis eorum ingenita est, ex vi Spiritûs S. tum in cordibus operantis, tum suis externis donis veritatem Evangelii confirmantis, adeò ut omnis dubitatio removeretur, &c[y]. Vel potiùs, 2. ad Paulum[z], ut docent verba sequentia, ut notet Pauli παῤῥησίαν‖, libertatem, alacritatem[a], & fiduciam quâ prædicavit[b]. ¶ *Sicut scitis* (q. d. Vos ipsi spectâstis &

& sensistis[c]: vel, *meministis*, G. Ipsi mihi testes estis[d].) *quales fuerimus* (vel, 1. prædicatione, quàm efficax illa fuit[*]; quàm potentes fuimus, i. e. per nos suam potentiam ostendit vobis Deus[f]; quâ libertate & alacritate & certâ animi persuasione prædicavimus[g]; quantâ virtute, quo spiritu, quâ fiduciâ prædicavimus[h]. Vel, 2. conversatione[i], ex qua plurimùm confirmabantur de veritate Evangelii[k]; v. g. quòd manibus laboravi, nè vos sumptu gravarem, &c[l].) *in vobis* (vel, *inter vos*, P. Pi. &c.) *propter vos*] Vel, *idque vestrî causâ*, G. sic V. i.e. ut vobis vestræque saluti consuleremus[m], ut vos converteremus, & in fide retineremus[n], ut crederetis promptiùs[o]. Ἐν ὑμῖν, δι' ὑμᾶς. Polyptoton P. Δι' ὑμᾶς causam dicit finalem, cur Deus voluerit Pauli ministerium esse apud Thess. efficax, quia scilicet erant electi, quos oportuit per Evangelii efficaciam servari[q].

6. *Et vos* (q. d. Nec est quòd laboris nos pœniteat, nam fructus operi nostro respondet[r]: Καὶ hic valet *sic*, more Hebræo. De sensu vide 1 Cor. 4. 16. & 11. 1 †.) *imitatores nostri facti estis, & Domini*] Confer 1 Cor. 11. 1[t]. Eandem patientiam, animi magnitudinem[v], invictam fidem, summámque alacritatem ostendistis in recipiendo & retinendo Evangelio, etiam cum persecutionibus[x], quas Paulus & Christus ostenderunt in eo, inter tot persecutiones, prædicando[y]. Pro καὶ τοῦ Κυρίου Syrus habet ἐν τῷ Κυρίῳ. MS. καὶ Θεοῦ, ut Eph. 5. 1[z]. ¶ *Excipientes* (vel, Quatenus recepistis[a]:) *verbum* (nempe Evangelii[b]:) *in* (vel, *cum*, P. Pi. &c.) *tribulatione multa* (Magni animi signum, sermonem talem amplecti præsente periculo. Tangit historiam Act. 17. 5, &c[c].) *cum gaudio Spiritus Sancti*] i. e. Proficiscente ex Spiritu Sancto[d], qui fidem sequitur. Vide Act. 5. 41. Rom. 14. 17[*].

7. *Ità*, &c. Ὥστε γενέσθαι ὑμᾶς τύπους, &c.] *Adeò ut fueritis exemplaria*, &c. Be. Pi. summæ patientiæ, & invictæ fidei, &c[f]. Τύπος est *formula*, *norma*[g], *exemplar*[h]. Sic 1 Pet. 5. 3[i]. Vide Phil. 3. 17. Magna fuit virtus Thessalonicensium, quæ non tantùm popularibus suis, sed & Achæis, præluxerit. Sed plus est quod sequitur[k]. ¶ *In Macedonia*] Ubi erant Philippenses. Sæpe posteriores tempore, fiunt priores virtute[l].

8. *A vobis*, &c. Ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται, &c.] *A vobis* (i.e. A vestra fide, patientia, constantia, & zelo[m]:) *enim non solùm personuit*, &c. P. Be. Pi. &c. *divulgatus est*, Er. Val. longè latéque sonuit[n]. Ἐξήχηται est הָמוֹן, Joel. 3. 14. Reperitur & Sirac. 40. 15. Idem quod נשמע. Est hîc transpositio[o], sive trajectio[p]. Recta constructio fuerat, οὐ μόνον ὁ λόγος — ἐξήχηται ἐν τῇ, &c[q]. ¶ *In omni loco*, &c.] Passim & ubique. Hyperbole[r]. Multi ex Thessalonica mercatores per Græciam omnem negotiabantur. Deinde fama latiùs se spargit, ut videre est Rom. 1. 8 †. ¶ *Non —— necesse quicquam loqui*] De vestris virtutibus[t]: vel, quæ apud vos feci, aut quales vos erga me & Evangelium fueritis[v]: vel, ad vestrî commendationem. Synecd. gen[x]. Res nota jam est omnibus[y].

9. *Ipsi*, &c. Αὐτοὶ —— ἀπαγγέλλουσιν ὁποίαν εἴσοδον, &c.] *Siquidem ipsi* (i. e. fideles aliarum Ecclesiarum[z], vel illarum regionum, Maced. Ach. &c[a]. ad quos fama illa pervenerat[b]: vel, illi quibus eramus loquuturi de vobis[c]: vel, qui in omnibus sunt locis[d]. Non præcessit id nomen, sed ex illo, ἐν παντὶ τόπῳ, satis intelligitur. Est constructio κατὰ τὸ σημαινόμενον[*].) *de vobis* (i. e. de me & vobis simul: quidam tamen legunt περὶ ὑμῶν[f], *de vobis*, V. Camer.) *annuntiant*, (priores de vobis loquuntur, nósque præveniunt[g]:) *qualem aditum* (vel, *introitum*, sive *ingressum*, Vulg. Pi. &c. vel, *accessum*, T. q.d. non inanem, cap. 2. 1[h]. sed fructuosum, &c[i]. quàm felicem & efficacem[k]: quàm alacriter me accedentem & prædicantem exceperitis[l].) *habuerimus ad vos*, P. &c. Narrant illi quomodo ex paucis qui nos exceperant Judæis in magnum numerum Ecclesia subitò excreverit[m]; & quot inter certamina atque afflictiones & nos prædicavimus, & vos sermonem recepistis[n]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πῶς ἐπεστρέψατε —— δουλεύειν, &c.] *Et quomodo* (id est, quàm sincerè[o]; quanto studio & promptitudine[p]:) *conversi fueritis* (ad verb. *converteritis*, sub. *vos*, Pi. sic Be. Vor. i.e. reversi sitis, vel reverteritis. Ellipsis Hebraica[q]: vos qui ex Gentibus estis. Ἐπεστρέψατε hîc habet vim reciproci, ut Luc. 17. 4. Act. 3. 19. & 9. 35. & 11. 21. & 14. 15. & alibi[r]. *conversi estis*, Vulg. per nostram prædicationem †, per Spiritum Sanctum. Vide Jer. 31. 18. 1 Pet. 2. 9[t]. Etsi Deus principaliter nos convertit, nos tamen à Deo acti simul agimus[v]. Licèt solus Deus totam conversionem perficiat, non operatur tamen tanquam in truncis, sed ut in hominibus, mente & voluntate præditis, & facit ut nos & intelligamus & velimus †.) *ad Deum*, (à quo antea aversi eratis[x]: Hic terminus conversionis ad quem[y].) *relictis idolis* (Græcè, *ab idolis*, Pi. Zan. sub. *aversi*, Zan. ἀπὸ notat terminum à quo[z], pro quo Act. 14. 15. est ἀπὸ τῶν ματαίων[a], *à simulacris*, Vulg. i. e. à cultu simulacrorum[b]. Nomine *idolorum* Synecdochicè tria intelligit; 1. confictos deos, Martem, Jovem, Mercurium, &c. 2. eorum imagines; 3. excogitatum ab hominibus deorum cultum[c].) *ut serviretis* (δουλεύειν, id est, εἰς τὸ δουλεύειν. Vide Eph. 1. 4[d]. Nota hîc δουλεύειν etiam Deo tribui, ideóque idem esse quod λατρεύειν. Conversio ad Deum duo includit, 1. Dei cognitionem; 2. cultum, tum internum, fide, dilectione, &c. tum externum, &c[*].) *Deo vivo* (ut Matth. 16. 16. Gal. 6. 69. Apoc. 2. 8[f]. *Vivo*, i.e. per se viventi, & omnia vivificanti[g]. Tacita antithesis, quâ innuitur, idola non esse deos, quum careant vitâ[h].) *& vero*, P. &c. Sic Joh. 17. 3[i]. Non fictis illis, quales Jupiter, Neptunus, Alexander[k]; qui homines fuerunt, sed non sunt veri dii[l]. *Deus verus* opponitur diis falsis[m], & *vivus* idolis, quæ sunt simulacra hominum mortuorum[n]. Hæc antithesis argumentum est fortissimum ad perseverantiam in religione Christiana[o].

10. *Et*, &c. Καὶ ἀναμένειν, &c.] *Et exspectaretis Filium ejus è cœlis*, P. Pi. &c. venturum, scilicet fidei vestræ remuneratorem[p]. Vide Phil. 3. 20[q]. Hinc apparet, præcedentia epitheta h. l. ad Deum Patrem esse restringenda; ut qui κατ' ἐξοχὴν solus verus Deus appellari soleat[r]; partim propter originis principatum in Divinitate, partim propter œconomiam nostræ salutis in Christo tanquam Mediatore factam †. Interim tamen nomine *Dei* excludi non potest Filius & Spiritus Sanctus. Versus præcedens facit contra Ethnicos, hic versus contra Judæos. Qu. Quomodo hi jussi sunt *exspectare è cœlis Jesum*, qui indè non est venturus nisi in fine mundi? Resp. 1. Debent omnes Christum exspectare, quia judicii dies nemini notus est[t]. 2. Etiam qui in cœlo sunt Christum exspectant[v]; animæ enim beatæ corpora sua quæ in terris sunt priùs resument quàm judicium fiat. 3. Videtur hoc dicere sub eorum persona qui vivi reperientur in terris, quando Christus ad judicium venerit[x]. ¶ *Quem*, &c. Ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν Ἰησοῦν τὸν ῥυόμενον, &c.] *Quem suscitavit è mortuis*, (nempe ad vitam æternam, & quidem conjunctam cum sessione ad dextram Dei Patris[y]:) nempe *Jesum*, (Est hîc Transpositio, pro, Ἰησοῦν ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ut Act. 4. 10[z].) *qui liberat nos* (Est hîc Præsens pro Futuro, ῥυόμενον, pro ῥυσόμενον[a]: vel, Participium pro Verbali[b]: vel, Præsens notat actum continuum[c]. Christus enim sicut semel morte suâ nos liberavit, sic quotidie Spiritûs sui efficaciâ nos eripit, & tandem in die judicii perfectè nos eripiet[d].) *ab ira illa ventura*, P. &c. i. e. à pœna damnationis æternæ quæ superventura est impiis & infidelibus[*]. In verbo, ἔρχομαι, frequens usus Præsentis pro Futuro. Et ὀργὴ *pœnam* significat, illam scilicet quæ judicio ultimo infeRetur, ut Rom. 5. 9. Eph. 5. 6. Col. 3. 6[f].

CAP. II.

1. NAM *ipsi* (Explicat quod suprà dixit v. 9, 10. q. d. Et verè id ubique prædicârunt: *Nam & vos ipsi*[a].) *scitis* (vel, *meministis*. Meritò illam spem vitæ æternæ retinetis. Vera enim sunt quæ vobis annunciavimus; neque vel minimam vobis causam dedimus cur aliter suspicaremini[b].) *introitum* (i.e. adventum[c]; vel, prædicationem[d], sive ingressum ad prædicandum talem doctrinam, cum nostra inter vos vita & conversatione conjunctam. Erant inter eos placidi, humiles, justi, industrii, &c[*].) *nostrum ad vos*, *quia* (vel,

Marginal notes (left column): c Zan. d E. * Zan. f V. g Pi. h Zan. ex Chrys. i Zan. sic E. k Zan. l E. m T. sim. E. Me. n G. o V. p Pi. q Zan. r Me. † G. t Vor. v Me. x Zan. y Zan. sim. E. z G. a Pi. b Pi. Gom. c G. d G. sic Be. Pi. * G. f Zan. sim. E. g D. h D. G. i Pi. k G. l Zan. m Me. n E. o G. p Be. Pi. q G. r Be. † G. t Zeg. sim. Me. Pi. v G. x Vor. y G. z Vor. Pi. a Zan. b Vor. c E. d G. sim. Be. * G. f Zan. g E. h Idem. i T. sim. E. k Zan. l Pi. m G. n Zan. o Zan. ex Græcis. p E. q Pi.

Marginal notes (right column): r G. † E. sim. Be. t Be. v Vor. † Zan. x Zan. y Vor. Pi. z Pi. sic Vor. a G. b E. c Zan. d G. * Zan. f G. g Zan. h Pi. i G. k G. sim. Pi. l Pi. m D. Zan. n D. o Zan. p E. Me. q G. r Vor. sim. Zan. † Vor. t Zan. v Zan sim. E. x E. y Vor. z G. a G. sic Pi. b Be. c Pi. sic Vor. d Pi. * E. Me. T. sim. Vor. f G.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

(vel, *quod*, Q.) *non inanis fuit*, 'Ου κενή, &c.] *Non vanus*, Mo. h. e. sine viribus [f], sine fructu [g]; sed valde fructuosus [h]. Meiosis synecdochica [i]: vel, *non mendax*, sive *fallax*, שוא, quod sæpe κενὸν vertitur. *Non decepturi ad vos venimus* [k], nempe *ego*, *Silas & Timotheus*, quos sibi etiam in docendi munere adjungit, ut 2 Cor. 1. 19 [l]. Sensus, Prædicatio mea non fuit temerè & humano consilio, sed divino, suscepta, déque rebus non humanis, sed divinis & gravissimis instituta, eóque verè ad salutem efficax [m]. Al. *inanis*, i. e. expers metûs & periculi [n].

2. *Sed*, &c. Ἀλλὰ καὶ προπαθόντες καὶ ὑβρισθέντες, &c.] *Imò etiam* multa *priùs passi*, & *contumeliis affecti*, &c. Be. Pi. Noratis me multa jam perpessum ejus rei causâ ob quam ad vos veniebam [o]. Tangitur historia Act. 16. 12 [p]. ¶ *Fiduciam*, &c. Ἐπαῤῥησιασάμεθα ἐν τῷ Θεῷ, &c.] *Libertate* (vel, *Libertate loquendi*, Be. sic Me. vel potiùs, *Libertate agendi*, quæ πεποίθησις vocatur 2 Cor. 3. 4. Ità hoc verbum à Paulo plerumque accipitur [q].) *usi sumus* (vel, *Audacter egimus*, V. sic Er. Ti. *Fiduciam habuimus*, G. Vulg. Non timidè, sed liberè prædicavimus, periculis præteritis non deterriti [r]. Idem loquendi genus, Eph. 6. 20 †.) *in Deo nostro*, (i. e. Dei ope ac gratiâ freti [t]:) *ad loquendum* (vel, *ut loqueremur*, G.) *apud vos*, &c. P. Be. Pi. &c. Quod argumento est, doctrinam nostram Divinam fuisse, & nos non temerè, nec humano, eóque vano, consilio adductos, sed Spiritu Dei actos ad vos venisse: alioqui non facilè nos conjecissemus in similia pericula, &c [v]. ¶ *In*, &c. Ἐν πολλῷ ἀγῶνι] *In*, vel *Cum*, *multo certamine*, Er. Ti. P. Be. Pi. Val. V. vel, *labore*, Er. V. Zeg. *studio*, Zeg. *periculo*, vel *discrimine*, Er. Zeg. V. *In magnis periculis*. Est Metonymia. Sic & Græci dicunt, Ἀγὼν πρόκειται οὐκ ἀναμένει, *In periculo non est cunctandum* [x]. Ἀγὼν sumi potest, vel, 1. activè, pro labore, quo sensu jubemur ἀγωνίζεσθαι, &c. Matth. 7. vel, 2. passivè, ut Heb. 12. 1. sic Phil. 1. 30. Col. 1. 29. Utrumque pro natura Agonum, in quibus, *Multa tulit fecitque puer*, &c. Sic habemus ἄθλησιν παθημάτων, Heb. 10. 32 [y].

3. *Exhortatio enim nostra*] Ità P. Pi. Be. sic Er. Ti. i. e. Nostra prædicatio [z], sive doctrina [a]. Differunt διδαχὴ & παράκλησις, illa est doctrina de dogmatibus & moribus, hæc hortatio, &c. Sed hæc h. l. Synecdochicè totam Evangelii doctrinam significat [b]. *Nostra ad vos monita*, Act. 15. 31. Rom. 12. 8. Eximiè dicitur de Prophetia, Act. 4. 36. & 13. 15 [c]. Causam hîc reddit, vel, 1. cur tot certamina ob prædicationem suam sustinuimus, quia, inquit, liberè docemus, arguimus, &c. non facimus sicut Pseudo-apostoli, qui docent ex impostura, &c. & eâ re vitant odia & pericula [d]. Vel, 2. cur se in nova pericula conjicere ausi sunt, quia inquit, doctrina nostra est vera & cœlestis, &c [*]. quia nobis optimè conscii sumus, doctrinam nostram non esse fallacem, &c [f]. ¶ *Non*, &c. Οὐκ ἐκ πλάνης, &c.] *Non* (sub. *fuit*, P. Pi. &c. vel, ortum habuit [g]:) *ex impostura*, (vel, *errore*, Vulg. i. e. non fuit fallax [h], aut erronea, sive falsa, ut multa dogmata Philosophorum [i]. Verùm non tam materia exhortationis, quàm animus & ingenium exhortantis h. l. significatur [k]: vel, *seducendi studio*: πλάνη est מרמה, Prov. 14. 8 [l]. Non facimus ut Pseudo-apostoli, qui legem cum Evangelio miscebant, atque ità & imponebant & placebant auditoribus [m]. Πλάνη & passivè sumitur pro *deceptis*, & activè, pro *decipientibus* sive *seductoribus*, ut ostendemus ad Judæ v. 11. Gnosticos hîc respicit [n].) *neque ex impuritate*, sive *immunditia*, (vel, 1. generatim [o], q. d. ex ullo scelere aut maleficio [p]; ex insinceritate [q], ex ullo affectu impuro [r]: Hic sensus magis congruit sequentibus †. Ἀκαθαρσία alibi libidines significat; hîc respondet Hebræo נבלה, ut Ose. 2. 10. Nah. 3. 6. Est autem נבלה, τὸ ἄσχημον, & sic vertitur alibi; comprehenditque omnia vitia quæ in Lege per immunda animalia figurabantur [t]. Vel, 2. speciatim, ut libidinem noter, quod frequentius in sacris literis: quod vitium etiam in falsis doctoribus arguitur, 2 Pet. 2. 10, 14. Judæ v. 8. Apoc. 2. 14, 15 [v]. q. d. ex obscœnitate [x], ex libidinoso pectore: non docuimus immunda ac turpia [y]; sive quæ faciebant desideriis carnis [z], luxuriæ [a], vel lasciviæ, quæ regnabant passim apud Gentes [b]; qualia docebant Simon Magus [c], Cerinthus & alii [d]. Pseudo-apostoli ad hæc vitia connivebant, at Paulus ea arguebat [*].) *neque cum dolo*, P. Er. Ti. Be. Pi. Refertur hoc ad modum agendi animíque sinceritatem [f]: q. d. Neque vero dolum eis admixtum satis vobis apparuit [g]. Non cum hypocrisi [h], aut vos falsis dogmatibus circumveniendo [i]: aut non vos, sed vestra venando [k], meum commodum gloriámque captando [l]. Al. Tribus his vocibus, πλάνης, ἀκαθ. & δόλῳ rem unam eandémque significat [m].

4. *Sed*, &c. Ἀλλὰ καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πιστευθῆναι τὸ εὐαγγέλιον, &c.] Bis Græca locutio per passiva, quæ apertiùs per activa sic enunciarentur, καθὼς ὁ Θεὸς ἐδοκίμασε πιστεύειν ἐμοὶ τὸ εὐαγγέλιον. Nam δοκιμάζειν cum Infinitivo voluntatem rei efficiendæ significat, Rom. 1. 28. ἐπιστεύθην vero εὐαγγέλιον pari loquendi genere habemus 1 Tim. 1. 11 [n]. *Sed* (Intellige, *sic in omnibus nos gessimus* [o]:) *sicut probati* (vel, *approbati*, Be. Pi. Zan. vel, *idonei judicati*, V. Pi.) *sumus* (vel, *fueramus*, Er. Ti.) *à Deo* (i. e. sicut habiti fuimus à Deo fideles, integri & sinceri [p]: vel, ut decet Evangelii præcones à Deo ad id munus electos, probatos, missos [q]. Paulus bis à Deo approbatus erat; 1. cùm electus esset, ut Apostolatu dignus fieret, Act. 9. 15. 2. reipsâ, cùm repletus Spiritu S. factus esset idoneus minister Christi, 2 Cor. 3. 5 [r]. Al. *Sed sicut placuimus Deo*, P. Hæc autem approbatio †, dignitas ac sufficientia [t], prorsus à Dei misericordia & gratia pendet [v], 1 Cor. 7. 25 [x]. & 2 Cor. 3. 5, 6 [y].) *credi* (vel, *ut crederetur*, Vulg. *ut nobis committeretur*, Er. Ti. vel, quibus *crederetur*, P. Pi. *quorum fidei committeretur*, Be. sic Pi. De se loquitur numero plur. Est autem phrasis Græca, πεπίστευμαι τοῦτο, q. d. *Credor hanc rem*, pro, *creditur mihi hæc res* [z].) *Evangelium*, (prædicandum scilicet [a]:) *ità loquimur*, Mo. &c. i. e. solemus loqui. Sic illud eloquimur, sicut nobis commissum est; nihil adulteramus [b]; ità cum omni fide & sinceritate illud prædicamus [c]. Qualem doctrinam prædicandam, & quali mente ac modo prædicandam (Ad utrumque enim referuntur illa, καθὼς & οὕτω:) Deus nobis tradidit, talem etiam & tali mente ac modo prædicamus, h. e. doctrinam puram & sinceram pari mente. Ergò παράκλησις nostra non est ἐκ πλάνης, &c [d]. ¶ *Non quasi hominibus placentes*] i. e. Placere studentes [*]: & per hoc eorum affectibus doctrinam nostram accommodantes [f]. Idem sensus Gal. 1. 10. non sumus ἀρέσκοι [g]. ¶ *Sed Deo* (cujus ministri sumus [h]; præcipuè scilicet: quomodo hoc intelligendum apparet 1 Cor. 10. 33 [i].) *qui*, &c. Τῷ δοκιμάζοντι, &c.] *Qui probat* (vel, *explorat*, Be. V. G. E. Me. id est, quem ut animi mei scrutatorem non dubito testem ac judicem appellare [k]: vel, *expendit*, V. Δοκιμάζειν hîc est *explorare*, ut 1 Pet. 1. 7 [l]. vel, *approbat*, P. Be. Pi. i. e. grata habet & accepta [m].) *corda nostra*, Er. Ti. intentionem, desideria, & quicquid in animo latet [n]. בחן Dei est explorare & scrutari animos, 1 Sam. 16. 7. 1 Reg. 8. 39. Jer. 17. 10. & 20. 12. Act. 1. 24. & 15. 8. Rom. 8. 27. &c [o].

5. *Neque*, &c. Οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν] Est Hebraismus, qualis & infrà 7. & 10. ubi *esse* ponitur pro *versari*. *Nunquam assuevimus sermoni adulatorio* [p]. *Neque enim unquam sermone assentatorio usi sumus*, P. Be. Pi. Vor. Ca. vel, *per sermonem* (vel, *in sermone*, Zan. Pi.) *adulationis* (κολακείας pro κολακευτικῷ. Genitivus adjuncti [q].) *versati sumus*, Er. Ti. V. Zan. scilicet apud vos [r], ut solent qui hominibus placere student †: vel, *accusati sumus adulationis*: ἐν λόγῳ εἶναι est *sermone hominum differri* [t]. Non fuimus adulatores [v]: nunquam studium nobis fuit vobis assentari, non sumus vobis locuti placentia, sed utilia [x]. *Adulari* est hominem fictè vel immodicè laudare ob nostrum duntaxat commodum, éstque servile vitium [y]. ¶ *Sicut scitis*] i. e. Vos ipsi testes estis [z]. Ex contrario notat novos Doctores, ut ad Philippenses [a]. ¶ *Neque*, &c. Οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας] *Neque* (sub. *fuimus*, Pi.) *in prætextu* (vel, *per prætextum*, Ti. *per occasionem*, Er. *in occasione*, Vulg.) *avaritiæ*, Mo. *Nec avaritiæ causâ quicquam prætexuimus*, P. Be. Pi. *Occasionem avaritiæ* vocat occasionem ad avaritiam explendam [b]: q. d. Sub titulo Christi non quæsivi lucrum meum [c]: nihil egimus ex avaritia [d]; neque usi sumus prætextibus

Marginal notes (left column): f Gom. g Me. sic E. Gom. Zan. h Vor. sim. E. i Vor. k G. sim. Ham. l G. m Zan. n V. o G. p G. sic E. Me. Zan. q Pi. r Zan. † G. t Be. P. sim. V. E. Me. Zan. ex Græcis. v Zan. x G. y Ham. z Me. a E. b Zan. c G. d Zan. * Zan. ex Græcis. f E. g G. sim. h E. i V. Me. T. k E. l G. m Zan. n Ham. o Gom. p Be. q Vor. r G. sic Zan. ex Calv. Gom. † Gom. t Gom. v Vor. x E. sim. Ham. y Me. sim. z Me. a Zan.

Marginal notes (right column): c E. T. sic Ham. d T. * Zan. f Idem. g G. h Me. T. i Me. k T. l Zan. sic E. Me. m Pi. n G. o T. sic Me. p E. q T. sim. Me. r Zan. † Be. t Vor. v Be. sic Vor. x Be. y Vor. z Pi. a E. b G. c E. sic Me. d Zan. * Pi. sic Me. f E. g G. h E. i G. k Be. l G. m Be. n Me. o G. p Idem. q Pi. r Zan. † Gom. t Ham. v V. x E. Me. y Zan. z G. sic E. a G. b E. c E. sim. Me. T. d Pi. Vor.

textibus ad velandam avaritiam *, ut ferè avari solent [f]. De voce προφάσει vide quæ ad Marc. 12. 40. De sensu vide 2 Cor. 2. 17 [g]. Occasionem divitiarum non captavimus [h]. Al. *Neque accusati sumus cupiditatis turpis & inordinatæ*, ut πλεονεξία interdum accipi antè probavimus. Πρόφασις autem non solùm *occasionem*, vel *prætextum*, significat, sed etiam *accusationem*, ut notat Phavorinus [i]. ¶ *Deus testis est*] Verborum homines sumpsit testes [k], qui de ejus assentatione testari poterant [l]; mentis, ipsum Deum [m], cui soli nota erat intentio animi ipsius, an scilicet privata commoda sua spectâsset [n]. Et hîc juravit Paulus, ut & sæpe alibi [o]. Formula est jurandi [p].

6. *Nec* (sub. *fuimus*, Pi.) *quærentes* (Non dicit se non accepisse, nec certè justum ac debitum honorem sibi delatum rejecit; sed *non quæsivisse* [q]:) *ab hominibus gloriam*, &c.] Multi sunt qui nova docent, non lucri, sed gloriolæ, causâ. Nè hoc quidem in Paulum & ejus comites cadebat. Non erant quales Philosophi, *utres inflati* [r], aut quales Pseudo-apostoli †. Vide Joh. 5. 44 [t]. ¶ *Cùm*, &c. Δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι] *Valentes* (vel, *Quum possemus*, Er. Ti. P. &c.) *in onere esse*, Mo. Er. Ti. vel, *oneri esse*, P. Be. Pi. sub. *vobis*, Be. Pi. vel, *in pondere esse*, Er. Pi. vel, *in authoritate esse*, Er. Pi. sic Zan. Zeg. i.e. nos graviter gerere, & pro authoritate nostra vobis imperare [v]: confer 2 Cor. 10. 10 *. & 1 Cor. 4. 21. Huic sententiæ favet tum ipsa phrasis, tum præcedens ac sequens sententia [x], *Non quærentes gloriam, sed parvuli*, &c [y]. Ἐν βάρει εἶναι dicitur ut ἐν τιμῇ εἶναι [z], valétque *onerosum ac molestum esse*: substantivum enim cum præpos. sæpe valet adjectivum, ut Exod. 32. 22. *in malo*, i. e. malus: 1 Par. 26. 14. *in intellectu*, i. e. intelligens: Luc. 4. 32. *in potentia*, i. e. potens [a]. Al. *sumptui esse*, V. *Cùm jus haberemus vivendi vestro sumptu* [b], quod ἐπιβαρῆσαι, v. 11. [c]. Huic sensui favet collatio, tum v. 9. tum loci 2 Cor. 11. 9 [d]. ubi ex contrario, qui id non facit, dicitur se servare ἀβαρῆ *. ¶ *Ut Christi Apostoli*] *Ut* hîc est non similitudinis, sed veritatis, q. d. Utpote qui sumus Christi Apostoli; quibus scilicet Christus dedit hanc potestatem, 1 Cor. 9 [f]. *Sicut Apostoli alii faciunt*, 1 Cor. 9. 6. & quidem jure, ut ibidem ostenditur [g].

7. *Sed*, &c. Ἀλλ' —— ἤπιοι, &c.] Ἀλλὰ hîc redundat Hebræo more. Sic Homerus, πατὴρ ὡς ἤπιος ἦεν. Latinus legit νήπιοι [h]: quam lectionem Oecum. & Th. attingunt [i], ut Græci Codices & Interpretes ἤπιοι [k]: quæ lectio haud dubiè præstat, ut ex præced. antithesi apparet [l], & ex sequenti similitudine [m]. [Sic vertunt:] *Sed fuimus placidi* (vel, *mites*, Er. Zeg. Ca. *lenes*, Mo. V. *benigni admodum*, G. *minimè austeri*, Er. non fastuosi [n], ut Pseudo-apostoli [o]; non imperantes more herili [p]; non morosi [q], non queruli, ut ambitiosi & avari esse solent [r]; non severi, sed mansueti & humiles †: cessimus de jure nostro, ut vobis parceremus [t].) *inter vos*, Ti. vel, *in medio vestrî*, Er. P. Pi. &c. q. d. Non ut superiores, [celsiore loco, vobis ad pedes nostros sedentibus] sed ut æquales, idque cum omnibus. Nam *esse in medio* aliorum significat ex æquo omnes illos curare, amare, & omnibus se mitem familiarémque exhibere [v]. ¶ *Tanquam*, &c. Ὡς ἂν τροφὸς θάλπῃ, &c.] Sicut nutrix *mater* dicitur, *mater quæ mammam dedit* Plauto, sic alumni *liberi ejus* vocantur. Procop. ad Esa. 49. 22. *humeris portabuntur* refert ad nutricis officium; & ad mysticum implementum adfert hunc locum. Par similitudo à *nutrice sinu portante puerum*, Num. 11. 12 [x]. *Ut* (vel, *Et ut*, Be. ex Sy. Sequens οὕτως ostendit hoc cum sequentibus cohærere, & deesse copulam [y]:) *si nutrix* (i. e. mater nutriens [z]:) *foveat* (vel, *calefaciat suo spiritu*, Zan. θάλπει *calefacit*, ut 1 Reg. 1. 2, 4. Galenus, παρὰ τὸ πυρὶ θάλπεσθαι. Usurpatur hæc vox Græca & de avibus quæ incubant ovo, Job. 39. 14. aut pullitiei, Deut. 22. 6 [a].) *liberos suos*, P. Pi. Quæ parvulo fit parvula, dum se ei quodammodo coæquat, ejúsque moribus assimulat [b]; blandiens, non imperans [c], vilissima munia subiens, idque nullâ spe lucri, sed ex materno affectu [d]. Itâ nos, neque jus nostrum, neque imperium, urgentes, ut vestram promoveamus salutem, per omnia nos vobis accommodavimus atque effundimus. Itâ se explicat in sequent *.

8. *Itâ*, &c. Οὕτως ἱμειρόμενοι ὑμῶν] Vox est Poetica, ut & ἵμερος. Exstat & Job. 3. 21. pro חכה. Ponuntur autem non de *desiderio* tantùm, sed & de *amore*; ut, Ὡς σέο νῦν ἔραμαι, καί με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ. *Non minùs amantes vestrî*, inquit, *quàm nutriculæ alumnorum* [f]. *Itâ* (sub. *inquam*, P.) *cupidi vestrî*, P. Pi. *Sic affectu propensi in vos*, Er. Ti. V. vel, *peramanter vos desiderantes*. Scholia explicant per ἀγαπᾶν καὶ ἀντέχεσθαι, quod est strictè amplecti, & alicui tenacissimè adhærere, sive corpore, sive animo [g]. *Itâ* nobis *cupidis vestrî*, scil. vos ad Christum, tanquam sponsam ad sponsum, adducendi: Confer 2 Cor. 11. 2. Gal. 4. 17. nam ἱμείρεσθαι est verbum amatorium [h]. ¶ *Cupidè*, &c. Εὐδοκοῦμεν μεταδοῦναι, &c.] *Avebamus* (Præsens pro imperfecto, ut suprà 1. 9 [i]. vel, *Animo cupiebamus*, Er. Ti. *Gestiit animus*, Er. *Libebat*, Be. *Prompti sumus*. Εὐδοκῶ cum Infinitivo habes Luc. 12. 32. Rom. 15. 26. 1 Cor. 1. 21. 2 Cor. 5. 8. Gal. 1. 15. In ea constructione est propria LXX Interpretum. Et hoc vult Hieron. Vox ipsa alioqui exstat apud Polybium & alios [k]: *Prompto eram animo & bonâ voluntate*. Εὐδοκεῖν Scholia explicant per σπουδάζειν & βούλεσθαι [l]. εὐδοκεῖν propriè est, *in re quapiam acquiescere*, seu *rè aliquâ delectari*; hîc per Meton. efficientis est *cupere*, seu *avere* [m].) *impertiri vobis non solùm Evangelium Dei*, (sicut jam fecimus [n]:) *sed etiam —— animas*, P. Pi. &c. i. e. vitam nostram impendere [o]. Est enim Syllepsis; nam μεταδοῦναι de *Evangelio* propriè dicitur, de *vita* per Metonymiam quandam. Sic ferme sumitur μεταδιδόναι & Rom. 1. 11. ἑαυτῶν apud Græcos omnis est personæ [p]. *Impertiri animas* est mori pro alio [q]. *Animam tradere* dicitur aliquis ei quem impensè amat, Esa. 58. 10. Sic Comicus, *Priusquam istam ego adii, & animum meum isti dedi* [r]. Convenit hoc nutrici matri, quæ suo ipsius sanguine liberos alit †. Dicit ἀλλὰ καὶ, non quasi res pretiosior esset impertiri animam quàm Evangelium, sed quòd difficilius esset [t]. ¶ *Charissimi—facti estis*, Γεγένησθε] Præt. pro præs. more Hebræo [v].

9. *Memores*, &c.] i.e. Meminisse potestis *. ¶ *Laboris*, &c. Τὸν κόπον ἡμῶν καὶ τὸν μόχθον] *Laboris nostri ac ærumnæ*, P. Be. Pi. vel, *sudoris*, Er. Ti. V. Κόπος in ferendo, טרח: μόχθος in agendo, עמל [y]: κόπος est labor cum summa cura & solicitudine conjunctus, cui μόχθος defatigationem addit. Significat diligentiam suam summam [z], & tolerantiam laboris [a], tum spiritualis, tum manuarii [b]. ¶ *Operantes*] nempe manibus nostris [c]. Mira sanè bonitas. Vide Act. 18. 3. 1 Cor. 4. 12 [d]. ¶ *Nè*, &c. Πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαι, &c.] *Nè cuiquam gravis essem*, G. scil. alimenta exigendo *. Vide suprà v. 6 [f]. ¶ *Prædicavimus in vobis*, Εἰς ὑμᾶς] Pro ὑμῖν, לכם [g]. *Apud vos*, P. Pi. &c.

10. *Et Deus*] Vide suprà v. 5 [h]. ¶ *Quàm sanctè*, Ὁσίως] Refertur, vel, 1. ad Deum [i], verùmque ejus cultum [k], ut εὐσεβῶς, Tit. 2. 12 [l]. vel, 2. ad munditiem vitæ atque doctrinæ [m]. ¶ *Et justè*, Δικαίως] Refertur ad proximum [n]; vel, ad actiones quæ ad societatem pertinent [o]: opponitur injuriis [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀμέμπτως] *Et inculpatè*, Er. Ti. P. Pi. &c. Itâ ut nemo de nobis queri potuerit [q], sine infirmorum offendiculo [r]. Refertur hoc, vel, ad totam reliquam vitam nostram †; vel, ad ea quæ seorsim quemque spectant, ut σωφρόνως, Tit. 2. 12 [t]. ¶ *Vobis*, &c. Ὑμῖν, &c.] *Erga vos*, &c. V. Potest referri ad ἀμέμπτως [v]. Duo significat, quòd scil. sic vixerit, 1. inter ipsos fideles, ut nemo ex illis conqueri possit, & si id faciant mali, ut Judæi calumniabantur, immeritò id faciant: 2. in ipsorum utilitatem & exemplum [x]. ¶ *Fuimus*, Ἐγενήθημεν] *Vixerimus*, P. *Nos gesserimus*, Be. Pi. sic V. *Versati sumus*, ut suprà v. 5. & 7 [y].

11. *Sicut scitis*] Construitur hoc cum v. præced [z]. ¶ *Qualiter*, &c. Ὡς —— παρακαλοῦντες ὑμᾶς καὶ παραμυθούμενοι καὶ μαρτυρούμενοι] Supple *fuimus*, quod subauditur more Hebræo [a]. *Quomodo* (sub. *complexi fuerimus*, Er. vel, sub. *affecti fuerimus erga*, Er. Ti.) *unumquemque vestrûm*, (q.d. Non solùm publicè, in publico cœtu, sed & privatim, ut Act. 20. 20 [b].) *tanquam pater liberos suos*, (quos & exemplo & verbis docere, &c. tenetur. Suprà matri se comparat, hîc patri [c].) *hortabamur* (vel, *monuimus*, nempe desides; vel, *obsecravimus*: hortabatur

Marginal notes (left): * G. sic Pi. Vor. f Pi. g G. h V. i Ham. k G. sim. E. l E. m G. n E. o G. p Pi. q Zan. r G. † E. t G. v Pi. sim. Zan. Ham. * Ham. x Pi. y Er. ex Græcis Zan. z Pi. a Glass. Gram. 3. 1. 941. b G. sim. Stun. Gom. E. Me. T. c G. d Gom. sim. Pi. * G. f E. g G. h Idem. i E. k G. l Vor. ex Pi. m Pi. n Er. Me. sic Zan. o Er. p T. sim. Zan. q Zan. r Be. † Zan. t G. v Zan. x G. y F. z Zan. a G. b F. c E. Me. d Be. * E.

Marginal notes (right): f G. g Zan. h Be. i Pi. k G. l Zan. m Pi. n G. o E. sic Me. G. Be. p G. q Zan. r D. † Be. t Zan. v G. * Zan. y G. z Zan. a Strig. b Zan. c Vor. Zan. d G. * Pi. sic L. f Vor. G. g G. h Idem. i G. Zan. k Zan. sim. Er. ex Th. Cas. Gom. l G. m E. n Zan. Gom. o G. p E. sim. Er. q V. sim. Gom. Zan. r E. † Zan. t Idem. v Be. x Zan. y G. z Zan. a G. sic Be. Pi. b Zan. c Idem. d G.

tur ergò non frigidè, sed additis obsecrationibus, ut ambularent dignè Deo, ut sequitur*. Ὑμᾶς hîc pleonasticè repetitur, quia præcessit ἵνα ἕκαστον ὑμῶν f.) *& consolabamur*, (mœstos g, vel afflictos, sive spiritualiter, sive corporaliter h :) *& obtestabamur*, Pi. Be. &c. denuntiando eis iram & judicia Dei, &c i. vel, *testimonium diximus* ignaris. Sed καὶ μαρτυρόμενοι abest in MS k. vel, *testificati sumus*, i. e. seriò ac firmis rationibus probavimus l.

12. *Ut ambularetis dignè Deo*] i. e. Ut decet cultores & servos Dei m, vel convenienter divinæ vocationi n, vel dignè Dei conspectu: ut vivamus vitâ quæ placet Deo, vel quâ glorificatur Deus, vel quæ ad vitam naturámque Dei proximè accedat o. Vide Col. 1. 10. ubi locutio eadem p. ¶ *Qui vocavit vos* (efficaciter q, per fidem r, & pietatem †:) *in suum regnum* (ad Ecclesiam, deinde ad regnum cœlorum t :) *& gloriam*] i. e. In regnum suum gloriosum v. Multi sunt in regno, nec tamen omnes participes sunt gloriæ principis, &c x. Vide 1 Pet. 5. 10. In MS. καλέσαντος, ut Gal. 1. 6 y.

13. *Gratias*, &c.] Suprà 1. 2, 3 z. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι παραλαβόντες λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν τοῦ Θεοῦ ἐδέξασθε, οὐ λόγον, &c.] *Quoniam*, (vel *Quòd*, Er. Pi. &c.) *excipientes* (vel, *acceptum*, P. vel, *quum acciperetis*, Er. V. sic Vulg. Pi. Differunt παραλαμβάνειν & δέχεσθαι non minùs quàm pecuniam ablatam accipere, & eam acceptam recondere a. De voce παραλαμβάνειν vide 1 Cor. 11. 23. & 15. 1, 3. Gal. 1. 9, 12. Phil. 4. 9. Col. 2. 6 b.) *verbum auditus* (vel, *auditum*, Be. Pi. ad verb. *auditionis*, Pi. vel, *prædicationis*, Ti. ut ἀκοὴ sumitur Rom. 10. 16, 17. i. e. prædicatum c: ἀκοῆς pro ἀκουσθεὶς, ex Hebraismo d, & hoc pro κηρυχθεὶς *. Sic 2 Thes. 2. 3. *filius perditionis*, i. e. perditus f. Vel, *quem audîstis*, P. Be.) *à nobis*, *Dei* (vel, *de Deo*, Er. P. G. Be. i. e. quo Deum discebatis g, ex nobis: Verba subobscura sunt propter trajectionem i. Trajectio est k, sive Hyperbaton l, pro παραλαβόντες παρ' ἡμῶν λόγον ἀκοῆς τοῦ Θεοῦ m, *nuncium de Deo*. Id Hebræi cùm unâ voce satis eloqui non possent, dicunt λόγον ἀκοῆς, ut Heb. 4. 2. דבר שמע n. Illud παρ' ἡμῶν, vel, regitur à παραλαβόντες o; vel, connectendum cum ἀκοῆς, eodem sensu p. Possit verti, *sermonem Dei*, passivè, i. e. quem Deus per os Pauli prædicavit q.) *excepistis*, *non verbum* (vel, *non pro sermone*, P. *non* ut *sermonem*, Be. Pi. Zan. Particula ὡς hîc ex sequenti supplendum r: imò eam & Sy. & Vulg. & Scholiastæ Græci legunt †.) *hominum*, (i. e. ut dubium, aut ut probabile tantùm, aut humanâ solùm ratione vel authoritate firmatum; quomodo recipiuntur placita Philosophorum, in quibus non est certissima veritas, quia omnis homo est mendax t:) *sed* (*sicut est verè*) *verbum* (vel, *pro sermone*, P. vel, ut *sermonem*, Be. Pi. Vide Luc. 1. 41 v. Et hîc deest ὡς, quod ex illo καθὼς subintelligitur x.) *Dei*, Mo. &c. i. e. Ut verbum quod Deus ipse loquutus est: qui, cùm sit prima veritas, nec falli potest, nec fallere y. Λόγος Θεοῦ per eminentiam dicitur sermo Evangelicus z. Παραλαμβάνειν hîc est, quæ foris pronunciantur, intrò in animum judicanda recipere; δέχεσθαι autem est, ea quæ probâsti, excipere & amplecti a. Sensus, q. d. Ità doctrinam meam excepistis, ut par erat excipere eam doctrinam quam vobis persuasistis non esse ab hominibus, quasi autoribus, profectam, sed à Deo b. Ostendit hic locus, 1. proprium objectum fidei esse verbum Dei: 2. fidem *esse opus gratiæ divinæ*: id quod convincit gratiarum actio c. ¶ *Qui*, &c. Ὃς καὶ ἐνεργεῖται, &c.] *Qui* (vel, 1. Deus d; vel potiùs, 2. sermo Dei: quod simplicius est, & convenientius scopo Pauli *; qui erat Evangelium commendare, ab efficacia, &c f. q. d. Quod verbum, agente Deo g:) *etiam agit* (vel, *operatur*, Vulg. i. e. velut semen quoddam fructiferum omne genus producit piarum actionum h. *Sermo ille per fidem receptus egregia producit opera*, operatur patientiam. Ἐνεργεῖσθαι sono passivum, sensu activum, ut Rom. 7. 5. Gal. 5. 6. Eph. 3. 20 i. Al. *agitur*, exercetur, incitatur, ad omne genus piarum actionum k: vel, *perficitur*, sive *completur*, scilicet perpessionibus vestris, de quibus v. seq. Ἐνεργεῖσθαι passivè sumi ostendimus ad Gal. 5. 6 l.) *in vobis qui creditis*, P. Pi. &c. Loquitur hîc de verbo credito, i. e. de fide ipsa; quæ *operatur per charitatem*, Gal. 5. 6 m.

* Zan. f Vor. ex Pi. sim. Be. g G. h Zan. i Idem. k G. l Me. m E. Me. n Vor. o Zan. p G. q E. r E. Vor. † Vor. t Me. v E. x Zan. y G. z Idem. a Be. b G. c Pi. d Pi. sic Zan. ex Be. * Pi. f Zan. g Er. V. Be. i Be. k Pi. l G. m Sch. n Sch. sic G. o G. p Pi. sic Be. q Be. r Zan. ex Be. & Calv. † G. ex Græcis sim. Camer. Be. t Pe Zan. v E. x Be. y G. z E. a G. Zan. ex Be. b Be. c E. d Pi. * Pi. Vor. f Pi. g E. h Me. i G. k E. l Ham. m E.

14. *Vos enim* (Non tam probatio est quàm declaratio ejus quod dixerat de efficacia sermonis in iis n :) *imitatores*, &c.] Μιμηταὶ hîc vocantur, non qui sponte aliquid imitantur, sed quibus aliquid simile contingit o. ¶ *Ecclesiarum Dei quæ*, &c. Τῶν οὐσῶν, &c.] Præsens pro Præterito, quomodo Participia sæpe usurpant Hebræi, quia Participia apud ipsos Præteritum propriè non habent. Multæ & magnæ Ecclesiæ Dei per Christum, tum directè, tum Apostolorum ministerio, factæ fuerant in Judæa. Sed dispersi erant plerique, paucis ad sementem relictis, ut apparet Act. 8. 4. & 11. 19. Et quidam Thessalonicam concesserant, ad quos præcipuè hæc spectant p. [Sic vertunt:] *Quæ sunt in Judæa, in Christo*, Vulg. i. e. Christi nomine collectæ q; vel, perseverantes in fide Christi r. Ità excludit Synagogas Judæorum †. ¶ *Eadem passi estis*] Res vestras amisistis, pars fuistis ejecti t. ¶ *A contribulibus vestris*] vel, *propriis*, P. Pi. Ὑπὸ τῶν συμφυλετῶν] Concives notat incredulos, tum ex Judæis, tum ex Gentibus v, ex Thessalon x. Συμφυλεταὶ ὁμόεθνοι, interpretante Hesychio, בני עמכם Hebræis, Syro hîc בני שרבתכון y. Judæos solos hîc designat, quorum synagoga ibi erat Act. 17. 1. & à Judæis, qui Evangelium respuebant, orta est illa persecutio z. ¶ *Sicut*, &c. Καθὼς καὶ αὐτοὶ, &c.] *Sicut & ipsi* (i. e. fideles in Judæa a, Heb. 10. 32, 33 b. Illud αὐτοὶ constructionem facit κατὰ τὸ σημαινόμενον c: præcessit enim ἐκκλησιῶν d.) *à Judæis*, P. Καθὼς indicat imitationem fuisse, & in qualitate gentis, à qua patiebantur, nempè à suis; & in causa propter quam, & in malis quæ, patiebantur; & in modo quo patiebantur, animo forti & constanti *.

15. *Qui* (scilicet Judæi f :) *& Dominum occiderunt*] Non suis, sed Pilati, manibus, &c g. Quid mirum est si in nos sæviunt qui *Dominum* nostrum *interfecerunt*, nempe cùm à Pilato pœnam ejus omni modo extorserunt h? Act. 2. 23. & 3. 15. Non debent discipuli meliorem sortem exspectare quàm Magistri fuit, Mat. 10. 24. Luc. 6. 40. Joh. 15. 20 i. ¶ *Et*, &c. Καὶ τοὺς ἰδίους, &c.] *Et proprios* (i. e. de gente sua k, vel, peculiariter illis destinatos l: Emphasis est, q. d. Quid facerent externis, si non pepercerunt suis m?) *Prophetas*, P. Be. &c. Hos occidisse dicuntur, quia patres eorum, à quorum moribus & ingenio non recedebant, illos occiderant, ipsi quoque idem facturi, si tunc vixissent n. Jam olim tales sunt, Mat. 5. 12. & 23. 31, 37. Luc. 6. 23. & 13. 34 o. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων] *Et nos* (Christi Apostolos ac ministros p:) *exegerunt*, P. Pi. vel, *expulerunt*, Pi. vel, *persequuti sunt*, E. persequendo ejecerunt q. Vide Act. 8. 4. & 11. 19 r. ¶ *Deo non placent*] Imò maximè displicent. Est μείωσις †. Erant verò θεοστυγεῖς, quomodo eos Josephus in horum temporum Historia appellat t. ¶ *Et omnibus hominibus adversantur*] Vel, 1. quia saluti humani generis, per invidiam & malitiam, obsistebant v, velut communes orbis terrarum hostes x; dum Evangelii præconibus obstinatissimè se opponunt y. Nullus est capitalior humani generis hostis quàm qui Evangelii cursum impedit z. Vel, 2. quia seditiosum erat hominum genus, quódque cœteras Gentes præ se contemneret a. Nullâ [erant] in extraneos dilectione; seditiosi erant contra Romanos, contra Parthos, domi forisque b.

16. *Probibentes nos* (i. e. impedientes quantum in ipsis erat c: Sunt verè canes in præsepi, Luc. 11. 52 d.) *Gentibus loqui*] i. e. Evangelium prædicare *. ¶ *Ut* (vel, *Quà*, Er. Ti.) *salvæ fiant*] nempe ipsæ gentes f. ¶ *Ut*, &c. Εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι, &c.] Significatur his verbis, vel, 1. scopus seu finis g, non quidem persecutorum h, sed ipsius Dei i, peccata peccatis interdum punientis k; vel, quem Deus sibi proponit permittendo illis istam persecutionem; ut percipitur ex verbis seq. quibus horum ratio continetur l. Confer similem locum Gen. 15. 16 m. Causa finalis hîc notatur, sed in consilio tantùm divino. Judæi peccata sua implere & perficere volebant. Permisit hoc Deus, non quamdiu illi volebant, sed quamdiu pervenirent ad mensuram, &c. Dedit illis spatium pœnitentiæ per 40 annos post mortem Christi, nec plus permisit n. Vel, 2. consequens

n Pi. sim. o Zan. p G. q Be. sim. Me. r V. † E. t G. v Pi. sim. Be. x Be. Zan. y G. z Ham. a Pi. sim. Be. Zen. b Pi. c G. d Be. * Zan. f Me Zan. g E. h G. sim. E. i G. k Zan. l Be m Camer. n E. o G. p E. q Pi. r G. † Me. E. t G. v E. sim. Me. x E. y Me. z Be. a E. b G. c E. d G. * Me. sim. E. Pi. Vor. f Zan. g Me. h Vor. Pi. i G. k Vor. Pi. l Vor. m Pi. n Vor. Pi. Zan.

malitiæ ipsorum [o]: Hic εἰς τὸ, ut sæpe ἵνα, est ἐκβατικὸν [p], consecutivum, non causale [q], q. d. Ex quo fit ut impleant, &c [r]. Hoc restabat ut mensuram facinorum suorum implerent. Locutio desumpta ex Gen. 15. 16. Vide & Matth. 23. 32 †. [Sic vertunt:] *Ut expleant*, sive *compleant, peccata sua*, Er. Ti. P. &c. i. e. peccatorum suorum mensuram, quam Deus, antequam puniat, statuit exspectare, ut tum simul omnia & plenè puniat [t]. Significatur hæreditaria improbitas [v]: q. d. Ut peccata sibi accumulent [x], peccatis parentum peccata propria [y], & antiquis nova, addentes [z]. Πάντοτε perpetuum in sceleribus progressum denotat [a]. ¶ *Pervenit*, &c. Ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος] *Occupavit* (vel, *Prævenit*, E. ex Vulg. Sic enim multi Latini Codices legunt [b]: vel, *Præoccupavit*, Camer. Sensus est, q. d. In istos, tanquam egregiè malos, ira Dei tempus suum (quod est post hanc vitam) quodammodo prævenit [c]:) *enim* (δὲ pro γὰρ, ut sæpe [d]:) *eos ira* (vel, *ira illa*, emphaticè *, nempe Dei [f]; i. e. ultio sive vindicta [g], temporalis, spiritualis, & æterna [h], inevitabilis, quam illis imminere prædictum est à Christo & Apostolis [i]; totius populi rejectio & dispersio [k]. Tandem propè est pœna, excidium nempe gentis, futuri Judicii imago. Ἔφθασε in Præterito elatum habet sensum Præsentis, ut Matth. 12. 28. Rom. 9. 31. 2 Cor. 10. 14 [l].) *ad extremum usque*, P. Be. Pi. vel, *in finem*, Er. Ti. Vulg. עד כלה, Dan. 9. 27. ἕως τῆς συντελείας. Vide quæ ad Matth. 24. 15 [m]. Respicit, vel, 1. tempus iræ; quòd non sint ampliùs revocandi, sicut antea, ex Ægypto & ex Babylone [n]: q. d. ira æternùm duratura [o]. Vel, 2. magnitudinem iræ; εἰς τέλος, i. e. τελείως, perfectè & plenè ira apprehendit, non, ut antea, ex parte tantùm [p]. Non pugnant hæc cum illa Israelis instauratione, Rom. 11. 25 [q]. quam omnes ferè Patres futuram credebant [r]. Nam, 1. de præsenti illa Judæorum generatione sermo est. 2 Hyperbole esse potest †. 3. excipiendæ sunt reliquiæ [t].

17. *Nos*, &c. Ἡμεῖς —— ἀπορφανισθέντες, &c.] Sic Gorgias, τῶν φίλων ὀρφανισθεὶς [v]. *Nos autem, fratres, orbati à vobis* (vel, *separati à vobis*, V. Pi. Emphaticè, quia separatio bis hîc exprimitur per præpos. ἀπὸ [x]: disjuncti à vobis ac proinde velut orphani [y], ut pater charissimis pignoribus orbatus [z]:) *ad tempus horæ* (vel, *ad temporis momentum*, P. Be. Pi. vel, *ad tempus*, Pi. Idem quod πρὸς ὥραν, 2 Cor. 7. 8. Gal. 2. 5. Philem. v. 15. πρὸς καιρὸν, Luc. 8. 13. 1 Cor. 7. 5. Quod Gen. 18. 10. legimus כעת חיה, id LXX verterunt κατὰ καιρὸν εἰς ὥρας. Etiam Latini dicunt, *horæ momento*, ut ab aliis notatum est [a]: *ad articulum temporis*, h. e. ad breve tempus. Extenuat absentiam suam, ut nec perpetuam, i. e. πρὸς καιρὸν, nec diuturnam, ὥρας [b]. Puto eum alludere ad subitum illum & inopinatum suum discessum, quòd tam citò, ipsis insalutatis, discedere cogeretur: de quo vide Act. 16 [c].) *aspectu*, (vel, *facie*, Er.) *non corde*, Mo. &c. h. e. corpore, non animo [d], & affectu *. Graphicè depingit ingenium amantium. —*Illum absens absentem auditque videtque.* ¶ *Abundantius*, &c. Περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν, &c.] יותר בהלנו, aut, cum Rabbinis, השתדלנו. Amat Paulus vocabula per se augentia ampliùs augere. Sic περισσοτέρως, 2 Cor. 1. 12. & 2. 4. & 7. 13, 15. & 11. 23. & 12. 15. Gal. 1. 14. Phil. 1. 14. Sic dicit, ὑπερνικῶν, ὑπερπερισσεύειν, ὑπερπλεονάζειν [f]. *Vehementius* (vel, *Magis*, Er. V.) *studuimus videre faciem vestram*, &c. P. Pi. i. e. vobis etiam corpore præsentes esse [g]. Simile votum 1 Cor. 16. 7. 2 Cor. 12. 14. 2 Joh. 12. 3 Joh. 14 [h].

18. *Voluimus*, &c. i. e. omnino statueramus [i]. Ἠθελήσαμεν, &c.] Hoc duo significat, 1. decretum voluntatis: 2. conatum & præparationem [k]. ¶ *Ego quidem Paulus*] Et hîc aliquid subticetur quod voculæ μὲν respondeat, nempe *Timotheus & Silas*. ¶ *Semel & iterum*] i. e. sæpiùs. Sic Nehem. 13. 20. Phil. 4. 16. ¶ *Sed*, &c. Καὶ ἐνέκοψεν, &c.] Καὶ pro *sed*, more Hebræo. De voce ἐγκόπτειν vide Rom. 15. 22. Gal. 5. 7. Rabbini dicerent אמנה. *Sed impedivit nos Satanas*, P. Injectâ ei necessitate disputandi sæpiùs cum Stoicis & Epicureis qui Athenis erant [l]. Al. Mali homines, instigante Satanâ, progressum Evangelii impediebant; vel, insidias Paulo struentes in via [m]; vel, turbas in eum passim in urbibus suscitantes [n]; vel, nova dissidia excitantes in illis Ecclesiis ubi erat [o]; vel, alia quævis obstacula objicientes [p].

19. *Quæ est enim nostra spes*, (i. e. spei nostræ materia [q]: Rationem reddit cur eos tantopere cupiat videre [r].) *aut gaudium*, (quia de vestra salute gaudebo in die Christi †:) *aut corona gloriæ?*] Vel, *gloriationis?* Mo. Pi. Er. Ti. vel, *de qua glorier?* P. Be. Pi. sic Ham. עטרת תפארת, Prov. 16. 31. Ezec. 16. 12. & 23. 42. vocatur *corona*, non quotidiana, sed quæ diebus summæ lætitiæ ad eximium ornatum sumitur. Sic Paulum ornabant tam præclaræ per Macedoniam structæ ab ipso Ecclesiæ. Vide 2 Cor. 7. 4. In MS. est στέφανος ἀγαλλιάσεως [t]. *Coronæ* non erant Regibus peculiares, sed ab aliis, tum viris, tum fœminis, usurpatæ, maximè in nuptiis, & in festis diebus [v]. ¶ *Nonne*, &c. Ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς ἔμπροσθεν, &c.] *Annon & vos* (nempe inter alios [x]: q. d. non tamen vos soli. Forsan tamen καὶ redundat, vel orationem intendit [y].) *in conspectu Domini*, &c? P. Pi. i. e. die ultimo coram Christo agonotheta & numerario [z]? Construi hæc sic debent, Τίς γὰρ —— ἢ στέφανος καυχήσεως ἔμπροσθεν τοῦ Κυρίου —— ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς; *Quid est unde præmium sperabo*, verè *gaudebo, quo ornabor, stans coram Christo in ejus adventu? Nonne & vos*, &c [a]? Ordo & sensus talis est, Nonne vos estis spes nostra, —— & corona gloriæ coram Domino, cùm advenerit, &c [b]?

20. *Vos—estis gloria*, &c.] Vos præcipuè digni talibus titulis [c]. De vobis gloriari possum & lætari [d].

CAP. III.

1. **P**Ropter, &c. Διὸ μηκέτι στέγοντες] *Ideo non amplius* (vel, *ultrà*, G.) *sustinentes*, Mo. Pi. sic Vulg. vel, *ferentes*, P. Pi. G. sic Er. Ti. sub. *id desiderium*, P. sic Pi. Vor. Camer. Zan. Er. cujus mentio suprà 2. 17 [a]. nempe videndi vos [b], & cognoscendi quo in statu res vestræ essent [c]; vel, tantis intervallis nos disjungi. Vocem στέγειν hoc sensu & Græci usurpant, & ipse Paulus, 1 Cor. 9. 12. & 13. 7. infrà 3. 5. Hebræis id התאפק [d]. Στέγειν propriè est continere sese, seu onus sustinere. Significat ergò hoc desiderium grave sibi onus fuisse *. ¶ *Placuit*, &c. Εὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι, &c.] De hac constructione vocis εὐδοκεῖν diximus suprà 2. 8. Triste hoc, sed tamen hoc libenter feceramus & ego & Silas vestrî causâ. Agit autem de re jam aliquandiu exacta, ut apparet infrà 6. Unde rectè per Plusquamperfectum vertetur & hoc & sequentia [f]. *Bene visum est nobis* (vel, *Libuit nobis*, Be. *Optimum duximus*, P. Pi.) *relinqui*, &c. Mo.

2. *Misimus Timotheum* (Quod Lucas tacuit in Actis, sicut & multa alia [g]:) *fratrem*, &c.] In quibusdam cod. διάκονον τοῦ Θεοῦ, in quibusdam συνεργὸν ἡμῶν deest. Similes titulos Tychico datos habuimus Col. 4. 7. & Eph. 6. 21. vide & de Tito 2 Cor. 8. 23. Huic ipsi Timotheo pares dari titulos videmus, Rom. 16. 21. 1 Cor. 4. 17. ἐπέμψαμεν, *miseramus*, nempe Athenis. Athenas enim ad Paulum venerant & Timotheus & Silas, Act. 17. 15 [h] ¶ *Ad*, &c. Εἰς τὸ στηρίξαι —— περὶ, &c.] *Ad vos stabiliendos & exhortandos* (vel, & *consolandos*, V. sic Er. Ti. G. E. Utroque enim opus habent qui ob fidem adversa patiuntur [i].) *super* (vel, *de*, Er. Ti. V. vel, *pro*, Vulg. vel, *in*, Me.) *fide vestra*, P. Be. Pi. Quæ scilicet tot calamitatibus nihil imminuta fuerit, quod fortasse Pseudo-apostoli ad vos annunciant [k]: vel, in iis quæ ad fidem pertinent [l]: vel, super negotio fidei vestræ [m]: vel, in doctrina fidei [n]. Significat, qua in re versaretur Timothei exhortatio. Περὶ hîc pro ὑπὲρ [o].

3. *Ut*, &c. Τῷ μηδένα σαίνεσθαι] Τῷ hîc valet idem quod alibi εἰς τό. Utroque enim modo vertitur ל Hebræum, quod est in לבלתי. Vide suprà 2. 16 [p]. Τῷ indicat quâ ratione confirmaturus esset Timoth. eorum animos [q]. Σαίνειν propriè dicitur de canibus qui motâ caudâ blandiuntur [r]: σαίνεσθαι est moveri huc illuc, ut cauda canis, & arundines †. Significat & *adulationem* [t].

Hîc

[Marginal sigla, left column: o Q. in Zan. | p G. | q E. | r Me. fim. E. | † G. | t T. fim. Be. | v Be. | x V. | y Me. | z T. | a Be. | b E. | c Idem. | d Be. Pi. | * Zan. | f Pi. Vor. | g Zan. Vor. T. | h Zan. | i Er. | k Zan. | l G. | m Idem. | n Zan. | o T. sic E. Me. fim. Be. | p Zan. | q Be. fim. E. | r E. | † Be. | t Zan. | v G. | x Pi. | y Be. | z E. | a G. | b Er. | c Zan. | d Vor. fim. Me. | * Me. T. | f G. | g E. | h G. | i E. | k Zan. | l G. | m E. sic Me. Zan.]

[Marginal sigla, right column: n E. | o Zan. | p E. | q E. | r Pi. sic Zan. | † E. | t G. | v Ham. | x G. fim. Pi. Er. E. | y E. | z Gom. | a G. | b Me. | c G. | d Me. | a Pi. Vor. | b Er. Zan. Pi. Zan. | c V. | d G. | * Zan. | f G. | g E. | h G. | i Idem. | k V. | l G. | m E. | n Camer. | o Be. | p G. | q Be. | r Ec. sic Pi. | † Zan. | t Camer.]

Hic generaliter significat, *quassari* seu *concuti*[v], vel, *animo consternari*[x]; idem scilicet quod σαλεύεσθαι, 2 Thes. 2. 2[y]. Σαίνεσθαι per ταράττεσθαι exponunt Chrys. & alii, Hesychius per ταράττεσθαι. Usus quidem frequenter ejus vocis est in *motu caudæ*; sed antiquitus idem valuit quod σείω & puto sic usos Cilicas. Hebræis esset נוע[z]. [Hinc variant:] *Ut nemo commoveatur*, P.Be.Pi. vel, *terreatur*, Er. vel, *turbetur*, Er. Ti. vel, *adblandiatur*, nempe hostibus Evangelii[a]. Al. *Ne cui vestrum succidatur*, Tre. & Di. ex Sy. sub. *fides*, Tre. Verum *succiditur ei*, apud Syros est, *animum despondet*[b]. ¶ *In tribulationibus istis*] vel, *Ob* (εἰς pro διὰ[c]:) *afflictiones istas*, Pi. quas scilicet vel vidistis, vel audistis me pati: de quibus hic agi sequentia docent[d]. ¶ *Quod*, &c. Ὅτι εἰς τοῦτο κείμεθα] *Quod in hoc* (nempe ut afflictiones feramus*:) *positi sumus*, Mo. sic Er. Ti. G. vel, *constituti*, P.Be.Pi. vel, *vocati*, G. vel, *destinati*, Ca. Me. ex Sy. nempe à Deo[f], vel decreto Dei, qui vult nos conformes reddi Christo & in cruce & in gloria[g]. De usu vocis κεῖσθαι vide ad Luc. 2. 34[h]. De sensu vide Rom. 8. 17, 30. 1 Cor. 1. 9[i]. Exponendum hoc, vel, 1. generaliter de omnibus fidelibus, juxta Act. 14. 22. 2 Tim. 3[k]. vel potius, 2. de Apostolo, ob sequentia[l].

4. *Apud vos*] Ità Be. Pi. πρὸς hic est *apud*, ut Joh. 1. 1[m]. ¶ *Prædicebamus* (vel ex nova revelatione, vel ex veteri oraculo, Act. 9. 16[n].) *vobis passuros nos*, &c.] Cùm dicit μέλλομεν, ostendit prædicta à se mala, tum quæ sibi, tum quæ Thessalonicensibus, erant eventura: tum, ut hi eo Divinæ præsignificationis testimonio, subsequente eventu, in fide firmiores fierent; tum, ut minùs commoverentur re præmeditatâ, Joh. 13. 19. Adde & Act. 14. 22[o]. ¶ *Et scitis*] Partim famâ & relatu aliorum, partim experientiâ. Loquitur enim de tumultu illo Thessal. Act. 17[p].

5. *Non sustinens*, Στέγων] *Me continens*. Puto hic poni formâ Hithpael. Vide 1 Cor. 13. 7[q]. *Ferens*, sub. *vestri desiderium*, P.Pi. *Ferens* ignarus esse rerum vestrarum. Vide suprà v. 1[r]. ¶ *Misi* (vel, *Miseram*, G. sub. *eum*, P.Pi.) Timotheum†:) *ad cognoscendam fidem vestram*] i.e. Quo se loco habeat fides vestra[t], num firma sit & constans, an aliqua ex parte labefactata[v]. ¶ *Ne*, &c. Μήπως, &c.] Ellipsis hic, ut ante εἴπως, Rom. 11. 14. Phil. 3. 11[x]. Subintelligitur ante μήπως *metuens*, ut *cavens* Rom. 11. 21[y]. usitatæ ἐλλείψεις ante voces, *si* & *ne* & similes, & Gr. & Lat[z]. *Ne quo modo tentâsset vos* (nempe cum successu, i.e. vos tentatione vicit & ad peccandum induxit[a]; sive ad aliquem fidei defectum impulerit[b]. Verba hujusmodi cum actione effectum quoque connotare solent. Vide ad Matth. 11. 5[c]. Hic, ut & 1 Cor. 7. 5. πειράζειν ità sumitur ut effectum destinatum tentatori includat: ut *dare* Deut. 29. 4. Joh. 6. 39. 2 Tim. 2. 25. cujusmodi & alia alibi annotavimus[d].) *tentator ille*, P.Pi. vel, *is qui tentat*, Vulg. D. i.e. homines ad malum solicitat: Participium pro verbali*; ut רופא, *medicus*, רועה, *pastor*, מושל, *dominator*. Sic ὁ λέγων pro *oratore*, & *discentes* pro *discipulis*[f]. [Ità h. l.] *tentans*, i.e. *tentator*, המנסה, Mat. 4. 3[g]. nimirum Satanas, sive diabolus[h], ut exponitur 1 Cor. 7. 5[i]. ¶ *Et inanis fiat* (i.e. reddatur irritus & infructuosus[k]; in vanum ciderit. Sic εἰς κενὸν δέξασθαι, 2 Cor. 6. 1. εἰς κενὸν τρέχειν, Gal. 2. 2. ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενός, 1 Cor. 15. 58. ἡ χάρις ἡ κενὴ ἐγενήθη, 1 Cor. 15. 10[l].) *labor noster*] Quem vobis instituendis insumpsi[m].

6. *Nunc*, &c. Ἄρτι δὲ ἐλθόντος, &c.] *Nuper* (vel potiùs, *Modò*: loquitur enim de recentissimo tempore: *nuper* verò de longiori tempore dicitur[n]. De voce ἄρτι vide Mat. 9. 18. Hinc apparet Corinthi scriptam hanc Epistolam, non Athenis. Vide Act. 18. 5[o].) *autem quum venisset*, &c. P. Pi. i. e. rediisset[p], quippe missus à nobis[q]. ¶ *Et*, &c. Καὶ εὐαγγελισαμένου, &c.] Hic εὐαγγελίζεσθαι sumitur non in illo his libris proprio, sed in communiore, significatu, qui respondet Hebræo בשר; ut videre est 1 Sam. 31. 9. 2 Sam. 1. 20. & 18. 19, 31. & alibi[r]. *Et annunciâsset* (vel, *nuncium exoptabilem mihi nunciavit*, G. sim. Be. Pi. E. ut verbum res ipsa exponit†:) *nobis fidem ac charitatem vestram*, P. perseverantem & inconcussam[t], egregiam & salutiferam συνωρίδα[v]: (*bigam*) vel, *de fide*, &c. Be. Pi. ¶ *Et*, &c. Καὶ—μνείαν, &c.] *Et quòd bonam* (i. e. in bonam partem[x], h. e. honorificam[y], jugem & perpetuam[z], & cum affectu conjunctam[a]:) *nostri memoriam* (i. e. mentionem, per Metonymiam[b]:) *retineatis*, Be. Pi. sic P. ¶ *Desiderantes nos*, &c.] i. e. Me quoque ut præceptorem vestrum redamantes[c]. Mutua sunt amantium desideria[d].

7. *Consolati sumus*; Παρεκλήθημεν] נחמנו in Niphal, ut 2 Sam. 13. 39*. *Consolationem accepimus*, P.Pi. ¶ *In*, &c. Ἐφ' ὑμῖν] *Ex vobis*, P.Be.Pi. *Per vos*, Er.Ti.V. *Vestri causâ*, G. Audientes vestram constantiam, &c[f]. ¶ *In*, &c. Ἐπὶ—ἀνάγκῃ ὑμῶν διὰ τῆς, &c.] Et hic Trajectio est: recta enim constructio fuerat, διὰ τῆς ὑμῶν πίστεως ἐπὶ πάσῃ, &c[g]. *In omni afflictione & necessitate* (vel, *angustia*, aut *oppressione*, aut *vexatione*, D. Intelligit, vel, 1. indigentiam[h]: vel potiùs, 2. pressuras & pericula[i]. De significatu vocis ἀνάγκης, quâ & Hebræi istorum temporum utebantur, vide dicta ad Luc. 21. 23[k].) *nostra per vestram fidem*, P. Pi. &c. i. e. ex testimonio de vestra fide. Metonymia subjecti[l]: q.d. Nihil istorum malorum grave duco, postquam cognovi fidem vestram esse in tuto[m].

8. *Nunc vivimus*] i. e. Salvi sumus[n]: vel, lætam vitam agimus[o]. Ità enim hanc vocem & Hebræi, ut Psal. 22. 26. & Græci & Latini usurpant[p]. Licèt ad mortem usque affligamur, tamen quasi revivisimus[q]. Licèt mille mortes me circumstant, tamen horum omnium oblitus, videor mihi vivere & salvus esse[r]. ¶ *Si*, &c. Ἐὰν—στήκητε, &c.] *Si & nunc & in posterum perstatis*. De hoc usu vocis στήκειν vide Rom. 14. 4. 1 Cor. 16. 13. Phil. 4. 1†. *Si vos perstatis* (scilicet, ut perstatis, ex v. 6[t]. ἐὰν hic non est dubitantis, sed simplicem ponentis conditionem, à qua pependit eorum incolumitas[v]:) *in Domino*] i. e. In fide perseveratis[x].

9. *Quam enim*, &c.] Dignam scilicet[y], & tanto beneficio parem[z]. Respicit ad Psal. 116. 12[a]. ¶ *In* (vel, *Super*, P.Pi.) *omni* (i.e. immenso atque perfecto, ut Jac. 1. 2[b].) *gaudio—ante Deum*, &c.] Vel, *coram Deo*, &c. P. Pi. &c. i. e. animo sincero. Vide ad Luc. 1. 6[c]. vel, significat hoc gaudium suum non esse mundanum aut carnale, sed spirituale ac Deo probatum[d].

10. *Nocte ac die*] Semper, suprà 2. 9. ¶ *Abundantiùs*, Ὑπερεκπερισσοῦ] Vox αὐξητική, ut Eph. 3. 20. infrà 5. 13. ¶ *Orantes*] *Deum* scilicet, quod hic subauditur, ut Rom. 1. 10. ¶ *Ut videamus*, &c.] Ut suprà 2. 18.—*notos audire & reddere vultus**. ¶ *Et*, &c. Καὶ καταρτίσαι τὰ ὑστερήματα, &c.] *Et quæ desunt fidei vestræ* (vel, *siquid ad fidem vestram perficiendam requiritur*, G.) *compleamus*, P. Pi. vel, *suppleamus*, V. Er. Ti. sic G. vel, *absolvamus*, sive *perficiamus*, Pi. vel, *sarciamus*, i. e. omnibus numeris absolvamus[f]. De voce καταρτίσαι vide 2 Cor. 13. 11. Gal. 6. 1. De voce ὑστερημάτων, 1 Cor. 16. 17. Col. 1. 24. Sensus idem qui Rom. 1. 11[g]. q. d. Ut vos pleniùs instruamus in fide[h]; tum, alia tradentes fidei mysteria, quæ nondum audivistis; tum, eadem diligentiùs explicantes, illustrantes, atque confirmantes; denique, consolatione & exhortatione nostrâ id agentes ut firmi & constantes sitis in fide[i]. Defectus esse possunt, in fidei, vel, 1. materiâ, si quis articulos fidei aut corruptos, aut imperfectos, teneat; hic defectus suppletur explicatione doctrinæ: vel, 2. formâ, seu qualitate & quantitate, si fides sit frigida & infirma; hic defectus expletur adhortationibus, consolationibus, &c. Obj. At suprà commendavit eorum fidem, cap. 1. 8. Resp. 1. Propositio est hypothetica, quæ desunt, i.e. si quæ desunt: 2. In hac vita fides nunquam perfecta est[k]: 3. Coactus erat Paulus vix inchoatum ædificium relinquere, Act. 17. 14[l].

11. *Dirigat viam*, &c. ità P. Be. Pi. Κατευθύναι הישר, Psal. 5. 8. Vide Luc. 1. 79. *Prosperare* idem quod εὐοδοῦν, Rom. 1. 10[m]. *Dirigere*, sub. *velit*, vel *dignetur*[n], Zan. Nobis tribuat ut prosperè ad vos venire possimus[n], remotis Satanæ obstaculis[o]. Verba sunt optantis[p].

12. *Vos*, &c. Ὑμᾶς—πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι, &c.] Hæc verba alibi habent significationem Kal[q], sive intransitivam[r]; hic verò Hiphil†, sive transitivam[t], quomodo βασιλεύειν, & alia multa. Hebræi dicerent העשיר, *ditet vos ac locupletet*[v]. *Vos—abundantes & exuberantes faciat*, &c. P. sim. Be. Pi. &c. ¶ *In omnes*] Erga omnes homines, etiam infideles[x]. Etiam Dilectio à Deo Patre: sed & studio nostro indiget, 1 Cor. 14. 1[y]. ¶ *Quemadmodum & nos in nobis*] i. e. Erga vos[z], sub. *sumus*, more Hebræo[a]; vel, sub. *charitate abundamus*[b], etiam pro vobis mori parati[c]. Hoc sumendum ut παρένθεσις. Vobis, inquit, optamus quod in nobis sentimus[d].

13. *Ad*,

13. *Ad*, &c. Εἰς τὸ στηρίξαι——ἀμέμπτους, &c.] Rom. 1. 11. & 16. 25. ſuprà 2 [*]. Charitas & ſtabilimentum ſanctitatis [f]. Diligendo proximum majora à Deo acquiruntur dona, & præcipuè conſtantia [g]. *Ut confirmet* (vel, *ſtabiliat*, P. Pi. nempe per charitatem [h] :) *corda veſtra* (nempe in omni bono [i] :) *irreprehenſibilia* (vel, *inculpata*, P. Be. ut nemo habeat quod vobis objiciat [k] : vos, inquam, reddendo irreprehenſibiles, ac ſine offenſione, quoad externam converſationem [l] : vel, ut ſint *inculpata*, Pi. ἀμέμπτους poſitum eſt pro ἵνα ὦσιν ἄμεμπτοι, ut ſequentia oſtendunt collata cum Eph. 5. 27. & 2 Cor. 11. 2 [m].) *in ſanctimonia* (i. e. idque cum ſanctimonia, id eſt, puritate & munditia privata animi & corporis [n]. In MS. eſt ἐν δικαιοσύνῃ [o].) *coram Deo* (i. e. ut tales ſitis in conſpectu Dei, quem nihil latet, & non ſolùm in oculis hominum. Periphraſis eſt veræ ſanctitatis [p].) *& patre noſtro* (Nam Chriſtus nos Deo Patri ſuo exhibuit ut ſuos, Col. 1. 22 [q].) *in adventu Domini* (vel, *in adventum Domini*, P. Pe. ἐν τῇ παρουσίᾳ, pro εἰς τὴν παρουσίαν [r]: q. d. quamdiu exſpectamus adventum, &c. h. e. non ad breve tempus dûret, ſed ad extremum ſpiritum [†]. Vel, *quum adveniet Dominus*, Pi. Deſcriptio temporis, ut ſuprà 2. 19 [t]. ùtque tales ſitis & inveniamini in adventu Domini [v]: Verba, ἐν τῇ παρουσίᾳ non pendent à στηρίξαι, ſed ab ἀμέμπτους, pendere videntur [x] :) *noſtri*——*cum omnibus ſanctis ejus*, Er. &c. Libri optimi habent ἁγίων. Quod quidam habent ἀγγέλων eſt interpretamentum, ex 2 Theſ. 1. 7. Matth. 16. 27. & 25. 31. Deuter. 33. 2. מרבבות קדש *ſanctorum millia*, i. e. Angelorum, quod Judas, v. 14. ἐν ἁγίαις μυριάσιν αὐτοῦ, 8. 13. Marcus utrumque conjunxit, μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων, 8. 38 [y]. *Sancti* hîc intelligi poſſunt, vel Angeli, vel homines, qui uſque ad Chriſti adventum victuri ſunt in terris. Cohærent autem hæc verba cum ἐν τῇ παρουσίᾳ, &c [z].

CAP. IV.

1. DE, &c. Τὸ λοιπὸν οὖν] Locutio properantis ad finem, ut 2 Cor. 13. 11. Gal. 6. 17. Eph. 6. 10. Phil. c. 4. v. 8 [a]. *Quod ſupereſt igitur*, P. Pi. Zan. &c. Illatio ex præced. & tranſitio ad ſeq. q. d. Cùm hæc ità ſe habeant, nunc reſtat ut vos rogem, &c [b]. ¶ *Rogamus*, Ἐρωτῶμεν] De hac voce vide Act. 3. 3. Phil. 4. 3. ¶ *Et obſecramus*, &c. Παρακαλοῦμεν, &c.] *Per Dominum Jeſum obteſtamur*. Creſcit enim oratio. Simile Rom. 12. 1 [c]. ¶ *Ut*, &c. Καθὼς παρελάβετε——τὸ πῶς δεῖ, &c.] *Ut, ſicut accepiſtis* (id eſt, didiciſtis [d] :) *à nobis* (ſuprà 2. 13 [*].) *quomodo* (τὸ hîc δεικτικὸν eſt totius generis, h. e. exegeſin continet eorum quæ ipſi jàm antè acceperant [f]. Τὸ abundat, ut ſæpe. De ſenſu vide ſuprà 2. 12 [g].) *oporteat vos verſari* (vel, *incedere*, i. e. vivere [h] :) *& placere Deo*, (i. e. ut quibus actionibus Deo placere oportet [i]. In MS. additur, *ſicut & ambulatis*, quod & Latinus legit [k], & cod. Clarom. & cod. al. & Amb [l].) *magis excellatis*, P. ſic Pi. &c. vel, *proficiatis*, Me. nempe in converſatione bona, ſtudióque placendi Deo [m]: vel, *abundetis*, Er. Il. Mo. &c.

2. *Quæ præcepta*] Ità G. ut Act. 16. 24. מצוות [n], ſcil. benè ſanctéque vivendi [o]. Autor mandati dicitur διαγγέλλειν, id eſt, *per alium ſignificare*; qui verò nomine alterius aliquid denuntiat quaſi per manus acceptum, παραγγέλλειν [p]. ¶ *Dederimus*] Hactenus de ſe pluraliter loquitur, vel quòd Silam & Timoth. comprehendat, vel humilitatis causâ [q]. ¶ *Per Dominum*] Supple *accepta*. Præcepta iſta Apoſtoli à Deo per Chriſtum acceperunt [r]: Ex Domini mandato & auctoritate [†]. Loquente in nobis Spiritu Chriſti [t].

3. *Hæc*, &c. Τοῦτο γάρ ἐστι θέλημα, &c.] *Hæc enim eſt voluntas Dei* (i. e. Hoc eſt illud quod Deus vult à vobis præſtari ad ſui cultum [v]. Metonymia Adjuncti [x]. Intelligit ipſum objectum Divinæ voluntatis, ſive rem volitam, non autem facultatem, aut actum volendi [y]. *Voluntas*, nempe ſigni [z], extremum votum, deſiderium [a]; imò præceptum [b], & ſumma omnium præceptorum [c]. In MS. [eſt] τὸ θέλημα. Non agit hîc de abſoluto aliquo decreto, quale eſt de Judicando mundo, de Reſuſcitandis mortuis; ſed de *eo quod Deus vult* προηγουμένως, (*antecedenter*) *quod optat, quod deſiderat*. Idem βουλὴ Θεοῦ, Luc. 7. 30. Vide Matth. 23. 37 [d]. ſub. *nempe*, P. Be. Pi.) *ſanctificatio veſtra*, Mo. P. (vel, *veſtri*, Be. Pi. i. e. ut ſanctitati ſtudeatis [*]: Rom. 6. 19, 22. 1 Cor. 1. 30 [f]. Joan. 17. 17 [g]. ut ſtudeatis perfectæ puritati [h], & animi [i], de quo actum cap. præced [k]. & corporis [l], de quo hîc agitur [m]. Vox per ſe generalis eſt [n], ſed hîc ad ſpeciem caſtitatis reſtringi debet [o], ut ex ſequenti antitheſi & exegeſi apparet [p].) *abſtinere vos* (vel, *ut abſtineatis*, Pi. vel, id eſt, *ut abſtineatis*, P. Be.) *à fornicatione*, Mo. &c. Specialiter tangit ea acta quæ à Græcis minimi fiebant. Vide ad Act. 15. 20 [q]. Al. Intelligit omnem illicitum concubitum [r].

4. *Ut ſciat*—— (Scientia autem hæc è ſcripturis petatur [†]. Hoc verbo inſinuat, quòd caſtitas opus habeat exercitio & diſciplinâ [t].) *vas ſuum poſſidere* (i. e. conſervare & cuſtodire [v]: vel, uti tanquam re ſuâ [x] :) *in* (vel, *cum*, P. Pi.) *ſanctificatione & honore*] Sic P. Pi. &c. i. e. ſanctè & honorificè [y], & ut decet uti [z]; caſtè & honeſtè [a], in caſtitate, & non dehoneſtantes illud turpitudine luxuriæ [b]. Qu. Quid hîc intelligit per *vas ſuum?* Reſp. 1. Uxorem ſuam, ſeu corpus uxoris [c]. Huic favet, 1 Pet. 3. 7. ubi tamen non dicitur *vaſculo ſuo*, ſed *vaſculo muliebri* [d]. Obſtat quoque quòd non conjugatis ſolùm, ſed & innuptis hîc præcipitur [*]. Sed hæc ratio non convincit: ſæpe enim in Scriptura S. particularia præcepta dantur, ex quibus generalia debent intelligi. Senſus ergò eſſe videtur, Ut noverit propriâ uxore caſtè & honeſtè uti [f]. Reſp. 2. Ipſum corpus [g]; quod eſt inſtrumentum animi [h]: *vas* pro inſtrumento apud Hebræos [i]. Etiam R. Akiba in Libro Super literas, corpus vocat כוס (*calicem.*) Barnabas Chriſti corpus vocat σκεῦος τοῦ πνεύματος [k]. Cicero 1. Tuſc. *Corpus eſt quaſi quoddam vas & receptaculum animi* [l]. [Probatur hæc ſententia,] 1. ex 1 Sam. 21. 5. *vaſa puerorum ſancta* [m]. Sed verius ibi ea intelligi quæ ad iter erant comparata [n]. 2. ex 1 Cor. 6. 18 [o]. 3. quòd pro eo quod hîc dicitur *vas ſuum*, alibi dicitur, *corpus ſuum*, aut *corpora ſua*, ut Rom. 1. 24. *corpora ſua afficere* dicuntur *ignominiâ*, ſicut hîc contrà *poſſidere in honore*: & Rom. 12. 1. *Exhibete corpora veſtra hoſtiam ſanctam*, &c. & fornicator dicitur *peccare in corpus ſuum*, 1 Cor. 6. 18. & 1 Cor. 12. 23. *honorem circumdamus membris noſtris inhoneſtis* [p]. Corpus porrò honorat, qui caſtè id habet; qui aliter, *dehoneſtat*, Rom. 1. 24. 1 Cor. 6. 18 [q]. Reſp. 3. *Vas* hîc dici puto id quo ſexus diſtinguitur, ſicut & 1 Sam. 21. 6. Ità Plautus Pænulo,——*facio quod mœchi non ſolent, Salva vaſa domum refero.* Hinc & Canoniſtæ de Venere non naturali, *Extra vaſa.* Æſteius decalog. 7. *Vaſa* antiqui virilia vocabant, Turneb. Adverſar. 24. 8. unde *Vaſati* dicti qui majoris peculii ad exercendas libidines habiti apud Lampridium Heliogabolo. *Vaſatus*, qui vaſa, i. e. teſtes grandiores habet, Had. Jun. nomenclator. Ità & σκεῦος apud Græcos medicos. Joſ. Scal. ad Priap. Manum demiſit in ſinum, & pertractato vaſculo tam rudi, &c. Petron. Satyr [r]. [Si hîc ſit loci ſenſus, vide & imitare inſignem ſtyli Scripturæ S. puritatem.]

5. *Non*, &c. Μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας] *Non in*, vel *cum*, *morbo* (vel, *paſſione*, Mo. Ar. Vulg. *affectu*, Er. Ti. V. Me. ſic Tre. *libidine*, Ca.) *cupiditatis*, P. Be. Pi. Ca. Ar. vel, *deſiderii*, Mo. *concupiſcentiæ*, Er. Ti. Be. Pi. Tre. *libidinis*, V. Me. *turpium cupiditatum*, Zeg. Intelligit hîc paſſionem vitioſam, itémque cupiditatem fœdam, ità ut duplex Synecdoche ſit [†]: q. d. Non cum cupiditate illa ſcortandi, quæ eſt morbus animi, ut πάθος ἐπιθυμίας dictum ſit quomodo σημεῖον περιτομῆς, Rom. 4. 11 [t]. Non ità ut affectui libidinis turpiter ſerviat [v]: libidines intelligit præter naturam [x]. Significat motum libidinis adeò vehementem atque effrænem, ut erumpat in actus quibus dignitas conjugalis dehoneſtatur [y]. Ἐπιθυμία eſt *motus animi*; πάθος *vitium*, malus mos. Cicero Tuſc. 3. *formidines, libidines, iracundiæ, quæ Græci πάθη appellant: Affectus & affectiones* alibi tranſtulere Cicero, Quintil. Gellius. In Gloſſario, πάθος, *vitium*. Sic Rom. 1. 26. πάθη ἀτιμίας. Hîc accipitur pro *vitiis partis concupiſcentis*; & pro *vitiis partis* θυμοειδοῦς, Col. 3. 5. ut ibi diximus [z]. Apoſtolus jam vetuit ſcortationes, id eſt, externas peccati

[*] G. [f] Zan. ex Græcis. [g] G. [h] E. ſim. Me. [i] E. [k] Me. ſim. Er. [l] E. [m] G. [n] E. [o] G. [p] E. [q] G. [r] Vor. [†] Me. [t] G. [v] E. [x] Vor. [y] G. [z] Pi.

[a] G. [b] Zan. [c] G. [d] E. [*] G. [f] Vor. [g] G. [h] Pi. [i] E. [k] G. [l] Be. [m] Zan. [n] G. [o] E. [p] Be. [q] E. [r] G. [†] Vor. ſic Pi. [t] V. [v] Pi. [x] Pi. ſim. Vor. [y] Vor. [z] E. [a] T. [b] T. E. [c] T.

[d] G. [*] Me. Pi ſim. E. Camer. [f] G. [g] E. [h] T. [i] T. [k] Zan. [l] Zan. T. [m] Zan. [n] Vor. [o] Vor. ſim. Zeg. [p] Vor. [q] G. [r] E. [†] Zan. [t] E. ex Græcis. [v] Me. ſic Ham. [x] E. [y] V. T. [z] T. [a] E. [b] Me. [c] E. ex Aug. & Aquin. Zeg. [d] E. [*] Theod. & Oecum. in E. [f] E. [g] G ſic Zeg. D. Be. Pi. Vor. E. Me. T. ex Chryſ. Amb. Ham. Strig. Zan. [h] G. Pi. Vor. [i] Pi. ſic Vor. [k] G. [l] Strig. [m] D. [n] G. [o] Be. [p] E. [q] G. [r] G. [†] Vor. [t] Pi. [v] V. [x] Ham. [y] E. [z] G.

cati perpetrationes & corporis pollutiones, hîc descendit ad effectus, & ardores libidinis, quos extinguendos & mortificandos docet. Rei Venereæ tres sunt gradus; 1. concupiscentia ipsa semper æstuans & ardens; 2. affectus mentem turbans, & ad peccandum sollicitans; 3. ipsa peccati perpetratio. Primus non potest penitus tolli nisi in morte: sed duo posteriores possunt compesci, aut impediri [a]. ¶ *Sicut &* (καὶ hîc abundat, ut & infrà 13. De sensu vide Eph. 4. 17 [b].) *Gentes quæ ignorant Deum*] i. e. Dei naturam [c], voluntatem [d], bonitatem, &c [*]. sicut se patefecit in verbo [f]. Obj. Nôrunt illæ Deum, Rom. 1. 20. Resp. Sed notitia eorum fuit nuda, incerta, frigida [g]. Deum ignorant qui ipsi non parent, 2 Thes. 1. 8 [h].

6. *Et nè quis*, &c. Τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ] *Non* (vel, *Nè*, Er. Il. Ti. &c. Et *ut nè* quis, Be. sic Pi.) *opprimere* (vel, *opprimat*, Er. P. Be. Pi. &c. *circumveniat*, Ca. *audeat irritare*, Tre. ex Sy. vel potius, *audeat transgredi*, Di. ex Sy. vel, *irruat*, Ar. *supergrediatur*, Vulg. *transgrediatur*, V.) *&* (vel, *aut*, Er. Ca. P. Pi. &c.) *circumvenire* (vel, *injuriâ afficere*, Tre. ex Sy. vel, *avarè fraudare*, Di. ex Sy. vel, *circumveniat*, P. Vulg. *fraudet*, Er. Il. Ti. *circumscribat*, Ca. *deprædetur*, Ar. *habeat quæstui*, Be.) *in negotio* (vel, *in aliquo negotio*, Tre. ex Sy. vel, *in hoc negotio*, Di. ex Sy.) *fratrem suum*, Mo. &c. Locum exponunt, vel, 1. de avaritia, vel injustitia (& fraude [i],) in pecuniis, negotiis, & contractibus [k]. Ità plerique Latini Interpretes accipiunt [l]: ut nova hæc sit & alia à præcedentibus admonitio [m]. Hæc est alia pars sanctificationis nostræ [n]. Cùm Thessalonicenses magni mercatores fuerint, ut diximus suprà 1. 8. meritò illis Apostolus ea inculcat præcepta quæ & Ephesiis inculcavit, Eph. 4. 19 [o]. Utraque phrasis, ὑπερβαίνειν, & πλεονεκτεῖν, insolentior est, quippe à rebus ad personam translata [p]. Pendent hæc infinita à θέλημα θεοῦ, v. 3 [q]. ὑπερβαίνειν, עבר, est *violare pacta*, Deut. 17. 2. & alibi [r], propriè *supergredi*, vel *superscandere*, ut ambitiosi solent [†]; vel, *transcendere*, i. e. modum excedere in augendis rerum pretiis [t]; vel, excedere in augendis rerum dominiis [x]: hoc ad vim pertinet, verbum seq. ad fraudem [y]. Πλεονεκτεῖν, בצע, est *in contractibus plus sibi sumere quàm patitur rei cum re, aut pretii cum re, æqualitas* [z]; vel, *per avaritiam circumvenire*, seu *fraudare*, ut 2 Cor. 7. 2 [a]. Vide & 2 Cor. 2. 10 [b]. ἐν τῷ πράγματι, meliùs fortè ἔν τινι πράγματι, *in negotio aliquo* [o], in emendo & vendendo [p], & similibus [q]; *in negotio*, scil. βιωτικῷ, h. e. hujus vitæ [r]; *Negotii* vox satis generalis est, sed propriè de *mercatu* dicitur: unde πραγματεύομαι, *negotior*. Πραγματεία, *negotiatio*, in Glossario. Vide Levit. 25. 14, 17. & ad eum locum à nobis dicta. Est ibi אחיו, quod hîc ἀδελφὸν [†] quod hîc additur ad exaggerandam avaritiam, quæ contra fratres exercetur, 1 Cor. 6. 8 [t]. [Hæc de prima sententia.] Vel, 2. de avaritia turpium voluptatum [v]; de adulterio [x], aut libidine contra naturam [y], aut scortatione [z]. Hunc sensum suadet collatio tum præcedentium [a], ubi πάθος ἐπιθυμίας memorat [b], tum versûs seq [c]. qui aliò referri nequit [d]. Hæc ratio peculiariter pertinet contra scortationes, &c. fateor: sed quadrat etiam in avaros [*]. Sensus est, Nè quis terminos sui conjugii transgrediens, alienum torum violet, atque ità proximum suum in hujusmodi negotio fraudet, injuriâque afficiat [f]. Congruunt & verba singula [g]. Ὑπερβαίνειν est vox generalis, significans *transgressionem terminorum* in re quavis, apud Hesiodum & Phocyliden. [Verba vide in Ham.] Adhibetur autem de libidine, &c. Hesych. ὑπέρβασις, ὕβρις. Adde quòd vox Hebræa בוא, unde vox antiqua Græca βῶ, vel βάω, unde βαίνω, concubitum in V. T. significat; quo sensu occurrit vox βαίνειν & ἀναβαίνειν in Aristot. De Animal. & ἐπιβήτορα κάπρον, in Homer Odyss. ψ [h]. Eadem phrasis in Misna, Maccoth. cap. 3. *Hi*, inquit, *flagellandi sunt*, הבא על אחותו, id est, ad verbum, ὁ ὑπερβαίνων τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, quod idem est quod, *qui revelat nuditatem sororis suæ* [i]. Vox ὑπερβαίνειν apprimè quadrat adulteris, qui alienas uxores transcendunt [k]. Vox πλεονεκτεῖν immodicam Venereorum cupiditatem & alibi designat, ut Eph. 4. 19 [l]. Vide Ephes. 5. 5 [m]. Pertinet hoc ad fraudem quâ cum injuria nobis occupamus uxores alienas [n]. Πρᾶγμα, quod generalem habet significationem, verecundè dixit pro concubitu; id quod articulus innuit, ἐν τῷ πράγματι [o], *in negotio*, sub. *venereo* [p]; *in illo negotio*, sive illa re [q], de qua versibus præced. actum est [r]. Ità usurpatur hæc vox in Constitut. Apost. 3. 2. ubi inter Ecclesiæ viduas cooptari prohibentur adolescentiores viduæ, *nè iterum nubentes in negotio sint*, i. e. in illicito concubitu versentur: sic enim mox explicat, *nè turpi negotio implicentur* [†]. ¶ *Quoniam*, &c. Διότι ἔκδικος—περὶ, &c.] מתנקם. Sic Græci,—ἔχει Θεὸς ἔκδικον ὄμμα. Vide Rom. 12. 19. Heb. 10. 30 [t]. *Nam ultor*, vel *vindex*, *est Dominus omnium istorum*, P. Be. Pi. vel, *de* (vel, *pro*, Æth. sic Ar.) *omnibus his*, Er. Mo. Ti. &c. Pertinet ad prædictas libidines, quæ in Gentilium mysteriis celebratæ sunt, & propter quas Deus gravissimas Gentibus pœnas immisit [v]. Hæc & seq. ratio non solùm contra hoc peccatum, quo fratres opprimuntur, &c. sed etiam contra superiora de scortationibus, faciunt [x]. ¶ *Sicut & testificati sumus*] Nempe cùm apud vos essemus [y]. Sicut contestando (ut in re gravi fieri solet) ac denunciando vobis diximus, Christum judicem & vindicem venturum, &c. secùs quàm Gentes existimant, quæ Deum judicem ignorantes, talia sine timore perpetrant eâque ferè pro nihilo ducunt [z].

7. *Non*, &c. Οὐ γὰρ—ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ, &c.] *Non—vocavit*—(nempe ad cultum & religionem suam; non fecit nos Christianos [a]:) *ad impuritatem*, (i. e. eâ lege atque eo fine [b], ut libidini serviremus [c]. Ἀκαθαρσία hîc generaliter sumitur, ut suprà 2. 3. ubi dicta vide, & tam latè patet quàm quod ei opponitur ἁγιασμὸς [d]. Ἐπὶ, pro εἰς, & mox ἐν, pro εἰς [*]. Heterosis [f]. Has enim particulas sæpe permiscent nostri scriptores [g].) *sed ad sanctimoniam*, Be. &c. vel, *puritatem*, V. i.e. ut puri scortationis simus [h]; ut puri, sancti, & casti simus [i]: vel, *in impuritate, sed in sanctificatione*, Mo. Si modus, sive forma, vocationis hîc intelligatur, nulla est præpos. Enallage [k].

8. *Itaque*, &c. Τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν, &c.] *Proinde qui* (sub. *hæc*, P. Be. Pi. præcepta scilicet [l], vel monita [m], ex v. 2 [n].) *rejicit*, (vel, *dedignatur*. Vide ad Marc. 6. 26 [o]. vel, *contemnit*. Ἀθετεῖν sumitur pro מאס, ut ad Luc. 10. 16. diximus [p]:) *non rejicit hominem* (sub. *tantùm*, Glas. gram. p. 490.) *sed Deum*] i. e. Non tam hominem, à quo proponuntur, quàm Deum [q], eorum auctorem [r], & scelerum ultorem [†]. Similis oppositio Act. 5. 4 [t]. & Exod. 16. 8 [v]. ¶ *Qui*, &c. Τὸν καὶ δόντα—εἰς ἡμᾶς] *Qui etiam dedit nobis* (ad verb. *dedit in nos*, h. e. indidit nobis [x]: vel, εἰς ἡμᾶς, pro ἡμῖν, לנו [y]. Vel, *vobis*, P. Alii enim legunt ὑμᾶς, sed sensu nihil variante [z].) *Spiritum*, &c. Be. Pi. &c. omnis sanctitatis & castitatis auctorem [a]; per quem nos fecit ministros, ac potestatem dedit hæc præcipiendi [b]; quo dictante hæc scripsimus [c]: quem Spiritum, qui aliter agunt, *mœrore afficiunt*, Eph. 4. 30. imò & *extinguunt*, infrà 5. 19. Molliter habendus est, ut retineatur, tantus hospes. Καὶ abest à MS [d]. Si legas, *in vos*, vel *vobis*, sensus est, q. d. Qui Spiritus in vobis habitat, quem per immunditiam expellit, & contumeliâ atque injuriâ afficit [*].

9. *De charitate*, &c.] Quâ Christiani se invicem diligunt [f]: quomodo scilicet ea exercenda sit in singulis circumstantiis [g]. ¶ *Non necesse*, &c.] Non opus est ut ea de re vobis particulatim scribam [h]. Innuit, eos opus habuisse monito præced. quia difficile erat, Gentiles, illis peccatis assuetos, à talibus subitò revocare [i]. ¶ *Vos*, &c. Ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε εἰς τὸ, &c.] Pro quo διδακτοὶ Θεοῦ, Joh. 6. 45 [k]. ubi dicta vide. Idem sensus qui 1 Joh. 11. 27. *Ipsum unguentum* (Spiritus S.) *de omnibus*, agendis scilicet, *vos docet*. Quò major est Spiritus, eò minoribus præscriptis opus, Jer. 31. 33, 34. Itaque ἀγαπᾷν ἀλλήλους intellige hîc non de generali præcepto, sed determinationibus specialibus, prout res quæque & personæ & tempora exigunt [l]. *Vos à Deo docti estis* (i. e. Divino instinctu afflati [m]: *docti*, non modò intellectu, ut sciatis, sed & affectu, ut faciatis, quomodo & Jer. 31. 34 [n]. *docti*, doctrinâ N. T. propriâ [o], quæ per Spiritum S. in Cordibus fidelium obsignatur [p]:) *ad diligendum*, &c. Mo. Εἰς hîc denotat, vel, 1. finem; & sensus est, Hunc esse Christianismi ipsorum finem ut diligant, &c. & eo nomine ad hoc obligatos esse, &c. vel, 2. effectum; & sensus est, Quòd fide Christianâ renovati hoc præstant [q].

10. Etenim

[Marginalia, left column: a Zan. b G. c Zan. d Zan. G. * Zan. f Pi. g Zan. h Vor. — i Q. in E. k Q. in Me. sim. Be. l Zan. Gom. Pi. Vor. G. m E. n Q. in Di. n Zan. sim. Gom. o G. p Vor. q Be. r G. † Be. t Pi. v Vor. x Vor. y Be. sim. Zan. z G. a Pi. sic Vor. b Be. o G. p Pi. Vor. q Vor. r Zan. † G. t Zan. v E. ex Hi & Caj. & Græcis. x Me. E. Di. V. y Ham. z Zeg. a Di. sim. Zeg. b Di. c Di. sim. Zeg. E. d E. * Zan. f E. ex Hi. g E. h Ham. i Di. k E. l Me. sim. E. Di. Er. Ham. m Ham. n Er. ex Hi.]

[Marginalia, right column: o E. p V. q Di. r Di. sic E. Me. † E. t G. v Ham. x Zan. y G. E. z E. a E. b E. sic Er. c Me. sim. Er. E. d G. * Pi. sim. f G. Vor. g Pi. h G. i V. k Me. sim. E. l Vor. m G. sic Be. Vor. n Ham. sic Zan. o Vor. Be. p Be. q G. r E. † Me. sim. t E. Zan. t Zan. v G. x E. y Pi. z G. sic Pi. Be. a Vor. b T. c E. Me. d Zan. d G. * E. ex Græcis. f E. sim. Er. g G. h G. sim. Zan. i E. k G. Er. Ham. l G. m Er. sim. Me. n E. o Vor. sim. E. p Vor. q Ham.]

10. *Etenim illud facitis*] i.e. Dilectionem ostenditis [r], largiendo & benefaciendo †: Illud αὐτὸ hîc ad rem refertur [t]. Vide hîc, quid est θεοδίδακτον esse, id est, ità didicisse ut illud reipsâ facias [v]. ¶ *In* (vel, *Erga*, Be. Pi.) *omnes*, &c.] Non in urbe tantùm vestra, sed *per totam*, quanta est, *Macedoniam* [x]. ¶ *Ut*, &c. Περισσεύειν μᾶλλον] *Abundare magis*, Mo. *Ut excellatis magis*; ut vos magis ac magis exerceatis [y], in hac charitate [z]. *Ut magis magisque proficiatis*, suprà Rom. 15. v. 13. 1 Cor. 14. 12. & 15. 58. 2 Cor. 8. 7. & 9. 8. Col. 2. 7 [a].

11. *Et*, &c. Καὶ φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν] *Et contendere* (vel, *contendatis*, P. Be. *annitamini*, Pi. *studiosè contendatis*, Il. *in hoc incumbatis*, Er. Ti. *sedulam navetis operam*, Tre. ex Sy. acri studio, seu contentione animi [b]; sanctâ quâdam æmulatione, quam ἀγαθὴν ἔριδα vocat eleganter Hesiodus. Usurpatur enim φιλοτιμία, & in laude, & in vitio [c]. Vel, *operam dare*. φιλοτιμεῖσθαι hoc sensu habuimus 2 Cor. 5. 9 [d].) *quietè agere*, Mo. vel, *ut quieti sitis*, Er. Ti. Tre. sic P. Be. i.e. pacifici *; ut placidè & sine tumultu agatis, aliorum quietem non turbetis [f]; ut acquiescatis, & in silentio agatis & vivatis [g]. Ἡσυχάζειν, שׁאן, *tranquillitati studere*. Vide 2 Thes. c. 3. v. 12 [h]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πράσσειν τὰ ἴδια] *Et agere* (vel, *agatis*, Er. Ti.) *propria*, Mo. vel, *res proprias*, Er. Il. Ti. Vál. *res vestras*, P. Ca. *res vestras privatas*, Be. q.d. Vocationi vestræ, & operi intendere [i], alienis officiis & negotiis non vosmet ingerentes [k], nemini molestiam exhibentes [l]. Prohibet ergò duo vitia plerumque conjuncta, otiositatem & curiositatem [m]; quò jam tum sub religionis prætextu propendebant plerique [n]. Confer 2 Thes. 3. 11 [o]. *Propriaque in pelle teneri.* Aliter qui agunt, vocantur ἀλλοτριοεπίσκοποι, 1 Pet. 4. 15. περιεργαζόμενοι, 2 Thes. 3. 11. Græcis πολυπράγμονες. Quo vitio Græci plurimùm laborabant, ii maximè qui vitam in otio mollem quærebant, parasiti, scurræ, iisque similes [p]. *Et occupari in operibus vestris*, Sy. ¶ *Et operemini manibus*] i.e. Ut quisque in vocatione sua sedulus sit [q]. Non aliis assentando vitam quærere, sed labore assiduo, 2 Thes. 3. 10, &c [r]. Ex specie vult intelligi genus, h.e. omne opus servile; maximè quia ad populum scribit, in quo plurimi opera manuaria exercent †: [eâ maximè ætate, quum plerique Christiani pauperes essent in mundo, notantibus id post Christum Apostolis.] ¶ *Sicut præcepimus vobis*] Nempe cùm apud vos essemus [t], ut suprà v. 6 [v], jam tum enim cœperat hæc vitia in iis observare [x]. Nihil novi dicimus. Mos est Paulo peculiariter ea vitia tangere quæ quoque in loco vigebant maximé [y]. Suprà commendavit Thessalon. liberalitatem: eâ quidam pauperiores abutentes, otio vacabant, discurrentes per domos, & inhiantes mensis divitum, atque in res alienas curiosi; adeò ut hoc nomine etiam apud infideles malè audirent [z].

12. *Et ut*, &c. Ἵνα——εὐσχημόνως, &c.] Ratio est præcedentium [a], cur debeant operari, &c. quia publica honestas hoc postulat [b]. q.d. Quæ dixi facite, *ut* iis observatis, *honestè*, &c [c]. *Ut ambuletis* (vel, *vos geratis*, P. Pi. E. &c.) *honestè* (vel, *honoratè*, Val. *modo laudabili*, Ar. *decenter*, Be. Pi. E. *compositè*, Me. circumspectè ac prudenter [d]. Confer 1 Cor. 14. 40 *. & Rom. 13. 13 [f]. Intelligit hîc externam honestatem, quæ aliquatenus in eo sita est, si necessaria nobis abundè suppetant, & quidem nostro labore parta [g].) *ad* (vel, *apud*, Val. *erga*, Er. P. &c.) *eos qui foris*, Mo. Vulg. sub. *sunt*, Vulg. vel, *alienos*, sive *extraneos*, Ca. Er. P. &c. h.e. incredulos: confer 1 Cor. 5. 12 [h]. in omnibus negotiis quæ habetis cum eis qui à fide alieni sunt [i]; ut Gentiles non offendantur moribus vestris [k], nec à Christi fide suscipienda alienentur [l], sed potiùs ad vos imitandos alliciantur [m]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μηδενὸς χρείαν ἔχητε] *Et nullius* (vel, 1. personæ, sive hominis [n], nempe extranei [o], qualium modò mentionem fecit [q]: q.d. Ut non sit vobis opus implorare opem cujusquam extraneorum [p]. Vel, 2. rei [q], nempe ad hanc vitam sustentandam necessariæ [r]. Perinde est, sive μηδενὸς in neut. gen. sive in masc. accipias †.) *opus habeatis*, Mo. sim. Be. &c. Curate nè mendicare cogamini in Ecclesiæ opprobrium [t]: *Ità ut vobis non desint necessaria*. De hac locutione vide Act. 2. 45. Eph. 4. 28 [v]. Ut quisque de suo habeat unde vivat, nec otio suo fratribus oneri sit, & infidelibus scandalo [x]. *Et nullius aliquid desideretis*, Vulg. q.d. Nè inopiâ, quæ ex otio sequi solet, cogamini aliena surripere [y], aut desiderare [z], aut emendicare [a].

13. *Nolumus*——*vos ignorare* (Hoc eos *ignorare* dicit, de eo licèt edoctos; vel, quòd illud non verâ [certâque] spe exspectarent; vel, quòd de eo non seriò cogitarent; vel, quòd multas circumstantias ignorarent, quo modo & ordine hoc futurum esset [b]:)——*de*, &c. Περὶ τῶν κεκοιμημένων] *De his* (vel, *Quod ad eos attinet*, P. Be. Pi.) *qui obdormierunt*, Er. Ti. i.e. De mortuis [c], nempe in Christo [d], sive propter Christum *. De hoc loquendi genere vide Matth. 9. 24. Joh. 11. 11 [f]. Rabbini dicunt שכבין ישׁנים, Daniel ישׁני, 12. 2 [g]. Hæc autem phrasis refertur ad corpora, quæ in monumentis *dormire* dicuntur, quia dormientium instar, & jam non ampliùs sentiunt, & tandem expergefient, &c [h]. Argumento est, quòd de bestiis nunquam dicitur, sed de solis hominibus, bonis & malis [i]; frequentiùs tamen de bonis [k]. Hinc sepulchreta veteribus Christianis κοιμητήρια dicta sunt [l]. In MS. [est] περὶ τῶν κοιμωμένων, non malé: non enim tantùm de jamtum mortuis agitur, sed & de quotidie morituris [m]. Notanda hîc occasio hujus consolationis, quia multi ibi fideles occidebantur à tyrannis &c [n]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ, &c.] De καὶ superabundante monuimus suprà v. 1 [o]. *Ut nè doleatis* (supra modum scilicet [p]:) *sicut cæteri* (nempe populares vestri, nondum ad Christum conversi [q], increduli, ut ex sequenti exegesi patet [r]; athei †, Gentiles [t]; imò & Judæi; nam & hi in luctu erant magni ostentatores. Sic οἱ λοιποὶ habemus Eph. 2. 3. & 4. 17. & infrà 5. 6. Charondas in Legibus plus hac in re quàm cæteri vidit, dolorem immodicum damnans. [Vide G.] Sic impletur Vaticinium Jer. 31. 13 [v].) *qui spem* (scil. gloriosæ resurrectionis [x]. Synecdoche [y].) *non habent*, Pi. &c. Aut nullam, ut Epicurei & Sadducæi; aut non satis solidis nixam fundamentis, ut Pharisæi & Platonici. Vide quæ dicta à nobis ad l. 2. De V. R. C [z]. Periphrasis hæc est Ethnicorum carentium verâ notitiâ Dei [a]. Metum Christianis injecerant Judæi, quòd ipsi, ut Apostatæ, partem non haberent in futuro seculo. Hunc jam eximit, &c [b].

14. *Si* (i.e. Quandoquidem. *Si* hîc non est dubitantis, sed præsupponentis, velut fundamentum firmissimum sequentium [c].) *enim credimus* (Non dicit, *Si Christus mortuus est*, &c. sed, *si credimus quod*, &c. Ex fide ergò nascitur hæc spes, quæ piorum duntaxat est, &c [d].) *quòd Jesus mortuus est & resurrexit*] Utrumque veré: quod magno molimine omnibúsque modis adstruunt Apostoli, illud Mat. 27. 50. Joh. 19. 30, 34. hoc Luc. 23. 53. Joh. 19. 41. & cap. 20. & 21. 1 Cor. 15 *. Habemus hîc objectum fidei, nempe mortem & resurrectionem Christi pro nobis [f]. ¶ *Ità* (sub. *credimus speramúsque quòd*, Zan.) *& Deus eos*, &c. Τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει, &c.] Oratio verbis ἀνακόλουθος est, quæ tamen non adimit perspicuitatem sententiæ. Connexum enim institutum hanc consequentiam postulabat, ἄρα καὶ πιστεύομεν ὅτι ὁ Θεὸς, &c [g]. Illud, διὰ τοῦ Ἰησοῦ, vel ad præcedens verbum, vel ad sequens, referri potest [h]. [Sic vertunt:] *Dormientes per Jesum* (vel, *in Jesu*, V. i.e. in, vel cum, fide Christi [i], & spe resurrectionis [k]; vel, obedientes Christo ad finem usque [l]; vel, qui fide insiti Christo, in eo ad mortem usque permanemus [m], & in eo ejúsque voluntate acquiescimus, certò sperantes beatam resurrectionem [n]; qui dicuntur *in Domino mori*, Apoc. 14. 13 [o]. διὰ τοῦ Ἰησοῦ, i.e. ἐν Χριστῷ, ut mox dicitur v. 16. Nam διὰ, pro ἐν sumi solet, ut Rom. 4. 11 [p]. nempe quia Heb. ב, quo hîc Syrus utitur, pro utroque ponitur [q]. Vel, *propter Jesum*, i.e. mortuos causâ Christi, sive propter fidem Christi [r]: vel, *per Jesum adducit*, i.e. omnia illa administrante & exsequente Jesu †; vel, per meritum Jesu [t].) *aget* (vel, *adducet*, P. Be. Pi. nempe è monumentis ad gloriosam resurrectionem, & in conspectum suum [v], suscitabit [x]:) *cum eo*, Mo. &c. vel, *secum*, Er. i.e. ducet eos in partem gloriæ suæ [y]; *cum eo*, tanquam membra cum capite [z]. Est autem [hæc] argumentatio similis ei quæ est 1 Cor. 15 [a]. Quòd scilicet Christi resurrectio sit nostræ resurrectionis exemplar & forma [b], & causa efficiens necessaria, quâ positâ effectum certò sequitur [c]; quódque Christus resurrexit ut primitiæ dormientium [d]; & ut mortuus est pro-

Tt

Marginal notes (left column): r G. sim. E. Me. † E. t G. v Zan. x G. y Zan. z Me. a G. b Vor. sim. E. c Be. d G. * T. f E. g Zan. h G. i E. Me. sim. Ham. k E. sim. Me. l Me. m E. sim. Er. n Er. o Be. p G. q Zan. r G. † E. t G. E. v G. x E. y G. z E. a E. sim. Zan. b Zan. c E. d T. sic Me. * Vor. G. Be. f G. Be. g Vor. h Vor. Zeg. sim. Pi. V. i G. k Me. sic T. l Me. m T. n Gom. Zeg. Vor. o Pi. sim. Camer. Er. Ie. * Pi. sic Vor. p Pi. sim. Camer. Be. Er. q Gom. Pi. Vor. Er. Zeg. * Pi. sic Vor. † Vor. t V. v G.

Marginal notes (right column): x E. y Me. z Me. sic T. a T. b Zan. c G. sic Be. D. Zan. Zeg. Ham. d Vor. sim. Be. E. * Ham. f G. g G. sic D. h Zan. i E. k Zan. l Pi. sic E. Ham. m G. n Zan. sim. Ham. o G. p Zan. sim. Pi. E. q G. r Vor. † T. t T. E. Zan. Pi. v G. x Zan. sic Pi. Vor. E. y Vor. Pi. z G. a Pi. b Li. chron. 103. c E. d Zan. * G. f Zan. g Pi. sim. Vor. h E. i V. E. Vor. Pi. k V. l G. m Zan. sic Be. n Zan. o Vor. p G. ex Be. q G. r Ham. † Q. in Camer. t E. v Zan. sim. E. Pi. T. Be. x V. y G. sim. Vor. z Zan. sic Vor. a G. sim. E. b E. c Zan. d E. sic Zan.

pro nobis, h. e. ut morte suâ nostram destrueret, Heb. 2. v. 14. ità & resurrexit pro nobis, ut scil. nos suâ resurrectione vivificaret & resuscitaret [*].

15. *Dicimus in*, &c. Ἐν λόγῳ, &c.] Pro, κατὰ λόγον, &c[f]. *Secundùm* (vel, *Per*, V.) *verbum Domini*, Zan. Domini nomine[g]: ex verbo, vel scripto, Matth. 24. 31. Joan. 5. 28, 29[h]. vel, non scripto, sibique revelato[i]: ex Christi mandato[k]: ex sermone quem à Christo audivi[l], in paradiso, 2 Cor. 12. 2, 4[m]. ¶ *Nos qui vivimus*] i. e. Quicunque ex nobis aut ex posteris nostris vivet tunc[n]. Non loquitur de seipso, aut de illis qui tum vivebant[o], quasi se (aut illos[p],) superfuturos putaret[q], in die ultimo[r], & proinde diem illum instare; quod disertè refellit 2 Thes. 2. 1 †. sed exempli causâ dicit, *nos*[t]; sic loquens, tum in persona eorum qui tum superstites erunt[v], tum ut eorum animos in exspectationem adventûs Domini teneat erectos ac suspensos, ut diem illum, quasi brevì venturum, semper habeant præ oculis, semperque ad eam parati sint[x]. Al. Omnino putavit Paulus fieri posse ut ipse viveret Judicii generalis tempore. Idque non ex his tantùm verbis satis apertis liquet, sed & ex 1 Cor. 15. 51, &c. & 2 Cor. 5. 1, 2, 3. Hoc fuit in illo στοχαστικὸν, ut de itinere ad Corinthios & Ephesum, & multa alia ejusmodi: qualia sunt & dicta Samuelis, 1 Sam. 16. 6. & Nathanis, 2 Sam. 7. 3. Ergò quòd discrimen futurum inter homines pios ait, certum est id à Christo ipsi patefactum; non item in utra classe ipse futurus esset. Nam quod ea in re Paulus maluisset, magisque opinatus est, id non evênit, nullo tamen ipsius damno. Κοινωνὸς hîc locum habere non potest. Ea enim usum habet ubi aliena vitia nobis, aut nostras virtutes aliis, per modestiam communicamus. Hîc de eventis agitur: & fiunt membra ἀντιδιῃρημένα, in quibus nulla κοινωνίας locum habet[y]. [Aliis hæc sententia non placet:] Sententia hæc Baronii aliorùmque Romanensium, *Errâsse Apostolos, finémque mundi suo tempore futuram credidisse*, blasphema est & homine Christiano indigna[z]. Imò eam rejicit Paulus, 2 Thes. 2. docens quænam & quanta illum diem præcedere debeant[a]. Nôrant Apostoli, ante illum diem multa futura fuisse, v. g. Excidium & Judæorum & Romani Imperii, Patefactionem hominis peccati, Instaurationem Israelis, & plenitudinis Gentium, &c[b]. ¶ *Qui*, &c. οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν, &c.] *Relicti* (vel, *Qui reliqui erimus*, Er. P. Be. &c. i. e. qui superstites manebimus[c]. In Glossario, περιλιμπανόμενος, *superstes*[d]. Significat hâc voce, paucos tantùm, ceu reliquias Ecclesiæ, ex numero tot piorum, qui tunc passim per Antichristum trucidabuntur, relinquendos fore[*].) *in* (vel, *ad*, Ca. *usque in*, Zan.) *adventum* (vel, *in adventu*, P. Pi. εἰς, pro ἐν[f].) *Domini*, Mo. i. e. exspectantes adventum Christi[g]. Explicat quid intelligat per illud ζῶντες[h]. ¶ *Non*, &c. οὐ μὴ φθάσωμεν, &c.] *Non* (vel, *Nequaquam*, Er. P. &c.) *præveniemus* (vel, potiùs, *assequemur*, sive *attingemus*, Di. ex Sy. & Ar. i. e. ipsi vos anteverent, & priùs resurgent, ut sequitur[i]:) *dormientes*, Mo. vel, *somno sopitos*, V. i. e. Non priùs immortalitate donabuntur quàm alii pridem mortui[k]. Non priùs in cœlestem Arcam introibimus quàm illi qui in fide & obedientia Christi decesserint[l]. Sensus, Mors illis nihil oberit. Tam citò illi resurrecturi sunt & ituri obviam Christo, ut ad hunc occursum præveniri à viventibus non possint[v]. Utrique, tam recenter, quàm longo priùs tempore, mortui resurgent[x].

16. *Dominus in*, &c. Ἐν κελεύσματι] *In* (vel, *Cum*, P. Be. &c. ἐν, pro μετὰ[y]:) *jussu*, sive *mandato*, sive *imperio*, Mo. Æth. Vulg. Tre. ex Sy. E. G. ex Tertul. ut vox propriè significat[z], id est, *suo jussu*: nam & in Angelos & in Archangelos Christus imperium habet, Col. 2. 16. Eph. 1. 20, 21. Vide & Joh. 5. 25[a]. *Proprio imperio*, Ar. Quo repentè jubebit omnes suos ministros præstò esse & comites ad suum descensum[b]. Al. *Cum præconio*, Ca. vel, *hortatu*, Er. Ti. vel, *hortationis clamore*, Il. P. Be. Pi. Vox κέλευσμα apud authores profanos significat exhortationem, (vel clamorem[c],) quâ nautæ, seu milites, se mutuò cum clamore vel cantu solent incitare ad rem strenuè gerendam[d]. ¶ *In*, &c. Ἐν φωνῇ, &c.] *Cum* (vel, Id est, *cum*, Be.) *voce Archangeli* (i. e. principis Angelorum, h. e. Michaelis, ex collat. Judæ v. 9. & Apoc. 12. 7[i]. Fieri potest, vel, 1. ut hæc vox Archangeli sit quasi exegesis præcedentis κελεύσματος: vel, ut Christus simul & Archangelus aliquis, alter post alterum, vocem sonoram edant. Confer Matth. 24. 31[k].) *& cum Dei tuba*, Pi. Be. &c. i. e. Cum *clamore Archangeli*, qui clamor erit *tuba Dei*[l]; quomodo dicitur à claritate & magnitudine soni, etiam mortuos excitaturi: quod Divinæ virtutis est[m]. Est ἐν διὰ δυοῖν, pro, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου διὰ τῆς Θεοῦ σάλπιγγος. Vide ad Matth. c. 24. v. 31. Sic φωναὶ καὶ σάλπιγγες, Exod. 19. 13. idem quod קול שופר, 1 Par. 15. 20. Apud Hebræos, Græcos, & Latinos veteres, populus convocabatur classico. Ad id exemplum, cùm Deus homines convocat, dicitur id facere *per tubam*, Psal. 47. 5. Esa. 27. 13. Jer. 4. v. 5. & 6. 1. & 51. 27. Ose. 5. 8. Joel. 2. 1. Zach. 9. 14. Ideo in Apocalypsi in omnibus Dei judiciis dantur Angelis Tubæ. Quia verò hoc judicium omnium est ut postremum, ità maximum atque generalissimum, ideò hîc *tuba* datur, non *Angelo*, sed alicui *Angelorum Principi*, qualis Michael השר הגדול, Dan. 12. 1. ¶ *Descendet*, &c.] Matth. 24. 30. Act. 1. 11[n]. ¶ *Et*, &c. Καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ] *Et qui mortui fuerint in Christo*, P. Pi. id est, in fide Christi[o]; vel, fideles[p]. *Mortui, qui in Christo nempe obierint*. Ità accepêre hîc Syrus & Latinus. Ità in Adjectivo νεκροὶ subauditur Participium similis significatûs, κοιμηθέντες. *In Christo mori* quid sit jam antè diximus. Sic οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες, Apoc. 14. 13[q]. Al. De Martyribus speciatim hoc intelligo, ἐν Κυρίῳ hîc est *propter Dominum*, vel, *Domini causâ*. Ut Heb. ב sæpe valet *propter*, ut Gen. 18. 28. בחמשה, *propter quinque*, ità & ἐν, ut Matth. 6. 7. ἐν τῇ πολυλογίᾳ, id est, διὰ τὴν, &c. Act. 24. 16. ἐν τούτῳ, *propter hoc*: Eph. 3. 13. ἐν ταῖς θλίψεσί μου, *propter afflictiones meas*: Col. 2. 16. ἐν βρώσει, *propter cibum*. Sic & Latinis Ablativus interdum causam propter quam denotat, ut, *Verberat odio, invidiâ pulsus est*, &c[r]. ¶ *Resurgent primi*, Πρῶτον] *Primùm*, P. Be. Pi. *Priùs*, Er. V. T. nempe antequam vel illi, vel alii, rapiantur obviam Christo in aëra †: ut unà cum vivis possint ascendere, non post eos[t].

17. *Deinde*, &c. Ἔπειτα—οἱ περιλειπόμενοι—ἐν νεφέλαις, &c.] *Deinde* (Peractâ resurrectione[v]:) *nos* (Loquitur quasi resurrectio eâ ætate futura esset[x]. *Nos*, inquit; quia putabat fieri posse ut inter eos esset, sicut modò diximus[y].) *vivi, qui reliqui* (vel, *tum superstites*, G.) *erimus, rapiemur* (tum ab Angelis, tum à virtute Christi[z]: *rapiemur* autem *mutati*, 1 Cor. 15. 52. *super aëra*, 2 Cor. 5. 2[a]. *Raptum* vocat, vel, ob celeritatem motûs; vel, respectu objecti, Christi nimirum, trahentis & rapientis ad se beatos omnes: vel, quia motus hic est super naturam, &c[b].) *simul cum eis* (antè mortuis[c], tunc verò resuscitatis, Joh. 5. 29[d]. Hîc innuit, quod 1 Cor. 15. exprimit, nempe, superstites eodem momento ad beatam immortalitatem immutandos, quo mortui ad eam resurgent[*].) *in nubes* (vel, *in nubibus*, Pi. tanquam in curru triumphali[f]. Nam nubes *currus Dei*, Psal. 104. 3. & *Christi*, Matth. 24. 30. Act. 1. 9, 11. Dan. 7. 13[g]. Hinc obiter apparet, hæc omnia peractum iri priusquam orbis terrarum exuratur[h].) *in occursum Domini* (venientis ad judicium[i]:) *in aera*, P. Be. &c. i. e. Ad Christum judicium exercentem medio loco inter cœlum summum & terram; quod spatium Græci *aera* vocant[k]; ut ibi in nube, quasi throno, considentes Christo judici assistamus[l]. Hinc colligi possit Christum in aerea regione mansurum, tantisper dum judicium peractum sit[m]. ¶ *Semper* (tam in judicio, quàm in cœlo[n]; sine ullo fine[o]:) *cum Domino erimus*] Nempe in domo Patris, Joh. 14. 1[p]. Joh. 14. 2, 3. & 17. 24. consortes gloriæ, Regni gaudiique ipsius, 2 Tim. 2. 12. Rom. 8. 17[q]. Christi præsentiâ Deique visione perpetuâ fruituri[r].

18. *Itaque* (vel, *Propterea*, ut 1 Cor. 14. 39 †.) *consolamini invicem* (vel, *alii alios*, Be. Pi. amici amicos, qui in luctu sunt[t]:) *in verbis istis*] i. e. Iis rebus quas jam dixi, earúmque commemoratione[v]: ἐν λόγοις, pro, διὰ λόγων[x]. *istis sermonibus*, Be. Pi. De Resurrectione, ad quam omnis spes nostra tendit. Ἐν hîc additur more Hebræo. Græci puriores solo Dativo causam Instrumentalem exprimunt[y].

CAP.

Marginal notes (left column): * Zan. f Zan. g Be. Mc. T. h Q. in Zan. i Zan. ex Græcis. k G. l Pi. sim. E. Vor. m Pi. n Mc. sim. T. o Zan. sim. Pi. p Pi. q Ca. sim. Pi. r Pi. † Pi. E. t Zan. v Vor. sim. E. x E. y G. z Med. ad 1 Tim. 4. 1. cap. 15. a E. b Med. ib. c Zan. sim. F. G. d G. * Zan. f Pi. g V. h G. i Di. k T. ex Aug. & Th. sim. Gom. l G. v Zan. x Mc. y Pi. z E. ex Græcis. a G. b E. c Vor. d E. ex Er. sim. Be. Vor. i E.

Marginal notes (right column): k Vor. l Mc. m E. n G. o Ga. Adv. p. 167. p V. E. Mc. T. q G. r Med. l. 3. p. 647. † T. Mc. t G. v T. x Er. y G. z Mc. a G. b E. c G. D. d G. * E. f G. sim. Pi. Vor. g G. h Vor. i Med. p. 950. k G. l Mc. sim. T. n Vor. Mc. o G. p Vor. q G. r E. † G. t G. sim. E. v E. x Pi. y G.

CAP. V.

1. DE *temporibus*, &c.] In quæ scilicet incidet Dies judicii [a]. Al. De generali judicio egerat cap. 4. 13, &c. hîc autem aliam materiam introducit cum περὶ δὲ. Agit ergò de die Excidii Judæorum, &c †. Est ea humani ingenii curiositas, ut quæ maximè latent ea maximè scire cupiat. Sic multi eâ ætate scire cupiebant quando venturum esset illud judicium [b]. χρόνος est spatium temporis in genere [c]; καιρὸς, pars temporis rei gerendæ opportuna [d], sive articulus temporis [*]; vel, momentum temporis [f]. Al. χρόνοι ad temporum momenta, καιροὶ ad temporum qualitates, tanquam proximas illius diei occasiones, referri debent [g]. Al. χρόνοι sunt majora temporum spatia, ut Anni; καιροὶ, minora, ut Menses ac Dies. Habes hæc sic distincta, Dan. 7. 12. in Græco, & Act. 1. 7 [h]. ¶ *Non indigetis*, &c.] Sensus, q. d. Opus erat, ad confirmandam fidem & spem vestram, rem significare, non item tempora, &c [i]. Confer suprà 4. 9 [k]. Id nec necesse est, nec utile, nec honestum [l].

2. *Ipsi—scitis*] Didicistis pridem, me & adjutoribus meis docentibus [m]. ¶ *Sicut fur in nocte* (sub. *venit*, Pi. sim. Camer. i. e. improvisò aderit [n], hominibus nec præscientibus, nec timentibus [o]. Eadem similitudo Mat. 24. 43. Luc. 12. 39 [p].) *ità veniet*] Vel, *venit*, Zan. Ἔρχεται sono est Præsens, sensu Futurum [q]. Ac proinde indies expectandus est dies ille, & contra voluntatem Dei esset, nec nostræ saluti conduceret, curiosè inquirere [r].

3. *Cùm enim dixerint* (Loquitur de improbis†, ut seq. docent [t]. Sic & Christus Mat. 24. 38. ubi dicta vide [v].) *pax* (sub. *est*, Pi. G. &c. cùm sibi videntur altâ pace frui [x]:) *& securitas*; sic Mo. Ti. Be. Ἀσφάλεια] *Tranquillitas*, Tre. ex Sy. *Tuta omnia*, Er. Il. P. Pi. Similis locutio 2. Reg. 11. 15. εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, שלום ובטח λέγοντες, Εἰρήνη, habes Ezec. 13. 10. בטח ἀσφάλεια vertitur Levit. 26. 5. Deut. 12. 10. Prov. 11. 15 [y]. ¶ *Tunc*, &c. Τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος] *Tunc repentinum eis imminet* (vel, *instat*, Er. V. vel, *præsens est*, V. vel, *superveniet*, Vulg.) *exitium*, P. Pi. &c. i. e. pœna, ut 2 Thes. 1. 9. 1 Tim. 6. 9. שאון, vel, בהלה. αἰφνίδιος, ut Luc. 21. 34. & Sap. 17. 15. Hebræis פתאם. Figura hujus rei in Diluvio, in Rege Baltassare, Dan. 5. in capta Babylone, Esa. 21. 5 [z]. ¶ *Sicut*, &c. Ὥσπερ ἡ ὠδὶν, &c.] *Sicut dolor* (vel, *dolor partus*, Er. P. Be. Pi. &c. ὠδὶν propriè est dolor parturientium [a].) *in utero habenti*, Mo. Vulg. vel, *uterum ferenti*, P. Pi. *prægnanti*, Er. ex Amb. V. sub. *supervenit*, Zeg. h. e. certò & necessariò [b], repentè ex improviso [c], dum aliud agit [d]. Eadem similitudo Esa. 13. 8. Jer. 13. 21. & 49. 24. Ose. 13. 13. De locutione, ἐν γαστρὶ ἔχειν, diximus ad Mat. 1. 18. ¶ *Non*, &c. Οὐ μὴ ἐκφύγωσιν] Sic Homerus, —Μηδ' ὅς φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον [*]. *Nequaquam effugient*, Be. vel, *effugere poterunt*, Pi. sic Er. Est enim in Græco modus Potentialis cum duplici negatione [f].

4. *Non estis in tenebris*] Nempe ignorantiæ Dei, aut rerum Divinarum [g]; vel, infidelitatis ac cæterorum vitiorum [h], ut patet ex antithesi [i]; [ubi] *lux* cognitionem sign. Vide Joh. 3. 20 [k]. sed lumine fidei prævidetis & expectatis diem supremum [l]. ¶ *Ut vos—tanquam fur*, &c. nocturnus scilicet [m]; h. e. incautos [n]. Ὡς κλέπτης, &c.] Puto meliùs habere MS. ὡς κλέπτας. Non est eadem quæ præcessit comparatio, sed occasione ejus enata alia: quale quid observavimus Joh. 17. Nox fures tegit: Job. 24. 14. Jer. 49. 9. Abd. 1. 5. Sic—*surgunt de nocte latrones*, Horatius. Idem, *Et noctem furtis, & fraudibus obtege nubem*. Quòd si non recipiunt se ante lucem, deprehendi solent [o].

5. *Omnes enim vos* (De singulis enim eam fiduciam habebat: vel, hoc dicit non distributivè, sed collectivè, de ipsa congregatione [p]: omnes quoque sacramentaliter tales erant [q].) *filii lucis*, &c.] i. e. In luce estis [r], scil. Evangelii †; fide illuminati, addicti operibus lucis ac diei, h. e. virtutum [t]; splendentes fide, charitate, pietate, &c [v]. regenerati [x], luce cognitionis Dei illustrati [y]. Nihil committitis quod tenebras quærat. Non potestis deprehendi alienò vobis tempore. Vide parabolam Mat. 25. 1. & seq. Hæc est explicatio mystica Lychni in Templo, מנורה [z]. ¶ *Non sumus* (Mutat personam, ut innuat, hoc omnium esse Christianorum [a]: q. d. vos estis filii lucis, si sitis verè Christiani: Nos autem, quia sumus verè Christiani, non sumus filii noctis, &c [b].) *noctis*, &c.] Scilicet filii [c], i. e. noctis opera sectantes [d], in peccatis & errore versantes [*]: à nocte & tenebris procul absumus [f]. Vide quàm sæpe idem repetat, ut Christianos laudando excitet. Confer Rom. 13. 12 [g].

6. *Non dormiamus*] Quasi in nocte [h], somno spirituali [i], somno carnalis securitatis [k], negligentiæ, socordiæ [l], desidiæ, ac præsertim peccatorum [m]. Nè negligentes simus, quales *stertere* dicuntur Latinis. Sic & Hebræi loquuntur Prov. 10. 5. Esa. 5. 27. Nah. 3. 18 [n]. Contrà homo diligens *vigilare* dicitur. Dicunt, *Jus vigilantibus scriptum est, non dormientibus* [o]. Sensus, Opera noctis nè agamus [p]. Nè corripiat nos oblivio judicii Domini [q]. ¶ *Sicut*, &c. Ὡς καὶ οἱ λοιποὶ] *Sicut & cæteri*] Nempe infideles & peccatores [r]. *Ut reliqui*, P. Pi. καὶ abest in MS. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν] Hæc duo juncta habes & 1 Pet. 5. 8. Sicut γρηγορεῖν per translationem significat *attentum esse*, ut ἀγρυπνεῖν, Luc. 21. 36. ità νήφειν *vacare à perturbationibus*, quæ Ebrietati comparantur. Sic Epicharmus, Νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν †. ¶ *Sed vigilemus* (i. e. semper simus in exspectatione Judicis venturi [t]: vel, diligentes simus [v]: vel, soliciti simus & constantes [x]; solicitè caveamus nè Diabolus suis tentationibus nos vincat [y].) *& sobrii simus*] i. e. Semper justis ac temperatis actionibus intenti [z], caveamus nobis à crapula & ebrietate [a]. Confer Luc. 21. 34, 36 [b].

7. *Nocte dormiunt*] Plerumque scilicet [c]. Persequitur cœptam comparationem [d]. Nox somno destinata est [*]. ¶ *Nocte ebrii sunt*] i. e. Inebriari solent [f], conviviis intempestivis [g]. Solebant veteres vespertino tempore convivia agitare, & mero indulgentes, ad multam noctem producere [h].

8. *Nos—qui diei sumus*] Scilicet filii [i]: i. e. ad diem Christum pertinemus [k]: sumus tanquam illæ gentes quibus lux allucet perpetua [l]. ¶ *Sobrii simus*] i. e. Liberi simus ab omni vitioso affectu [m]: actionibus omnibus honestis atque piis incumbamus [n]. ¶ *Induti loricam* (vel, *thoracem*, V. *thorace*, Be. Pi. Innuit, filiis lucis non solùm vigilandum, sed etiam pugnandum esse, dum eis arma suppeditat [o].) *fidei & charitatis*] Quam Eph. 6. 14. vocat *loricam justitiæ*, quia justitia Christiana fide charitati conjuncta constat [p]. Quam *thoracem* vocat, quia hæc vitam animæ custodit, ut *thorax* militaris vitalia membra protegit [q]. [Sensus, q. d.] *Pectus muniti, Fide intus, extra Dilectione*: quæ justitiæ perfectio [r]. Θώραξ Medicis ea pars corporis est quæ pectus & humeros ac scapulas complectitur usque ad stomachi sedem †. ¶ *Et galeam* (vel, *galeâ*, Pi. *pro galeâ*, Er. P. &c.) *spem* (vel, *spe*, h. e. quæ est spes. Appositio, h. e. spe tanquam galeâ [t].) *salutis*] h. e. Cœlestium bonorum, quâ [spe] caput nostrum, id est, principium, & intentio operum nostrorum in Deum erecta persistat [v]. Vide ad Eph. 6. 17 [x].

9. *Non*, &c. Οὐκ ἔθετο——ἀλλ' εἰς περιποίησιν, &c.] *Non posuit* (vel, *constituit*, Er. Ti. P. Be. Pi. E. i. e. ordinavit, sive destinavit [y], prædestinavit [z], creavit, elegit ex mundo, vocavit, justificavit, regeneravit, in Ecclesia posuit [a]. Al. *Non ad hoc paravit*, per verbum nempe suum [b]. Vide similem phrasin, 1 Pet. 2. 8. ubi *ponere* valet *ordinare* [c].) *nos Deus in*, vel *ad*, *iram*, (venturam scilicet, ut suprà 1. ult [d]. i. e. ad vindictam seu punitionem [*], h. e. æternam damnationem [f]: ad quam reprobi à Deo positi sunt [g], pro justa sua ira [h]: vel, *ut nos perderet*, G. sim. Zan. vel, *ut iram nobis conciteмus*, Er. Ti.) *sed in*, vel *ad*, *assertionem* (vel, *acquisitionem*, sive *adeptionem*, Pi. Vulg. E. Me.) *salutis* (vel, *ad acquirendam*, sive *obtinendam*, *salutem*, G. P. Be. Pi. Vor. Idque efficaciter [i]. Confer 1 Pet. 2. 9 [k]. Sic εἰς περιποίησιν δόξης, 2 Thes. 2. 14. εἰς περιποίησιν ψυχῆς, Heb. 10. 39. quod εὑρίσκειν ψυχὴν, Mat. 10. 39. κτᾶσθαι ψυχὴν, Luc. 21. 19.

21. 19. Et breviter περιποίησις dicitur pro περιποίησις ψυχῆς, 2 Par. 14. 13. מחיה, quod alibi vertitur ζωοποίησις [l].) *per Dominum*, &c. Mo. &c. i. e. per merita Christi [m]. Referendum hoc, vel ad proxima verba, *acquisitionem*, &c. vel, ad præced. *posuit*: quod malim, quia à Deo per Christum electi dicimur, Eph. 1. 4 [n]. *Per Dominum*, i. e. per doctrinam eam quam Christus nobis attulit, non Rabbini, non Philosophi [o]. His verbis confirmat, vel, 1. quod dixit, spem pro galea assumendam esse [p]: vel, 2. quod nobis sobriè vivendum est, &c. nè consecutionem salutis impediamus [q].

10. *Mortuus—pro nobis*] Nè dubitemus quin nobis optimè consultum voluerit, qui nostrì causâ nec mortem recusavit, Rom. 5. 6 [r]. ¶ *Ut sive vigilemus, sive dormiamus*] Triplex somnus, est in præced. 1. mortis: 2. peccati: 3. naturæ. Cui respondet triplex vigilia, vitæ, justitiæ, naturæ. De secunda constat hîc non agi: de reliquis variant †. 1. Sive corpore vigilemus, sive dormiamus, i. e. in omnibus quæ agimus aut patimur in hac vita [t]. 2. Sive soliciti sitis, sive securi, quorum illud *vigiliâ*, hoc *somno*, denotari solet; q. d. Deus vos sine speciali vestra solicitudine custodiet [v]. 3. Sive vivamus, sive moriamur [x]. Hîc γρηγορεῖν & καθεύδειν repetit, sed sensu alio [y], per Antanaclasin [z]. Nam sicut *dormire* dicuntur qui mortem obiere, ità *vigilare* qui ad eum mortis somnum non pervenerunt. Simile Rom. 14. 8 [a]. ¶ *Simul cum illo vivamus*] Hîc in gratia, post mortem in gloria [b]. Hîc enim magis *in Christo*, quàm *cum Christo*, vivimus [c]. Nihil refert diu hîc vivamus, an parvò: utriusque rei idem exitus, ut cum Christo æternùm vivamus [d].

11. *Consolamini*. Dictis de resurrectione vitâque beatâ *. Παρακαλεῖτε] *Adhortemini*, Er. Ti. P. V. sic Be. Pi. *Monete* verbis [f]. ¶ *Et ædificate* (i. e. excitate, perficite, ad bonum instruite [h], nempe exemplo [i]:) *alterutrum*, Εἷς τὸν ἕνα] Idem hoc quod ἀλλήλους. Hebræi dicerent, איש את איש, vel, איש את אחיו [k]. *Singuli singulos*, Er. Ti. P. Pi. &c. *Unus unum*, i. e. vicissim alius alium [l]. Hæc phrasis dupliciter verti potest: tum, ut singuli singulos ædificent: tum, ut in unum hominem novum quasi coalescant. Confer Eph. 2. 15 [m]. [Sensus, q. d.] Mutuam salutem promovete piis sermonibus, quibus ad spem vitæ æternæ fratrum animi excitentur [n]. ¶ *Sicut & facitis*] Alternis adhibet hortamenta & laudes [o], ut gratior sit exhortatio [p]: quasi diceret, ποιεῖτε ὡς αὐτὸν ὀτρύνω [q].

12. *Rogamus*, &c.] Vide suprà 4. 1 [r]. Hoc subjicit, nè ex præced. inferrent, Monere nos debemus: quid ergò opus Ministerio †? ¶ *Ut*, &c. Εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας —— καὶ προϊσταμένους, &c.] *Ut agnoscatis* (vel, *Spectare*, i. e. respicere. Hîc נודע Prov. 31. 23. περίβλεπτος. Sic & Latini dicunt *spectabilem* [t]. Ut rationem ac respectum habeatis, &c [v]. Ut eos agnoscamus pro nostris pastoribus, & patribus, & Ministris Christi ad salutem nostram missis [x]. *Scire* in Scriptura sæpe est *approbare* [y]. *Agnitio* autem h. l. consistit potissimùm in obedientia [z], reverentiâ [a], & verbis & gestibus significque testatâ [b], gratitudine [c], & rerum ad vitam necessariarum promptâ ac liberali suppeditatione [d]: Quæ omnia *honoris* voce alibi significantur *. Sensus est, q. d. agnoscatis tales esse quales sunt, dignos videlicet quos in maximo pretio habeatis. Ità sumitur *agnoscendi* vox, Mat. 7. 23. 1 Cor. 5. 16 [f].) *eos qui laborant inter vos* (Intellige ἐν λόγῳ, ex 1 Tim. 5. 17 [g]. docendo [h], & Sacramenta administrando, & cætera quæ salutis vestræ (vel, rei Christianæ [i],) sunt procurando [k], & provehendo [l]. Malim ἐν ὑμῖν vertere, *in vobis*, scilicet docendis, monendis, &c. Non enim solùm inter fideles laborant, sed in ipsis fidelibus, ut architectus in sua domo ædificanda [m]. Hac phrasi significat pastores seu verbi ministros [n]. Al. Hæc descriptio est eorum qui cætûs erant principes, & vocabulo communi κατ' ἐξοχὴν usurpato dicti sunt ἐπίσκοποι, & πρεσβύτεροι [p]. Nam Episcoporum munus proprium docere; Presbyterorum, non nisi quà sufficiuntur ab Episcopis [q]. Ad illud autem quod objici potest, quòd plures hi fuerint, quia num. plur. loquitur, idem dici potest quod ad Phil. 1. 1. nempe quòd & Philippi & Thessalonica erant urbes, & quidem metropoles, Macedoniæ, quibus multæ Ecclesiæ, multique proinde Episcopi, suberant, de quibus omnibus hîc loquitur [r].) *& præsunt vobis* (Intelligit presbyteros in genere dictos qui disciplinæ præsunt †. Προϊστάμενοι, sive προεστῶτες, sunt *Presbyteri*, ut apparet 1 Tim. 5. 17. ποιμένες Eph. 4. 11. Hebræis פרנסים: Nam פרנס ποιμαίνειν est προΐστασθαι [t]. Al. Episcopos hîc intelligit [v]. Distincta est hæc pars à præcedenti; quia non omnes qui in Ecclesia laborant, etiam præsunt, aut regimen habent aliorum [x].) *in Domino*, (i. e. in timore Domini [y]: vel, in Christi familia [z]: vel, in iis quæ pertinent ad cultum Dei [a], & Christi religionem [b].) *& admonent vos*, P. Pi. &c. Nempe de vestro officio [c], de iis quæ agere aut fugere debetis [d]: hoc enim est munus Presbyterorum *. Hoc omnium quidem Christianorum est, Rom. 15. 14. Col. 3. 16. sed eximio jure ad Presbyteros pertinet, ut morum magistros [f].

13. *Ut*, &c. Καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ] Pendet hæc sententia à verbo præced. *rogamus* [g]. Sic dixit ἡγεῖσθαι ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ, quomodo περὶ πλείονος ἡγεῖσθαι Isocrates & alii. *Honorem habere* non malè vertit Ambrosius: nec aliud vult Syrus: nam חשוב Syris & Rabbinis est *honoratus*. Addidit autem ἐν ἀγάπῃ, quia hæc reverentia non ex timore, sed ex amore, proficiscitur. Sacerdotes enim nullius potestatis jura exercent: non est eorum ἀναγκάσαι βίᾳ, (*cogere per timorem*), ut ait Chrys. Vide si cui vacat, nostra ad De I. B. & P. 2. 22. 14 [h]. [Verba sic vertunt:] *Et ducere illos super exabundanti in charitate*, Mo. *Et eos magis ac magis* (vel, *quammaximè*, P. Pi.) *charos ducatis*, Be. P. Pi. *Ut habeatis illos in summo pretio* (i. e. impensiùs ametis & observetis, quasi filii parentes vestros spirituales [i]:) *cum charitate*, V. i. e. ministrando illis necessaria [k]: vel, *per charitatem*, Er. Ti. *in charitate*, Vulg. E. non metu aut simulatione, quia tales justum est diligi [l]. ¶ *Propter opus illorum*] Quod scilicet obeunt in Ecclesia; tum propter officium, tum ut opus ipsorum fœliciùs promoveatur in ædificationem Ecclesiæ [m]: propter opus excellentissimum in quo versantur, quod est procuratio salutis vestræ [n]: propter opus illud admonitionis [o]: propter laborem, & diligentiam quam in vobis gubernandis & instituendis impendunt [p]. Ἔργον hîc intelligit διακονίαν quâ funguntur, quæ certè veneranda est, מעשה [q]. *Propter opus* dicit, non propter inanem titulum. Notent hoc qui exigunt à suis summum honorem, cùm ipsi non curent præstare suum officium [r]. Sed mali prælati, licèt indigni sint honore, sunt honorandi, quomodo & mali homines sunt amandi. Nam debitum honoris & amoris non est ex dignitate illorum, sed est ex statu & conditione, quia præfecti, quia proximi. Hinc principes, etiam infideles & impii, honorandi sunt †. ¶ *Pacem*, &c. Εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς] Ἐν ἀλλήλοις, quomodo idem hic sensus effertur Marc. 9. 50. De hac locutione vide Phil. 2. 3. Col. 3. 13, 16 [t]. *Pacem colite inter vos mutuò*, P. Be. Pi. scilicet inter vos & ministros [v]: vel, inter vos Thessalonicenses; ut sit novum præceptum. Alii Græci cod. legunt ἐν αὐτοῖς, *in eis* [x]: quæ lectio simplicior videtur, quia tantùm de Ministris Ecclesiæ hîc agitur [y]. [Sic autem reddunt:] *Pacem habete* (vel, *Pacifici sitis*, Er. i. e. pacificè & obedienter vos gerite [z]:) *inter illos*, Er. vel, *cum illis*, Er. Ti. Vulg. scil. qui vobis præsunt: cavete sedulò, nè quâ occasione dissidium inter vos & illos excitetur, nè ministerium eorum infructuosum vobis sit. Sed non placet hæc lectio: tum, quia hic sensus in præced. satis includitur, velut minus in majori: tum, quia nec Hebræi, nec Græci, sic loquuntur. *Pacem habete in eis*, id est, cum eis [a].

14. *Rogamus—fratres*] Alloquitur pastores [b]; sed ità ut ad singulos pertineat [c]: licèt quæ dicuntur suo modo præstari possint ac debeant à privatis [d]. Mos Pauli, post generalia monita attexere illa quæ temporibus illis ac locis maximè erant necessaria *. ¶ *Corripite*, &c. Νουθετεῖτε ἀτάκτους] *Monete* (Νουθετεῖν sign. *officii admonere*, & quasi amissam mentem reponere [f]: vel, *Castigate*, Ca. Certè admonitio hujus loci non sine correptione fieri debet [g]: Non acriter objurgandos vult, sed leniter admonendos [h].) *delinquentes*, Tre. ex Sy. vel, *flagitiosè viventes*, V. vel, *incompositos*, Ca. Val. E. *inordinatos*, Er. Il. Ti. P. Mo. V. Be. Pi. E. qui inordinatè se gerunt [i], & præter ordinem à Deo statutum [k]; qui pacem publicam turbant malis & dissolutis moribus [l]: aut speciatim eos intelligit quos præced. cap. notavit [m], inquietos,

inquietos, & otiosos, & rerum alienarum curiosos: Confer 2 Thess. 3. 6[n]. Qui *inordinati* vocantur, quòd nec suum servent locum & ordinem, agentes ea quæ sui sunt officii, & aliorum ordinem inquietudine & curiositate suâ perturbant. Metaphora à militibus sparsis & inconditis, &c[o]. περιπατοῦντας ἀτάκτως, 2 Thess. 3. 6, 11. ἀτακτοῦντας, 2 Thess. 3. 7. Sic ἄτακτος Ἀφροδίτη Platoni *ea quæ regulam excedit*: sicut terra *vasta*, *inculta*, תהו, ἄτακτος Aquilæ, Deut. 32. 10. E contrario *qui rectè atque ordine cuncta faciunt* dicuntur εὔτακτοι. In Glossario, εὐταξία, *temperantia*. Cicero illam esse ait εὐταξίαν, in qua intelligitur *ordinis conservatio* [p]. Intelligit intractabiles, qui parere nolunt, & ob hoc pacem turbant [q]. Non placet. Indomitis enim alia sunt adhibenda eáque severiora remedia [r]. ¶ *Consolamini* (Nè in adversis animum despondeant †; nè graviori tentatione pulsati victoriam desperent [t]:) *pusillanimes*; ità Er. Il. Ti. Mo. &c. Τοὺς ὀλιγοψύχους] Eos qui in adversis animo sunt dejecto, Esa. 57. 15 [v]. quibus animus ad magna deficit [x]; qui non satis animi habent adversùs tentationes Satanæ & mundi [y]; qui afflictionem aut tentationem Christi causâ non fert [z]. דכא in Græco ὀλιγόψυχος. Eodem modo vertitur & עצוב רוח, Esa. 54. 6. & שפל רוח, Esa. 57. 15. & נכאה, Prov. 18. 14. In Glossario, Ὀλιγοψυχία, *pusillanimitas*. Horatius,—*inopis me quódque pusilli Finxerunt animi* [a]. ¶ *Suscipite*, &c. Ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν] *Sublevate* (vel, *Sustinete*, Mo. Vulg. *Fulcite*, Er. *Opitulamini*, Ca. G. ex Amb. Ἀντέχεσθαι respondet τῷ ἀντιλαμβάνεσθαι, de quo diximus Luc. 5. 4. & Act. 20. 35 [b]. éstque *sustentare velut manu prehensum* [c]: sic vertitur החזיק & תפש [d]: propriè est, *adjutare adnitentem* *, *& conantem, sed sat virium non habentem* [f]; & tolerantiam & auxilium complectitur. Vult eos tolerando foveri & confirmari [g].) *infirmos*, Er. P. Be. Pi. Il. Ti. &c. nempe in fide [h], quíque in via Dei facilè scandalizantur [i]; qui in religione Christiana nondum satis instituti erant [k]. Tolerate eos qui libertatem Christianam nondum planè intelligunt: ii enim ἀσθενεῖς, vel, ἀσθενοῦντες, Rom. 14. 1, 2. 1 Cor. 8. 7, 11, 12 [l]. *Sustinete onus debilium*, Tre. ex Sy. ¶ *Patientes*, &c. Μακροθυμεῖτε, &c.] *Longanimes* (vel, *Lenes*, V. E. *Lenti ad iracundiam*, Er. V. *Mansueti*, E. *Leni animo*, Pi.) *estote erga omnes*, Ti. E. non solùm infirmos & pusillanimes, sed & inquietos. Virtus cùm omnibus, Tit. 3. 2. tum inprimis iis qui præsunt, 2 Tim. 2. 24, 25. necessaria [m]. Quantum fieri potest, *de omnibus sperate meliora*. Vide 1 Cor. 13. 4 [n].

15. *Videte nè quis malum*, &c.] Præfectos admonet, tum ut ipsi se non vindicent, tum ut pro officio caveant, nè fideles malum rependant, &c[o]. Eadem verba Rom. 12. 17. quæ exponuntur ibidem 12. 19. Vide & Mat. 5. 38. & seq. Servorum non est se ulcisci, sed domino ultionem injuriarum suarum permittere [p]. ¶ *Semper* (i. e. omni occasione [q]:) *beneficentiam* (vel, *quod bonum est*, Er. Ti.) *sectemini*, P. Be. Pi. &c. vel, *alienis commodis studete*. Sic ἀγαθὸν sumitur Mat. 7. 11. Luc. 1. 53. & 12. 18, 19. & 16. 25. Gal. 6. 6 [r]. ¶ *Invicem*] i. e. Erga Christianos †. ¶ *In omnes*] Etiam erga extraneos à fide [t].

16. *Semper* (In rebus prosperis [v], vel adversis [x]:) *gaudete*; scil. *in Spiritu S.* Rom. 14. 17 [y]. vel, gaudio spirituali [z]. Χαίρετε] *Æquo estote animo*, Rom. 12. 12. 2 Cor. 6. 10. 1 Pet. 4. 13. Mat. 5. 12 [a].

17 *Sine*, &c. Ἀδιαλείπτως, &c.] *Indesinenter* (id est, multùm & frequenter, ut sit Hyperbole [b]: vel, ἐν παντὶ καιρῷ Eph. 6. 18. πάντοτε Col. 1. 3 [c]. nullo die intermittentes certa orandi tempora [d]: quicquid vobis accidat *.) *orate*, P. Pi. &c. Ratio est, quia semper & in omnibus opus habemus auxilio Dei [f]. De Precibus præcepta Christi habemus plurima & exempla, Luc. c. 18. v. 1 [g].

18. *In*, &c. Ἐν παντὶ, &c.] *In* (vel, *De*, G.) *omnibus* (vel, rebus [h]; vel, rerum circumstantiis [i]: vel, bonis, maximè virtutibus, earúmque actibus [k]; rebus tum prosperis [l], tum etiam adversis [m]: nam & hæc bona sunt si dextrè sumantur [n], vel, quatenus illa nobis bona sunt & salutaria [o]. Idem sensus Eph. 5. 20 [p]. non autem de peccatis [q].) *gratias agite*] De Gratiarum actione vide Christi exempla, Mat. 15. 36. & 26. 27. Marc. 8. 6. & 14. 23. &c [r]. ¶ *Hoc*, &c. Τοῦτο—θέλημα Θεοῦ, &c.] *Hæc* (i. e. Talis, h. e. tam bona & benigna, ut meritò semper gratias ei agere debeatis †:) *enim* (sub. *est*, P. Pi.) *voluntas Dei* (Est Metonymia Causæ positæ pro Effecto. *Hoc*, ait, *est quod Deus à vobis exigit*. Hîc θέλημα habemus Eph. 6. 6. Col. 4. 12 [t].) *in Christo Jesu* (vel, *per Christum Jesum*, P. Pi. G. sine quo nihil placet [v]; qui hanc voluntatem Dei nos docuit [x]:) *in* (vel, *erga*, P. Pi.) *vos*, Mo. &c. vel, *erga vos qui estis in Christo Jesu*, Zan. Clariùs in MS. τοῦτο γάρ ἐστι θέλημα Θεοῦ εἰς ὑμᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ [y]. *Ea est Dei de vobis, qui sitis Jesu Christi, voluntas*: Id vos facere vult Deus qui Christiani sitis [z]. Illud τοῦτο referendum, vel, 1. ad præcepta omnia præcedentia, q. d. Hæc non mea, sed Dei præcepta sunt Christo docente tradita; voluntatem intelligit præceptivam [a]: Hæc faciendo placebitis Deo per Christum [b]. Vel, 2. ad proximè præced. *hoc*, nempe ut grati sitis, &c[c]. vel, 3. non ad *gratiarum* tantùm *actionem*, sed & ad *preces* [d].

19. *Spiritum* (Sanctum scilicet *, dona Spiritûs [f]; vel, 1. ordinaria [g], quæ regeneratis ordinariè conferuntur [h], nempe agnitionis Dei, fidei, spei, charitatis [i]; gratias, lumina, afflatus, impulsus Spiritûs [k], vos ad bonum excitantis & promoventis [l]; Dei afflatum & lumen in mentibus vestris refulgens [m]: vel, 2. extraordinaria [n], quæ dantur ad aliorum utilitatem, & quorum usus erat in conventu fidelium; cui favent sequentia [o], spiritum Prophetiæ [p], dona sanationum & linguarum; quæ sicut in ignis forma data erant, ità Igni rectè comparantur, ac proinde dicuntur & *suscitari*, 2 Tim. 1. 6. & contrà *exstingui*. *Suscitantur* precibus, gratiarum actione ac perpetuo studio pietatis; *exstinguuntur* per contraria. Nam in N. Testamento, maximè post constitutas Ecclesias, Deus illa non vult dare aut servare nisi credentibus & piè viventibus. Vide Marc. 16. 17 [q].) *nolite exstingere*] Quantum scilicet in vobis est. Nam ille exstingui non potest, sed exstinctores ejus meritò vocantur qui sic agunt, ut exstinctum velint [r]. *Nè extinguite*, vel, 1. in vobis †: in quibus dona Dei paulatim suffocantur [t], peccatis [v], contumaciâ aut negligentiâ [x], socordiâ ac securitate carnali [y], desidiâ, aut nimiis curis & occupationibus terrenis [z]; vel, negligendo bona, vel, faciendo mala, sicut ignis extinguitur; vel, non addendo ligna, vel, addendo aquam: vel, 2. in aliis, ut in Prophetis & ministris: in quibus Spiritum extinguimus, vel, non præstando officia quæ debemus, ut si eos non audiamus, aut doctrinam eorum contemnamus, aut non proficiamus; vel, faciendo quæ non debemus, ut si eis obloquamur, eos persequamur, ingrati simus, &c [a]. Hoc præceptum, ut & sequentia, præcipuè ad Ecclesiæ præfectos pertinet: Sensus est, Nolite prohibere quominùs quisque proferat in medium id quod à Spiritu S. accipit, sive ut linguis loquatur, sive ut interpretetur, &c [b].

20. *Prophetias* (id est, Scripturam ipsam, ex collat. 1 Cor. 14. 2 Pet. 1. 21 [c]. ejúsque rectam explicationem [d]; vel, expositiones Scripturæ propheticæ, profectas ex singulari Spiritûs S. revelatione *; donum interpretandi Scripturas, docendíque [f]: vel, sermones quibus ex inspiratione divina proferuntur occulta quædam, sive ea essent res futuræ, sive Scripturarum sensus, sive alia quæcunque latentia mysteria. Erant tunc inter Christianos multi spiritu prophetico præditi [g].) *nolite spernere*] i.e. In magno pretio habete [h], magni facite [i], 1 Cor. 14. 5 [k]. Est ergò μείωσις [l], sive λιτότης [m].

21. *Omnia* (h.e. omnium hominum dogmata [n]. Πάντα hîc restringendum ex antecedente, ad ea quæ dicuntur ab eis qui se Prophetas dictitant [o]: *omnia* quæ dicuntur à fratribus, tanquam prophetantibus [p], sive à doctoribus vestris [q].) *autem probate*, Δοκιμάζετε] *Explorate*, P. Pi. &c. *Examinate*, Zan. Er. ex Tertul. nempe *ad analogiam fidei*, Rom. 12. 6 [r]. Hoc pertinet ad διακρίσεις πνευμάτων, 1 Cor. 12. 10. & 14. 29. ubi dicta vide. Sic 1 Joh. 4. 1. δοκιμάζετε τὰ πνεύματα †. Sensus, Audiendi Prophetæ, sed cum judicio [t]: q. d. Non jubeo, ut omnem Prophetiam recipiatis; sed tantùm, ut non quamvis temerè rejiciatis, nè simul cum malis, bonos etiam & bona rejiciatis [v]. Omnia ab iis dicta diligenter expendite, & dijudicate, qualia sint [x]. Date operam ut omnia quidem diligenter exploretis [y]. Pertinet hoc ad eos

duntaxat qui *sensus habent exercitatos*, &c. Heb. 5. 12. quique prædití sunt dono discretionis spirituum, 1 Cor. 12.10[z]. Pii spiritu judicii donantur à Deo, ut discernant, nè circumveniantur hominum imposturis[a]. ¶ *Quod bonum est* (i. e. sanæ doctrinæ consentaneum[b], quod ex omnibus optimum visum fuerit[c]:) *tenete*] Vel, *retinete*, P. Pi. Zan. constanter[d]. Bifariam hîc peccari solet: nam alii, quia plerosque vident decipi, promiscuè rejiciunt quamlibet doctrinam, alii stultâ credulitate omnia amplectuntur. Utrique vitio hoc versu occurrit[*].

22. *Ab*, &c. Ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε] *Ab omni specie* (vel, *genere*, Ca.) *mali* (vel, *maleficii*, Ca. vel, *malâ*, Er. Ti. Mo.) *abstinete*, Il. P. Be. Pi. &c. Exponendum hoc, vel, 1. speciatim de Prophetiis, quæ speciem aliquam habent mali & falsi, vitandis[f]. Quum nondum comperta est doctrinæ falsitas, sed subest falsi metus aut suspicio, gradum suspendere convenit, nequid dubiâ perplexâque conscientiâ amplectamur[g]. Nihil admittendum nisi certa Dei doctrina, quæ sit ad regulam fidei examinata. Vel, 2. in genere, de omni genere peccati, omnique re mala[h]. Εἶδος hîc sumitur, vel, 1. Dialecticè[i], pro *genere*. Ità Syrus rectè hîc reddit, *ab omni*, sive *toto*, *genere mali*, i.e. ab omni quod reverâ malum est, quantumvis leve sit, vel exiguum[k]. Vel, 2. pro *apparentia*[l]: q. d. Christiani non à rebus malis tantùm, sed & ab iis quæ *speciem* habent *mali abstinere* debent[m]. Præceptum est cavendi scandali[n]. Exemplum vide 1 Cor. 8.10[o]. & 1 Cor. 10[p]. Εἶδος πονηρὸν, דומה רע Rabbinis[q]. Hebræi dicunt, *Remove te procul à turpitudine & ab omni eo quod speciem ejus habet*, ad verb. *ab eo quod ei simile*, Heb. הדומה לו[r]. Talia sunt familiariter versari cum alienis fœminis[†], solum colloqui cum eis: *Urit enim videndo fœmina*, nedum colloquendo[t]: item versari cum hæreticis. Hinc illud, Cæsaris uxor non solùm extra culpam, sed etiam extra omnem culpæ suspicionem, esse debet[v].

23. *Deus pacis* (scil. auctor[x], & amator[y]. *Pacis*, i.e. vel, concordiæ: vel, salutis ac fælicitatis[z]. Al. Intelligit h.l. pacem conscientiæ[a], & animi tranquillitatem[b]. Deum *pacis* dixit, quia Pax non minima pars hujus sanctitatis. Sic & Rom. 15. 33. & 16. 20. 1 Cor. 14. 33. 2 Cor. 13. 11. Phil. 4. 9[c].) *sanctificet* (i.e. à mundo separatos sibi consecret suo Spiritu[d]; addat sanctitatem[*], i.e. vitæ puritatem[f]. Non satis est nos monendo officium facere: Dei afflatu etiam ad sanctitatem opus[g]. Pacem & sanctitatem antea eis præceperat, hîc à Deo exoptat, ut ostendat non posse à nobis impleri Dei præcepta, nisi Deus ipse dederit[h].) *vos per omnia*; ità Ti. Ὁλοτελεῖς] *Totos*, Er. Il. P. Be. Pi. *Ex omni parte*, G. *Absolutos*, Ca. *Omnes*, Ar. *Perfectè totos*, Tre. ex Sy. *Per omnia plenos*, sive *perfectos*, Er. ex Tertul. sic E. ex Amb. & Hi. id quod sequentibus declarat[i]; h.e. *in spiritu*, &c[k]. ubi totum in partes suas distribuitur[l]. Sensus, q. d. Renovati estis ex parte, sed non perfectè, non toti. Perficiat ergò hoc Deus, &c[m]. ¶ *Ut*, &c. Καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα—— ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ —— τηρηθείη] Est hîc πεῤίδῥια· nam ὁλόκληρον ad omnia tria refertur. Est autem ὁλόκληρον *integrum*, *solidum*, in Glossario, omnibus suis partibus bene constans[n]. [Verba sic reddunt:] *Et integer vester spiritus, & anima, & corpus, inculpatè in adventum* (ἐν τῇ παρουσίᾳ pro εἰς τὴν παρουσίαν[o].) *Domini* ——— *serventur*, P. Be. Pi. nempe à Deo. Homo duabus constat partibus, Animâ & Corpore, Mat. 10. 28[p]. Et vocatur Anima interdum πνεῦμα. Rabbinis verò נפש est *Anima vitalis*, רוח, *Spiritus*, est *Anima sentiens*, נשמה est *Anima intelligens*[q]. Quærendum ergò quomodo hæc distinguuntur[r]. Πνεῦμα hîc dicitur, vel, 1. Spiritus S. ejúsque dona & gratia, quam debemus tenere & servare[†]. Spiritus ille Sanctus in animis Christianorum habitans, &, si solicitè servetur, ad mortem, imò & post mortem ad resurrectionem usque, animis adhærens. Vide quæ diximus ad 1 Cor. 15. 44. & Hieron. ad Gal. 5. Græci omnes *spiritum* hoc loco accipiunt χάρισμα. Vide Philonem, Irenæum, Tatianum, Clementem Strom. & Tertul[t]. [eorúmque verba in G.] Vel, 2. superior animæ pars, quæ mens seu intellectus vocatur[v]: vel, 3. affectus spiritualis[*]: vel, nobilissima illa animæ regeneratæ facultas, quæ res divinas per illuminationem Spiritûs S. apprehendit[‖]: vel, anima quæ sanctificatur & gubernatur à Spiritu Sancto. Quæ licèt non differat à ψυχῇ, quod ad substantiam attinet, tamen gradibus actionum præstantissimarum longè illi præstat[†]. Ἡ ψυχὴ, *anima*, significat reliquas inferiores facultates[x], voluntatem[y], ut נפש sumitur Gen. 23. 8. Deut. 21. 14. Psal. 27. 12. & 41. 2[z]. & appetitum[a]: vel, integram animam, sed quatenus est propria hominis animalis[b]. Σῶμα, *corpus*, est animæ domicilium[c], & instrumentum[d]: vel, *corpus* laxè hîc sumitur, ut sensus & appetitus sensitivos includat[†]. Hæc autem tria in prima creatione Gen. 2. 7, 8. memorata videntur: *corpus* ibi dicitur, *pulvis de terra*; נפש חיים, *anima vivens*, h. e. animalis, sive sensitiva, facultas; *spiritus*, נשמת חיים, *halitus vitæ*, h. e. facultas rationalis. Obstat tamen quòd נפש *voluntatem* significet, ut dictum[*]. Tunc totus homo integer est & perfectus, cùm neque mente cogitemus aut velimus, neque animâ appetamus, neque corpore agamus nisi quod Deo placet, &c[f]. Sensus loci est, Ut sitis irreprehensi coram Deo & hominibus[g], tam quoad interna, quàm quoad externa, &c[h].

24. *Fidelis* (i. e. verax[i], semper idem & sibi constans[k], in servandis promissis[l], & promovendis bonis inceptis suâ inspiratione inchoatis[m]:) *qui vocavit vos*] Scil. vocatione efficaci[n], per Evangelium[o], donando fidem & justitiam[p]. *Vocavit*, nempe ad communionem Christi[q], & hæreditatem cœlestem[r]. *Qui vos vocavit* ad perseverantiam, is & vires dabit ad eam necessarias. Similia habemus 1 Cor. 1. 9. & 10. 13. 2 Thes. 3. 3. *Fidelis Sanctus Israelis, qui elegit te*, Esa. c. 49. v. 7[†]. ¶ *Qui*, &c. Ὃς καὶ ποιήσει] *Qui etiam* (scilicet, sicut promisit[t]:) *id efficiet*, P. Be. Pi. nempe id quod promisit[x]; ut perseveretis, vel ut salvi sitis[x]; ut immaculati inveniamini in adventu Domini[y]: perducet vos in communionem regni sui[z]. Ipse dabit perseverantiam; hanc enim promisit omnibus electis[a]: non est mutabilis, quod cœpit implebit[b]; vos totos perficiet. Complutensis editio hîc legit, Ὃς καὶ ποιήσει τὴν ἐλπίδα ὑμῶν βέβαιαν, *qui etiam spem vestram firmam efficiet*[c]. Non fallo vos: sed vitam cœlestem, sicut sperare vos jussit, ità & præstabit. Βέβαιον dicitur *quod reipsâ impletur*, ut Rom. 4. 16. 2 Cor. 1. 7. Heb. 2. 2. 2 Pet. 1. 10[d].

25. *Orate pro nobis*] Ut Col. 4. 3. ubi dicta vide[*]. Vide modestiam & humilitatem Pauli[f].

26. *Osculo sancto*] Non libidinoso, aut proditorio[g], aut hypocritico[h], sed sincero, &c[i]. Vide Rom. 16. 16[k]. & alibi in fine Epistolarum[l].

27. *Adjuro*, &c. Ὁρκίζω ὑμᾶς τὸν Κύριον] *Adjuro* (i.e. interpositâ Dei auctoritate præcipio[m], & per Deum peto[n]; assumpto Christi nomine seriò obtestor[o], ac, ni faciatis, denuncio iram Dei[p]. Ὁρκίζω, השבעתי, Cant. 5. 8. Id ipsum est quod μαρτύρομαι dixit Johannes in fine Apocalypseos, Latini *obtestari*[q].) *vobis* (vel, *vos*, Er. P. Be. &c. Pertinet hoc ad perfectos[r], sive ad primarios in Ecclesia; quibus apparet transmisisse eum hanc Epistolam[†].) *Dominum* (vel, *per Dominum*, Er. P. Ca. Be. Pi. &c. Est hîc Ellipsis: nam Κύριον dicitur pro διὰ Κύριον, aut νὴ τὸν Κύριον. Eadem Ellipsis Act. 19. 13. Eodem sensu dicitur ὁρκίζειν, vel, ἐξορκίζειν κατὰ τοῦ Κυρίου, aut κατὰ τοῦ Θεοῦ, 1 Reg. 2. 23. 2 Par. 36. 13. Mat. 26. 63. ubi dicta vide. Sic & Irenæus loquitur in fine libri. Dicunt autem Latini non minùs quàm Græci, *obtestari per Deos*, ut Cicero ad Atticum, 2. 11. & *Deos obtestari*, ut Livius lib. 6. Manuscripta pro ὁρκίζω habent ἐνορκίζω. Sic ἐνόρκιον habemus Num. 5. 25[t].) *legi*, &c. Mo. vel, *ut recitetur* (vel, *legatur*, Ca. Tre.) —— *omnibus*, &c. Er. P. Be. Pi. &c. scil. iis qui apud vos sunt[v], qui vestræ Ecclesiæ membra sunt[x]; & qui in Macedonia[y], & qui in vicinis sunt Asiæ locis. Simile vide Col. 4. 16[z].

SYNOPSIS

Marginal notes (col. 971): [z] E. [a] Calv. [b] E. [c] Me. [d] Zan. Me. [*] Calv. [f] Zan. [g] Calv. [h] Zan. [i] Q. in Calv. [k] Ham. ex Basil. & Th. [l] Calv. [m] G. sim. Zan. Pi. E. Me. D. [n] E. sim. Zan. [o] G. [p] Zan. [q] G. [r] D. [†] Zan. [t] D. [v] Zan. [x] E. Me. Zan. [y] Me. [z] Vor. [a] Zan. sic Pi. [b] Zan. [c] G. [d] Be. [*] Me. [f] E. [g] ... [h] E. sim. Zan. [i] V. [k] Er. [l] E. [m] Zan. [n] G. sim. Camer. [o] G. Pi. [p] G. sic Zan. [q] G. [r] Zan. [†] Chrys. & Schol. in Zan.

Marginal notes (col. 972): [t] G. [v] Zan. sim. E. Vor. Be. Calv. Pi. Ham. Zeg. Gom. [*] Vor. [‖] Q. in Zan. [†] Strig. [x] Be. Zan. [y] Zan. Pi. Vor. Gom. [z] Ham. [a] Pi. Zan. [b] Vor. Q. in Zan. [c] Pe. [d] Zan. [†] Ham. [*] Ham. [f] Zan. [g] E. [h] T. [i] Zan. E. Pi. [k] Be. [l] Me sim. E. Be. Zan. [m] Me. [n] Be. sic Zan. [o] E. sim. Pi. [p] E. [q] Zan. sic E. [r] Zan. [†] G. [t] Pi. [v] Pi. Zan. sic T. [x] Zeg. [y] E. [z] Pi. sic Zan. [a] E. [b] Zan. [c] Be. [d] G. [*] G. [f] Zan. [g] L. [h] Zan. [i] Zan. sic Pi. [k] Be. G. [l] G. [m] Me. sim. Zan. [n] Me. [o] E. [p] Zan. [q] G. [r] E. [†] Zan. [t] G. [v] E. Me. [x] Zan. Pi. sic Ham. [y] Ham. [z] G.

SYNOPSIS

Criticorum aliorúmque Commentatorum

IN

II. EPISTOLAM

AD

THESSALONICENSES.

PROLEGOMENA.] Dixi in mea ad partem hujus Epistolæ Dissertatione edita antehac, ità me arbitrari, Epistolam hanc esse Paulinarum, quæ quidem ad nos pervenêre, primam. Ejus rei magnum argumentum est in fine Epistolæ, ubi vult eos ad quos scripta hæc Epistola est, observare quod sit manus suæ signum in subscribendis literis: quod minimè fecisset si jam antè aliqua ab ipso Epistola Thessalonicam venisset [a]. Sed hoc non cogit: nam, 1. Epistola prior hoc signum habet: concluditur enim cum, *Gratia Domini*, &c. Atque hoc, suprà ait, scriptum esse, *manu propriâ, in omni Epistola*. Signum igitur perinde valet in utraque Epistola. 2. Nisi misisset ad eos priorem aliquam Epistolam cum hoc signo, colligere indè non potuerint hanc esse suam [b]. [Sed pergat Grotius:] Dixi præterea scriptam hanc Epistolam non ad eos quos ex Gentibus Paulus convertit postquam Thessalonicam ipse venit, sed ad Judæos quosdam qui inter primos Christum amplexi, ortâ post Stephani mortem persecutione, concesserant in Syriam primùm, Act. 8. 4. & 11. 19. deinde & in Cyprum & in alia loca, in quibus erat Macedonia, Judæorum negotiantium vetus nutrix. Id verum esse docent illa 1 Thes. 2. 13. ὅτι εἵλετο ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν. Nam illud ἀπ' ἀρχῆς ostendit de Judæis agi, qui προηλπικότες dicuntur Eph. 1. 12. Inter hos Judæos Christianam amplexos religionem præcipuus Jason, i. e. Jesús, (idem enim est nomen, ut *Silæ* & *Silvani*:) propinquus Silæ & Timothei, qui postea Paulum, Silam, & Timotheum, cùm Thessalonicam venissent, hospitio excepit. Videntur autem & majores Timothei olim habitâsse Thessalonicæ, unde *Thessalonicensibus* additur *Timotheus*, Act. 20. 4. Et quia hæc ex Judæis Thessalonicæ habitantibus Ecclesia exigua erat, ideoque Presbyterium non habebat, ideo si qui eorum non ex Christi regula viverent, jubentur vitari ab aliis; cùm si Presbyterium ibi fuisset, excommunicandi illi essent, ut ille Corinthius. Hæc cùm ità se habeant, & Pauli Prophetiæ, quæ sunt 2 Thes. 2. spectare debeant ad res quæ intra unius anni spatium poterant contingere; (quia jam tribus locis vidimus opinatum esse Paulum se vivo posse evenire Judicium illud ultimum & universale:) indè colligitur, Historiâ cum Vaticiniis collatâ, non de aliis ibi agi quàm de Caio Imperatore, & de Simone Mago, quorum res actæ verbis Prophetiæ ad amussim congruunt. [Sed de his & seq. fusiùs disserendum est suo loco.] Secundùm accuratissimos Chronologos, in quibus præcipuo loco habeo Dionysium Petavium, conversus est ad Christum Paulus anno Tiberii 36. Post id tres annos rebus Romanis præfuit Tiberius. Cùm verò quæ hîc de Caio dicuntur evenerint anno Imperii ejus partim tertio, partim quarto, dicatúrque jam tum consilia ista quæ postea erupere in arcano agitâsse Caius, hinc collegi scriptam hanc Epistolam anno altero Caiani Principatûs. Mirari autem non debemus si diu occultata fuit hæc Epistola ab iis ad quos scripta erat, cùm sine gravi periculo vulgari non potuerit regnante Cæsarum domo, ideo quòd post conatum illum statuæ Caii collocandæ in ipso Dei summi Templo, dubium esse nemini poterat quin is ipse designaretur atris illis nominibus, ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, & quæ sequuntur; quod non dubium quin ægerrimè laturi fuerint & patruus Caii Claudius, & in familiam Claudii insitus Nero. Vespasiano demum imperante, eversâ Judæorum gente, tutum & ex usu fuit edi omnibus hanc Epistolam, & conspici quàm eventus omnes à primo ad ultimum usque prædictis congruerent. Et hanc esse causam diximus cur Epistola hæc inter eas quæ Ecclesiis scriptæ sunt (nam quæ ad singulos proprium sibi locum obtinent;) postrema sit, non scribendi ordine, sed digestu. Propterea vulgò dicitur *Secunda ad Thessalonicenses*, sicut *Maccabaicus Tertius* dicitur qui scribendi ordine fuerat primus [c]. [Aliis hæc non placent:] Hæc Grotius in rem suam prætendit, sed frustrà. Dico utrasque has Epistolas scriptas fuisse 14 annis post conversionem Pauli, & consequenter circa annum 10 regni Claudii, hoc est, annis circiter decem post mortem Caii, & octo circiter annis postquam *Petrus Simoni Mago* ex curru igneo Romæ præcipitato tibias perfregisset; ac proinde Grotius Paulum introduxit de rebus præteritis prophetantem. Hanc constantem Ecclesiæ traditionem esse nemo potest inficiari. Eáque sic porrò probatur; Primam Epistolam agnoscit Grotius scriptam postquam Paulus fuisset Thessalonicæ. Ibi Paulus non fuit ante Concilium Hieros. ut apparet ex Act. 15. & 16. Hoc Concilium incidit in annum 14. Conversionis Pauli, ut liquet ex Gal. 2. 2. fatente ibi Grotio. Postea *Paulus Silam & Timotheum* elegit in itineris comites, quorum nomina utrique ad Thessalon. Epistolæ præfixa sunt [d]. Posterior hæc Epistola ad Thessal. non videtur diu post priorem scripta, uti ex Chrys. & Theod. observat Baronius [*]. Occasio scribendi hanc Epistolam duplex erat [f]; 1. ut compensaret defectum adventûs sui, quem destinaverat, 1 Thes. 3. 10, 11. sed nondum præstare poterat [g]: 2. ut errorem evelleret qui ex verbis nonnullis 1. epist. oriri poterat [h]. Dixerat, Dominum ex improviso venturum, & nos viventes rapiendos, &c. Indè credebant, jam tum instare finem seculi: quod multi etiam seductores confirmabant, quasi ex ore Pauli audivissent, & à Spiritu etiam Sancto accepissent. Hinc fiebat, tum ut pii in vocationibus negotiísque suis fierent negligentiores; tum

[a] G.

[b] Mor. oper. l. 2. c. 21. p. 756.

[c] G.

[d] Mor. ib. 757.

[*] Cap. append. ad hist. Apost. sim. Ham.

[f] Zan.

[g] Ham.

[h] Ham. sic Zan.

tum ut alii magis ἄτακτοι atque otiosi forent; tum denique ut in discrimen vocaretur doctrina Christi, qui multa signa prædixerat futura, quæ nondum evenerant [i].

CAP. I.

1. *Paulus*, &c.] Eadem planè Epigraphe quæ 1 Thess. 1.1 [a]. Ibi dicta vide [b]. Hic Σίλας olim scriptum fuit, non Σιλουανός. Quanquam enim idem est nomen variè inflexum, illud tamen Hebræis, hoc Romanis, erat accommodatius. Multi autem in Macedonia erant Romani. Itaque videri potest hæc vocula immutata ad exemplum alterius Epistolæ scriptæ ad Thessalonicenses ex Gentibus collectos: quanquam utro modo scribatur, non multùm refert. Erant autem Silas iste & Timotheus cognati Jasonis illius, fortè & aliorum Judæorum, qui Christianam fidem amplexi Thessalonicæ habitabant [c]. ¶ *Ecclesiæ* (sub. *quæ est*, P. Be. Pi. subauditur articulus τῇ [d]: vel, sub. *fundatæ*, Zan.) *in Deo*, &c.] i. e. quæ à Deo non deflexit [*]. Hâc clausulâ illos à Gentilitiis, ut sequente à Judaicis Ecclesiis eos discernit [f]. [Sensus, q. d.] Ei Ecclesiæ quæ facta est, quæ exstitit, beneficio Dei Patris primùm, deinde Christi. Rectè autem *Ecclesia* dicuntur etiam pauci, ut Rom. 16. 5. 1 Cor. 16. 19. Tertul. Exhortatione castitatis, *Ubi tres, Ecclesia est, licèt laici*. Vide quæ de hac re habet Beza, Act. 21. 4 [g].

2. *Gratia vobis*, &c.] Hunc salutandi morem hîc inceptum in aliis Epistolis sæpe retinet Paulus, ut 1 Cor. 1. 3. & alibi [h].

3. *Gratias agere debemus*, &c.] Similis gratiarum actio, Rom. 1. 8. 1 Cor. 1. 4, 5. Phil. 1. 3, 4. Non tantùm de *fide* eorum agit gratias, sed & quòd ea *fides crescat*. ¶ *Et abundat charitas*, &c.] Bene conjunxit in gratiarum actione duas res maximas, *Fidem*, & *Dilectionem*, in quibus est τὸ πᾶν Christianismi. Sic & Eph. 1. 15, 16. πλεονάζει, שוה. ἄξιον, i. e. *æquum, rectum*. Sic Demosthenes, ἄξιον ἐστι πάντων [i]: ἄξιον, h. e. δίκαιον, q. d. dignum officio & professione nostrâ [k].

4. *Ita*, &c. Ὥστε ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν ὑμῖν καυχᾶσθαι, &c.] *Adeò ut nos de vobis* (vel, *ex vobis*, i.e. ex vestri occasione [||]: ἐν ὑμῖν, h. e. ἐξ ὑμῶν [l]; vel, ἐφ' ὑμῖν: notatur enim gloriationis objectum [m].) *gloriemur* (Καυχᾶσθαι sæpe est *gaudere, exsultare*; interdum *illud gaudium verbis prodere*. In MS. ἐγκαυχᾶσθαι, quæ vox reperitur in Græco, Psal. 52. 1. & 74. 4. & 97. 7. & 106. 47 [n]. ut vos celebremus & ad imitandum proponamus [o].) *apud Ecclesias Dei*, P. Pi. &c. alias Ecclesias vestro exemplo cohortantes [p]. ¶ *Pro*, &c. Ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν καὶ πίστεως, &c.] Id est, *de tolerantia vestra & fide*, &c. P. Be. Pi. *Patientiæ fidem* adjungit, quia fide & spe futurorum bonorum ad ferenda adversa roboramur [q]. Est hîc ἓν διὰ δυοῖν· nam ὑπομονῆς καὶ πίστεως idem valet quod ὑπομονῆς ἐν πίστει, *perseverantia in fide*. Pro eodem ὑπομονὴ ἐλπίδος, 1 Thess. 1. 3. Fides enim Spem gignit, & interdum Spes sub *fidei* nomine comprehenditur. Bene autem hoc convenit miseris illis Judæis, qui è Judæa ejecti in Syriam, indè alia atque alia loca quærere adacti, omnia ista incommoda ferre maluerant quàm fidem deserere [r].

5. *In exemplum*, &c. Ἔνδειγμα, &c.] Possit esse vel, nom. casûs, ut appositivè referatur ad personas: vel, casûs accus. ut referatur ad tribulationes, *quas*, inquit, *sustinetis in exemplum* [†]. Th. clariùs, habet εἰς ἔνδειγμα· nec aliter legit Syrus. Hæc ideo à Deo fieri sinuntur ut aliquando Deus materiam habeat demonstrandæ justitiæ suæ. Sic paulò pòst, πρὸς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης, Rom. 3. 25. εἰς ἔνδειξιν, &c [t]. [Locum sic reddunt:] *Judicium certum* (vel, *Ad ostensionem*, Tre. ex Sy. V. *In exemplo*, Æth. *Ad documentum*, V. Non dicit παράδειγμα, *exemplar*, quod imitandi gratiâ proponitur; sed ἔνδειγμα, quod declarat quod latebat, & significat *exemplum*, sive *ostensionem*, aut *specimen*, aut *declarationem* [v].) *justi judicii Dei*, Mo. Quod, vel Quæ res, *documentum* (vel, *indicium*, Be. Ca. *manifesto indicio*, P. Pi.) *justi*, &c. Il. Ca. P. Be. Pi. i. e. decreti seu voluntatis Dei, quæ est, velle vobis afflictis vitam æternam dare, & affligentibus damnationem: quod declarat verbis sequentibus [x]: vel, judicii Dei peccata punientis [v], quod aliquando exercebit in impios. Nam qui bonis non parcit in hoc seculo, gravissimè plectet impios in futuro [y]. Vel, *judicii*, nempe post hanc vitam futuri. Argumentum tale est: Deus est, isque potens & justus; justum ergò de rebus & hominibus judicium faciet. Hoc non facit in hac vita, ubi pii gravissimè affliguntur, impii verò florent. Ergò hoc faciet post hanc vitam [z]. Hoc opponit tentationi eorum, qui iniquè & impunè pressi cogitant, aut Deum non esse judicem, nec curare res humanas; aut iniquè curare, &c [a]. Al. Sensus est, Quando vos afflictos Deus coronabit, illos autem qui vos afflixerunt, puniet, justitia ejus apparebit [b]. Sed huic expositioni obstat, quòd illa Dei justitia hominibus demonstrari non videtur ex piorum afflictionibus, &c. sed hinc tentari solent homines ad negandam Dei justitiam & providentiam. Vide Psal. 73. Jer. 12. 1, &c [c]. ¶ *Ut*, &c. Εἰς τὸ καταξιωθῆναι, &c.] *Ut digni habeamini* (nempe dignatione divinâ [d], gratuitâ Dei in præstandis promissis bonitate [*]: subintellige hîc, *quod fiet ad efficiendos vos dignos* [f]. Sensus est, Fiet aliquando à Deo justum judicium; vel, in hoc, ut tunc vos, qui hîc habemini pro hæreticis & schismaticis, dignisque igne infernali, tandem fiatis, h. e. declaremini, digni habiti fuisse à Deo [g]. Vel sic, Quas afflictiones in argumentum justi judicii Dei sustinetis, eo fine & fructu [h], ut per eas repurgati, digni efficiamini [i].) *regno Dei*, Be. Pi. i. e. vel, 1. regno cœlorum [k]. Vel, 2. gloriosâ istâ liberatione, cujus participes eritis, cùm Christus, regalem sibi sumens potentiam, Judæos hostes suos evertet, & vobis Christianis requiem dabit: id quod factum temporibus Vespasiani [l]. Vocavit vos Deus ad Regnum cœleste, sub conditione *patiendi*: Impletis conditionem, *digni* igitur *judicabimini qui regnum illud adipiscamini*. Vide Matth. 10. 10. Luc. 10. 7. 1 Tim. 5. 18. Apoc. 3. 4. & 16. 6. Adde Luc. 20. 35. Objici potest illud, Rom. 8. 18. οὐκ ἄξια, &c. Responsio facilis, Præmium & æternum & cœleste infinito esse majus omni sufferentiâ & operâ, sed quod in eo inæquale est, æquari vi promissi. Est enim alia æqualitas rei, alia pacti [m]. Disce hinc, cœlum dignitati sive meritis hominum retribui [n]. Sed hoc infirmum est: nam *dignum* latiùs patet quàm *meritum*. Hoc enim stricti tantùm est juris; illud verò sæpe ad ἐπιείκειαν & æquitatem pertinet: nam quicquid idoneum est & conveniens, *dignum* dicitur, licèt obsit meritum, ut Matth. 3. 8. & 10, 11. 38 [o]. ¶ *Pro quo &* (vel, *etiam* ista, P. Be. Pi.) *patimini*] Pro quo, nempe regno Dei, vel, 1. consequendo [p]: ut significetur præmium quod spectant ii qui patiuntur: vel, 2. à vobis credito & sperato [q], & per fidem apprehenso [r]: ut significet causam quæ movet impios ad persequendum pios, quia scilicet credebant in Christum, exspectantes ab eo cœlestis regni societatem [†].

6. *Si tamen*, Εἴπερ] Non dubitantis est, sed affirmantis. Respicit ad illud quod dixit, *Ut digni habeamini*, &c [t]. εἴπερ pro ἐπειδήπερ positum est [v]. *Quia*, Pi. *Quandoquidem*, Er. V. E. vel, *Siquidem*, P. Be. Pi. E. G. Utrumque enim poni solet αἰτιολογικῶς. Est autem argumentum à minori ad majus [x]. ¶ *Justum est apud Deum*] Et proinde ab ejus justitia exspectandum, verùm id non statim, sed suo tempore [y]. Addit autem hîc, *apud Deum*, differentiæ causâ, inter judicium Dei & hominum de rebus. Mundus nec rectè judicat, nec quod justum esse novit, illud semper facit. At Deus & in judiciis suis falli non potest, & in illorum executione semper constans est & verax [z]. Δίκαιον, צדיק Hebræis, significat omne *id quod aliquo modo æquum est & rationi congruit*. Etiamsi Deus nec promisisset quicquam nec comminatus esset, tamen æquum erat, & ipsius tum bonitate, tum severitate, dignum, ipsius Dei causâ mala ferentibus aliquid reddere, ac contrà alios ob id ipsum vexantibus inferre pœnas: Quantò magis hoc æquum est cùm & promissio & comminatio intercesserint? Naturale est illud, Εἴ κε πάθοι τά τ' ἔρεξε, δίκη ἰθεῖα γένοιτο. Idem ex naturali æquitate esse τὰ ἀντίδωρα aiunt Jurisconsulti. Ἄνθρωπος, inquit Athenagoras, ὡς ἐνδεὴς, δεῖται τροφῆς· ὡς δὲ θνητὸς, διαδοχῆς· ὡς δὲ λογικὸς, δίκης [a]. ¶ *Retribuere*, &c. Ἀνταποδοῦναι, &c.] *Reddere*, Er. &c. *Vicissim reddere*, P. Be. Pi. Ἀνταποδοῦναι est גמל, dicitúrque

[i] Zan. [a] E. [b] Me. [c] G. [d] Be. [*] V. [f] Zan. [g] G. [h] Idem. [i] Idem. [k] Vor. [||] G. [l] Vor. [m] Vor. Pi. sic Camer. [n] G. [o] Zan. [p] E. sim. Me. [q] Me. ex E. [r] G. [†] E. [t] G. [v] Er.

[v] V. sim. T. [y] E. ex Aug. Prosp. Ans. Aquin. [z] Zan. [a] Gom. [b] Græci in E. sim. Er. Zeg. [c] E. [d] Vor. [*] Be. [f] V. [g] Zan. [h] F. [i] E. sic Zan. [k] Vor. sic Zan. E. [l] Ham. [m] G. [n] E. [o] Gom. [p] E. sic Zan. [q] E. sim. Ham. [r] Zan [†] E. sim. Zan. [t] E. [v] E. ex Græcis [x] G. [y] E. [z] Zan. [a] G.

dicitúrque tam de bonis rebus, ut Psal. 18. 24. quàm de malis, ut Psal. 103. 10 [b]. ¶ *Requiem*, &c. Ἄνεσιν, &c.] *Relaxationem* (nempe à præsentibus malis [c], unàque æternam felicitatem. Est enim λιτότης in voce ἀνέσεως [d]. Ἄνεσις opponitur θλίψει, significátque *solatium*, Act. 24. 23. In Glossario, Ἄνεσις, *requies*. Idem quod ἀνάπαυσις, מנוח [*]. Vel, *Remissionem*, E.) *nobiscum*, Er. P. Pi. i.e. cum Apostolis [f]: q. d. Remunerationis nostræ socii eritis [g]. ¶ *In revelatione Domini*, &c.] i.e. Cùm manifestè apparebit [h]: tempore extremi judicii, cùm Jesus de cœlo patefiet [i]: vel, cùm Christus ad exscindendos Judæos & Christianos liberandos venerit [k]. Putem illa, ὅπερ & sequentia, posse per παρένθεσιν legi, & hæc, ἐν τῇ ἀποκαλύψει, referri ad id quod præcessit, καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας, &c. vocat autem ἀποκάλυψιν quod alibi παρουσίαν, quia Heb. dicitur נגלה, i. e. ἀποκαλύπτεσθαι, omne id quod apparet cùm antè non apparuerit, ut Prov. 27. 25. Rom. 8. 18. ἐν τῇ ἀποκαλύψει denotatio temporis, ut ἐν τῇ παρουσίᾳ, 1 Thess. 2. 19. & 3. 13 [l]. ¶ *Cum Angelis virtutis ejus*] vel, *potentiæ suæ*, P. V. i. e. Per quos potentiam suam exercet [m]: ad verb. *potentiæ suis*: nam αὐτοῦ non pendet à δυνάμεως, sed ab ἀγγέλων [n]: vel, *suis potentibus*, Be. Pi. vel, *qui majestati ejus inserviunt*. Vide ad 1 Thess. 3. 13. & Matth. 26. 64 [o].

8. *In*, &c. Ἐν πυρὶ φλογὸς] *In*, vel *Cum*, *igne* (vel, *incendio*, Er. Ti. P.) *flammæ*, Mo. V. vel, *flammante*, Ca. Be. G. sic P. Pi. Ar. i. e. flammam emittente: aut vehemente [p]. Anastrophe est [q], vel Hypallage [r], *in igne flammæ*, pro, *in flamma ignis* †. Idem est πῦρ φλογὸς ut hîc, & φλὸξ πυρὸς Psal. 29. 7. Esa. 29. 6. Joel. 2. 5. Apoc. 9. 12. quia quod Hebræis vice Genitivi est, id modò subjecti, modò adjuncti, habet significationem [t]. Hæc phrasis designare solet apparitionem Angelorum, quos Deus facit *flammam ignis*, Psal. 104. 4 [v]. Construendum hoc, vel, cum præced. *in revelatione*, &c. q. d. Dominus revelabitur cum igne se præcedente [x]: vel, cum seq. διδόντος, &c. q.d. Dabit ultionem impiis per ignem, &c [y]. De sensu vide Matth. 5.22. & 18. 8, 9. & 25. 41. Marc. 9. 43, 45. 2 Pet. 3. 7. Judæ 7. Omnibus Dei judiciis solet attribui *flammeus ignis*, ut dictis locis V. T. videre est; at eximio jure, isti extremo atque universali [z]. Loquitur de igne conflagrationis judicium antecessuro, qui *flammeus* erit, i. e. urens simul & lucens, ut & horrorem & cruciatum impiis inferat [a]. ¶ *Dantis*, &c. Διδόντος ἐκδίκησιν] *Dantis* (vel, *Infligens*, sive, *qui infligit*, Er. Ti. P.) *vindictam*, sive *ultionem*, Mo. P. Er. &c. Idem hoc quod ποιεῖν ἐκδίκησιν, Luc. 18. 7, 8. Act. 7. 24. Eadem quæ hîc locutio, Ezec. 25. 14. & alibi [b]. Διδόντος pro διδόντι, & refertur non ad vocem proximam φλογὸς, quæ est fem. gen. [c]. sed ad illud remotius τοῦ κυρίου [d]. ¶ *Qui non noverunt* (i. e. non agnoscunt; qui non magis eum curant quàm Pharao, Exod. 5. 2. Vide 1 Thess. 4. 5 *.) *Deum*] Verum scilicet, qui est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; in quorum numero sunt non solùm Gentiles ac Turcæ, sed & Judæi [f]. Etiam in Gentilibus ignorantia Dei peccatum est, quia Dei notitia est legis naturæ [g]. Al. *Non noverunt*, nempe cognitione salutari, quæ cum fide & obedientia conjuncta est: itaque sequentia verba quasi exegesis istorum apponuntur [h]. Citra Christum nulla est vera Dei notitia [i]. ¶ *Et qui non obediunt*, &c.] i.e. Non credunt. Fides *obedientiæ* nomine sæpe venit in epistolis Paulinis [k]; vel, qui non vivunt secundùm Evangelium [l]. Nam ex ea lege judicium redditur in eos quibus Evangelium annunciatum est, Rom. 2. 16. Ὑπακούειν εὐαγγελίῳ hîc & Rom. 10. 16. est Evangelium ut à Deo profectum recipere, & secundùm id instituere vitam [m].

9. *Qui pœnas*, &c. Δίκην τίσουσιν] *Qui pœnam pendent*, sive *luent*, P. Be. Pi. Er. Il. Ti. &c. Sic δίκης τίνουσι Euripides Iphigeneâ in Tauris. Idem in Phryxo, τιμωρίαν τίσειν. Theodectes, τίνουσι τινὸς alius, τίνουσι ἀμοιβάς. Sic ζημίαν τίσουσι, Prov. 27. 12 [n]. δίκην τίσουσι ponitur pro passivo, *punientur*; sicut Latinè dicitur, *Interiit à valentiore*, h. e. interfectus est [o]. ¶ *In*, &c. Ὄλεθρον αἰώνιον] *Exitium*, vel *Interitum*, (Extremam notat animæ & corporis perditionem [p];) *æternum*, Mo.

b Idem. c Zan. sim. E. d Zan. * G. f Zan. E. g E. h V. i Vor. sim. E. Me. Zan. k Ham. l G. m V. n Pi. o G. p V. q Di. r Zeg. † Zeg. D. ex Sy. t G. v Ham. x Zan. ex Oecum. & Phot. y Zan. ex Phot. z G. a E. b G. c Pi. sim. Vor. d G. sic Pi. Vor. E. * G. f Zan. g E. h Vor. i D. k E. l Zan. m G. n Idem. o Ca. p Zan.

Er. Il. sic P. Be. &c. Explicat qualis sit futura pœna, nempe quâ gravior nulla, ὄλεθρον, ut 1 Thess. 5. 3. alibi ἀπώλειαν, Matth. 7. 13. Rom. 9. 22. Phil. 3. 19. αἰώνιον, sicut πῦρ αἰώνιον, Matth. 18. 8. & 25. 41. Judæ 7. κρίσιν αἰώνιον, Marc. 3. 29 [q]. ¶ *A*, &c. Ἀπὸ προσώπου, &c.] *A facie Domini*, Er. Mo. Be. Pi. &c. vel, *A præsente Domino*, sub. *damnati*, P. vel, sub. *expulsi*, Be. Pi. nempe terribili illâ voce, *Abite à me*, &c. Mat. 25. 41. Nec enim dicit ὑπὸ, sed ἀπὸ; de quo discrimine vide 1 Joan. 2. 28 [r]. Intelligit faciem judicis irati †. *Facies*, pro *ira* quæ in facie apparet, Psal. 34. 17. 1 Pet. 3. 12 [t]. *Coram Domino*, quem cum summo tremore conspicient, &c [v]. Indicat, tum, 1. facilitatem quâ damnabuntur: non opus erit longâ disceptatione, nam conspecto tantùm judice convicti erunt in suis conscientiis, &c. tum, 2. causam damnationis futuram in ipsis, quia tales scilicet erunt, ut præsentiam Domini sustinere non possint [x]. Ἀπὸ hîc designat Causam, ut Rom. 1. 7. 2 Cor. 1. 2. & alibi sæpe. Si quæris, inquit, unde illa pœna? *A Christi facie* [y]; i. e. à præsentiâ [z]: quæ sola sufficiet ad perdendum impios [a]: vel, ab ore, à sententia [b]. Sic ἀπὸ προσώπου, sed in bonam partem, habes Act. 3. 19. Videntur autem hæc verba sumpta ex Esa. 2. 10, 19 [c]. ¶ *Et à*, &c. Καὶ ἀπὸ τῆς δόξης, &c.] *Et à gloria roboris*, sive *potestatis ipsius*, Be. Pi. Val. V. Er. &c. *Et potente ipsius gloriâ*, P. vel, *magnificentia* per quam judicatum exsequitur [d]. Δόξης ἰσχύος, pro δόξης ἰσχυρᾶς, per Hebraismum *: vel, pro ἰσχύος ἐνδόξου, per Hypallagen [f].

10. *Cùm* (Tum, inquit, fiet id, quod dixi, *cùm* [h]:) *venerit glorificari* (vel, *ut glorificetur*, P. Pi. i. e. gloriosus appareat [i]:) *in sanctis suis*, (quibus gloriam suam communicat [k]: quod nimirum fiet, dum eos ad gloriæ suæ similitudinem evehet [l], adeóque in illis gratiam, potentiam, bonitatem patefaciet, &c [m].) *& admirabilis fieri*, &c.] i. e. Ut admirandus appareat, &c [n]. Bis idem dixit more Hebræo. *Cùm Christus credentes eosdémque sanctos suos in summam claritatem evehendo, admirandam ex hoc facto gloriam consequetur.* Gravat dolorem felicitatis alienæ conspectus. Θαυμάζεσθαι hoc sensu habes 2 Reg. 5. 1. Esa. 61. 6. Sap. 8. 12. Sirach. 38. 3 [o]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἐπιστεύθη, &c.] Hæc verba plerique cum parenthesi legunt, [sic P. Be. Pi. Mo. Gom.] & sequentia illa, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, connectunt cum prioribus [p]: rectè: Intelligit enim diem judicii, ut tædium moræ & dilationis gloriæ minuat, Luc. 21. 19. & impatientiam frænet [q]. Possunt tamen absque parenthesi legi, si modò Enallagen in ἐπιστεύθη admittamus [r]; & illa, *in die illo*, ad fidem aut testimonium Pauli referenda sunt †. Sed hoc alienius esse res ipsa ostendit [t]. [Alii tamen sine parenthesi legunt, ut Er. Ti. Tre. ex Sy. Ar.] Hoc rectius. Quod generaliter de sanctis dixerat, nunc ad ipsos accommodat, q. d. In omnibus sanctis, etiam vobis, *quia testimonium nostrum*, i. e. prædicatio nostra, (quam *testimonium* vocat, quòd non sua inventa, sed divinitùs accepta, tanquam testes fideles, traderent ac docerent:) *fide susceptum est à vobis in die illo* [v], vel, de die illo [x]: vel, *à vobis* cum spe retributionis *in illo die* percipiendæ: vel, *à vobis* respicientibus *in illum diem*, scilicet adventûs Domini, de quo dixi, *Cùm venerit*, &c [y]. Syrus legisse videtur, ὅτι πιστωθήσεται, *quia fides adhibebitur testimonio nostro de vobis in die illo*. Nam hæc inter se connectit, quasi Paulo in illo die idoneo futuro teste Thessalonicensium fidei. Sed nullus Codex sic legit [z]. Sensus est, *Quia die illâ planè probatum erit illud testimonium quod nos vobis attulimus*, nempe de futuro Judicii adventu. Ἐπιστεύθη primùm, pro יאמן, *firmum*, seu *ratum*, *factum est*, quia quæ talia sunt iis credi solet: deinde, est Aoristus significans rem quæ illo tempore de quo agitur exacta erit, quomodo rectè hîc accepit Syrus. Sicut contrà per Futurum enunciatur quod nunc præsens est, sed olim ut futurum exspectabatur, Matth. 11. 14. εἰς ὑμᾶς לדון, ut ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς, Luc. 10. 9 [a]. id est, εἰς ὑμᾶς, ut & Demosth. loquitur [b].

11. *In*, &c. Εἰς ὃ, &c.] *In*, vel *Ad*, *quod* (vel, *Quipropter*. מטל הנא Syrus [c]. Vel, *In quo*, Vulg. scil. die [d]: Non placet, quia genus discrepat *. Εἰς hîc sumitur, ut Heb. ל in voce למה, q. d. εἰς τί, *ad quid* [f]. *In*, vel *Ad*, *quam rem*, V. Me. sic Zeg. vel, *In quem finem*, Zan. vel, *Cujus rei gratiâ*, P. Be. Pi. vel, ut fidem testi-

monio

q G. r Be. † Vor. t Gom. v Glas. gram 3. 6. 7. 535. x Zan. y G. z Me. E. a E. b G. Me. c G. d Idem. * Vor. f Vor. sim. Pi. g G. sim. E. h E. i E. Me. k Zan. l E. Me. m Zan. sim. Vor. n E. sic T. o G. p Vor. q Gom. r Vor. † Q. in Gom. t Gom. v E. x Me. T. ex Ar. y E. z Be. a G. b Be. c G. d Zeg. * E. f Pi.

monio nostro habere perseveretis [g]: vel, ut etiam in vobis Christus, cùm venerit, glorificetur, &c [h].) *etiam* (q.d. non solùm prædicamus, sed etiam [i]) *oramus pro vobis*, Mo. Er. Pi. &c. Id petentes quod sequitur [k]. Suo exemplo excitat eos ad easdem preces [l]. Vide Col. 1. 3, 4 [m]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ—— καὶ πληρώσῃ πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης, &c.] Id est, ἀγαθωσύνην ἢ ἐκ αὐτοῦ εὐδοκία. Vide Luc. 2. 14 [n]. [Verba sic reddunt:] *Ut vos dignetur* (vel, *dignos habeat*, Er. V. Significat, dignitatem hanc, quâ digni reddimur vitâ æternâ, passivè tantùm in nobis hærere, activè autem ad Deum referendam esse [o]: vel, *dignos reddat*, G. Pi. Ità exponimus ex Eph. 4. 1. Et ità accepit hîc Syrus, utens eodem verbo quod est Col. 1. 12 [p].) *vocatione*, (sub. *suâ*, E. ex Vulg. vel, sub. *istâ*, ut articulus indicat, nempe Dei [q]; *vocatione* eâ quæ per Evangelium contigit [r]. *Vocationem* hîc intellige, non ad fidem quam antea habebant, sed ad perseverantiam†, quâ Deus efficaciter facit ut perseveremus: nam qui perseverant, digni habentur à Deo, &c [t]. vel, metonymicè intellige, pro gloria cœlesti, ad quam vocamur [v], sicut *spes* pro re sperata [x]. Sensus, Ut Deus gratiam vocantem, quâ vos ad Christi fidem, & salutem, vocavit, conservet, augeat, perficiat, &c [y].) *& impleat* (vel, *compleat*, P. Pi. &c. *perficiat*, Er. Zan. G. Similem significationem vocis πληροῦν habes Rom. 8. 4. & 2 Cor. 10. 6 [z].) *omnem* (vel, *omne*, Er. V.) *bonam voluntatem* (vel, *bonum propositum*, Er. Ti. V. *libitum*, Be. *beneplacitum*, Er. Pi. *gratuitam benevolentiam*, Il. Pi.) *bonitatis*, (sub. *suæ*, P. Be. Pi. &c. sub. *in vobis*, V. G. quo vos ab æterno ad illam gloriam elegit [a]: completur autem illud in hac vita maximè per donum perseverantiæ [b]: vel, *omnem bonitatem sibi gratam*, G. quod jam olim ipse ex gratuita in vos bonitate decrevit [c]; quæ jam incepit in nobis operari, & quæcunque prædestinavit ad salutem nostram, qualia multa esse indicat voce πᾶσαν [d]. Sufficiebat hîc εὐδοκίας nomen, addit autem ἀγαθωσύνης, [vel] quia nunquam sibi satisfacit Paulus in singulari hac Dei bonitate prædicanda*: vel, ut hoc beneplacitum discernat à beneplacito justitiæ [f].) *& opus fidei* (sub. *impleat*, id est, perficiat, & ad finem perducat [g]; servet, provehat, augeat, ad opera excitet, contra tentationes fortem efficiat [h]. Enallage numeri pro *opera fidei*. Sic & 1 Thess. 1. 3. Ea demum opera Deo placent quæ ex fide nascuntur [i]. *Opus fidei* hîc vocat, vel, 1. ipsam fidem, quæ est opus Dei, ut *fides* subjectum notet [k]; h. e. fidem vivam cum omnibus suis qualitatibus, & effectis [l]; operantem vestram fidem †. Vel, 2. actum virtutis fidei & confessionem, ut 1 Thess. 1. 3. ut *fides* causam efficientem designet [m]; patientiam in adversis, per quam maximè virtus fidei relucet [n], & de qua sermo fuit in præced [o].) *in virtute*, Mo. vel, *per virtutem*, i. e. per Spiritum [p]: vel, *potenter*, P. Be. Pi. G. Sic Col. 1. 29 [q]. *in*, vel *cum*, *potentia*, Pi, scilicet suâ οἰκείᾳ. Ut enim hæc compleantur, opus est potentiâ, non nostrâ, sed Dei propriâ [r].

12. *Ut*, &c. Ὅπως ἐνδοξασθῇ, &c.] *Ut glorificetur* (vel, *celebre fiat*, Er. V. Verbum ἐνδοξάζεσθαι, pro δοξάζεσθαι, habuimus & suprà v. 10. & [in Græco] Exod. 14. 4. & 33. 16. Esa. 14. 25. & 49. 3. &c †.) *nomen Domini*—— (etiam in hoc seculo [t]:) *in vobis*, Mo. P. Be. Pi. ut summa illa conjunctio & participatio capitis & membrorum expressius declaretur [v]: vel, *per vos*, Er. V. G. per vestra dicta & facta [x]; per constantiam fidei, bonáque vestra opera [y], maximè verò per Christianorum perpessiones, Joh. 21. 19. Vide Joh. 12. 28. Gal. 1. 24. 1 Pet. 4. 14 [z]. Nam fides, amor & constantia servorum omnia pro domino tolerantium, magna profectò gloria domini est [a]. ¶ *Et vos in illo*] Ità P. Be. Pi. vel, *per illum*, Er. &c. i.e. per Christum; idque sive in hoc seculo, sive, ut alii volunt, in futuro [b]; dum iisdem donis cœlestibus fruamur, quibus & Christus, cui quoque gloriosum hoc est, ut omnia ejus membra eâdem gloriâ ornentur [c]. Nam sicut servorum virtus gloria domini est, ità è diverso dignitas & excellentia Domini servos efficit gloriosos [d]. Nihil gloriosius est quàm optima de causa pati pessima. ¶ *Secundùm gratiam Dei*, &c.] Phil. 1. 29*. Et hoc non ex meritis nostris; sed ex gratia Dei & Christi [f]. Nè quid sibiipsis tribuant, totum refert ad gratiam [g]: q. d. Hoc ipsum, quòd opera fidei editis, quibus glorificatur Deus, &c. totum hoc fit per gratiam Christi, non vestris viribus [h].

CAP. II.

1. **R**Ogamus, &c.] De voce ἐρωτῶμεν, vide quæ ad 1 Thess. 4. 1. & 5. 12. Latinismus est, ἐρωτῶ, pro *precor*, quia Latini *rogo* dicunt. Vide Matth. 15. 23. Joh. 14. 16. Act. 23. 20 [a]. ¶ *Per*, &c. Ὑπὲρ τῆς παρουσίας, &c.] *Per* (vel, *Propter*, Reut.) *adventum Domini*, Er. Ti. P. Be. Pi. Il. Tre. ex Sy. Ca. i. e. per Dominum venturum [b]. Habet formam obtestationis [c], vel juramenti [d], q. d. Obtestor vos per fidem ac spem vestram de adventu Domini*: quàm verè exspectatis Dominum, &c [f]. Sic Homerus, Il. Καί μιν ὑπὲρ πατρὸς, &c. *Et ipsum ora per patrem*, &c [g]. Sic ὑπὲρ esset pro διὰ [h]. Ὑπὲρ respondet Hebræo על, pro בעבור, id est, *propter* [i]. Al. *De adventu*, &c. Vor. Ham. Camer. Ὑπὲρ hîc est positum pro περὶ [k], ut 2 Cor. 8. 23, 24. & 1 Thess. 3. 2. in Manuscripto [l], ut materiam seu rem de qua agitur notet [m]. *Quoad adventum*, &c. Zeg. Quantum ad articulum apud vos controversum, nempe de adventu Christi, attinet [n]. *Adventum* hîc intelligit, non primum, sed secundum & gloriosum [o]; cum ipsum quem verebantur ut terribilem [p], nempe ad judicium [q]. Παρουσία Christi potest, ut alibi diximus, de judicio Christi in Judæos intelligi, secundùm locutionem Scripturæ satis usitatam: ubi illud judicium Christo tribuitur Matth. 21. 44. Joh. 5. 22. & apertissimè, Luc. 19. 12, 14, 27. ubi voce ἐπανελθεῖν, *ut rediret*, notatur quod hîc voce παρουσίας, *adventûs*. Amant quoque Sancti scriptores easdem ferme voces usurpare de judicio universali & de judicio in populum Judaicum, quòd hoc illius sit imago & arrhabo. Sed cùm Paulus crediderit non multò post excidium Judaici statûs secuturum excidium universale, nihil mali est si παρουσίαν hîc accipiamus pro utroque Christi judicio, tum in Judæos, tum in humanum genus [r]. Al. Παρουσία τοῦ Κυρίου hîc, sicut & Jac. 5. 7, 8. significat adventum Christi ad exscindendos Judæos †. Non placet. De die novissimo agi hîc liquet, 1. Ex collat. 1 Thess. 4. 15, 16, 17. ubi de Finali scribit adventu Christi, qui cum Resurrectione conjungitur: nec sine magna vi aliud tempus, aut alia res, h. l. accipi potest [t]. Sed non constat, hanc phrasin illum locum respicere: Nam post descriptionem finalis illius judicii usque ad finem cap. 4. sic inchoat cap. 5. περὶ δὲ τῶν χρόνων, &c. tanquam de re aliqua tunc instante, & satis illis nota [v]. 2. Ex eo quòd tam seriò eos obtestetur, &c. *nè mente dimoveantur*, &c. præ metu scilicet instantis hujus casûs. At excidium Hieros. Thessalonicenses tantopere afficere attingeréve non poterat [x]. 3. Quòd παρουσία *Christi* de ultimo Christi adventu semper, quod sciam, in N. T. intelligitur, ut 1 Thess. 2. 9. & 3. 18. & alibi. Sed & Luc. 19. de eo agi constat, tum ex collat. Matth. 25. 19. *post longum tempus rediit*: tum, quia tunc præmia pœnásque servis distribuit, &c [y]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτὸν] *Et nostrî* (h. e. fidelium omnium [z]:) *ad*, vel *in*, *illum* (vel, 1. Christum [a]; vel, 2. adventum [b]:) *aggregationem*, Er. P. Ti. Il. Ca. Be. Pi. &c. quam speratis & optatis [c]; quam descripsi 1 Thess. 4. 14, &c [d]. quæ fiet in ipso aere*, idque ultimo die [f], cùm omnes electi colligentur ad Christum [g]. Hæc verba dubitare non sinunt de ultimo Christi adventu hîc agi, de quo etiam G. ea intelligit [h]. [Ipsum autem audire præstat.] Ἐπ' αὐτὸν, i. e. πρὸς αὐτὸν, ut suprà 1. 10. Luc. 10. 9. Hæc ἐπισυναγωγὴ conjuncta erit isti [παρουσίᾳ] adventui. Angeli nos ad Christum congregatos adducent, quod est ἐπισυνάξουσι, Matth. 24. 31. Marc. 13. 27. Vox ἐπισυναγωγῆς exstat & 2 Mac. 2. 7. Debebat judicium illud in Judæos præcedere tempus illud de quo Matth. 24. 31. Quantum verò intervallum futurum esset temporis inter Excidium Urbis gentísque Judaicæ & Resurrectionem mortuorum, id Deus nec Apostolis aperuerat. Qui idcirco de tempore Resurrectionis semper indefinitè loquuntur. Vide 1 Thess. 5. 4. Si quis tamen ἐπισυναγωγὴν, *congregationem*, hîc velit interpretari *conventum Christianorum*, sicut

[g] V. [h] E. Me. sic T. Zan. ex Schol. [i] Zan. [k] E. [l] Zan. [m] G. [n] Idem. [o] Vor. [p] G. [q] E. ex Er. [r] G. † E. [t] Zan. [v] Vor. Zan. [x] Zan. [y] Me. [z] G. [a] T. sic E. Me. Zan. [b] E. [c] Be. [d] Zan. * Be. [f] Zan. [g] E. [h] Zan. [i] G. [k] Q. in Gom. sic Pi. [l] Zan. † V. [m] Gom. [n] E. Me. [o] E. [p] V. [q] G. [r] Zan. † G. [t] E. sic Zan. [v] Be. [x] G. [y] Zan. [z] G. [a] E. ex Th. [b] E. [c] Zan. [d] E. Me. * G. [f] Zan. [g] E.

[h] Me. [a] G. [b] Me. [c] E. Reut. [d] Reut. Be. Pi. * Reut. [f] Be. Pi. [g] Pi. [h] Vor. [i] Be. [k] G. Ham. Camer. [l] G. [m] Reut. Ham. [n] Reut. [o] Gom. [p] E. [q] T. [r] G. † Ham. [t] Mor. 2. 20. 754. [v] Ham. [x] Mor. ib. [y] Simp. [z] Zan. [a] E. Me. V. Cam. [b] Er. [c] Me. [d] Vor. sic E. Reut. ex Chrys. Mor. Ee. Pi. * V. [f] Cam. [g] E. sim. Cam. [h] Simp.

sicut Heb. 10. 25. & 2 Macc. 2.8. ut ἐπ' αὐτὸν, *in ipsum*, sit *propter ipsum*, quomodo ἐφ' ὑμᾶς, *super vos*, sumitur Jac. 2.7. poterit hæc verba referre ad liberam illam conveniendi, non tantùm in singulis urbibus, sed & ex multis terrarum locis, facultatem, quæ excisâ Judæorum gente, quæ Christianos ut novum genus & tertiam sectam ubique erat calumniata, Christianis contigit Vespasiani Titique temporibus, de quo vide Tertul. & Euseb. [eorúmque verba in G. Et sic quidem interpretatur Ham. nostras, eisdem ferè verbis.] Hoc est συνέρχεσθαι, συνάγειν, *convenire*, *congregare*, in Edicto Norbani, & apud Philonem sæpe, aut, quod idem valet, συνόδους ποιεῖν, aut συγχροτεῖν, quod sæpe Christianis vetitum edictis veterum Imperatorum & Præsidum, concessum à Constantino [l]. Sed coacta hæc sunt. Non constat, tantam Christianis libertatem tunc datam fuisse: nec de conventibus tanquam pluribus, sed de congregatione tanquam una, eâque insigni ac notoria, agit Paulus: nec ἐπ' αὐτὸν sign. *propter ipsum* [k].

2. *Ut*, &c. Εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς] *Nè citò* (Indignitatem rei à temporis, quo rectè instituti sunt, brevitate exaggerat, sicut Gal. 1. 6 [l]. vel, *Nè facilè*, G. Me.) *dimoveamini* (i.e. patiamini vos dejici [m]: Metaphora à fluctibus marinis [n]: quâ jactatio illa mentis significatur, cujus vi tandem à veritate receditur [o]. Σαλεύειν est נוע. Vide Act. 17. 13 P.) *à sensu*, Mo. Vulg. vel, *intellectu*, Er. Zeg. vel, *à mente*, Er. Il. Ti. P. Be. sub. *vestro*, vel *vestra*, Vulg. Er. V. h. e. à fide Evangelii, quam mente percepistis [q]: vel, *de sententia*, Ca. E. *ab illa sententia*, G. Vor. Me. seu fide hujus articuli [r], nempe quam me docente imbibistis †; non adeò vicinum esse quàm putabatur excidium gentis, sed aliquas res magnas debere præcedere priusquam Deus in Judæos, deinde & in humanum genus, ultionem suam exerceret [t]. Est itaque hîc Synecdoche [v], & Metonymia subjecti [x]. Nov hîc expono *sententiam*, ut Rom. 14. 5. 1 Cor. 1. 10. Sic & Job. 7. 19. & 33. 16. & alibi [y]. Vel, *in mentibus vestris*, Tre. ex Sy. vel, *à soliditate mentis*, Ar. q. d. Nè finite vosmet impostorum fraudibus communi sensu privari & ad insaniam rapi [z]. ¶ *Neque*, &c. Μήτε θροεῖσθε] *Neque turbemini*, Er. Ti. P. V. Zeg. vel, *terreamini*, Be. Pi. Sic & Matth. 24. 6. Marc. 13. 7. Hoc ideo addit, quia si quod periculum improvisum adveniat, magis terret [a]. Futurum judicium etiam piis terrorem incutit [b], 2 Cor. 5. 10. At quis huic terrori locus, si de Judæorum excidio agebatur? Quid Macedoniæ cum Judæa, Thessal. cum Hierosf.? quid commune Christianis cum periculo rebellium Judæorum? Imò Grotius ipse suprà dixerat, *Exspectabant Christiani Urbis Templique excidium, non tantùm ut documentum veracis Magistri, sed & ut calamitatum, quas ab Judæis multas pertulerant, solatium*: Cur ergò suo terrerentur solatio [c]? ¶ *Neque per Spiritum*] Divinum scilicet & Propheticum [d], h. e. illius prætextu *: per aliquem asserentem se hac de re habere revelationem [f], à Spiritu Sancto profectam [g]. Πνεῦμα vocatur omnis Prophetia, sive verè illa à Deo sit, sive talis esse dicatur, 1 Cor. 12. v. 10. 1 Joh. 4. 1, 2, 3. Quia verò quidam falsò sibi induebant Prophetarum nomen, jubentur Christiani explorare Prophetias, 1 Thes. 5. 21. Nulla autem Prophetia recipienda erat quæ adversaretur dictis aut Christi, aut Apostolorum, quos pro se audiri Christus voluerat [h]. ¶ *Neque per sermonem*] Scil. nostrum, vel à nobis profectum [i]; vel, cùm apud vos essem, vel in præced. Epistola [k]. Neque rumoribus de nobis, quasi aliud nunc diceremus quàm antehac diximus. Est ὑπάλλαγμα. Intelligendum enim ὡς δι' ἡμῶν, *tanquam per nos*. Nam multi falsa docentes Apostolorum auctoritatem suis dictis præscribebant [l]. ¶ *Neque per epistolam tanquam per nos*] h. e. Meo jussu aut nomine [m], sub. *scriptam*, P. Be. Pi. Duobus modis docebant Apostoli, verbis, & per Epistolas. Multi etiam Epistolas fabricabant sub eorum nomine. Unde ista cautio infrà 3. 17 [n]. ¶ *Quasi*, &c. Ὡς ὅτι ἐνέστηκεν, &c.] *Quasi* (vel, *Quod quasi*, Mo.) *instet* (i.e. statim venturus esset [o], nempe hoc anno: nam ἐνέστηκεν hîc dicitur de re præsenti, ut Rom. 8. 38. 1 Cor. 3. 22. Gal. 1. 4. Heb. 9. 9. קרוב. Solent autem quæ planè proxima sunt velut præsentia enunciari, ut diximus ad Matth. 26. 28. ubi multa attulimus exempla [p]. Sed solent etiam per Præsens tempus enunciari, vel, quæ certò, vel, quæ non ità multò pòst, futura sunt, præsertim si dimidium temporis destinati effluxerit. Sic Christus dicitur in præs. temp. *venire*, nempe ad extremum judicium, Joh. 5. 21. Sic & mors cuilibet nostrûm instare & imminere dicitur. Quid, quòd de Judæis dictum erat præced. Epistolâ, *venit super eos ira ad finem* [q]?) *dies* (vel, *dies ille*, Be. Pi.) *Christi*, P. Be. Pi. i. e. vel, 1. dies excidii Hierosf. quæ *dies Domini magna* dicitur, Act. 2. 20 [r]. vel, 2. dies extremi judicii †; qui *dies Christi* dicitur Luc. 17. 24. 1 Cor. 1. 8. & 5. 5. 2 Cor. 1. 14. Phil. 1. 10, 11, 16. 2 Pet. 3. 10. & *dies illa*, 2 Thes. 1. 10. qui etiam intelligitur Joel. 2. & Act. 2. ut demonstrat salutis æternæ, eo die omnibus Christum invocantibus dandæ, mentio, cæteris tunc æternùm pereuntibus [t]. Atqui dicitur dies Domini ἐγγίκεναι, Jac. 5. 8. 1 Pet. 4. 7. Fateor, sed qui dicit *instare*, multò certiùs aliquid definit, & quasi tempus præfigit [v]. Negat Paulus instare diem Domini, nempe suo seculo, & intra propinquum certúmque tempus, quod falsi Prophetæ determinaverant. Non autem hîc negat, quod alibi affirmatur, ut 1 Cor. 10. 11. Jac. 5. 8. 1 Joh. 2. 18. diem illum appropinquare, vel, esse illa novissima tempora, quomodo vocat tempus N. T. non quòd finis mundi mox futurus esset, sed quia tunc omnes typi & Vaticinia V. T. finem acceperunt, & nullæ adhuc exspectandæ erant mutationes, aut novæ patefactiones in Ecclesia, &c ‖. Hanc autem opinionem tam solicitè piis eximere studet Paulus [x], nè cùm viderent diem Domini longiùs differri; aut impatientiâ deficerent [y], aut omnia (de adventu Christi, & suâ glorificatione [z];) pro fabulis ducerent [a].

3. *Nequis vos seducat ullo modo*, Κατὰ μηδένα τρόπον] *Secundùm ullum modum*, Mo. scil. persuadendo Christum statim esse venturum [b]. Quò minùs falli possent, repetit illis quæ coràm dixerat de duabus magnis tentationibus quæ præcedere id tempus debebant, quarum prior à vi Imperii proficisceretur, altera à falso Doctore eximio [c]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον] Est hîc Aposiopesis [d], sive oratio elliptica, ex fine v. præced. supplenda *: nam aut initio aut fine παρουσίας deest, *illud non eveniet* [f]; vel, *non adveniet dies Christi*, P. Vor. Be. Pi. Zeg. Gom. ex Oecum. *Quoniam si non venerit discessio* (vel, *defectio*, P. Be. Pi. Camer. Tre. *defectio illa*, Er. Ti. V.) *primùm*, Mo. vel, *priùs*, P. Be. &c. Locus hic totus propheticus est, ideóque obscurus. Qu. Quam ἀποστασίαν hîc intelligit Paulus [g]? Resp. 1. Defectionem ad Gentilismum [h]. Sed eo tempore Gentilismus obtinebat, & paulatim abolendus erat [i]. Resp. 2. Defectionem à Romano Imperio [k]: id quod Paulus exprimere noluit, nè Romanos offenderet [l]. Aliis hoc non placet: 1. quia Gentes jam olim ab illo defecerunt, nec tamen venit Antichristus, qui post hanc Apostasiam venturus significatur [m]: 2. quia ἀποστασία in S. S. magis sonat defectionem spiritualem quàm politicam [n]. Resp. 3. Impietatem Caii Caligulæ: ἡ ἀποστασία, id est, *illa impietas de qua locutus vobis fui*. Ἀποστασία hîc *impietatem* quandam eximiam significat, respondétque Hebræis vocibus מעל & סרה, pro quibus & ἀσέβεια poni solet, dicitúrque etiam de iis qui Deum verum non agnoverunt. Sufficit enim ad ἀποστασίαν quòd agnoscere eum debuerant. Unde & Chaldæi in Cantico Trium puerorum dicuntur ἀποστάται. Sic Antiocho, qui typus Caii, tribuitur פשע, Dan. 8. 12. (quod defectionem à vero Deo significat, sicut & סרה, Deut. 13. 5.) nomen deductum à verbo quod per ἀφίστασθαι vertitur, Jer. 32. 8. Ezec. 20. 38. alibi verò per ἀσεβεῖν. Augustus & Tiberius neque Templo, neque Synagogis, Judæorum quicquam nocuerant: quin & sumptus fecerant ad victimas pro se & Imperio Romano offerendas, & multis Edictis libertatem religionis suæ Judæis firmaverant ut ex Phil. & Jos. apparet. Ab horum bonis hac in parte institutis defecit Caius, Deúmque verum directè oppugnavit, & quidem summa cum impietate; quæ in sequentibus depingitur, planè velut in re præsente, ità ut difficile sit ullam reperire Prophetiam cui exitus exactiùs respondeat [o]. [Aliis hæc sententia non placet:] 1. Magna hæc est in tanto viro ἀναχρονισμὸς & ἀπρεπεία. Paulus enim hoc scripsit multis annis post Caii mortem, teste Baronio

Marginal notes (left column): i G. — k Simp. — l Gom. sim. Pi. — m Me. sic J. Cap. — n Vor. sic Pi. — o Vor. — p G. — q Pi. — r Vor. — † G. sim. E. Me. Vor. — t G. — v Pi. — x Pi. Vor. — y G. — z Be. — a G. — b E. sic Simp. — c Simp. — d E. Me. sic Ham. — * J. Cap. Ham. — f V. sim. Pi. Vor. Be. — g Pi. Vor. Be. — h G. — i Me. ex E. Ham. — k Ham. — l G. — m Er. E. — n G. — o Ham.

Marginal notes (right column): p G. — q Simp. — r G. sim. Ham. — † Me. sim. E. Vor. Pi. Zeg. — t Simp. — v Be. — ‖ Reut. — x E. — y Be. sim. Ham. — z E. — a Be. sim. E. — b E. Me. — c G. — d G. — * Vor. — f G. — g E. — h Q. in Cam. — i Cam. — k Al. in Cam. Hi. & Caj. in E. — l Hi. in E. — m E. ex L. & Aquin. — n E. — o G.

Baronio Anno 53. sect. 1. quod & sic demonstratur. Caligula regnavit triennio, & 10 mensibus. Ei successit Claudius, cujus quarto anno mortuus est Herodes Agrippa, quippe qui in primo Caii anno regno donatus regnavit septennium. Illius mors refertur Act. 12. Adventus autem Pauli Thessalonicam, qui Baronio teste erat anno 10. Claudii, refertur Act. 17. Epistolæ verò Pauli ad ipsos erant illo adventu posteriores, ut constat ex v. 5. hujus cap. *cùm adhuc essem apud vos* [p]. [de quo ibi dicenda vide.] 2. Caius *Apostata* à Deo Israel dici propriè non poterat, quippe qui cum eo nunquam sit fœdere junctus [q], eúmque nunquam cognovit, aut coluit [r]. *Defectio* est à re bona & à pietate discessio. Sed quod quæso fuit illud bonum, quæ pietas in Augusto & Tiberio? Sanè Augustus ipse Deo bellum indixit, dum se passus est vocari Deum, & sibi erigi altaria, &c. quin & Judaicam religionem aversatus est, teste Sueton. Octav. cap. 93 †. Libertatem Judæis indulsit, non ullâ religione, sed imitatione regum priorum, & ut gentem illam quietam haberet. Deinde non dicit Paulus, *Apostata*, tanquam de uno homine loquens, sed *Apostasia*, malum catholicum significans: Accedit, quòd Apostasiam ejusmodi hîc prædicit, quæ illo tempore nondum venerat. At Apostasiæ illius, quâ verus Deus ab hominibus negligitur & oppugnatur, plena tum erant omnia. Sed nec ad Christianos propriè pertinebant ea quæ Caius vel contra deos suos faciebat, vel contra Judæos moliebatur. Sed nec ulla ratio patitur ut per *defectionem* hîc intelligatur unius hominis pravitas, qui nullos habuit suæ impietatis sectatores, nisi fœda quædam aut obscura mancipia, &c [s]. Denique vox ἀποστασίας nusquam, quod sciam, in Scriptura usurpatur nisi de defectione à Deo, à fide, à religione, ut Esa. 1. 5. Act. 21. 21. 1 Tim. 4. 1. Heb. 3. 12 [v]. [Hæc de tertia sententia:] Resp. 4. Possit ἀποστασία hîc denotare discessionem Apostolorum à Judæis ad Gentiles, de qua vide Act. 13. 46. & 28. 28. quæ certè Judæos valde irritavit. Verbum enim ἀφίστημι usurpatur de discessione Johannis, Act. 15. v. 38 [x]. Non placet: 1. ἀπόστασις quidem simplicem *decessum*, perinde ac *defectionem*, significat; ἀποστασία verò *defectionem* tantum: 2. hæc Judæorum derelictio decem antè annis incepta est, quàm hæc Prophetia sit scripta, Act. 13. 46. rursúsque repetita intra annum postquam scripta est †. Resp. 5. Ἀποστασία hîc est defectio [y], non particularis, quales hoc tempore extiterunt [z]; sed universalis [a], spiritualis [b], à Christo [c], vel à fide & religione [d]; quæ prædicta quoque est 1 Tim. 4. 1, &c *. vel, declinatio seu recessus, non quicunque, sed talis cui prætexitur autoritas Verbi Dei, qualis ille Jer. 29. 32. ubi סרה vocatur, quod LXX ἀποστασίαν vertunt; & talis quæ ab exiguis cœpit initiis, tempore crevit, &c [f]. vel, violatio fidei Christo datæ, vel, rebellio adversus Deum; nam מרד ἀποστασία vertitur Jos. 22. 22. Vide & LXX. ad Num. 14. 9. Neh. 9. 26. Dan. 9. 9. vel, defectio à Deo, sive totalis, sive hæretica, quâ alios cum illo deos colunt [g]. [Hîc autem in partes eunt:] Intelligitur hîc, vel, 1. defectio plurimorum de Gente Judaica, qui in Christum crediderant; quæ innuitur in Epistolis ad Gal. Coloss. Heb. 2 Tim. 1. 15. Apoc. 2. 4. Vide Mat. 12. 43, &c. & 24. 12. 1 Tim. 4. 1 [h]. Vel, 2. notabilis illa defectio Christianorum ad impietatem Gnosticorum: de qua vide Matth. 24. 10. Act. 8. 12. 14. Vide & Heb. 3. 12. & 10. 39. & 12. 15 [i]. Vel, 3. Defectio Antichristi, ejúsque sequacium [k]. Hæc antiquorum communis est opinio, imò Alcazaris, Riberæ, & ipsius Bellarmini. Nos verò dicimus, hunc Antichristum Papam esse cum suo clero [l]. Hæc defectio evenit sensim, primùm per Mahometem, qui omninò, & re & professione, à Christo defecit, magnámque orbis partem seduxit; deinde per Episcopos Christianos, præsertim Romanum, qui sub nomine Christiano, Antichristianam tyrannidem in Ecclesiam invexit [m]. Resp. 6. Apostasia hîc intelligitur & Ecclesiastica, & simul politica [n], ab Imperio Romano [o]: nam utraque eodem ferè tempore facta est [p], si in pleno suo vigore spectetur [q]. Et de utraque hîc intelligunt Aug. & Primas [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας] *Et retectus*, vel *revelatus*, *fuerit homo ille peccati*, Il. Be. Pi. vel, *sceleratus*, P. sic Er. Ti. Ca. &c. i. e. peccator ille †; vel, insigniter sceleratus [t], peccato deditissimus. Genitivus adjuncti [v]: peccatorum sentina, autor & patronus, vel (ut Latini quoque loquuntur) scelus, & iniquitas ipsa. Hebræis usitata phrasis est, ut *filii* ἀπειθείας, Eph. 2. 2. & *filii infidelitatis*, Deut. 32. 20 [x]. Ἁμαρτία modò respondet Hebræo חטא, modò, in sensu eminentiore, nomini רשע †. Hæc revelatio accipienda est, tum, 1. de aperta dominatione [y], q. d. Et palàm regnet: quia jam tum occultè serpebat hoc malum, ut liquet ex v. 7 [z]. tum, 2. de clara ejus agnitione [a], per verbum Evangelii, v. 8 [b]. q. d. Et in lucem prodierit [c]. Ἀποκαλύπτεσθαι, גלה, ut & infrà v. 8. est *subitò apparere*, ut jam diximus 1. 7. Pro eo Philo in historia rei habet ἀναφαίνειν. Sic ἀποκαλύπτεσθαι sumitur Luc. 2. 35. 1 Cor. 3. 13. & mox bis in eadem hac pericopa [d]. [Sed hîc renovatur pugna inter Interpretes.] Qu. Quisnam hîc est? Resp. 1. Caius q. d. donec denudet ingenium suum Caius. Erat quidem hic jam Princeps, sed facinorosum ingenium nondum detexerat: nam initio Principatûs bonum se simulando, spem omnium excitaverat: testibus Sueton. Dion. & Phil. [quorum verba vide in G.] sed postea *ad feritatem se convertit, aut potiùs* ἣν συνεσκίαζεν, &c. *quam sub fallaci persona tegebat feritatem detexit*, factus איש רשע, *homo planè improbus*; inquinatus non tantùm cædibus, stupris & adulteriis, sed iis criminibus supra quæ cogitari vix quidquam potest, parricidiis & incestis. Ejus dictum erat, *Memento mihi omnia & in omnes licere*. Occultè autem loquitur Apostolus, quia de Imperatore, uti de Nerone, 1 Tim. 4. 17 *. [Aliis hæc non placent:] Quo pacto eum revelandum dicit qui jam revelatus erat & orbi maximè innotuit, utpote Imperator Romanus? *Ingenium*, inquit, *nondum detexerat*. At Paulus hominem ipsum, non hominis ingenium, revelandum dixit. *Revelari* igitur hîc, ut alibi sæpe, cùm de rebus futuris usurpatur, non sign. id quod jam reipsâ existit, & ignoratur, in apertum produci; sed id, quod non reipsâ existit, & adhuc intra causas suas Deíque decreta latet, effectu ipso exhiberi, ut Rom. 8. 18. Gal. 3. 23. 1 Pet. 1. 20. 1 Joan. 3. 2, 8. Vox quoque, *reveletur*, respondet voci de Apostasia usurpatæ, *veniat*; infrà etiam parallela ponitur vox παρουσίας, *adventûs*, sive *præsentiæ*, v. 8, 9. Hoc porrò ut Caio convenire potuerit, at longè rectiùs alteri convenit, [de quo mox dicendum.] Illum aliquâ ratione excusat ignorantia Dei & legis, &c [f]. Resp. 2. Designat hâc phrasi, partim & quidem primariò, gentem Judaicam, sive incredulam, sive Apostaticam, hostem Christi pertinacissimum; partim verò Antichristum Romanum sive Papalem: ut sicut Judæi cum Romanis conjuncti erant in interfectione Christi, sic conjungantur in descriptione Antichristi, ità tamen ut Judæi primùm intelligantur: neque enim de aliis intelligi potest *mysterium illud iniquitatis quod jam tum operabatur*; & sic explicatur 1 Joan. 2. 18. & 4. 3. 2 Joh. v. 7. &c [g]. Resp. 3. Designat hîc Simonem Magum, quem Euseb. *principem ducémque* omnium hæresium vocat, &, qui illum aliósque duces similes sequebantur, Gnosticos. Magum aliquem hîc intelligi liquet ex v. 9, 10. qualis erat Simon, testibus Iren. 1. 20. & Euseb. 2. 12. De his autem dicit ἀποκαλυφθῇ, quia & Simon & Gnostici fidem pietatémque initio simulabant; sed larvâ postea abjectâ aperti Christi & Christianorum Orthodoxorum hostes facti sunt [h]. (Aliis neque hoc placet:] 1. Repugnat hîc Chronologia. Factum illud Simonis, quadrigis igneis per aërem vecti (quod spectaculum Ham. vult esse *revelationem*, &c.) Regno Claudii, non Neronis, contigisse testes sunt Justin. Iren. Euseb. Cyr. & Theod. Petrúmque anno 2. Claudii Romam ivisse ad occupandum Simonem, nos docet Hieron. Nova autem hæc Expositio huic innititur Fundamento, quòd illa expugnatio Simonis per Petrum facta sit tempore Neronis. 2. Simon *revelandus* dici non poterat, tunc cùm scripta est hæc Epistola; cùm juxta Cl. Ham. concessa sub initium Regni Claudii hominem impium ac blasphemum se ostendisset, Divinos acceptando honores, &c [i]. Resp. 4. Describit hîc insignem ac magnum Antichristum [k], Papas scilicet cum clero suo [l]: quæ communis est Protestantium sententia [m]. Is certè verè & rectissimè omnium, *homo peccati* dicendus est, qui, cùm Deum & Christum perpetuò in ore habeat, gravissimorum tamen

[p] Mol. [q] Mor. [r] Simp. † Mol. [s] Simp. [v] Sch. [x] Ham. † Mor. p. 759. [y] Pi. Vor. Gom. E. [z] Gom. [a] Pi. Vor. Gom. E. [b] E. [c] Gom. [d] E. sic Pi. Vor. Cam. * Pi. sic Vor. E. [f] Cam. [g] Med. ad 1 Tim. 4. 1. cap. 2. [h] Li. chron. p. 104. [i] Ham. [k] Græci. in E. [l] Mor. 751. [m] Gom. [n] Reut. sic Vor. [o] Vor. [p] Reut. sim. Vor. [q] Vor. [r] Reut. † D.

[t] G. E. sim. Reut. Gom. [v] Pi. [x] Reut. † G. [y] Vor. [z] Pi. [a] Vor. [b] Pi. [c] Me. [d] G. * G. [f] Simp. [g] Li. chron. 104. & 191. [h] Ham. [i] Mor. 759. [k] Vor. sic Pi. Gom. E. Me T. [l] Mor. sim. Be. J. Cap. [m] Mor. 758.

men errorum & scelerum patronus est; qui Leges Divinas tollit, aut earum vim relaxat; qui indignissimos peccatorum reatu solvit, contrà verò innocentes ac sanctissimos condemnat, eorum cædibus Caligulâ & Nerone longè immanior; qui idolorum cultum inducit; qui *omnia sibi in omnes licere* putat; quòdque omnium est pessimum, Christi nomen in tantis peccatis præfert, &c [n]. Innumera, eáque nequissima, Paparum, qui *sanctitas* vocantur, scelera describunt scriptores Pontificii [o]. Sed obstat, quòd Apostolus hîc describit unam singularem personam, ob articulos in Græcis præpositos [p]: dicitur enim ὁ ἄνθρωπος, ὁ υἱὸς, ὁ ἀντικείμενος, &c [q]. Sed inane hoc est effugium [r]. 1. De uno homine hoc intelligi nequit, nisi si quis à Pauli seculo ad diem usque judicii superstes maneat †. 2. Articuli sæpe redundant, nec vim habent, ut Matth. 12.35. ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος· Marc. 2. 27. *Sabbathum factum est* διὰ τὸν ἄνθρωπον. Sic Luc. 4. 4. & 11. 24 [t]. 3. Articulus hanc emphasin habere potest, ut insignem hunc Antichristorum ordinem à vulgaribus hæreticis & Antichristis distinguat [v]. 4. Articuli non semper sunt restrictivi ad individuum aliquid. Vide 1 Joh. 2. 22. & 4. 3, 4. & 2 Joh. v. 7. ubi ὁ ἀντίχριστος, item ὁ πλάνος, aliquoties de multis numero differentibus Antichristis & impostoribus usurpatur [x]. Sic infra v. 6, 7. τὸ κατέχον & ὁ κατέχων de Romano Imperio & Imperatorum successione ipsimet Pontificii intelligunt; qui etiam ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ, Matth. 16. 18. de Pontificum successione intelligunt [y]. Sic Dan. 7. 17. & Apoc. 17. 10. *Rex* ordinem Regum declarat; & Heb. 9. 7, 25. ὁ ἀρχιερεὺς Pontificum seriem [z]. ¶ *Filius*, &c. ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας] *Filius*, inquam, *ille perditionis*, P. Be. Pi. id est, homo perditus [a], perditissimus [b], perditione dignissimus [c], æternæ perditioni destinatus [d]. Hic titulus Judæ datur, Joh. 17. 12 *. Idem est quod *filius mortis*, 2 Sam. 12. 5 [f]. & significat *hominem qui dignus sit pessimè perire*; quod & Caio evenit. [Vide G.] Occurrit ἔθνος ἀπωλείας, *gens perditionis*, Sirach. 16. 10 [g].

4. *Qui*, &c. ὁ ἀντικείμενος] *Adversarius ille*, ut 1 Tim. 5. 14 [h]. *Qui sese opponit*, Pi. sic P. Be. nempe Deo [i], & Christo [k]; ratione, tum, 1. personæ, cujus gloriam violat: tum, 2. membrorum, seu Ecclesiæ, quam oppugnat ac persequitur [l]. *Qui adversatur*, id est, שטן, qui per ἀντικείμενος explicatur ab Aq. & Sym. Gen. 26. 21. & à Chrysost. 1 Reg. 5. 4. Absolutè cùm ponitur, significat *adversarium Dei*, ut Matth. 16. 23 [m]. quomodo eximiè vocatur Diabolus [n], 1 Pet. 5. 8 [o]. & qui eum imitantur [p]; & primogenitus Diaboli [q], *Antichristus ille*, 1 Joan. 2. 8 [r]. Optimè id Caio convenit, qui perpetuo destinatóque proposito Deum oppugnavit, &c †. Notandum autem Antichristum, ejúsque satellites, non apertos, sed occultos & intestinos Christi hostes esse, qui sub Christi nomine Christum oppugnant. Apparet id, 1. ex Joan. epist. 1. & 2. ubi nomen *Antichristi* de hæreticis usurpatur; 2. quòd Antichristianismus *mysterium iniquitatis* dicitur, infrà v. 7. vide & Apoc. 17. 5. & Antichristum Scripturæ describunt ut *Planum*, & Impostorem, sive *Pseudoprophetam*, infrà v. 10. Joan. epist. 2. v. 7. Apoc. 13. 14, 19, 20 [t]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα τὸ λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα] *Et effertur* (vel, *sese effert*, J. Cap. sic P. Be. Pi.) *adversus* (vel, *super*, sive *supra*, Er. V. Vulg.) *omnem qui dicitur Deus*, *aut numen*, Er. Ti. sic P. Be. Pi. &c. vel, *cultus*, sive *veneratio*, Er. Val. vel, *quod colitur*, Vulg. vel, *religio*, id est, religione aut cultu dignus [v]; i. e. tam verum quàm falsum Deum, ut oppositio & distinctio ostendit [x]; tam Judæorum, quàm Gentium [y]: jactat se quocunque Deo majorem [z]. Sumptum hoc ex Dan. 11. 36. ubi sermo de Antiocho, qui omnes Gentium deos egregiè sprevit, eorúmque templa diripuit, cui paria fecit Caius. Tantùm cautionis & interpretationis causâ addidit Paulus, λεγόμενον, quâ notâ Gentium deos designat, 1 Cor. 8. 5. nè quis illos de quibus hîc agitur deos esse crederet. Rectè Paulus Caii impietatem hinc colligit, quòd omnibus quos ipse pro diis habuit & haberi volebat se prætulit, etiam Jovi, cui dicebat Homericum illud, Ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σε, *Me perime*, aut *ego te*: ac siqui dubitarent an major Jove esset, eos pessimè tractavit. Σέβασμα est omne *id per quod Deus colitur*, ut Act. 17. 23. Qualia sunt Templa, Simulacra, Sacrificia, &c. Hæc omnia Caius aut eripuit diis, aut instituto sui cultu supergrediebatur: insignia deorum erepta diis sibi attribuit, modò *fulmen tenens* processit, modò *caduceum*, &c. Sacrificiis non contentus vulgaribus, aves sibi raras & immensi pretii jubebat mactari. De his vide Dionem, Sueton. Phil. &c [a]. Al. Rectissimè hoc dicitur de Simone Mago, qui se omni Deo seu vero seu falso prætulit. De eo sic Iren. 1. 20. *Hic à multis quasi Deus glorificatus est, & docuit se apud Judæos quasi Filium, in Samaria quasi Patrem, & in reliquis Gentibus quasi Spiritum S. descendisse; Esse se sublimissimam virtutem, hoc est, eum qui sit super omnia Pater*, &c [b]. Al. De Judæis hoc verum, quorum Scribæ se extulerunt, 1. supra Deum verum, cujus mandatis suas prætulerunt traditiones, Mat. 15. 6. 2. supra Magistratus, ut ostendit 2 Pet. 10. Judæ v. 8 †. Al. Evexit se super Deum, &c. non verbis aut apertâ professione, nam & fraude usus mox dicitur, & alioqui nullam sibi in Templo Dei fecisset fidem, sed factis & reipsâ, quomodo illi Deum negabant, Tit. 1. 16 [c]. Per *Deum* autem, &c. hîc intelligit Magistratus [d], Reges & summos populorum magistratus, qui à Deo sunt, Rom. 13. 1, 2, 4, 6. & *dii*, ac *dei filii* dicti, Psal. 45. 6. & 82. ideóque hîc addidit vocem, λεγομένους, ut significaret eos, licèt verè sint dii, teste 1 Cor. 8. 5. tamen si cum Deo vero conferantur, adeò sunt illo inferiores, ut verbótenus tantùm dii esse videantur. Maluit autem hîc *deos* dicere quàm Reges, tum, ad majorem istius superbiam atque insaniam declarandam; tum, ut in Prophetiis mos est, obscuriore loquendi ratione *. Σέβασμα autem h. l. non culturam significat [f], aut ea quæ cultui inserviunt; sed Personam [g], sive id quod colitur [h], quomodo & θεῖον pro Deo dicitur [i]. Ostendit hoc, 1. particula ἢ, *aut*, quâ distinguitur à λεγόμενον Θεὸν [k]; & tanquam Synonymum ejus ponitur [l], declarationis ergò [m], hâc voce magis quàm *deorum* appellatione ad homines significandos accedente; q. d. Aut quod, quamvis homo sit, tamen colitur ut Deus [n]. 2. Idem vocis significatus alibi, ut Act. 17. 23 [o]. σεβάσματα, i. e. idola & dæmones, ut rectè Th. ut patet ex collat. v. 16. & 22. Sic & Sapient. 14. v. 20. & in Photio, epist. 162. τὰ τῆς Ἑλληνικῆς θρησκείας σεβάσματα, θεὸς, &c. & rursus, *probro affecit suum ipsius σέβασμα, Deum* [p]. Hinc & Imperatores σεβαστοὶ dicuntur, Act. 25. 21, 25. & alibi. Jure autem vocem, σεβάσματα, de illis usurpat, quibus honor & cultus ultra communem hominum sortem defertur. Significat Paulus fore, ut iste longè majorem cultum & venerationem sibi deferri velit quàm Regibus, &c. Vel, si mavis, omne σέβασμα in cœlis & in terris intelligas: hoc tamen de rebus tantùm & factis ipsis, non de dictis & externâ specie, intelligendum est; cùm iste religiosissimus deorum cultor videri voluit, & novos deos invexit, &c. Dan. 11. 38, 39. sensúsque est, ipsum nullius metu tangi, nullas vel deorum, vel hominum, leges curare [q]. Non dicit, ipsum *se efferre* supra omnem qui est Deus, h. e. supra Deum verum, quo nihil majus vel superius cogitari potest, sed *supra omnem qui dicitur Deus*; dicitur, inquam, in Scriptura, ubi *dii* dicuntur & Angeli, ut Jud. 13. 21, 22. Psal. 8. 5. & 97. 7. collat. cum Heb. 1. 6, 7. & Principes, ut Exod. 22. 18. Psal. 82. 1, 6. Joh. 10. 34. Σέβασμα autem hîc idem quod σεβαστὸς, *Augustus*, h. e. Imperator. Super hos omnes Papa se effert. *Non in spiritualibus solùm Papa est major Imperatoribus vel Regibus, sed etiam in temporalibus*, ait Aug. Triumph. *Super Imperatores & omnes Reges jurisdictionem omnimodam vice Christi obtinet*, ait Bellarm. Quare & illum *Regem Regum* appellant, & *Dominum Dominorum*: Papæ potestatem tribuunt deponendi Reges & Imperatores, transferendíque Regna & Imperia. Imperatores & Reges Papæ ministrant in processionibus, in missa, in mensa, ipsúmque ut Numen quoddam venerantur. *Papæ potestas*, ait Antoninus, *est major omni potestate creatâ, extenditque se ad cœlestia, terrestria, & infernalia.* Quin etiam Christo se æquat [r], imò præfert, quantum ad omnia illius officia, ut abundè probavi †. Pontificii disertè asserunt, *auctoritatem Ecclesiæ, & in ea Pontificis, majorem esse quàm verbi Dei*, sive *Scripturæ*; *Papam etiam dispensare posse cum lege & præceptis Dei ac Christi.* Adde quòd Papæ sibi arrogant ea quæ Deo propria sunt, cultum nempe, attributa & titulos Dei. *Omnipotentiam*

Marginalia (left column): [n] Simp. [o] Scl. [p] E. [q] Q. in Vor. [r] Vor. † Be. [t] Gom. [v] Gom. sim. Vor. [x] Vor. [y] Gom. [z] Vor. [a] Me [b] Gom. [c] E. [d] E. sic Me Gom. * G. [f] G. Ham. [g] G. [h] Gom. [i] T. [k] T. Gom. [l] Gom. [m] G. [n] G. sic Gom. [o] Gom. [p] G. [q] Gom. [r] Gom. sim. E. † G. [t] Down. [v] V. [x] Gom. [y] E. [z] Me. T.

Marginalia (right column): [a] Gom. [b] Ham. † Lightfoot. [c] Gom. [d] Lightfoot. p. 104. * Simp. [f] Simp. Ham. [g] Simp. [h] Simp. Ham. [i] Simp. [k] Ham. Simp. [l] Simp. [m] Ham. Simp. [n] Simp. [o] Ham. Simp. [p] Ham. [q] Simp. [r] Down. † Mor.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

tiam Pontificiam celebrat Aug. Triumphus. In Glossa Juris Canonici jussu & auspiciis Gregorii 13. correcta atque edita, vocatur Papa, *Dominus Deus noster*. Recipit Papa adorationes, quas admittere noluit Petrus, Act. 10. nec Angelus, Apoc. 22. Ut meritò dici possit, *se extollere supra omnem qui dicitur Deus*, &c[t]. ¶ *Ità*, &c. Ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ ὡς Θεὸν καθίσαι] *Adeò ut ipse in templo Dei ceu Deus sedeat*, Ti. sic Er. Il. P. Ca. Be. Pi. Tre. ex Sy. Ar. εἰς ναὸν dicitur pro ἐν ναῷ[x]. Sic Marc. 11. 1[y]. εἰς οἶκόν ἐστι· & Joh. 1. 18. ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον, &c[z]. Sic Plutarchus dicit, καθίζειν εἰς τὸν θρόνον; & Plato, καθίζειν εἰς χωρίον[a]. Græcos etiam in hoc imitantur Latini. Sic Plautus, *Mihi in mentem fuit*, &c[b]. [Et hoc dictum intelligunt, vel, 1. de Caio:] *Ità ut tandem sese collocet in Templo Dei.* Καθίσαι hîc transitivè sumo, ut 1 Cor. 6. 4. Eph. 1. 20. Sirach. 10. 14. & 11. 1. & 12. 15. & apud Lxx 1 Sam. 2. 8. & 30. 21. & apud Thucyd. Plut. &c. Unde sequitur, aut scribendum αὑτὸν, (quod liberum nobis, cùm veteres Codices istas spirituum, quas vocant, notas non habuerint:) aut αὐτὸν sumendum pro ἑαυτὸν, ut sæpe fit. *Templum Dei* hîc intelligo cum Hi. Aug. & aliis Templum Hierosolymitanum, quod *templum*, vel *domus Dei*, sæpissimè vocatur, tum in V. T. tum in Novo, ut Matth. 21. 12. & 26. 61. Luc. 1. 9. & meritó: Erat enim id unum in omni Orbe Templum Deo vero sacratum ipsius jussu. [Sensus ergò est,] Non contentus sprevisse eos qui dicebantur dii, eorúmque cultum, contumeliosus esse voluit etiam in verum Deum. Jussit Caius, magnis additis pœnis, jussúmque repetiit, & Petronio Præfecto Syriæ præcepit, statuam sibi sub nomine Jovis Optimi Maximi poni in Dei Templo, nempe in intimis Templi adytis, ut referunt Josephus, Philo, Hieron. [vide G.] Id quod non Judæos tantùm, sed & Christianos maximo dolore afficebat, ideo quòd scirent Templum illud esse Deo suo dicatum; ipsi quoque Templum illud sæpe adirent precum, aut etiam sacrificiorum, causâ, ut videre est Act. 2. 46. & 3. 1. & 5. 42. &c. Rectè autem dicitur Caius *semet posuisse in Templo*, quia simulacrum suum ibi collocari jussit. Nam simulacro nomen dare ejus quem refert, receptum est apud omnes gentes. Quanquam autem morte præventus destinata impia Caius non implevit, rectè tamen id fecisse dicitur, ad quod faciendum nihil omisit. In rebus enim atrocibus, fecit quisque *quantum voluit*, ut Seneca loquitur. Juvenalis, de perjurii cogitati pœna, ait, *Has patitur pœnas peccandi sola voluntas.* Et Matth. 5. 28. *adulterium commisisse* dicitur qui id egit ut adulterio potiretur. Sic *offerre* dicitur, qui offerre vult, Matth. 5. 23. Heb. 11. 17. Jac. 2. 21. Maximè verò id locum habet in criminibus per quæ directè læditur Majestas Dei corda introspicientis: δύναται γὰρ ἴσον τῷ δρᾶν τὸ νοεῖν, hîc *tantundem velle & facere est*[c]. [Aliis hæc sententia non placet:] 1. Nihil cogit ut ad Enallagen ullam in voce αὐτὸν decurramus, neque verisimile est tot res simul in una sententia variâsse. 2. Καθίζειν semel [vel bis] in N. T. est *collocare*, at *sedere* passim significat. 3. Non verisimile est, Paulum, ad Gentiles conversos scribentem, *templum Dei* vocare voluisse Templum Hierosf. cujus religione jam soluti erant: vide Joan. 4. 21. Act. 7. 48. & 17. 24. neque illud sic dictum puto in ullo N. T. loco post prædicatum inter Gentes Evangelium. Nam quæ citat G. ad hoc tempus non pertinent[d]. 4. Perperàm voluntatem faciendi sumit pro facto, cùm id nunquam factum sit. Alioquin dicemus, Regem Hispaniæ subegisse Bataviam, Julium Cæsarem à Pompeio victum, &c. quia illi omnem lapidem moverunt ut illa facerent[*]. Voluntas quidem peccandi hominem coram Deo reum peragit, & sufficit ad pœnam[f]; sed nihil hoc ad complementum Prophetiarum[g]: neque hoc ad fidem prædictionis tuendam sufficit, si non hominis istius pœnitentiâ, sed solius Dei providentiâ, impediatur effectus, ut hîc factum[h], Caio interea à Chærea confosso[i]. 5. Hoc Caii propositum *mysterium iniquitatis* non erat, sed manifesta species Impietatis, qualem quisque primo aspectu intelligeret[k]. [Hæc de prima sententia. 2. Intelligunt de Simone Mago:] Cùm Simonem constet pro Deo summo habitum fuisse, cultúmque incenso, sacrificiis, &c. dubitari nequit quin ista in locis ad cultum veri Dei sacratis ipsi præstita fuerint †. [3. Intelligunt de Antichristo: Sensus est, q. d.] Non solùm ità impius erit in Deum, sed etiam adeò fallax, ut in Ecclesia sedem figat ac dominetur, divinam sibi authoritatem arrogans[l]. Templum autem hoc, in quo sedebit Antichristus, est, vel, 1. Templum Hierosf[m]. vel, 2. Templa Christianorum[n], q. d. in quocunque Templo Deo dicato[o]. Vel, 3. In Ecclesia[p]; quæ *templum & domus Dei* sæpe dicitur[q], ut Zac. 6. 13. Mal. 3. 1. Heb. 3. 6. Apoc. 21. 3[r]. & 1 Cor. 3. 17. 2 Tim. 3. 15. 1 Pet. 2. 5 †. Et hoc templum spirituale templo illi materiali jam successerat, &c[t]. Utitur autem h. l. nomine *Templi Dei*, potiùs quàm Ecclesiæ, ut alluderet ad Templum Hierosf. útque hoc significaret, quòd sicut Templum illud, olim Deo dicatum, licèt postea hominum scelere in speluncam latronum versum, vetus tamen nomen aliquandiu retinuit, propter primum illum & verum ejus usum; pari ratione, Ecclesia in qua Antichristus sedet *Templum Dei* dicitur, quòd olim à Deo plantata, & Christo dicata, fuerit, quanquam jam nomine duntaxat & titulo Ecclesia sit; quomodo adultera aliquandiu *uxoris* nomen retinet. Vel, Fideles in Ecclesia Antichristi delitescentes, quos ille captivos detinet, sunt *Templum Dei*. Vel, *sedere* dicitur *in Templo Dei*, habito respectu ad jus illud quod ipse sibi arrogat in omnes Christianos. Augustinus quoque illud, εἰς τὸν ναὸν vertit *adversùs templum*, ut sensus sit, eum non in Ecclesia Dei sessurum & dominaturum, sed adversùs Ecclesiam Dei veram insurrecturum[v]. Quod hîc dicitur, *tanquam Deus*, Papæ inprimis congruit, qui toties *Dei* nomen admisit, nec adulatores compescuit, &c[x]. ¶ *Ostendens*, &c. Ἀποδεικνύντα, &c.] *Ostentans* (vel, *Præ se ferens*, P. Be. Pi.) *se esse Deum*, Er. Ti. &c. vel, *quòd sit Deus*, Er. Est hîc ὅτι εἰδικὸν, ut Matth. 26. 54. 1 Cor. 11. 17, 23. & alibi sæpe. Verbis factísque semet ostentantem pro Deo[y], divinam quandam authoritatem usurpantem[z]. *Voluit Caius major homine credi*, ait Dio. simil. Jo. Philo. [Vide G.] Hîc autem ἀποδεικνύντα positum est pro ἀποδεικτιῶντα· i. e. nomen effectûs datur consilio[a]. Is certè pro Deo se ostentat, qui jactat, se Ecclesiam pro suo arbitrio regere, leges condere, legum divinarum vim dissolvere, cœlum quibus velit claudere vel aperire, se errare non posse, nemini in terris rationem reddere teneri, &c. qui quotidie dicitur, *Sanctissimus Dominus noster*, non minori impietate quàm quod olim de Domitiano dicebatur, *Dominus & Deus noster sic fieri præcepit*[b].

5. *Num*, &c. Οὐ μνημονεύετε, &c.] *Annon meministis, quòd cùm adhuc essem apud vos* (πρὸς valet *apud*, ut Joh. 1. 1. Factum autem id in Syria: nam ibi fuit Paulus cùm à Cæsarea iret in Ciliciam, Act. 9. 30. Et illi è Judæa ejecti primùm in Syria vixere; sed ibi quoque ortâ vexatione longinqua adierunt loca[c]. Sed totum hoc est ex divinatione. *In Syria*, inquis, hoc dixit. At cur non Thessalonicæ? nam ad Eccles. Thessal. scribebat. Et cur in Syria, potiùs quàm in Arabia, &c[d]? Quasi verò Ecclesia Thessal. in Syria primùm fuerit collecta, atque ex solis ex Syria profugis coacta? Nempe cùm dicit, *non inordinatè nos gessimus inter vos*, & *cùm essemus apud vos*, cap. seq. 7, 10. non intelligi debet, cum essemus Thessal. sed sic, *cùm essemus in Syria cum quibusdam ex vobis, qui nunc cœtui Thessal. se aggregârunt.* Quanta hæc ἀβλεψία? Sed & Paulus ipse testatur se iis prædicâsse, ipsósque Evangelium recepisse antequam ad eos scriberet, 1 Thes. 1. 5[*].) *hoc dixerim vobis?* P. sic Be. Pi. &c. q. d. Non nunc primùm hæc dico, nè nunc me ista comminisci putetis lucrandi temporis causâ[f]. Sed de eo monendi non erant, adeò enim isti de Christi adventu non dubitabant, ut eum jamjam instare crederent[g]. Sensus est, Cùm hæc vobis præsens dixerim, non debebatis commoveri rumoribus dicentium instare diem Domini[h].

6. *Et*, &c. Καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε] *Et nunc obstaculum scitis*, Mo. vel, *quid obstet*, Il. P. Ca. Pi. vel, *quid retineat* sive *detineat*, Er. Il. Ti. Tre. Be. vel, *moretur* eum, G. Be. scil. Antichristi adventum[i], vel patefactionem[k], seu apertam dominationem[l]; & diem judicii[m]. Τὸ κατέχον idem quod mox ὁ κατέχων, sicut sæpe neutrum nomen etiam de personis ponitur, quatenus eæ personæ res sunt. Vide Col. 1. 20. Κατέχω respondet Hebræo אחז, Gen. 24. 56. & אסר, Gen. 39. 20. & 42. 19.

[t] Down. [x] G. sic Be. Cam. J. Cap. [y] J. Cap. G. [z] J. Cap. [a] G. [b] J. Cap. [c] G. [d] Simp. [*] Mol. [f] Mol. Simp. [g] Mol. [h] Simp. [i] Mol. [k] Mor. 757. † Ham.

[l] Gom. [m] Me. [n] Q. in Me. [o] Caj. in E. [p] E. ex Hi. Aug. Chrys. Theod. &c. Vor. Gom. Cam. Mol. Simp. [q] Mol. sic Gom. [r] Mol. † Gom. [t] Simp. [v] Cam. [x] J. Cap. [y] G. [z] Vor. [a] G. [b] Simp. [c] G. [d] Simp. [*] Mol. [f] G. [g] Simp. [h] E. [i] Me. [k] Pi. sic E. [l] Pi. [m] Me.

& 42. 19. & עגן Ruth. 1. 13. quæ omnia *morandi* ac *detinendi* habent significationem. Sic & Luc. 4. 43. Rom. 1. 18 [n]. κατέχειν accipitur, vel, pro κωλύειν καὶ ἐμποδίζειν (*impedire:*) vel etiam, pro κρατεῖν, *rerum potiri* [o]. Qu. Quid hîc τὸ κατέχον, & v. seq. ὁ κατέχων? Resp. 1. Spiritus Sanctus, qui suâ gratiosâ præsentiâ arcet Antichristum: sed cùm offensus hominum peccatis discedet, is retectus erit: confer v. 10 [p]. Resp. 2. Hoc distribuo inter Claudium Imperatorem, qui edicto suo, Act. 18. 2. Judæos coercuit, & Paulum, qui laboribus suis indefessis, dum libertate suâ frueretur, Apostasiæ & illusionibus Judæorum obicem posuit. Vide Act. 20. 29. 2 Tim. 1. 15 [q]. Resp. 3. Conjunctio Apostolorum atque Christianorum cum Judæis, quorum etiam ritibus ad tempus utebantur, ut Judæos lucrarentur, Act. 16. 3. & 21. 26. quæ conjunctio Gnosticis impedimentum exhibuit, & prætextum iis ademit Judæos exasperandi adversùs Christianos. Cùm autem Apostoli à Judæis, tanquam hominibus contumacibus & desperatis, discesserant, & ad Gentes se converterant, hoc Judæos vehementer irritavit; & Gnosticis ostium aperuit, quo unà cum Judæis odium suum in Christum Christianósque ostenderent, eósque persequerentur, &c. Hinc orta Apostasia multorum à Christo, indéque acerbissima odia, &c [r]. Non placet: 1. Obstaculum hoc antè auferendum erat quàm Simon appareret. Simonis autem revelatio decem ferè annis antè facta est quàm hæc Epistola scripta. 2. Obstaculum hoc jam antè oblatum erat, ut liquet ex Act. 13. 46 [†]. Resp. 4. Lucius Vitellius: qui, cùm Paulus hæc scriberet, Syriam & Judæam tenebat, [erátque] vir apud Judæos gratiosus & magnis exercitibus imperans, cui propterea facilè fuisset, si tam graviter Judæorum animos exasperâsset Caius, eorum tutelam suscipere & provinciam sui facere juris. Ideo Caius, antequam propositum exsequeretur, tempus exspectabat quo L. Vitellius è provincia decederet, & successorem acciperet Petronium, cui non erat par authoritas [t]. Non placet: 1. Quo pacto Caius reveritus est Vitellium, quem, ubi libuit, provinciâ decedere jussit [v]? quod hic sine cunctatione fecit [x]. 2. In hoc negotio adjutorem potiùs, quàm adversarium, habuisset Vitellium [y]. Ridiculè sanè Paulus monuisset eos, Vitellium obstare nè Caligula se Deum appellet [z]. Resp. 5. Illa ipsa Apostasia, de qua v. 3. quæ, quoniam tristis erat & odiosa, non erat hîc nominatim repetenda; quæ, inquit, non solùm diem Domini præcedet, sed & adventum Antichristi [a]. Resp. 6. Per illud intelligit Romanum Imperium sive Imperatorem [b]; in plena sua majestate [c], & in sua sede [d], Romæ florentem ac degentem: [quo rerum statu] latebit & coercebitur dominatus Antichristi, qui in ea urbe sessurus prædicatur, Apoc. 17. 9, 8 [*]. Mens Apostoli est, non priùs revelandum esse Antichristum quàm deletum ac dissolutum sit Romanum Imperium. Id verò Paulus apertè dicere noluit, nè calumniam pateretur, quasi Romano Imperio, quod æternum fore sperabatur, malè optaret [f], & occasionem præberet persequendi Christianos [g]. Hinc bis tectè, obscurè & generatim obstaculi meminit, nec semel exprimit, cùm reliqua omnia obstacula tutò declarari possint [h]. ¶ *Ut*, &c. Εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ] *Ut is* (scil. adversarius, de quo modò dictum [i]: vel, *Donec*, J.Cap.) *suo tempore* (vel, *suo præstituto tempore*, Be. i. e. tempore ejus revelationi & adventui ex peculiari Dei consilio præstituto, q.d. Ut non nunc, sed suo demum tempore [k]:) *reveletur*, P. Pi. &c. Notatur consilium Dei ista omnia gubernantis [l]. Sensus, Scitis quid obstet quò minùs in lucem prodeat, qui tamen suo tempore aderit [m]; *quid obstet quò minùs existat ille suo tempore*, i. e. jam existat, jámque sit ejus tempus [n]. Est & hîc passivum pro reciproco, *Ut se aperiat*, i. e. animum suum prodat, ut ἀποκαλύπτεσθαι sumitur Luc. 2. 35. 1 Cor. 3. 13. *suo tempore*, post annum nempe unum & alterum ex quo hæc scripta sunt: idque non sine provida Dei dispensatione, ut Luc. 22. 53. Joh. 7. 30. & 8. 20. Ut scilicet pessimum ingenium non antè denudet quàm Deo id visum erit permittere [o]. Verùm, cùm de re futura agitur, vicinum tempus verbis istis, *suo tempore*, significari non solet. Vide Gal. 6. 9. 1 Tim. 6. 15. Dixisset potiùs Paulus, ut *brevi tempore reveletur*, si de Caii mox secuturis loquebatur facinoribus [p].

[n] G. [o] Be. [p] Q. in Gom. [q] Li. Chron. p. 104. [r] Ham. [†] Mor. 760. [t] G. [v] Simp. sim. Mol. [x] Mol. [y] Simp. [z] Mol. [a] E. [b] Be. ex Chrys. Tert. Hi. Pi. Gom. Vor. Mol. plerique in E. Mor. ex Aug Caj. Bellarm. Suar. Mal. &c. [c] Vor. sim. Simp. [d] Simp. [*] Gom. [f] Plerique in E. sim. Gom. T. ex Chrys. [g] Vor. [h] Gom. [i] Er. [k] Simp. [l] Pi. [m] Me. [n] Ca. [o] G. [p] Simp.

7. *Nam*, &c. Τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας] *Jam*, vel *Nunc*, *enim peragitur* (vel, *patratur*, Faber in Er. *agitur*, Ca. *cuditur*, G. Ἐνεργεῖται sumitur hîc passivè [q], ut 2 Cor. 1. 6. & 4. 12. & in Hesychio [r]. Vel, *agitatur*, Gom. ex Tertul. vel, *agit*, Er. Ti. Ar. *exercet*, V. *operatur*, Mo. Vulg. *efficax est*, Æth. *incipit efficax esse*, Tre. ex Sy. Ἐνεργεῖται & activè & passivè sumi potest, sensu prorsus eodem manente [†].) *mysterium* (vel, *mysterium illud*, Be.) *iniquitatis*, P. Er. Mo. &c. vel, *iniqui*, Tre. vel, *illius abolitionis legis*, totiúsque cultûs Domini [t]: vel, *impietatis hujus*, Pi. i. e. quod ad impietatem pertinet, quæ זמה Hebræis, ἀνομία alibi, alibi ἀσέβεια Græcis Hebræa vertentibus [v]. Hypallage hîc est, pro, *iniquitas mysterii*, seu mystica & arcana [x]; iniquitas latens, quæ aliquando in publicum proferetur, & palàm grassabitur, nimirum per eum quem mox vocat *iniquum illum* [y]. [Hoc etiam variè explicant & applicant: 1. De Caio.] *Jam arcanæ impietatis istius molitiones ponuntur*, nimirum id jam suadente Helicone atque aliis Ægyptiis nebulonibus, quos describit Philo. Tale est illud Taciti, *Intra Albanam villam sententia Messalini strepebat*. Ostendit & quæ futura erant, & quæ in abdito jam struebantur, sibi à Deo revelata; nec de rebus se loqui post se & eos quibus scribebat orituris, sed quarum causæ, quanquam maximè latentes, nascerentur. Chrys. in 2. serm. De Eleemosyna, his verbis de Imperatorum aliquo agi rectè sentit: in eo tantùm decipitur quòd pro Caio accipiat Neronem. Μυστήριον vocatur *quicquid arcanum est* [z], vel, *quod ignoratur* [a]. Sic Esa. 24. 17. רז Th. vertit μυστήριον· quæ vox & in Danielis versione est aliquoties. Vocantur hoc nomine Regum arcana, Tob. 12. 6. & aliorum, Sirach. 22. 22. & 27. 16, 17, 21. 2 Macc. 13. 21 [b]. [Aliis hæc non arrident:] Nimis abscedit à recta *mysterii* significatione. Mysteria enim, cùm sumuntur sequiori sensu, vocantur arcana religiosa, quæ nefas est efferre in vulgus; & quæ astutè & artificiosè sunt contexta. At Caligulæ meditata impietas caruit artificio, & stolida fuit vecordia. Quòd si quæcunque clàm fiunt vocantur mysteria, cædes occulta & adulterium sic appellari possint [c]. [2. De Gnosticis:] Horum ἀνομία (quâ voce & atrocia illorum scelera, libidines, perjuria, idololatriæ, &c. & præcipuè acerba illorum in Christianos odia, ut Matth. 24. 12. denotantur:) nondum quidem aperta erat, sed clàm & in arcano agebatur, tandem eruptura, &c [d]. Non placet: Quicquid de Simone sit, de Gnosticis non constat, eos aut habitos esse, aut venditâsse se, Deos, multóque minùs in Templo ullo dici sedisse ut Deos. Ad illos ergò non pertinet hæc Prophetia [*]. 3. De Judæis, de quibus exponitur 1 Joh. 2. 18. & 4. 3. nec de aliis quibusvis intelligi potest [f]. 4. De Antichristo [g]: qui μυστήριον dicitur Apoc. 17. 5 [h]. Etsi autem nondum venerat Antichristus in persona sua, jam tamen aderat in emissariis & præcursoribus suis [i]; in spiritu & auctoribus [k], qui illi viam pararunt ac fundamenta straverunt [l], doctrinâ & moribus Ecclesiarum jam tum sensim inclinantibus; dum variæ hæreses jam disseminantur, & scandala fiunt; dum sensim Christi religio spiritualis in carnalem traducitur cultum, & superstitionibus polluitur [m], & (quod ab Ebione, Cerintho, &c. factum) Judaismi & Ethnicismi seminibus permiscetur [n], & ad utriusque placita accommodatur; dum Ecclesiarum Episcopi dominatum sensim in Ecclesia affectarent [o], de superioritate ac dominio contendentes, qui non mediocris sapor erat spiritûs Antichristiani [p]. Etiam Pauli tempore in Ecclesiam irrepserant communio sacrorum idololatricorum, 1 Cor. 10. 14, 20. cultus Angelorum, ciborum & matrimonii interdictio, corporis superstitiosa afflictio, cultus Dei arbitrarius & humilitatis species, aliáque plurima; ut videre est 1 Cor. 7. 9. Gal. 4. 10, 21. & 5. 4. Col. 2. 16, &c [q]. Vide & Rom. 16. 17. 1 Cor. 1. 11, 12. & 3. 4, 21, 22. & 4. 6, 7. 1 Tim. 3. 1, &c [r]. Quæ deinde ità succreverunt ut tandem Antichristum invexerint [†]. Omnium seculorum hæretici, dum prætenso Christi nomine, Christum & Ecclesiam ejus oppugnarent, Antichristo viam sternebant, ejúsque erant præcursores, ut clarè do-

[q] G. sic Ham. E. [r] G. [†] Vor. [t] Be. [v] G. [x] Gom. [y] E. [z] G. [a] G. ex Chrys. [b] G. [c] Mol. sim. Mor. [d] Ham. [*] Mor. 761. [f] Li. Chron. 16. [g] Plerique in Gom. [h] Gom. [i] E. sic Gom. [k] Gom. [l] Gom. sim. Vor. [m] Simp. [n] Gom. [o] Simp. [p] Mor. [q] Gom. [r] Simp. [†] Gom.

cet Johannes, qui, 1 epist. 2. 22. & 4. 3. eos, nomine cum suo principe communi, *Antichristos* vocat [t]. *Iniquitatis mysterium* omnes improbos, omnia mortalium flagitia, interpretor. Sunt enim scelesti homines quasi velites & præcursores Antichristi. Sensus ergò est, Antichristum tum demum in lucem proditurum, cùm ad eum usque gradum hominum scelera pervenerint, qui divinâ providentiâ fixus & constitutus est. Dicitur autem *mysterium*, quia abditum est, & soli Deo notum, quamdiu statuerit hominum flagitia tolerare [v]. Hoc *mysterium* Papatus est, cujus *fundamenta*, Primatus scilicet in Ecclesia, non Ordinis modò, sed Jurisdictionis & Autoritatis, etiam Apostolicis temporibus jacta sunt, ut liquet ex Gal. 1. & 2. Ubi omni ope nititur Paulus, ut se æquet iis qui tum *Columnæ* habebantur, nempe *Jacobo, Cephæ, & Joanni*; ubi etiam notanda sapientia Pauli, qui Zebedæi filios sejungit, & in medio Petrum collocat, &c [x]. Sensus hujus loci est, q. d. Impius iste dominatus Antichristi in Ecclesia Dei jam occultè serpit [y]. ¶ *Ut qui*, &c. Μόνον ὁ κατέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου γένηται] *Tantummodò si is qui nunc detinet, tolleretur è medio*, Tre. ex Sy. *Superest tantùm, ut qui nunc tenet, è medio tollatur*, Ca. *Usquedum fiat rex tantùm è medio remotus*, Ar. *Hoc solummodò quod nunc detinet è medio tolletur*, Q. in V. *Solùm hoc tempore detinens, donec de medio tollatur*: i. e. Solus hodie Christi adventum detinens ac remorans, donec per ipsius Christi adventum tollatur [z]. *Si tantùm is qui nunc detinet è medio tollatur.* Ità Trajectio est in particulis illis, ἄρτι ἕως, pro, ἕως ἄρτι. Vel, Ellipsis est, ex cognato verbo, κατέχειν, supplenda [a]. *Tantùm qui nunc obstat* (vel, *tenet*, sive *retinet*, Vulg. Er. Il. Ti. Be. vel, *obtinet*, Er. Be. i. e. rerum potitur [b]: vel, *detinet*, Camer. sub. *obstabit*, Il. P. Pi. J. Cap. vel, sub. *retinebit*, vel, *obtinebit*, Be. vel, sub. *teneat*, Vulg. vel, *obtineat*, Er. Ellipsis hîc est, qualis 2 Cor. 1. 6. & 2. 10. & 5. 13 [c].) *usque dum è medio sublatus fuerit*, P. Pi. &c. vel, *fiat*, Mo. Est hîc Ellipsis vocis *exspectandum*. Et construi debet, ἕως ὁ κατέχων ἄρτι γένηται ἐκ μέσου, *donec amoveatur*, nempè à provincia, *is qui hactenus moratur*, illud nempe consilium. Non longiùs differetur malum quàm donec L. Vitellius qui nunc Syriam & cum ea Judæam tenet, indè discesserit, successorémque acceperit. Is enim *magnum sibi nomen pepererat*, inquit Dio; erátque præterea favens Judæis, ut apparet ex remissis vectigalibus, & stolâ Pontificali Sacerdotibus in custodiam datâ, teste Josepho. Quare non mirum si viro tali eam provinciam obtinente, nihil ibi novare ausus est Caius. Ἐκ μέσου γενέσθαι non tantùm dicitur de eis quæ intereunt, verumetiam de eis quæ amoventur, vel, quovis modo auferuntur, ut Act. 17. 33. & 23. 10. præsertim quæ antea impedimento fuere, ut 1 Cor. 5. 2. Sic in Græco Esa. 57. 2. & in Demosth. ἐκ μέσου ἀνελεῖν [d]. Al. Donec tollatur Claudius per mortem, & Paulus per incarcerationem *. Al. Donec Imperii Romani majestas aboleatur: id quod reverâ circa annum Christi 600. partim in Oriente per Mahometem, partim in Occidente per Bonifacium 3. & sequentes Pontifices, magìs ac magìs perfectum fuit [f]: donec evertatur Imperium Romanum [g]; donec Imperator Romanus, propriè sic dictus, qui sedem Imperialem habeat Romæ, illinc aut amotus sit, aut deletus [h]: id quod factum in Augustulo Imp. Rom [i]. quo per Odoacrum oppresso nullus ampliùs Romæ Imperator fuit [k]. Et ab eo statim tempore Papa partes suas egit in Occidente, magnámque potentiam ex illius ruinis sibi conquisivit [l]. *Donec è medio fuerit*, vel, 1. propriè, ut hæc phrasis locum notet, ut Matth. 13. 49. Act. 17. 33. h. e. Romæ sedem & imperium habere desierit: vel, 2. figuratè, ut phrasis interitum notet, ut Col. 2. 14. h. e. donec collapsum fuerit imperium illud: quo stante ac vigente, Antichristi tyrannis latuit. Hæc autem ruina Imp. Rom. facta non est momento, sed certis temporum intervallis ac gradibus; desertione Romæ per Constantinum, Hunnorum, &c. in Italiam irruptione, Orientis per Mahometem & Saracenos defectione, &c. Adeò ut ab aliquot seculis, præter nomen Romani Imperii nihil supersit [m].

8. *Et*, &c. Καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος] *Et tunc retegetur*, sive *revelabitur*, (vel, *prodet*, sive *nudabit se*, G. i. e. apertè dominabitur [n], in Ecclesia simul & Imperio, indéque agnoscetur [o]:) *impius ille*, P. Pi. vel, *exlex ille*, i. e. qui Legem Dei prorsus & ex professo conculcabit [p]. Locum hunc de Simone interpretor, rectè, ut puto, & ità puto ut non dubitem. In priori hujus cap. parte describitur Princeps Antiocho par, qualis Caius: hâc parte Magum apertissimè describit, Diabolicis instructum artibus, ut multi veterum notârunt. Quis autem Magus tunc temporis Simone illustrior? *Tunc*, inquam. Nam Thessalonicenses hîc instruit ac præmunit Paulus, non eos qui post 6. vel 7. secula essent exstituri. Duæ tunc erant gravissimæ tentationes, altera per vim Principis omni vi introducentis idololatriam; altera per Magum, & quidem talem qui Christo de Divinitate controversiam movebat, dogmata spargebat carni placentia, fidem sine operibus sufficere contendebat. Hæc causa, cur non ad eundem hominem hæc omnia referre potuerim. *Tunc*, i. e. biennio, aut triennio pòst, anno secundo Claudii: Solet enim τότε convertere [legendum puto, *connectere*] tempora etiam multò magìs distantia, ut Matth. 2. 7. & 3. 13. & 4. 11. & 15. 12. & 17. 19. & 19. 13, 27. Soph. 3. 9. Amos 9. 11. & alibi sæpe. *Revelabitur*: impietatem suam nudabit, quam hactenus, Christianis se aggregando, occultaverat. Vide Act. 8. 24. Ὁ ἄνομος, *ille iniquus*, nempe alter ille, de quo itidem in Syria vobis locutus sum. Hactenus impium Principem descripsit: nunc venit ad impium Doctorem. Græci sic vertunt Heb. פשע, ex collat. Esa. 53. 12. & Marc. 15. 28. Sic autem vocantur Hebræis ii qui consultò mali sunt. Convenit optimè Simoni, sive dogma ejus respicias, quod *impium* dicitur Justino & Irenæo, nempe *feminas indifferenter utendas*, ait Aug. *legem illam*, Non mæchaberis, &c. *non à Deo esse*, *sed ab Angelis*, *Dei injussu*, &c. sive facta ipsius, etiam effatu turpia. Hic tamen *multos deceperat*, ait August. ex Justino, *multos in stuporem coegerat*, ait Iren. Quare insignis hæc est nota temporis [q]. [Aliis hæc minimè placent:] Manifestam Pauli verbis vim facit G. dum ea à superioribus avellit, novámque hîc rem prædici asserit, nempe Simonis Magi adventum: cujus nulla facta fuerat mentio. Deinde, de eodem agi homine docet, tum, 1. vox ὁ ἄνομος, ubi articulus apertè ad superiora, ad ipsámque ἀνομίας proximè dictam vocem respicit [r]: tum, 2. ipse rerum & verborum contextus †. Prophetiam orsus est cum mentione *Hominis peccati, Filiique perditionis*; addit porrò fore ut reveletur, & clandestinas jam esse eam ad rem molitiones; solúmque (inquit G.) Vitellium impedire quominùs retegatur suo tempore, eum verò sublatum iri, *& tunc revelabitur*, &c. Quis? Caius proculdubio, inquies. Imò verò Simon Magus, inquit Grotius. Fuítne usquam Gentium tam ridiculum ἀπροσδόκητον, tam enormis luxatio? Tam violentis Textum distendit fidiculis ut falsa Responsa extorqueat, quibus Caius accusetur & Simon Magus, Papa verò suspitionem effugiat, quòd sit ille Antichristus. Qua in re aut Judicium, aut Conscientia, Grotii, valde profectò periclitatur. Hanc autem luxationem vitat Cl. Ham. locum totum de Simone accipiens [t]: [Sed sententiam ejus præstat ex ipsius ore discere.] Ὁ ἄνομος idem hîc indubiè est qui ὁ ἀντικείμενος, nempe Simon & sequaces ipsius, Gnostici scilicet, ut apparet tum ex magicis artibus, v. seq. quibus illustris erat Simon, tum ex perditione eorum prout hîc describitur [v]. Al. *Iniquus ille* est Antichristus [x], *exlex* ille, qui nullis legum vinculis coerceri vult; sed omnia jura divina & humana suo unius arbitrio subjicit [y], & inprimis eam partem quæ agit de cultu Dei conculcat [z]. Papa se Antichristum esse patefecit, ratione dominii, tum, 1. Ecclesiastici, sub Bonifacio 3. qui à Phoca tyranno titulum impetravit universalis Episcopi: tum, 2. politici, per Gregorium 7. dum Imperatores à Pontifice & constituuntur, & imperio exuuntur [a]. ¶ *Quem*, &c. Ὃν — ἀναλώσει — καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ] Bis idem more Hebræo. Idem enim ἀναλίσκειν & καταργεῖν, *conficere*, בטל, *destruere*: Manuscriptus autem pro ἀναλώσει habet ἀνελεῖ. Et videtur sumptum hoc ex Esa. 11. 4. Eòdem rursus tendunt *spiritus oris Domini*, & *illustris ejus adventus*: ostendunt enim hæc quàm facile Christo futurum sit illum

[t] E. [v] Mc. [x] Cam. [y] Pi. Vor. [z] V. [a] Vor. [b] Be. [c] Idem. [d] G. * Li. ib. [f] Vor. [g] T. sic E. [h] Mor. [i] Pi. sic Mor. [k] Pi. [l] Mor. [m] Gom.

[n] Pi. Vor. [o] Vor. [p] Be. [q] G. [r] Simp. † Simp. sim. Mol. Mor. [t] Mor. 755. [v] Ham. [x] E. Me. Gom. Pi. Vor. [y] Vor. [z] Pi. sim. Vor. [a] Gom.

lum destruere, nempè quàm facilè halitu oris difflatur gluma, Psal. 1. 4. aut sicut Solis adventu dissipantur nebulæ, Ose. 6. 4. Utramque similitudinem conjunctam habes Ose. 13. 3. Παρουσία dicitur de omni judicio, vel efficacia; itaque δύναμις & παρουσία se mutuò explicant, 2 Pet. 1. 16. ἐπιφάνεια παρουσίας, *adventus illustratio*, est ἐπιφανὴς παρουσία, *illustris adventus*. Sic ἐπιφανείας vox sumitur 2 Macc. 3. 24. ἐπιφάνεια non semper significat aliquod quod in re conspicitur: satis enim est si per effectum vis ejus innotescat; hinc dicitur de omni *illustri* Dei facto, ut 2 Macc. 12. 22. & 14. 15. & 15. 27. quibus in locis nulla *apparitio*, sed sola Dei *efficacia*, significatur [b]. [Verba sic reddunt:] *Quem Dominus* (nempe Jesus [c]: quem hinc constat verum esse Deum: qui solus ut *Spiritu oris sui* fecit omnia, Psal. 33. 6. ità hìc *Spiritu oris sui consumet impium* [d].) *conficiet* (vel, *consumet*, Er. V. Pi. ità scilicet, ut suis imposturis non ità, ut antea, nocere possit *:) *spiritu oris sui*, (q. d. Non arcu aut gladio, sed solo flatu [f], jussu aut nutu suo [g]: vel, condemnatoriâ suâ sententiâ [h]: vel, sermone Evangelii [i], sic dicto & Psal. 33. 6 [k]. quia sermo ex spiritu seu flatu oris constat [l]: confer Esa. 11. 9. &c [m]. vel, Spiritu Sancto, cujus virtute fraudes ejus reteguntur. Primus hic gradus est, abolitio inchoata tyrannidis ejus [n].) *& abolebit* (vel, *evanescere faciet*, Be. prorsus, seu penitus, abolebit [o]. Hic secundus gradus, perfecta ejus abolitio [p]: in æternum exitium præcipitabit [q].) *claritate adventus sui*, Er. Ti. vel, *illustri adventu suo*, P. Be. Pi. splendore adventûs sui posterioris [r], ad judicium universale †: ad quod usque tempus Antichristus, sed fractus ac debilitatus, Imperium suum continuabit [t]. Sic eò redit Paulus unde fuerat profectus, exprimítque Apodosin orationis suæ, quæ adhuc intelligenda tantùm fuit. Nisi veniat defectio, & homo peccati, intellige, non veniet Christus. Sed cùm adhuc dubitari posset, an exorto illo, temporibus ejus venturus esset Christus, docet, Christum adventu suo iniquum illum aboliturum esse. Vocem *adventûs Domini*, nos eodem ubique modo accipimus: Grotius in hoc ipso cap. alio atque alio modo, suprà de Excidio Hierosf. hìc de Magi interitu. Porrò ἐπιφάνεια τῆς παρουσίας, per Genitivum speciei, *apparitionem* notat quæ est *adventus* Christi. Unde ipsa per se ἐπιφανείας vox, de Christo usurpata, semper, ut puto, apud Paulum Christi ultimum illum adventum designat, ut 1 Tim. 6. 14. 2 Tim. 1. 10. & 4. 1, 8. Tit. 2. 13. ut mirer G. vocis hujus explicationem ex 2 Macc. 3. 24. quàm ex ipso Paulo petere maluisse [v]. [Sed videamus Grotii sententiam.] De Simone hoc accipio: de quo sic Isidorus, lib. epist. 13. *Ex alto miser in mortem multorum sermone celebratissimam præceps ruit.* Arnobius lib. 1. de Romanis loquens, *Viderant enim cursum Simonis Magi & quadrigas igneas Petri ore difflatas* (en ipsa ferme Pauli verba!) *& nominato Christo evanuisse* [x]. Additque, *Viderant pondere præcipitatum suo, cruribus jacuisse præfractis, post deinde perlatum Brundam,—ibi se rursum præcipitâsse*, &c [y]. Cyrillus, *ex promisso Christi precum* [Petri] *telo dejectum* ait. Similia habent Philastrius, Aug. Chrys. Pallad. &c. [quorum verba vide in G.] Bene autem dicitur Christus fecisse quod fecit per Petrum. Nam sic & *Gentibus prædicâsse* dicitur, Eph. 2. 17. & 1 Pet. 3. 19. Adde Esa. 49. 9. Apostoli sunt os Christi, Mat. 10. 19. Et quæ faciunt, Christi faciunt nomine, Act. 3. 6, 16. & 4. 10, 30 [z]. Sed hæc narratio mihi semper falsi suspecta fuit [a]. Cùm enim hoc certamen dicatur peractum sub oculis totius populi Romani, an rem tam mirabilem tacuissent tam celebres scriptores, Sen. Tac. Suet. Plin. Plut. &c [b]? Sueton. in vita Neronis hæc habet, cap. 12. *Icarus primo statim conatu juxta cubiculum Neronis decidit, ipsúmque cruore respersit.* Hinc Legendum illud Monasticum videtur efformatum. Quòd si verum hoc esset, & si ad hoc accidens Prophetia respexisset, ipse Simon procuIdubiò sideratus fuisset aut consumptus, non currus tantùm cum quadrigis [c]. Al. Duo hìc media describuntur, quibus perdendus erat ὁ ἄνομος, Simon scil. & Gnostici, 1. *spiritus oris sui*: 2. *splendor adventûs sui.* Illud potentiam Evangelii notat in ore Petri & Pauli, qui cum Simone Romæ contendebant, eíque infamiam & exitium attulerunt: hoc notat Excidium Judæorum per Romanos, quo Gnostici quoque involuti sunt [d]. Sed, cùm Textus ipse sensu tenoréque continuo de uno eodémque objecto, homine nempe peccati delendo, loquatur, Simonem *spiritu oris*, alterum verò aliquem, Gnosticos scilicet, *adventu illustri*, deleri absonum est & ridiculum; præsertim si consideremus nullam fuisse Simonis cum Gnosticis in unum corpus coalitionem, aut relationem, sed videri potiùs Gnosticos à Nicolaitis descendisse. His adde, si Historia Simonis vera sit, Adventúsque Domini de Excidio Hierosf. intelligendus, rem miram esse, quòd antiquissimi Patres, qui propinquiorem habuerunt prospectum earum rerum quæ illis temporibus transactæ sunt, completionem Prophetiæ in Simone Mago & Gnosticis cernere non possent; nos verò, qui maximè dissiti sumus ab eventis illis, adeò Lyncei essemus, ut id deprehenderemus. Quòd si crederem Simonem & Gnosticos hìc perstringi, agnoscerem eos figuram hìc gerere magni illius Antichristi. Rectè enim potuit Paulus etiam de magno illo iniquitatis mysterio pronunciare, quòd & tunc aliquo sensu existeret & operaretur; in Simone scilicet ejúsque sectatoribus, qui tanquam Typus fuerunt & Præludium ad miranda magni Antichristi facinora *.

9. *Cujus*, &c. οὗ ἐστιν ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν, &c.] *Cujus* (vel, *Illum*, inquam, *cujus*, P. Be. Pi. Relativum hìc non ad proximè præcedens, αὐτοῦ, sed ad remotius illud, ὁ ἄνομος, referri debet [f]; sicut ex re ipsa liquet [g]:) *est adventus* (Qui, inquit, adveniet [h]:) *secundùm operationem* (vel, *ex efficacia*, P. Be. Pi.) *Satanæ*, (i. e. In cujus adventu operabitur Satanas [i]: vel, in quo ipse Satanas efficax erit [k]. Nunc adjutorem ac promotorem ejus monstrat [l].) *in* (vel, *cum*, P. &c.) *omni* (i. e. omnigenâ [m], vel, magnâ [n]:) *virtute* (vel, *potentia*, P. Pi. &c.) *& signis* (h. e. cum potentia signorum, h. e. edendi signa, sive miracula; ut sit ἓν διὰ δυοῖν [o]) *& prodigiis mendacii*, Mo. vel, *mendacibus*, P. Be. Pi. &c. h. e. fallacibus [p]. Id autem ad tria præced. referendum est, nempe ad *virtutem*, *signa*, *prodigia*. Vocantur autem *mendacia* [q], vel, 1. ratione formæ ac speciei externæ [r]; quòd prodigia videntur esse †, vel opera supernaturalia ac merè divina [t], cùm sint præstigiæ ac mendacia [v], nec vires naturæ excedant, & Satanæ virtute eveniant [x]; nec verè fiant, sed fallaciter ac illusoriè [y]. Vel, 2. ratione finis, qui est confirmatio mendacii [z]. Est hìc ἐπάνοδος, *retrogressio*. Nam ab interitu Simonis ad facta ejus retrogreditur, ut apertiùs hominem designet. Ostendit quantum hoc sit quod dicit Christum tam facilè effecturum, rem nempe omnibus hominibus desperatam. Quare verò? Quia Simonis illius παρουσία (quæ significat operationem per quam se nobilem fecit, ἐπίδειξιν, *ostentum*;) comitem habuit magnam *efficaciam*; non Dei sanè, sed Satanæ efficaciter per ipsum, ut olim per Jamnem & Mambrem, agentis, ídque *cum ostentis, prodigiis, portentis mendacii*, i. e. mendaci doctrinæ inservientibus, sive per quæ in errorem inducuntur homines. Vide Matth. 24. 23. & adde Apoc. 13. 14. Gravissimos autem errores sevit Simon, cùm Christi facta, ut & Patris & Spiritûs Sancti, ad se traheret; Christum negaret verè passum, mundum diceret factum ab Angelis veri Dei ignaris; ab iisdem Angelis inspiratos Prophetas; gratiâ, & in ipsum fide ità servari homines ut non opus esset pia facta accedere, quippe cùm naturâ actiones bonæ malæque non differrent, sed ex Angelorum illorum instituto; itaque nec martyria subeunda, sed liberos eos esse qui se sectentur ad agenda quæ velint, etiam ad idola adoranda; mortuos non iri resuscitatum. *Signa* porrò *& prodigia* in Simonis historia dixit Clemens. De eo Justinus, *magicas virtutes edens arte Dæmonum*; & mox, *qui & mira in rerum natura efficientes multis imposuerunt. Magicis artibus utebatur*, inquit Epiphan. simil. Theod. Aug. Tertul. &c. Cyrillus, *cùm promitteret Simon in cœlum se subvectum iri, & Dæmonum vehiculo per aerem ferretur.* Eadem verba & de Christo usurpantur, & de Satana aut ejus ministris; ut vox παρουσίας modò de Christo per Apostolos, hìc de Simone. Et ἐνέργεια de Deo & Christo sæpe, de Satana hìc & infrà v. 11. & verbum ἐνεργεῖν, Eph. 2. 2. Sic δυνάμεις, σημεῖα, τέρατα, (quæ certè non sunt præstigiæ meræ,) tribuuntur Christo, Act. 2. 22. hìc verò Satanæ, ut & Matth. 24. quomodo & in Exodo Jamnes &

Margin (left): [b] G. [c] Pi. Vor. Di. [d] Li. * Vor. sim. Pi. [f] T. [g] Me. T. sim. E. ex Hi. [h] Me. sim. V. [i] Gom. sic Vor. Pi. Be. [k] Vor. [l] Gom. [m] Vor. [n] Gom. [o] Vor. [p] Com. [q] Pi. [r] Be. † Vor. sic Pi. Gom. E. Me. T. [t] Vor. [v] Simp. [x] G. [y] Ham. [z] G. [a] Mol. sim. Mor. [b] Mol. [c] Mor.

Margin (right): [d] Ham. * Idem. 760. [f] Vor. sim. Be. [g] Vor. [h] F. [i] V. [k] Vor. sic Pi. [l] Simp. [m] Vor. Pi. [n] V. [o] Pi. [p] Gom. [q] E. [r] Gom. † Ca. [t] Gom. [v] Ca. sic T. ex Cyr. & Theod. [x] Gom. sic T. [y] E. sic Gom. [z] Gom. sim. Be. E. Vor.

& Mambres dicuntur fecisse paria Mosi; nempe ad aliquem usque gradum Deo id sapienter permittente, ut patefieret illos qui prodigiis illis vi Diaboli factis moveri se dicerent, non proprie illis prodigiis moveri, (nam multa illis majora & Diviniora Christus ediderat;) sed dogmatis carni placentibus, quæ [ut supra dictum] Simon invexerat. Unde ergo hæc [miracula à Divinis] erant dignoscenda? Dicam. In V. T. miracula τῆς ἀληθείας (vera) erant quæ ad Deum unum ducebant; ψεύδους (falsa) quæ ad plures Deos, Deut. 13. 1. & seq. in N. verò T. veridica, quæ ad Jesum Christum ducunt; fallacia, quæ alios Christos monstrant, aut alios à Christo Doctores, 1 Cor. 12. 3. 1 Joh. 4. 1. Quod enim istis locis de Prophetia dicitur, pari jure ad miracula aptandum est: nam & Prophetiæ sunt miracula. Sed & illud addendum est; Sicut Deus terminum quendam præscripsit Jamni & Mambri, ità & præfixum ab eo terminum Simoni huic Mago, & postea Apollonio Tyanæo; nempe nè omnia morborum genera subitò sanarent, nè omnibus linguis loquerentur, nè mortuos ità excitarent ut diu in hac vita ab omnibus conspici possent. Cur hoc? Nempe ut siqui novos Doctores sectarentur, & dicerent se miraculis ad hoc adductos, refelli possent indè quòd plura & majora fecisset Christus: unde sequebatur, illos non alia de causa semet addixisse illis novis Magistris quàm quia dogmata eorum carni blandirentur: quod etiam nunc, miraculis cessantibus, evenit. Τέρατα ψεύδους sunt ea quæ falsæ doctrinæ inserviunt. Nam quod vice Genitivi est apud Hebræos, sæpe Finem significat: quem finem explicant verba Christi Mat. 24. 24. & quod hîc sequitur v. 11. Ostenta illa & prodigia Simonis magica explicata habes apud Justin. Iren. Tertul. Cyr. Theod. Epiphanium [a].

10. *Et in*, &c. Καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας] *Et cum omni* (i. e. omnis generis [b], vel, multiplici [c].) *fraude*, sive *deceptione*, sive *seductione*, *injustitiæ*, Er. Il. Ti. P. Pi. &c. i. e. fallaci [d]. Synecdoche: *injustitia* pro *falsitate*, seu *mendacio* [*]: vel, *iniquitatis*, Tre. ex Sy. *scelerum*, Ca. sic Ar. Æth. Sensus est, Non signis tantùm, sed & innumeris artibus ac modis, velut blanditiis, donis, promissis, decipiet [f]. Et hîc Genitivus finem, vel effectum, significat. Eò enim tendebat ejus deceptio ut homines ad flagitia impelleret, aut in flagitiis detineret. Ἀδικία inter Hebræas voces maximè respondentem habet עול, quod & ἀνομία & ἀσέβεια vertitur, comprehenditque omnia crimina graviora; quomodo hæc vox sumitur & Luc. 13. 27. Rom. 1. 18, 29. & 2. 8. & 6. 13. 2 Tim. 2. 19. Talis erat Simonis deceptio ut homines in plurima scelera impelleret: quod ex antedictis satis manifestum est. Multiplices erant ejus deceptiones, inter quas & illæ fabulæ de scorto, sive Selene, sive Helene, quam *primam* ἔννοιαν, *cogitationem*, dicebat. Miscebat autem Judæorum Angelicolarum superstitionem cum Græcorum fabulis, quorum scripta diligenter legerat. Imago Simonis facta cultâque in figura Jovis, Selenes in figura Minervæ. Vide Irenæum. ¶ *Iis*, &c. Ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις] In MS. τοῖς ἀπολλυμένοις sine ἐν, ut Dativus pendeat ab ἔσαι ἡ παρουσία. Nec aliter legit Latinus. Est autem Præsens pro Futuro. Apud eos qui Evangelio credere noluerunt, ac propterea malè perituri sunt. Sic eadem vox sumitur 2 Cor. 4. 3. sic & 1 Cor. 1. 18. 2 Cor. 2. 15. Intelligit tum Samaritas, tum Romanos [g]. *In iis* (vel, *Adversus eos*, V.) *qui pereunt*, P. Be. Pi. &c. justo Dei judicio [h], & suâ ipsorum culpâ; h. e. in incredulis [i], vel reprobis [k]: quos *pereuntes* vocat, i. e. destinatos ad perditionem, etiam in hac vita inchoandam, quomodo electi hîc *salvi fieri* dicuntur, Tit. 3. 5. inchoatè scilicet. Adjicit hoc in solatium piorum, q. d. Non valebit illa fraus adversus electos, quales vos estis. Confer Mat. 24. 24 [l]. ¶ *Eò quòd*, &c. Ἀνθ᾽ ὧν, &c.] *Pro eo quòd* (Ἀνθ᾽ ὧν justam Dei retributionem significat [m], Luc. 1. 20. & 19. 44. Act. 12. 33 [n].) *amorem veritatis* (i. e. Evangelii [o]; quod *veritas* dicitur Heb. 10. 26. 1 Pet. 1. 22. & *sermo veritatis*, Col. 1. 5. Eph. 1. 15. &c. qui sermo ob excellentiam & utilitatem amari ab iis debuit; ut sit, *amorem veritatis*, pro, *veritatem amabilem*. Sensus est, ex collat. v. 12. quòd ex prædicatione Evangelii charitatem illius non conceperint [p]. Ἀγάπην τῆς ἀληθείας per Metonymiam vocat summum Dei beneficium in patefacienda nobis veritate, nempe Evangelica. Par Metonymia in voce ἀγάπης, Rom. 5. 5 [q]. Potiùs Pleonasmus est, *amorem veritatis non recipere*, pro, *veritatem non recipere*, *veritatem non amare*, duabus loquendi rationibus in unum confusis; ut 1 Pet. 3. 10. *qui vult amare vitam*, pro, *qui vult vitam*, *qui diligit vitam*, ut est Psal. 34. 13 [r].) *non receperunt* (nempe cum effectu, ut δέχεσθαι habemus Act. 8. 14. & 11. 1. & 17. 11. 2 Cor. 11. 4. & λαμβάνειν, Joh. 1. 12. & 3. 11 [†]. i.e. repudiârunt. Meiosis [t]: veritatem noluerunt diligere [v].) *ut salvi fierent*, P. Pi. &c. eâ scilicet per fidem susceptâ [x]. Poterant enim & illi servari per Evangelium [y], seriò id agente Deo; & si Evangelium accepissent, servati & ipsi fuissent. Primum Dei propositum erat ut benefaceret iis quibus annunciatur sermo salutaris, sed hominum culpâ succedit propositum alterum [z]. Hæc verba non ad eventum rei, sed ad consilium Dei, itémque propriam Evangelii naturam, referenda sunt. Hoc enim fine Evangelium prædicatur, ut credentes per ipsum serventur [a]. Hoc quæsivit Deus, & eo fine Evangelium miserat; sed illi suam salutem in suam verterunt perniciem [b].

11. *Ideo mittet*, &c. Πέμψει ——— ἐνέργειαν πλάνης, εἰς τὸ, &c.] *Mittet* (MS. πέμπει, tanquam in re præsente [c]:) *illis* (nempe incredulis, rebellibus [d]:) *Deus* (sapienti permissu & directione [*]: permittet Deus illos seduci [f]. Verùm non nuda, vel otiosa, permissio hæc est; sed efficax operatio, qualis supremum judicem decet. Notatur enim hîc justa Dei punitio, Pseudoprophetas interdum excitantis, ut incredulitatem aliorum ulciscatur [g].) *efficaciam* (vel, *vim*, Ca. *operationem*, Mo.) *erroris* (vel, *deceptionis*, P. Tre. *illusionis*, Er. Ti. *imposturæ*, Mo. V. vel, *efficacem deceptionem*, Pi. *efficacem errorem*, i. e. evidentissimum & adigentem illos [h]; seductionem prævalidam, qualis erat illa Simonis [i]; fraudes efficacissimas [k], & quæ speciosè palliari solent [l]; tum eruditionis ostentatione, tum signorum præstigiis, tum eo maximè quòd carni blandiantur [m]: h. e. mittet hominem, qui, Diabolo efficaciter in ipsis operante, eos decepturus sit. *Mittet* autem, non quòd authoritatem aut mandatum fallendi homines ei daturus sit; sed quia adventus ejus, quatenus ad puniendum peccata hominum ordinatus, erit à Deo. Nullum enim malum patiuntur homines, quod Deus non immittat [n]. Actio Dei judiciaria hæc est, quâ peccata peccatis punit; non ea quidem efficiendo, sed sapienter ac justè dirigendo [o]. Refertur hoc ad prodigia quæ Antichristus facturus est [p].) *ut ipsi credant mendacio*, Be. &c. i. e. ità ut fidem adhibeant falsæ doctrinæ. Confer Prov. 1. 29, 30, 31. Valde enim huc pertinet. Hoc jam secundum est adversùs contumaces Dei propositum, contumaciam eorum ulciscentis velut subducto lumine [q]. Denotatur h. l. vel, 1. eventus ipsius rei [r]: ut particula, *ut*, sit consecutiva, hoc sensu; Ità fiet ut credant mendacio [†]: vel, 2. intentio Dei punientis [t], per id quod non tantùm pœna est, sed & peccatum. Vide Rom. 1. 24. &c [v].

12. *Ut*, &c. Ἵνα κριθῶσι, &c.] h. e. Κατακριθῶσι, per Synecd. gen. usitatam [x]. *Ut judicentur* (vel, *damnentur*, Il. P. Be. Pi. Ar. &c.) *omnes qui non crediderunt veritati*, Er. Ti. &c. sibi prædicatæ [y], h. e. Evangelio [z]. Ut convincantur suæ malitiæ. Cùm enim talibus credant hominibus ob præstigias quasdam, cur non Christo ejúsque Apostolis potiùs crediderunt, qui tanta, tam solida vereque Divina, miracula ediderunt. Vide conferentem hæc Theodoretum [a]. Et hoc accipi potest, vel, consecutivè, ità fiet ut condemnentur: vel, causaliter [b]. Nam missio Antichristi, & justa horum desertio ut mendacio credant, ordinantur ad bonum justitiæ divinæ in punitione impiorum declarandæ, tanquam ad finem [c]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ᾽ εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ] *Sed acquieverunt* (vel, *sibi placuerunt*, V. Be. sic E. ei toto libentique animo indulgentes: quibus opponuntur qui ex infirmitate peccant, & quasi nolentes malum quod volunt [d]:) *in injustitia*, P. Pi. vel, *in iniquitate*, V. Quæ vox sumi potest, vel, 1. per Synecdochen generis [*], ut significet mendacium, seu falsam doctrinam [f]; ut percipitur ex antithesi [g], quæ supra v. 10. innuitur [h]: opponitur enim veritati. Sic &

Marginal notes (left column): [a] G. [b] Gom. [c] G. [d] Pi. [*] Vor. ex Pi. [f] E. [g] G. [h] Gom. [i] Vor. [k] E. Vor. Pi. [l] E. [m] G. sic Pi. Vor. [n] G. [o] Gom. Vor. sim. E. Me. [p] Gom.

Marginal notes (right column): [q] G. [r] Simp. [†] G. [t] Be. sic Pi. Vor. [v] V. [x] E. [y] G. sic Simp. [z] G. [a] Vor. [b] Simp. [c] G. [d] T. [*] G. [f] Me. [g] Vor. [h] V. [i] G. [k] G. sim. Be. Vor. [l] Vor. [m] G. [n] E. [o] Gom. [p] Er. [q] G. [r] Vor. [†] E. [t] E. sic Vor. [v] E. [x] Pi. sic Vor. Be. [y] E. [z] G. sic Gom. [a] G. [b] E. [c] E. ex Caj. [d] Be. [*] Gom. [f] Gom. sim. Pi. Vor. Be. [g] Pi. Vor. [h] Vor.

& ἁμαρτία est falsa doctrina, Joh. 8. 46. quia ei opponitur *veritas*[i]. Vel, 2. generatim; quod proprium, & usitatius est & uberius[k]. Placet illis vita flagitiosa, & Simonem Magum Christo præferunt; non ob miracula, quæ in Christo majora ac Diviniora, sed quòd Simonis dogma commeatum ipsis faceret fruendi quibuscunque voluptatibus, etiam iniquissimis: ut ob id appareat rectè eos damnari, 1 Tim. 4. 3. Idem Joh. 3. 18, 19. & 7. 17. Lactantius, *Malunt id esse fictum quo desideriis suis renunciare coguntur.——Incredibilia nos adferre dicunt, quia vulnerant eorum aures præcepta continentiæ*, &c. Clemens Romanus de Simone, *Quidam cùm essent illius pernicie digni, remanserunt in ejus disciplina*[l].

13. *Nos*, &c. Ἡμεῖς δὲ ὀφείλομεν, &c.] Nè doctrina de justo Dei judicio, &c. fideles concuteret, eos solatur[m], & à reprobis secernit[n]. Gratias non tantùm agere se dicit, sed & debere. Vide suprà 1. 3[o]. *Nos autem* (& multò magis vos[p]:) *debemus*, &c. P. Pi. ¶ *Dilecti à Deo*] Cujus effectum est electio[q]. ¶ *Quòd*, &c. Ὅτι εἵλετο, &c.] *Quòd elegerit* (i.e. sibi separavit: Agitur hîc de ea electione quæ fidem sequitur, ut Mat. 22. 14[r]. Significat electionis nostræ causam non esse merita nostra, sed bonitatem Dei, quâ prior nos dilexit †. Accipiendum hoc, vel, 1. de æterno electionis decreto[t]: vel potiùs, 2. de ipsa actuali electione, quæ in tempore fit[v].) *vos Deus ab initio* (vel, 1. Evangelicæ prædicationis[x], sive vocationis vestræ[y]: vel, 2. mundi conditi, quum in Adamo lapsi sumus[z]: vel, 3. ab æterno[a], ut Joh. 1. 1[b]. *ante jacta fundamenta mundi*, Eph. 1. 4[c]. vel, *primitias*, Vulg. Legit indubiè ἀπαρχὴν[d]. Illud ἀπ' ἀρχῆς ostendit ad Judæos hæc scribi, qui *primitiæ* credentium, Rom. 11. 16. Eph. 1. 12 *.) *ad salutem*, (nempe æternam[f], & animæ & corporis[g]; quæ verè Christianis reservatur, Col. 1. 5. 2 Tim. 4. 8. Israelitis dictum, *Dominus elegit te*, &c. Deut. 26. 18. nempe ad beneficia temporalia[h].) *per sanctificationem spiritûs* (vel, 1. Spiritûs S[i]. qui sanctificat nos[k]: vel, 2. spiritûs humani, qui sanctificatur[l]. Pendet hoc à præced. per ellipsin, q. d. *Ad salutem* ad quam adducemini *per sanctificationem spiritûs*[m].) *ac fidem veritatis*, P. vel, *habitam veritati*, Be. Pi. Hîc prior Genitivus est Causæ efficientis, alter verò Objecti, ut & Phil. 1. 27. Quomodo eos *separavit Deus? Sanctificando* eos *per Spiritum* suum. Vide Act. 20. 32. & 26. 18. 1 Cor. 1. 2. Et quomodo pervenitur ad illum Spiritum? *Per fidem habitam Evangelio*[n]. Non tam finis, quàm modus seu forma, electionis indicatur. Nam per sanctificationem nostrî, & per fidem, electio ista actualis perficitur. Confer Jac. 2. 5[o]. Al. Significantur effectus electionis, q. d. Elegit nos ad salutem, mediis ad eam concessis, nimirum *sanctificatione—— & fide*, &c[p]. Quæ duo, vel, sunt membra diversa, studium sanctitatis, & fides: vel, sanctificatio sumitur generatim de purificatione, quæ habitu cùm fidei, tum charitatis, ingenerato, continetur, cujus effectum est fides actualis[q].

14. *In*, &c. Εἰς ὃ, &c.] *Quò* (vel, *Ad*, sive *In, quod*, Val. Er. V. Pi. i. e. Ad quam rem, nempe salutem[r], vel, fidem †: vel, *In quem*, nempe Spiritum[t]. Al. Εἰς ὃ rem totam significat, nempe & *fidem* & *sanctificationem*[v].) *vocavit* (nempe efficaciter, eam scil. rem in vobis efficiendo, ex v. præced.[x]) *vos per Evangelium nostrum*, P. Pi. i. e, quod nos annunciamus[y]: sic & Rom. 2. 16. 1 Thes. 1. 5. ¶ *In*, &c. Εἰς περιποίησιν δόξης, &c.] Sic περιποίησις σωτηρίας, 1 Thes. 5. 9[z]. *In acquisitionem* (vel, *assertionem*, Mo.) *gloriæ* (vel, *Ad obtinendum gloriam*, Il. P. Pi. sim. Be. Ar.) *Domini*, &c. Er. Ti. Ut acquiratis gloriam Christi[a], i.e. talem qualem nùnc habet Christus[b]; vel, communionem gloriæ illius, de qua 2 Thes. 1. 12[c]. nostro tamen modo[d], vel, pro mensura donationis illius*. Confer Rom. 8. 17, 18[f]. Al. Ut essetis acquisitio gloriosa Christi, h.e. ejus possessio, sanguine ejus acquisita[h]. Al. *Ut sitis gloria* (vel, *quærendæ gloriæ causâ*, Ca.) *Domino*, &c. Tre. Ca. i.e. Ut per vos gloria acquiratur Christo[h], utpote per cujus meritum ea omnia præstita sunt[i].

15. *State*] Vel, *Perstate*, Pi. G. &c. constantes in fide & vocatione vestra[k]: nè labascite sub exsilii incommodis: 1 Cor. 16. 23. Phil. 4. 1[l]. ¶ *Et*, &c. Καὶ κρατεῖτε, &c.] *Et tenete* (vel, *retinete*, totis viribus, ut vox significat[m]: κρατεῖτε hîc quod κατέχετε, 1 Cor. 11. 2[n].) *traditiones* (Divinas scilicet; sive ad fidem, sive ad mores pertineant[o], sive ad externum cultum religionis[p]: Sic vocat doctrinas & instituta religionis Christianæ[q]. Vel, *doctrinam traditam*, P. Pi. Heb. לקחים aut קבלות. Omnis doctrina vocatur παράδοσις, ut diximus ad Mat. 15. 2[r]. Intelligit h. l. doctrinam salutarem; vel, παραγγελίας, quas commemoravit 1 Thes. 2. 2 †.) *quas edocti estis, sive per sermonem*, (vivum[t], à me præsente traditum[v]:) *sive per epistolam nostram*, Mo. nempe priorem[x], ad vos scriptam[y]. Duobus enim modis docebant Apostoli, loquendo & scribendo, suprà v. 2[z]. Et par in utroque auctoritas[a]. Et præcessit locutio, sequuta est scriptura. Multa quidem quæ dixere Apostoli, etiam scripsere, at non omnia; quia satis erat quædam in usum Ecclesiarum esse introducta, ità ut nihil opus esset & per Epistolas præcipi. In transcursu tamen & horum interdum fit mentio[b]. Hinc constat, non omnia quæ ab Apostolis instituta sunt esse sacris literis comprehensa[c]. Imò non constat. Non enim de Scriptura integra hîc loquitur Paulus, sed tantùm de parte illius exigua, nempe epist. 1. ad Thess. Deinde eadem Paulus dixit quæ scripsit, ut liquet ex v. 5. ideo vox εἴτε h.l. non disjungit, sed conjungit ac copulat, sicut & 1 Cor. 13. 8. & 15. 11[d]. Denique accuratè distinguendæ sunt traditiones Divinæ ab humanis *, & à fœtidis superstitionibus, &c[f]. Confer Col. 2. 8[g].

16. *Christus, & Deus, & Pater*] Scandit oratio[h]. Et καὶ illud ante ὁ πατὴρ est explicatio ejus quod præcessit[i]; q. d. Is qui Deus & idem Pater noster est[k]. Sic Eph. 1. 3. & 4. 6. & 5. 20. &c[l]. Præponit hîc Christum, quia ejus mentionem proximè fecisset v. 14[m]. ¶ *Qui dilexit nos*, (De qua Dei dilectione vide Rom. 5. 8. & 8. 37. Eph. 2. 4[n].) *& dedit consolationem æternam* (Sic vocat ex objecto, promissa vitæ æternæ[o]; *æternam*, i. e. æternis bonis innixam[p], spe nempe & prægustu æternæ gloriæ[q]: alioqui consolatio ipsa hujus tantùm vitæ est[r]. Sic διαθήκη αἰώνιος, Heb. 13. 20. εὐαγγέλιον αἰώνιον, Apoc. 14. 6 †.) *& spem bonam* (objectivè & emphaticè; q. d. de bonis non vulgaribus, sed præcipuis[t]; spem vivam & beatam, ut vocatur Tit. 2. 13. confer 1 Pet. 1. 3, 4[v]. spem vitæ æternæ[x]; quam *bonam* vocat ratione, tum, 1. formæ, quia sincera est; tum, 2. effecti[y], quia non fallit, Rom. 5. 5[z].) *gratiæ*] Vel, *per gratiam*, P. Be. Pi. &c. nempe justificantem, quæ est quasi semen vitæ æternæ[a]: vel, gratuitò[b]; ut merita excludat[c]: favore suo erga vos[d]: per summam suam bonitatem. Ingentis enim bonitatis, pro brevi obsequio æterna promittere & cœlestia *.

17. *Exhortetur*, &c. Παρακαλέσαι, &c.] *Consoletur* (vel, *Excitet*, V.) *corda*, P. Pi. Inscribat ista solatia cordibus. Vide 2 Cor. 1. 4. & 7. 6. Eph. 6. 22[f]. Excitet & augeat in vobis consolationem, quam *datam* dixit v. præced[g]. ¶ *Et confirmet* (i. e. stabiliat vos ac perseverare faciat[h]: יסמך. Vide Rom. 15. 25. 1 Thes. 3. 13. infrà 3. 3. 1 Pet. 5. 10[i].) *in omni opere & sermone bono*; i. e. Doctrina & operibus[k]; Ἐν παντὶ λόγῳ, &c.] i.e. Εἰς πάντα, &c. ut quæ recta sunt ea loquamini & agatis[l]: q.d. Det vobis, ut vos invicem & piis sermonibus & bonis operibus ædificetis, útque singuli in utroque perseveretis ac proficiatis[m]. Sermo pertinet ad fidem, ejúsque continuationem & incrementum; *opus* ad vitam & fructus fidei[n]. Totus hic locus non obscurè probat Divinitatem Christi, ejúsque cum Patre æqualitatem: tribuit enim Paulus eadem opera Filio & Patri prorsus indivisim, verbis utens sing. num. *dilexit, dedit*, &c[o].

Marginal notes (left column): [i] Pi. [k] Gom. [l] G. [m] Gom. [n] E. [o] G. [p] E. [q] Gom. [r] G. † E. sim. Gom. [t] Q in Vor. [v] Vor. [x] Vor. Caj. in E. [y] Vor. [z] Pi. [a] Al. in E. sic Reut. Be. Pi. [b] E. [c] Pi. [d] E. ex Gagn. * G. [f] G. Gom. [g] Gom. [h] G. [i] E. Pi. [k] Pi. sic V. Zeg. [l] E. [m] Pi. [n] G. [o] Vor. [p] E. [q] Gom. [r] Pi. † Q. in Er. [t] Al. in Er. [v] G. sim. Camer. Be. E. Me. Vor. [x] Pi. [y] G. sim. E. Me. Vor. [z] G. [a] G. sim. Pi. Vor. [b] G. [c] Gom. [d] G. * Pi. Vor. [f] Pi. G. [g] Me. E. [h] V. sim. G. ex Sy. E. ex Chrys. [i] E. ex Chrys. [k] E. Me. [l] G. [m] Be.

Marginal notes (right column): [n] G. [o] Vor. [p] E. [q] E. Me. [r] G. † Be. [t] T. [v] E. [x] E. sic Be. [y] Vor. [z] G. [a] G. Me. [b] G. [c] E. [d] Gom. * Vor. [f] Be. [g] Vor. [h] G. [i] G. sim. Vor. [k] Er. [l] G. [m] E. [n] G. [o] G. sim. Vor. [p] E. [q] Me. sim. E. [r] Vor. † G. [t] E. [v] Vor. [x] Pi. [y] Gom. [z] Gom. Pi. [a] T. ex Aquin. [b] T. ex Anselm. sim. E. [c] E. [d] V. * G. [f] G. [g] E. [h] Idem. [i] G. [k] V. sim. E. Me. [l] G. [m] Vor. [n] Gom. [o] E.

CAP. III.

1. DE *cætero*] Vox properantis ad finem, ut 1 Thes. 4. 1. ubi dicta vide[a]. ¶ *Orate pro nobis*] Pro me, meísque collegis, Evangelii ministris[b]. Sic & Col. 4. 3. 1 Thes. 5. 25[c]. ¶ *Ut sermo Dei* (id est, doctrina Evangelica[d]:) *currat*, (i. e. quàm celerrimè propagetur *, citò innotescat[f]; per nostram prædicationem feliciter ac sine impedimento progrediatur[g]. Egregia Translatio[h]. Hinc *cursus* Evangelii dici consuevit[i].) *& clarificetur*] Vel, *glorificetur*, P. Pi. &c. h. e. approbetur

Marginal notes: [a] G. [b] E. [c] G. [d] E. Me. Vor. * Pi. sic Vor. [f] G. [g] Me. E. [h] G. [i] Pi.

betur & laudetur[k], in honore & pretio habeatur[l], celebris efficiatur[m]: quod fit per miracula[n], multóque magis per inculpatam vitam credentium[o]. ¶ *Sicut & apud* (πρὸς hîc iterum *apud*, ut alibi sæpe[p]:) *vos*] Nempe glorificatus est. Tacitâ laude eos ad majorem profectum incitat[q].

2. *Et ut liberemur* (i. e. Faciat Deus nè aut calumniis, aut etiam exemplo, nobis noceant. Sic Rom. 15. 31. ῥύω est אִצִּל[r].) *ab*, &c. Ἀπὸ τῶν ἀτόπων, &c.] *Ab importunis* (vel, *turpibus*, P. *malis*, Tre. ex Sy. *pessimis*, Ar. *protervis*, Il. Be. Pi. *absurdis*, Er. Ti. V. *insolentibus*, Pi. Be. Zeg. *prodigiosis*, Er. *improbis*, E. Ἄτοπον est אָוֶן, Job. 4. 8. & 11. 11. & 36. 21. Prov. 30. 20. Luc. 23. 41. Hinc ἄτοποι, *homines facinorosi, flagitiosi*, quomodo id nomen in Glossario exponitur†. Intelligit eos qui sui officii nullam curam habent[t]; qui τὰ ἄτοπα, i. e. absurda & minimè decora faciunt[v]; & quidem ex mera animi malitia sive improbitate, ut patet ex seq. epitheto[x]; qui nulli loco conveniunt, quales sunt hæretici[y]; qui servuli sunt absurdarum opinionum[z]. Notat, vel, malos Christianos, per quos infamabatur nomen Christi[a]: vel, potiùs, Judæos, qui Paulo infensissimi erant, Act. 13. & 14. & 17. quos forsan ἀτόπους vocat, quia loco nusquam consistebant, sed de urbe in urbem Paulum insequebantur, ut homines à fide averterent & Evangelii cursum impedirent. Petit ergò, nè impedire pergant, &c[b].) *& malis*, Mo. vel, *malitiosis*, ut Gloss. vertit[c]: vel, *sceleratis*, sive *improbis*, qui probis & innocentibus πόνον, i. e. molestiam, exhibent[d]: πονηροὶ, sævi, malevoli, maledici, & ardentes cupiditate nocendi*. ¶ *Non enim omnium est fides*] Non sunt omnes fidentes & verè Christiani[f], qui se tales profitentur; sed multi sunt falsi fratres, ut mirum non sit, si à talibus liberari cupiam[g]. Rectè hoc, si pars præced. de malis Christianis acciperetur, quæ potiùs de Judæis apertè Christianam doctrinam infectantibus agit. Sic ergò cum præced. nectitur, q. d. *Orate ut liberemur ab importunis*, &c. qui cursum fidei impedire conantur[h]; quod non mirum, eos facere, quia *non omnium*, &c. i. e. non omnibus datur ut credant[i]; non omnes à Deo electi sunt ut credant[k]; non omnes ad propositum Dei pertinent vocantis ad fidem efficaci suâ vocatione. Insinuat fidem, tum quoad habitum, tum quoad actum, esse singulare Dei donum, quod non sit omnibus à Deo concessum[l]. Non de potentia, sed de actu, credendi hîc loquitur: sicut ex serie sententiarum patet[m]. Non ad omnes fides pertinet, cùm sit Dei donum, Eph. 2. 8. Phil. 1. 29. & quidem peculiare electorum, Joan. 10. 26, 27. 2 Thes. 2. 13. Tit. 1. 1. Ac propterea in voluntate Dei acquiescendum est[n]. Præoccupat scandalum, quod ex multitudine contradicentium & protervorum oriri solet. Illi, inquit, soli resistunt veritati quorum non est fides: non autem omnibus concedit Deus gratiam fidei. Nam multi vocati, pauci electi, sunt[o]. Non omnes Evangelii auditores fidem habent[p], aliqui enim credere nolunt[q]. Ità orandum esse monet pro successu Evangelii, h. e. ut obsequium impetret, ut interim meminerimus, Deum non exauditurum preces nostras respectu omnium hominum promiscuè; sed eorum tantùm respectu quibus in æterno suo consilio decrevit fidem dare[r]. Hostilis eorum animi rationem reddit, quia fide carent multi†: Evangelium non in omnibus fidem invenit; in infidelibus autem motus excitat contrarios, impietatis, contumaciæ, &c[t]. *Non omnium*, &c. Atqui ad fidem vocantur omnes quibus annunciatur Evangelium. Sic est: sed *qui in vitiis sibi placent, non credent nobis*, inquit Lactantius, *etiamsi solem manibus gestemus*. Amant opera tenebrarum, ideo lucem reformidant, Joh. 3. 20. Nolunt facere voluntatem Patris, & ideo non rectè judicant, Joh. 7. 17. Par locutio apud Clem. Alex. Strom. 5. οὐ πάντων ἡ γνῶσις. Prudentius in Romam hymno, *Scio incapacem te sacramenti, impie, Non posse cæcis sensibus mysterium Haurire nostrum. Nil diurnum nox capit*[v].

3. *Fidelis*, &c.] Idem sensus qui 1 Cor. 1. 8, 9. 1 Thes. 5. 24[x]. Verax & constans est in promissis[y]: ideo quos in suorum numerum recipit non deseret, nisi ipsi sibi deesse velint[z]: ideo vos confirmabit, nè excidatis. Dices, tum certi erant de perseverantia & salute sua. Resp. Certi erant de fide & promissis Dei. Verùm absolutæ promissiones Novi Testamenti non ad omnes fideles pertinent, sed ad solos electos: in quorum tamen numero quisque fidelium collocare se debet per spem & bonam fiduciam. Quamvis, inquit, sint qui fidem oppugnent, nè turbemini: nam fidelis est Deus, &c[a]. ¶ *Custodiet à malo*, Ἀπὸ τοῦ πονηροῦ] Accipe ut Mat. 6. 13[b]. *Ab illo malo*, Pi. *Ab illo maligno*, Be. spiritu scilicet[c]; Diabolo[d], qui vos tentat, cùm per se, tum per instrumenta sua*, homines sceleratos[f]. qui omnium malorum caput est & princeps[g]: à Satanæ insidiis. Potest tamen neutro genere accipi pro omni eo quod malum est[h], aut infortunium, nempe quod animæ perniciosum[i].

4. *Confidimus* (i. e. optimè speramus[k]:) *autem de vobis in Domino*] i. e. Deo adjuvante[l], fretus præsidio (vel, gratiâ[m]:) Christi[n]. Sic & Gal. 5. 10. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι ἃ παραγγέλλομεν, &c.] Sic & 1 Thes. 4. 10. & 5. 11[o]. *Quòd quæ denunciamus* (vel, *præcipimus*, Pi.) *vobis*, (i. e. à Domino accepta significamus[p]; nempe præcepta Evangelii[q]:) *& faciatis*, (ex parte: quædam enim à quibusdam non bene servari novit[r].) *& facturi sitis*, P. &c. in posterum†. Ità excitat eos ad pleniùs faciendum, &c[t].

5. *Dominus autem* (i. e. Christus, per Spiritum scilicet suum[v]:) *dirigat*, &c. Κατευθύναι—εἰς—ὑπομονὴν, &c.] *Dirigat* (moveátque magis ac magis[x]:) *vestra corda in dilectionem Dei*, (vel, 1. passivam[y], quæ à Deo est[z]: vel, 2. activam; quod perinde est, quum altera alteri semper annexa sit, nempe in adultis[a]: quæ est erga Deum[b], ut Deum diligatis[c].) *& in Christi expectationem*, Er. Ti. P. vel, *patientem exspectationem*, Be. Pi. E. nempe secundi adventûs[d], adventûs Christi remuneratoris*: vel, *tolerantiam*, sive *patientiam*, Pi. Gom. Di. ex Sy. i. e. Eam patientiam cujus causa est Christus, nempe per spem nobis insitam, 1 Thes. 1. 3[f]. vel, tolerantiam crucis Christi, quam scilicet exemplo & virtute Christi æquo animo toleramus[g]: vel, patientiam propter Christum, ut sit ellipsis τοῦ ἕνεκα. Sic *afflictiones Christi*, Col. 1. 24. *crux Christi*, Gal. 6. 12. *contumelia Christi*, Heb. 11. 26. *patientia Christi*, Apoc. 1. 9. & 3. 10. i. e. propter Christum. Pro cujus initio, ut Deo gratias agit 1 Thes. 1. 3. & 2 Thes. 1. 3, 4. sic hoc loco, perseverantiam illius à Deo vovet[h].

6. *Denunciamus*, &c.] De eo antè monuerat, 1 Thes. 4. & 5. Id quia nondum satis præstitum erat, in eosdem nunc severius aliquid statuit[i]. ¶ *In nomine Domini*, &c.] i. e. Ex mandato & auctoritate Christi[k]; ut Christi legati[l], auctoritate Apostolicâ[m]. Vel, per nomen Christi, ut sit gravissima obtestatio[n]. ¶ *Ut*, &c. Στέλλεσθαι, &c.] *Ut subducatis vos* (vel, *abstineatis*, Ar. Confer infrà v. 14. ubi hæc phrasis per æquipollentem aliam explicatur[o].) *ab omni fratre* (h. e. professione Christiano[p]; nempe ab ejus conversatione, sive consortio[q]. Hos jubet *vitari*: id enim στέλλεσθαι hîc, ὑποστέλλειν Gal. 2. 12. Si Presbyterium ibi fuisset, jussisset eos excommunicari. Nunc quia Presbyterium non erat, jussit tales improbè viventes *vitari*, i. e. familiarem eorum consuetudinem defugi: quod jus singulis Christianis competit. Vide quæ diximus ad Matth. 18. 17[r]. Excommunicationis genus hoc erat, sicut & illud 1 Cor. 5. 11. ut Aug. Chrys. Th. Aquin. Caj. &c. agnoscunt, non tamen excommunicatio major, quia non tradit eos Satanæ; nec minor, quia hæc non à consortio fidelium, sed tantùm à sacramentis Ecclesiæ removet hominem; sed medium genus inter illas, quam suo jam tempore exolevisse fatentur & conqueruntur Chrys. & Th†.) *qui inordinatè se gerit*, (otio scilicet & curiositate, ex v. 11[t]. qui vivit dissolutè, seu incompositè, vel, turbulentè[v]; Ecclesiam perturbando & ejus disciplinam[x]: qui quod sui est ordinis atque officii non facit, & facientes turbat[y]. Ἀτάκτως περιπατοῦντες iidem sunt qui ἄτακτοι, 1 Thes. 5. 14[z].) *& non juxta institutionem* (vel, *ex tradita doctrina*, P. Be. Pi. Intelligit divinam traditionem, passim in sacris literis descriptam[a]; vel, institutionem vitæ Christianæ[b], quam illis tradidit[c]; & inprimis præceptum illud infrà v. 10. & 1 Thes. 4. 11[d]. Quid sit παράδοσις vide suprà 2. 15*.) *quam accepit* (nempe frater ille[f]: vel, *acceperunt*, Vulg. In MS. pro

Marginal notes, left column: k G. l Vor. sic V. m E. n Q. in E. o E. p G. q E. r G. † Idem. t Be. v Vor. sic Pi. x Vor. y Er. z Strig. a Q. in E. b E. c G. d Pi. * Strig. f Ca. sic Q. in E. g Q. in E. h E. i E. Me. k V. l E. m Vor. n Gom. o Reut. p Me. q Me. sim. T. r Cam. † Dic. t Diod. v G. x G. y E. Me. Pi. z Me.

Marginal notes, right column: a E. b G. c Pi. d Pi. Gom. sic Vor. E. Me. * Gom. f Gom. sim. Me. g F. h Be. i Vor. k G. l Idem. m Me. n V. ex Er. o G. p Be. q Vor. sim. E. r F. † Er. t E. v G. x E. Me. y Vor. z Gom. a Vor. b Gom. c G. sic E. d V. * E. f G. g Vor. h Gom. i E. k Pi. Vor. l E. m Be. sim. n E. o G. p Be. q Vor. Vor. sim. Pi. E. r G. † E. t Vor. sim. v Pi. Be. x T. Me. y Me. z E. a G. b Vor. c E. sim. Me. d Me. e E. * G. f E.

pro παρέλαβον est παρελάβοσαν, Bæoticâ flexione, de qua vide Rom. 3. 13. Sic ἐξήλθοσαν, Exod. 16. 22. συνελάβοσαν, Jer. 26. 8. Est autem constructio κατὰ τὸ σημαινόμενον· nam de singulis locutus intulit plurale: quod notavit Latinus[g].) *à nobis*, Er. Ti. &c. cùm vos instituerēmus[h].

7. *Scitis*, &c. Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε πῶς δεῖ, &c.] *Scitis quomodo oporteat*, &c. P. Pi. &c. i. e. quale exemplum vobis dederim, quod imitari debeatis[i]; vel, quomodo vobis vivendum sit, ut nos imitemini[k]. Vide 1 Cor. 4. 16. & 11. 1. Eph. 5. 1. 1 Thes. 1. 6[l]. ¶ *Non*, &c. Οὐκ ἠτακτήσαμεν ἐν ὑμῖν] *Non inordinati* (vel, *incompositi*, Val. Er. vel, *inquieti*, Vulg.) *fuimus* (vel, *ambulavimus pessimè*, Tre. ex Sy. vel, *præter officium versati sumus*, V. otiosi, inhiantes laboribus & mensis alienis. De se & collegis suis Sylv. & Timoth. loquitur, utpote perpetuò hîc utens plur. num. licèt hæc ipsi perfectiùs quàm cæteris competerent[m]: vel, *inordinatè nos gessimus*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Ἀτακτεῖν est ἀτάκτως πράττειν, *non rectè*, *neque ordine*, *res agere*. Utitur sic isto verbo in Themistocle Plutarchus[n]. Est *præter ordinem vivere*. Metaphora à militia, ubi non licet ordinem deserere: quod illi vocant λειποτακτεῖν. Latinis *in ordinem cogi* dicuntur qui communi lege astringuntur: Huic diversum est, *suo vivere arbitratu*[o].) *in vobis*, Mo. vel, *inter vos*, Er. P. Be. &c.

8. *Neque gratis*, &c.] Sub. *acceptum*, P. Be. Pi. h. e. sine pretio; nempe operâ, vel, pecuniâ. *Gratis* dicit ex mente hominum carnalium: alioquin panem gratis non manducat qui Evangelium prædicat, 1 Cor. 9[p]. Mensarum asseclas maximè flagellat, τοὺς ἀσυμβόλους[q]. ¶ *In labore*, &c.] Partim prædicandi, partim manuario[r]. ¶ *Operantes*] Mos hic Paulo ubique, Act. 20. 34. 1 Cor. 4. 12. 1 Thes. 2. 9 †. Erat autem σκηνοποιός, Act. 18. 3[t]. ¶ *Nè quem*——*gravaremus*] Ita Pi. P. &c. Πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαι, &c.] *Nè cui vestrûm oneri essemus*, Er. Il. Be. &c. scil. à vobis accipiendo vitæ necessaria[v]. Et hoc repetit 1 Thes. 2. 7, 9. πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρεῖν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, Clemens Constitut. 2. 33[x].

9. *Non* (sub. *autem hoc dico*. Elliptica loquutio[y].) *quasi non habuerimus potestatem*] Scilicet gravandi vos[z]. Jus nobis non deerat vivendi vestro sumptu, 1 Cor. 9. 6[a]. Simul excusat alios suámque temperantiam exaggerat[b]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα——τύπον, &c.] *Ut nosmetipsos formam* (vel, *exemplar*, G. *pro exemplari*, P. Be. Pi. ad maxima quæque. De voce τύπος in hoc sensu vide Phil. 3. 17[c].) *exhiberemus vobis*, &c. Er. Ti. nempe victum proprio labore quærendi. Quantò minùs ferendum est, ut qui nihil agunt ex alieno vivant[d]?

10. *Denunciabamus*] Vel, *Præcipiebamus*, Pi. Me. Quod præcessit, erat hortamenti; hoc verò jam, præcepti*. ¶ *Si quis non vult operari*, (nempe opere manuum, 1 Thes. 4[f]. labore vocationis suæ[g]; nisi justum sit impedimentum[h], vel, ob virium imbecillitatem, vel, quia non invenit quod operetur[i]:) *nec manducet*] Adagium est Hebræorum vetus[k]. Exstat hæc sententia in Beresith Rabba (sive Genesi magno[l]:) & in Ohelmoed, ut viri eruditi notârunt. Ut et in aliis non dissimilis in libro Zeror, *Qui non laboraverit in prosabbato, nè edat in Sabbato*. Amant Apostoli, ut & Christus, uti sententiis bonis quæ in ore erant populi aut sapientum. Simile illud Homeri in Odyss. T.——οὐ γὰρ ἀεργὸν ἀνέξομαι ὅς κεν ἐμῆς γε χοίνικος ἅπτηται. Et inter Pythagoræ dicta erat, ἐπὶ χοίνικος μὴ καθῆσθαι, quod significat, Eustathio exponente, μὴ τρέφεσθαι ἀργὸς· (*nè otiosus alatur*.) Vide Demosth. & Alex. [eorúmque verba in G.] & Clem. Constit. 2. qui post hæc verba repetita addit, ἀργοὺς, &c[m]. (*otiosos enim odit Deus*.) Ælian. l. 4. 1. Σαρδῷοις ἀργίας ἦν δίκη, &c[n]. (*erant pœnæ ignavis constitutæ*, *talésque in jus trahebantur*, *& ostendere tenebantur unde viverent*.) Gymnosophistas scribunt ab adolescentibus, cùm ad mensam venirent, solitos exigere rationem negotii, & ignavos à cænaculo & mensa exegisse[o].

11. *Audivimus* (vel, *Audimus*, Mo. P. &c.) *enim* (Reddit causam præceptionis illius v. 6[p]. cur nunc rursum de eisdem admoneat, & quidem severiùs, quia malo nondum adhibitum est remedium[q]: Nimirum, *Arcanam Judæa tremens mendicat in aurem*[r].)—*ambulantes inquietè*, Ἀτάκτως] *Inordinatè*, P. Pi. &c. ut suprà v. 6 †. Contra nostras constitutiones[t]. ¶ *Nihil* (scilicet utile & necessarium. Universalis negativa sæpe restringenda est, ut Exod. 20. 10. *nullum opus*, scil. servile, ex collat. Levit. 23. 7, 8. Num. 28. 18. Sic Matth. 5. 34. *Nè juretis omnino*, scil. temerè & leviter. Joan. 15. 5. *Non*——*quicquam*, scil. boni, &c. 1 Tim. 6. 4. *Nihil sciens*, scil. sanum & utile[v].) *operantes*, (vel, *agentes*, Pi. Be.) *sed circum*, &c. Ἀλλὰ περιεργαζομένους] Notantur duo vitia ferè conjuncta, otium & curiosias. Qui enim nihil operis ipsi faciunt, huc illuc circumcursitant, faciúntque se spectatores & censores operum alienorum[x]. *Sed circumagentes*, Mo. vel, *supervacanea agentes*, Ca. sim. Tre. ex Sy. vel, *circumvagantur*, Ar. vel, *inaniter satagentes*, Be. ex Steph. Pi. *supervacua & inutilia agentes*, Er. V. quæ περίεργα dicuntur, quasi *nihil ad rem pertinentia*. Ἐργάζεσθαι laudis est, περιεργάζεσθαι vituperabile[y], & apud Græcos semper in vitio ponitur: unde περίεργον, μάταιον, ἄτοπον, πολυπράγμονα, conjungunt[z]: vel, *curiosè agentes*, Er. Il. Ti. P. Vulg. V. i. e. curâ rerum alienarum districtos[a]: curiosos, garrulos, dicaces[b]. In Glossario, περιεργάζομαι, *sciscitor*: περίεργος, *curiosus*. De tali hominum genere Horatius, *Percunctatorem fugito: nam garrulus idem est*. Et apud Æschinem juncta leguntur περίεργος & συκοφάντης. Eos ergò intelligit qui aliena scrutando, & indè apud alios captando jocandi materiam, hoc misero vitæ genere se sustentarent[c]. Adde 1 Tim. 5. 13. ubi de simili vitio fœminarum agitur[d]. Elegans hîc paronomasia*, ut in dicto Domitii Afri de quodam oratore, quem dixit *non agere*, *sed satagere*[f], quòd in agendo tumultuaretur. *Agit* qui suo fungitur officio; *satagit* qui vehementer, sed *frustrà*, molitur[g]. Confer Rom. 12. 3[h].

12. *In Domino*] Vel, *Per dominum*, P. Pi. i. e. Christi mandato[i], & auctoritate. Vel, obtestatio est[k]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα μετὰ ἡσυχίας, &c.] *Ut cum quiete* (h. e. sine περιεργασία & πολυπραγμοσύνη[l]: pacificè, modestè[m], non turbulentè[n], ad sua agenda: quo sensu ἡσυχία sumitur & 1 Tim. 2. 12. Oppositum hoc discursantibus & garrientibus[o]: vel, *cum silentio*, Vulg.) *operantes*, (Breviter duo vitia, quæ notaverat, corrigit; *quietem* opponit curiositati rerum alienarum, & *operationem* otio[p]:) *suo* (emphaticè, qu. d. non alieno[q], id est, suo labore parta[r]: Bene *suo*: nam *cibus alienus* apud Comicum Latinum, ἀλλοτρία μᾶζα, apud Comicum Græcum, est vita parasitica; ἄρτος enim, & לחם apud Hebræos, pro omni cibo ponitur †:) *pane vescantur*, P. Pi. &c. Confer 1 Thes. cap. 4. ver. 11[t].

13. *Nolite*, &c. Μὴ ἐκκακήσητε καλοποιοῦντες] *Nè segnescatis* (vel, *defatigemini*, Er. Ti. sic V. G. ἐκκακεῖν est evadere κακὸν, hoc est, ignavum & segnem. Ut enim ἀγαθὸς interdum *fortem ac strenuum*; ità contrà κακὸς *ignavum* ac *remissum*, denotat[v].) *in benefaciendo*, P. Pi. sic Be. h. e. in vestra liberalitate exercenda erga alios[x]; erga egenos[y], etiam inordinatos, si necessitas ferat[z]; Monet, nè propter hoc quòd quidam liberalitate fratrum abutuntur ad otium, remissiores fiant ad largiendum, quia non deerunt alii, infirmi, afflicti, &c[a]. vel, *rectè agendo*, G. Idem sensus Gal. 6. 9. ubi τὸ καλὸν ποιεῖν, quod hîc contractè καλοποιεῖν[b]. Simile compositum ἀγαθοποιεῖν, Marc. 2. 4. Luc. 6. 9, 33, 35. &c. Contrarium κακοποιεῖν in illis N. T. locis, & apud Græcos interpretes sæpe pro Hebræo ירע[c].

14. *Si quis non*, &c. Οὐκ ὑπακούει, &c.] *Non auscultat sermoni nostro*, P. Be. Pi. i. e. præcepto nostro[d]: vel, illis præceptis quæ ex Christi mandato damus*. Si quis, inordinatè se gerens, huic doctrinæ & admonitioni meæ modò propositæ parere nolit[f]. ¶ *Per*, &c. Διὰ τῆς ἐπιστολῆς] Connectendum hoc, vel, 1. cum verbis sequentibus, τοῦτον σημειοῦσθε[g]· [quæ sic vertunt:] *hunc notate*, Mo. Be. Pi. vel, *significate*, P. Ca. *indicate*, Er. Ti. *judicate*, Il. V. q. d. *In epistola ad me scripta illum suis notis depingite*, G. sim. Q. in E. ut ego deinde statuam id quod Spiritus dictaverit, 1 Cor. 5. 3[h]. ut pro disciplina Ecclesiastica mihi commissa severiùs cum eo agam[i].

In

[Left margin:] g G. h Me. i E. k G. sic Me. l G. m G. n G. o Er. p E. q G. r Vor. † G. t Pi. v E. sim. Me. Pi. x G. y Pi. z E. Me. a G. sim. E. Vor. Zeg. b Er. c G. d E. * G. f E. g Vor. h Be. i E. k D. Cart. l D. prov. i. 5. 11. m G. n J. Cap. o D. ib. p Pi. sim. Be.

[Right margin:] q E. r G. † E. t Ham. v Glass. rhet. 1. 14. 439. x E. y Er. z Be. a V. b Me. c G. d G. sim. Vor. * Pi. f Val. Er. g Er. h Pi. i G. k E. l Vor. m T. n Me. o G. p E. q Er. sic E. r T. sic E. Vor. Pi. Gom. † G. t Pi. Vor. v Vor. sic Pi. x Gom. sic Pi. y Pi. z Gom. sim. E. a E. b G. sim. Pi. c G. d E. Me. * G. f Gom. sim. Ham. g Q. in Vor. h G. i E.

In Glossario, σημειῶσαι, *noto, signo*[k]: vel, 2. cum præcedentibus[l]; hoc sensu, si quis non auscultet sermoni nostro per epistolam, h. e. Epistolæ nostræ[m]; vel, præcepto meo, quod per hanc Epistolam significo[n], eum notate[o], ut vitetur ab omnibus[p]: ut signamus boves cornupetas, quò vitentur[q]. *notate*, nempe notâ illâ ignominiosâ excommunicationis[r], illius nimirum de qua suprà diximus; quâ nimirum præfecti publicè & nominatim eos designabant à quorum consortio fidelibus esset abstinendum†. Hæc distinctio & expositio potior est, ut liquet; 1. ob articulum emphaticum τῆς, qui certam Epistolam, nempe hanc ipsam designare videtur[t]: 2. quia non dicit σημαίνετε, *significate*, sed σημειοῦσθε, *notate*: 3. quia proximè sequentia præcipiunt, quomodo se gerere debeant erga sic notatum. Est autem hîc Ellipsis articuli τοῦ ante διὰ[v]. ¶ *Nè commisceamini*, &c.] i. e. Nolite conversari, & commercium habere[x], familiariter convivere, ut 1 Cor. 5. 9, 11. συγχρῆσθαι alibi. Nempe, dum ego certi aliquid staturim[y]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἐντραπῇ] *Ut pudefiat*, Mo. Tre. sim. Er. P. Ca. Be. Pi. Ar. &c. videns se ab omnibus vitari & negligi[z]; ut pudore tactus ad mentem meliorem redeat[b]; ad considerationem & agnitionem culpæ, & correctionem vitæ adducatur[c], atque ità salvus fiat, ut 1 Cor. 5. 5. exponitur. Synecdoche membri metonymica[d]. Vide dicta ad Mat. 18. 17. Verbum ἐντρέπεσθαι habes hoc sensu & Tit. 2. 8. Hebræum esset יכלם*

15. *Et*, &c. Καὶ μὴ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλὰ νουθετεῖτε, &c.] *Neque* (καὶ μὴ, pro *nec tamen*. Cohæret enim cum præced. per Prolepsin[f].) *ut inimicum ducatis*, (i.e. eum pro inimico habeatis[g], nempe ex lege Levit. 19. 17[h]. quamvis intractabilis sit[i]: non enim persecutor est, aut hostis Ecclesiæ, neque tam malitiâ peccat quàm infirmitate: sed neque fratris affectum abjecit[k]:) *sed admonete* (vel, *corripite*, Vulg. Heb. תוכחה. Vide Levit. 19. 17. ubi in Græco ἐλέγξεις. Verbum νουθετεῖν habes Rom. 15. 14. Col. 3. 16. 1 Thes. 5. 14. Talis admonitio Rabbinis נזיפה[l].) *ut fratrem*. P. Be. Pi. h. e. nondum prorsus excommunicatum, nec à fidei professione alienum. Hinc apparet, non agi hîc de excommunicatione totali, quâ homo Ethnici loco habetur, Mat. 18. 17[m]. Verùm illud à Christo non absolutè dicitur, sed tantùm ratione communionis sacræ, à qua arcetur. Neque excommunicatio est instar veneni, quod hosti datur ad exitium, sed medicinæ, quæ fratri, ex amore & spe bona resipiscentiæ consecuturæ, datur ad salutem[n]: vel, *ut qui frater fuerit*. Aliquid operari debet pristinæ fraternitatis memoria[o].

16. *Dominus pacis*] *Princeps pacis*, Esa. c. 9. v. 6[p]. ¶ *Det vobis pacem*] i. e. Vel, 1. Salutem seu felicitatem[q]. Amat Paulus πλοκὰς, qualis & hîc est. Nam εἰρήνη priore loco, *pacem*, sequente, *res omnes prosperas* significat[r]. Vel, 2. Animorum concordiam, nè correptionem contentio sequatur, sive ex imprudentia corripientis, sive ex obstinatione ejus qui corripitur†. ¶ *Sempiternam*, &c. Διὰ παντὸς ἐν παντὶ τρόπῳ] *Semper* (vel, *Per omne*, Mo. *Omni tempore*, G. Tre. ut Marc. 5. 5. Luc. 24. 53. Act. 10. 2. & 24. 16. Rom. 11. 10[s].) *omni modo*, sive, *omnibus modis*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. V; sic Mo. vel, *omnino*, Ca. vel, *in omni re*, Tre. ex Sy. sive negotio; in opinionibus, in dictis, in factis[v]; ut nulla ex parte contentionis eis occasio relinquatur, neque ex verbo, neque ex opere[x]. Vel, *in omnibus quæ facitis*, Æth. vel, *in omni loco*, Vulg. Deus vobis det res bonas, sive Thessalonicæ eritis, sive in Judæam aut Syriam redibitis, sive aliò migrabitis: ἐν παντὶ τόπῳ legunt & Græci quidam[y], Chrysostomus[z], qui exponit πανταχοῦ, h. e. etiam apud alienos à religione Christiana, & Amb[a]. Hæc lectio concinna videtur[b], & genuina[c]; & meliùs convenit[d], elegantiùs cohæret cum præced. διὰ παντὸς*, *semper & ubique*, sermone proverbiali[f]. ¶ *Dominus sit*, &c.] Christus vobis sit adjutor. Vide Mat. 28. 20. In Liturgiis & Græcis & Latinis est hoc pervetus, Ὁ Κύριος μεθ' ὑμῶν, *Dominus vobiscum*. Hoc successit in locum sacerdotalis illius benedictionis, cujus mentio Num. 6. 24[g].

17. *Meâ manu*] Sic 1 Cor. 16. 21. Col. 4. 18[h]. Hactenus in describenda Epistola manu scribæ Paulus usus fuerat: hæc scribit suâ manu[i]. Epist. ad Gal. totam suâ manu, Gal. 6. 11. reliquas alienâ, conscripsit: valedictionem verò ipsemet perpetuò subscripsit[k]. Manifestum [hoc] nobis indicium dat, alias à se Epistolas aliò missas, quales multæ interciderunt, sed hanc primam esse quam Thessalonicam miserit. Alioqui si nota jam fuisset ejus manus, his verbis usus non fuisset, sicut eis non utitur in altera ad Thessalonicenses ex Judæis & Gentibus collectos, quæ Prior dicitur, cùm reverâ fuerit, ut diximus, posterior[l]. [Alii verò contradixerunt: judicium ferat lector ex antè dictis.] ¶ *Quod est signum in omni epistola*] Quod est instar signaculi[m], quo veræ epistolæ à falsis aut suppositiis (aut corruptis[n],) secernerentur[o]. Id hîc addit, quia terruerat eos Epistola falsò nomine Pauli ad ipsos missa, suprà 2. 1. Qu. Quodnam σημεῖον, sive signum, hîc intelligit? Resp. 1. Signum aliquod nobis incognitum, quale quisque pro arbitrio sibi sumit ad subsignandas Epistolas, syngraphas, apochas, & alia ejusmodi[p]. 2. Certum qendam nexum literarum quo nomen suum scribebat[q]. 3. Sequentem sententiam, nimirum, *Gratia Domini*, &c[r]. Quæ precatio gratiæ, in omnibus Pauli epistolis, etiam eâ ad Hebræos, ascribitur in calce, licèt non semper iisdem omnino verbis. Ex reliquis autem Epistolis sola 1. Petri eam habet. Tantus gratiæ divinæ prædicator erat Paulus, &c†. ¶ *Ità scribo*] Nempe ut sequitur[t], versu sequente[v].

18. *Gratia*, &c.] Et hæc solennis Pauli Epistolarum clausula. ¶ *Amen*] Hoc addebat Ecclesia, cùm lecta esset Epistola: & indè ascribi cœpit[x].

k G. l Vor. Plerique in E. m Be. n E. o Be. E. p E. sim. Me. q Er. r Pi. † E. t Pi. Vor. v Pi. x Me. E. y G. z Me. E. a Me. b G. sim. c Me. Pi. Vor. c Gom. d Vor. Pi. * G. f Pi. g E. Me. h G. i Er. k E. l G. m Vor. n Gom. o G. p G. q Vor. r G.

† E. s G. v Er. ex Th. x E. y G. z Er. Be. a Er. b Vor. c Pi. d Be. * Pi. f Er. g G. h Gom. i G. k Gom. l G. m Vor. n Gom. o Vor. sic Be. Gom. E. Me. p E. q G. r Me. sim. E. ex Ans. † E. t Be. Pi. v Pi. x G.

SYNOPSIS

SYNOPSIS

Criticorum aliorúmque Commentatorum

IN

I. EPISTOLAM

AD

TIMOTHEUM.

PRolegomena.] Hanc Epiſtolam aliorum magìs quàm Timothei causâ ſcriptam fuiſſe, vel hinc conſtat, quòd multa hîc ſupervacua eſſent, ſi cum ſolo Timotheo negotium fuiſſet [a]. Fuit Timotheus Epiſcopus Epheſi, teſtibus Euſeb. Chryſ.&c [b]. De tempore & loco ſcriptionis hujus Epiſtolæ variæ ſunt & incertæ conjecturæ: quod mirum eſt, cùm ex ipſa Epiſtola apertè deſignentur [c]. Non ſcripta eſt (quod quidam voluerunt) in vinculis; neque in prioribus, quando Timotheus cum Paulo fuit, ſi non συναιχμάλωτος, at ſaltem συνεργὸς, ut teſtantur Epiſtolæ indè à Paulo ſcriptæ, quæ & Timothei nomen præferunt; nec in poſterioribus, ut patet ex 1 Tim. 1. 3. unde liquet Paulum ibi loqui de re nuper geſta [d]. Scripta fuit poſtquam Epheſo ſolviſſet Paulus [*]; vel, 1. dum Macedoniam peragraret [f], ſive in Macedonia [g]: quod apertè refutatur ex verbis illis, πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν, 1 Tim. 1. 3. quæ utique verba in Macedonia conſiſtenti neutiquam conveniunt, imò rem jam aliquamdiu exactam demonſtrant [h]: neque enim veriſimile eſt, Paulum ad eum ſcribere voluiſſe à quo jam recèns diſceſſiſſet [i]. Vel, 2. cùm Paulus Macedoniâ peragratâ in Græciam, ſive Achaiam, (& Athenas [k],) veniſſet [l], Act. 17. 14, 15. Subſcriptio apud Vulg. & Græc. & Syrum, ſcriptam dicunt *Laodiceæ Phrygiæ Pacatianæ* [m]. Quod perabſurdum eſt [n]: nam, 1. Paulus nunquam fuit Laodiceæ, Col. 2. 1 [o]. illa autem Epiſtola ad Coloſ. hâc liquidò poſterior fuit [p]. 2. nomen *Phrygiæ Pacatianæ* poſteriùs multò innotuit [q], non ante tempora Conſtantini, ut notat Cujacius [r]. Ejus ſcribendæ ratio & occaſio facilè intelligitur †; tum ex Actorum cap. 20. & deinceps, tum ex initio hujus Epiſtolæ [t], cap. 1. 3. ubi ſanam doctrinam à nonnullis varìe corruptam fuiſſe diſcimus; cui malo ut maturè occurreret Paulus, Timotheum monet quid facto opus ſit [v], eúmque in functione Paſtorali, ut filium & collegam, accuratiſſimè inſtituit, & paſſim myſteria quædam Evangelii propria ſuis locis interſpergit. Tota hæc Epiſtola ferè νουθετικὴ eſt, h. e. variis admonitionibus referta, de ordine & diſciplina in Eccleſiiis ſervanda, déque aliis Epiſcopalis officii partibus [x]. Multum Paulus Epheſi & laborem & tempus inſumpſerat, & de illa urbe atque Eccleſia valde ſollicitus fuit; tum ob eminentiam loci, tum ob multorum inconſtantiam in doctrina recepta, &c. Hinc Timotheum, virum Prophetiis inſignitum, ibi relinquit; ipſúmque inſtruit, tum, de erroribus atque heterodoxiis expurgandis, tum, de ordine cultûs atque diſciplinæ in Eccleſia [y]. Multi ibi erant ambitioſi, qui non libenter cuivis erant ceſſuri; & multa ibi conſtituenda erant, quæ majorem Timotheo, ipſúmque Pauli calculum & nomen, deſiderarent †. Ut in genere quatuordecim Pauli Epiſtolas ſemper agnovit Eccleſia, ità nominatim has duas ad Timotheum omnes fatentur, & canonicas eſſe, & ab Apoſtolo ſcriptas [z].

[a] Calv. [b] Ham. [c] Li. chron. p. 114. [d] Cap. in Append. crit. p. 3919. [*] Cap. ib. ſic Ham. Li. ib. [f] Cap. [g] Athan. Theod. Baron. & G. in Got. p. 3750. ſim. Li. [h] Got. [i] Li. ib. [k] Cap. [l] Got. ib. ſim. Cap. [m] Got. [n] Cap. [o] Cap ſic Got. [p] Got. [q] Got. ſic Ham. [r] Ham. † Dan. [t] Vor. [v] Dan. [x] Vor. [y] Li. ib. 115. † Calv. [z] Mag. p. 14.

CAP. I.

1. PAulus *Apoſtolus*, &c.] Hoc initio ſemper Paulus utitur, quò major ſit dictis ejus authoritas [a], & ut Pſeudo-apoſtolos reprimeret [b]. ¶ *Secundùm*, &c. Κατ' ἐπιταγὴν, &c.] Sic & Rom. 16. 26. & Tit. 1. 3. Incipit à Cauſa ſumma [c]. *Juxta* (vel, *Ex*, P. Ca. Pi. &c. vel, *Per*, Tre.) *delegationem* (vel, *ordinationem*, Mo. *imperium*, Vulg. *injunctionem*, Er. V. vel, *ordinatione*, P. Pi. &c. vel, *mandato*, Ca. Be. Ar. V. Pi. Scul. ex Luth. Rectè ſic Dion. Halic. Antiq. 5. δίχα τῆς ἐπιταγῆς, &c. *injuſſu parentum* [d].) *Dei* (ſcil. Patris [*], quia mox diſtinctè fit mentio Filii [f]:) *ſervatoris noſtri, & Domini Jeſu Chriſti, qui eſt ſpes noſtra*, Er. Ti. P. &c. Metonymicè [g], vel, 1. autor ſpei [h]: qui Chriſtus cauſa eſt ſpei noſtræ. Vide 1 Theſ. 1. 3. Similis locutio Pſal. 71. 7 [i]. Vel, 2. objectum ſpei noſtræ [k], in quo fundatur ſpes noſtra [l]: per cujus unius merita veniam peccatorum, veram obedientiam, & vitam æternam, ſperamus. Facit hoc contra Judaizantes, qui in Lege ſpem ſalutis ſuæ collocabant [m]. Al. Codices habent, Θεοῦ πατρὸς, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ, &c [n]. Sic cod. Complut. In alio cod. legitur, τοῦ πατρὸς ἡμῶν Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦ, &c [o]. Sed recepta lectio verior [p]. In MS. & Codicibus plurimis eſt, Θεοῦ σωτῆρος ἡμῶν, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Rectè: nam ſic & ad Titum, κατ' ἐπιταγὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ [q]. Mutârunt qui meminerunt σωτῆρος nomen pleriſque in locis tribui Chriſto [r], eíque uni illud tribuendum putârunt; abſurdè quidem †, cùm Pater nos ſervet per Filium, quem miſit, &c [t]. Non meminerunt etiam Deo Patri hoc nomen tribui, qui Chriſtum ad ſalutem nobis conficiendam miſit, Luc. 1. 47. infrà hîc 4. 10. Tit. 2. 10. & 3. 4. Judæ, v. 25. In V. Teſt. frequenter Deo is titulus datur, Deut. 32. 15. 1 Sam. 10. v. 19. Pſal. 24. 5. & 25. 5. Iſa. 12. 2. & 17. 10. &c [v].

2. *Timotheo*] Timotheus à prima ætate commendatus Paulo fuerat à matre, ut ejus exemplis inſtrueretur, 2 Tim. 3. 10. ubi apertum ſit cum Paulo adfuiſſe antequam Paulus Lyſtram veniret, quanquam ibi primùm Timothei meminit Lucas 16. 2. quia eo tempore, teſtimoniis Eccleſiarum præcedentibus, in munus Evangeliſtæ aſſumptus eſt, cùm antè fuiſſet Pauli ἀκόλουθος [x]. ¶ *Dilecto*, &c. Γνησίῳ, &c.] *Germano filio* (*Filium* vocat ratione, vel ætatis [y]; vel potiùs, doctrinæ & imitationis [z]:) *in fide*, Er. Ti. P. Be. Pi. vel, *per fidem*, V. Be. Limitatio, q.d. Filio non carne, ſed ſpirituali geniturâ [a]: quem ad fidem converti, Chriſtóque genui, quomodo Corinthios

[a] G. [b] Mag. 56. [c] G. [d] Scul. [*] Er. E. Pi. Scul. [f] Pi. [g] Pi. Vor. [h] Vor. [i] G. [k] Vor. [l] Pri. ſim. Pi. [m] E. [n] Vor. [o] Be. [p] Vor. [q] G. [r] G. ſim. Fe. † Be. [t] Pi. ſim. Be. [v] G. [x] G. [y] Fr. [z] Dan. [a] Vor.

Corinthios *filios* appellat, 1 Cor. 4. 14, 15. & Onesimum[b]. Non placet: nam Timotheus à teneris fide imbutus est, & discipulus erat, bonúmque à fratribus testimonium habuit, cùm Paulus eum assumeret, &c. Malim dici, *in fide*, vel, quòd eum in fide pleniùs instituit[c], q. d. qui à me fidem evangelizare didicit[d]: vel potiùs, quòd Paulo in Evangelio inserviret[*]. Vocat eum *filium in fide*, quia per fidem novam quandam naturam accipimus, & velut iterum gignimur, 1 Cor. 4. 14, 15, 17. 2 Cor. 6. 13. Eph. 5. 1. Phil. 2. 22. Adde Gal. 4. 19. &c. Addit γνησίῳ, ut Psal. 4. 3. Tit. 1. 4[f]. i. e. genuino[g], quia filius erat Pauli minimè degener[h], æmulus paternæ doctrinæ & virtutis[i]: Sic Martialis,—*soboles sincera parentis*. Ità *Platonis & Aristotelis* γνήσιοι χορευταὶ apud Julianum Imperatorem[k]. Vel, γνήσιος idem hîc quod ἀγαπητὸς, ut se explicat 2 Tim. 1. 2[l]. ¶ *Gratia*, &c.] Sic & 2 Tim. 1. 2. Tit. 1. 4. 2 Joh. 3. εἰρήνη καὶ ἔλεος, Gal. 6. 16. Judæ 2. χάρις καὶ εἰρήνη, 1 Cor. 1. 3. 2 Cor. 1. v. 2. &c. Geminatio autem significatûs similis habet aliquid σεμνότητος. Confer Num. 6. 24, 25, 26[m]. χάρις in tali positu idem valet quod χαρὰ, vel χαίρειν: quæ usitata erat & antiquissima epistolarum inscriptio[n]. Non placet: quia χαρὰ, *gaudium*, est effectum εἰρήνης, & hæc *gratiæ* effectum[o].

3. *Sicut*, &c. Καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι, &c.] Oratio elliptica est[p], vel ἀνανταπόδοτον: nihil enim hîc sequitur quod respondet τῷ καθὼς[q]. Al. καθὼς accipitur pro ὥσπερ[r]. *Sicut te sum precatus* (vel, *hortatus*, Val. Er. Pi. &c. Poterat denunciare, ut præceptor & pater, quam potestatem & Timotheo dat: blandè tamen admonet & precatur ut frater, 2 Thes. 3. 12 †. Vide modestiam Pauli[t].) *ut permaneres* (vel, *manere*: προσμεῖναι potest esse vel imperat. modi, vel (quod malim infin[v].) *Ephesi*, (adde, *loco mei*, ut inchoatam à me doctrinam promoveres[x]:) *cùm proficiscerer in Macedoniam*, Be. Pi. P. sic Er. Ti. &c. Epheso à fabris Dianæ fugatus[y]. Assentior putantibus indicari iter illud quod Act. 20. 32. ut ex Epheso Timotheus Troada venerit Pauli videndi causâ, redieritque mox Ephesum, ubi creditur reliquum vitæ egisse[z]. Supplendum hîc, vel, *ità facito*, Er. Ti. vel, *permaneto*, P. Scul. vel, *vide*, Be. Pi. vel, *cura*, Scul. Pri. ut Eph. 5. 33. Tit. 3. 13 ‖. vel potiùs, *ità & nunc precor*[a]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα παραγγείλῃς τισὶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν] *Ut denunties* (i. e. præcipias[b], cum authoritate, ut 2 Tim. 3. 6[c]. Hic illud ἵνα παραγγείλῃς est positum pro παράγγελλε, qualis locutio est Eph. 5. 33. Quandoquidem ea de causa ibi relictus es, fac quod mandavi, Denuntia[d].) *quibusdam*, (nempe inordinatè ambulantibus[*]; vel, qui tali denunciatione opus habent[f]: quos non nominat præ lenitate[g], & modestia, illorum consulens pudori[h], nè impudentiores fierent reprehensione publicâ[i]. Vide Rom. 3. 8. 1 Cor. 4. 18. & 6. 11. & 8. 7. & 10. 7. Gal. 1. 7. &c. Terent. Eunuch. *quod quidam fecit*[k].) *nè diversam doctrinam doceant*, P. Be. Pi. vel, *nè diversis uterentur doctoribus*, Er. nè audiendo falsos doctores à fide deficiant[l]: vel, *nè diversam sequantur doctrinam*, Er. Ti. Mag. quod commune est & docentibus, & discentibus[m]: nam verbum hoc ad utrosque referri potest. Malim tamen ad doctores[n], *nè aliter docerent*, Vulg. i. e. alia sive diversa[o], nempe à nobis[p], vel, quàm nos docuimus[q]. Vide infrà 6. 3[r]. *Aliter*, hîc non modi, sed rei diversitatem significat †. *Aliter*, vel in Re & doctrina; vel, in Forma & modo docendi; quæ est ὑποτύπωσις, 2 Tim. 1. 13. vel, in applicatione & usu doctrinæ, 2 Tim. 2. 15. Hoc de iis timuit Paulus, exemplo Galatarum[t], & quia sciebat tales doctores ibi exorituros, Act. 20. 29[v]. Vide & Apoc. 2. 6[x].

4. *Neque*, &c. Μηδὲ προσέχειν μύθοις] *Nec attendant fabulis*; i. e. curiosis ac vanis speculationibus. Notum est proverbium, Ἐφέσια γράμματα[y]. Al. Fabulas intelligit Judaicas[z], ut patet ex Tit. 1. 14[a]. δευτερώσεις[b], sive traditiones[c]; vel, sensus allegoricos, quibus Doctores ipsorum דרשנים, vel συζητηταὶ, dicti luxuriârunt[d]. Agit hîc de iis qui ex Judaismo ad Christianismum venerant, & Judaicas fabulas admiscebant Christianismo. Ostendunt id sequentia. Adde & infrà 4. 7. 2 Tim. 4. 4. Tales erant apud Judæos quosdam fabulæ de iis quæ Deus fecit ante Mundum hunc conditum; de Homine facto primùm ἀνδρογύνῳ; de ejus concubitu cum Bestiis, & cum Lilith; de Dæmonibus indè natis; de Behemotho & Leviathane; de Animarum ὑπάρξει (*existentiâ*) ante corpus; de Angelis in sidera & regiones distributis, multáque similia. Tertul. de Valentino, *multas introduxit fabulas*[*]. Et Pharisæi Judæos, & Pseudoapostoli conversas gentes, fabulis multis paverunt ‖. Vide 2 Pet. 1. 16 †. *Fabulis attendere* dicuntur illi qui eas studiosè & seriò vel narrant, vel audiunt, velut rem alicujus momenti & quæ ad pietatem facit[f]. Exemplo illustrat quid sit ἑτεροδιδασκαλεῖν[g], monétque non eos tantùm in docendo peccare qui falsa tradunt, sed etiam eos qui vana & inutilia[h], & quæ nihil ad pietatem faciunt[i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις] *Et genealogiis* (vel, *antiquitatibus*, Ca.) *interminatis*, Mo. vel, *infinitis*, P. Pi. *nunquam finiendis*, Er. Il. Ti. Be. *quæ finem non habent*, Er. V. i. e. vel, quæ non perveniunt ad aliquem finem utilem auditoribus[k]: vel, longissimas[l], quæ sunt infinitæ per traducem, i. e. longissimâ parentum serie protensæ, ut vix ad finem earum perveniri possit[m]; quarum non licet reperire πέρας, finem, seu exitum[n]; *neque ullus querendi finis*, ut de talibus argutiis dicit Gellius, 5. 15 †. vel, quas explicari infiniti est negotii[o]. Genealogias hîc reprehendit, non illas Evangelistarum de Christo, (quibus confirmatur fides nostra de Christo ex certa gente, tribu, familia nascituro[p]:) nec illas in Libro Paralipomenon[q], sed eas quæ extra Scripturam sunt[r], quibus & Gentes †, & maximè Judæi dediti erant[t]; vel inanis cognitionis, vel ostentationis, causâ[v]; partim, ut illustrium parentum filii haberentur, partim, ut scientiam rerum antiquissimarum venditarent[x]: ut probarent se esse Judæos, Levitas, Sacerdotes, &c[y]. Privatas genealogias intelligit[z], quibus Judæi genus se ducere ab Abraham ostendere conabantur, ut suum genus & nobilitatem ostentarent[a]. Habebat quæque tribus, & quæque familia, Judæorum suum *librum prosapiæ*, ut ex Esra apparet. Et quia variæ disceptationes circa prosapias oriebantur, præsertim post capt. Babylon. habebant libros controversiarum genealogicarum[b]. Γενεαλογίας vocat quas Judæi ספרות, ideo quòd fingebatur harum alia ex alia emanare & quasi gigni, hoc modo,

Corona.

בינה, Ἔννοια, *Intelligentia*, — חכמות, Ἀχαμὼθ, *Sapientia*,
פחד vel גבורה, *Timor* vel *Potentia*, — גדולה, vel חסד, *Magnificentia*, sive *Misericordia*,
תפארת, *Deus*,
הוד *Majestas*, — נצח, *Victoria*
סוד, *Fundamentum*; quod & כל *Omnia*,
מלכה, *Regnum*; quod & שכינה *Præsentia Dei*.

A Platonicis hæc desumpta docet nos Tertul. quod verum est, sed quibusdam nominibus retentis, quibusdam mutatis. Sed jam olim apud Persarum Magos tales fuisse γενεαλογίας docet nos Plutarchus Iside: & meminere eorum Platonici qui περὶ ἀρχῶν scripsere. Zoroastris tamen nomine quæ circumferebantur, ea à Gnosticis, quos hîc notat Paulus, esse facta deprehendit, & ostendisse se ait Porphyrius: & puto eum verum dicere. Βυθῷ, Σιγῆς, Ἐννοίας, mentionem habes apud Proclum ad Timæum, apud Damascium & alios. Verè autem hîc Paulus dixit ἀπεράντους. Nam multi ad has proprietates alias multas pari jure adjecere, ut Gnosticorum illi ex quibus originem traxere Valentiniani & Basilidiani; qui & pro ספירות usurpârunt nomen Αἰώνων, eorúmque fecere

fecere συζυγίας & γενεαλογίας. Nam & hoc nomine utebantur, ut videre est apud Iren. Tertul. & Epiphan. Αἰῶνας ἀπεράντους dixit scriptor Constitut. sub. Clem. nomine. Γενεαλογίας autem deorum, quæ exstabant apud Hesiodum & Orphea, per Allegorias quasdam ad illos suos Αἰῶνας, i.e. דורות, referebant. Et propter ista videri volebant eruditiores cæteris, spernebántque alios Christianos, ut rudiores: & hinc est quòd Γνωστικῶν nomen ipsi sibi fecere. Vide quæ diximus in Anteloquio ad Evangelium Johannis. Proclus cùm de Genealogiis quæ sunt in Platonis Timæo disputâsset, ἀλλὰ τούτων ἅλις, ὅσον ἀνδρὶ φιλοσόφῳ περὶ γενεαλογιῶν φροντίζοντι ὅπως ἂν ἔχοι ^c^. Theologia Gnosticorum maximâ parte constabat ex Syzugiis & Genealogiis, quòd ex *Nocte & Silentio* provenit *Chaos*, &c. Hos h. l. notat Paulus ^d^. ¶ *Quæ quæstiones*, &c. Ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον ἢ οἰκοδομίαν, &c.] *Quæstiones præbent* (i. e. rixas & contentiones *, cum iis qui fortè aliquid contradicere audent ^f^; de rebus scitu non necessariis ^g^. Multæ inde nascebantur quæstiones, cùm alii aliter classes illas & nomina ordinarent, suo quisque arbitratu. Sic aliter Basilidiani, aliter Valentiniani. Vide Iren. 1. 5, 6, &c. Adde Lactantium, 1. 5. Tertul. *Cùm Valentinianus Æonas tantùm triginta finxisset, isti addiderunt alios complures: quatuor enim primùm, deinde alios quatuor aggregaverunt.* Pro ζητήσεις in MS. est ἐκζητήσεις. Sic οἱ ἐκζητηταὶ τῆς φρονήσεως, Bar. 3. 14. Rabbini quæstiones tales vocant, מבעיין ^h^:) *magis quàm* (pro, *& non*, ut 2 Tim. 3. 4 ^i^. Comparatio impropria est, quà alterum affirmatur, alterum negatur ^k^.) *ædificationem* (id est, profectum ^l^ spiritualem ^m^:) *Dei* (Quæ vox non subjectivè ponitur; sed, vel, 1. objectivè, ut *precatio Dei*, Luc. 6. 12. *dona Dei*, Luc. 21. 4. *charitas Dei*, Luc. 11. v. 42. *fides filii Dei*, Gal. 2. 20. *fides Jesu*, Apoc. 14. 12 ^n^. Vel potiùs, 2. partim efficienter, quæ à Deo est; partim finaliter, quæ in Deo fundata est, & gloriæ Dei inservit ^o^: vel, quâ in Deo crescimus ^p^: vel, in cognitione, & cultu Dei ^q^: in vera & solida pietate ^r^, quæ homines ad Deum adducit †.) *quæ est per fidem*, Er. Ti. sic P. Be. Pi. nempe charitate vestitam ^t^; h. e. per solidam ac firmam Evangelii cognitionem, quam inanibus illis commentis opponit ^v^; vel, quæ consistit in fide ^x^, & pietate ^y^; vel, quæ est secundùm ipsius Dei verbum ^z^: vel, *de fide*, V. vel, *secundùm fidem*, Mag. vel, *in fide*, Scul. Mag. vel, *ex fide*, Scul. Monet, mysteria fidei fide potiùs suscipienda quàm rationibus ^a^. Pro οἰκοδομίαν alii hîc legunt, οἰκονομίαν. Ità Chrys. Theod. Caj. &c ^b^. Ità emendatissima exemplaria R. Stephani, majora & minora. Complutensia & Philippica, & omnes ferè Codices ^c^. Sic editio Tigur. & Casaub. & Argentoratensis, & fortè aliæ ^d^. Recta hæc est lectio, & sententiæ commoda atque argumento congrua; & doctoris munus, ac dispensationis Divinæ officium, non obscurè arguit. Παρέχειν οἰκονομίαν Θεοῦ est, *exhibere talem dispensationem Divinam qualem* Dei οἰκονόμος, Tit. 1. 7. i. e. dispensator mysteriorum Dei, *præstare debet*; h. e. salutarem doctrinæ sanæ tradendæ formam *. Sensus est, Ista non juvant œconomiam Dei, i. e. Ordinationem, quâ Deus instituit, ut Divina mysteria fide potiùs quàm ratione teneantur ^f^. Videntur quidem hæc eò tendere ut explicent dispensationem Dei circa salutem nostram: sed reverâ ea simplex est per fidem in Christum, nec tot ambagibus indiget. De voce οἰκονομίας vide Eph. 1. 10. Quidam Libri habent οἰκοδομήν· sed illud rectius ^g^. Al. Receptam lectionem magis probo, quam & Syrus & Latinus habent ^h^, & quæ hodie exstant Græca exemplaria: quæ sensum commodiorem præstat, quem dedimus ^i^. Nec obstat, quòd οἰκοδομία alibi non legitur in N. T. quod cum aliis plurimis commune habet; quum non tantùm analogicè sit formatum, sed & à Thucyd. l. 1. & Plut. De solert. animal. usurpatum ^k^. Sensus utriusque lectionis idem est ^l^.

5. *Finis*, &c. Τὸ δὲ τέλος τῆς παραγγελίας, &c.] Inutilibus istis quæstionibus opponit veram Theologiæ tractationem, quæ charitatem pro fine habet, &c ^m^. Significat, quæstiones prædictas contrarias esse ædificationi, quia *finis præcepti*, &c ^n^. Vult Paulus homines ab illis vanissimis studiis abductos ad verum pietatis studium revocare ‖. *Porrò finis* (i. e. scopus ^o^, cujus causâ Lex data est piis †; vel, causa finalis, sive id ad quod præcepta referuntur *; vel, *perfectio*, Er. Vor. *consummatio*, vel, *complementum*: Lex enim per charitatem impletur, Rom. 13. 10. Confer Rom. 10. 4 ‖. סוף, Eccles. 12. 13 ^p^. Id ad quod Pastori inter docendum est collineandum ^q^.) *mandati*, sive *præcepti*, (i e. vel, 1. denuntiationis ^r^, nempe tuæ faciendæ malis Doctoribus †, de qua v. 3. & 18 ^t^. vel, 2. prædicationis Evangelicæ ^v^, vel, tractationis Verbi Divini. Nam docet Paulus, quis sit veræ Theologiæ finis. Is autem non est theoreticus, nec in verbis solis, sed practicus. *Legis* nomen Paulo latissimè patet: unde *lex fidei*, & *lex Spiritus*, Rom. 3. 8 ^x^. Vel, 3. in genere ^y^, totius Legis Divinæ ^z^; Legis, in qua Judæi gloriabantur, & cujus peritiam jactabant, quam intelligi liquet ex sequentibus ‖; quam illi suæ curiositati prætexunt: vel, Scripturæ Sacræ, quæ *legis* nomine venit ^a^, præceptorum, scil. Dei ^b^, tam Legis ^c^, quàm Evangelii ^d^. Enallage numeri *, sing. pro plur ^b^. ut patet ex collat. v. 6, 7 ^c^. Talia, *Romanus prælio victor*, apud Livium; &, *Hostis habet muros*, in Virgil ^d^. Παραγγελία de Evangelio dicitur & infrà v. 18. & multitudinis numero παραγγελίαι, 1 Thes. 4. 2 *.) *est charitas*, (non lis, contentio, vel æmulatio ^f^, quas illæ quæstiones pariunt; sed *charitas* ^g^, erga Deum ^h^, vel potiùs ^i^, erga proximum ^k^; i.e. Ut eam ingeneret animis audientium ^l^: Synecdoche Paulo usitata, ut 1 Cor. 13. Gal. 5. 13, 14. Intelligit autem officia charitatis ^m^. Sensus, q. d. Ut Deum diligamus & proximum, non autem ut doceantur quæ lites gignunt ^n^. Nostra doctrina ad dilectionem tendit; illorum parit dissidia ^o^.) *ex puro corde* (i. e. ex puro cordis affectu ^p^, ex animo sincero ^q^; procedens à voluntate vacua pravis cupiditatibus ^r^ & sinistris intentionibus, ità ut nihil aliud quàm quod diligendum est diligatur †. Opponitur hoc cordi, tum, 1. impuro, quod sordida amat ^t^; mundum scilicet, ex cujus amore cor sordes contrahit ^v^: tum, 2. ficto seu duplici ^x^.) *& conscientia bona*, (id est, non fœdatâ peccatis, aut amore proprio ^y^: Idem videtur hoc membro significari quod præced ^z^. vel, hoc est illius effectus. Cor enim purum fons est bonæ conscientiæ ^a^, quâ nimirum quispiam sibi bonæ voluntatis, bonorùmque operum, conscius est ^b^: conscientia enim bona nihil aliud est quàm scientia & testimonium animæ, sibi affirmantis se purè & sanctè vivere ^c^. *Conscientiam bonam* intelligit vitam bonam ^d^; vel, conformitatem inter Legem mentis & Legem Dei *; vel, serium propositum piè vivendi: Confer Act. 23. 1. 1 Cor. 4. 4 ^f^.) *& fide non ficta*, sive simulata, Er. Ti. P. Pi. &c. sed verâ, solidâ, sincerâ ^g^; nempe, *quæ per charitatem operatur*, Gal. 5. 6 ^h^. quâ ex animo creditur in Christum ^i^: vel, qualem esse ex Dei verbo oportet, non autem qualis ex nostris aut hominum commentis, & sensu, haberi formarique potest ^k^. Nec igitur extra conscientiam bonam est charitas, nec extra fidem bona conscientia, nec fides extra Dei verbum ^l^. Vera Dei dilectio suis notis h. l. distinguitur ab amore impuro, carnali, & mundano ^m^. *Cor purum* notat charitatis veritatem, *conscientia bona* usum & opus illius: nam & finem actionum nostrarum regit, & circumstantias prudenter tractat. Tunc enim est bona conscientia, cùm cor nostrum attestatur, nos & rectum finem habuisse, & diligenter omnia quæ circumspicienda erant prospexisse. *Fides* autem est moderatrix, aut potiùs regula, utriusque, quæ docet nos ex verbo Dei, quò spectare debeamus, quid odisse, quid diligere, quomodo pro cujusque vocatione nos gerere ^n^. Dat nobis & Paulus brevem Genealogiam, sed perutilem. *Ex fide minimè ficta*, אמונה אמת, cujus mentio 2 Tim. c. 1. v. 5. nascitur *bona conscientia*, i. e. abstinentia à peccatis, Act. 23. 1. infrà 19. & 3. 9. 2 Tim. 1. 3. Heb. 9. 14. & 10. 22. & 13. 18. 1 Pet. 3. 16, 21. Hinc *Puritas cordis*, i. e. interior, Act. 15. 9. Hinc porrò *Dilectio*, quæ & *Pax*, 2 Tim. 2. 22 ^o^.

6. *A quibus*, &c. Ὧν τινὲς ἀστοχήσαντες ἐξετράπησαν, &c.] *A quibus* (scil. jam enumeratis, *corde puro*, &c ^p^.) *quum* (vel, *quòd*, Er. Ti.) *quidam* (nempe Christiani Judaizantes ^q^:) *aberrarent*, (infrà 6. 21. 2 Tim. 2. 18 ^r^. sive ab iis deficientes, sive ea repellentes, ut infrà v. 19 †. vel, *ut à scopo aberrantes*, Be. Pi. sim. Er. Chrys. E. Mag. Metaphora à malis jaculatoribus; *à scopo*, nempe, perfectæ charitatis & fidei ^t^. Confer Gal. 6. 16. ubi de canone Christianorum agitur, ad quem scilicet doctrina simul & vita nostra exigenda est ^v^. Ἀστοχεῖν gravius est quàm

quàm ἁμαρτάνειν. Vide ad 2 Tim. 2. 28 [x].) *deflexerunt* (vel, *diverterunt*, Be. Pi. G. ut infrà 5. 15. 2 Tim. 4. 4 [y]. Hesych. reddit, ἐξέκλιναν [z] :) *ad vaniloquentiam*, P. Be. Pi. &c. i. e. Ad dissertationem infrugiferam: qui talibus utuntur, ματαιολόγοι, Tit. 1. 10 [a]. ad vanam doctrinam [b], ad stultam vanámque eloquentiam [c]; ad inanem quandam loquacitatem, qualis esse solet hæreticorum [d]; ad studia, doctrinas, disputationes, inanes & infructuosas. Hoc dicit propter fabulas & genealogias prædictas *. Peccant hîc Theologi scholastici, qui de frivolis nugis sine fine digladiantur, [de quibus graviter & eruditè hîc disserit auctor:] & illi qui nobis fumos objiciunt Talmudicos. *Tempus in collecto est*, inquit Paulus. Quare tradantur optima, ídque quantum licet compendio, resecentur supervacanea [f].

7. *Volentes esse* (vel, *haberi*, Sch.) *Legis doctores*] חפשי תורה, Luc. 5. 17. Act. 5. 34 [g]. Legis periti, affectantes honorem & titulum magisterii, ut Matth. 23. 7 [h]. Θέλοντες hîc valet *censentes*, *persuadentes sibi*, *videri volentes*. Sic Herodian. l. 8. *Supra modum colunt*, *Apollinem esse* θέλοντες, *existimantes*. Et Pausan. Attic. *Arcades* ἐθέλουσιν εἶ), &c. *censent*, vel, *credunt se esse ex illis*, &c. Sic & *volo* Latinis sumitur, ut in Cic. De nat. Deorum. *Quatuor naturas —— esse vult*, i. e. statuit: vel, θέλειν valet *cupere*, ut Matth. 12. 38. vel, *studere*, Matth. 16. 25. Marc. 10. 43, 44. &c †. Perstringit Judaizantes, qui Legem cum Evangelio miscebant [i]. De Cerintho Tertul. *Legem etiam proponit*, *scilicet ad excludendum Evangelium & vindicandum Judaismum.* Ephesi multi semper fuerant Judæi; Horum quidam Christianismum in speciem amplexi, multum de Judaismo retinebant. Inter fabulas Judaicas erat etiam Colloquium Legis cum Deo ante Mundum conditum [k].

¶ Μὴ νοοῦντες —— περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται] *Nec* (vel, *Cùm tamen non*, Be.) *intelligant* (Quæ tamen ignorantia non excusat, quia non erat invincibilis, sed affectata & supina [l] :) *quæ loquuntur*, (de rebus sibi prorsus incompertis statuunt [m] :) *neque* (sub. *ea*, Be.) *de quibus asseverant*, P. Be. Pi. h.e. an ea quæ asserunt ità se habeant †. Vel, *pro certo affirmant*, ut Tit. 3. 8 [n]. h. e. neque quæstiones, quas concludere cupiunt, neque argumenta ex quibus ratiocinantur [o] : nec quæ dicunt, nec quæ dictis suis astruere volunt [p]. Nec scopum, sive finem, Legis sciunt, nec durationem ejus [q]. *Non vident quid dicant* : Legem aiunt observatu necessariam, & eam non observant. Affirmant multa quæ ex nullo habent certo sensu aut revelatione [r].

8. *Bona est Lex*] Sic Rom. 7. 12, 14 †. In se & ex se [t], quia à bono Deo profecta, optima præcepta continens [v]; & servata vitam præstat [x], & figuris suis ad Christum manuducit [y]. Dum illos carpo, Legem non vitupero [z]. Lex hunc usum semper habuit, & nunc quoque habet, ut ostendat scelera & flagitia Deo displicere. ¶ *Siquis eâ legitimè utatur*] Νομίμως, במשפט [a]; ad eum finem ad quem à Deo data est [b]; h. e. tum ut eam observet, tum ut per eam ducatur ad Christum [c] : si illam bene intelligat, eâque bene utatur [d]: si eam probè observet *. Lex non est bona malè utentibus [f]. Bona est, si moribus & usu vim Legis comprobes [g].

9. *Sciens*, &c. Εἰδὼς τοῦτο, ὅτι δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται] *Hoc sciens* (vel, nempe *sciens*, P. Pi. Refertur ad præced. *utatur* [h]. Monet, ad legitimum Legis usum pertinere, ut hoc sciatur [i]. Al. Subitò hîc mutat numerum, cùm antè dixit, *scimus* [k]. Al. Εἰδὼς pro οἴδα. Frequens enim Hebræis Particeps ponere pro Verbo præsenti, quo carent. Latinus legit εἰδότες [l]. Al. *Hoc intelligens*, Ca.) *quia Lex justo non est posita*, Mo. Vulg. sic Er. P. Tre. Be. &c. vel, *lata*, Ca. vel, *constituta*, Æth. *Justus* hîc vocatur non qui perfectus est, sed qui præcipuo cordis affectu ad bonum aspirat [m]; qui malitiam odit, virtutem amplectitur, &c [n]. vel, Christianus justificatus & sanctificatus per Christum [o] : quem Dominus verâ doctrinâ & Spiritu Sancto imbuit [p] : pius & justitiæ deditus †. Hæc sententia de Lege humana facilis est, nam, *In viros bonos lex non est*, *quia ipsi sunt instar legis*, ait Aristot. Polit. 3. 9. de Lege Mosis difficilis [q]. Legem autem hîc considerat Paulus non secundùm omnia ejus officia; nam & justi eâ, ut regulâ opus habent, & ad

[x] Be. [y] G. [z] Pri. [a] G. [b] V. [c] Mag. [d] Me. * E. [f] Er. [g] G. [h] E. † Sch. [i] Mag. [k] G. [l] Mag. [m] Be. † Me. [n] G. [o] Vor. sim. L. E. [p] E. [q] Mag. [r] G. † Vor. Pi. [t] T. [v] T. sim. E. [x] E. [y] Me. T. [z] Me. sim. E. [a] G. [b] E. sim. Zeg. Mag. Dan. [c] E. sim. Mag. ex Chrys. [d] Me. T. * V. [f] E. [g] Pri. [h] Mag. E. [i] E. [k] Q. in E. [l] G. [m] Calv. [n] Mag. ex Chrys. [o] Me. sim. Di. [p] Be. † Pi. [q] Mag.

obedientiam ejus obligantur, ut in N. T. passim docetur: sed secundùm ea tantùm quæ ei competunt ut sola est, útque contra fidem & gratiam Christi distinguitur, sicut eam Apostolus passim distinguit: qualia sunt minari, terrere, reum facere, pœnas infligere. Nam alia ejus officia, quæ sunt præcipere, dirigere, promittere, &c. gratiam aut præsupponunt, aut non excludunt [r]. Intellige hoc quoad legis, 1. frigidam pædagogiam †; ductore puer opus non habet, postquam magistro traditus est [t]: 2. maledictionem: 3. rigidam exactionem [v]. Non est ei Lex, quæ ut Domino imperet, ut servum constringat, peccantem damnet, obedienti justitiam tribuat [x]. Lex lata est, non ut fideles justificati per Christum justificarentur per Legem, (sicut illi volebant;) sed ut injusti meritam suam condemnationem agnoscentes ad Christum confugerent [y]. Lex ex tot minis, prohibitionibus, rigoribus, conflata, certum est indicium perversitatis humanæ: alioquin homines spontè ei parerent, quod faciunt regeniti & per Christum justificati, qui nec minis ejus opus habent, nec maledictionem sentiunt [z]. Lex justum non cogit, urget, terret, premit & punit. Sic κεῖται sumitur in Eurip. Hecuba, Νόμος δ' ἐν ὑμῖν τ' ἐλευθέροις ἴσος Καὶ τοῖσι δούλοις αἵματος κεῖται πέρι, h. e. *Eadem lex ad pœnam obligat liberos & servos, qui sanguinem humanum fuderunt*; & in Demosth. Ἐπὶ τοῖς ὧν γε μὴ κεῖνται νόμοι, οὐδὲ γράφειν τὴν ἀρχὴν προσήκει, i. e. *Quæ legibus non puniuntur*, *accusare nequaquam licet* [a]. Verbum κεῖσθαι notat onus illud maledictionis, quod piis non incumbit [b]. Lex lata non est adversùs justum [c]: non ei imponitur tanquam onus quod eum premat metu supplicii [d]: non incumbit ei tanquam grave onus necessariò impositum, hominem invitum cogens, violenter urgens atque impellens; non trahit eum ad obedientiam, sed volentem ducit *: nam suâ sponte rectè facit. Quòd si Lex lata non esset, nihilominus rectè viveret [f]. Sensus est, Si posteri Abrahami, Isaaci & Jacobi fuissent quales illi majores eorum fuerant, Lege Mosis opus non fuisset; Ægyptius incolatus & indè nata contagia eam fecerunt necessariam. Lex illa Dei per Mosem data magnâ sui parte effectus habet communes cum aliis civilibus populorum legibus. Xenocrates de Philosophis dixit, μόνοι ποιοῦσιν ἑκουσίως ἃ ποιοῦσιν ἄκοντες οἱ λοιποὶ διὰ τὸν νόμον, *Soli id voluntate faciunt quod alii jure coguntur.* Idem dixit & Aristoteles. Similia de viris bonis dicta habes apud Philonem, Clementem, Propertium, [quæ vide in G.] Dio Chrysostomus Dissert. 76. εἰ γὰρ ἅπαντες, &c. (*Si omnes boni essent, non opus esset scriptis legibus.*) Tacitus Annal. 3. *Vetustissimi mortalium nullâ adhuc malâ libidine, sine pretio, scelere, eóque sine pœna aut coercitionibus agebant; neque præmiis opus erat, cùm honesta suopte ingenio peterentur: & ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur.* Idem De Germania, *Plúsque ibi boni mores valent quàm alibi bonæ leges* [g]. ¶ *Sed*, &c. Ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυποτάκτοις] In hac gradatione notandum est, tria priora juga esse generalia, in cæteris autem specialia quædam flagitia designari [h]. Al. Observat Paulus seriem præceptorum Decalogi. De Præcepto 1. dicit ἀνομ. καὶ ἀνυποτακτ. de 2. ἀσεβ. καὶ ἁμαρτ. de 3. ἀνοσ. καὶ βεβ. de 4. πατρ(αλ). & μητρ(αλ). de 5. ἀνδροφ. de 6. πορν. ἀρσεν. de 7. ἀνδραπ. de 8. ψευς. ἐπιορκ. de 9. & 10. εἴ τι ἕτερον [i]. [Notandum autem, hunc Scriptorem, more & Lutheranis & Romanensibus solenni, primum & secundum Præceptum in unum compingere, & decimum in duo Præcepta dividere. Verba sic reddunt:] *Exlegibus* (vel, *Injustis*, Vulg. Pri. Er. Ti. *Legis transgressoribus*, E. *Legis contemptoribus*, P. Pi. Est hîc πλοκὴ in νόμος & ἀνόμοις. Nam νόμος est *Lex* Mosis, ἄνομοι, *qui nullam sibiipsis figunt legem*, nempe ex usu rationis: *qui sibi lex non sunt*, Rom. 2. 14 [k].) *verò*, *& non subditis*, Mo. &c. vel, *inobsequentibus*, Er. Il. Ti. *iis qui subjici nolunt*, Be. Pi. sim. P. scil. cultui Dei [l]: vel, *contumacibus*, Ca. Mag. Pri. *rebellibus*, E. qui בני בליעל, *homines injuges & effrænes* [m]; qui imperium non ferunt [n]; qui difficilè in ordinem rediguntur [o]; contemptores magistratuum & legum [p]; *indomiti*, *quibus non dominari instar servitutis est*, ait Calpurn. *quos soluta legibus delectat vita*, ut ait Plin [q]. ¶ *Impiis* (h. e. atheis, qui sine Deo, ut Diag. Protag. &c. antonomasticè ἀσεβεῖς dicti [r]; qui Deo cultum ac reverentiam debitam non præstant †:

[r] E. † Vor. [t] E. [v] Vor. [x] Di. ad Rom. 7. 1. [y] Dic. [z] Diod. [a] Strig. [b] Pi. [c] Be. sim. E. ex Aquin. [d] E. ex Aquin. sim. Mag. Me. * Scul. [f] Ca. [g] G. [h] Vor. [i] Schm. [k] G. [l] V. [m] G. [n] Er. E. sim. Me. [o] Mag. [p] Pri. sim. Mag. [q] Pri. [r] Mag. † E.

quibus contrarii sunt θεοσεβεῖς, Joh. 9. 31[t]. לפשעים, quales sunt Blasphemi, contra quos est Lex Num. 15. 13[v].) *& peccatoribus*] i.e. Insigniter peccantibus[x]; quales in Scriptura *peccatores* dicuntur[y], qui veluti peccandi artem exercent[z]. Est hoc nomen satis generale: sed hîc eximiè videtur intelligi de Seditiosis, quomodo vocantur illi Num. 16. 38. Est autem contra tales Lex Exod. 21. 28[a]. Ἀσεβεῖς & ἁμαρτωλοὶ junguntur quoque Prov. 11. 31. & 1 Pet. 4. 18[b]. & sine copula, Judæ v. 15[c]. ¶ *Sceleratis*, &c. Ἀνοσίοις καὶ βεβήλοις] Idem ferè significant hæ voces[d]. *Nefariis* (vel, *Irreverentibus*, Er. Il. Ti. Mag. V. *Irreligiosis*, Mag. Ca. à religione alienis[*]; qui nullâ religione à sceleribus revocantur[f]: *Qui faciunt fœda*, זמה, Ezec. 22. 9. ἀνόσιοι Platoni[g]: qui nec deos nec homines verentur[h]. Xenophon, Ἐξ εὐσεβοῦς ἀνόσιον. Hesychius, Ἀνόσια, βέβηλα, ἄδικα, ἄνομα[i].) *& profanis*, Be. P. Pi. Ca. &c. i. e. Profana sectantibus[k]; hominibus pollutis[l], piaculo aliquo[m], qui arcendi à sacris[n]: vel, *sacrilegis*, contra quos est Lex Deut 21. 18. ¶ *Patricidis & matricidis*] Contra quos Lex est argumento à minori ad majus, Levit. 20. 9. Deut. 21. 18[o]. Nulla est in eos Lex Dei expressa: quâ prætermissione significavit atrocitatem hujus facinoris, quod nè nominari debuit[p]. Al. Voces Græcæ eos significare possunt qui citra necem parentes percusserunt[q], idémque valent quod πατρολοίας & μητρολοίας, ut notant Suid. Hesych. Eustath. &c †. Malè confundit Budæus πατραλοίαν cum πατροκτόνῳ, quum multùm differant. Ἀλοιᾶν est triturare[r]. Indè ἀλοιᾶν, *percutere*, vel *pulsare* †; non tamen planè interficere, quod ad sequens præceptum pertinet[t]. Ammonius in De vocum differentiis, Ἀριστοφάνης, Ἡ μητέρ' ἀλοιήσων, ἢ πατέρ' ὃν γνάθον ἐπάταξεν. Ἀφ' οὗ καὶ μητραλοίαν φασὶν καὶ πατραλοίαν. Ferè eadem in πατραλοίας habemus apud Hesychium[v]. Ὁ πατραλοίας (& indè, ο. in ω. mutato, πατραλῴας, ut hoc loco:) est, *qui Patrem pulsare non veretur*[x]. Apud Auctorem ad Herennium 4. *Patrem nefariè verberâsti*, &c[y]. ¶ *Homicidis*] Contra quos Lex est Exod. 21. 12, 14. Levit. 24. 17. Deut. 19. 11, 12, 13[z].

10. *Fornicariis*, Πόρνοις] Hinc constat, fornicationem mortale peccatum esse[a]. Contra stupratores violentos, Lex est Deut. 22. 25. Contra seductores, Exod. 22. 16, 17. Præterea vetat Lex puellas Hebræas prostare, Levit. 19. 29. Deut. 23. 17[b]. ¶ *Masculorum concubitoribus*] Ità P. Be. Pi. &c. Qui cum masculis nefandam libidinem exercent[c]. Contra quos est Lex Levit. 18. 22. & 20. 13[d]. Ex peccatis contra naturam contentus est unum præcipuum nominâsse[*]. ¶ *Plagiariis*; ità Er. Il. Ti. P. Be. Ca. Pi. G. Ἀνδραποδισταῖς] *Iis qui furantur ingenuos*, Tre. ex Sy. q.d. *Mancipiariis*, E. vel, *Furibus mancipiariis*, Er. Mag. ab ἀνδράποδον, *mancipium*[f]. Qui aliena mancipia furantur[g], & vendunt: vel, generaliùs[h], hominum fures[i], qui vel servos, vel liberos abducunt, retinent, vendunt, vel emunt[k]; qui vel fraude, vel apertâ vi, homines suffurantur ut pro mancipiis vendant; indè dicti, quòd captivis vincula injicere & pedes ligare soleant[l]. Contra hos est Lex Exod. 21. 16. Deut. 24. 7. Maximum est furti genus Hominem liberum furari[m]. ¶ *Mendacibus*] Intelligit eos qui sæpe & facilè mentiuntur cum damno alterius[n], vel cum studio nocendi[o]; vel, eos qui in contractibus fidem fallunt[p]. Contra quos est Lex Levit. 6. 1. & seq[q]. Cicero Offic. 3. *Tollendum est ex rebus contrahendis omne mendacium.* Vide Eph. 4. 25[r]. ¶ *Perjuris*] Contra quos est Lex Exod. 20. 7. Levit. 19. 12 †. ¶ *Et siquid aliud* (Quia longum erat peccata omnia sigillatim recensere, generali clausulâ reliqua complectitur[t]:) *sanæ doctrinæ* (i. e. rectæ morum institutioni †:) *adversatur*] i.e. Doctrinæ salutis[v], sive Evangelicæ[x]: quam *sanam* vocat, h.e. integram & incorruptam[y]; vel, quia veram affert sanitatem[z], animi & corporis[a], fidei & morum[b], h. e. veram salutem; quia animi morbos, h. e. vitia, sanat[*]: vel, quia nullis errorum morbis laborat[c]. Doctrina Philosophorum & Rabbinorum partim sana, partim morbida: quæ in Evangelio tota *sana*, infrà 6. 3. 2 Tim. 1. 13. & 4. 3. Tit. 1. 9. & 2. 1. Est אמנה שלמה, ut loquuntur Hebræi. Est [autem hîc] Synecdoche. Non enim Lex omnia coercet quæ Evangelium improbat, sed graviora. Vide De I. B. & P. Annot. ad 4. 1[d].

11. *Quæ*, &c. Κατὰ τὸ, &c.] *Secundùm Evangelium*, &c. Mo. i. e. Sicut traditur in Evangelio. Supplendum ergò hîc τῇ[*]: definit sanam doctrinam[f]. Quæ est *secundùm Evangelium* (i. e. consentanea Evangelio[g]; quod norma est & amussis, ad quam conformari debet omnis scientia[h].) *gloriæ* (vel, *gloriosum*, P. Pi. &c. Sic vocat, vel ex effectu, quia Deus indè maximam gloriam consequitur[i], 2 Cor. 4. 6, 15. Eph. 1. 6, 12, 14. Phil. 1. 11[k]. quòd prædicet gloriam Dei: vel, ut respondeat Legi Mosaicæ, quæ gloriam non habet collata ad splendorem Evangelii: vel, quòd promittat æternam gloriam: vel, quòd gloriosum erat pati pro Evangelio, quod Gentibus videbatur esse stultitia[l]: vel, quòd Deus ei testimonium perhibuit gloriosum, 2 Pet. 1. 17[m].) *beati Dei*, Er. &c. Vocatur hîc & infrà 6. 15. Deus μακάριος, ut exprimatur Hebræum שדי. Deus sibi sufficiens erat ad beatitudinem; non indigebat nostrî. Fecit ergò quicquid fecit, nostrî causâ. Syrus hîc posuit מברכא, εὐλογητῷ. Etiam Græci de diis suis dicunt μάκαρες, sed falsò[n]. ¶ *Quod*, &c. Ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ] *Quod concreditum* (vel, *commissum*, Ca.) *est mihi*, Er. Be. Pi. &c. Velut nobile depositum[o]; i. e. cujus prædicatio mihi delegata est à Deo[p]. Ad verb. *Quod creditus sum ego*, Sch. Mo. Loquendi genus Græcum, quale Rom. 3. 2. 1 Cor. 9. 17. Tit. 1. 3[q]. Sic Act. 28. 20. 1 Thes. 2. 4. Sic in Sophoc. Δέλτος ἐγγεγραμμένη ξυνθήματα, *tabula inscripta pactiones*, i. e. cui pactiones inscriptæ sunt. Sic in Virg. Eclog. 3. *Flores inscripti nomina Regum*, h. e. quibus nomina inscripta sunt[r].

12. *Gratias ago* (Hoc dicit, vel nè meritis suis adscriberetur †, vel, nè de illo beneficio superbire videretur[t]. Est & hic mos Pauli, ut ubi beneficia Dei memorat, in δοξολογίαν erumpat[v].) *ei qui me confortavit* (vel, *potentem reddidit*, Er. V. Be. vel, hactenus *corroboravit*, Scul. vires animo meo suppeditavit, ut Christum annunciarem potenter[x], vel fortiter ac feliciter, inter tot pressuras, &c[y]. vel, *qui hanc authoritatem mihi tribuit*, nempe ut sim Evangelii minister: quo nihil majus aut magis arduum est[z]. Ἐνδυναμώσαντί με, מעוזי, 2 Sam. 22. 33. aut חוקי, Psal. 18. 1. Vide Act. 9. 22. 2 Tim. 4. 17. Heb. 11. 34[a]. Non possum rem tantam exsequi sine eximia ejus ope[b].) *Christo*, &c.] i. e. In Christi gloriam[c]: vel, sensus est, Habeo gratiam Christo[d]: vel, id est, *Christo*, P. Be. Pi. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι πιστόν με ἡγήσατο] Ut magnum à Deo auxilium consequamur non satis est à Deo vocari, sed opus est fidem præstemus in eo ad quod vocati sumus: sicut Paulus fecit, 1 Cor. 4. 2. & 7. 25[*]. *Quòd me fidelem existimavit*, vel *duxit*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Πιστὸν hîc vocat, non credentem in Christo, sed constantem in dictis & conventis[f]; qui credita negotia bonâ fide administrat[g], ut 1 Cor. 4. 1. & 7. 25[h]. Sensus est, Quòd idoneum me judicavit, qui fideliter in Apostolatu me gesturus essem[i]. Prima & potissima causa cur Paulum elegerit, fuit liberalis Dei voluntas. Potuit tamen Deus secundariò respicere, vel, 1. ad naturales Pauli dotes[k]: vel, 2. ad morales ejus virtutes[l]: v. g. quòd esset peritus in Lege, acris ingenii, generosæ indolis, &c[m]. Al. Hoc non sic accipiendum quasi Deus Paulum fidelem invenerit, non autem fecerit; sed minus dicendo plus intelligit. Deus enim neminem judicat fidelem quem non facit: alioqui, 1. nulla deberetur Deo gratia, quòd fidelem judicaret eum qui talis esset, sed quòd eum talem fecisset[n]; 2. seipsum superiorémque sententiam everteret Paulus, si quid in eo præcessisset boni propter quod à Deo vocatus esset. Deinde illa fidelitas est idoneitas, quæ non est à nobis, sed à Deo[o]. Multùm abhorret à Pauli doctrina, dicere aliquem ob præcedentia merita electum esse à Deo; unde dicit, *Elegit nos*, non quia eramus sancti, aut quia prævidit nos tales fore, sed *ut essemus sancti*. *Reputari fidelem* à Deo est, effici fidelem, sicut *reputare ad justitiam*, Rom. 4. 3. est justificare; & *non imputare peccatum* est, remittere, Psal. 32. 2. 2 Cor. 5. 19[p]. Idem hîc est πιστὸν ἡγήσατο, quod 1 Cor. 7. 25 ἠλεημένος ὑπὸ κυρίου πιστὸς εἶναι. Neque enim suam dignitatem celebrat, sed Dei gratiam, quâ factum est ut haberetur pro fido. Ideo v. seq. subjungit,

Margin notes (left): t Pri. v G. x Mag. sim. E. y E. z Be. a G. b Pri. c D. d Mag. * V. f E. g G. h Er. i Pri. k V. l E. m E. Me. n Er. sic E. Me. Mag. o G. p Mag. q E. sim. Sch. † Ga. r Sch. † Sch. sim. Pri. t Sch. v Pri. x Sch. y Pri. z G. a E. b G. c Pri. d G. * E. f Er. Mag. g E. sic Er. Me. Mag. h E. i Val. E. k E. sim. Mag. l Vor. m G. n Mag. o E. p G. sim. Pi. q G. r Pri. † G. t E. sim. Mag. † E. v Pi. x Mag. y E. sic Mag. z Pi. sic Mag. a Pi. b Mag. * Ca. c Pi.

Margin notes (right): d G. * Be. f Mag. sic Be. E. g E. Me. h Vor. E. Me. i G. sim. E. Mc. k G. l Er. Mag. m Mag. n G. o Mag. p E. q G. r Sch. † E. t Mag. v Scul. x V. sim. Me. y E. z Be. a G. b G. sim. Mag. c Er. sic Me. Mag. d Er. E. Mag. * G. f Mag. g Me. sim. E. Pi. Mag. ex Chrys. h P. i Vor. k Me. sim. T. l T. m Me. n E. o Dav. p Mag. p. 157.

subjungit, ἀλλ' ἠλεήθην †. ¶ *Ponens*, &c. Θέμενος εἰς διακονίαν] *Præficiens me* (vel, *Postquam me adhibuisset*: nam θέμενος hîc est plusquamperfectæ significationis [q], ut ἐγερθεὶς, Joh. 21. 14. ἀναβὰς, Eph. 4. 8. παθόντας, 1 Pet. 5. 10 [r]. vel, *ponendo in*, Er. V. *ut qui me constituerit in*, Pi. sim. Be. P. vel, *ut poneret in*, V. vel, *quòd posuit me in*, Pri.) *ministerio*, Ti. G. &c. vel, *ministerium*, Er. E. Apostolatus †, & prædicationis Evangelicæ [t]: διακονία per excellentiam *Apostolatus*, Act. 1. 17, 25. Rom. 11. 13. 2 Cor. 4. 1. & 5. 18 [v].

13. *Qui*, &c. Τὸν πρότερον — ὑβριστήν] Ostendit magnitudinem beneficii è statu suo priore [x], & demeritis suis [y]. Quod hostes in calumniæ causam arripiebant, transfert in Dei gloriam & ministerii sui commendationem [z]. *Qui priùs eram blasphemus*, (adeóque morte dignus, juxta Levit. 24. 16 [a]. & adeò blasphemus, ut etiam alios cogerem blasphemare, Act. 26. 11 [b]. Vide & Act. 8. 3. & 9. 1, 2. & 22. 4, 5 [c]. maledicus [d] in Christum [*], quem execrabar [f], & seductorem vocavi [g].) *& persequutor*, (Ecclesiæ [h], atque in ea, ipsius Christi [i], ut apparet Act. 9. 4, 5. & 22. 4. & 26. 11. 1 Cor. 15. 9 [k].) *& injuriosus*, P. Pi. vel, *oppressor*, Er. E. *violentus*, Er. V. i. e. vim & injuriam inferens [l]. Vel, *contumeliosus*, Vulg. G. Pri. ut apparet Act. 8. 3. & 9. 2. De verbo ὑβρίζειν vide Matth. 22. 6 [m]. vel, *conviciator*, Q. in E. Sed hoc jam antè dixerat. Videntur hîc poni tres peccati sui gradus, 1. maledicere: 2. persequi: 3. per vim opprimere [n]. En merita præparationis quæ profert Paulus [o]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἠλεήθην, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ] *Sed mei misertus est*, (vel, *misericordiam adeptus*, sive *consecutus sum*, Er. Ti. Mo. Tre. &c. nempe à Deo [p], ut veniam consequerer [q], & ut fierem Apostolus [r], vel fidelis, ut jam dixit †. Sensus, Me nihil minùs expectantem prævenit misericordia ejus [s].) Ἠλεήθην dicitur eâ formâ quâ modò ἐπιστεύθην. רחמתי in Pual. Vide Act. 23. 1 [v]. ἠλεήθην hîc, ut 2 Cor. 4. 1. καθὼς ἠλεήθημεν [x]: Sic in Xiphilino, *Peponila*, inquit, *oratione suâ Cæsari & aliis lacrymas expressit*, οἱ μέν τοι κἂν ἠλεήσαν, *misericordiam tamen ipsa & filii ejus non sunt consecuti*, i. e. vitæ veniam non impetrârunt [y].) *nam ignorans* (scil. religionem Christi esse veram [z], vel me persequi Messiam [a]:) *id feci, per incredulitatem*, P. Pi. Er. Ti. ut sit ἐν pro διὰ, & pendeant hæc à verbo ἐποίησα: vel, *in incredulitate*, sub. ὢν, vel κατασὰς, i. e. *constitutus* [b]: vel, nempe *fidei expers*, Be. Pi. Ἐν ἀπιστίᾳ hîc tempus designat, *cùm adhuc incredulus essem* [c], tempore Pharisaismi mei [d]. Sic ἐν τῇ ἀγνοίᾳ 1 Pet. 1. 14. id est, ἐν τοῖς χρόνοις τῆς ἀγνοίας, Act. 17. 30. Sic 2 Pet. 2. 12. ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν, i. e. cùm tempus exitii eorum advenerit. Vide quæ ad Luc. 20. 33 [*]. Hoc autem à Paulo allegatur, vel, 1. ut peccatum suum extenuet ignorantiâ suâ [f]. Ità plerique tam Græci quàm Latini [g]. Excusabiliùs se indicat peccâsse quàm si, ut alii, de industria & ex malitia peccâsset [h]. Non causam adfert cur ipsi ignosci debuerit, sed cur Deus ipsi potiùs quàm aliis ignoverit [i]. Non erat hæc justificationis Pauli causa meritoria, seu de condigno, seu de congruo; sed solùm occasio, removens impedimenta: non eum gratiâ vel veniâ dignum fecit, sed minùs indignum [k]. Sunt שגיאות, ἄγνοιαι, *peccata*; sed in genere peccatorum minùs gravia quàm ea quæ fiunt ביד רמה, ut est Num. 15. 30. Vide Luc. 12. 47, 48 [l]. Philo, Τῷ ἀγνοίᾳ διαμαρτάνοντι συγγνώμην δίδοται. Donatus ad 4. 2. Hecyræ, *Inscienter lædere quem, ad veniam pertinet*. Vide Luc. 23. 34 [m]. & Joh. 16. 2. Act. 3. 17. Non erat Paulus rebellis lumini, &c. Mitigat sui lapsûs atrocitatem ignorantiâ juris. Qui enim agnitam veritatem oppugnant, aut calumniis, aut tyrannide, vix unquam veniam consequuntur †. Non placet [n]: 1. Alienum est à Pauli ingenio seipsum excusare: imò verò se *primum peccatorum* mox vocat [o]. 2. Christus pro iis etiam oravit qui eum ex odio, invidia, malitia, crucifixerunt [p]. 3. Obstat illud, *in infidelitate*. Nam Scriptura nusquam infidelitatem ponit ut circumstantiam peccati extenuantem, sed potiùs aggravantem [q], ut Eph. 4. 18. 2 Thes. 3. 11 [r]. Rom. 1. 21. Tit. 3. 3. Et Christus *cæcos* vocat Pharisæos, ut peccatum ipsorum aggravet †. [Hæc de prima sententia.] Vel, 2. ut peccatum exaggeret [t]; q. d. Misertus mei est, cùm in profundis jacerem ignorantiæ & infidelitatis tenebris [v]; & penitus desperatus essem, more phrenetici qui morbum suum non agnoscit; adeóque excæcatus, ut cùm tanta mala facerem, tamen ea non viderem, sed optimè facere me putarem [x]. Ità summam bonitatem declaravit remissione gravissimi peccati [y]. Ignorantiam ergò hîc intelligit crassam atque affectatam [z]. Vel, 3. neque ad extenuationem, neque ad exaggerationem peccati; sed ut ratio objecti maximè convenientis misericordiæ divinæ, quale objectum miseria est, significetur: q. d. Quia magna erat miseria mea, quòd talia facerem per ignorantiam, instar ægroti qui per insaniam medicum cædit. Aptè autem *ignorantiæ* nomine miseria significatur, quia utraque involuntaria est, ideóque misericordiam commovet. Quare & alibi pro ratione misericordiæ divinæ allegatur peccatum originale, Gen. 8. 21. Psal. 51. 2, 6 [a].

14. *Superabundavit*, &c. Ὑπερεπλεόνασε δὲ ἡ χάρις — μετὰ πίστεως, &c.] *Exuberavit autem supra modum* (vel, *Superexcrevit*, quasi ad mensuram cumulatam pervenit [b]: *Multùm crevit in me*, במאד מאד פרץ. Sic illi ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις, Rom. 5. 20. Amat enim Paulus voces tales, ut alibi notavimus [c]: Hoc dicit, quia beneficium erat & valde gratuitum, & copiosum [d].) *gratia Domini nostri*, (i. e. dona spiritualia [*]; quòd non solùm peccata delevit, sed mihi & adoptionem contulit & Apostolatum [f]: *gratia* quâ me ex lupo ovem fecit, & ex persecutore prædicatorem [g]. Et justificantem gratiam hîc intelligit, & alias gratias gratis datas, ut Apostolatum, revelationes, donum linguarum, &c [h].) *cum fide* (vel, *fidelitate*, Q. in Vor.) *& dilectione* (vel, 1. activâ Dei erga me [i]: vel potiùs, 2. meâ erga Deum [k]. Adjungit divinæ gratiæ suos effectus præcipuos, fidem & dilectionem [l]: q. d. Gratia illa effecit in me fidem & dilectionem [m]; tribuit mihi hæc insignia dona, & simul cum iis fidem & charitatem [n]. *Fidem* opponit priori incredulitati, *dilectionem* sævitiæ [o]. Al. μετὰ hîc instrumentum denotat, ut sensus sit, *Consecutus sum hæc dona per fidem & charitatem*, i. e. interveniente fide & charitate [p]: *Quantum in me*, inquit, *crevit fides & dilectio tam Dei quàm proximi*. Cyprianus, *Nostrum tantùm sitiat pectus & pateat: quantum illuc fidei adferimus, tantum gratiæ inundantis haurimus*. Notant veteres conjungi hîc Liberum arbitrium cum Gratia, sed ità ut Gratiæ non tantùm priores sint partes, sed & superiores [q].) *quæ est in Christo Jesu*, Ti. h. e. fide Christianâ [r], divinâ & supernaturali †: vel, *per Christum*, &c. Er. vel, *propter Christum*, G. quâ fideles omnes diligo propter Christum [t].

15. *Fidelis*, &c. Πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος] Eadem verba habes infrà 4. 9. πιστὸς ὁ λόγος etiam infrà 3. 1. & 2 Tim. 2. 11. & Tit. 3. 8. Hebræi dicunt אמת הדבר [v]. *Certus* (vel, *Fidus*, P. *Indubitatus*, Er. V. D. ex parte Dei [x]: *Verax*, D. Vor. dignus cui credatur [y], ut mox explicatur [z]. נאמן, ἀξιόπιστος, ut Prov. 27. 6. & 28. 20 [a]. firmus, stabilis & perpetuus: sic *fidelis* Hebræis dicitur, ut Esa. 22. 23. & 55. 3. Act. 13. 34. de quo nefas est dubitare. Hæc phrasis soli Deo & à Deo inspiratis hominibus tribuitur [b]. Sub. *hic est*, P. Be. Pi.) *sermo*, (sub. *qui sequitur*, V.) *& dignus quem modis omnibus amplectamur*, Er. Il. Ti. sim. P. Pi. vel, *omni acceptione* (vel, *acceptatione*, Be. vel, *approbatione*, Er. Ca.) *dignus*, Mo. Ar. ex parte hominum [c]. [Sensus est:] *Non tantùm vera est hæc quam dicam sententia, sed & digna quæ fiat plurimi* [d]. Sic ἀποδοχῆς ἄξιον dixit Diod. Siculus [*], lib. 12. & Hierocles in carm. Pythag [f]. Ἀποδοχῆς ἀξιωθεὶς, Dion. Halicarn. in Rhetoricis [g], & Artemidorus, 3. 42. Πάσης ἀποδοχῆς ἔργον, Hippoc. in Epistolis [h]. Quid hîc sit ἀποδοχὴ discendum [i], vel, ex voce Heb. לקח, à לקח *accipere*, quæ sermonem selectum & eximium declarat [k]; vel, ex usu vocis קבל, quæ in idiomate Chald. significat aliquid velut indubitatum *recipere*; sicut λαμβάνειν & παραλαμβάνειν explicantur per πιστεύειν, Joh. 1. 11, 12. ubi Syrus habet קבל. Hinc *Cabala* Judæorum. Sensus ergò est, si quod certum & indubitatum dogma, vel verum Cabala sit, hoc certè est, *quòd Christus*, &c [l]. Immensa sunt hæc dona; quare dignum est ut credamus, eáque admittamus [m]. ¶ *Christus — venit in hunc mundum*] i. e. Inter homines esse cœpit postquam incarnatus est [n]; Dei dono hominibus apparuit,

Marginal notes (left column): † Scul. — q G. — r Pri. — † Me. sim. Vor. — t Me. sic Pi. — v G. — x G. sim. E. — y Mag. — z Dan. — a Mag. — b G. — c Pi. — d E. — * E. Me. — f Me. — g E. — h E. Me. — i E. — k G. — l Mag. — m G. — n E. — o Ec. — p Pi. E. — q Er. sim. E. — r Er. — † E. — s Pri. — v G. — x Pri. Scul. — y Scul. — z Pi. — a Me. T. — b Pi. — c G. — d Be. — * Pri. — f Q. in E. — g E. sic Mag. — h Mag. — i G. — k T. — l G. — m Pri. — † Strig. — n E. — o Mag. — p E. ex Aug. — q E. sim. Mag. — r E. — † Mag. — t Q. in E. & in Mag.

Marginal notes (right column): v Q. in Mag. — x Hessel. in E. — y Q. in E. sim. Mag. — z Salm. — a Mag. ex Salm. — a E. — b Mag. — c G. — d E. — * G. — f E. — g Me. T. — h Mag. — i Q. in Vor. — k Vor. — l E. sim. Me. Be. — m Pi. — n Mag. — o E. sim. Be. — p Mag. ex Chrys. — q G. — r Me. E. — † Me. — t Pi. — v G. — x Sch. — y D. sic Be. Pi. Vor. Mag. — z Be. sic Vor. — a D. — b Mag. — c Sch. — d G. — * G. Pri. — f Pri. — g G. — h Pri. — i Ham. — k Ec. — l Ham. — m Mag. — n E.

ruit, Joh. 1. 9. & 3. 2. & 6. 14. & 9. 39. & 11. 27. & 12. 46. & 18. 37. ¶ *Peccatores salvos facere*] Matth. 9. 13. Marc. 2. 17. Luc. 5. 32. Rom. 5. 8 [o]. Cujus salutis partes sunt conversio, remissio peccatorum, justificatio & glorificatio. Hinc colligunt Theologi, Christum non fuisse venturum si homo non peccâsset [p]. ¶ *Quorum primus* (i. e. præcipuus, vel maximus [q] :) *ego sum*] *Sum* dicit, non *fui*; quia debet quisque semper ante oculos habere statum peccati ex quo ereptus est, & in quo adhuc hæreret, si sibi relictus esset [r], suæque naturæ ac propensioni †. Hoc non est sententiæ, sed obiter ei additum [t]. Qu. Quo sensu hoc dicit [v]? Resp. 1. Est dictum hyperbolicè ex summa modestia, qualis & 1 Cor. 15. 9 [x]. q. d. Unus fui ex præcipuis & insignioribus [y], utpote tantus persequutor Ecclesiæ [z]. Tam enorme scelus reputat persequi Christi doctrinam & servos, quanquam hoc ignorans & ex zelo fecit. Adde ipsius infidelitatem, eámque obstinatissimam. Non ergò modestè tantùm, sed verè & ex serio sensu hoc dicit, ex sceleris sui detestatione, &c [a]. 2. Hoc dicit quantum ad suum ipsius judicium, quod de se quidem affirmativum, de aliis autem negativum habebat [b]. Et idem quisque de se veraciter judicare debet, quia nimirum ad eum pertinet sua peccata præ oculis habere & ponderare, ad aliorum peccata non attendere, & de iis meliora præsumere [c]. 3. Illud, *quorum*, non refertur ad peccatores absolutè, omnes [d]; sed *peccatores salvos factos*, ut jam dixit, per Christum *; vel, eos tantùm qui post passionem Christi, & persecutionem Ecclesiæ, misericordiam consecuti sunt [f].

16. *Sed ideo*, &c.] Διὰ τοῦτο abundare videtur. Vide ad Matth. 13. 52 [g]. Christus Dei imago. Deus cùm ignoscit, & causas habere solet προηγουμένας, qualis illa de qua suprà v. 13. & præterea τελικὰς, i. e. aliquem usum quem sibi proponit. Vide quæ diximus ad Luc. 7. 47. Sic Midrasch in Psal. 51. ait, *ideo permissum labi Davidem ut alios solari posset* [h]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐνδείξηται, &c.] *Ut in me primo* (dicit non tempore, sed magnitudine [i] : præcipuo peccatore [k]; vel, qui primus tam miro modo vocatus est [l]. *Primo* hîc nomen est, non adverbium [m]. Al. Legendum πρῶτον, quod hîc positum est pro πρότερον, ut Joh. 1. 15. *In me priusquam in aliis*, qui à me erant convertendi. Q. cod. hîc habent πρώτην sensu eodem [n].) *ostenderet* (vel, *demonstraret*. Sic Eph. 2. 7. Plutarch. ἀλκὴν πᾶσαν ἐνδείκνυσθαι [o].) *Jesus Christus omnem* (i. e. summam [p], ut modò πάσης ἀποδοχῆς. Sic Herodoto ἐλπὶς πᾶσα, *spes maxima* [q]. Sic 1 Tim. 2. 11. Tit. 2. 10 [r].) *clementiam*, P. sive *lenitatem*, Pi. G. E. ut 2 Pet. 3. 15 †. Quâ me non solùm non punivit pro meritis, sed etiam ad pœnitentiam exspectavit, imò pœnitentiam dedit, &c [t]. Fecit Christus quod solent medici, qui ut omnes ad se invitent, artis suæ specimen præbent, in perfecta curatione infirmi alicujus desperati [v]. ¶ *Ad*, &c. Πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων, &c.] Quod alibi ὑπόδειγμα, ut 2 Pet. 2. 6. hîc est ὑποτύπωσις, quæ est designatio, seu pictura, seu adumbratio luculenta, figurarum apud Astronomos [x]. Ὑποτύπωσις, ut & τύπος, sunt *prima picturarum*, vel *operum*, *lineamenta*, *præformatio*. Sumitur hîc pro *exemplo* [y]. *Ad informationem* (vel, *Ad instructionem*, Tre. ex Sy. *Ad exemplum*, Ca. sic Ar. *Ut essem exemplar*, P. Be. Pi. *Ad exprimendum exemplar*, Er. Il. Ti. V.) *futurorum credere* (vel, *iis qui credituri essent*, P. Scul. &c. usque ad finem seculi [z]; vel, 1. ut viderent quid sibi sperandum sit à Domino [a], gratiámque esse uberiorem ac potentiorem peccato [b], nè quis qui credit, diffideret sibi paratam esse veniam [c]. Exemplo Pauli, qui post tam sæva facta dona Spiritûs erat consecutus, ac proinde & jus ad vitam æternam, (nam dona illa vitæ æternæ erant arrhabo;) etiam illi ex Gentibus qui pravè vixerant audebant sperare vitam æternam, postquam eandem quam Paulus profitebatur fidem recepissent [d]. Vel potiùs, 2. ut indè discerent, quales plerique futuri essent in Christum credentes, nempe insigniter peccatores *; vel etiam, quo pacto gens Judaica in fine seculi convertenda esset, modo nempe extraordinario, per visionem & vocem è cœlo. Vide Zach. 12. 10, 11, 12. Matth. 23. 39. & 24. 30 [f]. Magna certè est congruitas inter Pauli conversionem, & vocationem Judæorum [g]. [De qua vide Clariss. Autho-rem.] *in illo* (vel, *ipsi*, P. Pi. &c. qui fiduciam in illo collocaturi sunt: nempe, quia fides in Christum nihil aliud est quàm fiducia in ipso reposita [h].) *in vitam æternam*, Mo. i. e. & per eandem fidem exspectaturi erant vitam æternam [i]. Vel, hoc addit velut apprecans *ut hoc cedat illis ad vitam æternam* [k].

17. *Regi*, &c. Τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων] Ex consideratione tanti beneficii erumpit in laudem Dei [l]. *Regi* (h.e. Moderatori [m] :) *omnium seculorum*, Er. Ti. Pi. Cap. Ham. vel, *temporum*, G. E. Mag. nempe creatorum: sub his comprehendi vult quicquid seculis, seu temporibus, mensuratur, i. e. omnem creaturam [n] : & hujus & futuri seculi Domino, ut qui utrumque creavit [o]; vel, per omnia secula viventi [p]. Vel, *Angelorum*, qui חיות Ezec. 1. 5. indéque Gnosticis, αἰῶνες, dicebantur [q]. Vel, *æterno*, [r] P. Be. Pi. Vor. עתיק יומין, Dan. 7. 9 [r]. Deus Judæis passim dicitur, *Rex seculi*, sive *seculorum*, in Euchologiis suis †. ¶ *Immortali*, Ἀφθάρτῳ] *Incorruptibili*, Be. Pi. E. &c. Vide Rom. 1. 23 [t]. & ibi dicta, & Sap. 12. 1 [v]. In quem non cadit corruptio & interitus [x]. Sic distinguit eum à terrenis Regibus, qui φθαρτοὶ, 2 Macc. 7. 16 [y]. ¶ *Invisibili*] Heb. 11. 27 [z]. Proprium id Deo [a] : *habitat enim lucem inaccessam*, infrà 6. 16 [b]. non potest cogitatione comprehendi, nec ab homine in corpore mortali videri per essentiam, nec sensibus corporeis videri [c]; sed mente tantùm, vel per fidem [d]. Deus per se conspicitur: at *conspicitur in operibus*, Rom. 1. 20. apertissimè verò in Filio, 2 Cor. 4. Heb. 1. 3 *. Opponitur hoc Simoni, quem *supremum Deum* dixerunt, qui erat homo corruptibilis & visibilis [f]. ¶ *Soli Deo*] Sic & Syrus legit & Aug [g]. h. e. Qui solus est verus Deus [h]. De Patre hoc dicitur ad exclusionem, non Filii aut Spiritûs S. quibus est una cum Patre natura, sed rerum ab eo diversarum [i]. In MS. deest σοφῷ, ità ut illud μόνῳ ad ἀοράτῳ referatur. Et sic quidem Latini legerunt [k]. Μόνῳ σοφῷ Θεῷ] Sic legunt omnes vet. cod. & Græca scholia, & Nazianz. [l]. & Chrysost. Theoph. & Oecum [m]. & Græci Codices quos nunc habemus [n]. Sic & Rom. 16. 27. Non quòd non aliis is titulus aliquo sensu tribuatur, sed quia hoc, quicquid est, à Deo venit. Sic & Judas, v. 25. Eadem locutio infrà 6. 16 [o]. qui solus à seipso sapiens est [p], & per naturam [q]; idque perfectè & immutabiliter [r], adeóque omniscius est †. Solus autor omnis sapientiæ, præsertim salutiferæ. Similis loquendi forma, Mat. 19. 17 [t]. Sic Phocylides, Εἷς Θεός ἐστι σοφός ——— Socrates, τὸ σοφὸν καλεῖν ἐμοὶ γε μέγα εἶναι δοκεῖ, καὶ Θεῷ μόνῳ πρέπειν [v]. *Solum sapientem* eum vocat, Christi Incarnationem respiciens, in qua præter immensam Benignitatem summa etiam Sapientia Dei declarata est †. ¶ *Honor*, &c. Τιμὴ, δόξα] Usurpant nostri scriptores ἀσύνδετον etiam in duabus vocibus [x]. *Honor*, (sub. *sit &*, P. Be. Pi.) *gloria*, Er. &c. nempe per excellentiam, tanquam summo bono atque perfecto, à quo procedit gloria quæcunque in aliis est, & in quem ea solidè referenda est [y]. Loquitur contra idololatras, qui honorem divinum simulacris tribuebant [z]. Vetus hæc formula confessionis fidei, facta per modum Doxologiæ, contra Gnosticos [a]. Ea autem ad solum Patrem referenda est, quippe qui nominatim à Christo distinguitur in parili loco, Rom. 16. ult. præsertim cùm Christus nunquam in Scriptura *invisibilis* appelletur [b]. ¶ *In secula seculorum*] i. e. In omnem æternitatem [c]. Sic & Gal. 1. 5. Phil. 4. 20. 2 Tim. 4. 18. &c [d]. ¶ *Amen*] i. e. Fiat. Hoc addit tanquam sigillum, quo rata facit quæ proximè dixit *.

18. *Hoc*, &c. Ταύτην παραγγελίαν παρατίθεμαί σοι] Verbum valde efficax. Nulla enim fides sanctior fide depositi. Ideo infames sunt apud omnes gentes qui depositum abnegant. Vide & infrà 6. 20. 2 Tim. 1. 14. & 2. 2. Sic Exod. 19. 7. וישם וגו׳, ubi in Græco est, παρέθηκεν αὐτοῖς πάντας τοὺς λόγους τούτους [f]. *Hoc mandatum*, sive *præceptum*, (vel, 1. quod sequitur, *ut milites*, &c [g]. vel, 2. quod præcessit v. 3 [h]. quo te rogavi ut Ephesi maneres, &c. vel, quo tu præcipere aliis debes: sic enim dictum erat, *ut denunciares quibusdam*, i. e. præciperes: cui favet, quòd hîc non dicit ἐντολὴν, sed παραγγελίαν [i]. *Hanc denunciationem*, quæ, ut dixi, fidem & charitatem urget, non fabulas, non inutiles de Lege disputa-tiones:)

Marginal notes (left column): o G. — p E. — q Me. E. Pi. — r E. — † Mag. — t G. — v Mag. — x G. — y E. — z E. sim. Mag. Dan. — a Dan. sim. Calv. — b E. — c E. ex Hessel. — d E. sic Mag. — * E. ex Caj. — f Mag ex Aquin. — g Pri. — h G. — i Er. — k Me. sic Be. — l Ham. — m Er. E Vor. — n G. — o Pri. — p G. Pri. — q G. — r Pri. — † G. — t E. — v E. sim. Mag. ex Theod. — x Strig. — y G. — z E. — a Scul. sim. F. — b Strig. — c Calv. — d G. — * Scul. ex Musc. — f Med. l. 4. epist. 14. — g Med. l. 5. c. 2.

Marginal notes (right column): h Vor. — i E. — k Er. — l E. — m Mag. — n E. — o Cap. ex He. — p Pi. — q Ham. — r G. — † Cap. — t Be. G. — v G. — x Mag. sic E. — y Pri. — z G. — a G. sic Mag. — b G. — c Mag. — d Pri. — * G. — f Ham. — g E. — h Me. E. — i E. — k G. — l Be. — m Mag. — n E. — o G. — p Pi. Vor. — q Vor. — r Pi. — † Vor. — t Mag. — v Pri. — † Cl. — x G. — y E. — z Mag. — a Ham. — b Vor. — c F. Me. Mag. — d G. — * E. — f G. — g Amb. Chrys. &c. in Mag. — h Mag. sic E. Me. T. Scul. — i E.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

tiones[k]:) *commendo tibi*, Er. P. Be. i. e. custodiendum moneo, velut depositum quoddam[l]. Παρακαταθήκην λόγου dixit vetus Comicus Anaxandrides, λόγων παρακαταθήκην, Isoc. & *admonitionis fidei commissum*, Tertul[m]. ¶ *Fili*] Non potuit loqui efficacius[n]. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ τὰς προαγούσας ἐπὶ σὲ προφητείας] *Juxta prophetias quæ de te* (vel, *super te*, E. עליך[o]:) *præcesserunt*, Er. Ti. sic Be. Pi. &c. Per *prophetias* hîc intelligit, vel, 1. ea piorum hominum præsagia, quæ ab initio vocationis optimam de Timotheo spem præbebant[p]. Vide Act. 16. 2[q]. Vel, 2. revelationes divinas de eo factas[r], vel Paulo †, qui ipsum ordinavit[t]; vel aliis[v], fidelibus nempe qui Prophetiæ donum habebant[x]. Apostolorum ævo Doctores eligebantur atque ordinabantur, vel, sorte, ut Act. 1. vel, suffragiis, ut Act. 6. vel, per Spiritum in Prophetis loquentem[y]. [Sensus, q. d.] Memento factum te Evangelistam, sive Episcopum, Spiritu Dei nos & alios in id excitante[z]. Ità etiam tunc fieri solebat, Act. 1. 24. & 13. 2[a]. & 16. 3. & 20. 23[b]. & 20. 28[c]. & 1 Tim. 4. 14[d]. Quod & hîc notant Chrys. Oecum. & Th[*]. [quorum verba vide in G.] *Prophetia* hîc revelationem notat, ex collat. 1 Cor. 14. 25, 30, 31. Cùm Apostoli exiguo tantùm temporis spatio in singulis locis morarentur, humanis mediis scire non poterant, quinam ex Neophytis idonei essent quos Præfectos constituerent; tunc ergò necessarium illis erat, vel donum discretionis spirituum, vel specialis revelatio de personis illis. Postea tamen ex observatione atque experientia sua, aliorúmque testimoniis, eos fecerunt. Vide 1 Tim. 3. 6[f]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα στρατεύῃ ἐν αὐταῖς, &c.] *Ut milites in eis* (vel, *per eas*, P. Be. Pi. scil. excitatus[g]: vel, *secundùm illas*, Er. E. Mag. G. T. nempe Prophetias[h], ac velut in virtute earum[i], illis fretus[k], illarum nunquam non memor[l]; ut illis respondeas[m], ostendásque reipsâ veram fuisse illam Prophetiam †. Nam in Prophetiis de ipso illa verba fuerant, στρατεύσεται τὴν καλὴν στρατείαν[n].) *bonam* (vel, *bonam illam*, Be. Pi.) *militiam*, Er. Ti. &c. Intelligit defensionem Evangelii[o], contra falsos doctores & persecutionem mundi[p]; aut, prædicationem ejus cum vera pietate conjunctam. Confer 2 Tim. 4. 7, 8. Hoc partim de generali omnium Christianorum, partim de speciali ministrorum, officio accipiendum videtur[q]. [Sensus, q. d.] Ut in prophetandi, h. e. docendi, munere quod antea accepisti à Deo, te fortiter & strenuè militis instar geras[r]; ut officium tuum (primùm Evangelistæ, deinde †) Episcopale, strenuè & fortiter administres[t]. Omnis vita hominis *militia*, Job. 7. 1[v]. quod & Seneca & Max. Tyrius notant[x]: [vide Pri.] inprimis hominis Christiani, 2 Cor. 10. 4. maximè verò Pastoris Evangelici, 1 Cor. 9. 7. Phil. 2. 25. 2 Tim. 2. 24. Philem. 1. 2[y]. cui perpetua est, ut in militia, adversùs hostes (nempe dæmones, hæreticos, falsos fratres, hypocritas impios,) pugna, vigiliæ, labores & pericula[z]. Sic Levitarum ministerium dicitur צבא στρατεία[a]. Vide Num. 1. 50. & 4. 3. Dan. 8. 13[b]. Porrò *bonam militiam* vocat strenuam, fidelem, legitimam[c]. Στρατείαν στρατεύεσθαι dixit Plutarch. sæpe, sic & Arrian. in Epict. Sic & Horat. *bellum militare*[d]. Qu. Si hoc de Timotheo prophetatum fuit, & proinde certò implendum, quid opus erat eum hortari, &c? Resp. Quia, quod Deus prædixerat implendum erat per media à Deo ordinata: inter quæ erat, sicut bona voluntas Timothei, sic & studium ac solicitudo Pauli[*].

19. *Habens*, &c. Ἔχων, &c.] *Habens* (vel, *Retinens*, P. Be. Pi. ἔχων, pro κατέχων[f], quod habes Luc. 8. 15. 1 Cor. 11. 2. simplex pro composito[g], q. d. constanter retinens[h]. Sic Rom. 15. 4[i]. ἔχειν hîc, sicut infrà 3. 9. & 2 Tim. 1. 13. est *fortiter hærere*, vel *inniti*, velut navis anchoræ[k].) *fidem*, (nempe Christianam[l], vel sanam doctrinam[m]; metonymicè, ut infrà 3. 8. & 4. 1[n]. Alii cod. legunt πιστὴν, *fidam*, seu *fidelem*, cui favent verba sequentia[o].) *& bonam conscientiam*, Er. Ti. &c. h. e. vitam sanctam & inculpatam[p], quæ causa est bonæ conscientiæ. Ex effectu ergò causam hîc voluit intelligi[q]. *Fidem & bonam*, &c. i. e. fidem in pura conscientia, ut infrà 3. 9[r]. quâ scil. quis sibi conscius est vitam suam à fide non discordare †. Exponit hîc quid sit *militare bonam militiam*, nempe *habere fidem*, &c[t]. ¶ *Quam*, &c. Ἥν τινες ἀπωσάμενοι περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν] *Quâ* (nempe bonâ conscientiâ[v]:) *repulsâ*, (vel, *expulsâ*, P. Be. *longè abjectâ*, Tre. sic Pri. ex Hesych. Ἀπωθέω, נעל, נוד, aut לעל, *à se amovere*, ut Rom. 11. 1, 2. & 13. 12. secundùm quosdam Codices[x].) *nonnulli circa fidem* (Non dicit *à fide*, quasi fides penitus abjiceretur per apostasiam; sed *circa fidem*, quasi per circuitum veritatis euntes, & non ex toto à fide recedentes, nec tamen intra eam manentes: de hæreticis enim hîc agit, ut docent seq[y]. Al. Περὶ hîc est, *quod ad fidem attinet*. Sic & 2 Tim. 2. 18. Vide & 2 Tim. 3. 8[z]. Al. *fidei*, P. Be. Pi. V. nempe suæ[a].) *naufragium* (vel, *jacturam*, V.) *fecerunt*, Er. Ti. vel, *vacui redditi sunt*, Tre. ex Sy. vel, *submersi sunt*, Ar. facti sunt apostatæ, schismatici, hæretici[b]. Improbæ vitæ partus sunt hæreses[c]. Justo Dei judicio plerumque fit, ut qui contra fidei dictamen vivit, fidem inutilem amittat[d]. Sicut ignis pabulo indiget, ità fides bonis operibus; alioqui facilè extinguitur. Nam qui malè agere volunt, omnia quærunt ut sibi persuadeant ea quæ de præmiis ac pœnis æternis dicuntur non esse vera, aut certè non tali Lege Deum agere cum hominibus[*]. Metaphora est, vel, 1. à navigantibus[f]; vel potiùs, 2. à mercatoribus; quia non dicit, ipsos, sed eorum merces, naufragio periisse[g]. Ἀλληγορίαι ut à Navigatione, ità à Naufragiis, sumptæ valde sunt frequentes[h]. Metaphoram autem variè explicant[i]. Fides est ut navis, vita pura velut gubernaculum[k], sive anchora[l]; quâ illa adversùs tempestates, seu tentationes mundi & Satanæ, firmatur[*]. Gubernaculo abjecto, non mirum si navis in scopulos impacta frangitur[m]. Non placet: tum, quia non dicit, *amittentes*, sed *repellentes*; à naufragantibus autem non repellitur anchora aut gubernaculum, sed admittitur: tum, quòd in Scriptura non fides, sed Ecclesia, per *navim* significari solet[n]. Al. *Fides* est portus, *bona conscientia* gubernaculum[o]. Ut in portum perveniamus, regendus est bonâ conscientiâ nostræ navigationis cursus[p]. Non placet: non enim ad fidem, ut portum, navigamus, sed per fidem ad portum vitæ æternæ; & fides potiùs est gubernaculum, quo cursus hujus vitæ dirigitur[q]. Vide Clem. Strom. 2[r]. [in G.] Confer 2 Tim. 3. 8. ubi, post κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν, sequitur, ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν. Bene Theoph. *Vita impura impiorum dogmatum causa* †.

20. *Ex quibus* (i. e. De quorum numero[t]: Non tantùm dicit hoc fieri posse, sed & factum ostendit[v], exemplo eorum qui bene noti erant Timotheo & Christianis cæteris[x]. Vide [inquit] quantum naufragium hi fecerint[y].) *est Hymenæus*, (Vir turpibus voluptatibus mancipatus, quod vel nomen ejus indicat; est enim nomen Dei & carminis nuptiarum[z]: qui resurrectionem in fine seculorum futuram (& proinde judicium futurum[a],) negavit, 2 Tim. 2. 17[b]. nimirum unus illorum adversùs quos directum est 15. cap. 1 ad Cor[c].) *& Alexander*] Nempe Faber ille *ærarius*, de quo Tim. 4. 14[d]. idem indubiè de quo Act. 19. 33[*]. unde constat, eum Ephesi habitâsse. Vide ibi dicta[f]. Locus convenit, quia Timotheus erat Ephesi Episcopus, & hæc maximè propter Ephesios scribuntur[g]. ¶ *Quos tradidi Satanæ*] Nempe Diabolo[h], vel, 1. per excommunicationem[i]; quâ quis extra Ecclesiam projectus, exuitur protectione Dei[k], & possidetur à Diabolo, qui ad hoc paratus est ut aversos à Deo in potestatem accipiat[l]. Vel, 2. Satanæ, tanquam carnifici[m]; cruciandos[n], corporali cruciatu[o], morbis, ut 1 Cor. 5. 5. explicavimus. [ubi vide quæ nos collegimus.] Vide Scriptorem Resp. ad Orthod[p]. [ejúsque verba in G.] Fuit autem hæc potestas quædam peculiaris Apostolis concessa in enormiter flagitiosos, quæ tunc necessaria fuit ad coercendos contumaces, quia nondum erant Magistratus Christiani, quorum auxilio Ecclesia uti potuit. Vide Act. 5. 5, 10. & 13. 11. 1 Cor. 5. 3, 5[q]. Eam verò exercuerunt in eos, qui, vel excommunicati sunt (quales corporaliter à Satana vexatos, Chrys. cum multis aliis opinatur, quod tamen haud planè constat[r]:) aut excommunicari merebantur †. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα παιδευθῶσι, &c.] *Ut discant* (nempe suo malo[t]: vel, *Ut castigati discerent*, Pi. sic Be.) *non maledicere*, Er. Ti. E. vel, *convitiari*. Qui enim perversa docent, Ecclesiæ Doctoribus maledicere solent. Et forsan hi resurrectionem sannis & maledictis excipiebant, more paganorum, Act. 17. 32[v]. vel, *blasphemare*, Vulg. Be. Pi. &c. i. e. de rebus divinis

divinis impiè loqui [x]. Blasphemia propriè est, Deo, vel, aliquid ascribere quod non habet, vel, aliquid negare quod habet [y]. Ut discant falsa non disseminare, μὴ πονηροῖς λόγοις φλυαρῶν, ut solent qui ab aliorum communione se separant, 3 Joh. 10. & 2 Pet. 2. 2. ubi & βλασφημεῖν [z]. Nè impunè ferant suas blasphemias [a]. Rectè dixit βλασφημεῖν · nam solent qui à vera doctrina deficiunt, nè id frustrà facere putentur, ei maledicere: ut isti Resurrectionis dogma stultum, & ab omni ratione alienum, esse dicebant. Vide Act. 17. 32. Tertul. *de resurrectione, cujus nos præsumptores deputamur* [b]. Ut castigatione hâc adducti desinant, & doctrinam fidei blasphemare, & falsum suum dogma spargere [c]. Est autem genus hoc loquendi proverbiale. In Novellis Justiniani, ὅπως ἂν μάθοι σωφρονεῖν; & in Luciano, ὡς μάθοι μὴ λοιδορεῖσθαι τοῖς κρείττοσι. Vide & Ezec. 23. 48. Sic in Achille Tatio, l. 6. ταύτην ξαίνεσθαι μάστιξι δεῖ, &c. ὡς ἂν μάθοι δεσπότου μὴ καταφρονεῖν. Vide & Aristoph. & Eurip. aliósque [d], [in Pri.] Hinc patet, non hìc agi de traditione ad mortem, sive temporalem, sive æternam, quippe quarum neutra salutarem hunc effectum producere potest [*]. Finis excommunicationis (ab Ecclesia saltem secundariò intentus [f],) est peccatoris emendatio [g]. Sicut 1 Cor. 5. 5. dicitur εἰς ὄλεθρον σαρκὸς, *ad effectuum carnalium exstirpationem. In emendationem, non in perditionem*, ait Tertul [h].

[x] T. [y] Mag. [z] Pri. [a] Be. [b] G. [c] Pi. [d] Pri. [*] Vor. [f] E. [g] Mag. sim. E. Mc. [h] G.

CAP. II.

1. O*Bsecro igitur*] Sicut Imperatores Romani mandata dare Præsidibus solebant, ità Paulus in Timotheo mandata dat Episcopis [a]. Post constitutam doctrinæ summam [b], eum specialibus præceptis instruit [c]; & de publicis precibus, tanquam altera ministerii verbi parte, disserit [d]. Illud οὖν (*igitur*) pendet ex præced. ταύτην τὴν παραγγελίαν παρατίθεμαί σοι [*], ostenditque hoc inferri ex dictis; q. d. Ut bene milites, & ut subditi rectè vivant, &c. hoc admoneo [f]. ¶ *Primùm*, &c. Πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας] Πρῶτον πάντων jungendum, vel, 1. cum παρακαλῶ [g] · vel potiùs, 2. cum sequentibus [h]. Deinde πάντων referri possit, vel ad πρῶτον, vel ad δεήσεις, &c [i]. [Hinc locum variè reddunt:] *Adhortor igitur primùm omnium*, vel, *ante omnia, ut fiant* (*Hoc primùm*, inquit, *præscribo: nam præscribet deinceps & alia* [k]. Sed malim hoc sine ἀνταποδότῳ dictum, ut πρῶτον Luc. 12. 1. Rom. c. 1. v. 8. 2 Pet. 1. 20 [l]. Al. *Adhortor igitur, ut ante omnia fiant*, Er. Ti. nempe diluculo [m]; vel, præcipuo studio & curâ, ut non tam temporis ordo significetur quàm dignitatis [n]. Al. *Adhortor igitur, ut fiant ab omnibus*, Er. E. sive à tota Ecclesia, cujus est orare [o].) *deprecationes*, (nempe ad mala avertenda [p], peccata scil. & pœnas [q]. Vide Act. 1. 14. Phil. 4. 6. תחנונים [r].) *orationes*, sive *preces*, (vel, *obsecrationes*, Er. Ti. i. e. preces ad bona nobis obtinenda †, ad hanc, aut ad futuram, vitam necessaria [t]. Vide Eph. 1. 16. & 6. 18. תפלות. Hæc duo nomina, & alia quibus Precum nomina distinguuntur, reperies in Libro De Morte Mosis [v].) *postulationes*, (vel, *intercessiones*, Er. Ti. vel, *interpellationes*, Er. Ti. V. Be. h. e. preces, vel, 1. pro aliis [x]: Vide Rom. 8. 26 [y]. Heb. 7. 25 [z]. vel, 2. pro se [a]; vel, 3. quibus de his qui nos lædunt querimur [b]. Sic accipitur ἐντυγχάνειν, Act. 25. 24. Rom. 11. 2 [c]. *gratiarum actiones*, P. Pi. &c. pro bonis jam acceptis [d]; laudationes ac celebrationes Dei pro beneficiis, vel in nos, vel in alios, collatis [*]: quæ Precibus adjungi debent [f], Phil. 4. 6. תודות [g]. Al. Una eadémque res h. l. diversis nominibus significatur. Nec tamen tautologia est, tum, quia notiores voces junguntur obscurioribus, tum, quia in significandi modo diversitas quædam est; ut v. g. Paulo dicuntur δεήσεις, quia precibus testamur apud Deum egestatem nostram; nam δεῖσθαι *indigere* est: eædem preces προσευχαὶ dicuntur, quia illis animi nostri vota Deo aperimus: eædem dicuntur ἐντεύξεις, quia non timidè, sed familiariter, Deus adiri se ab orantibus patitur [h]. Sed quoniam de Græcarum vocum differentia & proprietate agitur, maximè hìc audiendos puto Græcos Interpretes, secundùm quos ità differunt ut diximus [i]. De publicis porrò Ecclesiæ precibus hìc agitur [k], non de privatis Timothei, &c [l]. ¶ *Pro*, &c. Ὑπὲρ πάντων, &c.] *Pro omnibus* (vel, *quibusvis*, P. Be. Pi.) *hominibus*, Er. Ti. &c. i. e. vel, 1. hominibus omnis generis, seu cujuscunque ordinis, ut sequentia monstrant [m]; vel, 2. pro singulis, ut neminem prorsus excludamus [n]. De nemine certè desperandum est [o], nisi Deus id patefecerit [p]; nisi manifesta reprobationis signa edat. Tunc pro eo non orandum [q]. Sic adversùs Julianum Apostatam, juratissimum Christi contra suam conscientiam hostem, Ecclesia expressè fuit precata, ipsius Pauli exemplo, Gal. 4. 12. 1 Thes. 2. 16. & 2 Tim. 4. 14 †. Vide 1 Sam. 16. 1. & 1 Joan. 5. 16 [r]. *Pro omnibus*, etiam infidelibus, inimicis, persecutoribus †, ut docet Scriptor De Vocatione Gentium, 1. 12 [t]. [cujus verba fusè descripta vide in G.] sed cum hac conditione, si illi sint in numero electorum; nam reprobi excipiuntur Joh. 17. 9 [v]. Sunt quædam preces pro omnibus: sunt & aliæ pro fidelibus tantùm, ut Joh. 17. 9 [x]. Sunt enim gradus ac species, ut beneficiorum Dei, sic etiam precum nostrarum [y]. Pontifex Max. Judæorum oravit, ait Philo, ὑπὲρ ἅπαντος, &c [z]. (*pro omni hominum genere, & præterea pro terra, aqua, totâque rerum naturâ.*)

[a] G. [b] E. sim. Pi. [c] E. [d] Pri. [*] G. [f] Mc. [g] Q. in Vor. [h] Vor. [i] Er. [k] G. [l] Pri. [m] Er. ex Chrys. & Amb. [n] E. [o] Idem. [p] G. sim. E. ex Th. & Theod. Mc. Mag. Vor. Er. Zeg. Ham. Be. [q] Vor. [r] G. † G. sim. E. Mc. &c. [t] Vor. [v] G. [x] G. sim. E. Mc. Pri. &c. [y] G. Cas. [z] Cas. [a] Pri. [b] E. ex Theod. & Th. & Oecum. sic Das. ex Be. [c] Cas. [d] G. sic Be. Zeg. [*] Vor. [f] G. sim. E. [g] G. [h] Camer. [i] E. [k] E. sic Be. [l] Be. [m] Pi. sim. Be. Dan. [n] E. sim. Vor. [o] Be. sim. Pi. [p] Be. [q] Pi. † Be. [r] Idem. † E. sic G. [t] G. [v] Pi. [x] G. [y] Vor. [z] G.

2. *Pro regibus*] Quamvis tunc infideles fuerint [a], & idololatræ atque hostes Ecclesiæ, ut dubitari posset, annon adversùs illos potiùs quàm pro illis precandum esset [b]. Græci Imperatores Romanos vocabant βασιλεῖς, non vocem Latinam respicientes, sed rem ipsam. Erant enim reipsâ αὐτοκράτορες. Tertul. *Illuc* (i. e. in cœlum) *suspicientes Christiani manibus expansis, quia innocui, capite nudo, quia non erubescimus, denique sine monitore, quia de pectore, oramus pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quæcunque hominis & Cæsaris vota sunt.* Dionysius apud Eusebium, καὶ τούτῳ δὴ ἡμεῖς ὑπὲρ τῆς βασιλείας αὐτῶν, ὅπως ἀσάλευτος διαμείνῃ, προσευχόμεθα [c]. Postea quoque pro Regibus Arrianis atque hæreticis precabantur, ut pro Constantio, Cyril. cat. 10 [d]. Polycarpus ad Philip. *Orate etiam pro Regibus*, &c. Cyprian. ad Proconsulem, *Deum deprecamur pro salute Imperatorum* [*]. Mos hic egregius, ut multa laudabilia, venit à Judæis, Esd. 6. 10. Josephus 12. 17. *Quidam sacerdotum* θυσίας ἐπεδείκνυον, &c. (*victimas ostendebant quas pro Rege obtulerunt Deo.*) Meminit hujus moris & 7. 17. & alibi sæpe. Et exstat ea de re præceptum in Pirke Avoth [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων] *Et omnibus*, vel *quibusvis*, (sive credentibus, sive incredulis [g]:) *in eminentia* (vel, *dignitate*, Val. Er. Me. *sublimiori loco*, Er. Zeg. sub. *idcirco*, P.) *constitutis*, Ti. P. Be. Pi. &c. vel, *principibus*, Tre. *potestate pollentibus*, Ca. i. e. summis Imperatorum ministris, &c [h]. Non tantùm pro Imperatoribus orabant, sed & pro, earum in quibus vivebant Provinciarum Præsidibus, qui ἡγεμόνες, 1 Pet. 2. 14. Vide ad Matth. 27. 2. & 2 Macc. 3. 15 [i]. Ὑπερέχειν dicuntur, tum Reges, ut 1 Pet. 2. 14. tum, secundæ potestates, ut in Artemidoro, 2. 72 [k]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἤρεμον — διάγωμεν ἐν — σεμνότητι] *Ut tranquillam* (vel, *placidam*, Er. Il. Ti.) *ac quietam vitam degamus*, (à bellis, &c. liberam [l]: tuti à barbarorum invasione & à latronibus [m]: hic enim scopus magistratui propositus esse debet [n]; & hoc ut præstet, orationibus nostris adjuvandus est [o]. Ex hoc consequente intelligitur antecedens, nempe orandum esse, ut Deus pacem stabiliat [p]. Est ratio cur pro iis precandum, ab utili effectu, &c [q]. Al. Est potiùs declaratio exhortationis, docens quid à Deo pro iis petendum, & quo fine [r]. Seneca de Philosopho, Epist. 37. *Nemo adversùs Reges gratior est; nec immeritò: nulli enim plus præstant*, &c. Deinde, *Sub horum tutela positus exercet artes bonas*. Rursus, *Sic hujus pacis beneficium ad omnes pertinentis altiùs ad eos pervenit qui illâ bene utuntur*, &c. Lactantius fine Institut. ad Imperatorem, — *Supplicamus, ut te inprimis, quem rerum custodem esse voluit, custodiat*, &c †. R. Hanina præcipit, c. 3. Abboth, *Precare pro pace regni, nisi enim esset timor ejus, homines se invicem vivos deglutirent* [t]:) *cum omni pietate* (Hoc obiter addidit ut officii sui Christianos admoneret. Non ideo,

[a] E. [b] Be. [c] G. [d] Ham. [*] Pri. [f] G. [g] Vor. [h] Pri. sim. E. [i] G. [k] Pri. [l] E. [m] G. [n] E. [o] E. sim. Mc. T. [p] Vor. [q] Plerique in Scul. [r] Scul. † G. [t] Di Ham.

ideo, inquit, nos tranquillitatem & securitatem publicam optamus, non ut eâ utamur ad comessationes & libidines, sed ad sacros cœtus, ad probos pudicósque mores, בהדרי קדש, Psal. 110. 3[v]. Et quia Principes Ethnici hoc officium non rectè præstant, consequenter hîc præcipit, ut pro illorum conversione & salute oretur: quod satis indicat v. 4[x].) *& honestate*, P. Pi. Er. Il. Ti. Mo. i. e. morum gravitate[y], & in agendo sinceritate[z]: vel, *puritate*, Trc. ex Sy. Æth. *castitate*, Vulg. vel, *veneratione*, sive *reverentiâ*, scil. Magistratibus debitâ: vel, *honestate*; ut nihil turpiter ac indecenter, nedum flagitiosè, fiat. Honestas omne officii genus complectitur, quod vigere in mutua hominum consuetudine debet[a]. Quid sit σεμνότης, vide Phil. 4. 8. Aristoteles interpretatur βαρύτητα εὐσχήμονα[b].

3. *Hoc enim* (nempe, ut oremus, vel pro omnibus, etiam infidelibus atque inimicis[c]; vel, pro Reip. Rectoribus[d]. Et quid? Ut habeant σώτηρια τ λογισμὸν, ait Justinus Martyr. Hæc precatio eventum suum habuit aliqua ex parte in Adriano, Severo, Antonino, qui Christianis æqui admodum fuere; perfectiùs verò in Constantino & post eum Principibus Romanis, deinde & aliorum populorum Regibus[*].) *bonum* (vel, *honestum*, V. vel, *pulcrum*, G. Perinde est sive in genere *bonum*, aut *præclarum*, sive in specie *honestum*, vertas[f]. Præcipuum hoc est opus charitatis in proximos[g].) *est, & acceptum* (vide suprà 1. 15. & infrà 5. 4[h].) *coram Salvatore nostro Deo*] Hoc addit, quia ratio postulat, ut qui ad salutem misericorditer adducti sumus, etiam alios orationibus adducamus ad salutem[i]. De illo ἐνώπιον τ Θεȣ̃, vide Luc. 1. 6. Act. 8. 21. 2 Cor. 7. 12. & 8. 21. de titulo σωτῆρ@, suprà 1. 1[k]. & infrà 4. 10[l].

4. *Qui omnes homines vult salvos fieri*] Nempe, salute æternâ, quæ hîc per fidem inchoatur[m]: vel, *servari*, i. e. salutem sibi oblatam amplecti[n]. *Deus*, ait Arnob. *sublimibus, infimis, servis, fœminis, pueris, uniformiter potestatem veniendi ad se facit. Patet omnibus fons vitæ, neque ab jure potandi quisquam prohibetur, aut pellitur.* Planè autem universim sumendum hoc dictum, apparet ex æquè negativa 2 Pet. 3. 9. μὴ βȣλόμενός τινας ἀπολέσθαι. Hoc est θέλημα φρονȣ́μενον. Adde Joh. 3. 16[o]. Sed quum certum sit, tum, 1. omnes non salvari, tum, 2. omnia fieri quæ fieri voluit omnipotens Deus, quæritur quo sensu hoc dictum sit: id quod variè explicant[p]. 1. Vult hoc Deus voluntate antecedente[q], & conditionali[r]; non autem consequente[†], & absolutâ[t]. Voluntas antecedens est, quâ Deus, non prævidens absolutè ullam voluntatis nostræ determinationem, ex se solo velit aliquid circa nos[v]; & quâ omnes salvari vult, quatenus eos creavit, non ut puniat, sed ut bonitatis suæ participes efficiat[x]. Voluntas consequens est, quâ de nobis ex prævisione operum nostrorum efficaciter decernit[y]. Verùm, si de antecedente voluntate sermo esset, Deus etiam dæmones damnatásque animas servari vult. Nec ratio hîc redderetur cur pro omnibus orandum sit, nisi concedamus etiam pro damnatis orandum esse[z]. 2. Vult hoc Deus seriò[a], & ex animo optat[b], quantum est ex parte sua[c]; quia omnibus dat media ad salutem obtinendam necessaria[d], & sufficientia[*], vel talia quibus possint homines ad salutem perduci[f]; licèt absque auxiliis specialibus ad salutem minimè sufficiant[g]: non tamen voluntate absolutâ[h], sive efficaci[i], nam tunc omnes salvarentur[k]; sed ex hypothesi[l], modò & ipsi velint[m], & quæ ab ipsis requiruntur præstent[n]. Non placet[o]: quia & hoc ipsum ut velint, à divina pendet voluntate[p]; quæ non solùm boni operis auctor est, sed & bonæ voluntatis, Phil. 2. 12[q]. 3. *Omnes* intelligit qui salvantur, ut significet nullum hominem fieri salvum, nisi quem Deus salvum esse voluerit: quomodo Christus *illuminat omnem*, &c. Joan. 1. 9. nempe, qui illuminatur; multi enim in perfidia sua manent; & quomodo dicimus, cùm unus Magister docet pueros in aliqua civitate, eum omnes docere, nempe qui discunt[r]. 4. Vult hoc Deus voluntate non absolutâ, sed conditionatâ, nempe, si credant[†]. 5. Deus hoc vult, quatenus vult & facit homines pios hoc velle[*]; quomodo Spiritus S. *clamare* dicitur, Gal. 4. 6. quia nos *clamare facit*, Rom. 8. 15[‖]. Rectè hoc *velle* dicitur, quod vult in suis amicis, qui sunt homines Dei; idque non tan-

Margin notes (left column): [v] G. [x] E. [y] Er. Zeg. Me. T. E. [z] T. [a] Be. [b] G. [c] E. sim. Mag. Me. [d] G. sim. E. Pi. [*] G. [f] Vor. [g] E. [h] G. [i] E. [k] G. [l] Vor. [m] E. [n] J. Cap. [o] G. [p] E. [q] Mag. Vor. Damasc. ex E. Zeg. [r] Vor. [†] Mag. Vor. Zeg. &c. [t] Vor. [v] Mag. [x] Damasc. in E. [y] Mag. [z] E. [a] Me. sim. T. [b] Me. [c] Me. sic T. Vor. Mag. ex Chrys. [d] T. [*] Me. Vor. [f] E. [g] E. ex Prosp. Hesfel, &c. sim. Mag. [h] T. [i] Mag. [k] T. sic Mag. [l] T. [m] Rup. & Pelag. in E. T. ex Chrys. Pri. [n] T. [o] E. Mag. [p] E. [q] Mag. [r] Mag. ex Aug. [†] D sic Cam. [*] Aug. in E. & in Mag. [‖] Aug in Mag.

tùm præcipiendo ut velint, sed etiam hoc ipsum in eis operando, ut Aug. doctè explicat. Nec dubium quin hic sensus admodum congruat instituto & contextui Apostolico. Pro omnibus orandum optimè probat, *quia vult* Deus *omnes salvos fieri*, scilicet per nos & quantum in nobis est; dum præcipit nobis ut omnium salutem desideremus & quæramus, & hoc ipsum studium ac desiderium in nobis operatur. Hinc enim consequens est, impellente hoc desiderio divinitùs inspirato, pro omnium salute nobis orandum esse. Hunc sensum confirmat, quòd non dicit, *Deum velle omnes salvos facere & ad agnitionem veritatis adducere*; sed *omnes salvos fieri, & — venire*. Voluntas ergò hîc significatur, non tam Dei, qui propriissimè voluntatem habet electos suos salvandi, & ad fidem perducendi; quàm nostra, quam à Deo habemus, ut nobiscum omnes salvi fiant, &c. ex qua voluntate pro omnibus oramus[†]. 6. Vox, *omnes*, non universaliter, sed collectivè & indefinitè, accipienda est, ut sæpe fit[t], ut non singulos designet, sed quosvis[v]; non singulos generum, sed genera singulorum[x]; homines omnis generis, seu ordinis, seu conditionis[y], vel, omnis gentis, tum Gentes, tum Judæos[z]. Sic vox sumitur Matth. 4. 23. *sanavit omnem morbum*[a]: & Luc. 11. 42. *omne olus*[b]: & Rom. 11. 32. *ut omnium misereatur*[c]: & in Virgil. *Non omnis fert omnia tellus*[d]: & 2 Thes. c. 1. v. 3. ubi ἑκάς@ conjungitur cum πάντων, & apud Aristot. Polit. 2[*]. Huic expositioni favet contextus, quia hoc subjungitur ut causa cur orandum esset pro Regibus, &c[f]. Adde quòd vox, *omnes*, & Multos denotat, & aliquando Paucos, ut Act. 2. 5. ἀπὸ παντὸς ἔθνȣς[g]. Explicat ergò h. l. antiqua Prophetarum vaticinia de vocatione, tum, Gentium, Psal. 2. Esa. 11. 10. Mal. 1. 11. tum imprimis, Magistratuum, Esa. 32. 1, 2. & 60. 16[h]. Obj. Eorum omnium Deus vult salutem pro quibus vult nos precari. Atqui precari tenemur pro salute omnium, etiam individuorum & singulorum, hominum[i]. Resp. Pro salute singulorum orandum est, non cum fide absoluta, quia de ea nulla est in Scriptura promissio; fides autem sine promissione nulla est, sed cum conditione[k]. Opponit hîc Paulus seculum suum seculis antegressis: q. d. Olim pro quibusvis hominibus preces non concipiebantur, quia doctrina salutis non quibusvis hominibus offerebatur; hodie verò, cùm Deus quibusvis hominibus Evangelium prædicari jubeat, iísque imperet ut salutis doctrinam amplectantur, tenemur quoque pro quibusvis preces concipere[l]. ¶ *Et* (nempe, ut serventur[m]:) *ad agnitionem veritatis* (Evangelicæ scilicet[n], de salute nobis per Christum comparata[o]:) *venire*] Vel, *postquam agnoverint veritatem*, V. Hoc *velle* dicitur, quia omnes ad eam invitat vocátque; quomodo vult omnes piè vivere, quia illud imperat[p]. Hoc cùm ità sit, debemus & dare operam, ut omnibus innotescat veritas, & ei labori preces pro omnibus adjungere. *Dei* enim est *incrementum dare plantatis & rigatis*[q]. Horum duorum membrorum alterum alterius est ἐξηγητικόν. Quânam enim ratione servantur, sive salutem sibi oblatam amplectuntur, homines? Nempe cùm veniunt ad veritatis cognitionem ac professionem[r]. Porrò Paulus hîc ordinem spectat, non temporis, cùm utique prius sit agnoscere veritatem quàm salvum fieri, sed causalitatis; nam intentione voluntatis prior est finis, quàm media, ut hîc salus, quàm fides[†].

5. *Unus enim Deus*] Non Judæorum tantùm, sed & omnium Gentium, communis[t], Creator[v], Pater[x], Dominus[‖], Servator[y]: qui propterea figmentum suum amat, & illi bene esse cupit[z]. Probatio est præced. sententiæ[a]. Non mirum est, Deum omnibus bene velle, cùm ipse sit omnium hominum Dominus, opificii jure[b]. Similem sententiam habes Rom. 3. 30. Gal. 3. 20[c]. Oratio elliptica est, quia subintelligi debet ex præced. unius Dei gratiâ omnes servari posse, nisi per ipsos steterit[d]. Al. Unus est Deus, ut Judæorum & Gentium, Rom. 3. 29, 30. sic Magistratuum & subditorum. Ergò citra respectum gentis, dignitatis, munerum, quosvis homines vult servari[*]. Si enim unius tantùm hominum generis, vel ordinis, salutem procuraret Deus, necesse est plures deos constitui; itémque plures mediatores[f]. Unum Deum comparat cum diversis nationibus; monétque, eas non in perpetuum à spe salutis exclusas, quia sub ejusdem

Dei

Margin notes (right column): [†] E. [t] Be. [v] Pi. [x] Mag. ex Aquin. [y] Pi. D. ex Aug. Dan. Mag. ex Aquin. & Bed. & Anselm. &c. J Cap. [z] Cam. sic D. [a] Be. [b] Mag. [c] D. ex Aug. [d] Be. [*] Dan. [f] Mag. [g] D. [h] Dan. [i] Q. in Cam. [k] Cam. [l] J. Cap. [m] G. [n] G. Vor. sim. Mag. [o] Vor. Pi. [p] Cam. [q] G. [r] J. Cap. [†] E. [t] Mag. [v] E. Me. T. Vor. Ham. [x] Me. T. [‖] T. [y] Vor. [z] Me. sim. T. [a] E. sim. Me. [b] G. [c] G. sic Vor. [d] Vor. [*] Scul. [f] Dan.

Dei ſunt poteſtate [||]. ¶ ***Unus eſt mediator*** ; ità P. Be. Pi. Μεσίτης, &c.] ***Conciliator***, &c. Er. V. Scul. ***Sequeſter***, Er. ex Tertul. Al. ***Interpres***, Q. in Scul. ſive, ***Internuncius***, Q. in Cam. nempe, Dei apud homines [g]. Nec vocem aliter in Scriptura ſumi vult Socinus: qui manifeſtè refellitur ex collat. v. 6. unde apparet τὸ μεσίτευμα ſtatui in ipſa redemptione: quod etiam loci paralleli, Heb. 9. 15. & 12. 24. confirmant. Ad μεσίτȣ quoque officium non minùs pertinet hominum vice apud Deum fungi, quàm Dei vice apud homines. Et μεσίτης elegantioribus etiam dicitur ***is qui placat aliquem*** [h]. ***Mediator*** eſt, qui intercedit inter partes extremè inter ſe diſſidentes, nempe, hominem offendentem & Deum offenſum [i]. Unus eſt omnium Mediator, &, ut ſequitur, Redemptor [k]; qui proinde cupit beneficium ſuum ad omnes porrigi [l]. ***Mediator Dei & hominum*** ille dicitur, qui immediatè ad Deum accedens, per ſuum unius meritum Deum hominibus placatum reddit, atque omnia ſalutis dona à Deo hominibus obtinet [m]. Dicitur unus Chriſtus μεσίτης, peculiari & ipſi uni propriâ ratione, utpote inter Patrem & nos μέσος καὶ θεάνθρωπος, ideòque utrique extremo, ὁμοουσίως adhærens, & ità nos ſibi, per fidem, ſecundùm naturam illam [humanam] nobis communem, ſpiritualiter unitos ad Deum uſque ſubvehens [n]. ***Mediator Dei*** dicitur, quia Deus ipſo tanquam internuncio & ſponſore utitur apud homines: ***Hominum*** autem, quia pro iis apud Deum intercedit, ipſóſque ſuâ morte Deo reconciliat [o]. ***Inter terricolas cælicolámque Deum, vector hinc precum, indè donorum, vel ſuppetiarum***, &c. ut verbis utar Apuleii [p]. Quod de ſummo Hebræorum Sacerdote dixit (qui etiam eum μεσίτην vocat) Philo, fuiſſe eum μεθόριον ἀμφοῖν, &c. (***confinium duorum, ut per medium quoddam homines Deum placarent, Deúſque hominibus gratias daret***, &c.) id in Jeſum optimè congruit. Is enim primùm id obtinuit, ut Deus hominibus in gravia peccata lapſis, neque vias pœnitentiæ, neque pœnitentibus veniam, præcluderet; quæ eſt prima illa conciliatio ad homines univerſim pertinens, de qua agitur Rom. 5. 10. & 2 Cor. 5. 19. deinde, ut Deus Apoſtolis daret linguarum & alia dona, quibus inſtructi homines ad veri cognitionem faciliùs deducerent; de quo beneficio agitur Eph. 4. 8. Eſt verò hoc beneficium generale ad totius humani generis bonum. Præfiguratum hoc μεσίτȣ munus in Jobo, 42. 8 [q]. Hoc porrò officium ità Chriſto proprium agnoſcere debemus ex mente Apoſtoli, ut nulli alteri tribuatur, nec homini, nec Angelo [r]. Notandum hîc, Auguſtinum plures quidem interceſſores; ſed unum duntaxat Mediatorem, agnoſcere †, nempe primarium, &c [t]. [de quo conſule Polemicos:] qui non precibus tantùm, ſed & pretio ſanguinis, nos Deo reconciliavit [v]. Qui Chriſtum unum aliquem ex multis [Mediatorem] faciunt, idem ad Deum quoque trahant oportet. Cohærent enim hæc, unum eſſe Deum, & unum Mediatorem [x]. ¶ ***Homo*** (i. e. Is homo qui vocatur *:) ***Chriſtus Jeſus***] Nempe, Verbum factum caro [y]. Hoc autem officium Chriſto competit, vel, 1. ſecundùm humanam, non Divinam, quâ ipſe eſt alterum extremorum [z]; vel, 2. quatenus eſt Emanuel [a], vel, & quà Deus, & quà homo eſt [b]. De quo vide Calv. epiſt. 312. & Bezam epiſt. 8. fuſè diſſerentes [c]. Utraque hîc natura partes ſuas obiit, humana pœnas luens, Divina, infinitam & verè ſalvificam virtutem perpeſſionibus ipſius inſinuans [d]. ***Homo*** dicit, non quòd merus homo ſit, ſed quia illa appellatio huic loco inſervit, ubi de nobis in ſpem bonam erigendis agitur *. Aſſumpſit Chriſtus naturam toti hominum generi communem: Nullam ergò gentem debemus à Chriſto alienam putare [f].

6. ***Qui***, &c. Ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων] Magna illa beneficia Chriſtus non ſolis precibus nobis impetravit, ſed ingenti obedientiâ ad mortem uſque, & quidem Crucis. Ἀντίλυτρον כפר. Vide ad Matth. 20. 28. ἀντίλυτρον vox ſignificans admodum, ut & ἀντίψυχον, quâ utuntur Joſephus & Ignatius aliquoties [g]. ***Dans*** (vel, ***Qui dedit***, Be. Pi. Vulg. &c. q. d. Non invitus traditus eſt, ſed ſe volens obtulit & tradidit [h], nempe, in paſſionem ac mortem [i].) ***ſemetipſum*** (ut Gal. 1. 4. Confer Heb. 1. 3. pro quo dicit *carnem ſuam*, Joh. 6. 51. *animam ſuam*, Mat. 20. 28 [k]. ***ſanguinem ſuum***, alibi; quæ phraſes hinc explicandæ ſunt [l]. Significat, nec aliam fuiſſe victimam quàm Chriſtum, nec eam ab alio quàm ipſo fuiſſe oblatam, ut idem fuerit Pontifex qui & victima [m].) ***redemptionem*** (vel, ***redemptionis***, ſive ***liberationis pretium***, Er. Il. Ti. P. Ca. Pi. ſive, ***compenſationem***, Ar. ſive, ***conveniens pretium***, Be. Idem hoc quod λύτρον, Matth. 20. 28. Marc. 10. 45 [n]. nempe, pretium quo captivi redimi ſolent [o]: ſed λύτρον eſt qualecunque pretium, &c. ἀντίλυτρον verò eſt cum caput capite, aut vitâ redimitur vita [p]; vel, tale pretium in quo liberator ſimile quiddam ſubit ei malo quod ei imminebat qui liberatur. Ἀντὶ in Compoſitione aut Contrarietatem, aut Commutationem, ſignificat. Illud hîc locum non habet, hoc ergò ſignificatur. Nec aliâ formâ Græcè dicuntur ἀντίψυχοι, ***qui pro altero morti ſe devovent ut ipſum liberent***. Eſtque harum vocum quaſi periphraſis, Gal. 3. 13 [q].) ***pro omnibus***, Mo. ſcil. redimendis ac ſalvandis [r]. Intellige, vel, 1. pro hominibus omnium gentium †, ſive ordinum [t]; vel, 2. univerſaliter; nempe, quoad magnitudinem & potentiam pretii [v]: h. e. pro omnibus ſufficienter, non efficaciter [x]. Confirmat hîc ſuperiorem rationem à connexis, ſimúlque mediationis & interceſſionis Chriſti cauſam & fundamentum explicat; quod eſt ipſius ſacrificium, ut liquet ex Heb. 4. 14. & 5. 1. & 7. 15. & 8. 3. & 9. 24. Et cùm hic ſit interceſſionis finis, ut Deum nobis propitium reddat, is demum apud Deum pro nobis intercedere poteſt qui eum nobis placare poteſt. Placatur autem Deus non aliâ ratione quàm plenâ pœnæ peccatis noſtris debitæ perſolutione. Id autem ſolum Chriſti ſacrificium potuit. Perperàm ergò Scholaſtici Salutis & Interceſſionis Mediatores diverſos faciunt [y]. ¶ ***Teſtimonium***, &c. Τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις] Appoſitivè hoc additur [z]. ***Teſtimonium*** (vel, Quod eſt ***teſtimonium***, Be. Ut eſſet ***teſtimonium***, Er. Ti. V. vel, Chriſtus, inquam, ***teſtimonium illud***, P. Be. ſub. ***deſtinatum***, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. &c. vel, ***quod evenit***, Tre. ex Sy.) ***temporibus ſuis***, ſive ***propriis***, Mo. Er. &c. בעתו, eo tempore quod Prophetæ prædixerant †; ***in plenitudine temporis*** [t]. Vide Gal. 4. 4. Eph. 1. 10 [v]. Latinæ verſionis magna hîc varietas, quam vide in Brugenſe [x]. Multi Codices legebant, ***Cujus teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt*** [y]; i. e. Cujus redemptionis locupletiſſimum præceſſit teſtimonium, apud omnes Prophetas. Sed editio correcta Sixti quinti juſſu legit tantùm, ***Teſtimonium temporibus ſuis*** [z]. Quam lectionem probant plerique cod. MSS. & Haim. Anſelm. Pelag [a]. Μαρτύριον hîc dicitur, vel, 1. ***Chriſtus Jeſus*** [b], ex v. 5. de quo videlicet teſtati ſunt omnes Prophetæ [c]. Tum, erit Metonymia adjuncti; nam teſtimonium hoc, ſcil. Evangelium, in Chriſto occupatur, nempe, in teſtanda veritate de perſona, officiis, ac beneficiis, illius [d]. Sententia elliptica eſt, q. d. Ipſe Chriſtus crucifixus, &c. olim quidem tacitus fuit *, nunc autem ubique palàm annunciatur [f]: & propterea per preces pro omnibus fuſas, in Eccleſiis proferendum eſt hujus veritatis teſtimonium [g]. Vel, 2. τὸ πάθος, ***paſſio, quam ſuis temporibus in cruce ſuſtinuit*** [h]: vel, hoc quòd Chriſtus ſe obtulit, &c [i]. quod vocat τὸ μαρτύριον, id eſt, ***teſtimonium illud***, de quo nemo debet dubitare. Non enim fallit qui morte ſuâ fidem facit [k]. Hoc autem teſtimonium erat, vel, 1. Deum eſſe veracem [l], & promiſſis ſtare [m]. Confirmatur ex 1 Tim. 6. 16. ***teſtatus eſt bonam confeſſionem***, ſcil. pro veritate quam confeſſus erat patiens uſque ad mortem [n]. Eſt [his verbis] πρόσθεσις relata ad rem totam quæ præceſſit; Quòd enim ***ſe pro omnibus dedit*** ad mortem [o], eo ipſo teſtimonium præbuit veritati doctrinæ ſuæ [p], cujus prædicandæ gratiâ miſſus fuerat à Patre. Pro hac enim veritate, quâ dixit ſe eſſe Filium Dei, miſſum à Patre pro mundi ſalute, mortem ſubiit. Tale autem teſtimonium propriè, & per excellentiam, ab Apoſtolis *Martyrium* vocatur; & qui ſic teſtificantur, *Martyres*, ſive teſtes [q]. Vel, 2. ingentis Dei charitatis [r], erga omnes homines †, quâ ***omnes velit ſervari*** [t]. Vel, 3. divinæ voluntatis, quâ omnes ſalvari vult [v]. Vel, 4. æquitatis ac juſtitiæ Divinæ in futuro judicio [x]. Al. Μαρτύριον accipi poſſit pro ἀποδείξει & βεβαιώσει, & locus ſic verti, ***cujus rei teſtificatio ſuis temporibus reſervata fuit***: Sed locum hunc corruptum ſuſpicor [y]. In MS. illo deeſt τὸ μαρτύριον [z]. Magis placeret, legi τὸ μυστήριον, ut eſt in uno vet. cod. Crebrò enim

|| Calv. · g Cam. · h Scul. · i Mag. · k E. · l Me. · m E. · n Be. · o Vor. · p Pri. · q G. · r E. · † Mag. · t T. Mag. · v Mag. · x Calv. · * Be. Pi. · y Be. · z E. · a Dan. · b Dan. ſim. Vor. · c Dan. · d Be. · * Vor. · f Pe. · g G. · h E. · i E. ſic T. · k Pri.

l Vor. · m Be. · n Scul. · o E. ſic Er. Mag. Strig. · p E. Er. · q Scul. · r T. · † E. · t Pi. · v E. · x E. ſic Vor. · y Dan. · z E. ſic Mag. · † G. ſic E. · t E. · v G. E. · x Scul. · y E. · z Mag. · a E. · b Be. ſic Pi. Vor. · c Be. · d Pi. · * Vor. · f Vor. ſim. Di. · g Dic. · h Scul. ex Chryſ. · i Be. · k G. · l V. · m V. ſim. Er. · n E. · o G. · p G. ſic E. ex Chryſ. · q E. · r Scul. ſim. Me. T. Er. ex Chryſ. · † T. ſic Er. · t Scul. · v O. in E. · x Me. T. ex Anſ. · y Scul. · z G.

enim hæc sententia totidem penè verbis repetitur, ut Rom.c.16.v.25. Eph.c.3.v.9. Col.c.1.v.26.&c[a]. Ità sensus erit, Quod *mysterium*, olim tectum, *suis temporibus fuit revelatum*[b]. Mihi facilis videtur sensus, si totum locum sic legas & distinguas, v.4. *Qui quosvis homines vult salvos fieri*, &c. (v.5. *Unus enim est Deus*, &c. v.6. *qui sese dedit redemptionis pretium*, &c.) juxta *testimonium propriis temporibus*, supple, *patefactum*; ex collat. Col.1.26. & Tit.1.2. *Testimonium* hîc vocat, antiquas Prophetias de vocatione quorundam hominum & gentium; nè Paulus id temerè polliceri videatur. Μαρτύριον ergò refer ad totum complexum superius, *Vult Deus omnes salvos fieri*, &c[c].

7. *In quo*, &c. Εἰς ὃ ἐτέθην, &c.] *Cujus* (nempe Evangelii[d]: *In*, vel *Ad*, *quod*, Er. Ti. Pi. G. repete *testimonium*, sive *arcanum*[*], nempe Christi[f], hoc est, Evangelium de Christo[g]; vel, beneficium redemptionis[h], publicandum[i], toti orbi[k]: Sensus est, Ad eam veritatem, pro qua Christus usque ad mortem testimonium perhibuit, promulgandam[l].) *constitutus* (vel, *positus*, Er.V.) *sum* (sic τιθέναι habes Rom.4.17. 1 Cor.12.28. suprà 1.12. In MS. ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ, ut suprà 1.11[m]. Hoc testimonium & voluntatem, sive decretum, Dei de vocandis Gentibus probat ab effectu, quòd Deus illud executus sit, Paulum mittendo, &c[n].) *ego* (nempe à Deo[o]:) *præco* (Nomen hoc generale est[p]: vel, *prædicator*, Vulg. vel potiùs, *nuncius*, Er. sic Pri.) *& Apostolus*, Be. Pi. &c. Hoc sensu eadem verba habemus 2 Tim.1.11[q]. ¶ *Veritatem*, &c. Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι] *Veritatem dico in Christo*, (i.e. Christo linguam meam & mentem dirigente[r]: vel, *per Christum*, P. Be. Pi. Dan. formula jurisjurandi, ut Rom.9.1[†]. q.d. Quem hujus rei & meæ vocationis testem produco[t]. Sed illud, *in Christo*, deest in Vulgato, & in 3. vet. Libris, & additum videtur ex Rom.9.1[v]. Non enim juramento hîc opus erat[x]. Imò opus eo erat, quòd vocatio Gentium tunc res nova prorsus, & aliena à Dei consilio, censebatur[y].) *non mentior*, &c. Pleonasmus Hebraicus[z], etiam Græcus, ut in Hippoc. Hom. Aristot. &c[a]. ¶ *Doctor* (sub. *inquam*, Be. Pi. Vel, Ut essem *Doctor*, Di. ex Sy. Vel, Quia factus sum *Doctor*, Ar. in Di.) *Gentium* (i.e. præcipuè Gentibus docendis destinatus[b], Act.9.15. Rom.11.13. Gal.2.7,8,9. 2 Tim.1.11[c]. idcirco sæpe à Judæis vexatus[d]; quibus tamen pro re nata prædicavit, & quorum debitorem se vocat, Rom.1.14[*].) *in* (vel, *cum*, Er. Ti. Pi. &c.) *fide & veritate*] Referri hoc potest, vel, 1. ad ipsum Apostolum; i.e. Doctor fidelis & verax[f], nihil veri subticens, nihil falsi admiscens[g]; docens *fidem*, i.e. sanam doctrinam, idque *in veritate*, i.e. sinceritate animi, sanâ conscientiâ, & recto fine: ut hæc sit veri pastoris definitio, quæ confirmatur 1 Pet.5.2,3,4[h]. vel, 2. ad Gentes, ut sensus sit[i], Doctor Gentium instituendarum in fide & veritate, id est, ut fidem Christi recipiant & veritatem ejus agnoscant[k]. His verbis & objectum prædicationis, & modum prædicandi, nempe cum sinceritate, exprimere videtur[l].

8. *Volo* (Redit ad id quod inchoaverat suprà v.1. חפצתי, *hoc opto*, *hoc desidero*. Vide infrà 5.14. Tit.3.8[m]. *Velim*, P. *Jubeo*, Sch. Sic βούλομαι sumitur 1 Tim.5.14. Tit.3.8. alibi est *cupio*, ut Act.25.22. 1 Tim.6.9[n].) ergò *viros* (q.d. non Sacerdotes tantùm, sed omnes omnino viros[o]. Qu. Cur non dicit *& feminas*? Resp. 1. Illæ non prætermittuntur[p], nam de illis statim aget[q]. 2. Quia sequentia vitia in viros maximè cadunt[r].) *orare in omni* (vel, *quovis*, Be. Pi.) *loco*] Nempe idoneo, ubicunque tutum & commodum visum fuerit[†]: ממקומו, Soph.2.11[t]. *omni loco*, nempe precibus publicis dicato[v], ubicunque conventus habebuntur[x]. Agit enim de publicis precibus[y]. Et ibi semper (non verò semper alibi, ut in cubiculo:) debent *mulieres*, ut sequitur, comparere *in habitu ornato*[z]. Non vetat hîc Templa exstrui, &c. sed nè sanctitas ulla aut religio iis ascribatur, quasi gratior ibi Deo esset nostra oratio[a]. Sensus, q.d. Nè putetis publicas orationes fieri non debere extra Synagogas Judaicas, aut extra unum certúmque locum cujusque urbis: quod observatu difficile erat ob persecutiones[b]. Preces Deo hodie non minùs gratæ in quavis Ecclesia[c], aut quovis loco opportuno[d], quàm in Templo Hieros[*]. Confer Joh.4.21,24[f]. & Mal.1.11[g]. Ut Deus non est acceptor personarum, ità nec locorum[h]. Monet, sublatum jam esse vetus illud locorum discrimen[i], de quo vide Deut.12.5. 2 Chron.7.12. Dan.6.10[k]. ¶ *Levantes*, &c. Ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας] *Levantes* (vel, *Sustollentes*, Er. Ti. sic Be. Pi. in cœlum nempe, ut Seneca Epist. 41. vel, ad Deum, ut Arrianus[l]: *Ad cœlum expansis manibus*. Is mos [venit] ab Hebræis, ut apparet Psal.141.2. & apud RR. Nihil opus hîc repetere dicta ad Mat.27.24. Luc.18.13. Addi possunt Esa.1.15. Lam.3.41. & illud Apollonii, Πολλὰ μάλ' ἀθανάτοισιν αἰθέρα χεῖρας ἄειρον εὐχόμεναι ——[m]. Habitus hîc est orantis[n]. Signum autem hîc posuit pro re ipsâ, invocatione scilicet, ut Esa.1.15[o].) *puras* (vel, *sanctas* aut *pias*, E. D. Er. ex Amb. V. Scul. Be. ut ὅσιος sumitur Heb.7.26. Apoc.15.4. Sic & Dionys. Halic. Antiq.3. ὅσιος πρὸς θεούς, δίκαιος πρὸς ἀνθρώπους[p]. *Puras manus* dixerunt quoque Liv. Plaut. Seneca, Apul. Contrariæ, *sacrilegæ & impiæ manus*, in Ciceronis Philippicis[q]. Ὁσίους hîc Atticè ponitur pro ὁσίας, ut v.9. κοσμίῳ pro κοσμίᾳ[r]: *puras*, nempe à rapinis, libidine, pugnis & sanguine[†]; non lotas more Judæorum[t]. Verùm sanctitatem hîc opponit Judaicis lotionibus & purgationibus externis, de quibus vide Levit.6.13, &c. Marc.7.4. Heb.9.10[v].) *manus*, Mo. Be. Pi. &c. id est, actiones externas[x]; vel, puram conscientiam intelligit[y]. *Tollere puras manus* dixit Seneca, *puras*, i.e. nullo contaminatas facinore. Philo de Essenis, καὶ τὰς τε ὄψεις, &c. (*Et oculos & manus in cœlum tendebant, illos, utpote qui ea tantùm quæ digna visu conspicere docti sunt, hus verò, quia puræ à donis, quæstúque impio*, &c. Hoc significabat Manuum lotio ante preces Judæis usurpata, Psal.26.6[z]. ¶ *Sine*, &c. Χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμῶν] Non manus tantùm puras esse oportet, sed & corda[a]. Duo autem sunt quæ maximè preces Deo ingratas faciunt[b]: [quæ scil. hîc nominantur.] *Absque ira* (nempe injustâ[c], vindictæ appetitu[d], irritatione[*], sive pravâ offensione animi[f], vel, simultate[g], in proximum[h]; odio adversùs fratrem, quod hîc *iram* dicit, quia *Odium* est ira inveterata[i]: de quo vide Mat.5.24[k]. & 6.15[l]. & Maimonidem in Regulis orandi, ubi ait, *Si quis senserit animum sibi commotum & cor turgens, nè oret, sed quiescat, dum mens sit sedata*. Pari de causa Sacerdotes, cùm in Templo munere suo functuri essent, à vino abstinebant[m]. Sub hac autem specie comprehendo reliquas injurias in proximum, de quibus Esa.1.15, 16[n]. Al. [Sensus est,] Nè irascantur, si Deus statim non exaudiat[o].) *& disceptatione*, Er. Il. Ti. P. Mo. Be. Pi. vel, *hæsitatione*, sive *dubitatione*, Val. Er. V. Zeg. Æth. Ar. Per διαλογισμῶν hîc intelligit, vel, 1. Dubitationem de promissis Dei[p]; vel, disputationem intra animum contra fidem[q]: quæ fidei repugnat[r], sive fiduciæ, quæ in promissis Dei acquiescit[†], & quâ efficax redditur oratio[t]. De ea vide Mat.14.31[v]. & 21.22. Marc.11.22,23,24[x]. Rom.10.14[y]. Jac.1.6[z]. Vel, 2. contentionem, sive altercationem, ut Luc.9.46. & Rom.14.1. quæ adversatur paci & concordiæ, ideóque effectum orationis impedit, sicut & ira[a]; vel, animum parùm pacatum erga proximum[b], cùm scil. quis iratus & vindictæ cupidus plenus est cogitationibus in animo tumultuantibus[c]. Vide Clementem ad Corinthios[d]: [ejusque verba in G.]

9. *Similiter & mulieres* (Intellige, vel, *volo*, nempe κοσμεῖν, &c. ut sequitur[*]: vel, *precari volo*[f]. Hac in parte juris paris sunt: Utriusque sexûs preces Deus exaudit. Pro utroque Christus est mortuus, Gal.3.28. ὡσαύτως, *itidem*[g], i.e. puris manibus, sine ira, sine diffidentia[h]. Pariter & quod nunc fœminis præcipit de moderato cultu corporis, multò magis à viris exigitur[i]; quibus certè turpius est lascivè & dissolutè ornari: unde & Ethnici dicunt, *Sint procul à nobis juvenes ut femina compti*[k]. Præter hæc communia præcepta addit jam & specialia sexui per se feroci[l]. Præscribit hîc, qualiter mulieres ad ritè orandum comparatas esse decet[†]. Utrique sexui congruentia præscribit; à viris ea vitia quæ virorum esse solent removens, à mulieribus vitia muliebria: plerumque enim peccat hic sexus nimio corporis ornatu, si quando ad conventus publicos

[a] Pe. sic Scul. [b] Scul. [c] Dan. [d] Pri. [*] Vor. E. Me. T. sic G. Dan. [f] G. Me. [g] Vor. [h] T. sic Me. [i] G. sim. V. Pi. Me. T. [k] T. [l] E. [m] G. [n] Dan. [o] G. [p] Dan. [q] G. [r] Dan. [†] Pi. [t] Dan. [v] Be. sim. E. [x] E. [y] Dan. [z] Be. [a] Cas. [b] G. sim. E. Dan. [c] G. [d] E. [*] Dan. [f] E. Camer. Be. [g] G. Pri. [h] Dan. [i] E. [k] E. Me. sim. V. T. [l] Vor. [m] G. [n] Sch. ad Mat.1.19. [o] Mag. [p] E. [q] Mag. sic E. [r] E. [†] Idem. [t] G. [v] T. Me. [x] G. sim. Be. [y] G. sic Be. E. Me. Dan. [z] T. [a] Dan. [b] E. [c] G.

[d] E. sim. Dan. [*] G. [f] G. Dan. Vor. Be. [g] Be. Dan. [h] Dan. [i] sim. Vor. [k] Dan. [l] Pri. [m] G. [n] Me. sic E. [o] Be. [p] Scul. [q] Pri. [r] Be. [†] Er. V. sim E. Mag. [t] Br. [v] Dan. [x] G. sic Dan. [y] Mag. [z] G. [a] G. sim. Dan. [b] G. [c] Vor. [d] Mag. E. Me. [*] Dan. [f] Pe. [g] Pri. [h] Dan. Pri. sic Be E. [i] G. [k] G. Be. E. Dan. [l] Dan. E. [m] G. [n] Be. [o] V. [p] G. sic V. Be. Gra. in E. Mag. Dan. Pri. [q] G. [r] Be. [†] Dan. [t] Mag. ex Chrys. [v] G. [x] Mag. [y] Dan. [z] Be. Dan. [a] E. [b] Er. ex Stap. & Chrys. [c] Me. [d] G. [*] Pri. [f] G. sim. E. Dan. [g] G. [h] G. sic E. [i] E. sim. Dan. [k] Dan. [l] G. [†] Calv. Dan.

publicos procedant [m]. Pertinent autem hæc præcepta ad omnes mulieres, conjugatas, cælibes, viduas; idque etiam cùm domi sunt, non tantùm cùm prodeunt in publicum [n].) *in*, &c. Ἐν καταστολῇ κοσμίῳ] *Amictu* (vel, *Habitu*, Ca. sic Mo. Καταστολὴ idem quod στολὴ [o], ut videre est Esa. 22. 17. & 61. 3. ubi in Hebræo עטה & מעטה [p]. Sic & Suid. Hesych. Plut. &c [q]; estque habitus longior, & circumquaque tegens, & ad talos usque demissus [r].) *honesto*, P. Be. Pi. vel, *modesto*, Er. Il. Ti. V. Ca. E. Me. ut tegantur undique †, usque ad pedes [s]: vel, *casto*, Tre. *ornato*, Mo. Vulg. Ar. *decoro*, G. sic E. Me. ut vertit Glossarium [v]: *moderato*, E. Me. i. e. qui eas decet, ideóque ornat [x]; *mundo* [y], non sordidato, nec meretricio [z]; non luxuriante [a], sed conveniente, qui animum optimè compositum testetur [b]. Etiam de hac re pulcra præcipiunt Rabbini [c]. ¶ *Cum*, &c. Μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης, &c.] *Cum verecundia*, (vel, *pudore*, G. nempe in vultu, quem parciloquium comitatur [d]:) *& modestia*, (vel, *castitate*, Er. Ti. E. V. D. ex Hi. *sobrietate*, Vulg. D. Ham. σωφροσύνη est *temperantia*, seu *moderatio*, animi in externo corporis habitu moribúsque relucens [*]. [Sensus est:] vel, 1. cum illis virtutibus †, [quæ sunt] vera ornamenta sexûs fœminini [f]; vel, 2. verecundè & castè, non procaciter aut impudicè [g]:) *ornare seipsas*, Mo. supple, βούλομαι, *volo* [h]. Cum his & quæ sequuntur bene convenit illud Melissæ ad Claretam, κοσμιότητα καὶ σωφροσύνην ἀντὶ χρυσοῦ καὶ σμαράγδου. Laberius,—*Probitas est carbunculus*. Crates, *Mulierem ornat non aurum, non smaragdus*, &c. ἀλλ᾽ ὅσα σεμνότητος, εὐταξίας, αἰδοῦς ἔμφασιν περιτίθησιν. Paria habent Aristoteles [verba vide in G.] & Plutarchus in Præceptis conjugalibus. Est & sententia vetus, Γυναικὶ κόσμος ὁ τρόπος, κ᾽ οὐ χρυσία [i]. Apud Zonaram Cato, *Ornentur mulieres non auro aut lapillis*, &c. *sed* σωφροσύνῃ, φιλανδρίᾳ, φιλοτεκνίᾳ, πειθοῖ, μετριότητι, &c. Seneca ad Helviam, *Unicum tibi ornamentum*——*visa est pudicitia*. Plautus, *Pudorem gerere magis decet quàm purpuram* [k]. ¶ *Non*, &c. Μὴ ἐν πλέγμασιν,——ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ] *Non cincinnis* (vel, *tortis crinibus*, Er. Il. Ti. sic Tre. ex Sy. Vulg. G. non affectatis capillorum complicationibus [l]: *implicaturis*, E. ex Th. Idem hoc quod ἐμπλοκὴ τριχῶν, 1 Pet. 3. 3 [m]. Sic *flexum capillum* dixit Juvenalis: Idem, *in orbe comarum annulos* [n]: *crines in nodum tortos*, Martialis [o]. Clem. Alex. Pædag. 3. 11. περιπλοκὰς τῶν τριχῶν ἑταιρικάς. Naumachius, Μηδὲ κόμας περίαλλα πολυπλεκέας πλέκε σειράς. Hoc est quod Esaias 3. 24. dixit מעשה מקשה, *opus calamistri*: ubi *crispantem crinem* Latinus: *calamistratam comam*, Cicero. Rabbinis πλέγματα dicuntur משבשות [p]. Suidas de Cæsyra, *Multis usa est* καλλωπίσμασιν, &c. καὶ τοῖς τῆς κεφαλῆς πλέγμασιν. Glossæ, ἐμπλέκτρια, *implicatrix, ornatrix* [q]:) *vel auro*, (Multus ex auro & argento ornatus mulierum. Vide Digesta. Phintys Pythagorica dans præcepta fœminis nuptis ait, χρυσὸν δὲ καὶ σμάραγδον ἁπλῶς μὴ περιτίθεσθαι, καὶ τὸ πολυχρήματον καὶ ὑπερηφανίαν ἐμφαῖνον ποτὶ τὰς δαμοτικάς. De tota hac re vide Clem. Pædag. 2. 12 [r].) *vel margaritis*, (ut illa Apoc. 17. 14. & 18. 16 †. *Lictorem in publico feminæ unionem dictitant*, Plin. 9. 35. ubi multa de hoc fœminarum luxu. Erant enim patrimonia de auribus pendentia [t]. Seneca De Benef. 7. 9. *Video uniones, non singulos singulis auribus comparatos*, &c. *junguntur inter se, & insuper alii aliis superponuntur* [v]. Lineas margaritarum חרוזים vocant Rabbini [x].) *vel pretioso* (vel, *sumptuoso*, Er. Il. Ti. Ca. V. *superbo*, Ar.) *vestitu*, Be. Pi. &c. Hesych. πολυτελῆ [exponit] πολυδάπανα. ἱμάτια πολυτελῆ dixit Plutarchus [y]. Propertius, *Matrona incedit census induta nepotum*. Hæc sunt μαλακὰ ἱμάτια, Mat. 11. 8 [z]. & ἱματισμὸς ἔνδοξος, Luc. 7. 25. Vide & Judith, 12. 15 [a]. Pythagoræ monitum, *Ornamenta matronarum pudicitiam, non vestes esse* [b]. In summa, cultum corporis moderatum esse vult, non luxuriosum, &c. Similis est locus 1 Pet. 3. 3, 4. Unde colligitur, hoc præceptum non esse leve, nec contemnendum, quod duo Apostoli principes tam diligenter inculcârunt [c]. Non prorsus damnat auri & margaritarum usum [d], maximè in fœminis primariis, sed tantùm nimium in iis sumptum, fastum, immodestiam [*]; vel, quòd hæc ex ambitione nascantur aut impudicitia. Et indè petenda est regula mediocritatis. Quicquid pudori aut temperantiæ contrarium est, improbandum est [f]. Dices hæc esse res indifferentes. Cùm autem offendiculum præbent damnatæ sunt, iisque est abstinendum. Frustrà dicunt, se sic cultas marito placere. Nec enim, ut marito tanquam lenoni placeant, studere debent. Questus est Chrys. quasdam mulieres ità exornatas ad Templum incessisse, ut illic potiùs saltaturæ, quàm Deum precaturæ, videantur [g].

10. *Sed*, &c. Ἀλλ᾽ (ὃ πρέπει——ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν) δι᾽ ἔργων ἀγαθῶν] *Sed quod decet* (vel, *ut decet*, ut sit ὃ pro καθ᾽ ὃ per Ellipsin [h]. Si faverent Libri, legerem, ὡς πρέπει, ut est Sirac. 33. 28. 1 Marc. 12. 11. Eph. 5. 3. Sic Terent. —*Ut vobis decet*. Ubi Donatus, *Græcè dixit*, ὑμῖν πρέπει, *& deest*, *facere* [i].) *mulieres profitentes* (ut Amb. vertit: sic & infrà 6. 21. Sic in Luciano, *Quam artem* ἐπαγγέλλεται, *profitetur*. Hoc dicit, Vide, mulier, quid in Baptismo sis professa. Christiana dici voluisti: Nomen hoc vitam exigit eximiè puram atque sanctam [k]. Vel, *promittentes*, Mo. Vulg. Scul. Ar. vel, *spondentes*, P. Be. Pi. Tre. nempe se modestè victuras [l]. Glossarium, Ἐπαγγέλλομαι, *promitto*, &c. Locutio hæc est bene Græca, Ἐπαγγέλλεσθαι dicunt, φιλοσοφίαν Plutarchus, θεοῦ θεραπείαν Philo, σωφροσύνην Clemens Pædag. πίστιν Ignat. Hinc M. Antonini 3. 2. τὸ τῆς φιλοσοφίας ἐπάγγελμα, [*professio*:] & apud Zosimum, Χριστιανῶν πίστεως ἐπάγγελμα. Horat. *Quod medicorum est Promittunt medici*. Ubi vetus Scholiastes, *Promittunt, profitentur* [m].) *pietatem*) (Christianam scilicet [n], vel, *pietatem in Deum*, Be. Pi. pium erga Deum amorem ||:) *per opera bona*, Er. Ti. &c. Deo grata, proximo utilia †; cùm erga alios, tum inprimis erga maritum [o]: vel, per bonam vitam, morésque Christianos [p]: non verbis solis, sed rebus ipsis atque operibus [q], nempe *se ornent*, ex præcedentibus [r]. Verti potest, *annunciantes pietatem*, &c. ut locum præparet sequenti præcepto, q.d. Mulieri non aliud prædicationis genus convenit, quàm per opera †. Pietatem factis præstet, non cultu promittat [t].

11. *Mulier in*, &c. Ἐν ἡσυχίᾳ, &c.] *In*, vel *Cum*, *silentio* (i. e. sine garritu, à quo tenellum illud genus sæpe nec in Ecclesia abstinet, ut notat Chrys. Et hoc præceptum ex Synagoga est, ubi mulieres seclusum à virorum aspectu locum habent, & cum silentio quæ prælєguntur aut dicuntur auscultant [v]. Al. *Cum quiete*, i. e. quieta [x]. Intelligit hîc ejusmodi quietem, quæ obedientiam, seu reverentiam erga viros, ostendat: cujus species quædam est silentium in publico cœtu [y].) *discat* (nempe in Ecclesia [z], ex collat. 1 Cor. 14. 34 [a]. non autem domi suæ. Nam privatim, maximè si desit paterfamiliâs, vel, si sint viduæ, precari Deum & familiam suam instituere & possunt & debent [b]. Chariclea in Heliod. l. 3. cùm in concione dicere juberetur, πρέπειν οἶμαι, &c. *Arbitror*, inquit, *silentium feminas, sermonem viros decere* [c]. Plaut. Rud. *Tacita bona est mulier semper quàm loquens*. Democ. in Stobæo, κόσμος ὀλιγομυθίη γυναικί [d]:) *cum omni* (i. e. summâ, ut suprà 1. 15 [*]. vel, perfectâ [f].) *subjectione*, Er. Ti. &c. nempe ad servandum ordinem à Presbyterio constitutum [g]. Hoc requirit, nè vices loquendi sibi dandas esse putent [h].

12. *Docere*, &c.] Scil. in Ecclesia [i], sive publicè [k], sicut in præced [l]. Virilibus officiis fungi prohibet & Jus Romanum [m]. Præsidis erat docere: sed is interdum Presbyteris, interdum & aliis, suum hac in parte munus mandabat. ¹*Mulieribus* id permitti non vult; nempe nisi habeant afflatum Propheticum, & dum eum habent [n]: ut Debora, Jud. 4. Olda, 2 Reg. 22. 14 [o]. Vide quæ diximus ad 1 Cor. 11. 5. & 14. 35. Prophetia extra leges est positivas. Maimonides fœminis etiam ludum literarium vetat aperire. Tertul. *Non permittitur mulier in Ecclesia loqui, sed nec docere, nec tingere*, [i. e. baptizare] *nec offerre, nec ullius virilis muneris, nedum Sacerdotalis officii, sortem sibi vindicare* [p]. ¶ *Neque*, &c. Οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρὸς] Pro quo Diod. Sic ἀνδρὸς κυριεύειν dixit [q]. Vide quæ diximus Eph. 5. 22, 24. Col. 3. 18. Vocem αὐθεντεῖν dicit Phrynichus jam suo tempore usurpari cœpisse in significatione δεσπόζειν. Hinc αὐθεντεῖν est ἐξουσιάζειν, משל [r], præesse cum imperio, jurisdictionem exercere. Hinc αὐθέντης qui ipsâ autoritate aliquem frangit, etiamsi nullam rationem afferat, ut de Platone in 1 Tusc. Cicero dixit. Et libri *Authentici* vulgò

[Marginal notes, left column:] m E. — n Dan. — o G. sic Pri. Scul. — p G. — q Pri. — r E. — † Er. — s Scul. — v G. — x E. Me. — y G. — z Be. — a Be. — b Be. — c G. — d Pri. — * E. — † E. — f G. sic Strig. — g E. ex Græcis. & Sy. — h G. E. — i G. — k Pri. — l Vor. — m Pri. G. — n G. — o Pri. — p G. — q Pri. — r G. — † Pri. — t G. — v Pri. — x G. — y Pri. — z G. — a Pri. — b G. — c E. — d Dan. sic C lv. — * Dan.

[Marginal notes, right column:] f Calv. — g Dan. — h Calv. — i Pri. — k G. — l Scul. — m Pri. — n G. — || V. — † T. — o D. — p Me. — q E. — r G. — † E. — t Er. — v G. — x Pi. — y Vor. — z E. sic Dan. V. Scul. Vor. — a E — b Dan. sim. Vor. — c Scul. — d Pri. — * G. — f E. — g G. — h Dan. — i E. Me. sic Vor. — k Vor. — l E. — m Pri. — n G. — o Dan. — p G. — q Pri. — r G.

vulgò appellantur quibus contradicere nefas est †. Αὐθεντίαν autoritatem præcipui juris dicunt [t]. Αὐθεντεῖν idem est quod κυριεύειν, Rom. 7. 1. & ei tribuitur, cujus nutu & voluntate ratum est quod geritur [v]. [Verba sic reddunt:] *Neque autoritatem usurpare* (vel, *sibi vendicare*, Ca.) *in virum*, Ti. Be. Pi. Tre. sic Er. &c. i.e. in maritum [x]. Respexit ad Gen. 3. 16 [y]. Seneca de maribus fœminisque dicit, —*Altera pars ad obsequendum, altera imperio nata est* [z]. Similia habent Jamblich. Eurip. [Verba vide in G.] Vide Esth. 1. 17 [a]. Similia præcepta habes in libro Hebræo Musar [b], 73. 2. *Sapiens quædam femina dixit filiæ suæ cùm eum in thalamum introduceret, Sta coram viro tuo, & ministra ei. Quòd si fueris ei ancilla, ipse tibi servus erit, & honorabit te tanquam dominam: sed si extuleris te contra eum, erit tibi dominus, & tunc in oculis ejus vilesces sicut una ancillarum* [c]. Sensus & connexio hujusmodi est, Privatim tamen ut domesticos doceat, & in iis etiam virum suum, si meliùs eo fuerit instituta in fide, non prohibeo: sic tamen nè hâc occasione authoritatem in virum sibi vendicet [d]. Al. Ne usurpet imperium in virum; cujus rei indicium esset, si mulier in cœtu virorum publicè verba faceret *. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ] *Sed* (sub. *jubeo*, G. sic Pi.) *esse*, vel *ut sit, in silentio*, Er. P. Mo. Be. Pi. i.e. silentium servare quantum fieri potest. Euripides, Γυναικὶ γὰρ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν κάλλιστον· εἴσω δ' ἥσυχον μένειν δόμων. Ἡσυχία, שקט. Vide 2 Thes. 3. 12 [f]. Cùm mulieres tunc non paucæ, juxta Joel. 2. 28. præditæ essent dono Prophetiæ & interpretationis Scripturarum, eóque dono inordinatè uterentur, loquentes in Ecclesia, atque harum exemplum ad alias dimanaret, cohibendæ erant autoritate Apostolicâ. Quod hîc fit & 1 Cor. 14 [g].

13. *Adam—primus*, &c.] Quod signum eminentioris in viro dignitatis, 1 Cor. cap. 11. ver. 8 [h]. & prudentiæ [i]. Bestiæ quidem creatæ sunt ante hominem, quia propter hominem. Non sic vir propter mulierem, sed mulier propter virum facta est, 1 Cor. cap. 11. ver. 9 [k]. ¶ *Deinde Eva*] Εὔα pro חוה, etiam 2 Cor. 11. 3. Et sic ex Græcis Interpretibus citat Origenes. Nunc autem in LXX legitur Ζωὴ, sensu, non sono, vocis reddito [l]. Non tam ex nativitatis ordine argumentatur, quàm ex fine creationis mulieris; nempe ut esset viro in adjutorium, & ad eum, tanquam suum propriúmque finem, respiceret [m].

14. *Et Adam non est seductus*] Alterum argumentum ab Imbecillitate sexûs, cujus documentum ingens jam ab initio datum. Æquum autem est id quod est imbecillius parêre valentiori, teste Democrito [n], [in G.] &, ut quæ se regere non potuit, alterius imperio subjiceretur [o]. Meritò ille præest qui deceptionibus minùs obnoxius est [p]. Facilè seduci signum est levitatis animi, atque infirmitatis judicii [q]: cujus totum sexum arguit [r], exemplo primæ mulieris †; à qua etiam contagium quoddam omnes pervasit [t]. Obj. At Adam quoque seductus est, ut constat ex Ironia illa, Gen. 3. 22 [v]. Resp. *Non deceptus* dicitur, vel, 1. non prior, sive primus [x], ex v. præced [y]. unde ἀπὸ κοινοῦ hoc repeti debet [z]. Sed quid mirum, si prior tentata, prior seducta fuit [a]? Vel, 2. non à Serpente [b], sive Diabolo [c], immediatè [d]; sed à muliere *. Non virum Serpens aggressus est, sed Fœminam ut imbecilliorem, 2 Cor. 11. 3. ideóque in Gen. 3. 15. fœmina dicit, *Serpens decepit me* [f]. Quòd Diabolus non ad virum accessit, sed ad fœminam, ostendit hanc ratione & judicio minùs pollere quàm virum, & proinde viri imperio subjectam esse oportere †. Vel, 3. non legitur seductus. In reticentia autem Scripturæ sæpe latet mysterium, ut Heb. 7. 1, &c [g]. Vel, 4. Non ità seductus, ut mulieri *esset in prævaricationem*, ut hîc sequitur [h]; ut ei prævaricationis author esset [i]. Hæc illum, non hic illam, ad peccandum pellexit. A muliere erat initium peccati [k]. Vel, 5. Non fuit deceptus, propriè & formaliter loquendo, nempe ab eo qui propriè & formaliter decipit, h. e. qui fallendi animo falsum ei persuadet. Non sic mulier; quæ ipsa decepta est [l], quæ putabat Serpentem vera dicere, nec fructum illum propriè vetitum fuisse; sed mysterium aliquod latuisse in præcepto Dei, cujus mentem nondum sat assecuta esset [m]. Peccavit ergò Adam, non deceptus, unde nec se ità excusat [n]; sed solo inordinato conjugis amore (unà cùm titillatione superbiæ & excellendi libidine, quam spontè permisit in se prævalere:) morem gessit roganti uxori, & inordinato appetitui suo [o]. Forsan Adamus non credidit (ut Eva) se non peccaturum si ederet, sed peccatum illud facilè condonandum. Ità verò credidit, eò quòd divinæ severitatis nullam experientiam haberet [p], nec mulierem, acceptâ illâ escâ, mortuam videret [q]. ¶ *Mulier autem seducta*, &c. Ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονε] *Decepta*, vel *Seducta*, [i.e. quum decepta esset [r], à Serpente †, sive Diabolo [t]; idque prior viro [v]:) *in transgressione fuit*, Mo. sive, *facta est*, V. vel, *in culpa fuit*. Eadem locutio 1 Reg. 14. 34. היה לחטאת [x]. Vel, *in transgressionem incidit*, Pi. sic Ar. subaudi, *primò* [y]: vel, *transgressa est præceptum*, Tre. ex Sy. *obnoxia* (vel, *rea*, P.) *facta est transgressioni*, Er. i. e. cœpit transgredi præceptum [z]: vel, *causa transgressionis fuit*, Il. Be. Pi. J. Cap. nempe Adamo, ut sit ἐν pro εἰς [a]: vel, *offendiculo fuit* viro, h. e. Prior fuit Evæ quàm Adami lapsus [b]. Tertul. *Mulier de Eva trahit ignominiam primi delicti, & invidiam perditionis humanæ* [c]. Semel mulier docuit, sed tam malè, ut & se & virum, & omnia alia, everterit. Ultrà ergò non doceat, &c [d].

15. *Salvabitur*, &c. Σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας] *Servabitur tamen* (q. d. Licet mulieres non doceant, non deest tamen illis quod agant [f], & per quod salvæ fiant [g]:) *liberos gignendo*, P. Be. Pi. vel, *per generationem* (vel, *procreationem*, Ca.) *liberorum*, Er. Ti. Ar. Hoc accipiunt, vel, 1. de Eva, quam significat salvatam fuisse [h], partu scilicet promissi seminis, juxta Gen. 3. 15. per quem partum omnes etiam mulieres (quarum respectu numerum hîc mutat,) salvandæ sunt; non tamen absolutè, sed sub conditione fidei, &c. Huic favet, 1. quòd hoc optimè connectitur cum præced. 2. quòd διὰ propriè medium salutis hujus denotat [i]. [Obstare tamen videtur, quòd si hoc voluisset, non dixisset, *servabitur*, sed *servata est*, Eva scilicet; ut in præced. constanter præt. temp. utitur.] Vel, 2. de omnibus mulieribus [k], quas hoc dicto solatur [l], & quod dixit temperat; tum, nè reatûs sui, & exitii totius humani generis sibi imputati, commemoratione perterritæ, (ut sexus ille maximè suspitiosus est & timidus) in desperationem ruant: tum, ut libentiùs se viris submittant, quum admonentur, hoc genus obsequii, & sibi salutare esse, & Deo acceptum [m]. *Servabitur*, salute, vel, 1. temporali, de qua σώζεσθαι sæpe dicitur, ut διὰ non medium, seu conditionem, denotet, sed terminum à quo; quomodo *salvari* dicitur δι' ὕδατος, 1 Pet. 3. 10. & διὰ πυρὸς, i. e. *ex aqua*, & *ex igne*; útque hæc sit mitigatio maledictionis istius, Gen. 3. 16. q. d. Salvabitur, quanquam cum difficultate [n]. Non placet: 1. quia quod sequitur, *si permanserint*, &c. non est conditio liberationis istius à periculo partûs, quæ Paganis & fidelibus communis est. 2. quia pœnæ istius mitigatio sub nulla conditione promittitur [o]. [Vel, 2. æternâ, ut reliqui ferè accipiunt:] Eandem quam vir salutem, & gloriam cœlestem, adipiscetur [p]. [Hîc tamen porrò variant:] *Servabitur per procreationem*, &c. hoc est, Quandoquidem sui peccati pœnas dat in hac vita, dum natos cum dolore parit: ut sit τεκνογονία totius generis, non unius fœminæ [q]. Al. *per generationem*, &c. Ex priori posterius intelligit [r], h. e. per genitorum educationem †, qualem describit verbis seq [t]. h. e. in timore Domini [v]. Hanc si libenter suscipiat mater, Deo grata est, & in sua vocatione incedit [x]. Non placet: 1. τεκνογονία h.l. & τεκνογονεῖν cap. 5. 14. liberorum duntaxat procreationem notat *. Verùm sub una specie passim reliquas complectitur Scriptura ‖. 2. quia verba seq. ad liberos non pertinent [y]. Διὰ hîc non denotat causam [z] efficientem; sed mediam tantùm, per quam, velut iter à Deo monstratum, est illis pergendum & progrediendum [a]; vel, viam, seu rationem, & modum perveniendi ad salutem [b]; vel, causam privativam, sive non impedientem [c]: q. d. Non obstante molestâ liberorum procreatione [d], loco pœnæ mulieribus impositæ *, quæ alioquin iræ Divinæ quoddam indicium est [f]. Sic & 2 Cor. 6. 8. διὰ δόξης, &c. i. e. non obstante gloriâ, &c [g]. [Sensus, q. d.] Si cætera quæ dixi servat, quòd operam dat quærendis liberis, non impedit ejus salutem. Dictum hoc non frustrà; nam futuri erant iis ipsis in locis qui contrà docerent,

cerent, infrà 4. 3. Similis fermè locutio Ciceronis, *per ludum & negligentiam ad honores pervenire* [h]. Al. διὰ τεκνογ. i. e. τεκνογονίας [i]; quomodo Plut. δι' ἀῤῥωστίας, *per morbum*, i. e. ἀῤῥωστῶν· vel, quod non longè abscedit [k], pro ἐν τῷ τεκνογονεῖν, *liberos gignendo* [l]. Διὰ pro ἐν [m], ut δι' ἀκροβυστίας, Rom. 4. 11. pro ἐν ἀκροβυστίᾳ [n], Rom. 2. 27. διὰ γράμματος, quod mox v. 29. ἐν γράμματι [o]: Sic Plut. διὰ μέθης, *in ebrietate*: Plato διὰ φόβου ἡγεῖσθαι, *in metu versari*: Xenoph. *senectutem transigens*, διὰ πένθους, *in luctu* [p]. Sic δι' ἡμέρας, *interdiu*: διὰ βίου, δι' αἰῶνος, *per totam vitam*. Sic & Homer. Ἀμβροσίην διὰ νύκτα [q]. Sic & *per* Latinis interdum usurpatur. Valerius Flaccus, 1. *Quas referam visus tua per suspiria gentes?* h. e. te interea suspirante [r]. ¶ Ἐὰν, &c. Ἐὰν μείνωσιν, &c.] Referendum hoc, vel, 1. ad liberos †, ut constructio sit sensu congrua, non voce [t]; relatâ nempe voce eâ ad τὸ τεκνογονίας [v], in qua latet Plurale—*filiorum* [x]: ut sensus sit, Si perstiterint liberi, &c. h. e. si mater, quantum in se fuerit, diligentiâ & sobriæ educationis curâ, effecerit ut perstent, &c [y]. Hoc vult, Parentibus non satis esse ad salutem, si ipsi justè & integrè conversentur, nisi & filios sanctè instituant, eósque secum, quantum in ipsis est, ad salutem perducant [z]. Vel, 2. ad mulieres, sive matres [a]: quæ, inquit, salvabuntur, si permanserint in officio [b]. Sed obstare videtur num. plur. cùm præcessit sing [c]. Resp. Est Enallage numeri [d], qualis 1 Reg. 18. 26 *. Est subita numeri mutatio [f], quæ frequens Hebræis [g], necnon Græcis & Latinis [h], per figuram quam vulgò *Synthesin*, doctiores *Synesin*, vocant [i]. Sic Il. β'. 278. ὡς φάσαν ἡ πληθύς, pro, ἔφη; *sic dixit vulgus*. Thucyd. τὸ πλῆθος ἐψηφίσαντο πολεμεῖν [k]. Scholiastes ad versus quosdam Nicandri in Alexipharmacis, hæc habet, μετέβη ἀπὸ τοῦ ἑνικοῦ, &c. (*Transit à numero singulari ad pluralem, deinde à plurali redit ad singularem.*) Terentius, *Adeon' homines immutarier ex amore, utnon cognoscas eundem esse!* Virgil. *Fulmen erat, toto genitor quæ plurima cœlo Dejicit in terras.* Cicero pro Milone, *Si tempus est ullum hominis necandi, quæ multa sunt.* Terent. Eunuch. *Eunuchum dixti velle te, quia solæ his utuntur reginæ.* Sic Mal. 2. 2. item, Prov. 2. 12, 13. *à viro loquente perversa, qui relinquunt*, &c. Esa. 10. 5, 6. *in manibus eorum mittam eum* [l]. Sic 1 Tim. 5. 4. Ἐὰν—ἔχει—μανθανέτωσαν [m]: Sic Psal. 140. 9. *Nè concedas improbo desiderium ipsius:—alioqui efferent illi se se*: Prov. 24. 24, 25. *Dicentem improbo——corripientibus verò illum* [n]. Sic contrà transitus fit à plur. ad sing. Job. 35. 9, 10. Sic 1 Cor. 4. 2. *requiritur à dispensatoribus, ut fidelis quis fit* [o]: Gal. 6. 1 [p]. Inceperat [h. l.] in Singulari, desinit in Plurali; quia ubi de toto aliquo genere agitur, hæc idem valent [q]: constat autem, non de una muliere ipsum loqui [r], sed de tota specie †. Plurali uti voluit, vel, ut solatium omnibus in genere matribus adferret [t]: vel, quia in genere differit de omnium uxorum Christianarum officio [v]. Hìc porrò præcipuas recenset virtutes, quibus liberos suos imbuere debet pia mater [x]. [Verba autem sic reddunt:] *Si permanserint* (sub. *ipsæ*, Be. constantes [y]:) *in fide* (nempe Christianâ [z]: si conservaverint veram fidem atque doctrinam [a]:) *ac charitate*, (fraternâ scilicet [b]: vel, *dilectione* Dei & proximi [c]: vel, rectâ vitâ [d]. Solet interdum *dilectionis* nomen in ea amplitudine sumi ut omnia officia fidem subsequentia comprehendat: sed hìc strictiùs sumitur *.) *& sanctificatione*, (i. e. vel, sanctitate vitæ & morum [f]: vel, munditiâ quæ libidinum corruptelis opponitur [g]: vel pudicitiâ conjugali [h], ut 1 Thes. 4. 4 [i]. & 1 Cor. 7. 14 [k].) *cum modestia*, P. Pi. G. ut σωφροσύνη sumitur suprà v. 9. & Tit. 2. 5. & in Glossario [l]: vel, *moderatione*, Be. *sobrietate*, Vulg. *pudicitia*, Hi. & Amb. in Er. vel potiùs, *sobrietate & sanitate mentis*, Er. vel, *honestate*, sive, *temperantia*, E. ex Th. cujus partes præcipuæ sunt sobrietas & castitas [m].

CAP. III.

1. Fidelis (sub. *est hic*, Be.) *sermo*] Referendum hoc, vel, 1. ad præcedentia [a]; ad præcedentem sententiam [b], tanquam Epiphonema quoddam, quo præcedens doctrina asseverativè concludatur [c]: quæ asseveratione plus indiget quàm sequens [d]. Vel, 2. ad sequentia *: quippe quæ longè sunt majoris momenti, & proinde asseveratione istâ maximè indigent [f]. Præfatio est commendandæ ei quæ sequitur sententiæ: qualis suprà illa iisdem verbis incipiens, 1. 15. *Verissimum est*, inquit, *quod jam dicturus sum* [g]. Vult attentum reddere lectorem ad id quod sequitur, velut quiddam magni momenti, & cæteris diviniius atque utilius [h]. Quidam cod. hìc habent, Ἀνθρώπινος λόγος· ac sic etiam in quibusdam cod. fuisse suprà 1. 15. Hier. notavit. Nimirum natus hic error ex scribendi compendiis non dissimilibus πς & ἀξ [i]. ¶ *Si quis*, &c. Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ] Commodè & molli transitione ad hunc locum descendit Paulus, tum, ut interdictæ mulieribus hujus administrationis ratio intelligatur, sumpta à difficili ejus cura, cujus non sunt illæ capaces: tum, nè, cùm munus hoc virile sit, viderentur omnes illius capaces. At, inquit, ut nullius mulieris hoc munus est, ità non cujuslibet viri opus est. Utilissima est tota hæc disputatio, ut excellentia hujus muneris demonstretur; nè quis aut ad illud temerè cooptetur, aut jam cooptatus eo perfunctoriè defungatur [k]. [Verba sic reddunt:] *Siquis* (nempe postquam scientiæ & virtutis ornamenta comparavit [l]:) *episcopatum* (vel, *episcopi munus*, Er. Il. Ti. Ga. Pi. quomodo ἐπισκοπὴ est *munus Apostoli* [m]: vel, *presbyterium*, Tre. ex Sy.) *expetit*, sive *appetit*, sive *desiderat*, (ἐπισκοπῆς ὀρέγεται hìc, ut ἡγεμονίας ὀρέγεσθαι, Diod. Sic ὀρέγεσθαι μοναρχίας, Plutarcho. [n]) *pulchrum* (vel, *bonum*, Vulg. vel, *præclarum*, P. Be. Pi. ac proinde arduum, juxta illud, *Difficilia quæ pulchra* [o]: vel, *honestum*, Er. Ti. V. h. e. præstantissimum & eximiæ virtutis, quo scilicet tota hominis vita Deo dicatur [p].) *opus* (vel, *functionem*, מעשה, sive *ministerium* ipsum, ut infrà 2 Tim. 4. 5. Pulcra sanè & honorifica est hæc functio. Et propterea requiruntur ad eam, non tantùm communes omnibus verè Christianis virtutes; sed & quædam excellentiora, quantò ipsi Presbyteri supra plebem eminent [q]. Ἔργον vocat, non τιμὴν [r]; *opus*, non dignitatem, non delicias †. Væ ergò desidiosis, &c [t].) *desiderat*, Mo. P. Be. &c. Tam ὀρέγεται quàm ἐπιθυμεῖ, hìc valet אהב, *optat*, *quærit* [v]: sed illud vehementiorem appetitum significat, eóque utitur in priori loco; quòd eadem res nomine *Episcopatus* desideretur ardentiùs quàm nomine operis & officii [x]. Neque id tunc ambitiosi erat, sed maximè fortitudinis, eò quòd Presbyteri munus non tantùm cum gravissimis laboribus, sed & cum summis periculis esset conjunctum; ideo quòd hi maximè, ut aliorum Magistri, ad pœnas raperentur [y]. Hoc dicit Paulus, prævidens per Spiritum, multos in Ecclesia futuros, qui magno studio & ambitione ad Episcopatus contenderent [z]. Et audaces hìc reprimit, eos muneris difficultate deterrens; & timidos excitat, docens eos qui illud expetunt, rectè facere [a]; si scil. id faciant ad Dei gloriam, & ex amore proximorum atque animarum: tunc actus est Christianæ pietatis [b]. [Qu. Quid hìc ἐπισκοπή, & quis ἐπίσκοπος?] Ἐπισκοπή, פקדה, *inspectionem* qualemcunque significat, ut Num. 4. 16. Psal. 109. 8. Ecclesiæ *inspectores*, sive Præfecti, sunt Presbyteri, Act. 20. 28. qui in Synagoga זקנים, vel קשישין, item פרנסין. Horum Princeps postea κατ' ἐξοχὴν dici cœpit ὁ ἐπίσκοπος; ut in Canonibus qui *Apostolici* dicuntur, & in literis quæ dicuntur Ignatii, & in Tertulliano, aliisque. Hic est in Apocalypsi ὁ ἄγγελος, Paulo alibi ὁ ἀφεστὼς ἐν λόγῳ κοπιῶν, Justino similiter ὁ προεστώς. Pari modo in Synagoga, qui Princeps erat dicebatur ὁ ἀρχισυνάγωγος, aut ἄρχων τῆς συναγωγῆς, ὁ πρέσβυς Philoni, Hebræum ראש הקהל, Syriacè ריש כנושתא, ut diximus ad Matth. 9. 18. Sed hìc, ut diximus, ἐπισκοπή, honor Presbyteri, קשישותא hìc Syrus [c]. Ἐπισκοπὴ hìc est munus Pastorale [d], munus docendi & gubernandi in Ecclesia *. Omnes Presbyteri, sive Doctores verbi, nominantur *Episcopi*, ut Act. 20. 28. Phil. 1. 1. ita & hòc loco, quia præcepta sequentia Pastoribus in genere omnibus conveniunt. Postea verò, vel ab Apostolis, vel certè ab eorum discipulis, delecti sunt qui generalem Ecclesiæ in diœcesi aliqua curam gererent [f].

2. *Oportet ergò Episcopum*] Præcepta hæc eò diligentiùs observanda sunt, quòd ex quibus causis Episcopi eligi prohibentur, ex iisdem electi deponuntur[g]. ¶ *Irreprehensibilem*; ità Er. Mo. Be. Pi. &c. Ἀνεπίληπτον] Quod Tit. 1.6,7. est ἀνέγκλητον [h]. Qui nullius criminis accusari potest: nam ἐπιλαμβάνω est *reprehendo, corripio*, Plat. Gorgiâ [i]. Quem nemo jure possit reprehendere[k], quoad vitam & mores externos; qualis ille in Dionys. Halic. τὸ βίον ἀνεπίληπτος [l], *vitæ inculpatæ* [m], & à scandalis alienæ[n]: qui sit bonæ & integræ famæ[o], & crimine publico carens, & criminis suspicione atque accusatione; nè sordescant ejus admonitiones & reprehensiones, &c[p]. & nè Episcopi Christiani Ethnicis Sacerdotibus minùs sint conspicui. Plutarchus de Puerorum educatoribus, τοῖς τρόποις ἀνεπίληπτοι. Vide infrà v. 7, 10[q]. Sumendus est ex iis qui post Baptismum lapsi nunquam sunt. Sic mysticè impletur Lex Levit. 21. 17. per quam Sacerdotio fungi quis vetatur, ἐὰν ᾖ ἐν αὐτῷ μῶμος· de qua Lege vide Philonem de Monarchia, [ejúsque verba in G.] Hinc ἱερεῖς ἄμωμοι nominantur, 1 Macc. 4. 41. Cicero de Senatu, *Is ordo vitio vacat*[r]. Canon est Judæorum apud Maimon. *Non constituunt Synagogæ ministrum, nisi eum qui reliquos omnes in cœtu superat sapientiâ & bonis factis* †. ¶ *Unius*, &c. Μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα] *Unius uxoris virum*, sive *maritum*, Er. Be. Pi. Mo. &c. Hinc constat, non pugnare conjugium cum ordine sacerdotali[t]. Occurrere hîc voluit superstitioni quæ postea obrepsit, q. d. Adeò non cogendos ad cœlibatum Episcopos, ut maximè pios deceat conjugium[v]. Hæc verba non præceptivè accipienda sunt, sed limitativè; q. d. Si conjux esse velit, μονόγαμος sit[x]. Non exigunt hæc verba ut Presbyter uxorem habeat aut habuerit, sed id permisit, dum nè plures unâ habuerit[y]. [Sed quo sensu?] Resp. 1. Sensus est, Non sit bigamus, seu nunquam inierit, nè successivè quidem, secundas nuptias[z]. Unam tantùm fœminam expertus fuerit: In Constit. Clem. —— μιᾶς ἄνδρα γεγενημένον γυναικὸς μονογάμου. Vide Clem. Strom. 4. [& verba in G.] Adde quæ ad Luc. 2. 36. Plutarchus Quæst. Rom. ζηλωτὸς ὁ πρῶτος γάμος, ὁ δὲ δεύτερος ἀπευκταῖος. Apud omnes gentes secundæ nuptiæ minùs honoratæ, alicubi & pœnis nonnullis coercitæ. Vide titulum Codicis de secundis nuptiis; Servium ad illud Virg. *Huic uni forsan poteram succumbere culpæ*; Chrysost. Serm. De Virgin. cap. 37. & Ad Viduam, & Hieron. ad Furiam. Neque verò Christiani in ulla laudis parte cedere debebant Gentibus, apud quorum multas ad fœminina Sacerdotia non admissæ nisi *univiræ*, testibus Tertul. & Hier. Hinc factum est ut unius matrimonii esse oporteret eos qui allegabantur in ordinem Sacerdotalem; &, si qui digami fierent, loco dejicerentur, teste Tertul. [verbis à G. productis:] qui & in lib. De Monogamia, eos *qui in Clero sunt, Monogamiæ jugo* ab Apostolo *adstrictos* ait. In Canonibus Apostolicis, qui collecti videntur fine seculi secundi, hunc Canonem habemus, Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, &c. ubi additum illud, μετὰ τὸ βάπτισμα, ex consuetudine quarundam Ecclesiarum, quæ nuptias ante Baptismum admissas nolebant venire in calculum. Itaque tales, qui vidui ante Baptismum facti postea nuptias fecerant, interdum ad Clerum admissos, etiam Hieron. nos docet. In sequente Canone à Clero excluditur ὁ χήραν λαβὼν (*viduam ducens*,) quia nimirum paria sunt, facere aliquid, aut alteri ut id faciat causam dare. Itaque διγάμοις æquatur qui fœminam fecit δίγαμον. Vide Basil. Can. 10. ad Amphilochium, & Novellam Justiniani 23. & 37[a]. Ratio autem, cur bigamum Paulus ab Episcopatu repellat, duplex est: 1. moralis, quia incontinentiæ suspicionem habet: 2. mystica, ad quam præcipuè respexit Paulus, quia Episcopus gerit vicem Christi, qui unicam tantùm sponsam habet, ideóque bigamus Christum defectivè repræsentaret[b]. [Aliis hæc sententia non placet:] Hæc de secundis nuptiis prohibitio, nec ullis Gentium legibus, nec ullo alio Scripturæ textu, nixa, aliena videtur: siquidem uxor statim post nuptias, & quidem illiberis, non rarò moritur: tunc autem secundæ nuptiæ ad fines matrimonii, Solatium vitæ, Propagationem, Remedium incontinentiæ, non

[g] Dan. [h] Vor. [i] Strig. [k] E. sic Vor. [l] Scul. [m] Scul. Vor. [n] Vor. [o] E. [p] Dan. [q] Scul. [r] G. † Cap. [t] Strig. [v] Calv. [x] Vor. [y] G. [z] T. sim. Me. E. ex Chrys. Hi. &c. [a] G. [b] E.

minùs conducunt quàm primæ[c]. Resp. 2. Sensus est, Uno tempore unicam uxorem habeat ‖. *Præcipit*, inquit Hier. *nè bina pariter, aut trina, conjugia sortiatur, sed ut singulas uno tempore uxores habeat*[d]. In Oriente habebant aliquando viri singuli plures uxores simul: quod etiam hodie fit à Turcis & Judæis *. Polygamia olim viguit, tum apud Judæos[f], exemplo Patriarcharum, &c[g]. tum apud Gentiles, quorum nonnulli nuper conversi plures adhuc habebant uxores[h]. Gellius, 15. 20. *Euripides mulieres —— exosus est, —— sive à natura, sive quòd duas simul uxores habuerat, cùm id decreto ab Atheniensibus facto jus esset, quarum matrimonii pertædebat*[i]. Diod. Sic. Biblioth. 1. Γαμοῦσι, &c. *In matrimonium Egyptiorum sacerdotes unam, alii, quot quis velit, ducunt*[k]. Hæc autem Polygamia paulatim exoriente Christianismo abolita fuit, Episcopis primùm interdicta & Diaconis[l]: Jam ferè desierat apud Judæos, & apud Asianos, qui Romanorum regebantur legibus, per quas vetita est. Frustrà ergò id hîc prohiberet Paulus[m]. [Aliis hæc sententia non placet:] 1. Quia non debuit quod in omnibus est vitiosum, in solis Episcopis damnari[n]. Resp. In universum hoc damnat Paulus, sed quod jam factum corrigere non poterat; in aliis utcunque tolerat coactus, & quod integrum non erat intactum relinquit, in Episcopo autem prorsus vetat[o]. 2. Obstat 1 Tim. 5. 9[p]. ubi ea quæ in Seniorum fœminarum ordinem legebatur, jubetur esse γεγονυῖα ἑνὸς ἀνδρὸς γυνή, *unum virum experta*[q], vel, *unius viri uxor*; h. e. quæ non habuerit plures maritos, nempe successivè; non simul: id enim nusquam gentium factum aut permissum unquam fuit[r], nè apud Judæos aut Turcas; quia nimirum multitudo maritorum non promoveret, sed impediret, propagationem, cujus causâ Polygamia permissa fuit †: quare ad hoc cavendum peculiari præcepto non opus erat[t]. Neque [porrò] honestè Presbyteri in seipsis eam sprevissent regulam, quam in eligendis fœminis servabant[v]. Resp. [Dispar est ratio:] 1. Illud cap. 5. commodè aliter exponi non potest, quoniam illæ pluribus simul viris, utì viri, nubere non solebant[x]. 2. quia de vidua loquens utitur præt. tempore, γεγονυῖαν, *quæ fuerit*, &c. cùm de Episcopo loquatur in Præsenti, *qui sit*[y]. Verùm de Episcopo indefinitè loquitur quoad tempus, ut etiam ad Præteritum referri possit; unde Syrus hîc habet, *qui fuerit*[z]. Sed constat εἶναι hîc repetendum esse ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, & ità disertè dicitur Tit. 1. 6[a]. Resp. 3. Nuptias h. l. sicut & infrà 5. 9. vetat post divortia factas: quæ & Romanis & Græcis, non minùs quàm Judæis, usitatæ probatæque erant, & per leges Imperiales concessæ; Christianis autem vetitæ. Vide Marc. 10. 11. Luc. 16. 18. item Athenagoram, Theophylactum, &c[b]. [quorum verba vide in Ham.] Inter Bigamos & Polygamos, antiquis Canonibus severè inhibitos, censendi sunt, non modò qui plures uxores simul haberent[c], verumetiam qui repudiatâ temerè uxore aliam ducebant[d]. ¶ *Sobrium*, Νηφάλιον] *Vigilantem*, Er. Il. Ti. P. Mo. Be. Pi. Vor. E. Me. ut 2 Tim. 4. 5 *. i. e. Perspicacem, & suis rebus attentum[f]; qui vigiles habet sensus, in officium semper intentum[g]. Opponitur hoc, tum, Negligentiæ sui muneris, 1 Cor. 9. 16. tum, Absentiæ à suo grege. Vide Act. 20. 28. Phil. 2. 25[h]. Angeli dicti עירים, ἐγρήγοροι, quòd semper sint ad officium attenti[i]. Al. *Sobrium*, Vulg. G. Pri. Scul. Ca. ut infrà v. 11[k]. & Tit. 2. 2[l]. & in Glossis[m]. Sic & νήφειν est *sobrium esse*, 1 Pet. 5. 8. ut distinguatur à seq. *vigilate*[n]. Dictum erat Epicharmi, Νᾶφε, καὶ μέμνασο ἀπιστεῖν, &c. *Sobrius esto, & memento diffidere: hi enim sunt nervi sapientiæ*[o]. *Virum sobrium* dixit Cicero, *sobrios & acres viros*, Gell. 12. 18[p]. Significatur non qui nullius sit vini, sed qui modici, ut apparet infrà v. 23[q]. Q. hîc νηφάλαιον legunt, H. Steph. νηφάλιον, Mont. & R. Steph. νηφάλεον[r]. ¶ *Prudentem*, Σώφρονα] *Sobrium*, Er. Il. Ti. V. Mo. *Frugi*, Scul. Ca. *Modestum*: Vide suprà 2. 15. non fanaticum; quales erant קסמים †. *Sanæ mentis*, Q. in Be. *Temperantem*, P. Be. Pi. Scul. Ham. i. e. suis affectibus moderantem[t], nè iis abripiatur ad turpia perpetranda. Hoc ad vitæ tenorem pertinet. Σώφρων καὶ κόσμιος junguntur ut hîc, ità in Plut. Herodiano, Philost[x]. ¶ *Ornatum*; ità Mo. Κόσμιον] *Modestum*, Er. Il. Ti. Ca. V. *Moderatum*, ut Cicero

[c] Ham. ‖ Vor sim. D. Dan. Be. Calv. Caj. in E. Ca. J. Cap. ex Hi. [d] D. * Ca. Scul. [f] D. sim. Dan. [g] Dan. J. Cap. ex Hi. [h] Q. in E. [i] J. Cap. [k] Scul. [l] D. [m] E. [n] Q. in Calv. [o] Calv. [p] E. ex Aquin. T. sic G. Ham. [q] G. [r] E. sim. T. Ham. † Ham. [t] T. [v] G. [x] Scul. ad 1 Tim. 5. 9. [y] Caj. in E. sim. Be. [z] E. [a] Be. [b] Ham. [c] Be. [d] Be. sim. Dan. * E. [f] Me. [g] E. [h] Dan. [i] G. [k] G. E. [l] G. [m] G. sic Pri. [n] E. [o] Scul. [p] Pri. [q] G. [r] Scul. † G. [t] Be. sim. Dan. [v] Dan. [x] Pri.

Κόσμιον Platonis vertit [y]. *Bene moratum*, Er. V. sic Scul. Sic uxorem Imp. Veri dixit Julianus non fuisse κοσμίαν, *probam* [z]. *Gravem*, Pri. *Decorum*, ut in Glossario, & in Platone. Intellige eum qui omnia faciat κατὰ τὸ πρέπον [a]. *Compositum*, P. Be. Pi. quoad mores [b]: in cultu, incessu, sermone, totóque corporis habitu bene decentérque compositum [c]: non scurram, neque levem, nec tamen morosum, sed gravem simul & affabilem [d]: qui decenter & honestè se gerit [*]. ¶ *Hospitalem*] Ità Er. Mo. P. Be. Pi. &c. vel, *Amantem hospites*, Tre. & D. ex Sy. sic Ar. Benignum [f], & liberalem [g]; in peregrinos [h], in pauperes [i], in Christianos de via adventantes ac refocillatione egentes, præsertim ministros [k]. Hæc virtus omnibus præcipitur Heb. 13. 2. inprimis autem Ministris, ut sint cæteris exemplo [l]. Illa autem non in eo sita est, ut quis mensam lautè instruat divitibus, aut asseclis, &c [m]. Inter ea quibus crevit religio Christiana, numerat φιλοξενίαν [n]. Erat & hoc Presbyterorum, advenientes aliunde Christianos domi suæ excipere. *Esseni peregrè advenientibus quæ sua erant velut communia fecerunt*, &c [o]. [verba vide in G.] ¶ *Doctorem*; ità Mo. Διδακτικὸν] Sic & 2 Tim. 2.24 [p]. *Aptum*, sive *Idoneum, ad docendum*, Er. P. Mo. Be. E. Val. V. D. *Qui aptus sit aliis instituendis*, G. instructum doctrinâ [q]: qui possit docere [r], & verbum Dei ὀρθοτομεῖν, 2 Tim. 2. 15. i. e. pro tempore, personis, locis, cuique ad ædificationem applicare [†]; & contradicentes sanæ doctrinæ, quales Hæretici, Judæi, & Pagani, convincere [t]: qui etiam promptus sit & paratus ad docendum [v]; & qui docet assiduè [x]. Damnat Ministrorum & inscitiam & inertiam sive segnitiem. Vide Esa. 56. 11 [y].

3. *Non*, &c. Μὴ πάροινον] *Non vinosum*, sive *vinolentum*, Er. P. Mo. Be. Ca. &c. vel, *assidentem vino*, Be. Pi. D. &c. scil. ad perpotandum [z]: consequens enim ex antecedente intelligendum est [a]. *Non sectatorem vini*, Tre. ex Sy. Probatur hæc versio ex collat. v. 8. ubi explicatiùs dicit, *non multo vino deditum* [b]. In Glossario, Πάροιν☉, *vinolentus*. Idem παροίνι☉ Aristophani, i. e. μέθυσ☉, ὑβριστής, exponente Scholiaste ad Acharnenses [c]. Eudemus Rhetor in Lexico MS. πάροιν☉, μέθυσ☉, & ὑβριστής. Hesych. παροινιάται, ὑβρίσαι, &c. παροινία ἡ ὕβρις. Bene ergò Chrys. & Th. hîc vertunt, *Non ferocem*, non ὑβριστὴν [d]; ut qui vino calefacti sunt [*]; quales elati sunt & ad vim parati [f]: poscítque oppositum ἐπιεικῆ eo sensu accipi [g]. Mansuetudo præcipuè decet pastorem [h]. Sed malim de temulentia accipi: quod vitium & Ministrum valde dedecet, & frequens inter Asianos, ac proinde non debuit intactum relinqui [i]. ¶ *Non*, &c. Μὴ πλήκτην] מכה aut פריץ [k]. *Non* μάχιμον *(pugnacem)* ut exponit Hesych [l]. hinc ἄμαχον oppositum in membro seq [m]. *Non percussorem*, Er. Ti. Il. Mo. Ca. Be. Pi. G. ut exponit Glossarium [n]. *Non plagosum*, h. e. proclivem ad percutiendum [o]: Non manu promptum, ut ille Gel. 20. 1 [p]. qui facilè ac libenter percutit [q]: *Neque cujus manus sit præceps*, sive *velox, ad percutiendum*, Tre. Sy. Qui manibus non percutiat, non sæviat, non sit asper & crudelis in domesticos & subditos [r]; feroci & militari animo pugnos & verbera adhibens, ubi verba efferre debebat [†]. Cognata certè vitia sunt vinolentia & violentia [t]. [Aliis hoc non placet:] Quid enim magni fit, si Episcopus temperet manibus [v]? Pertinet ergò ad acerbitatem linguæ, nè sævus & improbus sit objurgator [x]; nè importunè ac severè feriat fratrum conscientias; nè sit ad contumelias & convitia pronus [y]. *Non verberatorem*, Amb. in Er. Apud Horatium legimus, *verbera linguæ*: item apud Ciceronem, *Verberatur Tiro tacito duntaxat cognitionis convitio* [z]. Sic & Jer. 18. 18. *Percutiamus eum linguâ*. Favet & illud infrà 6. 1. *Seniorem nè increpaveris*, quod Græcè est, *nè plagam inferas* [a]. ¶ Μὴ αἰσχροκερδῆ] Deest in MS. ut & in Syriaco & Latino [b], nec à quoquam Veterum Græc. aut Lat. hîc exponitur [c]; & videtur comprehendi in ἀφιλάργυρον [d]. Videtur ergò hîc adjectum ex Tit. 1. 8 [*]. [Alii legunt & sic vertunt:] *Non turpem quæstum facientem*, Pi. Be. *Non turpiter lucri cupidum*, Er. Ti. P. qui nec à rebus turpibus abstinet, lucri gratiâ, cui—*Lucri bonus odor ex re qualibet*;—vel, quod malim, *quæ non decet docentem turpis lucri causâ*, ut Tit. 1. 11. Damnatur hoc in Publicanis, apud Pollucem, 5. 9. in iis qui villicant, apud Geoponicos, in Architecto, apud Vitruv. 1. 1. Quantò magis in Ministris [f]? Nè quærat, nec captet lucrum turpe, quale est quicquid vel legibus, vel honestis moribus, accipi prohibetur [g]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἐπιεικῆ] Vide Phil. 4. 5. Tit. 3. 2. Jac. 3. 17. 1 Pet. 2. 18. Ἐπιεικὴς in Gloss. *mitis, modestus*—Aristoteli ὁ ἐπιεικὴς describitur, ὁ μὴ ἀκριβοδίκαι☉ ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀλλ' ἐλαττωτικός, καίπερ ἔχων τὸν νόμον βοηθόν. Apud Interpretes V. T. respondet Hebræo סלח, ut Psal. 86. 5. Deus sic dicitur, sicut eidem ἐπιείκεια tribuitur, Baruc. 2. 21. Cantico puerorum 13. Sap. 12. 18. 2 Macc. 2. 23. & 10. 4 [h]. *Sed modestum*, Mo. Vulg. vel, *moderatum*, P. Scul. *mansuetum*, Scul. E. sic Tre. ex Sy. Ar. *humanum*, Er. E. *æquanimem*, Ca. *æquum*, Er. Il. Ti. Be. Pi. E. qui facilè cedit de jure suo [i], pacis causâ [k]; ab εἴκω, *cedo* [l]. Συγγνωμονικός, cui opponitur ἀκριβοδίκαι☉, qui jus suum pertinaciter tuetur [m]: quales sæpe in rixas & pugnas incidunt [n]; unde statim subjungit, ἄμαχον [o]: qui non rigidè jus suum exigit; sed, quantum res patitur, aliorum se moribus & affectibus accommodat [p], exemplo Pauli, 1 Cor. 9. 19 [q]. & Christi, cui ἐπιείκεια & πραότης à Paulo tribuuntur, 2 Cor. 10. 1 [r]. ¶ *Non*, &c. Ἄμαχον] Vox ista apud Græcos modò passivè sumitur, ut significet eum cui repugnari nequit; modò activè, ut significet τὸν μὴ μαχόμενον, ut apud Xenophontem, & hoc loco. Sed μάχη, respondens Hebræo ריב, sæpe etiam *litigare* significat: ità ut ἄμαχ☉ sit *litium & rixarum abstinens*. Ἄμαχ☉, *absque jurgio*, ait Hieron [†]. *Non litigiosum*, Vulg. Er. *Alienum*, sive *abhorrentem, à pugnis*, Er. Ti. P. Be. Pi. vel etiam, *à rixis & jurgiis*, D. sic E. ex Hi. quæ *pugnæ* vocantur Jac. 4. 1 [t]. Μάχη *pugnam* significat, tum *manibus*, tum *verbis*, tum *in prælio*. Et æquè latè patet ἄμαχον [v]. ¶ *Non*, &c. Ἀφιλάργυρον] Habes eandem vocem Heb. 13. 5. Hebraicè esset, לא בצע, *non cupidus habendi*, נדיב [x]. *Alienum ab avaritia*, Pi. E. &c.

4. *Sed*, &c. Τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον] *Qui suæ domui* (i. e. familiæ [y]; nempe uxori, liberis & domesticis [z]:) *bene*, vel *rectè, præsit*, Er. Ti. V. i. e. qui domûs gerendæ peritus sit, ut à minore domo ad majorem, i. e. Ecclesiam, regendam transeat [a]. Æschines contra Ctesiphontem, ὁ γὰρ μισότεκν☉, &c. *Qui liberos odit, & improbus pater est, nunquam Reip. bene consulet:—nec domi nequam homo, in Macedonia legatus honestus fuerit, cùm non mores, sed locum tantùm, mutet* [b]. Similia habent Xenophon, Æschines contra Timarchum, & Sophocles. [Verba vide in G.] Et Josephus Jacobi filius primùm domo bene præfuit, deinde Regno [c]. Apud Libanium, καλῶς γε ἡμῖν, &c. *Egregiè verò nobis hic Remp. servabit, ut scilicet* [*servavit*] *domum suam* [d]. Tacitus de Agricola regimini Britanniæ admoto, *A se suísque orsus, primùm domum suam coercuit*. Cicero ad Quintum fratrem, Proconsul. &c. *Sint hæc fundamenta dignitatis tuæ, integritas & continentia, & familiæ gravis & constans disciplina*. Plinius ad Trajanum, *Cùm ipse sis optimus, omnes circa te similes tui effecisti* [*]. Sic & Laertius p. 26. τὸν αὐτοῦ οἶκον καλῶς προϊστάμενο☉ [f]. Ratio hujus præcepti est, quòd filiorum mores, patris & ingenium & curam, sive diligentiam, monstrant [g]; &, quòd qui id quod minus est rectè curare nequit, multò minus id quod majus est rectè curabit [h]. Hinc liquet, ad Episcopatum aptiores esse conjuges, qui specimen dederunt humanitatis, industriæ, prudentísque administrationis suæ, quàm viros cœlibes & solitarios [i]. ¶ *Filios habentem subditos*, &c. Ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητ☉] *In subjectione* (Emphaticè, q. d. subjectioni paternæ assuefactos, ad nutum obedientes [k]: vel, *subditos*, Be.) *cum omni honestate*, Er. P. Pi. vel, *gravitate*, vel, *reverentiâ*, Er. gravitate morum [l]. Σεμνότητα hîc intelligo liberorum, non parentum. Seneca, *Cogita nos filiorum modestiâ* (quæ hîc σεμνότης) *delectari, vernularum licentiâ*, &c [m]. Apollon. apud Philost. 5. dans præcepta Principi, Παῖδες, &c. (*Sunt tibi filii? hos inprimis moderare: eorum enim peccata te infamabunt.*) Ideo Sacerdotis filia gravissimè punita, si domum paternam dehonestaret, Levit. 21. 9. & Heli, ideo quòd filiorum neglexisset culpas, 1 Sam. 2. Filii debent addiscere & obedientiam parentibus debitam, & probos mores, quæ hîc

[y] Scul. [z] Idem. [a] G. [b] Pri. [c] E. sic T. [d] Dan. [*] Calv. [f] Er. [g] Dan. [h] Er. [i] Dan. [k] E. [l] Dan. [m] E. [n] Scul. Pi. [o] G. [p] Idem. [q] T. [r] E. [†] Dan. [t] Dan. sim. Strig. [v] E. [x] Pri. [y] Dan. [z] Pi. Vor. Scul. [a] Vor. [b] E. sic Be. [c] G. [d] Pri. [*] Pri. sim. Er. [f] Er. ex Chrys. [g] Pri. [h] Er. [i] E. [k] G. [l] Pri. G. [m] Pri. [n] G [o] Vor. sim. D. [p] Pi. [q] D. [r] Me. [†] Dan. [t] E. ex Aquin. [v] Er. [x] Er. ex Hi. & Chrys. [y] Q. in E. [z] Er. [a] E. [b] G. [c] E. [d] Ec. [*] E.

[f] Pri. [g] Dan. [h] G. [i] Vor. Pi. [k] Pi. [l] Vor. Pi. [m] Be. [n] Pi. sim. Be. [o] Pi. [p] E. Me. [q] E. [r] Scul. [†] G. [t] E. [v] D. [x] G. [y] Camer. Pi. Vor. E V [z] Vor. ex Pi [a] E. sim. Pri. [b] Strig. [c] G. [d] Scul. [*] Pri. [f] Caf. [g] Dan. [h] Scul. [i] Dan. [k] E. [l] E. Me. [m] Pri.

hîc σεμνότης [n]. Senex in Terent. Hec. 2. 1.—*Ut vos mihi domi eritis, perinde ego famâ foris.* Cicero de Appio, *Tenebat non modò autoritatem, sed etiam Imperium in suos* [o].

5. *Si quis autem domui suæ præesse* (nempe sapienter eam gubernando[p], & eam ad officia adigendo[q]: *non novit, quo modo*, &c.] Argumentum à minori ad majus[r]. Sic etiam ei qui privatas res suas malè curaverit, non esse committendam Rempub. dixit Apollodorus, in Iambis qui sunt apud Stobæum. Basilius Imperator ad filium, Συμβέλοις, &c †. (*Consiliariis utere qui res suas bene administrarunt*, &c.) Apuleius, *Si celocem regere nequit, quomodo onerariam petit?* Melanthas apud Plut. de Gorgia, &c. Οὗτος ἡμῖν συμβελεύει, &c. (*Hic nobis concordiam suadet, qui eam inter se & uxorem & ancillam servare nequit.*) Apud Valer. Max. ille, *Nec adduci possum, ut credam Urbi utilem esse, quem domi scelestum cerno* [t].

6. *Non*, &c. Μὴ νεόφυτον] Solent LXX sic vertere נטע, quæ *plantam novam* significat. Egregiè verò hîc ad disciplinam refertur, sed adjectivè posità voce, quomodo eam etiam apud Aristophanem positam retulit Pollux[v]. Glossæ MSS. Νεόφυτον πρόσφυλον· hinc Tertul. *novitiolam paraturam* de recens factis Christianis dixit. Sic & *novitii ac semidocti* dixit Gell. 16. 7. Metaphora à plantatione desumpta. Φυτάριον de homine minùs solidè instructo dixit Arrian. in Epist. In Glossis, *Novelletum*, νεόφυλον [x]. *Non novitium*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Non tam ætatis, quàm institutionis in fide, respectu [y]. *Non nuper natum*, Er. sive, *insitum*, Er. Mo. i. e. nuper baptizatum [z], & adscriptum in numerum Christianorum [a]; recens conversum [b], instructum[c], & Ecclesiæ insitum [d]: q. d. non novam Ecclesiæ plantulam *. *Non puerum in doctrina*, i. e. recentem, vertit Syrus [f]: [sic & Ar.] Ratio hujus moniti erat, quòd magna Dei dona tunc in Ecclesiam effusa erant, & sæpe in novitios: quos tamen admitti vetat [g], idque multis de causis talis veluti, quòd; nondum solidè doctus sit mysteriorum, quòd constantia ejus nondum probata, quòd authoritate destituatur, quòd ea res invidiæ sit obnoxia, ob prætermissos veteranos. Verùm Paulus unam subjungit causam, eámque præcipuam [h]. Potest tamen interdum ab hac regula discedi justa de causa [i], v. g. si Ecclesiæ necessitas urgeat, si eximiæ sint Neophyti dotes, summáque modestia: tunc enim sequens ratio cessat [k]. Hinc Amb. & Nectarius, paulò antè catechumeni, mox baptizati, post paucos dies Episcopi facti sunt [l]. ¶ *Ne*, &c. Ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς τὸ κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου] *Nè inflatus* (nempe ex opinione sapientiæ suæ [m], quâ tamen reverâ caret [n]; vel, persuasus Ecclesiam operâ suâ indigere, indéque sibi complacens ac superbiens *: מתנאה. Facilè inflantur qui subitò ad honores perveniunt [o]. Vel, *inaniter jactatus*, Mo. vel, *dementatus*: Sic in Plut. Fabio, *Animadvertit Minucium non posse in officio retineri, sed esse γαῦρον καὶ τετυφωμένον, gravem & planè furiosum.* Medici quoque τυφομανῆ vocant *eum qui simul phrenitide & lethargo laborat* [p].) *in condemnationem* (vel, *judicium*, Mo. Pi. Tre. ex Sy. Vulg. Κρίμα hîc idem quod κατάκριμα [q], ut Matth. 23. 14. Luc. 24. 20 ||: vel, *opprobrium*, Æth. *calumniam*, Ar. *criminationem*, P. Ca. Be.) *incidat calumniatoris*, Er. Il. Ti. V. Pi. vel, *Diaboli*, sive *Satanæ*, Tre. P. Ca. Be. Pi. Intelligit, vel, 1. passivè, de judicio Diaboli proprio [r]; de pœna qualis Diabolo evenit, qui de cœlo dejectus est, 2 Pet. 2. 4 †. & æternis ignibus addictus [t], nempe ob superbiam [v], Sirach. 10. 15 [x]. vel, 2. activè, de activo damnationis, seu criminationis, testimonio [y]: nè quid confidentiùs agat, unde ipsius criminandi occasio Satanæ præbeatur †. Vel, *in judicium*, &c. in jus & potestatem Diaboli *. Vel, 3. generatim de cujusvis calumniatoris traductione; quod simplicissimum judico [z]: q.d. Nè obnoxius sit calumniæ, & det adversariis ansam vituperandi officium Episcopi [a]; dicendíque, eum hoc consilio Christianismum appetivisse, ut qui inter suos humilis erat, inter Christianos honore præcelleret [b]; ut κρίμα sumatur pro generali damnatione, sicut 1 Tim. 5. 12. ἔχουσι κρίμα, h. e. *damnantur*, inquit Epiphan. nempe *ut lapsæ à proposito; sed non condemnantur, sed recipiuntur pœnitentes*, &c. κρίμα, non κατάκριμα, ἔχουσι. Hanc expositionem priori præfero: 1. ex collat. v. 7. ubi Paulus se explicat, *nè incidat εἰς ὀνειδισμόν*, &c. i. e. *in damnationem probrosam*, &c. & durum esset, phrasin hanc, *incidere εἰς κρίμα*, &c. passivè, alteram, *incidere εἰς ὀνειδισμόν*, &c. activè, accipere pro exprobratione quâ Diabolus per sua organa infamem Episcopum proscindit, &c. quo pacto & tropum affingunt verbis simplicibus, per *Diabolum* ejus organa intelligentes. 2. A scopo Pauli, qui est, Tales adhibendos Ministros, per quorum vitam non impediatur ædificatio Ecclesiæ. Hanc autem non tam impedit, si dicam, *eum inflatum æternùm condemnari*, quàm si calumniatores ex fastu ejus occasionem arripiant ipsum officium ejus convitiandi. 3. Alioqui cur solus *novitius in hanc condemnationem incidere* dicit, cùm alibi omnes *vinosos, avaros*, &c. æterno exitio devoveat? 4. Hujusmodi condemnationis Diaboli, ídque ex superbia, nuspiam alibi in Scriptura fit mentio [c]. [Aliis tamen hæc sententia non placet:] 1. sic frustrà adderetur *inflatus*; sive enim superbiat, sive non superbiat, obnoxius erit calumniæ memoratæ: 2. κρίμα pro calumnia, seu maledicentia, in Scriptura sumi non solet [d].

7. *Testimonium——ab iis qui foris sunt*] i. e. Extra Ecclesiam *, ab Ethnicis & infidelibus [f]. οἱ ἔξωθεν [hîc] qui οἱ ἔξω 1 Cor. 5. 12, 13. 1 Thes. 4. 12 [g]. Ut non possint vitam & mores ejus carpere, quamvìs religionem non probent [h]. Ad Christianismum recipi poterant etiam qui malæ famæ fuerant; at vult [legendum indubiè *vetat*] Apostolus tales in Presbyterium recipi, & causam reddit. Sic & in Judaico populo Senatores esse debebant ידעים, i. e. *bene noti*. Latinus, *quorum conversatio sit probata*, optimè. Tales Rabbinis dicuntur בעלי שמועה לטובה [i]. Nè ad Olympicos quidem agonas admittebatur quisquam infamis, aut cujus parentes essent infames. Vide Themist. orat. 1. [& verba in J. Cap.] Sic Athenis, antequam quis fieret εἷς τῶν ἐννέα ἀρχόντων, vel ῥήτωρ, vel στρατηγὸς, fiebant δοκιμασίαι ||. ¶ *Ut non*, &c. Ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν, &c.] *Nè in probrum incidat*, (i.e. Nè pateat contumeliis hominum [k], vel fidelium, qui eum honorare debebant [l]: nè aliquando ei exprobretur prior vita. Ὀνειδισμὸν hîc passivè sumo, quomodo vertitur Heb. כלמה [m].) *& laqueum calumniatoris*, Er. Ti. Pi. Vor. vel, *insidiantis susurronis*, i.e. vituperandi occasionem captantis [n]. Τὸ διαβόλε generatim accipio, nihil obstante articulo; quippe qui & alibi generalibus ejusmodi vocabulis adjici solet [o]. Vel, *Diaboli*, P. Be. Pi. &c. i. e. in insidias quas Diabolus hominibus struit [p]: nè contumeliis notatus quærat se ulcisci [q], vel despondeat animum, & ad Ethnicismum redeat; quod malum ei à Diabolo nectitur occasione infamiæ [r]: nè incidat, vel, in infamiam, ait Chrys. vel, in iram & odium aliorum, ut Ans. vel, ut alii, in pusillanimitatem: quibus laqueis multos capit Diabolus †. Omnes peccandi occasiones sunt *laquei Diaboli*, ut infrà 6. 9. 2 Tim. 2. 26 [t]. Al. Sensus est, Nè Diabolus per sua organa, maledicos homines, probris, velut laqueis, eum involvat, & impediat nè suo ministerio quicquam possit proficere. Est ἓν διὰ δυοῖν [v]. Al. Nè in tale probrum, & talem laqueum, incidat, in qualia Diabolus incidit, nempe, æternæ damnationis [x].

8. *Diaconos* (vel, *Ministros*, Er. Ti. V.) *similiter*] Repete, *oportet esse*, ex superioribus: חונים. Vide Act. 6. Phil. 2 [y]. Qu. Cur Presbyteros hîc omittit? Resp. 1. Quòd *Episcoporum* nomen commune fuit cæteris Presbyteris, ut colligitur ex Act. 20. 28. Phil. 1. 1. Tit. 1 [z]. 2. Quia inter Episcopum & Presbyterum interest ferme nihil, & ille solâ ordinandi potestate superior est [a]. 3. Quòd Apostoli initio iis Ecclesiis in quibus adhuc pauci erant fideles, simul ob raritatem ministrorum, tantummodò Episcopum attribuerunt cum Diaconis; quòd per eos solos sine Presbyteris, Ecclesiastica ministeria compleri possent. Unde Greg. Neocæsar. quando suscepit Episcopatum, tantùm 17 habuit in ea urbe fideles [c]. Vox, Διάκονος, alibi latè sumitur pro quolibet ministro: hîc verò, sicut & Act. 6. Rom. 12. 7, 8. Phil. c. 1. v. 1. strictè [d], pro iis qui in Ecclesia Dei ærarii pauperum curam administrationémque habent *, simúlque Episcopo sive Presbytero ad altare ministrant: ibi enim fidelium oblationes, erogandas in pauperes, recipiebant:

[Margin notes, left column: n G. — o Pri. — p Pi. Vor. — q Pi. — r Dan. sim. Scul. Camer. — † G. — t Pri. — v G. — x Pri. — y Ham. — z Er. V. E. Me. Ham. — a V. — b Me. T. — c T. — d Be. Vor. Ham. — * Vor. — f G. — g Dan. — h E. — i Dan. sim. E. — k Dan. — l E. — m Vor. Pi. — n Vor. — * T. Me. — o G. — p Strig. — q Pri. — || Q. in Scul. — r Vor. — † G. sim. E. T. Be. — t E. sic Pi. — v G. E. — x G. — y Q. in Vor. — † Be. — * Be. Me. — z Vor. — a V. ex Er. — b Q. in E.]

[Margin notes, right column: c Scul. — d E. — * E. Pi. sic G. — f V. Zeg. Me. sim. Vor. — g G. — h Me. sim. E. — i G. — || J. Cap. — k Me. T. — l E. — m G. — n V. — o Vor. — p D. — q G. — r E. ex Aquin. — † T. — t G. — v Pi. — x Zeg. — y G. — z Ans. & Aquin. &c. in E. sic Dan. — a E. ex Chrys. — g E. ex Epiphan. — c E. — d Dan. — * Dan. sim. E. Li.]

piebant [f]: Nonnullæ etiam erant Diaconorum in docendo partes, quoties necesse fuit, ut patet, tum, ex Stephano & Philippo; tum, ex eo quòd easdem Paulus in illis, quas in Episcopis, virtutes requirat, v. g. *ut probentur, ut teneant mysterium fidei*, &c [*]. ¶ *Pudicos*, Σεμνοὺς] Vide Phil. 4. 8 [g]. ut suprà v. 4 [h]. & 1 Tim. 2. 2 [i]. *Compositos*, Er. &c. *Honestos*, Pi. &c. *Venerabiles*, Be. bonis moribus ornatos [k]. ¶ *Non*, &c. Μὴ διλόγους] Idem quod διγλώσσους. Hebræi eos vocant רכילים, ut videre est Prov. 11. 13. & 20. 19. Ephesus erat urbs valde mercatrix. Mercatores autem plerumque vani, in Cicerone notatum. Et רכל est *mercari*. Et Homero *Phœnix*, i. e. *mercator*, ἀπατήλια εἰδώς, τρώκτης. *Tyrii bilingues*, Virgilio [l]. *Non bilingues*, Er. P. Mo. Be. Il. Pi. &c. i. e. vanos & mendaces [m]; futiles ac leves [n], duplices & inconstantes in dictis [o]; qui aliud stantes, aliud sedentes, loquuntur, ut aiunt [p]. *Neque loquantur duo*, Tre. ex Sy. sic Ar. Al. simulatores, aliud in corde, aliud in ore, habentes [q]. ¶ *Non multo vino deditos*] Ità Er. P. Mo. Pi. &c. id est, μεθυσκομένους, ut Tit. 2. 3 [r]. Non bibaces, unde redderentur animo languidiores [†]. Minus hoc est, quàm *ebriosos*, 1 Cor. 6. 10 [t]. μὴ πάροινος, ut suprà v. 3. προσέχειν *est operam alicui rei dare*, ut videre est suprà 1. 4. infrà 4. 1, 13. Tit. 1. 14. Heb. 2. 1. & 7. 13 [v]. Julianus Sacerdotibus suis & theatra & cauponas interdixit, epist. 49. ad Arsacium [x]. Plut. οὐ θεμιτὸν, &c. (*Fas non est Sacerdoti inebriari.*) Vide Prov. 20. 33 [x]. ¶ *Non*, &c. Μὴ αἰσχροκερδεῖς] Heb. בצע בצע, Prov. 15. 27. Qui neque injustum, neque turpe, artificium faciunt. Illius generis sunt Fœneratores & Delatores; hujus Aleatores, Scenici, Parasiti [y]. Vide suprà v. 3 [z].

9. *Habentes*, &c. Ἔχοντας, &c.] i. e. Κατέχοντας [a], ut suprà 1. 19 [b]. & Rom. 15. 4 [c]. *Tenentes* (i.e. constanter & apprimè discentes & tuentes [d]: vel, *Possidentes*, Pri.) *mysterium fidei* (i. e. sinceram fidem [*]; Christianam religionem [f], quæ arcana res est [†]. Vide infrà v. 16 [t]. notitiam mysteriorum fidei [v]. De voce *mysterii*, vide Ephes. 6. 19. Col. 4. 3. Est enim hæc doctrina *occulta* impiis, 2 Cor. 4. 3 [x]. Al. Altiorem hìc cognitionem notat, q. d. Non tantum fidem, sed & ipsum arcanum fidei [y]; arcana aliis incognita, vel, pleniorem fidei intelligentiam [z]. Forsan ad μεμυημένων silentium hìc alludit [a]. Hoc autem à Diaconis exigitur, tum, quia pars sunt Ecclesiæ præcipua, nempe, ex Præpositorum numero: tum, quia hi curam habebant pauperum atque afflictorum, ut eos sustentarent, consolarentur, &c [b]: tum, quia eorum nonnullæ erant etiam in docendo partes, non quidem in Ecclesiæ cœtu; sed privatim, cùm erat illis cum pauperibus versandum: tum denique, quia lectorum in sacris cœtibus munere fungebantur: turpe autem fuisset illos legere quæ non intelligebant [||].) *in, vel cum, pura conscientia*, Pi. Er. Ti. &c. i.e. cum animo sincero ac bene sibi conscio [c]: q. d. Cum fide sint etiam in moribus irreprehensibiles [d]: Operum integritate ostendentes se veram fidem habere [*]. Per *puram conscientiam* custoditur & Fides. Nam qui hanc negligunt, solent & illam amittere, ut jam audivimus, 1. 19 [f]. [Ca. verba sic reddit, *In fidei arcano bene sibi conscii*.]

10. *Et*, &c. Καὶ οὗτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον] *Atque hi* (q. d. Multò magis Presbyteri. Et ideo in Timotheo pridem sibi noto hanc formam servavit Paulus, Act. 16. 2. ut Ecclesiis monstraret id quod non quidem secutæ sunt semper, sed sequi debuerunt [g].) *probentur prius*, Er. Pi. &c. & quidem diu [h], quoad constantem fidem, & vitam inculpatam [i], atque virtutem [k]. Sensus est, Eorum qui Presbyterio videntur non inidonei nomina ad δοκιμασίαν publicentur in Ecclesia, ut si quid habet quod in eis culpet, id proferat. Verbum δοκιμάζεσθαι ex Jure Attico, quod & Ephesii, Jonum traduces, imitati sunt, traductum est. Δοκιμασία, Rabbinis בדיקה, idem quod ἀνάκρισις apud Pollucem, *de moribus cujusque exploratio*, quam bene descriptam habes apud Lysiam. Eam in Ecclesia fieri solitam eo quo dixi modo, docet nos primum Lampridius in Vita Severi, *Ubi enim aliquos voluit, vel rectores provinciis dare, vel præpositos facere, nomina eorum proponebat, hortans populum, ut si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus: Dicebàtque, grave esse non fieri in Provinciarum Rectoribus, cùm id Christiani & Judæi facerent in prædicandis Sacerdotibus qui ordinandi sunt*: ubi obiter discimus, & hunc morem esse ex Synagoga. Sacerdotes autem Judæorum impropriè hìc vocantur οἱ πρεσβύτεροι, idque per σύλληψιν, quia Christianorum Presbyteri etiam *Sacerdotes* vocabantur. Docet nos idem quod diximus Chalcedonensis Synodus, ὁ χειροτονούμενος ἀπηκριβῶσθαι. Hæc est *potestas indignos recusandi*, quam plebi tribuit Cyprianus; addens, *ut plebe præsente, vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur; quia plebs singulorum vitam plenissimè novit, & uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit.* Ejusdem Cypriani est illud, *In ordinandis Clericis, fratres charissimi, solemus vos antè consulere, ac mores & merita singulorum communi consilio ponderare* [l]. Seneca Epist. 44. *Castra secularia, quos ad laborem & periculum recipiunt, fastidiosè legunt.* Seneca Controv. 1. 2. *Ambitiosa lex est, ad sacerdotium notæ sanctitatis admittit, inquirit in mores,—in vitam*, &c. Modestinus, *Oportet magistratum & mores creandorum investigare*, &c [m]. ¶ *Et sic*, &c. Εἶτα διακονείτωσαν ἀνέγκλητοι ὄντες] *Deinde ministrent*, P. Be. Pi. Er. Ti. &c. (nempe, ab Episcopo ordinati [n]: Post talem explorationem admittantur ad suum ministerium [o].) *si sint inculpati*, P. Be. Pi. vel, *nullum crimen habentes*, Vulg. vel, *inaccusabiles*, ut in Glossario; vel, *postquam apparuerit nihil illis posse objici*: sæpe enim *esse* dicitur id quod palàm apparet [p]: cùm jam aliquot experimentis sinceritatem suam ostenderint [q]; cùm probati fuerint & irreprehensibiles inventi [r]. Hìc ἀνέγκλητοι qui suprà ἀνεπίληπτοι. Sic & Tit. 1. 6, 7. Vide & 1 Cor. 1. 8. Col. 1. 22 [†]. vel, *sic ut nemo possit illos criminari*, Er. ex Hi. Ti. V. vel, *crimen illis impingere*. Nam ἐγκαλεῖν est, *in jus vocare & crimen imponere*: & ἔγκλημα, *atrox est injuria ob quam aliquis in jus vocari possit* [t]: & ἔγκλησις est *criminatio, incusatio*, in Glossario [v].

11. *Mulieres* (vel, *Uxores*, Er. Be. &c.) *similiter*] Sub. *eorum*, Be. scil. oportet esse. Qu. De quibusnam mulieribus hìc loquitur [x]? Resp. 1. De omnibus [y]. Sed hoc respuit contextus, qui de ministris Ecclesiæ agit [z]: nam & statim de Diaconis sermonem resumit [a]. 2. De Diaconissis Ecclesiæ ministerio addictis [b]: Ità post Græcos, Latini plerique vetustiores [c]. Γυναῖκας, repete διακόνους ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Nam erant & fœminæ διάκονοι, ut videre est Rom. 16. 1. quas *ministras* dixit Plinius. Vide ad L. *Nulla*, C. de Episcopis & Clericis. Fœminæ διάκονοι sumebantur ex junioribus, πρεσβύτιδες ex senioribus. Facile autem intelligas ea quæ exigit Apostolus in fœminis διακόνοις, multò magis exigi in eis quæ πρεσβύτιδες, sive προκαθήμεναι, dicebantur, & quæ suo modo respondebant τοῖς πρεσβυτέροις; de quibus diximus ad Phil. 4. 3. & dicemus infrà 5. 9 [d]. Verùm, si de illis loqueretur, utique officii seu ministerii titulo eas designâsset, perinde ut Episc. & Diac [*]. 3. De uxoribus Episcoporum & Diaconorum [f]: debent enim maritis esse adjutrices in officio: quod fieri nequit, nisi bene sint moratæ [g]. Cùm enim eos uxoratos admittat, de uxoribus præcepit. Nam sicut arcendus est ab Episcopatu, qui propter filios malè audit, ità & qui propter uxorem [h]. ¶ *Pudicas*, Σεμνάς] Graves, severas, modestas [i]. Decet & viros, sed fœminas maximè, moderata quædam gravitas [k]. ¶ *Non*, &c. Μὴ διαβόλους] *Non calumniatrices*, Er. V. Ca. Tre. ex Sy. Be. &c. i. e. aliorum hominum traductionibus addictas [l]. Non frustrà hoc addit. Nôrat enim mores mulierum, maximè in Græcia Asiáque. Φιλόψογον δὲ χρῆμα θηλειῶν ἔφυ, &c. [vide in G.] ait Eurip. Vide infrà 5. 13. qui locus hunc explicat [m]. ¶ *Sobrias*; ità Vulg. E. ex Theod. Me. Vide suprà v. 2 [n]. Vinositas fœminas maximè dedecet [o]. Νηφαλίους] *Vigilantes*, Me. Th. & Oecum. in E. vel, *Prudentes*, Me. Tales eas esse oportet, quia facilè decipitur mulierum genus [p]. ¶ *Fideles*] i. e. quæ ità fidem præstiterint in negotiis omnibus [q], sibi commissis [r], ut totæ ipsis Ecclesiæ largitiones credi possint [†]. Hoc addit, quia penes earum maritos custodia erat pecuniæ in pauperes erogandæ [t]: fideles in eleemosynarum erogatione [v].

12. *Diaconi* (Redit ad veros [forsan, *viros*] Diaconos, post illam velut parenthesin de Diaconissis interpositam [*]:) *sint unius uxoris viri*] Interpretare ut suprà v. 2 [y]. Minucius in Octavio, *Cupiditate procreandi aut unam scimus, aut nullam* [z].

[f] E. ex Hessel. [*] Scul. [g] G. [h] E. [i] Vor. [k] V. [l] G. [m] Vor. Pri. sic Pi. [n] E. [o] Me. sic E. V. D. Vor. [p] E. Pi. [q] Q. in E. [r] Pri. [†] E. ex Th. [t] E. [v] G. [x] Pri. [y] G. [z] Pri. [a] G. Pri. [c] Pri. [d] Dan. [*] Me. [f] Ca. sim. Vor. E. ex Græcis. &c. [†] Ca. [t] Vor. G. [v] Me. [x] G. [y] Dan. [z] Q. in E. [a] Pri. [b] Dan. [||] Be. [c] E. [d] Me. [*] V. [f] G. [g] G. [h] Me. [i] E. [k] Me.

[l] G. [m] Pri. [n] Me. sic E. [o] G. sim. Vor. [x] G. [q] Vor. [r] E. Me. [†] G. [t] Er. [v] Pri. [x] E. [y] Amb. in E. Val. [z] E. [a] E. ex Chrys. [b] Me. sic G. ex Chrys. Th. Oecum. [c] E. [d] G. [*] E. [f] Er. Be. Calv. E. ex Aquin. Caj. T. sim. Ca. [g] Calv. [h] E. [i] Me. [k] G. [l] Vor. [m] G. [n] E. [o] G. [p] E. [q] G. sim. E. Me. [r] E. Me. [†] G. [t] E. [v] Vor. [x] G. [y] G. sic E. [z] Pri.

13. *Qui enim bene ministraverint*] In suo Diaconatu [a]. ¶ *Gradum*, &c. Βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται] *Gradum* (Heb. מעלה [b]. Hâc voce alludit ad secularem militiam. Hadrianus, *Si bene militaveris*, τρίτῳ βαθμῷ (*tertio gradu*) *possis in pretorium evehi*. In vet. inscriptione, *Per gradus clarissimæ militiæ ad columen gloriæ sempiternæ*, &c. *evectus*. In Glossis, *Gradus*, βαθμὸς, βῆμα [c].) *sibi bonum* (vel, *honestum*, G.) *acquirunt*, Er. Pi. &c. i.e. Vel, 1. decus & dignitatem, ut Heb. מעלה sumitur [d]; q.d. non parvo honore digni sunt [*]; altiùs conscendunt, & incrementum sui doni quotidie consequuntur [f]. Vel, 2. gradum ad Presbyterium [g], aut Episcopatum [h]: q.d. Viam sibi muniunt ad gradum majorem & honoratiorem [i]. Hinc constat, & diversos esse Ministrorum gradus [k]; & Diaconos habuisse partem aliquam in ministerio verbi, & non ad solam pauperum curam institutos fuisse: multi enim in eo munere bene versari possunt, qui tamen ad Presbyterium prorsus inepti sunt [l]. Mos erat illorum seculorum, ut ex optimis de Christiana plebe Diaconi fierent, ex Diaconis optimis Presbyteri, ex Presbyteris omnibus Præsidentes. In Clem. Constit. sic precantur pro Diacono, Καταξίωσον αὐτὸν εὐαρέστως λειτουργήσαντα τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ διακονίαν ἀτρέπτως, ἀμέμπτως, ἀνεγκλήτως, μείζονος ἀξιωθῆναι βαθμοῦ [m]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πολλὴν παῤῥησίαν ἐν πίστει, &c.] *Et multam libertatem* (vel, *fiduciam*, Vulg.) *in fide*, &c. Mo. Er. Ti. vel, *per fidem*, P. Be. Pi. vel, *profitendi fidem*, &c. V. Πίστις hîc ponitur pro *doctrina* ipsa, ut Gal. 3. 23. & alibi sæpe [n]: vel, in docendis & exsequendis iis quæ fides Christi exigit [o]. Significat hîc, tum, 1. internam animi fiduciam [p], impetrandi à Deo postulata per fidem, de qua 1 Joan. 3. 21, 22 [q]. πληροφορίαν τῆς πίστεως, quâ certi fiunt de sincera fide sua: quæ magnum est solatium & amplum fidelitatis theatrum, etiamsi destituantur hominum plausu [r]. Opponitur hoc eis quæ dixerat de criminatione, probro, & laqueo Diaboli [†]: tum, 2. externam libertatem [t], quam parere solet mens rectè conscia; nempe ingenuè & liberè agendi [v], vel loquendi [x]; homines docendi, admonendi, corripiendi, idque secundùm doctrinam fidei quæ est in Christo, quam gignit vita inculpata [y]. [Sensus, q.d.] Qui Diaconi munere bene functi sunt, si Presbyteri fiant, liberiùs & cum majore fiduciâ aliis Evangelium prædicabunt [z].

14. *Hæc tibi scribo*] Vel, 1. in Macedonia [a], aut partibus vicinis [b], ut eruditi censent [c]; vel potiùs, 2. Athenis, ut Arabs habet, quod & placet viris nonnullis doctissimis [d]. [Vide dicta in Prolegomenis nostris.] Est autem hæc velut superiorum clausula & ἀπολογία, q.d. Superiora de Episcoporum, Diaconorúmque officiis ideo scripsi [*]. *Scribo*, nempe breviter [f]. Sed nullâ hîc opus est Ellipsi [g]. ¶ *Sperans* (Non promittit, sed sperat, tanquam incertus [h]. Nesciebat enim an Spiritus S. à quo profectiones ejus dirigebantur, id permitteret [i].) *me ad te venire* (scil. Ephesum [k]. Venit [autem] non Ephesum Paulus, sed Troada: & ibi eum vidit Timotheus [l].) *citò*, Τάχιον] *Citiùs*. Comparativum pro absoluto [m]. In MS. est sensu eodem ἐν τάχει, ut Luc. 18. 8. Act. 12. 7, & 22. 18. &c [n].

15. *Si*, &c. Ἐὰν δὲ βραδύνω] *Quòd si tardiùs venero*, Er. Ti. Pi. &c. Aut fortè omnino non venero [o]. Si quid intercesserit: quod sæpe eveniebat Paulo. Vide 2 Cor. 12. 14. & 13. 2. ¶ *Ut scias*] Ut his literis monitus nôris ea quæ alioqui corâm fueram dicturus [p]. ¶ *Quomodo*, &c. Πῶς δεῖ—ἀναστρέφεσθαι] *Quomodo versandum sit* (sive tibi, sive aliis, de quibus modò egerat [q], Episcopis & Diaconis [r]: quales esse & quomodo vivere debeant [†], & se gerere [t], agere & administrare, Ecclesiamque etiam adornare [v]. Ἀναστρέφεσθαι [occurrit] 2 Cor. 1. 12. Eph. 2. 3. Heb. 10. 33. & 13. 18. 1 Pet. 1. 17 [x]. & 2. 2, 18 [y]. respondétque Hebræo הלך, ut videre est Prov. 20. 7 [z]. Ἀναστροφὴ quoque est *conversatio* vitæque genus & modus [a]. *Quomodo oporteat versari*, Er. Mo. Pi. &c.) *in domo Dei*] i.e. Ecclesiâ, ut mox subdit [b]; quæ spiritualis quædam domus & familia Dei est, ut ex seq. patet [c]. Commendat hoc & Ecclesiam, & ipsum Ministerium, quòd domui Dei ædificandæ, administrandæ, conservandæ, & gubernandæ, gratiâ constitutum est [d]. Si pii singuli *Templum Dei*, 1 Cor. 3. 6. & 6. 9. Eph. 2. 21. ergò & cœtus piorum [*]. Notandum autem est ad explicationem hujus loci, quòd sicut aliis Scriptoribus moris fuit eas voces usurpare, & ad ea alludere quæ in medio posita erant, & Christus ipse plurima ex usu vulgi ad Divina transtulit; sic & Paulus hîc, ut alibi sæpe, in Græcia constitutus, vel ad Græcos sive Gentiles scripturus, alludit ad mores ritúsque ibi locorum maximè celebratos. Est ergò perpetua hîc allusio, tacitáque antithesis, ad Templa & Mysteria in illis celebrari solita. Et ut Gentiles Eleusinen à Templo & Mysteriis commendare soliti sunt, quod facit Aristides; ità Paulus hæc duo egregio vinculo (quod omnes hactenus latuit) junctim commendat [f]: ut horum conjuncta ferme est ratio majestásque, ac proinde & commendatio [g]. *Ædem* ergò *Dei* hîc vocat, allusione non, ut alibi sæpe, ad Templum Hierosl. quod tamen omnes ferme censent; sed, quod à nemine, quod sciam, animadversum est, (sicut 2 Cor. c. 6. v. 16.) ad Ædes sive Templa, Sacella, vel Delubra, vel Sacraria, Gentilium quæ οἶκοι Θεῶν passim dicuntur apud Ethnicos, ut Herod. Aristoph. Arrian. Strab. &c. & nominatim Templum, sive Eleusinium in Attica, ubi Paulus tum consistebat, sive Ephesinum, ubi Timotheus tum agebat: quæ quidem Templa eorúmque Mysteria toto orbe augustissima habebantur, & de quibus peculiares Libri scripti erant teste Athenæo, &c. Et cùm Gentilium, modò οἶκοι varii variis Numinibus dicati erant, modò una eadémque ædes pluribus diis, qui ὁμόβωμοι dicebantur, his omnibus opponit Paulus unam unius singularísque Dei οἶκον [h]. ¶ *Quæ est* (Majoris claritatis ergò Metaphoræ præcedentis addit explicationem [i]. Ἥτις, pro ὅστις, scil. οἶκος. Simil. Gal. 3. 16 [k]. Al. Ἥτις hîc non respicit præced. οἶκος, sed seq. ἐκκλησία. Sic Latini, *Est locus in carcere quod Tullianum appellatur* [†].) *Ecclesia Dei* (in qua scilicet Deus colitur, quam per gratiam suam inhabitat [l]; in qua maximè illustria specialiáque præsentiæ Dei signa & testimonia exstant [m]:) *vivi*] Sic nominat, vel, 1. propter effectum, quòd in illam à Deo peculiariter & propriè vita influat. Ea vita est, Deum rectè cognoscere & amare [n]. Sed sic dixisset potiùs ζωοποιοῦντος, ut infrà 6. 13. etsi scio passim ζῶντα, vivificum reddi Joan. 6. 51. & ζῶσαι ἀρεταί, eodem sensu dici [o]: vel, 2. ut distinguat eum à falsis diis [p]: q.d. Non falsorum deorum, sed Dei veri, אל חי, Matth. 26. 63. Rom. 9. 26. 2 Cor. 6. 16. 1 Thes. 1. 9. infrà 4. 10. & 6. 17 [q]. *Vivus* dicitur triplici respectu, per antithesin ad Gentilium, 1. Numina, quæ erant mortui in deos consecrati, quæ & suam quæque singularem ἐκκλησίαν, πανήγυριν, habuere. 2. Templa, quæ origine suâ mortuorum ferme sepulcra erant, ut notant Clem. Alex. contra Gentes, p. 22, 29. Euseb. & alii. 3. Imagines, quæ vanæ sunt résque omnino mortuæ, & tamen pro diis habebantur [a]. Hîc autem intelligitur, vel, 1. visibilis & conspicua & singularis aliqua Ecclesia, nempe Ephesina [†], sive Asianæ cujus Ephesus, ubi Timotheus à Paulo constitutus erat, Metropolis fuit: ità tamen ut hic titulus non minùs verè & propriè congruat, sive Catholicæ, sive particulari cuilibet, Ecclesiæ [t]. Vel, 2. Catholica Ecclesia, vel cœtus fidelium Dei ubique locorum, &c [v]. Sic Græcis ἐκκλησία dicebatur *populi cœtus*, sive *conventus ritè convocatus*, ut Act. 19. 32, & in Ammonio & Hesychio. [vide Got.] Hæc autem opponitur Templis Gentilium, quæ singularia erant, & manufacta, Act. 7. 48. & 17. 24. & certis affixa circumscriptáque locis [x]. ¶ *Columna*, &c. Στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας] *Columna & stabilimentum* (vel, *firmamentum*, Mo. Ca. *fundamentum*, Tre. ex Sy. *basis*, Ar. Ti.) *veritatis*, Er. Il. Pv. Be. Pi. &c. Qu. Quónam hæc verba referuntur? Resp. 1. Ad Timotheum [y]. Probatur; 1. Non congruum erat, Ecclesiam, quam *domum* antè nuncupavit, *columnam* confestim dicere. 2. *Columnæ* nomen aliis Ecclesiæ proceribus, sive membris præcipuis, tribuitur, ut Gal. 2. 9. Apoc. 3. 12 [z]. & apud Chrysost. Theod. Amb. Euseb. 6. 41. ubi martyres sic vocat, & 5. 2. ubi Attalus Pergamenus vocatur *fidelium columna & firmamentum* [a]. 3. Est hic Ellipsis familiaris, στῦλος, vel, 1. pro ὡς στῦλος. Sic Gen. 49. 9. *Judas catulus*, i.e. instar catuli. Sic Deut. 33. 22. Psal. 11. *vola passer*, i.e. ut passer. Esa. 21. 8. *clamavit leo*, id est, ut leo. Sic Horat. Homer. &c. vel, 2. pro στῦλος ὤν. Participii hujus Ellipsis frequens est, ut Matth. 6. 9. ὁ ἐν οὐρανοῖς

Margin notes (col. 1043): [a] Me. sim. E. Scul. [b] G. [c] Pri. [d] Be. [*] Calv. [f] V. [g] G. E. Me. Vor. Scul. Pri. [h] E. Me. Scul. [i] E. Me [k] Scul. [l] E. [m] G. [n] G. [o] T. ex Th. [p] Vor. [q] E. ex Amb. [r] Scul. [†] Be. [t] Vor. [v] E. Me. [x] Vor. [y] E. [z] G. [a] C. Li. p. 114. [b] Li. ib. [c] G. [d] Got. in Crit. Lond. p. 3750. [*] Got. 3749. [f] Vor. sim. Pri. [g] Got. ib. [h] E. ex Græcis. [i] E. [k] E. Me. [l] G. [m] Be. [n] G. [o] E. [p] G. [q] Got. ib. [r] E. sic Got. [†] E. [t] Me. [v] Got. ib. [x] G. Got. [y] Got. [z] G. [a] Got. [b] Pri. sic Vor. [c] Vor. [d] Dan. [*] G.

Margin notes (col. 1044): [f] Got. 3751. [g] Got. 3770. [h] Got. 3751. [i] G. [k] Pi. [†] Sch. [l] E. sic Ham. [m] Dan. [n] E. [o] Got. [p] E. [q] G. [a] Got. 3754. [†] Q. in Got. [t] Ham. [v] Got. ex Theod. & Isid. [x] Got. [y] Q. in Er. Ga. ex Greg. Nyssen. & Chillingw. [z] Ga. Cin. p. 388. [a] Ga. ib. 396.

ἐσχάτων, supple, ὢν, 1 Cor. 10. 11. τύποι, scil. ὄντες. Ità sensus loci est, q. d. *Ut nôris quomodo gerere te debeas in domo Dei*, tanquam *columna*, vel *columna* existens, *veritatis*[b]. His adde quòd *domus*, sive *familiæ*, *columnæ* vocantur, tum liberi, præsertim masculi, tum servi majores, quibus rei familiaris cura potior commissa est[c]: [id quod ostendit Cl. Autor disertis verbis Eurip. Sophoc. Cicer. Terent. &c.] Resp. 2. Ad Christum, qui solus est columna veritatis, &c[d]. Hæc verba non cum præced. sed cum seq. jungenda sunt, hoc modo; *Columna & fundamentum veritatis, & sine controversia magnum est pietatis mysterium*, &c*. [Id sic probant:] 1. Quòd alioqui erit oratio Apostoli hiulca & suspensa[f]. Resp. Non erit: sed sensus sic commodè continuatur: veritatem enim, quæ est magnum illud Mysterium, à summa dignitate commendat, &c[g]. 2. Non solet Paulus novi argumenti tractationem inchoare à conjunctione, *&*. Itaque illud, *Et sine controversia magnum*, &c. cum præced. cohæret[h]. Resp. 1. Illud non est insuetum Paulo. Vide 1 Cor. 2. 1. & 3. 1. Eph. 2. 1. &c. ubi καὶ, pro δὲ, *autem*, usurpatur. Resp. 2. Τὸ, *&*, non argumentum tantùm novum, sed scriptum quandoque integrum inchoat; ut in Libris Esdræ & Jonæ[i]. 3. Hæc est usitatissima formula apud Judæos, cùm quis profitetur se traditurum præcipua dogmata religionis. Sic Maim. initio Misna, *Fundamentum*, inquit *fundamenti, & columna Sapientiæ hæc est, ut sciamus quòd sit Ens primum*, &c[k]. Sic Mahometani dicunt, *Primum fundamentum ex fundamentis Illamismi* (Sic suam religionem vocant) *est, quòd non est Deus nisi Deus, & quòd Muhamed est Apostolus Dei*[l]. Solent autem Apostoli uti phrasibus Judæis receptis[m]. 4. Videtur Paulus respicere illa Christi verba, *Huic doctrinæ velut petræ superstruam Ecclesiam*, Matth. 16. 17, 18. 5. Confirmat hoc series orationis. Cùm enim docuerit qualis esse Pastor debeat, nunc docet quid potissimùm docere debeat, velut fundamentum religionis, &c. 6. Sic legisse videtur Irenæus, qui initio l. 3. οἰκονομίαν *salutis nostræ*, vocat, *fundamentum & columnam fidei nostræ*[n]. Sic quoque distinguit edit. Basileensis quæ anno 1540. prodiit[o]. Al. Non placet hæc sententia[p]. Nam verbis illis, *Et sine controv.* incipit novum κῶλον ὁλόκληρον, ut mox ostendetur[q]. Deinde, Paulo nihil aliud est *veritas* quàm *Mysterium pietatis* ipsum; & proinde sui *columna & fulcimentum* minùs aptè diceretur[r]. Resp. 3. Ad Ecclesiam*. Sed durum est, Ecclesiam sic dici, cùm *Veritas* potiùs sit *columna & firmamentum Ecclesiæ*. Nam quòd Ecclesia stat invicta, id debet Veritati, quæ vinci non potest†. Al. Tituli hi sunt Ecclesiæ: Cui qui eos invident, mirum quàm laborent ut hæc verba sequenti periodo connectant. Eis tum alia repugnant, tum, illud τὸ quod ponitur ante τῆς εὐσεβείας μυστήριον; qui articulus ostendit novum esse sensum, non titulorum cum sequentibus continuationem, & illud μυστήριον poni subjectivè, non prædicativè, ut Scholæ loquuntur. Nec invidiosus videri debet hîc datus Ecclesiæ titulus, cùm & uxor dicatur viri στῦλος, Sir. 36. 24. στήριγμα, Tob. 8. 5[s]. [Sed hîc quærendum, primùm de verbis; deinde de sensu.] Notandum, non dicit, στήλη, quæ propriè est *cippus, titulus*; sed στῦλος, quæ propriè est *columna præcipua*, magna vel unica, alteri rei sustinendæ vel proponendæ[v]. Alludit, vel, 1. ad columnas Nubis & Ignis populo Israelitico exhibitas & στύλους*, in quibus olim, sicut in Arca, præsentem se exhibuit Deus, ut nunc in Ecclesia, quæ est στῦλος ἀληθείας, i. e. locus veritati destinatus: Nam στῦλος, עמוד, non semper fundamentum significat, sed & quod illi imponitur, ut Prov. 25. 11. στῦλοι, &c. *columnæ aureæ super bases argenti*; vel, stationem, sive locum, in quo statur ac sedetur, ut 2 Paral. 34. 31. nec enim στῦλος νεφέλης est *fundamentum*, sed *sedes nubis*. Nec longè abit ἑδραίωμα, nisi quòd hoc sedentis, ut στῦλος stantis, situm notet[y]. *Veritas* hîc Legi opponitur & umbris, sicut Joan. 1. 17[z]. Sic autem locus distingui potest, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία, Θεοῦ ζῶντος στῦλος, καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας[a]. Vel, 2. ad columnam illam Regiam, in qua Reges inniti solebant, cùm inaugurarentur, 2 Reg. 11. 14. & 23. 3. 2 Chron. 6. 13. & 23. 13[b]. Vel, 3. ad duas columnas Templi Hierosol. quarum una dicta יכין, *stabiliet*, altera בעז, *in eo robur est*. Quibus nominibus ad Messiæ Regnum, & Ecclesiæ ejus firmitatem respexisse videtur[c]. Apostolus, mentione factâ Templi, novam de Templo sumpsit similitudinem. In Templo erant *columnæ*, עמודים: Iis columnis suæ erant *bases*, sive ἑδράσματα, אדנים. At sicut columnæ basi, ità opus superius columnæ, innitebatur. Veritatem hîc comparat operi supero; Ecclesiam, maximè universalem, sed & eas partes quæ universali adhærent, *columnæ & basi*, i. e. κατ' ἓν διὰ δυοῖν, *columnæ basin habenti*[d]. Vel, 4. ad columnas seu pilas, quibus olim affigebantur leges, fœdera, &c*. Sic *leges columnis æreis incisas* dicit Dionys. Halic. l. 10. *Columnæ, in quibus leges extabant, de cælo tactæ sunt*, ait Dio Cassius, hist. Rom. l. 41. Ecclesia ergò dicitur *columna*, & ἑδραίωμα, i. e. *abacus stylobatésque columnæ*, ratione non architectonicâ, ut columna domûs, sed politicâ sive forensi, h. e. custos veritatis[f]. Sed malim ad *columnam suffultricem*, quàm ad *pilam promulgatricem*, hîc alludi; tum, quia illa στήλη potiùs est, unde στηλίτης, στηλιτεύειν, στηλοκοπεῖν, &c. tum, ob. seq. ἑδραίωμα[g]. Vel, 5. ad sacras columnas Templorum Gentilium, ac nominatim Templi Ephesini & Eleusinii, quæ columnis decorata memorantur. Earum porrò in Templis & multiplex usus erat, & ingens numerus. Aliæ Templi fornicem sustinebant; aliis simulacra deorum imposita erant; aliis inscripta nonnulla fuere, ut Elegi, Elogia, Fœdera, Leges & Decreta, Morum præcepta, Mystica & Hieroglyphica, tandem & Oracula. Ità Templa illa erant πολύστυλα, *variis columnis instructa*. Ecclesia autem Dei velut μονόστυλος à Paulo repræsentatur, unica scilicet columna unius Dei veritatem unicam in una fide proponens, sustinens. Vox, ἑδραίωμα, nullibi, quod sciam, apud profanos scriptores occurrit. Præsens allusio ostendit, Templorum partem vocémque esse: conjunctio cum στῦλος docet, esse *aliquid cui aliud innititur*. Ἕδρα est *stella, sustentaculum, locus* ubi idolum collocatur. Hinc ἑδραῖον, *firmum, immobile*. Hinc ἑδραίωμα est *fulcimentum, substructio, columen, sedes firma quæcunque, cui res alia innititur*. In hoc censu poni possunt; 1. basis, vel fundamentum, ædificii, vel etiam columnæ; 2. sella, thronis suppedaneum, suggestum, pulvinarium, lectus, ubi deorum simulacra stabant aut sedebant. Quæ quidem sellæ (quod notandum) columnis quandoque sociatæ erant, Pausan. in Corinth. p. 48. & in Eliac. 1. p. 158. ut hîc στῦλος καὶ ἑδραίωμα. Ex dictis constat, non esse hîc figuram ἓν διὰ δυοῖν [quam hîc statuit G. & post eum Ham.] pro, *columnam stabilientem veritatem*: nam ἑδραίωμα latius est quàm στῦλος, ut ostendimus. *Veritatis* porrò *columnam* nominat Ecclesiam, & sic Ædi Dei jungit Veritatis simulacrum verámque imaginem; pariter ut apud Gentiles passim *Ædes* cum *signo* sociatur, & duo ad Templum cultúmque legitimum requirebantur, ut Deo alicui dicatum esset, & ut simulacrum ejus ibi staret. *Veritatem* autem, licèt multis elogiis ornatam à Polyb. Plut. Plat. Jamb. &c. nullibi apud Græcos aut Romanos cultam observo; nullas illi aras, nulla Templa aut simulacra dicata, comperio, etsi alioquin virtutibus & affectibus humanis posita essent, ut Fidei, Pudori, &c. Paulus autem Veritatis simulacrum, velut Numen aliquod, & quidem unicum, in Ecclesia proponi indicat; tacitâ forsan allusione ad Minervæ signum, quod Athenis maximè eminebat. *Veritatem* porrò hîc intelligit speciatim, seu κυρίως, dictam; nempe, *Veritatem Dei*, sive *de Deo*, Rom. 1. 25. & *Christi*, 2 Cor. 11. 10. & *Evangelii*, Gal. 2. 5, 14. vel, *veram religionem*, cujus magister est Christus, qui *veritas* dicitur Joan. 14. 6. *Veritas* denique hîc opponitur, non Legi Judaicæ & umbris, ut alibi; sed Gentilium veritati, quam ipsi falsò præ se ferebant: tum, 1. singulis, peculiaribus, oppidanis, regionum, populorum, Numinibus: tum, 2. inanibus deorum oraculis, & nominatim Apollinis, qui speciatim τὰ ἀληθείας prædicere ferebatur: unde proverbium, *Ex tripode*, de iis quæ verè dicuntur, & τὰ ἀληθείας οἴκοι τρίποδος dicti Athenæo, l. 2. p. 38. tum, 3. Gentilium fabulis, falsisque de diis narrationibus & genealogiis; & in universum omni eorum Theologiæ, sive Physicæ, sive Mythicæ & Poeticæ, sive Gentili & Civili, sive Symbolicæ & Ænigmaticæ: tum, 4. ψευδωνύμῳ Veritati Philosophorum, qui tamen eam studiosè quærebant. Peculiaris & hîc fortè allusio est ad Fabulas, sive Eleusinias in Attica, ubi Paulus tunc con-

[b] Ga. ib. 388. [c] Ga. 393. [d] Q. in Scul. * Cam. J. Cap. ex Melvino & Fabricio. Scul. S. hm. [f] Cam. [g] Ga. ib. 460. [h] Cam. Sim. J. Cap. [i] Ga. ib. [k] Cam. [l] J. Cap. [m] Cam. [n] J. Cap. [o] Schm. [p] Got. Ga. Cin. [q] Got. [r] Ga. ib. 407. * E. Me. T. G. Vor. Gat. Ga. Be. Dan. † Cam. [s] G. [v] Got. 3758. * Q in. Got. 3755. sic Heins. ex Chrys. [y] Heins. [z] Heins. ex Chrys. [a] Heins. [b] Al. in Got.

[c] Glass. rhet. 1. 13. 421. [d] G. * Jun. & Alsted. in Ga. Cin. 404. [f] Jun. ib. [g] Ga. 407.

 sistebat,

sistebat, nempe de Cerere, Proserpina, &c. sive Ephesinas, ubi Timotheus agebat, &c[b]. [Hæc de vocibus, jam de re quærendum, quo sensu Ecclesia sic dicitur.] Sensus est, Sicut columna supposita sustentat ædificium, nè corruat, ità Ecclesia veritatem, h.e. doctrinam fidei Christianæ, sibi concreditam sustentat & conservat, nè corrumpatur aut pereat; estque certissima veritatis custos[i], quia in doctrina fidei errare non potest[k]. [Id quod de Romana Ecclesia intelligunt. Cui Romanensium sententiæ alii Interpretes hæc opponunt.] 1. Quod Ephesinis dicitur quo jure Roma ad se trahit? 2. Pastor hîc ab Ecclesia distinguitur, nec Pastoris, sed gregis, elogia commemorantur; neque id sine causa factum, nè quis Pastor indè ἀναμαρτησίαν sibi adscriberet[l]. 3. Est hæc cohortatio potiùs quàm promissio, qualis illa Gen. 18.19. *Novi—quòd præcepturus sit*, &c[l]. 4. Ecclesiam hîc intelligit veram, nempe electorum, &c[m]. 5. De Ecclesia hîc agit particulari, in qua tum Timotheus docebat, quales errare posse concedunt[n]. Nulla hîc Romanæ Ecclesiæ mentio[o]. 6. Ecclesia est columna Veritatis, quia, & quatenus, & quamdiu Ecclesia est; vera scilicet, sive quamdiu officio suo fungitur. Ecclesia contra vitiata perdit officium suum & nomen, nec ampliùs est Ecclesia, nisi ψευδωνύμως, si loco Veritatis *Mysterium iniquitatis præ se ferat*[p]. Al. Veritatem sustentat atque attollit Ecclesia, efficit nè elabatur ex animis; efficit ut longè latèque conspiciatur. Magnam enim vim apud homines non contumaces habet testimonium multorum hominum proborum, qui omnes aiunt, se ista dogmata, ista præcepta, ab Apostolis accepisse[q]. Et Christus, sive Veritas & Evangelium ejus, est Ecclesiæ & fidei columna; & vicissim Ecclesia est Veritatis columna, sed diverso sensu: Christus, &c. αὐθεντικῶς, simpliciter & per se, quia ipsa Veritas sunt, & veritatem continent: Ecclesia ejúsque Doctores, λειτουργικῶς, quia & quamdiu ministerium Veritati præbent; quia [Ecclesia] veritatem profitetur, sustinet & tuetur, puram & sinceram retinet, ad posteros transmittit, & proponit[r], idque in edito & propatulo; non ut Democritus *Veritatem in puteo demersam* fingebat†, non ut fatidici Libri Sibyllini in cella subterranea servabantur[t]; sed conspicuam & adspectabilem[v]. Ecclesia suo testimonio & publicâ professione veritatem non secùs asservat ac stabilit, quàm columnæ domum[x]. In ea qui agunt veritatem tuentur & defendunt[y]. Sic vocatur Ecclesia, quatenus veritatem ex Scriptura, & per eam, adversùs errores tuendo, illam fulcit ac stabilit in cordibus hominum, nè collabatur[z].

16. *Et*, &c. Καὶ ὁμολογουμένως, &c.] *Et* (Particula, καὶ, &) variè effertur: modò redundat, modò valet *vel*, modò *nam*, modò *igitur*; modò *etiam*, vel *adeò ut*; modò *sed*; modò *quod*, vel *quæ*; modò per *ut* effertur[a]. Hîc autem est, vel, 1. ἐξηγητικὴ, *declarativa*, pro, *id est*; & relativi vim habet ad vocem *veritatis*, q. d. *Veritatis, id est*, vel, *quæ profectò est*, *magnum pietatis mysterium*[b]. Ostendit, quænam sit *veritas* illa, cujus modò meminerat, & cujus στῦλον Ecclesiam dixit; nempe, Mysterium Incarnationis Christi[c], in quo præcipuè consistit religio Christiana[d]. Non hîc, inquit, de quavis veritate agitur, sed de ea quam hominum nemo per se reperire potuit, & quæ vim ad pietatem nobis ingenerandam habet maximam; præ qua evanescant omnia Legis, omnia Philosophorum, præcepta & dogmata*. Vel, 2. αὐξητικὴ, amplificandæ scilicet rei; eodem fine addita, ut novâ ratione Ecclesiæ ministrantium officium tantò magis excitaret: quod h. l. facit duplici ratione; 1. ab Ecclesiæ Dei majestate, quòd ea scil. *columna sit*, &c. de qua v. præced. 2. à Mysterii quod in ea celebratur, Ministrísque creditum est, majestate, fidei ἀποδείξει, pietate[f].) *manifestè* (vel, *profectò*, Ca. G. *planè*, Val. G. *verè*, Tre. ex Sy. *haud dubiè*, Val. G. *ut in confesso est*, Be. *extra controversiam*, G. sic Er. Il. Ti. P. Pi. *omnium confessione*, Amb. in Er. Idem [notat] quod ἀναντιῤῥήτως[g], vel, quod ὁμολόγως[h], ut Hesyc. rectè. Vox hæc occurrit apud Dionys. Halic. 11.701[i]. & Plut. in Agesilao[k], & in Gracchis*: Hîc autem ponitur secretiore sensu fineque, pro ἀξιοχρέως εἰς πίστιν: allusione nempe, tacitâque antithesi, ad Mysteria sive Sacra Gentilium: de quibus alia erant, & narrabantur, velut ἐχ ὁμολογούμενα, ut Diod. Sic. ait 1.34. h. e. incertæ narrationes; alia erant

[b] Got. 3755. [i] E. [k] Me. T. [l] J. Cap. [m] Cam. [n] Scul. [o] Got. 3754. [p] Got. 3758. [q] G. [r] Got. 3757. † Got. 3762. [t] Got. 3770. [v] Got. 3762. [x] Vor. [y] V. [z] Di. [a] Got. 3770. [b] Q. in Got. 3769. [c] Q. in Got. sic E. [d] E. * G. [f] Got. 3770. [g] Got. ex Chrys. [h] G. Got. 3771. [i] Got. ib. [k] Pri. * Strig.

ὁμολογούμενα, quæ communi consensu tradebantur: quam distinctionem tradunt Pausan. passim, & Diod. Sic. 1.25. ubi, γενομένων, inquit, ὁμολογουμένως (Agnosce vocem) αὐχῶν μεγάλων, &c. & Dionys. Halic. 2. Quare & idem Pausanias passim fabulas de diis refert & refutat: alibi verò τοῖς μάλιστα ὁμολογουμένοις usurum se ait, Corinth. p. 55. Hâc ergò voce Paulus fidem sibi adstruit, q. d. Veritas hæc est exploratissima, omnium Christianorum consensu recepta, probata contestatissimáque eventu ipso, sed & verè magna: nam ὁμολογουμένως, & ad mysterii *veritatem*, & ad *magnitudinem*, sive *majestatem ejus*, referri potest[l].) *magnum est pietatis mysterium*, Mo. Er. Be. &c. Ubi tria explicanda sunt: 1. *Mysterium*. Quæ vox in rem & religionem Christianam traducta est è superstitione Gentilitia: unde & μεμύημαι, Phil. 4. 11. translatum. Ibi quippe *mysteria* erant occulti sacrorum ritus actúsque, qui paucis innotescebant; & μυσταγωγοὶ sive Interpretes desiderabant, & oris silentio tegebantur. De Eleusiniis autem Sacris κατ' ἐξοχὴν μυστήρια dicebantur, eò quòd illa erant omnium celeberrima, testibus Aristot. Pausan. &c. σεμνὰ Euripidi dicta, σεβόντα Galeno, *nobilissima* Augustino. Est autem Mysterium in negotio religionis, res sacra, arcana, abdita, humanum sensum & intellectum excedens, nisi aut per revelationem Spiritûs S. aut per Interpretem, aut per eventum, patefiat; & post hæc omnia, intellectu ferme magis fideque quàm sensu capitur[m]. Μυστήριον sæpe vocatur Evangelium, non modò quia tam diu latuit, verùm etiam quia humanâ industriâ nequit reperiri, Matth. 16. 17[n]. *Arcanum* hîc intelligit Christianæ religionis[o], arcanam illam Evangelii doctrinam, quam suprà v. 9. *mysterium fidei*, & v. præced. *veritatem*, vocavit[p]. Arcanum hoc est in sese, sed divinitùs Ecclesiæ, patefactum[q]. Mysterium hoc est Verbum incarnatum[r]; sive Deus homo, nascens, patiens, resurgens, &c†. ut ex sequent. liquet. Quod mysterium vocatur[t], quia à seculis absconditum erat[v], Rom. 16. 25. 1 Cor. 2. 7. Eph. 3. 9. Col. 1. 26. & quia nemo ex se cognoscere potuit, sed tantùm ex revelatione; & quia modus Incarnationis Dei nobis adhuc incognitus est[x]. [Hæc de prima voce.] 2. *Magnum* dicitur, vel, 1. quia de re magna[y]; quia est admirabile, excellens, captum superans[z]; quia hoc aliis Dei arcanis, ipsáque mundi creatione, majus & augustius est[a]; quia in eo tota consistit religio: & *magnum* hîc dicit pro *maximum*, sicut Mat. 20. 22, 36, 38. Eph. 5. 32. vel, per allusionem[b]. Est enim h. l. perpetua allusio, seu antithesis; non tantùm in voce Mysterii, in qua transeunter duntaxat, & velut per transennam, alludi hactenus credidere Interpretes, sed ubique & in cæteris[c]. Alludit ergò hîc ad ritus Gentilitios, ubi ut erant *Magni Dii*, & *Magnæ Deæ*, ut *Magna Juno*, *Magna Dea*, seu *Magna Deûm mater*, &c. ità etiam *sacra magna*, sive *majora*, ut alia minora. Eleusinia etiam Sacra omnium toto orbe *maxima* habebantur. Ipsorum tamen quædam *magna* erant, alia *minora*. Illis initiari initio ξένοις fas non fuit, his minoribus initiati quoque ξένοι. Significat ergò, hoc mysterium omnibus falsis mysteriis majus certiúsque esse: quod & omnibus gentibus, etiam ξένοις, propositum est; &, cùm antea velut minoribus mysteriis adumbratum id fuisset, suo tempore plenè revelatum fuit[d]. [Hæc de voce secunda.] 3. Vocatur *mysterium pietatis*. Genitivus hîc Effectum designat*. Eodem sensu hæc *veritas* dicitur esse κατ' εὐσέβειαν, Tit. 1. 1. Sic Deus in Christo *nobis omnia* dicitur *donâsse quæ ad pietatem pertinent*, 2 Pet. 1. 3[f]. Sic dicitur, vel, 1. quia pii illud nôrunt[g]; vel, 2. quia Deus in eo declaravit pietatem suam, i. e. pium ac benignum affectum erga homines[h]. Sed εὐσέβεια in Deum non cadit[i]; neque affectum Dei erga homines denotat, sed hominis erga Deum, &c[k]. vel, 3. quia vera pietas & religio quâ Deus colitur, in hujus mysterii fide potissimùm fundata est. Quod contra Judaizantes dicitur, qui veram pietatem extra Christum sibi vendicabant[l]. *Pietatis*, h. e. Dei cultûs ac religionis: q. d. Mysterium hoc pium est, & eo maximè colitur Deus, & incitat nos ad pietatem, Dei cultum, & venerationem[m]. Vel, 4. opposité, tum, 1. ad Pythagoricos[n], & Platonicos, qui καθάρσει καὶ τελειότητι (*purificationem & perfectionem*) vitæ humanæ perfici dicebant *Virtutibus*, quarum dux & fons εὐσέβεια, & *Veritate*. Vide Hieroc.

[l] Got. 3772. [m] Got. 3773. [n] G. [o] Ca. [p] Vor. [q] Be. [r] Me. sic E. T. Pri. Got. ex Chrys. † Me. [t] Got. ib. [v] E. Got. [x] Got. ib. [y] E. [z] Got. ex Chrys. [a] Dan. [b] Got. 3775. [c] Got. 3771. [d] Got. * G. [f] G. sim. Gom. [g] V. [h] Q. in. E. [i] Got. 3775. [k] Got. ib. sim. E. [l] E. [m] Me. [n] Got. ib.

Hieroc. in Pyth. carm. quanquam Socrates, teste Senecâ, idem dicebat *Veritatem* & *Virtutem*. Ità Academici, teste Cicerone, duo hæc esse maxima dicebant, *Judicium Viri*, & *Finem bonorum*, seu quò perveniendum esset: quod sanè Pietas est Christianis[o]. Tum, 2. ad Mysteria Gentilium, & Eleusinia quidem, quæ falsæ pietatis erant, & impia planè; vel defœda, vel talia quæ attonitos tantùm spectatores aut auditores redderet; quanquam ea ad pietatem ducere, sed falsò, dicerentur. At hoc mysterium εὐσέβεια est, ratione, tum, 1. objecti, quia versatur circa Deum singularem & verum; tum, 2. finis & fructûs effectûsque, puræ nempe in Deum fidei, & rectæ sanctæque vitæ: quo utroque pietatem definit Chrys. eique contrà opponitur μυστήριον ἀνομίας, i. e. ἀσεβείας[p]. *Pietas* alibi est virtus Deum rectè colendi, ut Tit. 2. 12. sic 1 Tim. 6. 11. 2 Pet. 1. 6. alibi quoque est gratitudo liberorum erga parentes, ut 1 Tim. 5. 4. hîc autem, sicut & 1 Tim. 6. 5. est religio, sive doctrina Christi; sive quia ipsa est vera ratio Deum rectè colendi, sive quia rationem illam præscribit, ideòque *pietas* vocatur per Metonymiam. Quòd ità h. l. significet, apparet ex partibus hujus *Mysterii pietatis* hîc enumeratis, quæ totidem sunt articuli fidei & partes religionis nostræ, in quas omnes Christiani initiati sunt; fundamenta nostræ, & fidei, & praxeos[q]. ¶ *Quod*, &c. Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ] Mysterium hoc non est, ut mysteria alia, ob fruges inventas, aut in memoriam boni alicujus temporalis; sed περὶ Θεογονίας, *de Deo incarnato*: cujus magnitudinem non enarrat tantùm, (ut Gentiles, qui credebant χωρὶς τεκμηρίων καὶ ἀποδείξεων, ut Chrys. notat:) sed & probat sex τεκμηρίοις καὶ ἀποδείξεσι, in eo Exegetæ, Mystagogi, sive Hierophantæ, munus implens. Quarum tria priora Christi ἐπιφάνειαν spectant, quartum κήρυξιν ejus, quintum κηρύξεως effectum, putà *fidem* ubique inolitam; postremum Christi ἀνάληψιν & gloriam indicat. Et hæc omnia cum perpetua allusione ad Mysteria prædicta, ubi sex illa quoque falsò tradebantur, ut videbimus: quod hactenus à nemine animadversum video[r]. Vix alius locus est in quo omnia Redemptionis nostræ mysteria, vel magnificentiùs vel planiùs explicentur; ut non mirum sit, [eum] fœdè fuisse à Diabolo depravatum, cui sanè hac in parte, ut liberè dicam, suam operam, sed, ut arbitror, imprudens Erasmus commodavit†: qui luculentum hoc pro Deitate Christi testimonium fœdissimè contaminat[t], & ità profitetur Christi Divinitatem, ut tamen pro viribus passim conetur certissima quæque ejus testimonia nobis extorquere[v]. [Quærendum ergò hoc loco, primùm de lectione:] Quidam pro Θεὸς ἐφανερώθη legunt ὃ ἐφανερώθη[x]. Ità Vulg. & Amb[y]. Sy. & Ar[z]. & complures è veteribus[a]: & multa vet. exemplaria. Quæ lectio mihi arridet[b]. Addit Hincmarus, illud Θεὸς hîc positum à Nestorianis[c]: additum fuisse videtur adversùs Arianos[d]: imò potiùs ab illis aliisve hæreticis ablatum erat*. Qui sic legunt, hoc membrum cum sequentibus referunt ad ipsum pietatis Mysterium: quod sine absurditate fieri posse fatendum est[f]. Sed quomodo, quæso, potest Mysterium *assumi in gloria*[g]? aut *in cœlum recipi*? Hîc elabi non potuit Er. ideòque securè hoc præterit sine explicatione[h]. Sensum bonum facit illud ὃ ἐφανερώθη[i]. [Id autem variè explicant:] Prædicationem Evangelii hîc, ut sæpe aliàs, Mysterium vocat, priùs occultum, nunc manifestatum[k]. [Sensus est,] Evangelium illud cœleste innotuit primùm, non per Angelos; sed per homines mortales, &, quantum extera species ferebat, infirmos, Christum & Apostolos ejus. Ἐφανερώθη דאתגלי Syro. Id verbum bene convenit *mysterio*, i. e. rei latenti. Sic & Col. 1. 26. Σάρξ, בשר, *hominem* significat *mortalem*, 2 Cor. 5. 16. Vide quæ ad 1 Joh. 4. 2. dicentur[l]. Al. Referendum hoc ad vocem μυστήριον[m]. *Quod*, scilicet mysterium, *manifestatum est in carne*. *Mysterii* nomine Christum ipsum intelligit, quia mysterium de Christo est, ut objecto[n]. Verùm fortassis Interpres *quod* accepit pro conjunctione determinativa, ut sensus sit, *Magnum esse pietatis μυστήριον*, quòd scilicet ἐφανερώθη, &c. nempe Deus, aut Christus: quod ex præced. intelligendum ac supplendum videtur[o]. Verùm recta hîc lectio est, Θεὸς ἐφανερώθη[p]. ità enim perpetuo consensu legunt omnes Græci Codices[q]: ità Chrys. Theod. & Theoph[r]. Sed & res ipsa exigit, ut hoc de persona Christi accipiatur†: Id quoque postulant illa membra, ἐδικ. ἐν πνεύματι, & ἀνελήφθη ἐν δόξῃ. Et *mysterium*, licèt rectè φανερωθὲν dicatur, non tamen φανερωθὲν ἐν σαρκὶ, sive *incarnatum*, dici possit[t]. [Hæc de lectione, jam quærendum de sensu loci:] Φανερωθὲν ἐν σαρκὶ hîc est quod 2 epist. Joh. 7. ἐν σαρκὶ ἐρχόμενον. Vide & Rom. 8. 3. Heb. 2. 14[v]. [Verba sic reddunt:] *Deus* (Subintelligendum hîc ὅτι, sicut 2 Tim. 2. 11. quod in hujusmodi formulis assertivis præponi solet, ut 1 Tim. 1. 15. *Fidus est sermo*—— ὅτι Χριστὸς, &c. Et *Deus* hîc intelligitur non ὑποστατικῶς, sed ὑποστατικῶς, nempe in persona τοῦ λόγου[x]; h. e. Filius, qui *Deus* dicitur, & quidem *magnus*, Rom. 9. 5. Tit. 2. 13. confer Joh. 10. 30[y].) *manifestatus est* (vel, *conspicuus factus est*, P. Be. Pi. Deus, qui, quod & Gentiles agnovere, naturâ suâ φανερὸς non erat, sed μορφὴν ἀφανῆ, ἀειδῆς (*inconspicuus*) hîc præsentem se & conspicuum & incarnatum exhibuit. Est & hîc tacita antithesis, tum, 1. ad inanes & fabulosas deorum θεογονίας· tum, 2. ad adventus, sive ἐπιφανείας, deorum fictitiorum, qui mortalibus reverâ conspicuos sese & præsentes quandoque præbere prædicabantur, ut testantur Homer. Il. ν'. v. 72. & Odyss. ρ'. v. 484. Cic. l. 3. De nat. Deorum, & Dionys. Halic. l. 2. p. 128. ubi Epicureos sugillat, qui has *deorum* ἐπιφανείας, *apparitiones, irridebant*. Unde & Istri Liber περὶ Ἀπόλλωνος ἐπιφανείων. Et nominatim celebratissima est prima Cereris ἐπιφάνεια, sive (ut vocant) εἴσοδος, *adventus*, in Eleusinen[z]: [de qua vide Got.] Manifestatus porrò est Filius, non tantùm aliquo signo præsentiæ suæ hominibus dato, ut in rubo ardenti, Exod. 3[a]. vel, in nube & caligine, ut 1 Reg. 8. 10, 11, 12[b]. non assumptâ tantùm ad tempus humanâ formâ, ut Gen. 18. &c[c]. non per inania φάσματα, sive φαντάσματα, quomodo dii falsi se adspectabiles reddebant,——*induentes se corporibus*, ut ait Serv. ad Æneid. 7. ἑαυτοὺς εἰδοποιοῦντες εἰς ἀνθρώπους, ut Heliod.——ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι, ut Odyss. ρ'. v. 484. oculis & incessu se monstrantes[d]: sed) *in carne*, Er. Ti. vel, *carnaliter*, Got. h. e. in corpore humano*; per humanam naturam & essentiam totam & veram, corpore & animo constantem[f]; humano more & carne, visu, auditu, tactu, manifestus: confer Joh. 1. 14. Phil. 2. 7, 8. Heb. 5. 7. 1 Pet. 3. 18[g]. Σάρξ per Synecdochen significat humanam naturam, hominem mortalem integrum, etiam cum conditione mortalitatis, infirmitatis ac miseriæ[h]: Matth. 24. 22. Luc. 3. 16. Act. 2. 17. Rom. 3. 20. 1 Cor. 1. 29. 1 Joh. 4. 2[i]. Assumpta autem est hæc caro in unionem Verbi hypostaticam, quâ Deus quodammodo conspicuus factus est[k]. Duæ ergò hîc sunt naturæ, Divina & humana, quæ utraque in personam Christi coaluit, & unica fit per incarnationem: alioqui falsò diceretur idem Christus Deus & caro. Notandum denique, Paulum in concreto loqui, *Deus*, non in abstracto, *Divinitas*, ἐφανερώθη. Abstracta enim naturas designant seorsim & per se consideratas, concreta totam Christi personam utrâque naturâ constantem[l]. ¶ *Justificatum*, &c. Ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι] Θεὸς scilicet φανερωθεὶς ἐν σαρκὶ· repetenda enim sunt hæc ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Dubitari enim poterat, an Deus incarnatus esset, sive an idem esset & Deus & Homo ἐν σαρκὶ. Id ergò probat in seq. collectis aliis ἀποδείξεσι, & hâc inprimis. Hîc autem duo statim apparent antitheta, ἐφανερώθη & ἐδικαιώθη; deinde ἐν σαρκὶ, & ἐν πνεύματι· quomodo passim σάρξ & πνεῦμα opponuntur[m]. Est αὔξησις, & amplificatio, superioris mysterii. Tollit omnem de Divina Christi natura dubitationem, quæ ex humili servilique Christi natura ac statu oriri poterat[n]. [Sic vertunt:] *Justificatus est in spiritu*, Er. Ti. Pi. vel, *spiritu*, V. vel, *per spiritum*, Pi. Zeg. Ham. [Quærendum hîc, quid hîc ἐδικαιώθη, & quid ἐν πνεύματι.] *Justificatum* dicit [hoc mysterium] ob vim justificandi datam Christo per fidem sine Lege[o]. Sed quid hoc est, *justificatum* id dicere quod justitiam in Christo proponit[p]? Ἐδικαιώθη hîc est, vel, 1. justus sive sanctus effectus fuit, & sine peccato, à Spiritu Sancto, ab initio conceptionis sive incarnationis; q. d. Christus assumpsit carnem, non carnis vitia[q]. Non placet[r]: quia *justificari* eo sensu nusquam Christo tribuitur: sic nihil hîc esset singulare, cùm sit omnibus justis commune, quòd sint justi facti in Spiritu. Nam quod addunt, *ab initio*, &c. in justificationis ratione non continetur†. Vel, 2. commendatus est[t], approbatus est[v], ut Matth. 11. 19. ubi dicta vide.

Margin notes (left): [o] Got. 3771. [p] Got. 3775. [q] Ham. [r] Got. 3776. † Be. [t] Rev. [v] Be. [x] Got. [y] Er. G. [z] G. Got. [a] Got. 3776. [b] Er. [c] G. [d] Er. * Be. [f] Vor. [g] Va [h] Be. [i] G. [k] Er. [l] G. [m] Q. in Got. [n] Plerique in E. [o] E. [p] Got. Be. [q] Be. [r] Got. ib.

Margin notes (right): † Be. [t] Got. ib. [v] Pri. [x] Sch. [y] Dan. [z] Got. 3777. [a] Idem. [b] Glas. rhet. 1. 13. 422. [c] Dan. [d] Got. 3779. * Pi. [f] Dan. [g] Got. ib. [h] Got. ib. sic E. [i] Got. ib. [k] Dan. sic Got. ex Aug. [l] Dan. [m] Got. 3780. [n] Dan. [o] Er. [p] Be. [q] Chrys. Aug. Cyr. Theod. &c. in Got. [r] Got. E. † E. [t] Ca. [v] G. Vor. sic Be. Calv.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

vide. Sic δικαιῶσθαι dicitur qui in lite victor est, quia causa ejus approbatur, Deut. 25. 1. Adde Psal. 18. 10[x]. & 51. 6. & Luc. 7. 29 [y]. justo elogio decoratus [z]; comprobatus & agnitus est justus, id est, perfectus & omnibus numeris absolutus: quo sensu *justificari* dicuntur & *Deus* Psal. 51. 6. Luc. 7. 29. & *mandata Dei*, Psal. 19. v. 10. & *sapientia*, Mat. 11. 19 [*]. declaratus est justus & verax [a], in operibus & doctrina [b]; vel, esse Deus, sive Dei Filius verúsque Messias, adversùs sui calumniatores, in omnibus articulis & circumstantiis quæ à Prophetis prædictæ sunt [c]; & in omnibus Judæorum calumniis absolutus. Nam *justificari* sæpissimè in Scriptura est justum declarari, & in judicio absolvi [d]. Vel, 3. liquidò, justè, legitimè, plenè [*], verissimè & inconcussis argumentis [f], experimentis, documentis, quocunque legitimæ probationis, testationis, vel actûs, genere [g], declaratus, probatus, demonstratus [h], Deus verus esse. Tacita est antithesis ad Gentilium deos; quorum Divinitas, fallacibus tantùm signis, argumentationibus incertis, falsis & fabulosis relationibus, aut suppositittiis vestigiis, colligebatur. Idem ergò hîc est δικαιῶσθαι, quod ὁρισθέντος, Rom. 1. 3, 4. *manifestè definito*, vel *comprobato*; quod ἀποδεδειγμένον, Act. 2. 22. quod πίστιν παρέχειν πᾶσι, Act. 17. 31. Integra hujus loci continentia ostendit, agi hîc de ἀποδείξει, sive de documentis, quibus plena hominibus fides facta fuit Deum incarnatum esse. Δικαιόω est vox forensis, & significat, non tantùm *justum judicari*, sive *judicio absolvi*; verumetiam *probari quid verum & legitimum, non fictum aut falsum, quacunque in re*, vel *parte*, & quidem δικαίως, ἐννόμως. Sic *justum* pro *vero*; pro *legitimo & probabili*, quibuscunque rebus & personis aptatum. Sic *justa ætas*, *justa probatio*, &c. Sic δικαίωμα est *justum*, *legitimum*, *firmamentum*, *experimentum*, & probatio causæ, ut apud Aristot. lib. 1. De Cœlo, τὰ τῶν ἀμφισβητούντων δικαιώματα, *causæ præsidia*, *firmamenta*: ut & in Isoc. & Thucyd. non uno loco. Sic & Galli *justificandi* voce utuntur de omni justæ, legitimæ, probationis genere. Sed quænam est hæc legitima probatio, δικαίωσις? seu quâ ratione ἐδικαιώθη Θεὸς; ἐν πνεύματι, inquit [l]. [Quod variè explicant:] 1. In Deitate, vel per Deitatem suam [k]: quam aliquoties exeruit, & doctrinâ miraculísque comprobavit [l], cujus vi nimirum se ipse ex mortuis excitavit, &c [m]. Sensus est, In vili illa natura quam Christus assumpsit, manifestissimè apparuit Divina Christi natura, quæ hîc *spiritus* vocatur, sicut Rom. 1. 4. & 1 Pet. 3. 18 [n]. Christus verus Deus agnitus fuit ex parte naturâque ejus potiore, & virtute Spiritûs, ut Rom. 1. 3, 4 [o]. Manifestationi carnis opponitur hîc gloria Deitatis, sese in carne exserens. *Spiritum* vocat quicquid in Christo Divinum & supra hominem fuit ||. 2. Per miracula Divina [p]: quæ *spiritus* vocantur per Metonymiam, quæ est & 1 Cor. 2. 4. & alibi. [Sensus] Per plurima miracula approbata est ea veritas [q]; probatum est Christum esse verum Deum [r]. 3. Per Spiritum Dei Sanctum, ejúsque testimonium, quo doctrinam Christi confirmavit, tum voce illâ, Matth. 3. 16, 17. tum, testificando de Christi justitia, John. 16. tum, signo visibili, Act. 2. 1, 2 †. *In spiritu* multipliciter, per testimonia Divinitùs exhibita in Christi nativitate, baptismo, & aliàs; sed præcipuè per innumera miracula quæ fecit virtute Spiritûs Sancti [t]. 4. Spirituali modo, spiritualiter, Spiritu Dei afflante; vel, mente à Spiritu Sancto illuminatâ: quæ ἀπόδειξις πνεύματος & δυνάμεως dicitur 1 Cor. 2. 4. ut *spiritus hominis* hîc intelligatur; q. d. Mysterium hoc, Deus incarnatus, percipitur, non κριτηρίοις αἰσθητοῖς, vel oculis corporeis; sed oculis mentis, & ab iis tantùm qui rectum & illuminatum intellectum habent. Hoc sensu sumitur ἐν πνεύματι Rom. 1. 9. & 2. 29. & 8. 9. Ephes. 5. 18. & 6. 18. 1 Tim. 4. 12. Unde & huic opponitur ἐν σαρκὶ, & hîc, & Rom. 2. 29. & 8. 9. 1 Cor. 7. 34. Πνεῦμα passim propriè ponitur pro *intellectu humano*, eóque Spiritu Dei afflato; & πνευματικὸς est *homo Spiritu Dei regeneratus*. Dicit ἐν πνεύματι, vel pro πνεύματι, more Hebræorum; vel, ἐν, pro διὰ, *per*, ut alibi; vel, pro κατὰ, *secundùm*, *Spiritum*. Est hîc tacita allusio, vel, 1. ad eam Divinitatis cognitionem, quam Philosophi quidam, ac nominatim Platonici, mente tantùm haberi statuebant; dicentes alia αἰσθητὰ, *sensibilia* esse, alia νοητὰ, Deúmque horum omnium præstantissimum esse, solísque νοεροῖς patere, &c. vel, 2. ad Mysteria Gentilium, quorum δικαίωμα, sive probatio, non erat ἐν πνεύματι; sed in solo φάσματι constitit, & symbolis, & δείγμασι, quæ oculis & auribus objiciuntur, alisque vanis indiciis & vestigiis, &c. At mysterium Christianum, seductis oculis & auribus, rectò mentis judicio probatum est. Sed quâ ratione, & quonam κριτηρίῳ, hæc veritas stabilitur? Nempe, ex puris ὁμολογουμένοις; Prophetarum vaticiniis cum eventu collatis, Rom. 16. 26. doctrinâ Christi & miraculis, Angelorum testimoniis, reliquísque quæ hîc sequuntur [v]. ¶ *Apparuit* (vel, *Visus*, sive *Conspectus est*, Er. Ti. sic P. Be. Pi. oculis scilicet intellectualibus [x]. *Videre* apud Hæbræos ad omnem cognoscendi modum transfertur [y], non ad visum tantùm, ut Mat. 9. 2, 4. Luc. 5. v. 20. & 9. 47. Joan. 5. 19 [z].) *Angelis*] Nempe, cum admiratione maxima ||. Angeli hoc arcanum per homines mortales didicere, Eph. 3. 10. 1 Pet. 1. 12 [a]. Angeli, quem antea non viderant, viderunt [b], nascentem, esurientem, docentem, miracula facientem, patientem, resurgentem, ascendentem [c]; eúmque pastoribus nunciârunt [d], canentes, *Gloria in excelsis*, &c [*]. & postea clarè per rerum evidentiam, cognoverunt fructum incarnationis & passionis ejus in vocatione Gentium [f]. Iidem tamen *desiderant* adhuc penitiùs *in hæc arcana introspicere*, 1 Pet. 1. v. 12. *Christus nunciantibus Angelis conceptus est, natus cantantibus, tentatus ministrantibus, passus consolantibus, suscitatus apparentibus, assumptus comitantibus & testantibus*, ut egregiè vir ὁμολογουμένως ex confesso Magnus. Priores duæ ἀποδείξεις, sive probationes, Divinitatis Christi incarnati homines respiciebant, quibus se adspectabilem præbuit: hæc tertia Angelis exhibita est, qui & testes hujus mysterii erant & præcones. Allusio est & antithesis ad Gentilium mysteria, in quibus erant & ἄγγελοι, *nuncii*, qui renunciabant & testabantur visos sibi deos, & ἐπόπται, &c. Et ὄψις μυστικῶν legitur in Euripide [g]. ¶ *Prædicatum*, &c. Ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσι] *Prædicatus est gentibus*, Er. Ti. &c. vel, *apud gentes*, בגוים [h]. Mysterium certè hoc magnum fuit, quod & Petrum ipsum latuisset, nisi Deus ei manifestâsset, Act. 10 [i]. Non Judæis tantùm annunciata est ista veritas, sed & Gentibus illis quæ à Deo alienissimæ fuerant, Eph. 2. 12. Col. 1. 21 [k]. Adde Gal. 2. 2. Col. 1. 27. Hîc quoque tacita est antithesis ad Sacra, seu mysteria, Gentilium, & nominatim Eleusinia; à quibus, nempe, Sacris majoribus, arcebantur cum impiis vulgóque profano etiam ξένοι, *peregrini*. Lex erat initio constituta, ξένους μὴ μυεῖσθαι· quanquam paulatim iis concessum id erat. Hinc proverbium de Atheniensibus, ἰδίᾳ τὴν τελετὴν ἐτέλουν, *soli mysteria celebrant*. Id διὰ κήρυκα, *præconis voce*, edicebatur. Et post mysteriorum initiationem & ἐποπτείας, visa vel audita μυστήρια κηρύσσειν, ἐξαγγέλλεσθαι, *invulgare*, *prodere*, nefas erat; & id facientem pro impio habebant, eúmque interficere licuit, &c. Nec sciscitari ei, vel ab alio audire, licuit. Hujus autem Mysterii longè alia est ratio. Non municipale erat hoc Sacrum, uniúsve populi aut gentis proprium; verùm commune omnium Gentium: Ad ea omnes admissi, etiam ξένοι, qui & οἰκεῖοι facti sunt, Eph. 2. 19. Erant quoque in Gentium Sacris κήρυκες, qui præmittebantur feriis, exclamantes ut homines abstinerent opere; & ἱεροκήρυκες, qui ante sacrificium favere linguis jubebant; eorúmque unus, in Eleusiniis, Mercurium repræsentabat. Hinc Paulus dicitur κῆρυξ, 2 Tim. 1. 11. & ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου, i.e. κῆρυξ, pro Mercurio habitus, Act. 14. v. 12, &c [l]. ¶ *Creditum*, &c. Ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ] *Fides illi habita est* (i.e. Persuasum est hominibus quod incredibile videbatur [m]: Non prædicatum modò mysterium istud, sed homines efficaciter traxit in voluntarium assensum cordis, sive animi [n], id enim *fides* est: unde & *mysterium fidei*, Rom. 1. 5. & 16. 26 [o].) *in mundo*, Er. Ti. Be. &c. i.e. non solùm à Judæis [p], [sed] in magna mundi parte, Rom. 1. 8. Col. 1. 6 [q]. per universum mundum [r], promiscuè ab omnibus in mundo, ab hominibus omnis generis, sexûs, conditionis, ætatis, ut Joan. 1. 29. & 3. 16, 17. & 4. 42. & 6. 33. Rom. 3. 19. 2 Cor. 5. 19. ut hoc dictum sit respectu personarum, sicut præced. ἐθνῶν, respectu locorum. Est & hîc allusio & antithesis ad Eleusinia Sacra, tum quia hæc soli viri accipiebant, [iisque exclusi sunt peregrini, ut

Marginal notes (left column): x G. y Vor. z Pi. * Be. ex Calv. a E. Vor. b E. c Q. in Got. d E. * Got. f Dan. Got. g Got. h Dan. Got. i Got. k Sch. Ti. l Sch. m Pi. n Dan. o Q. in Got. || Be. ex Calv. p G. sic Theod. & Pseud-Ambros. in Got. q G. r Q. in Got. † Al. in Got. t E. sim. Me.

Marginal notes (right column): v Got. 3781... x E. y G. sic Got. 3785. z Got. ib. || G. sic Dan. a G. b E. Me. c E. Got. d Ca. * Er. Zeg. sic Be. f E. Got. g Got. 3786. h G. i Got. k G. sim. Got. ex Chrys. E. l Got. m Er. ex Chrys. n Got. sim. E. o Got. 3789. p Er. q G. r E.

ut ostensum:] tum, quia ad ea conveniebatur tantùm εἰς τὸ ἰδεῖν, ἢ θεωρεῖν, ἢ ἀκούειν φωνῆς, & auditores dicebantur super diis ἐρῶ ἀκούειν· unde & nuda ἐκπλήξις enata, non autem fidei, seu pietatis, mysterium. Quanquam & suam quandam πίστιν seu fidem habebant, quò & hîc alluditur; non in commune tantùm, prout Philosophi in rebus Sacris & Divinis fidem citra ullam ἀπόδειξιν necessariò requiri docebant; unde & illud Platonis, Εἰσὶ δ' ἀμύητοι, &c. *Profanos esse eos, qui nihil esse existimant nisi quod planè manibus comprehendi possit:* sed & suum quoddam Fidei Symbolum in mysteriis Eleusiniis erat: Credebant scil. iis initiati, *sese cum lætitia vivendi rationem indè accipere*, teste Cicerone; consilia sibi recta immitti; se ad virtutem obstringi; se & feliciores fore in hac vita, & post mortem peccatis absolvi, & cum diis habitaturos, testibus Isoc. in Panegyr. p. 46. Aristide in Orat. Eleus. p. 454. Laertio, Cicerone †. Ingens miraculum est, Evangelio Fidem adhibitam esse, cùm & doctrina quam proponit absurdissima & incredibilis videretur, nempe, Christum resurrexisse, &c. & crux à discipulis Christi sustinenda gravis & acerba sit; & qui rem illam persuaderent, ignobiles essent, paucissimi, & imperiti [t]. ¶ *Assumptum*, &c. Ἀνελήφθη ἐν δόξῃ] *Gloriosè admodum exaltatum est*; nempe, quia multò majorem attulit sanctitatem quàm ulla antehàc dogmata. Ἀναλαμβάνεσθαι est *sublimiter evehi*, respondétque Hebræis verbis, נעלה & נשא. Ἐν δόξῃ, *gloriosè*, Phil. 4. 19. Col. 3. 4. Vide & 2 Cor. 3. 8. Sic ἐδόξαζον τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, Act. 13. 48 [v]. Verbum ἀναλαμβάνειν de simplici susceptione passim usurpatur. Vide Act. 20. 13, 14. 23. 31. Eph. 6. 13 [x]. Sed hæc pendent à retenta corrupta lectione suprà, ὅ, pro Θεὸς, quam antea profligavimus. Imò ut superiores omnes articuli sunt, ità hic quoque est, de Deo incarnato, seu de Christi Persona [y]. [Sic ergò reliqui vertunt:] *Receptus est* (vel, *Ascendit*, Ar. *Sublatus est*, Tre. ex Sy. *Sursùm receptus est*, Be. Pi. sic P. *assumptus est*, Val. V. E. ex Vulg. *sursùm adsumptus est*, Got. non externo ministerio adjutus, sed ab unita sibi Divinitate [z], vel, ab Angelis †; vel, interventu nubis sublatus è conspectu hominum, teste Act. 1. 9 [a].) *in gloria*, Mo. Er. Ti. Pi. vel, *cum gloria*, V. Pi. Ham. vel, *gloriosè*, Pi. vel, *in gloriam*, P. Be. Pi. Tre. ex Sy. ut sit ἐν δόξῃ, pro εἰς δόξαν [b]. Sed vix uspiam ἐν, pro εἰς positum reperies [c]. [Sed id multi repererunt, ut sæpe notatum.] Hîc est velut colophon & clausula totius hujus mysterii, quóque obsignatur ejusdem, tum vera Divinitas, tum & magnitudo; gloriosa nempe Christi post resurrectionem ejus assumptio, sive ascensio in cœlos, ad gloriam & dextram Patris. Qua in re etiam vox, ἀνελήφθη, propria est, ut hîc, ità & Marc. 16. penult. Act. 1. 2, 11, 22. ut & ἀναλήψεως, Luc. 9. 51. ut & illa, ἐν δόξῃ, *gloriosè*, propriè de gloria cœlesti, eodémque sensu, εἰς δόξαν Θεοῦ, Phil. 2. 11. & δοξάζεσθαι, Act. 3. 13. quod & ipse Christus petiit, Joan. 17. 5. Et Christus in eadem δόξῃ reversurus est, Matth. 16. 27. & 25. 30. & deinceps sessurus apud *Patrem τῆς δόξης*, Eph. 1. 17. indéque τὸ σῶμα τῆς δόξης, Phil. 3. 21. Dicit autem, ἐν δόξῃ, quòd semel in sublime sublatus in gloriam, ibi quoque mansurus sit ad extremum usque judicium, ut rectè dicitur Act. 1. 11. & 3. 21. Hîc quoque tacita est allusio & antithesis, tum, 1. ad suam quandam, in Mysteriis Gentilium, deorum, postquam inter homines versati fuissent, ἀνάληψιν· dicebantur enim dii post ἐπιφάνειαν suam disparuisse, cœlóque recepti, ἀνῆλθαι εἰς οὐρανὸν, apud Pausaniam: Et in Eleusiniis Sacris erat Triptolemi ἀνάληψις, quâ in sublime tractus fuit, δι' οὐρανοῦ αἰρόμενος, &c. tum, 2. ad deos, qui ex hominibus facti post mortem in cœlum recepti credebantur: ubi erant quidam qui renunciarent, imò jurarent, se vidisse Principem in cœlum receptum. [Sed hîc duo quærenda restant:] Qu. 1. Cur Christus hîc priùs dicitur *prædicatus Gentibus*, atque *in mundo creditus*, quàm *in gloriam assumptus*, cùm tamen *ascensio prædicationem*, &c. antevertat [d]. Resp. 1. Non temporis hîc spectavit ordinem [*]; sed rationem reddit, cur mundus credidit, &c. nempe, quia Christus assumptus est, &c [f]. 2. Quòd hæc eo ordine, in Gentilium mysteriis, transacta sunt. Nempe, post ἐπιφάνειαν & ὀπτασίαν Numinum, κήρυξις ibi secuta; indéque initiatorum πίστις tandem sequebatur ἀνάληψις, ἀφανισμὸς deorum [g]. 3. Quia primitiæ vocationis fideique Gentium, Christo vivente, in Centurione jam cœperant [h]. 4. Quia ab ultimis his verbis, pendet initium seq. capitis, *Apostasia*, inquit, *erit à Fide*, h.e. à fundamentali Fidei parte; nempe, *Assumptione* θεανθρώπου *in Thronum Gloriæ & Majestatis* cum nullo communicandæ in cœlis. Methodus hæc est Scripturæ, ordinem mutare, & id postremo loco ponere, quod jungere vult seq. vel, ex quo seq. inferre vult ||. Exempla vide Heb. 12. 23. & Apoc. 1. 5 †. Qu. 2. Cur Resurrectionis Christi hîc nulla mentio fit, quâ tamen vel maximè mysterium hoc δικαιοῦται, legitimè plenéque probatur [i]? Resp. 1. Resurrectio hîc vi ipsâ supponitur per antecedens Ascensionis [k]. 2. Quia de Divina Christi natura hîc potissimùm agitur: nempe, dicitur hîc *Deus incarnatus*; idémque Deus rebus ipsis *plenè probatus*; Deus *visus Angelis*; Deus *prædicatus*, &c. Deo isti *fides habita*; denique Deus, post suam inter mortales conversationem, *in cœlum receptus*. Cæterùm Resurrectio humanam naturam respicit, &c. 3. Quia nulla erat, in Mysteriis illis, Resurrectionis species quò alluderet [l].

CAP. IV.

1. Spiritus, &c. Τὸ δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει] Post expositum magnum pietatis Mysterium præmunit eum, & in eo totam Ecclesiam, adversùs hæreses [a]. Doctrinam præced. confirmat & commendat à contrario; nempe, corruptione illius per superstitionem, &c [b]. *Spiritus* (Sanctus [c], quod articulus notat [d]; Paulo & aliis Christianæ Ecclesiæ Prophetis datus [*], futurorum præscius & præmonstrator [f]:) *autem* (vel, *veruntamen*, Med.) *disertè* (vel, *certò*, Er. Ti. V. *apertè*, sive *manifestè*, Scul. Vulg. Ar. G. & Pri. ex Glos. *planè*, E. Me. Tre. non per ambages [g], aut ænigmata [h], i.e. per חידות, aut משל. Vide quæ dicta Num. 12. 8 [i]. non per umbras, ut in V. T [k]. non obscurè & involutè, ut Prophetis: nam ῥητὰ dicuntur Græcis, *certò præscripta & præfinita* [l]; non ambiguè [m]: Græci elegantiores dicerent διαρρήδην. Sed ῥητῶς etiam apud Dioscor. est & alios [n].) *dicit*, Be. Pi. i.e. revelat [o]: vel, *loquitur*, Er. Ti. *significat*, G. *denunciat*, V. *annunciat*, Me. [Cui? aut ubi?] Resp. 1. Spiritui nostro [p]: vel, mihi [q]: vel, per me [r]; ut Act. 21. v. 11 †. vel, per alios quos inspiravit [t]. Resp. 2. In Scriptura S. Non dixit hoc ἀρρήτως, secreto tantùm instinctu vel inspiratione, ut Act. 10. 19. & 13. 2. & 21. 11. sed ῥητῶς, i.e. *verbatim*, in verbo scripto, nempe Dan. 11. 36, 37, 38, 39. quem locum omnes ferme Veteres affirmant Prophetiam esse de Antichristo. Ibi describit Regnum ultimum, sive Romanum, variósque illius status, victorias gentium, persecutiones Christianorum, falsos Christi cultus; & inter alia, monet spernendas nuptias, & cœlibatum honoribus & privilegiis muniendum, & cum Deo vero colendos esse Mahuzzimos, h.e. Protectores deos, h.e. Sanctos & Angelos, ipsorúmque reliquias: quas nescio quo fatali instinctu vocabant Veterum nonnulli *Turres*, *Muros*, *Munitiones*, h.e. מעוזים, in prima & nativa ejus significatione. Ibi expressè prædictum est, quòd Romanum Imperium, postquam deos & dæmones à patribus suis cultos abjecissent, & unum solúmque Deum patribus suis ignotum, Deum scil. Christianorum, recepissent, deficerent nihilominus à fide, & resuscitarent veterem Theologiam Dæmonum, Mahuzzimos superinducendo [v]. [De quo plura vide, vel in Cl. Authore, vel in Synopsi ad locum illum Danielis.] ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς] *Quòd in* (vel, *Fore ut*, Il. Be. Pi.) *posterioribus* (vel, *postremis*, sive *ultimis*, sive *novissimis*, Mo. V. Ca. P. Ar.) *temporibus*, Er. Ti. Tre. V. &c. vel, *præstitutis temporibus*. Be. i.e. posthàc: nam is sensus est locutionis Hebrææ, באחרית הימים, quod LXX solent vertere ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν [x]· temporibus non ultimis [y], sed secuturis [z]; jam proximè instantibus [a], non diu post Apostolos [b]. Sic sumitur ἐν χρόνῳ ὑστέρῳ, in Platone; & ἐν ἐσχάταις ἡμέραις, 2 Tim. 3. 1. Confer Act. 2. 17. & Judæ v. 18 [c]. Ante Excidium Jeros. & Judæorum [d]. Munit Timotheum adversus ea quæ ipso adhuc vivente erant eventura. Patet id infrà v. 6. Confer 2 Pet. 2. 2 [*]. Al. Notandum, *tempora ultima* proponi in

Marginal notes (left column): † Got. 3789. · [t] Strig. · [v] G. · [x] Vor. · [y] Got. 3790. · [z] E. · † Got. · [a] Q. in E. · [b] Pi. · [c] Vor. · [d] Got. 3791. · [*] E. · [f] F. sc Trecd. in Got. · [g] Got.

Marginal notes (right column): [h] Q. in Got. · || Med. ad 1 Tim. 4. 1. cap. 1. · † Med. ib. c. 7. · [i] Got. · [k] Q. in Got. · [l] Got. 3792. · [a] E. · [b] Dan. · [c] Pe. Pi. Scul. Me. · [d] Pi. Scul. · [*] G. · [f] Me. sic E. · [g] G. · [h] G. sic E. Me. · [i] G. · [k] Scul. · [l] E. · [m] Vor. · [n] G. · [o] Pi. · [p] V. · [q] Pi. · [r] F. Me. Pri. · † Pri. · [t] E. Me. · [v] Med. De Apost. cap. 16. & 17. · [x] G. · [y] Pri. · [z] Pi. Be. Me. · [a] E. · [b] Vor. · [c] Pri. · [d] Ham. · [*] G.

in Scriptura, tanquam rerum, quæ in iis eventura sunt, signa sive indicia, v.g. Messiæ venturi, ut alibi; & Apostasiæ futuræ, ut h. l. & Dan. 8. 23. Et propterea, Deus indubiè *ultima tempora* alicubi, & quidem præcisè, designavit. *Ultima tempora* in genere esse dicuntur tempora Regni Christi, quod in Passione ejus cœptum duraturum est ad finem Mundi. Si consulamus magnum illud sacrúmque Calendarium Propheticum Danielis, ad quod omnis mentio *temporum* in Scriptura S. referenda videtur, & Quatuor illa Regna, quæ, juxta communem & consentientem Judæorum veterúmque Christianorum sententiam (quæ, si opus esset, facilè demonstrari posset) sunt, 1. Babylonicum, 2. Medo-Persicum. 3. Græcum. 4. Romanum, reperiemus *ultima tempora* esse & dici, tempora Romani Imperii, Dan. 2. 44. quibus etiam *ultimis temporibus*, Christus & exspectatus est & venit, ut notatur Heb. 1. 2. & 9. 26. 1 Pet. 1. 20. *Ultima* porrò *tempora* hîc designata, cùm non sint Præsentia, sed Futura, neque enim hîc est narratio rerum præsentium, sed futurarum prædictio; necesse est, ut specialiter & comparatè intelligantur, de *posterioribus temporibus ultimorum temporum*: ut, sicut Christus venit *ultimis temporibus* in genere dictis, ità *posterioribus* illorum *temporibus* Apostasia invalesceret, & *impius ille* Thronum Christi invaderet. Sed quænam sunt hæc tempora? Id non difficile est reperire. Si enim *ultima tempora* in genere sint omnia tempora Regni Romani, *posteriora*, sive *extrema*, Regni illius tempora, hîc necessariò intelligenda sunt. Sunt autem periodus illa *Temporis, Temporum & dimidii Temporis*, de quibus Dan. 7. 19. & Apoc. 12. 14. idémque tempus cum 42 mensibus, vel 1260 diebus, Apoc. 11. 2, 3. & 12. 6. quibus temporibus, prodigiosum illud Cornu *bellum gereret cum sanctis, eósque vinceret*, &c. Dan. 7. 21. tandem verò vincendum erat & dominio spoliandum, v. 11. 22. Et hoc Imperium Cornu est ultima longæ illius Tragediæ Scena, & Quartæ Bestiæ ruina; cujus proinde tempora sunt hæc *ultima tempora*, quibus Apostasia Futura prædicta est. Horum porrò *ultimorum temporum* initium in mortali vulnere, sive ruina Cæsarei sive Imperialis Dominii Romæ, ponit Johannes Apoc. 13. & 17. Quo tempore *Impius ille revelatus est*, 2 Thes. 2. 7. Ab eo ergò tempore cœpit Apostasia Romanæ Ecclesiæ de qua hîc agitur. Ut autem ruina Cæsarei Dominatûs gradatim facta est, cœpta à morte Juliani, circa annum Domini 365. stupendo illo terræmotu, & irruptionibus Alemannorum, Sarmatarum, Quadorum, &c. aucta circa annum 410. Româ ipsâ ab Alarico Gotho expugnatâ & direptâ; consummata anno 455. Româ jam secundò captâ à Genserico Vandalo, incensâ atque spoliatâ; impletis jam 1200 annis, quibus duraturam hanc urbem, Romulo prædictum est per Vectium Valentem Augurem, ex observatione 12. Vulturum, &c. ità etiam Apostasia hæc gradatim crevit, erroribus paulatim invectis post mortem Juliani, & deinceps gliscentibus & auctis tandémque completis [f]. ¶ *Discedent*, &c. Ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως] *Descriscent* (vel, *Deficient*, Ti.) *quidam* (h. e. non omnes, nec tamen pauci, sed plerique, paucis duntaxat exceptis; quo sensu sæpe sumitur τινὲς, ut Joh. 6. v. 64. Rom. 11. 17. collat. cum v. 32. 1 Cor. 10. 7, 8, 9. collat. cum Exod. 32. 3. & Num. 14. 1. & 25. 4. Defectionem ergò hîc describit non exiguam, qualis tunc extitit, multis, etiam Apostolorum tempore, exorientibus hæreticis & hæresibus; sed magnam, solennem, & generalem, præcipuarum Ecclesiarum, qualis illa Apoc. 11. & 13. neque enim prædictio hæc est de rebus præsentibus, sed de futuris [g].) *à fide*, Er. Il. Ti. sic Mo. Be. &c. sive religione [h], nempe Christianâ [i], semel susceptâ [k]; à vera Dei doctrina, ut apparet ex antithesi; quæ *fides* metonymicè dicitur, sicut suprà 1. 19. & 3. 8. Gal. 1. 23 [l]. *Deficient multi* Philosophicis ratiunculis tentati. Tertull. *Hæreticorum*, inquit, *Patriarchæ Philosophi*: & alibi, *Sapientiæ professores, de quorum ingeniis omnis hæresis armatur* [m]. Ἀποστασία, cùm respectum habeat ad Dominium alterius, defectionem ab ejus cultu & obedientia, vel, rebellionem in eum, denotat: & quando Deum respicit, defectionem significat ab eo, sive totalem, sive partialem, per Idololatriam, cultúmque aliorum præter Deum, v. g. Vitulorum, Exercitûs cœli, & Baalim; quæ erat Apostasia Judæorum. Hinc LXX verbum מרד per ἀφίστημι, vertere solent, ut Jos. 22. 19, 22. Num. 14. 9. Nehem. 9. 26. Dan. 9. 9. Denotatur ergò h. l. violatio fidei Christo datæ per Idololatriam sub Antichristo [n].

¶ *Attendentes*, &c. Προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις] Sic Græci plerique legunt, nec pauci Latini [o]: sic & Schol. Græc [p]. Latinus habet πλάνης [q]: ità legunt multi antiqui Codices [r], Complut. & alii [†]. Cui lectioni favent verba seq [t]. [Verba sic reddunt:] *Attendentes* (vel, *Attenti*, Be. i. e. fidem accommodantes, sive credentes [v]. Sic προσέχειν μύθοις suprà 1. 4. Tit. 1. 14 [x]. De voce προσέχειν hoc sensu posita, vide quæ nos ad Act. 8. 10 [y].) *spiritibus impostoribus*, sive *deceptoribus*, Mo. Er. P. Be. Pi. V. vel, *fallacibus*, Er. V. πλάνοι, מתעים, Esa. 3. 12. & 9. 16 [z]. Per *spiritus* hîc intelligit, vel, 1. Dæmones ipsos [a]: qui *spiritus mendaces* vocantur 1 Reg. ult [b]. vel, 2. falsos Doctores & Prophetas [c], à dæmonibus seductos & impulsos [d]. Solent sic appellari ab Apostolis ii qui Prophetiam se à Deo habere dicunt, cùm tamen verè de suo, aut de Satanæ dictatis, loquantur [*]. Vide 1 Joh. 4. 1. & seq [f]. vel, 3. falsas doctrinas [g]. Sic *Spiritus* pro *doctrina* accipitur, 1 Cor. 12. 10. & 14. 32 [h]. & 1 Joh. 4. 1, 3. Hinc colligi possit, Apostasiam hanc non totalem, sed hæreticam fore. Non enim facilè reperiemus vocem *Spiritûs* aliter accipi quàm pro doctrinis, vel Doctoribus, Christianismi; sive pro hæresibus sub eis [i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων] *Ac doctrinis dæmoniorum*, Mo. Er. Ti. Be. Pi. &c. vel, *dæmonum*, Er. i. e. falsis doctrinis dæmonis astu & operâ evulgatis [l]. Pythagoricos maximè indicat, quorum præcipui erant Magi, & cum Dæmonibus habebant commercium. Inter hos insignis fuit Apollonius Tyanæus, qui hîc eximiè denotatur. Venit enim Ephesum vivente adhuc Timotheo. *Hi vino & Venere & animalium esu abstinebant*, teste Clem. Alex. Strom. 3 [m]. [verba vide in G.] Al. Genitivus, δαιμονίων, hîc sumendus, non activè, pro iis doctrinis, quarum dæmones sunt autores; sed passivè, pro objecto harum doctrinarum; vel, pro doctrinis de dæmonibus, quomodo *doctrinæ baptismorum, impositionis manuum*, &c. i. e. de rebus illis: & *doctrina Domini*, Act. 13. 12. & Tit. 2. 10. id est, de Domino: & *fides Christi*, Gal. 2. 20. i. e. de eo. Significat ergò, Idololatricam Gentilium Theologiam, de Dæmonibus, apud Christianos restituendam. *Dæmones* in Theologia Gentilium, 1. si eorum naturam gradúmque spectes, erant Deastri, sive dii inferiores, & inter summos deos & mortales homines medii; ut disertè dicunt Plato in Symposio, Plut. De defectu Orac. Qui in Scriptura *Baalim* dicti, ut apparet ex concisione sui in ipsorum cultu usitatâ, 1 Reg. 18. quæ, ut docti notant, certum erat Dæmonum indicium. Ad hos alludit Paulus, 1 Cor. 8. 5, 6. 2. si officium spectes, erant Advocati, sive Mediatores, sine quibus, *non licuit hominibus ad Deos summos accedere*, ait Plato in Symposio; *qui ultrò citróque portant, hinc hominum petitiones & merita, illinc Deorum dona atque suppetias. Neque enim pro majestate Deûm cœlestium fuerit hæc curare*, inquit Apuleius De Dæmonio Socratis. Et rursus, *Cuncta*, inquit, *Cœlestium voluntate, numine, & authoritate fiunt, sed Dæmonum obsequio, operâ & ministerio.* Et hæc erat Philosophia, quam damnat Paulus 2 Col. 8, 18. 3. si eorum originem spectes, Dæmones erant Animæ Virorum insignium post mortem in deos relatæ, ut testantur Hesiod. Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι, &c. Plato in Cratylo, & De Repub. 5. Trismegistus in Asclepio. Hoc etiam constat ex Num. 25. 2, 3. collat. cum Psal. 106. 28. Deut. 32. 17. Vide & Esa. 8. 19. & 26. 14. & 65. 3, 4. Hinc vox רפאים, necnon עצבים; quæ vox luctum denotare possit, quia illos, tanquam mortuos, lugere solebant. 4. si modum cultûs respicias, colebant eos per Sacras imagines, teste Trismeg. Asclep. & Porphyrio in Euseb. & per columnas, Levit. 26. 1. Vide & Herod. Clio, c. 35. & in eorum reliquiis, monumentis & sepulchris; ubi etiam Templa illis exstruebant. Ex dictis judicet æquus lector, annon hæc Pauli Prophetia jam apud Christianos completa sit; & an expressior Theologiæ hujus Gentilium imago cogitari possit quàm ille Sanctorum atque Angelorum cultus cum aliis Idololatriæ partibus in Ecclesia Romana usitatis; & annon medulla

[f] Med. ad 1 Tim. 4. part. 1. cap. 11, 12, 13, 14.
[g] Med. ib. cap. 9. [h] Vor. [i] G. Vor. [k] E. Me. [l] E. sic Me. [m] Be. [m] G.

[n] Med. cap. 2. [o] G. [p] Pri. [q] G. sic E. [r] Pri. [†] E. [t] Scul. [v] Me. [x] G. [y] Pri.
[z] G. [a] Q. in B. Be. Vor. [b] E. [c] E. ex Chrys. Vor. sim. Be. [d] Vor. [*] G. [f] G. E. [g] Be. Vor. Sch. Med. [h] Sch.
[i] Med. cap. 2. p. 770. [l] Me. sim. E. T.
[m] G.
[n] Med. c. 2. p. 771.

medulla his verbis contineatur Christianæ Apostasiæ, quæ hoc modo distinguitur ab hæresibus & corruptionibus aliorum omnium temporum. Maximam certè hanc similitudinem in cultu Dæmonum sine stupore cogitare nequeo; neque illud, quòd maximi cultûs Sanctorum patroni in eo gloriati sunt, gloriatione non bonâ, quòd aliquid esset in praxi Christiana tam simile doctrinæ Dæmonum; de quo vide Theodoretum De curandis Græcorum affectionibus apertè differentem, titulo De Martyribus. Solus character, essentia & quasi anima magnæ hujus Apostasiæ sub homine peccati, non in erroribus consistit aut hæresibus, quantumlibet pessimis, quales etiam erant in primis ætatibus Ecclesiæ; sed in hac Idololatria, sive scortatione spirituali, ex Ethnicismo in Christianismum traducta: ut apparet, 1. quòd hæc depravatio *ultimis temporibus* [sensu quo diximus acceptis] propria est: 2. quòd hæc, vel solùm, vel saltem præcipuè, ingressa est per signa & miracula mendacia, juxta 2 Thes. 2. 9. ut notum est: 3. quòd Babylon, quæ est *Mysterium* hoc iniquitatis, ut vel nomen ejus, Μυστήριον, ostendit, hoc nomine insignitur: non enim dicitur *Mendax*, aut *Tyrannus*, *Babylonis*, sed *Meretrix*, eáque *magna*; spiritualis scilicet, ut ex eo constat quòd cum ea *scortantur omnes Reges*, &c. Sed adversùs hæc nonnulla objici possunt; 1. Vox, δαιμόνιον, in Scriptura S. semper malo sensu sumitur, pro *Diabolo*, sive *malo Spiritu*. Resp. 1. Cùm Dæmones, quos colebant Ethnici, nihil aliud essent quàm mali Spiritus, Scriptura hoc *Dæmoniorum* nomen sæpe in malo sensu usurpat, pro eo quod reverà erant, non quod esse credebantur. Interdum tamen vox illa in bono sensu sumitur, ut Act. 17. 18. ubi Paulus esse dicitur ξένων δαιμονίων καταγγελεὺς, nempe Christi, quem putabant esse novum aliquem aut peregrinum *Dæmona*. Respondet autem Paulus, *Video vos* esse δεισιδαιμονεστέρους, h. e. *satis dæmonum habere:* non est opus ut novum Dæmonem adferam. Adde Apoc. 9. 13, &c. In ultimis temporibus, ad sextam tubam, maximus exercitus (Turcarum, ut optimi Interpretes accipiunt) invadit Orbem Christianum, sive Imperium Romanum, omnium Sigillorum atque Tubarum theatra, ubi nonnulli reperiuntur qui colunt *δαιμόνια, & idola*, &c. Quinam illi? Ethnici? Nulli ibi tales. Judæi? vel Mahometani? Utrique ab iis abhorrent. Sunt ergò Christiani; qui certè Diabolos minimè colerent, sed *dæmonia* sensu vulgari & Philosophico sumpta. Sic & 1 Cor. 10. 21. ut nonnulli volunt, allusio fit ad *poculum* ἀγαθοῦ δαίμονος inter Gentes usitatum, cui favet mentio sacrificiorum v. præced. quæ solis Dæmonibus oblata sunt, testibus Trismeg. Porphyr. Apul. Ità hæc vox nusquam malo sensu sumitur, nisi in Evangeliis, ubi subjectum, de quo sermo est, nempe homines vexati malis spiritibus, alium non admisit sensum. Lucas tamen, scriptor accuratissimus, vocem sciens ambiguam esse, epithetum ei addit ἀκαθάρτου, Luc. 4. 23. Denique Epiphanius in 78. hæresi, hæc verba producens, sic explicat, ἔσονται νεκροῖς λατρεύοντες, *cultores erunt hominum mortuorum*. [Hæc de prima objectione.] 2. Adoratio Sanctorum, velut Mediatorum, non est Idololatria. Resp. Idololatria est, quia honorem cultúmque soli Deo Christóque proprium ad eos transfert: [de quo vide Autorem.] 3. Si Idololatria hîc intelligatur, de Ethnicis potius, vel Turcis, hoc accipi deberet quàm de Christianis. Resp. 1. Non loquitur hîc Paulus de re præsenti, qualis tunc erat Idololatria Pagana, sed de re futura. 2. Turcis non congruit; tum, quia Turcæ imagines non colunt: tum, quia hæc est *Apostasia à fide* semel suscepta, quam illi nunquam receperunt: tum, quia sedes illius est Roma, Apoc. 17. 18. 4. Hoc interest inter Idololatriam Paganam & Christianam, quod inter Adulterium & simplicem scortationem. Judæi ergò, licèt Deum non prorsus deseruerunt, sed ipsum in Vitulis & Imaginibus coluerunt, graviùs & peccârunt & puniti sunt quàm Ethnici; quippe qui nomen Dei magis polluerunt, &c. Vide Amos 3. 2. Sic ergò & Christiani [o].

[o] Med. ib. cap. 3, 4, 5, 6, 7, 8.

2. *In*, &c. Ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων] *In*, vel *Cum*, *hypocrisi* (vel, *Per hypocrisin*, Il. Be. Pi. Ca. *Per simulationem*, Er. Ti. i. e. per simulatam probitatem [p]: sub. *hominum*, Ca.) *falsa loquentium*, Mo. &c. Speciem quidem ista habent sanctimoniæ: sed qui eam usurpant falsi sunt doctores; neque ista observant nisi in conspectu hominum, ad fallendam plebem. Ὑποκρισις, קלקלוּת. Ψευδολόγος, *falsidicus, mendax*, in Glossario. Utitur Athenæus [q]. Accipi hoc potest, vel, 1. de malis Angelis, effectivè: vel, quod malim, 2. de hominibus, ut quorum dicta simul & facta in sensus externos incurrunt [r]. [Est hîc varietas in constructione:] Cohærent hæc, vel, 1. cum δαιμονίων †, ut *dæmonia* dicantur homines à Diabolo impulsi, ut Mat. 16. 23. Joh. 6. 70 [s]. Sed dura est hæc significatio [v], & præter usum Scripturæ [x]: vel, 2. cum πνεύμασι· videtur ergò dicendum potiùs ψευδολόγοις, & mox κεκαυτηριασμένοις· sed major est habita sententiæ quàm constructionis ratio, ut Marc. 12. 40. & alibi sæpe [y]: vel, 3. cum *doctrinis* [z], ut sit Ellipsis verborum, ταῖς οὔσαις [a]; i. e. quæ doctrinæ explicantur hypocrisi hominum, &c [b]. Vel, ut sensus sit, *doctrinis dæmoniorum*, vel, *diabolicis*; doctrinis, inquam, hominum *in hypocrisi loquentium mendacium* [c]. Verba hæc intransitivè sumi solent, respectu personarum v. præced. expressarum, quòd *mendacia loquerentur in hypocrisi*,—& *nuptias prohiberent*, &c. Non placet: 1. Sic Paulus de magna Christianorum Apostasia loquens exemplum in erroribus tantùm levioribus daret, omisso primario, qui, ut alibi docet nos Scriptura, est Idololatria. 2 Paulus de eroribus ultimorum temporum loquitur. Errores autem illi de Nuptiis & Cibis, etiam Apostolorum tempore orti sunt. 3. Syntaxis hoc respuit. Personæ enim v. præced. designatæ exprimuntur in casu recto, ut τινὲς προσέχοντες. Personæ autem hîc designatæ in Genitivo, ψευδολόγων κεκαυτηριασμένων, κωλυόντων. Verba ergò transitivè accipienda sunt, ut Genitivi illi regantur ab ἐν ὑποκρίσει [d]; & exprimatur medium*, sive modus, quo doctrina Dæmonum introducta est [f], sive quo seducebantur homines ad τὸ προσέχειν πνεύμασι πλάνοις [g]; nempe, *per hypocrisin*, sive *versutiam*, vel *dolum*, *falsiloquorum*, *eorum qui cauteriatam*, &c. *eorum qui prohibent nubere*, &c. Sic locum construunt And. Hyperius, & (ut videtur) Castellio, aliíque multi: nam nuperæ versiones ambiguæ sunt, & utrovis modo u mi possunt. Describit h. l. quales sint homines, per quos hæc doctrina irrepsit. Præp. ἐν (sicut Heb. ב) causam, instrumentum, vel, modum actionis, sæpissimè denotat, ut Mat. 5. 13. Act. 17. 31. 2 Thes. 2. 9, 10. Tit. 1. 9. 2 Pet. 3. 1. Hunc quoque sensum suadet eventus: his enim mediis invecta est hæc Apostasia. Quòd tamen non sic accipiendum est, quasi hæc omnia singulis Apostasiæ autoribus impingerentur; sed tantùm alia his, alia illis, ut sit Asyndeton, & verba illa, ἐν ὑποκρίσει, repetantur ἀπὸ κοινοῦ in singulis membris, hoc modo; *Per hypocrisin mendacium*, & per hypocrisin *cauteriatam conscientiam habentium*, & per hypocrisin *prohibentium nubere*, & per hypocrisin *jubentium abstinere à cibis*. Significat enim hæc omnia simulata fore; vel, quòd illa ostentarent quæ non esse sciebant; vel, quòd ea quæ se habere putarent falsæ tantùm essent species eorum quæ illa esse existimabant. *Hypocrisis falsiloquorum* eadem est quæ 2 Thes. 2. 9, 10. eáq; in tribus consistit, 1. in miraculis confictis: 2. in fabulosis Legendis de Actis & Passionibus Martyrum: 3. in scriptis suppositiis sub nomine primorum atque optimorum Patrum. [De quibus singulis fusè hîc differit Cl. Medus, c. 2, 3, 4, 5, 6.] Et his mediis invectus est in Ecclesiam cultus Sanctorum & Reliquiarum [h]. Al. Diligenter hîc Paulus singula notat quæ in ipsis hæresεων authoribus sunt observanda; & primò Hypocrisin: quæ referenda est [i], 1. ad doctrinam [k]: vel, quòd simulatè falsum loquerentur, cùm veritatem non ignorarent [l]: vel, quòd augustiorem puriorémque Dei cultum, majorémque humilitatem atque abstinentiam obtenderent. 2. ad mores, impudentémque eorum audaciam [m]. ¶ *Et*, &c. Κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν] *Cauteriatam* (vel, *Cauterio notatam*, Er. Il. Ti. E. Me. vel, *Inustam*, Ca. sim. Trc. *Cauterio inustam*, E. Me. Scul. ex Lonic. & Luth.) *habentium propriam conscientiam*, Mo. i. e. cùm sancti haberi velint [n], habent tamen conscientiam pollutam & contaminatam [o], infami vitâ signatam [p]; impurissimæ vitæ maculis indelebiliter notatam [q]; inustam notis criminum quibus sibi sunt conscii. Claudianus,—*Pectus inustæ Deformant maculæ, vitiísque inolevit imago.* Vide finem Annotatorum ad lib. 1. de V. R. C [r]. conscientiam putrem & morbidam †; μὴ ὑγιῆ, ut Hesyc. explicat [t], vel

[p] V. sim. Zeg. E.

[q] G. [r] Vor. † Q. in E [s] Be. [v] Med. sad 1 Tim. 4. part. 2. cap. 1. [x] E. [y] Be [z] E. sic Camer. Scul. [a] Scul. ex Camer. [b] Camer. [c] E.

[d] Med. 2. 1. 833. * Med. ib. sic Sch. [f] Med. [g] Sch.

[h] Med. p. 2. cap. 1. & 2. [i] Dan. [k] Dan. Græci in E. [l] Græci in E. [m] Dan.

[n] E. Me. [o] V. [p] Zeg. 3. [q] E. Me. sic Scul. cx Th. [r] G. † Q. in Dau. [t] Pi. Ham.

vel malam, velut insignibus quibusdam notis à Deo indicatam[v]. Metaphora sumpta à maleficis[x], vel, à mancipiis; quos οἱ βασανισταὶ, examine instituto, reos deprehendunt[y], quorum cuti stigmata impressa sunt[z]. At isti non corpus, sed animum, habent stigmaticum ob vitæ dedecora quorum ipsi sibi conscii sunt[a]; profligatam & inustam conscientiam; infames sunt nebulones[b]. *Cauterium* eorum indicat malitiam, eámque infamem, & immutabilem[c], & præfervidam[d]. E converso apud Senecam De Ira, 1. 16. *Nequitia non ex alto veniens, sed summo pectori inhærens*; & apud Suidam, in voce Ἀπλότης, ἀπλωστέρα, καὶ οὐκ ἐν βάθει ταῖς ψυχαῖς ἐγκαταμεμυκυῖα ἀνίατα[e]. Non frustrà hîc addit, τὴν ἰδίαν συνείδησιν. Non enim de idiotis loquitur, qui propter ignorantiam suam, alienæ conscientiæ, nempe Doctorum suorum, innituntur, & potiùs sunt πλανώμενοι, quàm πλάνοι· sed de Doctoribus, qui, de veritate doctrinæ convicti, illi tamen propter honores hujúsque vitæ commoda contradicunt, &c[f]. Al. *Cauterium* denotat stuporem extremum, & dedolentiam mali[g]. Ὁ καύτης est instrumentum Chirurgicum quo vel in inurendo, vel per ustionem resecando, vel in sanguine sistendo, utuntur: Indè καυτήριον[h]: quod & locum inustum, & notam impressam, significat[i]. Hinc καυτηριάζειν· quod est & *notam inustione imprimere*, & *urendo amputare*[k]. Jam quod cauterio notatum est durius & callosius fit, & hebetiorem sensum habet. Conscientiam ergò hîc intelligit duram & callosam, quæ sensu caret[l]. Mallem conscientiam hîc intelligi perpetuo Dei judicio, tanquam cauterio, vexatam atque turbatam propter malum conscientiæ suæ testimonium; & propter finem pessimum propter quem errores istos propagat, ut qui sit αὐτοκατάκριτος, juxta Tit. 3. 10[m]. [Alii sic vertunt:] *Quorum*, vel *Quibus, conscientia cauterio resecta est*, P. Be. Pi. vel, *Qui suâ ipsorum conscientiâ sunt cauterio amputati.* Sed illud præfero. Est enim hæc constructio Græcis usitatissima, ut in Demosth. ὁ κατεαγὼς τὴν κλεῖν, *cui claves juguli sunt confractæ*; & in Xenoph. ὁ ἀποτμηθεὶς τὴν κεφαλὴν, *cui caput est amputatum.* Sententia est, Istorum conscientiam ità obduruisse ut callum obduxerit, deinde cancrum illam invasisse, postremo jam esse cauterio amputatam. Significant enim καυτηριάζειν, *cauterio partem aliquam amputare*[n]. Quod vix illi concedent Chirurgi, qui cauteriis uti solent tum potentialibus, tum actualibus: quorum illa corrodunt locum, hæc urunt, sed neutra resecant partem cui imprimuntur. Ustiones autem à sectionibus distinguunt scriptores. Itaque *conscientia cauteriata* non est *resecta*, adeóque nulla; sed cautere scelerum pepetratorum adusta velut aut corrosa[o]. Manet in his conscientia, licèt profundè dormiat, &c[p].

3. *Probibentium*, &c. Κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων] *Probibentium* (vel, *Vetantium*, Ca.) *nubere*, (Non dehortabantur à nuptiis ideò quòd cœlibatum præferrent; id enim Christianis convenit: sed planè dicebant illicitas esse nuptias, alienos esse à salute eos qui in conjugio sunt. Κωλύειν ab Hebræo כלה. Tribuitur autem Doctoribus, sicut ἀπέχεσθαι βάλε, λέγειν, & similia. Τὸν γάμον ἀθετοῦσιν, ait de eisdem Clemens Constit. 4. 8. ἀγαμίαν διδάσκουσι, 6. 10[q].) *abstinere cibis*, Mo. Ca. Hæc oratio curta est, & ità resolvenda ut pro *vetantium* dicas *præcipientium nè*, hoc pacto, *Præcipientium nè matrimonia contrahantur*; *præcipientium ut à cibis abstineatur.* Sic loquitur & Plinius, 25. 5. de Elleboro, *Vetant dari senibus & pueris, & fœminis minùs quàm viris:* quod ità resolvendum, *præcipiunt non dari senibus, & præcipiunt minùs dari fœminis quàm viris.* Et Cicero De finibus 2. *Rectè negat unquam bene cænasse Gallonium, rectè miserum*, &c. quod ità resolvi debet, *Rectè ait nunquam bene cænasse,—rectè ait miserum.* Nec enim negabat esse miserum, sed affirmabat Lælius, ut liquet[r]. Al. Sensus est, *Prohibentium*, vel, *Impedientium*, (nam κωλύειν potiùs est facti impedientis, quàm legis prohibentis:) *nubere*, *abstinendo à cibis.* Ità abstinentia à quibusdam cibis, carnibus, &c. consideratur h. l. ut medium quo nuptias impediunt; unde Pontificii eam urgent ut cœlibatûs conservatricem. Congruit hic sensus cum proprietate linguæ Græcæ: Quemadmodum enim actio, vel passio Gerundiva, alteri verbo subjecta, Finem significans, exprimitur Infinitivo cum articulo τοῦ, ut Luc. 24. 29. *Intravit* τοῦ μεῖναι, sub. ἕνεκα, i. e. ut maneret: simil. Luc. 4. 42. Sic actio & passio Gerundiva, quando Medium, vel Modum significat, exprimitur Infinitivo cum articulo τῷ, ut in Demosth. Olynth. 2. *Philippus Athenienses decepit.* Quo medio? τῷ φάσκειν, &c. *Dicendo*, vel, *Promittendo, se velle eis tradere Amphipolin.* Frequens autem est utriusque articuli Ellipsis, & τοῦ, ut in Luc. Dial. *Tempus est vobis abeundi*, vel, *ut abeatis*; & in Hesiod. Theog. 181. ἔρριψε φέρεσθαι, pro, τοῦ φέρεσθαι ἕνεκα; & τῷ, ut in Aniano, *Fiebat*, inquit, *mutua colluctatio equorum*, τῶν μὲν—ἐκβαίνειν, &c. τῶν δὲ εἴργειν, &c. i. e. *Macedonum quidem, egrediendo ex flumine, Persarum verò, probibendo egressum*; pro, τῷ ἐκβαίνειν, τῷ εἴργειν, *egrediendo, prohibendo.* Simil. Act. 15. 10. *Quid tentatis Deum* ἐπιθεῖναι, &c. i. e. imponendo, &c. Oecumenius, natione Græcus, Atticismum hîc esse vult: & 1. τὸ ἀπέχεσθαι exponit per μὴ φαγεῖν; quod verum est, sed & omnibus Græcis usitatum: 2. hoc supposito, sic infert, Sicut hæ phrases, ἐκώλυσε μὴ κλέπτειν, & ἐκώλυσεν αὐτὸν μὴ ποιεῖν ἄτοπα, non valent, *Prohibuit à non furando*; *Prohibuit eum non facere absurda*; sed, *Prohibuit à furando*; *Prohibuit facere absurda:* ità h. l. κωλυόντων μὴ φαγεῖν, non est, *probibentium non vesci cibis*, sed, *prohibentium vesci cibis.* Sed hæc sententia non placet: Confundit enim μὴ negativum cum μὴ prohibitivo, inter quæ (sicut inter *non* & *nè* Latinorum) immensum est discrimen, quod probè observandum ad genuinum multorum locorum sensum indagandum. Μὴ prohibitivum hoc modo positum, vel adhiberi potest, vel omitti, ut in Appiano; ἀπηγόρευσε μὴ πωλεῖν, *prohibuit vendere*, vel, *nè venderent*; & Thucyd. κωλύει ὥστε μὴ περιπλεῖν, *impedit eum circumnavigare*, vel, *nè circumnaviget:* & alibi, κωλύει ἡμᾶς πλεῖν, *prohibet nos navigare*, vel, *nè navigemus*, pro, μὴ πλεῖν. Μὴ autem negativum, quale est cùm μὴ φαγεῖν idem est cum ἀπέχεσθαι, neque per Ellipsin omitti, neque in prohibitivum converti, sine contradictione potest†. Al. Pro ἀπέχεσθαι hîc legendum ἀντέχεσθαι, quod est *accipere*[t]. Sed nihil opus mutare lectionem[v]; non est hic error Scribarum, ut quidam putant[x]. Syrus hîc vertit, *Et probibent matrimonio jungi, & avertunt à cibis*, quasi legisset, καὶ ἀπεχόντων βρωμάτων· Est enim ἀπέχειν interdum transitivum, *facere abstinere*, avertere. Arabs vertit quasi legisset, καὶ ἀπεχομένων, &c. *& abstinent à cibis*[y]. Al. Locum sic verto, *prohibentium conjugium*, prohibentium (quod ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum) *cibos.* Verbis enim quæ sunt per se negantia Attici negationem addunt. Vide simile 1 Joh. 2. 22[z]. Verum est quod aiunt Græci, post verba *Prohibendi* solere addi aut particulas, aut verba negantia, sicut duplex negatio apud eos negat[a]. Al. Verbum κωλύειν contraria significat; cum γαμεῖν, *prohibere*; cum ἀπέχεσθαι, *præcipere*[b]: quomodo Heb. צוה, quod propriè est *præcipere* quid sit faciendum, significat etiam *vetare* à quo sit abstinendum, ut Deut. 2. 37[c]. Sic & Latinis *interdico* interdum est *edico*, ut in Cicer. pro Cæcinna, *Prætor interdixit de vi armatis.* Item, *interdixit, ut unde dejectus esset eò restitueretur.* Sic ἑλῶ apud Pind. hym. 1. Olymp. repetitum significationem mutat; Ἕλεν δ' Οἰνομάου βίαν, Παρθένον τε σύνευνον, *Vicit Oenomaum & accepit virginem uxorem.* Hæc Dunæus ad Pind; Al. Est hîc Ellipsis contrarii. Deest enim aut ποιούντων, quod addit Syrus[d]; aut κελευόντων, *jubentium*[*], quod addit hunc locum citans Epiphanius[f]. [Sic ergò locum reddunt:] *Probibentium contrahere matrimonium*, jubentium *abstinere à cibis*, Er. Il. Ti. Be. Pi. P. Med. Similes ferme Ellipses alibi occurrunt[g], ut 1 Cor. 7. 19[h]. & 14. 34. & 1 Tim. 2. 12[i]. Sic Phædrus, *Non veto dimitti, verùm cruciari fame*, supple *jubeo*[k]. Sic Homer. σῖτον καὶ οἶνον ἔδωκε· & alibi, Ἄλλον μειλιχίοις, ἄλλον στερεοῖς ἐπέεσσι νείκεον, *Alium placidis, alium asperis, verbis increpabant*[l]. Sic Chrys. Homil. 84. in Joan. ταῦτα λέγω, οὐ κηδεύειν κωλύων, ἀλλὰ μετὰ συμμετρίας τοῦτο ποιεῖν, id est, κελεύων ποιεῖν. Menander, Ὅτε πλοῦτος ἐξαλείφει τὸ κακοπαθεῖν εἰς ἔπειτον ἦθος, οὐκ ἐν ᾧ τε πέλαγεν ἦν, ubi supplendum, ἐξ ὧν. Euripides, Iphig. de ignobilibus,—Δακρῦσαι ῥᾳδίως αὐτοῖς ἔχει, Ἅπαντα τ' εἰπεῖν, τοῖς δὲ γενναίοις φύσιν Ἄπαντα ταῦτα· supplendum, οὐ ῥᾳδίως ἔχει. Tacitus Hist. 1. de Cluvio Rufo, *Vir facundus, & pacis artibus*, (sub. *expertus*,) *bello inexpertus*[m]. Sic Gen. 33. 10. *nè quæso*,

Margin notes (left column): v Vor. — x E. — y Ham. — z Er. sic E. Ham. — a Er. — b Ham. — c E. ex Amb. — d T. — e P. i. — f Sch. — g T. ex Theod. & Turrian. — h Sch — i Med. — k Sch. sic Med. — l M. d. 2. 2. 836. — m Dan. — n Ec. — o Scu. — p Sch. — q G. — r Ca.

Margin notes (right column): † Sch. — t Isid. in Glass. Phil. 1. 2. 18. — v G. — x Oecum. in Glass. — y Di. — z Kn. — a G. — b Sch. — c Be. — d G. — * G. Be. Pri. Med. E — f G. Ee. — g Pri. sic G. — h Pri. — i Be. G. — k G. — l Be. in Sch. — m Pri.

quæso, supple *recuses*, ex voce contraria, *accipe*. Jud. 5. 6. *defierant itinera*, sup. *recta*, ex seq. *itineribus tortuosis*. Psal. 84. 11. *dies unus in atriis tuis melior quàm mille*, scilicet alibi. Prov. 19. 1. *Melior est pauper — perverso*, &c. scil. *divite*, quæ vox in opposita latet [n]. Vide & Exod. 20. 18. Est. 4. 1. Tacitus Annal. 12. *Trux ac minax Agrippina, quæ filio dare imperium*, (sup. *potuit*) *tolerare imperitantem nequibat*: & 13. *Deesse terra in qua vivamus*, (supple *potest*) *in qua moriamur, non potest* ‖. Idem de moribus Germanorum, *Fœnus agitare ignotum, ideóque magìs servatur* (nempe *mos ille non agitandi fœnus*, quod ἀπὸ κοινοῦ sumendum) *quàm si vetitum esset* [o]. Al. Non placet. Ellipsis interdum datur verbi cognatæ significationis, non autem contrariæ. Necdum tale exemplum video. Exempla [à Bc.] producta non congruunt. Non illud 1 Cor. 14. οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται, &c. *non enim permissum est illis loqui, sed subjectas esse*, scil. δεῖ, *oportet*. Nam ἐπιτρέπειν non tantùm est *permittere*, sed *demandare, injungere*, ut Homer. Il. κ'. 421. Τρωσὶν γὰρ ἐπιτραπέουσι φυλάσσειν, *Excubias Trojanis demandabunt*. Neque illa Homeri: nam ἔδειν sæpe est quovis modo absumere, ut Od. α'. ἐδουσιν οἶκον ἐμὸν· κελεύειν autem est *exhortari quocunque modo* [p]. [Hactenus ferè de verbis & constructione, quærendum jam de re & personis quæ hîc spectantur.] Non quasdam personas hîc notat Paulus; sed doctrinam potiùs ipsam quæ cibos & conjugia prohibet, sive in universum, sive ex parte [q]. Βρώματα hîc intellige *ea quæ sunt ex animalibus*. Hæc est ἀποχὴ ἐμψύχων observata Pythagoristis, de qua extat Porphyrii liber. Meminit Alexis Atthide. Clemens Strom. 1. de Sarmanis apud Persas, οὔτε πόλεις, &c. (*urbes non incolunt, nec domos habent, ex arboribus victum vestitúmque habent, aquam manibus bibunt, ut nunc Encratitæ*.) In Clem. Constit. 6. 8. τινὰ τῶν βρωμάτων βδελύσσονται, (*à cibis nonnullis abhorrent*.) Sic 6. 26. Hæ duæ abstinentiæ, à Nuptiis, & à Ciborum parte potissima, sunt *cornua velut Agni*, Apoc. 13. 11. Christiani ista laudabant, sed non exigebant, ut videre est Can. Apostolico 51. in Ancyrano & Gangrensi, ad quæ loca videndi Zonaras & Balsamo. Cùm tam apertè hîc denotentur Encratitæ, nihil mirum si illi Pauli Epistolas non recepere: quod nos Origenes docet [r]. Paulus de iis loquitur (ut ostendunt verba sequentia,) qui nuptias & certos cibos damnaturi essent tanquam res per se malas, immundas & illicitas; quales tunc erant Ebion. testibus Ignat. epist. ad Philad. & Epiphan. hæres. 28. Saturninus, ut testantur Iren. 1. 22. & Theod. lib. Hæret. fab. deinde Encratitæ & Marcionitæ, teste Chrys. & post eos Manichæi, ut tradunt Epiphan. Aug. aliíque, qui idcirco negabant hæc à Paulo scripta, docentes libros Evang. & epist. multis locis esse falsatos. Atque hi hoc loco prænunciati videntur, tametsi valet hæc Pauli doctrina ad condemnationem omnium sequentium qui similia docuerunt. Hinc constat, quàm perversè Novatores [quo nomine Protestantes sive Reformatos intelligit] hunc locum detorquent adversùs Ecclesiam Romanam, quæ cibos & nuptias minimè damnat, ut res malas; sed tantùm quibusdam, & ad tempus prohibet studio temperantiæ, aut perfectionis continentiæ †. Sed frivola est hæc excusatio. Nam sanctimoniam in his rebus locant, deinde falsum Dei cultum instituunt in earum observatione, postremò conscientias alligant necessitati, à qua debebant esse liberæ [t]. Incusatio aliorum ipsos non excusabit qui idem faciunt. Imò Pontificios potiùs spectat hic locus, quàm veteres hæreticos. De iis enim hîc loquitur Paulus, 1. qui *posterioribus temporibus*, [Vide suprà dicta ad illa verba:] nim. sub Antichristo, futuri erant: 2. qui potestatem habebant hæc *jubendi*, aut *prohibendi*; qualem illi certè non habebant, sed tantùm docendi: 3. qui hæc *prohibituri* tantùm essent, quod faciunt Pontificii; non qui damnaturi, ut illi: 4. qui hoc facerent *in hypocrisi*, sub ementitæ cujusdam sanctitatis specie; laudant matrimonium, quod Sacerdotibus interdicunt, tanquam illos inquinaturum: tollunt connubia, lupanaria tolerant, &c [v]. Insignis congruentia eventûs facit ut credam, Spiritum Sanctum hîc describere voluisse Monachos & Doctores vitæ Monasticæ, quorum duæ hîc exhibentur notæ istis propriæ atque inseparabiles & fundamentales. His nimirum interdicuntur cibi, non ut Sacerdotibus omnibus, certis temporibus; sed absolutè & in perpetuum. Vel, si βρώματα accipias pro omnibus vitæ subsidiis, ut *panis*, vel *cibus*, sæpe sumitur, ut 2 Sam. 9. 10. Prov. 30. 8. Mat. 10. 9, 10. designatum hîc habes votum paupertatis, quo opibus & possessionibus renunciabant, &c. Hi nimirum præcipui erant autotores & fautores hujus Apostasiæ & doctrinæ Dæmonum, sive cultûs Sanctorum atque Imaginum, ut manifestum est [x]. [de quo vide Cl. Med. cap. 8. Sed pergamus ad reliqua textûs verba.] ¶ *Quos*, &c. Ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετὰ εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς, &c.] *Quos Deus creavit*, (i. e. condidit eo animo, ut eorum usum, si non ab initio, at certè post Diluvium, hominibus indulgeret, Gen. 9. 3. & in Evangelio apertiùs [y]. Significat, nullos cibos per se malos aut immundos esse, quum sint à Deo creati [z]; usúmque illorum purum esse & legitimum, quia nobis [quasi] de manu in manum à Domino porriguntur [a].) *ad acceptionem* (vel, *ad sumendum*, Er. Il. Ti. *ad participandum*, P. Be. Pi. *ad usum*, Tre. ex Sy. sic Ar. Hoc addit ut legitimum usum demonstret, gulámque ac delicias excludat [b]. *ut iis vescantur*, Ca. ut illis fruamur. Hunc finem evertere nunquam poterit humana authoritas. Quanta hominum arrogantia est, eripere quod Deus largitur? an cibos ipsi crearunt? an Dei creationem possunt irritam reddere [c]? Est autem valde propriè hîc dictum, εἰς μετάληψιν. Nam μεταλαμβάνειν τροφῆς est *vesci*, Act. 2. 46. & 27. 33. Sic & καρπῶν μεταλαμβάνειν, 2 Tim. 2. 6. & ἀγαθῶν, Sap. 18. 9 [d].) *cum gratiarum actione* (scil. Deo Creatori & largitori referendâ *. Transpositio, pro, ἔκτισε τοῖς πιστοῖς εἰς μετάληψιν μετ' εὐχαριστίας. Nè cibus sumatur nisi actis Deo gratiis, qui ista nostris usibus condidit, mos est Hebræorum vetus, quem Christus exemplo suo probavit. Vide quæ dicta Mat. 14. 19. & 15. 36. & 26. 26 [f].) *fidelibus & cognoscentibus veritatem*, Mo. &c. divinitùs manifestatam [g]; id est, sanam doctrinam [h]: *quibus nota est veritas* ista quæ jam sequitur [i]. Dativus, *fidelibus*, regitur à verbo, *creavit*, non quòd infideles Deus exclusos velit ab usu creaturæ, Psal. 136. 25. Mat. 5. 45. Act. 14. 17. sed hos solos nominat, vel, 1. quia cæteri partim vanis ac superstitiosis suis legibus sese privant creaturis Dei, ut hæretici & Pythagorici; partim non eo modo quo debent utuntur, id est, cum sobrietate & gratiarum actione, ut omnes infideles [k]: vel, 2. quia de usu licito hîc agit, cujus ratio coram Deo nobis constat. Hujus minimè compotes sunt impii, propter impuram conscientiam quæ omnia contaminat, juxta Tit. 1. 15 [l]. Omnia creata sunt propter fideles & electos [m], qui vocantur mundi hæredes, & per Christum restituuntur in jus illud, quo Adam cum posteris suis spoliati sunt [n]: hic enim potissimus fuit finis Dei in creatione rerum, ut creaturæ servirent suis fidelibus & amicis; utque ex iis laudarent Deum Creatorem [o]. Pars posterior exegetica est prioris: *Fideles* enim sunt qui *veritatem nôrunt* [p]. Καὶ ergò hîc expositivum est, valétque *id est*, ut Gal. cap. 6. ver. 16. καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, &c. ubi *Israel Dei* idem est quod notat pronomine αὐτοὺς [q].

4. *Quia* (vel, *Quòd*: Connectitur hoc cum præced. *Qui nôrunt veritatem*, hanc scilicet, *quòd omnis creatura*, &c [r].) *omnis creatura Dei bona est*] Gen. 1. 31 †. tum, in se & ex natura sua [t]: tum, quoad usum nostrum [v]. Καλὸν hîc est καθαρόν. Vide Tit. 1. 15 [x]. Docet, delectum ciborum contumeliâ afficere opera Dei, quasi in illis aliquid esset non bonum [y]. ¶ *Nihil*, &c. Οὐδὲν ἀπόβλητον] Sic vertit Heb. פגול, quod μιασμα, ἄθυτον, βέβηλον, alibi vertitur. Nihil est פגול, per se & citra Dei Legem. Lex autem Dei hac de re neque Gentibus unquam data est, & à Judæis per Christum est ablata. Vide dicta ad Rom. 7 [z]. *Nihil abhominandum*, Tre. ex Sy. Ar. vel, *rejiciendum* est, Er. Ca. Be. Pi. &c. *rejectaneum*, E. tanquam malum [a], & opus Dæmonis [b]. Ἀπόβλητον idem hîc quod κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον, Act. 10. 14. ἀποβολῆς ἄξιον, ut Schol. Hom [c]. ¶ *Quod*, &c. Μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον] *Si cum gratiarum actione sumatur*, Be. Pi. Hæc enim protestatio quædam est, cibum esse datum à Deo, ideóque bonum. Sumentis ingratitudo

Marginal notes: [n] Glass. gram. 4. 6. 713. ‖ Ga. [o] Ga. [p] Sch. [q] Dan. [r] G. † E. [t] Calv. [v] Down. [x] Med. 2. 7. 849. [y] G. [z] E. [a] Calv. [b] E. [c] Calv. [d] G. * E. Me. [f] G. [g] E. [h] Calv. [i] G. [k] E. [l] Calv. [m] E. sim. Calv. [n] Calv. [o] Me. [p] E. [q] Cam. [r] Græci in E. † G. E. Me. [t] Me. sim. Dan. [v] Dan. [x] Pri. [y] Scul. [z] G. [a] Me. sic E. [b] Me. [c] Pri.

titudo non cibum coinquinat, sumptionem autem immundam reddit [d]. Nihil enim nobis in Dei creaturas juris est, vel licet, nisi quod Deus largitur. Qui eis alio modo aut fine utitur, peccat [*]. Pars hujus εὐχαριστίας est moderatus creaturarum usus [f]. Repetit [Paulus] hanc Legem, nè quis ejus obliviscatur. Vide Deut. 8. 10. Esa. 62. 9. Joel. 2. 26 [g].

5. *Sanctificatur enim* (nempe in nostrum usum [h]: præparatur ad usum legitimum cum bona conscientia conjunctum [i]: usus illarum rerum gratus est Deo: quomodo ἡγίασται habemus 1 Cor. 7. 14 [k]. purgatur ab omni immunditia [l], & subtrahitur potestati Diaboli, in quam venit per hominis transgressionem. Ità occupatio est, &c [m].) *per verbum Dei* (creditum scilicet, sive per fidem quâ illud suscipitur [n]. Per divinam ordinationem in verbo expressam, quæ verâ fide apprehendenda est [o]: per Evangelium quo declaratur nullum jam cibum immundum esse [p]: propter verbum Dei, quod habemus Act. 10. 15 [q]. unde is qui utitur certò sibi persuadet id sibi licere [r], & jus in Adamo perditum sibi restitutum esse †.) *& orationem*] Quia Deum invocat ut doni auctorem [t], ab eo petens quod ipse merâ suâ benignitate pollicitus est [v]; ei gratias agens pro donis suis [x], cúmque rogans (oratione scil. fidei, credens id sibi licere [y];) ut illorum usum sibi velit esse salutarem [z]: quia benedictionem & preces præmittit ciborum sumptioni [a]. Ἔντευξις hic generaliùs sumitur quàm suprà 2. 1 [b]. ut & ἐντυγχάνειν, Sap. 8. 21. & 16. 28. Conjuncta sunt Gratiarum actio & Preces; illa, pro rebus datis; hæc, ut res prosint. Utrumque comprehenditur sub nomine ברכה [c]. Ἔντευξις vel pro προσευχῇ, vel pro εὐχαριστίᾳ [d].

6. *Hæc*, &c. Ταῦτα ὑποτιθέμενος, &c.] *Hæc* (vel, *De his*, E. G. V. scil. quæ dixi [*]; de Pietatis Mysterio, & doctrinis Dæmoniorum [f]:) *subjiciens* (vel, *si subjeceris*, P. Be. Pi. scil. præcipiendo & monendo [g]: vel, *proponens*, Ca. *si docueris*, Tre. ex Sy. *si moneas*, G. sic Er. Il. Ti. ὑποτίθεσθαι pro *præcipere* frequens Homero. Utitur & Aristoteles [h]. Idem quod suprà 1. 18. παρατίθεμαι. Vide ad Act. 17. 3. Hesych. ὑποτίθεται, συμβουλεύει [i]. Hinc ὑποθήκη, *præceptum ac monitum* [k]: παραίνεσις, vel διδασκαλία, ait Hesyc. Cicero 2. 17. ad Atticum, *Et ad me ab eo quasi* ὑποθήκας *afferes quemadmodum me geram* [l].) *fratribus*, Mo. vel, *fratres*, Er. &c. i. e. Christianos, quos isti Philosophi, iidémque Magi, ad se volunt perducere [m]. ¶ *Bonus* (i. e. præclarus [n]:) *eris minister*] i. e. ostendes te esse talem [o]. Διάκονος hic sumitur, ut 1 Thes. 3. 2 [p]. pro verbi ministro, sive Episcopo [q]. ¶ *Enutritus*, &c. Ἐντρεφόμενος —— ᾗ (In MS. est οἷς [r]:) παρηκολούθηκας] Ἐντρεφόμενος est Participium medium, vertíque potest, vel, 1. passivè [*]: cui obstare videtur præs. temp. non enim jam enutriebatur, sed olim enutritus fuerat †: vel, 2. activè [t]. [Hinc variant:] *Innutritus*, sive *Enutritus*, (h. e. diu multúmque versatus [v]: velut continuum hauriens nutrimentum, semper animo versans, & velut ruminans, doctrinam acceptam. Ità ei commendat perseverantiam discendi & meditandi [x]: ostendes te innutritum esse [y]. [Hæc phrasis alibi occurrit :] Ἐντρέφεσθαι τοῖς ἔθεσιν, dicit Plut. τοῖς διαλογισμοῖς, Ar. in Epict. 4. 14. ἀρεταῖς, & τῶν ποιητῶν γνώμαις. Philo. Sic *liberalibus disciplinis innutritus*, Seneca c. 21. ad Polyb. & epist. 2 [z]. *Oportet certis ingeniis immorari & innutriri, si velis aliquid proficere* [a]. Al. *Educans*, sive *Enutriens illos*, Er. V.) *verbis* (vel, *in sermonibus*, Er. P. Be. Pi. Ἐν hic emphasin habet, q. d. In sinu pietatis educatus [b]:) *fidei*, (i. e. sanæ doctrinæ [c]:) *& bonæ* (vel, *præclaræ*, Be. Pi.) *doctrinæ*, (vel, *disciplinæ*. Fides ad credenda refertur, διδασκαλία ad facienda [d].) *quam assecutus es*, Vulg. vel, *assectatus es*, P. Be. Pi. vel, *edoctus es*, Tre. ex Sy. *usque secutus es*, Er. Il. Ti. V. i. e. cujus alumnus es [*], vel, in qua es educatus, & ab adolescentia versatus [f]; à cujus latere quasi nunquam discessisti [g]; à qua nec temporis progressu degenerâsti [h]; quam non obiter attigisti & primis labris gustâsti, sed in eâ præclarè versatus es [i]; *quam sectatus es hactenus*: παρηκολουθεῖν modò ad Res, modò ad Personas, refertur. Vide 2 Tim. 3. 10. & 2 Macc. 9. 27 [k]. Demosth. De corona, *Quos*, inquit, *tu viventes cum assentatione* παρηκολούθεις, *assectatus es*. Et ibidem, *Dies illa non modò virum benevolum desiderabat*, ἀλλὰ καὶ παρηκολουθηκότα τοῖς πράγμασιν ἐξ ἀρχῆς, &c. *sed talem qui in his negotiis ab initio versatus esset* [l]. Sic Luc. 1. 3. *Visum est & mihi* παρηκολουθηκότι, &c. Significat, nullam vitæ partem à se prætermissam quam non pervestigâsset. Et Athenæus l. 1. ἡδυπαθείαις παρακολουθήσαντας vocat qui per omnem vitam voluptatibus fuissent addicti [m].

7. *Ineptas*, &c. Τοὺς δὲ βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους παραιτοῦ] *Cæterùm profanas* (Sic vocat, vel, quia blasphemæ sunt [n], & impiæ [o]; vel, quia nullâ Dei revelatione nituntur [p]:) *& aniles* (i. e. ineptas [q], sive absurdas [r], non minùs quàm illæ quas puerulis recitant aniculæ †; quæ naturâ verbosæ sunt, propter ætatem multa sibi tribuentes [t]. *Aniles ineptias* dixit Cicero [v].) *fabulas rejice*, Er. Mo. Pi. V. &c. vel, *devita*, Be. Ar. Ca. Παραιτεῖσθαι est ἀποτρέπεσθαι hìc, & 2 Tim. 2. 23. Tit. 3. 10 [x]. Intelligit, vel, 1. fabulas Judaicas, de quibus cap. 1 [y]. vel, 2. doctrinam suprà damnatam de prohibitione ciborum, &c. reliquásque quæ in rebus externis cultum Dei (prorámque & puppim pietatis [z],) constituunt [a]: doctrinam illam περὶ ψυχῶν μετενσωματώσεως, (de *animarum transmigratione in alia corpora*,) quæ fundamentum est istius ἀποχῆς [b]. Perstringit Simonianos, qui, testibus Iren. Epiph. & Aug. longas fabulas texebant de Deo bono & malo, de rerum creatione, de pugna Angelorum, &c [c]. ¶ *Exerce*, &c. Γύμναζε, &c.] *Sed exerce teipsum* (diligenter incumbendo actionibus ejusmodi [d]. Commodè loquitur. Virtutes enim citra jugem exercitationem non acquiruntur [*]. Γυμνάζειν est propriè *exerceri in gymnade*. Indè cœpit transferri ad omnia ea quæ agendo discimus: dicimúrque & γυμνάζειν τὸ σῶμα, ut apud Plat. & γυμνάζειν τὴν ψυχὴν, ut apud Isoc [f]. & πρὸς ἀρετὰς γυμνάζεσθαι, ut apud Arrian. Idem hoc quod Euripidi, μοχθεῖν εὐσεβείας πονεῖν, quod Salustio, *præceptis bonis & fortibus factis exercitare se*. Cicero epist. *Ad hæc te exerceas*. Hesychius, γυμνάζειν, ἀσκεῖν [g]. Hâc voce duo demonstrat Paulus; 1. continuum vitæ nostræ studium & exercitium in eo esse debere, ut piè vivamus: 2. quàm inepti ad illud opus simus, ad quod nos idcirco formari longâ exercitatione & curâ necesse est; cùm ad malum spontè propendeamus, nec ullâ exercitatione opus sit [h].) *ad pietatem*, Be. Pi. &c. i. e. ad verum rectúmque Dei cultum [i], sincerúmque erga Deum affectum, ac studium internæ devotionis excitans ad spem, timorem & amorem Dei [k]: ad fidem puram vitámque rectam [l]: ad omnes animi virtutes [m], erga Deum & proximum [n]: quod fit crebris actionibus piis [o]: ad doctrinæ tuæ præstationem & praxin, ut ex v. seq. apparet: ut aliis exemplo præluceas, ut decet Ministrum verbi. Vide infrà v. 12. & Tit. 2. 7. 1 Cor. 9. 27 [p].

8. *Nam*, &c. Ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον, &c.] *Nam corporalis exercitatio* (vel, 1. ea quæ fit sanitatis causâ [q]; qualis est ambulatio, equitatio, lusus pilæ, &c [r]. Sed non credibile est, Timotheum istiusmodi ludis se exercuisse †. Neque hìc, neque suprà de cibis agens, Medicum agit Paulus, sed Theologum; de his disputans quatenus ad cultum Dei, sanctitatem nostram, & conscientiæ tranquillitatem, pertinent, non autem ut ad corporis valetudinem [t]. Vel, 2. athletica [v]; quæ fit cursu, luctâ, pugnis, &c [x]. quâ quis corpus exercet ad corroborandum [y]. [Cui favere videtur :] 1. quòd vocibus athleticis hìc utitur: 2. quòd scribit ad Doctorem urbis Ephesiæ, in qua solennes ludi celebrari soliti [z]. 3. quòd sæpe solet Paulus ad hanc alludere, ut 1 Cor. 9. 11, 24, 25 ‖. & alibi [p]. Ex occasione verbi γυμνάζειν metaphoricè positi, ansam arripit de γυμνασίᾳ propriè dicta loquendi †. Vel, 3. externa quædam corporis disciplina [q], sive carnis mortificatio [r], sive afflictio †; vigilia, humicubatio [t], vilis victûs ratio [v], abstinentia à Cibis melioribus, & à Vino, & à Conjugio [x]. Vel, 4. ea quâ quis corpus suum exercet in obeundis ceremoniis [y]. *Corporalis* autem dicitur, vel, 1. per contemptum, quia animus eâ non reformatur: vel, à subjecto, est enim corpus quod eâ atteritur, affligitur, & has externas actiones agit [z].) *ad modicum* (Intellige χρόνον, sive temporis spatium [a], ut Jac. 4. 14. confer Heb. 12. 10 [b]. ad vitam secularem [c]: parumper tantùm vitam

vitam & viriculas fovet: nam senectus & mors vel robustissimos obruunt [d]. Al. *ad pauca*, Be. Pi. ὀλίγον positum pro ὀλίγα *, ex antitheto sequente, ad futilem victoriam, coronam frondeam, &c [f]. ad corporis sanitatem & robur *, vel ad præmium temporale ||. מעט יכון dicunt de talibus Rabbini. Non spernit corporis exercitationes: habent enim ista utilitatem quandam intra suos limites, de quibus dictum, Col. 2. 23 [g]. *est utilis*, Mo. vel, *paululum habet utilitatis*, Er. Ti. comparatè scilicet ad pietatem ||. Non loquitur hîc de superstitiosa earum rerum observatione, quâ in his prora & puppis sanctitatis & salutis collocatur, hanc enim prorsus damnaret [h]; sed de illa quæ fit ad carnem domandam, &c. quam tamen dicit esse minimi momenti, & in ea regnum Dei positum esse negat [i]: Ut ut enim corpus externósque motus subigat, animum tamen non sanctificat, &c [k].

¶ *Pietas autem* (i. e. verus Dei cultus [l], qui in se continet fidem, charitatem, cordis atque actionum puritatem [m]; quæ est Christiana exercitatio [m]:) *ad omnia utilis est*] Nunquam non & nusquam non est utilis. Est hæc sententia opposita dicto impiorum, Job. 34. 9 [n].

¶ *Vitæ quæ nunc est*] Ut scilicet hîc vitam diutinam, beatam [o], pacatam [p], & rebus omnibus necessariis instructam [q], agatis [r]; in pace conscientiæ, & spe boni, ut ait Pindarus: & contrarium de impio [dicit] Antiphon. [Utriusque verba vide in G.] Aiunt Hebræi res esse quatuor quæ in utraque vita habeant præmium, Honorem & obsequia parentibus præbita, Beneficentiam in egenos, Hospitalitatem, Studium reconciliandi dissidentes. Bene, dum ne excludantur quæ his sunt paria †. Regnum & bona spiritualia præcipuè promittit & præstat piis Deus, de iis tamen curam habet etiam in hac vita, nè viaticum illis desit [t].

¶ *Et futuræ*] Pietati enim vita æterna promittitur [v].

9. *Fidelis*, &c. Πιστὸς, &c.] i.e. Ἀξιόπιστος [x]. *Certus* (vel, *Indubitatus*, V.) *est hic sermo*, Be. Pi. &c. Referendum, vel, 1. ad præcedentia [y]. Confirmat id quod mox dixerat de promissis utriusque vitæ [z]: q. d. Pietatis præmium ut maximum est, ità & certissimum [a]; utcunque pii miseri & probrosi vulgò censeantur [b]. Vel, 2. ad sequentia [c], ut suprà 3. 1 [d]. Sic eadem verba subsequente ὅτι habemus suprà 1. 15. Sed ità per παρένθεσιν includenda sunt ista *. Ἀποδέχεσθαι est *amplecti cum approbatione* [f].

10. *In*, &c. Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ κοπιῶμεν, &c.] *In* (vel, *Propter*, V. sic G.) *hoc* (scil. quod jam dicturus sum [g]: Ad hoc obtinendum [h], nempe quod piis promissum est [i]. Notatur causa finalis Christianæ patientiæ, sive quo fine & consilio ista sustinent, nempe ut fructum pietatis auferant [k].) *enim*, *& laboramus*, (vel, *fatigamur*, Be. Pi. molestiis afficimur [l], labores magnos exantlamus [m], omnia corporis incommoda sustinemus [n]:) *& probris afficimur*, (vel, *perferimus labores ac contumelias*. De laboribus vide Act. 20. 35. 1 Cor. 16. 16. Col. 1. 29. 1 Thes. 5. 12. In MS. [pro ὀνειδιζόμεθα, est] ἀγωνιζόμεθα, non malè, ut Col. 1. 29 [o]. Hoc argumento confirmat promissionis fidem. Quis enim laboraret pro vanis promissis [p]? Eo utitur & Paulus 1 Cor. 15. 31, 32. Eo quoque Justinus Philosophus conversus est ad Christum [q].) *quia speravimus* (vel, *quod speremus*, Be. sim. Er. Ti. Enallage, pro ἐλπίζομεν, ut infrà 5. 6. & 6. 17. item Joh. 5. 44 [r].) *in Deo vivente*, Mo. &c. באל חי, qui vitam in se habet plenissimo jure, & proinde eam potest quibus vult conferre †, vitámque & præsentem & futuram largiri. Ab eo ergò utramque exspectamus [t]. Nè superior pietatis commendatio falsa esse censeatur, ob duram piorum sortem, respondet & negat, pios miseros esse; & propter causam ob quam patiuntur, quæ præclarissima est, pietas nimirum & spes in Deo, &c. & propter exitum qui lætus & felix est [v].

¶ *Qui*, &c. Ὅς ἐστι σωτὴρ, &c.] *Qui est servator* (vel, *conservator*, P. Be. Pi. Vocem σωτὴρ tribui Deo Patri vidimus etiam suprà 1. 1. Id Hebræis est מושיע [x]. Apud Romanos, ut narrat Polyb. l. 6. *Per omnem vitam is qui servatus est Servatorem suum pro parente colit, omniáque ei tenetur præstare quæ filius Patri, eúmque coronare tenetur*. Quin igitur omnia Christi causâ sustineamus, &c [y].) *omnium hominum*, (vel, 1. æternâ salute [z]. At hanc omnes non consequuntur [a]. Distingue ergò inter consilium Dei & eventum finalem [b]; & *omnium*, indefinitè, non universaliter, accipiendum est [c]. Vult omnes servari, nempe si credant; Christianos autem servare vult, quia credunt, nempe si fides per dilectionem sit efficax. Vide quæ suprà 2. 4. & Scriptorem De Vocatione Gentium, 5. 31 [d]. [ejúsque verba in G.] Vel, 2. quoad vitam temporalem multáque ejus bona, omnibus communia, & à Deo profecta *: *servat hominem & bestiam*, Psal. 36. 7 [f]. omnium ut creator, ità custos & conservator & benefactor est [g]: *in ipso*, seu *per ipsum*, *vivimus*, &c. Act. 17. 28 [h].) *maximè fidelium*, Er. Ti. &c. Quos præ aliis amat & curat [i], quibus solis & omnibus dat vitam æternam, quæ simpliciter *salus* appellari solet [k]. Argumentum hoc est à minori ad majus. Deus qui omnium hominum est conservator, multò maximè fidelium custos est & liberator [l].

11. *Præcipe*, &c.] Ità Er. Il. Ti. Ca. Æth. Παράγγελλε, &c.] *Denuncia* (vel, *Annuntia*, Mo. vel, *Mone*, privatim [m], eos qui hæc edocti sunt, ut in eis persistant [n]:) *hæc*, (omnia quæ dixi de sana doctrina retinenda, de vitandis hæresibus, de pietate, &c [o].) *& doce*, P. Be. Pi. publicè [p], eos qui ista nondum acceperunt [q]: i. e. præcipiens doce, & cum authoritate fidelibus trade [r], licèt juvenis sis †. Commendat superiorem doctrinam de falso Dei cultu & superstitionibus, eámque sæpissimè repetendam atque inculcandam monet [t].

12. *Nemo*, &c. Μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω] *Nemo tuam juventutem* (vel, *adolescentiam*, Vulg.) *despiciat*, sive *contemnat*, Er. Pi. P. Tre. &c. h. e. Ità vive [v], ità te gere [x], nè (meritò [y],) contemni possis [z]: Ex consequente intelligit antecedens, quod omittitur; nempe ut inculpatè se gerat, & juveniles cupiditates fugiat, ut ex seq. antithesi apparet [a]. Effice nè quis contemnat. Sic Prov. 23. 25. Εὐφραινέσθω ὁ πατήρ —— ἐπὶ σοί. Rom. 14. 16. *Bonum vestrum* μὴ βλασφημείσθω. Col. 2. 18. μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω. 1 Pet. 4. 15. μὴ τις ὑμῶν πασχέτω, &c [b]. Quod deest ætati, penses morum gravitate [c], vitæ innocentiâ, & doctrinæ elegantiâ [d]: ità graviter, castè, sobriè, & prudenter te gere, &c. Huic favet quod sequitur. Vel, sensus est, q. d. Non sinas te despici, sed utere authoritate & imperio. Quadrat hoc præced *. Juventus res est contemptui exposita †. Suet. de Domitiano, *Sperni, &c. juventam suam videns* ||. Solebant illis temporibus Presbyteri esse id quod dicebantur, i. e. multùm provectæ ætatis. Timotheus ante talem ætatem factus erat Evangelista, quia & Prophetiæ eum indicaverant, & Spiritûs dona eum commendabant †. Νεότης, *juventus*, est ab anno 17. ætatis ad 25. intra quos annos Timotheum fuisse puto [f]. Verùm *juventus* extenditur ultra 30 annos [g]. Non hinc sequitur planè juvenem jam fuisse Timotheum. Nam בחורה Hebræis, νεότης Interpretibus, est *ætas militaris*; & civilem ætatem comprehendit, solíque Senectuti opponitur [h].

¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ τύπος γίνου —— ἐν ἀναστροφῇ, &c.] *Sed esto exemplar* (vel, *forma*, Er. Il. Ti. norma, exemplar vitæ [i], ad quam vitam & actiones suas componant [k]. Τύπος est *exemplar ad imitandum propositum*, hîc & 1 Thes. 1. 7. 2 Thes. 3. 9. Tit. 2. 7 [l]. Hoc aliis ἀρχέτυπος, ut Diod. Sic. vel παράδειγμα, ut Plut [m].) *fidelium*, (Ut fuit Paulus, Phil. 3. 17. Similis monitio 1 Pet. 5. 3 [n]. Cicero de Senatorio ordine, *Cæteris specimen esto* [o]. In docente morum exemplar desiderat Aristot. in Rhetoricis. Libanius Apologiâ Socratis, *Is consiliariis fidem facit, qui primus actiones quas aliis suscipiendas consuluit aggreditur*—*alioquin dictorum consilium factorum exemplo destruxit*—τῷ μὲν ἀσθενεστέρῳ παρακαλέσας, τῷ κρείττονι δὲ ἀποτρέψας, *dum eo quod infirmius est incitat, eo quod potentius existit avertit* [p].) *in sermone*, (vel, *per sermonem*, Er. i. e. verbis sive dictis [q]; sermonibus seriis & utilibus, Eph. 5. 4 [r]. vel, *in verbo* doctrinæ, veritatem sincerè docens †: Cui favet collat. 2 Cor. 6. 7 [t]. nihil docens nisi ex verbo Dei [v].) *in conversatione*, (i. e. in vita & vivendi consuetudine [x], externis actibus alios ædificans [y]: in factis [z]: בדרכך, i. e. ἐν τῇ ὁμιλίᾳ, *in suavi conversatione*. Sic Jac. 3. 13. 1 Pet. 1. 15 [a]. Non tantùm veri præceptor, sed testis esto. Plin. Panegyr. *Vita Principis censura est*, &c. Seneca epist. 6. *Zenonem Cleanthes non expressisset, si eum tantummodò audisset. Vitæ ejus interfuit, secreta perspexit, observavit illum an ex formula sua viveret. Plato & Aristot.*——*plus ex moribus quàm ex verbis Socratis traxit* [b].) *in charitate*, (erga

Deum[c], & erga proximum[d]; in dilectionis operibus[*]: q. d. Sentiant fideles te non tua quærere, sed quæ salutis ipsorum[f].) *in spiritu*, (i. e. in fervore spiritûs[g]: in zelo pietatis[h]: vel, in usu donorum spiritualium[i]; nè ob ea extollaris[k]. Sed illud ἐν πνεύματι non habet Latinus, neque Sy. neque Chrys[l].) *in fide*, (i. e. in fidei rectitudine, constantia[m]; sincera professione[n], & libera confessione ac prædicatione, ad ædificationem proximi[o]:) *in puritate*, Be. V. Me. Er. totius vitæ[p]: vel, *in castitate*, Pi. Vulg. Dan. Vide infrà 5.22. Adde Phil. 4. 8[q]. Duæ primæ voces generatim accipiendæ sunt, q. d. in verbis & factis: quæ facta deinde per species enumerantur postremis quatuor vocibus[r].

13. *Dum* (vel, *Donec*, Val. Er. *Interim dum*, Be. Pi.) *venio*] Tunc ego te pleniùs instruam[†]. Non tamen excludit reliquum tempus[t]. Solatur ejus laborem[v]. Speravit autem Paulus venturum se Ephesum: sed id ei non contigit[x]. ¶ *Attende*, &c. Πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, &c.] *Attende lectioni*, (nempe Scripturæ Sacræ[y]: quæ Hebræis dicitur מקרא[z], *lectio*, voce Judæis notâ & usitatâ; eadémque כתב, γραφή, Scriptorum respectu appellatur, ut מקרא, Lectorum respectu. Etenim S. Scripturæ ea semper authoritas fuit, ut exclusis Traditionibus sola in sacris conventibus legeretur[a]. *Assiduus esto in legendis* Prophetis, Psalmis, aliísque libris[b]; vel, Sacris literis omnibus qui tum exstabant[c]: vide 2 Tim. 3. 15[‖]. ut διὰ sit idem quod εἰς vel ἐν.) *exhortationi*, (fideles confirmando[d], & cohortando ad bonam vitam, & ad vitandas hæreses[*], improbos reprehendendo, frigidos excitando[f]: vel, *consolationi*, ut Luc. 2. 25. & 6. 24. Act. 4. 36. & 9. 31. Rom. 15. 5[g]. vel, *in monendis* aliis privatim[h].) *doctrinæ*, Er. Pi. &c. scilicet aliorum, quâ doceas ignorantes quid credere, quid agere, quid fugere, debeant[i]: vel, *in docendis* aliis publicè, ut suprà 11[k]. vera dogmata tradendo, & falsa refutando[l].

14. *Noli*, &c. Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματ☉] *Ne neglige* (i. e. Nè sine otiosum apud te residere[m]; nè sepeli, sed exsuscita crebrâ exercitatione[n]:) *illud in te donum*, Mo. sic Er. Be. Pi. &c. i. e. munus simul & facultatem publicè docendi[o]. Χάρισμα hîc notat, vel, 1. officium & ordinem Episcopi[p], pastorale officium[q], auctoritatem & munus docendi[r]. Sed huic non convenit, quòd hoc *resuscitare* ipsum jubet, 2 Tim. 1. 6[†]. Vel, 2. dona ipsi concessa[t], ad munus suum bene exsequendum[v]; donum linguarum[x], scientiæ, interpretationis, miraculorum, prophetiæ, doctrinæ[y]. Talia dona solicitè custodienda sunt, gratiarum actione, precibus, sancto usu, 1 Thes. 5. 19. 2 Tim. 1. 6[z]. ¶ *Quæ*, &c. Ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας] *Quod datum est tibi ad prophetandum*, P. V. Be. vel, *in prophetia*, ut quod sit hoc donum exprimat Apostolus[a]. Vel, *ad docendum*, V. vel, *cum prophetia*, Sy. Ar. vel, *per oraculum*, Ca. vel, *propter prophetias*, V. *ad*, vel *propter*, *prophetiam*. Διὰ sæpe notat causam finalem, ut Rom. 4. 26. & 6. 4. Heb. 1. 9[b]. vel, *per prophetiam*, Er. Il. Ti. Mo. Be. E. Vulg. Pi. i. e. secundùm Prophetiam de te præcedentem[c]; per revelationem quâ Deus jussit te ordinari[d], & testatus est te idoneum fore: sine qua non ausus essem tantæ molis officium tibi juveni imponere[*]. [Sensus,] Quod donum præsignificatum est tibi datum per aliorum Prophetiam, suprà 1. 18. Prophetæ facere dicuntur quod prædicunt, Jer. 1. 10[f]. Suprà dixit *prophetias*, quia plures erant quoad personas prædicentes; hîc *prophetiam*, quia una erat quoad rem prædictam, seu revelatam[g]. ¶ *Cum*, &c. Μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου] *Cum impositione* (vel, *Per impositionem*, Tre. ex Sy. Ar.) *manuum* (i. e. cum consensu sive electione, cujus signum erat impositio manuum[h]. Ex parte totum significat[i], ceremoniam ponens pro actu ordinationis[k].) *presbyterii*, P. Pi. vel, *senatûs*, Ca. vel, *ordinis seniorum*, Be. vel, *authoritate sacerdotii*, Er. Ti. Ad Prophetiam accessit seria invocatio opis Divinæ, tunc cùm *manus* tibi *imponerentur*[l]. Πρεσβυτερίου nomine hîc intelligit, vel, 1. officium[m], dignitatem authoritatémve, Presbyteri. Ità vocem hanc accipiunt Hieron. Amb. Græci in Conc. Nicen. can. 2. Ancyr. can. 18. Euseb. & Soc[n]. Illud autem dicit, Habes non solùm Prophetiæ donum, verùm etiam efficaciam impositâ manu dandi Spiritum & aliis; idque ex officio Presbyterii tui, nimirum Episcopus[o]. Non placet: 1. Dura est locutio, *cum impositione manuum dignitatis Presbyterii*. 2. Πρεσβυτέριον sæpe occurrit in N. T. at nunquam officium significat, (quod est πρεσβυτεῖον) sed *collegium*, ut Luc. 22. 66. Act. 22. 5. 3. Timothei autoritas major fuit quàm ut πρεσβυτέριον dici posset, quia in Presbyteros authoritatem habuit, cap. 5. 19[p]. Vel, 2. cœtum sive collegium Presbyterorum[q], majorum scilicet, id est, Episcoporum[r]. Qu. Non potuerunt Apostoli Timotheum constituere, &c? Resp. Omnino. Sed Apostoli non semper faciebant quantum illis licebat, non semper extraordinariâ potestate usi sunt; sed, constituto ordine Ecclesiæ, rem ordinariè in Ecclesia geri volebant. Quomodo legati ad ordinandam Provinciam jussu Regis constituunt pro arbitrio Judices, Provinciâ verò ordinatâ administrationem ejus Judicibus committunt. Indubiè ergò Timotheus à Seniorum collegio electus est qui toti Collegio præesset[†]. At Paulus dicit seipsum Timotheo manus imposuisse, 2 Tim. 1. 6. Quomodo conciliantur? Resp. 1. Paulus nomine totius Presbyterii Timotheum ordinavit[t]. 2. Ceremonia impositionis manuum à pluribus adhibita fuit, sed solus Paulus ea peregit quæ in ordinatione substantialia erant[v]. Mos erat ut qui adessent Presbyteri unà cum cœtûs sui Principe manus imponerent, teste Clem. Constit. 8. 16. [verba vide in G.] Hunc morem diu retinuit Africa, ut legimus in Actis Synodi Carthaginensis. [Vide G.] Ubi Apostoli, aut Apostolorum adjutores, non aderant, fiebat ordinatio per Præsidem cœtûs, consentiente Presbyterio. At ubi aderant Apostoli, aut eorum adjutores, hic honor & illa præsidentia ad illos pertinebat. Faciebant tamen hæc & talia unà cum Presbyterio, ut hîc videmus. Sic apud Hebræos Judicibus electis manus pro Synedrio imponebat הנשיא, Princeps Synedrii. De Manuum impositione vide quæ diximus ad Mat. 9. 18[x].

15. *Hæc*, &c. Ταῦτα μελέτα] הגה, Psal. 1. 2[y]. *Hæc meditare*, Ca. Be. Pi. Tre. ex Sy. Mo. &c. vel, *cura*, Me. sic E. cum jugi vehementíque studio[z]. *Hæc exerce*, Er. Il. Ti. P. sic Ham. ex Hesych. Vox est agonistica, & pertinet ad προγυμνασίας & προαγῶνας[a]. Arrian. in Epict. 1. 1. Ταῦτα ἔδει μελετᾶν, &c. ἐν τούτοις γυμνάζεσθαι[b]. ¶ *In his esto*] Ità Er. Ca. Be. Pi. &c. vel, *insiste*, Tre. *His operam des*, Camer. Sic Horat. *totus in illis*[c]. Idem, *omnis in hoc sum*. Seneca, *esse in ærumnis*, *esse in voluptatibus*. Terent. *esse in gaudiis*. Plut. de Cæsare, ἐν τούτοις ἦν. Ælian. de Polycrate, ἐν μέσαις ἦν. Vide Prov. 23. 17. Idem hoc quod Arriano ἀπερισπάστως καθῆσθαι, (*indivulsè adhærere*.) Idem, *Sine his nec dormi*, *nec surge*, *nec ede*, *nec bibe*[d]. His studium omne impende[*]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα σοῦ ἡ προκοπὴ, &c.] *Ut tuus profectus* (quotidianus, sive augmentum doni suprà dicti[f]. Προκοπὴ etiam Philosophis est *profectus in virtute*. Vide Phil. 1. 25. & Sirac. 51. 23. Ità se res habet in Christiana pietate, ut in eo qui amne adverso iter facit. *Si non profecit*, —— *si brachia fortè remisit*, *Atque illum adverso pronus rapit alveus amne*[g].) *manifestus sit in omnibus*, Er. Ti. Pri. nempe rebus, ut suprà 3. 11. Tit. 2. 9, 10. Heb. 13. 18. ut neutraliter sumatur, quomodo & ἐν παντὶ, 2 Cor. 7. 5. & 9. 11[h]. in doctrina & in pietate[i]: vel, *inter*, sive *apud*, *omnes*, Be. Pi. G. ut exemplo tuo alii ædificentur[k].

16. *Attende*, Ἔπεχε, &c.] Ἐπέχειν ponitur pro προσέχειν[l]; i. e. *animum attendere*, ut notavit Eustathius. Sic Luc. 14. 7[m]. Act. 3. 5[n]. Sir. 34. 2. & 35. 11[o]. Sic *intendere* & *attendere* apud Latinos permutantur[p]. [Verba sic reddunt:] *Attende* (vel, *Intentus esto*, Be. *Cave*, Er. *Animum attende*, G.) *tibiipsi*, (quomodo vivas[q]: ut rectè vivas[r].) *& doctrinæ*, Er. Pi. &c. quid doceas[†], ut alios rectè instituas[t]. In Sacris dicebatur, *Hoc age*: quod Plut. vertit πρόσεχε[v]. ¶ *Insta*, &c. Ἐπίμενε αὐτοῖς] *Persiste* (vel, Et *permane*, Be. *Persevera*, Ca.) *in his*, sive *illis*, Er. P. Mo. &c. duobus quæ dixi, ut & tibi attendas & doctrinæ[x]. Al. Sensus, q. d. Monui te ut attenderes lectioni, &c. nunc insuper moneo ut in iis perseveres[y]. Al. *Mane apud Ephesios*. Sic ἐπιμένειν habemus Act. 10. 48. & 21. 4, 10. & 28. 12, 14. 1 Cor. 16. 8. Gal. 1. 18[z]. Ἐπίμενε hîc idem quod ἐπίστηθι 2 Tim. 4. 2[a]. ¶ *Et teipsum salvum facies*, (ineundo viam salutis[b]; munere tuo fideliter

liter obeundo [c] :) *& eos*, &c.] i.e. Gregem tuum [d]; tum verbo, tum exemplo *, quomodo *uxor maritum*, 1 Cor. 7 16. [f]. Qui alios instruit, & se instruit. Servat & alios, nempe stantes hortando, lapsos erigendo. Non novum est verba quæ Deo summo jure competunt, aut Christo, sensu quodam subordinato tribui hominibus, ut diximus ad Matth. 16. 18. Sic item hoc σώζειν hominibus tribuitur, Rom. 11. 14. Sic & ἐπιστρέφειν, Luc. 1. 16 [g].

[c] Dan. [d] J. Cap. * J. Cap. sic E. [f] Cap. [g] G.

CAP. V.

1. SEniorem, &c. Πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς] *Seniorem* (Non intelligit talem gradu [a], aut functione [b]; sed ætate [c], ut sequentia monstrant [d].) *nè increpaveris*, sive *objurgaveris*, Il. Mo. P. Tre. ex Sy. sic Ca. Be. Pi. nempe citra necessitatem *, nisi ob gravissima crimina; si præsertim conjuncta sint, vel cum malitia & obduratione animi, vel cum gravi scandalo proximorum [f]: vel, *sæviùs objurges*, Er. Ti. V. Ἐπιπλήττειν hîc est נוק, frequens Rabbinis, unde נזיקין, *durior quædam objurgatio*: quâ seniores uti solent adversùm juniores, non contrà. In Glossario, ἐπιπλήττω, *castigo*, *increpo*, *obstrepo*. Utuntur eâ voce & Isoc. & Demosth [g]. Significat & *plagam infligere* [h]. ¶ *Obsecra*, &c. Παρακάλει, &c.] *Hortare*, &c. Be. Pi. sic Val. Er. Ti. V. Blandè admone [i], si deliquerit [k]; cum moderatione & lenitate [l], & cum quadam reverentiæ significatione [m]. Mos est apud omnes gentes seniores viros appellare *patrum*, fœminas autem *matrum*, vocabulo [n]. *Persuade ei*, D. ex Sy. i. e. Non objurgatoriis, sed persuasoriis, verbis erga eum utere [o]. Hanc agendi rationem postulant, 1. ætas juvenilis Timothei: 2. quòd sic ostendit se non impetu animi, sed summâ charitate, impelli cùm reprehendit. ¶ *Juniores ut fratres*] Utpote ætate æquales [p], Timotheo scilicet [q]. *Frater* benigna appellatio parium inter se, apud Martialem, & in Epigrammate Græco [r].

2. *Anus*, &c.] Vult idem discrimen ætatum in fœminis observari: sed plus est cautionis †, nè qua ex blanditiis, aut amori, aut suspicioni, pateat fenestra [t]. ¶ *In omni castitate*] i. e. Per omnia castè [v]: Si cum eis loquendum sit, id brevissimè fieri debet, & cum magna animi atque oculorum custodia, vultûs & sermonis gravitate, loci & temporis cautela [x]; nè prætextu muneris tui videaris libidinis semina aut irritamenta jacere [y].

3. *Viduas* (Nomen est generale [z]; neque functionem significat [a], de qua postea agit sigillatim [b], sed amissas nuptias [c]:) *honora*] Τίμα tria denotat, 1. reverentiam, sive externum honorem [d]. 2. honestam alimoniam *: quippe quæ fiebat cum testimonio virtutis earum quæ sic alebantur [f]. Alendi præceptum includi in præcepto Honorandi parentes, aiunt Hebræi. Vide quæ ad Matth. 15. 4 [g]. Vide & 2 Macc. 8. 28, 30 [h]. 3. promotionem ad Diaconiam, ut ex seq. constat [i]. Τίμα hîc est, *da de Ecclesiæ largitionibus alimenta*, nempe ut Ecclesiæ inserviant: quod infrà dicit καταλεγέσθω, *inscribatur albo*, sive *matriculæ* [k]. Confer quæ infrà v. 17 [l]. ¶ *Verè viduas*] Non nomine tantùm, sed & nominis etymologiâ; nam χήρα à χηρεῦσθαι, *desolari*, *destitui*, *privari* [m]. Desolatæ ac destitutæ [n], ab omni auxilio [o], & solatio, sive præsidio, humano [p]; etiam filiorum ac cognatorum [q]: opponitur enim ei *quæ liberos habet*, v. 4. & μεμονωμένην eam vocat [r]. Al. Sive liberos habeat, sive non †; quia potiùs videntur præsidio indigere quæ liberorum multitudine gravantur [t]. Est & hîc πλοκὴ, figura Paulo familiaris. Sic Sophocli, χηρεύων μελέῳ ποδὶ, i. e. μονάζων, ut explicat Scholiastes. Et χηροῦν est *desolare*, στερίσκειν. Sic apud Plautum, *Omnium copiarum atque opum, auxilii, præsidii, viduitas nos tenet.* Pro quo *viduertatem* dixit Cato. Sic & *arbor vidua*, *viduus lectus*, *viduæ noctes*, *viduus pharetrâ Apollo*, apud Poetas. Itaque mox explicationis causâ addit μεμονωμένη [v]. *Verè viduam* dixit Salvianus: ὁ ὄντως πατὴρ, Hieroc. οἱ ὄντως φιλόσοφοι, Philost [x].

4. *Quæ*, &c.] Εἰ δέ τις χήρα τέκνα ἢ ἔκγονα ἔχει, μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν] *Quòd si qua vidua*

[a] E. [b] G. [c] G. E. sic L. Er. Scul. Pri. Ca. mer. [d] G. sic Er. E. * T. sim. Me. [f] E. [g] G. [h] Er. [i] G. [k] E. [l] T. sic Me. [m] G. sim. Me. [n] G. [o] Di. [p] Dan. [q] E. Pri. [r] G. † Idem. [t] G. sim. E. Calv. [v] E. Me. [x] E. [y] Dan. [z] G. [a] G. sim. Be. [b] Be. [c] G. [d] Vor. * Vor. sim. Er. Zeg. Be. D. E. ex He. & Hi. [f] E. [g] G. sim. E. [h] G. [i] Vor. [k] G. [l] G. sic Vor. [m] E. ex Er. V. [n] Er. V. [o] G. Me. &c. [p] E. Me. Scul. Be. [q] Me. [r] Scul. † Q. in Scul. sim. Bc [t] Be. [v] G. [x] Pri.

liberos, *aut nepotes*, (grandiores scilicet [y]: נין ונכר [z]:) *habet*, *discant* (vel, *discat*, Vulg. Camer. Zeg. vel, *doceat*, Ca.) *primùm* (vel, *inprimis*, Ca. *priùs*, Be. Pi.) *domum* (vel, *familiam*, Ca. Scul. vel, in *domum*, Be. Pi. subauditur κατὰ vel εἰς [a]:) *propriam* (vel, in *domesticos suos*, Tre. ex Sy.) *piè* (vel, *bene*, Mo.) *tractare*, Er. Ti. vel, *regere*, Mo. sic V. vel, *pietatem* (vel, *justitiam*, Tre. ex Sy.) *exercere*, Il. P. Be. Pi. Tre. vel, *pietatem colere*, Ca. Scul. nam id εὐσεβεῖν [b]. [Sed] εὐσεβεῖν hîc est more Judæorum Græca loquentium pro Hiphil, i.e. εὐσεβῆ ποιεῖν, הצדיק. Eligebantur ad ordinem πρεσβυτίδων, quæ mulierum essent σωφρονίστριαι, interdum & matres & educatrices filiorum, teste Tertul. sed raro tales, & ubi aliæ deerant. Cur non & matresfamiliâs? Quia domi habebant quod agerent. Cur non virgines? Quia cùm experimenta matrimonii ex puerperio non habeant, minùs possunt alias consilio & solatio juvare. Ità Tertul [c]. Qu. Ad quosnam dirigitur hoc præceptum? Resp. 1. Ad filios & nepotes, ut ipsi alant matrem, vel aviam suam [d]. Probatur, 1. à verbo plur. μανθανέτωσαν *. Sed hîc habemus, quod alibi sæpe in collectivis nominibus, transitum à Singulari ad Plurale. Alibi contrà [f]. 2. à verbo εὐσεβεῖν, quod valet γηροκομεῖν, sive γηροβοσκεῖν [g], pietatem colere erga parentes [h]. 3. ex collat. verborum seq [i]. 4. quia agitur hîc de subsidiis quæ viduis præstari debeant, non de illarum officio in suos [k]: agitur de viduis egentibus; non ergò erant remittendæ ad liberos suos, ut eos alerent, sed ut ab iis alerentur [l]. 5. quia viduis non convenit illud, *vicem reddere parentibus* ipsarum [m]; quippe qui infideles & idololatræ erant, nec eas piè instituerunt [n]. Πρῶτον autem valet, vel, 1. *priùs* quàm Ecclesiæ earum alendarum onus imponatur [o]; priùs ipsi alant, postea, si facultas eos destituat, Ecclesiæ alendam commendent [p]. Vel, 2. *priùs* domesticos suos alant, deinde, si possint, etiam ad alios beneficentiam suam extendant [q]. Resp. 2. Ad viduas [r]: nam, 1. Viduis hoc loco præcepta dat: 2. οἶκος, *domus* aut *familia* nunquam (quod sciam) ad majores refertur, sed semper ad posteros †. Sensus, Ut ipsæ à parentibus educatæ sunt, ità conentur ipsæ liberos suos alere, sine Ecclesiæ onere [t]. Distinctio est de viduis divitibus & pauperibus. De illis hoc dicit [v]. Nec obstat plur. μανθανέτωσαν, cùm χήρα sit sing. [x]. est enim mutatio numeri more Hebraico [y]: qualis 1 Tim. 2. 15 [z]. & Eccles. 7. 29. 1 Cor. 7. 36. Sic Gal. 6. 1. & 4. 7 [a]. Eáque hîc minùs improbanda est, quòd indefinitè loquitur de toto genere, non de individuo [b]. Est autem hîc μανθανέτωσαν pro διδασκέτωσαν, minùs propriè, ut solet Paulus aliquando loqui; ut & Gallicè *apprendre*, & Germanicè *Leeren*, *docere* est *& discere* [c]. Sensus est, Discant viduæ cum filiis & nepotibus sic se gerere, ut gratæ & charæ ipsis sint; & illos in pietate sic instruant, ut vicissim ab illis accipiant omnia sibi necessaria [d]. Εὐσεβεῖν idem est quod ἀμοιβὰς ἀποδ. &c *. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις] Hesychius, ἀμοιβαὶ, χάριτες, ἀνταποδόσεις. Ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι dixit Plut. sic & Julian [f]. [Hebræis] est גמל גמילות [g]. Hesiodus vocat θρεπτήρια ἀποδιδόναι [h]. *Et vicem* (vel, *mutuam vicem*, Mo. vel, *fœnus*, Tre. ex Sy. q. d. *taliones*, Er. Alludit ad ἀντιπελάργησιν [i].) *rependere*, sive *reddere*, *parentibus*, Il. P. Be. Pi. Ca. Mo. vel, *majoribus*, Er. Ti. *progenitoribus suis*, Tre. ex Sy. להורים, Psal. 68. 6 [k]. scil. in præbendis alimentis [l]: eis (si supersint [m],) inserviendo, opitulando, & eas alendo, sicut ipsa ab eis à pueritia alita & educata est [n]. Sensus, q. d. Discant piâ familiæ administratione beneficium educationis, quod à majoribus acceperunt, erga minores rependere [o]. Sapienter dictum. Sic Valer. Max. *Parentes, nos alendo, nepotum nutriendorum debito alligârunt* [p]. Libanius de Socrate, *Quid eum tibi facere volebas?* τῶν οἰκείων ἐπιμελεῖν; &c. *suorum & familiarium curam habere? habuit etiam alienorum* [q]. Vide Simpl. in Epict. cap. 37 [r]. ¶ *Acceptum est*, &c.] Sic & suprà 2. 3 †.

5. *Verè*, &c. Ὄντως χήρα καὶ μεμονωμένη] Vox obscurior per clariorem explicatur ||. Vide quæ suprà v. 3. Sic גלמוד Græcis quibusdam Interpretibus μεμονωμένη, Job. 3. 7. At גלמודה χήρα, Esa. 49. 21. ἀνδρὸς καὶ παίδων ἔρημος, ait Philo. Psal. 68. 6. יחידים: μονοτρόπους idem valet quod μεμονωμένους. Idem sensus in ריקים, Ruth. 1. 21. quod κενὴν vertunt LXX; & in שכולה, Esa. 49. 21.

[y] Be. [z] G. [a] Be. [b] Scul. [c] G. [d] E. ex Th. & Oecum. & Hessel. sic Er. Val. Sch. Vor. Dan. Be. * Er. E. [f] G. [g] Er. ex Th. [h] E. [i] Vor. sim. E. [k] Be. [l] E. [m] E. sim. Be. [n] E. [o] Be. sim. T. [p] Hessel. in E. [q] E. [r] L. V. Ca. Cas. Scul. Pri. Chrys. & Hi. in E. Calv. † Ca. sim. Scul. [t] Cas. [v] L. [x] Chrys. in E. sim. Ca. Pri. Calv. [y] V. sic Ca. Pri. Chrys. Scul. [z] Scul. [a] Pri. [b] Chrys. in E. sic Calv. [c] Ca. sic Scul. [d] T. * Ca. [f] Pri. [g] G. [h] Pri. [i] Er. sim. Calv. Be. [k] G. [l] Pi. sim. Vor. [m] T. [n] Me. T. [o] Calv. ex Chry. [p] G. [q] Scul. [r] Pri. † G. || G. sim. Be. E.

Tam Græcis χηρεῦν quàm Latinis *viduare* est *desolare*, μονῦν [t]. *Verè vidua*, ac *desolata*, Er. Il. Ti. vel, *sola*, sive *solitaria*, P. Pi. Tre. ex Sy. Ar. *deserta*, Ca. *sola relicta*, Be. orbata marito, simul & liberis ac nepotibus [v], qui eam alere possent [x]; omníque subsidio humano, quo juvari queat [y]. Sic David se *solum*, sive *unicum* vocat, Psal. 22. 21. & 25. 16. Sic Terentius, *Sola sum, habeo hìc neminem, neque amicum, neque cognatum* [z]. ¶ *Sperat*, &c. Ἤλπικεν—— καὶ προσμένει, &c.] *Speravit* (vel, *Speret*, Vulg. Sed multi, iique præstantes Codices legunt, *Sperat* [a]: vel, *Spem posuit*, Be. *Freta est*, Camer. *Sperat*, Er. V. Pi. &c. *Sperare debet*, V.) *in Deum*, (vel, *in Deo*, Be. Pi. ad Deum respicit [b]: ostendit se esse ex numero earum quæ verum & unum Deum sunt amplexæ [c].) *& instat* (i.e. instare sive perseverare debet [d]: vel, *imminet*, Val. vel, *permanet*, P. Be. Pi. *perseverat*, vel, *assidua est*, Er. Προσμένειν hìc quod προσκαρτερεῖν Act. 1. 14*. Magis assiduitatem quàm perseverantiam notat [f].) *obsecrationibus* (vel, *in supplicationibus*, Pi.) *& orationibus* (toto animo devota Deo [g]: soli Deo ipsiúsque negotiis & Ecclesiæ inservit & vacat. A parte & specie totum genus piarum actionum exprimit per Synecdochen [h].) *nocte & die*, Mo. &c. i. e. tam assiduè quàm fieri potest [i], frequenter [k], statis temporibus [l]. Non significat, omnes viduas ista præstare [m]; sed quòd à curis familiæ liberæ non impediantur quò minùs totæ vacent Deo [n]. Duplex hìc est Hebraismus [o]: nam & Præteritum est pro Præsenti [p], ut Matth. 3. 2 [q]. & suprà 4. 10. [ubi dicta vide:] & Verbum cum copula vice Participii [r]; ἤλπικεν——καὶ προσμένει, pro ἐλπίζουσα εἰς τὸν Θεὸν προσμένει. Sensus verò est, Quia homines opitulatores non habet, & apud eos est אלמנה, i.e. *muta*; ideo in uno Deo perfugium habet, illum solum respicit, ut Anna Luc. 2. 36. Vide 1 Thes. 2. 9. & 3. 10. 2 Thes. 3. 8. 2 Tim. 1. 3. Sic & Apoc. 4. 8 †.

6. Nam, &c. Ἡ δὲ σπαταλῶσα, &c.] Idem verbum habemus Jac. 5. 5. & in Græco Ezec. 16. 48. & Sir. 21. 17 [t]. & Prov. 29. 21. ubi Græci, ὃς κατασπαταλᾷ ἐκ παιδὸς, οἰκέτης ἔσαι, i. e. *petulans & luxuriosus à pueris, redigitur ad conditionem servilem* †. Sic Col. 2. 8. תענוג, Sym. σπατάλας: Aq. τρυφάς: Lxx ἐντρυφήματα: Amos 6. 4. סרוחים: Lxx καταπαταλῶντες, *deliciis affluentes*: Rursus Sirac. 27. 13. ἐν σπατάλῃ ἁμαρτίας, *in deliciis*, vel *lascivia, peccati* *; & in Athen. l. 8. ubi Rhodios vocat σπαταλῶντας, *luxuriosos ac delicatos* [v]: ubi aliqui [inter quos Camer. & Scul.] σπιλαλᾶν male legunt ‖. Eodem sensu dicitur עדינה, τρυφερά*. Gloss. MS. hìc reddit τρυφῶσα [y]. In Glossario, σπατάλη, *lascivia, deliciæ*: σπαταλῶ, *delicias ago* [z]. Hesych. καταπαταλῶ, καλατρυφῶ. Aristoph. *O mulier*, λίαν σπαθᾷς, i.e. secundùm Grammaticos, σπαταλᾷς [a]. Ὁ σπάτος est *cutis*, vel, *pellis* [b]: indè σπαταλᾶν, *prurire cutem*: ut quum in Comœdiis servuli dicunt, notante Hesych. σπαταλᾷς; *prurit tibi tergum?* h. e. ut exponit, μαστιγίας; *flagellari desideras* [c]? Indè transfertur ad motus & titillationes libidinis [d]. [Sic ergò locum reddunt:] *At deliciosa* (vel, *deliciis indulgens*, Ca. Ar. *quæ servit voluptati*, Tre. ex Sy. *quæ lascivit*, Be. *quæ in deliciis est*, sive *versatur*, Er. Il. Ti. P. D. *quæ in luxu vivit*, D. Intelligit eam quæ ideo vidua manet ut à mariti imperio soluta liberiùs faciat quæ lubet ‖.) *vivens*, (i. e. dum vivit *, vitâ naturali [f], vel corpore [g]; adeóque juxta carnem suaviter vivit [h]:) *mortua est*, Mo. &c. nempe spiritui, sive vitâ spirituali [k], utpote gratiâ Dei privata †: vel, in peccatis [l]: vel, Deo [m]: vel, vitam æternam amisit, nisi resipiscat [n]. Elegans est ὀξύμωρον [o]: quale illud Mat. 8. 22 [p]. & Joh. 11. 25 [q]. & Rom. 12. 1. θυσίαν ζῶσαν [r]. Egregiè dictum. Vide quæ ad Matth. 8. 22. Eph. 2. 1. vivit verè qui Deo vivit. Qui sine spe est vitæ æternæ, jam nunc periit †. Simile illud Hebræorum, *Cùm ego à te discedo, vivens morior; at cùm tibi adhæreo, moriens vivo* [t]: & illud, *Improbi in vita sua mortui vocantur* [v]. Seneca De Tranq. dicebat, *Malle se esse mortuum quàm non vivere. Ultimum malorum est, ex vivorum numero exire antequam moriaris*. Idem Epist. 93. *Ante mortem periit* [x]. Sic Gell. 2. 23. *mortua inter vivos vivit*. Seneca, epist. 71. *Vita mors est, & quidem turpis, interfœda versantibus*. Idem epist. 60. *Hos itaque*, &c. *non hominum loco numeremus, sed animalium,—imò mortuorum*: & statim, *mortem suam antecesserunt*. Cicero 12. 2. ad Atticum, *Homini non recta, sed voluptuaria quærenti, nonne* βεβίωται; [i. e. vixit, sive mortuus est?] Plut. *Sardanapali vitam sepulchrum* vocat. Seneca Controv. 9. 3. *Solebat jurare per Manes præceptoris sui Cestii, cùm Cestius viveret* [y]. Vita misera mors est [z].

7. Hoc, &c. Ταῦτα, &c.] *Hæc* (quæ scil. jam indicavi, ut sperent in Deum, precentur, delicias fugiant [a].) *igitur denunciato*, (nempe viduis [b], tam divitibus quàm pauperibus [c]. Mone præterea tum viros, tum fœminas, nè ullam dent mali nominis de se occasionem [d].) *ut sint irreprehensibiles*, Be. Pi. &c. nec propter eas malè audiat Christiana religio *. Vocem ἀνεπιλήπτους habuimus & suprà 3. 2. Vocem generalem jam per species evolvet [f]. Maximum hujus doctrinæ usum fructúmque ostendit, cùm, si observetur, omne offendiculum sublatum iri dicat, foréque Ecclesiam boni apud omnes odoris [g].

8. Si quis, &c. Εἰ δέ τις—τῶν οἰκείων οὐ προνοεῖ,—ἤρνηται, &c.] Τὶς commune est utrique generi [h]. Sententia ad utrumque sexum pertinens, & sensûs ejusdem cujus illud Esa. 58. 7. Graviter accusat & viros & mulieres divites, qui sinebant Ecclesiæ oneri esse eos quos ipsi alere debebant [i]. *Quòd si quis* (vel, 1. liberorum aut nepotum [k]; vel, 2. viduarum [l], [de quo vide dicta ad v. 4.] nempe divitum [m]. Antiquum est, *quis*, pro *quæ*. Vide obs. 5. 6. Sic Ennius, *Quis tu es mulier?* Aut generalis est sententia, tam ad conjuges quàm ad viduas pertinens [n]. Al. *si qua*, Er. Ti.) *suis*, (vel, *propriis*, Mo. vel viduis, vel liberis [o]: *suis*, i.e. quomodocunque propinquis [p], cognatione vel affinitate †: junctis sanguine, qui sunt ἴδιοι בשריו [q]:) *& maximè domesticis*, (i.e. sanguine proximis [r]; [quales] parentes †, qui οἰκεῖοι etiam Esa. 4. 5 [t]. fratres, filii, nepotes, qui domesticâ habitatione conjuncti esse solent [v]: qui vel ex nobis nati sunt, vel nos genuerunt [x].) *non providet*, (vel, *prospicit*, Er. G. vel, *curam habet*, sive *gerit*, G. Ca. Vulg. nempe, ut det illis ea quibus opus est [y]; ut habeant unde vivant [z]; ut tam corporis quàm animæ saluti provideat [a].) *fidem* (i.e. Christianismum [b], quam profitetur [c]:) *abnegavit*, (non verbo *, sed factis & opere [f]; vel, quia facit contra præscriptum fidei & Scripturæ, Esa. 58. 7 [g]. vel, quia facit ut infideles aut Deum Christianorum blasphement, aut à religione ejus avertantur [h]: quia vim & fructum fidei spernit ac conculcat *. Sic & 2 Tim. 3. 5. Tit. 1. 16. Sicut εὐλογεῖν dicitur qui bene facit, ità ἀρνεῖσθαι qui contemnit, à verbis ad facta ductâ translatione [i]. Al. Est instar fidem abnegantis. Sic loquitur, ut ostendat quàm horrendum sit hoc peccatum, quia nil erat Judæis detestabilius quàm Apostata. Eodem consilio rebellio adversùs Deum dicitur in Scriptura, *divinatio, incantatio, idololatria*, 1 Sam. 15. 23 [k]. Al. *fidem*, i. e. fidelitatem quam domesticis debet, facto negavit, debitum auxilium eis subtrahendo [l].) *& est infideli deterior*, Be. Pi. tum, 1. quia infideles naturali instinctu & pietate curam suorum gerunt †. Cicero, *suos quisque debet tueri,—vestire & ornare*. Homerus de Ulysse, Κήδετο δ' οἰκήων ὧν κτήνων—— Terentius——*Inopiâ, & cognatorum negligentiâ coacta*——Ubi Eugraphius, *Quorum debuerat ope fulciri* [m]. Theophrastus inter primarias virtutes ponit γονεῖς γηροτροφεῖν καλῶς, (*parentibus probè prospicere*,) & inter præcipua vitia, τὴν μητέρα, &c. *matrem non alere*. Sic Hierocles liberos vocat *opitulatores ætatis nostræ*. Vide Stob. Serm. 77 [n]. tum, 2. quia cùm exactiùs nôrit voluntatem Dei, ei tamen se non accommodat. Vide Luc. 12. 48. & ibi dicta [o].

9. Vidua eligatur; ità Mo. sic Ti. Tre. Καταλεγέσθω] *Allegatur*, sive *Allegitor*, Er. Il. P. Be. *Eligatur Diaconissa*, Ar. *Suscipiatur*, V. *Cooptetur*, Ca. vel, 1. In catalogum jam dictarum viduarum ab Ecclesia alendarum [p]; vel, 2. Ut præficienda cæteris [q], ad ministrandum sanctis [r]. Admittatur ad ordinem τῶν πρεσβυτίδων, quæ de fidelium oblationibus non minùs quàm Presbyteri vivebant. Hoc Tertul. dicit, *in viduatu collocare*, & alibi, *viduam allegere in ordinationem*: τάττειν εἰς τὸ χηρικὸν, vel, εἰς κατάλογον, Græci Patres. Talium Viduarum meminit & Hermas, & unum earum *Graptam* nominat †. *Eligatur*, nempe, ut sit Diaconissa [t]: quales Phœbe, Rom. 16. 1. Obj. At huic muneri repugnare videtur, quòd mulieribus

Marginal notes (left column): [t] G. [v] Vor. sim. E. D. Pi. [x] Pi. [y] E. [z] Be. [a] E. [b] Idem. [c] Be. [d] V. * G. [f] E. [g] Idem. [h] Dan. [i] G. [k] Dan. [l] Ham. [m] Dan. [n] E. sim. Dan. [o] G. [p] G. Pri. [q] G. [r] Pri. † G. [t] Idem. † Camer. * D. [v] Sch. sic Camer. Scul. ‖ Sch. * G. [y] Pri. [z] G. sic Pri. D. [a] Pri. [b] Sch. [c] Sch. sim. Camer. [d] Camer. ‖ G. * Er. [f] Be. Pi. [g] E. T. [h] E. [i] T. sic E. Pi. [k] Be. † E. Mc. [l] D. [m] Ca. G. D. [n] V. [o] Cap. sic Pi. [p] Pi. [q] Cap. [r] Pri. † G. [t] Cap. [v] D. Adag. Heb. 133. [x] G.

Marginal notes (right column): [y] Pri. [z] D. Prov. 1. 3. 42. [a] E. [b] E. Li. [c] L. [d] G. * E. [f] G. [g] Dan. [h] E. [i] G. [k] Be. Pi. E. Sch. [l] Er. Zeg. D. L. Ca. [m] L. [n] D. [o] Scul. [p] E. † Vor. [q] G. [r] E. † E. G. [t] G. [v] E. [x] Vor. [y] Ham. sic E. [z] G. [a] Mc. [b] G. sic Ca. [c] G. * Mc. T. [f] Mc. sic T. G. [g] T. [h] E. * Dan. [i] G. [k] Cam. [l] L. † Mc. T. sim. E. Ham. Er. Zeg. Pri. [m] Pri. [n] Ham. [o] G. [p] E. sic V. Zeg. Li. chron. 166. T. ex Chrys. Hi. Amb. Th. &c. [q] Caj. in E. [r] Ca. † G. [t] Mc. sim. Be. Dan. Scul.

mulieribus vetitum sit loqui in Ecclesia, suprà 2.11,12. & publicum aliquod munus gerere. Resp. Munus hoc publicum quidem est ratione fructûs & utilitatis, privatum autem ratione injunctæ ipsis provinciæ, quæ erat certum quoddam ministerium, cujus etiam rationem Diaconis reddebant, iisque parebant. Hoc autem subsidium à Diaconis quæsitum, tum, ob maximum pauperum numerum; tum, quia pleraque circa pauperes, vel ægrotos vel mensas Ecclesiæ, commodiùs & honestiùs ab iis administrantur quàm à viris; tum, quia nulla eo tempore erant Ptochodochia & Nosodochia. Hoc ergò, ut nonnulla alia, constitutum est pro ratione temporum, locorum, aut personarum; non autem ut perpetuum esset. Quare cessat apud nos usus hujus præcepti [v]. ¶ *Non*, &c. Μὴ ἔλαττον, &c.] *Non minor annis sexaginta.* Id ad sua tempora observatum docet nos Tertul [x]. Ratio præcepti, ut sit extra periculum lasciviæ [y], & ut vitarentur offendicula [z]: & quia juniores sunt valentiores, & victum opere suo comparare possint [a]. Hunc locum sic distinguo, μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα, ut est in Basil. edit. Nomina enim temporis durationem, vel continuationem, significantia, Genitivo junguntur cum Verbis substantivis, ut Luc. 3.23. ἦν ἐτῶν. Alioqui ἔλαττον legi oporteret [b]. ¶ *Quæ fuerit unius viri uxor*] Sensus apertus est, de quo jam aliquid dicere cœpimus suprà 3. 2 [c]. [Hîc tamen variant:] Quæ non plures habuerit maritos quàm unum, nempe successivè [d]. Nam ut una mulier plures simul maritos habeat, nulla lex, nullus Gentium mos, unquam permisit [*]. Non debebant Christiani in ulla laudis parte cedere Gentibus [f]. Pausanias Achaicis, *Mulier quæ sacerdotium capessit* ἁγνεύει, &c. (*exinde castam se servat, & antea unius duntaxat viri uxor fuit.*) Minutius, *Asiæ sacra coronat univira.* Huic opponitur *vetula multarum nuptiarum.* De Fortuna Muliebri, nefas eam attingi nisi ab ea quæ semel nupsit, dixit Festus [g]. Vide Valer. Max. l. 2. c. 1,3. Tertul. Ad Uxorem, & De exhortatione castitatis; & Propertium, & Canonem 18. Basilii ad Amphilochium, [eorúmque verba in G.] Servius ad Æneid. 3. *Flaminicam non nisi unum virum habere licet* [h] Ratio præcepti, quia sæpiùs nupsisse, argumentum est incontinentiæ. Unde laudatur Anna, Luc. 2.36 [i]. [Aliis hæc sententia non placet:] Secundæ enim nuptiæ nullâ lege, neque Divinâ, neque humanâ, habitæ sunt pro vitiosis, teste Paulo, Rom. 7.2,3 [k]. Et perinìquum est eas damnare: nec secundæ magis quàm primæ incontinentiam produnt [l]. [Alii ergò aliter explicant:] Quæ suâ culpâ non transierit ad secundas aut tertias nuptias, putà per divortium, aut repudium aliquod illegitimum [m]; vel, priore marito relicto, vel ab eo relicta [n], & injustâ, vel nullâ, causâ repudiata [o]; quo casu, *vel reconciliari debet, vel innupta manere*, juxta 1 Cor. 7. 10. nisi vir ad alteras nuptias convolet [p]. Sæpe occurrunt in Veterum scriptis Divortia, non tantùm quibus vir ab uxore, sed etiam quibus uxor à viro, divertebat, ut Marc. 10. 12. *si uxor* ἀπολύσῃ, *dimittat, virum*, &c. Utraque verò permissa sunt legibus Romanis, Christianis autem vetita, [extra casum adulterii ;] præcipuè Episcopis, & Viduis, & Diaconissis [q]. Per talia divortia plures simul maritos habebat illa, Joh. 4. 18. prout id tralatitium erat. Martialis,——*Non plus trigesima lux est, Et nubit decimo jam Thelesina viro.* Ciceronis tempore ab uxore factum est Divortium. *Si viri culpâ*, ait in Topicis, *factum est divortium, etsi mulier nuncium remisit, tamen pro liberis manere nihil oportet.* Seneca De benef. 3. 16. *Numquid ulla jam repudio erubescit, postquam illustres quædam ac nobiles fœminæ non Consulum numero, sed maritorum, annos suos computant, & exeunt matrimonii causâ, nubunt repudii.* Idem De remed. fort. *Quàm multæ quos in adolescentia amaverunt in communi relinquere senectute? quoties anile divortium risimus?* Idem Epist. 114. & De Provid. cap. 3. Vide Mæcenatem, quòd millies ab uxore Terentia mæcha repudiatus, millies cum ea reconciliatus sit, millies eam duxerit. Id ergò tantùm h. l. vetat Deus, τὸ ἐν τρόπῳ διδιγαμεῖν, ut loquitur Epiphan. hær. 60 [r]. Et hæc est bigamia, quam à Christo vetitam dicit Justinus in Apologet. poster. explicans illud Christi, *Qui repudiatam duxerit mœchatur.* Sed & Chrys. illud suprà 3. 2. de iis accipit qui plures simul uxores habebant [†].

v Dan. x G. y Vor. sim. Dan. E. ex Chrys. z Dan. a E. ex Hi. b Sch. c G. d E. sic Me. Scul. Fri. G. * E. sim. Scul. f G. Pri. g G. h Pri. i E. k Cam. l Be. m Vor. n J. Cap. o Dan. sim. Be. D. p Dan. q Cam. r J. Cap.

10. *In operibus bonis testimonium habens*] Quòd scil. in iis diligenter se exercuerit [t], & cum laude versata sit [v]: μαρτυρίαν καλὴν ἔχουσα, quomodo suprà loquebatur, 3. 7. *Quam fama comitatur bonorum operum* [x]. Horum autem quatuor numerat species, quæ futuro muneri maximè conveniunt, pietatem ac probitatem, diligentiam, animum & misericordem & demissum [y]. ¶ *Si*, &c. Εἰ ἐτεκνοτρόφησεν] *Si liberos educavit*, Ti. P. Ca. Be. &c. nempe *bene*, Ar. Si nec abortum sibi fecerit, nec ob paupertatem exposuerit liberos, ut inter Gentes fieri solebat; sed omnes sibi natos educaverit [z], & quidem honestè ac piè [a]. Vide suprà 3.4 [b]. ¶ *Si*, &c. Εἰ ἐξενοδόχησεν] *Si fuit hospitalis*, Er. Ti. Be. Pi. P. &c. In peregrinis scilicet & pauperibus hospitio recipiendis [c], nempe pro modulo suo [d]: Nam etsi pauper sit, habet tamen domum in quam peregrinum recipiat [*]; & si non pecuniam, operam tamen suam, & corporis ministerium, impendere potest [‖]. *Si hospitio pios excepit*, ut Lydia Act. 16. 15 [f]. Hæc virtus tunc valde necessaria erat, quoniam diversoria publica corruptissima erant, &c. nec loca exstabant quò pauperes possent divertere [g]. Verbum ξενοδοχεῖν usurpat & Euripides: nomen ξενοδοχία Xenophon [h]. ¶ *Si sanctorum* (id est, Christianorum [i]; præsertim Ministrorum [k], peregrè venientium [l]:) *pedes lavit*] Ut moris erat in Oriente [m], vel, ad extergendum pulverem ex itinere contractum, (fortè ob æstum nudis pedibus incedebant:) vel, ad lassitudinem viæ æstúsque tollendum. Vide Prov. 25. 25 [n]. Exempla vide Gen. 18. & 19. & Luc. 7 [o]. Hâc unâ specie obsequii, & quidem vilissimi, reliqua etiam obsequia significat [p]. Proverbiale: id est, Si ad infima etiam ministeria se demisit, ut viros sanctos sublevaret. Vide quæ ad Joh. 13. 5. Tertul. Ad Uxorem, inter Christianarum fœminarum officia ponit, *aquam Sanctorum pedibus offerre* [q]. ¶ *Si*, &c. Εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν] ספק dicerent Rabbini [r]. Hesych. ἐπαρκεῖ exponit χορηγεῖ, βοηθεῖ, Vet. Onomast. *sufficit* [†]. Occurrit hoc verbum & cum Accusativo, ut 1 Macc. 8. 26. & 11. 35. & sine Accusativo [t]; vel, cum Dativo personæ, tacito rei Accusativo [v]. Sic φίλοις ἐπαρκεῖν dixit Euripides. Vide & in sequentibus [x]. Ἐπαρκεῖν τοῖς δεομένοις habent Aristoph. Plut. Philost. Pollux 3. 23. ἐπαρκεῖν τέκνοις, Theoc. Idyl. 26. ἐπαρκεῖν ξένοις est in senario Græco [y]. [Sic vertunt :] *Si afflictis* (i. e. Pauperibus [z], infirmis, orbis, captivis, pressis ære alieno, oppressis per injuriam, &c [a].) *suffecit*, Mo. vel, *subvenit*, P. Ca. Be. Pi. *condoluit*, Ar. *refrigerio fuit*, Tre. ex Sy. *subministravit*, Er. Il. Ti. nempe vitæ subsidia [b]; si iis opem tulit pecuniis, intercessione, consolatione, & aliis quibus potuit modis [c]. Solebant fœminæ munuscula mittere iis qui ob pietatem in vinculis erant [d]. ¶ *Si*, &c. Εἰ παντὶ —— ἐπηκολούθησε] *Si omne bonum opus* (i. e. omnes boni operis occasiones [*]:) *subsecuta est*, Mo. vel, *prosecuta est*, Hi. in Er. E. ex Chrys. Hent. &c. *sectata est*, G. ex Hi. Æth. *persecuta est*, Ca. G. ex. Hi. *assiduè sectata est*, Be. Pi. nè elabantur [f]: q. d. Etsi ob inopiam, aut sexum, exequi multa bona opera non potuerit, ad ea tamen præstiterit obsequium, & particeps accesserit [g]. *Si in omni opere bono fuit assidua*, Er. Il. Ti. vel, *ambulavit*, Tre. Ἐπακολουθεῖν est quod Hebræi dicunt הלך, aut מלא, addito אחרי [h]. Glossæ reddunt *sequi*, vel *sectari*. Seneca De benef. 4. 13. *Quare dat vir bonus? nè non det: nè occasionem benefaciendi perdat*: & ibidem 7. 4. *Huic uni imminens & opperiens, nè qua se fugeret occasio*, &c. Quod & de Nerone, nondum ad pravas artes deflexo, dixit Sueton [i].

11. *Adolescentiores*, &c. Νεωτέρας —— παραιτοῦ] *Porrò juniores* (h. e. minores sexagenariis [k]: vel, *juvenes*, ut sit Comparativus loco Positivi. Hoc malim ob rationem sequentem, *nubere volunt*; & maximè ob illud, *volo juniores nubere*, v. 14. neque enim exigit ut viduæ quinquagenariæ nubant. Adde quòd suprà positivè dixit, *Juvenes, ut fratres : Juvenculas, ut sorores* [l].) *viduas recusa*, Be. Pi. vel, *rejice*, Er. Ti. P. V. sim. Ca. J. Cap. *devita*, Ar. *amove*, Æth. i. e. nè admittas in numerum, sive ordinem, viduarum [m]; sive, 1. ab Ecclesia alendarum [n]: nè Ecclesia gravetur iis quæ labore suo victum quærere possunt [o], nè cibo Ecclesiæ pascantur otiosæ [p]: sive, 2. ministrantium [q], vel, præsidentium [r], vel, ad Diaco-

† Be. t E. v Me. x G. y Dan. z G. a G. sim. E. Me. b G. c Me. d E. * E. ex Chrys. ‖ Dan. f G. g E. h G. i Me. sim. E. k E. l Me. sim. Be. E. m D. sim. Be. E. n D. o E. p Be. sim. E. q G. r G. † Pri. t G. v Pri. x G. y Pri. z Me. a E. b Me. c E. d G. * G. ex Hi. sim. Pri. f Pri. g E. ex Chrys. h G. i Pri. k G. sic Er. Li. Chron. 116. l E. m E. & c. n E. Me. sic Er. Zeg. o E. p Er. q Ca. r G.

Diaconatum perpetuum, adeóque ad perpetui cælibatûs promissionem, quia futurum non est in potestate nostra †. ¶ *Cùm*, &c. Ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ] Pro, ὅταν στρηνιάσωσι κατὰ τοῦ Χριστοῦ*. Sic Jac. 2. 13. κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως, i. e. καυχᾶται κατὰ κρίσεως†: Sic καταγινώσκειν τινὸς est γινώσκειν κατά τινος. Plato, μὴ κατείπῃς μου, *ne indices me*, id est, εἴπῃς κατὰ μου ‖. Præp. κατὰ significat *contra*, & in malam partem cùm habet Genitivum casum ᵛ. Στρηνιᾶν deductum putant, vel, 1. à στερεῖν ˣ; éstque στερεῖσθαι τῶν ἡνίων ʸ, adeóque lascivire instar jumentorum, quæ, cùm pabulo ferociunt, avellunt habenas, & suo arbitrio feruntur ᶻ: vel, 2. à στρηνὸν, quod est *durum*; unde στρηνὲς, *manifestè*, *validè*, *asperè*, *odiosè*, *pertinaciter*; & Hesychio στρηνὲς βοᾷν, *durè*, sive *ferociter*, *clamare* ᵃ. Nomen στρῆνος pro שאנן est 2 Reg. 19. 28 †. & *insolentiam* significat: unde שאננים dicuntur *insolentes*, *superbi*, & *arrogantes*, ut Psal. 123. 4 *. Στρηνιᾶν, vel στρηνιάζειν, (quod idem valet cum καταστρηνιάζειν ᵇ:) occurrit Apoc. 18. 7, 8, 9 ᶜ. ubi à fornicatione distinguitur ᵈ: Eo verbo significatur crapulæ atque luxuriæ tumor & distensio, & titillatio obscœnæ libidinis *. Στρηνιᾶν est *ferocire* ᶠ, adversùs aliquem ᵍ; *superbum & contumacem fieri* ʰ; *lascivire* ⁱ, præ deliciis ᵏ; *gestire*, *incire*, ὀργᾶν ˡ, ὑβρίζειν, *contumeliosum esse* ᵐ. Syrus hìc eo verbo utitur quod in Syriaco V. T. ponitur ubi in Græco est ὑβρίζειν. In re pari Synodus Chalcedonensis Can. 12. ὑβρίζουσα τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν ⁿ. Sign. & *graviter ferre* ᵒ, & *deliciari* ᵖ; vel, *bellunari*, *ingluvie onerari* ᑫ. Sic Sophilus apud Athen. l. 3. *Ingluvies erit opipara*,———*saturabor omnibus bonis*; *per Bacchum*, *viri*, ἤδη στρηνιῶ, *jam lascivio* ʳ. Et eodem libro, ἐστρηνίων, &c. *lasciviebam devoratis cibis quatuor fortassis elephantorum* †. Est & *delicatum esse* ᵗ. Καταστρηνιᾶν est *minùs audientem esse dicto* ᵛ, vel, *lasciviscere*; sicut βασιλεύειν non solùm *regnare*, sed & *Regem fieri* ˣ: est non tantùm *lascivire*, sed *insolescere*, *sese efferre cum contemptu*; unde fit, ut laborem, ut nobis indignum, refugiamus. Non tam ergò notatur hìc lascivia seu luxuria viduarum ʸ, quàm fastidium laboris ᶻ, & aspernatio tam vilis ministerii ᵃ. [Hinc verba variè reddunt:] *Cùm* (vel, *Postquam*, Er. P. Be. Ti. Ca. Scul. ex Epiphan.) *enim lascivierint* (vel, *lascivire cœperint*, Er. Il. Ti. Ca. Scul. J. Cap. vel, *ferocierint*, Er. *deliciari & petulantes esse cœperint*, Th. in Er. vel, *luxuriatæ fuerint*, Aquin. in Er. *sese extulerint & insolentes fuerint*, Cam. sim. G. ex Oecum. *fornicatæ fuerint*, Zeg.) *adversùs Christum*, Mo. Er. Be. Pi. P. &c. id est, adversùs Ecclesiam: de quo loquendi genere diximus ad Rom. 9. 3 ᵇ. *Postquam tædere eos cœpit servitutis quam Ecclesiæ promiserant* ᶜ: vel, in contumeliam sive injuriam Christi ᵈ, cui ut sponso se quodammodò devoverat *. Dicit, *contra Christum*, quia quicquid impenditur pauperibus, Christo impenditur ᶠ: vel, *in Christo*, Vulg. i. e. cùm Ecclesiæ expensis benè altæ fuerint & saginatæ ᵍ: vel, *Christum repudiantes*, sive detrectantes, eíque fidem fallentes ʰ. ¶ *Nubere volunt*] i. e. Apertè profitentur, quod antea occultè cogitabant, velle se nubere ⁱ: hoc consilium prætexentes pigritiæ & fastui, postquam ministerium suum ipsis displicere cœpit, vel ob laborem, vel ob vilitatem ᵏ.

12. *Habentes*, &c. Ἔχουσαι κρίμα] *Damnandæ*, Be. Pi. Ex eo *damnandæ*, P. Dan. *Habentes damnationem*, Vulg. Er. Ti. hoc est, reæ magni criminis ˡ, quo damnationem merebantur ᵐ: vel, præcipuam *condemnationem*; eo potissimùm nomine condemnandæ ⁿ: sed est phrasis duriuscula est, *habere condemnationem* ᵒ. Vel, *judicium*, Val. Er. V. vel, *culpam*, sive *reatum*, Cam. Vor. qu. d. culpabiles sunt ᵖ: vel, recusationem illam, sive sententiam repulsæ, suprà v. 11 ᑫ. Κρίμα hìc *culpam* significat, sed cum χάσει ad *pœnam*. Sic Rom. 5. 16. *Ex uno est* κρίμα εἰς κατάκριμα, absurdè, si idem esset κρίμα & κατάκριμα ʳ. *Damnatæ*, Pri. Epiphan. in Camer. ut milites desertores †; non *condemnatæ*, id est, damnatæ ut lapsæ de proposito; sed receptæ pœnitentes, in statu conjugii, minùs quidem glorioso quàm cœlibatus sit, sed ipsis minùs etiam periculoso ᵗ. Al. Κρίμα *probrum publicum* in hac Epistola designat. Sic quod

Margin (left column): † J. Cap. * G. Pri. ᵗ Pri. ‖ Camer. ᵛ Er. Scul. ˣ Er. ʸ Scul. sic G. ᶻ Scul. ex Er. ᵃ Er. † G. Cam. * Cam. ᵇ Ham. ᶜ Be. sic Pi. Scul. G. ᵈ Scul. * Scul. ex Camer. ᶠ Er. E. ᵍ E. ʰ Ham. ⁱ Er. Ca. Scul. E. ᵏ E. ˡ Ca. Scul. ᵐ Cam. ex Hesyc. Ham. ⁿ G. ᵒ Er. ex Hesyc. Ham. ᵖ Er. ᑫ Strig. ʳ Er. † Er. Strig. ᵗ Cam. ex Hesyc. ᵛ Er. ˣ Ca. ʸ Cam. ᶻ Cam. sic Ham. ᵃ Cam. ᵇ G. ᶜ G. Ham. ᵈ Er. sim. V. E. * Er. sim. F. Scul. Ca. ᶠ Cam. ᵍ Me. ʰ Ca. ⁱ J. Cap. ᵏ Cam. ˡ Me. sim. F. T. ᵐ E. sic T. ⁿ J. Cap. ᵒ Cam. ᵖ Vor. ᑫ Ee. ʳ Cam. † Pri. ᵗ Camer.

κρίμα suprà v. 12. & 3. 6. id λοιδορία, suprà v. 14. & ὀνειδισμὸς, 3. 7 ᵛ. Κρίμα hìc vocat judicium proborum ab earum facto dissentiens. Simile illud Chrys. de aliis, παρὰ πολλῶν καταγινώσκονται, καίτοι οὐ κόλασιν ἔχει τὸ πρᾶγμα ˣ: (*à multis damnantur*, *licèt factum illud pœnâ vacat.*) ¶ *Quia*, &c. Ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν] *Quòd primam* (vel, *primam illam*, Be.) *fidem rejecerint*, Er. Il. Ti. P. Pi. vel, *violârint*, Ar. *abnegaverunt*, Æth. *fregerunt*, Ca. *aspernatæ sunt*, Ar. *repulerunt*, Er. V. *irritam fecerint*, Be. Pri. In Glossis, ἀθετῶ, *reprobo* ʸ. Sic διαθήκην ἀθετεῖν, Gal. c. 3. v. 15 ᶻ. Qu. Quam fidem hìc intelligit? Resp. 1. Fidem Christianismi ᵃ, vel, in Baptismo Christo datam ᵇ; quæ *prima* dicitur, quia tam tempore quàm dignitate prior est eâ quâ promiserant Ecclesiæ ministerium perpetuum ᶜ. Veritæ enim probrum inter Christianos ob levitatem suam, revertuntur ad Gentilismum ᵈ. Optimè quadrat hæc amplificatio. Absurdum enim est, dum personis consulimus, januam aperire abnegationi Christi *. [Aliis non placet hæc sententia:] 1. Constat hoc in eis culpari, quòd *nubere volunt*. Non ergò de fide Christiana loquitur, cui nuptiæ non repugnant ᶠ; neque in Baptismo promittimus nos, vel a primis, vel à secundis, abstenturos ᵍ. 2. Si hoc voluisset, dixisset eas *fidem abnegâsse*, ut suprà v. 8. nam *primam* otiosè additum fuisset ʰ. Resp. 2. Fidem sive promissionem quam Ecclesiæ dederant ⁱ, cùm inter Diaconissas nomen suum profiterentur ᵏ, professæ se ei soli servire *: vel, de curandis pauperibus & ægrotis ˡ, & proinde ᵐ, de viduali castitate ⁿ; quum hæc cura vix uxoribus conveniebat in familia sua occupatis ᵒ: vel, *fidem* quâ castitatem Deo professæ atque pollicitæ sunt ᵖ: quam *primam* vocat, i. e. priorem, πρώτη pro προτέρα, ut Mat. 12. 45. Apoc. 2. 5 ᑫ. ratione fidei quâ se novo marito obstrinxerunt ʳ. Παραβῆναι τὰς συνθήκας, ait Chrys. ψεύσασθαι τὴν συμφωνίαν, Th. τὸ Χριστὸν συνθήκην, Oecum. ἐπαγγελίαν, Epiphan. & Clem. Constit. 3. 1. [Verba vide in G.] *professionem*, Amb. Cyprianus Epist. 70. habet, *Si ex fide se Christo dicaverant* †. Non tamen hìc damnat eas quòd nuberent, sed quòd tædio suscepti muneris affectæ necessitatem nubendi causarentur, cùm nulla alia honesta ratio occurreret ᵗ. Nihil ergò hoc ad Continentiæ votum ᵛ. Neque enim hanc pactionem fecerunt, quasi minùs Deo placeret vita conjugalis; sed tantùm quatenus exigebat functio ipsarum, quia non poterant maritis & Ecclesiæ simul esse addictæ: nec se privabant nubendi libertate, nisi eâ ætate quâ desierant esse nubiles ˣ; non anno ætatis 26. ut quidam, multò minùs anno 18. aut 12. ut alii [ex Pontificiis] præscribunt ʸ.

13. *Simul*, &c. Ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι περιερχόμεναι, &c.] Notat & alia vitia fœminis junioribus frequentia ᶻ, quibus offendiculis materiam præbent ᵃ. *Simul autem & otiosæ* (sub. *esse*, Be. Pi. sic Sy. in Di. Quæ Ellipsis dura est ᵇ:) *discunt*, (vel, *sciscitantur*, ut μανθάνειν sumitur Est. 4. 5. Cùm nihil habeant quod agant, inquit, fiunt percunctatrices. Vide quæ ad 2 Thes. 3. 11. Verum illud, Ὡς πολλὰ θνήσκεις ἡ χολὴ ποιεῖ κακά ᶜ.) *circumeuntes* (vel, *pervagari*, Ca. Vor. vel, *quum circumeunt*, Sy. vel, *circumire*, Er. P. Ti. &c. Græcismus est ᵈ: ut μανθάνω ἰδεῖν, pro ἴδω, *memini videre*: διατελεῖ ἀγαπῶν, *perge amare*: οὐ παύσομαι φιλῶν, *non cessabo amare* *: ἀργαὶ μανθάνουσι, pro, ἀργίαν μανθάνουσι, vel, ἀργαὶ εἶναι μανθάνουσι. Sic in Eurip. Medea,——ἐκδιδάσκεσθαι σοφός, i. e. σοφίαν, vel σοφὸς εἶναι:& in Plut. De liber. educ. μαθεῖν γράμματα διαμαρτάνων. Sic & Latini: Martialis, *Fac discat* [sub. *esse*] *citharædus aut choraules*: Schol. Juv. ad Sat. *Didicit à patre luxuriosus & gulosus*, i. e. luxuriam, vel luxuriari, &c ᶠ.) *domos*, Mo. Be. Pi. &c. alienas scilicet ᵍ. Quod περιοστεῖν dixit Alexis in versibus quos ad 2 Thes. 3. 11. produximus. Talis discursatricis fœminæ descriptionem habes Prov. 7. 11. Et dicitur talis Heb. המיא היא וסוררת. At veteres Testudinem de tecto suo nunquam egredientem figuram fecere bonæ fœminæ. Debent esse οἰκουργοί, Tit. 2. 5. Euripides, Ἔνδον μένουσαν τὴν γυναῖκ' εἶναι χρεὼν ἐσθλήν. θύρασι δ' ἀξίαν τοῦ μηδενός ʰ. (*Domi manere decet fœminam bonam; foris quæ nullius est pretii.*) Domi non habentes quod agant, nec virum quem metuunt, discunt, id est, assuescunt, vagari per domos: quòd

Margin (right column): ᵛ Scul. ˣ G. ʸ Pri. ᶻ G. ᵃ Strig. ᵇ Dan. fim. ᶜ J. Cap. Calv. ᵈ J. Cap. Dan. fim. Calv. * Calv. ᶠ E. ᵍ Scul. ʰ Cam. ⁱ Cam. Scul. sic Vor. G. ᵏ Cam. * G. ˡ Pi. sim. Be. Vor. ᵐ Pi. ⁿ Scul. sim. Pi. G. ex Tertul. ᵒ Be. ᵖ E. sim. Me. T. ᑫ G. ʳ Cam. † G. ᵗ Cam. ᵛ Cam. sim. Calv. ˣ Calv. ʸ Scul. ᶻ G. ᵃ Be. ᵇ Di. ᶜ G. ᵈ Vor. sic Di. Pri. * Di. ᶠ Pri. ᵍ Di. ʰ G.

quod & alienum est ab honestate muliebri, & pudicitiæ periculosum[i]. ¶ *Non* (vel, *Imò non*, P. Be. Pi. Conjunctio δὲ ad Epitasin facit[k].) *solùm otiosæ*] Est Epanorthosis, q. d. Parum est quod dixi, eas esse otiosas. Fuerat enim id tolerabilius. Satius enim est otiosam esse quàm malè agere[l]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ καὶ φλύαροι καὶ περίεργοι, &c.] *Sed etiam nugaces* (vel, *garrulæ*, Er. Il. Ti. *ineptè loquaces*, Er. V. E. Fœminis tribuit epitheton masculinum[m]. Est Enallage Attica, sicut ζωὴ αἰώνιος[n]. Vitium est muliebre, maximè otiosarum[o]. De rebus alienis temere & sæpe calumniosè multa garrientes[p]. In Glossis, φλύαρος, *garrulus*; φλυαρῶ, *garrio*: quod verbum habemus Epist. 3. Joh. 10. Connexa sunt ista, *percunctari & garrire*[q].) & *curiosæ*, (i.e. immoderatè cognoscendi cupidæ[r], rerum alienarum & ad se non pertinentium indagatrices†. Vide ad 2 Thes. 3. 11[t]. suprà dixit eas otiosas, hîc, plusquam oportet occupatas. Quî hæc conveniunt? Resp. Optimè[v]: propriis enim negotiis omissis circa aliena satagere solent[x]: vel, *& alienis negotiis ultrò se interponentes*, Ar.) *garrientes quæ non oportet*, Be. Pi. &c. vel, secreta prodentes, vel, aliorum famæ detrahentes; vel, verba parum honesta & pudica loquentes[y]: מדברות הבאי Maimonidæ. Ubi aliud non habent quod dicant, calumniari incipiunt. Φιλόψογον ᾗ χρῆμα θηλειῶν ἔφυ, ait Euripides[z].

14. *Volo*, &c. Θέλω, &c.] *Volo* (Comparativè sumendum est, *malo*, nempe *quàm fiant ista quæ dixi*. Sic θέλω 1 Cor. 14. 19[a]. Est hoc, vel, 1. præceptum, non tamen absolutum; sed conditionale, si continenter vivere nequeant[b]: vel, 2. consilium[c]; & exhortatio[d]. Vel, *Velim*, P.) *igitur juniores* (scilicet viduas*; non pauperes tantùm, sed, ut ratio subjecta ostendit, omnes[f], quæ continentiæ donum non habent[g]; exceptis iis quæ jam voverunt se non ampliùs nupturas[h], imò illis inclusis quæ cælibatum professæ fuerant; nè, si urgerentur, Christum abnegarent[i]:) *nubere*] Hinc apparet, secundas nuptias à Paulo non damnari[k]. ¶ *Filios procreare*] Non abortus facere, ut quædam faciebant, quò lautiùs viverent; aliæ, quò formam eò meliùs servarent[l]: Intelligit hîc totam liberorum educationem, rectam scilicet, legitimam, & Christianam[m]. ¶ *Matresfamiliâs esse*, Οἰκοδεσποτεῖν] *Domum* (vel, *Familiam*, Er. V. Ca.) *administrare*, Er. P. Mo. Be. Pi. &c. vel, *regere*, Ca. sic Tre. Nempe sub marito[n]. Hoc dicit ad differentiam negotiorum civilium ac publicorum, quæ ad viros tantùm pertinent[o]. Viri est, res extrà gerere; fœminæ, servare quæsita, Aristot. Oecon. 1.3[p]. ¶ *Nullam*, &c. Μηδεμίαν ἀφορμὴν—λοιδορίας χάριν] *Nullam occasionem* (vel, *Nullum prætexum*, G. Ἀφορμὴ est *prætextus*[q]; vel, occasio rumorum fabularúmque[r], ut 2 Cor. 5. 12. & 11. 12. Gal. 5. 13†. & in Diod. sic Lucian. Plut. &c[t]. [quorum verba habes in Pri.]) *dare adversario* (vel, 1. Satanæ[v], ut suprà 3. 6, 7. Favet additus articulus, & quod subjicitur. Is enim est qui linguas hominum acuit ad detrahendum Ecclesiæ[x], qui agit per illos tanquam organa sua[y]. Vel, 2. Organis Diaboli[z], hostibus (vel, calumniatoribus[b],) Ecclesiæ[c]; infidelibus, qui mores Christianorum curioso & inimico animo observant, ut maledicant[d]: vel, *inimicis*. Ὁ ἀντικείμενος per excellentiam Diabolus: sed solet & de aliis dici qui eum imitantur, ut videre est 1 Cor. 16. 9. Phil. 1. 28. Solet autem Singulare cum articulo poni pro toto genere, ut diximus ad Marc. 3. 26. & alibi*.) *maledicti gratiâ*, Mo. vel, *ad maledicendum*, Il. P. Pi. *ad convitiandum*, Be. vel, *maledicentiæ*, Tre. ex Sy. *maledicti*: χάριν frequenter, pro ἕνεκα usurpatum, Substantivo vel Infinitivo, postponitur[f]. Vel, *criminandi*, Ca. malè loquendi de Christianismo[g]: vel, *ut habeat maledicendi causam*, Er. Ti. vel, *ad maledicta*: λοιδορίας χάριν, i. e. εἰς λοιδορίαν, לדבה[h].

15. *Jam enim quædam* (vel, mulieres in genere, vel, potiùs viduæ lascivientes[i]:) *conversæ*, &c. Ἐξετράπησαν ὀπίσω τοῦ Σατανᾶ.] *Conversæ sunt retrò* (vel, *desciverunt ad*, Ca. *Deflexerunt post*, Ar. *Cœperunt avertere sese post*, Tre. ex Sy. *Deflexerunt*, Er. P. Be. V. &c. i.e. desciverunt à Christo[k]; *secutæ*, Er. P. Be. V. &c.) *Satanam*, Mo. &c. qui seculo præsidet, 2 Cor. 4. 4[l]. Desciverunt, vel ad Judaismum, Paganismum, aut Pseudoapostolos, vel ad vitam flagitiosam[m]. Ἐκτρέπεσθαι Paulo est *declinare à via rectâ*, suprà 1. 6. infrà 6. 21. 2 Tim. 4. 4. ὀπίσω, אחר, vel אחרי, verbis Eundi & similibus additum significat *sequi*[n].

16. *Si quis—habet viduas*] Nempe, ad se pertinentes propinquitate sanguinis aut affinitatis[o]. ¶ *Subministret* (vel, *Sufficiat*, Mo. *Suppeditet*, Ti. Er. Il. *Subveniat*, P. Ca. G.) *illis*; ut suprà v. 10[p]. Ἐπαρκείτω αὐταῖς] *Eis suppeditato quantum sufficit*, Be. Pi. sim. Er. non quod alat lasciviam[q], aut luxum, aut otium[r]. Vide quantam curam gerat Paulus, nè Ecclesiæ liberalitates in alios impendantur quàm qui carere eis nullo modo possunt†. ¶ *Et non gravetur Ecclesia*] Scilicet earum alimoniis[t]: Sumendum hîc βαρείσθω quomodo ἐν βάρει εἶναι, 1 Thes. 2. 6[v]. ¶ *Ut iis quæ verè viduæ sunt* (h. e. desolatæ, & omni ope humanâ destitutæ[x]; quæ nullos habent qui ipsas curent. Vide suprà 3. & 5[y].) *sufficiat*] i. e. Suppeditet, sufficienter provideat[z], Ecclesia scilicet[a]: Ut Ecclesia habeat unde subveniat eis[b]: Ut ærarium Ecclesiæ non statim exhauriatur, sed majori inopiæ reservetur[c].

17. *Qui*, &c. Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν] *Qui bene præsunt* (Ecclesiæ scilicet[d], sedulò & diligenter docendo*; eámque fideliter & prudenter gubernando[f]:) *presbyteri*, (vel, *seniores*, Tre. Ca.) *duplici honore digni habentor*, Er. Il. Be. Pi. P. Mo. &c. Tum propter ætatem, tum propter judicium quod de ipsis fecit Ecclesia. Ἀξιοῦσθαι hîc, ut & Heb. 10. 29. *dignari* passivè, quomodo apud Virgilium,—*Conjugio Veneris dignate superbo*. Sic & Gen. 31. 28[g]. ¶ *Maximè qui laborant in verbo & doctrina*] i. e. Qui docendo Dei verbo sunt intenti[h]. Quod quidam de ipsa functione docendi, alii de singulari ministrorum diligentia, accipiunt[i]. Ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ, pro, ἐν λόγῳ διδασκαλίας, per ἓν διὰ δυοῖν. Simile habuimus suprà 4. 1. Vide Clem. Constit. 2. 28[k]. [Sed hîc duo quærenda restant:] 1. Quinam hîc sunt Presbyteri? Resp. 1. Hinc constat, duo tunc fuisse Presbyterorum genera[l], quorum uni gubernationi vacabant, alteri sermoni[m]; neque enim omnes ad docendum ordinabantur[n]: Illi erant Doctores à Pastoribus distincti, Rom. 12. 7, 8. Eph. 4. 11. & iis adjuncti, quibuscum Ecclesiasticam jurisdictionem exercerent, dicti κυβερνήσεις, 1 Cor. 12. 28. & quales erant sub Lege & in Synagogis, οἱ νομικοὶ, sive νομοδιδάσκαλοι[o]. Quidam tunc erant qui bene præerant & duplici honore digni erant, nec tamen laborabant in verbo & doctrina[p]. [Aliis hoc non placet:] Distinguit hîc non duos Ordines, sed diversa ejusdem ordinis officia & merita: ídque vel, 1. ut Participium hîc notet causam sive rationem rei; & locus sic resolvatur, *Presbyteri duplici honore digni*,—ídque *præcipuè, quia laborant in verbo*, &c. vel, 2. ut vox, κοπιῶντες, laborem extraordinarium notet, q. d. *Presbyteri qui bene præsident* gregibus suis, &c. præcipuè verò qui laborem plusquam ordinarium subeunt, &c[q]. Doctrina de Presbyteris Laicis, hoc unico loco fundata, contraria est; 1. significationi vocis προεστῶτες, quæ, sicut & προϊστάμενοι, & ἡγούμενοι, solis verbi Ministris in N. T. tribuitur, ut 1 Thes. 5. 12. Heb. 13. 7, 17. 2. usui vocis, πρεσβύτερος, quæ ubique Ministros verbi denotat, ut Act. 11. 30. & 14. 23. & 15. 2, 6, 22, 23. & 16. 4. & 20. 17, 28. & 21. 18, &c. Tit. 1. 5. Jac. 5. 14. 1 Pet. 5. 1. 2 epist. Joh. 1. & 3 Joh. 1. 3. perpetuæ doctrinæ Pauli. Si ita esset, Presbyteri laici, opibus etiam abundantes, ex publico alendi essent, quod duplex honor notat: id verò alibi restringitur ad *annunciantes Evangelium*, 1 Cor. 9. 13, 14. 4. praxi Pauli, qui, si eos intellexisset, utique de eorum officio illos alicubi commonefecisset, aut saltem eorum meminisse debuit, saltem 1 Tim. 3. quando nè de Diaconis, imò nè de Diaconissis quidem tacuit. At neutrum fecit, sed Presbyteris subjungit Diaconos, his Diaconissas. 5. menti Patrum[r]. [Hæc de prima sententia.] Resp. 2. Πρεσβύτεροι hîc sunt ætate seniores, non tamen soli, sed & illi *qui laborant*, &c†. Omnes senes honore digni, ut vidimus; maximè verò *qui præsident Ecclesiis*, הפרנסים, qui & κατ' ἐξοχὴν זקנים, i. e. Principes Presbyterorum, quorum propriè erat munus loqui ad populum, & sic eum docere: Si per morbum aut ætatem non sufficerent, assumebant sibi alios, de Presbyteris plerumque, rarò de Laicis. Sed notandum, olim in una urbe magna sicut plures Synagogas, ità & plures fuisse Ecclesias, id est, conventus Christianorum; & cuique Ecclesiæ fuisse suum Præsidem, qui populum alloqueretur & Presby-

teros

Marginal notes (left column): i E. k Er. E. l G. m Er. n Camer. o E. p Vor. q G. r E. † E. Me. sim. G. t G. v Dan. x Vor. sim. y E. z G. a G. sim. Me. b Vor. sim. Chrys. in Dan. c Dan. E. d Dan. * E. Pi. f Dan. g J. Cap. h E. i J. Cap. k Dan. l G. m E. n G. sim. E. o E. p G. q G. Pri. r Pri. † G. t Pri. v Be. D. Zeg. Pi. x Be. y Pi. z Scul. a Pi. b Vor. c Pi. sim. E. Vor. d Me. * G. f Di. g E. h G. i Vor. k Er. sic E. Scul. l G. m Scul. n G.

Marginal notes (right column): o G. sim. Er. Be. Scul. p G. q Er. r Dan. ex Chrys. † G. t E. v G. x D. ex Ee. sic E. Me. y G. z E. a E. sc Er. V. b G. c Dan. d T. * Me. sim. T. f Me. g G. h E. i Vor. k G. l Calv. m sim. Be. E. n Be. Calv. o Ee. p E. q Q. in Med. l. 1. dissert. 19. r Scul. † Sch.

teros ordinaret. Alexandriæ tantùm eum fuisse morem ut unus esset in tota urbe Præses, qui ad docendum Presbyteros per urbem distribueret, docet nos Sozom. 1. 14. Et Epiphanius dicit Alexandriæ nunquam fuisse duos ἐπισκόπους, voce eâ sumptâ κατ' ἐξοχὴν, ità ut significet illud jus quod habebat ὁ ἄρχων τῆς συναγωγῆς [t]. Resp. 3. *Presbyteri* priores hìc intelligi possunt civiles Magistratus, qui *Seniorum* nomine sæpe veniunt, ut *seniores Judæ*, vel *Israelis*, &c. posteriores, *presbyteri Ecclesiæ*, ut Jac. 5. 14. vocantur, quasi per distinctionem à *presbyteris* τῆς πολιτείας. Ità transitus est à Thesi ad Hypothesin, q. d. *Cùm omnes Seniores, etiam Reipublicæ, qui bene præsident, duplici honore dignandi sint, tum maximè Seniores Ecclesiastici*, &c. Si dicas, ambitiosum esse, hos illis anteponere, scias, nomen Seniorum nunquam summis magistratibus tribui, sed subordinatis tantùm [v]. Resp. 4. *Seniores* priores hìc sunt Diaconi [x], qui & *Seniores* & *Rectores* dicebantur, & in Synagoga erant viri docti [y]; posteriores, Episcopi sive Ministri [z]. Utrique verò aptè *Seniorum* nomine continentur, quia senatus Ecclesiasticus ex utroque ordine constabat. Ità sensus est, *Presbyteri qui bene præsident, sive Sacerdotes, sive Diaconi, digni*, &c. *maximè verò Sacerdotes, qui, præterquam quòd regunt, laborant quoque in verbo*, &c. Et in Concilio Hierosl. Diaconi, qui illius indubiè pars erant, *Seniorum* nomine recensentur, Act. 15. 23. Adde, quòd verisimile est, Paulum non minùs Diaconorum alimoniæ prospicere quàm Viduarum v. præced. Id verò non facit, nisi *Seniorum* nomine includantur [a]. Resp. 5. Presbyteri priores sunt qui gregibus suis affixi erant, quas regebant & instruebant [b]; posteriores, sunt Evangelistæ & Doctores [c], qui nullam stationem fixam habebant [d], sed huc illuc peregrinabantur ad prædicandum Evangelium iis quibus non est prædicatum, vel ad confirmandas Ecclesias in quibus prædicatum est*: his enim, & meritò quidem, tribuitur vox κοπιᾶν, ut 1 Cor. 15. 10 [f]. Resp. 6. Presbyteri priores hìc sunt qui, cùm ad prædicationem verbi minùs essent idonei [g], Sacramentorum ministerio vacabant [h], preces publicas fundebant, & fideles privatim admonebant [i]; & per hoc participes erant præfecturæ & jurisdictionis in populum. Constat enim Apostolos, nè à prædicatione verbi impedirentur, exemplo Christi, Joan. 4. 2 [k]. ferè non per se, sed per alios, baptizâsse [l]; ut patet ex Act. 10. 48. & 19. 5, 6 [m]. & 1 Cor. 1. 17 [n]. Presbyteri posteriores sunt Episcopi & Presbyteri iis subjecti [o], qui, eximiis dicendi donis instructi, laborabant in verbo, &c. Et hi illis meritò præferuntur ex collat. 1 Cor. 1. 17 [p]. [Atque hæc de vexatissima hac quæstione dicta sunto pro penso meo, & ex mente Interpretum meorum: de qua qui plura velit, consulat scriptores polemicos passim obvios, & ex iis inter se collatis veram sententiam eruat.] Qu. 2. Quid hìc *duplex bonor*? Resp. Respicit hìc Paulus Legem de duplici portione danda primogenito, Deut. 21. 17 [q]. cujus erat Sacerdotium, in quorum locum olim successerant Levitæ, & nunc Presbyteri [r]; qui sunt velut primogeniti inter fratres suos†. Hinc Elisæus, tanquam discipulorum Eliæ præcipuus, petit *duplam portionem Spiritûs ejus*, 2 Reg. 2. 9 [t]. Est hìc numerus certus pro incerto [v]; *duplex*, i.e. major sive amplior [x], scilicet quàm Viduarum [y], de quarum stipendio antè dixerat [z]. Intelligitur hìc, vel, 1. Victus & reverentia [a]; alimenta, quæ & ipsa illis cum honore dantur, ut Regibus tributa [b]; nec eleemosynæ sunt, sed honoraria [c]. Vel, 2. Subsidium [d], benigna & liberalis sustentatio*: quam solam spectat sequens Apostoli ratio [f]. Τιμὴ, *honor*, hoc sensu alibi sumitur, ut Sirac. 38. 1 [g]. Matth. 15. 6 [h]. collat. cum Marc. 7. 10. Sic suprà v. 3 [i]. & Apoc. 21. 26 [k]. Vide & Act. 28. 10. Eph. 6. 2. Sic Cicero curâsse se ait in Epist. ut medico *honos* haberetur [l]. *Duplex* hìc pro multo sive copioso [m], ut Esa. 40. 2. Jer. c. 16. v. 18. & c. 17. v. 18 [n].

18. *Non infrænabis*, &c.] i.e. Os obstrues fræno, &c [o]. Sumptum ex Deut. 25. 4 [p]. quem locum habuimus & exposuimus 1 Cor. 9. 9 [q]. ¶ *Et, dignus est*, &c.] Non citat hìc testimonium Scripturæ [r]; sed hoc dicit ex sua persona†, ex rebus humanis atque à communi sensu sumptum [t]. Est sententia inter Hebræos trita, ut videre est Matth. 10. 10. Luc. 10. 17. Verba non sunt in

[t] G. [v] Med. ib. [x] Li. chron. 116. sic Med. [y] Li. ib. [z] Li. ib. Med. [a] Med. [b] Al. in Med. [c] V Med. [d] Med. [*] Med. sim. Ham. [f] Med. [g] E. [h] E. sic Scul. [i] Scul. [k] E. [l] E. sim. Scul. [m] E. [n] E. Scul. [o] E. [p] Scul. [q] Di. sim. G Med. [r] Med. [†] G. [t] Di. [v] Be. [x] Camer. sic Zeg. Scul. [y] Scul. sic E. ex Chrys. [z] Scul [a] Strig. sim. Vor. Pri. [b] G. sim. Med. [c] Med. Er. [d] Er. [*] E. sim Pi. Scul. Ham. Med. [f] Med. [g] Pri. [h] Pri. Ham. Scul. [i] Scul. [k] Med. [l] Pri [m] E. sim. Me. Scul. [n] E. [o] E. [p] Me. G. [q] G. [r] E. sim. Be. ex Calv. [†] Be. [t] E.

Scriptura, id est, in Veteri Lege, ad quam hìc respicit Paulus: at sensus reperitur Levit. 19. 13. Deut. 24. 14. ubi in Hebræo שכיר, in Græco μισθωτὸς, idem valet quod ἐργάτης: significatur enim is cujus opera mercede conducta est. Vide Marc. 1. 20. Joh. 10. 12, 13 [v].

19. *Adversùs Presbyterum* (vel, 1. ætate [x]; vel potiùs, 2. honore sive dignitate [y], ut docet contextus [z]:) *accusationem* (i. e. censuram Ecclesiasticam [a]:) *noli recipere*, &c; sic Be. Tre. Mo. Μὴ παραδέχου, ἐκτὸς εἰ μὴ ἐπὶ δύο, &c.] Est hìc Pleonasmus [b], sive duplex negatio, ἐκτὸς, εἰ μὴ [c], ut 1 Cor. 14. 5. & 15. 2 [d]. *Nè admiseris, nisi sub duobus*, &c. Er. Il. Ti. P. Ca. &c. Apparet hìc instrui Præsidem, qui dictus κατ' ἐξοχὴν ὁ ἐπίσκοπος. Nam talium erat dirigere Presbyterii actiones*. Timotheus tunc erat προεστὼς, sive antistes, in Ephesino Presbyterio [f]. Qu. Quid opus novo hoc de Presbyteris præcepto, cùm in omni accusatione hoc locum habeat, Deut. 17. 6? Hinc quidam delendum hoc censebant, ut supervacaneum [g]. Sed aliud est Accusatio, aliud Judicium de accusato, sive sententia Judicis absolventis, vel condemnantis [h]. Lege Mosis nemo damnari poterat criminis, nisi causâ probatâ per testes duos. At poterat ad unius testis (qui non erat infamis [i],) dictum vir plebeius capi, aut contra eum inquisitio incipi [k]: non ità autem contra Senatorem, cui æquiparatur Presbyter [l]. In Judiciis Hebræorum tres erant partes, sive gradus; 1. *Admissio causæ*, sive *litis*, quum Judex accusationem non rejicit. Vide Esa. 1. 23. Id hìc est κατηγορίαν παραδέχεσθαι. 2. *Confirmatio litis*, accusatoris juramento, Heb. 6. 16. 3. *Inquisitio litis*, argumentis utrinque productis [m]. Nota non dici, *nè damna*; sed *nè recipe accusationem*, repelle delatores. Et cur non [n]? Resp. 1. Ob gravitatem personæ & momentum (atque dignitatem [o],) muneris illius: non ergò sine magna causa infamandus est [p]; ejus enim infamia cum publico totius Ecclesiæ offendiculo conjuncta est [q]. Quare totius interest Ecclesiæ, nè facilè ejus existimatio lædatur [r]. 2. Quia judicium pro illo totius populi cùm electus est facilè uni testi præponderat†. 3. Quia subditi plerumque erga prælatos & pastores suos sunt iniquiores [t], & lapsus eorum exaggerare solent [v]. Solent [enim] qui aliorum crimina corrigunt multorum patere odiis [x]; quæ mentis humanæ malignitas est [y]. [De senibus quoque hoc obtinet:] Non est facilè de provecta ætate credendum, quam & vita præterita defendit, & vocabulum dignitatis honorat [z]. Nicolaus Damascenus, *Apud Tartessios*, inquit, *juniori* καταμαρτυρεῖν, &c. *in Seniorem testimonium ferre non licuit* [a].

20. *Peccantes* (publicè scilicet seu manifestè [b], & graviùs [c], & cum scandalo [f]; vel, in peccato persistentes post privatam correptionem [g]; vel, publico judicio convictos [h]; vel, qui peccatis palàm indulgent [i]:) *coram omnibus argue*] i.e. Palàm & in publico cœtu, graviter ac severè, increpa [k]. Admonebantur criminosi à Senioribus adstante & audiente plebe, magno cum pondere, teste Tertul. [verbis à G. productis:] ὑπὸ τῶν πλειόνων, 2 Cor. 2. 6. Si doleret, imponebatur ei ἐπιτιμία. Si contumax esset, abscindebatur ab Ecclesia [l]. Verisimile est ex præced. sententia Paulum hìc respicere ad Presbyteros [m], ut sensus sit, Crimen illorum non facilè recipiendum: quòd si constiterit, palàm arguendi sunt [n]. Idem tamen faciendum cum aliis [o]. ¶ *Ut & cæteri timorem habeant*] i.e. Publicam objurgationem timeant [p], adeòque absterreantur à peccatis [q]. Diximus alibi pœnarum tres esse fines, νουθεσίαν, ἀποτίμησιν, παράδειγμα. In pœnis Ecclesiasticis tria hæc concurrunt. Nam & agitur ut melior fiat is qui lapsus est, & ut honos Ecclesiæ per eum læsus resarciatur, & ut alii exemplo absterreantur. Sumptum autem & hoc de Lege Deut. 13. 11, & alibi [r].

21. *Testor*, &c. Διαμαρτύρομαι, &c.] Verba sunt adjurantis & obtestantis; nè fortè Timotheus negligentiùs hìc ageret, quod de ipso vereri poterat Paulus, qui de seipso quoque timuit, 1 Cor. 9. 27†. Ratio tam seriæ obtestationis est, quòd de re acturus erat [t]; tum, 1. maximi momenti [v]; nempe de Judiciorum sinceritate, ex qua, tum vitæ & societatis humanæ conservatio, tum Ecclesiæ ipsius vinculum, pax, & disciplinæ omnis ratio, pendet [x]: tum, 2. difficillima [y]. Arduum est etiam optimo

[v] G. [x] Er. ex Chrys. Græci & Cyp. in E. Pri. [y] Er. ex Amb. E. ex plerisque sic Be. Scul. G. [z] E. [*] Vor. [b] Pi. [c] G. [d] G. Pl. [*] G. [f] Be. [g] Dan. [h] Dan. sim. Be. [i] Dan. [k] G. sim. Be. Dan. [l] G. [m] Ham. [n] G. [o] Er. [p] Ham. [q] Be. [r] E. [†] G. [t] E. sim. Dan. [v] E. [x] G. sim. Be. E. Dan. [y] Dan. [z] Pri. [a] G. [b] E. Vor. V. Scul. [c] E. [f] Vor. sic E. Pi. [g] Pri. [h] E. Me. sim. Be. [i] Vor. [k] E. [l] G. [m] E. sim. Be. [n] Er. sim. E. [o] E. [p] E. Me. [q] E. [r] G. [†] E. [t] Dan. [v] Dan. sic E. [x] Dan. [y] E. sic Dan. Calv.

optimo cuique ità judicare [z], ut nullus relinquatur locus affectibus [a]; ut nullo vel personarum respectu, vel proprio animi motu, à veritate deflectas [b]; aut, ut nulla obrepat negligentia [c]. Idem loquendi genus habes 2 Tim. 2. 14. & 4. 1 [d]. [Verba sic reddunt:] *Obtestor* (id est, Rogo te*, hoc te obtestor [f]: vel, *Obtestor etiam atque etiam*, Be.) *in conspectu Dei, & Domini,——&——angelorum*, Er. Pi. &c. vel, *audiente & Deo & Christo*, &c. G. Gravissimos hîc adhibet testes, quos hoc dicto præsentes & spectatores esse testatur; 1. Deum, qui omnia cogitata & acta perspicit [g], cujus vicem gerunt Judices [h]; 2. Christum, qui est Dominus omnium, Ecclesiæ caput, cui concessum est omne judicium, Joh. 5. 22 [i]. qui præsens est omnibus actionibus nostris [k]; 3. Angelos: quos hîc Deo & Christo adjungit [l], non tanquam Judices [m], aut vindices [n]; sed tanquam testes [o], futuros negligentiæ, aut temeritatis, aut malæ fidei [p]; ut qui actionum nostrarum assidui spectatores sunt, & ad judicium cum Christo venturi [q]; quibus à Deo Ecclesiæ cura demandatur, Dan. 10. 13. qui & intersunt cœtibus Ecclesiæ, 1 Cor. 10. 11. Eph. 3. 10. Adde Psal. 91. 11 [r]. Angeli audiunt quæ dicimus Matth. 18. 10. Luc. 15. 10. 1 Cor. 11. 10. Solent Deo sæpe adjungi Angeli, ut eò rectiùs concipiatur ejus summa Majestas, Deut. 33. 2 †. Neque Angelorum cultui hoc patrocinatur. Testes enim cum Deo citari omnes creaturæ possunt, [quomodo Prophetæ cœlum & terram testes advocare solent] adorari cum Deo nullæ possunt [t]. Solennis & apud Judæos usitata fuit obtestatio per Angelos; quâ proinde utitur Agrippa apud Josephum De bel. Jud. 2. 16. *Testor sancta vestra & sanctos angelos*, &c. Fortè ut sic apertiùs fidem suam de Angelis adversùs Sadducæos testarentur, &c [v]. *Angeli* autem *electi* hîc intelliguntur, vel, 1. septem primarii Angeli sive Archangeli [x]; quorum mentio in Libro Tobiæ, qui Liber Christi nativitate antiquior est, cap. 12. 15. de quibus vetus quoque erat traditio apud Judæos, memorata à Jonath. Chald. paraph. ad Gen. 11. 7. Memorantur etiam Dan. 10. 13. Zach. 4. 10. collat. cum Apoc. 4. 5. & 5. 6. Adde Apoc. 1. 4. & 8. 2 [y]. Hi autem *electi* vocantur, quòd cæteris Angelis excellentiores sint [z]. Vel, 2. Angeli *Sancti* [a], ut dicuntur Marc. 8. 38. Luc. 9. 27. vide quæ ad 1 Thes. 3. 13. Opponuntur enim hi Angelis Satanæ, 2 Cor. 12. 7. Rom. 8. 38. qui peccârunt & à Deo defecerunt, 2 Pet. 2. 4. Jud. v. 6. *Angeli electi* sunt ii quos Deus diligit. Ità enim sæpe sumitur Hebræum בחור, ut 1 Par. 16. 13. & sæpe [b]. Hoc titulo docet eos jam perfectè beatos & in sanctitate confirmatos esse [c]. Quamvis Scriptura alicubi *electos* vocet eos qui præ aliis eminent: ubi tamen de salvandis agitur, electi non alii vocantur quàm salvandi in universum, ut innumeris Scripturæ locis patet [d]. *Angelos* hîc vocat *electos*, tum, 1. excellentiæ causâ, ut plus reverentiæ habeatur ipsorum testimonio*; tum, 2. ad distinctionem Angelorum reproborum [f], id est, Dæmonum [g]. Elegit enim Angelos Deus ab æterno, ex solo beneplacito suo, quemadmodum & homines [h]; & ex iis quosdam elegit, qui in origine sua perstiterunt, alios verò reprobavit, idque justa de causa, quanquam nobis ignota [i]. ¶ *Ut hæc* (vel, 1. omnia quæ hactenus præcepi, &c [k]. vel, 2. ea quæ proximè dicta sunt [l], hæc quæ de judiciis Ecclesiasticis dixi [m]; ut patet ex verbis adjunctis, quæ ad officium judicandi pertinent [n]:) *custodias* (vel, *serves*, Pi. *observes*, Be. *exsequare*, Ca. Zeg.) *sine*, &c. Χωρὶς προκρίματος] *Sine præjudicio*, Mo. Be. Vulg. Scul. G. Camer. Strig. Vor. i. e. Sine antecedente opinione, quæ impedit veram causæ dijudicationem [o]; vel, cùm causarum cognitioni præeunt judicia domo allata [p], ex sinistris affectibus orta [q]; vel, quale in illo versu, *Grave præjudicium est quod judicium non habet*. Id locum habet ubi inauditum aut indefensum judex damnat. Quò illud spectat, *Te judicante criminosa est celeritas*. Et, Μηδὲ δίκην δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. Huc spectant loca, Exod. 23. 1. Psal. 50. 18 [r]. Al. *Sine præcipitatione judicii*, Er. Ti. V. Zeg. E. sic Pri. Ar. ex opinione temere concepta, & re non satis expensa †. Sed non video πρόκριμα in probatis autoribus ità sumi [t]. Al. *Sine ullo discrimine*, Ca. *Alium alii non præferendo*, Il. sim. Pi. Προκρίνω est κρίνω πρὸ τοῦ, *præfero* [v]; hinc πρόκριμα est, cùm alius alii προκρίνεται, i. e. *præfertur*; cùm persona, non res, spectatur, quæ aliàs προσωποληψία dicitur, & eadem hoc loco πρόσκλισις dicitur [x]. Hanc interpretationem antea sum amplexus, nunc repudio, quoniam idem mox Paulus inculcaret [y]. Idem bis dicitur, hîc propriè, iterum tropicè, verbis seq [z]. Syrus vertit, *Nullâ anticipatione præoccupetur mens tua*. Est enim prudentis Judicis ità unam partem audire, ut alteri locum relinquat purgandi se & objecta diluendi [a]. ¶ *Nihil*, &c. Μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν][Variè & legunt & exponunt:] Qu. legunt, κατὰ πρόσκλησιν; ità Clemens in Er. & nonnulli, tam hodierni quàm antiqui Codices, ut apud Th. & Oecum [b]. imò plerique Codices, sed perperàm [c]. [Juxta illam autem lectionem sic reddunt:] *juxta advocationem*, E. vel, *per advocationem*, quasi Judex Advocati partibus fungeretur. *Sed advocatio* potiùs παράκλησις est [d]. Malim legere πρόσκλισιν*, ut legit Græc. Schol. quo nomine intelligit aliquem animi motum qui Judicem ad temere ferendam sententiam provocet [f]. Alii legunt κατὰ πρόσκλισιν; ità Amb. Basil. Chrys. & Th [g]. & omnes quos vidi Codices [h]. Hæc lectio ut receptior, ità verior est [i]. [Sic autem verba reddunt:] *Nihil faciens propensione*, G. vel, *secundùm inclinationem*, Mo. *juxta propensionem animi*, Er. Il. Ti. Scul. *in alteram partem inclinando*, sive *declinando*, Be. Vulg. P. *per acceptionem vultûs*, Tre. ex Sy. *per favorem*, Ca. Πρόσκλισις est *cùm sumus in aliquem propensiores* [k]: Nihil facimus in gratiam, aut ejus cujus causa agitur, aut collegæ, aut commendantis. Respicitur Lex Exod. 23. 2. ubi est לנטות, in Græco, ὥστε ἐκκλῖναι [l]. Omnibus æquum te exhibe [m]. Metaphora est à bilance [n], quæ ob inæqualitatem ponderis in alteram partem inclinat [o]. Debet autem judex, quasi in lance, jura litigantium appendere, ità ut in neutram partem propendeat [p]. Cùm duæ res maximè officiant judicantibus, præcipitatio judicii, & affectus, ab utraque eum avocat [q]. Duo hîc vetat, 1. Prælationem personarum propter ipsarum dignitatem; 2. Temeritatem, propter judicantis affectum [r].

22. *Manus citò nemini imposueris*] Manuum impositio ritus est orationis vel benedictionis: Usurpatus erat, 1. à patribus benedicentibus liberis suis, ut Gen. 48. 14, 15. 2. in donatione potestatis facta aliis, ut Num. 27. 18. Deut. 34. 9. Hinc triplex illius usus est etiam in N. T. 1. in oratione; idque, vel in sanandis corporis morbis, ut Marc. 16. 18. Act. 28. 8. vel, in peccatis remittendis, sive in absolutione pœnitentium, ut Heb. 6. 2. ubi dicta vide. 2. in benedictione infantium, ut Marc. 10. 16. necnon in confirmatione adultorum qui antea baptizati sunt, ut Act. 19. 5, 6. 3. in Ordinatione Episcoporum & Diaconorum †. Hic autem locus pertinet, vel, 1. ad Absolutionem pœnitentium [r]. Cui favet contextus tum præced. tum seq. ubi de Censuris & Judiciis agitur. Sensus, q. d. Nè citò nimis absolvas censuris constrictos, antequam pœnitentiam suam & reformationem ostendant, nè te reum facias peccatorum, quibus tollendis censuræ destinatæ erant. Ità Cyprian. & Pacian. locum accipiunt. De hoc more vide Victorem, Concilium Carthag. 3. Fulgentium, &c. [eorúmque verba in Ham.] Non placet hæc sententia, quia pœnitentium Absolutio nusquam in Scriptura vocatur manuum impositio [v]. Vel, 2. ad Ordinationem [x]: quæ h. l. sicut cap. præced. v. 14. & 2 Tim. 1. 6. significatur per *impositionem manuum*; non quòd hæc vel sola esset, vel præcipua, ceremonia in Ordinatione, sed quòd maximè usitata & conspicua [y]: sub illa autem exteræ quoque Ordinationis ceremoniæ comprehenduntur [z]. Est hîc Metonymia, vel signi pro signato, vel effecti destinati pro ipso fine [a], & Synecdoche membri [b]. Est in Thalmude par sententia. Similis apud Horatium sensus, *Qualem commendas etiam atque etiam aspice, nè mox Incutiant aliena tibi peccata timorem*. Nam & Ordinatio est solennis quædam commendatio, à more Judæorum veniens [c]. Sensus est, Neminem (quantum in te est [d]:) ordina* ad ministerium Ecclesiæ [f], Episcopum scil [g]. Presbyterum, aut Diaconum, creando [h]; *citò*, h. e. sine maturo judicio [i]; vel, non sat probatum [k]; vitâ, doctrinâ, meritis [l], aptitudine ad docendum [m], haud satis exactè & diligenter exploratis [n]; præmisso vel nullo examine, vel levi tantùm & perfunctorio [o]. Diu explorandus est qui præficitur Ecclesiæ, nè si quod habeat vitium in dogmate

dogmate aut vita, veniat Ordinator in culpæ partem, tanquam סער, i. e. *obfirmator* [p]. Gellius 1. 9. de Pythagora, *Eum qui exploratus ab eo idoneúsque* (compertus) *fuerat, recipi in disciplinam jubebat.* Idem 20. 4. de Aristotele, *Ad eam* (disciplinam suam ἀκροαματικὴν) *non quenquam temere admittebat, nisi quorum antè ingenium & eruditionis elementa, atque in discendo studium laborémque, explorâsset* [q]. Magna erat hujus præcepti necessitas, ob impudentiam ac importunitatem, tum ordinandorum, tum populorum [r], qui novis ferè Ministris gaudent [†]. Depellit ergò hîc à Timotheo invidiam, & compescit illos qui ei molesti essent, eúmque morosum vel crudelem esse clamitarent, si non statim admitteret eos qui promoveri cuperent, &c [t]. ¶ *Neque communicaveris peccatis alienis*] Quod fit, vel similia faciendo; vel, jubendo, consulendo, laudando, sive qualitercunque cooperando, vel consentiendo; vel denique, non impediendo, aut corrigendo, dum quis impedire aut corrigere, potest & tenetur [v]. Continetur hîc, vel, 1. ratio præcedentis præcepti; vel, 2. altera præcepti hujus pars, quâ prohibet, nè Timotheus consentiat aliis Presbyteris indignum eligentibus [x]; vel, 3. remedium adversùs aliorum importunitates, quibus præponenda sunt Dei præcepta de *non communicando*, &c [y]. Confer cum hoc loco Eph. 5. 11. & Mat. 23.30. & 2 epist. Joh. 11 [z]. Vide & Basil. can. 84. & Isoc. qui notat, *rectori imputari errata eorum quibus administris utitur* [a]. [Utriusque verba vide in G.] *Peccata aliena* hîc intelliguntur, vel, 1. eorum qui, vel ordinant indignos, vel commendant [b]: q. d. Etiamsi in hanc temeritatem alii prorumpant, nolite te illis socium addere, nè simul reus fias [c]: Noli eorum importunitati acquiescere [d]. Sæpe enim accidit, ut nos, etiam rectè alioqui sentientes, abripiat aliorum stultitia & levitas [*]. Vel, 2. eorum qui temere ordinantur, de quibus præcipiebat [f]: idque, vel, 1. peccata quæ ante Ordinationem fecerint: quorum, inquit, reus eris; quòd ad ea dissimulaveris, quæ corrigere debebas & impositâ pœnitentiâ punire [g]; vel potiùs, 2. peccata ex temeraria Ordinatione secutura [h], q. d. Si indignos promoveris, tibi adscribentur scandala quæ consequentur [i], dum illi malè aut docebunt, aut vivent [k]. Al. Sensus esse possit, Neminem ordina, nisi tibi de probitate ejus constiterit: Postea verò si præter spem malè fungatur officio, tu eum convictum amove, & argue, nè peccata ejus per conniventiam facias tua [l]. ¶ *Teipsum castum custodi*] Ità E. Luth. in Scul. Vide Phil. 4. 8 [m]. Castitatem corporis ei hîc præcipit [n]. Cui favet, 1. usus vocis Græcæ [o]: sic 2 Cor. 11. 2. ἁγνὴ παρθένος & Tit. 2. 5. viduæ sint ἁγναὶ [p] & suprà 5.2. *in omni* ἁγνείᾳ, id est, *castitate* [q]. 2. Quòd hoc monitum datur, tum, 1. Sacerdoti [r], sive Episcopo, quem impudicitiæ crimen valde infamat; tum, 2. juveni, in qua ætate periclitari castitas solet. Qu. Sed quomodo hoc cohæret cum præcedentibus [†]? Resp. 1. Sensus est, q. d. Sic curam gere aliorum, ut non recedas à custodia tuiipsius [t]. 2. Hoc præcipit, ut Timotheus cum authoritate & fructu possit Presbyteros peccantes arguere & judicare. Respexit autem potissimùm ad peccata carnis, ut quæ maximè solent infamiam & scandala concitare, quibúsque Asiani, quibus præsidebat Timotheus, admodum dediti erant [v]. 3. Cohæret hoc cum seq [x]. Et hoc præceptum & sequens, quanquam hîc parenthesi includenda sint, hîc tamen commodè subjiciuntur illi, μηδὲ κοινώνει, hoc modo; q. d. Super omnia cave, nè cum illorum (Gnosticorum scilicet) erroribus communices. Et cùm duo sunt præcipua eorum falsa dogmata, quòd scil. *nuptias vetabant*, & *abstinentiam à vino & cibis præcipiebant*, suprà 4. 3. de utroque te nunc moneo; de primo h. l. ut abstineas à nuptiis, non quidem ut à re illicita, sed spontè, &c. de altero v. seq [y]. 4. Hæc monita, cum sequentibus, sparsim effusa sunt, & ideo eorum cohærentia incassùm requiritur [z]. [Hæc de prima sententia. Alii ἁγνὸν aliter accipiunt, & locum sic reddunt:] *Temetipsum purum serva*, Er. Ti. P. Be. Pi. i. e. immaculatum ab omni culpa [a], purum ab alienis peccatis [b]; i. e. ab eorum consensu, vel impium ordinando, vel dissimulando si peccaverint [c]. Si vitiosum admiseris, imputabuntur tibi ejus peccata [d]. Si impedire non potes quò minùs alii se polluant, vide nè te polluas consensu, vel approbatione [*]; nec te moveant aliorum preces aut suffragia plura forsan & tibi contraria, sed tua consilia ab illis separa [f]. Verba hæc expositio sunt præcedentium per Ellipsin τὸ ἀλλὰ qu. d. Nè consenti in electionem eorum, à quorum sive vita sive doctrina periculum imminet Ecclesiæ; sed repugna, & conscientiam tuam puram serva [g]. Intelligit hic castitatem animi in judicando [h], vel, puritatem judicii in causis jam dictis [i].

23. *Noli*, &c. Μηκέτι ὑδροπότει] *Nè posthac*, vel *ampliùs, esto abstemius*, P. Be. Pi. vel, *bibas aquam*, Er. Il. Ti. Mo. Ca. Tre. &c. Nè deinceps aquam solam in potum sumas [k]. Vox ὑδροποτεῖν bene Græca est: utitur eâ Dioscorides [l], & Xenophon, Pæd. 6. Lexicon Cyrilli ὑδροπότην exponit, tum *aquæ potorem*, tum *abstemium*, qui à vino abstinet [m]: quod alii naturâ, vel morbo, faciunt, Timotheus autem voluntate [n]. Posteriori magis favent seq. q. d. Remittas paulùm de γυμνασίᾳ tuâ σωματικῇ, nec prorsus à vino abstineas [o]. Videtur hîc abrupta orationis hujus & styli ratio [p]. [Quærendum ergò de connexione:] Cohæret hoc cum superioribus. *Nolo tamen ea de causa te solius aquæ esse potorem* [q]. Timotheus carnis lasciviam reprimebat aquæ potu & abstinentiâ à vino. Dicit ergò Paulus, Quamvis castitatis te admoneam, nolo tamen ut in alteram partem pecces, & aquæ potu valetudinem lædas [r]. [Alii aliter connectunt:] Hactenus monita tradidit quomodo se gerere deberet erga alios, hîc quomodo erga se [†]. Est hic locus continuatio superioris argumenti de Presbyterorum officio. Cùm autem Ministri ut doctrinâ, ità maximè in vitæ sanctitate, aliis præire debeant, docet quatenus eos victûs sobrietatem & rationem habere deceat, ut in cibo ipso aliis præluceant [t]. Al. Non infrequens est Paulo diversas sententias absque ordine permiscere [v]. Privata est hæc admonitio, quæ per parenthesin quasi interseritur; ut in familiaribus epistolis fieri solet, ubi non semper exactus rerum scribendarum ordo observari solet [x]. ¶ *Sed modico* (vel, *pauculo*, Be. Pi. sic Er. Ti. &c. nempe, quantum satis sit aquæ temperandæ, nè valetudinem lædat [y]. Hoc addit nè calumniæ pateret hæc constitutio, quasi ad ebrietatem incitaret [z].) *vino utere* (*Utere quidem vino, sed bene diluto.* Vide hac de re egregiam dissertationem Chrys. primâ De statuis. Vide Justinum [a], [ejúsque verba in G.]) *propter stomachum tuum*, (i. e. ventriculum [b], quem Latini passim *stomachum* vocant, ut Celsus, 1. 2 [c]. q. d. non ad voluptatem, sed ad necessitatem [d]. Vinum modicè sumptum stomacho conducit [*]. *Stomacho laborantibus assiduus aquæ potus inutilis est*, ait Corn. Celsus, 1. 8 [f]. Idem illis vinum tenue & austerum commendat [g]. Pari modo Proclum, ait Marinus, à Philosophis monitum nè carnium esu abstineret, ὅπως ἂν ἔχῃ τὸ σῶμα ὑπηρετοῦν ἔχῃ ταῖς ψυχικαῖς ἐνεργείαις. Plato verò Legum 2. suadet vino uti, εἰ μὴ σωματικῆς ἢ νόσων ἕνεκα.) *& frequentes tuas infirmitates*] Non morbos intelligit [i], sed corporis debilitatem [k]; vel, malas affectiones, ut capitis, hepatis, pectoris, &c [l]. Multa enim infirmitatum genera consequi solent malè concoquentes [m]. Et in his curandis usus vini moderatus conducit [n]. Vide Justinum ad Zenam, [& verba in G.] Adde egregiè dicta à Clem. Pædag. 2. 2. Græca est sententia, Ἀνδρὶ δὲ χειμῶνι μὲν μέγα δεινὸν ὕδωρ. Hieron. ad Demetriadem generalem dat regulam, *Neque verò immoderata tibi imperamus jejunia, —quibus statim corpora delicata franguntur*, &c. *Philosophorum quoque sententia est*, Moderatas esse virtutes, excedentia modum inter vitia deputari [o]. Prudenter Deus sibi serviri vult; non ut nimietate suâ, i. e. abstinentiâ nimiâ, debiles fiant, & postea medicorum suffragia requirant [p]. Ab iis quidem cibis quisque abstinere debet quibus libidinem in se maximè accendi sentit, sive carne, sive piscibus, sive vino, &c [q]. ità tamen quatenus ratio valetudinis & corporis sanitas patitur id fieri; non ut longævi tantùm simus, sed ut commodiùs & faciliùs Deo inserviamus [r]. Non hîc Medicum agit Paulus, sed Theologum; quia non tam corporis sanitatem spectat, quàm virtutes animi & obsequium Dei [†]. Qu. Sed cur Timotheum infirmum non sanavit Paulus? Resp. 1. Quia videbat id non expedire Timotheo, sicut Paulo expediebat ut stimulum carnis sentiret [t]. 2. Timotheus usu vini curari poterat: quare non erat recurrendum ad miraculum [v].

24. *Quorundam hominum peccata manifesta*, &c. Πρόδηλοί

[p] G. [q] Pri. [r] Dan. [†] Dan sim. Calv. [t] Calv. [v] E. [x] Pi. [y] Dan. [z] Pri. [a] G. [b] Q. in E. [c] Calv. [d] Q. in E. [*] Calv. [f] E. [g] Græci, &c. in E. [h] E. [ex Græcis, &c. [i] Me. T. sim. B. Dan. Pi. [k] Pi. [l] E. ex Hessel. [m] G. [n] Pri. sic Ham. E. ex Chrys. [o] E. [p] Ham. [q] Ham. sic E. [r] Pri. [†] E. [t] Caj. in E. [v] E. [x] G. ad v. 23. [y] Ham. [z] Pri. [a] Me. [b] Be. Aug. in E [c] Aug. in E. [d] Ca. [*] Calv.

[f] Dan. [g] Scul. [h] Pi. [i] Vor. [k] E. [l] G. [m] Scul. [n] Be. [o] Scul. [p] Dan. [q] G. [r] Dan. [†] Scul. cap. 1. [t] Dan. [v] Calv. [x] Glass. Philol. l. 3. 7. 215. [y] E. [z] Be. sic Dan. [a] G. [b] Be. Strig. [c] Be. [d] Vor. [*] D. ex He. [f] Scul. [g] G. sic Scul. [h] G. [i] Er. E. [k] Er. [l] E. [m] G. [n] E. [o] G. [p] E. ex Amb. [q] Dan. [r] Dan. sic Calv. [†] E. [t] E. ex Chrys. [v] E.

δῆλοί εἰσι, προάγουσαι εἰς κρίσιν] *Manifesta* (vel, *Nota*, Tre. ex Sy. *Perspicua*, Ca. *Antè manifesta*, Er. Ti. Il. P. Be. Pi. i. e. per se manifesta, etiam priusquam damnentur cujusquam judicio [x]:) *sunt, præcedentia*, sive *præeuntia*, (sub. *scilicet*, P. vel, *& præcedunt eos*, Tre. ex Sy.) *ad judicium*, Mo. Er. Il. Ti. (vel, *ad damnationem*, P. *damnationi*, Be. Pi. *ad locum judicii*, Tre. vel, *& judicium antevertunt*, Ca. i. e. Adeò manifesta sunt [y], ut judicium præcurrant [z]; ut jam condemnati sint antequam in judicium adducta sint [a]; ut vel omnibus, vel quibusdam saltem fide dignis, nota sint, antequam publicè censuræ subjiciantur [b].) *quosdam autem & subsequuntur*, Mo. sic Er. Il. Pi. &c. i. e. progressu temporis manifesta fiunt [c]; ut in hypocritis, qui interdum homines fallunt, nec tamen perpetuò latere possunt [d]: q. d. Quædam occulta sunt, quæ inquisitio explorat & tandem deprehendit [*]. Locum intelligunt, vel, 1. de judicio Dei [f]: vel sic, Quorundam peccata patent hominibus, quæ proinde in hac vita judicari possunt; quorundam autem occulta sunt hominibus, ideóque extremo Dei judicio reservantur [g]: vel sic, Multa hominum peccata mortem eorum, & judicium, seu condemnationem quæ fit in morte, præcedunt; multa etiam mortem subsequuntur, nempe, ea quæ per malam eorum doctrinam, & malæ vitæ exempla, in aliis postea committuntur [h]. Non placet: 1. sic verba non cohærent cum præced. 2. sic posterius membrum accipiendum esset de peccatis judicium extremum subsequentibus: quod absurdum [i]. Sensus est, Quorundam peccata adeò manifesta sunt, ut vel humano judicio videantur quasi viam præire εἰς κρίσιν, id est, κατάκρισιν, divinam nempe; quorundam verò sequuntur, subaudi, εἰς κρίσιν. Simile planè de dissimillimis dictum, Apoc. 14. 13. Nec obstat quòd de Ordinatione egit in præced. cùm multa itidem alia præcesserint quæ sensu non cohærent [‖]. Al. Sensus est, Quorundam peccata maturè patefiunt hominibus, & celeriter ac quasi ante tempus ad judicium suum festinant; quorundam tardiùs in notitiam veniunt, suo tamen tempore patefient: & quamvis non properet Dei vindicta, à tergo tamen lentè subsequitur. Hâc consolatione eum ad tolerantiam confirmat, quia æquo animo exspectandum est tempus à Deo sapienter præstitutum [k]. Vel, 2. de judicio humano: de quo egit in præced. de quo proinde nunc, post brevem digressionem, pleniùs eum instruit [l]. [Sed & hîc variant:] 1. Docuit antea quomodo Pastores se gerere debeant erga se, deinde erga collegas suos; hîc docet quomodo se gerere debent adversùs gregem suum. Vult ergò eos non temere progredi in censuris Ecclesiasticis, sed Deum præeuntem sequi, qui suo tempore bonos & malos detegit: q. d. Malos antequam à Deo patefiant, nè ejiciant: bonos autem, antequam ipsis operibus tales apparuerint, nè ordinent, aut cæteris præferant. Ratio est, quia multorum ut peccata, ità & bona opera, sæpe latent & diu occulta manent, &c [m]. De Censuris & Absolutione hîc agi docet contextus, [vide ad v. 22.] Sensus, q. d. Nè citò nimis eos absolvas, sed parumper exspecta, ità rectiùs judicare possis: sic enim, vel bonis operibus sinceritatem pœnitentiæ suæ ostendent, vel malè factis hypocrisin suam prodent [n]. 2. Redit ad illud de Ordinationibus, velut interpositâ παρενθέσει. Et κρίσιν vocat ἀνάκρισιν, sive δοκιμασίαν illam quæ fiebat circa ordinandos. Vide suprà 3. 10 [o]. Rationem affert cur vetuerit *cuiquam protinus imponi manus*, eúmque ad docendi munus cooptari. Homines de quibus ad id munus admittendis agitur, aut improbi sunt, aut probi. Improborum alii apertè improbi sunt, eorúmque improbitas *judicium antevenit*; h. e. antè perspicua est quàm de eis admittendis deliberetur: & ii quidem repudiandi sunt. Aliorum improbitas latet, videntúrque viri boni: ii non protinus admittendi sunt, sed cunctandum est dum pateat si qua latet improbitas. Nam ut eorum *rectè facta perspicua sunt*, ità *siquid aliter se habet*; h. e. Si quod in eis vitium occultum est, id quoque patebit aliquando si exspectetur. *Nihil* enim *est tam occultum quod non patefiat*. Ità efficitur ut cunctari sit tutissimum: quoniam si pergent esse boni, satis maturè admittentur; sin erunt mali, non debent admitti [p]. Tacitè monet Timotheum, ut diligenter inquirat in ea quæ id tempus [Ordinationis] præcessêre [q]. Cùm, inquit, dixi, nè cui

[x] Er. [y] Me. V. [z] Me. [a] V. [b] Vor. [c] V. [d] Vor. [*] Me. [f] Q. in E. [g] Basil. & Aug. in E. [h] Th. & Oecum. ex Basil in E. [i] E. [‖] Pri. [k] C. lv. [l] E. [m] Dan. [n] Ham. [o] G. [p] Scul. ex Ca. [q] G.

manus citò imponas, non sum locutus de hominibus apertè malis, sed occultè; illos enim constat rejiciendos esse, antequam de iis habeatur judicium examinis sive discussionis, quia peccata eorum ità manifesta sunt ut judicium illud præcurrant: At verò occultè mali non priùs rejiciendi sunt quàm discussa fuerit eorum vita; quia nimirum peccata eorum latent, & vel quoad notitiam hominum, vel etiam reipsâ, subsequuntur judicium illud, vel discussionis, vel definitionis, sive Ordinationem eorum; h. e. Non priùs se produnt quàm ordinati fuerint: quare non est quòd id conscientiam tuam gravet [r]. Quidam dum Presbyterium sperant, vitia sua non tollunt, sed obtegunt, eruptura ubi cupito erunt potiti. De talibus non tenetur Ordinator; sed ubi resciverit, dabit operam ut nè Ecclesiastica censura dormiat. Ideo Ordinator in eos quos ordinavit, intentos semper habebit oculos [†]. Sensus loci, q. d. Quorundam peccata patent, & præeunt ad damnationem, quasi anteambulones; à quibus antè admonetur Ecclesia quales sint, quàm eam fefellerint, ut Act. 8. 17. alios verò subsequuntur, quia tum demum apparent, cùm bonos viros ad tempus fefellerint, ut in Saule, Juda, &c [t]. Non diu, inquit, latent mores, seu boni, seu mali; sed aut citò deprehenduntur ante gubernationem, aut, siqua fuit simulatio, ea tamen in gubernatione non potest esse diuturna. Sophocles in Antigon. ἀμήχανον, &c. *Non pectus ullius inspici potest, priusquam Magistratum gesserit* [v].

25. *Similiter & facta bona* (sub. *quorundam*, ex v. præced. Pri.) *manifesta sunt*] Supple, *ad laudem*, sive *ad salutem*; ut sit Ellipsis contrarii, qualis 1 Tim. 4. 4 [x]. Similis ratio est etiam in bonis, quorum probitas in aliis statim patefit à Domino, in aliis vel diu negligitur, vel etiam à sceleratis opprimitur, &c [y]. Aliorum bona opera, etiamsi latere quærant, conspicua sunt [z], etiam hominibus; & eorum mortem atque judicium, id est, æternam retributionem quæ in morte fit, antecedunt [a]. Al. Illud, *nè quem citò ordines*, sicut non dixi ob apertè malos, ità nec ob manifestè bonos; quos assumendos esse constat, quia eorum bona opera adeò manifesta sunt, ut judicium examinis præveniant [†]. Studiosæ quædam actiones sese ultrò produnt. Hoc monet, ut Timotheus in clericis ad ordines admittendis diligenter videat, nè quid per imprudentiam aut negligentiam peccet [b]. Non tantùm de eo qui ordinandus est inquirere debes, an nihil mali egerit, sed an etiam multum boni. Et huic rei potissimùm credes. Qui enim verè pii sunt, eorum pia facta non latent [c]. ¶ *Et quæ*, &c. Καὶ τὰ ἄλλως ἔχοντα, &c.] *Et ea quæ* (vel, *Si quorum res*, G.) *aliter*, vel *secùs*, *habent*, (vel, *se habent*, Ca. G. Æth. i. e. vel, quæ non sunt ità manifesta [d]: vel, quæ prava sunt [*]:) *abscondi non possunt*, Tre. Er. P. Be. &c. sed saltem post discussionis judicium manifesta erunt, & authores suos dignos ostendent, quibus manus imponantur [f]. Si qui nulla ediderint bona opera, putà monendo alios, inserviendo ægrotis, sublevando pauperes, facile id tibi erit scire, & tales cavere. Meritò enim suspecti sunt [g].

[r] E. [†] G. [t] Be. [v] Strig. [x] Pri. [y] Be. [z] Pri. [a] Q in E. [†] E. [b] Me. [c] G. [d] E. [*] Dan. [f] E. [g] G.

CAP. VI.

1. QVicunque *sunt sub jugo* (nempe servili, sive servitutis [a]:) *servi*] Hoc ad distinctionem addidit. Omnes enim Christiani servi Dei & Christi, & propter hoc servi etiam alii aliorum. Ὑπὸ ζυγὸν, id est, *sub imperio herili*. Sic ea vox usurpatur Levit. 26. 13. Esa. 9. 4. & alibi [b]; qui conditione sunt servi: Servitus enim jugum quoddam est [c], olim gravissimum, cùm servi mancipia essent [d]. Servi duplices erant, 1. extra jugum, ut liberti; 2. sub jugo, ut mancipia [*]. *Servitutis jugum* dixerunt Cicero, Macrob. Seneca, &c [f]. *Jugi* voce notat duram servorum conditionem, quæ causa cur eam detrectarent. Ità obviam it eorum querelis [g]. A capite ad pedes descendit Paulus, à Presbyteris ad servos [h]: de quibus agit, tum, quia pars hi erant Ecclesiæ [i]: tum, ob quosdam ibi docentes, servos per Christum à servitute liberatos [k]. ¶ *Dominos suos* (quamvis infideles, vel impios [l]:) *omni honore dignos arbitrentur*] Tanquam magistratus suos domesticos. Vide Rom. 13. 7.

[a] Vor. Pi. Me. [b] G. [c] E. [d] Vor. [*] Scul. [f] Pri. [g] Dan. [h] E. [i] Dan. [k] E sim. Dan. [l] E.

1 Pet. 2. 17 [m]. tanquam jure superiores, & in ea re vices Dei agentes: i. e. Integrum honorem (cujus magna pars est obedientia, & studium utilitatis dominorum) ac reverentiam, quæ iis debetur, libenter & ex animo impendant; ità tamen nè quo facto aut consensu impietatem eorum honorare videantur [n], & ut Deo jus suum reservetur. Vide Eph. 6. 6 [o]. ¶ *Nè nomen Domini* (i. e. Dei gloria, majestas, sapientia [p]: vel, Christiana professio [q]:) *& doctrina* (nempe Evangelica [r]: ut *verbum* sæpe ponitur absolutè, [pro verbo Dei] ità hîc *doctrina* †:) *blasphemetur*] Vel, *malè audiat*, V. vel, *maledictis impetatur*, G. ab Ethnicis scilicet [t], Neh. 5. 9. 1 Pet. 2. 12 [v]. [quod fit] cùm malè vivunt qui ejus se dicunt cultores [x]. Vide Esa. 52. 5. Ezec. 36. 23. Rom. 2. 24. dicunt enim extranei, *Qualem isti Deum habent* [y]? Sic & Evangelium traducitur, velut imperiorum dissolutrix [z]; quæ humana jura tollit [a], confusionem & ἀταξίαν invehit, servos docet fraudare dominos debito obsequio [b]. Sic & R. Jona, Judæis hoc præscribit, *Omnia sua negotia quæ ipsis cum Gentilibus intercedunt, magna cum fide peragent, nè fortè propter ipsos profanetur nomen Dei, & Lex Israelis contemnatur* [c]. Est autem hîc Liptote. Vult enim servos per omnia officiosos esse, ut bene audiat doctrina Christi, & heri eorum lucrifiant. Confer 1 Pet. 3. 1 [d].

2. *Fideles*] i. e. Pios & Christianos *, fidem Evangelii profitentes [f]. ¶ *Non* (vel, *Nè eos*, Il. Tre. Be. &c. *Nè* ideo, Ca.) *contemnant*, (i. e. minùs honorent [g]: nè quid de reverentia & obsequio debito remittant [h].) *quia fratres* (quo nomine Christiani se mutuò salutabant [i]:) *sunt*] Nempe in Christo [k], h. e. consortes ejusdem adoptionis, fidei, hæreditatis, &c [l]. adeóque in Christo æquales [m]: quo tolli videbatur differentia domini & servi [n]: & tollitur sanè, quoad eas res quarum fratres & κοινωνοὶ sunt; non autem quoad reliqua, dignitatem, externa bona, dotes ingenii, &c [o]. Ista paritas cætera personarum discrimina non tollit [b]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ μᾶλλον, &c.] *Sed magis* (vel, *potiùs*, i. e. libentiùs ac diligentiùs [c]; vel, eò impensiùs [d]:) *inserviant*, Er. Be. Pi. Tre. &c. sub. *iis*, Tre. ex Sy. Leges civiles nihil præcipiebant servis, quia domini satis eos cogebant facere quod ex usu dominorum esset. Nunc cùm per Evangelium domini facti essent multò leniores, præcepta etiam servis danda fuere *. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι πιστοί εἰσι καὶ ἀγαπητοὶ] Refertur hoc, vel, 1. ad heros [f]: *Quod fideles sint ac dilecti*, Be. Pi. &c. quia Christiani sunt [q]; quia fide in Deum præditi [r], & eo nomine peculiariter dilecti à Deo †: Nam quantò majore gratiâ à Deo donantur, tantò magis sunt à servis venerandi ac colendi [t]. Vel, 2. ad servos, qui ut *fratres* sunt, quod æqualitatem sonat, & servos quasi manumittit; ità & *fideles*, quod Epitheton est servorum, à quibus maximè requiritur fidelitas, & ἀγαπητοὶ, *dilecti*: quod Epitheton ut Christianis passim, ità & servis, adscribitur, eò quòd heris suis in benefaciendo assistunt: illa, inquit, fides & dilectio quæ vos constituit Christianos in eo consistit, quòd ipsis adjumento sitis in benefaciendo [v]. ¶ *Qui*, &c. Οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι] Et hoc refertur, vel, 1. ad dominos [x]. *Qui* (vel, *Ut qui*, Il.) *beneficii* (sub. *Dei*, Il. P. vel, *illius beneficii*, Mo.) *participes sunt*, P. Pi. *Qui beneficentiam illam itidem capessunt*, Be. Pi. *Idem beneficium adepti*, Ca. perinde ut servi [y]. Particula, ἀντὶ, vim habet; & sententia est, Hoc servis sufficiat, quòd heros habeant ejusdem secum benevolentiæ socios. Quod alibi χάριτα, hîc τὴν εὐεργεσίαν, addito articulo vocat [z]; nempe, beneficium redemptionis per Christum, & Christianæ religionis [a]. Syrus quoque ad heros refert, sed alio sensu, *Qui contenti sunt ministerio eorum*, id est, qui gratum & acceptum habent eorum ministerium ac pro beneficio reputant [b]. Sensus loci juxta Syrum, qui & mihi vehementer arridet, est, Tantò magis servire eis debent, quia heri fideles sunt & dilecti, *qui hanc beneficentiam animo percipiunt*; id est, qui ministerium hoc, quòd scilicet à servis fidelibus, idque fideliter, serviantur, pro beneficentia habent, quam animo apprehendunt cum oblectatione. Ἀντιλαμβάνεσθαι significat percipere, sive sensu corporis, sive animo. Vide Thes. Steph [c]. Vel sic, *Beneficentiæ recompensatores*, qui nimirum beneficia beneficiis rependunt, quod faciunt domini fideles; & hæc est vis verbi ἀντιλαμβάνεσθαι *. Εὐεργεσία idem est quod ἀγαθοποιΐα, 1 Pet. 2. 15, 20. & 3. 6. & 4. 19. & καλοποιΐα, 2 Thes. 3. 13. nempe *studium virtutis* omniúmque *bonorum operum*, ut hoc loco: vel, significat fidam & liberalem servitutem ||. Vel, 2. ad servos [d]. *Qui beneficentiæ* (nempe dominorum suorum *:) *participes sunt*, Er. Ti. &c. *Eo nomine quòd curam gerant ut vobis benefaciant*, i. e. ut vos vestiant, pascant, ab injuriis protegant [f]. Ἀντιλαμβάνεσθαι est *curam alicujus gerere*. Sic ἀντιλαβόμενοι ἀληθείας, Esa. 26. 28. idem hîc, quomodo & apud Simplic. in cap. 46. Epicteti, est quod ἀμοιβὴν λαμβάνειν h. e. beneficia à Dominis pro ipsorum ministerio accipere: quo sensu ἀντιμισθία habetur 2 Cor. 6. 13. Et εὐεργεσίας, per Enallagen, pro εὐεργετῶν, victûs scilicet, vestitûs, &c [h]. *Qui beneficium sumunt*, vel, *qui beneficentiâ juvantur*, Er. ídque nunc liberaliùs quàm olim. Nam postquam Domini facti sunt Christiani, beneficentiam augent in servos [i]; & ex supercilio dominorum transierunt in affectum parentum, & pro formidatis dilecti esse cœperunt [k]. Nec obstat quòd præced. de dominis dicta sunt. Hæc enim pars per Hyperbaton ad illam ulteriorem facilè referri potest [l]. Est hîc Trajectio [m], ut docet articulus. Nam articuli adduntur subjectis, non prædicata [n]. Sensus & constructio est, Quia *qui* illis, nempe dominis suis, *opitulantur ad benefaciendum*, quod de servis Christianis commodè dicitur, non item de dominis, *sunt fideles & dilecti*; i. e. tales quales Christianos esse oportet, qui scil. fidelitatem & dilectionem præstant, tum Deo, tum dominis suis, in gratiam Dei qui hoc jussit [o]. [Alii autem de dominis eodem modo construunt:] Ἀντιλαμβάνεσθαι est [p]. Ideo magis serviant, *quia* Domini *recipientes officia* pro suis beneficiis [q], vel, quibus beneficium illud ministerii præstatur, *fideles sunt & dilecti*, i. e. participes fidei & charitatis mutuæ Christianorum [r]; vel, *quia* sunt pii & *dilecti*, i. e. placidi, commodi & tractabiles, misericordes & benefici, non morosi & sævi, ut antea cùm essent Ethnici †. [Alii de utrisque accipiunt:] Ordo verborum talis esset, ἀλλὰ μᾶλλον οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι (servi nempe) δουλευέτωσαν, ὅτι πιστοί εἰσι καὶ ἀγαπητοὶ, ipsorum heri nempe [t]. ¶ *Hæc doce*, &c.] Hoc ità tibi dico quia tuum est etiam servos docere [v]. *Hæc*, quæ scil. de servis præcepi, *doce* ut sciant, & *exhortare*, ut faciant [x]: *doce*, i. e. sæpiùs ingere & inculca; & *exhortare*, cum authoritate, quasi stimulis, homines excita ad hanc doctrinam: tum, quia utilissima est [y], & Christianis necessaria: tum, quia à Gnosticis oppugnatur [z]. Al. *Hæc*, nempe omnia quæ suprà tradidi: jam enim colophonem imponit Epistolæ [a].

3. *Siquis*, &c.] Εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ] Vide suprà 1. 3 [b]. *Si quis diversa docet*, Er. V. vel, *doctrinam diversam*, P. Be. Pi. Dan. &c. nempe à doctrina superiore [c], sive illâ de qua cap. 1. 3. sive de servorum officiis [d]; & *diversam*, sive substantiâ doctrinæ, sive formâ docendi, 2 Tim. 1. 3. quæ solida, gravis & utilis esse debet: si vel ab analogia fidei, vel à stylo Spiritûs S. discrepans sit *. ¶ *Et*, &c. Καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι — καὶ τῇ, &c.] *Et non acquiescit* (vel, *assentitur*, V. vel, *accedit*, Er. Ti. P. Be. Pi. E. ex Sy. &c. Sic Seneca epist. 13. *Citò accedimus opinioni*: Sosipater Charisius, *Accedo tibi, eadem tecum sentio* [f]. Προσάγειν, קרב, quod dicitur de iis qui ad altare veniunt, Levit. 9. 7. & alibi. Non minore reverentiâ tractandum est Evangelium [g].) *sanis* (vel, *salutaribus*, Vor.) *sermonibus Domini nostri Jesu Christi*, (i. e. doctrinæ Christi [h], vel quam Christus ipse docuit: vel potiùs, quæ est de Christo [i]; cujus sermones verè sunt ὑγιαίνοντες, ut suprà 1. 10. 2 Tim. 1. 13. & 4. 3. Tit. 1. 9. & 2. 1. quia nihil insalubre admixtum habent, quo non carent dogmata Rabbinorum & Philosophorum [k]; quia & in se sana sunt, & purissimi, & animas nostras, sanas & valentes efficiunt, Psal. 41. 4 [l]. quia salutares, i. e. ad æternæ vitæ salutem utiles [m].) *& ei quæ secundùm pietatem est doctrinæ*, Vulg. sic Er. P. Mo. Pi. &c. i. e. quæ pietatem, h. e. rectum & sincerum Dei cultum, promovet [n]; vel, quæ pietati convenit [o], ut Tit. 1. 1 P. & Col. 1. 5 [q]. Hic καὶ, ut sæpe, est ἐξηγητικόν. Nam verba Christi verè sunt *doctrina ad pietatem faciens* [r].

4. *Superbus est*, Τετύφωται] Vide quid illis eveniat, inquit, qui ab Evangelio abscedunt †. Is *inflatus est*, Er.

Marginal notes (left): m G. n E. o Dan. p Idem. q Mo. T. r E. G. Vor. † E. t Scul. sic Vor. Pri. v Pri. x G. sim. Vor. y G. z G. sim. E. a Dan. sic E. b Dan. c Cap. d E. * Dan. Pi. Zeg. f Dan. g E. h Me. i E. k G. l Dan. m Zeg. sic E. n E. o Dan. b G. c E. d G. * Idem. f Pri. sic Dan. E. Li. T. q E. r G. † E. sic G. Dan. t Dan. v Ham. x Q. in E. Di. T. Ec. Dan. y Q. in E. z Be. a Mc. T. sim. Ec. b E. c Di.

Marginal notes (right): * Scul. ex Bulling. & Th. || Scul. d E. ex Græcis Er. Zeg. Scul. Ham. * E. ex Græc. f G. sim. Scul. ex Th. h G. h Pri. i E. k Er. l E. ex Th. m Pri. ex Phot. n Strig. sim. Ham. o Ham. p Camer. q Strig. r Camer. † Strig. t Pri. ex Phot. v G. x E. sim. Ham. y Dan. z Ham. a Dan. b G. c Dan. sic E. d E. * Dan. f Pri. g G. h Me. i E. k G. l Dan. m E. n E. Me. o G. sic E. Me. p G. q Dan. r G. † Idem.

Er. Il. Ti. Be. Val. V. E. Me. Ca. vel, *elatus*, Val. *tumore elatus*, Er. V. vel, *turget*, Pi. P. Mo. Tumet typho superbiæ & vanæ scientiæ [t]: sibi placet tanquam mirâ præditus scientiâ [v]. *Inflatur*, nempe ut solent corpora malè sana. Vide supra 3. 6. fiunt — κενῆς οἰήσεως ἔμπλεοι ἀσκοί [x]. Vide Col. 2. 18. 2 Tim. 3. 4 [y]. Aptè *inflationem* facit ignorantiæ comitem, quomodo & Plut. de Iside & Osir. δι' ἄγνοιαν, &c. τετυφωμένος; & Suidas, ni fallor, ex Polyb. ἀγνοεῖ, καὶ τετύφωται [*]. Inscitia enim semper audax est & superba [z]. Al. *Attonitus est*, ceu fulmine stupefactus, ut judicium amissum sit: τυφὼν enim est *turbo*, & apud Veteres species fulminum. Demostheni & aliis hoc verbum sign. *amens sum* [a]. Epicurus apud Plut. *In morbis* (i. e. vitiis) *gravissimis*, &c. *sperns aliquid à Deo*, &c? τετύφωται. Hinc & ὁ φρένας ἔχων, in Ejusdem de fuga tractatu, opponitur τῷ τετυφωμένῳ [b]. ¶ *Nihil sciens*] Vel, 1. eorum quæ præ aliis jactat se scire [c]: vel, 2. solidæ & veræ scientiæ [d]; earum rerum quæ maximam vim habent ad pietatem [*]. Id supplendum ex præcedentibus [f]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας] *Sed insaniens* (vel, *ægrotans*, Er. Camer. E. Me. sim. Ca. Græci sæpe dicunt νοσεῖν τι, vel περί τι. Sic Pollux, 6. 42. νοσῶν εἰς Ἀφροδίτην. Lucianus, τὰ περὶ θυσίας πάνυ νοσῶν. Æschylus, Ἐάω σε τήνδε τὴν νόσον νοσεῖν. Sic & Latini loquuntur: Petronius, *Quid tibi vis cum isto morbo?* Seneca De benef. 1. 14. *Morbo suo morem gessit*: Terent. *Extemplò ejus morbum cognovi miser*. Cicero Tusc. 4. *Omnes perturbationes animi morbos Philosophi appellant*. Iterum, *Pravarum opinionum conturbatio*, &c. *sanitate animum spoliat, morbisque perturbat* [g]. Vel, *languens*, Mo. Ar. sic Tre. ex Sy. vel, *delirans*, Er. V. G. ut sæpe solent ægroti. Persequitur enim cœptam similitudinem [h]: versans depravato judicio [i]: more febricitantis vel phrenetici perversè judicans, & aliud pro alio eligens [k]. Solet autem νοσῶν illo sensu construi cum περί, ut in Plutarcho [l]. [Vide G.] Opponitur hoc *sanæ doctrinæ* quæ præcessit [m].) *circa quæstiones*, (curiosas scilicet, frivolas & inutiles, nempe ad salutem [n]. Vel, Physicis de rebus, uti Socrates aiebat, quæ nihil ad nos, nempe meliores reddendos. Quanta in his fuerint opinionum incerta, vide apud Plut. & Stobæum. Hermas, 3. 9. *Hi sunt qui inter se habent lites, & propter querelas suas in fide languent* [o]. *Languere circa quæstiones* hîc dicuntur qui animo languenti, & malè sano veritatem quærunt [p].) *ac pugnas* (vel, *certamina*, P. Ca. rixas & litigia [q]:) *verborum*, Pi. P. Mo. Ca. vel, *disputationum*, Er. Il. Ti. vel, *de verbis*, Be. Vel, 1. quæ verbis potiùs & clamoribus peraguntur quàm rationibus: vel, 2. de vocibus [r], aut phrasibus †. *Sophistæ verborum magis volentes esse quàm discipuli veritatis*, ut ait Iren. 3. 40 [t]. Qui amat λογομαχίας, inquit Galenus, nunquam perveniet ad sapientiam. Et alibi eas comparat corvorum contentionibus. Cicero 3. De finibus, *Rebus intellectis in verborum usu faciles simus* [v]. Multæ inter Philosophos disputationes erant de vocabulis. Ea quæ corpori & vitæ agendæ conducunt, *Bona* sunt Platoni & Aristoteli: Non vult Porticus ea sic appellari, sed προηγμένα. Miseretur sapiens Platonicus & Aristotelicus: Stoicus non miseretur, sed parcit. *Maxima pars Stoicarum disputationum*, ait Cicero, *circa nomina consumitur. Vitiosum autem est controversiam intendere propter nominum mutationem*, ait ad Herennium scriptor. Aristot. in Topicis non malè εὐλαβητέον περὶ τὸ ὄνομα διαλέγεσθαι. Verbum λογομαχεῖν habes & apud Græcos scriptores, & infra 2 Tim. 2. 14 [x]. Duo vitia hîc notantur, quærendi vanitas, & disputandi pugnacitas. ¶ *Ex*, &c. Ἐξ ὧν — ὑπόνοιαι, &c.] Hæc, inquit, adeò non sanant hominem, ut languorem augeant [y]. *Ex quibus* (nempe quæstionibus [z]:) *nascitur invidia*, (cùm quis sentit se minùs scire, aut auditoribus minùs probari [a].) *lis*, (vel, *contentiones*, Vulg. Non enim ædificatio (aut veritas [b],) in his quæritur, sed inanis gloria, aut quæstus [c]; vel, adversam partem superâsse videantur [d]:) *maledicentiæ*, (i. e. convitia in repugnantes [*]: vel, *blasphemiæ*, Vulg. i. e. prava dogmata de Deo & rebus divinis [f]. *Invidia*, *lites*, *maledicta*, frequentia Philosophis: de quibus Timon [g]. [in G.]) *suspitiones malæ*, P. Be. Pi. &c. Quas ex inimicitia concepta fovent adversum se mutuò [h]: quibus facta & dicta adversariorum diligenter explorant, & semper mali aliquid ab illis sibi timent, & suspicantur [i]. Vel, *mala mentis sen-*

[Marginal notes: t Me. v E. x G. y Pri. * Pri. z Camer. a Strig. b Pri. c E. d Me. E. * G. sim. E. Vor. f G. g Pri. h G. i V. k E. l G. sic Pri. m E. n E. sim. Vor. Dan. o G. p Græci in E. q Me. r Idem. † Vor. t Pri. v Strig. x G. y E. z Pri. sic E. a Me. b Idem. c E. d Me. * Me. sim. E. f Græci in E. g G. h E. i Me.]

tentiæ, Sy. *opiniones malæ*, G. Pri. Græci in E. in naturalibus & moralibus, præcipuè in divinis [k]; vel, de Deo [l], in quas scilicet incidunt hi superbi disputatores, ut quod semel excidit tueantur [m]: quales oriebantur ex disputationibus præsertim Judæorum, ut patet ex Thalmude [n]. Tales opiniones Diagoræ, *Non esse Deum*: Epicuri, *Deum non curare res humanas*: quæ videtur etiam Aristotelis fuisse sententia ἐν τοῖς ἐσωτερικοῖς λόγοις. Academiæ adolescentioris & Scepticorum, *Nihil posse percipi*, *Nihil esse turpe per se*. Ὑπονοεῖν ponitur pro שׁכל, quod est *cogitare* [o]. Hanc sententiam aptè illustrat locus Sirac. 3. 24 [p].

5. *Conflictationes*, &c. Παραδιατριβαὶ διεφθαρμένων — νοῦν, καὶ ἀπεστερημένων, &c.] *Perversæ* (vel, *Supervacaneæ*, Er. Il. Ti. *Curiosæ*, Camer. *Infrugiferæ*, V. sim. Er. *Ineptæ*, Ca.) *exercitationes* (vel, *conflictationes*, Er. Il. Ti. Vulg. *disputationes*, Er. Camer. V. Ca. Hæc appositivè cum præced. q. d. Quæ sunt exercitia [q]. Q. legunt διαπαρατριβαί [r]. Διατριβὴ, vox propria Philosophorum, est *disputatio* †, sive congressus [t], sive exercitatio [v]; sic dicta, quòd in ea tempus inutiliter tereretur [x]: unde locum ipsum ubi disputatur διατριβὴν vocavit Gellius [y]. Addidit Paulus παρὰ, quod non rarò in compositione id significat *quod rectum non est* [z]; ut cùm dicimus παράγραμμα sive παραγραμματισμὸς, παραλογίζεσθαι, παρασυνάξεις [a], παραδρομεῖν, παραφθέγξ, & παραβλέπειν [b]. Sic παραπρεσβεία, *perfidia legationis* ||. Metaphora est à scabiosis ovibus, quæ applicatæ aliis & attritæ etiam sanas morbo afficiunt [c]. Lis ex lite seritur, & acrior evadit, &c [d]. Tollit speciosos eorum prætextus, q. d. Non sunt hæ διατριβαὶ, ut dicitis, i. e. honestæ disputationes utiliter institutæ, sed παραδιατριβαὶ, i. e. perversæ & pestiferæ λογομαχίαι, &c [*].) *hominum mente corruptorum*, (i. e. quorum mens pravis affectibus occupata & corrupta est [f]; vel, mentem habentium alienam à pietate, quod verè est φθείρεσθαι, 2 Cor. 11. 3 [g]. Hæc causa ut nec salutaria quærant, nec veritatem inveniant [h]. Sic ψυχὴν διεφθαρμένοι legitur in Galeno & Eunap. & Plut [i].) *&* *qui privati* (vel, *destituti*, G. Pri. E.) *sunt veritate*, Be. Pi. &c. Evangelicâ scilicet; per Synecd. ut Tit. 1. 1 [k]. vel, *cognitione ejus veritatis* quæ maximi momenti est [l]; vel, *quibus adempta est veritas*, Er. Il. Ti. P. quam scil. aliquando tenuerunt [m], juxta illud Publii, *Nimium altercando veritas amittitur* [n]. Al. Significat, apud eos veritatem non esse, nec inveniri, cùm disputationis eorum scopus non sit veritas, sed prava cupiditatis expletio [o]: q. d. Qui in pœnam hæresis excæcati sunt, ut veritatem intueri non possint [p]. ¶ *Existimantium* (vel, *Quum arbitrantur*, Ar. Indicat se longè ab illa sententia discedere [q].) *quæstum esse pietatem*, Mo. sic Er. Il. &c. Syntaxis est: *pietatem* (i. e. Christianismum [r]:) *esse quæstum*, i. e. rem quæstuosam †; vel, occasionem sordidi quæstûs; vel, lucrum quâcunque ratione facere [t]; vel, quæstui suo servire debere [v]: eâ abutuntur ad quæstum, ac si ad hoc esset instituta [x]. Νομιζόντων, &c.] *Quæstui habent pietatem*, Be. Pi. E. Quæcunque piè facere, dicere ac docere videntur, referunt ad suum quæstum, sub quo comprehende & gloriam, voluptatem, &c [y]. Respici videtur locus Esa. 56. 11. ¶ Ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων] Hoc non est in MS. optimo: deest & in aliis multis, & in Latino. Addiderunt ii qui sensum putârunt sine his non plenum, cùm contrà res se habeat. Nam τετύφωται, quod præcesserat, non erat descriptio subjecti, sed prædicatum, ut loquuntur [z]. Sed non puto hoc respuendum [a]. Græci omnes legunt & exponunt [b]: Extat in omnibus cod. Græcis, excepto Claromontano [c]. [Sic vertunt:] *Abstine* (vel, *Secede*, P. Pi. sic Be. Er. ex Amb. Dan. *Sejungere*, Er. Ti.) *à talibus*, V. qui scilicet doctrinam Christi subvertunt, aut eâ abutuntur manifestè [d]. Non dicit, *disputa cum illis*, sed *recede*, scilicet post unam & alteram admonitionem, Ratio est, quia qui quæstum spectant, non veritatem, persuaderi non possunt, nisi (quod est difficillimum) morbo avaritiæ priùs sanato [*]. Duo hîc præcipit: 1. vita familiarem cum illis consuetudinem: 2. rejice eos de cœtu Ecclesiæ per excommunicationem. Confer Tit. 3. 10. 2. epist. Joan. 10 [f]. item, 2 Tim. 3. 5. & 4. 15. Rom. 16. 17. 1 Thes. 3. 6. Plutarchus, ἀφίστασο τῶν τοιούτων, &c. Euripides Hippolyto, —— τὰς γὰρ τοιάσδε ἐγὼ φεύγειν φράζω πάντ. —— Apud Terentium ille,

[Marginal notes: k Pri. l Græci in E. m Me. n E. o G. p Pri. q Vor. r Er. † G. sim. Er. E. Dan. t Er. E. v Me. E. x E. y G. z G. sim. Er. a G. b Er. || Strig. c E. ex Occum sic Er. ex Chrys. & Th. d E. * Dan. f E. Me. g G. h E. i Pri. k Vor. l G. m Q. in E. n Er. o E. p Me. q Pri. r G. sic Me. † E. t V. v G. sim. Me. x Me. y E. z G. a Pri. b E. sim. Er. c Ee. d Dan. * Græci in E. f Dan.]

—*Nolo ego cum improbis te viris, Gnate mi, neque in via, neque in foro, ullum sermonem exsequi.* Seneca, epist. 94. *Magna pars sanitatis est, hortatores insaniæ reliquisse, & ab isto cœtu invicem noxio procul abiisse.* Arrian. 4. 2. in Epict. Ἀπόγνωθι, ἀποσχίσθητι, μὴ δίν σοι καὶ αὐτοῖς ε.

6. *Est*, &c. Ἔστι δὲ πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας] *Est autem quæstus* (non mundanus, ut v. præced. sed spiritualis & Christianus. Est ergò Antanaclasis in voce πορισμός[h]. Πόρος est reditus annuus: πόρισμα autem est fundus & quasi perennis fons[i]. Res εὔπορος dicitur Gal. & Luciano, quæ in promptu est, nec magno sumptu aut labore comparatur[k]: vel, *mercaturam*, Ar. sic Æth. Πορισμὸς est *modus quæstum faciendi*, ipsa actio acquirendi. Steph. *Dicunt enim* δυσὶ μόνοις κεχρῆσθαι πορισμοῖς, &c. *duobus tantùm uti modis faciendi quæstum, agricultura & parsimonia* ||.) *magnus pietas* (Correctio rhetorica est, quâ quod vituperaverat in contrarium vertit, sensu mutato; q. d. Imò verò pietas est quæstus, excellentiori ratione[l], quia multò plus valet quàm quicquid ab homine avaro desiderari potest[m]. Ex Esa. 33. 6. *Timor Domini thesaurus ejus.* Magnus est quæstus lucrari animam, Matth. 16. 26[n]. *Pietas* hìc dicitur efficax Dei cognitio, timor[o], & cultus[p]:) *cum sufficientia*, Vulg. h. e. si ea suppetant quæ sunt ad victum necessaria[q], nec plura quærat. Qu. Cur hoc addit, cùm sola pietas sufficere debeat? Resp. Quia piè vivere non possumus nisi vivamus, nec vivere sine necessariis, quæ ergò à Deo petere nos docet[r]. Vel, *cum usu sufficientiæ nostræ*, Tre. ex Sy. vel, *cum animo sorte suâ contento*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. sic Vor. Vetus dictum, *Magnum vectigal parsimonia.* At verius, Magnum esse quæstum suo contentum esse: id enim est nullius rei indigere. Vide 2 Cor. 9. 8 †. Sic dicunt Hebræi, *Dives est qui suâ sorte gaudet*[t]. Cui sua sufficiunt, etsi pauca, nec plus cupit[v]. Αὐτάρκεια propriè est *sufficientia*, hìc opinio sufficientiæ, aut affectus animi quo quis putat sibi satis esse. Metonymia[x]. Utuntur hâc voce Polyb. & alii[y]. Cicero, Αὐτάρκεια *est quæ parvo contenta omne quod redundat respuit.* Epicurus apud Epictetum, Τὴν αὐτάρκειαν ἀγαθὸν μέγα νομίζομεν, &c. Cicero, Parad. 6. *Contentum suis rebus esse, maximæ sunt certissimæque divitiæ*[z]. Hìc autem confundunt plerique partem attributi cum subjecto. Subjectum hìc est *pietas*: de qua tria prædicantur, quòd sit *quæstus, ingens quæstus*, talis denique quæstus qui pariat ex se αὐτάρκειαν, sive animum suâ sorte contentum. Αὐτάρκεια igitur non est conditio addita pietati, quasi pietas non sit quæstus magnus nisi adsumat secum αὐταρκείας, sed purum putum pietatis effectum[a]. Est, inquit, pietas quæstus, isque magnus, qui animum suâ sorte contentum semper adjunctum asfert verè piis, adeò ut de majoribus opibus comparandis minimè sint soliciti. Hæc omnia quæ deesse videntur supplet ipsa animi tranquillitate, & spe in Deum, cujus voluntati acquiescit qui verè est pius[b]. Semper adest suis Dominus, & necessaria illis erogat. Vera felicitas in pietate sita est, hæc verò sufficientia veluti quoddam est auctarium[c].

7. *Nihil enim intulimus*, &c.] Sensus idem qui Job. 1. 21. & Eccles. 5. 14. Applicatum autem hìc ad irridendam Avaritiam. Adde quæ ad Luc. 12. 20. Tale illud Martialis, *Rape, congere, aude, posside, relinquendum est*[d]. Sensus, q. d. Bona hæc adventitia sunt, nec permansura; ac proinde transitoriè tantùm iis utendum, nec superflua quærenda[*]. Sic morimur quemadmodum nascimur, nudi scilicet & bonis omnibus vacui[f]. Usus ergò pecuniæ tantùm ex necessitate præsentis vitæ æstimandus est[g].

8. *Habentes*, &c. Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα τούτοις ἀρκεσθησόμεθα] *Habentes autem alimenta* (vel, *exhibitionem*, Cyp. in G. Sic vertit locutionem Juris secutus, ubi *exhibere* est alere[h]: vel, *præbendam*, Er. ex Cyp. i. e. victum[i], sub quo comprehendit & potum[k]:) *& tegumenta*, (vel, *quibus tegamur*, Be. Pi. i. e. vestimenta[l]: sub quibus & habitatio continetur, ut apud Jurisconsultos[m]. Philo de Præmiis, Πλοῦτος δὲ ὁ μὲν τῆς φύσεως εὐτελὴς ἐστι τροφὴ καὶ σκέπη. Aristides, Ἐσθὴς γὰρ, οἶμαι, καὶ σκέπης καὶ τροφῆς δέομεθα. Ubi σκέπην posuit pro *tecto*; Philo autem, ut & hìc Paulus, pro *veste* & *tecto*. Est enim σκέπη sive σκέπασμα, צל, hoc *omne quo tegimur.* Jacobus *panem* tantùm & *vestem* postulat, Gen. 28. 20[n].) *his contenti simus*, Mo. Ar. vel, *erimus*, Er. Il. Ti. P. Ostendit quàm bene speret de se & Timotheo & collegis[o]. Hebræis Futura vim habent Imperativi, ut, *Non occides*, &c P. Vel, *sumus*, Ca. Dices, alia quoque esse necessaria, ut libri studentibus, &c. Resp. Ea sola hìc nominat quæ omnibus & simpliciter sunt necessaria. Præceptum hoc est ex ipsa naturæ lege profectum, cui repugnat superflua quærere aut petère à Deo. Si tamen divitiæ affluant, retineri possunt, &c ||. Nec per se damnatur liberalior usus, sed appetitus semper vitiosus est[q].

9. *Qui volunt divites fieri*] i. e. Eò festinant, Prov. 28. 20[r]. Cui id unicum studium est ut ditescat †; Mammonæ servus. Vide Matth. 6. 24[t]. Non dicit, *Qui ditescunt*; Non damnat divitiarum possessionem[v], sed studium ardensque desiderium, animum solicitudinémque ditescendi[x]. ¶ *Incidunt* (ἐμπίπτουσιν hìc idem quod εἰσέρχεσθαι, Matth. 6. 13[y].) *in tentationem & laqueum*] id est, *in laqueum tentationis*[z]; in pravas Diaboli tentationes, quæ laqueorum instar sunt[a]: illaqueantur à Diabolo[b]: incidunt in multas peccandi occasiones, quibus velut retibus implicantur[c]: *in tentationem* avaritiæ[*] & rapacitatis[d]. ¶ *Et desideria multa inutilia*, &c.] Latinus legit ἀνονήτους[*], ut est in cod. Regio[f]. Ità sensus est, *Non modo nihil prosunt*, (neque *enim vivitur de supervacuis*) *verùm nocent insuper.* Impediunt enim nos Deo, ut oportet, servire, Mat. 6. 13. in quo sunt τὰ πάντα ε. Ἀνοήτους, &c.] *Amentes* (vel, *Stultas*, Er. E. Sy. i. e. absurdas & à recta ratione alienas[h], vanas[i]: quia nullum tenent modum[k]:) *& damnosas*, P. Be. Pi. Corpori atque animo[l]. ¶ *Quæ mergunt*, &c; ità Mo. Βυθίζουσι, &c.] *Demergunt homines* (in profundum unde nullus est exitus. Similitudo sumpta ex supplicio non quidem apud Judæos, sed in Oriente, usitato, 2 Macc. 12. 4. Vide & ad Matth. 18. 6[m]. Philosophus mare suas opes commisit, dicens, *Ego vos mergam, ne à vobis mergar*[n].) *in exitium & interitum*, P. Pi. &c. Geminat, vel vehementiæ causâ, vel, ut duplicem interitum significaret, temporalem & æternum[o]; vel, q. d. in interitum irreparabilem: sic 1 Reg. 13. 24. εἰς ὄλεθρον καὶ ἀφανισμόν P.

10. *Radix—omnium malorum*, &c.] Et culpæ & pœnæ mala intelligit[q]. Nullum est malum quod non ex avaritia nasci possit. Vide quæ diximus Eph. 4. 19. Ideo φιλαργυρία Philoni κακίας μεγίστη λις, Apollodoro κεφάλαιον τῶν κακῶν. Philosophi Græci multa quidem de contemptu divitiarum loquebantur: sed plures Philosophi spectabantur ad fores divitum quàm divites ad fores Philosophorum[r]. Hyperbole hæc est, sed in hoc argumento solennis. Phocylides, Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης. Cato apud Gellium, 11. 2. *Avaritiam omnia vitia habere putabant.* Cicero pro Roscio, *Ex avaritia erumpit audacia, indè omnia scelera ac maleficia gignuntur* †. ¶ *Quam*, &c. Ἧς τινες ὀρεγόμενοι ἀπεπλανήθησαν—καὶ περιέπειραν, &c.] *Quem* (scil. amorem pecuniæ, pro, quam pecuniam. Meton. adjuncti[t]: vel, *Quam*, P. Be. Val. nempe pecuniam; quæ vox includitur in voce φιλαργυρία[v]. Verùm in φιλαργυρία includitur tantùm ἀργύριον, cum quo non congruit ἧς. Vel, *Cui*, nempe vitio. Ὀρέγειν propriè quidem dicitur de rebus, ut de pecuniis; sed per translationem quandam de ipsis quæ amamus vitiis[y]: vitia tunc appetuntur cùm iis indulgemus[z]. *Appetere avaritiam* Hebraismus est, quo affectus pro objecto ponitur, avaritia pro rebus concupitis, divitiis. Sic Job. 3. 25. *Timor quem timebant*, &c. Psal. 106. 14. *Concupierunt concupiscentiam*, &c[a].) *quidam dum appetunt*, (vel, *sectantes*, V. *studentes*, G. *indulgentes*, Me.) *aberrârunt à fide*, (i. e. à religione Christiana[b]. Vide suprà 1. 19. & 5. 15[c]. præsentibus tantùm bonis intenti Deum & religionem contemnunt[d]. Hactenus locutus de Philosophis illis qui se Christianis cœtibus inserebant, addit eos adulterare verbum Dei, & venari commoda, atque indè evenisse ut etiam quidam Christianismum deseruerint. Hinc ostendit quanti sit res ista periculi[*].) *& seipsos transfixerunt* (vel, *implicuerunt*, Er. Ti. G. *induerunt*, Ca. *immiserunt*, Tre. ex Sy. *undiquaque transfixerunt*, Be. velut spinis transfixi cruciantur[f]. In Glossario, περιπείρω, *adfigo* ε.) *doloribus multis*, Pi. P. &c. i. e. Vel, peccatis, quæ Hebræis *dolores* vocantur,

Margin notes (left column): ε Pri. — h Vor. — i Dan. — k Strig. — || Kn. — l E. — m E. Me. — n G. — o Dan. — p T. — q Q. in Me. sim. E. — r E. — † G. — t G. sic D. — v T. — x Pi. sim. Vor. — y G. — z Pri. — a Scul. — b Dan. — c Calv. — d G. — * E. — f Dan. — g Vor. — h G. — i D. Vor. Dan. — k Dan. — l Ca. sic D. Vor. Dan. — m Dan.

Margin notes (right column): n G. — o Be. — p E. — || Idem. — q Calv. — r G. Pri. — † G. sim. — t E. Be. — v G. — x E. sim. Dan. — y Dan. — z G. — a Pri. Vor. — b G. — c E. — * Me. — * Er. G. — f E. — ε G. — h E. — i Vor. — k Dan. — l Idem. — m G. — n Pri. — o E. — P G. — q E. ex Caj. — r G. — † Pri. — t Pi. — v Val. — x Er. — y G. — z Vor. — a E. — b Ca. sic E. — c G. — d Me. — * G. — f E. — ε G.

cantur, ut Psal. 7. 15[h]. vel, gravissimis angustiis, multorum dolorum causis[i]; vel, doloribus mentis[k], curis & angoribus animi, dum per fas & nefas ditescere conantur[l]. Primùm, magna est molestia in quærendis pecuniis, deinde, major in servandis. Vide Matth. 13. v. 22. Accedunt odia aliorum, sæpe lites, interdum & pœnæ[m].

11. *O homo Dei*] Honorifico admodum eum appellat vocabulo[n], ut simul commonefaciat eum officii sui[o]. Confer 2 Tim. 3. 17[p]. Sic appellantur Prophetæ[q], ut 2 Reg. 4. 40[r]. 2 Reg. 1. 9. & 4. 16. & 5. 8. & pastores omnes ac ministri; non γενικῶς, ut omnes, qui à Deo conditi sunt, dici possunt; nec εἰδικῶς, ut pii, in quibus Deus habitat; sed ἰδίως, & proprio quodam possessionis modo†. Intelligit hîc virum Divinum, & Sacro ministerio addictum[t], cujus munus est homines ad Deum adducere, & in ea quæ Dei sunt se totum intendere[v]. ¶ *Hæc* (avaritiam scilicet & peccata quæ indè procedunt[x]:) *fuge*] Emphasin habet[y]. Longè abesto etiam à collimitiis talium vitiorum[z]. Non dicit, *abscede*, ut v. 5. sed *fuge*, strenuè scil. & diligenter summóque conatu[a]. Adhortatio omnibus Ministris summè necessaria: quia nihil magis aut depravat intentionem, aut fructum impedit, &c[b]. ¶ *Sectare*, &c. Δίωκε, &c.] Eadem locutio Rom. 9. 30. & 2 Tim. 2. 22. Sic & 1 Cor. 14. 1. Hebræi רדף sic usurpant[c]. *Sectare* (vel, *Persequere*. Vox Fugæ contraria: ut significet, pari animi contentione à Pastoribus, & vitia fugienda, & sectandas esse virtutes[d].) *justitiam*, (Ea h. l. est *innocentia*[*]. Al. Est hæc virtus suum cuique tribuens: opponitur avaritiæ res alienas appetenti[f].) *pietatem*, (nempe in Deum[g], quâ Deus ex animo & purâ intentione, non autem affectu mercenario, colitur[h]:) *fidem*, (cœlestia bona quærentem[i], & promittentem[k]:) *charitatem*, (non quærentem quæ sua sunt[l], sed quæ aliorum; liberalitatem[m], beneficentiam in homines[n]:) *patientiam*, (in adversis[o]; quâ non solùm superfluis, sed & necessariis, æquo animo caremus[p]:) *mansuetudinem*, Mo. Πραότητα] *Lenitatem*, P. Be. Pi. G. nempe in offensis[q]. *Tranquillitatem animi*, Amb. in E. Quâ non commovearis adversùs inferentes tibi injuriam, aut quæ tua sunt auferentes[r]. In MS. est πραϋπάθειαν. Et videtur sic legisse Hesychius: Est enim apud eum, πραϋπάθεια, πραότης†.

12. *Certa*, &c. Ἀγωνίζου, &c.] *Certa pulchrum* (vel, *bonum*, Vulg. Er. *præclarum*, P. sic Be. Pi. Sic vocat, vel, ut à vanis Gentium certaminibus distingueret[t]: vel, ob rei, de qua certatur, dignitatem: vel, ob felicem exitum ejus futurum[v].) *certamen* (Metaphora, vel, à militia[x]: vel potiùs, à currentibus in stadio, ut 1 Cor. 9. 25, 26. Phil. 3. 12, 13. 2 Tim. 2. 5[y]. Est hîc pleonasmus, ut *pugnare pugnam*[z]. Ἀγῶνα ἀγωνίζεσθαι dicunt quoque Plato, Plut. Arrian. &c[a].) *fidei*, Mo. Ad id certamen venisti ubi sine intermissione pugnandum est, 1 Cor. 9. 25. Phil. 1. 29. 2 Tim. 4. 7, 8. Confer Gen. 30. 8[b]. Ostende te, [tum] acerrimum defensorem fidei[c], eam tuendo[d], & propagando[*]; tum, pietatis studiosissimum[f]. Loquitur hîc de cursu ministerii Evangelici, qui *certamen* vocatur, ob difficultates, &c. idque *fidei*; vel, quia per fidem vincit, &c. vel, quia pro fide susceptum est[g]. Ostendit, non levi manu, vel operâ, ministris incumbendum operi suo; quia enim docent & reprehendunt multos habebunt adversarios[h]. ¶ *Apprehende*, &c. Ἐπιλαβοῦ, &c.] Sic & mox 19. Locutio similis isti Prov. 4. 13. החזק, ubi Græci, ἐπιλαβοῦ, *firmiter tene*[i]. *Apprehende* (Ut illa solemus quæ vendicamus, aut quibus potiri cupimus[k]: vel, ut victor coronam in meta[l], ex eminentiore loco appensam, assumpsit[m]. Vel, *Assequere*, Sy. 1 Cor. 9. 24. est ἵνα καταλάβητε[n].) *vitam æternam*, Be. Pi. &c. i. e. Da operam[o], ità certa[p], ut eam consequaris[q], velut bravium & palmam victoriæ[r]. Sed notandum, *vitæ æternæ* nomine hîc & alibi significari jus ad vitam æternam. Sensus idem Phil. 3. 14†. ¶ *In qua*, &c. Εἰς ἣν, &c.] *Ad quam & vocatus es*, Be. Vocatione, vel internâ, quæ efficax est; vel externâ: ad quam invitatus es ab agonotheta Christo[t]. Confer Phil. 3. 14[v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὡμολόγησας, &c.] *Et* (vel, *Nam*, V. vel, *Quando*, G.) *professus præclaram professionem coram multis testibus*, P. sic Be. Pi. vel, 1. In Baptismo, cui multi adhibebantur testes[x]. De hac professione vide quæ diximus ad Mat. 27. 19. Hanc ὁμολογίαν *testationem fidei* vocat Tertul[y]. Vel, 2. In persecutione Ephesiana[z]. Vel, 3. In Ordinatione, ubi sponsionem fecit ministerii fideliter obeundi, idque in frequenti cœtu fidelium[a]. Confer 1 Tim. 4. 14[b]. Al. Confessionem intelligit, non verbis conceptam, sed potiùs re ipsâ editam; neque id semel duntaxat, sed in toto ministerio: q. d. Multi tum Ephesi, tum alibi, te fideliter & seriò in Evangelii professione versantem spectârunt[c]. Alludit ad agones, ubi plurimi erant spectatores[d].

13. *Præcipio*, Παραγγέλλω] Eadem vox suprà 4. 11. & 5. 7. & alibi sæpe, & παραγγελία, 1 Thes. 4. 2. suprà 1. 5, 18[*]. ¶ *Coram Deo*] Qui testis erit me hæc præcepisse, & vindex, si ea non serves[f]. Adhortationi præced. hanc contestationem addit. Arguit hoc summam Pauli solicitudinem pro Ecclesia, quòd sic agat cum Timoth. fidelissimo ministro, &c[g]. ¶ *Qui vivificat omnia*] Nempe animata[h], & præsertim fideles respectu salutis æternæ[i]. Epitheton est h. l. congruum, quo eum ad pericula ipsámque mortem animat certâ spe resurrectionis, &c[k]. De sensu vide suprà 5. 21. Illi Deo qui omnibus quæ vivunt vitam dat, & dans ut vult servat. Is est qui eam potest & reddere, Joh. 5. 21. In MS. est ζωογονοῦντος pari sensu. Græci enim pro החיה promiscuè ponunt ζωογονεῖν & ζωοποιεῖν[l]. ¶ *Et Christo*] Quem ei proponit, tum, ut omnium actionum nostrarum inspectorem, ac judicem futurum: tum, ut exemplar confessionis quod imitetur[m]. ¶ *Qui*, &c. Τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου——ὁμολογίαν] *Qui testatam fecit* (vel, *perhibuit*, Tre. ex Sy.) *sub* (vel, *coram*, Q. in E.) *Pontio Pilato* (i. e. Præside ac Judice Pontio Pilato[n]. Ἐπὶ nota propria stantis apud Judicem, Act. 15. 9, 10[o].) *bonam* (vel, *bonum*, Tre. vel, *præclaram illam*, Be. Pi. *illustrem*, Ar. *pulchram*, Mo.) *professionem*, Er. Il. Ti. P. Be. &c. Vel, *confessionem*, Mo. vel, *testimonium*, Tre. ex Sy. vel, 1. verbo[p]: Dedit tibi exemplum, ipse cum vitæ periculo professus se esse *Regem*, &c[q]. Joh. 18. v. 37[r]. Sic & tu fac, profitere te Episcopum, testem ejusdem veritatis†. Vel, 2. opere[t]; nempe martyrio, quo eam complevit & consignavit[v].

14. *Ut*, &c. Τηρῆσαί σε τὴν ἐντολὴν, ἄσπιλον, ἀνεπίληπτον, ἀλλ' &c.] *Servare te* (vel, *Ut serves*, Er. Be. &c.) *mandatum*, sive *præceptum*, (vel, *hanc præceptionem*, Be. vel, *hæc mandata*, P. Pi. Intelligit, vel, 1. illud, *certa bonum certamen*[x]; vel, 2. omnia quæ hactenus præcepit[y], quorum summa est, ut fidelem se Ministrum præbeat[z]; vel, 3. munus ipsi demandatum à Deo[a]:) *immaculatum*, (vel, *sine labe*, Tre. ex Sy. vel, *immaculatus*, Er. Il. Ti. sim. P. Pi. Ca. G. Sic Jac. 1. 27. 2 Pet. 3. 14. Heb. בלא מום[b].) *irreprehensibile*, (vel, *& sine macula*, Tre. ex Sy. vel, *irreprehensibilis*, Er. Il. Vox hæc in N. T. nullibi occurrit nisi hîc, & suprà 3. 2. & 5. 7. Ἐπιλαμβάνομαι, inter alia, sign. *reprehendo*, ut in Plat. Ἐπιλαβοῦ, &c. *Reprehende, si potes, quæ dico*: & in Xenoph. *Solus decretum* ἐπελάβετο, *reprehendebat*. Hinc ἐπίληπτος, *reprehensibilis*, & ἀνεπίληπτος, *qui reprehendi non potest*, ut in Plut. *Quærendi sunt*, inquit, *Præceptores liberis*, οἳ καὶ τοῖς βίοις εἰσὶν ἀδιάβλητοι, καὶ τοῖς τρόποις ἀνεπίληπτοι, καὶ ταῖς ἐμπειρίαις ἄριστοι; *qui moribus sunt inculpati*, &c[c]. vel, *culpæ omnis expers*, P. Pi. nempe, in professione tua[d]. Vel, *irreprehensibiliter*, Me. Hæc duo epitheta referri possunt, vel, 1. ad vocem ἐντολὴν[*]: cui favet scopus Pauli[f]. Mandatum, inquit, maculam aut reprehensionem non habet, quemadmodum Pseudo-apostolorum præcepta[g]. Hoc dicitur, ut Tit. 2. 8. *verbum sanum, irreprehensibile*, dum scil. in ministris Legis aut doctrinæ nihil habet adversarius quòd reprehendat, & propter quod ipsa Lex & doctrina malè audiat[h]. Sed sic dicendum hîc esset, τὴν ἐντολὴν τὴν ἄσπιλον[i]. Vel, 2. ad Timotheum[k]: Sensus est, Neque vitæ, neque dogmatum, gratiâ, aliquid maculæ contrahas, unde meritò reprehendaris[l]. Ad hunc referri malim, quòd nomine τῆς ἐντολῆς videatur significare illam officii rationem quam ei totâ epistolâ scripserit[m].) *usque ad apparitionem* (vel, *illustrationem*; quod malim, quia sequitur, *quam ostendet*. Quid ostendet? Nimirum gloriam Filii sui, quem antè exhibuerat humilem[n]: vel, *revelationem*, Tre. V. *manifestatio-nem*,

Marginalia (left): [h] Me. [i] E. [k] Me. [l] Vor. [m] G. [n] G. sim. Dan. [o] Dan. [p] Vor. [q] E. G. Dan. [r] G. † Dan. [t] Vor. [v] E. [x] E. Me. [y] E. [z] G. [a] Dan. [b] E. [c] G. [d] E. [*] G. [f] E. [g] G. [h] E. sic Me. [i] E. [k] Me. [l] E. Me. [m] E. [n] G. sic E. [o] G. [p] E. Me. [q] G. [r] Me. ex E. † G. [t] Pi. [v] Dan. [x] Plerique in E. [y] E. [z] Camer. [a] Pri. [b] G. [c] V. sim. E. Me. [d] Me. [*] E. sic Me. [f] Vor. [g] E. [h] Dan. [i] G. [k] Camer. [l] Ham. [m] Q. in Scul. sim. Ham. [n] Scul. [o] V. [p] E. sic Me. [q] V. E. [r] E. sic Me. † G. [t] E. [v] G.

Marginalia (right): [x] G. sim. Græci & Amb. Primas. Hessel. &c. in E. [y] G. [z] Me. sim. E. ex Chrys. [a] E. ex Lomb. Aquin. & Caj. [b] Vor. [c] Calv. [d] Ham. [*] G. [f] E. Me. [g] E. [h] Vor. sic E. [i] Vor. [k] E. [l] G. [m] E. [n] Idem. [o] G. [p] Q. in E. [q] G. [r] G. Be. Pi. † G. [t] E. [v] E. sic Me. [x] Q. in E. [y] E. sim. Dan. Be. [z] E. [a] Dan. [b] G. [c] Sch. [d] G. [*] E. Vor. [f] Vor. [g] Q. in Er. [h] E. [i] Er. [k] Er. V. Be. E. ex Græcis. [l] E. ex Græcis. [m] Be. [n] Er.

nem, Sy. *adventum*, Ca. *illustrem illum adventum*, P. Be. Pi.) *Domini*, &c. Mo. Er. &c. i. e. usque ad secundum ejus adventum [o]: vel, usque ad exitum vitæ [p]. *Tunc enim unicuique veniet dies adventus Domini, cùm venerit ei dies, ut talis hinc exeat, qualis judicandus est illo die* [q]. Non *mortis* meminit, sed *adventus Domini*, ut eum magis excitet simul & consoletur sub pressuris ejus, &c [r]. Et hîc apparet loqui Paulum ad Timotheum tanquam qui vivere posset ad tempus judicii extremi. Vide quæ diximus ad 1 Cor. 15. 52. 2 Cor. 5. 2, 3. 1 Thes. 4. 15. Vide eandem vocem ἐπιφανείας hoc sensu eximio, 2 Tim. 1. 10. & 4. 8. Tit. 2. 13. Hebraicè est נירוּת †. Sed hanc sententiam de instante die Domini apertè removet Paulus, 2 Thes. 2. 1, 2 [t].

15. *Quem*, &c. Ὃν—δείξει—δυνάστης] *Quem* (vel, Christum apparentem: vel, quod perinde est [v], adventum Christi [x].) *temporibus suis* (vel, *propriis*, Mo. tempore quod ipse novit [y]; tempore quidem certo & decreto, sed & soli Deo cognito. Hoc dicto, piorum & infirmitatem sustentat, nè fatiscant; & temeritatem atque impatientiam reprimit, qui promissis Dei ante tempus frui vellent [z]; & curiositatem humanam castigat, ut Christus, Act. 1. Tollit etiam suspicionem, nè quis putet vivente Timotheo venturum Christum: Vult enim illud tempus esse nobis incertum, ac minimè scrutandum ‖.) *ostendet* (vel, *faciet apparere*, יראה [a]. Vel, *exhibebit*, Ca. Me. vel, *illustrabit*, Er.) *ille beatus*, (i. e. omnis felicitatis fons, quam in se, & à se, habet [b], & per essentiam; & proinde beatitudinem promissam nobis indubiè communicabit [c]. Vide suprà 1. 11 [d].) *& solus Princeps*, (vel, *potens*, Vulg. vel, *Dynastes*, Be. E. Solus hic est perfectè scilicet & prorsus absolutè Princeps, Rex, &c. qui regnum à nullo alio acceptum habet, & à quo cæteri regnant, &c *. Vel, *solus*, nempe κατ' ἐξοχὴν, à seipso & per naturam talis: quomodo *solus sapiens*, itémque *solus bonus*, appellatur [f]. Vel, *qui solus potest omnia*. שדי. Sic dicitur πάσης ἐξουσίας δυνάστης, 2 Macc. 3. 24. & κόσμου δυνάστης, ibi, 12. 15. & ὁ ἐν οὐρανῷ δυνάστης, ibi, 15. 2, 23 [g]. Non est hîc δυνατὸς, *potens*, sed δυνάστης, h. e. *Reip. gubernator*, ac *Princeps*; unde δυναστεία, & δυναστεύειν dicuntur qui potentiâ Remp. obtinent [h].) *Rex regum*, (Sic Hebræi dicunt, מרא מלכין, ut Dan. 3. 27 [i]. Sic Apoc. 17. 14. & 19. 16 [k].) *& Dominus dominorum*, P. Pi. &c. ut Deut. 10. 17. Psal. 136. 3 [l]. *Dominorum*, id est, vel astrorum, vel magnatum, sive Principum [m]. Sumptum hoc videtur à Persis, vel Assyriis, qui Magnum Regem ità vocabant; aut ab Ægyptiis: Diod. l. 1. p. 35. *Rex Regum & Dominus dominorum Sesoosis* [n]. His epithetis amplificat Dei potentiam [o]; ut hanc pii opponant omnibus hostium, quantumvis potentum, viribus & dignitati, &c [p]. Nè Principum hujus mundi tyrannidem metuant [q]. Nè timete minores illos dominos, dum ei paretis qui & in ipsos imperium habet [r]. Hæc porrò dicta sunt, vel, 1. de Trinitate †; vel, 2. de Filio [t]; vel, 3. de Patre [v]: cui ut authori hæc tribuuntur [x], quia Christus hîc nobis ut homo & infirmus proponitur [y].

16. *Qui*, &c. Ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν] Ἀθανασία vox est aliquoties in Libro Sapientiæ, & apud Paulum 1 Cor. 15. 53, 54. Utitur & Menander [z]. *Qui solus habet immortalitatem*, Pi. Vulg. &c. nempe per se [a], vel, per naturam sive essentiam [b]. Sic vox μόνος ponitur & Rom. 16. 27. 1 Tim. 1. 17 [c]. *Immortalitas* propriè hîc accipitur, ità ut & principium & finem existendi secludat: nam quæ æterna non sunt, alieno tantùm beneficio durant [d], & mutabilia sunt: mutatio autem est mors quædam: solus Deus est immutabilis *. Deum hîc distinguit, tum, à Regibus terrenis, qui mortales sunt; tum, ab omni re creata. Nam perfecta immortalitas est omnimoda immutabilitas [f]. Non longè hinc abit sententia Platonis, quam sic explicat Proclus, loquens de diis minoribus, quos nos *Angelos* dicimus; μήτε ἀθανάτους εἶ), μήτε τεύξεσθ) θανάτου μοίρας· Plato ipse in Timæo Deum summum sic inducit loquentem, ἃ δι' ἐμοῦ γινόμενα, ἄλυτα ἐμοῦ γε θέλοντος. Sic Justinus cum Tryphone disputans negat animas esse immortales, (nempe per se) & tamen negat eas mori. *Immortalis est Deus ex sua natura, non ex alterius voluntate*, ait Scriptor Respons. ad Orthod. Sic & Respons. ad quæst. Græcas [g]. ¶ *Et*, &c. φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον] *Lucem habitans* (Impropriè & more humano *habitare* dicitur Deus, quippe qui nullo loco continetur [h]:) *inaccessam*, Er. P. Pi. &c. i.e. Summum illud cœlum à conspectu nostro remotum, quod *lucem sub solio gloriæ* appellant: Vide Dan. 2. 22. & Jacchiaden ibi [i]. Al. Non est hæc creata, sed increata lux, quæ est ipse Deus, 1 Joh. 1. 5. qui dicitur *lucem habitare*, sicut est & habitat & permanet in seipso. Maximè enim quisque ibi dicitur habitare, ubi semper est, & unde nunquam recedit [k]. Hæc lux est ipse splendor, & gloria majestatis Divinæ increata, immensa, & inenarrabilis [l]; quæ *inaccessibilis* vocatur, quia ad eam videndam nulli hominum patet accessus [m]; & quia ipsi Angeli fulgore ejus ità perstringuntur, ut faciem obtegant. Hoc epithetum addit, 1. ut omnem nobis Divinæ majestatis curiosiùs perscrutandæ pruritum adimat; 2. ut omnis nostræ de Deo ignorationis culpa in nos nostrámque imbecillitatem transferatur, non in obscuritatem domicilii Dei [n]. ¶ *Quem nullus hominum* (mortalium scilicet [o], 1 Joh. 3. 6 [p]. & in hac vita [q]:) *vidit*, &c.] Vel, 1. oculis corporis [r]; ut conveniat hoc cum ἀοράτῳ, suprà 1. 17 †. Obstat, quòd nec aer sic percipitur [t]. Vel, 2. visione comprehensivâ [v]. Obstat, quòd nec Angeli sic vident Deum [x]. Vel, 3. oculo mentis, per se scilicet & ex naturæ suæ viribus [y]. Vel, 4. visione Divinæ essentiæ [z], intellectuali [a], vel, intuitivâ. Similes S. S. loci sunt Gen. c. 32. v. 30. Exod. 33. 20, 21, 22. Joan. 1. 18. Dicuntur quidem Patres Deum vidisse, nempe, metonymicè & repræsentativè, quia signa & symbola præsentiæ Divinæ cernebant [b]. Hanc sui visionem piis servat Deus in vita futura, Matth. 5. 8 [c]. Ex hoc loco colligimus, nec Mosem, nec Paulum, Deum in hac vita vidisse [d]. ¶ *Cui*, &c. Ὧ τιμὴ, κράτος, &c.] Habes hîc iterum ἀσύνδετον in nominibus duobus junctis: quale notavimus Luc. 2. 14. & alibi. In Psal. 29. 1. cum copula כבוד ועז. Sed hîc additur αἰώνιον, ut & 2 Tim. 2 10. & 1 Pet. 5. 10. עז, κράτος, hîc significat *imperium*, δυναστείαν. Nam sic עז vertitur Job. 37. 6. Psal. 89. 13. Dan. 11. 31 *. [Sic vertunt:] *Cui* (tanquam omnium bonorum authori [f]: sub. *fit*, vel, *est*, Vor. ut hoc sumatur, vel, 1. enunciativè, q. d. ab omnibus habetur [g]; vel, 2. optativè, ut in locis similibus, Rom. 16. 27. Eph. 3, 21. &c. q. d. ab omnibus impendatur [h]:) *honor*, (sub. *&*, Er. Be. Pi. &c.) *imperium* (vel, *robur*, P. Be. Pi. D. ut Psal. 8. 2. *fundasti robur*: LXX αἶνον, *perfecisti laudem*: Psal. 29. 1. *gloriam & robur*: LXX δόξαν καὶ τιμήν· Psal. 99. 4. ועז, καὶ τιμή. Significat propriè firmam ac solidam laudem. Quo sensu apud Arabes quoque in usu est [i]. Vel, *potentia*, V.) *sempiternum*, Er. Ti. Omnium confessione [k].

17. *Divitibus hujus seculi* (vel, *in hoc seculo*, Be. Pi, quomodo *sapientes in hoc seculo*, 1 Cor. 3. 18. Sic τοῦ νῦν πλουσίους, dicit Arrian. 3. 22. in Epictetum [l]. Hoc autem addit, tum, 1. distinctionis ergo [m]; quia sunt & aliæ divitiæ [n], his longè præstantiores, & ab omnibus expetendæ [o], cœlestes nempe & spirituales [p]; de quibus Mat. 6. 20. & 19. 21. Marc. 10. 21. Luc. 12. 21, 23. & 18. 22 [q]. 2 Cor. 8. 9. Jac. 2. 5. Apoc. 2. 9. tum, 2. in contemptum divitiarum præsentium, quas innuit esse evanidas, fallaces, & instabiles, qualis est hujus seculi & mundi conditio [r].) *præcipe*, Παράγγελλε] Vide suprà v. 13 †. *Denuncia*, Be. Pi. i.e. Admone seriò & crebrò, ut vox notat, quia divitum ingenium subjiciendum est & contundendum, cùm nimiùm per se insolescat. Non ergò dicit λέγε, vel δίδασκε, sed παράγγελλε. Est autem hîc Epanodos sive regressio ad exhortationem præced. 1. quia divites, præsertim in amplis & opulentis civitatibus injuriosi sæpe sunt in cæteros; quod & ipsis exitiosum est, & cæteris in Ecclesia præbet offendiculum: 2. nè ex præcedentibus colligerent, divites Christianos omni spe salutis, & bene utendi divitiis suis, destitutos esse [t]; & divitias in universum damnandas [v]. Earum ergò bonum sanctúmque usum hîc monstrat [x]. Cùm Epistolam jam absolvisset, venit ei in mentem speciali admonitione opus habere divites illos mercatores, qui plurimi erant Ephesi. ¶ *Non*, &c. Μὴ ὑψηλοφρονεῖν] Habuimus hoc verbum & Rom. 11. 20. pro ὑψηλὰ φρονεῖν, Rom. 12. 16 [y]. *Non sublime sapere*, Mo. *Nè superbiant*, Ca. *Nè elato sint animo*, Er. Tre. Il. Pi. sim. P. Be. *Nè arroganter de se sentiant*, Er. *Nè altos gerant spiritus*, G. i. e. Nè sibi nimis placeant aliósque præ se contemnant [z]. Hoc vitium maximè divitias sequitur [a], ut notant Sosiphanes,

[o] E. [p] E. Me. [q] Aug. in E. [r] E. † G. [t] E. [v] E. [x] Me. Er. V. Pi. sic E. &c. [y] G. [z] Dan. ‖ E. [a] G. [b] Dan. [c] E. [d] G. * E. [f] Vor. [g] G. [h] Er. [i] G. [k] Dan. [l] D. G. [m] Q. in D. [n] D. [o] E. sic Dan. [p] Dan. [q] E. [r] G. † Aug. & Aquin. in Er. [t] Th. in Er. [v] Er. ex Amb & Chrys. E. Dan. [x] E. sim. Dan. [y] Dan. [z] G. [a] G. E. Me. T. Dan. [b] E. Me. T. [c] G. [d] Dan. * Dan. sic E. [f] E. [g] G.

[h] Dan. [i] G. [k] E. [l] Me. sim. Dan. [m] E. [n] Dan. [o] G. Vor. sic E. [p] G. [q] E. sim. Vor. [r] Me. sic Pi. Q. in E. † Pi. [t] E. [v] Al. in E. [x] E. [y] Me. [z] Dan. E. [a] E. [b] Dan. [c] E. [d] T. ex E. * G. [f] E. [g] Plerique in E. [h] E. [i] D. [k] E. [l] Pri. [m] Dan. [n] G. sic E. Dan. [o] E. [p] Dan. [q] G. [r] Dan. † G. [t] Dan. [v] E. sim. Dan. [x] E. [y] G. [z] E. [a] G sim. E. Vor.

phanes, & Menander [b]. [quorum verba dat G.] Seneca epist. 87. de Divitiis, *Inflant animos, superbiam pariunt.* Simil. Aristot. Phocyl. Cato, &c. [vide Pri.] Adde Sirac. 28. 12. & 40. 28 [c]. ¶ *Neque*, &c. Μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτε ἀδηλότητι, &c.] *Neque sperare* (vel, *spem ponant*, Be. Pi.) *in divitiarum incertitudine*, (vel, *in divitiis incertis*, Er. P. Be. Pi. Ar. G. E. vel, *fluxis*, G. Quæ scil. multis casibus obnoxiæ sunt, furtis, fraudibus, rapinis, incendiis, &c [d]. Exemplum hominis fidentis opibus vide Psal. 39. 6. Luc. 12. 17, 18, 19 [*]. Vitium hoc, *sperare in divitiis*, causa est superbiæ, dum per ea multum se posse confidunt, ideoque efferuntur & alios despiciunt [f].) *sed in Deo illo vivente*, Mo. &c. i. e. verè existente & æterno [g]; toti ab eo pendentes, etiam in mediis opibus, quas ille dat & aufert quibus & quando vult [h]. Epithetum est Dei ὁ ζῶν, 1 Thess. 1. 9. supra 3. 15. & 4. 10 [i]. Nec inaniter id hic positum. Divitiæ pereunt, ille manet [k], & immutabiliter erit; spes ergò in eo collocata certa est [l]: divitiæ res inanimes, Deus vivus & vitæ causa. Pro ἐν τῷ Θεῷ MS. habet ἐπὶ τῷ Θεῷ. Post vocem ἐλπίζειν modò ἐν, modò ἐπὶ, solet poni pro Hebræo ב: interdum & εἰς. Vide Matth. 12. 21. Joh. c. 5. v. 45. Rom. 15. 12. Phil. 2. 19. supra 4. 10. &c [m]. ¶ *Qui*, &c. Τῷ παρέχοντι ἡμῖν πλουσίως πάντα εἰς ἀπόλαυσιν] *Qui præbet* (vel, *suppeditat*, Ca. Sy.) *nobis* (Non singulis hominibus, sed humano generi: constat enim multos esse qui indigent [n].) *omnia* (scil. ad hanc vitam necessaria [o]:) *copiosè* (vel, *opulenter*, Er. E. Paronomasia est in πλούτε & πλουσίως [p] vel, *largè*, G. Ca. ut Col. 3. 16. Tit. 3. 6. 2 Pet. 1. 11 [q].) *ad fruendum*, P. Be. Pi. Er. &c. vel, *ad fruitionem*, Ca. Vor. moderatam & honestam [r]: *in usumfructum*, V. *ad refocillationem*, Mo. *ad recreationem nostram*, Tre. ex Sy. In illo spes reponenda est qui etiam nobis pauperibus dat omnia illa quibus natura indiget, & quibus nos contenti sumus [†]. Id enim est ἀπολαύειν, *uti cum quadam oblectatione* [t]. Confer Act. 14. v. 17 [v]. Hæc ratio nostræ in Deum spei, quòd ipse unus & omnis vitæ fons est, & omnibus abundè subministrat, ut ab eo solo pendere debeamus, &c [x].

18. *Bene*, &c. Ἀγαθοεργεῖν] Idem quod ἀγαθοποιεῖν, Marc. 3. 4. Luc. 6. 9, 33, 35. Act. 14. 17. Respondet Hebræo הטיב, ut videre est Num. 10. 32. Jud. 17. 13. Significat autem *beneficia conferre*; quod facile divitibus, & quidem in cujusvis fortunæ homines [y]. Construitur hic Infinitivus cum illo παράγγελλε [z]. ¶ *Ut* (sub. *aliis*, Pi.) *benefaciant*, Er. P. Pi. q. d. Divitias nec avarè recondant, nec utantur ad fastum, voluptates, &c. sed ad bona opera [a]. ¶ *Divites fieri*, &c.] Vel, *Piis factis abundare*, G. sic E. Id enim πλουτεῖν, Rom. 10. 12 [b]. Auget quod dixerat, *bene agere*, imò, inquit, abundare, &c. sicut opibus abundatis [c]. ¶ *Facilè*, &c. Εὐμεταδότους] *Bene partibiles esse*, Mo. *Ut sint liberales*, Ca. vel, *faciles ad impertiendum*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Tre. &c. *Liberaliter dare*, G. nempe pauperibus [d], ex collat. Eph. 4. 28 [*]. secundùm dictum illud, Μιμοῦ τὸ πλουτῶν τοῦ πένητας ὠφελεῖν [f]. ¶ *Communicare*, Κοινωνικούς] [Variè reddunt:] *Facilis convictus*, P. Be. Pi. Referunt ad vitæ conversationem [g]: Ut sociales sint [h], humani, benevoli, minimèque fastuosi [i], & aliorum consortia non fugiant [k]. Al. *Libenter communicantes*, Er. Ti. nempe, cum aliis divitias nostras [l]. Ità vox sumitur in Scriptura, ut Rom. 12. 2 Cor. 8. & 9. Gal. 6. Phil. 4. Heb. 13. Convenit & huic loco, ubi divites ad beneficentiam incitantur [m]. *Communicativos esse*, E. Etiam vocare pauperes ut communiter rebus partis fruantur [n]: Prov. 22. 9. Esa. 58. 7. Luc. 14. 12. Sic κοινωνικὸς Ἑρμῆς Aristoteli. Horum præceptorum initia quædam erant in Legibus de Spicilegio & Racematione, & Anno Sabbatico [o]. Utraque vox, εὐμεταδ. & κοινων. liberalitatem notat [p], sive liberalem subministrationem; illa pecuniæ, hæc quorumvis aliorum bonorum, ut docent loca Gal. 6. 6. Heb. 13. 16. Philem. v. 17. Κοινωνοὶ Demostheni dicuntur *emolumenti & detrimenti participes*, in hæreditate, mercimoniis, &c [q].

19. *Thesaurizare*, &c. Ἀποθησαυρίζοντες—θεμέλιον, &c.] *Thesaurizantes* (vel, *Reponentes*, sive *Recondentes*, Er. Il. Ti. P. V. Ar. *Congerentes*, Ca.) *sibiipsis* (Emphasin habet. Nam sua quærunt divites [r]. [Opes autem mundanas non sibi recondunt, sed liberis, cognatis, forsan & peregrinis, vel hostibus:]) *fundamentum* (Quæ vox opponitur incertitudini opum [†]:) *pulchrum* (vel, *bonum*, Be. Pi. Virtutum scilicet, & pietatis opera [t]. Opponit hoc terrenis opibus, quæ Bona non sunt, sed impedimenta, laqueus, fallacia, animum cruciantia, &c [v].) *in futurum*, Mo. vel, *in posterum*, Er. Pi. &c. q. d. Non in Præsenti, sed Futura, vita [x]. Θησαυρίζειν & ἀποθησαυρίζειν per allusionem de omni re quæ clàm deponitur, ut eleemosynæ apud pauperes. Sic ponitur hæc vox Rom. c. 2. v. 5. Jac. 5. 3. 2 Pet. 3. 7. Convenit autem hoc & *fundamento*; quia fundamenta abduntur ità ut non appareant. Opera autem misericordiæ ideo comparantur Fundamento; quia sicut ex fundamentis latentibus domus in altum assurgit, ità ex illis operibus assurgit vita illa sublimis atque cœlestis. Vide Matth. 19. 21 [y]. Al. Vox θεμέλιος non est Græca, sed potiùs Hellenistica, & respondet Heb. עיקר [z], vel עקר, quod est *radix*, vel *fundamentum* [a]; & apud RR. denotat *tabulas contractus*, sive *scriptum obligatorium*, quo cavetur de mutuo creditori reddendo [b]. Vox quoque Heb. מוסד, quod interdum θεμέλιος redditur, σύνθημα quoque vertitur Esa. 30. v. 1 [c]. Hoc sensu θεμέλιος occurrit & 2 Tim. 2. 19. ut ostendit *sigillum* ibi memoratum, quod Chirographo apponi solet [d]. Est ergò Metaphora ab iis qui nomina faciunt, qui diligenter in patrimonium debitoris inquirere solent, & quibus à debitore scripto cavetur de refundenda pecunia. Hîc ergò monet Paulus, facienda esse bona nomina; quod fit munificentiâ in pauperes: hanc enim Deus tanquam sibi creditam refundet cum fœnore [*]: qua de re vir liberalis Chirographum à Deo accipit [f], nempe, de vita æterna sibi reddenda, non quidem vi meriti, sed vi pacti [g]. Hoc autem Chirographum apud hominem cautionis ergò repositum, ceu depositum, vel pignus, aptè θεμέλιον dici possit à τίθημι *pono*. Confer Prov. c. 19. v. 7 [h]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἐπιλάβωνται, &c.] Vocem ἐπιλαβοῦ conjunctam cum *vita æterna* habuimus, & suprà v. 12 [i]. Sed ibi jus ad rem nomen rei accepit; hîc res ipsa significatur [k]: hîc apprehensio in spe consistit, illic verò reipsâ impletur [l]. [Sic vertunt:] *Ut apprehendant æternam vitam*, Er. P. sic Be. Pi. &c. vel, *veram vitam*, Vulg. In MS. est τῆς ὄντως ζωῆς. Nam ὄντα & ὤν dicuntur κατ᾽ ἐξοχὴν ea quæ semper manent [m]. Ut nitantur ad veram & beatam vitam pervenire [n]. Hæc autem bona opera hîc commemorantur velut signa & testimonia, quòd ii sumus quibus hæc vita promissa est [o].

20. *O Timothee*] Blanda compellatio [*]. ¶ *Depositum*, &c. Τὴν παραθήκην, &c.] Phrynichus vult dici παρακαταθήκην, ut scribitur in MS. & hîc, & 2 Tim. 1. 12. Sic & Levit. 6. 2, 4. ubi in Hebræo est פקדון, 2 Macc. 3. 10, 15 [p]. Hæc vox est communis dialecti, παρακαταθήκη, dialecti Atticæ [q]. [Sic vertunt:] *Depositum* (nempe *illud*, Be. vel, *tuum*, Æth. vel, *meum*: Nam Articulus quandoque habet vim Pronominis [*]. Intelligit, vel, 1. dona Timothei peculiaria [r]; vel, 2. munus ipsum pastoris à Deo ipsi commendatum. Vide Act. 20. 28. 1 Pet. 5. 2 [†]. vel, 3. sacram sanamque doctrinam Evangelii [t], quam *depositum* vocat, tum, 1. quia res est alterius, nempe Christi, non ipsius aut ingenio inventa, aut industriâ comparata, sed à Deo tradita [x]; tum, 2. quia fidei ipsius concredita erat [y]: Pastoribus fida ejus custodia incumbit. Quare & verbum παραθέσθαι in eodem negotio habemus suprà 1. 18. 2 Tim. 2. 2 [z]. In Libro Musar præcepta vocantur *depositum* [a]. Idem hoc quod ὃ ἐγὼ ἐπιστεύθην suprà 1. 11. & καθὼς παρέδωκα, 1 Cor. 11. 2. & πῶς εἴληφας, &c. Apoc. 3. 3 [b].) *serva*, Er. Pi. &c. integrè tutare [c]: nihil in ea muta, nec adde, nec minue: hoc enim præter depositi rationem est [d]. ¶ *Devitans*, &c. Ἐκτρεπόμενος τὰς βεβήλους κενοφωνίας, καὶ ἀντιθέσεις, &c.] *Devitans* (vel, *Et aversare*, Be. Pi. Ut depositum Dei à nobis servandum est, ità illius corruptela fugienda [*].) *profanas*, sive *profanos inanitates* (vel, *vanitates*, Ca.) *vocum*, Mo. Er. Ti. sic Tre. ex Sy. (vel, *de rebus inanibus clamores*, P. Be. Pi. Intelligit matæologias [f], vel, inutiles disputationes [g]; spinosas & clamosas, & inanes, atque adeò profanas concertationes [h]; loquacitatem clamosam atque impuram [i]: vel, grandiloquentiam, & venditationem Eloquentiæ ac profanæ Philosophiæ in Ecclesia, quam aptè κενοφωνίαν vocat, quia quum grande sonet, nihil subest;

Margin notes (left): b G. c Pri. d E. * G. f E. g Be. h E. i G. k G. sim. Be. l E. m G. n E. o Ca. p Er. q G. r Vor. † G. t T. sic E. v E. x Dan. y G. z G. sic E. a E. b G. c E. d G. Pri. * Pri. f G. g Græci in E. h V. i Græci in E. k V. l Me. sim. E. et L. Caj. &c. m E. n G. sim. E. o G. p Vor. q Scul. r Dan.

Margin notes (right): † Dan. sic Me. Be. t Me. v Dan. x Dan. sim. E. y G. z Pet. var. lect. cap. 11. a Med. 1. diss. 21. b Med. Ham. c Ham. d Med. * Pet. ib. f Med. Ham. g Med. h Ham. i G. sic Vor. k G. l Vor. m G. n Me. o Dan. * G. p G. q Pri. * D. r Q. in Dan. sim. † Dan. t G. Vor. sim. Er. D. x E. Me. 11. y G. z T. a Vor. b G. ex D. c Pri. d T. * E. * Dan. f Er. ex Th. Dan. g V. sim. Er. Dan. h Be. i E.

subest †. Vel, genealogias illas de quibus suprà: quæ & *inanes* sunt, nihil enim ad pietatem proficiunt; & *profanæ*, quia non sunt Divinitùs revelatæ. Iidem βίβηλοι μῦθοι suprà 4. 7. Κενοφωνία idem quod in Glossario κενολογία, *vaniloquium* [k]. Similes Eph. 5. 6. κενοὶ λόγοι [l]. Al. *Vocum novitates*, Vulg. Quidam [enim] Codices legunt καινοφωνίας [m]. Ità hic locus citatur ab Aug. Chryſ. Amb. &c. Cui lectioni favet, 1. addita determinatio, *profanas*; nam vaniloquia omnia in vitio sunt, non item vocum novitates, nisi profanæ sint: 2. vox ἑτεροδιδασκαλεῖν, quâ suprà usus est [o]. Prohibet novas formas, & inauditos modos, loquendi in Ecclesia: quos usurpare solent ii qui nova dogmata introducunt ‖. Notat nova dogmata [p], & nova vocabula, usurpata à Simonianis [q], & postea à Valentinianis & Gnosticis, de Deo, mundo, cælo, Angelis; de quibus vide Iren. & Epiphan. quæ *profana* vocat, quòd iis res profanæ, id est, à vera pietate remotæ, significarentur [r].) *& oppositiones* (id est, ἀντιλογίας †: *contradictiones* †; nam & ipsi inter se pugnabant, ut diximus suprà 1. 4 [t]. & perpetuò quæstiones ex quæstionibus nascebantur [v]: vel, axiomata [x], argumenta [y], objectiones [z], contra fidei doctrinam [a]; cui ἀντίκειται dicuntur, suprà 1. 10. & ἀντιδιατιθεμένοι, 2 Tim. 2. 25 [b].) *illius falsò nominatæ scientiæ*, Mo. sic Er. Il. P. Ti. Be. &c. nempe Philosophiæ [c], illius de qua Col. 2. 8. de qua gloriosuli se venditant [d]; qu. d. quas adferunt specioso scientiæ titulo, sed falso *: vel, scientiæ sophisticæ [f]. Mirè hæc quadrant in spinosos nostros Theologistas [g], sive Scholasticos [h]. Vera scientia esse non potest quæ veritati contraria est [i], aut fide destituitur [k]. Vera scientia est quæ ad salutem æternam proficit [l]: φιλόσοφον ψευδώνυμον dixit Plutarchus [m]. Designat hoc loco Gnosticos [n], qui sibi postea nomen illud per superbiam arrogabant [o]. Vides hîc quàm vetus nomen *Gnosticorum*, quod isti Philosophi Christianis cætibus se miscentes sibi indebant, spernebántque præ se cæteros ut rudes. Diximus de iis ad Johannis initium, & ad hujus Epistolæ 1. 4. Falsò autem scientiæ laudem sibi vendicabant: unde Iren. illis exprobrat περίφασιν γνώσεως, & Euseb. ψευδώνυμον γνῶσιν. Clemens Strom. 1. ait hanc Epistolam ob id ab iis repudiatam, quòd in ea se tam vivis coloribus notatos agnoscerent [p]. [Cujus illa verba & alia ex Clem. Pædag. & ex Justin. vide in G.]

21. *Quam*, &c. Ἥν τινες ἐπαγγελλόμενοι ——— ἠστόχησ[αν] *Quam* (vel, *Cujusmodi*, E. nempe scientiam [q]:) *nonnulli profitentes*, (ut suprà 2. 10 [r]. vel, *spondentes*, P. *promittentes*, Vulg. sim. Ar. hoc est, cum fastu ostentantes †: vel, *præ se ferentes*, Il. Be. Pi. hoc est, totâ habitûs, gestûs, vitæ denique, ratione; quam illi ità comparant, ut imperitis nihil nisi sublime & arduum de se promittant [t]. Sensus, qu. d. Dum docti sapientésque videri student [v].) *circa fidem* (vel, *à fide*, Tre. ex Sy. Ca.) *aberraverunt*, Mo. Er. Il. P. &c. vel, *aberrârunt à scopo*, Be. Pi. vel, *exciderunt*, Vulg. Ab integritate & sinceritate fidei, velut à scopo, aberrârunt [x]; vel, fidem non attigerunt [y]. Quidam, inquit, eorum ex ipso fastu, & aliorum contemptu, tandem eò pervenere ut etiam Christianismum desererent. Hoc est quod suprà dixit de aliis, ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως [*] & 1. 19. ἐναυάγησα[ν], &c. Vocem ἀστοχεῖν de Fide habuimus & suprà 1. 6. Sic & 2 Tim. 2. 18. ¶ *Gratia tecum*] *Nempe Dei Patris & Christi*. Breviter dictum, ut & Eph. 6. 24. In MS. μεθ' ὑμῶν, quomodo Col. 4. 18. 2 Tim. 4. 22. Tit. 3. 15. Hæc ultima verba adscripserat Paulus suâ manu [z].

† Calv. k G. l Pri. m Vor. Camer. Calv. o E. ‖ Be. p Me. sim. Q. in E. q Me. sic E. r E. † G. ex Græcis. Ham. t G. sim. Er. v Be. x T. y Me. T. z E. Me. sic Ham. a E. Pri. Ham. b Pri. c V. F. d T. * E. f Vor. g Er. sic Dan. h Dan. i E. k T. Er. l G. m Pri. n E. ex Græcis, Camer. Ham. o E. p G. q E. r G. † Zeg. t Be. v E. x E. Me. y V. z G.

SYNOPSIS

Criticorum aliorúmque Commentatorum

IN

II. EPISTOLAM

AD

TIMOTHEUM.

PROLEGOMENA.] Scripta est (sine controversia [a]:) hæc Epistola, ut veteres credidere, Romæ [b]; cùm jam iterum venisset ab itinere Paulus, & magis in dies sæviente Nerone, mortem semper ob oculos haberet. Est scripta post Epistolam ad Titum: multáque ex Epistola ad Titum, & priore ad Timotheum, huc sunt transcripta [c]. Scripta autem est, vel, 1. in vinculis Pauli prioribus [d], sive An. C. 58 *. vel 59 [f]. Huic sententiæ favent, 1 collatio cap. 4. 16. *In prima defensione*, &c. post quam prædicavit Gentibus in Occidente, testibus Clem. Hieron. Euseb. &c [g]. Sed hoc nullo solido argumento probant [h]: [De quo plura vide, si lubet in Cap. Append. hist. Apost. p. 3899.] 2. collat. cap. 4. 9. ubi Timotheum ad se accersit. In confesso autem est, & ipsum venisse, & post adventum ejus scriptas esse Epistolas ad Philip. Coloss. & Philem. ut apparet, tum ex loco unde mittuntur, Româ, tum ex Timothei nomine eis præfixo. Illas autem Epistolas constat in primis vinculis scriptas. Vide Philip. 1. 26. & 2. 23, 24. Philem. v. 22 [i]. 3. quòd Timotheus jam Ephesi erat; ut apparet, 1. ex memoratis in hac Epistola *Onesiphoro*, & *Alexandro*, qui Ephesii erant; ille, cap. 1. 16, 18, hic, Act. 19. 33. 1 Tim. 1. 20. 2. quòd Paulus illum per Troadem venire ad se vult, cap. 4. 13. per quam & Paulus Ephesum iter fecerat, 2 Cor. 2. 22. sic & Act. 20. 5 [k]. Vel, 2. in vinculis Pauli posterioribus [l], quorum meminit cap. 1. 8. & 2. 9. & paulò ante martyrium suum, quod innuere videtur cap. 4. 6, 7, 8 [m]. Unde liquet, hanc omnium Epistolarum Paulinarum postre-

a Ham. b G. sic Ham. c G. d Baron. in Cap. Ham. Li. chron. 134. * Ham. f Li. ib. g Ham. h Cap. in Append. hist. Apost. 3923. i Ham. k Li. ib. l Cap. Mag. &c. m Cap. ib.

postremam fuisse [n]. Sed cùm de imminente ipsius martyrio non agi liqueat ex collat. v. 17, 18. & Phil. 1.25. verba illa alio sensu intelligi necesse est. Sed quo sensu? *Resp.* Significat illis verbis, se jam senem esse & itineribus penè confectum [o]; insuper in vinculis, & proinde maximis periculis obnoxium [p], & eo respectu jam σπένδεσθαι, h. e. esse instar vini effusi super sacrificia. Et hoc sensu conciliari possunt cum v. 17. ubi se ereptum dicit hoc periculo, &c [q]. [Qui plura de his velit consulat Cap. Mag. Li. Ham]

n Cap. sic Mag. ex Chrys. &c. o Li. chron. p Li. ib. sic Ham. q Ham.

CAP. I.

1. **P**Aulus *Apostolus*, &c.] Sic & in utraque ad Corinth. & in illis ad Eph. & Col [a]. Exordium hoc est *Exordium Epistolæ ad Romanos contractum* [b]. ¶ *Per voluntatem Dei*] q. d. Non meis meritis, sed electione Dei [c]. ¶ *Secundum* (κατὰ hîc, sicut & 1 Tim. 6. 3. & Tit. 1. 1. id quò Apostolus tendit significat [d]; vel, materiam ac finem Apostolatûs sui [*]:) *promissionem vitæ*] Ideo Deus me voluit esse Apostolum †, ut annunciarem omnibus promissum vitæ æternæ [f]. Vide 1 Tim. 4. 6. Est tacita ἀνθυποφορά. Cur terreamur adversis cùm tanta habeamus promissa [g]? ¶ *Quæ* (nempe vita, ut ex Græco patet [h]:) *est in Christo*] i.e. Quæ per Christum nobis contingit [i]: quam promisit in Christo [k]; quam promisit per Prophetas, ut dicitur Rom. 1. 2 †. Ità ostendit, novum non esse Evangelium [l].

2. *Charissimo filio*] Sic eum appellat & 1 Cor. 4. 17 [m]. *Filium* vocat, 1. ob ætatem; 2. ob affectum; 3. ob effectum ministerii sui, quòd eum genuerat [n]. ¶ *Gratia*, &c.] Sic & 1 Tim. 1. 2 [o].

3. *Gratias ago Deo*] Nempe, pro donis in te collatis. Vide Philem. 4 [p]. vel, quia tui semper memor sim [q]; vel, pro te [r], & pro virtutibus tuis, &c †. Locus hic pleniùs legi potest, hoc modo, *Gratias ago Deo* (supple ex loco simili Rom. 1. 8, 9. *pro te, Testis enim mihi est Deus*) *cui servio*, &c. Sic omnia pulcrè fluunt [t]. ¶ *Cui*, &c. Ὧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων, &c.] Vox προγόνων est apud Platonem, & Sirac. 8. 5. 2 Macc. 8. 19. & 11. 25. Cicero vertit *generatores*, Paulus Jurisconsultus *majores* [v]. [Sic vertunt:] *Cui servio à majoribus* (vel, *progenitoribus*, Vulg. Val. Er. Scul. [Vel, 1. remotis,] nempe, ab Ab. & If. & Jac [x]. Eidem enim Deo serviebat cui servierant majores ejus à Benjamine usque. Non enim alius est Deus Judæorum, alius Deus Novi Testamenti, Act. 22. 14. & 26. 7 [y]. q. d. juxta majorum meorum fidem & institutionem [z]. Vel, 2. proximis. Loquitur ergò de Christianismo suo simul & Pharisaismo, in quo patrio Deo serviit [a].) *cum pura conscientia*, Er. P. Pi. Referendum hoc, vel, 1. ad tempus præsens [b], vel, ex quo Christianus fuerat. Neque enim pura dici possit conscientia extra Christianismum [c], aut sine sincero & serio Dei timore. Sensus ergò est, q. d. Unum cum proavis Deum colo, sed nunc colo sincero cordis affectu, ex quo per Evangelium eram illuminatus †. Vel, 2. ad tempus Pauli utrumque, in Judaismo & in Christianismo. Nam & cùm Judaicè viveret, Deum eundem colebat pro modo cognitionis [d]. Paulum Judæi & infideles persequebantur, & credentes qui Legi quoque adhærebant aversabantur. Duo ergò hîc dicit, 1. se non esse desertorem avitæ religionis; 2. se non esse veteratorem aut hypocritam, sed animo sincero conversatum, &c. Hæc autem ut apud Judæos valeant, intelligi debent de toto ejus tempore. Hunc sensum confirmat collat. Act. 23. 1. ubi illa, *usque in hodiernum diem*, totum tempus præcedens comprehendere videtur, & 24. 16. & 26. 4, 5. & Phil. 3. 6 [*]. Et cùm persecutus est Ecclesiam, id fecit dictante conscientiâ [f]; non autem ex malitia, aut elatione, aut simulatione [g]. Fuit Paulus in ἀπιστίᾳ mentis, 1 Tim. 1. 13. non autem in ἀπειθείᾳ voluntatis, de qua Joh. 3. 36. Eph. 2. 2. *purâ conscientiâ*, i. e. animo ingenuo ac sincero [h], sine hypocrisi [i]: vel, vitâ à vitiis vulgaribus alienâ [k]. Solet Paulus per Synecdochen conscientiam vitam dicere, quia conscientia pura est effectus vitæ puræ, sicut & mala effectus est vitæ impuræ [l]. ¶ *Quòd*, &c. Ὡς ἀδιάλειπτον, &c.] *Ut* (vel, *Cum*, Camer. *Prout*, Be. Pi. *Quòd*, Vulg. vel potiùs, *Quomodo*: Græcè enim non est ὅτι, sed ὡς [m].) *assiduam tui memoriam teneo*, &c. P. Pi. Rectè sic vertas, *Sicut* & —— *tui memoriam habeo*, &c. Nam quod hîc est ὡς ἔχω μνείαν, idipsum est μνείαν ποιούμενος Philem. v. 4 [n]. ὡς ἔχω nihil aliud est quàm ἔχων †. Sensus loci est, Gratias ago, —— quòd quoties precor, toties pro te oro. Hoc enim me facere, divini muneris est, ideóque dignum de quo gratias agam [o].

a G. E. b Scul. c Me. E. d G. sim. Pi. * E. † G. sim. E. Me f G. sim. E. Me. Be. Pi. g G. h E. i G. sic V. k Be. † Scul. sic Be. l Be. m G. n Pi. o G. p Pi. q Q. in Calv. r Scul. Pi. sic Calv. † Calv. t Scul. sic Pi. v G. x Q. in Be. y G. z V. sim. Be. E. a Scul. b Q. in E. Calv. c Q. in E. † Calv. d G. * E. f E. sim. Mag. g Mag. h Scul. i Me. k Mag. sic Me. l Mag. m E. n G. † Be. ex Camer. o Amb. in E.

4. *Desiderans te videre*] Sic & Rom. 1. 11 [p]. ¶ *Memor lacrymarum tuarum*] Quas fudisti in discessu meo [q], illorum præcipuus de quibus Act. 20. 37, 38 [r]. Simile Act. 13. 12. Hoc autem per parenthesin interjectum est. Nam sequentia cum præcedentibus cohærent †. ¶ *Ut* (in his vinculis [t]:) *gaudio implear*] Nempe ex tui conspectu [v]. Sic & Rom. 1. 12. & 15. 32 [x].

5. *Recordationem*, &c. Ὑπόμνησιν λαμβάνων, &c.] MS. habet λαβὼν [y]. Alteram addit causam amoris sui erga Timotheum [z]. *Revocans in memoriam* (vel, *Ubi commonefactus fuero*, Er. Ti. V. *Commonitionem accipiens*, Er. *Sumens commemorationem*, nempe in animo; i. e. mihimetipsi commemorans tuam fidem. Sic vocem ὑπομνήσεως habemus 2 Pet. 1. 13. & 3. 1. Sap. 16. 11. 2 Macc. 6. 16 [a].) *eam* (vel, *ejus*, Er.) *quæ in te est* (i. e. quam in te vidi atque cognovi [b]:) *non simulatam fidem*, P. Pi. &c. quâ ex animo credis in Christum [c]. Eundem titulum Fidei dedit 1 Tim. 1. 5. Datur & & Dilectioni, Rom. 12. 9. 2 Cor. 6. 6. 1 Pet. 1. 22. Sapientiæ, Jac. cap. 3. ver. 17. Judicio, Sap. 18. 16 [d]. ¶ *Quæ*, &c. Ἥτις ἐνῴκησε, &c.] *Quæ habitavit* (Quâ voce per Hebraismum significatur stabilis inhæsio atque permansio [*], fidem in illis ad finem usque mansisse: & ἥτις hîc genus fidei significat, i. e. fidem Christianam: fœminæ ergò istæ ex primis Christianis fuere [f].) *priùs in avia tua* (materna scilicet: Pater enim Gentilis erat, Act. 16 [g].) *Loide, & matre tua Eunice*, Be. Pi. &c. Εὐνίκῃ] Legendum Εὐνίκῃ, quod nomen est & apud Theocritum [h]. Hujus maritum infidelem fuisse apparet, tum, ex eo quòd Timoth. non à patre sed à matre laudat Paulus; tum, quòd Timoth. non fuerat passus circumcidi, quamvis ex matre Judæa susceptum. Significat, fidem ab avia & matre transfusam in filium, non propagatione, sed institutione & doctrinâ. Hoc non tam laudandi quàm exhortandi studio memorat. Movent enim vehementiùs exempla domestica [i]. ¶ *Certus*, &c. Πέπεισμαι, &c.] *Persuasus sum* (vel, *Confido*. Πέπεισμαι pari sensu est Rom. 8. 38. & 15. 14 [k]. Non dicit πέπεικα, sed πέπεισμαι, *in animum induco*, vel, *persuadeo animo meo* [l]. Idem verbum infrà v. 12. Unde discimus, vocem generalem esse, & certitudinem modò moralem, ut hîc, modò divinam, sive fidei, ut v. 12. significare [m].) *quòd in te quoque*, Be. Pi. &c. sub. *est*, vel, *habitat*, Er. E. vel, supple ἐνοικήσει, *mansura est ad finem usque* [n].

6. *Propter quam causam*] לכן, *Quapropter*? Nempe, ut hoc fiat quod opto ac spero. Videtur timuisse aliquid pro Timotheo. Considera sequentia [o]. Al. Quia hæc mihi de te persuasa sunt [p], nempe te sinceram habere fidem [q]; idcirco magnâ fiduciâ te commonefacio, *ut resuscites*, &c [r]. Al. Affectus ille quo te prosequor, toties orans pro te, &c. movet me etiam ut te admoneam, &c †. ¶ *Admoneo te*] Sic Er. Ti. Ἀναμιμνήσκω σε] מזכיר, Gen. 41. 9 [t]. *Redigo tibi in memoriam*, Er. sic Be. *Adhortor te*, V. *Suggero tibi*, P. Pi. ¶ *Ut*, &c. Ἀναζωπυρεῖν, &c.] *Ut suscites*, sive *exsuscites*, (vel, *excites*, Tre. ex Sy. V. vel, *accendas*, Cas. extingui non sinas [v], à carne & Satana [x]. Est hoc verbum Gen. 45. 27. & ζωπυρεῖν, 2 Reg. 8. 14. pro החיה [y]. Utitur Paulus vocibus Platonicis, ut σφραγίζεσθαι, quod Plat. Leg. 12. sic & ἀναζωπυρεῖν, quod est & in Plat. Polit. 7. ἐκκαθαίρεταί τε καὶ ἀναζωπυρεῖται [z], & in Jamb. c. 16. τὸ θεῖον, inquit, ἐν τῇ ψυχῇ ἀναζωπυρεῖ, & in Philone lib. De Josepho, ἐζωπύρει τὸ τοῦ παιδὸς φίλτρον ζῆν ἐκ τοῦ παιδὸς ζωπυρεῖν ... [illegible] ἐπιμελείαις [a]. Sic Dion. Halic. Antiq. 8. scripsit, Principes ἀεί τινας ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἀναζωπυρεῖν ἔχθρας, *alere aliqua externorum bellorum seminaria* ||. Significat, *sopitos ignes suscitare* [b], flatu [c].) *donum* (vel, *donum illud*, Tre.) *Dei*, Er. Ti. Il. P. Be. Pi. &c. vel *Christi*, ut est in MS [d]. i. e. facultatem docendi [*], dona tibi collata [f], ad bene exequendum munus tuum [g]; dona docendi, exhortandi,

p G. q Me. sic E. G. r E. † G. t E. v G. sim. x G. y G. Pri. z E. a G. b Idem. c E. d G. * E. sic Me. f G. g E. Me. h G. i E. k G. l Pri. m E. n G. o G. p Mag. ex Theod. q Plerique in E. Chrys. in Mag. r Plerique in E. † E. t G. v V. sim. Be. x Pe. y G. z Camer. || Scul. a G. sic E. Me. Scul. Er. Pi. b Me. Scul. sic E. c G. d Pi. f T. sic E. Me. g E. sic Me.

hortandi, linguarum, & miraculorum[h]; vel, munus tuum & dona illud consequentia[i]. Idem hoc quod 1 Thes. c. 5. v. 19. τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε[k]. Suscitantur autem hæc dona precibus, diligenti meditatione[l], studio sacrarum literarum, sancti propositi renovatione, donorum usu[m]; pœnitentiâ, consideratione infirmitatis nostræ, repugnando affectibus, sustinendo certamina & pericula in confessione*, & jugi piâ operatione[n]. ¶ *Quæ est in te* (Nondum abiit: vide retineas[o].) *per impositionem*, &c.] i. e. Per Ordinationem[p]; vel, per me[q]. Me solenniter Deum invocante, approbante Presbyterio. Vide ad 1 Tim. 4. 14[r].

7. *Non*, &c. Οὐ γὰρ ἔδωκεν —— δειλίας, —— σωφρονισμοῦ] *Non enim dedit nobis* (vel, 1. nobis Christianis, ex collat. Rom. 8. 15 †. Sed parum hoc confert ad probandum quod præcessit ‖. Vel, 2. nobis Episcopis & Evangelii ministris*. Docet ergò qualis est gratia quam in Ordinatione sua Timotheus acceperat, aliíque Episcopi[t].) *spiritum* (i. e. per Metonymiam Hebraicam[v], donum[x], vel, motum in animis nostris. Sic legimus *spiritum sapientiæ, constantiæ*; item *vertiginis, furoris*, &c[y].) *timoris*, (vel potiùs, *timiditatis*, Er. Il. Pi. G. E. &c. ut vertitur in Glossario[z]; i. e. gignentem metum[a]: vel, *ignaviæ*, sive *imbecillitatis animi*, Er. sic E. Me. quâ quis pericula detrectat[b]: i. e. afflatum quo percellamur & perterrefiamus, ut illi quos vult Dominus perdere[c]: vel, *tenuem*, qui nobis permittat timere mortem & adversa[d]; vel, qui efficit ut quis refugiat ac vereatur ea facere quæ sui sunt muneris; ut in Pastore, prædicare, confiteri Christum, corripere peccantes, resistere malis. Δειλία est in Aristot. Eth. Ei opponit Xenophon ἀνδρείαν, Paulus h. l. δύναμιν*. Hæc ideo dicit, quòd aliquantùm metuebat nè Timotheus, conspectis illis perpetuis malis quæ Paulum & Christianos premebant, ob id labasceret[f].) *sed virtutis*, (vel, *potentiæ*, sive *fortitudinis*, Er. V. E. Me. &c. i. e. potentem[g], satis validum ut illis tentationibus resistamus, modò nè simus μικρόψυχοι. Vide 1 Cor. 12. 9. Mic. 3. 8[h]. fortitudinem animi, promissam Apostolis, Luc. 24. 49. & Act. 1. 8[i]. ut fortes & intrepidi simus ad docendum quæ sunt fidei & charitatis[k]; vel, ut in media persecutione Christum prædicemus[l]. Sensus, q. d. Non vult Deus vos frigidè obire munus suum, sed potenter instare fretos Spiritûs efficaciâ, omnémque altitudinem despicere quæ insurgit in Christum[m].) *& dilectionis*, (vel, *charitatis*, Pi. quâ non nostra quærimus, sed quæ sunt Christi[n]: vel, plenum dilectionis Dei & proximi[o], unde illa fortitudo nascitur, 1 Joh. 4. 18[p]. Al. *Dilectionem* & *sobrietatem* hîc addit, ut illam Spiritûs potentiam discernat ab intemperie fanaticorum hominum, qui quum ruant impetu turbulento, Spiritum Dei ferociter jactant; & significet, vim illam potentem sobrietate & dilectione, h. e. placido ædificandi studio, esse temperatam[q].) *& sobrietatis*, Mo. Vulg. Er. Il. Ti. vel, 1. quæ in temperato cibi & potûs usu consistit, quo dono Timoth. præditus erat: vel, 2. quæ ad animum pertinet †: quâ scil. omnia tam prospera quàm adversa constanter & moderatè ferimus[t], omniáque quæ tam in nobis quàm in aliis nimia sunt & immodica temperemus & refrænemus: nam σωφρονισμὸς *significat refrænationem*[v], *moderationem*[x], & *sobrietatem præstandam*: nam σωφρονίζειν est σώφρονα ποιεῖν· Unde dicuntur ii σωφρονιζόμενοι qui malo docentur non esse improbi. Hoc igitur collatum ait Timotheo, ut tam se quàm alios ad pudorem & moderationem adducat[y]. Per σωφρονισμὸν intelligit auctoritatem τοῦ ἀτάκτους νουθετεῖν admonendi coercendíque. Glossarium, σωφρονισμὸς, &c. *coercitio*, & apud Hesyc. σωφρονιστής, νουθετητής. Hinc τῶν ἄλλων διόρθωσιν καὶ σωφρονισμὸν, Plut. in Catonis vita, & Tit. 2. 4. τὰς νέας σωφρονίζειν[z]. Vel, *castificationis*, Strig. *continentiæ*, Aug. in Er. *puritatis*, Æth. *frugalitatis*, Ca. admodum ineptè[a]: vel, *honestatis*, Ar. vel, *animi tranquilli*, G. ex Sy. sic Tre. Non quòd non latiùs pateat vox, sed quòd is sensus huic loco optimè conveniat. Sic σώφρονας sumitur Sap. 9. 11. Spiritûs illius inter alia hæc vis est, quòd nos in malis tranquillat, modò rectè colatur[b]. Vel, *sanitatis animi*, P. Be. Pi. ex ipsa verbi notatione. Spiritus Dei animos nostros componit ut omnibus prodesse studeamus, (quod voce *charitatis* significavit,) & verè simus mentis compotes: cùm cæteri mortales vel desipiant, vel insaniant, ideóque coercendi sunt nè alios offendant[c].

8. *Noli*, &c. Μὴ οὖν ἐπαισχυνθῇς τὸ μαρτύριον, &c.] Ἐπαισχύνεσθαι regit Accusativum, ut videre est Marc. 8. 38. Luc. 9. 26. sic infrà v. 16. Rom. 1. 16. Construitur & cum ἐπὶ & tertio casu, ut Rom. 6. 21[d]. [Verba sic reddunt:] *Nè igitur te* (Qui talem spiritum à Deo accepisti*:) *pudeat testimonii Domini nostri*, (i. e. Christi[f], vel, à Christo profectum; ut Genitivus hîc efficientem causam notet[g]: vel, de Christo[h], ut 1 Cor. 1. 6[i]. de Christi morte, resurrectione, &c[k]. quarum testes erant Apostoli, Act. 1. 8[l]. Sensus, Nè te pudeat professionis & ministerii tui[m]; vel, doctrinæ quam docuit Christus; vel, crucis quâ eam confirmavit[n], quæ Judæis scandalum, Gentibus stultitia. Cave nè metus ignominiæ, vel infamiæ, te retrahat à suscepto munere[o]. Vocatur hoc μαρτύριον τοῦ Θεοῦ 1 Cor. 2. 1[p]. *Testimonium Christi* more Scripturæ vocatur omnis prædicatio, vel confessio, quæ de Christo fit apud homines[q].) *neque te pudeat mei* (aut vinculorum meorum[r]; id est, te dici discipulum Pauli †, hominis captivi[t]; vel, ideo quòd tanta patior. Tangit ipsum ulcus[v].) *qui sum vinctus* (vel, *captivus*, Be. Pi. &c.) *illius*, Er. Ti. &c. i. e. ipsius causâ[x]: propter Christum, i. e. doctrinam ipsius[y], aut nomen Christi; non ob scelus aliquod, &c[z]. qui nunc iterum vinctus trahor ipsius causâ ‖. Nam Genitivus hîc Causam ob quam significat[a]. Sic & Eph. c. 3. v. 1[b]. & Philem. 1, 9. pro quo alibi dicit, δέσμιος ἐν Κυρίῳ, Eph. 4. 1. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ συγκακοπάθησον, &c.] Κακοπαθεῖν, עמל, Jonæ 4. 11. est *molestiâ affici*: unde κακοπάθεια μέρεα Medicis. In Glossario, Κακοπαθῶ, *vexor*. Sed plerumque voces tales, per se Passionem significantes, apud nostros scriptores simul significant Animum ad hoc paratum. Sic κακοπαθεῖν habemus infrà 2. 3, 9. & 4. 5. Jac. 5. 13. συγκακοπαθεῖν, eâdem formâ quâ συγκακουχεῖσθαι Heb. 11. 25[c]. [Sic vertunt:] *Sed collabora* (vel, *compatere*, sive *coaffligere*, Me. vel, *affligere unà*, sive *simul*, Er. V. sim. E. Ca. *perfer mala*, Tre. ex Sy. *compatere afflictiones*, Mo. *esto particeps afflictionum*, Il. Ti. P. Pi. *esto mecum particeps afflictionum*, Er. Be.) *Evangelio*, (vel, *Evangelii*, Er. Be. Ca. &c. vel, *cum Evangelio*, Er. Tre. ex Sy. i. e. quas patitur Evangelium[d], nempe in iis à quibus annunciatur*: sicut Evangelium patitur contradictionem à falsis doctoribus, ità tu patere persecutionem à mundo propter ejus confessionem & prædicationem[f]. More autem suo προσωποποιεῖ Evangelium, eíque sensum tribuit, quomodo alibi Legi, Morti, Peccato[g]. Est fictio personæ[h], quâ Evangelium affligi dicitur, quando qui ipsum prædicant ejus causâ affliguntur[i]. Illustratur hic locus ex collat. Phil. 1. 27. ubi πίστις idem est quod hîc εὐαγγέλιον; nec aliud ibi συναθλεῖν quàm quod h. l. συγκακοπαθεῖν· unde & ἀθλεῖν Hesyc. exponit κακοπαθεῖν[k].) *secundùm virtutem* (vel, *potentiam*, Er. &c.) *Dei*, Mo. &c. vel, *pro facultate tibi data à Deo*, V. vel, *per vim Dei*, G. ex Sy. per vires à Deo datas[l]: vel, fretus potentiâ[m], non propriâ[n], sed Dei[o]; qui te ad hoc certamen vocavit, & in illo juvabit[p]. Confer 1 Tim. 1. 12[q]. Multis modis Paulus usurpat illud κατὰ· hîc eo modo quo Græci dicunt aliquid fieri κατὰ Θεὸν, aut κατὰ τύχην[r].

9. *Qui nos* (cùm periissemus. Loquitur in persona fidelium electorum, quia mox prædestinationis meminit †.) *liberavit*] Nempe à vitiis. Sic σώζειν sumitur & Eph. 2. 8[t]. à peccato, Dæmonis potestate, & morte æterna[v]: vel, *servavit*, Be. Pi. sic Er. V. E. donando fidem, pœnitentiam, remissionem peccatorum, & adoptionem, quæ sunt initia salutis. Hæc per digressionem dicit, ut commemoratione & amplificatione salutis hujus Timotheum magis exstimulet ad liberam ejus prædicationem[x]. ¶ *Et vocavit*, &c.] Illud καὶ hîc est exegeticum. Explicat quomodo *liberati simus à vitiis*, nempe quia *Deus nos vocavit*[y], *vocatione suâ sanctâ*; i. e. vel, quâ nos sanctificat; est enim efficax vocatio Dei: vel, quâ nos vocavit in sanctificationem, 1 Thes. 4. 7[z]. ad Christianismum & veram vitæ sanctitatem[a]: vel, ut justificaret[b]: vel, *sermone illo suo sancto*, qui hîc ex effectu dicitur κλῆσις, קראן[c]. ¶ *Non secundùm opera nostra*] i. e. Merita nostra[d]. Non nostra opera eum moverant

verant ut, nos sic vocaret: erant enim maximæ partis mala plura quàm bona opera. Vide Eph. 2. 9*. Totam salutem, cujus initium est à fide, negat esse ex bonorum operum merito [f]. ¶ *Sed secundùm*, &c. Κατ᾽ ἰδίαν πρόθεσιν] Vide Eph. 3. 11[g]. *Ex suo* (vel, *proprio*; emphaticè, ut omnem meriti nostri respectum à salute & vocatione nostra excludat [h]:) *proposito* (vel, *præstituto*: de quo dicta vide ad Rom. 8. 28, 29[i]. i.e. æternâ suâ voluntate, seu decreto, vel, prædestinatione [k]:) *& gratia*, Pi. &c. i.e. Gratuitâ suâ beneficentiâ [l]: q.d. ex gratuito suo decreto & beneplacito [m], ut sit Hypallage [n]. ¶ *Quæ*, &c. Τὴν δοθεῖσαν—πρὸ χρόνων αἰωνίων] Explicat quod sit illud *propositum* [o]. [Verba sic reddunt:] *Quæ* (gratia seu misericordia, quoad effectus suos [p]:) *data quidem est* (i.e. præparata [q]: vel, quam decrevit nobis dare. Meton. subjecti [r]. *Datam* dicit nobis ab æterno, quia omnia Deo sunt præsentia, &c †.) *nobis in Christo Jesu* (i.e. per Christum [s]; h.e. intuitu meritorum Christi [v]. Metonymia. Vult enim dicere illud propositum esse de Dei beneficio nobis dando per Christum. Par loquendi genus habuimus Eph. c. 1. v. 4[x].) *ante tempora secularia*, Pi. Il. P. Mo. vel, *plurima*; ante Abrahamum, de quo Judæi gloriabantur. Vide quæ diximus ad Joh. 8. 58. Idem loquendi genus habes Tit. 1. 2. Veteris T. Interpretibus αἰώνιον dicitur, & de *eo quod diu duraturum est*, & *de eo cujus origo longè petenda*, ut Prov. 22. 28. Esa. 58. 12. & 61. 4. Ezec. 35. 9. & 36. 2. Mic. 2. 9. & alibi [y]. Vel, *seculorum*, Be. D. vel, *æterna*, Er. Ti. V. sim. Ar. Ca. Sic vocat perpetuam seriem temporum [z], sive seculorum [a], ab orbe condito [b]: q.d. Ante mundi constitutionem [c]; antequam essent tempus & secula [d], seu ab æterno*: nam quicquid hanc temporum seriem antecedit, æternum est [f]. Est ergò periphrasis æternitatis [g]. Tempus enim cum mundo cœpit. Vide & Tit. 1. 2[h]. Ab ordine temporis argumentatur, salutem gratis datam, quia nobis nondum natis assignata est [i].

10. *Manifestata est*] Propositum illud diu in Deo latuit, nunc verò patefactum est [k]; non obscurè, & paucis, ut sub Lege, sed mundo per Apostolos [l]. Sic & Rom. 16. 26. & Tit. 1. 2. φανερωθεῖσαν גלה [m]. ¶ *Per*, &c. Διὰ τῆς ἐπιφανείας, &c.] *Per apparitionem*, &c. Mo. Er. Ti. V. &c. vel, *illustrationem*, Er. V. vel, *adventum*, E. Me. Ca. vel, *illustrem apparitionem*, sive *adventum*, Zeg. sic Il. P. Be. Pi. primum scilicet, in carnem [n]. *Postquam Christus mundo apparuit.* Quo tempore, & *Dei Gratia, & Charitas in homines*, apparuisse dicuntur, Tit. 2. 11. & 3. 4. Alibi ἐπιφάνεια sumitur de *judiciali adventu*. Sed vox est generalis, ut alibi diximus [o]. ¶ *Qui*, &c. Καταργήσαντος, &c.] *Destruentis* (vel, *Qui abolevit*, Er. P. Tre. ex Sy. Ca. Pi. &c. vel, *obliteravit*, Er. vel, *evanescere fecit*, Be. *abrogavit*, Ar. *cassam & irritam reddidit*, E.) *quidem mortem*, Mo. &c. i.e. Vim mortis cessare fecit [p]; promeruit nobis apud Deum abolitionem mortis nostræ, tum temporariæ, tum æternæ; unàque peccati, quod utriusque causa est [q]; idque passione & morte suâ [r], quantum est ex parte sua: sed quantum est ex parte nostra reipsâ in nobis id nondum factum est †, sed fiet in resurrectione [t]. Mors hîc προσωποποιεῖται. Mors dominium habebat in homines à Deo abalienatos, Rom. 6. 23. Id dominium, id jus, ei Christus ademit; vim quoque ipsam ei adempturus suo tempore, ut 1 Cor. 15. 26. docemur. Sic Christus Heb. 2. 14. dicitur καταργῆσαι τὸν κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, i.e. *jus ei ademisse*, בטל. Sic Lex dicitur καταργεῖσθαι, Eph. 2. 15. cùm ei adimitur jus non obligandi [v]. ¶ *Illuminavit*, &c. Φωτίσαντος, &c.] *Illuminantis* (vel, *Ostendit*, Tre. ex Sy. *In lucem produxit*, Er. P. Be. Pi. &c. *Revelavit*, V. Latebat vita, ea per Christum emicuit [x]. *Collustravit*, Ca. eàdem virtute, quâ olim lucem eduxit è tenebris in creatione mundi [y].) *autem vitam & incorruptionem* (vel, *& immortalitatem*, Er. Pi. &c. *Et* hîc & ἐν διὰ δυοῖν, nam ζωὴν & ἀφθαρσίαν, dixit pro, ζωὴν ἄφθαρτον [z]; q.d. vitam immortalem [a], cujus certam spem nobis attulit [b]. De qua vita spes quidem fuerat aliqua ex conjecturis, sed non disertum & sine umbris promissum. Itaque rectè dicitur Christus, *vitam illam corrumpi nesciam tanquam ex tenebris in lucem eruisse*. Quicquid enim Philosophi, quicquid Rabbini, ea de re dicunt, tenebræ sunt si ad lucem Evangelii comparantur [c]:) *per Evangelium*, Mo. &c. Tanquam per testimonium de vita per mortem ejus parta [d]. Sed malim hoc, διὰ τοῦ εὐαγγελίου, conjungi cum verbis, καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ, v. 9. vocatio enim fit per Evangelium, ut verba inde sequentia ad finem usque v. 10. parenthesi includantur*.

11. *In quo*, &c. Εἰς ὃ, &c.] *Ad quod*, &c. V. E. &c. scilicet Evangelium [f], prædicandum [g]. Illud ὃ totum illud quod præcessit respicit. Par locus 1 Tim. 2. 7. In MS. hîc abest ἐθνῶν [h]. *Cujus causâ*, Be. Pi.

12. *Hæc patior*] Hæc vincula [i]; hæc odia Judæorum, iram idololatrarum, & mortis pericula [k]. ¶ *Sed non confundor*] Vel, *erubesco*, Er. V. sim. Be. Pi. &c. Non me pudet, vel officii mei, vel vinculorum [l]. Proinde nec tu erubescas, &c [m]. Monito quod præcessit suprà v. 8. addit suum exemplum. Confer Marc. 8. 38. Luc. 9. 26. Rom. 1. 16 [n]. ¶ *Scio enim* (sub. *illum*, Be. Er.) *cui credidi*] i.e. Concredidi & commisi depositum meum servandum [o], quàm magnus sit Dominus; quàm potens [p], quàm verax in promissis [q]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πέπεισμαι] *Et mihi persuasum est*, Be. Pi. *Et pro certo habeo*, G. sic Er. &c. ut Rom. 8. 38[r]. Persuasio hîc procul dubio certissima intelligitur, quæ habetur ex verbo Dei †. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι δυνατός ἐστι τὴν παραθήκην, &c.] Et hîc & infrà v. 14. παραθήκην habet MS. ut 1 Tim. 6. 20[t]. Idem est quod Heb. פקדון, *depositum*, fidei alicujus commendatum: de quo multa habent Judæi [v]. [Verba sic reddunt:] *Quòd potens sit* (Ut promissori confidamus duo requiruntur, ut & is bonæ fidei sit, & ut possit quod vult implere. De priori jam egit, nunc addit alterum [x]. Voluntatis testimonium dedit verbis illis, *scio cui credidi*; hîc potentiæ [y].) *depositum meum* (Quo intelligit, vel, 1. fideles quos Paulus Christo lucrifecerat, eique, velut depositum, consignaverat, Act. 20. 32[z]. vel, salutem eorum quos ipse converterat. Confer 2 Tim. 2. 10[a]. Sed fideles non sunt instar depositi à Christo velut reposcendi, sed instar lucri Christo debiti [b]. Vel, 2. thesaurum laborum, & passionum pro Evangelio à se obitarum; quem à se collectum Paulus patiens & moriens apud Deum quasi deposuit [c], ut fructum eorum tandem recipiat [d]. Vel, 3. seipsum*: vel, animam, sive vitam, salutem, seu felicitatem vitàmque æternam [f]; quam ei credidi [g], apud eum deposui, per fidem ac spem [h]; quam [animam] corpore hoc emigrantem ei committo, tanquam depositum, ab eo asservandam, aliquando magno cum fœnore in beata Resurrectione recipiendam [i]. Habemus in hoc & v. 14. mentionem depositi duplicis [k]. Deus apud nos deponit verbum suum [l], sive sanam doctrinam [m], quam fideli illius commisit: de quo deposito & 1 Tim. 6. 20[n]. nos apud Deum deponimus spiritum nostrum, Luc. 23. 46. Act. 7. 59[o]. Psal. 31. 6. quem & Jo. Bel. Jud. 3. 14. vocat *depositum Dei*, quem Deus nobis veluti tradit in hoc corpore asservandum, ità ut nefas sit eum ultrò per αὐτοχειρίαν è corpore per vim ejicere, ut ibi disputat [p].) *custodire* (vel, *servare*, G. Pi. incorruptum [q], & inviolatum [r]:) *in illum diem*, Er. &c. ad diem judicii universalis †: qui dies est perfectæ retributionis [t], & *dies* per excellentiam dicitur, & *illa dies*, ut infrà 4. 8. 2 Thes. 1. 10. alibi *dies Domini* [v].

13. *Formam*, &c. Ὑποτύπωσιν ἔχε, &c.] *Formam* (vel, *Exemplar*, Mo. Er. G. P. sic Ar. Æth. Ca. Di. ex Sy. ut 1 Tim. 1. 16. sed hîc intellige exemplar in animo fixum, quod ἰδέαν Platonici vocant [x]. Vel, *Expressam formam*, Be. Pi. *Informationem*, Val. Zeg. E. *Designationem*, Camer. *Delineationem*, E. Pi. *Vivum exemplar*, vel, *Vivam imaginem*, sive *Vivam repræsentationem*, Me. Ipsam docendi formam & rationem inprimis significat [y]. Intelligit brevem ac rudem designationem, descriptionem seu consignationem [z]; sive summulam quandam aut σκιαγραφίαν, quam in conspectu habeat [a], & cujus ductum sequatur in docendo [b]: quomodo dicuntur ὑποτυπώσεις doctrinæ Astronomicæ Procli [c]. Metaphora sumpta à pictoribus [d]: qui picturi imaginem, primò ruditer eam delineant; deinde vivos colores inducturi, ductum istorum lineamentorum sequuntur*: q. d. Pictoris instar expressi tibi archetypum, ad quem respiciens & ipse lineas ducere pingeréve possis [f].) *habeto* (vel, *teneto*, Be. Pi.) *sanorum sermonum*, (i.e. salubrium seu salutarium animæ [g], integræ & incorruptæ doctrinæ [h]. Sic vocat hîc & infra 4. 3.

4. 3. 1 Tim. 1. 10. & 6. 3. Tit. 1. 9. eam doctrinam quæ nihil insalubre habet admixtum; qualia multa erant in doctrina Rabbinorum & Philosophorum [i]. *Sermones sanos* non alios intelligit, quàm qui tradunt fidem & charitatem [k]. Vel, *probatorum verborum*, i. e. mandatorum, atque etiam actionum, quibus tibi formam dedimus ad quam tuam & aliorum vitam instituas [l].) *quos à me audîsti* (quomodo me dicentem sæpe audîsti [m]. Sensus loci est, q. d. Tuum est retinere vivum exemplar doctrinæ quam tibi tradidi; ut scilicet verba mea semper tibi ob oculos ponas, eadémque aliis vivè & efficaciter proponas [n].) *cum* (vel, *in*, Pi. Vulg. vel, *de*, V.) *fide & charitate* (fide in Christum & dilectione in proximum [o]. Præpositio ἐν pendet, vel, 1. à Participio subaudito, τῶν ὄντων· tum vertendum, *quæ sunt de fide*, &c. vel, *qui occupantur in fide*, &c [p]. Ostendit in quibus rebus occupatur illa doctrina; nempe in *fide* primùm, deinde in *dilectione*, non qualicunque, sed *propter Christum*. Hæc est egregia illa συζυγία unde salus nostra pendet. Vide Gal. 5. 6. Eph. 6. 23. 1 Tim. 1. 14. Hæc biga figurata in vetere Urim & Thummim [q]. Vel, 2. à verbo ἔχε, ut significet, sanctam doctrinam declaratione fidei & charitatis exprimendam [r]: vel, q. d. Formam sanæ doctrinæ retine cum fide & dilectione; quæ præstabunt ut ab illa forma non recedas [†]. Vel, 3. à verbo præced. ἤκουσας, *audîsti* [t]; hoc sensu, Quæ à me audîsti *cum fide* meis sermonibus adhibita, *& charitate* Christiana, quâ non quæ tua sunt, sed quæ Christi, quæreres [v].) *quæ est in Christo*, Er. h. e. Christianâ [x].

14. *Bonum* (vel, *Præclarum illud*, Be. Pi.) *depositum* (Intelligit, vel, 1. dona ad ædificationem Ecclesiæ necessaria [y]. Sed donorum illorum propriè non est φυλακὴ καὶ κρύψις, Matth. 25. 25. sed potiùs, μελέτη, ἐπιμονὴ, προκοπὴ, 1 Tim. 4. 15, 16. & τὸ ἀναζωπυρεῖν, v. 6 [z]. Vel, 2. munus Evangelizandi ipsi commissum [a]. Vel, 3. doctrinam illam Evangelicam, ut 1 Tim. 6. 20 [b]. ubi dicta vide [c]; vel, sanam doctrinam [d], Ministris omnibus commendatam, ut eam integram custodiant, & successoribus de manu in manum tradant. Hoc autem præceptum repetit, ut omnes discerent quanti sit momenti [*].) *custodi per Spiritum Sanctum*, (i. e. Roga Deum ut possis ope Spiritûs ejus servare [f]. Quia difficile erat inter tot opinionum varietates, & Satanæ fraudes, illibatum custodire, modum adjicit, quo id faciat [g]: q. d. Hæc custodia non est tuarum virium, sed Spiritûs Sancti opus [h]. Nè diffide. Magnum habes opitulatorem; suprà v. 7 [i].) *qui habitat in nobis*] Vel, in Ecclesia tota; vel potiùs, in Ecclesiæ præfectis, de quibus suprà dixit, *nobis*, v. 7. quorum ministerio idem depositum per Spiritum Sanctum, eis promissum, in Ecclesia conservatur [k]: vel, q. d. Qui [Spiritus] non desertus, nec nos deseret, Rom. 8. 11 [l].

15. *Scis hoc*] Quò magis Timotheus sibi attendat, ostendit ei & bona & mala exempla; illa, ut sibi caveat; hæc, ut aliis non cedat [m]. ¶ *Quòd*, &c. Ὅτι ἀπεστράφησάν με, &c.] *Quòd aversati sunt* (vel, *fastidierunt*, G. *rejecerunt*, Me. V. *deseruerunt*, Scul.) *me* (vel, *se averterint à me*, Be. Pi. deserendo non fidem, sed personam meam; metuentes consortium periculi, aut mihi detrahentes quòd meâ culpâ & temeritate in periculum incidi [n]: spretâ meâ auctoritate & docendi munere, obstiterunt, ob pericula scilicet [o]; vel, quòd eos puderet mei propter vincula, ut suadet collat. v. 16. &c [p].) *omnes* (nempe illi doctores [q], vel ministri Evangelii [r]: vel, Christiani [†].) *qui in Asia*, Mo. &c. minore scilicet [t]; subaudi, vel, *erant*, vel, *sunt*, E. Loquitur, vel, 1. de Judæis, qui de Asia erant, unde Romam venerunt [v]: vel, 2. de iis qui in Asia quidem ipsi adhærere cœperant, sed cùm Romam venissent, ipsum periclitantem spreverunt [x]: vel, 3. de iis qui Paulo hæc scribente in Asia erant, ubi Timotheus erat, qui proinde id scire poterat [y]: q. d. Qui sunt non Ephesi, ubi tu es, sed in locis circa Ephesum; unde ait, οἶδας, *non potes hoc nescire* [z]. Sed hoc scire poterat ex iis quæ Româ Ephesum perlata sunt [a]. ¶ *Ex*, &c. Ὧν ἐστι Φύγελλος καὶ Ἑρμογένης] Qui amicitiam cum Paulo simulârunt, ut secreta ejus excuterent; sed cùm sentirent se detectos, ab eo recesserunt [b]. Meminit horum Tertul. Alius ab hoc *Hermogene* est is contra quem Tertul. scripsit. Fortè hic est quem de Phrygia scripsisse ait Apollonii Scholiastes. Fuit & Sophista eo nomine [c]. *Phygelli* autem puto corruptum esse nomen ex Latino *Figulus* [d].

i G. k Scul. l Zeg. m G. n Me. o V. p Pi. q G. r Pi. † E. t Q. in Pi. E. v E. x E. Me. y Theod. in Scul. z Scul. a V. b G. sic Pi. c G. d Scul. Cap. sic E. Me. * E. f V. g E. h Me. ex E. i G. k E. l G. m Idem. n E. o G. p Pi. q G. r Pi. † Ham. t E. v E. ex Græcis. x E. y Q. in E. z G. a E. b T. ex Amb. §

16. *Det* (vel, *Præstet*, Be. Pi.) *misericordiam* (i. e. multa bona, חן: sic ἔλεος poni vidimus Gal. 6. 16. & alibi [*].) *Dominus Onesiphori domui*] Vel, *familiæ*, Be. Pi. Universæ autem familiæ precatur retributionem beneficii ab uno Onesiphoro accepti; vel, quòd Deus propter unum soleat multis benefacere; vel, quòd tota familia particeps fuerit bonorum ejus operum, saltem eorum quæ Ephesi exercebat, de quo infrà [f]. οἶκος pro *familia*, frequens etiam Græcis. Sic & 1 Cor. 1. 16. 1 Tim. 3. 4, 5, & 5. 4. Hîc autem distinguuntur preces pro familia ipsius & pro ipso. Et infrà *Onesiphori* familiam salutat, 4. 19. non autem Onesiphorum [g]. [Quid ità?] Resp. 1. Videtur mihi hic *Onesiphorus* fuisse mortuus, cùm hæc Paulus scriberet [h]: cui quoque favet, quòd in Præterito dixit ἀνέψυξε [i]. Quod si ità est, validissimè confirmatur oratio pro fidelibus defunctis [k]. Sed longè aliud est, aliquem felicitatis gradum, sanctis in die judicii tribuendum, illis precari; quàm, precari illis liberationem è pœnis Purgatorii, quæ Ecclesiæ Romanæ praxis est. Resp. 2. Quia Onesiphori familia jam Ephesi erat, ubi & ipse residere solebat, ubi etiam Paulo ministravit, v. 18. Onesiphorus autem hoc tempore Romæ fuisse videtur, ut suadet vox γενόμενος, v. 17. ubi etiam Paulum quæsivit atque invenit, eúmque sine metu visitavit, & sustentavit [l]. ¶ *Quia sæpe me refrigeravit*, Ἀνέψυξε] *Recreavit*, P. Be. Pi. *Consolatus est*. Translatio sumpta ab umbra aut ventulo in locis æstuosis. Ponitur pro בלג, Psal. 39. 13. pro החיה, Jud. 15. 19. pro נפש, Exod. 23. 12. 2 Sam. 16. 14. Hinc ἀνάψυξις, Exod. 8. 15. Act. 3. 19 [m]. Solatio & subsidio mihi fuit in his vinculis [n]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὴν ἅλυσίν μου οὐκ ἐπαισχύνθη] *Et catenam meam* (vel, *de catena mea*, Er. Il. Ti. Catenæ hujus militaris, quâ trahor, ut sontes solent [o]; quâ militi alligatus eram ex more [p]. Vide Senec. Tranq. 1. 10 [q]. Quod alibi sæpe *vincula* dixit, id distinctiùs ἅλυσιν hîc, & Eph. 6. 20. Nimirum eodem modo iterum vinctus fuit Paulus, quo cùm primùm adveniret, Act. 21. 33. & 28. 20. De voce ἐπαισχύνεσθαι vide suprà v. 8 [r].) *non erubuit*, Mo. Be. Pi. &c. Nec periculum metuit, nec infamiam, ut me juvaret [†].

17. *Sed*, &c. Ἀλλὰ γενόμενος —— σπουδαιότερον, &c.] *Imò quum esset Romæ*, (Nam Ephesini mercatores multa negotia Romæ habebant [t]:) *studiosissimè* (vel, *diligenter*, Tre. Ca. Multi enim ibi erant carceres [v], & plurimi in iis [x]: vel, *studiosiùs*, Mo. Er. &c. Per totam urbem Romam cursitavit, ut me quæreret [‖]. Comparativus pro Superlativo, frequens Græcis [y].) *& quæsivit me invenit*, Be. Pi. Nec conquievit, donec invenisset [z], Deo favente: nempe, in diversoriolo ubi erat cum suo custode [a].

18. *Det illi Dominus invenire* (vel, *ut inveniat*, Er. Be. Pi. sicut me quæsivit & *invenit*. Allusio ergò est in hoc verbo repetito [b], vel Antanaclasis: ut consequatur [c]. Εὑρίσκειν est *consequi*. Vide Luc. 1. 30 [d].) *misericordiam* (Per quam intelligit, vel, 1. remissionem peccatorum tunc iis præstandam [*]. Sed huic obstat, quòd homini adhuc viventi potiùs optare debuisset remissionem peccatorum in hac vita, quàm eam quæ datur post mortem [f]. Vel, 2. liberationem à miseria mortalitatis & corruptionis tunc futuram [g]. Vel, 3. bona, nempe æterna [h]; vel, retributionem æternæ vitæ; quæ *misericordia* rectè vocatur, quia misericordiæ effectus est [i]; nec quisquam sanctorum sine multa misericordia salvabitur [k]. Vel, 4. generaliter, beneficentiam gratuitam: sic facilior erit hujus loci intellectus [l].) *à Domino* (vel, *apud Dominum*, Er. P. Be. Pi. &c. Qu. Quid hîc, *Dominus à Domino*? Resp. 1. Hebræa est locutio [m], quo antecedens repetere solent pro Pronomine reciproco [n]; q. d. *à se*, sive *ipso dante*. Similes locutiones habes Gen. 4. 23. Exod. 23. 18, 19. & 24. 1, 2. Psal. 13. 6. & 82. 1. Zach. 1. 17 [o]. Esa. 8. 18 [p]. Resp. 2. Pater à Filio [q]: q. d. Faxit Deus ut misericordiam consequatur apud Christum, qui illa die veniet judicaturus vivos & mortuos [r]. Resp. 3. Filius à Patre [†]: q. d. Dominus Jesus impetret illi gratiam apud Patrem [t], apud quem ipse est Mediator noster. Confer Gen. 19. 24. Dan. 9. 17. Κύριος respondet voci אדני, quam de solo Deo usurpari fatentur

c G. d G. sim. Camer. * G. f E. g G. h G. sim. Q. in E. ad v. 18. i G. k E. l Ham. m G. n E. Me. o G. p D. sic Pi. q D. r G. † E. Me. t G. v Me. sim. E. x Me. ‖ E. y G. z E. a G. b E. c Pi. d G. * Q. in E. f E. g Tertul. in E. h G. i E. k Chrys. & Th. & Aug. in E. l E. m G. sic E. n E. o G. p E. q Amb. in E. r Scul. † Al. in E. sic Cap. t Cap. sic Camer.

fatentur Judæi. Hinc ergò Messiæ Divinitas firmiter probatur [v].) *in illa die*] nempe Judicii [x], ut v.12 [y]. ubi dicta vide [z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὅσα — διηκόνησε, &c.] *Et quæcunque* (vel, *quanta*, Vulg. Sy. *quàm multa*, P. Be. Pi. V. *in quibuscunque*, Er. *in quàm multis*, Er. Ti. V. *in quantis rebus*, G. in quantis & qualibus negotiis. Sic ὅσα Luc. 4. 23. & Act. 9. 16 [a].) *in Epheso ministravit*, &c. Mo. sic Er. Il. &c. vel, *præstiterit*, Ca. vel, *subministravit*, Be. Pi. &c. Intellige, vel, 1. mihi [b]. Sed tunc non addidisset, *tu meliùs nôsti*. Beneficia enim sibi impensa maximè novit [c]. Vel, 2. Sanctis, quod in re non dissimili additur Rom. 15. 25. Heb. 6. 10 [d]. Vel, 3. fidelibus Evangelii ministris; ut tu meliùs nôsti qui Eph. Episcopus es, & partem obsequiorum ejus percepisti [*]. Sic & alibi post διακονεῖν subauditur Dativus, ut Joh. 12. 2. διακονεῖν autem cum Accusativo, constructio Græca [f]. [Sensus, q. d.] Quàm fuerit in ministerio officiosus [g]. Non novum fuit Onesiphoro servire mihi & Ecclesiæ. Jampridem Ephesi idem fecerat: Historiam non repeto; est enim tibi nota, qui ibi mihi adfuisti [h].

CAP. II.

1. **F**Ili mi] Vide quanto affectu, ut 1 Tim. 1. 18. ¶ *Confortare*, &c. Ἐνδυναμοῦ, &c.] עוז. Id enim sic transfertur Psal. 52. 7. Sic & Activa & Passiva promiscuè Hebræis, tum Hebraicè, tum Græcè, scribentibus, usurpantur pro Reciprocis. Sensus enim est, *Robora temet*, assiduo nempe studio [a]. *Corroborator* (i. e. Fortiter persistas in fide prædicanda & propugnanda [b]; animos assume [c]:) *in gratia*, &c. Er. V. &c. sub. *annunciandâ*, V. vel, *per gratiam*, &c. Er. Be. Pi. i. e. Non tibi aut tuis viribus fidens, sed auxilio gratiæ Dei quæ datur per Christum [d].

2. *Quæ audisti à me* (i. e. Quæ ore tenus tradidi [*]:) *per*, &c. Διὰ πολλῶν, &c.] *Per multos testes*, Er. Mo. Vulg. Multis adductis testibus Prophetis, qui hæc prædixerant, Heb. 12. 1 [f]. *Per manum testium multorum*, Sy. in D. nempe Prophetarum, quorum testimoniis probavit, Jesum esse verum Messiam [g]. *Inter multos*, &c. P. Be. Pi. E. Διὰ ponitur pro μεταξὺ item pro μετὰ vel σὺν, ut 2 Cor. 2. 4. & 3. 11. ut Heb. עם pro עד [h]. Non furtim [i], sed coram multis [k], nempe presbyteris, quorum nomine, & in quorum conspectu, ordinatus es [l]; qui, si aliqui calumniari vellent quòd non traderes rectam doctrinam, testes erunt te nihil aliud docere quàm quod à Paulo acceperas [m]. Al. Cùm commata & accentus ab Authore non sint, veniam mihi spero, si distinctionem hîc mutem & accentum, ut faciliorem reddam sensum. Sic ergò accipio, *Quæ audivisti à me, tu ea multis testans commenda fidelibus hominibus*; vel, *Quæ audivisti à me multis, tu ea testans commenda*, vel, *testare & commenda fidelibus*, &c. Lego μαρτυρῶν & διὰ πολλῶν, ut δι᾽ ὀλίγων, 1 Pet. 5. 12. & διὰ βραχέων, Heb. 13. 22 †. ¶ *Hæc*, &c. Ταῦτα παράθου, &c.] *Hæc commenda* (vel, *committe*, P. Be. Pi. ut solemus deposita: vel, *propone*, ut Act. 17. 3. Sic & Plut. ἃ παρ᾽ ἐγὼ παραθεὶς ἐξηγήσομαι. Non res tantùm, sed & præcepta sermonésque, παρακατατίθεσθαι dicuntur, ut 1 Tim. 1. 18. & 6. 20 [n]. Vel, *præcipe*, V.) *fidelibus*, &c.] Ità Er. Ti. &c. Hinc videmus, Timotheum non Episcopi tantùm, sed & Metropolitæ, functum officio, non minùs quàm Titum. Nam docere erat τῶν ἡγεμόνων, πρέσβεων, ἀγγέλων, ut priùs; Episcoporum, ut posteriùs, per eminentiam eos vocavit Ecclesia. Erat ergò Timotheus verè רב הגדוד פקוד. Habemus hîc verbum παράθου. Vide Psal. 31. 5. ¶ *Qui idoneo*, &c.] vel, *Qui possint & alios docere*, διδακτικοὺς, 1 Tim. 3. 2. infrà hîc v. 24. [o]. nempe presbyteris Ecclesiæ tuæ [p].

3. *Labora*, &c. Κακοπάθησον] *Feras afflictiones*, Er. V. P. *Tolerans esto laborum*, Pi. Vide suprà 1. 8. In MS. est & hîc συγκακοπάθησον. ¶ *Sicut bonus miles*, &c.] Vide 1 Cor. 9. 7. 2 Cor. 10. 3, 4. 1 Tim. 1. 18. Sub illo duce, sub illis signis, nobis militandum est [q].

4. *Nemo militans implicat se*, &c. Ἐμπλέκεται, &c.] Verbum ἐμπλέκεσθαι habetur 2 Pet. 2. 20 [r]. & in Græco Prov. 28. 18. Sic ἐμπλακεὶς πίνεσι apud Platonem, *occupationibus implicatus*, est apud Ciceronem. Idem *negotiis implicari* dixit non uno loco †. *Implicare se negotiis*, Seneca; πράγμασιν ἐμπλέκεσθαι, Plut [r]. *Implicatur* (vel, *Irretitur*, Ar. vel, *Implicat se*, Tre. ex Sy. Il. Ca. &c. Passivum pro Reciproco [v].) *vitæ* (*hujus vitæ*, Be. vel, *seculi*, Tre. ex Sy. *secularibus*, Vulg. i. e. mundanis [x]:) *negotiis*, Ti. P. Mo. &c. i. e. Occupationibus, quibus victum, vestitum, &c. comparamus [y]. Opponit vitam civilem militari [z]. Similitudinem ducit à Militia seculari, ut dictis locis, id est, à minori ad majus [a]. Sensus est, Eam esse militum legem & conditionem, ut omnes alias occupationes abjiciant ac seponant, v. g. familiæ administrationem, mercaturam, agriculturam, &c [b]. Leo Imperator, in L. *Milites*, &c. *Milites*, inquit, *qui à Repub. armantur & aluntur, solis debent utilitatibus publicis occupari*, &c. Deinde, *Armis autem, non privatis negotiis, occupentur*. Veget. l. 2. *Nec privata militibus negotia mandabantur: siquidem incongruum videbatur, eos qui veste & annonâ publicâ pascebantur, utilitatibus vacare privatis*. Veteres autem sunt leges quæ hoc vetant [c]: [de quibus plura vide in G.] ¶ *Ut*, &c. Ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ] *Ut ei placeat qui ipsum delegit militem*, Val. sim. Er. Ti. V. Be. Pi. &c. vel, *qui delectum fecit*, i. e. Imperatori, qui מפקד צבא, Esa. 13. 4. In Glossario, Στρατολογία, *delectus*. In Latino legimus, *ut ei placeat cui se probavit* [d]: sed scripserit Interpres, *qui se probavit* [*]. Nam & *literæ* ea de re *probatoriæ* in Codice [f]. Q. legunt, *Nemo militans Deo implicet se*, &c. contra omnes codices Græcos. Apparet autem similitudines esse, quarum non additur accommodatio, quòd per se satis sint planæ [g]. Hinc Timotheo colligendum relinquit, quid & ipsum facere oportet, & omnes Episcopos ac Presbyteros; qui peculiari ratione milites sunt Christi, ordinati ad prædicandum & dispensandum Sacramenta. Qui proinde illud unum agere & cogitare debent, omnibus negotiis, quæ ab hoc scopo sunt aliena, dimissis. Et hinc probant Sacri canones, non debere clericos exercere negotiationem, &c. quia sic plurimùm impediuntur à militia sua spirituali, cui se totos impendere debent [h]. Hinc probavit Cyprian. l. 1. epist. 9. Non licuisse, *Presbyterum tutorem testamento nominare*. Nec testamentariâ tantùm, sed omni secularium, curâ Ministris Verbi interdicitur à Conc. Chalced. Can. 3. Hinc colligere debemus, eos qui otio aut delitiis indulgent, munus autem suum per alios exsequuntur, non placere Deo [i]. Porphyrius De Abstin. 4. de Ægyptiorum sacerdotibus, Ἀπειπάμενοι πᾶσαν, &c. (*Renunciantes omnibus aliis negotiationibus totam vitam suam deorum cultui dicàrunt.*) Idem ferè de vero Cynico dicit Arrian. 3. 22. in Epictetum [k]. [Verba vide in Pri.]

5. *Qui certat*, &c.] Cursu, aliòve certamine [l]. Altera similitudo à publicis Certaminibus desumpta. Frequens autem comparatio στρατιώτου & ἀθλητοῦ apud Philosophos. [Eam usurpant] Andronicus, aut quisquis est Nichomachiorum optimus Paraphrastes 10. 11. Max. Tyr. Diat. 35. Hierocles [m]. [Verba vide in G.] ¶ *Nisi legitimè certaverit*] Secundùm præscriptas agonis leges [n]. Sunt enim & gymnicæ leges, quarum meminit Aristot. fine Nicom [o]. Tu ergò Episcopum age secundùm leges à Deo præscriptas, &c [p].

6. *Laborantem*, &c. Τὸν κοπιῶντα — δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν] Illud πρῶτον referendum, vel, ad μεταλαμβάνειν; vel, ad κοπιῶντα per Trajectionem [q]. [Hinc variant:] *Laborantem* (vel, *Qui sedulò laborat*, Pi. i. e. Eum, qui non segnis fuerit, sed in opere suo assiduus [r]. Vox κοπιῶντα bene convenit laboriosæ hoc genus vitæ †.) *agricolam oportet primùm fructus*, sive *de fructibus*, *percipere*, Vulg. Mo. Er. Ti. sim. Pi. E. vel, *convenit ut primùm de fructibus suis cibetur*, Tre. ex Sy. Sensus, Ipsi omnium primi fructus percipiunt [t], cujus spe ad labores ferendos excitantur. Sic te, ô Timothee, excitare debet magnitudo propositi tibi fructûs in cœlis [v]; si enim diligenter laboraveris, in præmio percipiendo primus ac præcipuus eris, & quasdam fructuum laboris tui primitias à Deo recipies [x]. Vel, sicut agricola primùm suæ familiæ curat victum, postea aliis fruges communicat: ità Minister sic alios doceat, nè ipse fiat reprobus [y]. Ità tu, Timothee, primus ipse fructum percipias Evangelii quod

Margin notes (left): v Cap. — x Er. E. sic Scul. — y Pi. — z G. — a Pri. — b Pri. Q. in E. — c E. — d G. — * E. — f G. — g E. — h G. — a G. — b Me. sim. E. — c T. — d E. — * Me. sic T. — f G. — g D. — h Be. — i V. — k V. sim. Be. E. — l Pi. — m E. — † Kn. — n Pri. — o G. — p Me. sic E. T. — q G. — r Pri.

Margin notes (right): † G. — r Pri. — v G. — x T. — y Me. sim. V. E. — z Be. — a G. — b E. — c G. — d G. — * G. sim. Er. E. — f G. — g Be. — h E. — i Scul. — k Pri. — l Pi. — m G. — n Me. sic E. — o G. — p E. — q Gl. Cin. p. 246. — r E. — † Pri. — t Me. sim. E. — v Me. — x E. — y Scul.

quod alios doces [z]. Al. *Agricolam oportet priùs laborando fructus percipere*, P. vel, *laborare quàm fructus percipiat*, Calv. sim. Ca. Æth. Participium pro Infinitivo frequens Græcis [a], & πρῶτον pro πρότερον, ut 1 Tim. 5. 12. Apoc. 2. 4 [b]. Sensus est, Non antè agricola fructum colligit quàm sudaverit, &c. Quantò absurdius est, nos labores refugere tantâ mercede compensandos [c]? Πρῶτον hîc significat *ità demum*. Tertia similitudo attexitur [d], *Agricola si laboraverit, ità demum par erit eum de fructibus vesci* *. Hanc sententiam postulat v. præced. Ut enim athleta non coronatur nisi priùs certet; ità nec Agricola fructus percipit, nisi priùs laboret ||. Par similitudo 1 Cor. 9. 10. Sed ibi ostenditur quid operanti debeatur; hîc, quid exigatur ut quis de fructibus se jure pascat. Non dubium est quin causas habuerit cur hæc diceret Paulus: nam & additur, νόει, &c [f].

7. *Intellige*, &c. ità Mo. Ti. Νόει, &c.] Heb. בִּין, vel הָבִין, Dan. 9. 23. *Attende dictis*. Similis admonitio Marc. 13. 14 [g]. *Considera* (vel, *Cogita*, Er. Il. Ti. *Perpende*, versa in animo [h]:) *quæ dico*, Pi. P. &c. Applica ipse ad te hæc similia [i]. Hoc dicit, quia in parabolis locutus est [k]. ¶ *Det*, &c. Δώη γὰρ — σύνεσιν, &c.] *Det* (vel, *Dabit*, Tre. ex Sy. Vulg. In MS. est δώσει, quasi bene ominantis: quomodo & Syrus videtur legisse; quanquam potest apud eum Futurum pro precatione accipi, more gentis [l].) *enim* (vel, *verò*, Ca. Pi. *igitur*, ut γὰρ sæpe sumi notavimus [m]: vel, *enimverò*, P. vel, *Atque utinam det*, γὰρ pro δὲ. Non enim notatur ratio, sed correctio [n].) *tibi Dominus intellectum* (vel, *intelligentiam*, P. Be. Pi. &c. nempe spiritualem: vide Col. 1. 9 [o]. vel, *sapientiam*, Tre. ex Sy.) *in omnibus*, Mo. &c. Ut facilè intelligere possis [p]; tum, ea quæ dixi [q], tres parabolas tibi propositas, militis, athletæ, agricolæ [r]; tum, alia quæcunque cognitu necessaria [s]. Sed hoc non addit propter similitudinum quas posuit obscuritatem, sed propter amplitudinem mercedis nostræ futuræ, ad quam non conscendunt nostræ mentes [t]. In rebus tantis non tantùm attentione, sed & illuminatione, Divinâ opus est; quam & nobisipsis, & aliis, precari debemus: Dan. 9. 21. q. d. Multa jam intelligis, sed non omnia. Est in quo adhuc luce majore indigeas. Similis precatio Col. 1. 9 [v].

8. *Memor esto*, &c.] Ab exhortatione transit ad doctrinam fidei [x], quam volebat salvam & integram ad posteros pervenire; & aliquam ejus partem nominatim exprimit, eam scilicet de qua maximè timebat [y], propter hæreticos qui eam tum negabant. Hanc ergò, inquit, veritatem & animo verses, & fidelibus tradas [z]. Al. Nè mirare etiamsi quid mihi gravius eveniat. Mortuus est etiam Christus morte ignominiosâ: sed à Deo ad vitam gloriosam resuscitatus est. Idem & mihi eveniet, & tibi, si adversis nihil territus in fide & professione perstiteris [a]. Si vel succumbendum tibi sit in isto certamine, memento Christum, laborum omnium, mortisque adeo ipsius, præmium retulisse vitam [b]. ¶ *Ex semine David*] sub. *factum*, Be. Pi. ex Rom. 1. 3 [c]. genitum [d], incarnatum, hominem factum *. Innuit, fuisse tunc qui fidem incarnationis Domini subruebant [f]; & veritatem humanæ in Christo naturæ evertere conati sunt [g]; & genealogiam Christi ex Davide impugnabant, ideòque negabant eum fuisse Messiam [h]. Non frustrà istud hoc loco positum est. Nam si David Regno destinatus tanta mala pertulit; si Jesus majora, in quo omnia illa promissa Davidis posteritati facta perfectissimum habebant implementum; quid mirere si nobis talia eveniant? Vide Act. 13. 23 [i]. ¶ *Secundùm Evangelium meum*] i. e. quod prædico [k]. Sicut ego Christi mandata omnibus annunciavi & annuncio. Par locutio Rom. 2. 16. & 16. 25. quod explicatur sic, τὸ εὐαγγέλιον τὸ εὐαγγελισθὲν ὑπ᾽ ἐμοῦ, Gal. 1. 11. Sic & εὐαγγέλιον ἡμῶν dicit Apostolus, adjutores suos secum socians, 1 Thes. 1. 5. 2 Thes. 2. 14 [l].

9. *In quo*, Ἐν ᾧ] Pro, δι᾽ ὃ [m]. Hîc more Hebræo valet, *cujus causâ* [n]: cujus annunciandi munere defungens [o]. ¶ *Laboro*, Κακοπαθῶ] *Affligor*, P. Pi. &c. *Vexor*, D. *Tolero mala*, Sy. in D. *Multa mala fero*, & *æquo animo fero*. Nam & hoc huic verbo his locis inesse etiam suprà diximus [p]. ¶ *Usque ad vincula*] i. e. Tantopere affligor, ut etiam in vincula conjectus sim [q]. Grave vinciri hominibus liberis. Ostendit non levia esse quæ patiebatur. Vide suprà 1. 8 [r]. ¶ *Quasi*, &c. Ὡς κακοῦργος] *Ut maleficus*, Er. V. &c. Ac si essem aliquis malefactor †. Nam adversùs tales inventæ manicæ & compedes. Sic & Christus κακούργοις æquatur in supplicio, Luc. 23. 32, 33, 39 [t]. ¶ *Sed verbum Dei non est alligatum*] vel, *vinctum*, Er. &c. q. d. Non tamen propterea Evangelizare desino, voce, & scriptis epistolis [v]. Loquor eâdem libertate quasi vinctus non essem. Animus vinctus non est, ísque linguâ adhuc utitur. Si ego hoc facio vinctus, quantò magis tu hoc facere debes solutus [x]?

10. *Ideo* (i. e. Ob hoc ipsum Evangelium [y]: vel, *Propter hoc*, i. e. Ut Evangelium disseminetur [z]; nè verbum Dei alligetur, sed propagetur [a]:) *omnia* (dura & laboriosa [b],) *sustineo*] Et hæc mala & multa alia patienter fero. Ὑπομένω יכלתי. Vide & infrà v. 12. Heb. 12. 2, 3. Jac. 5. 11. 1 Pet. 2. 20 [c]. ¶ *Propter*, &c. Διὰ τοὺς ἐκλεκτούς] id est, Ἕνεκα τῶν ἐκλεκτῶν [d]. *Bono Christianorum*, qui meo exemplo confirmantur in fide, & ad parem sufferentiam animantur. De voce ἐκλεκτῶν vide quæ ad Matth. 24. 22 *. Vide 2 Cor. 1. 5, &c. Col. 1. 24 [f]. *Propter electos*, Vulg. Mo. Er. &c. i. e. Eos qui ad salutem ab æterno à Deo sunt prædestinati [g]; eos præsertim [h], qui adhuc ad Christi ovile sunt adducendi nostris laboribus [i]. Quamvis enim ministri eadem officia impendant reprobis, qui hîc electis permixti sunt; non tamen hoc faciunt propter reprobos, sed propter electos. Etenim si sciret Ecclesia qui sint reprobi, non magis pro iis oraret quàm pro diabolo, ait Aug. Quare nec Christus, qui hoc perfectissimè sciebat, pro iis aut orabat, Joh. 17. 9. aut patiebatur. Hinc disce certam Dei electionem adeò non excludere necessitatem bonorum operum, ut etiam ea statuat tanquam media quædam ad ipsam implendam à Deo ordinata. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα καὶ αὐτοί, &c.] Καὶ hîc aut redundat, ut sæpe apud Paulum, aut alios Paulo conjungit; q. d. Non meâ solùm aut nostrâ causâ qui jam fideles sumus, sed & aliorum electorum [k]. *Ut & ipsi* (vel, *ipsi quoque*, per eadem incedendo vestigia [l]; in fide perseverantes meo exemplo [m]:) *salutem consequantur quæ in Christo Jesu*, (sub. *est*, Be. Pi. vel, *quæ per Jesum Christum parta est*, Pi. V. ut subaudiatur γενομένης, & ἐν idem valeat quod διὰ [n]: vel, *dante Christo*, G.) *cum gloria æterna*, Mo. &c. q. d. Ut salutem consequantur, non qualemcunque, sed quæ conjuncta est cum æterna gloria [o].

11. *Fidelis* (vel, *Certus* est hic, Be. Pi.) *sermo*] Vel, 1. qui præcessit [p]: q. d. Quod dico de salute gloriâque electorum, etsi multis incredibile videatur, certissimum est [q]. Vel, 2. qui sequitur; solet enim hæc verba præfari ante egregiam sententiam. Vide 1 Tim. 1. 15. & 3. 1. & 4. 9 [r]. Tunc autem subjecisset, ὅτι ante εἰ †. ¶ *Si*, &c. Εἰ γὰρ συναπεθάνομεν, &c.] *Nam* (Al. γὰρ hîc ponitur pro אכן, *certè*; Esa. 45. 15 [t].) *si cum eo mortui sumus*, (i. e. Vel, 1. moriamur peccato, ut Christus mortuus est in similitudine carnis peccati [v]. Huic favet collat. Rom. 6. 8 [x]. Vel, 2. si Christi causâ affligimur [y]. *Mori* hîc vocat, Miserias summas, ac mortis pericula, subire. Par locutio 2 Cor. 4. 10. ubi dicta vide [z].) *cum eo etiam vivemus*, Be. Pi. nempe in regno cœlesti [a], vitam illam immortalem [b].

12. *Si*, &c. Εἰ ὑπομένομεν] Subaudi τῇ θλίψει, ex Rom. 12. 12 [c]. *Si toleramus*, sive *sufferimus*, Mo. P. Il. Ti. Ca. &c. sub. *crucem*, P. Be. G. ut Heb. 12. 2. aut *tentationem*, ut Jac. c. 1. v. 12 [d]. Vide suprà v. 10 *. ¶ *Et conregnabimus*] Vel, *cum eo regnabimus*, Be. Pi. Duo fecit antitheta. Nam ut morti opposuit vitam, ità Sufferentiæ Regnum, quod modò dixit *gloriam*; i. e. statum non tutum tantùm, sed & excelsum. Vide Rom. 5. 17. ¶ *Si negaverimus*] Nempe *ipsum*; quod subintelligendum liquet ex membro opposito, & ex Matth. 10. 33 [f]. Si metu mortis aut persecutionis confessionem nominis ejus abjicimus; ídque verbo, aut facto, aut etiam silentio [g]. ¶ *Et ille negabit nos*] i. e. Pro suis non agnoscet [h]; ac proinde ad rerum suarum communionem nos non admittet [i], sed à suo regno excludet [k].

13. *Si*, &c. Εἰ ἀπιστοῦμεν] *Si increduli*, sive *infidi*, *sumus*, P. Be. Pi. Er. Ti. *Si diffidimus*, Pi. *Si perfidi sumus*,

mus, Zeg. *Si fidem datam fallimus*, Scul. Si veritatem auditam aut recipere nolimus, aut semel receptam, desciscamus: nam ἀπιστεῖν positivam infidelitatem significat[l]. *Si nos in illum infidi simus.* Sicut πιστὸς in his libris, modò *credentem* significat, modò *fidelem*, ut Matth. 24. 45. & 25. 21, 23. Luc. 12. 42. & 16. 10, 11, 12. & 19. 17. ita & ἀπιστεῖν duplicem habet significationem: sed eum quem diximus huic loco esse proprium ostendit oppositio[m]. ¶ *Ille* (sub. *tamen*, Be. Pi. Ellipsis conjunctionis adversativæ frequens Hebræis[n]:) *fidelis* (vel potiùs, *fidus*, Be. Pi.) *permanet*] Nempe non minùs in comminationibus quàm in promissis[o]. Si nobis persuadere non possumus, nihilominus tamen fiet[p]: sive credimus, sive non credimus, veritas non mutatur, Deus falli, aut fallere non potest[q]; sed verax & constans manebit in promissis de salute, electis, h. e. credentibus & perseverantibus, factis[*]: incredulitas aut perfidia nostra Dei fidelitatem convellere non potest[r], Rom. 3. 3. †. Qui infidi sunt, afferant licèt sibi exitium[t], nihil tamen detrahent veritati vel gloriæ Christi[v], qui seipso contentus minimè nostrâ confessione indiget[x]; qui etiam, ipsis perditis, manet integer[y]; qui tutabitur suam virtutem contra adversariorum vim, & Apostatarum perfidiam; & rata faciet omnia quæ dixit, pro servis suis, & contra proditores[z]: hâc tamen inconstantiâ suâ docent se Christi κοινωνοὺς, sive Christo similes, non esse, quippe qui *à veritate sua nunquam desciscit*[a]. Ità impiis defectoribus blanditias suas excutit, quia, ut sunt versipelles, Christum similiter multiformem & varium libenter fingerent, quod fieri posse negat Paulus[b]. Ergò Ministerii officiis tibi gnaviter incumbendum est[c].

14. *Hæc*, &c. Ταῦτα ὑπομίμνησκε] Supple αὐτοὺς, ut Tit. 3. 11. pleniùs loquitur[d]. *Hæc commemorato*, Ca. הזכיר. *Hoc in memoriam reduc audientibus*[*]. *Hæc admone*, sive *commone*, Er. Mo. Val. Vulg. &c. De his quæ jam dixi frequenter admone fideles tibi commissos[f], & maximè Ministros[g]. ¶ *Testificans*, &c.] Διαμαρτυρόμενος — μὴ λογομαχεῖν εἰς οὐδὲν χρήσιμον ἐπὶ καταστροφῇ, &c.] *Testificans* (vel, *Contestans*, Er. Il. Ti. *Obtestans*, P. Be. Pi. Eadem locutio 1 Tim. 5. 21[h]. protestans & adjurans eos[i]:) *coram Domino*, (i. e. Illum invocans testem[k], facti scil. à te officii, & vindicem admonitionis contemptæ[l]:) *non contendere* (vel, *non esse pugnandum*, Ca. *nè pugnent*, sive *contendant*, Be. Pi. Tre. ex Sy. *nè pugnas sequantur*, Er. Il. Ti. P.) *verbis*, Mo. Ca. Tre. &c. (vel, *de verbis*, Be. Pi. vel, *verborum*, Er. Il. Ti. Vide 1 Tim. 6. 4[m]. i. e. Nè contentiosè disputent, victoriam quærentes, non veritatem[n]; ut multi faciunt ex pertinacia, aut superbia, ut scilicet plus aliis scire videantur[o]: nè inter se frivolis quæstiunculis depugnent[p].) *ad nihil utile*, Mo. (vel, *ad nullam utilitatem*, Er. Ti. P. V. Val. *ad nullum usum*; vel, *cùm nulli usui hoc sit*, Camer. *ad nihil enim utile est*, Vulg. *quod nullam adfert utilitatem*, Be. Pi. sic Il. Subauditur ὂν absolutè positum, Atticorum more, & hæc parenthesi includenda sunt[q]. Pugna de verbis nihil habet utile[r].) *ad* (vel, sed *ad*, P. Pri. vel, nisi *ad*, Vulg. tantùm *ad*, Pri. sed pertinet *ad*, Pi.) *subversionem* (vel, *eversionem*, Val.) *audientium*, Mo. Er. Ti. &c. vel, imò *auditores subvertit*, Be. Pi. Est ἐξήγησις αὐξητικὴ †, q. d. Non modò nihil prodest, sed etiam nocet[t]. Nam auditores per ista certamina scinduntur in partes, amittunt dilectionem mutuam: id verò est in hoc negotio הפכה, καταστροφὴ, *eversio*. In Glossario, καταστροφὴ, *subversio*, *excidium*[v]. Turbantur auditores ex contentionibus magistrorum; & vel, hæsitant de iis quæ rectè credebant, quo subvertitur eorum fides, vel, in studia partium trahuntur; unde sequuntur *invidiæ*, *contentiones*, *blasphemiæ*, &c. ut dicitur 1 Tim. 6. 4[x]. Idem hoc quod infrà v. 18. τὴν πίστιν ἀνατρέπειν. *Morum eversionem* dixit Seneca epist. 96[y].

15. *Solicitè*, &c. Σπούδασον — δόκιμον παραστῆσαι — ἀνεπαίσχυντον] *Stude teipsum* (i. e. tuùmque ministerium[z]:) *probatum* (i. e. Vitâ & doctrinâ demonstra te fidum Dei ministrum esse[a]. Δόκιμον sume ut Rom. 16. 10. 1 Cor. 11. 19. 2 Cor. 10. 18. Jac. 1. 12. Sensus est[b], Fac te probes Deo[c], ut ei in omnibus placeas[d].) *exhibere* (vel, *sistere*, P. Be. Pi.) *Deo*, (MS. habet τῷ Χριστῷ[*].) *operarium non erubescendum*, Er. Ti. vel, *qui non pudefiat*, sive *erubescat*, P. Be. Pi. Er. E. Me. Vel, 1. activè, i. e. quem ab opere nullus pudor impedit[f]; qui liberè & profitearis, & prædices, crucem Christi[g]; cui nec vincula mea pudori sunt. Ità Græci. Favet tum collat. 2 Tim. 1. 8. tum Syrus, qui vertit, *sine erubescentia*. Vel, 2. passivè, i. e. qui tam diligens & fidelis in opere est, ut dominum ejus non pudeat[h]; ea agens quorum pudere non debet: vide Rom. 6. 21[i]. cui nullius criminis (ignorantiæ, aut morum pravorum[k]:) conscientia pudorem incutiat[l]. ¶ *Rectè*, &c. Ὀρθοτομοῦντα, &c.] *Rectè secantem* (vel, *tractantem*, Vulg. Scul. ex Ful. vel, *prædicantem*, Tre. ex Sy. Optimè sanè. Nam ὀρθοτομεῖν, tum apud LXX, tum apud alios probatos auctores, sumitur pro, *rectè aliquid tractare*[m].) *verbum veritatis*, Mo. Er. Ca. &c. Optimè Vulgatus reddit, *rectè tractantem*, significatione à specie ad genus traductâ, ut sæpe fit, ut Prov. 3. 6. & 11. 5. Nam ut καινοτομεῖν, propriè denotans *novas vias secare*, ex usu linguæ Græcæ, *res novas moliri*, vel *suscipere*, valet; pari ratione etiam ὀρθοτομεῖν sign. *res rectas aggredi*, vel *facere*. Unde & LXX ישר *dirigere*, aut *rectum facere*, ὀρθοτομεῖν non semel reddunt. Itidem Chrys. κατευθύνειν ὁδὸν exponit ὀρθοτομεῖν ὁδόν. Et Greg. Naz. τῷ ὀρθοτομεῖν, i. e. *rectum iter tenere*, opponit τὸ κακῶς ὁδεύειν, *malè*, vel *pravè*, *incedere*. Si quæris, quid sit *rectè tractare sermonem*, id optimè sic explanatur[n]. Primùm omnium, quod ad doctrinam ipsam attinet, nihil prætermittere quod dicendum sit, nihil etiam adjicere de suo[o], nihil mutilare, discerpere, torquere; deinde, spectare diligenter quid ferat auditorum captus, quicquid denique ad ædificationem conducit[p]; nec in secando cortice occupatum medullam intactam relinquere[q]. Similitudo ducta est, vel, 1. à Victimis[r]; quæ non temere, sed cum arte & industria †, & certo ritu secari debebant, ut ad Leviticum ostendimus[t]. Vide & Homer. Iliad. η'. v. 317. & ω'. 625[v]. Est autem & Evangelii annunciatio sacrificium, & quidem egregium. Evangelium autem ὀρθοτομεῖ qui cuique accommodat ea monita quæ ei maximè conveniunt: quomodo de victimis aliæ partes dabantur Sacerdotibus, aliæ privatis. In Clem. Constit. 7. 33. ὀρθοτομήσαντας ἐν τοῖς Κυρίου δόγμασι. Vide Philonem[x], [in G.] Postulat ergò, adhiberi curam discernendi membra doctrinæ diversa ‖, præsertim Legem & Evangelium †. Vel, 2. à Securi aut Gladio, quo resecantur inutilia & supervacanea; q. d. Amputantem contentiosa & noxia, & spinas quibus veritas involvitur atque amittitur, & relinquentem placida duntaxat & utilia[y]; vel, circumcidentem inutilia quæque, & demetentem gladio verbi quæ ab Evangelii prædicatione sunt aliena[z]. *Resecantem à sermone veritatis quod ei superadditum fuerit*, Ar. Obstat huic sententiæ, quòd verbum veritatis, de quo tradendo hìc loquitur, nihil habet in se aut falsum, aut superfluum[a]. Vel, 3. à Sectione in Lege solenni. פסק Heb. & Chald. *scindere*, vel *secare*, significat. Indè versus Bibliorum פסוקים dicti, h. e. τμήματα, vel κόμματα, *segmenta*, vel *particulæ*. Nihil hoc notius Timotheo. Vide 2 Tim. 3. 15. Hisce autem versibus, h. e. toti Scripturæ V. T. qui operam dabant, הספוקים בתורה, οἱ τέμνοντες τὸν νόμον, *qui Legem secabant*, appellati sunt; i. e. qui in Lege tractanda occupati erant. Ità eleganter hìc Paulus, Hebræus ex Hebraicis, & Hebraismo congruenter, loquitur[b]. Vel, 4. à Coquis, quorum est rectè dividere cibos[c]; vel, à structore conviviorum, Esa. 25. 6[d]. vel, à patre[*], aut nutrice[f], cibos (alendis filiis[g],) in particulas & offulas secantibus[h]; quantum cuique convenit[i], vel, ut commodiùs eas glutiant parvuli quos alunt[k]. Sic tu pro cujusque captu & conditione panem Verbi Divini distribuas[l]. Vel, 5. à Lapicidis, quos meliùs λατόμους vocaveris, quàm victimarios illos. Euripides, de Neptuno Trojam ædificante, —Λαΐνους πύργους πέριξ Ὀρθοὺς ἔτεμνε κανόνι. Apuleius, *Non*, inquit, *è monte meo afferam lapidem directim cæsum*, i. e. ὀρθοτετμημένον. Glossarium, *Directum*, κατὰ κανόνα ὀρθωθὲν[m]. Vel, 6. à viis secandis[n]. Dicunt Latini, *secare viam*[o], h. e. præire, & in itinere dirigere. Sic ὀρθοτομεῖν ὁδὸν, Prov. 3. 6. & 11. 5[p]. apud Interpretes; ubi in Hebræo est ישר, quod alibi vertitur κατευθύνειν aut κατορθοῦν[q], *dirigere*, sive *rectificare*. Sic ergò *viam rectè secare*, est, aliquem in via recta statuere aut servare. Quare ὀρθοτομεῖν λόγον, &c. est sincerè & juxta

juxta veritatem præire aliis in via Christianismi. Id quod Timothei erat, tanquam Doctoris aut Episcopi, alios & exemplo & doctrinâ rectam viam docere, vitatis erroribus malisque moribus [r]. Huic simile Gal. 2. 14. ὀρθοποδεῖν πρὸς τ̃ ἀλήθειαν [†]. Vel, est, verbi veritatis rectam quasi viam patefacere vel aperire; aut, sermonem veritatis, quasi iter, rectâ patefacere, aut simplicius, rectum verbi veritatis iter tenere. Τέμνειν ὁδὸν Græcis est *viam patefacere*, sive *aperire* [t]. Vias enim secare solebant ut expeditas usui redderent [v]. Vel, 7. ab agricolis qui rectos sulcos proscindunt [x]. *Rectè* ergò *secare*, &c. est doctrinam Christianam eâ fide tradere, ut nusquam deviet à recto tramite regulæ sibi præscriptæ, h. e. verbi Divini [y].

16. *Profana*, &c. Τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περιΐστασο] *At prophanas, vanas*, sive *inanes, voces* (vel, *vocum inanitates*, Pi. i. e. inanem & clamosam loquacitatem [z]; vel, inutiles altercationes [a]; λογομαχίας, ut v. 14 [b]. alibi βεβήλους μύθους, h. e. hominum commenta de rebus Divinis sine ulla revelatione [c]: vel, *de rebus inanibus clamores*, Be. Pi.) *cohibe*, Mo. P. Il. Be. Pi. Insta vehementer ut coerceantur [d]. Propriè est *abscinde*; sed malim hîc, *supersedeto*, sive *pretermittas* [*]: ad verb. *circumsiste*, id est, observa, & velut obside, nempe, nè in Ecclesiam irrepant [f]. Idem hoc quod παραιτοῦ, 1 Tim. 4. 7. & ἐκτρεπόμενος, 1 Tim. 6. 20. ubi etiam, ut hîc, in MS. est καινοφωνίας, non κενοφωνίας [g]. Vel, *fuge*, V. Ham. *devita*, Ar. sic Ca. περιΐστασο nempe, ad cohibendum eas [h]. Περιΐστασθαι pro *cavere* habemus & Tit. 3. 9. & apud Josephum, quia circumcludere solemus ea à quibus metuimus [i]. Heb. סבב, *circumdedit*, à LXX vertitur κυκλόω sæpe, semel περιΐστημι, Jos. 6. 3. interdum autem ἐκκλίνω *devito*, 1 Reg. 18. 11. & vicies ἀποστρέφω, *averto*, vel *fugio*; quo sensu accipitur & Origeni, & Hesych. necnon Josepho, De Mose, περιΐστατο, μὴ πολλοὶ, &c. *Cavit, nè multi imitarentur*, &c. & De Bel. Jud. c. 12. τὸ ὀμνύειν αὐτοῖς περιΐσταται, *Juramenta ab illis vitantur* [k]. ¶ *Multum*, &c. Ἐπὶ πλεῖον γὰρ προκόψουσιν ἀσεβείας] Προκόπτειν & de bono dicitur, ut sæpe, & de malo, ut infrà 3. 13. Hebræi dicerent רבו [l]. Leo Imp. Const. 47. dixit, πρὸς ἀναιδείαν προκόπτειν, & Diod. Sic. l. 1. ἐπὶ πλεῖον κακίας προβαίνειν [m]. *Ad plus* (vel, *Ad incrementum*, V. *Ad majorem*, Er. Ti. P. Be. Pi. *Ampliùs*, Val. Er. *Ad amplius*, E.) *enim procedent* (vel, *proficient*, Er. Val. Ti. &c.) *impietatis*, Mo. vel, *impietatem*, Er. &c. Exponunt, vel, 1. de rebus [n]. Ex inanibus & profanis ad deteriora devenitur, usque ad ipsam impietatem errorum & hæresium [o]: ista fomentum addunt ad impietatem, semperque augescunt [p]. Non stant ista ubi incipiunt: qui initio parvus videtur error, magnus fit processu [q]. Vel, 2. de personis: ampliùs enim proficient impii [r]. Hoc verius; 1. quia de personis continuò sequitur, *Et sermo eorum*, &c. 2. idem verbum bis cap. seq. de personis dicitur. Obj. Nihil de personis præcessit. Resp. Illæ tacitè continebantur in inaniloquiis. Sensus est, Talia docentes nè toleres, sed procul abjicias; quia ad ulteriorem semper proficient impietatem, tam in se quàm in auditoribus [†].

17. *Et sermo eorum* (scilicet hæreticorum talia docentium [t]: Gnosticorum, ut ex descriptione patet. His apprimè congruunt; 1. βέβηλοι κενοφωνίαι, quæ ψευδωνύμῳ γνώσει adscribuntur; quòd incrementa indies accepere & novarum opinionum additamenta [v].) *ut*, &c. Ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει] *Ut cancer* (*cancer morbus*, Er. Ti. qui locum depascitur quem occupavit, unde statim arcendus est [x]: vel, *gangræna*, Mo. Be. Pi. P. Ca. Ham. &c. Glossarium, Γάγγραινα, *cancer* [y]. At *cancer* Græcis καρκίνος dicitur [z]: γάγγραινα autem est malum sævius cancro urens & arrodens carnem & ossa, eáque statim velut in cinerem redigens, à γραίνω *arrodere* [a]. *Gangræna* non idem est quod *cancer*, sed vicinum aliquid [b]: *Cancer* juxta Medicos, est *tumor durus, inæqualis, aspectu teter, venis in ambitu turgentibus, colore livescens: Gangræna* autem est *carnosa pars inflammationis vi emortua* [c]. *Gangræna* & causâ & celeritate nocendi, & periculi magnitudine à cancro differt [d].) *serpit*, Vulg. vel, *serpet*, E. Val. V. ut multi Codices legunt [*]: vel, *depascet*, Be. Pi. V. *corrodet*, Ca. *pastionem habebit*, Er. Ti. P. E. sic Mo. Val. Zeg. *pastionem apprehendet*, Tre. *latè carnem suam depascet*, יפשה, ut Levit. 13. 22. & alibi. Nam & Græci

[r] Ham. [†] Pri. sim. E. [t] Ful. ib. [v] Ham. [x] E. ex Th. [y] E. [z] E. Me. [a] Er. [b] Pi. [c] G. [d] Græci in Er. [*] Er. [f] Be. [g] G. [h] Q. in Pri. [i] G. [k] Ham. [l] G. [m] Pri. [n] Q. in E. [o] Me. [p] Plerique in E. [q] G. [r] E. ex Chrys. [†] E. [t] E. Me. [v] Ham. [x] Er. [y] Pri. [z] Calv. [a] Strig. [b] G. [c] Scul. [d] E. [*] Idem.

γαγγραίναν dictam aiunt παρὰ τὸ γραίνειν, quod est ἐσθίειν. Latinus, *serpit*, non voce, sed sensu bene expresso. Lucilius, *Serpere uti gangræna malo ad quem herpetica posset*. Varro, *Non vituperamus, cùm sciamus digitum præcidi oportere, si ob eam rem gangræna non sit ad brachium ventura* [f]. Sensus, q. d. multorum fidem subvertet, ut exponitur v. 18 [g]. Vim sui veneni inter fideles longiùs diffundet, donec universum Ecclesiæ corpus contagio pervaserit [h]; ut morbus ille carnes proximas exedit, & quod sanum est corripit [i]. Νομὴν ἔχειν hîc non aliud est quàm νέμεσθαι, ut ἀθανασίαν ἔχειν 1 Tim. 6. 16. ubi dicta vide: νέμειν autem est quod Act. 4. 17. argumento non dissimili, ἐπὶ πλεῖον διανέμεσθαι [k]. Verbum de ovibus usurpatur agrum totum paulatim depascentibus, item de igne paulatim se spargente, &c [l]. Hoc dicit, Latè serpit illud Philosophicum malum, præcipuè quòd multi illam vivendi rationem amplectantur, ut pœnas evitent quæ undique Christianis imminent. Nihil tam Christianismo nocuit quàm illa instituta quæ ad Christianismum satis propè accedebant, & πολυθεΐαν per interpretationes quasdam molliebant. Sed causa cur homines multi illa instituta præ Christianismo amplecterentur, non erat quòd in iis esset certius aliquid; sed quòd crux, quæ Christianos premebat, eo modo vitaretur. Vide Tertul. [in G.] Huic malo alterum non dispar primam Ecclesiam exercuit, ab iis qui similiter crucis vitandæ causâ Judaicorum rituum necessitatem imponere Gentibus volebant. Hæc ob oculos habere debet qui Paulum rectè velit intelligere. ¶ *Ex quibus*, &c. Ὧν ἐστὶν Ὑμέναιος καὶ Φιλητὸς] Est πρόζδυγμα. Nomina sunt Græca, qualia multa in urbibus Asiæ per Græcos conditis: *Hymenæus* à nuptiarum Deo: *Philetus* nomen quale *Amatus, Optatus, Desideratus*, apud Latinos; apud Græcos, Ἐραστὸς [m]. De Phileto nihil alibi habemus: de Hymenæo vide 1 Tim. 1. Hos tanquam præcipuos nominat, ut sibi ab illis caveant fideles [n].

18. *Qui à veritate*, &c. Περὶ τ̃ ἀλήθειαν ἠστόχησαν] *Circa veritatem* (i. e. à scopo Christianæ veritatis ad quam collimare debebant [o]:) *aberrârunt*, E. G. ut 1 Tim. 1. 6. & 6. 21 [p]. [ubi dicta vide.] vel, *frustrati*, G. ex Tertul. vel, *aberrârunt à scopo*, Be. Pi. h. e. in ipso fundamento errabant [q]. ¶ *Dicentes resurrectionem jam esse factam*] Vide 1 Cor. 15. 12 [r]. Qu. Quo sensu? Resp. 1. In liberorum procreatione, quâ homines velut renascuntur & reviviscunt. Neque aliam resurrectionem agnovere Seleuciani, teste Aug. hær. 59. neque ante eos Sadducæi [†]. 2. In Christo resurgente [t], & illis Mat. 27. 52 [v]. 3. Fortasse docebant sanctos non resurrecturos receptis corporibus [x]; sed tantùm spiritualiter [y], sive quoad animam [z]: tum, 1. hîc per baptismum [a], & pœnitentiam [b]; vel, quotidianâ animorum renovatione à morte peccati ad vitam justitiæ, ad quam resurrectionem Paulus passim hortatur [c]: tum, 2. in vita futura per gloriam animæ, quâ renascemur ad vitam novam & immortalem [d]. Sicut Philosophis mala vita *mors* dicitur, ità vita correcta ἀνάστασις· ut & παλιγγενεσία· de quo diximus ad Joh. 3. 3. At in Evangelio ἀνάστασις νεκρῶν, aut ἐκ νεκρῶν tam apertè & tot locis describitur, ut non possit alia intelligi quàm quæ erit post corporis ab animo sejunctionem; quæ sejunctio vulgari sensu *mors* dicitur. Et certè illa nisi speretur, nè altera quidem illa morum ἀνάστασις talis erit qualis fuit in Apostolis & eorum fidelibus discipulis. Quare istis ἀλληγορίαις sensum maximè necessarium excludentibus omni modo obsisti debet. Tertul. *Æquè tangit eos qui dicerent factam jam resurrectionem: id de se Valentiniani asseverant* [*]. Resurrectionem mortuorum non expressè apertéque negabant, nè statim deprehenderentur, sed obliquè & insidiosè, ut hæreticis mos est. Procedebat autem hic error ex Philosophia gentili [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀνατρέπουσι, &c.] Verbum hoc occurrit Tit. 1. 11. & apud Plut. Idem est quod ἀνασκευάζειν, Act. 15. 24. quod ἀνασπᾶν, Hesyc. quod σαλεύειν, *labefactare*, Gloss. Metaphora à machinis bellicis, quæ malè munitorum fundamenta ἀναστρέφειν dicuntur: unde v. seq. opponitur στερεὸς θεμέλιος [g]. Heb. הרפו, ut Prov. 10. 3. Vide simile 2 Thes. 2. 2 [h]. *Et subvertunt* (Hoc verbo utitur, quia sublatâ fide resurrectionis mortuorum semel, velut subtracto fundamento, universa religio Christiana subvertitur. Igitur neque Christus resurrexit, nec restat judicium

[f] G. [g] Pi. [h] E. [i] Me. [k] Pri. [l] Ham. [m] G. [n] E. [o] E. [p] G. [q] Scul. sim. Be. [r] G. [†] Q. in E. [t] Me. T. Q. in E. [v] Q. in E. [x] Me. [y] Me. T. [z] T. [a] Me. T. [b] T. [c] E. ex Aug. & Aquin. [d] T. [*] G. [f] E. [g] Pri. [h] G.

judicium aut vita futura, &c [i].) *quorundam* (nempe infirmorum, vel ἀκάκων, sive simplicium, ex collat. Rom. 16. 18 [k].) *fidem*, Be. Pi. Mo. &c. i. e. veram Dei doctrinam, ut *fides* sumitur 1 Tim. 1. 19. & 3. 9. & 4. 1 [l]. vel, fidem temporariam intelligit: nam vera subverti nequit, ut mox docet [m]. Vide ad 1 Tim. 4. 1 [n]. Significat, eos non sine successu errores suos disseminare [o].

19. *Sed*, &c. Ὁ μὲν τοι στερεὸς θεμέλιος, &c.] Prævertit objectionem [p]. Si in tanta credentium paucitate hæreses exoriantur [q], & viri qui firmissimi & excellentes videbantur deficiant [r], aliorúmque fidem subvertant †, metuendum est nè brevì ruat fundamentum [s]; nè tandem deficiat Christianorum fides & religio [v]. Hinc summa nascuntur offendicula, labascunt pii, &c. Docet ergò, hominum levitatem aut perfidiam non posse obstare quò minùs Ecclesiam suam Deus ad extremum usque servet [x]. *Solidum tamen fundamentum Dei stat*, Er. Ti. Be. Pi. Sicut qui palatia struunt, solent firma subjicere fundamenta; ità Deus moliens civitatem illam æternam, decreta quædam substravit, velut fundamenta, quæ manent inconcussa: quòd fundamenti est proprium. Pari modo *fundamenta reipublicæ, libertatis, pacis, justitiæ, defensionis*, sæpe dixit Cicero, ea scilicet quibus res quæque innititur [y]. *Fundamentum* hìc vocat, vel, 1. Dei consilium, decretum, & prædestinationem [z]; quâ statuit vocare fideles, primò ad fidem, deinde ad gratiam & perseverantiam, ac demum ad gloriam [a]. Obstat autem, quòd hujus fundamenti signaculum est, *Cognovit Dominus qui sunt ejus*; id est, decretum electionis Divinæ. Signaculum autem à re consignata diversum esse oportet [b]. Vel, 2. promissiones, sive prædictiones, quibus hoc Dei consilium nobis aperitur: vel, Evangelium, in quo invenitur hoc fundamentum [c]. Sed hoc coincidit cum priore [d]. Vel, 3. ipsam prædestinatorum collectionem *. Vel, 4. fidem [f], fidem promissorum Dei [g], fidem resurrectionis [h]; vel, fidem electorum [i]. Cui favet quod præcessit de fide quorundam subversa: hæc tamen, inquit, fides persistet [k]. Vel, 5. Ecclesiam [l], nempe electorum [c], à Deo fundatam, quasi ædificium & palatium ejus [d]; quæ rectissimè firmum Dei fundamentum vocatur, quia super petram, id est, Christum, fundata subverti nequit. Nam etsi quidam ab ea deficiunt, ipsa tamen in suis electis perseverat usque ad finem: de quo vide Matth. 24. 24. Joh. 10. 28. Rom. 8. 35. &c. 1 Joh. 2. 19. Vel, 6. quod perinde est, fideles electos *. Quod Paulus θεμέλιον, Maimon. עיקר appellat, & uterque intelligit res de quibus fit contractus [f], vel tabulas contractûs, sive chirographum [g]. ¶ *Habens sigillum* (vel, signaculum ipsi impressum [h]:) *hoc*] Nimirum quod sequitur [i]: duos hosce animorum affectus, 1. fidem, quâ quis apprehendit illud, *Dominus novit* (i. e. amat) *suos*, ac proinde me quoque; 2. serium pietatis studium, quod cuique dictat hoc axioma, *Discedat ab iniquitate*, &c [k]. Alludit hìc ad Principum morem, qui sua habebant familiaria symbola [l]. Solebant fundamentorum lapidibus sententiæ quædam inscribi boni ominis causâ. Id *signum* vocant Latini: Plinius ἀποσφράγισμα, & exemplum dat, *Quadrigam*. Talia in aliis annulis Sphinx, Leo, Rana, aliáque multa. Sunt & literæ in annulis; ut illæ, Ἦν μὴ φιλοῦντα φιλεῖς, &c. Hæc Hebræis חותם, ut Exod. 28. 11. ubi Græci σφραγῖδα dixere. Hinc & tessera numaria, quia aliquid insculptum habet, חותם in Talmud. de Siclis [m]. Al. Metaphora hìc petitur è tabulis contractûs, quæ ratæ non habebantur apud Judæos nisi appositæ essent σφραγῖδες. [Vide dicta ad 1 Tim. 6. 19.] Obiter autem hìc observa, τῆς σφραγῖδος orbiculo utrinque adscripta esse quædam verba, quæ hìc sequuntur, *Novit*, &c [n]. Sensus est, Ad fundamenti hujus confirmationem pertinet sequens sententia [o]. ¶ *Cognovit* (subaudiendum hìc δηλονότι, *videlicet* [p].) *Dominus qui sunt ejus*] Duas sententias recitat Paulus velut fundamenta allectionis in civitatem cœlestem. Prior hæc est, *Novit*, &c. h. e. Deus non professionem illam externam, sed cor, præcipuè respicit, quod solus videt [q]: vel, Firmus est Deus fidelibus suis, eos & corpore & animâ æternùm remuneraturus: id quod hæresin illam evertit [r]. Nemo nudi nominis Christi obtentu speret illum decipi posse: rejiculas oves, etsi inter greges Christianorum latentes, optimè novit hic pastor. Vide Joh. 10. 26. τοὺς ὄντας αὐτοῦ, i. e. eos qui bene serviunt ei. Sic οὐκ ἔστιν αὐτοῦ, Rom. 8. 9. οἱ τοῦ Χριστοῦ, 1 Cor. 15. 23 †. *Novit*, nempe notitiâ amoris & approbationis, ut Psal. 1. ult [t]. Joh. 10. 14. Vide & Matth. 7. 23 [v]. *cognovit* certò, teneréque amat & curat [x]: aliquando se ipsæ nesciunt, sed pastor novit eas. *qui sui sunt*, i. e. qui sunt præsciti & prædestinati [y], sive ad vitam æternam electi. Satis testatur Deus non omnes qui baptizantur esse verè sanctos & electos, cùm patitur multos in hæresin labi [z]. Monet, non esse ex sensu nostro judicandum de electorum, vel multitudine, vel paucitate: quod enim obsignavit Deus, nobis clausum esse vult & sibi soli notum [a]. Binis hìc signaculis firmatur Ecclesia, & quodlibet ejus membrum; unum [de quo loquimur] ex parte Dei [b], infallibili Divinâ præscientiâ [c], electione irrevocabili [d]; quæ firma est & immobilis, & proinde electos stare necesse est. Vocatur autem hoc decretum *sigillum* electis impressum, vel, 1. quia arcanum est, & hominibus ignotum quinam sint electi: vel potiùs, 2. ad significandum robur ac firmitatem electionis. Pacta enim sigillo muniuntur ut rata maneant, nec cuiquam fas sit ea violare *. *Novit Deus suos*, qui perire non possunt, & quorum fides subverti nequit. Soli seducuntur qui seducendi sunt: ad tempus pii errant, at suo tempore in viam reducuntur [f]. Non est ergò cur percellamur, quum multos à fide desciscere videmus [g]. Sumptum autem est hoc ex Num. 16. 5. ubi Græci, ἔγνω Θεὸς τοὺς ὄντας αὐτοῦ [h]. Legerunt autem ידע in Kal, non in Futuro Hiphil, ut alii. Quod ibi Deo tribuitur, id hìc Christo: quod solenne nostris scriptoribus [i]. Quod à Mose ad seditiosos dictum pro se & Aarone, tanquam electis divinitus ad populi regimen & sacerdotium, Paulus suo accommodat instituto, quo agit de electis ad vitam æternam [k]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀποστήτω, &c.] Hoc est, vel, 1. alterum signaculum [l], nempe, ex parte hominis [m]; vel, 2. altera signaculi pars [n]. Pro utraque sententia facit, quòd hìc quoque allusit Paulus ad locum illum Num. 16. 26. *Recedite à tabernaculis hominum impiorum*. Notanter autem hìc dicit *ab iniquitate*, non *ab iniquis*: quia in hoc seculo ab iniquis hominibus separari non possumus [o]. Hoc autem sigillum est odisse & fugere peccatum [p]: quod magnum est (& si perseveranter fiat, certissimum [q]) prædestinationis argumentum [r]. Vel, 3. effectum signaculi, id est, æternæ prædestinationis. Per hanc enim efficaciter fit, ut homo spontè discedat ab iniquitate. Sed nihil prohibet unum signaculum esse alterius effectum †. [Verba sic reddunt:] *Et, Discedat*, sive *Abscedat, ab iniquitate*, sive *injustitia*, (i. e. vel, falsitate [t]: vel, vitæ turpitudine, ut respiciat libidines scholæ Simonis [v]: vel potiùs, ab omni genere peccati [x], & peccandi occasionibus [y].) *quisquis nominat nomen Christi*, Be. Pi. Er. &c. i. e. Christum. Sic in Latio *nomen agelli*, pro *agello*: &, *Vitandum ducas inimicum nomen amici*, id est, inimicum amicum, qui amicus videtur & est inimicus [z]. [Sic exponunt:] Qui se Christianum profitetur [a]; qui Christum colit [b], sive invocat [c], vel in eum credit [d]: qui rogatus cujus sit disciplinæ, Christum nominat ut Magistrum. Vide 1 Cor. 1. 2. Hæc sententia est, Professionem externam nihil prodesse si adsint mala opera. Idem sensus Matth. 7. 21, 22, 23. ubi dicta vide. Qui se Christi esse dicit, ut verè & cum suo bono talis sit, longè absit à vita impura. Alios quàm tales Christus pro suis non agnoscit *.

20. *In magna autem domo* (cujus scilicet ampla est familia [f]: Quâ intelligit, vel, 1. mundum [h], qui talis est Deo [i], in quo sunt boni & mali [k]. Sed hoc non facit ad institutum. Nemo enim miratur aut turbatur, quòd in mundo sint homines mali [l]. Vel, 2. Ecclesiam [m], visibilem scilicet [n], ut docet contextus [o]; quæ nominatur *domus* Dei [p], ut Luc. 14. 23. Heb. 10. 21. 1 Tim. 3. 15 [q].) *non solùm sunt aurea & argentea* (id est, pretiosa [r], qualia erant divitum escaria & potoria †;) *vasa*, (sic vocat supellectilem & instrumenta, Hebræâ phrasi [t]: q. d. Sunt in Ecclesia homines ingeniosi, eloquentes, docti, &c. item Episcopi, Presbyteri, Diaconi [t]: vel, illustres & constantes in fide & sanctitate †.) *sed & lignea*, (ut Hami & Siphones adversùs incendia, Rutra [v]:) *& fictilia*, (vel, *testacea*, Mo. Er. Be. &c. id est, vilia [x], putà Lasana, Scaphia,

Scaphia, Matulæ [y]: in Ecclesia homines inferiores, tum ordine & gradu, tum donis [z]; vel, vulgares, fragiles & infirmi ||. Aliquorum fides & vita est lucida, aliorum, velut ellychnium fumigans [a].) *& quædam quidem* (nempe, aurea & argentea [b]: vel potiùs, quædam ex utroque genere; sæpe enim pretiosa vasa à divitibus usurpantur ad usus parum honestos, ut ab illo in Martiale, qui è vitro bibit, & ventris onus auro excepit [c].) *in honorem*, (vel, *ad decus*, Be. Pi. i. e. ad usus nobiles & honorificos [d], ut de quibus vescimur *: in Ecclesia ardentis & fumigantis fidei homines †.) *quædam autem in contumeliam*] Vel, *in ignominiam*, Er. *ad dedecus*, E. Be. Pi. id est, In vilia ministeria [f]; ad usus inhonestos, sordidos, ac pudendos [g], ut in quæ sordes egerimus [h]: in Ecclesia tum manifestè profani, tum hypocritæ, qui ad tempus eximiam pietatem præ se ferunt, postea autem turpiter retroaguntur [i]. Sermo hic parabolicus est, ut suprà de milite, athleta, &c [k]. Huc autem tendit 'ἀτιμία. Non mirum si Deus etiam aliquos sinat se insinuare in Ecclesiam, qui deinde malis factis se prodant. Deo nihil abscedit, quia novit & bonis & malis uti. Confer quæ sunt Rom. 9. 21, 22 [l]. Occurrit objectioni, Fuisse tamen illos in Ecclesia. Fateor, inquit, sed diversa in ea sunt vasa [m]. Rationem reddit cur mali non desint in Ecclesia [n]. Hoc, inquit, adeò non mirandum, ut potiùs ad ordinem Divinæ providentiæ pertineat, quòd hos sinat, certis usibus adaptandos, &c [o]. quòd, aliis per misericordiam servatis, aliis per justitiam perditis, gloriam suam illustret [p].

21. *Si quis ergò emundaverit se* (i. e. se mundum servaverit: vel, si fides jam inquinata est, si se iterum mundum reddiderit [q]. Ostendit, similitudinem hanc habere aliquid dissimile. Nam vasa illa ærea nihil de se conferunt cur sint hujusmodi aut istiusmodi: Homo autem confert aliquid; potest enim Dei ope *semet repurgare*, & ità efficere ut sit *vas honestum, accommodatum ad egregios usus*. Sicut verbum *convertendi*, ità & *purificandi*, modò Deo tribuitur, ut causæ principi; modò ipsi Homini, ut causæ secundariæ. Vide Psal. 73. 13. Jac. 4. 8. 1 Pet. 1. 22. 1 Joh. 3. 3 [r]. Homines sunt instrumentum operationis Divinæ; & quidem tale quod à Spiritu Sancto, tum renovatum, tum motum, ipsum quoque unà operatur, & sese movet. Non enim alius Spiritui S. alius Voluntati, sed idem utrique, effectus tribuitur, illi, ut principali, huic ut secundariæ, causæ †.) *ab istis*] Vel, 1. hominibus malis [t], sive vasis ligneis, &c [v]. à perversis illis Doctoribus, de quibus v. 16, 17, 18 [x]. Sed vix patitur usus loquendi, ut quis ab hominibus expurgare se dicatur [y]. Vel, 2. vitiis [z], & erroribus prædictis [a]. Nisi malis locum sic distinguere, *Si quis igitur seipsum expurgârit*, ἀπὸ τούτων, &c. id est, *is jam deinde erit vas*, &c [b]. ¶ *Erit vas in honorem*] Nè terrere isto quod attuli discrimine. Est in hac re aliquid ἐφ' ἡμῖν [c]. Assumetur ad usum honorificum, consequetur gloriam cœlestem, ad quam erat prædestinatus. Prædestinatio hîc ponitur pro ejus effectu per Metonymiam [d]. *Erit*, id est, intelligetur esse *, ut Joh. 15. 8. *Sic eritis*, i. e. cognoscemini esse [f]. Rom. 3. 19. *Ut reus fiat*, i. e. agnoscatur esse. Sic Matth. 12. 33. *Facite arborem bonam*, &c. h. e. agnoscite, &c. Res sæpe dicuntur fieri, cùm factæ esse cognoscuntur [g]. Erit tanquam vas præparatum & sanctificatum ad res honestas [h]. ¶ *Sanctificatum*] Sicut vasa Templi [i], repurgatum à sordibus vitiorum [k], & gratiâ Divinâ exornatum [l]; & per hoc Deo consecratum [m]. ¶ *Et*, &c. Καὶ εὔχρηστον, &c. *Et accommodum usibus Domini*, Er. V. Be. &c. Nempe, per opera bona quibus & suæ & aliorum saluti, ad Dei gloriam, inserviunt [n]. Evadet utilissimum ac nobilissimum instrumentum [o]. *Dominum* intelligit, vel, 1. Christum [p], qui herus est hujus magnæ domûs; vel, 2. Deum Christi Patrem, qui sæpiùs δεσπότης vocatur, ut Luc. 2. 29. Act. 4. 24. Judæ v. 4. Vide & Gen. 15. 2. Jos. 5. 14. Isa. 1. 24. & 3. 1. & 10. 34. & sæpissimè in Libris Sapientiæ, Sirachide, & secundo Maccabaico. Magnus honos Homini Divinæ bonitatis fieri instrumentum [q]. ¶ *Ad omne bonum opus paratum*] Id est, idoneum [r]: vel, promptum †: vel potiùs, in hunc usum paratum & adornatum à Domino; vel, per gratiam singula bona opera prævenientem; vel, quod magis habet Apostolica phrasis, per æternam prædestinationem [t]. Ἡτοιμασμένον מוכן Sic in contrariam partem κατηρτισμένα habemus Rom. 9. 22 [v].

22. *Juvenilia autem desideria* (i. e. ea quæ juvenili ætati incidere solent [x]. Intelligit autem, non turpes lascivias [y]; ut apparet ex persona Timothei qui abstinentissimus erat, & ex præsentis loci circumstantiis: sed vitia quædam animi, quibus laborare solent juvenes, qui aliis præsunt; ut liquet ex subjunctis virtutibus, quas his desideriis opponit [z]: vel, quosvis impetus ad quos fervidior illa ætas plus æquo propensa est. Juvenes enim citiùs incalescunt atque irritantur imperitiâ, majore etiam confidentiâ & temeritate ruunt [a]. Intelligit gloriolas, quibus qui student νεανίδια Græcis dicuntur [b]; ambitionem & inanem gloriam [c]; sive cupiditatem eminendi, unde oriri solent aliorum contemptus, & contentiones [d]; animositatem, contentionem, temeritatem atque immodestiam *, curiositatem [f], πολυπραγμοσύνην, imprudentiam, inconstantiam, præcipitantiam & φλαυρίαν [g].) *fuge*] Linguæ omnes *fugere* nos jubent id quod omni studio cavendum est. Vide 1 Cor. 6. 18. & 10. 14. 1 Tim. 6. 11. Huic oppositum est διώκειν, רדף, quod jam habebimus [h]. ¶ *Sectare verò justitiam*, (quæ neminem lædit, sed cuique suum tribuit [i]: vel, innocentiam [k].) *fidem*, (quæ sine curiosa disquisitione recipit mysteria Dei [l]: vel, fidem in verbis [m], dictorum constantiam [n].) *charitatem*, (quæ non æmulatur, non inflatur, non est ambitiosa; nec quæ sua sunt quærit, sed quæ aliorum [o]: vel, dilectionem erga omnes [p].) *& pacem* (id est, amicitiam [q], sive concordiam [r]:) *cum iis qui invocant Dominum*, &c.] i. e. Cum omnibus sincerè Christianis †, quorum hæc est descriptio [t]; non cum Hymen. & Phileto, &c [v]. ἐν καθαρᾶς καρδίας habuimus & suprà 1 Tim. 1. 5. Sic ἐν ἁπλότητι τῆς καρδίας, Eph. 6. 5. Col. 3. 22 [x].

23. *Stultas*, &c. Τὰς δὲ μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους—παραιτοῦ] Est eadem admonitio quæ 1 Tim. 1. 4. & 6. 4 [y]. *At stultas* (i. e. ineptas & frivolas [z]: quæ ad veram & salutarem sapientiam nihil pertinent [a].) *& ineruditas* (vel, *ad eruditionem ineptas*, P. *Eruditionem* vocat quæ alibi dicitur *ædificatio* [b]. Vel, *indisciplinatas*, E. quæ nihil ad παιδείαν (id est, *disciplinam*,) fidei rectæ morúmve conferebant [c]: אין מוסר, ut Prov. 5. 23. *qui respuunt correctionem*, ut dicitur Prov. 15. 4. Solet & ἀπαίδευτος poni pro כסיל, ut Prov. 8. 5. & 15. 14. & לץ, Prov. 15. 12. & pro נבל, Prov. 17. 21. Legitur & Sap. 17. 1. Intelligit hîc quæstiones immodestas. Nam & Græci pro ἀκόλαστον dicunt ἀπαίδευτον, quia idem est κολάζειν & παιδεύειν [d].) *quæstiones rejice*, Mo. P. Pi. &c. Nec ipse eas agites, nec ab aliis agitari sinas *. ¶ *Generant lites*, Μάχας] *Jurgia*. Sic & Tit. 3. 9. Hebræum מדון modò ἀντιλογία vertitur, modò μάχη [f]. *Pugnas*, nempe verborum, λογομαχίας, 1 Tim. 6. 4 [g]. Vide & 1 Tim. 1. 4 [h].

24. *Servum* (sic vocat, non generali significatione, sed quòd esset Christi Minister in tradendo Evangelio [i]:) *autem Domini* (nempe Christi [k], adeò patientis atque pacifici [l]; Dei non dissensionis, sed pacis, quem servi ejus imitari debent [m]:) *non oportet litigare*, Μάχεσθαι] *Pugnare*, Pi Me. &c. scil. verbis [n]: de rebus nihili contendere †. *Rixari*, Me. G. ריב, ut Gen. 26. 20. Sic & Joh. 6. 52. Sic & apud Aristophanem, οὐ μαχοῦμαί σοι, *non contendam tecum verbis* [o]. Vetat hîc contentiones, maledicta, &c [p]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἤπιον—ἀνεξίκακον, &c.] *Sed placidum* (vel, *mansuetum*, Be. Mo. Tre. V. *mitem*, Ca. *benevolum*, Ar. *humanum*, E. *lenem*, E. G. Sic 1 Thes. 2. 7. Et Homerus,——πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν. In Glossario, ἤπιος, *tranquillus, mansuetus*, ענו [q].) *esse erga omnes*, (quoad animi præparationem; alioqui quosdam debet durè increpare [r]:) *aptum* (vel, *propensum*, Er. Ti. V. i. e. idoneum & paratum †, vel, promptum [t]:) *ad docendum*, (magìs quàm imperiosum [v]: qui docere malit quàm cogere [x]. Vide 1 Tim. 3. 2 [y].) *tolerantem malos*, Pi. Be. &c. sive improbos homines; non ità quidem ut eorum vitia dissimulet, Apoc. 2. sed ut eos quamvis à veritate aversos ac protervos mansuetudine vincat, si qua spes sit eorum salutis. Huic sensui planè congruunt sequentia [z]. Hierocles, *Ad amicorum lapsorum restitutionem plurimùm confert nostrum ἀνεξίκακον*. Seneca, *Quædam nomina bona lentus ac sapiens debitor facit, qui sustinet, ac morâ fovet* [a]. In Gloss. ἀνεξίκακος, *patiens*: ἀνεξικακία, *clementia, patientia*. Quod in Digestis est *patientiam*

tiam accommodare, id in Basilicis ἀνεξικακεῖν. Sap. 2. 19. ἀνεξικακίαν Latinus vertit *patientiam*. Hæc ἀνεξικακία intelligenda de iis quæ fiunt extra censuram Ecclesiasticam[b]. Vel, *patientem*, Vulg. morum & infirmitatum proximi[c]: vel, *longanimem*, Tre. ex Sy. vel, *tolerantem mala*, Mo. Er. V. Be. nempe afflictiones[d], vel injurias, juxta illud, Ἀνέχου καὶ ἀπέχου; ubi in ἀνέχου subauditur τὸ κακὸν, ut proprium objectum. Paulus autem utrumque felici compositione junxit[*].

25. *Cum*, &c. Ἐν πραότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους] *In* (vel, *Cum*, Pi. V. &c.) *lenitate* (Quod vel ad præced. vel ad seq. referri potest[f]:) *erudientem contrapositos*, Mo. vel, *dissentientes*, Ca. *disputantes*, Æth. *qui obsistunt*, Er. Ti. sic Ar. *eos qui refragantur*, Scul. *eos qui contendunt adversùs ipsum*, Tre. Sy. qui se protervè ipsi opponunt; qui absurdè agunt; cum quibus disserere nos vetat Aristot[g]. *qui contrario sunt animo affecti*, P. sic Be. Pi. id est, τοὺς ἐναντία φρονοῦντας, quibus nondum perspecta est veritas. Distinguendi ab his sunt οἱ ἀνθεστηκότες, cap. 3. 8. quos præcipit aversari, atque adeò detestari[h]: *aliter affectos quàm nos sumus*: nam τὴν γνώμην διακεῖσθαι pro διακεῖσθαι est etiam apud Isoc[i]. diversa sentientes, sive doctrinæ ipsius adversantes[k]. Qui errant, leniter tractandi, non maledictis exasperandi[l]; non statim repellendi, sed priùs docendi sunt & errati convincendi quàm corripiendi, ut pœnitentiam agant[m].

¶ *Nequando*, &c. Μήποτε, &c.] *Nequando*, Mo. Zeg. sed contrarium potiùs hîc significatur[n]; negatio hîc non convenit[†], & μὴ ποτε distinctè scribendum est. Constat enim particulam μὴ[o], & μήποτε[p], non semper esse Negantis, sed aliquando etiam Interrogantis, & propter rei difficultatem Dubitantis[q]; μήποτε pro εἴποτε[†], sive pro an[t], ut Luc. 3. 15[v]. Joh. 7. 26[x]. Negatio per Enallagen ponitur dubitanter in asserendo, ut in Sophocle; δέδοικα γὰρ μὴ, &c. *Vereor nè sit optimum*, &c. cùm sentiat hoc esse optimum[y]. Sic Theophrastus, Ἀλλ᾽ ἆρα μήποτε οὐ τοῦτο, &c. *An potiùs non hæc causa est, sed supradicta*: Idem, *Quod aiunt quærentes, cur legumen quod in cornu inciderit, coctu durum sit*, μήποτε ἄγαν ἐστὶν ἢ, *haud scio an stultum sit*[z]. Negativa particula affirmativè intelligenda. Sic εἰ δὲ μήγε, &c. Mat. 9. 17. *quòd si non*, hoc est, *sin autem*, vel, *quod si*, scilicet infundant novum vinum, &c. Sic & Matth. 6. 1. Marc. 2. 21, 22. 2 Cor. 11. 16[a]. [Sic ergò vocem reddunt:] *Si fortè*, Tre. Ca. E. Di. ex Sy. *Nè fortè*, pro *si fortè*, in Syriasmo, ut Act. 8. 22. Rom. 11. 14[b]. *Si quando*, Er. Ti. V. Ar. *An fortè*, Pi. Experturum *num aliquando*, Be. Experiendo *an*. Reticentiam verbi similis ante εἴπως habemus Act. 27. 12. Rom. 11. 14[c]. Hebræi dicerent אולי[d]. *An non tandem* fieri possit ut *det*, &c. Μήποτε dicitur de re possibili, nec tam metûs, quàm spei, objecto, ut Luc. 3, 15[‖]. Hæc particula rem difficilem esse notat & propè desperatam[*]; quia in errore obfirmati videntur[f]. Vult tamen eos cum lenitate erudiri[g]. Non omnibus qui vocationi reluctantur dat Deus pœnitentiam: nam quosdam aut inter peccata è vita eripit, aut etiam obdurat. In quibus autem hoc faciendum, in quibus non, ipsius solius est nôsse: Hominum tentare omnia pro aliorum salute[h]. ¶ *Det*, &c. Δῷ — εἰς ἐπίγνωσιν, &c.] *Det* (vel, *Daturus sit*, Be. Pi.) *illis Deus pœnitentiam* (Non tantùm operationem Agentis hîc notat, sed & effectum sive receptionem virtutis in Patiente; illos nimirum per patientiam & Dei & Episcopi adductos ad pœnitentiam. Confer Deut. 29. 3. Esa. 53. 1[i]. Hinc constat, pœnitentiam esse donum & opus Dei[k]. Et quia in manu Dei est hominis conversio, quis scit, an qui hodie videntur indociles, Dei virtute subitò in alios homines mutandi sint[l]?) *ad agnitionem veritatis*, Mo. Be. nempe Evangelicæ[m]. Ἐλθεῖν addit MS. ut hæc verba ἐλθεῖν sint ejus quod præcessit, μετάνοιαν. *Si fortè*, inquit, *det Deus illis mentem meliorem, id est, ut perveniant ad agnitionem ejus veritatis quam nunc oppugnant*[n]: vel, *si det ut agant pœnitentiam cognitâ veritate*. Pœnitentiam intellige de errore & infidelitate quâ detinebantur[o]. Al. *per agnitionem*, &c. ut ἐν ponatur pro διὰ, notétque instrumentum, vel modum agendi; quum certum sit, resipiscentiam ex cognitione Evangelii oriri. Sic & Philem. v. 6[p].

26. *Et*, &c. Καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ — παγίδος, ἐζωγρημένοι ὑπ᾽ αὐτοῦ, εἰς τὸ, &c.] *Et resipiscant* (vel, *expergiscantur*, Er. V. sic Scul. h. e. expergefacti expediant se; ut sit antecedens pro consequente[q]: vel, *ad se redeant, & evadant*, Ca. vel, *elapsi resipiscant*, P. vel, *memores fiant suiipsorum, & eripiantur*, Tre. ex Sy. vel, *sanitate mentis receptâ*, sub. *convertantur*: quod verbum addidi, ad emolliendam duriorem constructionem præpos. ἐκ de quo Hebraismo vide ad Mat. 4. 8. & Heb. 5. 7[r]. vel, *redeant ad sobrietatem*, Er. V. sic Pi. animi scilicet[†]. Ἀνανήφειν idem quod ἐκνήφειν Gen. 9. 24. 1 Sam. 25. 37. Joel 1. 5; propriè è *vino ad se redire*[t]; opponitur τῷ μεθύειν. A corpore transfertur ad animum, quia sobrii animo quoque valent; quum in ebriis nec mens, nec corpus, officium faciant[v]. Per translationem usurpatur ad liberationem ab omnibus rebus aliis quæ mentem turbant, ut videre est Abac. 2. 7. 1 Cor. 15. 34[x]. Athen. l. 3. ἀνανήφειν γίνεται πολλάκις τῷ μεθύοντι[y]. Νήφειν est *vigilare*: ergò ἀνανήφειν est *evigilare*. Dion. Halic. *quasi è diuturna crapula* ἀνανήψας, *experrectus*, &c. Diod. sic de Pausania, ὁ δὲ ἀνανήψας ἐκ τῆς μέθης[z]. Ἀνανήφειν idem quod μετανοεῖν unde & Lucianus dixit, ἀνανήψαντα μετανοῆσαι[a]. Est autem hîc Syllepsis, *resipiscant*, id est, resipiscentes expediant sese: quomodo Act. 2. 40. *Servate vos* (recedendo scil.) *à generatione*, &c. 1 Cor. 5. 2. *Non luxistis*, (i. e. lugentes procurâstis:) *ut tolleretur*, &c. Sic Act. 23. 24. διασώσωσι, *conservent*, (id est, salvum perducant:) πρὸς Φήλικα[b].) *à Diaboli laqueo*, (Laqueus Diaboli sunt voluptates, quæ hominem faciunt velut temulentum. Ab his liberamur per Christum, Esa. 42. 7[c]. Significat, hominem in potestate Diaboli teneri, donec resipiscat[d].) *captivi detenti* (vel, *capti*, Er. Ti. Pi. *captivi facti*, Be. *ut qui captivi tenentur*, Scul. Ζωγρεῖν vox propriè bellica: Ζώγρει, Ἀτρέος υἱὲ[*] est ζῶντα ἀγρεῖν, *vivum capere*, ut sæpe in Thucyd. Xenoph. &c[f]. sed latiùs usurpari cœpit, ut videre est Luc. 5. 10[g]. propriè *vivi capti*[h], quasi in bello[i], vel, tanquam venando[†].) *ab ipso* (Capti enim à Diabolo tenentur[k]; qui venator ille est, qui homines aut vitæ, aut doctrinæ, malæ laqueis impeditos tenet[l]:) *ad ipsius*, sive *illius*, *voluntatem*, Mo. P. Pi. vel, *libitum*, Pi. vel, *arbitrium*, Scul. sub. *præstandam*, P. Pi. vel, *faciendam*, G. id est, Vel, 1. Diaboli[m], in cujus potestate sunt[n]; cujus voluntati obsequuntur proficiendo de peccato in peccatum[o]. Maluit autem dicere ἐκείνου quàm repetere αὐτοῦ, quod legenti ingratum fuisset[p]. Vel, 2. Dei[q]: ut ἐκείνου referatur non ad proximum, sed ad remotura[r], ex præced. versu repetitum[†]; alioqui non addidisset ἐκείνου, cùm præced. αὐτοῦ suffecisset[*]; & construenda hæc sunt cum illo ἀνανήψωσι, posito διαστολῆς signo post ὑπ᾽ αὐτοῦ[t]. His autem verbis denotat, vel, 1. causam impulsivam, voluntatem Dei, dando pœnitentiam; q. d. secundùm voluntatem: vel potiùs, 2. terminum ad quem tendit hæc resipiscentia, nempe ad voluntatem Dei, præstandam scilicet, Eph. 6. v. 6. ut terminus à quo hîc est laqueus Diaboli. Huic favet collat. v. præced. ubi illud εἰς ἐπίγνωσιν pœnitentiæ terminum notat[v]. Al. Sensus est, A Diabolo captivi tenentur ad Dei voluntatem; id est, quamdiu Deus voluerit, cujus voluntati nec Diabolus resistere potest; ideóque leniter erudiendi sunt, si fortè Deus pœnitentiam inspiret, &c[x]. Non mirum ἐκείνου hîc referri ad v. præced. cùm idem fiat cap. seq. v. 9[y].

CAP. III.

1. HOc autem scito] Multùm confirmantur Episcopi ad vitandos & refellendos errores qui subnascuntur, ubi de iis erroribus antè præmoniti sunt. Sic adversùs Pseudochristos egregia monita dedere Christus & Johannes[a]. ¶ *In novissimis diebus*] Sic vocantur tempora Messiæ[b]; vel, ea quæ à suo tempore secutura & decursura erant[c]; sive brevì, sive in longinquum[d], usque ad finem mundi[*]: q. d. *posthac*. Idem ἐν ὑστέροις καιροῖς, 1 Tim. 4. 1. nam utroque modo transfertur illud אחרית[f]. Patet autem agere Paulum de iis quæ Timotheo vivente eventura putabat, ex eo quod infrà est v. 5[g].

v. 5 [g]. ¶ *Instabunt*, &c. Ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποὶ] *Instabunt* (vel, *Venient*, Tre. ex Sy. *Exurgent*, Ar. *Aderunt*: ἐνεστῶτα sunt *præsentia*, Rom. 8. 38. 1 Cor. 3. 22. & 7. 26. Gal. 1. 4 [h].) *tempora periculosa*, Vulg. Er. Il. Mo. &c. vel, *dura*, Tre. *aspera*, Ar. *difficilia*, Ca. Pi. Me. q. d. Ex quibus non facilè te expedire possis [i], aut consilium capere quomodo te geras adversùs talia monstra [k]: *formidolosa tempora* vocat Cicero [l]. Vel, *molesta*, P. Be. Pi. Me. Nam pio pectori nihil molestius quàm cum istiusmodi ingeniis conflictari [m]. Idem quod ἡμέραι πονηραὶ, Eph. 5. 16. Gen. 47. 9. Psal. 49. 5 [n]. Tempora autem sic vocantur propter ea quæ in tempore contingunt [o], maximè propter hominum mores ac studia [p].

2. *Et erunt homines* (בני אדם. Etiam inter Christianos tales erant quidam, eòque faciliores decipi [q]:) *seipsos amantes*] Hoc vitium primo loco ponit [r], quia cæterorum fons est †. Φίλαυτοι vox est, si Philosophicè eam sumamus, per se media; sed quæ usu tracta est in partem pejorem: ità ut φίλαυτ☉ intelligatur, ὁ αὐτῷ ἕνεκα, &c. (*qui sui commodi causâ omnia agit*) vel, πρὸς τὸ ἡδὺ [t] (*voluptatis ergò.*) Hi sunt *qui quærunt quæ sua sunt*, &c [v]. contra illud 1 Cor. 10. 24 [x]. suæ gloriæ & lucris suis servientes [y], posthabitâ salute & utilitate aliorum [z]. ¶ *Cupidi*, Φιλάργυροι] *Pecuniæ cupidi*, Val. Er. בֹּצֵעַ בֶּצַע, Jer. 8. 10. Vide Luc. 16. 14. 1 Tim. 6. 10 [a]. ¶ *Elati*, &c. Ἀλαζόνες, ὑπερήφανοι] *Fastuosi*, (vel, *Gloriosi*, P. Be. Pi. *Arrogantes*, Ca. V. *Insolentes*, V. *Ineptè gloriosi*, ut vocat Gel. 13. 29 [b]. *Jactatores*, G. sic E. Me. יהירים, Prov. 21. 24. Abac. 2. 5. שחצים, Job. 28. 8. Vide Rom. 1. 30. ubi multa huic loco comparia. Plautus *Gloriosum* dixit quem Menander Ἀλαζόνα [c].) *superbi*, Er. Il. Ti. Be. Pi. Ca. &c. Differt à præced. quòd illius causa sit. Nam à superbia latente in animo procedit fastus & arrogantia in verbis & moribus externis [d]. Vel, *contemptores aliorum*, גאונים; quæ vox alibi sic vertitur, alibi ὑβρισταὶ, Rom. 1. 30. Jac. 4. 6. 1 Pet. 5. 6 [*]. ¶ *Blasphemi*, Βλάσφημοι] *Maledici*, G. Me. E. vel, *Contumeliosi*, E. Me. Vel, 1. in ipsum Deum [f]. Vide Mat. 26. 65. Nam in hoc sensu eminentiore sumendam hîc hanc vocem indicat ordo [g]. Vel, 2. etiam in alios [h], idque in scriptis [i]. ¶ *Parentibus inobedientes*] Hi Deo proximi. Vide hoc crimen, Rom. 1. 30 [k]. ¶ *Ingrati*] Hinc disce quàm grave sit hoc vitium, quòd illud Paulus annumeret iis peccatis quæ tempora reddunt periculosa [l]. *Ingratum dicens, omne crimen dixeris.* Vide Luc. 6. 35. Sap. 16. 29. Sir. 29. 19, 28 [m]. ¶ *Scelesti*, Ἀνόσιοι] *Impii*, Er. ex Amb. Scul. erga Deum [n]. *Irreligiosi*, Scul. *Profani*, Be. Pi. quibus nullum jus est nec fas [o]; qui recti & sancti nullam habent rationem, quò minùs audeant qualilet mala perpetrare [p]. *Impuri*, Er. *Qui fœda patrant.* Vide 1 Tim. 1. 9 [q].

3. *Sine*, &c. Ἄστοργοι, ἄσπονδοι] De his vide ad Rom. 1. 31. Et fortè indè huc infarcta sunt: nam desunt in Syriaco [r]. *Charitatis expertes*, (vel, *Inhumani*, Ca. *Carentes affectu*, Er. Il. Ti. sic Scul. naturali †, erga proximos [t]; & in suos [v], ut parentes, liberos, uxorem, &c [x].) *implacabiles*, Be. E. vel, *nescii fœderis*, Er. Il. Ti. P. Pi. *fœdifragi*, Ca. Zeg. E. vel, *irreconciliabiles*, Scul. sic E. qui nullas admittunt σπονδὰς; ut ἄσπονδοι ἐχθροὶ Suidæ, & Hesyc. οἱ ἀδιάλλακτοι. Sic Chrys. alicubi, *ne post ærumnam quidem* σπένδεται, *placatur* [y]. ¶ *Criminatores*, Διάβολοι] *Calumniatores*, Er. Mo. Ca. Be. E. &c. שטנים. Sic dicuntur qui viris bonis se opponunt, præsertim calumniando. In his sunt ψιθυρισαὶ, κατάλαλοι, Rom. 1. 30 [z]. Qui mendaciis & confictis criminibus aliorum innocentiam vexant [a]. Unde dictus & Diabolus [b]. ¶ *Incontinentes*] Ità Mo. vel, *Intemperantes*, Er. Ca. Be. Pi. &c. Aristot. sic distinguit, *Incontinens* vincitur à vehementia passionum; *intemperans* peccat ex habitu, ideóque pejor est incontinente [c]. Ἀκρατεῖς] Gulæ servientes, luxuriosi [d]. Ἀκρατεῖς sunt qui nec in bono nec in malo sibi constant. Qualis ille de quo Horatius, *Nil æquale homini fuit illi.* Vide Aristot. & Interpretes, Nicom. 7. 1 [*]. ¶ *Immites*; ità Be. Pi. Er. &c. Ἀνήμεροι] *Inhumani*, E. Me. *Immanes*, Scul. *Feri*, E. Me. ¶ *Sine*, &c. Ἀφιλάγαθοι] *Negligentes* (vel, *Minimè amantes*, P. Be. Pi. sic E. Me.) *bonorum*, Er. Ti. sive *piorum*, V. vel, *operum*, sive rerum: vel potiùs, personarum; q. d. Omnium bonorum hostes, qui ob morum discrepantiam ab amicitia bonorum abhorrent [f]. Oppositum ei laudi quam habemus Tit. 1. 8. In Glossario, φιλάγαθ☉, *benignus*. Sic πνεῦμα φιλάγαθον, Sap. 7. 22 [g].

[g] G. sim. E. [h] G. [i] Be. [k] Pi. [l] G. [m] Pi. [n] G. [o] E. [p] Me. [q] G. [r] E. † E. sim. Strig. [t] G. [v] E. G. Er. [x] G. [y] Me. sim. E. [z] E. [a] G. [b] Pri. [c] G. [d] E. [*] G. [f] G. Plerique in E. [g] G. [h] Scul. [i] E. [k] G. [l] E. [m] G. [n] Er. [o] Be. [p] E. [q] G. [r] G. † Scul. [t] E. [v] Er. [x] E. sic Er. [y] Scul. [z] G. [a] E. [b] Scul. sim. E. [c] E. [d] Me. [*] G.

4. *Proditores*] Ità Er. Be. Pi. &c. i. e. Desertores amicitiæ & sodalitatis [h]; qui amicissimos produnt: Qualis Judas Luc. 6. 16. Vide & 2 Macc. 5. 15. & 10. 13, 22 [i]. ¶ *Protervi*, Προπετεῖς] *Leves*, sive *Instabiles*, Me. *Præcipites*, vel, *Temerarii*, E. Ca. Er. P. Mo. Be. Pi. V. &c. nempe consiliis & in rebus aggrediendis [k]: qui non vident πρόσω καὶ ὀπίσω; qui nec præsentia, nec futura, cogitant [l]; qui feruntur quocunque rapit impetus cupiditatum [m]. Προπετὲς dicitur omne id quod non benè coctum atque præmeditatum est, ut Act. 19. 36. Soléntque προπετεῖς dici, tum qui assentiuntur, tum qui irascuntur, levi de causa [n]; & προγλωσσοι, qui citò in verborum aut insolentiam, aut amaritudinem, erumpunt. Vide Prov. 13. 3. in Græco, & Sirac. 9, 18 [o]. Sed per excellentiam quandam προπετεῖς dicuntur *protervi*, *procaces*, *petulantes*, ut est in Glossario; respondétque in hoc sensu apud Proverbiorum Interpretes, tum voci אויל, 10. 14. tum פשק, 13. 3 [p]. ¶ *Tumidi*, Τετυφωμένοι] *Turgidi*, Er. *Inflati*, Er. Be. Pi. G. præ superbia [q]; vel, vanâ de se opinione [r], quæ τῦφ☉ Græcis. Vide 1 Tim. 3. 6. & 6. 4 †. qui sibi placent, & alios despiciunt [t]. ¶ *Et*, &c. Φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι] Paronomasia [v]. Utraque vox bene efficta ad Græcam formam [x]. *Voluptatum amantes potiùs quàm amantes Dei*, Er. Ti. Be. Pi. id est, Voluptatibus suis Dei præcepta postponentes [y]: pares illis *quorum Deus venter*, Phil. 3. 17 [z]. Quærentes voluptates & earum instrumenta. In prima ætate, à condito mundo usque ad Abrahamum, regnavit τὸ ἡγεμονικὸν [*] in secunda, indè ad Theodosium, τὸ θυμοειδὲς [*] in hac postrema, τὸ ἐπιθυμητικόν. Etenim natura hominum facta languidior, nec sapientiæ studet, ut olim, nec illos acerrimos militiæ labores suscipit; sed, velut enervata, delicias quærit [a].

5. *Habentes*, &c. Ἔχοντες μόρφωσιν, &c.] Μόρφωσιν habuimus & Rom. 2. 20. sed ibi nihil habet oppositum unde significatio ejus contrahatur: hîc δύναμιν ei opponit, quomodo *speciem* aut *imaginem* & *vim* sæpe Tacitus [b]. [Sic reddunt:] *Habentes formam* (vel, *effigiem*, P. *speciem*, Ar. Ca. sic Tre. E. Vulg. vel, 1. inanem [c]; similitudinem tantùm, ut dictum sit contra hypocritas verbis & cultu pietatem præ se ferentes [d]: vel, 2. veram, quæ in Lege proponitur; si hoc referas ad Legis cognitionem [*]. Vel, *formationem*, Er. V. E. sive, *informationem*, Be. i. e. instituendi formandíque rationem; ut quum præceptor discipulum docet loqui, se gerere, &c [f]. ut illos notet qui etiam alios in pietate informare videantur [g]; qui pulchrè aliis præscribunt quæ ipsi minimè præstant [h]. Syrus hîc habet אסכמא, *convenientiam* [i].) *pietatis*, *at virtutem* (vel, *vim*, Be. Pi. E. &c. i. e. veritatem. Nam veritas naturæ rei cujusque ex vi & operatione deprehenditur [k].) *ejus abnegantes*, Mo. &c. Fucatâ specie pietatis veram religionem conantur evertere [l]; ab ea usque adeò alieni, ut abnegâsse eam & abjurâsse videantur [m]. Vel, *abnegatâ ejus vi*, quæ scilicet operibus manifestari solet [n]. Ἀρνεῖσθαι (*abnegare*) hîc dicuntur, qui factis aliquid destruunt; sicut solent Hebræi à dictis ad facta μεταφέρειν facere. Vide quæ dicta 1 Tim. 5. 8. Sic opponit Paulus τὸν λόγον τὴν δύναμιν 1 Cor. 4. 9. Et ICti *verbis* legum opponunt *vim*, potestatem, rationem, & effectum earum: & A. Gellius, 11. 13. *modulato facundiæ sonitui vim rerum* [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τούτους ἀποτρέπου] *Et* (vel, *Igitur*, Be. Pi.) *istos aversare*, Er. Ti. &c. סור מהם, *avertere*; ἀφοσιοῦσθαι, ut Cicero loquitur. Verbo ἀποτρέπεσθαι pro φεύγω utuntur & elegantes Græci [q]: vel, *devita*, Vulg. Pri. Intellige *post unam & secundam correptionem*, ex collat. Tit. 3. 10. & 1 Tim. 2. 25, 26 [r]. Phocylides—Κακὸν ἄνδρα ἀποτρέπεσθαι ἀνάγκη. Sic τοὺς ἀδίκους ἀποστρέφεσθαι, Simplic. in cap. 38. in Epict †. Ostendit hæc admonitio Paulum ità loqui de futuris temporibus ut de sua quoque ætate, &c. alioqui quorsum Timotheo hoc præciperet [t]? Habes his versibus nativam descriptionem genii & indolis Gnosticorum aliorúmque hæreticorum [v].

6. *Ex his* (vel, *Ex horum numero*, G.) *enim sunt* (vel, *erunt*: præs. pro Futuro [x];) *qui*, &c. Οἱ ἐνδύνοντες, &c.] *Qui irrepunt* (vel, *subeunt*, Er. Il. Ti. V. *penetrant*,

[f] E. [g] E. [h] Er. sic E. Me. [i] G. [k] E. [l] Scul. [m] E. [n] G. [o] Pri. [p] E. [q] E. [r] G. sic E. † G. [t] E. [v] Pri. [x] G. [y] E. [z] G. [*] Strig. [b] G. [c] Pi. Be. [d] Plerique in E. [*] Be. [f] E. [g] V. [h] E. ex Er. [i] G. [k] E. [l] Me. [m] E. [n] V. [o] G. [p] Pri. [q] G. [r] E. † Pri. [t] E. sim. Calv. [v] T. [x] G.

penetrant, Ar. Vulg. D. G. i. e. penitùs intrant [y] : *insinuant sese*, Ca. E. veluti sese immergunt [z]. Ἐνδύνειν idem quod εἰσδύνειν [a], & εἰσδύνειν, h. e. *penitùs & in profundum ingredi, sive immergere se* : quomodo & ἐνδυσιν Hesych. exponit καταδυσιν [b], h. e. *locum occultum & profundum* [c]. Quin & δύνειν, multóque magis εἰσδύνειν, significat εἰς βάθος καπίναι. Non clandestinus tantùm introitus notatur, sed ejusmodi maximè quo, quasi profundum petentes, intima quæque perscrutabantur [d]. *Scire volunt secreta domûs, atque inde timeri* [*]. Notatur eorum impudentia qui callidè sese ingerunt in alienas familias, ventris (& compendiorum suorum [f] :) causâ : confer Tit. 1. 11. [g].) *in familias*, Be. Pi. &c. Sic *domum penetrare*, & *larem penetrare*, dixit Apuleius [h]. ¶ *Et*, &c. Καὶ αἰχμαλωτίζοντες τὰ γυναικάρια σεσωρευμένα, &c.] *Et captivas ducunt* (Egregiè dictum [i], quia eas faciunt sibi obnoxias [k]; doctrinis suis [l], quasi verbo captæ essent [m]. Similes in eadem voce aut pari translationes habemus Rom. 7. 23. 2 Cor. 10. 5. Judith. 16. 7. & in ζωγρεῖν suprà 2. 26 [n].) *mulierculas* (Sic vocat diminutivè, non *mulieres* [o]; ut illarum mulierum abjectam sortem magis ostenderet [p], easque in genere mulierum leviores fuisse & inconstantiores. Doctorum titulo, simul & verborum lenociniis, facilè sibi authoritatem parant apud sexum judicio ac ratione minùs valentem : in eo Diabolum imitati qui tentationis initium fecit à muliere [q].) *oneratas* (vel, *cumulatas*, Be. Pi. *coopertas*, Ca. *obrutas*, Er. sic Ti.) *peccatis*, Er. Il. &c. vel, *acervo peccatorum*, Er. id est, Peccatrices [r]; quæ non tantùm vitiosæ erant, sed & obrutæ vitiis : id enim est σεσωρευμένα, ut intelligi potest Prov. 25. 22. Sic populus Judaicus כבד עון, Esa. 1. 4. ubi Græci πλήρης ἁμαρτιῶν [†]. multitudine peccatorum gravatas [t]; idque, vel, 1. ab ipsis errorum magistris, qui eas doctrinâ suâ & consuetudine corruperunt [v] : vel, 2. à seipsis; quòd nimirum vitam antea egissent inquietam, inhonestam, turpem, unde opportunas sese reddiderunt imposturis hæreticorum [x]. Nam à mala conscientia ad fidei naufragium proclivis est gradus, 1 Tim. 1. 19 [y]. Et nisi malæ conscientiæ vinculo stringerentur, non itâ paterentur se ad aliorum nutum quólibet duci [z] : q. d. Mulieres has adeò non exonerant & à peccatis liberant, quamvis id promittant, ut etiam majori servitute gravent [a]. Omnes hæreses per mulieres propagari cœpisse, notat Hieron [b]. Sequebantur hi [impostores] artem Pharisæorum, de quibus idem testatur Josephus, 17. 3. [Vide G.] Eandem artem factitâsse quosdam qui se Stoïcos simularent, dicit Scholiastes ad Horat. Epist. 1 [c]. ¶ *Quæ*, &c. Ἀγόμενα, &c.] *Actas* (vel, *Abreptas*, G. *Quæ ducuntur*, Er. aguntur potiùs quàm agunt, more brutorum impulsæ ad varia peccata [d] :) *cupiditatibus variis*, P. Be. Pi. sic Mo. Non illis tantùm sexûs sui, sed & Rapacitate, Luxu, Superbiâ. At MS. distinctiùs habet, ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις [*]. Vide 1 Tim. 6. 9 [f].

7. *Semper discentes*] Intererant illæ fœminæ conventibus Christianorum, ubi optima accipiebant præcepta [g]. ¶ *Nunquam ad scientiam veritatis* (quæ ad salutem ducit [h]. Ἐπίγνωσιν intellige illam activam quæ rebus ostenditur [i].) *pervenientes*] Vel, *pervenire valentes*, Val. V. E. sic Er. *impotes veritatis*, ut loquitur Apuleius [k]. Δυνάμενα sume ut Matth. 12. 34. & Marc. 6. 5. ubi dicta vide [l]. Simillimè Max. Tyrius Dissert. 1. Μὴ δυναμένους ἐπαναβαίνειν τοῦ ἀληθοῦς, &c. ἰόντας δὲ ἐπ' αὐτὸ ἀναφερῆς ὁδοὺς καὶ πεπλανημένας. & Arrian. 2. 6. in Epict. Ἔξω ζητῶν ἀεὶ τὴν εὔροιαν, καὶ μηδέποτε εὑρεῖν δυνάμενος. Semper in via pergunt, ad finem viæ autem nunquam perveniunt [m]. Itâ discunt ut nihil unquam certi aut veri assequantur [n] : quia non consulunt nisi errones & falsarios [o], à quibus non veritatem hauriebant, sed errores [p] : aut quia non contentæ doctrinâ ab Apostolis acceptâ, præ curiositate & instabilitate animi semper nova quærerent, eáque suis desideriis accommoda; ut illi cap. seq. v. 3 [q]. Erant ἔκδοτοι τῷ πάθει, (*traditæ concupiscentiis suis*,) ut Clem. loquitur. Et Doctores, qui eas severis comminationibus excutere ex hoc veterno debuerant, fovebant ista vitia, pollicentes se precibus suis effecturos ut illæ Deum haberent propitium. Vide Matth. 23. 14. ubi horum præcursores describuntur. Et utinam non & nunc multi sint tales. Vide de hujusmodi fœminis Platonem fine sexti De legibus [r].

[y] D. [z] Be. [a] G. Pri. [b] D. Scul. ex Ful. [c] Scul. [d] Ful. misc. 3. 1. [*] G. [f] Me. [g] E. [h] Pri. [i] G. [k] G. E. [l] E. Me. V. [m] G. sim. E. Me. [n] G. [o] E sim. G. [p] G. [q] E. [r] V. [†] G. [t] E. [v] E. ex Caj. [x] E. ex Chryf. [y] E. [z] Calv. [a] E. ex Chryf. [b] Me. T. [c] G. [d] E. ex Græcis. [*] G. [f] Pri. [g] G. [h] E. [i] G. [k] Pri. [l] G. [m] Pri. [n] Calv. [o] T. [p] E. sim. Me. [q] E. [r] G.

8. *Quemadmodum*, &c. Ὃν τρόπον δὲ Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς ἀντέστησαν, &c.] *Quemadmodum autem Iannes & Iambres restiterunt* (vel, *obstiterunt*, Be. Vide Act. 13. 8 [†]. ubi est ἀνθίστατο [t].) *Moysi*, Mo. Pi. &c. Cum eo in miraculis edendis certantes [v]. Exod. 7. 11. & seq. [x]. Al. *Moysen* pro Lege accipere videtur, quòd per eum data sit [y]. Fuere hi duo magi [z], Ægyptiorum [a], & Pharaonis [b], tempore Mosis [c]; iidémque magorum principes [d], & quidem fratres [*]; &, *duo illi ministri* Balaami memorati Num. 22. 22. inquit Jonathan ad locum [f]. Hi sunt *Sacerdotes supra Memphim* Artabano. Hæc [autem Magorum] nomina non habuit ex Scriptura Mosis, ibi enim Magi memorantur non expressis nominibus [g]; sed, vel, 1. ex traditione [h] : vel, 2. ex divina inspiratione [i] : vel, 3. ex scriptis veterum [k], Judæorum [l]; quorum multa tunc extabant quorum hodie neque vola, neque vestigium, superest. Omnes enim abolevit Vespasiani primùm, deinde Adriani, persecutio [m]. Vel, 4. ex Numenio Pythagorico, qui citatur ab Aristobulo in libro inscripto Ptolemæo Philometori, & ab Euseb. Præpar. Evang. l. 9. p. 241 [n]. Ejus verba sunt, Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς Αἰγύπτιοι ἱερογραμματεῖς, ἄνδρες οὐδενὸς ἥττους μαγεῦσαι κριθέντες εἶναι, ἐπὶ Ἰουδαίων ἐξελαυνομένων ἐξ Αἰγύπτου. Μουσαίῳ (Itâ Mosem vocat [o] :) γὰρ τῷ Ἰουδαίων ἐξηγησαμένῳ ἀνδρὶ γενομένῳ Θεῷ εὔξασθαι δυνατωτάτῳ, οἱ παραστῆναι ἀξιωθέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν Αἰγυπτίων, &c. Iannes & Iambres *sacri scribæ Ægyptii, viri Magicis artibus excellere judicati, tum cùm Judæi ex Ægypto expulsi sunt*. Musæo (Mosi) *igitur* Judæorum *duci, viro, qui precibus apud Deum multùm poterat, hi opponi digni habiti sunt ab Ægyptiorum populo. Et calamitatum quas* Musæus Egypto *intulit, potissimas solvere posse visi sunt* [p]. Hujus Numenii est illud, *Quid aliud Plato quàm Moses Atticus ?* unde liquet, ipsum Mosem legisse. Aut fortassis hæc sumpta ex libro dicto, *Verba dierum Mosis*, cujus meminere AE. Exod. 4. 20. & Hascuni, Num. 12. 1. Horum magorum meminit etiam Jonathan, Exod. 7. 11. Jannes & Jambres *Magi, qui in* Ægypto [q]. In Talm. Bab. tract. Menachoth, c. 9. Johannes & Mamre *dixerunt* Moysi, *Tu fers stramen in* Aphraim, qui locus erat frumento & stramine abundans [r]. Plin. nat. hist. 30. 1. *Est & alia Magices factio, à Mose & Janne, & Jochabele*, (vel, Jotape [†], vel, Cabala [t] :) Judæis *pendens* [v]. Mosen ergò in Magorum censu numerat. Apuleius Apol. 2. *Ego ille sim* Carinondas, vel, Hismoles, vel, Joannes, (lege, *vel, is* Moses, *vel*, Jannes) vel, Apollonius, *vel quicunque alius inter Magos celebratus est* [x]. Orig. contra Celsum, l. 4. p. 205. è Celso producit *historiam Mosis & Jannis & Jambris* [y]. Scribit Artabanus, Pharaonem *advocâsse quos* Mosi *opponeret* τοὺς ἱερεῖς ὑπὲρ Μέμφιν. Non ergò mirum, Apostolum eos hîc producere qui suo tempore in omnium ore erant [z]. [Nomina quod spectat,] Jannes, quomodo & Apuleii habent optimi libri, nomen est Ægyptium [a]; pro quo est in Talmude יוחני [b], hoc est, Johannes, aut Johanne [c]; in Tanchuma, ינוס [d], Jonos [*]. Pro Jambres, quod est in Græco & Syro [f], Latinus habet Mambres, ut Magus iste vocatur tum in Numenio, ut ostendimus in Annotatis ad lib. 1. Pro verit. R. C. tum in Thalmudico tit. De oblat [g]. Heb. ממרא, Mamres, vel Mambres, *b* inserto, ut in Membrod [h]. Hoc exemplum producit Paulus, ut ostendat, non esse mirandum si nunc contradictores patiantur doctores veritatis, cùm idem Mosi & Prophetis obtigerit [i]. ¶ *Ità & hi resistunt* (Rursum præs. pro fut. ut sæpe apud Prophetas. Habebunt & illi suos Pharaones quos obduraturi sunt [k].) *veritati*] scil. Evangelicæ. Non dicit, *nobis*, sed *veritati*, ut significet, hanc pugnam non tam esse contra homines veritatem prædicantes, quàm contra veritatem ipsam, & proinde contra Deum, ut Exod. 16. 8 [l]. Illis autem Magis aptè comparantur Gnostici, quorum fundator Simon Magus erat, & Magiâ suâ veritatem oppugnavit [m]. ¶ *Corrupti mente*] Id est, qui mentis judicium vitiosis affectibus depravatum habent [n]. Vide ad 1 Tim. 6. 5 [o]. ¶ *Reprobi* (vel, *Rejectanei*, Be. Pi. *Improbati*, Ca. *Reprobati*, Tre. *Adulterini*, rejiculi. Vide Rom. 1. 28 [p].) *circa fidem*] Itâ Er. Mo. P. &c. i. e. Errantes [q]. Sic vocantur, quia viam ad fidem rectam animi obstinatione sibi præcluserunt [r] : falsæ & adulterinæ doctrinæ doctores, quos oportet ab omnibus rejici [†].

[†] Be. G. [t] G. [v] Me. Er. ex Chryf. [x] G. Iun. Me. [y] V. [z] Er. ex Chryf. Zeg. E. [*] Zeg. [b] E. [c] Zeg. [d] E. [*] Amb. in E. [f] J. Cap. [g] G. [h] G. E. Er. Camer. Me. T. ex Chryf. Be. [i] T. ex Chryf. & Th [k] G. Ec. J. Cap. Ham. [l] J. Cap. Ham. Be. [m] J. Cap. [n] Greg. not. cap. 15. [o] G. [p] BA. 1. 2. 53. 645. [q] D. [r] Greg. ib. Ham. BP. 4. 31. 326. [†] Greg. [t] Ham. [v] BA. Greg. Ham. [x] BA. ib. [y] Ham. [z] Scul. [a] G. [b] G. D. [c] D. [d] G. [*] D. [f] E. [g] G. [h] D. [i] E. [k] G. [l] E. [m] Ham. [n] E. Me. [o] G. [p] Idem. [q] Me. [r] E. [†] Be.

9. *Sed*,

9. *Sed*, &c. Ἀλλ' οὐ προκόψουσιν ἐπὶ πλεῖον] Phrasis, qualis Act. 4. 17. ἐπὶ πλεῖον διανεμηθῇ [t]. *Sed non procedent*, sive *proficient*, *ampliùs*, Be. Pi. Er. &c. At dixit eos *multùm profecturos*, &c. cap. præced. v. 16. & infrà v. 13. Resp. Proficient ità ut multos seducant, saltem *mulierculas*, &c. non ità ut Ecclesiam evertant [v]. *Non proficient*, nempe in sua hypocrisi, & ficta pietatis specie, quin ea detegatur [x]. Progressus aliquos facient, sed non diu. Pari modo Thucyd. ἐπὶ πλεῖστον ἐξεχώρησαν, *longissimè procedent* [y]. ¶ *Insipientia*, &c. Ἡ γὰρ ἄνοια — ἔκδηλος, &c.] *Nam amentia illorum* (res suas sub Dei nomine agentium [z]:) *evidens erit omnibus*, Er. Pi. &c. vel, 1. me nominatim eos perstringente; vel, 2. ex operibus ipsorum ||: passim & palàm traducetur, à sinceris fidei doctoribus: eorum errores & imposturæ detegentur cum gravi ipsorum ignominia, multique ab eis seducti resipiscent [a]. Ficta non durant diu [b]. ¶ *Sicut & illorum*] Magorum [c]. Vide Exod. 7. & 8. & 9 [d].

10. *Tu*, &c. Σὺ δὲ παρηκολούθηκας — τῇ ἀγωγῇ, τῇ προθέσει, &c.] Corruptis hæreticorum doctrinis & moribus suum objicit exemplum, quo proposito Timotheum excitat ad peragendum officium [*]. Tu verò longè aliud habes exemplar ad quod te formes, actiones omnes meas, quibus præsens fuisti [f]. Timotheus à matre, credo, & avia commendatus, à puero sectatus erat Paulum, ut ejus vitam spectaret, & ad eam se componeret. Lucas quidem primam Timothei mentionem facit, ubi Paulus Lystrâ venit, Act. 16. 1. quia tunc in Evangelistam ordinatus fuit Timotheus. At ante id tempus Timotheum adfuisse Paulo etiam indè apparet; quòd jamjam dicatur *Iconii* cum Paulo fuisse Timotheus, & *Antiochiæ*, antequam Iconii. Iconii autem Paulus fuit antequam Lystris, ut videre est Act. 13. 51. & 14. 1. & 16. 1 [g]. [Locum sic vertunt:] *Tu autem assecutus es* (i. e. adeptus es. Sed quæ sequuntur, *persecutiones*, *passiones*, huic intelligentiæ non possunt aptari [h]; nam hæc nemo dicitur assequi [i]. Vel, *secutus*, sive *sectatus*, sive *assectatus es*, Val. Er. Ti. V. Ca. E. Scul. id est, perspexisti †: vel, *notam habes*, Ca. *perspectam habes*, P. Sensus, q. d. A principio usque ad finem adfuisti, & testis es omnium, quænam fuerit doctrina mea, &c [k]. ut proinde in me habeas quod imiteris [l]. Παρακολουθεῖν accipio ut apud Demosth [m]. De Corona, *Negotia*, inquit, *illa requirebant non tantum virum prudentem*, — ἀλλὰ παρηκολουθηκότα τοῖς πράγμασιν, &c. *sed etiam talem qui assectatus fuisset negotia ab initio*; i. e. qui iis interfuisset, qui sciret quid priùs actum, quid postea responsum sit †. Idem De malè obita legatione, παρηκολουθηκὼς ἅπασι κατηγορῶ, *ideo accuso quia omnibus istis præsens adfui*. Idem, ὅσα τυγχάνω δι' ἐμπειρίαν καὶ τὸ παρηκολουθηκέναι τοῖς πράγμασιν εἰδώς, *quæ novi experiendo, & ideo quòd rebus adfui* [n].) *meam doctrinam*, (q. d. Nôsti [o], & quidem *ab initio*, quod hîc addunt Græci Interpretes [p], quæ mea fuerit doctrina [q], quàm integra & sincera [r]:) *institutionem*, Mo. Er. Il. Ti. Vulg. (id est, instituendi rationem †: vel, *mores*, V. Ca. sub. *meos*, V. Me. *vivendi modum*, sive *rationem*, G. E. Ar. sic P. Be. Pi. Tre. ex Sy. ut ἀγωγὴ sumitur [t] 2 Macc. 4. 16. & 6. 8. & 11. 24. מנהג Rabbinis, pari origine [v]: Gallicè, *ma conduite* [x]: τῶν βίων, ut vocat Act. 26. 4. *vias meas in Christo*, ut 1 Cor. 4. 18. Hinc βιοὶ & ἀγωγαὶ conjunctim habet Orig. Et Hesyc. ἀγωγὴ exponit τρόπος, ἀναστροφή [y].) *propositum*, (i. e. Consilium [z]; τὴν προαίρεσιν, *voluntatem* [a], ut vertit Gloss [b]. quæ mea mens ac voluntas fuerit [c]: *perpetuum animi mei propositum*. Sic πρόθεσις sumitur Act. 11. 23. & 2 Macc. 3. 8. Intelligit autem propositum propagandi Evangelii, & credentes semper meliores reddendi [d]: vel, finem & scopum quem mihi in Evangelizando proposui [*]; quid in munere meo, & in omni actione spectaverim, scilicet non privata mea commoda, sed gloriam Dei per Christum [f].) *fidem*, (id est, vel, constantiam in fide [g]; vel, sinceritatem [h]; vel, animi constantiam ac fiduciam [i], in rebus agendis: quomodo ferme 1 Tim. 6. 11. אמונה [k].) *longanimitatem*, (vel, *lenitatem*, Pi. G. &c. vel, erga persecutores & veritatis adversarios [l]: vel, erga fratres in ferendis eorum infirmitatibus & peccatis [m]: vel, circa nondum conversos, aut etiam circa lapsos pœnitentes. Vide 2 Cor. 6. 6. Gal. 5. v. 22. Eph. 4. 2. Col. 3. 12. infrà 4. 2 [n].) *dilectionem*, (erga quoscunque [o], amicos & inimicos [p]. Ἀγάπη alibi generaliter sumitur, ut omnes virtutes comprehendat; hîc verò specialiùs pro *fraterno affectu in Christianos omnes*. Sed in MS. abest hoc [q].) *patientiam*, Mo. &c. In adversis tolerandis [r]; quomodo adversis mutatus nihil sim †: quæ adversa jam explicat [t].

11. *Persecutiones*, (Vidisti accensa in me odia. Vide Matth. 13. 21. 2 Cor. 12. 10 [v].) *passiones*] Vel, *perpessiones*, Be. Pi. *afflictiones*, V. nempe, Evangelii causâ [x]. Vidisti quæ mihi incommoda evenerint. Vide 2 Cor. 1. 6, 7. Phil. 3. 10. Col. 1. 24 [y]. ¶ *Antiochiæ*, (Non Syriæ [z], sed Pisidiæ [a]. Nam ibi Paulus fuerat antequam Iconium veniret, Act. 13. 14 [b].) *Iconii*, *Lystris*] Tanguntur hîc historiæ Act. 13. 45, 50. & 14. 2, 4, 5, 19 [c]. Harum persecutionum meminit, vel, 1. quia à Judæis in ipsum concitatæ sunt; vel, 2. quia hæ notiores erant Timotheo, utpote ex Lystris oriundo, urbe reliquis duabus vicinâ [d]. Dices, Timotheum eo tempore Paulo ignotum fuisse. Resp. Ea tamen didicit Timotheus ex commemoratione Pauli, qui indubiè Timotheo vitæ suæ historiam sæpe narravit [*]. ¶ *Quales*, &c.] Quantæ se Judæorum & Gentium procellæ in me effuderint. ¶ *Et ex omnibus*, &c.] Hebraica constructio, pro, *Ex quibus omnibus*, &c. Servavit me Christus rebus majoribus [f]. Hoc addit, ut eum ad similia fortiter ferenda cohortetur [g].

12. *Sed & omnes*, (id est, plerique [h]:) *qui piè* (vel, *cum timore Dei*, Sy. in Me.) *volunt vivere in Christo Jesu*, (Providè hoc addit [i], vel, 1. ut modum exponat sine quo nemo piè vivit; q. d. qui Deo serviunt in fide Christi [k]: vel, 2. quia ista via secundùm Evangelium supra cæteras hoc habet proprium, quòd mundi odia in se concitat; ideòque multis vexationibus, etiam sævissimis, objacet: quod in ipso auctore ejus viæ Jesu Christo primùm apparuit, qui suis idem eventurum prædixit, Matth. 10. 17, 18. & 23. 34. Joh. 16. 33. & 17. 14 [l].) *persecutionem patientur*] Vel, manifestam, vel saltem, occultam, ab hominibus malis, inter quos justi non sine molestia conversari coguntur; quorum etiam odia, calumniæ, injuriæ, in pios, *persecutionis* nomine comprehenduntur [m]: *persecutionem* ab infidelibus & hæreticis, ab invidis & perversis hominibus, & nonnunquam à cognatis & amicis [n]; vel etiam à bonis, qui per infirmitatem, aut ignorantiam, ipsis aliquando molestiam exhibent [o]. Vide Sirac. 2. 1 [p].

13. *Mali*, Πονηροὶ] הרשעים, *homines omnibus vitiis dediti*. ¶ *Et*, &c. Καὶ γόητες προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον πλανῶντες καὶ πλανώμενοι] מתעים ונתעים [q]. *Et seductores* (vel, *impostores*, Er. P. Be. Pi. &c. propriè *præstigiatores*, quamvis etiam generaliùs usurpari soleat [r]: vel, *deceptores*, E. G. Pri. Sic λόγοι γοητικοὶ Aquilæ Prov. 26. 22. qui aliis μαλακοί, מתלהמים †. Sic γόητες ἄνθρωποι apud Jo. Antiq. 11. 6. φιλόσοφοι γόητες, Philost. l. 8 [t]. Γόης, ὁ κόλαξ, *blanditor*, in Glossario [v]. Sic & in Polluce, Suid. Hesyc. Hinc 2 Macc. 12. 24. γοητεία, *sermo blandiloquus* [x]. Sic Demosthenes γόης [dicitur] Æschini [y]; & Pythagoras Jamblicho; & Aristoteles Luciano [z].) *proficient*, vel *procedent*, *in pejus*, (in sua impietate, & peccatis [a]; quæ causa erit, ut odia & persecutiones in pios nunquam finiantur [b]: magis magisque fient inverecundi; & primùm quæstiones inferent, deinde ipsa evertent Christianismi fundamenta [c].) *seducentes* (plebem nempe [d], & miseras mulierculas [*]:) *& seducti*, Mo. &c. vel, à Philosophis, præsertim à Pythagoristis, qui multi Ephesi [f]: vel, à Doctoribus quos ipsi seducunt: vel forsan, à Dæmonibus [g]: q. d. Dum & in errorem adducunt (alios [h]:) & errant ipsi [i]; ideòque duplici nomine pœnas dabunt [k]. Videtur esse ὕστερον πρότερον. Prius enim est errare, quàm alios in errorem inducere. Nisi sic intelligas, Dum alios seducunt, ipsi justo Dei judicio hoc patiuntur, ut subinde in graviores incidant errores [l]. Ovidius, — *Deceptaque decipit omnes*. Minucius in Octavio, *Falluntur & fallunt*. Tacitus, *Corruptus simul & corruptor animus* [m].

14. *Tu verò permane* (vel, *persiste*, E.) *in iis* (Populo nempe tradendis [n]. Nihil te moveat illorum quos dixi successus, & profectus in malo; nulla vis tentationis tibi ea extorqueat [o]. Similis admonitio 1 Tim. 6. 14 [p].) *quæ didicisti*, *&*, &c. Καὶ ἐπιστώθης] Receptus sermo fuerat ἀπιστώθης; sed est constructio κατὰ σύλληψιν, ubi quid com-

communiter de duobus dicitur quod secundùm exactam regulam alteri tantùm convenit[q]. [Sic vertunt:] *Et quæ tibi credita*, sive *concredita, sunt*, Er. Il. Ti. Mo. P. Be. Pi. Ut conserves & promulges[r]. Videntur legisse ἐπιστώθης †. At hîc est ἐπιστώθης[s], quod diversum sonat, nempe, *plenè certiorari*, aut *certum esse*, à verbo πιστόω quod, sicut & πιστός, dupliciter sumitur, 1. passivè, ut πιστοῦσθαι, *te dignum efficio cui credatur*, & πιστὸς *fidelis*, sive *dignus cui credatur*; 2. activè, ut πιστῶσαί τινα, *confirmare aliquem*, *fide* scilicet *ei factâ*, h. e. dubitationem ei omnem eximere; & πιστός, frustrà refragante H. Stephano, dicitur *qui credit*, sive *fidem adhibet* Deo, ut constat ex Joh. 20. 27. *Nè sis incredulus, sed πιστὸς, credens*[v]. [Hinc vertunt:] *Et per quæ fidens factus es*; h. e. Christianus[x]. *Et in quibus confirmatus es*, Tre. ex Sy. Scul. *Et quorum firma*, seu *plena*, *fides tibi facta est*, Ful. sim. Di. Ἐπιστώθης id est quod ἐπείσθης, ἐπληροφορήθης[y], ἐβεβαιώθης. Majus ergò est πιστωθῆναι quàm μαθεῖν. Hoc enim quorumvis est, illud verè duntaxat credentium, sive electorum[z]. Sic 2 Macc. 7. 24. *cum juramentis* ἐπίστου, *fidem faciebat*, adolescenti, &c[a]. ¶ *Sciens* (i. e. Cùm scias[b]: vel, Memor[c]:) *à quo didiceris*] Scil. à me Christi Apostolo[d]; quod perindè tibi esse debet atque si Christo ipso magistro usus fuisses *: *à me*, homine minimè mendaci ac tibi optimè volente. In MS. παρὰ τινῶν, *à me & Barnaba*[f], ut proinde de illorum veritate securus sis[g].

15. *Et quia* (vel, *quod*, P.) *ab infantia* (Hyperbole[h]. Mos erat, & est nunc quoque, Judæorum, à prima ætate quæ literarum capax est Sacra Scripta legenda dare pueris[i].) *sacras literas* (nempe, Veteris Testamenti[k]: nam reliqua tunc nondum extabant[l].) *nôsti*] Ex institutione domestica, non patris, utpote qui gentilis erat, nec passus fuit eum circumcidi; sed, ut verisimile est[m], à matre[n], & avia. Unde colligitur, nec pueros, nec mulieres, à lectione Scripturæ Sacræ prohibendos esse. [Vide vim veritatis: nè tamen Ecclesiæ Romanæ decretis contrarie videretur, hoc σοφὸν φάρμακον addit:], modò tales sint qui damnum indè capere non possent, &c. Non leviter, inquit, his imbutus es, & proinde non facilè admittes magistrum novos sensus adferentem, &c[o]. ¶ *Quæ te possunt instruere* (Sic David de Lege, Psal. 19. 8. σοφίζουσα νήπια P. Vel, *sapientem*, seu *eruditum, reddere*, Er. Mo. Be. E. Scul. &c. scilicet ampliùs, modò pergas eorum incumbere lectioni, ut jussit 1 Tim. 4. 13. Non dicit, *Quæ te satis instruxerunt*, nè sufficere putaret Timoth. scientiam Scripturarum quam perceperat[q].) *ad salutem*, (æternam, quæ unicus finis est sapientiæ[r], & scopus studii Scripturarum †; quem qui negligunt iis dici possit illud,—Σοφὸς δὲ, πλὴν ἃ δεῖ σ' ἔτ' σοφός[t].) *per fidem quæ est in Christo Jesu*] i. e. Quâ in Christum creditur[v]; quam illæ tradunt & docent[x]. *Finis enim Legis est Christus*[y]: hic scopus & summa Scripturæ[z]. Hoc addit, vel, 1. ut doceat, contra Judaizantes, scientiam Legis sine fide Christi nihil valere ad salutem; vel, 2. ut significet, ex S. S. ob nostram & cœcitatem & pravitatem non posse quenquam haurire doctrinam sanam, nisi fide Christi ductrice[a]. Rectum ergò Scripturæ usum hic ostendit[p].

16. *Omnis*, &c. Πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος, καὶ ὠφέλιμος—πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, &c.] Bene expressit sensum Syrus, *Omnis Scriptura quæ à Deo inspirata est, etiam utilis est ad docendum*, &c. Deus enim nihil frustrà facit, nec inspirat homines nisi ad nos docendos[q]. [Reliqui verba sic reddunt:] *Omnis* (vel, *Tota*, P. Be. Pi. &c. πᾶσα, pro ὅλη, ut 1 Cor. 13. 2[r]. alioqui minimus quisque Scripturæ S. versus haberet omnes usus hîc descriptos †. Πᾶσα ergò hîc non Universalitatem notat, sed Integritatem, ut in illo, πλέον ἥμισυ παντὸς, *dimidium plus toto*, i. e. integro[t].) *Scriptura* (Sacra nempe, de qua loquitur v. præced[v]. Synecdochicè[x], vel Antonomasticè, ut γραφὴ, idque sine articulo, sumitur Joh. 19 37. Rom. 1. 2. & 16. 26. 2 Pet. 1. 20[y]. Sic [cum articulo,] Mat. 22. 29. Joh. 5. 39. & 10. 35[z].) *divinitus inspirata*; (sub. *est*, Er. Ca. Be. Pi. id est, Spiritu Sancto dictante conscripta est; ità nimirum ut non solùm sententiæ, sed & verba singula, & verborum ordo ac tota dispositio sit à Deo, tanquam per semetipsum loquente aut scribente[a]. Scriptura autem θεόπνευστος ea est, quæ scripta est aut ab iis qui Prophetarum munia obiere, ut Mose, Esaia, &c. aut ab iis qui, licèt in alio essent vitæ genere, à Deo tamen certis temporibus afflati fuere, ut David & Daniel. His accessionis vice, & ad implendam, aut sapientiam moralem, aut historiam, additi sunt Libri nonnulli alii, probati à Magna Synagoga, tanquam optimè convenientes cum illis θεοπνεύστοις. Addidit his ipsis & alios postea Christianæ Ecclesiæ, tum Græcæ, tum Latinæ, consensus[b].) *& utilis* (id est, ad hunc usum comparata[c]:) *ad doctrinam*, (sanam[d]: ad dogmata proponenda & confirmanda *: docere veritatem fidei Christianæ[f]: למלמדה.) Vide Rom. 15. 4. Docent nos Libri isti Prophetici non omnia quæ Christus, sed tamen aliqua eò pertinentia, Gal. 3. 24. 2 Pet. 1. 19[g].) *ad redargutionem*, (vel, *reprehensionem*, Ca. vel, *ad arguendum*, Vulg. hæreticos & peccatores[h]: refellere errores[i]: לתוכחה, ut in Proverbiis aliquoties; q. d. Ad monstrandam turpitudinem graviorum criminum, *Non occides, non mœchaberis*, &c. Ἐλέγχειν eodem sensu dixit Petrus, 2. 2. 16. Quid sit ἐλέγχειν videbis Matth. 18. 15. Luc. 3. 19. Joh. 3. 20. 1 Cor. 14. 24. 1 Tim. 5. 20. infrà 4. 2. Tit. 1. 9, 13. & 2. 15[k].) *ad correctionem*, (morum[l], malorum scilicet[m], & corruptelarum[n]: quod potissimùm fit admonendo, increpando, &c[p]. vel, *ad corripiendum*, Vulg. aberrantes[q]. Sic legendum *ad corrigendum*[r]. Est quoddam discrimen inter ἔλεγχον & ἐπανόρθωσιν. Ἔλεγχος invercundi, ἐπανόρθωσις teneri, fragiles. ὀρθοῦν, vel ἐπανορθοῦν est יצב, *labantem sustentare* †. Referri potest etiam ad restituendum verum Dei cultum, sicubi per negligentiam collapsus fuerit[t].) *ad eruditionem*, (vel *institutionem*, Er. Il. T. P. Pi. vel, *disciplinam*, Ca. Be.) *quæ* (sub. *est*, Er. Be. &c.) *in justitia*, Mo. &c. quæ scil. est per fidem *: vel, ad justæ piæque vitæ institutionem[f]: למוסר בצדק.) Eos qui jam bene cœpere, magis magisque dirigunt Scripturæ illæ ad insistendum iter innocentiæ[g]. Duo hîc priora nomina ad dogmata, duo posteriora ad mores, spectant, ut plena perfectáque hîc sit descriptio Christianismi in verbo scripto positi[h].

17. *Ut*, &c. Ἵνα ἄρτιος ᾖ—ἐξηρτισμένος] Alii Codices habent ἐξηρτημένος: sed illud melius. Sequens membrum hîc ἐξήγησις est præcedentis, ut suprà 2. 21[i]. [Sic reddunt:] *Ut perfectus* (vel, *compositus*, Ca. vel, *integer*, Er. Ti. V. Scul. id est, Omnibus necessariis ad hoc munus partibus instructus[k]: Integrum enim est quod omnibus partibus constat[l]. Ἄρτιος idem quod τέλειος, שלם aut נכון[m].) *sit Dei homo*, (id est, vel, 1. Christianus[n], qui totum seipsum Deo dat[o]; vel, 2. Doctor Evangelicus[p], qui Dei nomine, in his qui Dei sunt, populo præest[q]. *Homines Dei* olim vocabantur Prophetæ, nunc meliori jure Doctores Novi Testamenti, ut diximus ad 1 Tim. 6. 11. Adde Luc. 10. 24. ubi isti Doctores Prophetis veteribus præferuntur[r].) *ad omne opus bonum* (i. e. ad omnem partem officii †, sive omnia opera ministerii sacri[t]: quæ ad quatuor genera revocantur v. præced[v].) *instructus*, Mo. vel, *apparatus*, Er. Ti. sic Ar. *comparatus*, Ca. vel, *consummatus*, sive *perfectus*, Er. V. Camer. vel, *perfectè instructus*, Il. P. Be. Pi. Idem est quod κατηρτισμένος Luc. 6. 40[x]. Syrus comma posuit post ἔργον ἀγαθὸν, & copulam ante ἐξηρτισμένος: & illud ἄρτιος vertit גמיר, quod est *consummatus*; illud verò ἐξηρτισμένος משלמן, quod eundem aut vicinum cum altero habet sensum. Et mos est Hebræorum pluribus verbis ea eloqui quæ penitùs imprimere lectoribus volunt. Eum qui est ἄρτιος, aut ἐξηρτισμένος πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, Rabbini vocant ממולא בכל מדות[y]. Quod si Scriptura Sacra Doctoribus sufficit, quidni sufficiat auditoribus[z]?

Marginal notes (left column): q Idem. r Me. † Scul. s Ca. v Ful. misc. 1. 19. x Ca. y Ful. ex Hesyc. Scul. sic Camer. z Scul. ex Ful. a Di. b E. c Me. d E. Pi. * E. f G. g Me. h Q. in E. i G. sim. Pri. k E. sim. Pri. l E. m Idem. n E. T. o E. p G. q E. r Pri. † E. t Pri. v E. x T. sim. Me. y T. z Calv. a E. p Calv. q G. r Pi. Scul. † J. Cap. t Scul. v E. J. Cap. ex Chryf. x sim. Er. Pi. y E. z J. Cap. z E. a Idem.

Marginal notes (right column): b G. c Be. d Me. * Scul. f E. g G. h Me. T. i F. sim. Scul. k G. l Me Scul. m E. n Me. sic E. p Me. r E. t T. † E. sic Er. f G. g E. * V. f Scul. sim. E. Me. T. g G. h Ee. ad v. 17. i G. k Be. sim. E. l E. m G. n Ca. o C j. in E sim. V. p Me. sim. Be. Scul. q E. r G. † E. sim. Scul. t Pi. v E. x Scul. y sic G. y G. z Scul.

CAP. IV.

1. *Testificor*, &c.] Seria admodum obtestatio, & maximi juramenti vim habens. Similis 1 Tim. 5. 21. & suprà 2. 14[a]. ¶ *Coram Deo & Jesu*] Qui & testes erunt præcepti dati, & judices ejusdem violati[b]. ¶ *Qui judicaturus est*] Non potuerat magis exprimere majestatem Christi quàm hoc titulo. Quanti enim fieri debet qui omnes judicabit? Vide Joh. 5. 25. Act. 10. 42. & 17. 31. 1 Cor. 15. 51. 1 Thes. 4. 16[c]. ¶ *Vivos & mortuos*] Id est, vel, 1. proverbiali figurâ, *omnes*; vel, 2. pios & impios[d]; vel, 3. tum eos qui tum (id est, in die judicii *:) vivent, tum præmortuos[f], 1 Cor. 15. 52.

Marginal notes: a G. b E. c G. d Er. * Er. sic E. Me. f G. sim. Be. Zeg. D. E. Me.

15. 52. 1 Thess. 4. 15, 17[g]. ¶ *Per*, &c. Κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ] Syrus non malè hoc explicat per ἓν διὰ δυοῖν, quasi esset κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς βασιλείας αὐτοῦ. Pari modo ἐπιφάνεια τῆς δόξης. Regnat quidem jam Christus, sed id non in omnibus apparet, sicut tunc apparebit. Eadem ἐπιφάνεια dicitur κατ' ἐξοχὴν, ut videre est 1 Tim. 6. 14. suprà 1. 10. infrà v. 8. κατὰ hîc Tempus significat, ut Rom. 5. 6. & 9. 9. Et Paulus pro multis præpositionibus κατὰ usurpat[g]. *In apparitione sua*, (vel, *adventu suo*, Er. V. *illustri illo suo adventu*, Be. Pi.) *& regno suo*, Er. &c. id est, Tempore adventûs, &c[h]. Refer ad vocem *judicaturus*[i]. Ἐπιφάνεια αὐτοῦ hîc, ut semper in Scriptura, significat adventum Christi; cum quo conjunctum est Regnum Christi, in terris scilicet cum Sanctis suis per mille annos, [de qua sententia alibi σὺν Θεῷ dicendum:] idque ante ultimam ac universalem Resurrectionem; nam post eam *Regnum tradet Patri*, 1 Cor. 15. 24[k]. Ostendit hæc terribilis obtestatio non tam Timothei negligentiam, quàm Pauli pro Ecclesia solicitudinem[l].

2. *Prædica verbum*] id est, Evangelium[m]; ut Mat. 4. 23. & 24. 14. Marc. 1. 14. & 13. 10. & 16. 15. Hoc autem ideo inculcat Paulus[n]; vel, 1. quòd id sit præcipuum Episcopi munus[o]; vel, 2. quòd videret malorum quæ ipse Paulus & alii ferebant exemplo Timotheum posse timidiorem fieri[p]. ¶ *Insta*; ità Er. Mo. Ca. Be. Pi. &c. Prædicationi[q]: Incumbe operi tuo, instanter age[r]. *Urge*; vel, *Curationem exerce*; vel, *Fungere munere tuo*, Camer. Scul. Est enim ἐπιστάτης, *præfectus*†. Ἐπίστηθι] Nempe αὐτοῖς· quomodo & Demosth. dixit, ἐφειστήκει δ' αὐτῷ, *urgebat eum*. Syrus vim hujus verbi bene expressit[t]. *Persta in diligentia*, Tre. ex Sy. *Explora eos ex improviso*, Ar. ¶ *Opportunè*. &c. Εὐκαίρως, ἀκαίρως] *Tempestivè, intempestivè*, Er. Mo. Be. Pi. &c. Proverbiale, pro *assiduè & instanter*[v]. Similia sunt, *Qui comedit quod fuit, quod non fuit*, Plaut. id est, omnia. *Digna, indigna, pati*, Virg. id est, *omnia*, ait Serv[x]. Al. *In otio*, vel *negotio*. Nam εὐκαιρία pro *otio* ponitur, Sir. 38. 26. 1 Macc. 11. 42. Seneca epist. 29. *Spargenda est manus: non potest fieri ut non aliquando succedat multa tentanti*[y]. Idem epist. 108. *Cùm profecisse te videris, & animos audientium affeceris, insta vehementiùs.* Idem epist. 89. *Cupiditates publicas quantum potes vexa, & istis dicentibus, Quousque eadem? responde, Quousque eadem peccabitis? remedia antè vultis quàm vitia desinere? ego verò magìs dicam, & quia recusatis, perseverabo*, &c. *dicam etiam invitis profutura*. Hinc disce quid sit ἀκαίρως[z]. *Intempestivè*, scil. quod ad carnis prudentiam attinet[a]. Semper opportunè fit quod fit utiliter ad salutem; licèt fiat importunè quoad hominem exteriorem, & affectum sensualem, sive ejus qui agit, sive ejus circa quem agitur. Etiam tempus somni & refectionis intermittas, quo saluti proximorum consulas[b]: Insta etiam tempore persecutionis, & periculi imminentis[c]. ¶ *Argue*, &c. Ἔλεγξον] *Redargue*, nempe, falsam doctrinam[d]: *Argumentis convince*, Me. Ostende flagitiosis quàm agant turpia: Suprà 3. 16*. In legitima objurgatione probationem peccati præire oportet[f]. ¶ *Increpa*, Ἐπιτίμησον] Ἐπανόρθωσις suprà 3. 16. Minùs malos *verbis castiga*. Sic & verbum hoc sumitur Gen. 37. 10. Gloss. ἐπιτιμῶ, *castigo*[g]. Increpando corrige malos mores[h]. *Objurga*, Be. Pi. Instar monitoris, non convitiatoris[i]. ¶ *Exhortare*] Nempe eos qui bene cœperunt[k], ut justè vivant[l]. Deest hoc apud Syrum[m]. ¶ *In omni patientia*, (vel, *lenitate*, Pi. &c. sine qua increpationes, &c. parum proficiunt[n]:) *& doctrina*] Quâ scilicet solidè alium errâsse doceas[o]; ut ratione convictus faciliùs sanetur[p]. Vide suprà 3. 10. Sensus est, ἐν διδαχῇ μακροθύμως, id est, *docendo eos leniter*: ἓν διὰ δυοῖν, ut jam modò[q].

3. *Erit enim tempus*] Non frustrà hoc dixi. Venient tempora quæ & exprobratione & castigatione egeant[r]. Erunt ut falsi magistri, de quibus v. præced. ità & pravi discipuli. Insta ergò officio ut gregem tuum ab hoc malo conserves†. ¶ *Sanam doctrinam* (i. e. Eam quæ vitam exigit ad Evangelii amussim[t]:) *non sustinebunt*] Scil. audire[v]: nec se illi dociles præbebunt[x]. Similium hominum descriptio, Esa. 30. 10[y]. ¶ *Sed ad* (vel, *secundùm*, Be. Pi.) *sua desideria*, (id est, Ut vanis & carnalibus suis desideriis satisfaciant[z]: Malis

[g] G. [h] Zeg. [i] Er. [k] Med. p. 662. & 712. [l] E. ad v. 2. [m] G. E. Me. Pi. [n] G. [o] E. [p] G. [q] Me. [r] E. † Camer. [t] G. [v] Er. sic Pri. [x] Pri. [y] G. [z] Pri. [a] Be. [b] E. [c] E. ex Græcis. [d] E. * G. [f] Be. ex Chrys. [g] G. [h] E. [i] Scul. [k] G. [l] E. [m] G. sic Be. [n] E. [o] Me. [p] E. [q] G. [r] G. † E. [t] G. [v] E. [x] Me. [y] G. [z] Me. sim. E. Zeg.

cupiditatibus suis quærent advocatos; hic luxui, ille libidini, alius ebrietati. Vide Rom. 1. 24. Judæ v. 16[a]. prout hoc vel illud ipsis arriserit. Opponitur τὰ ἴδιον, *peculiare*, ei doctrinæ quæ toti Ecclesiæ communis est[b].) *coacervabunt sibi magistros*] id est, Uno & altero magistro non contenti alios super alios inducent[c]; temerè & sine delectu adsciscent sibi magistros[d], qui moribus suis consentanea docebunt*: multos reperient tales Doctores: concurrent undique καταδιδόμενοι τὰ περὶ χάριν, ut est in Græco, Ezec. 12. 24. In Glossario, ἐπισωρεύω, *congero, cumulo*[f]. ¶ *Prurientes auribus*; ità Er. Il. Ti. Mo. Be. Pi. &c. Κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν] *Prurientes auditum*, Mo. *Ipsi prurientes aures habentes*, V. Tanquam leprosi: nam eorum est κνησμὸς[g]. Eligent sibi novos magistros, eò quòd *pruriant*, &c[h]. id est, titillantur auditu[i]; amant audire nova, curiosa[k], ut Athenienses, Act. 17. 21[l]. mollia, voluptaria[m]; grata & placentia[n]; quæ aures suaviter scalpant & demulceant[o], non radant veritate[p]. Eleganter autem *prurire* eos dicit *auribus* qui sermones quærunt vitia sua titillantes. *Assentatores populi, multitudinis levitatem voluptate quasi titillantes*, ait Cicero[q]. *Aures scalpere* dixit Seneca epist. 75. Idem epist. 108. *Quidam veniunt* (ad scholam) *ut audiant, non ut discant, sicut in theatrum voluptatis causâ ad delectandas aures*, &c. Julianus Apostata Alexandrinis (epist. 51.) ἀκοὰς κνησιώσας tribuit, id est, aut obtrectatione, aut saltem novarum rerum auditione, gaudentes. Quo sensu & Plut. dixit, τὰ ὦτα ἀποκναίειν[r]. Κνήθειν est *fricare*, κνησμὸς *pruritus*, κνησιᾶν, *prurire*†.

4. *Et à veritate*, &c.] i. e. Ab integritate sanæ doctrinæ, quæ carnalia desideria castigat, ideóque molesta est[t]: ab Evangelio, quod nemini assentatur. Vide Prov. 28. 9[v]. ¶ *Ad fabulas* (Judaicas, aut hæreticorum[x], ut Simonis Magi[y], & Gnosticorum[z]; vel, ad falsas ac inutiles doctrinas[a]. Fabulæ illæ erant de expiationibus peccatorum, ex Chaldaica & Orphica disciplina. In his primum locum habebat Aqua marina, deinde & fontana, Scylla, Sulphur, Bitumen; quorum mentio in carmine Diphili, quod est in nostris Excerptis. Scyllæ etiam apud Plin. Lucian. &c. Sulfuris & Facis apud Juven. & Claud. Accedebant ad hæc Ἐφέσια γράμματα, de quibus diximus ad Act. 19. 19. Tales μῦθοι מהתלות, Esa. 30. 10[b].) *convertentur*; ità Er. Mo. P. &c. Ἐκτραπήσονται] *Divertent*, Be. Tre. Pi. *Deflectent*, Ar. Veritati aptè opponitur μῦθος, qui est, ψευδὴς λόγος τὴν ἀλήθειαν εἰκονίζων, ut docent Hesyc. Suid. &c. Plutarchus de juvenibus notat, Ἂν μὲν τινι περιτύχωσι, &c. (*Si in aliquem incidant qui cœnam, aut pompam, aut somnium, narrant, cum silentio audiunt; si quis autem de utilibus & necessariis rebus eos monueris, non ferunt.*) Vide Rom. 2. 8[c].

5. *Tu*, &c.] Σὺ δὲ νῆφε ἐν πᾶσι, &c.] Vide 1 Thess. 5. 6[d]. *At tu* (Ut hisce omnibus malis te opponas*, nè à veritate ad nugas delaberis[f]:) *vigila in omnibus*] id est, Omnes officii tui partes diligenter exsequere[g]. ¶ *Labora*, &c. Κακοπάθησον, &c.] *Feras afflictiones*, Er. V. sim. Val. Be. Scul. Scil. pro Evangelio[h]. Nullis malis absterretor, ut suprà 2. 3. Additur hîc in MS. ὡς καλὸς στρατιώτης Χριστοῦ Ἰησοῦ[i]. Nec adversariis cede, nec periculis[k]. ¶ *Opus*, &c. Ἔργον ποίησον Εὐαγγελιστοῦ] *Opus perage* (id est, Fac quod officium est. Vide 1 Tim. 3. 1[l].) *Evangelistæ*, Er. Be. Pi. &c. id est, Vel, 1. Episcopi, sive Pastoris[m]: h. e. Evangelio prædicando insiste[n]. Vel, 2. Adjutoris Apostolorum, quæ magna sanè dignitas; Act. 21. 8. Eph. 4. 11[o]. *Evangelistæ* propriè dicti erant tempore Apostolorum, qui itinerum eorundem & laborum socii fuerunt[p]; qui ad diversas missi sunt Ecclesias, ut prima fundamenta jacerent; quales Philippus Act. 21. Silvanus, alii. Quales & postea fuisse testatur Euseb. Hist. Eccles. 3. 34[q]. ¶ *Ministerium*, &c. Τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον] Idem hîc πληροφόρησον quod πληρώσαντες, Act. 12. 25. Confer Rom. 15. 19. quod πεπληρωκέναι, Colos. 4. 17[r]. quod πληροῖς, †מלא. [Variè reddunt:] *Tuo munere perfungere*, Ca. *Ministerium tuum imple*, Vulg. Æth. sic Tre. vel, *impletum reddito*, Mo. *abundè & plenè fac*, V. vel, *ad plenum probatum reddito*, Er. Il. Ti. Sensus, Omnes partes ministerii bene exsequere[t], præsertim in ostendendis periculis à peccatis[v]; ut omnes intelligant te rem seriam agere, & Evangelicæ prædicationi omnia posthabere, etiam vitam

[a] G. [b] Be. [c] E. [d] Me. * E. [f] G. [g] Idem. [h] Me. sim. [i] E. [k] Er. [l] Me. sim. [m] E. [n] Me. [o] E. [p] E. sic Er. [q] Pi. Er. G. [r] Pri. † Strig. [t] E. [v] G. [x] E. Me. [y] E. [z] Ham. [a] Be. [b] G. [c] Pri. [d] G. * Me. sim. [f] E. [g] Scul. [h] E. [i] Me. [k] G. [l] E. [m] G. [n] Scul. ex Zuing. [o] Me. sim. E. [p] G. Scul. sim. Pi. [q] Scul. [r] Pri. † G. [t] G Scul. sim. E. Me. [v] G.

vitam ipsam [x]. *Ministerii tui* (vel, *Prædicationis tuæ*, Er.) *plenam fidem facito*, Pi. Be. P. Er. id est, Veris argumentis comproba te germanum esse Dei ministrum [y]. Id fiet, si viderint & vitam respondere doctrinæ, & te non venari tua compendia; sed afflictiones alacriter ferre amore Christi [z].

6. *Ego enim* (Eò magis debes officio incumbere, quia posthàc auxilium non habebis à me, cui mors instat [a]; nec ego de profectu tuo gaudebo [b]:) *jam*, &c. Ἤδη σπένδομαι] *Jam libor*, Be. Pi. Tre. vel, *delibor*, Mo. vel, *immolor*, Er. Il. Ti. Sy. V. id est, Immolandus sive libandus sum [c]; pro libamento offeror [d]; sanguinem meum, quasi libamen, Deo profundo, & consecro per martyrium [*]. Σπένδεσθαι est *libare*, h. e. fundere. Alludit hîc ad morem, tùm Judæorum, tum Gentilium, qui victimis libamina jungebant; & oleum, vel vinum, vel etiam sanguinem, ante, vel ad, aram, vel mensam, fundebant ritu sacro [f]. Σπένδεσθαι dicitur vinum quod aspergitur victimæ. Vitis in Epigrammate Græco sic loquens inducitur, Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω Ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοί, τράγε, θυομένῳ. Est etiam Phil. 2. 17. comparatio ducta à Libamentis, sed alio, ni fallor, modo. Ibi σπονδὴ, sive *libamen*, consideratur ut accessio victimæ, hîc ut præparatio ad mactationem. *Jam nunc aspergor vino*, i. e. præparor ad mortem, ut victimæ solent [g]; sum ἐπιθανάτιος, ut 1 Cor. 4. 5 [h]. Victimæ legales, Martyrum præfigurationes. Ideo animæ Martyrum, sub altari, Apoc. 6. 9. quia sanguis victimarum effundebatur sub altari, Levit. 1. 5, 15. & 3. 2, 8. & alibi [i]. Σπένδεσθαι autem non quamvis immolationem significat, sed eam propriè quæ fit in fœderibus sanciendis. Insinuat ergò mortem suam fore doctrinæ suæ sanctionem [k]. Dixit hoc Paulus [l], præsagiens se brevi sanguinem pro Christo fusurum [m]; non tantùm quia omnia quæ videbat Romæ & in aula Neronis id credi jubebant, verùm insuper, ut arbitror, à Deo de eo quod futurum erat edoctus: quale quid & Cypriano & Chrysostomo evenisse legimus [n]. Ex Dei instinctu præscivit se proximo anno martyrium subiturum [o]. Scripta ergò est hæc Epistola omnium postrema, imminente Pauli morte [p]. Imò scripta est 9 aut 10 annos ante mortem ejus. Neque hîc significat, se jamjam rapiendum ad martyrium; sed tantùm se jam senem esse, & de tempore mortis incertum, paulatim tamen per carceres & tribunalia parari ad victimam, & immolari incipere [q]. ¶ *Et tempus*, &c. Καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε] *Et tempus* (vel, *præstitutum tempus*, Be.) *meæ migrationis* (פטירה [r]. Vel, *dimissionis*; ut alludat ad gladiatores, qui victoriâ potiti, in ipsa ex certamine dimissione coronabantur [†]: vel, *resolutionis*, Er. Il. Ti. P. Mo. Vulg. vel, *quo resolvar*, Tre. Sic vocat mortem, vel, quòd morte corpus in cineres resolvatur; vel potiùs, quòd per eam solvatur vinculum quo anima corpori est colligata [t]: vel, *discessûs*, Ca. *recessûs*, Ar. in Di. *reditûs*, G. sim. Orig. in Er. Pri. ex Tertul. & Hi. *remigrationis*, Di. ex Be. è mundo scilicet in cœlestem patriam [v], sive ad Christum conditorem. Philostratus 4. 12. Ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἀναλύων. Apul. in Apol. dicit animam, *semotâ corporis memoriâ*, &c. *redire ad naturam suam, quæ est æterna* [x]. [De his plura vide in Synopsi ad Phil. 1. 23.] Vel, *ad quiescendum*, Æth. vel, *assumptionis*, Cyp. in Er. Legisse videtur ἀναλήψεως [y]. Sed rectius est ἀναλύσεως. Sic τὴν ἐκ βίου ἀνάλυσιν, dixit Philo; εἰς γῆν τὰ τῶν ἀποθανόντων σώματα ἀναλύεσθαι, Artemid. 3. 46 [z].) *instat*, Pi. Be. Mo. &c. vel, *appropinquat*, Tre. *imminet*, *propè est*, ut 1 Thes. 5. 3 [a]. ἐφέστηκε dicit, non ἐφίστατι. Servius ad illud Virgil. 10 — *metásque dati pervenit ad ævi*, ait, *Ad exprimendum celerem mortis adventum præterito usus est tempore* [b].

7. *Bonum* (vel, *Illud præclarum*, Be. Pi. *Illud egregium*, Er. V. *Bonum* dicitur, vel, quia in bona causa: vel, quia *legitimum*, ut suprà 2. 5. id est, juxta leges Agonum [c].) *certamen* (Evangelicum scilicet [d]; vel, pro Evangelio contra Diaboli insidias, Mundi exempla, & Carnis illecebras [*]:) *certavi*] A tempore conversionis meæ, ad coronam contendens per omne genus bonorum operum, præsertim Ministerii Apostolici [f]; nec non per tolerantiam laborum & afflictionum [g], pro fide Christi prædicanda [h]. Utinam multi morte instante hoc de se prædicare verè possent, & non se vellent decipere per justitias imputatas, vel ceremoniales. In hoc, inquit, certamine spei pleno bene me semper gessi. Vide 1 Tim. 6. 12. Gen. 30. 8 [i]. Hic versus & sequens sunt prorsùs Agonistici. Ἀγὼν dicitur quilibet de quatuor certaminibus illustribus, *Olympic.* &c [k]. Hîc autem certamen quod cursu fit intelligi videtur. Hæc subjungit, tum ad sui consolationem, tum ut Timotheum ad imitationem accendat [l]. ¶ *Cursum*, &c. Τὸν δρόμον τετέλεκα] *Cursum* (vel, vitæ [m]: vel potiùs, certaminis in stadio [n], vel laborum [o]:) *consummavi*, Pi. Vulg. &c. vel, *ad finem perduxi*, Be. Jam propè absum à meta [p]: vel, *præstiti*. Vide ad Act. 21. 7 [q]. sub. *cum gaudio* ex collat. ex Act. 20. 24 [r]. Nunquam defatigatus fui: semper cucurri in hoc stadio. Vide 1 Cor. 9. 24, 26. Gal. 2. 2. Phil. 2. 16. Heb. 12. 1 [†]. Cicero Famil. Epist. 6. 4. *Acta jam vitâ cum cursu suo bene confecto delectatur*. Terent. Adelph. *Propè jam excurso spatio* [t]. ¶ *Fidem servavi*] Nunquam à fide & professione Christiana vel minimùm defeci: quod alii fecere multi. Vide suprà 1. 15 [v]. Sed hoc non magnum erat tanto & tali viro. *Fidem* ergò hîc intelligit eam quam miles Imperatori, minister domino suo, debet, id est, Fidelitatem [x]: q. d. Munus mihi commissum fideliter & perseveranter administravi [y], inter tot adversa. Non hæc jactantiæ verba sunt, sed bonæ conscientiæ [z].

8. *In*, &c. Λοιπὸν] *Quod superest*, sive *restat*, Er. Pi. G. *Cæterum*, vel, *In posterum*, Be. *Quod reliquum est*, Be. G. Ellipsis Græcis familiaris [a]. *Quantum ad reliquum attinet*, V. Explevi meas partes, restat ut Deus suas impleat [b]. ¶ *Reposita est* (apud Deum, à quo eam reddendam expectabat [c]. Ἀπόκειται, כמוס: non apparet, sed bonâ fide asservatur. Vide ad Col. 1. 5. Hîc habes sensum mysticum dicti Prov. 14. 32 [d].) *mihi corona justitiæ*, vel, *felicitatis*, Ham. ex AE. ut צדקה sumitur Nehem 2. 20. Psal. 35. 27. Esa. 48. 18. & δικαιοσύνη Rom. 6. 16. ubi morti opponitur, & proinde vitam æternam significat [*]: vel, *corona justa*, Q. in E. i. e. Quæ pro justitia datur, tanquam præmium [f]; nempe vita immortalis & cœlestis [g]: quæ *coronæ* nomine vocatur etiam Jac. 1. 12. 1 Pet. 5. 4. Apoc. 2. 10. & 6. 2. & alibi, & Rabbinis. Δικαιοσύνη hîc ità largè sumitur ut omne id comprehendat quod Deo & hominibus debetur, aut cum laude præstatur, ut 2 Cor. 3. 9. & 5. 21. & alibi [h]. ¶ *Quam reddet* (veluti debitum quiddam & depositum [i]: *reddet* pro labore, quanquam res ipsa laborem impensum excedit. Sic ἀποδώσει habes Mat. 6. 6, 18. Rom. 2. 6 [k].) *mihi Dominus* (nempe Christus; qui & judex venturus est, & coronas per sententiam adjudicabit piis [l]:) *in illa die*] Ut 2 Thes. 1. 10. suprà 1. 12, 18 [m]. i. e. vel, die resolutionis meæ [n]: vel, die extremi judicii, qui sic sæpe vocatur. Qu. Annon antea redditur animæ separatæ? Resp. Paulus hîc loquitur de præmio quod [toti] homini datur, non animæ soli. ¶ *Justus judex*] Addit hoc præced. *Dominus*, per Appositionem [o]. *Judicis* titulus Christo datur, Act. 10. 42. *Justus* autem dicitur, quia justitiæ & hoc est implere promissa. Vide quæ diximus De J. B. & P. 2. 11. Tunc plenissimè implebitur dictum Psal. 7. ver. 11. ¶ *Non solùm autem mihi*] Bene hoc, ut & alios excitet ad participandum laborem sub spe communis præmii [p]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ καὶ πᾶσι, &c.] *Sed & omnibus qui diligunt* (id est, Qui sanctis operibus ad eum sese præparantes, ipsum se exspectare & diligere declarant [q]: vel, *qui dilexerunt*, Er. Dixit ἠγαπηκόσι, non ἀγαπῶσι, animum referens ad tempus illud Judicii; qu. d. *qui tunc deprehendentur adventum ejus sperâsse* [r]: vel, *qui expetiverint*, Be. Pi. P. Ἀγαπᾷν à consequenti h. l. respondet Hebræo חשק, quod & *desiderare* sign. ut 1 Reg. 9. 19. vel, חפץ [†].) *adventum ejus*] Eximium illum de quo egit v. 1 [t]. nempe ad judicium; nimirum sibi bene conscii rectè factorum [v], sive quòd Domino placuerint [x]. Eum *diligere* dicuntur, id est, חפץ, quod & per ἀγαπᾷν, & per θέλειν, & per ἐπιθυμεῖν, vertitur; qui exoptant ut is eveniat, quia inde omnia sperant optima: quod facere illi soli jure possunt qui ad Christi præscriptum vitam instituerunt. Iis verò illud convenit, *Beati omnes qui sperant in eum*, Esa. 30. 18. Adde Dan. 12. 12 [y]. Nemo hunc expetit, nisi qui *certamen hoc decertavit*, &c [z].

9. *Festina*, &c. Σπούδασον, &c.] *Stude* (vel, *Da operam*,

ram, Er. V.) *venire ad me* (Nempe Romam [a]:) citò, Pi. &c. i.e. ut ipse declarat, Ante hyemem, non autem continuò. Cur enim tam multa hîc ei præciperet, si statim eum habiturus esset præsentem? Huc eum evocavit, quia aliis adjutoribus erat penè destitutus [b]. Et hoc fecit Timotheus, ut apparet Phil. 2. 19. Col. 1. 1. Philem. 1. Heb. 13. 23 [c].

10. *Demas enim me reliquit*] Vel, *deseruit*, id est, adjutor meus esse noluit; dereliquit munus Evangelistæ [d], & me captivum, periculo, ut apparet, territus [*]: fecit ut illi de quibus suprà 1. 15. An hic idem cujus mentio 3 epist. Joh. 12? Diximus enim Δημᾶς esse curtatum nomen ex Δημήτριος [f]. Non significat, eum à fide recessisse [g]. Nam ad Paulum reversus est [h]. Et culpæ hujus pœnituisse Demam colligimus ex Col. 4. 14 [i]. Vide hic etiam bonos interdum metu, aut malis exemplis, mutari. *Quare qui stat, videat nè cadat* [k]. ¶ *Diligens hoc* (vel, *Amplexus præsens*, P. Pi. Er. Vel, *Postquam dilexit præsens*, Er.) *seculum*] id est, Commoda hujus vitæ [l]; præponens ea curæ mei & Evangelii [m]; securitati & quieti suæ consulere volens [n]; acquiescens in hoc seculo [o]. Vide Mat. c. 13. v. 22. ¶ *Et abiit Thessalonicam*] Vel, ut ibi mercando rem faceret; erat enim nobile emporium [p]: vel, ut procul abesset à periculo: vel fortè, quia hæc illi patria erat [q]. Hinc confictum puto, eum jam factum fuisse apud Thessal. idolorum sacerdotem [r]. ¶ *Crescens*, &c. Κρήσκης εἰς Γαλατίαν] Græci, qui nulla nomina habent in *ns* desinentia, scribunt Πούδης, Κλήμης, pro *Pudens, Clemens*. Etiam Cynicus ille, Justini Martyris hostis, Tatiano Κρίσκης quomodo & hîc Codices habent nonnulli. Nomen hoc in Syriaco malè legitur *Crispus*, in Arabico *Crificus* †. *Crescens* (Repete *abiit* [t]; non amore hujus seculi, ut Demas, sed dimissus; vel, ob instantem aliquam necessitatem [v]; vel, ad Evangelicam messem [x]:) *in Galatiam*] Quæ est regio Asiæ minoris [y]. Γαλατίαν ambiguum est nomen: nam & Gallia sic vocatur Græcis, & Asiæ pars à Gallis antiquitùs habitata. Ut Gallia potiùs hîc intelligenda sit, facit Italiæ, ubi Paulus erat, vicinitas, & vetus apud Gallos fama. Epiphanius in sui temporis Codicibus Γαλλίαν scriptam fuisse nos docet [z]. Sed ei nulla suffragantur exemplaria [a]. ¶ *Titus in Dalmatiam*] Quæ est Illyrici regio [b], objecta Italiæ [c]; Evangelii indubiè causâ [d].

11. *Lucas* (scil. Evangelista [*]:) *est mecum solus*] Nam post iter illud quod fine Actorum descripsit, mansit in Italia cum Paulo, Col. 4. 14. Philem. v. 24 [d]. Hic omnis peregrinationis Pauli individuus erat comes [*]. ¶ *Marcum* (Illum nempe Barnabæ consanguineum [f], cujus mentio Act. 12. & 15 [g].) *assume*, &c.] Et hoc desiderium Pauli impletum est. Vide Col. 4. 10. Philem. v. 24 [h]. ¶ *Ad ministerium*] Nempe Evangelii [i], fortè ob Latini sermonis consuetudinem [k]. Antea inutilis visus erat, Act. 15 [l].

12. *Tychicum—misi*, &c.] Id est, vel mitto [m]: vel, mittendum destinavi [n], ut scilicet vices tui absentis suppleat [o]. Apparet id Eph. 6. 21 [p].

13. *Penulam*; ità Er. Il. Ti. P. Mo. Ca. Be. Pi. Τὸν φελόνην] Vox Græca facta ex Latina [q]; idque jam olim, cùm & Rhetor Comicus Ptolemæorum temporibus eâ sit usus [r]. Utuntur eâ Colloquia Græca vetera, item Artemidorus †. Scribitur autem, ut solent externæ voces, variè [t]: φαινόλης, ut apud Athen. φενόλης, φελόνης [v], φαιλώνης [x]. In Glossario, Φαινόλης, τὸ φελώνιον, *penula*. φελώνιον legimus etiam in Liturgia Chrys [y]. Pallii genus est, non Consularis [z], sed viatorii, aptum imbribus ac frigori depellendo [a]. Sed cur vestem itinerariam relinqueret iter facturus, eandémque repeteret itinere peracto [b]? Al. Intelligit scriniolum, seu arculam libris chartisque refertam [c], quam Syrus, Hebræo more, *domum scriptorum* vocat [d]; vel, membranam involutam, ut Phavorinus accipit [*]. Huc facit quòd subnectitur mentio librorum ac membranarum [f]; quibus μάλιστα additum, aliquid antè memoratum designare videtur [g]. Al. Intelligit Volumen Hebræum, Veteris nempe Testamenti [h]: Nam φαιλός librum, id est, corticem arboris, significat; ex quo volumina olim fiebant. Nec tale volumen passim exstabat, nec facilè librariis describendum committebatur [i]. ¶ *Quam reliqui* (eo tempore, cujus est mentio Act. 20. 6 [k]. quod minimè placet [l]. [Rationes vide in Cap.]) *Troade* (Urbe scilicet [m] Asiæ minoris, eâdem cum Troja [n]: nam non regionis id tantùm nomen fuit eo tempore, sed & urbis, ut ad Acta discimus [o].) *apud Carpum*] Qui ibi Paulum hospitio susceperit [p]. Nomen est Romanum. Ità vocatur qui cibum carpebat apud Petronium. ¶ *Affer tecum*] Vide paupertatem tanti Apostoli, qui rem tantillam tam longè relictam inter damna censuerit [q]. ¶ *Et libros, maximè autem membranas*] Si φελόνη sit *arca libraria*, erit hoc supplementum, & expositio præced. q. d. Adfer arcam unà cum libris, &c. si *Volumen* illud erat liber Sacræ Scripturæ, *libri* hîc sunt alii Codices in chartis descripti [r]. *Libros*, Sacræ Scripturæ, aliorum manu scriptos †: vel, Libellos scriptos ab Interpretibus Vet. Test. in quibus mores ritúsque Legales, nomina *Jannis & Mambris* & similia ‖. *Membranas* intelligit scripta manu suâ exarata [t]; forsan Epistolas suas [v], sive earum Autographa [x]. Μεμβράνα vox Latina. Erant autem pelles aptatæ in usum eundem quem Chartæ exhibent, Attali Regis invento; unde & *Pergamenæ* dictæ. Testes Varro, Plinius, & alii Græci: hîc Interpretes explicant σωμάτια, διφθέρας. In talibus membranis scribebant multi. Cicero ad Atticum nos docet Indices indè factos. Paulus bibliothecam librorum Græcorum non habebat; attamen in membranis ad usum suum excerpserat alia ex Epimenide, alia ex Arato, alia ex Menandro [y].

14. *Alexander ærarius*, Ὁ χαλκεύς] *Faber ærarius*, Er. Be. Pi. E. Me. id est, Æreorum vasorum fabricator [z]. Idem ille de quo diximus Act. 19. 33. & 1 Tim. 1. 20 [a]. Hic à Paulo excommunicatus, multò acriùs sanæ doctrinæ resistebat. Erat autem Judæus, & Ephesius [b]. ¶ *Multa mala mihi ostendit*; ità Mo. Tre. Ἐνεδείξατο] *Exhibuit*, P. Be. Pi. *Intulit*, Zeg. D. sim. Er. Il. Ti. Ca. *Fecit ut sentirem*, G. *Ostendere* pro *facere* [c], ut Gen. 50. 15, 17 [d]. Psal. 4. 6 [*]. Psal. 60. 3 [f]. Psal. 70. 20. Hab. 1. 3. 2 Macc. 13. 9 [g]. Nocuit autem Paulo, [Vel, 1.] cùm is Ephesi esset, multa ab illo audita falsa referens [h]. [Vel, 2.] Romæ, ubi Pauli causam apud Neronis amicos exagitabat, tanquam hominis seditiosi, &c [i]. ¶ *Reddat*, &c.] Ità Er. Ca. Be. Pi. E. &c. Sic legunt & Græci & Latini, & Codices Manuscripti non pauci [k]. Ità imprecatio est [l], qualis sæpe in Psalmis & Prophetis [m]; in eos quos, vel Divino oraculo, vel certis indiciis, constabat esse Dei & Ecclesiæ hostes [n]: qualis hic erat [o], ut qui malitiosè peccans spem emendationis nullam præberet [p], sed manifesta suæ reprobationis signa ederet [q]; ut de spiritu Pauli prophetico nihil dicam [r]. Exemplum tamen hoc nobis non est imitandum †. Non ex malevolentia, vel impatientia, hoc dixit; sed, aut prophetico spiritu prænunciavit, cum approbatione justitiæ divinæ; aut reverâ vindictam illi divinam, quatenus justa est, imprecatus fuit, præsuppositâ tamen ejus impœnitentiâ. Alii legunt, *Reddet*, ut Syrus & Aug [t]. Optima MSS. legunt ἀποδώσει, *reddet*. Alii quoque qui legunt, ἀποδῴη, positum volunt pro ἀποδώσει, ut Chrys. & Th. Deinde imperat. & fut. per Hebraismum promiscuè ponuntur, alterutrum pro alterutro. Sic יגמר Psal. 7. 9. *complebitur*, aut, ut Vulgatus reddit, *consumetur*. At LXX habent συντελεσθήτω, quomodo Chald. Sy. Ar. & Æth. Contrà, Mat. 10. 13. ἐπιστραφήτω est, vel promissio, vel prædictio [v]. Hoc non est imprecantis, sed Deo judicium omne permittentis [x]. Resp. ad Orthod. *Verba hæc non sunt, vel exsecratio, vel convitium; sed* πρόρρησις, &c. *prædictio*, &c [y]. Vide Clem. Alex. Strom. 7 [z]. [ejúsque verba in G.] ¶ *Secundum opera ejus*] Tam quæ fecit quàm quæ faciet [a].

15. *Quem & tu devita*] Vel, *cave*, Be. Pi. &c. Ut periculosæ consuetudinis hominem. Φυλάττεο pro *cave* habet & Theocritus. Vide & Luc. 12. 15 [b]. ¶ *Valde enim restitit verbis nostris*] id est, Prædicationi nostræ [c]: idem tibi facturus si quam ansam invenerit [d]. Non dicit, *restitit mihi*, sed *doctrinæ meæ*: eum potiùs caveri voluit quòd falsa doceret, quàm quòd temporaliter noceret [*].

16. *In prima mea defensione*] Quam feci, vel, 1. in primis vinculis [f], quando primùm ad tribunal Neronis causam dixi; primo anno quo Romam veni, ut constat ex more Romanorum, de captivis audiendis, quanquam Lucas ejus non meminerit [g]. Vel, 2. postquam iterum Romam

mam

a G. sic E. b E. c G. d Idem. * E. f G. g Me. sic E. h E. i G. sim. E. Be. k G. l Me. T. Pi. sic E. m T. Me. E. n E. o Be. p G. q Me. sic T. r E. † G. t E. Me. v E. x G. sim. E. Me. y Me. E. z G. a E. b Me. E. c G. d E. * Me. sic E. d G. * Hi. in E. f G. E. Me. T. g E. Me. h G. sic E. i G. Me. E. V. k G. l E. m Baron. in E. n E. o E. Me. T. p G. q G. Pri. r G. † Pri. t G. sic Pri. v G. sic Be. x Camer. y G. z Er. E. a E. Me. sim. Er. V. b E. c E. sim. Græc. in Er. d E. * Ham. f E. sim. Ham. g Ham. h E. ex Hi. i E. k G.

l Cap. Append. ad histor. Apost. p. 3899. m G. sic E. n E. o G. p E. q G. r E. † Me. sic T. ‖ G. t Me. T. sic E. v Zeg. x Li chron. p. 124. y G. z Me. a G. b E. c D. misc. 2. 51. ex Aug. Pri. d G. D. ib. * D. ib. Be. f G. Be. g Pri. h G. i E. k Idem. l Scul. sic Val. Er. E. m E. n Scul. o Be. p E. q Be. sic Scul. r Scul. † Be. sic Scul. t E. v Ham. x G. y Scul. sic G. z G. a Idem. b G. c Me. d G. * E. f Me. g E.

mam veneram [b]: non *prima* simpliciter, sed prima post secundum adventum [i]. Ἀπολογεῖσθαι dicitur reus cùm causam dicit. In Gloss. ἀπολογοῦμαι, *defendo.* Vide Luc. 21. 14. Act. 19. 33. & 24. 10. & 25. 8. & 26. 1, 2, 24 [k]. ¶ *Nemo* (scil. eorum qui me antea comitabantur. Synecd. gen [l].) *mihi adfuit*] id est, Auxilium, aut patrocinium, præstitit [m]. ¶ *Sed omnes* (familiares scilicet [n]; vel, qui gratiâ valebant apud aulicos [o]:) *me dereliquerunt*] Neronis sævitiam extimescentes. Vide Psal. 88. 8 [p]. ¶ *Non illis imputetur*] Scilicet in culpam apud Deum [q]; vel, in hoc ut in graviora peccata ob hoc labi sinantur. Sit illis citus ad meliorem mentem reditus; ut Petro, נשנח. Vide ad Luc. cap. 23. ver. 34 [r]. Alexandro peccanti in Spiritum Sanctum divinam ultionem imprecatur; his, tantùm ex humana infirmitate & metu peccantibus, veniam à Deo precatur †.

17. *Mihi*, &c. Μοὶ παρέστη] *Mihi adfuit*, Er. Be. Pi. vel, *auxilio fuit.* Sic παρέστη habes Psal. 18. 31 [t]. vel, *astitit*, Vulg. E. non tantùm auxilio, sed & apparitione mihi factâ. ¶ *Et confortavit me*] Nè succumberem, aut metu mortis quicquam dicerem, aut facerem, perperàm [v]. Vide 1 Tim. 1. 12. *Vires mihi dedit*, ex promisso Mat. 10. 19, 20 [x]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα—πληροφορηθῇ] *Ut per me prædicatio* (Evangelii scilicet; quam præconium κατ' ἐξοχὴν vocat [y]: *prædicatio mihi concredita*, Tit. 1. 3 [z].) *plenè percipiatur*, Mo. vel, *peragatur*, Ca. vel, *expleretur*, *sive impleretur*, Er. Tre. G. V. sic Vulg. Ar. id est, Consummationem suam consequeretur, in ipsa aula Cæsaris sonans. Vide suprà v. 5 [a]. Vel, *plenè certioraretur*, Be. vel, *ad plenum persuaderetur, & certam haberet fidem*, Er. V. id est, Ut ex mea omnium præsidio orbati constantia & mortis contemptu omnes convincerentur, præconium Evangelii non esse opus humanum, sed Divinum [b]. ¶ *Et* (sub. *illud*, Be. scil. præconium [c]:) *audiant omnes Gentes*] id est, Ut multis adhuc Gentibus possem prædicare Evangelium [d]. Hinc liquet, nec in postremis vinculis, nec instante martyrio, scriptam fuisse hanc Epistolam *. Al. *omnes Gentes*, id est, multi ex diversissimis Gentibus [f], quibus in aula negotium erat. Martialis, cùm plurimos numerâsset populos qui in aula erant Cæsaris, addit, *Vox diversa sonat: populorum vox tamen una est, Cùm verus patriæ diceris esse pater* [g]. ¶ *Et liberatus sum de ore leonis*] id est, Vel, 1. Ex maximo & præsente periculo [h], q. d. è faucibus mortis [i]. Dictum proverbiale. Vel, 2. *Leonis*, id est, Imperatoris [k], Neronis [l]: sic dicti, tum ob potentiam [m], tum ob ferociam animi [n]. Quem *leonem* vocavit & Seneca [o]. Et hoc nomine denotatur Nabuchod. Amos 5. 19 [p]. Vide & Jer. 2. 30. Joel 1. 6. Nah. 2. 12. De Tiberio est apud Josephum 18. 8. *Mortuus est leo.* Annibal *Lybicus leo* apud Silium Italicum. Mos Scripturæ Principes idololatras, & ob idololatriam sævientes, appellare ferarum nomine; ut notat ad Danielem Jacchiades, ubi *Leonis* nomine describuntur Reges Chaldæi. Imperium idololatricum describitur cum dentibus *leoninis*, Apoc. 13. 2. Fecit hîc Deus quod in Proverbio est, *Esuriente leone ex ore exsculpere prædam.* Simul allusio est ad Dan. 6. 2 [q]. Sed non verisimile est, Paulum apud ipsum Neronem causam tunc dixisse, sed apud Judicem quempiam inferiorem [r].

18. *Liberavit*, &c. Καὶ ῥύσεταί με, &c.] *Et eripiet*, sive *liberabit*, *me* (nempe potente auxilio Spiritûs. Vide quæ ad Mat. 6. 13. In MS. nova hîc est periodus, Ῥύσεταί με, sine καὶ †.) *Dominus* (Optimæ fiduciæ verba [t]:) *ab omni opere malo*, Be. Pi. Er. &c. id est, Vel, 1. peccato [v]; nè quid agam Christiano, nè quid Apostolo, indignum [x]; nè ob ulla tormenta Christum negem [y]; nè in fide aut constantia vacillem [z]. Non dicit, *liberabit me semper ab ore Leonis* [a], corporalis scilicet; sed à spirituali Leone, h.e. Diabolo [b]. Vel, 2. omni aliâ calamitate [c]; vel, à quovis facinore quod hostes in me machinantur, ex collat. 2 Cor. 1. 10. 2 Pet. 2. 9. & Psal. 34. 19. & 37. 40 [d]. ¶ *Et*, &c. Καὶ σώσει εἰς, &c.] *Et servabit in regnum*, &c. Mo. vel, *regno*, &c. Be. Pi. id est, Ut regni sui participem faciat *. Est compendium loquendi [f], quale Act. 7. 9 [g]. & 23. 24. & 47. 44 [h]. pro, σώζων ἄξει με εἰς, &c. De voce ἐπουράνιος vide 1 Cor. 15. 40. Eph. 1. 3, 20. & 3. 10. & 6. 12. ¶ *Cui gloria*, &c.] Similem δοξολογίαν circa finem Epistolæ habuimus Rom. 16. 27. Phil. 4. 20. interdum & in mediis Epistolis [i]

19. *Priscam* (Quæ & *Priscilla*, Act. 18 [k].) *& Aquilam*] Nam hos Paulus Ephesi reliquerat, Act. 18. 19 [l]. De his vide Act. 18. 2. & Rom. 16. 3 [m]. ¶ *Onesiphori domum*] id est, Familiam ejus domesticam [n]. Non ipsum Onesiphorum, ut qui jam ex hac vita excessisset. Vide suprà 1. 16 [o].

20. *Erastus remansit Corinthi*] Erat enim urbis ejus arcarius, Rom. 16. 23 [p]. Fuerat in Macedoniam missus à Paulo, Act. 19. 22. Deinde Corinthum redierat, ibique manserat, nec venerat Romam [q]. ¶ *Trophimum* (Ephesium, Act. 20. 4. & 21. 29. Is Paulum comitatus erat Hierosolyma usque [r], qui erat occasio tumultûs illius, Act. 21 †.) *autem reliqui infirmum* (vel, *ægrotantem*, Be. Pi. &c. Videmus hîc obiter, Deum, qui tanta dona sanationum Apostolis dederat, aliquas voluisse corporis infirmitates, & in ipsis & in ipsorum amicis, manere, ut appareret eos esse homines [t]. De voce ἀσθενεῖν vide Joh. 11. 1, 2 [v].) *Mileti*] At Paulus post iter illud Hieros. postea Miletum reversus non legitur, sed Romam perductus est. Quid dicendum [x]? Resp. 1. Pro ἐν Μιλήτῳ legendum, ἐν Μελίτῃ [y]. Nam & Arabs hîc eam vocem habet quâ *Meliten* appellat, Act. 28. 1 [z]. Sed nulla huic suspicioni suffragantur exemplaria [a]. Et quid opus Timotheum, comitem Pauli in illa navigatione, ea de re moneri, præsertim toto biennio postquam id contigerat [b]? 2. *Miletus* hæc erat urbs Asiæ, non longè distans ab Epheso [c]; & quidem ad littus Asiæ, juxta cujus littora Paulus navigare statuit, Act. 27. 2 [d]. 3. Erat & in Creta (quam Paulus adnavigavit, Act. 27. 7.) urbs cui nomen *Melitus*, ut testatur Strabo, ipse Cretensis, & Homer. Il. 2. Ibi relinqui poterat *. 4. Hæc de Erasto, Trophimo, &c. contigerunt, cùm Paulus vinculis prioribus solutus Ecclesias Orientales, quas fundaverat in Græcia & Asia, repeteret, ac rursum perlustraret, iisque relictis Romam secundò veniret [f].

21. *Festina* (vel, *Stude*, Be. Pi.) *ante hyemem* (Hoc addit, vel, quia periculosa erat hyeme navigatio [g]; vel, quia opera ejus Paulo valde necessaria erat [h]:) *venire*] Nempe Romam. Vide suprà v. 9. ubi ostendimus paruisse huic præcepto Timotheum. ¶ *Eubulus*, Εὔβουλος] Nomen est Atticum, quo appellatus Comœdiarum scriptor, Historicus alter, & alius Demosthenis adversator [i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ Πούδης] *Et Pudens*, Vulg. Be. Pi. Vir apud Romanos senatorii ordinis [k]. Nomen Romanum est, apud Martialem. ¶ *Linus*, Λῖνος] Presbyter Romæ [l]: Petri successor [m]. Meminere Clem. Constit. Apost. Iren. 3. 3. Eusеb. 3. 2, 4. & 5. 6. Nomen est Græcum. ¶ *Et*, &c. Καὶ Κλαυδία] *Claudia*, sive *Clodia*, (nam idem est utrumque:) nomen muliebre frequens Romæ [n]. ¶ *Et fratres* (id est, Christiani [o]:) *omnes*] Reliqui scilicet [p]: qui multi jam erant Romæ, ut apparet Rom. 1. 8. Phil. 4. 22 [q].

22. *Dominus Jesus*, &c.] Sic & Gal. 6. 18. Philem. 25. *Dominus vobiscum*, Ruth. 2. 4. Ibi Deus dicitur *Dominus*, hîc verò Christus. ¶ *Gratia*, &c.] Hoc Paulus addidit manu suâ. Vide 2 Thes. 3. 17, 18. Sic & Col. 4. 18. Tit. 3. 15 [r].

[h] G. [i] E. [k] G. [l] Pi. [m] E. Me. [n] G. [o] E. [p] G. sim. E. [q] E. [r] G. † E. [t] G. [v] E. [x] G. [y] Be. [z] Pri. [a] G. [b] Scul. cap. 2. [c] Be. in Scul. [d] Me. sim. E. * E. [f] G. sim. Pri. [g] G. [h] D. E. [i] E. [k] D. [l] Plerique in E. Be Z. g. Pi. Cap. G. Pri. [m] Pi. [n] E. [o] G. [p] He. in G. [q] G. [r] E. sic Ham. † G. [t] Er. [v] E. Me. T. [x] G. [y] T. [z] T. sim. E. Me.

[a] G. [b] T. [c] V. [d] Pri. * Be. [f] G. Pri. [g] G. [h] Pri. [i] G. [k] E. [l] G. [m] Me. [n] E. [o] G. [p] G. sic E. [q] G. [r] G. sic E. † E. [t] G. ex Chrys. [v] G. [x] E. [y] G. ex Be. E. ex Baron. [a] G. [b] E. [c] Cap. Ap. pend. ad hist. Apost. 3900. [d] Me. Lightfoot. 134. * E. [f] Cap. ib. [g] G. sic E. [h] E. [i] G. [k] E. [l] G. [m] Me. E. [n] G. [o] Me. sim. E. [p] E. [q] G. [r] Idem.

SYNOPSIS

Criticorum aliorúmque Commentatorum

IN

EPISTOLAM

AD

TITUM.

PRolegomena.] In Creta non video fuisse Paulum Apostolum, nisi in illo itinere quo ab Hierosf. tractus Romam, Act.27.7. Multi autem erant qui amore Pauli se navigationi ejus addiderunt comites, quorum fuere Tychicus & Trophimus, 2 Tim. 4. 10, 20. & Aristarchus, Col. 4. 10. & multi alii, inter quos & Titus, 2 Tim. 4. 10. Eum Paulus, cùm Cretam transiret, initia ibi Ecclesiarum videns, credo, ex illa dispersione post Stephanum, reliquerat ad ea agenda quæ erant Metropolitæ [a]; eúmque Cretæ Archiepiscopum constituit, ut testantur Euseb. Chrys. & Theod [b]. [Verba vide in Ham.] Erat autem Titus domo Corinthius, quia nomen ejus est in multis codicibus Act. 18. 7 [c]. Videtur autem mihi, ut & aliis ante me, scripta hæc Epistola aut Româ, aut ex alio aliquo Italiæ loco inter prima & altera Pauli vincula, quo tempore liber serviebat Evangelio. Eo autem tempore propositum illi erat transire in Epirum. Nam Epiri Nicopolin, quæ ab Actiaca Augusti victoria nomen habuit, rectiùs hîc intelligunt Hieron. & Latinorum alii, quàm Græci, qui nos in Thraciam mittunt [d]. Al. Scripta est ex Macedonia, cùm jam Paulus omnium Ecclesiarum recepisset Collectas, & in procinctu esset ut Philippis solveret Jerosolymam navigaturus; & quidem initio Veris, nempe Azymorum festo, Act. 20. 6 [*]. Tunc autem non cogitabat Paulus de hieme agenda Nicopoli, [Tit. 3. 12.] sed potiùs properabat Jerosolymam [f]. Al. Scripta est ex Græcia, cùm Paulus paratus esset excurrere in Illyricum [g]. Refellitur hoc ex eo quòd Titus à Paulo ex Macedonia præmissus est Corinthum, ut Collectas eorum curaret in adventum Pauli paratas. Non ergò tum temporis in Creta agebat, sed in Græcia; & indè rediens occurrit Paulo in Macedonia, 2 Cor. 7. 5. Hinc quoque falsi revincitur subscriptio hujus Epistolæ, cujus autor deceptus est loco Tit. 3. 12. putans, Paulum jam tunc egisse Nicopoli, cùm animo tantùm sibi proposuisset illuc proficisci, &c. Adde, quòd Nicopolis non tam Macedoniæ quàm Thraciæ urbs fuit [h]. An Nicopoli scripta est, an alibi, incertum est [i]. Scripta videtur Ephesi, sub finem illius biennii quod illic egit Paulus antequam in Macedoniam navigaret. Non enim potest aliud tempus commodiùs assignari quo scribi illa potuerit [k].

CAP. I.

1. SErvus Dei] id est, Minister: quâ ratione & Christus *servus* dicitur Esa. 43. 10 [a]. Sunt quidem omnes Christiani *servi Dei*, 1 Pet. 2. 16. sed eximiè id Apostolis competit: qui alibi sæpe *servus Christi*:

a G. b Ham. c G. ex Chrys. &c. d G. * Q. in Cap. f Cap. append. 3916. g Baron. in Cap. h Cap. ib. i Ham. k Cap. ib. a Be.

sed hîc Apostolus à Causa principe ordiri voluit [b]. ¶ *Apostolus*, &c.] Ità dignitatem sibi vendicat à Rege cui servit, &c [c]. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ πίστιν, &c.] *Juxta*, vel *Secundùm*, *fidem electorum Dei*, Er. Tre. P. Mo. Be. Pi. &c. Sensus est, Apostoli doctrinam consentire cum fide electorum qui fuerunt à mundi origine [d]. Al. *Servum Dei* se vocat, non juxta legem Mosaicam, sed *juxta fidem*, &c [*]. Al. *Per fidem*, &c. Sy. *Ad* (vel, *Circa*, T. vel, *Propter*, Zeg. T.) *fidem*, &c. Camer. Be. Zeg. &c. Κατὰ hîc significat id quò tendit Evangelica functio, ut 2 Tim. 1. 1 [f]. vel, quorsum missus erat Apostolus [g], nempe, *ad* prædicandam sive annunciandam [h], vel efficiendam [i], sive ferendam [k], *fidem electorum Dei*; id est, quam habent qui electi sunt à Deo [l], scil. ad vitam æternam [m]: vel, fidem per quam homines fiunt electi Dei, id est, Deo charissimi. Genitivus ἐκλεκτῶν hîc effectum significat: & ἐκλεκτοὶ Θεοῦ dicuntur quomodo διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ, Joh. 6. 45 [n]. vel, fidem eorum qui electi sunt. Genitivus adjuncti [o]. Vel, fidem quâ salventur à Deo electi [p]. Ut omnes fideles, maximè sanctos [q], & electos, instruam in fide [r]. *Electorum* meminit, non quòd ii soli credant: sed quia salus, ad quam dirigitur fides, annunciata, totúmque munus Apostolicum, solis ex Dei voluntate contingit electis †. Κατὰ hîc finem notat, ut in membro sequente [t]. Κατὰ hîc, sicut & 2 Tim. 1. 1 [v]. ponitur pro εἰς [x], Rom. 1. 5. εἰς ὑπακοὴν, &c [y]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐπίγνωσιν, &c.] *Et agnitionem veritatis* (nempe Evangelicæ, cùm Judæi mordicùs tenerent umbras [z]: Explicat quod præcedit [a], quid *fidem* vocavit; nempe agnitionem veræ religionis, quæ *veritas* κατ' ἐξοχὴν vocatur Joan. 7. 17. Gal. 3. 1. Col. 1. 5. & alibi sæpe [b]. Sensus, q. d. Et ut cognoscant veritatem [c]. Fides præcedit: sequitur major indies ἐπίγνωσις. Sic & Eph. 4. 13. ἐκ πίστεως εἰς γνῶσιν ait Clemens Strom. 5 [d].) *quæ est secundùm pietatem*, Be. Pi. sic Vulg. &c. id est, Quæ circa verum Dei cultum versatur [*]: vel, quæ docet & persuadet ut piè vivamus, & rectè de Deo & religione sentiamus [f]: vel, cujus finis ac fructus est pietas [g]. Iterum κατὰ significat id quò tenditur [h]. In id enim datur & Fides & Cognitio, ut piè vivatur. Sic & 1 Tim. 6. 3. *doctrina secundùm pietatem* [i].

2. *In*, &c. Ἐπ' ἐλπίδι, &c.] *Sub spe*, &c. G. Er. quæ locutio est & 1 Cor. 9. 10 [k]. *In*, vel *Cum*, *spe*, &c. Er. V. Ca. E. ex Hi. Sensus, Quæ veritas nobis proponit vitam illam æternam sperare [l]. Al. *In*, vel *Ad*, *spem*, &c. Be. Pi. Vulg. &c. ἐπὶ pro εἰς. Finis hic est tum Apostolici muneris, tum ipsius fidei, nos ad hanc spem adducere [m]. ¶ *Quam*, &c. Ἣν ἐπηγγείλατο, &c.] *Quam* (Refertur, vel, 1. ad remotius, nempe *veritatem*, ex collat. v. 3. ubi per appositionem additur, *sermonem ejus* [n]. Vel, 2. ad *vitam æternam* [o]. Non autem hoc vult, Promissam vitam

b G. c E. d Be. * Er. Zeg. f G. g E. sic Me. T. &c. h Le. Scul. i E. ex Hi. & Theod. &c. k Camer. V. l Pi. m G. sic Scul. n V. sic Pi. o Pi. p G. q Pi. r E. ex Hi. Me. s Me. t T. sic Me. † E. u Pi. v Scul. x sim. Pi. y Scul. Be. z Scul. a Er. b E. c Le. d E. Me. * G. f E. ex V. g Me. sim. h T. ex Th. i Pi. k G. sim. l Pi. m G. n Idem. o Me. sim. E. p Be. q Pi. r Scul. ex Be. Me.

vitam æternam isto nomine; sed, Magna bona promissa, sub quo involucro latet vita æterna per Christum evoluta [p].) *promisit* (Vel, 1. dare decrevit, proposuit, sive prædestinavit [q]: ut sit catachresis hinc orta, quòd promittentes constituant dare quod promittunt [r]. Vel, 2. propriè †, quam ultrò & gratuitò promisit [t].) *Deus ille mentiri nescius*, (אל נאמן. Firma spes est quæ promisso nititur fallere nescientis. Ideo Deus vocatur צור, id est, *rupes*. Vocem ἀψευδὴς habes & Sap. 7. 18 [v].) *ante tempora secularia*, Pi. Il. P. Mo. Vulg. vel, *seculi*, Tre. ex Sy. *seculorum*, Be. vel, *æterna*, Ti. Ca. Er. ex Hi. & Aug. id est, Vel, 1. ante mundi constitutionem, antequam esset tempus aut secula [x], sive ab æterno [y]. Vel, 2. ante multa secula [z], sive ab origine mundi [a]: Tempora enim temporibus opponuntur, perinde ut Rom. 16. 25, 26. Nec antè erant homines quibus promissio fieret [b]. Idem valet quod ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων, Act. 15. 7. ἐκ γενεῶν ἀρχαίων, 15. 21. Vide quæ diximus 2 Tim. 1. 9 [c]. Promissio hæc facta est, vel, à Deo, Gen. 3. 15. vel, per Prophetas, Rom. 1. 2 [d]. Respicitur præcipuè id quod est Gen. 15. 1. & 17. 7. & 22. 18 [*]. ¶ *Manifestavit autem* (vel, 1. statim exhibendo [f]: vel, 2. palàm prædicando [e]. Aperuit decretum diu celatum, Rom. 16. 26 [h].) *temporibus suis*.] vel, *propriis*, sic V. E. id est, opportunis & congruis [i], definitis [k], huic negotio præscriptis [l], sive prædestinatis [m]: tempore à se in id destinato. Sic & 1 Tim. 2. 6 [n].

3. *Verbum*, &c. Τὸν λόγον αὐτοῦ, ἐν κηρύγματι, &c.] *Sermonem* (sub. *videlicet*, Be. Pi.) *suum*, (id est, vel, 1. Filium, qui est Verbum Patris [o], Caro factum [p]. Hunc Pater mundo manifestavit per Apostolos [q]. Vel, 2. verbum Evangelii [r]. Vel, 3. decretum, sive דבר; sicut *loqui* est Decernere †. Vel, 4. verbum promissionis [t], sive promissionem illam suam; nam articulus vim habet ἀναφορικὴν, & λόγος est quod Deus locutus erat; id est, quod promiserat, ut explicatur Luc. 1. 55 [v]. vel, verbum promittentis, id est, per metonymiam, rem promissam, sive prædestinatam [x].) *per prædicationem*, Er. Ti. V. E. Me. P. (illius scilicet æternæ promissionis, sive propositi divini [y]: vel, *per illum nuncium*. Sic Evangelii prædicatio vocatur Rom. 16. 25. 1 Cor. 1. 21. & 2. 4. & 15. 14. 2 Tim. 4. 17 [z]. vel, *per præconium*, Be. vel, qui est *in prædicatione*, pro, τὸν ἐν κηρύγματι, scilicet ὄντα [a]. Al. Ordinatus, inquam, *ad verbi sui prædicationem*; ut vox *ordinatus*, quæ v. 1. omnino subaudienda est, hîc ἀπὸ κοινοῦ repetatur, & ut λόγος ἐν κηρύγματι idem sit quod κήρυγμα τοῦ λόγου [b].) *quæ commissa* (vel, *concredita*, Pi. sic Be.) *est mihi*, Er. Ti. &c. vel, *ad quam delegatus sum ego*, V. Idem loquendi genus, Gal. 2. 7. 1 Thes. 2. 4. 1 Tim. 1. 11 [c]. Al. Τὸν λόγον αὐτοῦ, *ipsum verbum ejus*, accipio appositivè τῷ, κατὰ πίστιν, &c. versu secundo parenthesi incluso, Quasi innueret summam *verbi Dei*, id est, Evangelii, esse, vel comprehendi, *in fide electorum Dei & scientia veritatis*, &c. Confer 1 Tim. 2. 6, 7 ‖. ¶ *Secundùm præceptum*, &c. id est, Per delegationem, &c [d]. Κατ' ἐπιταγὴν, &c.] *Juxta injunctionem*, sive *delegationem*, &c. Er. Ex *imperio* (vel, *ordinatione*, Pi.) *servatoris*, &c. id est, qui & nos conservavit, & nobis vitam dedit. Eramus enim mortui [*]. Intellige Deum Patrem, ex collat. 1 Tim. 1. 1 [f]. Ascendit rursus ad Causam principem. Sic κατ' ἐπιταγὴν, Rom. 16. 26. & 1 Tim. 1. 1 [g]. ¶ *Tito dilecto*, &c. Γνησίῳ, &c.] *Germano* (vel, *Vero*, sive *Legitimo*, Er. V. sic Tre. ex Sy. *Genuino*, Me. id est, Qui mihi inservivit in Evangelio; non serviliter, sed liberaliter atque ingenuè, ut filius patri [h]. Æquatur hic Timotheo. Vide 1 Tim. 1. 2 [i]. q. d. filio non degeneri [k].) *filio juxta* (vel, *propter*, V. Zeg.) *communem fidem*, Er. Ti. &c. Sic ἐν πίστει, 1 Tim. 1. 2. Ostendit qua in re sit Pauli filius [l], non carne, sed *fide* [m]; quam *communem* vocat, vel, 1. omnibus Christianis [n]: Sed hæc commendatio nimis generalis est. Vel, 2. mihi & tibi [o]; Judæis, qualis Paulus, & Græcis, qualis Titus [p].

4. *Gratia*, &c.] sub. *sit tibi*, ut Rom. 1. 7 [q]. Hæc quoque habes 1 Tim. 1. 2. Sed ἔλεος non est in quibusdam cod. nec legit Syrus. ¶ *Salvatore nostro*] Titulum quem modò Deo dederat, nunc dat Christo: quia quæ ad salutem nostram fecit Pater, ea fecit per Christum; quæ Christus fecit, ea fecit Patris imperio [r].

p G. q Me. sim. r E. Th. in Scul. t E. † Q. in E. v Be. x Me. sim. y E. Be. Er. z E. a Pi. Scul. G. Pri. b Pi. c Scul. d G. e Scul. * G. f Q. in E. e E. h G. i Me. k V. l E. m Pi. n G. o E. ex Hi. p Me. ex Hi. q E. ex Hi. r Græci in E. † G. t Q. in Er. v Be. x E. y Idem. z G. a Pi. b Scul. c G. ‖ Kn. d E. * Be. f E. g G. h Idem. i G. k Er. l G. m T. sic Be. n Me. o E. ex Hi. sic Be. p G. q Be. r G.

5. *Reliqui te* (nempe eo quod jam diximus tempore, ut Timotheum Ephesi †.) *Cretæ*] Locutio minùs usitata, non tamen sine exemplo [t]. Nam & Varro, *Cretæ ad Cortynam dicitur Platanus esse*. Et Virgil. Æneid. 3. ——*Aut Cretæ jussit considere Apollo* [v]. Ἐν Κρήτῃ] *In Creta*, Be. Pi. Er. &c. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ] *Ut reliqua* (vel, *quæ desunt*, Er. Ti. Be. id est, quæ adhuc restant corrigenda [x]: vel, quæ ad Ecclesiam constituendam desunt [y]; nulla enim Ecclesia ità constitui potest, quin semper aliquid restet corrigendum. Deinde Apostoli, Ecclesiarum fundamentis jactis, moxque substitutis qui superædificabant, ad alias Orbis partes properabant [z]: vel, ea quæ ego ob brevitatem temporis, & impedimenta à custodibus, ordinare non potui [a].) *corrigas*, Mo. Pi. P. Be. &c. vel, *componas*, Ca. vel, *pergas corrigere*, Er. Ti. V. ad verb. *supercorrigas*, Er. Præp. ἐπὶ in compositione interdum significat post alium venire, & aliquid supplere, &c. ut in ἐπιδιατάσσεται, Gal. 3. 15 [b]. Vel, *conficias*. Nam *corrigere* eorum est quæ sunt depravata, non etiam τῶν λειπόντων [c]. Vel, *pergas ordinare*. MS. habet ἐπιδιορθώσῃς· Διορθοῦν non semper est *corrigere*, sed sæpe *ordinare* [d]. ¶ *Et constituas*, (sic ἀρχὰς καθιστάναι dixit Plutarchus. Justinus lib. 33. *Magistratibus per singulas civitates constitutis* [*]. Καταστήσῃς, חפקיד, ut Gen. 39. 4, 5. & 41. 34. Deut. 29. 10. & alibi [f].) *per civitates*, (vel, *oppidatim*, P. Be. Pi. Me. Pri. ex Gloss. *in civitate*, sive *per civitatem*, Er. Val. *per singulas civitates*, E. sic Val. Er. Titus enim toti Cretæ præpositus fuerat [g], quæ ob urbium frequentiam olim dicta ἑκατόμπολις [h].) *presbyteros*] id est, Vel, 1. Episcopos, ex collat. v. 7. & 1 Tim. 3. 1. qui cum Diaconis sufficiebant in illa fidelium paucitate sine Presbyteris [i]. Vel, 2. In majoribus urbibus Episcopos, in minoribus sacerdotes Parochos [k]: פרנסין וזקנים, sive inter quos principem obtinebat locum ὁ ἐν λόγῳ κοπιῶν, ut eum vocat Paulus; qui per excellentiam προεστὼς Justino, sicut per similem excellentiam ὁ ἐπίσκοπος, *Angelus*, in Apocalypsi. Ejus erat docere, aut etiam potestatem docendi idoneis, sive Presbyteris, sive Laïcis, dare, planè ut factum in Synagoga [l]. Vel, 3. Doctores, sive Pastores [m], ut ostendit collat. Act. 20. 17, 28. Phil. 1. 1. Heb. 13. 17. 1 Pet. 5. 1, 2 [n]. ¶ *Sicut*, &c. Ὡς—— διεταξάμην] Idem verbum 1 Cor. 7. 17. & 11. 34. & 16. 1. שמתי [o]. *Sicut ego tibi ordinavi*, Be. Pi. vel, *ordinâram*, Er. Ti. E. corâm scilicet [p], indè abiens [q]. Res enim tanti momenti diligenter erat inculcanda. *Sicut*, ad qualitatem pertinet [r], q. d. Tales constitue quales descripsi †, & iterum nunc describam [t].

6. *Sine crimine*, Ἀνέγκλητος] Vocem habes 1 Cor. 1. 8. Col. 1. 22. 1 Tim. 3. 10 [v]. *Inculpatus*, Er. Pi. *Inculpabilis*, Be. *Inaccusabilis*, G. ex Gloss. nempe, quoad delictum alicujus momenti [x]. Quem nemo (meritò [y],) possit accusare, sive criminari, & vocare in jus ob crimen aliquod [z]: Sine probabili specie culpæ [a]: q. d. Sit boni nominis & famæ [b], ἀνεπίληπτος, 1 Tim. 3. 2 [c]. Nam qui infamiâ notatus est, authoritatem amisit, sine qua cum fructu præesse non potest [d]. ¶ *Unius uxoris vir*] id est, Unius matrimonii, 1 Tim. 3. 2 [*]. [ubi copiosè dicta vide.] ¶ *Filios*, &c. Τέκνα——μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας, &c.] *Filios* (Canonizat Matrimonium Sacerdotum, quibus rei familiaris & liberorum cura commendatur [f]:) *habens fideles*, (id est, Christi fidem professos [g]. Nam quomodo externis fidem persuadebit, qui eam nec liberis suis persuadere potuerit [h]?) *non in accusatione luxuriæ*, (id est, accusatos, vel qui possint accusari, de luxu [i]: vel, *luxu infames*, Ca. V. vel, *in crimine luxûs*, Zeg. *obnoxios crimini luxûs*, Er. Il. Ti. P. V. sic Be. Pi. id est, ἀσώτως ζῶντας, ut ille Luc. 15. 13 [k]. ἐν κατηγορίᾳ esse dicitur, sicut ἐν αἰτίᾳ· ἄσωτος, זולל וסבא, Deut. 21. 20. Ἀσωτία quid sit vide Luc. 15. 13. Eph. 5. 18. 1 Pet. 4. 4 [l]. Comprehendit ebrietates, comessationes, fornicationes, ac cœteras impudicitias [m]; denique omnem immoderatam & inhonestum rerum usum [n]:) *aut non subditos*, Mo. Vulg. vel, *aut contumaces*, Ar. Ca. P. vel, *intractabiles*, Ti. sic Er, *refractarios*, Il. Pi. *subjici nescios*, Be. qui subjici nolunt; qui in ordinem cogi non possunt [o]: איננו שמע, Deut. 21. 20 [p]. Metaphora ab equis vel bobus qui jugum subire nolunt [q]. Signum id est tum probitatis, tum diligentiæ, ipsius, liberos insti-

† Idem. t G. sim. Pri. v G. x Me. ex E. y Li. Chron. l. p. 117. z E. a G. b Pri. c Scul. d G. * Pri. f G. g Idem. h G. sic Er. i E. k Me. T. l G. m Scul. ex Hi. Calv. Camer. Pi. n Scul. o G. p E. q G. r E. † Me. E. T. t Me. v G. x T. y Me. z V. Er. ex Chrys. a Er. b E. Me. T. c G. d E. * G. f Scul. g E. Me. h E. i T. E. k Pri. l G. m E. Pri. Me. T. n E. o E. Me. p G. q Be.

instituisse ad fidem, ad obedientiam, ad temperantiam: ut meritò majus ei regimen credi debeat qui in minori talem se præstitit, Matth. 25.21 [r].

7. *Episcopum*] Quem v. 5. *presbyterum* nominavit †: Nam & πρεσβύτεροι omnes sunt ἐπίσκοποι τῦ ποιμνίυ, Act. 20. 28. sed qui princeps erat, κατ' ἐξοχὴν commune nomen occupavit, ut in Africa *senes* [s]. Al. Declarat se non de quibuscunque Presbyteris agere, sed de iis qui sunt Episcopi [v]. ¶ *Sicut* (vel potiùs, *Tanquam*, vel, *Velut*, Er. Val. Be. Pi. &c. ὡς enim hìc non Similitudinem significat, sed Congruentiam [x]:) *Dei* (id est, *mysteriorum Dei*, 1 Cor. 4. 1 [y].) *dispensatorem*] id est, Vicarium ac ministrum in dispensatione Evangelii & Sacramentorum [z]: vel, quem Dominus donorum suorum dispensatorem constituit [a]. ¶ *Non*, &c. Μὴ αὐθάδη, μὴ ὀργίλον, &c.] *Non arrogantem*, (vel, *superbum*, Vulg. vel, *sibi pertinaciter placentem*, P. Be. Pi. sic G. Pri. ex Gloss. αὐθάδης, quasi αὐτοάδης [b], ut Aristot. explicat: In Glossario vertitur, *contumax* [c]. Vel, *audacem*, Ca. Me. *præfractum*, Er. Il. Ti. E. Me. id est, Sui sensûs ac judicii tenacem [d]; qui ratione non dimoveatur ab eo quod semel animo concepit. Quod vitium est hominis superbi, sibique placentis; in Episcopo autem, qui omnibus omnia fieri debet, intolerabile*. Vel, *pertinacem*, Ar. *protervum*, Q. in G. Me. durum, sive inflexibilem [f]. *Neque ducatur per cogitationem* (vel, *voluntatem*, Sy.) *suam ipsius*, Tre. Non asperis moribus & difficili naturâ. Quod vitium oritur ex eo quòd cuipiam cœteri præ seipso displiceant. Alienissimum hoc esse debet à Ministris Christi, quibus nihil esse debet κοινωνικώτερον [g]. Theophrasto αὐθάδεια est ἀπήνεια, &c. (*inhumanitas in conversatione*, &c.) Vide Euripidem [h], [in G.]) *non iracundum*, (Nam ut *pudibundus non bene discit*, ità *nec iracundus bene docet*, ait Hillel. cap. 2. Aboth; quòd actiones & sermones suos præcidere & decurtare solet [i]. Hoc vitium Episcopum valde dedecet. Vide 2 Tim. 2. 24, 25 [k]. ὀργίλοι Aristoteli sunt οἱ ταχέως, &c. (*qui citò irascuntur, & quibus non oportet, & de quibus non oportet, & magìs quàm oportet.*) Hebraicè, איש אף, Prov. 29. 22. ubi Græci, ἀνὴρ θυμώδης ὀργίλος [l].) *non vinolentum*, (Cretenses & edacitatis & bibacitatis nomine malè audiebant [m]:) *non percussorem, non turpis lucri cupidum*, Mo. &c. Expendant hoc qui jura sua, quæ vocant, severissimè exigunt, etiam à tenuioribus [n]. Hæc [tria] habes etiam 1 Tim. 3. 2 [o].

8. *Benignum*; Rectè, ut videre est ex iis quæ diximus 1 Tim. 3. 3 [p]. Φιλάγαθον] *Bonarum rerum studiosum*, Er. V. Sed præstat hoc referre ad personas [q], de quibus sæpiùs ἀγαθὸς dicitur quàm de rebus [r]. *Amatorem bonorum*, Er. ex Hi. sic Be. Pi. E. Me. sub. *operum*, Er. ex Hi. vel potiùs, sub. *hominum*, E. sic Me. &c. Ità meliùs cohærent φιλόξενος, φιλάγαθος, q. d. Non tamen hoc exigo, ut mensam habeat improbis aut assentatoribus expositam; sed ut consuetudine bonorum delectetur, eósque mensæ suæ adhibeat †. ¶ *Sobrium*; sic & 1 Tim. 3. 2 [t]. Σώφρονα] *Temperantem*, Be. Pi. *Prudentem*, V. Ità vertit Vulgatus 1 Tim. 3. 3 [v]. *Sobrium* hìc intelligit eum qui rebus moderatè utitur, atque in omni actione temperatè se gerit [x]; vel, virum circumspectum & sani judicii, & singulare moderationis exemplar [y]; vel, sanum & mente constantem: opponitur enim τῷ δαιμονιζομένῳ, Marc. 5. 15. & τῷ μαίνομαι & σωφρονεῖ, Act. 26. 25 [z]. ¶ *Justum*, &c. Δίκαιον, ὅσιον] צדיק חסיד. Ità enim Hebræi ista distinguunt ut posterius illud priore plus in se contineat. Et sic apud Apostolos prius est δικαιοῦσθαι, posterius ἁγιάζεσθαι [a]. *Justum*, (nempe in iis quæ civilem vitam, & moralem justitiam, respiciunt [b]: vel, qui innocenter inter homines vivit [c], & suum cuique tribuit [d].) *pium*, Be. Pi. Cap. vel, *sanctum*, Vulg. Cap. nempe, in iis quæ ad religionem pertinent*. ¶ *Continentem*] Ità Be. Pi. Qui cupiditates refrænat, eas potissimùm quæ sunt à libidine & gula [f]. Sed hoc ad omnes pertinet affectus, Ambitionem, Invidiam, Timorem, &c. Non potest prospicere aliis qui ipse sit obnoxius affectibus [g]. Ἐγκρατῆ] *Temperantem*, Er. V. Qui se contineat, etiam à licitis rebus, boni alicujus causâ. Sic sumitur τὸ ἐγκρατεύεσθαι, 1 Cor. 7. 9. & 9. 25. Respondet id verbum Hebræo התאפק, Gen. 43. 31. 1 Sam. 13. 12. Adde Act. 24. 25. Gal. 5. 22 [h].

9. *Amplectentem*, &c. Ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν, &c.] *Tenacem* (id est, mordicùs retinentem [i]. Ἀντέχεσθαι vox emphatica, idem quod κρατεῖν, 2 Thess. 2. 15. quod ἔχειν, 2 Tim. 1. 13. cum Genitivo Græco construitur. Sic ἀντέχεσθαι εὐσεβείας dixit Jambl. & φιλίας, Hieroc. & παιδείας, Diod. Siculus [k]. Sic autem respondet Heb. החזיק, éstque *firmè aliquid amplecti*, ut apparet Esa. 56. 2, 4, 6. Prov. 3. 18. Est vox verè Græca; utuntur enim sic Eurip. & Plato [l]. Vel, *Defensorem*, Ca. Strig. vel, *Propugnatorem*. Sic Demosth. De Corona, *hortari eos* ἀντέχεσθαι τῶν ἑαυτῶν, *ut patriam suam defendant* ||. Vel, *Et solicitus sit*, Tre. ex Sy. vel, *Adhærentem*, ut Matth. 6. 24. vel, *Retinentem*, ut Cicero dicit [m].) *ejus, qui* (sub. *est*, Er. Il. Ti.) *secundùm doctrinam* (nempe Apostolicam [n], vel Christianam [o]: vel, *ut ab Apostolis accepere*; על למד Etiam hìc Amb. legit ἀνθρωπίνης λόγου, quem errorem ex scribendi compendio natum diximus ad 1 Tim. 1. 15. & 3. 1 [p]. Vel, *qui in docendo adhibetur*, Ca. vel, *super doctrina*, Tre. vel, *qui ad doctrinam facit*, P. Pi. Ar. *qui ad docendum inprimis valet*, V. qui verè sit accommodatus ad erudiendos auditores [q]: vel, qui sit iis quæ edoctus es consentaneus [r]. τῦ, sub. λόγου, & κατὰ rursum finem notat, ut suprà v. 1 †.) *fidelis*, sive *fidi*, (id est, veræ & exploratæ certitudinis [t]:) *sermonis*, Mo. Er. Il. &c. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν, &c.] *Ut potens sit*, (id est, sufficiens & idoneus [v]: vel, *Ut possit*, Be. Pi. Δυνατός ἐστι, pro δύναται, habemus Rom. 4. 21. & 11. 23. & 14. 4. &c [x].) *& exhortari* (sub. *auditores*, Be. nempe cessantes [y]; ad omnes virtutes [z], ad perseverantiam & incrementum in pietate [a]: vel, *consolari*, Hi. in Er. afflictos scilicet [b].) *in doctrina sana*, (vel, *per doctrinam sanam*, Er. E. Me. id est, Integram & incorruptam [c]; puram, & salubrem [d]; Evangelicam scilicet*. Vide 1 Tim. 1. 10. & 6. 3. 2 Tim. 1. 13. & 4. 3. At MS. pro his verbis habet τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει· quod si recipimus, jam παρακαλεῖν non erit *hortari*, sed *consolari*, ut sæpe. Vide 2 Cor. 1. 4 [f].) *& contradicentes* (Quales maximè hæretici, præsertim Judaizantes [g]:) *arguere*, Mo. P. Tre. &c. vel, *refellere*, Ca. V. vel, *convincere*, Be. Scripturâ, testimoniis, & firmis rationibus [h]. Qui possit Judæos convincere per veteres Prophetias & miracula; Græcos verò partim per miracula, partim per eruditorum inter ipsos testimonia. Hæc non sunt τῦ τυχόντος [i].

10. *Sunt*, &c. Εἰσὶ — ἀνυπότακτοι, ματαιολόγοι καὶ φρεναπάται] *Sunt enim* (scil. apud vos [k]; nam ad Cretenses peculiariter respicit [l]:) *multi refractarii*, (vel, *intractabiles*, *cedere nescii*, *pervicaces*, V. מורים, homines disciplinæ illius quæ in Ecclesia est impatientes [m]: vel, *indomiti*, Pri. *inobedientes*, Vulg. Pri. vel, rectoribus: vel, doctrinæ sanæ [n]. Vel, *& inobedientes*, Mo. sed καὶ meliùs abest in MS*.) *& vaniloqui*, (ut Glossar. reddit [o]: qui inania frivoláque loquuntur [p]; qui fabulis auditores detinent [q]: γόητες, 2 Tim. 3. 13. החשבי און, Ezec. 11. 2. Confer 1 Tim. 1. 6 [r].) *& mentium* (vel, *animarum*, Ham.) *deceptores*, Pi. &c. Pessimum hoc est genus decipiendi. Mentem, omnium actionum fontem †, pravis inficiunt opinionibus [t]: מתעים, Esa. 9. 16. πλανῶντες καὶ πλανώμενοι, 2 Tim. 3. 13. Verbum φρεναπατᾶν habemus Gal. 6. 3 [v]. ¶ *Maximè qui de circumcisione sunt*] id est, Judæi [x]; qui cum Christianismo Judaismum miscebant [y]. Ἐκ περιτομῆς habemus & Act. 10. 45. & 11. 2. Gal. 2. 12. Col. 4. 11. Illos indicat qui docebant omnibus Israelitis partem futuram in altero seculo: quo nulla doctrina perniciosior. Et sunt qui Christiani dici volunt, & sub aliis nominibus idem docent [z]. Multi in Creta erant Judæi [a], ut docet nos pluribus in locis Josephus [b], & Lucas, Act. 2. 11 [c].

11. *Quos*, &c. Οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν] *Quos oportet refutare*, Ca. *Quibus oportet os obturare*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. G. sim. Val. Er. Zeg. E. id est, Vel, 1. silentium indicere [d]. Sed hoc potiùs est imperantis. Vel, 2. redarguendo erroris convincere, ut cum ratione non habeant amplius quod dicant*. Pollux ἐπιστομίζειν interpretatur ἐπέχειν λέγοντα. Hoc apud RR. dicitur, סתם [f], & 1 Pet. 2. 15. φιμοῦν. Et ità quidem sumitur apud Aristoph. Philost. Plut. &c. Hìc tamen malim reddere, *Quibus frænum injiciendum*, Episcopi nempe doctrinâ atque auctoritate. Hoc sensu vox sumitur apud Philonem sæpe, Heraclitum, Lucianum, [quorum verba

habes

habes in Pri.] & Philost. Hinc Suidas, ἐπιστομίζειν (inquit) ἐμποδίσαι, κατέχειν [s]. ¶ *Qui*, &c. Οἵτινες—ἀνατρέπουσι] *Qui totas domos* (id est, familias; non paucos aliquot fideles [h]:) *subvertunt*, Er. Be. Pi. &c. vel, *evertunt*, id est, à salute abducunt: quod *fidem evertere*, 2 Tim. 2. 18 [i]. subtrahentes spiritualis ædificii fundamentum, quod est fides [k]. ¶ *Docentes quæ non oportet*] id est, Falsa & noxia [l]; ea quæ vitiis favent. Vide Ezec. 13. 18 [m]. Plus intelligi vult quàm dicit [n]. Λιτότης magnam exaggerandi vim habens, qualis Marc. 13. 14. *stans ubi non oportet*: Rom. 1. 18. & Eph. 5. 4. *quæ non conveniunt* [o]: 1 Tim. 5. 13. *quæ non oportet* [p]: Esa. 66. 4. in Græco, ἃ οὐκ ἐβούλομην· id est, Quæ vel maximè abhominabor [q]. ¶ *Turpis lucri gratiâ*] Dum facilè persuadent ea vera esse quæ grata vident auditoribus, in quorum manus respiciunt [r]. *Turpe* sanè *lucrum* quod fit ex doctrina animos corrumpente. Vide quæ dicta Mat. c. 23. v. 14. Rom. 16. 18. Phil. 3. 19. 2 Tim. c. 3. v. 6 [†].

12. *Dixit quidam ex illis*] Unus, non Judæorum [t]; sed Cretensium [v], apud quos vivis. Dixit hoc qui eos bene noverat [x]. ¶ *Proprius ipsorum* (id est, de natione ipsorum [y]:) *Propheta*] Vel, 1. Callimachus, qui hymno in Jovem hoc hemistichium habet, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται [z]. At is patriâ Cyrenensis fuit. Nec versum integrum habet. Vel, 2. alius Callimacho vetustior [a], nempe Epimenides [b]: quippe qui γνωσικώτατος dicitur [c] Laertio; *fatidicus* Apuleio; *per furorem vaticinatus* Ciceroni; *Propheta* Dioni Prusæensi; ἀνὴρ θεῖος——ἐλθὼν——τὴν περὶ τὰ θεῖα μαντείαν Cliniæ apud Platonem De Legibus; καθαρμοὺς διὰ τῶν ἐπῶν ποιῶν Diod. Siculo; *juxta nonnullos septimus Sapientum*, θεοφιλὴς καὶ σοφὸς περὶ τὰ θεῖα, τὴν ἐνθουσιαστικὴν καὶ τελεστικὴν σοφίαν Plutarcho; δεινὸς τὰ θεῖα Max. Tyr. Diat. 22. Dicitur autem Paulo *Propheta* [d]: vel, 1. quia omnes Poetæ *Vates* appellantur [*], & quasi numine agi censebantur [f]: vel, 2. quia scripsit librum *De Oraculis* [g], in quo & hic versus integer exstat; & rerum arcanarum notitiam professus est [h]: vel, 3. quòd homines docuit, & quid agere deberent, & quo pacto deos iratos placarent [i]: vel, 4. per Ironiam, quasi talibus Christianis tales congruerent Prophetæ [‖]: vel, 5. quia scripsit vitia naturalia gentis suæ, quod perinde est ac posterorum vitia prædicere; quia vitia nativa parentum ferè in posteros derivantur [k]: vel, 6. quia à suis pro tali habebatur [l]; sicut *Prophetæ Baal*. Quæ autem prædixit Epimenides, talia erant quæ Dæmonum ope sciri certò poterant; *neque enim de futuris vaticinatus est, sed* περὶ τῶν γεγονότων, ἀδήλων δὲ, ait Aristot. Rhet. 3. 17. Vox θεοπρόπων etiam Græcis in usu. Sacerdotes Ammonis hoc vocabulo appellat Plutarchus. Et inter Latinos Julius Tragicus sic appellavit fanorum Antistites, teste Festo. ¶ *Cretenses semper mendaces*] Citat hunc versum & Favorinus. Infamati ab omni ævo Cretes hoc nomine. Ovidius, *Numquid ei hoc, fallax Creta, negare potes?* Et alibi,—*non fingunt omnia Cretes* [m]. Hinc proverbium, Πρὸς Κρῆτα κρητίζειν, *Cum Cretensibus cretizandum esse* [n], apud Polyb. l. 6 [o]. quo significabant, adversus mendaces utendum mendacio [p]. Mentiebantur Cretes, *se esse* αὐτόχθονας, *deos apud se natos*, *Jovem apud se sepultum*: Unde Callimachus sic ipsos arguit, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, (ô *Rex*, *Jupiter!*) σεῖο Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες, ἐσσὶ γὰρ αἰεί [q]. Vetus dicterium erat, Κρῆτες, Καππάδοκαι, Κίλικες, τρία Κάππα κάκιστα [r]. ¶ *Malæ bestiæ*] Vel, *feræ*, Ti. Mo. Be. Pi. &c. id est, Homines in eo feris similes, quòd aliis latenter nocerent [†]; quòd essent ad nocendum prompti, ut bestiæ quæ ictu morsúve venenum relinquunt [t]: quales propriè θηρία, præsertim addito κακά· v. αὐτὸ τὸ θηρίον, Æschines de Demosthene [x]. ¶ *Ventres*, &c. Γαστέρες ἀργαί] *Ventres pigri*, P. Ti. Mo. Be. Pi. Vulg. vel, *otiosi*, Tre. ex Sy. G. D. ex Sy. ἀργὸς quasi ἄεργος, *sine opere*, *otiosus*, *incultus*; ut *verbum* ἀργὸν, *otiosum*, Mat. 12. 36. *terra* ἀργὸς, *inculta*, Aristot [y]. *Pigri*, quòd otio & ventri indulgerent [z]. Ingluvies pigros reddit: Apul. 6. Milef. *Semper pigro & manducone*. Sic *aprum multâ ilice pigrum* dixit Martialis, ὑπὸ τροφῆς ὄντες βραδεῖς καὶ νωθροὶ, Suid. in Ἰσθμῷ· cibo nimio *tarditatem elici* dicit Gellius 4. 19 [a]. Favorinus γαστέρες ἀργοὶ citat [b], ἀργοὺς Attice pro ἀργὰς ponens [c]; & exponit γαστριμάργους. Videtur enim ἀργοῦ vocem sumpsisse in sensu Strenuitatis παρὰ τὸ ἀρχεῖν, quasi dixisset Epimenides *strenuos comedones* [d]. Mihi Guil. Canterus suam sententiam probat, qui Lectionum novarum 1. 15. γαστέρας ἀργὰς pro *avidis & edacibus* sumit, quas μάργας, inquit, Poeta dixisset, si id ratio carminis passa fuisset. Addit ἀργὸν non tantùm *ignavum & album*, sed etiam *velocem & avidum*, non rarò significare, ut κύνες ἀργοὶ Homero, *acres & veloces*; λήθαργος ab *oblivifcendi celeritate*. Cretenses & edaces & bibaces audiebant [*]. Vera hæc sunt, sed minùs apta. Mihi ἀργοὺς vocat qui *edere vellent*, *non operari*. Vide 2 Thes. 3. 10 [f]. Sic vocat homines abdomini deditos [g], & libidini, quæ ingluviem sequitur; & per *ignaviam* notatur, Ezec. 16. 49 [h]. *Ventres* de edacibus [i], sive eis quibus ea pars potissima est [k], ponunt & Græci [l], & Latini [m]. Suidas de Sibaritis, Γαστέρες ἦσαν καὶ τρυφηλαί. Euripides,——Κακὸν δέλαρ γένος Γαστὴρ ἅπαντα——Longus Ποιμ. 4. Οὐδὲν ἄλλο ὢν ἢ γαστήρ. Terent. Phorm. 5. 7.—*Pugnos in ventrem ingere*. Lucilius, *Vivite ventres* [n].

13. *Testimonium hoc verum est*] Noverat hoc Paulus experientiâ doctus, & famâ publicâ [o]; q.d. Epimenidis verba adduxi, non quòd ipsi multum sit tribuendum fidei [p]; neque enim Divina scribebat oracula, sed vel, Dæmonum responsa, vel, humana commenta [q]: sed quòd experientia idipsum & me docuerit & alios. ¶ *Quam ob causam*] id est, Cùm tales sint [r]. ¶ *Increpa*, &c. Ἔλεγχε αὐτοὺς ἀποτόμως] *Redarguito* (vel, *Refelle*, Er. sic Camer. vel, *Admone*, G. *Increpa*, Vulg. vel potiùs, *Argue*, Er.) *illos severiter*, Er. Il. Ti. sic V. G. Ca. Ar. vel, *durè*, Vulg. Tre. *præcisè*, Mo. P. Be. Pi. Me. id est, expressè & sine ullis ambagibus: vel, *rigidè*; metaphorâ à montibus præruptis sumptâ, ubi nulla patent ad effugiendum diverticula [†]: vel, *ad vivum*, Er. ut chirurgus, qui carnem emortuam resecat: vel, *acriter*, q.d. Nè eis parcas, nec dissimules [t]: vel, *abscisè*, sive *præfractè*, Val. בפרך. Sic ἀποτόμως habemus & 2 Cor. 13. 10. & ἀποτομίας vocem Rom. 11. 22. Et nomen ἀπότομοι, & adverbium ἀποτόμως, habetur apud Sapientem Hebræum. In Glossario, Ἀποτόμως, *præcisè* [v]. Similia sunt εὐτόνως διακατελέγχετο, Act. 18. 28. μετὰ πάσης ἐπιταγῆς ἐλέγχειν, infrà 2. 15. ἐρρωμένως ἐπιτιμᾶν Isocrati, πικρῶς ἐπιτιμᾶν Juliano 6. Orat. *acriter & severè corripere*, Plin. epist. 9. 21. Seneca Herc. fur. *Pectora tantis obsessa malis, Non sunt ictu ferienda levi.* Tiberius apud Tacit. Annal. 3. *Corruptus*, &c. *animus haud levioribus remediis restinguendus est*, *quàm libidinibus ardescit*. Seneca de Ira, 1. 14. *Corrigendus est qui peccat & admonitione & vi*, *& molliter & asperè* [x]. Obj. At 2 Tim. 2. 24, &c. vult, *servum Domini mansuetum esse*, *& modestè corripere*, &c. Resp. Esto: interdum tamen severitate utendum, non mansuetudine, 1 Cor. 4. ult. Qu. Cur durè increpentur qui cibos ex lege immundos rejiciebant, quos ut infirmos tolerari vult Rom. 14? Resp. Ibi agit de infirmis, qui à paterna consuetudine non statim avocari poterant; quos proinde vult ad tempus tolerari, donec perfectiùs instituantur: hìc autem de obstinatis & indocilibus, qui, non contenti privatâ observatione discriminis ciborum, &c. etiam Gentilibus eam imponere & persuadere nitebantur, idque cum opinione quòd cibi isti per se immundi essent [y]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ὑγιαίνωσιν, &c.] *Ut sani sint* (id est, Integri & sine vitio [z], nullis erroribus infecti [a]; ut rectè se gerant: ut contra νοσεῖν, *ægrotare*, dicitur qui non rectè est affectus [b].) *in fide*, Be. Pi. &c. id est, Ut doctrinam [c] Christianam [d] servent sanam, id est, incorruptam [*], & integram; & quicquid ei contrarium suggeritur, respuant [f]. Doctrinæ *fidei* nomen datur per Metonymiam. Sic infrà 2. 2. ὑγιαίνοντας τῇ πίστει. Notat Aristot. *sanum* primùm dici de Homine, analogicè de iis quæ ad sanitatem conferunt [g]. *Sanitatem* Apostolus refert modò ad animum, modò ad doctrinam [h]. Sic διδασκαλία ὑγιαίνουσα suprà 1. 9. infrà 2. 1. 2 Tim. 1. 13 [i].

14. *Judaicis fabulis*] id est, Vel, 1. Ceremonialibus Legis, quatenus observanda jam proponebantur, tanquam necessaria [k]. Sed durum esset leges illas Divinas *fabulas* vocare [l]. Vel, 2. traditionibus seu præceptis Pharisaicis [m]. Sed de his agitur in parte sequenti. Vel, 3. fabulosis narrationibus à Rabbinis excogitatis, quasi ad

ad intelligentiam Scripturarum necessariis[n]: quales multæ in Targum Jerof. &c[o]. [ut] de Messia Rege terreno; de Resurrectione priore in his terris; de Bello Gog & Magog; de Behemotho & Leviathano, ac similibus. Προσέχειν μύθοις habuimus & suprà 1 Tim. 1. 4[p]. Ab his eos avocat, tum nè assuescerent fabulis aures accommodare, præsertim in rebus sacris: deinde, quia sub cortice fabularum non rarò latebat impietas. ¶ *Et mandatis hominum*] id est, Ab humano sensu ac spiritu profectorum, non à Deo[q]. Etiam quæ Deus per Mosem præceperat sunt *præcepta hominum*, ubi Gentilibus imponuntur, quibus Lex illa data non fuerat; imò etiam, cùm à Judæis hoc tempore exiguntur ut ad salutem necessaria, Eph. 2. 15[r]. ¶ *Aversantium*, &c. Ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν] id est, Ἀπὸ τ̃ ἀληθείας τὴν ἀκοὴν ἀποστρεφομένων, ut 2 Tim. 4. 4†. ubi dicta vide[t]. Sic, τοὺ ἀδίκους (pro, ἀπὸ τῶν ἀδίκων) ἀποστρέφεσθαι, Simplic. in cap. 38. Epict[v]. Galenus, *Quidam*, inquit, *abhorrent à pharmacis*, ——ἀποστρέφεσθαι τε αὐτοῖς τὸν στόμαχον, *stomacho horum usum aversante*[x]. [Verba sic reddunt:] *Aversantium* (vel, *Odio habentium*, Tre. sim. Er.) *veritatem*, Er. Ti. P. Be. Pi. G. id est, Evangelium, pro eo fabellas substituentes[y].

15. *Omnia* (Quod generaliter dixerat applicat ad leges de Cibis vetitis. De iisdem Rom. 14. 20[z]. De iis agere se ostendit qui & legalia Mosis, & alia, Gentibus imponere volebant, multarum rerum, velut immundarum, vel esum, vel contactum, prohibentes[a].) *munda* (nempe, per Evangelium[b]: *munda*, id est, Illis vesci possunt, sine peccato[c].) *mundis*] id est, Christianis puro corde & conscientiâ Deum colentibus, Mat. 5. 8. 1 Tim. 1. 5. & 3. 9. 2 Tim. 1. 3. & 2. 22[d]. vel, iis quibus nota est libertas per Christum parta in cibis, &c[*]. vel, bene & sanctè utentibus; ad quod inprimis opus est fide quâ credant omnia esse munda: nam in V. T. multa erant immunda, sed significatione, non naturâ[f]. Vel, iis qui se ab inquinamentis carnis servant: his, inquam, indifferentia quoad usum licita sunt[g]. ¶ *Coinquinatis*, (חנפים, vel, נטמאים, *eis qui vitæ sunt impuræ*. Est enim Passivum in sensu reciproco, ut Heb. 12. 15[h]. *Impiatis, & piaculo aliquo profanatis*, ut sint arcendi à sacris[i]:) *& infidelibus*, (id est, Infidelitate coinquinatis, & conscientiæ errore[k]; iis qui per immunditiam cordis, aut per infidelitatem, Dei creaturis, vel abutuntur, vel, quasi essent impuræ, non utuntur; quo casu iis sine peccato uti nequeunt[l]: vel, iis qui à priori impuritate per fidem se non purificant[m].) *nihil est mundum*] Sive cibis utantur, sive abstineant[n]: nam si non comedant, peccant superstitione, putantes se debere ab illis abstinere: si comedant, peccant ex erronea conscientia, quia putantes fas non esse illis vesci, non tamen abstinent[o]. Non placent Deo quæ agunt etiam circa res medias, quia actiones tales ex animo Deus æstimat. Vide 1 Cor. 7. 14. 1 Tim. 4. 5. & ibi dicta. ¶ *Sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia*] Passivum hîc sumitur pro verbo Substantivo & Participio. נטמא apud Hebræos. Illud secundum καὶ hîc valet ὥστε, more itidem Hebræo. Non mirum est, mentem eorum sordibus obsitam non videre quod verum est; quia mala vita, cujus ipsi sibi sunt conscii, sordes istas in mentem advehit[p]: *Inquinatur mens*, quia hæc per errorem immunda esse judicat: *conscientia* verò, quâ errante seipsos ad opus applicant, in utramvis partem: comedit enim contra conscientiam, mentísque suæ dictamen; abstinet autem, contra fidei veritatem. Ità *conscientiam* interpretatur Caj. Alii accipiunt pro animo sibi conscio, ut aliquoties in utraque ad Timoth. Epistola. Ità sensus erit, Inquinatam esse eorum conscientiam, quia sibi multorum scelerum conscii sunt. Huic congruunt sequentia[q]. Fontem ostendit unde manant sordes vitæ, simúlque docet, eos frustrà cavere immunditiem in cibis, cùm vel attactu suo omnia inquinentur. *Mens* intellectum significat, *conscientia* magis ad cordis affectus pertinet[r]. *Mens* dicitur intelligentia θεωρητική, in qua collocatur συντήρησις, quæ propositiones suppeditat; *conscientia*, intelligentia πρακτική, quæ assumptiones promit. Quòd si utraque illa facultas est depravata, quæ tandem erit conclusio τῶ κρίματος†? [Non desunt veritatis hujus indicia apud Ethnicos:] Seneca Epist. 98. *Malus animus omnia in malum vertit, etiam quæ specie optimi venerant.* Idem De benef. 5. 11. *Animus cæcus quicquid illi commiseris, id onus suum & perniciem facit.* Et pòst, *Nibil potest ad malos pervenire quod prodest, imò nihil est quod non noceat:——profutura, si melioribus darentur, illis pestifera sunt.* Persius, *Nil tibi concessit ratio, digitum exsere, peccas*[t].

16. *Confitentur*, &c. Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι] *Deum confitentur* (vel, *profitentur*, Er. G. Be. &c. vel, *prædicant*, Rom. 10. 9. 1 Tim. 6. 12. 1 Joh. 4. 3[v].) *nôsse*, Mo. vel, *se scire*, Er. Ca. Pi. Be. &c. Notat Judæorum hypocrisin, qui unius veri Dei notitiam & cultum sibi soli vendicabant, &c[x]. Judæi scilicet isti dicunt, se agnoscere Deum verum, Mundi opificem, auctorem Legis per Mosem datæ, inspiratorem Prophetarum, Rom. 2. 17[y]. ¶ *Factis autem negant*] Facta professioni non respondent[z]: faciunt contra Legis præcepta[a], cujus notitiam jactant[b]. *Factis*, id est, malis dogmatibus, & vitæ impuritate. Arrian. 3. 24. in Epictetum, Ἐπικούρειων, &c. (*Epicureorum & facta exprimens, & dogmata tenens, Zenonis tamen & Socratis verba loqueris.*) Confer Rom. 1. 20. 1 Tim. 5. 8. 2 Tim. 3. 5[c]. ¶ *Abbominati*, &c. Βδελυκτοὶ ὄντες καὶ ἀπειθεῖς, &c.] *Cùm sint abhominandi* (vel, *execrabiles*, Amb. & Hi. in Er. id est, Digni quos omnes exsecrentur[d], propter vitæ morúmque impuritatem[*], quanquam sibi videantur sanctissimi[f]. Sicut תועבה, quod propriè est βδέλυγμα, etiam per βδελυκτὸς vertitur, Prov. 17. 15[g].) *& rebelles*, (vel, *intractabiles*, aut *impersuasibiles*, Er. Me. vel, *increduli*, Val. Er. V. Zeg. *immorigeri*, sive *inobedientes*, Ti. Amb. & Hi. in Er. sic Be. sub. *sermoni*, Be. *dicto non audientes*, Er. pervicaces, nullâ ratione credentes verba ejus quem nôsse se gloriantur[h]. Nè illi quidem parent Legi, quam Divinam esse dicunt, Rom. 2. 21, 22, 23[i]. quamvis jactent se supra Legem aliquid facere[k].) *& ad omne opus bonum* (id est, pium[l]; veræ scilicet pietatis, cujus fundamentum est fides[m]:) *rejectanei*, Pi. Be. vel, *reprobi*, Er. Ti. Mo. Vulg. inepti[n], & deplorati[o]: qui cùm videri vellent tenere justitiæ regulam, omnium tamen minimè nôrant quæ vera sit justitia[p]. Rabbini dicerent פסולים, *inutiles*, non minùs quàm nummi qui rejiciuntur. Vide Rom. 1. 28. 1 Cor. 9. 27. 2 Cor. 13. 5, 6. 2 Tim. 3. 8. Heb. 6. 8. Tales autem sunt profani omnes. Etiamsi quid faciant quod oportet, non faciunt ut oportet[q]. Vide 1 Cor. 9. 27. 2 Tim. 3. 8[r]. [Sensus loci, q. d.] Palàm ostendentes se esse exsecratione dignos, persuasionis Christianæ nihil habentes, & ad omne opus, &c†.

CAP. II.

1. Tu *autem loquere*] i. e. Doce. Sic enim Hebræi dicunt אמר, ubi de Doctoribus agunt. ¶ *Quæ decent sanam doctrinam*] id est, Quæ conveniunt cum ista sancta disciplina, de qua antè dixi, 1. 9[a]. sive quoad fidem, sive quoad mores, loco fabularum quas illi docent[b].

2. *Senes*] Ità Er. Mo. Ca. Be. Pi. &c. Πρεσβύτας] *Seniores*, Tre. Æth. Videtur hîc potiùs Ætas intelligenda, quàm Dignitas. Et frequens est eo sensu vox πρεσβύτης apud Interpretes V. Test. Movet me ut ità sumam id quod sequitur infrà v. 4, & 6[c]. Ab officiis particularibus incipit, tum ut se attemperet ad populi captum, tum ut magis unumquemque premat. Paucis exemplis propositis singulos vocationis suæ admonet[*]. Al. *Senes* & ætate & ordine, ut habent Commentaria, sub Hieronymi nomine. Cui favet contextus. Tito enim Episcopo hæc scripta sunt; & enumerantur h. l. conditiones in eo qui ordinandus erat necessariæ[d]. Intelligit autem hîc, vel, 1. Ecclesiæ Seniores[*]; vel potiùs, 2. Diaconos, tum ex collat. 1 Tim. 3. tum ex voce ipsa: nam ut πρεσβύτεροι designat *Seniores*, h. e. rectores Ecclesiæ; ità πρεσβύτας, Positivum illius Comparativi, minus aliquid sonat, nempe *Diaconos*: tum ex eo quòd eo tempore soli Episcopi & Diaconi ordinati sunt, ut documus apud Phil. 1. 1[f]. ¶ *Ut* (Repetendum hîc, vel *loquere*, id est, præcipe, ex v. præced. vel, *hortare*, ex

[n] E. [o] D. [p] G. [q] E. [r] G. † Pri. [t] G. [v] Pri. [x] Strig. [y] Me. T. [z] G. [a] E. [b] G. [c] V. sim. Be. Calv. Ham. [d] G. [*] Be. [f] E. [g] Ham. [h] G. [i] Er. [k] Me. [l] E. [m] G. [n] T. [o] Me. sic T. [p] G. [q] E. [r] Calv. † Be.

[t] Pri. [v] G. [x] E. [y] G. [z] Me. E. [a] G. sim. E. Me. [b] E. Me. [c] Pri. [d] G. [*] E. [f] Be. [g] G. [h] E. [i] G. [k] Be. [l] V. [m] V Me. [n] Me. [o] V. [p] Be. [q] G. [r] Be. † V. [a] G. [b] E. [c] G. [*] Calv. [d] Ham. [*] Q. in Ham. [f] Ham.

ex v. 68.) *sobrii* (vel, *vigilantes*, Er. ex Hi. Ar. Tre. *mentibus suis*, Tre.) *sint*] Ità Er. P. Ca. Be. &c. id est, Vino utentes non plùs quàm valetudo requirit. *Senibus vinum pro lacte esse* aiunt Græci. Sed modum servare debent, primùm, ut valetudini suæ & menti consulant[h], nè minùs apti sint dandis consiliis, rebúsve gerendis[i]; deinde, ut quantum ætate præstant cæteris tantùm præstent & exemplis[k], ut adolescentum intemperantiam exemplo cohibeant[l]. De voce νηφαλίοι vide 1 Tim. 3. 2, 11[m]. ¶ *Pudici*, Σεμνοὺς] *Graves*, E. ex Amb. Me. V. *Gravitate morum præditi*, V. Severi[n], maturi[o]; præ se ferentes honestatem[p], & gravitatem[q], in verbis & ipso habitu[r]. Vide 1 Tim. c. 3. v. 8. de hac voce & seq †. ¶ *Sani* (id est, integri & firmi[t]:) *in fide*, (suprà 1. 13[v]. Fidem nullo errore aut fabulis miscentes[x]:) *in dilectione*, (ut scil. sit sincera[y], & in Deum dirigatur[z].) *in patientia*] id est, Adversa tolerantes, non ut apud homines gloria comparetur, sed ut ad bona à Deo promissa perveniatur[a]; eáque ità tolerantes, ut propterea nihil peccent aut in Deum, aut in proximum[b]. *Sanitas* in his est sinceritas[c]. Variis senum morbis hanc animæ sanitatem opponere videtur. Summam autem Christianæ perfectionis his tribus comprehendit. Fide enim Deum colimus: dilectio extenditur ad omnia secundæ tabulæ præcepta: patientia est utriusque fulcimentum & condimentum[d]. Significantur tres præcipuæ Christianorum virtutes, fides, charitas, & spes, à qua patientia vires accipit[*].

3. *Anus*] id est, Provectæ ætatis matronæ[f]. Appellantur & sic κατ' ἐξοχὴν αἱ προκαθήμεναι. Sed cur de Ætate hîc potiùs sumendum sit jam indicavimus. Et utitur hoc sensu eâ voce Æschines[g]. Al. Diaconissas hîc intelligit[h]. ¶ *In*, &c. Ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς] Κατάστημα Hesychio, quod in Glossario vertitur *status*, & *gestum*, & *habitum* significat[i]. Κατάστασις, vel κατάστημα, est, ait Cicero, *bona constitutio*, sive *bonus status*, Reipublicæ[k]. Κατάστημα latiùs sumo quàm καταστολὴ, 1 Tim. 2. 9. nec amictum tantùm, sed & gestum, incessum, vultum, &c. complectitur. Porphyr. De Abstin. 4. de Ægyptiorum sacerdotibus, Τὸ δὲ σεμνὸν αὐτῶν καὶ ἐκ τοῦ καταστήματος ἑωρᾶτο, πορεία τε γὰρ ἦν, &c. εὔτακτος, καὶ βλέμμα καθεστηκός. Hinc, βλέμματι καὶ κινήματι καταστηματικὸς, Plutarchus[l]. Al. Ut à καταλέγω, *eligo*, venit κατάλογος, *catalogus*, personarum Ecclesiasticarum; ità à καθίστημι, quod est *ordinare*, sive *consecrare*, suprà 1. 5. & Act. 6. 3. venit κατάστημα quod proinde catalogum, sive classem, rectorum Ecclesiæ significare par est. Nam ab Episcopis suprà 1. 5. ordine transit ad πρεσβύτας v. præced. deinde ad πρεσβύτιδας[m]. Ἱεροπρεπῶς est θεοπρεπῶς, Hesych[n]. Sic ἱεροπρεπὴς κόσμος apud Lucianum[o]. [Verba sic reddunt:] *In habitu sancto decentes*, Mo. *Habitu augustæ*, Ca. *Ut* (sub. *sint*, P. Pi. &c.) *habitu* (vel, *in habitu*, Er. Il. Ti. vel, *in statu*, P.) *qui sanctimoniam*, vel *religionem*, (id est, sanctas & Christianas[p]:) *deceat*, Be. Pi. Er. Ti. P. E. &c. vel, *quasi semper in Templo versarentur*; ut anus illæ Judaicæ, de quibus vide ad Luc. 2. 37[q]. vel, *qui decet sacras matronas ac Deo dicatas*, Er. sic Ham. decorum pietatis servantes[r], in amictu, incessu, vultu, sermone, silentio, totóque corporis gestu: quæ omnia κατάστημα complectitur †. ¶ *Non criminatrices*, Διαβόλους] *Calumniatrices*, Er. Be. Pi. Me. quæ lites serunt[t]. Vide 1 Tim. 3. 11[v]. ¶ *Non multo vino servientes*] i. e. Deditas, ut 1 Tim. 3. 3[x]. vel, *mancipatæ*, Be. vel, *addictæ*, Pi. Idem quod νηφαλίους, 1 Tim. c. 3. v. 11. non מאחרים על היין, Prov. 23. 30[y]. Non ebriosas[z]. Vetularum vitium est bibacitas. Ovid.—*Vinosior ætas Hæc erat*—[a]. *Anus multibiba*, & *merobiba* apud Plautum[b]. Hinc proverbium, *Anus ad armillum* (i. e. vas vinarium) *revertitur*. Apta hæc phrasis. Δεδουλωμένον οἴνῳ dixit & Philost. 2. 14. & *vino corpus mancipare*, Apuleius[c]. Consuetudo homines vitiorum servos facit, Joh. 8. 34. Rom. 7. 14[d]. ¶ *Bene*, &c. Καλοδιδασκάλους] *Bene institutæ*, Ca. *Bene docentes*, Mo. *Honestatis magistræ*, Il. Be. Pi. *Bona* (vel, *Recta*, G. *Decora*, Tre. *Honesta*, Er. V. Ti. P. *Bonam doctrinam*, Æth. q. d. Non levia, anilia, aut turpia[*]; non aniles fabulas, non artes amatorias, non superstitiosas observatiunculas; sed pietatem, charitatem, pudicitiam, &c. quæ sequuntur[f].) *docentes*, E. Me. G. &c. juvenculas scilicet[g]: idque vel, 1. exemplo vitæ[h]; vel, 2. ut sequentia suadent, doctrinâ & institutione, quæ sermone fit; id autem domi ac privatim, quod laudatur Prov. 4. 3. & 31. 1. non verò in cœtu publico, quod prohibetur 1 Cor. 14. 34. 1 Tim. 2. 12[i]. Talis fœmina laudata Prov. 31. 26. Non tales de quibus queritur apud Eurip. Hermione, Κακῶν γυναικῶν εἴσοδοι μ' ἀπώλεσαν[k]. Agitur de domestica earum disciplina erga sui sexûs familiam, tum honestis & sanctis monitis, tum exemplo, erudiendam[l].

4. *Ut*, &c. Ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας, φιλάνδρους, &c.] i. e. σωφρονίζωσι τὰς νέας, &c. Σωφρονίζειν τοὺς νέους Herodian. 10. 3[m]. Σωφρονισταὶ dicebantur Athenis qui *Juvenum mores formabant*[n]: quomodo apud Laconas ἁρμόσυνοι fœminas moderabantur. Tales erant hæ Diaconissæ[o]. [Locum sic reddunt:] *Ut prudentiam doceant*, &c. Mo. Vulg. sim. Il. *Ut sapere doceant*, &c. Be. Pi. *Ut coerceant*, &c. Ar. *Ut doceant*, &c. Ca. *Ut castigando doceant*, &c. Scul. *Ut ad castitatem erudiant*, &c. Hi. in Er. *Ut instituant*, &c. Amb. in Er. Adolescentularum institutionem fieri vult, non immediatè per Episcopum, vitandi scandali causâ, nisi pro concione in conventu publico; sed per eas à quibus utiliter & sine offensione hoc fieri possit[p]. *Ut possint instruere*, &c. P. *Quò possint modestas* (vel, *sobrias*, vel, *pudicas*, Er. *temperantes*, vel, *moderatas*, Me.) *reddere adolescentulas*, (Cicero, *Senectutis est proprium, ut adolescentulos doceat, instituat*, &c[q]. Similia habet Theano[r]: [cujus verba vide in G.]) *ut* (Est hîc Ellipsis: sub. *docentes eas* †, *ut*) *maritos suos diligant*, (nempe adolescentulæ[t]. Lucianus φιλανδρίαν in laude dixit[v]. Porciam vocat Plutarchus φίλανδρον, quomodo & Irenen, Alcestin, &c. vocat[x]. *Diligant*, amore casto & conjugali[y]. Ἀνὴρ & *maritum* significat, & *quemvis virilis sexûs*; quo respectu mulier φίλανδρος dicitur probri causâ *virosa*[z].) *ut liberos ament*, Er. &c. Quod cùm matribus sit maximè naturale, sic intelligendum, ut ament eos non stultè & indulgenter, quod est odisse; sed amore ordinato & Christiano, quo piam educationis eorum curam gerant[a].

5. *Prudentes*, Σώφρονας] *Modestas*. Vide 1 Tim. 2. 15. & 3. 2. ¶ *Castas*] De queis mentiri fama veretur[b]. ¶ *Domûs*, &c. Οἰκουροὺς] *Domûs custodes*, Er. Il. Ti. Camer. E. *Domum regentes*, Ar. *Domi manentes*, P. Be. Ca. Mo. Pi. Vox duo complectitur[c], 1. ut rem curent domesticam; 2. ut assiduè sint domi[d], ut *vitis in lateribus domûs*, Psal. 128. 3. non diu absentes à domo; non *modò foris, modò in plateis*, &c. ut meretrix describitur Prov. 7. 12[*]. non περιερχομένας τὰς οἰκίας, ut illæ 1 Tim. 5. 13. Philo, *Fora & Sanacula*, — *& publici conventus, hominibus congruunt*; *mulieribus autem* οἰκουρία καὶ ἔνδον μονή. Eurip. Ἔνδον μένουσαν τὴν γυναῖκ' ἀεὶ χρεὼν, &c[f]. Augusto apud Dionem mulier οἰκουρὸς, &c[g]. Γυναῖκας οἰκουροὺς habemus apud Artemid. 1. 66. & 2. 33. & Plut[h]. Canes οἰκουροὶ dicti mulieres significant, ait Artemid. in Oneirocritico. Hinc & uxores οἰκουρήματα vocantur Eurip. Oreste. Eustath. ad illud Iliad. ζ'. Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα, *Poeta*, inquit, *moralem hîc sententiam tradit*, οἰκεῖον εἶναι γυναιξὶ τὴν οἰκουρίαν[i]. Hinc symbolum erat probæ matrisfamiliâs testudo, quæ nunquam à domo discedit[k], & nè caput quidem exerit, nisi curâ corporis id exigente[l]; indè *domiporta* dicta[m]. Ista autem fœminarum οἰκουρία Græcis olim, Romanis non item, in usu[n]. [Apostolus tamen omnibus eam indiscriminatim præcipit.] ¶ *Benignas*, Ἀγαθὰς] *Bonas*, Mo. Ca. &c. id est, Placidas & mites erga domesticos[o], nec obstrepentes maritis, sed mores eorum ac vitia tolerantes, ut illa 1 Sam. 25[p]. Al. Φιλαγάθους, ut suprà 1. 8[q]. Talis Tabitha, *plena operibus bonis*, Act. 9. 36[r]. Potest hoc cum præced. conjungi †, quod malim, *Ut sint bonæ*, seu *fideles*, *custodes domûs ac familiæ*. Sic οἰκουρεῖν ἀγαθὴν dicit Libanius, & ἀγαθὴν κουροτρόφον, *bonam nutricem*, Homer. Et Latinis *bona fœmina* dicta est officiosa, morigera, & frugi[t]. ¶ *Subditas*, &c. Ὑποτασσομένας, &c.] Et hîc Passivum est pro Reciproco: quod in verbis τάσσω & indè derivatis frequens; maximè verò in ὑποτάσσεσθαι, Luc. 2. 51. Rom. 8. 7. & 10. 3. & 13. 1, 5. & nominatim de mulieribus, Eph. 5. 22. Col. 3. 18. Quibus locis dicta consule[v]. ¶ *Ut non blasphemetur*, &c.] id est, Nè doctrina & religio Christiana malè audiat apud infideles, quasi impia, vel absurda, doceat[x]. Sic & Rom. 2. 24. 1 Tim. 6. 1. Nam siqua

[Marginal notes, left column: g E. — h G. — i E. — k G. — l E. — m G. — n Er. — o Me. — p Er. sic E. — q Be. E. — r Be. — † G. — t Me. — v G. — x E. — y Me. sic E. — z E. — a Idem. — b Me. — c G. — d Calv. — * E. — f E. — g G. — h Ham. ad v. 2. — i G — k Strig. — l Pri. — m Ham. — n G. sic Pri. — o G. — p V. — q G. — r E. — † E. ex Hi. t m. Amb. & Hi. in Er. — t Me. — v G. — x E. sic Er. V. — y G. — z Me. — a E. — b G. — c Pri. — d G. — * Me. — f E. — g Me. sic E. — h Q. in E.]

[Marginal notes, right column: i E. — k G. — l Be. — m Pri. — n G. Ham. — o Ham. — p E. — q Pri. — r G. — † Pri. — t Pi. sic Er. — v G. — x Pri. — y E. — z G. — a E. — b G. — c Ham. — d Ham. E. Me. Er. D. — * D. — f G. — g Scul. — h Pri. — i Ham. — k Er. sim. E. D. — l E. — m D. — n Scul. — o E. Me. — p E. — q G. Pri. — r G. — † Camer. Scul. — t Scul. — v G. — x T. sic E. Me.]

siqua mulier Christiana vixisset licentiùs, continuò dicturi erant Græci, *Quid ei proficit nova hæc disciplina?* Maximè verò in hoc periclitabantur, si maritus esset aut Paganus, aut Judæus [y].

6. *Juvenes*, Τοὺς νεωτέρους] Idem quod νέοι, ut Joh. 21. 18. Act. 5. 6. 1 Tim. 5. 1. 1 Pet. 5. 5. & apud Atticos, ut notat Hesyc [z]. *Adolescentes*, P. Pi. &c. נערים [a]. ¶ *Ut*, &c. Σωφρονεῖν] *Temperantes esse*, Mo. vel, *sobrios*, Zeg. sic Vulg. vel, *moderatos*, P. Pi. Opponitur omnibus immoderatis affectibus, quibus obnoxia est præsertim juventus [b]. Hoc præcepto tam pudicitia & modestia, quàm sobrietas & temperantia, comprehenduntur [c]. [Sensus,] Ad modestiam eos excita [d].

7. *In*, &c. Περὶ πάντα—παρεχόμενος, &c.] *Per* (vel, *Circa*, Zeg.) *omnia* (vel, *In omnibus*, quæ ab aliis exigis, quò efficacior sit tua exhortatio [*]. Al. περὶ πάντα jungendum cum præced. σωφρονεῖν [f], *ut pudici sint in omnibus* [g]; quomodo dicitur περὶ πολλὰ τυρβάζεσθαι, Luc. 10. 41 [h]. Sed & Syrus & cæteri Græci & Latini conjungunt sequentibus; quod aptius [i].) *teipsum præbens exemplar*, &c. Be. Pi. P. id est, Archetypum sanctæ conversationis [k]. Non verbis tantùm præire debes, sed & exemplo. Τύπον pro *exemplari quod imitandum proponitur*, habemus Phil. 3. 17. 1 Thes. 1. 7. 2 Thes. 3. 9. 1 Pet. 5. 3 [l]. ¶ *In doctrina* (Connectitur hoc, vel, 1. cum præced. q. d. Exemplar sis bonorum operum, quæ respondeant tuæ doctrinæ [m]; vel, 2. cum sequent [n].) *integritatem*, &c. Ἀδιαφθορίαν, σεμνότητα, ἀφθαρσίαν] In MS. ἀφθορίαν, cujus interpretamentum illud ἀφθαρσίαν, quod à pluribus cod. abest: neque id legere Chryf. Oecum. Th [o]. Reguntur hi Accusativi ab illo παρεχόμενοι, non repetito σεαυτὸν [p], vel, à subaudita voce ἐνδεικνύμενος [q]. Solet ἄφθορος dici de Virgine [r]. [Locum sic reddunt:] *In doctrina* (sub. *retine*, V. vel, *præbe*, E. vel, *præstans*, Ca.) *integritatem, gravitatem, incorruptibilitatem*, Mo. sive *incorruptionem*, Er. [Sed ἀφθαρσίαν non legunt nec vertunt, Il. Ti. P. Ca. Be. Pi.] Hæc referunt, vel, 1. ad doctrinam; q. d. Doctrinam trade integram & incorruptam, & ab omni levitate, & fabulis, alienam †. Ἀφθορία ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, est *puritas illibata*: σεμνότης est *in docendo gravitas*, ut 1 Tim. 2. 2. & 3. 4 [t]. Vel, 2. ad mores [v]: q. d. In hac docendi provincia sis integer vitâ & gravis moribus [x], quod docentis authoritatem commendat [y].

8. *Verbum*, &c. Λόγον ὑγιῆ, ἀκατάγνωστον] *Illum sermonem in quo non modò nihil sit noxium, sed nec quod malè accipi possit.* Vide Gal. 2. 11. Vocem ἀκατάγνωστος habes & 2 Macc. 4. 47 [z]. *Sermonem sanum*, (id est, doctrinam incorruptam [a], sive orthodoxam [b]:) *irreprehensibilem*, Er. Il. Ti. vel, *qui damnari* (vel, *culpari*, Scul. vel, *reprehendi*, Zeg. ex Hi. vel, *contemni*, Er.) *non possit*, P. Be. Pi. meritò scilicet [c]. Ut non facilè pateat reprehensioni, aut contemptui [d]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ, μηδὲν ἔχων—λέγειν φαῦλον] *Ut is qui ex adverso* (sub. *est*, Vulg. vel, sub. *se opponit*, P. Be. Pi. vel, *qui repugnat*, Er. Ti. *qui adversæ est partis.* Loquitur sic & Aristoteles. Articulus autem ὁ hîc generalitatem significat, ut alibi sæpe [*]: vel, *adversarius*, Camer. sic Il. Ca. E. Me. periphrastice [f]: scilicet Gentilis, Judæus, hæreticus [g]; vel, quicunque in Christianis quærit quod criminetur & reprehendat [h]: vel, *qui insurrexerit in nos*, Trc. ex Sy.) *erubescat*, sive *pudefiat*, (vel, *revereatur*, Pri. ex Hi. & Amb. De voce ἐντρέπεσθαι vide 2 Thes. 3. 14 [i].) *nihil habens de vobis* (nempe, Evangelii præconibus †: vel, sub persona Episcopi gregem ejus designat: tua, vel, ὑμῶν ponitur pro σοῦ, ut 2 Tim. 4. ult. sic & Matth. 11. 24. Gal. 6. 1. Vide ad 1 Tim. 5. 4. Multæ sunt in his Libris locutiones temporibus, casibus, numeris, &c. non respondentes, &c [k]. Al. *de nobis*, ut Græcorum commentarii habent [l].) *dicere* (Sic & Gal. 14. 1. *Non habeo dicere* [m].) *malum*, Mo. &c. vel, *quod dicat mali*, Be. Pi. &c.

9. *Servos*, &c.] Repete παρακάλει, *hortare* [n]; vel sub. *doce*, Camer. Sensus idem qui Eph. 6. 5. Col. 3. 22 [o]. ¶ *In omnibus*] Conjungi potest, vel cum præced. vel cum sequent [p]. Sume ut Col. 3. 22 [q]. limitatè, de iis ad quæ dominorum potestas extenditur: vel, quæ voluntati Dei, supremi Domini [r], vel Legi Divinæ, non repugnant †. Seneca De Benef. 3. 20. *Non aut nos* (heri) *omnia jubere possumus, aut in omnibus servi parere coguntur: contra Rempublicam imperata non facient, nulli sceleri manus commodabunt* [t]. ¶ *Placentes*, Εὐαρέστους εἶναι] *Beneplacentes esse*, Mo. *Præbeant se placentes*, Tre. *Obsequiosi*, Ca. *Ut* (sub. *illis*, Er. Ti. P. Be. &c. nempe, τοῖς δεσπόταις qui Dativus ex præcedenti subintelligitur. Solet autem εὐάρεστος Dativum habere post se, Sap. 4. 10. Rom. 12. 1, 2. & 14. 18. Eph. 5. 10. &c [v].) *placeant*, Be. vel, *placere conentur*, Il. sic E. vel, *accepti sint*, P. Pi. i. e. Ut gratam iis exhibeant servitutem [x]. Vult servos omni modo id agere ut dominis placeant, iisque se probent [y]. ¶ *Non*, &c. Μὴ ἀντιλέγοντας] Idem hoc quod ἀνταποκρίνεσθαι, Rom. 9. 20 [z]. *Non contradicentes*, Mo. Vulg. *Non responsatores*, Er. Ti. P. Be. Pi. V. G. Ità enim Plautus loquitur [a]. Non obloquentes, aut mussitantes, adversùs imperia, si quid jubeatur quod minùs allubescat [b]. Non tales qualis servus ille in Plaut. Mercat.———*argutos ut par pari respondeant, Ad mandata claudos, cæcos*, &c. Dixit Satyricus, *Lingua mali pars pessima servi* [c].

10. *Non*, &c. Μὴ νοσφιζομένους] *Non* (vel, *Nihil*, Be. P. Pi.) *suffurantes*, Er. Il. Ti. V. sim. Tre. ex Sy. Ca. vel, *fraudantes*, Mo. Vulg. *intervertentes*, P. Be. Pi. Vide Act. 5. 2 [d]. *Non furaces* vult dicere, sed leniori verbo usus est, ut cùm Jurisconsulti dicunt *res amotas*. Vide 2 Macc. 4. 32. In Glossario, νοσφίζομαι, *peculor, usurpo* [*]; vel ἀφαιρεῖν, κλέπτεσθαι, ut ait Hesyc [f]. vel, *aliquid abradere*, ut servuli apud Plautum emungunt heros [g]; vel, *aliquid decerpere ac furtim detrahere*, cùm totam rem non ausis tollere: quod servi solent [h]. Quod vitium adeò familiare servis, ut servi indè *fures* dicerentur [i]. Al. Non subducentes se ministerio herorum suorum [k]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ πίστιν, &c.] *Fidem omnem* (i. e. Fidelitatem sinceram sive integram [l], in rebus domesticis administrandis [m]; vel, in re qualibet [n]:) *ostendentes* (Ἐνδείκνυσθαι sume ut 1 Tim. 4. 14 [o]. id est, præstantes [p].) *bonam*, Mo. &c. ¶ *Ut doctrinam*, &c.] *Ut professionem* (quam metonymicè vocat *doctrinam*:) *suam ornent*; ut commendent bonis moribus. Et doctrinam hanc Christi *Dei Patris doctrinam* vocat, quia ipsi à Deo Patre fuit mandata. De titulo σωτῆρος tributo Patri Christi, vide 1 Tim. 2. 3. & 4. 10. suprà 1. 3 [q].

11. *Apparuit*, &c. Ἐπεφάνη—ἡ σωτήριος, &c.] Ratio cur etiam servos doceret, &c. Significat quoque, meritò se exegisse à Tito, ut fideles hortetur ad piè vivendum [r]. Summa Dei bonitas quæ in Evangelio apparuit summam etiam vitæ puritatem desiderat. Comparat hanc Bonitatem astro alicui, quod subitò illucet. Vide Luc. 1. 79. Act. 27. 20. infrà 3. 4. נגלה, ut Gen. 25. 7. Locum Sophoniæ, 2. 11. sic habent Græci, Ἐπιφανήσεται, &c †. Decet nos rectè vivere juxta præcepta hactenus tradita, quia versamur in luce Evangelii, quâ docti sumus veram religionem & officia hominis Christiani [t]. *Apparuit* (vel, *Illuxit*, P. Be. Pi. *Sponte & inexspectatò illuxit*, nobis non quærentibus, ut notat Th. unde Hesych. ἐπεφάνη [explicat] ἐξ αὐτοφώρου ὤφθη. Ἐπιφαίνειν, de Numinibus dicitur apud Plut. & de sideribus [v]. Antè videbatur apud Judæos in angusto latens & obscurata, nunc conspicua fit & illustris [x]. Opponitur τὸ ἐμφανὲς hoc, & mundi tenebris ante ortum Evangelii, & Judæorum sub. V. T. umbris ‖.) *enim gratia* (vel, *gratia illa*, Be. Pi.) *Dei* (Per *gratiam Dei* non intelligit effectus beneficentiæ Dei in nobis ut alibi, sed ejus causam [y]: vel, 1. ipsam beneficentiam sive benevolentiam Dei [z], exhibitam in incarnatione Christi; vel, 2. ipsam incarnationem, vel Christum gratuitò incarnatum [a]; vel, 3. doctrinam gratuitæ salutis, cujus v. præced. facta est mentio, quæ gentes omnes tot seculis latuerat [b]:) *salutifera* (vel, *salutaris*, Er. V. &c. *quæ salutaris est*, G. Σωτήριος, id est, σωτηρίας φέρων, Atticè. Enallage generis [c].) *omnibus* (vel, *quibusvis*, Be. Pi.) *hominibus*, Mo. &c. nempe eam acceptantibus [d]: Non quòd Evangelium omnibus (& singulis toto mundo [*];) hominibus tunc innotuerat [f]; sed quòd nullum hominum genus excludebatur [g]; quòd per Apostolos palàm mundo prædicata jam esset [h]. *omnibus*, non universaliter, sed indefinitè [i]; i. e. omni generi hominum [k], Judæis, Græcis, Romanis, Barbaris [l], nè servis quidem exceptis [m]. Hoc autem πᾶσιν regitur, vel, 1. à nomine *salutaris*; vel, 2. à verbo, *apparuit*. Utrumque commodum, & sensus ferè idem [n].

12. Eru-

12. *Erudiens*; nempe per Christum [o]. Παιδεύουσα] Vox à pueris dicta, sive, quòd Gratiâ nos, ut rudes, clementer doceat; sive, quòd per ignorantiam lapsos materne corripiat [p]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἀρνησάμενοι, &c.] *Ut abnegantes* (non voce tantùm, sed & reipsâ, ab iis se penitùs avertentes [q]: vel, *abdicantes*, G. sic E. eâ locutione de qua egimus 2 Tim. 3. 5 [r].) *impietatem*, (seu doctrinæ, seu morum †; incredulitatem [t], idololatriam [v]; superstitionem omnem [x], falsúmque cultum, & doctrinas pietati contrarias [y]. Ἀσέβεια solet εἰδωλολατρείαν sequi, ut apparet ex Ciceronis disputationibus De Natura Deorum [z].) *& mundana desideria*, (id est, quæ præsentem vitam & mundum spectant [a]: vel, eas cupiditates quas sequitur major pars hominum quæ sæpe in his Libris κόσμος vocatur [b]: vel, cupiditates carnis [c], ut alibi vocantur [d], opum, honoris & gloriæ [*]. Vide 1 Joh. 2. 16. quæ μιάσματα τοῦ κόσμου vocantur 2 Pet. 2. 20. Confer Jac. 1. 27. & ἀνθρώπων ἐπιθυμίαις, 1 Pet. 4. 2 [f].) *sobriè*, (vel, *temperanter*, Scul. Me. E. *moderatè*, Me. quo quisque bene sit ordinatus erga seipsum [g], superatis scilicet mundanis cupiditatibus; vel generaliùs, *sapienter*, id est, ità ut prudentem hominem decet [h]:) *& justè*, (erga proximum [i]:) *& piè*, (erga Deum [k]. Tribus verbis breviter omnes officii nostri partes (vel, summam vitæ Christianæ [l];) conclusit. Nam ea aut ad nos pertinent, aut ad hominem alterum, aut ad Deum. De quibus sic Philo, Ὅσοις δὲ κανόνι βίου χρώμενοι, τῷ τε φιλοθέῳ, καὶ φιλαρέτῳ, καὶ φιλανθρώπῳ. [Reliqua vide in G.] Idem Pietatis & Justitiæ cohærentiam ostendit. Qua de re multa diximus De J. B. & P. 2. 20. 44. & seq [m]. Quòd autem temperantiam toties præscribit, & senibus & juvenibus, &c. suspicionem præbet magnæ intemperantiæ, Cretensium quorum infames libidines & luxus referuntur à Strabone, l. 10. Vide suprà 1. 12 [n].) *vivamus in nunc* (vel, *in præsenti*, Be. Pi. &c.) *seculo*, Mo. Hoc addit, non quasi virtutes non remanerent in seculo futuro; sed ut significet [o], præsentem vitam destinatam probationi fidei nostræ [p], iisque virtutum actionibus, quibus ad futuri seculi retributionem perveniatur [q].

13. *Exspectantes*, &c. Προσδεχόμενοι — ἐπιφάνειαν — τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος] *Exspectantes* (i. e. Dum interim nos exspectamus [r], nos scilicet qui ità, hîc vivimus †.) *beatam spem*, (vel, *spem illam*, Be. Pi. id est, promissam beatitudinem [t]; vel, vitam æternam [v], quam *beatam* dicit, quia omne id quod beatum hominem facere potest in se continet [x]. Est & hîc Metonymia. Nam rei speratæ datur *spei* nomen [y], ut & Gal. 5. 5. Col. 1. 5 [z].) *&* (καὶ hîc rursus est Ἐξηγητικόν [a].) *apparitionem* (vel, *adventum*, Vulg. Er. Vox & *adventum* significat, sed *cum splendore*; veluti cùm emergit Sol [b]. Vel, *illustrationem*, Er. V. vel, *illustrem illum adventum*, Be. scil. ad judicium universale in fine mundi [c]. Vox ἐπιφάνεια de mundanis Potestatibus usurpari solet. Unde αὐτοκρατορικὴ ἐπιφάνεια apud Philonem, & Antiochus dictus Ἐπιφανής, i. e. *illustris, nobilis*. Meliori jure de Rege Regum usurpatur [d].) *gloriæ* (vel, *gloriosam*, Be. Pi. G. more Hebræo [*]. Vide Matth. 25. 30. Marc. 13. 26 [f].) *magni Dei*, (Deum hîc *magnum* nominat, quia ejus magnitudo, quam nunc inani mundi fulgore excæcati homines extenuant, ultimo demum die se proferet †.) *& Salvatoris nostri*, &c. Mo. *Magnum Deum* hîc vocat, vel, 1. Deum sine personæ limitatione, ut commune sit hoc nomen & Patri & Filio & Spiritui Sancto [g]; vel, 2. Deum Patrem [h]. Illa *apparitio* dicitur non *Christi* tantùm futura, sed & *Dei*; quia Deus majestatem illam Christo tribuit. Ideo dicitur Christus venturus *in gloria Patris*, Matth. 16. 27. Marc. 8. 38 [i]. Vel, 3. Deum Filium [k]; ut Græci & Latini Patres summo consensu accipiunt, excepto Ambrosio, cujus commentariis multa passim adulterina & barbara infarta sunt, ut Erasmus alibi conqueritur, & hîc ex stylo patet [l]. Huic sententiæ favet, 1. Græci sermonis constructio, τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος, non καὶ τοῦ σωτῆρος, quod ostendit utrumque prædicatum ad idem subjectum referri debere [m]; nec magis ad duas personas referri posse quàm illud, ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ Ἰησοῦ Χριστοῦ [n]. Sed articuli in his Libris sæpe ponuntur ubi opus non est, & sæpe omittuntur ubi ex usu ponerentur [o]. 2. Quòd nomen ἐπιφανείας nusquam in N. T. nisi uni Filio tribuitur [p]. Vide 2 Thes. 2. 8. 1 Tim. 6. 14. 2 Tim. 4. 1, 8. 3. Sermonis consequentia, quæ postulare videtur ut hoc referatur ad aliam personam à Patre, de quo dictum v. præced. *Apparuit gratia Dei* [q]. Illud autem, *& Salvatoris*, ad humanam Christi naturam pertinet [r].

14. *Qui dedit*, &c.] id est, Morti se devovit †, nostrâ causâ [t]. ¶ *Ut nos redimeret* (eo scilicet pretio [v]; vel, per prædicationem Apostolorum fultam illo Spiritu quem Christus ipsis impetraverat. Vide 1 Pet. 1. 18 [x].) *ab omni iniquitate*] id est, A peccati servitute [y], quæ consistebat in duobus, affectu, & reatu. Vide Joan. 8. 34. Rom. 6. 16, 17. ¶ *Et*, &c. Καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον] *Et purificaret* (vel, *purgatos faceret*, G. nempe à vitiis [z], & purgatos adlegeret [a].) *sibipsi populum peculiarem*, Er. Il. Ti. Be. Pi. Ca. vel, *novum*, Tre. ex Sy. vel, *præstantem*; à περιεῖναι, quod est præstare, ut apud Plut. Lycurgo, ποιοῦντι περιεῖναι τὴν πόλιν. Hinc & περιουσιασμός, Psal. 135. 4. Eccles. 2. 8. *possessionum præstantissima* [b]. q. d. Populum peculiariter electum, & dilectum à Deo [c], instar peculii [d]. Quid sit περιούσιον negat Hieron. se à quoquam discere potuisse, nec ego à Græcis scriptoribus disco [*]. Vox est Scripturæ S. propria [f]. Περιουσίαν vocant Græci quod cùm supersit reconditur [g]. Indè Græci Interpretes V. T. deduxerunt περιούσιον [h], sicut & ἐπιούσιον, de quo vide Matth. 6. 11 [i]. Hebraicè dicitur סגלה [k], Exod. 19. 5. Deut. 7. 6. & 14. 2. & 26. 8 [l]. quod Targum reddit חביב, *dilectum* [m]; Græci Interpretes [n], Lxx & Aquila [o], περιούσιον [p]; vel, quod eodem recidit, περιουσιασμόν, ut Lxx & Theodotio vertunt, Psal. 135. 4 [q]. Sym. ἐξαίρετον, *egregium*, vel *præcipuum* [r]; Latini *peculiarem* †, vel *peculium*; hoc est, aliquid vel pretio, vel labore, comparatum, ut propria possessio, & propterea ipsi charum velut thesaurum [t]. Varietas nascitur ex præpos. περί. Qui enim vertunt *possessionem* & *peculiarem* huc spectarunt, quòd οὐσία sign. *substantiam*, h. e. facultates & possessionem, & περί, *circum*: ut quod in bonis nostris sit, id *peculiare* dicimus. Qui *egregium* vertunt, huc respexerunt, quòd περί significat Eminentiam, & οὐσία *essentiam*; q. d. *reliquas substantias antecellentem* [*]. Sensus, q. d. Ut olim Deus Israelem ex omnibus gentibus selegit, quem amaret, cui benefaceret, & à quo vicissim coleretur; ità in N. T. fideles eligit, &c [v]. Israel enim ex Ægypto liberatus, typus erat populi Christiani per Christum redempti, &c [x]. ¶ *Sectatorem*, &c. Ζηλωτήν, &c.] Vide de hac voce Act. 21. 20. & 22. 3. 1 Cor. 14. 12. Gal. 1. 14 [y]. Plutarchus dicit ζῆλον καλῶν ἔργων, in Gracc. τῶν καλῶν ζῆλον in Lycurgo, ἐπιτηδευμάτων ἀξίων ζηλωτής, in Phocione. Diod. Siculus, ἀρετῆς πάσης ζηλωτής, in fragmentis [z]. Strabo lib. 15. Magos Persarum, σεμνοῦ τινὸς βίου ζηλωτάς, appellat [a]. [Sic reddunt:] *Sectatorem* (vel, *Zelatorem*, Mo. Me. T. *Æmulatorem*, E. ex Hi. & Amb. Me. T. *Cupidum*, Ca. *Sequacem*, Æth. *Studiosum*, P. Pi. *Vehementer studiosum*, Heb. קנא [b]. *accensum studio*, Be.) *bonorum* (vel, *pulchrorum*, Mo.) *operum*, Er. Il. Ti. *Qui studiosè bona opera sectaretur*, Tre. ex Sy. vel, *qui æmulus esset in operibus bonis*, i. e. Qui tanto fervore ad illa ferretur, ut alius alium æmularetur, & quasi invideret, &c [c]. qui magnis animis, magnâ alacritate, studio, fervore, virtutis exercitia capessit [d].

15. *Hæc* (Pro doctrinis, inquit, & fabulis Judaicis; hæc quæ dixi [*]:) *doce*, &c.] Sume λάλει, ut suprà 1. In MS. est δίδασκε [f]. ¶ *Cum*, &c. Μετὰ πάσης ἐπιταγῆς] Vide suprà 1. 13 [g]. *Cum omni injunctione*, Ti. vel, *præcipiendi studio*, Er. Il. vel, *imperio*, Mo. P. Be. Pi. &c. id est, Cum autoritate summa, præcipiens tanquam Dei legatus [h], ut potestatem & mandatum docendi habens [i]; imperans Dei nomine [k], ut à peccatis abstineant: quomodo ἐπιταγή sumitur 2 Cor. 8. 8 [l]. plenâ potestate & auctoritate [m], diligenter hoc mandans [n]. Non tamen præcipit ut imperiosè agat [o], quod reprehenditur Ezec. 34. nam & mansuetudo præcipitur & patientia, 2 Tim. 4. 2 [p]. quanquam diversitatis horum præceptorum ratio assignari possit, ex parte Titi & Timothei, quorum ille mansuetioris erat spiritûs, hic ferventioris [q]. ¶ *Nemo*, &c. Μηδείς σου περιφρονείτω] Similis monitio 1 Tim. 4. 12. ubi est καταφρονείτω [r]. Περιφρονεῖν idem quod καταφρονεῖν †, ait Schol. Aristoph [t]. Sic usurpatur apud Eunap. in vita Ædes. & Jamb. c. 51. de vita Pythag. & sæpe apud Plutarchum [v]. Neque in

hoc verbo duntaxat, sed & in aliis περὶ ità accipitur; ut in περιϋβρίζω, περιελαύνω, & aliis. Interdum tamen περιφρονεῖν sign. *circumspicere*, & in aliquo contemplando occupatum esse, ut in illo Aristoph. Ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον, i. e. *Per aerem gradior, & circumspicio solem*, vel, *in contemplando sole occupor*[x]; vel, *Vagor cogitationibus meis in aere, & supra Solem sapio*, Scul. ut περιφρονεῖν idem sit quod ὑπερφρονεῖν, vel περιττῶς φρονεῖν[y]. [Hinc variè vertunt :] *Nemo te despiciat*, sive *contemnat*, Er. Mo. P. Be. Pi. &c. Ità te gere[z], in officio tuo[a]; adeò sanctè vive[b], ut nemo te audeat contemnere[c]. Al. *Nemo te plus sapere ausit*, Camer. Scul. vel, qui te melior & sapientior videri possit[d]. Ità supervacaneam aliorum sapientiam compescit[*], eòsque in gyrum moderationis revocat[f].

CAP. III.

1. **A**Dmone, &c. Ὑπομίμνησκε, &c.] *Suggere* (Vide 2 Tim. 2. 14[a].) *ipsis*, (nempe, auditoribus tuis[b], Cretensibus[c], qui hâc admonitione maximè indigebant[d], eo præsertim tempore cùm obtineret dogma Judæ Galilæi[*]. Anonymus apud Suidam, voce Ἀνέσειον, *Cretes*, inquit, *populum commovebant, hortantes eos ut libertatem illis ab antiquo traditam custodirent*[f]. Quum tunc Potestates ferè omnes Christo adversas esse viderent, indignas putabant quas honorarent; Judæi præcipuè, ut erant gens indomita, tumultuabantur[†].) *ut sese subjiciant principatibus* (vel, *imperiis*, Be.) *ac potestatibus*, Pi. Be. &c. id est, Iis quæ præsunt in Rep. quocunque nomine censeantur[g]. Al. Et summis & secundis Potestatibus, ex collat. 1 Pet. 2. 14[h]. Ἐξουσίας vocat *Præsides*, ἀρχὰς autem τὰς ὑπερεχούσας ἐξουσίας, ut loquitur Rom. 13. 1. Pari modo distinguit hîc Apostolus βασιλέα, i. e. *Imperatores*, & τοὺς ἐν ὑπεροχῇ ὄντας. Petrus verò βασιλέας & ἡγεμόνας, 1 Pet. 2. 13, 14. Sic *Rex* dicitur ראש Hebræis, ut Ezec. 38. 2. Valde seditiosa semper fuit Creta[i]. ¶ *Dicto*, &c. Πειθαρχεῖν] *Ut pareant*, sive *obtemperent*, Er. Be. P. Pi. &c. *Ut imperata faciant*, Ca. Promptè, libenter, & ex animo obedire[k]. *Imperiis obtemperare*, G. sim. E. Vide Act. 5. 29[l]. Inculcatio est ejusdem præcepti[m]. ¶ *Ad omne opus bonum* (scilicet à Magistratu injunctum[n]: q. d. Dum bona sint ac licita quæ jubent[o], non autem ad impia ipsorum jussa exsequenda. Confer Rom. 13. 4. ὁ Θεοῦ διάκονός ἐστι σοὶ εἰς τὸ ἀγαθόν. Sic & Rom. 15. 2. εἰς τὸ ἀγαθὸν ἀρέσκειν P. Vel generaliùs, ad omnem beneficentiam[q].) *paratos esse*] Ἑτοίμους, נכונים[r]: *rectos, dispositos*[†], *bene paratos*: contrà affectos quàm illi erant de quibus suprà 2. 16[t]. Accommodari hoc potest ad præced. q. d. Qui bene & honestè vivere non recusant, libenter parebunt Magistratibus, quippe qui ad humani generis conservationem ordinati sunt[v].

2. *Neminem*, &c. Μηδένα βλασφημεῖν] *Ne cuiquam*, sive *de quoquam, maledicant*, E. V. Pi. sim. Be. G. &c. Sic vox ista sumitur Matth. 27. 39. Marc. 15. 29. Luc. 28. 39. Act. 13. 45, &c. Hebræi dicunt גדף, & ità hîc Syrus[x]. De secundæ tabulæ præceptis hîc loquitur[y]. Huc revocantur & cætera linguæ vitia in proximum, ut convitium, contumelia, calumnia, detractio, susurratio, irrisio[z]. ¶ *Non*, &c. Ἀμάχους] 1 Tim. 3. 3[a]. *Non pugnaces*, Val. Er. V. pugnis scil. verborum[b]. *Non contentiosos*, Er. V. sic E. Me. ¶ *Modestos*, Ἐπιεικεῖς] *Æqui*, Be. Pi. &c. Vide Phil. 4. 5[c]. Commodi & faciles aliis, eorum dicta & facta, quamvis in speciem mala, benignè interpretantes; ac de jure suo cedentes pacis causâ[d]. ¶ *Omnem* (vel, *Summam*, G.) *ostendentes* (vel, *exhibentes*, Be. Pi. E. Vide suprà 2. 10. & 2 Tim. 4. 14[*].) *mansuetudinem* (vel, *lenitatem*, Pi. G. &c. Vide Eph. 1. 8. Col. 1. 9. 1 Tim. 1. 15[f].) *ad omnes*] Vel, *erga quosvis*, &c. Be. Pi. Servatis tamen circumstantiis loci, temporis, personarum[g]: non tantùm adversùs fidei consortes, sed etiam adversùs contradictores[h].

3. *Eramus*, &c. Ἦμεν — ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, &c.] *Nam eramus quondam* (scilicet ante conversionem[i]:) *& nos* (Non tam se intelligit quàm eos qui ex Gentibus vocati erant, per κοίνωσιν satis ipsi familiarem, neque nimium obtortam; cùm Christiani omnes unius corporis membra sint. Tale illud Bruti ad Ciceronem, *Quod si Romanos nos esse meminissemus*[k]. Al. Includit hîc & Titum, qui in gentilitate honestè vixerat, juxta illud 1 Tim. 3. 7. & seipsum, qui tamen honestè se conversatum dicit secundùm Legem, Phil. 3. 7. Neque enim crimina hîc manifesta recenset, ut adulteria, furta, &c. sed vitia in animo latentia, qualia sunt & in iis qui unum Deum colunt, & vitam forinsecùs honestam degunt[l]. Hoc autem pertinet ad tolerandos eos qui fidei contradicunt[m]. Fuimus & nos tales, inquit. Seneca De Ira, 2. 28. *Faciet nos moderatiores respectus nostri, si consuluerimus nos*[n]. Plinius, *Cogita illum puerum esse, & te fuisse*[o]. Lex charitatis dictat ut tales simus erga alios, quales, vicibus commutatis, alios erga nos esse vellemus. Fideles ergò oportet non se fastuosè efferre adversùs eos qui adhuc in errore & vetustate vitæ detinentur; sed humanos & mites se illis exhibere, condolentes eorum miseriæ, & parati subvenire; suo exemplo cogitantes posse & illos gratiæ Christi participes fieri[p].) *amentes*, (vel, *stulti*, Er. Il. Ti. E. verâ sapientiâ destituti[q]; non intelligentes rerum Divinarum: nam de iis rebus hîc agitur. Vide Luc. 24. 25. Rom. 1. 14[r].) *rebelles*, (vel, *diffidentes*, vel *contumaces*. Duplex enim est ἀπείθεια, 1. in intellectu, quâ quis doctrinæ veræ non vult assentiri; 2. in voluntate & moribus[†]: vel, *inobedientes*, Be. Er. ex Hi. V. sub. *sermoni*, Be. vel, *Deo*, ex Rom. 11. 30. vel, *veritati*, ex Gal. 3. 1[t]. prædicationi veritatis resistentes, nec ullam persuasionem admittentes, quales erant plerique Judæi[v]: Ne illis quidem Dei legibus obsequentes quæ *naturales* dicuntur, & quas societas humana exigit[x].) *errantes*, (tam in via morum quàm doctrinæ[y], ignari quò tendebamus: confer Sap. 5. 7. 2 Pet. 2. 18. malim tamen vertere, *errabundi*, ut est in Glossario. Non tam actus enim quàm status errationis notari videtur[z]. Πλανώμενοι dicuntur eximiè ii qui colunt idola, Deut. 4. 19. & 30. 17. נדחים[a].) *servientes* (vel, *mancipati*, G. vel, *addicti*, G. E. more servorum[b]. Sic suprà 2. 3. Adde Matth. 6. 24. Rom. 6. 6[c]. Seneca epist. 47. *Alius libidini servit, alius avaritiæ*. Hinc *servum vitiis pectus* apud Ovidium[d].) *cupiditatibus ac voluptatibus*, Pi. &c. id est, Cupiditatibus voluptatum[*], carnalium scilicet omnis generis[f]. ¶ *In*, &c. Ἐν κακίᾳ —— διάγοντες, στυγητοί, &c.] *In malitia* (id est, vel, improbitate, perversitate, nequitiâ[g]: vel potiùs, malignitate, quâ quis malum vult alteri[h].) *& invidia* (vel, *invidentiâ*, Pri.) *agentes*, (vel, *versantes*, Ar. *degentes*, Er. Ca. P. Be. Pi. &c. Vide Rom. 1. 29. Διάγοντες est brevis locutio[i]: subauditur enim βίον[k], quod expositum habes 1 Tim. 2. 2. Sic διάγειν ἐν ἡσυχίᾳ, διάγειν ἡδέως, frequentia apud Græcos[l]. Διάγειν dixit Plutarchus ἐν πότοις καὶ κύβοις, in Demet. ἐν οἴνῳ, in Catone, ἐν ἀφθόνοις, in Sylla, ἐν εἰρήνῃ, in Timol. διάγειν hîc quod ἀναστρέφεσθαι, Eph. 2. 3. quod ζῆν, Col. 3. 6[m].) *odibiles*, (vel, *odiosi*, Er. P. Ca. Be. Tre. &c. *invisi*, V. Pri. *detestabiles*, Pri. *digni odio*, G. Me. Nam talem sensum habent verbalia ejusmodi[n]. Sic ἀγαπητὸς *dignus amore*[o]. Qui morum improbitate aliorum odia adversùm se provocant, ut ferè homines contentiosi, quíque privatis ubique commodis, aut honoribus, intenti sunt. Hinc autem sequitur alterum, ut scilicet invicem odio prosequantur[p].) *odientes* (vel, *odio prosequentes*, Be. Pi.) *alii alios*, Mo. Mutuò infesti, ferarum more. Vide 1 Joh. 2. 9[q]. certantes odio, non sancientes ἀμνηστίαν, oblivionem injuriarum[r].

4. *Cùm*, &c. Ὅτε δὲ ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία, &c.] Idem quod χάρις suprà 2. 11. Est & hîc καὶ rursus ἐξηγητικὸν: nam χρηστότης, nomen generale, explicatur per specialius φιλανθρωπία. Sic Rabbini solent dicere טובה וחמלה. Notat etiam Plutarchus, Deum non dici φίλιππον, sed φιλάνθρωπον. Vide Psal. 8. 4[†]. *Sed postquam bonitas*, (vel, *benignitas*, Vulg. Pi.) *& erga homines amor, apparuit* (vel, *illuxit*, Hi. in Er. T. *conspecta est*, Camer. palàm facta est[t]:) *servatoris nostri Dei*] Ut suprà 2. 10[v]. Dei nempe Patris[x]: cui hæc charitas erga homines passim tribuitur, ut Joh. 3. 16. Rom. 5. 8. 1 Joh. 4. 9[y].

5. *Non ex operibus justitiæ* (vel, *justis*, Il. T. Be. Pi. vel,

Marginal notes (left): [k] Ec. [y] Scul. Camer. [z] V. G. &c. [a] E. sic Me. [b] Me. sim. E. [c] Me. T. sic V. G. [d] Er. [*] Camer. [f] Scul. — [a] G. [b] Ec. [c] E. G. [d] G. [*] E. [f] Pri. [†] Calv. [g] E. [h] Pri. [i] G. [k] Me. [l] G. [m] E. [n] Me. [o] E. [p] Pri. [q] Q. in E. sic Calv. [r] D. G. [†] D. [t] G. [v] Calv. [x] G. [y] Ec. [z] E. [a] G. [b] E. [d] E. [*] G. [f] Idem. [g] E. [h] G. sim. E. ad v 3. [i] E. Ham.

Marginal notes (right): [k] G. [l] E. [m] G. sim. E. [n] G. [o] Pri. [p] E. [q] Idem. [r] G. [†] D. [t] Pri. [v] E. [x] G. [y] E. Me. [z] Pri. [a] G. [b] E. [c] G. [d] Pri. [*] G. [f] E. [g] Me. [h] E. ex Th. [i] G. [k] G. sic Pri. [l] G. [m] Pri. [n] G. [o] G. ex Hi. [p] E. [q] G. [r] Strig. [†] G. [t] Fr. [v] G. [x] Er. ex An b. & Hi. E. [y] E.

vel, *quæ injustitiâ*, Mo. Er. Ti. Be. &c. sub. *sunt*, Er. Ti. sim. E. Camer. Ar. Scul. ἐν δικαιοσύνῃ, Hebræo more pro κατὰ δικαιοσύνην. Sensus idem Eph. 2. 9. Alluditur ad Deut. 7. 7 [z].) *quæ* (Græcè ὧν pro ἃ, Relativo conveniente cum casu Genitivi antepositio [a]:) *fecimus nos*] id est, Non merito operum nostrorum justorum [b], quæ nulla antè erant [c]. Plerorumque enim mala fuerant opera [d]. Hæc autem referri possunt, vel, ad præced. *bonitas Dei apparuit*: vel, ad sequent. *servavit nos* *. Non solùm ceremonialia Legis Mosaicæ opera excludit, ut ostendit antithesis *misericordiæ* [f]; sed & moralia [g], sive præcedentia fidem, sive eam subsequentia, ut apparet ex antithesi seq [h]. ¶ *Sed secundùm* (vel, *propter*, V. Me.) *misericordiam suam*] id est, Gratis [i]; διὰ τῆς χάριτος, Gal. 1. 15. Θεοῦ τὸ δῶρον, Eph. 2. 9. Beneficia ultrò ingessit nihil tale petentibus [k]. ¶ *Salvos nos fecit*] id est, In via salutis collocavit [l], ad perfectam salutem deinde perducturus, quam & nunc in ipso possidemus, juxta Rom. 8. 24. Metonymia qualis & Eph. 2. 5, 8 [m]. ¶ *Per*, &c. Διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως, &c.] *Per lavacrum regenerationis*, (vel, *Lavacro renascentiæ*, Ca. Intelligit, vel, 1. regenerationem tanquam lavacrum, ut Rom. 4. 11. *signum circumcisionis* est; circumcisionem tanquam signum [n]: vel, nostri per Spiritum S. cum Christo conjunctionem, & illius effecta †. Vel, 2. Baptismum [o], junctim cum doctrina Baptismi [p], & re significata [q]; quo [Baptismo] exteriùs abluti intùs regeneramur in filios Dei per adoptionem [r], idque ex institutione Christi, Joh. 3. 5 †. Deus non inanibus nobiscum figuris ludit, sed gratiam illam sive salutem, quam externo signo demonstrat, intùs exhibet atque obsignat. Sensus, q. d. cujus salutis symbolum & pignus dedit in Baptismo, eo nos inserens in Ecclesiam atque in Christum [t]. Pars *novæ nativitatis* est exactio vitiorum quæ in Baptismo promittitur. Vide quæ ad Matth. 28. 19. Joh. 3. 3. Gal. 3. 27. Eph. 5. 26. Col. 2. 12. 1 Pet. 3. 21. ubi βάπτισμα σώζειν dicitur: & quæ habet Theoph. Antioch [v]. [cujus verba quære in G.]) *& renovationis* (quo scilicet Baptismo renovamur [x]; &c, deposita vetustate peccati [y], novi homines efficimur [z], sancti, justi, & Deo amici [a]. Aptè conjunguntur regeneratio & renovatio, quia utraque est effectus & ejusdem Baptismi, & Spiritûs Sancti [b]: vel, *& per renovationem*, Er. sic V. Sermo enim Græcus anceps est [c].) *Spiritûs Sancti*, Mo. Be. Pi. &c. id est, Quam præstat & efficit vis Spiritûs Sancti, tum in verbo, 1 Cor. 3. 7. tum in Sacramentis, Act. 3. 5 [d]. [Indubiè scripsit, Joh. 3. 5.] cui Spiritui peculiariter ascribuntur opera gratiæ Dei erga homines *: q. d. Quo [lavacro] renascimur, & à Spiritu Sancto renovamur [f]. Post Baptismum datur Spiritus Sanctus agens ad omnia maxima. Hæc est pars altera *novæ nativitatis*, quæ hîc ἀνακαίνωσις, ut & Rom. 12. 2. Col. 3. 10. Respicitur locus Ezec. 18. 31. Notant Veteres in hoc loco τῆς τριάδος mentionem satis expressam [g]. In Sacramento Baptismi Signatum, sive Res cœlestis, non est, ut vulgò asseritur, Sanguis Christi, (quanquam eo *aspersi* & *ablui* dicamur, 1 Pet. 1. 2. Apoc. 1. 5. allusione ibi factâ non ad aquam Baptismi in N. T. sed ad sacrificia V. T. quorum sanguine & Altare & immunda omnia purgabantur, Heb. 9. 22.) sed Spiritus Sanctus; qui per *aquam* sæpe designatur, ut Esa. 44. 3. Joh. 4. 14. & 7. 37, 39. quo anima intùs purgatur, sicut corpus aquâ, juxta Joh. 3. 5. Id quod in Baptismo Christi repræsentatum est, Matth. 3. 16. Analogia autem inter *Ablutionem aquæ* & *Regenerationem* posita est in illo more abluendi infantes recèns natos, eósque à pollutionibus matricis expurgandi; de quo vide Ezec. 16. 4, 5. & Plutarch. Rom. Quæst. non procul ab initio. Pariter anima per Spiritum S. purgatur reatu & pollutione peccati, ut novam Deo vitam vivere incipiat [h].

6. *Quem*, &c. Οὗ ἐξέχεεν, &c.] *Quem* (scil. Spiritum Sanctum [i]: qui sæpe *effundi* dicitur, ut Esa. 44. 3. Ezec. 39. Joel. 2. 28. & cujus proximè facta est mentio [k]. Vel, *Quod*, scil. lavacrum [l], id est, quam aquam [m]. Sed hoc usus loquendi respuit: nusquam enim dicitur effundi lavacrum [n].) *effudit* (Ἐξέχεεν per se largam communicationem significat, ut videre est Act. 2. 17, 18, 33. & 10. 45 [o]. Sirac. 1. 9. & 18. 11. Sic Iliad. ε'. v. 618.—Τρῶες δ' ἐπὶ δοῦρα χέον. Ubi Scholiastes, Ἔχεον, δαψιλῶς ἐπέμπον, ἐπέχεαν ἀθρόως· μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ὑγρῶν. Aut alludit ad unguentorum effusionem [p].) *super nos* (Intellige de corpore Ecclesiæ, non de singulis, quia multi sunt, in quos tenuiter stillare gratia Dei videtur [q]:) *copiosè* (vel, *opulenter*, V. Hi. in Er. *abundanter*, G. sic Vulg.) *per Jesum*, &c. Be. Pi. Qui hoc à Patre obtinuit [r], & passione suâ nobis promeruit †.

7. *Ut justificati* (id est, A peccatis expurgati, & justitiâ donati [t]. Complectitur h. l. sicut & Rom. 8. 30. quicquid à Christo consequimur, tum per imputationem, tum per Spiritûs in nobis sanctificandis efficaciam [v].) *gratiâ ipsius*, (non merito nostro [x]: Ut mundatis vitiis per fidem quæ ipsius dono nobis contigit, Rom. 3. 28. & 5. 1. Gal. 2. 16. Vide Prolegomena nostra in Epist. ad Romanos [y].) *hæredes simus* (vel, *efficeremur*, Be. Pi. sic E. id est, institueremur [z].) *secundùm spem* (*Hæredes* etiam hîc esse dicimur, sed jure ac certâ spe. Ideo hîc additur, κατ' ἐλπίδα. Sic Rom. 8. 24. τῇ ἐλπίδι ἐσώθημεν [a]. Significat, nos possessionem vitæ nondum adiisse, sed sperando obtinere, spem autem illam plenam & solidam ejus certitudinem nobis afferre. Hoc addit, quia salus nostra adhuc abscondita est [b].) *vitæ æternæ*] Hi Genitivi pendent non à propiore nomine, ἐλπίδα, sed à remotiore, κληρονόμοι. Trajectio [c]. Verus ordo est, κατ' ἐλπίδα γενώμεθα κληρονόμοι ζωῆς αἰωνίου· alioqui involuta erit sententia, & vox κληρονόμοι, objecto, sive relativo, carebit, Sensus est, Ut justificationem, quasi dilectionis paternæ pignus, adepti ad consecutionem vitæ æternæ spe bonâ erigamur [d]. Sic distinguo. *Ut—hæredes simus* (*secundùm spem*) *vitæ æternæ* †

8. *Fidelis sermo est*] Refert, vel, 1. ad præced *. Vera sunt & certa quæ dixi [f]. Quia enim de futuris locutus erat, fidem & autoritatem verbo suo apponit [g]. Vel, 2. ad sequent [h]. ut 1 Tim. 1. 15, & 3. 1. & 4. 9. 2 Tim. 2. 11. Id autem quod sequitur, est, *Oportere eos qui Deo credunt curam gerere ut præsint honestis laboribus* [i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ περὶ τούτων βούλομαί σε διαβεβαιοῦσθαι] *Et hæc* (vel, *de his*, Scul. G. quæ dixi [k]: vel, *per hæc*, T.) *volo* (id est, præcipio, volo cum autoritate, ut 1 Tim. 2. 8. & 5. 14 [l]. vel, *velim*, Ti. Sy.) *te asseverare*, P. Ca. Be. Pi. vel, *affirmare*, Il. *confirmare*, Mo. sic Er. Ti. Tre. ex Sy. Vulg. *loqui cum maxima asseveratione, ut de rebus certissimis*, G. sim. Be. Pri. E. & summè necessariis [m]. Διαβεβαιοῦσθαι 1 Tim. 1. 7. est *loqui μετὰ βεβαιώσεως*. Vide Heb. 6. 16 [n]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι, &c.] Hîc per ἵνα inchoat sententiam [o], quomodo per ὅτι, 1 Tim. 1. 15. & 4. 10 [p]. Ἵνα φροντίζωσιν accipiendum quasi esset φροντιζέτωσαν. Sic Eph. 5. 33. ἵνα φοβῆται, pro φοβείσθω, [ubi dicta vide in Synopsi mea:] & 1 Tim. 1. 3. ἵνα παραγγείλῃς, pro παράγγελλε [q]. [Verba sic reddunt:] *Ut curent* vel, *studeant*, P. Pi. vel, *soliciti sint*, Er. Il. Ti. Hoc verbo perstringit inanes eorum contemplationes, qui sine fructu & extra vitam philosophantur [r]: Ut summo studio enitantur. Nec enim friget vera Charitas, & difficile est certamen inter Carnem & Spiritum, teste Rom. 7. 14 †.) *pulchris operibus præstare*, &c. Mo. vel, *rectè factis fungi*, Ca. *bona opera tueri*, P. vel, *promovere*, Calv. *bonis operibus præesse*, Pi. Vulg. sic Er. Il. Ti. id est, Ut ea non solùm exerceant, sed etiam omni studio promoveant, tanquam operum exactores & præfecti [t]; ut aliis ad ea duces sint [v], & instar ducum aliis præcellant [x], ut verbo, ità opere & exemplo [y]. *Bonis operibus principatum dare*, ut ea regnent in vita fidelium quæ alioqui negligi solent: vel, *intenti sint*, ut qui præfecturam gerunt. Utcunque autem ambigua sit locutio, quia προΐστασθαι variè accipitur, mens Pauli satis liquet [z]. *Bene agendo præcedere*, id est, sanctæ & rectæ vitæ antistites esse; quomodo *juris*, & *sapientiæ*, *antistites* legimus in Quintil. & Plin [a]. Subaudiendum hîc ἕνεκα, alioqui dicendum erat καλοῖς ἔργοις [b]. Sed non opus est. Nam προΐστασθαι alibi quoque Genitivum regit, ut 1 Thes. 5. 12. & 1 Tim. 3. 4 [c]. & in Juliani Epist. μὴ τέχνης τινὸς καὶ ἐργασίας αἰσχρᾶς καὶ ἐπονειδίστου προΐστασθαι· & in Plut. Pericle, ἐργασίας οὐ κοσμίου προεστῶσα [d]. Nomine *bonorum operum* complectitur quæcunque de uniuscujusque officio, & de studio piè sanctèque vivendi antè disseruit. Fidem hîc præire vult, sic tamen ut bona opera subsequantur *. Καλῶν ἔργων προΐστασθαι idem est, quod,

[Marginalia, left column:] z G. a Scul. b Me. E. T. c T. sic E. d G. * Scul. f Be. g E. h Be. i Me. sim. E. k G. l G. E. m G. n Pi. † Be. o E. Me. G. Be. Calv. Med. T. Pri. p G. q G. sic Be. Calv. r Me. E. † E. t Calv. v G. x Me y E. z Me sim. E. a Me. b E. c Er. sim. E. d Be. * E. f Ca. g G. h Med. l. 1. dissert. 17. i Me. E. Pi. k E. l Pi. Q. in E. m Q. in E. n E. o G.

[Marginalia, right column:] p Pri. q E. r G. † E. t Me. v Be. x E. Me. y G. z E. a G. b Calv. c Pi. sic Scul. d G. † Kn. * E. ex Hi. & Chryf. Scul ex Th. & Luth. f Me. sic T. g Scul. ex Th. h Amb. in E. sic G. i G. k E. l Sch. ad Mat. 1 19. m Pri. sim. Ham. n G. o G. sim. Pri. p G. q Pri. r Calv. † Be. t E. sim. Pi. v Me. x T. y T. ex Th. sic Me. z Calv. a Be. b Be. in Scul. c Scul. d Pri. * Calv.

ἰσ'ων ϗ καλῶν ἔργων ἡγεμόνα ἑαυτὸν, ut in Plut. Bruto, bonorum operum ἐργαστήριον esse, domum suam honestarum rerum quasi officinam habere [f]. Προΐστασθαι cum Dativo significat *præesse*, ut 1 Tim. 3. 5. *Præesse* autem *bonis operibus* non est aliud quàm Domum suam facere honesti alicujus opificii officinam, omnes suos exercere in laboribus honestis; non agere vitam Lenonum, Parasitorum, Scenicorum, Aruspicum, aut his similem. Opponuntur hæc ei quod modò de Cretensibus dixerat, γαστέρες ἀργαί [g]. Καλὰ ἔργα h.l. denotant *honestas functiones* [h], sive *occupationes*, vel, *vocationes speciales* [i]. Hunc sensum nobis monstrant, 1. eadem sententia repetita infrà v. 14. cum additamento, εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας [k], ubi & ϗ est ante ἡμέτεροι· Quorsum aliàs? an quia & extranei bonis operibus præstantes sunt [l]? 2. vox προΐστασθαι, quæ sign. *profiteri*, vel *exercere*, artem sive vocationem, ut in Synes. Epist. 2. προέστη τῆς τέχνης λαμπρῶς, *occupationem suam strenuè exercuit*: & in Chrys. Hom. 31. in Rom. οἱ ἀπὸ χειρῶν ζῶντες ϗ ἐργαστηρίῳ προεστηκότες, *qui manibus vivunt, & operantur in officina*. Sic Cicero, *Qui sacerdotiis præfuerant*, id est, sacerdotes [m]. 3. Verba hîc sequentia, *hæc sunt—utilia*. [De quibus mox dicendum:] 4. usus vocis ἔργον [n], & ἐργάζεσθαι [o]. Ἔργον, & quidem cum epitheto καλὸν, pro *functione* dicitur 1 Tim. 3. 1 [p]. Sic Gen. 47. 3. τί τὸ ἔργον ὑμῶν; *quæ est vestra occupatio?* Sophoc. Oedip. Ἔργον μεριμνῶν ποῖον, ἢ βίον τίνα; *quænam est vestra occupatio aut vivendi ratio?* Et Palæphatus homines notat olim fuisse ἀνέργους; h. e. Servos non habebant, sed rem suam gerebant, ipsi terram colentes, &c. Eodem quoque sensu usurpatur vox ἐργάζεσθαι, 1 Cor. 4. 12. & 9. 16. 1 Thes. 2. 9. & 2 Thes. 3. 8. &c. collat. cum Eph. 4. 28 [q].

9. *Hæc* (vel, 1. quæ dixi [r]: vel, quæ in Ecclesia docenda sunt †. Ad doctrinam potiùs quàm ad opera refero, q. d. Utile est sic institui homines [t]. Vel, 2. opera bona [v]; publicæ ejusmodi functiones [x].) *sunt bona*, (id est, per se honesta [y]; sicut ait Hesiod. Ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος—Ea utilitatem ad hanc vitam adferunt. Vide ad Sirac. 38. 36 [z]. Vel, *præclara*. Innuit, quæcunque alia * traduntur nullius pretii esse, quia nulli sunt usui, vel fructui [a]. Deo grata [b].) *& utilia*, (vel, *fructuosa*, Scul.) *hominibus*] i. e. Hominum societati [c]. q. d. Hoc enim agere honestum est & utile [d]. ¶ *Stultas autem quæstiones*, (id est, quæ carent rationabili causâ quærendi, quæque nihil adferunt ædificationis *; inutiles, ad pietatem nihil facientes, 2 Tim. 2. 22 [f]. quales ut plurimùm erant Judaicæ, &c [g]. & Gnosticorum [h].) *& genealogias*, (sive eas quæ existunt in sacris literis, sive alias suarum tribuum & familiarum, quarum scientiam Judæi sibi arrogabant [i]; earúmque seriem ab Adamo usque ad Zorob. ità memoriter velociterque percurrere poterant, ac si nomen suum referrent [k]. Vel, varias illas emanationes proprietatum, sive מדות. Judæorum otiosorum negotia [l]. Vide 1 Tim. 1. 4 [m].) *& contentiones & pugnas legis*, (id est, ἔρεις ἐκ μαχῶν νομικῶν, lites natas [vel] ex diversa locorum Legis interpretatione, 1 Tim. 6. 4. 2 Tim. 2. 23 [n]. vel, de Legis, & maximè ceremoniarum ejus, observatione & modo [o]: quæstiones futiles & Rabbinicas [p], à Legis interpretibus in Synogogis exagitari consuetas [q]. Iisdem morbis laborabant Judæi, Ephesini, & Cretes [r].) *devita*, Περιΐστασο] Omitte, Er. Ti. V. &c. *Fuge*, E. ex Th. & Oecum. *Supersedeto*, Ca. *Te subducito*, Tre. ex Sy. *Cohibe*, P. Mo. Pi. Vide de hac voce 2 Tim. 2. 16 †.

10. *Hæreticum*; ità P. Mo. Pi. Be. &c. Αἱρετικὸν] *Factiosum*, vel, *Defectorem*, V. *Sectarum autorem*, Er. Ti. V. *Pertinacem*, vel, *Sectarium*, id est, vitiosæ sectæ addictum [t]. Αἱρεσιώτην habet hîc Syrus; Arabs נאהל, id est, ignarum. Αἵρεσις vox per se media, ubi in malam partem sumitur, significat idem quod σχίσμα, nisi quòd illa generalitas σχισματικὸς voce αἱρέσεως contrahitur ad eas partes quæ fiunt ex opinionum diversitate. Est ergò hîc *hæreticus* is qui per opinionem de Ecclesia partes facit; qui in id disputat ut sibi discipulos paret unitate contemptâ; qui est זקן ממרא, ut loquuntur Hebræi, מין, ut Rabbini, à voce quæ *speciem* significat [v]. Vide ad Act. 5. 17 [x]. *Hæreticus* h. l. dicitur magister erroris [y]; qui in fide errat [z], idque cum voluptate [a], & pertinacia [b]: quæ ex eo æstimanda, si veritati satis sibi manifestatæ nolit acquiescere [c]; & quidem ità ut Ecclesiæ pacem turbet, & unitatem abrumpat, proterviâ suâ & libidine impulsus; & discessionem ab Ecclesia faciat, & à grege quosdam subtrahat [d], sententiam suam illi ab Ecclesia receptæ præferens *. Vulgò trita est distinctio inter *hæreticum* & *schismaticum*: quæ tamen hîc confundi videtur [f]. Quid sit αἱρετικὸς colligi possit à verbo αἱρετίζω, quod, juxta Hesych. significat, *eligere*, *præferre aliis*, *placere sibi*, *alios sibi adsciscere*. Hinc αἱρετικὸς qui suo judicio vel delectu sententiam elegit, &c [g]. Est Hæresis *obstinatioris animi dementia*, in Codice Justinianeo. *Hæreticus* Augustino qui alicujus temporalis commodi, & maximè gloriæ principatûsque sui gratiâ, falsas ac novas opiniones vel gignit, vel sequitur *. ¶ *Post*, &c. Μετὰ—νουθεσίαν παραιτοῦ] Dicere poterat Titus, Mones me ut fugiam contentiosas disputationes. Quid igitur agam cum eo qui contendere non cessat adversùs veritatem satis sibi declaratam? Huic h. l. respondet [h]. *Post unam*, sive *primam*, *& alteram*, sive *secundam*, (Sic enim habent omnes hodie Codices, Græci, Syri, & Latini: quanquam *primam* duntaxat legebant Amb. & quidam Græci cod. teste Hieron. item apud Iren. Tertul. &c [i].) *admonitionem*, (quæ leniter fit, docendo & monendo ut resipiscat [k]: vel, *correptionem*, Vulg. *redargutionem*, Cam. ab Episcopo scilicet faciendam cum authoritate & potestate [l], quâ etiam excommunicationem illi minetur, nisi resipiscat. Hanc adhiberi vult, tum, ut via priùs tentetur quâ restitui possit: tum, quia alioqui constare non poterat quòd esset hæreticus, id est, in errore pertinax [m]. At triplex admonitio præscribitur Matth. 18. 15. hîc duplex tantùm [n]. Resp. 1. Ordo ibi præscriptus non est universalis, & ad peccatores tantùm occultos pertinet, ut ex contextu patet: hîc autem de manifesto hæretico agitur [o]. 2. Præceptum Christi ad privatas personas dirigitur, Pauli, ad Episcopum; cujus prima admonitio authoritatem habet longè superiorem & illâ unius hominis, & alterâ duorum vel trium, & proinde utriusque locum facilè supplere possit. Quare & Paulus post secundam admonitionem, minatur se censuras adhibiturum, 2 Cor. 13. 2, 10 [p]. De privata, vel in presbyterio facta, commonefactione loquitur; nam ex pulpito hæreses potiùs quàm hæretici refelluntur [q].) *fuge*, vel, *devita*, Er. Mo. Ar. sim. Ti. Ca. Tre. vel, *rejice*, Il. P. Pi. ἀποστρέφου. In Gloss. παραιτοῦμαι, *evito* [r]: q. d. Non ampliùs admitte ad colloquium, sed aversare †: in externa Ecclesiæ congregatione manere non patere [t]: excommunica dum resipiscat [v]: notam illi inure ut homini qui censuræ Ecclesiæ subjacet, & jube omnes familiare ejus consortium fugere [x]. Non dicit, *excommunica*: nam ipsi ultrò communionem deserunt. Ergò tales monendi sunt semel atque iterum ex præcepto Christi Matth. 18. 15, &c. Id si non profit, abrumpenda cum eis familiaris consuetudo [y]. Argumentum hoc est, lasciva & petulantia ingenia hîc à Paulo intelligi: alios enim cum omni mansuetudine edoceri vult [z]. Sensus, q. d. Non multùm ac diu cum obstinatis illis disputandum, quia semper pugna pugnam pariet; nec deerunt illis verba, nec molesti esse desinent, nec interea vacabis ad docendum gregem, &c. Præcide ergò illis digladiandi ansam quam captant [a].

11. *Sciens*, &c. Εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται—ὢν αὐτοκατάκριτος] *Sciens* (Caveat ergò Episcopus nè, morositati suæ indulgens, duriùs tractet tanquam hæreticum quem nondum esse novit [b].) *quòd eversus* (vel, *subversus*, Mo. Vulg.) *sit* (scilicet fide, spe, & bonis omnibus [c]; tuo labore restitui nequit; nulla in eo est resipiscentiæ spes [d]. Metaphora ab ædificio funditùs diruto, ut instaurationi non sit locus *. Vel, *perversus est*, Tre. ex Sy. Ca. G. Ham. vel, *excidit à via*, sive *deflexit*, Er. Passivum hîc pro Reciproco: Ἐξέστραπται idem quod ἐξεστραμμένος ἐστὶν, איש תהפכת, ex Deut. 32. 20. Latinis dicitur *prava mens* [f].) *qui ejusmodi est*, (id est, qui semel & iterum monitus adhuc in errore persistit [g]:) *& peccat*, *per se* (etiamsi nemo Judex de illo pronunciet, quomodo dicitur αὐτόδικος [h]: vel, *ipse à seipso*, Ca. sic Tre. ex Sy. vel, *existens sponte*, Mo. vel, *sibi*, id est, apud se, G. ex Tertul. vel, *ut qui suopte judicio sit*, P. Be. Pi. sic Il. Vulg.) *damnatus*, sive *condemnatus*, Er. Ti. Be. Pi. P. &c. Nimirum per ea quæ facit, quia suo vitio fit ut non resipiscat,

Margin notes (left column): f Pri. g G. h Scul. sic Ham. i Ham. k G. sim. Scul. Ham. l Scul. m Ham. n Scul. Ham. o Ham. p Scul. q Ham. r E. † Pi. t Calv. v Pri. x Scul. sic Ham. G. y G. sic E. z G. a Calv. b Scul. c E. d Me. * E. f G. g E. h Ham. i E. k Me. ex Hi. l G. m G. Be. n G. o E. p Me. sic T. q Be. r G. † G. Be. t Ca. v G. x Be. y Stun. in Erasm. p. 3536. in Append. Crit. z E. sim. Cam. Calv. Strig. Ham. a Cam. b E sic Calv.

Margin notes (right column): c E. d Calv. sim. Ham. * Ham. f Calv. g Ham. * G. v. 11. h E. i Idem. k Me. l E. sim. Ham. m E. n Ham. sim. E. o E. p Ham. q Be. r G. † E. t Scul. v Be. & Pi. in Scul. x Ham. y G. z Cam. a Calv. b Idem. c Me. T. d Calv. * Calv. sic E. f G. g E. h Er.

piscat [i], post convictam conscientiam in pertinacia perseverans [*]; nec vult iis auscultare per quæ possit ex erroribus suis emergere: peccat non ex ignorantia, vel infirmitate, sed sciens, prudens, atque ex malitia & obstinatione in malo [k]: sciens & prudens veritatem oppugnat [l]. Non placet: nam qui doctrinam oppugnat quam veram reputat, valde quidem ille perversus est; non tamen hæreticus, de quo sermo est [m]. Pauci quoque sunt qui veritatem cognitam oppugnant, iique soli Deo cogniti, non autem Ecclesiæ; quæ proinde tales nec monere, nec excommunicare posset: sic quoque soli hypocritæ essent hæretici, nec qui præ superbia & æstimatione judicii sui doctrinam Christi atque Ecclesiæ oppugnaret hæreticus esset †. [Alii tamen illam sententiam sequuntur.] *Scit ipse se peccare.* Intùs non potest se non damnare. Cur? Quia de rebus Divinis affirmat multa sine revelatione; & hoc facit ut de Ecclesia, cujus paci consulere debebat, partem sibi faciat in qua regnet. Vide Justinum [n], [ejúsque verba in G.] Eversionis signum hîc addit, malam conscientiam: nam quum pervicaciter respuat veritatem, certum est spontè & datâ operâ peccare [o]: Suâ obstinatione immedicabilis fit, nec habet quo se excusare possit [p]. Ἀυτοκατάκριτ☉ hîc est ὁ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ δοκιμάζει, Rom. 14. 22. in perversis dogmatibus, quæ temporalis commodi causâ tuetur. Ordo verborum talis est, ὢν ἀυτοκατάκριτ☉ ἐξέστραπται καὶ ἁμαρτάνει · id est, Cùm à conscientia sua revincatur de improbitate sua, in perversitate tamen & peccato pertinaciter manet, ideóque à se damnatur.—*Se judice nemo nocens absolvitur.* Οἱ ἀσεβεῖς ἀυτοκατάκριτοι, ait Photius. Vide Sap. 15. 13 [q]. Al. [Sensus est, q. d.] Cùm ipsi judicent æternâ damnatione dignos qui veritati resistunt, seipsos condemnant cùm ipsi veritati resistant [r]. Al. Sensus est, Pœnam illam, quam Ecclesia aliis, ipse sibi, infligit †; ipse se ab Ecclesia spontè exscindens [t]; sive seipsum excommunicans [v], sine Judicis sententia [x]. Cùm autem excommunicatio sit quædam condemnatio, imò æternæ condemnationis quædam anticipatio, consequens est, hæreticum seipsum condemnare. Potest autem hæc pars dupliciter annecti superioribus; vel, ut sit altera ratio cur in eo corripiendo non sit ulteriùs laborandum, velut qui jam sit condemnatus: vel, ut sit occupatiuncula, nè quis culpet Episcopi severitatem, quòd eum sine spe correctionis abjiciat. Jam enim, inquit, à se condemnatus est, & proinde incorrigibilis [y].

12. *Cùm misero ad te* (Ut scilicet tui absentiam in Creta suppleant [z]. Potest igitur Episcopus, publici boni causâ, à propria Ecclesia ad tempus abesse, modò non desit interim qui gregi præsens invigilet [a].) *Artemam*, (Ἀρτεμᾶς nomen contractum ex *Artemidoro.* Vide quæ ad initium Lucæ [b].) *aut Tychicum*, (cujus frequens alibi mentio [c]. Is inter comites Pauli fuerat à Judæa Romam usque, & indè ab eo, nunc huc, nunc illuc, mittebatur. Vide Act. 20. 4. Eph. 6. 21. Col. 4. 7. 2 Tim. 4. 12 [d].) *festina ad me venire Nicopolin*] Nempe ex Creta in Epirum, quò Paulus venturum se sperabat, &, ut quidam putant, venit medio illo tempore inter duas ejus vincturas [*]. Sed mutato consilio accersitus est Ephesum Titus, unde à Paulo præmissus est Corinthum, ut Corinthiorum statum rescisceret, post scriptam à se ad eos priorem Epistolam ‖. Nicopolis hæc erat, vel, 1. urbs Epiri [f]; quæ à victoria Augusti, qui Antonium ibi superavit, nomen accepit [g]. Non placet: hæc enim erat extra viam Pauli Epheso tendentis in Macedoniam [h]. Vel, 2. urbs Thraciæ [i]: non illa ad Hermum montem sita, quæ etiam à via Pauli longè remota erat; sed illa ad Nesum fluvium, non longè à finibus Macedoniæ [k]. ¶ *Ibi enim statui* (κέκρικα, *constitui*, ut Act. 20. 16 [l].) *hyemare*, Παραχειμάσαι] *Hybernare*, E. G. ex Gloss. id est, Hyemem transigere [m], re Evangelii id poscente [n]. Vide 1 Cor. 16. 6 [o]. Conferendum hoc videtur in illud trimestre quo Paulus dicitur in Græcia versatus, Act. 20. 3 [p].

13. *Zenam* (Ζηνᾶς est nomen contractum ex *Zenodoro* [q].) *Legisperitum*] Juris Mosaici, non Romani, aut Græci [r]: vel, forsan, in foro Romano †. Νομικὸς, ὁ νόμους εἰδὼς, *Jurisperitus*, *Legisperitus*, in Glossario. Stoici Νομικὸν definiebant, τὸν ἐξηγητικὸν τῶ νόμου. Jus Romanum etiam Græci didicere, ut Triphoninus, Callistratus, Menander, Arcadius. Neque dubito quin multi ex Juris Sacerdotibus Christi Sacerdotes facti sint, quòd in ea religione omnia Juris præcepta viderent eminenter contineri. Inter eos fuit Tertullianus, plenus locutionum Juris Romani: quanquam non is est cujus quædam in Digestis habemus [t]. ¶ *Apollo*] Cujus frequens alibi mentio [v]. Etiam hunc Romæ apud Paulum fuisse suspicor. Multis enim adjutoribus in tanta urbe opus habebat homo vinctus [x]. ¶ *Sollicitè*, &c. Σπουδαίως πρόπεμψον] *Studiosè* (vel, *Sedulò*, sive *Enixè*, ut in Glossario. Vide Luc. 7. 4. & Sap. 2. 6 [y].) *deducito*, Er. Ti. V. P. vel, *prosequere*, Er. Zeg. vel, *deducendos curato*, Pi. Be. id est, Discedentes juva cum magna cura [z]: vel, *cura ut proficiscantur*, nempe subministratis, ut sequitur, iis quæ ad iter necessaria, ut navi, viatico, cibariis. Sic vox προπέμπειν sumitur Sap. 19. 2. 1 Cor. 16. 11. & alibi [a]. Hoc officium hospitibus (abeuntibus [b],) exhiberi solet [c]. ¶ *Ut nihil illis desit*] Nempe quod ad iter sit necessarium [d]: λείπῃ hîc pro ἐλλείπῃ, quomodo Luc. 18. 22 [*].

13. *Discant autem* (te hortante †:) *& nostri*, (vel, 1. Christiani [f], qui apud te sunt. Ità rationem viatici procurandi ostendit [g]. Vel, 2. nostri ordinis homines, Ministri scilicet; ut ostendit particula καὶ, & collat. v. præced [h]. *nostri*, id est, Apelles, Tychicus, & alii quos mittimus, si quo in loco resederint [i].) *bonis operibus præesse* (de qua locutione priùs dictum est [k], vers. 8 [l]. Assuefiant, inquit, habere domi officinam aliquam, me imitantes, Act. 20. 34 [m].) *ad usus* (nempe aliorum [n]: ad vitæ subsidia. Sic χρείαν habemus, Act. 20. 34. Rom. 12. 13. & in singulari, Phil. 2. 25. & 4. 16 [o]. & Act. 6. 3 [p].) *necessarios*] Hoc bene addit [q]; id est, victum & tegmen [r], quæ natura desiderat, 1 Tim. 6. 8 †. ad sumtus rerum necessariarum Ecclesiæ causâ faciendos [t]: ut eleemosynis occurrant necessitati & indigentiæ pauperum [v]. ¶ *Ut non sint infructuosi*, Ἄκαρποι] *Fructus expertes*, Be. Pi. *Inutiles*, vel, 1. civili societati & illi Reip. in qua vivunt: unde infideles ansam captabunt Christianam religionem calumniandi. Vel, 2. fratribus [x], pauperibus [y], ministris Ecclesiæ: quos suis opibus juvare debent [z], propter Deum [a]. Vel, 3. sibi [b]. Per hæc enim bona opera ipsis vita æterna comparatur [c]. *Fructum* appellat mercedem ejusmodi in fratres charitati divinitùs promissam, ut 2 Cor. 9. 6 [d]. *Steriles*, qui erunt scilicet nullius rei aut usûs [*]. Singuli pro modulo suo rem communem promoveant [f]. Non putent, inquit, se gravari, si ad opera benignitatis urgeantur. Non enim onus est, sed fructus [g]. Nè [ergò] sint—*segnes aliena ad pabula fuci.* Καρπὸς dicitur *quæstus ex opera*, Prov. 31. 16 [h].

15. *Qui mecum sunt*] id est, Familiares & adjutores mei [i], Lucas, Timotheus, Epaphras, & alii [k]. ¶ *Qui nos amant* (id est, fratres, sive Christianos [l], ut Col. 4. 15. 1 Thes. 5. 26. πάντα ἅγιον ἐν Χριστῷ, ut Phil. 4. 21 [m].) *in fide*] id est, Amore profectò & directò à fide [n]: vel, illo amore quem Christiana fides profitetur [o]: vel, ob communem fidem. Nam id valet hoc loco ἐν more Hebræo [p]. ¶ *Gratia Dei cum omnibus vobis*] id est, Fidelibus qui apud te sunt [q]. Col. 4. 18. 2 Tim. 4. 22. habemus ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν· hîc præterea habemus πάντων, ut & Heb. 13. 25. nempe nè quis se exclusum quereretur [r]. [De subscriptione vide, si lubet, dicta à D. Scul. Cap. in Append. Be. item E. & Ham. in præfationibus suis.]

[Marginal notes, left column:] i Me. * Be. k T. l Q. in E. m E. † Ham. n G. o Calv. p Ca. q Pri. r V. † Ham. t Ham. sic E. v E. sic Ham. x Ham. y E. z Me. T. a E. b G. c E. d G. * Idem. ‖ Cap. ib. f Me. Er. ex Hi. sic E. T. g E. Hi. in Er. sim. Li. Chron. 117. h Cap. Append. 3894. i Chrys. in Er. Cap. k Cap. ibid. l G. m E. Me. G. n E. o Pri.

[Marginal notes, right column:] p Be. q G. r Me. sim. E † Be. t G. v Me. x G. y Idem. z Be. a G. b E. c Er. ex Hi. E. d G. sic Me. * G. † Me. f Me. T. E. sic Zeg. Scul. g G. h Be. i G. k Calv. l Be. m G. n T. o G. p Ham. q G. r G. sic Camer. † G. t Be. v T. x Scul. y T. z Me. a Idem. b Scul. c E. d Be. * Camer. f T. g E. h G. i E. Me. k G. Ham. l G. m E. n Me. o G. p E. Me. q G.

SYNOPSIS

Criticorum aliorúmque Commentatorum

IN

EPISTOLAM

AD

PHILEMONEM.

PROLEGOMENA.] Hæc Epiſtola novo genere à Paulo ſcripta eſt, & ſola verè propriéque Epiſtola dici meretur. Ejus utilitas multiplex. Monet enim nos, 1. neminem, quamvìs infimæ ſortis, contemnendum: 2. de ſervorum ingenio non eſſe deſperandum: 3. ſervos credentes in Chriſtum non propterea liberos fieri, vel invitis eripi dominis: 4. quodnam ſit Epiſcopi officium, tum erga inferiores, tum erga nobiliores; quæ ei obſervanda in præcipiendo modeſtia, in admonendo libertas, in laudando ratio, in petendo comitas atque humanitas. Scribendi cauſa erat, ut ſervum hero reconciliaret. Quod cùm ei difficile videretur apud dominum juſtiſſimis de cauſis iratum, & fortaſſe, pro ingenio Phrygum, duriorem; cùm & ſervus, rebus, utì creditur, ablatis, profugiſſet, omni orationis artificio eum aggreditur [a]. Siquid in genere ſuaſorio admirandum eſt, certè hoc Epiſtolicum eſt. In iſta enim brevitate ſingulis ferè verbis ſingula argumenta ſunt ſubjecta [b]. Scripta erat hæc Epiſtola Romæ, eodem tempore quo illa ad Coloſſenſes; ut patet ex v. 22, 24. collat. cum Coloſ. 4. 10, 12, 14. & v. 2. collat. cum Col. 4. 9, 17 [c].

[a] Gent. [b] Scul. [c] Cap. append. Hiſt. Apoſt. 3921.

CAP. I.

1. PAulus vinctus Chriſti] Romæ agens ſub militis eâdem catenâ vincti cuſtodia, Act. 28. 16. Genitivus hîc cauſam ſignificat, ut & infrà v. 9. Eph. 3. 1. 2 Tim. 1. 8. pro quo δέσμιος ἐν Κυρίῳ, Eph. 4. 1 [a]. Inſtituto ſuo hoc ſervit [b], ut molliret Philemonis animum [c]. q. d. Per hæc vincula te obſecro [d]. Et captivitas Pauli fuit libertas Oneſimo [*]. ¶ *Et Timotheus*] Perpetuus ferme Pauli comes, ut videre eſt 2 Tim. 3. 10. [qui] etiam Romæ ipſi aderat, Eph. 1. 1. Col. 1. 1 [f]. Quem hîc adjungit, tùm, quia is ſummè mitis & miſericors fuit, & exemplar Philemoni [g]: tum, ut duorum interceſſio plùs valeret [h], ſignificans idem illum optare [i]. ¶ *Frater*] id eſt, Operis Evangelici ſocius [k]. Fratres vocabant ſe mutuò Chriſtiani ob communem regenerationem. ¶ *Philemoni*, Φιλήμονι] Nomen eſt Græcum quo appellatus fuit, & Poeta nobilis, & rerum Naturalium ſcriptor quidam Plinio memoratus. Videtur habitâſſe Epheſi, ubi Oneſimus poſtea Epiſcopatu functus eſt, ut & Ignatii literæ, & alii Scriptores, tradunt [l]. Plerique veterum tradidere [m], imò omnes putant [n], hunc fuiſſe natione Phrygem, officio Coloſſenſium in Phrygia Epiſcopum [o]. Non placet: quia eorum Epiſcopus erat *Epaphras* [p]. ¶ *Dilecto*, Ἀγαπητῷ] *Diligibili*, h. e. Digno qui diligatur [q]. Sic vocat, quòd eum interiore quâdam amicitiâ, ut virum valde pium, complecteretur [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ συνεργῷ ἡμῶν] *Et adjutori* (vel, *collegæ*. Er. Ti. P. V. *cooperario*, Er. Scul. ſic Mo.) *noſtro*, Be. Pi. Vel, 1. in prædicando Evangelio †: id eſt, Uni Presbyterorum illorum qui Epheſi plures erant, Act. 20. 17. Omnes autem πρεσβυτέρους, atque etiam πρεσβύτιδας, quæ fœminis ad Chriſtum vocandis dabant operam, Apoſtoli *ſui operis adjutores* vocabant, Rom. 16. 3, 9. Phil. 2. 25. Col. 4. 11 [t]. Vel, 2. eum ſic vocat, quòd opibus & operâ in promovendo Evangelio Paulum juvaret [v], prout poterat [x].

[a] G. [b] Gent. [c] Gent. ſim. E. [d] E. Me. T. [*] Gent. [f] G. [g] Gent. [h] E. ſim. Er. [i] Me. [k] E. ſim. Pi. [l] G. [m] Scul. [n] Gent. [o] Scul. Gent. [p] E. [q] Scul. ſic Er. ex Hi. [r] G. † Pi. [t] G. [v] Me. ſim. E. [x] E.

2. *Et Appiæ*, &c. Καὶ Ἀπφίᾳ, &c.] *Appia* nomen eſt Romanum, π. mutatur in φ. more Hebræo [y]. Fuit hæc Philemonis uxor [z], ut plerique veterum tradunt [a]: alioqui non eam Paulus anteponeret Archippo [b], & viro & diacono & collegæ ſuo. Hinc Græcus Scholiaſtes Philemonem atque Appiam δεσπότας τοῦ Ὀνησίμου vocat [c]. Eam hîc compellat, nè repugnaret voto Pauli [d]. ¶ *Archippo*] Erat hic in Eccleſiæ Coloſſenſis miniſterio, vel, 1. ut Presbyter [*], vel Paſtor [f]: vel, 2. quod malim, ut Diaconus [g]: vel, 3. ut Epiſcopus [h]; vel, 4. ut Evangeliſta, Col. 4. 17 [i]. Evangeliſtæ munus hic obiiſſe videtur, modò Epheſi agens, modò Coloſſis, Col. 4. 17. ubi poſtea eum reſediſſe, ac ſic Epiſcopum factum, teſtatur Amb [k] Hunc nominat, ut illorum autoritate permoveretur Philemon ad ignoſcendum [l]. ¶ *Commilitoni noſtro*] id eſt, Adjutori [m]. Sic tales vocare ſolet, ut videre eſt Phil. 2. 25. ob moleſtiam muneris [n]; quòd, more militum, excubias agerent in caſtris Eccleſiæ, & pro ea defendenda & propaganda ex officio laborarent [o]. ¶ *Et Eccleſiæ quæ in domo tua eſt*] Ad Philemonem hoc referendum [p], cui præcipuè inſcribitur hæc Epiſtola [q]: nam alios tantùm nominat [r], ut illos in hac cauſa fautores haberet †. *Eccleſiæ*, &c. id eſt, Univerſæ tuæ familiæ, quæ Chriſtiana eſt [t]. In ejus domo complures erant Chriſtiani. Etiam *tres Eccleſiam faciunt*, teſte Tertul. Sic in Aquilæ & Priſcillæ domo qui erant, *Eccleſia* dicuntur, Rom. 16. 5. 1 Cor. 16. 19. & qui in Nymphæ domo, Col. 4. 15 [v]. [Vide Synopſin ad illa loca.] *Eccleſiam* Paulus dicere ſolet ordinatum fidelium cœtum, in quo, ad ſcopum Chriſtianæ religionis, alii regunt, alii reguntur, etiamſi unius tantùm ſint domûs aut familiæ [x]. Hujus Eccleſiæ domeſticæ caput & Epiſcopus fuit ipſe Philemon [y]. Al. *Eccleſiam* hîc intelligo cœtum Chriſtianorum, qui in ejus domo convenire ſolebat [z].

3. *Gratia vobis*, &c.] Precatur illis *favorem Dei & Chriſti*, & proſpera omnia, quæ Hebræi *pacis* nomine ſolent appellare. Utitur ſæpe hâc precatione Paulus, ut 1 Cor. 1. 3. 2 Cor. 1. 2. Gal. 1. 3. &c [a].

4. *Gratias ago*, &c.] Gratias Deo debemus pro donis non

[y] G [z] E. Me. T. Scul. ex Theod. Gent. Be. [a] Gent. [b] E. ſic Gent. [c] Gent. [d] Theod. in Gent. [*] E. [f] Fe. [g] E. [h] Me. T. [i] Be. [k] G. [l] Gent. [m] Pi. [n] G. [o] E. [p] G. ſic Er. Scul. Gent. E. [q] G. ſic E. [r] E. † T. ex Hi. & Chryſ. ſim. E. [t] Me. [v] G. [x] E. [y] Gent. [z] Med. l. 2. De Templis, p. 412. [a] G.

non tantùm in nos, sed & in alios, collatis, Rom. 1. 8. 1 Cor. 1. 4. Eph. 1. 16. ¶ *Semper memoriam tui*, &c.] Eadem verba habes Eph. 1. 16. Unde discas, προσευχὰς hîc dici omnes ad Deum allocutiones, etiam per quas non poscitur aliquid, sed gratiæ aguntur [b]. *Gratiam Dei & preces suas* conjungit Paulus, quorum utroque adjuvari & perfici charitatem & bona opera Philemonis vult intelligi. Rem nondum aggreditur Paulus, sed Philemonis animum præparat ac præmollit [c]. Nunquam, inquit, oro quin tui meminerim [d]. Illud, *semper*, referri potest, vel ad praeced. vel ad sequent. eodem sensu [*].

5. *Audiens* (Plus hoc est quàm *Sciens*. Bonam enim ejus famam apud omnes esse significat, eámque ut tueatur tacitè admonet [f]. Causam reddit suæ gratiarum actionis, qualem videbis Rom. 1. 8. Eph. 1. 15 [g].) *charitatem tuam & fidem*, (*Charitatem* præponit, vel, quòd dignitate fidem antecedit, 1 Cor. 13. ult. vel, ut fidem subnectendo significet, se de ea tantùm charitate loqui cujus opera ex fide procedunt [h]. Egregia hîc biga nominatur, *Dilectio & Fides*. Vide Gal. 5. 6. Eph. 6. 23. 1 Tim. 1. 14. & 6. 11. &c [i].) *quam habes in Domino Jesu* (vel, *erga Dominum Jesum*, Er. P. Be. Pi.) *& in omnes sanctos*] Etiam pauperes ac viles, qualis Onesimus, &c. Fontes beneficentiæ tuæ, qui omnibus patent, ipsi non præcludes [k]. *Sancti* vocantur Christiani omnes, ut Eph. 1. 1. & alibi sæpe [l]. Est autem hîc, sicut Exod. c. 22. v. 20. 2 Sam. 3. 27. Mat. 12. 22. Synchysis, seu verborum Trajectio & quasi commixtio [m]. *Fides* hîc ad *Jesum* refertur, & *charitas* ad *omnes sanctos* [n].

6. *Ut*, &c. Ὅπως ἡ κοινωνία—ἐνεργὴς—, ἐν ἐπιγνώσει—εἰς Χριστὸν] Subjungit hîc quid à Deo petat [o]. *Ut communicatio* (id est, εὐμεταδοσία [p], beneficentia ex collat. Rom. 12. 13. Heb. 13. 16 [q].) *fidei tuæ* (id est, quæ ex fide tua manat [r]: vel, officiorum ex fide profecta [*]. q. d. Ut fides tua quam nobiscum communem habes [†]: vel, *Ut societas fidei tuæ*, quam unà nobiscum adeptus es [s]: vel, Ut fidelis & benigna tua ista communicatio [t], in sanctos, ex fide profecta [v].) *efficax* (vel, *operosa*, V. *frugifera*, Sy. *evidens*, Vulg. Legit ἐναργὴς [x], rectè, ut puto, q. d. omnibus manifesta [y].) *fiat*, (factis scil. præstita & comprobata [z]. Ἐνεργὴς γένηται hîc dicitur eodem sensu quo *fides per dilectionem* ἐνεργουμένη, Gal. 5. 6 [a].) *agnitione* (vel, *in agnitione*, Er. Il. &c. vel, *ad agnitionem* Ar. Ἐπίγνωσις hîc activè potiùs quàm passivè accipi potest [b]. Ἐν ἐπιγνώσει hîc est ἐν φανερώσει [c], patefactione ejusdem fidei: *ostenditur* enim *fides per opera*, Jac. 2. 18 [d].) *omnis ejus boni quod est* (vel, *ut agnoscatur quicquid boni est*, P. vel, *agnito omni bono quod contigit*, V. vel, *per agnitionem*, &c. id est, Dum agnoscetur omne illud bonum, &c [*]. agnoscentibus omnibus, & prædicantibus, opera tua bona, quæ plurima facis [f]:) *in vobis* (vel, *vobis*, V. id est, Quod à vobis fit, scil. à te & tuis [g]; h. e. à domestica tua Ecclesia, bonorum tuorum operum adjutrice. Nè Philemon laude extollatur, partem laudis in alios transfert [h].) *per Christum*, Be. Pi. P. id est, Non nostro merito [i]; sed beneficio Christi [k], autoris omnis istius boni [l]: vel, in negotio fidei Christi [m]: vel, *erga Christum*, Er. Il. Ti. ad cujus gloriam spectat hæc communicatio [n]; ad quem refertur quicquid boni egentibus impenditur, Mat. 25. 40 [o]. Al. Est hîc Trajectio. Nam verba illa, εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, pertinent ad id quod præcessit, τῆς πίστεώς σου. Ἐν ἐπιγνώσει hîc παθητικῶς sumitur, habétque *innotescendi* significationem. Sensus enim est, Eò spectabat tua ista dilectio, ut fides, quæ tibi cum aliis sanctis communis est, actuosa fieret, ac sic cognosceretur per bona illa opera quæ abs te aliísque procedunt [p].

7. *Gaudium*, &c. Χάριν, &c.] id est, Χαρὰν [q]: sic enim, vel legendum est [r], vel explicandum [†], ut 2 Cor. 1. 15 [t]. [Sic ergò reddunt:] *Gaudium enim habemus*, &c. Mo. Er. Be. Pi. Ca. &c. vel, Hebraica phrasis est, q. d. Grata nobis admodum——est tua charitas [v]. Meritò, inquit, gratias Deo pro istis vestris virtutibus habemus; quia nobis maximum indè gaudium, & in malis quæ Evangelii causâ toleramus solatium, provenit. Sic & 2 Cor. 7. 4, 13. 1 Thes. 3. 7 [x]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι τὰ σπλάγχνα—ἀναπέπαυται, &c.] *Quòd viscera sanctorum refocillata sunt per te*, Er. Be. Pi. &c. id est, Per beneficentiam tuam [y]. *Viscera* hîc vocat, vel, 1. homines quorum sunt viscera, cum quadam tamen connotatione miseriæ misericordiam provocantis [z]: q. d. Fideles inopiâ aut miseriâ corporali pressos misericorditer refocillâsti [||]. Vel, 2. ventres sanctorum, quos recreavit suppeditando ipsis alimenta [a]. Vel, 3. cor, seu animum [b], seu denique, affectum. Syn. integri, & Meton. subjecti [c]. Sic Sirac. 30. 7. & 33. 5. Parem hîc habet sensum cum illo, ἀνέπαυσαν τὸ ἐμὸν πνεῦμα, 1 Cor. 16. 18. Pauperes, inquit, tranquillo sunt animo, eò quòd experiendo didicerint in tuis divitiis paratum esse suis necessitatibus subsidium [d]. Ità officiosè & promptè sanctos refocillâsti, ut incredibili quâdam voluptate sint intùs perfusi [*]. Metaphora à viatoribus, qui viâ, vel æstu, vel siti, confecti & defessi requiescunt, eóque recreantur & quasi respirant [f]. Beneficentiæ tuæ sensus ad intima usque viscera sanctorum penetravit; eósque non modò adjuvit, sed penitùs recreavit [g]. ¶ *Frater*] Hoc in fine positum magnum habet πάθος, ut in illo Virgilii, *Tuque prior, tu parce,——Projice tela manu, sanguis meus* [h]. Affectûs magnitudinem exprimit: qu. d. Propter hæc meritò à me diligendus es ut frater [i].

8. *Propter*, &c. Διὸ πολλὴν ἐν Χριστῷ παῤῥησίαν ἔχων ἐπιτάσσειν σοι τὸ ἀνῆκον] *Ideo* (vel, *Quapropter*, Be. Pi.) *multam in Christo* (id est, per Christum [k]; vel, propter Christum [l], cujus legatus sum [m], & cujus auctoritate innititur mea deprecatio [n]:) *libertatem* (vel, *fiduciam*, Er. E. &c. Παῤῥησία vox ex Græco sermone ad Syros venit latiore significatu, ità ut sæpe *jus auctoritatem*que significet [o]. Παῤῥησία hîc, ut Heb. 10. 19. & alibi, est quam 1 Cor. 9. 12. & 2 Thes. 3. 9. ἐξουσίαν vocat [†].) *habens* (vel, *quamvis habeam*, Er. Be. Pi.) *imperare* (vel, *injungendi*, Er. *imperandi*, sive *mandandi*, Be. Pi. Ca. &c. Ἐπιτάττειν est pro *imperio statuere*, ut ex Aristot. docet Budæus: unde ἐπιτακτικοὶ sunt *subditi*, quibus imperia accipere necesse est [p].) *tibi* (q. d. Cùm liberum mihi sit tibi imperare [q]. Apostolica functio à Christo mihi injuncta hoc jus mihi dat, ut tibi Christianísque aliis ea præcipere possim quæ officii vestri sunt [r].) *decens*, Mo. vel, *quod decet*, sive *convenit*, Be. Gent. sim. Val. Er. V. id est, Quod te ut æquum hominem decet. Itaque levius est τὸ ἀνῆκον quàm τὸ καθῆκον [†]. Hoc addit, ut severitatem verborum præced. mitigaret [t]: vel, *quod debetur*, Ar. *quæ justa sunt*, Trc. ex Sy. *id quod officii tui erat*, Er. Il. Ti. sic P. Ca. Pi. G. Gent. Mo. nempe, ut pœnitentem servum in gratiam recipias [v]: vel, *quod ad rem pertinet*, Vulg. Sed legendum puto, *quod ad te pertinet*; quale est proprissimè officium nostrum, id est, quod à nobis præstari debet: quod decet, licet legibus non imperetur. *Latiùs* enim, inquit Seneca, *patent fines officii quàm juris regulæ*. Optimè Menander, τὸ καλῶς ἔχειν τι κρεῖττόν ἐστι καὶ νόμου, *Id quod decet, interdum potentius est & ipsâ lege* [x].

9. *Propter charitatem*, (Charitatis ergò, quâ te ut fratrem amo [y]: memor charitatis potiùs quàm autoritatis [z].) *magìs obsecro*, Παρακαλῶ] *Hortor*, Er. *Precor*, Be. Pi. Malo ut amicum precari per necessitudinem amicitiæ nostræ [a]. ¶ *Cùm*, &c. Τοιοῦτος ὤν] *Cùm talis sim*, Er. Be. V. Zeg. ex Chrys. & Th. Qualem me esse nôsti [b], nempe *Paulus senex*, &c. ut sequitur. Non hoc dicit arroganter & ambitiosè, sed ad sublevandum miserum [c]. ¶ *Paulus* (tot Ecclesiarum conditor [d]. Simile illud in Livio, Ego *Annibal peto pacem* [*]: Paulus Christi Apostolus [f].) *senex*, Πρεσβύτης] *Senex*, Be. Pi. &c. Est nomen honoris [g]. Notat, vel, officium [h]. Sed id πρεσβύτης significat. Vel, 2. ætatem [i]: *Jam & provectâ ætate*, cui multa concedunt etiam ignoti [k]. Senectutis maxima est veneratio, adeóque & auctoritas [l]. Ostendit canos germinâsse in laboribus [m]. ¶ *Vinctus Jesu Christi*] i. e. Ob Christum. Magna debetur reverentia iis qui dura ferunt honestissimis de causis, Eph. 4. 1. Col. 4. 18 [n]. Ad senectutem, quod ipsum onus est, accessit calamitas vinculorum. Ità commiserationem movet, ut faciliùs impetret [o]: q. d. Da hoc saltem vinculis meis [p], leniendis [q].

10. *Obsecro te*, Παρακαλῶ σε] Hoc *precandi*, aut potiùs *deprecandi*, habet significationem. Servi, siquid deliquissent, precatorem sibi parare solebant, ut notat ad Terent. Donatus. Similis est huic deprecatio Plinii pro liberto Sabiniani Epist. l. 9. 21 [r]. ¶ *Pro meo filio*] qu. d. Non servo tuo, sed filio meo, veniam precor [†].

b G. c Gent. d E. Me. * Er. f Gent. g G. h E. i G. k Gent. l G. m Glass. gram. 4. 2. 23. n E. sim. D. G. Me. T. o E. sim. Zeg. p Pri. q E. * Pri. * Pi. ex Be. † V. sic G. s Zeg. sim. Be. t Me. v Er. E. x E. y Er. z G. a Scul. b Pri. c G. * Pi. f Me. g Idem. h E. i Er. k E. sim. Me. Gent. l Gent. m Me. n Er. sim. Camer. o E. ex Th. & Oecum. p G. q Er. ex Th. D. ex Sy. Scul. ex Chrys. Hi. & Amb. Be. Pi. Zeg. r E. † Be. sic Er. ex Th. t Be. Pi. v Camer. x G. y Zeg.

z E. || E. ex Caj. Me. a V. b Pi sic Be. Zeg. c Scul. ex Gent. G. Pi. d G. * Be. f Scul. ex Gent. g Gent. h Be. Gent. i E. k E. Me. l T. m V. n T. o Gent. o G. † Pri. p Gent. q V. r G. † Be. t Gent. v T. Me. x Gent. y E. Me. T. z Er. a G. b Idem. c Gent. d G. * Gent. f E. g Caf. h Q. in E. i E. k G. l Gent. m Theod. in Gent. n G. o Gent. p Me. T. q T. r G. † E.

¶ *Quem*, Ὃν] At præcessit τέκνα. Est ergò Attica generis Enallage. Ὃν refertur, vel, ad *Onesimum*, quod nomen proximè sequitur; vel, tacitè ad vocem υἱὸν, quod frequentius & notius est. Sic Ulpianus, *Fidei commissa quocunque sermone relinqui possunt, Latinâ, Græcâ*, &c. Intelligitur tacitè, *linguâ*. Sic Virgil. *Præneste sub ipsa*, ubi *urbe*, non *oppido*, subintelligendum. Alibi verò, *Præneste sub altum*[t]. ¶ *Genui* (nempe fidem efficiendo[v]: quem in fide institui, vel ad fidem adduxi, per Evangelium[x]; quem Christianum feci[y]: quales sic vocare solet, ut 1 Cor. 4. 15[z]. Gal. 4. 19. Dei opus est regignere hominem; sed tanta est ejus bonitas ut in nominis sui consortium Ministros suos admittat, 1 Cor. 4. 15. Sic & σώζειν dicuntur Apostoli, Rom. 11. 14. & alii, 1 Cor. 7. 16. 1 Tim. 4. 16[a]. Sensus, qu. d. *verè filius meus, quem genui*, id est, γνήσιος: alioqui *filios nostros* amoris causâ appellare solemus[b].) *in vinculis*] id est, In carcere constitutus[c]; hîc Romæ, dum vinctus sum[d]. ¶ *Onesimum*] Hujus Epistolæ & latorem & argumentum[*]. Qui & ipse civis erat Colossensis. Quod si ità sit, vel verna fuit Philemonis ex ancilla ejus natus; vel potiùs, à patre venditus: quod patrium & usitatissimum fuit apud Phryges, teste Philost. l. 8. De vita Apollon[f]. Unde de illis Cicero, *O nationes natas servituti!* Notandum & hîc est Pauli artificium, qui *Onesimi* nomen non antè profert quàm *filium suum*, &c. diceret, ut lenissimè ad aures animúmque heri accideret[g].

11. *Tibi aliquando* (ποτε hîc ambiguum est; ut cùm plusculum temporis in ea noxa Onesimus fuisset, occultè, quasi momento, fuisse insinuaret[h].) *inutilis*] Et damnosus fugâ & furto[i]. Verbo mitiori & honestiori ἀποκρυπτικῶς utitur pro veris nominibus, *furis, fugitivi*, &c. Quales μειώσεις frequentes sunt[k]. Deprecantium mos est rerum asperitatem verbis lenire. Onesimus non *inutilis* modò Philemoni fuerat, sed & *damnum dederat*. Conjuncta esse solent Fuga ac Furtum. Itaque in Codice Justinianeo titulum De servis fugitivis sequitur ille De furtis. Martialis, *A pedibus didicere manus peccare protervæ: Non miror furem qui fugitivus erat.* Et qui servum vendebant, promittere solebant *furem non esse, fugitivum non esse*, L. *Cùm in venditione*, &c. Varro De re Rust. Seneca Controv. 3. 21[l]. ¶ *Et mihi*, (per obsequium mihi in carcere præstitum[m]:) *& tibi*, (quia talis nunc est ut ab eo utilitatem meritò exspectare possis[n], tanquam à Christiano & proinde liberaliter instituto[o]. Quia Paulo utilis erat, erat & Philemoni. Communia enim sunt τὰ τῶν φίλων[p].) *utilis*, Εὔχρηστον] *Perutilem*, Be. Pi. Alludit ad nomen *Onesimi*[q], quod *utilem* significat[r]. q. d. Eum pretiosiorem factum remitto, eúmque ex præsenti velim æstimari[†].

12. *Quem remisi*] Nempe cum hac Epistola[t], & quidem solutum[s]; non, ut mos erat in fugitivis retrahendis, vinctum, vel cum custode. Prudenter eum remisit, nolens pro absente deprecari[v]: id quod iram Domini provocat[x]. ¶ *Tu*, &c Σὺ——τοῦτ᾽ ἔστι——προσλαβοῦ] *Tu autem illum* (*id est, mea viscera;*) *suscipe*, Mo. P. Er. &c. vel, *excipe*, Pi. *admissum accipe*, Be. Non ut retractum ex fuga, aut remissum; sed ut spontè reversum, me quoque suadente. Signatè dicit προσλαβοῦ. *Suscipimus* enim quasi porrectâ manu supplices ac jacentes[y]. Προσλαμβάνεσθαι varias habet significationes, omnes ad Benevolentiam & Beneficia pertinentes, ut apparet Act. 18. 26. Rom. 14. 1, 3. & 15. 7. Hîc Interpretes, *benignè in Domum recipere*, quomodo Act. 28. 2[z]. *Viscera mea*, id est, mihi dilectissimum[a]; ità mihi dilectum quomodo viscera nostra diligimus[b]; mihi intimum[c]; filium meum[d], tanquam ex visceribus genitum: vel, illum quem per charitatem in viscera mea recepi, ut unus mecum factus sit; ut proinde & tibi, tanquam alter ego, pari charitate suscipiendus sit & amplectendus[*]. Artemidorus, Τὰ σπλάγχνα τοὺς παῖδας σημαίνει. Sic apud Plautum, —*meum corculum*[f]. Mira hîc efficacia ad placandum Philemonem. Non enim poterat in Pauli viscera sævire, aut durius aliquid committere[g].

13. *Quem*, &c. Ὃν ἐγὼ ἐβουλόμην—κατέχειν] *Quem ego volueram* (vel, *voluissem*. Est hîc Indicativus pro Subjunctivo, more Græco. De hoc loquendi genere vide quæ diximus ad Mat. 26. 39[h]. vel, *cupiebam*, Er. Be. Pi.) *apud meipsum detinere*, Mo. vel, *retinere*, Er. Be. Pi. &c. Nempe, nisi obstitissent rationes aliæ, quæ jam sequentur[i]. Occupatio quædam est. Nam dicere poterat Philemon, si tam ille tibi utilis erat, cur non eum apud te retinuisti? Respondet, Hoc maluissem, &c[k]. ¶ *Ut pro te* (id est, tuo loco[l]:) *mihi ministraret*] Ministerio, tum corporali, tum etiam spirituali[m]. q. d. Ut tuas vices suppleret[n]: ut mihi præstaret quæ tu, si hîc esses, præstiturus mihi omnia esses[o], pro tua scilicet charitate[p]. ¶ *In vinculis Evangelii*] id est, Quæ Evangelii causâ sustineo[q]. Concisum loquendi genus[r]: quod habuimus suprà v. 9[†].

14. *Sine*, &c. Χωρὶς—γνώμης, &c.] *Sed absque tua sententia* (vel, *tuo judicio*, V. id est, Te inconsulto, & præter voluntatem tuam[t]:) *nihil* (nempe in ea re, h. e. in retentione Onesimi[v]:) *volui facere*, Be. Pi. &c. Nolui eo uti nisi te ultrò id volente[x]. Nolui desiderio ac necessitati meæ obsequi, quamvis jure possim, ob meam, imò Ecclesiæ, necessitatem; quia non expedivit me hâc meâ potestate uti[y]. Sed cur noluit? Ob multas causas. 1. Quòd gravia Jure Romano constituta sunt in eos qui servos fugitivos aut receptarent aut retinerent[z]. 2. Nè de jure Philemonis aliquid videretur detrahere, cum nonnulla fortassis ipsius offensa[a]: & forsan Philemon ea de re questus fuerat. 3. Quia Onesimus ipse optavit reverti, quò testaretur non se ideo religionem Christianam amplexum fuisse ut se legitimi domini potestati subduceret. 4. Nè hâc ratione infamaretur Evangelium, si ejus prætextu servi sese dominis suis impunè eriperent. Confer 1 Tim. 6. 1[b]. Sed his causis dissimulatis aliam Paulus subjungit[c], ut honestissimam & institutæ deprecationi maximè convenientem[d], & magis spectantem ad laudem Philemonis[*]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα μὴ ὡς κατὰ ἀνάγκην—ἑκούσιον] *Uti nè velut secundùm necessitatem* (id est, velut ab invito extortum[f]:) *bonum* (vel, *beneficium*, Be. Pi. opus benignitatis tuæ[g]:) *tuum* (h. e. servi tui opera mihi commodata[h]:) *esset, sed secundùm spontaneum*, Mo. vel, *spontè collatum*, Be. vel, *voluntarium*, Ca. qu. d. Velut ex necessitate profectum, magis quàm à voluntate; atque adeò minus laudis haberes[i]. Si enim Paulus retinuisset, non tam apparuisset voluntas Philemonis, quam si eum ad se missum ipse ad Paulum remitteret. Seneca De Benef. 2. 4. *Si vis scire an velim, effice ut possim velle.* Laus non debetur nisi liberis actionibus[k]. *Odi humanitatem*, inquit Demosth. *quam extorquet necessitas.* Valer. Max. *Quicquid cogitur imperio, exigenti magis quàm præstanti acceptum refertur.* Nihil ægrius fert homo generosus, quàm videri aliquid necessitate potiùs coactus facere quàm animi sui inductione. Xenocrates rogatus, *quid præstare posset discipulis*, respondit, *ut id voluntate faciant quod alii jure coguntur*[l]. Ἑκούσιον & ἀναγκαῖον inter se opponuntur, ut 1 Pet. 5. 2. Sic *liberâ voluntate aliquid exsequi, & ex necessitate*, inter se opponit Paulus Jurisconsultus[m].

15. *Forsitan*; ità Mo. Er. Sy. Ar. G. &c. Sic loquitur, vel, ob mutabilitatem humanæ voluntatis[n]: vel potiùs, quia incomprehensibilia sunt Dei judicia[o]. Τάχα] *Mirum ni*, P. *Utique*, vel *Nimirum*, Be. Non dubitantis animo hoc dicit, sed affirmationem hoc temperamento emollientis[p]. Τάχα non semper est Dubitantis, ut in Homero, —τάχα χήρη σεῦ ἔσομαι, *Citò vidua ero.* Et alibi, τάχα γάρ σε κατακτενέουσιν Ἀχαιοί[q]. Sic & particulæ, εἰ, εἴπως, μήποτε, non semper vim habent Dubitandi, ut Luc. 14.—Act. 17.—2 Tim. 2.—Laudat Cicero temperamentum Romanorum, qui in sententiis *videri*, in testimoniis *arbitrari*, dicebant; cùm Græci *se certò scire, sibi compertum esse*, temere affirmare solebant[r]. ¶ *Ideo* (Non intentionem significat discedentis, sed eventum bonum à Deo intentum[†]: q. d. Fortè id Dei consilium fuit cùm eum fugere permisit[t]. Confer Gen. 45. 5[v].) *discessit*, Ἐχωρίσθη] *Separatus fuit*, Be. Scult. sub. *abs te*, Be. Pi. vel sub. *à Deo*, Scul. Non hîc exprimit à quo, vel cujus ope, aut consilio: sed tacitè ad Deum refert, ut patet ex sequent. mentémque Philemonis ad arcanum Dei consilium traducit, mirâ arte[x]. Ἐχωρίσθη dixit pro *fugit*[y]. Talia sunt quæ Græci εὐφημισμοὺς vocant[z]. ¶ *Ad horam*] id est, Ad modicum tempus[a], & proinde non habendus pro fugitivo[b]. Idem loquendi genus 2 Cor. 7. 8. Gal. 2. 5. 1 Thes. 2. 17[c]. Fugam extenuat, ut momentaneam[d]. ¶ *Ut*, &c.

Ἵνα

[t] Gent. [v] Pi. [x] E. [y] E. Me. G. [z] E. [a] G. [b] Gent. [c] E. Me. [d] G. [*] Gent. [f] Scul. ex Gent. [g] Gent. [h] Gent. Sect. 41. [i] E. tun. Gent. [k] Gent. [l] G. [m] E. [n] E. Me. [o] E. [p] G. [q] G. Me. Pi. [r] Me. [†] Gent. [s] G. [v] Gent. [x] Gent. ex Chrys. [y] Gent. [z] G. [a] V. [b] G. [c] Ca. [d] E. Me. Gent. [*] E. [f] G. [g] E. [h] G.

[i] Idem. [k] E. [l] Pi. Be. [m] Gent. [n] E. [o] G. sim. Me. E. [p] Me. [q] G. sic Be. E. V. [r] Be. [†] G. [t] Me. E. [v] Gent. sim. Pi. [x] G. [y] E. [z] Gent. [a] E. [b] Gent. [c] E. sim. Gent. [d] Gent. [*] E. [f] Pi. [g] Camer. [h] Be. [i] E. [k] G. [l] Gent. [m] G. [n] E. [o] E. ex Aquin. [p] Be. Gent. [q] Gent. ex Amb. [r] Gent. [†] E. [t] G. sim. Me. [v] G. [x] Gent. [y] G. sic Gent. [z] G. [a] G. sic Me. V. [b] Gent. [c] Scul. ex Gent.

Ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς] *Ut eum* (sub. *à me*, Be. Pi.) *perpetuum* (vel, *æternum*, Er. Il.) *recipias*, Be. Pi. &c. vel, *retineas*, Tre. ex Sy. Præp. ἀπὸ in ἀπέχῃς eam vim habet ut Paulus fugitivum servum non dare, sed reddere, domino suo videatur *. Sensus, Ut à me correctus perpetuò tibi sit utilis [f], non ampliùs à te recessurus [g]: vel, quoad vivet [h]. Αἰώνιον ità hîc dictum quomodo apud Horatium, *Serviet æternùm* [i]. Alludit hîc ad ea quæ de perpetuis mancipiis in Lege stabiliuntur, Exod. 21. 6. & Deut. 15. 17 [k]. Al. Accipi hoc potest de vita tum corporali, tum vera ac æterna, ut patet ex sequent [l]. Sensus, q. d. Ut pro servo temporario reciperes cohæredem tibi futurum totâ æternitate in cælis [m]. Doctrina Evangelica non tollit statuum differentias, & imperia dominorum in servos, ut apparet ex Eph. 6. 5, 6. Col. 3. 22. 1 Tim. 6. 1, 2. Tit. 2. 9. 1 Pet. 2. 18. Nulla ergò causa est cur Christianus, qui ut dominus in servos habere imperium potest, non possit habere in subditos ut Princeps. Paria sunt in domo Dominus, in Regno Rex. Seneca De benef. 3. 18. *Si servo, quò minùs in nomen meriti perveniat, necessitas obest, & patiendi ultima timor, idem istud obstabit & ei qui Regem habet, & ei qui ducem, quoniam, quanquam sub dispari titulo, paria in illos licent.* Ideóque Petrus imperia Regum & Dominorum inter se æquat. Nam & servos malè meritos domini, non adito Magistratu, torquere, imò & occidere, poterant, Instit. cod. &c. Nec Romæ tantùm id jus fuit, sed & in Græcia. Vide Senec. Controv. 5. 35. Venit enim hoc ex jure Gentium. Hoc jure quomodo domini uti deberent ex quo Christiani facti sunt, Paulus eos docuit, eadem dicturus Regibus si tam Reges tunc fuissent Christiani quàm multi dominorum erant Christiani. Et Nicodemus & Josephus Arimathensis Senatores fuere, cum imperio & puniendi potestate. Nam Senatus tam publicus populi quàm urbis Hierosf. jus verberandi habebat, ut apparet Mat. 10. 17. Act. 5. 40. 2 Cor. 11. 24. imò & morte puniendi, si quando Romani id permitterent; sicut generalem permissum habebant Judæi occidendi alienigenam qui intra Templi septa intrâsset. Hos tamen Senatores, discipulos suos, Christus nunquam monet ut ab eo munere desisterent. Et si id fecisset, rupisset haud dubiè Legem, quæ legitimo more ad tale munus vocatis imperabat fungi eo munere, quod longè ab ipso abfuit; qui dum vitam egit mortalem factus fuit sub Lege, Gal. 4. 4. nec ullam ejus partem infregit ipse, aut aliis infringendi autor fuit [n].

16. *Jam non ut servum*] Supple *tantùm*: quod sequentia ostendunt. Sæpe apud omnes gentes, maximè verò apud Hebræos, hæc particula subauditur. Deinde repetendum ex superioribus, ἀπέχῃς. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ὑπὲρ δοῦλον] Pertinentem ad te non solo jure herili, sed & Christiano [o]. *Sed suprà* (vel, *ampliùs*, Be. Pi.) *quàm servum*, Mo. &c. id est, conditione & statu potiorem [p]; pertinentem ad te non solo jure herili, sed & Christiano. ¶ *Charissimum*] Nempe Christianis omnibus [q]. ¶ *Maximè mihi*] Refer hoc, vel, ad *fratrem*, vel potiùs, ad *dilectum*. Sed cur ità? Resp. 1. Quia Onesimus Judæus erat; 2. quia eum genui, & discipulum habui, & ministrum [r]; cujus operam fidelem sum expertus †. Nè Phil. iniquiùs ferret servum suum *fratrem*, &c. vocari, illum priùs suum fratrem agnoscit Paulus, utpote renatum ab eodem Patre, &c [t]. ¶ *Quantò autem magis tibi?*] Qui eum non genuisti, nec tale in eum beneficium contulisti, quale ego; & qui ipse filius pariter meus es, utì ille [v]? Tibi multò charior quàm mihi esse debet [x]; vel, 1. quia tibi duplici jam vinculo adstringitur [y]: [ut sequitur.] vel, 2. quia in tuo usu semper futurus est dum voles [z]. ¶ *Et in carne*] Vel, 1. Quia ex eodem tecum genere, & in eodem oppido: forsan & naturalis frater ejus, à patre ejus ex ancilla procreatus. Nam & hi servi sunt, cùm matris conditionem sequantur, ut notum est [a]: quia Gentilis est æquè ac tu [b]. Vel, 2. quia membrum ejusdem familiæ [c]. Vel, 3. quatenus humano more tibi servus est [d], servitute corporali tibi adstrictus *: ob carnalia, sive corporalia, ministeria quæ tibi præstat [f]: quia dignus est cui mundana negotia, sive ministeria tua, committantur [g]. Corpus Onesimi non tam ipsius est, quàm tuum est, κύριε καὶ χρῆστι. Apud Aristophanem Cario, τὸ σῶμά μου γὰρ οὐκ ἐᾷ τὸν κύριον Κεκτῆσθαι ὁ δαίμων, ἀλλὰ τὸν ὠνημένον. Solent permisceri inter se σὰρξ & σῶμα, ut apparet ex Hebræo Soph. 1. 17. Ezec. 10. 12. & alibi, collatis versionibus Græcis & Latinis [h]. ¶ *Et in Domino*] id est, Secundùm spiritum, & in rebus spiritualibus [i]; vel, fraternitate spirituali [k]: vel, propter Dominum in quem credit [l]: vel, quòd Ecclesiasticæ functioni præpositus esset, ut Paulus, ut Philemon; Diaconus enim jam erat à Paulo institutus [m]. Qu. Cur non petit, ut Onesimum manumitteret? Resp. Quanquam id expectavit, non tamen expressè petit; 1. nè videretur Onesf. ex maleficio commodum reportâsse: 2. nè id nimis onerosum esset Philemoni, cui forsan ille necessarius erat. Servi erant valde utiles dominis suis, & bona pars possessionis [n].

17. *Si ergò habes me socium*, Κοινωνὸν] *Communicantem*, Mo. *Consortem*, Er. Ti. Intellige, vel, 1. ejusdem gratiæ: vide Phil. 1. 7. & 2. 1. vel, 2. *in afflictione & patientia Christi*, Apoc. 1. 9. vide & Phil. 4. 14 [o]. *Si putas nostra esse communia*, P. *Si me habes pro amico* [p], ac proinde rerum tuarum participe [q]; ut, *Omnia amicorum sunt communia* [r]. Si me amas: vel, q. d. Per amicitiam nostram te oro atque obtestor †. ¶ *Suscipe illum* (Non modò pœnam, quam jure tuo exigere poteras, ei condona; sed & *benignè eum excipe*. *In domum, in animum, recepisti*, dixit in re planè simili Plinius Epist. l. 9. 24 [t].) *sicut me*] i. e. Tanquam alterum me [v]. Nam amicus Paulo cùm esset Onesimus, quod ipsi præstabatur, Paulo ipsi præstari videbatur [x].

18. *Si—nocuit tibi*, Ἠδίκησέ σε] *Læsit te*, Pi. E. *Injuriâ affecit te*, Be. Furtum, leniendæ rei causâ, *injuriam* vocat [y]. Si quid fugiens abstulit [z]. ¶ *Aut debet*] Nempe jure naturali. Nam civiliter servus non obligatur, præsertim domino, ut nec dominus servo [a]. q. d. Si ex rationibus tuis reliquator erat [b]. ¶ *Hoc mihi imputa*; ità Er. P. Mo. Be. Pi. &c. Ἐλλόγει] *Expensum fer*, Val. Ἐλλογεῖν Paulo est quod Appiano ἐκλογίζειν, quod Aristot. & Theoph. λογίζεσθαι [c]. Id meis rationibus imputa. Me pro eo fac tuum nomen [d]. Me pro illo ejúsque debito sponsorem accipe *.

19. *Scripsi manu meâ*] q. d. Ut certus sit habes hîc manum meam [f], ad certiorem & firmiorem promissionis fidem. Alioqui & alienâ manu consensus æquè declarari possit [g]. Accipe chirographum meum, has literas meâ manu scriptas, quibus me fidejussorem interpono [h]. Poteris me, ubi voles, convenire ex chirographo. Hoc est quod *scribere cautionem* vocat Scholiastes ad L. *Titius*, &c [i]. ¶ *Ego*, &c. Ἐγὼ ἀποτίσω] *Ego dissolvam*, Ca. vel, *resolvam*, Er. V. vel, *dependam*, sive *rependam*, Er. P. Mo. Be. Pi. Tre. Æth. scilicet quicquid tibi debet [k]. Absolutè me ei solvendo restringo [l]. Prioribus verbis cautio propriè continetur; his autem constituti obligatio [m]. Hoc Latinè dicitur *pecuniam constituere*, de quo titulus est in Digestis. Ἀνάδεξις dicunt Græci. Forma ipsa continetur his verbis. Ἐγὼ ἀποτίσω, aut *satisfaciam tibi*, ut habet Novella 115. 6. Quæ inseri solet titulo Codicis De pecunia constituta. [Vide G.] Constitui autem pecunia potest etiam quæ naturaliter tantùm debetur. Servi dominis debere possunt, non quidem civiliter, sed naturâ. Sic & pro obligatione naturali rectè fidejussor accipitur. Donatus ad illud Terentii Phormionis, *Fient, me vide. Quia in jure promittit & interponit suam fidem*; quod nos dicimus, Me habes [n]. ¶ *Ut non dicam tibi quòd & teipsum mihi debes*, Προσοφείλεις] *Addebes*, Mo. *Insuper* (vel, *Etiam*, Ca.) *debes*, P. Be. Pi. Er. E. &c. id est, Salutem tuam debes [o]; utpote ad Christum conversus, vel per me [p], vel per discipulum meum Epaphram, quem ad Colosf. misi [q]. Philemon, absque Paulo fuisset, mansisset in crassis tenebris vitiisque longè à spe salutis [r]. Quia Philemoni parum honestum videri posset à Paulo debitum servi repetere, quâdam reconventione cum eo agit, allegando debitum antiquius longéque majus; insinuans, etiamsi Paulus non reddat, Philemonem ipsi debitorem fore †. Est σχῆμα ἀποσιωπήσεως, sive *Reticentiæ* [t], vel, παραλείψεως, sive *Præteritionis* [v]; cùm dicimus omittere nos velle quod maximè dicimus [x]. *Poteram dicere*, ait Paulus, *te non tantùm rerum tuarum, sed & tuiipsius, mihi esse debitorem* [y]. Nec tamen præcedentis obligationis jura frangit;

frangit, objiciendo compensationem quæ pro solutione cedat: Constituit enim Paulus de re pecuniaria: Philemon Paulo debebat spiritualia beneficia, unde obligatio nulla nascitur, nisi naturalis, &c [z]. [Sensus est, q. d.] Neque enim volo creditum hoc tuum elidere commemorando beneficia quæ in te contuli, & hoc pacto rationes inter nos æquare [a].

20. *Ità*, Ναὶ] Vox est, vel, 1. jurantis, ex collat. 1 Cor. 15. 31 [b]. vel, 2. blandientis, ut אנא Hebræis [c]: vel, 3. affirmantis [d], vel concedentis; Latinis *ità*, vel, *etiam* *: vel, *certè*, V. Be. q. d. Fateor illum non fuisse frugi servum, sed hoc mihi concede †. Nè dubites, ego profectò rependam [f]. Vel, 4. precantis, ut apud Hebræos [g]; nec solùm optantis, sed & vehementer obsecrantis [h]: q. d. Ità quæso fiat, ut eum recipias in gratiam [i]. Vel, 5. obtestantis eum quem optamus nobis esse voluptati, quasi nihil sit nobis illius fruitione dulcius [k]. ¶ *Ego*, &c. Ἐγώ σε ὀναίμην, &c.] *Ego te fruar* (vel, *Ego refocillabor per te*, Tre. ex Sy. vel, *Gratificare mihi*, Ca. *Hunc ego fructum abs te consequar*, Il. P. Be. Pi. Argumentum tale est, Si teipsum mihi debes, ut dixi, etiam te frui, sive fructum ex te percipere debeo, ac jure possum. Est enim hoc dominii fructus, vel maximus [l]. Utinam ego de te fructum & voluptatem capiam in hac re justa [m]. Sine ut abs te [n], & ex tua benignitate [o], impetrem beneficium [p]; sive fructum consolationis & lætitiæ [q], hunc scil. ut Onef. in gratiam recipias [r].) *in Domino*, Mo. Er. &c. q. d. Ego te per Dominum rogo †, & hoc bonum quod opto non nisi per Christum exspecto [t]. Modestè omnia dona sua, & in Philemonem merita, ad Christum tanquam ducem & auctorem refert, cui tamen se adjungit, ut 2 Cor. 5. 20 [v]. Al. Sensus est, q. d. Si hoc feceris, adjutus ero per te in re Domino grata [x]. Al. Liceat mihi gaudere de tuis in Christo profectibus. Sir. 30. 2. Ὁ παιδεύων τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ὀνήσεται ἐπ᾽ αὐτῷ. Ignat. ad Ephesios, Ὀναίμην ὑμῶν [y]. Ad matrem filia apud Poetam Philemonem, —— Γένοιτό σοι τέκνων Ὄνησις, ὥσπερ καὶ δίκαιόν ἐστι. Loquitur hîc Paulus ex parentis persona. Glossæ Mediceæ, Ὀναίμην σε, *pro*, ἀπολαύσαιμί σε τῶν ἐν χερσῶν καλλωπισμάτων; ἴδοιμί σε πλουτοῦντα ἐν ἅπασι τοῖς πνευματικοῖς ἀγαθοῖς [z]. Latet etiam in verbo ὀναίμην aliud argumentum ductum ex persona & nomine *Onesimi* [a], ad quod hîc alludit [b]: q. d. Ipsum nomen *Onesimi* te admonere debet ut hunc abs te fructum, vel hanc gratiam, consequar [c]. ¶ *Refice*, &c. Ἀνάπαυσον, &c.] *Refocilla* (vel, *Tranquillum fac*, G. hac de re [d], vel hoc beneficio *:) *mea viscera* (id est, vel, 1. me [f], vel animum meum [g], pro Onef. anxium [h]. Pater & affligitur in periculis malisque, & maximè gaudet salute, filiorum [i]. Vel, 2. Onesimum [k], tanquam viscera mea, id est, alterum me [l].) *in Domino*, Be. Pi. &c. Quod referri potest, vel, 1. ad *viscera mea*, q. d. Quem ego ut viscera mea Christiano amore complector [m]: vel, quem charissimum habeo propter Dominum in quem credit [n]. Vel, 2. ad *refice*, q. d. Hanc ei gratiam præsta [o], per, aut propter, Christum [p].

z Gent. a Me. b Q. in Gent. c Hi. in Er. Zeg. d Er. * Gent. ex Bud. † Be. f V. sim. Me. g G. h Gent. i Me. k Er. l Gent. m V. n Be. o Me. p Be. q Me. r Me. E. † V. sim. Gent. t E. v Gent. x V. y G. z Pri. a Gent. b Er. sic Be. Pi. Scul. Gent. c Gent. d G. * Me. f Be. G. E. sic Gent. g Me. h E. i Gent. k Be. E. Gent. l E. m E. ex Hi. n V. o E. p E. G.

21. *Confidens*, &c. Πεποιθὼς τῇ ὑπακοῇ σου, &c.] *Confisus auscultationi tuæ*, Mo. Vel, *de obedientia tua*, Er. Ti. vel, *fore ut auscultes*, P. Be. Pi. q. d. Confido me impetraturum, quia etsi hoc præciperem obedires [q]. Fiduciam mihi fecit cognita illa tua quam Evangelio præstas obedientia. Ità ὑπακοὴ sumitur Rom. 1. 5. & 15. 18. & 16. 19, 26. 2 Cor. 7. 15. & 10. 5, 6. 1 Pet. 1. 14, 22 [r]. Vox hæc *plenam humilémque obedientiam* denotat †. Nam ὑπακούειν, vel καθακούειν, plus est quàm ἀκούειν, ut notat Ulpianus, valétque, *planè & ad nutum parere* [t]. ¶ *Sciens quoniam & super id*, &c.] Pro certo habeo plus te facturum quàm ego audeam poscere [v]. Significat, se tam accuratis precibus usum erga eum, non ex diffidentia; sed ex nimio potiùs erga Onesimum amore, & desiderio juvandi eum [x].

22. *Simul* (Quod indicat se celeriter venturum [y]:) —*para mihi hospitium*, ξενίαν] Vox *hospitium* significat Act. 28. 23. & apud Josephum & alios [z]. Hoc addit, non quòd is de hospitio parando sollicitus esset, aut magno ad id apparatu opus esset; sed pro novo argumento [a], ut Philemon præsentiam Pauli revereretur, qui hoc ab eo reposceret [b]. Al. Para hospitium mihi, non ut Paulo, cellulâ unâ contento; sed ut Apostolo, ad quem turbæ plurimæ quotidie confluere solent [c]. ¶ *Nam spero per orationes vestras donari me vobis*] id est, Spero fore ut ad preces vestras Deus me, id est, adventum meum ad vos [d], vel, me vinculis liberatum *, vobis concedat †. Simile 1 Tim. 3. 14 [f]. Declarat quantopere ipsorum benevolentiâ & consuetudine delectetur, & quanta esset inter se & illos morum ingeniorúmque similitudo [g]. Sunt qui spem hanc Pauli impletam putant, & liberatum eum à vinculis ivisse in Asiam; rediisse Romam [h]. Al. Spes hæc irrita fuit: Nam supplicio non multò pòst jussu Neronis affectus fuit [i].

23. *Salutat te* (Tot discipulos & adjutores nominat, tum salutandi gratiâ, tum ut Phil. & horum causâ ignosceret Onesimo [k]:) *Epaphras*] Colossensium Apostolus [l], sive Episcopus [m]. Nomen plenum est Ἐπαφρόδιτος, Phil. 2. 25. & 4. 18. contractum Ἐπαφρᾶς, Col. 1. 7. & 4. 12. Cujus generis nomina in ᾶς contracta multa adduximus ad Lucæ initium [n]. ¶ *Concaptivus meus* (id est, Iisdem mecum vinculis Romæ adstrictus [o]: Vide Rom. 16. 7. Col. 4. 10 [p].) *in Christo*] id est, Propter Christum [q], ut suprà v. 20 [r]. Sic Heb. ב interdum usurpatur †.

24. *Marcus*] Is cujus mentio Act. 12. 12, 25. & 15. 37, 39. Col. 4. 10. ¶ *Aristarchus*] Unus eorum quorum mentio Act. 19. 29. & 20. 4. & 27. 2. ¶ *Demas*] Cui plenum nomen *Demetrius*. Nominatur Col. c. 4. v. 14. 2 Tim. c. 4. v. 10 [t]. Hic Paulo (quem antè deseruerat, 2 Tim. 4.) iterum se applicuit atque adhæsit [v]. ¶ *Lucas*] Medicus qui Evangelium & Acta nobis dedit. Vide Col. 4. 14. 2 Tim. 4. 11 [x].

25. *Cum spiritu vestro*] id est, Vobiscum [y], sub. *sit*, L. G. Pi. &c. Eadem locutio Gal. 6. 18. Alibi pro eo dixit, μεθ᾽ ὑμῶν, & μετὰ πάντων ὑμῶν. ¶ *Amen*] Est vox quam Ecclesia respondebat lectis Epistolis: ideo omnibus Pauli Epistolis cœpit adscribi. Vide quæ ad Mat. 6. 13 [z].

q E. r G. † Gent. Scul. t G. v G. sim. E. x Gent. y Gent. z G. a Be. b Gent. c T. ex Hi. d G. sim. E. * Me. sic T. † G. E. &c. f G. g Gent. h G. i Gent. k Gent. sim. E. l E. m T. Gent. ex Amb. n G. o Gent. p G. q Me. G. r G. † Be. t G. v Gent. x G. y E. G. z G.

SYNOPSIS

SYNOPSIS
Criticorum aliorúmque Commentatorum
IN
EPISTOLAM
AD
HEBRÆOS.

PROLEGOMENA.] Qu. 1. An hæc Epistola sit θεόπνευστος & Canonica? Negabant nonnulli, tum, 1. *malitiâ*, ut hæretici, quòd eam suis erroribus graviter obstare viderent; & inter eos Marcion, testibus Epiph. & Hi. deinde Arius, teste Theod. & Epiphan. tum, 2. *imperitiâ* temerariâ, ut Latini quidam teste Eusebio [a], eam Novato favere putantes. Ut autem vix ulla pars Canonis tot iniqua hominum judicia experta est, ità vix ulla Canonicis notis illustrior est [b]. Sive attendimus doctrinæ genus [c], sublimius humanâ sapientiâ, de Christi divinitate, incarnatione, & sacerdotio [d]; de nostro quoque officio [*], & sanctissimis vitæ institutis [f]: sive docendi modum, seu phrasin, & methodum [g], dicendi genus arduum, & sublime, humano majus eloquio [h]; sive summum cum reliquis Scripturis consensum [i]; sive miram in piorum animis efficaciam; sive, ut mittam alia, antiquitatem Epistolæ, jam primâ Apostolorum ætate exaratæ, primitùs in Ecclesia receptæ [k], & ab ea pro Canonica semper habitæ [l], teste Theodoreto, quod & ex seq. apparebit [m]. Nè unum est θεοπνευστίας argumentum quod hîc desideratur. Doctrina hîc tradita excelsa est, & longè supra humana omnia inventa, & maximi momenti. Multa quæ in aliis Scripturæ Sacræ partibus obscuriùs & parciùs habentur, hîc pleniùs & luculentiùs explicantur, & ad usum deducuntur; qualia sunt de Sacerdotio & Sacrificio Christi, ejúsque repræsentatione per umbras & typos sub V. T. de ratione mutati cultûs, &c. Hîc Mosi detrahitur velum, & rationes mysteriorum ejus panduntur, quæ sine hac Epistola in tenebris ferè jacuissent. Scopus etiam Epistolæ prorsus Divinus est, ad provehendam scilicet gloriam Dei in Christo, &c. Stylus denique est gravis, simplex, majestate plenus, & rebus quas tractat, sublimibus nempe & cœlestibus mysteriis, prorsus accommodus [n]. Sociniani hanc Epistolam suspectæ authoritatis esse dicunt, tum, quia incertum est & quis author fuit, & quâ linguâ scripsit: tum, quia diu non fuerit à Latinis recepta: tum, etiam ob testimonia in ea ex V.T. producta, quæ vel ibi non sunt, vel non in eo sensu [o]. [De quibus singulis postea videndum. Hæc interim de prima quæstione sufficiant. Qu. 2. Quis hujus Epistolæ Author sive Scriptor?] Cujus Scriptoris sit hæc Epistola non mirum est hodie dubitari, cùm etiam Veteres dubitaverint. Vetustissimi in tres partes scinduntur: alii enim Barnabæ eam tribuunt, alii Clementi Romano, alii Lucæ. Posteriores multi eam Paulo adscripsere. Quæ opinio facillima est refutatu [p]. [Quod an verè dicitur, ex sequentibus judicandum.] Resp. Paulus eam scripsit [q]. [Id probant his argumentis.] Arg. 1. Ex 2 Pet. 3. 15, 16. unde quadruplex argumentum [r]: 1 Ex verbis illis, *Paulus scripsit* ὑμῖν, *vobis*, δεικτικῶς, & cum emphasi [†], nempe Hebræis, ad quos Petrus ibi scribit [t]; idque certâ quâdam Epistolâ, quam ab aliis distinguit, *sicut & in omnibus ejus Epistolis* [v]. Aut ergò Epistola illa interiit, quod improbabile est, aut hæc ipsa est [x]. Vis probationis consistit in eo, compellari ibi à Petro Hebræos. Patet id ex 2 Pet. 3. 1. *Secundam hanc Epistolam scribo vobis.* Iisdem ergò data ea est cum priori. Ad Hebræos autem illam scriptam esse constat ex 1 Pet. 1. 1. *Peregrinis* διασπορᾶς, *dispersis Ponti*, &c. quod in Judæos patriis sedibus motos, & inter gentes victitantes, perbellè quadrat. Firmatur quoque ex collat. tum Jac. 1. 1. τοῖς ἐν τῇ διασπορᾷ, deinde addit exegeticè, *duodecim tribubus:* tum, Act. 2. 9, 10. ubi ex illis ipsis locis, *Cappadocia*, *Ponto*, *Asia*, &c. recensentur Judæi conversi; ad quos firmandos scripsisse videtur: tum, Gal. 2. 8, 9. ubi Petro commissa est Judæorum cura: tum denique, 1 Pet. 1. 18. ubi redemptos illos dicit ἐκ τῆς ματαίας ἀναστροφῆς πατροπαραδότου· & 1 Pet. 2. 9. ubi eos vocat βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, 1 Pet. 2. 9. planè ut Exod. 19. 6. Sed hoc argumentum suas patitur instantias. Except. 1. Electi quoque ex Gentibus variè dispersi sunt sæviente persecutione. Resp. 1. Ante 10. Neronis annum Christiani suppliciis magìs quàm exilio afflicti sunt. 2. Gentiles conversi προσήλυτοι vocari solent, non παρεπίδημοι. Quin διασπορὰ sic Judæorum propria, ut de iis accipienda sit illa διασπορὰ Ἑλλήνων. Ἑλλήνων autem nomine venere & *Asiani*, *Galatæ*, & *Pontici*. Deinde *dispersio* hæc *Ponti*, &c. χώραν dicit ad dispersiones Judæorum alias per Babyloniam, Persidem, &c. Exc. 2. Scripsit Petrus ad eos qui antea *non erant populus*, jam verò *Dei populus sunt:* quod de Gentibus dictum, Ose. 2. 23. & Rom. 9. 25. Resp. De Judæis directè & primariò agitur, Ose. 2. dispergendis & ob perfidiam rejiciendis, postea verò in gratiam recipiendis; ut ostendit contextus & Ose. 1. 10. quanquam indirectè & mystico sensu trahatur ad Gentes, Rom. 9. 25. ut Paulo usu venit. Judæi autem dicuntur *non populus*, quomodo *non Israel*, Rom. 9. 6. nempe, secundùm spiritum, sive insitionem internam, & spiritualem adoptionem. Exc. 3. Gentibus, non Hebræis, competit illud 1 Pet. 4. 3. de vita præterita in *lasciviis*, *idololatriis*, &c. *ad libidinem Gentium exacta.* Resp. 1. *Gentes* erant non genere, sed moribus: quomodo & Israelitæ impii *gentes* vocantur, Psal. 59. 6. Confer Psal. 54. 5. Esa. 1. 10. Hos autem à Gentibus distinguit, dum ad Gentium mores eos vixisse affirmat. Nec obstat quòd Judæi ab idololatria abhorrerent. Vox enim ea denotare possit, vel quamvis superstitionem, vel participatam idololatriam, dum idololatris vel conniverent, vel convivetent, vel arctiùs adhærerent, vel etiam Apostasias Judæorum sub persecutione Antiochorum, Ptolemæorum,

[a] Gom.
[b] Span.
[c] Span. sic Pi. Gom.
[d] Span.
[*] Pi.
[f] Span.
[g] Gom. sic Pi.
[h] Span.
[i] Span. sim. Gom.
[k] Span.
[l] Pi. sim. Gom.
[m] Gom.
[n] Ow. exerc. 1.
[o] Par.
[p] G.
[q] Pe. Pi. Te. Cap. Li. chron. Span.
[r] Span. Pi.
[†] Span.
[t] Span. sic Pi.
[v] Span.
[x] Pi. sim. Span.

rum, &c. Exc. 4. Esto, Paulus ad Hebræos scripsit, non tamen in hac ad Hebræos Epistola, sed in suis ad Galatas, Ephes. Coloss. Asiæ minoris incolas. Resp. Illæ Epistolæ & ad Gentiles, & ad particulares duntaxat illas Ecclesias, datæ sunt. Hanc autem Petrus scriptam dicit *vobis*, omnibus nempe minoris Asiæ cœtibus ex Hebræis collectis; *non quibusdam ex vobis*, Exc. 5. Epistola Pauli ad Hebræos scripta intercidit. Resp. 1. Eâdem id facilitate negatur, quâ sine probatione affirmatur. Illius jacturæ meminit nullus veterum [z]. 2. Ad Hebræos Paulus haud dubiè scripsit prolixè & accuratè, quippe quos difficiles esse ad credendum nôrat, &c. Horum autem conditioni sapientissimè accommodatur hæc Epistola, ut videbimus [a]. [Hæc de primo illius loci argumento.] 2. Ex verbis illis Καθὼς, *sicut*, Paulus scripsit vobis; λαλῶν περὶ τούτων, *de hisce agens* [b], aliquibus nempe aut plerisque hujus Epistolæ capitibus; de mea doctrina, de causa hac tota vobis jam à me exposita. Et sanè gemina non pauca sunt in utraque Epistola. Quæ Petrus de beneficiis Dei in Christo, speciatim de constantia in fide, habet, ex professo traduntur Heb. c. 3. & 6. & 10. & passim [c]. Testatur Petrus, per Christum nobis donata esse omnia, c. 1. 3, 4. & Christum esse Filium illum Dei, per quem Pater placatus est, ibid. v. 16, 17, 18. item, Prophetas de illo loquutos esse, ibid. v. 19. Eadem habentur in Epistola ad Hebræos [d]. Inprimis quæ de Apostatarum & crimine & periculo atque exitio dicuntur 2 Pet. 2. 20, 21, 22. habentur & Heb. 6. 4, 5, 6, 7, 8. & 10. 26, 27, 28, 29, 30, 31 [*]. Speciatim verò Petrus hîc respicit præcedentem hortationem, ut se *inculpatos servent, exspectantes diem Domini, & patientiam Dei* in illo prorogando *salutarem* arbitrantes. Quæ quoad sensum, sive materiam, licèt non eisdem verbis, habentur Heb. 6. 12, &c. & 10. 29, &c [f]. Loquitur Petrus de *longanimitate* Dei, non in genere, quæ in V. T. testata satis erat; sed erga Judæos, quâ Deus exspectavit eorum conversionem, & collectionem electorum suorum ad se antequam totale & finale excidium Ecclesiæ & Reip. istius veniret: quam *salutem* vocat, quia Deus illis pepercit, eósque in veteri suo cultu toleravit, concedendo illis media cognitionis & salutis; cui etiam longanimitati finem brevi imponendum monet Paulus, Heb. 12. 25, 26, 27, 28 [g]. [Hoc secundum ex eo loco argumentum.] 3. Quòd Paulus scripsisse dicitur *pro data sibi sapientia*, h. e. sapienter [h]. Hæc autem cœlestis & recondita Pauli sapientia, in reliquis etiam Epistolis ejus ubique effulget; hîc tamen eminenti quâdam ratione, ex consensu omnium Interpretum, in sententiarum majestate, & rerum sublimitate, & inprimis stupendâ illâ vi ratiociniorum in conferendis typis cum rebus, &c [i]. 4. Ex verbis illis, ἐν οἷς ἐστι δυσνόητά τινα, &c [k]. quibus indigitari ex parte hanc ad Hebræos Epistolam liquet, tum, ex collat. Heb. 5. 11. ubi multa δυσερμήνευτα esse dicuntur: tum, quia dicit, ἐν οἷς, non ἐν αἷς, & respicit non ad *Paulinas Epistolas*, sed ad *Paulina dogmata*: tum, ex re ipsa. Cætera Pauli præ hac Epistola lux mera sunt; hîc autem ænigmata sunt, & non pauca obscura valde atque perplexa, & talia quæ crucem figunt; quæque, ut hîc Petrus, *imperiti* & malè sani contorquent. Qualia sunt de Apostatarum interitu, Heb. 6. & 10. de Melchisedeco, ejúsque persona & sacerdotio; de Christi Pontificatu, de functione ejusdem in cœlesti sacrario; de multiplici Legis defectu, ejúsque antiquatione, &c. [Hæc de primo pro Paulo authore argumento, quod prolixiùs hîc describere visum est, quia ex ipsa Scriptura desumptum est, & modestis, ut spero, ingeniis satisfacturum.] Arg. 2. Circumstantiæ Epistolæ hujus variæ, Paulum scriptorem demonstrant [l]: [Quales hîc sequuntur:] 1. Quòd scripta sit *ex Italia*, Heb. 13. 24 [m]. Sed illud, οἱ ἀπὸ Ἰταλίας, verti possit *illi ab Italia*, h. e. qui indè venerant Romam, vel, ad alium quemvis locum ubi hanc Epistolam scripsit [n]. At constat Paulum in Italiam profectum esse, Act. 27. ibi vixisse, indè plures dedisse literas. Indè & hæc data est [o]. 2. Quòd scriptor illius esset in vinculis, Heb. 10. 34 [p]. Vinculorum mentio Paulo perpetua est & familiaris in Epistolis penè omnibus [q]. At alii quoque in vinculis erant [r]. Resp. De vinculis Barnabæ, aut Lucæ, aut Clementis, aut Apollo, quorum esse Epistolam volunt alii, nihil quicquam

[z] Span. [a] Pi. [b] Span. sim. Pi. [c] Span. [d] Pi. [*] Span. sic Pi. [f] Span. [g] Ow. exerc. 1. [h] Pi. sic Span. [i] Span. [k] Span. Pi. [l] Span. [m] Gom. Li. chron. 141. Span. [n] Ham. [o] Span. [p] Gom. Span. Li. [q] Span. [r] Cam. in Span.

constat. Pauli autem vincula ex sacris literis constant [†]; eáque celebratissima erant, tum illa Romæ, Phil. 1. 13. tum in Judæa [t], Hierosolymis, Act. 21 [v]. Quo tempore maxima indubiè erat fidelium omnium cum Paulo συμπάθεια, memorata Heb. 10. 34. & summa pro eo sollicitudo [x]. 3. Quòd & vinculorum socium, & itinerum comitem, haberet *Timotheum fratrem*, Heb. 13. 23 [y]. Suadere alia possunt, hoc sanè persuadet. Timothei recordatio Paulo consueta est in Epistolis omnibus præter Gal. & Tit. Hic Pauli comes ferè individuus erat, eique valde familiaris, iisdémque cum vinculis Romæ adstrictus, ut docet vox ἀπολελυμένον [z]. Exc. At Paulus Timotheum *filium* vocare solet [a]. Resp. Ità quidem, quoties ad ipsum scribit; sed cùm ad alios, *fratrem* vocat, ut 2 Cor. 1. 1. Col. 1. 1. 1 Thes. 3. 2. & alibi. 4. Quòd se purget conscientiam testem adhibendo, Heb. 13. 18. qui mos Pauli, Act. 23. 1. 2 Cor. 1. 12. 5. Quòd preces eorum petit, quod Paulo solenne, ut Rom. 15. 20. Col. 4. 3. & alibi sæpe. 6. Quòd aspectum sui ipsis pollicetur, Heb. 13. 23. more suo [c]. [Hoc secundum argumentum.] Arg. 3. ductum à materiæ, formæ, methodi sive ordinis docendi, sententiarum, phrasium, & vocum, similitudine ac penè identitate in hac Epistola, aliísque, quas Pauli esse constat [c]. Doctrinam primùm hîc proponit, deinde exhortationes deducit, ut passim [d]. Ubique elucescit Pauli genius; ut, 1. in coacervatis illis de Christo elogiis: cui ascribitur hæreditas, Heb. 1. 2. sicut Rom. 8. 14. creatio, Heb. 1. 10. sicut Col. 1. 16. providentia, Heb. 1. 3. sicut Col. 1. 16. esse imago Patris, Heb. 1. 3. quomodo 2 Cor. 4. 4. Familiaria quoque Paulo sunt ἐν ᾧ & δι' οὗ: item καθαρισμὸς, ἀπολύτρωσις, ἄφεσις ἁμαρτιῶν. 2. in oraculorum Propheticorum applicatione quadam ad Christum mystica & singulari, ut Heb. 1. & 2. quomodo & Rom. 9. 12, 13. 1 Cor. 9. 9. & 10. 1, &c. Gal. 3. 16. & 4. 14. 3. in locorum eorundem citatione. Confer Heb. 1. 5. cum Act. 13. 32. Heb. 10. 38. cum Rom. 1. 17. & Gal. 3. 2, &c. 4. in urgendis Patriarcharum exemplis, Heb. 6. 13, &c. & 11. 8, 9, 10, &c. quomodo Rom. 4. 17, 18, 19. Loca quoque planè gemina sunt Heb. 2. 2. & Gal. 3. 19. item Heb. 9. 15. & Rom. 3. 25. aliáque multa, [quæ in Cl. Authore videre est.] Idem denique hîc, qui in Epistolis aliis, claudendi modus, nempe, 1. voto, Heb. 13. 20, 21. ut 1 Thes. 5. 22. & 2 Thes. 3. 16. item Rom. 16. 25, 27. Phil. 1. 19, 20. quibus duobus locis eadem quoque est δοξολογία. 2. salutatione, Heb. 13. 24. & quidem eâdem formâ quæ in reliquis Epistolis [*]: 3. signaculo apposito, Heb. 13. 25. de quo vide 2 Thes. 3. 13 [f]. [Hæc de argumento tertio.] Arg. 4. à scopo Epistolæ; qui erat ut cultûs & rituum Mosis complementum atque antiquationem demonstraret: id quod Paulo ferè proprium erat, ut patet ex Act. 21. 21, 28. & Epistolis ad Gal. & Col. Hoc ergò indicio se hîc prodit. Et quoniam traducebatur invidiosiùs, hinc in probando, deducendo, ratiocinando fusior, vehementior, accuratior. Exc. 1. Ex Pauli Schola & discipulorum aliquo proficisci potuit Epistola. Resp. 1. Quis ex eis referret sublimem Pauli sapientiam, dictionem, vehementiam, &c? 2. Nata est hæc Epistola stante Templo, Heb. 8. 4. Exc. 2. Paulus erat Apostolus Gentium. Resp. Ità fuit principaliter, non tamen exclusivè ad Hebræos, ut liquet ex Rom. 9. 3. & 11. 14, 15. & 15. 9. 1 Cor. 9. 20. Arg. 5. ab inductione. Nulli quàm Paulo verisimiliùs tribuitur hæc Epistola; non Lucæ; non Clementi; non Barnabæ; non Apollo: Id quod de singulis probandum. 1. Non Lucæ; cui eam tribuunt Orig. in Euseb. hist. 6. 19. & quidam in Hieron. nec Calvinus abludere videtur. Nam, 1. Lucæ tribuitur Epistolæ hujus translatio, teste Clem. Alex. unde orta de scriptione suspicio; 2. Non eâ polluit Lucas authoritate apud Hebræos, ipse proselytus & Gentilis origine. Tali Epistolâ convenire Hebræorum Ecclesias, Apostolicæ erat authoritatis & prærogativæ. 3. Stylus hujus Epistolæ à dictione Lucæ magis Græcanica longissimè recedit; quippe Hebraismis, sive Syriasmis, plurimis scatens [g]. Hujus Epistolæ stylus stylo Lucæ dissimillimus est [h]. [Alii tamen aliter hac de re judicant.] Lucæ ego hanc Epistolam libens tribuerim. Nam sicut hæc Epistola bene Græca est & florida, ità & sermo Lucæ,

[†] Span. [t] Ow. [v] Span. [x] Ow. [y] Gom. sim. Li. Span. [z] Span. [a] Calv. [b] Span. [c] Pi. sim. Span. [d] Pi. [*] Span. [f] Span. sic Pi. Gom. [g] Span. [h] J. Cap.

Lucæ, ubi non Christi aut Apostolorum refert verba; sed in aliis rebus narrandis, putà Pauli navigatione, liberiùs spatiatur. Ad hoc, scriptam apparet ex Italia hanc Epistolam, infrà 13. 24. Pauli non facit mentionem, quia nempe Paulus eo tempore vinculis liberatus extra Italiam erat profectus in Epirum, ut videtur Tit. 3. 12. Habuerat autem Paulus, Romæ cùm esset, secum & Lucam & Timotheum. De Luca apparet Col. 4. 14. 2 Tim. 4. 11. Philem. v. 24. De Timotheo Eph. 1. 1. Phil. 2. 19. Col. 1. 1. Philem. v. 1. Hos Paulus, cùm ab Italia discessit, in Italia reliquit ad percolendam eam quam Paulus fecerat, latiúsque spargendam, sementem. Horum Timotheus, dum suo muneri instat, vinctus: sed mox è vinculis exemptus fuerat, infrà 13. 23. Lucas interim, qui & ipse antea vinctus fuerat, sed ex vinculis exierat, infrà 10. 34. in aliqua parte Italiæ dans operam convertendis aut confirmandis Italis, tempus reperit scribendi ad illos Christianos quos in Judæa & Syria quondam noverat, Syrus & ipse origine. Eorum autem non pauci persecutionum onere pressi à cœtibus se subduxerant. Ut ergò hos in viam reducat, alios verò adhuc stantes fulciat, multis ostendit, omnes veteres historias, & dicta Prophetarum, occultâ quadam Dei dispensatione in Christo, ejúsque rebus figurandis, occupari. Et fieri potest ut istorum mysteriorum explicationem ex ore partim Pauli, partim Barnabæ, hauserit; ità ut istis pars hujus Epistolæ aliqua ascribi rectè possit. Neque verò hâc tantùm re, sed omnibus modis, id agit hic Scriptor ut Christianismi præ Judaismo præstantiam altè infigat animis, & afflictionibus opponit æterna præmia. Lucam autem hujus Epistolæ Scriptorem ostendunt etiam vocabula, & loquendi genera quædam, Lucæ velut propria. Εὐλαβεῖσθαι & εὐλάβεια, pro *metuere* & *metu*, Act. 23. 10. Heb. 5. 7. & 11. 7. εἰς τὸ παντελὲς, Luc. 13. 11. pro εἰς τὸ διηνεκὲς, habemus Heb. c. 7. v. 7. μαρτυρούμενος & μαρτυρεῖσθαι, Act. 6. 3. & 16. 2. Heb. 7. 8. & 11. 2, 5, 39. χρηματίζεσθαι, Luc. 2. 26. Act. 10. 22. Heb. 8. 5. ἡγούμενος, Luc. 22. 26. Heb. 13. 7, 17. ἀρχηγὸς, Act. 3. 15. & 5. 31. Heb. 2. 10. & 12. 2. πρὸς loco particulæ περὶ, Luc. 18. 1. & 19. 42. & 20. 19. Act. 28. 25. Heb. 1. 7, 8. Præterea Scriptor hic versionem LXX plerumque addictè sequitur; quod & ipsum Lucæ est [i]. [Hæc de Luca dicta sunto.] 2. Non est hæc Epistola Clementis Romani [k]. Cujus oratio ad hanc nostram propiùs [quàm Barnabæ] accedit; sed videtur is, ut vocatus è Gentibus, in literis Hebræorum multò minùs quàm hic Scriptor fuisse versatus: neque alia videtur causa cur Veterum nonnulli hanc ei adscriberent, nisi quòd verba quædam viderent in Epistola Clementis ad Corinthios quæ & hîc apparent. Sed id infirmum est, cùm & Paulinis verbis frequenter utatur Clemens. Nec aliud indè sequitur quàm Epistolam hanc & lectam fuisse Romæ, & in pretio habitam quo tempore ad Corinthios scribebat Clemens: quanquam in Canonem à Romanis serò recepta est [l]. Et quid Clementi, Romano homini & alienigenæ, cum Hebræis? Unde illi tanta apud eos gratia, authoritas, familiaritas, qualem Author ostendit? Deinde Hebræum fuisse authorem scripti constat, tum ex dictionis charactere, tum ex argumento, è penetralibus Hebræorum utplurimùm eruto. Nec Clementi, Romano & inter Romanos ministranti, congruit illud Heb. 13. 19. 3. Non erat Barnabæ: cui adscribit eam Tertul. Eum sequitur Philastrius, & ex recentioribus Johannes Camero. Nam, 1. Epistola Barnabæ tributa diversissima ab hac fuit, ut ostendunt illius loca à Clem. Strom. 2. aliísque producta. 2. Nulla Barnabæ mentio apud Clem. Alex. & Origenem, qui de creditis hujus Epistolæ vel Authoribus, vel Interpretibus, ex professo egere. 3. Barnabæ non congruunt circumstantiæ suprà allegatæ. 4. Barnabas non fuit Apostolus propriè dictus. Nulla ejus legitur immediata vocatio, ut Pauli, aut cooptatio sorte, ut Matthiæ, Act. 1. Distinguitur etiam ab Apostolis, Act. 4. 38. & 9. 27. Nulla illi miracula tribuuntur, sed soli Paulo, Act. 13. 9, 10. & 14. 10, 11. 5. Barnabas à Judaizantium mollitie, aut errore, minimè abhorruit, idque post Synodum Hierosf. Paulus autem acriter & constanter ad versùs ceremonias decertavit. 6. Barnabas in Actis ferè κωφὸν πρόσωπον fuit, cui non congruit eximia hujus Epistolæ eloquentia, &c [‖]. 7. A Barnabæ quoq; sermone multùm distat, si verè Barnabæ ea Epistola est quam nos habemus, partim Græcam, partim Latinam, sed quam apparet eandem esse quâ usi sunt Clemens Alex. Orig. & alii. Est enim illa Barnabæ dictio præ hac rudis & incompta & σαββατίζουσα [†]. 4. Non erat Apollo, ut Luth. sensisse videtur ad Gen. 48. 20. cui & Beza favet. Nam, 1. Nemo aut Græcorum, aut Latinorum, hanc ei adscribit. 2. Non erat is universalis & primarius Apostolus. 3. Illi non congruunt prædictæ circumstantiæ. [Hæc de quinto argumento sufficiant.] Arg. 6. Ex Testimoniis veterum [m]. Græci communi suffragio eam Paulo adscripsere [n]. Justinus nonnulla ex hac Epistola, tanquam ex Paulo, citat. Clemens Alex. *eam Pauli esse dixit*, ait Euseb. hist. 6. 16. Orig. illud Heb. 9. 2. tanquam Pauli citat, Homil. 9. in Exod. Concilium Laod. Paulinas Epistolas 14. recenset, & inter eas illam ad Hebræos. Euseb. hist. 3. 3. *Pauli*, inquit, *testatæ & notæ Epistolæ sunt* 14. Concilium Nicenum 1. *Scripturarum Canonicarum numerum computavit*, inquit, Hieron. præfat. 3. in Judith. Hoc si verum, hanc indubiè Paulo adscripserunt, quia ea communis erat Orientalium sententia, probata etiam Athanasio, qui eam *ex Paulinis decimam facit*, non recessurus certè à Nicenorum mente & decreto. His consentiunt Cyril. Greg. Nyss. & Naz. Basil. aliique multi. [quorum expressa verba videre est in Cl. Authore.] Quod ad Latinos attinet; Clemens Romanus, Apostolis coævus, in Epistola sua ad Corinthios, hanc ad Hebræos Epistolam aliquoties citat, & quoad sensum, & quoad verba, ut disertè dicunt Euseb. hist. 3. 32. & Hieron. Paulo quoque hanc tribuunt Hilar. Ambros. Hieron. Augus. aliique plurimi, [quorum verba aperta tibi dabit Author.] Sed scrupulus hîc eximendus est [o]: Ante ætatem Hieronymi à Latinis hæc Epistola non recepta erat inter sacras [p], nec credita esse Pauli [q]. Eam Pauli esse negant Tertul. l. 5. contra Marc. Caius, Presbyter Romæ sub Antonino Imperatore, qui 13. tantùm Pauli Epistolas numerat, Hippol. &c. Non contemnenda est hæc exceptio. Resp. 1. Negamus de hac Epistola controversum esse primis duobus seculis, ut ex Clem. Rom. aliísque discimus. 2. Controversia hæc de Epistolæ hujus *authoritate*, exinde *authore*, exorta videtur post Marcionis adventum in Italiam, aucta temporibus Novatianis, & postea Arrianis; qui de hac Epistola, tanquam dogmatibus suis adversa, dubium moverunt, & nonnullos in suam sententiam pertraxerunt. 3. Philastrius, qui ante Hieron. floruit, hanc Paulo abjudicantes *hæreticis* accenset. 4. Tertul. erat privatus homo, in gravissimos etiam errores prolapsus. 5. Quòd hoc de Caio & Hippolyto Veteres traditum voluere, satis ostendit, eos à communi usu recessisse [r]. [Sed hæc hactenus de argumentis pro Paulo Scriptore. Videamus jam quænam argumenta in contrariam sententiam producuntur.] Arg. 1. Epistolæ stylus à Paulino longè recedit [†]. Paulinæ Epistolæ inter se sunt germanæ, pari charactere & dicendi modo; hæc verò manifestè ab iis discrepat, selectiores habens voces Græcas, lenitísque fluens, non autem fracta brevibus incisis, ac salebrosa [t]. Paulus magìs ἑβραΐζει, hæc Epistola ἑλληνίζει; & Paulinas omnes longè superat elegantiâ, copiâ dictionis, gravitate, ubique ferè tonans atque fulgurans [v]. Tum verò locutiones quædam Paulo familiares hîc nusquam apparent [x]: contrà apparent aliæ non Paulinæ, ut παραρρυεῖσθαι, & αἰῶνες pro *Mundo* [y]. Resp. 1. Ejusdem sæpe authoris stylus multifariàm variat, pro diversitate, vel, 1. argumenti; vel, 2. affectuum & animi motuum [vel, etiam Spiritûs Sancti motuum] in Scribente; vel, 3. personarum quibuscum res est. Annon valde distat Jeremias in Threnis à se in Vaticiniorum Libro? & Johannes in Evang. à se in Epist. & Apocalypsi? Consentiunt omnes Epistolam ad Ephesios sublimitate styli, & copiâ dictionis, supra cæteras assurgere. Atque hæc hîc locum habent. Argumentum hujus Epistolæ magis arduum est ac sublime quàm reliquarum. Nec Gentibus hîc scribit Paulus, sed Hebræis, qui instructiores erant in Scripturis; qui ceremoniis suis pertinaciùs adhærescebant, qui iniquiùs de Paulo sentiebant [z]. Et nihil mirum, si ad Hebræos scribens sæpiùs hîc Hebraismis utatur,

[i] G. [k] Span. [l] G.

[‖] Span. [†] G. [m] Span. [n] Span. sim. Ec. Pi. Gom. &c. [o] Span. [p] Er. in Span. [q] Cam. in Span. [r] Span. [†] Er. & Calv. &c. in Span. [t] G. [v] Q. in Span. [x] G. [y] G. Catti in Span. [z] Span.

utatur, unde præcipua styli diversitas nascitur [a]. Resp. 2. Non ex sola dictione de Authore judicandum, sed ex materia, &c. Ubique se prodit hîc Pauli genius, in ratiocinando, in methodo, in vocibus & phrasibus, ut suprà ostensum [b]. Arg. 2. Pauli nomen non præfert [c], ut omnes ejus Epistolæ [d]. Resp. 1. Nec præfert nomen Clementis, aut Lucæ, aut Barnabæ, aut ullius [*]. Ergò nullius erit hæc Epistola, quia nullius habet nomen [f]. Resp. 2. Johannis nomen non præfertur primæ ejus Epistolæ [g]. Resp. 3. Nomen suum reticuit Paulus gravibus de causis [h]: vel, 1. modestiæ causâ, quia Gentium Apostolus erat [i]; nè præter officii rationem ad Hebræos scribere videretur: vel, 2. nè nomine suo, Hebræis inviso in fronte prælato, eos irritaret atque offenderet, fructúmque lectionis interverteret, &c [k]. Arg. 3. Paulo hanc Epistolam abjudicat, quòd hujus Scriptor se iis annumeret qui non à Christo, sed ab ejus Discipulis notitiam Evangelii accepere, Heb. 2. 3. [ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη·] cùm contrà Paulus auctoritatem sibi addat indè quòd hanc notitiam à Christo ipse acceperit [l]. Resp. 1. Illud, εἰς ἡμᾶς, verti possit, *usque ad nos*, id est, ad nostra usque tempora, ex Idiotismo vel Græco, vel etiam Hebraico [m]. 2. Paulus à Christo immediatè *edoctus* quidem fuit, postea verò *confirmatus* fuit ab aliis [n], ut Anania, Act. 9. 17, 18 [o]. & Apostolis aliis, eorúmque consensu. Vide Gal. 1. 18, 19. & 2. 2 [p]. 3. Illud, εἰς ἡμᾶς, sive *nobis*, accipiendum pro maxima parte nostrûm [q], per Synecdochen [r]; vel, per ἀνακοίνωσιν, quâ se illis accenset †, vel, ob arctissimam ejus cum ipsis unionem; vel, ut magìs se suáque insinuaret Hebræis. Figura hæc frequens Authori nostro, ut Heb. 2. 3. & 6. 1. & 10. 26. quomodo & Paulo 1 Cor. 10. 8, 9. 1 Thes. 4. 17. Tit. 3. 3 [t]. Sic & 1 Pet. 4. 3 [v]. [Atque hæc de secunda & nobili hac quæstione dicta sunto, in qua excutienda meritò diutiùs hæsi, quia hoc pacto solidiùs astruitur divina hujus Epistolæ authoritas, sine qua frustrà essent omnia in eam commentaria.] Qu. 3. Quâ linguâ scripta est hæc Epistola? Resp. 1. Linguâ Hebraicâ, ut testatur Clemens Alex. apud Euseb. hist. 6. 11. Hieron. Theod. &c [x]. aliique Veteres [y]; vel potiùs, Syriacâ, quæ Hebræis tunc vulgaris erat [z]. In Græcam autem versa est à Luca, vel Clemente [a]. [Aliis hoc non placet:] 1. Quî fit, ut nemo Veterum textum ejus Hebræum à se visum testatur? cur non plures indè descripti Codices? cur nulla apud Veteres jacturæ istius memoria? Quæ enim hodie leguntur, ex Græco translata esse constat. Probabiliùs hoc creditum de Matthæo, cujus Evangelium Hebraicè prostabat. 2. Nimia erat Veterum in credendo facilitas. Omnis illa traditio à Clem. Alex. manavit, quem secuti sunt Euseb. Hieron. &c. Qui hanc perpetuò rationem annectunt, quòd data esset Epistola Hebræis, & quidem ab Hebræo. Quæ ratio infirma est. Non enim ad Palæstinos solos scripsit; sed ad Hebræos ubique sparsos, & quidem ità ut & Gentibus communis esset hæc Epistola. Ad Hebræos quoque scripserunt Petrus, Jacobus, & Johannes; Græcè tamen. Nec Paulus Latinè ad Romanos scripsit, sed Græcè [b]. Resp. 2. Græcè scripta est [c], quià is sermo Lucæ familiarior [d]. [Id sic probant:] 1. Lingua hæc communis erat orbi universo, & notissima, ut aliis, ità & ipsis Judæis, & quidem Palæstinis; ut testatur Josephus [*], & Talmudici, ut in Megilla, fol. 71. col. 2. & 3. & in Sota, fol. 21. col. 2. & in Shekalin, per 3. halac. 2 †. [Verba vide in Li.] Judæi plerique etiam Græcè nôrant; nonnulli verò eorum tantùm Græcè, ut liquet Act. c. 6. v. 1 ‖. 2. Multi hîc sunt Græcorum Idiotismi [f], v. g. διαθήκη & διατίθεσθαι, *testamenti* & *testandi* significatu. Quæ una ratio sufficit ad probandum, Græcè scriptum esse [g]. Nam ברית *pactum* tantùm & *fœdus* significat. 3. Loca omnia V. T. Author non ex Hebræis fontibus, sed ex Græcis, citat, ut Heb. 9. 7. & 10. 5. & alibi. 4. Paronomasiæ, quibus Græci mirè sibi placent [h], frequentes hîc sunt, ut Heb. 5. 8. & 11. 37 [i]. 5. Author Hebræas voces, *Melchisedec*, & *Melech Salem*, Græcè interpretatur, cap. 7. 2 [k]. Resp. Interpres hoc addidit [l]. Sed illa verba, πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος, &c. omnino sunt verba Scriptoris; alioqui Interpres de suo integras voces & sententias textui Authentico infarserit [m]. [Hæc tertia quæstio.] Qu. 4. Quando scripta est hæc Epistola? Resp. 1. Tempus scriptionis duobus terminis concluditur, erátque & post Timothei liberationem è carcere, Heb. 13. 23. & ante sanguinea illa tempora quæ mox sequebantur, Heb. 12. 4 [n]. 2. Scripta est indubiè eodem tempore cum Epistolis ad Phil. & Philem. quia in his omnibus restitutionem suam adventúmque pollicetur, Heb. 13. 23. Phil. 1. 26. Philem. 22. adeóque biennio illo, quo libera in custodia Romæ detentus, vel expleto, vel mox explendo, ut consentiunt Chrys. Theod. Baron. Blondel. Usser [o]. vel, sub finem priorum vinculorum Romæ [p]; vel, post libertatem Paulo redditam [q]. Qu. 5. Quæ occasio scribendæ hujus Epistolæ? Resp. Ea gemina erat; Hebræorum, tum, 1. *vitium*, error, & negligentia in studio Legis & Evangelii, Heb. 5. 11, 12: tum, 2. *status* seu conditio; periculum ab infidelibus Judæis, fidem oppugnantibus, partim dolo falsæ doctrinæ, Heb. 13. 9. partim vi persecutionis, 1 Thes. 2. 14. Heb. 10. 3, 4 [r]. Qu. 6. Quid sentiendum de inscriptione Epistolæ? Resp. 1. Inscriptio *Ad Hebræos* vetus: ità enim hanc Epistolam nominant Tertul. & Clemens †. Sic & Syrus [t]. Ab ipso Paulo præfixa est, cùm appareat & in Græcis cod. & in omnibus versionibus; nec aliter citetur à Patribus [v]. Resp. 2. Hæc inscriptio, *Epistola Pauli ad Ebreos*, in omnibus nostris cod. habetur, uno excepto [x]; & in codicibus R. Stephani. Id quod Græcorum saltem ea de re consensum ostendit [y]. Per *Hebræos* autem intelliguntur Judæi, ut Act. 6. 1. 2 Cor. 11. 22. Phil. 3. 5. sic & lingua *Hebræa* est Judaica, Luc. 23. 38. Act. 21. 40. & 22. 2. & 26. 14 [z]. *Hebræis* potiùs quàm Judæis inscripsit; quia commune nomen fuit totius gentis, quum *Judæi* dicebantur qui tales erant & *gente* & *religione* [a]. Per *Hebræos* porrò hîc intelligit, vel, 1. illos qui Hierosolymis, aut certè in Palæstina, degebant [b]: qui, antiquâ gentis appellatione, *Hebræi* dicebantur, Act. 6. 1. ut Judæi provinciales per orbem dispersi *Hellenistæ* vocabantur [c]. Sed gratis asseritur hæc distinctio. *Hellenistæ* enim erant proselyti, gente extranei, religione Judæi, teste Salmasio. Quòd si ad illos directè & primò data esset Epistola, secundariò tamen ad Hebræos alios spectavit, & cum iis communicanda erat [d]. Vel, 2. Hellenistas, sive Græcienses Judæos, qui cis Hierosl. habitabant; qui *Hellenistæ* dicebantur, quòd omnes aut plerique Græcè loquerentur, & in eorum Synagogis Biblia Græcè legerent. Hos autem *Hebræos* hic vocat; 1. quia Hierosolymitani erant Judæorum omnium principes; 2. quia ab his erat accusatus, in vincula conjectus, Judici traditus; 3. iis gratificans, ut doceret se non Græcos tantùm & Græcienses, sed & Hebraizantes, Judæos, magni facere & amare [*]. Vel, 3. Ecclesias ex Judæis collectas, sive in Palæstina, sive in Syria, aut minore Asia, aut alibi: ut colligitur, 1. ex occasione Epistolæ, quæ omnibus communis erat: 2. quòd ad illos Jacobus & Petrus scripsere. Exc. Hebræos hos eodem loco fuisse docet Heb. 13. 23. ubi se *eos visurum* pollicetur. Resp. Non universaliter loquitur, sed indefinitè; nec *visurum omnes*, sed *illos*, seu illorum quosdam, & illos fortè ad quos primò & immediatè transmissa est Epistola [f].

CAP. I.

1. *Multifariàm*, &c. Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως, &c.] Exordium abruptum quidem est, sine prævia salutatione, quia nomen suum prætermittere voluit [a]; ut Hebræi potiùs quid, quàm à quo, scribatur attenderent [b]: rei tamen quam tractat accommodum est, utpote grave & sublime [c]. Primis 4. versibus continetur Prolepsis, sive propositio summa totius Epistolæ [d]. Agit de Christi officiis, persona [*], excellentia sive dignitate [f], supra Angelos & Prophetas [g]; præcipuè propter Deitatem ejus [h]. [Verba sic reddunt:] *Multifariàm*, (vel, *Plurifariàm*, G. ex Sy. Tre. ex Gloss. *Omnifariàm*, Tre. ex Sy. *Multipartitè*, Te. E. *Multipliciter*, id est, particulatim [i]: *Multis vicibus*, Il. P. Pi. *Multis partibus*, Er. Cam. J. Cap. q. d. Per partes & vices, quantum Ecclesiæ saluti interesset [k]: per gradus & momenta, non simul & semel [l], Evangelicæ doctrinæ velut particulas aliquas, primò pauciores, deinde plures, ὑπαινικτικῶς indicatas, prout innuit

a J. Cap. | b Span. | c Er. | d Q. in Span. | * Span. | f Gom. ex Hi. Primas. in Span. | g Span. | h Gom. Span. | i Gom. | k Span. | l G. | m Span. | n Span. sim. Gom. | o Gom. | p Span. | q Gom. Span. | r Pi. Gom. | † Span. sim. Pi. Gom. | t Span. | v Pi. Gom. | x Te. præ. lud. 4. p. 13. | y Span. 3. 2. 5. | z Te. p. 15. | a Te. ex Hi. &c. p. 13. | b Span. ib. 6, &c. | c G. sic Pi. J. Cap. Li. chron. Span. Ham. | d G. | * Span. | † Li. | ‖ G. | f Span. | g Span. ex Calv. | h Span. | i J. Cap. | k Span. ex Caj. | l Q. in Te. | m Span. ib. 16.

n Li. Chron. p. 140. | o Span. 2. 4. 8. | p Cap. Append ad hist. A. post. 3923. | q Li. ib. | r Gom. | † G. | t D. | v J. Cap. | x Be. | y Span. 1. 6. 34. | z G. | a Span. 1. 2. 9. | b Q. in Span. ib. sim. Be. | c Be. | d Span. ib. | * J. Cap. | f Span.

a E. Ger. | b Par. | c E. | d Jun. | * Jun. sic Gom. | f Jun. E. Dic. | g E. | h Dic. sic E. | i Be. | k Ger. | l Cam.

innuit Esaias 28. 10 †. Respicit hoc quantitatem [m], & diversitatem, vel, 1. temporum sive ætatum quibus loquebatur [n]: q. d. pluribus temporibus: tempore Ab. Is. & Jac. temporibus Mosis, Josuæ, Judicum; temporibus Davidis, Salomonis & Prophetarum; ac postremò, temporibus Danielis, Aggæi, Zachariæ, Malachiæ [o]; ante Legem, in Lege, & post Legem, traditam [p]. Vel, 2. personarum [q]; h. e. per multas personas [r]. Vel, 3. mysteriorum †: quæ quasi in partes distributa sunt [t]; nec una omnia [v], sed alia aliis [x], aliis plura, aliis pauciora, inspirata: v. g. Isaiæ, partus virginis & passio Christi; Danieli, tempus adventus ejus; Malachiæ, adventus præcursoris [y]. Vel, 4. graduum intensionis & remissionis in revelatione [z]: vel, 5. partium redemptionis humanæ, v. g. Nativitatis Christi, Doctrinæ, Miraculorum, Crucis, &c [a]. Hâc voce Judæos convincit erroris sui, quòd Mosaicis institutis pertinaciter adhærescerent. Perpendite, inquit, modum quo Deus voluntatem suam Ecclesiæ patefecit. Id non semel & simul fecit per Mosem aut quemvis alium, sed per partes & gradus, novas subinde revelationes addendo, prout ipsi visum fuerit; nec ultimam manum imponere voluit, donec veniret Messias, qui, ut omnes fatentur, totum Dei consilium patefacturus erat, Joh. 4. 25 *.) *& multimodè*, (vel, *multipliciter*, Be. Ca. vel, *diversè*, Be. *multis modis*, Er. Il. Ti. P. *omnibus formis*, Tre. ex Sy. *multiformiter*, E. h. e. varietate figurarum & oraculorum [b]. Hoc qualitatem designat, variásque rationes & modos, dispensandi voluntatem Dei; & varias Christi præfigurationes [c], & varia visionum genera, modos, ac formas [d]. Locutus est Deus sermone, typis, ceremoniis *; per Angelos [f], per exstases, per ænigmata [g]; in somno & vigilia [h], per apparitiones sensibiles ac corporeas [i], & visiones intellectuales atque imaginarias [k]; dando visa diurna & nocturna, aut afflatus internos, aut voces auditas: interdum per figuras [l], sive sub involucris [m]; interdum apertè [n]. Vide quæ dicta Num. 12. 6 [o].) *olim* (h. e. à Patriarchis & Mose ad Malachiam [p]; à creatione mundi, & sub tempore Legis, usque ad Johannem Baptistam [q]: *olim*, vel, absolutè, à prima promissione, Gen. 3. 15. vel potiùs, respectu Judæorum, à Lege data usque ad finem publicæ prophetiæ in diebus Malachiæ [r]: מקדם. Ideo hoc dicit, quia ante Christi tempora diu oracula cessaverant †.) *Deus* (ὑποστατικῶς [t] Pater, ex antithesi Filii [v]:) *locutus* (quæ scil. ad sui notitiam & cultum pertinerent [x]:) *patribus* (nempe Hebræorum, ad quos est hic sermo [y]; q. d. majoribus nostris Israelitis [z].) *in Prophetis*, Mo. vel, *per Prophetas*, Pi. G. &c. populo exponentes ea quæ diximus [a]. Ἐν pro διὰ per Hebraismum [b]: Sic autem & Græci. Musæus v. 158. *Seducens* ἐνὶ μύθοις, &c. *per verba amorifica*: Homer. Odyss. α'. 56. *Demulcet* ἐν λόγοισι, &c. *per blanda verba* †. Sed malim, *in Prophetis* [c]: Emphaticè dictum [d]. Significat, Deum quasi Prophetis ipsis insedisse *, & animum linguámque eorum moderatum esse, juxta 2 Pet. 2. 21 [f]. Vide & Ose. 12. 10. Matth. 10. 20. 1 Pet. 1. 11 [g]. Vel, *in Prophetis*; id est, in Scriptis Prophetarum. Metonymia, qualis Matth. 5. 17. & 22. 40. Luc. 24. 27 ‖. Sub nomine *Prophetarum*, & Mosem complectitur [h], ut constat ex Heb. 3. 3 [i]. eúmque hîc redigit in ordinem eorum quos Christo subjicit; quem tamen non nominat, tum, nè Hebræos offenderet, tum, quia de Angelis priùs dicendum erat [k].

2. *Novissimè*, &c. Ἐπ' ἐσχάτων, &c.] *Tandem nunc*, &c. Vide Act. 2. 17. 2 Tim. 3. 1. In MS. est Ἐπ' ἐσχάτῳ τῶν ἡμερῶν τούτων, quomodo Num. 24. 14. Ezec. 38. 16 [l]. [Verba sic reddunt:] *In ultimis diebus istis* (id est, vel, 1. à Christi adventu ad finem mundi [m]; quod tempus *ultimum* vocatur Esa. 2. 12. Ose. 3. 5. Joel. 2. 28, 31. Act. 2. 17. 1 Cor. 10. 11. Gal. 4. 4. Eph. 1. 10. 1 Joh. 2. 18. *Ultimum* dicitur ratione immediatæ revelationis [n], quia nulla alia revelatio doctrinæ exspectanda est [o]. Sed non constat tempora Evangelii uspiam *ultima* dici, saltem apud Judæos, quos Paulus hîc respicit [p]. Vel, 2. tempore quarti, sive ultimi, Regni Danielis; quod *plenitudo temporis* vocatur Gal. 4. 4. Eph. 1. 10 [q]. Vel, 3. ultimis diebus Ecclesiæ & Reipublicæ Judaicæ, quam promisit Deus duraturam usque ad adventum Messiæ, Gen. 49. 10. Ezec. 21. 27. Hæc *tempora ultima* vocantur, tum Prophetis, Gen. 49. 1. Num. 24. 14. Deut. 31. 29. Esa. 2. 1. Mic. 4. 1. tum in N. T. 2 Pet. 3. 3. 1 Joh. 2. 18. Judæ v. 18. Huc facit quòd de personali Filii ministerio non quidem solùm, sed eminenter, hîc loquitur: *in filio*, nempe personaliter præsente, quomodo Prophetæ præsentes erant in generationibus suis [r].) *locutus est* (nempe semel †, plenè [t], simpliciter & planè [v], postremò & uniformiter [x]: quod intelligendum ex antithesi, πολυμερῶς, &c [y]. Monet, eundem Deum & illis & nobis locutum fuisse, & proinde eundem Deum esse authorem utriusque Testamenti [z].) *nobis* (nempe Israelitis, sive Judæis [a], tunc viventibus: ad quos Christus missus est, Matth. 15. 24. Confer Matth. 10. 5, 6. & 21. 37. Rom. 15. 5 [b].) *in filio*, Mo. Be. &c. vel, *per filium*, Pi. G. naturalem scilicet [c], unigenitum, Joan. 1. 12, 14, 18. ac proprium, Rom. 8. 32. & quidem incarnatum, Joan. 1. 14. 1 Tim. 3. 16. Res maximas & cœlestes non servis credidit, sed Filio. Vide Matth. 21. 37. Joh. 1. 18. & 3. 16. & 15. 15. 1 Pet. 1. 10 *. *in filio*, id est, dictis ac factis Christi [f]. Præp. ἐν vim hîc habet [g]; nec solùm operandi modum notat, sed & operantis præsentiam; tum, essentiâ, quæ eadem Patri & Filio, Joh. 10. 30, 38. tum, gratiâ suâ, Joan. 8. 28. & 15. 15 [h]. sive inhabitationem essentialem, Col. 2. 9 [i]. *in filio*, id est, in eo existens [k]. Totum Christum hîc intellige, qui & Deus & homo, unus est filius [l]. *per Filium*, sive ἀπροσωπολήπτως ipsum, sive per delegatos ejus Apostolos. *Qui enim illos audit, Christum audit*, Matth. 10. 40 †. ¶ *Quem*, &c. Ὃν ἔθηκε, &c.] *Quem* (nempe Christum totum, Deum & hominem [m]: secundùm naturam, non divinam, quæ hoc regnum ab æterno habuit [n], & quidem naturâ, non θέσει, sive *constitutione* [o]; sed humanam [p].) *constituit hæredem* (non propriè, quasi patri mortuo successerit; sed catachresticè sic dictum [q], id est, Dominum [r], Caput, vel Principem †, Possessorem [t]. Nam Hebræis *primogenitus*, qui propriè hæres erat, erat fratrum Dominus & Princeps [v]. Latinis quoque *hæres* idem quod *herus* [x], sive *Dominus*, ut notatur Institut. Juris Civ. l. 2. tit. 19. § ult [y]. Vide Gal. 4. 1. & Psal. 89. 27. *Hæredis nomen, latiore significatione possessorem & fidei Commissarium & Legatarium comprehendit*, inquit Spigelius [z]. *Hæres* quoque dicitur, quia ut hæres in locum alterius succedit; sic Christus Mediator veluti successit in locum Patris, ut sit ejus Vicarius, &c [a]. Christus in cœlum evectus rerum omnium est Dominus, à Patre scilicet hoc jure accepto, 1 Cor. 15. 27. Eph. 1. 20, 22. Sic infrà 2. 8. Patribus hæreditas data, terrestris & caduca; Christo, cœlestis & æterna. Hic sensus sublimior, Psal. 2. & 8 [b]. Respexit hîc ad Psal. 2. 8 [c].) *omnium*] Tum, 1. personarum [d], ut homines judicet & Ecclesiam regat *; omnium hominum & angelorum, sive electorum, sive reproborum †. Tum, 2. rerum [f], creaturarum [g], omnium bonorum naturæ, gratiæ, & gloriæ [h]; omnium cultuum [i], quos proinde pro libitu suo mutare possit [k]; omnium prærogativarum, atque promissionum, Judæis alíísve factarum: per quem solum & Judæi & gentes jus habent ad omnia bona quæ obtinent, vel sperare possunt. Ut proinde eos oporteret Christum amplecti, alioqui hæreditate exciderent [l]. Erat Christus Rex initio conceptionis suæ, Regni autem possessionem paulatim ac progressu temporis accepit [m]; plenè autem usurpare cœpit cum statu exaltationis [n], plenissimè & perfectè accepturus in secundo suo adventu [o]. ¶ *Per*, &c. Δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε] *Per quem* (scil. Filium [p], ut Deum [q]; non tanquam per instrumentum [r], sed causam præcipuam, Verbum suum, æternámque ipsius sapientiam †; vel, ut ideam sive exemplar in mente sua, in quo sunt rationes omnium agendorum [t]. Ab humana Christi natura ad Divinam progreditur [v]. Διὰ, *per*, non semper instrumentalem causam notat, sed sæpe & principalem; & de Deo Patre dicitur, ut 1 Cor. 1. 1. Gal. 1. 1. Heb. 2. 10 [x].) *& secula* (vel, *mundum*, P. Be. Pi. Ca. Æth. &c.) *fecit*, Mo. Tre. ex Sy. Ca. vel, *condidit*, P. Be. Pi. Er. &c. *creavit*, Ar. Ow. Sic Heb. ברא vertitur, tum Act. 17. 24, 26. tum à LXX passim, qui tamen interdum per κτίζειν vertunt: q. d. ex nihilo produxit [y]. Per αἰῶνας intelligit, durationem omnem creatam [z], longas & continuas temporum revolutiones [a], tempora & temporaria omnia [b]; quicquid in seculis [c], usquam

Marginal notes (left): † J. cap. — m Ger. — n Te. sim. Ger. — o G. — p Jun. — q 1 c. Ger. — r Te. — † Te. sic E. — t E. — v Te. — x E. sim. Te. — y E. — z Cam. — a Er. — * Ow. — b Idem. — c Ger. — d E. sic Ger. — * Jun. sim. E. — f Cam. — g E. — h Te. — i E. sim. Te. — k Te. — l G. — m Cam. — n G. Cam. — o G. Te. — p Gom. — q Te. — r Ow. — † G. — t Gom. — v Pi. sic Gom. — x Be. — y G. — z E. — a G. — b Pi. sic Be. &c. — † Sch. — c Be. sic Ger. — d Pi. sim. Be. — * Be. sim. Pi. Ger. — f Be. — g Ger. — ‖ Sch. — h Ow. sic E. — i Ow. — k E. — l G. — m Gom. Pi. sic Ger. E. Gou. — n Ger. — o Be. sim. Dic. — p Ow. — q Med l. 3. De Regno Romano p. 877.

Marginal notes (right): r Ow. — † Dic. Par. — t Dic. — v E. Ger. sic Par. Dic. — x Par. Dic. — y Ger. sic Par. — z E. sic Ger. — a E. Ger. Ow. — b Ow. — c E. Gom. — d Gom. — * G. — f Jun. — g Be. — h Gom. — i Pi. — k Jun. — l Be. — † Sch. — m Be. sic Gom. Ow. — n Gom. sim Te. — o Cam. — † Gom. Te. Ow. — q E. Ger. — r Pi G. Ger Gom. Cam. Ow. — † Cam. — t Be. Ow. — v Cam. — x G. — y Cam. — z Ow. — a Cam. — b G. — c Cam. — d E. Ger. — * Ham. — † E. — f E. Ger. Gom. Ow. Pi. — g Gom. Pi. — h Te. 3. 5. — i Ow. Dic. — k Ow. — l Dic. — m E. — n Ger. — o E. — p Gom. Te. — q Te. sic Ger — r Te. Gom. Ger. — t Te. — v E. ex Aug. — x E. Me. Ger. — * Gom. — y Ow. — z T. — a E. — b Me. T. sim. E. — c D.

usquam unquam [d], exstitit [*], exstat, aut exstabit. Meton. & Enall. numeri [f]: mundum [g], & quicquid in eo continetur [h]; ut vox sumitur Matth. 28. 20 [i]. & Heb. 11. 3 [k]. Sic & Hebræi עולמים, quod valet αἰῶνας, pro *mundo* ponunt per Meton. Hinc Deus עולמים: sic כולי עלמא Chaldæis *totus mundus* [l]. *Mundum* autem sic vocat, quòd per αἰῶνας, id est, *temporum revolutiones*, durat [m]. Αἰῶνας dicit num. plur. vel, 1. per Enallagen [n]: vel, 2. respiciens multa secula quibus durat mundus [o]: vel, 3. accommodans se receptæ Judæorum sententiæ & modo loquendi [p]. Judæi mundum & quoad subsistentiam, & quoad durationem, variè distinguunt [q]. Tres mundi sunt, *humilis*, nempe terra; *medius*, sphærarum & stellarum; & *supremus*, domicilium Dei & Angelorum [r]. Deinde, *Mundus*, inquiunt, est quintuplex: 1. *antiquus*, antediluvianus; 2. *præsens*, sive status rerum sub Ecclesia Judaica; 3. *adventus Messiæ*, qui *venturus*, Heb. 2. 5. 4. *mundus Resurrectionis*; 5. *mundus protractus*, sive vita æterna †. Hinc colligitur Filii Dei æternitas, ac Deitas, quia creatio est opus Dei proprium, Job. 9. 8. Esa. 44. 24 [t]. Alii hoc negant, & locum pervertere conantur, nec uno modo [v]. Videtur δι' οὗ hîc rectè accipi posse pro δι' ὅν. Nam sicut διὰ cum Accusativo interdum est *per*, ut probatur ex Apoc. 4. 11. & 12. 11. & 13. 14. ità διὰ cum Genitivo interdum valet *propter*. Vide Bezam, Rom. 6. 4. sic δι' ὧν pro *quapropter* poni solet. Et αἰῶνας ille, ἐποίησεν, hîc commodissimè vertitur per plusquamperfectum, *condiderat*. Ideo autem hæc interpretatio hoc loco maximè mihi se probat, quia ad Hebræos scribens videtur respicere ad dictum vetus Hebræorum, *Propter Messiam conditum esse mundum*. Quid mirum est esse Dominum omnium cujus causâ omnia fuere condita [x]? Contrà, διὰ cum Genitivo, licèt sexcenties usurpetur in N. T. nusquam tamen finalem causam significat, aut valet *propter*. Δι' οὗ & εἰς ὅν, distinguuntur ut causa efficiens & finalis, Rom. 11. 36. quomodo δι' οὗ & δι' ὅν, Heb. 2. 10. ut non verisimile sit, Apostolum hæc duo promiscuè hîc usurpare velle quæ mox tam accuratè distinguit. Δι' οὗ hîc idem est quod δι' αὐτοῦ, Joh. 1. 3. quod ipse Grotius de causa efficiente accipit [y]. [Alii locum aliter eludere conantur:] *Secula* hîc intelligit non vetera, sed nova [z]; non cœli & terræ compagem, sed Ecclesiam: nec de creatione primâ & propria, sed secunda & figurata, seu de regeneratione, hîc agitur [a]. Significat, Ecclesiam novam ministerio hominis Christi collectam & instauratam, quam *mundum futurum* vocat Heb. 2. 5. & 6. 5 [b]. Contrà, 1. In locis illis vox *futurum* additur: hîc autem αἰῶνας dicit absolutè [c], sine ulla limitatione aut distinctione [d]. 2. Vox αἰώνων, sive עולמים, absolutè posita nusquam (vel in V. T. vel in Novo [*],) significat mundum aut seculum futurum [f], vel Ecclesiam [g], vel statum Ecclesiæ sub Evangelio; sed mundum, ut Heb. 11. 3 [h]. 3. Non dicit, *facit*, aut *facturus est*, ut oportebat si de futuro seculo locutus esset; sed ἐποίησε, *fecit*, ut de præterito loquens. 4. Numerus hîc pluralis secula vetera designat. De mundo autem futuro perpetuò utitur num. sing. ut Marc. 10. 30. Luc. 18. 30. Heb. 2. 5. & 6. 5. Rectè. Est enim præsens mundus in varia secula distributus, mundus verò futurus non item [i]. 5. Mundum à Christo conditum testantur alia loca, 1 Cor. 8. 6 [k]. Joh. 1. 3. Col. 1. 16 [l]. 6. Hæc glossa repugnat scopo [m], & contextui: nam *hæres omnium* jam dictus est [o], cujus rationem & æquitatem his verbis demonstrat [p]: & *omnia suo verbo sustinet*, v. 3. vide & vers. 10 [q]. 7. Sic ergò sensus esset, *Per eum secula fecit*, id est, per Christum aliquos ad fidem adduxit, & longè plures per Apostolos, &c. Quis autem nisi præjudiciis excæcatus summam Christi excellentiam hoc pacto probari credat? aut Apostolum rem eandem, quam propriè jam dixerat Patrem in Filio locutum esse, allegoricè exprimere voluisse, præsertim in fundamentali fidei articulo [r]?

3. *Qui*, &c. ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης] *Qui* (sub. *filius*, Tre. ex Sy.) *existens* (vel, *est*, Tre. Æth. vel, *ut est*, vel, *quamvis sit*, Jun. vel, *cùm sit*, Er. P. Ca. Be. Pi. &c. ut Phil. 2. 6. ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων †.) *splendor* (vel, *effulgentia*, Be. Pi. *refulgentia*, sive *relucentia*, Er. V. *radius*, vel, *jubar*, Q. in Ow.) *gloriæ*, Mo. Er. P. Ca. Tre. &c. sub. *ejus*, Ang. vel, *repercussus Divinæ majestatis*, qualis est Solis in nube qui dicitur παρήλιος. צמחא hîc Syrus, id est, *germen*, non malè. Sic locum Esa. 4. ubi eadem vox, Jonathan de Messia accipit. Sic Sapientia dicitur ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου, Sap. 7. 26. Clemens Romanus, qui totum propè hunc locum descripsit, pro ἀπαύγασμα τῆς δόξης posuit ἀπαύγασμα τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ. Sunt qui alludi putant ad Irin, argumento ducto ex Ezec. 1. 28. & Zach. 2. 8. ubi dicta vide. Etiam R. Salomo Barjochai Irin ad Messiam refert. Quò fortè respicitur & Apoc. 4. 3. Δόξα, כבוד aut גבורה, *majestas Divina*. Ea cùm per se conspici nequeat, cernitur in Christo; sicut Sol, quem directè oculi nostri tueri nequeunt, cernitur in aqua, speculo, nube. Vide 2 Cor. 4. 4. Col. 1. 15. Adde & 1. 13. Lucianus Martyr, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, οὐσίας καὶ βουλῆς καὶ δυνάμεως καὶ δόξης Θεοῦ ἀπαράλλακτος εἰκών [t]. Quinque hîc cumulantur idiomata filii Dei, quarum tria priora divinam ejus naturam & omnipotentiam, reliqua officium sacerdotale & regium, describunt. Priora supponit ut posteriorum causam; pontifex enim & rex non fuisset, nisi Deus esset [v]. Descripturus sacerdotium & perpessiones Christi, quæ aliis stultitiæ, aliis offensioni, deputantur, sapienti anticipatione & προθεραπείᾳ gloriam dignitatémque personæ Christi asserit [x]. Patrem comparat Soli, Filium radiis è Sole effulgentibus [y]. [Sensus,] Cùm sit gloriosus splendor emanans à Patre, vel irradiatio gloriæ paternæ [z]; in quo refulget [a], vel conspiciendam se præbet [b], gloriosa majestas Patris [c], alioqui infiniti & inconspicui [d]; idque totaliter & adæquatè, non partialiter, ut in Angelis & hominibus [*]. Δόξα est lux copiosa, & quasi fons luminis in substantia lucida, Luc. 2. 9. ἀπαύγασμα est resplendescentia à luce edita [f]. Verùm non Philosophos hîc docet, sed Judæos, ut verisimilius sit allusionem hîc esse ad typos V. T. Arca olim dicta erat *Gloria* Dei, 1 Sam. 4. 22. Psal. 78. 61. Tabernaculo autem signis præsentiæ Dei in nube & igne repleto, erat, ut Judæi affirmant, perpetuum ἀπαύγασμα τῆς δόξης, sive gloriæ requiescentis super Arcam. Ipse quoque Deus *gloria* dicitur Psal. 85. 10. cujus Majestas Hebræis dicitur שכינה. Quâ voce veteres Rabbini non Spiritum Sanctum intelligebant, ut vult Elias, quippe quem רוח הקדש constanter vocabant; sed Christum, qui est essentialis præsentia, majestas, vel splendor gloriæ, sive Dei gloriosi. Hebræos ergò Apostolus à typis ad res ipsas vocat, ostenditque typico illo splendore Arcæ adumbratam fuisse æternam Dei gloriam cum essentiali ejus irradiatione & splendore in Filio; docétque, hunc ipsum, per quem voluntatem suam jam patefecit Deus, eundem fuisse qui apud illos ab initio habitavit, Patrem repræsentans, & typicè illis patefactus [g]. Erat super Arcam quoddam ἀπαύγασμα, & aliquid tale videre Moses, Esaias, Ezechiel. At quantò clarior effulgentia in Christo? ità ut præ hoc ista evanescant †. Hoc autem refertur, vel, 1. ad æternam Filii generationem & divinitatem [h]. Significat, Filium à Patre gigni, ut verbum à mente [i]. Hinc *lumen de lumine* dicitur & Scholiastæ, & Tertul [k]. & Chrysost [l] & in Symbolo Niceno [m]. Hæc autem similitudo relationem inter Patrem & Filium optimè exprimit [n]: ostenditque, Filium à Patre gigni [o], non liberè [p], aut voluntate confluéque [q]; sed naturaliter [r], necessariò, continuò, ab æterno, sine ulla seu gignentis, seu geniti, mutatione, & Patri inseparabiliter coexistere; sicut lumen Solis naturaliter, necessariò, continuò, & Soli coævum & inseparabile, sine ulla Solis mutatione à Sole procedit †: Filium tamen à Patre distinctum esse, ut radius à Sole distinctus est. Obj. At sic Filius tam invisibilis est quàm Pater. Quî ergò splendor illius dicitur? Resp. Aptè: tum, quatenus personâ suâ Patrem, ut Filius ὁμοούσιος, refert: tum, quatenus Pater per solum Filium cognosci potest, Matth. 11. 27. Deinde Solis radius verus est radius, licèt videri non posset; sic & Christus splendor Patris, &c [t]. Vel, 2. ad divina opera in assumpta humana natura exhibita. *Splendor* Patris hîc dicitur, non in se & ratione essentiæ, sed relatè ad nos; quòd operibus quæ in carne edidit, Patrem inconspicuum nobis conspiciendum dedit [v]. Hoc ex eo constat, quòd, nullâ mentione incarnationis factâ, subjicit quæ non nisi incarnato conveniunt [x]. Subjicit quoque quæ ad Divinam tantùm

d Be. * D. sic Pe. Jun. f Pe. g E. Me Gom. Ger. Jun. G. h E. Me. Ger. i Gom. k Gom. G. l G. m Ger. sim. Gom. n Q. in Ow. o Ow. p Ow. sim. Di. q Ow. r Di. ex He. sic Cam. † Ow. t Gom. v Ow. x G. y Ow. z Smalc. a Q. in Gom. b Q. in Par. c Par. d Q. * Ow. f Q. g Gom. h Ow. i Q. k Par. l Par. Gom. m Par. o Gom. Ow. p Ow. q Par. r Ow. † Idem.

t Idem. v Par. x Jun. y Gom. Ger. sim. E. Me. Par. z J. Cap. a T. Be. b Be. c T. sic Be. d Be. * T. f Ger. g Ow. † G. h Gom. sim. Ger. Jun. E. i E. k Cas. l E. m E. Pi. n Gou. o T. sim. om. E. p T. q Jun. r T. Jun. † T. sim. Gom. Gou. t Gom. v Q. in Com. sim. Be. x Be.

tantùm naturam pertinent, ut quòd dicitur *character*, &c. &, *omnia portare*, &c. &, *mundum condidisse*, &c [y]. Gloria Divinæ naturæ ità hìc significatur, ut eam respicere doceamur in Christo incarnato, qui omnes Dei Patris perfectiones exprimit, & Patrem fidei ac contemplationi nostræ repræsentat [z]. Quòd vocatur Christus *splendor gloriæ, & character*, &c. Divinitatis est proprium. Consilium tamen Apostoli hìc erat non tam tradere quid simile intùs habet Pater cum Filio, quàm quid in Christo quærendum nobis est; &, quòd Deus non aliter nobis patesit quàm in Christo [a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ] Χαρακτὴρ in Glossis *figura, lineamentum*. Cicatrix dicitur χαρακτὴρ κατακαύματος, Levit. 13. 28. ציר vertitur χαρακτὴρ ab Aquila, Psal. 49. 14. Id verò *nuncium*, sive *legatum*, significat, ut Prov. 13. 17. & 25. 13. Jer. 49. 14. quia legatus mittentis personam refert [b]. Χαρακτὴρ, à χαράσσω, *insculpo*, significat formam sive imaginem non evanescentem, qualis est imago hominis in speculo; sed ex alio expressam, & rei cuipiam impressam [c], v. g. nummo signato, chartæ prælo aut sigillo impressæ [d]. Ὑπόστασις hìc non ità sumitur quomodo Platonici, & ex iis Christiani, sumpsere; sed continuatur cœpta comparatio. Solent Græci distinguere τὰ κατ᾽ ἔμφασιν, & τὰ καθ᾽ ὑπόστασιν, ut scriptor De Mundo. Sic Philo De Mundo, αὐγὴ ἡ καθ᾽ ἑαυτὴν ὑπόστασιν οὐκ ἔχει; non quòd nullam habeat ὕπαρξιν, sed quòd principalitas & origo ejus sit in Sole. Sic in annulo figura est καθ᾽ ὑπόστασιν, in cera κατ᾽ ἔμφασιν. Ità Potentia, Justitia, Veritas in Deo Christi Patre sunt primariò, in Christo verò secundariò; sed ità ut nobis in Christo ea evidenter appareant, Joh. 14. 9*. Ὑπόστασις, h. l. est, vel, 1. οὐσία, *substantia* [f]: vel, 2. *persona*, sive *subsistentia* [g]. [Hinc verba sic reddunt,] *Et character* (vel, *imago*, Tre. ex Sy. *figura*, Ar. Vulg. *forma expressa*, Ca. *expressa imago*, Er. Ti. Il. V. Aug. *expressa figura*, Aug. in Be. vel, *exsculpta imago*, Me. *insculpta forma*. Significat, Filium esse Patris imaginem, non inanem [h], umbraticam, fugacem & evanidam [i]; sed substantialem, subsistentem, permanentem [k], vel constantem, expressam, & quæ ad vivum Patrem repræsentat [l]. Alia comparatio à Sigillo annuli, cujus forma ceræ imprimitur [m]. Similitudinem & æqualitatem Patris & Filii aptè adumbrat [n]. Ut character, 1. ab archetypo sive exemplari differt subsistendi modo [o], & ab eo distinctus est [p]; 2. cum eo convenit, & illud plenè declarat [q], & quicquid in eo est exprimit; 3. ab eo procedit: ità Filius, 1. à Patre distinctus est [r]; 2. cum eo convenit, unúsque est essentiâ, non specie, sed numero, seu eâdem essentiâ singulari †; & eum patefacit, eíque æqualis est [t]; 3. à Patre gignitur [v]. Christus dicitur & μορφὴ, Phil. 2. 6. id est, *forma* Dei, essentialis scilicet, neque enim alia est forma in Deitate; qualis fuit ante incarnationem: & εἰκὼν, Col. 1. 16. id est, *imago* Dei, quoad nos, quia Patris Naturam, sive Potentiam, Bonitatem, Sanctitatem, &c. quam à Patre accepit, nobis quoque repræsentat. Utrumque autem complecti videtur χαρακτὴρ, quòd scil. tota natura Dei & in ipso est, & per ipsum declaratur nobis. Forsan & hìc alluditur ad sculpturam illam Nominis Dei in lamina, Exod. 28. 36. quam Pontifex gestare tenebatur, ut *ferret iniquitates*, &c. Typum ergò illum Apostolis docet impletum in Christo, cui Deus naturam suam, eo nomine designatam, communicavit, ut possit & iniquitates nostras ferre, & personam Patris nobis gloriose repræsentare [x].) *Substantiæ* (vel, *essentiæ*, Tre.) *ejus*, Mo. Er. Il. Ti. scil. τοῦ Θεοῦ, v. 1. id est, Dei Patris*. Ità sensus est, Essentia, seu natura, Patris in Filio perfectissimè relucet [y]. Obj. Sic alia esset Patris essentia, alia Filii [z]. Resp. Non sequitur: repræsentat enim Filius essentiam Patris prout in Patre est, non prout in seipso, substantiam Patris æternâ generatione ab illo sibi impressam perfectissimè referens [a]. Syrus ὑποστάσεως vertit דאיתותה, quomodo *naturam Patris impressam Filio* dixere Basil. & Hil. Latinus hìc *figura substantiæ ejus*. Talia commodè interpretanda, non malignè cavillanda, sunt ||. Vel, *hypostaseos*, sive *personæ*, sive *subsistentiæ illius*, Val. Er. Il. V. J. cap. Be. Pi. Ar. id est, Distincta est à Patre persona, ejusdem autem formæ seu essentiæ, Patrem in omnibus & ad vivum nobis repræsentans [b]. Persona Patris se totam, omnémque gloriam suam, velut charactere, expressit in persona Filii: quâ ratione dictum, eum *qui Filium videt, videre Patrem*, Joh. 14. 9 [c]. Ὑπόστασις hìc non significat personalitatem, sed personam, h. e. essentiam Patris charactere hypostatico insignitam; ut sensus sit, Filius est character hypostaseos Patris. Correlatum hìc est persona Patris; sed fundamentum, ratione cujus Filius dicitur imago ac character Patris, est essentia Patris per æternam generationem Filio communicata [d]. Sed quia hoc mysterium non mente comprehenditur, sed fide adoratur, subdit aliud elogium, ut ostendat, quem ordinem in relatione illa personarum ineffabili Scriptura tradit, eundem ordinem ad creaturas (ut Scholastici loquuntur) ex potentissima Dei Patris administratione in Filio tenendum esse*. ¶ *Portánsque*, &c. φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ] Αὐτοῦ habent & Manuscripti, in quibus spiritus isti Grammaticales distinguuntur, & ità legit Cyrillus. Sic ad Patrem refertur [f]. Sed repugnat contextus [g]. Deinde αὐτοῦ legitur [h], constanter in omnibus exemplaribus quæ accentus habent [i]. [Verba sic reddunt:] *Et portet*, vel *gestet*, (vel, *ferat*, Ca. Pi. vel, *sustineat*, Tre. P. Be. Pi. sic Ar. id est, tueatur sive conservet [k], generali & speciali influxu [l]; ne scilicet collabantur & intereant [m], & in nihilum redigantur. Creaturæ enim de se & sine Deo neque subsistere, neque operari, possunt, Act. 17. 28 [n]. vel, *moderetur*, Er. Il. Ti. V. *agat*, vel, *moveat*: nam φερόμενα Græcis dicuntur *quæ impetu quodam aguntur*; unde & φέρειν *impetum* vocant. Et ἄγειν & φέρειν dicitur *qui suo arbitratu moderatur aliquem* †. Vel, *regat*, sive *gubernet*, Er. Zeg. Gom. &c. quod & conservationem mundi, & ordinationem illius, complectitur [o]. Φέρειν sæpe est *regere* [p]. Sic usurpatur Heb. נשא, Num. 11. 14. Deut. 1. 9. unde נשיא *Princeps* [q]. Vide & Esa. 9. 6. Ejusdem certè est Potentiæ & Providentiæ Divinæ, *omnia sustentare*, & *omnia regere* ac *ordinare*. Respondet autem φέρειν voci Hebrææ, vel, מכלכל, quæ sign. & *sustinere*, ut Mal. 3. 2. & *nutrire*, sive *fovere*, 1 Reg. 4. 7. Ruth. 4. 15. vel, נשא, vel potiùs, רכב, quod propriè est *equitare*, metaphoricè autem *regere*, *administrare*, *præsidere*: ut hìc sit allusio ad visionem illam gloriosæ Dei providentiæ Ezec. 1. ubi ille qui currui insidet, vitam dat & motum, & directionem, rebus omnibus: quod hìc clarè exprimitur, φέρων τὰ πάντα [r].) *omnia* (scil. quæ facta sunt †; mundum & quicquid in eo est [t]. Seneca de Deo, *vertit omnia*, Epist. 31. Vide ca quæ Act. 15. 29 [v].) *verbo* (i. e. sine ulla difficultate [x], aut resistentia, eâdem facilitate quà quis loquitur [y]:) *potentiæ suæ*, Pi. Er. &c. vel, *illo suo potente*, P. Be. Pi. id est, Vel, 1. per semetipsum, vel seipso, tanquam Verbo potenti & efficaci [z]. Ità ostendit summam esse Filii providentiam, nec ipsum esse Patris instrumentum, ut ex verbis, *per quem*, colligi posse videretur [a]. Non placet: Filius λόγος sæpe appellatur, nusquam autem ῥῆμα [b]. Sic phrasis coacta esset, & à stylo hujus Epistolæ elegantiore aliena [c]. Vel, 2. efficaci [d], & omnipotente*, suâ operatione [f], providentiâ [g], voluntate [h], nutu [i], jussu atque imperio [k], quo Deus omnia efficaciter exsequitur pro consilio voluntatis suæ, Psal. 47. 15, 18. & 148. 8. Esa. 30. 31. Id quod promiscuè exprimitur per ῥῆμα, ut Heb. 11. 3. & λόγος, 2 Pet. 3. 5 [l]. ῥῆμα pro *jussu* poni apparet Luc. 5. 5. & infra 11. 3. Sic & 1 Reg. 1. 27 [m]. ¶ *Purgationem*, &c. Δι᾽ ἑαυτοῦ καθαρισμὸν ποιησάμενος, &c.] Abest illud δι᾽ ἑαυτοῦ à MS [n]. & à Vulgato. Est autem in Syro, & emphaticum est [o]. Hìc jam à divina Christi natura [p], ad humanam redit [q]. Præmissâ commendatione personæ Christi, Sacerdotium ejus explicat [r]; docétque, Christum æternum illum & unicum esse Pontificem †. Tria Christi officia distinctè hoc cap. docentur, *propheticum*, v. 1. & parte priore v. 2 [t]. *regium* parte posteriore v. 2: & parte hujus versûs. Hìc transit ad *sacerdotale*, tanquam viam, per quam ad Regni possessionem pervenit. Et cùm Sacerdotalis officii executio consiet satisfactione legis pro nobis, & intercessione apud Patrem, prius hìc describit, posterius verbis sequentibus [v]. [Verba sic reddunt:] *Per seipsum* (Valde significanter hoc dictum [x]: q. d. Non adjutus à quoquam [y], non per victimas legales [z], ut Levitici sacerdotes [a]; *non per sanguinem hircorum*, &c. *sed per proprium sanguinem*,

Marginal notes (left): [y] Gom. [z] Ow. [a] Calv. [b] G. [c] Ger. [d] Gou. * G. [f] E. Hi. & Chem. &c. in Ger. [g] Gom. Ger. ex Basil. Caj. Zanc. & Urs. [h] Me. sim. Be. [i] Me. [k] Ger. [l] Me. [m] G. [n] Gou. [o] Gom. [p] Gou. [q] Gom. [r] Gou. sim. Gom. † Gom. [t] Gou. [v] Gou. sic Gom. [x] Ow. * Pi. sim. Gom. [y] E. [z] Q. in E. sim. Gom. [a] E. || G. [b] Dic. sic Ger.

Marginal notes (right): [c] Jun. [d] Ger. * Jun. [f] G. [g] Ow. [h] Ow. Pa. Gou. [i] Ow. [k] Par. E. Me. Te. [l] Par. [m] Pi. sim. E. [n] Te. † Er. sim. Ger. [o] Gom. [p] G. sic [q] G. Ham. W. [r] Ow. † E. Me. Jun. Gei. [t] Ger. [v] Te. Gom. sim. Er. & G. ex Chrys. [y] Te. [z] Te. ex Aquin. & Mont. [a] Te. [b] Gom. sic E. [c] Gom. [d] Te. * T. Gom. E. [f] Te. [g] Gom. [h] E. Gom. Te. [i] Fr. [k] T sic Pi. E. Be. [l] Ow. [m] G. [n] Idem. [o] Ger. [p] E. [q] E. sic Me. [r] Jun. † Be. [t] Gou. [v] Idem. [x] G. [y] Dic. [z] Dic. sim. Be. G. [a] G.

Heb. 9. 12, &c [b]. per oblationem sui ipsius [c], Deo Patri pro nobis in sacrificium [d], tanquam Agni Dei mactati pro nobis, Joan. 1. 29. Gal. 1. 4. 1 Pet. 1. 19 *. Est ergò Christus & sacerdos & sacrificium [f].) *purgationem* (vel, *purgatione*, sive *purificatione*, Er. P. Be. Pi. &c. vel, *expiatione*, Ca.) *faciens* (vel, *factâ*, Er. Be. Ca. &c. vel, *fecit*, Val. vel potiùs, *postquam fecisset*, Rev. Dicuntur autem *peccata purgari*, sicut & *dealbari*, Esa. 1. 18 phrasi Scripturæ, quando homines à peccatis purgantur [g]. Ità *lepra mundari*, & *morbus sanari*, dicitur. Sic Psal. 18. 28. *Illumina tenebras meas*, i. e. mentem meam depulsis tenebris. Sic & Latini dicunt *crimen objectum purgare*, id est, diluere [h]. Alludit ad ritus emundandi & expiandi immunditiem sub. V. T [i]. De hac purgatione vide infrà 10. 12. & 1 Pet. 1. 22. Sensus est, q. d. Postquam morte suâ causam dedisset ejus fidei per quam à peccatis purgamur: quod nec Moses fecerat, nec Prophetæ. Vide ad Rom. 3. 25 [k]. Sed vana est hæc Glossa. Neque enim Christum hîc confert cum Mose & Prophetis, quorum nullæ in purgatione peccati partes erant: sed cum Aarone & Sacerdotibus, qui ex officio peccata purgabant; idque non ingenerando persuasionem aliquam in mentibus hominum usui illi accommodam, sed per sacrificia. Significat ergò, quod ab illis typicè factum, id per Christum reipsâ & efficaciter præstitum [l].) *peccatorum nostrorum*, Mo. &c. Emphaticè, q. d. Non suorum, ut alii Pontifices. Confer Esa. 53. 5. Est autem opus hoc θεανδρικὸν, *Deivirile*; *purgat* Deus *per seipsum* hominem, h. e. per suum ipsius sanguinem [m]. Καθαρίζειν modò media purgandi notat, ut Joan. 2. 6. modò actum purgandi, ut Marc. 1. 44. Interdum justificationem designat à reatu peccati, ut Eph. 5. 26. interdum sanctificationem à labe & dominio peccati, ut Tit. 2. 14. interdum utrumque, ut Act. 15. v. 9 [n]. Καθαρισμὸς hîc vocatur liberatio à peccatis [o], peccatorum remissio & abolitio [p]; justificatio & sanctificatio [q], sive regeneratio [r], vitæque emendatio †. Verùm καθαρισμὸς hoc loco non realem & actualem sanctificationem notat, ut 2 Cor. 7. 1. sed purgationem per modum expiationis & lustrationis: ut idem hoc sit quod ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας, Heb. 2. 17. quod ἀπολύτρωσις παραβάσεων, Heb. 9. 15. Hoc multa suadent; 1. Usus vocis eo sensu, ut Heb. 9. 22, 23. & apud LXX, qui Heb. כפר per καθαρίζειν interdum reddunt, ut Exod. 29. 36, 37. & 30. 10. & apud alios scriptores, quibus καθαρισμὸς idem est quod κάθαρμα, vel, περικάθαρμα, *expiatio*, sive *piaculum*. Sic in Luciano, *Ipsum præcipitem dejiciemus* καθαρισμὸν τοῦ στρατοῦ ἐσόμενον, *in lustrationem exercitûs*. 2. Quòd de purgatione præterita loquitur: sanctificatio autem in aliquibus cœpit, non in aliis, & paulatim fit, neque in hac vita perficitur. 3. Illud δι' ἑαυτοῦ, sine ullo alio medio: at sanctificatio fit per verbum, Eph. 5. 26. & Spiritum regenerantem, Tit. 3. 5 [t]. Describit Apostolus h. l. satisfactionem Legis plenam pro nobis, quæ duo complectitur, quæ nempe Lex à nobis exigit, 1. pœnam inobedientiæ seu peccatorum; 2. obedientiam ac justitiam. Hîc autem prioris tantùm meminit, tum, quòd alterum individuo nexu conjunctum habeat; tum, quòd ad consolationem maximè pertineret [v]. ¶ *Sedet*, &c. Ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς] Scandit oratio. Prætulit Christum Patribus, Mosi, Prophetis. Jam & Angelis eum præferre volens, per quos Deus Patres, Mosem, & Prophetas, fuit allocutus, ostendit illum solo Deo Patre minorem [x]. Hæc altera Sacerdotii pars, nempe intercessio [y]. Pars prior erat perpessionum, hæc gloriæ, quòd tanquam sacerdos noster ingressus est sanctuarium illud verum æternúmque cœlorum; ità ostendens, se Deo Patri acceptum esse, gratiámque ejus nobis conciliavisse, &c [z]. [Verba sic reddunt:] *Sedit* (Et etiamnum sedet, Marc. 16. 19. Heb. 10. 12. & 12. 2 [a]. Hic situs notat, 1. Christi authoritatem & excellentiam [b], supra Pontifices V. T. qui in Sancto Sanctorum *stabant* humiliter adorantes [c]. Vide Job. 29. 7, 8. Psal. 9. 4. & 29. 10. & 110. 1. Dan. 7. 9, 10. Apoc. 5. 13. & 21. 5 [d]. 2. Christi quietem *, sive quietam possessionem Regni [f]. 3. Christum munere suo defunctum esse, ideóque non stare, aut de perficiendis sacerdotii sui partibus laborare [g]. 4. Christi commorationem, sive perseverantiam, in eo loco & statu. *Sedere* pro *commorari*, Gen. 49. 24. Levit. 8. 35. Alibi

b E. ex Græcis, sim. Pi. Gom.
c Pi. Par. sim. Zeg. Gom. E.
d E.
* Gom.
f Jun. Gom.
g E. Ger.
h E.
i Ger.
k G.
l Ow.
m Par.
n Gou.
o Ger.
p E. Me.
q Ham. Gou. Par.
r Par.
† Ham.
t Ow.
v Gom.
x G.
y Gom.
z Jun.
a Ger.
b T. sim. Gou.
c Ow.
d Gou.
* T. Gou.
f E.
g Jun. sim. Gou.

stare dicitur, ut Act. 7. 55. quod etiam perseverantiam notat, ut Joan. 8. 44. Gal. 5. 1 [h].) *in dextra* (Novè dictum [i], pro ἐκ δεξιῶν [k]. Ἐν δεξιᾷ exstat & Rom. 8. 34. Eph. 1. 20. Col. 3. 1. infrà 8. 1. & 10. 12. & 12. 2. 1 Pet. 3. 22. Gen. 48. 13. Jud. 16. 29 [l]. & ἐν δεξιοῖς, Marc. 16. 5 [m]. vel, *ad dextram*, Ti. P. Ca. Be. &c. *Locus dexter* est ejus qui Regi est proximus. Vide ad Mat. 20. 21 [n]. Sinistra honoratior olim erat Romanis, ut bene probant Nebriss. & Gorop [o]. quanquam contrarium docent Turneb. Advers. 14. 24. Rhodig. Lect. antiq. 9. 10. Alex. ab Alex. 2. 19 [p]. dextra autem honoratior erat Ægyptiis & Hebræis [q], ut patet ex Gen. 48. 17, 18, 19 [r]. 1 Reg. 2. 16. Psal. 45. 9 †. Matth. 20. 22. & 25. 34 [t]. & ex Sueton. Nerone, ubi Nero Tiridatem à dextra sua statuit [v].) *majestatis* (vel, *majestatis illius*, P. Be. vel, *throni majestatis*, ut est in quibusdam cod. Græcis [x]: *majestatis*, id est, Dei [y]; inter cujus nomina Hebræis erant, & הגבורה, *potentia*, & הכבוד, *gloria* [z]. Θρόνος μεγαλωσύνης, sive δόξης, Hebræis, כסא כבוד, significat *ipsius Dei summam majestatem*, Apoc. 4. 2, &c. & 19. 4. & 21. 5. cui proximus est *Agnus*, id est, Christus, Apoc. 5. 6, 13. & 7. 10, 17. & 22. 1, 3 [a].) *in excelsis*, Mo. scilicet locis [b]; id est, in cœlo [c] supremo, aut supra cœli partes aspectabiles, ut infrà 7. 26. Vide ad Eph. 1. 3, 20. quia & David in eximio quodam loco à Deo constitutus est, Psal. 89. 27. sed in terris tantùm [d]. Confer Luc. 2. 14 *

4. *Tantò*, &c. Τοσούτῳ κρείττων γενόμενος, &c.] *Tantò* (vel, *Et ipse tantò*, Boder. ex Sy. vel, *Et hoc toto*, vel, *hoc omni*, Di. ex Sy.) *præstantior*, vel *potior*, (propriè *nobilior*, vel *potentior*, ut in illo Homeri, Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς, &c. id est, πλέον ἀρείων, ait Eustath [f].) *factus* (vel, *fuit*, Boder. ex Sy. vel, *In tantum prælatus*, G.) *angelis*, Er. P. Be. Pi. &c. Per quos Deus locutus est Patribus [g], & Legem dedit [h]; qui Christum in horto confortabant [i]; quos Judæi nonnulli colebant, Col. 2. 18. Hæc ergò assertio illis valde necessaria erat, & eorum principiis congrua. Traditio adhuc est inter eos, Messiam evehendum esse supra Abrahamum, & Mosem, & Angelos ministratores [k]. Collectio est ex præced [l]. Cùm talis & tantus sit, tantáque fecerit & faciat [m]; cùm *sedeat ad dextram*, &c [n]. Hoc tanquam amplificatio præcedentibus connectitur [o]. Hîc quoque argumentum est, à nomine *filii*, &c [p]. Qu. 1. Quomodo *factus* dicitur, cùm Deus sit? Resp. 1. Non dicitur simpliciter *factus*, sed *præstantior factus*; ideóque non ad essentiæ ortum, sed ad conditionem, pertinet [q]: q. d. Excrevit supra eos in hominum æstimatione & fide [r]. 2. *Factus*, id est, declaratus †. Tum res fieri dicitur cùm incipit patefieri [t]. Γίνεσθαι sæpe ad rei manifestationem refertur, ut Joh. 15. 8. —*Sic eritis mei discipuli*, h. e. probabitis vos esse. Rom. 3. 4. *Sit Deus verax*, Jac. 1. 12. δόκιμος γενόμενος est qui se δόκιμον probavit [v]. 3. Talis factus dicitur secundùm humanam naturam [x], Deo hypostaticè unitam [y]; juxta quam humilis fuerat & Angelis inferior [z], Heb. 2. 9. non quidem respectu essentiæ, subsistentiæ, aut dignitatis; sed ratione & infirmitatis [a], & passionis [b]. Non naturam, sed personam, Christi hîc confert cum Angelis, respectu dignitatis, officii, potentiæ, & gloriæ [c]. Qu. Quando talis factus est? Resp. 1. Tempore incarnationis [d]. Sed hæc pars erat exinanitionis ipsius *. 2. Tempore baptismi, cùm Spiritu unctus est [f]. Sed illum sequebantur tentationes & passiones ejus, quibus Angelis inferior erat [g]. 3. Illo tempore quo ad dextram Patris consedit [h]. Probatur, 1. ex contextu, *postquam purgavit —— & consedit*, &c. 2. ex sequente testimonio, quod alibi ad resurrectionem, & gloriam ejus, accommodatur; 3. tunc data Christo *omnis potestas*, Matth. 28. 18. quo hæc Christi prælatio includitur, ex collat. Eph. 1. 21. 22 [i]. ¶ *Quantò*, &c. Ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα] *Quantò differentius* (vel, *excellentius*, Er. P. Ca. Be. Pi. &c. ut infrà 8. 6 [k]. Διαφέρειν significat & *differre* & *præeminere* [l].) *præ illis* (vel, *quàm illi*, Ca.) *hæreditavit* (vel, *sortitus est*, Er. P. Be. Pi. &c. *obtinuit*, Ca. sic Ar. *Quantò majore titulo insignitur:* nam κληρονομεῖν, נחל aut ירש, est *certum mansurúmque jus adipisci*, quomodo habebantur apud Hebræos res hæreditariæ, id est, res soli, ut alibi diximus [m]. *Hæreditavit*, i. e. jure hæreditario consecutus est [n]; quia hoc velut proprium ac jure debitum obtinet

h Gou.
i D.
k Be.
l G.
m D.
n G.
o E.
p T.
q E.
r E. T.
† Gou.
t Te.
v Ow.
x Er.
y Cam.
z Cam.
a G.
b Be. Pi.
c Me. Pi. G. Gom.
d G.
* Gom.
f Ow.
g E.
h F. Te. Gom.
i T.
k Ow. sic Ham.
l E sic Par. Gom.
m Par.
n E. Gom.
o Gou.
p E.
q Gom.
r E.
† Te. E. ex Chrys. & Th.
t Q. in Ow.
v Cam.
x Ger. sic Te. Caj. & Aq. in E. sic Gom.
y T.
z Gom.
a Ow.
b Gom. Ow.
c Ow.
d Q. in Ow.
* Ow.
f Al. in Ow.
g Ow.
h G. sim. Ow.
i Ow.
k G.
l Er.
m G.
n Cam. sim. Er. E. T.

obtinet & possidet [o], nempe, jure naturalis & unigeniti Filii Dei [p]; deinde, juxta carnem Deitati unitam [q], & ut mediator officio suo functus [r]:) *nomen*, Mo. &c. scil. *filii* [o], ut mox declaratur [p]. *Nomen* hîc non nudum titulum denotat [q]; sed potentiam, dignitatem, excellentiam [r]. Ex nomine vult æstimari personam, quia nomen non habet inane, sed cum re †. Nomen ipsi à Deo datum eo fine, naturam statúmque ejus verè declarat. De nomine ejus vide Esa. 7. 14. & 9. 6. Luc. 1. 35 [s]. Qu. Quî hæreditavit hoc nomen quod ei naturale erat? Resp. Non dicitur *Rem hæreditâsse*, quæ naturâ ei inerat, sed rei *Nomen*; h. e. id quo Angelis & Hominibus innotuit, ipsum esse Dei Filium [v].

5. *Cui enim* (Confirmat quod dixit [x]. Probare vult, illud nomen ei verè competere, & quidem præ Angelis [y].) *dixit* (nempe, Deus Pater ex v. 1 [z]. Potiùs impersonaliter sumendum est, ut περιέχει, 1 Pet. 2. 6. q. d. *Cui dicitur*, nempe in Scriptura? Argumentum est à non dicto, quod leve esset nisi in Scriptura continerentur omnia necessaria [a].) *aliquando* (vel, *unquam*, Er. Be. Pi. &c.) *angelorum*, (q. d. Non modò vulgaribus Angelis hunc titulum non dedit, sed nè ulli quidem ex illis *primariis*, Dan. 10. 13 [b].) *Filius meus es tu, ego hodie genui te?*] Ex Græco Psal. 2. 7 [c]. quod rectè verteris, *O mi fili, hodie te genui* [d]. Sunt verba Dei Patris ad Christum [*]. Qu. 1. Quomodo hoc verum, cùm alii quoque filii Dei dicantur [f]? Sic vocantur & fideles omnes, Joan. 1. 12, 13. Gal. 4. 4, 5, 6. & magistratus, Psal. 82. 6. & ipsi Angeli, Job. 1. 6. & 2. 1 [g]. & 38. 7 [h]. Resp. 1. De tota sententia loquitur, non de hac parte, *filius meus es tu* [i]. 2. Dictum hoc Christo, non, ut illis, impropriè [k], aut generaliter [l]; sed singulariter [m], & modo peculiari [n], ut ostendit illud ἐ σὺ [o]. *Filium* vocat, nempe *unigenitum*, Joan. 1. 18. *proprium*, Rom. 8. v. 32. naturâ & geniturâ, ut ejusdem cum Patre essentiæ [p]. Ut si dives aliquis plures adoptaret filios, sed unicum haberet filium naturalem; & huic uni & soli diceret, *Filius meus es tu*, præsertim addens, *quia ego genui te* [q]. Multi *dilecti* erant *à Deo*: Salomon tamen *Jedidiah* peculiariter dictus est, & eo nomine ab aliis distinctus, ut hîc Messias, &c [r]. Quum Davidi aut Christo dicitur, *Tu es filius meus*, singulare quiddam designat, & majorem excellentiam quàm aliorum qui sic vocantur; alioqui impropria esset, & inepta hæc locutio, quâ velut ex grege eximuntur, &c †. Qu. 2. De quo hoc dictum est, & num validum est hoc argumentum? Non enim de Christo, sed de Davide hoc dicitur [t]. Resp. 1. De solo Christo scriptus est iste Psalmus, non de Davide [v], cui nonnulla ibi dicta repugnant [x]. [Vide Synopsin nostram ad Psal. 2. 7.] Resp. 2. Et de Davide, & de Christo, de Davide autem tantùm ut typo Christi [y]. Quædam in eo Psalmo sunt utrique communia, quædam verò soli Christo peculiaria, quippe quæ Davidis personæ nullatenus congruunt; v. g. amplitudo Regni, v. 8. & imperata in hunc Regem fiducia, v. 12. quæ Deo propria, Jer. 17. 5 [z]. Sic quoque accipiunt qui eodem Spiritu, quo Psalmista, scripserunt [a]. [& dicta Psalmi αὐθεντικῶς interpretari poterant, id quod maximis miraculis aliísque indiciis probatum dederunt.] Act. 4. 25, 26. & 13. 33 [b]. Vide & Luc. 1. 33. Apoc. 2. 26, 27 [c]. Hæc autem verba, *hodie genui te*, duriùs de Davide accipiuntur; cùm nullibi ea phrasis illo sensu improprio accipiatur, nec loci circumstantiæ eam interpretationem postulant [d]; sed neque admittunt, & propterea de solo Christo intelligi debent. Quo argumento & Petrus Psal. 16. de solo Christo intelligendum probat, Act. 2. 29, 30, 31 [*]. Rabbi Solomon in Comment. ad Psal. 2. sic scribit, *Magistri nostri, quicquid in hoc Psalmo canitur, de Rege Messia interpretati sunt: sed secundùm verborum sonum, & ob refutationem hæreticorum* (sic Christianos vocat) *convenit ut eum interpretemur de ipso Davide*. Quæ verba extant in Bib. Bomberg. sed in Bib. Basil. expuncta sunt [f], fraude forsan Judæorum qui illi editioni operam suam exhibebant [g]. Resp. 3. Ex mystico sensu Psalmi rectè argumentatur, quia Hebræi omnes fatebantur eum Psalmum, quanquam in Davide aliquo modo impletum, sensu tamen arcano & sublimiore ad Messiam pertinere; qui super omnes filios Dei dicendus sit *à Deo genitus*, id est, evectus ad Imperium non in Homines tantùm, sed & in Angelos, ut agnoscit Abarbaniel. Videtur quidem hic locus Psalmi ad excitationem Christi è mortuis aptari à Paulo, Act. 13. 33. sed ibi ipsa illa excitatio consideratur ut initium gloriæ Christi. Solet illud *Hodie* usurpari de temporibus insignis lætitiæ, ut videre est Jer. 1. 10, 18 [h]. Non minùs efficax est sensus mysticus quàm literalis, si æqualiter constet de utroque esse mentem Spiritûs Sancti [i]; aut si cum eis agas qui sensus mysticos recipiebant, & qui rationes suasorias non ægrè admittebant, quales erant Hebræi, præsertim fideles. Ad illos enim hæc Epistola scribitur, qui ex tarditate intelligendi minùs assequebantur fidei mysteria, ut patet ex Heb. 5. & 8 [k]. Alibi quoque usurpantur tales probationes, ut 1 Cor. 8. & 9. & Gal. 4. 1. 1 Tim. 5. &c [l]. Et commune est omnibus doctrinis, post argumenta necessaria addere probabilia [m]. Qu. 3. Quo sensu hæc verba, *hodie genui te*, Christo tribuenda sunt? Resp. 1. Quoad æternam ejus generationem [n]: ut vox *hodie* præsentem diem significet, quia æternitas unus dies est, idémque totus semper præsens [o]. Non placet: 1. quia arcana illa erat & hominibus incognita. Hîc autem respectus habetur ad homines, quibus Pater Filium manifestavit [p]; 2. quia de Filio ut incarnato hîc agitur [q]. Resp. Esto: sic & v. 1. simul tamen illius præstantiam ex æterna ejus generatione probat, sicut & v. 2 [r]. Resp. 2. Quoad incarnationem †: quâ Deus ipsum quodammodo genuit, notitiæ scil. nostræ respectu, dum Deitas in carne assumpta quasi conspiciendam se præbuit, Joan. 1. 14 [t]. tunc enim patefactum est, hunc ipsum jam natum esse, & Filium Dei ab æterno genitum [v]. Dicit, *genui te*, id est, creavi te, seu, formavi te [x]; vel, ut alii rectiùs, te patefeci genitum ab æterno [y]. Resp. 3. Quoad resurrectionem [z], quæ παλιγγενεσία dicitur Matth. 19. 28 [a]. *Ego hodie*, id est, hoc resurrectionis die, *genui te*; i. e. genitum patefeci, ut ostenditur Act. 13. 33. & Rom. 1. v. 4 [b]. ¶ *Et rursum*] id est, Alio loco. Sic πάλιν habes Matth. 4. 7. Rom. 15. 10, 11, 12. 1 Cor. 3. 20. Sic & infrà 2. 13. & 10. 30. Ità *rursum* posuit Virgil. 3. Æneid. *Rursum in secessu* [c]. *Rursum*, nempe *dicit*, vel, *cui angelorum dixit* Deus, hoc enim communiter ex antecedentibus intelligendum est [d]. ¶ *Ego ero illi in patrem*, &c.] id est, Loco seu vice patris [*]; vel, *pater*, Be. Pi. verè pater, & ille verè filius [f]. Utar eo quomodo patres filio utuntur, & eum protegam quomodo patres filios solent. Sumpta hæc sunt ex Græco [g], 2 Sam. 7. v. 14 [h]. & ex 1 Chron. 17. 13. & 22. 10 [i]. Qu. De quo hoc dicitur? Resp. 1. De Salomone [k], ut exponitur 1 Reg. 5. 5. & 6. 11, 12. & 1 Chron. 22. 11. & 28. 6. & de structore Templi agi constat ex 2 Sam. 7. 7, 13 [l]. idque, vel, 1. de eo solo; quia de eo agit qui peccare potuit: sequitur enim, *cùm perversè egerit corripiam eum* [m]. Sed hoc falsâ nititur hypothesi, quasi omnia de Christo intelligenda sint. Nam in hujusmodi dictis, quædam sunt & typo & antitypo communia, quædam quæ singulariter alteri tantùm conveniunt; quomodo & in parabolis non omnes circumstantiæ ad similitudinem pertinent [n]. Vel, 2. de eo ut typo Christi; vel de utroque [o], de Salomone literaliter, de Christo mysticè [p]. Salomon, de quo dicto loco agitur, in sensu vulgari, typus Christi, non in omnibus; (ostendunt id sequentia, quæ Christo applicari nequeunt:) sed eò quòd sapientiâ præstitit, regnavit in pace, gentibus multis imperavit, Templum Deo struxit. Et hunc in modum ad Messiam aptat hæc verba Isaac Benarama [q]. *Dei filius* erat & Salomon & Christus, ille impropriè, per adoptionem; hic autem propriè, à Patre ab æterno genitus [r]. Obj. 1. sic eadem vox in una eadémque enunciatione & propriè & impropriè acciperetur †. Resp. In typis illud solenne est. Sic *semen* Abrahamo promissum, Gen. 15. 5. duplicis generis erat, carnale & spirituale: Vide Joh. 8. 37, 39, 42. Rom. 4. 12, 13, 16, 18. Sic Joh. 3. 14. idem intuitus & propriè accipitur de serpente, oculis corporis aspiciendo, & impropriè de Christo, oculis mentis & fidei contemplando [t]. Obj. 2. Sensus ergò est, *Ero ei in Patrem*, &c. id est, tanquam pater, & charum illum habebo, ut filium [v]. Resp. Non similitudinem hoc notat, sed rei veritatem, ex usitato Hebraismo, ut 2 Sam. 19. 23. *estis mihi—in adversarium*: Esa.

Esa. 12. 2. *in salutem*: & 42. 22. *in rapinam*; id est, adversarius, salus, rapina [x]. Patrem se fore illi promittit, non ut uni ex Abrahæ filiis, sed singulari privilegio: quod etiam non aliter de Salomone dictum, quàm ut est typus Christi; nec aliter quàm de Christo acceptum, multa Prophetarum loca ostendunt [y]. De Christo hîc agi facilè probatur ex Regni in Israelitas perpetuitate infinitâ [z], & magnâ amplitudine [a], quæ Davidis Filio promittitur, 2 Sam. 7. 13. 1 Chron. 17. 14. & Psal. 72. & 110. & 132. quæ promissio alibi de Christo exponitur, ut Esa. 9. 6, 7. Luc. 1. 32, 33. Act. c. 2. v. 20 [b]. Resp. 2. De solo Christo, cui soli congruunt quæ hîc dicuntur, v. g. de regno perpetuo [c]. Contrà, quædam hîc soli Salomoni, quædam, ut hoc, soli Christo, convenire antè dictum est. Deinde longum tempus *seculum*, ac *perpetuum*, sæpe appellatur, ut Gen. 17. 13. Exod. 12. 24. Et ità hæc promissio exponitur 1 Reg. 11. 36. 2 Chron. 13. 5 [d]. Verùm si de Salomone hîc agitur, enervatur Apostoli argumentum [*]. Resp. Non sequitur. Nititur enim hâc hypothesi, 2 Sam. 7. agi de eodem de quo Psal. 2. 7. & locis similibus, ut Psal. 132. 11. Promittitur autem Filio Davidis regnum & simpliciter perpetuum, & in omnes gentes terræ, Psal. 72. 7, 8. Et hoc Regnum Christo propriè convenire, Judæi confessi sunt, ut antè vidimus [f].

6. *Et cùm*, &c. Ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ —— εἰς τὴν οἰκουμένην] *Cùm autem iterum introducit* (vel, *inducit*, Pi. vel, *introduxerit*, Med. sic Cam. & εἰσαγάγῃ, cùm sit Aoristus secundus Subjunctivi, Futuri significationem habet [h]. Subauditur hîc nomen γραφὴ, ut Gal. 3. 16. & alibi [i]: & *introducit*, id est, describit introduci [k]; ut Act. 10. 15. *tu nè* κοίνε, *profanes*, h. e. profana esse dixeris: & Gen. 27. 37. *posui eum*, &c. id est, ponendum significavi: Jer. 1. 10. *ad perdendum —— & ad plantandum*, id est, ad prædicendum ruinam, &c [l]. Sic Virgil. *Tum Phaethontiadas musco circumdat amaræ Corticis*. Vide & Gal. 3. 22 [m]. His verbis significat, duobus præced. locis [Scripturæ productis v. 5.] contineri prophetias de Christo inducendo in orbem [n].) *primogenitum* (sub. *suum*, Med. τὸν πρωτότοκον sensu inferiore significat *Davidem*, qui eo nomine, ut inter Reges eximius, vocatur Psal. 89. 27. sensu autem excellentiore *Christum*, Rom. 8. 29. Col. 1. 15, 18. Apoc. 1. 5 [o]. Qui sic vocatur, vel, 1. quoad utramque naturam, metaphoricè, ut hæredem, ac familiæ caput, significet [p]. Non rem, sive primogenituram, sed dignitatem & præeminentiam illi adjunctam, designat, ut Psal. 89. 27. Christus enim nusquam absolutè *primogenitus* vocatur, respectu sive æternæ generationis, sive nativitatis quoad carnem; sed respectu prioris dicitur *filius*, & *unigenitus*, respectu posterioris, *primogenitus Virginis filius* [q]. Vel, 2. quoad humanam naturam [r], quâ primogenitus est *inter multos fratres*, Rom. 8. 29 †. Col. 1. 18 [t]. *fratres*, inquam, non propriè, sed per adoptionem, genitos [v]; quos tamen *non erubuit fratres vocare*, Heb. 2. 11. quos omnes & ætate præcedit, quia æternus, & dignitate, quia naturalis †. Vel, 3. quoad divinam naturam ex collat. tum v. præced. tum verborum sequentium: *primogenitus* autem vocatur, quia ante eum nullus erat [x]. In V. T. erat sacrificium pro *primogenito*, sic dicto quòd ante eum nullus; quamvis nemo post eum natus ex eodem utero, ut sæpe factum est [y].) *in habitatam*, Mo. vel, *in orbem terrarum*, Pi. Camer. &c. id est, Vel, 1. in terram Judæam, quod etiam ex Græca Psal. 97. inscriptione apparet [z]. Vel, 2. sensu excellentiore, in regionem illam supremam quæ ab Angelis habitatur, ut huc respiciens dicet Heb. 2. 5 [a]. Cui repugnat, 1. scopus Apostoli, qui est probare Christum, tunc cùm nos alloqueretur, Angelis superiorem fuisse; 2. usus vocis, ut videbimus [b]. Vel, 3. terram, sive orbem terrarum [c], vel orbem habitabilem, ut Act. 17. 6. & 19. 27. & Luc. 21. 26. interdum verò restrictè, Imperium Romanum, ut Luc. 2. 1. Et nusquam aliter sumitur vox οἰκουμένη absolutè posita: nam Heb. 2. 5. additur μέλλουσαν, & de re prorsus alia ibi agitur [d]. [Alii locum sic reddunt:] *Rursum autem* (vel, *Item*, Ca.) *cùm inducit*, &c. Er. Il. Ti. Tre. ex Sy. P. Be. J. Cap. fim. Vulg. Med. Est hîc transpositio, sive Trajectio [y]. Recta enim constructio esset, Πάλιν δὲ ὅταν εἰσαγάγῃ [z]. Sed dura videtur hæc Trajectio, nec necessaria [a]. Et illi obstat, quòd multa verba inter πάλιν & λέγει interposita sunt [b]. Sed, 1. Trajectiones hujusmodi usitatæ sunt; 2. hîc elegantiam habet; quòd v. præced. initio ponitur, hîc verò situs ejus mutatur: 3. cùm πάλιν v. præced. sit nota producentis testimonium secundum, & hîc collocetur ante tertium testimonium, aut æquivocè usurpatur, aut agnoscenda est hîc Trajectio [c]. [Hinc autem oritur quæstio, de qua Christi introductione sermo est.] Resp. 1. De secundo Christi adventu ad judicium [d]. [Id probant:] 1. ex toto Psalmo 97 [*]. qui de eo agit, ut liquet ex collat. Matth. 24. 29, 30. & 26. 64. 2 Thes. 1. 7, 8, 9. Apoc. 16. 17 [b]. Ibi describitur non ut Rex humilis & mitis, ut Zac. 9. 9. sed ut Judex severus hostes puniens igne, &c [c]. 2. quòd εἰσαγάγῃ fut. sit & jungatur cum πάλιν [d]: 3. ex voce *introducendi*, quæ significat inducere seu mittere in possessionem [*]; & *introduci in mundum*, est, Exhiberi spectandum tanquam in theatro τῇ οἰκουμένῃ, id quod non primo, sed secundo, adventui quadrat [f]. Resp. 2. De altero Christi adventu, vel, per incarnationem [g]; vel, per resurrectionem, & prædicationem Evangelii [h] omnibus gentibus cum efficacia [i], sive per missionem Spiritûs sui [k]. Verùm non designari videtur singularis vel actio, vel dies; sed totum opus Dei Messiam producentis per Conceptionem, Nativitatem, Unctionem Spiritûs S. Resurrectionem, Missionem Spiritûs S. & prædicationem Evangelii, quod est subjectum promissionum illarum V. T. de ejus adventu in mundum. Huic favet, 1. scopus Apostoli, qui est ut probet Christum in executione muneris sui revelandæ voluntatis Dei adorandum fuisse; 2. collatio Psalmi 97. ubi exultatio illa v. 1. exprimitur Luc. 2. 11. deinde sequitur allegorica descriptio operis à Christo per prædicationem Evangelii faciendi: vide Mal. 3. 2, 3, 4. & 4. 1. Luc. 2. 24. hinc sequitur idolorum ruina, v. 7. & Regnum cœleste, v. 9. De secundo autem adventu Psalmum hunc intelligi multa vetant: 1. quòd & Judæi & Gentiles jubentur salutem illam à Christo allatam amplecti, & de ea exultare; 2. quòd hortetur & idololatras, ut Christum colant, & Ecclesiam, ut sanctè vivant; 3. quòd promittit fidelibus liberationem ab impiis & oppressoribus [l]. Illud autem, *iterum*, sic exponi possit, *Et cùm iterum*, scil. alio Scripturæ loco, *testatur se introducere*, &c [m]. ¶ *Dicit*] Ubi? vel, 1. in Deut. 32. 43. ubi hæc ad verbum habentur apud Lxx [n]. Non placet: 1. quia aliud eo loco est Mosis argumentum [o]; 2. verba illa in Hebræo contextu non leguntur [p]. Vel, 2. in Psal. 97 [q]. In verbis quidem aliqua est varietas, sed in sensu maxima convenientia [r]. Nomen *Dei* hîc optimè additur διακριτικῶς, ad loci interpretationem †. Neque enim cultum ab angelis Diaboli oblatum aut admittere voluit Christus, Marc. 3. 11, 12. aut Pater imperare. Lxx quoque ibi addunt αὐτῷ [t]. In Græco est προσκυνήσατε αὐτῷ πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ [v]. Qu. An rectè citetur hic locus? Resp. Cùm Lxx Interpretum authoritas apud Judæos summa esset, non erat verendum Apostolo, nè Judæis videretur locum detorsisse in sensum alienum ‖. In Hebræo non est *Angeli Dei*, sed *Elohim*: quæ vox tribuitur & *idolis*, ut Jud. 17. 5. & viris loco, aut ingenio, eminentibus, ut Exod. cap. 7. ver. 1. & cap. 22. ver. 28. Psal. 82. ver. 6. & Angelis, ut Psal. 8. 5 [x]. Psalmista autem ibi intelligit, 1. non idola, ut contendunt Judæi: tum, quia illa erant aut Diaboli, aut mortui homines, aut inanimata. An talia juberet Deus Christum colere? Hanc absurditatem videns Targumista vertit, *Adorate eum gentes quæ idola colitis*. Nec unquam *Elohim* absolutè positum ità sumitur ‖. Nec credibile est, eos *Elohim* vocari qui hoc ipso loco אלילים per contemptum vocantur. Deinde de Idololatris & Idolis loquitur in fut. יבשו, & eorum extremo interitu Christum regnaturum dicit: de *Elohim* verò in imperat. השתחוו, iisque adoratio hîc præscribitur, & quidem ut cultus voluntarius †. Et quæ quæso laus esset idolis anteponi [*]? 2. Non Magistratus: quia nulla hîc occasio talis Apostrophes ad illos. 3. Sed Angelos. Postquam res in terra hortatus esset, aptè se ad Angelos convertit. Hinc Targumista initio Psalmi 96. qui reverâ hujus initium est, *excelsos angelos* memorat in ejus cultu & laudibus junctos [y]. Psalmista omnes, tam Angelos quàm homines, potentiâ & dignitate eminen-

[x] Go [y] Calv. [z] Gom. fim. Calv. [a] Calv. [b] Gom. [c] Q. in Gom. [d] Gom. [*] Q. in Gom. [f] Gom. [h] Med. l. 3. ad Heb. 2. 5. p. 716. [i] G. [k] G fim. Camer. Gom. Glas. [l] Glas. gram. 3. 3. 15. [m] G. [n] Pi. [o] G. [p] Q. in Gom. [q] Ow. [r] Al. in Gom. † Id. in Gom. Pi. sic Be. E. [t] Pi. [v] Be. sic E. † E. [x] Gom. [y] Ow. [z] G. [a] G. sic Schlichting. in Ow. [b] Ow. [c] Camer. [d] Ow. [y] G. Be. sic E. ex Jansen. & Henten. [z] G.

[a] Q. in E. Cam. [b] Q. in Ow. [c] Ow. [d] Cam. Med. ib. Gom. E. Te. ex Caj. & Rib. [*] Cam. Gom. [b] Gom. [c] Gom. sim Cam. Te. [d] Cam. [*] E. [f] Cam. [g] Chrys. Theod. Amb. Cyr. &c. in Te. [h] Q. in Te. [i] Q. in Gom. [k] Q. in Ow. [l] Ow. [m] E. [n] Ansel. in Te. Just. & Epiphan. in Gom. [o] Jun. [p] Jun. Gom. [q] Te. E. Jun. Gom. G. Ham. [r] Gom. † Jun. [t] Gou. [v] G. ‖ Cam. [x] Gou. ‖ Ow. † Cam. [*] Be. [y] Ow.

eminentes, alloquitur, quia omnes Christo se submittere debent. Hanc autem generalitatem ad excellentissimam speciem restrinxerunt LXX, quorum versionem Paulus more perpetuo sequitur [z]. Obj. 2. At ibi de Deo agitur, hîc de Messia. Verum hoc. Sed quia pridem receptum erat apud Hebræos, Deum singulari modo in Messia habitaturum, & fore (ut Thalmudici loquuntur) *digito monstrabilem*; ideo quæcunque de honore Dei dicebantur, eadem applicari solebant ad Messiam. Sensus autem qui hujus loci, idem & 1 Pet. 3. 22. Psalmos omnes à 93. ad 101. in se continere mysterium Messiæ dixit D. Kimchi [a]. Ex Psalmo universo colligitur, de Christo agi, ejúsque regno, & exaltatione supra omnes potestates, & adoratione. Tale enim Dei Regnum ibi describitur, in quo lætabantur omnes gentes, vocandæ scil. per Christum [b]. Angeli Christum adorârunt & natum, Luc. 2. 11 [c]. & tentatum, Matth. 4. 10 [d]. & resurgentem [*]; & adorabunt in adventu ad judicium [f], publicè, toto mundo, & toto cœlo inspectante. Jam verò præcellentior est qui adoratur quàm qui adorare tenetur [g].

7. Et, &c. Καὶ πρὸς — ἀγγέλυς λέγει] *Et de Angelis* (vel, *ad Angelos*, Er. Mo. Sed sequentia ad Angelos dici quis putet [h]? πρὸς hîc valet περὶ [i], ut Esa. 41. 7. sic Gen. 20. 2 [k]. Sic Luc. 20. 19. *ad ipsos*, id est, *de ipsis*, Rom. 10. 21. *ad Israel*, pro, de Israel [l]. Hunc esse Lucæ idiotismum modò annotavimus [m]. Πρὸς, id est, ὅτι περὶ τῶν ἀγγέλων ϖεσωπικοι [n]. *Quoad angelos*, vel, *Respectu angelorum*. Sic Plato, *Aer ab aqua differt*, πρὸς καθαρότητα, *quoad puritatem*: Aristot. *Virtus consistit in mediocritate*, πρὸς ἡμᾶς, *quoad nos*: Alex. Aphrod. *Apparentia*, πρὸς τὸ σχῆμα, *quoad figuram* [‖].) *quidem dicit*, P. Be. Pi. nempe Deus [o], vel Scriptura [p]: qualis Ellipsis Eph. 5. 14. Jac. 4. 6 [q]. vel, *dicitur*, ut suprà v. 5 [r]. Al. Sic distingue, πρὸς — ἀγγέλυς, λέγει, *Quod ad angelos*, dicit. Sic Græci dicunt, πρὸς μὲν τὸν ῥήτορας, πρὸς δὲ τὸν φιλοσόφυς [*]. Habentur autem hæc Psal. 104. 4 [†]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλυς αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτυργὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. Et hoc ex Græco LXX, nisi quòd hic Scriptor, locum memoriter citans, pro πῦρ φλέγον posuit πυρὸς φλόγα, ubi Aquila πῦρ λάβρον, Sym. πυρίνω φλόγα [t]. *Qui angelos* (vel, *nuncios*, P.) *suos facit* (vel, *fecit*, Sy. Æth. vel, *creat*, Er. Il.) *spiritus*, &c. Ti. Ar. Pi. &c. vel, *ventos*, &c. Be. Describit hîc naturam & conditionem, vel, 1. ventorum & fulgurum [v]; [idque non uno modo explicant:] Quidam sic, ordine constructionis inverso, *Qui spiritus*, id est, ventos, *facit nuncios suos*; h. e. utitur eis tanquam nunciis, quibus iram hominibus denunciet tempestates excitando, &c. *& flammam ignis*, vel, *ignem urentem*, h. e. fulgura flammantia, *ministros suos facit*; id est, iis velut ministris utitur in pœnam impiorum [x]. Non placet; quia sic evertitur authoritas Apostoli [y]. Al. Πνεύματα hîc vocat ventos, & *flammas* fulgura, quibus dicit Dominum non aliter uti quàm Angelis eximiis. Unde concludit, Angelos non esse illi Domino ac Filio pares, sed ejus servos [z]. Sensus hujus loci est, Nihil magnum est in nomine *Angelorum* & *Ministrorum*, cùm ea nomina Scriptura det etiam Vento & Flammæ. Nam omnes creaturæ quibus Deus extra ordinem utitur, eo nomine venire diximus ad Gen. 3. 23. & notat Maimon [a]. Hunc sensum exigit series loci in Psalmo [b]. Quòd si cui placeat per *spiritus* Angelos intelligere, tunc convertemus *Nuncios suos*; & per *alas venti* intelligemus Cherub, ut Psal. 18. 11. & per *flammam ignis* Seraph, ut Esa. 6. 1 [c]. Et sicut Ventus & Flamma *Angeli* dicuntur, ità contrà Angeli quidam SERAPHIM, id est, *Flammæ*, & CHERUBIM, quo nomine olim videntur significati *venti*: confer Psal. 18. 10. quia & efficacia & celeritas meliùs per res nobis cognitas exprimi nequit. Sed priorem sensum præfero [d]. Vel, 2. Angelorum [*]: [sed variè construunt:] Vel, 1. ordine verborum, ut antè, immutato hoc modo, *Qui spiritus & flammam ignis*, i. e. eos quorum natura spiritualis est & ignea, i. e. vehementer activa, *facit nuncios & ministros suos*; i. e. pro ministris iis utitur [f]. [Vel, 2. ordine recto:] ut *Angeli* & *Ministri* non sint sequentium verborum attributa, sed subjecta [g]; ut docent articuli iis additi, qui subjectum indicant [h], ut Joh. 1. 1. Θεὸς ἦν ὁ λόγος [i]. Sed hoc non obstat. Nam & apud Atticos, & apud nostros Scriptores, articulus iste sæpe abundat [k]: vel, articulus ostendit, voces *Angelos* & *Ministros* non appellativè, sed propriè, hîc accipi [l]. Quod satisfacere posset, si subjectum etiam suum haberet articulum quem hoc modo detrahunt [m]. Sed Græci articulis variè utuntur. Et si quod illi de articulis dicunt, concedatur, sensus tamen poterat esse talis [n]: Qui quos decreverat esse suos nuncios, ac ministros, eosdem fecit substantias penitus immateriales; eosdémque fecit quasi ignem urentem, lucidos nimirum cognitione, & charitate ardentes [o]. Al. Sensus est, *Qui Angelos suos facit* (i. e. fecit, creavit; Enallage præs. pro præt. in ea re consueta, ut Psal. 104. 2. *extendens cœlum*, &c. & Psal. 121. 3. *faciens cœlum & terram* [p]:) *spiritus*, (h. e. substantias incorporeas [q], ut infrà v. 14 [r]. vel, *ventos*, Q. in Te. quasi *ventos*, T. Ellipsis notæ similitudinis; ut Psal. 11. 1. *Transmigra* — *passer*, pro, ut *passer* [†]: q. d. instar spiritûs, seu venti [t], id est, non vulgares administros, aut humano judicio contemnendos; sed purissimos, simplicissimos [v], velocissimos & expeditissimos [x], atque efficaces [y]:) *& ministros suos* (cœlestes nimirum [z], hoc est, Angelos [a], ut modò nominavit [b]; nam idem diversâ voce notat [c]; quos λειτυργικὰ πνεύματα nominat infrà v. 14 [d].) *flammam ignis*, h. e. naturâ potentes [*], veloces & actuosos [f], subtiles, fervidos, impetuosos [g], instar ignis [h], aut fulguris [i]. Angelos à Psalmista intelligi docent, 1. usus vocis מלאכים, quæ *Angelos* denotare solet: 2. quòd de Angelis acciperent veteres Judæi, & LXX, ut constat, & Targ. qui sic reddit, *Qui facit Angelos veloces ut spiritus*: ubi supplementum τοῦ *ut* ostendit *Angelos*, non *ventos*, ab eo intelligi. 3. Scopus Psalmistæ, qui erat exprimere gloriam Dei in operibus Creationis & Providentiæ, & speciatim in eo quòd Angelis inter cœlum & terram administris utatur in executionem voluntatis suæ [k]. Obj. Sed obstat huic sententiæ & scopus, & ordo rerum. Agitur enim de cœlo, v. 2. de rebus in aere, nubibus & vento, v. 3. cui commodè subjicit, *facit nuntios suos spiritus*; deinde de terra, v. 4. denique de aqua [l]. Resp. Factâ mentione venti, aptè hoc subjicit, ob similitudinem quam Angeli habent cum vento: quomodo Psal. 18. 11. dicitur Deus *insidere Cherubim*, *& volare super alas venti* [m]. Obj. 2. *Spiritus* pro vento sumitur v. præced. sic ergò & hoc versu sumitur [n]. Resp. Negatur. Vocis enim significatio permutatur per Antanaclasin, sicut Matth. 8. 22. 2 Cor. 5. 21. Quare de Angelis hîc agitur, quorum naturam *spiritûs*, potentiam *flammæ*, voce declarat [o]. Tria hîc sunt verba quæ inferioritatem indicant, 1. *facit*: quæ vox notat, & creationem, ut Gen. 2. 2. Apoc. 14. 7 [p]. q. d. Creaturæ sunt à Deo factæ [q]; & ordinationem in hunc vel illum usum, ut Psal. 18. 43. Apoc. 1. 6. 2. *Angelos*, i. e. nuncios. 3. *Ministros* [r]. Significat, Deum eorum, ut creaturarum suarum, ministerio uti, eósque ad ministerium istud esse omnium longè commodissimos, tanquam naturæ spiritualis & igneæ. Hoc autem membrum de Angelis, quod obscurum videtur, sequenti antitheto optimè illustratur [†]. Probat Christum esse præstantiorem Angelis [t], quia hi sunt creaturæ, ille creator, ut mox ostendet [v]; hi ministri & legati [x], quos ab adorationis & cultûs communione seclusit [y], Apoc. 22. 9 [z]. ille Dei filius [a], & Dominus [b]. Obj. Christus quoque *minister* dicitur, ut Rom. 15. 8 [c]. Resp. Nempe, ut homo; ità tamen minister erat, ut simul esset Dominus, Joan. 13. 13. cui etiam ut homini Angeli ministrabant, ejus conceptionem, nativitatem, resurrectionem, &c. declarantes, in deserto ministrantes, in agonia confortantes [d].

8. *Ad*, &c. Πρὸς δὲ τὸν υἱόν] *Ad filium*, Vulg. Be. *De filio*, Pi. E. &c. ut v. 7. ut servetur ratio antitheseos, alioqui hæc verba ad Filium dicta sunt [*]. Verùm hæc verba non ex persona Dei, sed Prophetæ, dicta sunt [f]. Hoc vult, Filio dari titulos multò eminentiores [g]. At hoc de Salomone dictum [h]. Resp. 1. Constabat inter Hebræos Salomonem in multis rebus typum fuisse Messiæ; & qui ei dantur tituli, eos multò sublimiore sensu in Messiam competere [i]. 2. Et hic versus, & totus Psalmus, de Messia scriptus est [k]; quod fatentur & Judæi [l] veteres, ut constat ex Targum [m], & RR. commentariis. *Hic Psalmus*, ait AE. *dictus est, vel de Davide, vel de Messia.* Davidem autem & inscriptio excludit, & totus contextus.

[z] E. [a] G. [b] Gom. [c] J. Cap. [d] Gom. [*] Me. [f] Me sim. E. T. [g] T. [h] Heins. [i] Pi. sic Camer. [k] Pi. [l] E. [m] G. [n] Camer. [‖] Sch. [o] Gom. Me. [p] Pi. [q] J. Cap. [r] Pi. [*] J. Cap. [†] Heins. [†] Gom. J. Cap. E. [t] G. [v] Q. in Gom. [x] Jans. in E. [y] Gom. [z] Be. [a] G. [b] G. Gom. E. ex Jans. [c] Be. [d] G. [*] E. ex Aug. Theod. &c. Te. Gom. Ow. [f] E. ex Aug. & Greg. [g] Gom. Q. in E. [h] Gom. sic Jun. [i] Gom.

[k] G. [l] Be. [m] Gom. [n] E. [o] E. Me. [p] Gom. [q] Pi. Gom. [r] Pi. [†] Q. in E. [t] Gom. [v] Jun. [x] Jun. sim. Gom. Theod. & Euth in E. [y] Gom. [z] Idem. [a] Pi. Gom. [b] Pi. [c] Gom. [d] Pi. [*] Gom. [f] sim. Pi. [f] Pi. [g] T. [h] Gom. sic T. [i] Gom. [k] Ow. [l] Q. in Gom. [m] Gom. [n] Q. in Gom. [o] Gom. [p] Gou. [q] Jun. [r] Gou. [†] Jun. [t] Te. sic Jun. Dic. E. [v] Jun. [x] Te. sic [y] E. Dic. [y] Dic. [z] Te. [a] E. [b] Te. [c] Q. in Te. [d] Te. [*] [f] E. [g] G. [h] He. in Be. [i] G. [k] E. [l] T. Ow. [m] E.

textus[n]. Psalmus ille est Epithalamium[o]; non, ut quidam volunt, de nuptiis Salomonis cum filia Pharaonis, quæ à Deo ut vetita fuit, ità & maledicta, cùm ipsa sterilis esset, & una ex iis quæ Salomonem perverterunt, &c. ut proinde non verisimile sit tales nuptias à Spiritu Sancto celebratas[p]: sed de nuptiis Christi cum Ecclesia[q], quæ solæ Ecclesiæ salutares sunt, & religiosissimè celebrandæ; non ità illæ Salomonis. Singuli ferè versus habent quod de Salomone commodè exponi nequit[r]. Et quomodo quæso, Salomoni, qui 40 tantùm annos regnavit, convenit Regni perpetuitas †? & justitia ei qui tam turpiter lapsus est[t]? Si posteros includas, illi plerumque iniquissimi erant. Denique confer 2 Sam. 7. 14. & 1 Par. 22. 10. & hæc Judæorum cavillatio manifestè apparebit[v]. ¶ *Thronus*, &c. ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος] Eadem verba quæ in Græco Psal. 45[x]. *Thronus tuus*, (id est, Regnum tuum[y], ut 1 Reg. 8. 27. Dan. 7. 9. כסא est thronus, sive sedes, Regis nec usquam aliter sumitur[z]:) *Deus*, (vel, ô *Deus*, Sy. Ar. ὁ Θεὸς Vocativus Atticus est †: vel, *Domine*, Æth. id est, ô Christe, sponse Ecclesiæ, qui es Deus & Dei filius[a].) *in seculum seculi*, Be. Pi. &c. Manifesta hæc est assertio Divinitatis Christi. Quam tamen variè eludere conantur[b]. 1. Sermo anceps est[c]: *Deus* potest esse Nominativi casûs[d]. Sensus ergò est, Deus ipse est sedes tua perpetua[*]; id est, si Salomonem respicimus, Sicut sedes inconcussos tenet homines, ità Deus te semper in Regno sustentabit; si verò Christum, Deus ipse te sustentabit in Regno nunquam desituro[f]. Sensus est, *Deus thronum tuum* stabiliet *in æternum*[g]. Sed hanc interpretationem multa refellunt; 1. contextus & consilium Apostoli, ut patet ex antè dictis; 2. usus Scripturæ: ubicunque enim *throni Christi* fit mentio, aliquid aliud, non verò Deus, designatur[h]. Sæpe legimus, cœlum, Angelos, homines justos, esse sedem Dei; nusquam autem, Deum esse sedem hominis[i]. Nusquam legitur quòd Pater sit thronus Filii, sed quòd Filius sedeat ad dextram Patris[k]. 3. Quòd additio illa verbi *stabilivit*, & exemplo caret[l], & sensum arbitrarium reddit; vel etiam contrarium, si quis pari audaciâ suppleret verbum *disperdet*. 4. Consensus veterum Interpretum omnium, etiam Targ. ad Psal. 45[m]. & Aquilæ, qui vertit Θεὲ in. Nec obstat quòd ὁ Θεὸς sit nominat. Sic enim in Psalmis passim scribitur pro Vocativo[o]. Cùm enim Hebræi careant vocandi casu, pro eo utuntur Nominativo[p]. Qui etiam Græcis mos est, præsertim Atticis[q]. 2. Etiam Judices & Angeli *Elohim* nominantur[r]. Resp. Pluribus quidem dari solet; at cùm uni tribuitur, *Deo* soli convenit †, quia tunc est oratio ἐλλειπτική, pro אלהי אלהים, ut alibi diximus[t]. Nec tamen directè hoc testimonio probare vult Divinitatem Christi, sed potiùs, præeminentiam totius personæ & muneris ejus supra Angelos; cujus respectu potentiam habet mutandi Instituta quæ per Angelos data sunt. Angeli enim servi sunt; Christus autem habet thronum, gloriam, &c[v]. ¶ *Virga*, &c. Ῥάβδος εὐθύτητος ὁ ῥάβδος, &c.] *Virga rectitudinis*, &c. Mo. vel, *recta*, P. Be. Pi. Tre. id est, æquitatis sive justitiæ[x]: q. d. Justissimè gubernas & judicas, sive præmiando, sive puniendo[y]. De virga regia hic sermo est, quæ sceptrum vocatur, & regiæ potestatis est insigne[z]. Per *sceptrum Regium* in Salomone, Metonymicè intelligitur ratio regiminis; in Christo, sermo Evangelii ab ipso primùm publicatus[a].

9. *Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem*] Repetitio Hebraica emphatica per antithesin[b]. Hæ partes sunt justi principis, tum affectu, tum etiam reipsâ, ut bonos remunerentur, malos puniant[c]. Hoc fecit Salomon, nempe, à prima ætate. Jesus autem, dum vitam egit mortalem, nihil aliud quàm justa & honesta omnia verbo & exemplo docuit, arguens his contraria[d]. ¶ *Propterea*] Ità Er. P. Be. Pi. Διὰ τοῦτο sume ut διὰ Phil. 2. 9[*]. Convenientiam notat. Solus nempe is inventus est dignus tanto munere ob eximiam sanctitatem. Æquum quoque fuit, ut qui obeundi sui muneris causâ tot mala perpessus est, is summam gloriam adipisceretur[f]. Διὰ τοῦτο hic notat, vel, 1. causam, ut Gen. 18. 5. & 38. 26. Matth. 13. 13. ut sensus sit, Hæc unctio Christum aptum regno suo administrando reddidit. Vel, 2. consequentiam sive effectum, ut Gen. 2. 24. Matth. 14. 2[g].

Marginal notes: [n] Ow. [o] F. Ow. [p] Ow. [q] E. sim. Jun Pi. [r] Jun. † Be. Ow. [t] Ow. [v] Be. [x] G. [y] Te. sic E. Mc. Ow. [z] Ow. † Sch. [a] E. Me. [b] E. [c] Er. [d] Q. in E. sim. Er. [*] G. sim. Er. [f] G. [g] AE. in Ow. [h] Ow. [i] E. [k] Stun. in Append. Crit. p. 3537. [l] E. [m] Ow [n] E. ex Hi Te. [o] E. [p] Stun. ib. [q] E. [r] Q. in E. † G. sic E. [t] G. [v] Ow. [x] Me. sic E. [y] T. ex Cyr. Aug. &c. [z] E. [a] G. [b] Be. [c] E. [d] G. [*] Idem. [f] Cam. [g] Gou.

Ità sensus est, *Quoniam dilexisti justitiam, ideo unxit* &c[h]. q. d. In hunc finem Spiritum accepisti, ut ea præstes quæ antè de te prædicuntur[i]. Ad hoc unxit te Deus, ut diligeres justitiam, &c[k]. Al. *Propterea unxit*, &c. i. e. Apparet hunc unctum fuisse, &c. ut Matth. 18. 23. *Propterea Regnum cœlorum simile est*, i. e. apparet simile esse. Hi omnes sensus conjungi possunt. Denique, *propterea* interdum ornatûs causâ additur, vel sententiam inchoat[l]. ¶ *Unxit te Deus*, (vel, ô *Deus*, Pi.) *Deus tuus* (Pater scilicet[m]. Sunt hîc duo Nominativi, אלהים אלהיך, *ille Deus quem tu colis*[n]. Deus Filii *Deus* dicitur, respectu, 1. naturæ, tum Divinæ, ut est Pater: tum humanæ, quâ *factus est*, &c. Gal. c. 4. v. 4. 2. personæ totius Θεανθρώπου, ut designatus fuit ut esset Mediator, Joh. 20. 17[o]. & Caput Ecclesiæ, cum quo Deus fœdus iniit[p].) *oleo* (Græcè est Accusativus, ἔλαιον, positus eo sensu quo Latini Ablativum usurpant[q]. Sic ποτίσῃ ὑμᾶς ποτήριον, &c. Marc. 9. 41. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, 1 Cor. 3. 2. σε βάπτω βάμμα, Aristoph. pro βάμματι, *tincturâ te tingam*: ἃ ἀτιμάζεις πόλιν, Soph. pro οἷς †.) *Oleum* synecdochicè ponitur pro unguento, & quidem præstantissimo, quo reges & sacerdotes ungebantur[r].) *exultationis* (vel, *lætitiæ*, J. Cap. i. e. quod causam det summi gaudii. Vide Joh. 15. 11. & 17. 13 †. q. d. unguentum exhilarans & recreans fragrantiâ suâ. Id multò magis præstat hæc spiritualis unctio[t], & Christo & membris Christi; & alacritatem in muneribus suis obeundis, & lætitiam de summis beneficiis perceptis, conferens[v].) *præ participibus* (vel, *consortibus*, E. sic Be. Pi. *sodalibus*, J. Cap.) *tuis*] id est, Sociis & cohæredibus Regni[x]. Salomon præ cæteris, non popularibus tantùm suis, sed & fratribus, electus est à Deo in Regem, 1 Par. 28. 5. quod *Unctione* significatur 1 Reg. 1. 34. Jesus post mortem excitatus[y], dignitatem consecutus est supra omnes homines[z]; supra reliquos Dei filios ejusdem unctionis participes[a], imò & supra Angelos[b]. Christus verus & naturalis hæres est, nos cohæredes; sed adoptione tantùm[c], & inferiorem gloriæ gradum habituri[d]. Μετόχους in Officio nullos, in Natura Humana omnes homines, in Gratia omnes fideles, habet Christus[*]. Christus *sine mensura Spiritum accepit*, Joan. 3. 34. nos *ex ipsius plenitudine*, Joan. 1. 16 ‖. Qu. Quid hæc Unctio? Resp. *Unctio* hæc certè spiritualis est, non corporalis[f], & dignitatem humano more significat, Act. 20. 36[g]. Subjectum hujus Unctionis est persona Mediatoris, *unctio* verò constitutio hujus personæ in officio Mediatoris; eáque, vel realis, vel solennis declaratio illius, quæ facta est cùm Christus constitutus est ad dextram Patris, ut exprimitur Act. 2. 36. ubi ἐποίησε Χριστὸν nihil aliud est quàm ἔχρισε[h]. *Unctio* hîc dicitur, vel, 1. abundantia gratiæ & Spiritûs in primo incarnationis momento Christo collata[i]. Vide Luc. 1. 35. vel, in Baptismo infusa ei[k]. Vel, 2. gratia unionis hypostatica, quæ nulli ex consortibus, sive ex creaturis, contigit[l]: vel, 3. gloriosa Christi exaltatio, & inauguratio in Regnum suum[m], quando *Christus factus* dicitur, Act. 2. 36. Constat id, 1. ex Adjuncto hujus Unctionis, *oleo lætitiæ*, quæ notat Triumphum, exaltationem, & liberationem ex omnibus ærumnis; 2. quòd hæc Unctio dilectionem justitiæ, &c. sequitur[n].

10. *Et*] Scil. iterum dicit Scriptura[o], alio loco[p], nempe Psal. 102. 25, 26, 27[q]. ¶ *Tu*, &c. Σὺ κατ' ἀρχὰς—ἐθεμελίωσας, &c.] *Tu per principia*, (vel, *in initio*, P. Be. Pi. i. e. Jam olim, ut est in Hebræo, בראשית, ut Gen. 1. 1[r]. vel, jam indè à principio mundi †. Hinc constat, ipsum æternum & increatum esse[t].) *Domine, terram fundâsti*, (i. e. fecisti firmam, stabilem, immobilem[v], perpetuam, & infimo loco mundi[x]; vel, causa fuisti cur fundaretur. Terra dicitur *fundata*, similitudine sumpta ab Ædificiis: unde & καταβολὴ dicitur Mat. 13. 35. & 25. 34. Heb. 4. 3. & 9. 26. &c[y].) *& opera manuum tuarum* (i. e. potentiæ tuæ[z]; vel, propter te facti: nam על יד Hebræis, & Chaldæis etiam, *propter* significat; & sic Latinus Job. 11. 3. legit בידך, vertit autem *tibi*[a].) *sunt cæli*, id est, totum supra nos expansum[b]. *Cœlorum* nomine hic intelligi debet, non illa suprema regio, sedes Divinæ Majestatis & Angelorum, sed Aer & Æther, quæ terram velut *vestiunt*; unde sumpta quæ sequitur similitudo[c]. Alia hæc antithesis, q. d. Tu creator es, reliqui creaturæ sunt[d]. Tu ante principium

Marginal notes: [h] E. sic Gou. [i] Glass. gram. 36. p. 537. [k] Aug. & Aquin. in E. Ger. [l] Gou. [m] Pi. [n] G. [o] Ow. sic Gou. [p] Gou. [q] G. sim. Gom. † Sch. [r] E. † G. [t] E. [v] Gou. sim. Gom. Pi. [x] Me. [y] G. [z] G. sim. Cam. [a] Pi. sim. Gom. E. [b] G. [c] Be. [d] Me. [*] Cam. ‖ Gom. [f] E. [g] G. [h] Cam. [i] Ger. sim. Q. in E. Te. ex Athan. [k] Q. in Ow. [l] Q. in Te. [m] Ow. sim. E. ex Jans. [n] Ow. [o] E. sic Camer. [p] G. [q] G. sim. E. Te. J. Cap. [r] G. † Me. sim. E. Te. [t] T. [v] E. ex Be. sim. Te. Me. [x] T. [y] G. [z] Me. sic E. [a] G. [b] E. [c] G. [d] T.

cipium rerum creatarum fuisti, sed & principii earum causa: Angelos ergò longè superas*. Qu. Quemnam hîc alloquitur? Resp. 1. Deum Patrem[f]. Quod autem de Deo dictum fuerat Messiæ aptat, quia constabat inter Hebræos, & Mundum hunc Messiæ causâ conditum, & fore ut novus meliórque Mundus condatur per ipsum[g]. Resp. 2. Christum[h]: ut patet, 1. ex ipso contextu, *Sed ad Filium dicit*, v. 8. Constat de eadem persona sermonem esse & in præced. & in toto hoc testimonio, & hæc absurdè ab aliis discerpi; 2. ex scopo hujus testimonii, ut scilicet Christi præstantiam probet, frustrà sanè, si de alio sermo sit; 3. à voce κύριε quæ in N. T. Christum perpetuò designat[i]. Obj. At illud, *Domine*, non est in Hebræo. Resp. 1. Additur autem à Lxx; 2. Relativum, *tu*, nullum aliud habet antecedens, præter *Dominum*, v. præced †. Secula per Christum facta dixerat, v. 2. Ne autem instrumentum Dei putetur, ostendit hîc ipsum autorem mundi fuisse[k]. Obj. Psalmus 102, ad Christum non pertinet, sed ad Deum & ad instaurationem Jerosf. à Chaldæis eversæ[l]. Resp. Totus Psalmus est Vaticinium de Christo, & Ecclesia per terrenam Jeros. præfigurata[m]: quò manifestè spectat pars posterior Psalmi[n], quæ in solo Christo perfectè impletur[o]. Tria ibi sunt opera, quæ uni Christo propria sunt: ut, 1. redemptio Ecclesiæ, v. 13, 16. Vide Psal. 98. 18. Zach. 2. 8, &c. 2. vocatio Gentium, v. 15, 21, 22. quæ tempus Messiæ respicit, ut fatentur Hebræi; 3. creatio novi populi, v. 18. quod Judæi ipsi exponunt de mundo futuro, sive de statu Ecclesiæ sub Messia[p].

11. *Ipsi* (id est, cœli: quos nominat velut partem creaturæ præcipuam, quam Philosophia incorruptibilem esse tradit[q].) *peribunt*] Vel, 1. quoad essentiam; corrumpentur & annihilabuntur[r]. Ità Vallesf. & Justin. Amb. Greg. Nyss. &c. teste Suarez †. Huic sententiæ favet vox ἀπολοῦνται, quæ de totali interitu semper dicitur; & durè de mutatione duntaxat, eâque in melius, diceretur †. Sed hoc disertè refellitur Rom. 8. 20, 21, 22[t]. [ubi vide Synopsin.] Vel, 2. quoad formam externam & accidentalem[v]. [Qui plura de hac quæstione velit, videat Tenam ad locum, & 2 Pet. 3. 10, 12. & ibi σὺν Θεῷ dicenda.] ¶ *Tu autem permanes*] Heb. *stabis*, id est, nunquam mutaberis[x]. ¶ *Ut vestimentum* (assiduo usu & tempore[y].) *veterascent*] id est, Quasi consenescent & deterentur suo motu, & continuâ agitatione ac mutatione[z]; usu longi temporis attriti[a]. *Vestes* antequam pereant *veterascunt*. Vide infrà 8. 13. Sic & Aeris & Ætheris vires minuentur[b].

12. *Et*, &c. Καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς] *Ac velut amictum* (vel, *operimentum*, Tre. vel, *pallium*, Ar. sic E. Significat vestem quæ circumjicitur corpori, quámque facilè sumas & deponas[c]. Tota creatio est velut amictus Dei, quo potentiam sapientiámque suam vestitam ostendit hominibus: unde se *luce tanquam veste amicire* dicitur Psal. 104. 2[d].) *circumvolves eos*, Be. Pi. P. Er. Il. Ti. vel, *involves*, V. *volves*, sive *vertes*, Er. *convolves*, sive *complicabis*, Cap. ex Sy. & Ar. E. Be. ut librum*, ut Esa. 34. 4[f]. & Apoc. 6. 15[g]. vel, ut tentorium, quod, quoties mutandus est locus, complicatum tollitur[h]: vel, ut vestis[i]. *Vestes*, ubi usui ampliùs non sunt, solent *complicari* & *abjici*: Sic & Aer & Æther *auferentur*. Nam & hunc sensum habet Heb. חלף, vertitúrque ἀμείβεσθαι & παρέρχεσθαι & ἀπέρχεσθαι. Eodem sensu μετάθεσις infrà 12. 27. & παράλλαγή, 2 Pet. 3. 10[k]. *Convolves*, ut quod apparebat jam non appareat, donec renovetur; vel, ut cœli reformati iterum extendantur, ut pallium complicatum, cùm opus est, iterum sumitur[l]. Al. Tu cœlos invertes, id est, renovabis, ut vestis detrita solet inverti ut nova appareat[m]. Sed talem inversionem vox Græca non significat[n]. Al. *mutabis*, &c. Vulg. Iren. & Tertul. in Med. l. 3. p. 717. Legendum videtur ἀλλάξεις[p]. Cui favet, tum, 1. collat. Psal. 102. ubi est תחליפם[q]; tum, 2. quod hîc sequitur, *& mutabuntur*[r]. Huc irrepsisse videtur ἑλίξεις ex Esa. 34. 4 †. Ità sensus est, A cœlo, quasi vestem veterem, removebis externum hunc habitum quem nunc gerunt[t]; vel, Cœlos facilè mutabis, ut amiculum vetus facilè novo commutatur[v]. Sed ἑλίξεις hîc constanter habent omnes Græci Codices: sic & Lxx, Psal. 102. 26. unde hæc desumpta, & Arabs, qui ferè semper Lxx sequitur, & Syrus. Unde ergò hîc ἀλλάξεις? Resp. Vulg. Interpres habuit, vel, 1. ex Codice Græco, quo usus est, in cujus textum irrepsit sive ex margine, sive ex Translationibus Sym. Aq. &c. quibus non rarò interpolati sunt Græci Codices: vel, 2. ex conjectura, ob seq. *mutabuntur*: vel, 3. ab Hebræo[x]. ¶ *Et mutabuntur*] id est, Te faciente abscedent[y]. Fortasse idem cœlis eveniet, quod Institutis Judaicis; quæ, licèt eorum usus & observatio aboleantur, servantur tamen ut monumenta bonitatis & sapientiæ Dei: sic & cœli, quamvis à præsenti statu & usu sepositi fuerint, permanebunt tamen ut monumenta potentiæ & sapientiæ Divinæ[z]. ¶ *Tu — idem*, &c.] Idem semper & immutabilis permanes[a]: Mal. 3. 6. Jac. 1. v. 17[b]. ¶ *Anni tui* (Impropriè dictum[c].) *non deficient*] Cùm sis æternus[d]. q. d. Hic est immutabilis & æternus*, & proinde Angelis præstantior[f]. ¶ *Ad quem autem Angelorum dixit*] Nempe *Deus*. Alii congerit elogia Messiæ, quæ Angelis nec aptata sunt, nec aptari queant[g]. Interrogatio hîc vehementer negat. Hoc autem Filio dictum innuit. Vox, *dixit*, designat, tum, 1. æternum Dei de exaltatione Filii incarnati decretum, ut Psal. 2. 7. tum, 2. fœdus & pactum inter Patrem & Filium, de quo vide Esa. 53. 10, 11, 12. tum, 3. utriusque declarationem in Prædictionibus & Promissis, Luc. 1. 40. 1 Pet. 1. 11, 12. tum, 4. promissæ gloriæ donationem, Act. 2. 33, 36. & 5. 33[h]. ¶ *Sede à dextris meis*, (i. e. à dextro latere. Eadem locutio Deut. 33. 2. 1 Sam. 23. 19. 1 Reg. 2. 19. Matth. 20. 21, 23. & 22. 44. & 25. 33, 34. & 26. 64. & 27. 38, &c. Hoc autem significat, 1. Securitatem: Securus esto, inquit Deus Messiæ. Quis non sit securus apud Regis potentissimi dexteram? Vide Joh. 7. 34. Confer Act. 2. 34. 1 Cor. 15. 25. infrà 10. 13. 2. Dignitatem[i], vel Regnum, 1 Cor. 15. 25. & quietam illius possessionem[k], & æqualem cum Deo potestatem[l]; vel, imperium in omnes creaturas, collatum Christo[m]; vel, 1. secundùm humanam naturam[n]; vel potiùs, 2. respectu totius personæ, quomodo est Caput Ecclesiæ. Imperativum, *Sede*, hîc habet vim promissi, ipsum ibi sessurum[o].) *quoadusque* (vel, *donec*, E. q. d. usque ad diem finalis judicii[p], & ultrà in æternum[q], juxta Esa. 9. 7. Dan. 2. 24. & 7. 27[r]. *Donec* non semper finem temporis alicujus notat †. Alii limitationem Regni Christi agnoscunt, ex collat. 1 Cor. 15. 24. Cessabit Regnum Christi œconomicum, cessante illius fine, conservatione Sanctorum, & coercitione impiorum[t].) *ponam* (Hoc opus alibi ascribitur Christo, Apoc. 19. 11, &c. collat. cum Esa. 63. 2, &c. hîc autem Patri, quia hæc authoritas & potestas Christo à Patre data est, ut præmium laboris sui, Esa. 53. 12. Phil. 2. 9. Pater per Filium operatur, Joh. 5. 17, 19. Et Filius, ut Mediator, Regnum dono Patris habet[v].) *inimicos tuos* (tam dæmones quàm homines reprobos[x]; Judæos aliósque incredulos[y]; non conversos ad Deum[z]; impios & Deo immorigeros[a]; Satanam, Mundum, Peccatum, Mortem, Infernum: quæ omnia Operi & Regno, & proinde Personæ, Christi inimica sunt †.) *scabellum pedum tuorum*] id est, Efficiam ut sint quasi scabellum pedibus tuis calcandum[b]. Non modò posthac nihil tibi nocebit, verùm insuper efficiam ut omnes hostes tui tibi subjiciantur. Mos erat Regum Orientis victos calcare pedibus, Jos. 10. 24. Psal. 47. 3[c]. Vide & 2 Sam. 22. 39. Psal. 8. 6. Plenariam & perpetuam subjectionem indigitat[d]. Multùm autem hoc pertinet ad erigendos eorum animos, qui ob Evangelium dura patiebantur. Sumptum est hoc testimonium ex Psal. 110*. & rectè: nam Psalmus ille de Messia intelligendus est[f]; ut patet, 1. quòd hoc agnoscunt multi Judæorum[g], ut Scribæ illi, Mat. 22. 42, &c[h]. R. Saadia Gaon[i], ad Dan. 7. 13. Bereshith Rabba ad Gen. 18. 1. Midrash Tehillim ad Psal. 18. 35[k]. [Plura vide in Synopsi ad Psal. 110.] 2. Soli Christo conveniunt quæ hîc dicuntur[l], ut de tanta sublimitate solii[m]; quòd idem Rex & Sacerdos appellatur[n]; quòd æternus Sacerdos dicitur, & quidem aliâ ratione quàm Aaron, secundùm ordinem Melchisedec[o]. Obj. Psalmus loquitur de Davide, ut docet inscriptio, *Psalmus* לדוד, quod vertendum non *Davidis*, sed *Davidi*, ab alio compositus qui ipsum *Dominum suum*

* Jun. [f] Q. in Ow. [g] G. [h] Te. E. T. Jun. Ow. Ger. [i] Ow. † Gou. [k] Idem. [l] Q. in E. [m] Ger. sim. E. Ow. Gou. [n] Gou. [o] E. [p] Ow. [q] E. [r] Q. in T. † Te. † Ow. [t] Cam. sim. Te. [v] Me. sim. Te. E. Piscique in Ow. [x] E. [y] Idem. [z] Me. [a] E. [b] G. [c] E. [d] Ow. * Be. Cap. [f] Cap. [g] Ger. [h] Be. [i] Cap. [k] G. [l] E. [m] Q. in E. [n] E. [p] Be. ex Er. sim. G. E. Ham. [q] G. sim. Be. Ham. [t] E. Ham. † G. [v] Me. [x] E.

[x] Cap. [y] G. [a] Ger. E. Me. [b] Ger. E. [d] Me. sim. E. * E. sim. Dic. [f] Dic. [g] G. [h] Ow. [i] G. [k] E. sim. Ow. [l] Me. sim. Te. [m] Be. [n] E. ex Theod. [o] Ow. [p] Te. [q] Te. sim. E. Ow. Zeg. [r] Ow. † Zeg. sim. Te. [t] Ow. [v] Idem. [x] E. [y] Zeg. [z] T. ex Chrys. [a] G. ex Clem. † Ow. [b] E. [c] G. [d] Ow. * G. [f] G. sic E. Te. [g] Ow. [h] E. [i] G. Ow. [k] Ow. [l] E. [m] Be. [n] Be. sim. E. [o] E.

suum vocat P. Resp. 1. Multi sunt Psalmi inscripti לדויד, quos ab eo compositos fuisse docet Judæorum atque Christianorum consensus, ut Psal. 18. Luci ergò suæ obsistunt Judæi ex odio Evangelii. Et cùm David scriptor erat, quem quæso vocat *Dominum suum*? 2. Davidi sacerdotium ipsi Judæi abjudicant, & rectè q.

13. *Nonne*, &c. οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας, &c.] Gloriam Christi hìc Angelis detrahit †; atque opponit eorum conditionem longè inferiorem †. *Nonne*] Utitur hic interrogatione, quæ vehementius affirmat, veluti loquens de re ipsis probè nota, quia Angelorum Natura, Dignitas, atque Officium in V. T. declarata sunt y;) *omnes* (tam supremi quàm infimi ordinis z; unde omnes vocantur מלאכים, ἄγγελοι, nuncii a. [de quo plura videsis in Tr. & E. & J. Cap.) *sunt administratorii* (vel, *ministratores*, P. Pi. Ar. *ministerii*, Tre. vel, *sacram functionem obeuntes*, Be. vel, *procuratores*, Ca. ad ministerium deputati b, quorum officium est non assidere, sed ministrare c. Petitum est ex Psal. 103. 21. ubi vocantur משרתיו, λειτουργοὶ αὐτοῦ, *Ministri ejus*: & in libro precum *ordo ministrorum*, id est, Angelorum. Hinc passim apud Hebræos vocantur מלאכי השרת, *angeli ministerii*, quos, ut hic fit, minores Messiâ fecerunt veteres Hebræi, teste Abrab. ad Esa. 52.13d. In omni Regno multum præstat filius Regis Satrapis quantumvis magnis. Filius Regis sedet, Satrapis stantibus, aut euntibus quò mittuntur e. Alludit hic ad etymon vocis מלאך, quæ & *nuncium*, *ministrum*, sive *famulum*, & ἄγγελον, *nuncium*, significat. Hinc & λειτουργικὰ & ἀποστελλόμενα dicit, ut geminâ illâ voce totam vim vocis מלאכים exprimeret f.) *spiritus*, (id est, qui naturâ sunt spiritus creati, id est, *spiritales*, non qualitates, aut facultates, ut volebant Sadducæi, sed *subsistentiæ* g.) *qui in ministerium* (vel, *ministerii causâ*, Be. Sunt autem Angeli ministri, non hominum, quanquam propter homines, sed solius Dei & Christi h.) *emittuntur* (vel, *legantur*, Ca. *mittuntur*, P. id est, mitti solent i, à Deo scilicet k: quotidie & continuò mittuntur, ut verbum præs. temp. indicat. Aliquis totum eorum ministerium exprimit, cujus duæ sunt partes, λειτουργία & διακονία l.) *propter eos qui hæredes erunt* (vel, *futuri sunt*, V. Tre. &c. id est, qui eam non jam possident, sed possessuri sunt m; ad eam jus habent n; in id destinantur o, & eò pervenient nisi ipsi sibimet obsistant p.) *salutis*] id est, Æternæ vitæ q, & gloriæ r. Horum ministerium benè limitat ad electos, ut 2 Tim. 2. 10 †; tum, quia in eorum salute magis eminet beneficium Angelici ministerii s: tum, quia quæ circa reprobos tam custodiendos, quàm puniendos, aguntur ab Angelis, omnia ad electorum salutem & gloriam ordinantur t. Nec tamen ad hos solos curandos missi sunt, sed etiam ad reprobos x; nec ad Ecclesiam tantùm, sed & ad regna mundi, ut Dan. 10.13,20,21.& 11.1. in quo tamen Ecclesiæ bonum ultimatè respiciunt, cujus causâ & excitata sunt ista Imperia & eversa. Vide Zach. 1.8,&c y. Non tantùm Christo serviunt, sed & Christianis, ut videre est Act. 5.19. & 12. 7. Christiani rectè dicuntur *hæreditare* & *salutem*, ut h. l. & *vitam æternam*, Mat. 19.29. Luc. 10. 25. & *Regnum Dei*, Mat. 25.34. 1 Cor. 6. 9,10. & *promissiones*, infra 6. 12. & *benedictionem*, infra, 12. 17. 1 Pet. 3. 9. Vide & quæ diximus suprà v. 2. & 4 z. Sed hinc non rectè colligi videtur, Angelos esse Christo inferiores quia missi sunt, &c. sic enim & Christus missus diciter. Ita quidem sed magno discrimine. Hic enim missus est, 1. ut filius: 2. sponte, & præcedente ipsius consensu: 3. ad breve tempus, non, ut Angeli, ab initio ad finem mundi: 4. ad summum illud opus Mediatoris, cui omnes Angeli impares erant ||.

CAP. II.

1. **P**Ropterea, Διὰ τοῦτο] Dignitatem Christi secundùm Divinam naturam confirmat cap. præced. hìc secundùm humanam, interpositâ tamen hortatione a. *Propter hoc*, Mo. Par. id est, quia tanta est Christi excellentia b: cùm, ut jam ostendimus, major sit etiam Angelis ille nostræ doctrinæ Auctor c. ¶ *Abundantiùs*, &c. Δεῖ περισσοτέρως ἡμᾶς προσέχειν, &c.] *Oportet* (obligationis necessitate d: vel, *Par est*, G.) *abundantiùs* (vel, *vehementiùs*, Er. V. sic Il. vel, *diligentiùs*, Ti. sic E. Me. vel, 1. quàm hactenus, cœperant enim tepescere à primo fervore fidei e: vel, 2. quàm olim legi per Angelos acceptæ adhæsistis f. Vel, *eò magis*, Ca. Pi. sic Be. vel, *maximè*, P. Comparativus accipi potest, vel pro Positivo, q. d. valde, vehementer g: vel, pro Superlativo, ut 2 Cor. 11. 23. sic 2 Pet. 2. 19 h. vel, *summâ attentione*, Ar.) *nos* (Accenset se, vel, Judæis, ut cognatus eis; vel potiùs, auditoribus Evangelii i, q.d. Ego & vos: sic loquitur, ut libentiùs hortationi, ob commune officium, obediant k.) *adhibere* (vel, *attendere*, Er. P. Be. Pi. vel, *animum intendere*, G. sim. Me. T. cum cautione, Mat. 7. 25. diligentiâ, Act. 8. 6, 10. reverentiâ, humilitate, & proposito obediendi, Act. 16. 14 l.) *auditis*, Mo. Ar. sub. *rebus*, Ar. vel, *iis quæ percepimus*, G. sive *audivimus*, Be. Pi. à Christo scilicet m & Apostolis n: h. e. Verbo Evangelii o, quod illi *auditu* perceperunt, Rom. 10. 14, 15 p. ¶ *Ne*, &c. Μήποτε παραῤῥυῶμεν] *Ne quando* (vel, *Ne fortè*, Vulg. Ca. Hæc particula interdum incertitudinem rei notat, ut Luc. 14. 29. 2 Tim. 2. 25. non tamen semper, ut Mat. 4. 6. & 13. 15. Certum enim est negligentes Evangelii auditores beneficium illud amissuros q. Nihil hic cavere jubemur quod non & fieri possit & sæpe fiat r.) *perfluamus*, Er. P. Mo. Be. Pi. V. Ca. &c. vel, *diffluamus*, Cam. *præterfluamus*, Val. Er. Ow. ut in Xenoph. Cyropæd. l. 4. *bibere* ἀπὸ τοῦ παῤῥέοντος ποταμοῦ, *de fluvio præterfluente* †: vel, *dilabamur*, G. *decidamus*, Tre. ex Sy. Ar. vel, *pereamus*, Chrys. in Er. Zeg. Verbum alibi non exstat in N. T t. Est autem in aliis scriptoribus u, ut Prov. 3. 21. *Fili*, μὴ παραῤῥυῇς x, *ne excidant* y, vel, *ne deflectas à Lege* z. In Heb. est אל ילזו, *nè deflectant à te*, *nè recedant*: sed videntur legisse אל יזלו. Hæc autem locutio refertur, vel, 1. ad Res a, Metaphorâ ductâ ab Aqua b, quæ nisi quodam conceptaculo contineatur, facilè diffluit c; quæ inutiliter effluit d; quæ prorsus & irreparabiliter perit e: quæ similitudo exprimitur 2 Sam. 14. 14 f. Psal. 58. 7 g. Vide & Job. 20. 28. & Lam. 4. 9. יזובו *fluxerunt*, i. e. conciderunt. Sic & Orig. adv. Celsum, l. 8. ἵνα μὴ πάντη παραῤῥυῇ, *ne planè decidas*. Eâdem ferme simili sensu habes in Plut. Similis admonitio Irenæi h: [Verba vide in G.] Vel, 2. ad Personas i, Metaphorâ sumptâ, vel, 1. à foliis arborum quæ delabuntur & defluunt, atque ità conculcantur & pereunt k: vel, 2. à vase rimoso, quod liquorem infusum non retinet l. Vasi autem scriptores animum hominis eleganter assimilant. Hunc *vas fluxum* (h. e. παραῤῥυὲν) *pertusumque* vocat Lucret. initio l. 6. [Vide Cam.] Sic & Christus utri assimilat, Mat. 9. 17. dicitque, *nè* [utres] *rumpantur & diffluant*, μὴ ἀποῤῥυῶσι. Et in omnibus linguis ut liquores *diffluere* dicuntur, cùm non continentur; sic & vasa, cùm non continent m. Sic ille in Terentio, *Plenus rimarum sum*, *hac atque illac perfluo* n. De personis hìc loquitur, non de rebus, quia culpam notat, quòd Verbum non tam effluit, quàm nos illud effundimus & elabi sinamus o. Aliud est ἐκχύνειν, *effluere*, quod sæpe expedit, ut cùm injuriarum memoriam delemus, &c. aliud παραῤῥυῆναι, *diffluere*: quod iis tantùm contingit qui ea quæ retineri debent elabi patiuntur p. *Perfluere* hìc est oblivisci q, vel excidere & perire r. Verbum designat & proclivitatem peccandi †, & gravitatem ruinæ t.

2. *Per Angelos*] Intelligunt hìc, vel, 1. omnia Dei præcepta, responsa, alloquia, per Angelos in V. T. ad homines dispensata u. Vel, 2. Legem datam in monte Sina x: ut constat, tum ex scopo Apostoli, tum ex verbis seq. *omnis prævaricatio*, &c. tum ex collat. aliis Scripturæ locis y. Lex non data est per Filium z, sed per unum è præcipuis Angelis Dei nomine loquentem, Act. 7. 38 a. multis aliis Angelis stipantibus, Deut. 33. 2. Act. 7. 53. Gal. 3. 19. Josephus, lib. 15 b. de quo & Judæi gloriati sunt. Lex data est à Deo originaliter & authoritativè, & ille loquebatur in Sina, Psal. 68. 17, 18, 19. nimirum Deus Filius, qui *Angelus* dicitur, Act. 7. 30, 38. nempe *Angelus fœderis*, Mal. 3. 1, 2. ministerialiter autem per Angelos, qui ignem, fumum, terræ motum, & tubæ sonum efficiebant c; vocésque articulatas, quibus verba

Legis

Legis ad populi aures sunt transmissa, efformabant [d]. Frigidum est quod dicunt, Angelum tanquam Dei legatum nomen Dei usurpare. Sed quis unquam Legatus aliter loquitur quàm, *Princeps meus hæc dicit?* Sic & Prophetæ, *dicit Dominus.* Imò in visionibus Angeli se missos profitentur [*]. Ministri sunt Dei Legati, 2 Cor. 5. 20. si tamen personam Dei induerent, blasphemi forent [f]. Obj. Si Deus Filius Legem dedisset, leve esset hoc argumentum pro præstantia Evangelii supra Legem [g]. Resp. Collatio instituitur, non in eo qui locutus est, qui in V. & N. F. idem est, Deus scilicet, cujus Verbum utrumque est, sed in eo per quem locutus est; quod in V. T. locutus est per Prophetas, Heb. 1. 2. & h. l. per Angelos, hic autem per Filium [h]. ¶ *Dictus*] id est, promulgatus [i]. ¶ *Factus est* (vel, *Fuit*, Be. Pi.) *firmus*, βέβαιος] Firmiter assertus fuit à Deo, ut seq. declarant [k]: confirmatus est signis terribilibus [l], fulgure, tonitru, & terræ-motu [m]: stabilis, inviolabilis, & immutabilis [n], quem nemo impunè contempsit [o]: minas habuit non irritas. Sic & promissa dicuntur βεβαιῶσαι ubi rebus implentur, Rom. 4. 16. & 15. 8 [p]. Factus est firmum, ratum & stabile fœdus inter Deum & populum, Exod. 20. Deut. 5. 2. 19. Jos. 24. 22, 24 [q]. *Firmus erat* respectu, 1. eventûs, quòd omnes prædictiones, promissiones & minæ præstitæ sunt: 2. obligationis ad observationem mandatorum: 3. pœnæ immorigeris impositæ [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν] Παράβασις פשע, & παρακοὴ מרי, dicuntur de illis peccatis quæ apertum Legis contemptum secum ferunt, quorum ultorem se Deus profitetur, Deut. 32. 35. Respiciuntur autem hic ea quæ in deserto contigere pœnarum exempla, quæ breviter indicat Paulus, 1 Cor. 10. 6, &c †. [Sic vertunt:] *Omnisque transgressio & inobedientia* (vel, *contumacia*, Pi. Ow. exegeticè addi possit, q. d. transgressio contumaciâ comitata [t]. Al. παράβασις refertur ad transgressiones legis majores, παρακοὴ, ad minores [v]. Sed videntur hic pro eodem accipi [x]. *Transgressio* autem hic Metonymicè ponitur pro transgressore [y].) *justam* (id est, æquam & peccatis respondentem [z]. *Justa* esse monet judicia Dei, Rom. 2. 5. & supplicia impiorum, Rom. 3. 8. 2 Thess. 1. 6 [a].) *mercedis retributionem* (id est, condignam peccatis pœnam [b]. Catachresis est: nam vox propriè in bonum sumitur [c]. Potius est vox media, & quamvis compensationem notat [d]. Sic & ἀντιμισθία, Rom. 1. 27 [*]. Legimus & *mercedem iniquitatis*, Act. 1. 18. sic & 2 Pet. 2. 13, 15. Vide & Apoc. 12. 12 [f]. Pœna legis violatæ duplex erat, 1. temporalis, scil. Excisio, quæ illam respexit œconomiam quæ Judæis peculiaris erat. 2. æterna, debita omnibus transgressoribus Legis prout est regula obedientiæ omnibus, Judæis & Gentibus, præscripta. De priore hic loquitur, ut antithesis ostendit. Qu. Qui hoc verum, quum multis peccatis non pœna, sed expiatio per sacrificia, constituta erat? Resp. 1. Sacrificia ipsa pœnam debitam esse monstrabant. 2. Peccata hic intelligit contumacia, qualia exterminio per manum & Dei & hominum punienda erant [h].

3. *Quomodo nos effugiemus*] Pœnam [i]. Sic Esa. 20. 6 [k]. ¶ *Si tantam* (id est, tam eximiam [l], æternam & cælestem, non brevem & terrenam, quam Lex adfert [m]. Vox, τηλικαύτη, est relativa, hic tamen, sicut & 2 Cor. 1. 10. sine correlato ponitur, quod emphasi non caret, q. d. mirè magna [n]. Similis locutio Heb. 10. 29. & 1 Pet. 4. 17, 18. Maxima autem erat hæc salus, sive æternum illud & admirandum Dei consilium spectes quo excogitata est; sive mira media quibus promovetur, nempe per Incarnationem & Mortem Filii sui; sive gravissima illa mala & hujus & futuræ vitæ è quibus nos liberat; sive denique gloriosa illa bona ad quæ nos provehit [o]. Maxima erat respectu & claræ patefactionis, & diffusæ ubique propagationis, & efficaciæ [p]. *tantam*, q. d. non ex Ægypto, sed à Satana, Peccato & Morte æterna, liberationem [q].) *neglexeritis* (id est, rejeceritis [r], ut Heb. 8. 9 †. vel, contempseritis [t], ut Mat. 22. 5. vel, si magnâ curâ & diligentiâ eam non amplectamini, de quo usu vocis vide 1 Tim. 4. 14. & 2 Pet. 1. 12 [v]. si officia ad vestrum profectum in professione Evangelii necessaria omittatis, ità scilicet ut eam prorsus abjiciatis; quia respondet hoc peccatis contumacibus in legem [x]:) *salutem?*] id est, Doctrinam salutiferam [y], à Christo traditam [z], h. e. Evangelium [a]: quod alibi dicitur *salutis*, & *sermo*, Act. 13. 26. & *via*, Act. 16. 17. & *Evangelium*, Eph. 1. 13 [b]. & hic ipsa *salus* [c]; tum, quòd salutem & declarat sive docet, Rom. 1. 16, 17 [d]. Luc. 1. 77. 1 Pet. 1. 9 [*]. & efficit, Rom. 1. 16 [f]. regenerando, spiritum donando, &c [g]. tum, per antithesin ad Legem, quæ est *ministerium condemnationis*, 2 Cor. 3. 9 [h]. ¶ *Quæ*, &c. Ἥτις ἀρχὴν λαβοῦσα λαλεῖσθαι, &c.] *Quæ initium accipiens* (vel, *quum primùm cœperit*, sive *cœpisset*, Er. V. P. Be. Pi. *Ut de Lege judicetur, spectandum ejus initium*, ait Josephus Contra Appionem 2. Legis Evangelicæ initium ab ipso Domino ejus Filio [i]. Evangelium quidem patefactum erat ante Christum, Gal. 3. 6. Heb. 4. 2. confer Gen. 3. 15. Apoc. 13. 8 [k]. per prædictiones, promissiones & typos [l]: sed Lux illa obscura erat, qualis lunæ & stellarum. Dici autem initium sumitur à Sole [m], & saluti initium à prædicatione Christi [n], quoad plenam claramque illius patefactionem [o]. *Evangelium* dici non potest nisi earum rerum quarum est ἀγγελία· at ἀγγελία rerum tantùm est præteritarum. Et eadem de causa *cœpta* tantùm à Christo dicitur salutis prædicatio, quia Christus in terris agens non potuit suam mortem, resurrectionem, &c. ut res præteritas, prædicare [p].) *enarrari* (vel, *prædicari*, J. Cap.) *per Dominum*, Mo. &c. sub. *ipsum*, Be. Pi. scil. Christum [q], incarnatum [r], in terris agentem †. Rectè Evangelium hic commendat à dignitate ministri per quem datur [t]. Nam sapientes principes majora præstantioribus ministris delegant [v], & majora certè per filium, quàm per ministros, edicunt [x]. Solent res magnæ per magnos expediri [y]. Deinde Filius Dei non merus minister est, ut Angeli; sed & vim justificandi legi suæ dat, docétque homines quantum vult [z]. ¶ *Ab*, &c. Ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη] Quia pauci eorum ad quos scribit Christum viderant in carne, cúmque docentem audierant, doctrinam suam probat & testibus & miraculis [a]. Duplici modo, inquit, certi sumus de ejus veritate [b]. *Ab audientibus* (sub. *ipsum*, Be. vel, eam scil. ab ipso Domino [d]. q. d. Non incerto rumore [*], aut per multos homines transfusa, ea fama ad nos venit [f]; sed à testibus oculatis [g], ipsius Christi discipulis [h], Apostolis [i]:) *in nos* (vel, *nobis*, P. Be. Pi. G. ut εἰς ὑμᾶς, *vobis*, 1 Pet. 1. 25 [k]. εἰς ἡμᾶς pro ἡμῖν, more Hebræorum, qui dicunt לנו [l]. Diximus suprà, ex hoc loco bene colligi scriptam Epistolam ab aliquo discipulo Apostolorum, qualis fuit Lucas [m]. [Et alii contradixerunt. Vide Prolegomena] Est hæc ἀνακοίνωσις [n]: qualis 1 Cor. 10. 8, 9. Heb. 6. 1. & 10. 26. & 12. 12. & Judæ v. 17 [o]. & 1 Thes. 4. 17 [p]. Deinde Paulus à Christo ipso institutus quidem fuit, confirmatus tamen est in fide ab Anania [q], & aliis, ut Rom. 1. 12. multóque magis ab iis qui Christum viderant, juxta 1 Joh. 1. 1 [r]. saltem per miracula, ut sequitur †. [Alii quoque illud εἰς ἡμᾶς aliter accipiunt:] *in nos*, id est, usque ad nos [t], sive nostra tempora [v]: vel, *in nobis*, ut sit εἰς ἡμᾶς, pro, παρ' ἡμῖν, non insolitâ mutatione [x].) *confirmata est*, Mo. &c. i. e. fidem & firmitatem apud nos obtinuit [y]. Βεβαιωθῆναι hoc loco est, *reddi fide dignum*, ut Marc. 16. 20 [z].

4. *Contestante*, &c. Συνεπιμαρτυροῦντος, &c.] *Contestante*, &c. Mo. E. id est, simul attestante [a]. *Attestante*, Er. P. V. Verbum μαρτυρεῖν eodem sensu habes Act. 14. 3. Lex Vetus testimonium habuit per fulgura & tonitrua; Lex Nova, per sanationes plurimas [b]. *Testimonium illis præbente*, &c. Be. *Testimonium unà cum illis*, Apostolis scil. *præbente*: ad verb. *contestante*, nempe de salute dicta [c]: q. d. Ad humanum testimonium, accessit & divinum [d]. ¶ *Signis*, &c.] id est, Miraculis doctrinam obsignantibus [*]. Hæc tria habes & Act. 2. 22. ubi dicta vide, & 2. 43. & 4. 30 [f]. Miracula, inquit, & dona Spiritus majora quàm unquam, & frequentiora, testimonium dedere eidem sermoni [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ——μερισμοῖς, &c.] *Et Spiritus Sancti distributionibus, sive partitionibus*, (id est, donis [h] Prophetiæ, & linguarum [i], & aliis [k]: de quibus μερίζειν dicitur Rom. 12. 3. 1 Cor. 7. 17 [l]. quia non omnibus omnia dabat Deus [m]; sed alia aliis [n], quæ & quantum & quibus vellet, Eph. 4. 7 [o].) *pro sua voluntate*, Be. Pi. sic Er. Il. P. &c. Hujus discriminis ratio cùm non appareat, meritò

[Margin, left column: d Ow. Cam. — * Cam. — f Ow. — g Crel. in Law. — h Law. — i E. T. Pi. — k Pi. — l E. — m T — n Gou. — o E. i. m. Gou. — p G. — q Ow. — r Gou. — † G. — t Ow. — v Q. in Ger. — x E. sim. Ger. — y Gou. — z Ow. — a Gou. — b Me. T. sim. Te. Pi. E. — c Chrys. & Th. in E. — d Ow. — * Ow. sic E. — f Gou. — h Ow. — i G. sic E. Me. Pi. — k G. — l E. — m G. — n Gou. — o Ow. — p Gou. — q Be. — r E. Gou. Ow. — † Gou. — t Gou. Ow. ex Sy. — v Gou.]

[Margin, right column: x Ow. — y E. sic Te. G. J. Cap. — z E. — a G. Com. sic Te. T. — b G. — c Gom. — d Ow. — * Gou. — f Ow sic Gou. Gom. — g Ow. — h Gou sic Gom. — i G. — k Gou. — l Ow. — m Gou. — n Gou. sim. Ow. — o Ow. sim. Cam. — p Cam. — q Pi. Me. Ger. — r Ger. — † Cam. — t E. — v E. sim. Rib. Te. — x Rib. — y G. — z Rib. — a E. — b G. — c E. — d G. sim. E. — * E. — f G. — g E. — h E. Te. — i G. Be. Pi. Me. — k Gou. — l Pi. — m G. — n J. Cap. Ger. sim. Jun. E. Be. Pi. — o Ger. — p J. Cap. Jun. — q Jun. — r J. Cap. — t Q. in E. — v E. — x Me — y Camer. — z E. — a G. — b E. — c G. — d Pi. — e E. — * Pi. sim. Be. — f G. — g G. ad v. 3. — h Pi. G. Me. &c. — i G. Me. — k Me. — l G. — m G. sim. — n E. — o G.]

ritò ad Dei voluntatem recurritur, 1 Cor 12, 18 p.

5. *Non*, &c. οὐ γὰρ—ὑπέταξε, &c.] Postquam ex argumentis cap. 1. propositis illationem fecerat q, rursum alia addit argumenta r, quibus [vel, 1.] firmet eandem illationem †: vel, 2. probet Christi excellentiam supra Angelos t. Al. Cohæret hoc cum v. 3. *si tantam neglexerimus salutem*, quæ qualis & quanta sit hîc declarat v. Al. Occupatio esse potest, quâ occurrit huic argumento; Angeli juxta Scripturas sunt principes moderatores regnorum terræ x, & Ecclesiæ veteris y. Respondet, præsentem mundum illis subjectum esse, non autem *futurum*; qui longè præstantior est, & Christo principi servatur z. *Non enim Angelis* (Ellipsis, qualis Heb. 1. 5, 13 a. Intellige, sed soli Christi b:) *subjecit* (id est, subjiciendum decrevit, prædixit, aut promisit c:) *orbem terræ* (vel, *mundum illum*, Il. P. Be. Pi.) *futurum*, Er. Ti. &c. *Futurum* dicit, ut imperium Christi non hujus mundi esse doceat ‖. Intelligit autem h. l. vel, 1. mundum præsentem d: quem *futurum* dicit, ut Adam *typus futuri*, Rom. 5. 14 *. vel, comparatè ad Filium Dei, qui æternus est, & illum producturus erat, antequam actu produxisset f: vel, propter novos homines semper in mundo futuros, &c g. vel, 2. mundum qualis erit post renovationem, in secundo Christi adventu h; post resurrectionem i, & judicium generale k, in gloria cælesti; vel, in genere cælum novum & terram novam, & quicquid in eis erit: quæ *civitas futura* dicitur Heb. 13. 14. confer Heb. 11. 10, 14, 15, 16. in quam Scriptura spem nostram protendere nos docet l. In Regione illa superætherea sunt quidem Angeli; sed non illi imperant ut Christus. *Futurum* dicit, non quia jam non exsistit, sed quia nobis ea non plenè nota est, nec adhuc contigit. Sic Hebræi dicunt עולם הבא, nostri respectu. Vide librum De Morte Mosis. Sic mysticè explicatur locus Psal. 9. 6 m. *Mundus futurus* opponitur huic mundo, qui subjectus est Angelis, tum bonis, ut Dei ministris; tum malis, ut tortoribus, grassatoribus, prædatoribus. חבל οἰκουμένη opponitur τῇ מדבר ἐρήμῳ. Mundus Ecclesiæ desertum est; οἰκουμένη Ecclesiæ est in cælo, sicut Israelitarum, in terra Canaan n. Non placet hæc sententia: 1. quia Paulus mox citat illa verba ex Psal. 8. 8. *Omnia subjecisti pedibus ejus, oves & boves*, &c. At post diem judicii non erunt oves, &c o. 2. quia loquitur de re jam facta, in *coronando Jesum gloriâ & honore*, &c. ut sequitur: id quod in Ascensione ejus factum. Nondum autem erat status gloriæ. 3. Subjectio illa rerum Christo tantum abest ut tunc inchoetur, ut tunc quodammodo cessatura dicatur, 1 Cor. 15. 28 p. Vel, 3. Ecclesiam Christianam q, vel, statum Evangelicum r, vel, Regnum Messiæ †; inchoatum in primo ejus adventu, complendum in reditu ejus glorioso t: Judæis dictum עולם הבא, *seculum*, sive *mundum, venturum* v. Vide quæ nos ad Act. 2. 16. & 10. 15 x. Suadet hunc sensum antithesis quæ in tota hac dissertatione est, inter *statum Ecclesiæ Judaicum*, & *Evangelicum*, qui & *cæli* nomine semper hîc designatur y. Status mundi duplex est, 1. vetustus, qui peccato Adami corruptus est: 2. qui per Christum renovatus est z. Seculum V. T. Angelis quodammodo subjectum erat, quia fœdus Legale ab iis promulgatum, ac subinde renovatum, ampliatum, sancitum, erat a. At seculum N. T. Angelis subjectum non erat b, vel, 1. quoad ejus erectionem aut institutionem c. Fœdus novum ab illis non erat promulgatum, sed à Christo & Apostolis d. Mysteria non ab illis, sed illis, revelata sunt, Eph. 3. 9, 10. 1 Pet. 1. 12. vel, 2. quoad regimen & administrationem. Officium eorum in hoc mundo non est dominium, sed ministerium, Heb. 1. 13 *. Hinc Angelorum apparitiones, quæ sub. V. T. frequentes fuerant, sub. N. T. desierunt, vel raræ esse cœperunt; nec ad revelationem mysteriorum, sed liberationem fidelium, obtigerunt. Hinc coram Angelis procumbentes in V. T. non reprehenduntur, ut fit sub N. T. Apoc. 19. & 22 f. [Sed alia esse poterat istius discriminis ratio, quòd scil. Angelus, qui in V. T. apparere solebat, sæpe fuit *Angelus fœderis*, nempe Christus jure adorandus, qui tunc apparuit tanquam præludens incarnationi suæ: sub N. autem F. postquam Angelus ille incarnatus fuerat, apparebant Angeli creati, quibus adoratio meritò denegatur.] ¶ *De*, &c. περὶ ἧς λαλοῦμεν] *De quo loquimur*, Er. P. Pi. &c. Enallage est Præsentis, [vel, 1.] pro fut. *loquemur*, nempe in seq. testimonio g. [vel, 2. pro præt.] *loquebamur*, sive *locuti sumus*, Zeg. Me. G. Med. &c. Nam per tempus Præsens exprimi solent ea quæ proxima sunt præsenti, sive exacta, sive ventura. Respicitur autem hîc ad id quod præcessit h, vel, ad Heb. 1. 6 i. quod non placet: tum, quia nimis distans id erat, tum quia ibi sermo est de judicio finali k: vel, ad Heb. 2. 3 l. vel, ad Heb. 1. 2. *ultimis diebus*, in quibus est seculum venturum: vel, ad totum cap. 1. in quo de Evangelio & de officiis quæ illud exigit, & de mediis quibus confirmatur m. Al. *De quo loquimur*, id est, de quo disserimus, vel quem describimus, in hac Epistola, de statu scilicet & cultu Evangelico n.

6. *Testatus*, &c. Διεμαρτύρατο δέ πε, &c.] *Sed* (Δὲ hîc est nota ἀποδόσεως in antithesi, cujus πρότασις est v. præc o. Postquam dixit, non Angelis subjectum esse mundum, &c. sequebatur ut diceret Christo subjectum esse p: Hoc autem reticetur per Ellipsin, qualis est Rom. 8. 12 q. sed ex probatione relinquitur intelligendum, q. d. Atqui Christo illum subjecit, id quod testatur quidam, &c r. *Sed*, sub. *ei de quo*, Med.) *testatus est* (h. e. ostendit, העיד †: vel, *testificatus est etiam atque etiam*, id est, non simpliciter, nec paucis, sed expressissimè; quæ vis est istius præp. διὰ t. Verbum διαμαρτύρομαι 14. vicibus occurrit in N. T. & in singulis emphasin habet, designátque ulteriorem ac pleniorem rei testificationem, & confirmationem v.) *quidam* (nempe Psalmographus x. Indefinita Scripturæ citatio, qualis Heb. 13. 5. Matth. 21. 13. Rom. 10. 18 y. Τὶς dicit, quia Psalmorum [omnium] non unus est scriptor, imò & sæpe scriptor ignoratur z. Authorem & locum Scripturæ non nominat a; vel, 1. ut denotet, in Sacra Scriptura (cùm sit à Spiritu S. ut primario Authore) parum referre quis sit secundarius scriptor b. Vel, 2. quòd ad Hebræos scriberet Scripturæ non ignaros c, qui eas memoriter retinebant d. Quare ipsi quoque vix unquam loca citant, sed nuda Scripturæ verba referunt *. *aliquis*, sat vobis notus f, quem quotidie legitis g, nempe David h; cui Psalmum illum ascribunt Interpretes, etiam Hebræi: qui tradunt, eum à Davide decantatum custodiam agente gregis sui, idque noctu, unde stellarum meminit, quæ nocte apparent, non item Solis i.) *alicubi*, Pi. Er. Il. &c. nempe Psal. 8 k. Hoc argumentum confirmans ad aliam partem Capitis dilabitur, ut probet nihil de Christi excellentia vel æstimatione decedere per incarnationem, vel passiones, ejus: quod erat scandalum Hebræorum. Id multis probat argumentis l. Qu. Quomodo hoc testimonium Christo competit m? Resp. 1. Per modum allusionis, non probationis n. Resp. 2. Psalmus & de homine ipso, seu de humano genere, & de Christo, juxta literam agit o; generaliter de homine, specialiter autem de Christo, ut homo est, cui specialiter concessum est dominium supra omnia omnino p. Psalmus historicè de homine exponitur, mysticè verò de Christo q. Sensu primùm obvio agit de Adamo & semine ejus; sensu autem mystico referri debet, & ab Hebræis Sapientibus referebatur, ad Messiam & semen ejus. Nam Adamum figuram gessisse Messiæ recepta erat illis temporibus sententia, ut diximus Rom. 5. 14. 1 Cor. 15. 45. & seq. Et specialiter de hoc loco Psalmi, vide 1 Cor. 15. 27. Eph. 1. 22. Dominium in res mundi inferioris datum Adamo, & posteris ejus, imago est dominii ejus, quod in Mundo supremo habet Christus, & cujus participes erunt qui ipsius naturam induerunt, & ab ipsius nomine digni sunt appellari r. Resp. 3. Psalmus nequaquam agit de homine †, in genere & absolutè considerato t; sed de Christo v, homine, vel potiùs, θεανθρώπῳ, quem David in hoc, ut in quamplurimis Psalmis, oculis fidei spectavit: & quum miranda esset Dei Majestas in cœli ac stellarum creatione, multò magis miratus est, quòd non Angelos, sed genus humanum, tanto honore sit dignatus in persona Christi, &c x. [Argumenta hujus sententiæ sunt:] 1. Materia Psalmi, quæ est de altis laudibus Dei. Quales Psalmi plerumque, si non semper, Messiam ejúsque Regnum respiciunt, quod & Judæi agnoscunt y. Agit Psalmus de gloria supercœlesti, id

Margin notes (left column): p G. sim. E. q G. r G. sim. E. Ow. † G. t G. Ow. v Pi. x E. y Ow. z E. a Gom. b Cam. c J. Cap. Gom. Me. Jun. ‖ Idem. d Q. in Te. Rib. ex Chrys. * Rib. f Q. in Te. g Rib. h Med l. 3. p. 716. i E. Me. L. & Caj. in Rib. k Me. sim. Cam. l E. m G. n Cam. o Rib. p Ow. q Di. v 6. r Te. Ow. † Li. chron. 143. Gom. t Gom. sim. Be. J. Cap. Par. v J. Cap. Cartw. mellif. x Cartw. ib. y Ow. z Gom. a J. Cap. b J. Cap. Ow. c Ow. d J. Cap. * Ow. J. Cap.

Margin notes (right column): g V. h G. i G. Zeg. Med. Camer. k Te. l Pi. Te. m ex Chrys. n Gou. n Ow. o Pi. p E. q Pi. r E. sim. Pi. Be. † G. t Be. v Gou. x Med. y Gou. z G. a E. b Te. c E. sim. Te. d Te. ex Chrys. sim. J. Cap. * J. Cap. f T. g Me. h Me. T. E. Te. Jun. Pi. i E. k G. Jun. Pi. E. Cam. Te. &c. l Dic. m E. n Q. in Di. o Q. in E. p Te. q E. ex Euth. & Jans. r G. † Rib. ex Aug. Aquin. & Græcis. t Di v Rib. &c. Jun. Di. Be. Cam. x Di. y Ow.

id est, non naturali, sed supernaturali & divina, in homine patefacta, v. 2. idque *in universa terra*, quod totum Ecclesiæ tempus sub Evangelio æquè ac Lege respicit [z]. 2. De homine Psalmum intelligi multa vetant [a]. 1. Quia quædam ibi sunt majora quàm pro hominis conditione [b]: ut illud v. 7. *omnia* (quod generaliter sumendum constat ex seq. v. 8 [c]. & ex collat. 1 Cor. 15. 27 [d]. q. d. non subcœlestia tantùm, sed & ipsum cœlum & Angelos *.) *posuisti sub pedibus ejus* [f], quibus scilicet pro arbitrio suo utatur [g]: quæ verba Apostolus præcipuè spectavit, utpote ad scopum suum facientia. Hoc autem dominium soli Christo competit, 1 Cor. 15. 27. Eph. 1. 22. *cui omnis potestas data est*, &c. Matth. 28. 18. Joh. 3. 35. Heb. 1. 2. & fidelibus, 1 Cor. 3. 21, 22. per & propter Christum, Rom. 8. 17. Dominium autem hominis, etiam ante lapsum, non erat in aerem, aut mare, aut cœlos; sed in solam terram, ejúsque animantia [h]. Deinde illud βραχύ τι, *ad breve tempus*, humano generi accommodari non potest, sed Christo homini; q. d. passionis suæ tempore †. De homine non agitur, neque ut in statu creationis, neque ut in statu peccati. Non primum [i]; 1. quia eo statu mox homo excidit: de quo potiùs expostularet cum hominibus [k], aut culpam & miseriam agnoscens restitutionem peteret [l], ut pii solent; quàm boni amissi contemplatione in admirationem raperetur [m], & gratias ageret. 2. primæ hominis creationi non congruunt illa verba, *Ex ore infantium*, &c. nec illa, *ad compescendum hostem*; nec illa, ἠλάττωσας αὐτόν, quæ propriè conditionis mutationem in pejus notant [n]. Non secundum: cui parum congruit sublimitas ibi homini attributa. Quid enim jam miserius homine, cui intelligentia est obscura, pravitas ingenita, morborum & perturbationum seges ampla, dominium exile, &c [o]? Verba ergò Psaltis propriè & primò de Christo accipienda sunt [p], in quo ea impleta docet; & de iis quæ in Christo sunt, in quibus quoque suo tempore perficientur [q]. Dignitatis nostræ vestigium indicatur Psal. 8. 8. quòd bruta infra hominem dejiciantur, fastigium verò Psal. 8. 7. quòd *omnia Homini subjecta sunt*. Hujus porrò fastigii consideranda sunt, tum, 1. Dominium & fructus: illud penes unum est Christum, hic ad omnia Christi membra redundat: tum, 2. Jus & Manifestatio juris: illud nunc plenissimè competit Christo, hæc plena erit in fine seculi †. Explicatur in eo Psalmo magnificentia Domini, quæ in Christo incarnato spectatissima est [r]. [Sed pergamus jam ad textum explicandum.] ¶ *Quid*, &c. Τί——ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν] Verba ipsa Lxx Interpretum †. *Quid* (i.e. quantula res [t]:) *est homo* (id est, Quid tandem est in homine [v]. Exclamatio admirantis bonitatem Dei [x]. In Psal. 8. est אנוש, q. d. *animal plenum doloris & ærumnosum* [y].) *quòd memor es ejus*, (i. e. quòd tantam ipsius curam habeas, & tanto honore eum dignatus sis [z]. *Reminisci* Deo adscriptum denotat actum aliquem mentis, vel propositum voluntatis, vel de bono, ut h. l. vel de malo, alicui conferendo [a]: q. d. quòd hominem in extremam miseriam collapsum erigere voluisti [b]: quòd ita recorderis, ut etiam illum extollere digneris per humanitatis assumptionem à Verbo [c].) *& filius hominis* (id est, homo [d], mortalis ex mortali, miser ex misero *: vel, q. d. ex homine natus [f]. Idem repetitur per amplificationem, ut Num. 23. 19. Job. 25. 4 ‖.) *quòd visitas* (vel, *respicias*, Be.) *eum*? Pi. Ἐπισκέπτῃ פקד [est] *curam alicujus peculiarem gerere*. Mirum fuit illud de Adamo, qui, ut cœtera animantia, de luto erat factus; multò magis mirum hoc de Christo, qui, inter homines agens, nihil magni prætulit exteriora spectantibus. Vide Matth. 8. 20. & 11. 6. 2 Cor. 8. 9. Phil. 2. 7. Psalmus iste 8. ut alii nonnulli, solebat cantari cum gaudio in vindemiis. Indè dicuntur על הגתית [g]. *quòd visitas*, scil. gratiosè [h]. Synecd. gen. Nam interdum visitat Deus in ira [i]: q. d. Quòd eum tam studiosè, & tantâ providentiâ, prosequeris [k]. Sed hæc verba non competunt Christo quem Pater adeò magnificavit, sed naturæ humanæ [l]; vel, cœlestis Regni civibus, prout in sese sunt antequam Christo jungantur [m]. Imò de Christo accipienda sunt, sive quatenus humanam naturam gestante, quæ non meretur tantam visitationem & exaltationem [n]: sive quatenus fœdato ignominiâ & tormentis [o]; quorum respectu se vermem, non hominem, esse dicit, Psal. 22. 7 [p]. Al. Non vilitatem hîc designat, sed excellentiam, Christi; & visitatio pœnam denotat. Miramur enim cùm aut indignus extollitur, aut dignus valde affligitur: q. d. Quid est homo Christus tam sanctus & justus, ut illius recorderis ad pœnam? secundùm illud Matth. 27. 46. *Deus meus, ut quid dereliquisti me* [q]?

[Marginalia: z Jun. — a Jun. sim. Cam. Be. Di. — b Rib. — c Di. — d Rib. — * Di. — f Di. Rib. — g Rib. — h Di. — † Cam. — i Cam. sim. Be. — k Be. — l Cam. — m Be. — n Cam. — o Be. — p Cam. sim. Jun. Be. — q Be. — † J. Cap. — r Jun. — † G. — t T. — v Be. — x Pi. — y D. — z Be. — a Ow. — b T. — c Me. — d E. Me. — * E. — f Gou. — ‖ Rib. — g G. — h Pi. sim. Te. Cou. — i Pi. — k Me. — l Rib. — m Be. — n E. — o E. sic Ow. — p Ow. — q Te.]

7. *Minuisti*, &c. Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους] *Minuisti* (vel, *Egentem fecisti*, vel, *Destituisti*, vel, *Privâsti*: nam id חסר propriè & usitatissimè significat, ut Eccles. 4. 8. & apud Lxx ἐλαττόω est *egeo*, ut 1 Sam. 21. 15. 2 Sam. 3. 29. Psal. 34. 10. Vide & Jer. 44. 18 [r]. vel, *Defectiorem reddidisti*, Cam. *Minorem fecisti*, Med. p. 716. *Inferiorem fecisti*, Er. Ti. P. Be. Pi. *Depressisti*, Tre. ex Sy. Ἐλαττόω constanter denotat imminutionem status, sive conditionis, cum additione indigentiæ. Sic in Isoc. ἐλαττῶν τὴν πόλιν, est, *imminuere dignitatem populi*. Et Latinis *Capitis diminutio*, est imminutio dignitatis, v. g. ex captivitate, exilio, &c. Et חסר Lxx vertunt modò ἐλαττόω, modò ἐνδέομαι, *egeo*, modò στερίσκω, *privo*, &c †.) *eum breve quiddam* (vel, *paulò minus*, Vulg. Fab. in Er. *aliquantulum*, Q. in Be. *modico*, Med. *paulò*, Pi. *parumper*, Be. *paulisper*, Er. Ti. P. *ad breve*, sive *exiguum*, *tempus*, Cam. Er. Βραχύ τι, מעט, alium sensum habet κατὰ πόσας, alium κατὰ τὸ ἀξιωματικόν, ut sæpe. Nam illo modo sumptum significat *pauxillum*, (*Intellectu enim & quadam volendi libertate*, ut Tatianus explicat, *Homo quasi par est Angelis, corporis conditione est inferior*:) hoc verò modo sumptum significat *ad tempus exiguum*, ut Ose. 1. 4. & alibi [t]. Βραχύ τι refertur, vel, 1. ad rem [v], magnitudinem [x], sive dignitatem [y]; q. d. Inferiorem fecisti, vel, quoad humanam naturam [z]; quam cùm nunquam dimissurus sit, eo pacto semper Angelis minor erit, quod est contra Apostoli scopum, ut seq. docent [a]: vel, quòd pati & mori poterat [b]. Vel, 2. ad tempus [c], q. d. ad breve tempus; id est, durante ejus infirmitate, mortalitate, & passione [d], ut mox explicatur. Sic occurrit objectioni illi Hebræorum, Christum scil. mortalem & miserum hîc fuisse. Fuit, inquit, sed ad breve duntaxat tempus, ità exigente negotio procurandæ nostræ salutis *. Sic quoque βραχύ τι sumitur Act. 5. 34 [f]. idem est quod ἐπὶ βραχύ, *brevi*, nempe *tempore*. Sic quoque sumitur מעט Psal. 37. 10 [g]. item Esa. 10. 25. & 26. 20. & 29. 17. Agg. 2. 6 [h]. In Psal. 8. 5. de dignitate intelligi possit, hîc de tempore [i].) *præ angelis*, Mo. vel, *ab angelis*, Vulg. vel, *angelis*, Er. Be. Pi. &c. vel, *supra angelos*, id est, comparatè ad angelos [k]. Vox Heb. est אלהים, quæ ut *Deum*, & *Principes* sonat [l], ità & *Angelos* [m]; ut Psal. 8. vertunt Chald. & Lxx [n], & hîc Syrus [o]. Sic & Heb. 1. 6 [p]. [Contendit Faber vertendum *à Deo*: adversùs quem fusè hîc disputantem videsis Erasmum.] Hæc Fabri interpretatio minimè necessaria est, fundamento caret, & Apostolo contradicit, acsi locum Psalmistæ detorsisset. Sensum quoque reddit absurdum & stultum, nempe Humanam Christi naturam paulò minorem factam esse Deo, & humiliatam fuisse, ut talis foret; cùm infinitò minor esset Divinâ naturâ, utpote creata [q]. ¶ *Gloriâ & honore coronâsti* (id est, ornâsti; à specie ad genus [r]: cumulatè ornâsti †: præt. pro fut. more Prophetarum [t]. Rectè, *coronâsti*, quia legitimè certavit, & passione suâ coronam meruit [v].) *eum*] Ut ejus nomen ubique prædicetur, & ab omnibus adoretur [x]. Adamum intellectu, voluntate liberâ; Christum cognitione plenissimâ rerum Divinarum, voluntate perfectâ, potestate admirabili [y]. Tollit scandalum crucis. Passio, inquit, brevi duravit, secuta est exaltatio, &c [z]. ¶ *Et constituisti* (id est, Quippe quum constitueris [a].) *eum super opera*, &c.] Adamum super armenta & pecora, Psal. 8. 7. & Gen. 1. 28. (de quo dominio nunc imminuto, non planè adempto, videri possunt Cyril. & Isid [b].) Christum verò supra Angelos [c]. In istis locis mysticis non omnes articuli ad speculum respondent. Vide 2 Sam. 7. 13. &c [d].

8. *Omnia* (id est, res omnes *, ideoque Mundum illum futurum [f].) *subjecisti* (Non quidem apparenter, seu sensibiliter, in hac vita, sed tamen verè & reipsâ; neque enim potest quisquam seu tyrannorum, seu dæmonum, vel festucam levare sine nutu, aut permissione, Christi [g].)

[Marginalia: r Di. — † Ow. — t G. — v Me. — x E. — y E. Me. — z Aug. & Greg. in E. — a E. — b Me. — c Me. E. ex Orig. Athan. Chrys. Aug. &c. — d E. sim. Me. Cam. — * E. — f E. ex Be. — g Er. — h Be. — i E. sic Ham. — k Di. — l Er. — m Er. D. Be. E. — n Er. — o E. — p L. pat. p. 1318. — q Ow. — r G. — † E. — t Be. — v Me. — x Me. sic E. — y G. — z Ger. — a Pi. — b G. — c G. sic Me. — d G. — * Jun. sim. Me. — f Jun.]

Christi [g].) *sub pedibus ejus*] id est, Perfectè [h]. Idem sensus qui in membro præced. Nam *imponere aliquem supra res alias*, est, *illas res sibi subjicere* [i]. Hactenus verba Davidis: sequuntur verba Apostoli [k]. ¶ *Quòd omnia ei subjecit, nihil dimisit*, &c.] Vel, *omisit*, &c. Er. Be. Pi. &c. Docet Apostolus illud, *omnia*, non restringi ad certum genus [l]; sed prorsus generaliter accipiendum, ut & 1 Cor. 15. 27 [m]. & proinde Angelos includere [n], tam bonos quàm malos [o]. Nulla enim est illius vocis limitatio vel ex textu, vel ex alio Scripturæ loco, vel ex ratione, petenda [p]. Obj. Restringit David, ibi subjiciens *oves & boves*. Resp. Non restringit ad illa, sed exemplum ponit in illis [q], ex Gen. 1. 26. & 9. 2. petitis. Implicitè autem Christum designat, &c [r]. & futurum mundum describit, ut antè ostendimus †. ¶ *Nunc* (Νῦν sine accentu completivè sumitur, ut 1 Cor. 12. 1, 2. q. d. *Agedum*. Sic עַתָּה Psal. 2. 10. & 39. 7. at νῦν cum accentu, ut hîc & Joh. 4. 23. designat tempus præsens, seu vitæ nostræ [t].) *autem necdum videmus* (nempe oculis corporis, vel visibili experientiâ [v]. Provocat ad communem experientiam, quæ, inquit, ostendit rem ità esse. Neque illud οὔπω contrarium rerum statum innuit in futurum, sed negat quoad statum præteritum: q. d. Longum jam tempus præteriit ab exhibitione hujus testimonii, longius à Creatione Hominis: toto tamen hoc tempore res ità se habet [x].) *omnia subjecta ei*] id est, Homini [y], ut docet sequens antithesis, *Jesum autem*, &c [z]. vel, 1. generaliter considerato [a]: [vel, 2. specialiter sumpto,] h. e. Sanctis, sive futuri illius Regni civibus: nam reliquos pro non hominibus habet [b]. Hoc vult, Illa verba Psalmi nec in Adamo, nec in quoquam ex ejus posteris, effectum habuisse nisi tenuem; quare majus aliquid in eis latere [c]. Probat illud Davidis dictum non debere accipi de subjectione hujus seculi Homini à Deo in creatione facta, quia id non completur in hac vita, nec omnibus creaturis Homo dominatur, sed eas sæpe habet inimicissimas; sed de ea quæ futura est in venturo seculo, quod non Angelis, sed Homini, subjectum esse à Deo hîc probat, & quidem Homini Christo; ut præterea hoc pacto probat. Illi subjectum est futurum seculum, vel, Illum honore & gloriâ coronavit Deus (ista enim Apostolo æquipollent) quem priùs Deus *inferiorem fecit Angelis*. Sed is est Jesus, &c. Oppositio hîc est inter Christum, cujus *pedibus omnia subjecta* dicit, & Hominem, cui *omnia subjecta esse* negat. Sic ostendit Davidis dictum non posse verificari de Homine, sed de solo Christo, propriè scilicet primariò & per se; de fidelibus autem secundariò tantùm, & per communionem quam habent cum Christo Capite suo, per & propter quem in cœlum transferentur, & supra omnes creaturas evehentur [d]. In his verbis objectio est *, quæ recitatur in persona adversarii [f], cui respondetur v. seq [g]. Nondum, inquit, omnia videmus subjecta Christo [h], & Sanctis [i]; quippe qui adhuc peccatis, periculis, adversis, hostibus, mortique, expositi sunt [k]: Ergò Christus is non est de quo Psaltes ibi prophetavit [l]. Respondet, nondum advenisse tempus prophetiæ hujus explendæ [m], sed explebitur in fine seculi [n].

9. *Eum*, &c. Τὸν δὲ βραχύ τι —— βλέπομεν Ἰησοῦν διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου δόξῃ, &c.] *Eum autem* (δὲ pro ἀλλὰ, adversativa particula, significans hunc alium esse ab eo qui in fine v. præced. alioqui dixisset, αὐτὸν δὲ [o]. Sensus esse potest, q. d. Quanquam neminem alium cernimus, *tamen Jesum cernimus* [p].) *breve quid* (vel, *ad breve tempus*, ut suprà [q].) *præ angelis minoratum* (per exinanitionem sui [r], tum in incarnatione, tum in passione sua †; sive, infirmitatibus ac miseriis suis [t]; vel, propter mortem quam subiit: sunt enim Angeli immortales [v]. Ità personam designat, de qua illa dicta sunt [x].) *videmus* (v. præced. est ὁρῶμεν, cui scitè & eleganter hîc opponit βλέπομεν [y], *cernimus*, Er. Be. Pi. Jun. &c. oculis non corporis, ut Apostoli antè viderant, nam in præs. temp. de præsenti & continua visione hîc loquitur; sed spiritualibus, sive mentis, ut vox sumitur Heb. 3. 19. Apoc. 3. 18. h. e. per cognitionem, ut Joan. 9. 39. & fidem, ut Heb. 11. 27. Metaphorâ *videndi* utitur ob rei certitudinem [z]. *Videmus*, id est, certò cognoscimus ex relatu Stephani & Pauli, & ex effectibus Regni quos ipse Christus

[g] T. [h] E. [i] G. [k] Pi. [l] E. [m] E. sic Gom. [n] E. sic Cam. Di. [o] E. [p] Gou. [q] Gou. sim. Calv. Be. [r] Gou. † Be. [t] Gou. [v] Idem. [x] Ow. [y] G. Be. [z] Be. [a] G. [b] Be. [c] G. [d] Cam. * Jun. sic Be. Pi. Rib. Ger. Gou. [f] Pi. sim. Jun. [g] Jun. Pi. Gou. [h] Jun. sic Rib. ex Chrys. Ger. [i] Be. sic Ger. [k] Ger. [l] Jun. [m] Rib. Me. [n] Rib. sic J. cap. Me. [o] Ow. [p] Gou. [q] G. [r] Jun. † Te. Ow. [t] Ow. [v] V. [x] Ow. [y] Jun. [z] Gou.

prædixerat; nempe, missione Spiritûs Sancti, vocatione Gentium, rebúsque aliis. *Videre* hoc sensu sumitur apud omnes gentes †. Respondet hîc ad præced. objectionem, Non sequitur omnia non esse Christo subjecta, quia subjecta non videmus. Non refert quòd oculis non videmus complementum; nam satis est, quòd cernimus singuli quibus oculos aperuit Deus: cernimus, inquam, [tum, 1.] ex propriissimis adjunctis illius cui omnia subjecta dicit David, quòd scilicet is & *Angelis inferior fuit*, & *gloriâ coronatus*, &c. quæ soli Christo competunt [a]: tum, 2. ex miraculis prædictis, & potentia ipsius patefacta in collectione Ecclesiæ, præscriptione Legum, Cultûs, &c [b]. conversione peccatorum, &c ‖. Hæc, inquit, satis clara sunt, nec negari possunt *.) *Jesum, propter* (vel, *per*, Ga. ex Aquin. Glass. gram. 3. 7. 22. 632. ut διὰ Accusativo junctum sæpe sumitur, ut Apoc. 12. 11. & apud Demosth. & Dionys. Halic [c]. [Verba vide in Ga.]) *passionem* (vel, *cruciatum*, Er.) *mortis*, *gloriâ & honore coronatum*, Mo. sim. Er. Ti. Vulg. Jesus summo honore ac potestate ornatus [est:] præest enim creaturis omnibus & cœlestibus & terrestribus, quantum exigit usus Ecclesiæ ipsius [d]. *coronatum*, id est, undiquaque cinctum & coopertum *; evectum ad conditionem summè gloriosam in persona sua, quod Psaltes pronunciaverat [f]; toto jam orbe à populis credentibus glorificatum & honoratum [g]; & proinde, *omnia jam pedibus ejus subjecta esse* [h], vel potiùs, ei subjicienda esse [i]. Cùm enim multa jam completa cernimus [k], illud etiam, *omnia subjecisti*, &c [l]. quod de perfecto regno ipsius glorioso dicitur [m], suo ordine & gradu perficietur, & quidem plenè in adventu ipsius [n]. Potestas ac præfectura totius creaturæ data erat Christo homini jam nato, illius verò exsecutio paulatim fit [o]. Sensus est, q. d. Nondum quidem Christo subjecta sunt omnia. At hoc vobis dicere possum, dum tempus advenit integræ subjectionis, illum ipsum Jesum, in quem Judæi adeò sævierunt, gloriâ jam esse coronatum [p], idque nos omnes videre [q]. Nihil ergò detrahendum æstimationi Christi propter ejus passiones, sive in persona propria, sive in membris ipsius [r]. Al. Sensus est, q. d. Omnia subjecta sunt, non quidem credentibus, dum hîc vivunt; sed ipsorum principi, Christo, qui jam *coronatus est*, &c. & credentes gloriæ suæ participes reddet suo tempore †. [Alii locum aliter disponunt.] *Sed Jesum illum cernimus gloriâ & honore coronatum: qui paulò fuit inferior angelis factus, propter mortis perpessionem*, Pi. sic Be. sim. J Cap. Est ergò hîc Synchysis [t], qualis Psal. 45. 5. & Phil. 1. 21 [v]. vel Hyperbaton [x]: quod tamen durius est, ac non necessarium [y]. [Discrimen hoc oritur præcipuè ex verbis illis, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου.] Quæ verba referri possunt, vel, 1. ad verba præcedentia [z], ἠλαττωμένον, &c [a]. q. d. *Minoratus est Angelis, propter passionem mortis*, id est, ratione passionis [b], vel quatenus mortem perpessus est: quam sancti Angeli non perpetiuntur [c]. Finis hîc describitur exinanitionis Christi [d], q. d. Christus minor factus est *; vel, humanitatem assumpsit, *propter mortis perpessionem*, id est, Ut persona illa, secundùm id quod Deus est exsistens immortalis, posset mori secundùm id quod homo factus est [f]. Vel, 2. ad sequentia [g], ut causa hæc sit sequentis exaltationis [h]. διὰ τὸ non consecutionem solam significat, sed plus aliquid; id est, dignum fuisse Jesum qui in tantum eveheretur, eò quòd se deprimi passus esset ad mortem usque ignominiosam Dei causâ. Vide suprà 1. 9 [i]. Meruit ergò Christus & sibi gloriam, & nobis salutem, passione suâ [k]. Contra, 1. Tum dixisset, διὰ τοῦ παθήματος, &c. nam διὰ causam, sive medium, rei denotans Genitivum postulat. 2. Verba illa aut finem minorationis Christi notant, aut ipsam minorationem: si prius, sensus est quem volumus, *minor factus est ut pateretur*; si posterius, tum finis designatur in clausula versûs, *ut mortem gustaret*, &c. sensúsque esset, *mortem passus esset, ut mortem gustaret*, &c. quod absurdum. 3. Illud ὅπως apertè respicit medium aliquod præparatorium præcedens, quod hoc pacto erit *coronatio ejus*, &c. quæ tamen non medium, sed effectus, ejus erat [l]. ¶ *Ut*, &c. Ὅπως χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου] *Ut beneficio* (vel, *per gratiam*, Er. Ti. V. Jun. id est, gratuitam Dei bonitatem [m].) *Dei* (per Patris scilicet φιλανθρωπίαν, quâ ille genus humanum dilexit

† G. [a] Jun. [b] Ow. ‖ Dic. sim. Be. * Ow. [c] Ga. adv. 37. 380. [d] G. * E. [f] Jun. [g] E. [h] Gou. Ow. [i] E. [k] Jun. [l] Jun. E. [m] Jun. [n] Jun. sim. E. [o] E. [p] Rib. Me. [q] Rib. [r] Dic. † Pi. [t] Te. J. cap. Ga. [v] J. cap. [x] Q. [y] E. sim. Rib. [z] Ga. ib. [a] Aug. in E. [b] Te. ex Aug. [c] Pi. sim. V. [d] Jun sim. Ow. Ga. * Ow. [f] Jun. sim. Ow. [g] G. [h] Q. in Te. [i] G. [k] E. [l] Ow. [m] Me.

dilexit [n], & sic dilexit, ut Filium pro eo daret, Joh. 3.16 [o]. quæ hîc proponitur ut causa impulsiva atque efficiens mortis Christi [p]: q. d. Non ob peccata sua [q], aut ex ira Dei in Jesum [r]; sed propter bonitatem Dei quâ voluit ejus morte homines redimi †. Pro χάριτι Θεοῦ quidam olim legerunt χωρὶς Θεοῦ, ut quidam Codices Syriaci [t], & Orig [v]. & Amb [x]. unde apparet, non debere hujus scripturæ culpam in Nestorianos conjici [y], qui tamen eâ abusi sunt. [Sic autem vertunt :] *absque Deo*, Be. E. vel, *excepto Deo*, Be. ex Tre. E. vel, *seorsim à Deo*, E. nempe ut à patiente homine Deum separarent [z]. Vel, videntur qui id mutârunt id sensisse, Christum etiam pro Angelis mortuum, atque adeò *pro omnibus extra solum Deum* [b].) *pro omnibus* (vel, *omni*, Er. Camer. *quovis*, Er. V. *toto*, videlicet corpore suo [c]. Παντὸς pro πάντων [d]. Græca locutio, ut σιγὰ πᾶς apud Aristophanem *. Ὑπὲρ παντὸς, est, vel, 1. gen. neut. *pro omni*, ut Orig. Amb. & Theod. accipiunt; quod & phrasis Græca exigere videtur, ut sit *pro omni re*, sive creatura : vel, 2. gen. masc. ut Chrys. *pro omni* homine. Sensus utrobique idem [f]. *Pro omnibus*, vel, 1. in universum [g], quoad sufficientiam [h] : vel, 2. prædestinatis [i], quoad efficaciam [k]; vel, *omnibus*, nempe *filiis ad salutem adducendis*, ut exponitur v. seq †. vel, 3. pro mundo, id est, genere humano; pro omnibus gentibus toto mundo dispersis [l].) *mortem gustaret*, Be. Pi. &c. [Qu. Cur dicit, *gustaret* ?] Resp. 1. Quia Christus in anima sua dolores & cruciatus infernales ad tempus sustinuit [m]. 2. Ut significaret, vel, 1. eum non diu in morte mansisse [n], nec eam epotâsse, sed gustâsse [o]; ut illi *donum* Dei *gustare* dicuntur Heb. 6.4. quod mox evomunt [p]. Vel, 2. eum reverâ sensisse dolorem mortis [q]. 3. Sensus est, Ut mortem sentiret [r], sive moreretur †. *Mortem gustare*, (sive *videre* [t],) est *mori* [v], ut Mat. 16.28. Marc. 9.1. Luc. 9.27. Joh. 8.52 [x]. Metaphora est à propinato calice, Matth. 26. 39, 42 [y]. Esa. 51. 17, 22. Jer. 25. 15, 17. Joh. 18. 11. vel, à more Græcorum, qui calicem venenatum damnatis epotandum dederunt [z]. Qu. Quomodo hoc cohæret cum præced. cùm Christus resurgens & coronatus mortem non ampliùs gustârit [a] ? Resp. 1. *Ut* hîc non causam dicit, sed eventum, vel consecutionem, ut Psal. 51. 6. Joan. 9. 19. 1 Cor. 11. 19. Ità h. l. *videmus Jesum coronatum, ut gustaret*, &c. id est, ut constaret, non vi, aut peccatis propriis, sed gratiâ & divino beneficio mortuum fuisse [b]. 2. *Gloriam* hîc intelligit non resurrectionis, sed ipsius crucis : *Coronatum*, id est, in cruce exaltatum, *ut* illic *gustaret*, &c. q. d. Tantum abest ut crux fuerit ignominia Christi, quòd fuit ejus corona & gloria [c]. Hoc magis placet [d]. 3. Hæc verba explicatio sunt eorum, *propter passionem mortis*. *Videmus*, inquit, *Jesum*——*coronatum propter passionem mortis*, quâ nimirum passione *mortem gustavit*, &c. non quomodocunque, sed *gratiâ Dei*, sive ex charitate. Non enim dicit ἵνα, sed ὅπως, quæ vocula modum magis quàm finalem causam significat *. Sæpe fit ut id quod sequitur respiciat aliquid quod præcessit, sed non αἰτίως. Ratio enim hîc redditur non simpliciter cur Christus evectus sit, sed cur per tam graves perpessiones ad mortem usque. Potuerat enim id & aliter fieri. Huic objectioni ut occurrat, dicit id factum ex *singulari Dei bonitate*, (id enim χάρις חסד) quia nimirum id è re esset totius generis humani [f]. 4. Ὅπως hîc pro ἵνα ponitur, denotátque finalem causam illius quod præcessit [g]. Finem h. l. duplicem profert exinanitionis Christi, 1. singularem, *propter mortis perpessionem* : 2. communem, qui tanquam fructus ex fine præced. & singulari nascitur, *ut gustaret*, &c. id est, ut illa mortis perpessio nobis salutaris esset, per gratiam Dei ; quæ & humanitatem Christi in durissimis ipsius tormentis sustentavit, & efficacitatem fructúmque mortis Christi videntibus applicavit [h].

10. *Decebat*, &c. Ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ δι' ὃν——καὶ δι' οὗ——ἀγαγόντα τὸν ἀρχηγὸν——τελειῶσαι] *Decebat* (id est, Conveniens hoc fuit sapientiæ Dei [i], atque justitiæ, misericordiæ, & potentiæ ejus. Potuit dicere *justum fuit*, aut *necessarium*, sed prætulit τὸ πρέπειν ; ut ostendat Dei majestatem, quæ omnibus modis omnia potest, sic tamen omnia instituisse ad œconomiam salutis nostræ ut conveniebat [k]. *Decebat*, sensu nempe morali, id est, par, æquum, justum, erat : quomodo τὸ πρέπον est regula virtutis, Matth. 3. 15. Eph. 5. 3. ejúsque neglectus damnatur ut malum, 1 Cor. 11. 13. 1 Tim. 2. 10 †.) *enim eum*, (nempe Patrem [l] :) *propter quem* (id est, in cujus summam gloriam, quòd εἰς αὐτὸν Rom. 11. 35 [m]. ad quem, tanquam summum bonum referenda sunt [n] :) *sunt omnia*, (ea nempe quæ ad salutem nostram pertinent, ut Rom. 11. 35 [o].) *& per quem* (scil. gubernantur [p] : vel, *à quo*, ut fonte, profluunt omnia [q]. Nota διὰ *per*, ut alibi Filio, ità hîc Patri, tribui, ideóque non probare Filium esse Patre minorem [r].) *omnia*, (Periphrasis hæc est Dei Patris †, qui ut finis, ità effector, est omnium [t], ad id de quo agitur accommodata [v] : [vel sic,] Ad eum propter quem, & quo autore, facta sunt hæc omnia, redit summa laus hujus facti [x] : [vel sic,] Cùm Deus omnia fecerit in suam gloriam, æquum fuit ut hoc etiam eò dirigeret, &c [y].) *multos filios* (nempe adoptivos [z], prædestinatos [a], credentes [b], sanctos †, cultores suos ; tam ante adventum Christi [c], quibus Christus author salutis erat, quos proinde debuit *adducere*, &c [d]. quàm post eum : illos enim præcipuè respicit quibus Jesus salutis princeps eminenter erat postquàm *perfectus esset*, &c. *multos*, Judæos & Gentes, omnes electos qui non sunt pauci, Apoc. 7. 9 *.) *in gloriam* (vel, 1. temporalem, q. d. Gloriosos ac celebres in hoc seculo reddiderat [f] : vel, æternam [g], & cœlestem [h], ut Rom. 8. 18. 2 Cor. 4. 17. 1 Pet. 5. 1, 10 [i] ; q. d. in novam Canaan, non in regnum terrenum & opulentum, ut Judæi frustrà sperant [k].) *adducentem*, (vel, *adducendo*, P. Be. Enallage est : ἀγαγόντα, vel pro ἀγαγόντι, ut referatur ad αὐτῷ [l] ; vel, pro ἄγοντα [m] ; vel, pro ἀχθησόμενον, vel ἀξόμενον, *adducturus* [n] : vel, *qui adduxerat*, Vulg. non actu & reipsâ, sed in æterno suo decreto & prædestinatione [o] : vel, dum in eis adducendis occupatus esset [p] : vel , *cùm adduxisset*, J. cap. sic E. nempe *per afflictiones* : quod ex seq. membro intelligendum, ut ratio τοῦ πρέποντος & ἐναρμονίου συμμετρία suadet [q] : vel, *qui adducere vellet*, Er. Est ἀόριστος vice Præsentis. Et dicitur hîc Deus fecisse quod facere decreverat, ut Eph. 1. 4. & 2. 6. Cùm non paucos, sed multos, homines ad salutem vellet perducere, rationem reperit & ipsis perutilem, & sibi pergloriosam [r].) *auctorem* (Id significat ἀρχηγὸς †, ut Act. 3. 15. & 5. 31. infrà 12. 2 [t]. vel, *principem*, seu *ducem*, Er. P. Be. Pi. Me. antesignanum, & dignitate primum & primogenitum [v], Christum scilicet Filium [x].) *salutis eorum*, (id est, præcipuum illius opificem, & effectorem [y]. Est autem Christus nostræ *salutis author*, ut Sacerdos, per sacrificium crucis : est & *princeps*, quia caput omnium redemptorum [z].) *per passiones* (vel, *afflictiones*, Er. P. Be. Pi. id est, & mortem & alias vitæ ipsius afflictiones [a] : quò spectat illud Luc. 24. 26 [b].) *consummare*, Mo. sic V. Be. vel, *perfectum facere*, V. Zeg. Aug. Me. ex Sy. E. sic Ar. Er. Il. &c. ut verbum sumitur Heb. 10. 1. & 12. 23. &c. id est, ad consummatam gloriam perducere [c], gloriâ & honore coronare [d] ; idem quod modò εἰς δόξαν ἀγαγεῖν. Ea enim summa est Hominis perfectio. Sic infrà 5. 9. & 7. 28. & 11. 40 *. Contrà 1. verbum hoc nusquam ità sumitur. 2. Non declarat hîc Apostolus *ad quid ipsum adducere* decrevit Deus, sed *per quod* in illo *filios ad gloriam adducere* voluit [f]. Al. Respicit id quod Christus de opere suo dixit, Joan. 19. 30. τετέλεσται [g]. Respondet quidem illud suis vocis τελέω, non autem τελειόω, quæ nunquam valet *consummare* [h]. Al. τέλειοι dicuntur in Pauli scriptis, tum qui summum cognitionis gradum assecuti sunt, tum qui docent reapse & factis se verè didicisse quod se didicisse profitentur ; ut patientes esse, Matth. 5. 45. Jac. 3. 2. Sic Christus dicitur Heb. 5. 8. *ex iis quæ passus est obedientiam didicisse*, experimentaliter scilicet : ità & hîc τελειωθεὶς dicitur. Christus nempe veluti *initiatus est*, & tandem *perfectus* omni virtutis experimento & documento [i] : dedit ei Deus experientiam statûs populi sui [k]. Sed hæc non tam Actum hîc designatum, quàm illius consequentiam exprimit. Et verbum nusquam eo sensu occurrit [l]. Vel, *suppliciis afficere*, Ca. vel, *consecrare*, Calv. P. Pi. Ow. Id enim usu veterum Theologorum est τελειῶσαι. Huic sensui quadrat quod sequitur, *Qui enim sanctificat*, &c [m]. Ità verbum sumitur per totam Epistolam, valétque *dicare*, *consecrare*, vel *sanctificare*, ad munus aliquod, aut ad aliquam illius partem sive actionem ;

[Margin notes, left column:] n E. sic Me. Gou. Ow. o Be. sic Gou. p Ow. q Rib. r Ow. † Rib. t G. sic Be. v E. x G. E. y G. z E. a Be. b G. c J. Cap. d G. Camer. Be. * G. f E. g Te. ex Chrys. sic Ham. h Te. i Ans. & Aqu. in E. sic Te. Pi. &c. k Te. † Dic. sic J. Cap. Be. l E. m Ger. sim. Pi. n Camer. sim. Te. o Q. in E. p Q. in Be. q Te. r Be. † E. t Idem. v G. E. x G. y Be. z Gou. a Te. b Te. ex Rib. c Te. ex Gagn. d Te. * E. f G. g Ow. h Jun. i G. sic Jun. k Jun.

[Margin notes, right column:] † Ow. l Er. V. J. cap. Jun. Me. sic Be. E. Ham. G. m G. n Jun. o G. p Idem. q Jun. r Be. F. Rib. † Pi. sim. Be. t E. sim. Jun. v Be. sim. Rib. x Be. y Rib. z T. E. a Te. sic Pi. b Ger. † Me. c E. Ow. d Q. in Ow. * Ow. f E. g Jun. Ow. h Rib. sim. Te. i Gou. k Ow. l Idem. m Be. Ow. n Pi. o Me. sim. plerique in E. T. p Q. in E. q J. cap. r G. † E. sic G. ex Gloss. t G. v Be. x V. sic Pi. Me. y Ow. z E. a Rib. b Be. c E. d Me. * G. f Ow. g Q. in Ow. h Ow. i Cam. k Q. in Ow. l Ow. m E.

idémque est quod ἁγιάζειν v. seq. & Joh. 17. 19. & Heb. 10. 29. Aaron consecratus est per sacrificia alia. Decebat autem Deum, ut Christum consecraret in ducem salutis sacrificio suipsius, quo & sibi hunc honorem, & suis salutem, compararet. Τέλη dicuntur *Mysteria*; & τελεταὶ, *sacra munia*; & τετελεσμένοι, qui iis initiantur sive consecrantur, ut apud LXX, Exod. 29. 33, 35. & τελεσθῆναι, *consecrari*, dicuntur *ad Mysteria Mithræ*, apud Greg. Naz. Orat. 1. contra Julianum [n]. Sensus, q. d. Voluit Deus Christum, Filium suum naturalem, subire eandem legem & conditionem, quâ solet cœteros Filios ad gloriam adducere, nimirum per afflictiones [o]. Decuit ergò Patrem, ut Filium suum, cui mundum futurum subjecit, paulisper inferiorem Angelis faceret, eíque corpus aptaret, & consecraret eum perpessionibus & morte suâ [p]; & cruce inauguraret in suum primatum. Ità tollit opprobrium crucis. Cavendum ergò, nè minor censeatur Christus quia se exinanivit [q]. Quia fieri non potest, ut qui se pietati dedunt non multa mala patiantur, Sirac. 2. 1. Act. 14. 22. seculo præsertim adeò corrupto, ideo Deus voluit, *ipsum Auctorem salutiferæ doctrinæ non nisi per graves calamitates perducere ad statum illum perfectæ beatitudinis*, ut & nos eò fortiùs ferremus adversa, ut quæ ante nos in summo gradu pertulerit ipse Dei Filius [r].

11. *Qui*, &c. Ὅ, τε γὰρ ἁγιάζων — ἐξ ἑνός] Probat h. l. decuisse Deum Filium suum per passiones consummare [o], eúmque Hominem facere [p]. Ἁγιάζων in hoc libro modò ad puritatem illam Legalem refertur, modò ad veram atque internam, cujus illa erat imago [q]. *Nam & qui sanctificat* (nempe Christus [r], à Deo constitutus Pontifex †, Mediator & redemptor noster [t]; qui nos sanctos facit doctrinâ suâ & exemplo [v], & merito sacrificii sui [o], sive sanguine suo, quo *sanctificari* dicimur, Act. 20. 32. Eph. 5. 25. Apoc. 1. 5. sic 1 Joh. 1. 7 [p]. & Spiritûs sui efficaciâ [q], Tit. 3. 4, 5, 6 [r]. *sanctificat*, id est, à peccatis emundat, & Deo reconciliat †; separat, purificat, & consecrat. Præs. temp. utitur, ut significet, eos in hujus sanctificationis progressu versari [t].) *& qui sanctificantur*, (nempe homines [v], vel fideles [x], ex collat. Joh. 17. 19. 1 Cor. 1. 2. Eph. 5. 25 [y]. qui de justitia & sanctitate illius participant secundùm imputationem & applicationem, operationémque illius [z].) *ex uno sunt*, Be. Pi. &c. Vel, 1. Deo [a], ut ostendunt loca, Joh. 8. 41. 1 Cor. 8. 6. Gal. 3. 20 [b]. qui unus omnium pater est [c], communis naturæ respectu [d], quamvis diversâ ratione; Christi propriè, generatione æternâ, fidelium impropriè, regenerationis & adoptionis gratiâ *. Sed sic ratio conformitatis nostræ cum Christo non esset manifesta: ex Deo enim sunt & Angeli [f]. Vel, 2. ex uno primo parente [g], Adamo [h], ut patet ex Luc. 3 [i]. Sic Pontifex Hebræorum ex Jacobo non minùs erat quàm is qui per eum expiabatur populus ||. Sed non spectari hîc originem ex Adamo ostendunt sequentia [k], Impii quoque homines, inter quos & Christum nulla est conformitas, ex Adamo sunt [l]. Vel, 3. ex eadem natura humana [m]; ex eadem re, sive materia, sive massa [n], quam *carnem & sanguinem*, v. 14. vocat. Alludit ad ritum legalem, & analogiam ostendit inter Typum & Veritatem [o]. Ejusdem naturæ erant in V. T. & primitiæ cum reliquis fructibus [p], & Pontifex cum populo, Heb. 5. 1. ità & Christus cum fidelibus, v. 17. Asseritur ergò hîc humanæ naturæ veritas [q]. Et hoc pacto ostendere vult, Christum idoneum esse qui & pro nobis pateretur, & nos passione suâ sanctificaret. Et hoc fundamento nituntur omnia sequentia testimonia, ut videbimus. Nec obstat quòd hæc natura etiam reprobis communis sit, cùm Christus eam filiorum gratiâ suscepit, nec aliam quàm omnibus communem suscipere potuit [r]. Vel, 4. ex eadem natura spirituali †. Ille ex Spiritu S. conceptus est, & nos per Spiritum S. novam adipiscimur naturam; ità communem habemus originem [t]: q. d. ejusdem naturæ & conditionis spiritualis, quoad *imaginem Dei*, sive *novam creaturam*, & quoad afflictiones quæ eam sequuntur [v]. Verum quidem est, sanctificatos esse ejusdem naturæ spiritualis cum Capite, 1 Cor. 12. 12. Hîc autem de alia unitate loquitur, quæ sanctificationem eorum antecedit [x]. Al. Est hæc velut γνώμη, id est, generalis sententia, ex qua suum institutum colligit [y]. Ἁγιάζων hîc est Sacerdos V. T. qui populum sanctificabat per sacrificia [z]. Sensus est, sicut Pontifex Leviticus & populus sunt, vel ex uno parente Israele [a], vel ex eadem natura humana [b]: sic Christus & credentes, vel ex uno parente Deo [c], vel ex eadem natura, eâque miseriis & passionibus obnoxiâ [d].

¶ *Quam ob causam* (Probat quod præcessit, Christum esse ejusdem naturæ nobiscum *:) *non confunditur* (vel, *non pudet eum*, V. sim. Pi. G. Be. Christum scilicet [f]. Bene hoc dicitur de eo qui major minoribus se sociat. Simile loquendi genus habes infrà 11. 16 [g]. non dedignatur [h]. Rectè. Nam quantum alioqui inter nos & ipsum interest [i]?) *fratres eos* (nempe quos sanctificat [k];) *vocare*] Apparet id Matth. 28. 10 [l].

12. *Dicens*] Nempe Psal. 22. 22 [m]. Cùm sub Davidis persona hæc multò antè dicens introducitur. Pleræque enim Davidis res & verba eximiam Christi imaginem habuere [n]. Argumentum Psalmi istius, vel, 1. est compositum ex typo Davidis, & historia Christi adumbrata [o]. Vel, 2. simplex narratio prophetica & historia Christi: multa enim ibi sunt quæ non figuratè, aut typicè, sed ità propriè de Christo prædicantur, ut non nisi violenter Davidi aptari possint. Deinde Psalmi inscriptio ostendit, eum Ecclesiæ datum ut diluculo quoque caneretur tempore matutini sacrificii [p], & ante universum Ministerium sacrum in domo Dei; ut se ad Christum, tanquam legalium umbrarum corpus & veritatem, respicere quotidie Ecclesia profiteretur [q]. Psalmum hunc totum in Christi persona scriptum esse nemini Christiano dubium esse potest [r]; adeò vivam Christi patientis imaginem exhibet †; & propriè ac simpliciter de persona, officiis, perpessionibus gloriâque, Christi agit. Sic Apostolus post confirmationem communis naturæ artificiosissimè transit ad explicanda officia Christi eorúmque effecta, & quidem prophetiam hoc v. seq. regnum v. 14, 15. sacerdotium indè ad finem capitis [t]. ¶ *Nunciabo*, &c. Ἀπαγγελῶ, &c.] Ex Græco citatum, sed memoriter: nam ibi est διηγήσομαι, אספרה. David Rex, tamen Israelitas *fratres* suos vocat ex Legis præscripto, Deut. 17. 20. sic & Christus ex Lege impositi sibi muneris. David in medio populi Israelitici *Dei laudes celebravit*, Christus in medio Discipulorum à morte in vitam revocatus, Mat. 28. 18, 19. Luc. 24. 44.—49. Joh. 20. 17, 21 [v]. Sunt verba Christi ad Patrem [x]. *Nomen tuum*, id est, quicquid in te est gloriosum, & hominibus beneficum & salutare, totum nempe Evangelium [y]. *Fratribus*, id est, Apostolis aliísque quos fideles efficiam [l]; filiis Abrahæ, à quo & ipse oriundus sum [k]. *Ecclesiæ*, nempe Christianæ, à me congregandæ [l]. Hæc se dicit facturum, tum per se, tum per Apostolos suos, &c [m].

13. *Et iterum*] id est, Alio loco, ut suprà 1. 5 [n]. dicit scilicet [o]. ¶ *Ero*, &c. Ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ] Sumpta hæc, vel, 1. ex Psal. 18. 3 [p]. qui Psalmus de Davide agit, sed ut typo Christi [q]. Ibi quidem sensus idem est, sed verba in LXX (quos sequitur Apostolus) sunt ἐλπιῶ ἐπ' αὐτῷ [r]. Vel, 2. ex Esa. 12. 2. ubi eadem sunt verba in LXX †. At ibi non redemptor loquitur, sed populus redemptus [t]. Vel, 3. ex Esa. 8. 17 [v]. ex Græco [x]. *Ego fretus ero ipso*, P. Be. Pi. vel, *fiduciam in ipso collocabo*, J. cap. nempe in adversis [y]; in ejus fidem ac præsidium me recipiam [z]. Qu. Quorsum hoc testimonium [a]? [Id variè expediunt:] Rege Israelis & Syro Urbem premente, non destitit Esaias *Dei promissis confidere*: sic & Christus pressus à Judæis & Romanis. Idem facere debebant Hebræi illi Christiani ad quos hæc scribuntur, & alii qui eo nomine censeri volunt [b]. Al. Idem hîc probat quod in præced. nempe Christum & nos *ex uno esse* [c]; id est, vel, 1. ejusdem humanæ naturæ [d], quia Christus est in numero fœderatorum, à Deo per fidem pendentium *: Dei enim non est fidere in Deo [f]. Vel, 2. ejusdem nobiscum necessitatibus, infirmitatibus [g], passionibus & miseriis, obnoxius [h]: alioqui opem non exspectaret à Deo [i]. Vel, 3. ejusdem conditionis & naturæ spiritualis, in iisdem animi angoribus versatum [k]. Al. Christum esse hominum sanctificatorem, hîc pleniùs probat, *Ero fidens*, &c. q. d. Quamvis obdurati sint Judæi, non diffidam tamen homines à me esse sanctificandos [p]: id quod ex præced. & seq. in Esa. 8. liquet [m].

Breviter

[n] Ow. [o] E. sim. J. Cap. Calv. [p] Jun. [q] Idem. [r] G. [o] E. Rib. [p] Dic. [q] G. [r] Me. Te. Jun. Gom. &c. † E. sic T. [t] T. [v] G. [o] Gom. Ow. sic E. [p] Ow. [q] Gom. Ow. [r] Ow. † E. [t] Pe. [v] Me. T. [x] Gom. sim. Jun. [y] Gom. [z] Jun. [a] G. Be. Chryf. in E. Camer. [b] G. [c] Chryf. in E. [d] Pe. * Gom. [f] Cam. sim. Te. [g] Q. in E. sic Rib. [h] Rib. Gom. T. [i] Gom. || G. [k] G. [l] Cam. [m] E. sic Rib. Te. Gom. Ow. [n] Jun. sic Gom. [o] Jun. [p] Gom. ex Jun. [q] Gom. [r] Ow. † Q. in Ow. [t] G. [v] Cam. [x] G.

[y] E. [z] Ger. [a] Pi. sic Ger. [b] Ger. [c] Ger. sic sic Pi. [d] E. * E. sim. Jun. Te. [f] Pi. Me. [g] G. [h] E. [i] Be. [k] E. [l] G. [m] Pi. E. &c. [n] G. [o] Plerique in Jun. [p] Jun. Par. 1. 49. [q] Jun. ad locum. [r] E. † E. ex Be. [t] Jun. [v] G. [x] Pi. sic E. &c. [y] Te. [l] Me. [k] D. [l] Me. sic E. [m] E. [n] G. [o] E. [p] Pi. Zeg. Ow. plerique in J. Cap. [q] Ow. [r] J. Cap. † J. Cap. Q. in E. [t] E. [v] E. Rib. Te. Cam. G. J. Cap. [x] G. [y] Idem. [z] Be. [a] Me. sim. Cam. [b] G. [c] E. sic Cam. [d] E. Chryf. & Th. in Rib. sic Calv. Ger. Dic. Gom. * Dic. [f] E. sim. Gom. [g] Calv. [h] E. sim. Gom. Cam. [i] E. sim. Calv. Gom. Cam. [k] Cam. [l] Rib Me. [m] Rib.

Breviter autem & concisè hæc citat, quia loquitur scientibus Scripturas [n]. ¶ *Et iterum*] Vel, *deinde*, G. nam hæc verba subsequuntur [o]. ¶ *Ecce ego*, &c.] Subintelligenda autem quæ porro sequuntur, *erunt in signum & in portentum*. Jam olim autem ad Messiam aptatum hunc locum, apparet ex Luc. 2.34. & ex Gemara [p]. Imò de Christo dicta sunt, ut facilè patet. Propheta videns Deum se à domo Jacobi abscondisse, attonitus erat & graviter affectus. Eum Deus sic erigit, Eandem injuriam quam tu ab iis perfers, perferet etiam Magister tuus, Messias venturus, qui cum populo suo erit tanquam ostenta popularibus tuis [q]. Hæc loquitur Esaias de se & discipulis suis, sed ut typis omnium ministrorum, quorum caput est Christus, & totius Ecclesiæ; ut proinde ad Christum hæc optimè referantur [r]. Idem hic probat quod in præced †. nempe Christum hominem esse, quia nos ut *fratres* vocat, v. præced. ità & *pueros*, h. e. filios, quasi ex se genitos [t]. Al. Hoc addit, ne frustrà sperâsse videretur; q. d. Ecce ego & filii mei, h. e. à me sanctificati [v], Apostoli mei [x], præstò sumus, ut per nos homines vocentur, & ad Deum adducantur [y]. Qu. Cùm *Christi fratres* passim dicamur in N.T. quomodo hic παιδία, *liberi*, dicamur? Resp. *Liberi* hic dicimur respectu, vel, 1. Dei [z]: Prophetæ modò Dei, modò Christi, gerunt imaginem. Non dixit Esaias, *filii mei, sed quos dedit mihi Deus*, quia ex præcepto Dei erant geniti [a]. Sic Deus filios suos Christo dat educandos atque curandos, Joh. 17. 12 [b]. Vel, 2. Christi, cui *posteritatem* tribuunt Prophetæ, Esa. 53. 8, 10. Confer Psal. 110. 3 [c]. ¶ *Quos dedit* (adoptatione & æternâ electione [d], Joh. 6.37. & 10. 28 [*]. Hic notatur prima obedientiæ causa [f]. Sæpe dicitur Deus *filios dare*, ut Gen. 30. & 33. 5 [g].) *mihi* (scil. homini [h]:) *Deus*, nempe Pater [i].

14. *Quia ergò pueri*] Quos scil. Deus Esaiæ, ut Christi typo, commisit [k], Apostoli & discipuli [l], filii Dei [m]; id est, pii [n]. ¶ *Communicaverunt*, &c. Κεκοινώνηκε, &c.] *Commercium habent cum carne & sanguine*, Er. V. *Participes sunt carnis & sanguinis*, P. Be. Pi. id est, Constant carne & sanguine [o], id est, naturâ fragili & caducâ [p], & passibili [q]; homines sunt [r], mortales ac miseri †, omnibus subjecti sunt incommodis quæ ferre potest vita hæc mortalis. Σὰρξ & αἷμα hic neque vitiosos appetitus, neque solam materiam, significant; sed cum materia qualitatem, id est, τὸ παθητὸν, τὸ φθαρτόν. Sic & infrà 5. 7. 1 Tim. 3. 16. 2 Cor. 4. 11 [t]. *Caro & sanguis* impotentiam notat, Eph. 6. 12. mortalitatem, 1 Cor. 15. 50. hic autem humanam naturam multis infirmitatibus obnoxiam [v]. ¶ *Ipse*, &c. Αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν] *Ipse similiter* (vel, *eodem modo*, Tre. ex Sy. sic Cam. In Gloss. παραπλησίως, *perindè, similiter*. Utitur Demosthenes. Aristoteles pro eodem dixit παραπλήσιον [x], quod occurrit Phil. 2. 27 [y]. vel, *propemodum*, Aug. in E. *ferme similiter*, E. Notatur hâc voce humanæ naturæ in Christo & nobis, tum, 1. convenientia [z], in specie [a]; q. d. non juxta phantasiam, sed planè similiter, id est, verè & propriè [b]; tum, 2. differentia; quòd ea in Christo, 1. non erat *caro ex carne*, &c. sed *ex Spiritu Sancto*; 2. non sola seorsim subsistebat, sed conjuncta cum natura Divina; 3. dotibus animi nobis infinitò excelluit [c]; 4. personalibus nostris infirmitatibus, imbecillitatibus, morbis & perturbationibus, vacua [d]; 5. sponte suscepta, non naturalis aut necessaria [*]; 6. absque peccato [f]. Hinc vocem mutat: de hominibus dixit, κεκοινώνηκε, hoc est, habebant eandem humanam naturam in communi, omni modo parem; de Christo, μετέσχε suo & peculiari modo, in divina natura sua existens; ut discrimen sit in personis, paritas in humana natura [g].) *particeps factus est eorundem*, Er. Il. Ti. sic P. Be. vel, *iisdem præditus fuit*, Cam. id est, Factus est homo mortalis [h], & miseriis obnoxius [i]. Non expedit, eum eximi communi illi sorti [k]. ¶ *Ut* (mori posset [l], & mortem subiret, & [m]) *per mortem* (nempe suam [n]; quo pretio soluto, placatur Deus, tollitur maledictio legis, &c [o]. q. d. Non robore, sed infirmitate, quod gloriosissimum erat [p], & Diabolo ignominiosissimum [q].) *destrueret* (vel, *aboleret*, Er. Pi. &c.) *eum* (scilicet ratione imperii, de quo Col. 1. 13. ut periphrasis indicat †; ut potestate eum exueret [t]; ut illius opera dissolveret, 1 Joh. 3. 8 [v].) *qui habebat* (vel, *habet*, Pi. vel, *tenebat*, Tre. ex Sy. *possidet*, Sy. in BC. p. 427.) *mortis imperium, id est, Diabolum*] De uno loquitur, tanquam principe, intellectis simul ipsius Angelis, Mat. 25. 41 [x]. ostendit utilitates ex hoc consilio Dei consecutas [y]. Diabolus, Hebræis *Samaël* dictus [z], & *Angelus mortis*, ut in Targ. Jon. ad Gen. 3. 6. & alibi [a], dicitur Hebræis *habere imperium mortis* [b]. Habes hoc in Thalmude Baba Bathra, Maimon. Duct. dub. 3. 22. &c [c]. Cujus rei has causas assignant Hebræi: 1. quòd peccatum & mortem invexit in mundum: Vide Maim. ib. 2. 30. confer Joh. 8. 44. 2. quòd mortem, maximè in eximiis Dei Judiciis, hominibus infligit: vide Targ. ad Psal. 78. 49. & 91. 5. Hinc iis dictus est & משחית, id est, ὀλοθρευτὴς, sive ὀλοθρεύων, ut 1 Cor. 10. 10. Heb. 11. 28 [d]. *Imperium* autem hic intelligitur potestas, non juris, sed facti, Deique permissio. Quare non diabolo pretium fuit solvendum, sed Deo [*]. Ejus imperium in his consistit: 1. quòd ab eo ortum est peccatum, indeque mors [f]: vide Sap. 1. 13. & 2. 24. Rom. 5. 12 [g]. 2. quòd per peccatum nos quotidie trahat in mortem præsentem atque æternam [h]. 3. quòd post peccatum Adæ accusat omnes homines, ut moriantur juxta legem Dei [i]; quòd accusat eos qui vitiis se dedunt, ut videre est Zac. 3. 1. & tales ostendit detinendos in morte, id est, non debere excitari ad vitam meliorem, Rom. 6. 23. 1 Cor. 15. 56 [k]. 4. quòd homines in peccatum illectos postea cruciat [l], terrorem mortis & damnationis iis ingerens. 5. in executione justi Dei judicii, &c [m]. Imperium in sceleratos & damnatos habet [n]; non ut Judex sententiâ suâ, sed ut latro delicto suo, mortem infligens [o]; vel, ut carnifex [p]. Christus [autem] in suis, auferendo vitia, simul abstulit jus accusatori, Rom. 8. 2. Sicut in Christo non reperit quod accusaret, Joh. 14. 30. ità nec in Christianis; quia ἁμαρτίαι, quæ in illis manent, non dicuntur *peccata*, eo scilicet sensu ut ob ea damnari possint, 1 Joh. 3. 9 [q]. Consilium Diaboli erat homines in perpetuum sub morte detinere: hoc frustratus est Christus, tum aculeum mortis tollens, tum eos ad vitam æternam excitans [r].

15. *Et*, &c. Καὶ ἀπαλλάξῃ, &c.] Nempe τῷ θανάτῳ †, vel, τῷ φόβῳ [t], quod ex sequent. intelligendum [v]. *Et liberaret* (vel, *solveret*, Tre. ex Sy. *liberos redderet*, Er. P. Ti. Be. Pi. E. vel, *libertati restitueret*, E. vel, *abalienaret*, à dominatu & tyrannide illius [x]:) *hos, quicunque timore* (id est, metu & horrore [y]:) *mortis* (non solum temporaneæ, sed & æternæ [z]; vel, cum ira Dei conjunctæ [a], quæ illis semper obversabatur oculis mentis [b]:) *per omne vivere* (vel, *omnem vitam*, Er. Be. Pi.) *obnoxii* (vel, *obstricti*, vel, *damnati*. Vide Mat. 5. 21, 22. & 26. 66. 1 Cor. 11. 27. Jac. 2. 10 [c].) *erant servituti*, Mo. &c. peccati scilicet & Dæmonis, & mortis æternæ [d], quemadmodum & reliqui homines [*]. Christus quos à vitiis liberat, eos etiam certos facit vitæ æternæ. Θάνατον φοβερώτατον ait Aristot. Homines naturaliter amant sui conservationem, ideo *mortem* maximè *metuunt* [f]; ejúsque metu, & prohibebantur ne puram voluptatem ex ulla re perciperent, & compellebantur interdum ad scelera perpetranda [g]. Neque potest mortem non metuere qui aut non putat aliam fore vitam, aut non eo est in statu ut ejus se debeat sperare futurum participem. Metus autem omnis secum trahit *servitutem*, id est, servilem conditionem. *Servorum* enim est *metuere*, Rom. 8. 15. Οὕτω δουλεία κεφαλὴ εὐθεῖα πέφυκεν [h]. Hæc autem liberatio est, vel, 1. à mortis terrore, per spem certam immortalitatis consequendæ [i]; efficiendo ut fidentes & alacres ad mortem, tanquam ad finem ærumnarum, & initium vitæ melioris, properarent, imò anhelarent [k]: vel, 2. à permansione in morte, per beatam resurrectionem [l].

16. *Nusquam*, &c. Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, &c.] *Non enim videlicet* (vel, *utique*, Be. vel, *usquam*, Pi. sim. Vulg. Sed δήπου vix ad locum refertur, sed passim asseverationem vehementiorem significat [m]. Vel, *usquam*, Er. *profectò usquam*, id est, in ullo Scripturæ loco [n]. Sic που sumitur suprà v. 6. & Heb. 4. 4 [o]. που interdum valet *alicubi* [p], & δὴ emphaticum est [q]. Syrus δήπου omittit, Beza accipit pro δὴ [r].) *angelos* (vel, *ex angelis*, Tre. ex Sy. Ar. vel, *geniis*, Ca.) *apprehendit* (vel, *opitulatur*, Ca. Cam. vel, *assumit*, Er. Il. T. Pi. *assumpsit*, P. Be. Tre. ex Sy. Ar. Æth. vel, *assumpturus fuit*,

[n] Me. sim. Rib. [o] G. sim. Cam. E. [p] G. [q] Jun. [r] Be. † Ger. &c. [t] E. [v] Rib. [x] Me. [y] Rib. Me. [z] Cam. [a] G. [b] G. sim. Cam. [c] Cam. [d] Calv. [*] Be. sic Calv. [f] Calv. [g] E. [h] E. Me. [i] Cam. Pi. [k] J. Cap. [l] Te. [m] G. Me. [n] G. [o] Be. [p] Be. sic Te. [q] Te. [r] V. E. † E. [t] G. [v] Ow. [x] G. [y] Gou. [z] Cam. [a] Be. sic Cam. [b] E. Ow. ex Chrys. [c] Cam. [d] Ow. [*] Gou. [f] E. Ger. [g] Ow. [h] E. sic J. Cap. [i] E. [k] G. [l] Te. T. [m] E. [n] Pi. [o] Gou. [p] Be. [q] Gou. [r] Gom. sic Me. † Gom. [t] E. [v] Pi.

[x] Be. [y] G. [z] Ow. G. [a] Ow. [b] G. Ow. [c] G. [d] Ow. [*] E. [f] Be. Ow. sim. Te. [g] Ow. [h] Me. sim. Be. Pi. [i] Rib. sim. Gou. [k] G. [l] Gou. [m] Gou. sic Ow. [n] Gom. [o] Tr. [p] Gom. sim. Gou. [q] G. [r] Ham. † Ow. [t] C. Ow. [v] Ow. [x] Jun. [y] Me. [z] T. [a] Be. [b] Me. [c] Ow. [d] T. [*] E. [f] G. [g] E. [h] G. [i] Q. in E. [k] T. sic Me. [l] E. [m] E. [n] Di sim. Er. [o] Di. [p] Er. [q] Di. sim. Er. [r] Di.

fuit. Breviter dictum pro μέλλει ἐπιλαμβάνεσθαι, ut Mat. 2. 4. γεννᾶται, pro, *nasciturus est* †. Vel, *in libertatem vindicat*, id est, vindicans introducitur. Par locutio Heb. 1. 6 ᵗ. vel, *induit*, Er.) *sed semen Abrahæ apprehendit*, Mo. &c. [Locum variè accipiunt:] 1. Ἐπιλαμβάνεται hîc idem quod ἀντιλαμβάνεται ᵛ, vel προσλαμβάνεται, Rom. 14. 1, 3 ˣ. valetque *manum in rem aliquam injicere* ʸ; sicut injiciunt qui pignora à debitoribus non solventibus capiunt: aut, *tenere*, sive *apprehendere* ᶻ; ut qui fugientes feras, aut homines ᵃ, aut servum fugitivum ᵇ, insequuntur & comprehendunt ᶜ. Cicero contra Pison. verbum exponit, *retinere ad salutem*, *id est*, *manu aut laciniâ prehendere, ac retinere eum quise* [sic] *perditum* ᵈ. Apud Platonem & alios est *solenniter vindicare*. Hîc autem ex superioribus intelligendum est, *vindicare*, sive *asserere in libertatem manu injectâ*. Hebræa אחז & חזק & שמש solent verti per ἐπιλαμβάνεσθαι. Omnia autem hæc *manûs injectionem* significant: quomodo Græca vox sumitur Mar. 8. 23. Luc. 9. 47. & 14. 4. & 23. 26. Act. 23. 19. Sic infrà 8. 9. Solent autem manu apprehendi, qui è servitute aut vinculis educuntur*. Ecclesiastic. 4. 12. est *opitulari* ᶠ; vel potiùs, *assumere*, vel *suscipere* ᵍ. Propriè quidem & primario significat *apprehendere*, *accipere*, sive *assumere*, quod & Christus hîc fecit, ut mox videbimus. In aliis scriptoribus variè accipitur ʰ. [Aliis hæc sententia non placet:] Vox *Angelorum* absolutè posita bonos tantùm angelos denotat, ut Heb. 1. Si opponas 1 Cor. 6. 3. vox *judicandi*, h. e. damnandi, vocem ibi restringit ad malos. De Angelorum ergò lapsorum reconciliatione hîc non loquitur. 2. Si ἐπιλαμβάνεσθαι susceptionem in gratiam, sive reconciliationem, denotaret, non subjecisset *semen Abrahæ*, sed homines; quia hoc beneficium ad omnes gentes extenditur, Gen. 22. 18. Eph. 2. 12, 13 ⁱ. Obj. *Semen Abrahæ* hîc intelligit & carnale & spirituale ᵏ; h. e. omnes electos ˡ, sive fideles ᵐ, ex Judæis & ex Gentibus ⁿ, ex collat. Rom. 9. 6, 7, 8 ᵒ. Resp. Sed hoc refellit antithesis; nec enim mundo impiorum, sed Angelis, hîc opponitur *semen Abrahæ* ᵖ. Præstat hîc carnale semen intelligere, non quòd hoc solum apprehendat Christus; sed quòd ad illum populum pertinebant promissiones Patribus factæ, Rom. 9. 4. & 15. 9 ᑫ. è quo nasci debuit, Rom. 1. 3. quod promissum in Christo impletum esse monet ʳ. Hebræis scribens satis habet de illis loqui †. Christus ad Hebræos liberandos venit, Matth. 1. 21. & 15. 24. Joh. 8. 36. De Gentibus alibi loquendi locus ᵗ. Gentium vocationem totâ hâc Epistolâ prudenter dissimulat, sive quòd illius mentio Hebræis parùm grata esset, sive quòd instituto suo non necessaria ᵛ. Sensus est, q. d. Id agit ut vos Hebræos liberet à peccatis & metu mortis. Eventûs enim nomen sæpe datur operæ in id impensæ ˣ. [Hæc de prima sententia.] 2. Doctissimi Interpretes unanimi consensu verbum ἐπιλαμβάνεσθαι ad naturæ assumptionem in Personæ unitatem retulerunt ʸ. Significat hîc *apprehendere*, hypostaticè scilicet. Ità passim Patres ᶻ, Græci & Latini ᵃ. Sensus est, q. d. Dei Filius non Angelicam, sed humanam, & quidem (secundùm promissionem) ex Abrahami posteritate, Rom. 9. 5. Gal. 3. 16. naturam assumpsit ᵇ. [Aliis hæc sententia non placet:] 1. Hæc non est vis verbi. [De quo antè dictum.] 2. Repugnat tempus Præsens, ἐπιλαμβάνεται, non dicit, ἐπελάβετο ᶜ. Assumptionis naturæ nostræ actio momentanea, non continua, fuit, quam suprà verbo præt. temp. μετέσχε significavit. At opitulandi actio continua nullo tempore convenientiùs quàm Præsenti repræsentari potest ᵈ. Resp. 1. Cùm unio hypostatica perpetuò duret & conservetur, & conservatio sit quædam productio rei, de præsenti dici poterit, *apprehendit*, &c *. 2. Enallage temp. præs. pro præt. frequens est ᶠ, ut *veniens*, pro, *qui venit*, Joan. 3. 31. & *accipit*, *dat*, pro, *accepit*, *dedit*, Joan. 21. 13 ᵍ. maximè in narrationibus rerum gestarum, ut res non acta perscribi, sed adhuc geri, videatur ʰ. 3. Dura locutio est, *assumpsit Angelos*, id est, Angelicam naturam; sicut durum fuisset dicere, *assumpsit homines*, id est, naturam humanam ⁱ. Resp. 1. Potest esse Enallage numeri, pro, *Angelorum aliquem*, ut scilicet in eo, & per eum, Ecclesiam regeret ac servaret. Ratio autem illius antecessit, v. 14. per mortem enim servanda

† Jun. ᵗ G. ᵛ Cam. ˣ Q. in Gom. ʸ Rib. Me. E. ᶻ Rib. ᵃ E. ᵇ Q. in Gom. ᶜ E. ex Chrys. Th. & Oecum. sim. Rib. Me. Ham. ᵈ Ham. * G. ᶠ Cam. ᵍ Gom. Ow. ʰ Ow. ⁱ Gom. ᵏ Q. in E. ˡ Rib. ᵐ Cam. ⁿ Rib. Cam. ᵒ Rib. ᵖ Gom. ᑫ E. ʳ Ow. † G. sim. E. ᵗ G. ᵛ E. ˣ G. ʸ Cam. ᶻ T. sic Te. Gom. ᵃ Rib. ᵇ Gom. ᶜ Cam. sic Rib in Te. ᵈ Cam. * Te. ᶠ Gom. Te. sim. Be. ᵍ Gom. ʰ Be. ⁱ Cam.

erat Ecclesia, ideòque Angelicam naturam, quæ immortalis erat, non assumpsit ᵏ. 2. Potest esse Ellipsis: ἐπιλαμβάνεται ἀγγέλων, supple ex præced. σαρκὸς ἢ αἵματος ˡ. Cujusmodi naturam in V. T. sine ulla tamen personali unione, ad breve tempus, Filius Dei assumpsit; ut Gen. 18. Cui assumptioni hîc opponitur assumptio seminis Abrahæ in unitatem personæ ᵐ. 3. Cùm antea dixisset, ipsum *participem esse carnis & sanguinis*, quo natura humana exprimitur, eandem assertionem hîc repetens cum respectu ad Promissum, & negatione ejusdem rei quoad Angelos, qui carne & sanguine non constant, indefinitè exprimit, & in concreto, *non assumpsit illos*; id est, id in illis, quod carni & sanguini respondet. Quæ Ellipsis facilè suppletur ⁿ. 4. Sic idem probaret per idem: nam *fieri nobis similem*, &c. quod sequitur, idem est quod *assumere naturam nostram* ᵒ. Resp. 1. Verba illa notant conformitatem illius nobiscum non tam in natura, quàm antea probaverat, quàm in tentationibus & perpessionibus. 2. Verba illa, v. seq. *Unde debuit*, &c. non tam illationem continent ab eo quod hîc asseritur, quàm affirmationem necessitatis illius rei quæ ibi asseritur, ob id quod ibi sequitur, *ut sit Pontifex*, &c. Confirmat h. l. quod antea affirmaverat, Christum *participem fuisse carnis & sanguinis*, &c. Hoc, inquit, Scriptura declarat, quâ promittitur, ipsum fore *de semine Abrahæ* ᵖ. 5. *Semen Abrahæ* est collectiva locutio, & multos denotat, nempe spirituale semen Abrahæ, h. e. credentes ᑫ. Resp. Promissio Abrahæ facta erat, Messiam ipsius *semen* fore. *Semen* autem de uno dici ostenditur Gal. 3. 16 ʳ.

17. *Unde*, &c. Ὅθεν ὤφειλε, &c.] Deducit hoc ex v. 11. Quia *qui sanctificat & qui sanctificantur, sunt ex uno*, h. e. ejusdem Naturæ participes, ideo *debuit*, &c †. Al. Recapitulatio hæc est eorum quæ antè docuerat de Christi incarnatione & perpessionibus: cujus rationem sive finem hîc ostendit ᵗ. Quia eorum Pontifex fieri voluit, oportuit ut naturam assumeret ᵛ. *Unde* (vel, *Propterea*, Tre. ex Sy.) *debuit* (vel, *justum erat*, Tre. *conveniens fuit*, Æth. *ità fieri ex usu fuit*: quo sensu & Latini sæpe usurpant *debet*, non ex rigore, sed cum latitudine. Sic ἔδει Luc. 24. 26. & hîc modò ἔπρεπε ˣ. Hæc necessitas libertati Dei minimè adversatur; sed demonstrat, 1. infirmitatem nostram tali medico indigentem: 2. constantiam oraculorum Divinorum: 3. illibatam Dei justitiam, cui satisfactum est ʸ.) *per omnia* (Intellige ex subjecta materia ᶻ, quæ redemptorem & sanctificatorem decent ᵃ; naturalia & necessaria ᵇ, quoad naturam ᶜ, & qualitates ᵈ, sive communes conditiones ac passiones *; res adversas, cruciatum, mortem duram ᶠ; sed citra peccatum ᵍ, & internas tentationes peccatorum ʰ, & morbos, & ignorantiam ⁱ.) *fratribus* (id est, electis ᵏ, vel fidelibus ˡ, quos *fratres* vocare dignatus est ᵐ.) *similis fieri*, Be. Pi. &c. id est, Verum hominem esse ⁿ, eùmque mortalem & miseriis subjectum ᵒ.

¶ *Ut*, &c. Ἵνα—ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεόν] Ut est Exod. 18. 19. ubi in Heb. est מול האלהים ᵖ. *Ut misericors* (quia ipse labores & dolores nostros expertus est ᑫ, ideóque nostri miseretur ʳ.) *fieret* (id est, Ut condoleret miseriæ nostræ, & ex eo commiserationis affectu causam nostram fideliter & ex animo apud Deum ageret: hæ enim partes erant Pontificis, quas Christus præstare non potuit, nisi naturæ & conditionis nostræ particeps esset †. Ut eò promptiùs *miseris succurrat mali non ignarus* ᵗ. Multæ sunt utilitates ex passionibus Christi. Sacri Scriptores nunc hanc, nunc illam, nobis ob oculos ponunt ᵛ.) *& fidelis*, (id est, vel, legitimus, ritè constitutus, ut Heb. 5. 5 ˣ. vel, qui munere suo benè fungitur ʸ: vel, cui meritò fideremus ᶻ: vel, verus, qui verè efficit id quod nomine & officio suo pollicetur, id est, verè nobis Deum placat; hoc enim est officium Pontificis ᵃ, & hoc efficit patiendo ᵇ: vel, qui fratribus suis afflictis, tentatis, &c. exactè ac constanter prospicit ᶜ.) *Pontifex* (vel, *summus sacerdos*, Er. E. sic Tre. ex Sy. Ar. Ad hoc officium necessaria erat naturæ nostræ communio; ad qualitates officii, necessaria fuit conditionis nostræ quoad tentationes & miserias participatio ᵈ.) *ea quæ ad Deum*, Mo. vel, *in his*, sive *iis*, *quæ* (τὰ pro κατὰ τὰ *, more Græco ᶠ.) *ad Deum*, E. Er. sub. *pertinent*, Er. vel, *Dei* sunt, Tre. ex Sy. vel, *apud Deum*, Er. P. Be. sub.

ᵏ Gom. ˡ Q. in Gom. ᵐ Gom. ⁿ Ow. ᵒ Cam. ᵖ Ow. ᑫ Q. in Ow. ʳ Ow. † Ger. sim. E. ᵗ Ow. ᵛ Me. ˣ G. ʸ J. cap. ᶻ G. ᵃ Rib. Me. ᵇ Camer. ᶜ Be. E. T. ᵈ Be. * T. ᶠ G. ᵍ Te. E. Be. Camer. ʰ Rib. Te. sim. E. ⁱ E. ᵏ Cam. v. 16. ˡ Rib. ᵐ T. E. ⁿ E. ᵒ G. ᵖ Rib. Me. ᑫ Rib. † E. ᵗ G. sic Rib. Me. ᵛ G. ˣ Q. in Ow. ʸ G. sic Be. ᶻ Be. ᵃ Me. sic Rib. ex Chrys. & Th. ᵇ Rib. ᶜ Ow. ᵈ Idem. * G. sic Camer. E. ᶠ G.

sub. *aguntur*, Er. vel, *agenda forent*, Er. Ti. P. Be. Pi. V. vel, 1. vice Dei cum hominibus, ut hortari, &c. 2 Cor. 5. 20. Ecclesiæ præsidere, statuta Dei declarare, cultum conservare, Zach. 3. 7. & 6. 13. vel, 2. vice hominum cum Deo, quæ præcipua muneris Pontificalis pars erat, & hîc designatur, ut verba sequentia monstrant[g]. Sæpe ostendit hic Scriptor quantum Christus præstet summo Sacerdoti Legali. Erat ejus officium Dei vice apud populum fungi, & populi vice apud Deum: Utrumque eximiè facit Christus. Nunc hîc spectatur illud posterius, ut & infrà 5. 1[h]. ¶ *Ut*, &c. Εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ] Constructio difficilis est. Nam ἱλάσκομαι apud omnes scriptores propriè est *expiare*, *placare*, *propitiare*, *reconciliare*: quod peccatis quî tribui potest? Hinc variant[i]. [Verba autem sic reddunt:] *Ad* (vel, Id est, *ad*, Ti.) *expiandum* (vel, *dimittendum*, Æth. vel, *auferendum*, G.) *peccata populi*, Er. Il. Ti. P. Mo. Be. Pi. sic Ca. Tre. ex Sy. Ar. Ἱλάσκεσθαι ἁμαρτίας hoc quidem loco, ut ex sequent. apparet, est *auferre peccata*, sive *purgare à peccato*; id est, efficere nè peccetur, vires suppeditando pro modo tentationum. Respondet Hebræis vocibus כפר & סלח, quæ verti solent interdum per καθαρίζειν, Exod. 29. 37. & 30. 10. Num. 30. 9, 13. ἐκκαθαρίζειν, Deut. 32. 44. ἀφαιρεῖν, Exod. 34. 9. Esa. 27. 9. ἐξιλασμὸς ἀφελεῖν ἀπὸ ἁμαρτίας. Sirac. 35. 4. Et sic fortè exponi non malè potest illud, Sirac. 3. 3. Ὁ τιμῶν πατέρα ἐξιλάσκεται ἁμαρτίας, quia reverentia parentum multos custodit à peccato[k]. Ἱλάσκεσθαι interdum quidem valet *purgare*, *peccatum auferre*, nunquam tamen nisi respectu ad expiationem habito; ut sit auferre per sacrificium, pœnam publicam, &c. *Expiare* idem est quod *luere piaculo*, sive reatum auferre per commutationem pœnæ. Constructioni autem facilè medicina adfertur per Ellipsin usitatam, ut ἱλάσκεσθαι ἁμαρτίας idem sit quod ἱλάσκεσθαι τὸν Θεὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν, ut eadem phrasis alibi explicatur; & sensus sit, Deum, ob peccata iratum, placare, sive propitium reddere. Huic sententiæ favet perpetuus verbi hujus usus, in scriptoribus, tum, 1. profanis, ut in Hom. Il. α'.—ὄφρ' ἱλασκώμεθ' ἄνακτα, &c. *Ut Regem placemus qui tot mala nobis intulit*: & Il. γ'.—θεὸν ἱλάσκοντο; & Plut. ἱλάσω θυσίαις ἱεραῖς? & Lucian. ἱλάσατο τὸν Θεόν. Tum, 2. sacris, ut apud Lxx qui verbum כפר sic reddunt, ut Exod. 32. 30. Num. 28. 22, 30. item Dan. 9. 24. ubi est ἐξιλάσασθαι τὴν ἀδικίαν, id est, ἐξιλάσασθαι τὸν Θεὸν περὶ τῆς ἀδικίας. Accedit, quòd Hebræi, ad quos scribit, probè nôrant præcipuum hoc fuisse Pontificis munus, Deum de peccatis eorum placare, nè morerentur, Levit. 16. 10, 21. Illorum autem typorum veritatem eos hîc docet Apostolus[l]. Dixit autem *populi*, ut similitudinem retineret Pontificis, qui pro peccatis populi sui orat[m]. *Populum* autem vocat, vel, 1. specialiter populum Judaicum[n], ad quem loquitur[o], cui salus promissa fuerat[p]; sed hujus nomine per Synecdochen totum orbem intelligit[q]. Vel, 2. populum Dei, per Synecd. gen[r]. totum electorum cœtum†.

18. *In eo*, &c. Ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν, &c.] Heb. נענה, Esa. 53. 7. Sensus est, *Cùm enim ipse tentatus fuerit per ea quæ pertulit, hoc magis potest moveri ad auxilium ferendum iis qui tentantur*. Ἐν pro *per* frequens his Scriptoribus. Et Singulare pro Plurali propter generalitatem, ut modò ὑπὲρ ἀνθρώπων · ἐν ᾧ, באשר. Deinde est Metonymia, *potest auxiliari*, pro, *potest moveri ad auxiliandum*. Nihil enim magis ad miserandum nos movet quàm malorum similium quæ nobis evenerunt memoria. Sic δυνάμενον συμπαθῆσαι habemus infrà 4. 15. ubi etiam est πεπειρασμένον[t]. *Nam in quo* (id est, in ea carne in qua[v]: vel, in eo ipso homine in quo[x]. Vel, *in*, sive *ex eo quod*, Er. Il. P. Be. Pi. *ideo quod*, Er. *ob id quod*, V.: ἐν ᾧ hic est causale[y], *quia*, Me. T. *quandoquidem*, Ow. ἐν ᾧ & ἐφ' ᾧ sic sæpe sumuntur, ut Rom. 6. 12[z]. *in quantum*, Aug. *quoniam*, Ca.) *passus est ipse tentatus*, (vel, *passus est ipse periclitando*, Ca. vel, *ipsi contigit tentatum esse*, Er. Ti. V. vel, *perpessus fuit cùm tentatus est*, Il. Be. Pi. sic P. id est, afflictus & vexatus[a]. Per *tentationem* hîc intelligit, vel, 1. solicitationem ad malum à Diabolo ejusque instrumentis[b]. Vel, 2. perpessionem laborum, dolorum, & mortis[c]; vel, luctam animæ Christi adversus omnes dolores & ærumnas, sive à Deo animam Christi cruciante, sive à Diabolo: quam sic vocat respectu, vel Dei, quò illud referendum Psal. 139. 23. *Proba me*; vel Diaboli, qui ei molestus esse studuit[d]; vel, quia talibus homo tentatur, id est, experimentum de ejus virtute & patientia sumitur*:) *potest* (Quia perpessiones ac tentationes pertulit ac superavit in se, satis virium habet ut nobis laborantibus opituletur[f]. Ità servatur proprietas verbi *potest*, & sententia uberior est. Nam de Christi affectu dictum est v. præced. hîc de potentia & affectu[g]. Al. Potentia hîc intelligitur, non naturalis, ἐνεργητική, manûs, atque operationis; sed moralis, συμπαθητική, animi, sive voluntatis[h]. *potest*, i.e. aptus, idoneus, facilis, proclivis, redditur ad succurrendum[i]. Et hæc sententia huic loco & scopo magis congruit, quia ratio hîc redditur, cur Christus sit *misericors*, &c. nempe, experientia miseriæ[k]. Vide Heb. 5. 2[l].) *tentatis* (h.e. fratribus suis, quos hâc notâ describit; quòd plurimis vexentur tentationibus, periculis, ærumnis, motibus ad peccandum, persecutionibus, seductionibus, &c. in quibus omnibus Christus auxilio erit[m]:) *auxiliari*, Mo. &c. Loquitur de Christo ut homine[n].

CAP. III.

1. Unde, Ὅθεν] *Quapropter*, J. Cap. Cùm ità se habeant ea quæ diximus hactenus[a]. ¶ *Fratres*] Et genere & religione[b]. ¶ *Sancti*] Tum externâ separatione[c], Baptismo sanctificati[d]: tum, internâ & reali sanctificatione*, per Christi sanguinem & Spiritum[f]. Appellat eos à parte potiore[g], ut Rom. 1. 7. 1 Cor. 1. 2. 2 Cor. 1. 1. &c[h]. ¶ *Vocationis cælestis* (Sic dicitur ratione, 1. principii; fit enim à Spiritu S[i]. sive à Patre qui in cœlis, Gal. 5. 8. Phil. 3. 14, &c[k]. 2. medii quo vocamur, quod spirituale est & cœleste, nempe Verbum[m], & Spiritus[m]; 3. finis, qui est cœlestis gloria[n]: q. d. quæ non, ut Lex Mosis, ad terrenam possessionem nos ducit, sed ad supercœlestia[o], ad hæreditatem Regni cœlestis[p].) *participes*] Nempe *nobiscum*[q]. ¶ *Considerate*, &c. Κατανοήσατε—τῆς ὁμολογίας, &c.] *Considerate* (id est, perpendite attentè[r], cum cura & diligentia, quam hæc mysteria postulant†; & cum fiducia ac spe, ut seq. docent[t]. Omne nostrum malum provenit ex inconsideratione[v], quam Hebræis improperat, Heb. 5. 11, &c[x]. *Bene attendite* quis & quantus fuerit[y], & præstantiâ & erga vos amore; & fidem ei habete[z].) *Apostolum*, (i e. legatum & nuntium[a], cœlestis illius vocationis[b], à Deo missum[c]; quod ipse de se sæpe prædicat, ut Joh. 9. 7. confer Gen. c. 49. v. 10[d]. ad homines*, maximè Hebræos[f], ad fidem publicandam[g]; ad annunciandam iis salutem & pacem[h]; ad eos docendum & reconciliandum[i], & liberandum, ut Moses Exod. 3. 15[k].) & *Pontificem*, (vel, *summum sacerdotem*, G. Me. cujus personam gerit, quatenus Deum populo reddit propitium, idque sacrificio sui corporis[l]. Moses propriè fuit *Apostolus*, sive *Legatus*, Aaron *Pontifex*[m]: utriusque partes implevit Christus[n], at multò quàm illi sublimiùs[o].) *professionis* (ut vox sumitur Heb. 4. 14. & 10. 23. Propriè est publica, sive conjuncta, & concors, professio[p]: vel, *confessionis*, Vulg. Cam. vel, *sponsionis*, seu promissi, & conventi: est enim usus forensi verbo. Ἐπερωτᾷ is qui stipulatur, ὁμολογεῖ qui spondet, atque ità convenitur verbis. *Postulabat*, vel hominis miseria, vel Dei justitia; *promittebat* Filii Dei misericordia, opus redemptionis ‖.) *nostræ*, Pi. id est, Vel, 1. quem nos Apostolum & Pontificem confitemur[q]; ut docet collat. Heb. 4. 14. & 10. 23[r]. Vel, 2. fidei, sive doctrinæ, sive religionis, quam nos profitemur†, Evangelicæ scilicet[t]; quam sancivit non pecudum, sed suo ipsius, sanguine[v]; quam ipse per se annunciavit: quæ *confessio* vocatur, quia eam publicè profitebantur fideles[x]. Addidit *nostræ*, q. d. non confessionis Judaicæ, non fœderis Legalis & typici, sed Evangelici; & ut excludat rebelles Judæos, qui gratiam sibi oblatam respuebant & suis typis postponebant[y].

2. *Qui*, &c. Πιστὸν—ποιήσαντι, &c.] *Fidelem* (Non solùm nobis, cùm in referendo docendoque, ut erat Propheta

[g] Ow. [h] G. [i] Ow. [k] G. [l] Ow. [m] Rib. [n] Rib. sim. E. [o] Rib. [p] E. [q] Rib. [r] Pi. † Rib. E. sic Pi. [t] G. [v] Zeg. [x] Te. [y] E. [z] Ow. [a] Me. T. [b] Be. [c] Rib. Ec.

[d] Cam. * Rib. sic E. [f] Gom. sim. Rib. ex Phot. [g] Gom. [h] Ow. [i] T. sim. E. Me. Gom. Ow. [k] Gom. [l] Be. [m] Ow. [n] E.

[a] G. [b] Te. sic E. [c] Ow. [d] Me. * Ow. sim. Gom. [f] Gom. [g] G. sim. E. [h] G. [i] J. Cap. [k] Ow. [l] J. Cap. Ow. [m] J. Cap. Ow. [q] G. sic Te. [p] E. Me. [r] G. † E. sic Ow. Me. [t] Ow. [v] Gom. [x] Te. [y] Ow. [z] G. sic E. [a] Pi. [b] Be. sic Jun. E. Me. [c] Jun. [d] G. sic Jun. E. [f] G. * Me. [f] Me. sim. E. [g] E. [h] E. [i] Me. [k] Cam. [l] E. [m] Cam. sic Te. [n] G. sim. Te. Cam. J. Cap. [o] G. [p] Ow. ‖ Camer. [q] Q. in E. sim. Te. Cam. [r] Gom. † F. ex Græcis, Me. Pi sic G. V. Jun. Be. [t] Be. V. [v] G. [x] F. [y] J. Cap.

pheta [five Apostolus] noster, tum, in faciendo & præstando, ut Sacerdos noster; sed & Deo[z]. *Fidelem* dicit, quia omnia sibi imperata, quamvis durissima, exsecutus est[a]; quia nihil fecit extra voluntatem Dei, nec aliud spectavit quàm gloriam Dei[b]; quia ut Apostolus fideliter nunciavit hominibus Dei voluntatem, & ut Pontifex, fideliter redemptionem, etiam cum vitæ suæ dispendio, peregit[c]. Verùm non confertur hîc Christus cum Mose, ratione fidelitatis; sed dignitatis, potestatis atque authoritatis in Ecclesiam, quæ quoque respicitur Num. 13. 7. ubi verborum illorum, *in tota domo mea fidelis*, sensus est, *Tota mea domus ei concredita est*, ut eam constituat, regat, &c. cæteris autem Prophetis certis tantùm temporibus appareo; ut, quando & quibus jubeo, voluntatem meam annuncient. Ità phrasis Hebræa accipitur in Talm. Sanhed. c. 3. ubi duorum litigantium, & litis suæ Judices quærentium, unus dicit, *Fidelis apud me est pater meus*,—vel, *pater tuus*,—vel, *tres bubulci*; i.e. Ego illis litem meam decidendam tradidero[d].) *ei qui fecit illum*, (i. e. creavit, quoad humanitatem[*]: vel, *constituit ipsum*, Be. Pi. tum Legatum, tum Sacerdotem[f]: vel, *extulit, evexit, ad dignitatem, ornavit*[g]. Sic *facere* sumitur 1 Sam. 12. 6[h]. Esth. 6. 6[i]. Act. 2. 36[k]. 1 Cor. 1. 30[l]. Non loquitur hîc de essentia naturæ, sed de qualitate officii, Christi & originis illius[m].) *sicut Moses fidus fuit in tota domo ejus*, J. Cap. sic Be. Pi. &c. nempe Dei[n]: id est, vel, 1. in Templo; vel, 2. in οἰκονομίᾳ illa[o]; vel, 3. in familia[p], ut οἶκος sumitur more Græco & aliis gentibus frequente: sic Act. 16. 15[q]. in populo Israelitico[r], qui *domus Israel*, Act. 2. 36[†]. i.e. Ecclesia, in qua habitat & colitur Deus[t]. Moses non ejus partes, sed *totum*, cum summa fide curabat[v]. Vel, 4. in omnibus rebus ad Dei domum pertinentibus ipsique commissis[x]. Sumptum hoc ex Græco Num. 12. 7[y]. Honorificum hoc testimonium producit & comparat, nè Mosi iniquior, aut ejus honori detrahere, videretur[z].

3. *Amplioris*, &c. Πλείονος γὰρ—παρὰ Μωϋσῆν ἠξίωται] Illud γὰρ non cohæret cum proximis, sed cum κατανοήσατε, *considerate*, v. 1[a]. Christum antè Angelis prætulit, nunc & Moysi; quem Judæi facilè putarent Angelis præstare, quos Scriptura non *amicos*, [ut Mosem,] sed *ministros*, vocat[b]. Nè quis ex præced. similitudine æqualitatem colligeret[c], Mosen Christo imparem, & longè minorem, esse docet[d]. Hoc vult dicere, Quod de Mose dictum est, Christo etiam convenit, at multò excellentiùs[*]. Opponit hoc Judæorum religioni, quâ Mosem nimiùm venerabantur, tanquam omnium, quotquot unquam fuissent aut futuri essent, Prophetarum patrem & caput, ut dicit Maimon. Vulgatum tamen fuit antiquis Hebræis, ad Esa. 52. 13. *exaltandum* Messiam *præ Abrahamo, præ Moyse, præ Angelis ministerii.* Quod posterioris ævi Doctores perperàm ad solam populi è captivitate liberationem, non ad Prophetiam, retulerunt[f]. Παρὰ hîc [est] particula comparat. Satis fuerat dicere πλείονα ἤ, aut πολλῆς παρὰ· sed solent sæpe comparationes bis exprimi[g]. [Verba sic reddunt:] *Ampliori* (vel, *Longè ampliori*, Tre. ex Sy. Tantò *ampliore*, P. Be. Pi. E. sic Er. Ti.) *enim gloria hic*, vel *iste*, (Quod modò per contemptum dicitur, ut Joh. 9. 29. sæpiùs per modum eminentiæ, ut οὗτος ἐστὶν ὁ Δημοσθένης· plerumque verò, ut hîc, est simpliciter demonstrativum & distinctivum, qu. d. hic de quo loquimur[h].) *præ Mose*, vel, *quàm Moses*, *dignus est habitus*, J. Cap. Val. Er. V. &c. & naturâ & merito[i]; i. e. in sacris literis ampliùs honoratur[k]. ¶ *Quantò*, &c. Καθ' ὅσον—κατασκευάσας αὐτόν] *Quantò majorem habet honorem is qui construxit domum*, (i. e. qui describitur in Scriptura opifex & architectus illius domûs in qua Moses fidelis fuit[l]. Periphrasis hæc est patrisfamiliâs[m]. Sicut familia *domus* dicitur, ità qui familiam gignit dicitur eam *struere*, בנה, unde בן *filius* Hebræis. Vide quæ diximus Exod. 1. 21[n]. *Domum* intelligit populum Dei & Christi[o], sive Ecclesiam, quam, sicut & Mundum, Deus Christi operâ condidit[p]. A *domo materiali*, quam hîc intelligit, ad *analogicam*, cujusmodi fuit populus Israeliticus, argumentationem suam traducit[q].) *quàm domus ipsa*, Be. Pi. &c. id est, quàm tota domus, aut quævis pars ejus[†]. Christus supra familiam †, creator Mundi, fabricator Synagogæ[t], fundator Ecclesiæ[v], opifex domûs[x]; Moses pars familiæ[y], utpote unus ex populo Dei cui præfectus erat[z]. Sed argumentum videtur infirmum esse: Nam Salomon ædificavit Templum seipso longè gloriosius. *Resp.* Ædificavit quidem, sed ministerialiter, jussu & authoritate Dei, & in usum Dei; Christus autem ædificavit αὐτοκρατορικῶς, authoritate suâ, & in usum suum. De tali autem ædificatore loquitur Apostolus, alioqui Moses quoque architectus fuit, ut docet, tum, collat. 1 Cor. 3. 10. tum, quòd duas præcipuas domûs Dei partes, h. e. tabernaculum cum vasis suis, & instituta cultûs, constituit Moses ex directione Dei. Deinde loquitur hîc de eo qui *ædificat omnia*, v. seq. i. e. domum Dei in omnibus seculis & locis: talis non erat Moses[a].

4. *Omnis namque domus* (nempe materialis: quod tamen de analogica domo similiter intelligi vult, id est, de populo cui præfectus est Moses[b]: *domus*, sive artificialis, sive moralis, ut Respublica, &c[c].) *fabricatur* (vel, *construitur*, Pi. &c. *gignitur*, G.) *ab aliquo*] Ut Abrahamidæ ab Abrahamo †. Nulla domus fabricat seipsam[d]. Non est ergò cur Mosem excipiamus. Si enim est domus, vel aliquid de domo, utique non à se id habet, sed ab architecto: qui quis sit, verbis seq. indicat[*]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ δὲ τὰ πάντα, &c.] Hoc vult, Deus quidem genitor est & populi Israelitici, & Ecclesiæ; sed Ecclesiam genuit per Christi sanguinem, ità ut rectè & Christus eam *genuisse* dicatur; quod Mosi circa populum Israeliticum aptari non potest. Τὰ, pro πάντα, ut Rom. 11. 29[f]. *Porrò qui condidit omnia* (Mosem ipsum, totámque mundi machinam[g], putà Christus[h] vel, *hæc omnia*, Be. Pi. sic Cam. Ow. nempe de quibus loquimur[i], Ecclesiam[k], omnium & locorum & ætatum[l], tum Judaicam[m], tum Christianam[n], multáque illa & maxima in illa mundi renovatione patrata, Agg. 2. 6[o].) *Deus est*, Er. i. e. Deum esse necesse est[p]: quod cap. 1. demonstratum fuit[q]. Apertè significat, Christum esse Deum: alioqui nullâ ratione constabit hujus loci probatio[r], quæ talis est: Deus est conditor omnium, Christus est Deus; Christus igitur conditor omnium, sic & Mosis. Majorem ponit, minorem vult intelligi ex superioribus †. Ecclesiæ porrò creatio, h. e. liberatio, collectio, regeneratio, glorificatio, est opus solius Dei, non minùs quàm prima creatio[t].

5. *Moyses—tanquam*, &c. Ὡς θεράπων] Sicut vocatur Num. 12. 7[v]. Honestior vox est quàm δοῦλος· nam θεράπων de ingenuis sponte ministrantibus dicitur: quâ utitur, nè Moysen deprimere videretur[y]. Altera comparatio Christum Mosi præferens[z]. Obj. At Christus quoque *Servus* dicitur. *Resp.* 1. Rectè: simul tamen Filius, Dominus, Hæres omnium fuit. Non sic Moses[a]. Christi servitus erat œconomica, vel, secundùm dispensationem, quâ formam servi assumpsit. Moses autem simpliciter & omni modo servus erat. 2. Non tam personas hîc confert quàm officia sive ministeria. Ministerium, inquit, Mosis tale erat, ut naturæ humanæ modum non superaret: Ministerium autem Christi ejusmodi erat, ut nullus eo defungi possit qui non sit Filius Dei & Deus; quippe quod potentiam requirebat infinitam, &c[b]. ¶ *In*, &c. Εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων] *In testimonium dicendorum*, Mo. &c. vel, *quæ post erant dicenda*, Be. Pi. Vel, 1. ab ipso Mose ad populum[c], de Christo nempe, ut illud Deut. 18. 15[d]. q. d. Ut, tanquam testis verax, fideliter referret populo quæ audierat, & videret, à Deo nunciare jubebatur[*]. Ut pronunciaret populo ea quæ Deus ei dicenda quoque tempore mandabat. Nam *testari* dicitur etiam qui refert mandata, ut 1 Cor. 1. 6. & 2. 1. & 15. 15. 2 Tim. 1. 8. Apoc. 1. 2. Moses nè castra quidem movebat nisi ex Dei jussu[f]. Verbum & Statuta Dei sæpe vocantur *Testimonium* ejus, quibus voluntatem suam testatur & declarat[g]. Sed perplexa est hæc interpretatio, & confundit *testimonium* cum *rebus dicendis*, quæ hîc distinguuntur, & prius inservit posteriori. Deinde fidelitas Mosis non tantùm ad dicenda pertinet, sed ad totum domûs Dei ministerium extenditur[h]. Vel, 2. à nobis in hac Epistola, de ceremoniis earúmque significatione & usu. Sic consensum doctrinæ suæ cum Mosaica significat †. Vel, 3. à Christo & Apostolis[i]. Moses, inquit,

---

z Jun. a G. b E. c Me. T. d Di. * Q. in J. Cap. f G. sim. V. Camer. Te. Be. Cam. J. Cap. Rib. g D. h D. Cam. G. Be. i Cam. k Cam. G. l J. Cap. m Gom. n J. Cap. o Camer. p G. E. T. q G. r G. sic E. Me. T. Camer. Te. J. Cap. ex Chrys. † G. t Me. v G. x J. Cap. y G. E. Cap. &c. z Ow. a Be. Pi. b E ad v. 2. c Me. sim. Jun. d Gom. sim. Jun. Me. * G. f Di. g G. h Ow. i Te. k E. l E. m Ham. n G. sim. Ham. o Val. sic Er. p Cam. q E. * J. Cap. † G.

t T. v Me. T. x Jun. sic Be. Te. y G. sic Jun. Be &c. z E. a Ow. b E. c Te. † G. d E. * Par. f G. g E. sim. Me. h Me. i Ow. k Cam. Ham. Ow. l Ow. m Ham. n Ham. Cam. o Cam. p Cam. sim. t.e. E. q J. Cap. r Par. Gom. † Jun. t E. sim. Par. v Par. y Par. sim. J. Cap. z Be. y E. z G. sim. E. a Ow. b Cam. c E. Pi. d Pi. * Me. ex Rib. sim. E. f G. g Q. in Ow. h Ow. † Par. i Cam. sic Ow. Q. in E.

inquit, typos tantùm, & umbras rerum adferebat earum quas pòst Christus erat explicaturus [k]; & carnalibus sacrificiis sacrificium Christi præfiguravit, eòque Christi Evangelio testimonium perhibuit [l]. Vide Rom. 10. 4. 1 Pet. 1. 11, 12 [m]. Moses testimonium indicavit Lege, sed ad complementum [Legis] nihil poterat [n]: Moses *testis* tantùm erat voluntatis Divinæ, Christus autem & testis, & autor redemptionis nostræ, fuit [o].

6. *Christus verò tanquam*, &c. Ὡς υἱὸς ἐπὶ τ̀ οἶκον αὐτοῦ] Nova ratio præstantiæ Christi supra Mosem [p], eâque multiplex. Moses erat, 1. famulus; 2. in domo, eâque non suâ, sed Domini, & veteri; 3. Legem ferens alienam, Dei scilicet: Christus autem erat, 1. filius; 2. supra domum, eámque suam, & novam, h. e. Ecclesiam N. T. ut insinuatur verbis seq. *quæ domus sumus nos*; 3. suam ac propriam Legem ferens [q]. *Tanquam filius in domo sua*, Mo. Vulg. vel, *super domum ipsius*, V. ut referatur ad Patrem [r]; vel, *super domum suam*, E. ex Sy. Nam in Græco est αὐτοῦ [†] quam lectionem postulat ipsa comparatio. Christum enim facit filium, domûs architectum, hæredem & præsidem domûs, & quidem suæ sive propriæ; quippe quam & construxit & proprietate possidet. Et quis nescit αὐτοῦ (ut Complut. edit. & Sy. hîc legunt) & αὐτοῖ, pro αὐτοῦ & αὐτὸν sæpe poni [*]? Est autem sermo hic imperfectus, quem variè perficiunt [t]: supplendum hîc, vel, *est*, V. *domui suæ* præest, P. Be. Pi. vel, sub. *eam administrat* [v], tanquam Dominus [x]. Vel sic, fidelis fuit *tanquam filius* constitutus *super domum suam* [y]. De Mose dictum ἐν οἴκῳ, de Christo ἐπὶ οἶκον [z]. *Christus supra familiam*, id est, familiæ imperat. Quare? Est enim *ipsius familia* per ipsum genita. Dicunt Jurisconsulti, *etiam vivente patre filium quodammodo dominum esse rerum paternarum*. Unde & in Comœdiis filii à servis *heri minores* dicuntur, & filia *domnula*, i.e. *dominula*, in inscriptionibus [a]. ¶ *Quæ*, &c. οὗ οἶκός, &c.] *Cujus* (nempe Christi [b], ut alibi *Dei*, 2 Cor. 6. 16 [c]. 1 Tim. 3. 15 [d]. Christus ergò Deus est [*], *in nobis habitans per fidem*, Eph. 3. 17 [f].) *domus* (vel, *familia*, G. E.) *sumus* (vel, *erimus*, scilicet; nam Præsens hîc Futurum comprehendit [g]:) *nos*, Be. Pi. &c. Christiani, sive fideles [h], cuncti scilicet [i], sive cœtus credentium [k]: singuli enim sunt lapides vivi istius domûs [l]. Sensus, q. d. Indè declaratur, non esse domum Dei [m]. ¶ *Si*, &c. Ἐάν περ τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὸ καύχημα τ̀ ἐλπίδος, μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν] Est Trajectio. Nam ordinaria constructio per πεζὸν λόγον fuerat, ἐὰν βεβαίαν κατάσχωμεν μέχρι τέλους τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὸ καύχημα τ̀ ἐλπίδος [n]. Tacitè eos hortatur [o], ad perseverantiam [p], in vocatione sua [q], in spe, & fide [r]; nè reverti velint ad Legem Mosis [†]; nè inutile eis sit bene incepisse [t]. His verbis continetur, vel, 1. conditio præced. assertionis [v]: Sumus domus Christi, *si fiduciam*, &c [x]. Hinc sequitur, fidem semel habitam amitti posse [y]. Imò verò sequitur, eos qui deficiunt nunquam verè fuisse domum Dei [z]. Vel, 2. descriptio eorum qui sunt domus Christi [a], sive discriminatio inter eos qui fidem profitentur [b]. [Verba sic reddunt:] *Si modò fiduciam* (vel, *audaciam*, Er. vel, *confidentiam*, Ca. E. quâ quis cum securitate quadam fertur in bonum quod sperat [c]. Intelligit, vel, 1. fidem [d]; vel, 2. fidei affectum [*]; nempe, fiducialem meriti Christi apprehensionem [f], quâ clamamus, Abba Pater [g]. Sed παῤῥησία nusquam in N. T. ità sumitur [h]. Vel, 3. libertatem loquendi [i], vel agendi, quidpiam apud Deum aut homines, ut Act. 2. 29. & 4. 13, 29. 2 Cor. 3. 12. Phil. 1. 20. vel, liberam, intrepidam [k], apertam [l], Christianismi professionem [m], ut Heb. 10. 35 [n]. ut nec minis nec pœnis à fide Christi avellamur [o]: vel, talem spei nostræ, sive veritatis illius quâ spes nostra nititur, professionem, juxta 1 Pet. 3. 11. Vox enim, παῤῥησίαν, non minùs quàm καύχημα, refertur ad seq. ἐλπίδος, ut ostendit vox βεβαίαν quæ cum ea tantùm voce casu & genere convenit [p].) & *gloriationem* (vel, *gloriam*, Vulg. *glorificationem*, V.) *spei* (quâ scilicet cum gaudio felices nos prædicamus ob spem certam cœlestium bonorum, & de ea palàm gloriari audemus, ut sumitur Rom. 5. 2 [q]. vel, *spem illam de qua gloriamur*, P. Be. Tre. Ca. E. propter certitudinem ipsius [r]; spem illam gloriosam [†]: vel, *Lætitiam spei*, G. sic Ham. id est, vel, spem illam lætam, nempe, vitæ æternæ, sub iis legibus sub quibus à Christo promissa est [t]: vel, gaudium in adversis omnibus fundatum in spe certa bonorum & hîc, & in futuro seculo, à Deo percipiendorum [v]. Καύχημα idem valere quod ἀγαλλίαμα antè ostendimus [x]. Duo hîc sunt effecta Fidei [y], & Spei [z], παῤῥησία apud Deum [a], i. e. libertas petendi à Deo cum fiducia quidvis necessarium [b]; & καύχημα [c], nempe, in Domino [d], adversùs ea omnia quæ terrorem nobis incutere possunt [*], aut nos ab officio deterrere; h. e. adversùs hostium minas, Mundum, Satanam, &c [f]. Exempla hujus gloriationis, vide Psal. 3. 3, 6. Rom. 8. 30, &c. 1 Cor. 15. 55 [f]. Sensus, q. d. Si non solùm *fidamus*, verumetiam *gloriemur*, ac veluti *jactemus sortem nostram* [g]:) *ad finem usque* (i. e. ad exitum vitæ [h]. Vide Matth. 10. 22. *Nativitas salutaris non accepta, sed custodita, vivificat*, ait Cyprianus [i].) *firmam* (i. e. inconcussam [k], non declinando ab ea, nec vacillando in ea, ut explicatur hæc vox Heb. 10. 23 [l]. Scribendum forsan, vel βέβαιον, ut construatur cum voce καύχημα, vel βεβαία, ut ad utrumque referatur [m]. Sed non facilè mendum Græcis Codicibus ascribendum est. Neque enim Scriptores sacri semper exactam Grammaticæ rationem servant. Βεβαίαν ad utrumque refertur per Zeugma quoddam, etsi minùs usitatum [n].) *tenuerimus*, Er. Il. Ti. &c. vel, *retinuerimus*, P. Be. G. &c. cum cura & studio, totísque viribus; quomodo dicitur aliquis κατέχειν τὸ πλῆθος, i. e. plebem in seditionem ruituram continere in officio, & κατέχειν φρουραῖς, oppidum *præsidio tenere*. Designat ergò firmitatem & constantiam professionis nostræ in omnibus tentationibus & persecutionibus [o].

7. *Quapropter*] Hactenus collatio Christi cum Mose. Sequitur cohortatio [p]. Cœptam exhortationem prosequitur [q]. Illatio est ex præced. *Cujus domus sumus, si*, &c. Hortatur ergò ut in fide stabiles sint, &c [r]. Cohæret cum antedictis hoc modo, Cùm tantum honorem accepertis ut & Dei & Christi familia censeamini, videte nè tanto honore excidatis [†]. Hoc autem conjungendum cum eo quod pòst longum Scripturæ testimonium sequitur, v. 12. βλέπετε, &c [t]. ut totum hoc, *Sicut dicit*, &c. parenthesi includatur [v]. ¶ *Spiritus Sanctus*] Per Davidem, Psal. 95. 7, &c [x]. Authorem autem principalem hîc nominat, ut testimonium majoris esset authoritatis & momenti [y]. Psalmum autem illum ad Messiam pertinere constat [z]; tum, 1. ex natura & constitutione totius Psalmi; tum, 2. ex declaratione Apostoli [a]; tum, 3. ex traditione Judæorum. Vide Targum ad v. 1. & Talm. tractat. Taanith, &c [b]. Ex antecedentibus infert, Prophetiam Christi, quæ *vox Christi* hîc appellatur, agnoscendam & colendam, nec ei obsistendum esse; id quod probat sequente exemplo [c]. ¶ *Hodie*] id est, Vel, hoc die festo [d]; die σκηνοπηγίας, cui celebrandæ scriptus ille Hymnus, & quo tempore prælegi populo illa vetus historia solebat [*]: vel, in hoc seculo [f]; vel, tempore gratiæ [g], sive Novi Testamenti [h]; vel, tempore quovis commodo ad hoc præstandum [i]. ¶ *Si*, &c. Ἐὰν, &c.] *Si* (vel, *Cùm, ubi, quoties*, G.) *vocem ejus* (i. e. Dei vobis adhuc pòst Mosem & Davidem locuturi [k]: vel, Christi [l], vos alloquentis, vel, per Prophetas [m]; vel potiùs, per semetipsum [n]:) *audieritis*, Pi. &c. auditu nempe exteriori, ex collat. Heb. 4. 2. alibi interiorem auditum, sive obedientiam, designat, ut Psal. 81. 9, &c. Matth. 17. 5 [p].

8. *Nolite obdurare*, &c.] i.e. Resistere verbis Domini loquentis [q]; sed molli corde ea excipite, illi obedite, nec ab eo discedite [r]. Durum est quod non cedit, nec recipit impressionem agentis, sed ei resistit [†]. אל תקשו, *nè animum exhibeatis intractabilem*. Habemus idem verbum Exod. 7. 3. Deut. 2. 30. & 10. 16. Tribuíque solet, ut & verbum כבד, & similia, tum Deo, tum Hominibus; sed sensu nonnihil diverso, ut alibi diximus [t]. At si audiant, id est, obediant, eo ipso corda non obdurant. Quî ergò dicit, *Nè obdurate*! Resp. 1. *Audire* hîc tantùm est auditu percipere. 2. Sensus est, q. d. Si auditis, i. e. obeditis, id factis in posterum declarate; & nè obdurate, &c. ut Joh. 14. 15. *Si me diligitis, servate mandata mea* [v]. ¶ *Sicut*, &c. Ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ] *Sicut* (sub. *fecistis*, Ar. vel, sub. *contigit*, Pi.) *in jurgio*, Ca. vel, *irritatione*, V. *contradictione*, D. ex Hi. *exacerbatione*, Er. Il. Ti. P. Mo. Be. Pi. &c. Id est, in die contentionis, ut יום repetatur ex sequente membro [*]. In

1600

k Q. in E. l Cam. m Ow. n Jun. o Cam. p Tc. sim. E. q E. r Q. in E. † E. sim. t c. G. Par. * Par. t E. v V. sic Er. E. Me. x E. Me. y E. z Par. sim. Be. E. a G. b Er. Be. c E. J. Cap. d J. Cap. E. * J. Cap. sim. Par. f Par. E. g G. h G. E. i Jun. k Camer. sic i. e. l Jun. m Com. n G. o Rib. sic E. p E. sim. Rib. q Rib. r E. † Rib. t E. v Q. in Ow. sim. Par. x Par. y E. z J. Cap. sim. Par. a Ow. i. e. Te. b Ow. c E. d Jun. Te. * Calv. Be. f Ger. g Be. h Ow. i Me. Ow. k Me. Ham. Ow. l G. m G. sic Me. Ow. Ham. n G. o Me. p Ow. q † Pi. Par. † V. t G.

v Ham. x G. sim. Ham. y J. Cap. z J. Cap. sim. Cam. a Cam. b J. Cap. c Cam. J. Cap. d J. Cap. * Cam. f J. Cap. g Er. h E. i G. k E. l Ow. m Be. n E. o Ow. p J. Cap. q E. r Rib. † G. t G. sim. Pi. E. v E. x G. Pi. sic E. J. Cap. Tc. &c. y Te. sim. E. z Ow. sic Jun. a Jun. b Ow. c Jun. d Te. E. ex Hellel. f G. sim. Ow. g J. Cap. ex RS. in E. Ow. h Te. i Te. ex Primas. k Ow. l Ec. m Pi. Me. n Pi. o Te. p Ger. sim. E. q E. r E. sic Ger. † Me. t E. v G. x E. * Be.

loco nominato מריבה[x], Exod. 17.7. Num. 20.13, 24. Quibus locis redditur Ἀντιλογία & Ἀντιλογία[y], at Psal. 95.8. apud Lxx παραπικρασμὸς[z], cujus vocis eadem est significatio. Et nota verum esse quod diximus ad Gen. 11.16. etiam nomina hominum, aut locorum, propria exprimi solere in linguis aliis, vocibus non ejusdem soni, sed parem significatum habentibus[a]. *Jurgati ibi sunt cum Mose*, &c. Sed Deus id perinde æstimat quasi secum jurgati essent, ut videre est Num. c. 20. v. 13[b]. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ, &c.] Etiam hîc Πικρασμὸς est pro מרה, quod nomen itidem est loci in deserto ex historia sic dicti[c]. *In die* (vel, Sicut *in die*, D. ex Hi. Et sicut *in die*, J. Cap. ex Sy. & Ar. κατὰ τὴν ἡμέραν, pro ἐν τῇ ἡμέρᾳ[d]. id est, *quomodo illo tempore*[*], ut Job. 29. 2. Jer. 44. 6. Dan. 9. 15. & alibi[f].) *tentationis*, &c. Er. Ti. &c. id est, quo tentâstis Deum[g]. Locus indè dictus *MASSA*, i. e. *tentatio*, Deut. 6. v. 16. & 33. 8[h]. נסה *tentare*, sive *irritare*[i]: quod & πειράζειν & πικραίνειν [vertitur] Græcis. Nomen autem *MASSA* Lxx, Exod. 17. 7. & Deut. 6. 16. vertunt Πειρασμός. *Dies Massæ* est tempus illud quo circa *MASSAM* egit populus[k]: sicut *dies Midian*, Esa. 9. 4[l]. *dies Meribæ*; *dies Jerusalem*[m]. Loquitur hîc de tentatione illa in Cades, ubi aquæ secundò defecerunt[n]. Al. Epexegesis, quâ declarat de qua exacerbatione loquitur[o]; nempe de illa Exod. 17[p]. à qua locus ille *MASSA* & *MERIBA* dictus est[q]. Nisi malimus referre hanc exacerbationem & tentationem ad totum tempus 40 annorum, ut eorum sequens mentio postulare videtur[r]. Quorsum autem hæc? Resp. 1. Ut patrum authoritatem desinant obtendere †. 2. Ut considerent, si impunè non potuit contemni famulus Moses, nedum Filius, &c[t].

9. *Ubi*, &c. Οὗ ἐπείρασάν, &c.] *Ubi* (Illud οὗ ostendit locorum præcessisse nomina[v]. Vel, *Quando*, Aug. sic Sy. Heb. אשר, quod & ad *tempus*, & ad *locum*, refertur; sed οὗ, sicut & ποῦ interrogativum, nusquam apud bonos autores *tempus* denotat, sed *locum* tantùm[x]:) *tentaverunt me* (Apparet hîc πειράζειν idem esse quod πικραίνειν. Με non est in Græco, sed subauditur ex priori: in Hebræo autem exprimitur[y]. Sensus, q. d. Nunc dictis meis diffidentes atque obmurmurantes; nunc ex diffidentia[z], periculum facere volentes meæ potentiæ, veritatis[a], scientiæ & providentiæ[b].) *patres vestri, probaverunt me*, (i. e. exactò & serio studio, modisque omnibus, me explorârunt, ut *probare* gravius sit quàm *tentare*[c]:) *& viderunt* (καὶ, pro καίπερ, גם[d]. q. d. cùm tamen experti essent & vidissent, &c[*]. Sensus est, Quanquam magna opera mea viderant, tamen libuit eis me irritando periculum facere potentiæ meæ. Sensus idem Deut. 29. 2, 3, 4[f].) *opera mea*] Mirabilia opera quæ feceram coram eis[g], ex quibus potentiam & veritatem meam satis discere poterant[h]; vel, pœnas quibus illos affeceram[i]. *Ponenda interpunctio* post μου[k], ut in Hebræo, & editione Sixti Græca. Et id exigunt quæ sequuntur infrà v. 17. & ipsa historiæ series[l]. ¶ *Quadraginta annis*] Hæc verba referuntur, vel, 1. ad sequentia[m], ad tempus indignationis Dei[n], ut in Psalmista, & infrà v. 17[o]. Cui obstat sequens διὸ[p]. Sed illud non obstat, quia sicut Latinorum *idcirco*, *ideo*, est communis ordinis; ità & διὸ esse potest[q]. Vel, 2. ad præcedentia[r], sive ad tempus peccati ipsorum †. Utraque lectio sensum habet verum & commodum[t]. Tempus indignationis Dei, & peccati ipsorum, idem prorsus erat, ut hæc verba utrique commodè aptari possint; huic hoc versu, illi v. 17. Fortassis tamen sic h. l. distinguit Apostolus, ut innueret, iram illam, in qua juravit Deus, &c. non fuisse post finem 40 annorum, ut verba Psaltis præ se ferre videbantur. Dico, *videbantur*. Nam reverâ hoc tantùm declarant, *eundem* fuisse *populum* cui *indignatus est*, & de quo *juravit*[v]. Cohærent hæc verba non cum *viderunt*, sed cum *probaverunt*[x]. Synecdoche est in *annis quadraginta*: vult enim dicere *magnam partem illorum annorum*. Vide Num. 16. 22[y]. Quando juravit Deus non viderunt, &c. per 40 annos, sed per unum tantùm[z]. Offensus autem erat Deus per totos 40 annos, & populus non fuit penitùs consumptus ante 40 annum[a]. Videtur autem ideo urgere illud de *quadraginta annis*, quia par spatium Deus Judæis ad pœnitentiam post Christum enectum præfinierat[b].

[Margin: x G. D. E. y Tc. y G. z D. a G. b G. sim. E. c G. d Ger. sim. E * G. f G. sic E. Ger. g D. ex Hi. h D. i D. G. k G. l G. D. m D. n Tc. ex Gen. o Pi. p Pi. sic Be. q Be. r Pi. † Be. sim. Calv. t Be. v G. x Ow. y G. z Me. a Me. sim. E. b E. c Plerique in E. d G. sim. Pi. * Me. Q. in E. sim. Pi. f G. g Me. h E. i Ti. k G. sim. Pi. l G. m Caj. & Sasb in E. n Q. in Ow. o Ow. E. p Ger. q E. r Rib. Ow. Pi. † Q. in Ow. t J. Cap. sim. Rib. v Ow. x Pi. y G. z E. a Rib. b G.]

10. Διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ] *Quapropter* (i. e. Propter hæc & similia. Sic διὸ, pro διὰ τοῦτο, habemus & 2 Cor. 4. 13[c]. Apostolus διὸ de suo addit, quod non est in Psalmo, sed rectè subintelligitur[d].) *infensus fui* (vel, *offensus fui*, Er. *offendi*, Pi. ex Jun. *tædium molestiámque cepi*, Er. V. Zeg. Heb. *fastidium habui*, Pi. אקוט, *pertæsum me est eorum*[*], vel, *fastidivi eos*[f]. Sic Job. 10. 1. נקטה נפשי, κάμνω τῇ ψυχῇ μου in Latino, *tædet animam meam*. Suidæ προσώχθισα, est δυσαρεστῶ, βαρύνομαι. Et hoc Psalmo Aq. & Sym. δυσηρεστήθην[g]. Significat eam displicentiam, cùm quis molestiâ rei cujuspiam victus tandem eam à se abigit[h]. Vel, *molestè tuli*, Tre. ex Sy. sim. Æth. Ca. *execratus sum*, Ar.) *generationi* (Sic vocat *homines ætatis istius*[i]; idque ex maxima parte, ut jam videbimus[k]. Vel, *genti*, sive *nationi*, Be. P. Pi.) *huic*, Mo. vel, *isti*, sive *illi*, Er. Be. Pi. &c. Pro ἐκείνῃ in MS. est ταύτῃ[l]. ¶ *Semper* (i. e. In quavis occasione & tentatione[m]:) *errant corde*] id est, Populus iste vagum cor habet[n]; persistunt in errore animi sui[o], circa Deum résque divinas, i. e. in infidelitate & vitiis affinibus, tentatione, mutatione[p]; malum vice boni appetentes[q], vecordes sunt & insani[r]. Καρδία, hîc, vel *mentem* denotat †: vel potiùs, affectus & cupiditates cordis, ut vox accipi solet cùm de officiis vel peccatis agitur. Non tam *speculativus* hîc notatur *error mentis*, quàm *practicus*; quo quis, mente pravis affectibus seductâ atque depravatâ, spontè recedit ab obedientia Deo debita[t]. ¶ *Non cognoverunt* (practicè scilicet[v], vel cum approbatione[x]. *Nôsse* hîc est *curare*, ut Psal. 1. 6. & alibi[y]. Noluerunt intelligere, ut illi Job. 21. 14. Ignorantia affectata erat[z]: præ cæcitate cordis non considerârunt, nec rationem eorum habuerunt, ut mihi crederent[a]. Sic improbos *ignorare quid agendum*, *quid fugiendum*, dicunt Philosophi, qui illam ignorantiam non excusant; sed, ut causam sceleris exagitant & detestantur[b].) *vias meas*] Sic vocat modum agendi quem Deus probat. Intelligit, vel, 1. viam quam ipse Deus sequitur, ut Esa. 55. 8[c]. sive opera quæ Deus facit, quæ eos *vidisse* dicit, & de quibus tentatio erat[d]. Vel, 2. quod malim, viam quam Deus vult nos sequi, quam jubet & probat[*], h. e. præcepta Dominica[f]; qu. d. Legem meam admittere noluerunt[g], non libet eis insistere viis à me præscriptis[h].

11. *Quibus*, &c. Ὡς ὤμοσα, &c.] *Sicut* (vel, *Adeò ut*, Tre. ex Sy. vel, *Itaque*, Il. P. Be. Pi. G. ex Sy. ὡς, i. e. ὥστε[i]. Vel, *Quibus*, E. ex Vulg. Repetuntur eadem verba, infrà 4. 3. ubi itidem est ὡς, non, ut quidam hîc legerunt, οἷς[k]. Heb. est אשר, quod variè usurpatur, valétque, *quod*, *quibus*, *propterea*, *sicut*[l].) *juravi in ira mea*] id est, Iratus[m]. Anthropopathia[n]. Juramentum hoc habes Num. 14. 28[o]. ¶ *Si introibunt* (Est forma juramenti[p], scil. execratorii[q], elliptica[r]. Subauditur aliquid, ut in juramentis solet †, Psal. 132. 2, 3. Marc. 8. v. 12[t]. vel, ad indicandum πάθος[v]: vel potiùs, ob reverentiam personæ quæ sic jurans introducitur[x]. Cùm homines jurant, subauditur, *Malè mihi faciat Deus*, ut 1 Sam. 25. 22. cùm Deus[y], *Nè pro Deo habear*[z].) *in requiem meam*, Er. Ti. &c. Sic vocat, vel, 1. Templum[a]; quod *requies Dei* vocatur 2 Par. 6. 41. Psal. 132. 4, 8. sic Jos. 11. 10. Per *Templum* autem Ecclesiam significari notum est[b]. Vel, 2. Terram Canaan[c], ubi populus à longis jactationibus quievit[d], ut Deut. 12. 9[*]. At hæc erat potius Israelitarum requies. Cur ergò vocatur *requies Dei*[f]? Resp. 1. Quia ejus boni auctor erat Deus[g], terram dando iis[h]. 2. Quia tunc Arca, quæ *Dei* nomine vocabatur, vagari desiit. Sub his [autem] involucris obtegi Messiæ tempora sentit & D. Kimchi[i]. Vel, 3. requiem à persecutionibus, quæ promissa est Christianis, & jam appropinquabat; in quam pseudo-Christiani illi, Gnostici, non erant introituri, sed cum Judæis perituri, &c[k]. Vel, 4. Regnum cœlorum[l], quod per terram Canaan figurabatur[m]. Comminationem Israelitis factam iis quos compellat applicat, si non audierint, &c[n].

12. *Videte*] Cohæret hoc cum iis quæ dicta suprà v. 7[n]. tanquam accommodatio, sive ἀπόδοσις, præced. authoritatis[o]; q. d. Διὸ, &c. *Quapropter, sicut dicit*, — *hodie si vocem ejus*, &c. *ità vos videte*, &c[p]. Præcessit καθὼς v. 7. Ergò hîc subaudiendum οὕτω[q]. ¶ *Fratres*] Blandè com-

[Margin: c G. d Ger. sic E. * G. f E. g G. h E. i G. sim. E. k G. l Idem. m Ow. n G. o E. sic Me. p E. q Cam. r Be. † Cam. t Ow. v J. Cap. x Q. in J. Cap. y G. z Tc. a E. b Cam. c Idem. d E. sim. Tc. * Cam. f Cam. sic Me. g Me. h G. i Be. k G. l E. m Be. Me. n E. o G. p E. Er. Zeg. q E. r Pi. J. Cap. † G. sim. E. t G. v Q. in E. x E. y G. z G. sim. Te. Zeg. Pi. a Q. in D. b D. c D. Pi. E. sic Me. G. d G. sim. E. D. * G. f D. g G. h D. i G. k Ham. l D. ex Primas. sim. Pi. m Pi. n J. Cap. o G. sim. Jun. Pi. o Jun. p Jun. sim. Pi. q Pi.]

compellat eos [r], qui implacabiles erant †. ¶ Nè, &c. Μήποτε ἔσται ἔν τινι ὑμῶν, &c.] Nè quando (vel, unquam, G.) sit in ullo (vel, quoquam, G.) vestrûm cor malum (vel, animus malus, G. id est, animus depravatus [t]: vel, cor malignum, Be. cor improbum, P.) non credens, (vel, incredulitatis, Mo. Pi. Vulg. vel, id est, incredulus. Nam Genitivus iste habet vicem Adjectivi [v]. Vel, & infidele, P. non credens promissis Christi [x]; vel, abjectâ fide Christi [y], ad Judaismum rediens [z]. Indicatur hîc fons Apostasiæ, nempe, malignitas mentis, & præfracta incredulitas [a].) deficiendo (vel, desciscendo, Be. discedendi, V. in desciscendo, Er. V. in discedere, Mo. & deficiatis, Tre. ex Sy. id est, unde fiat ut discedatis vos, aut ex vobis aliqui [b]; vel, ut desciscat, Er. Il. Ti. ad deficiendum, P. ἐν τῷ, pro εἰς τὸ, quæ particularum mutatio frequens his & aliis Libris. Nolite redire ad Judaismum, sicut illi in Ægyptum, unde eos Deus eduxerat [c].) à Deo vivo, Pi. &c. vel, quia Christus est Deus vivens; vel, quia qui negat filium, nec patrem habet, 1 Joan. 2. 23 [d]. Sicut qui Christo credit, Deo credit, Joh. 12. 44. quia Deus omnimodò id egit ut Christum à se missum ostenderet, Joh. 6. 27. ità qui Christum deserit, simul Deum deserit [*]. Frustrà ergò Judæi Christum negantes, sibi blandiuntur de cultu unius Dei [f]; hoc obtentu à Christo deficientes, nè à Deo deficerent [g]. Duplex est ἀπιστία, ab initio vocationis, & ex post facto. Hæc autem illâ est deterior, quia secum trahit desertionem Dei. Vide 1 Tim. 4. 1. Valde autem efficaciter dictum, à Deo vivo, ut infrà 9. 14. & 10. 31. Nam qui vivit, id est, semper vivit, (ità enim id verbum hîc sumitur) semper etiam pœnas sumere potest [h]; & omnia videt, ut impios puniat, & pios coronet [i].

13. Sed, &c. Ἀλλὰ παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς, &c.] Sed adhortamini vosmetipsos (ἑαυτοὺς, pro ἀλλήλους, ut 1 Cor. 6. 7. & alibi [k]: alii alios, Be. Pi. ad perseverantiam fidei [l]:) per unumquemque diem, usquequò Hodie cognominatur, Mo. id est, quotidie & indesinenter [m]; dum durat tempus præsentis vitæ [n], gratiæ, & pœnitentiæ, quod cuique datur [o]; vel, quo nos Deus compellat [p], exaudit, & adjuvat [q]. Σκηνοπηγία Judæorum, indicata per σήμερον, semel anno peragebatur. Nostra, dum durat hoc seculum. Vivimus enim incertis sedibus, & sedem quietam exspectamus: neque opus est nobis in memoriam redigi quod quotidie sentimus [r]. ¶ Ut non obduretur (ad vocem vocantis Dei, vel Christi †; vel, contra pia monita [t]. Contemptus Evangelii hîc induratio dicitur [v].) quis ex vobis fallaciâ (vel, seductione, Be. Pi. fraude, Cam.) peccati] id est, Fallaci & seducente peccato [x]; vel, fallacibus illecebris peccati [y], cui nimirum inest bonum apparens & præsens, cùm Evangelii bona invisibilia sint & futura [z]. Nunquam peccat voluntas quin simul erret intellectus, adeòque hæc duo invicem imposturam faciunt & patiuntur. Confer Eph. 4. 22 [a]. Ἁμαρτίαν generis nomine hîc vocat metum vexationum & odii, per quem multi seducti eo tempore deficiebant ab Evangelii persecutione [b]. Prosopopœia est, quâ peccatum, seu concupiscentia, dicitur homines sollicitare, decipere, illicere; ut Rom. 7. 11. Jac. 1. 14. impellere, ad peccatum; & quidem ad hunc actum peccati qui est deficere à Christo, ut præced. & sequent. satis declarant [c].

14. Participes (vel, Consortes, Be. Pi. Socii, Pi.) enim Christi effecti sumus] scil. In hæreditate illa cœlesti. Μέτοχοι, pro συμμέτοχοι [d]. [Variè explicant: Sensus est, q. d.] Jus nacti sumus ut participemus de Christi claritate; sed jus pendens, datum sub conditione perseverandi, ut sequitur. Vide suprà v. 6 [*]. Al. Syrus rectè, Commixti sumus cum Christo, id est, in unum corpus cum ipso coagmentati, id per fidem insiti & incorporati [f]; facti membra corporis ejus [g], participes Spiritûs, & gratiæ ejus [h], tandem & gloriæ [i]. In illa ergò fide Christi perseverate [k]; agnoscite dignitatem vestram, nè perdatis tot bona recedentes ab eo [l]. Al. Christus ergò, si in eo maneamus, nos per Spiritum suum liberabit à fraude peccati atque obduratione [m]. ¶ Si, &c. Ἐάνπερ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως, &c.] Si modo initium, sive principium, (vel, primordium, P. vel, principium illud, Be. Pi.) substantiæ, &c. Mo. Er. Ti. Vulg. Pi. vel, hypostasis, Ar. fiduciæ, Il. illius subsistentiæ, Jun. V. putà, quâ jam in ipso subsistimus, velut participes, & concorpores cum ipso effecti:

r J. Cap. — s Jun. Te. — † J. Cap. — t E. — v G. — x Rib. Me. — y E. — z Rib. Me. — a J. Cap. — b E. — c G. — d E. — * G. — f E. — g J. Cap. — h G. — i Rib. — k G. — l E. sic Me. — m Jun. — n Me. E. sim. Te. — o J. Cap. T. Er. — p Me T. — p Be. — q Calv. — r G. — † T. sic Me. — t G. sim. E. — v Cam. — x V. — y Me. T. — z Cam. — a J. Cap. — b G. — c E. — d Pi. — * G. — f E. — g E. sic Me. — h Rib. Me. sim. Te. — i Te. — k E. — l Rib. Me. — m Jun.

q. d. Si prout in eo coaluimus, ità porrò coalescamus, donec porrò pervenerimus ad justam staturam in Christo [n]. Vel, quo sustentamur, ut ὑπόστασις accipitur 2 Cor. 9. 4. & 11. 17. Opponitur autem hîc principium fini, sed ità ut utrumque consentire oporteat. Quanquam fortasse rectiùs τὴν ἀρχὴν acceperimus pro eo quod primarium est, & à quo nisi cœperis frustrà quidpiam aggrediaris [o]. Idem hîc sensus qui suprà v. 6 [p]. ut omnes fatentur [q]. Ibi ἐλπὶς dicitur quæ hîc ὑπόστασις. Idem enim significant: Itaque תוחלת ἐλπὶς vertitur, Lam. 3. 18. ὑπόστασις, Psal. 39. 6. Vide quæ infrà dicemus, 11. 1 [r]. Quod ibi καύχημα τῆς ἐλπίδος, hîc dicitur ἀρχὴ τῆς ὑποστάσεως, quia utrumque dicit firmum ad finem servandum esse †. Dixit ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως per ὑπαλλαγὴν, nostris his Libris non infrequentem ‖; pro, τὴν ὑπόστασιν τὴν ἐξ ἀρχῆς, spem illam quam ab initio habuimus [*]. Talia sunt argentum siclorum, pro siclis argenteis; sanguis in anima, pro anima in sanguine; templum immissum igni; & similia [t]. [Et hoc forsan respexit Ca. qui sic vertit, argumentum ab initio] Ὑπόστασιν hîc, ut infra 11. 1. vocat ὑπόστασιν, vel κατάστασιν [v], vel ὑπόσχεσιν [x]; nam ὑφίστασθαι est & polliceri [y], sive ὑπισχνεῖσθαι · ut τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως vertatur, principium illud stipulationis nostræ [z]. Ut intelligatur promissio fidei quæ fit à Christianis [a], in Baptismo [b], servandæ religionis & sanctitatis [c]; & simul renunciatio quæ ibi fit Diabolo, operibúsque ejus [d]. Al. Principium subsistentiæ hîc vocat illud per quod primùm subsistimus [*]; id est, fidem [f], quæ est initium subsistentiæ nostræ spiritualis, i. e. justificationis & gratiæ, per quam efficimur Divinæ naturæ consortes [g]; per quam in vita hac spirituali subsistimus [h]; quæ est ὑπόστασις τῶν ἐλπιζομένων, Heb. 11. 1 [i]. quæ est substantia, i. e. basis & fundamentum, salutis ac spei nostræ [k]. Fidem autem intelligo cum sancta professione conjunctam ‖. Hujus, inquit, fidei, sive fiduciæ, initium & rudimenta habemus; ea firmiter sunt retinenda, fovenda, augenda [l]. Ὑφίστασθαι est subsistere, non trepidare, non commoveri, sustinere impetum statu inconcusso. Sic Latini dicunt subsistere aprum, Græcè ὑφίστασθαι κάπρον, & ὑφίστασθαι πολέμιον. Hinc ὑπόστασις · quæ duo complectitur, 1. exspectationem, nè præcipites impatientiâ tempus constitutum acceleremus, sed Dominum patienter exspectemus; 2. statum firmum & immobilem, nè adversa nos dejiciant. Dicit autem ἀρχὴν, &c. ut Apoc. 2. 5. Fac prima opera, id est, pergite ut cœpistis [m]. Ὑπόστασις hîc, sicut & 2 Cor. 9. 4. & 11. 17. est id quod facit ut quid subsistat: At Heb. 1. 3. est id quod reapse subsistit [n]. Al. Evangelium hîc vocat initium fiduciæ nostræ, quia medium est producendi & fidem, & professionem, in qua nobis perseverandum est [o]. Al. Ut participatio Christi est unio nostra cum Christo; ità ὑπόστασις, quam virtute istius unionis conservare tenemur, est nostra subsistentia, sive permanentia, in Christo, ut palmitum in vite: eáque, vel, 1. per nudam professionem; vel, 2. per realem unionem, cujus probatio à nostra perseverantia pendet. Subsistentiæ adjunctum hîc est initium, quod consideratur, vel, 1. absolutè, prout inchoatur, sive professione sive reverâ, & durare debet; vel, 2. emphaticè, pro effectis nostræ fidei, sive professionis, sive unionis cum Christo inchoatæ, quæ majori plerumque comitata est dilectione, affectu, fortitudine, &c. à quibus sine maxima cura & vigilantia excidemus [p]. Vox ἀρχὴ imperfectionem nostram innuit, ὑπόστασις certitudinem salutis confirmat; conditio adjecta studium perseverantiæ in nobis excitat; connexio tota perseverantiam probat, quia initium cum fine cohæret [q]. Illi duntaxat Christi participes sunt, quibus Deus perseverantiam largitur [r]. Hæc verba sumenda ut illa Christi, Si vosmet invicem amaveritis, verè Discipuli mei eritis, non formaliter, sed interpretativè, seu declarativè; h. e. ut non intelligatur tum demum fore ut Christi compotes reddamur postquam perseveraverimus, sed id tum demum ipsâ experientiâ & factis comprobatum iri. Nam sine Christo nihil possumus, Joh. 15. 5. nedum perseverare, quod maximum & difficillimum opus est †.

15. Dum, &c. Ἐν τῷ λέγεσθαι] Hoc quidam connectunt cum præcedentibus; Chrysost. & qui eam sequuntur Græci, cum iis quæ sequuntur [Heb. 4. 1.] φοβηθῶμεν οὖν, ubi nos novam habemus sectionem, non alia de causa quàm quia ità visum est exscriptoribus, cùm Græci

n Jun. — o Be. — p G. sic Ow. — q Ow. — r G. — † Ow. — ‖ G. — * G. sim. Cam. — t G. — v Camer. — x Camer. Sch. — y Camer. — z Sch. — a Camer. Sch. — b Sch. — c Camer. Sch. — d Sch. — * V. — f V. Zeg. Rib. E. Me. Par. G er. Te. — g Rib. — h E. Me. sic Te. — i Pi. sic Zeg. J. Cap. Par. — k E. Me. — ‖ G. — l Par. — m Cam. — n J. Cap. — o Q. in Ow. — p Ow. — q Par. — r J. Cap. — † Cam.

aliis utantur sectionibus. Græcos si sequamur, illa omnia à τινὲς γὰρ ἀκούσαντες, ad ὁσβηδῶμεν ἂν erunt longa παρένθεσις, quales in his Libris multæ[t], & sententia longo Hyperbato suspendetur[v]; & ἐν τῷ λέγεσθαι valebit, *cùm audimus hæc dici*, nempe, quæ ad nos non minùs quàm ad Veteres illos pertinent[x]. Vel, *in hoc quod dicitur*, Er. Sed longè commodiùs hoc cum præced. connectitur[y]; vel, cum v. 13. *Exhortamini*, &c. *quandoquidem dictum est*, &c. Heb. בהאמר, ut v. 14. parenthesi includatur[z]; vel, cum v. 14. ut explicatio ejus dicti, *usque ad finem*, dum scilicet, vel quamdiu, dicitur nobis voce prophetica, *Hodie*, &c[a]. Quod enim Hebræis dictum erat, accipi vult tanquam omnibus dictum esset[b]. *In dici*, Mo. *Dum* (vel, Interim *dum*, P. Be. Pi.) *dicitur*, Mo. P. &c. Hebraismus est[c], ut Psal. 9. 3. *in convertendo*, &c. i. e. dum convertuntur[d]: & 27. 2. *in orando*, i.e. dum oro: & 41. 4. *in dicere*, id est, dum dicitur[*]; ubi in LXX est, ut hîc, ἐν τῷ λέγεσθαι[f]. ¶ *Hodie*, &c.] Repetita ex v. 7[g]. id est, hâc vitâ durante[h]: vel, quamdiu hæc vox personat[i].

16. *Quidam* (q. d. Non omnes[k], quia non Josue & Caleb, non parvuli[l], 20 annis minores[m]; non omnes mulieres[n], non Levitæ[o], omnes scilicet[p]; quippe qui non comprehendebantur in illa recensione[q], in deserto Sinai, Num. 14. 29. collat. cum Num. 1. 47, &c. & 26. 63. Comminatio autem Dei erat adversùs eos qui ibi numerati sunt[r]. Dicit autem *quidam*, quasi non ità multi fuerint; ut Hebræos ad perseverantiam animaret, adducto exemplo non tantùm punitionis incredulorum, &c. sed & remunerationis fidelium †.) *enim audientes* (vel, *qui audierant*, G. *quum audîssent*, P. Be. Pi. E. scilicet vocem illam[t], promissa & præcepta Dei[v]; Decalogum tanta cum majestate pronunciatum, & præcepta Dei alia per Mosem data & plurimis miraculis confirmata[x].) *exacerbaverunt*] Vel, *irritârunt*, G. supple αὐτὸν[y], vel Deum[z], vel Mosem, Exod. 17. & Num. 14. & consequenter Deum, cujus vice Moses fungebatur[a]. ¶ *Sed non universi*, &c.] Non tales Josue, non Calebus, non quæ subnata est soboles. Sic & nunc defecere aliqui à Christianismo, infrà 10. 25. Vos nolite illorum exemplum sequi; sed potiùs, Josuæ & Calebi, qui nullis adversis territi spem semper firmam retinuere[b]. *Non omnes*: Sed heu! quàm pauci memorantur expertes hujus culpæ! Est ergò λιτότης, sive μείωσις, quâ subinnuit, non esse quòd miremur si pauci Judæi maneant in fide Christi, cùm Mosis seculo tam pauci crediderint, &c[c]. ¶ *Per Moysem*] Ità Be. Pi. &c. id est, Mose educente[d]: *in manu Mosis*, &c. Psal. 77. v. 20[e]. Sic Ose. 12. 13. ἐν προφήτῃ, id est, *per* Mosem *Prophetam*[f].

17. *Quibus autem infensus est* (An omnibus fine discrimine? Non sanè: novit causas cujusque discernere[g].) *quadraginta annis?*] Circiter 40 annis: nam comminatio pœnæ erat anno secundo, Num. 14[h]. ¶ *Nonne iis qui peccaverint?*] Atrocioribus nempe rebellionibus[i], multiplici genere peccatorum; ut murmurando, concupiscendo, &c. præcipuè verò infidelitate, ut patet ex Num. 14[k]. Intellige hîc ἁμαρτάνειν in illo sensu graviore quo respondet voci פשע, ut Job. 33. 9. Prov. 29. 6. Lam. 3. 42[l]. Sic 1 Joh. 3. 8, 9[m]. Vide quæ suprà 2. 2. MS. hîc habet ἀπειθήσασιν, fortè ex Glossemate. ¶ *Quorum*, &c. Ὧν τὰ κῶλα, &c.] Et hoc ex Græco Num. 14. 29[n]. ubi in Heb. פגריכם, quomodo eadem vox vertitur Luc. 26. 30. Num. 14. 33. 1 Sam. 18. 46. Esa. 66. 24[o]. Propriè פגרים sunt *reliquiæ*, ut apparet ex illo Levit. loco, ubi idolorum fragmina eodem nomine dicuntur. Et Chaldæis verbum פגר est *destruere*. *Desertum* hîc Gehennæ respondet[p]. [Verba sic reddunt:] *Quorum corpora* (vel, *cadavera*, Ar. Vulg. D. Est enim certè פגר *corpus animâ cassum*[q], vel, *ossa*, Tre. ex Sy. *artus*, vel *membra*, Er. Il. Ti. Pi. Be. Significat, eos non quovis morbo, sed tabescentibus sensim corporibus, concidisse[r]. Ut μέλη Medicis sunt *Membra corporis humani minora*, ità κῶλα *majora*†: hîc autem Synecdochicè ponitur[t], pro integris corporibus, sive cadaveribus, vel, per Sarcasmum, & ex contemptu[v]; vel, forsan, quòd multa ex iis sparsa super terram jacerent in eremo, & carne consumptâ ossa ibi manerent, ut alibi factum, Psal. 141. 7[x].) *conciderunt* (vel, *prostrata sunt*, Vulg.) *in deserto?* Be. Pi. P. Ca. Mo. Qui typus erant eorum qui ad exitum usque perseverant in sua contumacia, 1 Cor. c. 10. v. 11[y].

18. *Quibus autem juravit non introire* (vel, *non ingressuros*, J. Cap. ex Er. & Be. E.) *in requiem ipsius*] Vel, *suam*, Er. Be. Pi. &c. id est, Quibus cum juramento minatus est, &c[z]. Verba sunt Psal. 95. sed quæ confirmant & explicant illa Num. 14. 28, 29[a]. ¶ *Nisi illis*, &c. Τοῖς ἀπειθήσασι] *Iis qui non obedierant*, P. Be. Pi. sub. *sermoni*, Be. vel, *increduli fuerunt*, Vulg. vel potiùs, *qui rebelles fuerant*: differunt enim ἀπιστία & ἀπείθεια[b]: & ἀπειθεῖν passim in N. T. est *nolle credere*[c]; vel, *qui leges ejus contempserant præfractè*, המורים. Id enim verbum per ἀπειθεῖν vertitur, Exod. 23. 21. Deut. 1. 26. & 9. 7, 23, 24. Jos. 1. 18. Esa. 50. 5. & 63. 10[d]. Sensus est, Nisi iis qui, post tot & tanta miracula, promissis Dei credere noluerunt[*]. Significat, iis demum patere cœlum qui Christo obedierint[f].

19. *Et videmus*] id est, Ex historia cognoscimus[g]: q. d. Ut Deus juravit, ità factum est[h]. ¶ *Non potuerunt introire*] In sedes illas quietas, obstante nimirum decreto illo Dei peremptorio[i]. ¶ *Propter incredulitatem*; ità Be. Pi. &c. Δι' ἀπιστίαν] Quia fidem non habuerunt promissis Divinis[k]: quæ causa & tunc fuit inobedientiæ[l], & præclusi aditûs in requiem[m], & nunc est[n]. Non ergò προσωπολήπτης est Deus[o]. Ità illis nocuit incredulitas. Multùm immoratur in detestatione incredulitatis, quia eos maximè in fide confirmare contendebat[p].

CAP. IV.

1. *Timeamus ergò*] Et timendo præcaveamus[a]. Connectendum hoc, vel cum cap. 3. 15[b]. vel cum verbis proximè præced[c]. Timorem præcipit, non diffidentiæ, sed reverentiæ, & solicitudinis offendendi Deum[d]; vel, quo suæ intelligentiæ, voluntati, viribúsque omnibus diffidentes, & à seipsis, tanquam salutis suæ à natura hostibus, maximopere metuentes atque caventes, se totos credant & committunt Domino[*]. ¶ *Nè*, &c. Μήποτε καταλειπομένης ἐπαγγελίας—δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι] *Nè cui vestrûm libeat sibi deesse, cùm relictum sit vobis jus intrandi in ipsius requiem*. Δοκεῖν non semper est *videri*, sed *pro lubitu agere*, ut Matth. 3. 9. diximus. Ὑστερεῖν τινος Græcè dicitur cui aliquid deest ad rem adipiscendam, ut videre est Matth. 19. 20. & hîc infrà 12. 15. ἐπαγγελία καταλειπομένη est *hæreditas relicta*, quæ hæreditas quia non ex Lege venit, sed ex promisso, quasi ex testamento Gal. 3. 29. ideo vocatur ἐπαγγελία per Metonymiam, qualem in eadem voce habemus Act. 1. 4. Eph. 2. 12. Pari modo κληρονομεῖν ἐπαγγελίαν habemus infrà 6. 12. Exponit autem per πρόθεσιν quæ sit illa *hæreditas*, sive *res promissa*, nempe, *intrare in requiem Dei*, illam perpetuam atque perfectam; quæ respondet figuræ jam antè dictæ, & in sequentibus apertiùs explicabitur. Καταλείπεσθαι de hæreditate habes non tantùm apud Juris Scriptores, sed & Psal. 49. v. 10. & Sirac. 11. 19[f]. Al. *Nè si fortè desinat ingrediendi in ejus requietem promissio, aliquis vestrûm tardâsse videatur*, id est, tardet, & serò veniat. Tum desinet promissio, cùm jam in ejus requietem intrabitur. Itaque danda opera est ut, dum licet, pareamus; nè, si simus ad eam rem tardiores, opprimamur de improviso, atque ità tardaverimus. Nam δοκεῖν Græcis, & *videri* Latinis, aliquando cum re ipsa conjunguntur. Sic Aristot. *Omnia bonum expetere* δοκεῖ, *videntur*, i.e. apparet, sive videmus. Et Cicero Offic. 1. *Nunquam omnino periculi fugâ committendum est ut imbelles timidique videamur*, h.e. simus[g]. Aut pendent hi Genitivi, καταλειπομένης ἐπαγγελίας, à verbo ὑστερηκέναι in fine versûs; sed sic diceretur καταλειπ. &c. aut, quod malim, accipiendi sunt absolutè[h]. Καταλείπεσθαι h. l. est, vel, 1. *deseri*, sive *derelinqui*, ut ad incredulos referatur, & *promissio* posita sit pro *re promissa*, ut *spes* & *fides* pro rebus quæ sperantur & creduntur; vel, 2. *superesse*, sive *reliquum esse*, ut ad Deum referatur. Et hoc verbis & scopo Apostoli maximè convenire videtur,

Marginalia (left column): [t] G. [v] E. sic Rib. Er. [x] G. [y] E. [z] Cam. [a] E. sic Rib. [b] E. sim. Ee. [c] E. Rib. [d] E. [*] E. Rib. [f] Rib. [g] G. [h] Me. Te. Me. [i] Be. sim. J. Cap. [k] Me. [l] Me. T. [m] E. [n] T. sic Me. [o] Me. T. E. Ow. [p] T. Ow. [q] E. Ow. [r] Ow. † E. [t] J. Cap. [v] E. [x] G. [y] Camer. [z] G. sic Be. Pi. [a] E. [b] G. [c] Idem. [d] G. sic E. [*] E. [f] G. sic E. [g] G. [h] E. [i] J. Cap. [k] E. [l] G. [m] J. Cap. [n] G. [o] G. sic D. [p] G. [q] D. [r] Be. † Sch. [t] Sch. sic Pi. [v] Sch. [x] Ow.

Marginalia (right column): [y] J. Cap. [z] G. [a] J. Cap. [b] Idem. [c] E. [d] G. [*] E. [f] J. Cap. [g] G. sim. E. [h] Me. [i] G. [k] G. E. [l] G. [m] J. Cap. [n] G. [o] J. Cap. [p] Me. [a] T. [b] G. ex Chryf. [c] E. [d] J. Cap. [*] Jun. [f] G. [g] Ca. [h] Pi.

videtur. Nam probare instituit, adeóque concludit, v. 9. *reliquum esse sabbatismum*, &c [i]. [Reliqui verba sic reddunt.] *Nè quando relictâ* (vel, *derelictâ*, Er. Il. Ti. P. Be. vel, *desertâ*, Q. in Cam.) *pollicitatione* (vel, *promissione*, Er. Be. &c. id est, vel, 1. si dereliquerimus promissionem, id est, non crediderimus promissioni [k]. Sed tunc dixisset, καταλείποντες ἐπαγγελίαν, &c. δοκῇ τις [l]. Sensus, q.d. Nè derelictâ seu neglectâ [m], per infidelitatem [n], ignaviam, vel inconstantiam [o], pollicitatione divinâ [p]. Vel, 2. cùm supersit, sive reliqua sit, piis promissio [q], non quidem terræ Canaan, sed novæ quietis [r]. Sed verbum eo sensu nondum in N. T. reperi †. *cùm supersit aliquod promissum*, Ar. *cùm firma sit promissio*, Tre. *stante promissione*, Sy.) *introeundi* (Ellipsis articuli τοῦ, ante εἰσελθεῖν [s].) *in requiem ejus*, (vel, 1. cœlestem scilicet [t], & æternam [u], quam Christus promisit credentibus [y], ut Mat. 11.29. Apoc. 14.13 [z]. vel potiùs, 2. illam quam credentes jam habent in Christo, & statu cultúque Evangelico. Quem sensum multa suadent ; 1. quòd Christus & Evangelium olim promissa fuerant, ut medium & status *quietis*, ut Esa. 11. 1, &c. & 28. 12. &c. 2. quòd promissio hæc nihil aliud sit quàm Evangelium, ut v. seq. declarat, ejúsque promissa omnia, quorum præcipua sunt de Christo, &c. & quorum duntaxat pars est promissio vitæ æternæ, eáque jam credentibus facta ; cùm hæc promissio proponatur ut objectum fidei, & argumentum ad credendum. 3. quòd requies hæc Evangelicis temporibus peculiaris sit, v. 9. at illa cœlestis data est sub V. T. Esa. 57. 2. 4. Antithesis, quam in toto hoc discursu instituit Apostolus, inter duos populos, inter Legem & Evangelium, & utriusque Promissa. Requies autem Hebræorum sub V. T. erat quietus & confirmatus status cultûs Dei in terra Canaan. Huic verò non opponitur quies cœlestis, sed quies fidelium in Christo & Evangelio. 5. quòd hanc requiem *fideles intrant* in hoc mundo, v. 3. 6. scopus Apostoli, qui non est præstantiam cœli supra terram Canaan asserere, de qua nemo dubitabat, sed Evangelii supra Legem †.) *existimetur* (vel, *putet*, Ar. vel, *videatur*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. V. vel, *inveniatur*, sive *deprehendatur*, T. E. Tre. ex Sy. vel, *appareat*, Zeg.) *aliquis ex vobis defici*, Mo. vel, *deesse*, Vulg. *non assecutus fuisse*, Er. V. id est, partes suas minùs obiisse [a]: *præteritus esse*, Zeg. *se alienatum esse*, Zeg. ex Chrys. vel, *illâ fuisse per tarditatem*, vel *tardando, exclusus*, Be. vel, *fuisse frustratus*, Er. Il. Ti. P. Pi. Intellige, vel, τῆς καταπαύσεως, vel, καταλειπομένης ἐπαγγελίας [b]. Illud *videatur* emphasin habet [c], vel, 1. ad leniendam comminationis asperitatem [d]; vel, 2. ad declarandam rei certitudinem, q.d. nè quis reverâ frustretur, illúdque comperiatur; quæ accedens ignominia ad miseriæ incrementum pertinet *; vel, 3. in cautelam, nè sit in iis vel species, aut umbra, talis defectionis [f]. Τὸ ὑστερηκέναι petitum est à cursu, in quo qui postremus est excidit spe præmii [g].

2. *Etenim*, &c. Καὶ γάρ ἐσμεν εὐηγγελισμένοι, καθάπερ κἀκεῖνοι] Constructio Græca, qualis Mat. 11.5. Luc. 7.22, quæ Passivum personæ facit etiam ex Activo Dativum regente ; idque hîc eò faciliùs procedit, quòd Activum εὐαγγελίζω non tantùm cum Dativo, ut Luc. 1. 19. & 2. 10, sed & cum Accusativo, construitur, ut Luc. 3. 18 [h]. Anticipatio est objectionis, addita nè quis putaret ad pœnam evitandam, & quietem consequendam, sufficere auditionem Evangelii ; aut eâ re nos priscis illis Israelitis superiores esse [i]. *Etenim nobis Evangelizatum* (vel, *annunciatum*, Er.) *est*, (ad verb. *nos Evangelizati sumus*, Er. h. e. nobis promissio facta est [k]: nobis prædicatum est Evangelium [l]; nos lætum nuncium accepimus, promissionem egregiam [m].) *sicut & illis*, P. Be Pi, nempe patribus, de quibus cap. præced [n]. tum sub Mose, tum sub Davide [o]. Qu. Quomodo Israelitæ erant εὐηγγελισμένοι ; Resp. 1. Suo modo [p], Illi de rebus terrenis promissa acceperant, nos de cœlestibus [q], Imò verò illis sub involucro beneficiorum corporalium promissa sunt bona spiritualia & æterna, quæ in N. T. immediatè & magis perspicuè promittuntur [r]. 2. Evangelium duplex est, 1. Typicum seu Carnale, nempe promissio terræ Canaan. 2. Verum & Spirituale, nempe promissio de vita æterna. Prius habebant illi in Ægypto & deserto, ut esset is εὐαγγελισμὸς typus nostri εὐαγγελισμοῦ †. 3. Idem Evangelium & nobis & illis annunciatum est [t],

[Margin: i Cam. · k Q. in Pi. · l Pi. · m E. sim. Me. T. Gom. · n E. sic Gom. · o T. · p E. · q Car. sim. Pi. · r Cam. · † Gom. · s Be. Camer. Pi. · t E. · u T. Gom. &c. · y E. sic Me. Te. · z T. · † Ow. · a V. · b Pi. · c Gom. · d Oecum. in Gom. · * Gom. · f Ow. · g J. Cap. · h G. · i Gom. sim. Me. · k V. · l Fr. sic E. Me. · m G. · n E. · o J. Cap. · p G. · q G. sim. E. · r Ger. · † Cam. · t Be. sim. J Cap. Ger. Ow.]

quoad substantiam scilicet & rei summam [v]; quanquam non eodem modo & gradu [x], ut constat ex Rom. 4. & Gal. 3 [y]. & Heb. 11 [z]. 1 Joh. 1. 1. Apoc. 13. 8 [a]. Heb. 13. 8 [b], Gen. 3. 15. & 9. 9. & 12. 1 [c]. Dices, sic scribendum fuit, Illis, ut nobis, Evangelizatum fuisse ; nam de illis dubitari poterat [d], non de nobis *. Resp. Non confert hîc duo Evangelia, aut duas Evangelii dispensationes, nam sic nostram conditionem deteriorem facere videretur ; sed significat, utrisque idem Evangelium fuisse annuntiatum, idcóque eandem pœnam, nempe exclusionem à requie Dei, subituros ejusdem vocis contemptores [f]. Meminerat quietis promissæ illis, & ab illis per incredulitatem amissæ. Dicere poterant Hebræi jam credentes, Quid illa promissio ad nos ? Respondet, & nobis eandem promitti quietem, aut in terra Canaan, aut, quod illâ promissione continebatur, in Christo, &c [g]. ¶ *Sed non*, &c, Ἀλλ' οὐκ ὠφέλησεν, &c.] *Non* (vel, *Nihil*, G.) *profuit illis* (scilicet Hebræis ad Terram promissam ituris [h]:) *sermo auditus*, Vulg. P. Be. Pi. vel, *auditionis*, V. Pi. id est, longè latéque auditus, ut Jer. 10. 22 [i], vel, quem audierunt [k]; h. e. promissio Dei de introductione eorum in Canaan per Mosem illis facta [l]: vel, auditu tantùm exceptus [m]. Alludit ad Præconum morem, qui initio præconii dicere solebant, Ἀκούετε λαοί· sicut & Prophetæ, *Audi Israel*. Unde verbum שמועה dicitur Esa. 28. 9. & 53. 1 [n]. ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς Antonomasticè vocatur Evangelium [o]. ¶ *Non*, &c. Μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν] Bona videtur hæc lectio [p], quam complures habent Græci Codices, quam sequuntur Sy. & Vulg [q]. *Non* (vel, *Ut qui non*, P. Be, Pi. *Quod is non*, Er. Il. Ti.) *admistus*, sive *commistus*, (vel, *conjunctus*, Er. Il. Ti. Ca. Te. vel, *contemperatus*, Be, Pi, Tre, ex Sy. Er. Te. ex Aug. id est, aptè conjunctus, velut anima copulatur corpori temperaturâ, quòd Fides veluti vita sit auditui [r].) *fidei*, aut *fide*, (vel, *per fidem*, J. Cap. *cum fide*, Er. Tre. Ca. J. Cap. &c.) *audientibus*, Mo. vel, *iis* (vel, *eorum*, ut sit ἀκούσασι pro ἀκουσάντων †: vel, *in his*, Er, vel, *ab illis*, J. Cap. ex Sy. & Ar. vel, *apud illos*, Pi. Be.) *qui audierant*, Er. Ti. P. id est, qui auribus hauserant [t]: vel, *ex illis quæ audierunt*, Vulg. id est, fide conceptâ ex iis quæ audierant *. Significat, Hebræis rebellibus causam non esse cur glorientur, quòd Deus eos allocutus sit & per Prophetas & per Filium ; cùm multi Mosem in deserto audierint [v], quibus tamen promissionis sermo [per Mosem ibi traditus] nihil profuit, imò magis obfuit [x], & mortiferæ potionis instar fuit [y]; quia eum non fide contemperârunt, sive receperunt [z]; quia illa non fuit condita dono fidei, juxta illud Deut. 29. 4. quia eam non firmiter tenebant [a]. Debemus sermonem Dei penitus imbibere, ut nobis velut insitus atque immixtus revelli nunquam possit [b]. Metaphora est, vel, 1. ab iis pharmacis quæ hausta nocent, nisi aptè temperata fuerint [c], vel, 2. à cibo, qui nisi ità coquatur & condiatur ut nequeat vel respui, vel non concoqui, non conducit ad alendum [d]. Fides hîc comparatur partibus humani corporis, per quæ fit digestio & cibus in succum vertitur. Ità Lucas Medicus ex arte Medicâ voces sumpserit. Sensus non dispar in Demosth. & Chrysost *. [Vide G.] Verbum Dei confertur & cibo & lacti, Heb. 5. 13, 14. 1 Pet. 2. 1, 2. Fides modò exprimitur per *gustum*, ut 1 Pet. 2. 3. sæpe autem per *comestionem*. Sensus, q. d. Verbum Dei non erat iis quasi incorporatum per fidem, factúmque in illis vitale quoddam principium, vires eis suggerens ad præstandum obedientiam vitámque divinam [f]. Alii legunt μὴ συγκεκραμένους, &c. Ità habent MSS. non pauci [g], edit. Complut [h], & quinque ex vetustis nostris Codicibus [i], & Chrys. & cæteri Græci [k]. Potest ferri hæc lectio [l], & sensum fundit apertissimum [m]; q. d. Non profuit eis sermo [n], sive promissio terræ Canaan [o], quia illi per fidem [p], sive ejusdem fidei communionem [q], se non conjunxerant audientibus, id est, obedientibus [r], ut ἀκοὴν interdum sumitur †, nempe Josuæ & Calebo; sed semet separaverant, ut Core & Dathan, & postea alii. Ità ut occultâ comparatione feriat hîc Scriptor eos qui Christianam ἐπισυναγωγὴν deserebant. Vide infrà 10. 25. Hunc sensum videtur concepisse Chrysost [f]. [De cujus mente vide Ham. Ow.] Ità συγκεκραμένοι hîc sunt qui Eph. 3. 6. σύσσωμοι, *qui in idem corpus coaluerunt*,

[Margin: v Ow. · x Ger. · y Ow.) · z J. Cap. · a Ow. · b Be. · c J Cap. · d Be. sic Ow. · * Ow. · f Be. · g Ow. · h Zeg. · i G. · k E. Me. Cam. · l J. Cap. ex Sy. · m E. · n Zeg. · o G. · p J. Cap. · p G. · q E. · r Es. · † G. · t Er. · * Er. · v Be. · x E. · y Es. · z E. · a Cam. · b J. Cap. · c E. · d Cam. · * G. · f Ow. · g G. · h Pe. Cam. · i Be. · k E. sic Ham. · l G. · m Cam. · n G. · o Cam. · p G. · q Cam. · r G. sim. Cam. · † Cam. · f G.]

runt, ejusdem scil. promissionis & fidei participatione [v]. Non placet hæc interpretatio: 1. quia duram facit constructionem, τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασι, duobus Dativis, nullâ interveniente præpositione, conjunctis, uno actum, altero personam, denotante: 2. quia personas, non fidem, facit immediatum hujus conjunctionis objectum: 3. impropriè dicuntur homines *admisceri cum fide* aliorum [x]: 4. quòd manifestè distinguit [Apostolus] eos *qui* tantùm *audierunt* ab iis *qui auditis crediderunt* [y]. Recepta lectio potiùs retinenda videtur [z], & contextui magis quadrat [a].

3. *Ingrediemur*, &c. Εἰσερχόμεθα, &c.] *Introimus* (vel, *Ingrediamur*, Q. in Ow. εἰσερχώμεθα, ut vetus MS. habet, non malè [b]: ut respondeat τῷ φοβηθῶμεν, v. 1. & ἀπειθήσασιν, v. 11 [c]. sed hanc lectionem respuit quod sequitur, οἱ πιστεύσαντες [d]. Vel, *Ingrediemur*, Vulg. Præsens pro omni tempore [*], pro paulò pòst Futuro, ut Mat. 26. 28. Luc. 22. 20. *effunditur*, id est, effundetur [f]; ut in ἔρχομαι sæpe fit [g], ut Mat. 11. 3. Luc. 7. 18. Joh. 6. 14 [h]. Præs. temp. utitur ut doceat, tum eventûs certitudinem [i], tum temporis intermedii brevitatem [k]: introitum hîc significat jam præparatum, & quadantenus inchoatum, per fidem scilicet [l]. Sed hæc Enallage non statuenda est sine necessitate, quæ hîc nulla est [m]. Significat, jam nunc per fidem nos ingredi in illam requiem, ut apparet ex v. 10 [n].) *in requiem* (sub. *ejus*, Me. vel, *Dei*, G. de qua requie dicta vide ad v. 1 [o].) *nos qui credidimus*, Er. P. Be. Pi. &c. promissioni scil. nobis in Christo factæ [p]: vel, Evangelio [q], fide nempe vivâ [r], & obediente [†], & perseverante [t], Actus credendi hîc memoratur sine objecto, quod ex materia subjecta colligendum relinquitur [v]. Et tunc in requiem Dei intrârunt credentes, & nunc intrabunt [x]. [Hæc verba Jun. & Pi. parenthesi includunt, alii sine parenthesi legunt.] Difficilis est hic contextus, sic autem eum explico. Pergit hîc Apostolus in explicando & amplificando testimonio Psal. 95. antè producto, ex quo ut periculum infidelitatis ostenderat in præced. ità hîc Hebræos ad fidem atque obedientiam animat, propositâ iis promissione quietis, &c [y]. Necessitatem fidei ad vitam obtinendam repetit & probat, reposito præced. testimonio [z]. In oppositione hujus versûs diligenter observandum, in utroque membro Antitheseos aliquid desiderari ad justam membrorum comparationem: qualia Anantapodota sæpe sunt in V. T. inprimis autem in Proverb. libro. Sed quia in hunc modum Apostolus brevitati consultum voluit, suæque ὑποδόσεις, tum ex præcedentibus, tum etiam ex ipsa Antitheseos natura, claræ sunt, non opus est plura de eo dicere [a]. ¶ *Dixit*] Deus scilicet, ut indicat locus citatus. ¶ *Sicut juravi*, &c.] Repetit verba quæ & suprà habuimus, 3. 11. sed ut ea aptet ad sensum sublimiorem. Et urget illud εἰ, ut ostendat quietem intelligi similem ei quâ Deus fruitur [b]. Hæc verba cohærent, [vel, 1.] cum v. 2. Declarat enim nunc quod dixerat, *Non profuit illis auditus sermo*. Idcirco verba præced. parenthesi inclusimus [c]. Vel, 2. cum proximè præcedentibus [f]. Argumentum est à contrariis, Non negatur requies nisi incredulis, credentes ergò in eam admittuntur [g]. Simul inest argumentum à figura ad rem figuratam, scilicet à requie terrena ad requiem cœlestem [h]. Verba sunt comminatoria, sed ex consequenti promissionem includunt. Sic in Mandatis Dei quævis jussio prohibitionem, quævis prohibitio jussionem, includit [i]. Sic in comminatione illa, Gen. 2. 17. *quo die comedis morieris*, includi promissionem vitæ sub conditione obedientiæ nemo dubitat. Natura quoque & finis fœderis divini & promissiones, & comminationes, ei inesse docet [k]. Videmus hîc usum Consequentiarum ex Scriptura deducendarum [l]. ¶ *Et*, &c. Καίτοι τῶν ἔργων — γενηθέντων] *Licèt*, vel, *Quanquam*, vel, *Quamvis*, (Sic in Demosth. καίτοι τοί γ' αἰσχρόν, *quamvis & id turpe* [m]: vel, *Et quidem*, Mo. Vulg. *Et sanè*, Ti. *Et tamen*, Ar. *Nam ecce*, Tre. *Cùm tamen*, Ca.) *operibus* (sub. *Dei*, Ow. ex Sy. creationis scilicet [n]: vel, *opera*, Tre. vel, *eæ res*, Ca.) *à jactis fundamentis mundi* (id est, statim à Mundo condito, tempore illo sex dierum in Genesi descripto. Similitudo deducta ab Ædificio, ut Mat. 13. 35. & 25. 34. &c. Nam istis in locis καταβολὴ κόσμου ità sumitur; ut & ultimum opus, id est, Hominis creatio, comprehendatur [o]:) *factis*, Be. Mo. G. vel, *perfectis*, Er. Il. Ti. P. Pi. vel, *fuerunt*, Tre. *fuissent*, Ca. Locus perobscurus est [p]. Sensus loci est, Deum in Psal. 95. meminisse cujusdam quietis, etiam post illam requiem quâ ipse requievit opere suo absoluto. Sed quorsum hoc dicit, aut quò spectat hæc disputatio, in eo explicando multùm laboratur [q]. Oratio est elliptica, significans, Nos qui credimus requiem ingredimur; & sanè in eam in quam ipse Deus post mundi creationem ingressus est, cujus typus erat terra Canaan [r]. Locum illum Psal. 95. à se ritè productum, rectèque applicatum, ostendit, probátque quietem ibi memoratam non esse jamdiu præteritam, & ab illis aut ab aliis perceptam; sed adhuc futuram esse & promissam credentibus, ut Hebræi ad quos scribit eâ, vel frui, vel excidere, possint [†]. Probârat, requiem infidelibus præclusam esse. Objici poterat, requiem istam infidelibus negatam, hoc est, terram Canaan, à se possideri, ideóque se illâ exhortatione minimè indigere [t]. Anticipatio est cavilli Atheorum, qui fortasse dicturi erant, Etiam incredulos requie Dei pariter frui; quia duplex solùm requies in Scriptura legitur, 1. Sabbathi; 2. Cananææ. De priore hîc agit, ostenditque eos turpiter παραλογίζεσθαι, qui illam requiem τοῦ ἑν, quâ Deus requierit, Gen. 2. confundunt cum illa Psal. 95. quæ requies est simpliciter dicta [v]. Est ἀνθυποφορά. Poterat enim aliquis auditâ *Dei quiete* intelligere eam quæ rerum Creationem subsecuta est, & cujus Adamus aliquo modo particeps fuit, sine ullo labore suaviter vivens [x]. Continetur his verbis, indéque ad v. 9. quædam digressio ad accuratiorem quietis illius Psalmi 95. explicationem [y]. Docere vult Paulus, verbis illis Psalm. v. 95. insinuari, quòd nobis adhuc restat quædam requies à Deo promissa, & per fidem exspectanda. Quod ut doceat, adfert in medium alias quietes, quarum in Scriptura fit mentio [z]. 1. quâ Deus ipse ab operibus suis requievisse dicitur, Gen. c. 2. v. 2, 3. 2. requiem Sabbati. 3. requiem in terra Canaan [a]. De nulla harum ibi loquitur David. Non de prima, tum, quòd ea sit requies Dei, non nostra; tum, quòd illa jam olim præcesserit [b], à principio Mundi conditi [c]; cùm [ibi] dixit tanto pòst tempore, illos refractarios in suam *quietem non intraturos* [d]: non de secunda simili ratione [*], quia in hanc jamdiu ingressi fuerant, nempe ab initio mundi [f]; à quo tempore sabbatum coli cœpisse, hinc manifestè liquet; & tamen post illam promittit Deus per Davidem novam requiem [g]: non de tertia [h], quæ multis seculis ante Davidem fuerit [i]. Exspectanda est ergò alia requies [k], futura [l], quam nondùm adepti sunt [m], quam David ibi de novo promittit [n]; requies nimirum Evangelica [o], spiritualis in Christo [p], vel cœlestis & æterna [q], cujus quies in Canaan typum gessit. Hortatur enim David sui temporis homines ad obediendum voci Dei, nè contingat ipsis quod patribus eorum, ut requiem non ingrediantur, sicut illi non ingressi sunt [r]. Etsi enim ingressi sunt in externam requiem terræ Canaan, non tamen in eam quæ repræsentabatur [†]. *Requies Dei* dicitur quâ Deus requiescit & æternùm requiescet ac delectabitur [t], in Filio suo, & in Ecclesia illius [*]; sive in beatis, tanquam in operibus suis perfectissimis [f]; vicissímque, Ecclesia & fideles singuli in æternum conquieturi in ipso per Filium suum, secundùm communicationem gratiæ ipsius gloriosæ [g]. Ut definiat [Apostolus] qualis sit nostra requies, revocat nos ad id quod refert Moses, Deum statim à creatione mundi requievisse ab operibus suis; & tandem concludit, hanc esse veram fidelium requiem quæ omnibus seculis durat, summámque hominis felicitatem ut Deo adhæreat eique conformis sit [h]. [Oratio hîc imperfecta videtur, quam quidam sic supplet:] *Et quidem* dictum est hoc à Deo per Davidem, *operibus* à prima *mundi institutione* jam *perfectis* ac completis. Non ergò loquitur de requie Sabbati, &c [i].

4. *Dixit*] Scriptura scilicet [k]. ¶ *Quodam loco*] Nempe Gen. 2. 2, 3 [l]. Non solebant Judæi librum & caput nominare, quia à prima ætate ità scriptis illis assueverant ut quisque auditis verbis locum nosset: ideo satis habuit dicere πȣ [m]. ¶ *De*, &c. Περὶ τῆς ἑβδόμης] Supple

[v] Cam. [x] Ow. [y] Be. [z] Cam. [a] Ger. [b] G. [c] Q. in Ow. [d] Ow. [*] G. [f] J. Cap. [g] Ger. [h] Ger. E. [i] J. Cap. sim. Ger. [k] J. Cap. [l] E. [m] Ow. [n] Be sim. Ow. [o] Ow. [p] E. [q] Ow. [r] Me. [†] G. sic E. [t] E. [v] Ow. [x] G. [y] Ow. [z] Gom. [a] Jun. [b] G. [c] Pi. [f] Ger. [g] Rib. Me. sic E. Calv. Be. Zeg. J. Cap. [h] E. [i] J. Cap. [k] Ow. [l] J. Cap. [m] Ow. [n] Idem.

[o] G. [p] Be. [q] E. [r] V. [†] Ow. [t] Be. [v] Jun. [x] G. [y] Ger. [z] E. [a] E. sim. Di. [b] E. sim. Be. [c] Ca. [d] G. [*] E. [f] Rib. sic Me. [g] Rib. [h] E. [i] Ca. [k] E. [l] Ca. [m] Me. [n] T. sic Me. E. [o] Ow. [p] Di. [q] E. Me. [r] E. [†] Di. [t] E. [*] Jun. [f] E. [g] Jun. [h] Calv. [i] T. [k] E. [l] J. Cap. [m] G.

Supple ἡμέρας [n]. Sabbatum autem eleganter ἑβδόμην vocat, ut Philo & Judæi Alex. & quidam in Syria ἑλληνίζοντες [o]. ¶ *Requievit*] Et requiescens die septimâ instituit Sabbati cessationem [p]. Quidam hinc colligunt, Sabbatum fuisse institutum & observatum ab initio mundi. Sed nihil tale hîc dicitur [q]. ¶ *Ab omnibus operibus suis*] h.e. A nova creatione rerum, non à conservatione [r]; quæ non est novum opus, sed continuatio prioris †.

5. *Et in isto* (sub. *Psalmo*, J. Cap. Di. vel, loco quem jam prædixeram [t]:) *rursum*, &c.] Iterum quietis, & quidem suæ, mentionem facit; differentis ergò ab illa prima [v], sive à requie Sabbati [x]. Ex comminatione significat quandam adhuc quietem restare sperandam iis in quos comminatio non cadit [y]. Repetit hîc verba suprà posita v. 3. ut ostendat de illa illicò post Creationem quiete non agi [z].

6. *Quoniam*, &c. Ἐπεὶ οὖν ἀπολείπεται —— εἰς αὐτὴν] *Quia* (vel, *Posteaquam*, Er. Ti.) *igitur* (οὖν non illationem notat, sed ingressum argumentationis [a]:) *reliquum est* (vel, *superest*, Mo. *restat*, G. Zeg. per bonam consecutionem, quæ jam antè satis explicata est [b]: vel, *futurum est*, ut infrà v. 9. & 10. 26. יהיה [c].) *ut aliqui introeant* (quos nimirum designavit Deus illius possessores fore [d]:) *in eam*, P. Be. Pi. Αὐτὴν hîc totum genus significat. Quandoquidem alia est quies in quam homines à Deo sunt introducendi *. ¶ *Et*, &c. Καὶ —— εὐαγγελισθέντες, &c.] *Et quibus priùs* (eorum scilicet respectu quibus postea facta est promissio [f].) *annunciatum* (vel, *evangelizatum*, Be. Pi.) *fuit*, (Evangelium, quo promittebatur ipsis requies in terra Canaan [g]: q. d. Illi qui ex Ægypto exierunt, & quibus promissa fuerat requies [h], sed sub conditione suprà v. 2 [i].) *non introierunt*, &c. Er. Be. Pi. &c. Nempe in eam [k]; excidêre promisso [l], mortui sunt in deserto [m], cœlesti quoque requie exclusi [n].

7. *Iterum terminat*, &c. Ὁρίζει, &c.] *Definit*, vel *Præfinit*, (vel, *Designat*, vel, *Præstituit*, Er. V. Deus, aut Scriptura Sancta [o], in Psalmo [p].) *diem*, Er. V. id est, seculum aliquod [q]; diem promerendæ requiei [r], mysticè scilicet, tempora Messiæ; de quo mystico sensu constabat inter Judæos †. ¶ *Hodie*] q. d. Hic dies non septimus, sed hodiernus est [t]; id est, totum hujus vitæ spatium, operi deputatum per quod ad requiem perveniatur. Literaliter intelligit hîc tempus consumpti hujus Psalmi: extendi autem potest ad omnes fideles, quibus hæc promissio communis est [v]. ¶ *In David*] Vel, *Apud Davidem*, Be. Pi. id est, In libro Davidis [x]. *Per Davidem*, Be. G. ut Rom. 9. 25 [y]. cui Psalmus iste in Græco inscribitur. Judæi Psalmos, qui nomen aliud adscriptum non habent, citant sub Davidis nomine; Abenesdra in Præfat. ad Psalmos [z]. ¶ *Post tantum temporis*] Quantum fluxit à Moyse usque ad Davidem [a]. Annis 500. aut ampliùs, post historiam illam quæ est in Numeris [b]. Tanto tempore post factam distributionem terræ promissæ [c]. ¶ *Sicut*, &c. Καθὼς εἴρηται] Ut jam attigimus suprà 3. 7. In MS, clariùs, καθὼς προείρηται [d]. *Prout dictum est*, Pi. jam non semel *.

8. *Nam si Jesus*, &c.] id est, *Josua* filius Nuni [f], qui à Græcis semper *Jesus* appellatur [g]. *Josue* & *Jesus* idem est nomen. Vide quæ dicta ad Matth. 1. 21. & Act. 7. 45 [h]. Objici poterat, Si increduli non ingressi sunt, at alii sunt ingressi, nim. Jos. & Caleb, &c. Respondet, si tempore Josue consecuti fuissent requiem [i], de qua loquitur David [k]? vel, ità ut non esset alia post eam requies populo Dei exspectanda [l]. Si illa plena ac perfecta fuisset quies, quæ iis per Josuen evenerat [m]. Priorem illam requiem veram non fuisse significat [n]; cùm absolutè negat Josuen requiem illis præstitisse [o]. ¶ *De alia*, &c.] Nempe in sensu sublimiore [p]: de alia quietis die ad quem aspirare debemus [q]. Majus aliquid latebat, inquit. *Dies* hîc est Tempus. Jam autem diximus convenisse inter Judæos agi hîc de Messiæ temporibus [r]. David in illa requie, ceu figurâ, multò meliorem, velut rem figuratam, intellexit †; patriam videlicet cœlestem adhuc quærendam, & exspectandam, etiam iis qui requie terrenâ potiti essent [t].

9. *Itaque*, &c. Ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς, &c.] *Itaque relinquitur sabbatismus* (vel, *reliquus est aliquis sabbatismus*, P. Be. Pi.) *populo Dei*, Er. Il. Mo. &c. id est, iis qui verè sunt populus Dei [v]; qui non est incredulus [x] Christo [y], vel promissis Dei, & inobediens præceptis [z]; qui Deo fœderatus est: quod maximum erat Judæorum privilegium, quod jam credentibus & omnibus, & solis, concessum esse monet [a]. A voce σαββάτου est σαββατίζειν, *celebrare Sabbathum*, quâ utitur Justinus & alii. Indè σαββατισμὸς Dei quies est, ut explicat Philo: [vide G.] Ad hujus quietis participationem perducet nos Resurrectionis dies. Interim & in hac vita est ejus gustus aliquis, tum in pace conscientiæ, tum in libertate à ritibus Judaicis; & post hanc vitam ante Resurrectionem, in statu illo animarum qui describitur Apoc. 14. 13. Est, inquit, aliqua major quies indicata per Sabbatum, quod *quietem* significat [b]. [Sed quænam hîc intelligitur quies?] Resp. 1. Quies temporalis, sive tranquillus Ecclesiæ status post Excidium persecutorum [c], [Judæorum & Gnosticorum, ut alibi explicat.] 2. Quies spiritualis, sive gratiæ, in Christo [d]. 3. Quies Sabbati, nempe Evangelici, non quidem exclusivè, sive per antithesin ad spiritualem aut æternam quietem, ut quidam frustrà probare conati sunt; sed ità ut comprehendat totam nostram quietem in Deo respectu ad quietem ejus habito, simúlque diem illum qui illius signum est. Probatur, 1. quòd non dicit ἀνάπαυσις, sed σαββατισμὸς, quæ vox ab Apostolo formata est ut hunc sensum exprimeret. 2. ex collat. v. seq. ut videbimus *. 4. Celebratio veri Sabbati [f], veræ & perpetuæ quietis in cœlo [g]: quam *Sabbatismum* vocat, quia scribebat Hebræis [h], qui eum sic vocabant; ut in Misna, *Psalmus* 92. inquiunt, *est Canticum in futurum pro die qui totus est Sabbatum, requies vitæ æternæ* †; quos admonere voluit mysterii quod Sabbathum eorum significabat [i], & docere qualis esset illa quies, nempe feriatio ab omni labore cum omni tranquillitate animi & lætitia [k], post confectos hujus vitæ labores; simúlque eos excitare ad desiderium, & spem, illius quietis, &c [l]. Hoc autem dicit, ut illos spe tanti boni ad laborem & tolerantiam excitaret [m].

10. *Qui*, &c. Ὁ γὰρ εἰσελθὼν —— κατέπαυσεν —— ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων] Similitudinem declarat beatæ illius quietis Dei & nostræ, quam jam inchoaverunt qui Deo vocanti responderunt [n]. Est hæc illius perpetui Sabbathi definitio, in quo summa hominis beatitudo consistit, ut scil. cum eo conjuncti, & ad exemplar ejus compositi, simus [o]. Expositio est præced. *sabbatismi* [p]. Sic dictam à se requiem illam docet, quòd quiete Domini in septimo die significata est [q]. *Nam qui ingressus est* (vel, *ingressurus est*, V. ὁ εἰσελθὼν, pro, ὅσις εἰσέλθῃ [r].) *in requiem ipsius*, (nempe Dei †, id est, à Deo paratam populo suo [t]. Docet hîc cur requies illa vocetur *requies Dei*, nempe ob similitudinem inter hanc & illam, Gen. 2. 2. quæ typus illius erat, quòd utraque *operi* opponitur, &c [v].) *requievit* (vel, *requiescet*, V. Te. Utitur autem verbo Aoristo [x], sive Præterito pro Futuro [y]; tum, quia Futurum illud certissimum est [z], tum, quia in hac ipsa vita, ut jam diximus, quidam ejus quietis gustus datur [a].) *& ipse ab operibus suis* (id est, laboriosis actionibus [b], quibus in hac vita exercebatur [c]; id est, à peccatis [d], ab omni certamine & lucta contra vitia, tentationes & hostes; ab omni mortificatione activa & passiva *, ab omni fidei probatione & pœna peccati [f], à laboribus, Apoc. 14. 13. h. e. miseriis [g].) *quemadmodum à suis Deus*] Requievit die septimo [h]. Vide hac de re Philonem, & Clementem [i], [eorúmque verba in G.] Plerique [ut vidimus] hunc locum de credentibus in genere accipiunt. Quod non placet; 1. quia sic perit similitudo inter quietem Dei & fidelium. Deus quidem requiescit ab operibus suis, sed ità ut in iis requiescat, sive acquiescat, & delectetur. Non sic fideles requiescunt ab operibus suis, sive peccatis, quæ detestantur, sive ærumnis, de quarum depulsione lætantur. 2. quia sic excluditur requies Evangelica, ideóque enervatur dissertatio Apostoli, ut antè ostendimus. Intelligitur ergò h.l. requies alterius [k], nempe Christi [l]; quæ hîc confertur cum quiete illa Dei Gen. 2. 2. Hunc sensum suadet, 1. conjunctio γὰρ, quæ indicat Apostolum hîc rationem reddere, cur *supersit sabbatismus*, &c. Antea probavit, talem esse non potuisse quietem nisi in operibus Dei, & sequenti quiete, fundatum. Tale fundamentum novæ hujus quietis esse ostendit, nempe in operibus & quiete ejus per quem Ecclesia ædificata est, h. e.

Marginal notes (left): n Camer. · o G. · p Me. sim. Ow. · q E. · r Te. sim. E. · † E. · t G. sic E. · v G sim. Me. · x Me. · y E. · z G. · a Ee. · b E. · c G. · d Me. · * G. · f J. Cap. · g E. · h G. sim. Me. · i G. · k E. · l G · m Me. · n Te. · o E. · p G. · q J. Cap. E. · † G. · t Zeg. · v E. · x Be. · y idem. · z G. · a E. · b G. · c Me. · d G. · * Zeg. · f G. · g E. · h G. · i Me. sic E. · k Me. · l G. · m E. sim. V. · o E. · p G. · q Me. · r G. · † E. sim. · Zeg J. Cap. · t E. · v Idem. · x Rib. Me. sim. E. · y Rib.

Marginal notes (right): z E. · a Ow. · b G. · c Ham. · d Di. · * Ow. · f Rib. Me. · g Rib. Me. sim. E. T. Ger. Par. · Ee. Gou. Cap. · h E. · † Cap. · i E. sim. · Rib. · k Rib. · l E. · m Rib. · n Be. · o Calv. · p E. · q Rib. · r Camer. · † V. E. Me. Rib. · t E. · v J. Cap. · x G. · y Te. · z G. sim. Te. · a G. · b E. · c Rib. Me. · d Be. Pi. · T. J. Cap. · * T. · f J. Cap. · g Pi. sim. J. Cap. · h E. · i G. · k Ow. · l Ow. sic Jun. Di.

h. e. Christi, qui Deus erat, ut suprà docuit, & *Dominus Sabbati*; & proinde unum diem quietis abrogare, aliúmque instituere, potuit. 2. Mutatio numeri à plur. *nos, qui credimus*, in sing. *qui intravit*. 3. Quod dicitur *quies ejus*, tanquam authoris scilicet, ut antea *quietem meam* dixit Deus. At cùm introitus fidelium in quietem memoratur, aut *quies Dei* dicitur, aut *quies* absolutè. 4. Collatio in toto hoc versu instituta inter opera veteris Creationis & novæ, 1. quoad autorem, qui ibi Deus, hîc αὐτὸς, *ipse*, scil. *de quo loquimur*, v. 13. 2. Quoad opera, quæ utrinque bona & completa sunt in suo genere. 3. Quoad quietem: uterque & cessat ab operibus suis, & iis delectatur, eáque sustentat & propagat in gloriam suam [m]. Hæc non alia est quàm Jesu Christi quies, quâ exantlatis gravissimis & difficillimis pro peccatis nostris laboribus, de quibus Esa. 53. usque ad ingressum diei Sabbathi, ipsissimo die Sabbathi quievit cum omnibus peccatis nostris in sepulcro: cujus quietis typus erat quies illa, Gen. 2.2,3. Illam autem Christi in sepulcro requiem quicunque fide amplectuntur, ingrediuntur in istam requiem, & per eam, sepulto cum Christo veteri homine, quiescunt & ipsi ab operibus suis [n]. Sed hic Christi decubitus in sepulcro non erat pars *quietis* Mediatoriæ ejus, sed *operis* ejus; utpote pars humiliationis ipsius, & pœnæ sententiâ legis decretæ. Ingressus autem est Christus in requiem ejus Resurrectione suâ: Tunc nimirum opus Christi peractum est, Legi satisfactum, pretium redemptionis nostræ solutum, pax cum Deo facta, &c [o]. Argumentatur hîc à parte ad totum; Christus, inquit, Princeps & caput populi Dei, ingressus est in requiem ipsius; & ab operibus suis, in quibus se in forma servi exercuit, gloriosè requiescit. Eodem igitur ingressurus est populus Dei capiti suo adhærescens, vestigiáque illius sequens, eundémque sabbatismum, qui reliquus jam ipsi est, in Christo, & per Christum, exercebit [p].

11. *Festinemus*, &c. Σπουδάσωμεν, &c.] Conclusio superioris tractationis totius [q]. Redit ad exhortationem v. 1. eámque prosequitur [r]. *Studeamus* (tum in doctrinam fidei, tum in obsequium, summâ diligentiâ incumbamus †: omnem conatum adhibeamus [t].) *igitur ingredi* (id est, obedire Christo: sic enim fiet ut ingrediamur, &c. Metonymia effecti synecdochica [v].) *in illam requiem*, Be. Pi. &c. De qua hactenus egi [x]: Demus operam ut ad summam illam futuri seculi tranquillitatem perveniamus. Rebus aliis omissis hoc agamus [y]. Nulla afflictio, nulla persecutio, cursum nostrum retardet †. ¶ *Ut ne*, &c. Ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπειθείας] *Ne quis eodem* (vel, *in idem*, P. Be. sim. Mo. Vulg. ἐν pro εἰς [z].) *inobedientiæ* (vel, *incredulitatis*, sive *diffidentiæ*, Er. Il. Ti. vel, *contumaciæ*, P. Ca. Be.) *exemplo* (vel, *exemplum*, P. Be. ὑπόδειγμα pro παράδειγμα, ut diximus Matth. 3. 7 [a]. est illud *quod viam aliis monstrat*, ut videre est Sirach. 44. 15. 2 Macc. 6. 28, 31. Joh. 13. 15. infrà 8. 5. & 9. 23. Jac. 5. 10. 2 Pet. 2. 6. Est autem Hypallage, ὑπόδ. τῆς ἀπειθ. pro τῇ ἀπειθείᾳ τῇ ἐν ὑποδείγματι. Dictum est Hebræorum, סימן לבנים אבות. *Parentes signum sunt filiis*. Hoc ideo, inquit, dico, nequis vestrûm incidat in inobedientiam talem qualis illi exemplum dedere [b].) *cadat*, Pi. vel, *concidat*, Il. V. *incidat*, P. Be. Alludit ad historiam Num. 14 [c].

12. *Vivus*, &c. Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργὴς] Qu. Quid hîc *sermo Dei*? Resp. 1. Christus [d], sine dubio *. [Quod sic probant:] 1. Christus sic alibi dicitur [f], ut Joh. 1. 1, 2. Apoc. 19. 13 [g]. Sic 1 Joh. 5. 7 [h]. Exc. At nusquam sic vocatur à Paulo, aut alibi, aut in hac Epistola [i]. Resp. 1. Quidni Paulus Christum semel sic vocat, ut fecit Lucas, Luc. 1. 2. ex collat. 2 Pet. 1. 16. 1 Joh. 1. 4. Sic & Act. 20. 32 [k]. [Ubi vide Synopsin, aut Gom.] 2. Non deerat peculiaris ratio, cur Filium Dei sic vocaret, cùm ad Hebræos scriberet, qui eum illo nomine indigitare solebant; ut constat ex Targum, cujus pars hoc tempore facta est, & ex Philone aliísque Hellenistis [l]. [Hoc primum argumentum.] 2. Patet ex collat. v. seq. qui de eo agit [m], quod nemo negat [n]; & liquet ex verbis illis, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος [o]. [De quo loco & versu mox agendum.] 3. Omnia quæ hîc dicuntur in eum competunt [p], idque propriè & accommodatissimè [q], quod non dubium est [r]; ad doctrinam autem Christi difficillimè referri possunt †. Obj. 1. Abrupta hîc esset Filii Dei mentio, præsertim sub nomine Verbi, de quo nihil præcessit [t]. Et conjunctio γὰρ ostendit rationem hîc dari præcedentium. Atque præcessit dehortatio à contemptu Evangelii; cujus hæc ratio hîc redditur, quòd punitur angoribus conscientiæ, &c [v]. Resp. Hoc satis cohæret cum præced. exhortatione, quam urget à consideratione personæ Christi, authoris Evangelii, ejúsque potentia, scientia, &c [x]. [Hæc prima sententia.] Resp. 2. Verbum Dei scriptum [y], vel prædicatum [z], cùm in Lege, tum præcipuè in Evangelio [a]; verbum exhortationis, vel potiùs, promissionis & comminationis, Divinæ, de quali verbo agit Apostolus [b]. Argumenta hujus sententiæ sunt, 1. Connexio cum præced. quæ de verbo audito dicta sunt, cujus efficacia hîc quoque describitur. 2. Usus vocis τοῦ λόγου, &c. [de quo dictum.] 3. Quòd ei hæc omnia attributa alibi adscribantur in Scriptura, ut videbimus †. Et fatendum est, 1. hoc verbum sæpe dici τὸν λόγον Θεοῦ, ut Marc. 7. 13. Luc. 5. 1. & 8. 13. & 11. 28. Act. 12. 24. 1 Cor. 14. 36. 2. ei convenire hæc omnia effecta sive attributa. Sive autem Verbum scriptum hîc intelligitur, hæc in illud non competunt absolutè & per se, sed tantùm respectu Christi potentiam suam Verbo tribuentis: sive Verbum essentiale, quæ illi h. l. adscribuntur, sunt effecta illius per Verbum & Spiritum suum in cordibus & conscientiis hominum. Unde diversæ hæ interpretationes in idem ferè recidunt [c]. [Verba sic reddunt:] *Vivus est enim sermo Dei & efficax*, Er. Be. Pi. [Accipiunt, vel, 1. de Christo:] *Vivus*, id est, omnia videns & considerans ut digna factis rependat [d]; vel, quia & vitam in se habet, Joh. 5. 26. & aliis est Princeps, sive author, vitæ, ut Act. 3. 15. Adde Joh. 1. 4. Apoc. 1. 18. Sic *Deus vivus* dicitur Heb. 3. 12. & 10. 31 *. vel, *vivus*, id est, æternus naturâ, potestate, operatione, nunquam intermortuus, aut otiosus [f]. *efficax*, operatione scilicet actuali, quando & ubi & quomodo vult [g], tum in pios ad salutem & requiem, tum in contumaces ad ruinam [h]; potens ad puniendum [i]. [Vel, 2. de verbo prædicato:] *Vivus*, id est, agens perpetuò ut ea quæ vivunt. Convenit hoc omni verbo Dei, sed præcipuè Evangelico. Vide Psal. 105. 19. & 107. 20. & 147. 15, 18. Esa. 40. 8. & 55. 11. 1 Pet. 1. 23, 25. Fieri potest ut respiciatur ignis qui erat in altari victimarum [k]. *Vivum* vocat ab ejus effectis in iis quibus annunciatur, & alludit ad Psal. 45. 4, 6. Esa. 49. 2 [l]. q. d. Non est otiosus aut actionis expers, ut quæ mortua sunt [m]; non est irritus, non frustratur effectu [n], ut noster sæpe sermo, sed vim suam exerit in reddendis tam præmiis promissis, quàm suppliciis comminatis. Est igitur sequens Epithetum [*efficax*] explicatio prioris. Vitam enim arguit operatio vitalis [o]. Evangelium vocatur *sermo vitæ*, Phil. 2. 16. *spiritus & vita*, Joh. 6. 63. *potentia Dei*, Rom. 1. 16 [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον] Planè idem dicit Philo, eandémque habet comparationem, [ejus verba quære in G.] Non dissimile illud Phocyl. Ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου. *Mosis preces gladio omni secanti pares*, in libro Hebræo De Morte Mosis [q]. Præpos. ὑπὲρ Comparativo gradui addita significationem valde auget [r]. *Penetrantior* (vel, *Acutior*, Val. Er. V. Ca. Tre. ex Sy. Ar. id est magis cædens †: ad verb. *Incidentior*, vel, *Amputantior*, Val. Er.) *quovis gladio ancipiti*, Ti. Be. Pi. P. vel, *utrinque acuto*, Er. V. Pi. *utrinque incidente*, Er. Zeg. V. *secante in utramque partem*, G. vel, *duplicis oris*, id est, aciei, qui quasi utrinque mordet [t]. Sic Apoc. 1. 16. & 2. 12. Hebræis חרב פיפיות, ut Psal. 149. 6. aut חרב פיות, ut Prov. 5. 4. aut שני פיות [sic enim scribendum,] ut Jud. 3. 16. Syrus hîc, ספסרא דתרין פומיה, quali usi Levitæ in victimis dissecandis. Levitæ discernebant quæ in victimis partes essent Dei, quæ hominum. Et tum per Ignem, tum per illam Dissectionem, mysticè jam tum sapientes intelligebant vim Dei omnia penetrantem ac dijudicantem, ut quidam ex Veteribus notavere [v]. *Gladius anceps* designat vim penetrandi simul & nocendi [x]; significat cognitionem, non tamen simplicem; sed qualis est Judicis, quâ intima & occulta peccata cernit & examinat, ut acerrimè puniat [y]. [Hoc quoque accipiunt,

Marginal notes (left column): [m] Ow. [n] Di. [o] Ow. [p] Jun. [q] Be. [r] Ow. † Jun. [t] E. [v] Pi. [x] E. [y] G. † Rib. Me. [z] Be. [a] Idem. [b] G. [c] E. [d] Rib. ex L. & Caj. & Cyp. Aug Amb. Cyr. & Theod. Gom. J. cap Ow. Jun Te. * Rib [f] Rib. Ow. &c. [g] Ow. [h] E. [i] Q. in Ow. [k] Gom. [l] Ow. [m] Jun. sic Gom. [n] Ow. [o] Gom. [p] Q. in E. sim Rib. [q] Rib.

Marginal notes (right column): [r] E. † Rib. [t] E. [v] Cam. [x] Ow. [y] Q. in Gom. sic Be. [z] Calv. sic Gom. E. ex Chryf. Theod. & Theoph. Hessel. Ger. [a] Q. in Gom. [b] E. † Ger. [c] Ow. [d] Rib. * Ow. [f] Jun. [g] Ow. [h] Jun. [i] Rib. [k] G. [l] Be. [m] E. [n] E. sim. Zeg. [o] E. [p] Ger. [q] G. [r] Ow. † V. [t] Pi. [v] G. [x] Rib. ex Chryf. tm. E. [y] E.

piunt, vel, 1. de Christo:] cui adscribitur *gladius acutus & anceps*, Esa. 49. 2. Apoc. 1. 16[z]. Describitur hîc Christi potentia[a], quâ in verbo & per verbum quod est *gladius Spiritûs*, Eph. 6. 17. & per Spiritum suum, efficaciter operatur in animis & conscientiis hominum, eas subjugando *virgâ* suâ, Psal. 110. 2. hypocritas autem, impios & Apostatas, percutiendo, Esa. 11. 4[b]. Sensus, q. d. Nihil tam profundum, sive absconditum, est quò non perveniant & oculi Christi, & manus potestásque ejus si supplicium sumere velit[c]. [Vel, 2. de doctrina Christi:] Targum Cant. 3. 8. *Verba Legis comparantur gladio.* Quod illi de Lege, Apostolus de Evangelio, longè meliore jure dixit[d]. Denotatur hîc, tum Dei per Verbum nobis loquentis omniscientia, tum vindicis Dei pœna*. Designat h. l. efficaciam Verbi in cordibus incredulorum[f], eorúmque qui veritatem semel agnitam spernunt[g]; qui, licèt pertinaciter illud repudient, gravissimos tamen in corde sentiunt aculeos[h], torquentur & anguntur conscientiâ[i]; id quod initium est æternorum cruciatuum[k]. Exempla vide Act. 2. 27. & 7. 54[l]. Sensus loci, q. d. Incredulitatem fugiamus, alioqui peribimus; Deus enim potenter & severè exsequetur, quod verbo suo prædixit. De pœnis loquitur eorum qui Christo non credunt[m]. ¶ *Et*, &c. Καὶ διϊκνέμενος ἄχρι μερισμοῦ — ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν] Jam clariùs explicat quò tendat ista comparatio[n]. *Et pertingit* (vel, *penetrans*, Ca. id est, ad intima usque animi penetralia descendit, nempe ut mortiferum vulnus infligat contumacibus; electos autem contrà, vetere homine cœso, penitùs vivificet Deo[o].) *usque ad divisionem animæ simul ac spiritûs*, (id est, non obscurè aut confusè cognoscit quæ sunt in homine; sed in intima quæque[p], & abditissima, qualia sunt *anima* & *spiritus*[q], penetrat[r], perfectâ cognitione †; novit distinguere animam à spiritu, novit quid anima, & quid spiritus, cogitet ac velit[t]. Quod dividitur, id quasi penetratur, ut interiora appareant[v]. Alibi *anima* idem quod *spiritus*, nempe anima rationalis, ut Psal. 103. 1, 22. Luc. 1. 46. hîc autem distinguuntur[x]. Ψυχὴ, *anima*, est, vel pars animæ sensitiva[y], sive inferior, quæ cupiditates & affectus habet[z], unde *animales homines* dicuntur in scriptura[a]; vel, *caro*, sive naturæ nostræ depravatio, ut *animalis homo* sit idem quod *carnalis*, 1 Cor. 2. 14[b]. Πνεῦμα, *spiritus*, est pars animæ superior[c], sive intellectiva[d], fide & gratiâ illustrata, quæ Deo obedit, & meliora videt ac sequitur, unde homo *spiritualis* appellatur*. Hæc autem non tantùm internoscit Christus, sed & separat, carnem abolens, spiritum magis ac magis vivificans[f]: Id quod nos latet probè novit Christus, & quis apud nos, & quid in nobis, regeneretur[g]. Πνεῦμα hîc est appetitus rerum cœlestium; anima, rerum terrestrium. Sermo Dei ista confundi non patitur: totum vult hominem, Matth. 6. 24. Itaque admotus animo statim facit, [ut] appareat in utram partem propendeat: *scrutatur intima ventris*, Prov. 20. 27[h].) *compagúmque & medullarum*, P. Be. Pi. sic Er. &c. id est, partes hominis penitissimas[i]; sive abditissimas in corpore, aut in anima[k]. Per Translationem ea quæ sunt corporis applicat animo. Leviticus culter pervenit ad minima, quales sunt *nervi* in juncturis, & ad intima, quales sunt *medullæ*. Sic & sermo Dei & intima, & minima, animi penetrat, inque ea agit[l]. Ἁρμοὶ non sunt artus, sed *compages*, id est, nervi ac commissuræ[m]; vel, ligamenta[n], quibus artus[o], ac præcipuè ossa[p], compaginantur[q], & inter se ità validè colligantur, ut sine magno labore dividi non possint[r]: *medullæ* in intimis ossibus includuntur †. Sensus, q. d. Pertingit ad cogitationes & intentiones[t]. Sensus est, Verbum Dei in mentem, in affectus, agit potentissimè. Et hæc actio dicitur *sectio*, primùm, quia sectione quæ clausa fuerant & involuta aperiuntur & explicantur, deinde, dolor infertur. Præterea sectio vel medelæ, vel etiam vindictæ, causâ adhibetur. Utrumque convenit Dei Verbo: nam apud humiles sectio hæc Verbi medela est, & apud contumaces ultio[v]. Sensus, sermo ille Dei in animo & corpore quidvis intimum virtute suâ afficit, & bellissimè dijudicat; quò perituros perdat, & servandos salute donet[x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας] *Et discretor* (vel, *cognitor*, V. *examinator*, Zeg. *explorator*, J. Cap. *censor*, Q. in Be. *judex*, Er. V. Zeg. J. Cap. Ca. vel, *dijudicat*, Be. Pi. &c. *Critici* dicuntur homines acris judicii[y], severè ac more Censorum minima etiam reprehendentes[z]; qui de libris aut operibus aliorum censere poterant ac discernere, quid probum & genuinum, quid spurium & suppositìtium, quales erant Aristarchus & Aristophanes[a], qui versus quos volebant ex Homero rejiciebant. Sensus, q. d. Optimè novit & sigillatim discutit, ut rigidus & exactus judex, vel minimum vitium videns ut puniat[b].) *cogitationum*, (vel, *cogitationes*, Be. &c.) *& intentionum*, (vel, *consiliorum*, Ca. sic Tre. *conceptiones*, Pi. Rib. sic Be. *intelligentias*, Rib.) *cordis*, Er. Il. P. Mo. &c. q. d. Novit & quid, & quâ intentione, quisque cogitet ac velit[c]; & proinde hypocrisin tandem in lucem producit[d]: est καρδιογνώστης, quod Deo proprium est*; scientiam habet & præscientiam omnis creaturæ: id quod ad doctrinam referri nequit[f], Christo verò rectissimè attribuitur[g], ut Joh. 2. 24, 25[h]. & 21. 17. Apoc. 1. 14, 16. & 2. 23[i]. Al. Tribuit Sermoni id quod propriè Dei est, quia Deus secundùm eventum quem Sermo habuit judicat; non tantùm de actionibus, sed & de *cogitationibus* ac *consiliis*, hominum. Vide Psal. 139. 23[k]. Vulgatum est in Scriptura Verbo Dei judicium Dei tribuere: non enim ad nos pertingit sensus Judicii Divini nisi interventu Verbi[l]. Verbum quidem *judicare de nobis* dici possit, quia Judex ex Lege judicat, & Legis promulgatione terret homines; at *videre* propriè dicitur non Lex, sed Judex[m].

13. *Non est ulla creatura* (sive humana, sive Angelica[n]. Al. Videtur mihi hoc loco κτίσις significare opus hominis, quia id est velut *creatura* hominis. Ità κτίσεις sumitur & Sir. 23. 20[o].) *invisibilis*, &c. Ἀφανὴς, &c.] *Non manifesta* (vel, *Obscura*, Ca. *Occulta*, Tre. ex Sy.) *in conspectu illius*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. &c. id est, vel, Dei, de cujus verbo disserit[p]: vel, *sermonis*, cujus præcessit mentio[q]: vel, *de quo nobis est sermo*, ut in fine versûs sequitur, h. e. Christi. Syntaxis qualis Heb. 2. 10[r]. sed illa distractio alienior est, ob orationis cohærentiam. Dixit v. 12. *dijudicat cogitationes*, &c. hîc ostendit causam facultatis illius, nempe scientiam, quâ nihil illum latet †. Dictum adversùs hypocritas[t]. Monet, hypocrisin & infidelitatem, etiam in animo latentem, à Deo ignorari non posse. ¶ *Nuda &*, &c. Καὶ τετραχηλισμένα] Τράχηλος est *collum* sive *cervix*[v], propriè pars quæ Jugulo opponitur; éstque superior pars τῆς ῥάχεως, h. e. *spinæ dorsi*[x]. Hinc τραχηλίζειν[y], quæ est vox bene Græca, teste Phavorino[z], éstque idem quod *notum facere*[a]; quomodo ab Heb. ערף, *collum*, fit verbum ערף, quod apud Arabas & RR. sign. *scire*[b]. Alio sensu ἐξετραχήλιζετο apud Josephum bel. Jud. 4. 21. & apud Plut. est, *prehendere quasi obtorto collo*, & apud Philonem, *cruciabatur*[c]. [Sic vertunt:] *Et aperta*, Mo. sic Æth. vel, *manifesta*, Tre. ex Sy. *patentia*, P. Pi. *cognita*, Cap. *intimè patentia*, Be. *resupinata*, Fr. Il. Ti. sic Ca. *cervicata*, Er. Metaphora est, vel, 1. à re palæstrica[d]; ab iis qui cervicem inflectunt cùm se submittunt, & agnoscunt se esse inferiores*; ut τραχηλίζειν sit in cervicem ad dorsum reflectere, h. e. resupinare; id est, scrutari, ac patefacere. Nam resupinare scrutantium est[d]. Sic & Juvenalis de scrutante omnia, —— *Aulam resupinat amici**. Luctatores tum demum adversarium dicuntur τραχηλίζειν, cùm obstricto collo ità versant ut objiciant spectatorum oculis nudum conspiciendum & retectum undiquaque; id quod tum demum maximè fit cùm ejus cervicibus inequitant[f]. Vel, 2. à Victimis[g], sive animalibus[h], quibus pellis detrahitur[i], spina per medium dividitur[k], ut intestina omnia pateant[l], ut sacerdoti pateat, num integræ sint & sive vitio[m]. Est ergò, τραχηλίζειν, ut hîc sumpsere Græcæ puritatis periti Chrys. Oecum. Th. à collo[n], vel à cervice, ad caudam[o], pellem victimæ in duas partes dissecare & detrahere[p]. ¶ *Oculis ejus*] id est, Vel, 1. Dei, de quo loquimur, qui omnium rerum conscius est, etiam arcanorum animi[q]: vel, 2. τοῦ λόγου[r]. ¶ *Ad*, &c. Πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος] *Ad quem* (vel, *Quicum*, P. Be. *De quo*, Ca. Pi. Be. J. Cap. G. ut περὶ ὃν ponatur pro περὶ οὗ, ut suprà 1. 7 †.) *nobis* (sub. *est*, Er. Be. &c.) *sermo*, Mo. Er. Il. Ti. Pi. vel, *negotium*, P. Be. id est, Coram illo Verbo de quo nunc

Marginal notes (left column): z Ow. a Gom. b Ow. c Rib. d Cap. * Ger. sim. E. f Ger. g Cam. h Ger. i Cam. k Ger. l Pi. m V. n G. o Be. p Rib. Me. q E. r Rib. E. Me. † E. t Rib. Me. v E. x J. Cap. y E. sic J. Cap. z Rib. Me. Ow. sic Cam. a Rib. Me. b J. Cap. c Rib. Me. d E. sim. J. Cap. Ow. Cam. * Rib. Me. f J. cap. g Ow. h G. i Be. k Rib. Me. sim. E. l G. m E. n Rib. Me. o E. p E. Rib. Me. q E. r Rib. Me. † E. sic Rib. Me. t E. v Cam. x Jun.

Marginal notes (right column): y E. sic Rib. Me. z Rib. Me. a E. b Rib. c E. sim. Rib. Me. Ger. d Ger. * Ow. f Gom. g Gom. Ow. h Ow. i Gom. k G. l Cam. m J. Cap. ad v. 13. n Rib. Te. o G. p Be. q Q. in Pi. sic Gom. J. Cap. r Pi. † Gom. t Be. v E. x J. Cap. y E. z G. a Cap. sim. G. ex Phavor. b Cap. c G. d Cam. * Er. d Q. in E. * Er. f Cam. g J. Cap. sic Jun. G. Ham. h E. sic Fr. i Me. sim. Rib. Jun. Er. Ham. k E. sic Ham. l E. sic Rib. Ham. J. Cap. m Ham. n G. o Me. Rib. p G. q Cam. r Ow. &c. † Be. sic Pi. G. E.

nunc agimus, Evangelico scilicet [t]; vel, Christo [v]. Al. Quem invocamus [x]. Al. Cui, nempe Filio Dei, reddituri sumus rationem omnium actionum & cogitationum nostrarum [y]. Ità λόγ☉ sumitur Luc. 16. 2. Rom. 14. 12. Heb. 13. 17. 1 Pet. 4. 5. Huc pertinent loca similia, 1 Cor. 4. 5. & 2 Cor. 5. 9, 10. Est ergò hìc in voce λόγῳ Antanaclasis, qualis Matth. 8. 22. 2 Cor. 5. 21 [z]. *Apud quem futura est nostra excusatio*, Ar.

14. *Habentes ergò Pontificem magnum*] Qui non Levitarum, sed Verbi sui adeò efficacis, ministerio utitur [a]: *magnum*, quia longè majorem Aarone [b], quicum, ut antea cum Mose, Christum hìc tacitè confert [c]. Christum antè Apostolum, nunc Pontificem, esse probat [d]. Hortatus erat eos, ut ingrederentur in requiem: nè autem diffidant se eam consequi posse, monet se Pontificem habere, &c [*]. Specie exhortationis hìc transit ad differendum de Sacerdotio Christi [f]; Christúmque ut Prophetam, ità Sacerdotem, esse docet [g].

¶ *Qui*, &c. Διεληλυθότα, &c.] *Qui penetravit* (vel, *transivit*, Be. *ascendit in*, Tre. ex Sy.) *cælos*, Er. Ca. Pi. &c. nempe omnes [h], vel aspectabiles, per quos transiens ingressus est in cœlum supremum, infrà 9. 24. Synecd. gen [i]. quod nobis reseravit [k], quò, eo duce, facilè conscendemus. Agite ergò, persistite in fide, properate in requiem [l]. Qui per Aerem Æthéremque pervenit ad illam sedem quietis. Sic vox εἰσελθὼν sumitur infrà 7. 26 [m]. Docet eum præstare Pontifice Legis [n]: hic transibat per Atrium & per Basilicam Templi; quorum Atrium mundum elementarem designabat, Basilica cœlum sidereum [o]: penetravit in Sancta Sanctorum, Christus autem in cœlum ipsum, quod per illa significabatur; idque, ut spem nobis faceret illuc ipsum sequendi. Ad hanc enim spem animare contendit suos Hebræos [p].

¶ *Jesum filium* (vel, *filium illum*, Pi.) *Dei*] Ut suprà 3. 6 [q]. & quidem unigenitum [||], ideóque Deo gratissimum [*]: non famulum [r], non qualis Aaron, &c. Mirè hoc excitat fiduciam [†].

¶ *Teneamus*, &c. Κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας] *Teneamus* (vel, *Retineamus*, Be. G. i.e. firmi in ea perstemus: sic κρατεῖν sumitur & Apoc. 2. 25. & 3. 11. חזק [r], nè deseramus [v]; ne sinamus nobis è manibus eripi, ut diximus Marc. 7. 3 [x]. vel, *Perseveremus*, Tre. ex Sy. sub. *hanc*, Il. P. Be. vel, *ejus*, Tre. ex Sy. Ar.) *confessionem*, Mo. Vulg. vel, *professionem*, Er. Ti. Ca. Be. V. vel, *in professione*, Tre. ex Sy. nempe, fidei in Christum [y], de qua paulò ante dixit [z], Heb. 3. 1 [a]. *Confessio* metonymicè pro fide confessa [b]. Ὁμολογίαν sumè ut suprà 3. 1 [c].

15. *Non enim habemus Pontificem qui*, &c. Μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι, &c.] Occupatio est tacitæ objectionis [d]; Christus in cœlis summâ fruitur gloriâ, nos ergò in terris miseros negligit [*]. Nè majestas Christi nos deterreat, ostendit ejus συμπάθειαν, &c [f]. Al. Hortaris ut firmè teneamus hanc professionem. Sed qui possumus [g]? Sumus enim infesti peccato, omnibúsque infirmitatibus [h], & gravissimis persecutionibus. Respondet, Christus opem vobis adferet [i]. Cùm in comminatione ostenderit severa judicia, nunc, nè animus despondeatur, ostendit à Christo paratum auxilium legitimè certare volentibus. Et συμπαθῆσαι hic referendum est ad affectum, ut suprà 2. 18. Ἀσθένειαι sunt adversa quibus subjacent Christiani, ut Rom. 8. 26. 1 Cor. 2. 3. 2 Cor. 11. 30. & 12. 9, 10. Gal. 4. 13. Συμπαθῆσαι vox purè Græca, quales multæ in hoc Libro. Reperitur & infrà 10. 34. nec alibi in his Libris. Utuntur Isoc. Aristot. & alii. In Glossario, Συμπαθῶ, *misero* [k]. [Verba sic reddunt:] *Qui non possit compati*, &c. Vulg. sic Mo. Non vult Christum in cœlis propriè condolere, aut misereri; sed propensum esse erga nos, &c [l]. Vel, *affici* (vel, *moveri*, Er.) *sensu infirmitatum nostrarum*, Er. Be. Pi. *Infirmitates* hìc vocat, vel, 1. imbecillitates omnes sive corporis, sivè animi, vel judicii, ut Rom. 14. 2. vel, gratiæ & virtutis spiritualis [m]: vel, 2. dolores, afflictiones, persecutiones [n], nostrámque tentationem & periculum ex iis [o]. Cui favet, 1. usus vocis apud Paulum, ut 2 Cor. 11. 29. & 12. 5. & Prophetas, ut Esa. 53. 3. Amos 6. 6. & alibi [p]; 2. quòd ratio hujus propensionis Christi, &c. in eo posita dicitur, quòd *tentatus fuit*, &c [q]. Vel, 3. peccandi pronitatem, quâ fit ut quis sine quotidianis lapsibus vivere non possit. Sic enim vox sumitur Heb. 5. 2. & 7. 28. His infirmitatibus compatitur Christus, non eas in se habendo, ut Levit. Sacerdotes; sed nobis, qui eas habemus, condolendo [r]. Significat summum consensum membrorum & capitis, quo sibi factum ducit quicquid nobis fit injuriæ [†].

¶ *Tentatum*, &c. Πεπειρασμένον — καθ' ὁμοιότητα, &c.] *Sed tentatum* (vel, *qui sit periclitatus*, Ca. Qui pro veritate tuenda, & salute hominum, multùm afflictus est; ideóque experimento eò doctus afflictorum miserebitur, illísque opportunè succurret, nè persecutionibus vincantur [t]. *qui probatus sit*, J. Cap. nempe, doloribus & perpessionibus, quæ *tentationis* nomine sæpe veniunt, ut 1 Cor. 10. 13. Heb. 2. ult [v]. quia hominis virtutem & constantiam probant [x]. *Tentari* h. l. non est ad peccandum solicitari, sed rebus adversis afflictari [y].) *in omnibus*, sive *per omnia*, (id est, omnibus modis, à dextera & sinistra, Mat. 4. gravissimè autem ante mortem & in morte. Repetit quod suprà dixerat 2. 18 [z]. Vel, per omnes nostras afflictiones [a], & infirmitates [b]. Vel, q. d. expertum omnia hujus vitæ mala, ea nimirum quæ toti generi sunt communia, ut famam, sitim, tristitiam, &c [c]. non autem ea quæ proveniunt ex causis specialibus [d], & accidentalibus [*], ut Lepram, Morbos, &c [f]. quæ procedunt ex inordinato victu, defectu virtutis formativæ, alisque quæ in Christum non cadunt [g].) *similiter*, (vel, *juxta similitudinem*, Er. V. J. Cap. id est, perinde ut nos [h], in natura nostra [i]; vel, eâdem ratione quâ nos; vel, eâdem vi & efficaciâ, quoad doloris sensum [k]; vel, tam verè & realiter quàm nos [l]:) *absque* tamen *peccato*, Be. Pi. &c. i. e. excepto peccato [m]: vel, ità tamen ut nunquam succubuerit [n], sive in peccatum inductus fuerit [o]. Passus erat & Christus tentationes peccatorum, non quidem ab intrà, sive per interiorem suggestionem à Diabolo, aut carne; sed per exteriorem tantùm suggestionem à Diabolo [p]. Christus nunquam vacillavit, aut minimùm cessit loco, &c [q]. Monet Hebræos, posse se affligi, & non peccare, & debere, ad exemplum Christi, sine peccato perferre omnes persecutiones [r].

16. *Adeamus*, &c. Προσερχώμεθα, &c.] *Accedamus* (nempe, ad Deum colendum, ut verbum usurpatur Heb. 7. 25. & 10. 1. & 11. 6 [†]. Invocationem denotat [t].) *igitur* (q. d. cùm tantum habeamus commendatorem [v], talem Pontificem qualem descripsi [x].) *cum fiducia* (vel, *cum bona spe*. Vide Eph. 3. 12. Heb. 3. 6 [y]. q. d. Non trepidi & quasi diffidentes ejus misericordiæ [z], sed cum ingenua animi libertate & audacia [a]; cum libertate quidvis bonum petendi, & cum fiducia exauditionis [b]; non tanquam ad alienum, durum, & inexorabilem, sed tanquam ad patrem bonum & nostri amantissimum [c].) *ad thronum gratiæ*, Er. Be. Pi. &c. i. e. sedem gratiosam [d]. Sed cujus? Resp. 1. Filii [*], cui *thronus* ascribitur, Psal. 45. 6, 7. Heb. 1. 8 [f]. q. d. Ad Christum sedentem ad dextram Patris, & paratum præstare quæ petimus [g]. *Thronus* hìc, ut Apoc. 3. 21. Regnum illius in cœlis denotat [h]. *Throni* meminit, nè audiens Pontificem putes eum stare [i]. [Non placet:] 1. Thronus ad Regnum Christi pertinet, non ad Sacerdotium, de quo hìc agitur. 2. Christus in Mediatione sua proponitur non ut objectum accessûs nostri, sed ut medium quo accedimus, &c. Eph. 2. 18 [k]. sive ut Pontifex & intercessor ad Deum, ut Heb. 7. 25. & totâ ferè Epistolâ [l]. Resp. 2. Patris [m]: q. d. Ad Deum Patrem, suâ gratiâ nos complectentem & exaudientem propter Christum, ut olim exaudiebat de propitiatorio [n]. Concipitur autem Christus tanquam proximus Divino solio, ut Apoc. 6. 16. & alibi sæpe [o]. *Gratiam* opponit severitati Legis Mosaicæ [p]. Significat, Deum judicem quidem nostrum esse, sed in Christo misericordem & propitium [q]. *Thronum* non judicii, sed *gratiæ*, dicit, tum, nè absterreant nos peccata nostra; tum, ut gratiæ, non meritis nostris, referamus in solidum omnia quæ postulamus beneficia [r]. Illud, *thronus gratiæ*, ab Hebræis est [†], qui *thronum* duplicem Deo adscribunt, *Judicii*, & *Misericordiæ* [t]; dicúntque, *Deum, ubi videt totum Mundum esse damnabilem, surgere à solio judicii, ut sedeat in solio misericordiæ*: quod maximè post Christum apparuit [v].

¶ *Ut*, &c. Ἵνα λάβωμεν ἔλεον — εἰς εὔκαιρον βοήθειαν] *Ut accipiamus* (vel, *capiamus*, id est, actu participemus quod erat paratum nobis erat per Christum [x]: vel, *consequamur*, Er. Be. Pi. G. vide ad Luc. 1. v. 30 [y]. nempe, à Deo per Christum [z].) *misericordiam*,

(In

Margin notes (left): t G. v Jun. &c. x J. Cap. y Græci in E. sic Gom. z Gom. a G. b Ger. Gom. E. sim. Tc. J. Cap. c E. d Te. * Rib. f E. g Jun. h T. i Pi. k T. sic Me. l Me. m G. n Rib. o G. p E. q G. || Pi. * E. r G. † E. r G. v Rib. x Be. y Gom. sic Rib. E. z Er. a Gom. sic Rib. b E. c G. d J. Cap. Jun. Gom. * Gom. sim J. Cap. f E. g Jun. sim Rib. h Jun. i Rib. k G. l E. sim. Gom. m Ow. n Rib. Me. sim. Ow. o Ow. p Rib. q Ow.

Margin notes (right): r E. † Be. t Me. v Cam. x E. y E. sim. Ger. z G. a Me. b J. Cap. c E. d Te. * Zeg. f Zeg. T. g Te. h G. ex Ar. sic Ca. E. i J. Cap. Te. k Cam. l Te. m Me. sim. plerique in E. Rib. n G. o E ex Th. p Rib. q Cam. r Rib. † Ow. t Gom. v G. x E. y G. z Rib. Me. Te. a E. sic Rib. Me. b J. Cap. c Rib. d E. * Græci in E. sic Rib. Me. Gom. Te. f Græci in E. g Rib. sic Me. h Gom. i Rib. k Ow. l E. m E. Pi. Ow. n Pi. o G. p Er. q E. r J. Cap. † Gom. t Ham. v G. x Ow. y G. z E. Me.

(In MS. pro ἔλεον est ἔλεος. Nihil refert. Est enim utraque declinatio non in aliis tantùm Græcis, sed & in nostris, Libris [a].) *& gratiam* (*Misericordia* ad peccatorum remissionem, & peccatorum depulsionem, pertinet; *gratia* verò ad salutarium donorum largitionem. Hæc autem adhortatio ad peccatores dirigitur, ut qui maximè indigent misericordiâ, ideòque relapsis dat spem veniæ [b]. Al. Vox ἔλεος hic non peccata respicit, sed significat חסד, sicut χάρις חן, per quæ Bonitas Dei significatur [c].) *inveniamus* (quâ scilicet nobis opituletur [d], ut Christi [vel, Dei] favorem nobis conciliemus [*].) *in*, vel *ad*, *auxilium* (explicatur quò tendit ea Bonitas, nempe, ut *auxilium obtineamus*, Christo id pro nobis agente [f]: vel, *in auxilium* impetrandum, Tre. ex Sy.) *opportunum*, Mo. Er. Il. Ti. P. Ca. Pi. Val. V. vel, *à nobis opportunè captatum*, Ar. vel, *in tempore afflictionis*, Tre. ex Sy. vel, *opportuno tempore*, Gom. Cùm maximè eo indigebimus, in tentationibus scilicet, & persecutionibus gravioribus [g]; quum in mediis infirmitatibus nostris, & laqueis peccati, jam perituri sumus [h]: vel, quale convenit tempori [i], & personis, & fini sive scopo designato [k]: ità Græci vertunt בעתו, Psal. 104. 27. Vide Marc. 6. 21 [l]. vel potiùs, durante hujus vitæ curriculo. Semper enim, dum hîc vivimus, egemus auxilio gratiæ Dei [m].

CAP. V.

1. Omnis namque Pontifex] Legitimus scil. & bonus. Nec enim cum intrusis aut sceleratis Christum conferre vult [a]. Cohæret hæc cum superioribus, neque divelli debuerant. Ostendere enim vult, Christum omnia habere quæ in summo Sacerdote requiruntur, & quidem modo excellentissimo. Non tantùm autem Legem hîc respicit, sed & morem ante Legem, cùm aut primogeniti familiarum, aut à populis electi Reges, inirent Sacerdotium. Nunquam cœlestes Spiritus id munus adiere [c]. Γὰρ hîc est, vel, 1. inchoativum [c]; vel, 2. causale, & respicit Heb. 4. 14, 15 [d]. Christum Pontificem esse dixerat. Id jam probare instituit [*]: quippe quod Hebræis maximè offensioni erat [f]. Docet nunc cur dixerit, debere nos *accedere cum fiducia*, &c. quia verè est Pontifex noster [g]. ¶ *Ex*, &c. Ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος] *Ex hominibus assumptus*, Mo. Vulg. Tre. vel, *qui assumitur*, Er. V. Sed hæc non est pars subjecti propositionis, sive descriptio aut restrictio subjecti, quasi ità esset cum omni *Pontifice qui ex*, &c. non cum aliis. Omni enim absolutè Pontifici hoc adscribitur [h]. Vel, *assumitur*, P. Be. Pi. E. id est, separatur à vulgo [i]. Λαμβάνειν hîc, ut לקח Num. 25. 4. est *segregare*, ut quæ ex acervo desumimus [k]: ex communi statu hominum super alios elevatus est [l]. Vel, ejusdem naturæ cum iis quorum Pontifex est [m]. Hunc Sacerdotem tacitè opponit ei qui est *Sacerdos secundùm ordinem Melchisedec*, & Dei Filius [n]. Ex Lege hîc repetit quæ fuerit Pontificum conditio, quod ministerium, & quæ requisita: & hæc omnia (quæ quidem perfectionis fuerunt) ostendit Christo inesse, idque modo excellentiori [o]. ¶ *Pro*, &c. Ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τὸν Θεόν] Καθίσταται verbum medium est [p], ideòque vel activè, vel passivè, sumi potest [q]. [Hinc locum variè reddunt:] *Pro* (vel, Et *pro*, E. Pi. Rectè additur Conjunctio, quia utrumque horum adfert, ut proprietatem Sacerdotis Levitici Christo applicandam [r].) *hominibus* (i. e. vel, eorum bono †, ut ὑπὲρ sumitur 2 Tim. 2. 10. vel, eorum vice, seu loco, ut Joh. 10. 11, 15 [s].) *constituit*, sive ordinat, (vel, *assistit*, Tre. *stat*, Sy. *præest*, Ca. vel, *constituitur*, Er. P. Mo. Be. Pi. Vulg. Æth. Notat, tum designationem, Exod. 28. 1. tum, actualem consecrationem, de qua Exod. 29 [v]. Καθίσταται hîc passivè sumendum [x], ut fit in locis parallelis [y], ut Heb. 8. 3 [z]. ubi tota hæc phrasis repetitur [a]. Sic Jac. 3. 6. & 4. 4 [b].) *ea* (vel, *in iis*, Il. P. Tre. Be. &c. Brevis locutio, qualis & suprà 2. 17 [c]. τὰ pro ἐν τοῖς, vel, κατὰ τὰ [d].) *quæ ad* (vel, *apud*, Er. Il. P. Be. Pi. Æth. *erga*, Ti.) *Deum*, Mo. vel, *Deo*, Ar. vel, *Dei*, Sy. vel, *rebus divinis*, Ca. sub. *sunt*, Sy. J. Cap. vel, *offeruntur*, Ar. vel, *pertinent*, Calv. vel, *aguntur*, sive *agenda sunt*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. &c. Quibus scilicet Deus coleretur, placaretur, &c [e]. vel, quibus opus erat ad reconciliationem & remissionem peccatorum [f]: q. d. Ad rem divinam peragendam [g]. Ut eorum curam habeat [h], & causam agat apud Deum [i]; id est, ut sit mediator [k], pro eis interpellans [l], & conciliator, & interpres [m]. Ut perageret agenda, sive à populo cum Deo, v. g. ut populi vice & nomine supplicaret & oraret, & cultum publicum administraret; sive à Deo cum populo, v. g. ut populo annunciaret voluntatem Dei, iramque ejus adversùs peccata; ut hortaretur ad pœnitentiam, &c. ut resipiscentibus veniam denunciaret [n]. Dicunt Judæi, *Prout summus Sacerdos se gerit, ità Deum esse populo infensum, aut propitium.* Vide Philonem [o], [ejúsque verba in G.] ¶ *Ut*, &c. Ἵνα —— ὑπὲρ ἁμαρτιῶν] *Ut* (i. e. Videlicet *ut*. Appositio. Declarat enim quæ sint illa τὰ πρὸς τὸν Θεόν [p].) *offerat dona*, sive *munera*, sive *donaria & victimas*, sive *sacrificia*, *pro peccatis*, Er. P. Mo. Be. Pi. &c. & suis & aliorum [q], expiandis scilicet [r]. Ὑπὲρ hîc, pro quo alibi est περὶ, ut infrà v. 3. in MS. significat *ob*. Explicat generalitatem per species quasdam. Δῶρα, קרבנים, est generale, sed eximiè dicitur de Holocaustis, ut videre est Levit. 1. 2. Θυσία item satis generale; comprehendit enim & מנחה: sed cùm hîc addatur ὑπὲρ ἁμαρτιῶν intelligendum משנה, de quo Levit. 4. 3. & seq [†]. *Dona* vocantur & מנחה & קרבנות. Sed מנחה Græci sæpiùs reddunt θυσίαν, & קרבן δῶρον, autem sacrificia & cruenta & incruenta significant. [Alii sic:] *Dona* dicuntur, vel, 1. spontè oblata [u]: vel, 2. rerum inanimatarum [x]; vel, fructuum terræ ad cibaria sacrificia adhibitorum [y], ut olei, panis, vini, lagani, &c [z]. *Sacrificia* sunt, vel, 1. ex præscripto Legis debita [a]; vel, 2. rerum animatarum [b]; sive generatim, ut holocausta, sive nominatim, *pro peccatis* quibusdam admissis, sive scienter, sive imprudenter. Omittit Eucharistica, ut quæ ad institutum ejus minùs facerent. Non enim *cum fiducia accedimus*, &c. quia Patri gratias egit Christus, sed quia pro peccatis nostris satisfecit [c].

2. *Qui*, &c. Μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις] Verbum μετριοπαθεῖν alibi in N. T. non exstat [d]: valdè emphaticum est, causam simul & effectum significans: duo in se complectitur, quorum prius significatur voce μέτριος, nempe, ἐπιείκεια & συγγνωμοσύνη, unde oritur vel excusatio aliorum, vel, si res poscat, purgatio: alterum verò est συμπάθεια, cùm sensu alienæ miseriæ afficimur. Est ergo ἀπὸ ἐπιεικείας, καὶ συμπάσχειν, (nam ὁμοιοπαθῶν idem αὐτῷ est) *alterius malis affici, eò quòd non rigidè & severè, sed humaniter & placidè, de aliis judices, tanquam si tua ipsius res ageretur, ut qui te putes eâdem conditione* [*]. Est *non inclementer affici*: sic μετριοπαθῶς, pro *clementer*, dixit Appianus [a]: vel, *moderari*, ut in Glossis, idem quod, משכיל אל דל, Psal. 41. 1 [f]. Et Aristot. sapientem ait esse μετριοπαθῆ, non ἀπαθῆ [g], i. e. moderatè ferre, non omnis passionis vacuum esse [h]. Μετριοπαθεῖν Th. multis vocibus reddit, συμπαθεῖν, συμπαθεῖν, συγκαταβαίνειν, συγγινώσκειν, i. e. *congruere*, *condolescere*, *accommodare se*, *ignoscere* [i]. [Verba sic reddunt:] *Qui condolere* (Sed vox nihil tale præ se fert [k]) vel, *placabilis esse*, Er. sic Calv. Nimiùm angustè. Non tam placandus ipse est quatenus Mediator, quàm ad placandum Deum constitutus [l]. Vel, *juxta mensuram suam condolere*, Q. in Val. vel, *compassibilis esse*, sive *particeps passionis esse*, Val. vel, *deprimere seipsum, & compati*, Tre. ex Sy. *parcere & condonare*, Ar. vel, *moderatè ferre*, Ti. Er. V. sim. E. Mo. id est, non graviter succensere [m], aut irasci ob alterius peccata [n], aut contemnere peccantem, sed eum humaniter & amicè sublevare [o], modestè & summissè se gerere [p]; misericordiæ affectum moderatum ac ratione circumscriptum exhibere [q]: ità ut inter nimiam severitatem, & indulgentiam ergà peccatores, medius incedat [r]. Cui obstat, quòd Apostolus nusquam Pontificem à severitate commendet; hæc enim judicis est, non intercessoris †. Neque hîc reprehenditur τὸ πλέον, *excessus*, in quo rarissimè peccatur, sed τὸ ἔλλειπον, *defectus* [t]. Vel, *commodè misereri*, Jun. *quantum satis est misereri*, Il. P. Be. Pi. id est, aliorum miseriâ non leviter, ut par est, tangi, sed pro ipsorum miseriæ magnitudine [v].) *possit* (potentiâ tum naturali, tum etiam morali, quæ intra officii nostri limites continetur, ut 1 Cor. 10. 21. & 2 Cor. 13. 8 [x]. Δυνάμενος hîc rursus ad affectûs pronitatem

tatem referendum est, ut suprà 2. 18. & 4. 15 [y]. q. d. qui aptus sit & idoneus [z], & propensus [a]: vel, *potest* pro *debet*, ut 2 Cor. 13. 8 [b].) *iis* (vel, *eos*, Er. V. vel, *vicem eorum*, Be. sic Il. P. Pi.) *qui ignorant & errant*, Vulg. &c. Rectè hoc addit, quia in Levitico additur, *cùm peccaverit*, בשגגה, ubi in Græco ἀκουσίως, pro quo Aquila ἐν ἀγνοίᾳ. Utrumque non sumitur ut apud Philosophos, sed ità ut culpa ponatur sine dolo; ut in iis quæ per oblivionem Legis fiunt, aut subito motu absque deliberatione. In criminibus gravioribus, si innotuissent, nihil poterat Sacerdos summus, teste Josepho: [vide G.] Πλανᾶσθαι, נפתה, hîc est *per incogitantiam aliquid agere.* Itaque פתי vertitur & ἄφρων & ἄκακος. Est autem hîc Dativus positus pro ὑπὲρ cum accusat. sicut & ל Heb. pro על ponitur [b]. *Ignorantes* vocat, qui quod faciendum est nesciunt [d]; vel, qui peccant ex aliqua ignoratione [*], sive ex ignorantia juris, sive culpâ mentis non satis diligenter attendentis ad officium suum, sive ad regulam actionum [f]. *Errantes*, qui in actionibus suis à recto deviant [g], seducuntur [h]; sive in errorem inducuntur, aliorum fraude [i], verbis aut exemplis [k], vel, tentationis alicujus vi [l]. Hæc autem verba sumi possunt, vel, 1. ut distinctio objecti [m]: q. d. qui per ignorantiam infirmitatémque peccaverint, non autem qui voluntariè in impietatem & injustitiam ruerint, ut infrà cap. 6. & 10 [n]. vel, 2. ut descriptio objecti [o]. Duabus his vocibus intelligit omnes peccatores [p], non solùm per ignorantiam aut infirmitatem; sed & malitiosè peccantes, ex consuetudine sermonis Hebraici [q]. [Id sic probant:] 1. Ad istos Pontificis misericordia debebat extendi [r], sicut & Christi extenditur [†]. 2. Omnia illa peccata hîc intelligit quæ Pontifex tenebatur confiteri, & pro iis supplicare & sacrificare. Hæc autem erant *omnes iniquitates Israelitarum*, Levit. 16. 21. Verum quidem est, nullum elatâ manu peccantibus sacrificium institutum fuisse, quia nimirum tales capite mulctandi erant; ideóque nulla victima eorum loco substituenda erat, in quam transferretur eorum reatus: alioqui omnia peccata expianda erant per sacrificia [t]. 3. Non malè hujusmodi peccatores *ignorare* & *errare* dicuntur; quia secundùm Philosophos, *omnis malus ignorat* [v], & omne peccatum procedit ex ignorantia & errore practici judicii [x]. *Errores* Hebræis de quovis peccati genere dicuntur [y]. ¶ *Quoniam*, &c. Ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν] *Quòd* (vel, *Quandoquidem*, E.) *& ipse circumdatus* (vel, *indutus*, Tre. ex Sy.) *sit* (περίκειται, pro περικείμενον ἔχει, ut exponi debent similia loquendi genera [z].) *infirmitate*, P. Ca. Be. Pi. sic Er. Il. &c. i. e. naturam iisdem incommodis & vitiis obnoxiam circumferat [a]. Ἀσθένεια vox est generalis, quæ modò ad animum, modò ad corpus, refertur [b]. Hîc notat, vel, 1. miseriam & dolorem [c], vel, naturæ infirmitatem, quam σάρκα vocat v. 7 [d]. vel, 2. peccatum [*]; q. d. Obnoxius est frequentibus peccatis, more aliorum [f]. Nam, 1. hæc ἀσθένεια est unde oritur ignorantia & aberratio [g]; 2. hæc res eum admonebat, ut & cæteris peccatoribus condolesceret [h]; 3. patet hoc ex verbis seq. in quibus ex hac infirmitate colligitur, eum debere pro peccatis suis offerre [i]. Hîc significat, accidere summo Sacerdoti posse ut aut obliviscatur præcepti alicujus de tam multis, aut id non ità repentè ipsi in mentem veniat. Vide Rom. 4. 19 [k]. Ità ostendit in quo disconveniat Sacerdoti cœlesti cum terreno [l]. Hic culpæ & pœnæ, ille pœnæ tantùm, infirmitatibus obnoxius fuit [m].

3. *Et*, &c. Καὶ διὰ ταύτην ὀφείλει—περὶ τῶν, &c.] *Et propter hanc* (scil. communem infirmitatem [n], cujus argumentum hoc est [o]:) *debet, sicut pro populo* (Quod dupliciter intelligitur, aut distributim pro singulis de populo, de quali sacrificio agitur Levit. 4. aut collectim, quale sacrum fiebat semel vertente anno in diebus כפרים, & describitur Levit. 16 [p]. Illud *debet* respicit præceptum Legis, Levit. 4. 3 [q].) *ità & pro seipso*, (Sic & Pontifex, si conscius esset se per oblivionem aut incogitantiam aliquid commisisse, offerebat vitulum, Levit. 4. 3. Quòd si non esset sibi ejus conscius, tamen quia fieri poterat ut lapsus esset, præceptum aliquod non rectè intelligendo, in anniversario illo sacro vitulum pro se ac domo sua offerebat, ut videre est Levit. 16: 6, 11, 17 [r].) *offerre* (sub. *victimam*, T. Pi.) *pro peccatis*, P. Be. Pi. &c. suis

[y] G. [z] Be. sic Ow. [a] Ow. [b] J. Cap. [c] G. [d] E. [*] Me. ex Rib. sic Ow. [f] Ow. [g] E. [h] Rib. Ow. [i] Me. [k] Rib. [l] Ow. [m] Q. in Ow. [n] Jun. [o] Ow. [p] Ger. sim. [q] E. Rib. Ow. Ec. [r] E. [s] E. sim. Rib. [†] E. [t] Ow. [v] E. sim. Rib. [x] E. ex Th. [y] Be. [z] Cas. [a] Be. [b] G. [c] Rib. ex Theod. [d] Cam. [*] Rib. ex Oecum. Cam. E. ex Theod. [f] E. [g] Cam. [h] E. [i] E. sim. Rib. [k] G. [l] Cam. [m] J. Cap. [n] Jun. sic E. [o] E. [p] E. [q] E. sic J. Cap. [r] G.

scilicet [†]. Cùm autem hoc generaliter dicitur de omni Sacerdote, sequitur quoque Christum obtulisse pro se ὑπὲρ ἁμαρτιῶν, i. e. ut à doloribus illis qui peccatorum pœnæ esse solent, & occasione nostrorum peccatorum ipsi infligebantur, posset liberari: obtulit autem preces [t]. Infirmitates & ærumnæ, quibus Christus obnoxius erat, *peccata* vocantur Catachresticè, & pro iis se obtulit [v]. Contrà, 1. periculosa est hæc assertio, *Christum pro se obtulisse ὑπὲρ ἁμαρτιῶν*, cùm ipse *peccatum non nôsset*, &c. 2. Non de omni absolutè & simpliciter, sed de Legali tantùm, Pontifice hoc dicitur, ex communi Interpretum consensu [x]. 3. Hoc ipsum de Christo disertè negatur, Heb. 7. 26, 27 [y]. & ad Pontificem Legalem pertinebat duabus de causis, 1. ob morales ipsius infirmitates; 2. ob præceptum Dei ea de re: quorum neutrum locum habet in Christo [z]. 4. Hæ Pontificis notæ non eò huc adferuntur ut Christo accommodentur, sed ut appareat quantum illum excelleret Christus, quòd ille pro peccatoribus intercesserit, ipse peccatis obnoxius; hic verò ad officii tantò sit aptior, quantò magis est ab infirmitate peccati remotus, ut pleniùs infrà explicatur [a].

4. *Nec*, &c. Καὶ οὐχ—λαμβάνει, &c.] *Neque sibiipsi quisquam sumit* (vel, *usurpat*, Er. Ti. V. *arrogat*, Ca. *assumit*, Tre. ex Sy. Ow. nempe, secundùm Legem [b]: vel, sumere debet. Verba actionem notantia sæpe debitum, vel officium, significant [c].) *hunc honorem*, Be. Pi. P. Il. &c. i. e. Pontificatum [d], quem sic vocat quia hominem reddebat honorabilem [*]; & honorem, tum officio, tum personæ eo vestitæ, haberi voluit Deus [f]. [Sensus, q. d.] Per Legem nemini licet se ingerere in id munus suo arbitratu [g]. Hoc etiam est veri Pontificis, erâtque in usu apud Hebræos, ut non qui vellet, sed is quem Deus eligeret, Pontifex esset [h]. ¶ *Sed qui vocatur à Deo* (Intellige, *is honorem hunc accipit* [i].) *tanquam* (vel, *sicut &*, Be. Pi. sic Er. &c.) *Aaron*] Sub. *vocatus est à Deo*, Camer. Intellige, pro se & sua posteritate [k]. Vocabantur autem à Deo post Aaronis tempus non singuli, (nam in iis aut Senatûs, aut Regis, electio valebat, prælucentibus interdum Prophetis:) sed tota stirps Aaronis, quam egredi electio non poterat [l]. *Sicut Aaron*, id est, immediatè, & modo extraordinario. Loquitur enim hîc de erectione novi Sacerdotii, quale illud erat Christi: quæ talem certè vocationem exegit [m].

5. *Sic & Christus*] Hactenus πρότασις, sequitur ἀπόδοσις [n]. Notas Pontificis Christo applicat [o], ac primùm eam quam postremò posuit [p], vocationem, deinde functionem Sacerdotii. *Ità Christus*, nempe, ut Lege constitutum est [q]. ¶ *Non*, &c. οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι, &c.] i. e. Εἰς τὸ γενηθῆναι· quales particulæ sæpe subticentur. In MS. est γενέσθαι [r]. [Sic vertunt:] *Non semetipsum* (vel, *ipse sibi*, Be. Pi.) *glorificavit* (vel, *hunc honorem arrogavit*, Jun. sim. Camer. Be. Pi. Me. putà, ipse citra voluntatem Patris [†]; vel, ità ut hoc ipsum à Patre non acciperet: vel, de Christo loquitur secundùm eam naturam quâ Pontifex est, humanam scilicet. Sed prius malim, quia non solam naturam hîc attendit, sed & personam [t]. Vel, *extulit*, ut Core & Dathan. Vide Joh. 8. 54 [v].) *fieri Pontificem*, Mo. vel, *ut fieret Pontifex*, Pi. &c. nempe, pro nobis [x]. Obj. At hæc pars erat humiliationis Christi, Phil. 2. 6, &c. Heb. 2. 10. quî ergò *honor* dicitur? Resp. Respectu Divinæ naturæ, humiliatio erat, respectu humanæ, honor & dignitas, ut postea videbimus. Hac autem in re non se extulit Christus, quia actus illum Pontificem constituentes erant actus Patris, v. g. ejus æterna designatio, missio, unctio; deinde & Legis Pontificalis constitutio, &c [y]. ¶ *Sed qui locutus est ad eum*, (sub. *dicendo*, Be.) *filius meus es tu*, (vel, *ô fili mi*, G. Periphrasis est Patris [z].) *ego hodie genui te*] i. e. Novam dignitatem tibi tribui, Regnum cum Sacerdotio conjunctum. Vide suprà 1. 5. Act. 13. 33. & quæ ad Psalmum 2. nobis dicta. Jesus Sacerdotale quidem munus suum aliquo modo erat auspicatus cùm semet Patri victimam offerret; sed id non satìs apparebat. Tunc autem planè apparuit eum non Regem tantùm, sed & Sacerdotem summum, à Deo constitutum; cùm, Apostolis spectantibus, evectus est ad Cœlum supremum, quod per Templi adytum, in quod summus Sacerdos solus intrabat, figurari omnes Hebræi noverant, & nos ostendimus Matth. 27. 51 [a]. Qu. Quorsum

[†] E. [t] G. [v] Crel vel Schlicting in Ow. [x] Ow. [y] Ow. sim. E. [z] Ow. [a] E. [b] Ow. [c] Glass. gram. 3. 3. 6. 248. sim. Be. [d] E. Pi. [*] E. [f] Ow. [g] G. [h] Me ex Rib. sim E. [i] G. Pi. sic Ger. [k] E. [l] G. [m] Ow. [n] J. Cap. [o] E. [p] E. sim. Jun. [q] Jun. [r] G. [†] Jun. [t] E. [v] G. [x] Jun. [y] Idem. [z] E. [a] G.

sum hæc verba hîc repetuntur [b]? & quid hæc ad Sacerdotium [c]? & quî hæc Christi Sacerdotium, aut vocationem ad illud probant? Referuntur ad æternam Christi generationem, Heb. 1. 5. ad ejus Resurrectionem, Act. 13. 33 [d]. Resp. 1. Dum Filium suum primogenitum vocat, declarat illi deberi Sacerdotium [*]. Primogeniti familiarum ante Legem Sacerdotes [f], juxta traditionem Hebræorum [g]: Christus autem meliori jure, quippe Dei ipsius primogenitus, Rom. 8. 29. Col. 1. 15. supra 1. 6 [h]. Contra, 1. traditio illa falsa est, & ex Scripturis refellitur. Nam Abel & Abraham sacrificârunt, nec erant primogeniti; 2. in Lege tota stirps Aaronica Sacerdotalis erat [i]; 3. repugnat hoc scopo Apostoli, qui erat ut probaret, Christum Sacerdotem fuisse ordine modoque sibi peculiari, non cum primogenitis communi [k]. Resp. 2. Apostolus hæc verba citans nos ad totum Psalmi locum ducit [l]. Sacerdotii autem mentio fit verbis seq. vel illis, *annunciabo Patris decretum* [m]; vel istis, *postula à me* [n]: quibus munus Sacerdotale indicatur ex proprio effectu, intercessione pro gentium conversione, quæ ut efficacia prophetiæ & Regni, ita & merito Sacerdotii, comparata est [o]. Contra, non verisimile est, Apostolum, citantem testimonium, illud omissurum quod ad rem suam faceret, & aliena producturum [p]. Resp. 3. Rectè probat eum Pontificem esse, quia dicitur *filius*, &c. Nam solus & certò Immanuel ac θεάνθρωπος Pontifex N. T. per Prophetas promissus est, qui populum suum à peccatis sacrificio suo servaret, Matth. 1. 21 [q]. Resp. 4. Ostendit hinc qualis & quantus Pontifex Christus, cùm idem dictus sit *Sacerdos*, qui & *Filius* [r], & verus Deus: alioqui non potuisset opera sua peragere, v. g. satisfacere pro peccatis, &c [†]. Deinde hæc repetit, nè quis miretur hunc illi, qui non erat ex tribu Sacerdotali, honorem delatum esse; quia alterum accepit multò majorem, ut diceretur *filius*, &c [t]. Resp. 5. Non continetur his verbis institutio Christi in munere Mediatorio [v], aut Pontificali [x]; sed declaratio quòd Filius sit [y], & à quo ad munus suum vocatus sit [z], nempe à Patre, ac proinde illud non usurpâsse [a]. De Sacerdotio autem agit sequens testimonium [b]. Obj. Sed illa verba v. seq. *in alio loco*, ostendunt utrumque locum in eundem finem esse productum. Resp. Ita est: verba enim utriusque loci considerantur ut à Deo Patre ad illum dicta. Consilium autem Apostoli h. l. erat declarare non Sacerdotium Christi, sed vocationem ejus ad illud à Deo Patre, à quo omnem habuit potestatem Mediatoriam, ut Rex, Sacerdos, & Propheta; ut ex eo constat, quòd Pater eum agnoscat esse Filium suum, & à se probatum in exercitio muneris sui [c].

6. *In*, &c. Ἐν ἑτέρῳ] Supple τόπῳ. Ita enim Græci vocant id quod Hebræi פרשה. Græci etiam περιοχήν. Vide ad Act. 8. 32 [d]. *In alio*, Mo. Pi. &c. sub. *Psalmo*, E. Be. Pi. &c. nempe Psal. 110. Quem Psalmum de Messia scriptum esse non ausi sunt negare Judæi, Matth. 22. v. 43 [*]. ¶ *Dicit*] David, vel Spiritus Sanctus per Davidem, ut Heb. 4. 7 [f]. ¶ *Tu es Sacerdos* (Sunt verba Patris ad Filium. Hoc testimonium adjungit superiori, ut eundem quem Filium probavit, probet etiam à Patre constitutum Sacerdotem [g].) *in æternum* (id est, sine successore [h]; vel, cujus Sacerdotium morte non finietur [i]:) *secundum ordinem* (In Heb. est על דברתי, quod infra 7. 15. bene ad sensum effertur, κατὰ τὴν ὁμοιότητα. In Syriaco, בדמותה, i. e. *ad modum*. דברה *conditio*, aut *modus*, ut Eccles. 3. 18. Sic τάξις sumitur 2 Macc. 9. 18. Est vox non malè Græca: dicunt enim Græci, ἐν τάξει ἔχειν γαμετῆς, ἐν ἐχθροῦ τάξει, τάξιν ἔχειν τελωνοῦ, τάξιν νόμου, & similia, quæ significant hoc esse instar rei alterius [k]. *secundum ordinem*, i. e. ritum [l]: vel, *ad modum*, G.) *Melchisedech*] id est, Modo augustissimo, quo Regnum simul & Sacerdotium jungebantur, ut ante Legem Mosis. Sic & infra v. 10. & 6. 20. & 7. 11, 17, 21. ex Græco Psal. 110 [m]. Sed hac de re plura dicet Apostolus, & nos [n].

7. *Qui*] Sed quid his verbis agat Apostolus [o], & quò hæc spectant [p], haud liquet [q], & magna dubitatio est [r]. [Variè explicant.] 1. Ostendit Christum verè officium gessisse Pontificis [*], & Christo applicat quæ de Pontifice dixerat, non quidem singula; sed ea quæ applicari poterant, quæque applicata Sacerdotium ejus commendant [†]: quale est quòd non solùm pro populo [t], sed etiam pro seipso preces obtulit [v]; non qualescunque, quas etiam laici offerebant, [quod huic sententiæ opponit Rib.] sed eas quæ sunt officii publici, sive Sacerdotalis. Sacerdotis enim erat precari pro populo, in quo & ipse comprehenditur [x]. 2. Cùm probâsset, Christum Pontificem esse, nunc probat [y], eum ex hominibus assumptum esse [z]; vel, esse hominem circumdatum infirmitate [a]; ostenditque convenientiam Christi cum Leviticis Sacerdotibus, ut antè in Pontificatûs origine & causa efficiente, ita nunc in natura humana [b]. ¶ *In diebus carnis suæ*] id est, In quibus carni & sanguini participavit [c]; cùm Deus in carne conspicuus fuit [d]; non quòd carnem deposuerit [*], sed quia hos dies comparat cum æternitate, quâ unus erat cùm Patre coæternus & consubstantialis Deus [f]; dum inter homines viveret [g], in hac carne mortali [h], infirma, corruptibili [i], ac passibili; ut *caro* sumitur Psal. 56. 5. Esa. 40. 6 [k]. in tempore sui status infirmi, ac multis malis obnoxii, qui Hebræis sæpe dicitur *caro*, ut Esa. 31. 3. aut *caro & sanguis*, ut supra 2. 14. quia corporis humani constitutio, quæ in S. literis vocatur *caro & sanguis*, nos istis malis subjectos facit [l]. ¶ *Preces*, &c. Δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας—προσενέγκας] Δέησις est nomen generis [m]: ἱκετηρία, quæ vox alibi in Scriptura non occurrit [n], plus aliquid significat, nempe, preces valde submissas, ut 2 Macc. 9. 18 [o]. vel, preces supplicum abjicientium se ad pedes, aut genua tangentium, ejus quem orant [p]. Unde & ἱκετηρία dicitur ramus oleæ lanâ obvolutus, quem supplices in manibus ferebant; de quo vide Liv. l. 4. belli Punici [q]. Herodianus ἱκετηρίας θαλλοὺς vocat [r]. Et חיל, quod magnam anxietatem significat, vertitur per ἱκετεύειν, ut videre est Psal. 37. 7. In Glossis, Ἱκετηρία, *oratio, precatio, supplicium*. Ἱκετεύω, *supplico, precor* [†]. Isoc. De Pace, ἱκετηρίας, inquit, πολλὰς καὶ δεήσεις ποιούμενος [t]. Significatur hîc magnus affectus & humilitas Christi precantis [v]. Porrò ἱκετηρίαι diis factæ dicuntur apud Ethnicos illæ tantùm supplicationes quæ cum sacrificiis expiatoriis conjunctæ erant. Non ergò preces hîc nudas intelligit, sed comitatas oblatione suiipsius in sacrificium expiatorium. Totum autem hoc sacrificium describit h. l. necessario hoc illius adjuncto, *precum & supplicationum*: id autem facit, ut doceret, tum, 1. ipsum *circumdatum fuisse infirmitatibus* naturæ, quod preces ipsi necessarias fecit; tum, 2. quantum opus erat expiare peccatum, quod mortem, eamque tot supplicationibus comitatam, postulavit; tum, 3. quod Christus nostram rem jam suam fecisset, & in se totum opus debitumque nostrum transtulisset [x]. [Verba sic reddunt:] *Cum & precationes, & supplicationes*, (Pro se quidem, sed ut sponsore nostro [y]. Respicit preces ejus factas, vel, 1. in horto [z], quas ter repetiit [a], ideoque plur. numero hîc utitur [b]; vel, 2. in cruce [c]: ubi *clamavit validè*, Matth. 27. 46. Et lacrymas adfuisse docent circumstantiæ [d]. Vel, 3. alibi: quod apud Evangelistas quidem non memoratur, sed Paulus per traditionem, aut revelationem, accepit [*]. Respicitur autem hîc illud præcipuè tempus quo Christus maximè sensit infirmitatem humanæ naturæ, quo à vi Divina quasi destitutus mortem cum tantis cruciatibus conjunctam vehementer perhorresceret; nè quid esset humani quod non pertulisset ille qui Filius erat Dei; nè nos putaremus ob hoc à Deo despectos, si talia interdum & nobis evenirent, ac non eò minùs crederemur nos etiam nostro modo filios Dei esse. Vide Matth. 26. 27, &c. Luc. 22. 42, &c [f].) *apud* (vel, *ad*, Vulg.) *illum qui poterat ipsum à morte servare*, (i. e. morti eximere [g]. Vel potiùs, celeriter eripere à morte quam erat passurus [h], nè morte, à Deo desertus, contineretur [i]: alioqui quomodo exauditus est? Σώζειν dicitur non tantùm qui servat aliquem à malo, nè in illud incidat; sed etiam qui eripit è malo in quod jam inciderat [k]. Duo petivit, ut & mors averteretur, si fieri posset, & si Deus vellet; & ut mortuus à morte non teneretur, sed tertiâ die resurgeret [l]. Quod in Lege Veteri erant ignorantiæ & incogitantiæ, id in Christo erant affectus naturales qui ex dolore aut doloris metu oriuntur; qui cousque in Christo invaluerunt, Dei provido permissu, ut fuerit non tantùm λυπῶν, sed & ἀδημονῶν, Mat. 26. 38. Quid ergò naturaliter appetebat? Liberari à tali morte: quod,

[b] Rib. [c] Be. [d] Ow. [*] Rib. ex Caj. [f] G. sic Rib. ex Caj. [g] Hi. in E. [h] G. [i] E. [k] Ow. [l] Q. in Ow. sim. Be. [m] Be. [n] Gom. sic Jun. [o] Gom. [p] Ow. [q] Gom. [r] Rib sim. Ger. E. [†] Ger. [t] Rib. [v] Cam. [x] Ow. [y] Cam. sic Ow. [z] Ow. [a] Cam. sic Ow. [b] E. [c] Ow. [d] G. [*] J. Cap. [f] Ow. [g] E. [h] G. [i] Rib. [k] G. [l] Me. T. [m] G. [n] Rib. sim. E. &c. [o] Rib. [p] E. sic Rib. [q] E. [r] Rib. [*] Q. in Rib.

[†] E. [t] Ger. [v] Ger. E. [x] E. [y] Rib. [z] Jun. [a] Rib. [b] Gom. [c] E. [d] Jun. sic Rib. [*] Rib. ex Th. sim. Jun. [f] Jun. sim. Rib. [g] Me. sic Be. [h] Me. Gom. sic E. [i] Ger. V. Be. Pi. Gom. [k] E. Ger. [l] G. [m] G. sic E. Rib. Gom. Ger. [n] Ow. [o] G. [p] E. Rib. [q] Me. sim. Ow. [r] Rib. [†] G. [t] Ow. [v] E. [x] Ow. [y] J. Cap. [z] Gom. [a] Q. in E. sic Be. Pi. [b] Gom. sic Be. [c] Be. [d] Gom. E. ex Aquin. Caj. Te. Pi. [*] Gom. E. Chrys. & Th. in E. [f] G. [g] Be. [h] E. [i] Gom. [k] E. [l] Rib.

quod, si sola potentia Dei spectetur, Deo non erat impossibile effectum dare, Marc. 14. 36. Sed hoc nè fieret, ex re erat humani generis. Ἐκ θανάτου, i. e. ἐκ τούτου τοῦ θανάτου[m]. *Ad eum qui*, &c. id est, ad Deum[n]: quem Christus quidem *Deum suum* & *Patrem* vocat, Matth. 27. 46. Luc. 22. 42. & 23. 46. Apostolus autem eum hâc periphrasi hîc describit gravibus de causis, ut scilicet doceret, quid Christus eo tempore spectavit in Deo, Morte, ejúsque causis atque effectis. Deum respexit, ut habentem potentiam, tum naturalem, h. e. omnipotentiam, quâ eum eripere poterat, in quam fide recubuit: tum moralem, h. e. jus & authoritatem dominiúmque absolutum, cui se subjecerat. Deum jam spectavit, tanquam supremum, sanctissimum & severissimum Rectorem, Judicémque omnium, Legis & authorem & vindicem, habentem potestatem vitæ & necis, & sententiam Legis actu jam executioni mandantem. Mortem spectavit non ut separationem animæ & corporis, eámque dolorificam; sed ut maledictam, Gal. 3. 13. à Deo ut justo Judice immissam, & Justitiæ vindicatricis effectum, à se ut sponsore nostro ferendam. A Deo derelictus erat, Psal. 22. 1, 2, &c. Matth. 27. iram Dei adversus peccatum tunc sibi imputatum in se sensit; & quicquid in his pœnale erat, quod quidem cum ipsius summa sanctitate, & merito, & naturarum in ipso unione, poterat consistere, pertulit. Hinc non mirum, fuisse in eo gravissimum dolorem, metum, &c. dum Deus, tanquam in bilance, hinc peccata hominis, & Legis ac justitiæ sententiam, illinc obedientiam, sanctitatem & pœnales Christi perpessiones, ad tempus quasi in æquilibrio tenuit, &c[o].) *cum clamore valido & lacrymis* (Etsi id siluerint Evangelistæ[p]:) *obtulisset*, Er. Il. Ti. sic P. Mo. &c. nempe ut Pontifex[q], cui aptè convenit *offerendi* verbum[r]. Προσφέρειν de rebus communibus dictum, significat *accedere*; de rebus autem sacris usurpatum, semper notat *offerre*, vel *accedere cum donis*, aut *sacrificiis*, ut Matth. 2. 11. & 5. 23, 24. & 8. 4. &c. Et constanter in hac Epistola actum Sacerdotalem denotat, ut Heb. 5. 1, 3. & 8. 3, 4. & 9. 7, 9, 14, 25, 28. &c. & προσφορὰ est *sacrificium*, Heb. 10. 5, 8, &c†. ¶ *Exauditus*, &c. Καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας] Illud καὶ [quod in Vulgato abest] habent multi Codices [Latini] manuscripti, & textus Græcus & Syriacus. Sententia enim hîc nondum finitur, sed pendet[t], [& perficitur v. seq. Variè reddunt:] *Et exauditus* (vel, *exauditus est*, sive *esset*, Er. Il. Ti. V.) *pro* (vel, *à*, Er. sub. *sua*, Ca. Er. Vulg. vel, *sui*, Er.) *pietate*, Er. V. Ca. vel, *reverentia*, Mo. Er. Il. Ti. Vulg. V. Par. vel, *ob pietatem*, Cas. vel, *propter reverentiam*, Gom. Vel, 1. quam Pater habebat erga Filium, præ qua non sustinuit Pater quidquam ei negare[v]; quia Filius Patri charus & venerabilis erat[x]. Non placet: quia cùm reverentia sit minoris ad majorem, ut Heb. 12. 28. item Luc. 2. 25. Act. 2. 5, &c. durum est & insolens Patri reverentiam tribuere erga Filium[y]. Vel, 2. quam Filius erga Patrem habuit[z], quâ nimirum dignus erat ut à Patre exaudiretur[a]; vel, ob suam dignitatem, quia Filius Dei erat[b]; vel, ob ipsius εὐλάβειαν vel, *quæ fuit ejus* εὐλάβεια, seu *pietas* & *reverentia*; ut in Athen. p. 182. ἀπὸ τῆς ἰσχύος, *quod fuit ejus robur*, id est, tantum erat ejus robur. Εὐλάβεια dicitur sæpe de *religioso metu*, ut Athen. p. 137. Vide & Eustath. Od. p. 54. Εὐλαβὴς in his Libris idem quod θεοσεβὴς quod satis notum. Optimus sensus, & generali illo scito confirmatus, *Peccatores non audit Deus*; *sed si quis sit* θεοσεβὴς, &c. Joh. 9. 31[c]. Sententia pia[d], nec improbabilis, quam & phrasis & historia passionis ferunt[*]; nec repugnat verborum significatio[f]. [Aliis tamen non placet:] Nusquam sic usurpatur ἀπὸ[g]: dixisset ergò διὰ, vel, κατὰ, vel, etiam ὑπὲρ, ut Phil. 2. 13[h]. Obj. Ἀπὸ interdum pro διὰ ponitur, & Causam tum efficientem, tum meritoriam, certò significat[i]. De efficiente concedo, ut ἀπὸ φόβου, *præ timore*, Matth. 28. 4. ἀπὸ λύπης, *præ tristitia*, Luc. 22. 45[k]. & ἀπὸ χαρᾶς, *præ gaudio*[l], Matth. 13. 44. & Luc. 24. 41. de causa meritoria nego[m]. In illo, ἀπὸ χαρᾶς, χαρὰ, *gaudium*, erat causa (quam ἀπὸ denotat) eorum quæ illi fecerunt aut omiserunt: eorum autem quæ Christus passus causa non erat metus Christi, sed beneplacitum Dei; & hujus, non autem timoris, effectum erat exauditio†. Al. Ἀπὸ τῆς εὐλαβ. i. e. ἐκ τῆς εὐλαβείας, quod significat μετ' εὐλαβείας προσδεχόμενος[n]. [Hæc de prima sententia:] Al. *Et exauditus* (vel, *exauditus esset*, Calv. Jun. vel, *exauditis precibus* liberatus, Be. sic G. Est contracta locutio, frequens & Hebræis & Græcis[o]; quâ sæpe in antecedente comprehenditur consequens, ut observavimus ad Matth. 4. 8. & 2 Tim. 1. 6[p].) *ex* (vel, *à*, Scal.) *metu*, Pi. Be. Scal. G. Jun. Calv. Par. Gom. Ger. P. Sensus est, In hoc exauditus fuit, ut ab isto metu liberaretur. Par locutio Psal. 22. 21. ubi עניתני rectè vertitur, *exaudisti me*; i. e. exaudiens liberâsti, *ab illis cornibus* μονοκερώτων, i. e. malorum hominum. Sic Psal. 55. 16. pro יושיעני *servabit me*, LXX ponunt εἰσήκουσέ μου per Metonymiam[q]. [Hanc sententiam probant:] 1. ex usu vocis in Scriptoribus sacris, & profanis. Εὐλάβεια sæpe ponitur pro δειλία, sive *metu*[r]. Sic Act. 23. v. 10. εὐλαβηθεὶς, *timens*†. Sic Jos. 22. 24. מדאגה Græci vertunt ἕνεκεν εὐλαβείας quæ ipsa vox Hebræa, Prov. 12. 25. vertitur φοβερὸς λόγος ipsum autem verbum דאג εὐλαβεῖσθαι, Esa. 57. 11. φοβεῖσθαι, Jer. 17. 8. Sic Josephus de Rege marito Estheræ, εὐλαβεῖται αὐτὴν ἀποκλῖναι[t]. Sic Diphilus apud Stobæum, θνητὸς πεφυκὼς, μὴ εὐλαβοῦ τεθνηκέναι. Sophocles, εὐλαβοῦμαι πεσεῖν, *timeo nè cadam*. Plut. de Pericle, περὶ τὸν λόγον ἦν εὐλαβὴς, *timidè ad dicendum accedebat*: quod de se quoque Cicero testatur[v]. Diod. Sic. l. 15. *increpavit* τοὺς εὐλαβῶς ἔχοντας, *eos qui erant timidi*. Aristot. Mag. Eth. 1. 30. *omnia atque omnes* εὐλαβούμενος, *timet*[x]. 2. Ex Apostoli scopo[y], & contextu[z]: *preces* certè *illæ cum clamore valido* metum indicant[a]. Apostolus hîc docet quàm nobis ὁμοιοπαθὴς sit Christus, ut tantò aptior nobis Sacerdos esset[b]. [Aliis hæc sententia non placet:] 1. Εὐλάβεια *metum* non significat. 2. Sermo ineptus est, *exaudiri à metu*[c]. His jam dicta opponi possunt[d]. Εὐλάβεια [hîc] est id quod ἀδημονεῖν dicitur Matth. 26. 37. Marc. 14. 33. Liberatus est, ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, *ab illo metu* cruciatuum per Angelum ad se missum, Luc. 22. 43. per quem ei ob oculos positus est ingens ille fructus ad homines redundaturus ex illis ipsis duris sanè perpessionibus, & quidem conjunctus cum maxima ipsius gloria, Phil. 2. 9. Ab illo metu liberatus forti animo se paravit ad ferendos illos dolores. Vide Nazianz. ad hunc locum[*], ubi inter Christi imbecillitates τὸ εὐλαβὲς numerat[f]. Si quem offendit quòd Christus *timuisse* dicitur, quantò magis quòd dicitur *turbatus*? Joh. 11. 33. & 12. 27. ἐν ἀγωνίᾳ γενέσθαι, Luc. 22. v. 44. λυπεῖσθαι & ἐκθαμβεῖσθαι & ἀδημονεῖν, Mat. 26. 37. Marc. 14. 33. quod etiam Maldonatus sic ἐκθαμβεῖσθαι, *Ità vehementi discriminis objecti metu angi ut quodammodo exanimis & attonitus sit*[g]. Christum *exauditum* dicit, non simpliciter, quia mox interfectus est, sed *ex metu*[h]; id est, confirmatior factus est[i], ut omnem pavorem mortis deposuerit[k]. Significat, eum exauditum fuisse, licèt non statim exemptus à malis fuerit[l]. Nec enim liberationem petiit nisi sub conditione[m]. Sed quis fuit hic metus in Christo? Nempe, horror futuri mali; quomodo Chirurgi manum exhorrescit ictum intentantis etiam is qui de exitu nihil dubitat[n]. Timebat nè malis obrutus succumberet, vel morte absorberetur; non tamen ex ulla diffidentia[o], sed ex vehementissimo doloris sensu. Formidavit enim non tantùm corporis cruciatus, quos multi etiam Martyres constanter tulerunt; sed & horrendum irati, &, nostrâ causâ, ei reverâ infensi, Patris sui judicium, & desertionem illam Matth. 27. 46. quâ Deitas vim suam in assumpta humanitate ad tempus non exerceret, & pœnas omnes peccatis nostris debitas sibi impositas. Nec tamen despondit animum, aut desperavit, spei nostræ autor; sed, dum in unam partem totus vergens penè sibi persuadeat de se actum esse, & vociferatur sese in ipso jam gurgite quasi periisse; luctatur tamen cum terroribus illis, & hâc ratione sese erexit, quòd sciret Patrem sibi nullius mali conscio non esse iratum, nisi nostrâ causâ, tandémque emersit, &c[p]. Sensus est, Ità acceptus fuit Deo, ut quem metum ex peccatis nostris pœnísque meritis, & sponsione suâ, secundùm hominem conceperat, is à Deo Patre levaretur absolutissimè, testatâ remissione peccatorum ad abolendam maledictionem nostram†. Al. Nodum hoc optimè solvisse videtur Syrus Interpres, dum distinctionem ponit post εἰσακουσθεὶς, & illa, ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, unà cum verbis, ἀφ' ὧν ἔπαθε, construit cum verbo ἔμαθε· & hunc locum

m G. n E. Ow. o Ow. p T. sic Me. q E. Ow. r E. † Ow. t E. v Chrys. Th. & Oecum. in Rib. x Chrys. in E. y Ger. ex E. z Rib. ex Chrys. E. ex Phor. &c. Ger. a E. b Par. c Cas. d Gom. * Par. f Gom. g Be. sim. Cam. h J. Cap. i Cas. k J. Cap. l J. Cap. Cam. m J. Cap. † Ham.

n Camer. o G. p Be. q G. r Ger. † G. sic Be. Ger. t G. v Be. x Ger. y Cam. z J. Cap. Ger. a Cam. b J. Cap. c E. Bel. larm. in Ger. d Ger. * G. f Be. g J. Cap. h Be. i Cam. ex Be. k Be. l Calv. m Be. n Cam. o Be Calv. p Be. † Jun.

locum cum versu seq. sic reddit, *Preces ——— cum lacrymis offerebat ei qui ipsum poterat à morte vivificare, & exauditus est. Et quamvis esset filius, ex timore, & passionibus quas sustinuit, didicit obedientiam.* Ità sensus planus est, & historiæ congruens [q]. Al. Trajectio hîc esse potest, ut sæpe fit in his Scriptoribus, ut locus accipiatur quasi scriptum esset, καὶ δακρύων ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, προσενέγκας καὶ εἰσακουσθεὶς, καίπερ, ὢν υἱὸς, &c. ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, h. e. *qui fuit ejus metus* [||]. Al. Affectus, *timor*, hîc ponitur pro objecto, sive re quam timuit, ut Prov. 3. 25. Esa. 8. 16. 1 Pet. 3. 14. Unde פחד Lxx vertunt πόλεμος, Job. 22. 10. & ὄλεθρος, Prov. 1. 26 [*].

8. Et, &c. Καίπερ ὢν υἱὸς] *Quamvis*, vel *Tametsi filius esset*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Antonomasticè sic dictus [r]; multò magis quàm Adamus, conceptus contra naturæ ordinem. Vide Luc. 3. 38 [†]. Filius Dei [t], non tantùm secundùm deitatem suam, sed & secundùm humanitatem suam [v]; vel, secunda persona Trinitatis [x], cui propterea immortalitas, & gloria corporis & nominis sui, debebatur [y]; vel, quo solo nomine dignus erat quem Pater exaudiret [||]; vel, qui non indigebat exauditione, aut oratione, ut ad præced. referatur [z]. Quod durum est [a], & præstat referre ad sequentia [b]. ¶ *Didicit*, &c. Ἔμαθεν ἀφ' ὧν, &c.] Ἀφ' ὧν idem quod ἐξ ὧν. Par locutio Mat. 24. 32. & v. præced. ἀπὸ εὐλαβείας [c]. *Didicit* (sub. *tamen*, Er. P. Be. Pi.) *ex iis quæ passus est* (Vel, *inter patiendum*, Camer. q. d. Pati voluit, & per passionem didicit [d]: ut misericors fieret Pontifex [*], *didicit*, non διανοίᾳ, *mentis agitatione*, qui discendi modus à peccato est, & ignorantia, ideóque Christo abjudicandus [f]; sed πείρᾳ, *experientiâ* [g], novo atque exactiore modo expertus est [h].) *obedientiam*, Mo. Er. Be. Pi. &c. id est, Obedientiam ostendit [i], exercuit [k], patiendo præstitit [l], quasi Obedientiæ discipulus [m]. Alludit ad Proverbium Græcum, Παθήματα, μαθήματα· quales sententiæ, & cum simili παρονομασίᾳ, sunt ferme in linguis omnibus. Sensus est, Expertus est in tantis tentationibus quàm sit arduum Deo obedire [n]; & quanta esset vis & præstantia obedientiæ, quàm grata Deo sit, & quanta bona conciliet; nam quod ei, ut Filio, debebatur per obedientiam passionis meruit, & obtinuit [o]. Cui favent verba sequentia [p].

9. Et, &c. Καὶ τελειωθεὶς] *Et consummatus*, Vulg. Mo. P. Be. Pi. vel, *perfectus*, Tre. Ca. V. *perfectus redditus*, Er. Il. Ti. E. id est, Per passiones ad gloriam adductus [q]: vel, exauditus, & à morte liberatus, immortalitatis gloriam nactus, & ad dexteram patris exaltatus [r]: vel, *ad ultimum usque perstans*: vel, *consummato opere*, G. consummatis omnibus obedientiæ, patientiæ, charitatis, partibus [†]. Vide suprà 2. 10. Phil. 3. 12. & quæ dicta ad Luc. 13. 32 [t]. vel, *consecratus*, P. Pi. Gom. Ham. Ow. Par. vel, *sacrificatus*, Par. q. d. sacrificio peracto [v]; quum clamaret, τετέλεσται, Joh. 19. 30 [x]. postquam totum redemptionis opus peregisset patiendo, moriendo, resurgendo à mortuis [y]. Τελειῶσαι idem est quod πληρῶσαι. Heb. מלא, apud Lxx in V. T. dicitur de consecratione Sacerdotis. Et ità hîc sumi apparet ex collat. v. seq [z]. Consecratus autem est Christus, *realiter* quidem, per actus Dei Patris antè memoratos; *declarativè* verò, seu quoad *evidentiam* rei, per oblationem suiipsius [a]. ¶ *Factus*, &c. Ἐγένετο — αἴτιος, &c.] *Factus est* (vel, *Fuit*, Ow.) *autor* (vel, *causa*, Er. Ca. Tre. Mo. &c. non minister, ut alii, sed causa [b]; eáque exemplaris [c], efficiens [d], & meritoria [*]; author & merito, sive promerendo, & efficaciâ, sive dando, salutem [f]:) *salutis æternæ* (non temporalis, ut Josephus, Moses, Josue, &c [g].) *omnibus qui ipsi auscultant*, Pi. sic Be. &c. Per fidem scilicet [h], veram ac perseverantem [i]; & observationem mandatorum Christi [k]. *Iis qui obediendi propositum habent, obtinet*, tanquam summus Sacerdos, ea Spiritûs auxilia per quæ possint & ipsi tentationes quamvis gravissimas superare, & sic *pervenire ad æternam illam salutem*. Ingens & consolatio & exhortatio, omnibus quidem, sed illis maximè, temporibus & hominibus, necessaria [l]. Duplex hîc fructus passionis Christi significatur, ipsius scilicet Christi consummatio, & nostra gloria. Frustrà sperant salutem qui Christo non obediunt [m].

10. *Appellatus*, &c; ità Mo. Ca. Προσαγορευθεὶς, &c.] *Cognominatus* (vel, *Pronunciatus*, Be. Ham. id est, constitutus [n], vel factus [o]: Dei enim dicere, seu nominare,

[q] Par. [||] Cas. [*] Ham. [r] J. Cap. [†] G. [t] Rib. Me. [v] Jun. [x] Te. [y] Me. ex Rib. [||] E. [z] Q. in Te. [a] Te. [b] E. sim. Te. [c] G. [d] Rib. Me. [*] E. [f] Cam. [g] Cam. sic Zeg. Te. J. Cap. Me. Rib. T. [h] T. [i] E. [k] E. T. [l] Camer. [m] E. [n] G. [o] Me. ex Rib. [p] Rib. [q] E. [r] Rib. [†] T. Me. ex Ans. [t] G. [v] Par. sim. J. Cap. [x] J. Cap. [y] Par. [z] Ham. [a] Ow. [b] Par. [c] E. [d] Ow. [*] E. Ow. [f] Par. sic Ger. [g] Te. [h] J. Cap. sim. E. Me. [i] J. Cap. [k] E. [l] G. [m] E. [n] Me. T. [o] Rib. E.

facere est [p]: Heb. נקרא [q]. Vel, *Declaratus*: quod ad Christum pertinet post resurrectionem ejus, quo tempore omnem accepit potestatem, nempe potestatem benedicendi, in qua sacrificium Melchisedeci constitit [r].) *à Deo* (nempe in illo Psalm. 110. cujus jam facta mentio [†]:) *pontifex*, &c. Er. P. Pi. &c. Non dicitur Christus fuisse *sacerdos de ordine*, &c. sed tantùm *secundùm ordinem Melchisedech*, &c. vel, secundùm res quæ de Melchisedecho dicuntur, ob eximiam & singularem similitudinem, &c. Neque enim idem est sacerdotium Melchisedeci & Christi; nec sacerdotium Christi tale erat quod ullus homo sustinere aut exercere potuit. Et hac de causa non dicitur hîc κλητὸς, quæ vox constanter *vocationem* ad officium notat; sed προσαγορευθεὶς, quod *denominationem* notat illius qui sic vocatur [t]. Hoc adjicit Apostolus, tum ut insinuet quâ ratione Christus fit nobis causa salutis nostræ [v], nempe quia Pontifex est à Deo factus [x], & ut talis sacrificium crucis obtulit; tum, ut confirmet quod dixerat v. 5. Christum *à Deo vocatum*, &c. tum, ut viam sternat sequenti disputationi de sacerdotio Christi [y].

11. *De*, &c. Περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος] *De quo* (vel, Melchisedeco [z]: vel, Christo [n], *Pontifice secundùm ordinem Melch* [o]. Al. *Qua de re*, Pi. G. &c. nempe de Pontificatu Christi [p]: vel, de qua similitudine inter Melch. & Christum [q]: vel, quòd Christus sit sacerdos secund. ord. Melch [r].) *multus* (vel, *grandis*, Vulg. & magnitudine & multitudine rerum dicendarum [†]: vel, *copiosus*, Er.) *nobis sermo*, Mo. Er. &c. supple, *posset esse*, G. vel, *multa sunt* (vel, *forent*, P.) *dicenda*, Be. P. Pi. vel, *multa dicere possemus*, G. ¶ *Et*, &c. Καὶ δυσερμήνευτος λέγειν] id est, Ἐν τῷ λέγειν· *Quem si eloquerer, ægrè intelligeretis*. Nam qui quod sibi dicitur intelligit, is sibi id *interpretatur*. Ità rectè Hieron. accipit. Confer Joh. 16, 12. Præparat eos ad id quod hîc differt, mox editurus cap. 7 [t]. *Et difficilis* (vel, *Eáque difficilia*, Be. P. Pi. Er. Ca. &c.) *interpretatu*, Mo. Er. vel, *ad interpretandum*, Val. sim. Di. ex Sy. *explicatu*, Er. Be. Pi. &c. non quòd non possim interpretari [v], sed quòd illius temporis non fuerit [x]: vel, ob incapacitatem vestram [y]; q. d. non mihi, sed vobis [z]. ¶ *Quoniam*, &c. Ἐπεὶ νωθροὶ, &c.] *Quoniam* (vel, *Quandoquidem*, Er. Be. Pi. Ca. &c.) *segnes* (vel, *incapaces*, Ar. *infirmi*, Tre. ex Sy. sic Vulg. ἀσθενεῖς.) Nam νωθροὶ sunt *segnes*, ut Prov. 22. 29. Sir. 4. 32. & 11. 13 [a].) *facti estis auribus*, Mo. id est, Nihil curatis Verbum Dei audire [b]: vel, 1. ob tentationes & afflictiones, quibus premebantur [c], & segnes torpidíque reddebantur [d]; vel, 2. quia legi Mosaicæ nimiùm affixi erant, quo velut obice impediti mysteria Evangelica tardè capiebant [*]: vel, 3. ignaviâ & negligentiâ suâ [f], quòd parum laboris atque operæ in eorum cognitione posuerant [g]. Per Metaphoram dicuntur hoc nomine ii qui non attendunt ad ea quæ ipsis dicuntur: ut solent quæ corporibus conveniunt, ad animos transferri [h]. Nota, obscuritatum causam ut plurimùm in hominibus esse, non in Scriptura ipsa [i]. Difficultas his rebus inest, non per se, aut vitio materiæ; sed per accidens, & hominum stupore, qui nec capaces sunt horum mysteriorum, & ad capacitatem divinitùs vocati, sese tamen ineptos præstant suâ indiligentiâ [k].

12. *Etenim*, &c. Καὶ γὰρ ὀφείλοντες, &c.] *Etenim cùm debeatis pro temporis ratione* (id est, vel, 1. pro natura temporis, sive opportunitatem ejus spectetis, sive brevitatem, sive pericula; quæ summam diligentiam postulabant [l]: vel, 2. pro longitudine temporis [m], quo instituti estis, tam in lege Mosis [n], sive in Scripturis quas usurpatis, & quæ de Christo testificantur [o]; quàm in Christianismo [p], ídque per Apostolos [q], omnes ad tempus, & multos ex eis diutiús [r]. q. d. Cùm tamdiu discipuli fueritis [†]. Judæi enim primi fidem susceperunt [t].) *doctores esse*, Er. sim. Be. Pi. &c. Tamdiu Evangelium audivistis ut jam debeatis idonei esse ad docendos alios. Singuli vestrûm apti jam esse debebant εἰς τὴν ἐπισκοπὴν, καὶ εἰς τὸ κοινὸν ἐν τῷ λόγῳ [v]. ¶ *Indigetis*, &c. Χρείαν ἔχετε τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς] *Opus habetis ad docendum vos*, Mo. vel, *doceri*, P. Be. Pi. vel, *ut quis doceat vos*, E. Ger. vel, supplendum hîc με, *ut ego vos doceam*. Eadem locutio 1 Thes. c. 4. v. 9. plena autem 1 Thes. c. 1. v. 8 [x].

[p] E. [q] G. [r] Ham. [†] G. [t] Ow. [v] E. sim. Rib. [x] Rib. [y] E. [z] Pi. [n] J. Cap. plerique in E. [o] Te. [o] Q. in E. [p] E. sic Te. [q] G. [r] Pi. [†] Rib. [t] G. [v] Rib. sic E. [x] Rib. [y] T. [z] J. Cap. [a] G. [b] V. [c] Græci. in E. [d] Oecum. in Rib. [*] E. [f] Rib. sim. Me. [g] Rib. [h] G. [i] J. Cap. [k] Jun. [l] Ow. [m] Me. sim. Rib. E. Ger. [n] Me. sic T. [o] Ow. sim. Zeg. [p] Me. sic E. T. Ger. [q] Gom. Ow. [r] Ow. [†] J. Cap. sim. Zeg. [t] E. [v] G. [x] Idem.

¶ *Quæ*, &c. Τίνα τὰ ςοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων, &c.] *Quæ sint elementa* (id est, prima rudimenta [y], summa quædam & crassissima capita [z], à quibus initium sumitur homines instituendi [a]: id quod infrà dicitur 6. 1. ὁ τῆς ἀρχῆς λόγος & θεμέλιον, שמעתא, κατήχησις· de qua re diximus ad Mat. 28. 20. Sic Hebræis Legis principia dicuntur יסודי התורה Maimonidæ Duce dubitantium, 3. 35 [b]. Metaphora est, vel, 1. à re Grammatica, ubi initium fit ab *elementis*, quæ sunt literæ, syllabæ, & voces, in quas λόγος resolvitur [c]: vel, 2. à rebus naturalibus, in quibus alia sunt principia simplicissima; alia verò materialia, quæ *elementa* appellantur, ex quibus res omnes materiatæ exsistunt [d].) *initii* (Hoc exegeticum est [*]: nam omnium artium principia vocantur *elementa* [f]. Στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς non hîc id sunt quod ςοιχεῖα τοῦ κόσμου, Gal. 4. 3. Col. 2. 8, 20 [g].) *eloquiorum* (vel, *sermonum*, Vulg.) *Dei*] id est, Evangelii [h]; in quo maximè & summè necessaria sunt Dei oracula: quæ & sic dicuntur 1 Pet. 4. 11 [i]. sed malim ςοιχεῖα hîc dici instituta Legis, & λόγια τοῦ Θεοῦ, Scripturas V. T. Illorum finis erat, ut Christum adumbrarent, ejúsque personam, officium, mortem & sacrificium. Hunc autem eorum sensum Judæi nondum plenè perceperant; sed ad veterem vergebant Judaismum, quem cum Evangelio miscere volebant. Per analogiam tamen hoc extendi possit ad prima rudimenta Christianismi [*]. ¶ *Quibus lacte*, &c.] id est, Infantes & pueri [k]. Eundem sensum aliâ similitudine explicat. Infantibus lac datur, adultioribus solidior cibus, qui βρῶμα 1 Cor. 3. 2 [l]. ubi eadem Metaphora [m]. q. d. Non estis progressi, sed regressi, nempe ad observationem ceremoniarum, quas vocat *elementa mundi*, Gal. 4. 3. Col. 2. 8. *infirma & egena elementa*, Gal. 4. 9 [n]. *Lac* appellat doctrinam humiliorem ac faciliorem, quæ rudibus & imperfectis conveniat: *solidum cibum*, doctrinam eruditis & perfectis congruentem, id est, altiorem ac difficiliorem [o]. Illud, *facti estis*, emphasin habet, q. d. Eò devenistis per ignaviam vestram [p]. Sensus, q. d. Indigetis instructione simplicis & puerilis doctrinæ [q], non sublimioris [r]. Al. Vox γεγόνατε denotare potest, vel, 1. patefactionem eorum: ut res sæpe *fieri* dicuntur, quum patefiunt: q. d. Antea visi estis vivere & vigere, &c. jam autem apparet quid & quales estis, segnes, ignari, &c. Vel, 2. declinationem eorum: q. d. Facti estis quales antè non fuistis, vestrâ socordiâ †.

13. *Qui lactis* (sub. *tantum*, G.) *est particeps*, (ità scilicet ut lacte indigeat, vel, ut lac sit cibus ejus [t]. Alia comparatio Lactis est 1 Pet. 2. 1, 2 [v]. Sensus est, Qui in schola Christi talis est, ut adhuc lacte simplicioris doctrinæ fovendus sit [x], & puerili institutione ac doctrinâ erudiendus [y].) *expers* (vel, *inexpertus*, Er. Be. *rudis*, Er. P. Ca. Be. Pi. &c. *imperitus*, Rib. Ow. ex Ang. qui licèt rem non prorsus ignoret, non tamen ità scit ut prudenter scientiâ suâ utatur ad rerum finem [z]: vel, nondum capax est [a].) *sermonis justitiæ*] id est, Qui est de perfecta justitia, & sanctitate [b], Christiana [c], sive vitæ Christianæ [d]: vel, doctrinæ perfectionis, sive sapientiæ, quæ solis perfectis congruit [*]. Hic δικαιοσύνης dixit pro τελειότητος, ut ex sequentibus apparet [f], ex initio cap. seq [g]. Et Genitivus est pro Adjectivo. Sic *justa hominis statura* dicitur quæ ad summum pervenit. Sic *mammona justitiæ*, id est, veræ divitiæ. Et אמת, *veritas*, sæpe vertitur δικαιοσύνη. Et, *imputatur in justitiam*, id est, pro magno opere habetur. Intelligit autem id quod Clem. Alex. & aliis γνῶσις dicitur, *cognitio* πολυποίκιλος σοφίας Θεοῦ, Eph. 3. 10. σοφία per excellentiam, 1 Cor. 2. 6. quæ datur per διανοίγειν τὰς γραφὰς, Luc. 24. 32. vera Cabala [h]. Sed hoc pacto quidlibet ex quolibet elici potest [i]. Intelligitur hîc, vel, 1. Verbum Dei; [in genere] quod sic dicitur, quia ejus & autor justus est, & materia omnem justitiam continet, & finis fructúsque est, ut homines justos reddat [k]: vel, 2. [in specie] doctrina justificationis per fidem Christi, quâcum illi ceremonias Legis conjungebant [l]: vel, doctrina Evangelii; quæ ut *sermo crucis* dicitur, à præcipuo illius subjecto, ità *sermo justitiæ*, à natura, usu & fine ejus. Lex, licèt in se justissima sit, tamen quoad nos & per peccatum nostrum, non jam est verbum justitiæ, sed potiùs occasio peccati & iræ. Vide Rom. 7. 10, &c. & 8. 3, 4. Evangelium ergò unicus jam est *sermo justitiæ*: qualis est, tum, 1. declarativè, quia in eo *patefit Dei justitia*, Rom. 1. 17. & severitas Dei in peccatores, & veracitas Dei in promissis suis; & quænam justitia Deo grata & probata sit, nempe justitia Dei & Christi, Rom. 10. 3, 4. 2 Cor. 5. 21. Phil. 3. 9. & quæ justitia à nobis præstanda est, nempe sanctitas universalis, Tit. c. 2. v. 11, 12. 1 Joh. 3. 7. neque enim vel minimum tolerat peccatum, &c. Tum, 2. efficienter, quia instrumentum est quo utraque hæc justitia, Christi & nostra, nobis communicatur. Vide Joh. 17. 17. Act. 2. 38, 39. Rom. 10. 17 [m]. Sensus, q. d. Non potest intelligere sermonem Evangelicum qui docet veram justitiam [n]. Προπόσως sensus est, Non est capax cibi solidioris, neque corporei, neque spiritualis. Ἀλληγορικῶς sensus est, Qui typorum ceremonialium ità particeps est ut iis indigere se putet, ac eos ut cibum suum amplectatur, is *sermonem justitiæ*, fœdus Evangelicum in quo vera justitiæ doctrina traditur, *capere non potest* [o]. ¶ *Parvulus* (vel, *Infans*, P. Be. Pi.) *enim est*] Nempe in Christo [p]: rudis in Christianismo [q]: redit ad infantiam, eámque priore deteriorem [r]: similis est infanti †; quod modò jubetur, Mat. 18. 3. Luc. 18. 17. nempe quoad Simplicitatem, Humilitatem, &c. modò autem vetatur, 1 Cor. 14. 20. Eph. 4. 14. nempe quoad Ignorantiam, Inconstantiam, &c [t]. lacte nutriendus est, non fert solidum cibum [v]. Sic se habet ad illam penitiorem doctrinam quomodo pueri ad artes viriles. Vide 1 Cor. 3. 1. & 13. 11. Infantibus nec dentes sunt ad mandendum cibum duriorem, nec ventriculi ea vis quæ talem cibum concoquat. Alimentum infanti conveniens est Lac; juveni Panis, Caro, Vinum. Est hæc sententia jam ab aliis adducta ex Josepho [x].

14. *Perfectorum* (Sic vocat non absolutè, sed comparatè cum rudioribus, ut 1 Cor. 2. 6. & 14. 20. Eph. 4. 13 [y]. vel, *Adultorum*, P. Be. Pi. Intelligit *homines perfectæ ætatis* [z], ut 1 Cor. 2. 6. Phil. 3. 15. &c. per hos verò, eos qui in rerum Divinarum meditatione multùm profecerunt [a], perfectos intelligentiâ, &c [b].) *est solidus cibus*] id est, Pasci doctrinæ solidioris alimento [c]; h. e. explicatione typorum V. T. & veritatum Evangelii quæ iis includuntur; v. g. collatione sacerdotii V. T. sive Aaronis, sive Melchis. cum sacerdotio Christi: ad quam mox transit, interpositâ tamen longâ parenthesi, propter Gnosticos, &c [d]. ¶ *Qui*, &c. Τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων πρὸς διάκρισιν, &c.] *Eorum* videlicet, (Ostendit quos *perfectos* vocat [*]:) *qui propter* (vel, *per*, Mo.) *habitum* (vel, *assuetudinem*, Er. Il. Ti. V. sic Vulg. Non placet: quia *habitus* comparatur *assuetudine*, à qua proinde distingui debet [f]. Tria hîc distinguuntur, *habitus*, tanquam altera natura atque tempore confirmata; *consuetudo*, habitum confirmans magis ac magis; διάκρισις denique, tanquam finis ad vitam optimus ex habitu & exercitatione consequens [g]. Ἕξις est *firma facilitas* Quintil. Categoriarum scriptori est ἕξις χρονιώτερον καὶ μονιμώτερον διαθέσεως, sive διάθεσις διὰ χρόνου πλῆθος συμπεφυκυῖα Galeno, διάθεσις χρονία καὶ δυσλυτος Philoni, διὰ τοῦ οὐκ ἀρρωστίας, ἀλλὰ μόνον δυσλυτον. Sunt autem ἕξεις tum in Scientiis, tum in Virtutibus. Hic de priori genere ἕξεων agitur. Talem habent qui multùm & attentè in Scripturis versati sunt [h]. Sensus, q. d. Qui longo usu [i], velut habitu comparato [k], & doctrinæ inculcatione [l]: vel, per habitum scientiæ, diligenti meditatione Verbi per Spiritus S. gratiam comparatum [m]. Principium lucis spiritualis infunditur à Spiritu S. augescit autem in stabilem habitum constanti & diligenti usu mediorum à Deo institutorum, &c [n].) *sensus* (ad verb. *sensoria*, Pi. sive organa sensuum, ut sunt oculi, aures, &c [o]. Sed per metonymiam intelligit sensus, & maximè internos [p], vel mentem [q]. A sensibus, quibus quæ noceant corpori, & quæ prosint, dignoscuntur, ad mentem similitudinem ducit [r]. Sicut in homine externo Lingua, Palatum, Nares, indicant quæ res bonæ, quæ malæ, sint, eòque meliùs quò magis in iis sunt exercitata; sic & homo interior sua habet αἰσθητήρια, per quæ, allato aliquo mystico intellectu Scripturæ, facilè judicat an is rectus sit an non; ex natura, tum ipsius Evangelii, tum illarum dispensationum per quas Deus Evangelium figuravit,

[y] G. Rib. sic E. Me. Cam. [z] Jun. [a] E. Me. [b] G. [c] Cam. ad v. 13. [d] Jun. [*] G. [f] G. sim. E. [g] G. [h] G. sim. Rib. E. Me. T. [i] G. [*] Ow. [k] D. sim. E. [l] G. [m] E. [n] J. Cap. [o] E. [p] E. ex Græcis. [q] Me. [r] T. † Ow. [t] J. Cap. [v] G. [x] E. [y] Me. [z] Ow. [a] E. [b] Me. T. sic Rib. [c] T. [d] Rib. [*] E. sim. Calv. [f] G. sim. E. [g] E. [h] G. [i] Ow. [k] Gou. [l] Dic.

[m] Ow. [n] V. sim. Be. [o] J. Cap. [p] V. [q] Me. [r] J. Cap. † E. [t] J. Cap. [v] E. sic Rib. [x] G. [y] Gom. [z] G. sim. Pi. [a] G. [b] Te. [c] E. sim. Rib. Me. [d] Ham. [*] E. Rib. [f] Be. [g] Jun. [h] G. [i] E. Me. sic Rib. Gom. [k] E. Me. [l] Gom. [m] Ger. [n] Ow. sim. J. Cap. [o] F. Pi. Be. [p] Pi. [q] E. Me. T. sim. Be. [r] Rib.

figuravit, & ad id suo tempore recipiendum homines præparavit †. Sic & αἰσθητ. à corpore ad animum transfertur, Phil. 1. 9[t].) *habent exercitatos* (γυμνάζω, *exercito*, in Glossis. Vide 1 Tim. 4. 7. infrà 12. 11. Sic γυμνάζειν τὴν ψυχὴν dixit Isocrates[v].) *ad discretionem boni & mali*, P. Ca. Be. Pi. &c. *Boni* & *mali* nomine etiam verum & falsum comprehendit[x], solidum & vanum[y], maximè quia de doctrina fidei agit[z]; q. d. Ad discernendum in quaque re quid bonum sit, quid malum[a], quid sequendum, quid fugiendum; nec circumferuntur omni vento doctrinæ[b]. Hæc διάκρισις, de qua hîc agitur, non multùm dissimilis est τῇ διακρίσει τῶν πνευμάτων, de qua 1 Cor. 12. 10. *In veste summi Sacerdotis alterna Tintinnabula aurea & mala Punica significabant facilitatem ejus ad discernenda bona à malis.* Habemus id in Zeror[c]. Qu. Si tam rudes erant Hebræi, & lacte nutriendi, cur eis solidum cibum præbet, multa hîc disputans de magnis mysteriis[d]; de Deitate Christi, mundi ortu, interitu, ac restitutione; de natura & officio Angelorum *; de Sacerdotio Christi & Melchisedeci[f]? Resp. 1. Eadem & parvulis & adultis tradenda sunt, sed cum discrimine; illis proponenda, his exponenda & pertractanda[g]. 2. Non de omnibus Hebræis id dixit, sed de multis[h], qui ceremoniis Mosis adhuc pueriliter inhærebant. Unde propter eos non debuit perfectioribus subtrahere altiorem doctrinam[i]. Est ergò in hac Epistola & lac & cibus solidus. Eadem hîc doctrinæ capita & humiliter & sublimiter, diverso loco, summo judicio ac prudentiâ, pertractantur[k]. 3. Ità perstringit ruditatem, ut tamen eos exstimulet ad perfectionem, ipsâque exhortatione præparet ad capienda faciliùs ea mysteria de quibus acturus est. Liquet id ex subjuncta sententia[l]. Inscitia eorum (quoniam ex negligentia & oblivione orta erat) Pauli hortatione, eorùmque studio, corrigi potuit[m].

† G. [t] G. sim. Be. [v] G. [x] E. sim. Me. T. Rib. [y] T. ex Th. [z] E. [a] E. Me. sic Rib. [b] Rib. [c] G. [d] E. * Gom. [f] E. [g] Rib. ex Aug. & Aquin. [h] E. sim. Gom. [i] E. [k] Gom. [l] E. [m] Gom.

CAP. VI.

1. *Quapropter*, Διὸ] Sed cur dicit διὸ, cùm potiùs ex dictis contrarium colligatur? Si parvuli erant, cur perfectorum sermonem aggreditur? Et quò pertinet hoc διὸ[a]? Resp. Pertinet ad cap. 5[b]. vel, ad v. 11. πολὺς λόγος καὶ δυσερμήνευτος, q. d. Quapropter agite, & vos ad rei magnæ ac utilis intelligentiam parate[c]. Vel, ad v. 12. *quia vos oportet doctores esse*[d]. Vel, ad v. 13. q. d. Cùm sentiatis vos segnes & rudes esse, tempus est, vos majori diligentiâ ad profectum aspirare *. Nè semper tales maneatis quales jam esse vos dixi, spectans maximam gregis vestri partem. Scriptores nostri modò se majoribus, modò provectioribus, accommodant[f]. Vel, ad v. 14. q. d. Quia diximus *perfectorum esse solidum cibum*, &c. & tales vos esse oportet[g]. Hactenus Reprehensio, sequitur Cohortatio[h]. ¶ *Intermittentes*, &c. Ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς Χριστοῦ λόγον] *Omittentes* (vel, *Remittentes*, Rib. *Relinquentes*, Rib. Gou. ex Aug. sed sine fastidio, ut ἀφεὶς sumitur, Matth. 5. 24[i]. non per oblivionem, sed per confirmationem, ac profectum majorem[k]: vel, *Intermittentes*, Vulg. id est, ad tempus omittentes, ità scil. ut postea assumatis & urgeatis[l].) *initii* (vel, *inchoationis*, Vulg. *primordii*, sive *principii*, Val. Er. vel, *primitivum*, G.) *Christi* (id est, de Christo[m], & ejus disciplina; quæ sæpe *Christi* nomine comprehenditur[n]: vel, *rudimentorum Christi*, Ca. vel, *de principio Christi*, Ar. vel, *qui in Christo rudes inchoat*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi.) *sermonem*, Gom. &c. Intelligit hîc, vel, 1. legalia: quæ ut umbræ præparabant ad Christum, erántque inchoatio Evangelii[o]. Quod refellitur ex contextu & præced. & seq[p]. Vel, 2. eam doctrinam in qua conveniunt Judæi & Christiani, & consequenter à qua, tanquam à fundamento, debet initium duci[q]. Vel, 3. rudimenta Christianæ fidei[r], quæ tradi solebant iis qui Christo initiantur †, suprà 5. 12. dicta *elementa*, &c[t]. Habuit ergò & tunc Ecclesia Catechismum suum[v]. Ista tirocinia, inquit, nunc seponemus[x]. ¶ *Ad*, &c. Ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα] *Ad perfectionem* (scil. doctrinæ de Christo[y]; i. e. ad dogmata perfectiora[z]; ad profectum in hac doctrina, quò aptiores reddamur altioribus mysteriis, jam dicendis, percipiendis[a]. Τελειότητα vocat intellectum figurarum latentium in V. T. & dispensationes Dei omnes tendentes ad Evangelium. Vide suprà 5. 14. & ibi dicta[b].) *feramur*, Er. Be. Pi. &c. h. e. Magno studio quasi ad metam contendamus[c]. Demus operam iis circa quæ versari debent qui in Christo adulti sunt[d]. Progrediamur in cognitione, per assertionem veritatis, cultum religionis, & vitæ sanctitatem *. Non sic increpo ruditatem vestram, ut vos arcere velim à doctrina sublimiore; quin potiùs hortor ut eò tendatis. In prima persona loquitur, vel, 1. ex modestia, & benevolentiam captans[f]; se illis accensens, ut minùs offendat reprehensio, suóque exemplo eos alacriùs trahat[g]. Vel, 2. quia de se loquitur, q. d. Cùm à lacte ad solidum cibum traducendi sitis, nos quoque, sepositâ doctrinâ quâ rudes instituere solemus, ad perfectiora progrediamur[h]. Huic intellectui probè respondent sequentia, tum proximè, tum cap. 7. ubi præstat quod hîc promittit. Et sic cessat difficultas de *omittendis* rudimentis[i]. Vel, 3. quia & Hebræos & se intelligit, ex collat. Heb. 5. 12. & 6. 3. q. d. *feramur*, vos discendo, ego docendo[k]. ¶ *Non*, &c. Μὴ—καταβαλλόμενοι] Explicat illud τὸν τῆς ἀρχῆς λόγον, & quomodo *omittenda* dixerit[l]; non quòd velit negligi, sed quòd non velit denuò & semper doceri[m]. *Non jacientes rursum fundamentum*, Be. Pi. Vulg. &c. id est, Non denuò inchoantes opus[n]. Refertur hoc, vel, 1. ad Hebræos, q. d. Nón rursum instituendi in his, &c. vel, ponentes hæc fundamenta, quia dudum ea posuistis, & non sunt iteranda. Vel potiùs, 2. ad Apostolum, q. d. Non rursum vobis tradentes hæc fundamenta spiritualis ædificii, sed ab his assurgentes ad altiora. Nam fundamenta ponere Doctoris est, non discipuli, 1 Cor. 3. 10[o]. Non iterum repetentes ea quæ primùm didicistis[p], & quæ sunt יסודי Christianismi[q]; quæ Christiani primùm omnium doceri solent[r]. Vide suprà 5. 13 †. Ridiculus esset qui perpetuò circa fundamentum occupari velit, eíque semel posito nihil superstrueret. De recta discendi methodo nos monet[t]. *Fundamenti* autem capita quædam hic recenset[v], quæ sunt, vel, septem[x]: vel, sex[y]: vel, quinque[z]: vel, quatuor[a]. ¶ *Pœnitentiæ* (initialis scilicet, sive baptismalis, id est, quam baptizandi profitebantur[b]; quæ baptizandis ante omnia præcipi solet[c]: quæ Baptismum præcedit, Act. 2. 38[d]. à qua prædicationem inchoârunt Johannes, Mat. 3. 6, 7, 8. & Christus, Matth. 4. 17. & Petrus, Act. 2. 38 *.) *ab operibus mortuis*] Quæ à Deo nos alienant. Sicut anima vitam dat corpori, ità animæ Deus. Vide dicta ad Mat. 8. 22[f]. id est, à peccatis[g]: sic dictis, vel, 1. quia sunt effecta mortis animæ, sive veteris hominis, Eph. 2. 1, 2[h]. vel, 2. quia non prosunt ad vitam æternam[i], quæ finis est humanarum actionum. Res enim tunc dicitur mortua, cùm non movetur, neque officium suum facit, ut manus aut pes[k]. Vel, 3. quòd mortem adferunt[l]. Hoc additur tanquam explicatio *pœnitentiæ* Christianæ. Per eam enim à peccatis recedimus, ea detestando, &, quantum in nobis est, destruendo[m]. Hæc est initialis doctrina de lege Dei, de peccato, damnatione & miseria hominis, cognoscenda ex Lege, quæ resipiscentiâ homini opus esse docet[n]. ¶ *Et fidei*, &c. Πίστεως ἐπὶ Θεὸν] *Fidei in Deum*, P. Be. Pi. &c. Nempe verum, Patrem, Filium, & Spiritum S[o]. Quæ & ipsa Baptismum præcedit, Act. 8. 37. Fides in Christum simul est *fides in Deum*[p]. Sub fide simul intelligitur voluntas ea omnia faciendi quæ fides præscribit, h. e. vivendi secundùm Legem Christi. Respicit ad professionem symboli quam baptizandi faciebant[q]; vel, ad liberationem hominis per Christum. Meritò autem hæc conjunguntur[r]; quia his duobus fundamentis primariis, summa doctrinæ Christianæ indicatur, Marc. 1. 4, 15. Luc. 24. 47. Act. 19. 4. & 20. 21 †.

2. *Doctrinam*, &c. Βαπτισμῶν διδαχῆς] Quidam divisim hæc legunt, & duo faciunt capita, *Baptismatum*, & *Doctrinæ*[t]; ut per *Doctrinam* intelligatur munus interpretandi Scripturas S. quod cum administratione *Baptismi*, & Cœnæ, ministerii Ecclesiastici officia continet[v]. Sed præstat conjungere[x]. *Baptismatum doctrinæ* Er. Il. Ti. P. Mo. Be. Pi. &c. Hæc exponuntur, vel, 1. per

[a] Rib. [b] Rib. Pi. Par. Zeg. [c] Rib. sim. Te. [d] Pi. Gom. * Par. [f] G. [g] Zeg. sim. Te. [h] J. Cap. [i] Gou. [k] Gom. [l] Rib. [m] G. Gou. [n] G. [o] Q. in Te. [p] Te. [q] J. Cap. [r] Me. sim. Er. Be. E. Gom. Par. Ger. † E. sim. Er. Ger. [t] E. Ger. Par. [v] Gou. [x] G. [y] Pi. Gom.

[z] Me. sim. Jun. [a] E. [b] G. [c] Par. [d] V. * Camer. [f] E. [g] Par. [h] E. ex Sasb. Gagn. &c. [i] E. [k] Gom. [l] Par. sim. Gom. [m] Par. [n] Camer. [o] E. [p] G. sim. V. [q] G. [r] V. † G. [t] Par. [v] Par. Gom. Jun. &c. [x] Q. in Par. [y] Par. Gou. [z] Jun. Te. [a] Al in Par. [b] E. ex Aug. Ger. [c] Rib. [d] G. * E. [f] G. [g] E. Me. Pi. Rib. sic V. [h] J. Cap. [i] Gom. [k] Me. sic Rib. Te. [l] Rib. [m] Pi. sic V. Gom. [n] E. [o] Par. [p] Par. Gom. [q] G. [r] E. [r] Par. † Gom. [t] Par. [v] O. in Gom. [x] Par. sim. Gom.

per appositionem cum præced [y]. quasi per parenthesin quandam, q. d. Quod fundamentum resipiscentiæ & fidei est doctrina Baptismatum,& impositionis manuum [z]: vel, Quæ doctrina solet Catechumenis tradi antequam baptizentur, vel manuum impositione in fide Christiana confirmentur [a]. Vel, 2. sine appositione, ut absentia articuli Græci innuere videtur. Quæ sententia uberior est [b]. Ordo hîc inversus est, pro, *Doctrinæ Baptismatum* [c]. *Baptismorum* autem *doctrina* fundamentalis dici potest, & Judæis Christianisque ὁμολογύμϑ@, quia fatentur utrique nobis ad Deum accedentibus opus esse lotione [d]; & utrisque Baptismus erat ceremonia,quâ Proselyti in Ecclesiam admittebantur [*]. In Baptismo Fidem ac Pœnitentiam profitemur, novam Obedientiam promittimus & obsignamus. Præsupponit Baptismus fœdus, ejusque confirmationem per Præcepta & Promissa, &c [f]. Meminisse semper debent Baptizati quid promiserint, & quid acceperint [g]. Doctrinam intelligit de Baptismo à Christo instituto [h], ejusque virtute, necessitate, & significatione [i]; de initiatorio hoc Christianorum Sacramento, quo de gratia fœderis confirmarentur, & à Judæis atque Gentilibus discernerentur [k]. Qu. Cur dicit βαπτισμῶν, num. plur. Resp. 1. Est Enallage numeri, pro *Baptismatis* [l]. Ità quosdam Codices legisse patet, tum ex Aug. tum ex Syro, qui habet *Baptismi* [m]. 2. *Baptismos* nominat solennes ritus, vel status baptizandi dies [n]; quibus plures Catechumeni ad Baptismum convenire solebant [o], & plures simul Baptismi administrabantur [p]; quibus postea certi sunt attributi dies, nempe Paschæ & Pentecostes, qui propterea *dies Baptismatum* dicti sunt, ut Veterum scripta docent [q]. 3. Ob trinam mersionem [r]. 4. Ob Baptismum, vel triplicem, id est, fluminis, flaminis & sanguinis, de quibus indubiè Baptizandi docebantur [†]: vel, duplicem, exteriorem & interiorem [t], qui ad regenerationem concurrunt [v]. Vide dicta ad Matth. 3. 6. & Joh. 3. 5 [x]. 5. quia Baptismi inter Judæos frequentes erant [y]: unde & Judaizantes volebant Baptismate quoque novæ legis sæpe Baptizari. Confirmatur ex v. 4. *Nam——semel illuminati*, id est, Baptizati, &c [z]. Hinc βαπτισμὸς hîc dicit [de uno Baptismo] ut infrà 9. 23. ϑυσίας de unico Christi sacrificio [a]. 6. Ob diversos Baptismos Johannis & Christi [b]. 7. Ob plures baptizatos: tot Baptismi esse possunt dici, quot personæ Baptizantur; alius siquidem est Baptismus Petri, alius Pauli, &c [c]. 8. Ob Baptismum fidelium, eorumque liberorum [d]. 9. Quia Baptismus hîc Synecdochicè ponitur pro utroque Sacramento [*]. ¶ *Impositionis*, &c. Ἐπιθέσεώς τε χειρῶν] *Ac manuum impositionis*, Be. Pi. &c. Is ritus Judæis & Christianis communis est [f]. Sub hoc nomine intelligit, vel, 1. ritus omnes extra Baptismum & Eucharistiam [g]. Nam manus imponebantur,& Baptizatis ad obtinendam vim confirmantem Spiritûs Sancti [h], donaque ejus extraordinaria, ut Act. 8. 17, 19. & 19. 6 [i]. & ordinatis ad Presbyterium [k], aliamve publicam functionem, ut Act. 6. 6. 1 Tim. 5. 22. aut speciale aliquod opus [l]; & post peccata reconciliatis [m]; & corpore infirmis [n], ut Marc. 6. 5. Luc. 4. 40. Act. 28. 8 [o]. imò & novis conjugibus benedictionem ab Ecclesia postulantibus. Vide quæ diximus ad Matth. 19. 13 [p]. Hunc autem ritum adhibebant personæ publicæ, ut Christus, Marc. 10. 16. & Apostoli, Act. 8. 17. & Presbyteri, 1 Tim. 4. 14. & 5. 22 [q]. Vel, 2. ritum hunc Baptismo adjunctum, in signum benedictionis & consecrationis Deo [r]; quo quis mancipatus ac consecratus erat Domino ad vocationem suam, sive communem Christianorum omnium, sive singularem & propriam ministrorum Dei, sanctè obeundam, & ad eum finem commendatus precibus Ecclesiæ [†]: vel, manuum impositionem quæ infantibus ante Baptismum adhiberi consueverat [*]. Vel, 3. Sacramentum confirmationis [t]; per quod Episcopus Baptizato manus imponebat, ut daretur ei Spiritus Sanctus, quo roboratus intrepidè Christi nomen apud hostes fidei profiteretur [v]. Dicunt Pontificii, materiam hujus Sacramenti esse oleum balsamo mixtum, & unctionem ex illo in fronte adhibitam; formam hæc verba, *Consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis in nomine*, &c [y]. Vel, 4. ritum hunc adhibitum, vel, extraneis, qui ad Baptismum non antè perveniebant quàm editâ fidei professione; vel, iis qui in infantia baptizabantur, & postea instituti in fide se ad catechesin offerebant [z]; quibus manus, adhibitis precibus, imponebantur, ad accepti Baptismi, & fidei, confirmationem [a]. Sed hunc morem non dubitamus post Apostolorum tempora ortum, & Ecclesiasticâ consuetudine, non necessitate, adhibitum. Ejus loco in Ecclesiis reformatis, ab adultioribus Baptizatis probatio & professio fidei adhibetur ante Cœnam Domini [b]. Vel, 5. ritum hunc is qui post Baptismum lapsi sunt adhibitum, exemplo Christi, qui manum ægrotis imposuit quum eos sanaret; cui respondet Absolutio, quia sanatio ægroti est solutio istius vinculi, Luc. 13. 16. Vide dicta ad 1 Tim. 5. 22 [c]. Vel, 6. ordinariam manuum impositionem in ordinatione pastorum [d], unde etiam pro ea usurpatur: vide 1 Tim. 5. 22 [*]. ut hæc sit doctrina de ministerio Ecclesiæ [f]. Vel, 7. extraordinariam manuum impositionem ad Spiritum S. per Apostolos impetrandum [g]: vel, dona spiritualia [h], sive extraordinaria, temporibus Apostolicis peculiaria; sive ordinaria, h. e. vim Spiritûs sanctificantem & confirmantem in veritate & fœdere Dei. Sub hoc Capite veniunt omnia dona, virtutes & gratiæ salvificæ, Spiritûs S. &c [l]. ¶ *Ac*, &c. Ἀναστάσεώς τε νεκρῶν] Sic dicitur & 1 Cor. 15. 12, 13, 42. alibi ἀνάστασις ἐκ νεκρῶν [k]. *Et resurrectionis mortuorum*, Pi. Be. de qua instruebantur fideles, quia multi apud Judæos eam omnino negabant, ut Sadducæi; multi sensu carnali resurrectionem imaginabantur ad vitam æternam [l]. Resurrectio duplex est, electorum ad vitam, & reproborum ad mortem [m]. Hîc, ut sæpe in Scripturis, in bonam partem, sive de priore tantùm, accipitur [n]. Postquam locutus est de nostro officio, adjicit etiam præmii mentionem. Vide Joh. 5. 25. 1 Cor. 15. 16, 29, 52 [o]. ¶ *Et judicii* (extremi scilicet & generalis [p]. Judicium duplex est, vitæ ac gloriæ, & mortis ac cruciatûs [q]. דין, nempe in utramque partem, ut videre est Matth. 25. 46. Sic & Tertul [r]. [Vide in G.] Al. *Judicium* hîc pro damnatione sumitur, ut sensus loci sit, q. d. Non de novo docendi estis, quòd bonos beata resurrectio consequatur, malos damnatio [†]. Inter alia hæc duo dogmata maximè tradebantur Catechumenis, ut spe resurrectionis omnibus periculis libenter se pro Christo exponerent, & timore judicii nunquam ad priora peccata redirent [t].) *æterni*] id est, Ratione executionis in æternum duraturi [v]; nunquam enim mutandum est quod in eo judicio statuetur [x]: in eo ferenda est sententia de tota æternitate beata, vel misera, cujusque hominis [y]. Hinc refellitur Origenis opinio. Unum est judicium irretractabile valens in perpetuum [z].

3. *Et hoc faciemus*, Ποιήσομεν] Refertur hoc, vel, 1. ad proximè præcedentia [a], q. d. De his agam cùm licebit, & ut vobis utile erit [b]; alio tempore, in usum eorum qui rudiores sunt. Sperabat se & alias ad Hebræos Epistolas scripturum. Et fortè scripsit, sed interierunt. At MS. [habet] ποιήσωμεν, *faceremus*, *si Deus permitteret*; si esset otium [c]. Vel, 2. ad præced. v. 1 [d]. id est, omittemus sermonem de initiis Christi [*], & *feremur ad perfectionem exponendam* [f]. ¶ *Si*, &c. Ἐάνπερ ἐπιτρέπῃ, &c.] *Si quidem* (vel, *Si modò*, Pi.) *permiserit Deus*, Er. Il. Mo. Be. &c. Innuit, se diffidere de doctrinæ suæ fructu apud omnes, quia nonnulli à fide defecerant [g]. Comminatoriè dictum, q. d. Nè diutiùs illudite Deo, quia non est in vestra potestate, quando & quantum volueritis in fide proficere; sed totum hoc pendet à Dei arbitrio & permissu [h]. Bene cohæret hoc cum v. seq [i]. Obj. Quomodo dicit, *si permiserit*, cùm permissio malorum sit, bonorum autem operum, quale hoc est, Deus author sit & effector [k]? Resp. Figura est, quâ minus dicitur, plus intelligitur [l]. Certè voluntatem & efficientiam Dei non excludi docent sententiæ similes, ubi est, *si voluerit*, ut 1 Cor. 4. 19. Jac. 4. 15. Deinde ἐπιτρέπειν non nudam permissionem significat, sed concessionem, quâ nimirum authoritas aut potestas agendi datur; q. d. Si concesserit [m]. Sensus est, Si Deus, ut justus contemptionis verbi sui judex, non impedierit, sed adjuverit [n]; si vitam dederit [o], & vires [p]. Deus permittit, cùm ministros verbi non impedit nè prædicent, ut factum Act. 16. 7. nec auditoribus suum aufert Spiritum quo verbum capiant, nec Satanæ,

Margin (left): y Q. in Gom. sic Pi. | z Q. in Gom. | a Pi. | b Gom. | c V. | d J. Cap. | * Ham. | f Law. | g G. | h Par. sic E. Gom. Me. | i E. sim. Me. | k Par. | l Q. in E. Ger. | m Rib. | n Calv. sim. Par. | o Be. | p Par. | q Be. | r Rib. E. Me. | † Rib. | t G. sic Jun. Law. | v Law. | x G. | y Cam. sim. Rib. J. Cap. | z Rib. | a Cam. | b Q. in Gou. | c Law. | d Gom. | * Gou. | f J. Cap. | g G. | h G. sim. Gou. | i Gou. sic Gom. | k G. sim. Gou. Gom. | l Gou. | m G. | n G. sim. Gou. Gom. | o Gou. | p G. | q Gou. | r Diod. | † Jun. | * Salm. & Just. in Ger. | t Rib. E. Me. | v E. | y Ger.

Margin (right): z Calv. | a Q. in Gom. | b Gom. | c Ham. | d Gom. sim. Par. | * Gom. | f Par. | g Gom. | h Par. sic Law. | l Law. | k G. | l E. | m Gom. | n E. | o G. | p E. | q Gom. | r G. | † E. | t Rib. | v Gom. | x Rib. | y Me. | z G. | a Rib. in Ger. | b Rib. sim. J. Cap. | c G. | d Gom. | * Jun. | f Jun. sim. V. Zeg. Te. E. Me. J. Cap. Pi. Gom. Par. | g Pi. | h Q. in Par. | i Par. | k E. | l E. ex Aug. | m E. | n Gom. | o G. Par. | p Par.

Satanæ, utrosque impedire conanti, fræna laxat; sed pastoribus, & Ecclesiæ, dona sua continuat & auget. Permissio itaque hæc nuda non est, sed cum gubernatione Dei conjuncta [q].

4. *Impossibile*, &c. Ἀδύνατον γὰρ] Hactenus Exhortatio [r]. Sequitur Comminatio †, adversus Apostatas [t]. Sensus, q. d. Desinite retrocedere, nè abducamini in defectionem ac ruinam prorsus insanabilem [v]. Hoc dicit, Non frustrà illa Christianismi elementa, sive fundamenta, sæpe repeti & animis inculcari, quia ex iis abjectis ingens est periculum [x]. Cohæret cum præced. Non rursum, jaciemus, inquit, fundamenta pœnitentiæ, &c. nè videamur velle vos iterum catechizare & ad Baptismum instituere. Nam impossibile est semel Baptizatos iterum renovari [y]. Hoc addit, nè diutiùs in magno errore hærerent, putantes Baptismum posse iterari [z]. Confirmatio est consilii sui, Quicunque, inquit, in fundamentis, &c. ædificati ab eis exciderunt, eos non renovat Deus, &c. & proinde non est Ministrorum officium, ut eos revocent ad fundamentum, & rem sanctam canibus exponant [a]. Rationem reddit præcedentium. Ostendit eis periculum istius *segnitiei* & *negligentiæ*, cujus ipsos antea reos peregerat [b]; & necessitatem progressûs in religione [c], nè totali Apostasiæ viam sternant [d]. Hic locus maximè in causa fuit cur diu Romana Ecclesia cunctata sit hunc librum in Canonem recipere [*]. Liquet ex Tertul. Erat enim in disciplina circa lapsos mitior cæteris Ecclesiis. Ecclesiæ pleræque post Baptismum lapsos aliquos reconciliabant, & admittebant ad communionem; sed excipiebant tria gravissima crimina, Idololatriam, Homicidium, & Adulterium. Queritur Tertul. à Papa Zephirino admissos ad pacem Ecclesiæ mœchos. At verò id non fuisse novum, sed vetus, Romæ docet nos Pastor Hermæ 2. 4. sed de semel tantùm lapso agens, non de iterum lapso: quam distinctionem habes & apud Clem. Strom. 2. Temporibus Cypriani cùm de lapsis in Idololatriam disputaretur, an recipi ad pœnitentiam publicam & reconciliationem possent, & mos fuisset varius etiam in ipsa Africa, sustinuit judicium suum Cyprianus, eò spectans ut, persecutione cessante, aliquid in commune statuerent. Romana Ecclesia, lenior cæteris, auctor fuerat ut post longa pœnitentiæ tempora lapsi ad communionem reciperentur. Displicuit id Novato & Novatiano, qui hac de causa schisma fecere. At sententia Romanæ Ecclesiæ de lapsis in idololatriam, parique modo de lapsis in homicidium, placuit magnæ Synodo Nicenæ, ut ex ejus Canonibus videre est. Neque tamen cogitandum est, veteres illos rigidioris disciplinæ observatores pro certo habuisse tales in æternum perituros; sed commendabant eos Divinæ misericordiæ, privatis, non publicis, precibus, neque ità ut certi quid eis pollicerentur. Et hoc etiam observatum in iis qui, post primam pœnitentiam publicè actam, rursus se aliis, extra illa tria, criminibus obstringerent. Tertul. De Pœnitentia, *Hæc igitur venena ejus providens Deum, clausâ licèt ignoscentiæ januâ & intinctionis serâ obstructâ, aliquid adhuc permisit patere. Collocavit in vestibulo pœnitentiam secundam, quæ pulsantibus patefaciat: sed jam semel, quia jam secundò; sed ampliùs nunquam, quia proximè frustrà. Nonne enim & hoc semel satis est?* Vide & sequentia, ubi *pœnitentia secunda* dicitur respectu ejus quæ Baptismum præcedit. Infrà eodem libro hanc pœnitentiam & *secundam* & *unam* vocat, cujus *in arcto* dicit *esse negotium*, & cum qua quàm severa disciplina exerceretur latè ostendit Ambros. *Quamvis cautè & salubriter provisum sit ut locus illius humillimæ pœnitentiæ semel in Ecclesia concedatur, nè medicina vilis minùs utilis esset ægrotis, quæ tantò magis utilis est quantò minùs contemptibilis fuerit; quis tamen audeat Deo dicere, Quare huic homini, qui post pœnitentiam primam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, iterum parcis?* Et portam pœnitentiæ interdum claudi etiam apud Deum Hebræi sentiebant, ut videre est in Paraph. Chald. Cant. 5. 5. & RR. ad Esa. 22. 14. Philo autem ait, ἐνταῦθα γὰρ ὅλοι βίοι πίπτουσιν, οὓς ἅπαξ ἀνατραπέντας μόγις ἐστὶν ἀνεγεῖραι. Cum quibus bene congruunt ea quæ habet Iren. 4. 45. Etiam M. Antonius lib. 11. dicit ægrè coalescere ramum semel amputatum, etiamsi rursus inseratur. Quàm longè à veteri illa disciplina abitum sit, nihil opus est dici; res manifesta est. Attamen Romana Ecclesia, quæ lenior, ut dixi, cæteris fuit, hunc librum in auctoritatem Canonicam recepit postea: unde sequitur hunc locum ab ea aliter quàm ab illis aliis intellectum. Quare & nos videamus quis huic loco sensus dari commodus possit, qui cum Romanæ sedis illis quas dixi Constitutionibus non pugnet [f]. [De quo mox videndum.] Ἀδύνατον hîc intelligitur, vel, 1. admodum difficile [g], nec sine insolito Divinæ gratiæ auxilio possibile. Sic *impossibile* sumitur Marc. 10. ubi cùm dixit, *Quàm difficile est*, &c. v. 23. mox explicat, *impossibile esse*, &c. v. 27. Sic & Luc. 17. 1. Sic Aristot. *Impossibile*, inquit, *dicitur aut quod omnino fieri non potest, aut non facilè, nec citò, nec benè.* Sic J[cti] *impossibile* vocant quod juxta communem legem aut usum fieri non potest, etiamsi privilegio, vel voluntate, Principis fieri queat. Sic in moribus *impossibile* dicitur quod usum communem egreditur, ut Jer. 13. 23 [h]. Vel, 2. reverâ & absolutè impossibile [i], ut vox semper accipitur in hac Epistola, ut infrà v. 18. & 10. 4. & 11. 6 [k]. Nec res frequens & quotidiana, qualis est eorum qui graviter post Baptismum deliquerunt resipiscentia & reconciliatio, (de qua hîc agi volunt qui *impossibile* hîc per difficile exponunt) *impossibilis* vocari solet [l]. *Impossibile* autem hoc dicitur respectu, vel, 1. naturæ & creaturarum, sive ex virium defectu, ut Jer. 13. 23. Matth. 7. 18 [m]. vel, 2. Dei; idque, vel, per naturam Dei [n], qui verax est & constantissimus in justitia sua, cujus legem mutare non potest [o]: vel, per voluntatem & decreta Dei [p]: vel, quod præcipuè hîc respicitur, per ordinem à Deo constitutum, qui regula est nostri officii; ut sensus sit, Non esse quòd nos talium resipiscentiam aut exspectemus, sive speremus, aut petamus à Deo, aut procuremus; cùm Deus neque hoc jussit, neque media ad eum finem constituit, neque auxilium suum nobis promisit [q]. ¶ *Eos*, &c. Τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας] *Semel illustratos*, Mo. *Ut qui semel fuerint illuminati*, Er. Il. Ti. P. Be. sic Ca. Pi. &c. id est, Baptizati [r]; vel, qui in Baptismo voverunt, se peccatis renunciaturos, & Christo constanter adhæsuros, & proinde absolutionem à præteritis omnibus peccatis suis acceperunt; & in Ecclesiam recepti, omnibúsque Christianorum privilegiis donati, erant †. Baptismus apud Veteres nomen habuit φωτισμοῦ [t], ut diximus ad Matth. 28. 19 [v]. & constat ex Clem. Alex. apud Euseb. Greg. Naz. & Dionys [x]. ídque ab effectu Baptismi [y], per quem translati erant ex tenebris in lumen, 1 Pet. 2. 9, &c [z]. Confirmatur hoc ex Heb. 10. 32. *in quibus illuminati*, &c. id est, Baptismo suscepto Christiani facti estis [a]. Unde Syrus & hîc & ibi Baptismum exprimit [b]. Favet quoque vox *semel*, quia Baptismus semel tantùm celebrandus erat, & quòd Baptismus reverâ initium erat omnium privilegiorum postea memoratorum, illúmque sequebatur donatio Spiritûs, &c. Hanc ergò sententiam, utpote verisimillimam, planè amplecterer, nisi vox ipsa obstaret; φωτισμὸς enim nunquam eo sensu sumitur in Scriptura Sacra, neque apud Veteres nisi uno aut altero seculo post scriptum N. T. ut nimia licentia sit vocem hoc uno loco peculiari sensu accipere, &c. Illud autem ἅπαξ, non restringitur ad hoc membrum, sed ad reliqua etiam pertinet [c]. Simplicius ergò est intelligi hîc eos qui cognitione Evangelicæ doctrinæ imbuti fuere [d]; quo sensu φωτίζειν & φωτισμὸν habemus Joh. 1. 9. 2 Cor. 4. 4, 6. & infrà 10. 32 [*]. item 1 Cor. 4. 5. 2 Tim. 1. 10 [f]. Solet sic verti Hebræum הורה, ut Aquilæ, Exod. 4. 12. Psal. 119. 33. Prov. 4. 4. Jos. 27. 11. Sic & LXX reddunt, Jud. 13. 8. 2 Reg. 12. 2. & 17. 27 [h]. Hîc ergò *illuminati* dicuntur edocti & instituti in religione Christiana [i], qui insignia lumina, & dona cœlestia, à Deo acceperunt ‖. Talis autem institutio *illuminatio* vocatur, tum quia ipsa lux & est, & dicitur per antithesin ad tenebras in quibus jacet mundus, 1 Pet. 2. 9. 1 Joh. 1. 6, 7. tum quia mentem illustrat, pellitque pristinam ejus ignorantiam, 2 Pet. 1. 18, 19 [k]. Hæc porrò illustratio, sicut & sequentia dona, tam in iis qui excidunt, quàm in iis qui non excidunt, reperiuntur, sed modo differenti; in illis enim aut foris exhibetur, aut intùs insidet, sed nec pleni luminis, nec plenè, nec in perpetuum; in his autem inextinguibilis, &c [l]. Dicit autem

[q] Gom. [r] J. Cap. † J. Cap. Gom. [t] Gom. [v] J. Cap. [x] G. [y] E. [z] Rib. [a] Jun. [b] Ow. [c] Gou. [d] Ow. sic Gou. [*] G. sim. Calv. Ec.

[f] G. [g] Er. sic Zeg. Rib. L. Ma. [h] Rib. [i] Ger. E. sic Gou. Ow. Jun. [k] Ger. [l] E. [m] Par. [n] Ow. sic Jun. in Par. [o] Jun. sim. Gom. [p] Gom. Ow. [q] Ow. [r] Rib. Te. E. sic Camer. Be. Zeg. Ham. † Ham. [t] G. sic Rib. E. Te. Ham. [v] G. [x] E. sic Rib. Te. [y] Be. [z] E. [a] Rib. E. [b] E. [c] Ow. [d] G. sim. Jun. Par. Pi. Calv. Gom. [*] Gou. Ow. [f] G. Ow. [h] G. D. [i] D. sic Ow. ‖ Me. [k] Ow. [l] Jun.

tem *semel*, vel, 1. quia olim non erant illuminati: vel, 2. quia si rursus cæci fiant, hoc lumen nunquam recipiunt [m]: vel, *semel* hîc idem quod planè & verè [n], ἅπαξ pro ἀπαξαπλῶς, *prorsus*, *perfectè*, ut Heb. 9. 26, 28. 1 Pet. 3. 18. ubi *semel* non tantùm unam vicem, sed & summam perfectionem, denotat. Sic Judæ v. 3. *pro fide semel*, id est, perfectè, *tradita*. Sic Psal. 89. 36. *Semel juravi*, i.e. certò, veraciter ac immotè, ut v. 34, 35. explicatur. Confer Est. 4. 11. Psal. 62. 12. Sic Judæ v. 5. *scientes hoc semel*, h. e. certò & immutabiliter [o]. ¶ *Gustaverunt*, &c. Γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου] *Gustaverintque donum* (vel, *donum illud*, Be. Pi.) *cæleste*, Er. Il. Ti. P. Ca. Ar. Per *donum* intelligunt, vel, 1. fidem, quæ cœlitùs datur illuminatis [p]: vel, 2. Christum, sic dictum Joh. 4. 10. utpote à Deo datum, Joh. 3. 16. è cœlo quoque missum, &c [q]. vel, 3. Spiritum S. qui hoc nomine venit Act. 2. 38. & 8. 20. & 10. 45. & 11. 17. necnon Joh. 4. 10. ut contextus docet. Is enim est *aqua* illa *viva*, quam Christus eo loco se daturum promittit: nec usquam, quod sciam, alio sensu sumitur vox δωρεὰ, ubi *rem* à Deo *datam* significat. Hic porrò ἐπουράνιος dicitur, tum, quia opus ejus cœleste est, non terrenum & carnale; tum præcipuè, quia de cœlo missus est, Act. 2. 2, 33. 1 Pet. 1. 12. Neque obstat quòd *Spiritus S.* membro seq. ponitur: tum, quia idem bis diversis verbis exprimi solet, & sequens clausula hujus exegetica esse potest; tum, quia ibi alio prorsus respectu memoratur, nimirum respectu externarum & actualium operationum illius; hîc autem tanquam magnum illud & promissum donum sub N. T. exhibendum, per quem tollendi erant veteres & carnales ritus Mosis, & instituendus erat novus cultus, &c. Vide Act. 1. 4, 5. Heb. 9. 10. & 12. 25 [r]. Vel, 4. remissionem peccatorum †, qualis nimirum in Baptismo accipitur [t]. Vel, 5. pacem conscientiæ [v], de qua Rom. 5. 1. Phil. 4. 7. quæ consequitur peccatorum remissionem conversis indultam [x]; vel, cordis aliquam recreationem ac lætitiam, ex consideratione veritatis Evangelicæ, & præstantiæ Christi ac salutis oblatæ; & ex conscientia liberationis à tenebris ignorantiæ antecedentis, & superstitioso timore [y]. Vel, 6. vitam æternam [z]. Vel, 7. Dei gratiam in Christo offerentis remissionem peccatorum, lætitiam spiritualem, sanctitatem, & spem beatæ immortalitatis; denique veram felicitatem, quam soli Electi verè & ad salutem amplectuntur. Et hoc ipsum *donum Dei* vocatur, Joh. 4. 10. & *donum* simpliciter, Rom. 5. 15. & *donum justitiæ*, v. 17 [a]. *Gustare* autem hîc & infrà est *experiendo cognoscere*, ut Psal. 34. 8. Prov. 31. 18. 1 Pet. 2. 3 [b]. Aliquando manducationem potúmve complectitur, ut Jud. 19. 5. 2 Sam. 3. 35. Psal. 34. 9. hîc autem, sicut 2 Reg. 4. 40. Matth. 27. 34. ei opponitur [c], & levem tantùm tenuémque perceptionem notat quæ citò perit [d]; ut quamvis temporariâ quâdam lætitiâ hoc donum acceperint, tamen non secùs ac homo κακοστόμαχος evomant vitiositate suâ *. Gustu discernitur rei suavitas ac bonitas, & appetitus excitatur; nec tamen nutritio indè accipitur [f]. Sensus, q. d. Præstantiam hujus doni mente perceperant, & aliquo modo experti erant vim Spiritûs S. in cultu & institutis Evangelii [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μετόχους γενηθέντας, &c.] *Et participes facti fuerint Spiritûs Sancti*, Er. P. Be. Pi. &c. id est, donorum & charismatum Spiritûs Sancti [h], ut illi Act. 2 [i]. dona consecutos Prophetiæ, Linguarum, Sanationum, quæ non contingebant eo tempore nisi justificatis, id est, purgatis [k]: vel, donum fidei, sed temporariæ [l]: vel, accepere gratiam-justificantem [n]. *Participes Spiritûs*, non per personalem inhabitationem, sed per spiritualem operationem [o], ex qua [præced.] illuminatio & gustus oritur [p]. Hoc autem privilegium in medio collocatur, tanquam radix & principium reliquorum omnium [q]. Et forsan tria prima privilegia in unum coalescere possunt, nempe illuminationem cordis & mentis per cœleste donum Spiritûs Sancti eo fine datum. Duo quoque posteriora idem esse possunt, affectus nimirum, sive dispositio cordis, respondens præced. illuminationi, & effectus ejus. Prius itaque est divina & supernaturalis cognitio veritatis salvificæ; posterius, aliqualis sanctificatio & consolatio cordis, sive voluntatis [r].

[m] Gou. [n] Glass. Ow. [o] Glass. gram. 3. 5. 14. 461. [p] Par. [q] Gou. [r] Ow. † Te. Rib. ex Chrys. Th. & Oecum. E. Ham. [t] E. [v] G. sic Rib. E. Ham. [x] G. [y] Gom. [z] Pi. [a] Cam. [b] G. sic Ow. [c] J. Cap. [d] Pi. * Jun. [f] Gou. [g] Ow. [h] Rib. E. Me. Ow. Gou. Ham. Par. [i] Ham. [k] G. sim. Par. [l] Pi. [n] Te. [o] Ow. [p] Gom. [q] Ow. [r] Law.

5. *Gustaverunt*, &c. Καὶ καλὸν γευσαμένους, &c.] *Gustaverintque bonum* (id est, jucundum †; vel, quàm bonum sit & salutare [t].) *Dei verbum*, Er. P. Be. Pi. &c. h. e. Evangelium [v]; vel, fœdus Evangelicum [x], vel, egregia illa promissa [y] Evangelica [z], cœlestis hæreditatis [a]. Nam sic *bonum Dei verbum* sumitur Jer. 29. 10. & 33. 14. Zach. 1. 13 [b]. pro verbo læto & fausto [c]. *Gustare* autem est cum suavitate & gaudio percipere [d]. Gustui huic inest quidem intelligentia & assensus Evangelii, lætitiam aliquam in corde excitans *; sed deest vis charitatis & fiduciæ effectiva [f]. Studiosè eandem phrasin servat Apostolus, ut hos distinguat ab iis qui per fidem veram Christum percipiunt & comedunt, & quasi in succum & sanguinem vertunt, juxta Joh. 6 [g]. ¶ *Virtutésque*, &c. Δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος] *Ac virtutes* (vel, *potentias*, V. E. Me.) *futuri seculi*, Er. Mo. Be. Pi. &c. Ἐξήγησις est illius *verbi boni*, id est, promissi. Non enim hoc erat promissum Dei de restituendo populo in suas terras post 70 annos, aut de Zorobabelis principatu; sed de summa illa potentia, quam circa nos Deus ostensurus est in illo altero seculo. Quod hîc δυνάμεις id ὑπερβάλλον μέγεθος δυνάμεως, Eph. 1. 19. τίμια καὶ μέγιστα ἐπαγγέλματα, 2 Pet. 1. 4 [h]. τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ, *magnifica Dei*, Act. 2. 11. illa nempe quæ Deus ante jacta mundi fundamenta præparavit suis per Christum exhibenda; h. e. admiranda illa quæ elucent in opere Redemptionis nostræ, mysterium Incarnationis, Mortis, Resurrectionis, Ascensionis in cœlum, Conjunctionis Christi cum Ecclesia, &c. Dicuntur autem ista *vitæ futuræ* δυνάμεις, quia pertinent ad vitam futuram; & de iis quicquid in hac percipi potest, futuræ vitæ arrha quædam est, Eph. 1. 9. ad 16 ‖. Significare videtur immortalitatem & gloriam [i], vitámque beatam, & æternam Dei visionem in cœlis [k], electis promissam in regno Christi; quæ *virtutes* vocantur, quia Dei virtus & potentia per eas mirificè declaratur; quas *gustâsse* dicuntur, quia eas fide, amore, ac magno desiderio perceperunt [l], earúmque spe delectabantur [m]. Discimus hinc nullum esse talem profectum qui nos planè securos faciat [n]. Verùm αἰὼν μέλλων, *seculum futurum*, designat statum Ecclesiæ N. T. sive Christianæ [o], ut apparet ex collat. Heb. 1. 6 [p]. & 2. 5 [q]. [ubi dicta vide.] & Esa. 9. 6. ubi Christus dicitur, juxta LXX, πατὴρ μέλλοντος αἰῶνος [r]. Mundus enim dividitur in Præteritum & Futurum, tum Heb. 9. 15 †. tum apud Judæos [t]. *Futurum* autem hîc dicit non sui temporis, sed patrum, respectu [v]. Δυνάμεις autem intelligit virtutes miraculorum [x], donorúmque extraordinariorum [y]; quæ *futuri seculi* dicuntur, quia illi promissa & reservata erant [z], ex collat. Joel. 2. & Act. 2 [a]. quæ per Spiritum Sanctum collata sunt fidelibus ad confirmationem sui, & conversionem aliorum [b]; quæ experti erant, vel in aliis qui ista, videntibus ipsis, patrârunt, vel potiùs, in seipsis: id quod Apostasiam eorum graviter exaggerabat, eorúmque restitutionem impossibilem reddidit, quia veritatem tantis miraculis per ipsos patratis confirmatam abjicerent [c]. Al. Non placet hæc interpretatio. Ὁ μέλλων αἰὼν in Scriptura intelligitur status futurus post universalem resurrectionem, ut constat ex Matth. 12. 32. Marc. 10. 30. Luc. 18. 30. & 20. 35. &c [d]. Vel, designat hîc miranda illa beneficia per Christum collata Christianis, &c *.

6. *Et*, &c. Καὶ παραπεσόντας] *Si prolabantur*, Er. P. Be. Pi. &c. vel, *prolapsi fuerint*, V. *relabuntur*, Ca. *excidant*, Ti. *deciderint*, Di. Participium παραπεσόντας resolvi debet in verbum conditionale, ἐὰν παραπέσωσι, *si prolabantur* [k]. Verbum alibi non occurrit in N. T [l]. Quæritur, quis hîc lapsus intelligitur. Resp. 1. Lapsus aliquis, [vel] in mortale peccatum, velut ebrietatem, fornicationem, detractionem, &c. quo gratia Baptismi deperditur, ut Patres communiter statuunt [m]: vel, in consuetudinem peccandi [n]. Non placet hæc sententia [o]. Repugnat tum, 1. plurimis Scripturæ S. dictis, ut Ezec. 18. 21 [p]. Esa. 55. 7 [q]. & Heb. 4. 15, 16. & 7. 25, 26 [r]. & 9. 14. & aliis locis, quibus tales peccatores ad pœnitentiam hortatur †. Tum, 2. conversorum exemplis in utroque Testamento [t]. Qui hoc ad partem unam solùm rerum antecedentium, aut ad tempus unum & singulare factum, restringunt, imprudenter & contra veritatem ea omnia dividunt, quæ jam antè duobus locis docuit Apostolus esse

† Pi. [t] J. Cap. [v] Pi. Gom. [x] J. Cap. [y] G. sic Rib. E. † Gom. Ham. Ow. [z] Rib. [a] Rib. sic Me. [b] G. sic E. [c] E. [d] Me. ex E. * Gom. sim. E. [f] Gom. [g] Ow. [h] G. ‖ Cam. [i] E. Me. sic Rib. [k] Rib. [l] E. Me. [m] Rib. sim. J. Cap. [n] G. [o] Par. sic Ham. Ow. [p] Par. [q] Par. Ham. Ow. [r] Ham. † Par. [t] Ham. [v] Par. [x] Par ex Chrys. Ham. Ow. [y] Ham. Ow. [z] Par. sic Ow [a] Ow. [b] Ham. [c] Ow. [d] Ger. * Ham. [k] Par. [l] Cou. [m] E. [n] Q. [o] E. Calv. Jun. Par. Gom. Ger. [p] Gom. sic Ow. [q] Ow. [r] Gom. † E. [t] Gom. sim. Ow.

esse conjunctissima [v]. Distinguit quoque Apostolus inter πταίειν, *cespitare*, & πίπτειν, *cadere*, Rom. 11. 11. & illud de Judæis incredulis illius ætatis affirmat, hoc verò negat: *Num*, inquit, *cespitârunt* ἵνα πέσωσι, *ità ut caderent?* absolutè scilicet, & irreparabili ruinâ? *Absit.* Jam παραπίπτειν significatum auget, sive quoad perversitatem in modo lapsûs, sive quoad vim & magnitudinem casûs [x]. Si πίπτειν ibi significet totalem & æternum gentis Judaicæ casum, hîc certè παραπίπτειν gravius quiddam sonat, &c †. Resp. 2. Existimo παραπεσόντας hîc dici *eos qui à fide Christiana deficiunt* [y], in Judaismum, vel Hellenismum [z]; non qui aliqua in parte Deum offendunt, sed qui ejus gratiâ se penitus abdicant [a]; qui omnia bona fundamenti & principiorum Christi experti, ab omnibus,& ab eorum habitu,discessionem faciunt [b]. Nam & נפל sic usurpant Hebræi, & verbum מעל παραπίπτειν vertitur Ezec. 14. 13. & 15. 8. & 18. 24. & 20. 27. & nomen indè deductum מעל ἀπόστασις, 2 Par. 28. 19. & 33. 19. ἀποστασία, 2 Par. 29. 19. Hoc ipsum est quod per παραρρυῶμεν significavit suprà 2. 1. per σκληρυνθῇ 3. 13. & seq. Syrus hîc, *Si iterum peccaverint*, nempe, in sensu graviore, ut Heb. 3. 17 [c]. Notatur hîc universalis ab Evangelio defectio [d]; vel, abnegatio fidei Christianæ: eáque, tum, 1. *totalis* *, quâ quis *totus*, & intelligentiâ, & voluntate consilióque certo, *de toto*, id est, totâ doctrinâ & vocatione Dei bonísque oblatis & perceptis omnibus, decidit, *in totum*, ut ultrò Legem Dei Deúmque ipsum infestus oppugnet, & se totum mancipat voluntati carnis suæ [f]: tum, 2. *malitiosa* [g]; non ignorantiâ,ut in Paulo, aut infirmitate,ut in Petro [h], & Christianis plurimis sub persecutionibus,sed destinatâ malitiâ & consilio [i]; vel, destinato Christi & Evangelii cogniti odio [k]. Hic ergò lapsus is est qui vocatur *peccatum in Spiritum Sanctum*, Matth. 12. 31. & *peccatum ad mortem*, 1 Joan. 5. 16 [l]. non tantùm meriti, sed & eventûs, ratione habitâ [m]. De hoc solo hîc agi constat, tum, quòd pœnitentiæ impossibilitas illi peculiaris est, tum, ex descriptione & hîc sequente, & Heb. 10.26. ubi dicuntur sic peccantes *conculcare filium Dei*,&c. idque voluntariè,h.e. malitiosè & pervicaciter [n]. Frustrà ergò sunt qui hujus loci auctoritate labefactant infirmorum fidem [o]. De iis duntaxat hîc loquitur, qui justo Dei judicio adeò indurantur ut nunquam pœnitentiam quærant, aut vel minimo conatu ad eam aspirant. Qui ergò post lucem, convictionem, donáque accepta, inciderunt quidem in grave aliquod peccatum, aut in consuetudinem peccandi, postea verò pœnitentiam veram & precibus & conatibus suis quærunt, quanquam in periculoso statu versentur, hoc tamen loco non designantur, &c [p].

¶ *Rursus*, &c. Πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν] *Rursus*, vel *Denuò*, *renovari* (Græcè *renovare*, Pi. Er. V. ut subaudias, vel, 1. *se* [q], q. d. Ut seipsos iterum renovent, utpote in tali statu existentes [r]; vel, 2. τινὰ †, q. d. Ut quisquam renovet ipsos [t], i. e. absolutè, ut renoventur. Sic enim Hebræis Infin. activus passivè sumitur, ut Psal. 51. 4. בשפטך, *cùm quis judicat te*, i. e. *cùm judicaris* [v]. Græcismus est, qualis suprà 5. 12. χρείαν ἔχετε τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς, id est, ἵνα τὶς διδάσκῃ ὑμᾶς [x]. Refertur hoc, vel, 1. ad doctores, qui illos renovare nequeunt, h. e. hortationibus, minis, precibus, in viam revocare; quia nimirum hos non ampliùs audiunt, sed aversantur, persequuntur [y]: vel, 2. ad Deum [z], qui tales renovare nequit; non per impotentiam, sed per justitiam & veritatem suam, quâ non potest mentiri [a], aut seipsum negare; vel, ob naturam ejus constantissimam & immutabilem [b]. Ἀνακαινίζειν est חדש, quod sæpe significat *in priorem statum restituere*, ut Psal. 103. 5. Lam. 5. 21. Nemo, inquit, tantus est magister qui id facere possit. Et πλεονάζει vox πάλιν, cùm sequatur ἀνά. Quales & alibi [c].) *ad* (vel, *in*, E.) *pœnitentiam*, Mo. sic Il. Be. Pi. Sy. Jun. id est, in statum professionis pœnitentiæ per secundam renovationem, & secundum Baptismum, tanquam pignus illius [d]; vel, *renovari*, (supple, *accedentes iterum*) ad pœnitentiam, quâ renovatio inchoatur; vel, renovari loco pœnitentiæ, sic nimirum ut vitæ renovatio sufficiat, perinde ut in Baptismo, nec opus sit pœnitentiam illam gravem subire quæ exigitur à relapsis *. Dicit *non posse eos restitui in pœnitentiam*, i. e. ad frugem meliorem reduci, nempe, per Legem Mosis; quia scilicet

[v] Jun. [x] Ow. † J. Cap. [y] G. sim. Be. Pi. Gom. Gou. Ow. Ham. E. Me. [z] V. [a] Calv. [b] Jun. [c] G. [d] Calv. * Par. [f] Jun. [g] Par. sic Jun. [h] Jun. [i] Par. [k] Gom. [l] Par. sic Jun. Gom. J. Cap. [m] J. Cap. [n] Par. [o] Jun. [p] Ow. [q] Er. V. Par. [r] Par. † Pi. sim. Li [t] Di. sic Pi. [v] Li. [x] Pi. [y] Q. in Par. [z] Al. in Par. Jun. [a] Al. in Par. [b] Jun. [c] G. [d] Ow. * E.

defecerant ab illa quæ & optima est, & certissima, &, post Christum missum, unica. Hunc sensum optimè nobis expressit Contra Tryphonem Justinus, [verbis à G. productis.] Vel, *vitæ correctione*, Ca. vel, *per pœnitentiam*, Er. Ti. P. E. Zeg. Par. Rib. ex Chrys. &c. ut sit εἰς pro ἐν, & ἐν pro διά, ex Hebraismo [f]. Non enim renovatio via est ad pœnitentiam, sed pœnitentia ad renovationem [g]. Ostendit autem talem defectionem à Christianismo posse evenire non Catechumenis tantùm aut recèns baptizatis νεοφύτοις, verùm etiam iis qui plurimùm profecerant; nè quis se putaret à tali periculo immunem: quod ipsum & Paulus nos docet, 1 Cor. 9. 27. Profectum autem illum describit verbis egregiis, ἅπαξ φωτισθέντας, &c [h]. [de quibus diximus.] Al. Sensus loci est, Semel lapsos hoc modo non esse admittendos ad publicam pœnitentiam [i]. Μετάνοια enim interdum sumitur pro admissione ad veniam, sive ad illam methodum quæ eos ad absolutionem pararet; quo sensu dicebantur μετάνοιαν αἰτεῖν, Concil. Neocæs. Can. 52. ἀνακαινίζειν autem est graviter post Baptismum lapsos de novo dedicare, sive consecrare, Deo per pœnitentiam & absolutionem; ut ἐγκαινίζειν est *dedicare*, unde ἐγκαίνια festum dedicationis. Hujusmodi autem Apostatis, quales erant Gnostici, Julianus, &c. locus reconciliationis atque absolutionis concessus non erat. Si dicas, concedi potuisse, ideóque non fuisse ἀδύνατον; Respondeo, ἀδύνατον sæpe dici quod jure fieri non potest, ut apud Joseph. contra App. 2 [k]. At ἀδύνατον hîc aliter sumi docet v. 9 *. Al. *Iterum renovari*, &c. hîc est denuò tingi Baptismo, qui est renovationis sacramentum. Ità Chrys. Epiphan. Athan. Amb. Aug. &c [l]. Non tollit Apostolus h. l. pœnitentiam, quippe quam ubique prædicat, ut 2 Cor. 2. & 7, &c. sed secundum Baptismum. Obj. Quorsum ergò tot verba hîc frustrà congerit? Nam sive *illuminati fuerint*, &c. sive non, per Baptismum renovari nequeunt [m]. Resp. Quod dicunt Patres, Apostolum hîc loqui de non repetendo Baptismo, id non tam de Baptismi ceremonia intelligo, quàm de effectu ejus; i. e. gratiâ regenerationis seu renovationis, quæ per Baptismum acquisita fuerat, & amissa ab his recuperari nequit; quia Deus nullum instituit remedium, quo gratia amissa tam facilè recuperetur [n]. De Baptismo hîc non agi videtur, 1. quia nulla illius hîc mentio; 2. quia is talibus non erat impossibilis; 3. ex collat. Heb. 10. 26. qui locus de Baptismo non iterando intelligi nequit [o].

¶ *Rursum*, &c. Ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς ——— καὶ παραδειγματίζοντας] *Rursum* (vel, *Ab integro*, Er. Ti.) *crucifigentes* (Al. *Ut qui rursum crucifigant*, Pe. Be. Pi. Accusativus hîc, sicut & sequens, causaliter resolvi debet, pro ὅτι ἀνασταυροῦσι καὶ παραδειγματίζουσι [p] vel, *Rursum crucifigendo*, Be.) *sibiipsis* (i.e. vel, 1. apud se. Egregiâ figurâ dicuntur id facere quod factum approbant. Pari sensu dicet Heb. 10. 29. à talibus hominibus *proculcari*, i. e. fœdissimè tractari, *Dei Filium*, &c [q]. vel, 2. quantum in se est [r]; vel, 3. in suam ipsorum perniciem †; vel, 4. ad suam ipsius renovationem, quam iterum ex Baptismo sperat [t].) *Filium Dei*, *& ostentui* (vel, *ludibrio*, Er. Il. Ti. E. *ad ignominiam*, P. Be. Pi.) *habentes*, Mo. vel, *exponentes*, Er. E. vel, *exponant*, Il. P. Be. Pi. vel, *exponendo*, Be. De significatu vocis παραδειγματίζειν vide Matth. 1. 19. Vide quantum sit peccatum à Christianismo deficere [v]. Nam qui id faciunt eo ipso ostendunt credere se Christum fuisse impostorem, ac proinde dignum cruce omníque ignominiâ [x]; Christum non pluris faciunt quàm qui illum crucifixerunt [y], Christi crucifixionem approbant [z]; declarant se, expertos Christum & Evangelium viásque ejus, nihil in iis verum bonúmve deprehendisse, &c [a]. vel, novo peccato dant novam causam crucis & mortis Christi [b], ità ut, si prior redemptio non satis esset, cogerent eum rursus pati crucis supplicium [c]: vel, dum ad priorem vitæ turpitudinem redeunt, faciunt ut Christus apud infideles quasi crucifigatur, id est, blasphemetur, &c [d]. vel, Christum sannis excipiunt, ut olim Judæi & milites, eúmque rursus crucifigerent, si possent. Notatur immane ipsorum odium in Christum, quod nunquam eos resipiscere sinit, quoniam unicum resipiscentiæ, & salutis, medium malitiosè abjiciunt; atque ità Christum denuò crucifigunt, quia eum semel crucifixum abnegando nolunt salvari ejus morte; ac proinde

[f] Par. sic Rib. Er. ex Chrys. [g] E. [h] G. [i] Q. in Par. sim. Ham. Rib. ex L. Hug. Dion. [k] Ham. * Par. [l] Idem. [m] Rib. [n] E. [o] Par. [p] Idem. [q] G. [r] Q. in Pe. Me. Jun. J. Cap. † V. sim. Jun. [t] E. [v] G. [x] G. sim. Ham. [y] V. [z] Ham. Ow. [a] Ow. [b] Me. sim. E. [c] E. [d] Q. in E.

si resipiscere & servari deberent, denuo crucifigendus esset eis Christus, quod impossibile est. Impossibile igitur est eos resipiscere & servari *. Peccatum quod hic describitur Patris, Filii, Spiritûsque Majestatem speciali quodam indignitatis modo violat, in quem incidere non patitur Deus ullum electorum suorum, &c [f]. [An ex hoc loco rectè colligitur verè renatos gratiâ Dei excidere posse, vide apud Jun. Ger. Par. Gom. ad h.l. Nobis enim ad alia pergendum.]

7. *Terra*, &c. Γῆ γὰρ —— βοτάνην εὔθετον —— δι' οὓς καὶ γεωργεῖται, μεταλαμβάνει εὐλογίας, &c.] Hâc similitudine declarat quæ dixit [g], de Apostatis [h]. *Terra* (Cui respondet homo [i], ex terra sumptus [k]; vel mens, aut Ecclesia [l]:) *quæ imbrem sæpiùs in se venientem* (cui respondent, [vel,] dona illa quorum suprà fuit mentio; sic βαπτίζειν πνεύματι, Marc. 1. 8. & Prophetia *stilla* dicitur [m]: vel, Legis & Evangelii prædicatio [n]; vel, imber gratiæ Divinæ [o], vel Spiritûs Sancti, qui à fidelibus, & ab Apostatis, quanquam dispari gradu, percipitur [p].) *combiberit*, (Terra cùm irrigatur Græcis *bibere* dicitur, & Hebræis רוה *inebriari*, Psal. 65. 10 [q].) *& progenuerit herbam* (i. e. fructus bonorum operum produxerit [r]. Βοτάνη hic idem quod Heb. דשא, ut in Græco Gen. 1. 11. Significat autem omne id quod ex terra nascitur, etiam fruges. *Fruges* [hìc] sunt opera pietatis †.) *accommodam* (vel, *opportunam*, Mo. vel, *utilem*, G. sic Tre. ex Sy. id est, bonam & congruam operationem [t].) *iis per quos* (vel, *à quibus*, Vulg. vel, *quorum operâ*, Er. i. e. agricolis [v]; vel, *propter quos*, G. i. e. fundi dominis [x]. Vide Luc. 14. 35. *Dominus* [autem] cujus sunt isti fructus est Deus [y], ab eo denominantur, vocantur *filii Dei* [y].) *excolitur*, (Non Deum denotat qui imbrem mittit, sed alios homines in quorum usum Deus dona illa in eos contulerat, &c [z]. Græcè, *& colitur*. Addita conjunctio monet, fructum non quibuslibet reddendum, sed *iis*, &c †. Sed conjunctio sæpe redundat ||.) *recipit* (vel, *accipit*, Tre. Mo. G. vel, *particeps fit*, Be. i. e. testatur se accepisse [a].) *benedictionem à Deo*, Pi. sim. Er. P. Ti. Be. &c. scilicet ampliorem [b], majorem gratiam & consolationem [c], in hoc seculo & futuro [d]; vel, laudem & approbationem illam, *Euge bone serve*, &c [e]*. Vocatur *terra Dei*, ut videre est Gen. 13. 10. Ezec. 28. 2. ברך, εὐλογεῖν, multa significat, sed inter alia etiam *laudare*, *celebrare*, ut Gen. 9. 26. Psal. 145. 1 [f].

8. *Proferens*, &c. Ἐκφέρουσα —— τριβόλους —— κατάρας ἐγγὺς —— εἰς καῦσιν] *Proferens autem* (vel, *At quæ profert*, Be. Pi. quantumvis bene culta & pluviis irrigata [g].) *spinas ac tribulos*, (nempe peccata [h], graviora & leviora [i]:—*subit aspera silva, Lappæque, tribulique*—Vide & Matth. 13. 7. Non dixit hic τίκτουσα, ut modò, sed ἐκφέρουσα, *ejiciens* velut abortus. Allusio ad locum Gen. 3. 17, 18 [k].) *reproba* (vel, *rejectanea* est, Be. Pi. tanquam ingrata reprobatur ab omnibus [l]; displicet talis terra Domino suo [m]. Vide 1 Cor. 9. 27. & Tit. 1. 6 [n].) *& maledictioni proxima*, (vel, *confinis*, Er. Ca. *affinis*, P. i. e. Brevi futurum est, si talis manet, ut Dominus terram talem execretur [o]. Vide Matth. 21. 19. Marc. 11. 21. ἐγγὺς rem brevi futuram significat, Matth. 24. 32. & 26. 18. Luc. 20. 30. & 21. 31, &c [p]. Peccatori dum vivit relinquitur spes aliqua, post mortem vero nulla [q].) *cujus finis* (vel, *exitus*, Er. P. Be. &c) *in* (vel, tendit *ad*, P. Be. Pi. sim. Er. Il. Ti. V.) *combustionem*, Mo. &c. vel, *ut exuratur*, Er. V. &c. Hic erit exitus ut tandem Dominus, pertæsus sumptuum, villam & arbores & senticeta exurat, habeâtque derelictui. Simile est Luc. 13. 6. & seq. Adde Matth. 3. 10. & 13. 30. Est autem & hìc Metonymia. Nam de Terra dicitur quod propriè iis rebus convenit quæ terræ superstant. Τέλος *rei exitus*, ut Rom. 6. 21, 22. Phil. 3. 19. *Sentibus & tribulis* respondet contemptus Christianæ religionis; *maledicto herili* damnatio; *incendio* pœna gehennæ [r].

9. *Confidimus*, &c. Πεπείσμεθα, &c.] Temperat austeritatem præced. verborum †. Hæc, inquit, ad cautelam à me dicta sunt, nè tales efficiamini quales descripsi [t]; non quòd vos tales arbitrer [v]. *Sed persuasimus nobis* (vel, *speramus*, ut Rom. 15. 14. Non hìc valet, *certi sumus* [x].) *de vobis*, &c. (i. e. de maxima parte vestrûm, non esse eo loco ut à Christianismo defecturi sitis; quanquam sunt è vobis qui malo exemplo præivere, & cæteri aliquid remisere de prima alacritate [y].

¶ *Et*, &c. Καὶ ἐχόμενα σωτηρίας] *Et proxima* (vel. *affinia*, Tre. ex Sy. *adhærentia*, Er. V. Be. sic Er. ex Aug.) *saluti*, Mo. sim. Val. V. Ca. Vulg. vel, *cum salute conjuncta*, Er. Il. Ti. P. Rib. Par. sive *cohærentia*, G. vel, *continentia salutem*, vestram æternam: vel, *contigua saluti*. Ἐχόμενα enim propriè dicuntur quæ ità se consequuntur ut etiam se mutuò tangant, ut ædificia contigua [z]; q.d. Ea quæ vos non planè à salute alienant [a], quæ salutem promittunt potiùs quàm exitium [b]. Intelligit necessaria salutis antecedentia, ut sunt fides, conversio, patientia, perseverantia [c]. Qu. Cur ergò tot & tam gravia scripsit illis? Resp. Quia illi non parum de pristinæ charitatis & sanctitatis fervore remiserant: metuebat ergò nè in deteriora laberentur [d], eósque adversùs gravissima pericula, & mala illis imminentia, minis Dei confirmare voluit *.

10. *Non enim injustus Deus, ut obliviscatur operis vestri*] Scilicet boni: id est, vel, 1. ut non remuneret [f]; vel, 2. ut opus vestrum, quod nempe ipse in vobis inchoavit, fidei nimirum & veræ conversionis, non perficiat [g]; ut justum opus justè institutum, tanquam sui ipsius oblitus, deserat. Nam *oblivisci* passim in Scripturis accipitur pro, non pergere & continuare in promisso, vel instituto, bono. Et hunc sensum suadet sequens Antithesis, ubi Apostolus suum desiderium studiúmque explicat, velut adjuvantem causam Dei opus suum prosequentis, &c [h]. Injustum esse negat, non quia nulli minus dat quàm debet, quia Deus nulli quicquam debet [i], nec bona opera talia sunt suâpte naturâ, ut eis remuneratio debeatur à Deo [k]; sed quia verax est & constans promissis servandis [l]. Justitiæ est implere promissa: quare Deus *injustus* aliquo modo dici posset, si non staret promissis [m]. Promisit autem Deus, tum, 1. habentibus initia etiam incrementa, *Habenti dabitur*; tum, 2. bonis operibus mercedem, Rom. 2. 10. 1 Tim. 4. 8 [n]. Ἔργον hìc intellige quod ἔργον πίστεως dicitur 1 Thes. 1. 3. *apertam professionem Christianismi* [o]. Erigit eos his verbis in meliorem spem [p], & fiduciæ suæ de illis conceptæ causam hìc reddit [q]. Ideo, inquit, spero vos salutem adepturos, quia bene cœpistis [r]. Hoc autem sic intelligi vult, modò perseveretis, &c. Nam *si averterit se justus*, &c. *obliviscetur Deus*, &c. Ezec. 18. 21, &c †.

¶ *Et*, &c. Καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης ἧς ἐνεδείξασθε εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ διακονήσαντες, &c.] *Et laboris* (Sed κόπου abest in Latino & MS [t]. & Sy. & Chrys. ut translatum huc videatur ex 1 Thes. 1. 3 [v]. ubi τῷ ἔργῳ additur, ut hìc [x]: vel, *laboriosæ*, P. Be. Pi. vel, *conjunctæ cum laboribus & molestiis*, G.) *dilectionis* (vel, *charitatis*, P. Pi. Be. vel, *ex charitate suscepti*, G. vel, *charitatis* videlicet *vestræ*, Be.) *quam ostendistis* (vel, *demonstrâstis*, Pi. i. e. ipso opere exhibuistis [y].) *in* (vel, *erga*, Er. Be. Pi. &c. vel, *propter*, E. Chrys. in J. Cap.) *ipsius* (i. e. Dei [z]:) *nomen*, (i. e. erga illum [a]; vel, propter ipsum Deum [b], quem sincerè colitis & amatis [c]; vel, in religionem Christianam, per quam Deus summè honoratur [d]; vel, fratribus benefacientes in nomine Christi *, pro gloria Dei illustranda, non ostentationis, vel commodi proprii, causâ [f]; vel, propter eos qui nomen ejus confitentur [g]. Εἰς, pro ἐν, ut Matth. 28. 19. 1 Cor. 1. 13 [h].) ii *qui ministrâstis* (vel, ut *qui ministraveritis*, Be. Pi. ministerio quodam peculiari, scilicet indigentibus subministrando vitæ necessaria [i], omnem opem tulistis [k]:) *Sanctis* (i.e. Christianis [l], ob Christum vinctis, aut aliter afflictis [m], exulibus, peregrinis [n]. Vide infrà 10. 33. Exemplo sit ille Mnason, Act. 21. 16 [o].) *& ministrantes*, Mo. vel, *ministratis*, Be. Pi. G. i. e. in bono opere persistitis [p], ut meritò de vestra perseverantia confidere possim & debeam [q]. Hoc addit, ut rationem amplioris suæ de ipsis fiduciæ [r]. Ostendit se non lapsis loqui, sed adhuc stantibus, quanquam cum labendi periculo; iis maximè qui præ metu à publicis cœtibus abstinere cœperant †.

11. *Cupimus autem* (q. d. Quamvis optimè de vobis sentiam & confidam, non possum tamen quin subjiciam stimulos, quibus ad perseverantiam vos adhorter, ut qui vehementer cupiam [t]:) *unumquemque vestrûm eandem ostentare* (vel, *ostendere*, Val. Er. V. Zeg. E. *exhibere*, sive *præstare*, Er. V.) *solicitudinem*] Vel, *idem studium*, Be. Pi. E. par studium quale ostendistis antehac. Quidam enim

[Margin, left column: * Par. — f J. Cap. — g E Ger. — h Ger. &c. — i G. sim. Me. — k G. — l Te. — m G. — n J. Cap. — o Me. — p Gom. — q G. — r Me. — † G. — t Te. — v Er. Græci in E. — x G. Ham. — y G. — z Ham. — † Er. — || E. — a J. Cap. — b E. — c Me. — d Te. — * Ham. — f G. — g J. Cap. — h Te. Me. — J. Cap. — i Te. — k G. — l E. sim. Me. — m G. — n Be. — o G. sim. Me. — p G. — q J. Cap. — r G. — † E. sim. Gom. — t E. — v E. Me. — x G.]

[Margin, right column: y Idem. — z Par. — a G. — b E. — c Par. — d Rib. — * Jun. — f E. sim. Rib. Gom. Ger. J. Cap. Par. — g Par. — h Jun. — i Par. — k E. — l Par. sim. E. — m G. — n Par. — o G. — p Rib. E. — q E. — r G. — † E. sim. Rib. — t G. — v E. — x G. — y E. — z E. Chrys. — a V. — b Me. E. — c E. — d G. — * Be. — f Par. — g Q. in Ger. — h Al. in Ger. — i E. sim. Ger. — k G. — l E. — m G. — n Par. — o G. — p E. — q Par. — r E. — † G. — t E.]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

enim refrixerant. Non satis est ad consequendam salutem ea nôsse, sed perstandum est. Vide quantâ prudentiâ Scriptor hic utatur: modò terret, deinde rursus erigit; erectos iterum monet, nec universos tantùm, sed & singulos [v]. ¶ *Ad*, &c. Πρὸς τὴν πληροφορίαν, &c.] *Ad expletionem* (vel, *complementum*, Tre. ex Sy. *plenitudinem*, Ca. *persuasionem*, Ar. *certificationem*, Er. *plenam persuasionem*, P. *plenam certitudinem*, sive *certiorationem*, Er. Il. Ti. Be. Πληροφορεῖν est *plenam* de re aliqua *fidem facere*, & πληροφορεῖσθαι, teste Budæo, est *compertum habere*, *certissimè scire*, ut Rom. 14. 5 [x]. vel, *velut plenis velis ferri* ad rem quâ confidit [y]. Hinc πληροφορία est *certa rei cognitio* [z]; vel, cùm certissimis argumentis rei cujuspiam fit fides [a]. Sed malim, ut δωροφορεῖν est *munera ferre*, & δαφνοφορεῖν, *laurum ferre*, &c. ità πληροφορεῖν esse *plenitudinem ferre*, πληροφορεῖσθαι, *abundare*, *impleri*, *plenitudinem habere*, & πληροφορίαν, *plenitudinem*, sive, ut noster optimè vertit, *expletionem* [b]. Πληροφορία hic non est *certitudo*, sed *impletio*, sive *consummatio*: quo sensu πληροφορίαν habemus Col. 2. 2. & 1 Thes. 1. 5. πληροφορεῖν, 2 Tim. 4. 5, 17. *Implere* autem *spem* dicitur qui conditionem implet sub qua res speranda proposita est [c].) *spei*, Mo. &c. i.e. Ut bonorum operum perseverante studio [d], spes vestra crescat, plenior fit *, compleatur, &, ut ità dicam, certificetur [f], plenissimè in animis vestris confirmetur [g], tandémque reipsâ expleatur [h], cùm eritis æternæ beatitudinis compotes [i]. Est enim charitas, sese bonis operibus demonstrans, certum electionis, ac proinde spei, testimonium, Rom. 8.14. 2 Pet. 1. 10 [k]. Πληροφορία τῆς ἐλπίδος dicitur, ut suprà καύχημα τῆς ἐλπίδος, *spes quæ habet* πληροφορίαν, id est, quæ certissima est. Πληροφορεῖσθαι dicitur ut ἐμφορεῖσθαι, quod est *satiari*. Cùm autem Spes & Fides dubitationem admixtam habeant, animus anxius est & veluti fame laborat; ideóque expleri appetit, id quod obtingit cùm certa evadunt [l]. ¶ *Usque in finem*] Quod accipi potest & de Perseverantia ad finem, & multò magis de Perfectione spei, quæ cum pietate in nobis crescit, *donec occurramus in virum perfectum* [m].

12. *Ut*, &c. Ἵνα μὴ νωθροὶ, &c.] *Ne sitis imbecilles*, Er. Ti. vel, *languidi*, V. *segnes*, P. Be. Pi. E. vel, *torpentes*, E. In retinendo & prosequendo Evangelio, i. e. nè cessetis à bonis operibus [n]. Hoc ideo, inquit, dico, nè quid remittatis de isto studio [o], bene agendi [p]. Conjunguntur νωθρὸς & παρειμένος, Sirach. 4. 32. In Glossario, Νωθρότερος, *languidior*. Hebræis עצל [q]. ¶ *Imitatores eorum* (i.e. Patriarcharum [r], ut sequentia indicant †:) *qui fide & patientiâ* (Quæ duo hîc omnino sunt opus; fides, quâ veritas teneatur, patientia, quâ vincatur adversitas [t]. Et credere Deo oportet, & promissiones ejus, si citò non dentur, patienter exspectare [v]. Al. Est ἓν διὰ δυοῖν, pro, *per fidem patientem*, sive *constantem in adversis* [x]. Sensus, q. d. Divinis promissis indubitanter credentes, eadémque patienter exspectantes [y]. Μακροθυμία alibi est *lentitudo* [z], sive *tarditas ad iram*, Jac. 1. 19 [a]. hîc autem, ut ostendit sententia, quia cum fide conjungitur, ut 1 Thes. 1. 3. *est patientia* [b]; vel, virtus quæ ut iram, ità & reliquos affectus, compescere novit, & præsertim diffidentiam [c].) *hæreditabant* (vel, *hæreditant*, Val. sim. Er. V. Zeg. *obtinent*, Pi. *hæreditate possident*, Val. sim. Be. V. κληρονομούντων positum pro κληρονομησάντων præs. pro Præterito [d].) *promissiones*] id est, Promissam illam hæreditatem *. Nam quanquam Ab. If. & Jac. terram illam promissam non possederunt, neque viderunt ingentem illam posteritatem & Regnum in ea, jus tamen certissimum ad posteros transmiserunt. Qui autem jus habet, rem ipsam habere quodammodo videtur, ut in Jure est proditum [f]. At Heb. 11. dicuntur Patres & *obtinuisse*, v. 23. & *non obtinuisse*, *promissiones*, v. 39. Distingue igitur promissa. Illud de benedictione & salute per Christum obtinuerunt, Act. 15. 11. illa verò de exhibitione Messiæ, de restitutione omnium & glorificatione futura, non obtinuerunt [g]. Cùm de nobis sermo est, ἐπαγγελία num. sing. dici solet; cùm de Patribus, sæpe ἐπαγγελίαι [h]. Sic Gal. 3. 16. Cujus causam esse suspicor, quòd, exhibito jam Christo, tota promissio re exhibita fuit, tota perfectissimè promulgata; sub V. autem T. promissio gratiæ variè & *multipliciter*, per gradus & certa intervalla, proposita est [i]. Complura enim

Margin: v G. x Rib. y Ger. z Rib. a Er. b Rib. c G. d E. sic Me. * Me. f E. g Be. h Me. i Me. sic T. k Be. l Cam. m Er. n Me. o G. sim. E. p E. q G. r G. sim. Be. E. † G. t Jun. v Me. x G. y E. z Ca. a Be. sic Ca. b Ca. c Be. d G. * Pi. f G. g Par. h G. sic Cam. i Cam.

erant promissa diversis facta temporibus, per quæ tamen illud unum & magnum promissum de Vita æterna nobis factum adumbrabatur, & mysticè in illis continebatur [k]. Promissa Patribus facta sunt, partim terrena, partim cœlestia ac spiritualia, quorum illa jamdudum impleta erant; illa verò jam cœperant impleri per Christum, perfectiùs implenda temporibus futuris [l]. Quas promissiones hîc intelligit, mox v. 14. docebit [m].

13. *Abrahæ námque promittens Deus*] Bona terrena & cœlestia. Hoc exemplum adfert, tum, ad eorum imitationem [n]; tum, ut probet quod dixerat, Patres promissa consecutos [o]; tum, ut ostendat promissionem Abrahæ factam ad ipsos pertinere tanquam filios Abrahæ, Rom. 4 [p]. Atque indè est quòd promissionis illius firmitatem tam impensè urget [q]. Hæreditatem, inquit, vobis justè promisit Deus atque juravit; justè ergò vobis præstabit, ut probat exemplo Abrahami [r]. ¶ *Quoniam*, &c. Ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι] *Quoniam per neminem habuit majorem jurare*, Mo. *Quoniam neminem habuit per quem juraret majorem*, Zeg. sim. Tre. ex Sy. Ar. *Cùm non posset per quenquam majorem jurare*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Nemo jurat per inferiorem †. Utitur dicto noto inter Hebræos, *Qui jurat, jurat per id quod est supra se*. Vide Philonem [t], [& verba ejus in G.] ¶ *Juravit per semetipsum*] Utpote omnium maximum [v]. Respicitur Gen. 22. 16 [x]. Alibi, *per animam suam*, *per sanctitatem suam*: quod idem cum illo, *per seipsum* [y]. Promisso addidit juramentum, ut duobus vinculis teneretur [z]. Sic ostendit promissionem certissimam esse [a]. Jurare est testem dictis adhibere, eúmque se majorem, & infallibilem. At nemo sibiipsi propriè testis esse potest. *Jurare* ergò dicitur Deus, non propriè; sed per tropum, ut irasci, pœnitere, &c [b].

14. *Nisi*, &c. Ἦ μὴν εὐλογῶν, &c.] *Certè* (vel, *Equidem*, sive *Profectò*, Er. Val. Est particula [c], vel adverbium [d], vel formula Affirmantis *, sive Confirmantis [f], maxime frequens jurantibus. Demosth. ὀμνύει ἦ μὴν ἀπολαβεῖν αὐτὰ Φίλιππον [g]. Al. *Nisi*, Vulg. Ti. Legisse videtur εἰ μή. Sed repugnant & Codices omnes, & Lxx, qui habent ἦ μήν. In Heb. est כי [h]. [Unde Ar. & Æth. hîc habent *Quod*]) *benedicens benedicam tibi*, &c. Be. Pi. &c. Illa verò participia suis verbis adjuncta apud Hebræos intendunt significationem [i]. Sensus est, Omnino ac certissimè, vel, Largiter & copiosè, benedicam tibi [k]; mirum in modum prosperabo te [l]; id est, Cumulabo te beneficiis [m], & terrenis, & aliis à Deo per Christum præparatis atque exhibitis [n]; & ingentem tibi posteritatem [Sic enim legendum puto, non *prosperitatem*] dabo [o]. Eadem sunt verba apud Lxx, Gen. 22. nisi quòd pro πληθυνῶ σε, ibi est, πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου. Sed sensus est idem, cùm mos sit Hebræis parentes pro liberis nominare, quasi una essent persona [p]. Porrò his verbis res ipsa, de qua juratur, continetur: nam juramentum est in verbis præced. *Per meipsum juravi* [q].

14. *Sic*, &c. Οὕτω μακροθυμήσας ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας] *Atque ità quum patienter exspectâsset*, (Per 30 annos inter primam promissionem & natum Isaacum interjectos [r], ad mortem usque, inter tentationes plurimas in illa spe perstitit quæ post ipsius mortem impleta est †:) *consecutus* (vel, *adeptus*, Be.) *est promissum*, Er. Ti. Ca. &c. id est, rem promissam [t], v. præced [v]. nempe Isaacum, in quo semen illud Abrahæ promissum vocandum erat, & ex consequente etiam vitam æternam per semen illud benedictum acquirendam [x]. *Adeptus* dicitur rem promissam, quia illa suis temporibus præstita est, & præstatur; maximè cùm Abraham etiam nunc coram Deo vivat, Mat. 22. 32. & quod sibi promissum erat accepit vivens [y], nimirum illud, *Benedicam tibi*, & *Ero merces tua*, &c [z]. reliqua verò propheticis oculis impleta vidit, Joh. 8. 56 [a].

16. *Homines enim*] Docet cur antè dixerit, Deum jurâsse, &c. nempe ut firma haberetur hæc promissio, adhibere voluit omnia, quæ ad firmitatem promissionum adhibere solent homines, & ideo jurare [b]. ¶ *Per majorem*] Per Deum, qui & omnia certò novit, & ad vindicandam perfidiam est potentissimus [c]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πάσης αὐτοῖς ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν ὁ ὅρκος] *Et omnis ipsis* (nempe hominibus [d]:) *controversiæ* (id est, altercationis sive litis, quæ inter ipsos intervenit *,

Margin: k G. l E. m Par. n E. o Gom. sim. Rib. Me. p E. sim. Rib. Me. q E. r Jun. † D. t G. v Me. sic G. ex Phil. x G. y D. z G. a Me. b E. c Glas. gram. p. 473. d Er. ex Th. * Zeg. G. f Er. ex Th. g G. h E. i G. sim. E. k G sim. V. J. Cap. m E. sic Be. n E. o G. sic E. &c. p G. q E. ex Th. r J. Cap. † G. t E. sic Pi. v E. x Pi. y Rib. z J. Cap. sim. Rib. a Rib. b Rib. sim. E. c G. d Er.

tervenit [*], nec aliter finiri potest [f]; vel, quum aliæ probationes deficiunt [g]; vel, quæ nec ratione, nec hominum testimonio, dirimi potest, idque coram Judice. Vide Exod. 22. 9, 10, 11 ‖. Hebræis *dicere* est etiam *cogitare*. Sic ἀντιλογία, *cogitatio in contrarium*, nempe, quasi id quod dicitur futurum non esset [h].) *finis* (vel, *decisio*, Ar. *vera solutio*, Tre. ex Sy.) *ad confirmationem* (sub. *adhibitum*, Be. Pi. P. & sub. *est*; Ti. Er. Be. &c.) *juramentum*, Mo. vel, *si accedat jurisjurandi confirmatio*, Er. Juramentum, aiunt Jurisconsulti, est legitimum & maximum dirimendis litibus remedium. Id certum apud homines habetur quod juramenti religione firmatum est [i]. Omnem dubitationem tollit juramentum confirmativum promissi. Ægyptii jusjurandum vocabant μέγιστον πίστιν, narrante Siculo Diodoro; τελειοτάτην πίστιν dixit Halicarn. Philo, μαρτυρίαν Θεοῦ τοῦ πράγματος ἀμφισβητουμένου· Procopius, ὅσιον καὶ ἰσχυρότατον πίστεως τε καὶ ἀληθείας ἐνέχυρον. Terentius, *Aliud si scirem qui firmare meam apud vos possem fidem Sanctius quam jusjurandum, id pollicerer tibi, Lache* [k]. Videmus hîc, 1. quòd juramentum licitum est: 2. juramenti fines seu usus duos esse, 1. *ad finitionem litium* de rebus præsentibus aut præteritis; 2. *ad confirmationem*, nempe promissorum & pactorum de futuro [l].

17. *In*, &c. Ἐν ᾧ] *In quo*, Mo. Vulg. *Qua in re*, Er. P. Be. Pi. id est, Quo in genere promissionis [m]. *Quapropter*, Rib. ex Sy. sic E. Me. id est, Quoniam ità res habet apud homines ut juramento lites finiant & pacta confirment, voluit & Deus jurare, &c [n]. *Quam ad rem*, id est, Eundem in finem [o]. *Quare*, G. Ἐν ᾧ positum pro ἐφ' ᾧ P. Protasis erat v. præced. hîc Antapodosis [q]. ¶ *Abundantiùs*, &c. Περισσότερον βουλόμενος ——— τὸ ἀμετάθετον, &c.] *Abundantiùs* (vel, *Ex abundanti*, P. Be. Pi. id est, Ampliùs etiam quàm necesse esset, nisi hoc flagitaret hominum improbitas, qui nè jurato quidem Deo credunt [r]: vel, cumulatiùs, scil. quàm si esset nuda promissio, vel, quàm in aliis plerisque promissionibus à Deo factis. Construendum autem non est cum *volens*, sed cum *ostendere* †. Al. Comparativus positivè hîc accipiendus, *Insigniter* [t], *Abundè*, Tre. ex Sy. *Eximiè*, Er. Ti.) *volens Deus ostendere hæredibus pollicitationis* (id est, promissæ benedictionis [v], promissæ felicitatis [x]. Intellige, *in quorum numero vos estis*, ut liquet ex seq. ubi de promissione sermonem continuans, dicit, *solatium habemus*, *confugimus*, &c [y]. *Hæredes*, &c. hîc vocat & Patres illos veteres, & Christianos. Vide & quod supra 4. 1 [z].) *immobilitatem* (vel, *firmitatem*, Er. Il. Ti. V. vel, *immutabilitatem*, P. Ca. Be. Pi. Ar. sic Tre. ex Sy. Æth.) *consilii sui*, Mo. id est, Decreti sui [a]; quod *consilium* vocatur, quia fit consultâ ratione sapientiæ suæ [b]. *Consilium* hîc intelligit voluntatem deliberatam & definitam [c], de promissione facta Abrahæ & filiis ejus [d]; de mittendo Christo †; de regno & sacerdotio Christi [*]; de gratia Dei & vita æterna certò credentibus conferenda per Christum [f], quæ ità promissa sunt ut maneant in æternum [g]. Solet Deus interdum dici *mutare consilium*, ubi res mutata novum consilium exigit, ut Jer. 18. 11. Jonæ 3. 10 [h]. 1 Sam. 15. 3. Jos. 38. 5. Sed his locis mutatio est non consiliorum, sed eventuum [i], sive rerum quæ consilio statuuntur, quæ non ità statuuntur aut promissæ sunt ut semper manerent [k]; quam mutationem Deus per denunciationes illas conditionales efficere priùs decreverat [l]. Talia decreta conditionata sunt, conditionem aliquam ex parte hominum habentia annexam [m]. Sed hæc promissio, tum carnalis de multiplicanda posteritate Abrahami, tum spiritualis de colligenda Ecclesia Christo, & piis perducendis ad vitam æternam, est *immutabilis*, ἀμετάθετος, נצח Rabbinis [n]. De decretis absolutis hîc agitur [o]. ¶ *Interposuit jusjurandum*; ità Er. Il. Ti. Ca. Ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ] *Intervenit* (vel, *Mediavit*, E. *Intercessit*, E. ex Th. *Interpositionem fecit*, Sch. *Fidejussit*, P. Be. Pi.) *juramento*, Mo. G. &c. *Mediante juramento rem confirmavit*, Sch. Dicuntur Latinis *intervenire* qui fidem alicujus fulciunt. Sic Deus suam ipse fidem fulcit jurejurando. In Glossis, μεσιτεία, *interventio* [p]. Ut Filius apud Patrem pro nobis μεσιτεύει, sic Sancti Spiritûs jusjurandum apud nos quodammodo intercedit pro Patre [q]. *Interposuit se cum jurejurando*, Be. μεσιτεύειν enim designat promissionem illam jam tum interventore Christo conceptam [r]. Μεσιτεύειν est *interponendo aliquid agere*: v. g. cùm non adhibetur fides verbis, μεσιτεύομεν δι' ὅρκου. Id Deus hoc loco dicitur fecisse †: q. d. Indubitatam esse Dei fidem in promissionibus ipsius agnoscunt omnes, ut proinde ipsius causâ non opus erat confirmatione. Placuit tamen Deo cavere infirmitati hæredum, & se ad captum & conditionem eorum demittere, adhibito juramento [t]. [Similia plane habet Philo De Caino & Abele, cujus verba quære in G.] Tertul. De Pœnitentia, *O beatos nos quorum causâ Deus jurat! miseros si nè juranti credimus* [v]!

18. *Ut per duas res immobiles* (vel, *immutabiles*, Er. P. Ca. Be. &c. vel, *quarum Deum non pœnitet*, G. Intelligit, 1. Consilii Divini declarationem [x], vel, Promissum [y], ubi impleta est ejus conditio [z]. 2. Juramentum [a], quo declaratio illa confirmatur [b]. Hîc jam, dimisso sensu carnali, mysticum sive spiritualem arripit, de quo agitur Mat. 3. 9. Rom. 9. 7. Gal. 3. 16. Præterea apertè in his agit Deus, non obscurè, ut interdum in vaticiniis rerum aliarum. Aperta locutio vocatur *veritas*, Dan. 7. 16 [c].) *quibus* (vel, *in quibus*, E.) *impossibile est mentiri Deum*] Sensus est, Deum nec simplici promissione, nec juramento, mentiri, aut fallere, posse, cùm sit ipsa veritas [d]. Ψεύδεσθαι impropriè dicitur cujus verbis aliquis fallitur, ideo quòd non ea intelligat. Sic Ezechiel decepit Sedeciam, dicens non futurum ut videret Babylonem. Putabat is se eò non deportandum: at deportatus est, sed jam cœcus [*]. ¶ *Fortissimum*, &c. Ἰσχυρὰν παράκλησιν, &c.] *Validam* (vel, *Firmam*, G.) *habeamus* nos *consolationem*, Be. Pi. &c. Utpote certissimis promissis nixam [f], vel dictis immutabilibus, minimèque obscuris; qualia imprimis sunt promissa Evangelica [g]. Vel, *exhortationem*, Rib. ex Th. & Theod. E. Me. Utrumque rectè convenit [h]: qu. d. Ut eâ spe, tum exultaremus, omniáque hujus seculi incommoda æquo animo ferremus; tum, nos excitaret ad res magnas & gerendas, & tolerandas [i]. ¶ *Qui*, &c. Οἱ καταφυγόντες κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος] *Confugientes* (vel, *Qui confugimus*, Er. Il. Ti. P. Tre. &c. vel, *Qui cursum corripuimus*, Be. Pi. Qui in hoc stadio curriculóque nostro, dum eò cursu contendimus †. Metaphora à ludis gymnicis [k]: sub. *ad eum*, Tre. ex Sy. vel, *huc*, Er. Il. Ti. P. vel, *eò*, Be. Pi. tanquam ad asylum, ut illi de quibus Num. 35. 2. & Jos. 21. 27 [l]. A Deo, justo scil. & irato, ad Deum misericordem, & intercessione Filii placatum [m]: q. d. Qui relictis seculi vitiis [n], fallacíque seculi amore [o], confugiunt P. Καταφεύγειν, *confugere aliquò*, idem est quod חסה, *sperare*, *confidere*. Argumento est quòd מחסה significat *perfugium*, καταφυγήν. Metaphora splendidissima est, & quæ significantissimè demonstrat affectum animi eorum, qui in rebus adversis constituti, & undique oppugnati, humanâque ope destituti, ad Deum tanquam ad unicum perfugium sese recipiunt [q].) *obtinere* (vel, *ut potiamur*, Er. Il. Ti. Ca. Κρατῆσαι, pro, εἰς τὸ κρατῆσαι· & κρατεῖν, *potiri*, ut κρατεῖν τῆς πόλεως· vel, *ut obtineamus*, P. Pi. vel, *prehenderemus*, Sy. *retineamus*, Tre. Be. E. firmiter scilicet & mordicùs; ut non patiamur nobis eripi, ut κρατεῖν significat †; nè nos seculi turbines rapiant [t].) *propositam spem*, Mo. P. Pi. &c. id est, Spem illam quæ nobis proponitur [v], & ad quam invitamur [x], in Evangelio [y]. Προκειμένη ἐλπὶς dicitur, ut infrà προκείμενος ἀγὼν, 12. 1. προκειμένη χαρὰ, 12. 2. Sic προκείμενος σκοπὸς apud Galenum. *Spes* hîc dicitur, vel, 1. per Metonymiam, res ipsa sperata [z]; id est, vita æterna [a], ut Gal. 5. 5. & alibi [b]. Et rei quidem speratæ conveniunt hæc elogia, ut quæ nobis proponatur apprehendenda fide & spe [c]. Vel, 2. ipsa virtus spei [d], quam non mirum dici προκειμένην [*], *propositam*, instar validæ columnæ quam firmiter amplecti debemus; quia Deus ipsâ spe, ut & fide, utitur ad firmandas animas nostras [f]: vel, ut confirmentur qui dubitant an sibi liceat sperare vitam æternam: spes ergò προκειμένη dicitur, quòd ad eam omnibus pateat aditus, nisi qui suâ culpâ obduruerunt. Est autem Metaphora ducta à certantibus, qui ad βραβεῖα & palmas in medio positas contendunt. Προκειμένη ἐλπὶς idem hîc quod Judæ v. 3. κοινὴ σωτηρία, *communis salus*, h.e. salus velut in medio posita, ut liquet ex voce ἐπαγωνίζεσθαι, quæ ibi sequitur [g].

19. *Quam* (Nempe spem [h]; vel, *consolationem*, quæ ex illis promissis oritur [i]:) *sicut anchoram habemus animæ*

Marginal notes, left column: * E. f D. g E. ‖ J. Cap. h G. i E. k G. l Par. m E. sic Rib. Me. n E. ex Th. sim. Rib. o Cam. p Cam. sic G. q J. Cap. r Be. † E. t Q. in E. v Ti. x Ca. y E. z G. a E. Ger. b E. c Par. d Rib sim. E. † Ger. * E. f Par. g E. h G. i Par. k E. l Par. m Ger. n G. o Ger. p G. q J.Cap.

Marginal notes, right column: r Be. ex Græc. † Cam. t Jun. v G. x J. Cap. y G. sic Rib. E. z Zeg. Camer. Be. T. Me. a G. b G. sic Rib. E. &c. c J. Cap. c G. d E. Me. sim. Rib. * G. f E. g G. h Rib. sim. E. Me. i Rib. † Jun. k Be. l G. m J.Cap. n G. o E. Me. p E. &c. q Cam. r G. † E. sim. Rib. Me. J. Cap. t Rib. v G. x Cam. y Cam. G. z G. Pi. sic Te. b G. c J. Cap. d Cam. sic J.Cap. Gom. * Cam. f J. Cap. g Cam. h Jun. Pi. Te. J.Cap. Cam. E. Me. i G.

me (*Animam* dicit, vel *vitam* Hebraismo · vel animam regeneratam, sive hominem novum, per Synecdochem[k]:) *tutam ac firmam*] id est, Non parvam aut levem, sed validam & magnam[l]; *firmam*, quæ non comminuitur, inflectitur[m], aut disrumpitur[n]; & *tutam*, quæ, demissa in fundum[o], loco non movetur[p]; sed navim retinet, nè tempestate conquassetur[q], & abrepta in scopulos, aut in vadum illisa, pereat[r]. Ità spes in Deum, & in bona invisibilia promissa, fulcit & firmat animas nostras, nè procellis tentationum succumbant †: *tuta* est, quia Dei promissis innititur, & *firma*, quia omnibus seculi fluctibus fortior est[t]. Ea [consolatio] inter tot fluctus & tempestates seculi efficit nè mergamur, nempe si eâ rectè utamur; ut illi nautæ, Act. 27. 29. Sic Hecuba apud Euripidem de filio, οἴκων ἄγκυρά τ' ἐμῶν[v]. Hâc similitudine spei firmitas declaratur, simúlque docemur quo loco simus, nempe procelloso. Sed duo sunt anchoræ incommoda, 1. quòd rudens frangi possit: 2. quòd cursum moratur. Spes autem, 1. à Deo invicta præstatur: 2. non remoræ, sed calcaris, instar est[x]; & nos ità firmat, ut simul ad portum patriæ cœlestis recto & continuo cursu perducat[y]. ¶ Et, &c. Καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος] *Et ingredientem* (vel, *introeuntem*, Er. V. Alludit hîc ad ritum Pontificum, qui in Sancta Sanctorum semel quotannis ingrediebatur, Heb. 9. 3, 7. & hâc occasione ad intermissam Christi cum Leviticis Pontificibus comparationem redit. Deinde translatio est ab eo sumpta, quòd eò firmius est & certius anchoræ præsidium quò altiùs fixa penetravit[z]. Sicut anchora non in aquis hæret, sed terram intrat sub aquis latentem[a]; ità spes non satis habet in vestibulum pervenisse, id est, non est contenta bonis terrenis & visibilibus, sed altiùs penetrat[b]. Anchora hæc tenax est, sed & volucris; ut quæ præpete volatu fertur, & subvehit nos ad sublimia, nempe quia nos quoque sumus non κάτωθεν, sed ἄνωθεν, velut arbor inversa, φυτὸν οὐράνιον[c].) *ad* (vel, *in*, Er. Pi. *usque ad*, Vulg.) *interius* (vel, *interiora*, Vulg. h. e. partem interiorem[d]:) *velaminis*, Mo. Er. Vulg. Pi. vel, *intra velum*, Tre. *intrà siparium*, Ca. *usque ad intimum veli penetrale*, Ar. *usque ad*, sive *in*, *ea quæ sunt intra velum*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Nempe interius, quod Sanctum à Sancto Sanctorum dividebat*; quod discriminis causâ Interpretes & Philo vocant καταπέτασμα, cùm velum alterum in foribus Basilicæ vocent κάλυμμα. De tota hac re diximus ad Mat. 27. 51[f]. q. d. Penetrat usque in ipsa Sancta Sanctorum[g], id est, in Cœlum supremum, cujus typum illa gerebant[h]: id est, Deum ipsum & cœlestia bona apprehendit, atque in iis figitur[i]. *Consolatio ista intrat*, id est, velut præsentes nos sistit in Cœlo illo summo quod per adytum illud significatur[k]. Cum Hebræis agens allegoriam sumit à veteri Templo[l].

20. *Ubi*, &c. Ὅπου πρόδρομος, &c.] Alio argumento docet firmitatem promissionis divinæ nostræque spei, quia cœlum jam possidet natura nostra in Christo[m]. Ex occasione veli istius paulatim redit ad explicandum Christi Sacerdotium, quam rem distulerat ut Hebræos, officii sui commonitos, ad attentionem præpararet[n]. *Quò* (id est, In quos cœlos[o]:) *præcursor* (Christus scilicet[p], *præcursor* dictus, non ut Johannes Baptista[q], & Prophetæ[r], ministerio†, ut cohæredes vi meritóque Christi præcurrentes[t]; sed dignitate[v], ut Dux & Liberator noster[x]. In Glossario, Πρόδρομος, *antecursor*, *præcursor*, Esa. 28. 4. בִּכּוּרָה, *ficus primitiva*, vertitur πρόδρομος[y].) *pro nobis* (Jungi hoc potest, vel, 1. cum *præcursor*, q. d. præcursor noster[z], quem scilicet ipsi mox secuturi sumus[a]: vel, 2. cum *introiit*[b]: Christus eò prior ivit nostro bono[c], vel nostrâ causâ[d]; vel, locum nobis paraturus*, sive ut nos eò accerseret[f], sicut ipse dixit Joh. 14. 3[g]. vel, ut intercedat pro nobis[h]: id quod Typo pulchrè respondet, quia in V. T. Pontifex introiit intra velum semel in anno, supplicaturus pro populo[i]. Vel, ut quam suo merito nobis adeptus est salutem eam suâ virtute vendicet, conferat, & conservet in æternum. Introiit autem primùm secundùm animam, dein secundùm corpus. Postremum hunc, utpote permanentem, ac in secula perdurantem, ingressum respicit hîc Apostolus[k]. Habemus, inquit, non promissum tantùm, sed & exemplum[l]. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ τὴν τάξιν, &c.] *Secundùm ordinem* (id est, similitudinem, ut explicatur Heb. 7. 3, 15[m]. vel, *Ad modum*; vel, *Pari lege* aut *conditione*, ut diximus suprà 5. 6[n]. vel, *Sicut*, sive *Quemadmodum*, nam in Psalmo est עַל דִּבְרָתִי, quod AE. sic explicat[o]. Itaque τάξις h. l. non quampiam ordinis & personarum successionem, qualis in Aaronico sacerdotio[p]; sed congruentiam[q], sive analogiam typi & veritatis, notat[r].) *Melchisedec* (Hoc ideo quia Melchisedec non minùs Rex fuit quàm Sacerdos†, (quæ duæ dignitates in Christo uniendæ præsignificantur à Prophetis, & circa tempus Christi primò in Augusto, dein in reliquis Imperatoribus, coaluerunt[t]:) neque ex ortûs lege id habuit, neque alii id jus reliquit: in quo multùm differebat ab Aaronis posteris. Similitudines tales non ad speculum respondent, nec premi debent singulæ circumstantiæ; sed observandum quò tetenderit Divina tum veterum temporum dispensatio[v].) *pontifex factus in æternum*, Mo. Ut scilicet ibi, quasi Pontifex æternus, Patri assistat, illíque suam crucem & mortem repræsentet & offerat; fidelibus verò suis omnem gratiam, omniáque media, quibus in cœlum contendant, impetret[x]; ut nos à peccatis immunes faciat, vires nobis eximias impetrando, si ad ipsum recurramus. Vide suprà 2. 17. Cum his cohærent quæ sequuntur[y]. Ostendit ingressum Christi intra velum non nisi secundùm vocationem Dei fuisse ab ipso factum, ut qui Pontifex factus sit, &c†. Ostendit, Jesum, priusquam introiret in cœlum, factum fuisse Pontificem ||, eóque nomine sacrificium æternæ virtutis pro nobis obtulisse, ut haberet quod in cœlo Patri pro nobis exhiberet, sicut in seq. declaratur*. Confert & hoc ad spei nostræ firmitatem[z].

CAP. VII.

1. HIC *enim Melchisedec*] Post longam digressionem[a], redit ad id de quo dicturum se promiserat Heb. 5. 11[b]. Redit autem, non abruptè, sed molli & artificioso quodam flexû orationis[c]; post mentionem iterum factam sacerdotii ejusdem, & Melchisedec[d]. Explicat hoc loco, quis sit ordo Melchisedec*. [Sed hîc quærendum inprimis, Quisnam fuit Melchisedec.] Resp. 1. Quidam dicebant, eum non hominem fuisse, sed aliquid majus homine, videl. aut Angelum, ut Orig. & Didymus; aut magnam Dei virtutem, ut alii in Aug. & Epiphan[f]. aut Spiritum Sanctum, ut Hierax apud Epiphan. & Auctor operis Quæst. V. & N. T. quod inter Augustini opera reperitur, licèt ejus non sit, ut in confesso est[h]; aut Filium Dei, ut alii in Epiphan. & in Aquin[i]. & Judæorum magistri, inter quos R. Moses Hadarsan. Hunc aiunt in specie hominis Abrahæ apparuisse. Et hanc sententiam propugnat Cunæus[k]. Sed impiæ sunt hæ sententiæ, & Sacris Literis apertè contrariæ[l]. [Eas sic refellunt:] 1. Melchisedec fuit verus & purus homo[m]: ut constat, tum quia hoc de ratione Pontificis est, Heb. 5. 1[n]. tum quia Scriptura non aliter de eo loquitur quàm de Homine[o]; quem historicè describit[p], ut Nomine proprio & suo & Urbis ubi Rex fuit, &c[q]. Exc. Nomen *Melchi-sedec*, quomodo & sequens *Melech-Salem*, non est proprium, sed appellativum, sonátque illud *Regem justitiæ*, hoc *Regem pacis*; quæ nomina Abrahamus tribuit Filio Dei, quia majora & ampliora ipsi tribuere haud potuit[r]. Resp. 1. Non apparet, Abrahamum compellâsse eum nomine *Melchisedeci*. 2 Dispar est nominum illorum ratio, in illo duo verba, מַלְכִּי־צֶדֶק per Maccaph unita sunt, & quasi unum facta sunt, & h. l. semper unâ voce, Μελχισεδέκ, efferuntur. *Salem* quoque est nomen Urbis in Canaan, *Sedec* non item; unde mox dicitur, ὁ βασιλεὺς Σαλήμ, ex quo constat מלך esse nomen appellativum, שלם verò proprium†. 2. Sacerdos hic fuit: id quod nec Angelo competit[t], nec Spiritui Sancto. 3. Nullum est exemplum Spiritûs S. in specie humana apparentis, aut convivium homini ulli instruentis[v]. 4. Periculosum est, & veritati Scripturæ S. injurium, historiam, præsertim cum tot circumstantiis descriptam, suggillare,

[Margin notes, left column: k Par. · l Rib. · m Gom. · n Par. · o Gom. sic E. · p Gom. sic Par. · q E. · r Gom. · † E. · t Rib. · v G. · x J. Cap. · y E. · z Be. · a E. · b E. Me. · c J. Cap. · d Pi. · * D. sim. Jun. · f G. · g E. sic Rib. Zeg. Me. J. Cap. · h J. Cap. sim. E. Pi. · i E. Me. · k G. · l E. · m Rib. · n G. · o Te. sim. E. Rib. · p E. Me. Rib. G. · q J. Cap E. · r J. Cap. · † E. · t J. Cap. · v E. · x J. Cap. · y G. · z E. Rib. ex Oecum. · a E. · b E. Rib. ex Oecum. · c G. · d Pi. · * E. · f G. · g G. sic E. · h E. ex Th. Pi. · i E · k J. Cap. · l G.]

[Margin notes, right column: m Be. · n G. · o Ham. · p Be. sim. Ham. · q Ham. · r Be. · † G. sic Ham. · t Ham. · v G. · x Me. sim. T. · y G. · † Jun. · || E. sic Rib. · * E. · z E. sim. Rib. Me. · a E. · b E. sim. Rib. · c E. · d Rib. · * Be. · f E. · g E. Schle. p. 841. · h Schle. · i E. Schle. · k Schle. 829. · l E. · m Te. sim. E. Schle. · n Te. · o Schle. E. sim. Te. · p Te. · q Schle. · r Cun. De rep. Heb. cap. 3. · † Schle. 832. · t E. Schle. 842. · v Schle. 841.]

suggillare, & pro ea spectrum substituere. Faciliùs hoc quispiam de Rege Sedom persuaderet, quippe cujus nec nomen hic occurrit, nec ullæ ejus actiones, aut officia Abrahamo reddita. Ità nihil certum erit in Scriptura. 5. Melchisedec hic proponitur ut typus Christi[x]; qui fuit κατὰ τάξιν *Melchis.* Heb. 6. 20. id est, καθ' ὁμοιότητα, Heb. 7. 15. & sic explicatur, quòd Melchisedec dicitur ἀφωμοιωμένος, *assimilatus filio Dei*[y]. Omnes autem typi Christi non erant spectra, aut corpore phantastica; sed vera & naturalia corpora, verique homines, ut patet ex Sampsone, Mose, Josue, &c. Talis ergò & Melchisedec[z]. Deinde, si Melchisedec assimilatus fuit Filio Dei, ergò alius fuit à Filio Dei, & quidem eo posterior & tempore & dignitate[a]. Exc. 1. Rectè *assimilatus* dicitur, quia eum vultum habitúmque corporis sibi finxit, quem postea reverà gessit in terris; sed jam imaginem duntaxat illius repræsentavit[b]. Resp. Similitudo hìc non in vultu ponitur, sed in eo quòd *non habuit initium dierum,* &c[c]. Exc. 2. In Scriptura sæpe id quod simile dicitur, est quoque idem, ut Phil. 2. 7. ubi *Christus* dicitur *similis factus homini*[d]. Resp. 1. Rectè id dicitur, quia Christus non fuit purus homo, sed θεάνθρωπος. 2. Aliud vult Scriptura de typis & figuratè loquens, aliud cùm loquitur propriè, extra signa & figuras, & seorsim veritatem ipsam considerat; tunc enim notæ similitudinis, ut *sic, sicut,* &c. identitatem significant, ut Joh. 1. 14. Cùm autem de typis agitur, similitudinem tantùm denotant, quia figura est similis figurato, non autem idem*. 6. Melchisedec tempore Abrahami *fuit Sacerdos Dei,* Gen. 14. 18. At Christus tunc nondum incarnatus fuit, nondum homo; ergò nondum Sacerdos. Quin post Legem *Sacerdos constitutus* dicitur, &c. infrà v. 11, 12, 20, 21, 28[f]. Exc. Sed illud dictum Gen. 14. 18. πρὸς τὸ σχῆμα, *ad habitum,* Sacerdotis pertinet, quem induerat Filius Dei[g]. Resp. Hæc est ἰδία ἐπίλυσις, contra 2 Pet. 1. 21. & nullâ probatione, ac sine necessitate recedit à simplici verborum significatione[h]. 7. Melchisedecus Abrahamo obviam veniens simul fuit ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, Ebr. 7. 3. At talis tunc non erat Filius Dei: Non enim nisi divinam tunc habuit naturam, juxta quam non erat ἀπάτωρ, nec ἀγενεαλόγητος[i]. Exc. Sensus dicti illius est, Non esse eum communi lege aut more ex patre atque matre, &c[k]. Resp. Sensus hic coactus est & privato ingenio confictus, nec voces ullibi eâ significatione usurpantur[l]. [Hæc de argumentis quibus illa sententia oppugnantur. Non desunt autem argumenta quibus eas, & inprimis illam de Filio Dei, quæ reliquis verisimilior videtur, statuminare conantur. De eis igitur videndum.] Arg. 1. Collatio cùm aliis Christi Apparitionibus, ubi Angeli dicuntur esse Homines[m]; & præsertim cum illa Gen. 18. descripta, ubi Abrahamo adsuit, & tectum ejus subiit, ac cum eo cibum sumpsit & collocutus est. Majora certè hìc suppetunt divinæ naturæ argumenta, quòd ei in media via derepente velut è machina supervenit, eique benedixit, &c[n]. Resp. Exempla non sunt parallela[o]. Testatur Scriptura, illos qui apparebant reverà esse Angelos[p], & illum Gen. 18. fuisse Jehovam, v. 1. 17, & seq. *Judicem universæ terræ,* v. 25. omniscium, v. 9, 12, &c. omnipotentem, &c[q]. Nihil tale legitur de Melchisedecho[r]. Exc. Mysterium hoc reliquit Moses explicandum Davidi & Paulo †. Resp. An illi ità explicent, postea perpendemus[s]. Arg. 2. Huc pertinet illud quòd *dies Christi* ab Abrahamo *visa* dicitur, Joh. 8. 56[v]. Resp. 1. *Dies Christi* proculdubio est *Dies carnis Christi,* sive exinanitionis, infirmitatis, passionis, mortísque ejus; quem diem, sive fide, sive in typo, sive revelatione & Spiritu Prophetico, viderunt præter Abrahamum alii quoque Prophetæ. 2. Præstat hoc referre ad historiam Gen. 22. ubi Isaacus illustrem typum Christi pro hominibus immolandi gessit, in quo Abrahamus rem promissam & complementum fide Spiritúque Prophetico vidit, & meritò gavisus fuit[x]. [3. Possit illud referri ad historiam Gen. 18. ubi Filius Dei duobus Angelis comitatus apparuisse creditur.] Arg. 3. Nisi hic esset Filius Dei, duo forent in N. T. Sacerdotes æterni. Nam Melchisedecus à Paulo dicitur *Sacerdos manere in perpetuum*[y]. Resp. Id de eo dicitur, quia nulla Successoris aut finis Sacerdotii ejus mentio, &c. quomodo ἀπάτωρ, &c. quia nulla mentio Patris, &c[z]. Arg. 4. Melchisedec Abrahamo præstantior fuit, Heb. 7. 7[a]. Resp. Talis erat, quia Abraham erat duntaxat Patriarcha, & suæ familiæ Sacerdos: Melchis. autem Rex erat, & Regni Sacerdos, unde dictus ἀρχιερεὺς, Heb. 5. 10. & 6. 20. & singularis Christi figura[b]. Arg. 5. Melchisedec eximitur ab hominum mortalium numero, & *de eo testatum dicitur quòd vivit,* Heb. 7. 8. collat. cum 15. & 16. Ubi autem id testatum est? Nempe Psal. 110. 4. *Tu Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedec*[c]. Palmarium hoc Cunæi argumentum. Resp. 1. Et Melchis. qui Typus est, & Filius Dei, qui Antitypus, dicitur *Sacerdos in æternum,* sed diversâ ratione; Christus propriè, Melchisedec verò, quia mortem & officii desitionem Scriptura Mysterii causâ reticet. Plus autem sæpe esse in Antitypo quàm in Typo, in confesso est[d]. Exc. Sic multi quoque Levitæ Æterni Christi Sacerdotii Typi forent, quia de eorum morte silet Scriptura*. Resp. At testatur Scriptura, ipsos & ex Levitis natos se demonstrâsse, Eb. 7. 5. Nehem. 7. 63, 64, &c. & successores accepisse, Heb. 7. 23. & proinde habuerunt illi & initium & finem dierum atque Sacerdotii[f]. Arg. 6. Solus Christus, non Melchisedec, erat *sine Patre, sine Matre,* &c[g]. Resp. Talis erat Melchisedec, non in Natura, sive ut homo naturalis & filius Adæ; sed in Oeconomia, vel, ut homo mysticus & figura secundi Adæ, quo modo hìc consideratur[h]. [Hæc de prima sententia, & præcipuo illius membro.] 2. Melchisedec fuit Sem filius Noe[i]. Constans hæc erat veterum Hebræorum opinio[k]. Ità Jon. in Chald. par. Gen. 14. 18. Et Midras Agada hic citatus ab RS. & Cabalistæ in Baal hatturim. Nempe superbis hominibus non videtur ferendum ut Abrahamo præferatur alienigena, &c[l]. Hanc sententiam tenet Suarez[m], eámque probabilem judicant Caj. & Eugub[n]. item L. Abul. Rup. & Geneb[o]. Moller. Alsted. Luth. & Ger. ad Gen. 14[p]. Argumentis præcipuè duobus nituntur. 1. Quòd Sem vixit tempore Abrahæ, & ei supervixit[q]. Sed indè non sequitur eum fuisse Melchisedecum[r]. Nullúsne alius eo tempore regnare potuerit in Salem, nisi Sem †? 2. Quòd primogenitus is fuit, eóque nomine Sacerdos[t]. Contrà, 1. Primogenitus Noachi non erat Sem, ut liquet ex collat. Gen. 5. 32. cum 11. 10. sed Japhet, Gen. 10. 21. ubi הגדול est Genitivus, & legendum, *frater Japheti majoris.* 2. Multi alii tunc vixerunt Primogeniti[v]. 3. Sacerdotium non fuit primogenitis peculiare, ut liquet exemplis Abelis[x], & Abrahami[y]. Sed multa huic sententiæ obstant; 1. Quòd Sem dici non poterat ἀπάτωρ & ἀγενεαλόγητος[z]. Exc. Talis erat sub nomine Melchisedec, licèt non sub nomine Semi[a]. Resp. Non de nomine loquitur Apostolus, sed de homine. Hominis autem genus & anni traduntur in Scriptura. Si quis negaret in cap. 1. Matth. commemorari posteros *Abram* aut *Israel,* quis ferre posset[b]? 2. Sic Levi tam fuit in lumbis Semi, quàm Abrahami, atque ità rueret Apostoli argumentatio[c]. 3. Non credibile est Semum regnâsse in terra Canaan quæ erat in Chami sorte, & Canani cesserat fratris filio[d]; neque si ibi regnâsset gentis suæ autor, ibi habitâsset Abrahamus ut peregrinus, sepulchrum sibi comparans, &c*. 4. Improbabilissimè dicitur eum, quem Scriptura sæpe Sem nominaverat, repentè novo nomine appellâsse, nullâ factâ mentione prioris, quam sæpe facere solet in aliis. 5. Fingunt Judæi quod volunt, sed non probant Semum aut ibi regnâsse, aut eò venisse[f]. 6. Philo & Josephus historiam Melchisedeci referunt sine ulla mentione Semi[g]. [Hæc de secunda sententia.] 3. Melchisedec erat ex posteris Canaan filii Cham[h]. [Id non pauca suadent: 1. Nomen.] *Melchisedec* est nomen proprium in Phoenice sive Cananæa, pari formâ quâ *Adonisedec,* Jos. 10. 1. Nam interponere Jod nominibus compositis mos est illarum gentium: quod multis exemplis patet[i]. 2. Locus Regni, nempe *Salem,* urbs terræ Canaan[k], [de qua mox plura:] cujus Rex tempore Josuæ fuit *Adoni-zedek,* Gente Cananæus, Jos. 10. 1. cujus nomen sonat *Dominus justitiæ,* ut hic *Rex justitiæ.* 3. Quòd diversum à Levitis eorúmque majoribus genealogiam habere dicitur, Heb. 7. 6[l]. 4. Scopus Pauli, qui erat retundere gloriationem Judæorum de Lege Mosis, & Sacerdotio

x Greg. Revali Arcan. cap. 8. p. 289. y Idem, p. 289. & 294. z Idem, p. 293. a Schle. 829. b Cun.-ib. c Schle. 833. d Q. in Creg. * Creg. 294. f Schle. 831. g Cun. h Schle. 834. i Schle. 830. k Cun. l Schle. m Q. in Creg. n Cun. o Schle. 835. p Creg. 295. q Schle. ib. r Schle. Creg. † Cun. s Schle. v Cun. x Schle. y Cun.

z Schle. 836. a Cun. b Schle. 837. c Cun. d Schle. 839. * Cun. f Schle. 842. g Q. in Creg. h Creg. P. 291. i Q. k Rib. ex Hi. l BP. 2. 1. 77. m Te. n Rib. o E. p Schle. q E. sim. Rib. r E. Schle. sim. Rib. † Rib. t E. Schle. &c. v Schle. x E. sic Schle. y Schle. z BP. sic Rib. a L. & Caj. in Rib. b Rib. c BP. ib. d BP. ib. sim. Rib. * BP. f Rib. g BP. h E. Schle. sim. Rib. Te. i G. k Schle. sic Te. E. l Schle. sic Te.

cerdotio Judaici generis [m]. Sic quoque extollitur Christi in Gentiles gratia, &c [n]. 5. Quòd hanc sententiam tenent veteres Græci, Hippol. Iren. Euseb. &c [o]. quos refert Hieron. Epist. 126. & Oecum [p]. Theod. Epiphan [q]. item Josephus, cui appellatur *Chananæorum Dynasta*, Jud. bel. 7. 18 [r]. & Egesippus De excidio Jerosl. 3. 9 [†]. Puto hunc Melchisedechum virum justitiâ celebrem eum esse qui in Sanchuniathonis historia dicebatur Συδὺκ, ut ex Philone Byblio nos docet Eusebius; nimirum, pari modo quo *Jerusalem* est *Salem*. Huic autem nomen à Phœnicibus, qui & Cananæi, consecratum in Jovis stellam, qui צדק Phœnicibus primùm, deinde Rabbinis: nimirum, quòd id sidus inprimis sit benignum & pacificum. Et in nomine hujus & Principis & Sacerdotis later mysterium, ad Christum eximio sensu se referens. Nam & is *Rex* est, exactissimam nobis *justitiam* adferens, & civitas quam condidit, id est, Ecclesia, *pacem* habet cum Deo, *pacem* & inter homines quærit [s]. Quanquam autem hæc postrema sententia haud parum probabilis videatur, nihil tamen hac de re certi definiri potest [v]; & vix quicquam de eo pronunciare licet [x], de quo magni mysterii causâ tacuit Scriptura [y]; idque datâ operâ [z], ut figura suum figuratum, Christum, adumbraret. Nimis ergò audacter faciunt, qui hoc curiose anquirunt, & genealogias intemperatè ruspantur; de quo & Paulus alibi conqueritur [a]. [Atque hæc de nobili hac quæstione dixisse sufficiat. Pergamus jam ad verba textûs.] ¶ *Rex Salem*] Quæ urbs erat terræ Canaan, ut liquet [b]. Vel, 1. Jerusalem [c]: ut testantur Josephus & Hebræorum alii [d], & Chald. & Egesip. Procop. Iren. & Euseb. &c [*]. & Psal. 76. 2 [f]. Exc. Repugnat situs, quia Abrahæ, reverventi à cæde hostium, quos persecutus est usque ad Dan, via de Hierosl. non fuit in itinere [g]. Resp. Eam non remotam fuisse ab itinere Abrahami regredientis Mambrene viri eruditi ostenderunt [h]. Ostendit id quòd Abrahæ occurrebat etiam Rex Sodomæ, quæ remotior erat ab illa via quàm Jerusalem [i]. Sed dubito an hoc satisfaciat argumento [k]. Vel, 2. urbs Sichemorum dicta *Salem*, Gen. 33. 18 [l]. quæ alio nomine *Sichem* dicta est [m], & postea *Salim*, Joh. 3. 23. ubi etiam ostenditur palatium Melchisedec, magnitudine ruinarum ostendens magnificentiam [n]. Cui repugnat quòd urbs illa æquata fuit solo, & sale seminata ab Abimelech [o]. Repugnat quoque illi sententiæ, quòd inter Reges à Josue victos non numeratur *Rex Salem* alterius quàm *Jerusalem*. Ergò illa altera Salem non habebat Regem [p]. Et ut ab hac [*Jerusalem*] distinguatur Salem altera, dicitur *Salem Sichemorum*, Gen. 33. 18 [q]. Et *Jerusalem* factum videtur ex duobus ejus nominibus, *Jebus*, mutato B. in R. & *Salem* [r]: ¶ *Sacerdos*, &c. Ἱερεὺς Θεοῦ τοῦ ὑψίστου] *Sacerdos* (vel, *Pontifex*, Er. Pi. D. &c. *Sacerdos summus*, qualis Aaron, qui interdum *Sacerdos* appellatur. Ἱερεὺς hîc pro ἀρχιερεὺς, ut *Angelus* pro Archangelo [†].) *Dei altissimi*, Be. &c. In MS. τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, quomodo est & in Græco Gen. 14. 18. ubi in Hebræo כהן לאל עליון. Illud עליון, quod Plautus & Sisenna extulere *Alon*, erat nomen quo Phœnices appellabant summum Deum. Vide quæ diximus ad Marc. 5. 7 [t]. כהן alicubi *principem*, ut 2 Sam. 8. 18. usitatiùs tamen *sacerdotem*, significat [v]: & hîc ità accipiendum est, ut ostendit [x], 1. quòd ei additur vox *Dei* [y]; id quod omnem tollit ambiguitatem [z]; tunc enim semper est Sacerdos: 2. quòd antiquis temporibus Reges fuerunt & Sacerdotes, ut ostendimus ad Gen. 14 [a]. 3. quòd Melchisedecum Josephus Sacerdotem fuisse dicit, Antiq. 1. 11. & bel. Jud. 7. 18. 4. nisi hic Sacerdos esset, quomodo benedicere Abrahæ, aut ab eo decimas accipere, potuisset? 5. quomodo Christus est Sacerdos secundùm ordinem Melchisedec, si Melchisedec non fuit Sacerdos? 6. impium est hac de re dubitare, cùm כהן à Paulo (& ante eum à LXX [b]:) reddatur ἱερεὺς, quod solum *Sacerdotem* significat [c]. 7. Locum illum Psal. 110. 4. nullus interpretum, tam Hebræorum, quàm Christianorum, aliter ausus est vertere, quàm *Tu es Sacerdos*, &c [d]. Potuit autem Deus certis quibusdam signis demonstrare Melchisedecum à se Sacerdotio decoratum, & ità quidem ut etiam Regis nomen & potentiam illi lubentes offerrent Salemenses [*]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ συναντήσας Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς, &c.] Et hoc ex Græco Gen. 14. 17 [f]. *Qui occurrit* (vel, *cùm obviàm venisset*, G. & quidem Regio comitatu [g].) *Abrahamo* (in signum amicitiæ, ut Act. 10. 25. Sic exercitus occurrit Vitellii filio apud Tacitum Hist. 2 [h]. Historiam hanc habes Gen. 14. 18 [i].) *revertenti à cæde regum*, Mo. Illorum nempe qui nominantur Gen. 14. 1 [k]. Ut scilicet ἐπινίκιον caneret, & ex itinere fessos Regiâ munificentiâ sublevaret [l]. ¶ *Et benedixit* (id est, bene precatus est [m]:) *ei*] Ritu nempe Sacerdotis [n], Gen. 14. 19 [o]. ubi formulam verborum ejus habes [p]. Sacerdotalis enim muneris proximè facta est mentio [q]. Et ad officium Sacerdotis pertinebat benedicere populo, Num. 6 [r]. Est alioqui verbum εὐλογεῖν satis latè patens, sed hîc intelligendum ut Num. 6. 23. Sir. 36. 9 [†].

2. *Cui*, &c. Ὧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραὰμ] *Cui & decimas* (id est, vel, 1. munera quædam honoraria [t]. Quod nihil faceret ad institutum. Vel, 2. propriè dictas, sive decimam partem, ut patet ex seq. quales nimirum Levitæ accipiebant: nec uspiam in Scripturis alia invenitur *decimarum* significatio [v].) *ex omnibus* (sub. *quæ erant secum*, Sy. nempe spoliis quæ in bello illo ceperat [x].) *impartitus est* (vel, *partitus est*, Mo. *dedit*, Ca. Æth. *separavit*, Tre. ex Sy.) *Abraham*, Be. Er. Il. P. Pi. Tanquam sacerdoti, cujus auspiciis secundùm Deum gestum fuerat bellum [y]; vel, in honorem Dei summi quem & Melchisedec & Abraham colebant, Gen. 14. 20. Vetustissimus mos fuit omnium gentium de præda decimam Deo dare. Notavimus id De J. B. & P. 3. 1 [z]. Ostendit hæc decimarum solutio eum agnovisse Melchisedecum fuisse sacerdotem, & quidem se majorem. In Hebræo tantùm est, *Et dedit ei decimas*, &c. non, ut fingunt Judæi, Melchisedech Abrahæ, quòd ille res suas ab hostibus ablatas operâ Abrahæ recepisset; quam fabulam refutant & locorum situs, & totius historiæ series, & præsertim illud Gen. 14. 22, 23. sed Abraham ipsi Melchisedech, ut constat [a]. Sensus est, q. d. Abraham, licèt Sacerdos esset, & sæpe sacrificâsset, agnovit tamen Melchisedech esse Sacerdotem & Pontificem suum; quare illi tanquam superiori & Pontifici suo decimas dedit [†]. *Abrahamum decimas dedisse, non accepisse*, testantur Joseph. Ant. 1. 11. & Philo De congressu quærendæ eruditionis causâ [‖]. Hactenus Typus. Sequitur applicatio Typi [b]. ¶ *Qui*, &c. Πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος, &c.] Incipit hîc historiam de Melchisedech ad Christum accommodare, cujus Typum gessit Melchis. Orditur autem ab interpretatione nominum, in quibus (quæ est Scripturæ S. excellentia) sæpe latent mysteria. Primùm, inquit, Melchis. ipso nomine magnæ cujusdam rei figuram prætulit [c]. Cùm [enim] hæc per certam Dei providentiam atque οἰκονομίαν & gesta fuerint, & à Mose conscripta, & nomina hæc non ab hominibus, qui nomina contingenter imponere solent, sed Deo autore ità imposita fuerint, necessaria est & firma ex nominibus illis consequentia [d]. *Qui primùm quidem ex interpretatione dicitur rex justitiæ*; (id est, justus [*]: vel, justissimus [f]. Explicatio nominis *Melchisedech*. Genitivus autem est pro Adjectivo [g]. Alii vertunt, *rex meus justitiæ*, ob Jod in medio duorum nominum; ubi tamen sæpe interponitur euphoniæ duntaxat gratiâ, ut in *Abimelech*, *Adonizedec*, *Abisag*, &c [h].) *Deinde verò etiam rex Salem, quod est rex pacis*, Be. P. Pi. &c. id est, rex pacificus [i]. Explicatio nominis quo urbs ab ipso regnata vocabatur. Et nota Christum tum regni sui specimen quoddam dedisse, tum Sacerdotium inchoâsse, apud eandem urbem, Matth. 21. 3, 10. Luc. 13. 33 [k]. Non solùm, inquit, in nomine proprio, sed & in nomine urbis regni sui, magnum aliquid de Christo, cujus erat figura, significavit. Verè enim, & excellentissimo modo [l], Christus est, & *Rex justitiæ* [m]; tum quia justissimum exercet imperium [n], Psal. 45. 6, 7. tum quia justitiæ nobis author, quâ justi verè reputamur & sumus [o], *Factus nobis justitia*, &c. 1 Cor. 1. 30 [p]. *justitia nostra*, Jer. 23. 6 [q]. & *Rex pacis*; vel, ob felicem regni sui statum, quem Hebræi *pacis* nomine significant [r]: vel, quia pacificator noster est, reconcilians nos Deo [†], & Angelis ejus, & ex utroque populo, Judæo & gentili, faciens unum, juxta Eph. 2. 14 [t]. idque justitiâ suâ perfectâque obedientiâ, quâ Deo Patri satisfecit, nos-

Margin notes (left): m Te. — n Schle. — o Schle. Rib. — p Rib. — q Te. — r BP. sic Rib. Te. — Schle. — † Rib. E. — s G. — v Schle. — x E. — y E. sim. Schle. 844. Creg. 286. — z Schle. — a Creg. — b E. — c G. Rib. E. D. — d G. sic Rib. — * Rib. — f G. E. — g Hi. in Rib. — h G. — i Rib. — k E. — l Te. ex Hi. sim. J. Cap. — m E. — n Hi in E. — o Rib. E. — p E. — q G. — r P. Rib. ex Proc. & Eugub. &c. — † D. — t G. — v E. sic Rib. — x Rib. — y G. sic Rib. E. — z Rib. E. — a G. — b E. — c Rib. — d E. — * J. Cap.

Margin notes (right): f G. — g J. Cap. — h G. — i Me. — k G. — l J. Cap. — m E. — n G. sim. — o E. J. Cap. — p Me. — q J. Cap. — r E. — † G. — t Caj. in E. — v E. — x Rib. sic E. Me. — y J. Cap. — z G. — a E. — † Me. — ‖ Ger. — b J. Cap. — c E. — d Jun. — * G. ex Jo. Hi. in Er. Me. E. — f Me. — g G. — h E. — i E. Me. — k G. — l E. — m E. Jun. — n E. sim. Jun. — o E. — p Me. — q J. Cap. — r J. Cap. Jun. — † E. — t E. Me. sim. Jun. J. Cap. — E. Me.

que ab omni peccato vindicavit. Est enim pax illa justitiæ Dei consectaria [v].

3. *Sine*, &c. Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος] *Ignoti patris, ignotæ matris, ignoti generis*, Er. Ti. Sed non dicere vult eum obscuris parentibus natum, sed non habuisse patrem, &c [x]. *Cujus nec pater, nec mater scripti sunt in genealogiis*, Tre. ex Sy. sim. Ar. *Cui non est pater, neque mater super terram, neque dignoscitur generatio ejus*, Æth. *Sine patre, sine matre, sine genere*, Il. P. Be. Pi. vel, *sine majoribus*, Ca. vel, *cujus generis origo non possit reddi*, Er. vel, *sine genealogia*, Mo. q. d. *non genealogizatus*; cujus genealogia nusquam in scripturis texitur. Sed quorsum hoc addit? Nam illa, *sine patre, sine matre*, genealogiam satis videntur exclusisse. *Resp.* Ut removeret ab eo genus [y], vel, 1. quod ex ipso ortum [z], sive posteros [a]: vel, 2. ex quo ipse ortus [b], sive majores [c]; q. d. sine recensione generis, id est, majorum è quibus fuit ortus [d]. Utroque modo genus & Generatio apud Hebræos & Græcos accipitur; licèt posterius potiùs intelligi videtur ex v. 6 [*]. Sensus loci est, q. d. Cujus nec pater, nec mater, nec omnino majores, aut posteri, scripti leguntur [f]. Postremum hoc priora explicat. Neque enim *genus ejus* à Mose *recensetur*, ac *nè pater* quidem aut *mater*: unde videas quantum hic distet à Leviticis Sacerdotibus, qui patre esse debebant Aaronide, matre autem Israelitide, Levit. 8. 1. & 21. 14. Et ob id diligentissimè observari solebant census generis ipsorum, ut videre est Esd. 2. 62. & apud Philonem. [Vide G.] Seneca Epist. 108. cùm dixisset duos Romanos Reges esse quorum alter patrem non habeat, alter matrem, id ipsum explicans dicit, *de Servii matre dubitari*; *Anci patrem nullum dici*. Plurimas apud gentes etiam maternum genus in Sacerdotibus spectabatur, ut testantur Porphyrius de Brachmanibus, & Euripides, [quorum verba vide in G.] Sic apud Athenienses Rex sacrorum causâ ex matre debebat esse virgine ac cive, ut ad Levit. 21. 14. ostendimus. In Controversiis Senecæ lex est, *Sacerdos casta è castis, pura è puris sit.* Ubi & hoc habes, *si mater tua prostitisset, tibi noceret.* Hyrcano objectum fuit, matrem ejus bello captam fuisse: Suspicio enim facit ut tales vix puræ credantur ob fortunam servilem [g]. Qu. 1. Quomodo hoc verum de Melchisedeco? *Resp.* Talis erat ratione non generationis, sed commemorationis [h]; non in natura, acsi natus esset sine patre & sine matre, qualis nullus unquam homo exstitit, sed juxta œconomiam & dispensationem divinam; non in se & absolutè, sed secundùm quid & respectivè, nempe respectu Scripturæ, quæ stemma ejus penitùs reticet: ut Syrus hîc luculenter explicat [i]. q. d. Cujus genus & origo non describitur in sacris literis [k]. Melchisedecus nullo genere, nullâ parentum mentione, quam tamen in aliis plurimis adhibere Moses solet [l], nobis à Mose proponitur [m]; acsi repentè è cœlis delapsus esset [n], & mox eò se recepisset [o]: in quo haud dubium quin latuerit mysterium [p]. Omissa autem est à Mose hæc genealogia, non solùm quia de eo obiter loquitur, & ille ad genus Abrahæ, cujus potissimùm causâ sacra historia conscripta est, non pertineret [q]; quo de causa non recensentur genealogiæ Jobi, aut amicorum ejus, aut Nabuchod. Cyri, Darii, &c [r]. sed aliâ ratione †, destinato certóque consilio Spiritûs Sancti [t], & mysterii causâ [v]; ut plenior Christi figura esset [x], quod hîc docemur [y]. Philo De Allegoriis, *Melchisedech quoque regem pacis, hoc est, Salem; sic enim interpretatur: sacerdotem sibi constituit Deus*, οὐδὲν ἔργον αὐτοῦ προδιατυπώσας, &c. (*nullum ejus opus, sive meritum, exprimens; sed quia talem ipse fecerat, regem, pacatum, primum dignum suo sacerdotio.*) Dicit deinde, per *Melchisedecum* figurari τὸν ἀληθῆ λόγον, qui neque τὸν habet patrem, neque matrem τὴν αἴσθησιν, sed à Deo ipso trahat originem. Ità sæpe Veteres argumentum trahunt ab eo quod in Textu non dicitur. Sic Philo, libro *Pejorem insidiari meliori*, ex eo quòd Caini mors scripta non inveniatur, deducit κακὸν ἀθάνατον εἶναι ἀφροσύνην & contrà, *animum placere ante opera*, ex eo quòd Noe Deo placuisse dicitur ante operum mentionem. Est autem verbum γενεαλογεῖν, unde hoc nomen ἀγενεαλόγητος, bene Græcum, & construitur cum Accusativo apud Herod. & Plut [z]. Qu. 2. Quo sensu hoc de Christo intelligitur? Habuit enim ille patrem, ut Deus; matrem, ut homo. Et genealogia ejus habetur apud Matth. & Lucam [a]. *Resp.* 1. Sine patre erat ut homo, sine matre, ut Deus; Generatio autem ejus nec Divina mente comprehendi, nec humana per naturam cognosci, potest [b]. Non placet [c]. 1. Hoc modo contrarium de Christo affirmari possit, Christum nempe *non esse sine patre & sine matre*; cùm Divinitas ejus patrem, humanitas verò matrem, agnoscat, & neutra seorsim utroque parente careat [d]. 2. Quid hoc refert, cùm re verâ patrem habeat & matrem? 3. Ad genealogiam hoc tantùm pertinet ut parentes & majores memorentur, sive generatio rectè explicari valeat, sive non valeat [*]. *Resp.* 2. Non significat, Melchisedecum fuisse typum Christi peculiariter in eo quòd esset *sine patre, sine matre, sine genealogia*, &c [f]. sed in Æternitate personæ & officii ejus [g], sive in eo quòd *nec initium dierum habet, nec finem vitæ*: per hoc enim æternitas manifestè significatur. Ut autem Melchisedechum ut talem introduceret, oportuit patrem ejus & matrem & genus taceri. Nam si horum quicquam proditum fuisset, tum hoc ipso diceretur eum non esse principii & finis expertem [h]. Primarium autem comparationis Melchisedeci & Messiæ membrum, est Æternitas personæ & officii, ut apparet ex omnibus locis quibus fit hæc comparatio, ut Psal. 110. 4. Ebr. 5. 5, 6, & 6. 20. & 7. 13, 16, 17, 21, 23, 24, 25, 28. Non omnia quæ de Melchisedecho convenire necesse est, neque hoc dicit Apostolus; sed tantùm ostendere vult, quo sensu ipse, quum merus homo fuerit, introducatur tanquam initii & finis expers. Eo scilicet, quòd esset *sine patre*, &c. id est, quòd consultò reticetur ejus pater, mater, Antecessor, Successor, &c. & proinde æternus sit [i]. Sensus est, q. d. Melchisedec introducitur in Scriptura *sine patre*, &c. ut ità non intelligeretur initium aut finis vitæ ejus, & aptiùs typum gereret Sacerdotis æterni Christi; qui in Sacerdote mortali significari non potuit, nisi tacerentur omnia quæ ejus mortalitatem indicare possent. Rectè August. *Non omnia quæ gesta narrantur aliquid significare putanda sunt; sed propter illa, quæ aliquid significant, etiam ea quæ nihil significant attexuntur* [k]. *Resp.* 3. De Christo hæc accipienda sunt respectu ipsius non Personæ, sed Sacerdotii, quatenus neminem habet in eo aut decessorem, aut successorem; quomodo Melchis. non est patre Sacerdote natus, neque matre quæ à Sacerdotibus originem duceret; nec ullus legitur illi in Sacerdotio successisse, aut in ejus genealogia commemoratur. De Melchisedeco hoc dicitur, nè requiramus in Christo genealogiam carnalem ut pro Sacerdote habeatur [l]. ¶ *Neque initium dierum*, (vitæ videlicet [m], sive ævi, ac proinde Sacerdotii [n]:) *neque finem vitæ, habens*] Scil. in Scriptura [o], ut dictum est [p]; vel, in Mosis historia [q]. Non narratur, quando natus, quando mortuus sit [r]; quis eum antecessit in Sacerdotio, aut quis ei successit †. Id factum ut eò aptior esset ad figurandum Christum [t], qui verè non habet initium, nec finem, dierum, cùm sit æternus [v]. Solet enim alioqui Moses de viris magnis agens addere quando nati, quando mortui sint [x]. Præcipuum Geneseos argumentum in eo versatur, ut doceat Successiones Principum Ecclesiæ virorum. Hujus unius Successio nulla docetur. Ergò Sacerdotium illius successorem non habet †. ¶ *Assimilatus*, &c. Ἀφωμοιωμένος —— δὲ —— εἰς τὸ διηνεκὲς] *Sed assimilatus* (vel, *consimilis*, Ca.) *Filio Dei*, (non substantiâ, sed ratione historicæ narrationis [y]; vel, in vita & actionibus suis [z]: vel potiùs, in illis omnibus quæ suprà expressimus [a].) *manet Sacerdos in perpetuum*, Be. Pi. sic Er. P. Mo. &c. vel, *in æternum*, Tre. ex Sy. Quia de fine Sacerdotii ejus nihil legitur [b], nec mortuus, nec successorem habuisse, à Mose dicitur [c]: q. d. Ità in scenam venit ut exitus ejus non appareat, planè quasi Sacerdotium ejus esset perpetuum, quale est Christi. Sicut quæ narrantur dicuntur fieri ab eo qui narrat, ut vidimus suprà 1. 6. ità quod non narratur ponitur quasi non sit. Addi potest, Melchis. fuisse *Sacerdotem in perpetuum*, id est, quamdiu veri Dei cultus in Phœnice mansit [d]. Si hoc Melchisedeco tribuatur, fiet id ratione valde mysticâ, quo modo dicitur Isaac *excitatus à mortuis* ἐν παραβολῇ, Heb. 11. 19. & solium Salomonis *æternum*, 1 Chron. 17. 12, 23. Potest autem locus

[v] Jun. [x] E. [y] Idem. [z] Schle. 834. [a] Schle. E. [b] Schle. [c] E. [d] Pi. [*] Schle. [f] E. [g] G. [h] Ger. [i] Creg. p. 283. [k] V. sim. Jun. Rib. E. Me. T. Camer. Cam. Pi. Ger. D. Schle. Zeg. Be. Calv. [l] G. [m] Be. [n] Be. sic G. [o] Ee. [p] G [q] Rib. sim. E. [r] Rib. † E. [t] Jun. Schle. [v] P. [x] Rib. [y] E. [z] G.

[a] E. [b] Plerique in E. Chrys. Th. Naz. Amb. &c. in Rib. [c] Rib. E. Schle. [d] Schle. 833. [*] Rib. [f] Rib. ex Cathar. E. sic Schle. [g] Schle. 834. [h] E. sim. Rib. Schle. [i] Schle. [k] Rib. [l] Cam. [m] D. [n] Be. [o] E. Me. [p] E. [q] G. [r] Me. ex E. † Cam. [t] G. sim. E. Me. [v] Me. [x] E. † J. Cap. [y] Jun. [z] Q. in E. [a] E. [b] E. sic Me. [c] Be. [d] G.

cus sic reddi, *Assimilatus est*, *inquam*, Melchisedec *Filio Dei*, qui *manet Sacerdos in æternum*; ut æternitas Christo, non Melchisedeco, tribuatur. Δὲ valet *inquam*, ut 1 Cor. 7. 8. & pronomen *qui* subintelligitur, ut Deut. 32. 17. Job. 3. 3. & 4. 6. Psal. 22. 31. Esa. 40. 20. & passim alibi. Possunt tamen & alia multa superesse in quibus Melchis. fuerit typus Christi *. Al. Verba illa, *manet in æternum*, omnino dicuntur de *Jesu*; quæ vox à communi repetenda est ex cap. 6. 19. ut sensus totius loci sit, *Hic enim Jesus, qui introiit in interiora velaminis, Pontifex factus in æternum secundùm similitudinem Melchisedec, ipse*, verus existens *Melchisedecus*, præfiguratus verò in *Melchisedeco, rege Salem*, &c. Quæ omnia verba, v. 1, 2, & 3. usque ad *manet*, &c. parenthesi includenda sunt, hoc modo; *Hic enim* [*Jesus*] (*ipse Melchisedec rex Salem*, *Sacerdos*, &c. *sed assimilatus Filio Dei*) *manet Sacerdos in æternum* ||.

4. *Intuemini*, &c. Θεωρεῖτε δὲ πηλίκος, &c.] *Spectate* (vel, *Considerate*, Er. V. q. d. Hîc mecum exercete theoriam vestram allegoricam f. Vel, *Consideratis*, Er. Verbum ambiguum est: sed præstat Imperativè accipere quàm Indicativè g. Scopus enim Apostoli est attentionem excitare h.) *verò quantus* (id est, quantæ dignitatis i:) *hic* fuerit, Be. Pi. &c. videlicet in typo & significatione: ut cui ipsi etiam Abrahæ videatur prælatus k. Quantò igitur Christus præstantior est Abrahamo, totâque posteritate ejus l. ¶ *Cui*, &c. ᾯ καὶ —— ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ πατριάρχης] *Cui &* (vel, *etiam*, Be. Pi. Καὶ referendum ad Ἀβραάμ. Non alii tantùm, sed magnus ille Abraham auctor Judaici generis m.) *decimas* (quæ omni jure post omnem hominum memoriam Deo fuerunt sacræ: ac proinde illum non obscurè Sacerdotem Dei viventis à se haberi professus est n.) *Abraham dedit* (Rectè hic scriptor נתן, ἔδωκε, intellexit non de Melchisedeco, sed de Abrahamo, ut & LXX, Philo & Josephus. Syrus pro ἔδωκε habet פרש, *separavit*, quæ vox sacris propria. Sic Num. 8. 16. pro Hebræo נתנים, *dat*, Chaldæus habet אפרשא o.) *ex manubiis* (vel, *spoliis*, Er. Ti. P. sic Il. Be. Pi. &c. vel, *omnibus*, Æth. vel, *præcipuis*, Vulg. id est, præstantissima, qualia pro decimis seligenda erant ex Lege Num. 18. 12 p. vel, *primitiis*, Tre. ex Sy. Ar. vel, *exemptis priùs inde primitiis*. Nam ἀκροθίνια designant potiùs *spoliorum primitias* quàm *spolia*. Et ex Lege Primitiæ priùs offerendæ erant quàm Decimæ ||. Vox ἀκροθινίων bene Græca est: sed Genitivus est ἐξηγητικός, sive vice Appositionis. Nam ipsa pars prædæ quæ Deo dicatur, vocatur ἀκροθίνια Herodoto, Thycididi, Xenophonti, Euripidi q, & Arriano: [cujus verba habes in Ham.] Significat, datas Deo *decimas* non *spoliorum*, id enim esset δεκάτη ἀκροθινίων, sed *omnium*; & quidem solutas ἐκ τῶν ἀκροθινίων, *ex spoliis* r. Sensus non est, Abrahamum selegisse præcipua quæ habebat in spoliis, & ex iis præcipuis decimam partem dedisse Melchisedeco; (nam hoc pacto non omnium spoliorum decimas dedisset:) sed, pro decimis elegisse ex spoliis præstantissima quæ daret †.) ille *patriarcha*, Mo. Emphaticè additur, tum propter articulum, tum quia à nomine Ἀβραάμ separatur, & post sententiam quoque completam adjectum t; q.d. cùm tamen esset Patriarcha, ut subaudiatur Participium ὤν v. Πατριάρχαι dicuntur & *tribuum progenitores* & *familiarum*, ut videre est 1 Par. 9. 9. & 27. 22. 2 Par. 19. 8. & 23. 20. & 26. 12. Act. 2. 29. & 7. 8, 9. Multò autem justiùs eo nomine vocatur Abraham, unde omnes istæ tribus & familiæ ortum habebant. Πατριὰ frequentissimè est *familia*, sed & pro *tribu* sumi ostendimus ad Matth. 1. 16 x. Qu. Quid hîc ἀκροθίνια; Resp. Discendum id ex partibus vocis: θῖνες, teste Phavorino, sunt *cumuli* cujuslibet rei, ut arenæ, vel lapidum, vel frumenti, prout materia subjecta designat; ἄκρα significat rei summitatem, sive partem præcipuam, unde ἀκρόδρυα sunt *arborum summitates*. Ἀκροθίνια ergò significant *prima*, vel *præcipua*, sive *fructuum*, qualia apud omnes Diis consecrata erant; sive *spoliorum*, sive bonorum in bello captorum. Porrò illud ἐκ τῶν ἀκροθινίων idem hic indubiè quod ἀπὸ πάντων v. 2. Hoc autem additur ut significet, illas *omnium decimas* selectas fuisse ex præcipuis, eásque tantùm desumptas ex spoliis bonorum Regis Sodomæ quæ Abrahamus bello ceperat; quibus solutis, reliqua

Marginal notes: * J. Cap. — || Kn. — f Q. in E. — g E. sim. Rib. Ger. — h Ger. — i G. — k E. Me. — l Be. J. Cap. — m G. — n Jun. — o G. — p E. — || J. Cap. — q G. — r Ham. — † E. — t Ger. ex E. — v Ger. — x G.

Abrahamus Regi Sodomæ reddidit. De omnibus enim Abrahæ possessionibus hic locus intelligi nequit, tum, quia Abraham jam domi non erat, sed in itinere, &, ut videtur, in territorio Melchisedeci; tum, quia decimæ non erant solvendæ ex omnibus possessionibus, sed tantùm ex proventibus; nec solvendæ erant quoties Sacerdos alicui occurreret, sed tempore messis y. Sensus loci est, Abrahamus hâc decimarum oblatione minorem se Melchisedeco professus est. Hinc colligit, sacerdotio Levitico præcellere sacerdotium Melchisedeci, multóque magis sacerdotium Christi. Huc enim tendit disputatio Apostoli, ut sequentia docent z.

5. *Et*, &c. Καὶ οἱ —— ἱερατείαν λαμβάνοντες] *Et illi quidem de* (vel, *qui* sunt *ex*, Be. Pi. vel, *qui* quòd sint *de*, Ti. Er.) *filiis Levi sacerdotium* (vel, *sacerdotio*, Pi.) *accipientes*, Mo. vel, *capessentes*, Be. vel, *fungentes*, Pi. sic E. Me. vel, *sacerdotii functionem sumunt*, Er. Ti. Ità loquitur, quia non omnes Levitæ Sacerdotes erant, sed soli Aaronis posteri a. Λαμβάνοντες ità positum ut λαμβάνει suprà 5. 4. Omnes Sacerdotes erant ex Aarone, Aaron ex Levi b. Probat hanc decimarum oblationem signum esse subjectionis ab exemplo Levitarum c. ¶ *Mandatum*, &c. Ἐντολὴν ἔχουσιν ἀποδεκατοῦν, &c.] *Mandatum*, sive *præceptum*, *habent* (id est, jus hoc habent, משפט: Marc. 10. 5 d.) *decimare populum* (vel, *decimas sumere à populo*, Vulg. vel, *à popularibus suis decimas exigendi*, G. *decimarum accipiendarum à populo*, Be. Pi. עשר, quod δεκατοῦν, & ἀποδεκατοῦν, vertitur *, sæpe refertur ad res, Gen. 28. 22. Deut. 14. 22. & 26. 12. 1 Sam. 8. 15, 17. hîc verò ad eos quorum res sunt, ut & mox v. 6. ἀποδεκατοῦν Latini dicunt *edecumare*, ut est in Glossario f. Voces hæ & activè & passivè sumuntur: hîc *decimas accipere*, alibi verò *decimas dare*, ut Deut. 14. 22. Matth. 23. 23. Luc. 11. 42. & 18. 12 g.) *secundùm Legem*, Mo. &c. Num. 18. 24, & seq h. ubi vides, Levitas accepisse decimas à privatis, Sacerdotes verò ab ipsis Levitis. Duplici ergò modo Sacerdotes Aaronidæ populares suos edecumârunt, primùm, quia id ipsum quod Levitarum erat à populo venerat; deinde, quia & Levitæ pars populi i. Sed hîc duplex oritur quæstio. Qu. 1. Quomodo dicit Sacerdotes habere mandatum accipiendi decimas, cùm Lex non præcipiat eas accipere, sed dare? Nec tenentur Sacerdotes decimas, aut alia jura sua, exigere, nisi quatenus interest Ecclesiæ & successorum k. Resp. 1. Mandatum populo datum, sed pro Sacerdotibus, qui potestatem indè habent decimas accipiendi l. 2. *Mandatum* sumitur generaliter pro constitutione Legis, sive præcipientis, sive concedentis, sive permittentis, ut Marc. 10. 5. Act. 15. 24 m. Qu. 2. Cur hoc mandatum ad Sacerdotes restringit, cùm & Levitæ decimas acciperent? Resp. 1. Quia Levitæ eas tantùm acceperunt quatenus erant Sacerdotum ministri, non autem propter ipsos. 2. Quia Levitæ decimas quidem accipiebant, sed decimandas n: soli autem Sacerdotes sic accipiebant, ut non solverent; nec ab aliis tantùm tribubus accipiebant, sed ab ipsis etiam Levitis: id quod auget dignitatem Sacerdotii. Cùm ergò hi ipsi Sacerdotes per Abrahamum decimas obtulerunt Melchisedeco, ut mox videbimus, majus constat esse sacerdotium Melchisedec quàm Leviticum o. Illud, κατὰ τὸν νόμον, non videtur pertinere ad ἀποδεκατοῦν, id enim jam antè dictum est verbis illis, *mandatum habent*; sed ad τὸν λαόν, quod hîc significat populum Judæorum, ut, τὸν λαὸν κατὰ τὸν νόμον, sit, *populum sub Lege Mosis*, h.e. Judæos. Cui favet sequens τοῦτ' ἔστι, quod est explicatio præced. non certè verborum illorum, κατὰ νόμον ἀποδεκατοῦν sed horum, τὸν λαὸν κατὰ τὸν νόμον p. ¶ *Id est*, &c. Τοῦτ' ἔστι —— καίπερ —— ἐκ τῆς ὀσφύος, &c.] *Id est*, *fratres suos*, (vel, *à fratribus suis*, Be. Pi. h. e. Non ab externis, sed à popularibus q: Et hoc alicujus dignitatis est. Hoc præstruit, ut majorem deinde Melchisedeci dignitatem inferat r.) *quanquam* (καίπερ hîc sumendum, vel, 1. ætiologicè; q. d. *à fratribus suis*, utpote egressis, perinde ut ipsi, è lumbis Abrahæ. Qui sensus clarus est †. Vel potiùs, 2. adversativè, ut urgeat dignitatem Sacerdotum, quippe qui altiores sunt propriis fratribus t.) *egressos ex lumbo* (vel, *lumbis*, Er. Be. Pi. vel, *femore*, Sy, in E.) *Abrahæ*, Mo. &c. id est, ex eodem Patriarcha progenitos v, vel Abrahæ filios x. *Ex lumbis exire* dicuntur

Marginal notes: y Ham. — z G. — a E. Me. — b G. — c Be. sim. Me. — d G. — * G. sim. E. — f G. — g E. — h G. sic E. Me. — i G. — k E. — l Aquin. & Sasb. in E. — m E. — n E ex Aquin. — o Rib. — p Ham. — q G. sim. E. — r G. — † E. — t Idem. — v E. sim. Be. — x [illegible]

Hebræis qui ex alicujus semine nascuntur, Gen. 35. 11. 2 Par. 6. 9. Causa ejus locutionis nota prosectoribus [y]. E regione lumborum duæ venæ duæque arteriæ descendunt, per quas materia seminis defertur in locum in quo illa semen fit [z]. Sed harum locutionum ratio potiùs ab honestate petenda, quâ quod verecundum est tegitur, ut facit Hieron. quàm à causis physicis, quas hîc nonnulli proferunt [a].

6. *Cujus*, &c. Ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν] *At is cujus genus* (vel, *generatio*, V.) *non recensetur* (vel, *refertur*, Be. Pi.) *ex illis*, Er. Ti. V. Pi. vel, *ad illos*, Be. Pi. vel, *in illis*, Vulg. id est, ex eorum majoribus [b]; à Levi, aut Abrahamo [c], aut Hebræis filiis Abrahæ [d]: aut ex Sacerdotibus [*]. Innuit, Melchisedecum genus habuisse, licèt aliunde [f]. ¶ *Decimas*, &c. Δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραάμ] *Edecumavit Abraham*. Constructio quæ suprà [g]. Eas non tantùm Abr. obtulit, sed & Melchis. admisit [h]. Argumentum à comparatis [i]. Sacerdotes Levitici, decimas accipiunt, 1. Legis beneficio, idque non nisi probent genus suum [k]: 2. tantùm à fratribus [l]. At Melchisedec, quamvis alienigena, eas accepit ab Abrahamo Patriarcha, ac totius generis authore; qui eas ultrò illi obtulit, solam in eo dignitatem reveritus. Levitis ergò major erat Melchis. proinde & Christus, &c [m]. ¶ *Et*, &c. Καὶ εὐλόγηκε] *Et habenti promissiones* (Significatur eximia dignitas Abrahæ [n], quem Deus colloquio suo dignatus fuit [o]; quem unum ex omnibus elegit [p]; cui tam magnifica promisit [q]; qui Deo erat charissimus, ut ex promissis tantis & toties repetitis apparebat [r].) *benedixit*, Be. Pi. &c. Non ut Deum orans pro illo, sed illum nomine Dei compellans †. Sicut Sacerdoti competit jus accipiendi decimas, ità & officium benedicendi [t].

7. *Sine*, &c. Χωρὶς —— ἀντιλογίας] *Extra controversiam*, G. sim. Be. Pi. ¶ *Quod*, &c. Τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος, &c.] Neutrum pro masc [v]. ut Eph. 1. 10 [x]. Etsi enim & personæ & res benedicuntur, benedicere tamen propriè solius personæ est [y]. *Minus à præstantiore* (vel, *majore*, V. *potentiore*, Zeg. *digniore*, Me.) *benedicitur*, Mo. &c. Intellige benedictione, non vulgari, quo modo benedicunt æquales æqualibus, & minores majoribus, & pueri Christo, Matth. 21. 9 [z]. & plebeius Regi [a], bona scilicet eis imprecando [b], ex charitate aut amicitia [c], vel eos laudando, quo pacto & homines Deum benedicere dicuntur; sed solenni, sive ex officio [d], vel cum authoritate, benedictione mysticâ, Propheticâ [*], vel ritu Sacerdotali [f], ut suprà v. 2 [g]. Vide Num. 6. 23, &c [h]. Nam neque populus eo modo Levitis benedicebat, neque Levitæ Sacerdotibus, neque Sacerdotes summo Sacerdoti [i]: licèt contingat eum qui vel officio, vel authoritate, major est, ut benedicere possit, aliis partibus esse minorem, ut sanctitate, vel potentiâ seculari [k].

8. *Et hîc*] id est, Inter Judæos [l]: vel, in agro Hierosolymitano; nec enim in ulla cis Mediterraneum, Nilumve, vel trans Tigridem sita, provincia decimas accipiendi jus habebant Levitæ, ut docet Maimon. Sic ὧδε verto *istic*: vel, ὧδε & ἐκεῖ sumi possunt pro *nunc* & *tunc*, ut Psal. 14. 5. *Ibi*, pro, *tunc*, &c. & in Homero †. Vel, in Lege Levitica [m], Num. 18 [n]. vel, in Sacerdotio Levit [o]. ¶ *Morientes*, &c. Ἀποθνήσκοντες, &c.] *Mortales*, &c. V. J. Cap. *Morituri*, Zeg. J. Cap. Ostendit hoc ipsa Lex, quæ Sacerdotibus Sacerdotes vult succedere [p]. ¶ *Ibi verò*] Id est, vel, in agro Salemensi [q]: vel, in ordine sive sacerdotio Melchis [r], vel, in loco illo Gen. 14 †. vel, in loco Psal. 110. 4 [t]. ut suadet collatio hujus versûs cum 16, 17, 21 [v]. Et *ibi*, sub. *decimas accepit*, Rib. ¶ *Contestatur*, &c. Μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ] *Testatione dictus* (vel, *Is de quo testatum est*, Er. P. Be. Pi. &c. *Is de quo testata est Scriptura*, Tre. ex Sy. sim. E.) *quia* (vel, *quòd*, Er. P. Pi. &c.) *vivit*, Mo. vel, *vivat*, Er. Be. &c. Supple *tantùm*, G. Quatenus scilicet introducitur vivens, nullâ mortis, aut successoris, factâ mentione [x]. Vitæ ejus fit mentio, והוא: mortis autem nulla significatio [y]. Silentium de morte accipit pro vitæ testimonio [z]. Hoc autem Scriptura tacuit, ut significaret, ipsum figuram esse Christi Sacerdotis in æternum [a]. Sic suprà exposita sunt, *sine patre*, *sine matre*, &c [b]. Sed diversum hoc est à præced. ubi de Melchis. pronunciat non κατὰ τὸ μαρτυρούμενον, sive ex eo quod dicitur in Scriptura; sed κατὰ τὸ μὴ μαρτυρούμενον, sive ex eo quod non dicitur [c]. De Melchisedeco tamen hîc agi constat ex præced. & sequent. Nec plus de eo hîc dicitur quàm suprà v. 3. *non habens finem vitæ*, nempe quia nulla in Scriptura mortis mentio. Jure ergò hîc dicit, *Scripturam testari, eum vivere* [d]. Sed & exstat testimonium Psal. 110. 4 [*]. quem locum Patres rectè huc applicuerunt. Etsi enim non de sacerdotio in abstracto [f], ut Græci Patres exponunt [g], [quos Heinf. refellit:] sed de Sacerdote istic agi fateor [h]; nego tamen de solo Christo isthic agi, cùm etiam de Melchis. ibi agatur [i]. Et uterque ibi dicitur *sacerdos in æternum*. In eo enim Psaltes comparationem instituit, quòd Dominus ad dexteram Dei sedens Filius Dei, sicut Melchisedec, sit Sacerdos æternus. Porrò Sacerdotem esse præsupponit vivere. Dum ergò testatur Sacerdotem esse, testatur & vivere [k]. Al. Hæc verba de Christo intelligenda sunt [l], ex collat. v. 15, 16, 23 [m]. Sicut *in Abrahamo decimatus est Levi*, v. 10. ità in Melchisedeco accepit victimas ὁ μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ, h. e. Christus, cui tribuitur *vita* ἀκατάλυτος, infrà v. 16. qui πάντοτε ζῶν, v. 15 [n]. cui passim Testimonium perhibet Scriptura, quòd sit Antonomasticè *vivus*, & ipsa *Vita* [o]. Locus hic unicè intelligitur de ipso Jesu, nullo verò modo de Melchisedeco. Sic expono, *Atque hîc*, id est, in hoc mundo, *decimas accipiunt*, id est, sunt Sacerdotes, illi enim soli accipiebant decimas; *ibi verò*, id est, *in interiore velaminis ubi præcursor pro nobis introiit Jesus*, cap. 6. 19. hîc subaudiendum, non λαμβάνει, sed ἐστὶ, *est*, *de quo testatum est quòd vivit*. Et hoc totidem ferè verbis ipsissimo sensu repetitur infrà v. 23, 24, 25. Ità ut *qui accipiunt decimas & moriuntur*, v. 8. non possint esse alii quàm *plures sacerdotes qui morte prohibebantur permanere*, v. 23. Neque ille, *de quo testatum est quòd vivit*, v. 8. potest esse alius quàm ipse Jesus, qui v. 24. dicitur *manere in æternum*, & v. 25. *semper vivens* †.

9. *Ut*, &c. Ὡς ἔπος εἰπεῖν] Est & hæc locutio Græcæ elegantiæ. Utuntur Æschylus Persis, Thucyd. Plato, Ælian. & alii, præsertim ubi aliquid dicturi sint παραδοξότερον, aut eximium [p], aut durum [q], aut obscurè, minùsve propriè, dictum [r]. Sic in Eurip. Oreste, ὡς ἔπος εἰπεῖν· quia durior est figura quæ sequitur, ideo eam præmunivit ex doctorum præcepto. Quintil. 8. 3. *Etsi quid periculosius finxisse videmur, quibusdam remediis præmuniendum est*; *UT ITA DICAM*; *SI LICET DICERE*; *QUODAMMODO*; *PERMITTE MIHI SIC*. Hebræi dicunt על דרך מה †. Præmollit hîc sermonem, q.d. Quodam modo loquendi [t]. Innuit, se hunc sermonem suum nolle ad vivum resecari, sed crassè & secundùm quendam modum accipi [v]. [Sic reddunt:] *Ut verbum dicere*, Mo. *Ut quispiam dixerit*, Sy. *Instar hominis loquamur*, Tre. *Ut ità loquar*, sive *dicam*, Er. Il. V. Ti. Ca. Be. Pi. Val. vel, *dictum sit*, Vulg. ad verb. *Ut verbum dicam*, Er. *Ut* uno *verbo dicam*, J. Cap. [Hæc verba parenthesi claudunt omnes.] ¶ *Per*, &c. Διὰ Ἀβραάμ, &c.] *Per Abraham* (tanquam personam intermediam [x]: vel, *in Abrahamo*, Er. P. Ca. Be. Pi. &c. διὰ pro ἐν, ut Rom. 4. 11 [y]. vel, *per manum Abrahæ*, Tre. ex Sy. *in Abrahami persona*, G.) *&* (vel, *etiam ipse*, Be. Pi.) *Levi decimas accipiens* (vel, *qui decimas solet accipere*, Er. Be. Pi. &c. cujus est jus decimarum [z].) *decimatus est*, Mo. &c. Nempe à Melchisedeco [a]: vel, à Christo per Melchisedecum [b], & consequenter (quod intelligendum relinquit) etiam benedictionem accepit. Nam & ipsâ decimarum pensione profitentur homines se vicissim expetere & exspectare benedictionem à Sacerdote, ut Dei ministro [c]. Bona parentum dicuntur etiam posterorum bona in Jure. Et cùm Abrahamus has decimas dedit, simul expetivit ut Melchisedecus & sibi & posteritati suæ benediceret [d].

10. *Adhuc enim in lumbis patris erat*, &c.] Non ἐνεργείᾳ, sed δυνάμει [*]; vel, potentialiter & originariè [f], ut propterea cum eo & per eum decimatus jure censeri debeat. Nam sicut mysterii causâ factum est, ut Abraham decimas daret Melchisedeco; ità quoque ejusdem mysterii ratione, non tantùm pro seipso dedit, ac dare se fortassis intellexit; sed & pro tota sua prosapia [g], cujus personam

Marginal notes, left column: y G. | z Rib. | a E. | b Idem. | c G. sim. Rib. ex Th. & Theod. | d Me. sim. J. Cap. | * D. | f E. | g G. | h J. Cap. | i Be. | k E. | l Ee sic E. | m E. | n E. sim. G. | o Rib. | p E. | q Rib. sim. E. Me. | r G. | † J. Cap. | t E. | v G. sic E. | x G. | y E. | z Idem. | a Rib. | b E. sim. Rib. | c Rib. | d E. | * J. Cap. | f G. sic Rib. E. | g G. | h E. | i G. | k E. | l V. | † Cap. | m G. sic E. Me. | n E. | o Me. E. Zeg. | p G. | q J. Cap. | r Camer. Be. Zeg. | † G. sic E. Me. | t Schle. 838. sic Zeg. Di. | v Schle. ib. | x E. Me. sim Rib. | y G. | z Be. sim. D. Di. | a Rib. sim. E. | b E.

Marginal notes, right column: c Heins. | d Di. | * Idem. Schle. | f Di. | g Heins. | h Di. | i Di. sim. Schle. | k Schle. | l Heins. sim. J. Cap. | m Heins. | n Idem. | o J. Cap. | † Kn. | p G. | q Me. | r E. | † G. | t E. | v Jun. | x Pi. | y Be. | z Er. | a E. sic Me. | b J. Cap. | c E. | d G. | * Idem. | f Jun. | g E.

personam gessit, cùm Dei providentiâ coram Melchisedeco sisteretur [h]. Obj. Ergò & Christus etiam decimas Melchisedeco dedit, eòque & minor eo erit; utpote qui non minùs quàm Levi in lumbis Abrahami fuerit [i]. Resp. 1. Ante decimationem hanc Christus, per promissionem Abrahamo datam, fuerat exceptus, & prælatus Melchisedeco, & omnibus; utpote in quo benedicendæ essent omnes gentes terræ, eòque & Abrahamus & Melchisedecus. 2. Fuit in lumbis Abrahami secundùm carnem tantùm, non secundùm Divinam naturam; cujus dignitate fit ut humana natura, ei hypostaticè unita, omnibus creaturis major sit. 3. Non fuit in lumbis ejus simpliciter, ut Levi, sed tantùm secundùm quid; ratione materiæ, non autem ratione virtutis generantis [k]; quia non è semine virili generatus, sed miraculo Spiritûs S. è virgine conceptus [l]. Qui autem supernaturaliter nascitur, sicut naturali Lege nascendi superior est, ità & Lege decimarum [m]. 4. Cùm decimatio medicinam præfiguraret, illud in Abrahæ carne decimatur, quod curabatur, non illud unde curabatur [n]. Soli ergò illi Abrahæ posteri in eo decimati sunt, & benedictionem acceperunt, qui secundùm carnalem concupiscentiam ex eo geniti; ideóque peccato & maledicto obnoxii decimatione eguerunt contra culpam, & benedictione contra maledictionem. Ideo námque decimæ Sacerdoti offeruntur, ut ille pro peccatis offerentium deprecetur. Christus autem carnem solam ab Abrahamo accepit, non vitium carnis, &c [o].

11. *Si*, &c. Εἰ—τελείωσις, &c] Postquam de officio & persona Christi Sacerdotis egit, nunc propiùs ad institutum primarium accedit [p], ostensurus adventu hujus Sacerdotis abrogatum esse Sacerdotium Aaronicum [q]. Docet Sacerdotium Christi præstantius esse Sacerdotio Levitico [r], & hoc illi cedere debere; quia hoc mutandum, ac proinde imperfectum erat †. *Porrò si consummatio*, sive *perfectio*, (scil. populi Dei [s]; id est, perfecta sanctificatio [v], & reconciliatio cum Deo [x], vel, justificatio, seu peccatorum remissio [y]. Τελείωσις hoc loco est id quod in genere Sacerdotii perfectissimum est. Vide Heb. 2. 10. & 5. 9. & infrà v. 19 [z]. Sensus, q. d. Si perfecta fuisset illa Ecclesiæ administratio [a]. Si illud vim haberet homines perficiendi, id est, justificandi & liberandi eos à peccato, & ad vitam æternam perducendi [b]. *Perfectionem* intelligit non formaliter, habuit enim illud perfectam suam formam Lege descriptam; sed effectualiter, de justitia, sanctitate, & vita æterna, in quibus perfectio ista consistit [c]. Si illud quenquam perfectum reddere poterat [d], ut Judæi putabant *.) *per Leviticum sacerdotium* (i. e. per sacrificia & cultus Leviticos [f]:) *erat*, Be. Pi. ¶ *Populus*, &c. Ὁ λαὸς γὰρ ἐπ' αὐτῇ νενομοθέτητο] Pro ἐνενομοθέτητο, more Ionico & Attico. Sic δεδώκεισαν, Joh. 11. 57. pro ἐδεδώκεισαν. Arrian. δεδέκτο, pro ἐδέδεκτο, &c [g]. In MS. ἐπ' αὐτῆς νενομοθέτηται [h]. Hæc parenthesis obscuram reddit orationem [i]. [Sic reddunt:] *Populus enim sub ipso* (i. e. tempore ejus, scil. Sacerdotii Levitici. Sic ἐπὶ sæpe usurpatur, ut Marc. 2. 26. Luc. 3. 2. Act. 11. 19. 1 Tim. 6. 13 [k]. vel, *super hoc*, Pi. Gom. *de illa*, G. [nempe, *re*] sub Sacerdotio Levitico [l]; vel, de Sacerdotio Levitico [m] observando [n]. Jam tum cùm à Davide Psalmus ille scriberetur, populus Legem habebat de Sacerdotio Levitico: illis Sacerdotibus honorem, primitias, decimas, & oblationum partes, dabat ex Lege. Vide inter præcepta jubentia, 23 [o]. Ἐπὶ, quod respondet Heb. עַל, hìc pro περὶ, sicut & v. 13 [p]. Vel, *per hoc*, sive *per ipsum*, V. Rib. Græci in E. scil. Sacerdotium [q]: Legem enim accepit per Moysen, qui *sacerdos* erat Levitici generis, Psal. 99. 6 [r]. [Vel, sensus est,] Populus eo Sacerdotio usus est, ut per ipsum erudiretur in Lege, & omnia Legis instituta servaret †; vel, *propter ipsam*, sub. *consummationem*, i. e. ut absolutè perficeretur [t].) *legem* (vel, *leges*, Pi. *Legem* hìc vocat non tantùm Decalogum, quæ ante Sacerdotium institutum data est; sed omnia Dei præcepta per Mosen data [v].) *accepit*, Mo. Vulg. Pi. vel, *acceperat*, Er. Ti. vel, *lege ordinatus est*, Il. *Nam sub hoc sancita* (vel, *lata*, Ca.) *lex est populo*, P. Be. *Nam propter illam*, i. e. sanctificationis suæ causâ, *populo Israelis sancita est Lex Sacerdotii*. Ἐπὶ tertio casu junctum causam, vel finem, eorum quæ dicuntur ostendit, ut docent Grammatici [x]. Νομοθετεῖσθαι ἐπὶ τῇ ἱερωσύνῃ, est, *accepisse à Deo politiam cujus pars esset ἱερωσύνη*, vel, *νομοθεσία quæ habet ἱερωσύνην subjici*. Nam Politiæ Judaicæ duæ partes erant: altera judicia, & res civiles, spectabat; altera, ritus religiosos. Sed quorsum ista spectant? Nempe, ut ostendat ἱερωσύνην à νομοθεσίᾳ non posse divelli, ut si illa mutetur, hanc mutari necesse sit; non enim aliter ratio ejus constare possit: ut si præcipuam partem ædium (utpote quâ nititur earum compages) diruas, totas ædes diruis [y].

¶ *Quid*, &c. Τίς ἔτι χρεία—ἀνίστασθαι, &c.] *Quid præterea* (vel, *ampliùs*, Be. Pi. *ultra*, vel, *postea*, E.) *fuit opus alium* (nempe diversum [z], vel novum; ut *Rex alius*, pro quo Exod. 1. 18. *Rex novus*. Sic *generatio alia* Exod. 1. 6. Jud. 2. 10 [a].) *exoriri* (vel, *existere*, D. vel, *excitari*, J. Cap. Ἀνίστασθαι dicitur qui munus aliquod publicum orditur, ut Exod. 1. 8. Sic & ἐγείρεσθαι, Matth. 11. 11. & 24. 11. Marc. 13. 22. Joh. 7. 52. Act. 9. 8. & 13. 22. Hebræi dicunt הוּקַם, 2 Sam. 23 [b].) *sacerdotem*, &c. Er. &c. Nempe, ut prædicit ille Psalmus [c], [110.] Illius autem subrogatione Levit. Sacerdotium est abrogatum: q. d. Nè Davidis quidem Leges veram, spiritualem, permanentem, τελείωσιν Sacerdotio Levitico indiderunt [d]. ¶ *Non secundùm ordinem Aaronis dici?*] Nempe in Psalmo. Cur ille venturus Sacerdos ibi dicitur fore instar Melchisedeci, & non instar Aaronis *? id est, sine successione. Humanæ nuncupationes plerumque vanæ sunt & falsi manifestæ: Divinarum alia est ratio. Hinc in Scriptura *dici*, nempe divinitùs, idem significat quod *esse*, ut Esa. 7. 14. & 9. 5. Jer. 18. 16. Matth. 1. 21. Luc. 1. 35 [f]. Bene hoc addit, alioqui non valeret consecutio; si novus tantùm esset Pontifex, non autem nova Sacerdotii ratio [g].

12. *Translato*, &c. Μετατιθεμένης γὰρ, &c.] *Translato* (Nempe, ex una tribu in aliam [h], ut seq. docent [i]; vel, in aliquem non Aaronidem, quod futurum prædicit Psalmus [k]. Al. *Mutato*, ut vox sumitur Heb. 6. 17, 18. & alibi sæpe [l], id est, Abrogato [m]: μετατίθεσθαι est *mutare*; unde suprà τὸ ἀμετάθετον. Sic apud Platonem μετατιθώμεθα, i. e. *sententiam mutemus* †.) *enim* (Ratio est præced. dicti; vel, cur addidit, *non secundùm ordinem Aaronis* [n]; vel illius, *populus enim sub ipso legem accepit*; q. d. Ideo cum Sacerdotio Legem conjunxi, ut intelligatis utrumque simul transferri [o]. Necessarius, inquit, est nexus ordinis Aaronici, & Legis. Vel, *igitur*, quod Beza in priore versione posuit; sed in posteriore restituit *enim* [p]: vel, *quandoquidem*, Er. vel, *autem*, q. d. Si necesse fuit alterius ordinis surgere Sacerdotem, ergò transferendum est Aaronis Sacerdotium, ideóque & Lex [q].) *sacerdotio*, *necesse est* (q. d. non contingenter, sed ex immutabili decreto Dei, qui unus justus legitimúsque author est & Sacerdotii, & Legis Sacerdotii, sive ad Sacerdotium pertinentis, quæ Sacerdotio summè propria est *.) *ut & Legis* (id est, τάξεως, sive ordinationis Leviticæ & Aaronicæ †; vel, Legis ceremonialis, ut ab hoc Sacerdotio pendentis [t]; vel, Legis Sacerdotalis [v], de qua suprà egerat [x], quam v. præced. *ordinem* appellaverat [y]. Judæi volunt Legem nulla in parte mutatum iri: at ex Psalmo apparet mutatum iri, & quidem in eximia ejus parte, nempe, de Sacerdotio [z]. Neque enim, stante Lege, Sacerdos aliquis esse potuit non Aaronides [a]. Ac proinde illa etiam sanctio Legis evanuit, *Maledictus qui non fecerit omnia verba Legis hujus* [b].) *translatio* (vel, *mutatio*, Be. G. Pi. *abrogatio*, J. Cap.) *fiat*] Simul data sunt Lex & Sacerdotium [c], & ejusdem sunt rationis & conditionis [d], & illi tempori conveniebant *: & major pars Legis occupatur de iis decernendis, quæ Sacerdotes concernunt [f], v. g. de eorum genere [g], victu, amictu, ritibus initiationis & expiationis, victimis, &c. quæ si abrogentur, Legem abrogari necesse est [h]. In Lege naturali erant alii Sacerdotes: cum Lege Mosis novum venit Sacerdotium [i].

13. *In*, &c. Ἐφ' ὃν γὰρ—μετέσχηκεν,—προσέσχηκε, &c.] *Nam* (Illud γὰρ eò pertinet ut, præstructis quæ oportebat, jam ostendat sensum Psalmi illius omnibus partibus in Jesum Nazarenum competere [k].) *de quo* (ἐφ' ὃν, pro περὶ οὗ [l]. Vel, *in*, sive *ad*, *quem*, E. Er. Mo. Non enim de eo, sed ad eum, verba ista dicuntur [m].) *hæc dicuntur*, (i. e. in quem dicta ista competunt. Sic mox ἐφ' ὃν *dicta*, nempe Psal. 110 [o]. i. e. & Davidis, & noster Dominus [p], Christus [q].) *ad aliam*

Margin notes (left column): h G. — i Q. in Gom. — k Gom. — l Gom. sim Rib. E. — m Q. in E. — n Aug. in E. — o E. — p E. sic Ger. — q E. Ger. sim. Be. Gom. Calv. — r Rib. sim. Dic. J. Cap. — † Par. — s Pi — v Ger. sic Pi. — x Ger. — y E. — z G. — a Calv. — b Rib. — c Par. — d Pe. — * J. Cap. sim. Zeg. Ger. — f Ger. ex E. — g Sch. — h G. — i Rib. sim. Par. — k E. — l Par. — m Pi. Gom. Ger. — n Ger. — o G. — p Pi. — q V. Rib. — r Rib. — † Græci in E. — t V. — v E. sim. Rib. — x Jun.

Margin notes (right column): y Cam. — z E. — a D. — b G. — c G. sic J. Cap. — d J. Cap. — * G. — f J. Cap. — g Be. — h E. Pi. Par. J. Cap. ad v 13. — i Pi. — k G. — l Be. — m Be. J. Cap. — † G. — n Ger. — o E Ger. — p Par. — q Q. in E. — * Jun. — † Ee. — t J. Cap — v G. sic Pi. — x G. — y Pi. — z G. — a G. sim. Rib. — b G. — c Me. — d T. Me. — * Me. — f T. — g Me. — h T. sim. Me. — i Me. — l Pi. — m E. — n G. — o Pi J. Cap. — p Jun. — q E. Me. Zeg. J. Cap.

aliam tribum pertinet, (vel, *alterius tribus particeps fuit*, Er. fuit ex tribu Juda[r] : μετέχειν φυλῆς est *esse de tribu*, sicut μετέχειν σαρκὸς καὶ αἵματος, 2. 14. *habere carnem & sanguinem* †. Explicat quo sensu *alium* dixerat, nempe planè diversum, ut qui de alia tribu sit[t].) *de qua nullus attendit* (vel, *astat*, Ca. *astitit*, Er. Ti. *ministravit*, Tre. ex Sy. *accessit*, E. Me. MS. habet προσέσχε. Est vox bene Græca, significátque *operam dare*. Sic προσέχειν πολέμῳ, πράξει, ἔργοις, frequentia apud Græcos. Alii Libri habent προσῆκε, קרב[v].) *altari*, Pi. Be. &c. i. e. Sacerdotio functus est[x], per Synecdochen[y]; legitimè scilicet[z], legalem illum cultum ex Lege administravit[a], sacris curandis destinatus est[b].

14. *Manifestum*, &c. Πρόδηλον——ἀνατέταλκεν, &c.] *Clarum* (vel, *Palàm*, Er. Pi. P. Ti. &c. *Manifestum*, Mo. Tre.) *est enim è Juda exortum esse*, &c. Be. Bene dicit ἀνατέταλκε, quia Christus sub Zorobabelis figura dicitur צמח, ἀνατολὴ, sive βλαστὸν aut βλάστημα· nam his modis Hebræum illud vertitur Jer. 23. 5. & 33. 15. Zach. 3. 8. & 6. 12[c]. Si ex Davide, ergò ex Juda[d]. Constabat inter Judæos (ante multa secula[*]:) Christum esse debere ex Tribu Judæ[f], nempe, per Davidem[g]. Obj. Christus erat non solùm ex Juda, sed etiam ex Tribu Levi, per matrem Mariam; quippe quæ erat cognata Elizabethæ quæ erat de filiis Aaron, Luc. 1. 5. & proinde illâ parte altari ministrare potuit[h]. Resp. 1. Cognata ei esse poterat, quia Eliz. per matrem suam ad tribum Juda pertinebat. Poterant enim mulieres nubere viris diversæ tribûs, nisi ἐπίκληροι essent. 2. Si verum id esset, parùm referret, quia nullus Israelitarum absolutè censebatur in aliqua tribu, nisi per patrem lineámque virilem; nè possessionum & dignitatum confusio fieret. Unde in genealogiis texendis viri ferè soli nominabantur[i]. Judæ familiæ promissum fuit Regnum. Et Sacerdos in Psalmo prædictus, non minùs Rex quàm Sacerdos esse debuit[k]. ¶ *In*, &c. Εἰς ἣν, &c.] *De qua tribu* (vel, *Cujus tribûs respectu*, Q. in E. J. Cap. vel, *In*, sive *Ad*, *quam*, Er. V. E. Jun. sim. Be. Pi. Moyses enim, Dei jussu Sacerdotium instituens, non tribum Juda, sed tribum Levi, allocutus est[l]. Εἰς respondet ל Hebræorum[m]: *In quam tribum competens*, G.) *non est locutus Moses quicquam circa pontificatum*, Sy. vel, *de Sacerdotio*, Pi. G. h. e. ut Sacerdotio fungerentur[l]: vel, *de sacerdotibus*, Vulg. nempe, in ea tribu designandis[m]. In MS. est ἱερέων περὶ ἱερέων[n]. Nihil Sacerdotale ei promissum est[o]. Sequitur ergò ex Psalmo, aliam legem Legi Mosis substitutum iri[p]. *At nihil locutus est de sacerdotio Moses, quod ad hanc tribum pertineat*, Er.

15. *Et*, &c. Καὶ——κατάδηλον] *Et ampliùs adhuc* (vel, *Idque eo etiam ampliùs*, Be. sim. Pi.) *manifestum est*, Mo. Vulg. &c. vel, *liquet*, Er. Il. Ti. &c. *aliunde liquet*, hoc scilicet quod dixi[q], de Legis mutatione[r], sive translatione †; vel, de perfectione in Christi Sacerdotio, non Levitico, quærenda[t]. Rabbini dicere solent ויותר ברור. Πρόδηλον & κατάδηλον voces bene Græcæ, quales multæ in hac Epistola[v]. ¶ *Si secundum similitudinem*, &c.] id est, Si Sacerdos qui exurgit sit secundùm ordinem, &c[x]. Idem hìc *ordo* & *similitudo*[y]. Declarat hìc quid significetur istis formulis, κατὰ τάξιν, & κατὰ νόμον ‖. Vide prudentiam Apostoli, qui, ut meliùs τὸ συνέχον argumentationis ostendat, & nè imbecilles Hebræorum animos offendat, posterius Sacerdotium periphrasticè circumscribit[z]. Εἰ κατὰ, &c.] *Ex eo quòd ad instar*, &c. Pi. sim. Be. Εἰ pro ὅτι, ut in Æschine, Ἐπιμᾶς δέ μοι εἰ μὴ (pro, ὅτι μὴ) συνεχῶς, ἀλλὰ διαλείπων πρὸς τὸν δῆμον προσέρχομαι[a]. *Siquidem ad*, vel, *juxta*, &c. V. Zeg. εἰ hìc est *quandoquidem*, ut Rom. 5. 10[b]. *Cùm ad*, &c. εἰ hìc non est conditionale, sed αἰτιολογικὸν, ut Rom. 8. 31. 2 Cor. 5. 15. 1 Thes. 3. 8. 1 Pet. 1. 17[c]. ¶ *Exurgat* (Sume ut suprà v. 11[d]. vel, *Exoriatur*, i. e. exoriturus prædicatur, Psal. 110[*].) *alius sacerdos*] *Alius*, nempe τάξει, non numero[f]: vel, *extraneus*, id est, ex alia tribu. Ἕτερος hìc respondet voci זר, quæ à Lxx vertitur ἕτερος, Exod. 30. 9. ut alibi ἀλλογενής[g].

16. *Qui*, &c. Ὃς οὐ κατὰ νόμον, &c.] *Qui* (vel, 1. Melchisedec[h]; vel potiùs, 2. Christus[i], ut probatio subjuncta ostendit[k]. Quomodo enim ipse Melchisedec exurgeret secundùm ordinem Melchisedec[l]?) *non juxta legem* (vel, *ex lege*, P. Be. Pi. vel, *secundùm jus illud*: nam νόμος etiam *jus* significat, ut 1 Cor. 7. 39. Exod. 12. 49[m].) *mandati carnalis*, Mo. vel, *humani præcepti*, Ca. vel, *mandatorum corporalium*, Tre. ex Sy. vel, *cujus mandatum sit carnale*, P. Pi. sic Be. Legem Mosaicam alibi *spiritualem* vocat, ut Rom. 7. 14. quoad præcepta moralia; quia ea præcepit quæ observata redderent hominem spiritualem & justum[n], & spiritualem obedientiam postulat[o]: hìc *carnalem* appellat[p], vel, 1. quia infirma & caduca erat[q]; q. d. Non ex ordinatione quæ infirma & caduca omnia præcipiat, ut ostendunt ritus in consecratione Aaronis adhibiti[r]: vel, 2. quia posita & occupata erat in rebus carnalibus †, externis, transitoriis[t]; in ritibus sive ceremoniis[v], & observantiis carnalibus[x], quarum tota vis effectrix sita est in expiatione carnali[y]; q. d. quæ circumcidere & mundare, præcipiebat per suas lotiones & lustrationes[z], quæ corporis, non animi, sordes abluebant[a]. Vel, 3. quia data est carni, i. e. hominibus mortalibus, quorum alter alteri succedit. *Caro* mortalem conditionem significat, ut suprà 5. 7[b]. Vel, 4. propter carnalem successionem, cui alligatum erat vetus Sacerdotium[c]. Hunc sensum exigit, tum, consequentia sermonis Apostolici, & allegatio Sacerdotii Melchis. qui nec initium, nec finem, habuit; tum, antithesis verborum seq. Carnalis enim successio vitæ mortalis certissimum argumentum est[d]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου] *Sed juxta*, sive *secundùm*, (vel, *per*, G.) *potentiam* (vel, *virtutem*, Mo. Tre. *vim*, J. Cap. vel, *ex vi*, Ca. P. Be. Pi. vel, *spectatâ vi*, Ar.) *vitæ indissolubilis*, Er. Il. Ti. Be. Ca. &c. i. e. sempiternæ[*], vel immortalis, quæ nunquam ab illo corpore discedit, לא יקרע, Exod. 39. 23[f]. i. e. cœlesti virtute, per Spiritum S. consecratus; non, ut Aaron, per hominem mortalem[g], & secundùm vim vitæ mortalis, h. e. eâ Lege & omine ut paulò pòst moriturus Sacerdotium ad posteros transmitteret[h]; non ità ut vel ipse patri succederet, vel alium post se relinqueret[i], sed immediatâ Dei virtute ad immortalem vitam inauguratus, ut æternus esset Sacerdos. Est enim periphrasis æternitatis, quam opponit caducitati rituum & Sacerdotum legalium[k]. Al. Sensus est, Christus per potentiam, sive virtutem, vel Patris[l], sive à Patre acceptam[m]; vel, profectam ab *æterno Spiritu, per quem sese Patri obtulit*; h. e. à Divinitate suâ[n], factus est Sacerdos semper vivens, æternus, immortalis[o], ut successori non sit locus[p]; quâ etiam effectum est ut in nos derivet vitam[q], tum, spiritualem gratiæ[r], tum, æternam gloriæ †. Ideo Christus ad vitam immortalem perductus est, ut in æternum Sacerdos noster esset. Vide suprà 5. 5, 6[t]. Hujus Sacerdotii causa dicitur esse vis vitæ, effectus, quòd vita sit indissolubilis; ac proinde Sacerdos cum Sacerdotio ἀδιάδοχος, & in perpetuum permansurus[v]. Ostendit hoc Sacerdotium ab Aaronico differre, non modò Tribu, Personâ, Jurejurando, &c. sed etiam virtute ac robore; quod in illo carnale & temporale est, in hoc spirituale & æternum ‖.

17. *Contestatur*, &c. Μαρτυρεῖ γὰρ] *Testatur enim*, J. Cap. E. vel, Scriptura[x]; vel, Deus per Davidem loquens ad Filium, Psal. 110[y]. vel, Dominus, à quo vis illa est vitæ indissolubilis, exposita in Evangelio, quòd sit *potentia Dei ad salutem*, &c. Rom. 1. 16[z]. *Testificatur enim ad hunc modum*, P. Be. Pi. David ostendit verum esse quod dico. Μαρτυρεῖν hìc, ut Rom. 3. 21. In MS. μαρτυρεῖται γάρ. *Redditur illi hoc testimonium*. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι σὺ, &c.] Ὅτι hìc est Recitantis. Premit illam vocem לעולם, quæ alibi quidem *longum tempus* significat, at hìc *æternitatem*. Quis enim potest esse Dominus Davidis Regis nisi qui sit cœlestis ac proinde æternus[a]? *Tu es sacerdos in æternum*, Be. Pi. Emphasis ac vis disputationis in eo sita est quòd dicitur *in æternum*[b], ut carnali mandato vis æternitatis opponatur[c]. Nam pro diverso diversorum illius versûs verborum respectu toties jam recitatum est unum idémque testimonium, ut patet ex serie præced. disputationis[d]. Obj. לעולם non semper æternitatem notat, & Aaronis Sacerdotio sæpe tribuitur[*]. Resp. Ità quidem, sed aliter quàm in isto Melchisedeci, prout ipsius persona & Sacerdotium à Mose describitur, quò respexit David, ut suprà explicatum. Et Christo æternitas propria ascribitur Heb. 1[f]. Cùm enim Christus sit Deus, æternitas quæ ipsius Sacerdotio tribuitur, non debet eo modo sumi quo

Marginal notes (left column): [r] Me. sic Zeg. J. Cap. — † G. — [t] E. — [v] G. — [x] Jun. E. Me. Ca. — [y] Jun. — [z] J. Cap. — [a] Pe. — [b] Zeg. — [c] G — [d] G. sic Gom. — [*] J. Cap. — [f] G. ad v. 13. sim. J. Cap. — [g] G. ib. — [h] Q. in E. — [i] E. sim. Rib. — [k] G. — [l] E. — [m] Be. — [l] E. — [m] T. sic Me. — [n] G. — [o] J. Cap. — [p] G. — [q] Idem. — [r] G. sic V. Zeg. E. Me. — † E. Me. — [t] J. Cap. — [v] G. — [x] Me. — [y] E. — ‖ Be. — [z] Jun. — [a] Be. — [b] G. — [c] J. Cap. — [d] G. — [*] J. Cap. — [f] Be. — [g] J. Cap. — [h] E. ex Th. — [i] E. Rib. Ger. — [k] E. Ger. — [l] Rib.

Marginal notes (right column): [m] G. — [n] E. — [o] Par. — [p] E. Me. — [q] Gom. sic Par. — [r] Re. — † Jun. sim. Gom. — [t] Par. — [v] Pi. Par. — [x] Te. sic Chrys. &c. in E. Rib. — [y] Cam. — [z] E. — [a] Me. sim. Rib. Te. — [b] G. — [c] E. ex Gal. — [d] E. — [*] V. — [f] G. — [g] Calv. — [h] J. Cap. — [i] E. ex Gal. — [k] Par. — [l] Me. — [m] E. ex Chrys. Rib. — [n] Cam. — [o] Me. sim. E. Cam. — [p] E. ex Gal. — [q] Cam. sim. Chrys. in E. Me. — [r] Me. — † Me. sic Chrys. in E. — [t] G. — [v] Jun. — ‖ Zeg. ex Chrys. — [x] J. Cap. — [y] E. Me. — [z] Jun. — [a] G. — [b] Zeg. — [c] Be. — [d] Zeg. — [*] Q. in Be. — [f] Be.

quo quandoque tribuitur rebus quibusdam humanis; sed eo qui Deo dignissimus est[g]. Christus vocatur *sacerdos in æternum*, ratione, 1. personæ[h], quia Christus est æternus, nec moritur[i], ut alii Sacerdotes[k]; nec ipse cuiquam successit, nec ipsi quisquam successurus est, nec unquam transferetur ejus Sacerdotium: 2. officii, quia semper interpellat pro nobis, & seipsum hominem, & vulnerum signa, quæ passus est, exhibet Patri, &c. 3. effectûs, quia per sacrificium crucis nobis causa est redemptionis & salutis æternæ[h]. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ τὴν τάξιν, &c.] Heb. est על דברת, quod constanter verti possit κατὰ λόγον, *secundùm rationem*, ut Eccles. 3. 18. & 3. 2. Psal. 45. 4. & 79. 9. Num. 31. 16[i]. τάξις est *conditio Sacerdotii Lege præscripta*: unde colligitur quæ illius ratio & natura fuerit[k]. *Secundùm ordinem* (vel, *morem*, J. Cap. ex AE. *ritum*, vel, *consuetudinem* E. vel, *similitudinem*, ut v. 15[l].) *Melchisedec*, Pi. Be. &c. i. e. vel, more ac ritu simili illi quem Melch. observâsse legitur[m], vel, simili victimâ[n]: [Id quod Pontificii ad Missam trahunt, de quâ vide hîc Interpretes, E. & Ger. vel, Scriptores Polemicos.] vel, quomodo Melch. est Sacerdos in æternum[o]. Potest autem hic locus sic accipi ut designentur duæ dotes Sacerdotii Christi; q. d. *Tu Sacerdos es*, 1. *in æternum*; 2. *eâ ratione quâ Melch. fuit Sacerdos*, nempe, quia fuit simul Rex & Sacerdos; *Rex justitiæ, & pacis*, Sacerdos ἀδιάδοχος[p].

18. *Reprobatio*, &c. Ἀθέτησις μὲν γὰρ, &c.] Hoc infertur ex illo antecedente, *Si secundùm similitudinem*, &c. Sed obstrepit illud μὲν γὰρ, quod non servit illationi. Sed, 1. γὰρ omittitur apud Sy. & in textu Amb. & apud alios veteres Latinos, quod forsan rectius; 2. γὰρ per se quidem causale est, sed, addito μὲν, sæpe non tam significat aliquid quàm ornat sermonem, ut promptum est ex Platone & aliis ostendere[q]. Hæc est confirmatio primi syllogismi, quo docuerat, Christi Sacerdotium Aaronico præstantius esse[r]. Jam incipit ostendere nihil mirum esse quòd Lex illa Mosis, cujus pars erat Lex Levitica, abolita est †. Cùm dicit Deus, *Tu es Sacerdos in æternum*, &c. vetus Lex tacitè reprobatur[t]. *Enimverò fit abrogatio* (quæ scilicet opponitur νομοθεσίᾳ, *legislationi*[v]. Sed ἀθετεῖν hîc non est *violare*, ut alibi; sed *pro imperio tollere*, ut Gal. 3. 15[x].) *prioris* (vel, *antecedentis*, Jun. προάγειν hîc est *præcedere*, ut 1 Tim. 1. 18. Præcesserat Lex Christum multis seculis, à Mosis nempe temporibus[y].) *mandati*, J. Cap. &c. id est, Levitici Sacerdotii[z]; vel, veteris Legis *; ἐντολὴν hîc vocat totam congeriem ἐντολῶν † vel, veteris pacti, quod à novo magis propriè distinguitur, ἐντολῆς, quàm διαθήκης, appellatione; prius enim illud pactum positum est in ritibus externis: Evangelicum autem fœdus, sive testamentum, (id enim διαθήκη significat) in iis positum est quæ Christus pro nobis præstitit, &c[a]. Fœderis Evangelici duæ erant constitutiones, quas hîc ἐντολὰς vocat. Prior est typica, altera spiritualis. Illa cœpit Gen. 3. 33. & deinceps varios fecit progressus temporibus Abrahami, Mosis, Salomonis. Omnium istorum typicorum rituum expolitio, vel accumulatio, cum suo Sacerdotio, consideratur hîc, velut unicum mandatum, propter unitatem finis ac intrinsecæ formæ[b]. ¶ *Propter*, &c. Διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελὲς] Nempe comparatè. Non mirum est imperfectiora perfectioribus cedere[c]. *Propter ipsius infirmitatem*, sive *imbecillitatem & inutilitatem*, Be. Pi. &c. Nempe, quoad effectum justificationis[d], & salutis *. Quòd ad vitam æternam consequendam, & peccati remissionem, non ità valde conferret[f]. Quòd non poterat peccata expiare, nec homines salvare, ac beare[g], & gratiâ donare[h]. Nec Lex Moralis sanctificare, nec Ceremonialis expiare, valet. Vide infrà Heb. 10. & Rom. 7. & 8. initio[i]. Erat hæc nullius virtutis aut usûs, si consideretur, vel, 1. in se, seorsim, & à suo scopo sejuncta, ut a plerisque factum; vel, 2. ità ut Christo opponatur & anteponatur, ut plerique tum faciebant Judæi; nam in solo Christo vim suam & usum habebat[k]. Τὸ ἀσθενὲς respicit tempus ante Christi adventum quo umbræ illæ viguerunt in vero & recto, i. e. sacramentali, suo usu, quando prorsus infirma erat; sive Sacerdotes, sive ea quæ præstabantur, spectemus, ut postea probabit: τὸ ἀνωφελὲς refertur ad tempus Christi exhibiti; frustrà enim eum qui jam advenerat significaret[l];

[Margin: g J. Cap. h E. i Me. sim. E. k Me. h E. i J. Cap. k Cam. l J. Cap. m E. n Me. o Q. in J. Cap. p J. Cap. q E. r J. Cap. † G. t Rib. v E. x G. y Idem. z Be. * E. sic Me. † G. a Be. b J. Cap. c G. d E. sim. Rib. Ger. * T. f V. g Me. h Rib. i Cam. k J. Cap. l Be.]

vel, *inutile*, nempe, ad expiationem peccatorum ex opere operato, quam Judæi quidam statuebant[m].

19. *Nihil*, &c. Οὐδὲν γὰρ ἐτελείωσεν, &c.] *Nihil* (i. e. Nullum hominem[n], locutione qualis suprà v. 7[o]. & Joh. 6. 63[p]. Est enim genus Neutrum aptissimum ad universitatem significandam[q].) *sanctificavit* (vel, *perfecit*, V. Ca. Cap. &c. *perfectum reddidit*, V. ad perfectionem adduxit[r]; i. e. ad justitiam illam veram *, & internam †, quæ constituit hominem Deo gratum & acceptum ad vitam æternam[t]; vel, ad veram sanctitatem & gloriam[v]: nullum unquam ità absolutum reddidit, ut illum ad Deum perduceret[x].) *lex*, Pi. vel, 1. moralis; quæ homines morti adjudicabat[y]: vel, 2. ceremonialis[z], de cujus propriè abrogatione hîc agitur[a], cum suo Sacerdotio Levitico[b]. Hæc enim intra ritus & facta externa constitit[c]. Nemo illis temporibus fuit virtutibus Apostolicis conferendus. Quòd si qui propè accessere, non Legi id debebant; sed Gratiæ velut de Evangelio promutuò sumptæ atque prærogatæ. Vide ad Rom. 8. 3. & Gal. 3. 2, 21[d]. Nihil aliud vult quàm Legem fuisse tantùm rudimentum, sive ut Gal. 3. 24. *pædagogum ad Christum*; Christianos autem habendos pro perfectis discipulis, quibus nota est ea Theologia quæ est maximè recondita †. ¶ *Introductio*, &c. Ἐπεισαγωγὴ δὲ κρείττονος, &c.] *Sed* (sub. *erat*, Er. Tre. Sch. nempe Lex *; vel, refertur hoc ad v. præced. ἀθέτησις μὲν γὰρ γίνεται· ἐπεισαγωγὴ δὲ, scil. γίνεται[f].) *superinductio* (vel, *introductio*, Er. Ti. Mo. J. Cap. *adjectio*, Ca. vel, *adscita introductio*, J. Cap. Illud ἐπὶ in ἐπεισαγωγὴ significat posterius aliquid, ut in ἐπιδιατάσσεται, Gal. 3. 15. Et est locutio satis frequens[g], *Post introductio spei melioris*, pro, *spes melior post introducta*[h]. Vel, *Superintroducta*, Be. *Adscita*, P. vel, *Ingressa verò est pro ea*, Tre. ex Sy.) *spei melioris*, Pi. &c. vel, *spes melior*, P. sic Be. &c. Repetendum hîc ex præced. *fit*, vel, *facta est*[i]; nempe, per Christum[k]. Al. Repetendum hîc ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum ἐτελείωσεν[l], ut τεθνήσκουσιν infrà v. 28. & ἀπολείπεται, Heb. 10. v. 27 *. Per ἐπεισαγωγὴν, &c. h. l. intelligit, vel, 1. Legem, sive Sacerdotium Leviticum, cujus usus hîc significatur; non ut perficeret, sed ut ad Christum duceret, Gal. 3. 24[m]. *Sed* fuit *introductio spei melioris*, i. e. ad rem longè meliorem, nempe Christum, Gal. 3. 24[n]. vel, aperiebat viam ad autorem spei melioris, Christum[o]. Vel, 2. Sacerdotium Christi[p], quod Sacerdotio Levitico superinductum est[q]: quod, licèt jam existeret[r], *spes* dicitur †, respectu Veterum, qui hoc exspectabant, atque illa spe servati sunt[t]; vel, ratione temporis quo David Psalmum scripsit[v]; & quidem *spes melior*, respectu promissionum quæ Christi Sacerdotium respiciebant[x], quia melioribus promissionibus fulta melioribus effectis beatur[y]. Huic sententiæ favet, 1. vox ἐπεισαγωγὴ, quæ optimè convenit Sacerdotio Christi; quòd videlicet non sit tanquam Sacerdotii Levitici appendix, sed ei abolendo supervenit. Ἐπείσακτον enim Græci vocant quod aliunde est supra domestica invectum, ut in Plut. qui illud opponit τῷ συντεθραμμένῳ, & in Demosth. qui frumentum ἐπείσακτον vocat *ex aliis regionibus importatum*. Sic apud Hermog. & Plat. ἐπεισόδιον dicebatur extrinsecùs assumptum acroama. 2. Series argumenti, & collatio præced. & sequentium. Neque enim adhuc egit, aut acturus est, de Levitici Sacerdotii usu, sed de illius abrogatione. 3. Constructionis ratio, quæ postulat ut δὲ accipiatur pro ἀλλὰ, & verbum ἐτελείωσεν repetatur, ut dictum[z]. 4. Manifesta antithesis, quæ hîc est inter Levi & Christum[a]. 5. Scopus Apostoli, qui non est ostendere quæ sint Legis vires; sed docere quàm sit Lex ἀνωφελὴς, ut quæ nihil præstare potuerit, nè iis qui eam servare maximè studuerunt; quorum si qui servati fuerint, id omne debuerunt promissionibus Christi, &c[b]. *Spes* alibi ponitur pro objecto, sive re speratâ; hîc pro causa spei, ut sensus sit[c], Loco præced. mandati introducitur aliquid multò melius, nempe, Lex & Sacerdotium Christi[d]; & gratia Evangelii *, spem nobis faciens appropinquandi ad Deum[f], & justificationis vitæque æternæ[g]. [Sensus] Promissa terrestria non operantur mortis contemptum, sed eum operatur spes melior vitæ æternæ atque cœlestis. Indè tam crebra martyria[h]. Finitur hîc periodus, cujus initium erat v. 15. verbis illis, *Nihil ad perfectum adducit lex*, parenthesi inclusis.

[Margin: m Q. in Be. n V. Rib. E. G. o G. p G. sic Rib. q Rib. r E. Me. * E. Me. G. † G. t F. Me. v Cap. Lun. Be. x V. y Be. z Be V. J. Cap. a Be. b J. Cap. c G. sim. Be. d G. † Cam. * Sch. f Sch. ex Luth. g G. h G. sic Be. i E. sic Me. k Me. l Be. sim. Pi. * Be. m Q. in Be. n J. Cap. o V. p Be. Pi. sim. Cam. Jun. q Pi. r Be. † Cam. sic Be. t Cam. v Be. x Cam. y Jun. z Be. a Cam. sim. Be. b Cam. c E. d E. sic Me. Rib. * Rib. f [illegible] g Rib. h G.]

Ut autem in hac argumentatione antecedens duabus partibus constat, ità & consequens, cujus pars prior respondet priori parti antecedentis, & posterior posteriori. Nam ex eo quòd surgat novus Sacerdos, qui non secundùm Legem mandati carnalis factus sit, sequitur illius Legis abolitio. Et ex eo quòd factus sit secundùm virtutem vitæ insolubilis, sequitur introductio melioris spei [i]. ¶ *Per*, &c. Δι' ἧς ἐγγίζομεν, &c.] *Per quam* (nempe spem [k], vel superinductionem, i. e. per quod Sacerdotium [l]; vel, *Per quem*, nempe Christum, in quem speramus [m].) *appropinquamus Deo*, Be. Pi. In MS. est ἐγγίζωμεν, &c. *ad Deum propè accedere possimus*, i. e. verè pii reddi. Hoc enim est ἐγγίζειν Θεῷ, Soph. 3. 2 [n], vel, ipsi Sacerdotes effecti sumus in communione Pontificis nostri Christi [o]. Ἐγγίζειν est vox propriè Sacerdotalis [p], ut videre est Ezec. 42. 13 & 43. 19 [q]. item Exod. 19. 22. Levit. 21. 21. Respondet verbis Hebræis קרב & נגש, quæ significant & *appropinquare*, & *offerre* [r]. Et Christiani per Christum summum Sacerdotem facti *Sacerdotes* †, 1 Pet. 2. 5. Apoc. 1. 6 [t]. ut *nosmet offeramus*, Rom. 12. 1. *manus puras attollamus*, 1 Tim. 2. 8 [v]. Erant Fœderi typico typica quoque bona, quæ speranda proponebantur; sed eâ Lege ut manu ducerent veros Israelitas ad spem bonorum longè præstantiorum per Messiam consequendorum [x].

20. *Et*, &c. Καὶ καθ' ὅσον οὐ χωρὶς ὁρκωμοσίας] Probat adhuc, Christi Sacerdotium esse melius Levitico [y], ab institutionis modo & adjunctis [z]. Commendat hic fœdus Evangelicum, ejúsque Sponsorem [a]. [Variè reddunt:] *Et quantum est non sine jurejurando*, Vulg. q. d. Quantum est hoc? quanti fieri à nobis debet, ut Sacerdos noster non sine jurejurando factus sit Sacerdos [b]? Al. *Atque hoc potiorem, quòd non absque jurejurando res acta sit*, Er. Ti. Sensus est, Hoc esse meliorem spem nostram, per quam accedimus ad Deum per Christum, Sacerdotem non sine jurejurando factum, quò certior esset spes promissorum [c]. Ità addit Erasmus quædam, & pro arbitrio mutat, & hæc præced. annectit, quæ ab iis prorsus separanda sunt [d]. Al. *Et quatenus* (vel, *secundùm quod*, Rib. ex Chrys. vel, *in quantum*, E.) *non absque juramento*, P. Be. Pi. sic Er. V. E. sub. *superintroducta est*, Be. vel intellige, *Sacerdos factus est Christus* *, ut patet ex sequent [f]. & ex collat. v. 16 [g]. & intellige, *Tantò melior est spes illa* [h]. Sensus est, q. d. Non simpliciter hæc promissa sunt, &c [i]. Tertium addit privilegium hujus Sacerdotii in Psalmo prædicti præ legali, quòd hoc institutum est cum jurejurando, ut scilicet semper duraret: quæ vis est rerum juratarum [k]. Hinc probat Sacerdotii hujus æternitatem; & prioris abrogationem [l]. Enuntiati hujus consequens incipit v. 22 [m]. ubi est κατὰ τοσοῦτον, cui respondet hîc καθ' ὅσον [n]. Quare v. 21. parenthesi includendus est [o]. Al. Cohæret hic versus cum v. 17. ut sensus sit, *Deus constituit Christum sacerdotem secundùm ordinem Melchisedec, & quidem non sine jurejurando.* Quare v. 18. & 19. includendi sunt parenthesi, quâ rationem reddit Apostolus, cur opus fuerit novo Sacerdotio, &c. nempe, quia Lex non poterat nos perficere [p]. Vox ὁρκωμοσία, ex duabus idem significantibus composita, reperitur & infrà v. 21. & v. 28 [q]. & apud LXX, Ezec. 17. 18, 19. ubi respondet Heb. אלה, quod alibi ὅρκον & ὁρκισμὸν reddunt, unde constat & voces illas, & hanc, significare *jusjurandum*. Reperitur & 2 Esdr. 8. 95 [r]. In Glossario, Ὁρκωμοσία, *juratio* †. Porrò apud profanos Scriptores occurrunt ὁρκωμοτεῖν, ὁρκωμότης [t], & in plurali τὰ ὁρκωμόσια [v], in Platone; quomodo & locus quidam dictus in Attica, ubi Theseus Amazonibus juraverat, Plutarcho memorante. Καθ' ὅσον hîc est *quantò*: respondet enim sequenti τοσοῦτον. Talibus autem vocibus solet præponi *quantò* pro *quia*. Sic apud Tacitum, *Quantò dites, tantò magìs imbelles, quantò inopina, tantò majora*, &c [x].

21. *Alii*, &c. οἱ μὲν, &c.] *Nam illi* (Aaron & posteri ejus [y]:) *quidem absque jurejurando*, &c. Be. &c. Illi Sacerdotium ità dedit, tanquam rem minoris momenti [z], & temporariam [a], quam firmare juramento Deus non est dignatus [b]. ¶ *Hic autem* (Nempe Christus [c], in Psalmo prædictus [d]. Et subauditur per Zeugma, *Sacerdos constitutus est* *.) *cum jurejurando*] Ejus scilicet qui eum Sacerdotem fecit, videlicet Dei Patris [f]; quia negotium Christi Pontificis, scilicet hominum reconciliatio & salus, magni est momenti [g]. ¶ *Per eum qui dixit ad illum, Juravit Dominus*, (Qu. Quando hoc juravit? Resp. Jusjurandum hoc non aliud videtur quàm perpetuum & omnibus modis irrevocabile Dei decretum, quo Christum voluit esse Sacerdotem [h].) *& non pœnitebit eum*, (i. e. nunquam illud more pœnitentis retractabit [i], aut mutabit [k], suprà 6. 17 [l]. Pœnitentia in Deo nihil aliud est quàm mutatio sententiæ prioris [m].) *Tu es Sacerdos*, &c.] Ista, *Jurabit Dominus, & non pœnitebit eum*, per parenthesin legenda sunt. Nam illud, σὺ ἱερεὺς, cohæret cum τῷ λέγοντι πρὸς αὐτόν. Sed ut ostenderetur dictum illud fuisse cum jurejurando, ideo & præcedentia Psalmi verba interjicienda fuere [n]; quæ verba sunt Prophetæ, testificantis, Deum Patrem cum jurejurando Filium constituisse Sacerdotem: quando ei dixit, *Tu es Sacerdos*, &c [o]. ostendit firmitatem & immutabilitatem hujus Sacerdotii [p].

22. *In*, &c. Κατὰ τοσοῦτον——ἔγγυος, &c.] *Tantò* (Quantò scilicet majora & præclariora sunt quæ commemoravimus [q]; vel, *Eatenus*, Pi.) *melioris* (tum, quoad rem ipsam, quia promissio Christi venturi sancita ceremoniis, &c. ab ejusdem reali exhibitione pendebat, ut umbra à corpore, Col. 2. 17. tum, quoad patefactionis rationem, quæ evidentior fuit [r]: *melioris*, i. e. firmioris, seu stabilioris †.) *pacti* (vel, *fœderis*, Pi. *testamenti*, Vulg. novi scilicet [t]; pacti scilicet æternùm valituri [v]:) *sponsor* (vel, *fidejussor*, Ar. G. E. Me. Rib. vel, *mediator*, Rib. E. ex Th. ab ἐγγυᾶν, quod est, *promittere, fidejubere* [x].) *factus est Jesus*, Be. &c. Quantò scilicet sanctiori auctoritate, h. e. juramento interposito, Sacerdotium iniit [y]. Valet collectio [z]; quia juramentum adhiberi non solet, nisi ad ea quæ majoris sunt momenti [a], & creditu difficiliora, & quæ multum refert ut credantur & certa habeantur [b], quæque volumus omnino rata & firma esse atque perpetua [c]: qualia sunt, Deum nobis propitium reddi, & bona cœlestia, & æterna, nobis esse præstanda. Cæteri autem Sacerdotes, quia non præstabant, jurejurando non indigebant. Multò, inquit, meliora sunt quæ promittit & præstat Christus, quàm quæ veteres Sacerdotes præstabant [d]. Ἐγγυητὴς, *fidejussor, sponsor*, in Glossario. Cicero, *Me ut sponsorem appellat*, i. e. fidejussorem *. Vox ἔγγυος alibi non reperitur in N. T. sæpe autem in aliis Scriptoribus [f]. Moses pro Deo spospondit in Lege Veteri, Jesus pro Deo in Nova Lege. Lex utraque & pactum continet: habet præter officii præscriptionem etiam promissa. Sponsorem dare solent minùs noti. Et Moses & Jesus hominibus meliùs noti erant quàm Deus, qui est inconspicuus. *Spospondit* autem Christus, i. e. nos certos promissi fecit, non solis verbis; sed perpetuâ vitæ sanctitate, morte ob id toleratâ, & miraculis plurimis. Hoc eò pertinet, nè miremur mutatam Legem [g]. *Sponsor* dicitur Christus, quia pro pœnis nobis debitis satisfaciendi onus, pacto cum Patre ea de re inito, in se suscepit, & postea præstitit [h]. *Sponsor* erat Christus, 1. hominibus pro Deo [i], Deum nempe fœdus Evangelicum præstare velle, modò nos conditionem ipsius præstemus [k]; 2. Deo pro hominibus, à quibus duo exigebantur, 1. perfecta Legis obedientia; 2. plena satisfactio pro peccatis. Utrumque Christus pro nobis præstitit, Rom. 5. 19. 2 Cor. 5. 21. Gal. 3. 13 [l].

23. *Alii*, &c. οἱ μὲν πλείονες——ἱερεῖς, &c.] Quod breviùs perstrinxit v. 16. hîc fusiùs enarrat [m]. *Illi quidem plures facti sunt sacerdotes*, (ἱερεῖς, i. e. per excellentiam ἀρχιερεῖς, [quales] suprà septuaginta fuere ab Aarone ad Templi excidium [n].) *quod mors prohiberet eos permanere*, Be. Pi. &c. vel, in vita [o], vel, in Sacerdotio [p]. Et id Lex ostendit Exod. 28. 43 [q]. Ideo multi erant, quorum unus alteri successit [r]. Ostendit hoc Sacerdotium veteri præstantius esse, quantum immortale mortali præstat †. Obj. Christus quoque *semel* tantùm *obtulit*, infrà v. 27. ideóque morte finivit Sacerdotium suum. Resp. Non finivit, sed adhuc officio suo fungitur, interpellans pro nobis [t].

24. *Quòd maneat in æternum*] Quia semper manet, & non moritur [v], ut Deus pronunciaverat [x]. ¶ *Sempiternum*, &c. Ἀπαράβατον, &c.] די לא יעדה, Dan. 7. ubi Græci οὐ παρελεύσεται, Syrus hîc, לא עברא. Verto, *Non transmittit Sacerdotium*. Jus quod à defuncto pervenit ad successo-

Marginal notes (left column): i E. k J. Cap. Zeg. l Pi. m J. Cap. n G. o Jun. p G. sim. Ham. q G. r Ham. † G. Ham. t G. v Ham. x J. Cap. y Gom. sim. Jun. J. Cap. z Jun. a J. Cap. b Me. ex Rib. c Er. d E. * Pi. J. Cap. E. f Pi. sim. E. g Pi. h Sch sic Par. i Chrys. in Rib. k G. l Be. m Pi. n Pi. Par. Ger. o Pi. &c. p Cap. q G. r Cap. † G. t Cap. v Cap. G. x G. y G. sim. E. Rib. T. z T. a T. sic Rib. b T. c G. Pi. E. Me. d G. * G. sim. E. Me. f E.

Marginal notes (right column): g Me. h E. i Idem. k D. G. l G. m G. ex Tertul. sic D. n G. o E. p Jun. q Camer. r Be. † T. t E. v G. x Rib. y Me. z E. a E. sic Rib. b Rib. c E. d Rib. * G. f Gou. g G. h Ga. cit. cap. 14. p. 328. i Gou. Ham. k Ham. l Gou. m J. Cap. n G. o D. p G. Jun. q G. r Me. sim. E. T. † Rib. Me. t Rib. v G. sim. Jun. x Jun.

successorem Latinè dicitur transmitti, Græcis παραπέμπεσθαι, hic παραβαίνειν. *Apud veteres in sacra quoque succedebatur.* Servius ad 11. Æneidos [y]. [Alii sic reddunt :] *Habet sacerdotium nunquam transiturum*, Be. Ca. id est, quod non potest præterire [z], vel transire à patre ad filium [a] : *intransibile*, quod ad alium transire nequit ; vel, *insuccessivum*, scil. quod successione non transfertur, sicut contingebat Sacerdotio Levitico [b] ; vel, *indesinens*, vel, *personale*, in persona ipsius consistens, nec periens tempore [c] ; vel, *quod non præterit*, Sy. in E. vel, *incommutabile*, sive *intransgressibile*, Val. Παραβαίνειν alibi valet *transgredi*, hîc *præterire* [d]. Vel, *indissolubile*, Æth. *sine abdicatione*, Ar. *perpetuum*, Er. Il. Ti. P. Pi. sic Mo. Hinc sequitur, Christum nec successores, nec Vicarios, habere in suo Sacerdotio †. [De quo vide E. & Ger. concertantes.]

25. *Unde*, &c. Ὅθεν——εἰς τὸ παντελὲς——εἰς τὸ ἐντυγχάνειν, &c.] *Qui semper vivit, semper etiam potest pro nobis Deum compellare ut nos servet*, i. e. ut nobis auxilia impetret contra tentationes. Ὑπερεντυγχάνειν est *desideria alicujus commendare.* Habuimus eandem vocem, sed sensu nonnihil deflexo, Rom. 8. 26 *. *Unde* (Ob immortalitatem personæ [f], & perpetuitatem Sacerdotii ejus [g].) *& servare perfectè* (i. e. ad perfectam æternámque salutem adducere [h] ; vel, *absolutissimè*, ità ut nihil ad eam salutem possit ampliùs desiderari [i] ; vel, *ad plenum*, Er. Il. Ti. V. *planè*, Ca. *prorsus*, J. Cap. *in universum*, Jun. *in perpetuum*, aut *æternum*, E. Vulg. Mo. Æth. Tre. ex Sy. G. ut diximus ad Luc. 13. 11. quomodo Græci Patres hanc vocem intelligunt. Pari locutione suprà dixit εἰς τὸ διηνεκὲς, Heb. לנצח [k]. q. d. Non ad tempus, sed etiam in futura vita [l] ; q. d. æternam salutem conferre [m]. Quòd si hoc jungatur cum *potest*, sensus non incommodus erit, scilicet Christum non tantùm potuisse quando mortalis erat, sed & nunc continuò posse, salvare [n].) *potest* (i. e. idoneus est. Vide Heb. 5. 2 [o].) *eos qui per ipsum* (velut Pontificem, in quo vis est vitæ indissolubilis [p].) —*ad Deum*, *semper vivens* (*Vivus* Hebræis dicitur is qui vegetus est, vividus, efficax, potens, idoneus, ad id quod molitur perficiendum, Exod. 1. 19 [q]. semper vivens, & munus suum exercere paratus [r].) *ut interpellet pro nobis*, Pi. Be. Hoc addit, ut explicet consequentiam superioris argumenti. Ex æterno Christi Sacerdotio rectè colligit, eum in perpetuum salvari posse ; quia non otiosum gerit Sacerdotium, sed semper agit Sacerdotis officium †. Non ergò opus est aliis mediatoribus & intercessoribus [t]. [De quo vide E. & Ger.] Qu. Quomodo Christus interpellat pro nobis [v] ? Nam humilitas orantis non decet gloriam regnantis [x]. Resp. Hoc facit, tum, quia assumptam pro nobis naturam (& mysteria in eo celebrata [y] :) Patri repræsentat [z], perenni sacrificii sui vigore nobis pacem obtinens [a] ; tum, quia animæ suæ desiderium, quod pro salute nostra habuit, exprimit [b]. Facit hoc Christus *non submissâ*, ut olim, *sed potenti, interpellatione*, ut loquitur Greg. Magnus. Vide Rom. 8. 34 [c]. Sed quærendum adhuc, an nunc etiam Christus pro nobis oret, sive preces offerat. Negare videntur Aquinas, Greg. & Rupertus, qui hanc omnium doctorum assertionem esse affirmat, sed minùs rectè. Affirmant enim Greg. Naz. & Aug. & Theod. &c. [Affirmat & Te. quem hac de re fusè disputantem videre est.] Quæstio non tam de re quàm de nomine videtur [d]. Christum nunc verè & propriè pro nobis orare docet, 1. Quòd etiamnum advocatus est noster, & mediator, 1 Tim. 2. 5. 1 Joh. 2. 1. cujus munus est orare pro nobis. 2. Vox Græca ἐντυγχάνειν, quæ significat interpellationem quæ fit cum oratione seu postulatione, ut Rom. 8. 26 *. Vide & Act. 25. 24. 3. Quòd Christus etiamnum desiderium salutis nostræ & habet, & exprimit. Orat ergò Christus, & quidem submissè, quod Rup. frustrà negat ; h. e. eâdem reverentiâ & agnitione Divinitatis, & parvitatis naturæ humanæ, quâ priùs, non autem cum lacrymis, &c. Sed cur nunc orat, cùm ipse possit omnia ? Resp. 1. In terris omnia poterat, & tamen orabat. 2. Hoc facit, tum, quia ut homo gaudebat subjici Deo, eúmque agnoscere majorem, & autorem omnium bonorum, &c. tum, quia ut homo, non debuit omittere quæ hominis propria sunt, quale est orare ; tum, quia videbat Deum ad gloriam suam ità statuisse [f].

y G. z Be. a Ham. b E. c Jun. d Be. † Ger. * G. f Jun. g Jun. sic E. h E. i Be. k G. l E. ex Chrys. Th. & Oecum. sic Rib. Me. m Jun. n E. o Be. p Jun. q J. Cap. r Me. † E. t Ger. v Rib. x E. y Aquin. in Rib. z E. & Rib. ex Aquin. a Be. b Rib. & E. ex Aquin. & Greg. c G. d Rib. * E. sic Rib. f Rib.

26. *Talis*, &c. Τοιοῦτος——ἔπρεπεν, &c.] *Talis enim nos decebat* (Idem hîc *decebat*, quod alibi *oportebat* : neque enim vult alium hæc præstare potuisse, quanquam minùs decenter [g].) *Pontifex*, Be. Pi. &c. Qui semper vivens interpellaret pro nobis [h] ; vel, qualem jam describam, multò melior istis Aaronidis, quorum multi mali, alii mediocriter tantùm boni fuere. *Conveniebat nobis talem Pontificem dari* [i], ut plenè salvi fieremus [k]. Vide suprà 2. 10 [l]. Ostendit in solum Jesum convenire qualitates Pontificis, &c [m]. His dotibus instructum esse Sacerdotem nostrum, & nobis erat ad salutem necessarium, & ipsi magis decorum, quàm si, ut Judæi fingunt, truculentus bellator fuisset [n]. ¶ *Sanctus* ; in se, sive in persona sua [o] : Ὅσιος] חסיד [p], propensus ad misereudum [q] ; qui non laminæ, sed menti, inscriptum habet קדש ליהוה, Exod. 39. 38 [r]. *Pius*, J. Cap. Qui nihil eorum quæ facere debet omittit † : *Purus*, omnis labis expers [t], timens Deum, devotus Deo, sacer & sanctimoniâ venerandus [v], ob vitæ puritatem aptus ad Divina [x]. Hæc sanctitas præfigurata est, tum, per pretiosum vestitum Pontificis, Exod. 28. & 29. tum, per ejus puritatem ab omni corporis vitio, Levit. 21. 18, &c ‖. ¶ *Innocens* ; ità Er. Il. Ti. P. Mo. Pi. Jun. Me. Erga alios [y] : qui nemini noceat, aut malè velit, sed omnibus benefacere studeat [z]. Ἄκακος] *Absque malitia*, Tre. ex Sy. sic Me. *Expers doli*, Er. ex Chrys. V. qui neminem decipit [a]. *Culpæ*, sive *Vitii*, *expers*, Ca. Ar. sic E. Rib. Oportet sit remotus ab omni re mala [b], non tantùm nè pollutam ducat, Levit. 21. 13, 14 [c]. Uno verbo dicit quod Petrus pluribus, 1. 2. 22 [d]. Κακίαν, inquit Cicero, verto, non *malitiam*, quæ certi vitii nomen est ; sed *vitiositatem*, quæ omnium *. ¶ *Impollutus*, Ἀμίαντος] *Immaculatus*, Me. Hæc tria, vel, 1. ratione magis quàm re differunt, sicut & id quod sequitur [f] : vel, 2. ità distinguuntur, ut *sanctus* respiciat Deum, *innocens* proximum, *impollutus* seipsum [g]. *Impollutus* ab aliis rebus [h]. Qui non tantùm pollutus non fuerit illis contaminationibus externis de quibus agitur Levit. 22. sed nec ullo vitio [i], aut sorde peccati [k]. Vide Jac. 1. 27. 1 Pet. c. 1. v. 4 [l]. ¶ *Segregatus* (vel, *Separatus*, Be.) *à peccatoribus* ; ità Er. P. Mo. Pi. &c. Κεχωρισμένος, &c.] *A sontibus alienus*, Ca. Qui nunquam habuit locum inter peccatores [m]. Ab eorum vita & moribus longissimè distans [n], quamvis inter eos olim versaretur, sed ut medicus cum ægrotis [o] : qui, licèt impios justificet [p], nihil tamen commune [q], nullam communionem [r], cum illis habet †. Sicut in Adytum nullus intrabat præter summum Sacerdotem, in Basilicam Templi nemo præter Sacerdotes ; ità oportebat hic Sacerdos perfectior longè sit positus à contactu malorum hominum, Joh. 7. 34. ¶ *Et excelsior cœlis factus*] Supra aeream & æthereám regionem positus. Sic & suprà 4. 14 [t]. Qui penetravit omnes cœlos usque ad summum ; qui secundùm naturam assumptam supremum in rebus obtinet locum [v], & sedet ad dexteram Patris [x].

27. *Qui*, &c. Ὃς——καθ' ἡμέραν, &c.] *Cui non sit certo die* (nempe anni, h. e. die festi expiationis ; nam illo tantùm die oblatum erat sacrificium de quo hîc loquitur. Et infrà 10. 1. de hoc ipso sacrificio loquens easdem hostias oblatas fuisse ait *quotannis*, nempe, in die illo expiationis [y]. Al. *quotidie*, Vulg. Mo. Be. P. Er. &c. vel, *sæpissimè*, i. e. quoties res fert, ut & infrà 10. 11. Neque enim tantùm in sacro anniversario ; sed & quoties aut summus Sacerdos conscius sibi esset subreptionis alicujus, aut alius quivis, offerebantur victimæ τῆς ἁμαρτίας, חטאת [z].) *necesse*, *quemadmodum illis Pontificibus*, (Leviticis [a]. Ex comparatione docet, tum, Christum illis esse majorem [b] ; tum, officium Christi ab illis agi non potuisse [c].) *priùs pro peccatis propriis*, &c. Be. Pi. &c. Ut præceptum erat Pontifici Levit. 9. & 16 [d]. Nam hic nescivit quid peccatum esset *. Videtur autem & hîc & suprà 5. 3. dici Christus quoque obtulisse, non sæpiùs quidem, sed semel, pro peccatis non populi tantùm, sed & suis : quod defendi potest eâ explicatione quàm attulimus ad Matth. 27. 51. ut vox ἁμαρτιῶν de Christo ità sumatur sicut singulare ἁμαρτία Rom. 6. 10. pro doloribus illis qui solent peccatorum pœnæ esse, & quas Christus occasione etiam peccatorum humani generis toleravit, & à quibus liberatus est per mortem acceleratam tum

g E. h Me. i G. k Rib. l G. m E. n J. Cap. o Jun. p G. q Ham. r G. † Th. in Rib. t Rib. Me. v Me. x E. ‖ Pi. y Jun. z Me. a Chrys. &c. in Rib. b G. sim. Be. c G. d E. * Rib. f E. g Me. h Jun. i G. k E. sic Rib. l G. m V. n Rib. E. Me. o Rib. p Jun. q E. Me. r Jun. † E. Me. Jun. t G. v E. Me. x Rib. y Pi. z G. a Me. Jun. sic E. b E. sim. Rib. c E. d Idem. * Jun. sim. Rib.

tum cùm obtulit non pecudem, sed corpus suum, ut perfectissimam victimam. Et est hæc quoque locutio de Lege sumpta. Nam ut profluvium muliebre dicitur חטאת, Levit. 12. 8. & 15. 30. & lepra, 14. 13 [f]. [Vide hac de re Synopsin ad Heb. 5. 3.] ¶ *Hoc*, &c. Τῦτο —ἀνενέγκας] *Hoc* (Offerre videlicet [g], nempe, pro peccatis populi [h], non pro semetipso [i], aut pro suis, quippe quæ non habuit [k]; sed pro nobis tantùm. Hoc non potest consistere cum Socini commento, volentis Christum etiam pro se obtulisse [l]. Si Christus reus fuisset peccati, seipsum non potuisset offerre salutariter [m].) *enim fecit semel*, (Sic *semel pro peccatis passus* dicitur 1 Pet. 2. 18 [n]. Emphaticè dictum. Significat, hoc ità absolutum esse ut repetere non sit necesse, imò nefas sit [o]. Apage ergò Missæ sacrificium [p]. [De quo vide Polemicos.]) *cùm semetipsum* (unicam victimam [q], non pecudes [r]:) *obtulit*, Be. &c. In MS. est προσενέγκας, ut suprà 5. 1, 3, 7. & infrà sæpe [†].

28. *Lex enim* (Nempe ceremonialis [t], vel, Levitici Sacerdotii [v]. Lex Mosis sine jurejurando prolata [x]. Sed *Legis* nomen ad id de quo agitur accommodandum est [y].) *homines constituit——infirmitatem habentes*] Vel, 1. [naturalem,] subditos miseriis ex peccato ortis [z]; vel, adversis quibus subjecta est mortalitas, ut suprà 4. 13 [a]. vel, 2. moralem [b]; i. e. peccatum [c], & pronitatem ad peccandum [d], ut suprà 5. 2. ut ostendit antithesis inter sacerd. Legis & Christum. Infirmitas ergò h. l. à Christo removenda est. At Christus *infirmitatem* corporalem habuit, 2 Cor. 13. 4 [*]. ¶ *Sermo autem jurisjurandi*] id est, Promissum Dei juratum in Psalmo [f]. ¶ *Qui post legem est*] Sub. *conceptus*, Be. Pi. Post Legem latam; ut significaretur [g], novum Sacerdotium constituendum, quod ea suppleret quæ defuerant priori [h]; & legale Sacerdotium, tanquam imperfectum, alio meliore superveniente, cassandum [*]. Leges enim priores posterioribus abrogantur; iis maximè quæ clausulas habent efficaciores, cujusmodi hîc est jusjurandum [i]. Debent posteriora in Legibus esse perfectiora [k]. ¶ *Filium* (Christum Dominum [l]; *Filium*, nempe Dei, non hominem cæteris parem nascendi sorte [m]: sub. *constituit*, Er. P. Be. Pi. E. Jun. V. & sub. *Pontificem*, Jun. E.) *in æternum perfectum*; ità Tre. Ar. Τετελειωμένον] *Consummatum*, Er. Be. Ti. &c. h. e. Dedit ei quod deerat, h. e. vitam immortalem, & ab omni miseria liberam; & locum in cœlis dignissimum [n], & omnimodam sempérque mansuram perfectionem [o]: q. d. Non infirmitatem habentem, ut Levitici Sacerdotes [p]. Τετελειωμένον hoc loco significat ità perfectum, ut nec morti, nec ullis adversis, subjaceat. Pari sensu id verbum habuimus suprà 2. 10 [q]. Al. *Factum semper idoneum ac legitimum*. Neque enim Sacerdos semper aut ubique idoneus est ad peragendum sacrum [r]. Al. *Sanctificatum*, J. Cap. sic P. Be. Jun. Ut nobis sit æternæ sanctificationis author [†]. Sed verbum τελειόω significat potiùs *perficere*, sive *consummare*; & propriè de Sacrificiis usurpatur, déque expiatione per sacrificia. Unde Christus de sacrificio mortis suæ dicit τελειοῦμαι, Luc. 13. 32. Et τελεταὶ sunt *Sacrificia* apud Ethnicos. Sensus ergò est, *Christum omnibus Sacerdotii sui partibus plenissimè in æternum defunctum esse*; ità ut nihil ampliùs supersit ei peragendum, utpote qui unicâ corporis sui oblatione Sacerdotii sui partes omnes perfectissimè impleverit, & nihil opus habet ampliùs τελειῶσαι, h. e. *sacrificio defungi* [t]. Elegans hîc est Antithesis [v] inter Levit. Pontifices & Christum; ex qua constat, Christum in cœlis regnantem, adhuc Pontificis nostri munus obire, interpellando scilicet, &c. ut suprà dictum [x].

f G. g J. Cap. Rib. E. h Rib. E. i Jun. k Rib. l E. m J. Cap. n Jun. o G. o Be. p J. Cap. q Idem. r E. † G. t J. Cap. Be. v Jun. Be. x G. y Be. z Rib. a G. b E. c E. Rib. d L. sim. E. * E. f G sim. Rib. E. g E. h Rib. * E. i E. sim. Er. Be. k G. l Me. m G. n Rib. o E. p Me. q G. r Er. † Jun. t Cap. ad v. 19. v Rib. ex Chrys. & Th. sic E. x E.

CAP. VIII.

1. *Capitulum*, &c. Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις] *Capitulum* (vel, *Caput*, Er. Æth. Be. Il. Tre. & D. ex Sy. id est, scopus, & præcipuum illud quò omnia referuntur [a]. Sed κεφάλαιον dicit potiùs quàm κεφαλὴν, quia cùm breve videatur, multa & magna complectitur. Sæpe enim Græci diminutivis nominibus utuntur, non minuendi, sed augendi & ornandi, causâ; quomodo Ilium πτολίεθρον dicitur Homero. Sic & Nasica *corculum* Ciceroni, & *capitulum lepidissimum* aliis [b]. Vel, *Summa*, Er. Ca. Sy. Ar. P. Be. Val. D. Rib. E. Me. G. vel, *Summarium*, Ti. *Compendium*, Me. Κεφάλαιον, *summa*, in Glossario [c], & Græcis scriptoribus [d]. Utuntur sic Isocrates, Thucyd. Plato [*], Xenophon, & alii. Indè ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν—est, *summatim dicere* [f]. Et κεφαλαιῶν, *in summam colligere*, multa paucis dicere, ut Ecclesiastici 32. Et ἀνακεφαλαιῶν est *recapitulare*, id est, multa quæ dixeris summatim repetere; vel, multa ac diversa ad unum caput revocare, ut Eph. 1. 10 [g]. Al. *Hoc quod maximum est & præcipuum*, Chrys. & Th. in Rib. κεφάλαιον enim Græcis summum & præcipuum in aliqua re est, ut in Plat. De Leg. 1. κεφάλαιον, &c. *caput autem disciplinæ dicemus rectam educationem*. Sic & Cicero, *Caput est ad beatè vivendum securitas* [h]. ראש Exod. 30. 12. Num. 4. 2. & 31. 26, 49 [i].) *autem* (vel, *Quod autem caput est*, Jun. Pi.) *super dictis*, Mo. vel, *hujus orationis*, Ca. vel, *eorum* (vel, *in his*, Pi. Rib. ἐπὶ pro ἐν, ut Mat. 13. 14 [k]. vel, *circa ea*, Rib. vel, *super iis*, Val. Er. Rib. vel, *supra hæc*, Jun.) *quæ dicimus*, P. Be. V. vel, *diximus*, J. Cap. Nempe de sacerdotio Christi [l], ejúsque præstantia [m], à cap. quinto [n]. Vel, *dicuntur*, Er. Ti. Pi. Rib. *dicta sunt*, Jun. sub. *hæc est*, P. Be. sim. Il. Tre. ex Sy. Ti. V. &c. *Post tot dicta hæc esto summa*. In MS. ἐν τοῖς λεγομένοις. *In jam dictis hoc est præcipuum*. ¶ *Talem*, &c. Τοιοῦτον——ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης] Vide suprà 1. 3 [o]. *Talem* (Nempe qualem suprà diximus [p], tantæ dignitatis & excellentiæ [q]; præstantiorem non Pontificibus tantùm, sed omnibus etiam Angelis, ut dixit cap. 1 [r].) *habemus Pontificem, qui* (quasi jam perfunctus opere oblationis [†]:) *consedit ad dextram throni majestatis* (vel, *majestatis illius*, P. Be. h. e. in throno cœlesti qui est ad dexteram Majestatis [t], id est, Dei Patris; qui *majestas*, i. e. maximus & potentissimus, dicitur [v]: exaltatus est ad majestatem regiam, eámque summam [x]: vel, *sedis magnitudinis*, Vulg. Mo. h. e. sedis maximæ [y]. כסא כבוד significat ipsam Dei majestatem. Explicat id rectè Maimon. Ducis dub. l. 9. Aaronidæ apud Arcam Dei stabant; hic apud thronum Dei considet, ut potestatis consors [z]: assidet proximè, & secundùm Deum obtinet locum summum, ubi pacem, sacrificio suiipsius partam in terris, in cœlis continet virtute ejusdem sacrificii [a]:) *in cœlis*, Pi. &c. Nempe supremis [b], ἐν οὐρανοῖς, quod suprà dixit, ἐν ὑψηλοῖς, 1. 3. Vide ad Mat. 3. 2 [c].

2. *Sanctorum*, &c. Τῶν ἁγίων λειτουργός] *Minister* (vel, *Administrator*, Er. Ti. *Sacrificus*, Ca. λειτουργεῖν est *sacris operari* [d], vel in genere, *publico officio fungi*, vel Ecclesiastico, vel Politico [*]: λειτουργία est *sacrificium*, sive sacrum ministerium, ut Heb. 9 [f]. λειτουργὸς *eum* significat *qui sacris operatur* [g], sacrorum minister [h]; vel, *qui aliquid peragit alterius imperio* [i]; vel, *qui publico officio* Eccles. vel Polit. *fungitur* [k], משרת, ut videre est suprà 1. 7. & Rom. 13. 6. Solétque eximiè dici de Sacerdotibus, Neh. 10. 39. quia offerunt ea quæ Deus exigit, quod dicitur λειτουργεῖν, Exod. 28. 35, 43. & 29. 30. & 35. 19. & 39. 26, 41. & alibi [l].) *sanctorum*, Il. Mo. Er. Ti. Vulg. id est, vel, 1. in gen. masc. sanctorum hominum [m], in terris, quorum λειτουργὸς est pro eis intercedendo [n]: vel, 2. in gen. neut [o]. id est, rerum sanctarum, quæ ut Sacerdos pro nobis administrat [p]; vel, donorum & bonorum cœlestium, quæ morte suâ parta nunc ad dexteram Dei fidelibus dispensat [q]; vel, *domûs sanctæ*, Tre. *Sanctuarii*, P. Ca. Be. Pi. Me. Jun. Par. sim. Rib. E. D. quod קדש dicitur Psal. 102. 19. ἅγιον, Sirac. 4. 13. τὰ ἅγια, Heb. 9. 12 [r]. Ἅγια vocat totum Templum, quod מקדש Mosi & Prophetis, interdum קדש, ut Psal. 102. 19. Intelligit autem [vel, 1.] ut sequentia indicant, Universum hoc, comprehensâ etiam regione superæthereâ [†]: vel, 2. Cœlos [t], ubi Gloria & Magnificentia Dei residet [v]; ubi est thronus ille sublimis [x]: q. d. in Sanctuario cœlesti, non terreno, ut Levit. Sacerdotes [y]. Respicit hîc quod proximè dixerat, *in cœlis*: q. d. Consedit in *cœlis*, utpote sanctorum cœlestium minister [z]. Et sic explicat infrà 9. 24 [a]. Significat, eum in cœlis non esse otiosum, sed bona fidelibus dispensare, &c [b]. Christus ministerium suum partim

a Ee. b Rib. 1292. c G. d Rib. sim. E. * G. f Rib. g E. h Rib. i G. k Pi. l E. Me. sim. Pi. m Me. E. n E. o G. p Jun. sim. Camer. q E. Me. Rib. r Rib. † Jun. t J. Cap. v Rib. x Pi. y Rib. z G. a Jun. b Pi. c G. d E. Ger. * Ger. f Rib. sim. E. g Rib. E. Ger. h E. Er. i G. k Rib. l G. m Chrys. & Th. in E. n Par. ex Amb. & Illyr. o Er. E. &c. p Er. q Par. ex Hun. L. & Dion. r D. † G. t Be. sic Jun. Rib. E. Par. Ger. v Jun. x J. Cap. y Gom. z E. a E. Rib. b Par.

partim in terris peregit, partim in summo cœlo peragit[c]. Vel, 3. Ecclesiam[d], tum militantem[*], tum triumphantem[f]. Sed non apparet quomodo Christus sit minister eorum qui perducti sunt ad salutem[g]. ¶ *Et tabernaculi veri*] Idem hoc quod præced. *sanctuarium*, & additur per exegesin[h]; ut doceatur, in quæ sancta introierit Christus, nempe in cœlum[i]. Non minùs Tabernaculum illud quod pro Templo fuit, quàm ipsum Templum à Salomone structum, figuram gerebat Universi. Vide quæ diximus ad Mat. 27. 5. Adde & Clem. Strom. 5. In tota structura Tabernaculi magnam abscondi sapientiam aiunt Abelda & Abarbaniel. Philo Cœlum vocat ἱερὸν καθαρώτατον[k]. Sed sic Tautologia esset, eáque futilis; cùm res una evidenter dicta, nempe Pontificem esse *ministrum Sanctuarii*, quod ipsi proprium erat, significaretur per obscuriorem, eum scil. esse *ministrum tabernaculi*, quod officium ei cum Levitis omnibus commune est. Et quorsum de cœlo diceret, illud fixisse Deum, non hominem? Quis enim ità desipit ut homini hoc tribueret[l]? Posset quidem hoc non ineptè dici ad præstantiam cœli amplificandam, ut ex re ipsa, & simili loco Heb. 9. 14. apparet. Illa tamen sententia cum v. seq. non quadrat. Et ex collat. Heb. 9. 11, 12. colligitur distingui tabernaculum & sanctuarium, & per illud ad hoc ingressum esse[m]. Intelligitur ergò h. l. corpus Christi[n], quod ut *templum* vocatur, Joh. 2. 19, 21. & tabernaculi velo adumbratur, Heb. 10. 19, 20. ità hîc *tabernaculum* dicitur, per Metonymiam signi, & ob similitudinem: quia ut in Tabernaculo Deus præsens erat, & colebatur[o], & ministrabant Sacerdotes[p], & per tabernaculum, h.e. anteriorem & mediam tabernaculi partem, Pontifex ingrediebatur in Sanctum Sanctorum[q]; ità in Christo *habitat plenitudo Deitatis*, Col. 2. 9[r]. & in eo omnes pii, qui Sacerdotes in Christo facti sunt, conquiescunt, & munia sua perficiunt[†]; & per illud oblatum[t], & Christo[v], & nobis, patet aditus ad patrem[x], sive in cœlum, Heb. 9. 11[y]. Et ut Tabernaculum typicum in se omnia sancta continebat, candelabrum, mensam panis propositionis, lavacrum, altare, &c. sic in Christo homine est omnis sanctitas ac perfectio, & plenitudo omnis boni; & ex eo petenda lumen, victus, ablutio, reconciliatio, & consolatio nostra. Et ut Tabernaculi pars exterior vilis erat, sed interior gloriosa; ità Christus erat in forma servi, &c[†]. *Verum* autem hîc non opponitur falso, sed typico & umbræ[z]. Sic *verus panis*, Joh. 6. 32[a]. *verum lumen*, 1 Joh. 2. 8[b]. & ἀληθινὰ opponuntur antitypis & exemplis[c], & vocantur res præcipuæ quarum res minores figuræ sunt[d], Heb. 9. 24[*]. Sic *veritas per Christum*, Joh. 1. 17[f]. Vide quæ diximus ad Mat. 26. 29. Luc. 22. 16. Joh. 1 9. & 6. 32. & 15. 1[g]. Sic Christus dicitur *verus David, verus Salomon, verus Melchisedec*; & *verus* homo *picto* opponitur[h]. ¶ *Quod*, &c. Ἣν ἔπηξεν, &c] Allusio est ad morem figendi tabernacula[i], clavis magnis; quos homines in terram defigebant, nè vento huc illuc transferrentur[k]. *Quod fixit* (id est, vel, perpetuum atque immobile collocavit[l], [cœlum scilicet :] vel, adaptavit[v], ut dicitur Heb. 10. 5[x]. Πήγνυσθαι propriè de Tentoriis dicitur, quæ clavis attinebantur, quorum mentio Esa. 33. 20. & 54. 2. vox autem πήγνυσθαι, נטה, Gen. 26. 25. & 35. 21. Exod. 33. 7. Jud. 4. 11. 2 Sam. 6. 17. 1 Par. 16. 1. 2 Par. 1. 4. Sed per translationem etiam de Universo usurpatur, Job. 38. 6. Esa. 42. 5[y].) *Dominus*, (Heb. *Jehovah*, quod nomen LXX semper vertunt Κύριον, *Dominum*[z]: Mundi opifex[a], Deus, per se, sine hominis operâ[b], solâ Spiritûs sui potentiâ & efficaciâ, per antithesin Levit. Tabernaculi[c].) *& non homo*, Be. Pi. Non Moses[d], non Beseleel, non Levitæ. Similem oppositionem structuræ Divinæ & humanæ habes infrà 9. 11, 24. & 11. 10[*]. Cùm itaque hujus Tabernaculi minister appellatur Christus, sensus est, q. d. Non est Christus administer illius [veteris] Tabernaculi, & oblationum in eo; sed ipse nobis à Deo datus est, ut in sese & Tabernaculum, & oblationem, & omnia necessaria, habuerit, quibus instructus in verum, id est, cœleste, Sanctuarium ingrederetur, & nos reconciliaret Patri[f]. Dicitur minister corporis sui, quia illud jam in cœlis ministrans Patri repræsentat, &c[g].

3. *Omnis enim Pontifex*, &c.] Ostendit cur dixerit λειτουργὸν, quia talis est omnis Sacerdos summus[h]. Connecto hoc cum verbis præced. Causam adfert cur oportuerit Christum hominem fieri, ut haberet quod offerret[i]. Hîc probat (ut docet τὸ causale[k];) cur Christum adhuc *esse sanctorum ministrum* dixerat[l]. ¶ *Munera & hostias*] Quid hæc sint diximus ad Heb. 5. 1[m]. ¶ *Aliquid quod offerat*]. Quid autem offerat hîc tacet[n]; sed explicat cap. 9. 12[o]. Christus, quem Psalmus *Sacerdotem* vocat, *aliquid offert*[p], & quidem eximium supra Aaronidas[q], idque perfectiore genere offerendi[r]; nempe seipsum[†], vel sanguinem suum[t], vel corpus suum animatum[v], Heb. 10. 5[x]. putà verum Tabernaculum, verùmque sacrificium[y]; quod in Sanctuarium intromisit[z], & quo Sanctuarium illud consecravit[a]. Loquitur de oblatione sui, vel, 1. in missa per Sacerdotes[b]. Sed de hac prorsus tacet, quia mysterium est quod intelligendum relinquit fidelibus[c]. Vel, 2. quà seipsum, quondam in cruce passum, continuò in cœlis sistit & repræsentat Patri[d], donec completus fuerit electorum numerus[*]. Hæc autem Christi interpellatio *oblatio* metaphorica dici possit[f].

4. *Si*, &c. Εἰ μὲν γὰρ—οὐδ' ἂν ἦν, &c.] In MS. εἰ μὲν οὖν. Pontificem nostrum Christum in cœlis esse, quod dixit v. 1. hîc probat[g]. Bene progreditur ad causam reddendam dicti alterius, nempe Christum in toto Universo, ac proinde etiam in summo Cœlo, esse Sacerdotem[h]. *Nam si esset in terra*, (i.e. si ibi mansisset[i], nec mortuus esset[k], nec consedisset ad dexteram Patris[l]: si in terris, supple *tantùm*, obeundum ei fuisset ministerium[m]. Si esset terrenus Sacerdos, & sacerdotium & victima essent terrena[n].) *nè sacerdos quidem esset*, Be. Pi. Legalis scilicet[o], quantò minùs Pontifex[p]? vel, *sacerdos* idoneus[q], vel, ad terrenas victimas offerendas necessarius[r]; sub. *nisi offerret*, V. vel, nihil opus erat eum fieri Sacerdotem, quod in Psalmo prædicitur. ἦν apud Græcos, præsertim ubi ἂν additur, vim habet modi potentialis, quasi diceret ἐκαίνιση[†]. Nec victimam quam offerret, nec Sacrarium quod sanctificaret ullum, haberet[t]. Non est nempe Sacerdos, functione scilicet legitimâ, qui cœpit duntaxat, non absolvit, actionem Sacerdotalem. Notandum autem, Actionem Pontificis, immolantis extra Sanctuarium, & ingredientis in Sanctuarium, unam eandémque fuisse, licèt duabus partibus constantem; & alteram partem sine altera jure esse non potuisse, & priorem posterioris causâ factam. Et hæc tota Sacerdotis actio non cessit nisi toti actioni Christi offerentis sese in terra, & sistentis sese in cœlo. Itaque non antè sublatum est Sacerdotium typicum, quàm Christus ingressus esset in cœlum. Ergò Christo remanente in terra, stetisset illud Sacerdotium, & proinde Christus Sacerdos esse non potuit; quia duo Sacerdotia non possunt de jure simul obtinere. Jam verò ingressus est in cœlum, itaque umbræ evanuerunt. Dices, sic non potuisse Christum offerre in terra. Resp. Etiam stante Sacerdotio typico functio veri Sacerdotis Christi inchoari quidem potuit, per oblationem sui; non autem complementum habere, quod in terra haberi non potuit. Hæc vis argumenti Apostolici[v]. Ex hoc loco manifestissimum est, Christum non esse corpore suo præsentem in Missa, & in terris ante judicium[†]. ¶ *Cùm*, &c. Ὄντων τῶν ἱερέων, &c.] *Manentibus* (id est, vigentibus & quasi esse suum conservantibus[x]: vel, *Existentibus*, E.) *illis Sacerdotibus qui secundùm Legem offerunt* (vel, *offerre debent*, V.) *dona*, Be. Pi. sic E. In voce δῶρα intellige καὶ θυσίας etiam θυσίας[y]. Ad illa ergò offerenda alio Sacerdote opus non erat[z]. In MS. deest ἱερέων. *Erant qui ista offerrent quæ in Lege præscripta sunt.* Nihil opus erat ob id Messiam mitti. *Erant*, nempe cùm Psalmus ille scriberetur. Nam ὄντων etiam pro Imperfecto ponitur. Sic Plautus, *Cum uxore modò adveniens voluptatem capit.* Plinius, *Apri inter se dimicant, indurantes attritu arborum costas*, i. e. postquam induravere. Plura talia notârunt viri docti[a].

5. *Qui*, &c. Οἵτινες ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων] Probat Christum Sacerdotem esse cœlestem, non terrenum; quia umbræ non deserviit, ut Levit. Sacerdotes, sed ministerium erat veri Tabernaculi[b]. Probat ministerium Christi præstantius esse Levitico[c]. Bene causam

[Marginal notes, left column: c G. d Q. in E. Me. T. * Q. in E. T. f T. g Q. in E. h Q. in Gom. i Rib. k G. l Jun. m Gom. n Gom ex Chrys. &c. sic Jun. Par. ex Calv. Pi. o Gom. p Jun. q Ger. sim. Gom. Par. r Gom. Ger. Pi. † Jun. t Gom. sim. Ger. v Ger. x Gom. y Ger. † Dic. z Gom. Par. sic Rib. Pi. J. Cap. a Gom. Rib. b Rib. c Gom. d G. * Gom. G. f Gom. Rib. g G. h Rib. i E. k Rib. l Rib. sic E. v Gom. Jun. x Gom. y G. z E. a G. b Gom. sic Jun. c Gom. d Me. * G. f Jun. g Dic.]

[Marginal notes, right column: h G. i Be. k Par. l E. ex Aquin. sic Rib. Par. Ger. m G. Be. &c n Rib. E. o Rib. G. p G. q G. sim. Be. r Be. † Zeg. Rib. t E. Te. Par. Ger. v J. Cap. x Gom. sic Jun. y Gom. z Gom. Jun. a Jun. b J. Cap. c Q. in E. sic T. Me. d B. * E. sim. Ger. Dic. f E. f Ger. g Pi. sim. Zeg. E. Par. Rib. h Be. Jun. i G. k Cam. l Q. in E. m Cam. n G. o T. Zeg. sin. Me. Rib. p E. sic Zeg. q Er. r Q. in Zeg. † G. t J. Cap. v Cam. † Par. x Ec. y G. z E. Ger. sim. Me. T. a G. b Par. c Jun.]

causam reddit cur major Sacerdos mitti debuerit, quia ille cultus erat umbratilis. Res principales vocantur *corpora*; ea verò quæ rerum principalium significationem habent, *umbræ*, perspicuâ admodum Tralatione, Col. 2. 17. Vide & infrà 10. 1. Δεῖγμα est, *pars de re sumpta, unde rei qualitas intelligatur.* Latini dicunt *specimen*, & sic vox illa Græca in Glossario exponitur. Ὑπόδειγμα est minus aliquid, non pars rei, sed simile quiddam. Vide infrà *9. 23.* Jac. 5. 10. 2 Pet. 2. *6.* Vide & suprà 4. 11. Tentorium Mosis temporibus, Templum verò post Salomonem, nihil aliud erant quàm umbræ totius Universi, & gubernationis Dei in Universo, cujus pars præcipua est regio illa superætherea. Vide infrà cap. *9* [d]. Al. Occupatio est. Dices, Quidni Christus Pontifex sit in cœlis, Levitæ in terris! Resp. Levit. sacerdotium non erat archetypum, sed exemplar; tantisper mansurum, donec veritas cœlestis terrestres typos abrogaret [*]. [Verba sic reddunt:] *Qui* (vel; *Qui quidem*, Er. Il. Ti. Ca. nempe sacerdotes [f]; vel potiùs, Pontifices [g]. *Ut qui*, P. Be. Pi. Illi scilicet *qui*, Tre. ex Sy.) *exemplari*, (vel, *exemplo*, Ca. *exemplaris*, Be. vel, *subostensioni*, id est, obscuræ repræsentationi [h]; ut Metaphora sit à pictoribus, qui imaginem primò rudibus lineamentis adumbrant [i]: vel, *obscuræ picturæ*, Th. in Rib. vel, *in similitudinem*, Tre. ex Sy. vel, in *exemplari*, Q. in E. ut sit Ellipsis præp. ἐπὶ, vel ἐν, ante ὑποδ. [k].) *& umbræ*, (vel, *umbram*, Tre. ex Sy. vel, *umbra*, Ger. Calv. Par. *Umbra* opponitur & imagini expressæ & corpori [l].) *deserviunt* (vel, *ministrabant*, Tre. ex Sy. vel, *ceremoniis operantur*, Ca. vel, *cultum præstarent*, Be. Impropriè dictum: neque enim ipsis typis & umbris serviebant, sed Deo, cum talibus ceremoniis; q.d. versantur in cultu typico & umbratico [m], sive ceremoniis legalibus [n]. Sensus, q.d. Constituti sunt ut exemplar & similitudinem quandam nobis exhibeant [o]: vel, Totum illorum ministerium versatur circa typos [p].) *cœlestium*, Mo. Ti. Ca. &c. vel, *rerum cœlestium*, P. *rerum supercœlestium*, Jun. id est, Eorum quæ per Christum fiunt [q]; vel, quæ geruntur & divinitùs instituta sunt [r]; vel, in Ecclesiâ †, tum militante [t], ut patet ex collat. Heb. *9.* 23 [v]. tum triumphante [x]; vel, in cœlo [y], vel in cœlesti sanctuario, ut pleniùs explicatur Heb. *9. 6*, & seq. & 10. 11. & seq [z]. *Res cœlestes* vocat incarnationem Christi cum omnibus beneficiis ejus, seu sacerdotium Christi, &c [a]. Per Tabernaculum Mosis Cœlestia & sempiterna fuisse adumbrata, etiam Hebræi veteres viderunt. R. Bechai, *Nihil*, inquit, *in Tabernaculo & vasis ejus erat, quod idem non fuerat figuratum supernè.* Et alibi, *Arca, juxta Cabalam, typus est Solii gloriæ Domini.* In Berachoth, *Dedit nobis Deus figuras Tabernaculi, Sanctuarii, & omnium vasorum ejus, in typos rerum intellectualium, & ad intelligendas ex iis veritates cœlestes.* Neque hæc, & alia, Apostolo ignota erant [b]. Obiter ostendit, sacerdotium Christi Levitico præstantius esse [c], quia ad illud significandum hoc institutum est †; & quia præstantius est ministerium quod archetypo aut veritati præstatur, quàm quod exemplis & umbraculis ipsius ‖. ¶ *Sicut*, &c. Καθὼς κεχρημάτισται Μωσῆς] De verbo χρηματίζω vide Mat. 2. 12, 22. Act. 10. 22. infrà 11. 7. quibus in locis vides more Græco Passivum formari ab Activo Dativum regente: ità ut explicare liceat καθὼς κεχρημάτισται τῷ Μωσεῖ, eâ locutione quam habemus Luc. 2. *26.* Hebræi dicerent צוה in Pual [d]. [Sic vertunt:] *Sicut responso edoctus est* (vel, *divinitùs edoctus*, G. *oraculum accepit*, Er. *oraculo monitus est*, Ca. *oraculo responsum est*, Il. Ti. *divinitùs dictum est*, P. Be. Pi.) *Moyses*, Mo. &c. vel, *Mosi*, Be. Pi. &c. ¶ *Cùm*, &c. Μέλλων ἐπιτελεῖν, &c.] *Cùm faceret* (vel, *absoluturus esset*, Er. Ti. P. Be. Pi. &c. id est, facturus [*]: cùm in eo esset, & ageret ut perficeret [f]. Nam verba hæc dicta sunt Mosi priusquam illud facere cœpisset, utpote quibus forma Tabernaculi faciendi præscribebatur [g]. Vel, *decrevisset absolvere*, Ar.) *tabernaculum*, Tre. ex Sy. &c. Nempe Exod. 25. 40. Quò respicit & Stephanus, Act. 7. 44 [h]. ¶ *Vide*, &c. Ὅρα—ποιήσῃς πάντα κατὰ τὸν τύπον, &c.] Verba sunt LXX, nisi quòd additum est πάντα [i]: quod tamen habetur ex eodem cap. Exod. 25. 9 [k]. Sunt hæc verba Dei ad Mosen, Exod. 25. 40 [l]. *Vide—ut facias omnia ad exemplar* (Alia hæc vox à præced. & alius hîc sensus. Τύπος est *exemplar*, non umbraticum aut præfigurativum, sed propositum ad imitandum [m]; exemplar futuri ædificii [n]. Al. Per τύπον h. l. intelligitur archetypus, sive primarium illud exemplar rerum cœlestium, quæ per Tabernaculum & ceremonias illi annexas, tanquam per ἀντίτυπα, adumbrata sunt [o].) *quod ostensum est tibi* (Deus non verbis tantùm, ut Noacho, designavit Arcam, sed exemplari; idque ut doceret, Arcam illam non rem ipsam fuisse, sed rei typum & umbram [p].) *in monte*, Be. Pi. &c. Nempe Sina [q], in montis jugo [r]; cùm esses in monte †, ubi illud contemplatus es supernè, velut in ipso cœlo constitutum [t]; ut videlicet scias totum opus tuum futurum cœlestium rerum typum [v], neque in eo hærendum & subsistendum esse, vel cogitandum, illud perpetuò permansurum, sed, adventantibus illis bonis cœlestibus, cessaturum. Hæc ergò verba, *in monte*, designant, non locum in quo; Moses tum erat; sed locum in quo Idea illa erat. Sic plura extant exempla in Sacris literis Visionum in cœlo, quas in terra versantes viderunt, ut Apoc. 21. 10 [x]. Exemplum illud in monte Moysi monstratum, erat spirituale; corporeum, ejus figura. At illud spirituale significavit rem multò magis spiritualem; & mons, Cœlum supremum. Hunc sensum esse loci istius in Exod. mysticum vidêre & veteres Hebræi. Philo *tabernaculum* ait fuisse μίμημα καὶ ἀπεικόνισμα ἀρετῆς ἀσωμάτου, &c [y]. (*repræsentationem virtutis incorporeæ*, &c.) [Reliqua vide in G.] Tabernaculum terrenum fuisse dicitur *exemplar & umbra*, sive σκιαγραφία, *rerum cœlestium*, id est, Tabernaculi illius quod Moses vidit, exactè illud repræsentans. Qu. Quomodo Tabernaculum in monte ostensum vocatur *cœleste?* Resp. 1. Quia in Visione spirituali & miraculosa ei fuit ostensum: qualia *Divina* & *Cœlestia* vocari solent. 2. Quia mons ille typus fuit Cœli. 3. Forsan Mosi in monte versanti, idea visa fuit in Cœlo, ut dictum [z]. Al. Illud ipsum, inquit, exemplar, quod in monte ostensum est Mosi, fuit tantùm exemplar rerum cœlestium & spiritualium; multò magis id quod ad illius figuram extructum est. Non immeritò ergò Tabernaculum illud appellavi Typum rerum cœlestium [a], quia forma illius non est à Mose excogitata, nec fortè se obtulit ei cogitanti; sed à Deo ei fuit ostensa, qui, cùm vellet spiritualia & cœlestia significare, talem illius formam ei præmonstravit, qualem ad ista significanda aptissimam vidit [b]. Significat Apostolus, Mosem jussum fuisse Tabernaculum eâ formâ fabricare, ut Ecclesiam quasi typus repræsentaret [c]. Sat intellexit Moses, hoc tabernaculum typum fuisse & figuram tabernaculi spiritualis & cœlestis, quod Messias aliquando constructurus esset; putà Ecclesiæ, tum in terris, tum in cœlis, hujúsque splendoris ac gloriæ [d]. Al. Nuda hæc est comparatio, (sive allusio [*].) Sicut Deus Mosi ostendit figuram & exemplar, juxta quod tabernaculum, &c. formare debuit; sic Levit. Sacerdotium fuit exemplar & figura Sacerdotii Christi [f]. Argumentatur potiùs à voce תבנית, *similitudinis*; Quia per illud tabernaculum, &c. Deus voluit præfigurare Christum, &c. ideo formam ejus præscripsit ad hæc significanda convenientissimam [g].

6. Nunc, &c. Νυνὶ δὲ διαφορωτέρας τέτυχε λειτουργίας] *Nunc autem* (Νυνὶ δὲ non Temporis est nota, sed Oppositionis. Vide quæ dicta Rom. 7. 17. 1 Cor. 5. 11. & 7. 14 [h]. sub. *hoc*, Er. Ti. vel, *eò*, Il. P. Pi. vel, *tantò*, Camer. Er. Be.) *excellentius* (Græcè *differentius*, Pi. ut Heb. 1. 4 [i]. Est λειτουργὸς, ut suprà dixit v. 2 [k]. sive Sacerdos, idque præstantiore modo quàm Sacerdotes Levit [l]. λειτουργία illius multò excellentior est illâ Leviticâ [m].) *ministerium* (vel, *sacerdotium*, Er. *munus*, Ca. *sacram functionem*, Be.) *sortitus est*, Mo. Er. Be. Ca. &c. vel, *nactus*, sive *adeptus est*, Pi. Camer. E. Nè quis hîc imaginetur aliquid de sortibus [n]. Τυγχάνειν *nancisci*, ut Luc. 20. 35. 2 Tim. 2. 10. infrà 11. 35. לקח. Pro τέτυχε alii libri habent τέτευχε [o]. Nempe noster ille Pontifex, ex collat. v. 1 [p]. Christus, quàm Aaron [q]. ¶ *Quantò & melioris* (h. e. novi [r], sive Evangelici †:) *testamenti* (Sic vocat fœdus, seu pactum, quod in proposito est lex cum promissis [t]. Utitur voce διαθήκης, ברית; quia omnis Lex Divina sub conditione quædam promittit, ideóque & pacti induit naturam [t], ut diximus

Marginal notes (left): d G. | * Pe. | f Rib. E. Me. Ger. | g Rib. | h Rib. sic E | i E. | k Ger. sic Par. ex Calv. | l Rib. | m E. | n Pi. | o Rib. Me. sim. E. | p J Cap. | q Te. Me. Rib. | r E. | † E ex Chrys. T. Ger. | t E. ex Chrys. | v E. Ger. | x Chrys. in E. | y Me. Rib. T. Ger. | z Ger. | a Par. | b Buxt. exercit. de Arca, cap. 6. | c Rib. sic Jun. | † Rib. | ‖ Jun. | d G. | * E. | f Me. | g E. | h G. | i G. | k Rib. E. | l Me.

Marginal notes (right): m E. | n Ger. | o Pi. | p Cam. | q E. | r Cam. | † E. J. Cap. sic Buxt. | t J. Cap. | v J. Cap. simi. Buxt. | x Buxt. ib. | y G. | z Buxt. ib. | a Riv. in Buxt. | b Riv. in Buxt. sic Riv. E. | c Me. | d T. ex Ans. & Bed. | * Diod. | f Q. in Ger. sic Diod. | g Ger. | h G. | i Pi. G. | k G. | l Rib. Me. sic E. | m G. | n E. | o G. | p Pi. sim. Be. | q J. Cap. | r B. Me. | † J. Cap. | t E.

mus in Anteloquio ad N. Testamentum. Quod cœperat dicere 7. 12. *Legem esse mutatam*, id nunc à Prophetis prædictum ostendit [v].) *mediator* (vel, *intercessor*, E. Pi.) *est*] Ità Mo. sim. Be. &c. Christus quàm Aaron Mosésve [x]. Sacerdotis enim officium est, tum, intercedere inter Deum & homines, & pacta inter eos conventa sacrificio confirmare; tum, operam dare ut divinis promissis homines potiantur. Quantò ergò pacta meliora sunt, tantò dignius est sacerdotium [y]. Christus, non Moses, hujus pacti est μεσίτης. Nam & obtinuit nè crimina ante vocationem commissa homines à pœnitentia, aut pœnitentiâ ductos à venia, excluderent; & impetravit nobis summa à Deo beneficia, ad vitam æternam pertinentia, 1 Tim. 2. 5. Adde Gal. 3. 19, 20. Heb. 9. 15. & 12. 24 [z]. Hoc Testamentum quâ ratione melius sit, plenissimè explicatur cap. 9 [a]. ¶ *Quod*, &c. Ἥτις ἐπὶ — νενομοθέτηται] נתנה. Satis fuerat dicere τέθειται, sed maluit dicere νενομοθέτηται, ut ostenderet pactum hoc simul & Legem esse; sic junguntur *lex* & *pactum*, Psal. 78. 10. ἐπὶ verò cum Dativo hoc loco, ut sæpe apud elegantiores Græcos, significat contractûs partem [b]. *Quod præstantioribus* (vel, *in melioribus*, Mo. Vulg. Hebraismus, pro, cum melioribus [c]:) *promissis* (sub. *adhibitis*, Ca. vel, *meliorum promissionum causâ*; vel, *ad meliores promissiones*, sive ad meliorem spem pronunciatum Lege & introductum est [d]:) *sancitum* (vel, *datum*, Sy. vel, *compositum*, Ca.) *est*, Be. Pi. sic Er. Tre. P. &c. Propriè, *lege latum est*. Sed hoc ipsum est sancire legem, si pactis interpositis & cæsis hostiis confirmetur [*]. [Duo hìc quærenda sunt. Qu. 1. De quo pacto sermo est?] Resp. Fœdus duplex est, Legale & Evangelicum. Evangelici quoque Fœderis duplex fuit promulgatio, constitutio, sive administratio. Spiritualis, quæ Antonomasticè dicitur *Fœdus* Evangelicum; & Typica, quæ *Fœderis Legalis* nomen retinet. Hinc Joh. 1. 17. *Lex* opponitur & *Gratiæ*, id est, gratioso Fœderi, & *Veritati*, h. e. spirituali Evangelici, sive gratiosi, Fœderis illius promulgationi [f]. Novi Testamenti pactio h. l. non componitur cum Fœdere Patriarchis dato, quod promissionibus de Messia sancitum est, Gal. 3. 16, 17. sed cum eo quod diu postea cum multitudine factum, & Lege sancitum est [g]. De Lege scripta hìc loquitur. Qu. 2. Quo respectu *promissiones* Evangelii *præstantiores* Legalibus dicuntur? Resp. 1. Quia hæ ad solos Judæos spectant: illæ indiscriminatim ad omnes [h]. 2. Quòd illæ plura, & meliora, promittunt [i]; justitiam non externam, sed internam; veniam non ab erroribus, sed à peccatis quibusvis antecedentibus; Spiritûs dona, non paucis, ut sub Lege, sed omnibus [k]; & vitam [l] beatam [m], non terrestrem & temporariam [n], in terra Canaan [o], sed cœlestem & æternam [p]; bona spiritualia [q], gratiam & gloriam [r], & quidem gloriam majorem quàm quæ Adamo promissa est, Rom. 5. 20 †. & donum Perseverantiæ. 3. Quòd hæ obscuræ sunt [t], & promissiones vitæ æternæ, quas Fœdus legale habebat, sub typis rerum terrenarum obvelatæ sunt; illæ autem clariùs & pleniùs propositæ [v], & Sole meridiano clariores. 4. Quòd harum conditio impossibilis est, *Hoc fac & vives* ‖, nec ullum Lex relinquit pœnitentiæ locum; illæ verò comitem habent efficaciam Spiritûs Sancti apud Electos [x], & gratiam præstant [y], quâ ad promissa perveniamus; siquidem & ipsa [gratia] continetur sub promissione, ut mox docebit [z].

7. *Nam*, &c. Εἰ — πρώτη — ἄμεμπτος] *Si enim prius* (scilicet fœdus, seu Legale, sive Typicum [a]; vetus Testamentum [b]: πρώτη pro προτέρα. Vide quæ diximus Joh. 1. 15 [c]. vel, *primum*, Val.) *illud esset inculpabile*, Mo. vel, *irreprehensibile*, Val. E. Me. &c. id est, tale in quo nihil possit reprehendi [d]; non quasi mali aliquid in se haberet [*], ut fingebant Manichæi [f], contra Rom. 7. 12 [g]. sed quia imperfectum erat, nec subditos suos sanctificare poterat [h]: vel, *tale ut nihil in eo possit requiri*, sive *desiderari*, P. Be. Pi. sic E. Me. Rib. quod posteriori Testamento reservabatur [i]. Ἄμεμπτος hìc comparatè sumitur & nonnihil impropriè, eo sensu ut intelligatur fœdus Sinaiticum non tale fuisse quo non alterum posset esse perfectius. Vide suprà 7. 18, 19. Pari ferme modo sumi κατεγνωσμένος Gal. 2. 11. ad illum locum diximus. Et in hac ipsa re ἀνωφελὲς suprà 7. 18. Vide & quæ dicta Act. 13. 38 [k]. ¶ *Non*, οὐκ ἂν δευτέρας ἐζητεῖτο τόπος] *Non utique secundi inquireretur* (vel, *secundo quæsitus fuisset*, Be. Pi.) *locus*, Mo. Vulg. id est, Non fuisset illud amotum ut hoc succederet. Nam qui locum alicui rei quærit, sæpe ejus causâ rem alteram amovet [l]. Non fuisset necessarium aliud Testamentum, non fuisset secundum in ejus locum introductum; cùm enim habetur quod optimum est, cessat labor aliud inquirendi [m]. Atqui secundo locus promittitur [n], & illud introductum est ut suppleret quod deerat priori [o]. Quod autem subrogatur alteri defectum habenti, melius illo esse oportet [p].

8. *Vituperans*, &c. Μεμφόμενος γὰρ αὐτοῖς λέγει] Αὐτοῖς refertur, vel, 1. ad præced [q]. *Nam incusans* (vel, *vituperans*, Mo. Vulg. *reprehendens*, Ti. Ger. ex Sy.) *eos*, (id est, Judæos [r]: quos ob peccata sua prædicit abjiciendos; & novum testamentum, quod ob veteris imperfectionem promittit, novo populo, quem eorum loco substituet, dandum esse †.) *dicit*, Er. P. Ca. Be. Mo. Ti. &c. Obj. Sic non testamentum reprehenditur, quod probandum susceperat, sed populus [t]. Resp. Dum populo perfidiam exprobrat, simul infirmitatem fœderis notat [v]; quæ scilicet Judæos sibi obsequentes, sive bonos, reddere non potuit [x], *lege per carnem infirmatâ*, Rom. 8. 3 [y]. Hinc promittit novum fœdus quo redderentur obsequentiores Deo [z]. Vel, 2. ad seq [a]. *In eo enim aliquid desiderans, dicit eis*, nempe Deus Israelitis. Μεμφόμενος, scil. αὐτήν, nempe διαθήκην, ex collat. v. præced [b]. μεμφόμενος enim indubiè respicit præced. ἄμεμπτος, & ad rem eandem refertur [c]. Μεμφόμενος, id est, *Minoris faciens* pactum prius, *dicit illis*, qui nempe sub pacto priore vivebant [d]. ¶ *Ecce dies veniunt*] id est, Venient, Enallage [*]. Ἔρχονται, באים, sono est Præsens, sensu sæpe Futurum, ut 1 Thes. 1. 10. & alibi. [Sumpta hæc sunt,] ex Græco cap. Jer. 31. 31. & seq. sed id caput in Græcis editionibus multis est 38. ob transpositionem ibi factam. Utuntur hoc eodem loco in hunc eundem sensum Justinus [cujus verba vide in G.] & Tertul [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον, &c.] *Et* (vel, *Quum*, Jun. G. Pi. Be. &c.) *consummabo* (vel, *perficiam*, Pi. Quo verbo fortasse innuit, novum testamentum minimè frustrandum fore, ut vetus; sed effectum certissimum in omnibus filiis promissionis habiturum [g]: vel, *complebo*, Tre. vel, *faciam*, Ca. *efficiam*. Locutio hæc frequens Hebræis [h]: vel, *pangam*, P. Pi. *peragam*, Be. *percutiam*, V. Heb. *excidam*, aut *feriam*, E.) *super* (vel, *erga*, Pi. G. vel, *in*, Jun. *cum*, P. Be. Pi. G.) *domum* (vel, *domo*, Jun. Be. &c.) *Israel*, & — *Juda*, &c. Mo. Er. &c. *Domum* vocat totius regni quasi unam familiam [i]. *Israelis* & *Judæ* nominibus hìc intelligit, vel, 1. Decem Tribus & Duas Tribus [k]: quas significat novi pacti interventu conjungendas fore [l]. Ad hunc populum directè pertinet hæc promissio [m], ut docent verba seq. — *patribus eorum*, nempe Judæorum, quibus primum testamentum datum est [n]. Vel, 2. Israelitas omnes credentes, sive ex Duabus tribubus sive ex Decem tribubus [o]; & ex his, vel, eos qui nunquam idola Jeroboam adoraverunt, aut eis relictis ad Duas tribus accesserunt, & cum eis manserunt; vel, eos qui per terras Assyriorum dispersi sunt, qui etiam crediderunt, ut sæpe à Prophetis prædictum est [p]. Ex omnibus certè tribubus vocati sunt ad fidem, ut patet ex Act. 2. 5. Jac. 1. 1. Apoc. 7 [q]. Vel, 3. Ecclesiam ex Gentibus & Judæis colligendam [r]. Erant enim hi populi figura Ecclesiæ †: *Domus Israelis*, quæ à Deo ad idola divertit, typus erat Gentilium; *Domus Juda*, quæ in cultu Dei mansit, Judæorum, qui certè fuerunt primi credentes, & magistri omnium credentium, ac patres. Mos est Prophetarum, ut quæ promittunt Ecclesiæ, promittant Jerusalem & Synagogæ; quoniam in ipsis primò expleta sunt [t]. Et hìc, & passim aliàs, *Israel* & *Judæus* is demum dicitur quem Deus facit participem fœderis gratiæ, Joh. 1. 47. Rom. 11. 26 [v]. *Juda* & *Israelis* nomen egregio mysterio ad Christi Ecclesiam referuntur, non tantum quia hæc nunc populus Dei est meliori jure quàm illi fuere, verumetiam quia nominum significatio id postulat. Nam JUDAS est ἐξομολογούμενος, ut Philo rectè interpretatur; quod Christiani faciebant, etiam vitæ suæ pretio: ISRAEL verò *qui Deum superat*, id est, quidvis à Deo obtinet, sicut Christiani obtinent omnia

Marginal notes (left column): v G. — x J. Cap. — y E. — z G. — a Jun. — b G. — c E. — d Jun. — * E. — f J. Cap. — g Cun. De Rep. Heb. 3. 9. 921. — h Cam. — i E. Rib. sic Me. — k G. — l G. Cam. — m Cam. — n G. — o Cam. — p G. sic Cam. E. Me. — q E. Me. — r Rib. — † J. Cap. — t Cam. — v J. Cap. — ‖ E. Rib. Cun. ibid. — x Cam. — y E. sic Rib. — z E. — a J. Cap. — b E. Me. — c G. — d E. Er. — * E. Rib. — f E. — g Rib. — h E. — i Me.

Marginal notes (right column): k G. — l Idem. — m Rib. Me. — n E. — o Rib. Me. — p E. — q Ger. ex Chrys. & Oecum. — r E. Me. sim. Ger. Rib. — † Rib. — t Q. in E. — v Par. sim. E. Me. — x Me. — y Ger. E. — z T. — a Caj. & Stap. in E. — b Pi. — c Pi. ex Jun. — d G. — * Pi. sic E. — f G. — g G. — h G. — i Be. — k Q. in Rib. — l Be. — m E. sim. Rib. — n E. — o E. Rib. — p Rib. — q E. — r E. Rib. — † E. — t Rib. — v J. Cap.

quæ ad vitam ducunt æternam. Vide Rom. 2. 28, 29. & 9. 6. & ibi dicta. Adde jam quòd in illis temporibus populi in patriam restituti non figura tantùm, sed & gustus quidam, Evangelii fuit. Nam Christus, ut jam appropinquans, apertiùs à Prophetis indicatus est; verba quædam Prophetarum, per Esdram & alios mysticè explicata, spem quandam fecere vitæ melioris, & credentibus contigit Spiritus multò quàm olim fortior [x]. Qu. Ergòne nullus ante Jeremiam locus erat huic fœderi? Erat sanè, sed latebat sub umbris fœderis typici. Scriptura verò sæpe sic loquitur, acsi tum demum res fieret cùm incipit innotescere [y]. Implenda autem erat hæc promissio, vel, 1. tempore quo Lex ab Esdra renovata est, ut quidam Hebræi volunt [z]. Sed tunc non novum institutum est Testamentum, sed vetus quodammodò redintegratum. Vel, 2. tempore Messiæ: quæ sententia est & plerorumque ex Hebræis, omnium scriptorum Ecclesiasticorum, Hieron. teste [a]. Mentio est *novi pacti*, & quidem αἰωνίου, etiam Jer. c. 32. v. 40. Ezec. 16. 60. & 34. 25. Et sensus quidem apertior illorum locorum respicit tempus illud quo Judæi propè omnes, & ex Decem Tribubus qui vellent, restituti in patrias sedes, cultum Dei restituerant; qui nullâ postea idololatriâ corrupti erant: quod antè sæpe evenerat. Confer dicta de eo tempore, Esa. 2. 3. Jer. 31. 1. & 33. 8. Ezec. 11. 17. & 20. 41. & 36. 24. Et ipsam solennem pacti renovationem ex parte populi, Deo approbante, quam habemus Neh. 10. Et certè tantum erat illud beneficium ut omnium veterum possit oblivionem inducere; ac proinde singuli de populo non ex doctrina Magistrorum, sed proprio sensu, Dei bonitatem summam agnoscerent: qui sensus, & post eum recens admodum memoria, tum hujus boni, tum malorum quæ ab idololatris pertulerant, efficacissima erat ad Dei cultum in illo populo diu retinendum. Sed cùm illa dispensatio Dei per quam sibi ex omnibus terris collegit populum, manifestiùs quàm ullæ aliæ, figuret Messiæ tempora, ut & Rabbini agnoscunt; ideo sæpiùs ex Prophetarum locis eò spectantibus verba in sensu sublimiore ab Apostolis, & eorum adjutoribus, producuntur, ut in plurimis locis N. T. videre est. Et certè ità à Deo directa sunt verba, ut in Christi tempora quadrent exactiùs. Per hunc enim verè non antiquum fœdus renovatum est, sed factum planè *novum*; & quidem non diuturnum, sed planè æternum [b]. Dicit autem *fœdus novum*, non *Legem novam*, quia Christus *non venit solvere Legem, sed implere*. Et hoc sensu verum est, quod Judæi docent, *Legem per Messiam non mutandam* [c].

9. *Non secundùm fœdus*, &c.] q. d. Novum hoc pactum tale non futurum quale prius illud [d], sed ei dissimile [*], & eo longè perfectius [f], & præstantius [g]; vel, meliore successu. Κατὰ Similitudinem significare solet. Similitudo autem ista hoc loco, in eventu spectatur [h]. ¶ *Quo*, &c. Ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου, &c.] *In die* (i. e. Circa illud tempus [i], ut Ezec. 20. 5 [k].) *apprehendere me* (id est, cùm apprehendissem, quod hîc per Participium non ineleganter exprimitur [l]: *apprehendente me*, Mo. *quâ apprehendi*, Vulg. sim. Be. Pi. &c.) *manum eorum* (id est, hoc officium & procurationem recepi in me, ut eos, tanquam nutritius, manu ducerem [m]; vel, ut pater filium firmiter manu prehendit ut certiùs firmet gressus ejus [n]. Solent qui aliquem è carcere educunt manum ejus prehendere. Vide ad Heb. 2. 16 [o].) *ut educerem*, &c. G. &c. Benignè scilicet, quasi arreptâ manu [p]. Ἐξαγαγεῖν, id est, εἰς τὸ ἐξαγαγεῖν, quod clariùs in Hebræo, להוציאם [q]. Quæ liberatio typus erat liberationis ab æterna morte. Sed hîc typus antitypo suo opponitur [r]. Addit autem hæc verba per Prophetam Dominus, non tam ut tempus prioris pacti designet, quàm ut beneficii commemoratione ostendat ingratitudinem populi cum quo pactum illud inierat. Hæc enim cum exprobratione dicuntur. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν, &c.] Hebræa sic se habent, *Quia ipsi irritum fecerunt pactum meum*. Ubi tamen Pagn. & alii אשר non causaliter exponunt, sed expletivè, quod Hebræis frequens est. Alii causaliter accipiunt. Sic causa esset alicujus subintellecti, cur scil. vetus pactum à Deo rescissum est, quia ipsi priores illud violârunt. Nobis sermo videtur esse simpliciter narrativus, ut sensus sit, Et *ipsi pactum — irritum fecerunt*, per multa & magna peccata sua toto tempore V. T. [†]. *Quia* (vel, *Nam*, P. Be. J. Cap.) *ipsi non permanserunt* (vel, *perstiterunt*, Er. Be. &c.) *in illo meo fœdere*, Pi. sic E. ex Vulg. Nam quia Deus non scripsit illud in cordibus eorum, illud servare non poterant. Ratio ergò est à negatione causæ necessariæ ad negationem effectûs; quanquam propriè causa non fuerit pacti non servati [t]. *Non steterunt pactis*. Sic *dictis manere*, apud Virgilium. Ἐμμένειν hoc sensu habemus Deut. 27. 26. Act. 14. 22. Gal. 3. 10. In Hebræo est, *ipsi violârunt pactum meum*, nempe in cultu Vituli, in Massa & Meriba, in Madianitide, & rursum paulò post Josuæ tempora; ut jam seriora omittam [v]. *Non steterunt illi*, tum, quia fœdus illud impotens fuit in carne ipsorum; tum, quia literam magis occidentem, quàm Spiritum vivificantem, (ut vocatur 2 Cor. 3.) habuerunt; tum denique, quia conditiones ei insuerunt quas præstare non poterant [x]. Sensus est, q. d. Quia fœdus meum non custodierunt, sed potiùs Filium meum, eos ad me vocantem, cruci affixerunt, statui eos abjicere, & Gentiles vocare, & veris Israelitis novam legem dare [y]. ¶ Et, &c. Κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν] *Et* (id est, Proinde: nam illativè hoc dicitur [z].) *ego despexi*, sive *neglexi eos*, P. Mo. Be. Tre. Ca. sic Er. &c. *Neglexi eos vicissim*, [id est,] Non defendi eos contra serpentes; Levitas in eorum occisionem armavi; passus sum eos venire sub jugum hostium [a]; curam eorum abjeci [b], bona quæ promiseram subtraxi [c]; eos reprobavi [d], nolui ut populus meus essent, ut prædictum Dan. 9. 26. *Et non erit ejus populus*, qui scil. Christum negaturus est [*]. Aversatus sum illos pro merito eorum [f]. Sed gravis hîc incidit quæstio de mutatione loci, quem Apostolus non fideliter citat [g]. Hebræa sic se habent, ואנכי בעלתי בם. At בעל propriè est *dominari*, indè per Synecd. gen. *maritum esse*. Neutro modo convenit cum hoc loco: Hoc variè expediunt [h]. 1. Apostolus sequitur ο'. qui sic vertunt [i]. 2. Idem utrobique sensus est [k]; id quod diversis modis ostendunt [l]: vel, 1. In Heb. *dominatus sum eis*, q. d. Erant mihi jurati, sed perfidè jugum meum abjecerunt: hîc *ego neglexi eos*, i. e. curam eorum abjeci: consequens pro antecedente [m]: vel, 2. Heb. *Dominatus sum iis*, vel, *in eos*, id est, punivi eos, & ostendi me Dominum esse: confer Psalm. 110. 2 [n]. & ità punivi ut abjicerem eos, & pro neglectis haberem. Confer Ezec. 20. 33 [o]. vel, 3. Hebræa interrogativè legenda, cum emphasi & vehementia, *Et ego conjugio junctus mansissem eis?* id est, si propriè reddas, Et ego non neglexissem eos, divortiúmque fecissem ab eis [p]? 3. In Heb. pro בעלתי legendum, vel געלתי, vel בחלתי, quæ sonant, *fastidivi, despexi* [q]. Cur enim magis in V. T. variantem lectionem admittere reformidem quàm in Novo, præsertim ubi ipsam Scripturam, aut Apostolos duces, sequimur [r]? 4. Verbum בעל, quanquam cum Accusativo constructum significet *maritare*, ut Esa. 62. 5. & cum ל constructum, *dominari*, ut 1 Chron. 4. 22 [†]. cum ב tamen constructum valet *fastidire*, vel *aspernari* [t]. Et ità hîc accipiendum suadet, 1. collatio loci Jer. 3. 1. בעלתי בכם, quod pater Kimchi vertit, *fastidivi vos*, quomodo & R. Tanchum. 2. quòd *Dominii*, aut *Maritationis*, significatum minùs quadrat cum loco Jer. 31. 32. quàm *Fastidiendi*: unde R. Ebn. Jannahius vertit, *fastidivi res eorum*, id est, ipsos, iisque afflictus sum. 3. consensus versionum antiquarum, tum Græcæ, ἠμέλησα, tum Syriacæ, quæ habet בסית להון, *contempsi illos*. 4. consensus veterum Hebræorum, R. Ebn. Jannahi Grammaticorum princeps, & Kimchii pater, & R. Tanchum, qui omnes בעל *fastidire* reddunt. 5. usus linguæ Arabicæ, in qua בעל *Baala*, est, non modò *Dominum esse*, & *Maritari*; sed & *Perturbari*, *Fastidire*, *Nauseare*, quo sensu etiam, uti hîc, in Hebræo cum *Be* construitur [v]. Et hæc vocis Hebrææ significatio à priore *dominandi* derivata videtur: nam cum dominio despectus servorum plerumque conjunctus est [x]. ¶ *Dicit*, &c. Λέγει] Pro quo, tum hîc [apud Lxx,] tum infrà in Græco, est φησὶ, sensu eodem [y].

10. *Quia*, &c. Ὅτι αὕτη, &c.] *Nam* (vel, *Quamobrem*, Be. J. Cap. vel, *Sed*, G. ex Hi. ὅτι est pro Hebræo כי [z]. Al. *Quia* hîc more Hebræorum & Græcorum redundat, &

Marginal notes (left column): [x] G. [y] J. Cap. [z] Q. in E. [a] E. [b] G. [c] D. [d] E. Me. sic Rib. [*] Pi. [f] E. [g] Me. sic E. [h] G. [i] G. sim. Rib. E. [k] G. [l] Idem. [m] Jun. [n] J. Cap. [o] G. [p] Gom. sim. Me. [q] G. [r] J. Cap.

Marginal notes (right column): [†] E. [t] E. ex Aquin. [v] G. [x] Jun. [y] Rib. [z] E. [a] G. [b] Rib. E. [c] Rib. [d] Me. [*] Rib. [f] Jun. [g] Jun. [h] Gom. [i] Q. in Jun. [k] Q. in Gom. [l] Gom. [m] Par. [n] Al. in Gom. sim. Rib. E. [o] E. [p] Jun. [q] Q. in Poc. sic G. Ham. ex Cap. & Med. [r] Med. l. 3. p. 709. [†] Poc. misc. 1. [t] Poc. sic Gom. Ham. [v] Poc. ib. [x] Gom. [y] G. [z] G.

& ornatui tantùm, & consuetudini linguæ, deservit[a].) *hoc est fœdus, quod paciscar* (Pro διαθήσομαι in Hebræo est אכרת, *scindam*, quia fœdera scissâ pecude fiebant[b]:) *domui Israel*, Pi. &c. Sub qua comprehenditur & *domus Judæ*[c], cujus v. 8. distincta fit mentio[d]. Hîc Ἰσραὴλ ponitur pro *omni posteritate Israelis*: ubi ponitur *Judæ* significat Decem Tribus, ut alibi diximus[*]. Exponit quale sit pactum quod promittit[f]. ¶ *Post dies illos*] id est, Post tempus illud[g]. [Quod?] Resp. In sensu primo valet, *post Exsilium*; in sensu sublimiore, *post mala illa quæ Judæi pertulere per arma civilia inter se, & externa Pompeii ac Sossii*[h]. Al. Sensus est, q. d. Post aliquantum temporis spatium, hominibus quidem incertum, sed Deo certum ac definitum; quo sensu legimus, *post dies multos*, & *in illa die*, *in illis diebus*, &c. ut sæpe apud Prophetas[i]. Al. Postquam ego *eos neglexero*, i.e. Judæos incredulos abjecero, & gentes vocavero, &c[k]. Sed obstat, quòd novum hoc fœdus eidem populo promittitur cui datum erat vetus. Adde quòd in hoc testimonio quædam quidem promittuntur ut futura, alia autem commemorantur ut præterita. Non ergò pertinet hoc ad tempus adventûs Christi, sed ad illa tempora quæ hanc ipsam Novi Fœderis promissionem antecesserunt[l]. Al. Post dies Veteris Testamenti exactos[m]. *Post dies illos*, i. e. in diebus illis, cùm dies illi advenerint[n]: advenerint autem, quando illorum initium esse cœpit[o]. Sic Matth. 27. 63. *Post tres dies*, i. e. cùm venerit tertius dies[p]. Al. *Post hos dies*, h. e. In seculo venturo, quod adventui Messiæ primo, vel secundo, destinatur[q]. ¶ *Dando*, &c. Διδὺς νόμους εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς] Ponendum comma post alterum αὐτῶν[r]. *Indam* (Videtur legendum διδὺς δώσω[†], ut est in LXX[t]; *dando dabo*, i.e. certissimè dabo. Alioquin oratio erit tum imperfecta, tùm inconsequens. Deinde καὶ ante ἐπιγράψω, connectit similes modos: quare præcedere debuit δώσω[v]. Et in Hebræo est *dabo*[x].) *leges meas menti* (vel, *in mentem*, J.Cap.) *eorum*, *& cordi eorum inscribam eas*, Be. Pi. &c. q. d. Non scribam in tabulis lapideis, sicut scripta est Lex Vetus[y], 2 Cor. 3. 3[z]. sed in cordibus[a], quæ ex lapideis carnea efficiam[b]; in duabus tabulis animi, *in mente*, eam illuminando agnitione Dei, ac fide in Christum, & *in corde*, illud emolliendo ac flectendo ad obedientiam, Ezec. 11. 19, 20. & 36. 26, 27[c]. *in mente*, ut ea nôrimus quæ priùs nobis erant ignota, vel minùs nota: *in corde*, sive *voluntate*, faciendo ut ea velimus & faciamus quæ priùs nobis erant ingrata, vel minùs grata. Quod postremum beneficium priore multò est præstantius, & Evangelico Fœderi verisque fœderatis ejus multò magis speciale[d]. Non debuit nuda mentis illuminatio poni inter promissiones N. T. quia agendorum & fugiendorum notitiam præstabat Lex Vetus. Malim ergò hîc, ut sæpe, rem eandem aliis verbis repeti[*]. Sensus est, Ipsorum mentem & cor virtute Spiritûs, quem infundam ipsis, reformabo[f]; ipsos illuminabo & regenerabo[g]; per gratiam meam efficaciter inclinabo eorum corda, ut Legem meam ament, & impleant omnes illi ad quos hoc pactum pertinet. Quæ gratia Legem novam à vetere propriissimè & essentialiter discernit. Obj. At multi justi erant sub V. T. qui Legem servabant. Resp. Justi omnium ætatum ante Christum justificati sunt participatione & gratiâ Novi Testamenti, quod certè, si rem ipsam, & primam ejus originem, spectemus, tempore prius erat Veteri Testamento per Mosem dato, & initium accepit Gen. 3. 15. deinde variis de Christo promissionibus confirmatum; quanquam posteriùs sancitum esset in morte Christi, & deinde mundo patefactum, & per id tempus, ac deinceps, res promissa largiùs & copiosiùs præstita esset. Sed quomodo Novum Testamentum *fœdus*, seu *pactum*, dicitur, quum omnino gratuitum sit, & ipsas conditiones, h. e. bona opera, promittit? Nec dicendum, hanc promissionem, *Dabo legem*, &c. ratam non fore, nisi homo de suo aliquid adferat. Sic enim non absolutè, nec sine conditione, promisisset Deus; & proinde poterit quoque Novi Test. promissio frustrari, perinde ut veteris, & de Novo quoque Test. dicetur, *quia non permanserunt*, &c. quod est manifestè contra promittentis intentionem. Resp. Heb. ברית latè sumitur, nec fœdera tantùm & pacta comprehendit, sed promissiones etiam gratuitas & ab omni conditione liberas, ut illam de diluvio cohibendo, Gen. 9. & de terra Canaan, Gen. 15. collat. cum Deut. 9. 4, &c. Tale igitur pactum est Novum Test. scil. promissio Dei prorsus absoluta & gratuita; quâ dignatus est homini in peccatum & interitum prolapso promittere Salvatorem, ac per eum peccatorum remissionem, Legis obedientiam, hujúsque mercedem vitam æternam[h]. Hæc inscriptio docet nos & quàm nobis necessaria, & quàm efficax & insuperabilis, sit cœlestis hæc sculptura in iis quos fœderis sui participes facit[i]. Al. Sensus primus [hujus loci] est, q. d. Efficiam ut omnes Legem meam memoriter teneant, per multitudinem Synagogarum quæ structæ sunt illo tempore, ubi Lex ter in hebdomade docebatur. Sensus sublimior est, Spiritum S. dabo Christianis, qui eos doceat atque hortetur, Joh. 14. 17, 26. & 15. 26. & 16. 13. 1 Joh. 2. 27. Uterque sensus est in Ezec. 36. 26[k]. Hæc inscriptio duplex est, extraordinaria, in Apostolis, &c. Joh. 14. 2. Act. 2. & ordinaria, per prædicationem Evangelii & internam Sp.S. gratiam conjunctam, 1 Cor. 3. 5, 7[l]. Sensus est. Loco externorum & carnalium rituum dabo illis præcepta spiritualia, & mirâ magnitudine gratiæ meæ, hac in re aliísque multis, affectus eorum permovebo, ut spontè Legi meæ pareant[m]. ¶ *Et ero eis in Deum*, (h. e. In principem, & quidem singulari modo[n]. Ero illis Deus quem ipsi fideliter colent[o]. Al. Reipsâ declarabo me esse eorum Deum, in curam & tutelam meam eos recipiam, eos beatos faciam[p].) *& ipsi erunt mihi in populum*] Gratum & obsequentem[q], selectum, singularem, & peculiarem[r]. [Sensus] Illi me colent, ego eos protegam. Locutio par ei Heb. 1. 5[†]. Sed mallem utroque membro significari affectum Dei in eos quibus fit promissio, q. d. Ego me eis præstabo Deum, & habebo eos pro populo meo, ideóque benefaciam eis, & ad æternam felicitatem eos perducam. Confirmatur hic sensus ex collat. Heb. 1. 5. Apoc. 21. 3[t].

11. *Et*, &c. Καὶ οὐ μὴ διδάξωσιν, &c.] Potentiale est, *Non opus est ut doceant*, &c[v]. *Et nequaquam docebunt proximum* (Quidam Græci Codices legunt πολίτην, *civem*[x], quomodo & Syrus, *filium civitatis*[y]. Πολίτης hîc dixit pro συμπολίτης. Sic & Latini dicunt, *meus municeps*, i. e. ejusdem mecum municipii particeps. In Hebræo hîc רעהו, ut Levit. 18. 19. בן עמו[z].) *quisque suum*, *& fratrem* (Non tam naturâ, cognatione, gente, quàm vicinitate, ut *frater* sumitur Gen. 19. 7. Exod. 10. v. 23. vel, spirituali conjunctione, ut Psal. 22. 13. & disciplinæ communione, ut 1 Chron. 25. 7[a].) *quisque suum*, *dicens*, *Cognosce Dominum*: (i. e. Domini voluntatem[b]:) *nam omnes* (nempe, filii Novi Testamenti atque promissionis[c]; vel, ad quos fœdus illud pertinet[d]; vel, illi in quorum cordibus scripta erat Lex[*]: nam ad malos Christianos non pertinet hæc promissio, sicut nec præced[f]. Et *omnes* hîc ponitur pro majori & meliori parte fidelium[g], ut sit Hyperbole[h].) *cognoscent me*, *tam parvus eorum*, *tam magnus eorum*, Pi. &c. vel, *inter ipsos*, G. vel, *à minimo ad maximum*, G. J. Cap. sim. Vulg. Pi. Er. &c. vel, 1. statu & conditione[i]; vel, 2. ætate[k], ut Jer. 8. 42, 44[l]. i. e. adolescentes & senes. Eadem locutio Gen. 19. 11. 1 Sam. 5. 9. & 30. 2, 19. 2 Par. 31. 15. & 34. 30. Esa. 22. 24. Olim qui aliqua de re dubitabant, consulebant Prophetas, 1 Sam. 9. 9. Post reditum à Babylone omnes, qui non perpetuo labore victum cogerentur quærere, Legem ediscebant. Et sic Christi præcepta, quæ Lex est nova, facilè ediscunt omnes Christiani. Vide 1 Cor. 1. 5. Joh. 6. 45[m]. Esa. 11. 9. & 54. 13. 1 Thes. 4. 6. 1 Joh. 2. 20, 21, 27. Sed difficultas est de sensu hujus promissionis[n]. Fanatici hinc colligunt, nullam esse ministerii Ecclesiastici necessitatem & utilitatem[o]; sed exspectandos esse interiores afflatus & raptus[p], quia intùs aspirat & docet Deus[q]. Resp. 1. Pugnat hæc interpretatio cum aliis Scripturæ locis[r], quæ externum ministerium astruunt[†], ut Act. 8. 31. Joh. 6. 45. ubi in ipso Ministerii ac prædicationis actu allegatur hæc promissio: Rom. 10. 14. Eph. 4. 11. collat. cum Jer. 3. 15[t]. 2. Non loquitur hîc de infidelibus & ignaris, qui utique opus habent ut edoceantur; sed de fidelibus & piis, [ut antè dictum:] neque hos negat opus habere ut in doctrina proficiant & confirmentur;

a Rib. sim. E. — b G. — c E. sim. Ger. — d Ger. — * G. — f E. sim. Me. — g Er. — h G. — i E. sim. Ger. — k Rib. — l E. — m Par. — n Rib. ex Th. — o E. — p Rib. — q J. Cap. — r G. — † Pi. G. — v Pi. — x G. — y Rib sic E. Gom. — z Gom. — a Jun. E. — b Jun. — c Gom. — d J. Cap. — * E. — f Jun. — g Par.

h E. — i J. Cap. — k G. — l Gom. — m Ham. — n J. Cap. — o Me. Q. in E. — p Al. in E. — q J. Cap. — r Me. — † G. — t E. — v G. — x E. sic Er. Ger. — y E. Ger. — z G. — a Cer. — b G. — c E. — d Pi. — * Ger. — f E. — g Rib. — h Q. — i Pi. Ger. — k Pi. E. Ger. — l E. Ger. — m G. — n E. — o Ger. sic E. Di. — p Ger. — q E. — r Ger. — † E. — t Ger.

mentur; quo fine scripsit Johannes, 1 Joh. 2. 26. sed negat opus esse, ut, quasi ignari essent, de novo doceantur [v]. 3. Promissio hæc non absolutè intelligenda est, ut ex Heb. 10. 34, 35. apparet [x]; sed comparatè [y], cum V. T [z]. quando notitia Dei & exigua erat, & ad unam gentem astricta, Psal. 147. 19. Rom. 9. 4. unde Gentiles illud cognituri opus habebant discere à Judæis: at N. T. tempore notitia Dei & perfectior ac planior est, (ut puerulus bene institutus meliùs intelligat mysterium Christi quàm præcipui olim Sacerdotes:) & omnibus populis communis [a]. Cognitio Dei sub V. T. tam exilis fuit, præ illa sub N. T. ut Propheta ejus nullam habuerit rationem [b]. Doctrina tunc obscura erat, & quasi inchoata, nunc autem clara & facilis; ut vel minimi ea addiscant de quibus Prophetæ diligentissimè inquisierunt, 1 Pet. 1. 11 [c]. Sensus est, Non opus erit magno labore & molestiâ in docendis piis, quia Deus cordibus eorum inscribit, &c [d]. 4. Promissio hæc pertinet ad vitam futuram [*]. Obj. Non placet, quia & præced. & seq. ad vitam præsentem pertinent [f]. Resp. Ad hanc vitam inchoativè pertinet, consummativè verò ad futuram [g]. Promissiones N. Fœderis inchoantur in hac vita, implentur autem in vita futura. Ergò cùm Spiritus non indulgeatur plenè in hac vita, opus est prædicatione Evangelii [h]. 5. Non loquitur hîc de nuda cognitione Dei, nec de cognitione profundorum mysteriorum [i]; sed de notitia Dei ad salutem necessaria, eâque vivâ & effectivâ, quâ Deus ità cognoscitur ut diligatur, timeatur, colatur, &c. Sic enim notitia Dei in Scriptura sæpe accipitur [k]. Rationem autem hujus amoris reddit v. seq. *quia propitius ero*, &c. q.d. Hoc tanto beneficio, quasi quodam stimulo, excitabuntur ad me amandum [l].

12. *Quia*, &c. Ὅτι ἵλεως ἔσομαι, &c.] Hactenus promissio de sanctificatione, sequitur altera de justificatione & conservatione [m]; de reconciliatione [n], & remissione peccatorum [o]; vel, 1. eâ quæ fit in Baptismo [p]; vel, 2. generaliter [q], etiam post Baptismum, quippe quæ est beneficium N. Testamenti [r]. Confirmat hoc collat. cum 2 Sam. 7. 14, 15. Psal. 89. 30. & seq. Et relapsorum peccata remittens Deus, dicitur eorum non ampliùs recordari, & *ea non imputare*, Psal. 32. 2. Ezec. 18. 22. & 33. 16 †. *Quia* (Quod in Heb. est כי, & hîc ὅτι, optimè vertitur per *profectò* [t]. *Quia* hîc est expletivum, ut sæpe Hebræis [v].) *propitius* (vel, *placatus*, Er. V. clemens & facilis [x].) *ero injustitiis* (vel, *iniquitatibus*, Vulg. Pi. *injustis factis*, Pi. sic Be. *super injustitiis*, Er. *super iniquitates*, V.) *eorum*, (In Heb. est עונם, quæ vox significat *facta omnia contra æquum*. Ἵλεων ἔσῃ, sicut ἱλάσκεσθαι suprà 2. 17. in sensu vulgari est, *pœnas exigere nolle criminum*; in sensu mystico est, *ità sanare animum ut crimina non redeant*. Sic & *non meminisse eorum*, sublimiori, sensu, Deus dicitur, ubi nihil est novi quod vetera in memoriam reducat [y].) *& peccatorum eorum & iniquitatum eorum*, &c. P. *Peccatum* & *iniquitas* pro eodem ferè sumuntur in Prophetis [z]. Pro his duabus vocibus una est in Hebræo, לחטאתם, quæ ità generalis est ut omnia alia peccata, quæ sub nomine ἀδικίας non solent venire, comprehendat [a]. Syrus & Latinus unam tantùm vocem legerunt hoc loco, & Græci quidam; ità ut altera harum videri possit irrepsisse ex glossemate [b]. Verùm illud καὶ ἀνομιῶν exegeticè & emphaticè additum [c], ut significetur, cujusvis generis peccatorum remissionem verè credentibus esse promissam [d].

13. *Dicendo* (vel, *Dum dicit*, Be. Pi.) *novum*] Scil. fœdus. Sunt verba Apostoli continentia ἐπιχείρημα [*], novúmque argumentum, sumptum ex hac voce; quam, licèt semel tantùm lectam, arripit, & expendit atque urget. Vide diligentiam Apostoli in observandis & ponderandis Scripturæ verbis [f]. ¶ *Veteravit*, &c. Πεπαλαίωκε, &c.] *Antiquavit*, &c. Val. Er. V. Be. Pi. E. ex Amb. id est, Vetus fecit [g], vetus esse declaravit [h]; & proinde abrogavit, novúmque subrogavit [i]; ostendit esse inutile, quales sunt senes decrepiti. Est enim hîc similis figura qualis suprà 1. 11 [k]. ¶ *Quod*, &c. Τὸ δὲ παλαιούμενον καὶ γηράσκον ἐγγὺς ἀφανισμοῦ] *Porrò quod antiquatur*, (putà institutione Dei [l], quod vetus verè dicitur [m]:) *ac senescit*, (putà suâ ipsius infirmitate [n]:) *prope* (vel, *in propinquo*, Il. Ti.) *est ut deleatur*, Pi. vel, *evanescat*, Er. P. Be. vel, *corrumpatur*, Sy. vel, *extinguatur*, Jun. i.e. ad finem & interitum festinat [o], translatâ nimirum omni authoritate & virtute in secundum Testamentum [p]. Unde colligendum relinquit, prius Testamentum tandem debuisse finiri, & finitum esse [q]. Vel, *accedit ad interitum*, ac tandem interit. Quod enim nunquam interit, id nè veterascit quidem, nec senescit. Quare Angeli nusquam *senes* dicuntur [r]. Occultè vaticinatur & Templum & Remp. Judæorum brevì perituram. Id evenit decem fermè annis post scriptam hanc Epistolam. Senectutem mors excipit. Disci hoc potuit, tum ex Dan. 9. 22. tum ex Luc. 21. 20 †.

[v] Di. [x] Gom. [y] Jun. Cam. Gom. Ger. [z] Gom. Ger. [a] Q. in Ger. [b] Cam. [c] Jun. [d] Q in Ger. sic Th. & Oecum. in E. sim. Me. [*] Aug. Theod. Ans & Caj. in E. sic Cam. J. Cap. Ger. [f] E. [g] Ger. [h] Di. [i] E. [k] E. sim. Rib. [l] Rib. [m] Gom. [n] Jun. [o] Jun. E. Ger. [p] Q. in E. [q] Ger. [r] Ger. sim. E. † E. [t] G. [v] E. [x] V. [y] G. [z] E. [a] G. [b] G. sim. E. [c] Ger. [d] Ger. sim. J. Cap. [*] Pi. [f] E. [g] Me. [h] Me. J. Cap. [i] J. Cap. [k] G. [l] Jun. [m] Me. [n] Jun. [o] Me. sic E. [p] Jun. [q] E. [r] J. Cap. † G.

CAP. IX.

1. HAbuit, &c. Εἶχε μὲν οὖν καὶ ἡ πρώτη δικαιώματα λατρείας] Reflectit hîc ad id quod dixerat Heb. 8. 5. Levit. Sacerdotes *deserviisse exemplari*, &c. q.d. Quod ibi breviter attigi, nunc explicatiùs dicam, à forma Tabernaculi, rebúsque in eo gestis, &c [a]. Instituit hîc pleniorem & planiorem collationem, tum fœderis, tum Sacerdotii, veteris & novi [b]. In prima cap. parte typum, in secunda antitypum, describit, ut doceat quantò hoc illo præstantius sit [c]. [Sic vertunt:] *Habuit* (q.d. Sed jam habere desiit. Hanc vim habet hîc præt. tempus [d].) *quidem* (μὲν hîc notat protasin Antitheseos, eíque è regione respondet δὲ, infrà v. 11. ubi incipit apodosis [*].) *ergò* (q.d. Cùm ante tot secula prædixerit Jeremias antiquandum prius fœdus, æquum est ut tandem compleatur illa prophetia [f]:) *&* (vel, *etiam*, V. Pi. Er. P. Sed καὶ hîc expungi possit, quia non est in Sy. nec in vet. MS. cod [g]. Verùm καὶ hîc non videtur redundare: nam etiam in N. T. sunt δικαιωμ. & λατ. & ἁγ. quanquam minimè κοσμικὰ, ut in V. T. vel, καὶ hîc est emphaticum, ut Phil. 2. 9. & jungendum, vel, cum πρώτη [h]; vel, cum δικαιώματα [i], quod perinde est: neque enim differunt, *Habuit prius fœdus etiam*, &c. &, *Habuit etiam prius fœdus*, &c [k].) *prius* (vel, *primum*, Er. Sed πρώτη hîc pro προτέρα, ut v. seq. & 6. & alibi passim [l]. Intelligitur hîc, vel, 1. σκηνὴ [m]: quam vocem fateor pleraque Græca exemplaria jampridem habere [n], quam & Arabs habet [o]. Non placet: 1. Quia illud non legerunt Sy. & Lat [p]. nec cod. Clarom [q]. nec cod. MS. Oxon [r]. nec Chrys. Th. & Oecum †. Et Photius (omnium Græcorum interpretum acutissimus [t],) apud Oecum. agnoscit glossema esse [v]. 2. Quia hæc additio sensum depravat [x]. Neque enim tabernaculum cum N. T. confertur, sed totum V. Testamentum [y]. Nam v. seq. σκηνὴ dicitur [z], tanquam interpretamentum illius quod dixerat ἅγιον κοσμικόν· atqui σκηνὴ non habet σκηνήν. 3. Quia δικαιώματα non propriè Tabernaculo, sed Fœderi, *Hoc fac, & vives*, addita sunt [a]. 4. Sic *Tabernaculum* haberet in se τὸ ἅγιον κοσμικὸν, id est, Tabernaculum, ut apparet ex v. 3. ubi σκηνὴ dicitur ἅγια ἁγίων [b]. Vel, 2. διαθήκη [c], ex prioribus [d], ex collat. v. ult. cap. præced. cum quo hic versus cohæret [*], & conjunctus erat ante divisionem in capita [f]. Idem indubiè hîc πρώτη quod ibi. At ibi πρώτη appellatur διαθήκη, ut patet [g].) *justificationes* (vel, *ritus*, Be. *statuta*, vel, *constitutiones*, Pi. *præcepta*, G. Tre. Cam. Rib. E. *justa instituta*, Jun. *constitutos ritus*, P. Δικαιώματα Græci vertunt & מצות [h], & חקים [i], Num. 30. 16. Deut. 4. v. 14, 40, 45, &c [k]. Porrò δικαίωμα illis est quicquid ἐδικαίωσεν ὁ Θεὸς, *quodcunque Deus jus*, sive *justum esse*, *voluit*. Unde specialiter significat Præcepta Legis, non Moralia; (qualia *fœdus habere* absurdè diceretur. Quis enim dubitet in omni Fœdere Dei cum hominibus esse præcepta illa moralia?) sed Ceremonialia, seu talia quæ non aliter justa sunt quàm quia Deus jussit, & quorum ratio non est quærenda [l]. Δικαίωμα alibi significat modò κατόρθωμα, ut Rom. 5. 18. ubi opponitur παραπτώματι· modò *absolutionem*, ut Rom. 5. 16. modò *judicium*, ut Apoc. 15. 4. sæpissimè autem *constitutionem*, ut hîc & apud LXX passim, & Luc. 1. 6. & Rom. 1. 32. & 2. 26. & 8. 4 [m].) *culturæ*, Mo. sim. Vulg. V. i. e. Cultus in speciem justificantes [n]; vel, *religionis*, P. vel, *ministerii*, Tre. ex Sy. vel, *cultûs*, Jun. Be. Pi. i.e. ad cultum Dei pertinentes; vel, de ritibus seu ceremoniis [o], sacri-

[a] E. sic Ger. [b] Gom. [c] J. Cap. [d] J. Cap. ex Chrys. & Occum. [*] Pi. [f] J. Cap. [g] Be. [h] Cam. [i] Be. Cam. [k] Cam. [l] Sch. [m] Q. in Cam. [n] Be. [o] J. Cap. [p] G. Be. Cam. [q] Be. [r] Ham. † Rib. sic G. Ham. [t] Be. [v] J. Cap. sim. Be. [x] E. [y] E. ex Phot. [z] Cam. sim. E. [a] Cam. [b] Ham. [c] Be. Cam. G. J. Cap. Rib. E Ger. [d] G. sic E. [*] Cam. [f] Ham. [g] Cam. [h] Idem. [i] Cam. G. [k] G. [l] Cam. [m] J. Cap. [n] V. † Rib. E. J. Cap. [o] Pi. sic Rib.

ſacrificiis, &c [p]. vel, *ritualem cultum.* Vox λατρείας hîc accipienda in Genitivo caſu [q], & conjungenda cum δικ [r]. ex omnium veterum cod. fide †, & conſenſu Interpretum [t]. Sed repugnat ſeq. τό, τε ἅγιον κοσμικόν· iſtud enim notat præceſſiſſe ἀσύνδετον· alioqui dicendum fuiſſet, καὶ τὸ ἅγιον, &c [v]. [Alii ergò has voces diſtinguunt:] *juſtificationes, cultus*, Er. Vox λατρείας ſumenda in Accuſativo [x]; nam & tertius Accuſativus ſequetur [y], & à δικ. diſtinguenda [z]. Nam & hoc cap. diſtinctè proponuntur & explicantur, λατ. v. 6. & δικ. v. 10 [a]. Senſus, *Habuit pactum illud*, & *præcepta* multa neutiquam conferenda cum Chriſti præceptis; & *cultus ſuos*, nempe externos, de quibus in Levitico [b]. Habuit *Præcepta* de ceremoniis, & *Cultus* varios juxta illa præcepta inſtitutos [c]. Nomen generis hîc ignobiliori ſpeciei tribuitur, ut cùm Beſtiam *animal* dicimus. Λατρεία ergò eſt δικαίωμα quod reſpicit Dei cultum, externum ſcilicet; de quo δουλεύειν raró, aut nunquam, λατρεύειν verò ferè ſemper & de induſtria, LXX uſurpant, & poſitum eſt totum in Oblationibus: δικαιώματα verò ſimpliciter, ut explicatur infrà v. 10. ea ſunt quæ nos reſpiciunt, ut Ablutiones, Abſtinentiæ à cibis, &c [d]. Sermo hîc anceps eſt. Legenda hæc ſunt, vel diſtinctè, vel potiùs conjunctim: λατρείαν enim appellat *ritus ſacrificiorum* *. ¶ Et, &c. Τό, τε ἅγιον κοσμικόν] Et hic eſt Accuſativus, *Habuit pactum illud Sanctuarium ſuum mundanum* [f]. *Et* (vel, *Illudque*, Mo.) *Sanctuarium* (vel, *Sanctum*, Er. Il. Ti. Mo. D. i.e. vel, 1. Atrium populi [g]. Quod non placet, 1. quia nuſquam ſic vocatur; 2. ſic tres eſſent Tabernaculi partes, cùm nuſquam ſit mentio in hac collatione niſi duarum partium ejus, nempe prioris & poſterioris [h]. Vel, 2. Tabernaculi pars in qua Sacerdotes verſabantur, quæ & ἅγια vocatur, & Heb. קדש, in qua erant *lucernæ, menſa, & panis propoſitionis* [i]. Vel, 3. totum Tabernaculum [k], à Moſe conſtructum [l], dictum מקדש, Exod. 25. 8 [m]. Sic & Heb. 8. 2 [n].) *mundanum*, P. Be. Pi. Er. Ca. &c. Κοσμικὸν dici volunt, vel, 1. quòd in eam partem admitterentur etiam proſelyti ac Gentiles *. Non placet, quia atrium illud, in quo conſiſtebant illi, non erat pars Tabernaculi, aut Templi; neque ullus ibi locus Gentilibus ſignatus erat, nec ſi ſignatus eſſet, *ſanctus*, ſed profanus, dictus fuiſſet [o]. Vel, 2. quia totius mundi figuram, ſive imaginem, habebat [p]. Vide ſuprà 8. 2 [q]. Velo enim intermedio dividebatur in duas partes, *Sancta*, & *Sancta Sanctorum*. Illa vitæ quæ in terris agitur, hæc vitæ quæ in cœlis, formam ac rationem imitabatur [r]. Sed hæc ratio ſpecioſa magìs quàm vera videtur †. Vel, 3. quia ejus uſus fuit in hoc duntaxat mundo. Nam & Judæi Sanctuarium duplex agnoſcunt, *ſupernum* & *infernum*, ut R. Jona [t]. [cujus verba vide in Cap.] Vel, 4. quia typicum erat, qualia *elementa mundi* vocantur Gal. 4. 3. quia nimirum illa, quod ad ſubſtantiam attinet, & ſeparata à ſua ſignificatione, ſunt aliquid terrenum. Sic terra Canaan dicitur *Mundus*, Rom. 4. 13 [v]. Vel, 5. ad diſtinctionem Tabernaculi cœleſtis [x], de quo Heb. 8. 2. & 9. 11, 24 [y]. q. d. Terrenum [z], humanum [a], caducum [b], ex materia mundana, nempe terrena, conſtructum [c]; quod manufactum & de hoc mundo eſt, cujus miniſterium terrenum eſt, & miniſtri ſunt ſuper terram. Confirmatur hæc expoſitio ex collat. v. 24. & Heb. 8. 2. Ità & vox κοσμικὸν accipitur Tit. 2. 12. & κόσμος, Matth. 16. 26. 1 Cor. c. 7. v. 31 [d].

2. *Tabernaculum*, &c. Σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη ἡ πρώτη] Neglecto Atrio, Tabernaculum in duas partes dividit, *Sancta*, & *Sancta Sanctorum*. Quæ ſingula per Synecdochen, & propter diſtinctionem velorum, *tabernacula* vocat *. Explicat formam illius Sanctuarii, qualis fuit Moſis temporibus cùm Lex lata eſt. Σκηνή, id eſt, משכן, ſæpe vocatur totum illud *tabernaculum*, ſive *tentorium* potiùs, cujus duæ erant potiſſimæ partes; ſed quæ & ipſæ rectè σκηναὶ dicuntur, quia habebant quæque ſuum velut tectum. Et ſic loqui etiam Hebræos notârunt eruditi. Et nota hîc rurſum πρώτη pro προτέρα, ut ſuprà 8. 7, 13. πρώτην autem vocat eam quæ prior intrabatur, & vocabatur ἅγιον, cui in Templo reſpondet היכל, πρόναον Philoni. Δευτέραν verò eam quæ ob majorem ſanctimoniam vocabatur ἅγια ἁγίων, cui in Templo reſpondebat דביר, *locus oraculi.* Illud Cœli ætherei, & eorum quæ ab æthere reguntur, hoc ſuperætherei, imago erat,

[p] E. [q] J. Cap. [r] Be. † Be. ſic J. Cap. [t] J. Cap. [v] Cam. [x] G. ſic Cam. Ham. [y] G. [z] Ger. ex Luth. ſim. Cam. [a] Cam. [b] G. [c] Ger. [d] Cam. * Er. [f] G. [g] Q. in Be. [h] Be. [i] D. [k] E. ſic V. Cam. Pi. Rib. Ham. Gom. [l] Cam. ſic E. [m] Pi. [n] E. * Er. ex Chryſ. & Th. [o] Rib. E. [p] Rib. ex Theod. G. [q] G. [r] Theod. in Rib. † E. [t] Cap. [v] Cam. [x] Gom. ſic J. Cap. E. Be. Jun. [y] Gom. [z] E. Ca. Be. [a] Ca. [b] Be. [c] Pi. ſim. V. [d] E. * Gom.

ut alibi diximus [f]. [Verba ſic reddunt:] *Siquidem* (vel, *Nam*, Ca.) *tabernaculum factum* (vel, *conditum*, Ca. non quomodocunque, ſed inſtructum & adornatum, ut vox Græca ſignificat [g]:) *fuit primum*, Er. Ti. Ca. E. ex Vulg. *Tabernaculum enim conſtructum* (vel, *apparatum*, Be. *comparatum*, Jun.) *fuit: prius* quidem, Be. Pi. Jun. J. Cap. Ἡ πρώτη hîc ſignificat non ordinem temporis, ſed loci, quia pars illa tabernaculi anterior ingredientibus fuerit prior [h]; ut apparet ex hiſtoria conſtructionis Tabernaculi Exod. 37 [i]. *Tabernaculum*, id eſt, prima pars tabernaculi [k]. ¶ *In*, &c. Ἐν ᾗ ἥτε λυχνία—καὶ ἡ πρόθεσις, &c.] *In quo* erant *& candelabrum*, (vel, *lucernæ*, Er. *candelabra*, Vulg. Mo. Candelabrum enim unum erat, in quo ſeptem lucernæ [l], erátque ad Meridianum Tabern. latus, ut *menſa* ad Aquilonare [m]. מנורא, imago Planetarum. Erant enim rami ſex, & unus in medio ſcapus, ut explicant Philo & Joſephus [n].) *& menſa*, (cui panes ſeq. imponebantur [o]:) *& propoſitio panum*, Ti. Er. ſic Vulg. vel, *& panes* (*duodecim*, G.) *propoſiti*, P. Be. Jun. vel, *propoſititii*, Pi. in ea *poſiti*, G. id eſt, Deo expoſiti [p]; qui ſolebant in menſa proponi coram Domino [q]: Heb. לחמי פנים, Exod. 35. 13. ità dicti, [vel] quia in conſpectu ſemper erant Sacerdotibus [r], [vel] quia coram Dei facie ſpeciatim ordinati, propoſiti, conſecrati †. Significabant hæc, Alimenta ex terra quidem naſci, ſed vi ſiderum eam vegetante [t]. De his vide Levit. 24. 5, &c [v]. Ἡ πρόθεσις ἄρτων, pro, οἱ προτεθέντες ἄρτοι, locutione frequente & Hebræis & Græcis [x]. Hypallage eſt, *propoſitio panum*, pro, *panes propoſitionis* [y]. Duo ſunt etiam corporibus noſtris gratiſſima, Lux & Vita. Ad hæc duo referri poſſunt omnia ferè dona ſpiritualia. Utrumque beneficium hîc adumbrabatur, Lux in *candelabro*, Victus in *menſa* [z]. Adumbratum hîc officium Chriſtianorum omnium, inprimis miniſtrorum; ut ſcilicet, & aliis præluceant vitâ, vel inſtitutione, Mat. 5. 13, &c. Act. 26. 16. Phil. 2. 15, 16. & paſcant fideles, qui ſunt Sacerdotes, &c. Apoc. 1. 6 [a]. ¶ *Quæ*, &c. Ἥτις λέγεται ἅγια] Sic enim ſcribendum, non ἁγία [b], ut quidam Codices habent depravatè [c]; ut ex ſequentibus apparet, & ſuprà 8. 2. קדש, Exod. 26. v. 33 [d]. ubi Græci ἅγιον *. Sed ἅγια dicitur potiùs de intimo Sanctuario, quia num. plur. apud Hebræos ſæpe vim habet Superlativi [f]. [Sic vertunt:] *Quod* (ſcil. tabernaculum [g] primum [h]. Relativum hîc non refertur ad proximum, id eſt, propoſitionem panum [i], aut menſam [k]; ſed ad remotius [l].) *dicitur Sancta*, Ti. Pi. D. ſim. Be. P. vel, *Sanctum*, V. Al. *Quæ dicitur*, vel *dicuntur*, *Sancta*, vel, *Quam vocant Sancta*; ut reſpondeat ad hoc quod mox ſequitur, *Sancta Sanctorum* [m].

3. *Poſt*, &c. Μετὰ——καταπέτασμα σκηνή, &c.] *Poſt ſecundum autem velum* (Duplex enim erat velum in tabernaculo [n], Exod. 26 [o]. *primum* [p], ſive exterius [q], quod erat in ædis aditu atque veſtibulo [r]; quod adytum, ſeu atrium, à Sancto ſeparabat †, dictum *tegumentum portæ tentorii*, Exod. 26. 36 [t]. per quod primùm in Tentorium intrabatur [v]; quod Græcis dici ſolet κάλυμμα, vel ἐπίσπαστρον, Hebræis, מסך, ut diximus ad Matth. 27. v. 51 [x]. & *ſecundum*, ſive interius [y], quod Sanctum dividebat ab adyto, ſeu penetrali, nempe, à Sancto Sanctorum [z]; quod propriè Græcis καταπέτασμα, Heb. פרכת [a], ſub. *erat*, Be. Pi. vel, *comparatum fuit poſterius*, Jun.) *tabernaculum*, (σκηνὴ Synecdochicè ponitur pro poſteriori tabernaculi parte [b]; infrà v. 7. vocatur σκηνὴ δευτέρα, & Macario σκηνὴ ἐσωτέρα, ut alia σκηνὴ ἐξωτέρα [c].) *quod dicitur Sanctum Sanctorum*, Pi. quod & דביר *oraculum*, & Davidi דביר קדש, & ἄδυτον, & χρηματιστήριον [d], & Exod. 26. 33. קדש הקדשים *, ubi Græci Interpretes ſingulariter ἅγιον ἁγίων vocant [f]; hîc Scriptor poſthac ἅγια, nempe, ſubaudito quod ſemel expreſſum fuerat τῶν ἁγίων, Id ſignificat, eum locum altero fuiſſe ſanctiorem. Nam Comparativos aut Superlativos Hebræi per Genitivos additos ſæpe exprimunt [g].

4. *Aureum*, &c. Χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον, &c.] Hic eſt locus qui eruditis plurimis ſuſpectam fecit Epiſtolam [h]. Ego, qui hanc Epiſtolam maximi facio, nunquam adducar ut ejus auctoritatem deſeram. Et puto objectis optimè reſponderi [i]. [Sic vertunt:] *Aureum habens thymiaterium*, Pi. Qu. Quid hîc θυμιατήριον? Reſp. 1. Thuribulum,

[f] G. [g] E. [h] Ger. ex E. [i] F. [k] V. Me. [l] Me. ſim. E. ex Anſ. & Aquir. [m] Er. Zeg. [n] Rib. [o] G. [o] Me. [p] V. [q] Pi. ſim. E. [r] G. † J. Cap. [t] G. ex Philone. [v] Pi. [x] G. [y] Pi. [z] G. [a] Gom. [b] G ſim. Pe. Er. Zeg. Pi. [c] Be. [d] G. * G. ſim. Pi. [f] J. Cap. [g] Be. Zeg. J. Cap. G. E. Me. Rib. [h] F. G. [i] Rib. ſic E. [k] E. [l] Rib. ſic E. [m] Er. [n] Gom. ſim. Rib. E. [o] E. [p] Pi. [q] E. [r] Jun. † Gom. [t] Pi. [v] G. ſim. E. [x] G. [y] E. [z] Gom. ſim. E. Rib. [a] G. [b] Ger. [c] D. [d] Idem. * G. [f] G. ſic D. [g] G. [h] G. ſim. E. [i] G.

ribulum [k]. At θυμιατήριον fuisse ἐν τῇ σκηνῇ τῇ ἐσωτέρᾳ satis constat ex Mose, Philone, Josepho, Rabbinis [l]. Erant quidem thuribula aurea, Exod. 25. & 37. sed horum aliquod fuisse in Sancto Sanctorum non legitur [m]. Verùm singulare hoc fuit thuribulum, semel in anno usurpandum [n]; in Die expiationis [o], quando Pontifex in Sanctum Sanctorum ingrederetur cum eo ut solennem faceret suffitum [p]: quod, vel, 1. in Sancto Sanctorum in eum usum asservatum erat [q]; sed sic contra mandatum Sanctum Sanctorum ingredi, & priùs thuribulum inde repetere debuisset, suffitum facturus: vel potiùs, 2. alibi conservatum huic usui peculiariter inserviebat [r]. Hujus thuribuli mentio fit Levit. 16. 12. illúdque aureum fuisse docet Apostolus†; quomodo & Josephus Antiq. 3. 7 [*]. & Hebræi Maimon. Abarb. &c. his verbis, *Diebus cæteris suffitum facturus prunas de Altari cepit in Thuribulo argenteo, & ex eo illas evacuavit in Thuribulum aureum; hoc verò die expiationis decerpsit prunas Thuribulo aureo*, & in illo eas retinuit [t]. Resp. 2. Altare thymiamatis sive suffitûs [v], quod *aureum* vocatur Exod. 39. 38. & 40. 26. non quia ex auro solido erat conflatum; sed quia totum erat auro tectum [x], Exod. 30. 1. & 37. 26 [y]. Erátque hoc altare nihil aliud quàm magnum thuribulum. Et θυμιατήριον hoc sensu accipit Josephus Antiq. 3. 7. & belli Jud. 6. 6 [z]. Nec verisimile est, hoc altare, quod unum fuit ex præcipuis in tabernaculo, hîc ab Apostolo prætermissum fuisse. Prætermittitur autem, nisi hîc denotetur [a]. Θυμιατήριον hîc non est mensa, sed impositum mensæ *batillum*. Ἐσχάραν vocat Josephus, 3. 8. πυρεῖον Lxx, Levit. 16. 12. ubi in Hebræo המחתה, quam vocem Saadias Gaon vertit מגמרה, quod significat πυρεῖον, *prunarium*; quo nomine ab Arabibus vocatur illud in Cœlo Sidus, ut notatum Scaligero. Hæc ἐσχάρα facilè portabatur, ut idem ille Josephus nos docet. Ubi autem describitur ritus ille expiationis anniversariæ, Levit. 16. 12. dicitur de summo Sacerdote, ולקח מלא המחתה וגו׳; ubi Lxx, Καὶ λήψεται τὸ πυρεῖον πλῆρες, &c. Quorum verborum hic est, ut arbitror, sensus, *Sumet summus Sacerdos batillum cum prunis de ista mensa quæ respicit Arcam, manus autem suas implebit aromate optimè facto: deinde cum istis* (nempe, priùs transponens batillum intra velum, deinde ipse intrans cum pugillis aromatum:) *intrabit intra velum interius; & de isto aromate imponet in prunas batilli apud Arcam.* Dicitur ibi ἐσχάρα fuisse *coram Deo*, quia respiciebat Arcam, ut apertè dicitur Exod. 40. 5. Notus est autem mos Hebræorum, qui per Synecdochen signi pro re signata Arcam appellant *Dei* nomine. Ità Exod. 30. 6, 8. quod dictum fuerat *coram propitiatorio*, mox dicitur, *coram Domino* [b]. [Aliis tamen hæc sententia non placet:] 1. Altare illud non θυμιατήριον dictum fuit [Lxx] senioribus, sed θυσιαστήριον θυμιάματος, ut Heb. מזבח קטרת. At τὸ θυμιατήριον usurpârunt pro Heb. מקטרת, 2 Par. 26. 19. Ezec. 8. 11. quod Latinè *thuribulum*, & aliàs מחתה Hebræis dicitur. Nec aliter Syrus, qui τὸ θυμιατήριον vertit, *domum aromatum*, Boder. *thuribulum*, Tremel. Sic Arabs *vas aromatis*. Pro מחתה autem Lxx solent dicere πυρεῖον. 2. Illud non erat intra velum secundi tabernaculi, ubi θυμιατήριον hîc statuitur; sed ante velum, Exod. 30. 6. nec in secundo, sed in primo tabernaculo [c]. Resp. Non difficile intellectu est cur dicit hic scriptor interius illud tentorium *habuisse batillum*, non quòd ibi semper esset; sed quòd semper Arcam, quæ erat in Adyto, respiceret, & in illo die maximè solenni Expiationis in tentorium interius, id est, in Adytum, transferretur. *Habere* enim dicimur id quod in nostro est usu [d]. Oraculum habebat hoc altare, quomodo herus servum habet, aut rex satellites, aut templum ministros. *Habere* multis modis dicitur, ut notat Aristot [*]. *Habebat*, non sitûs, sed relationis & officii, ratione; quo respectu nuncupatur מזבח לדביר, *altare Adyti*, 1 Reg. 6. 22 [f]. Non dicitur hîc *in quo erat thymiaterium*, sed *habens thymiaterium* [g], videlicet proximè sibi admotum [h], ut ipsi serviret ad usum supradictum [i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὴν κιβωτὸν, &c.] *Et arcam fœderis*, sive *testamenti*, (sic dictam, quòd in ea servarentur *tabulæ testamenti*, sive *legis* [k]. Arca nulli alii rei serviebat quàm ad asservanda ea quæ erant in

k Gom. Di. Be. Buxt. l G. m E. n Di. sim. Buxt. Be. o Buxt. Exerc. De Arca, c. 5. p. 76. p Di. sic Buxt. q Di. r Buxt. † Di. * G. t Buxt. ib. v Rib. E. Me. Jun. Er. Ger. J. Cap. Pi. x Ger. ex E. y Ger. z E. Ger. a Ger. b G. c Di. d G. * Rib. f J. Cap. g E. h E. sim. Pi. i E. k Idem.

Arca, ut Philo notat; sicut & multarum gentium sacra cistâ condebantur, ut Clemens nos docet de sacris Eleusiniis: de sacris verò Thebanis Seneca Hercule Oetæo, *Nos Cadmeis Orgia ferre Tecum solitæ condita cistis* [l].) *undique circumtectam auro*, P. sic G. Quod & Exod. 25. v. 11. & 37. 2. legimus [m]. ¶ *In*, &c. Ἐν ᾗ στάμνος —— καὶ αἱ πλάκες, &c.] *In qua* (sub. *erat*, Be. Pi.) *urna* (Heb. צנצנת, quod variè exponitur, *scutella*, *patera*, *vas*, *urna*: Chald. *lagunculа*, *amphora* [n]. Στάμνος, *urceus*, *urna*, in Glossario. Apud Hesych. στάμνος, ὑδρία, κάλπη [o]. Respicit historiam Exod. 16. 33 [p].) *aurea* (At Moses hoc non dicit. Id ergò verisimile est habuisse eum ex traditione majorum [q]. Sanè cùm cætera vasa aurea fuerant, vel auro tecta, convenit idem de hoc vasculo intelligi [r].) *habens manna*, (quod continuo miraculo incorruptum per tot secula mansit, cùm in deserto nè triduum servari posset †:) *& virga Aaron* (quæ eadem & virga Mosis [t],) *quæ germinavit*, (vel, *fructum protulit*: id enim est βλαστήσασα, de quo historia est Num. 17 [v].) *& tabulæ fœderis*, Pi. sic Be. Lapideæ scilicet, quibus insculptus erat Decalogus [x]; non priores, quæ confractæ sunt, Exod. 32. sed posteriores, Exod. 34. quas ibi repositas fuisse constat ex Exod. 40. & Deut. 10 [y]. vel, fractæ [z], sive fractarum reliquiæ [a]: [de quo vide Buxt. exerc.] vel, integræ [b], & novæ [c]; vel, fractæ cum integris [d]. Πλάκες לחות, Exod. 31. v. 18. Hinc δίπλακα θεσμὸν dixit Orphicorum scriptor [*]. Sed difficillima hinc quæstio exoritur [f], quomodo dicat hæc tria in Arca fuisse, cùm *urna* illa & *virga* coram Domino in tabernaculo posita fuisse dicantur apud Moysen, at in Arca locus eis datus non dicitur [g]; & 1 Reg. 8. 9. 2 Par. 5. 10. Joseph. 8. 2. satis apertè dicatur, *in Arca nihil fuisse aliud nisi duas* πλάκας τῆς διαθήκης [h], id est, τῷ δεκαλόγῳ, quod initium διαθήκης [i], Resp. 1. Tempora distinguenda sunt [k]: [hîc tamen variant:] *Urna* & *Virga* non erant in Arca tempore [aut] Mosis [l], aut Salomonis; sed ibi reposita sunt, vel, tempore Jeremiæ [m]; vel, saltem post Salomonem [n]. Et hoc Apostolus habere potuit ex traditione majorum, quomodo & illud de Jannes & Jambres, 2 Tim. 3. 8. & Judas illud de Propheta Enochi [o]. Habere hoc potuit ex præceptore suo Gamaliele [p]. Sed obstat, quòd jam Paulus non loquitur de tempore Salomonis, aut Jeremiæ, sed Mosis [q]; nec de Templo, sed de Tabernaculo [r], ut res ipsa docet. Alii ergò responsionem invertunt †: Mosis tempore in Arca fuerunt, & Urna illa cum Manna, & Aaronis Virga [t]. Et ubi potiùs quàm in Arca, cùm intra Adytum positum fuisse Manna, apertum sit ex loco Exod. 16. 33. Virgam verò positam apud ipsam Legem, quæ & *testimonium* dicitur, constat ex Num. 17. 10. Et in Arca positam fuisse Virgam dicit Gorionides [v]. Tunc etiam, cùm instabile & vagum esset Tabernaculum cum Arca, locum non habebant commodum ad ista omnia [seorsim] collocanda [x]. Tempore autem Salomonis hæc indè educta sunt [y], & ante Arcam ad latus ejus disposita & asservata [z]. Lapsu temporis, cùm metus esset nè Virga cariem, Manna autem mucorem, pateretur, ablata ea sunt ex Arca, & custodita in loco carente ventis & solibus. Et cùm Templum Salomonis conderetur, eadem de causa non reposita sunt illa in Arca; sed in crypta subterranea, ut Rabbini veteres scribunt [a]. Sed & hæc sententia suas habet difficultates [b]. 1. Satis constat, hoc ad eludendam vim argumenti excogitatum esse [c], cùm nihil proferri possit ex Scriptura, aut ex vet. historiis, quo hoc commentum nitatur [d]. Philo Arcam vocat *vas legibus destinatum*. Josephus Antiq. 8. 2. testatur nihil in ea fuisse præter duas tabulas, imò nec tempore Mosis, Antiq. 3. 6. & 4. 8 [*]. 2. Urna reponenda erat *coram Domino*, Exod. 16. & *coram testimonio*, id est, coram Arca, quæ Dominum repræsentabat; non ergò in Arca, sed extra eam [f]. Nullibi jubentur hæc intra Arcam reponi. Nec ullum est in Scriptura mutationis hujus fundamentum [g]. [Hæc prima responsio.] Resp. 2. Non negat, 1 Reg. 8. Urnam & Virgam in Arca fuisse [h], quod habetur in Traditione [i]; sed negat tantùm de Lege ibi quicquid aliud fuisse collocatum, præter Decalogum [k]. Sed exponendus est ille locus secundùm ea quæ Moses olim scripsit, qui sic tabulas Arcæ includit ut excludat cætera.

l G. m G. sic E. n Ger. o G. p E. sic G. q E. r E. sim. Ger. † G. t E. v G. x J. Cap. y E. z Q. in D. a Q. in G. b Al. in D. G. c G. d Al. in D. * G. f Rib. g E. h G. sim. Rib. E. Ger. i G. k Q. in Buxt. l Q. in Gom. & in E. m Ham. ex Th. n Can. & Bel. &c. in Rib. o Q. in Gom. p Ham. ex Th. q Rib. E. r Rib. E. Gom. † E. t G. sic Cathar. in Rib. & in E. v G. x Q. in Buxt. y Cathar. in E. z Q. in Buxt. a G. b Buxt. c Rib. d Rib. sim. E. * Rib. f E. g Buxt. Exerc. p. 72. h R. Levi & Abarb. in Buxt. p. 60 & 69. i Abarb. ib. k R. Levi in Buxt. sic V. ad 1 Reg. 8.

cætera [l]. Resp. 3. *Arca* sumitur modò strictè, ut 1 Reg. 8. pro ipso corpore Arcæ; modò latiùs, ut hoc loco, ità ut comprehendat receptacula in lateribus Arcæ [m], qualia fuisse colligitur ex Deut. 31. 26. 1 Sam. 6. 8 [n]. Quod autem in capsella Arcæ adjecta fuit, in censu habebatur eorum quæ in Arca sunt; licèt non omnia eodem modo, & uno in loco. Sic in Aula Regis dicuntur esse etiam ii qui juxta eam suum domicilium habent, ad Aulam tamen pertinent [o]. Resp. 4. Relativum aliquando ad antecedens, non proximum, sed remotius, refertur, ut Gen. 10. 12. *illa est urbs maxima:* quod ad Ninivem pertinere constat. Et 1 Sam. 7. sub finem, *illic*, id est, in Kiriathaim, 2 Sam. 2. 14. Et Psal. 99. 6. *exaudivit eos*, nempe, Mosen & Aaronem, qui remotiores [p]. Ità & h. l. ἐν ᾗ refertur non ad vocem proximam, κιβωτὸν· sed ad remotiorem, σκηνὴν, v. 3. *in quo*, nempe *tabernaculo* [q]. Sed obstat, 1. quòd sic nulla esset mutati sermonis ratio, ut cùm dixisset, *habens aureum*, &c. postea de eodem diceret, *in quo urna*, &c. & non potiùs, *& urnam*, &c. ut consequentia sermonis postulabat [r]. 2. collat. v. 5. ὑπεράνω δὲ αὐτῆς, &c. *super eam*, &c. ubi Pronomen αὐτῆς non ad tabernaculum refertur, sed ad Arcam †; quia alæ Cherubinorum non illud, sed hanc, obtegebant [t]. Etenim priùs dicere voluit quid in Arca fuit, deinde, quid super Arcam [v]. Utrumque ergò ᾗ & αὐτῆς, ad idem referuntur [x]: alioqui duplex esset Trajectio [y]; quia post ἐν ᾗ nulla fit iterum Arcæ mentio, ad quam αὐτῆς referri possit [z]. 3. Coactum hoc videtur. Priùs enim dixerat, quid fuerit in Tabernaculo, thuribulum nempe, & arca [a]. Resp. 5. Ut Heb. ב, ità Græc. ἐν, variè usurpatur [b]; nec semper denotat rem quæ intra aliam est [c], sed & quæ alteri annexa est & adhæret [d], ut Jobi 19. 20. *In cute*, &c. i.e. Cuti & carni meæ adhæserunt ossa mea [*]; valétque modò *cum* [f], ut Deut. 6. 7. *Loqueris* בם, *cum eis:* 1 Sam. 1. 24. בפרים, *cum juvencis* [g]: Hos. 4. 3. *in bestia*, id est, cum bestia. Sic Matth. 16. 27. ἐν δόξῃ, *cum gloria:* Luc. 1. 17. *in*, i.e. cum, *spiritu:* & 4. 13. *in*, i.e. cum, *potestate*, 1 Thes. 4. 16. *in voce, in tuba*, pro, *cum* [h]: modò valet *apud*, vel *juxta* [i], ut Jos. 10. 10. *in Gabaon:* Jud. 18. 12. *in Cariathiarim*, id est, propè illa loca [k]: Prov. 1. 21. *in ostiis*, pro, *juxta ostia* [l]. Sic *in Jericho*, valet, *ad Jericho* [m]. Sic *ementes & vendentes in templo* fuisse dicuntur, Mat. 21. 12. Marc. 11. 15, &c. id est, in porticibus ejus. Sic & Joh. 10. 23. Sic Christus passus dicitur *in Jerusalem*, i.e. propè eam in monte Calvariæ [n]. Sic Pindarus Olymp. 6. dicit Amphiaraum edidisse suum oraculum ἐν Θήβαις, i.e. juxta Thebas [o]. Sic Gen. 1. 22. *Volatile multiplicet se* בארץ, non *intra*, sed *super*, *terram*. Et Christus sedet ἐν δεξιᾷ, i. e. *ad dextram*, Dei. Et *pendere* dicitur *in ligno*, qui ligno appendet [p]. Ità & h. l. ἐν ᾗ verti potest, vel, 1. *cum qua*, scil. Arca, fuerunt, &c. h. e. cui Arcæ Urna ac Virga & tabulæ Legis conjunctæ fuerunt [q], sed diversimodè [r]; tabulæ quidem intra Arcam, Urna verò & Virga foris †, sive ad Arcam [t]. Vel, 2. *juxta quam*, nempe Arcam, erant Urna & Virga [v]. Sic dicimus habere galerum in capite, & calceos in pedibus [x]. Significatur ergò non impositio, sed appositio [y]. Sed sic difficultas non penitus tollitur. Tabulæ enim Arcæ inditæ sunt, Urna verò & Virga foris additæ. Cùm ergò omnium meminit Apostolus, communis omnibus quærenda est vocis ἐν interpretatio, qualis est *cum* [z]. [Atque hæc de nobili hac difficultate fusiùs disserere placuit, quia hunc inter primos errorem Scripturæ Sacræ impingunt Deitatis & Religionis hostes: Quærendum jam paulisper de significatione horum typorum.] Sunt hæc omnia ab hoc scriptore non inaniter posita. Nam illud *Batillum* ex tentorio exteriore illatum in Adytum significat corpus Christi, quod post gravissimas perpessiones (quæ Igni comparari solent in S. literis) ex terris transit in Cœlum supremum. *Suffitus* preces Christi significat quas semper pro nobis facit, Apoc. 5. 8. *Virga*, &c. semper durans Christi Sacerdotium; *Manna* verò pastum cœlestem quem nobis dat in verbo suo. *Tabulæ* autem *Fæderis* significant præcepta meliora Christi, ad *Diligendum Deum super omnia, & proximum juxta nos ipsos. Aurum*, quia rubiginem non sentit, ut notat Philo, significat perpetuam durationem eorum bonorum quæ per illa

[l] E. [m] Glass. gram. 3. 2. 10. 191. [n] Glass. Q. in E. Bel. in Ger. [o] Buxt. p. 72. [p] Jun. [q] Jun. Rib. plurimi in Di. [r] E. sim. Ger. Pi. † Di. E. Gom. Ger. [t] Di. sim. E. [v] E. Ger. [x] Di. sim. Gom. [y] Gom. sim. Di. [z] Di. [a] Par. [b] Gom. sim. Di. [c] Di. [d] Di. sim. Buxt. [*] Buxt. p. 73. [f] Gom. Ger. Anselm. in Rib. [g] Ger. [h] Gom. [i] E. Rib. ex Ans. Me. T. sic D. J. Cap. Pi. Di. Buxt. BA. [k] D. BA. 1. p. 590. [l] J. Cap. [m] Buxt. [n] Ger. ex E. [o] G. [p] Di. [q] Gom. [r] Di. † Gom. sic Di. [t] Di. [v] Rib. E. ex Herv. Me. &c. [x] Me. [y] Q. in Gom. [z] Gom.

aurea vel aurata significantur [a]. Signa hæc & monumenta erant, tum, 1. Historica; *Urna* quidem *cum Manna*, signum beneficii corporalis à Deo præstiti Israelitis, quos in deserto pavit, &c. *Virga autem Aaronis*, signum & rebellionis populi à Deo punitæ, & vocationis Aaronis, &c. *Tabulæ denique fæderis*, signum datæ à Deo Legis, & Fœderis, quo & beneficii Dei, & officii sui, memores essent: tum, 2. Typica & Prophetica, quibus significatum atque obsignatum est, Christum nobis esse & panem verè cœlestem, Joan. 6. 32, 33. Apoc. 2. 17. & summum Sacerdotem, eùmque, tanquam Arcam, Legem non soluturum, sed suâ obedientiâ integrâ, servaturum, Matth. 5. 17 [b].

5. *Superque*, &c. Ὑπεράνω δὲ αὐτῆς Χερουβὶμ δόξης κατασκιάζοντα, &c.] *Super autem eam* (vel, 1. σκηνὴν, *tabernaculum* [c]. Quasi verò Cherubim usquam supra tabernaculum posita fuisse legantur [d]. Vel, 2. Arcam [*], h.e. supra propitiatorium quod erat Arcæ operculum [f]. Dixerat v. præced. *& arcam*, &c. Deinde per parenthesin verba illa interponit, *In qua urna aurea habens manna*, &c. Hìc autem ad Arcam redit [g].) *Cherubim gloriæ* (vel, *gloriosa*, Camer. E. sic J. Cap. &c. id est, habentia multum majestatis, quæ eos venerabiles reddidit [h]: testes præsentiæ Dei [i]; vel, ostendentes ubi in nube gloria Domini apparere deberet [k]. Χερουβὶμ δόξης, i. e. forma Cherubinorum, inter quos Dei majestas se ostendebat, Exod. 25. v. 22. Levit. 16. 2. Græci Χερουβὶμ ubique construunt cum Articulo, aut Adjectivo Neutro, nempe, quia major pars formæ sumpta erat de mutis animantibus [l].) *obumbrantia* (nempe, alis suis expansis [m]:) *propitiatorium*, Mo. sic Be. Pi. &c. Quod erat tegmen supernè patulum, requiescens super Arcam more tabulæ [n]; vel, tabula aurea quæ totam Arcam tegebat [o], sic dicta quòd locus erat ubi propitiaretur, seu placaretur, Deus [p]. Ἱλαστήριον ponunt LXX & Philo pro כפרת, quia כפר etiam ἱλάσκειν, *propitiare*, significat [q]. Deus autem propitium se ostendebat populo, præsentiæ suæ signum ostendendo, ut jam diximus, inter Cherubinos, sive, quod idem est, super Arcam. At כפר nativo sensu est *tegere*, ut Gen. 6. 14. Unde כפרת verti potest ἐπίθεμα, quâ voce utuntur Josephus & Philo. Κατασκιάζειν hìc quod συσκιάζειν est, Exod. 25. 20. & 37. 9. σκιάζειν, 1 Par. 28. 18. quia Cherubinorum alæ sic erant expansæ super illud Arcæ tegmen, sicut aves pullis incubant. Unde proverbiale, *umbra alarum*, Psal. 57. 1. Explicationem mysteriorum sub hac re latentium [hic scriptor] in aliud tempus reservat; sed quia aut hoc morte præventus non præstitit, aut certè Liber iste ad nos non pervenit, nos id quod maximè probabile arbitramur ea de re diximus, partim ex Philone, partim ex aliis, ad Exod. 25. 18. & ad Ezec. 1. 5. & ad Matth. 27. 51. Erant in quoque Cherubino formæ quatuor; Hominis, & Leonis, illa beneficentiam, hæc iram, significans; & Aquilæ, quæ celeritatem, & Bovis, quæ tarditatem, notat. Ità formæ illæ idem innuunt quod Deus Mosi dixit, se celerem esse ad benefacta, tardum ad ultionem. Unde non abit quod Philo sæpe dicit, per Cherubinos intelligi Dei ἀγαθότητα & ἐξουσίαν, sive δύναμιν ποιητικὴν καὶ βασιλικὴν, sive εὐεργέτιν καὶ κολαστήριον. Inter has duas Dei facultates media est ἡ ἵλεως Θεοῦ δύναμις, quam per ἱλαστήριον adumbrari ait Philo, i. e. clementia erga lapsos. Hæc verò in Christo ità eximiè apparuit, ut propterea Christus ἱλαστήριον vocetur, Rom. 3. v. 25. & ἱλασμὸς, 1 Joan. 2. 2. & 4. 10 [o]. Mysterii causâ dictum videtur, super Legem esse propitiatorium & Cherubim, quia nec propitiatio, nec societas Cherubim, datur nisi observantibus præcepta Decalogi [p]. Al. Significat, Christum, propitiatorium nostrum, Angelos, qui *Cherubim* vocantur Gen. 3. 25. habere famulos, &c. Heb. 1. 14 [q]. Cùm Fœdus legale sit ab omnibus violatum, meritò superimponebatur illi tegumentum; quòd Fœderis legalis violatoribus nulla possit esse felicitas, nisi tegantur eorum peccata, Psal. 32. 1. Hæc autem non aliâ ratione tegi possunt, nisi propitiatione quam Christus præstitit [r]. Cherubini Salomonici †, etiam & Mosaici [t], humanam habebant figuram [v], ut liquet ex 1 Reg. 6. 24. 2 Par. 3. 10 [x]. ¶ *De quibus non*, &c. Οὐκ ἔστι νῦν λέγειν κατὰ μέρος] *Non est* (vel, *Non licet*. ἔστι pro ἔξεστι per Hellenismum †.) *nunc dicendum* (vel, *dicere*, Pi. vel, tempus aut locus dicendi [t]:) *singulatim*, Er.

[a] G. [b] Gom. [c] Er. [d] Stun. p. 3542. in append. Crit. [*] Er. ex Græcis, Pi. J. Cap. Di. Rib. E. [f] Zeg. sic Jun. [g] Rib. [h] Rib. Me. sic E. [i] V. sim. Ham. Med. l. 2. p. 438. [k] V. [l] C. J. [m] Me. Rib. Pi. [n] G. ex RS. [o] B. sic Me. Be. [p] E. sim. Rib. [q] G. sim. Ham. [o] G. [p] Rib. [q] Gom. [r] J. Cap. † E. [t] Ger. ex K. [v] E. ex plerique Ger. [x] Ger. ex E. † Pi. [t] Camer.

Ca. Be. P. &c. vel, *per partes*, Mo. *per singulas partes*, Ar. q. d. Hæc omnia plena sunt mysteriis [v]: sed ea explicare non est nunc opportunum, quia disputatio instituta nos ad alia vocat [x]. Satis erit ea attingere quæ ad institutum nostrum pertinent [y].

[v] Rib. Me. [x] E. [y] Rib. Me.

6. *His verò ità compositis*] Vel, *constructis*, Be. *ordinatis*, Pi. E. Me. *apparatis*, E. Rib. id est, Cùm ità se habeat Tentorii exterioris & interioris structura [z]. ¶ *In*, &c. Εἰς—πρώτην σκηνὴν] *In primum*, vel *prius*, *quidem tabernaculum*, Er. Be. Pi. D. nempe exterius [a]; vel, priorem tabernaculi partem, nempe Sanctum [b]. Sume ut suprà initio hujus sectionis [c]. ¶ *Semper*, &c. Διαπαντὸς εἰσίασιν, &c.] *Semper* (vel, *Quovis tempore*, P. Ca. Be. Pi. sic Tre. &c. id est, non semel [d], sed quotidie [*]; ut ex hoc intelligatur, quantò venerabilius esset secundum Tabern. quod solus Pontifex, idque semel quotannis, intrabat [f]. Διαπαντὸς respondet Hebræo תמיד, quod sæpe habes in Lege [g].) *introibant* (vel, *ingrediuntur*, Er. Be. E. Pi. præs. tempore, ut mox *offert*: non quasi loquens de tempore quo hæc scribebat, jam enim deerat arca, &c. nec de Templo, sed de Tabern. Mos. loquitur; sed ad significandam consuetudinem, q. d. solebant ingredi [h]:) *sacerdotes*, *cultus* (vel, *ritus*, P. Pi. *ceremonias*, Ca. *sacrorum ritus*, Er. Ti. *ritus ad cultum pertinentes*, Jun. vel, *sacrificiorum officia*, Vulg. vel, *sacra ministeria*, E. sacras ceremonias, & ritus in Sancto peragi solitos [i].) *consummantes*, Mo. vel, *perficientes*, vel etiam, *facientes*, ut verbum sumitur Heb. 8. 5 [k]. vel, *obeuntes*, Pi. Ca. sic Be. Jun. vel, *peragentes*, V. sic G. ex Sy. id est, Suffitum faciunt, panes proponunt, lucernam accendunt [l]. Propter multiplicem rituum varietatem, & locorum viciúmque discrimen, dicit [num. plur.] λατρείας, q. d. non unum aliquem cultum, sed varium; tum, communem, in vestibulo & atriis, tum, hebdomadarium, in Sancto, ad altare suffitûs [m]. Ἐπιτελεῖν, ut & συντελεῖν, solet poni pro עשה, vel פעל, quod est *facere*, *obire* [n]. Hoc ministerium juge erat typus, tum, ejus quod in cœlo jugiter obeunt Angeli Spiritúsque consecrati, tum, illius quod in terra peragere debent fideles [o].

[z] G. [a] D. ex He. [b] Pi. [c] G. [d] Idem. [*] G. E. Me. sic Rib. [f] Rib. Me. [g] G. [h] E. [i] Me. [k] E. [l] G. sic Rib. [m] Jun. [n] G. [o] J. Cap.

7. *In*, &c. Εἰς δὲ τὴν δευτέραν] Quæ & ἐσωτέρα, id est, *In Adytum* [p]. *In secundum autem*, Be. Pi. nempe Tabernaculum [q]; id est, in posteriorem Tabernaculi partem [r], in Sancta Sanctorum [†]: de quo ingressu agit Moses Exod. 30. sed multò clariùs, Levit. 16 [t]. ¶ *Semel*, &c. Ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, &c.] אחת בשנה, Exod. 30. 10. Levit. 16. 34 [v]. *Semel* (Nempe uno tantùm die [x], die Expiationis [y], & Jejunii [z]; die decimo mensis Tisri [a], sive Septembris, Levit. 16. 17 [b]. non quòd non aliquoties exierit & rursus intrârit. Primùm enim intrare eum oportuit batilli inferendi causâ, deinde suffitûs; deinde sanguinis vitulini primùm, deinde & hircini. Itaque quater illo die eum intrâsse ait Moses Kotzi; rectè [c].) *in anno* (supple, *introibat*, E.) *solus Pontifex*, Mo. &c. Figuræ magis, quàm rei, causâ [d]. *Semel solus*, at quotidie intrabat cum aliis ut thura adoleret [*]. Quo nihil futilius est. Repugnant huic commento, tum, R. R. omnes, quorum judicia de patriis ritibus permagnum pondus habent; tum, Scriptura, quæ testatur Pontificem nunquam eò intrâsse nisi die illo quo ista fierent de hircis duobus, vitulo, &c. Levit. 16. Nec usquam dicitur quenquam alium eò intrare potuisse, &c [f]. Altare autem incensi non erat in Sancto Sanctorum, ut putârunt Aug. Gagn. sed extra illud [g]. ¶ *Non sine sanguine*] Vituli & Hirci, Levit. 16. 14, 15 [h]. Eo sanguine aspergebatur propitiatorium [i]. Sanguinem obtulit, aut, mactando victimam in atrio; aut, collecto sanguine, eum exhibendo coram Deo in Sancto Sanctorum, quod hîc magis accommodum [k]. At fine sanguine licebat in alias Tabernaculi partes ingredi [l]. ¶ *Quem*, &c. Ὃ προσφέρει ὑπὲρ—ἀγνοημάτων] *Quem offert* (vel, *offerret*, Vulg. Enallage [m]: fert intra adytum, קרב [n].) *pro seipso*, (Tacitè commendat Christi excellentiam, qui hoc non fecit [o]: vel, *pro suiipsius*, Pi.) *&* (sub. *pro*, P. Be.) *populi* (Pro se vitulinum sanguinem, hircinum pro populo [p]:) *erratis*, P. Be. Pi. vel, *ignorantiis*, Er. V. J. Cap. sic Vulg. &c. Sic omnia peccata vocat [q], more Scripturæ [r], ut patet ex Levit. 16 [†]. Vide Levit. 4. & 5. & 6. quia omnis malus ignorat, & omnia peccata ex errore judicii practici procedunt [t]. Quanquam in die Expiationum expiabantur omnia peccata, quibus in Lege non erat adjecta Mortis pœna, aut ἐξολοθρεύσεως: tamen maluit hic Scriptor uti voce ἀγνοημάτων, ut summi Sacerdotis Hebraici honori parceret, qui & pro se offerebat ac precabatur: præsumi autem non debebat aliter peccâsse quàm per ignorantiam. Alioqui solent etiam quævis peccata per χαριεντισμὸν dici ἀγνοήματα, ut videre est Tob. 3. 3. Judith. 5. 20. Sirac. 51. 26. 1 Macc. 13. 39 [v].

[p] G. [q] Pi. Me. [r] Pi. [†] E. Me. Pi. [t] E. [v] G. [x] G. Cun. De. Rep. Heb. 1. 4. [y] Gom. Cun. sic D. [z] Gom. [a] G. D. [b] Gom. [c] G. [d] Idem. [*] Aug. & Sigon. in Cun. [f] Cun. ib. [g] E. ex L. Rib. Caj. &c. [h] G. sic Pi. [i] G. [k] Gom. [l] Jun. [m] E. [n] G. [o] E. [p] G. [q] Rib E. sic J. Cap. [r] Rib. [†] E. Be. [t] E. [v] G.

8. *Hoc*, &c. Τοῦτο δηλοῦντος, &c.] *Hoc declarante* (vel, *significante*, Vulg. Ham. typicè scilicet [x]: dum vetat quenquam eò ingredi præter Pontificem [y].) *Spiritu Sancto*, Be. Pi. Revelatore scil. mysteriorum Regni cœlestis [z], qui umbras illas instituerat, easque tandem virtute suâ illustravit, Joh. 14. &c [a]. *Spiritu Sancto*, Nempe Deo per afflatum suum Mosi hæc præcipiente. Vide Levit. 16. 1. nam ידבר יהוה interdum quidem, ubi id exprimitur, de Voce intelligitur; sed plerumque de Afflatu [b]. Bene colligit. Nam si sacrificia quæ in Tabernaculo Sacerdotum quotidie fiebant, habuissent vim reconciliandi, quorsum Pontifex semel ingrederetur, &c [c]? ¶ *Nondum*, &c. Μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν] *Nondum propalatam* (vel, *patefactam*, sive *manifestatam*, Er. P. Be. Pi. V. &c.) *esse* (vel, *fuisse*, Be. Pi.) *viam Sanctorum*, Mo. Er. vel, *ad Sancta*, V. Di. *ad sacrarium*, P. Be. Pi. τῶν ἁγίων, id est, εἰς τὰ ἅγια [d]. Ut *via Dei* quæ ducit ad Deum, sic *via Sanctorum* quæ ducit ad Sancta [*]. Ἅγια posthac cùm dicit Scriptor, compendio utitur. Vult enim intelligi ἅγια ἁγίων, quomodo οὐρανοὶ sæpe dicuntur οὐρανοὶ οὐρανῶν [f]. Quæ antè *Sancta Sanctorum*, hîc *Sancta* vocat [g], sicut infrà v. 12 [h]. Sic & Levit. 16. 2 [i]. Hoc autem loco ἅγια intellige ἀληθινά ex iis quæ suprà v. 2. rem ipsam quæ per Adytum illud significabatur, id est, superæthereas sedes [k]; vel, cœlum [l], quod per Sancta Sanctorum repræsentabatur [m]. Via eò ducens est Evangelium, præcepta habens verè cœlestia. Eam viam Christus primus patefecit, aditúmque fecit omnibus ad summum cœlum. Pervenient quidem eò etiam Abrahamus, If. & Jac. Mat. 8. 11. & alii viri eximii, Heb. 11. 40. Sed hi eò pervenient quasi per machinam, non per viam, extraordinariâ quâdam ac rarâ Dei dispensatione. Ideo velum disruptum fuit Christo moriente [n]. Cœlum ante mortem Christi quantumlibet justis clausum erat, sed morte Christi eis reclusum & apertum fuisset [o]. Sed non dicit *viam* hanc *nondum apertam* fuisse, sed *nondum propalatam*, id est, palàm cognitam & prædicatam; sed sub umbris latuisse, & à paucis tantùm apprehensam fuisse [p]. Alioquin ante mortem Christi jam patuit cœlum fidelibus, Luc. 13. 29. & 16. 22. Eliæ, 2 Reg. 2. 11. & proinde Patriarchis. Et hâc spe se olim sustentabant pii, Gen. 49. 10, 18. Psal. 27. 13. & 42. 3 [q]. Patuit ergò cœlum ante Christum ratione rei & effecti, non autem ratione meriti, exhibiti scilicet [r]. Non aliter quàm Christi merito reseratum est cœlum [†]. Nemo sub V. T. justificatus est nisi per gratiam N. T [t]. ¶ *Adhuc*, &c. Ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχούσης στάσιν] *Adhuc priore tabernaculo consistente*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. vel, *stante*, E. J. Cap. *durante*, Tre. *habente statum*, Vulg. Mo. Ca. id est, Statum suum antecedentem obtinente, qui v. seq. exponitur [v]. Quamdiu cultus Templi illius officium suum faciebat. Nam מעמד *officium* significat, explicante Kimchi ad Esa. 22. 19. Sic & 2 Par. 9. 4. & 30. 16. & 35. 10, 15. Dan. 10. 11. officium autem suum facere desiit apud Deum quidem Christo mortuo, à morte excitato, in cœlum evecto, & misso Spiritu Sancto; apud homines verò omnes tunc cùm corruit Templum. Nam tunc simul & cultus ille (qui hîc per σκηνὴν Metonymicè intelligitur) concidit [x]. Per prius Tabernaculum vetus lex significabatur [y]: q. d. Manente priori Tabernaculo, lege, & ritibus Mosaicis [z]. Sensus est, Umbras illas priscam docuisse Ecclesiam, neque perfectum fuisse illud Tabernaculum, neque perfectam in eo administrationem, neque perfectum eventum ex eis consequutum; quia non erat illa via ad perfectum Tabernaculum, sed tantùm viæ adumbratio, & proinde nec omnibus, nec semper, patuit, &c [a]. Al. Sensus, Cœlum adhuc inaccessum est, nempe vobis Judæis, in quorum corde Tabernaculum primum habet adhuc suam στάσιν, ut qui

[t] E. [x] G. [y] Ham. [z] Jun. [a] J. Cap. [a] Jun. [b] G. [c] Be. [d] G. [*] D. [f] G. [g] Be. sim. [h] Pi. D. Zeg. [i] E. Me. Di. [k] Di. [l] Be. [m] G. [n] Be. V. E. Me. Cam. J. Cap. [o] Be. [n] G. [o] Q. in E. [p] E. [q] J. Cap. [r] Gom. [†] J. Cap. [t] E. [v] Jun. [x] G. [y] Te. sim. Rib E. Ger. [z] Me. sim. E. [a] Jun.

qui sitis adhuc illi velut affixi [b]. Al. Sensus est, Nondum ingressum fuisse summum Pontificem Ecclesiæ in verum Sanctuarium, quamdiu velum Sanctarii carnalis non fuit scissum [c]. Solet hic versus sic connecti cum præced. quasi antitypum contineret prioris typi, ut per *Sancta* intelligeretur cœlum [d], per *primum tabernaculum*, totum vetus Tabernaculum *; quod *primum* vocatur ordine temporis, respectu spiritualis ac veri tabernaculi, postea exhibendi [f], h. e. corporis Christi per illud adumbrati, ut percipitur ex v. 11 [g]. Fortasse melius ad typum adhuc pertinet, ut indicet Apostolus, Spiritum S. voluisse structurâ antiqui Sacrarii indicare, viam ad Sancta Sanctorum clausam debuisse manere, quamdiu perstaret primum tabernaculum [h]; quod eo sensu hîc sumitur quo v. 2 [i]. Non enim verisimile est, Apostolum, qui in præced. studiosè distinxerit inter *primum* & *secundum Tabernaculum*, nunc subitò ea confundere voluisse [k].

9. *Quæ*, &c. Ἥτις παραβολὴ εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα] Alii libri habent τοῦτον καιρόν. Idem est sensus [l]. Relativum, *quæ*, referri potest, vel, 1. ad *parabolam* [m], hoc modo, *Hæc parabola temporis instantis est*, Rib. vel, *Et erat parabola hæc temporis illius*, E. ex Sy. Sensus, Illud quod priore tabernaculo significabatur, erat hoc ipsum quod eo tempore fiebat [n], quia tabernaculum illud erat typus veteris Testamenti. q. d. Prius tabernaculum & res eo significata simul currebant [o]. Hoc dicit, Hæc mystica explicatio, משל, etiam nunc locum habet in iis quorum opinione stat adhuc ille cultus & vim habet. De voce παραβολῆς vide quæ ad Mat. 13. 3 [p]. *Quæ parabola in tempus instans*, id est, Quæ figuralis similitudo referenda est ad tempus præsens †. *Quæ comparatio* (sub. *est*, vel, *spectat*:) *in tempus præsens*, id est, vel, tempus veteris Legis, vel potiùs, tempus Gratiæ [q]. Vel, 2. ad Tabernaculum [r], cujus usum hîc definit †, duobus modis; Relatione, quia prius illud Tabernaculum exemplum fuit adumbrans illud Tabernaculum verum, cujus mentio fit v. 11. & Tempore, quia exemplum illud non perpetuum, sed temporarium, fuisse dicitur; idque non hujus temporis, quo Verbum caro factum est, sed illius temporis quod tum erat [t]. *Quod* (vel, *Quæ*, Er. Te. sub. *res*, id est, structura illa usúsque prioris tabernaculi [v], sub. *est*, Te. vel, *erat*, Er. Be. Pi. &c.) *exemplar* (vel, *similitudo*, Er. Ti. Me. T. *figura*, V. Me. *typus*, vel *repræsentatio*, T. Me.) *temporis instantis*, Te. vel, *ad præsens illud tempus*, Jun. vel, *pro tempore* (vel, *tempore illo*, Be. Pi. Tre. vel, *tempore tum*, Er. Ti. Rib.) *præsenti*, P. Er. Tre. Be. Pi. J. Cap. *Tempus* hîc intelligitur, vel, 1. quando hæc scribebantur; ut sensus sit, Iis quæ quondam in Tabernaculo gerebantur similia fuisse ea quæ tempore Pauli adhuc fiebant in Templo [x]. Quem sensum volunt Biblia Regia [y], & Complut. in quibus legitur εἰς τοῦτον τὸν καιρὸν, *in hoc tempus instans* [z]. Sed hæc lectio refellitur ex consensu cod. aliorum, & Syro [a], Chrys. & Th [b]. Vel, 2. quod jam præterierat [c]; quod *præsens* dicitur ipsius Tabernaculi respectu [d], tempus veteris legis *, ut subjuncta explicatio ostendit [f]; q. d. pro eo tempore quo vigebat illud exemplar, sive lex vetus [g]. Illud ἐνεστηκότα est præt. temp. & verti possit, vel, *quod instabat*, aut, *tunc institit*; quia cùm tabernaculum factum est, incipiebat Lex, &c. vel, *quod jam cœperat*. Nam Demosth. & Isoc. teste Budæo, πόλεμον ἐνεστηκότα vocant *bellum jam commissum & cœptum* [h]. Ἐνεστηκότα idem hîc quod παρόντα [i]. ἐνεστηκὼς καιρὸς est *tempus præsens*. Sic & ἐνεστῶτα, Rom. 8. 38. 1 Cor. 3. 22. & 7. 26. Gal. 1. 4. Nec refert quòd hoc Participium sit Præteriti temporis. Nam sic & ἐνέστηκε dicitur pro ἐνίσταται, 2 Thes. 2. 2 [k]. Sensus, Symbolum hoc erat eorum quæ fiebant, (& semper futura erant [l]:) in veteri Lege [m]; quæ cœlos non poterat penetrare, sicut neque Sacerdos intrare Sancta Sanctorum [n]. Al. *Ad instans usque tempus*, quo scil. futurum erat, ut ipsa veritas apparens tolleret illud exemplar ‖. Sensus est, Ut esset *exemplar*, seu *typus*, nempe gratiæ Christi, institutus *ad instans usque tempus*; id est, ut duraret ad tempora exhibiti, & in gloriam suscepti, Christi: id quod postea *tempus correctionis* vocatur [o]. Symbolicum hoc documentum referri potest ad tempora quæ Christi resurrectionem antecesserant; tum enim multò minùs quàm nunc patebant salutis æternæ mysteria: sed propriè respicit seculum illud inter Christi resurrectionem & eversionem Templi, 1 Cor. 10. 11. Eo seculo multæ Judæorum myriades credebant, Act. 21. 20. sed quia Tabernaculum Mosis adhuc stabat, eíque nimis addicti erant Judæi, non poterat illis liquidò patere via perducens ad cœlest Sanctuarium [p]. ¶ *Juxta*, &c. Καθ᾽ ὃ, &c.] *Quo*, sive *In quo*, (scil. tempore [q], ut subaudiatur καιρὸν [r]. καθ᾽ ὃν pro ἐν ᾧ †. In MS. καθ᾽ ἣν, nempe παραβολὴν, quomodo & Græcos quosdam apparet legisse [t]. *Secundùm quod exemplar*, Be. sic. F. vel, supple σκηνήν. *In quo*, nempe *Tabernaculo* [v].) *dona sacrificiáque* (Quid δῶρα, quid θυσίαι, diximus suprà 5. 1 [x].) *offeruntur*, Er. Be. Pi. &c. vel, *offerebantur*, V. E. Nempe, à Levitis [y]: id est, Quum prisca Ecclesia aleretur umbris in venturi Christi exspectatione [z]. Scripta est hæc Epistola stante Templo, manente adhuc cultu illo, & apud Judæos plerosque opinione illum adhuc cultum esse Deo gratissimum. Hoc autem ideo dicit, nè Hebræi, ad quos scribit, paterentur se retrahi ad Judaismum [a]. ¶ *Quæ non possunt juxta*, &c. Κατὰ συνείδησιν τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα] *Juxta conscientiam* (vel, *In conscientia*, Be. Pi. *Quod ad conscientiam attinet*, Ca. id est, Secundùm interiorem hominem, sive animam [b]:) *perficere* (vel, *sanctificare*, P. Pi. vel, *perfectum reddere*, Er. sic Vulg. *consummare*, Be. *consecrare*, Zeg.) *cultorem*, Mo. D. quemvis scilicet [c]: quemlibet ex populo, aut etiam totum populum. Uterque enim [& sacerdos & populus] sacrificiis Deum colit, & uterque *offerre* dicitur †. Vel, *servientem*, Vulg. D. nempe Altari, qui & *minister* Altaris [d]: *ministrantem*, E. id est, Sacerdotem qui sacro ministerio fungebatur *, nedum eos pro quibus ministrabat: id quod colligendum relinquit. Justum est enim ut qui ministrat Altari primus de eo participet [f]. Sensus, Isti cultus non possunt sectatorum suorum animos purgare à vitiis, quod facit Evangelium. Vide suprà 7. 19 [g]. Justificabantur autem pii eo tempore per fidem Christi venturi, simul adhibitis sacrificiis ac sacramentis illis [h].

10. *Solummodò*, &c. Μόνον ἐπὶ βρώμασι — καὶ διαφόροις βαπτισμοῖς, καὶ δικαιώμασι, &c.] Locus difficilis [i]. Non apparet quomodo cum præced. cohæret, aut quorsum dicatur. Plerique à præced disjungunt, & aliquid supplent, hoc aut simili modo; Sed *solummodò* consistunt *in cibis*, &c. ut Syrus habet [k]. Quæ sacrificia posita erant *tantùm in cibis*, &c. V. Probat, ista non potuisse cultores secundùm conscientiam sanctificare; quippe quæ *duntaxat in cibis*, &c. *posita sint* [l]. Sed sic nimis imperfecta esset oratio. Deinde, quomodo munera & hostiæ consistebant, & quidem solùm *in cibis*, &c [m]? Rectiùs refertur ad λατρεύοντα, hoc sensu, Sacrificia illa non possunt perficere eum qui ministrat *solummodò in cibis*, &c [n]. Obstat autem quòd hoc non verè diceretur de *serviente*, sive sacerdos sit, sive homo Judæus; quia non serviebant illi tantùm in cibis, &c. sed in sacrificiis, sabbato, operibus virtutum, &c. Malim ergò sic jungere, *Munera & hostiæ non possunt hominem perficere, solummodò cum* (*in* pro *cum*, posito, ut sæpe fit:) *cibis*, &c. id est, quia solummodò habent sibi adjuncta ea quæ pertinent ad usus ciborum, &c. quæ, cùm corporea sint, animum purgare non possunt [o]. [Junius hæc verba cum priore parte v. præced. connectit, hoc modo:] *Quo dona & sacrificia offerebantur* (*quæ non poterant cultorem sanctificare secundùm conscientiam*) *cum cibis*, &c. Tres tantùm species adfert ex iis omnibus quæ Lex imperabat: quæ omnes sunt observationes legitimæ, sed carnales tantùm, ac proinde corpus, veritatem, aut Spiritum, minimè habentes [p]. Lex illa maximâ sui parte ritualis, imposita erat Judæis, ut eo frœno retinerentur, tum ab impietate, tum ab idololatria, & sic paratiores essent ad recipiendum Evangelium. Vide quæ dicta Gal. 3. 23, 24 [q]. [Verba sic reddunt:] *Solummodò in cibis* (Respicit leges de cibis qui in Lege Mosis vetabantur [r], præsertim Sacerdotibus, qui hîc *servientes*; à quibus exactior observatio discretionis ciborum exigebatur, ut mundos se servarent exercendo suo officio. Hi rursum serviebant in cibis oblato jam sacrificio, quia Sacerdos præscriptum habebat de quibus muneribus & hostiis, & quam eorum partem edere posset ipse & domestici

[b] J. Cap. [c] Cam. [d] Di. * Di. sic Q. in E. Pi. [f] Q. in E. [g] Pi. [h] Di. [i] Di. sic E. [k] F. [l] G. [m] E. ex Sy. Ger. [n] E. ex Rib. [o] E. [p] G. † E. [q] Zeg. [r] Rib. E. Jun. Be. Me. † Jun. sic. Gom. [t] Jun. [v] Te. [x] Q. in E. [y] E. [z] Rib. [a] E. [b] Rib. sic E. [c] Rib. [d] Be. * Ger. Zeg. Me Rib. [f] Ger. [g] Be. Te. E. Calv. [h] Rib. [i] Be. [k] G. [l] Rib. [m] Te. sim. Rib. [n] Te. ‖ Be. [o] Gom.

[p] J. Cap. [q] Er. Zeg. E. ex sic & Chrys. Th. [r] E. † Be. [t] G. sim. Fe. [v] Be. [x] G. [y] Gom. [z] Jun. [a] G. [b] Rib. ex Th. & Oecum. E. Me. G. [c] D. sic Rib. † Rib. ad v. 10. [d] D. * Ger. sim. D. E. Rib. [f] E. [g] G. [h] E. [i] Rib. sic E. [k] E. [l] Jun. [m] E. [n] Ger. ex E. [o] Rib. [p] Jun. [q] G. [r] Me. G. sim. Rib. E.

mestici ejus, & quos ab eorum esu deberet arcere †:) *& potibus*, (At de potuum differentia nihil in Lege scriptum est [t]. Verùm ut cibi immundi erant, ità & potus. Polluebatur enim aqua, aut vinum, in vase in quod immundum aliquid incidebat [v]. Respicit hoc, vel Nazaræos, quibus à vino abstinendum erat, Num. 8 [x]. vel potiùs [y], Vini abstinentiam in Sacerdotibus, quo tempore munus suum fungebantur, Levit. 10. 9 [z].) *& variis* (vel, *cujuslibet generis*, Æth. sic Tre.) *baptismatibus*, (vel, *ablutionibus*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Ar. Æth. Tre. ex Sy. E. Me. Rib. &c. & sui & vestium suarum, de quibus vide Levit. 11. & 15. Num. 19 [a]. & Marc. 7. 3 [b]. *Varias lotiones* nominat, quia lotio alia erat Sacerdotum, Exod. 29. 4. alia Levitarum, Num. 8. 7. alia Israelitarum post impuritatem aliquam contractam, Levit. 15. 8, 16, 18, 27. & 17. 15. & 22. 6. Num. 19. 19 [c]. Multæ quidem erant sub. V. T. lotiones [d]: sed hîc propriè loquitur de lotionibus ad sacrificia ordinatis, sive summi Sacerdotis, sive aliorum Sacerdotum*, imò & victimarum, &c [f].) *& justitiis* (vel, *justificationibus*, Er. Il. Ti. V. Zeg. E. vel, *institutis* Ca. vel, *ritibus*, Ar. P. Be. Pi. Meton. adjuncti: nam δικαιώματα aliàs appellantur præcepta de ritibus. Vide suprà ad v. 1 [g]. vel, *quæ sunt mandata*, Tre. ex Sy. In MS. est δικαιώματα· ut sit sensus ad priora se referens, q. d. ἅτινά ἐστι δικαιώματα· neque aliter legit Syrus. Δικαιώματα חקים, ut suprà v. 1 [h].) *carnis*, Mo. Er. V. &c. id est, corporis [i]: vel, *carnalibus*, P. Be. Pi. Ar. E. corporalibus, externis & terrenis [k], quæ purgabant exteriùs [l], *carnem*, non *conscientiam* [m]; quæ Antithesis hîc notanda est [n]: vel, in foro soli, non in foro poli [o]. Δικαιώματα σαρκὸς sunt cœtera præcepta, quorum observatio hominem aut à pœna liberabat, aut admittebat ad consortium aliorum, & aditum in Templi basilicam quoad Sacerdotes, aut in Templi atrium quoad alios. Quæ omnia ad *carnem*, id est, vitam præsentem, pertinent [p]. Addit hoc, *& justitiis carnis*, non ut diversum aliquid à præced. sed quod dixit per species, genere concludit; q. d. Et, ut verbo comprehendam, *justitiis carnis* [q], vel, *humanis*, Ca. Quæ & falsa & inepta & periculosa est interpretatio. Non de hominum traditionibus hîc agitur; sed de ceremoniis à Deo institutis, ut rerum spiritualium tesseræ essent ac symbola [r]. Est autem ἐπὶ hoc loco pro *præter*, sive *super*. Nam *dona* illa & *victimæ* impositæ tantùm erant Hebræis, sicut & aliæ partes Legis quas jam addit, ei usui quem dicet †. ¶ *Usque*, &c. Μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπικείμενα] *Usque ad tempus* (vel, *præstitutum tempus*, P. Be.) *correctionis* (id est, tempus Legis ac Fœderis melioris [t], tempus adventûs Christi [v]; qui vetera (non quidem ut mala, sed ut imperfecta [x]:) correcturus erat [y], sive emendaturus [z], & in nova & meliora mutaturus [a]; & spiritualem Dei cultum introducturus [b], illis abolitis, &c [c]. Corrigit etiam qui ea quæ desunt addit, ut Tit. 1. 5. Rectè quoque dicimus aliquem correxisse avaritiam, libidinem, &c. Et licèt illa Legis præcepta perierint, manet tamen id quod illa promittebant, & proinde ipsa quodammodò permanent [d]. Vel, *tempus emendationis*, Zeg. vel, *tempus directionis*, P. Be. Διορθωτὰ meritò dicuntur quæ rectà ad suum scopum diriguntur, cùm illa antea eodèm quidem, sed sinuoso quodam ambitu, tenderent*.) *imposita*, Er. Il. Mo. Pi. V. &c. sub. *erant illa*, V. vel, *impositis*, Vulg. Legit ἐπικειμένοις, ut cohæreat cum δικαιώμασι. Est tamen in uno vet. cod. δικαιώματα. Habent autem cod. nostri omnes ἐπικείμενα [f]. Quâ voce significat gravitatem hujus oneris, Act. 15. 10 [g]. Vox ἐπικείμενα non refertur ad *cibis & potibus*, &c*. sed ad δῶρα & θυσίαι, *munera & hostiæ* †. Sed hæc parum videntur cohærere. Pendent enim hæc à v. præced. ubi est δυνάμεναι, non δυνάμενα. Sed forsan, vel ibi legendum δυνάμενα, vel hîc, ἐπικείμεναι [h]. Est hîc Enallage, vel casûs, vel generis, vel denique syntaxeos [i]: qualia non inficior exempla paucula exstare apud probatos auctores; sed in locis demum evidentibus, ad ornatum euphoniámque, citra jacturam sensûs [k]. Bona est constructio ἐπικείμενα, sicut & μὴ δυνάμενα· [forsan legendum δυνάμεναι·] quia ubi præcessit femininum & neutrum de Rebus, non de Personis, ut hîc δῶρα καὶ θυσίαι, additur Adjectivum in neutro, interdum & in feminino, ut modò δυνάμεναι. Lucanus, —— *Leges & plebis scita coactæ* [l]. Al. Omnino statuo hæc verba cum initio capitis jungenda, hoc modo, *Habebat prius illud fœdus justa instituta cultûs, & mundanum Sanctuarium, &c. usque ad tempus correctionis imposita*, priscæ Judæorum Ecclesiæ. Hæc autem verba hucusque rejecta sunt optimo consilio, nempe ut hæc clausula & antecedentis sermonis finem constitueret, & principium sequentis. Nam paucula hæc verba quasi summam narrationis sequentis de adventu, officio, beneficióque Christi complectuntur; qua in re posita est eorum veritas quæ antè recensuit Apostolus [m]. Est autem hæc occupatio [n]. Qu. Cur Deus ista instituit quæ non possent utentem perficere [o]? Respondet, non instituta fuisse ut perpetuò servarentur [p]; sed ut iis exercerentur, & in cultu Dei aliquatenus continerentur [q], donec Christus veniret, & meliora daret [r].

† E.
[t] Th. sim. Chrys. in Rib.
[v] Rib.
[x] E. sic Rib. ex Th.
[y] E.
[z] G. sim. Rib. ex Th. E. Ham.
[a] Rib.
[b] Me. Rib.
[c] G.
[d] E.
* Ger. ex E.
[f] E.
[g] Pi.
[h] G.
[i] V.
[k] Ger. sim. Fe.
[l] Me. sic E.
[m] E. sim. Rib. Be. Pi. J. Cap. Ger.
[n] E. Ger.
[o] T.
[p] G.
[q] E.
[r] Be.
† G.
[t] G.
[v] Me. sim. Rib. E. Jun. J. Cap. Gom.
[x] E.
[y] E. Me. Rib.
[z] Rib.
[a] Rib. sim. E. Me. Ger.
[b] Rib.
[c] Jun.
[d] Rib.
* Be.
[f] Idem.
[g] Ger. ex E sic Rib. ex Th. & Oecum.
* Val.
† Zeg. Val. Er.
[h] Be.
[i] Q. in Jun.
[k] Jun.
[l] G.
[m] Jun.
[n] E. ex Aquin.
[o] E.
[p] Rib. sic E.
[q] E.
[r] Rib. sic E.

11. *Christus autem assistens*, &c. Παραγενόμενος] *Adveniens*, Val. Zeg. Be. Pi. *Accedens*, Er. E. *Postquam advenit*, G. Me. sic E. ex Th. Non *in Spiritu*, ut 1 Pet. 3. 19. non apparitione †, sed in carne [t]. Postquam se patefecit. Vox est frequens Lucæ [v]. Non, aliorum more, priùs natus & adultus & disciplinis instructus, Pontifex factus est; sed *advenire*, id est, incarnari, fuit ei Pontificem fieri [x]. Dicit, *accedens Pontifex*, h. e. in hoc ipsum veniens, ut Pontifex esset [y]. Hactenus typus, sequitur antitypum [z]. Exponit quodnam sit *tempus correctionis*, & quomodo Christus correxit, &c [a]. ¶ *Pontifex* (כהן, id est, *administrator* [b]:) *futurorum bonorum*] *Bona futura* habes Heb. 10. 1. Ideo Syrus addit, *quæ fecit*, id est, quæ nobis præstitit [c]. *Futurorum*, id est, quæ futura & erant & significabantur typis [d], & exspectabantur*. Sensus, Ut nobis pontificatu suo compararet futura bona [f], id est, spiritualia [g], cœlestia & æterna [h]; justitiam interiorem, Spiritum Sanctum [i], gratiam & gloriam [k]; peccatorum remissionem [l], vocationem, justificationem, sanctificationem [m], perseverantiam [n], & vitam æternam [o]. Per Christum quoque petimus bona temporalia, sed hoc tantùm fine, ut adminiculo nobis sint ad bona futura [p]. ¶ *Per amplius* (vel, *majus*, Be. Pi. Er. &c. non mole, sed dignitate [q]:) *& perfectius* (illo per quod transibat Pontifex [r]: tum, quia divini est operis, tum, quia accedentes ad ipsum perficit †:) *tabernaculum*] Conjungendum hoc, vel, 1 cum præced. hoc modo, *Accedens Pontifex*, &c. *accedens*, inquam, *per amplius*, &c [t]. vel potiùs, 2. cum seq. ut sententia compleatur in verbo εἰσῆλθε, v. 12 [v]. ut subaudiatur, *ingressus est in sacrarium*, ex v. seq. ||. Qu. Quid hoc tabernaculum? Resp. 1. Ecclesia [x], in terris militans, per quam transivit Christus ad triumphantem [y]. Resp. 2. Cœlum [z], quod cap. præced. *tabernaculum verum* dicitur [a]. Sed non necesse est idem ubique per *tabernaculum* significari, quia eo nomine nunc totum tabernaculum, nunc prima pars ejus, nunc secunda, significatur; & hæc singula suum & proprium habent mysterium [b]. Et obstat, quòd dicitur Christus *per hoc tabernaculum intrâsse in sancta*, id est, in cœlum [c], infrà v. 24. Distinguitur tabernaculum à sacrario [d]. Notandum, sæpe eandem rem V. Testamenti ad plures significatus referri; ut Tentorium exterius ad significandum Cœlum astriferum. ejúsque effectus; ad significandum totum Cultum Legalem; ad significandum Corpus Christi, propter diversa Tentorii illius accidentia, quæ commodè & huc & illuc referri poterant*. Resp. 3. Christi natura humana [f], seu caro humana, sive corpus [g]: ut patet, 1. ex collat. v. seq. *per proprium sanguinem* [h]. 2. Hebræorum mos est corpus vocare *tabernaculum*, unde id & Pythagorici hausere, ut diximus ad Sap. 9. 15. 2 Cor. 5. 1, 4 [i]. Sic 2 Pet. 1. 13, 14 [k]. Et Christi corpus *templum* dicitur, Joh. 2. 21 [l]. Est autem par ratio *templi* & *tabernaculi* [m]. Corpus autem non suâ voce h. l. expressit, sed circumlocutione quâdam mysticâ aptâ ad persequendam similitudinem [n]. Per *corpus* hîc intellige oblationem corporis sui [o]. Volens dicere, Christum ingressum esse in summum cœlum per passiones & mortem, ut magìs persequeretur cœptam cum Sacerdote Legali similitudinem, dicere voluit, *intrâsse eum per corpus suum, & per sanguinem suum*, quia corpus Metonymicè rectè poni potest pro *doloribus corporis*; & *sanguinem* pro *morte* sumere frequens est omnibus gentibus, ideo quòd ex copiosa sanguinis effusione mors sequatur [p]. ¶ *Non manufactum*] Non factum humanâ arte [q], aut operatione [r]. Bene dixit, οὐ χειροποίητον, quia solet Hebræis

† J. Cap.
[t] J. Cap. sic E.
[v] G.
[x] E. ex Græcis.
[y] Rib.
[z] J. Cap. sim. Be. Jun. E.
[a] Rib.
[b] J. Cap.
[c] G.
[d] Jun.
* Pi.
[f] Rib. Me. sim. Ger. E.
[g] Pi.
[h] E.
[i] G.
[k] Me.
[l] E. Pi.
[m] Gom.
[n] E.
[o] G. Pi.
[p] E.
[q] Ger. E.
[r] Me. sim. Pi.
† E.
[t] Q. in E.
|| Pi.
[v] Ger.
[x] Caj. in E. Me.
[y] Me.
[z] Aquin. in Rib. Amb. & Aug & L. in E.
[a] Q. in E.
[b] E.
[c] E. sim. Be.
[d] Be.
* G.
[f] Theod. & Primas. in Rib. Jun.
[g] E. Rib. ex Chrys. & Th. Be. Pi. Jun. Zeg. J. Cap. Ham.
[h] E.
[i] G.
[k] E.
[l] G. E.
[m] E.
[n] G.
[o] Rib. E.
[p] G.
[q] Me. sic Rib. E. Be.
[r] Jun.

per abusionem χειροποίητον dici omne id quod fit per modum naturalem. Sic & infrà 9. 24. & Marc. 14. 58. Act. 7. 48. & 17. 24. Eph. 2. 11. 2 Cor. 5. 1. Idola quoque χειροποίητα sæpe vocant Prophetæ, quia nihil est in illis Divini †. ¶ *Id est, non,* &c. οὐ ταύτης τῆς κτίσεως] *Neque fuit ex his rebus creatis,* Tre. ex Sy. sic Ar. vel, *ex hoc mundo,* Æth. *Non hujus creationis,* Mo. Jun. Vulg. G. vel, *structuræ,* Er. P. Ca. Be. Pi. &c. *facturæ,* V. id est, non ab homine, Heb. 8. 2 [t]. non secundùm constitutum in natura ordinem [v], qui בריאה Hebræis [x]; sed conceptum supernaturali modo [y]. Non hoc dicit de materia [z], sive substantia carnis Christi [a]; sed de causâ efficiente, vel potiùs, de modo operationis [b], vel formationis ac conceptionis [c]. Ut frustrà sint qui hinc colligunt Christi carnem non esse de substantia carnis nostræ. Malè enim ab agentis modo ad patientem argumentantur [d].

12. *Neque per sanguinem hircorum, aut* (vel, &, Mo. E. Be. Ger. ex Sy. &c.) *vitulorum*] Ut præcipitur Levit. 16 [*]. Plur. num. utitur, quia plures afferebantur, diversis scil. annis [f]. Dicitur per aliquid fieri id quod sine eo non fit. Sic Pontifex non intrabat in Adytum, nempe postremo introitu, nisi secum ferens *sanguinem hircinum* pro populo, *vitulinum* pro se [g]. ¶ *Sed per proprium* (emphaticè, ut Act. 20. 28. confer Gal. 2. 20. 1 Joh. 1. 7 [h].) *sanguinem* (fusum [i], in cruce [k], qui *sanguis Novi Pacti,* Mat. 26. 28. 1 Cor. 10. 16. & 11. 25. &c [l].) *introivit semel* (non in anno [m], sed omnino [n]; vel, in omni ævo ad ejus finem [p]:) *in Sancta*] Nempe cœlestia [q], in summum cœlum, Marc. 16. 19. Act. 1. 10, 11. & 2. 34. &c [r]. quod & nobis aperuit †. ¶ *Æternâ,* &c. Αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος] *Æternam* (i. e. vel, 1. veram, solidam, semperque mansuram [t], ut non sit opus alterâ passione, vel redemptione [v], vel iteratione sacrificii, in Missa [x]: vel, 2. sic vocat quia per eam ab æterna morte liberamur [y], & æternam hæreditatem acquirimus [z].) *redemptionem* (vel, jus conferendæ redemptionis æternæ [a]:) *inveniens,* Mo. Caj. in Rib. sim. Vulg. Er. *Invenisse* dicitur, vel, 1. quia res erat difficilis & pretiosa, quam nemo alius reperire potuit [b], & quæ præter spem evenit [c]: vel, 2. quia illius autor unicus erat, juxta Heb. 2. 10. Qui enim res novas inveniunt, eorum autores vocantur [d]. Vel, *nactus,* sive *adeptus,* sive *consecutus,* P. Be. Pi. Cap. J. Cap. Nobis scilicet [*]. Sic εὑρίσκεσθαι sumitur Rom. 4. 1 [f]. & apud Græcos scriptores. Sic & מצא Jos. 17. 16. *non invenietur nobis mons ille,* h. e. non poterimus eum vincere, nobis subjicere [g]. Vel, *repræsentans,* suo scil. sanguine: המציא enim significat *sistere, repræsentare,* Levit. 9. 12, 13, 18. 2 Sam. 3. 8. Zach. 11. 6 [h]. *Repertâ ratione quâ nos in perpetuum liberaret* à peccatis, per mortem nempe suam & resurrectionem, Rom. 4. 25. Hoc sensu λύτρωσιν habemus 1 Pet. 1. 18. Vide quæ diximus suprà 2. 18. & 7. 19. Idem jam nunc dicet, καθαριεῖ ἀπὸ νεκρῶν ἔργων. Et est hæc *liberatio perpetua,* cùm illa Legalis non nisi in annum valuerit: erat enim repetenda [i].

13. *Si enim* (Hactenus de Sanctuario; nunc de Sanctificatione [k]:) *sanguis——taurorum*] id est, Vitulorum, ut suprà [l], [v. præced.] Sic & Heb. c. 10. v. 4. Et Josephus 3. 1. ubi describit sacrum ἱλασμοῦ, ταύρου dixit ubi LXX μόσχον. Rectè. Est enim μόσχος ταῦρος νεώτερος [m]. Græci quoque δάμαλιν appellant [n], Moses *vaccam* [o]. In his, propter ætatum confinia, sæpe alterum pro altero ponitur [p]. Sic *vitula* dicitur quâ aratur, Jud. 14. 18. & quâ trituratur, Hos. 10. 11. Sic Virg. Eclog. 3. *Ego hanc vitulam nè fortè recuses. Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus.* Sic Christus eodem tempore & *infans* & *puer* dicitur, Luc. 2. 16, 17 [q]. & Eutyches modò *adolescens,* modò *puer,* dicitur, Act. 20 [r]. ¶ *Et,* &c. Καὶ σποδὸς δαμάλεως] *Et cinis juvencæ,* Er. P. Be. Pi. G. sive, *vitulæ,* G. Vulg. id est, vaccæ rufæ †. De qua Num. 19. 2 [t]. In Glossario, δάμαλις, *vitula, juvenca.* Sic *bucula Myronis,* Græcis δάμαλις. Ex hoc cinere fiebat aqua cujus aspersio purgabat, id est, ad hominum consortium & ad atrium Templi admittebat, eos qui attigissent cadaver hominis aut sepulchrum [v]. ¶ *Inquinatos,* &c. Ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους] *Aspergens* (Nempe cinere aquâ diluto [x]:) *inquinatos,* Er. Il. Mo. P. Be. Pi. &c. Contactu rei immundæ, quo prohibebantur ab hominum consortio & ingressu Templi [y]: הטמאים, quod ἀκαθάρτους solent vertere LXX, ipsum autem verbum טמא, μιαίνειν, ἐκμιαίνειν, βεβηλοῦν, quod κοινοῦν, Mat. 15. 11, 18, 20. Marc. 7. 15, 18, 20, 23. Act. 10. 15. & 11. 9. & 21. 28. Locutio indè quòd quæ sancta sunt ea sunt Deo separata, quæ non sunt talia manent in usu profano, qui est usus *communis.* Hinc prolatâ significatione, qui ad Sanctuarium accedere non possunt dicuntur κεκοινωμένοι; & alimenta quibus non Dei populus, sed aliæ gentes, utebantur, κοινά, Act. 10. 14. Rom. 14. 14. Itaque & infrà opponuntur κοινὸν & ἐν ᾧ τις ἡγιάσθη, Heb. 10. 29. Aspersionis quæ per sanguinem fiebat mentio etiam apud Schol. Aristoph [z]. ¶ *Sanctificat* (vel, *Purgat,* G. Rib. Ham. Ἁγιάζειν idem quod καθαρίζειν infrà טהר, unde טהור modò καθαρός, modò ἅγιος, vertitur [a]; unde opponuntur ἀκάθαρτα & ἅγια, 1 Cor. 7. 14. quomodo & קדש *sanctificare,* sæpe significat *abluere.* Huic vocis significationi favet, tum præced. κεκοιν. tum seq. καθαρότητα, tum natura rei de qua sermo est. Hæc tamen *mundatio* metaphoricè sumenda est pro expiatione seu remissione peccatorum, & absolutione à censuris, quomodo & Heb. 10. 10 [b].) *ad emundationem* (vel, *puritatem,* P. Be. Pi. nempe legitimam [c], externam [d], ceremonialem [*]:) *carnis,* Vulg. Mo. &c. *Carnis,* non spiritûs, sive animi [f]. Illa purgatio ad vitæ hujus mortalis usus pertinet. Exemplum vide Num. 19 [g]. Restituebat hæc eis libertatem versandi cum hominibus, & ingrediendi Templum [h]. Sensus, Si his aspersus purus foris censeretur, quamvis intùs forsan purus non esset [i]. Alloquitur Hebræos, qui de horum efficacitate divinitùs addita erant persuasissimi [k].

14. *Quantò magis* (Argumentum est à minori [l], simul & à proportione [m]:) *sanguis Christi*] Qui pro nobis fusus est [n], & per veteres ritus adumbratus fuit [o]. Et quia objici poterat, sanguinem Christi, æquè ac brutorum, externum & corporalem fuisse, confirmat consequentiam ab excellentia personæ Christi [p]. Quantò sanguis Christi, Filii Dei, & innocentis, præstat sanguine carentium ratione animantium, tantò purgatio debet esse major. Uterque ad colendum Deum; sanguis pecudum ritualiter, sanguis Christi, præcipuè animo, &c. *Sanguini* autem purgatio ista tribuitur, quia per sanguinem, id est, mortem, Christi, secutâ ejus excitatione & evectione, gignitur in nobis fides, Rom. 3. 25. quæ deinde fides *corda purgat,* Act. c. 15. v. 9. Rom. c. 3. v. 22. & c [q]. ¶ *Qui,* &c. Ὃς διὰ πνεύματος αἰωνίου—ἄμωμον, &c.] *Qui per Spiritum æternum* (id est, vel, 1. per Spiritum Christi creatum, ut vox sumitur Marc. 2. 8. simil. Joh. 4. 24. vel, per voluntatem suam [r], sive animam ejus humanam †, immortalem. Ità significat, eum scientem & volentem se obtulisse [t]. Facta hæc oblatio dicitur *per Spiritum æternum,* aut, ut antè dixit 7. 16. *per vim vitæ indissolubilis;* quia Spiritus ejus jam non erat vivens tantùm, ut in vita hac terrena, sed in æternum corpus sibi adjunctum *vivificans,* 1 Cor. 15. 45. Διὰ hîc sumo ut suprà v. 12. pro *cum,* ut Heb. ב poni solet. Intelligitur hinc dignitas oblationis, quòd eam fecit is qui jam Spiritu & corpore erat immortalis [v]. [Sed his obstat, quòd] Anima Christi non est absolutè, & per se, & prorsus æterna [x]. Vel, 2. per Spiritum S. creatorem [y], id est, tertiam in divinis personam, cui opera Divinæ bonitatis, nostræque sanctificationis, appropriari solent [z]; per quem Christus dicitur & alia fecisse, veluti baptizare, dœmonia ejicere, præcipere [a]. Vide Mat. 12. 27. Act. 1. 2. & 10. 38 [b]. Sensus, q. d. Spiritu impellente [c], eum ad id movente & incitante [d]. Sed obstat, quòd vox πνεῦμα hîc sine articulo ponitur [*]. Resp. Idem alibi fit cùm de Spiritu S. sermo est [f], ut Heb. 2. 4. & 6. 4 [g]. Obstat quoque, quòd Spiritus S. non est Sacerdos Filium offerens, qualis hic spiritus est [h]. Vel, 3. per divinam suam naturam [i], quæ *Spiritus* dicitur Rom. 1. 4 [k]. & carni ejus, sive humanæ naturæ, opponitur [l], 1 Tim. 3. 16. 1 Pet. 3. 13 [m]. quæ porrò absolutè æterna est & spiritualis [n], secundùm quam [Christus] spiritus est coessentialis & coæternus Patri & Spiritui Sancto [o]. Nec obstat vox *per,* quæ causam interdum principalem notat, ut Gal. 1. 1. Eph. 1. 1 [p]. Sic ostendit, sacrificium Christi non carnale, sed spirituale,

rituale habendum esse, & proinde efficientiam ejus spiritualem esse [q]. Christus Sacerdos est & victima secundùm utramque naturam, & utriusque voluntatem ac directionem: hîc autem divinæ per Synecdochen fit mentio, ob summam illius excellentiam atque efficaciam [r]. Per *Spiritum æternum* Deitatis in humanitate assumpta efficacitatem infinitam intelligo, quæ totum hoc sacrificium consecravit, & sanguinem ejus vivificâ virtute donavit †. Christus quoad corpus erat [ex parte] res oblata, quoad animam, Sacerdos offerens: hæc enim oblatio erat actus animæ Christi, actus nempe obedientiæ, &c. Hæc porrò anima & hoc corpus Verbo unita sunt, & per Spiritum S. corroborata, &c. Certum est, Christum obtulisse se per spiritum suum immortalem, sanctificatum & confirmatum per Spiritum Sanctum, & unitum Verbo ||. Al. *Per Spiritum Sanctum*, Vulg. Sic legunt Latini & Græci quidam [t]. Chrys. quidem & Oecum. *Spiritum Sanctum* hîc in commentariis nominant; sed non constat quomodo legerunt [v]. Hoc quem sensum recipere possit, vide Rom. 1. 3. & 1 Pet. 3. 18 [x]. At διὰ πνεύματος αἰωνίου habent Codices optimi [y], & multi [z], imò omnes [a]; & ità legunt Sy. & Th [b]. & Theod. & Er. & Caj [c].) *semetipsum* (id est, totam personam ex duabus naturis constantem [d]:) *obtulit inculpatum Deo*, Mo. sic Be. Pi. &c. His verbis oblatio Christi aliis omnibus anteponitur. *Obtulit Christus*, non pecudes, ut Judæi, *sed semetipsum*, & quidem *inculpatum*; non reum, ut Christiani; non dæmoniis, ut Ethnici, *sed Deo* *. *Deo*, tanquam supremo Domino vitæ & necis, Legislatori & Judici humani generis; qui solus potestatem habebat, tum ipsum Sacerdotem constituendi, tum oblationem hanc & præscribendi & acceptam habendi in hominum gratiam, &c [f]. *Oblatio* autem *Christi* hîc intelligitur illa quæ oblationi Legali in Adyto factæ respondet. Ea autem est non oblatio in altari Crucis facta, sed facta in Adyto cœlesti [g]. Sed res clara & certa est, hanc Christi oblationem fuisse non repræsentationem mortis suæ in cœlis, (quæ nusquam in Scriptura *oblatio* ipsius dicitur, neque actus ille erat meritorius:) sed voluntariam mortis perpessionem in terris, qui summus erat obedientiæ actus, Deoque gratissimus, quo Christus satisfecit & meruit, &c †. Cùm dicit ἄμωμον, respicit Legem victimarum [h], Levit. 22. 20. Deut. 15. 21 [i]. & speciatim vaccæ rufæ, quæ immacula esse debebat [k], Num. 19. 2. In victimis Legalibus nullum debebat esse corporis vitium [l]; in Christi vita nihil fuit vitiosum [m], quod necesse erat ut sanguine suo deleret [n]; & ideo spiritu illo æterno statim donatus est [o]. ¶ *Emundabit*, &c. Καθαριεῖ τὴν συνείδησιν, &c.] *Purgabit* (Futuro utitur. Nam licet peractum sit sacrificium hoc expiatorium, viget tamen adhuc & vigebit ejus effectum in omnibus credentibus ad ultimum usque diem [p]. Vel, *Purgare volet*. Solemus enim Futuro sic uti. Similitudo autem purgationis Legalis & Evangelicæ non est in modo purgandi, sed in effectu. Illa idoneos homines reddebat ad ingressum Sanctuarii terrestris, hæc ad ingressum Sanctuarii cœlestis [q].) *conscientiam* (qu. d. non carnem, ut ceremoniæ Legis [r]; sed animam †, quam hîc & suprà v. 9. *conscientiam* vocat per Synecdochen [t]. *Conscientia* non potest intelligi propriè, quasi sensus sit, Efficiet ut non simus conscii peccatorum. Nam sæpe contingit esse peccatum, ubi non sit peccati conscientia [v].) *vestram* (Quidam enim libri hîc habent ὑμῶν: sed alii habent ἡμῶν, *nostram*, ut MS. & Sy. & quidam cod. Latini [x], & veteres Græci; quod & sensum facit pleniorem. Scribit ad baptizatos, quos à peccatis mundandos fore affirmat. Notetur hoc contra Novatianos [y].) *à mortuis operibus*, (id est, à peccatis [z]; ut sanguis pecudum per cinerem purgat à contactu mortui corporis [a]. Peccata vocantur *opera mortua*, hîc & Heb. 6. 2 [b]. tum, quia vitam non habent [c], fœtida sunt instar olidi cadaveris [d]; tum, quia sunt mortifera *:) *ad serviendum Deo viventi*, Mo. sic Be. Pi. &c. Egregiè *operibus mortuis* opponitur *cultus Dei vivi* [f]; qui sicut semper vivit, ità & semper prodesse nobis potest [g]. Sensus, Efficiet ut à reatu & servitute peccati liberati, & velut à sordibus mundati, possimus ad Dei thronum accedere, & ipsius cultui vacare [h]. Post ζῶντι MS. habet καὶ ἀληθινῷ, *& vero*. Sic & Th [i]. & Chrys [k]. Vide Joh. 17. 3. 1 Thes. 1. 9. 1 Joh. c. 5. v. 20 [l]. Nota, opera mortua habentes non posse Deo servire, nec satis esse ut mundi simus, nisi & Deo serviamus [m].

15. *Et ideò* (vel, *propterea*, G.) *novi testamenti* (ברית, quod *pactum* significat, aut *fœdus* (est autem *fœdus* non omne pactum, sed publicum) Græci Interpretes vertunt διαθήκην, Latini *testamentum*, non illo speciali sensu Juris civilis; sed generaliore, quia testatio est voluntatis: de qua re diximus in Prolegomenis ad Evangelia. Sed & *testamentum* illud, ut in Jure civili sumitur, ubi hæredis institutioni, ut fieri solet, conditio additur, aut legatorum fideive commissorum onera, est pactum quoddam, & quidem eò nobilius, quia morte testatoris secutâ nullam jam mutationem recipit. Et propterea Scriptor hic pactum Dei novum, quod perfectius esse debuit priore, vult esse etiam *testamentum* in illo significatu potiore, sive Juris civilis [n].) *mediator est*] Μεσίτης, *mediator*, est, qui pacem inter partes efficit [o], ut explicavimus ad Gal. 3. 19. Solet autem sæpe pax fieri, sub certis legibus priùs implendis quàm pax valeat. Talis pax etiam διαθήκη est [p]. Vel, qui hoc agit ut pacta & promissa præstentur [q]. Redit ad mentionem *testamenti*, ut explicet promissa quæ per Christum consequimur, testamentum enim in promissis consistit; simul ut doceat ad ea consequenda opus fuisse morte Christi [r]. Est autem hæc illatio ex præcedentibus †. Si pecuinus sanguis in vetere Pacto non expiabat, vel novum Pactum & novus sanguis requirebatur, cujus vis ad illos usque pertingeret; vel superest ut illi servati non fuerint, quam partem posteriorem, ut nimis absurdam, præterit [t]. *Ideo*, quia sanguis emundat conscientiam, &c. nec sacrificia Legis id præstare potuerunt, mediator factus est novi Testamenti, quo non bona temporalia, sed æterna, promittuntur [v]. Al. *propterea*, quia hoc pactum novum non pecudum sanguine, sed ipsius μεσίτου, fuit danciendum [x]; quia Christus in ara crucis [y], fuso sanguine suo, se obtulit [z], sacrificium inculpatum, Deo [a], & per hoc æternam redemptionem nobis acquisivit, qui sunt effectus novi Testamenti; utique est novi illius Testamenti, per Jeremiam promissi, Mediator, utpote qui sanguine suo Testamenti illius promissa confirmavit, eadémque nobis præstat [b]: propterea, inquam, N. T. *mediator est*, h. e. morte suâ (tanquam Testator justus) Testamentum suum stabilivit, quod Spiritu & Verbo exaraverat, &c [c]. ¶ *Ut*, &c. Ὅπως—— ἀπολύτρωσιν τῶν ἐπὶ τῇ—— παραβάσεων, &c.] *Ut morte* (nempe testatoris [d]; ipsius Christi *, non victimarum, ex collat. v. 12 [f].) *intercedente* (vel, *factâ*, Er. Nè quis putaret mortem Christi dedecori esse Christianis, summam ejus virtutem ostendit [g]:) *ad redemptionem* (vel, *liberationem*, V.) *earum prævaricationum* (vel, *transgressionum*, id est, transgressorum, per Metonymiam [h]: id est, Ut nos à peccatis redimeret, solvendo pœnas eis debitas [i]. Mors ejus intercessit, ut liberarentur homines ab illis peccatis; ἀπολύτρωσις alibi alio sensu sumitur, hîc idem quod suprà v. 12. λύτρωσις. Nam qui cessat peccare, is jam ex lege novi Pacti in pace est cum Deo, Rom. c. 5. v. 1. & παραβάσεων, id est, ἀπὸ παραβάσεων, quomodo apud Ciceronem, *liberatio culpæ*, pro, *à culpa* [k].) *quæ fuerant sub priori Testamento*, Er. Mo. Pi. &c. id est, durante statu veteris Testamenti [l], vel, peccatorum adversùs prius fœdus commissorum [m] à Patribus [n]; quæ quidem ante Christum remissa erant, sed non nisi vi mortis Christi [o]. Qu. Cur harum duntaxat transgressionum meminit, non illarum quæ sub N. Testamento [p], vel, eorum qui Legem non acceperant [q]? Resp. 1. [Hoc non exclusivè accipiendum est.] Remittuntur etiam peccata adversùs Evangelicum Fœdus commissa, sed hæc quoque sunt Legalis Fœderis violationes [r]. 2. Ad eos scribens qui Legem acceperant, de ipsorum tantùm peccatis loquitur †. Nec opus erat de aliis loqui. Nam si Hebræi sacrificiis à Deo institutis emundari non poterant, multò minùs illi qui erant in lege naturæ sacrificiis suis, quæ à Deo data non erant [t]. 3. Quia peccata in populo Dei dicto ante Christum ὅτι τὸ πλεῖστον valuerant. Idem sensus qui Act. 13. 38. ubi dicta vide. Non poterat illius temporis multitudo cum multitudine Christiana Apostolicorum temporum ulla ex parte comparari. Tantum ubique erat sordium non tantùm in animo latentium, sed & foris

[Margin notes, left column: q Jun. · r Gom. · † Be. · || Law. · t G. · v E. · x G. · y G. · z Rib. · a Par. · b G. Rib. · c Rib. · d Jun. · * J. Cap. · f Law. · g G. · † Law. · h G. sim. Te. · i G. · k F. · l G · m G. sim. Rib. E. · n Rib. · o G. · p Be. · q G. · r Rib. Me. sim. E. · † Rib. E. Me. G. · t G. · v E. · x G. · y F. · z Rib. E. Be. G. · a G. sim. Chrys. in E. · b G. sic Rib. Me. · c Rib. ex Chrys. · d J. Cap. sim. Rib. ex Chrys. & Theod. · * J. Cap. sim. Be. E. · f G. sic E. · g G. · h J. Cap. · i G. · k E.]

[Margin notes, right column: l G. · m Rib. · n G. · o G. sim. E. · p G. · q E. sic Rib. Me. · r E. · † Be. sic E. &c. · t Be. · v Rib. Me. · x G. sim. Te. · y Ger. · z E. sic Jun. Ger. · a Jun. · b Ger. ex E. · c Jun. · d Rib. Me. · * E. Ger. sic G. · f J. Cap. · g G. Rib. · h Fe. · i E. · k G. · l E. sim. G. · m J. Cap. · n Cam. · o E. · p Ger. · q E. · r J. Cap. · † E. sim. Rib. · t Rib.]

foris apparentium [v]. 4. Quia de illis dubitari poterat, an per Christi mortem fuerint expiatæ, quæ ante eam commissæ erant [x]. A fortiori colligitur, eum redemisse peccata N. T. quia illius est proprius mediator [*]. 5. Ut ostendat infirmitatem Legis [y], & virtutem ac necessitatem sacrificii Christi [z]; sine quo Patres V. T. periissent, quia in Vet. Test. peccata nullo sacrificio expiata erant [a]. ¶ *Repromissionem*, &c. Τὴν ἐπαγγελίαν λάβωσιν, &c.] *Ii qui vocati sunt* (Intellige *cum effectu*, ut 1 Cor. 1. 24. Judæ v. 1 [b]. vel, vocatione Dei gratuita & efficaci [c]; vel, *secundùm propositum*, Rom. 8. 28 [d]. id est, electi sive prædestinati [*] ad vitam æternam [f]. Loquitur autem, vel, 1. de vocatis tempore Legis [g]; vel, 2. de vocatis omnibus [h]: quia Paulus hic intendit declarare vim maximam mortis Christi, &c [i].) *promissionem* (i. e. rem promissam, ut ἐπαγγελίαν habes Luc. 24. 49. Act. 1. 4. & 2. 33. Rom. 4. 13. & alibi [k].) *accipiant æternæ hæreditatis*, Er. &c. quæ Novo Testamento propria est, & inter ejus promissiones præcipua, quam significare voluit Paulus ad solos electos pertinere [l]. [Al. Sensus,] Qui sic liberati sunt à peccatis, eis continget res in pacto novo promissa, quæ est vita æterna, 1 Tim. 4. 8. 2 Tim. 1. 1. Heb. 8. 6. quæ cur κληρονομία appellatur, vide ad Gal. 3. 18. Ephes. 1. 14, 18. Col. 3. 24 [m]. *Ut ii qui vocati sunt*, quamvis annis minores & quodammodo pupilli, nec adhuc capaces plenæ possessionis ipsis à Christo assignatæ, tamen promissionem illius obtineant, dum exspectant perfectionem; cujus promissionis veritatem in Spiritu ex facto jámque habeant, & in eodem Spiritu de perfectione futura obsignentur, juxta Eph. 1. 13, 14 [n].

16. *Ubi*, &c. Ὅπου γὰρ διαθήκη, θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου] *Ubi enim testamentum*, (*est*, Be. Er. &c. In sensu illo potiore & excellentiore, ut modò diximus [o]. Ubi testamentum producitur sive allegatur; vel, Ad probationem sive confirmationem testamenti [p]. Cùm testamentum fit, & cùm bona alicui testamento legantur [q]. Ut testamentum valeat, suúmque effectum sortiatur [r].) *necesse* (*est*, Er. Be. Pi. &c.) *ferri* (id est, [vel, 1.] allegari, produci in foro, testimonio firmari. Sic φέρειν & φέρεσθαι sensu forensi usurpatur in N. T. ut κατηγορίαν φέρειν, Joh. 18. 29. αἰτιώματα φέρειν, Act. 25. 7. & κρίσιν φέρειν, *actionem seu litem alicui intendere* †. [Vel, 2.] exspectari, quomodo ἤνεγκεν Rom. 9. 22. Est enim exspectatio onus quoddam. Sic נשא habes Deut. 24. 15. Jer. 44. 14 [s]. Vel, *consequi*, Ca. vel, *intercedere*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. &c.) *testatoris*, Mo. &c. Ut priùs testator moriatur, quàm hæreditas adeatur [v]. Quidam testatores quando non opus est tamen id exprimunt; ut apud Salvianum, *Quando ego ex rebus humanis exiero, tunc mihi tu ille, carissime, heres esto* [x]. Aliud est, si non testamentum fit, sed per donationem aliquid promittatur [y]. Supponit Christum ità mediatorem N. T. esse, ut sit etiam testator, id est, testamenti author & hæreditatis promissor, juxta Luc. 22. 29 [z]. Ostendit necessitatem mortis Christi [a]. Probatio hæc est ejus quod dixerat, *morte intercedente*, sumpta ex voce & propria ratione *testamenti* [b]. Hic autem obloquuntur Judæi aliique [c], & hinc authoritatem huic Epistolæ detrahunt [d]; quòd illius Scriptor à consilio Dei in Mose, & ab etymo propriáque vocis ברית significatione, discessisset [*]; & à pacto seu fœdere, de quo semper in Lege fit sermo, ad testamentum transierit [f]. Ludit Paulus Rhetorum more, & vocem à proprio ad improprium significatum flectit [g]. Resp. 1. Paulus hîc, ut alibi, sequitur versionem LXX, quæ & in usu quotidiano, & in maxima autoritate, erat apud Judæos ac proselytos, quibuscum hîc agit [h]. LXX autem ברית semper ferè vertunt διαθήκην, quæ propriè est *testamentum* [i]; id est, voluntatis decretum de eo quod quis post mortem suam fieri velit [k]. 2. ברית est declaratio sive expositio voluntatis, consilii, aut promissionis, sive ab uno fiat, sive à pluribus; sive unius sponsione purâ, sive mutuâ inter plures & diversas partes sponsione & stipulatione. Non ergò semper pro mutuo fœdere accipitur, sed interdum pro [simplici] sponsione & dispositione Dei, ut constat ex Gen. 9. 9, &c. Levit. 24. 8. Num. 18. 19. & 25. 12. Sed & Latinis *fœdus* non solùm de contractibus & pactionibus mutuis, sed & de puris sponsionibus ac promissionibus, dicitur, ut constat ex Virgil. Georg. 1. & Æn. 1. Cùm ergò hæc vox generalis sit, non aliunde circumscribi potest quàm ex typis rem ipsam adumbrantibus, & ex promissionibus V. T. eodèm pertinentibus. Ex illis autem constat, hanc Dei dispositionem non *fœdus*, sed *testamentum*, optimè hîc appellari, ut patet ex utriusque natura & adjunctis. *Fœdus* enim conditiones habet mutuas, quas si altera pars non præstet, irritum fit: *Testamentum* verò est liberalitatis & gratiæ citra ullam conditionem instrumentum. Deinde sanguis & mors illius qui fœdus contrahit, adjunctum est non *fœderis*, (quid enim cum moriente homine opus est fœdere?) sed *testamenti* [l]. De eadem re loquuntur Moses & Paulus. Moses *pactum* vocat, non quodvis, sed pactum de danda hæreditate Regni cœlestis per terram Canaan adumbrati post mortem testatoris, quam sanguinis aspersione designavit. Paulus autem *testamentum* vocat, non quodcunque, sed conditionatum, id est, tale quod simul sit & pactum [m]. Fœdus Novi Test. & *fœdus* est simpliciter, ratione pacti mutui, Dei de salute promissa, & fidelium de obedientia fidei; & simul *testamentum* est secundùm quid, ratione modi, partis prioris ac potioris in Fœdere, nempe promissionis gratiæ vitæque æternæ nobis à Deo factæ; quia hoc fœdus, ut à Mose & Prophetis ostensum est, non sancitum ratúmque est, nisi morte Filii Dei, Mediatoris ac testatoris; adeò ut non immeritò *fœdus testamentarium*, & *testamentum fœderis*, ob concursum utriusque, appellari queat [n]. [Codurcus contendit διαθήκην, hîc & alibi semper, non *testamentum*, sed *fœdus*, significare, & διαθέμενον, *fœderatum* esse: de quo videat qui volet dissertationem ejus h. l. positam in Crit. Lond. simúlque responsionem Guisardi, quam *Vindicias testamentarias* vocat, Volumine illo Londini excuso An. D. 1661. ubi post L. Tenæ commentaria in hanc Epistolam, hæc dissertatio cum aliis habetur.]

17. *Testamentum enim in*, &c. Ἐπὶ νεκροῖς, &c.] *In mortuis* (vel, *Post mortem*, Ca. vel, *In morte*, ut sit Hebraismus, qualis, cùm dicitur Christus *à mortuis* surrexisse, id est, à morte, sive statu mortuorum: vel, ἐπὶ causam significat, ut intelligatur, mortem testatoris causam esse firmitatis testamenti [o]. Vel, *Sub mortuis*, Glass. Ubi illi mortui sunt qui testamentum fecere [p]. Ἐπὶ hîc temporis habet notam [q], ut Marc. 2. 26. ἐπὶ, *sub Abiathare*, h. e. illius tempore. Sic Luc. 3. 2. & 4. 27. Huc refertur & 1 Tim. 6. 13. ἐπὶ, *sub Pontio Pilato* [r]. Sic ἐπὶ κυνὶ, *tempore Caniculæ*, dicunt Græci †.) *ratum est*, Er. P. Be. Pi. Ca. &c. vel, *firmum*, Er. Jure ratum habetur [t]. Hoc est quod dicunt Romani Jurisconsulti, *Testamentum morte confirmatur* [v]. ¶ *Alioqui*, &c. Ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει—διαθέμενος] *Quandoquidem* (vel, *Quoniam*, Di. sim. G.) *nondum* (Sed hoc ἔπω, vel μηδέπω, dicunt Græci. Sy. & Ar. accipiunt pro simplici [d], *non*. An unquam alterutrâ significatione occurrat μήποτε, non constat. Possit interrogativè sumi, ut Joan. 7. 26. *an valet?* id est, non valet [x]: vel, *nunquam*, G.) *valet* (i. e. *nullum producit effectum*. [illegible] ctè hic Syrus [y]; robur ac firmitatem non habet, [illegible] nullum tribuit [z].) *cùm vivit testator*, Er. Pi. &c. [illegible] enim *Testamentum*, Modestino definiente, *volunt*[illegible] *justa sententia de eo quod quis post mortem suam fier*[illegible] *velit*. Unde & *voluntas defuncti* à Quintiliano defin[illegible]ur. *Viventis nulla est hereditas*. L. 1. D. de Hæred [a]. [illegible]oluit Christus in hoc saltem, licèt non in omnibus, Fœ[illegible] suum simile esse testamentis humanis, quòd sine m[illegible]te sua nullam vim habuisset. Nec tamen vim suam à morte ejus habere cœpit, quomodo nec vim suam amisit ubi per [illegible]onem spiritum suum recepit [b]. Valuit hoc testam[illegible] Patres ante Christum justificandos propter præscientia[illegible] [illegible]cceptationem Patris, qui mortem acceptavit ut factam [c]; quomodo ob promissionem λύτρα à viro fide digno factam, captivus quandoque dimittitur [d].

18. *Unde*, &c. Ὅθεν—ἐγκεκαίνισται] *Unde* (q. d. Quæ communis ratio in jure humano est, quoad Testamentorum confectionem & authoritatem idem à Deo olim observatum [*].) *nec primum* (h. e. vetus [f] testamentum [g], de quo deinceps loquitur [h]: nempe, ut figura ad rem figuratam propiùs accederet [i]. Obj. At illud Exod. 24. erat pactum, non testamentum. Resp. Pactum illud & testamentum fuit: nam fuit promissio de danda hæreditate terra Canaan; quia verò Deus immortalis est, & deesset

deesset mors ad firmandum testimonium necessaria, cæsæ sunt victimæ, &c[k].) *sine sanguine dedicatum est*, Mo. sim. Er. Be. Pi. &c. vel, *initiatum*, E. *consecratum*, vel, *celebratum*, Ccd. *sancitum*, E. Pi. *confirmatum*, E. ex Sy. *roboratum*, Rib. ex Chryſ. id est, sanctum firmúmque à Deo declaratum [l]. Ἐγκαίνιον, vel pluraliter ἐγκαίνια, est *rei alicujus dedicatio*, Esd. 6. 16, 17. Neh. 12. 27. Dan. 3. 2. idem ἐγκαίνισις, Num. 7. 88. ἐγκαινισμὸς, Num. 7. 10, 11. 2 Par. 7. 9. &c. Quintilianus, *Nec pro encœnio ducendum scelus primum*. Verbum ἐγκαινίζειν, חנך, Deut. 20. 5. 1 Reg. 8. 64. 2 Par. 7. 5. 1 Macc. 4. 36, 54, 57. & 5. 1. Habemus & ubi חדש vertitur ἐγκαινίζειν, ut 1 Sam. 11. 14. 2 Par. 15. 8. Habes hoc verbum & infrà 10. 20[m].

19. *Lectio*, &c. Λαληθείσης γὰρ πάσης ἐντολῆς κατὰ νόμον, &c.] *Exposito* (vel, *Dicto*, Er. *Recitato*, Er. V. sim. Be. Pi. &c. λαλεῖν hîc est *de libro recitare* [n].) *enim omni* (vel, *toto*, Jun.) *mandato* (Intelligit præcepta illa quæ sunt Exod. 20. & 21. & 22. & 23[o]. vel, *librum fœderis*, Exod. 24. 7[p].) *secundùm legem* (id est, ex Dei jussu[q], scil. ut ea recitaret[r]. Non enim dicit hîc κατὰ τὸν νόμον, ut mox v. 22. sed κατὰ νόμον †. Al. Mandatum notat Lege comprehensum[t], vel, de Lege[v], vel, de fœdere[x], & conditionibus illius[y]; κατὰ νόμον, pro περὶ νόμου[z].) *à Moyse universo populo*, Mo. &c. Excludi ergò nemo debet ab auditu, aut lectione Verbi Dei, Esa. 8. 20. Joh. 5. 39. &c[a]. ¶ *Accipiens sanguinem vitulorum & hircorum*, &c.] Respicit indubiè historiam Exod. 24. 6, 8[b]. At ibi tantùm dicitur sanguine victimarum respersum fuisse populum[c]. Nulla ibi *hircorum*, *aquæ*, *lanæ*, *coccineæ*, *hyssopi*, mentio. Quæritur ergò unde Paulus hæc habuit[d]? Resp. Poterant hæc colligi ex Mose, tum Exod. 24. tum alibi, sacrificiorum ritus exponente*. *Sanguini* solitam misceri *aquam*, discimus ex Levit. 14. 49, 50[f]. & credibile est[g]; tum, nè sanguis aspergendus concresceret[h], tum, ut typus esset *sanguinis & aquæ* ex Christi latere profluentium, Joan. 19. 34[i]. Aquam quoque ad omnia imperatam fatentur omnes. Et quis credat illota sacrificia, & ab illotis hominibus, in tanta solennitate oblata fuisse[k]? *Hirci* mentio extra textum Mosis hîc addita[l], quia credibile est (præter victimas σωτηρίους (*pacificas*) quale sacrificium illud fuisse dicitur Exod. 24. in qualibus non cædebatur hircus[m],) accessisse & τὸ ἁμαρτιῶν, *pro peccatis*[n], in quo genere potissima victima Hircus, Levit. 4. 23. & 9. 3. & 16. 15[o]. Solere autem jungi victimas εὐχαριστηρίους & περὶ ἁμαρτιῶν videmus Levit. 9. 3, 4[p]. Al. Etiam hircos hîc oblatos fuisse colligitur ex Exod. 24. 5. ubi dicuntur obtulisse *holocausta*[q]; putà pro peccato, & ad expiationem pertinentia[r], in quæ hirci offerri solebant, Levit. 1. 10. Num. 7. 28, &c †. Reliqua duo tanquam aspersionis instrumenta commoda usitata erant[t]. Περιῤῥαντήριον fieri solitum ex *hyssopo* & *lana coccinea* discimus ex Levit. 14. 49, 50. De *Hyssopi* usu in aspersione habes & Exod. 12. 22. & Psal. 51. 7[v]. de *lana coccinea*, Exod. 25. 4[x]. *Lana* humorem imbibit & aliquatenus retinet, *hyssopus* aspersioni servit[y]. ¶ *Ipsum*, &c. Αὐτό τε τὸ βιβλίον—ἐῤῥάντισε] *Simul & ipsum librum* (Legis scilicet[z], sive *fœderis*, Exod. 24. 6[a]. At *librum* fuisse respersum nec in Mose, nec in Talmudicis, legimus[b]. Resp. 1. Hoc, sicut & alia, sciebat Paulus, [vel] ex inspiratione[c], vel ex traditione[d]. 2. Hoc factum facilè conjicitur ex eo quòd factâ stipulatione super iis observandis quæ Libro continebantur, aspersus fuit populus*. 3. Legitur Moses sparsisse sanguinem super altare. Huic ergò impositus erat Liber, quippe quem postea demum accepisse & legisse dicitur[f]. 4. Potest αὐτό τε βιβλίον referri ad λαβών. Id enim expressè dicitur Exod. 24. 7. Ità καὶ hîc redundat, ut sæpe fieri solet post Participia, quia illa Participia vim habent Verbi. Perinde enim est quasi dixisset, ἔλαβε καὶ ἐῤῥάντισε. Huc alludit Petrus, 1. 1. 2[g].) *& totum populum* (Intellige, vel, 1. Synecdochicè, pro, bonam populi partem[h]; eos qui de populo proximè astabant, & in hac re populi totius gerebant vices[i], & omnium nomine aspersi sunt[k]: vel, 2. statuas 12, quas illic erexerat ad repræsentandum 12 Tribus[l]; sicut per altare repræsentabat Deus, fœdus cum illis contrahens. Meton. subjecti[m].) *aspersit*, Pi. Be. &c. Hac aspersione significabatur, nec Legem impleri posse, nec populum à peccatis expiari, nisi virtute Christi[n].

20. *Hic* (sub. *sanguis est*, Pi.) *sanguis testamenti*] Quo dedicatur & confirmatur fœdus[o]. De antiquissimo more fœdera sanciendi diximus ad Matth. 26. 28. ubi ad hæc verba alluditur[p]. ¶ *Quod*, &c. Ἧς ἐνετείλατο πρὸς ὑμᾶς] *Quod mandavit* (i.e. sanxit, sive pepigit[q], Exod. 24. 8[r]. suo mandato & meo ministerio †, suâque auctoritate servandum vobis præcepit[t]. Loquitur de præceptis ex Libro recitatis, à quorum observatione, velut conditione, fœdus illud pendebat. Qua in re differt Vetus Test. à Novo, quòd observandæ Legis conditionem à nostra parte non exigit, sed eam, ut partem divinæ promissionis, includit ac præstat, ut ex cap. præced. liquet[v].) *vobis*, Er. Be. Pi. vel, *ad vos*, Mo. id est, per os Mosis vobis significandum[x]; vel, *ad vos* perferri, ut sit Metalepsis, quam flagitat constructio. Sic quoque explicantur verba illa Mosis[y], quæ in Exodo adduntur, *super omnibus his verbis*, id est, additâ conditione istorum omnium præceptorum[z]; quibus æquipollet quòd hîc dicitur, mandatum Mosi ut Testamentum in eo Libro comprehensum, ubi omnia illa erant, ad Israelitas perferret[a]. Itaque verbo ἐντέλλεσθαι comprehenduntur & pactum, & ejus conditio[b].

21. *Tabernaculum, & omnia vasa ministerii*, &c.] Nempe sacri[c], quo ministrabant Deo in oblationibus[d]; id est, totam tabernaculi supellectilem*, כלי השרת, Num. 4. 12[f]. Non loquitur de aspersione facta in illa Veteris Test. dedicatione, Exod. 24. quia Tabernaculum tum nondum extructum erat; sed de alia, postea demum facta, quæ describitur Exod. 40. & Levit. 8[g]. Unctum fuisse à Mose Tabernaculum cum vasis eò pertinentibus legimus Levit. 8. 10[h]. At ibi duntaxat olei, non autem sanguinis, fit mentio[i]. Resp. 1. *Aspersionem sanguinis* præmitti solitam unctioni, rectè colligimus ex eo quod ibidem sequitur de altari *asperso* primùm, deinde *uncto*[k]. 2. Vestes Sacerdotales *aspersæ* sunt *sanguine*, Levit. 8. 30. quod & testatur Josephus, Antiq. Jud. 3. 9[l]. [cujus verba vide in G.] Vestes autem illæ numerantur inter vasa ministerii[m]. Indè ergò collegit idem de reliquis factum, quod ex majoribus didicit. Unde & Josephus ibidem hæc addit, *Tabernaculum & vasa ejus non solùm unguento,—sed etiam sanguine animalium,——aspersa fuere*[n]. Porrò per *tabernaculum* Ecclesia, per *vasa* vel ministri, vel membra, Ecclesiæ, significantur[o].

22. *Et*, &c. Καὶ σχεδὸν ἐν αἵματι πάντα καθαρίζεται, &c.] *Et omnia ferè secundùm Legem sanguine purificantur*, Er. Be. Pi. &c. Qu. Cur non dicit simpliciter *omnia*[p]? Resp. 1. Σχεδὸν refertur ad καθαρίζεται, q.d. *Omnia ferè*, i.e. imperfectè, *mundantur*; quia non erat illa perfecta mundatio, quia per eam peccata non tollebantur[q]. 2. Σχεδὸν prudenter dicit, quia nonnullæ purificationes fiebant[r]; vel, per ignem †, vel, per aquam solam, Num. 31. 23[t]. Exod. 19. 10. Levit. 16. 28[v]. Sed & illa aqua expiationis non fiebat sine sanguine, quia fiebat ex cineribus vaccæ rufæ, cujus sanguis priùs fundebatur[x]. ¶ *Sine sanguinis effusione non fit remissio*] Nempe peccatorum[y]. Sic omnia purificatione, homines remissione, opus habuerunt[z]. Est [hoc] proverbium Hebraicum, citatum in Talmude Jerosl. [vide G.] Videtur id primùm usurpari cœpisse in criminibus gravioribus, ut per pecudis sanguinem significaret is qui eum offerebat, se, si rigidè Deus agere vellet, mortem meruisse. Macrobius ex Trebatio *animalem hostiam* esse dicit *in qua anima sola Deo sacratur*; ejúsque causas explicari à Virg. illo versu, *Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis*. Ubicunque est נסלח in Lege, reperies præcedere *sanguinis* mentionem. Erat tamen & hîc quædam exceptio, nempe, ità pauperum ut nec turtures, nec columbas, sibi comparare possent, Levit. 5. 11[a]. Quamvis nonnullæ mundationes legales sine sanguine fierent, nulla tamen ad remissionem peccatorum instituta erat ceremonia, quæ sanguinis effusionem non exigeret[b]. Hæc autem remissio non vera erat[c], tollens culpam & reatum coram Deo[d]; sed legalis*, typica & ceremonialis[f], tollens culpam & immunditiam legalem ||; quâ nimirum fiebat ut homo Legis minas pœnásque evaderet[g], ut & præced. & seq. demonstrant[h], quia hanc proximè nominaverat *emundationem secundùm legem*, & cap. seq. dicit *impossibile*

Marginal notes (left column): k Me. l Pi. m G. n G. o G. sim. E. J. Cap. p Pi q G. sim. Th. in E. r Th. sic Be. † Be. t E. ex Th. v Pi. x Jun. y Jun. Pi. z Pi. a J. Cap. b E. c G sic E. d E. sic Rib. * Er. Rib. &c. Ger. f G. g E. ex Theod. h Gcm. sic E. ex Rib. i Gom. k Jun. l G. m Rib. n G. sic Rib. o G. p G. sic Rib. q Ger. ex E. sic Jun. r Jun. † Ger. ex E. sic Jun. t Gom. sim. Ger. v G. sim. Jun. E. x Gom. y Gom. Jun. y Gom. z L. a Pi. E. b G. c J. Cap. d Q. in E. * E. f Pi. sim. Ger. g G. h Gom. i G. k Ger. l Pi. Gom. m Pi.

Marginal notes (right column): n E. o E. sim. Zeg. T. p G. q Me. E. r sic G. † G. t E. Me. v E. x Be. y Jun. z Be. a Jun. b Be. c E. Me. d Me. * G. f D. G. g Ger. ex E. h G. i Ger. k G. l G. sic E. Ger. m Ger. n Ger. ex E. sic Rib. o E. p Ger. E. q Græci in E. r G. sim. E. Ger. † E. Ger. t G. E. Ger. v G. x Rib. & E. ex Aquin. y E. Ger. Jun. z Jun. a G. b E. c Gom. d T. sim. Me. * E. f Gom. || Me. g E. h Gom.

bile esse hircorum—sanguine tolli peccata[i]. Et qualia sunt sacrificia expiatoria, talis etiam expiatio, typica scilicet[k]. Hinc tamen optimè colligitur, in nova Lege non fieri veram peccatorum remissionem sine sanguine Christi[l]. Hinc destruitur Missæ sacrificium, quòd cùm incruentum esse fateantur, propitiatorium esse nequit[m]. Exc. Sacrificium Missæ, quomodo & Baptismus, non aliter efficax est quàm in sanguine Christi, sive cruento illo crucis sacrificio, cujus hoc est commemorativum[n]. Resp. Dicunt Pontificii sacrificium Missæ non solùm commemorativum esse, & applicatorium, sed & propitiatorium, quod cruentum esse oportere disertè hîc asseritur. Baptismum autem nemo docet esse sacrificium propitiatorium[o].

23. *Necesse est ergò* (Nempe, ex divina ordinatione, quam & in figuris, & in rebus præfiguratis, impleri oportuit[p]: necessitate, 1. præcepti; 2. decori, vel ordinis; 3. typi, sive significationis[q]. Illatio est ex proximè dictis[r].) *exemplaria* (id est, imagines †, typos seu figuras[t]; ceremonias[v], Veteris Test[x]. quæ hîc, sicut & Heb. 8. 5. dicuntur ὑποδείγματα[y], id est, *obscuræ ostensiones*, seu *delineationes*, rerum[z]. De ea voce ibi diximus[a]. Intelligit Mosaicum Tabernaculum ac Testamentum ac populum, id est, Judæos[b]. Refertur hoc ad Tentorium & exterius, quod Cœli astriferi erat figura; & maximè ad interius, quod figura erat Cœli summi sive superætherei, quod & ipsum in prima dedicatione aspersum fuit sanguine victimali, priusquam eò solenniter intraret summus Sacerdos[c].) *quidem cœlestium his* (scil. hostiis[d], vel rebus*, terrenis & corruptibilibus[f], jam memoratis, id est, sanguine, &c[g].) *mundari*] Ab immunditia corporali & externa[h]. ¶ *Ipsa*, &c. Αὐτὰ δὲ τὰ ἐπουράνια κρείττοσι θυσίαις παρὰ ταύτας] Nota hîc iterum κρείττων addito παρὰ, cùm satis fuisset dicere, κρείττοσι τούτων[i]. [Sic vertunt:] *Ipsa verò cœlestia* (idem hîc ἐπουράνια, quod membro præced. τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ut contextus sermonis monstrat[k]. Supple *debuerunt mundari*[l]. Intelligit, vel, 1. cœlum ipsum[m], sive loca illa superætherea. Vide 1 Cor. 15. 40, 48, 49. Eph. 1. 3, 20. & 3. 10. & 6. 12. 2 Tim. 4. 18. Heb. 3. 1. & 6. 4. & 8. 5. Sed cur καθαρίζεσθαι dicat de illa regione in qua nihil est impuri[n]? Resp. 1. Cœlum emundari dicitur quia homines emundati sunt ut illud ingrediantur, quo respectu emundabatur & Tabernaculum, quod nullam in se immunditiam habebat, &c[o]. Verùm ex Levit. constat non homines emundari, sed ipsum Tabernaculum, quod pollutum erat peccatis, Levit. 16. & 17. 2. Cœlum pollutum fuit peccatis hominum, quæ eò ascendere dicuntur in Scriptura, ideóque emundatum sanguine Christi, &c[p]. Verùm mundatio illa non est vera, de qua hîc loquitur, sed figurata. Et de mundatione, non cœli, sed hominum, perpetuò hîc disserit Apostolus[q]. 3. Est hîc Metonymia, qualem sæpe usurpari necesse est ubi inter se comparantur res partim similes, partim dissimiles. Nam quia per Legalem καθαρισμὸν aditus dabatur in Sanctuarium, ideo, effectum sumendo pro causa, καθαρίζεσθαι dixit cœlum summum, pro eo quod est, *aditum per ista in illud Cœlum dari*[r]. [Hæc prima sententia.] Vel, 2. animas nostras cœlesti naturâ præditas †, vel, conscientias nostras[t]: vel, 3. Ecclesiam Christi[v], vel triumphantem[x], quæ omnem suam sanctitatem continuò accipit ab hostia Christi, quæ explicatio faciliùs cohæret cum sequent. vel, etiam militantem[y], sive totam Ecclesiam[z]; quæ est quasi quoddam cœleste Tabernaculum habens cœlestem victimam scil. corpus Christi, cœlestem doctrinam[a], populúmque cœlestem[b], qui cœlitùs regeniti sunt, Joh. 3. 3, 5[c]. qui caput & conversationem in cœlis habet, Phil. 3. 20[d]. qui *Jerusalem cœlestis* dicitur Gal. 4. 26. Heb. 12. 22*. qui *descendere de cœlo* dicitur Apoc. 21[f]. cui cœlum pro æterna mansione præparatur[g]. Vel, 4. corpus Christi, quod Tabernaculum dicitur & *verum*, Heb. 8. 2. & 9. 11. & *cœleste*, non materiæ, sed conceptionis & efficaciæ, ratione; quod purificari dicitur, non quia Christus impurus fuit peccato, sed quia reus pro nobis factus est, à quo reatu se exemit effusione sanguinis sui, 2 Cor. 5. 21. quâ se *sanctificavit*, &c. Joh. 17. 17, 19. Vel, 5. Librum cœlestem, Evangelium; vel, fœdus novum, quod & ortu & efficaciâ cœleste est, quod *purificari* dicitur, quatenus pura illius veritas obsignatur, & à communi usu ad Dei gloriam & salutem hominum magis magísque secernitur. *Cœlestia* hîc vocat quæ terrenis Legis ceremoniis adumbrata sunt, ut Heb. 8. 5[h]. Sub Mose typi terreni erant, sub Christo omnia cœlestia, Tabernaculum, victima, populus, doctrina, &c[i].) *potioribus quàm hæ sunt victimis*, Be. Pi. sic Er. &c. i.e. victimâ Christi in cruce oblati[k]. Qu. Cur ergò θυσίαις dixit in Plurali? Resp. 1. Quia non tantùm Christi perpessiones intelligit, sed & eorum qui ipsum sectantur, unà cum Precibus & Misericordiæ operibus[l]. [Sed de unica Christi victima locum accipiunt reliqui omnes, etiam Pontificii.] Resp. 2. Est Enallage plur. pro sing[m]. ad quam invitabat Pluralis præcedens[n]. Sic Esa. 53. 9. *per mortes ejus*[o]. Resp. 3. *Victimas* vocat, vel, 1. quia hæc una victimis omnibus V. T. opponitur[p]; & una instar omnium est[q], respectu applicationis & efficientiæ ad multos pertingentis. Sic enim solet Deus in typis res plures, in sermone num. pluralem, ad rem unam designandam sumere, cujus applicatio effectióque ad plura objecta pertinet; ut Dei providentiam [designat] multis oculis, Ezec. 1. Christum typis plurimis, Christi sapientiam septem oculis, Apoc. 1. Spiritum Sanctum septem spiritibus, Apoc. 1. 4[r]. Vel, 2. quia hæc hostia omnium præstantissima est. Plurale sæpe in Scriptura usurpatur pro singulari Superlativo, maximè cùm Hebræi Superlativo careant. Sic τὰ ἅγια locus sanctissimus. Sic Deus vocatur *salutes*, Psal. 42. 6. 11. h. e. salus perfectissima; & *Deus scientiarum*, 1 Sam. 2. 3. h. e. omniscius: ὁ λόγος *sapientiæ*, Prov. 9. 1 †.

24. *Non enim* (Declarat quod dixerat, *cœlestia*[t].) *in manufacta sancta*, &c.] id est, Quæ facta sunt arte hominum[v], ac proinde non vi Divinâ. Vide suprà v. 9[x]. *Sancta*, id est, sanctuarium. Et hîc plur. pro sing. Superlativo, ut v. præced[y]. ¶ *Exemplaria*, &c. Ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν] Ἀντιτύπων vox est anceps: nam & de figura dicitur, ut hîc; & de re per figuram significata, ut 1 Pet. 3. 22. In Glossario, Ἀντίτυπον, *exemplum*, *exemplar*. Ἀντίτυπα hîc idem quod μιμήματα, Sap. 9. 8. τύπος, Rom. 5. 14. 1 Cor. 10. 11. Et ἀληθινὰ hîc, ut suprà 8. 2. quæ νοητὰ Philoni: [verba vide in G.] Sic & R. Israel De Anima, *inferius Sanctuarium* ait *factum ad similitudinem superioris*[z]. *Antitypum* hîc idem quod *typus oppositus veritati*[a]. Idem hîc ἀντιτ. quod v. præc. ὑποδ[b]. Et figuræ V. T. utroque nomine significantur[c], sed diversâ ratione[d]: erant ὑποδείγματα, quatenus obscurè significabant res figuratas, erant ἀντίτυπα, quatenus similitudines erant redditæ ex prototypo, ut ipsum sive clarè, sive obscurè, repræsentarent*. [Verba sic reddunt:] *Exemplaria* (id est, Quæ, nempe, Sancta Sanctorum[f], erant tantùm exemplaria[g], id est, typus & figura[h], vel, facta ad exemplar[i].) *verorum*, Vulg. Mo. Er. Il. Ar. sub. *sanctuariorum*, Ar. quæ Mosi ostensa sunt, id est, cœlestium, & ideo illa repræsentabant[k]. *Quod* (nempe *sacrarium*:) *exemplar erat* (vel, *foret*, Ca. vel, *sit*, Be. Pi.) *veri*, Gom. Ca. sub. *sacrarii*, Ca. vel, *vero sacrario respondens*, P. Be. Pi. *Quod sit veri* sacrarii *typus* alter priori *respondens*, Jun. ¶ *Ut*, &c. Νῦν ἐμφανισθῆναι, &c.] id est, ὥστε ἐμφανισθῆναι[l], vel, εἰς τὸ ἐμφανισθῆναι quale loquendi compendium & suprà habuimus. Ἐμφανίζεσθαι, *apparere*, *conspiciendum se dare*, ut Mat. 27. 53. φανεῖσθαι infrà v. 26[m]. *Ut compareat*, sive *appareat*, (vel, *conspici se faceret*, G. ex Sy. sic Tre.) *nunc faciei* (vel, *apud faciem*, Be. *in conspectu*, Er. Il. Ti. Pi. J. Cap.) *Dei* (vel, *apud Deum*, G. sim. Ca. Non inter Cherubim, sed inter Angelos cœlestes iis adumbratos[n]; in vero illo sacrario, ubi Deus est reipsâ, non figurâ[o]. Dicitur Christus *nunc apparere vultui Dei*, cui semper præsens fuit; quia nunc id agit apud Deum, quod apud terrenum principem nemo solet agere, nisi priùs in ejus conspectum admissus[p].) *pro nobis*, Pi. Be. &c. Perstat in similitudine. Nam & summus Sacerdos dicitur *apud Deum apparere*, ubi stat apud Arcam: Sic Christus apparet coram solio Majestatis[q], non ut curam nostrî deponat[r], [sed] ut nostras res Deo commendet, suprà 7. 25 †. ut causam nostram agat apud Patrem[t]; ut interpellet & verba faciat pro nobis. Alludit ad ritum V. T. quo Pontifex Adytum ingressus coram Arca stabat orans pro populo[x]; cui orationi peculiarem efficaciam & benedictio-

nem pollicitus est Deus. Ut autem solus Pontifex hoc præstitit, ità solus Christus pro nobis in cœlo intercessorem agit. Quòd orant Sancti, id non faciunt pro munere mediatorio, tanquam intercessores, sed pro mutuo charitatis officio; nec pro singulis, ut qui singula non nôrunt, &c [y].

25. *Neque*,&c. οὐδ' ἵνα πολλάκις, &c.] οὐδ' hîc valet, *At non.* Post propositas similitudines etiam disparitates quasdam ostendit [z], & duas hîc collationes facit [a]. *Nec* (subaudi, *ingressus est in sacrarium*,ex collat.præced. & seq [b].) *ut sæpe offerat semetipsum, sicut Pontifex* (scil. Leviticus [c]:) *ingreditur* (Utitur præs. tempore, ut & suprà v. 13. & 22. quia Templum & cultus ille adhuc manebant [d].) *in sacrarium* (i. e. Sanctum Sanctorum [*]. Εἰς τὰ ἅγια, breviter dictum, pro, εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ut jam monuimus [f]. Sensus, q. d. Non ut se iterum Patri offerret, ut illi repetebant sacrificia; quia unica & æterna est redemptio, quâ nos Christus redemit [g].) *quotannis* (nempe in festo expiationis [h]:) *cum* (ἐν, pro *cum*, ut διὰ suprà v. 12. Simile loquendi genus, 1 Joh. 5. 6. Gen. 32. 10. Ose. 4. 3. & alibi [i].) *sanguine alieno*, Pi. non suo [k]. Ἀλλότριος hîc sumitur significatione minùs usitatâ, opponitur τῷ ἰδίῳ, idémque est quod ἄλλος. Sic & Matth. 17. 25. ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων, *ab alienis*, h. e. ab illis qui non sunt filii sui. Sic 2 Cor. 10. 16. *in aliena mensura*, h. e. in districtu qui mihi non est assignatus. Ità sumitur & זר & נכרי Prov. 27. 2. quas voces Lxx per ἀλλότριον reddunt [l]. Contrà, Job. 19. 27. *non alienus*, i.e. proprius [m]. Christus autem semel tantùm semet offert [n]. Nimirum hæc una oblatio immensùm præstabat illis toties repetitis. Προσφέρειν hîc intelligit, *ostendere se*, in Sanctuario cœlesti [o]. [Reliqui omnes autores mei aliter accipiunt, ut antè non semel notatum, & mox videbitur.] Qu. Si desiit offerre, quomodo adhuc Sacerdos est? Resp. Quia seipsum, semel oblatum sive passum in cruce, continuò sistit & offert Patri [p].

26. *Alioquin*] Nempe, si oporteret Christum sæpe se offerre ex v. præc [†]. Si nimirum unicâ oblatione peccata non fuissent expiata [q]. Si redemptio ejus non esset æterna, sed tantùm prodesse posset iis qui tunc vivebant, non autem iis, vel qui præcederent, vel qui sequerentur, non satis hominum saluti consuluisset, & proinde oportebat ut singulis generationibus moreretur [r]. Si aliqua major efficacia fuisset in oblatione repetita, expediisset Christum non tam diu promitti, sed mitti illico post mundum conditum, ut posset singulis seculis, aut certè Jubilæis, pati & offerre [†]. Probat quod dixerat, Christum non ideo introiisse in cœlum ut se sæpiùs offerat [t]. Argumentum est non repetendæ Christi oblationis [v]. ¶ *Oportebat* (vel, *Oportuisset*, Be. Pi. ἔδει sæpe non præcisam necessitatem significat, sed id quod melius aut utilius est. Vide Luc. 2. 49. & 13. 16. & 19. 5. Sic suprà ἀνάγκη v. 23 [x].) *eum frequenter pati* (vel, *passum fuisse*, Be. Pi. Cùm enim oblatio illa non fiat sine sanguine & morte, oporteret eum sæpe pati & mori: quod ordinationi Dei & gloriæ Christi planè repugnat, ut qui semel mortem morte suâ reparavit, & ad vitam immortalem resurrexit iterum, atque sæpiùs reposcatur ad mortem [y]. Adde quòd homo semel tantùm mori potest [z].) *ab origine* (vel, *constitutione*, E. *fundatione*, G.) *mundi*] id est, Jam olim, ut Levit. 11. 50 [a]. Tum, quia peccatum cœpit jam indè ab initio mundi [b]; tum, quia, si sæpe passurus erat, non minùs id oportebat primis seculis quàm sequentibus; cùm sit omnium temporum eadem ratio, suppositâ necessitate iterandi sacrificii [c]. Supponit peccata à condito mundo expiata fuisse, ídque solo Christi sanguine, cujus vis ad præterita & ad consecuta omnia peccata porrigitur [d]. Sententia Apostoli est, Effectus perpessionum Christi perpetuus & immutabilis est, eas ergò repeti nihil necesse est [*]. ¶ *Nunc autem semel*] Νῦν hîc non est Temporis, sed Oppositionis, ut suprà 2. 8. & 8. 6. Non esse verum id quod quis imaginari possit, oblationem sæpiùs repetitam plus valere, indè apparet, quòd Christus nec sæpe passus est, (quod & Rom. 6. 9, 10. dictum) nec sæpe se ostendit in Sanctuario cœlesti, sed semel [f]. ¶ Ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων] *In*, vel *Sub*, *consummatione* (h. e. In fine [g], vel, Tempore consummationis [h].) *seculorum*, E. Mo. Be. Pi. &c. Συντέλεια αἰῶνος, vel αἰώνων, quid sit intelligi

[y] J. Cap. [z] G. [a] Be. [b] Pi. [c] Idem. [d] G. [*] Pi. [f] G. [g] Me. sim. Rib. [h] Pi. [i] G. [k] Cap. J. Cap. [l] Cap. [m] J. Cap. [n] E. sim. G. [o] G. [p] E. [†] Pi. [q] Gom. [r] Rib. Me. [†] G. [t] Ger. ex E. [v] Be. [x] G. [y] E. [z] Be. [a] G. [b] E. sim. J. Cap. [c] E. sim. Ger. [d] Be. [*] Jun. [f] G. [g] Me. [h] E.

facile est ex Matth. 13. 39, 40, 43. & 24. 3. & 28. 20. Sunt tamen viri eruditi qui id intelligunt respectu Templi & Reip. Judaicæ [i]. *Finis seculorum* hîc dicitur quod alibi *plenitudo temporum*, & *dies ultimi* [k]. Qu. 1. Cur Christus tunc passus est, non statim post lapsum? Resp. 1. Ut naturæ, & Legis, imbecillitas ad sanandum hominem patefieret. 2. Ut tot testificationibus prophetiarum & typorum prænunciatus adventus, & passio Christi, credibilior fieret [l]. Qu. 2. Quomodo Christus in fine seculorum passus dicitur, cùm post Christi passionem 16. secula effluxerint [m]? Resp. 1. Sicut Paulus, ità & hic Scriptor, [qui Grotio *Lucas*] in id propendebant ut crederent, Mundum adeò ad interitum suum appropinquare ut nè tempus quidem superesse videretur quo Christus denuò mitti, ut denuò pati, possit. Sic τὰ τέλη τῶν αἰώνων dicuntur Apostolorum tempora, 1 Cor. 10. 11. Aliquantò diutiùs quàm illi putârunt staturum Petro primùm, deinde Johanni, patefactum est, ut ex 2 Pet. 3. & ex Apocalypsi apparet [n]. Multi quidem tunc putabant finem seculi instare: sed falsæ opinionis verba dictare non potuit veritatis magister Spiritus S. Sed & Paulus negat diem Domini instare, 2 Thes. 2. 1 [o]. Resp. 2. Sensus est, q. d. Cùm secula, seu tempora, consummata sunt quæ Deus præfinierat passioni Christi, ut idem hîc sit *consum. secul.* quod alibi *plenitudo temporum* [p]. Sed diversæ sunt illæ phrases, & diversa significant. Tempus *impleri* dicitur, licèt aliud sequatur tempus, *finiri* non item [q]. Resp. 3. Sensus est, In ultima mundi ætate [r], postquam non exspectatur alia ætas [†], aut alia Lex [t], aut nova revelatio [v], aut alius mundi status [x]: q. d. Tempore quo finis impositus est omni œconomiæ Ecclesiæ, & perfectio allata est [y], cui nihil addi potest in hoc seculo [z]. ¶ *Ad*, &c. Εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας] *Ad profligationem* (vel, *destitutionem*, Vulg. Mo. *abrogationem*, V. *reprobationem*, Zeg. E. Me. *abolitionem*, J. Cap. *destructionem*, V.) *peccati*, Er. Ti. *Ad peccatum abolendum*, Il. P. Pi. sic Tre. ex Sy. vel, *è medio tollendum*, Be. Quod peragit Christus impetrando nobis, & remissionem, quâ reatus aboletur, & regenerationem, quæ pravitatem nostram corrigit, tandémque abolet, Rom. 7. 24 [a]. vel, *frustrandum fine suo*, qui erat, primò ut in nobis regnaret, deinde ut nos ad pœnas æternas obligaret [b]. *Ut peccatum in nobis exstingueretur.* Sic ἀθέτησιν ἐντολῆς habuimus suprà. Fit autem hoc per passionem primùm Christi, quæ fidem nobis ingenerat, quæ corda purificat; deinde per apparitionem Christi apud Deum, quia ibi Christus nobis ea impetrat auxilia quæ pro temporum ratione sunt necessaria [c]. Ἀθετεῖν est *abjicere, repellere, reprobare* [d], ut 1 Cor. 1. 19 [*]. Gal. 2. 21 [f]. Heb. 7. 18 [g]. Videtur respicere Dan. 9. 24. *Ad abolendum peccatum*, &c [h]. Ἀθετεῖσθαι dicuntur leges cùm abrogatæ tolluntur. Tollitur hîc lex peccati, dum per sanguinem Christi & remittuntur peccata, & cor peccato moritur [i]. ¶ *Per*, &c. Διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ] *Per immolationem suiipsius*, Er. Be. Pi. &c. id est, per sacrificium sui in cruce peractum [k], quod sanguini alieno opponitur [l]. Al. Postquam ipse victima fuit factus [m]. Postquam seipsum obtulit in cruce [n]. ¶ *Apparuit*; ità Er. Πεφανέρωται] *Comparuit*, J. Cap. *Patefactus* (vel, *Conspicuus factus*, Be.) *est*, P. Pi. In carne scilicet, 1 Tim. 3. 16. & reipsâ, non in umbris [o]. *Stitit se præsentem*, J. Cap. πεφανέρωται hîc valet הִתְגַּלָּה [p], idémque est quod ἐμφανισθῆναι suprà v. 24 [q]. Obtulit se & ostendit Deo Patri in Sanctuario cœlesti [r]. Est autem utrumque Passivum pro Hithpahel more Hebræorum [†]. Al. Aliud hîc est verbum quàm suprà v. 24 [t]. nec πεφανέρωται hîc ad Deum refertur, sed ad homines [v]; quia non de ascensione Christi in cœlum, sed de adventu ejus in mundum, de incarnatione & passione hîc loquitur, sicut etiam φανερωθῆναι de incarnatione usurpatur 1 Tim. 3. 16 [x].

27. *Et*, &c. Καὶ καθ' ὅσον ἀπόκειται, &c.] *Et sicut* (vel, *quomodo*, Ca. *quatenus*, Er. Ti. Id alibi significat, sed hîc similitudinem denotat, ut ostendit antithesis v. seq [y]. Pro καθ' ὅσον alii Codices habent καθ' ὅ. Fortè scriptum fuerat καθώς. Adfertur enim similitudo quædam Christi cum hominibus cæteris [z]. *quemadmodum*, Mo. Vulg.) *illud statutum* (vel, *destinatum*, Ar. *constitutum*, Tre. ex Sy.) *est* (vel, *reservatur*, *restat*, post exactam hanc vitam. Sic habemus ἀπόκειται Deut. 32. 34. 2 Tim. 4. 8 [a].) *hominibus*

[i] G. [k] Cam. [l] E. [m] E. Me. Ger. [n] G. [o] E. [p] Rib. sic Caj. in E. [q] E. [r] E. ex Aquin. sim. Be. Ger. [†] E. [t] Q. in Rib. [v] Ger. [x] Ger ex Aquin. [y] Cam. sic J. Cap. [z] Cam. [a] J. Cap. [b] Ham. [c] G. [d] Ger ex E. Rib. [*] E. [f] Rib. [g] E. Par. [h] Par. [i] Be. [k] J. Cap. sim. E. Ger. Par. [l] Ger. [m] G. [n] Me. [o] Be. [p] G. [q] J. Cap. sic G. [r] G. sim. Me. J. Cap. [†] G. [t] E. [v] E. Ger. [x] Ger. [y] Idem. [z] G. [a] Idem.

nibus, (vel, *manet homines*, Er. Ti. P.) *ut semel moriantur*, Be. Pi. &c. Probat Christum non debere sæpiùs immolari, à communi lege seu conditione hominum, quibus semel moriendum est, non sæpiùs[b]. Est lex generalis in Homines lata, ut moriantur[c]: quam & Ethnici commemorant, ut Euripides[d], Isoc. & Seneca*. [Verba vide in J. Cap. & Pi.] Obj. At Enoch & Elias non sunt mortui, nec ii qui vivent cùm advenerit Christus, 1 Cor. 15. 51[f]. Resp. 1. Immutatio his erit loco mortis[g]. 2. Fixit hanc legem Deus Homini, non sibi[h]. 3. Illi nihil sunt ad tantam hominum morientium multitudinem[i]. Paucorum exceptio non infirmat legem, sed potiùs confirmat[k]. ¶ *Post hoc* (id est, Post mortem[l]:) *autem, judicium*] sub. *erit*, E. Subaudiendum hîc γίνεται, vel ἔπεται[m], vel, repetendum ex præced. *statutum*, seu *repositum, est hominibus*, vel exspectandum est[n], nempe de factis vitæ prioris[o]. q.d. Postea sistentur Deo. Nam hoc ex nomine *judicii* intelligi datur, Rom. 14. 10[p]. *Judicium*, tum particulare, quo cujusque hominis animæ post mortem adjudicatur vel vita, vel mors æterna: tum, universale in die novissimo[q]. *Judicium* unum, nam ultimum judicium nihil aliud erit quàm promulgatio solennis & totalis exsecutio sententiæ semel in singulos cùm moriuntur latæ, Luc. cap. 16. ver. 22, 23[r].

28. *Sic & Christus*] Subjicit ἀπόδοσιν similitudinis. Sic & Christus semel tantùm mori debuit †. Sic & Christus mori voluit ut nos à morte liberaret: deinde ad judicium veniet, non ut ipse judicetur, sed ut omnes judicet, piósque servet, &c[t]. Itáque ostendit causam cur Christus mori voluerit; nè ejus mors Hebræis scandalo esset aut dedecori[v]. ¶ *Semel*, &c. Ἅπαξ προσενεχθεὶς] *Semel* (sub. *tantùm*, Gom.) *oblatus*, Er. Mo. Be. Pi. In cruce[x]. Προσενεχθεὶς significationem habet Hithpael, id est, *Postquam semel se Deo obtulit, Deo se stitit*. Subintelligendum διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ, quod paulò antè præcessit. Sicut homines semel moriuntur, indè semel sistentur Deo; sic Christus semel mortuus, semel quoque Deo se stitit. Et hoc fuit judicium quod Deus Christo reddidit, evectio ejus sine mora in summam gloriam[y]. ¶ *Ad*, &c. Εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας] Idem hoc est quod modò dixit, εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας. Nam ἀναφέρειν pro simplice φέρειν, נשא, ponitur Num. 14. 33. Deut. 14. 24. Esa. 53. 12. *ferre* autem, id est, נשא, sæpe est *auferre*, & per ἀφαιρεῖν vertitur Levit. 10. 17. Num. 14. 18. & alibi. Sic & ἀνάγειν sumitur Jos. 24. 32. 2 Sam. 21. 13. Esd. 1. 11[z]. [Verba sic reddunt:] *Ut multorum* (Ut dicitur & Mat. 20. 28. & 26. 28[a]. id est, electorum[b]; ovium Christi, pro quibus animam se ponere dicit, Joan. 10. 15, 16. vel, multitudinis fidelium[d]. Al. *Multorum* dicit respiciens eventum*, & efficientiam passionis, non sufficientiam; quia valebat ad omnium redemptionem[f]. Al. *Multorum* nomine intelligit omnes homines, ut Rom. 5. 19. qui reverà sunt multi[g]. Confer Esa. 53. 6. cum 1 Tim. 2. 6[h]. *Multos* dicit pro omnibus. Omnes quidem non percipiunt fructum ex morte Christi, sed hoc ideo fit quia eos impedit sua incredulitas. Quanquam non hîc disputat quàm paucis, vel multis, prosit mors Christi; sed intelligit simpliciter aliis, non sibi, esse mortuum †; nec ob sua peccata, sed aliorum, &c ||.) *peccata tolleret*, Pi. sic Er. Il. Ti. P. Ca. Mo. V. vel, *offerret*, Ar. Rib. ex Chrys. &c. Patri suo ut ipse remitteret[i]. Sic verbum significat Heb. 7. 27. & 13. 15[k]. Sed à lingua Scripturæ alienum est dicere quòd peccata Deo offerantur. Semper enim oblatio de bonis intelligitur. Deinde sic sermo inconcinnus esset, *Christus oblatus est ut offerret peccata*[l]. Vel, *auferret*, E. *exhauriret*, Rib. ex Vulg. id est, tolleret, vel consumeret[m]; mortificaret atque deleret[n]. Vel, *attolleret*, Be. Pi. J. Cap. vel, *sursum attolleret*, J. Cap. sim. E. Rib. ut ἀναφέρειν sumitur Mat. 17. 1[o]. Marc. 9. 2. Luc. 24. 51[p]. sub. *in sese*, Be. ex Sy. super lignum, vel in crucem[q]; quomodo victimæ sursum attollebantur ut imponerentur altari[r]. Sic Heb. 7. 27 †. 1 Pet. 2. 5, 24[t]. *Sustulit* autem, ut illic expiaret[v]; ut portaret atque in se reciperet pœnam iis debitam[x], & reatum aboleret[y], & per hoc peccata tolleret atque deleret[z]. Elegans hîc est Paronomasia inter προσφέρειν & ἀναφέρειν[a]. ¶ *Secundò sine peccato*] Non est sensus, Non habens peccatum, quod nec in primo adventu habuit; sed, Non portans peccatum[b], non ut iterum se offerat pro peccato[c]; sine sacrificio pro peccato, cùm huc primò venerit περὶ ἁμαρτίας, Rom. 8. 3. & factus est ἁμαρτία, 2 Cor. 5. 21[d]. vel, segregatus à peccatoribus*; non, ut priùs, cum peccato totius mundi sibi imputato, Esa. 53. 6. Joh. 1. 29[f]. Al. *Absque peccato*, id est, semel ablato suorum peccato, ut qui & unà sui oblatione reatum abolevit, & ex hac vita suos evocans luctam carnis & spiritûs dirimet[g]. *Sine peccato*, tum, in persona sua, quæ nescit peccatum; tum, in corpore suo & membris ipsius, quæ licèt antè peccatum sciverint, tunc tamen ab eo liberata, remissionem ac justitiam æternam in capite suo adepta, salute æternâ perfruentur*. Al. Hoc dicere voluit, Christum, quum veniet, patefacturum quàm verè & plenè unâ morte suâ peccata omnia abstulerit, nè suis noceant, nec alio ad placandum Deum sacrificio opus esse[h]. Al. Referendum hoc ad sequentia, *apparebit*, &c. χωρὶς ἁμαρτίας, id est, *cùm jam erunt extra periculum peccandi*, ità ut ampliùs interpellatore pro se opus non habeant; cùm jam erunt ἀναμάρτητοι: sæpe solent Actuum nomina poni pro Potentiæ nominibus. Sic ἀθάνατος, *qui mori nequit*[i]. ¶ *Apparebit*, &c. Ὀφθήσεται, &c.] *Conspicietur* (scilicet palàm ac manifestè[k]:) *iis qui ipsum exspectant* (patienter scilicet & perseveranter inter persecutiones, &c[l]. Periphrasis est piorum à spe adventûs Christi[m]. De hac *exspectatione* vide 1 Thes. 1. 9, 10. 2 Tim. 4. 8[n]. *qui ipsum*, id est, secundum ipsius adventum, non refugiunt, sed *exspectant*; id est, lubentes spectant, sperant & expetunt[o].) *ad salutem*, Be. Pi. sic Er. &c. Pendet hoc, vel, 1. à voce proximè præcedente, ἀπεκδεχομένοις[p], ut sit periphrasis credentium[q]: vel, 2. cum remotiore, ὀφθήσεται[r], *apparebit*, vel, *conspicietur, ad salutem* †; id est, salutem illis adferens[t]: conspicietur quoque ab hostibus, Zach. 12. 10. Apoc. 1. 7. sed cum horrendo planctu[v], ad damnationem æternam[x]. *Ideo apparebit ut illis salutem adferat æternam qui ipsum exspectârunt per fidem*. Addit enim MS. διὰ πίστεως, non malè[y]. Hoc membrum respondet illi, *Post hoc autem, judicium*. Hoc enim & Christo accommodatur, non ut judicando, sed ut judicaturo, & præmia suis reddituro; ut immortali & glorioso, qui sine peccato, ideóque sine morte, apparebit[z].

CAP. X.

1. **U**Mbram, &c. Σκιὰν γὰρ — ἔχων — εἰκόνα, &c.] Γὰρ docet, illationem esse ex præced[a]. Docuerat cap. præced. Christum abolevisse peccatum, & æternam redemptionem invenisse. Nunc ex adverso ostendit, Legem illa præstare non potuisse[b]. *Lex* (ceremonialis scilicet[c], cum suis sacrificiis[d], & Sacerdotio*; quatenus ab antitypo suo distinguitur, eíque opponitur[f]:) *enim* (Causam dat cur Lex non poterat peccata expiare, & hominem sanctificare[g]:) *umbram* (De voce umbræ vide suprà 8. 5. Col. 2. 17[h].) *obtinens* (vel, *habens*, J. Cap. Mo.) *futurorum bonorum*, (illorum de quibus diximus Heb. 9. 11[i]. bonorum cœlestis patriæ[k], æternorum[l]; quæ Patribus promissa sunt[m], in veteri Test[n]. & futura[o], sive complenda[p], erant in novo Test[q]. & suo tempore exhibita[r], per Christum †, & quidem iis temporibus quæ Prophetæ κατ' ἐξοχὴν *ventura* nuncupabant[t]. Intelligit, vel, 1. Peccatorum remissionem, gratiam Dei, justitiam, & vitam æternam[v]. Sed obstat, quòd hæc non defuerunt piis sub V. T. Act. cap. 15. ver. 9[x]. Vel, 2. Christum[y] incarnatum[z], cum omnibus quæ hîc pro nobis passus est atque peregit[a]; & cum iis quæ nobis passione suâ contulit, justificatione, & cœteris novæ legis promissis[b].) *non ipsam expressam formam*, (vel, *effigiem*, J. Cap. vel, *substantiam*, G. ex Sy. sic Tre. Sic εἶδος usurpatur 2 Cor. 5. 7. Sic & *effigiem* Plinius major usurpat de re ipsa quæ plenè spectatur[c]. Vel, *imaginem*, Er. Ti. P. Mo. Pi. Vulg. *repræsentationem*, Ca.)

rerum, Be. Il. &c. Qu. Quid hîc σκιὰ & εἰκὼν; Resp. σκιὰ h. l. est σκιαγραφία [d], adumbratio, seu rudis delineatio, qualem carbone faciunt pictores imaginem picturi [*], & sic dicitur ob obscuram repræsentationem; cùm autem vivos colores inducunt, ut jam sit distincta & expressa rei similitudo, *imago* propriè dicitur [f]. Sed præstat *umbram* hîc referre ad corpus, cujus imperfectissima similitudo est. Sic in Scriptura semper accipitur, ut Col. 2. 17 [g]. At ibi τῇ σκιᾷ opponitur τὸ σῶμα, hîc verò ἡ εἰκὼν [h]. Ità sensus est, q. d. Lex bona illa futura obscurè & valde occultè significat, Evangelium eadem perspicuè significat, & expressè promittit [i]. Sed hunc sensum respuit contextus. Docet, Legem non potuisse cultores suos perficere. Quare? An quia non erat imago, sed umbra, id est, obscura repræsentatio? At si esset clarior, non perficeret [k]. Si sensus esset, Legem, & veterem & novam, repræsentare futuri seculi bona, sed illam obscurè, hanc apertè, non aliud doceret quàm utramque Legem esse typicam & figurativam, sed cum dicto discrimine. At id nihil facit ad ostendendam veteris Legis præ nova imbecillitatem [l]. Εἰκὼν hîc est vera & expressa imago, quæ rem totam ut est repræsentat, cùm *umbra* nihil repræsentet præter externa quædam corporis lineamenta [m]. Εἰκὼν, hoc loco, est *imago*, vel, 1. accidentalis, ut *umbra* sit rudis delineatio, cui *imago* expressa opponitur [n]: vel, 2. essentialis [o], ut suprà 1. 2. & Phil. 2. 7 [†]. qualis Col. 1. 15 [p]. quomodo pater filii, vel filius patris, imago dici possit [q]; vel, quomodo facies hominis dicitur esse imago hominis, cùm in ea ipse homo secundùm se videatur [r]. *Imago* quidem populariter, seu vulgò, dicitur id quod fit, vel est ad aliud, sive ad exemplum & similitudinem illius; propriè autem & sapientibus est id ad quod, sive ad cujus exemplum, aliud fit, vel est [†]. Εἰκὼν hîc non est idem quod figura & typus, vel repræsentatio rerum [t], sed designat corpus, essentiam, & veritatem rerum [v]; sive res ipsas [x], exhibitas & repræsentatas [y], vel prout in seipsis conspiciuntur [z]. [Quod sic probant :] 1. Quòd *imago* hîc dicitur corpus comparatè ad *umbram* [a], cui opponitur, tanquam corpus aut res ipsa quæ adumbratur, ideóque imago essentialis est; ut contrà, ubi imago cum corpore aut re comparatur, cujus refert similitudinem, est quædam velut umbra illius [c]. 2. Quòd comparatio & hoc & præced. capite instituitur inter duo, Typum et Antitypum; non inter tria, Sacramenta Judaica, Sacramenta nostra, & bona cœlestia. 3. Cùm sexcentæ sint ut umbræ, ità & imagines, ecqua illarum dicitur *ipsa imago rerum?* 4. Quòd inter typos multi erant vivæ rerum imagines. 5. Dicta similia; dicitur enim infans ἐξεικονισμένον, Exod. 21. 22, 23. Et Phil. 2. 7. *forma servi* & *Dei* vocantur ipsæ naturæ, humana & Divina, non earum imitationes [d]. 6. Quòd non hîc dicit, *non eorum imaginem*, ut juxta præced. sensum dicendum erat; sed, *non ipsam imaginem rerum.* Dicendo enim *ipsam*, & addendo *rerum*, significavit res ipsas præsentes & in seipsis repræsentatas. 7. Scopus totius hujus disputationis, qui est ut ostendat Legis imbecillitatem præ Christo; Legémque non præstitisse, sed tantùm præfigurâsse, ea bona quæ per Christum & N. T. exhibentur [†]. Εἰκόνα πραγμάτων vocat *res*, quæ ad legales ceremonias se habent ut *imago* ad umbram, quomodo Rom. 4. 11. *Accepit signum circumcisionis*, id est, circumcisionem, tanquam signum [*]. Et quamvis in rebus imago non sit ultima perfectio, sed res illa quam refert; in pictura tamen (à qua Metaphora hîc ducitur) ultima perfectio est imago absoluta [f]. Obstat tamen huic sententiæ, 1. quòd confundat imaginem cum re, cùm Paulus tria hîc distinguat, umbram, imaginem, & rem. 2. collatio cum Heb. 8. 11. ubi *futura bona* sunt bona cœlestia, ergò & hîc. Distinguit ergò Paulus h. l. Legem veterem & novam, seu utriusque Sacramenta, ex diverso modo repræsentandi suum ultimum finem, qualis est æterna beatitudo. 3. quòd sic *imago* valde impropriè sumitur [‖]. [Quod negari potest. Nos enim sub N. T. & res ipsas habemus, & unà rerum, non quidem *umbras* obscuras, ut Judæi, sed claras *imagines*, v. g. Verbum & Sacramenta, in quibus Christus ob oculos nostros crucifixus, velut in effigie, seu imagine, dicitur.] Porrò *imaginem rerum*, sive res ipsas, hîc vocat quod *futura bona* in altero membro. Per *imaginem* ergò h. l. designat veritatem & substantiam bonorum omnium quæ olim futura præsignificantur, nunc verò reipsâ exhibentur [g]; nempe, vel Evangelium [h]; vel potiùs, ipsum Christum [i], qui in Evangelio ad vivum repræsentatur [k]; nempe, illius, tum personam, tum officium, & beneficia omnia [l]. Argumentum hoc est, Leviticæ victimæ umbram tantùm sacrificii Christi, & beneficiorum ejus, continebant, non vivam rerum ipsarum repræsentationem; qualis redditur in speculo Evangelii à rebus ipsis, prout jam exhibitæ in seipsis considerantur. Ergò longè inferiores erant Christi sacrificio [m].

¶ *Per*, &c. Κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις —— εἰς τὸ διηνεκὲς, &c.] Est & hîc Trajectio; nam nativa constructio fuerat, ταῖς αὐταῖς θυσίαις ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκὲς κατ' ἐνιαυτὸν· id est, non quotannis, non per annos decem, aut centum, sed perpetuò dum stat Templum [n]. [Sic vertunt :] *Per singulos annos iisdem ipsis* (id est, ejusdem generis [o], Vitulinis & Hircinis [p]; vel, eodem & modo & loco oblatis [q] :) *hostiis quas offerunt* (nempe, Sacerdotes [r]; vel, οἱ ἀρχιερεῖς, quod ex antecedentibus facilè intelligitur [†].) *in assiduum*, (vel, *indesinenter*, Vulg. id est, assiduè & jugiter [t], continenter & sine interruptione, ità scil. ut nullus annus præteriretur [v]. Sed sic Pleonasmus est, hoc jam dictum verbis illis κατ' ἐνιαυτὸν [x]. Sed nihil vetat sic accipi, quòd quotannis jugiter & indesinenter hoc fecerunt [y]: *assiduè*, nempe donec Deus Legem refigeret, vel usque ad adventum Messiæ [z].) *nunquam potest accedentes* (nim. ad Templum [a]; vel, ad Deum, ut Heb. 7. 25. & 11. 6. i. e. eos qui tali modo Deum colunt, quos jamjam dicet λατρεύοντας, עבדים. Nam summus Sacerdos in illo sacro personam referebat populi illius [b]. Intelligit, vel, 1. tum Sacerdotes, tum alios pro quibus hostiæ offerebantur [c]: vel, 2. solos Sacerdotes, vel ipsos Pontifices [d]. Respicit enim ad sacrificia quotannis in die expiationis à Pontifice oblata [*]. De aliis tamen idem relinquitur judicium [f]. Si summus Sacerdos hoc non potuit, & in tam solenni sacro [g], peculiariter ad expiationem instituto [h]; quantò minùs alii Sacerdotes [h], & aliis sacrificiis toto anno oblatis [k]?) *perficere*, Mo. Τελειῶσαι sume, ut suprà 9. 9 [l]. Quoad conscientiam & mentem [m]: vel, *consummare*, Be. *perfectos facere*, Vulg. id est, perfectè expiatos, & à peccatis purgatos [n]; à peccatis liberare [o], sanctificare, justificare [p]. [Alii sic reddunt :] *Iis hostiis, quas singulis annis easdem continenter offerunt, nunquam potest*, &c. τὸ διηνεκὲς hîc non declarat durationem in omne tempus, ut mox v. 11. & 14. & suprà 7. 3. sed istius sacrificii recurrentem continuationem dietim, non annuatim [q]. Est σύγχυσις, Verba sic ordinanda, ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκὲς κατ' ἐνιαυτὸν [r]. Al. *Iisdem hostiis, anniversariis quas offerunt, nunquam in perpetuum potest accedentes sanctificare.* Trajectio est, κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις, pro, ταῖς κατ' ἐνιαυτὸν αὐταῖς θυσίαις· &, εἰς τὸ διηνεκὲς non pertinet ad præced. προσφέρουσιν, sed ad sequentia, ut patet ex antithesi Sacrificii Christi, quod sanctificat, εἰς τὸ διηνεκὲς infrà v. 14 [†].

2. *Alioquin*, &c. Ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐπαύσαντο προσφερόμεναι;] Sic legunt Græci expositores, & MS [t]. & plerique Codices [v]. *Alioqui nonne desiissent offerri?* Er. Il. Ti. sic Pi. Ca. Pi. Ar. q. d. Certè desiissent. Alii expungunt οὐκ, & legunt ἂν ἐπαύσαντο [x]. Sic editio Complut. & Sy. & Vulg [y]. *Alioqui desiissent offerri*, Be. sic Vulg. &c. Sed sic dicendum esset, ἐπεὶ ἂν [z]. Sensus idem utriusque lectionis, nempe, ea cessare debuisse [a]. Locutio est bene Græca & Lucæ familiaris, 5. 4. Act. 5. 42. & 6. 13. & 13. 10. & 21. 32. ἐπεὶ ἂν hîc est *cæteroquin* [b]. ¶ *Ideo*, &c. Διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν ἔτι συνείδησιν, &c.] *Propterea quòd nullam jam habuissent conscientiam peccatorum*, (vel, *nullorum peccatorum ampliùs essent sibi conscii*, Be. Pi. sic Ca. propter quæ sacrificia ipsis repetenda forent [c]. Non ultrà conscii sibi essent novorum quotannis peccatorum, quæ expiatione egerunt [d].) *qui sacrificassent*, (vel, *sacrificantes*, Be. Pi. *cultores*, Vulg. *colentes*, vel, *ministrantes*, E. nempe Sacerdotes [*].) *ac semel purgati essent*, P. Er. &c. à peccatis scilicet [f], quemadmodum sunt veri Christiani, 1 Pet. 1. 22. suprà 9. 14, 26, 28. MS. [pro κεκαθαρμένους] habet κεκαθαρισμένους, non malè. Sic Act. 15. 9. 2 Cor. 7. 1. Eph. 5. 26. Tit. 2. 14. 1 Joh. 1. 7 [g]. Sensus est, Si Sacerdotes certi essent ipsorum & populi peccata sacri-

Marginal notes (left column): d Ger. | * Pi. Ger. | f Q. in E. | g E. | h Gom. | i Q. in E. | k Rib. | l E. | m Er. | n Gom. | o Q. in Gom. Jun. Be. | † Be. | p Q. in Gom. | q Jun. | r E. | † Jun. | t Ger. | v Jun. sim. | x J. Cap. ex Chrys. Oecum. & Fab. Rib. | y Pi. E. Ger. J. Cap. Zeg. Be. | z E. Ger. Be. | F. | a Jun. | b Jun Ger. | c Jun. | d J. Cap. | † E. | * Pi. | f Rib. | ‖ Te.

Marginal notes (right column): g Jun. | h Q. in Be. | i Be. sic Jun. | k Be. | l Jun. | m Dic. | n G. | o G. Me. sic Be. | p G. | q J. Cap. | r E. | † G. | t E. Ger. | v Q. in Pi. | x Pi. | y Ger. | z J. Cap. | a V. | b G. | c Q. in E. | d E. | * E. ex Aquin. & Caj. | f E. | g G. sim. | h E. | i E. | k G. | l E. | m G. | n J. Cap. | o Me. | p V. | q E. | r Be. | Camer. | † Pi. | t G. | v Be. | x Pi. | y Be. | z Pi. | a E. | b G. | c E. | d G. | * Ger. | f E. | g G.

sacrificiis illis plenè expiata fuisse, non opus esset ea repeti [h]. Morbo ablato nihil opus fuisset novis medicaminibus [i]. Sed difficilis hìc oritur quæstio, an rectè hoc probatur. Dicerent enim Hebræi, hostias repeti non quia non tollerent peccata; sed quia prioribus remissis nova fierent, quæ semper novis hostiis expianda forent [k]. *Resp.* 1. Vis rationis in eo consistit quòd Lex instituit, ut cultores etiam iidem, & quidem semel mundati, singulis annis offerant idem sacrificium [l]: q. d. Ex præcepto Legis iterandum erat sacrificium Pontifici, non habitâ ratione relapsûs in peccata. Nam sive peccaret iterum, sive non peccaret, offerre debebat. Quæ res erat argumento, iterationem non fuisse præceptam propter remissionem peccatorum, sed propter eorum commemorationem, ut sequitur [m]. 2. Sicut duplex est repetitio medicinæ, seu remedii, 1. ex defectu ipsius, cùm non sufficit malo expellendo; 2. quia amittitur respectu subjecti, [hominis v. g. qui emplastrum sufficiens loco cui sanando adhibetur excidere patitur:] ità & sacrificii, vel sacramenti. Prima repetitio arguit inefficaciam remedii, & de ea hìc loquitur; per illa non auferebatur culpa, seu malitia peccati, ideóque repetenda erant ad commemorandum peccatum, & ad temporalia, tum bona impetranda, tum mala avertenda. Secunda repetitio locum habet in sacramentis Evangelii, quia gratia amitti potest, &c [n]. 3. Repetebantur vetera sacrificia, ut diversa per se ac seorsim exhibita; nec referebantur, sive ordinabantur, ad unum aliquod sacrificium ex quo dependerent, & unde vim suam acciperent, nè quidem ad sacrificium crucis; sic enim ad Novum Test. pertinuissent. Itaque sacrificia illa simpliciter multa erant, & ad sanctificandum inutilia [o]. Verùm sacrificia quoque V. T. expiabant peccata non quidem per se, vel ex opere operato; sed sub ratione typorum, seu quatenus Christum adumbrabant, ut constat ex Esa. 53. 7. Joh. 1. 29, 36. 1 Pet. 1. 19, &c [p]. 4. Expiatio duplex est, meriti, & efficacis applicationis illius. De priori hìc loquitur, quæ non nisi unica esse potest, quia debet esse valoris infiniti, ob Deum infinitum peccatis offensum; & propterea simul & semel peccata omnia, antecedentia & consequentia, meritò purgat [q]. Deo non satisfit per partes. Satisfactio, vel Propitiatio pro peccatis, aut nulla prorsus est apud Deum, aut est valoris infiniti, eòque non iteranda [r]. Rectè argumentatur. Si illa sacrificia verè vi suâ tollerent peccata, infiniti valoris essent †, & valuissent ad remissionem peccatorum tam futurorum quàm præteritorum [t]; idque non ad tempus duntaxat, & quoad quasdam pœnas [v], sed in perpetuum [x], & quoad pœnas omnes tum temporales, tum etiam spirituales & æternas [y]; ideóque non necesse esset ut iterentur [z]. Tale autem non erat sacrificium sub V. T [a]. quo homo prorsus & semel reconciliabatur Deo, quanquam sensus & applicatio ejus gradatim & successivè fieret [b]. Sub Evangelio autem nova peccata committimus, ideóque fidem pœnitentiámque repetimus: novum autem sacrificium expiatorium non habemus, sed in sacrificium unicum semel oblatum recumbimus, ejúsque virtute purgati & tandem plenè & finaliter absoluti, ità ut nullam peccati conscientiam habeamus in æternum ||. Evertit hoc sacrificium Missæ [c]. Exc. Sacrificium Missæ non offertur ut diversum à sacrificio crucis, sed ut unum cum eo, & illud in Missa duntaxat commemoratur & applicatur [d]. *Resp.* Sacrificium illud crucis & commemorandum fatemur, juxta 1 Cor. 11. 26. & applicandum *, sed mediis à Deo institutis, h. e. Verbo & Sacramentis [f]; iterandum verò cum Apostolo, supra 9. 25, 26. pernegamus [g]. Non subsistunt Pontificii in commemoratione, sed sacrificium Missæ verè propitiatorium & expiatorium esse asserunt [h].

3. *Sed in*, &c. Ἐν αὐταῖς ἀνάμνησις, &c.] *In istis* (sub. *sacrificiis*, Er. sic V. G. Me. nempe, diei expiationis [i]: sub. *fit*, Er. Ca. P. Be. Pi. &c.) *commemoratio* (vel, *mentio*, G. *repetitio*, Ar. *recommemoratio*, Mo. *repetita mentio*, P. Be. Pi. Nempe, in precibus summi Sacerdotis, astipulante populo [k].) *peccatorum* (& quidem omnium [l]; novorum criminum illo anno commissorum [m], & sacrificiis item per anni [præteriti] decursum oblatis expiatorum [n]: quod indicio est, sacrificia illa per annum adhibita vim non habuisse purgandi peccata [o], alioqui

[h] Ger. sim. [i] E. Me. [l] G. [k] E. Rib. sim. Te. [l] Caj. in E. [m] E. [n] Te. [o] E. [p] Ger. [q] Com. [r] J. Cap. † Rib. [t] E. ex Rib. sim. Law. Diod. [v] Law [x] Law E. ex Aquin & L. [y] Law. [z] E. [a] Law. [b] Diod. || Law. [c] J. Cap. Ger. Calv. [d] E. * J. Cap. [f] Ger. [g] J. Cap. [h] Ger. [i] Me. sic E. G. [k] G. [l] J. Cap. [m] G. 1. c Me. [n] Me. [o] Me. sim. J. Cap.

frustrà fuissent sacrificia pro peccatis antè expiatis [p]:) *quotannis*, Er. &c. Vide Levit. 16. 20, &c [q]. Ex illa confessione colligit, non fuisse tunc peccatorum remissionem, sed accusationem sui. Exc. 1. At confessionem sequebatur remissio. *Resp.* Remissio illa non vera fuit, sed legalis tantùm & figurativa [r]. Exc. 2. Expiationem non impedit confessio, quippe quæ quotidie fit à fidelibus sub N. T. *Resp.* Dispar est ratio. Nam ab his peccatorum antecedentium fit mentio, non quatenus præterita & expiata sunt Christi merito; sed quatenus præsentia & adhuc expianda. Cùm enim quotidie peccemus, & præced. peccata imitemur, ea consensione, approbatione, aut saltem resipiscentiâ non satis integrâ, geminamus, & efficimus nova, ac nos reos iterum constituimus †.

4. *Impossibile enim est sanguine*, &c. Ἀδύν———ἀφαιρεῖν, &c.] *Sanguinem taurorum* (id est, juvencorum, sive vitulorum [t]:) *& hircorum* (Hos nominat tanquam oblatos in die expiationis [v]:) *auferre peccata*, V. vel, 1. remittendo [x], sive reatum eorum abolendo; vel, 2. mentem reddendo puram ex impura [y]. Vide supra 9. 13. ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας, quod suprà ἀθετεῖν & ἀναφέρειν, est *exstinguere peccata*, sive *facere nè ultrà peccetur*. Id sanguis Christi facit, tum, quia fidem in nobis parit; tum, quia Christo jus dat nobis auxilia necessaria impetrandi. Pecudum sanguis nihil efficit tale [z]. Obj. Dicuntur hæc *expiare peccata*, Levit. 17. 11. *Resp.* Intelligendum hoc est typicè, &c [a]. *Impossibile*, hoc est, quia nulla res corporea potest in spiritualem agere [b], & quia sanguis hic est alterius generis quàm peccata hominum, & finitus, atque irrationalis [c]. Impossibile hoc dicit eo sensu quo carnalis Judæus putabat, scil. horum immolationem per se ità Deo gratam fuisse, ut propter eam peccata remitteret [d]. Posset alioqui Deus instituere ut hoc faceret, sicut aqua in Baptismo id facit *.

5. *Ideo* (Quia impossibile erat per sacrificia Legis Deum hominibus propitiari [f]: vel, Ut ostenderet hac ipsâ Legis infirmitate Christum adductum esse ut veniret, &c [g].) *ingrediens mundum*] Nempe, per incarnationem [h], quando cœpit esse homo inter homines [i]: vel, q. d. Cùm in Scriptura introducitur Christus tanquam in mundum ingrediens [k]; vel, Prænuncians se tandem ingressurum, &c [l]. Similis phrasis Heb. 1. 6. & 2. 16 [m]. Potest εἰσερχόμενος reddi *ingressurus*, ut ἐρχόμενος est *venturus*, Matth. 11. 3 [n]. *Mundum* vocat habitationem generis humani, vel ipsum genus humanum, ut sæpe accipitur in Evangelio [o]. Al. *Venit in mundum* David, cùm ex speluncis, & ab exsilio egrediens, ostendit se populo in Hebrone, 2 Sam. 2. *Venit in mundum* Christus, cùm è vita privata egrediens nomine Dei agere cœpit cum populo. Id enim Christus ipse intelligit per ἔρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον, ut ostendimus ad Joh. 1. 9 [p]. Phrasis hæc nusquam in Scripturis usurpatur de ingressu in mundum futurum, sed de adventu in mundum præsentem terrenum, ut Joh. 1. 9. & 3. 19. & 6. 14. & 9. 39. &c [q]. ¶ *Dicit*; nempe Christus, Deo Patri [r]. Λέγει] *Introducitur hæc loquens*, David sensu vulgari, Christus mystico †. *Dicit*, nempe Psal. 40. 6, 7, 8 [t]. Hæc autem dicit David non in sua, sed in Christi, persona [v]: Huic enim, non illi, convenit illud, *veniens in mundum*, ut patet ex collat. Heb. 1. 6 [x]. nec illa, quòd Deum sacrificio delectari negat [y], quòd se perfecturum spondeat ea omnia quæ sacrificiis expleri non poterant, &c [y]. Obj. Christo non convenit illud Psal. 40. 12. *Assecutæ sunt me iniquitates meæ*. *Resp.* 1. עונתי potest verti, *pœnæ*, sive *ærumnæ meæ*. *Resp.* 2. Pars tamen Psalmi Christo convenit. Possit hìc esse dialogismus fidelium & Christi, ut fideles loquantur, v. 1, 2, 3, 4, 5. Christus v. 6, 7, 8, 9, 10. fideles rursus in reliqua Psalmi parte [z]. ¶ *Hostiam*, &c.] Hoc versu & seq. enumerat quatuor genera sacrificiorum [a]. Quid sit θυσία diximus supra 5. 1. & 8. 3 [b]. Est hostia, cruenta scil. hircorum & taurorum [c]; vel, est victima pacificorum, seu gratiarum actionis [d]. Προσφορά hìc accipitur, [vel, 1.] de *sacrificiis spontè oblatis*, נדבות, nam & iis datur nomen קרבן. id est, προσφορᾶς, ut videre est Levit. 7. 16 *. [Vel, 2.] de *oblatione* inanimata & incruenta similæ, vini, panis, olei, &c [f]. ¶ *Noluisti*] O Pater [g]! id est, Rejecisti [h]: Illis non acquievisti, neque

[p] Me. [q] G. Pi. &c. [r] E. † Gom. [t] Pi. [v] E. sim. Pi. [x] E. [y] J. Cap. [z] G. [a] E. [b] J. Cap. [c] Jun. [d] Ger. ex E. * E. [f] Idem. [g] Jun. [h] E. Me. T. Zeg Ger. &c. [i] E. sim. Pe. [k] Pi. sic Ger. [l] Glas. gram. 3. 3. 15. 272. sim. Com. [m] Pi. [n] Ger. ex E. Rib. [o] E. [p] G. [q] Ger. [r] Me. † G. [t] J. Cap. [v] J. Cap. sim. Jun. Be. [x] Jun. [y] Jun. sic Be. [y] Jun. [z] J. Cap. [a] E. [b] G. [c] Me. [d] E. * G. [f] E. Me. [g] Me. [h] E.

que delectatus es[i]. In sensu vulgari, Hæc non magni facis, obedientiam istis præfers, 1 Sam. 15. 21, 22. Ose. 6. 6. In sensu mystico, Finem vis facere veteribus sacrificiis[k]. Obj. At Deus hæc instituit[l], & igne demisso approbavit, Levit. 10. 1. & alibi. Qui ergò hoc dicit[m]? Resp. 1. Comparatè, ut Hos. 6. 6. 2. De victimis impiorum, Esa. 1. 11. Jer. 6. 20. Amos 5. 21[n]. 3. Hoc sensu, Non placebant hæc, vel ex se[o], vel, ad Deum homini reconciliandum[p]; vel, ad justitiam, aut justitiæ partem[q]. 4. Propheticè, de Christo, à quo Deus hoc non postulavit[r]. ¶ *Corpus*, &c. Σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι] *Corpus autem adaptâsti* (vel, *coagmentâsti*, sive *concinnâsti*, Pi. scil. per incarnationem †.) *mibi*] Quod tibi sacrificium pro peccato offeram[t]. [Qu. An rectè hic locus citetur?] In Heb. enim verba sunt alia, *Aures perfodisti mihi*[v]. Resp. 1. Sic habent Lxx[x], quos Apostolus hîc, ut alibi, sequitur[y]. Sed Hieron. in versione quam fecit ex Lxx, posuit, *aures autem perfecisti mihi*, unde liquet in Græcis Libris fuisse ὠτία· quod & in Scholiis ad Psalmos multis annotatum est. Et sic legêre in Psalmo Cyr. & Arnob. minor, ut & alii monuerunt. Pro ὠτία autem, ad exemplum hujus loci, etiam in Codicibus versionis Lxx σῶμα positum est, qualem mutationem & aliis locis factam observavimus[z]. Verùm quòd quidam Codices Lxx legunt ὠτία, putem in margine positum ut vocem Hebræam exprimeret, & indè in textum irrepsisse[a]. 2. Verbum כרה non solùm *fodere* significat, sed etiam *parare*, seu *adaptare*[b]; vel, *fingere*, seu *formare*, instar figuli, &c[c]. 3. Idem est sensus, sive *aures* legas, sive *corpus*[d], & uterque commodus*: [quem tamen variè explicant.] *Aures* synecdochicè ponuntur pro toto corpore[t]. In Heb. allusio est non obscura ad morem illum quo, septennio exacto, qui in servili forma fuerant, in posterum se volentes heris suis mancipabant, Deut. 15. 17[v]. usque ad annum Jubilæum[x], idque aures perforando[y]. Non malè ergò hîc ponitur κατηρτίσω, id est, *aptâsti me posti*. Voluit hîc dicere David Deo, Ità me devinxisti beneficiis, ut in posterum semper tuus esse velim usu ac mancipio[z]. Cur autem Lxx sic verterunt, *corpus mibi disposuisti?* Prudentissimè sanè, quia Græcis mos erat servorum, non aures perforare, sed corpora notâ aliquâ insignire[a]. Cùm ergò versio illa, *Aures perfodisti mibi*, obscura illis videretur quibus mos iste Hebræorum ignotus erat, verba generaliùs reddunt, *Corpus mibi aptâsti*, nempe, ut sim servus tuus, vel, eo modo quo servorum corpora aptantur; ut applicari hoc possit cuivis consuetudini servorum corpora stigmate notandi†. Sic mutavit hîc Scriptor, ut sensum mysticum magìs exprimeret. Non enim in Christo auricula posti, sed corpus cruci, aptatum est in obedientiæ testimonium. Et auricula illa in Lege pars erat, simúlque signum, totius corporis quod hero addicebatur ‖. Lxx autem sequitur hîc Paulus, quòd ea lectio & multùm recepta erat, & proposito suo magis conveniebat[b]. Significare voluit Christi obsequium servile & perpetuum ministerium, &c[c]. Sensus, Aures aptas muneri suo dedisti mihi, nempe, ad audiendum & faciendum voluntatem tuam; id est, ut immolari, adeóque homines redimere, possem. At Filius, Patri æqualis, naturam non habebat in qua obedire & immolari posset. *Corpus*, ergò inquit, *aptâsti mibi*, quo scilicet obedire & immolari possem[d]. Tu, inquit David, bestiarum sacrificia noluisti, sed ipsum me consecratum tibi, tanquam meliorem hostiam, voluisti. Ideo *aures perfodisti mibi*, id est, me tibi servum effecisti. Hoc autem ad Christum, non alio quàm incarnationis respectu, referri potest. Hoc ipsi fecit Pater, quando corpus ipsi adaptavit, tunc enim formam servi assumpsit, &c. Phil. 2. 7*. Vis allegationis non pendet ab illis verbis in quibus discrepantia est, sed ab illis in quibus ea non est; Christum nempe talem esse Pontificem, qui venit ut nos sanctificaret non legalibus victimis, sed obedientiâ suâ, &c[f].

6. *Holocaustum*, &c. Ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας, &c.] *Holocautomata* (vel, *Holocausta*, E. Me.) *&* (sub. *bostiam*, vel, *hostias*, Il. P. Er. Be. Pi. D. G. &c.) *pro peccato* (i. e. pro expiando peccato[f]: victimam pacificam[g]. Vide ad Rom. 8. 3[h].) *non approbâsti*, Pi. Be. &c. Ità scilicet ut à me tibi offerantur[i], aut quasi ea per se offensum te peccatis hominum placarent[k]. In Lxx est οὐκ ᾔτησας[l], *non postulâsti*[m], ut & in Hebræo לא שאלת[n], *non postulâsti*[o]. Sed voluit noster Scriptor vim fastidii ostendere; ideóque verbum delegit ad id quàm maximè efficax[p].

7. *Tunc* (id est, Propterea[q]. Illationem magis quàm tempus significat[r], q. d. Quia vidi te Legis sacrificiis non placari †:) *dixi*] id est, Apud me constitui[t]. Sunt & hæc verba Psalmi[v]. ¶ *Ecce venio*] Ità J. Cap. vel, *adsum*, Be. Pi. q. d. Me paratum obtuli[x]. ¶ *In*, &c. Ἐν κεφαλίδι, &c.] *In capite* (vel, *volumine*, Pi. Zeg. D. Cap. E. &c.) *libri scriptum est de me*, Mo. P. Er. &c. ספר, quod vertitur βιβλίον, Hebræis dicitur quodvis scriptum. Ità scriptura divortii vocatur ספר כריתות, βιβλίον ἀποστασίου, Deut. 24. 1. Et bene Syrus hîc posuit כתבות[y]. In Hebræo est במגלת ספר, *in volumine libri*[z], sive *descriptionis*[a]; vel *librorum*, ut ספר apud RR. sæpe ponitur pro toto V. T. canone[b]; id est, in Libro plicatili seu involuto[c], sive in membranis plicatilibus[d]. Solebant veteres (& Hebræi & Ethnici*,) in membranis aut chartis scribere[f], quæ in rotundum complicabantur[g], vel, convolvebantur in morem corticis[h], aut cylindri[i], ut nunc quoque Judæi Legem habent, &c[k]. Cùm autem Libri convolvi solebant, hinc factum ut *liber* & *volumen libri* pro eodem haberentur. Quare *in volumine libri*, idem est quod *in libro*. [Qu. 1. Quomodo congruunt במגלת, & ἐν κεφαλίδι?] Resp. Κεφαλὶς est non tantùm *caput*, seu *capitulum*[l]; sed & *volumen*[m], vel, quod idem est, *involucrum*, h. e. εἴλημα, teste Suida[n], à specie, eò quòd complicatum Libri corpus quasi opus capitatum est[o], necnon *capitis tegmen*, quo nimirum caput obvolvitur teste Aristot. Rhetor. 2. Hinc & Lxx vocem מגלה, quæ quater occurrit Jer. 39. χαρτίον vertêre, Zach. 5. δρέπανον· hîc autem & Ezec. 2. 9. & 3. 1, 2. κεφαλίδα transtulere, quomodo & Sym. vertit. Aquila autem & Th. διφθέραν reddunt, quæ antiquis erat pellis capræ, in qua scribebatur, &c. indè membrana, in qua scriptum erat, item Libri tegmentum[p]. Omnes chartæ Hebræorum non in paginas distingui, sed in orbiculum convolvi, solebant, ut videre est Jer. 36. 27. quare מגלת ספר hîc in Hebræo nihil est aliud quàm *charta volubilis*, quod Aq. & Sym. dixere εἴλημα. Id ipsum vocabant κεφαλίδα à rotunda capitis forma: unde & in ædificiis quæ rotunda sunt, κεφαλίδες dicuntur, ut Exod. 26. 32. & 27. 17. & 36. 34. & 38. 27, 28. Num. 3. 36. 1 Reg. 7. 30. 2 Par. 3. 5. & aliis in locis. Esdræ 6. 2. in Hebræo מגלה, in Græco κεφαλὶς· nec aliter id ipsum nomen Hebræum vertit Ezec. 2. 9. & 3. 1, 2. pro quo Jer. 36. 23. ponitur χάρτης & χαρτίον. At Esa. 8. 1. est nomen alterum Hebræum, sed ejusdem originis & significatûs, גלון, ubi Euseb. apud quosdam Interpretes ait positum κεφαλίδα[q]. Qu. 2. De quo Libro hîc loquitur[r]? Resp. Respicit hîc, vel, 1. locum illum legémque de servo, Exod. 21. 5 †. Intelligitur hîc instrumentum confectum de mancipatione perpetua in servitutem, de qua jam agi cœpit. *In instrumento*, inquit, *inter nos facio scriptum est me facturum quicquid vis*. Sic gladiatores auctorationem faciebant uri, scindi, ferro necari[t]. Vel, 2. Librum Divinæ atque æternæ prædestinationis[v], quà præordinatum hoc est de Christo *ut faciat*, &c[x]. Vel, 3. Libros Mosis[y], ad quos Christus sæpe provocat, ut Joan. 5. 39, 46[z]. qui ferè soli tempore Davidis scripti sunt[a]; & Prophetarum[b]; & vaticinia atque promissiones quæ in eis extabant[c]; & sacrificia quæ Christi oblationem satis apertè docebant. Pentateuchum enim hic, sicut & Judæis hodie, *liber* Antonomasticè dicitur[d]. Ἐν κεφαλίδι idem est quod *in summa**, quæ capitulum dicitur Heb. 8. 1[f]. At ibi est κεφάλαιον, hîc autem κεφαλὶς, quod in hac significatione nusquam reperio[g]. Significat, summam totius Scripturæ Christum esse[h]. Vel, 4. Respicit hîc varia Scripturæ loca, quibus hoc de Davide dicitur, sed longè perfectiùs de Christo tanquam illius typi perfecto exemplari; eum esse *hominem secundùm cor Dei, qui facturus sit omnem voluntatem Dei*, ut dicitur Act. 13. 22. ex 1 Sam. 13. 14[i]. Vel, 5. Librum Geneseos[k]; vel, Gen. 1. 1. *In principio*, id est, in Filio, ex collat. Joh. 1. 1[l]. vel, Gen. 2. 23. *Hoc nunc os de ossibus meis*, &c. quod de Christo & Ecclesia exponitur, Gen. 2. 23[m]. vel, Gen. 3. 15. ut ἐν κεφαλίδι Anto-

Antonomasticè dicatur pro ἐν μιᾷ, sive πρώτῃ, κεφαλίδι, in prima Legis *Parascha*, sive *Sectione*; ut respiciat *Paraschas*, sive *Sectiones* 53. in quas Pentateuchus à Judæis olim distinctus fuit [n]. Sed מגילה sectionem non denotat. Nec constat Davidis tempore Legem fuisse in varias illas Sectiones divisam [o]. ¶ *Ut*, &c. Τοῦ ποιῆσαι, ὁ Θεὸς, τὸ θέλημά σου] Sic & Lxx, apud quos ὁ Θεὸς solet esse Vocativus [p]. *Ad faciendum* (vel, *Causâ faciendi:* ad verb. *Facere*, nullâ additâ personâ, ut hoc jungendum videatur cum sequentibus [q], nempe in Psal. 40. 8. *Deus meus volui*, quæ verba Apostolus hîc omisit [||]: ad sensum tamen non refert si jungatur cum præced [†]. vel, *Facturus*, J. Cap. *Ut faciam*, Er. P. Be. Pi. E. Rib. Quod non jungendum, cum *Scriptum est de me*, sed cum, *Ecce venio*, ut apparet ex v. 9. Illa autem, *In capite libri scriptum est de me*, per parenthesin legenda sunt: [quomodo legunt Mo. P. Be. Pi. &c.] Significat, utrumque, Christum *venisse*, & quidem *ad faciendum*, &c. scriptum esse de se in volumine libri [r].) *ô Deus, voluntatem tuam*, E. Mo. Be. &c. nempe oblationem corporis mei, ut explicatur v. 10 [†]. [Sensus,] Scripturæ omnes testantur me ad hoc venturum esse in mundum ut facerem voluntatem tuam [t].

8. *Superiùs*, &c. Ἀνώτερον λέγων] *Superiùs* (vel, *Priùs*, J. Cap.) *dicens*, Mo. vel, *cùm dicit*, Er. *cùm dixisset*, Be. Pi. J. Cap. Me. λέγων, id est, λέξας, Præsens pro modo exacto [v]. *Dixisset* Christus scilicet [x], vel, David in persona Christi [y]. ¶ *Quia hostias*, &c.] ὅτι hîc, ut sæpe, est verbum Recitantis. Et duo membra Psalmi dissecta ob sensûs paritatem in unum contraxit [z]. ¶ *Quæ* (Nempe omnia [a], *hostiæ*, &c [b].) *secundùm Legem offeruntur*] id est, Lege præscripta sunt. Imminebat ergò Legis mutatio, nempe verbis illis, οὐκ ἠθέλησας, & οὐκ εὐδόκησας, sumptis in sensu subliomore [c]. Hæc pars non est Psalmi, sed declarandi gratiâ additur [d].

9. *Tunc Dixi*, sed legendum *dixit*, ut habent Codices [Latini] non pauci [*]. Τότε εἴρηκεν] *Tunc dixit*, Er. Be. Pi. &c. *Ob id subintulit*, G. Verba Scriptoris nostri [f], locum Davidis ad scopum suum accommodantis [g]. *Dixit* Christus, quasi interventorem & fidejussorem se sistens pro nobis [h]. ¶ *Ecce venio, ut faciam*, &c.] Omisit illud, ἐν κεφαλίδι, &c. quia est figuratum & ornatûs tantùm causâ adhibitum [i]. ¶ *Aufert prius* (Intellige, vel Sacerdotium, vel Testamentum [k]: vel, genus sacrificiorum [l]:) *ut sequens* (vel, *secundum*, E. ex Sy. *posterius*, Er. Be. Pi. &c. nempe voluntatem Dei [m]; sacrificium illud unicum benevolentiæ tuæ, sive quod benevolentiam tuam nobis testetur & conciliet [n], nempe Christi obedientiam [o], & sacrificium corporis sui [p]:) *statuat*] Sicut solet fieri in Syllogismis disjunctivis, ἱστάναι, העמיד, est *statuere, figere, firmare*. Meritò minora evanescunt ubi tam magna præstantur [q]. Ità concludit quod principaliter instituit, nempe sacrificiorum V. T. abrogationem; tum, quia non erant Deo placita, tum, quia locus esse non poterat sacrificio Christi, nisi priùs illa tollerentur [r]. q. d. Posteriora derogant prioribus: Posteriora autem Deus voluit & probavit, teste etiam Davide priscâque Ecclesia. Rectè igitur priora sustulerant, &c [†].

10. *In*, &c. Ἐν ᾧ θελήματι ἡγιασμένοι ἐσμὲν οἱ διὰ τῆς προσφορᾶς——ἐφάπαξ] *In qua voluntate* (vel, *Per quam voluntatem*, Er. V. nempe de qua dictum in Psalmo [t]; ad quam faciendam venit Christus [v]; cujus voluntatis executione [x]; quâ unicâ victimâ Christi in cruce oblati [y]:) *sanctificati sumus*, (Nos scil. omnes qui regenerationem & peccatorum remissionem obtinuimus [z], vel, nos qui sanctificati sumus, quod ex præced. supplendum [a]; quos sacrificia Legis justificare & sanctificare non poterant [b]. Sine hoc supplemento oratio imperfecta erit, ob articulum οἱ in medio positum, quem Interpretes, tanquam superfluum, ferè neglexisse videntur [c]. Plerique quidem Codices illud οἱ legunt [d], sed probatiores cod. omittunt [*].) *per oblationem* (id est, merito oblationis [f]:) *corporis* (*Corporis* meminit, respiciens verba citata suprà v. 5 [g]. ut innuat quò illa referenda sint [h]:)—*semel*, Mo. sub. *factam*, P. Be. Pi. vel, *peractam*, Er. Ἐν ᾧ θελήματι sume pro εἰς ὃ θέλημα. *Nos qui per oblationem Christi semel factam sanctificamur, in hoc sanctificamur ut eandem Dei voluntatem impleamus*, quæ obedientiam præfert victimis; id est, Ut & ipsi corpus nostrum, si res ità ferat, aptemus doloribus & morti, in hoc ut Deo obediatur. Confer quæ suprà 2. 11. & seq [i].

11. *Et omnis quidem sacerdos*, Ἱερεὺς] Sic legitur in aliis libris præter MS [k]. Sic legunt Vulg. Chrys. & plures cod. Græci [l], iique probatiores [m]. *Sacerdos*, nempe Leviticus, sive V. T [n]. quisque Sacerdotalem ἱερατείαν obit [o]. Rem eandem hîc probat, sed novo argumento, ex jugi sacrificio quod quotidie offerebatur manè & vesperè, de quo Num. 18 [p]. Locutus de sacrificiis summo Sacerdoti propriis Propitiationis die peragendis, ac eorum invaliditate demonstratâ, nunc etiam reliquorum parem invaliditatem esse demonstrat [q]. Alii tamen legunt ἀρχιερεὺς, ut MS. quod clarius [r]. Sic nonnulli cod. Græci, & in his Biblia regia, & Syrus [†]. *Pontifex*, Q. in E. Nempe legalis [t], qui sanè, si vellet, quotidianum illud ac juge sacrificium offerre poterat [v]. ¶ *Præstò est*, &c. Ἕστηκε καθ' ἡμέραν λειτουργῶν] *Adstat* (Nempe ad aram ministerii causâ [x]; vel, *Assistit*, Er. V. Zeg. *Stat*, Er. J. Cap. id est, Stare solet [y], vel stare debet [z]:) *quotidie* (vel, *certo die*, Pi. nempe die expiationis [a]: vel, *omni tempore*, G. Referendum hoc, vel ad *stantem*, vel potiùs, ad *ministrantem*, ob id quod sequitur [b]:) *operans*, P. vel, *ministrans*, Vulg. J. Cap. Jun. id est, tanquam famulus accinctus ad capessenda jussa Domini sui comparebat in conspectu ejus [c]; vel, *sacra peragens*, Er. sim. Be. id est, ea quæ sacrificio necessaria sunt præparans [d]. In accendendo candelabro, in suffitu faciendo, primæ erant partes summi Sacerdotis. Cœteri erant ei adjutores [*]. ¶ *Et easdem*, &c.] Nempe ejusdem generis [f], agnum scilicet [g]. Sume ut suprà v. 3. & πολλάκις (*sæpe*) id est, *quoties res fert*. Vide suprà 7. 27 [h]. vel, *sæpe* etiam uno die [i], frequenter, aut singulis diebus [k]. ¶ *Quæ* (Illativè accipiendum, q. d. Quæ proinde, quòd scil. sæpe repetantur [†], & eodem semper modo [l]:) *nunquam possunt* (vel, *possint*, Er. P. Pi. &c.) *auferre* (vel, *emundare*, Tre. ex Sy. *adimere*, Ca. sim. Ar.) *peccata*] id est, Illa expiare & conscientiam mundare [m]. Περιελεῖν quod ἀφαιρεῖν suprà v. 4. Hoc sensu ἀφαιρεῖν habemus Gen. 38. 14, 19. & 41. 42. Exod. 8. 8, 11, 31. & 10. 17. & 33. 6. & alibi sæpe, Sic & Act. 27. 20. & apud scriptores bene Græcos. Sæpe hunc sensum inculcat & Paulus ut magni momenti [n].

12. *Hic*, Αὐτὸς] In MS. est οὗτος [o]. ¶ *Unam*, &c. Μίαν——προσενέγκας, &c.] *Unam——offerens*, &c. Vulg. Nempe in Cœlo, ut summus Sacerdos in Sanctuario [p]. Sed non hîc significat, eum in præsenti offerre, &c [q]. *Cùm unam——obtulisset*, &c. E. Me. *Unâ——oblatâ*, &c. Er. P. Be. Pi. E. Quondam in peccatorum remissionem [r]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὸ διηνεκὲς, &c.] Hanc phrasin de eadem re habuimus Heb. 7. 3. ἐν δεξιᾷ habemus & Heb. 1. 3. & 8. 1. & 12. 2. Rom. 8. 34. Eph. 1. 20. Col. 3. 1. alibi ἐκ δεξιῶν, quomodo & hîc habet MS. aut ἐν τοῖς δεξιοῖς. Δεξιὰν χεῖρα ex Pindaro citavimus alibi [†]. *Perpetuò sedet*, &c.] Er. sic P. &c. Testimonium à Patre habens obsequii & oblationis suæ, ejúsque fructum cum suis communicans, &c [t]. & nunquam eam dignitatem ac felicitatem amissurus. Non ampliùs stat ministrans, ut Sacerdos legalis, idem velut saxum volvens, quia finem ministerii non assequitur [v]; non necesse habens ampliùs laborare in opere redemptionis nostræ [x], sed receptus in cœlum quiescit, &c [y]. Quia illa una oblatio sufficit, ideo non redibit ut offerat: manebit ibi donec redeat, non iterum oblaturus, sed judicaturus & triumphaturus [z]. Illud, *in perpetuum*, refertur, vel, 1. ad *sedet* [a]. Cui obstat v. seq. *expectans donec*, &c. quo significatur, sessionem illam non fore perpetuam, quod etiam confirmatur ex 1 Cor. 15. 24 [b]. Vel, 2. ad *hostiam* [c], ut distinctio [seu comma] ponatur post διηνεκὲς, & locus sic vertatur, *Obtulit victimam manentem in perpetuum* [d]; id est, quæ eam vim obtinet, ut nullâ ampliùs repetitione opus sit [*]. Convenit hæc distinctio, tum præcedentibus [f], tum sequent. v. 14 [g].

13. *De*, &c. Τὸ λοιπὸν ἐκδεχόμενος, &c.] *Reliquum* (vel, *De cætero*, Pi. *In posterum*, V. *Id quod restat*, vel *superest*,

[n] Q. in Cap. [o] J. Cap. [o] Cap. [p] G. [||] Ger. [†] E. [r] Rib. E. [†] Cap. sic J. Cap. [t] Me. sic E. [v] G. [x] Jun. E. [y] Me. [z] G. [a] J. Cap. G. [b] E. Be. Ger. [c] G. [d] E. sic Ger. [*] G. sim. Rib. E. [f] G. sim. Be. [g] Be. [h] Jun. [i] G. [k] Zeg. Er. in E. [l] E. T. sic Be. Zeg. J. Cap. [m] Be. [n] J. Cap. [o] Me. [p] E. sic Me. [q] G. [r] E. [†] Jun. [t] E. [v] Me Rib. [x] J. Cap. [y] T. sim. J. Cap. Rib. Me. E. [z] J. Cap. [a] E. ex Th. sic G. [b] E. sim. Me. Rib. [c] E. [d] Be. [*] Ger. [f] J. Cap. [g] E. Ger. J. Cap. [h] J. Cap.

[i] G. [k] G. [l] J. Cap. sim. E. [m] Ger. [n] Ger. sim. Jun. Rib. Me. [o] J. Cap. [p] E. ex Aquin. & Caj. [q] J. Cap. [r] G. [†] E. Ger. [t] G. [v] E. [x] Be. [y] G. [z] Jun. [a] Ham. [b] E. [c] Jun. [d] J. Cap. [*] G. [f] Me. sim. Be. [g] E. [h] G. [i] J. Cap. [l] G. [†] E. sim. Ger. [l] J. Cap. J. Cap. [m] Idem. [n] G. [o] Idem. [p] Idem. [q] E. [r] Idem. [†] G. [t] Jun. [v] E. [x] Jun. [y] E. [z] G. [a] Q in Be. [b] Pi. [c] Be. sim. Pi. E. ex Aquin. [d] Pi. [*] Pi. sic Jun. [f] E. [g] E. Be. Pi.

superest, G. Er. Jun. V. sim. Be. id est, reliqua membra quæ ipsi dedit Pater; deinde quod sequitur [h]: *Id quod unum superest*, quod scil. Psalm. 110. scribitur [i]:) *exspectans* (secundùm naturam humanam [k]: vel, quatenus Mediator est [l]; cum patientia, exspectare tempus justum malens quàm antevertere: quo verbo cavillationibus ac irrisionibus impiorum, infirmorúmque dubitationibus, occurrit, tanquam si tardaret Deus, aut promissa præstare non posset; q. d. Idem in aliis præstare potest, quod in seipso assecutus est; sed ità se habet providentia & dispensatio ipsius, &c [m].) *donec ponantur*, &c. Mo. vel, *ut omnes inimici ipsi subjiciantur*; non Imperia tantùm Christo adversantia, sed & Mors ipsa, ut explicatur 1 Cor. 15. 26. Et hoc excludit oblationem novam [n]. Non est, inquit, Christus ad tempus ibi sedens [o], & iterum rediturus, ut secundò se offerat [p]; sed illic perpetuò residet [q], regnans cum Patre, &c [r].

14. *Unâ*, &c. Μιᾷ—τετελείωκεν, &c.] Dat causam cur Christus †, semel obtulisse contentus, non ampliùs ministret [s]; nec exspectet ut offeratur [v], sed quietus nunc *assideat Patri* [x]. *Unicâ enim oblatione* (Nempe sui [y], in cruce [z]. Per oblationem intelligit & id quod ei conjunctum est [a], nempe intercessionem Christi in cœlis [b]; impetrationem [c], & missionem [d], Spiritûs Sancti [*], aliáque fundamenta conferendi nobis gratiam [f].) *consummavit* (vel, *consecravit*, Pi. *perfectos effecit*, V. sic E. Zeg. dedit perfectum pretium redemptionis & sanctificationis nostræ [g]: dedit iis quo in perpetuum sanctos se servent si Deum opem non deserant. Nihil illis ex parte Dei deerit. Hoc dicit πλεῖον. Vide suprà v. 1. & Heb. 9. 9 [h]. vel, perfectè à peccatis mundavit [i], vel, sanctificavit: idem enim quoad rem ipsam est *consummare* & *sanctificare* [k].) *in perpetuum* (Quod refertur ad vocem *consummavit*, q. d. Oblatio ejus semel facta vim habet infinitam [l], & æternam [m]; ut & semper sanctificare possit [n], usque ad finem mundi [o], & sanctitatem conferre semper duraturam [p]. Etiamsi innumeri homines procreentur, illique innumera peccata committant, non egent aliâ oblatione, quia per hujus applicationem perfectè consummabuntur [q].) *eos qui sanctificantur*, Be. &c. id est, electos †, vel fideles [t], omnium temporum [v]; omnes quotquot unquam sanctificantur, sive regenerantur [y]; vel, quos sanctificari opus est [z]; qui Deo per remissionem peccatorum consecrantur [a]. Ante vocem, τοὺς ἁγιαζομένους, subintelligi potest ἡμᾶς, ut hic versus decimo respondeat [b].

15. *Contestatur*, &c. Μαρτυρεῖ, &c.] *Testificatur autem* (sub. *hoc*, Be. Pi.) *nobis* (id est, Testimonium præbet hujus rei [c], vel veritatis [d], sive doctrinæ [*], scil. V. T. sacrificia non potuisse auferre peccata [f]: vel potiùs, Christum *unâ oblatione consummâsse*, &c [g]. Redditio est causæ, transitum sibi parans ad tertium membrum, quòd Christi fœdus præstantius sit fœdere Mosaico. Eâdem arte suprà v. 1. est usus. Tria sunt videlicet, Sanctuarium, Sacrificium, Fœdus, ità connexa ut primi præstantia secundi præstantiam commendet [h].) *& ipse Spiritus Sanctus*] Per Jeremiam [i], cui Spiritus S. loquenda dictavit [k], id est, Scriptura, cujus auctor est Spiritus S. 2 Pet. 1. 21 [l]. Quem authorem ac testem hîc nominat [m], ut antè Filium per Davidem loquentem, & Patrem, cujus testimonium est Lex [n]. Ostendit hoc dignitatem [o], & Divinitatem [p], Scripturæ [q], etiam V. Testamenti, contra Manichæos [r]. ¶ *Postquam*, &c. Μετὰ γὰρ τὸ προειρηκέναι] Εἰρηκέναι habet MS. sed nihil refert †. *Nam posteaquam prædixisset*, Pi. sive, *priùs dixisset*, Be. Pi. Nempe Spiritus Sanctus [t], Jer. 31 [v].

16. *Hoc autem testamentum quod testabor*, &c.] Pactum quod inibo cum populo meo erit hujusmodi [x]. ¶ *Post dies illos*] i. e. Post repudiatam Synagogam & Legem Mosis [y], postquam rejecero Judæos incredulos [z]: ubi advenerit Messias [a]. ¶ *Dicit Dominus*] Sunt verba, vel, 1. Prophetæ [b]; vel, 2. Apostoli, ut connectantur cum, *postquam prædixisset*, tanquam eorum ἀπόδοσις, & ad sequentia tantùm referantur; & sensus sit, Postquam priùs dixit, *Hoc est fœdus*, &c. attendendum quid deinde dicat Dominus, nempe *Indam leges*, &c. Ità nullum hîc est ἀνακόλουθον. Obj. At in Jer. 31. hæc sunt verba Prophetæ, & ad præcedentia referuntur. Resp. Apostolus autem ea alio sensu hîc sua facit, & ad

h Jun. i J. Cap. k E. l J. Cap. m Jun. n G. o Rib. p Rib. sic E. q E. r Rib. † Me. s E. v Rib. x E. sim. Rib. Me. y Me. z E. a G. sim. Ham. b Ham. c G. d Ham. * G. Ham. f G. g Me. h G. i Ger. k E. l Idem. m Me. n E. o Me. p E. q Rib. † E. J. Cap. t Gom. sic Ger. v E. Ger. x E. sim. Rib. Ger. y Ger. z Jun. a Gom. b J. Cap. c Rib. d E. Me. * J. Cap. f E. sim. Rib. Me. g Rib. h J. Cap. i Rib. G. Me. k G. l J. Cap. m E. sim. Rib. n Rib. o E. p J. Cap. q E. J. Cap. r K. † G. t Camer. v Pi. x Me. y T. z Me. a J. Cap. b E. Be.

seq. refert [c]. Al. Oratio hîc juxta nostram lectionem imperfecta videtur, quia nihil sequitur quod verbis illis, *postquam enim dixit*, respondeat. In quibusdam ergò cod. habetur initio v. seq. ὕστερον λέγει, *postea dicit* [d]. ¶ *Dando*, &c. Διδοὺς, &c.] *Indam*, &c. Benoni hîc pro Futuro, more Heb. & Syrorum, διδοὺς pro δώσω, ut Rom. 9. 28. συντελῶν καὶ συντέμνων, pro, συντελέσει καὶ συντεμεῖ [*]. *Dans*, vel *Dabo*, &c. Er. Hic locus extat Jer. 31. 33. & adductus est Heb. 8. 8 [f]. Unde constat hîc omissa quædam in medio posita. Nimirum ea hîc repetit quæ maximè ad id serviunt quod vult inferre [g].

17. *Et*, &c. Καὶ τῶν ἁμαρτιῶν, &c.] Ante hæc verba subaudiendum εἴρηκε, vel, τότε εἴρηκε [h], quod etiam adscriptum habent quidam Codices [i], unus MS [k]. Quod supplementum omnino postulant, tum, 1. verba illa, μετὰ γὰρ τὸ προειρηκέναι, quibuscum minimè cohærent illa, λέγει κύριος, v. 16. quippe quæ constat esse Prophetæ verba per parenthesin ex more inserta: tum, 2. loci scopus [m], & argumenti series [n]. Sententiam v. 14. propositam confirmare vult. Eam autem confirmant non verba præced. sed tantùm ista, *& peccatorum*, &c [o]. Et hîc demum agitur de altera novi pacti parte, nempe remissione peccatorum per Christi satisfactionem. Per quam, re præstitâ quæ sacrificiis V. T. figurabatur, certè figuris nunc illis, aut novâ oblatione, nihil opus est [p]. ¶ *Non*, &c. Οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι] *Non recordabor ampliùs*, Mo. Er. Be. Pi. &c. *Non commemorabo*, G. ex Sy. id est, Non exprobrabo [q].

18. *Ubi*, &c. Ὅπου δὲ ἄφεσις, &c.] Sumit hîc ἄφεσιν pro *sanatione animi à peccatis*, quomodo ἱλάσκεσθαι, 2. 17. & ἵλεων ἔσῃ, 8. 12. Et est hîc sensus sublimior, & μυστικώτερος. Tunc enim verè ἀφίενται peccata cùm ità missa fiunt ut non redeant. Nam si pœna tantùm ablata sit, peccata verò redeant, non mirum est repeti oblationem pro peccatis. Loquitur de Christianis, non quales sunt omnes, sed quales esse debent, & plerique tunc erant. Docebantur omnes, post Baptismum prolabi esse exitiale, aut cum maximo exitii periculo conjunctum. Itaque plurimi inoffenso cursu ad metam pertingebant [r]. [Reliqui locum sic vertunt & explicant:] *Porrò ubi est horum* (nempe peccatorum †,) *remissio* (talis scilicet, perfecta [t], sive plena [v]:) *non est ampliùs oblatio*, &c. Be. Pi. Si hostia jam inventa sit, per quam peccata remittantur, jam non est altera hostia quærenda [x], quâ novum rursus pretium illis remittendis comparetur [y], nec opus est ut Christus iterum moriatur [z]: sed solùm necessaria est applicatio pretii semel per mortem Christi comparati [a]. Atqui in N. T. facta est perpetua peccatorum remissio [b], per unicam Christi oblationem [c]. Fœdus ergò novum multò præstantius est vetere, quod novas indies exigebat oblationes pro peccato [d].

19. *Habentes*, &c. Ἔχοντες—παῤῥησίαν εἰς τὴν εἴσοδον, &c.] Hactenus prima Epistolæ pars quæ tota est διδασκαλική [*]; hîc incipit pars moralis [f], sive exhortatio [g], ad justum usum rerum antè expositarum [h]; ad constantiam in fide & pietate [i], & patientiam in adversis [k]. Bene jam fundatâ dignitate Christi præ Leviticis Sacerdotibus, & oblationis ab ipso factæ præ illorum oblationibus [l], & doctrinâ de abrogatione veterum sacrificiorum [m]; egregia hinc infert monita ad perseverandum in professione Christianismi & in pietate [n]. *Cùm igitur, fratres*, (Hoc elogio tum maximè utitur cùm ad officium eos hortatur, ut volentes potiùs ducat quàm nolentes trahat [o].) *habeamus libertatem* (id est, jus [p], pari figurâ quâ εὐλογεῖν est *benefacere*. Vide 2 Cor. 7. 4 [q]. Παῤῥησία propriè est *dicendi libertas*, transfertur autem ad *faciendi libertatem* [r], dirupto scil. illo velo: vide suprà 3. 6 †. vel, *fiduciam*, Vulg. Pi. Zeg. Aug. ut Heb. 4. 16 [t]. ex peccatorum remissione [v].) *adeundi in Sancta* (vel, *ingrediendi Sacrarium*, Be. Pi. id est, in summum cœlum [x]: vel, *in introitu sanctorum*, Vulg. Er. Rev. i. e. in introitu quo Christus Pontifex pro nobis ingressus est in Sancta [y]. Vel, *in introitum Sanctorum*, quasi nos confidamus futurum ut introeamus Sancta [z]. Vel, *aditûs ad Sanctuarium*. *Ingressus* propriè metæ convenit, ac comprehensoribus; *accessus* etiam viatoribus, quem hîc spectari patet ex v. 22 [a].) *per sanguinem Jesu*, Er. &c. id est, non per sacrificia Legis [b]. Christus per sanguinem suum eò intravit; & nos *per sanguinem Christi*, id est, Fidem

&

c Di. d E. * Di. f Ger. Me. sic G. g G. h G. sic Be. Pi. i G. k Be. l Pi. Be. m Pi. n Be. o Pi. p Be. q G. r G. † T. t Gom. v T. x Rib. y T. sim. Me. z Rib. a T. b Gom. sim. Jun. J. Cap. c Jun. d J. Cap. * Jun. f Me. sic Rib. g E. sim. Jun. Me. h Jun. i Me. sim. E. J. Cap. Rib. k E. sic Rib. l G. m E. n G. o J. Cap. p J. Cap. G. q G. r J. Cap. † Be. t Pi. v Zeg. x G. sic Rib. E. Me. y Er. Riv. z Er. ex Val. a J. Cap. b Rib. Me.

& servando, & factis monstrando, quæ ex sanguine ipsius ortum habet, eodem intrabimus[c]. Per sanguinem Christi, quatenus effusus est in cruce[d]; per mortem Christi[*].

20. *Quam*, &c. Ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν] Ἣν refertur, vel ad *introitum*[f]: vel potiùs, ad *viam*[g]. Sensus utrobique idem[h]. Ἣν, nempe εἴσοδον, quem & ὁδὸν jam vocabit[i]. *Quam viam* (vel, *Eâ viâ quam*, Er. Il. Ti. V. P. Be.) *dedicavit nobis*, Pi. Er. Be. P. Val. V. J. Cap. vel, *Instravit*, Ca. vel, *initiavit*, Mo. G. Vulg. id est, primus ingressus est[k], ut nos post eum ingrederemur. Ea via est quam ipse suâ passione stravit ad cœlum[l]: ad verb. *innovavit*, E. Er. Ar. Æth. Vide suprà 9. 8. Illud ὁδὸν est πρόσθεσις, explicat enim illud quod εἴσοδον dixit[m]. Viâ quam construxit, & quam inivit ipse[n]. Vocis emphasis duo docet, nempe, viam hanc esse, tum novam, per solum Christum patefactam, tum sanctam, &c[o]. Ἐγκαινίζειν propriè dicitur, qui rem quampiam novam & jam absolutam primus adhibet in usum[p]. Trajectio hîc est, pro, ἣν ὁδὸν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν, id est, *Quem sanguinem nobis dedicavit tanquam viam*[q]. ¶ *Novam*, Πρόσφατον] *Recentem*, Er. P. Mo. Be. Pi. V. Interpretare ut suprà 9. 8. πρόσφατος, חדש[*]. *Viam nullius ante tritam solo*[r], recenter factam[†]. Vel, quæ nunquam vetustescit[t], sed semper vim suam obtinet[v]. Opponitur alteri vetustæ & obsoletæ & umbratili[x]. Ad verb. *recens mactatam*[y]; quod de *via* catachrestice dicitur[z]: sed h. l. convenit[a], & de industria usurpatur[b]; quòd hæc via nobis aperta est Christi morte, vel potiùs, ipsa est Christus moriens[c], vel, corpus Christi in cruce mactatum[d]. Al. πρόσφατος à πρὸς & φημὶ, *dico*, *celebro*, propriè est *nuper dictus*, vel, *recens celebratus*, postea in genere *recens*, *novus*. Indè Adverbium προσφάτως, *recenter*, *nuper*, Act. 18. 2. quomodo & πρόσφατον adverbialiter ponitur in Pindar. Pyth. Πρόσφατον Θήβα ξενωθεὶς, *Nuper Thebis hospitio acceptus*||. ¶ *Viventem*, Ζῶσαν] *Vivam*, Be. Pi. &c. id est, vivificam, ut Joh. 6. 51[*]. Meton. effecti[f]. Quæ ducit ad vitam æternam[g]; vel, quæ non moritur, id est, non abolетur[h]; nec vitâ caret, ut Templi velum[i], ac via[k], sed vivens & animata est, nempe, caro Christi, & Christus ipse[l]; & semper manet[m], viget & floret, perpetuæ est efficaciæ[n]; nec finit eos mori qui ipsam institerint[o]. Via ista dura & aspera videtur, quia sæpe etiam in mortem nos trahit; sed verè ad vitam ducit, eámque æternam[p]. ¶ *Per* (vel, Idque ingrediens *per*, Zeg. Aperuit nobis hanc viam *per*[q].) *velamen*, (מבית לפרכת, Levit. 16. 2[r].) *id est*, *carnem suam*] Nempe, in cruce immolatam[†]; per oblationem carnis suæ, quâ abstulit velamen, ut liberè ingredi possimus[t]. Per velum olim intrabant in sancta[v]. Sensus, q. d. Per hoc velum non excludimur à sacrario, ut Patres velo Templi; sed per illud, aut illius fracturam, 1 Cor. 11. 24. via nobis paratur, &c. Id quod significatum est ruptura veli in morte Christi, Matth. 27. v. 51[x]. *Caro Christi* rectè per velum significatur, quia sicut velum operiebat arcana Sanctuarii[y], & Arcam, in qua erat Jehova[z], & tamen ingressum illuc præbebat[a]; ità in carne Christi latuit Deitas[b], Col. 2. 9[c]. & tamen per eam ad Deum adducimur[d]. At caro Christi per *tabernaculum* præfiguratum fuit, Heb. 9. 11. ubi responsionem vide[*]. Ibi diximus, Corpus Christi totum vocari σκηνὴν. Ejus autem pars extima est *caro*, sicut velum σκηνῆς. In Sanctuarium interius pervadi non poterat nisi velo illo adaperto, id est, carne perruptâ[f], ac transfossâ variis modis, doloribus ac morte[g]. *Velum* considerari potest, vel, ut præbens, vel, ut prohibens, aditum & aspectum Sanctuarii; illo modo typus est Carnis Christi, hoc, typus dissidii inter Gentes & Judæos[h].

21. *Et* (sub. *habentes*, E. G. sive, *cùm habeamus*, Be. V. Pi.) *sacerdotem magnum* (Christum scilicet[i], qui adhuc in cœlis agit ea quæ Sacerdotis sunt, interpellando, &c[k].) *super domum Dei*] Vel, *præfectum domui Dei*, Er. P. Be. Pi. i. e. vel, 1. cœlo, ubi jam Christus est[l]; vel, 2. Ecclesiæ[m] universæ[n], & militanti & triumphanti, cujus quippe caput & Dominus est Christus[o]. Non jus tantùm illud, inquit, accepimus, sed & perpetuum habemus commendatorem rerum nostrarum. Is curam gerit Ecclesiæ. Ἐπὶ cum Accusativo apud Græcos idem valet quod *propter*, sicut & על Hebræum[p].

c G. d Pi. &c. * T. f Th. Oecum. & Caj. in E. g E. ex Theod. & Sy. h Ger. i G. k G. fim. Rib Me. l E. m G. n Chrys. in J. Cap. o J. Cap. p E. q Pi. * G. r G. fim. E. Me Rib. † E. fim. J. Cap t Jun. Be. Pi. J. Cap. v Pi. fim. J. Cap. Ger. x Be. y Pi. ex Be. z Pi. a Be. fic Pi. b Pi. c Be. d Pi. || Sch. * Pi. fic G. Be. J. Cap. f Pi. g E. Me. h E. i Gom. k Gom. fic E. l Me. m Rib. E. n Me. o Jun. p G. q Rib. r G. † T. fim. Pi. t Rib. v E. fim. Rib. x Gom. y E. Me. z Ger. a E. Me. b Ger. fic E. Me. c Ger. d E. Me. * E. f G. g Gom. h J. Cap. i E. Me. k Ger. ex E. l Gom. fim. Rib. ex Th. m E. Me. G. Zeg. Ger. n Me. o Ger. ex E. p G.

22. *Accedamus* (Nempe, ad sancta[q]; ad Sanctuarium cœleste[r], vel, ad Deum[†]: Deum nempe colamus[f], vel invocemus[v]. Vide suprà v. 1. & 4. 16. & 7. 25[x]. posthac autem eo fruituri[y].) *cum vero* (i. e. recto & sincero[z], quod facit id quod promittit[a].) *corde*] id est, Cordis affectu[b], ex animo id agentes quod exteriùs profitemur[c]; pietate non fictâ, *in simplicitate cordis*, Eph. 6. 5. Col. 3. v. 22[d]. non *corde malo*, de quo suprà 3. 12[*]. ¶ *In*, &c. Ἐν πληροφορίᾳ πίστεως] *In*, vel *Cum*, *certitudine* (vel, *plenitudine*, Vulg. G. *certâ persuasione*, Pi. sim. Be. Gom. *plerophoriâ*. Vox hæc notat, & *certam mentis persuasionem*, & *firmam cordis fiduciam*[*].) *fidei*, Er. &c. id est, fide plenâ sive certâ[f], nihil de Christi promissionibus dubitantes[g]; fide tali quæ hominem totum implet, quæ nihil relinquit vacui. Vide Col. 2. 2. 1 Thes. 1. 5. suprà 6. 11[h]. persuasione non imaginariâ, sed quæ Verbo Dei vero innitatur[i]. ¶ *Aspersi*, &c. Ῥεραντισμένοι, &c.] In MS. est ῥεραντισμένοι, ex dialecto, ut puto, aliqua[k]. *Aspersi* (id est, Ut qui simus aspersi[l]. *Expurgati per aspersionem*, J. Cap. sic Be. Allusio est ad ceremonias Legis, quarum expositio allegorica h. l. continetur[m]; ad aspersionem sanguinis, quâ olim mundabantur immunda[n].) *corda* (vel, *cordibus*, Er. Be. in *cordibus*, Pi. Mo. καρδίας, pro, κατὰ καρδίας[o]) id est, Corda mundata habentes sanguine Christi[p], per fidem[q], quâ *corda purgantur*, 1 Pet. 1. 22[r].) *à* (vel, & purgati *à*, Pi.) *conscientia mala*, Mo. Be. &c. id est, ab animo sibi malè conscio[†]; h. e. à peccatis[t], vocabulo Effecti sumpto pro Causa[v], quia hæc conscientiam malam seu vitiosam efficiunt[x]. Contrà, *conscientia bona*, Act. 23. 1. 1 Tim. 1. 15, 19. 1 Pet. 3. v. 16[y]. vel, ab omni simulatione. Alioqui *mala mens*, *malus animus*, perinde agit ac si fucum ipsi Deo facturus esset[z]. ¶ *Et abluti* (id est, Quum sitis abluti[a]:) *corpus aquâ mundâ*] id est, Aquâ ità corpus mundante ut per eam simul anima purgetur[b], h. e. sanguine Christi[c], vel, Spiritûs S. gratiâ[d]; vel, cum aqua baptismi, quæ nos à peccatis emundat[*]. Cui sententiæ favet, 1. quòd à propria vocum significatione sine necessitate non est recedendum[f]; 2. quòd *corpus* nominat, quod baptismo lavandum est, ut anima mundetur[g]. Obstat autem quòd Hebræis jam antè baptizatis frustrà juberet ut cum baptismo accederent[h]. Alludit hîc ad ablutiones legales[i]; ad aquam expiationis, quâ ritè abluti mundi omnino censebantur, q. d. Accedamus omnino mundi[k]. [Sensus loci:] Neque cor mala cogitet, neque corpus mala exsequatur: sed purum sit utrumque vi doctrinæ purissimæ, quæ & per Aquam significata est in V. T. (ut diximus ad Joh. 3. 5.) & nunc in Baptismo continetur. Par monitio ad puritatem *carnis* & *spiritûs* est 2 Cor. 7. 1. Est autem allusio ad locum Levit. 16. 4. Vide Præceptum jubens 91. & vetans 304[l].

23. *Teneamus*, &c. Κατέχωμεν τὴν ὁμολογίαν — ἀκλινῆ] *Teneamus* (vel, *Retineamus*, Be. E.) *confessionem* (vel, *professionem*, Ca. Be. G.) *spei* (i. e. fidem[m], spem & fiduciam[n], quam in baptismo professi sumus[o]; quam *confessionem spei* vocat, quia fide nititur spes, & illâ confessione profitemur nos sperare vitam æternam[p]. Egregiè commendat professionem addito *spei* nomine, ut 1 Pet. 3. 15. Illa professio spem vitæ æternæ habet comitem[q].) *indeclinabilem*, Mo. &c. Vulg. vel, *immobilem*, Ca. *non vacillantem*, Er. P. Be. &c. *nihil inclinatam*, vel, *nihil nutantem*, G. h. e. firmam & immotam[r]. q. d. Speremus firmissimè felicitatem quam nos sperare profitemur[†]. Nè titubet spes nostra, nec ab ea declinemus[t]. Hoc ideo dicit quia quidam jam malorum metu à professione defecerant: vide suprà 3. 1. & 4. 14. alii verò in ea vacillabant[v]. ¶ *Fidelis enim est*, &c.] id est, Verax & constans in promissis[x], ut qui mentiri non possit. Promisit autem introitum credentibus, &c[y]. Sic & 2 Cor. 7. 1. admonitio fundatur in *promissis*. Si nos Deum non fallimus, Deus [nos] non fallet. Sic & 1 Thes. 5. 24. 2 Thes. 3. 3. Hæc autem scribenda aut legenda per parenthesin: nam continuatur deinde sermo[z]. Non est ergò cur diffidamus sive ob hostium potentiam, sive ob infirmitatem nostram. Hanc autem spem superstruit Apostolus non licentiæ, aut ignaviæ, sed humili sedulæque pietati[a].

24. *Et*, &c. Καὶ κατανοῶμεν — εἰς παροξυσμὸν, &c.] *Et consideremus* (vel, *observemus*, P. Be. Pi. G. & Psal. 22. 27.)

q E. r J. Cap. † E. Pi. T. f G. v Pi. fim. J. Cap. x G. y J. Cap. z E. Me. a Rib. b Pi. c E. d G. * G. Rib. f J. Cap. g V. Zeg. Me. h Me. i G. k Ec. l G. m Pi. n E. n Rib. Me. o Pi. p V. fim. Jun. Me. q Jun. fic G. r G. † G. fim. Rib. E. t V. Me. G. v G. x Me. y G. z J. Cap. a Pi. b E. c Pi. d Be. * Me. fim. E. Gom. Chryf. Th &c. in Rib. f Gom. g E. h Rib. i Rib. fim. Ec. k Rib. l G. m Rib. Me n E. o E. fim. Rib. Me. p Rib. Me. q G. r Er. † Ca. t E. v G. x E. Me. y E. z G. a J. Cap.

22.17[b].) *alii alios* (proximorum nempe virtutes[c]; non ut eis invideamus[d], sed ut imitemur*. Alii aliorum curam geramus[f].) *in provocationem* (vel, *ad imitationem*, P. vel, *in hoc ut provocemus*, Er. Il. Ti. V. sic Ca. *ut nos acuamus*, Be. Pi.) *charitatis*, &c. Mo. P. &c. vel, *ad charitatem*, &c. Er. Be. Pi. &c. i. e. secundùm ea quibus ad charitatem & bona opera mutuò præstanda provocemini[g]. Observemus alii aliorum actus, & si qui languescant, eos excitemus ad dilectionem, & pia facta[h]. Observationem hîc præcipit, non insidiosam, aut vitiorum tantùm notatricem & carptricem; sed amicam, benevolam, & correctricem[i]. Παροξύνειν est vox media. Vertere licet cum Glossario, *exacuere*, *stimulare*. Sic παροξύνειν ἐπὶ μάχλην est apud Plutarchum[k]. Παροξυσμὸς propriè est *irritatio*, sive *exasperatio*[l], qualis est in invasionibus febrium[m]; est acerrima congressio naturæ cum morbo, quæ interdum est κρίσιμ. Postea transfertur ad vehementes animi impetus, ut Act. 15.39[n]. vel, est acris disceptatio[o]. Hîc autem (sicut & Prov. 6.3[p].) in bonam partem sumitur[q], ex adjectis[r]. Sic sunt duæ Hesiodo Ἔρι∂ος species, quarum unam laudat, alteram reprehendit†. Ἀντίφρασις est, qualis 1 Cor. 8.10. οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα φαγεῖν. Sic Tertul. *edificari* dicit *ad ruinam*[t]. *Paroxysmo* vitioso[v], de quo vitio tacitè eos hâc voce taxat[x], meliorem opponit[y], monétque ut illum vertant in contrarium; q. d. Sunt inter vos qui fratrum infirmitatibus offensi dissidia suscitant, conventus deserunt, &c. Contrà, vos adhortor ut eorum infirmitates dissimuletis & supportetis, &c[z].

25. *Non*, &c. Μὴ ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν] i. e. ἀλλήλων, ut 1 Cor. 6.7. & alibi[a]. *Non deserentes* (vel, *Nè derelinquatis*. Sic Participium vertitur per Imperativum, Rom. 12.9, &c[b]. *Nec deseramus*, Tre. ex Sy.) *collectionem* (vel, *congregationem*, Tre. ex Sy. Ar. G. *aggregationem*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. V. *consociationem*, Ca. *congregationem in unum locum*, ut 2 Macc. 2.7[c]. Sic & συναγωγὴ, Jac. 2.2. Hâc voce utitur, tum, nè à voce *synagoga*, Hebræorum cœtui propriæ, recederet[d]; tum, ut Christianorum Ecclesiam distingueret à Synagogis Judaicis, quas isti potiùs frequentabant quos hîc reprehendit; & ἐπὶ designat caput hujus cœtûs, nempe Christum*.) *nostram*, Vulg. Tre. Ca. vel, *eum ipsis*, Ar. *nostram ipsorum*, Mo. *nostri mutuam*, Er. P. Be. Pi. vel, *vestram*, titulo scil. q. d. eam communionem quam professi fuistis esse vestram. Ἑαυτῶν quidem est tertiæ personæ; refertur tamen etiam ad secundam & primam, quia reciprocatio referri potest ad quamvis personam[f]. Ἐπισυναγωγὴ, hîc non est *Ecclesia*, vel *cœtus*, sed ipsa potiùs *coitio*, sive *coeundi actus*. Hortatur ut frequentissimè conveniant Precum & Verbi audiendi causâ[g], quod & Ignatius præcipit[h], [verbis à G. citatis:] vel, nè Ecclesiam deserant per schisma aut Apostasiam, ad quam Hebræi proclives erant. Sic Latini ferè accipiunt. Cui favet v. seq[i]. Vel, nè conventibus Ecclesiasticis se subducant[k]; sive per fastum, quo cum pauperibus Christianis congregari dedignabantur, nisi locus illis honoratior concederetur, Jac. 2. sive ex metu persecutionum[l]; sive ex persuasione perfectionis, sive ex damnabili negligentia[m]. *Deserere conventus* est initium quoddam defectionis[n]. Contrà, in Ecclesiis Deus auget sua dona[o]. ¶ *Sicut*, &c. Καθὼς ἔθος τισὶν] *Sicuti mos est quibusdam*, Be. Pi. id est, multis. Λιτότης, sive μείωσις, qualis 1 Cor. 10.7, &c. ubi τινὲς ità ponitur. Sic vitat exaggerationis suspicionem, & lenitate verborum emollit animos, reíque tristitiam mitigat[p]. Sensus, Ut faciunt aliqui tepidiores[q], qui frequenter & ordinariè hoc faciebant[r]. Didicerat jam aliquos id fecisse; ideo metuit nè exemplum latiùs serpat†. Hoc Græcorum sensui favet. Nam *consuetudo* frequentiam actuum designat: Apostasia verò uno actu completur[t]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ παρακαλοῦντες] *Sed consolantes*, Vulg. Spe futuræ retributionis[v]: vel, *adhortantes*, Er. Mo. Be. Pi. E. Me. Ex præcedenti repetendum, [vel] ἑαυτοὺς, *vos mutuò*[x]; vel, *invicem*, V. vel, ἀλλήλους, *alter alterum*[y], *alii alios*, Pi. Be. J. Cap. Nempe, vel, nè conventus deserant[z]; vel, ad patientiam adversorum, & spem bonorum[a]; vel, ad perseverantiam. Ellipsis oppositi, ut Num. 9.16. Job. 23.17. Matth. 15.4, 5. Curantur contraria contrariis[b]. ¶ *Et tantò magis*] scil. Debetis hoc facere[c]. ¶ *Quantò videritis* (vel, *videtis*, Pi. E. &c.) *appropinquantem diem*] Vide ad Heb. 9.26[d]. *Diem* quo futurum est, ut qui hæc monita neglexerint, judicium suum ultrò acceperint*. *Dies* sæpe ponitur pro judicio, ut 1 Cor. 3.13. & 4.3. Sic Latini dicunt *diem dicere*, pro, in jus vocare[f]. *Diem* hîc intelligit, vel, 1. mortis[g], qui unicuique est dies judicii[h]; vel, 2. Judicii sive Excidii populi Judaici mox eventuri[i]; qui dies quietem præstabat Christianis, qui à Judæis persecutionem patiebantur, &c[k]. [De quo sæpe dictum.] Vel, 3. Judicii extremi[l], quo fidei, laboris, ac patientiæ suæ, mercedem accepturi erant: nec aliàs ferè sumitur *dies* solitariè positus, præsertim cum articulo, in scriptis Apostolicis, ut 2 Thes. 1.10. & 2.2. &c[m]. Hunc autem diem, licèt procul abesset, *appropinquare* dicit, id est, accedere magis & magis. Quod eò veriùs dicitur, tum, quia propè abest dies mortis, qui cuique diem judicii repræsentat; tum, quia tempus à primo Christi adventu ad secundum *novissima hora* vocatur, 1 Joh. 2.18[n].

26. *Voluntariè*, &c. Ἑκουσίως γὰρ, &c.] Citat hunc locum Clemens Alex. Strom. 2. ut probet, post Baptismum unam tantùm pœnitentiam admitti; aítque, Αἱ γὰρ συνεχεῖς καὶ ἐπάλληλοι, &c. (*Continuæ & alternatim recurrentes post peccata pœnitentiæ non multùm differunt ab iis qui prorsus non credunt, nisi in eo quòd isti conscii sint se peccare: & non liquet utrum deterius sit, scientem peccare; an pœnitentem ad delicta redire.*) Non dispari sensu hunc locum producit Theod. Quæ utiliter dici ad homines absterrendos ab iteratione criminum, & disciplinæ veteris Ecclesiæ satis congruere agnosco[o]. Ex hoc loco, sicut & illo Heb. 6. Novatiani pœnitentiam lapsis negandam colligebant. Quibus utique primâ facie non parum videtur suffragari. Qua de causa quibusdam Catholicis suspecta erat hæc Epistola; sed immeritò, ut videbimus. Non hîc dicit, *Nè desperent tales, sed corde contrito accedant ad thronum gratiæ, cum spe veniæ*, &c. tum, ut peccati hujus magnitudinem & periculum demonstret, cujus venia vix possit exspectari; tum, quia stantes retinere voluit à lapsu: alioqui certè cum lapsis, si seriò locum veniæ quærerent, aliter locuturus. Et fortasse alludit ad Legem Num. 15.30, 31. Quâ significatum est, ejusmodi peccatorum raram esse pœnitentiam & difficilem veniam[p]. [Locum sic reddunt:] *Nam si ultrò* (vel, *volentes*, Er. Ti. sic Tre. ex Sy. Vulg. *spontè*, Ar. *datâ operâ*, Ca. sic Æth. id est, non ex ignorantia[q], infirmitate[r], aut passione; sed ex prava, atque in malum ex habitu prona, voluntate†; ex malitia[t], elatâ manu, Num. 15.30[v]. Poterant dicere, A Christo recedo, sed invitus & coactus metu, ideo Deus hoc mihi condonabit. Huic cogitationi hâc voce occurrere voluit[x], monens, eos, licèt ex metu, *voluntariè* tamen peccare[y]; non ex subita passione, sed deliberato actu, & statu[z]; quia cognoverant illi virtutem Christi, & à Christo pendere hominum salutem, & proinde se nullo timore cogi debere, ut breve malum fugientes in perpetuas se conjiciant calamitates[a].) *peccaverimus* (vel, *pergamus peccare*, Ar. vel, *quis peccaverit*, Tre. ex Sy.) *post acceptam cognitionem veritatis*, Be. Pi. Er. &c. Evangelicæ scilicet, ut 1 Tim. 2.4. Tit. 1.14. Jac. 5.19[b]. λαβεῖν ἐπίγνωσιν ἀληθείας idem quod φωτισθῆναι, Heb. 6.4[c]. est, eam accipere non τυχόντως, sed eo modo quem describit Heb. 6.4, 5. vel, ità ut in conscientia penitus sit persuasus de veritate Evangelii[d]. Ἐπίγνωσις non est qualiscunque, sed *experimentalis* quædam *cognitio*. Vide Eph. 1.17. & 4.13. Phil. 1.9. Col. 1.9, 10. & 2.2. & 3.10. 1 Tim. 2.4. 2 Tim. 2.25. & 3.7. Tit. 1.1. Philem*. [Locum variè explicant:] 1. Si nos, nos, inquam, regeniti ἑκουσίως, h. e. more impiorum & irregenitorum, peccemus, plenâ scilicet voluntate, ut bonum nec faciamus, nec velimus, malum autem & approbemus, & velimus, & faciamus; si deficimus à nostra regeneratione, denuóque peccato mancipati lubenti animo peccemus, adempta nobis est deinceps omnis reconciliationis hostia. Quæ sententia verissima est[f]. 2. *Voluntariè peccantes* vocat eos qui post Baptismum in gravia peccata sunt relapsi, quibus *superesse* negat *hostiam*, id est, vel Baptismum, vel potiùs, mortem & crucem Christi, quatenus in Baptismo operatur; q. d. non posse eos iterum baptizando purgari[g]. Non placet: 1. quia Baptismus nunquam *hostia* dicitur, vel per

Marginal references (col. 1343): b G. c E. d Rib. * E. sic Rib. Me. f Be. g E. Me. h G. i Sch. k G. l E. Ger. m Ger. n Strig. o E. p G. q G. E. Ger. r G. † Strig. sim. J. Cap. t J. Cap. v Strig. x E. y Strig. z E. a G. b J. Cap. c G. d E. * Be. f J Cap. g Cam. h G. i E. k E. ex Chrys. &c. sim. Me. T. Zeg. Ec. l E. m Ger. n G. sim. E. o G. p J. Cap. q Me. r E. † G. t E. v E. sic Me. x G. E. y E. z G. E. a Me. sic E. b J. Cap.

Marginal references (col. 1344): c Ger. d G. * Jun. f Ham. g Me. h Ger. i J. Cap. sim. Ham. Med. k Ham. l E. sic Me. Ger. m E. n Ger. E. o G. p E. q E. Ger. sic G. r Ger. † E. t E Ger. v Jun. x Rib. y Rib. sim. Ham. z Ham. a Rib. b J. Cap. c G. d J. Cap. * G. f Dic. g Chrys. Oecum. & Aug. in E.

per *hostiam* significatur; 2. quia si talibus denegatur Baptismus, non indè consequens erit illis relinqui ignem æternum[h]. *Voluntariè peccantes* vocat eos qui perseverant in peccato usque ad mortem[i]. 3. Sed sic frustrà adderetur, *post notitiam*, &c. omnes enim sic perseverantes damnantur[k]. 4. Non hîc loquitur de quovis peccatō voluntario[l], mortifero[m], ex malitia commisso; sed propriè & peculiariter[n] de peccato in Spiritum Sanctum[o], de quo actum Matth. 12. 31. & 1 Joh. 5. 16[p]. vel, de peccato Apostasiæ[q], à fide & religione Christiana[r], quo quis ex professo & in universum resilit à Christo†; & ex destinato Christi odio & malitia, veritatem cœlestem[t], per revelationem Spiritûs Sancti patefactam[v], contra conscientiam abnegat[x], eámque maledictis proscindit[y], & oppugnat[z]. Non loquitur de particularibus lapsibus, sed de universali defectione, quâ illi ultrò, scientes & volentes, se ab Ecclesiæ societate & à Christo alienabant atque abdicabant[a]; sive quâ, vel ex metu, vel, ex amore mundi, cœtus publicos, & veritatem Christianam, à se agnitam, deserebant; spernentes monita Apostolorum ac præfectorum Ecclesiæ in publicis cœtibus tradita[b]. Ἀθετεῖν accipio pro *rejicere Christianismum*, sicut ἀθετηταὶ dicuntur *ii qui Legem rejiciebant*, suprà 3. 17. & *Angeli defectores*, 2 Pet. 2. 4[c]. & ἁμαρτωλοί, חטאים, vocantur, qui veluti peccandi quandam artem factitant, non autem ii qui quamvis ex consensu, tamen ex infirmitate & particulari lapsu, peccant[d]. Ii autem qui sic *à Christianismo deficiunt, & Christi sanguinem pro profano sanguine habent*, ut mox dicitur, per nullas *victimas* alias ad bonam frugem revocabuntur, ut veniam consequi possint. Hunc ergò locum eodem modo interpretor quo illum Heb. 6. 4*. Et hunc sensum esse liquet[f], ex Apostoli verbis, si pressiùs expendantur[g], & contextu[h], locíque circumstantiis[i]; ex iis quæ antecedunt [v. 23.] de *professione retinenda*[k], & ex versu præcedenti[l], ubi hoc agit ne Ecclesiam deserant qui semel in eam fuerant cooptati[m]; & ex horum descriptione[n], v. 29[o]. & ex collat. Heb. 6. 4, 5. 6[p]. Sensus, q. d. Si spontè Christianismum ejuraverimus, & ità quidem ut ex ignavis desertoribus fiamus hostes infensi[q]. Cogita porrò, Apostolum loqui de eo tempore, quando plerique jam adulti ad Baptismum accedebant, priùs diligenter instructi: in quibus proinde gravius erat peccatum defectionis quàm nunc sit eorum qui in infantia baptizati postea deficiunt[r]. ¶ *Non*, &c. οὐκ ἔτι, &c.] *Non* (vel, *Nulla*, J. Cap.) *ultra*, sive *amplius, pro peccatis* (nempe, eorum qui sic peccant†:) *reliqua est hostia*, Pi. Ger. &c. Quâ peccatum illud expietur[t]: q. d. ægrè ac vix reliqua est spes veniæ. Imò simpliciter *irremissibile* est[v], Matth. 12. 31. 1 Joh. 5. 16[x]. ut quod hostiâ Christi non expietur[y]; non enim aliam præter Christum hostiam invenient per quam peccata sibi remittantur[z], ideóque non est quòd salutem sperent nisi ad Christum revertantur[a]. Plerique tamen *hostiam* intelligunt, aliam quidem à priori, sed ejusdem Christi, quod rectius[b]: q. d. Non est quòd exspectent hostiam Christi pro suis peccatis iterandam, quod magnitudo lapsûs eorum, si reparandus sit, videbatur exposcere. Non enim ampliùs moritur, Rom. 6. 9[c].

27. *Terribilis*, &c. Φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως] *Sed* (sub. *huic reliqua est*, vel, *nihil amplius restat quàm*, Jun. Pendent hæc ex superioribus, q. d. Non relinquitur illis hostia, sed relinquitur[d]) *formidabilis*, sive *terribilis*, (vel, *horrenda*, Be. Pi.) *quædam exspectatio judicii*, Er. V. Be. Pi. &c. pro, *judicium exspectandum*[*], more Hebræo[f], per Hypallagen[g]. Pœna eos manet terribilis[h]. *Judicium* hîc pro damnatione & punitione sumitur[i]. ¶ *Et ignis æmulatio*, &c. Καὶ πυρὸς ζῆλος, &c.] *Et ignis fervor* (vel, *vehementia*, Er. Ti. *æmulatio*, Mo. *zelus*, Er. V. Tre. ex Sy. E. Me. J. Cap. h. e. zelotypia, furor, ira quæ flammis ultricibus vindictam exsequitur[k]. *Zelare* Hebræis dicitur qui dolore & justæ ultionis desiderio commovetur pro bonis adversùs malos[l]. *Zelum ignis* vocat ejus vehementiam[m], & impetum ulciscendi[n]. Πυρὸς ζῆλος est *ira Dei per ignem se exserens*. Vice versâ πῦρ ζήλου dicitur Ezec. 36. v. 5. Soph. 1. 18. & 3. 8. Sic dicimus pro eodem φλὸξ πυρὸς & πῦρ φλογός[o]. Est Prosopopœia, quâ igni tribuit vitam & vires[p], sensum[q], zelum pro gloria Dei vindicandísque illius injuriis[r], & impatientiam tantæ moræ & dilationis†, ut ignis sit instar irritatæ feræ quæ prædam apprehendit & devorat[t]; vel, instar lictoris exacerbati, qui gestit vindicare[v]:) *qui devoraturus est* (Ignis dicitur *comedere*, Esa. 30. 27. Jer. 5. 14. & alibi[x]:) *adversarios*, Be. Pi. &c. nempe *Dei*[y], ut Esa. 59. 18. Nah. 1. 2[z]. vel, doctrinæ salutis & gratiæ Dei[a]; qui Deo bellum indicunt, & quidem pietatis prætextu, quod forsan innuit præp. ὑπὸ [in ὑπεναντίους] ut diximus Col. 2. 14[b]. qui Spiritui Sancto resistunt, ut Act. 7. 51[c]. qui deficiunt à Lege Christi[d], deserentes aggregationes Domini & illudentes ipsi ac Ecclesiæ ejus[*]; jurati hostes Christi & Evangelii, quos κατ' ἐξοχὴν *adversarios* vocat[f]. Respici videtur historia quæ est Num. 16. 35. Levit. 10. 2[g]. *Judicium* & *zelus* est judicium quod exercetur ab eo qui zelo percitus est[h]. Ignem hîc intelligunt, vel, 1. Purgatorii; quod sic probant, quia hic ignis est æmulatio seu repræsentatio quædam ignis æterni. At in gehenna non est æmulatio ignis, &c. sed verè ignis, sicut adversarii ibi veri sunt[i]. Sed hoc facilè refellitur, 1. quia hic ignis consumit peccatores, quos in purgatorio tantùm purgari dicunt; 2. ex voce ζῆλος quæ nusquam repræsentationem, vel similitudinem, significat[k]. Vel, 2. Gehennæ[l], sive ignem æternum[m]. Hic sensus ad Scripturæ phrasin magis videtur accommodatus, eíque favet mentio *judicii*, quod c. 6. 2. *æternum* vocatur: ubi etiam legitur comminatio combustionis quæ reprobos manet. Ignem autem hîc corporeum intelligo, &c[n].

28. *Irritam*, &c. Ἀθετήσας —— χωρὶς οἰκτιρμῶν, &c.] *Qui aspernatus fuerit* (vel, *transgressus fuerit*, Sy. vel, *abrogârit*, Be. Pi. *abjecerit*, P. Calv. sic V. *irritam fecerit*, Vulg. sic Er. J. Cap. *violavit*, G. Me. ut Ezec. 22. 26. & alibi[o].) *Mosis legem*, (vel, 1. aliquod Legis præceptum violando[p]. Intellige hoc de criminibus quibus mortis pœna in Lege constituta est[r]; q. d. qui petulanter contrà venerit, non secùs acsi Lex esset abrogata aut nunquam lata, ac proinde ipse illâ non teneretur. Metonymia efficientis καταχρηστική†. Sic accipiunt præter Syrum, illi qui *voluntariè peccantes* de quovis peccato mortali acceperunt[t]. Est argumentum à minori, non solùm quia à Lege Mosis argumentatur ad Legem Christi; sed etiam quia argumentatur à transgressione alicujus præcepti illius Legis ad abjectionem totius Legis Christi, & ad Apostasiam[v]. Vel, 2. Legem prorsus abjiciendo[x], Judaismum deserendo[y]; vel, alios ad eum deserendum palliciendo[z], ad deos alienos declinando[a]. Huic sensui favet verbum ἀθετεῖν[b], quod idem hîc est cum ἐγκαταλείπειν, v. 25. & κατ' ἐξαίρετον hîc ponitur: alioqui multa erant Legis mandata quæ si quis sciens transgressus fuerat capital erat[c]. Est hoc argumentum non à minori, sed ab analogia seu proportione: quâ nimirum ex comparatione Legis cum Lege colligitur comparatio supplicii cum supplicio‖. Respicit ergò hîc locum Deut. 13. 5, &c[d]. vel, Deut. 17. 2, &c. ubi sequitur & hæc sententia, *In ore duorum*, &c. Et hinc constat totum hunc locum accipiendum esse de peccato Apostasiæ; ut sit comparatio hominis abjicientis Legem Mosis cum eo qui deserit Legem Christi[*].) *absque misericordia* (vel, *miseratione*, Tre. ex Sy. Æth. *miserationibus*, Mo. Ar. Alludit ad Deut. 13. 8. *Non parcet oculus*, &c[f]. Ostendit inexorabilem Legis severitatem[g]. Ἀπαραίτητος ἡ κόλασις, ait Josephus. Neque Rex, neque Senatus, ignoscendi habebant potestatem[h].) *sub duobus aut tribus testibus* (vel, *ex duorum aut trium testimonio*, Be. Pi. sim. E. ex Amb. Testium nempe oculatorum & minimè suspectorum, ut ratio & res ipsa docet[i]: si scil. res ad cognitionem Judicum perveniat, Deut. 17. 6. Dei autem cognitionem nemo effugit[k]. Probationem criminis sufficientem exigit[l].) *moritur*, Er. &c. Gladio, lapidatione, strangulatione, aut igne[m].

29. *Quantò*, &c. Πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας] *Quantò, putatis, deteriore* (vel, *acerbiore*, P. Be. Pi. E. *graviore*, E. Me.) *dignus judicabitur* (vel, *censebitur*, Be. Pi. &c.) *supplicio*, Mo. In politia & Ecclesia Dei, qui coram infinitis testibus hoc facit, &c[n]. Nam & crimen est gravius, ut jam dicet, & Deus in sua manu pœnas habet ad quas nulla potentia humana potest pertingere. Et eleganter interjicitur illud δοκεῖτε, *Quid ipsi putatis ea de re?* Sicut ἄξιος, ità ἀξιόω, vox est media, & tam ad pœnas, quàm ad præmia, refertur[o].

h E. i Occum. in E. k E. ex Aquin. l Gom. m E. n Ger. o Ger. Be. Gom. p Gom. q E. ex Titelm. Mont. Cath. & Hasselm. Rib. Me. T. Calv. Be. J. Cap. Ger. Ham. Er. V. r E. sic V. Me. &c. † Be. t Gom. sic Ger. v Gom. x Ger. sic Gom. y Gom. z Gom. Ger. sim. Be. a Calv. b Ham. c G. d Be. * G. f Be. g E. h E. Calv. i Gom. k G. l J. Cap. m Calv. n Ger. o Ger. Be. p Ger. q J. Cap. r E. † Di. t T. sic Me. v J. Cap. sic Gom. x J. Cap. y Gom. z Rib. in E. a Rib. sim. J. Cap. b E. c E. sim. Ger. d Rib. sic E. * G. J. Cap. E. Me. f G. g J. Cap. h G. i E. Me. k J. Cap. l E. m Me. V. n V. o G. p Rib. ex Th. E. q Me. r E.

† Me. t E. v T. x G. y G. J. Cap. z G. a Camer. b Be. c Pi. d Er. * Jun. f J. Cap. g G. h J. Cap. i Q. in E. k Ger. l E. sic T. m Jun. n E. o G. p Q. in E. r G. † Pi. t E. v Rib. x E. y J. Cap. sim. Be. z J. Cap. a E. b E. sim. J. Cap. Ger. c G. ‖ E. ad v. 29 d J. Cap. * E. f J. Cap. g E. h G. i J. Cap. k G. l E. m G. n Gom. o G.

¶ *Qui*, &c. Ὁ——καταπατήσας.] *Qui filium Dei conculcârit*, Er. Be. Pi. &c. id est, terit pedibus, putà quantum in se est [p]; non actu, sed voluntate, ac studio ipsum deprimendi [q]; id est, perinde facit acsi illum de solio cœlesti deturbaret pedibúsque tereret [r]: *proculcans* tanquam inutilem †, בעט, 1 Sam. 2. 29 [t]. contemptui habens [v]: extremi contemptûs indicium hoc est. Quanquam autem Filium Dei quodammodò vilipendit, quisquis morte ejus redemptus post baptismum in pristinam peccati servitutem sese revolvit, vel in grave peccatum reciderit [x]; propriè tamen hoc pertinet ad eum qui Christi fidem abjicit [y]. Qui autem Christum redemptorem suum credit ac veneratur, etiamsi infirmitate animi legem violet, non videtur propriè Christum conculcare, multò minùs sanguinem ejus pollutum existimare [z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὸ αἷμα—κοινὸν ἡγησάμενος ἐν ᾧ ἡγιάσθη] *Et sanguinem testamenti* (id est, quo sancitum & confirmatum est novum fœdus [a]:) *communem* (*Commune* Judæis idem ferè erat quod *immundum*, quia quæ in communi usu hominum erant, ipsis vetita sunt [b]: vel, *pollutum*, Vulg. *abbominandum*, Er. *profanum*, Be. Pi. *ceu rem prophanam*, Er. Ti. V. *pro sanguine profano*, G.) *ducens*, (vel, *duxerit*, Be. Pi. *existimârit*, sive *habuerit*, Er. V. sim. Zeg. *habens*, G. id est, polluens [c], quantum in ipso est [d], blasphemiis, ut in seq. explicatur *: vel, pro communi & vulgari habens [f], nec alio loco habens quàm sanguinem immundi animalis, vel cujusvis hominis [g]; acsi non plus illis haberet virtutis ad conferendam munditiam [h], ità contemnens ac si res esset immunda [i]: vel, morte dignum Christum pronuncians tanquam Dei nomine abusum. Hoc est quod suprà 6. 6. dictum est *iterum crucifigere & infamare* [k].) *in quo* (id est, cujus virtute [l]; vel, *per quem*, Er. P. Be. Pi. Tre. Me. nempe sanguinem [m]:) *sanctificatus* (vel, *lustratus*, Ca.) *est*, Mo. Ar. Ca. vel, *fuerat*, Er. Pi. Be. G. &c. Aoristus hic pro Plusquamperfecto ponitur [n]. Pertinet hoc, vel, 1. ad Apostatam [o]: qui eo *sanctificatus* dicitur [p], id est, redemptus [q], emundatus à peccatis [r], in Baptismo †; à vitiis purgatus sanctúsque factus [t]; remissionem peccatorum & sanctificationem consecutus [v]: vel, *sanctificatus fuerat*, comparatè scilicet [x], externâ fidei professione [y], & internâ mentis illuminatione [z], gustúque aliquo perfunctorio atque transeunte [a]; & quâdam immutatione cordis [c], & vitæ [d], internæ quoque sanctificationis consortem se esse finxit, & apud alios habebatur *; ut dictum sit κατὰ δόξαν [f]. Vel, 2. ad Filium Dei, qui per sanguinem suum *sanctificatus fuit* [g]; id est, in sanctam victimam consecratus, ut Joan. 17. 19. Pertinet hoc ad impietatem Apostatæ hujus exaggerandam, quòd talem sanguinem prophanum duxerit [h]: qui tantò melior est omni sanguine, ut homines sanctificare possit [i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ—ἐνυβρίσας] *Et spiritum gratiæ* (id est, vel, quem summo Dei beneficio acceperant [k]: vel, authorem gratiæ [l], quam & confert & obsignat [m]; & gratuitorum omnium donorum Dei, & vocationis ad fidem Christi, quæ potissimum *gratiæ* nomine hîc intelligitur [n]: vel, qui hominem Deo gratum reddit [o]: vel, qui quodammodò Dei gratiam, id est, sanctificationis opus, incipiebat in ipsis obsignare [p]: qui cordibus electorum testatur de gratia Dei [q]. Vide Zach. 12. 10. qui gratiâ suâ mentes eorum illuminabat [r].) *contumeliâ affecerit*, Be. Pi. Er. &c. Nullius pretii æstimans tantum donum, quo se ipse ait privatum †: gratiam in baptismo acceptam novis peccatis expellens [t]: & donum gratiæ antè acceptum depellens à se, & omnem lucem gratiæ sibi oblatam ultrò extinguens, &c [v]. vel, quia Christum ipsum, cujus merito spiritum sanctificationis acceperat, deserit ac repellit [x]: vel, quia contumeliis suis obscurare satagit & opprimere veritatem, & testimonium illius [y], de veritate Evangelii, arguendo eum mendacii [z]: vel, quia Evangelium spernit patefactum per nos quos Spiritûs S. donis & authoritate instruxit, &c [a]. designat hîc *peccatum in Spiritum Sanctum*, cujus vera definitio hinc & ex Heb. 6. colligi potest [b]. Vides hîc etiam eos qui Spiritum acceperant, qui nisi justificatis non dabatur, defectores fieri posse. Vide 1 Thess. 5. 19 [c]. Summa est, tantum esse hoc maleficium, ut uno eodémque peccato singulis officiis beneficiísque Christi & me-

diis omnibus ad ea omnia fruenda necessariis, omnino renunciantes, ipsi sibi omnem præcludant viam remissionis peccatorum obtinendæ, &c [d].

30. *Scimus*, &c. Οἴδαμεν, &c.] *Novimus* (q. d. vobis loquor *Hebræis*, qui in Scripturis instituti mecum nôstis *:) *eum qui dixit*, Be. Pi. E. scil. hanc esse Dei vocem [f]. Cogitemus quis & quantus, Deut. 32. 35 [g]. Scimus quàm verax & potens sit [h], quàm constans in promissis & minis suis †. ¶ *Mihi vindicta*, (vel, *Meum est ulcisci*, Be. Pi. Mihi vindictam reservo [i].) *Ego retribuam*] Sensus, Mihi competit jus & officium ulciscendi adversarios, atque illud exsequar suo tempore [k]. Cavete ergò nè sibi quisquam vestrûm id arroget [l]. Illum in Christum & Spiritum S. injuriosum, quem supplicii dignum esse ostendit, hîc puniendum probat [m]; ídque à Deo, quod punitionem terribilem fore docet [n]. Verba hæc ex Hebræo sumpta, ut & à *Paulo* Rom. 12. 19. qui & ipse alia ejus capitis verba aptat Christi temporibus, Rom. 10. 19 [o]. At ibi [Deut. 32.] agitur de idololatris [p]. Resp. Ibi & de Dei desertoribus agitur [q], ut patet ex v. 18, 19 [r]. & de hostibus populi Dei. Ità innuit Apostolus se v. præced. de magnis egisse peccatoribus, qui hostium loco habendi sunt, quos ideo *adversarios* antè vocavit †. ¶ *Iterum*] Deut. 32. 36 [t]. Repetuntur autem Psal. 135. 14 [v]. ¶ *Judicabit*, &c. Κρινεῖ, &c.] *Judicabit populum suum*, Er. Pi. &c. id est, puniet, vel plectet [x]. Sed hoc non videtur congruere cum præsenti instituto [y]. Resp. 1. Judicium discussionis hîc intelligitur, quo examinat Deus facta populi sui, ut malos puniat, bonos remuneret [z]. 2. *Judicare* hîc est gubernare [a]. *Jus dicet populo suo*, i. e. præest Ecclesiæ suæ [b]. Eam ergò indubiè purgabit [c], & severè puniet tum hypocritas [d], tum apostatas *, à fœdere quo erant populus Dei, sive ab Evangelio quod amplexi erant [f]; est enim officium hoc Judicis, bonos defendere ac sublevare, malos punire. Aptè ergò hîc locus citatur ut Hebræos ab apostasia deterreat [g]. 3. Κρίνειν hîc est *vindicare* [h]. Sensus est, Deus judicium faciet pro populo suo, puniendo adversarios, tanquam desertores & impugnatores populi sui [i]. Sic etiam ultionem sumet Deus de iis qui Ecclesiam contempsere [k].

31. *Horrendum est incidere in manus Dei viventis*] Qui cùm in æternum vivat in æternum etiam potest punire [l]. Vide Mat. 10. 28 [m]. vel, *viventem* vocat, quia omnia peccata & videt & punit, quod cæca & mortua idola non faciunt [n]. Vide suprà 9. 14. *Incidere in manus* est pœnas dare, 2 Sam. 24. 14. Sirac. 2. 18 [o]. Obj. David optat *incidere in manus Dei*, 2 Sam. 24. 14. Resp. David loquitur de Deo ut patre, filium suum pœnitentem & veniam petentem castigante [p], medicâ & paternâ manu [q], & cum *misericordia*, ut ibi additur [r]. Apostolus de Deo ut irato judice, peccatores protervos & impœnitentes puniente †.

32. *Rememoramini*, &c. Ἀναμιμνήσκεσθε, &c.] Hortatur eos in præced. exemplo eorum qui pereunt [t]; hîc suo ipsorum exemplo [v], excitat eos ad fortitudinem [x]. Simile in Apoc. 2. 3 [y]. ¶ *In*, &c. Ἐν αἷς φωτισθέντες] *In quibus illuminati*, Mo. Er. &c. vel, 1. baptizati [z]; qui *illuminati* olim dicebantur [a], & baptismus veteribus dicebatur *sacramentum illuminationis* [b]: vel, 2. acceptâ primùm Evangelii luce [c], quando primùm facti estis Christiani, Act. 2. & 4 [d]. Vide ad Heb. 6. 4 *. ¶ *Magnum*, &c. Πολλὴν ἄθλησιν, &c.] *Ingens certamen* (Sic ἀγωνίζεσθαι usurpatur Col. 1. 29. Et hîc ἀγῶνα Græcam vocem posuit Syrus [f]:) *afflictionum* (id est, dura & ardua pro Christi nomine [g]: luctam cum rebus adversis. Nam παθήματα dicuntur omnis generis adversa, Rom. 8. 18. 2 Cor. 1. 6, 7. Phil. 3. 10. &c [h]. afflictiones à persecutoribus illatas [i].) *tolerâstis*, Be. Turpe ergò foret vos jam deficere [k]. Nota, afflictiones fidelium non esse ultiones, non satisfactiones; sed castigationes paternas, vel ἄθλησεις honorificas [l].

33. *Et*, &c. Τοῦτο μὲν] *Hoc quidem*, Mo. *In altero quidem*, E. ex Vulg. *Tum*, Val. Er. v. 30. *Partim quidem*, Er. Be. Pi. P. Ca. G. V. Zeg. E. Me. Nam sic Demosthenes & Græci alii usurpant [m]. ¶ *Opprobriis & tribulationibus* (sub. *afflicti estis vos*, V.) *spectaculum*, &c. Θεατριζόμενοι] id est, θέατρον γενόμενοι, ut 1 Cor.

1 Cor. 4.9[n]. *Spectaculo* (vel, *Ipsi ostentui*, Ca.) *fuistis*, Er.Il.Ti.D. *In theatrum producti*, Be. sim. P.Pi. Val. vel propriè, vel metaphoricè[o]: palàm, velut in theatro, ad spectaculum expositi, cum gravi ignominia[p], ut illi qui in theatrum cum gladiatoribus, aut cum bestiis, pugnaturi mittebantur[q]. *Spectaculum fuistis omnibus per ingesta vobis probra & damna.* Ità rectè hîc Syrus[r]. Θεατρίζεσθαι nihil aliud est quàm *ostentui esse*, teste H. Stephano †. ¶ *In*, &c. Τοῦτο δὲ κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενηθέντες] *Hoc autem* (vel, *In altero*, Vulg. E. *Tum*, Val. Er. *Partim verò*, Be. Pi. E. Me. &c.) *socii* (vel, *communicantes*, Mo. *participes*, Ar. *consortes*, Er. Il. Ti. Tre.) *taliter* (vel, *ità*, Er. Ti.) *conversantium* (vel, *in tali statu existentium*, Il. sim. P. Pi. vel, *eorum qui sic agitantur*, Be. ut ἀναστρέφεσθαι accipiatur pro sursum & deorsum verti[t]: vel, *eorum qui sic se gesserant*, Ar. *eorum cum quibus sic actum est*, Ca. *eorum qui in malis talibus versabantur*, G. sim. Tre. ex Sy. ad verb. *eorum qui sic versantur*, nempè in probris & afflictionibus[v]. Sic κακὴ ἀναστροφὴ, 2 Macc. 5.8[x].) *effecti*, Mo. id est, ut mox exponet, συμπαθήσαντες[y]. Significat, eos & dolore tactos ex fratrum malis, & succurrisse eos quantum poterant laborantibus, deprecando pro iis & necessaria subministrando[z].

34. *Nam & vinctis*, &c. Τοῖς δεσμοῖς μου, &c.] Probat duo quæ posuerat membra, sed inverso ordine[a]. *Vinculis meis* (vel, 1. quæ passus est in Judæa[b]; vel, 2. in quibus Romæ jam detinebatur[c].) *compassi estis*, Mo. vel, *condoluistis*, V. sim. P. Be. Pi. Al. *Vinctis compassi estis*, Vulg. δεσμίοις legit Vulgatus[d], & Syrus, & MS. Sic & Heb. 13.3. Sic ergò legendum*. Sed textus originalis non est mutandus ex conjecturis[f]. Post Stephani mortem vehementer vexati fuere illi in Judæa Christiani, ut videre est Act. 11. 19. 1 Thes. 2.14[g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων, &c.] *Et direptionem* (vel, 1. factam authoritate publicâ, quæ eas fisco vendicabat[h]; vel, 2. per plebis seditiones, quæ sæpe ex odio religionis oriri solent[i]:) *facultatum vestrarum cum gaudio excepistis*, Pi. sim. Be. &c. Animo ut patienti[k], & æquo[l], ità & læto atque gaudenti[m]; nempe, ut virtutum exercitia, & maximorum præmiorum segetem[n], & quòd summum honorem existimarent ob Christum pati, Act. 5.41. Mat. 5.12. Jac. 1.2[o]. Hinc colligitur, non omnes in Judæa fratres omnia sua reliquisse, & communem, Apostolorum exemplo, vitam egisse; sed aliquos propria possedisse, quorum rapinam pati possent. Unde & Heb. 13. hortatur eos ad hospitalitatem, &c[p]. ¶ *Cognoscentes*, &c. Γινώσκοντες ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς—ὕπαρξιν, &c.] In Glossario, ὕπαρξις, *substantia, opes*. Usurpant Polyb. & alii, etiam Lxx, ut Prov. 13. 11. & 18. 11. & 19. 14. &c. In MS. est ἔχειν ἑαυτοὺς pari sensu; & deest ἐν οὐρανοῖς, ut in Latino. Ἑαυτοὶ apud Græcos omnis personæ est. Vide suprà v. 25[q]. *Scientes* (vel, *Ut qui sciretis*, Be. Pi. &c. fidei notitiâ, ortâ ex promissione Dei & internâ Spiritûs S. obsignatione, Eph. 1. 14. & 4. 30[r]. *Ut qui apud vos essetis conscii*, testificatione scilicet Dei cum animis vestris †. [Ità transponunt illud ἐν ἑαυτοῖς, quod reliqui suo loco relinquunt:]) *vos habere* (Dicuntur rem habere ad quam jus habent, loquendi genere etiam Jurisconsultis usitato[t]:) *in vobis* (vel, *apud vos*, Be. Pi. ob fidem & spem certam illius in cordibus &c[v].) *potiorem substantiam* (id est, bona ac facultates[x], divitias meliores[y]; quæ & nobis eripi non possunt, & nos meliores reddunt ac beatiores[z]. Intelligit bona vitæ æternæ, quæ & *thesauri* nomine vocantur, Mat. 6. 20. & 19. 21. Marc. 10. 21. Luc. 12. 33. Sic & Sapientiæ adesse dicitur הון עתק, *substantia durabilis*, Prov. 8. 18[a].) *in cœlis*, (ubi nobis reservatur virtute Dei; ubi tineæ non rodunt, nec fures diripiunt[b]. Hoc præclarum elogium omittit Vulgatus, sed habent Sy. & Ar. & omnes cod. Græci[c].) *ac manentem*, Er. &c. Permanentem in se, & in nobis ad perpetuitatem gloriosam[d].

35. *Nolite*, &c. Μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν] *Nè igitur* (Cùm tam horrendum sit desertorum exitium; cùm tot pro veritate toleraveritis*.) *abjicite* (vel, *jacturam facite*, Be. J. Cap. rei videlicet tam pretiosæ[f]: vel, *amittite*, J. Cap. ex Vulg. Sic sumitur ἀποβάλλειν, tum Act. 27. 22. Rom. 11. 15. tum, apud Josephum Antiq.

[n] G. sic Be. [o] Pi. [p] E. sim. Ger. [q] Me. [r] G. † Ger. sim. Be. [t] Be. [v] Pi. [x] G. [y] Idem. [z] G. sim. E. Ger. Gom. [a] G. sic E. [b] E. [c] Gom. sic Q. in E. [d] Me. * G. [f] Ger. [g] G. [h] E. Ger. [i] G. [k] Me. [l] E. [m] Be. Me. [n] E. [o] G. [p] E. [q] G. [r] Gom. † Jun. [t] G. [v] Ger. sim. Be. J. Cap. [x] Be. [y] Me. [z] J. Cap. [a] G. [b] Jun. [c] J. Cap. [d] Jun. * J. Cap. [f] Be.

5. 11. & 7. 1. &c. & apud Epiphanium[g].) *vestram confidentiam*, Te. Me. quam scil. ex conscientia bonorum operum concepistis[h]: vel, *confidentiam* vocat opes cœlestes tantâ patientiâ comparatas[i]: vel, *fiduciam*, Er. P. Mo. Pi. Gom. E. Jun. J. Cap. eam scil. quâ subnixi talia tolerâstis. Nam nunc ab ea deficere, quid aliud foret quàm unà cum spe abjicere res ipsas promissas atque speratas, quas propè manibus tenetis[k]? *fiduciam* quam habemus in Christo, Eph. 3. 12. quæ πληροφορία πίστεως dicitur, suprà v. 22. quâ Deum invocamus ut Patrem, & ad Sanctuarium ejus accedimus[l]. Huic versioni favet, tum, præced. *scientes*, &c. cui opportunè subjicitur fiducia ex scientia illa orta; tum, quòd παῤῥησία in hac Epistola perpetuò pro *fiducia* usurpatur[m], ut Heb. 3. 6. & 4. 16. & 10. 19[n]. vel, *liberam illam professionem*, Be. sic G. Christianismi, ut [vox sumitur] Marc. 8. 32. Act. 4. 13, 29, 31. & alibi[o], ut opponatur Apostasiæ illi quâ Christus abnegatur[p]. Ità Synecdochicè acciperetur pro libera professione Evangelii, quo modo nuspiam usurpatur[q]. ¶ *Quæ*, &c. Ἥτις ἔχει μισθαποδοσίαν, &c.] Hanc vocem habes Heb. 2. 2. & 11. 26[r]. ¶ *Quæ* (Nempe fiducia, ac spes cœlestium bonorum, unà cum bonis operibus indè profectis †:) *magnam habet præmii*, sive *mercedis, retributionem*, Be. Pi. G. id est, jus habet ad magna præmia[t].

36. *Patientiâ*, &c. Ὑπομονῆς, &c.] *Nam vobis opus est patientiâ*, Jun. J. Cap. vel, *tolerantiâ*, Pi. vel, *patiente exspectatione*, quâ spe præmii duretis in malis[v]. Hâc unâ re indigetis, cœtera habetis omnia[x]. Non sufficit cœpisse, perstandum est: Mat. 10. 22. & 24. 13. Marc. 13. 13. Luc. 21. 19. Rom. 2. 7[y]. ¶ *Ut voluntatem Dei* (id est, præcepta Dei, quorum non postremum est, adversa patienter & perseveranter ferre pro Christi nomine[z]:) *facientes*, Ποιήσαντες] *Postquam feceritis*, sive *peregeritis*, E. Nempe ad finem usque[a]. ¶ *Reportetis promissionem*] id est, Bona promissa[b], ex phrasi Scripturæ[c]. Sic Luc. 24. 49. Act. 1. 4. Heb. 6. 15. & 9. 15. Κομίζειν verbum valde proprium ad significandam boni aut mali perceptionem ex præcedente promisso, aut comminatione, 2 Cor. 5. 10. Eph. 6. 8. Col. 3. 25. Heb. 11. 19, 39. &c[d].

37. *Adhuc*, &c. Ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον] Phrasis sumpta ex Esa. 26. 20. ubi pro כמעט רגע, *secundùm paululum momenti*, Lxx habent μικρὸν ὅσον ὅσον*. μικρὸν ὅσον, ὀλίγον ὅλον, frequentia apud Græcos[f]. Repetere autem bis illud ὅσον est ex more Hebræorum[g], qui geminatione vocis significatum intendunt[h]. Similis locutio Jer. 23. 3[i]. [Verba sic reddunt:] *Adhuc enim parvum*, sive *modicum, quantum quantum*, Mo. E. vel, *paululum, pauxillum*, Jun. Pi. *tantillum, tantillum* inquam, P. J. Cap. *parùm tantum, tantum*, id est, tantillum, perpusillum[k]; vel, *perpaulò post*, Ca. vel, *perpusillum temporis*, Er. Il. Ti. V. sic Be. Tre. ex Sy. sub. *est*, Tre. vel, *superest*. Sic Esa. 10. 25. מעט מוער[l]. Vide Hesychium[m]. Hæc verba sunt Scriptoris nostri, sequentia sumpta ex Abac. 2. 3[n]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ ἐρχόμενος ἥξει καὶ οὐ χρονιεῖ] In Hebræo est, *veniens veniet*, vel *veniendo veniet*, nempe visio, promissio, sive res & visa & promissa: geminatio vocis alibi assiduitatem, vel vehementiam notat; hîc autem certitudinem, q. d. Omnino & proculdubiò veniet[o]. *Is qui venturus est veniet, nec tardabit*, nempe Ignis in sensu vulgari, in sensu sublimiore Christus mundum judicaturus. Idem dicit quod suprà v. 25[p]. *Qui venturus est*, juxta Dan. 9. 26[q]. ad retributionem vestram & promissionum complementum[r], nempe Christus †; cujus periphrasis est ὁ ἐρχόμενος, ut Mat. 11. 3[t]. Luc. 7. 19[v]. Joh. 11. 27[x], Apoc. 1. 4[y]. Loquitur autem de adventu Christi non primo, qui jam præterierat, sed altero[z]; vel, 1. ad excidium Judaici Statûs & Templi & Cultûs, quod ut à Daniele, ità à Christo, prædictum erat, cujus proinde complementum fidem Christianorum de Jesu Messia plurimùm confirmabat[a]: vel, 2. ad judicium extremum[b], quod quomodo brevi venturum dicitur, vide ad v. 25[c]. Spatium certè breve Deo, cui *mille anni ut dies una*, Psalm. 90. 4[d]. & comparatione æternitatis*. *Tardare* dicitur non qui citò non venit[f]; sed qui non venit tempore quo venturus erat[g]; tempore convenienti, tum instituto suo, tum ἀξίᾳ rei[h]. In his verbis occupatio est. Dicerent, Hortaris ad pa-

[g] J. Cap. [h] Me. [i] Me. sim. T. [k] E. [l] J. Cap. [m] Gom. [n] Gom. J. Cap. [o] G. [p] Q. in Gom. [q] Gom. [r] G. † E. [t] G. [v] Er. sim. E. [x] Me Rib. ex Th. [y] G. [z] E. [a] G. [b] E. sim. G. Pi. J. Cap. [c] E. [d] G. * Di. [f] G. [g] G. sim. E. Ger. [h] E. Ger. sim. Er. [i] G. [k] Me. [l] G. [m] Cas. [n] G. [o] E. [p] G. [q] Med. l. 3. p. 819. [r] Jun. † Rib. E. Me. T. Ger. J. Cap. Ham. Med. [t] E. Me. [v] J. Cap. [x] Ger. [y] Me. [z] E. [a] Med. ib. [b] E. sic Me. T. [c] E. [d] Me. * E. [f] Me. [g] Me. sic J. Cap. [h] J. Cap.

tientiam: sed fatigat nos in longum dilata promissio. Respondet, Tempus promissionis dilatæ breve esse & modicum[i]. Sic Petrus fideles solatur, quòd mala illorum ad breve tempus durent, 1 Pet. 1. 6. & 5. 10[k].

38. *Justus*, &c. Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται] *Justus* (id est, Qui bonus rectúsque est[l], & verè Christianus[m]: vel, *Justus meus*, Vulg. Ità omnes Latini Codices, h.e. per gratiam meam justus factus ut Th. habet[n]. Ὁ δὲ δίκαιός μου est in MS. & in multis cod. Græcis Abacuci, & in Euseb[o]. Sed illud *meus* nec est in Græco, nec in Latinis cod. Rom. 1. 17. Gal. 3. 11. ubi idem locus citatur[p].) *autem ex fide* (vel, *ex fide mea*, Q. in E. ut est in Græco[q], testibus Hieron. Euseb. Theod. Syrus quoque *ex fide meiipsius*[r], id est, per fidem in me: vel, *in fide sua*, ut est in Hebræo †. Illud autem, *ex fide*, inter duas voces collocatum, utrique aptari potest; nam & *justificatio*, & *vita* salúsque, est ex fide[t]: *per fidem*, quâ creditur promissis Dei, & per spem indè conceptam[v]; per exspectationem promissorum. Vide dicta ad Abac. & ad Rom. 1. 17 ‖.) *vivet*, id est, manebit, respirabit[x]; semet sustentabit[y], eriget & solabitur in mediis malis, nè in iis ferendis fatigetur ac deficiat[z]. Hoc enim fidei officium h. l. præcipuè spectatur[a]. Alioqui per fidem homo & ex mortuo vivus efficitur, & in vita justitiæ conservatur ac proficit[b]. Al. Vitam æternam Hebræis hîc promittit ex fide, si eam retinuerint[c]. ¶ *Quòd*, &c. Καὶ ἐὰν ὑποστείληται οὐκ εὐδοκεῖ, &c.] Invertit verborum ordinem. Nam in Propheta hæc præcedunt, & apparet ad illud, ἐὰν ὑποστείληται, subaudiri τις[d]. Eadem hæc verba habentur apud Lxx*, quos hic Scriptor sequi amat[f]. Aliter in Hebræo[g], הנה עפלה לא ישרה נפשו בו, quæ vulgò in hunc sensum sumi solent[h], *Ecce extollitur, non recta est anima ejus in eo*[i]. [Quærendum ergò quomodo hæc concilianda sunt.] Lxx pro עפלה legerunt עלפה, & pro נפשו, נפשי. עלף, ut ad Abac. diximus, verti solet per ἐκλείπειν & ὀλιγοψυχεῖν· eundem sensum habet ὑποστέλλεσθαι· est enim *minus facere quàm rectum est*, Act. 20. 20. Hoc dicit Deus, si quis expectando defatigetur, & propterea exspectare bona illa promissa desinat, is mihi summopere displicebit[k]. Sed ordinaria lectio retineri potest[l]. R. Tanchum putat עפל idem valere ac עלף, Esa. 51. 20. Jonæ 4. 8. h. e. *deficere*; addítque עפל non modò *elatum esse, & extolli*, significare; sed etiam *remotum esse, tardare, retrahere se*. K. aliter, Sensus est, inquit, *Anima impii* עפלה, id est, *se ponit in clivo*, seu *in rupem & arcem subducit*, ἐκλείπουσα, putà, & ὀλιγοψυχοῦσα· verùm justus, qui confidit in Domino, non opus habet ut se in arcem recipiat, sed fide suâ vivit. Glossarium Hebræo—Arab. aliter adhuc עפלה, inquit, est *obstupuit, confusus*, vel *perturbatus, est*. Juxta has omnes sententias עפלה ὑποστείληται verti possit[m]. Ὑποστέλλεσθαι, ut docent Grammatici, est τὸ διακρύπτεσθαι· idem significat verbum Hebræum, *latere* ἐν τοῖς κρύφοις καὶ τοῖς σπηλαίοις, tanquam ἐν τοῖς ὀχυρώμασι. עפל dicebantur *spelunca*, sive αὐτοφυεῖς, sive arte factæ, quales plurimæ in montana Judææ regione erant, ad quas rebus adversis confugiebant Judæi, ut hostium impetus effugerent, ut Jud. 6. 2. 1 Macc. 2. Deus autem h. l. per Prophetam testatur, improbum bene sibi non consulere, qui posthabito Domino speraverit infortunium effugere si se in speluncarum propugnacula receperit: gratum enim & acceptum Domino id non est[n]. Arabes etiam verbum quod עפל respondet interpretantur *omittere*, seu *negligere*, vel, *aliò animum avertere*. Quod ad ea quæ sequuntur, ישר sæpe vertitur ἀρέσκειν, quod idem ferme ac εὐδοκεῖν· & illud dicitur rectum esse in oculis Dei, quo ipse sibi complacet. Verba igitur Hebræa illa ità sonant, *Ecce subducitur*, aut *negligitur*; vel, *subductio fit*, aut *neglectus* seu *desertio est*, (agentem subticendo, & verbis impersonaliter positis) *non recta est anima ejus cum eo*, i. e. non delectatur eo, Deo scilicet. Quod spectat ad נפשו, sciendum est, non infrequentem esse in textu Biblico à persona ad personam transitum, ut Psal. 24. 6. & 59. 10. Græci autem ibi verterunt *anima mea*, ut verba illa ad Deum referenda, atque ipsius personâ efferenda esse docerent[o]. Al. Verba discrepant, sed sensus idem est[p]. Propheta dicit, *Anima quæ se extollit*, vel *ebullit*, h. e. quæ se Deo opponit, per tumidam incredulitatem & defectionem; Paulus, *Si quis se subduxerit*, nimirum à Deo[q]. Idem est homo elatus, & incredulus, & qui se subtrahit. Sicut enim credere verbo Dei est humilitatis, ità nolle credere, superbiæ. Non credens autem subducit se, vel obedientiæ Divinæ, vel (quod potiùs significatum puto) præsentis vitæ malis & periculis, quæ fidelibus propter spem vitæ æternæ toleranda sunt. Nam Græcum verbum significat præ metu & socordia suffugere ac subducere sese, ut Act. 20. 20[r]. Deinde quod Prophetæ, *non est recta in eo anima*, id Paulo, *non probat eum animus meus*: quod idem est. Quibus enim non est rectus animus eos Deus reprobat †. Non placet impius Dei animæ, id est, Deo; quòd ipse se in anima sua, vel apud se, non rectè habeat[t]. Al. Non adducit Paulus verba Prophetæ ex professo, ideóque non est quòd de singulis horum versuum partibus accommodandis simus solliciti; cùm Apostolus exemplum duntaxat Prophetæ perstringat, ejúsque hypothesin cum sua comparet; & argumentetur ex analogia illius juris quo Deus in illa causa sic egit, & proinde in simili causa acturus est, quia naturâ est constantissimus, &c[v]. [His præmissis, ut par erat, ad vindicationem Apostolicæ citationis, pergendum ad versionem & explicationem loci.] *Et si* (vel, *At si* quis, Il. P. Be. Pi.) *subtraxerit*, vel *subduxerit, se*, Mo. Er. Il. Ti. P. Be. Pi. (id est, apostataverit à veritate Evangelii[x], à professione Christiana, & à publicis conventibus[y]; per incredulitatem, diffidentiam[z], pusillanimitatem[a], impatientiam[b]. Ὑποστέλλειν est *subtrahere*, Act. 20. 20, 27. vel, *detrectare* negotium, ut Gal. 2. 12. Heb. 12. 25. Hîc autem opponitur constantiæ ac perseverantiæ in professione Christiana inter omnes persecutiones, ídque spe præmii promissi, &c[c].) *non delectatur eo* (vel, *probat eum*, Jun. J. Cap. vel, *complacet in ipso*, E.) *anima mea*, Pi. &c. id est, Non mihi placebit[d]; absit ut ipsi indulgeam, cùm potiùs à tali infidelitate, &c. abhorream*.

39. *Nos autem* (credentes scilicet[f], vel electi, in quorum persona Paulus sæpe loquitur, ut Rom. 8. 33, & seq. 2 Cor. 5. 1, 2, 4[g]. Priorem sermonem, qui gravior esse, & Hebræis malè ominari, videbatur, hîc delenit[h]. Commodè hoc annectitur verbis præced. quæ causa mutati ibi ordinis[i].) *non sumus*, &c. Οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς — εἰς ἀπώλειαν, &c.] *Non sumus subtractionis*, sive *subductionis*, (sub. *filii*, Be. Pi. G. Vulg. ut sit integer Hebraismus[k]; q. d. filii subtrahentes se, id est, non credentes[l]: τέκνα ἀπωλείας, *ii qui deficiunt*, τέκνα πίστεως, *ii qui credunt & pergunt credere*[m]. Sic Eph. 2. 2. τέκνα ὀργῆς, *filii iræ*, id est, iræ Dei obnoxii[n]. Vel, *subtractores*, Er. vel, *ii qui nos subducamus*, sive *subtrahamus*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. V. Ca. Jun. putà ab illa fiducia, patientia, & fide, in quam vocati sumus[o]: vel, *divertentes*, Æth. qui refugiunt & detrectant obedire[p]: qui per ignaviam & impatientiam subducamus nos tolerandis ærumnis vitæ præsentis[q].) *in perditionem*, (id est, ut ultrò ruamus in mortem æternam[r], vel, quod nobis cedet in perditionem æternam †:) *sed fidei* (id est, fideles[t], vel ad fidem pertinentes[v], quâ justitiam Dei amplectimur, atque in ea vivimus[x]; quâ suffulti perferamus hujus vitæ mala[y]:) *in*, vel *ad*, (εἰς in utroque [membro] Exitum rei significat, ut ל Hebræum[z].) *animæ acquisitionem*, Mo. Er. Ti. Pi. sim. Tre. ex Sy. Metaphora à negotiatione, quâ quis, vel, acquirit ampliùs & lucratur, vel, perdit quod habebat[a]: vel, *restaurationem*, Ar. vel, *salutem*, Il. P. Be. Pi. J. Cap. In præsente seculo & futuro[b]: id est, ut non pereamus, sed nosmet servemus à morte tum spirituali, tum æternâ[c]: vel, quod nobis proderit ad salutem[d]. Περιποίησις ψυχῆς est quod κτᾶσθαι ψυχὴν dicitur Luc. 21. 19. περιποιεῖν, Mat. 16. 25. σώζειν, Marc. 8. 35. Luc. 9. 24. φυλάσσειν, Joh. 12. 25. De voce περιποιήσεως vide quæ diximus ad Eph. 1. 14. 1 Thes. 5. 9. 2 Thes. 2. 14*.

CAP. XI.

1. EST *autem fides*] In præced. hortatus est eos ad patientiam, ad quam fides necessaria est[a]; quod ostendit ex fidei notione[b], proprietatibus & exercitiis[c]. Cùm per Abacuci locum *fidei* incidisset mentio, voluit Scriptor

Marginal notes (left column): [i] E. [k] G. [l] Idem. [m] Ham. [n] E. [o] G. sim. E. [p] Ger. [q] G. [r] E. † G. [t] J. Cap. [v] E. ‖ G. [x] G. [y] G. E. Me. [z] E. Me. sim. Ham. [a] E. Me. [b] E. [c] Par. [d] G. * E. [f] G. [g] E. Poc. [h] Poc. misc. 4. 42. [i] Poc. sic E. [k] G. [l] Q. in Ham. [m] Poc. ib. 43. [n] Pet. var. lect. c. 13. [o] Poc. ib. 44. [p] Gom. sim. E. [q] Gom.

Marginal notes (right column): [r] E. † Gom. [t] Poc. sim. E. [v] Jun. [x] Ger. [y] Ham. [z] Me. sic Jun. Ger. [a] Me. Ham. [b] Ger. [c] Ham. [d] E. Me. * Jun. [f] E. [g] J. Cap. [h] Jun. [i] E. [k] Be. sic Pi. Me. [l] Me. [m] G. [n] Pi. [o] Jun. [p] Er. [q] E. [r] Jun. † E. [t] Me. T. [v] E. [x] Jun. [y] E. [z] G. [a] Pi. [b] Jun. [c] Me. sic T. [d] E. * G. [a] E. sic Ger. [b] E. [c] Ger.

Scriptor hîc magna ejus præconia congerere; non quòd sola fides sufficiat ad consequendam salutem, sed quòd ex fide nascatur & justitia & sanctitas illa cui vita æterna promittitur. Ideóque ostendit, Fidem semper à Deo & piis hominibus factam maximi. *Fides radix Legis*, aiunt RR. Bacchai & Channanel. Fidem autem intelligit eam quâ Dei dictis creditur atque fiditur. Neque enim de fide in Christum agit, dùm veterum temporum exempla profert; sed de fide in Deum, cujus species excellentissima est fides illa Evangelica, quæ ità est fides in Christum ut simul sit Fides in Deum; quia quæ dixit Christus ea dixit Dei nomine. Vide Joh. 14. 1. Describit autem h. l. Fidem partim per effectus, partim per causas, idque per Metonymiam. Videamus & alias fidei delineationes. *Fides* Sirachidæ, 25. 16. est ἀρχὴ κολλήσεως Θεῷ· Epicuro, πρόληψις διανοίας. Straboni, ἀεὶ τὸ ὂν στάσις. Basilidi, ψυχῆς συγκατάθεσις τῶν μὴ κινούντων τὴν αἴσθησιν διὰ τὸ μὴ παρεῖναι. Clementi Alex. Strom. 2. συγκατάθεσις ἰσχυρῷ τινι: item, ὑπόληψις ἑκούσιος, καὶ πρόληψις εὐγνώμονος προκαταλήψεως· deinde, ἰσχὺς εἰς σωτηρίαν, καὶ δύναμις εἰς ζωὴν αἰώνιον. Philoni, ὀχυρωτάτη καὶ βεβαιοτάτη διάθεσις, & alibi, τὸ μηκέτι ζητεῖν, & βεβαίως καταλαμβάνειν· & lib. De Abrahamo, παρηγόρημα Θεοῦ, πλήρωμα χρηστῶν ἐλπίδων, ἀφορία μὲν κακῶν, ἀγαθῶν δὲ φορά, κακοδαιμονίας ἀπόγνωσις, εὐσεβείας γνῶσις, εὐδαιμονίας κλῆρος, ἐν ἅπασι βελτίωσις ἐπερεισμένη τῷ πάντων αἰτίῳ, καὶ δυναμένῳ μὲν πάντα, βουλομένῳ δὲ τὰ ἄριστα. Alia de Fide & spe habet Philo lib. De præmiis & pœnis. Sic & Josephus Antiq. 2. 6. [Utriusque verba videsis in G.] Sumitur autem interdum *fides* ità ut Obedientiam comprehendat quam efficit Fides, teste Salviano[d]. [vide G.] Definit hîc Apostolus Fidem Antonomasticè dictam[*], sive Justificantem & Salvificam[f]; quam hîc describit aliquantò generaliùs, non modò quatenus justificat, sed quatenus generatim se habet erga Deum, & quævis ejus promissa, opera, & beneficia verbo revelata, præterita, præsentia & futura, apprehendit[g]. Probare vult quod dixerat *opus esse patientiâ*, ut ad salutem perveniamus. Propheta enim *justum fide victurum* asserit. Atqui fides ad res procul remotas nos vocat: necessariò igitur patientiam in se continet. Non ergò de tota fidei natura hîc disserit, sed partem elegit suo instituto congruentem, nempe, quòd cum patientia semper conjuncta sit[h]. Non est hæc definitio[i], justa sive perfecta, fidei[k], justificantis, sed qualiscunque[l], descriptio[m]; sive notatio[n], à proprietatibus & effectis in exercitio petita[o]; vel potiùs, encomium sive laudatio[p]. Ostendere vult, idem esse credentium omnium sub V. & N. T. fœderis, salutis, & fidei, objectum, Christum scilicet: id quod probat exemplis Patrum; in quibus tamen proponit pro illorum fidei objecto non tantùm promissionem Christi venturi, (sine qua fides exsistere nequit) sed etiam particulares aliquas ab ea dependentes promissiones, &c[q]. Hortatur Hebræos, ut exemplo majorum, qui constanter res futuras à Deo sibi promissas exspectârunt, credant vitam æternam promissam sibi etiam Deum donaturum[r].

¶ *Sperandarum*, &c. Ἐλπιζομένων ὑπόστασις] *Sperandorum* (vel, *Speratorum*, Ca. vel, *De rebus illis quæ sunt in spe acsi essent illis in effectu*, Tre. ex Sy. *Eorum quæ exspectantur*, Ar. *Earum rerum quæ sperantur*, Er. Il. Ti. Val. Pi. sim. P. Be. Jun. id est, bonorum futurorum quæ nondum exsistunt[†]. Vel, *Sperantium*, Aug. qu. d. Fides est, quâ nituntur credentes. Est enim ἐλπιζομένων verbum medium, & hîc activè sumendum[t]. Sed hâc ratione & seq. οὐ βλεπομένων activè vertere debuit, *non videntium*, quod non fecit, nec facere potuit[v]. Rectiùs igitur passivè sumunt Chrys. Theod. Oecum. Th. item Salm. Just. &c[x].) *substantia*, Mo. Er. Ti. Pi. Val. Jun. Vulg. Chrys. &c. in Cam. Id est, οὐσία[y]. Sed sic efficeret Fides, ut substet, v. g. Resurrectio antequam sit, quod fieri nequit. Ὑπόστασις est *substantia*, & ipsa *res* atque *materia*, vel *argumentum*, ut 2 Cor. 11. 17. Heb. 1. 3. & 3. 14. hîc est *subjectio*, quòd absentia nobis subjiciat ac proponat, efficiátque ut præsentia esse videantur, nec secùs iis assentiamur quàm si cerneremus[z]. Vel, *subsistentia*, E. Me. T. Rib. Gom. *illud quo subsistunt*, Be. vel, *essentia*, V. Rib. *existentia*, E. ex Th. Me. *illud quod facit ut existant*, P. Ità sensus est, vel, est basis & fundamentum cui innititur spes nostra[a], sive sperata salus[b], sine qua nulla planè spes erit[c]: vel, Facit res illas subsistere, nempe in anima nostra[d]; earum existentiam in nobis quodammodo efficit, eásque præsentes nobis exhibet[*]: dum scilicet adeò certos de iis nos facit, acsi reipsà jam præstitæ essent, ac manibus tenerentur[f]. Fundamentum autem rerum speratarum duplex est, Primarium ac principale, nempe Dei promissio & veritas, quæ fidei fundamentum: Secundarium, seu instrumentale, quæ est fides verbo Dei nixa[g]. *Fides est substantia*, &c. ut Evangelium est *potentia Dei*, &c. Rom. 1. 16. scil. metonymicè & instrumentaliter, ut est instrumentum continens substantiam eorum quæ sperantur, & ea percipiens in Domino[h]: vel, *expectatio*, Cam. Ham. *firma quædam exspectatio*, G. *confidens exspectatio*, Ham. Sic sumitur hæc vox Heb. 3. 14[i]. & 2 Cor. 9. 4[k]. & in omni loco N. T. præter Heb. 1. 3[l]. & apud Lxx in V. T.[m] qui תוחלת modò ἐλπίδα vertunt[n], ut Lam. 3. 18[o]. modò efficaciùs, ὑπόστασιν[p], ut Psal. 39. 8[q]. & Mic. 5. 7. Sic & 2 Esd. 8[r]. Sic fortitudinem Coclitis ὑπόστασιν vocat Polybius[†]. Sic ὑπόστασιν pro *confidentia, fortitudine*, sive *constantia*, usurpant Diodor. Sic. l. 16. & Jo. bel. Jud. 2. 12[t]. vel, *fiducia*, Er. Par. Ger. J. Cap. *fiducia certò aliquid apprehendens & exspectans*, Strig. quâ verè credens promissioni Dei firmiter inhæret, eámque apprehendit sibíque applicat; & res promissas tanquam præsentes sibi sistit, & de iis tam certus est acsi eas jam obtineret. Probatur hæc expositio, 1. ex origine vocis, ab ὑφίστασθαι, quod est *firmiter stare, non cadere, non fugere, non cedere*, ut apud Plut. & Synes. 2, ex usu vocis, tum Heb. 3. 14. tum apud Lxx qui ὑπόστασιν pro *spe* & *expectatione* ponunt, Ruth. 1. 12. Psal. 29. 8. Ezec. 19. 5. tum in Polyb. cui *imperterritam confidentiam* significat. 3. ex consensu, Er. Chrys. &c[v]. ὑπόστασις in Paulo duo tantùm significat, *personam subsistentem*, aut *personæ subsistentiam*, ut Heb. 1. 3. 2. *habitum*, vel *actum fiducialem*, ut hoc loco. Præp. ὑπὸ hîc sumitur ut in ὑπομένειν, ὑπομονῇ. Designat enim utrobique *submissionem cum expectatione conjunctam*. Nomen στάσις significationem habet *standi*, vel *statuminandi*, vel denique *sistendi*; ὑπόστασις vim habet quam vix ulla lingua potest assequi, éstque *fiducia velut in statione manens ac rem promissam exspectans cum animi submissione, habénsque simul vim & statuminandi sperantem, & sistendi rem speratam*[x].

¶ *Rerum*, &c. Πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων] Nomen πραγμάτων jungendum est, vel, 1. cum præced. ἐλπιζομένων[y]. Ità Syrus, Chrys. Th. & Oecum[z]. Vulgatus & plerique, quod aptius[a]. Vel, 2. cum seq. οὐ βλεπομένων[b]. Ità enim in medio positum est, ut utrique aptari possit[c]. Sensus utrobique idem est, nam & ἐλπιζόμενα & βλεπόμενα sunt πράγματα[d]. Sed malim ad seq. tantùm referri, quia πρᾶγμα propriè significat rem quæ jam facta & in rerum natura est, qualia non sunt τὰ ἐλπιζόμενα[*]. [Verba sic reddunt:] *Argumentum* (vel, *Ostensio*, E. *Convictio*, Aug. in Zeg. J. Cap. Chrys. in Er. Strig. *Demonstratio*, V. Ca. Zeg. E. J. Cap. *Judicium*, Er. G. Et *index*, Pi. Certa notitia, vel firma probatio. Nam ἐλέγχειν, convincere, est vox forensis, &c[f]. *Et quæ demonstrat*, Be. sic P. In Glossario, ἔλεγχος, *indicium, probatio*. Ità sæpe in Herod. Thucyd. Plat. Isoc. Sic in Xenoph. ἐλέγχεται γελοῖος ὤν, *convincitur esse ridiculus*. Et hinc in Dialecticis ἔλεγχοι, *rationes explorandi argumenta*[g]. Aristot. Rhet. ad Alex. c. 14. ἔλεγχος *est quod non potest aliter se habere quàm dicimus*[h]. Al. *Redargutio*, Il. *Evidentia*, Tre. ex Sy. Ar.) *rerum* (vel, *de illis*, Il. *quæ non cernuntur*, sive *videntur*, Jun Er. Ti. Ca. &c. id est, quæ nondum cernuntur, ut loquitur infrà v. 7[i]. quia futura sunt, necdum contigerunt[k]; quæ ità sunt in rerum natura ut tamen non videatur ipsorum esse[l]: vel, quæ naturâ invisibilia sunt[m], putà essentia & attributa Dei[n], nostra electio, justificatio, &c[o]. Sed ea dixisset ἀόρατα, ut Rom. 1. 20[p]. vel, quæ nec sensu percipimus, nec ratione comprehendimus; quæ tam certò menti repræsentat, acsi coràm posita essent jámque exhibita[‖]. [Sensus est,] Nascitur Fides ex diligenti examine eorum quæ dicuntur de rebus quæ sub sensum non cadunt. Qualia sunt Proles ex uxore sterili, Divitiæ illæ futuræ, de quibus suprà 10. 34. & alia similia[q]. Τὰ οὐ βλεπόμενα, vel, 1. eadem sunt quæ τὰ ἐλπιζόμενα[r], idémque est ἔλεγχος quod ὑπόστασις, geminatâ sententiâ,

[d] G. [*] J. Cap. [f] J. Cap. sic Par. [g] Par. [h] Calv. [i] E. Calv. Ger. Er. [k] Calv. Ger. [l] Ger. [m] Ger. E. [n] E. [o] Ger. [p] Er. [q] Pe. [r] V. [†] Me. [t] Aug. in Er. [v] E. sim. Ger. [x] Ger. [y] Cam. E. [z] Ca. [a] Me. [b] Q. in E.

[c] Me. sic Rib. [d] Rib. sim. Me. [*] E. ex Th. sim. Rib. ex Oecum. & Theod. Me. Gom. [f] E. sim. V. Rib. Me. T. [g] Gom. [h] Jun. [i] Cam. G. Ham. [k] G. Ham. [l] Ham. [m] Cam. sic G. Ham. [n] G. Ham. [o] Ham. [p] G. sic Ham. Cam. [q] Cam. Ham. [r] Ham. [†] G. [t] Ham.] [v] Ger. [x] J. Cap. [y] Ger. E. Rib. [z] Rib. [a] E. [b] Ger. E. [c] E. [d] Ger. [*] Jun. [f] Strig. [g] G. [h] J. Cap. [i] Pi. [k] Q. in J. Cap. [l] Jun. [m] Q. in Pi. sic J. Cap. Me. [n] Q. in Pi. [o] J. Cap. [p] Pi. [‖] E. [q] G. [r] Q. in Ger.

tiâ, ut ex eo apparet quòd hæc nullâ conjunctione copulantur. Itaque liceret ità conjungere, *Fides est rerum quæ non cernuntur, sed sperantur, subjectio ac demonstratio* †. Vel, 2. ab illis diversa, ut illa in spe sint, non in re, hæc in re sint, quamvis in sensum non cadant [t], & illis latiùs patent [v]. Spes tantùm de bonis futuris est. Creduntur bona & mala; præterita, præsentia, & futura [x]. *Mundos factos, &c. credimus*, v. 3. non autem speramus [y]. Deinde differunt ὑπόστασις & ἔλεγχος, illud ad firmitatem rei, hoc ad cognitionem veritatis, pertinet [z]. Credimus etiam ea quæ videmus [a], si testimonium habeant Divinum, propter quod ea certissimè recipimus, qualia sunt Jesum esse, Paulum prædicâsse, &c [b]. sed in iis credendis non elucet virtus fidei [c].

2. *In*, &c. Ἐν ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν, &c.] *In hac* (vel, *Ob eam*, Be. Pi. P. vel, *Per hanc*, Er. V. G. J. Cap. Ger. Me. T. nempe fidem [d]. Ἐν pro διὰ *. Atque *in ea*, Ca.) *testimonium adepti*, sive *consecuti*, *sunt* (sive *meruerunt*, Er. vel, *explorati sunt*, Ca. vel, *testimonio ornati*, sive *probati*, *sunt*, P. Be. Pi. Er. à Deo scilicet [f]: *testimonium habuere*, E. Me. bonum scil. atque honorificum [g], videl. quòd justi fuerint ac Deo placuerint, v. 5 [h]. Deo videlicet propter eorum fidem magna ac mirabilia efficiente *, laudati sunt [i]. Μαρτυρεῖσθαι plerumque in bonum accipitur, ut infrà v. 3, 4, 39 [k]. Pari modo Act. 6. 3. *viros* μαρτυρουμένους, *de quibus bene omnes testantur*. Sic & Act. 10. 22. & 16. 2. & 22. 12 [l]. vel, *instructi fuerunt testimoniis*, Jun.) *senes*, Mo. vel, *seniores*, Er. E. *majores*, Be. Pi. V. P. veteres illi Patres [m], ex quibus orti sumus, & quorum autoritate ac exemplo nos plurimùm commoveri par est [n]. Πρεσβύτεροι hîc sunt qui הקדמני, 1 Sam. 24. 13. Veteres illi egregii viri οἱ πρότερόν ποτ' ὄλοντο, ait Simonides. Sicut hîc *seniores* sunt veteres, ità Tacito *vetus* sæpe est senex, aut ætate provectior aliis. Sunt enim ista vicini significatûs, nisi quòd frequentiùs *senex* ad spatium vitæ hominis unius, *vetus* ad Mundi tempora refertur [o]. Ex hoc locot otóq; capite constat, Patres illos habuisse fidem explicitam immortalitatis animorum, ac resurrectionis corporum, & retributionis vitæ futuræ [p].

3. *Fide*, &c. Πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας] Probat fidem esse argumentum non apparentium [q], ídque ex Præteritis, ut doceat etiam Futura quæ promittuntur pari certitudine fidei nobis esse tenenda [r]. *Per fidem* (id est, per Dei revelationem factam Adamo, Abrahamo, & aliis, ac deinde per manus traditam, & à Mose Prophetísque conscriptam, Gen. 1. Neh. 9. 6. Job. 12. 9. Psal. 102. 25. &c †.) *intelligimus* (vel, *comprehendimus*, G. nos scil. Hebræi [t], qui Verbo Dei credimus [v]; quod Philosophi naturali ratione assequi non potuerunt, nisi perpauci & imperfectè [x]. Argumenta à Philosophis producuntur speciosa in utramque partem; nec omnium est de eorum vi dijudicare. Justinus ad Diogn. de Deo agens, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπέδειξεν, ἐπέδειξε δὲ διὰ πίστεως, ᾗ μόνῃ Θεὸν ἰδεῖν συγκεχώρηται [y].) *perfecta* (vel, *confecta*, Jun. *constructa*, Mo. *aptata*, Vulg. id est, ordine convenienti coagmentata [z]; in ordinem certámque speciem digesta. Eodem sensu καταρτίζειν pro Hebræo כון habemus Psal. 74. 19. & 89. 37 [a]. vel, *constructum*, P. Pi. E. Me. *compactum*, Be. id est, partibus omnibus [b], quasi magni corporis artubus & membris [c], inter se coaptatis [d], aptéque coagmentatis *.) *esse*, sive *fuisse*, *secula*, (vel, *mundum*, Be. Pi. E. &c. Per αἰῶνας hîc, ut suprà, intelligit [f] tempora & omnia temporaria [g], vel, totum hoc Universum [h]; quod seculis, id est, temporum revolutionibus, mensuratur [i], ità ut nunc dissectum in sua membra, Cœlum, Terram, Mare, Sidera, Saxa, Plantas, Animantia, Homines [k]. Non mundi, sed potiùs *seculorum*, in hac epist. meminit; quia semper instituit comparationem hujus sive præsentis & futuri seculi. Hîc autem utrumque seculum intelligit, unum commune rerum creatarum omnium, alterum, beatorum singulare [l].) *verbo Dei*, Mo. &c. id est, vel, 1. per Filium Dei [m]. Sed Græcè, non est λόγῳ, sed ῥήματι, quod de Filio Dei dici non solet [n]. Vel, 2. jussu Dei, ut ῥῆμα sumi ostendimus Heb. 1. v. 3. Psal. 33. 9 [o]. nutu & decreto [p], verbo voluntatis & imperii [q]; nullis machinis, nullâ materiâ & formâ adhibitis [r]. ¶ *Ut*, &c. Εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ

† Ca. | t Jun. | v Ger. sim. E. | x E. sim. Gom. | y Ger. | z Gom. | a Ger. sim. E. | b E. | c E. Ger. | d G. Me. | * Ger. | f G. | g G. sic E. Me. Rib. Ger. | h Ger. sic Me. | * Me. sic T. | i Rib. | k Ger. sim. E. | l G. sic Rib. E. | m Be. sim. E. Ger. | n Be. | o G. | p E. | q Ger. E. | r E. | † G. | t E. Ger. | v Ger. | x E. | y G. | z J. Cap. | a G | b T. sic E. Me. | c T. | d E. Me. | * T. | f G. | g Rib. ex Th. | h G. E. Ger. | i E. Ger. | k G. | l Jun. | m Q. in E. | n E. | o G. | p Jun. | q E. sim. Ger. | r Jun.

βλεπόμενα γεγονέναι] Similis locutio 2 Macc. 7. 28. οὐκ ἐξ ὄντων ἐποίησεν αὐτὰ, &c †. *Ut* (vel, *Ità ut*, G. J. Cap. Ca. εἰς τὸ idem hîc declarat atque ὥστε, ut & Syrus vertit [t].) *ex his quæ non apparebant* (vel, *ex iis quæ non extabant*, Ca. vel, *ex invisibilibus*, Vulg. id est, vel, 1. ex ideis ac formis omnium rerum quæ sunt in mente Divina [v]; vel, 2. ex mole illa rudi & indigesta [x], tenebris horrida atque informi [y], primo die condita [z], quæ Lxx Gen. 1. v. 2. dicitur ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος [a]; quæ meritò dicitur h. l. μὴ φαινόμενος [b]: vel, 3. ex nihilo [c], vel, ex non existentibus [d]. Vulg. & Er. convertunt acsi scriptum esset, ὥστε ἐκ μὴ φαινομένων, quod multùm detrahit de sententiæ pondere *. Sed est hîc transpositio euphoniæ causâ facta [f], μὴ ἐκ, pro, ἐκ μὴ [g].) *ea quæ videntur* (vel, *visibilia*, Vulg.) *fierent*, Er. Ti. sim. Ca. Tre. ex Sy. *In non ex apparentibus visibilia facta esse*, Mo. *Ità ut quæ cernimus non sint ex apparentibus* (vel, *ex visibilibus*, Il. Subaudiendum ἀντίθετον, *sed ex nihilo* [h], qualis Ellipsis exstat Rom. 8. 12 [i]. Confer Prov. 8. 24. Rom. 4. 17 [k].) *facta*, Pi. sic Be. P. Il. *Ut ea quæ videntur*, repete *intelligamus non esse facta ex rebus apparentibus*, id est, Ut omnia quæ aut esse fierique videmus, aut fuisse intelligimus, non ex rebus, id est, causis, materiis, formis, instrumentis, aut mediis, apparentibus fuisse; sed soli providentiæ Dei verbóque potenti ejus tribuenda [l]. Ità ut mundus hic non ex materia jam exsistente, sed ex nihilo, conditus sit, contra Philosophorum omnium axioma, *Ex nihilo nihil* [m]. Nos nunc videmus arbores ex arboribus gigni, animantia ex animantibus, homines ex hominibus: At primæ illæ arbores, prima animantia, primi homines, non habuere ortum ex talibus qualia nunc exsistunt atque conspiciuntur. Hoc ideo dicit ut eò faciliùs credamus Deum exhibere posse quæ non conspicimus. Vide infrà v. 7. In MS. est τὸ βλεπόμενον ἐποίησε, nempe, τὸ πᾶν [n]. Al. *Ut non apparentium visa*, sive *spectacula*, *fierent*, id est, Ut in hoc mundo conspicuam habeamus Dei imaginem, juxta illud Rom. 1. 20 [o]. ut ἐκφαινομένων sit una composita dictio [p], ut quidam cod. habent, sed alii Codices rectiùs dividunt. Speciosus quidem hic sensus, sed contortus & h. l. alienus. Βλεπόμενα non est Nomen, sed Participium, nec usquam *spectacula* significat [q]; & durum esset κάτοπτα interpretari. Neque de causa finali, sed materiali, hîc agitur [r]. Si autem ἐκφαινομένων una vox esset, sensus esset, *Ut non apparentium*, id est, ex non apparentibus, *ea quæ videntur*, id est, apparentia seu conspicua, *fierent* †.

4. *Fide*, &c. Πίστει πλείονα θυσίαν Ἄβελ παρὰ Κάϊν, &c.] *Fide plurimam* (vel, *majorem*, E. vel copiâ [t]; vel potiùs, præstantiâ [v]; vel, *copiosiorem*, sive *uberiorem*, Er. V. sim. Zeg. Caj. in E. q.d. multum de ovibus, cùm Cain parum offerret de frugibus terræ [x]: vel, *ampliùs*, P. vel, *gratiorem*, sive *acceptiorem*, Q. in Be. G. quomodo & Hebræi sumunt יותר. Sic ferme Matth. 6. 25. & c. 12. v. 41, 42. Luc. 12. 23 [y]. vel, *majoris pretii*, Be. Pi. Syrus, *quæ excelleret*; ut & Arabs *bonam magis*, id est, meliorem, rectè. Nam ut רב apud Hebræos, סגיא apud Chaldæos; sic & πολὺς apud Græcos, *multum*, *magnum*, *præstans*, promiscuè significat. Vide ad Luc. 16. 10. ubi ἐλάχιστον opponitur τῷ πολλῷ· quin & Psal. 78. 31. pro, *è pinguibus*, id est, præstantissimis, Lxx habent ἐν τοῖς πλείοσιν [z].) *hostiam* (vel, *sacrificium*, P. Pi. ídque propriè dictum, cùm Kain offerret tantùm de fructibus terræ [a]. Al. Nota θυσίαν hîc dici tam de Frugibus quàm de Pecudibus: qua de re diximus ad Levit. 2. ad Marc. 9. 49. & Heb. 8. 3 [b].) *Abel præ Cain* (vel, *quàm Cain*, Be. Pi. Hoc sensu παρὰ sumitur Heb. 9. 23. & 12. 24 [c]. vel, *quàm sacrificium Cain*, Tre. ex Sy. Id enim Syrus articulus indicat [d]. Παρὰ Κάϊν intelligendum παρὰ τὴν τοῦ Κάϊν. Tale est illud Plinii, *omnium triumphorum lauream adepte majorem*; subauditur enim *laureis* *.) *obtulit Deo*, Mo. &c. Cain, ut ingratus & diffidens, obtulit duntaxat quippiam ex frugibus [f], non ex primis fructibus [g]; sed, vel deteriores [h], vel sine delectu [i]: Abel verò de bonis suis meliora selegit [k], id quod fecit ex fide essentiæ, & perfectionum Dei, atque amore illius indè orto [l]; vel, fide edoctus, admonitus, atque ad hoc incitatus [m], Divinitùs institutus [n]. Abelis oblatio acceptior erat quia fidem habuit [o]. Credidit Deum repensare bona & mala facta: quod & disertè ad historiam addidit

Paraph.

† G. | t Be. sim. Pi. | v Rib. Me. | x Ger. sic Ham. | y E. | z Ger. | a Ger. sic E. | b Ger. | c Be. Camer. J. Cap. E. Ger. | d Me. J. Cap. ex Chrys. | * Be. | f Ger. E. | g Ger. J. Cap. ex Chrys. | h Pi. Ger. | i Per. | k Ger. | l Jun. | m Be. | n G. | o Calv. | p Q. in E. sic Calv. | q E. | r Be. | † E. | t Q. in E. | v E. | x Caj. in E. | y G. | z Di. | a J. Cap. | b G. | c J. Cap. | d Tre. | * G. | f Be. | g Rib. | h E. | i E. Ham. | k E. sim. Be. | l Ham. | m E. | n J. Cap. | o G. sim. Di.

Paraph. Hierof. Simile est quod ait Bacchai, *Deum in exitu ex Ægypto non sanguinem respexisse aspersum postibus, sed Israelitarum fidem* [p]. Sensus loci duplex esse possit, vel, quòd fide inductus est ut hostiam pretiosiorem Deo offerret; vel, quòd fides ejus effecit ut hostia ipsius pretiosior Deóque gratior esset †. ¶ *Per*, &c. Δι' ἧς, &c.] *Per quam* (Nempe fidem [q], ex collat. v. 2 [r]. quâ meliorem hostiam Deo obtulit †:) *testimonium* (tum, intus per Spiritum Dei, tum foris [t], à Deo nempe, ut sequitur [v]:) *obtinuit quòd esset justus*, Be. Pi. &c. Quod disertè dicitur Matth. 23. 35 [x]. Μαρτυρεῖσθαι hîc sumitur ut v. 2 [y]. ¶ *Testimonium*, &c. Μαρτυροῦντος ἐπὶ τοῖς δώροις, &c.] *Testificante Deo de* (vel, *in*, Mo. vel, *super*, E.) *donis ejus*, Jun. sim. Mo. Be. Pi. &c. quòd sibi grata essent [z]; quod proinde testimonium erat justitiæ ipsius Abel. Nam oblatio grata non erat nisi propter offerentem [a]. Vel, *de dono ejus*, Sy. in Di. Fortè sic posuit, quia unius tantùm θυσίας mentio hîc fit: at unius θυσίας multa poterant esse δῶρα, & θυσία ejus constitit *ex primogenitis ovium, & adipe earum*, Gen. 4. 3. Omnes cod. δώροις legunt [b]. In Gen. 4. 4. est אל מנחתו: unde apparet, olim מנחה fuisse nomen generis, quod in Lege est nomen speciei. Sub Evangelio quoque opera ex fide proficiscentia grata habet Deus [c]. Colligit hoc Apostolus ex Gen. 4. 5. *Respexit—ad Abel*, &c [d]. Abelum autem, & propter Abelem ejus oblationem, sibi gratam esse ostendit Deus *, signo aliquo externo [f], igne cœlitùs misso super ea dona [g], quo oblata absumpsit [h], ut diximus ad Gen. 4. 4 [i]. sive alio testificationis modo [k]. Sic & sub Evangelio opera ex fide proficiscentia grata habet Deus [l]. ¶ *Et*, &c. Καὶ δι' αὐτῆς ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖται] *Et per* (vel, *propter*, Zeg. Tre. ex Sy. δι' αὐτῆς hîc valet idem quod δι' αὐτήν. Vide quæ diximus suprà 1. 2 ‖.) *hanc* (vel hostiam [m]; vel, fidem [n]:) *mortuus adhuc loquitur*, Pi. sic P. Mo. Ca. Tre. &c. Qu. Quomodo? Resp. 1. Vitæ suæ exemplo †, quo perpetuò monet Ecclesiam, ut fidei suæ constantiam ad mortem usque imitetur [o]. Resp. 2. Sanguine suo, qui ad Deum clamat, Gen. 4. 20. vindictam exigens [p]. Quo testimonio ostendit Deus Abelem sibi gratissimum fuisse, &c [q]. Obj. Obstat huic sententiæ particula ἔτι, & quòd λαλεῖται est temp. præs [r]. Non dicit, *locutus est*, sed *loquitur*, ideóque præsens & permanens locutio hîc intelligitur †. Resp. 1. Hæc non ad tempora Pauli referenda sunt, sed ad tempus quo jam mortuus erat Abel, quod sumitur tanquam tempus Præsens [t]. *Adhuc loquitur*, nempe in Genesi [v]. Est enim hîc Præsens pro Præterito [x], quòd ità vividè ostenditur quasi Præsens sit [y]. Sic Heb. 2. 16. *assumit* pro *assumpsit* [z]; & infrà v. 16. *appetunt* [a]. 2. Sanguis Abel etiam nunc loquitur & vindictam petit, tum adversus Cain, cujus pœna nondum ad summum pervenit [b]; tum, adversùs omnes justorum interfectores, Matth. 23. 35 [c]. qui Caini factum imitantes, adeóque approbantes, reos se sanguinis Abelis reddunt, &c [d]. Confer Apoc. 6. 10. & infrà v. 24 *. Quòd autem *loquitur*, &c. fidei ejus tribuitur [f], quia per fidem obtinuit ut justus esset, & Deo charus, & proinde ut post mortem adhuc *viveret Deo*, juxta illud Luc. 20. 37, 38. & propterea per fidem Deum adhuc alloquitur tanquam patronum, tutorem, vindicem, &c [g]. Resp. 3. *Loqui*, &c. dicitur quia vivit in hominum memoria [h], & in omnium ore perpetuò versabitur [i]; hodiéque celebratur [k], cum laude justitiæ [l], vel *prædicatur*. Nam λαλεῖται, quod pro verbo medio habetur, & pro λαλεῖ poni creditur, passivè semper sumitur pro *dicitur*, prædicatur; tum, in N. T. ut Matth. 26. 13. Marc. 5. 36. Luc. 2. 33. Act. 16. 14. & 17. 19. 1 Cor. 14. 9. Heb. 2. 3. tum, apud alios probatos authores [m]. Sed in MS. [hîc est] ἔτι λαλεῖ· quomodo legendum constat ex collat. Heb. 12. 24. ubi idem Geneseos locus respicitur. Sensus vulgaris loci Geneseos apertus est; at sensus mysticus, Pios post mortem vivere, quia & loquuntur. Philo post tractatam hanc historiam, Libro, *Pejorem insidiari meliori*, ζῇ γὰρ ὁ τεθνάναι δοκῶν, εἴγε καὶ ἱκέτης ὢν Θεοῦ καὶ φωνῇ χρώμενος εὑρίσκεται. Paria ferme habet Jonathan ad dictum Geneseos locum [n]. Al. Post ἀποθανὼν hîc subaudiendum ὤν, Ellipsi frequentissimâ. *Et propter eam*, nempe fidem, *adhuc*, in hunc usque diem, *dicitur esse mortuus*, h. e. à Caino occisus. Vide 1 Joh. 3. 12 †.

p G. † Rib. q Be. Pi. Di. ex Sy. J. Cap. G. E. Ger. r E. Ger. † E. Me. t Jun. v G. sim. Jun. x J. Cap. y G. z E. sim. Jun. a E. b Di. c G. d Ger. ex E. sim. Jun. J. Cap. * G. f E. g G. ex Græcis sic E. Me. Ger. Jun. Pi. Rib. h Me. sic E. i G. k Jun. l G. ‖ G. m Zeg. n Zeg. Di. E. G. † Di. sim. J. Cap. Zeg. o Di. p G. sic Rib. E. ex Aquin. q E. r Ger. † E. t Idem. v G. x G. sic Gom. y G. z Gom. a E. b E. ex Rib. c E. ex Rib. sic Di. d Di. * Jun. f Di. sic E. g Di. h Chrys. Clem. in E. i Me. k V. l Q. in E. m Di. n G. † Kn.

5. *Fide* (i. e. Ob insignem ejus fidem, sanctitatémque [o]. Hoc autem, nè pietate meritus videretur, fidei asscribit, ex qua pietas tanquam ex fonte profluxit [p].) *Henoch translatus est* (nempe, ex hoc seculo in alterum [q]; vel, ex terra in cœlum [r], vel, ex consortio hominum †, in paradisum [t], nempe cœlestem [v]. Μετάθεσιν de Enocho habet & Sirach. 44. 16 [x].) *nè videret* (id est, sentiret, vel experiretur [y]. Vel, *ad non videndum*, Mo. τοῦ μὴ ἰδεῖν, subauditur ἕνεκα [z].) *mortem*], Vide Psal. 16. 10. & 34. 12 [a]. ¶ *Et non*, &c. Καὶ οὐχ εὑρίσκετο, &c.] *Nec fuit inventus*, (scil. inter homines [b]; non apparebat inter mortales [c]. Heb. ואיננו, *non exstitit* [d], vel, *non ipse* *, in terris scilicet. Sic Psal. 39. ult [f].) *propterea quod transtulerat eum Deus*, Pi. Be. Hæc verba sunt ejus quod dixit probatio ex textu Græco, Gen. 5. 24. Ità autem à sapientibus intellectus fuit textus ille, ut crederetur Enochus à morte immunis servatus speciali privilegio. Samaritanus eo loco, *Accepit eum Angelus ejus*. Onkelos, *Non occidit eum Deus*, id est, non passus est mori. Cui locutioni similis 1 Reg. 17. 20. Jonathan, *Sublatus fuit, & ascendit in cœlum ex mandato coram Domino*. Josephus ἀναχωρῆσαι πρὸς τὸ Θεῖον. Id magnum argumentum erat, Posse dari vitam hâc meliorem [g]. ¶ *Testimonium habuit, placuisse Deo*], Nempe Gen. 5. 22, 24. ubi Heb. *ambulavit cum*, vel *coram*, *Deo* [h], id est, Deo per omnia consensit, illi paruit, illi adhæsit, eúmque secutus est [i]; vacavit Deo, Deo operam dedit [k]. LXX autem ibi vertunt, εὐηρέστησε τῷ Θεῷ [l]. Nec aliter ibi Syrus. Chaldæus tam de Enocho quàm de Noe, *ambulavit in timore Dei*; qui autem tales sunt, Deo placent. Neutrum esse potest sine fide [m].

6. *Sine*, &c. Χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι] Nempe Θεῷ· quod ex præcedentibus repetendum. Hujus dicti jam reddit rationem [n]. Probat Enochum per, vel propter, fidem translatum fuisse [o]. *Atqui fieri non potest ut sine fide* (id est, nisi per fidem [p]:) *quisquam placeat*, sub. *ei*, Pi. P. Er. &c. vel, sub. *Deo*, Be. J. Cap. ex Sy. & Ar. & Vulg. Sic argumentatur, Quisquis Deo placet fide præditus est: Enoch Deo placuit: Ergò fide præditus est [q]. ¶ *Credere*, &c. Πιστεῦσαι—ὅτι ἔστι, καὶ—μισθαποδότης, &c.] *Nam qui accedit ad Deum* (scil. ut oportet [r], per preces †, ità ut admittatur [t]; eúmque ritè colat, atque ità ei placeat [v]: qui aditum habet ad Dei gratiam [x]. *Accedere ad Deum* est Deum colere, ut diximus Heb. 7. 25. & 10. 22 [y]. Nemo Deo placet, nisi ad eum accesserit. Acceditur autem ad Deum ipsâ fide, velut initio motûs quo tenditur in Deum, ut finem ac terminum [z]: qui *accedit*, ità ut ambulet cum Deo [a].) *hunc credere oportet esse Deum*, (id est, quòd Deus exsistit [b]: vel, Deum esse Deum, id est, omnipotentem & veracem [c], sapientem & justum [d]; vel, Deum esse Deum suum *, ut ostendit series sermonis [f].) *& præmia* (scil. vitam æternam [g]:) *largiri* (vel, *esse remuneratorem*, J. Cap. sic Vulg. Sicut hîc est vox, μισθαποδότης, ità μισθαποδοσία, Heb. 2. 2. & 10. 35. & infrà v. 26 [h].) *iis qui ipsum requirunt*, Pi. Be. &c. seriò scilicet & ex animo [i], sive toto corde [k], vel, *diligenter quærunt*, Ang. [quæ emphasis est verbi ἐκζητεῖν, quod amplius sonat quàm simplex ζητεῖν.] h. e. cultoribus suis [l], qui ipsum fide invocant, & implorant misericordiam ejus [m]; qui eum ex verbo agnitum rectè colunt [n], quod non fit nisi per Christum, Eph. 3. 12 [o]. qui certò credunt Deum non frustrà quæri, & salutem apud eum sibi esse repositam; fugimus enim & contemnimus Deum, ubi nulla salus apparet [p]: qui Deum rogant pro salute & justitia eo modo & ordine præstandis, quo ipsi visum fuerit, h. e. per mediatorem [q]: qui Deum quærunt in Christo, & in verbo suo [r]: qui Deo per omnia placere student †; in Deum, ceu scopum, actiones suas continuò dirigunt; ut ex adverso qui omnia ad suam utilitatem referunt, seipsos, & quæ sua sunt, quærere dicuntur [t]. *Quærere Deum*, בקש aut דרש, est eas inire vias per quas Dei favor obtineri possit, ut videre est Deut. 4. 29. Jer. 29. v. 13. Zach. 8. 21, 22. Amos 5. 4 [v]. Sunt & alia necessariò credenda, ut doctrina Trinitatis, Mediatoris, &c. sed hæc duo præ aliis enumerat, eò quòd sunt prima & faciliora fidei objecta, maximéque necessaria ad spem excitandam, quâ adversa fortiter sustineamus, quod hîc maximè inculcat [x]. Nemo religionem habebit ullam nisi

o Me. p Par. q Jun. r Pi. † Ger. t G ex Ar. E. Me. Ger. v Er. x G. y Pi. J. Cap. sic Me. z Pi. a J. Cap. b Jun. Pi. c Me. ex E. d J. Cap. * E. f J. Cap. g G. h G. Cap. i Me. sim. E. k G. l G. Cap. m G. n G. o Me. p Jun. q J. Cap. r Me. † Ger. t J. Cap. v Me. x J. Cap. y G. z E. a Jun. b Me. sic Ger. c Pe. d Ham. * Jun. J. Cap. f J. Cap. g D. E. h G. i J. Cap. sim. Be. k Ger. l V. Me. m Jun. n Ger. E. sim. Gom. o Gom. p Calv. q E. r Be. † E. Me. t E. v G. x T. ex Theod. sim. Q. in E.

credat & esse Numen aliquod æternum atque omnipotens, & curam agere rerum humanarum, ità ut obedientibus sibi bona reddere velit. Dixit etiam Cicero, *Nullam esse religionem, si nullam rerum humanarum procurationem habeant dii.* Et Epictetus ad pietatem requirit duo quæ hic habemus, nisi quòd pro Deo *deos* nominat, ὀρθὰς ὑπολήψεις, &c. (*Rectas de diis sententias tenere, quòd sint, & quòd omnia rectè administrent.*) Seneca, *Primus est deorum cultus, deos credere: deinde, reddere illis majestatem suam, reddere bonitatem, sine qua nulla majestas est.* Sic & Ælianus ait, *Etiam à Barbaris affirmari, & esse Numen, & nostri curam gerere.* Plutarchus optimè, οὐ γὰρ ἀθάνατον, &c. (*Non enim immortalem tantùm & beatum Deum esse credere oportet; sed & eum hominum amantem esse, eorúmque curam gerere & commodis consulere.*) At Lactantius, *Neque honor ullus deberi potest Deo, si nihil præstat colenti; nec ullus metus, si non irascitur non colenti.* Vide plura, si vacat, De J. B. & F. 2. 20. 46[y].

7. *Fide*, &c. Πίστει χρηματισθεὶς—περὶ τῶν—εὐλαβηθεὶς κατεσκεύασε, &c.] Illud πίστει refertur ad κατεσκεύασε, *Fide struxit Arcam* [a], i.e. quia oraculo fidem habebat[a]. *Fide divinitùs monitus* (vel, *oraculo monitus*, V. G. ut Matth. 2. 12, 22. Act. 10. 22. Heb. 8. 5[b]. vel, *responso accepto*, Vulg.) *de nondum visis*, (de iis quæ nullus homo prævidere poterat [c], & quæ incredibilia videbantur [d], nempe, de futuro orbis diluvio [*]. Hæc verba conjungenda sunt, vel, 1. cum seq. εὐλαβηθεὶς [f]. Nam εὐλαβεῖσθαι περὶ τούτου etiam apud Platonem legimus, & Latinè non minùs dicimus, *Metuo de hac re*, quàm *Metuo hanc rem* [g]. Sic Erasmus in versione sua, *Fide—Noe ea, quæ nondum videbantur, veritus* [h]. Vel, 2. cum præced. *accepit oraculum de non visis*, &c [i]. Hunc sensum Erasmus postea secutus est in Paraphrasi, tacitè suam versionem retractans [k].) *reveritus* (vel, *cavens*, Er. V. *metuens*, Vulg. E. V. G. sub. *Deum*, V. Me. vel, *timore percussus*, pio quidem, sed serio [l]: metuens diluvium universale [m], quale quid nunquam visum fuerat. Et bene hoc exemplum profertur, quia in S. Scriptura fides Noe patet: operum, quæ tamen fidem comitata sunt, nulla mentio ante eum locum quo Noe *Deo placuisse* dicitur, ut bene notat Philo. De verbo εὐλαβεῖσθαι quo sensu ab hoc Scriptore sumatur diximus suprà 5. 7 [n].) *aptavit* (vel, *apparavit*, Pi. E. *construxit*, Be. E.) *arcam* (κιβωτὸν aut λάρνακα, Hebræis תבה; *sive navem constratam*, quales sunt Arcæ, diximus ad Matth. 24. 38. & ad Gen. 6. 14. Dicitur autem hoc fecisse Noe [o]) *in salutem domus suæ*, Mo. &c. id est, familiæ suæ [p]; vel suam, & uxoris, & trium filiorum ac nuruum, Gen. 6. 18. 1 Pet. 3. 20 [q]: ut eam à diluvio servaret [r]. Sic & nos debemus metuere pœnas quas non videmus, & ad eas vitandas intrare Arcam, id est amplecti Baptismum, cum doctrina Baptismi, explicante Petro, 1. 3, 21. atque ità servare nos ipsos, & quot possumus alios †. ¶ *Per quam* (Intellige, vel, 1. fidem [t]; vel potiùs, 2. Arcam [v], vel Arcæ constructionem [x]; quo facto seu exemplo [y]. Ità Antithesis jucundior est, Arcam fecit, quâ suos servavit, & mundum condemnavit [z]: *fidei* autem mentio sequetur [a].) *damnavit* (vel, *condemnavit*, Be. Pi. &c.) *mundum*] i.e. Totum extra familiam suam genus humanum [b], ut κόσμος usurpatur 2 Pet. 2. 5 [c]. vel, impios homines, præter quos vix pauci erant in mundo homines [d]. *Condemnavit* autem eos infidelitatis [*], vel, condemnandum judicavit [f]; vel, supplicio dignum ostendit [g], omnémque ei excusationem abstulit, dum Arcam immensæ molis per multos annos fabricat, palàm verbo factóque monens, metuendum esse diluvium [h]; vel, dum mundi vitia respuit, &c [i]. *Condemnare* dicitur aliquos etiam qui suo facto ostendit quid alii facere debuerint, atque indè eos non idem facientes culpæ convincit, ut Mat. 12. 41, 42. ubi dicta vide [k]. ¶ *Et*, &c. Καὶ—ἐγένετο κληρονόμος] *Et ejus quæ ex fide* (vel, *secundùm fidem*, J. Cap. Ger.) *est* (id est, quæ per fidem obtinetur sine ullo operum nostrorum merito, quo justitiæ donum advocemus [l]:) *justitiæ* (id est, vel, 1. justitiæ & sanctitatis priorum patrum, quam imitatus est atque possedit [m]; vel, 2. vitæ æternæ [n], ex justitia illa fluentis [o]. Synecd. membri metonymica [p]. *Justitiam* hic vocat præmium justitiæ, sicut *peccatum* apud Hebræos est pœna peccati. Præ-

[Margin notes: y G. — a G. sim. E. — a G. — b Idem. — c J. Cap. — d E. — * Me. sic E. V. J. Cap. Pi. — f Chrys. in E. G. — g G. — h E. — i E. ex Th. Ger. — k E. — l J. Cap. — m G. sic Pi. — n G. — o Idem. — p E. — q G. sim. E. — r Me. sic E. Ger. — † G. — t Zeg. Me. Aquin. & Caj. &c. in E. — v E. ex Th. & Oecum. J. Cap. G. — x J. Cap. — y Ger. Pi. — z E. — a G. — b G. sic E. — c G. — d Pi. — * V. — f Zeg. — g Zeg. sic Rib. E. — h E. — i Zeg. — k G. — l E. — m Rib. — n Pi. J. Cap. Ger. — o Pi. sic J. Cap. — p Pi.]

mium autem justitiæ erat totius Mundi possessio. Ad eam autem justitiam per fidem pervenerat. Et nobis obveniet possessio Mundi melioris itidem per justitiam ex fide [q].) *factus est hæres*, Be. Pi. id est, Ità consecutus est justitiam quæ est per fidem [r], atque ex fide justificatus est, sicut Abraham. Hebraismus est, quo *hæres* generaliter usurpatur pro possessore, & *hæredem fieri*, pro, adipisci seu consequi aliquid quocunque jure seu modo, ut Heb. 1. 4 †. Hæc salus corporalis Noacho pignus fuit, & typus salutis æternæ, 1 Pet. 3. 20, 21 [t]. Et diluvium illud pars tantùm erat pœnæ illius impio mundo infligendæ; & Noachi liberatio à diluvio pars duntaxat præmii ejus, quâ Deus Noachum justificavit, & justitiam ipsius per Christum, ac ereptionem à morte æterna, declaravit [v]. Idcirco dicitur, *factus esse per fidem hæres justitiæ*. Nam patrum fides habuit objecta duplicia, bona scilicet & spiritualia, & corporalia, illorum adjuncta & typos [x]. Mundo exciso, Noachus relictus unicus hæres, & possessor totius terræ, cui adjuncta indubiè est felicitas vitæ alterius [y].

8. *Fide*, &c. Πίστει καλούμενος (In MS. ὁ καλούμενος [z].) Ἀβραὰμ ὑπήκουσε] *Per fidem* (Referendum, vel, 1. ad *vocatus* [a]; vel, 2. *obedivit* [b].) *vocatus* (i.e. cùm vocatus est [d], & patriam relinquere jussus [*]. Vel, *qui vocatur*, Vulg. q.d. Is cui Deus Abrahamo fecit nomen [f]; q.d. Vir ille virtutibus & Dei amicitiâ præclarus, & proinde dictus *Abraham*, &c [g].) *Abraham auscultavit* Deo, Be. Pi. Gen. 12. 5. Act. 7. v. 3. Dictum Pythagoræ, Ἕπου Θεῷ, hoc exemplo illustrant Clem. Alex. & Ambros [h]. ¶ *In locum*, &c. Ἐξελθεῖν, &c.] *Ut abiret* (vel, *Abeundo*, Be. *Ut exiret*, Er. sim. Vulg. E patria fertilissima, & in qua potens erat [i]; ex Chaldaica terra & Mesopotamia [k]:) *in locum quem accepturus erat*, &c. Pi. &c. id est, in Cananæam [l], quàm ipse, id est, posteri ipsius, erant possessuri [m]. ¶ *Et exivit* (Ure Chaldæorum, cum patre Teracho, &c. Gen. 11. 31 [n].) *nesciens quò iret*] id est, Quam sedem habiturus esset [o], num terram Canaan. Vel, quam ejus regionem [p]. Ivit quidem Dei jussu in terram Canaan, sed ignoravit num ibi manendum esset [q]: vel, Nesciebat quæ aut qualis esset illa terra Canaan. Congruit hoc cum verbis Gen. 12. 1, 7. Sic ποῦ apud Græcos etiam *quò* significat, ut ποῦ γῆς αἰτεῖς apud Euripidem. De re vide Gen. 12. 1. Act. 7. 3. ubi dicitur, *I in terram quam monstrabo tibi* [r]; q. d. Non est cur solicitè inquiras, sed tantùm acquiescito †. Satis illi erat quòd sciret se Deum ducem habere & auspicem itineris [t].

9. *Fide*, &c. Πίστει παρῴκησεν—εἰς τὴν γῆν, &c.] Pro, ἐν τῇ γῇ: sicut & Act. 7. 4. quomodo παροικεῖν, quod respondet Hebræo גור, construitur Gen. 20. 1. & 21. 34. & 26. 3 [v]. *Per fidem commoratus est* (vel, *accola*, sive *advena, fuit*, E., vel, *vixit ut incola*, G. sic Rib. vel, ut peregrinus [x]; non ut civis & inquilinus [y], vel, tanquam stabilem ibi sedem habens [z]. Vide quæ diximus ad Luc. 24. 18. & Eph. 2. 19. 1 Pet. 2. 11 [a]. vel, *commigravit*, Er. Sed id est μετῴκησεν. [Vide Matth. 2. 23 [b].) *in terra promissa* (vel, *promissionis*, Pi. Mo. *promissâ* illi, id est, generis ejus [c]:) *ut aliena*, Be. Pi. Nam nè glebam quidem terræ ibi possedit præter locum ad Saram sepeliendam, Act. 7. 5 [d]. quem etiam non ex promissione accepit, sed pretio redemit [*]. Eo exemplo docemur non offendi morâ, sed patienter exspectare implementa Divinarum promissionum [f]. Al. Respicit hoc animum Abrahæ, alioqui superfluè addi videretur; q. d. Ità fuit advena, ut etiam animo se talem reputaret, utens illâ terrâ tanquam alienâ; nec propriam habere desiderans, sed meliorem, id est, cœlestem appetens [g]. Vel, Et incoluit eam, ut peregrinus alienam, & se peregrinum in ea professus est, ut dicitur Gen. 23. 4 [h]. ¶ *In*, &c. Ἐν σκηναῖς κατοικήσας] *Commoratus* (vel, *Ut qui habitaverit*; est enim aoristus [i]:) *in tabernaculis*, Be. Pi. Non in fixis domibus [k], sedem subinde mutantes [l], ut illi, *Quorum ritè vagas plaustra trahunt domos*. Nam qui solùm possident, ibi ædificant, ibi manent [m]. ¶ *Cum*, &c. Μετὰ Ἰσαὰκ, &c. *Cum Isaac*, &c.] Sensus, vel, 1. Eum unà habitâsse cum Isaac & Jacob [n]; vixit enim Abraham 75 annos cum Isaaco, 15. cum Jacobo [o]. Cui obstat, quòd Abr. & Is. tempore nati Jacobi, separatas familias habuerunt [p]. Vel, 2. quòd Scenitæ fuerunt Isaac & Jacob non minùs quàm Abraham [q]; quòd alius post alium in

[Margin notes: q G. — r Me. E. ex Th. & Chrys. — † E. — t Gom. Law. — v Law. — x Gom. — y Ham. — z G. — a Er. Zeg. — b Er. G. Zeg. J. Cap. — d Rib. ex Th. & Sy. Pi. Me. sim. V. Zeg. — * Rib. ex Th. — f Q. in G. sim. Rib. E. — g Rib. — h G. — i J. Cap. — k G. — l G. Pi. — m G. sim. Me. — n J. Cap. — o Jun. — p E. Me. — q E. Ger. — r G. — † Jun. — t J. Cap. — v G. — x Rib. E. Me. Ger. Jun. — y Rib. E. — z Me. — a G. — b Be. — c G. sic E. Ger. — d G. — * E. — f G. — g E. — h Jun. — i E. — k Ger. E. sic D. — l D. — m G. — n L. — o Q. in J. Cap. sim. L. — p E. — q J. Cap.]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

in tabernaculis habitârunt [r]. Μετὰ hic non significat idem Tempus, sed Paritatem rei ; nam & Isaaco eædem factæ sunt promissiones, Gen. 22. 17. & 26. 24. & Jacobo, Gen. 28. 13. *Isaacus*, aiunt Hebræi, *egrè aquas sibi necessarias reperit*, *Jacobus ægrè locum in quo tentorium figeret*. Vide Gen. 26. & 33. Tamen de implemento promissionum non dubitârunt. Sic & nos longa exspectatio lassare non debet †.

10. *Exspectabat* (Ἐκδέχομαι usitatissimè sign. *exspectare*, ut Joh. 5. 3. Act. 17. 16. 1 Cor. 11. 33. & 16. 11. &c [t].) *enim* (Abrahamus, quamvis & ad filios hoc pertineat [v]. q. d. Existimabat se non terræ civem esse, ne illis quidem promissæ, sed cœli ; ideóque satis putabat habitare in tabernaculis, & domo stabili sibi opus esse non putabat [x] ; neque ea res illum angebat, cùm animum haberet fide suspensum ad urbem supremam piis promissam [y] :) *fundamenta habentem* (æterna videlicet, ut Esa. 58. 12. est enim διαχρονικὸν hoc epithetum [z] : ut Heb. 8. *tabernaculum verum* dixit, ità hîc *fundamenta* intelligit *vera* ; id est, perpetuò firma, quæ nec vetustate labascunt, nec ullâ vi convelli possunt [a]. Et *fundamenta* dicit pro *fundamentum*, more Hebræorum, ut 2 Sam. 22. 8, 16. Psal. 11. 3. & 85. 2. Esa. 24. 18. & 40. 21, &c [b].) *civitatem*] Cœlestem patriam intelligit [c], ut v. 16. exponitur [*]; quam sic vocat, ut eam tabernaculis opponat, quæ fundamenta non habent [d] ; sed, prout usus tulerit, quolibet transferuntur [*], clavis ligneis tantummodò figenda ac refigenda [f] ; q. d. civitatem fundatissimam, ac proinde ἀσάλευτον, sive inconcussam, ut appellatur infrà 12. 28 [g]. cùm terrenæ omnes civitates everti possint, & cives ab eis avelli [h]. Al. *Sperabant aliquando posteros suos illis in locis non vagas domos habituros, sed urbem in bonis fundamentis bene locatam*, i. e. Hierosolyma. Per Metropolin verò significatur terræ totius possessio. Tentoria non habent fundamenta, quia transmoventur. Urbs Hierosolyma per κατάσχεσιν vocatur *tentorium immobile*, Esa. 33. 20 [i]. [Cl. Medus locum de nova Hierosolyma intelligit, quam Abr. If. & Jac. in personis suis aliquando incolent. Sed verba ejus videamus.] Argumentum illud Christi pro Resurrectione, Matth. 22. 32, &c. quod difficultatem habet, ut validum sit, intelligendum est cum respectu ad fœdus Dei cum Ab. If. & Jac. quod erat, *Se daturum terram*, non *posteris* duntaxat eorum, sed & *ipsis*, Exod. 6. 4, 8. Deut. 1. 8. & 11. 21. & 30. 20. Quare & ipsi tandem reviviscent, & terram illam habitabunt. Et hanc Christi mentem fuisse docet, quòd illo ipso tempore RR. ex hac ipsa promissione Resurrectionem adversus Sadducæos astruebant, ut videre est in Talmude. [Verba vide in Med.] Confirmatur quoque hæc sententia, ut ex Matth. 8. 11. Luc. 1. 72. ità & ex Heb. 11. 8, 9, 10, 13, 14, 15, 16. ubi ἐπουράνιον dicitur non *quod est in cœlo*, sed *quod de cœlo venit* [k]. ¶ *Cujus*, &c. Ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς, &c.] *Cujus artifex & conditor* (vel, *architectus & faber*, G. Duæ voces idem ferè significantes ponuntur amplificationis causâ, ut nihil in ea urbe esse sciamus quod non est opus Dei [l]. Al. δημιουργὸς sæpe *architectum* notat, qui operi superintendit ac præest ; ut sensus sit, Quam urbem Deus & fecit tanquam opifex, & faciendam disposuit tanquam architectus [m].) *est Deus*, Be. Pi. Christus scilicet cœlestis Jerosolymæ fundator & consummator [n]. Al. [Sensus,] Quam urbem Deus illis erat miris modis paraturus. Vide 1 Sam. 5. Psal. 122. Ideo *urbs sancta*, *urbs Dei*, vocatur. Deus rationes ad parandam ipsis hanc urbem & invenit & exsecutus est. Hæc urbs imago est Civitatis cœlestis [o].

11. *Fide*, &c. Πίστει—δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος, &c.] *Fide & ipsa Sara* (A Virorum exemplis venit ad Fœminas, ut sexum utrumque excitet [p]. Vulgatus hîc addit *sterilis*, & in cod. Complut. & Clarom. & alio additum est, στεῖρα οὖσα, *sterilis cùm esset* [q], & naturâ & annis.) Πίστει ἔλαβε, ut sequitur [r], *Fide accepit*, J. Cap.) *virtutem* (vel, *vim*, Be. Pi. &c.) *ad conceptionem* (vel, *jactum*, Ca. D. *dejectionem*, Pi. Gom. Th. in E. vel, *fundationem*, Pi. *emissionem*, D. *collationem*, J. Cap.) *seminis*, &c. Mo. &c. vel, *ad concipiendum* (vel, *emittendum*, Q. in Be. *jaciendum*, Gom. *ejiciendum*, Jun. vel, *suscipiendum*, Chryf. in Er. vel, *concipiendum ac retinendum*, Er. Ti. V.) *semen*, P. Pi. H. Æth. sic Tre. ex Sy. Cap. &c. vel, *ad ejaculatum semen* concipiendum, Be. Καταβολὴ propriè dicitur *dejectio*, ut cùm semen in terram projicitur, ut ab ea susceptum fructificet ; vel, cùm in imo jacitur fundamentum, ex quo domus consurgat †. Sunt qui hîc intelligi putant *muliebris seminis ejaculationem in locos suos*. Nec errant ἐν τοῖς φυσικοῖς [t] ; q. d. Ut ipsa semen exscrearet [v], vel dejiceret [x], è lumbis [y], vel, è vasis seminariis [z], in uterum [a], & ex coagmentato utriusque semine fœtum conciperet [b]. Vel, *ut posset & ipsa semen conferre* : id quod ad generationem necessarium est [c]. Fœminas semine carere, quod affirmant Menno Anabapt [d]. & Aristoteles, refellitur, tum ex ipso Aristot. qui semen definit esse *ex utroque*, &c [*]. tum, ex Medicorum demonstrationibus [f], & experientiâ certâ ; tum, ex ipsa Scriptura, in qua mulier *seminificare* dicitur Levit. 12. 2. & Christus *semen mulieris* dicitur, Gen. 3. v. 15. & *factus ex semine Davidis*, Rom. 1. 3. & *fructus ventris* Mariæ, Luc. 1. quia ex ea factus, Gal. c. 4. v. 4 [g]. [Aliis hæc sententia non placet :] 1. Hebræos non ità subtiliter locutos arbitror, neque hunc Scriptorem [h]. 2. Illi accommodatius esset nomen ἐκβολὴ, nisi dicas ἐμφατικώτερον esse illud καταβολὴ, ut quo defluxus notetur [i]. 3. Scriptura ubique mulieri susceptionem seminis tribuit, non emissionem aut dejectionem [k]. [Alii ergò aliter.] Καταβολὴ ad virum referenda est [l], cujus ejaculato semini concipiendo impar erat caro naturâ sterilis. Ex antecedente hîc intelligitur consequens, more Hebræorum [m]. Conceptio seminis καταβολὴ dicitur, ex eo quòd semen in matricem velut in terram dejectum, atque in ea susceptum, retinetur ; quod dum fit, concipi dicitur [n]. Phrasis est Hebraica. Sic Gen. 4. 25. שת לי זרע, κατέβαλέ μοι ὁ Θεὸς σπέρμα. (Nam שת propriè est καταβάλλειν, *ponere, deponere* : unde שתות, *fundamenta ædificii*, quia deorsum ponuntur seu jaciuntur.) h. e. *Fecit Deus ut καταβολὴ σπέρματος in me esset fœcunda*. Non enim ex quovis congressu proseminatur fœtus [o]. Hoc voluit [Scriptor noster] *Consecutam Saram vim*, εἰς καταβολὴν σπέρματος, nempe *virilis*, *recipiendam*, quomodo acceperunt Chryf. & Syrus. Καταβάλλειν est *dejicere de loco superiore* [p]. Qu. Quomodo hoc tribuitur fidei Saræ, cujus incredulitas notatur Genes. 18 [q]? Resp. 1. Distingue tempora [r]. Primùm, ex diffidentia risit, postea verò credidit †, monita id à Deo profectum, &c [t]. 2. Non Saræ ; sed Abrahami, fides h. l. commendatur [v] ; *Fide*, sub. *ejus*, nempe Abrahami. Sic in seq. non semper intelligitur fides ejus de quo aliquid narratur, sed interdum aliorum, ut v. 23, 29, 30 [x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας] i.e. אחרי בלותי, Gen. 18. 12 [y]. *Et* (vel, *Etiam*, Be. Vulg.) *præter tempus* (vel, *rationem*, V. *opportunitatem*, Zeg. *tempestivitatem*, Er.) *ætatis* (id est, in ætate aliena [z], ad generationem inepta [a], senili [b] :) *peperit*] Sed ἔτεκε non est in Vulg. nec in cod. Clarom [c]. Reliqua bene cohærent cum præced. ἔλαβε [d]. ¶ *Quoniam fidelem*, &c.] Vel, *Veracem*, V. constantem in promissis [*]. Nempe, postquam ab Angelo edocta esset [f], non esse jocum, sed rem seriam, Gen. 18. 12, 13, 14. Vide suprà 10. 23. Simile vide Luc. 1. 45 [g].

12. *Propter quod* (i. e. Propter hanc fidem [h], & Abrahami & Saræ [i] :) *& ab uno*] Vel, 1. Abrahamo [*] ; egregiè dictum, nam sic eum vocare solebant Hebræi, ut videre est Mal. 2. 15 [*]. vel, 2. corpore [k], nempe, Abrahæ & Saræ, juxta illud, *Erunt duo in carne una* [l] ; vel, 3. repete *semine* ; vel, 4. ortûs initio [m]. Sunt impleta suo tempore promissa illa, Gen. 15. & 22. ut apertè significatur Deut. 1. 10. Adde 2 Sam. 24. 9 [n]. ¶ *Orti* (vel, *Nati*, Be. Pi. *Geniti*, Er. D. sub. *posteri*, Be. V. D. sim. Er. Zeg. Verbale verbo inclusum, more Hebræorum [o].) *sunt*, *& hoc*, &c. Καὶ ταῦτα νενεκρωμένου] *Et hæc* (vel, *Eóque jam*, Er. Be. Pi. J. Cap. Zeg. vel, *Ad hæc etiam*, Zeg. vel, *Idque*, Er. Zeg. Rev. vel, *Et quidem*, Val. Er. Rev. G. Καὶ ταῦτα est Græca locutio [p], ad epitasin faciens [q].) *emortuo*, Mo. Vulg. Pi. &c. i. e. viribus effœto [r], vigore naturali destituto †; mortuo respectu genituræ [t], quia per longam ætatem eæ vires in eo erant emortuæ. Confer Rom. 4. 19. Sic *mortuum leonem* habes, & apud Martialem. Aiunt Hebræi, vires extra ordinem Abrahamo propter Saram datas mansisse etiam ad tempus Ceturæ. Hoc argumento & nos credimus, non deesse Deo vires mortuos excitandi ad vitam, præsertim cùm

cùm id non promissum tantùm sit, sed & specimen ejus admirabile datum in Christo [v]. ¶ *Tanquam sidera*, &c.] id est, Innumerabiles [x]. Cùm innumera indicamus, aut Stellarum, aut Arenarum, nomen usurpamus [y]. Hyperbole usitata. At Stellæ non æquant numerum posterorum Abrahæ; & propterea cum numero splendorem nobilitatémque illius populi declarant [z]. Sed quamvis Stellas quæ sub aspectum cadunt numerent Astrologi [a], tamen aliæ innumeræ sunt quæ sub aspectum non cadunt [b]. Sanè quantò quis acutiùs eas intuetur, tantò plures videt [c].

13. *Juxta*, &c. Κατὰ πίστιν] Idem quod ἐν πίστει, sicut κατὰ σάρκα & ἐν σαρκὶ idem, Rom. 8. 4, 8. & κατὰ ἀγάπην περιπατεῖν idem quod ἐν ἀγάπῃ, &c. Rom. 14 [d]. *Secundùm* (vel, *Per*, G. J. Cap.) *fidem*, Be. Pi. *In*, vel *Cum*, *fide*, Zeg. E. i.e. Cùm fidem hanc haberent [*]. Construitur hoc, vel, 1. cum proximis vocibus [f]: qu. d. In hac sanctâ veráque fide ad mortem usque sibi constiterunt [g]: vel, 2. cum [remotiore] ἰδόντες, *per fidem videbant* [h]. ¶ *Defuncti* (vel, *Mortui*, E. Pi. &c.) *sunt omnes isti*] Nempe qui mortui sunt, è quorum numero disertè exceperat Henochum, cujus tamen translatio *mortis* nomine comprehendi possit [i]. Al. *Omnes*, nempe ab Abrahamo deinceps [k], Ab. If. & Jac [l]. ut apparet ex collat. v. 15, 16 [m]. de quibus proximè dixerat, & quibus solis factæ sunt promissiones de quibus hic sermo est [n]. ¶ *Non*, &c. Μὴ λαβόντες, &c.] *Quum non accepissent* (vel, *Non adepti*, Be. Pi.) *promissiones*, Er. i. e. res promissas [o]: vel, 1. spirituales, promissi & exhibendi Christi [p]; vel, de vocatione Gentium [q], vel, de cœlesti regno ineundo [r]. Sed de eo pòst loquitur [†]. Vel, 2. temporales [s], possessionem terræ Canaan [v], Regnum, Urbem famosissimam, Templum. Hoc est quod dicitur, *Nomen* יהוה, i. e. promissa exsequentis, *illis non fuisse cognitum*, Exod. 6. 3 [x]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ πόῤῥωθεν ἰδόντες, καὶ πεισθέντες, καὶ ἀσπασάμενοι] *Sed à longè* (vel, *eminùs*, Be. Pi. Posteros hoc respicit, in quibus implendæ erant [y].) *eas aspicientes*, (nempe oculis fidei, non corporis [z]; sicut navigantes terram [a] desideratam [b], ut in Virgil. *Italiam, Italiam primus conclamat Achates* [c]. Abraham didicerat exspectandos 400 annos. Sic & nobis, quæ longè abesse videntur speranda sunt etiam in ipso mortis tempore [d].) *& persuasi*, (sub. *de illis*, J. Cap. Ger. suo scil. tempore implendis [*]: vel, *quum ipsis fuissent persuasa*, Be. sic Pi. vel, *credidissentque*, i. e. in sua hac fide virtute Dei confirmati [f]: vel, *& gavisi sunt*, Sy. in Be. Sed illud πεισθέντες abest in MS [g]. illo probatissimo, & in alio vetustissimo in Collegio Magd. Oxon [h]. & in Bib. Regiis, Chrys. & Th [i]. & Vulg. & Complut. & in omnibus Græcis manuscriptis [k]. Sed meliores Codices habent [l], neque hîc supervacaneum est [m].) *&* (sub. *ea*, Be. Pi. &c. vel, *in eo*, Tre. ex Sy.) *salutantes*, Mo. vel, *salutâssent*, Er. Ti. id est, quasi in transcursu degustâssent [n]: vel, *amplexi fuissent*, Il. Be. Pi. sic Ca. G. vel, *gavisi sunt*, Tre. vel, *cum gratiarum actione excepissent*, P. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὁμολογήσαντες, &c.] *Ac professi* (vel, *confessi*, Mo.) *fuissent* (etiam coram Ethnicis [o]:) *se hospites & advenas*, &c. Jun. Be. Pi. &c. i. e. Se in ipsa illa terra non ut possessores vivere, sed ut hospites [p]. Respiciuntur verba Abrahami Gen. 23. 4. & Jacobi, Gen. 47. 9 [q]. de Isaaco vide Gen. 26 [r]. Confer Psal. 39. 12 [†]. Idem sensus qui suprà v. 9. nisi quòd hîc etiam ad Isaacum & Jacobum aptatur quod de Abrahamo dictum fuerat, ut & Gen. 28. 4. Sensus mysticus satis patet. Dicitur ξένος *qui per loca sibi externa transit*; παρεπίδημος *qui moram ibi ducit*. Dicit Philo, Πᾶσα μὲν ψυχὴ σοφοῦ πατρίδα μὲν οὐρανὸν, γῆν δὲ ξένην ἔλαχε, &c. [Reliqua vide in G.] Et Plato, Παρεπιδημία τίς ἐστιν ὁ βίος [r].

14. *Significant*, &c. Ἐμφανίζουσι, &c.] *Declarant* (vel, *Ostendunt*, Tre. ex Sy. Ar. *Docent*, J. Cap. *Significant*, ut Act. 23. 15. Esth. 2. 2 [v]. *Apertè significant*, E. *Palàm ostendunt*, P. Mo. Be. Pi.) *se patriam inquirere*, vel, *requirere*, vel, *quærere*, Er. Ti. Ca. Be. Pi. eóque se nondum assecutos patriam [x]. *Desiderant habere patriam*, G. Hoc enim peregrinantium est [y]. Nemo enim in patria sua peregrinus aut hospes est [z].

15. *Et siquidem illius meminissent* (nempe cum amore ac desiderio illius, ut *reminisci* & *oblivisci* sæpe sumuntur [a], & ad illam reverti optâssent [b]:) *de qua exierunt*] h. e. Chaldææ [c], unde exierant Abrahamus & Sara; liberi autem quasi iidem cum parentibus [d]. Si ideo se peregrinos vocabant quòd Chaldæam haberent pro patria [*]. Pro ἐξῆλθον in MS. est ἐξέβησαν [f]. ¶ *Habebant* (vel, *Habuissent*, Er. J. Cap. *Habere poterant*, Be. Pi.) *utique tempus revertendi*] Vel, *Ad revertendum*, Be. Pi. Facile illis & obvium erat brevissimo itinere ac tempore, v. g. è Canaanitide, vel Ægypto, in Ur Chaldæorum recurrere [g]. Intra annos plus 200. qui intercessere inter Abrahami exitum è Chaldæa & Jacobi mortem, satis temporis fuit Abrahamo, Isaaco, Jacobo, redeundi in Chaldæam, si illam amâssent ut patriam suam. Verbum ἀνακάμπτειν habemus & Mat. 2. 12. Luc. 10. 6. Act. 18. 21 [h].

16. *Nunc*] Νῦν hîc non est temporis nota [i], sed oppositionis, pro, *At verò*, ut suprà 9. 26 [k]. vel, illationis [l]. ¶ *Meliorem* (Nempe patriam [m]; non quam habuerant, sed quam habituri erant eorum posteri ex promisso Dei [n]: Al. non terrenam [o].) *appetunt*, Ὀρέγονται] Vehementius desiderium notat, ut 1 Tim. 3. 1 [p]. Et Præsenti utitur pro Præterito [q], historicorum more [r]. Sic suprà v. 14 [†]. ¶ *Id est, cœlestem*] Illam scil. cujus conditor Deus, ut antè dictum [t], cœlum nempe ipsum & Deum [v]. Illa patria sensu mystico Cœlum summum significat, teste Maimon. Similis locutio 2 Cor. 3. 13. ubi itidem miscentur figura & res figurata; ut & infrà v. 26. Anaxagoras dicenti cuipiam, *Nulla tibi patriæ cura est*, *Meliora loquere*, inquit, *mihi enim maximæ curæ patria est*; cœlum digito monstrans. Philo dicit in historia illa peregrinantium Abr. & liberorum ejus obscurè indicari doctrinam de immortalitate animi, &c. [Verba vide in G.] Idem alibi νοητὴν πόλιν nominat. Et vocatur Jerusalem *Urbs sancta*, *Urbs Dei*; quæ nomina sensu multò pleniore summo illi Cœlo conveniunt. ¶ *Ideo*, &c. Διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ὁ Θεὸς, Θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν] Sensus est, Οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ὁ Θεὸς, τίς δεν, οὐκ ἐπαισχύνεται Θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν. Verbum ἐπαισχύνομαι aut cum accusativo Personæ construitur, ut Marc. 8. 38. Luc. 9. 26. aut cum infinitivo Rei, ut suprà 2. 11. Deus cùm specialiter dicitur *Deus Ab. If. & Jac.* Exod. 3. 15. eo ipso intelligitur eorum esse fautor summè atque εὐεργέτης· ut diximus, & ex AE. firmavimus ad locum Mat. 22. 32. Ostendit autem noster Scriptor jure hoc nomen Deo tribui, *quia paravit*, &c [x]. [Verba sic reddunt:] *Quapropter non erubescit* (vel, *verecundatur*, J. Cap. vel, *dedignatur*, Glass. Minus dicit ac plus intelligit [y]. Μειώσις est, οὐκ ἀπαξιοῖ pro ἀξιοῖ *dignatur*, sicut *non negare* dicunt Hebræi pro *profiteri* [z]. qu. d. Hoc honore eos dignatus fuit [a].) *ipse Deus vocari* (vel, *quin vocetur Deus*, Jun. Pi.) *ipsorum*, Er. Ti. V. Rev. &c. *Quapropter Deum non pudet eorum*, id est, *cognominari Deus eorum*. Vis sententiæ est in propria notatione τῆς ἐπικλήσεως, quæ est, ὅτι τῷ πρώτῳ κλήσει προσῆλθον [b]. Sensus, Hâc fidei devotione tantopere Deo placuerunt, ut hunc illis honorem conferret, &c [c]. Optimo igitur jure professi sunt se cives esse civitatis Dei, cùm Deus profiteatur ipsos cives esse ad civitatem suam pertinentes [d]. ¶ *Paravit*, &c. Ἡτοίμασε, &c.] *Paravit* (i.e. Et fecit in tempore, & faciendam disposuit ab æterno [*]: vel, *Paraverat*, Be. Pi. id est, destinaverat, ut ἑτοιμάζειν sumitur in Græco Tob. 6. 22. Mat. 20. 23. & 25. 34. Marc. 10. 40. Sic & προετοιμάζειν, Sap. 9. 8 [f].) *enim illis* (non quidem solis, sed ut præcipuis & primariis civibus, Mat. 8. 11 [g].) *civitatem*] Quam exspectant, & ad quam anhelant [h]; quam fide exspectant [i], nempe cœlestem [k]. Al. *Egregiam urbem*, nempe Hierosolyma, ut jam diximus. Per quam πόλιν, imò μητρόπολιν, significatur μυστικῶς summum Cœlum, ut jam didicimus [l].

17. *Fide*, &c. Πίστει προσενήνοχεν, &c.] Sic & Jac. 2. 21. ἀνενέγκας. *Fide obtulit Abraham Isaac*, Mo. Quod quidem in illo fuit [n]; non eventu, sed animo & conatu [o]; offerre voluit [p], offerre paratus fuit [q], reipsâ jam oblaturus nisi prohibitus esset [r]. Partem oblationis etiam effectu implevit, imponens filium altari; partem animo, paratus eum etiam mactare. Salvianus, *Quantum ad defunctionem cordis pertinet immolavit*. Philo de eadem re, τὸ δ' ἡ πρᾶξις εἰ μὴ τὸ τέλος ἐπηκολούθησεν, ὁλόκληρος

ὁλόκληρος καὶ τέλειος, &c. Itaque & à Deo ipso tanquam rei perfectæ præmium accepit, *Non pepercisti*, &c. Gen. 22. 12. Et ille quidem filio non pepercit; Christus autem & ejus Martyres nec sibi †. ¶ *Cùm tentaretur*] id est, Deo experimentum capiente [t], & explorante ipsius fidem, Gen. 22. 1. Sirac. 44. 20. idque postremùm. Nam post id ultrà exploratus non est [v]. *Tentavit* non ut sibi, sed ut aliis, nota fieret ejus obedientia [x], ad perpetuum Ecclesiæ exemplum. ¶ *Unigenitum*] Quales vehementiùs amantur. Vide Jer. 6. 26. Zach. 12. 10 [y]. Ostendit quanta fuerit tentatio. Obj. Alterum habuit filium, nempe Ismaelem [z]. Resp. Isaac dicitur *unicus*, יחיד, Gen. 22. 2, 12, 16. vel, 1. ex justa matrefamiliâs [a]; ex Sara, liberâ uxore [b], quæ sola pleno jure uxor erat: nam conjugium cum ancilla legitimum non erat, quatenus sine pactis nuptialibus initum, quæ plenum darent jus conjugale [c]. Vel, 2. ratione promissionis [d], quia solus natus est vi promissionis, & solus erat hæres Abrahæ, & soli illius posteri pro Abrahæ filiis censendi erant [*]. Vel, 3. quia Ismael jam abdicatus erat, & civiliter mortuus, Gen. 21. 12 [f]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ—ἀναδεξάμενος] *Qui promissiones* (sibi à Deo factas [g], nempe in Isaaci posteritate implendas [h]; quod jam addet [i], de semine benedicto [k]; de semine vocando in Isaaco, & de benedicendis omnibus gentibus in illo semine [l]:) *exceperat*, Be. Pi. vel, *in animum admiserat*, G. vel, *fide amplexus fuerat*, Cap. vel, *susceperat*, G. Vulg. ἀναδέχεσθαι plus est quàm δέχεσθαι [m]. Augebat hoc difficultatem, quòd sic expectari non poterat promissum semen [n].

18. *Ad quem*, &c. Nempe Abrahamum [o]; Πρὸς ὃν] *De quo*, Q. in E. J. Cap. ut Heb. 4. 13 [p]. Sic Heb. 1. 7. πρὸς, &c. *de angelis*. Sic Gen. 20. 13. *Dic* לי *de me*, Exod. 14. 3. *Dicit Pharao* לבני, *de filiis*, &c [q]. ¶ *Quia in* (sed ὅτι hîc abundat [r], ut Mat. 16. 18. Luc. 1. 61. & 8. 49. & alibi †:) *Isaac vocabitur tibi semen*] Gen. 21. 12. Rom. 9. 7 [t]. nempe promissum, sive benedictum [v]. i. e. Ea posteritas erit longè clarissima, tuúmque nomen propagabit, & terram illam insignem possidebit, quæ per Isaacum tibi obveniet [x]. Ex illo solo censenda & vocanda erit posteritas tua, quæ hæres sit promissionum [y]. Notandum autem Isaacum cùm morti destinabatur fuisse improlem [z].

19. *Arbitrans*, &c. Λογισάμενος, &c.] Heb. חשב. Referendum hoc ad remotius, nempe ad προσενήνοχεν [a]. [Sic vertunt:] *Arbitrans* (vel, *Animo reputans*, G. vel, *Ratiocinatus*, Be. Pi. i. e. Subductis rationibus omnibus adversùs ingruentes cogitationes collegit [b]. *Cùm illud secum perpendisset*, Er. V. J. Cap. Non ad rationis humanæ, sed ad fidei, stateram [c].) *quia* (vel, *quòd*, V.) *& à mortuis suscitare potens* (sub. *est*, Vulg.) *Deus*, Mo. Isaacum scilicet [d]: Deúmque id omnino facturum, nisi alio modo promissionem impleat [*]. Hæc erat fides Evangelicæ sanè suppar. Credebat ex Isaaco se habiturum posteros; credebat eundem interficiendum. Hæc conciliari non poterant nisi per admirandam Dei potentiam, ad id efficiendum [f], quod eo tempore exemplo carebat [g]. Quò laudabilior erat hujus fides [h]. ¶ *Unde*, &c. Ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο, &c.] *Unde* (Refertur ad ἐκ νεκρῶν, *ex mortuis* [i], in quibus propè erat [k]:) *eum* (nempe Isaacum [l]:) *&* (vel, *etiam*, Er. P. &c.) *in parabolam* (id est, vel, in proverbium & exemplum omnibus gentibus & seculis celebrandum [m]: vel, in figuram mysterii cujusdam significativam [n]; in typum mortis & resurrectionis Christi [o]: vel, *in similitudinem*, V. vel, in symbolum resurrectionis mortuorum [p]: vel, *in similitudine*, Er. *in imagine*, Scal. *per imaginem* quandam Resuscitationis ex mortuis. Jam enim mortuus erat in sua & patris opinione. Redditus ei est ex Orci faucibus. Sic Resuscitatio à morte & Liberatio à periculis præsentissimis comparantur, 2 Cor. 1. 9, 10 [q]. vel, *similitudine* quâdam, Be. Pi. Gom. Jun. P. Non propriè [r], sed quodammodò, sive specie tenùs †; quia factum non erat, sed esse videbatur: q. d. Perinde erat ac si eum mactâsset, & à mortuis recepisset [t]. Al. Respicit uterum Saræ quasi mortuum ex quo eum acceperat [v].) *accepit*, Mo. vel, *recepit*, Il. P. Be. Pi. *reduxit*, Er. Ti. *complexus est*, Ar. *recepisse videtur*, Ca. Al. *Quapropter in typo datus est ei*, Tre. ex Sy.

20. *De futuris*, &c.] id est, Promittendo illis bona futura [x], bona quæ non videbat [y]. In aliena terra consistens, & nihil in ea possidens, solâ tamen Dei promissione fretus, filiis suis maximè benedixit in tempora longè futura [z]; ad *seculum* usque *venturum*, Messiæ scilicet [a]. Non enim nudæ erant hæ benedictiones. Sed prædictiones ac promissiones ex fide profectæ, ideóque certissimæ [b]. Crediderat Deo res magnas posteris suis eventuras, Gen. 26. 24. sed solenniter quasi testamentum conditurus, Deo dirigente, eas ità partitus est ut Jacobo potiores assignaret, nempe de terra illa Abrahamo promissa. Ideóque Jacob hîc, quanquam natu minor, præponitur: quomodo & *Abraham Nachoro*, Gen. 11. 26. In hac quoque re figura latet populi Judaici & Christiani, quam evolvit Paulus Rom. 9 [c]. Qu. Quomodo Jacobo per fidem benedixisse dicitur, quum eum crediderit Esavum esse, cui contra oraculum Dei, Gen. 25. 23. benedicere volebat? Resp. Respicit ergò illud Gen. 27. non v. 28, 29. sed v. 33, 37. ubi Isaac errorem suum recogitans & oraculum Dei, id Jacobo jam ex fide tribuit, quod antè Esavo ex affectu destinaverat [d].

21. *Fide Jacob moriens*, Ἀποθνήσκων] i.e. *Moriturus*; Præsens pro proximè Futuro [*]: quales locutiones complures adduximus ad Mat. 26. 28 [f]. Tunc enim Jacob ad mortem appropinquavit [g]. ¶ *Singulos*, &c. Ἕκαστον, &c.] *Unumquemque filiorum*, &c. Mo. hoc est, Ephraim & Manasse [h]. Nota ἕκαστον dici etiam ubi de duobus tantùm sermò est [i]. Ἕκαστον pro ἑκάτερον, vel ἀμφω [k]. In hoc quoque Jacobi testamento, Deo dirigente, minor prælatus est majori, ad idem figurandum quod diximus. Intellexit Jacobus Regnum in Ephraimi stirpe exstiturum [l]. ¶ *Et*, &c. Καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ] Difficultas hîc magna est, quî conveniat hic locus cum Gen. 47. 31. ubi est, *adoravit super caput*, sive *summum*, (vel, *ad cervical*, Jun.) *lecti*. Pro *lecto* autem Paulus habet *baculum* [m]. Resp. 1. Planè hîc sequitur noster Scriptor versionem LXX [n], cujus magna apud Hebræos illos erat authoritas [o]: sensum enim, licèt non verba, Mosis reddunt [p]. 2. Utraque sententia vera est [q]. Jacob decrepitus senex, jam clinicus factus, & laboribus ac ætate fractus, omnibus (ut verisimile est) commodis instrumentis usus fuit, ut corpus sustentaret infirmum; dum aut Dei verbis filios compellaret, aut Deum pro se & filiis invocaret, idque ad studium suum in Deo adorando testificandum liberis; & ut ostenderet quantâ fide & religione illas Dei promissiones cùm ipse acciperet, tum posteris suis accipiendas & fruendas traderet. Jacob ergò & *cervicali lecti sui incubuit* [r], vel, *ad lectuli caput convertit se*, sive *reclinavit*, quod propriè significant Hebræa Mosis verba †; & inter adorandum *scipionem manu tenuit* [t]; vel, *innixus est summitati scipionis sui*, quod vult Paulus post LXX [v], ut corpus suum surrigeret, aut flecteret arbitratu suo [x]. Videtur Jacobus, quò majorem Deo honorem haberet, preces facturus ex lecto surrexisse, (nam postea *retulisse pedes suos in lectum* dicitur Gen. 49. 32.) & in eo consedisse innixus scipioni; qui gestus egregiam habet fidei imaginem. Nam cui quis innititur id *scipioni* comparatur, 2 Reg. 18. 21. Esa. 36. 6. Ezec. 29. 6. Et ideo מטה etiam στήριγμα vertitur, ut Psal. 105. 16. Ezec. 4. 16. & 5. 16. & 7. 11. & 14. 13 †. Qu. Unde hoc acceperunt, eum baculo innixum? Resp. Vel, ex revelatione, vel potiùs, ex traditione [y]. Hic porrò *lectus* sedilis erat genus, in quo horis pomeridianis acquiescere mos erat, &c [z]. 3. Vox Hebræa Gen. 47. 31. & 48. 2. מטה tam *baculum* potest significare quàm *lectum*. Nam puncta vocalia, quæ significationem variant, olim adscripta non fuere [a]. Fortè etiam eadem olim fuit pronunciatio in significatu utroque, ut multæ sunt voces πολύσημοι· sed à Grammaticis postea reperta discriminatio [b]. Consilium erat Spiritûs S. voce ambiguâ duos sensus latentes exprimere [c]. Sed absurdum habetur in omni genere scriptionis, ut vox æquivoca pro duobus stet significatis; & meritò viri doctissimi negant eandem Scripturam habere plures sensus literales [d]. 4. Forsan pro τῆς ῥάβδου αὐτοῦ scriptum erat, & restituendum est τοῦ κραββάτου, exiguâ literarum mutatione: quanquam mallem nodum solvere quàm secare [*]. [Verba autem variè reddunt:] *Et Josephi virgæ caput veneratus est*, Ca.

Et

† G. [t] E. [v] G. [x] E. sim. Be. [y] Gom. [z] E. [a] G. sic Ger. [b] Gom. [c] E. [d] Græci in E. J. Cap. [*] Ger. [f] E. Ger. [g] G. [h] G. sic E. [i] G. [k] Gom. [l] Pi. [m] G. [n] Gom. [o] E. Me. [p] Q. in E. [q] J. Cap. [r] G. sim. E. † G. [t] G. J. Cap. [v] Gom. sim. Pi. [x] G. [y] Me. sim. [z] E. J. Cap. G. [a] G. [b] Be. [c] J. Cap. [d] J. Cap. sic E. [*] E. [f] G. [g] G. sic E. [h] E. [i] Be. sic [k] Pi. [l] Pi. [m] Er. E. Me. ex Rib. [n] Plerique in E. [o] Me. sim. E. V. Ger. Er. Zeg. [p] Theod. in E. [q] G. [r] Pi. † Be. sic Calv. [t] Ca. [v] Ham.

[x] E. [y] Me. [z] E. [a] J. Cap. [b] E. [c] G. [d] Ham. [*] G sic Jun. [f] G. [g] Jun. [h] Zeg. E. Pi. [i] G. [k] Pi. [l] G. [m] Gom. &c. [n] G. sic E. J. Jun. J. Cap. [o] E. [p] Gom. [q] J. Cap. sic Jun. [r] Jun. † J. Cap. [t] Jun. [v] J. Cap. [x] Jun. † G. [y] Gom. [z] Er. [a] G. sim. Rib. E. [b] G. [c] Rib. [d] E. [*] Gom.

Et adoravit fastigium virgæ ejus, Vulg. id est, sceptri Josephi [f]: reverentiam exhibuit sceptro, & potestati Josephi [g], cujus sceptrum erat insigne [h]; idque, vel honoris ergò [i], ut ostenderet veritatem somnii Josephi [k]: vel potiùs, in mysterium rei futuræ, quam in Josepho prospexit, Christi scilicet, & regiæ Christi potestatis [l]; vel, ut præfiguraret Regnum Ephraimi [m]. Non placet hæc versio; 1. sic præp. ἐπὶ negligitur [n]: 2. Josephus hoc non passus esset [o], saltem in domo paterna, ubi patrem à filiis debuit adorari [p], quod à Josepho factum Gen. 48. 12. 3. ῥαβδὸς hìc non tam *sceptrum* regium significat, quàm *baculum* cui innitimur [q]. *Et adoravit* (nempe Deum [r], quod Interpres Latinus addidit Gen. 47. 31. & idem supplendum, 1 Reg. 1. 47 †.) *super* (vel, *ad*, Er. ex Hi. Rib. Zeg. V. Jun.) *summitatem* (vel, *fastigium*, Val. Er. J. Cap. *caput*, Aug. & Hi. in Zeg.) *virgæ suæ*, sive *baculi sui*, Mo. Er. V. Zeg. Ham. vel, *super extremo baculo suo*, Be. vel, *summo baculo suo nixus*, Pi. Vulgatus quidem legit αὐτοῦ, sed Stephanei, Plantiniani, aliique probæ notæ Codices legunt αὑτοῦ [t], & αὐτοῦ sæpe ponitur pro ἑαυτοῦ [v]. Baculum porrò sumpsit Jacob non tantùm ut corpus sustentaret, sed potissimùm, tanquam signum peregrinationis suæ, & fidei de cœlesti patria; de qua v. 13. & 14. sicut ex prisco & recepto baculi usu colligitur, Gen. 32. 10. Exod. 12. 12. Marc. 6. 8 [x]. Jacob etiam, hospes in Ægypto moriens, non aliter suis distribuit Cananæorum regna, quàm si pacificè in Jerof. regnaret [y]. Hanc autem benedictionem 12 Patriarcharum [Gen. 49.] prætermisit [hìc Paulus] vel, ob maledictionem ibi implicatam, vel, quia satis erat è multis pauca delibare [z].

22. *Joseph*] Insignis Christi typus, utpote qui venditus à fratribus evasit in Principem [a]; qui & Patriarcha & Propheta fuit [b], & exemplum insigne virtutis [c]; cujus animo nec potestas atque felicitas summa oblivionem, aut neglectum, induxit promissionum Dei [d]. ¶ *Moriens*, Τελευτῶν] Sume, ut ἀποθνήσκων [*]. *Moriturus*, V. *Vitam finiens*, i. e. Termino vitæ proximus [f]. ¶ *De*, &c. Περὶ τῆς ἐξόδου, &c.] *De egressione*—(nempe ex Ægypto [g],) *meminit*, Pi. &c. i. e. Prophetico spiritu prædixit, tum servitutem, tum liberationem [h]; simúlque futuram credidit: non meminit, tanquam fabulæ quæ nihil movet [i]. Memor fuit aliam terram suis & fratrum posteris promissam, ac proinde eos aliquando ex Ægypto exituros [k]. ¶ *Et de ossibus suis*, &c.] Nempe, in Terram promissam deportandis [l], quam habebat & volebat à filiis haberi pro patria [m]. Signum hoc erat [tum, 1.] eum de possessione promissa nihil dubitare [n]: [tum, 2.] se credere corporum Resurrectionem atque translationem in terram viventium, cujus typus erat Cananæa [o]. Historia [petenda] ex Gen. 50. 25. Jos. 24. 32. Vide & Act. 7. 16 [p].

23. *Fide*, &c.] Nempe *parentum* [q], quos hìc πατέρας vocat, Masculinum pro Communi usurpans, ut Jurisconsulti sæpe. Eadem locutio Psal. 45. 16. Quod S. Scriptura de matre Mosis narrat Exod. 2. 3. idem debere & de patre intelligi docet nos Stephanus, Act. 7. 20. & ipsi Lxx in Exodo. Matri hoc tribuit & Ezechiel Tragicus. Itaque rectè hìc Scriptor utrumque parentem designat [r]. Nec certè mulier inscio aut repugnante marito hoc facere potuisset [*]. Πατέρων hìc pro γονέων †. Catachresis [t]. ¶ *Quòd*, &c. Διότι εἶδον ἀστεῖον, &c.] טוב הוא ἀστεῖος, ut Lxx in Exod. 1. ἀστεῖος τῷ Θεῷ, ut Act. 7. 20. ἀγαθὸς, ut Aq. καλὸς, ut Sym. χάρις ἡ παιδικὴ πολλὴ καὶ ἄκρατος apud Josephum, γεννηθεὶς ἦν ὁ παῖς εὐθὺς ὄψιν ἐμφαίνων ἀστειοτέραν ἢ κατ' ἰδιώτην, inquit Philo De Vita Mosis [v]. [Sic vertunt:] *Quòd viderent venustum* (vel, *elegantem*, Er. Il. Ti. Ca. Mo. P. Ar. *pulchrum*, Sy. *festivum*, vel, *scitum*, vel, *bellum*, D. *mirum in modum pulchrum*, G.) *esse puerulum*, Be. Pi. &c. Obj. Non ergò ex fide occultârunt eum, sed ex στοργῇ, seu naturali amore, & ex formæ excellentia [x]. Resp. 1. Plures hìc causæ concurrerunt [y], tum, adjuvans & ministra, venustas pueri, quæ στοργὴν inflammavit; tum principalis [z], fides scilicet & de incremento seminis, & de liberatione ex Ægypto [a], Pharaone incassùm, ut credebant, renitente; ideóque Deo hìc cooperati sunt [b], & Mosen cum [summo] periculo suo conservârunt [c]. 2. Non vulgi more commoti sunt elegantiâ pueri [d], sed quòd in illa nota quædam heroicæ virtutis elucerct, quæ ipsum populi servatorem tacitè sponderet [*].

f E. Me. T. — g Me. — h E. — i Q. in Gom. — k Q. in E. — l E. — m Q. in Gom. — n Be. J. Cap. — o Be. — p J. Cap. — q Be. — r G. Er. ex Hi. & Aug. Jun. Zeg. J. Cap. Me. Gom. — † G. — t J. Cap. — v Be. sim. Zeg. — x Gom. — y Be. ad v. 20. — z E. — a J. Cap. — b E. — c J. Cap. E. — d Be. — * G. — f E. — g E. Me. Pi. J. Cap. — h J. Cap. — i Me. — k G. — l G. Pi. sic J. Cap. — m J. Cap. — n G. sim. J. Cap. — o J. Cap. — p G. — q G. Ham. Jun. — r G. — * E. — † Pi. ex Be. — t Pi. — v G. — x Q. in Gom. sim. Q. in Jun. — y Jun. — z Gom. — a Gom. sim. E. — b E. — c Gom. — d E. — * Gom. sic. E.

Ex hac specie divinitùs indita perceperunt non humanâ quâdam stultitiâ aut indulgentiâ, sed divinâ inspiratione, puerum illum ad bonum aliquod & grande opus ipsis à Deo fuisse datum †. Oraculum priùs acceperant ex ipsis oriturum qui populo libertatis auctor esset [f], ut refert Josephus Antiq. Jud. 2. 5 [g]. Cùm autem infans ipsis natus mirè pulcher esset, non dubitârunt quin is ipse esset ad quem id oraculum pertineret [h]. ¶ *Et non timuerunt regis edictum*] Illud scilicet de maribus recens natis in flumen projiciendis [i], sive quo jubebantur parentes Judæi exhibere infantes mares ut interficerentur. Nam & hoc comprehensum fuit in edicto quod breviter refertur Exod. 1. 22. Sic & Ezec. Tragicus & Philo [k]. [Vide verba in G.] Multi quidem Ethnici animo generoso contempserunt Tyrannorum iniqua mandata, vitámque innocentum etiam præsenti vitæ suæ discrimine conservârunt, idque ex humano aliquo affectu. Hi verò ex fide, quod Deus scrutator cordium Paulo revelavit [l]. Obj. Non nisi ex timore infantem exposuerunt [m]. Resp. 1. *Non timuerunt*, nempe initio, & trimestri: nam postea fides timore infirmata fuit [n], non tamen exstincta, ut patet ex depositione in fiscella, &c. & ex sororis exspectatione [o]. 2. *Non timuisse* dicuntur secundùm quid, vel comparatè [p]; quomodo Johannes venisse dicitur, *nec edens, nec bibens: non metuerunt*, magnopere, vel, ità ut vererentur puerum alere [q], vivúmque conservare [r]; vel, ità ut edicto parerent †. Fides ergò ejecit timorem, fecítque ut parentes in fide confirmati hoc officium puero exhiberent [t]. Magna fides vincit metus omnes [v].

24. *Fide Moyses*] Per quem populus liberatus erat, fœdus renovatum, & status Ecclesiæ constitutus: cujus proinde exemplum Judæis memorabile esse debuit. Quòd si fides in Mose præcipuè est consideranda, nimis absurdum erit si indè ipsos aliò abducat [x]. ¶ *Grandis*, &c. Μέγας, &c.] *Jam grandis*, Be. Pi. Et staturâ, & ætate [y]: *Cùm jam ad justam ætatem pervenisset*, G. 40 annorum [z], Act. 7. 23. quomodo & Midrasch, Bereschith & Hebræi alii [a]. Ætatis meminit, q. d. Hoc fecit Moses non temere, & ex puerili levitate aut ignorantia; sed consultò & longo tempore meditatus [b], postquam evasit in virum perfectum ætate, sapientiâ, & potentiâ; non ex infantia, ignorantia, aut paupertate, compulsus [c]. Sed cur tam serò se ad fratres contulit? Resp. Vel, quòd exspectandam sibi putavit eam ætatem, quæad res magnas gerendas idonea maximè judicatur; vel certò, quòd rem tantam quam animo conceperat, non absque peculiari Dei instinctu, quem nondum senserat, aggredi posset [d]. ¶ *Negavit*, &c. Ἠρνήσατο λέγεσθαι, &c.] *Negavit* (vel, *Renuit*, Be. Pi. *Abnegavit*, id est, horruit, aversatus est ‖. *Recusavit*. Nam & ἀρνεῖσθαι pro *repellere* usurpant Græci, ut notatum eruditis [*].) *dici* (vel, *vocari*, Be. E. Pi.) *filius filiæ Pharaonis*, Mo. &c. Quæ illum sibi adoptaverat [f], Exod. 2. 10. Act. 7. 21 [g]. Rege, vel ignorante, vel, ut Jos. scribit, consentiente [h]. Sprevit honorem quem habebat, dici filium adoptivum Thermutidis filiæ tanti Regis. Vide Ezechielem Tragicum, [ejúsque verba in G.] Apud Josephum Thermuthis dicit [ad Regem] ἐμαυτῇ μὲν γνησίαν παῖδα ποιησαμένη, σοὶ δὲ τῆς βασιλείας διάδοχον. (*Hunc decrevi mihi adoptare in filium, tibi verò in Regno successorem.*) Hujus autem generosi animi præsagium dedit Moses infans, cùm diadema sibi per jocum à Rege impositum in terram abjecit: quod narrat Jos. Antiq. 2. 5. Magna fides, quæ principatus spernit & contemptis se aggregat [i]. Regiam cognationem contempsit, maluítque palàm vocari Hebræus, & hominis Hebræi filius, quàm filius reginæ, aut filii regis [k]. Maluit Moses esse cauda Israelitarum quàm caput Ægyptiorum, juxta monitum illud Talmudicum, *Esto cauda leonibus potiùs quàm caput vulpibus* [l]. Hoc autem fidei Mosis asscribitur, quia aulæ delitias cum periculo & afflictione non commutaret, nisi majora bona, quæ fide intuebatur, exspectaret [m]. Qu. Ubi, vel Quâ ratione, hoc negavit Moses? Resp. 1. Facto, quando relictâ aulâ regiâ ad fratres suos Hebræos in afflictione visitandos, egressus est [n]; & res Hebræorum ut proprias, Ægyptiorum verò ut alienas, respexit [o]; & contra voluntatem Pharaonis interfecit Ægyptium [p], idque in signum liberationis Hebræorum [q], nec ad aulæ delitias ultrà reversus est [r]. Resp. 2. Etiam verbis, sive propriâ & formali negatione, idque

† Jun. — f G. sim. E. Me. T. — g E. Me. — h G. — i Pi. E. — k G. — l J. Cap. — m Q. in Jun. — n Gom. — o Gom. — sim. E. Jun. — p Jun. sim. Be. — q Be. — r Pi. — † Ger. sim. Jun. — t Jun. — v G. — x Calv. — y E. — z G. E. — a G. — b Calv. — c Te. — d E. — ‖ Rib. ex Chrys. — * G. — f Pi. sic E. Te. Rib. — g Te. G. — h Te. — i G. — k E. Me. — l Di. — m Ger. ex E. — n E. sim. Rib. — o Te. — p Te. ex Aquin. — q Te. ex Salm. — r E.

ídque ut fidentiores faceret Hebræos, suíque amantiores. Cùm enim verba sine ullo absurdo propriè accipi possint, non recurrendum ad sensum translatitium. Nec obstat quòd hoc non legitur, neque enim scripta sunt omnia. Paulus autem hoc habuit ex traditione aut aliâ viâ†.

25. *Magìs*, &c. Μᾶλλον ἑλόμενος συγκακουχεῖσθαι, &c.] *Magìs*, vel *Potiùs*, *eligens* (Facultatem electivam nec pravitas ingenita, nec fides eripit; sed hæc facit ut eâ rectè utamur, illa ut malè [t]:) *malis affligi* (vel, *simul malis affici*, Er. P. Pi. sim. Be. κακουχεῖσθαι vox bene Græca, quæ usurpatur infrà v. 37. & 13. 3. & in Thucyd. & aliis [v].) *cum populo Dei*, Mo. &c. Non eadem cum illis passus est, in luto & latere serviens; sed similia propter illos, quando percusso Ægyptio exul factus est & pastor, &c [x]. Vides jam tum præfiguratum Evangelium, fide per crucis tolerantiam demonstratâ *. Al. Visitando fratres, eósque pro virili sublevando, periculum, etiam capitis, sibi accessivit ||. ¶ *Quàm*, &c. Ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν] Illud πρόσκαιρον referri possit, vel, 1. ad *peccatum*, quod *temporale* dicitur ab effectu; quia non durat delectatio [y], sive commodum peccati. Legendum ergò προσκαίρου [z]. Sed ità legunt pauci & minùs probati Codices, nam Chrys. & cæteri πρόσκαιρον legunt. Vel, 2. ad *jucunditatem* [a]. Sensus utrobique idem [b], & alterum facilè ex altero intelligitur [c]. [Hinc variè reddunt:] *Quàm temporalis peccati habere jucunditatem*, Vulg. Rectè ἀπόλαυσιν *jucunditatem* reddit. Sic & Aristot. Eth. 1. 5. ἀπολαυστικὸς vocat qui voluptati dediti in ea felicitatem ponunt. Hesych. ἀπολαύει, τρυφᾷ, *deliciatur* [d]. Al. *Quàm temporariis peccati commodis frui*, Er. Ti. P. sim. Mo. *Quàm temporariam retinere* (vel, *brevem habere*, Ca.) *peccati fruitionem*, Be. Pi. sic Val. V. Er. id est, oblectationem *, quâ sine ira Dei frui non poterat [f]. Breve est omne quod temporale est; diuturnum quòd ad posteros transit †. Syrus, *Et non ut panxillulo tempore oblectaret se in peccato*, vel, ut Arabs, *in eo quo peccaret* [g]. *Peccatum* hîc intelligit, vel, 1. vitam in deliciis quæ sine peccato esse non potuit [h], si ipse regii luxûs esset particeps, dum fratres affligerentur [i]; si non collaborâsset simúlque cum Hebræis affligeretur *: vel, 2. si dissimulâsset se esse Hebræum, & se pro Ægyptio gessisset [k]: vel, 3. si cum Ægyptiis sese contra populares suos consociâsset [l]. Neque enim poterat fortunam illam retinere ætate jam honorum capace, nisi & edicta illa crudelia tueretur; quod erat peccatum per se grave, & multò gravius in eo qui nôsset promissa isti populo facta [m]. Vel, 4. si opes & voluptates Ægyptias prætulisset saluti & liberationi suæ gentis, aut ità eis immersus fuisset, ut de fratribus afflictis non curaret [n]; si divinam repudiâsset vocationem [o]; si neglexisset liberationem populi ad quam sciebat se à Deo destinatum [p]; si tutelam Hebræorum, etiam cum detrimento suo, non suscepisset [q]. Neque sequitur, eum antea peccâsse [r], ex ignavia aut timore, aut voluptatis amore †; nam exspectavit tempus opportunum ætatis suæ, nè juvenili audaciæ & furori tribueretur, si antea attentâsset [t]. Et forsan morâ illâ opportunitatem exspectavit ad rem meliùs gerendam [v].

26. *Majores divitias arbitrans thesauro*, &c. Θησαυρῶν τὸν ὀνειδισμὸν, &c.] *Illis in Ægypto thesauris* (Quibus abundare, & cum quiete frui, poterat [x]:) *improperium* (vel, *probrum*, Er. Be. Pi. &c.) *Christi*, Mo. &c. Qu. Quid & quare hîc dicit *probrum Christi?* Resp. 1. Sic vocat contumelias illas quas tum Israelitæ patiebantur, quæ figura erant earum quas perpessurus erat Christus, & ob Christum Christiani [y]; quòd sicut Christus probro affectus est à Judæis, sic Moses (qui typus erat Christi [z]:) à fratribus suis Hebræis, quibus se liberatorem insinuabat [a]: quod autem Moses ab iis passus est, typus & figura fuit ejus quod Christus passurus erat [b]. Sed hæc non quadrant. Ratio enim hîc redditur cur Moses *negavit se filium*, &c. Cujus ratio esse non potest probrum ipsi à fratribus inferendum; neque enim id exspectavit aulam relinquens suósque visitans, sed ut pro liberatore haberetur [c]. Est hæc locutio contracta, & similis ei suprà v. 16. Et bene procedit comparatio: nam & populus Israeliticus sicut *filius Dei primogenitus* vocatur Exod. 4. 22. Jer. 31. 9. ità & Χριστὸς Abac. 3. 13. ob maxima beneficia, quæ *unguenti* nomine significantur. Sic & parentes ejus populi Χριστοὶ vocantur Psal. 105. 15 [d]. Probrum

† Te. — [t] J. Cap. — [v] G. — [x] E. — * G. — || J. Cap. — [y] Q. in E. — [z] Rib. — [a] E. — [b] Rib. sim. E. — [c] E. — [d] Di. — * Be. Di. — [f] Ee. — † G. — [g] Di. — [h] Me. — [i] Zeg. sim. Te. ex Primas. — * Rib. ex Chrys. Th. & Oecum. — [k] Pi. Ger. — [l] Pi. — [m] G. — [n] E. — [o] Ger. — [p] Me. — [q] Te. — [r] Te. ex Rib. — † Rib. — [t] Te. ex Rib. — [v] Rib. — [x] E. — [y] G. ex Chrys. — [z] Q. — [a] Chrys. & plerique in E. — [b] Theod. & Aquin. in E. — [c] E. — [d] G.

hîc intelligit quale Christus in cruce passus est, in qua præter pœnam erat & gravissima ignominia *. Probrum tulit Moses, tum, 1. quòd abdicaret à se regiam adoptionem, & se Israelitam profiteretur: nam Hebræi odiosi erant Ægyptiis, Gen. 43. 32. & 46. 32. tum, 2. homicidæ, postquam Ægyptium occiderat [f]. Resp. 2. Sic vocat probrum pro Christo, sive Christi causâ [g], & ex dictamine fidei in Christum, quam Moses cum reliquis Patribus profitebatur [h]. Elliptica locutio, qualis Eph. 3. v. 1. *vinctus Christi*, & Col. 1. 24. *afflictiones Christi*, h. e. propter Christum [i]. Sic & Philem. v. 1, 9. Genitivus notat causam efficientem [k]. Probrum intelligit quo populus Dei [cui Moses accenseri voluit] afficiebatur propter Christum, quem profitebatur se ex Dei promissione exspectare [l]. Sensus est, Moses propter Christum, ad quem respexit, voluit opprobria sustinere ut ei similis esset. Si enim hæc verba propriè accipi possint, cur impropriè accipiantur [m]? Ostendit hîc Moses se spem in meritis Christi habuisse. Pro certo habeo, Mysteria Messiæ Patriarchis & Vatibus cognita fuisse, eósque in Messia fiduciam habuisse; quod liquet ex 1 Pet. 1. 10, 11, 12. item ex Gal. 3. 16, 17. Heb. 4. 2 [n]. & Joh. 8. 56 [o]. Abrahamus autem hæc mysteria tradidit posteris suis, & inter alios Levi proavo Mosis. Moses indubiè tantus Propheta prævidit oculis fidei & Christi adventum, passionem & crucem, cujus quippe figura erat exaltatio serpentis, Joan. 3. 14. & populum per eam suo tempore liberandum; cujus rei figura præcedebat in illa liberatione [ex Ægypto [p].] Resp. 3. *Probrum Christi* subjectum hîc notat [q]; *Christi*, i. e. Ecclesiæ, quæ corpus est Christi [r], & *Christi* nomine vocatur 1 Cor. 12. 12. Gal. 3. 16 †. & in qua jam tum perpetiebatur Christus [t], qui contumelias omnes populo suo illatas sibi factas reputat [v]; ídque tum, in Novo Testamento, ut Act. 9. 4. 2 Cor. 1. 5 [x]. tum, etiam in Veteri Testamento [y]; ídque propter unionem mysticam capitis & membrorum [z]. Pii enim V. T. æquè ac N. T. fuere membra corporis Christi [a]. Christus enim, quamvìs nondum natus esset secundùm carnem, jam tamen erat secundùm spiritum populi illius dux & dominus; inter quem & populum illum tanta erat conjunctio, ut jam esset inter ipsos bonorum & malorum communio. Ità notat veteres illos patres fideles ad Ecclesiam Christianam pertinuisse, non modò fidei communione; sed afflictionum etiam & opprobriorum, quæ symbola sunt nostræ cum Christo in unum corpus coalitionis [b]. *Probrum Christi* hîc dicit, ad consolandum Hebræos, qui propter fidem Christi injuriis probrísque expositi sunt [c]. Per *Probrum Christi* intelligit h. l. non, ut voluit vir Magnus, exprobrationem moræ adventûs Christi Judæis factam per gentes, quod refutatur ex collat. Heb. cap. 13. v. 13. ubi habemus *ignominiam ejus*, postquam advenerat; sed perpessiones & dolores Christi cum ignominia conjunctos, quos cùm Moses jam tum videret ipsum in fœderato suo populo ferre, fide se fulcivit [d]. Nè ergò molestum nobis sit pro Christo pati, quicquid enim patimur Christi nomine consecratum est *. ¶ *Aspiciebat*, &c. Ἀπέβλεπε, &c.] Vox est frequens scriptoribus bene Græcis ||. *Intuebatur enim* (nempe, oculis fidei [f]:) *in* (vel, *in illam*, Pi.) *præmii retributionem*, Be. Pi. vel, *largitionem*, P. scil. à Deo promissam populo suo [g]; vel, cujus facta mentio suprà v. 6 [h]. Intelligit, vel, 1. mercedem illam Abrahamo promissam, Gen. 15. 1. terram illam excellentem [i]; vel, 2. liberationem afflictiones Israelitarum secuturam, quæ futura erat patientiæ merces [k]; vel, 3. præmia cœlestia [l], quæ sibi pro laboribus à Deo reddenda credebat [m]; quæ nullâ ratione, nullâque temporis injuriâ, interveni possunt. Ità defendit Moses judicium suum, quod mundo maximè paradoxum videtur [n]. Hinc disce, quòd licet nobis officium facere, ut ex metu pœnæ, ità etiam ex mercedis intuitu, quanquam non ex solo illius intuitu hoc facere licet, &c [o].

27. *Fide* (i. e. Fidem habens oraculo in rubo, & tot aliis [p].) *reliquit Ægyptum*, &c.] Loquitur hîc de discessu Mosis, vel, 1. priore, Exod. 2 [q]. Obj. Huic repugnat quòd sequitur μὴ φοβηθεὶς, &c [r]. i. e. *non timuit iram regis*. At timorem suum fatetur, Exod. 24. & præ timore fugit †. Resp. Ità timuit Moses, ut fugeret pericula, nè Deum tentaret; non timuit cum neglectu officii, & diffidentia [t];

* Law. — [f] E. — [g] Ca. Rib. Pi. Ger. Law. — [h] Law. — [i] J. Cap. — [k] Pi. — [l] Ger. sim. E. — [m] Rib. sim. Me. — [n] Cun. De rep. Heb. 3. 9. — [o] Cun. Rib. — [p] Rib. — [q] J. Cap. — [r] Jun. Gom. — † Gou. — [t] Jun. — [v] J. Cap. sim. Calv. Gom. Ger. — [x] Ger. — [y] Ger. sim. Gom. Calv. — [z] Gom. — [a] Ger. — [b] Plac. — [c] E. — [d] Di. — * Calv. — || G. — [f] Ger. — [g] Pi. — [h] Jun. — [i] G. — [k] Ger. ex E. — [l] Rib. sic E. Me. Jun. J. Cap. Ham. — [m] Me. ex Rib sim. E. — [n] Jun. — [o] J. Cap. — [p] G. — [q] Jun. Gom. J. Cap. Græci in E. Zeg. — [r] Q. in Jun. — † Q. in Gom. — [t] Gom.

non

non ità timuit quin fratrem injustè oppressum ulcisceretur, & quâ fide cœperat aggredi ministerium suum, eâdem fide se aliò conferret ad tempus jubente Domino, donec à Deo revocaretur [v]: non ità timuit quin ausus fuerit postea reverti ad populum liberandum [x]. Illud porrò φοβηθεὶς verto, *quum non timuisset*, quomodo v. 31. ἀνελομένη est *postquam recepisset* [y]. Vel, 2. posteriore, quo cum universo populo Ægyptum reliquit [z]. Cui obstat, 1. quòd hâc ratione ab ordine temporis, quem religiosè hîc servat, discceditur; 2. quia exitus ille v. 29. seorsim narratur [a]. [Hanc autem sententiam sic explicant:] In hac re fides Mosis insigniter eluxit. Cùm enim res esset difficillimi negotii, tantam hominum imbellium turbam è sedibus suis educere in alienam & ignotam terram, sciretque Regis animum, à quo consensum vix tandem extorserat, mutabilem esse, sibique inprimis infensum, &c [b]. Respicitur historia quæ est Exod. 10. 28, 29 [c]. Talia sunt multorum Regum edicta quale illud Corinthii Regis in Media Euripidis, [vide G.] quod Ennius sic vertit, *Si te secundo lumine hîc offendero, Moriere*—[d]. ¶ *Invisibilem*, &c. Τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε] Ratio est, cur iram hominis visibilis contempsit. Metathesis est in verbis [*]. *Perinde enim quasi* (vel, *Nam ut qui*, Be. Pi.) *videret*, vel *vidisset*, (nempe, oculis mentis [f], vel fidei [g]: q. d. Ità præsentem eum habebat animo quasi eum conspiceret. Egregia hæc est Fidei descriptio. Nunquam illi excidebat illud אשר אהיה [h].) *eum qui est invisibilis* (id est, Deum [i], authorem & vocationis & fugæ [k]; expeditionis suæ ducem & auspicem [l], adjutorem suum & remuneratorem [m]. ὀξύμωρον [n].) *obduravit*, Er. Ti. V. vel, *fortiter tulit*, Mo. *perseveravit*, V. sic *duravit*, Ca. & *sustinuit*, Tre. ità *eum sustinuit*, Il. sim. Vulg. Zeg. exspectavit opem ejus [o]. התחזק, id est, *constans fuit*. Vide Job. 2. 9 [p]. ità *forti animo tulit*, P. Be. Pi. Exsilium constante animo toleravit, exspectavitque mandati à Deo redintegrationem, &c [q].

28. *Fide*, &c. Πίστει—τὴν πρόσχυσιν, &c.] *Fide fecit* (id est, celebravit [r]:) *Pascha*, (id est, agni immolationem cum ritu præscripto [*]; vel, occidit agnum profecturus ex Ægypto [†]. Non placet, quia *facere* hîc refertur & ad *Pascha*, & ad seq. *effusionem* [t]: ἐποίησε פסח in formulis Hebraicis. Hoc autem Pascha cum rebus annexis manifestam habet Christi figuram, 1 Cor. 5. 7 [v].) & *effusionem* (vel, *affusionem illam*, Be.) *sanguinis*, Mo. sic Er. Il. Ti. P. Nempe, agni immolati. Alii *aspersionem* vertunt, [ut Sy.] sed effusio ab aspersione differt, & hanc illa præcessit. Per tropum tamen hîc accipi potest pro effusi sanguinis aspersione [x]. Προσχέειν & περιχέειν respondent Hebræo זרק, quod est *aspergere*, Exod. 24. 6. & c. 29. v. 11, 16. & alibi sæpe [y]. Intelligenda hîc πρόσχυσις, sive *sparsio*, facta ad postes [z], qui μυστικῶς Cor nostrum significant; sicut sanguis ille agni, Passionem Christi [a]. Hæc autem fecit Moses fide promissi illius, Exod. 12. 3 [b]. quod supponit populi liberationem à servitute, & conservationem in cultu Dei per multa secula [c]. Nisi credidisset Deum promissa præstiturum, nec Pascha celebrâsset, nec sanguinem tot agnorum fudisset [d]. ¶ *Nè*, &c. Ἵνα μὴ ὁ ὀλοθρεύων, &c.] Nempe ἄγγελος, qui ὁ ὀλοθρευτὴς, 1 Cor. 10. 10. ὁ ὀλεθρεύων, Sap. 18. 22, 25. Is qui in Libro Tobiæ, & apud RR. dicitur אשמודי. Idem המשחית, Exod. 12. 23. & Jer. 2. 30. Utrobique Græci ὁ ὀλοθρεύων. Vide quæ ad 1 Cor. 10. 10 [*]. *Nè ille perimens* (vel, *exterminans*, id est, Angelus ille Ægyptum transiens, & vastans omnia [f]; vel, *qui perimebat*, Pi. J. Cap. Er. Il. Tre. id est, mox perempturus erat [g]:) *primogenita* (nempe γεννήματα [h], Ægyptiorum [i]: tam enim de Pecudibus quàm de Hominibus agitur in Exod. 12. 12 [d].) *tangeret* (id est, læderet [*], vel occideret [f]. *Tangere* hîc est *ferire*, נגע Exod. 21. 22. quomodo & ἅπτεσθαι sumitur 1 Par. 16. 22. Psal. 105. 15. 1 Joh. 5. 18 [g]. vel, *appropinquaret*, Tre. ex Sy.) *eos*, Mo. &c. Israelitas, quamvis antè non nominatos. Nam intelligebantur in eo quòd dixit Mosen celebrâsse Pascha. Celebravit enim non solus, sed cum populo [h]. Sic & nos per Christi sanguinem, si eo rectè aspergamur, liberamur ab eo qui mortis habet imperium [i]. Obiter eos admonet per Pascha, &c. non posse nos à morte æterna eripi, nisi per sanguinem Christi [k].

29. *Fide* (tum, 1. Mosis [l], in quo singulariter eminebat [m]; tum, 2. populi [n], vel, saltem aliquorum è populo [o]. Non tantùm in viris primoribus, sed & in multitudine, ostendit exemplum Fidei. Nam ad Mosis hortamenta, Exod. 14. 13. ingressi sunt in mare, & illæsi semicirculum in ipso mari transiere [p].) *transierunt* (supple Israelitæ, significati præced. Pronomine *eos* [q]:) *mare rubrum*] Θάλασσα hîc vocatur ἐρυθρὰ, quomodo & Lxx Psal. 106. & 135. sed rectiùs Ἐρυθραία dicitur, non à *rubore*, sed ab *Erythra*, quomodo Græci nomen transtulere *Edomi*, qui idem *Esau*: *cujus posteri oram illius maris tenuere*, ut videmus 1 Reg. 9. 26 [r]. [An verò Israelitæ ex una ripa pervenerunt ad alteram oppositam, an potiùs ad eandem, sed in loco diverso & remotiore ab Ægyptiis, quorum posterius asserunt Geneb. ex Hebræis, Magal. & Pineda in Te. & Ham. nostras; prius autem Te. ex L. O. & plerisque: [videat cui vacat Tenam hîc prolixè disserentem.] ¶ *Tanquam*, &c. Ὡς διὰ ξηρᾶς] Intellige γῆς [†], more Hebræorum [t], ut Psal. 95. 5 [v]. & Matth. 23. 15 [x]. Sic Exod. 14. 21. *Fecit mare* ὡς ξηράν. In Hebræo לחרבה. *Curvata in montis speciem circumstetit unda* [y]. Sic Virgil. Georg. 1.——*cúmque marinæ In sicco ludunt fulicæ*. Plin. 9. 8. *Delphinum*——*in sicco exspirâsse* [z]. [Sic reddunt:] *Veluti per siccum*, Pi. vel, *terram*, Be. J. Cap. Ità ut nec ab aquis circumstantibus, nec à solo, quod videri poterat futurum cœnosum, algosum, uliginosum, quidquam acceperint detrimenti [a]. ¶ *Quod*, &c. Ἧς πεῖραν λαβόντες—κατεπόθησαν] *Cujus* (scilicet maris [b], nempe transeundi [c]:) *experientiam accipientes* (vel, *facto periculo*, P. Be. Pi. *Quod experti*, Ca. *Quod cùm tentâssent*, Er. Il. Ti. *Quum ausi essent ingredi ipsum*, Tre. ex Sy.) *Ægyptii* (Tracti exemplo, & putantes sibi tutum fore quod Israelitis tutò cedere videbant [d]. Sed temeritas hæc fuit, non fides [*].) *absorpti sunt*, Mo. Pi. Be. G. &c. nempe fluctibus, Exod. 14. 27. בלע καταπίνω pluribus in locis valet, & vertitur καταποντίζω. Sic etiam increduli in summa mergentur mala, piis evadentibus [f].

30. *Fide*, &c. Πίστει——ἐπεσε κυκλωθέντα, &c.] *Per fidem* (Inprimis Josuæ [g], deinde Levitarum [h], atque ipsius populi [i]; vel, verorum Israelitarum [k]:) *mœnia Jericho conciderunt circumdata*, &c. Be. vel, *quum circumdata fuissent*, Pi. Πίστει construe cum κυκλωθέντα: expone non *obsessa*, sed *circuita* [l]; *quum circuivissent per fidem*, id est, instructi fide, quâ Dei mandato parebant promisso ejus fidentes, alioqui non corruissent, &c [m]. Fecerat enim hoc populus cum armis & buccinis, Arcâ præeunte, fidem habens Josuæ dictis, Jos. 6. Conciderunt autem mœnia die Sabbati, ut tradunt Hebræi. Sic Christi temporibus, quod implementum est Sabbati, concidit Idololatria sine ulla vi humana, ad sonum verbi ejus [n].

31. *Fide*, &c. Πίστει—ἡ πόρνη—δεξαμένη τοὺς κατασκόπους μετ' εἰρήνης] *Fide* (Quâ scilicet credidit Jerichuntem, & reliquas urbes Canaan, à Deo, ut promiserat, tradendas esse Hebræis [o]. [Sed] & hîc πίστει construendum cum δεξαμένη. *Ideo excepit & salvos fecit exploratores, quòd crederet unum esse Deum verum, qui in Ægypto & in Arabiæ desertis locis res tam miras patrâsset, cujus cultores erant Israelitæ* [p]. Al. [πίστει construendum cum συναπώλ.] *Fide non periit*, h. e. Quòd cum popularibus *non periit* id obtinuit fide [q].) *Rahab meretrix* (Post exempla Patrum addidit exemplum etiam fœminæ & extraneæ & turpis vitæ [r], nimirum ut doceat nullis peccatis præcedentibus impediri posse gratiam Dei; cujus à fide est initium [†]. Nam & cauponam exercebat, & simul corpore quæstum, ex more, &c [t]. [Vide G.] unde dicitur זונה, id est, πόρνη [v], imò הזונה, q. d. nobile scortum [x], à זנה *scortari* [y]. Hanc tamen unam servavit Deus, cujus inscrutabilis est bonitas [z]. Nec Christum generis hujus puduit, Matth. 1. 5. Ità ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia. Quanquam Hebræi ut honori & hujus fœminæ, & sui populi, consulerent [a], eam cauponam esse volunt, & זונה *hospitam* reddunt; deducúntque ex זון [b], ex qua nomen Hebræum hâc formâ nusquam exstat [c], & זונה semper est *meretrix*, ut Gen. 34. 31. & 38. 15. Jud. 11. 1. unde & Lxx reddunt πόρνην, ut h. l. & Jac. 2. 25 [d]. Nec mirum, eam talem fuisse; nam apud Gentiles simplex fornicatio peccatum non erat [*]. Πόρνη autem hîc dicitur non quòd talis manserit, sed quòd talis antè fuisset [f], quomodo αἱ πόρναι, Matth. 21. 31 [g].) *cum incredulis* (vel, *rebellibus*, nempe Cananæis [h]; vel, *inobedientibus*, E. ex Sy. Eos propriè notat

notat qui pervicaciâ quâdam nolunt credere, quales erant qui nec miraculis moti sunt, &c [i].) *excipiens* (vel, *cùm excepisset hospitio*, Er. P. Be. Pi.) *exploratores* (ab Josua missos [k]:) *cum pace*, Mo. vel, *pacificè*, Er. P. Be. Pi.&c. i. e. benignè & benevolè [l]; ità ut tutos eos præstaret [m], cum capitis sui periculo [n]. Nam *pacis* nomine salus significari solet [o]. Fides sanè magna, &, ut Jacobus explicat, cum egregiis operibus conjuncta, qualis esse debet Christianorum fides [p]. In Raab est figura eorum qui olim idololatræ, &, ut Scriptura loquitur, cum Dæmonibus scortati fuerant: Nam hi post fidem, sed non otiosam, eximentur exitio, cui subjacebunt increduli [q]. Obj. At hæc saluti eorum consuluit mendacio; mendacium autem non est ex fide. Resp. Studium servandi exploratores effectum fuit fidei, mendacium verò ab humana prudentia suggestum fuit. Neque enim qui fidem habent, omnia agunt ex fide [r].

32. *Et quid adhuc* (vel, *præterea*, Be. Pi.) *dicam?*] Vel, *dico?* Val.Er.E. vel, *loquor?* V. Be. Pi. Quid opus est hac de re loquar ampliùs? Plena est talium exemplorum tota Scriptura †. ¶ *Deficiet*, &c. Ἐπιλείψει γὰρ μὴ διηγούμενον, &c.] *Deficiet enim me tempus* (nempe, legitimæ prolixitati unius epistolæ congruum [t]:) *narrantem*, Be. Ca. &c. vel, *commemorantem*, Er. P. Pi. E. *pernarrantem*, Mo. Hyperbole usitata [v]. Tale illud, *Antè diem sero componet vesper Olympo*, & similia [x]. ¶ *De Gedeon*] Qui, licèt initio dubitaret [y], fidem habuit Angelo, Jud. 6 [z]. & 7 [a]. & ex fide altare Baal lucúmque destruxit; & cum 300 pugnavit vicitque magnum exercitum, &c [b]. ¶ *Barac, Sampson, Jepthe*] Qui omnes afflatu Divino excitati sunt ad regendum vindicandúmque populum, unde & *Prophetæ* Josepho vocantur. Huic afflatui paruere per fidem. Vide Jud. 4. 14. & 11. 29. & 13. 25. Gedeonis & Sampsonis parentibus etiam Angeli apparuerant, Jud. 6. 11. & 13. 3, 11 [c]. Non servat autem ordinem temporum. Nam Barac ante Gedeonem fuit, & Jepthes ante Sampsonem [d]. Sic & 1 Sam. 12. 11. in Græco τὸ Ἱεροβαὰλ (i. e. Gedeon) καὶ τὸ Βαράκ legerunt enim ברק ubi nunc in Hebræo בדן. Scribit autem Ἰεφθαὲ, quomodo & LXX, nempe, ε illud ponitur pro litera ח, ut in Νῶε & vocibus aliis [*]. Non negat Paulus fuisse in his & reliquis peccata, sed ea tantùm commemorat quæ ex fide gesserunt; subinnuens, eorum peccata eâdem ipsâ fide, quâ Deo placuerunt, expiata fuisse [f]. Omnes porrò qui hîc recensentur sanctos esse dubium non est [g], & probatur ex v. 39, 40 [h]. [Sed jam paucis videndum de singulis.] *Barac* credidit Deo per Deboram mandanti ut pugnaret, &c. Jud. 4. Similiter *Sampson* & *Jephthe* & *David*, &c. credebant Deo excitanti eos ad prælia, &c [i]. Quòd autem Sampson seipsum interfecit, fecit ex instinctu Dei, quippe qui fortitudinem amissam ei reddidit. Obj. Dicit, *Ut ulciscar me*, &c. Resp. Injuria ejus, ut Judicis, erat injuria publica, & irrisio ejus erat irrisio Dei [k]. De *Jepthe* voto, & quomodo impletum sit, diximus ad Jud. 11. Ibidem invenies, cur neque *Gedeon* neque *Sampson* credendi sunt in Legem peccâsse [l]. Aut si peccârunt, pœnitentiâ crimen postea diluerunt [m]. ¶ *David, Samuel, & Prophetis*] Sub. *cæteris*. Nam & priores plerique Prophetæ fuerunt [n]. His omnibus Deus voluntatem suam significavit per afflatum, per vocem, interdum & per visa: Et illi fidem habentes res magnas gessere. *David* ante *Samuelem* nominatur, ut *Samuel* deinde meliùs connectatur cum *Prophetis* aliis [o].

33. *Qui* (partim eorum complures, partim singuli aliqui ex eis [p]; partim suprà nominati, partim alii [q]. Deinceps non personas, sed res insignes, indicat [r].) *per fidem* (Dei & promissionum ejus †:) *devicerunt*, &c. Κατηγωνίσαντο, &c.] *Expugnârunt* (vel, *debellârunt*, Be.Pi.) *regna*, Er. Ti. Ca. P. &c. Cananæorum, Philist. Ammon [t]. Madian. Moab. Syror.&c. Hoc fecere Josue, Barac, Gedeon, Jeptha, Samuel, & David, cujus fidem vivis coloribus depictam habes Psal. 2. & 18. & 20. & 21. Sic & nos per fidem vincere debemus Mundi hujus Principem [v]. ¶ *Operati sunt* (vel, *Exercuerunt*, Be.Pi.) *justitiam*] Vel, 1. Justa exercuerunt judicia. Erant enim Judices [x]. Erant justi judices, & jus suum cuique tribuerunt [y]: Vel, 2. Injuriam suorum ulti sunt de hostibus, ut justitia Dei exigebat [z]. Vel, 3. Vitam egere honestam ac laudabilem [a], pro illorum temporum ratione. Ità enim sumitur *facere justitiam*, Ezec. 18. 5. Sirac. 14. 17. & c. 20. v. 30. Congruit hoc eximiè Samueli & Josaphato. Idem nos facere debemus, sed secundùm sublimiora Evangelii præcepta [b]. Et res malas oppugnaverunt, & propugnaverunt bonas [c]. ¶ *Adepti sunt repromissiones*] Vel, 1. promissa electis communia [d]; vel, 2. specialia [*], putà Regnum Davidi promissum [f]; vel, ingentes victorias eis promissas. Hoc generaliter dictum specialiùs explicant sequentia. Majora promissa nos consequemur [g]. Possederunt terram Canaan sibi promissam [h]. ¶ *Obturaverunt ora leonum*] Pertinet ad Sampsonem, Jud. 14. & Davidem, 1 Sam. 17 [i]. magis propriè tamen ad Danielem [k]. Respicitur historia Dan. 6. 22 [l]. Dicuntur id fecisse quod à Deo obtinuere ut fieret. Sic & nos per fidem evadimus rictum Diaboli, qui *tanquam leo rugiens quærit nos devorare*, 1 Pet. 5. 8 [m].

34. *Extinxerunt*, &c.] Ut videre est Dan. 3. 49, 50, 52 [n]. Eadem figura: id est, Obtinuere ut ignis vim suam amitteret quasi exstinctus esset. Sic & nos servabimur ab igne æterno [o]. Al. Moses & Aaron incendium murmuranti populo immissum precibus extinxerunt, Num. 11, & 16 [p]. ¶ *Effugaverunt*, &c. Ἔφυγον, &c.] Pro, ἐξέφυγον [q]. *Effugerunt* (vel, *Evaserunt*, E. Me.) *acies* (vel, *ora*, E. Pi.) *gladii*, Be. Pi. i. e. Enses acutos. Id enim פי חרב. Vide suprà 4. 12 [r]. vel, hostiles gladios †. Sic David effugit enses Saulis [t]; Elias & Michæas, Achabi; Elisæus, Jorami, &c. Sic & nos iram Dei, quæ *Gladio* comparatur, Jer. 12. 12. ¶ *Convaluerunt*, &c. Ἐνεδυναμώθησαν, &c.] MS. ἐδυναμώθησαν [v]. *Revaluere à morbis*, ut Job, Ezechias, 2 Reg. 20 [x]. Et nos à malis animi convaluimus [y]. *Potentes redditi sunt ex imbecillitate*, Er.V. sim. Be. Pi. Intellige, vel, de valetudine recuperata, vel potiùs, de robore animi, ex collat. Rom. 4. 20. Phil. 4. 13 [z]. Referunt ad Judæos, qui è Babylone reduces virtute & gloriâ rursus crescere cœperant [a]. ¶ *Fortes*, &c.] Pertinet ad Judices & Reges populi, qualis Josue, David, Macchabæi [b]; ad Jonathanem, 1 Sam. 13. & 14. Davidis militiæ duces, 2 Sam. 23 [c]. & ad Abrahamum, Gen. 14 [d]. ¶ *Castra*, &c. Παρεμβολὰς, &c.] *Exercitus* (vel, *Castra*, Mo. Ti. Tre. Id nomen propriè significat [*]. Al. Παρεμβολὴ sæpe apud Interpretes V. T. & scriptores Judaicarum historiarum Græcos, non *castra*, sed *exercitus*, significat, ut Gen. 32. 7. 1 Sam. 4. 16. Sirac. 48. 21. & in Macchabaicis sæpe [f]. Vel, *Agmina*, Ca. vel, *Incursiones*, Er. *Impressiones*, vel, *Acies instructas*, V. vel, *Tentoriorum ordines castrensi ordinatione consertos*, Zeg.) *exterorum* (i. e. hostium, qui Latinis olim dicebantur *peregrini* [g]. Cicero Offic. 1. *Hostis apud majores nostros is dicebatur quem nunc peregrinum dicimus*. Sic Plaut. Curc. 1. 1. Sic ἀλλότριος φὼς, *hostis*, Homer. Il. ε'. 214. & Odyss. σ'. 218 [h]. Al. ἀλλότριοι hîc sunt זרים, *homines extranei à Dei cultu*. Sic nos fugare à nobis debemus cupiditates à Deo alienas [i].) *in fugam verterunt*, Il. P. Be. Pi. vel, *fugârunt*, Ar. *verterunt*, Vulg. Mo. Tre. Ca. *averterunt*, Er. *everterunt*, E. ex Sy. *inclinârunt*, Ti. E. Κλίνειν vox militaris, *in fugam agere*. Etiam apud Livium est, *inclinatur acies* [k]. Sic & Luc. 24. 29. *Inclinata est dies*, id est, jam defecit, ad finem properat [l].

35. *Acceperunt*, &c. Ἔλαβον — ἐξ ἀναστάσεως, &c.] Propiùs jam venit ad figuras & Spei, & Patientiæ, Christianorum [m]. Ἀνακόλουθον est. Cœperat à recto v. 3. οἱ, &c. hîc delabitur in obliquum. Pertinet autem hoc ad ultimum membrum ex propositis v. 32. *Prophetis*: sicut & ipsum est ultimum in hac classe [n]. *Reddiderunt mulieribus*, &c. Sy. in Be. Quæ constructio superioribus congruit [o]. *Mulieres* (vel, Per quos *mulieres*, Jun. Pi.) *acceperunt*, vel *receperunt*, *ex resurrectione* (id est, per resuscitationem, sive restitutionem, vitæ [p]; per resurrectionem [q], vel, resurrectionis beneficio [r]. Similis locutio Gal. 3. 11 †.) *mortuos suos*, Er. &c. scil. liberos [t], ex morte ad vitam rursus mortalem [v], 1 Reg. 17. 21. 2 Reg. 4. 34, 35 [x]. At nos recipiemus nosmetipsos in vitam immortalem [y]. ¶ *Alii*, &c. Ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν] *Alii autem distenti sunt*, Mo. Er. Il. Ti. P. Be. Pi. vel, *cruciati*, Ca. *gladio interfecti*, Ar. *tormentis evecti*, Jun. sic Tre. ex Sy. Designat hîc indubiè persecutionem sub Antiocho [z]. Non obscurè respiciuntur hîc historiæ matris

Margin notes (left column): [i] E. [k] G. [l] Be. [m] G. sim. [n] E. Be. [o] G. E. [o] E. [p] G. sim. E. [q] G. [r] E. † G. [t] J. Cap. ex Occum. [v] E. ex Græc. [x] G. [y] E. [z] G. sic E. [a] Me. E. [b] E. [c] G. [d] G. E. [*] G. [f] E. [g] E. sim. Rib. [h] E. [i] Me. [k] E. [l] G. [m] E. [n] Me. sic E. [o] G. [p] Pi. [q] E. [r] J. Cap. † E. [t] Me. G. [v] G. [x] E. [y] Me. [z] Rib. ex Th.

Margin notes (right column): [a] G. sim. Jun. plerique in E. [b] G. [c] Jun. [d] J. Cap. [*] Pi. J. Cap. sim. Pi. [f] Pi. [g] G. [h] Me. sic E. [i] Plerique in E. Me. [k] E. [l] G. sim. Me. [m] G. [n] G. sic E. [o] G. [p] Q. in E. [q] Pi. [r] G. † E. Me. [t] G. E. Me. [v] G. [x] G. sic E. Me. [y] G. [z] Pi. [a] Græci in E. sic Chrys. in Er. [b] Me. sic E. [c] G. [d] J. Cap. [*] Be. [f] G. [g] Sch. [h] Sc. ad Matth. 17. 25. [i] G. [k] G. sim. [l] E. [m] G. [n] Pi. [o] Be. [p] V. [q] E. G. Ham. [r] J. Cap. † G. [t] Er. G. [v] G. [x] G. sic Be. E. [y] G. [z] Be.

ac septem filiorum, quæ sunt 2 Macc. 6. & 7 [a]. & in libro αὐτοκράτορ λογισμῶ qui Josepho ascribi solet, & apud Thalmudicos [b]. Congruunt enim & voces & res omnésque circumstantiæ [c]. [Vide Ham.] Τύμπανον instrumentum est, vel, 1. pulsans, id est, fustis; vel, 2. quod pulsatur: erátque vel, 1. lusionis: vel, 2. tormenti [d], quo homines & distendebantur, (gravissimè per machinam tractoriam *,) & plagis multis feriebantur, instar tympanorum [f], vel, ut corium in tympano distenditur [g]. Referunt, vel, 1. ad equulei supplicium [h]. Τύμπανον esse *fidiculas*, per quas humana pellis ità extenditur ut bubula in tympano, diximus ad 2 Macc. 6. 19. & firmavimus ex Aristophanis Scholiaste. Meminere & Lucilius, & Plutarchus, cui etiam τυμπανίζειν est *torquere*. Ἀποτυμπανίζεσθαι dicuntur *qui ad mortem usque torquentur*, Maccab. tertio, Lysiæ, & Aristot. Rhet. 2 [i]. Aquin. & Caj. vertunt, *distenti sunt in equuleis*. Sed & Acciaolus apud Theod. τυμπανισθῆναι vertit, *fidiculis distendi* [k]. Vel, 2. ad fustuarium [l]. *Fustibus mulctati*, sive *contusi*, sive *cæsi*, *sunt*, Er. ex Græcis, D. Pi. J. Cap. E. ex Sy. Sic & Suidas. Τύμπανον est *fustuarium* [m]. Sic Turcæ hodie ictus ventri & plantis impingunt [n]. Vel, 3. ad excoriationem [o]. [Vel, 4. ad tormenta varia.] Erat hæc pœna contumeliosa, dolorifica, capitalis, & multiplex. Τύμπανον, ut notat Schol. Aristoph. & ex eo Phavorinus, duo significat, 1. instrumentum ligneum super quod castigabantur: 2. fustes quibus cædebantur. Porrò τύμπανα ϗ κύφωνες junctim ponit Aristoph. Κύφωνες autem erant juga lignea collo imposita, teste Aristot. Polit. 5. quorum mentio Jer. 28. 14. Insuper conjungit Lucianus κύφωνες ϗ τροχοί. Unde colligi possit idem esse τύμπανον, quod τροχὸς, h. e. *rotam*, cui homo alligatus erat, & in altum sublatus; ut *tympanum* Vitruvio sæpe dicitur *machina ad aquam, lapides*, &c. *in altum subvehenda parata*. Deinde sequebantur aliæ pœnæ, ut excoriatio, ἀκρωτηριασμὸς, *excisio partium extremarum*, manuum & pedum & linguæ, fustigatio usque ad mortem [p]. Vel, 5. ad decollationem †. Quum autem hic tormenti modus sæpiùs adhiberetur, τυμπανίζω & ἀποτυμπανίζεσθαι latiùs non rarò usurpatur pro qualibet morte violenta, quomodo accipitur apud Jos. contra App. 1. Demosth. Philip. 4. Plutarch. &c. [Verba vide in G.] Sic quod Dan. 7. 11. ἀνῃρέθη, &c. *sublata est periitque bestia illa*, Justinus reddit, ἀπετυμπανίσθη, &c. Sic & Euseb. Hist. Eccles. 5. 1. *Jussit eos* ἀποτυμπανισθῆναι, &c. Quod à præfecto præstitum narrans ait, ἀπέτεμε τὰς κεφαλάς. Sic Hesych. ἀπετυμπανίσθη, ἀπεκεφαλίσθη [q]. Ità vocem hîc accipiunt Ca. & Camer. Sed generatim hîc locutum Apostolum non est verisimile, cùm tot perpessionum genera sigillatim recenseat [r]. ¶ *Non*, &c. Οὐ προσδεξάμενοι, &c.] *Non accipientes* (i. e. aspernati †: vel, *Negligentes*, P. *Non acceptantes*, G. sic Jun. Cùm nollent admittere [t].) *liberationem*, Pi. à pœnis sibi oblatam [v], sub conditione idololatriæ [x], & Apostasiæ à Deo [y]. Vide 2 Macc. 6. 30 [z]. ¶ *Ut meliorem invenirent* (vel, *consequerentur*, Be. V. E. J. Cap.) *resurrectionem*] Nempe ex mortuis in vitam æternam [a], quam palàm in suppliciis professi sunt se exspectare: quam *meliorem* vocat [b], vel, 1. resurrectione impiorum; tunc autem dixisset τῆς χείρονος [c]: vel, 2. resurrectione à præsentissima morte per hominum sententiam [d]. *Meliorem* comparatione, vel, redemptione jam memoratâ, quæ tantùm erat ad vitam mortalem *: vel, vitâ quam amittebant [f]. *Resurrectio* enim hîc metonymicè ponitur pro vita quam præstat, sicut Joan. 5. 29. Percommodè verò ad excitandam Hebræorum fidem utitur exemplo Martyrum tunc non admodum antiquo, in quibus eluxit fides futurorum & non apparentium bonorum, quam v. 1. definivit [g]. [Grotius autem, nè ulla piis sub V. T. spes vitæ æternæ affulgeret, hunc quoque locum aliter, & quidem more suo, explicat.] Tolerârunt ista mala hac spe, fore ut post mortem suam res Judaicæ in meliorem statum restituerentur. Quæ figura quædam erat ejus Resurrectionis quam nos credimus, ut dictum ad Dan. 12. 2, 3. ἀνάστασις hîc quod תקומה, Levit. 26. 37. Dicimur autem consequi & quod in posteris consequimur [h].

36. *Alii*, &c. Ἕτεροι—πεῖραν ἔλαβον] *Alii rursus ludibria*, (Ut Elisæus 2 Reg. 2. 23 [i]. Sampson, Jud. 16 [k]. & alii, Luc. 20. 11 [l].) *& flagella*, (vel, *verbera*, Vulg. ut illi v. præced [m]. Micheas, Reg. 22. 24. Jeremias, 20. 2. & 37. 15. Antiochi temporibus plurimi, 1 Macc. 2. 34. 2 Macc. 5. 24. Jos. Antiq. 12. 7 [n].) *sunt experti*, Be. Pi. &c. vel, *senserunt*, G. Alii, *Ludibriis & flagris explorati sunt*, Ti. & Hent. & Genev. & Ang. in Ga. Sed sic idem continuò de *tentatione*, sive *exploratione*, rursus inculcaretur, quod non est verisimile. Πεῖραν λαβεῖν alicubi quidem est *explorare*, sive *periculum facere*, ut suprà v. 29. & apud Sophoc. Xenoph. & Herodian. [quorum verba quære in Ga.] hîc autem est *experiri*, perpetiendo scilicet. Sic sumitur & apud LXX, Deut. 28. 56. & Sapient. 18. 20. & in Euseb. 6. 41. & Suida [o]. ¶ *Vincula & carceres*] Ut Josephus & Jeremias [p], & illi 1 Mac. 1. 34 [q].

37. *Lapidati sunt*] Tanquam anathemata [r], ut Nabuthes, 1 Reg. 21. 13. Zacharias Sacerdos, 2 Par. 24. 21 †. Jeremias ‖: sed [hoc dicunt] incerto auctore. Vide & Matth. 21. 35. & 23. 37. Marc. 12. 4. Luc. 13. 34 *. ¶ *Secti*, &c. Ἐπειράσθησαν, ἐπρίσθησαν] *Secti* (vel, *Dissecti*, Er. P. Be. Ti. *Serrati*, Hi. in Er. *Serrâ dissecti*, E. Ar. Pi.) *sunt*, (De Esaia intelligit [t], quem serrâ ligneâ dissectum fuisse à Manasse dicit (non Scriptura, sed [v]) Hebræorum traditio [x]; quam sequuntur & Hieron. & Epiphan [y]. Cui obstare videtur quòd Esaias non ultra tempora Ezeciæ prophetavit [z]. Fuisse autem hoc supplicium non incognitum vicinis Judææ locis, apparet 2 Sam. 12. 31. 1 Par. 20. 3. Amos 1. 3 [a]. Et huc alludi videtur Matth. 24. 51 [b].) *tentati sunt*, Mo. Be. Ca. Pi. &c. Nempe tormentis admotis, ut ipsos ad idololatriam adigerent [c]; vel, gravibus & diuturnis calamitatibus [d], vel ab hostibus, vel à domesticis *, pro religione & justitia [f], ut Job [g]. Attamen est hîc scrupulus, quomodo hoc quod generale est ac cætera videtur complecti, inter ea connumeretur [h], maximè cùm utrumque circumstent verba certum mortis genus significantia [i]. Et quorsum istud de tentatione post pœnas acerbissimas commemoratur [k]? Ἐπειράσθησαν locum non habet inter mortium genera [l]. Eam ergò non legunt Sy. Chrys. & Th [m]. Ex margine [n] in textum irrepsit [o], ἐν διδαγμένοις [p]. Sed his repugnat Græcorum Codicum consensus. Tentationes autem interiores intelligit & graves, *ignita* nempe Diaboli *tela*, ut vox sumitur 1 Cor. 7. 5. 1 Thes. 3. 5. unde & Satanas ὁ πειράζων dicitur [q]. Al. Vox hæc jungenda cum seq. hoc modo, ἐπειράσθησαν ἐν φόνῳ μαχαίρας, i. e. tentati sunt gladiis minacibus à tyrannis; qui autem constantes erant, ἀπέθανον, *sublati sunt*, ut sequitur. Sic πεῖρα θανάτου est mors ipsa, in Sapient. Salom. Et πειράζει ἐν φόνῳ μαχαίρας idem est Hellenistis, quod ἀναιρεῖν ἐν μαχαίρᾳ [r]. Sed hoc exemplo caret, neque hîc admitti potest, quia sic ἀπέθανον redundaret, hiulca quoque foret oratio †. Al. Nolim vocem expungi, sed levissimâ mutatione pro ea poni [vel, 1.] ἐπυρώθησαν, *cremati sunt*, à πυρόω, quo verbo Homerus utitur [t]. Quod ego, licèt sedulò ruspatus, non reperio [v]. [Vel, 2.] ἐπυρώθησαν, *ustulati sunt* [x]. Sed πυρῶσαι exilius quiddam sonat quàm rei atrocitas postulat, valétque *accendere*, sive *incendere*. Apud LXX tamen respondet Hebræo צרף, & significat, *urendo*, sive *conflando*, *explorare*, atque etiam *expurgare*, ut Psal. 26. 2. & 66. 10. Esa. 1. 25. Dan. 11. 35. & 12. 10. Zach. 13. 9. Sic & 1 Pet. 4. 12. Apoc. 3. 18. [Vel, 3.] ἐπρήσθησαν, id est, *cremati sunt*, testibus Hesyc. & Suida, ut sit Paronomasia, quâ figurâ Apostolus multùm delectatur; ἐπρίσθησαν, ἐπρήσθησαν, quomodo ἐκδημῆσαι, ἐνδημῆσαι, 2 Cor. 5. 8. ἄχρηστον, εὔχρηστον, Philem. v. 11. ἔμαθεν, ἔπαθεν, Heb. 5. 8. &c. Certè *vivicomburium* pœna erat & frequentissima & immanissima. Vide Jer. 29. 22. 2 Macc. 7. 5 [y]. ¶ *Gladio*, &c. Ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον] *In occisione* (vel, *In cæde*, vel, *Per cædem*, sive *occisionem*, Pi.) *gladii* (Hebraismus, pro, *Gladio* [z].) *mortui sunt*, Mo. *Gladio cæsi occubuerunt*, P. Pi. sim. Be. V. Ut 1 Sam. 21. 17, &c [a]. 1 Reg. 19. 10 [b]. multi & Manassis temporibus. De utrisque agitur Matth. 23. 30. Act. 7. 52. Multi etiam temporibus Antiochi, 1 Macc. 1. 32, 52, 61. 2 Macc. 5. 13. & 6. 9 [c]. ¶ *Oberrârunt*, &c. Περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν] *Circuierunt* (vel, *Oberrârunt*, Er. P. Be. Pi. &c. Ob persecutionem fugientes ex urbe in urbem, & de domo in domum; vel etiam, solitudines petunt [d]. Ostendit eos ἀστατοῦντας, ut 1 Cor. 4. 11 *. sive ob fugam persecutionis, sive quòd viverent ut peregrini super terram †.) *in*, vel *cum*, (vel, *induti*,

Marginalia (col. 1375): a G. sim. E. Me. Ham. b G. c Ham. d Jun. * Idem. f Rib. Me. sim. Jun. Pi. g Q. in E. Er. D. h Q. in Ga. i G. k Ga. adv. 46. 461. l Q. in Ga. ib. m E. n Be. o Q. in E. p Ham. † Strig. ex Chrys. Th. & Oecum. in Ga. q Ga. ib. 462. r Ga 461. † V. t E. v G. sic Jun. V. E. x G. y E. sic Pi. J. Cap. z G. a Jun. sim. Pi. Ham. E. Calv. Par. Me. Rib. ex Chrys. & Th. b E. c J. Cap. d Jun. * E. f E. sic Me. g E. h G. i G. E. Me. k F. l ... m Me.

Marginalia (col. 1376): n G. o Ga. adv. 44. 447. p G. E. Me. q G. r Jun. † G. E. Me. ‖ D. ex Epiphan. & Tertul. He. in E. * G. t Er. D. Pi. G. J. Cap. plerique in E. Me. v BA. 2. p. 669 lin. 68. x G. y E. G. z Gi a Ga. adv. 45. 454. b G. Ga. ib. c Ga. ib. d J. Cap. Rib. e Me. Rib. * E. sic Rib. f E. g Me. E. ex Theod. & Oecum. h E. i Jun. k Be. l G. m G. E. n Be. o G. Be. p G. q Glass. philol. l. 2. 2. 20. 185. r Heins. † Ga. adv. 44. 448. t Jun. Pi. v Ga. ib. x Be. y Ga. ib. z E. a E. Me. b G. E. Me. c G. d Jun. * G. † E.

duti, Tre. ex Sy.) *ovillis* (vel, *melotis*, Vulg. Μηλωτὴ est ἀ μῆλον, *ovis*, propriè est *pellis ovina* [f]; sed & *caprina*, testibus Hesyc. Hieron. Isid. à quo tamen hîc distingui videtur, nisi dicas seq. per explicationem addi [g]. Latiùs accipitur pro qualibet *pelle* [h]. Nomen μηλωτῶν habes 1 Reg. 19. 13, 19. 2 Reg. 2. 8, 13, 14. Μηλωταὶ in Glossario *pelles* [i].) *& caprinis pellibus*, Mo. Er. Be. Pi. &c. *Ovinas caprinásque pelles gestârunt*, Ca. q.d. Malè induti fuerunt [k], vestibus pauperibus & rusticanis [l]; vili habitu utebantur [m], qualis est ex *ovium* aut *caprarum* pellibus: de qua re diximus ad Matth. 3. 4 [n]. Respicit ad Prophetas, præcipuè ad Eliam, 2 Reg. 1 [o]. qui *pilosus* dicitur non tam ob barbam aut comam, quàm ob vestem hirsutam & villosam [p]. ¶ *Egentes*, &c. Ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι] Hæc & sequentia, partim ad Prophetas pertinent, de quibus egimus, partim ad Manassis, maximè verò ad Antiochi, tempora [q]. *Egentes*, (vel, *Inopes*, Ca. Tre. ex Sy. G. *destituti*, Er. P. Be. Pi. V. scilicet rebus necessariis [r], ut David, 1 Sam. 21. & 25 †. & Elias, quem pascebat corvus, 1 Reg. 17. 4 [t]. אביונים aut חסרים, ut Deut. 15. 8. pro quo Psal. 34. 10. ponitur ἐλάττωσις. Hinc ὑστέρημα, *fortuna pauper*, Jud. 19. 19. Luc. 21. 4 [v].) *afflicti*, (vel, *oppressi*, J. Cap. *exagitati*, Sy. *magnis in periculis versati*, G.) *malè habiti*, Mo. P. Be. &c. vel, *afflicti*, Er. Il. Ti. vel, *magnis vexati incommodis*, G. i. e. Malè ab aliis tractati [x]. Alii ad animum referunt curis oppressum, alii ad corporis malam & injuriosam tractationem [y].

38. *Quibus* (luminaribus tam eximiis [z]:) *dignus non erat mundus*] i. e. Genus humanum, sive homines mali, qui bonos persequebantur, ideóque indignos se reddiderunt ipsorum & consortio & beneficiis [a]; & pii proinde ultrò à consuetudine illorum abstinuerunt [b]. Efficaciter dictum. Illi, quorum quotidianâ consuetudine homines cæteri digni non erant, ex urbibus vicísque exacti, receptum nullum nisi in locis inviis & asperis speluncisque & cavernis invenire potuerunt [c]. Unde videri poterant à Deo deseri, & hâc communi luce indigni. Sed id hîc retorquetur in contrarium [d]. Al. Sensus est, q. d. Etsi sancti adeò despicabiles mundo fuerint, totus tamen mundus cum uno illorum pretio & dignitate non est comparandus *. More enim Scripturæ *dignum aliquâ re* dicitur id quod pretium ejus æquat [f]. Sed priorem sensum præfero [g]. ¶ *In solitudinibus errantes*, &c.] Exempla vide 1 Reg. 17. 3. & 18. 13. 2 Reg. 6. 1. 1 Mac. 1. 53. & 2. 28, 29, 30. 2 Macc. 5. 27. & 10. 6. Vide & de Davide, 1 Sam. 22. 1. & 23. 19, &c. & 24. 1, 2 [h]. ¶ *Et in*, &c. Καὶ ταῖς ὀπαῖς, &c.] *Et cavernis* (vel, *specubus*, Ca. *foraminibus*, Ar. *speluncis*, Æth.) *terræ*, Be. Pi. Er. Mo. P. &c. *Specus* intellige è *saxo* נקיקי הסלעים, Esa. 7. 19. *Cavernas sub humum* [i]. *Speluncæ* sunt in petris excisæ, *cavernæ* sunt foramina terræ [k]. Sed constat hæc sæpe confundi. Vel, σπήλαια *speluncæ*, sunt receptacula majora, ὀπαὶ *caverne*, minora [l].

39. *Et hi*, &c. Καὶ οὗτοι —— μαρτυρηθέντες —— οὐκ ἐκομίσαντο, &c.] *Atque omnes hi* (Omnes omnino suprà memorati [m]:) *testimonium adepti* (i. e. probi à Deo judicati [n]; vel, *testimonio probati*, Vulg. Mo. Intellige *Dei*, vel *Scripturæ*, testificantis de iis quòd justi fuerint [o], & quòd Deo placuerint [p]. Vide suprà v. 2, 4, 5 [q].) *per fidem*, (q. d. licèt magnam fidem habuerint, & sancti fuerint [r].) *non* (sub. *tamen*, Pi. sic E. Me.) *obtinuerunt* (κομίζεσθαι hîc & suprà 10. 36. idem quod ἐπιτυγχάνειν †.) *promissum*, P. vel, *promissum illud*, Be. Pi. Alii, de quibus dictum suprà 33. *accepere promissa*, hi verò *non accepere*; non licuit illis in Terra promissâ tutò consistere: succubuere iræ hostili. In MS. est τὰς ἐπαγγελίας, quomodo plerumque hic Scriptor loquitur ubi de veteribus promissis agit [t]. Intelligit hîc liberationem ab hostibus & persecutoribus, quam exspectabant ut partem promissionis Abrahamo factæ, ut apparet ex Luc. 1. 70, &c. Confer Gen. 22. 17 †. [Reliqui aliter:] Loquitur procul dubiò de promissione cœlesti. Nam terrenæ promissiones jam præstitæ erant illis quibus secundùm ordinem providentiæ Dei præstandæ erant [v]. *Promissum illud*, i.e. promissionis illius actualem ipsis sensibus objectam exhibitionem [x]. Intelligit, vel, 1. Christum exhibitum [y]: q.d. Christum venturum & exhibendum crediderunt; at non viderunt, ut nos, exhibitum [z]. Vel, 2. hæreditatem & beatitudinem cœlestem [a]. Cui obstat, quòd illâ minimè frustati sunt tormentis suis, sed eam post mortem certissimè acceperunt [b].

40. *Deo*, &c. Τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, &c.] *Deo pro* (vel, *de*, Ca.) *nobis melius aliquid providente*, &c. Mo. Ca. *Quòd*, vel *Quoniam*, (vel, *Propterea quòd*, Pi. Verùm non hæc propriè causa erat differendæ promissionis antiquis, ut nobis melius aliquid contingeret, sed quia hoc postulabat divinitùs ordinata temporum dispositio. Verùm ex illa dilatione per Dei providentiam nobis obvenit singulare quoddam bonum [c].) *Deus de nobis* (i. e. de nostro seculo [d], vel, de Ecclesia Christiana *.) *melius quiddam* (scilicet quàm priscis Patribus [f]:) *providerat*, *nè sine nobis* (i. e. ante tempus nostrum [g]; i. e. non ante tempus Novi Testamenti [h]:) *consummarentur*, Er. Be. Pi. vel, *perficerentur*, J. Cap. Τελειωθῶσι hîc sume ut suprà 2. 20. & 5. 9 [i]. Illud ἵνα μὴ non Finem notat, sive Consilium; sed Eventum rei, valétque *adeò ut non* [k]. Qu. 1. Quomodo hoc *melius* est, cùm hæc consummatio sit illis nobiscum communis? Nam sicut illi non sine nobis, ità neque nos sine illis. Resp. Loquitur more humano; ubi censentur honoratiores qui exspectantur quàm qui exspectant, ut in conviviis [l]. Quamvis priores essent pii V. T. in certamine, non tamen sunt in præmio gloriæ, quoad corpus scilicet [m]. Qu. 2. Quodnam hoc *melius*, & quænam hæc *consummatio*, & quisnam loci sensus? Resp. 1. Sensus est, Promissum illud verè cœleste & æternum nobis demum apertè revelare decreverat. Vide suprà 7. 19. & 8. 16. ubi simili sensu habes vocem κρεῖττον. Erunt & illi veteres istorum æternorum bonorum participes, sed ità ut nostrî sint accessio. Nobis enim, non illis, facta sunt illa promissa. Ità Deus illis veteribus nullam fecit injuriam: præstabit enim illis majora quàm promiserat [n]. Non de animis hîc loquitur, sed de hominibus Sanctis [o]; eorúmque integra corporis & animæ beatitudine, quam illi non accipient ante nos, id est, ante diem judicii, quo omnes resurgemus [p]; q. d. Ut non sine nobis beatitudinis consummationem acciperent, quæ est gloria corporis [q]. Ut tempus beatitudinis ac resurrectionis non foret apud illos in veteri, sed apud nos in novo, Testamento [r]. Piis autem V. T. abjudicatur hæc *consummatio*, non simpliciter, restrictivè, & respectu nostrî †; nam illi quoque sanctificati sunt, & post mortem adepti, quod nos speramus; sed hoc dicitur, quia ab eo quod sub N. T. exhibendum erat salus eorum pendebat [t]. *Consummatio* illorum pendebat à nobis, sive à nostra consummatione, duplici nomine; 1. quia non illi ante nos, sed omnes simul, resurgent, Joh. 5. 28, 29. 2. quia media perficiendi Judæos nostris temporibus reservata sunt, Christi nimirum incarnatio, passio, &c. quæ nisi nostris diebus obtigissent illi neutiquam consummati essent [v]. Resp. 2. Sensus, Promissum Abrahamo factum, *de possessione portarum hostilium*, Gen. 22. 17. plenè perfectéque præstitum fuisse, non Ecclesiæ aut Reip. Judæorum, quæ diris persecutionibus vexata, atque vastata tandémque excisa, fuit; sed Ecclesiæ Christianæ, quæ, quamvis persecutionibus exposita foret, iis tamen non deleretur, sed victrix evaderet; & oppressa magis resurgeret atque floreret, ac plenarium acciperet promissorum complementum, quod hîc designatur voce τελειωθῶσιν †. Resp. 3. Hoc certè excellentius est, quòd nobis reipsâ exhibitus est Christus [x], & salutis mysteria multò pleniùs & planiùs quàm unquam revelantur [y]; & consummatam sanctificationem gloriámque adipiscimur, non ut illi, virtute Christi exhibendi, sed communione atque veritate Christi exhibiti [z]. Patres illi consummati erant ratione applicationis, utpote justificati & servati propter Christum venturum; non autem ratione meriti Christi, quia pretium redemptionis nondum solutum erat [a]. Illis contulit Deus idem bonum fructu & substantiâ, non autem tantum bonum contulit ratione & modo communionis [b]. Sensus, Ante nostra tempora non sunt consecuti *perfectionem* cognitionis [c]; vel, si mavis, militantis Ecclesiæ *perfectionem*, quam olim vehementer expetebant, & quam sub N. T. largitus est Deus [d]. Sensus, Honorem videndi Christum, & oraculorum typorúmque omnium complementum, Patribus non concessit, sed nobis reservavit. Noluit infantilem conditionem Ec-

Marginal notes (left column): [f] D. BA. [g] BA. 1. 2. 42. 149. [h] D. [i] G. [k] V. [l] Me. [m] G. sic Be. [n] G. [o] E. sic Me. G. ex Clem. [p] Me. sic E. [q] G. [r] V. J Cap. E. † E. [t] Me. E. sic G. [v] G. [x] Me. [y] E. [z] J. Cap. [a] E. [b] Jun. [c] G. [d] E. * Chrys. & Th. in E. [f] Q. in E. [g] E. [h] G. sim. E. Me. [i] G. [k] Q. in E. [l] E. [m] E. sic Ham. [n] V. [o] E. [p] E. Pi. [q] G. [r] Me. † G. [t] Idem. † Ham. ad v. 40. [v] E. [x] Be. [y] Be. Pi. Cam Cap. ad v. 17. [z] Jun.

Marginal notes (right column): [a] T. sim. Rib. Me. [b] Ham. ib. [c] E. [d] J. Cap. * Ham. [f] Me. [g] Me. T. sic E Cam. [h] J. Cap. Me. T. [i] G. [k] Cam. sic J. Cap. [l] E. ex Chrys. [m] Te. [n] G. [o] E. [p] Rib. sim. E. [q] Rib. [r] Me. † Gou. [t] Be. [v] Gou. † Ham. [x] Be. sim. Ger. J. Cap. [y] J. Cap. sim. Be. Cam. [z] Jun. [a] Gom. [b] Jun. [c] J. Cap. sim. Cam. [d] J Cap.

clesiæ ante Christum exhibitum perfici, absque adulta conditione Ecclesiæ post Christum exhibitum; ut tota Ecclesia esset unus quasi perfectus homo in Christo: nec voluit Deus fideles sub typis viventes aliter perfici, quàm unà nobiscum intuendo ad rem significatam quæ nostris temporibus exhibetur. Ergò tantò magis tenemur in Fide Christi per omnia adversa constanter perseverare *. Al. Sensus est, si Christus patribus illis exhibitus fuisset, & jam tum sacrificio suo peccata ipsorum expiâsset, tum ex hypothesi (nimirum vi decreti divini) nos fuissemus neglecti: quia Christo exhibito, nihil aliud quàm finis mundi exspectari potest; atque sic finis mundi venisset, antequam nos essemus nati [f]. Al. κρεῖττόν τι h. l. non opponitur ad ea quæ consecuti sunt Patriarchæ per fidem in promissionem Dei, sed refertur & dicitur de Apostolo ipso & Hebræis ad quos scribebat, de quibus insuper (non autem de Christianis in genere) illud χωρὶς ἡμῶν intelligi debet. Illorum autem conditio, ut erat rerum præsentium status, opponitur conditioni eorundem illo ipso tempore, si jam ante eorum tempora Christus in carne exhibitus fuisset. Certum enim est, in primordiis Ecclesiæ Christianæ aliquos ex Judæis vocandos fuisse, Rom. 11. 5. & post illa excidisse Israelem, Rom. 11. 11, 12. Dicit ergò Apostolus, Christum ante hæc sua tempora non venisse, nè, si jam longè antè exhibitus fuisset, excidissent ipse & Hebræi illi salutis gratiâ, illâ conclusi defectione quæ Judæos manebat post Messiæ tempora. Noluit itaque Deus alio tempore Christum exhiberi, sed isto, ut qui vellet istos salvos fieri [g]. Sic loquitur ad Hebræos, ut ipsos magis animet ad ferendam patienter dilationem præmii promissi; q.d. Longè facilius est vobis habere patientiam quàm justis antiquis. Nam illi multò diutiùs expectârunt, & adhuc exspectant dum vos parati sitis: non autem contrà illi erunt vobis exspectandi; sed simulatque tempus, quod jam propinquat, advenerit, unà cum illis accumbetis in regno Dei [h].

* Dic.

f Pi. sim. Test. & Viegas in Ger.

g Petit. var. lect. cap. 7.

h E.

CAP. XII.

1. **I**Deóque & nos] Hactenus διδασκαλικὴ pars Epistolæ, sequitur πρακτική [a]. ¶ *Tantam*, &c. Τοσοῦτον — περικείμενον, &c.] *Tantam habentes circumjacentem* (vel, *circumpositam*, Val. Er. V. *circumsistentem*, Ga. *circumstantem*, J. Cap. sim. Be. Pi.) *nobis nubem testium*, Mo. &c. i. e. Agmen [b], ingentem multitudinem ac turbam [c], ob densitatem [d], à qua עבים *nubes* *. Sic Virgilius, quod dixerat, *Fattâ nube premunt*, mox explicat, *densis catervis*. Sic apud Livium est, *Rex contra peditum equitúmque nubes jaciat*. Solent nubes longo tractu aliæ alias sequi. Par similitudo Esa. 60. 8 [f]. *Peditum* nubem dicit Homer. Il. δ'. v. 274, &c. & Il. ψ'. v. 133. Sic *volucrum nubem* dicunt Homer. & Virgil. tum, ob multitudinem, (inquit Eustath.) tum, quia aerem instar nubis undique obumbrant & obnubilant [g]: quò hîc respicit Apostolus [h]. Al. Alludit ad Nubem, quæ Israelitis in deserto præivit [i]. Non placet: 1. quia *nubes* hæc est *testium*, & distinguitur à *Christi ducatu*, v. seq. cui nubes illa aptiùs respondet. 2. Quòd nubes hæc περικεῖσθαι dicitur, illa verò anteibat, vel, desuper obtegebat, ut videbimus. Nec enim quod Seld. ex RR. refert, *Nubem illam castra circumdedisse sicut murus urbem cingit, nè hostis quis accedere possit*, verisimile videtur [k]. Sanctos autem memoratos *testes* vocat [l], quia & dictis & factis testati sunt, quanta esset Fidei dignitas & vis [m], & utilitas [n]. *Martyres* vocat qui Divinæ veritati testimonium perhibuerunt, non morte solùm cruentâ, sed & constanti perpessione, vel præclaro quopiam facinore [o]. Al. Totus hic versus agonisticus est, ut ex fine ejus patet. Præter βραβευτὴν sive Judicem, erant in agonibus *testes*, tum illi qui in meta constituti erant ex quorum testimonio Judex sententiam tulit, tum alii ex utraque parte cursûs, vel, ab omni parte, ut in Theatro, unde hîc περικεῖσθαι dicuntur [d]. ¶ *Deponentes*, &c. Ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα] *Abjecto* (vel, *Deposito*, Er. Ti. sic Mo.) *omni pondere*, P. Be. Pi. sic Mo. G. ex Sy. vel, *onere*, Er.

a J. Cap.

b G.

c Er. V. D. Jun. E. Calv. Ga.

d E. Ga. ex D.

* Ga. ex D. sic G.

f G.

g Ga. Adv. c. 2. p. 5, 6.

h Cap.

i Illyr. & Parker. in Ga.

k Ga. ib.

l E.

m Rib. sim. F.

n G.

o J. Cap.

d Ham.

Ti. Sic ὄγκος μεῖζων de Grandine dixit Aristoteles *. A stadio sumpta similitudo [f], non à pugillatu, sed à cursu; in quo ὄγκον omnem, id est, molem massámque corporis saginati, quam Athletæ affectabant, Cursores autem demere satagebant [g]; & omnia quæ oneri esse poterant, deponebant [h], ipsas etiam vestes [i], ut expeditiùs currerent. Translatione autem metaleptìcè à corpore ad animum factâ ὄγκον vocat [k], vel somnolentiam & ignaviam asininam, à qua asinus ὀγκητὴς vocatur [l]: [de quo vide Ga.] vel, curas rerum terrestrium [m], amorem hujus seculi, imò & nostri, Matth. 16. 24 [n]. omnem affectum terrenum [o]; vel, omnes omnino remoras quæ cursum virtutis aut profectum retardant [p], mentémque deprimunt, & deprimendo impediunt [q]; vel, quemvis habitum vitiosum, quo plus quàm par sit vel optamus, vel nobis arrogamus [r]; vitæ fastum, quem ὄγκον vocat Eurip. *molem* Virgil. Æneid. 1. quomodo & affines sunt voces quæ *dignitatem*, & quæ *gravitatem*, designant, ut כבוד, *gloria*, & כבד, *gravitas*. Sic τιμὴ & *honorem*, & *supplicii gravitatem* designat. *Honor* etiam & *onus* sæpissimè alludunt invicem. Hinc & illud βάρος δόξης, 2 Cor. 4. 17. Simul tamen hîc intelligit cupiditatem vitiorum, quæ homines *demergit*, &c. 1 Tim. 6. 9, 10. Confer Mat. 19. 23, 24†. Per ὄγκον idem hîc intelligit quod per seq. ἁμαρτίαν, nativam nempe nostram corruptionem, atque indè promanantes pravos, carnales & mundanos, affectus; qui ὄγκοι dicuntur, tum, quia gravis molis & ponderis instar animam nostram prægravant, & in cursu suo retardant; tum, quia in corporis hujus mole & massa sedem habent [r]. Ὄγκος *tumorem* significat, & hîc, ut passim apud bonos authores, rectè accipitur pro *fastu animi*; non illo quo quis se ad metam jam pervenisse temere credit, [adversùs quam explicationem vide Ga. hîc fusè disserentem] sed quo quis, nimium sibi tribuens, indignas se afflictiones autumat: quo nihil magis adversum tolerantiæ afflictionum, ad quam eas hortatur, Heb. 10. 32, &c. exemplo sanctorum, cap. 11. Quam hortationem hîc resumit, &c [v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν] Καὶ hîc, ut alibi sæpe, est exegeticum. Explicat enim quid in hac re per *onus* intelligat, nempe *Peccatum* [x]. Sed vox εὐπερίστατον hîc molestiam facessit [y]. Alibi non extat in tota Scriptura [z]. Ἀπερίστατον quidam legunt [a]. Sic unum Stephani exemplar, & ex eo Codex Complut. & Plantin. An. D. 1570. Sed εὐπερίστατον habent Chrys [b]. Vulg. & Sy. & plurimi Codices [c]. Et hoc Apostoli & Scopo & Allegoriæ convenientius est [d]. Sensus utriusque lectionis idem *. Vox hæc activè sumenda non est, quia & περίστατος, &c. ei opposita, ἀπερίστατος, passiva sunt [f]. Non dicit ἁμαρτίαν, sed τὴν ἁμαρτίαν, per quam intelligit [g], vel, 1. concupiscentiam ex origine nobis insitam [h], ut Rom. 7. & 8. sensúsque idem est, qui Rom. 6. 12 [i]. Cui obstat, quòd hæc, dum vivimus, deponi non potest [k]. Resp. Deponere dicimur quando concupiscentiis ejus non obedimus [l]; sed resistimus, nè in externum actum prorumpant, & cursum nostrum remorentur [m]. Vel, 2. habitus vitiosus [n]. [Verba sic reddunt:] *Peccatóque ambitioso*, Q. in Ca. vel, *circumstante*, Mo. Vulg. sub. *nos*, E. ex Vulg. *nos ambiente*, sive *circumdante*, sicut arbores ambit hædera; vel, *tenaci* [o]; vel, *tenaciter inhærente*, Er. Il. Ti. sic V. i. e. quod facilè circumsistat & hæreat atque amplectatur, quasi nolens abjici [p]: vel, *facilè nos circumcingente*, Be. sic J. Cap. Cap. *ad nos circumdandos*, sive *circumcingendos proclivi*, P. Pi. Jun. Quod intùs in nobis vivit & foris agit, & omnia contaminat [q]; quod nos quasi conclusos & irretitos tenet [r], ac proinde cursum nostrum impedit †, instar laciniosæ & talaris vestis, quæ currentis cruribus περιΐσταται, *circumplicatur*, eúmque remoratur; quæ etiam (si ἀπερίστατον legas) difficulter cohibetur nè continuò diffluat, &c. Quam vestem propterea deponendam in stadio monet [r]. Vel, *quò ita circumdamur* ut currere non possimus. Respicit fortè locum Lam. 1. 14. ubi Peccata comparantur *jugi loris* implicantibus hominem ac sæpe dejicientibus. Videtur enim εὐπερίστατος respondere Hebræo ישתרגו, ubi in Græco συνεπλάκησαν [v]. vel, *quod omni tempore paratum est nobis*, Di. ex Sy. & Ar. Sic Hesych. εὐπερίστατον vertit εὔκολον, εὐχερῆ, *facile, promptum*. Et περίστασις [lege περίστασις] *circumstantia*, ut loci, temporis, personarum. Hinc εὐπερίστατον, *facilè circumstans* [x]. Ad verb. *bene*, id

* G.
f G. sim. Ham. Be. Ga. ib. 3. 8.
g Ga. ib. sim. Be.
h G. sim. Ga. Ham.
i Ham.
k Ga.
l Strig. sim. Faber. in Ga.
m Th. in Rib.
n G. sim. Ham.
o E.
p T. sim. Rib. E. Me. Ga. Ham.
q Ga. ib. 13.
r J. Cap.
† Ga. ib.
r Cap.
v Di.
x G.
y Ga. ib. 15.
z Ham.
a Cap. sic G.
b J. Cap.
c G. J. Cap.
d J. Cap.
* Cap. sim. Ga. 19.
f Ham.
g Rib.
h Q. in E. sim. Rib. Cap Calv.
i Rib.
k E.
l Rib.
m Ger.
n J. Cap.
o Ca.
p Er.
q Jun.
r Be.
† Be. sic Cap.
r Cap.
v G.
x Di.

id est, facile, *circumstabile*, i.e. quod homines, utpote ad peccandum pronos, facilè circumstet, implicet ac teneat [y], instar retis [z], aut laquei [a], nè in cœpto cursu progrediantur †; quod facilè homines vincit [b]; vel, [contrà] quod facilè vincitur, si velimus uti gratia Dei [c]: quod facile est evitare, si attenti simus. Nam περιΐστασθαι est *vitare, fugere*, ut 1 Tim. 4.7. & 2 Tim. 2. 16, 23. & apud Josephum bel. Jud. 2. 12. & Hesych. & Suid [d]. Sed hoc non velle Apostolum, certum est *. Noluit hîc minuere vim peccati, quasi facilè vitari posset [f], tunc enim quorsum tantâ contentione opus erat? sed difficultatem potiùs, & periculum innuere [g], & docere quàm noxium esset peccatum potênsque ad nos seducendum, nisi valdè caveamus [h]. Vel, quod nos in angustias & pericula conjicit [i]; vel, quod facilè contrahitur, quia sunt multæ occasiones peccandi [t]. Περίστασις, inter alia significat necessitatem & periculum [v]. Vel, *quod speciosos habet prætextus*, quibus proinde induci poterant ut Christum cœtúsque publicos desererent. Περίστασις significat *circumstantias*. Et *thesis*, vel *quæstio*, ἀπερίστατος dicitur, i. e. nuda, sive generaliter proposita sine circumstantiis temporis, loci, personæ, scopi, occasionis. Et Hesychio ἀπερίστατον dicitur μωρὸν, ἀφορμὰς μὴ ἔχον, id est, *stolidum*, quod rationibus aut prætextibus destituitur. Quare εὐπερίστατον hîc esse posset, quod prætextus habet, quales habebant hîc Gnostici, quasi Christum ore non corde negarent. Huc facit quòd Chrys. περιστάσεις accipit pro *tentationibus*, & *peccatum* εὐπερίστατον exponit *quod undique nos cingit atque invadit* [x]. Vel, *facilè periculosum & damnosum*, i.e. ad pericula vel damna nobis inferenda proclive vel facile. Τὸ εὖ hîc non *laudem* innuit, sed *facilitatem* & *proclivitatem*, ut in εὔλυτος, *curatu facilis*; εὔωνος, *emptu facilis, vilis*; εὔκλαστος, *fractu facilis*, &c. Περίστασις significat, modò *circumstantiam*, sive physicam, sive rhetoricam; modò *turbam circumstantem*, ut in Athen. l. 5. modò *occasionis opportunitatem*, ut in Polybio; interdum verò (quod hîc congruit) *casum adversum qui aliquem circumstat, necessitatem, afflictionem, damnum aut periculum*. Sic 2 Macc. 4. 16. *Occupavit eos gravis* περίστασις, *afflictio*. Sic Philaris epist. 49. κατὰ περίστασιν, &c. *per casum quendam adversum jus patriæ amisi*. Diog. Laert. l. 7. in vita Zenonis, *Gustabit carnes humanas* κατὰ περίστασιν, *si necessitas postulet*. Idem ibid. de Dionysio ait, eum in hanc sententiam, *finem hominis esse* τὴν ἡδονὴν *sanitatis, adductum fuisse* διὰ περίστασιν, &c. *ob calamitatem doloris oculorum*. Sic Polyb. l. 19. Διωσάμενοι δυνοτάτας καὶ μεγίστας περιστάσεις, *Depulsis à se gravissimis maximisque periculis*. Sic Dioscor. 6. 34. χαλεπὴν περίστασιν, *grave infortunium*. Et Galenus, *Inducit*, inquit, *affectarum partium* περίστασιν καὶ κίνδυνον, &c. *noxam & periculum*, &c. Sic Aphrodis. *morbificam* περίστασιν, *noxam* nominat. Sic & ἀπερίστατος est *carens periculo aut damno*, apud Polyb. & Galen. Hujus ergò oppositum erit εὐπερίστατον, *quod facilè nos in periculum aut damnum conjicit*: vel, ut bene Camerarius, *cujus vis atque periculum undique nos circumstat*. Fideles hîc jubet ea deponere quæ vel cursum impediunt, putà *omnem* ὄγκον, i. e. sarcinam onerosam; vel, currentem lædunt, & in grave discrimen conjiciunt, ut expeditiùs, & absque læsione corporis cursum perficere possint †. ¶ *Per*, &c. Δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα] *Per patientiam* (id est, patienter exspectando cœlestem remunerationem [y]; vel, *Constanter*, P. Pi. G. vel, *Tolerantèr*. Periphrasis Adverbii esse apparet [z].) *curramus*, sive *decurramus*, (Patientiæ proprium est exspectare, currentis properare. Duo ergò hîc præcipit, 1. Patientiam, nè simus præcipites; 2. Diligentiam, nè simus otiosi [a].) *propositam nobis certamen*, Mo. sic Er. vel, *stadium*, P. Be. Pi. J. Cap. E. vel, *cursum*, J. Cap. Ham. sic V. Ἀγὼν nomen generis, sub quo & Cursus comprehenditur [b]. Declarat hîc, vel, 1. locum in quo curritur, h. e. stadium [c]; vel, 2. ipsum cursum; vel, 3. præmium cursûs, ut Vulgatus accipit [d]. Et pulchrè dictum *currere* ἀγῶνα, sicut *decurrere laborem* apud Ciceronem. Non dissimilia, *cursum currere, certare certamen* *.

2. *Aspicientes*, &c. Ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν] *Intuentes* (Tanquam propositam metam [f]; vel, ut discamus currere [g]; ut alacriùs curramus [h]:) *in fidei ducem*, sive *principem*, (vel, *autorem*, Vulg. *inceptorem*, Er. V. Ἀρχηγοῦ vocem de Christo habemus Heb. 2. 10 [f]. Sic dicitur, vel, quia certamen hoc, in quo per fidem curritur, instituit, eíque præsidet [k], ejúsque βραβευτής est [l], sive Judex, qui coronam victori adjudicat [m]; vel, quia nobis exemplo suo hunc cursum præit [n]; vel, quia & credenda docuit [o], & donat ut credamus [p]; verbo prælucens nobis, opere præiens, & communione in nobis provehens salutarem ductum, quoad metam decursûs nostri contendimus [q].) *ac perfectorem*, sive *consummatorem*, (vel, *finitorem*, Er. τελειωτὴν hîc sume quomodo fine præced. cap. τελειωθῶσι [r]. Ut seorsim accipiatur, & *consummator noster* dicatur, quia per oblationem crucis nos consummat; non solùm justificando, verùm ad consummatam beatitudinem (de qua proximè locutus fuerat) perducendo †. Vel, *consummator* dicitur, *fidei* scilicet [t]; quia certamen hoc decurrentibus, postquam ad metam pervenerint, reddit constituta præmia [v]; quia æternam mercedem eis præstat [x]; quia ea quæ credenda docuit postea videnda præbet, & actum fidei mutat in visionem [y]; quia solus virtute suâ præstat omnia quorum testimonium per fidem adepti sumus, & nos consummat in sese, ut sit Ecclesia complementum ipsius qui omnia implet in omnibus [z]. ¶ *Qui*, &c. Ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς, &c.] Ἀντὶ hîc valet, vel, *vice*, seu *loco*, ut Luc. 11. 11. vel, *propter*, ut Matth. 17. 27 [a]. [Hinc variant:] *Qui vice propositi sibi gaudii*, &c. Er. i.e. Cùm his ærumnis carere posset, tamen eas ultrò subiit [b]. *Qui loco gaudii*, à molestiis & doloribus secreti, quo frui poterat si vellet, morti se eximens, & regem se faciens, &c. crucem elegit [c]. Cùm liceret ipsi Christo frui gaudio, sine cruce, &c [d]. Sed illud non congruit aut decreto Dei, aut Christi officio, & verbis Matth. 16. 21. Luc. 24. 26, 27 *. Al. *Qui pro sibi proposito gaudio*, &c. Be. Pi. &c. i. e. Ob gaudium quod ipsi animo obversabatur: ἀντὶ, pro ἕνεκα. Sic quod Matth. 19. 5. est ἕνεκεν τούτου, idipsum est ἀντὶ τούτου Eph. 5. 31 [f]. Ut assequeretur gaudium [g], pro quo Patrem oravit Joh. 17. 1 [h]. & Joh. 12. 28 [i]. quod Pater ipsi proposuit, tum per se [k], tum, per Angelum Luc. 22. 43 [l]. qui hoc vividè in animum ei revocavit [m]: vel, Ad gloriam illam cœlestem cum Ecclesia communicandam & perficiendam in singulis membris illius [n]. De voce προκειμένης vide ad Heb. 6. 18. Χαρὰ hîc est Vita immortalis, & summa Potestas, præmium passionum Christi, Joh. 12. 28. & 17. 1, 2, 3, 4. Phil. 2. 9 [o]. Propositum Christo fuit gaudium salutis omnium hominum, & gloriæ Dei per totum orbem exaltandæ; tum, etiam gloriæ corporis sui, & tot hominum, à quibus & adorandus & prædicandus erat, &c [p]. ¶ *Et confusione*, &c. Αἰσχύνης καταφρονήσας] *Ignominiâ contemptâ*, Be. Pi. &c. i.e. Probrosâ morte non retardatus [q]. Supplicium enim crucis & acerbissimum erat & maximè infame [r]. Duo mala toleravit; dolores, qui sub *crucis* nomine intelliguntur, & *ignominiam* tali supplicio conjunctam. Καταφρονήσας hîc comparatè sumendum, Non tanti faciens eam ignominiam ut ei se vellet subducere. ¶ *Atque in dextera*, &c.] Vide ad Heb. 8. 1 †.

3. *Recogitate*, &c. Ἀναλογίσασθε, &c.] *Nam* (vel, *Igitur*, E. J. Cap. οὖν hîc habent quidam cod. Græci & Syrus [t]. Sed plerique γὰρ habent [v]: quod & hîc convenit. Nam ideo proposuit exemplum Christi, ut illud recogitent [x].) *reputate animo* (non obiter, aut perfunctoriè; sed seriò ac sedulò [y], etiam atque etiam [z]: *cogitate* qualis quantúsque sit [a]. Ἀναλογίζεσθαι etiam Zenophonti est *expendere animo*. Idem quod λογίζεσθαι, suprà 11. 19 [b]. Al. ἀναλογία *proportio* est Arithmeticis & Geometris. Ἀναλογίζεσθαι igitur est, *secundùm proportionem per collationem ad invicem considerare*. Vult ergò nos, proportionali collatione institutâ, considerare quantum discriminis sit inter Jesum & nos ‖.) *eum qui talem* (ac tantam [c]. Vox τοιαύτην totam passionis Christi historiam comprehendit [d].) *sustinuit à peccatoribus* (id est, impiis *, & infidelibus [f]:) *adversùs sese contradictionem*, Pi. &c. Quo nomine intelligit Judæorum convicia, calumnias, maledicta [g]; ut quum eum *seductorem* vocàrunt, & *dæmoniacum*, & *legis transgressorem* [h]; irrisiones, plagas, injurias [i]. Heb. ריב. Nam sicut εὐλογεῖν est etiam *benefacere*, ità ἀντιλέγειν etiam est *malè cuiquam facere*; de quo diximus ad Luc. 2. 34 [k]. ¶ *Ut nè*, &c. Ἵνα μὴ κάμητε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι] *Nè defatigemini* (vel, *fatiscatis*, P. Be. Pi. Est vox agonistica, de iis dicta qui vincuntur,

Margin (left column): y E. ex Græcis. z T. a E. † E. sim. Me. T. Rib. b Rib. ex Chrys. & Th. c Chrys. in Rib. d Q. in Ga. * Salmas. in Ga. tim. Ham. f Ham. sim. Ga. g Ga. ib. 17. h Ham. i Ger. ex Th. t Theod. in Rib. v E. x Ham. † Sch. y E. Ger. z Be. a J. Cap. b G. c Be. sim. Me. d Me. * G. f Be. g Rib. h Me.

Margin (right column): f G. k E. l G. Fam. m Ham. ad v. 1. n G. o Rib. Me. p Rib. Me. sim. E. q Jun. r G sim. E. † E. t E. Rib. Me. Jun. v E. x Rib. y Rib. Me. z Jun. a Gom. b J. Cap. c E. sim. Rib. Me. d Q. in Gom. * Gom. f G. g Me. ex Vulg. sic Pi. Latini in E. h Pi. i Be. k Me. l Me. Gi m G. n Jun. o G. p Rib. q Me. r E. † G. t F. v J. Cap. x E. y Ger. z E. a J. Cap. b G. ‖ Sch. c E. d G. * E. Fa f E. g Er. h E. i Me. sic Rib. k G.

Line numbers: 10 20 30 40 50 60 70

tur, & cedunt desperantes. Dixit Coriolanus in Plut. οὐ χρὴ νικῶντα κάμνειν, *Non decet victorem se subducere*[l]. Κάμνειν hîc est *tædio laboris affici*. נקוט Job. 10. 1. ἐκλύεσθαι verò est עיף *lassari*, Jud. 8. 15. 1 Sam. 14. 28. 2 Sam. 16. 2, 14. & 17. 29. Lassitudo adfert tædium[m].) *animis defecti*, Er. Il. vel, *deficientes*, P. Ti. Mo. *fracti*, Be. *remissi*, Pi. *Animo deficit* qui animum despondet, resiliens ab incepto propter difficultatem & molestias[n]. Ἐκλυέσθαι v. 4. & ψυχαῖς ἐκλυόμενοι h. l. eodem sensu sumitur quo κάμνειν, & significat pusillanimem esse, prælium detrectare, manus demittere, ut v. 12. cor instar aquæ liquefactum habere, campo bellico excedere[o]. Sensus est, q. d. Nè similia patientes defatigemini præ languore & dissolutione animi[p].

4. *Nondum—ad sanguinem restitistis*] id est, Ad necem[q]; q. d. Multa passi estis, sed nondum sanguinem fudistis[r], aut martyres facti estis†. Nondum omni officio perfuncti estis, cùm tamen teneamini abjicere omne pondus & peccatum, &c[t]. Pudeat vos defatigari levioribus malis. Illi Prophetæ, deinde & alii Maccabaicorum temporum, quorum suprà meminimus, partim ad capitalia supplicia, partim ad tormenta, rapti fuere; Christus ipse mortem perpessus est. Vos libertatis tantùm & facultatum damna aut pericula incurristis: Vide Heb. 10. 33, 34[v]. Alludit ad agones athleticos, in quibus præcessit σκιαμαχία, vel ἀκροχειρισμὸς, lacertorum atque armorum vibratio, de qua vide ad 1 Cor. 9. 26. successit autem stata pugna cum cæstibus, qui sanguinem detraxerunt, &c[x]. ¶ *Adversùs*, &c. Πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι] *Adversùs peccatum* (i. e. vel, 1. peccatum inhabitans, & in periculis ad defectionem solicitans[y]; vel, 2. peccatum hostium Evangelii ad defectionem solicitantium[z]; vel, 3. peccatores & sceleratos[a]: quomodo *iniquitas*, pro *iniquis*, Psal. 119. 133. *superbia*, pro *superbo*, Psal. 36. 11. &c[b]. vel, 4. *peccatum* κατ' ἐξοχὴν, *defectionem ab Evangelio*[c]: quo sensu ἁμαρτάνειν, Heb. 3. 17. & 10. 26[d].) *repugnantes*, Vulg. vel, *decertantes*, J. Cap. P. vel, *decertando*, Jun. Be. Pi. i. e. in isto adversùs peccatum certamine*; nè peccatis polluеremini[f]. Docet eos non tam contra homines, quàm contra peccatum, certamen iniri. Prosopopœia est, quâ peccatum fingitur ut adversarius, nos tentationibus suis impetens & oppugnans; quod & nos expugnare debemus[g]. Ostendit utilem crucis effectum, quòd illâ & carnem seu vitiositatem nativam domemus, & salutem æternam consequamur[h].

5. *Et*, &c. Καὶ ἐκλέλησθε, &c.] *Et obliti estis adhortationis* (Perstat in Metaphora à cursoribus, qui spectatorum vocibus, & plausu, juvabantur[i]:) *quæ vobis tanquam filiis loquitur?* Be. Pi. Similis phrasis Eph. 5. 14[k]. Egregiè monitum illud quod est Prov. 3. 11. φιλοσοφώτατον[l]. Legenda hæc sunt [vel, 1.] Interrogativè[m]. qu. d. Adeóne elanguistis, ut verborum istorum non memineritis, &c[n]? Vim habet amicè reprehendendi, q. d. Minimè vos decet oblivisci, &c[o]. Vel, 2. Enunciativè, ut sensus sit, Ità segniter agitis, ut videamini obliti & immemores, nimirum propter animi torporem[p]. Tacitè reprehendit eos, quòd in afflictionibus non recurrant ad Scripturam: confer Rom. 15. 4[q]. Utinam sic semper loquerentur Jesuitæ! Sed meminerit Ribera Paulum alloqui gregem potiùs quàm Pastores; & proinde Scripturam à Laicis legendam[r]. ¶ *Fili*, &c. Υἱέ μου, μὴ ὀλιγώρει παιδείας—ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος] *Fili* (vel, Dicendo, *Fili*, Pi. &c.) *mi*, (Hæc dicta sunt ex persona, vel, 1. Dei†; vel, 2. Salomonis, de Deo[t]; vel, Spiritûs S. loquentis in Salomone, Prov. 3. 11[v].) *nè parvipende* (vel, *negligito*, Tre. ex Sy. P. Pi. sic Vulg. Er. Il. Ti. *contemne*, Ca. vel, *abjice*, E. q. d. Æquo animo accipe, non autem protervè contemne[x]: *nè parvi facias*, Rib. Be. Non dicit, *Noli odisse*, aut *contristari*, sed *negligere*; q. d. Donum Dei magnum est quòd te afflictionibus erudiat, agnosce illud, & magni facias, & scito uti, neque tibi illud elabi sinas[y]. Heb. תמאס, pro quo Aq. posuit, μὴ ἀποδοκίμαζε· alii, μὴ ἀπωθῇς‖.) *disciplinam*, vel, *eruditionem*, sive *institutionem*, Val. sic E. Me. G. quæ factis fit, putà vinculis, legibus, pœnis[z], flagellis à Deo immissis[a]. Id enim παιδεία, מוסר à יסר[b].) *Domini*, *neque fatiscas* (vel, *deficias*, Er. V. *defatigeris*, Er. *remissus esto*, Pi. *deficias*, sive *frangaris*, *animo*, P. Be. sic Jun. Heb. אל תקוץ, *neque te tædeat*[c]: pro quo Theodotion habet μηδὲ ἐκκακήσῃς[d]: nè despondeas animum*. Rem eandem aliis verbis inculcat[f]. Utrâque parte, minus dicendo plus intelligit, q. d. Non solùm nè displiceat hoc vobis, sed grato animo acceptetur[g].) *ab eo argutus*, Mo. vel, *quum ab eo argueris*, P. Be. Er. Pi. sive, *redargueris*, J. Cap. i. e. castigaris[h]. Ἐλέγχειν, הוכיח, est *objurgare*. Sed solent, ut jam modò diximus, ea quæ de verbis propriè dicuntur ad facta quoque transferri. Sic & verbum μαστιγοῖ v. seq. à specie transfertur ad genus. De nomine μάστιγων diximus ad Marc. 3. 10. Quidam in adversis recalcitrant, alii animum despondent; neutrum faciendum Christianis, quibus eximiè competit nomen *filiorum Dei*. Nam si verè sunt Christiani, adversa talia illis non evenient nisi ex decreto quodam Dei, & quidem in ipsos benevoli; nempe, ut siquid sordis adhæret excoquatur, aut ut ipsi per patientiæ exercitia reddantur meliores. Tales *castigationes* vocantur ab Hebræis יסורי אהבה, *amoris*, ut notatum eruditis[i].

6. *Quem*, &c. Ὃν—παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ—ὃν παραδέχεται] Sic est in Græca versione Prov. 3. 12. nisi quòd pro παιδεύει in quibusdam cod. est ἐλέγχει. Apparet Interpretes pro וכאב, quod est *& tanquam pater*, legisse ויכאב [lege ויכאב] quod est *& dolore afficiet*, ut Job. 5. 18[k]. Vel, si legas וכאב, verti possit, vel, 1. *flagellabit*: nam multa verba Hebræain Cal habent significationem Hiphil, & ו vertit præt. in fut. vel, 2. *Et quasi pater*, sub. *corripit*, ut ibi accipiunt V. & R. Bainus, & Chald[l]. Illud δὲ post μαστιγοῖ est copula exegetica, quomodo accepit Syrus & alii[m]. *Quem enim diligit Dominus castigat: flagellat autem omnem filium* (nempe adoptivum[n]:) *quem recipit*, Mo. sic Pi. vel, *suscipit*, J. Cap. *agnoscit*, Be. *pro suo agnoscit*, G. i. e. approbat[o], in filium recipit[p]; gratum & acceptum habet[q], non abdicat & rejicit[r]. *Abdicatos*, ἀποκηρυχθέντας, parentes curare non solent†. Afflictiones vestræ, inquit, sunt documenta amoris[t], non iræ, pertinéntque ad emendationem vestram[v], & salutem[x]. Rectè ergò dixi eas non esse negligendas, &c[y]. Fidelium ergò afflictiones non sunt vindictæ quibus iræ & justitiæ suæ satisfacit[z], sive ultiones peccatorum, semper scilicet & principaliter[a], sed aut probationes honorificæ, aut correctiones paternæ[b], ad ipsorum utilitatem, emendationem, & salutem. Afflictiones autem piorum omnes ad merita peccatorum referendas esse docet, quòd *castigationes* vocentur, quæ utique sunt peccatorum[c].

7. *In*, &c. Εἰ—προσφέρεται] *Si castigationem sustinetis*, (i. e. Si adversa vobis eveniant. Nam ὑπομένειν interdum nihil aliud est quàm *perpeti*, ut Jac. 1. 12. Sic ὑπομένειν κρίσεις, *causam dicere*[d]. Al. Si non subtrahatis vos castigationi, sed eam patienter feratis*.) *veluti filiis vobis offert se*, Er. Il. Ti. sic P. Mo. Pi. vel, *sese exhibet*, Be. sic Cas. *vobis utitur*, Ca. *vobiscum versatur*, Cas. *vobiscum aget*, i. e. agnoscet vos filios, nec ab hæreditate excludet[f]. Deus eos in hoc ipso paternè tractabit. Sic προσφέρεσθαι τραχέως αὐτοῖς, *asperè eos tractant* apud Plutarchum. Hanc vocem, & multas alias, Scriptor noster hausit è Græcis purioribus[g]. Nè, inquit, horrescite manum castigantis Dei. Non enim admovet vobis manum ut hostis hosti, sed ut pater filiis, emendaturus, non perditurus[h]. [Alii locum aliter legunt & vertunt:] *Sustinete igitur castigationem: quia tanquam erga filios agit circa vos Deus*, Tre. ex Sy. *In disciplina perseverate*, (q. d. durate[i], permanete ferendo, ut Deus perficiat quod vult[k].) *tanquam filiis vobis offert se Deus*, Vulg. i. e. Ut pater ad vos venit. Agnoscite vestram felicitatem[l]. Puto pro εἰ, legendum εἰς, *in*, vel *ad*. *Sustinete ad disciplinam*, & correctionem, vestri, ut filii; non ad supplicium, ut rei[m]. ¶ *Quis enim filius* (i. e. verè filius[n]:) *quem non corripit pater?*] Sapiens videlicet, quum videt eum correctione egere[o]; saltem in ætate puerili, quæ nobis durat dum vivimus, 1 Cor. 13. 11, 12, &c[p]. Sic interpretantur Hebræi illud Prov. 13. 1. Responsio ad tacitam objectionem[q]. Atqui finit nos pati tam dura[q]. Ità, inquit, mos est & officium patrum, nè filios incorrectos relinquant[r]. Ebræi dictitant, *Si videbis filium sapientem, pro certo habeto, quòd eum pater castigaverit*†.

8. *Cujus participes—omnes*] Intellige, illi de quibus actum cap. præced[t]. Filii[v], veri scil. ac legitimi[x].

¶ *Adulteri*,

¶ *Adulteri*, Νόθοι] *Nothi*, Val. Er. Pi. *Spurii*, sive *suppositi̇tii*, Val.Er.V.Be.Rev.E.Me. id est, degeneres & paternæ hæreditatis exsortes [y]. Νόθους non sume natos ex matre impare, sed eos quos mater ex adulterio genuit, & marito vult obtrudere, ille autem rejicit. Vide Philonem [z], [ejúsque verba in G.] Non ergò castigatio, sed illius potiùs defectus, causa est dubitandi de amore Dei, &c [a].

9. *Patres carnis nostræ*] id est, Ex quibus solam carnem, sive corpus, habemus [b], non animam [c]; vel, qui nos mortales ipsi ad vitam mortalem generaverant [d]. Hinc constat, animas humanas non ex traduce propagari [*]; sed à Deo creari, atque corporibus infundi [f]. ¶ *Eruditores*, Παιδευτὰς] *Castigatores*, Be. Pi. &c. Nempe, in primis annis. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐνετρεπόμεθα] id est, *Ut eos hoc magis revereremur*. Hebraismus, qualis alter sequetur. Ἐντρέπεσθαι *est revereri*, Matth. 21. 37. Luc. 20. 13 [g]. *Et* (sub. *eos*, Ti.Pi.V.&c.) *reveriti sumus*, Er. Il.Ti.P.Be.&c. id est, ad officium adducti sumus ipsorum reverentiâ †. Vel, Eis cum amore subjecti, quamvis nos duriùs tractarent [h]. ¶ *Num*, &c. Οὐ—ὑποταγησόμεθα—καὶ ζήσομεν] *Annon multò magis* (i. e. multò justiùs [i]:) *subjiciemur* (i.e. permittemus nos [k]. Niphal pro Hithpahel, i. e. *subjiciemus nos ipsos*, nimirum ad ferenda adversa, ipso ità volente [l]:) *patri spirituum*, (id est, vel, 1. spirituali & cœlesti [m], phrasi Hebraicâ [n]. Sed tunc dixisset, *patri spiritûs* [o]. Vel, 2. donorum, vel incorporearum virtutum [p]: id est, Ei qui Christiano cuique dat Spiritûs dona, ità ut nos certos faciat vitæ futuræ, quæ erit planè πνευματική, 1 Cor. 15. 46. Hebræorum locutione utitur. Nam ii opponunt האב הנשמי, & האב הרוחני [q]. Vel, 3. authori generationis nostræ spiritualis, quâ sumus filii Dei, &c [r]. Sed *spiritus*, à quo illa generatio denominatur, sing. tantùm numero legitur in Scriptura †. Vel, 4. creatori animarum nostrarum [t], quas ipse solus [v], & immediatè [x], corporibus nostris infundit [y]. Hunc sensum postulat Antithesis, & collat. Eccles. 12. 7 [z]. & Num. 27. 16. Sic & initio Deus Spiritum indidit corpori, Gen. 1. & 2 [a]. At si per *spiritus* Hominum animas intelligas, Deus tam *carnis* quàm horum est opifex, Num. 16. 22. ubi in Græco, Θεὸς τῶν πνευμάτων, καὶ πάσης σαρκός [b]) *& vivemus*, Be. Pi. &c. i. e. Ut vivamus [c], nempe, in perpetuum [d]; q. d. cùm per hanc subjectionem futurum sit ut vivamus [*]. Est Hebraismus qualem jamjam observavimus [f]. *Vitam* intelligit quæ est secundùm spiritum, id est, vitam sanctificationis & justitiæ, sicut in sequent. declarat [g].

10. *Illi—paucorum*, &c. Πρὸς ὀλίγας, &c.] *Ad paucos dies*, Be. Pi. E. &c. i. e. annos [h]. *Ad tempus exiguum*, G. pueriliis ætatis [i], post quam cessat castigatio paterna [k]: vel potiùs, propter vitam hanc brevem, ut bene nobis esset in hac vita caduca [l]; ut rectè nos gerere sciremus in rebus ad eam pertinentibus [m]. Potestas illorum & cura non est nisi temporaria. ימים pro *tempore* usitatum Hebræis, ut Luc. 1. 5, 7. & alibi sæpe [n]. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς] *Prout ipsis videbatur*, Jun. Be. Pi. *Pro arbitratu suo*, G. Pi. Er. judicio humano, ac proinde & modo & fine [o], non semper satis justa [p], aut ad veram nostram utilitatem [q]; nonnunquam & præter meritum [r], sæpe ex errore; interdum etiam sua vitia pro virtutibus instillantes, ut avaritiam, ut ambitionem. Vide Horat. 1. Sat. 6. & Juven. 5. 14 †. ¶ *Hic—ad—utile*] Ad nostros usus [t]. Ut ea discamus & faciamus quæ verè nobis utilia sunt [v]. Nam nec errat, nec pravis affectibus abripitur. Eadem locutio 1 Cor. c. 7. v. 35 [x]. Ἐπὶ τὸ συμφέρον] *Ad id quod conducibile est*, E. sic Ar. *Ad commodum nostrum*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Tre. *Ad utilitatem*, Ca. ¶ *In*, &c. Εἰς τὸ μεταλαβεῖν, &c.] *Ut* (vel, *In hoc ut*, V. Declarat hîc τὸ συμφέρον illud [y]) *participes simus*, vel *fiamus*, *sanctitatis ipsius*, Be. Pi. Er. &c. id est, quam ipse in nobis operatur [z], atque ità sibi (qui est ipsa sanctitas) nos similes reddat, & quâ ipse delectatur. Genitivus effecti [a]. Ut castigati purgemur & sanctificemur [b], & sic apti cœlo reddamur [c]. Ut in dies sanctiores fiamus ad ipsius exemplum. Id autem fit præcipuè per Spiritûs dona, quorum jam facta mentio. Sumptum hoc h. l. sicut & 1 Pet. 1. 16. ex Levit. 11. 44. & c. 19. v. 2 [d].

11. *Videtur non esse gaudii*, &c.] Scilicet mentiuntur [*]. *Videtur*, carni & sanguini [f], vel, communi judicio, quod tamen falsum est, vel, si in se spectentur, ut mala pœnæ [g]. Radices amaræ, fructus dulces; videlicet, si sensus externos, & indè nascentes ἀπάθειαν, consulimus [h]. Monet, nè castigationem præsenti sensu metiamur, puerorum more, &c [i]. ¶ *Postea*, &c. Ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν—γεγυμνασμένοις, &c.] *At postea* (i. e. post aliquot annos, aut certè post hanc vitam [k].) *fructum tranquillum* (vel, *pacatum*, sive *pacificum*, Er. E. Me. i. e. turbatione vacantem [l], quo summa cum pace & tranquillitate animi perfruemur [m]; qualem fructum exercitationes Athletarum, aut honores voluptatésve seculi ferre non possunt [n]. *Pacatum* vocat comparatione prioris temporis. Dum enim affligimur, turbamur & irrequieti sumus; sed aliquamdiu exercitati afflictionibus, earum utilitatem discimus ex virtutum profectu, & mente compositâ, ac tranquillâ, nobis de eis gratulamur [o]. Vel, fructum pacis ergà Deum in Spiritu [p]. Alludit ad coronam ex oleâ, quæ pacis symbolum, victoribus Olymp. data [q]. Vel, *fructum gratum*: opponitur enim hoc λύπῃ. Hoc sensu εἰρηνικὸν habemus Deut. 2. 26. Jer. 12. 6. Et meritò *gratus* est *fructus* qui tranquillitatem adfert conscientiæ, Rom. 5. 1 [r].) *justitiæ* (i. e. vel, 1. ipsam justitiam †, vel, sanctitatem eximiam [t]. Δικαιοσύνη hîc latiùs sumitur, non ut initium est ἁγιωσύνης, sed ità ut omnes officii nostri partes complectatur. Vide ad Heb. 11: 33 [v]. Vel, 2. fructum qui ex justitia provenit [x], qui omnes justos manet, βραβεῖον illud beatitudinis & pacis ‖; vel, vitam æternam [y], cujus periphrasis hæc est. Dicitur enim *justitiæ corona*, 2 Tim. 4. 8 [z]. Verùm non agitur hîc de fructu quem parit justitia, sed quem castigatio [a]. Al. *Justitiam* hîc accipio pro *beneficentia Dei*, quæ corda nostra voluptate perfundit & tranquillat [b].) *reddit eis* (non suâpte, sed Dei, virtute [c]:) *qui per eum fuerint exercitati*, Be. Pi. &c. velut in palæstra, & omni genere vehementioris exercitii, ut vox innuit [d]. Nam ὕστερον firmat τὸ ἐξῆς, eique incrementa adjicit. Verbum γυμνάζειν habes & 1 Tim. 4. 7. & Heb. 5. 14 [*]. Significat hæc vox fideles, tanquam athletas, ipso patientiæ exercitio robustiores & invictos reddi [f].

12. *Propter*, &c. Διὸ τὰς παρειμένας χεῖρας καὶ τὰ παραλελυμένα—ἀνορθώσατε] Conclusio cohortationis [g], sumpta ex Esa. 35. 3 [h]. ubi LXX duo verba habent, ἰσχύσατε & παρακαλέσατε, pro quibus hîc unum est, sed significantissimum, ἀνορθώσατε. Apostolus ergò ità Græcæ versionis voces aliquot retinuit, ut quod in illis vitiosum erat emendaret [i]. Hebræa rectè verti possunt ut hîc habemus. Nam חזק *roborare* sæpe Accusativum regit, ut Jud. 9. 24. & 16. 29. &c. *Nè remittantur manus vestræ*, habes & 2 Par. 15. 7. simil. Sirach. 2. 14. παράλυσις γονάτων est Nah. 2. 10 [k]. *Quapropter manus remissas*, (vel, *luxatas*, Ar. *solutas*, J. Cap. *dissolutas*, Tre. ex Sy. E. ex Hi. id est, torpentes ab opere [l]; vel, dejectas, & nihil facere valentes [m]. Descriptio hominis inertis, quem Hesiod. ἀπάλαμον vocat [n].) *& genua soluta*, (vel, *collapsa*, Zeg. *labantia*, J. Cap. *debilia*, E. ex Hi. id est, ad incessum & cursum ægra aut stupida [o]. Nam in genu robur est cruris ad progressionem [p], & cursum; & genuum solutio imbecillitatis indicium est [q]. *Manuum* similitudo sumpta à laborantibus, *genuum* à currentibus. Christiani vita & Labor est & Cursus [r].) *surrigite*, Er. Be. Pi. &c. Hoc verbo significat, Pelli hujusmodi torporem & stuporem manuum explicatione, ac genuum surrectione, velut excitatione quâdam †. Viri sancti populum aut Ecclesiam alloquentes, modò ad optimos, modò ad eos qui multùm ab optimis distant, se vertunt. Et hujus generis multi erant inter illos Hebræos, ut jam vidimus [t]. Perstat hîc in Metaphora Athletarum [v]. Vide 1 Sam. 23. 16 [x]. Monet eos, ut excussâ ignaviâ alacritatem assumant, ac seriò se comparent ad patientiam & pias actiones [y]; ut fortes sint ad studium bonorum operum, nè persecutionibus dejiciantur [z]; ut seipsos confirment ad opus Dei, & rectò justitiæque studeant, tum suâ causâ, tum fratrum, v. seq [a].

13. *Et*, &c. Καὶ τροχιὰς ὀρθὰς, &c.] Sumptum ex Græco Prov. 4. 26 [b]. Vox τροχιὰ (sicut & Heb. *Maagal* [c]:) significat & *orbitam*, sive vestigium rotæ currûs, & *semitam*, sive terram subjectam currentium pedibus [f]; & *gressus* qui per semitam moventur, sive ambulationem, teste

Marginal notes (left column): [y] E.Me. — [z] G. — [a] J. Cap. — [b] E.T.sim. Me. Rib. Pi. J. Cap. — [c] Rib. Me. — [d] G. — [*] E. — [f] Me. — [g] G. — † Jun. — [h] E. — [i] G. — [k] E. — [l] G. — [m] Glas. gram. 3. 1. 8. 37. sic Camer. — [n] Camer. — [o] Gom. — [p] Camer. ex Chrys. Th. in E. — [q] G. — [r] Q. in E. — † E. — [t] Me. sic Be D. Pi. E. Rib. Gom. J. Cap. — [v] Gom. E. — [x] E. — [y] E. T. — [z] E. sic Gom. — [a] Gom. — [b] G. — [c] V. J. Cap. G. Me. — [d] G. — [*] Pi. sim. Me. — [f] G. — [g] E. — [h] J. Cap. — [i] G. Q. in E. sic Me. — [k] Q. in E. — [l] Rib. Me. — [m] G. — [o] Jun. — [p] Pi. — [q] Me. — [r] Er. — † G. — [t] G. sim. E. Me. — [v] Rib. Me. sim E. — [x] G. — [y] Pi. — [z] Ger. sic Pi. — [a] Pi. — [b] E. — [c] E. sim. Rib. — [d] G. — [*] Camer.

Marginal notes (right column): [f] Ham. — [g] E. — [h] G. — [i] E. — [k] J. Cap. — [l] Rib. ex Th. — [m] Me. ex Rib. — [n] Rib. — [o] E. — [p] Jun. — [q] Ham. ex Fab. — [r] G. — † E. — [t] Rib. Me. sim. E. Jun. — [v] G. — [x] Q. in E. — ‖ Ham. — [y] Q. in E. Pi. sim. Rib. Me. — [z] Pi. — [a] E. — [b] J. Cap. — [c] Idem. — [d] E. — [*] G. — [f] E. ex Chrys. & Th. — [g] J. Cap. sic E. — [h] G. J. Cap. sim. Zeg. E. — [i] J. Cap. — [k] G. — [l] E. — [m] Rib. — [n] Be. — [o] E. — [p] E. Rib. — [q] Rib. — [r] G. — † E. — [t] G. — [v] E. sim. Gom. — [y] E. Me. — [z] Rib. — [a] Jun. — [b] G. sic E. Ger. — [c] E. — [f] E. sim. Rib.

teste R. Bayno ad Prov. 4[g]. Τροχιὰν pro *via* habes Prov. 2. 15. & 4. 11. & 5. 6, 21[h]. [Verba sic reddunt:] *Et rectas orbitas* (vel, *vias planas*, Ar. vel, *rectos gressus*, Vulg. Mo. sic Er. Il. Ti. actionum scilicet vestrarum[i]:) *facite* (vel, *imprimite*, Ca. *tenete*, E.) *pedibus vestris*, P. Be. Pi. Tre. ex Sy. Gom. i. e. Rectum cursum tenete[k]. Metaphora à cursoribus[l]. *Facite complanari vobis vias per quas ituri estis*, מעגלי, ut Macc. 3. 3. i. e. Auferte omnia pietatis impedimenta[m]. Contendite quasi in curriculo vitæ sanctæ[n]. Bono vitæ exemplo aliis præite[o]. Honestæ vitæ vestræ vestigia appareant, quæ nimirum alii ingrediantur. Hæc enim vis esse videtur istius periphrasis[p]. Ut alios firmare possis, tu ipse firmus sis necesse est: ut aliis rectam viam commonstres, primus eam ineas oportet[q]: Rectam Christianismi viam, fidem, vitam, tenete, nec claudicetis nunc in Judaismum, nunc in Christianismum[r], Legem cum Christo conjungentes, sed Christum omnino sequamini. Rectos habete affectus animi, qui pedes sunt quibus ad Deum accedimus†. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον] *Nè quod claudum est* (i. e. incipit claudicare[s]. Χωλὸν hîc vocat membrum corporis, ubi *nervi aliquid de vigore suo perdidere*, צלע, Gen. 32. 31. Mic. c. 4. v. 6. qualia membra, si iter fiat per loca inæqualia, facilè *loco suo excidunt*, sive *luxantur*, quod hîc est ἐκτραπῆναι[v]. Vel, *Nè claudicatio*, Er. Ti. Sed *claudicatio* aberrare incommodè dicitur[x].) *contorqueatur*, (vel, *offendatur*, Æth. *luxetur* ampliùs, Jun. Pi. Ἐκτρέπεσθαι enim hîc est *luxari*; vel, diverti à justo acetabulo atque commissura ossium[y]: & post ἐκτραπῇ subaud. τοῖς ποσὶν[z]. Vel, *planè pervertatur*, ac penitus immutetur, à sua legitima forma. Τρέπειν est *mutare*, ἐκτρέπειν *prorsus immutare*, Amos 5. 8. ἐκτρέπων εἰς πρωΐ σκιὰν θανάτου[a]. Vel, *deviet*, Ar. *abducatur*, P. Mo. *deflectat*, Be. *aberret*, Er. Il. Ti. Tre. ex Sy. i. e. abducat[b], sub. *de via*, Be. sic Er. P. Ti. &c. præsertim cùm sit angusta[c].) *sed* (vel, *imò*, Er.) *potiùs sanetur*, Ca. Be. Pi. &c. Quod fit interdum ipsâ ambulatione commodâ, per quam calor nervis redit[d]. Referendum hoc, vel, 1. ad mores, q. d. Si quid in moribus vestris est obliquum & claudum, non longiùs aberrare vos faciat, sed potiùs corrigatur[*]; vel potiùs, 2. ad personas[f]. Sensus Vulgati est, Nè sit in vobis quisquam claudus, qui proinde non rectos faciat gressus, sed aberret[g]. Sensus, Nè fortè, si quis jam claudus est ex pedum infirmitate, ampliùs novo offendiculo periclitetur, ut salutis jacturam faciat[h]. Favet Antithesis, *sed ut sanetur*[i]. *Claudos* appellat non tantùm tardos, & in officio faciendo negligentes; sed etiam qui Evangelium amplexi ad Legem inclinabant[k]. De claudicatione loquitur non quacunque, sed eâ quæ contingit in semita fidei[l]; quâ quis propter afflictiones[m], incipit nutare sive vacillare, & inclinare ad defectionem à fide, quales erant ex Hebræis multi[n]: quos vult ipsos per medicamenta doctrinæ, consolationis, atque exhortationis, sanare & confortare, nè neglecti longiùs abducantur & pereant[o]; cùm & Dei & naturæ mandato obligentur & salutem eorum procurare, & destructionem subversionémque amoliri[p]; nè similes sint *pastori fatuo* qui *confractam* ovem *non sanat*, Zach. 11. 15, 16. sed Deo potiùs, Mic. 4. 6[q]. Hebræos vitare vult vias inæquales, i. e. doctrinas ex Judaismo & Christianismo mixtas, nè animus fatigari incipiens planè deficiat[r].

14. *Pacem sequimini* (Græcè, *persequimini*: quo magnum & vehemens pacis assequendæ & retinendæ studium denotat†.) *cum omnibus*] Etiam illis qui vos persequuntur[t]. Emollitio prioris dicti. Debetis quidem vobis à Judaismo cavere, attamen non odisse Judæos; sed omnia illis exhibere humanitatis officia. Vide Rom. 12. 18. & 14. 19. 1 Pet. 3. 11[v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὸν ἁγιασμὸν] *Et castitatem*, Pi. sim. J. Cap. E. ex Græcis, ut 1 Thes. 4. 4. Synecd. gen[x]. *Et sanctimoniam*, Vulg. Be. Pi. i. e. puritatem animi[y], & vitæ[z]. *Et vitam per omnia sanctam.* Vide Eph. 5. 26. Hoc ideo addit[a]; vel, 1. nè fortè putent satis esse fortiter pro fide certare, & persecutiones pati[b]: vel, 2. nè imperari nobis cogitemus pacem quamlibet[c], etiam cum dispendio veritatis & conscientiæ, aut cum cujuspiam injuria, contra Rom. 12. v. 18[d], vel, 3. quia pax cum impiis plerumque coli non potest, nisi vitiis ipsorum assentiamur[*]. [Vel, 4.] nè quia à Lege Mosis eos absolverat, ideo laxiùs vivendi licentiam sibi fieri crederent, cùm contra multò sanctior Lege sit Christi disciplina. Libertas in Christo non fecit innocentiæ injuriam. *Manet lex tota pietatis, sanctitatis, humanitatis*, &c. ait Tertul[f]. [cujus reliqua verba vide in G.] ¶ *Sine qua nemo videbit Deum*, Τὸν Κύριον] id est, Christum[g], locutione propria Novi Testamenti[h]; nempe, vel, 1. prout hîc videri potest in Ecclesia: est enim fides eorum quæ non videntur argumentum[i]. Nihil æquè mentem obnubilat atque immunda carnis delectatio[k]. Vel, 2. in gloria cœlesti[l]. *Christum* autem *videre* præsupponit eò venire ubi Christus est, i. e. in cœlum summum, nempe, post Judicium ipsum, 1 Joh. 3. 2[m]. ubi Deus per essentiam videtur[n]. Benè observent hunc locum qui putant sufficere nobis ad salutem quòd Christus pro nobis sanctus fuit[o].

15. *Contemplantes*, &c. Ἐπισκοποῦντες μή τις ὑστερῶν, &c.] Supple ἐστε[p]: quales particulæ sæpe reticentur, & jam nunc reticebitur v. 16[q]. *Prospicientes* (vel, *Considerantes*, Er. *Superintendentes*, E. Me. Unde est nomen *Episcopi*[r]. *Caventes*, Me. Translatum ab exercitu longum iter faciente, ubi aliquot viris cura delegari solet prospiciendi nè desit commeatus[†]. Ἐπισκοπεῖν hîc est *diligenter attendere*, ut & 1 Pet. 5. 2. Sic & Esth. 2. 11. Utuntur sic & Isoc. & Xenophon[t]. *Curam habentes*, Er. V. E. non de vobis tantùm, sed & pro cœteris[v]; alii de aliis, perfecti de imperfectioribus[x].) *nè quis deficiat* (vel, *destituatur*, Zeg. sim. Er. *excidat*, J. Cap. *Excidere* autem dicitur à meta etiam is qui metam non attigit[y]: vel, *deseratur*, sive *privetur*, Rib. De verbo ὑστερεῖν, vide ad Heb. 4. 1[z].) *à gratia Dei*, Be. Pi. Er. Il. P. Mo. vel, *Dei favore careat*, Ca. vel, *reperiatur inops*, sive *expers gratiâ Dei*, Tre. Sy. vel, *qui gratiam non est adeptus*, Æth. vel, *desit gratiæ Dei*, Vulg. vocationi Dei minimè respondendo[a]: vel, *frustretur gratiâ Dei*, E. oblatâ in Evangelio[b], offensione ullâ provocatus[c]; id est, nè in peccatum incidat[d], præsertim infidelitatis[*]; & sic Dei gratiâ privetur[f], quasi relictus ab aliis quos assequi non potest[g]: vel, nè quis ità lentè procedat in via Dei, ut ab hostibus intercipiatur. Metaphora ab iis qui aut imbecillitate, aut torpore, non assequuntur præcedentem comitatum[h]. Ὑστερεῖν idem hîc quod ἀπολειφθῆ, ut patet ex præp. ἀπὸ, & iis quæ sequuntur[i]. *Nè quis sit cui aliquid desit quò minùs gratiam consequi possit*, G. Per *gratiam Dei* hîc intelligit, vel, 1. habituale donum gratiæ[k], fidem & bonam conversationem[l]: vel, 2. Beneficentiam Dei, quâ eos per Apostolorum prædicationem vocaverat ad salutem, &c[m]. vel, 3. bona futura[n], ingressum in requiem promissam[o], vitam æternam[p]: vel, 4. statum Evangelicum[q]. ¶ *Nè qua*, &c. Μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ] *Nè qua radix amaritudinis* (vel, *amara*, J. Cap.) *suppullulans* (vel, *sursum pullulans*, Ca. Ar. *sursum germinans*, Mo. Vulg. subaudi κάρπον[r]. Appositè loquitur, lolium enim aut venenum non timetur, neque negotium facessit, dum latet, sed ubi sursum attollitur. Amaritudo autem hîc designatur quæ ut palato ingrata, ità cordi noxia, est, qualis est venenorum amaritudo†. Vel, *enascens*, ex animo non pacato pullulans[t].) *obturbet*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Res scilicet[v]; vel, unitatem vestram[x]: vel, *noceat*, Ca. sic Ar. vel, *obstet*, Er. *vexet vos*, Tre. ex Sy. sim. Aug. in Er. *interturbet*, E. *impediat*, Mo. Vulg. T. Lætam scil. messem[y]. Locus hîc ferè verbatim desumptus est ex Deut. 29. 18. ubi est ἐν χολῇ, *in felle*[z]. Unde suspicio est & hîc non ἐνοχλῇ legendum, sed ἐν χολῇ[a]. Sic & χολὴ πικρίας Act. 8. 23. Mos est Hebræis omne venenum *fel* vocare, ראש, & *amarum* omne quod malum est. *Nè mala radix producat venenum.* Sensus, Nè mala cogitatio producat fœda opera. Ità enim Chald. locum illum explicat[b]. Et verbum ἐνοχλεῖν nusquam alibi in Scripturis reperitur[c]. Sed huic conjecturæ repugnant Græci Codices & commentarii, qui constanter legunt ἐνοχλῇ[d], quod & magis convenit cum sensu Apostoli, & plenior oratio est. Syrus quoque sic legit[*]. Per *radicem amaritudinis* intelligit, vel, 1. vitium aut peccatum aliquod[f]; amaritudinem animi, utpote invidiam, odium, ambitionem, iracundiam[g], quam Hermas specialiter *Amaritiam* vocat[h]: vel, contemptum Dei & verbi divini, incredulitatem[i], aut quodvis scandalum[k]; corruptos mores[l], vel prava dogmata[m], ex collat Deut. 29. ubi de iis loquitur[n], hæreses,

hæreses, vel apostasias[o], cœteraive offendicula quæ cursum doctrinæ impediunt[p]. Hîc præcipuè intelligit noxia quædam Judæorum dogmata. Antiochus 1 Macc. 1. 10. vocatur ῥίζα ἁμαρτωλὸς, quia pessimas de suo ingenio actiones protulit[q]. Vel, 2. hominem peccatorem. Nam de personis & familiis loquitur Moses[r]. Sensus, q. d. Advigilate, nè quis sit inter vos, qui fructus edat amarulentos perversorum dogmatum; sed, si quis talis sit, aut sanetur quamprimùm, aut exstirpetur[†]. Synecdochicè hoc dictum puto, & sensus est, qu. d. Nè quis, abjectâ aut humanitate ac justitiâ, aut pietate, publicè aut privatim fratribus impedimento sit; nè pacem aut sanctificationem ex officio colant[t]. ¶ *Et per*, &c. Καὶ διὰ ταύτης μιανθῶσι πολλοὶ] *Et per hanc inquinentur multi*, Pi. id est, inficiantur velut contagio quodam. Quod ut in aliis vitiis, itá maximè contingit in pravis dogmatibus[v]. *Quo* [scil. veneno] *multi lepram aut morbum alium contrahant*. Id enim est μιαίνεσθαι, Levit. 13. Sic fermè σπιλοῦν sumitur Jacob. 3. 6. Sensus, Quorum exemplo corrumpuntur multi, quod Deut. 29. proverbialiter sic explicatur, *ut addat ebrium sitienti*, de quo proverbio ibidem diximus. In MS. hoc loco est μιανθῶσιν οἱ πολλοὶ, i. e. *plebs*, quæ à Doctoribus facilè corrumpitur. Vide Gal. 5. 9[x].

16. *Nè quis fornicator*] Sub. *sit*, G. Pi. Πόρνος in N. T. est *qui Venere extra conjugium utitur*[y], ut ostendimus ad 1 Cor. 5. 9, 10, 11. & 6. 9. Ephes. 5. 5. 1 Tim. 1. 10. Manifestum id & hîc infrà 13. 4[z]. Explicat per partes quod dixerat[a]; q. d. Radicem amaritudinis intelligo fornicatores, profanos, & similes[b]. Solent Sancti Scriptores generalibus monita addere specialia, quæ locus & tempus exigebant; & iis quos surgere videbant morbis occurrere. Judæorum Magistrorum multi non putabant delinqui si quis Judæus cum fœmina non Israelitide rem haberet, quia Lex Mosis tantùm Israelitidas prostare vetat[c]. ¶ *Aut profanus*] Βέβηλος, *profanus*, ille est qui nihil habet sacri; qui sacra violat, negligit, & conculcat[d]; qui sibi in sordibus suis itá placet, ut in eas subinde revolvatur; in quo itá prævalet mundi amor ut cœlum obliviscatur; qui divitiis, deliciis, aut honoribus, addictus, Dei gratiam & spirituale Christi regnum in suis curis, vel nullo, vel postremo, loco habet[*]. ¶ *Ut Esau, qui*, &c. Ὃς—ἀπέδετο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ] *Qui unico edulio* (eòque vilissimo[f], nempe pulmento rufo[g]: vel, *pro una esca*, E.) *vendidit* (vel, *reddidit*; i. e. in alterius rei vicem dedit, quod facit qui vendit aut permutat[h]. Etiam *permutatio* dicitur ἀπόδοσις[i].) *suum jus primogenitorum*, Pi. sic Be. J. Cap. Qu. Cur *profanus* dicitur ob hujus venditionem[k]? Resp. 1. In hoc Jure comprehendebatur & Jus Sacerdotii[l]. Nam ante sacerdotium Aaronicum institutum primogeniti erant sacerdotes[m]. Vide Exod. 24. 5[n]. Sed hæc Hebræorum traditio improbabilis est[o]. Resp. 2. Singulare hoc erat Dei donum[p], cùm ob alia, tum maximè propter prærogativam benedictionis paternæ; sive ex ea sperabant bona spiritualia & cœlestia, sive sola terrena[q]. *Primogenituræ* erat eximia dignitas[r], jus geminæ hæreditatis, & primariæ potestatis in domo paterna; imò & symbolum fœderis[†]. Hæc omnia parvipendit Esau, & venalia habuit, eáque ventri gulæque postposuit[t]. Peccavit hîc Esau intemperantiâ, animi vecordiâ, ingratitudine, & impietate[v].

17. *Scitote*, Ἴστε] *Scitis*, Be. Pi. E. G. Me. &c. Quod magis congruit ob sequens γὰρ[x]. q. d. Nota vobis historia[y]. ¶ *Cupiens*, &c. Θέλων κληρονομῆσαι, &c.] *Volens* (vel, *Cùm vellet*, Be. Pi. *Quantumvis cuperet*, J. Cap.) *hæreditare* (id est, consequi[z]; vel, *obtinere jure mancipii*, G. vel, *hæreditario jure assequi*, Be. Pi. Verùm benedictio non erat pars hæreditatis exspectandæ post obitum patris: sed beneficium quod à vivente præstabatur[a]. [Esto: at fructum benedictionis præcipuè post mortem patris exspectabat.]) *benedictionem*, E. &c. solennem scilicet illam Isaaci ante mortem[b]: vel, illam potiorem de terra promissa patribus[c]. ¶ *Reprobatus est*, Ἀπεδοκιμάσθη] *Rejectus fuit*, G. Me. i. e. repulsam tulit[d], nempe à patre[*], Gen. 27. 35, 37, 40. ἀποδοκιμάζεσθαι est *non obtinere quod volumus*[f]. ¶ *Non*, &c. Μετανοίας γὰρ τόπον, &c.] *Non enim invenit pænitentiæ locum, quanquam eum lacrymis inquisivisset eam*, Vulg. sim. Er. Be. Pi. &c. *Eam*, vel, 1. pœnitentiam[g], i. e. effectum ejus, metonymicè[h], & ex consequenti, benedictionem[i]: vel, 2. benedictionem[k]. *Pænitentiam* hîc intelligit, vel, 1. Esavi[l]. q. d. Nihil ei profuit[m], apud patrem, nec apud Deum[n], pœnitentia sua[o]; licèt contestata lacrymis, quippe quas extorserunt damni dolor, & ira in fratrem & patrem, non autem seria ad Deum conversio. Huic sensui favet phrasis, *locum non invenit*, i. e. rejecta est: ut Eph. 4. 27. *Nè date locum Diabolo*, i. e. resistite, ut 1 Pet. 5. 9[p]. Pœnitentia ejus non erat vera, aut ex amore Dei, quem peccando offenderat; nec Deo reconciliari quærebat, sed terrenis tantùm potiri[q]. Vel, 2. Isaaci[r]. q. d. Impetrare non potuit à patre sententiæ retractationem[†]. Quæ quidem expositio cum voce αὐτὴν suaviùs construitur. Priorem tamen præfero[t]. Hebræis dicitur *pænitentiæ locum invenire* is qui id consequitur, aut certè consequi potest, quò tendit pœnitentia. Apparet id Job. 24. 23. in Latino, Sap. 12. 20. collatis quæ ibidem 19. 20. Sic & Jurisconsulti Romani dicunt *non esse locum pænitentiæ*, ubi non ampliùs in nostra potestate est id quod actum est rescindere. Sensum mysticum in Allegoriis aperit Philo, Πολλαῖς γὰρ ψυχαῖς, &c[v]. (*Multis enim hominibus qui pænitentiâ uti vellent, non concessit Deus*; *sed velut ab æstu refluente in pristina vitia revoluti sunt*.)

18. *Non enim accessistis*] i. e. Non credidistis accessuri[x]. Non ad eum pertinetis[y]. Repetit admonitionem illam Heb. 2. 2[z]. Gratiam, quam oblatam dixit v. 15, 16. hîc commendare incipit, eam Legi opponens[a]. Præced. exhortationis ad sanctimoniam[b], sive ad amplectendum Evangelium & in eo perseverandum[c], rationem hîc reddit[†], sumptam à comparatione Legis & Evangelii[d]; vel, à gratiæ N. T. magnitudine[*]. Vos, inquit, majora patribus vestris accepistis, ideóque, nisi Christo adhæreatis, multò minùs excusabiles eritis illis[f]. Legem enim habetis illâ longè præstantiorem, mansuetiorem, & accessibiliorem, non formidandam, &c[g]. Quantò autem Lex Evangelica cum suis promissis præstat Legi Mosis, tantò damnabilior est ejus contemptus[h]. ¶ *Ad*, &c. Ψηλαφωμένῳ ὄρει] *Ad contactum* (ψηλαφωμένῳ pro ψηλαφητῷ, more Hebræorum. Vide Gal. 2. 11[i]. vel, *palpandum*, Ca. *tractabilem*, vel, *contrectabilem*, Mo. Il. Be. Pi. i.e. eum qui manibus tangitur, aut tangi possit[k].) *montem*, Er. Ti. &c. i.e. Ad Sina montem corporeum & terrestrem[l]; cui opponit montem spiritualem & cœlestem[m], ut mox sequetur[n], h. e. Ecclesiam[o]. Vide ad Mat. 26. 29. Accesserunt Hebræi ad montem corporeum, corpore; nos ad Spiritualem, Spiritu[p]. Sensus, Non pertinetis ad eos qui ad illum montem accesserunt, ad populum, inquam, Veteris Testamenti[q]. ¶ *Et*, &c. Καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ, καὶ γνόφῳ, καὶ σκότῳ, καὶ θυέλλῃ] [Hæc & seq. sumpta sunt] ex loco Exod. 19. ubi habes in Græco ἀστραπὰς, quæ hîc θυέλλη, & νεφέλην γνοφώδη, & deinde καπνὸν, quæ hîc γνόφος καὶ σκότος· & φωνὴν σάλπιγγος, & πῦρ, quod hîc πῦρ κεκαυμένον· deinde ἐλάλησε Κύριος, pro quo hîc φωνὴ ῥημάτων· ut & Deut. 4. 11. ubi & πῦρ dicitur fuisse ἕως τοῦ οὐρανοῦ, & ibidem est θύελλα, ut & Deut. 5. 22. pro quo ἀστραπαὶ in Exodo. Magnæ tempestates, quæ θύελλαι dicuntur, non sunt sine fulgure. Vide descriptiones tempestatum apud Poetas. Virgil.——*Crebris micat ignibus æther*. In MS. pro σκότῳ est ζόφῳ, sensu eodem[r]. [Verba sic reddunt:] *Et accensum*, sive *incensum*, (vel, *ardentem*, Ca. Be. Pi. vel, *accensibilem*, E. ex Vulg. Participium pro Nomine[†].) *ignem*, Er. Il. Val. V. P. &c. (i.e. Ignem corporeum, qui propriè accenditur[t]: vel, *igne*, Pi. Camer. Montem scilicet[v], igne accensum[x]. Pleonasmus, qualis *oculis cernere*[y].) *ac turbinem*, (Sed *turbo* Græcis est λαῖλαψ, σεισμὸς, &c. non γνόφος[z]. Vel, *caliginem*, Be. Pi.) *& caliginem*, (vel, *tenebras*, Pi.) *& procellam*, Er. Il. &c. Erat veluti perpetuus turbo, modò *flammeos*, modò *caliginis*, vortices eructans: nisi malis hæc locis quàm temporibus distingui, ut montis pars *flammis* æstuaret, pars tenebris inhorresceret. Typi hi erant, vel, 1. pœnarum quæ manent Legis contemptores[a]: vel, 2. obscuritatis Veteris Testamenti[b]. Testabantur hæc præsentiam Dei[c].

19. *Tubæque sonitum*] Populum ad attentionem comparantem[‖]. ¶ *Vocem verborum*] Nempe Angelorum;

[o] Be. Gom. [p] Be. [q] G. [r] E. ex Græcis, Ger. [†] E. [t] Jun. [v] E. [x] G. [y] G. sim. E. [z] G. [a] Rib. [b] Me. [c] G. [d] Me. [*] Calv. [f] J. Cap. [g] D. [h] Er. [i] G. [k] E. [l] G. Ham sim. Rib. Me. J. Cap. [m] Q. in E. sic Ham. [n] Ham. [o] E. [p] E. sim. Jun. [q] E. [r] Pi. [†] Par. [t] E. [v] Par. [x] E. [y] G. [z] E. Me. [a] E. [b] Pi. [c] G. [d] E. Be. [*] Be. E. C. [f] G.

[g] Q. in E. Pi. G. [h] G. [i] Pi. [k] E. ex Th. Be. [l] J. Cap. [m] Q. in E. Gom. [n] Ca. Zeg. [o] Gom. [p] Gom. Ca. [q] Gom. [r] E. [r] Be. E. Pi. J. Cap. [†] E. sim. Jun. Be. [t] Gom. [v] G. [x] J. Cap. [y] E. [z] G. Ger. [a] E. [b] Zeg. [c] E. sim. Gom. Me. [d] E. sim. Zeg. J. Cap. [*] Gom. [f] Rib. [g] Zeg. [h] G. sim. Me. [i] G. sim. E. [k] E. [l] Me. sic Rib. E. G. Be. ex Calv. [m] Me. sim. G. Be ex Calv. [n] G. [o] Me. [p] G. [q] E. [r] G. [†] E. [t] Idem. [v] Camer. sic Me. [x] Me. [y] Camer. [z] E. [a] J. Cap. [b] J. Cap. ex Chrys. [c] Jun. [‖] Idem.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

rum [d]; vel, eorum quibus Lex pronunciata est [*]. ¶ *Quam qui audierunt excusaverunt*, &c. Παρῃτήσαντο μὴ προστεθῆναι, &c.] *Deprecati sunt* (vel, *Detrectârunt*, Tre. ex Sy. sim. Ar. *Recusârunt*, Er. V. Rib. Me. ut verbum sumitur 1 Tim. 4. 7. & 5. 11. Tit. 3. 10. *Excusaverunt se*, ut Luc. 14. 18 [f]. *Oraverunt*, Ca. παραιτοῦμαι hîc est *deprecari*: mox aliter sumitur [g]. *Cum excusatione petierunt*, Be. sim. Rib. E.) *non proponi* (vel, *nè ampliùs fieret*, P. Be. Pi. Tre. *nè commendaretur, sive committeretur*, Er. *nè adjungeretur*, Er. Ti. sic Ar.) *eis* (scilicet verbis prioribus [h]. Vel, *bis*, Er. Ti. h. e. prodigiis quæ præcesserant [i]: vel, hominibus [k], qui audierant. ut constat ex Deut. 5. 25 [l]. vel, *sibi*, Er. Be. P. Pi.) *verbum*, Mo. &c. Nempe à Deo immediatè [m], sed tantùm per Mosen [n]. In MS. μὴ προσθεῖναι. *Orabant nè ultrà verbum Deus adderet*, i. e. Nè posthac eos tam terribili sono alloqueretur, Exod. 20. 19. Deut. 5. 25, 26, 27. Sic & Latini ——— *Verbum non ampliùs addas* [o]. Majestatem Dei ferre non poterant [p]. Sentiebant Deum à nemine adiri posse sine Mediatore [q].

20. *Non*, &c. Οὐκ ἔφερον γὰρ τὸ διαστελλόμενον] נזהר: nam זהר διαστέλλειν vertitur, & significat *districtè severéque præcipere* [r]. *Non enim ferebant* (vel, *ferre poterant*, Ham.) *quod imperabatur*, P. Pi. sic Mo. Ca. Tre. ex Sy. V. E. &c. scilicet edicto publico, cujus severitatem non ferebant †: vel, *edicebatur*, V. Be. vel, *distinguebatur*, Er. Fab. in E. vel, ut respiciat varietates sonorum [t]: vel, est Hebraismus pro *præcipiebatur*. Quale illud, *distinxit in labiis suis* [v]. Hæc nova timoris causa. Vel, est probatio à majore, Non ferebant edictum de lapidatione bestiæ, &c. quantò minùs ipsius Dei vocem tam terribiliter loquentis [x]. ¶ *Et si*, &c. Κἂν θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους, λιθοβοληθήσεται ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται] *Et si* (Nimirum hoc, *Etiamsi*, Camer. *Si vel*, Be. P. &c.) *bestia tetigerit montem lapidabitur, aut jaculo* (vel, *sagittâ*, Pi.) *confodietur*, Mo. vel, *configetur*, Be. Pi. Unde colligebant, si hoc fiat bruto & innoxio animali ob solum montis contactum, quid nobis futurum quibus Lex datur, si peccaverimus [y]. Non erat hæc sola Israelitis metûs causa, sed ingens sanè, ex tanta severitate quæ nec bestiis parceret [z]. Hæc verba, ἢ βολίδι κατατοξ. non legunt Vulg. Sy. Cod. Clarom [a]. nec Codices Regii, nec Græcorum commentarii [b]. Legenda tamen esse constat ex Exod. 19. 12, 13 [c]. ubi habentur [d]. Ubi etiam pro θηρίον est κτῆνος, Heb. בהמה, quo nomine comprehenduntur omnia animantia super terram gradientia; & illud λιθοβοληθήσεται per πρόληψιν etiam ad κτῆνος refertur. Solebant enim & muta animantia lapidari. Nam Levit. 20. 16. ubi est de muliere & animanti, *Sanguis eorum super eos*, ex interpretatione Sapientum Lapidatio intelligitur [*].

21. *Et ità terribile erat quod videbatur*, Τὸ φανταζόμενον] Sic dicitur Platoni species rerum objecta animo [f]. *Apparens*, Mo. *Visio*, sive *Visum*, Il. Tre. ex Sy. *Illud spectaculum*, Ca. *Visum quod apparebat*, Er. Ti. P. Pi. E. &c. i. e. oblata species & imago [g], non-fictitia, sed vera [h]; id quod in monte audiebatur & videbatur [i]. ¶ *Moyses dixit, exterritus sum*, &c.] Credibile est, ipsum Mosen dixisse similia qualia Job. 4. 14 [k]. Qu. Ubinam hoc de Mose legitur [l]? Resp. 1. Non exstant hæc verba, sed rei ipsius argumentum, Exod. 19. 19 [m]. ubi è cohærentia sermonis colligitur, Mosen, sono illo tubæ territum, de suo terrore conquestum fuisse, & blandâ voce à Deo erectum [n]. Loquitur de illo Viso Exod. 3. 1. &c. tunc enim exterritus fuit, Act. 7. 32 [o]. Sed verbum præs. temp. ostendit, Mosen de tempore Præsenti, non Præterito, hîc loqui [p]. 3. Accepit hoc Paulus, sicut & illud 2 Tim. 3. 6 [q]. vel, ex majorum traditione [r]: vel, ex peculiari revelatione & inspiratione †.

22. *Sed accessistis ad Sion montem*] Non terrenum, sed spiritualem [t]. Hæc altera pars comparationis, quâ docet quónam Hebræi in N. T. per fidem accesserint, & ad quam pertineant societatem, & cui populo aggregati sint [v]. Quo beneficio eos magis adstrictos docet ad sanctitatem fidémque retinendam [x]. Singulis quæ dixit, nunc singula opponit [y]. [Sensus,] Animo præsentem habetis civitatem illam supercœlestem, cujus Jerusalem & in ea mons Sion figuram gessere. Vide Heb. 11. 16. & 13. 14. Apoc. 3. 12. & 21. 2, 10 [z]. Per *Sionem* intelligit, vel, 1. cœlum [a]; vel, 2. locos eminentissimos in cœlesti illa urbe [b]; vel, 3. Ecclesiam [c], quæ sedes est Regis Christi, ut Sion, Regis Davidis [d], tum militantem, tum triumphantem [*]. Vide Psal. 2. 6 [f]. Esa. 2. 3 [g]. Esa. 52. 7. collat. cum Rom. 10. 15 [h]. Gal. 4. de Sinai & Sion [i]. ¶ *Et ad civitatem Dei viventis* (sub. *videlicet*, Ger.) *Jerusalem cœlestem*] Vel, *supercœlestem*, Gom. Rectè *Jerusalem* nominans addit *urbem Dei viventis*: nam & Jerusalem sic vocari solebat [k]. Jerusalem *cœlestis* dicitur propter originem & finem, quomodo & Gal. 4. 26. Ubi intelligi constat Ecclesiam cujus conversatio in cœlis est, habitatio autem in terris [l]. Dicitur & *civitas Dei viventis*, quòd ejus conditor non homo mortalis sit, sed Deus verus, & vivens [m]; i. e. qui nunquam mori potest; ut eam perpetuam futuram doceat [n]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μυριάσιν, &c.] *Et myriadas* (μυριὰς propriè significat *decem millia*, sed hîc indefinitè accipitur pro multis millibus, & num. plur. valde intendit significatum [o]:) *Angelorum*, Be. Pi. &c. Qui hîc, non minùs quàm in promulgatione Legis, præsentes erant. Sunt & Angeli cives Ecclesiæ, sed triumphantis [p]. Ad Angelos propriè accedit Ecclesia triumphans, ut quæ fruatur eorum visione, consortio, felicitate. Dici tamen hîc possumus ad eos *accedere*, quatenus viam inimus tendentem ad beatam illam cum Angelis consociationem [q]. [Alii hæc verba cum voce seq. jungunt hoc modo:] καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει. Est πρόθεσις, qualis Luc. 2. 14. Πανήγυρις dicitur conventus populi Israelitici ad Deum laudandum, Ezec. 46. 11, 12. Ose. 2. 11. & 9. 5. Amos 5. 21. At quantò augustior illa πανήγυρις toties millenorum Angelorum Deum laudantium, Dan. 7. 10. Apoc. 7. 11. & 19. 1, 3, 4, 6 [r]. *Et ad myriadum Angelorum cœtum, sive conventum*, Er. E. P. Ger. ex Luth. & Sy. vel, *frequentiam*, Vulg. q. d. Adducti estis non ut fulguribus, tempestatibus, &c. terreamini; sed ut æternùm vivatis cum cœtu Angelorum †.

23. *Frequentiam*, &c. Πανηγύρει καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ——— ἀπογεγραμμένων] *Conventum* (vel, *Conventum universalem*, Be. Pi. Conjungitur hoc, vel, 1. cum præced. per oppositionem [t]. Cui favet, quòd πανήγυρις conventum significat, non quemlibet; sed publicum, celebrem ac lætum, veluti ad diem festum, vel ludos solennes, vel, mercatum frequentem. Hoc ergò dicit, q. d. In Sinai descendentes Angeli terrorem commoverunt, in Sion lætus est eorum conventus [v]. Vel, 2. cum sequent. ut est in cod. nostris [x]. Πανήγυρις propriè est cœtus populi undique confluentis, aptéque designat Ecclesiam, quæ omnes complectitur, tum Judæos atque Gentiles, tum etiam, Angelos jam nominatos, qui nostris cœtibus interesse dicuntur [y].) *& Ecclesiam primogenitorum* (id est, filiorum Dei charissimorum [z]. Intelligit, vel, 1. fideles priorum sæculorum, Patriarchas & Prophetas, de quibus actum cap. præced [a]. vel, 2. sanctos triumphantes & glorificatos [b]. Sed de his jam sequitur, *& spiritus*, &c [c]. Vel, 3. fideles qui alios excellunt [d]: vel, 4. Apostolos [*], qui rectè hîc *primogeniti* dicuntur [f], sicut *primitiæ*, &c. Rom. 8. 23 [g]. [vel, 1.] quia illi primi per Christum regeniti sunt [h]; vel, 2. quia illis competit jus primogenituræ; id est, & Sacerdotium, & duplex portio bonorum & dignitatis: [& cum eis intelligit] Ecclesiam ab Apostolis plantatam [i], Martyres [k], aliósque qui primi crediderunt [l], qui nunc cum Christo regnant. Hoc dicit, quia recens exemplum erat, & multos illorum viderant, atque amaverant [m]. Horum [Apostolorum] autem nomina, etiam cùm viverent, erant in summo cœlo scripta, Luc. 10. 20. i. e. jam tum Deus illos habebat pro civibus cœlestibus, jure, etsi nondum possessione. Vide quæ ad Luc. 10. 20. & Phil. 3. 20. Primogeniti Israelitarum scripti erant in matricula terrestri, Num. 3. 40. hi verò in Albo cœlesti. Nam ἀπογράφεσθαι vox est censualis, ut videmus Luc. 2. 1. ἀπογεγραμμένοι hîc idem quod נקבו ἀνακληθέντες ἐξ ὀνόματος, Num. 1. 17. & הפקדים, Num. 2. 9, 16. οἱ ἐπισκεμμένοι. Et rectè vocantur ἐκκλησία, id est, קהל, non quòd loco juncti essent, sicut illa vox in V. T. solet accipi; sed quòd animo, quod multò majus & dignum novo Testamento [n]. Vel, 5. omnes electos, bonósque fideles [o], qui *primogeniti* dicuntur [p], nempe inter homines [q]; tum, quia

quia sunt dilecti Dei filii: tum, quia sunt peculiari ratione à reliquis hominibus separati [r], & præ aliis ex Deo geniti; non tantùm creatione, ut omnes, sed & adoptione, quâ fiunt hæredes vitæ æternæ [†]. Hos *primogenitos* in Christo vocat, id est, benedictionis Christi participes [t].) *qui* (sub. *jam olim*, Jun.) *conscripti sunt in cœlis*, Jun. &c. id est, in libro vitæ [v], Luc. 10. 20. Phil. 4. 3. Apoc. 13. 8. & 17. 8 [x]. ubi jam olim conscripti sunt, ut in conventum illum & sanctam Ecclesiam reciperentur [||]: i. e. prædestinati sive electi [y]; vel, qui cum honore memorantur in libro Dei [z]. ¶ *Et* (Nempe *accessistis*, sine terrore, per fidem, ut Rom. 5. 1, 2. Eph. 3. 12 [a].) *judicem* (vel, *ad judicem*, Er.) *omnium* (nempe domesticorum ad Ecclesiam pertinentium [b], tam Angelorum quàm hominum [c]:) *Deum*] Vel, 1. Christum [d]. Sed de illo non ut Judice hîc loquitur, sed ut mediatore ad Judicem, ut mox audiemus [*]. Vel, 2. Deum Patrem [f]: à quo, in Lege ferenda, populus fuit prohibitus suprà v. 20 [g]. Hoc autem addit, vel, 1. ad terrorem, nè securi sint [h]. Sed sic non staret Antithesis hîc proposita inter V. & N. Testamentum. Nec congruit, ut inter tot læta, ad quæ eos accessisse dicit, admisceret aliquid terribile [i]. Vel, 2. ad ipsorum consolationem [k] adversùs persecutiones [l]: q.d. Justus est judex [m]: qui non actus tantùm, sed & cogitationes, & novit & judicat; non Judæorum tantùm, sed gentium omnium, ut quas pari jam curâ complectitur [n]: vel, qui vobis reddet coronam justitiæ, persecutoribus autem vestris justa supplicia, 1 Thes. 1. 5, 6, 7 [o]. Ad hunc accesserant fide & charitate; quæ cùm eos fecerat judici Deo familiares, illis non tam metuendus erat quàm amandus [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων] *Et spiritus* (Nempe *à corpore* separatos, quomodo ea vox sumitur Luc. 24. 39. Act. 7. 59 [q]. sive animas [r], apud Deum viventes [†]:) *justorum* (i. e. piorum hominum [t]: vel, 1. veterum Patrum [v]; vel, 2. omnium qui usque ad id tempus emigrârunt [x]:) *perfectorum*, sive *consummatorum*, E. ex Vulg. Be. Pi. i. e. qui sunt in cœlo [y]; qui *consummati* sunt, non absolutè, quod iis negatur Heb. 11. 40. sed synecdochicè [z], sive secundùm animam [a]; i. e. plenè sanctificati [b], & clarâ Dei visione fruentes [c]; q. d. qui acceperunt finem cursûs sui, mercedem, sive coronam. Locutio agonistica [d]. Τελειοῦσθαι, cùm de præmiis agitur, & ad hominem totum ea vox refertur, significat vitam illam quæ nobis post seculi finem continget. Indicatur hîc status optimus ad quem spiritus à corpore separati pervenire possunt. Et hoc vult, Christianos veros conjunctos esse fide & dilectione non modò cum Apostolis qui vivunt, verumetiam cum Apostolis eorúmque adjutoribus hâc vitâ functis, quales erant Jacobus Zebedaides, Stephanus, & illi Heb. 13. 7. Statum illum optimum Hebræi vocabant *poni sub solio gloriæ*; eúmque putabant spiritibus contingere citiùs aut tardiùs, quò magis minúsve purgati ex hac vita abiissent. Et ad illum gradum perductos spiritus ἁγίους τετελειωμένους vocabant Hebræi: [vide G.] quorum sensu has voces ab hoc Scriptore usurpatas esse credibile est, sicut vox עדן seu παράδεισος à Christo. De spiritibus defunctorum hîc agi intellexere & Græci Patres [*]. Ad hos autem *accessisse* dicuntur Hebræi, per charitatem, quâ illis conjungebantur, & spem, quâ ad eandem felicitatem aspirabant [f]; vel, per imitationem vitæ eorum [g], vel, quia communionem cum illis per spiritum habebant [h].

24. *Et* (Intellige *accessistis*, per fidem [i]:) *Testamenti Novi* (i. e. æterni, cùm Moses temporarii tantùm pacti μεσίτης fuerit. Vide suprà 8. 6. & 9. 15 [k].) *mediatorem*, &c.] Vel, *intercessorem*, sive *conciliatorem*, V. id est, qui fœdus novum & promulgavit [l], & sanguine suo confirmavit [m], & bona cœlestia ibi promissa reipsâ præstat & exhibet [n]. ¶ *Et*, &c. Καὶ αἵματι ῥαντισμοῦ] *Et sanguinem aspersionis*, Be. Pi. E. i. e. quo fideles asperguntur [o], i. e. sanctificantur [p], sive à peccatis abluuntur [q]. Sic vocatur Christi sanguis, quia sicut veteres illi victimarum sanguine aspergebantur ad carnalem sanctitatem, nempe ut ingredi possent in Sanctuarium terrestre, Num. 19. Heb. 9. 13. 19, 21. ità nos sanguine Christi, id est, imitatione perpessionum ipsius [r], vel satisfactione ejus [†], perducimur ad vitam æternam. Vide ad 1 Pet. 1. 2 [t]. Alludit hîc ad aspersionem sanguinis, vel, 1. illam Exod. 12. 7. vel potiùs, 2. illam Exod. 24. 8. quâ vetus illud fœdus sancitum est [v]. In comparatione V. & N. T. hîc versatur, docétque, ut illud, ità hoc quoque, sanguine sanciri; & declarat quomodo Christus sit N. T. mediator, nimirum sanguine suo pro nobis fuso [x]. ¶ *Melius*, &c. Κρείττονα λαλοῦντι παρὰ τὸν Ἄβελ] *Melius* (vel, *Meliora*, sive *Præstantiora*, Er. P. Mo. Pi. Jun. &c. Plerique enim κρείττονα legunt [y]. Alii κρεῖττον legunt, ut Syrus [z]. [Sic & G.]) *loquentem quàm* (sub. *loquebatur*, Er. Il. sic P. Ti. Be. Pi. &c.) *Abel*, Vulg. Jun. Pi. De homine, non de sanguine, hæc verba intelligenda docet, 1. articulus τὸν [a], cum quo congruit Ἄβελ, ut Accusativi casûs [b]: 2. collat. Heb. 11. 4 [c]. 3. sequens argumentatio ad quam horum verborum occasione transitur, quæ nihil aliud adstruit, quàm ad hominem eum qui loquitur attendi oportere. Locutus est autem *Abel*, tanquam primitiæ Ecclesiæ Dei, persecutionem à fratre perpessus; quia Dei fidem justitiámque imploravit, sicut & illi Apoc. 6. 10. Christi verò sanguis omnia divina profert [d]. Vel, *quàm* sanguis *Abel*, Er. Il. Ti. P. Tre. ex Sy. Ca. E. *Sanguis Abelis* mortem & vindictam loquebatur. *Sanguis* verò *Christi*, vitam & misericordiam [*], & peccatorum remissionem [f], nobis omnibus precatur atque exorat [g]. i. e. Mors ejus, per quam intravit ad vitam æternam, dat nobis quoque vitæ æternæ participationem. Hoc est quod præsignificat Ezechiel, 18. 32. & 33. 11 [†]. Legendum autem est παρὰ τὸ Ἄβελ, ut subaudiatur αἷμα [h], ex membro antitheto [i]. Et sic legerunt Græci veteres, & Syrus [k]. Vide Gen. 4. 10. & Heb. 11. 4 [l]. Si legas τὸν, referri possit ad ῥαντισμὸν, ut *Abel* sit casûs Genitivi. Sic vertas, *quàm illa* aspersio *Abelis*, i. e. aspersio sanguinis in primo illo sacrificio Abelis, Gen. 4. 4. Et sensus erit, Sacrificium Christi longè efficacius est ad gratiam Dei nobis conciliandam, quàm sacrificium animalium Abelis, & proinde quàm omnia V. T. sacrificia, juxta Heb. 9. 13, &c. Sacrificium autem *Abelis* hîc nominat, tanquam primum omnium in Scriptura memoratorum; quod etiam Deus testatus est sibi gratissimum fuisse, idque præ illo Caini [m]. Hanc sententiam astruit & scopus loci; Apostolus enim totus ferè in hoc laborat ut ostendat impotentiam Fœderis Legalis ad acquirendam vitam æternam, & quantum eo præstat Fœdus Evangelicum, ut liquet ex cap. 9. & 10. Cum hoc autem scopo minimè congruit altera illa interpretatio, quæ etiam ἄτοπος videtur; quia comparata esse oportet secundùm magis & minùs ejusdem speciei & naturæ; & proinde quod melius est, melius est aliquo quod bonum est, ut ait Chrys. At sanguis Abelis proprius non fuit omnino bonus ad id ad quod valebat sanguis Christi [||]: [quia pro vindicta clamabat.]

25. *Videte nè*, &c. Μὴ παραιτήσησθε τὸν λαλοῦντα, &c.] *Nè recusetis* (vel, *repudietis*, Ca. *aspernemini*, Er. Il. Ti. P. V. vel, *aversemini*, ut 1 Tim. 4. 7. & alibi, quod jamjam dicet, ἀποστρεφόμενοι [n].) *loquentem*, Mo. Vulg. &c. vel, vos *alloquentem*, J Cap. vel, Christum [o]; vel, sanguinem Christi [p]; *melius loquentem*, &c. ut jam dictum [q]: vel, Deum, qui Christo nos obedire jussit, ut jam dicet. Λαλοῦντα pro λαλήσαντα, frequenti locutione [r]. ¶ *Si enim illi* (patres scilicet [†]:) *non effugerunt*, (nempe pœnam [t]. Confer Heb. 2. 2. Pro ἔφυγον in MS. est ἐξέφυγον, ut Luc. 21. 36. Rom. 2. 3. 1 Thess. 5. 3 [v].) *recusantes* (vel, *qui aversati sunt*, G.) *eum qui super terram* (vel, *in terra*, Be. Pi. E. vel, *de terris*, i. e. de monte Sinai [x].) *loquebatur*, Vulg. sic Er. P. Tre. ex Sy. Χρηματίζοντα] *Negotium agentem*, Mo. *Divinitùs loquentem*, sive *admonentem*, i. e. de rebus sacris, & quidem futuris, loquentem, Spiritûs Dei afflatu [y]. *Eum qui oracula reddebat*, Er. V. sic Ca. Ham. i. e. præcepta à Deo accepta [z]. *Eum qui loquebatur Dei nomine*, Jun. Pi. Præsens hîc pro Præterito [a]. Intelligit hîc, vel, 1. Mosen [b]. Cui obstat, tum, quòd non Mosen, sed Deum, audire recusârunt: tum, quòd vox χρηματίζειν Deo propriè competit [c]. Vel, 2. Deum ipsum [d]. Vel, 3. Angelum nomine Dei loquentem [*]. Vide Deut. 33. 2. Act. 7. 38 [†]. Ità venustior est Antithesis & fortius argumentum, si Christum cum Angelo compares, quàm si cum Deo [f]. Sed oppositio non est inter loquentes, sed inter terram & cœlum [g]: Lex tradita est in monte Sinai; Evangelium per Christum, qui de cœlo venit, in cœlum rediit, & è cœlo misit Spiri-

 tum

[r] Ger. [†] E. [t] Jun. [v] E. J. Cap. Ger. E. [x] E. Ger. [||] Jun. [y] E. sic Pi. [z] Ham. [a] Gom. [b] Jun. [c] T. [d] Græci in E. [*] E. [f] E. ex Aquin. Ger. [g] Gom. [h] Chrys. &c. in E. [i] E. [k] E. Ger. [l] Ger. [m] E. [n] G. [o] Ger. sim. Rib. E. Me. [p] E. ex Aquin. [q] G. sim. E. Me. Pi. [r] E. Pi. &c. [†] E. Me. [t] E. Er. ex Chrys. Pi. &c. [v] Rib. [x] E. [y] Jun. sic Be. E. [z] E. [a] E. sim. Be. [b] Pi. sic Jun. [c] E. [d] Ham. [*] G. [f] E. [g] Zeg. [h] Jun. [i] E. [k] G. [l] E. [m] Ger. sim. L. Jun. E. [n] Me. [o] E. sim. Er. V. Me. J. Cap. [p] E. [q] Pi. [r] G. [†] Gom. [t] G.

[v] Ger. [x] E. [y] Ger. [z] Ger. ex E. [a] Jun. [b] Ham. [c] Jun. Q. in E. [d] Jun. [*] Er. sim. Camer. Zeg. E Me. T. G. Ham. [f] E Me. [g] Er. [†] G. [h] G. sic Pi. [i] Pi. [k] G. [l] G. Pi. [m] Kn. Ham. [||] Kn. [n] G. [o] E Me. Jun. Ger. V. Rib. [p] Rib. sic E. [q] E. sim. Jun. [r] G. [†] Pi [t] G. sim. E. Me. Pi. J. Cap. [v] G. [x] Idem. [y] Be. [z] Ham. [a] G. [b] Camer. [3] Pi. Ham. Jun. Chrys. & Occum. in E. [c] Ger. ex E. [d] E. ex Theod. & Th. Calv. &c. [*] E. Me. Par. sim. G. [f] E. [g] Ger.

tum S. qui illud revelavit. Fundatur hoc argumentum in præstantia cœli præ terra. Deus Legem tradendo in terra, Evangelium de cœlo, excellentiam Legis supra Evangelium significavit[h]. Dicitur Deus *in terra loquutus*, quia humiliùs loquebatur, & Lex, cum Evangelio collata, terrenum quiddam sapiebat; & necdum supra cœlos evexit hominum mentes ad perfectam sapientiam[i]. Sive legas, τ̀ ἐπὶ τῆς γῆς παραιτ. χρηματ. sive, ut est in MS. ἐπὶ γῆς παραιτ. τὸν χρηματ. τὸν quod hic ponitur, & quod sequetur, non distinguit eum cui parendum est, sed modum quo is se revelavit. Et sic sæpe de uno diversis modis considerato tanquam de duobus loquimur, *ut—— quantùm mutatus ab illo Hectore*[k]. Verbum hoc, *recusantes*, referendum, vel, 1. generatim ad inobedientiam veteris populi, qui nec Mosi, nec Prophetis, auscultârunt[l]. Respiciuntur historiæ quæ sunt Exod. 32. Num. 14. 1. Act. 7. 39. Heb. 3. 16[m]. Vel, 2. ad locum illum Exod. 32. ubi Israelitæ *Mosen repulerunt*, &c. Act. 7. 39[n]. vel, 3. ad illam populi excusationem, de qua suprà v. 19. quam tamen considerat non prout verba sonant, sic enim erat humilis tantùm excusatio cum deprecatione & promissione obedientiæ, unde dixit Dominus, *Bene omnia locuti sunt*; sed secundùm animos, & facta subsecuta[o]. Neque enim efficax tunc erat in illis obediendi voluntas; & promissio illa viribus suis naturalibus nixa erat[p]. ¶ *Multò magis nos*] Supple, *non effugiemus supplicium*[q], ut suprà 2. 3[r]. ¶ *Qui*, &c. Οἱ —— ἀποςρεφόμενοι] *Qui* (vel, *Si*, V. J. Cap. G.) *eum qui de cœlis* (sub. *est*, Er. P. Be. Pi. V. &c. origine scil. divinâ; qui de cœlo venit †, unde venturus est judex & peccatorum vindex[t]. Quod satis convenit cum sequent[v]. vel, sub. *loquitur*, Pi. E. Me. sic Vulg. quod repetendum ex præced[x]. supple χρηματίζοντα pro χρηματίσαντα, *qui nobis oracula dedit*, Deum scilicet, Filio suo pareri volentem, Mat. 3. 17. & 17. 5. Joh. 12. 28. [qui locutus est] *ex cœlo*, nempe summo. Nam & ideo aperta est regio cœli inferior[y]. Vel, Christum[z]: qui, postquam in cœlum ascendit, *de cœlo locutus est*[a]; tum, per Spiritum Sanctum de cœlo missum[b], ad Evangelium prædicandum in die Pentecostes[c]; tum, per Apostolos[d], eorúmque successores, per quos loqui perseverat & verbi prædicatione, & miraculis*; tum, per internas inspirationes[f].) *aversemur*? Er. &c. Per incredulitatem[g].

26. *Cujus* (i. e. vel, Dei[h]: vel, Christi[i], ut contextus ostendit[k], quà Deus est[l]: cujus personam Angelus ille referebat[m]:) *vox movit*, &c. Τὴν γῆν ἐσάλευσε τότε] *Tunc* (Quum scil. Moses Dei nomine loqueretur[n]; cùm in monte Sinai Lex daretur, Psal. 114. 4[o].) *concussit* (vel, *commovit*, E.) *terram*] [Vel, 1. propriè :] juxta Psal. 68. 9. *Terra mota est*, &c[p]. Sed si verus terræmotus fuisset, eum non tacuisset in historia Exodi, repetita in Deut. ubi accuratè singula ad terrorem facta tradit[q]. [Vel, 2. figuratè :] *terram*, id est, populum ibi consistentem[r], Exod. 19. 16†. tum, terrore prodigiorum, tum, lætitiâ ob Legem acceptam[t]. Mos Scripturæ est, ut commoveri dicat ea[v], etiam inanimata[x], in quibus res novæ, magnæ & admirabiles, seu lætæ seu tristes, accidunt; eò quòd talium rerum subitus eventus atque aspectus vehementer animos hominum soleat commovere. Vide Psal. 68. & 96[y]. ¶ *Nunc*, &c. Νῦν δὲ ἐπήγγελται, &c.] *Nunc autem* (i. e. Tempore Aggæi, cujus sunt verba sequentia[z]; vel, quod attinet ad tempus N. T. instans[a], vel de hoc tempore quo promulgavit Evangelium[b]; de nostris temporibus apud Aggæum, 2. 7. quæ ad Christum directè pertinere ibi diximus[c].) *denunciavit*, Er. P. Be. E. vel, *promulgavit*, V. vel, *promisit*, Pi. E. G. Christus scilicet apud Prophetam[d]. ¶ *Adhuc semel*] Hoc, vel, 1. construendum cum seq. *movebo* *; vel potiùs, 2. ab eo separandum, & per se exponendum, ut constat ex Agg. 2. 7. ubi est, *Adhuc unum modicum est*; *& ego*, &c[f]. vel, *Adhuc unâ vice, quod brevi futurum est, ego*, &c. Locum aptè citat Apostolus; cùm ex iis quæ adducit firmum eliciat argumentum, nempe ex ἔτι, *adhuc*, quod indicat instabilem rerum mundanarum conditionem, & ἅπαξ *semel*, quo firmus quidam status futurus promittitur[g]. Paulus secutus est LXX, qui verterunt, *semel*, & sensus est, Prima terræ commotio facta est in Sinai, cùm data est Lex Mosis; secunda & ultima fiet in secunda & ultima Lege Christi, quæ immobilis erit & æterna[h]. Illud ἅπαξ non ad cœlum speciatim refertur, sed ad rem totam[i]. q. d. Magnas antehàc feci rerum mutationes: sed restat longè major[k].

¶ *Ego movebo* (vel, *concutiam*, Be. Pi.) *non solùm terram*, *sed & cœlum*] In Græca versione Aggæi additur, *& mare & aridum*. Sed hæc nihil aliud sunt quàm distributiones vocis γῆς, i. e. *orbis terrestris*, in suas partes. Nihil ergò sensui deperit[l]. Qu. Qualis & quando hæc commotio aut facta, aut futura est[m]? Resp. 1. Allegorica, in statu gratiæ[n], in primo Christi adventu[o]: quando Angeli, Christo nascente, de cœlo descenderunt atque exultârunt, Luc. 2. 14. & stella nova in cœlo apparuit, Matth. 2. aliáque signa contigerunt, ut Solis obtenebratio, terræmotus, &c. cœlum quoque ipsum Christo ascendenti patuit[p], terrestria quoque cum cœlestibus, h. e. Angeli cum hominibus, reconciliati sunt, Col. 1. 20[q]. Mundus etiam vehementer commotus est per prædicationem Evangelii[r], Angelis hominibúsque ad eam applaudentibus †. Sensus, Admiratione percellam & homines & Angelos[t]. *Terram* hîc intelligere possis & terram & gentem Israelis, à Deo jam rejectam; *Cœlum*, legem ceremonialem à Deo cœlitùs institutam, jam abrogatam[v]. *Terræ commotio* significat, totius orbis homines per Evangelium in spem & desiderium futuri illius seculi, quod & Esaias *cœlum novum & terram novam* vocat, innovandos: vide Rom. 8. 19, &c. & 2 Pet. 3. 10, &c. *Cœlorum* autem *concussio*, tum, profanas idololatrias, tum, V. T. ceremonias, abrogandas declarat. Ad hanc Allegoriam pertinet quod Agg. 2. dicitur de populorum omnium concursu, &c. post concussionem illam[x]. Resp. 2. Propria[y]; in secundo Christi adventu ad judicium[z], quando totus mundus commovebitur atque innovabitur: de quo vide 2 Pet. 3. 10, &c[a]. item Matth. 24. 24. Apoc. 6. 12, 13, 14[b]. Huic favet, tum, 1. institutum Apostoli, qui hîc Hebræos hortatur, nè Christum recusent loquentem; nè pœnas luant ab eo, ut justo judice, infligendas. Hoc ergò Christi judicium Prophetæ verbis hîc denunciat. Tum, 2. quòd de hac commotione, tanquam adhuc futura, Apostolus loquitur; tum, 3. quòd Apostolus libenter eis ingerere solet mentionem hujus adventûs Christi, ut illius exspectatione & patientiam in adversis servarent, & à defectione retraherentur[c]. Obj. At Prophetam loqui constat de primo Christi adventu[d]. Resp. 1. Esto. Poterat tamen Apostolus hoc ad secundum referre, per extensionem, vel accommodationem*. 2. Possit hæc Prophetia ad totum tempus regni Christi in terris referri, ut impleta sit inchoativè & metaphoricè in primo adventu, consummatè verò & sensu proprio in secundo[f]. Resp. 3. In utroque Christi adventu: quæ expositio & Prophetico & Apostolico textui maximè congruit[g]. Christi adventu in terras aliquatenus [hoc] impletum est, multò autem perfectiùs, in adventu ejusdem Christi ad judicium[h].

27. *Quod*, &c. Τὸ δὲ, Ἔτι ἅπαξ] *Porrò illud*, (sub. *quod dicit*, Er. Vulg. sim. Camer.) *Adhuc semel*, P. Be. Pi. &c. Subauditur hîc, ἢ τὰ λοιπὰ, *& cætera*, vel, ut Hebræi loquuntur, וגומר, vel וכולי. Neque enim ἔτι ἅπαξ seorsim hoc significat, sed tota sententia[i]. In Hebræo est אחת מעט, sed videntur Græci legisse אחר מעת, *Semel posthàc*. Solemus ità loqui cùm magnum aliquid & antehàc inauditum molimur[k]. Dicendo, *Adhuc semel*, significat aliquid jam præteriisse, & aliud futurum quod permaneat, nec ampliùs in aliud quidquam commutetur. Nam *semel* exclusivè sumitur, q. d. non pluries[l]. ¶ *Declarat*, &c. Δηλοῖ τὴν σαλευομένων τὴν μετάθεσιν ὡς, &c.] *Declarat* (vel, *Significat*, Camer.) *mobilium* (vel, *instabilium rerum*, Be. sic Pi. vel, *Eorum quæ fluctuant*, Er. sive, *moventur*, Camer. sive, *concutiuntur*, Er. V. J. Cap. E. Jun. vel, *concussibilium*, E.) *translationem*, (vel, *mutationem*, Tre. ex Sy. Ca. Ar. *transmigrationem*, Æth. *amotionem*, Il. P. Be. Pi. Jun. *depositionem*, Jun. Be. *abolitionem*, Jun. Non *concussionem* qualemcunque, ut in Sinai; sed *eversionem mutationémque omnimodam*, de qua 2 Pet. 3. 13. Vide de voce μετατίθεσθαι suprà 7. 12[m].) *tanquam* (vel, *utpote*, Pi. ὡς non similitudinem notat, sed veritatem[n].) *factorum*, (vel, *factitiorum*, Jun. sic Be. Pi. &c. i. e. effectorum manibus hominum ex caducis materiis[o]; non solùm creatorum, sed & imperatorum

Marginal notes (left column): h Law. — i Calv. — k G. — l Q. in E. — m G. — n Rib. — o E. Ger. — p Ger. — q Me. sic G. — r G. — † Q. in E. — t Theod. in E. — v G. — x E. — y G. — z Rib. E. Me. Pi. — a E. — b E. Me. plerique in Rib. — c Me. — d Rib. E. — * E. — f Rib. sim. J. Cap. — g E. — h Q. in E. — i E. Pi. Me. — k E. — l Me. — m E. — n Jun. — o G. sim. E. Me. Pi. — p Me. — q E. — r Pi. sic E. — † Pi. — t Rib. — v E. — x Rib. — y E. sim. Rib. — z Me. — a E. — b Pi. sim. Jun. — c G. — d E. — * Q. in E. — f E. — g Ec.

Marginal notes (right column): h Me. — i G. — k G. sim. E. — l G. — m E. — n Q. in Gom. — o Plerique in E. sim. Jun. Be. Te. Pi. Rib. Me. — p Q. in E. — q Al. in E. — r Idem. — † Q. in Jun. — t Pi. sim. J. Cap. Me. — v J. Cap. — x Be. — y Gom. — z E. ex Chrys. Cyr. Ans. Aquin. & Caj. sic Gom. — a E. sim. Gom. — b Gom. — c E. — d Q. in E. sic Te. ex Rib. — * E. ex Gagn. — f E. — g Ger. — h G. — i Med. l. 1. dissert. 32. p. 221. — k G. — l E. — m G. — n Me. — o Pi. Ger.

peratorum à Deo ad usum transeuntem & ambulatorium [p]. Non mirum hoc, inquit; nam in id hæc facta sunt ut melioribus locum faciant [q].) *ut maneant non mobilia*, Mo. vel, *quæ non moventur*, sive *concutiuntur*, Er. V. E. *quæ sunt stabilia*, Be. Naturæ scil. conditione [r]. *Quæ concuti non possunt*, Jun. Pi. sim. E. Participia hîc pro nominibus verbalibus, more Hebræo †. Vide ad Gal. 2. 11 [t]. quæ æterna sunt [v], nempe in Domino, & in nobis æterna futura sunt per communionem Christi [x]. Duplex autem hîc subesse potest mysterium, prout *mobilia* dupliciter sumi possunt [y]. *Mobilia* hîc dicuntur, vel, 1. quæ ad Vetus Testamentum pertinebant [z], ut Tabernaculum, &c [a]. quod χειροποίητον antè dixerat [b]; vel, cultum Leviticum [c], sive Legem Mosis [d]. Hæc enim typicè per terram in legislatione motam significari possunt, utpote terrena & corporalia [*]. Significat autem, hæc transferenda esse [f], id est, abroganda & mutanda, ut alia succedant, scil. Lex Christi, quæ immobilis est [g]; & bona per Christum parta, & per Evangelium oblata, putà remissio peccatorum, sanctificatio, & hæreditas cœlestis [h]. Vel, 2. cœlum & terra, sive elementa eo nomine comprehensa [i]; quæ concutienda sunt, & in alium statum transmutanda, ut iis succedant *novum cœlum* & *nova terra*, 2 Pet. 3. 13. Per hæc autem intelligitur regnum Christi consummatum. Dicit autem, *tanquam factorum*, ut significet, quòd Christo, qui introducitur ista loquens, facile sit ea transmutare, utpote sua ipsius opera. Refellit hoc Origenem, qui fabulatus est infinitas mundi renovationes [k]. In id facta est, inquit, hæc quam videmus machina, ut olim alteri meliori, & non immutandæ, locum faciat. Vide 2 Pet. 3. 13. & Apoc. 21. 1. Cùm autem pii homines futuri tunc sint in illa regione in qua nunc sunt Angeli, cui bono *novum cœlum*, i. e. æther & aer, & *nova terra*, servitura sint, difficile est dictu: sed aliquid fortè conjici potest ex Apoc. 2. 22. & similibus locis [l].

28. *Itaque*, &c. Διὸ—παραλαμβάνοντες] id est, παραλημψόμενοι [m]. Exhortationem cœptam v. 25. *Videte*, &c. hîc absolvit [n]. *Itaque regnum immobile* (Christi scilicet [o]; vel, 1. Legem Evangelicam, per quam Christus in nobis regnat [p]. Vel, 2. regnum illud cœleste [q], sive æternum, 2 Pet. 1. 11 [r]. Hoc nomine [*regni immobilis*] propriissimè appellatur regnum Christi futurum; participatione autem, status Evangelicus †. Vel, 3. viam, adeóque jus, ad Regnum cœlorum [t]. Vel, 4. statum sub Christo, adversùs quem nullæ persecutiones, nec vel portæ inferorum, prævalebunt ||.) *suscipientes*, Mo. Vulg. vel, *assumentes*, Be. Pi. E. Jun. *capientes*, E. *amplectentes*, vel, *cùm acceperimus*, vel, *cùm obtineamus*, J. Cap. Nempe spe certâ [v], vel fide [x]: vel, *assumamus*, i. e. constanter hæreamus ei [y]: vel, *quasi in manus traditum accipientes*. Vide ad Mat. 1. 20 †. ¶ *Habemus*, &c. Ἔχωμεν χάριν] Pro, κατέχωμεν, quomodo & Rom. 15. 4 [z]. *Habeamus* (vel, *Teneamus*, sive *Retineamus*, P. Be. Pi. G. Jun. ἔχειν pro κρατεῖν, ut alibi [a]. Firmiter retineamus [b], nec ullis tentationibus ab ea nos sinamus divelli [c]. Vel, *Habemus*, Vulg. Calv. ἔχομεν, quod est in 2 cod. Sed ἔχωμεν legunt plerique Codices, & Syrus [d].) *gratiam*, Mo. Er. scilicet *Deo* [*]. Non placet: 1. tunc illud, *Deo*, neutiquam omisisset; 2. Illud, stylo Apostolico, est εὐχαριστεῖν, non χάριν ἔχειν. 3. Non quadrat sequent. *per quam serviamus*. *Gratiam* ergò hîc intelligit Christianismi, sive beneficium illud quo Christiani facti sumus [f]; donum gratiæ justificantis [g]; gratiam reconciliationis, regenerationis, & adoptionis, quæ in Christo nobis contigit [h]: vel, favorem Dei [i]: vel, Evangelium [k]: quod κατ' ἐξοχὴν dicitur *gratia & veritas*, Joh. 1. 17 [l]. vel, dona Spiritûs Sancti ex gratia nobis data [m]: vel, fidem ex gratia Dei profectam. Meton. efficientis [n]. [Sensus, q. d.] Hærentes Christo nos permittamus consilio & manui ejus gratiosæ per fidem; atque hâc ratione *serviamus Deo* secundùm voluntatem ipsius, nam hic effectus est gratiæ illius Christi [o]. ¶ *Per*, &c. δι' ἧς λατρεύωμεν εὐαρέστως—μετ' αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας] *Per quam* (Nempe gratiam [p]; quâ adjuti [q]; habentes auxilia cœlestia [r].) *serviamus* (vel, *servire possimus*, G. vel, *servimus*, Q. in E. Quod instituto Apostoli repugnat. Non enim hîc laudat Hebræos, sed hortatur, & terret, ut patet ex præced. & sequent †.) *Deo gratè* (vel, *placentes*, Vulg. *beneplacenter*, E. *ità ut ipsi placeamus*, G. sic Be. Pi. Er. P. &c. In Glossario, Εὐαρέστως, *complacitò*. Adverbia à nominibus Adjectivis venientia regunt casum quem regere solet Adjectivum [r]. Cultus spiritualis ità semper Deo placuit & placiturus est, ut καθ' ἐξοχὴν dicatur *placens Deo*, Rom. 12. 1. & 14. 18. Et hujus comparatione cultus ceremonialis, licèt à Deo institutus, negatur *placere Deo*, ut Psal. 40. 6. & 50. 7. & seq. Esa. 1. 11 [v].) *cum reverentia* (vel, *metu*, Vulg. vel, *pudore*, Ar. J. Cap. Jun. ex infirmitatis & indignitatis nostræ conscientia [x], quo quis metuit à Dei conspectu cum ignominia repelli [y]: vel, pudore, quòd ità ignavè & tepidè eum colamus [*]. Vel, *verecundiâ*, Be. Pi. E. Tre. Jun. Αἰδὼς hîc significat pudorem illum honestum, qui homines in officio continet [z]. Vel, *reverentiâ Dei*. Nam αἰδεῖσθαι sic sumunt Græci [a]. Homer. Il. α'. Αἰδεῖσθαι θ' ἱερῆα [b]. Et ità ἐντρέπεσθαι habuimus suprà v. 9 [c]. Alii *pudorem* hîc ad homines referunt. Dicunt enim præcipi ut verecundè nos geramus erga omnes [d].) *& religione*, Mo. Er. Il. Ti. P. vel, *reverentiâ*, Be. Pi. Vulg. Jun. i. e. religioso metu [*]; ex agnitione majestatis illius cui servimus [f], vel, quo [Deum ut] Patrem offendere metuimus [g]; vel, *timore*, Tre. ex Sy. Εὐλάβεια hîc significat *pœnæ metum*, ut ostendunt sequentia. In MS. est μετ' εὐλαβείας καὶ δέους, Psal. 2. v. 11. ביראה ברעדה, Græcè ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ. Hoc est quod vult Mic. 6. 8 [h].

29. *Etenim* (Causam dat cur Deo ità serviendum sit [i]:) *Deus noster ignis consumens est*] Sumptum ex Deut. 4. 24 [k]. Non est stipes, vel truncus, ut Idola Gentium [l]; sed instar *ignis* acerrimè & celerrimè [m] punit, sive consumit [n], eos qui secùs faciunt [o]; qui detrectant ei ut oportet deservire [p], qui carent hoc metu & reverentiâ [q]; inimicos suos [r], impios, & potissimùm desertores fidei, ut illa Deut. 4. contra violatores religionis dicta sunt †. Hoc addit, nè putarent transiisse cum V. T. terrores & supplicium Dei, docétque etiam ad N. T. ista pertinere [t]. Sensus est, Deum non minùs graviter Christianis peccantibus irasci, quàm olim Israelitis peccantibus iratus fuit; facillimúmque ei esse, non minùs quàm Igni flagrantissimo, eos quos arripuit pessimè perdere. Vide ad Heb. 10. 27. & Deut. 9. 3. & c. 32. v. 22 [v]. In Deut. 4. additur, *Deus æmulator*, qui non patietur se cum idolis coli. Ità nec nunc patietur Legem cum Evangelio conjungi [x].

CAP. XIII.

1. CHaritas, &c. Ἡ φιλαδελφία μενέτω] Rom. 12. 10. 1 Thes. 4. 9. 1 Pet. 1. 22. 2 Pet. 1. 7 [a]. Exposito principali Epistolæ argumento, coronidis loco Præcepta, &c. subjicit [b], & à Charitate, ut reliquarum virtutum matre, initium sumit [c]. Hactenus ad Perseverantiam, Pacem, & Sanctitatem, hortatus est; hîc hortatur ad varias officii nostri partes [d]. *Charitas fraterna*, (id est, erga fratres, id est, Christianos [*], Rom. 14. 10, 13, 15, 21. 1 Cor. 5. 12. & 6. 8. & 7. 12. 15. nobiscum adoptionis in Christo participes [f]; qu. d. charitas inter vos mutua [g]:) *maneat*, Jun. Er. V. Be. Pi. &c. vel, *constans sit*, J. Cap. Pergite, ut cœpistis, invicem amare [h]. Nunquam à vobis discedat ea dilectio quæ Christianorum inter se propria est, & quam ostendistis antehàc. Vide suprà 6. 10. Nè vos indè distrahat aut quòd quidam sint alienigenæ, aut alia causa [i].

2. *Et*, &c. Τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε] *Hospitalitatis nè sitis immemores*, Er. P. Be. Pi. h. e. Omni studio ejus recordemini, eámque exerceatis. Αὐτόπτης [k]. Commendatur hæc virtus tum in Scriptura, ut Deut. 10. 19. Esa. 58. 7. Matth. 25. 35. 1 Tim. 3. 2. &c. tum apud Ethnicos, testibus Homero Odyss. ξ'. [Verba vide in J. Cap.] & Æliano, 4. 1. ubi refert apud Lucanos fuisse δίκην κακοξενίας [l], [*actionem de peregrinis neglectis aut malè tractatis*: tum apud Judæos.] In Pirke Aboth. *Pateant fores tuæ plateam versùs*. Vide Rom. 12. 14. 1 Pet. 4. 9 [m]. Tunc autem maximè necessaria erat, quia nondum exstabant hospitia publica [n]; & quia frequentes erant Christianorum persecutiones, exilia [o], afflictiones, & vincula [p]; & quia [Hebræi] facultatibus attenuati ob persecutiones præcedentes, fortasse remissiores

fiores facti fuerant in hoc genere virtutis [q]. ¶ *Per hanc*,&c. Διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους] *Per hanc enim latuerunt quidam, hospitio accipientes angelos*, Mo. vel, *inscii*, sive *nescientes*, (vel, *inscienter*,Ca.) *exceperunt angelos hospitio*, Il. P. Be. Pi.Er.Ti.V. Angelos receperunt, quos putabant esse homines [r]. Respicit historias Gen. 18. & 19. ubi dicta vide. Putabant Ab. & Lot eos Arabes esse, quos, quanquam ignotos, multo cum honore exceperunt: Postea ex nuncio quem adferebant cognoverunt esse Angelos. Adde quæ dicta 1 Tim. 3. 2. Et nota locutionem bene Græcam ἔλαθον ξενίσαντες, *excepere inscii*: nam sic loquuntur Aristoph. Plato & Xenoph. subaudito ἑαυτοὺς, quod interdum exprimitur †. Al. Suppletur hic modò vox *alius*, ut Luc. 8. 47. & in illo, λάθε βιώσας [t]. i. e. *Ità vive ut nesciaris vixisse* [v]; modò *ipse*, ut in Aristoph. δουλεύων λανθάνεις, *Serviens lates* temetipsum, h. e. Non animadvertis te servum esse [x].

3. *Mementote vinctorum*] Nempe, *Jesu Christi*, sive fratrum in vinculis [y]; eos precibus,operâ,& beneficentiâ tuâ juvantes [z]. ¶ *Tanquam simul vincti*] q. d. Non leviter eos curate [a]; sed eo affectu compatimini ac subvenite [b], quasi ipsi eadem mala sentiretis [c]. Vide suprà 10. 34. ¶ *Laborantium*, Κακουχουμένων] Habuimus hoc Participium suprà 11. 37 [d]. *Malè habentium*,E. *Afflictorum*, Er. V. E. *Malis affectorum*, D. sim. Be. Pi. Me. vel morbis, vel, aliis malis [*], corporalibus [f]. ¶ *Tanquam*, &c. Ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐν σώματι] *Ut qui etiam ipsi estis in corpore*, Jun.Pi.sic Er. Be.V.&c. scilicet mystico [g], *in* eodem *corpore*, Jun. J.Cap. tum, naturâ secundùm speciem humano generi communem, tum gratiâ,quia unum corpus in Christo sumus [h], ejusdem corporis, nempe Ecclesiæ, membra [i]. Hunc sensum minimè repudio,quanquam alium simpliciorem puto [k]. De illo corpore cùm loquitur Paulus, Christum velut caput nominare solet, ut Rom. 12. 5. 1 Cor. 12. 27. Eph. 5. 23 [l]. Et aliud Paulo est esse *in corpore*, ut 2 Cor. 5. 6. [Vide & 2 Cor. 12. 2. Sic ergò accipiunt:] *In corpore*, nempe, iisdem obnoxio malis [m], morbis, perturbationibus, mortíque ipsi: quod *corpus mortis* vocatur Rom. 7. 24 [n]. vel, *mortale*, Rom. 8. 11. *terrestre*, 1 Cor. 15. 40. *corruptibile*, 1 Cor. 15. 53 [o]. q. d. Quod vobis eadem possunt usu venire [p]. *Homo sum, humani nihil à me alienum puto* [q]. *In corpore* idem quod dicimus, *in persona*, [propria scilicet, afflicti:] ut *corpus* sumitur Jurisconsultis [r].

4. *Honorabile*, Τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι] Accipiendum hoc, vel, 1. assertivè †; vel, 2. præceptivè [t]: ut apparet, 1. ex comminatione subjuncta [v]; 2. quia præceptivè loquitur & versibus præced. & v. 5. seq [x]. Sed res eodèm recidit, utrovis modo accipias [y]. *Honorabile* (vel, *Honestum*, Ca. sub. *est*, Er. Il. Ti. Tre. Sy. P. Ca. Be. Pi vel, sub. *sit*, sive *esto*, Er. Zeg. Ham. E.) *conjugium* (vel, *Honos est conjugio*, G. Honore dignum est minimèque damnandum [z]. Non debet conjugium à quoquam sperni, etiamsi ipse ab eo se contineat [a]. Al. Præcipio ut omnes conjugati servent honorem conjugii [b]. Ut eos ab omni scortatione deterreret, præfatur de matrimonio, tanquam illius remedio, &c [c].) *in omnibus*, Mo. Ca. id est, omnino, atque perfectè, & omnibus modis [d]: vel, omni ex parte [*]: vel, in omnibus legitimè conjunctis [f]: in omnibus actibus & personis †: vel, *ubique*, Æth. *inter quosvis*, P. Be.Pi. *inter omnes*, Er.Il.Ti.Tre.ex Sy. cujuscunque ordinis, sive conditionis [g]; apud omnes gentes moratas [h], honoratas & honestatis amantes [i], etiam apud Ethnicos [k]; apud omnes qui conjugio apti sunt, eóque opus habent. Hoc autem disertis verbis exprimit ut superstitioni secuturæ occurreret, quasi conjugium esset res profana [l], aut minùs mala, ut Hieronymus vocat. Sicut communis est morbus iis omnibus, quibus non datum est ut se possint continere, ità commune remedium esse par est [m]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος] *Et cubile* (vel, *thorus*, sive *lectus*, Zeg. ex Vulg. E. id est, cubile [n], nempe *ejus* [o], h. e. conjugii [p]. Unde *thori consors* & *socia* pro conjuge Latinis dicitur [q].) *impollutum*, sive *immaculatum*, Er. Il.Ti.P.Mo.Be.Pi. vel, *intemeratum*, Ca. i. e. coram Deo culpâ vacans; ut quod ipse sanctificavit, & coram honestis hominibus liberum ab omni criminatione [r], suâ naturâ purum est, & licitum atque concessum, nè Deo quidem is thorus displicet [t]. Ità articulus ἡ est ἀναφορικὸς, & refertur ad nomen præcedens ὁ γάμος [v]. Ἀμίαντον est *quod vitio caret*, Sap. 3. 13. & 4. 2. suprà 7. 26. Jac. 1. 27. Tractatur hoc in Libro Musar satis bene. Et Esseni multi abstinebant à matrimonio, attamen τὸν γάμον καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ διαδοχὴν οὐκ ἀναιροῦντες [x]. Denotat ἡ κοίτη torum conjugalem cum ipsa liberorum procreatione [y]. Al. Sic vertas, *Et cubile illud impollutum*, quod periphrasis est conjugii, repete ἀπὸ κοινοῦ, *honorabile est* [z]. Pythagoræ uxor interrogata, *Quando mulier esset munda à viro*, respondit, *A suo semper, ab alieno nunquam*, Laert. l. 8 †. Alii hoc etiam præceptivè accipiunt [a]; q.d. Thorus maritalis nullâ contaminetur maculâ [b], adulterii,aut ullius peccati contra fidem conjugalem [c]. ¶ *Fornicatores*, &c. Πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ, &c.] *Scortatores autem*, (Hoc non congruit, si præced. præceptivè accipias, nisi δὲ sumas pro γὰρ [d]. Nota, simplicem fornicationem esse peccatum æternâ damnatione dignum [*]. Πόρνους, id est, *Venere utentes extra conjugium*. Opponit hoc Judæorum illorum sententiæ de quibus egimus suprà 12. 16 [f].) *&* (id est, multò magis [g], vel speciatim [h]:) *adulteros*, (qui, si deprehendantur, etiam humanis legibus puniri solent [i]:) *judicabit Deus*,Pi. &c. id est, condemnabit [k]; puniet pœnis, vel temporalibus, si pœnitentiam egerint; vel æternis, si non egerint [l]. Κρίνειν, pro κατακρίνειν sæpe. Κατακρίνειν autem per Metonymiam est *punire*, ut Marc. 16. 16. 1 Cor. 11. 32. & alibi. Et sic κρίνειν *punire*, Joh. 3. 17. Et rectè Dei judicio reservat illa flagitia quæ solent hominibus aliis esse abscondita [m].

5. *Sint*, &c. Ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος] Subauditur & hic ἔστω [n], ut Heb. 12. 15, 16 [o]. & in v. præced [p]. Τρόπος sign. *modum*, non tamen modum qui rei imponitur, nè immoderata sit, ut Caj. accepit; sed agendi rationem, aut rei sive actionis qualitatem [q]. Sumitur etiam pro *more*, & pro *moribus*, ut apud Platonem [r], & Demosthenem. Sic χρηστὸς τρόπος, ἁπλοῦς τρόπος, τρόπος βέλτιστος, etiam apud Aristoph. & Plutarchum †. [Verba sic reddunt:] *Pecuniæ non appetens mos*, Mo. *Nè diligat pecuniam mens vestra*, Sy. [in Boder.] sic Tre. Ar. Ham. *Sint mores* (sub. *vestri*, Be.Pi. &c.) *alieni ab avaritia*, Er. Il. Ti. P. Pi. vel, *pecuniæ amore*, Be. *Mores vestri absint à studio pecuniæ quærendæ*. Quid sit φιλαργυρία, vide 1 Tim. 6. 10 [t]. Fortè hoc præcipit, quòd videret quosdam, prætextu egestatis ad quam redacti erant, plus satis studere rei de novo augendæ [v]. ¶ *Contenti*, &c. Ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν] *Contenti* (sub. *sitis*, vel, *estote*,E.P. Be. Pi. G. &c.) *præsentibus*, Mo.Ar.P.Be.Pi. vel, *iis quæ adsunt*, Er.Il.Ti.Ca. sic Tre. ex Sy.E. i. e. quæ habentur & in promptu sunt [x], vel, sorte vestrâ [y]; vel, iis quæ sufficiunt necessitati vestræ: nec velitis ditiores fieri [z]; vel, *modò satis habetis pro ministerio vestro*, Æth. vel, *habentes in præsens quæ naturæ sunt necessaria*. Vide 2 Cor. 9. 8. Phil. 4. 11, 12. 1 Tim. 6. 6, 8. Nolite anxii esse de futuro. Vide ad Matth. 6. 34 [a]. Sed παρόντα, *præsentia*, hic non opponuntur futuris aut crastinis, quasi sensus sit, Nè cogitetis in crastinum, sed utimini præsentibus bonis; sed potiùs iis quæ non habentur [b]. Præclara est Imperatoris Alis sententia, *Manifestatio* αὐταρκείας, cùm quis declarat se contentum iis quæ Deus largitur, *species est gratiarum actionis* ‖. ¶ *Ipse enim* (Deus scilicet [c]: ex fine v. præced †. Sic הוא habemus aliquoties apud Prophetas [d]. Et cur non liceat Christianis illud αὐτὸς ἔφη æquè ac Pythagoreis [*]?) *dixit*] Nempe Deut. 31. v. 6, 8. 1 Par. 28. 20 [f]. Jos. 1. 5 [g]. Utitur hic Scripturæ accommodatione; vel, si mavis, extensione,quâ à specie transitur ad genus. Quod ibi Josue promissum in populo regendo, id, ob similitudinem rationis, extenditur ad omnes justos, & ad omnem temporalem necessitatem [h]. Quod Josuæ dictum fuit, dictum ei fuit populi totius causâ. Populus autem iste populi Christiani figura [i]. Promissio illa Duci populi facta populum totum respexit, & proinde ad Ecclesiam etiam hujus temporis pertinet, & ad pios omnes vocationi suæ hærentes; præsertim cùm Deus semper idem sit,& sibi constet. Vide Rom. 15. 4 [k]. ¶ *Non*, &c. Οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπω] Est hic in posteriore membro triplex negatio, quæ apud Græcos vehementer negat. Similis sententia Esa. 41. 13. In Jos. 5. Græci habent, οὐκ ἐγκαταλείψω σε, οὐδὲ ὑπερόψομαί σε. Utitur autem Scriptor noster modo

q E. r F. sim. Me.T.Er. † G. t J. Cap. sim.Rib. v E. x J. Cap. y E. z J.Cap. a G. b E. c G.sim.E. Me. J.Cap. d G. * E. sic Me. f E. g Q.in Pi. h Jun. i Calv. sim. Be. J. Cap. k Be. l Pi. m G. Er. ex Th.sim. Be. Pi. E. Me. n D. o G. p Ca. q G. r Be. † Ger. t E. ex Chrys. Ham. v E. x Ham. y Ger. z Q. in E. a Al. in E. b E. sim. Me. c Be. d Occum. in E. * Q. in E. f Al. in E. † Ger. g Pi. Ee. Ger. h G. i Jun. k Er. sic Ham. l Calv. m Be. n E. o Jun. p Pi. Ger. q E. r Jun. † Pi.Ger. t G.

v Pi.Ger. x G. y Ger. z Pi.Ger. † Ga. a Q. in Ger. b T. sim. E. Me. c Me. d Be. * E. f G. g J. Cap. h E. i G. k J. Cap. l Pi. m G. n G. sim. Ham.&c. o G. p Ham. ad v. 5. q E. r E.sic G. † G. t Idem. v E. x E. sim. Me. y Me. z E. a G. b E. ‖ Di. c G. sic Be. Rib. † Rib. d G. * Be. f Ger. E. &c. g E. Pi. G. Ger. h E. i G. k Jun.

10 20 30 40 50 60 70

modo potentiali; q. d. Fieri non potest ut te abjiciam planè, aut etiam ad tempus deseram [l]. [Sic reddunt:] *Non* (vel, *Nequaquam*, Be. Pi.) *te desero*, (vel, *deseram*, Il. Mo. P. Pi. Ca. Tre. vel, *omittam*, Be. *dimittam*, Hi. in Er.) *neque* (vel, *neque unquam*, Be. Pi.) *derelinquo*, Er. Il. V. vel, *derelinquam*, Ti. Mo. Ca. Pi. vel, *deseram*, Be. vel, *remittam erga te manus*, Tre. ex Sy. Et ἀνῶ, quod est ab ἀνίημι, & ἐγκαταλίπω non sunt præs. temp. ut volunt Er. & Caj. sed Aoristi secundi ||.

6. *Ità ut*, &c. Ὥστε θαῤῥοῦντας, &c.] *Ut fidentes* (vel, *Adeò ut confidenti animo*, P. Be. Pi. i. e. cum bona spe [m]; cum fiducia in Deum [n]. Pro אל תירא, *nè time*, Lxx ponere solent θάῤῥει, ut Gen. 35. 17. Exod. 14. 13. & 20. 20. Joel. 2. 21, 22. &c. Vide & Mat. 9. 2, 22. & 14. 27. &c [o].) *dicamus*, Er. &c. Cum Davide Psal. 118. 6 [p]. ¶ *Dominus mihi adjutor*; vel, *auxiliator est*, Pi. vel, *præsidium meum*, J. Cap. Βοηθός] Ex Lxx. In Hebræo est *Dominus mihi*, h. e. pro me. Idem sensus. ¶ *Non timebo quid faciat mihi homo*] id est, Quisquam hominum [q]; h. e. nè mali homines nobis noceant [r]: q. d. Aderit nobis Deus, ut suppeditando necessaria, quod membro præced. dixit, ità & arcendo injurias, &c †. Notanda hîc Antithesis *Dei* & *hominis* [t]. Par sententia Psal. 56. 4. ubi pro *homine* dicitur *caro*, ut meliùs significetur ejus infirmitas. Nec longè abit id quod habemus Psal. 27. v. 1 [v]. Bene autem hoc optat Scriptor noster Hebræis illis Christianis, qui ob religionem sæpe ab improbis exuebantur suis facultatibus, suprà 10. 34 [x].

7. *Mementote*, &c. Μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν] Ἡγούμενοι, אלופים in V. T. sunt *populorum*, aut *exercituum*, *duces atque principes* [y], aut *rectores* quilibet, ut Eccles. 9. 22. & 10. 2, 24. 1 Macc. 13. 8, 42. Hi quales sint, ex contextu judicandum. Tribuitur hoc nomen Christo, Matth. 2. 6. Apostolis, Luc. 22. 26. Judæ & Silæ, Act. 15. 22 [z]. Intelligit h. l. ministros verbi [a], pastores, gubernatores [b], doctores [c], antistites Ecclesiæ, qui aliis præeundo viam monstrant [d]; sacerdotes, fidei ductores [*], ut mox explicat [f]; Episcopos [g], Apostolos [h]. Loquitur autem de iis qui jam obierunt, ut ostendunt sequentia [i]. Hoc nomen optimo jure aptatur iis qui apud Christianos κατ' ἐξοχὴν tum πρεσβύτεροι, tum ἐπίσκοποι, dicuntur; quorum munus est, non tantùm præesse Presbyterio, sed & κοπιᾶν ἐν τῷ λόγῳ, 1 Tim. 5. 17. quale apud Judæos fuit, & nunc est, munus τῶν ἀρχισυναγώγων. Sic & in Epistola Clem. ad Corinth. bis ponuntur, ἡγούμενοι, deinde πρεσβύτεροι [k]. ¶ *Qui vobis locuti sunt*, &c.] id est, Qui mysteria Dei vobis fideliter dispensârunt [l], in diversis oppidis; fortè etiam diversis temporibus, cùm mortuis alii successissent [m]. ¶ *Quorum*, &c. Ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς, &c.] *Quorum intuentes* (vel, *contemplantes*, Be. *considerantes*, Er. Il. Ti. P. Pi. E. etiam atque etiam, ad verb. *reconsiderantes* [n]. Vox significat iteratam & priùs intermissam considerationem [o].) *exitum* (vel, *eventum*, Ca. *finem*, Tre. vel, *modum*, ut *exitus mortis* sunt *modi mortis*, Psal. 68. 21. ubi dicta vide [p]. Vel, *qui*, sive *quis*, *fuerit exitus*, Er. Il. Ti. P. Jun. Be. Pi.) *conversationis*, (vel, *morum*, id est, quales efficiantur eorum mores quorum causa sit fides [q]: quomodo totâ conversatione suâ ad finem usque testatam fecerint fidem & integritatem suam in doctrinâ [r], quam & sanctâ conversatione commendârunt, & morte ac sanguine suo obsignârunt; & quem sortiti fuerint exitum conversationis †, honestissimum scilicet & sanctissimum [t]. *In animum vobis revocate ipsorum* ἀναστροφὴν, i. e. *vivendi rationem ac modum*. Habes hanc vocem Gal. 1. 13. Eph. 4. 22. 1 Tim. 4. 12. Jac. 3. 13. Sanctitatem in omni vita exhibuerunt, & in ea perstiterunt ad mortem usque, quæ est vitæ hujus ἔκβασις, sive καταστροφὴ, & Latinis *excessus* dicitur. Hebræis דרכיהם. Hanc sanctitatem per fidem acceperant atque servaverant: quare videte eandem fidem retineatis, ut par sit & vester exitus [v].) *imitamini fidem*, Mo. &c. Fideique constantiam [x], atque patientiam [y]. Hæc vera Martyrum & Apostolorum memoria non ut illos invocemus, sed ut imitemur [z].

8. *Jesus Christus herì*, &c. Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, &c.] *Herì* (sub. *fuit*, V.) *& hodie idem* est, *& in secula*, Be. Pi. &c. Futura scilicet [a], atque præterita [b]. Sed hæc phrasis in Scriptura futura tantùm spectat [c]. De Christo hîc loquitur, vel, 1. secundùm Deitatem; quâ *idem* est & *herì* [d], i. e. ab æterno, *& hodie*, &c [*]. Idem hîc dicitur quod Apoc. 1. 4 [f]. Verùm ut *cras* de tempore non longè Futuro, ità *herì* de tempore non longè Præterito, in Scriptura dici solet. Vel, 2. secundùm humanam Christi naturam; vel, de persona Christi sine determinatione naturæ [g]. Pertinet hoc ad confirmationem, tum, 1. sequentium; q. d. Cùm Christus sit semper *idem*, Christi discipulos non decet *circumferri doctrinis variis*, &c. tum, 2. antecedentium [h]: [de quo mox dicendum. Sensus est,] Christus semper idem est, tum in seipso, tum in omnes, virtute, veritate, & operatione; & proinde verus & æternus Deus, nam identitas essentiæ ex identitate actionum effectionúmque rectè colligitur [i]. Christus, in quem credidistis, non est alius, non subinde mutatur [k]: sed idem semper manet ratione, vel, 1. adjunctæ doctrinæ, & fidei; q. d. Christus unicum est, constans, ac perpetuum veræ doctrinæ salutaris fundamentum, in quo acquiescere nos decet [l]; nec alius Christus expectandus est [m]. Debetis ergò eandem perpetuò tenere doctrinam [n], fidémque quæ erat nostrorum antecessorum [o]; nec aures præbere magistris alia docentibus ||. Hebræos à studio Rituum avocat ad solum Christum, qu. d. Veteres etiam Judæi salutem consecuti sunt à solo Christo, qui idem semper est, qui & nunc Servator est, & olim fuit, & in æternum futurus est [p]. Vel, 2. conservationis [q]. *Idem est*, i.e. sibi similis: sicut dicimus, —*Rex Jupiter omnibus idem*. *Qualis herì*, id est, tempore Præpositorum vestrorum, talis & nunc est, & erit semper. Nam *herì* Præteritum tempus significat, ut Exod. 5. 7, 14. Esa. 30. 33. Sirac. 38. 22 [r]. Æquè potens est ac beneficus, erga suos †. Sicut illos juvit [t], docuit, & docentes rexit, & ambulantes duxit; vel potiùs, in ipsis docuit ambulavítque ad finem usque, adeò ut tota ipsorum conversatio, illiúsque exitus, nihil aliud sit quàm pura & singularis actio Christi viventis in ipsis [v]: sicut illos ad mortem usque spiritu suo fulsit, sic & vos fulciet, si faciatis quod vestrum est [*]; vobis adjutor erit [y], exitúmque salutarem tribuet [z]. Vos igitur imitamini illos [a], freti eo ipso Imperatore ac Duce [b], ut eadem cum ipsis bona, cœlestia scilicet, consequamini [c]: Christus enim eodem animo affectus est erga omnes confessores nominis sui [d].

9. *Doctrinis*, &c. Διδαχαῖς — μὴ περιφέρεσθε] *Doctrinis variis*, (id est, divisis & inter se dissidentibus [*]; vel *variis*, ut sunt quæ Legis doctrinam cum simplicitate Christi confundunt [f].) *& peregrinis*, (i.e. forinsecùs advectis, sive adventitiis, & à doctrina domestica, Ecclesiastica, Apostolica, alienis [g]: vel, doctrinis gentium inter quas Judæi dispersi erant [h]. Tangit Judaicas doctrinas [i], quæ erant primùm *variæ* à Samea & Hillele, non concordes, quales illæ Apostolorum; deinde *peregrinæ*, i. e. novæ, nuper repertæ, non ex ipsis verbis Legis aut perpetuo usu. Vide ad Mat. 15. 9. Sic ξένα δαιμόνια Act. 17. 18. *nova, antehàc incognita* [k]. Al. Errores & hæreses vocantur *doctrinæ*, tum *variæ*, quia sicut à puncto ad punctum una tantùm est recta linea, multæ autem tortuosæ; sic veritas fidei est una, hæreses ad ea deviantes sunt multæ [l]: tum, *peregrinæ*, quia, peregrinorum instar, nuspiam consistunt [m].) *nè circumferamini*, P. Ti. Mo. Er. Il. Be. Pi. vel, *circumagamini*, E. sicut naves fluctibus ac ventis [n]. Significat temere moveri, & huc illuc fluctuare: quod accidit eis quibus non est unum aliquid in animo fixum [o]. Περιφέρεσθαι est *agitari*, ut Eph. 4. 14. Judæ v. 12. Prov. 10. 23. Ecclesiastici 7. 7. ὅτι ἡ συκοφαντία περιφέρει σοφόν. Hesychius, περιφορὰ, πλάνη, id est, *oberratio* [p]. Al. *Nè vacilletis*, Ar. *nolite ferri*, Ca. *nè abducamini*, Tre. ex Sy. sic Vulg. Nonnulli legunt παραφέρεσθε [q], ut MS. &, ut videtur, Latinus & Syrus [r], quod est *perperàm & in diversum moveri* †; item *errare*, sive *verum prætervehi* [t], ut in Platone; & *insanire*, quomodo ea vox sumitur 1 Sam. 21. 13 [v]. Sed prior lectio veterum est Græcorum ab iisdem diligenter exposita [x]. ¶ *Optimum*, &c. Καλὸν — βεβαιοῦσθαι, &c.] *Bonum enim est gratiâ* (sub. *Dei*, Pi.) *constabiliri cor, non cibis*, Be. Pi. &c. i. e. non cibis sacrificalibus [y]: vel, non distinctione ciborum Mosaicâ [z]; sub qua synecdochicè designat doctrinas illas varias & peregrinas [a], vel, omnem cultum ceremonialem [b], festa & sacrificia Mosaica hâc voce significata, Rom. 14. 17. 1 Cor. 8. 8. Col. 2. 16. Heb. 9. 10 [c]. A genere descendit

l G. || Rib. m Ger. n G. Ger. o G. p Pi. sic G. q G. r Me. sim. E. † E. t Be. v G. x G. sim. Ham. y G. z Ham. a Jun. b Pi. c Pi. Ger. d Ger. * Me. f c er. sim. Me. g E. Me. Ham. h Me. sic E. i G. sim. E. Ger. k G. l Jun. m G. n E. o E. Cer. p Di. q Ca. r Jun. † E. t Me. v G. x E. T. sic Ham. y T. z J. Cap. sim. Ee. a E. b Q. in E. c E.

d Q. in E. * J. Cap. sic Q. in E. f J. Cap. g E. h J. Cap. i Jun. k E. l Gom. m Chrys. & Th. in Zeg. n Ca. sim. E. o J. Cap. || E. p Cam. q Q. in Gom. r G. † Me. t E. v Jun. * G. y E. z Q. in Gom. a Jun. sic E. Me. b Jun. c Me. d Pi. * E. sic Me. f Jun. g E. sim. Me. h Jun. i G. sim. Ham. k G. l L. sim. Aquin. in Ger. m Ger. n Idem. o E. p G. q Q. in E. r G. † E. t G. sic E. v G. x E. y Q. in E. z J. Cap. sim. E. Me. Be. a Jun. b Be. sim. J. Cap. E. c Ham.

descendit ad certam speciem, unúmque variarum doctrinarum exemplum Hebræis accommodatum [d]. Ostendit, firmitatem & fiduciam cordis non cibis, sed gratiâ, ingenerari *. Al. Commendat ut suprà αὐτάρκειαν. Nam multi à Christianismo abducebantur eò quòd res angustas ferre nequirent. Epulæ, quæ ex divitiarum affluentia facilè nascuntur, dicuntur *cor fulcire*, i. e. vires corporis. Vide Gen. 18. 5. Psal. 105. 16. Ezec. 4. 16. & 5. 16. & 14. 13. At verò *gratia fulcit cor*, i. e. animum, contra tentationes, Rom. 1. 11. & 16. 25. 1 Cor. 1. 6, 8. 2 Cor. c. 1. v. 21. Col. c. 2. v. 7. &c[f]. Per *gratiam* hîc intelligit, vel, 1. regenerationem, & spiritualem Dei cultum, ceremoniali oppositum [g]; sanctitatem & probitatem, sine qua facilè fit jactura fidei [h]; fidem [i], gratiam justificantem [k], favorem Dei [l]; vel generatim [m], dona Spiritûs per Dei bonitatem data [n]; interna ac spiritualia Dei dona, quibus homines sanctificantur, i.e. fidem, spem, charitatem, cœterásque virtutes. Vel potiùs, 2. gratiam Christianismi [o], sive doctrinam gratiæ [p], fœdus Evangelicum *; doctrinam Christianam fide susceptam, quam *gratiam* appellavit, suprà 12. 28 [q]. Evangelium, quod sæpe *gratia* dicitur, ut Joh. 1. 17. Act. 13. 43. & 14. 3. & 15. 11. Rom. 1. 5. & 6. 14. Gal. 2. 21. & 5. 4. Col. 1. 6. Tit. 2. 11. 1 Pet. 1. 13. & 5. 12. & *Evangelium gratiæ*, vel, *verbum gratiæ*, Act. 20. 24, 32 [r]. Dicit hîc, multò melius esse, si cordis stabilimentum quærant in gratia Dei quam Christus attulit, quàm si in cibis, &c. Hi enim cor non stabiliunt, quia Lex non justificat. In illa verò stabile bonum animæ suæ invenient †. ¶ *Unde*, &c. Ἐν οἷς οὐκ ὠφελήθησαν οἱ περιπατήσαντες] In MS. περιπατοῦντες· ità ut ὠφελήθησαν sit ἀόριστος pro Præsenti tempore positus. Nunquam ad pietatem proficiunt, qui, necessariis non contenti, epulis & similibus deliciis student. Notat illos Judaismi Magistros, quos ipsa opera prodebant, Rom. 16. 18. Phil. 3. 19. Tit. 1. 12 [t]. De lautitiis epularum hîc loquitur, quas sectabantur Nicolaitæ; quas hîc prodesse negat, quia prostrati sunt in deserto qui delicias istas appetiverunt, Num. 11. 33 [v]. Sed præstat hæc de cibis legalibus accipere [x]: quod & sequent. meliùs congruit [y]. *Quibus* (vel, *In quibus* discriminandis, Jun.) *non sunt adjuti* (vel, *Quæ non profuerunt his*, Er. Ti. V. *Unde nullam perceperunt utilitatem*, Be. Pi. nempe quoad stabilitatem conscientiæ, verámque sanctitatem [z]: non justificârunt comedentes, nec mentibus eorum robur gratiæ addiderunt [a].) *qui in ipsis versati sunt*, P. Pi. Jun. Er. &c. sive, *ambulârunt*, Be. E. i. e. vitam egerunt, consenuerunt, in talibus multùm & assiduè versati sunt [b]; in iis scrupulosè & superstitiosè plurimùm occupati [c], putantes in his positum per se Dei cultum [d]; vel, qui eorum delectum habuerant *, istis plurimùm & tenaciter addicti [f].

10. *Habemus altare, de quo edere* (vel, *edendi*, Be. Pi.) *non habent potestatem* (vel, *facultatem*, E. vel, *jus*, Be. Pi. sim. E.) *qui tabernaculo deserviunt*] Sic Er. Il. Ti. P. Pi. &c. vel, *ministrant*, Tre. ex Sy. *cultum præstant*, Be. i. e. Sacerdotes, ideóque nec populus utens sacerdotum ministerio [g]; vel, qui Legi inhærent [h], & in ea justitiam quærunt [i]. Egregiè dictum, *Servimus nos quoque Tabernaculo*, i.e. Ecclesiæ per Tabernaculum figuratæ. Sed illi qui veteri Tabernaculo serviebant, *edebant*, i. e. opipare epulabantur, *de Altari*, sive de victimis, Levit. 7. Noster cultus nobis tales epulas & delicias non suppeditat. *Edere* sæpe significat usum rerum talium supra necessitatem: ut 1 Cor. 10. 7. & 15. 32. Licet & Christianis Pastoribus *vivere ex Evangelio*, 1 Cor. 9. 14. Sed *vivere*, non deliciari. Vide 1 Tim. 6. 8 [k]. *Altare* hîc est Sacerdos, vel sacrificium oblatum super altare, & per illud sanctificatum. Phrasis hæc legalis est. In quibusdam Legis sacrificiis pars Deo cedebat, pars Sacerdoti, pars quoque populo illa afferenti. Ut autem soli Judæi jus habebant edendi de suis sacrificiis, ità soli Christiani de suis [l]. Ut in V. T. qui Tabernaculo serviebant, jus non habebant edendi de hostia illa expiatoria anniversaria, Num. 19. 5 [m]. ità in N. T. de Christo non comedunt, qui cultui ceremoniali, Christo exhibito, serviunt [n]. Christianis ergò necessariò relinquenda est Lex Mosaica [o], nec licet eis doctrinas varias aut ceremonias Legis adhibere [p]. Per *altare* hîc intelligit, vel, 1. mensam Dominicam, ex qua Christi corpus & sanguinem sumimus [q]; vel, 2. cultum, per Metonymiam. Vide 1 Cor. 9. 13. Erat enim in cultu Judaico præcipua pars illa quæ circa Altare victimarum versabatur [r]. Vel, 3. victimam †, per Metonymiam [t]; vel, per Synecdochen continentis pro contento, ut 1 Cor. 9. 13. & 10. 14 [v]. ut percipitur ex sequentibus [x]. Quæ victima est Christus [y], in ara crucis oblatus [z]; qui est Pascha nostrum pro nobis immolatum, 1 Cor. 5. 12 [a]. Huic expositioni favet, tum 1. collat. v. 12. ubi *extra portam passus*, i. e. in cruce oblatus, dicitur: tum, 2. quòd toties hîc per Antithesin comparatur sacerdos ministrans Tabernaculo, cum Christo offerente seipsum in cruce. De hoc Altari edimus, dum salutem ex cruce Christi percipimus [b]. Qui autem legalia custodiunt, non habent partem in efficacia Passionis Christi [c].

11. *Quorum*, &c. Ὧν γὰρ εἰσφέρεται — περὶ ἁμαρτίας — ἔξω τῆς παρεμβολῆς] Quod dixerat v. præced. probat non ex Antithesi veteris legis & novæ, ut poterat, sed ex ipso Mose [d]. Hoc, ait, quod dico figuratum fuit in die illo solenni τοῦ καθαρισμοῦ (*expiationis*) in quo summus Sacerdos eximiè personam gessit Christi, ut suprà fuit ostensum *. *Quorum enim animalium* (nempe vituli & Hirci [f], qui offerebantur pro peccatis Pontificis & totius populi [g], in die illo Propitiationis [h]:) *infertur sanguis pro peccato* (Intellige *populi*, quanquam, nè quid omittam, absunt hæ voces in MS [i]. *Pro peccato*, sacerdotis, vel etiam, multitudinis, in qua comprehenditur sacerdos [k]. Vel, *in sacrificium pro peccato*, Ham.) *in sancta* (i. e. in Sancta Sanctorum [l]. Breviloquentia [m].) *per Pontificem*, (cui uni patebat aditus ad illa [n]:) *cremantur extra castra*, Vulg. sic Mo. Pi. &c. scil. dum vixerunt in castris in deserto [o], postea verò extra urbem Jerusalem [p]. *Castra* olim erant pro urbe, & quicquid tunc non licebat fieri intra castra, id postea non licuit intra urbem. Sic Moses Maimonides. Confer Levit. 24. 14, 23. Jos. 7. 24. cum Act. 7. 58 [q]. *Cremabantur*, inquit: Non ergò comedebantur à Pontifice [r]; à Levitis & sacerdotibus, qui in V. T. tabernaculo deserviebant †. Qui ergò adhuc veteri legi deserviunt, non possunt edere de nostro sacrificio. Vis consecutionis est in correspondentia figuræ & figurati [t]. Al. Duo hinc infert μυστικῶς, Non mirari debere Christianos non modò si rerum affluentiâ careant, verumetiam si rebus necessariis ad tempus aliquod destituantur: quod Apostolis non rarò evenit, ut videre est 1 Cor. 4. 11. 2 Cor. 11. 27. Deinde si interdum etiam expellantur ex urbibus: quod itidem Apostolis evenit, Act. 13. 50. & 16. 37. & alibi, cùm tamen Apostoli veriùs peccata expiarent quam Hircus ille & Vitulus. Hæc valde apta sunt ad solandos Christianos Hebræos in malis quæ tum ferebant [v].

12. *Propter quod* (scil. Ut illum typum impleret [x]; vel, quia Lex jusserat ut talium victimarum corpora ibi exurerentur [y]:) *& Jesus, ut sanctificaret* (i. e. emundaret à peccatis, Deo reconciliaret ac consecraret [z]. Ἁγιάζειν hîc sumitur ut suprà 10. 29 [a].) *per suum* (vel, *proprium*, Be. Pi.) *sanguinem populum*, (nempe suum [b], Israeliticum, ad quem solum factæ fuerant promissiones [c]; non tamen exclusis gentilibus, ut ex aliis Scripturæ locis constat [d]: vel, cœtum electorum *. Sensus, q. d. Ut eo signo testificaretur, se esse sanctificatorem nostrum [f].) *extra portam* (Urbis Hierosolymæ [g], i.e. extra civitatem: ubi sontes plectebantur. Vide Levit. 24. 14. Num. 15. 35. Deut. 17. 5. Jos. 7. 24, 25. Luc. 4. 29. Act. 7. 58 [h].) *passus est*] Eo ritu & declarabantur sontes alieni à communione mundorum & sanctorum, atque populi Dei [i]; & horror ac detestatio peccati excitabatur in animis Hebræorum [k]. Sicut vos ex urbibus ejicimini, sic & ipse, [Christus] priusquam mortem obiret, ex Urbe ejectus est. Habetis etiam in hoc malo illum ἀρχηγόν [l].

13. *Exeamus igitur* (Quod dixit quâdam allegoriâ convertit ad exhortationem [m]. Affert causam tropologicam ejusdem ceremoniæ [n].) *ad eum* (affectu scilicet [o]:) *extra castra*] Tum, 1. legalium ceremoniarum [q], eas deserentes [r]; tùm, 2. mundanarum voluptatum †: renunciantes iis omnibus quorum typus erat Israelitarum in deserto castrametatio. Ea verò figurabat, 1. totam multitudinem eorum qui in Mosaicis aliisve

Marginal notes, left column: [d] E. * J. Cap. [f] G. [g] Be. ex Calv. [h] Me. [i] Græci in E. [k] Aquin. in E. [l] V. [m] E. [n] G. [o] E. [p] Jun. * J. Cap. [q] E. [r] Ham. † E. [t] G. [v] Q. in E. [x] E. ex Aquin. [y] E. [z] Idem. [a] Me. [b] E. [c] Jun. [d] Be. * V. [f] J. Cap. [g] E. [h] Me. sic Jun. Ger. Law. [i] Ger. [k] G. [l] Law. [m] Gom. [n] Gom. sim. Jun. [o] E. [p] Jun.

Marginal notes, right column: [q] Q. in E. [r] G. † Ger. Pi. [t] Pi. [v] Ger. [x] Pi. [y] Ger. sim. Jun. Pi. E. Be. Zeg. J. Cap. [z] Ger. E. [a] Pi. [b] E. [c] E. ex L. sim. Jun. J. Cap. [d] E. * G. [f] J. Cap. sic E. G. [g] Me. sim. E. [h] J. Cap. sim. G. E. [i] G. [k] E. [l] J. Cap. sic G. Me. E. [m] G. [n] J. Cap. [o] Me. sic E. [p] Me. [q] G. [r] E. Ger. † Gom. [t] E. sim. Ger. Gom. [v] G. [x] Ger. sim. E. Me. T. [y] Jun. [z] Ger. [a] G. [b] J. Cap. [c] E. Ger. [d] Ger. sim. E. * J. Cap. [f] Jun. [g] E. Ger. T. [h] G. ex Tertul. J. Cap. [i] J. Cap. sim. Be. [k] J. Cap. [l] E. [l] G. [m] E. [n] Me. [o] J. Cap. [q] T. [r] Zeg. † T. Me.

aliísve externis ritibus salutem quærebant. 2. mundum hunc rebus corporeis & umbratilibus addictum. 3. corpus nostrum, *tabernaculum* dictum 2 Cor. 5. 4. 2 Pet. 1. 14[t]. [Al. Sensus, q. d.] Nè nos pudeat ex urbibus ejici. Dixit autem παρεμβολῆς, quia Mosis tempore, cùm illud sacrum solenne institutum est, castra erant urbis vice, imò urbs temporaria. Et multæ nunc quoque urbes à castris cœpere, & *castrorum* habent nomen[v]. Sensus, Christum imitemur[x], & faciendo & patiendo quæ ipse fecit & passus est[y]. Τοίνυν hîc initio positum, quod nusquam alibi legere memini †. Ego verò memini, ut apud ό. passim, & in Proclo in Euclid. p. 36. Max. Tyr. p. 6. &c ‖. ¶ *Improperium* (vel, *Probrum*, Be. Pi.) *ejus* (qui scil. extra portam passus est ; quod ignominiosum erat[z]: i. e. Ignominiam, aliáque incommoda crucis Christi[a]; vel, qualia passus est Christus, crucem, irrisionem, &c[b]. vel, has contumelias quas ferimus [vel] ad ipsius exemplum[c]; vel, pro ejus nomine, ut Mat. 5. 12. vel, nomen Christiani, quod probrosum erat, 1 Pet. 4. 16[d].) *portantes*] Similis locutio Heb. 11. 26*. nisi quòd ibi de figura rei futuræ, hîc de imitatione rei exactæ, agitur[f].

14. *Non enim* (γὰρ hîc referendum non ad proximè præced. sed ad exitum extra castra ; ad quem ideo hortatur :) *habemus* (nos scil. Christiani[h]. Si hoc veteres illi Patriarchæ dixere, suprà 11. 13. multò magis hoc nobis convenit, quibus nihil certi est. Semper. ἀσατοῦμεν, 1 Cor. 4. 11[i].) *hîc* (i. e. in hoc mundo[k] :) *manentem* (h. e. fixam ac stabilem[l] :) *civitatem, sed futuram* (i. e. quæ nobis in futuro promittitur[m], & possidebitur[n]; i. e. non terrenam Jerusalem, ut illi[o], sed supercœlestem[p], quæ per terrenam significabatur, Heb. 11. 16. & 12. 22. Phil. 3. 20[q].) *inquirimus*] i. e. Ad eam tendimus[r], & properamus †, ardenti desiderio, ut verbum ἐπιζητεῖν notat[t]; tanquam peregrini semper ad patriam aspirantes[v]. In eam [urbem] pervenit Christus foras exiens. Ad eum igitur exire necesse est, & omni operâ contendere, ut ipsum apprehendamus[x]. Est anagogica interpretatio istius ceremoniæ. Significat, affectu hinc exeundum, & ad Jerus. cœlestem desideria nostra erigenda[y]. Ità fiet ut non multùm turbemur, sive opprobriis civium terrenæ Jerus. sive damnis rerum temporalium[z].

15. *Per ipsum* (scilicet Christum tanquam Pontificem, & mediatorem nostrum[a]; sine quo nihil à nobis oblatum Deo gratum esse poterit[b]. Al. δι' αὐτοῦ, i. e. *secundùm Christi præcepta*, ut infrà v. 21[c].) *ergò offeramus* (q. d. Nos etiam aliquid, exemplo Christi, Deo offeramus. A sacrificiis carnalibus eos paulò antè revocavit, nunc invitat ad spiritualia[d].) *hostiam laudis* (i.e. hymnos, Psalmos*, & gratiarum actiones[f]; pro beneficio suprà memorato, quòd scil. per sanguinem Filii sui nos sanctificavit[g]. Omne quod Deo offertur θυσία rectè dicitur, ut Levit. 2. videre est. Θυσία αἰνέσεως תודה, Levit. 7. 12, 13, 15. Neh. 12. 31, 40, 46. Psal. 50. 14, 23[h]. Sacrificiis V. T. hîc opponit sacrificia, non expiatoria & meriti, qualé Christi solius est ; sed eucharistica[i]. *Sacrificium laudis* hîc vocat eleemosynas semper, & inprimis, cùm Eucharistiam celebramus, offerendas[k].) *semper* (non per intervalla, ut sacrificia Mosaica[l] :) *Deo*] Cui soli sacrificandum[m]. Ἀναφέρειν est רום, unde תרומה[n]. Ἀναφέρωμεν, *attollamus*, sursum videlicet, ad Deum perventurum. Alludit ad veterem ritum, quo victimæ ad altare adducebantur[o]. ¶ *Id est, fructum* (i. e. qui fructus est[p] :) *labiorum confitentium* (Bene ὁμολογούντων· nam הודה non minùs ἐξομολογεῖν transfertur quàm αἰνεῖν, & תודה non minùs ἐξομολόγησις quàm αἴνεσις. Vide Mat. 11. 25. Luc. 10. 21. Rom. 14. 11. & 15. 9. Phil. 2. 11. Apoc. 3. 5[q].) *nomini ejus*] i. e. Laudantium, vel celebrantium Deum, sive nomen Dei[r], ob accepta beneficia †. Offerebant verba gratias agentia etiam Israelitæ in Tabernaculo & Templo. At Israelitæ illi deportati à Thiglathpelassaro in loca longinqua, cùm victimas offerre non possent, offerebant sola verba, ideóque puriùs quàm olim cum victimis. Id non figura tantùm, sed & præparatio quædam, fuit ad Evangelium. Vide Dan. 9. 27. Mic. 6. 7, 8. Joh. 4. 24. Rom. 12. 1. 1 Pet. 2. 5[t]. Alludit ad legales oblationes, q. d. Pro fructibus terræ, quorum jam cessat oblatio, *fructum* offeramus *labiorum*. Sic vocat hostiam laudis, quia labiis, tanquam fructus, redditur ; quomodo *fructus terræ* vocantur fruges quas terra reddit, & *fructus manuum*, Prov. 31. pecunia quam manus lucrantur & quasi proferunt operando[v]. [Illud καρπὸς χειλέων] sumptum ex Ose. 14. 3[x]. At ibi est פרים *vitulos labiorum*[y]. [Quod non uno modo expediunt :] 1. Græci פרים ibi sumpsere à פרי, non à פר[z]: vel, ibi legerunt פרי[a]. 2. Sensus utrobique idem, *vitulos* enim *labiorum* vocat quæcunque sacrificia labiis nostris vovimus, Deut. 23. 23. Psal. 66. 13, 14. quomodo & *voluntas labiorum* vocatur petitio labiis pronunciata. Porrò alludit tantùm Apostolus ad locum Prophetæ, ut mirum non sit si sensu paulùm diverso utatur[b]. 3. Sensus planè idem. Nam καρπὸς, *fructus*, eo loco pro *oblatione* ponitur[c], ut in Græca versione κάρπωσις, κάρπωμα, ὁλοκάρπωσις, ὁλοκάρπωμα pro *sacrificio* & *holocausto* passim occurrunt[d]. Quæ cùm è juvencis plerumque fierent, rectè פרים eâ voce exprimi possit*. Metaphoram illam, quæ durior videri poterat, Lxx hâc phrasi emollierunt, quam & Apostolus, ut notiorem iis quibus scribebat, Hellenistis scilicet, usurpare voluit[f].

16. *Beneficentiæ*, &c. Τῆς εὐποιΐας καὶ κοινωνίας, &c.] Εὐποιΐας hîc ad Facta refertur. In Glossario, εὐποιΐα, *meritum, beneficium*. Pollux vocem esse dicit minùs usitatam. Sed bene respondet Rabbinico טבות. Κοινωνίας refertur ad Pecunias, & ea quæ pecuniis comparantur. Vide Act. 2. 42. Rom. 15. 26. 2 Cor. 8. 4. & 9. 13. Quæ hîc nominat Dilectionis officia respiciunt Hebræorum victimas ταλειῶς, שלמים[g]. *Beneficentiæ verò & communicationis* (cum Sanctis[h], id est, beneficentiæ ex Sanctorum communione proficiscentis, ἐν διὰ δυοῖν[i]. *Beneficentiæ*, per quam omnia charitatis officia quæ proximo impenduntur, præsertim ea quibus inopia ejus sublevatur, intelliguntur, conjungit κοινωνίαν[k], quæ est *beneficentiæ* organum[l]; quippe quâ res suas illi communes facit, Rom. 12. 13[m]. reputans se eas non sibi soli accepisse à Deo, sed in usum communem erogandas[n] :) *nè obliviscimini*, Be. Pi. &c. Ut suprà v. 2[o]. q. d. Ità vacate Pietati & Laudi ut Charitatem non omittatis[p]. ¶ *Talibus*, &c. Τοιαύταις——εὐαρεστεῖται, &c.] *Talibus enim victimis* (scil. laudis ac beneficentiæ[q], magis nempe quàm illis Legalibus[r], quibus has opponit Apostolus †.) *delectatur Deus*, P. Il. Be. Pi. vel, *beneplacet sibi*, Mo. *acquiescit*, V. *placatur*, vel, *conciliatur*, Er. V. E. G. sim. Ca. In Activo dicitur εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ, ut suprà 11. 5. Gen. 5. 24. & 39. Sed Græcorum mos est passiva formare, & cum Nominativo construere, non minùs ab activis Dativum quàm Accusativum regentibus[t]. Vel, *promeretur*, Vulg. Quod parum Latinum est[v]. Hæc interpretatio & barbara est, & falsa. Sic enim evertitur quicquid hactenus est de unica & nunquam repetenda Christi oblatione, &c[x]. Sed fallitur. Nec *barbara* est ; nisi Plinius sit barbarus, qui dixit, *quæ Cannis corona merita ?* 7. 28. Nec ulla ferme sunt verba quæ vocantur *Deponentia*, quæ non in sensu παθητικῷ & usurpari possint, & usurpata sint, à probis scriptoribus. Nec *falsa*. Oblatio [enim] Christi in hoc facta est ut nos acciperemus & cognitionem, & Spiritum per quem offeramus Deo pia facta ad ipsius exemplum. Honos ad auctorem redit[y].

17. *Obedite præpositis* (vel, *ducibus*, Pi. *ductoribus*, Be. J. Cap. ut suprà v. 7[z]. i.e. Pastoribus, ut quibus data est potestas ἡγεμονικὴ, non δεσποτικὴ, & ducendi, non cogendi, jus[a] :) *vestris*, &c. Καὶ ὑπείκετε] *Et subjacete*, Mo. vel, *auscultate*, Tre. ex Sy. *parete*, Er. Il. sim. Ar. Ca. Be. J. Cap. Non tantùm in iis quæ sunt doctrinæ Evangelicæ, sed etiam in iis quæ sunt regiminis[b]. Rectis eorum consiliis acquiescite. De pastoribus tantùm fidelibus loquitur, *qui vigilant*, &c[c]. Imò Episcopis sine exceptione parendum est, quomodo parentibus aut Dominis, duris licèt ac morosis, Eph. 6. 5. Col. 3. 20. 1 Pet. 2. 18[d]. Sed ut Regi & parentibus non absolutè parendum, sed tantùm si nil jubeant contra Christi præceptum, idem & Pastoribus faciendum*. Parendum eis secundùm Deum[f]. *Et concedite*, T. G. Er. V. i. e. Honorem exhibete qualem minores majoribus exhibent : nam & hoc per ὑπείκειν sæpe significant Græci[g]. *Et deferte*, Er. V. Plebs fidem atque obedientiam, ac

[t] J. Cap. [v] G. [x] E. sic Me. [y] E. † Be. ‖ Cas. [z] E. sic Me. [a] T. [b] Plerique in E. [c] G. [d] E. * G. sim. Pi. [f] G. [g] E. Ger. [h] E. [i] G. [k] E. [l] E. Me. Ger. [m] E. Me. sic Pi. [n] J. Cap. [o] G. [p] G. sic E. Me. [q] G. [r] E. Me. † T. [t] Ger. [v] E. [x] Jun. [y] Me. [z] E. [a] Me. sic E. Ger. Ham. [b] E. [c] G. [d] E. * Me. [f] Me. sic E. Gom. [g] E. ex Th. [h] G. [i] Gom. [k] Ham. [l] E. [m] J. Cap. [n] G. [o] Be. [p] Me. [q] G. [r] E. Me. Be. Pi. † Pi. [t] G.

[v] E. [x] G. E. [y] Ham. Poc. [z] G. [a] Plerique in Ham. [b] E. [c] BA. 1. 2. 41. 415. [d] BA. ib. sim. Ham. ex Poc. * Poc. misc. 4. 70. [f] J. Cap. [g] G. [h] Jun. [i] J. Cap. [k] Ger. sic E. [l] Ger. [m] Ger. sim. E. [n] E. [o] G. J. Cap. [p] J. Cap. [q] E. ex Aquin. & Græc. sic Be. [r] G. † E. [t] G. [v] E. [x] Be. [y] G. [z] Pi. G. [a] J. Cap. Calv. [b] G. [c] Calv. [d] E. * Cam. [f] Jun. [g] G.

ac simul honorem, sive reverentiam, pastoribus habeat[h]; Cœca tamen eis non debetur fides. Si enim desciscant à verbo Dei, ab eorum fermento cavendum, Mat. 16. 6. Marc. 8. 15. Luc. 12. 1[i]. Docent Interpretes Græci ex Mat. 23. 1, 2. obediendum quidem Episcopo, etiamsi moribus & vitâ perversus fuerit; non autem, ut addunt, si doctrinam fidei publicâ prædicatione pervertat. Nec mirum. Sic enim potestate seipsum exspoliat, ut qui Ecclesiæ hostem se declaret[k]. [Notent hoc illi Papicolæ, qui cœcam Pastoribus obedientiam deberi clamitant.] ¶ *Ipsi*, &c. Ἀυτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν——ὡς λόγον ἀποδώσοντες] In MS. non malè, ἀυτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὡς λόγον ἀποδώσοντες ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. Hæc per Parenthesin legenda. Nam quæ sequuntur directè cum antecedentibus cohærent [*]. *Vigilant* (i. e. vigilare debent[l], & ductores veri reapse vigilant[m]. Non dicit quid omnes faciant, sed quid boni[n]. De jure loquitur, non de facto[o]. Verbum ἀγρυπνεῖν curam & solicitudinem significant, quæ maximè in Episcopis requiritur[p]. Vel, *Excubant*, Be.) *enim pro animabus vestris* (sibi commissis[q]. Hîc habemus antecedentis præcepti, tum, 1. modum. Quandònam iis parendum? Cùm animabus nostris utilia, non damnosa, dant documenta. Tum, 2. rationem[r]. Æquum est illis pareri, & honorem haberi [†]; quia non sibi, sed nobis, serunt, & salutem nostram, non lucrum suum, quærunt[t]: noctе diéque soliciti sunt nostrî causâ. Obediunt milites ducibus suis, quia duces pro militum temporaria salute soliciti sunt: Quantò justiùs eis parebitur qui pro æterna nostra salute excubant[v]?) *tanquam rationem reddituri*, Pi. Be. &c. vel, *ut qui rationem reddere debeant*, G. dispensationis suæ[x], nempe Deo[y], in die judicii[z], siquid vos per ipsorum negligentiam peccetis. Vide Jer. 13. 20. Ezec. 3. 17. & seq. & 33. 2. & seq. Ἀποδιδόναι λόγον habemus & infrà 1 Pet. 4. 5. Significat autem ea locutio aut præmium referre aut pœnam, prout quis se gesserit[a]. Hæc est ἀνθυποφορά, simul & ad Pastores exhortatio[b]. Maximum periculum est, hominem de factis alienis rationem reddere, qui pro suis non sufficit[c]. Unde Chrys. dicit, *Miror an fieri possit ut aliquis ex rectoribus sit salvus*[d]. Rationem reddere coguntur qui alienas res dispensant. Tales sunt omnes Episcopi. Vide Act. 20. 28[*]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα——τοῦτο——μὴ στενάζοντες] *Ut cum gaudio* (i. e. alacritate quæ ex gaudio oritur[f]:) *hoc faciant*, (quod ipsis commissum est[g]. Τοῦτο hîc referendum, vel, 1. ad ἀγρυπνεῖν[h]. qu. d. Ut curam vestrî alacriter agant, & non gemant sub onere[i]. Mulcete eum laborem omnibus officiis & obsequiis, ut cum alacritate potiùs quàm cum dolore fungantur munere satis gravi, etiamsi à vobis nihil triste accedat[k]. Vel, 2. ad verba proxima, q. d. Ut reddant rationem Deo, securi de præmio suo, & non gementes, sive de suo periculo ob oves suâ culpâ pereuntes; sive de vestra damnatione, de frustratione gaudii ex fructu laboris sui[l]. Sensus non improbabilis, tum, ex collat. Phil. 4. 1. 1 Thes. 2. 19. 2 epist. Joh. 8. tum, quia allusio hîc fit ad dispensatores, à quibus dum exiguntur rationes suæ administrationis, culpari solent, si quid Domino perit[m].) *& non gementes*, Pi. vel, *suspirantes*, Be. Sensus, Ut voluntario & hilari animo talenta sua distribuant, quam ad rem plurimùm gregis sui obsequio & studio adjuvantur[n]. Στενάζειν dolorem, qui per gemitum indicari solet, significat. Vide de verbo στενάζειν, Rom. 8. 23. 2 Cor. 5. 2, 4. Doloris talis exempla habemus 2 Cor. 2. 3. & 12. 21[o]. ¶ *Hoc*, &c. Ἀλυσιτελὲς, &c.] *Id enim* (scilicet, ut gementes hoc faciant[p]:) *est* (vel, *esset*, J. Cap.) *vobis inutile*, Be. Pi. sic Er. Il. Ti. Mo. Ca. P. Tre. i. e. damnosum, sive perniciosum[q]. Λιτότης[r]. Minus dicit, plus intelligit [†]. Euphemismus est, quo graviora dissimulat, sed ità ut verbis levioribus innuat[t]. Vel, *non expedit*: sive, quòd signum hoc est inobedientiæ & perditionis vestræ, sive quòd Deus eorum gemitus exaudiet, & pro illis ulciscetur[v]. Vel, *non esset è re vestra*, Ca. Neque enim tam bene obeunt munus suum qui mœsto, ut qui læto, sunt animo. Et si illi rationem suæ negligentiæ debent Deo, etiam vos ingrati in ipsos animi[x]. Λυσιτελεῖν propriè est λύειν τὰ τέλη, id est, *vectigalia solvere*, indéque *prodesse*, *utilem esse*. Sophocles Oed. Tyr. 2. 3. divisim usurpat, φρονεῖν ὡς δεινὸν, ἔνθα μὴ τέλη λύει φρονοῦντι; *Quàm miserum est Scire, ubi non prodest Scienti?* Indè λυσιτελὴς, *utilis*, *fructuosus*[y].

18. *Orate pro nobis*] Tum privatim, tum publicè[z]. Sic & Col. 1. 3. & 4. 3[a]. Pro me Paulo, ex collat. v. seq[b]. Quanquam comprehendere hîc possit & fratres qui cum eo erant[c]. ¶ *Confidimus*, &c. Πεποίθαμεν, &c.] In MS. est πειθόμεθα, pari sensu. Constat, inquit, hoc vobis. Paria Paulus de se prædicat, Act. 24. 16. Et similem similis petitionis causam reddit Paulus, 2 Cor. 1. 11, 12. Merentur aliorum precibus adjuvari qui nihil non faciunt ut aliis prosint[d]; qui vitæ exemplis Ecclesiam ædificant. Talem se declarat Paulus, modestè tamen, Bene, inquit, mihi conscius sum, & confido me in ea re non falli. Certitudinem autem infallibilem hîc, ut & 1 Cor. 4. 4. sibi non vendicat[*]. ¶ *Confidimus* (vel, *Persuasi sumus*, Jun.) *enim nos bonam conscientiam habere*, Be. Pi. &c. Vide Act. 23. 1[f]. Non sum, ut dicunt quidam, apostata & hostis Legis, neque ex odio detraxi Legi Mosaicæ; sed veritatem sincerè docui ex præscripto Dei, solam ejus gloriam vestrámque salutem quærens[g]; Id facere debetis, ut pro amico, & de vobis bene merito, qui & omnibus prodesse voluit[h]. ¶ *In*, &c. Ἐν πᾶσι, &c.] Conjungendum hoc, vel, 1. cum præcedentibus. Docet se habere bonam conscientiam *inter omnes*, id est, non solùm inter gentiles; sed etiam apud vos, ut qui sciatis quàm sincerè egi, &c[i]. Vel potius, 2. cum sequentibus[k]. *Ut qui in omnibus* (sub. *rebus*, Jun. G. ex Sy. vel, *per omnia*, E.) *cupiamus honestè conversari*, Pi. Jun. sim. Be. P. Et quidem ex animo[l]. Ut nè cuiquam dictis aut factis meis ullum præbeam offendiculum, ut 1 Cor. 10. 33[m].

19. *Amplius* (id est, Hoc magis[n], & impensiùs[o]:) *autem deprecor*, &c. Παρακαλῶ, &c.] *Deprecor* (vel, *Obsecro*, Pi. &c. sub. *vos*, E. ex Vulg. Pi.) *hoc facere*, Mo. Vulg. id est, pro me orare[p]. ¶ *Quo*, &c. Ἵνα τάχιον ἀποκατασταθῶ ὑμῖν] *Ut citiùs*, sive *celeriùs*, *restituar vobis*, Pi. J. Cap. P. Be. Hebræis scilicet[q], vel Asiaticis[r]: vel, in Judæa morantibus [†], ad communem consolationem nostram, ut Rom. c. 1. v. 12[t]. Non enim apud vos inutilis ero[v]. *Restituar* autem, vel, 1. ex carcere & vinculis[x], de quibus Heb. 10. v. 34[y]. Sed tunc carceris mentionem fecisset, ut in aliis omnibus Epistolis quas è carcere misit. Vel, 2. à negotiis quibus detineor. Deus enim *dirigit hominis gressus*, Prov. 16. 9[z]. *Ut——revertar ad vos*, Tre. ex Sy. Ar. E. Hinc constat, Authorem hujus Epistolæ fuisse Hebræum, & proinde Clementem dici non posse[a]. Hoc autem Lucæ bene convenit, quia Syrus erat patriâ, unde facilis in Judæam excursus. Eò autem reverti cogitabat ubi per Italiam jecisset sementem Evangelii[b]. Al. Scripsit Paulus hanc Epistolam, idque in vinculis posterioribus[c].

20. *Deus autem pacis*] Scilicet auctor[d], & amator[*]. Sic Rom. 15. 33. Phil. 4. 9. &c. Hoc ideo addit quia videbat nasci inter eos discordiæ semina[f], & ut eis pacem & doctrinæ consensum inprimis commendet. Non ergò oportet vos à me, vel inter vos mutuò, de Lege & Sacrificiis dissidere[g]. Al. *Deus pacis*, i. e. qui pacem inivit nobiscum, eámque sanctissimè colit in Filio suo[h]. Al. Infensos sibi Judæorum animos placare studet, docens quàm grata Deo sit Pax & Concordia[i]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ ἀναγαγὼν——ἐν αἵματι, &c.] *Reducens*, vel *Qui reduxit*, (vel, *eduxit*, Jun. Vulg. vel, *sursum evocavit*, vel, *revocavit*, J. Cap. *suscitavit*, Me. E. sic G.) *de mortuis* (h. e. à morte ad vitam[k]. Simul intelligitur & evectus in summam potentiam, per quam suos tueri potest, & in hac quoque parte *Pastoris* officio fungi. Sæpe, cùm magni aliquid à Deo optatur, fit mentio *è mortuis excitati*, ut eò magis ejus potentiæ confidamus[l].) *pastorem* (qui & verbo pascit, & sceptro regit ad vitam æternam[m]. Est Christus *Pastor* noster, ut Joh. 10. 11. &, in mystico sensu, Ezec. 34. 23[n].) *ovium* (i. e. electorum[o], præcipuè[p], ut Joh. 10. quippe quos propriè pascit, id est, efficaciter vocat ad vitam æternam[q]; in genere tamen omnium Christianorum, quos Verbo & Sacramentis pascit[r], vel, hujus ovilis Ecclesiæ [†]. Obiter, cùm Christianos *oves* vocat unius Pastoris, commendat gregis concordiam[t].) *magnum* (*Magnus* hîc vocatur, sicut ἀρχιποίμην, 1 Pet. 5. 4[v]. tum, ad differentiam inferiorum

Marginal notes (left column): h Calv. i J. Cap. k E. * G. l J. Cap. sic E. m J. Cap. n E. o Ger. p Ger. ex E. q E. r J. Cap. † G. sim. J. Cap. t J. Cap. v G. x Jun. y E. G. z E. a G. b J. Cap. c E. ex Aquin. d E. * J. Cap. f G. g Jun. h Ger. Pisc. sique in E. i E. k G. l Q. in E. m E. n Jun. o G. p E. sic Camer. Jun. q Jun. Be. Pi. Ger. J. Cap. r Be. J. Cap. † Ger. t Jun. v E. x G.

Marginal notes (right column): y Sch. z T. a G. b Pi. sic E. c Pi. d G. * E. f Pi. g T. ex Chrys. & Th. h Me. i Græci in E. k E. l J. Cap. m E. n G. E. o E. Me. p E. q J. Cap. He. r J. Cap. † E. sim. J. Cap. t Jun. v E. x Ger. sic Pi. Q. in E. y Ger. z E. a E. ex Caj. b G. c Pi. d Me. Pi. * Me. sic G. f G. g E. h Jun. i J Cap. k E. l G. m Jun. n G. o E. ex Anselm. Ger. q E. r Ger. † E. G. v Ger. sim. E. G.

rum

rum Pastorum [x], de quibus antè mentionem fecerat [y]; tum, aliis rebus [z]; tum, eò quòd sanguinem pro nobis fudit, Joh. 10.15 [a]. Et hoc est quod dicitur, ἐν αἵματι pavit nos tanto affectu ut & sanguinem funderet, quod factum est ut sanciretur *fœdus* non temporale, sed *æternum*, semper duraturum, quomodo & *Sacerdotium* ejus, & *Redemptionem æternam*, suprà dixit [b] :) *in sanguine* (i. e. per sanguinem [c]; ut referatur hoc, vel, 1. ad ἀναγαγὼν, ut sensus sit, Christum resuscitatum esse [d], virtute ac merito sanguinis ipsius in morte effusi [*]; vel, 2. ad verbum subintellectum hoc modo, *Reduxit à morte pastorem ovium*, quas redemerat *sanguine* [f]; vel, 3. ad nomen ποιμένα, qu. d. Ideo Christus vocatur *Pastor magnus*, quia oves sanguine suo redemit [g]. Al. *cum sanguine*, ut sensus sit, Deum excitâsse Christum à morte, sed ità ut sanguis in morte fusus post resurrectionem adhuc vigeat [h]; vel, instructum *sanguine*, Jun. Pi. ut ἐν αἵματι ellipticum sit pro τὸν ἐν αἵματι, scil. ὄντα, vel, ἐρχόμενον, ut dicitur 1 Joh. 5.6 [i]. i. e. in sanguine suo, quo redemit Ecclesiam suam, tanquam recente adhuc & vivo [k] :) *testamenti*, sive *fœderis*, *æterni* (i.e. quo firmatum est Novum Testamentum [l]: quod *æternum* vocat, 1. ad differentiam V. T. 2. quia ei non succedit aliud [m]; 3. quia æterni Filii sanguine sancitum est [n]; 4. quia promissionem continet hæreditatis æternæ [o]; 5. quia æternam habet efficaciam [p]; fœderatos omnes efficaciter & æternùm Deo concilians, juxta Heb. 9. 12 [q].) *Dominum nostrum*, Mo. &c. Quæ verba Regium Christi officium astruunt; ut Propheticum describitur, dum *pastor*, &c. vocatur; Sacerdotale verò, quum *instructus sanguine*, &c. Atque hæc tria certissima fundamenta sunt petendorum, exspectandorum, & percipiendorum, omnium beneficiorum Dei [r].

21. *Aptet*, &c. Καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν, &c.] *Aptet* (vel, *Compingat*, i. e. omni ex parte aptos & idoneos reddat [†]. *Confirmet*, Ar. Æth. *Componat*, E. Zeg. *Ritè componat*, Ca. *Absolutos reddat*, Er. Il. Ti. P. E. *Perficiat*, Tre. ex Sy. Pi. E. Jun. *Coagmentet*, Zeg. tanquam unius corporis membra [t]. Καταρτίζειν habes pari sensu 1 Pet. 5. 10, Respondet Hebræo כון [v]. Vide 2 Cor. 13. 9, 11. Gal. 6. 1. 1 Thes. 3. 10. Significat & nos naturâ ineptos esse ad omne bonum opus, & aptitudinis perfectionisque nostræ, tam initia quàm progressus, in solidum Deo deberi [x].) *vos in omni opere bono*, Mo. E. Pi. &c. i. e. in omni genere bonorum operum secundùm vocationem vestram [y]. Vel, *ad omne opus bonum*, J. Cap. G. in quo genere præcipuum est Concordia, ad quam & Participium κατηρτισμένοι refertur 1 Cor. 1. 10. ἐν pro *ad*, quomodo ב Hebræum sumitur. In MS. additur ἐν παντὶ λόγῳ, *ad omnem sermonem bonum* [z]. Ad hanc *perfectionem*, &c. necesse est, tum, ut convenienter aptati & constituti sint ad omne bonum opus præstandum foris; tum, ut bonum finem in suis operibus præstandis habeant, sine quo opus bonum non est [a]. Aptat Deus homines ad benefaciendum, non exteriùs tantùm operando, sed & interiùs exhibendo, & voluntatem bonam immittendo [b]. ¶ *Ut* (Intellige, *præstans nimirum ut*, E.) *faciatis ejus voluntatem*] Præceptivam [c], ad quam nostra voluntas conformanda est [d]. Vide Eph. 6. 6. 1 Joh. 2. 17. Est explicatio ejus quod præcedit. ¶ *Faciens*, &c. Ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ] Quod breviùs, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, Rom. 12. 1. & 14. 18. Eph. 5. 10. Phil. 4. 18. Et ποιῶν construitur cum καταρτίσαι [*]. *Faciens*, sive *Efficiens*, (i. e. per gratiam suam efficaciter operans [f], & interiùs, ut notat ἐν ὑμῖν [g],) *in vobis* (Sic *Deus* dicitur *in nobis operari velle & perficere*, Phil. 2. 13 [h]. Facit autem hoc, tum, notitiam nobis dando promissionum suarum; tum, Spiritu nos excitando & roborando. Facere enim rectè & is dicitur qui faciendi causas dat. Et honos omnis effectuum redit εἰς τὸ πρῶτον αἴτιον [i], (ad primam causam.) Manifestè docet hic locus, gratiam Dei non ex eo efficacem censeri, quòd voluntas nostra per suum assensum sese accommodet vocanti aut suadenti Deo; sed efficacem esse per seipsam, & à seipsa, dum Deus potenti suâ operatione nos aptat, & in nobis efficit omne bonum, ideóque ipsum assensum & cooperationem voluntatis nostræ [k]. Hinc dicunt Patres, *Deum in nobis coronare opera sua* [l]. Ità tamen Deus *in nobis faciat*, ut id nos quoque faciamus, quia facit id per nos [m].) *beneplacitum* (vel, *quod gratum*, sive *acceptum*, *sit*, Er. Be. Pi. &c.) *coram se* (i. e. opera sibi placentia [n]:) *per Jesum Christum*, Mo. E. &c. i. e. per meritum Christi [o]; ut referatur ad verbum *faciens*. Optat enim ut Deus hæc in illis efficiat per Christum [p], quia nihil à Patre impetratur nisi per Filium [q]. Proxima causa quæ nos velut immediatè instaurat est Spiritus Sanctus. Sed *Christo* Paulus omnia tribuit, quia videbat sibi rem esse cum hominibus qui nihil, vel quàm minimùm, Christo tribuebant [r]. Nota hîc distincta Patris & Filii opera in nostra sanctificatione. Pater tanquam author, vel prima causa, describitur; Filius, velut Mediator, per quem omnia in nobis perficit [†]. Al. Hoc, Διὰ Ἰησοῦ, rectè construitur cum illo εὐάρεστον. Ea enim demum nunc Deo placent quæ fiunt secundùm Christi præcepta. Sic διὰ usurpat & Petrus, 1. 2. 5 [t]. ¶ *Cui* (Nempe, & Patri, & Filio [v]. Talis δοξολογία aliis locis ad Deum Patrem Christi, sed hîc ad Christum ipsum, referenda videtur, ut Apoc. 5. 12. Hîc finita fuit Epistola [x].) *est* (vel, *sit*, E. Pi. &c. Nam sensus Optativus magis congruit [y].) *in secula seculorum*] Locutio Hebræa, quam habes & Phil. 4. 20. 1 Tim. 1. 17. 2 Tim. 4. 18 [z]. Nam ut à Dei gratia omnia bona profluunt, sic ad Dei gloriam referri necesse est [a]. ¶ *Amen*] Vide Rom. cap. 16. ver. 27 [b].

22. *Rogo*, &c.] Quæ sequuntur Epistolæ jam finitæ subtexta sunt, ut apud Paulum sæpe. ¶ *Ut*, &c. Ἀνέχεσθε, &c.] סבלו [c]. *Sufferte* (vel, *Boni consulite*, Ca. G. Æquo libentique animo admittite [d].) *sermonem consolationis*, E. ex Vulg. & Chryf. &c. Sed hæc per se grata esse solet [*]: vel, *exhortationis*, Er. P. Pi. V. &c. *hujus*, Be. Pi. Sumpserat enim Paulus partes exhortantis ac docentis, idque præstiterat non sine aculeis reprehensionis [f]. Obsecrat ergò ut boni consulant hanc audaciam [g]. Vel, *monita*, quæ huic Epistolæ adjeci capitibus 10, 11, 12, 13. ¶ *Perpaucis*, &c. Διὰ βραχέων] Locutio est bene Græca, etiam apud Lucianum exstans. Subauditur ῥημάτων, quod adjecit Demosthenes [h]. *Per brevia* (vel, *Per pauca*, Val. Er. *Paucis*, Er. Ti. P. Ca. Be. E. *Brevibus*, P. Pi. Ar. sub. *sermonibus*, Ar. & sub. *de hoc*, Be.) *scripsi vobis*, E. Mo. &c. Brevis sermo minore cum molestia auditur [i]. Vel, *præcepi vobis*, ut Act. 15. 20. Larga se dabat materia; sed ego, quò minùs gravis vobis essem, quæ multis dici poterant in pauca contraxi [k]. *Perpaucis* dicit, vel, 1. si conferantur cum iis quæ vel dicturus erat si præsens fuisset, vel scripturus si illos discipulos idoneos habuisset [l]; vel, 2. respectu dogmatum de quibus agit [m], quæ sunt omnia V. T. mysteria [n], si spectetur rei argumentum & dignitas; vel, 3. si spectetis meum erga vos zelum & affectum [o].

23. *Cognoscite*, Γινώσκετε] *Scitis*, Er. V. J. Cap. Me. &c. Mallem, *Scitote*, quia Judæis transmarinis indicare voluit quod nondum sciebant [p]. ¶ *Fratrem nostrum*; id est, Collegam [q]. Τὸν ἀδελφὸν] In MS. erant literæ aliquæ detritæ: videbatúrque scriptum fuisse ἀδελφὸν ὑμῶν [forsan ἡμῶν, ob verba seq.] quomodo fuit & in exemplaribus quibus usi sunt Syrus & Latinus [r]. ¶ *Timotheum dimissum*, Ἀπολελυμένον] *Dimissum*, nempe, à me, ut pollicitus sum Phil. 2. 19 [†]. *Absolutum*, Mo. Ἀπολυθῆς τῆς μέμψεως Græcis est *absolvi à criminatione* etiam privata, sive accusatione forensi. Et forsan Timotheus aliquâ insigni criminatione aspersus est à Satanæ administris [t]. Al. *Solutum esse*, Er. Ti. P. Ca. Be. Pi. sic Tre. ex Sy. Vinculis scilicet [v]: in quibus alicubi fuit, licèt id alibi non narretur [x]. Timotheus cum Paulo Romæ fuerat, &, eo digresso, remanserat in Italia; datúsque in vincula, ac deinde liberatus, iter aliquò instituerat, in Galliam fortè, indè redire in Italiam cogitans [y]. ¶ *Si celeriùs venerit*, &c.] Si citò ab itinere suo redierit [z], aut ad me venerit [a], cum illo comite vos invisam; alioqui sine eo ad vos iturus, moræ longioris impatiens [b].

24. *Præpositos*, &c.] id est, Pastores Judæorum omnium, maximè eorum qui Asiam minorem incolunt [c]. Episcopos Ecclesiarum, maximè per Judæam & Syriam [d]. Eos qui in singulis oppidis Ecclesiarum erant principes, ut diximus suprà v. 7. & 17 [*]. ¶ *Omnes sanctos*] id est, Fideles [f], ut Rom. cap. 16. ver. 15 [g]. ¶ *De*, &c. Οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας] *Itali*, Er. V. Zeg. id est, Judæi Christiani per varias urbes Italiæ dispersi [h].

Fratres

Fratres *Italici*, non illi solùm qui Romæ commorabantur, sed & illi qui ex Italia tota Paulum salutaturi veniebant Romam, qu. d. cismarini homines [l]. Erant enim non Romæ tantùm, sed & Puteolis, & per omnem Italiam multi jam Christiani; partim ab illis temporibus in quibus Acta desinunt, partim ex labore adjutorum Pauli, Lucæ, Timothei, Titi, Crescentis, Tychici, Onesimi, Epaphroditi [k].

[l] Jun.

25. *Gratia cum omnibus*, &c.] Consueta formula claudendi Epistolas [l]. Vide Eph. 6. 24. Col. 4. 18. &c. Alibi explicat Paulus quæ sit illa *gratia*, nempe *Christi* [m]. *Gratiæ* nomine intelligit beneficentiam Dei [n], vel, omne genus bonorum, quæ nobis à Deo per Christum proveniunt [o].

[k] G. [l] Me. [m] G. [n] E. [o] Me.

SYNOPSIS
Criticorum aliorúmque Commentatorum
IN
EPISTOLAM JACOBI.

PROLEGOMENA. Quærendum inprimis de Epistolæ hujus Auctoritate.] Illam quidam negârunt, ut Lutherus, & post eum Hunnius, & Centuriatores, nec non Cajetanus [a]. Alii de ea dubitârunt, sed de Auctore, potiùs quàm de Auctoritate, ejus [b]. Argumenta quibus hanc Epistolam impugnant levia sunt [c]. [Ea inprimis duo sunt: nam reliqua planè futilia,] 1. ex dissensione cum Paulo, de qua suo loco dicendum. 2. ex dubitatione Veterum [d]. Dicit Eusebius, *Non multos ex veteribus ejus mentionem facere*; testatur ergò aliquos meminisse, quod pluris æstimandum quàm aliorum silentium, quo etiam potiùs, tanquam tacito consensu, quorundam expressum testimonium confirmatum est; additque Euseb. *hanc cum reliquis Epistolis Catholicis publicè in plurimis Ecclesiis legi*. Hieronymus sic scribit, *Hæc epistola ab alio quodam sub nomine ejus* [Jacobi] *edita asseritur, licèt paulatim tempore procedente obtinuerit authoritatem* [*]. Quòd si maximè duo illi Patres eam suspectam habuissent, plures tamen antiquiores & posteriores eam pro Canonica receperunt, ut Cyprian. in Expos. Symbol. Orig. Homil. in Josuam, Athanas. in Synopsi, Epiphan. l. 3. hær. 76. August. epist. 29. ad Hieron. Numerat Euseb. hist. 3. 25. tres canones discernendi libros Apocryphos. 1. si Veteres eorum non meminissent. 2. si [aut] stylo, aut, 3. fide, ab Apostolicis dissonarent. Ex his κρίσιμα duo posteriora, quæ propria sunt & interna, olim non sunt hîc desiderata, sed tertium tantùm. Quæ causa sola ad eam reprobandam minimè sufficiens fuit, cùm nemo nominetur qui eam repudiaverit; alii verò, qui ante Euseb. & Hieron. eam receperant, intercidisse potuerint [f]. [Hæc quoque Jacobi epistola inter reliquas Canonicas numerata est à Melitone celeberrimo Sardium Episcopo qui floruit anno à Christo nato 170. æqualis Polycarpi, qui ad Ecclesias primævas & celeberrimas in Oriente, &c. profectus est, ut sententiam eorum de libris Canonicis exquireret, &c. Deinde ex Concilio Laodiceno & Carthaginensi, aliisque, de quibus videat cui lubet Cl. Johannem Rainoldum de libris Apocryphis, prælect. 34, &c. Videamus jam de Scriptore hujus Epistolæ, quisnam hic Jacobus fuerit.] Inter Apostolos duo erant *Jacobi*, *Major*, qui filius Zebedæi, & frater *Johannis*; & *Minor*, qui filius *Alphæi*, & frater *Judæ*. Vide Mat. 10. 3. Marc. 15. 40. Judæ v. 1 [g]. His alii tertium addunt, *Justum* dictum, & *fratrem Domini*, Gal. 1. 19 [h]. h. e. patruelem Domini, utpote filium Cleophæ patrui Christi [i], & Mariæ sororis matris Domini [k], unum ex Discipulis 72 [l]. Episcopum Hierosolymitanum [m]. [Hic ergò variant:] 1. Erat hic Jacobus Zebedæi [n]. Ità putat Syrus [o], qui inscriptionem fecit ad has & sequentes Epistolas [p]. Cui sententiæ repugnat, tum, 1. tempus vitæ illius [q]. Is enim, ut Act. 12. discimus, priùs interfectus fuit quàm se multùm extra Judæam promoveret Evangelium [r]. Hæc autem Epistola scripta est quum illud longè latéque propagatum esset, & ex Judæis, inter eas dispersis, collectæ essent Ecclesiæ, Jac. 1. 1. & donis miraculorum presbyteri excellerent, Jac. 5. 14. Tum, 2. materia scripti, quæ est de moribus potiùs reformandis quàm de tradenda fide: id quod Evangelium diu multúmque confirmatum jam fuisse ostendit [†]. 2. Hic erat *Jacobus Alphæi* [t]: quæ communis est sententia [v]. Hoc verò mihi non est probabile: ascripsisset enim & is *Apostoli* nomen. 3. Is est qui ab Apostolis constitutus fuit princeps Presbyterii Hierosolymitani [x], ut, Apostolis huc illuc, ut fiebat, excurrentibus, haberet cœtus ille virum egregium, & cui ob eximias virtutes *Justi* nomen adhæsit, à quo regeretur. Eum *Jacobum* multi credidere *Apostolum* dici, Gal. 1. 19. Sed minimè id indè sequi ex eo loco ostendimus [y]. Sed non fuisse Apostolum apertè indicant Heges. & Clem. apud Euseb. Cyril. Hieron. &c. & Euseb. 1. 12 [z]. Dictus autem hic Jacobus *frater Domini*, quòd filius esset Josephi τῦ τέκτονος ex priori uxore, ut quidem sentiunt Euseb. Hier. Epiphan. & alii quidam [a]. Sed quicquid sit de Scriptore, Epistolam θεόπνευστον esse constat, tum ex ipsa doctrinæ ratione & qualitate, tum ex Historia Ecclesiastica [b]. [Hæc de authore. Quærendum restat de Epistolæ occasione, scopo, atque argumento.] Occasio illius duplex fuit, 1. persecutio tyrannorum, Judæorúmque infidelium. 2. hypocrisis abutentium gratiâ Dei. Scopus & finis illius est, consolatio in adversis & correctio vitæ [c]. Epistola ferè tota est παραινετική, continens admonitiones varias [d]. Pios munit adversùs tentationes & calamitates. Prædicit mala incredulis imminentia, &c [*]. Dicta autem est hæc

[a] Gom. [b] Vor. [c] Gom. [d] Gom. Par. [*] Gom. [f] Par.

[g] Lau. [h] Lau. Ham. [i] Ham. [k] Er. in Lau. [l] Lau. [m] Ham. Er. in Lau. [n] Q. in Gom. Ifid. in Lau. [o] G. Gom. Par. [p] G. [q] Gom. [r] G. sim. Gom. Pi. [†] Gom. [t] Lau. Gom. Pi. [v] Lau. [x] G. sim. Ham. [y] G. [z] G. sim. Ham. [a] G. [b] Vor. [c] Gom. [d] Pi. [*] Ham.

hæc Epistola *Catholica*, sive *universalis* [f], i. e. ἐγκύκλιος, [quia] non, ut illæ Pauli, uni Ecclesiæ [g], homini, civitati, aut regioni [h], destinata ; sed multis exemplis missa in plures locos, ut indè & alia fierent exempla, & aliò mitterentur [i].

f Be. g G. h Be. i G.

CAP. I.

1. J*Acobus Dei* (Nempe Patris [a]: quod Apostolico scribendi stylo maximè convenit [b]. Al. *Deus* hîc idem qui *Dominus*, nempe *Christus* [c]; ex collat. Tit. 2. 13 [d].) *& Domini——Christi servus*] Sic se vocat speciali ratione, ratione officii sui [*]; q. d. Evangelii minister [f], vel Apostolus [g]. Sed non dicit *Apostolus*, ut solent Paulus & Petrus ; qui id non sine causa fecere. Magnam enim auctoritatem addebat illis, quòd à Christo ipso in locum qui supra omnes in Ecclesia emineret essent electi [h]. Jacobus ergò *Apostolus* non erat [i]. Resp. Non sequitur. Nam & Paulus *servum* se vocat, &c [k]. ¶ *Duodecim tribubus quæ*, &c. Ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ] *Dispersis*, P. Be. Pi. *Ultrò citròque dispersis*, Ca. *Disseminatis inter gentes*, Tre. ex Sy. *Quæ* sunt *in dispersione*, Er. Il. Ti. Ar. Vulg. Pi. i. e. Gente Israelitis [l]; Christianis scilicet factis [m], quippe quos *fratres* & *dilectos* passim vocat; qui erant extra Judæam [o], dispersi inter gentes per varia regna [p], per provincias Romanorum [q], per totum orbem [r]. Dispersiones hîc respicit, vel, 1. particulares & recentiores, quales Act. 8. 1. & 11. 19 †. Sed dispersi illi distinctos non habebant cœtus, quos his tribuit Jac. 2. 2 [t]. Vel, 2. universales illas & antiquas & Decem, & Duarum, tribuum in Assyria, Babylonia, &c. ex collat. Act. 2. 5. & 1 Pet. 1. 1 [v]. Omnis locus extra Judæam est Heb. נדח, Græc. διασπορά, Deut. 30. 4. Neh. 1. 9. Psal. 147. 2. Sic usurpatur זרה; quod vertitur διασπείρειν, Levit. 26. 33. Jer. 15. 7. & 49. 35. &c. *Duodecim tribubus* dicitur quomodo τὸ δωδεκάφυλον, Act. 26. 7. nimirum quia *duodecim filii fuere Jacobo*, Gen. 35. 22. & duæ tribus Ephraimi & Manassis, quanquam duplam sortem cepere, tamen ex una erant stirpe. Hinc sacer semper Hebræis numerus Duodenarius, Exod. 15. 27. & 24. 4. & 28. 21. &c [x]. *Duodecim tribuum* passim fit mentio, ut Gen. 49. 28. Exod. 39. 14. Apoc. 21. 12. &c [a]. Sunt in hac Epistola quædam monita omnibus Israelitis communia, quædam propriè pertinentia ad eos qui jam in Christum crediderant [b]. Al. *Duodecim tribubus*, &c. id est, illis qui licèt non genere, mysticè tamen, Israelitæ sunt, & ad 12 tribus spectant [c]; vel, & illis qui ex 12 tribubus prognati sunt, & conversis ex gentilismo, qui numero 12 tribuum inserti sunt [d]. Sed gentes hîc intelligi non est verisimile [*]. ¶ *Salutem* ; ità Er. Be. Pi. Χαίρειν] Mos salutandi [f], isque Apostolicus [g], Act. 15. 23 [h]. 2 Joh. 11. Sic שלמא, Esd. 5. 7 [i]. Vulgarem hanc salutandi formulam non vulgariter intelligit, sed de salute corporis & animæ [k]. Nec aulica, vel verbalis, est hæc salutatio ; sed efficax & realis [l]. *Salutis* vox etiam pacem, gratiam, omnéque bonum, complectitur [m]. Χαίρειν est, vel, *gaudere* [n], sub. *opto*, vel, *jubeo* [o]. Confer v. seq [p]. Sic Horat. Epistolam inchoat, *Celso gaudere* [q]; vel, *salvere* [r]. Græci dicebant modò χαίρειν, modò ὑγιαίνειν, modò εὐπράττειν †.

2. *Omne gaudium*, &c.]. i. e. Perfectum, summum, plenum, gaudium [t], phrasi Hebraicâ [v], ut 1 Tim. 1. 15 [x]. nil nisi gaudium ducit, sub. *esse*, ut Phil. 2. 6 [y]. materiam summi gaudii [z], nempe spiritualis. Causa enim pro Effectu nominari solet. De tali gaudio vide dicta Act. 5. 41. Heb. 10. 34. Est in libro Musar, *Gaude in castigationibus* [a]. ¶ *Fratres mei*] Et gentis & fidei unitate. Sic eos decies ter compellat, ut hortationes altiùs penetrent [b]. ¶ *Cùm*, &c. Ὅταν——περιπέσητε, &c.] Περιπίπτειν est sono Neutrum, sensu Passivum ; & significat *circumveniri*, Luc. 10. 30. 2 Sam. 1. 6 [c]. [Sic vertunt:] *Quoties in tentationes* (vel, *periclitationes*, Ca. *explorationes*, Be.) *varias incideritis*, Er. Il. Ti. P. Pi. sim. Mo. Tre. Vulg. &c. *Tentationes* vocat afflictiones seu tribulationes [d], persecutiones Evangelii causâ [*], quibus Deus homines probare sive explorare solet, ut quales sint innotescant [f]; & quæ sit illorum virtus, patientia, robur [g], an fides eorum vera sit & constans [h]. *Variæ tentationes*, נסיונות, sunt, quales

a E. ex Occum. b E. c Q. in E. sim. Gom. d Gom. * E. f Gom. sim. Pi. g Gom. sic E. h G. i Q. in Par. k Par. l G. sic E. Me. V. m Lau. sic Gom. Be. Par. n Lau. b G. p Me. sim. V. q Pi. r T. Be. † Q. in Gom. plerique in E. t Gom. v Gom. sim. E. Be. x G. a Lau. b G. c Sanct. in Lau. d T. * Lau. f G. g Gom. T. h G. Gom. T. i G. k Gom. l T. ex Chrys. m T. n Lau. E. o Lau. p E. q Lau. Vor. r E. Gom. † Lau. Vor. t Me. sim. E. T. G. v E. x G. y Pi. z G. E. a G. b Par. c G. d T. E. Me. Vor. Par. * Vor. sic Pi. f E. g T. h Pi. sim. Vor.

Exsilii, Confiscationis, Odii, quibus subjacere solent pii, Sirach. 2. 1. 1 Pet. 1. 6. 2 Pet. 2. 9 [i]. [hi inprimis] vel ipso nomine & Judaico, & Christiano [k]. Putem hanc Epistolam scriptam tempore Edicti illius Claudiani Act. 18. 2. quando Judæi, & in illis Christiani, Româ, &, ad id exemplum, ex aliis magnis urbibus, ejecti sunt [l].

3. *Scientes* (sub. *illud*, Be. Pi. Persuasum habentes [m]:) *quòd*, &c. Ὅτι τὸ δοκίμιον, &c.] *Quòd exploratio* (vel, *experimentum*, i. e. illud quod consequitur multiplicem illam explorationem [n]:) *fidei vestræ parit patientiam*, Er. V. &c. sive, *tolerantiam*, Be. Pi. *sustinentiam*, quâ patienter expectamus bona futura [o]: exercet & perficit patientiam [p], non causaliter [q], sic enim impatientiam parit [r]; sed occasionaliter †, i. e. præbet materiam & occasionem patientiæ [t], quam Deus per crucem & probat & operatur [v]: firmiorem in nobis habitum producit tolerantiæ [x], illam etiam ostendit si adsit [y]. Tacitè hîc significat, probationem fidei effectum esse tentationum. His enim facilè cedere fidem imbecillam prodit, at firma fides roborat animum in adversis. Sed huic loco contrarium est illud Rom. 5. 4. *Patientia* δοκιμήν, *probationem, operatur* [z]. Resp. 1. duæ res sæpe sibi invicem sunt causa, ut calor & ignis, vapor & pluvia [a]. 2. Aliud hîc est δοκίμιον quàm ibi δοκιμὴ [b]: differunt ut effectus & causa, illud activè sumitur pro *probatione*, h. e. oppressione ; hæc passivè, pro *experientia* [c]: illud impropriè, pro cruce probatoria [d], per Meton. effecti [*]; hæc propriè [f], pro ipsa *probatione*, quâ fidei probitas exploratur [g]. Δοκίμιον, est *id per quod fit exploratio*. Utitur sic Plato loquens de venulis per quas sapores dijudicamus. RR. dicunt בחינה [h]. Ut corpora tenella variis laboribus indurantur ; sic animus piorum, persecutionibus assuefactus, tolerantior redditur [i]. Parit afflictio patientiam non per se & suâ naturâ, sed per accidens; nempe, per accedentem operationem Spiritûs Sancti [k]. Al. Locutio transitiva est pro intransitiva, *Probatio fidei*, id est, fides tentationibus probata, patientiam gignit, auctiorem scilicet, vel impetrando à Deo, vel efficiendo [l].

4. *Patientia autem opus perfectum* (vel, *integrum*, Be.) *habet*] Vel, *habeat*, Er. Mo. E. &c. i. e. sit perfectum [m]. Ipsis operibus ostendat sinceritatem & constantiam suam, ut seq. explicant [n]. *Opus* hîc pro effectu sumitur [o]. q. d, Plenam habeat efficaciam, vos corroborando & efficiendo, ut omni modo rectè vos sub cruce geratis [p]. Talis sit animus ut nec recalcitret, nec concidat, sed planè se subjiciat Divinæ voluntati [q]. *Opus integrum*, sive *perfectum*, vocat, & quod re ipsâ præstatur ut *donum perfectum*, infrà v. 17. & *charitas perfecta*, 1 Joan. 4. 18. & opus minimè fucatum ; ut תם Heb. sumitur [r]. Al. Intelligit hîc, vel, 1. perfectissimum patientiæ gradum †, nempe gaudium & alacritatem in perferendo, juxta Mat. 5. 12 [t]. vel, 2. constantiam, sive perseverantiam, patientiæ usque ad finem vitæ [v], Mat. 10. 22 [x]. Sic enim opus erit absolutum atque perfectum, & re & fructu [y]: q. d. Perseverent, qui perfecti esse volunt. Hoc dicit, quia multi, qui heroicam initio magnitudinem præ se ferunt, paulò pòst fatigantur [z]. Τέλειον, i. e. duret εἰς τέλος, Mat. 24. 13 [a]. Vel, 3. opus conjunctum cum dilectione eorum qui nos affligunt. Nam *charitas* est *vinculum perfectionis*, Col. 3. 14. & reliquarum virtutum opera format ac perficit [b]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἦτε τέλειοι καὶ ὁλόκληροι] *Ut sitis integri toti*, Be. Vox una Hebræa שלם modò per τέλειον, modò per ὁλόκληρον, vertitur, ut videre est Deut. 27. 6. Jos. 8. 31. 1 Reg. 8. 62. & 11. 4. & 15. 3, 14. &c. Possunt alioqui ista distingui, ut τέλειον (Rabbinis גמיר, quâ voce & hîc Syrus utitur) sit *quod labe caret* [c], ὁλόκληρον, *quod omnes suas habet partes* †. Vox τέλειοι notat soliditatem & incrementum gratiæ, ut 1 Cor. 2. 6. & 14. 20. Heb. 5. 14. & 6. 1. ὁλόκληροι, integritatem partium, ut 1 Thes. 5. 23. in hac gratia æquè ac in cæteris [d]. *Perfectum* opponitur imperfecto [*], *integrum* mutilo [f]. Utrumque præstat patientia, & perfectionem vitæ, & integritatem virtutum [g]. Cruce Deus nos expolit, &c [h]. Sensus duplex, vel, Ità futurum est nè sitis imperfecti aut mutili quoad virtutes vobis necessarias: vel, sic, Ut in adventu Domini inveniamini perfecti & integri [i]. ¶ *In*, &c. Ἐν μηδενὶ λειπόμενοι] *Ità ut nihil vobis desit*, P. Pi. *In nullo* (vel, *Nullâque in parte*, Er. Il. Ti. *In nulla re*, Tre. ex Sy. sic Ca.

i G. k E. l G. m E. n Bez. o E. p E. q Lau. r Lau. sim. Par. † Lau. t E. sic Lau. v Lau. x G. y Me. z E. a T. b G. c Lau. d Vor. sim. Pi. Gom. * Pi. Gom. f Vor. Pi. g Vor. h G. i Gom. k Pi. l Q. in E. m V. n Vor. o Calv. Ga. p Ga. q G. r Be. † Me. t Me. sim. Ham. v Calv. sim. E. ex Oecum. Gom. Pi. Par. x E. Pi. y E. z Calv. a Q. in Ga. b E. c G. † G. sic E. d Ga. * Ga. ex Caj. f Ga. ex Caj. sic Er. g Ga. h Be. i E.

In nulla, (sub. *tentatione*, Par.) *deficientes*, Be. Par. Calv. i. e. succumbentes[k], fatiscentes, fracti impatientiâ, quales tandem deficere necesse est[l]. Vel, *diminuti*, Er. Il. Ti. E. Quibus scilicet ad integritatem aliquid deest[m]: vel, *destituti*, Tre. חסרין hîc vertit Syrus. Dicitur חסר *qui aliqua in re minus habet quàm oportet*. Pari sensu λειπόμενοι hîc mox habemus, & Jac. 2. 15[n]. q. d. Nullo genere boni operis destituti: id quod secum adducit patientia perseverans[o].

5. *Si quis autem vestrûm indiget sapientiâ*] *Si sentiat se non satis habere prudentiæ*, ad dijudicandum quid in singulis circumstantiis agendum sit[p]. *Sapientiam* hîc intelligit, non Philosophicam, aut Politicam, sed Theologicam[q]; vel, 1. generatim[r], piam scientiam rerum divinarum †, ac inprimis mysteriorum fidei ac salutis[t]; sapientiam practicam, & ad salutem vel necessariam, vel utilem[v]. Multus hîc est in reprehensione eorum qui sapientiam sibi arrogabant[x]. Vel, 2. Synecdochicè[y], specialem[z]; de qua paulò antè agere cœpit, quæ carni[a], & mundo, stultitia videtur, & verè Christianorum propria est[b]; doctrinæ scilicet illius cognitionem, nempe, quorsum affligimur à Deo, & quis fructus indè capiendus[c]; quâ quis practicè credit crucem esse summum bonum[d], & persecutiones tolerantiam efficere, justámque esse gaudii materiam *, & nos in malis beatos esse[f]; vel, quæ cernitur in perfecta patientia[g], in cruce gestanda[h], idque æquanimiter & alacriter[i]. Cui favet collatio præced[k]. ut sit præoccupatio quædam. Dicere poterant, Dicis, de his gaudendum, &c. Sed quis ità sapiens ut hoc intelligat[l]? Qu. Sed cur dicit, *Si quis*, &c. cùm omnes sapientiâ indigeant[m]? Resp. 1. Quidam spiritu prudentiæ donati sunt, quo alii carent[n]. 2. *Si* h. l. non est dubitantis, sed supponentis[o], valétque, *cùm*, vel, *quoniam*, vel, *quandoquidem*, ut Mal. 1. 6[p]. & alibi, q. d. *Si quis —— indiget*, &c. ut certè omnes indigetis, alius plùs, alius minùs, &c[q]. ¶ *Postulet*, &c. Αἰτείτω παρὰ τοῦ διδόντος Θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς, καὶ μὴ ὀνειδίζοντος] *Postulet à dante Deo* (vel, *à Deo qui dat eam*, Be. Pi. sim. Tre. ex Sy. Ca. Ar. Er. vel, *ab eo qui dat*, nempe *Deo*, Il. Ti. P. V. A quo est omnis sapientia, Ecclesiastici, 1. 1[r].) *omnibus* (petentibus scilicet piè rectéque †: vel, omnibus qui eam habent[t]; vel, quibusvis[v], Judæis, Græcis, divitibus, pauperibus, &c[x].) *simpliciter*, (i.e. vel, candidè[y]: vel, omnibus sine προσωποληψίᾳ. Ammonius notat, ἁπλῶς tribus modis dici, vel, τὸ καθόλου, vel, μοναχῶς, vel, κυρίως[z]. vel, benignè[a], largiter, liberaliter, sive affluenter[b], ut ἁπλότης sumitur Rom. 12. 8. 2 Cor. 8. 2. & 9. 13[c]. Meton. efficientis[d], quia simplicitas ex se parit benignitatem *; non maligna & restricta est[f], non tergiversationes quærit, quò vel non donet, vel parcius; nec aliud spectat quàm justas causas dandi, quales sunt inopia & humilitas petentis[g]. Syrus reddit פשיטאית, quod vel valet *simpliciter*, vel, *diffuse & largiter*[h], propriè *expansè*. Sic & Arabs optimè, *ex amplitudine*, vel, *ex dilatione*, i. e. amplissimè. Significat simplicem illam & porrectam animi extensionem, quæ in benefico est, unde opum quoque extensio & elargitio oritur: ut contrà in avaro omnia contracta sunt & coarctata. Quare dicitur avarus *abscondere se à carne sua*, Esa. 58. 7. & *cor claudere*, 1 Joan. 3. 17. Sic & Matth. 6. 22. *oculus simplex* est mens benigna ac benefica, ut contrà *oculus malus*, mens avara & invida. Sic & Pollux, 5. 21. ἁπλοῦς, inquit, est ἐκκείμενος, *in medio expositus*, ἑτοιμότατος, *paratissimus*, ἐλεύθερος, *liber, ingenuus, liberalis*; & cap. 5. ἁπλῶσαι σῶμα est ἐκτεῖναι, sive ὀρέξαι. Lex. Græcolat. vetus, ἁπλοῦμαι, *pandor*: ἁπλῶ *simplico, pando*. Ἅπλωσον, *expande*[i].) *& non improperante*, Mo. vel, *exprobrante*, Er. *exprobrat*, Il. Ti. Ca. Be. Pi. Petentibus scilicet, nequitiam, importunitatem[k], nimis crebras petitiones, ut plerique divites pauperibus solent[l]; priora beneficia commemorantes, atque ità excusantes se in posterum[m]. Non dat superbè, ut qui verbis aut vultu imputant ac velut *exprobrant* data; qualia *panem lapidosum* vocat Seneca[n]. Hoc addit, nè quis Deum sæpiùs adire vereatur[o]. Obj. Deus *exprobrare* dicitur Matth. 11. 20. Sic Matth. 23. 37. Marc. 16. 14[p]. Resp. Facit hoc Deus, 1. ingratis tantùm & impœnitentibus[q]; 2. non animo malo, superbo aut invido, sed ut impii ad pœnitentiam moveantur[r]. Discrimen ostendit inter Deum dantem & hominem: quod & egregiè exprimunt Hebræi, sic orantes, *Nè fac ut opus mihi sit donis hominum, quorum dona pauca, exprobratio autem multiplex: sed manu tuâ plenâ & latâ* *. ¶ *Et dabitur ei*] Non dubitat hoc affirmare, propter tot Christi promissa †, ut Matth. 7. 7, 8. Marc. 11. 24. Joan. 16. 23[t]. Intellige secundùm conditiones quas exposuimus Mat. 18. 19[v]. si conveniens illi fuerit[x], & si rectè petat[y].

6. *Postulet autem in* (vel, *cum*, Pi.) *fide*] Vel, 1. Cum fide veritatis & verbi, & promissionis Dei[z]. Vel, 2. Cum firmo proposito adhærendi Deo, quicquid sibi obtigerit[a]. Vel, 3. Cum fiducia (sive firmâ persuasione[b],) impetrandi[c], quod petis[d]; ut patet tum ex sequent. tum ex collat. Eph. 3. 12 *. & 1 Joan. 5. 14[f]. ¶ *Nihil hæsitans*] Ità Er. Il. vel, *disceptans*, P. Mo. Pi. E. *discernens*, vel *dijudicans*, E. *ambigens*, Be. i. e. Mente & corde in utrumque fluctuans, incertus quò inclinet, & ubi fiduciam ponat[g]. *Non hæsitans*, nempe, per diffidentiam[h], nè quidem ob propriam aut alienam indignitatem, aut demerita, ut hæsitârunt Moses, Num. 20. 10, 11. & Petrus undas calcans[i]. Non hæsitans an præstaret viis Dei adhærere, an cum Gnosticis, ad vitandas persecutiones, ab illis deficere[k]. *Nihil addubitans*, G. sic Ca. aut de potentia Dei[l], ut illi Psal. 77. 19, 20[m]. aut voluntate[n], verbo ipsius testatâ[o]; aut paternâ erga nos benevolentiâ[p], aut promissione[q]. De voce διακρίνεσθαι diximus ad Matth. 14. 31. & 21. 21. Marc. 11. 23. Act. 10. 20. Rom. 4. 20. Vide & infrà 2. 4. ubi vox eadem quæ hîc. Hermas 2, 9. *Iterum dixit mihi, Tolle à te dubitationem, & nihil omnino dubites petens aliquid à Domino*[r]. Obj. At constat, pios non semper impetrare quod petunt, ut Mat. 26. 39. 2 Cor. 12. 9. Resp. Multa bona, præsertim corporalia, non absolutè ac simpliciter petenda sunt; sed cum conditione, v. g. si Dei sit beneplacitum, si nobis salutare †, si expediat ad majorem Dei gloriam, & majus bonum nostrum[t]. Sic Matth. 26. v. 39. Medicus autem meliùs novit quid ægroto expediat, quàm ægrotus ipse[v]. ¶ *Similis est fluctui maris*] Nam, ut ait Comicus, *Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur*[x]. Sicut marina unda à ventis impellitur, & nunc huc, nunc illuc, jactatur; ità ipsius animus modò sperat, modò spem abjicit. In Glossario, Ἀνεμίζω, *ventilo*. Ibidem, Ῥιπίζω, *flabello*. Philo De Mundo, πρὸς ἀνέμων ῥιπίζεται τὸ ὕδωρ. Rabbini נשנש. Esaias עי, 54. 11. Jer. 22. 14. מרוח ab Interpretibus nonnullis vertitur ῥιπίζω. Κλύδων, *gurges, unda*, in Glossario. גל Hebræis. Par similitudo Esa. 57. 20. *ut mare impulsum*, ubi Græci κλυδωνισθήσονται[y]. ¶ *Qui*, &c. Ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ] *Qui ventis agitatur & jactatur*, Be. Pi. P. vel, *impetu rapitur*, Er. Il. Ti. V. E. Huc illuc[z]. q. d. Rectum cursum tenere, & optatum portum contingere, nequit[a]. Incredulorum pœnam exprimit. Suâ, inquit, inquietudine intùs seipsos excruciant, dum in Deum non recumbunt[b]. Tollit hoc ἐποχήν, sive dubitationem, Pontificiorum[c], qui nos volunt dubitanter & incertâ successûs opinione orare[d]. Non autem continuò qui non est infallibiliter certùs *dubitare* dicendus est, sed is cujus animus inter utrumque fluctuat. Fatemur precandum nobis esse cum bona fiducia impetrandi, &c *.

7. *Homo ille*] id est, Talis aliquis[f], qui non ex fide orat, sed animo fluctuat[g]. ¶ *Quòd accipiet* (vel, *obtinebit*, G.) *aliquid*] Eorum quæ petit[h], nè minimum quidem, nedum sapientiam[i]. ¶ *A Domino*] Deo[k]; vel, Christo[l], id est, per Christum qui preces nostras Deo commendat[m].

8. *Vir*, &c. Ἀνὴρ δίψυχος, ἀκατάστατος, &c.] *Vir* (vel, Ut qui sit *vir*, Be. Pi. Subauditur ὢν[n]. Pendent hi Nominativi à præced. λήψεται, & notant causam efficientem[o].) *duplex animo*, (vel, *qui*, inquam, *hæsitat in animo suo*, Tre. ex Sy. פליג, qui διάνοιχα θυμὸν ἔχει, aut cui δίχα θυμὸς ὁρμᾶται, ut Homerus loquitur[p]. Vel, *bianimis*, E. Me. id est, dubius, & inter diversas sententias voluntatésque fluctuans. Intelligitur hîc, vel, 1. hypocrita, & omnis vafer & versipellis[q], qui *in corde & corde* loquitur, ut Psal. 11. 3[r]. simulator, qui aliud loquitur, aliud sentit †; linguâ orans, non corde, Deo & hominibus illudens[t]. Vel, 2. qui animi incertus modò huc, modò illuc, inclinat, neque dat operam ut in vera religione stabiliatur, quales multi tunc erant Judæi, &c[v].

Vel,

Vel, 3. qui cum fide in Christum simul media illicita adhibet ut pericula evadat [x]. Vel, 4. qui nihil certi fixum habet in animo quid eligat vel sequatur, ut illi 1 Reg. 18. 21. Apoc. 3. 15, 16 [y]. cujus animus divisus est, partim Deo, partim mundo, deditus [z]; partim Deo confidens, partim diffidens [a], fluctuans, adeóque incapax patientiæ & perseverantiæ, quæ virtutes constantem firmúmque animi statum exigunt ‖; fluctuosos recessus habens, nunc turgens carnis confidentiâ, nunc desperans, nec unquam unum & idem constitutum habens. Duplex animus hîc simplicitati Dei opponitur. Clausula est superioris doctrinæ [b]. Vox δίψυχος habetur infrà 4. 8. & in Physiognomicis Adamantii [c].) *inconstans* (vel, & *inconstans*, Be. Pi. *& commovetur*, Tre. ex Sy. *inconstans est*, Er. Il. Ti. P. i.e. in ipsa petitione sua lubricus est & inconstans, & proinde nihil impetrabit [d]: vel, *fluctuans*, G. Non modò inconstans, sed irrequietus & tumultuosus, nempe, intùs in corde & conscientia sua *.) *in omnibus viis suis*, Mo. &c. i.e. consiliis [f], & actibus [g], quos in certum scopum non dirigit; sed prout diversis fertur affectibus in iis varius est [h], nescit quò se vertat, inter duo divisus; vide Ecclesiastic. 2. 13, &c [i]. Non minùs paratus ad discedendum à Deo, quàm ad manendum cum eo, nihil fixi vel firmi tenet in religionis negotio [k]. Actus ὁδὸς dicere mos est Hebræorum. Qui fide vacillat, is necesse est actiones edat varias atque inter se multùm discrepantes. Hæc est illa *assidua mutatio propositi, & nusquam residentis animi volutatio, ac vita pendens*, ut loquitur Seneca. Idem alibi, *Turbo quidam animos nostros rotat, & involvit fugientes petentésque eadem, & nunc in sublime allevatos, nunc in infima allisos rapit*. Et, *Fluctuamus, aliúdque ex alio comprehendimus, petita relinquimus, relicta repetimus*. Et, *Vitium est hæc diversitas, & signum vacillantis animi, ac nondum habentis tenorem suum* [l]. Et, *Maximum indicium malæ mentis fluctuatio* [m].

9. *Glorietur*, &c. Καυχάσθω] *Lætetur*, ut alibi exposuimus [n]; consoletur sese & erigat animum, nedum ut cum Deo expostulet, & malis artibus sese studeat attollere [o], aut doleat vicem suam, animúmque despondeat [p]. ¶ *Frater humilis*, Ὁ ταπεινὸς] Statum externum, non affectum internum, notat [q]. Pauper & contemptus [r], qui abjectæ est sortis. Sic עני Psal. 82. 3. Esa. 11. 4. & 14. 32. & 32. 7. &c. Vide Luc. 1. 48 †. Aliud est ταπεινόφρων, aliud ταπεινὸς [t], quod hîc pro ταπεινωθεὶς, *humiliatus, afflictus*, ut passim afflictio dicitur *humiliatio*, ab effectu, ut Psal. 116. 6. & 119. 71 [v]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῷ ὕψει αὐτοῦ] *In altitudine*, vel *sublimitate, sua*, E. Val. V. Be. Pi. ברוממתו, *Ob sublimitatem suam* [x]; non mundanam, sed spiritualem [y], sive apud Deum [z]; quam humiliante se promisit Christus Matth. 23. 12 [a]. quam certò exspectat [b], saltem in futuro seculo [c]; q. d. Cogitet felicem statum ad quem evectus est, [vel, 1.] in eo quòd Christianus sit [d], ob honorem in eo positum *, quòd censeatur Dei Filius [p], Joh. 1. 12. hæres Dei, Rom. 8. v. 17 [q]. & gloriæ cœlestis [r], consors Christi †, socius Angelorum [t]: [vel, 2.] in eo ipso quòd pro Christo spoliatus inopiâ premitur [v]. Huic favet connexio, & cum præced. ubi agitur de afflictionum commodis, & de gaudio in illis, & cum sequente Antithesi, v. 10 [x]. Est hîc ὀξύμωρον propter speciem contradictionis [y].

10. *Dives autem in*, &c. Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ] *In humiliatione* (vel, *depressione*, Be. *demissione*, Pi. *dejectione*, Er. V. *abjectione*, P.) *sui*, Er. Ti. V. Pi. sub. *apud homines*, V. Subintelligendum hîc, vel, 1. *glorietur* [z], ἀπὸ τοῦ κοινοῦ [a]. [Quod variè explicant.] 1. Ironia est; q.d. Glorientur divites, ut solent, sed sciant, quòd falsa & vana est hæc gloriatio; exaltatio eorum reverâ humiliatio est & vanitas [b]. Est quòd magis doleant ac sibi vilescant, quàm glorientur. Confer Jac. 5. 1, 2, 3 [c]. 2. Gratuletur sibi quòd qui ob opes magni habeat apud mundi cultores, nunc ob Christum contemptus sit [d]. Glorietur in eo quòd bonis suis spoliatus sit *. Nè divites abripiat inane mundi gaudium, assuescant in suæ carnalis excellentiæ dejectione gloriari [f]. 3. Nè glorietur in divitiis, sed in demissione animi sui [g]; in ταπεινοφροσύνῃ, quâ modestè de se sentit, nec inferiores præ se contemnit [h]. Pauperes queruli sunt, & in desperationem proni; divites, gloriosi & elati. Utrosque ergò ad virtutes hisce vitiis contrarias hortatur [i]. Vel, 2. subintelligendum ταπεινοῦσθω [k]; vel, αἰσχυνέσθω, *confundatur* [l]. Quod partim ex contrario præcedente, sicut 1 Tim. 4. 3. [ubi dicta vide:] & alibi [m]; partim ex nomine sequente, satis intelligitur. *Dives submissum gerat animum* [n], pudefiat ac sibi displiceat [o], [vel, 1.] considerans suam vilitatem, i. e. sortis suæ instabilitatem [p]; [vel, 2.] in depressione sui, brevi videlicet secutura [q]; in humiliatione, quæ illi parata est, & quam certò exspectare debet. Cohæret hoc cum sequent. Et sic invicem sibi respondent partes Antithesis, pauperis & divitis [r]. ¶ *Sicut flos fœni*, &c. Ἄνθος χόρτου, &c.] Χόρτος Hebræis est omnis *herba* עשב, ut diximus Gen. 1. 11. ἄνθος verò, *viror*. Eadem similitudo Psal. 37. 2. Esa. 40. 6, 7. Vide & Sirac. 14. 17 †.

11. *Exortus est*, &c. Ἀνέτειλε——σὺν τῷ καύσωνι, καὶ ἐξήρανε, &c.] Sunt ἀόριστοι pro Præsenti [t], aut quovis tempore [v]. Et præterea Hebraismus [x]. *Exortus est enim* (vel, *Nam ut exortus est*, Be. Pi. *Nam veluti quum exortus est*, P. Significat summam in re peragenda celeritatem [y].) *sol cum æstu, exaruit herba*, Er. Ti. vel, *& arefecit herbam*, Be. sic Pi. Copulativum vim habet connexivi talis, quod est relativum temporis [z]. *Sol oritur & arefecit*, pro *Sol, ubi ortus est*, arefecit. Solebat Solis ortum comitari ventus qui καύσων dicitur, Jonæ 4. 8. ubi est חרד, in Græco ἀνατέλλει. Est autem καύσωνος proprium ξηραίνειν, ut vides Exod. 17. 10. ut & Solis Matth. 13. 6 [a]. ¶ *Et* (vel, *Unde*, Pi.) *flos ejus decidit*, Ἐξέπεσε] *Abiit*, G. ex Sy. ¶ *Et decor*, &c. Καὶ ἡ εὐπρέπεια τοῦ προσώπου, &c.] *Et decor vultûs* (vel, *faciei*, Pi. E. i.e. formæ [b], sive speciei [c], externæ. Hebræi cujusvis rei quod in aspectum venit vocant פנים [d] (*faciem*.) Πρόσωπον h. l. sicut Luc. 12. 56. & 20. 21. 2 Cor. 10. 7 *. Sic *facies cœli, terræ*, &c †. vel, *aspectûs*, Er. Il. Ti. E. vel, *speciei*, Er. V. vel, *spectabilis*, P. Be. Pi. Al. *Et decora species*, Ca. Vide Matth. 6. 29 [f]. Syrus hîc habet, *Et pulchritudo visionis*, i. e. id quod aspectu erat pulchrum [g].) *ejus deperiit*, Mo. &c. ¶ *Dives in*, &c. Ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ μαρανθήσεται] *In* (vel, *Cum*, P. Ca.) *itineribus* (vel, *gressibus*, Be. *profectionibus*, Pi. sim. G. *conversationibus*, Tre. ex Sy. Ar. vel, *copiis*, Ca. *successibus*, V. vel, *abundantia*, V. Q. in Be. i. e. opibus [h], si legas πορείαις [i], ut quidam Codices habent [k]. Sed πορείαις habent Codices penè omnes [l], imò omnes. Nec dicunt Græci πορίαν, sed εὐπορίαν, cui opponitur ἀπορία [m]. Vel, *viis*, Er. Il. Ti. Pi. E. Ga. ut est v. 8. Et Luc. 13. 22. πορείαν ποιούμενος, quod πορευόμενος, Rom. 15. 25 [n]. Intelligit, [vel, 1.] modos & vias quibus ad opes & honores contendit. Allusio esse possit ad itinera difficillima ad conquirendas opes suscepta. Horat. epist. 5. *Impiger extremos currit mercator ad Indos*, &c [o]. [Vel, 2.] consueta divitum studia [p], actiones [q], per quas scilicet homo tendit ad certum finem, veluti metam [r]; occupationes, recreationes †. Πορεύεσθαι dicitur de vitæ institutione, 1 Pet. 4. 3. 2 Pet. 2. 10. & 3. 3. Judæ, v. 11, 16, 18 [t].) *suis marcescet*, Mo. Vulg. &c. i. e. evanescet [v], peribit [x], cum opibus quibus fidit [y]; peribit æternùm, si non Domino, sed divitiis suis, confidat [z]. Sic Isocrates νόσος ἐμάρανε. Sic ξηραίνεται de homine, Marc. 9. 18. Contrà ἀμάραντον, 1 Pet. 1. 4 [a]. Futurum pro Potentiali. Si diu *procedit*, nempe vivendo, facilè *marcescet*, i. e. opibus suis destituetur. Persequitur comparationem. Nam μαραίνεσθαι dicuntur propriè quæ virorem speciémve floridam amittunt. נבל Hebraicé. Sic Philo de bonis mundanis loquens, ait, ἐξίτηλον ἔχει τὴν μεταβολὴν, μαραινόμενα τρόπον τινὰ πρὶν ἀνθῆσαι βεβαίως [b].

12. *Beatus* (sub. *est*, Pi.) *vir* (Non dives ille cui omnia ex voto succedere putantur, sed vir [c],) *qui suffert*, &c. Ὑπομένει, &c.] Ut Matth. 10. 22. & 24. 13. &c. Unde ὑπομονὴ, Rom. 5. 3, 4 [d]. *Tolerat tentationem*, P. Pi. &c. vel, *explorationem*, Be. i. e. afflictionem *, ut suprà v. 2 [f]. quâ homo probatur à Deo [h], sive exploratur à Deo [h], nempe, cum spe & spectatione præmii cœlestis; non obmurmurans, nec vindictam cogitans, sed eam de manu Dei, cum approbatione voluntatis ejus, suscipiens [i]; rebus adversis non cedit, nec succumbit, sed eas fortiter vincit [k]. Al. *Adversis exploratur*. Nam ὑπομένειν hîc sumendum, ut Heb. 12. 7. ostendunt id sequentia. Videtur respici locus Job. 5. 17 [l]. ¶ *Quoniam cùm*, &c. Δόκιμος γενόμενος] *Probatus factus*, Mo. *Probus compertus*, Be. *Cùm probatus erit*, Er. Il. P. Pi. Ti. sic Tre. Ar. &c. id est, Quum cognitum fuerit quòd sit probatus [m], probus, appro-

Left margin notes: [x] Ham. [y] E. [z] Par. [a] Vor. ‖ Diod. [b] Calv. [c] G. [d] E. * Par. [f] Par. Dic. [g] G. E. Par. Dic. [h] E. [i] Ham. [k] Dic. [l] G. [m] Ga. [n] G. [o] Be. [p] G. [q] Pi. Vor. [r] Pi. sic E. Me. Be. Par. Vor. † G. [t] Be. [v] Par. [x] G. [y] Lau. [z] V. sic Zeg. [a] Me. [b] T. sic Me. [c] T. [d] E. * G. [p] G. sic Be. E. Pi. Par. [q] Pi. Par. [r] Par. sim. E. † E. Calv. [t] Calv. [v] E. sim. Ham. [x] Ham. [y] Pi. [z] Beda & plerique in E. Pi. Par. Calv. [a] Be. [b] L. Aquin. & Sa. in Lau. [c] Q. in E. [d] Er. in E. * Me. [f] Calv. [g] Par. sim. Gom. [h] Pi. [i] Gom.

Right margin notes: [k] G. [l] E. Me. Oecum. in Be. [m] G. sic E. [n] G. [o] E. [p] G. sim. E. [q] Be. [r] Me. † G. [t] G. sim. Pi. [v] G. [x] G. sim. Pi. [y] Be. [z] Pi. [a] G. [b] Me. [c] Me. E. [d] G. sim. E. * Ga. † E. [f] Ga. [g] G. [h] Ca. [i] V. [k] E. ex Gagn. [l] E. [m] Be. [n] Ga. [o] Me. [p] Vor. sic E. [q] Vor. E. Me. Pi. [r] Pi. † Me. [t] Ga. [v] E. [x] Me. [y] E. [z] Gom. Pi. [a] Ga. [b] G. [c] E. [d] Ga. * Pi. E. Be. [f] Pi. E. [g] E. [h] Be. [i] E. [k] Me. [l] G. [m] Pi.

probatus: Conjunguntur εὐάρεστος καὶ δόκιμος, Rom. 14. v. 18 [n]. Vide Rom. 16. 10. 1 Cor. 11. 19. 2 Cor. 10. 18. & 13. 7. 2 Tim. 2. 15. *Cùm factus sit* (i. e. apparuerit,) *probus*, sive *constans*, טהור, 2 Par. 9. 17 [o]. Sic *esse*, pro *cognosci esse*, Joh. 15. 8. 1 Cor. 9. 27. per Meton. subjecti [p]. ¶ *Accipiet coronam vitæ*] i. e. Perpetuò virentem & florentem, non marcescentem & deciduam; quales illæ ex hedera, lauro, &c. nempe, beatitudinem cœlestem [q]. Vitam æternam tanquam coronam datam victoribus apud Græcos. Confer 1 Cor. 9. 24. Est Genitivus notans speciem, qualis Rom. 4. 11 [r]. *Coronam Regni*, ut habet Paraphrastes [Chald.] Esth. 1. 11. & 2. 17. Cant. 5. 7. Vocatur autem *corona vitæ*, quia datur in vita illa æterna, sicut Apoc. 2. 10. Hic est sensus mysticus ejus quod sequitur apud Jobum 5. 19 †. ¶ *Quam*, &c. Ὃν ἐπηγγείλατο, &c.] *Quam promisit Dominus* (Non homo, sed Deus, qui *fidelis* est, Heb. 10. 23. & *potens efficere*, Rom. 4. 21. Ità certitudinem præmii ostendit. Promisit autem Matth. 5. 10, &c. & 10. 22. &c [t]. Vide Luc. 22. 29. Ideo dicitur *corona justitiæ*, 2 Tim. 4. 8. In MS. non est ὁ Κύριος. Itaque subauditur Θεὸς, ut Heb. 13. 15. & alibi. Nec aliter hîc legerunt & acceperunt Syrus & Latinus [v].) *iis qui diligunt eum*, Pi. Be. &c. Ut Rom. 8. 28. Nulli autem magis aut diligunt eum, aut se diligere testantur, quàm qui pro eo patiuntur [x]. Dicit autem *diligentibus se*, non, ut consequens videretur, *patientibus pro se*, quia fontem aperire voluit omnis boni operis, id est, dilectionem Dei [y].

13. *Nemo*, &c. Μηδεὶς πειραζόμενος — ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, &c.] Transit hîc à tentatione externa [z], & probationis [a], ad tentationem internam [b], & seductionis [c]. *Tentatio* hîc accipitur, ut Matth. 6. 13. & 26. 41. In tentatione tria concurrunt, Afflictio, Probatio, & Incitamentum peccandi. De tertio hîc agit †. *Nemo quum tentatur* (i. e. ad peccandum solicitatur [d]; quum se sentit afflictionibus commoveri ad impatientiam, diffidentiam, aut desertionem fidei *:) *dicat*, *A Deo tentor*, Pi. sic Be. E. &c. *Nemo vestrûm, ubi in mala incidit, putet à Deo ea sic dirigi, ut per ea vestrûm aliquis in peccata impellatur*, πρὸς τὸ τίκτειν ἁμαρτίαν, ut mox sequitur, quasi Deus inevitabiles nobis ad peccandum injiciat necessitates. Hoc ideo dicit nè multi malis pressi succumberent. Cohæret enim hoc cum illis v. 16, 17. Idémque hîc sensus qui 1 Cor. 10. 13. Non ideo adversa vobis immittit Deus ut vos pejores faciat, sed ut meliores. Nè despondete animum. Deus bene volentibus aderit. Nota & hîc ἀπὸ, pro ὑπό. Tertul. *Diabolus tentat, Deus probat*. Hinc Diabolus vocatur ὁ πειράζων, Matth. 4. 3. ¶ *Deus enim intentator* (*est*, Mo. E.) *malorum*, Ἀπείραστός ἐστι κακῶν] Frequentiùs apud Græcos est ἀπείρατος sed nec alterum illud contra ἀναλογίαν est. Et in Glossario reperio, Ἀπείραστος, *intentabilis* [f]. Vox hîc sumitur, vel, 1. activè, ut sumit Vulgatus, nisi *intentator* hîc vitiosè legatur pro *intentatus* [g]. Sensus, Nulli intentat mala, neminem excitat ad malè agendum [h]. Sed sic bis idem diceretur [i]. Nec Græcam vocem activè reperies [k]. Vel, 2. passivè [l], ut alii exponunt [m]. *Intentabilis* (vel, *Inexpertus*, Er.) *est malorum*, Lau. sic Er. E. *Non tentatur* (vel, *tentari potest*, Er. P. Be. Pi. &c.) *malis*, Sy. &c. id est, peccatis [n]: q. d. Tentationi obnoxius non est [o]. Neque à se, neque ab ulla alia re aut persona, solicitari potest ad malum [p]. Antanaclasis est in voce πειράζειν, quæ antea ponitur pro δοκιμάζειν, hîc pro *Ad malum solicitare* [q]. ¶ *Ipse autem neminem tentat*] Scilicet ad malum [r]. [Alii hoc cum præced. membro sic reddunt:] *Sicut ipse ad actiones pravas seduci nequit, sic nec ipse amat alios seducere*. Qualis ipse est, tales ut sint homines optat †. *Ut malis tentari non potest, ità nec ipse quenquam tentat*, E. ex Er. q. d. Deus nec induci potest ad peccandum, nec inducere. Quomodo dicere solemus, Deum nec falli posse, nec fallere. Valet igitur Apostoli probatio. Nam ejusdem naturæ est, incitari posse ad peccandum & alios incitare [t]. Impiè illum peccati authorem faciunt, qui nec ipse pronitatem habet ad peccandum, nec alios tentare solet. Obj. Dicitur Deus & *tentari*, ut Exod. 17. 2, 7. Deut. 6. v. 16. &c. & *tentare*, Gen. 22. 1. Deut. 8. 2. & 13. 3 [v]. Resp. Dicuntur ista de tentatione explorationis, vel patefactionis: hîc autem loquitur de tentatione illaqueationis [x], sive seductionis [y]. Tentat Deus, 1. dura præcepta imponendo; 2. affligendo; 3. fræna Satanæ laxando; 4. dona atque auxilia sua subtrahendo; 5. occasiones peccandi objiciendo; 6. voluntates etiam malas ordinando, ut v. g. fur hunc potiùs gregem quàm illum aggrediatur. Deus autem non tentat, peccatum aut suggerendo, aut suadendo, &c [z].

14. *Unusquisque verò tentatur*, &c. Πειράζεται ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος] *Tentatur à sua*, sive *propria, concupiscentia* (vel, *cupiditate*, Be. Pi. יצר הרע, ut loquuntur Hebræi [a]; à vi appetitiva hominis [b], quatenus à lapsu depravata est [c], & inclinatur ad peccata [d], sive carnalia, sive spiritualia *; est enim hæc concupiscentia partim in voluntate, partim & magìs in appetitu sensitivo [f]; éstque peccatorum fomes & illecebra, ex peccato originali in homine relicta [g]. *Cupiditas propria* hîc dicitur, ut 2 Pet. 3. 3. sic & Judæ, v. 16, 18. quæ *cupiditas cordis*, Rom. 1. 24. sive *carnis*, Gal. 5. 16, 24. Eph. 2. 3. & *mundana*, Tit. 2. 12. & *hominum*, 1 Pet. 4. 2. *peccati*, Rom. 6. 12. *diaboli*, Joan. 8. 44. Labem originalem hîc intelligit cuique connatam [h]. Si per adversa à Deo abducimur, non Deus in causa est; sed quòd bona hujus vitæ, vitámque hanc ipsam plus amamus quàm fieri oporteret [i]. Cùm interior sit ad malum motus, frustrà se excusat peccator ab externo impulsu [k].) *abstractus* (vel, *illectus*, Ca. Er. *dum illicitur*, Er. vel, *dum irritatur*, Il. *dum extrahitur*, Zeg. *dum abstrahitur*, Er. Ti. P. Be. Pi. scil. à bono [l]: נשך, ità ut abducatur à recto [m]. Ἐξέλκειν quod ἀφέλκειν Xenophonti, qui *voluptatem* dicit ἀφέλκειν πρὸς τὰ ἡδέα· quod ἐφέλκειν Homero, αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος, *impellit virum ferrum ipsum* [n].) *& illectus*, sive *inescatus*, E. Vulg. Ca. &c. i. e. ità ut pertrahatur [o], ad mala scilicet [p], ut pisces escâ [q]. Frequens similitudo. Sic Græci Scriptores optimi dicunt, γαστρὶ & λόγοις δελεάζεσθαι. In Glossario, δελεάζω, *illecebro*, *pellicio*, *allicio*, *illicio* [r]. Metaphora à meretrice, quæ stultum juvenem abstrahit à parentibus, sive à recto tramite, & ad se veluti escâ allicit †. *Abstrahit* decipiendo, Eph. 4. 22. & mentem corrumpendo, Rom. 1. 26. *illicit* per voluptatem, 2 Pet. 2. 13, 14, 18. Vide & Luc. 8. 15. Tit. 3. 3. Jac. 4. 1. Hæc interna corruptio præcipua tentationis causa esse dicitur, comparatè cum Satana ejúsque instrumentis. Illi enim aliquos tantùm, ídque aliquando tantùm, hæc & omnes & semper tentat; illi ab extra, hæc est hostis intestinus: illi suadere tantùm possunt, non cogere; hæc autem prævalet, Rom. 7. 23 [t]. Satanæ non meminit, ut excusationem nobis eripiat, quia ille sine nobisipsis prævalere non posset [v]. Est autem hîc hysterologia: nam *inescatio* præcedit, *extractio* sequitur [x].

15. *Deinde cùm* (vel, *posteaquam*, Er. Il. Ti. P. Be. In his enim peccati gradibus prior consistere potest sine posteriori, adeò ut etiam temporis ordine præcedere possit [y]. Potest hæc gradatio referri, vel, 1. ad varia temporum & actionum momenta; vel, 2. ad causarum ordinem [z].) *concupiscentia* (innata scilicet & prava, de qua v. præced. ἐπιθυμία φθορᾶς, ut 2 Pet. 1. 4 [a].) *conceperit*, (scilicet delectationem, ut v. præced [b]. vel, consensum eblanditur, sed imperfectum; quum scilicet animus aliquantùm immoratur delectationi peccati, negligens eam repellere, aut ei resistere [c]; vel, postquam voluntatem ità pellexit, ut objectum oblatum admiserit & amplexa sit [d]; vel, ubi titillationi, sive delectabili inescationi sensuali, accessit voluntas, sive bonum aversando, sive malum appetendo, antequam perpetret *. In conceptione diversi sunt gradus; 1. admissio, quum malus motus non rejicitur aut repellitur, ut à Josepho, Gen. 39. — à Christo, Mat. 4. — 2. retentio in animo, contemplatio ejus, disceptatio de eo, ut in Eva, Gen. 3. Vide Psal. 66. 18. Gal. 4. 9. 1 Tim. 5. 15. 3. delectatio sive allubescentia, quâ quis vellet si liceret; quæ, si subita sit, προπάθεια dicitur, si impressa sit, πάθος, ut Job. 20. 3. ut quum quis dulce venenum in ore sentiens, non mox exspuit, sed cum voluptate retinet, nec lubenter dimittit. 4. mora, morosa delectatio, cùm quis rei immoratur, omnésque circumstantias cum delectatione expendit, ut Eva Gen. 3. — *bona ad vescendum, pulchra visu, utilis*, &c. Hæc est articulatio fœtûs, & quasi formatio omnium partium atque membrorum in utero. 5. Peregrinatio, sive oberratio cordis, quum quis rem præteritam resumit, & in animum

revocat,

revocat, delectationem fovet & venatur Gen. 6. 5. objectis hinc indè conquisitis, & objectiones repellit. 6. Consensus in opus, sive propositum faciendi, ut 1 Tim. 6. 9. si facultas & opportunitas adesset. Hæc quasi vivificatio fœtûs. 7. Parturitio, non sine dolore donec enixus fuerit, ut Amnon, 1 Sam. 13.— Psal. 7.— Prov. 2.—8. Nisus sive conatus perficiendi, ut Psal. 7.— Esa. 37.—quum quis facultatem atque opportunitatem quærit, ut fecit Saul ad occidendum Davidem: ἐπιχείρημα. *Si tanta*, inquit, *voluptas cogitando, quid si potiar.* [Deinde sequuntur alii gradus:] 9. *Partus*: [de quo mox.] 10. Lactatio per frequentiam & consuetudinem peccandi. 11. In corpore peccati roboratio, induratio cordis, peccati defensio. 12. De peccato gloriatio; quæ est quasi deportatio & deductio. [Hæc ex Cl. Authore paulò fusiûs exhibere placuit; tum, quia & hunc locum & progressum peccati optimè explicant, tum, quia non modico nobis usui & auxilio adversùs astutiam peccati esse possint.] Συλλαβοῦσα hîc quod *in corde ponere*, Act. 5. 4. Metaphora à prægnantibus, quæ dicuntur συλλαβεῖν, vel, ἐν γαστρὶ ἔχειν, Luc. 1. 24, 31, 36. & 2. 21 [f].) *parit* (per consensum scilicet plenum & perfectum [g]; vel, per operis expletionem, cùm conatus pravus plenum sortitur effectum [h]. Similis metaphora conceptûs & partûs est Job. 15. 35. Psal. 7. 15. Esa. 59. 4 [i]. Τίκτειν idem quod κατεργάζεσθαι, Rom. 7. 8 [k]. Concupiscentia meretrici confertur. Tres hîc peccati gradus; 1. electio voluntatis ad congressum cum concupiscentia; 2. ex congressu conceptio sive impregnatio; 3. partus, quum in actum, & quasi in lucem, editur; tum autem *peccatum* est *peractum*: [ut sequitur.] Idem ergò mihi est ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα quod πραχθεῖσα [l].) *peccatum*] Nempe, peccatum actuale [m], sive internum in affectu & desiderio; sive externum in actu & affectu, ut 1 Tim. 5. 21, 24 [n]. Quod non exclusivè, sed κατ' ἐξοχὴν, *peccatum* dicitur [o]. *Peccatum* hîc vocat *scelera*, quomodo *peccatores* speciatim dicuntur scelerati, ut Matth. 9. 10, 11. Sic Prov. cap. 1. ver. 10. & 23. 17. &c [p]. [Sensus, q. d.] Ubi vis animæ concupiscibilis cogitavit de malo patrando, illud patrat [q]. Συλλαβοῦσα τίκτει, הרה ותלד. Primus Evæ partus, Cain. Homo terrestria cogitans, per Adamum figuratus, & adhærens ei Cupiditas, per Evam significata, per se (i. e. nullo Dei Spiritu sublimiore interveniente) quid producere de se potest nisi pravum? Vide Philonem, & Plotinum [r]: [eorúmque verba in G.] ¶ *Peccatum verò cùm*, &c. Ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει, &c.] *Peractum* (vel, *Perpetratum*, Ca. vel, *Perfectum*, sive *Consummatum*, Er. Il. Ti. Mo. Vulg. Pi. E. Tre. ex Sy. vel, 1. per perfectum consensum †: quum voluntas apprehendit quidpiam, vel *quod*, vel *quomodo*, *non oportet* [t]. Vel, 2. per opus externum peccati [v]. Periphrasis hæc est peccati actualis [x]. Al. *Perfectum peccatum* non intelligo unum aliquod opus perpetratum, sed cursum peccandi completum, sive impiam sceleratámque vitam, cujus stipendium est mors [y].) *gignit* (vel, *enititur*, Er. G. ut Glossarium reddit [z]: *parit*, Pi. *progignit*, Er. Il. Ti. P. ἀποκύει, vel, ἀποκυεῖ vox est bene Græca, quæ occurrit in Plutarcho, & mox v. 18 [a]. Idem est quod τίκτω, *pario*, vel, ἀπαλλάττομαι τοῦ κυήματος, *liberor eo quod conceptum fuit*, i. e. fœtu [b]. Idem hoc quod καρποφορῆσαι τῷ θανάτῳ, Rom. 7. 5. *parit*, i. e. *operatur*, ut Rom. 7. 13 [c], vel, meretur [d].) *mortem*] Temporalem [*]; & æternam [f]; peccati stipendium, Rom. 6. 23. vitæ scilicet illi v. 12. oppositam [g]. Eva non peperisset morituros nisi Adam actu ipso peccâsset: Sic & nos non damnabit morti affectus, si abortiat; sed ità demum si deliberatas, eásque malas, actiones pariat. Non mori tantùm, sed & in morte manere, pœna est peccati, i. e. exitus vitæ non Christianæ, 1 Cor. 15. 55, 56 [h]. Dices, Si peccatum non antè generat mortem quàm consummatum sit, aut, ut alii, in consuetudinem venerit, tunc peccata solo voluntatis consensu commissa non sunt morte digna; quæ Pharisaica doctrina refellitur ex Jac. 3. 14 & 4. 8 Resp. Non dicitur *mortem generare*, quia mortem meretur, sed quia reipsà ducit ad mortem: id quod peccatum opere perpetratum maximè facit, quòd per illud & scandalum aliis datur, & culpa augetur; quia peccator indè audacior factus, abjecto semel Dei timore, peccatum repetit, & in consuetudinem peccandi venit, ideóque difficiliùs sanatur [i].

f Ga. g E. ex L. & Aquin. h Ga. i Me. k Ga. l Di. m Ga. Be. Gom. Calv. Di. n Ga. o Gom. p J. Cap. q V. r G. † Q. in E. t J. Cap. v E. ex Aug. L. & Aquin. &c. Par. x Par. y Calv. z G. a Idem. b Pi. c Ga. d Par. * Gom. Par. f Gom. Par. E. g E. ex Bed. h G. i E.

Paribus [cum peccato] gradibus procedit mors, quæ in primo gradu allecta est, in secundo, concepta, in tertio verò, parit mortem, quam in tertio tantùm gradu exprimit, quia ibi demum evidens & quasi sensibilis apparet mors [k]. Ex hoc loco colligitur, Concupiscentiam ejúsque pravos motus, v. g. titillationem libidinis, iræ, &c [m]. non esse peccatum propriè sive formaliter dictum [n], quia sunt primò primi, & indeliberati [o]. Sed hoc facilè refellitur; 1. *peccatum* dicitur Psal. 51. 5. 2. quia est radix omnis impuritatis, ideóque & ipsa impura. Vide Job. 14. 4. Matth. 7. 14, 15. Jac. 3. 11, &c [p]. 3. quia est ἀνομία, 1 Joan. 3. 4. Confer Matth. 22. 27. 4. peccatum esse docent natura & effectus illius: spiritui enim & Legi Dei repugnat, Rom. 7. 23, 25. Gal. 5. 16, 17 [q]. 5. Etiam cogitata mala inficiunt hominem, Mat. 15. 19. Vide & Act. 8. 22. 2 Cor. 10. 5. & 11. 3 [r]. Non disputat hîc Jacobus, quando peccatum esse, aut reputari, coram Deo incipit; sed quando emergit, & in hoc tantùm versatur, ut radicem nostri exitii in nobis esse doceat †.

16. *Nolite*, &c. Μὴ πλανᾶσθε] Mos loquendi ubi falsas opiniones, quæ aut irrepsere in quorundam animos, aut irrepere possint, amoliri volumus. Sic 1 Cor. 6. 9. & 15. 33. Gal. 6. 7. 1 Joh. 3. 7 [t]. *Nè errate*, Be. Pi. E. ex Sy. &c. *Nè seducamini in errorem*, T. tam absurdum & impium [v], detestabilem [x], & blasphemum [y], Simonis Magi & sequacium ejus [z], Deum auctorem esse tentationum & peccatorum [a]; vel, dona sapientiæ & patientiæ, quibus tentationes superetis, propriis viribus obtineri posse, neque debere postulari à Deo [b]. Hoc vult, Nè putate vestrum studium sufficere sine precibus, ut Judæi non pauci existimant. Precibus opus est, & quidem indefessis. Vide Luc. 18. 1. ¶ *Fratres mei dilectissimi*] Benigna allocutio, qualis infrà v. 19. & 2. 5. & alibi. Ἀγαπητοὶ Syrus vertit חביבי, quod illâ linguâ blandum admodum vocabulum est [c].

17. *Omne*, &c. Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον, &c.] Est versus hexameter [d]. *Omnis donatio* (vel, *largitio*, G. vel, *datum*, Vulg. G. quod pro Græco δόσις Cicero & Seneca usurpant [*]. Alibi est δόμα, ut Matth. 7. 11. Luc. 11. 13 [f].) *bona*, (verè bona [g], ut opponatur illis Dei donis quæ umbratilia sunt & evanescunt [h]; q. d. quæ nos bonos faciat, Matth. 7. 11 [i]. vel, *optima*, Vulg. Legit ἀρίστη quod maximè probarem [k].) *& omne donum* (Δόσις & δώρημα sunt, vel, 1. synonyma; vel, 2. distinguenda: [idque, vel, 1.] ut illa ad naturam referatur, hoc ad gratiam; nam δώρημα est quod gratis datur. Quò pertinet & epithetum *perfecti*: nam gratia perficit naturam. Docet ergò Deum esse authorem omnis boni in nobis, sive naturalis, sive supernaturalis, sive in habitu consistat, sive in actu, præsertim cùm de peccatis antè fuerit locutus quibus ex adverso bonæ actiones respondent. Egregiè hoc refellit Pelagium, &c [l]. Vel, 2. illa ad transitoria, hoc ad permanentia, refertur; illa ad res hujus vitæ, ut Gen. 45. 21. Job. 1. 21. Phil. 4. 15 [m]. hoc ad res alterius vitæ, ut Rom. 5. 16. Vide & Luc. 11. 13. 1 Joh. 3. 17. illa ad id quod datur in via, hoc ad id quod datur in patria [n].) *perfectum*, (i. e. quod nos perficiat [o], sive perducat ad vitam æternam. Sic τελειωθῆναι habemus Heb. 2. 10. & 11. 40 [p]. sive sit naturæ, sive gratiæ, sive gloriæ; *perfectum*, inquam, quia tale vobis opto, & à Deo deposci vellem [q]. Vel, *integrum*, Be. Designat hîc dona spiritualia [r], minimè fucata, sed firma & solida †, quibus ad omnem virtutem & perfectionem instituimur [t]. Vel potiùs, *adultum*, ut tam gratiæ incrementum quàm initium Deo tribuatur [v].) *supernè est*, P. Be. vel, *è supernis*, E. Pi. id est, è cœlo [k], ut exponitur hæc vox Joh. 3. 31 [l]. & *cœlum* metonymicè pro Deo, cœli habitatore [m], ut Luc. 15. 21 [n]. Vide Joh. 3. 31. & 9. 11. Sic Jac. 3. 15, 17 [o]. Deum omnis boni datorem laudant Dionys. Halic. 1. 123 [p]. & Philo [q]. [Verbis à G. productis.] Hæc altera est ratio à contrariis effectis deducta [r]. Deus, inquit, est omnis boni author, cui proprium & naturale est benefacere: absurdum ergò est, eum censeri malorum authorem †. Tantum abest, ut Deus aliquem tentet, ut dona omnia cœlestia ab illo nobis proveniant [t]. ¶ *Descendens* (*Descendere* dicitur quod à Deo venit, Joh. 1. v. 33 [v].) *à Patre* (i. e. creatore, ut *Pater spirituum* [x], Heb. 12. 9 [y]. vel, authore [z]: *Pater* Hebræis auctor rei, Gen.

k Di. l E. m T. n P. T. o T. p Ga. q Gom. r Ga. † Calv. t G. v Me. x E. y Gom. z T. a T. sim. E. Me. Par. Gom. b T. c G. d Ga. * G. f D. g Be. G. h Be. i G. k Be. l E. m Ga. ex Andr. n Ga. o G. sim. Pi. p G. q T. r Be. sim. Me. † Be. t Ga. v E. Pi. k Pi. l E. sim. Pi. m Pi. n G. o Pi. Cap. p G. q Gom. † Calv. t Me. v G. x D. y G. z V. Pi. E.

Gen. 4. 20, 21[a]. Sic *pater Edom*, i. e. author generis[b]. Sic Romulus *Romæ pater* Plutarcho[c].) *luminum*] id est, A Deo[d], sic dicto, vel, 1. pro *luminosissimo*, i. e. gloriosissimo, ut *Deus gloriæ*, i. e. gloriosus, Act. 7. 2*. vel, 2. *luminum*, i. e. (per elegantem metaphoram) veritatis, & sanctitatis; non ergò est causa errorum, vitiorum, malarum tentationum, quæ tenebræ sunt[f]: vel, 3. luminum, i. e. luminis omnigeni[g]; tum corporei[h], solis, lunæ, &c[i]. tum spiritualis[k]; illarum *illuminationum*, quæ rectiùs אורים dicuntur quàm fulgores illi in pectorali summi Sacerdotis[l]; notitiarum in creaturis rationalibus[m]; revelationum atque inspirationum, quibus hominum mentes illuminantur[n], ac inter tenebras hujus vitæ diriguntur; maximè verò bonorum operum, quæ opponuntur peccatis, quæ passim *tenebræ* vocantur, ut Joan. 3. 19. & alibi, quia ex errore & Diabolo [Principe tenebrarum] ortum habent[o]: vel, *luminum*, i. e. omnium bonorum. Lumen enim causa & symbolum est omnis boni[p]. *Lumen* pro bono, ut *tenebræ* pro malo[q]. ¶ *Apud quem*, &c. Παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα] *Apud quem non* (vel, *nulla*, Sy.) *est* (vel, *inest*, Be. Pi. Ca. Syncope[r], quâ ἔνι, pro ἔνεστι †; non pro *licet*, sed pro ἔστι, *est*[t], ab ἔνειμι, *insum*[v], ut in Aristoph. Pluto; ἔνι κίνδυνος ἐν τῷ πράγματι. Nam in uno MS. legimus ἐστὶ[o].) *transmutatio*, (vel, *immutatio*, V. Ca. &c. Ut modò luceat, modò non luceat, ut accidit soli & lunæ, v.g. per Eclipses[p]. Vel, localis *transmutatio*, ut in sole qui mutat locum dum ab Oriente in Occidentem movetur, & à Tropico Cancri in Tropicum Capricorni[q]:) *aut conversionis* (vel, *vicissitudinis*, Mo. Vulg.) *obumbratio*, Er. Il. Be. Pi. &c. Ut soli accidit, ob terram noctu inter eum & nos interpositam, &c[r]. Unde nunc dies est, vel lux; nunc nox, vel umbra, quæ major minórve est pro majore, vel minore, solis accessu, vel recessu †. Sol nunc apparet, nunc disparet[t]; nunc fulget, nunc vaporibus, nubibus, eclipsibus, obscuratur[v]. Omnes hæ voces sunt Astronomicæ. Sol παραλλαγὰς, sive παραλλάξεις, habet, ut & Plato dicit: aliter conspicitur in ortu, aliter in meridie, aliter in occasu[x]: παράλλαξις in doctrina Eclipsium est *diversitas aspectûs*, sive visûs nostri aberratio[y]. Præterea [sol] habet τροπὰς, annuos *à nobis abscessus*, quos *Solstitia* dicimus; Græci τροπὰς, Avienus vertit *pulsus*. Pro iis *abscessibus* alias nobis *umbras* jacit, quod est ἀποσκιάζειν. Deus hîc Soli comparatur, ostenditúrque multò ejus lux Solis [luce] perfectior. Deus nec oritur, nec occidit, nec abscedit, sed semper propinquus est se invocantibus; easdem luces jacit sine umbræ mixtura, Mal. 3. 6[z]. non aberrat visus ejus, sed accuratè omnia prospicit, quid quisque agit, & quâ mente, &c[a]. prorsus immutabilis est, ut essentiâ & perfectione, ità etiam loco, aspectu, & operatione[d]: lumen ejus nullo rerum objectu obscurari & impediri potest, quò minùs quocunque voluerit penetret*: ubique beneficentiæ suæ radios expandit; constanter producit lumen, id est, bonum, nunquam tenebras, vel umbras, errorum aut peccatorum[f]. Simul innuit, bona tantùm esse à Deo, non mala: quòd sit ipse immutabilis à bono in malum[g]. Ità dubitationi occurrit, q. d. Homo qui præclarè aliàs se gerit totâ vitâ, possit simul labi aliqua in parte. Deus autem non est instar hominum mutabilis[h], sed semper sui similis[i], & voluntas ejus semper eadem est; & quòd quædam nobis in malum cedunt, non Dei, sed nostro, fit vitio[k].

18. *Voluntariè*, &c. Βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς, &c.] Doctrinam præcedentem declarat, ostendens quàm bonus & beneficus sit erga nos Deus*. Deum esse datorem omnis boni, probat ab exemplo regenerationis[l]; quàm egregiè concupiscentiæ, mortem gignenti, opponit, & hîc à causis suis describit[m]. Deus nos bonos efficit, nos regenerando, quod omnis boni initium est. Igitur nos malos esse non vult[n]. [Verba sic reddunt:] *Volens* (vel, *Consultò*, Ca. *Quia voluit*, P. Be. Pi. Ga. G. E. quia ipsi placuit[o]. *Voluntate suâ*, Æth. Voluntatem hîc opponit, vel, 1. necessitati; q.d. non necessitate[p], ut Filium suum genuit †, vel, ut sol illuminat[q]; neque tamen casu & fortuitò, ut homo gignit hominem, sed ex libero beneplacito[r]: *destinatâ voluntate*, Er. Ti. Zeg. Vel, 2. meritis; q. d. nullis nostris operibus aut meritis provocatus †, aut externa causâ inductus[t], imò immerentes & indignos[v], sponte suâ[x], amore & benignitate impulsus[y]; speciali & gratiosâ voluntate suâ[z], quæ εὐδοκία dicitur, Eph. 1. 4[a]. *Voluntas* per Synecdochen pro benigna voluntate[b]: alioqui θέλημα latè & generaliter acceptum omnibus rebus intervenit, quum nihil prorsus nolente Deo fiat[c]: *benignâ voluntate*, Il. sub. ἐν, Er. Il. Ti. Tre. P. Be. ex Sy. Pi.) *genuit* (generatione scilicet spirituali[d], quâ nascimur filii Dei*, facti novi homines[f]: de qua hîc agi patet ex collat. 1 Cor. 4. 15. 1 Pet. 1. 3, 23. Deus olim Israelitas *genuisse* dicitur cùm eos ex Ægypto liberavit, Deut. 32. 18. At nunc multò excellentiùs eos *genuit* ad vitam æternam[g]. Alludit ad nostram adoptionem, de qua Joan. 1. 12, 13. Dicuntur & ministri *gignere*, Gal. 4. 19. Philem. v. 10. sed ut Dei instrumenta[h].) *nos* (*Nos* & *Vos* sunt notæ, tum, 1. extensionis: q. d. & me, & vos, ad quos scribo, de quibus hoc dicit ex judicio charitatis, quæ suspicax non est: tum, 2. restrictionis, ut alii excludantur: *nos*, hoc est, electos, fideles, Christo unitos atque conformes; Ecclesiam, ut constat ex Joh. 1. 12. & 15. 1, &c. Rom. 8. 29, 30. Eph. 2. 5, 6. & 5. 25, 26, 30[i].) *verbo veritatis*, Mo. &c. i. e. vel, 1. Verbo incarnato, qui summa veritas est[k]; vel, 2. per Evangelium[l], 1 Pet. 1. 23[m]. quod κατ' ἐξοχὴν dicitur *sermo veritatis*[n], salutaris scilicet[o]. Confer Eph. 1. 12, 13[p]. Col. 1. 5. 2 Tim. 2. 8[q]. Intelligitur autem hoc verbum susceptum fide[r], vel, interiùs inspiratum; putà per intellectûs illuminationem, & voluntatis excitationem †. Hinc sanctificatio nostra modò verbo, modò fidei, asscribitur[t]. ¶ *Ut simus* (vel, *essemus*, Er. Be. &c.) *initium*, &c. Ἀπαρχήν, &c.] *Primitiæ quædam suarum* (vel, *ejus*, Val. Er.) *creaturarum*, Er. P. Pi. &c. id est, vel, 1. hominum[v], ut patet ex collat. Heb. 12. 23. & Apoc. 14. 4. Vox *creaturæ* ad humanum genus [sæpe] restringitur, [tum, in Scriptura S. ut] Marc. 16. 15. Col. 1. 23[x]. tum, ex usu Hebræorum, & Arabum[y]. [Vide Di.] Sensus est, Ut humani generis essemus primitiæ quædam[z], i. e. ex reliquorum hominum acervo selecti[a], & Deo consecrati atque oblati[b], ut olim primitiæ[c]; vel, *primitiæ*, i. e. præstantissima & selecta portio quæ Deo offeratur. Sic vocat fideles atque electos[d]. [Sensus, q.d.] Ut principatum teneamus inter creaturas ejus, utpote filii Dei ‖, & hæredes vitæ æternæ †. Vel, 2. *creaturarum*, nempe *novarum**; quod non semper exprimitur, sed ex rei natura intelligitur[f], ut Eph. 2. 10. & 3. 9[g]. Loquitur de fidelibus Judæis[h]; de Apostolis aliísque horum similibus[i]; qui ut προηλπικότες dicuntur, Eph. 1. 12. *electi ab initio*, 2 Thes. 2. 13. ità hîc & Rom. 11. 16. *primitiæ*[k], vel, 1. quia potioribus Spiritûs S. donis ornati erant; vel, 2. quia ad Christum[l], ante alios vocati sunt[m], Rom. 16. 17. 1 Cor. 16. 15[n]. Ità integra est Metaphoræ vis, quæ, si de omnibus fidelibus accipias, enervatur. Ut enim primitiis Deo consecratis, reliquorum terræ fructuum usus sanctus erat & licitus; ità Judæis à Deo per Evangelii prædicationem consecratis, vocatio gentium erat licita. Sed hæc sententia minùs placet, quia doctrina Apostoli generalis est, ad omnes pertinens regeneratos. Confer dicta ad Heb. 12. 23[o].

19. *Scitis*] Legit ἴστε[p], ut est in MS[q]. Quod hîc vix congruit. Ὥστε] *Itaque*, Transitum facit ad exhortationem sequentem[r]. Cùm in id tendant adversa quæ nobis immittuntur ut fiamus meliores, ut dictum suprà v. 4. ac præterea Deus nos tantâ vocatione dignatus sit, ut jam jam dictum †. ¶ *Sit——velox ad audiendum*] Non quidlibet, multa enim noxia dicuntur[t]; sed sermonem veritatis[v], ex v. 18[x]. & 21[y]. & omne verbum ædificans, q.d. Sit diligens & promptus[z], & docilis[a]. ¶ *Tardus—ad loquendum*] Nempe de rebus divinis, de quibus nè citò ac facilè pronunciet, sed priùs bene discat quæ doceat. Hinc Pythagorici auditores suos per quinquennium jubebant silere, quò sic demum utiliter loqui possent[b]. Sensus, q. d. Placidè loquentem audiat Deum, nec intempestivè obstrepat Deo, aut occupet ipsi loqui, velut festinantiâ suâ abrumpat sermonem Dei[c]. Auditionis impedimentum est loquacitas. Vide Job. 6. 24. & 13. 13. & 29. 21. & 33. 33. Prov. 12. 23. & 18. 2, 13[d]. Al. Sensus est, Nè præcipitet judicium de doctrinis, nec pertinaciter defendat

Marginal notes (col. 1423): [a] G. sic D. [b] P. [c] Pe. [d] D. Me. * Pi. [f] Gom. [g] Ga. [h] E. sim. Me. [i] E. [k] E. Me. [l] G. [m] Pi. sim. Be. [n] E. sic Me. [o] E. [p] T. [q] Ga. ex Illyr. [r] Glas. † Be. Glas. [t] Be [v] Glas. gram. 3 3. 1. 229. [o] Be. [p] Me. [q] T. [r] Me. † T. [t] Be. [v] Ga. ex Illyr. [x] G. [y] Strig. [z] G. [a] Strig. [d] T. * E. [f] T. [g] E. [h] Calv. [i] V. [k] Be. * E. [l] Gom. sim. Calv. Ca. [m] Gom. [n] G. [o] Idem. [p] Q. in E. [q] Be. T. † Q. in E. T. [q] Me. [r] T. † E. ex [t] Id. T. G. [t] Calv.

Marginal notes (col. 1424): [v] T. [x] Calv. [y] Me. [z] Vor. sim. Gom. E. Be. Calv. [a] Vor. [b] Gom. [c] Vor. [d] Plerique in E. T. sic Calv. Gom. * E. [f] Calv. [g] G. [h] Be. [i] Ga. [k] Zeg. [l] G. T. sic E. Me. Gom. Ca. Pi. Vor. Zeg. [m] G. [n] Vor. Gom. [o] Gom. [p] Vor. Lau. [q] Lau. [r] E. † T. [t] E. [v] Di. E. [x] E. [y] Di. [z] E. [a] Be. [b] Pi. [c] Pi. sim. Be. [d] E. ‖ T. sic Me. † T. * Gom. G. Vor. [f] G. [g] G sic Vor. [h] Gom. sic G. [i] Vor. [k] G. [l] Vor. [m] G. Vor. [n] G. [o] Gom. [p] E. G. [q] G. [r] E. † G. [v] Pi. sim. E. Calv. Ga. Gom. [z] Pi. Gom. [z] E. [y] Gom. [a] Calv. [b] E. [c] Calv. [d] Ga.

defendat opiniones incertas, &c*. Al. Tardus sit ad sumendam sibi authoritatem alios docendi, tanquam supra cæteros saperet. Syn. gen. sic Jac. 3. 1[f]. [Alii generaliùs accipiunt:] Aggreditur adhortari ad bona opera, ad quæ obeunda primus quasi gradus est linguam cohibere, disciplinæ præcepta libenter audire[g]. Ideo Philosophi aiunt nobis datas Aures duas, Linguam unam; & Aures patulas, Linguam septo dentium obvallatam. At multi sunt quibus dici potest Sophocleum illud, Βέλει λέγειν τι, καὶ λέγων μηδὲν κλύειν. Vide Prov. 10. 19. & 13. 3. & 17. 28[h]. ¶ *Tardus ad iram*] Quæ disputantibus facilè suboriri solet[i]. Sit longanimis[k]. Facessat omnis contentionis fervor & tumultuatio: neque enim Deus, nisi sedato animo, audiri potest[l]. Cato, *Impedit ira animum, nè possit cernere verum.* Idem notant Demades & Aristoteles. Affectus alii promptiùs audiunt. Ira autem fumo & tumultu omnia implet, ut non magis admonitionem recipiat quàm navis nauclerum in tempestate. Iracundia auditionem impedit. Vide 1 Reg. 22. 8. 2 Reg. 5. 11. Luc. 4. 28. facilè irritatur, dextrâ porrecta sinistrâ excipit[m], corripientibus, & dissidentibus à se, indignatur[n].

20. *Ira enim* (Declarat deinceps tria præcepta quæ proximè dederat, incipiens à postremo[o].) *viri justitiam Dei non operatur*] Vel, *exsequitur*, Be. Pi. *Justitiam Dei* hîc intelligit non illam de qua Rom. 1. 17[p]. sed vel, 1. quam Deus exercet in puniendis malis; q.d. Deus ad exsequendam suam justitiam non ordinavit iram hominum volentium se vindicare, sed judices ad eum finem instituit[q]: vel, 2, quâ quis verè justus est[r], internam, quam Deus requirit †; i.e. quod præscribit Deus[t], quod justum & Deo gratum est[v]; virtutem aut opera bona[x]. De hac justitia vide Mat. 5. 20. Rom. 3. 21, 22. & 10. 3. 2 Cor. 5. 21[y]. [Sensus,] Vir iratus non paret Dei mandatis[z], sed multa committit mala[a]. Est itaque λιτόπης[b]. Ira mentem excæcat, cor indurat, Prov. 27. 3. vincula, tum naturæ, tum religionis, abrumpit; etiam quod facit bonum malè facit ex amore sui magis quàm ex odio mali[c]. Si quis citò & sæpe *irasci* assuescat, is *justitiam Dei non adipiscetur*, aut si adeptus est, amittet[d]. Passionibus nostris, vel, carnali nostro zelo & fervore, non promovetur opus Dei*.

21. *Propter quod*] Hoc quoque refer ad ea ad quæ referunt illa suprà v. 19[f]. ¶ *Abjicientes*; sim. Be. Pi. &c. Non dicit, *cohibentes*, sed *deponentes*, vel, *projicientes*, non velut vestem, Act. 7. 58. sed ut pannum immundum, Esa. 64. ut Esa. 30. 22. Ezec. 18. 31. Ἀποθέμενοι] Sic Eph. 4. 25. 1 Pet. 2. 1. unde ἀπόθεσις 1 Pet. 3. 21[g]. ¶ *Omnem immunditiam*, Ῥυπαρίαν] Vox in Apostolicis literis alibi non reperitur[h]. Sed ὁ ῥυπῶν est Apoc. 22. 11. & ῥύπος σαρκὸς, 1 Pet. 3. 21. Idem hoc quod μολυσμὸς, 2 Cor. 7. 1. quod μίασμα, 2 Pet. 2. 20[i]. Ῥύπος & ῥυπαρία *sordes* significat, in Glossario. Et solet de corporis sordibus dici, 1 Pet. 3. 21. indè ad animum transfertur, significátque omne id quo inquinatur animus, ut videre est Esa. 4. 4. Etiam Job. 14. 4. טמא vertitur ῥύπος. Syrus hîc habet טנפותא à verbo טנף Syriaco, quod *inquinare* significat, & reperitur etiam Cant. 5. 3[k]. [Vertunt:] *Immunditiam*, Vulg. sic Er. Il. Ti. *Sordem*, vel *Sordes*, Mo. E. sic P. Ca. Be. Pi. Er. Intelligit, vel impudicitiam[l], vel avaritiam[n], quam & Latini *sordes* vocant: vel potiùs, quodcunque genus peccati[o], fœditatem carnis pariter & animæ[p]; vel, cupiditates rerum terrenarum, quæ iræ materiam & fomitem suppeditant[q]. Qu. Quomodo *omnes sordes* abjicere possumus? Resp. 1. Voluisse est fecisse. *Quicquid vis & non potes factum Deus reputat*, August. 2. Huc collineandum, nec desistendum donec omnes abjeceris. 3. *Omnes*, i.e. omnis generis, ut 2 Cor. 7. 1. 1 Pet. 2. 1 ‖. ¶ *Et*, &c. Καὶ περισσείαν κακίας] Videtur exprimere voluisse vim vocis Hebrææ ערלה, quæ propriè *præputium* significat; sed transfertur ad omnia ea quæ ut inutilia rejici debent. In MS. est περίσσευμα[r]. [Sic vertunt:] *Et superfluitatem* (vel, *abundantiam*, sive *redundantiam*, Vulg. E. Er. in Be. ut Rom. 5. 17. 2 Cor. 8. 3†. vel, *excrementum*, Be. Pi. Allusio est, vel, 1. ad sordes & superflua corporis[t]. Non confertur humoribus vitiosis, ut pituitæ, &c. quæ corrigi & concoqui possunt, sed ad excrementa[v]. Vel, 2. ad artifices, qui superflua resecare solent[x].

* Par. f Pi. g Me. h G. i E. k D. sim. G. l Calv. m Ga. n Par. o E. p Be. q Caj. in E. r E. † G. sim. Pi. Ga. t Be. v T. x D. y G. z V. Me. a E. sim. Me. T. Lau. ex Aquin. Ham. Vor. Dic. b Lau. sic Ga. c Ga. d G. * Dic. f G. g Ga. h E. i Ga. k G. l Oecum. in E. n E. Me. o E. p Zeg. q Me. ‖ Ga. r G. † Ga. t Er. v Ga. x V.

Vel, 3. ad agricolas, qui ex agris sativis lapides, herbas vitiosas, &c. auferunt[y].) *malitiæ*, Er. V. i. e. malitiam redundantem ac superfluam[z]: vel, abundantiam malam, i. e. quicquid malè abundat, & meretur resecari[a]. Sub nomine κακίας tam hypocrisin & contumaciam, quàm perversas omnes cupiditates, comprehendit; hanc autem in anima, & quidem copiosissimè, residere hîc docet †. ¶ *In*, &c. Ἐν πραότητι δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον] *Cum lenitate*, sive *mansuetudine*, (Quæ opponitur iræ, & contentioni, quæ indociles nos reddit[b]; & ferociæ altísque spiritibus, ut Esa. 57. 15[c]. & pervicaciæ. Hoc verbo significatur humilitas[d], modestia*, & docilitas[f]. Mansuetudo enim nos dociles reddit, præsertim ad ea quæ captum ingenii nostri superant[g]; facítque ut nos comiter Deo subjiciamus, & ab eo nos regi sinamus[h], & disponit animos nostros ad doctrinam Evangelicam[i]. Vide Psal. 25. 9, 14. Esa. 66. 2. Mat. 11. 5, 27. &c. & 18. 3, 4[k]. vel, *Comiter*, Ca. vel, *Animo docili*, quomodo πραότης sumi videtur Phil. 45. 4[l].) *recipite* (ut Luc. 8. 13. Act. 11. 1. & 17. 11. ídque, tum in caput, intelligentiâ, Prov. 1. 2, 3, &c. & 24. 32. Mat. 13. 23. tum in cor, fide & obedientiâ, Mat. 11. 14. Luc. 8. 13. 2 Thes. 2. 10. Non sufficit *audire*, &c[m].) *insitum* (vel, *insititium illum*, Be. Pi.) *sermonem*, Er. Il. Ti. &c. Nempe de quo antè dictum[n]; verbum Dei[o], tum Legis[p], tum Evangelii[q]. Quod Latini *insitionem* vocant, id Theophrastus Græcíque alii ἐμφυτείας. In Glossario, ἔμφυτον, *insitum.* Syrus hîc דנציבא, id est, *plantatum* bene[r]. Additur hîc articulus præter morem communem. Sic & Act. 2. 47 †. ἔμφυτος dicitur ut σύμφυτος, Rom. 6. 5[t]. Sermonem hunc sic vocat, vel, 1. q.d. non fictum, sed naturalem & verum[v]: vel, 2. quòd inseritur & plantatur[x], Apostolorum sive Ministrorum operâ[y], exteriùs & in auribus; per Spiritum verò Sanctum interiùs[z]; in animis[a] fidelium, sive electorum, juxta illud Jer. 31. 34. *Indam leges menti*, &c. ut Evangelium opponat Legi, quæ non erat ἔμφυτον· sed extrinsecùs homini adveniebat, eúmque de officio tantùm admonebat[b]. Vel, 3. ut innuat, verbum Dei, fidem & gratiam, non esse nobis connaturalia; sed aliunde, putà divinitùs, insita, ideóque supernaturalia & gratuita[c]: vel, 4. ut doceat quomodo verbum à nobis suscipiendum sit, ità scilicet ut nobiscum uniatur atque incorporetur; ut cibus homini quem nutrit, vel fermentum massæ quam fermentat, & surculus arbori ut fructificet. Vide Deut. 6. 6. & 11. 18. Psal. 119. 11[d]. & dicta ad Mat. 13. 3. 1 Cor. 3. 6*. Al. Ἔμφυτον accipio pro ἐμφύτως, Adjectivum pro Adverbio. Sic exponuntur illa Homeri Iliad. δ.—τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών· & Odyss. β.—λύσῃ ἀγρηὴν αἰθρηὴν, pro αἰθρηῶς. Vide Eustath. Odyss. p. 93. An ἔμφυτον dicit pro ὥστε εἶναι ἔμφυτον, ut Calv. exponit[f]? *Suscipite insitum*, &c. i. e. Ità suscipite ut inseratur, ut viva fiat insitio, quâ cum corde nostro coalescat. Alludit ad semen quod sæpe in arida loca cadit, aut surculos, qui in terram projecti marcescunt[g]. [Sensus, q.d.] Recipite tanquam semen, quod arvo bene purgato penitus inseritur, ut tandem fructum ferat[h]. ¶ *Quod potest salvare* (i. e. ad æternam salutem perducere[i], nempe si fide suscipiatur[k]:) *animas vestras*] i.e. Vos, per Hebraismum[l], ut 1 Pet. 3. 20[m]. vel, *animabus* κατ' ἐξοχὴν ascribit & salutem, ut 1 Pet. 1. 9. & damnationem, Mat. 16. 25[n]. non tamen exclusivè quoad corpus[o]. Imò corpus aliquo modo excluditur, quia corpus ad tempus perit, animâ interim incolumi. Vide Jac. 5. 15, 20[p]. Acris est ad castigandam ignaviam nostram stimulus, q.d. Sermo, cui tam negligentes præbemus aures, salutis nostræ causa est[q]. Vide Rom. 1. 16[r]. 2 Cor. 2. 16 †.

22. *Estote factores* (vel, *effectores*, Be.) *verbi*, (credendo scilicet Evangelio, & obediendo Legi[t]. Sic ποιηταὶ νόμου Rom. 2. 13. Jac. 4. 11. vel, *verbi*, i. e. rei significatæ per verbum, ut ποιητὴς ἔργου v. 25[v]. q. d. Factis exequamini ea quæ jubet Evangelium[x].) *& non auditores tantùm*] Par admonitio Mat. 7. 21, 24, 26. ubi dicta vide[y]; & Rom. 2. 13. ubi præmunit *Paulus* lectorem nè doctrinam de fide sine operibus justificante malè intelligat, quod & hîc Jacobus facit[z]. Dicunt Hebræi, *Opus fundamentum, non sermo.* Rursus, *Quis pius? Qui intrat* Templum, *& facit* quod ibi audit. Rursus, de discipulo sapientum, *Discit* ut *faciat*, non ut *sciat aut doceat*[a]. RR. dicunt duas esse coronas, alteram

y E. sim. Calv. z E. V. a Me. † Calv. b E. c Be. sim. Calv. Ga. d Ga. * Calv. Ga. f Calv. g E. h Calv. i Me. k Ga. l G. m Ga. n Idem. o E. p Pi. Gom. q Pi. sic E. Me. T. G. Gom. Cap. r G. † Cas. t Ga. v V. x Be. y G. Be. sim. T. z T. sim. Cap. a G. T. Cap. b Cap. c T. d Ga. * G. f Cas. g Calv. h Vor. i E. k E. sic Calv. l Ga. sic Fi. m Ga. n Pi. Ga. o Pi. p Ga. q Calv. r G. † Ga. t Pi. sic Gom. v Ga. x E. y G. z E. a D.

teram *auditionis*, alteram *operis*. Vide Exod. 19. 5 [b]. Hîc λόγος sine articulo notat *sermonem Dei*. Sic דבר, Prov. 13. 13 [c]. Addit hîc *tantùm*, cautelæ gratiâ [d]. ¶ *Fallentes*, &c.] Ità Er. Il. P. Mo. &c. Παραλογιζόμενοι ἑαυτοὺς] *Paralogizantes* (vel, *Falsò ratiocinando fallentes*, Be. Pi. i. e. Captiosis quibusdam ratiunculis ex Scriptura, vel aliunde, petitis illaqueantes & fallentes, Sophistarum more. Cujus exemplum præbet cap. seq *. Παραλογισμὸς est *fallax & captiosa argumentatio*. Παραλογίζεσθαι dicitur ut παραφρονεῖν. Idem quod φρεναπατᾶν Gal. 6. 3 [f]. quod πλανᾶν, Col. 2. 4. 1 Joh. 1. 8. Gen. 29. 25. Judic. 16. 13 [g].) *vosipsos*, E. &c. Qui tantùm audiendo verbum Dei, & profitendo Christianos se esse, sine factis piis servari se posse sperant [h], non alios duntaxat [i], sed & semet fallunt [k]; quia præter opinionem aberrant, tum à cognitione & voluntatis verbíque Dei, & suiipsius [l]; tum, à proposito & sperato scopo gratiæ Dei [m], & vitæ æternæ [n].

23. *Si quis*, &c. Ὅτι εἴ τις, &c.] Ὅτι deest in MS. ut & apud Syrum [o]. Al. *Nam si quis*, Be. Pi. &c. ¶ *Hic*, &c. Ἔοικε—κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως, &c.] *Hic similis est viro consideranti* (κατανοεῖν de corpore, frequentiùs autem de anima, dicitur, ut Mat. 7. 3. Luc. 12. 24, 27 [p]. Al. κατανοεῖν hîc est *conspicere*. Respondet Heb. נבט & ראה & Syr. חזא. Sic & Mat. 7. 3. Luc. 6. 41. Act. 7. 31, 32. & 11. 6. & 27. 39 [q].) *faciem* (vel, *vultum*, Mo. Ar. &c.) *nativitatis* (vel, *generationis*, Pi. vel, *nativam*, Il. P. Be. Pi. E. Me. Hebraismus usitatissimus [r], ut mox ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς, & *Mammona injustitiæ* †; i. e. qualis est nata [t], vel cum qua natus est [v], qualis est naturâ, sive ortu [x]. Sic vocat ad differentiam, vel, 1. larvæ, aut faciei fucatæ [y]: vel, 2. faciei internæ, sive animi, quæ acquiritur hominis studio & actionibus voluntariis, &c [z].) *suæ* (vel potiùs, *suam*, Ga. Il. P. Be. Pi. ut Psal. 2. 6. Col. 2. 13. Heb. 1. 3 [a]. αὐτῷ enim non regitur à voce γενέσεως, sed à πρόσωπον [b]. Γένεσις hîc & infrà 3. 6. ut & Sap. 1. 14. & 14. 27. id quod alicui *naturale* est significat. Τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως Proclus dixit τὸ ἀρχέτυπον. Perinde est atque suam faciem videret, quia ei planè respondet id quod est in speculo. Sic dicimus,——*Nuper me in littore vidi* [c]. Voce γενέσεως alludit ad nativam illam maculam, cui opponitur puritas ad quam renascimur [d].) *in speculo*, Er. Be. Pi. Per *speculum* hîc denotat Evangelium *, sive verbum Dei [f]; & bene: ostendit enim nobis nos quales sumus [g], detegit maculas nostras, Rom. 3. 20. miseriámque & culpæ & pœnæ, simúlque index est officii nostri [h]. Fortasse πρόσωπον hîc accipi possit ut Mat. 16. v. 3. *facies cæli*, i. e. species, & γένεσις in sensu Astronomico, ut πρόσωπον γενέσεως sit *schema nativitatis*, quod intuetur aliquis *in speculo*, nempe artificis [i]. [Sed illius non ità facilè obliviscuntur qui illi considerando operam dant.]

24. *Consideravit enim* (Non probat, sed explicat; q. d. Illi, inquam, similis est qui *consideravit* [k]. Γὰρ non semper est causale, aut nota probationis, sed interdum connexionis tantùm nota [l].) *se*, *& abiit*] vel, *Nam simulatque consideravit se abiit*. Genus loquendi quale suprà v. 11 [m]. Mulieres solent diu inhærere speculo, ut ad id se forment [n]: viri tantùm obiter & perfunctoriè [o]; [&] vix conspecto speculo solent abire, nec curare quales sint [p]. Hinc *viri* meminit, non mulieris [q]. Significat, negligenter & incuriosè contemplari [r]. ¶ *Statim* (vel, *In momento*, G. ex Ar.) *oblitus est*, &c.] Ideóque non curat sordes aut maculas, quas deprehenderat, eluere †. Facilè obliviscimur quæ non multùm curamus [t].

25 *Qui*, &c. Ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον τέλειον τὸν τῆς ἐλευθερίας] *At qui prospexerit* (vel, *persp*e*xerit*, E. ex Vulg. Παρακύπτειν hîc, ut & Psal. 33. 14. & 1 Pet. 1. 12. est, quovis modo *inspectare*; & Syrus hîc rectè posuit חור, quanquam propriè de iis dicitur *qui per fenestram prospectant*, ut Gen. 26. 8. 1 Par. 15. 29. Prov. 7. 6. Cant. 2. 9 [v]. vel, *introspexerit*, Il. P. Be. Pi. Æth. *penitùs introspexit*, Ca. sic E. Me. i. e. qui intuendi studio [x], caput obliquat [y], sese inclinat [z], prono corpore [a], vultu demisso [b]; ut cominùs & perfectè cognoscant [c], ut verbum sumitur Luc. 24. 12. Joan. 20. 4, 5, 11, 12. 1 Pet. 1. 12 [d]. Otioso speculatori, sive auditori, verbi opponit auditorem operosum *.) *in legem perfectam nempe*, vel, *quæ est libertatis*, Er. V. &c. *Legis* nomine intelligit, vel, 1. universam Dei doctrinam, ut Judæis familiare erat: quam *perfectam* & *libertatis* vocat, per Antithesin. Dum enim exteriùs tantùm prædicatur, non autem Spiritu Dei inscribitur in corde, mutila erat, ac velut corpus exanime, & à Christo separata in servitutem generavit, juxta Gal. 4. 24. diffidentiam metúmque excitans. Christus autem est Legis finis & perfectio; & Spiritus Christi, qui nos regenerat, divinæ simul adoptionis gratiam & testimonium affert, ut nos metu liberet [f]. Vel, 2. Legem Dei moralem [g], quam opponit Legi ceremoniali, in cujus observatione hærebant [h]: vide Heb. 7. 19. & 9. 9. & 10. 1. quæ vocatur, 1. *perfecta*, ut Psal. 19. 7. Rom. 12. 2 [i]. quia perfectam vivendi regulam continet [k]. 2. *Libertatis*; idque, vel, 1. quia liberè & absque respectu personarum damnat transgressores quosvis, nemini parcens. Periphrasis, & Genitivus adjuncti. Confer infrà Jac. 2. 12, 13 [l]. Vel, 2. à subjecto, quod libertati Christianæ convenit, Gal. 5. 13, 14. quâ ratione, scopo hujus epistolæ optimè quadrat; qui est, ut Christiani doceantur, libertate Christianâ non abuti ad licentiam, & contemptum Legis Dei, sed ad obedientiam. Vel, 3. ab adjuncto, q. d. *Lex libera* [m]; à jugo scil. ceremoniarum [n], quod illi in V. T. conjunctum erat, Gal. 5. 1. Vel, 4. ab effectis ejus in regeneratis, quos liberat, tum, à condemnatione & rigore ejus per Christi satisfactionem [o]; tum, à dominio peccati, ob conjunctam nempe Christi gratiam; quia Lex est norma vitæ, quâ Spiritus S. utitur, ut illi officium cognoscant & præstent [q], & Legi pareant [r]; non servili metu †, sed libenter [t], sive voluntariâ obedientiâ, Rom. 7. 25. & 8. 15 [v]. quæ demum vera libertas est. Vide Joan. 8. 36. 2 Cor. 3. 17. Huc spectat illud in lib. Aboth, *Qui suscipit in se jugum Legis, ab eo aufertur jugum regni*; i. e. in eum nihil potest tyrannis, *& jugum viæ terræ*, i. e. non imperant ei ampliùs peccata & terrenæ cupiditates [x]. Vel, 3. Intelligit indubiè [y] Legem Evangelii [z], quæ *lex fidei* vocatur Rom. 3. 27 [a]. & *lex Christi* [b]: quæ *perfecta* dicitur, vel, quia perficit [c], hominem scilicet in conscientia quoad cultum Dei [d]; vel, comparatè ad Legem Mosis minùs perfectam *: & *libertatis*, vel, quia credentes Judæos exemit à jugo Legis Mosaicæ †; vel potiùs, quia est lex amoris [f], quæ liberos facit, i.e. Dei filios [g]: quæ spiritum veræ libertatis & divinæ adoptionis secum adfert; quo qui præditi sunt, ii liberè & sponte Deo obediunt [h]: cùm Lex Mosis esset timoris & servitutis [i]; nec cultores suos adducere posset aut ad libertatem [k], aut ad perfectionem [l]. Confer Gal. 4 [m]. 2 Cor. 3. 6. Heb. 7. 19 [n]. & Heb. 8, & 9 [o]. ¶ *Et*, &c. Καὶ παραμείνας] *Et permanens*, Mo. *Et perstiterit*, Tre. ex Sy. sic Ar. *Et permanserit ità*, Be. Q. in E. ut pro οὕτος, quod sequitur, & ad seq. pertinet, adeóque redundare videtur, quia mox repetitur, legatur οὕτως, huic parti annectendum [p]. Sed nolim quicquam ex conjectura mutare [q]. *Et permanserit*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. *sub. in ea*, P. Be. Pi. Tre. ex Sy. nempe Lege [r]: quod facit qui Legem ità contemplatur ut opere impleat. Opponitur hoc τῷ *& abiit*, v. præced †. *Inhærendum* est, sicut fœminæ faciunt, quæ ad singulos capillos bene ponendos de speculo consilium sumunt [t]. ¶ *Non*, &c. Οὐκ ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς——οὗτος μακάριος ἐν τῇ ποιήσει, &c.] *Is quia non fuerit auditor obliviosus*, (vel, *obliv*i*onis*, Mo. G. E. &c. Locutio Hebræa [v], ut γενέσεως v. præced [x]. Genitivus adjuncti [y]. Ἐπιλησμονὴς voce usus est Cratinus, testibus Schol. Aristoph. & Suida [z].) *sed effector operis*, (i. e. eorum *operum* quæ Evangelica Lex requirit, Singulare pro Plurali [a].) *is*, inquam, (Est hîc in Pronomine οὗτος pulchra ἀναφορὰ [b], vel Epanalepsis [c].) *beatus erit* (beatitudine, vel, 1. patriæ cœlestis [d]; vel potiùs, 2. viæ, quæ consistit in justificatione, quæ μακαρισμὸς dicitur Rom. 4.—& in certa exspectatione felicitatis æternæ; quomodo *beatus* dicitur suprà v. 12 *.) *in opere* (vel, *facto*, Vulg. vel, *operatione*, vel, ut ità dicam, *factione*. Neque enim unum aliquod factum intelligit, sed Legis executionem per opera [f].) *suo*, Pi. sic Be. &c. id est, ità se gerens, fidem operibus ostendens [g]: vel, *ob actionem*, i. e. actiones, *ipsius*. Sed περὶ τῆς ποιήσεως, Exod. 32. 35. Quo loco, & aliis nonnullis, מעשה, vertitur ποίησις [h]. Vel, per ea quæ faciet [i]. *In* pro *per*. Non ergò causam

&

& efficientiam; sed consequentiam, notat, & viam, per quam incedentes beati simus [k]; vel, in operibus suis, i.e. quicquid aget, prosperè illi cedet, juxta Psal. 1.—quò hìc alludi videtur [l]; vel, q. d. non in simplici & nuda cognitione, sed in operibus ad quæ illa refertur [m].

26. *Si quis*, &c. Εἴ τις δοκεῖ θρῆσκος εἶναι] Hæc pars à Syro non legitur, ut videri possit adjectitium, tametsi sensui non officit. Facit ad declarationem præcepti, *tardus ad eloquendum* [n]. Ostenderat antè, solam auditionem non sufficere sine praxi, &c. Hinc duo deducit corollaria, 1. de lingua, hoc versu; 2. de manu & vita, v. seq [o]. ostendit nunc qui sint veri Legis observatores [p]. *Si quis videtur* (q. d. videtur & non est. Δοκεῖ sumitur ut 1 Cor. 3.18. & 8.2. & 14.37. Gal. 6.3. δοκησίσοφος [q]; vel, *existimat*, Sy. in G.) *religiosus esse*, Be. Pi. sic Er. Il. Ti. Ca. P. vel, *ministrans Deo*, Sy. & Ar. in G. Frequentiùs est θρησκευτής, quod in Glos. exponitur *religiosus*. Sed θρῆσκος etiam Hesychius alibi reperit [r]. Θρῆσκος idem quod εὐσεβής, Act. 10.2, 7. quod σεβόμενος, Act. 13.50 [†]. ¶ *Non*, &c. Μὴ χαλιναγωγῶν, &c.] Ut infrà 3.2, 3. Sic Plato de legibus 11. ἀχάλινον κεκτημένοι τὸ στόμα· quod Eurip. Orest. Ἀκόλαστον ἔχει γλῶσσαν, de Tantalo. Sic in Aristoph. Ranis de Æschyl. ἄνθρωπον αὐθαδόστομον, ἔχοντ' ἀχάλινον, ἀκρατὲς, ἀπύλωτον, στόμα [t]. Sic ἀχαλίνων στομάτων τέλος δυστυχία dixit Euripides [v]. [Sic reddunt:] *Qui non frænat* (vel, *cohibet*, Tre. ex Sy.) *linguam suam*, Il. P. Ti. &c. scil. à loquacitate, contentionibus, obtrectationibus, maledictis, & aliis linguæ vitiis, quibus ferè sunt obnoxii, qui volunt religiosi videri [x]. Sæpe reprehendit Maledicentiam, quòd videret id vitium latè regnare apud Hebræos. Et frequens in hac re comparatio à Fræno desumpta. Talis est Psal. 39.2. Græci dicunt γλώσσης κρατεῖν. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἀπατῶν, &c.] Locutio Hebraica, ut videre est Job. 31.27. *Lactat se vanâ spe* [y]. *Sed seducens* (vel, *aberrare facit*, Er. V. vel, *seducit*, E.) *cor suum*, Vulg. &c. Idem quod suprà v. 22. παραλογιζόμενοι, &c [z]. quod Gal. 6.3. φρεναπατᾷ· nisi quòd ibi mens hominis ipsum seducat, hìc homo cor suum seducere dicatur [a]. Fallit seipsum, dum istis vitiis involutus adhuc sibi placet, quasi sit bonus [b]. Al. *Aberrare facit cor suum* à semitis virtutum & quietis, & pertrahit in devias ambages, odia, lites, mille pericula, mortémque æternam [c]. Designat hìc fontem petulantiæ, maledicentiæ [d], cæterorúmque vitiorum linguæ [*]; qui est [vel,] cor vagum atque instabile [f]: [vel,] ignoratio sui [g]: [vel,] immodicus sui amor, quo sibi blandiuntur, vitiis suis parcentes, & se longè meliores esse, quàm sunt, sibi persuadentes: hinc enim tam supercilioſi fiunt aliorum censores [h]. *Deceptionem suiipsius* vocat sinistrum de se judicium eorum qui φιλαυτίᾳ laborant [i]. ¶ *Hujus*, &c. Τούτου μάταιος ἡ θρησκεία] *Hujus vana est religio*, Vulg. Pi. &c. Nihil illi proderit talis imaginaria religio. Μάταιον *quod effectu caret*, 1 Cor. 15.17. Tit. 3.9. Et dicitur hìc θρησκεία voce istâ generali, ut & bonam & malam religionem comprehendat. Vide Sap. 14.18, 27. Apparet id ex seq. Dictum maximè hoc seculo cogitandum [k]. Θρησκεία hìc sumitur, ut Act. 26.5. Col. 2.8. & μάταιον ut μάτην, Matth. 15.9 [l]. [Sensus,] Infructuosus ipsi est cultus Dei, quem peccatis his infensum sibi reddit [m].

27. *Religio munda*, &c. Καθαρὰ καὶ ἀμίαντος παρὰ τῷ, &c.] Religionem hìc non definit, sed ex quibusdam effectis describit [n]. Versu præced. est patefactio hypocriseos, hìc est probatio sinceritatis [o]. [Sic vertunt:] *Pura*, vel, *Munda*, (i.e. Sincera, ut Matth. 5.8. & 23.6. Joan. 13.10. & 15.3. &c [p].) *& immaculata*, (i.e. quæ non obfuscatur peccatis; vel, quæ à corde puro & immaculato procedit [q]: vel, *sancta*, Sy. in G. *pura*, Ar. in G. ἀμίαντος, ut Heb. 7.26. & 13.4. *impolluta*, exquisita, 1 Pet. 1.4 [r]. *Religio vera & non adulterina*. Similitudo à Gemmis, in quibus requiritur ut & sinceræ sint & non ulceratæ. In MS. connectitur hoc non malè cum præcedentibus, hoc modo, Θρησκεία γάρ· & sic legit Syrus [†]:) *apud Deum & Patrem*, (i.e. apud Deum qui idem est pater noster [t]; i.e. quæ Deo exhibetur, vel, coram Deo [v], ex existimatione Dei. Καὶ hìc ponitur ut Eph. 1.3. & 4.6. & 5.20. &c [x]. vel, apud eum qui Deus & Pater est, qui duobus hìc titulis describitur Potestatis, *Deus*, & Pietatis, *Pater* [y].) *hæc est*, Pi. &c. Non quòd in his virtus religionis essentialiter consistit, sed quia per hæc se prodit [z]. ¶ *Visitare*, &c. Ἐπισκέπτεσθαι, &c.] Non definit in universum quid sit religio, sed partem unam assumit præsenti causæ accommodam, ostendítque illam sine hac minimè constare [a]. Non omnia hìc enumerat charitatis officia, sed duo tantùm [b]. Ex specie genus intelligi vult, i.e. afflictorum solatia & subsidia [c], ut Matth. 25.35. & Esa. 1.17. Religio vera Fidem quidem requirit, sed perficitur duabus maximè rebus, Beneficentiâ & Vitæ puritate [d]. Duæ sunt hìc religionis notæ, Pietas & misericordia erga alios, & Puritas in se. Quas hìc producit, ut maximè oppositas, [vel, 1.] hypocritis stultæque eorum, pompæ & professioni [*]; [vel, 2.] Gnosticis illorum temporum, qui ob impuritatem, mundíque præsentis amorem, famosi erant; necnon ob *neglectum viduarum, orphanorum*, &c. quem iis sub nomine ἐπεσδόξοντων impingit Ignat. epist. ad Smyrn [f]. Ἐπισκέπτεσθαι hìc sumitur, ut Matth. 25.36, 43 [g]. & ut פקד, pro *curare, & pro virili sublevare* [h]. [Verba sic reddunt:] *Invisere* (vel, *Curare*, Sy. in T. Prospicere de necessariis [i], solari, pascere [k]:) *orphanos & viduas* (quales plurimæ tunc erant, viris, Christi causâ, vel occisis, vel in exilium abductis [l]: & qualium curam Deus inprimis exigit, ut Deut. 10.18. & 14.29. &c [m]. Eos hìc nominat, à quibus nulla exspectatur merces [n].) *in afflictione* (vel, *angustiis*, G. ex Ar.) *ipsorum, & immaculatum* (ἄσπιλον habemus & 1 Tim. 6.14. & 2 Pet. 3.14 [o].) *sese servare* (vel, *custodire*, G. ex Sy.) *à mundo*, Be. Pi. Ut Gal. 1.4 [p]. id est, vel, 1. ab hominibus mundanis, ut *mundus* sæpe sumitur [q]; ab impiis quorum plenus est mundus, à malis mundi exemplis. Vide Joh. 17.14. & 1 Joh. 2.15. & 5.19 [r]. Vel, 2. à mundanis voluptatibus, sive cupiditatibus [†], inquinamentis atque peccatis [t]. Confer Tit. 2.12. 2 Pet. 1.4. & 2.20 [v].

CAP. II.

1. **F**Ratres mei] Ut suprà 1.2, 16 [a]. Vox *fratrum* æqualitatem, & amorem, indicat, & Prosopolepsiæ adversatur [b]. ¶ *Nolite*, &c. Μὴ ἐν προσωποληψίαις ἔχετε τὴν πίστιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς δόξης] Quod tradidit Apostolus cap. 1. v. 26, 27. hìc resumit & fusiùs tractat, cap. 2. & 3. sed ordine inverso; prius in priore parte hujus capitis, & posterius in parte ejus posteriore, & cap. 3 [c]. Προσωποληψίαις num. plur. haud facilè reperias apud elegantiores Scriptores Græcos. Sed nostri Scriptores Pluralia inusitata sæpe faciunt de Singularibus usitatis [d]. Πρόσωπον propriè *faciem*, sive *vultum*, denotat [*], ut Matth. 6.16, 17. Jac. 1.23 [f]. & indè, per Synecdochen [g], *hominem* [h], ut 2 Cor. 1.11. deinde hominis partes sive qualitates, externas aut internas, quas, non minùs quàm faciem, in homine cernimus; τὰ κατὰ πρόσωπον, 2 Cor. 10.7. Hinc προσωποληψία, ut Rom. 2.11. Eph. 6.9. Col. 3.25. & πρόσωπον λαμβάνειν, Luc. 20.21. Gal. 2.6. & εἰς πρόσωπον βλέπειν, Matth. 22.16 [i]. Hoc autem dicitur, 1. in bonum, ut Gen. 19.21. 1 Sam. 25.35. 2 Reg. 3.14 [k]. 2. in malum, ut cùm *persona causæ* opponitur [l], ut Levit. 19.15. Deut. 1.17. &c [m]. Prov. 18.5. & 24.23. vel, cùm conjuncta est cum injuria, aut contemptu, alterius, ut hìc fit [n]. Προσωποληψία in Judiciis est, *ubi alia respicit Judex quàm quæ sunt in causæ meritis*, ut attigimus Mat. 22.16. in Evangelica re est, *alios aliis præferre ob ea quæ ad Evangelium nihil pertinent* [o]. [Verba sic reddunt:] *Nè in* (vel, *cum*, Er. Be. &c.) *personarum* (vel, *faciei*, Be. Pi.) *acceptione habete* (vel, *retineatis*, Tre. ex Sy.) *fidem Domini nostri Jesu Christi gloriæ*, Mo. sic Vulg. vel, *gloriosi*, Be. Pi. &c. vel, *ex opinione*, Calv. Vox δόξης connectenda est, vel, 1. cum προσωποληψ. nec *gloriam* declarat, sed *opinionem*, ut sensus sit, *Nè habeamus fidem Domini— in discretione personarum*, ut ex sua quisque opinione quemlibet æstimet, prout magnus est, aut humilis, aut affinis, &c [p]. Sed hoc violentum est, & Genitivum nimis longè separat à nomine regente, præter morem Græcorum [q]. Interdum quidem δόξα *opinionem* significat [r], non tamen, ut puto, in scriptis Apostolicis [†]. Vel, 2. cum Κυρίου [t]. Cui hoc epitheton

tribuitur,

tribuitur 1 Cor. 2. 8 [v]. Quod instituto congruit [x]. Nam si Christus est Dominus gloriæ, magis ille à nobis glorificandus est qui Christo propinquior est [y]. Et hinc προσωποληψία, quia non cogitamus quæ sit Christi gloria [z]. Sed huic rectioni obstat Pronomen ἡμῶν à Nomine κυρίου dependens [a]. Vel, 3. cum πίστιν [b]. Trajectio est in syntaxi [c], quæ his scriptoribus satis usitata est, per quam Genitivi illi τοῦ κυρίου, &c. reguntur à Nomine πίστιν [d]. Sic & Syrus rectè construit, τὴν πίστιν τῆς δόξης τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ [*]. Πίστις δόξης dicitur sicut *fides Jesu Christi*, Gal. 3. 22. Phil. 3. 9. *fides filii Dei*, Gal. 2. 20. quod alibi *fides in Christo*, ut 1 Tim. 1. 14. 2 Tim. 3. 15 [†]. *Fidem gloriæ Christi* hîc vocat [f], fidem de Christi gloria, sive de Christo in summam claritatem evecto [g], nempe propter obedientiam [h]; &, per Synecdochen membri, cætera omnia de Christo credenda, quippe quæ gloria illa cœlestis, tanquam extrema clausula operis redemptionis, præsupponit [i]; vel, fidem Christianam, sive professionem illius, quâ credimus Christi incarnationem, & omnia quæ eam consequuntur, quæ omnia significantur phrasi *gloriæ Christi*, quò & *Shecina* pertinere diximus [k]. Quidni & sic accipias, *fidem Domini nostri Jesu Christi gloriosam?* Sic aptè opponitur fides & gloria ejus vili & pauperi fratrum conditioni [l]. Ἔχετε hîc idem quod κατέχετε. Hoc ergò vult, *Nè fidem illam quam habetis de Christi gloria detinete velut captivam atque inefficacem, propter respectus illos qualitatum nihil ad rem Christi pertinentium* [m]. Al. ἔχειν hîc valet *profiteri*, ut 1 Tim. 1. v. 19. & 3. 9. 2 Tim. 1. 13. & 3. 5 [n]. Hanc *fidem habere cum respectu personarum*, est professores fidei æstimare non prout Christiani sunt, sed prout divites aut pauperes [o]. Vel, in iis quæ Christianorum propria sunt, sive in conventibus rebúsque Christianis [p]; vel, in locis cœtibúsve Judiciorum, (nam συναγωγὴ significat *cœtum Judicii*, sive civilis, sive Ecclesiastici [q]:) agere cum respectu personarum [r]. [Sensus est,] Cùm sitis Christiani, nè habeatis personarum delectum [†]. Nè cum personarum acceptione Christi fidem conjungite [t], nec putetis hanc cum illa posse consistere [v]. Nè quenquam æstimetis ex rebus mundanis, sed ex bonis duntaxat spiritualibus [x].

2. *Si introierit in conventum vestrum*] Συναγωγὴ significat omne genus *cœtuum*, sive ad cultum Dei, sive in foris, ut Mat. 6. 2. sive ad judicia, ut Mat. 10. 17. & 23. 34. Designat hîc, [vel, 1.] consessum judicialem, ut suadet, 1. vox προσωποληψίας, quæ judicia præcipuè respicit: 2. *scabellum*, v. 3. quod proprium Principibus in Throno, & Judicibus in Tribunali sedentibus: 3. vox κριταὶ, v. 4. 4. vox κριτήρια, v. 6. quæ talia consistoria notat, 1 Cor. 6. 4. 5. collat. v. 9. ubi collocatio divitis in sede digniori quàm pauperis dicitur esse Legis violatio. Canon enim est Judæorum, *Si dives & pauper causam agunt coram Consistorio ipsorum, aut uterque sedeat, aut uterque stet*; nè qua sit discriminationis nota [y]. [Vel, 2.] cœtum sacrum sive Ecclesiasticum [z], quum conveniunt ad audiendum verbum Dei [a]. Quanquam usus posterior recepit ut *Synagoga* de cœtu Judæorum, de cœtu verò Christianorum *Ecclesia* dicatur; tamen & ἐκκλησίαι sæpissimè dici de cœtu Judæorum, ostendimus ad Mat. 16. 18. & contrà, *Synagogam* de cœtibus Christianis, Act. 15. 21. Et ità omnino sumendam hanc vocem ostendunt verba præcedentia. ¶ *Vir*, איש, i.e. *aliquis*. ¶ *Aureum*, &c. Χρυσοδακτύλιος] *Aureum gestans* (vel, *habens*, Mo. Ar.) *annulum*, Er. Il. Ti. Be. Pi. &c. In digito scilicet [c]. Sic Luc. 15. 22 [d]. Non ineleganter fecit nomen compositum adinstar aliorum quæ in Græco [sermone] erant recepta. *Annulus aureus* non minùs apud veteres Hebræos quàm apud alias gentes gestamen honoratorum ac ditiorum, Gen. 38. 18, 25. & 41. 42. Esa. 3. 19 [*]. apud Romanos, Senatorum tantùm & Equitum. Hic autem [χρυσοῦς.] ponitur pro quovis divite ac potente [f]. Satis enim frequens erat apud Romanos eorum usus, ut ostendit Fevardentius [g]. ¶ *In*, &c. Ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ] Ut Luc. 23. 11. Act. 10. 30. Quæ λευκὴ, Act. 1. 10. ἀστράπτουσα, Luc. 24. 4 [h]. *In veste splendida*, sive *fulgida*, Val. Er. V. Pi. &c. vel, *pulchra*, G. ex Sy. & Ar. *Vestitum splendidè*, בבגדי החמדת, Gen. 27. 15. Vide Luc. 16. 19. Apoc. 15. 6. ubi vox Hebræa חוורת quam hîc usurpat Arabs, & 18. 14. & 19. 8. & c. 22.

v E. Pi. / x E. sim. Be. / y E. / z Be. / a Pi. / b Pi. Vor. G. Ga. / c Vor. sic Pi. / d Pi. / * G. sic Ham. / † G. / f Pi. / g G. sim. Pi. Ham. / h G. / i Pi. / k Ham. / l Ca. / m G. / n Ga. / o Ham. / p G. / q Ham. / r E. sic Ham. / † V. / t Me. / v Me. sim. Calv. / x Zeg. / y Ham. / z Pi. sic Gom. E. ex L. Hassel. Aug. &c. / a Pi. sim. E. / b G. / c T. sic E. / d Ga. / * G. / f T. / g E. / h Ga.

v. 1, 16. Ostendit hunc sensum & sequens oppositio. ¶ *Pauper*] Sic vox πτωχὸν non rarò sumitur, ut Marc. 12. 42. Luc. 14. 13. Arabi est מסכן, sicut מסכן, Eccles. 4. 13. Hinc Italicum *meschino* [i]. ¶ *In*, &c. Ἐν ῥυπαρᾷ, &c.] *In*, vel, *Cum sordida veste*, Be. Pi. &c. i.e. vestibus vilibus ac laceris [k]. Sic, *sub palliolo sordido sapientia*, apud Ciceronem; & *Sordidus ex humeris nodo dependet amictus*. Sic Zach. 3. 3, 4. ubi בגדים צואים vertitur ἱμάτια ῥυπαρά. *Veste nec nitidâ, nec elegante* [l].

3. *Et*, &c. Καὶ ἐπιβλέψητε, &c.] *Et respexeritis* (benignè scilicet [m], & cum affectu [n], cum reverentia & veneratione [o]; potiùs cum cura & diligentia, ut illi placeatis [p]. Solent homines ea quæ admirantur & magni faciunt [*], ut hominem cultu elegantiore nitidum [q], intentè aspicere [r]. Ἐπιβλέπειν h. l. est quod Latini dicunt *suspicere* [†].) *ad eum*, &c. Be. Pi. E. Ubi articulus emphasin habet, notátque causam admirationis, τὴν ἐσθῆτα, &c. *vestem illam præclaram* [t]. ¶ *Et dixeritis ei*] Vos nempe qui curam habetis rerum istarum, id est, Diaconi. Vide Clem. Constitut. 2. 57, 58. In MS. hîc deest αὐτῷ, ut nimirum quod sequitur σὺ sit διακονὸν [v]. ¶ *Sede hîc bene*; ità Er. Il. Ti. Be. Sy. Æth. Καλῶς] *Pulchrè*, P. Mo. Ca. Pi. *Commodè*, Be. Pi. *Honestè*, Q. in E. *Decorè*, vel, *Honoratè*, G. ex Ar. Loco honorato [x]. In Ecclesia sunt & sui sedilium ordines, sed ex virtutibus, non ex opibus. Tertul. Apol. *Præsident probati quique seniores, honorem istum non pretio, sed testimonio, adepti.* Sic inter fœminas primus locus Viduis univiris, proximus Virginibus, deinde Matronis. Rectè verò Jacobus, cùm intellexisset morem invalescere dandi προεδρίαν ex opibus, non ex virtutibus, huic malo multa post se mala tracturo occurrit. Etiam in Republica egregium illud sive Salustii, sive alterius qui C. Cæsari dat consilium, *Ergò inprimis auctoritatem pecuniæ demit: neque de capite, neque de honore, ex copiis quisquam magis aut minus judicaverit: neque prætor, neque consul ex opulentia, verùm ex dignitate, creetur* [y]. ¶ *Tu sta illic*] q. d. Procul [z]. Juvenum erat *stare*, ut testantur Philo De vita contemplat. & Clem. Constit. 2. 57 [a]. [Verba vide in G.] ¶ *Sub*, &c. Ὑπὸ τὸ ὑποπόδιόν μου] *Subter* (vel, *Juxta*, Q. in V. *Ante*, Sy. in E.) *scabellum meum*, Be. Pi. &c. i. e. scamnum humile, quod sedentium pedibus subjicitur [b]; q. d. loco inferiori [c]. *Ad pedes meos*: qui locus discentium. Vide quæ diximus Act. 22. 3. Illud ὧδε hîc abest in MS [d].

4. *Nonne*, &c. Καὶ οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐγένεσθε κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν] Καὶ hîc redundat more Hebraico [*], serviens annectendo consequenti enuntiati connexivi, quod continetur v. 2, 3, 4 [f]. vel, ad vehementiam tantùm & affectum facit, ut *& non* valeat τὸ *nonne* [||]. Hæc interrogativè legenda sunt, ut legit Syrus [h]. Διακρίνεσθαι idem quod activum διακρίνειν, Act. 11. 2. & 15. 9. Judæ v. 22 [i]. [Sic vertunt:] *Nonne* (vel, *Et non*, Mo. Er.) *judicati*, sive *dijudicati*, *estis* (i.e. Annon propria vos redarguit conscientia [k]? Sed διακρίνεσθαι, pro *damnari* legere non memini [l]. Vel, *judicâstis*, sive *dijudicâstis*, Il. V. Sy. & plerique in E. vel, *judicatis*, sive *dijudicatis*, Vulg. Mo. vel, *discrevistis*, non ex æquo & bono, sed ex sola phantasia vestra [m]: vel, *discrimen fecistis*, Tre. P. Ca. E. G. sic Be. Pi. i.e. rationem, sive delectum, personarum habuistis [n]. Διακρίνεσθαι Judæ v. 22. generaliter significat *discernere ac delectum habere*, considerata ipsâ rerum naturâ diversâ: hîc autem per Synecd. gen. ità *discernere* [o], ut unus alteri præferatur [p], quod propriè est προκρίνεσθαι. Vide 1 Tim. 5. 21. quomodo & sapientia dicitur ἀδιάκριτος, *quæ non discernit* homines per προσωποληψίαν [q].) *in vobisipsis*, (vel, *apud vos*, Be. Pi. E. i.e. inter divitem & pauperem [r]; *apud vosipsos*, Il. Tre. P. Ca. G. id est, ex carnali affectu [†]; vel, in perverso judicii vestri tribunali [t]. [Sensus, q. d.] Annon malè facitis dum vestrâ authoritate judicium quod Deo competit vobis usurpatis, & externâ tantùm specie merita hominum metimini [v]?) *& facti estis judices* (vel, *interpretes*, Tre. ex Sy. potiùs, *distinctores*. Neque enim hîc agitur de malis cogitationibus hoc aut illo modo interpretandis, sed de distinctione quam malis cogitationibus faciebant inter divitem & pauperem. פרש quidem Hebræis est *interpretari*. At Syris potiùs est *separare, distinguere, dijudicare*. Vide Act. 17. 11. 1 Cor. 12. 10 [x]. vel, *& judicâstis*,

i G. / k Lau. / l G. / m Me. / n Me. sic E. / o Pi. / p Ga. / * E. / q Me. / r E. sim. Me. / † G. / t E. / v G. / x Me. sic Calv. E. / y G. / z Ga. / a G. / b E. sim. Pi. / c E. / d G. / * Be. Pi. / f G. sic Fe. E. Pi. / || Er. / h G. E. / i G. / k E. sim. Vor. / l Be. / m T. / n V. Ca. / o Pi. / p Be. sic Pi. / q Pi. / r E. / † G. / t T. / v Me. / x Di.

judicâstis, Ar. in Di. *& judicatis*, G.) *cogitationum* (vel, *ratiocinationum*, Pi. *disceptationum*, Mo.) *malarum*, sive *perversarum?* Er. Ti. Tre. Mo. E. Pi. i. e. perversis cogitationibus præditi [y], pravis affectibus imbuti, indéque perversè de iis judicantes [z]: vel, *secundùm malas cogitationes*, G. sim. V. vel, *opinionibus malis*, Di. ex Ar. quibus judicatis divitem superiorem esse paupere [a]; honorantes nequiores, & contemnentes meliores [b]: præsertis caduca duraturis [c]. Genitivus hîc non denotat Objectum [d], circa quod versetur κρίσις [*]; sed Adjunctum, sive Attributum [g], τῶν κριτῶν. Notat, eos inter divitem & pauperem malis cogitationibus discernere & dijudicare [h]. Vel, *perversè cogitantes?* Il. *perversè deliberantes?* P. Pi. *malè ratiocinantes?* Be. Me. ideóque malè judicantes [i]. Sed huic interrogativæ lectioni multa obstant, 1. quòd καὶ ante οὐ prætermittitur; 2. quòd negativæ particulæ, οὐ, οὐκ, οὐχ, vel μὴ, non primo loco positæ, ut hîc fit, vix unquam apud bonos autores interrogativè sumuntur; 3. quòd illa significatio congruit verbo Activo διακρίνειν, nusquam autem Passivo διακρίνεσθαι [k]. [Alii ergò sine interrogatione legunt:] Sensus est, Dijudicandi vim quæ in vobis erat corrupistis, non inquirentes utrum suo merito potiùs honorandus esset, pauper an dives; imò facti estis iniqui judices, hunc ob divitias honorantes, illum ob paupertatem aspernantes [l]. Al. Διακρίνεσθαι passim in N. T. significat *hæsitare, dubitare* [m], ut Matth. 21. 21. Marc. 11. 23. Act. 10. 20. & 11. 12. Rom. 4. 20. & Jac. 1. 6. vel, *disceptare*, sive *disputare*, quod ex dubitatione oritur [n]. Ità & hîc sumitur [o], sensúsque est, *Neque dubitâstis apud vosmetipsos*, an eà προσωποληψίᾳ peccâtis; imò verò certò apud vos statuistis vos in ea non peccare, sed jure & bene facere; atque adeò nullo peccati vestri sensu tacti estis, quod pessimum est: *sed* (ut καὶ fit adversativum pro ἀλλὰ.) *facti estis judices pravarum cogitationum*, i. e. perverso mentis judicio malas vestras cogitationes probatis, & in sequiorem deliberationis partem inclinatis [p]. Connectitur hoc cum ἐὰν, v. 2. ut εἰσέλθῃ & εἰσέλθῃ, & deinde, ἐπιβλέψητε, καὶ εἴπητε, &c. Et *si vos non dubitetis*, sive *disceptetis*, *apud vosipsos*, i. e. vel in cordibus vestris, vel inter vos, sive alii cum aliis; h. e. si sine ulla hæsitatione, vel scrupulo animi, personas accipiatis, id quod peccatum exaggerat; vel, si vos, qui Judices estis Concilii Ecclesiastici, non disceptetis aut expandatis meritum causæ, *& sitis judices malarum cogitationum*, i. e. injusti, causam adjudicantes diviti, & pauperem spernentes. Obj. At sic sensus pendet. Resp. 1. Completur forsan v. seq. *Audite*, &c. q. d. Si adeò injustè judicetis, hoc dicam vobis; vel, hoc *audite*, &c. 2. Ellipsis esse possit, quæ sic supplenda, si sic agatis, iniqui estis adversùs fratres [q]. Διαλογισμὸς πονηρὸς habemus & Matth. 15. 19. κακὸς Marc. 7. 21 [r].

5. *Audite*] i. e. Animum attendite [†], ut Mat. 11. 15 [t]. Act. 22. 1 [v]. ¶ *Nonne*, &c. Οὐχὶ—ἐξελέξατο—πλουσίους ἐν πίστει] *Nonne Deus elegit* (i. e. decrevit eligere [x]; elegit ex genere humano ad vitam æternam, ut passim in Scriptura [y]: vel, sibi in peculium secrevit. Vide Matth. 20. 16. 1 Thes. 1. 4. & dicta ad Ephes. 1. 4 [z].) *pauperes* (nempe plurimos [a], juxta 1 Cor. 1. 26 [b].) *mundi hujus* (ut *stulta mundi*, 1 Cor. 1. 27. & contrà, *divites in hoc seculo*, 1 Tim. 6. 17. Sic Luc. 12. 21 [c]. pauperes quod ad bona mundana attinet [d]: vel, qui mundo videntur pauperes. Hoc dixit ut meliùs inferret ἀντίθεσιν quod sequitur [*].) *divites in fide*, Er. Vor. i. e. qui fide in Christum divites sunt. Confer 1 Cor. 1. 17. 2 Thes. 2. 13 [f]. Nè quis putaret, pauperes omnes esse à Deo tanquam peculium ipsius sepositos, addit, *sed abundantes fide*. Nam ità sumitur vox πλοῦτος & πλοῦσιν, Rom. 2. 4. Eph. 2. 4 [g]. Col. 1. 27. & 2. 2. &c [h]. Tales autem plures semper reperti in pauperum, quàm in divitum, grege, ob causas quas attulimus ad Matth. 5. 3. & 1 Cor. 1. 26 [i]. vel, ut fierent *divites fide*, Be. Pi. id est, ut faceret eos fide, cæterísque donis spiritualibus divites [k]. Ellipsis est τῷ ὥστε, vel γενέσθαι [l]; qualis Rom. 8. 29. προώρισε συμμόρφους, scil. ὥστε. Sic Joh. 12. 46. φῶς, (pro, ὥστε φῶς) ἐλήλυθα. & 2 Cor. 3. 6. ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους, scil. ὥστε [n]. Ostendit judicii mundi perversitatem [o]. Personarum respectum probat contrarium esse, tum æquitati, v. 5, 6, 7. quia inde fit ut eas spernant quos Deus honorat, &c. tum charitati, v. 8. &c [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ κληρονόμους, &c.] *Et* (Sed illud καὶ rectiùs abest in MS [†].) *hæredes* (Hoc ex priori sequitur; credentes enim sunt hæredes [r]: vel, Ut essent *hæredes*, G. ex Sy. Sic post ἐξελέξατο sequitur ὥστε, Eph. 1. 4. Talia autem verba sæpe subaudiuntur [†].) *regni*, (cœlestis [t]:) *quod promisit* (Quod fundamentum est juris nostri ad illud [v]:) *iis qui ipsum diligunt?* Pi. Be. &c. Vide 1 Cor. 2. 9. 2 Tim. 4. 8. Adde Tit. 1. 2 [x]. Non dicit *credentibus*, nè quis fidem otiosam, & dilectionis vacuam, sufficere putaret [y].

6. *Vos*, &c. Ὑμεῖς δὲ ἠτιμάσατε, &c.] Aoristus pro quovis Tempore, ut & suprà v. 4 [z]. *Vos autem* (Emphaticè, ut Mal. 1. 12. q. d. Vos Christiani, qui meliora edocti estis, Phil. 3. 8. &c. Non enim mirum esset hoc facere mundanos homines, Psal. 17. 14 [a].) *exhonorâstis* (vel, *dehonorâstis*, D. Pi. *contumeliâ affecistis*, P. Be. Pi. *contemptui*, sive *despicabili*, *habuistis*, Er. Il. Ti. Tre. ex Sy. V. Ca. G. q. d. quod minimè oportuit: non enim contemnendi sunt quos Deus elegit in sui consortium [b]. לועג, ὁ καταγελῶν, Prov. 17. 5. בושכבם Amos 5. 11. Confer & Psal. 10 [c].) *pauperem*, Mo. i. e. pauperes [d]; universum pauperum genus [*], ideóque *factorem ejus*, Deum, Prov. 17. 5 [f]. ¶ *Nonne*, &c. Οὐχὶ—καταδυναστεύουσιν ὑμῶν, &c.] *Nonne divites* (Plerique scilicet [g], vel, 1. in genere, non speciatim ii qui frequentabant Ecclesiam. Exemplum habes Act. 13. 50 [h]. divites hujus seculi qui Christianos mirè vexabant, & profanos magistratus in eos irritabant [‖]. Vel, 2. Christiani [l], ut patet ex præced. & ex seq [k].) *per potentiam* (sive, *tyrannidem*, P. Be. Pi.) *oppriment vos*, (vel, *tyrannidem exercent in vos*, Er. Il. Ti. i. e. potestate suâ abutuntur ad vestrum malum [l]. Vel, *vobis imperant*, Ca. *insolescunt in vos*, Sy. *prævalent vobis*, Ar. Videte, inquit, qui fastus, quæ insolentia, plerumque divitias comitari soleat, quò eas minoris faciatis [m], & illorum calumnias rapinásque, quas experti estis, detestemini; nedum illos pauperibus (etiam Domini [†]:) anteferatis [n]. Divitum mos est imperiosè agere adversùm pauperes, operam eorum parvi ducere. Denique —— *libertas pauperis hæc est, Contusus rogat, & pugnis concisus adorat*. Eurip. Ὕβριν τοι τίκτει πλοῦτος. Confer Psal. 10. 2, 8, 9. Vide & Plaut. Aulul. 2. 2 [o]. Καταδυναστεύειν, ut Act. 10. 38 [p]. Est *opprimere*, ut videre est Sap. 2. 10. & 17. 2. Respondet Hebræo רדה, ut diximus ad Matth. 20. 25. & משל, ut Prov. 22. 7 [q]. & שלט, Neh. 5. 15 [r].) *&* (pro, *nam*, V.) *ipsi* (αὐτοὶ redundat ex Hebraismo [†]:) *trahunt* (i. e. quasi obtorto collo abducunt [t]:) *vos* (vel, *vosipsos*, qui ipsos adeò honoratis [v]:) *ad judicia?* Mo. vel, *tribunalia?* Be. Pi. &c. Secularia scilicet, sive infidelium, ex collat. 1 Cor. 6 [x]. *In jus rapiunt*, ut Plautus loquitur [y], ut specie juris vos spolient [z]. Christiani nunquam nisi inviti, & quasi coacti, litigare, sive jus agere, debent [a]. Est autem etiam in re æqua durum in judicio certamen pauperi cum divite, non modò quia sæpe Judices ob gratiam addunt diviti; verumetiam quia & sumptus litis & temporis quod in eam impenditur gravat pauperem. Itaque per contemptum solet dici, *Age lege*, ut Donatus notavit [b].

7. *Nonne*, &c. Οὐχὶ αὐτοὶ βλασφημοῦσι—τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς] *Nonne ipsi blasphemant* (vel, 1. propriè, ut multi intelligunt [c]. Ex divitibus illis multi reperiuntur qui ità oderè Christianismum ut & *Christo maledicant* [d]; vel, 2. in causa sunt ut blasphemetur [*], ob ipsorum malos mores, & præsertim quòd fratres pauperes crudeliter traherent ad tribunalia Ethnicorum. Vide Ezec. 36. 21, 22 [m]. & Rom. 2. 24 [n].) *pulchrum* (vel, *honorificum*. Vide de καλῶς suprà v. 3 [o]. vel, *præclarum*, Be. Pi. *bonum*, Vulg. *Bonum* vocat, ut Ezechiel *sanctum*, *nomen*, ut gravitatem ostenderet peccati; q. d. nomen illud, quod ab omnibus honorari debuit & sanctificari, odiosum reddunt [p].) *nomen* (Al. *malè loquuntur de bono nomine*, Er. V. nempe Dei, vel Christi [q], vel Christiani [r].) *invocatum super vos?* Mo. sic Er. Pi. vel, *à quo estis cognominati*, Be. Pi. vel, *ex cujus nomine vos vocamini*, G. sic E. vel, populus Dei; vel, Christiani [†]. Locutio est Hebræa [t], cujus exempla vide Gen. 48. 16 [v]. Deut. 28. 10 [x]. Esa. 4. 1 [y]. Sicut filii de parentum, fœminæ de maritorum, dicuntur nominibus; ità a Christo *Christiani* [z].

8. *Si*, &c. Εἰ μέντοι—τελεῖτε, &c.] *Si tamen* (vel, *Siquidem*, Aug. in Zeg. *Quòd si*, Be. *Sanè si*, Pi. *Certè si*, V.) *legem perficitis* (vel, *præstatis*, Be. Pi. τελεῖν idem quod

quod alibi τηρεῖν, vel πιοῦν, vel πληροῦν, infrà v. 10, 11, 25. & νόμον idem quod τὰ τοῦ νόμου, Rom. 2. 13, 14 [a].) *regalem*, sive *regiam*, (i. e. Legem mutuæ charitatis [b], vel, de proximo diligendo [c]: quæ *regia* vocatur, vel, 1. quia est *lex Dei*, ut Syrus hîc vertit. Sæpe enim Deus absolutè *rex* dicitur, ut Esa. 6. 5. Jer. 51. 46. Sic Psal. 48. 3. Mat. 5. 35 [*]. Lex à Deo profecta, qui est Rex Regum [f]. Vel, 2. quia Lex est Christi, qui *Rex* noster, Joh. 18. 37. Heb. 7. 2. Apoc. 1. 5. & 14. 3 [g]. Vel, 3. quia est Lex Regum de honorando magistratu à se constituto, qualis illa Esth. 6. 8, 9 [h]. Vel, 4. quia Lex est Regio fermè spiritu, i. e. forti & constanti animo, præstanda; quali animo opus nunc est ut ἀπροσωπολήπτως agamus [i]. Vel, 5. q. d. Lex quæ regale quid in se continet, regiâque authoritate præscribit, cui parere tenemini, non imperare. Hoc urget, nè per προσωποληψίαν cogant Legem suis affectibus servire, adeóque non ποιηταὶ νόμου, sed κριταὶ potiùs, fint, ut dicet Jac. 4. 11 [k]. Vel, 6. proverbiali formulâ [l], quomodo *via regia* Num. 21. 22 [m]. plana scilicet, recta & æquabilis, quæ sinuosis diverticulis, vel ambagibus, tacitè opponitur [n]: Lex quæ rectà ducit ad Regnum cœlorum [o]; quæ sine ulla personarum acceptione omnibus patet, nec cuiquam adulatur [p]; quæ omnes personas respicit, non aliquas tantùm [q]. Vel, 7. Lex splendida planè, magnifica & excellens, vel, inviolabilis [r]. Vel, 8. quia præceptum charitatis in proximum†, quod hîc sequitur [s], & in Deum [v], est summum ac præcipuum in Lege [x], & quasi Regnum obtinet inter Dei Leges; quippe quod generale est, & reliqua specialia in se concludit [y], ad quod cætera sunt referenda, & per quod cætera implentur [z].) *secundùm scripturam*, (nempe Levit. 19. 18 [a]. Sic, *sicut scriptura dicit*, Joan. 7. 38 [b].) *Diliges proximum tuum* (Verba sunt ex versione LXX, Levit. 19. 18. sed quæ hîc intelligenda μυστικῶς ut *proximus* sit non solus Israelita, sed homo quivis, & *dilectio* intelligatur, qualem præscribit Evangelium [c]:) *sicut teipsum*, (Qualitatem hoc notat, non æqualitatem; proportionem, non paritatem; modum, non mensuram [d]:) *pulchrè* (vel, *bene*, Be. Pi. &c.) *facitis*, Mo. &c. Sic Psal. 4. 14 [*]. Vide & Act. 10. 33. 1 Cor. 7. 38 [f]. Sensus est, Si in eo quòd divites honoratis, magnum illud mandatum servetis, *Diliges*, &c. atque adeò quemque juxta dignitatem & merita sua honoretis, sive dives sit, sive pauper; vel, Si divites honoratis sine cujusquam injuria, rectè facitis, ad vos non pertinet superior reprehensio [g]. Al. Sensus, q. d. Nec tamen divites odio haberi aut contemni volo, sed lege communi charitatis diligi & honorari [h]. Al. Argumentum tale est. Hic personarum respectus repugnat legi charitatis: Ergò mala est. Hypotheticè autem hoc proponitur. Propositio hîc omittitur, & ejus loco pars opposita proponitur. Objici poterat, Legem Dei hoc præcipere ut proximum honoremus & diligamus, hunc vel illum, prout lubet; præsertim verò superiores nostros! Respondet, quasi diceret aliquis ad servos malæ frugis, Si hæc sit voluntas domini nostri, si hoc ipse probet, bene est [i].

9. *Si*, &c. Εἰ δὲ προσωποληπτεῖτε] Verbum facit ἀναλογικῶς ex nomine προσωπολήπτης [k]. *Sin verò personam* (vel, *personas*, V. E. vel, *faciem*, Be.) *respicitis*, Pi. Divites honorando, pauperes contemnendo, non causas [l]. ¶ *Peccatum operamini*] Vel, *committitis*, Be. Pi. Sic dicitur ἐργάζεσθαι [&] ἀνομίαν, Mat. 7. 23 [m]. & κακ. εργ. Rom. 13. 10. & δικαιοσύνην, Act. 10. 35. Heb. 11. 33. & ἀγαθὸν, Rom. 2. 10 [n]. ¶ *Redarguti*, &c. Ἐλεγχόμενοι, &c.] *Et redarguimini à lege* (vel, 1. Lege illâ, quæ vetat acceptionem personarum, Levit. 19. 15. Deut. 1. 17 [o]. Deut. 16. 19. Sed hæc quoque Lex hoc loco sumenda, nempe, ut non tantùm ad judicia pertineat, sed & ad honorum signa in cœtu Ecclesiæ. Est enim & in hoc quædam judicii species [p]. Vel, 2. lege charitatis jam dictâ, in qua præceptum hoc de personis non accipiendis continetur [q].) *ut transgressores*, Be. sic Er. Pi. Non hujus aut illius præcepti, sed absolutè, id est, transgressores Legis, ut patebit ex sequentibus [r]. כמועל. Vide Rom. 2. 25, 27. Gal. 2. 18, infrà v. 11 †. Non tamen per hunc discursum tollit Apostolus, aut turbat, ordinem sive naturalem, sive civilem, quo discrimina personarum & officiorum sanciuntur; [qui etiam multis, iisque expressissimis, Scripturæ locis stabilitur:] sed illam duntaxat προσωποληψίαν reprehendit, quæ non virtute & officio, sed larvis externis, divitiis, &c. nititur, & honorat indignos, cum digniorum neglectu vel contemptu [t].

10. *Quicunque autem totam legem* (i. e. maximam Legis partem [v]:) *servaverit*, (Pro τηρήσει in MS. est πληρώσει, quæ locutio est Rom. 13. 8. & Psal. 20. 4, 5 [x].) *offendat* (vel, *delinquit*, Ca. *impegerit*, Be. Πταίειν sign. *impingere*, & minus est quàm *cadere*, ut patet ex Rom. 11. 11. Hâc autem voce utitur, non ut levem lapsum fuisse significet, sed quia illi talem esse putabant [y].) *autem in uno*, (nempe eorum quibus pœna capitalis constituta est, ut sequentia apertum facient, Deut. 7. 25. יוקש, *illaqueet te*, Græcè vertitur πταίσῃς [z]:) *factus est*, &c. Γέγονε πάντων ἔνοχος] *Toti legi obnoxium se reddit*, Tre. *Omnibus tenetur*, P. Ca. Pi. *Reus* (vel, *Damnas*, Be. vel, *Debitor*, Sy. & Ar. in G. nempe pœnæ †:) *factus est omnium*, Er. Il. &c. Argumentum iterum sumit à Lege Mosis ad Legem Evangelicam [a]. Sed mirum hoc videri possit paradoxum, quod & multorum ingenia exercuit [b]. Quærendum ergò quo sensu hoc intelligendum [c]. Resp. 1. Non distributivè, quasi omnia & singula præcepta transgrederetur [d], sic enim sententia secum ipsa pugnaret [*]; & diversorum peccatorum diversæ sunt naturæ atque definitiones [f]. 2. Non quasi omnia peccata paria esse statueret [g]. Neque enim æqualiter reum esse dicit qui in uno offendit, & qui in alio, vel in pluribus [h]. 3. Non distributivè sive seorsim, sed copulativè sive conjunctim, hoc sumendum est [i]; q. d. Reus est totius Legis [k], non servatæ scilicet. Lex tota est quasi una vestis, quæ tota violatur, si vel unam ex ea partem demas; quasi harmonia in musica, quæ tota corrumpitur, si vel unica vox dissonet [l]; quasi catena aurea, quæ tota rupta est, si unicum nexum abrumpas [m]. Lex est tota copulativa [n], respectu præcepti, vel prohibitionis, Matth. 19. 19. Luc. 10. 27. In copulativa propositione requiritur veritas omnium, in disjunctiva alicujus [o]. Totam Legem violat, licèt non Totum Legis [p]; quomodo homicida totum hominem occidit, non totum hominis; aut quomodo totum pactum irritum fit, si vel una ex multis ipsius conditionibus violetur. Ad bonum requiritur integritas bonitatis, ad malum sufficit singularis defectus. Ex lepra alicujus partis totus homo leprosus judicabatur. *Individuus est virtutum comitatus*, &, *Qui habet unum vitium habet omnia*, ait Seneca [q]. Reus est omnium, quia in charitatem peccat, quæ est summa Legis, & à qua omnia pendent [r]: illa ergò ipsa præcepta quæ observat quoad substantiam operis, non observat quoad modum debitum, ità scil. ut grata sint Deo; quia nulla observat ex charitate †, nulla ex conscientia præcepti atque authoritatis Dei, quæ eadem in omnibus [s]; & propterea si eodem tentationis impetu incitaretur contra reliqua præcepta, identidem illa transgrederetur [v]. Peccat ergò in Legis totius authorem [x], & jubentis auctoritatem contemnit [y], quæ in omnibus præceptis nobis maximum esse debet ad illa servanda. 4. Ἔνοχος πάντων, i. e. ὡς πάντων ἔνοχος [z]. Non minùs peccati reus est quàm qui omnia violat, nec reliquorum observatio eum à pœna violationi unius præcepti debita liberat. Debitum enim debito non solvitur [a]. Non minùs morte punitur quàm si omnia præcepta violâsset [b]. Æquè damnatur acsi in omnibus deliquisset [c], licèt non pari pœnâ plectendus [d]; nec possunt ejus virtutes id abolere peccatum. Ut si quis Regi fideliter servierit, si quid capitale committat, non minùs pœnas dat quàm si multa peccâsset. Vide Ezec. 3.— & 33.— [*]. Sic & Rabbini dicunt, *Qui transgreditur unum præceptum, acsi transgrederetur omnia* [f]. *Nam unum pendet ab alio*: & in Phesichta, 50. 1. *Qui dicit, Totam legem recipio in me præter verbum unum, hic sermonem Domini sprevit, & præcepta ejus violavit* [g]. Jugulat hic locus, tum perfectionem humanæ justitiæ, tum satisfactionem pro peccatis per alia bona opera [h]. Hinc liquet, nullam esse justitiam, nisi in perfecta Legis observatione [i]. Sed quorsum hæc Jacobus? Nempe, ut istorum detegat hypocrisin qui ex Legis præceptis seligentes quod libuisset, Legem præstare sibi videbantur [k]. Opponit hoc Pharisæorum errori, qui erat, Hominem reputari justum apud Deum, si majorem Legis partem servet, etiamsi in paucioribus sit transgressor Legis [l]. Dicunt RR. *Quicunque stabilit præceptum unum* [est] *acsi stabiliret legem uni-*

[a] Ga. [b] T. sic E. [c] Pi. sic Me. Be. [*] Di. [f] Q. in E. Me. [g] G. sim. Gom. [h] Q. in E. [i] Jun. [k] Di. [l] Be. [m] Be. ex Calv. [n] Calv. [o] Q. in E. [p] Q. in Di. [q] Ga. [r] V. sim. T. † E. sic Vor. [s] E. [v] Vor. [x] E. sim. T. [y] Vor. [z] E. [a] G. [b] Ga. [c] G. [d] Ga. [*] G. [f] Ga. [g] E. [h] Idem. [i] Ca. [k] G. [l] E. [m] G. [n] Ga. [o] Me. [p] G. [q] E. [r] Idem. † G.

[t] Par. [v] V. [x] G. [y] E. [z] G. † Idem. [a] Idem. [b] Ga. [c] E. [d] E. sic Ga. [*] E. [f] Ga. [g] Ga. sim. Calv. Be. E. [h] E. ex Aug. [i] T. [k] E. T. [l] T. [m] Ga. [n] Ga. ex Strig. [o] Ga. [p] Ga. ex Be. [q] Ga. [r] Ga. ex Aug. † T. [s] Ga. [v] Ga. ex Mart. [x] Ga. [y] Me. sim. Be. [z] G. [a] Ga. [b] G. [c] Ca. sim. Me. [d] Me. [*] Ca. [f] G. sic D. [g] D. [h] Ga. [i] Calv. [k] Be. [l] E. ex Burg.

universam [m]. Hoc vult Jacobus, Proximos non diligi, quum pars tantùm aliqua [Legis] ambitiosè eligitur, aliis neglectis. Hoc probat, quia non est erga Deum obedientia, ubi non est æquabile obsequendi studium. Non vult Deus cum exceptione coli, vel, ità partiri nobiscum, ut nobis liceat, si quid minùs adlubescat, aut commodum fuerit, ex ejus Lege rescare [n].

11. *Qui enim dixit*, &c.] Additâ mortis pœnâ Adulteris, Deut. 22. 22. & Homicidis, Exod. 21. 12. Levit. 24. 17, 21. Deut. 19. 13 [o]. Probatio est (& declaratio [p],) præcedentis sententiæ [q]. ¶ *Factus es transgressor* (In MS. est ἀποστάτης, מורד Num. 14. 9. Jos. 22. 19 [r].) *Legis*] Intelligit, *Et proinde omnium reus*; quia & in Deum peccas, & in Legem †: in utroque ejusdem Legislatoris auctoritas spernitur, & violatur integra præceptorum observatio [t]. Παραβάτην מעל non de quovis facto contra Legem, sed de gravioribus illis, dicitur [v].

12. *Sic loquimini, sic facite*] i.e. Sic vos gerite [x], & verbis & factis; nam in utrisque consistebat hic personarum respectus [y]. Doctrinam superiorem de acceptione personarum [z], quam inchoavit dehortatione, concludit exhortatione [a], sive generali admonitione: quæ tamen viam aperit doctrinæ sequenti de fide & operibus [b]. Al. Ostendit jam ad Evangelicam Legem aptanda quæ de Lege Mosis dixerat. Lex Mosis factis quibusdam capitale supplicium minatur; Lex Evangelii, Gehennam, nec factis tantùm, sed & dictis, Mat. 5. 22 [c]. ¶ *Sicut*, &c. Ὡς—μέλλοντες κρίνεσθαι] *Ut per legem libertatis* (id est, legem illam charitatis, de qua v. 8 [d]. Intelligit, vel, 1. legem Mosis *: quam sic vocat, [vel] quia transgressores liberè damnat [f]; quia sine personarum respectu omnes æqualiter respicit, cujus Legis reos se faciebant προσωποληψία suâ [g]: [vel] quia vera libertas est Legi morali parere [h], & *nemo liber est, nisi qui occupatur in studio Legis*, ut dicunt Hebræi [i]. Vel, 2. Legem Evangelicam [k]: quæ sic dicitur, [vel] ab effecto. Vide dicta ad Jac. 1. 25 [l]. [vel] quia qui eam sequuntur, liberi esse debent etiam ab illis vitiis quæ lege Mosis non puniebantur. Vide 2 Cor. 3. 17 [m]. [vel] quia nos liberavit à lege ceremoniali [n], & à Legis [etiam moralis] summo rigore ac maledictione [o].) *judicandi*, Er. P. Be. Pi. &c. vel, *judicantes*, nempe fratres; h. e. eos non contemnentes, sed diligentes, ut requirit gratia Evangelii. Κρίνεσθαι activè mediâ voce intelligo [p]. Non est nostrum seligere quibus præceptis obsequi velimus, quibus non. *Non sufficit ad salutem si majoribus spretis minora faciamus*, ait Salvianus [q]. *Lex libertatis* tantundem hîc valet atque Dei clementia, quæ nos à Legis maledictione liberat. Hoc vult, q.d. Nisi Legis rigorem subire vultis, nè sitis in proximos nimis rigidi, nè severitate nimiâ excludamus Dei indulgentiam quâ omnes opus habemus [r].

13. *Judicium*, &c. Ἡ γὰρ κρίσις ἀνίλεως——ἔλεος] Ἔλεος Scriptoribus nostris non solùm *lenitatem in pœnis exigendis*, sed & omne genus *Beneficentiæ*, significat, respondens Hebræo חן, ut videre est Gen. 19. 19. Num. 11. 15. & alibi. Sic & Mat. 9. 13. & 12. 17. & 23. 23. Lex Evangelii est ut bene faciamus omnibus: qui id non facit, durè tractabitur, Mat. 7. 1. & seq. & 25. 41, 42 †. Ut pondus addat præced. argumento sumpto ex futuro judicio, ostendit quale illud futurum est, varium scilicet prout variè se gesserint, & misericordes, vel immisericordes, fuerint [t]. [Verba sic reddunt:] *Judicium* (vel, *Damnatio*, sive *Condemnatio*, P. Be. Pi. Ar. Sed præstat κρίσιν generatim accipere, ut ex seq. specierum inductione patet [v], ut commune sit ad judicium & fine misericordia, & cum misericordia [x].) *enim* (sub. *erit*. Be. E. &c. die scil. ultimo, quum omnium ratio reddenda est [y]:) *absque misericordia*, (i.e. nullâ temperatum misericordiâ, parcente scilicet, sive peccata condonante [z]. Hinc colligi possit, reprobos non infra meritum, sed secundùm rigidam Dei justitiam, esse puniendos [a].) *ei qui non præstiterit misericordiam*, Be. &c. Nempe proximis suis [b]; qui durus & asper adversùs eos fuerit, aut eos non juvit, Mat. 25. 42 [c]. ac multò magis qui fecerit injuriam, Deum in judicio suo justum & severum experietur [d]. ¶ *Superexaltat*, &c. Καὶ κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως] *Et* (vel, *At*, Ca. Ga.) *gloriatur* (vel, *insultat*, Ca. *supergloriatur* sive *superexultat*, Val. Er. V. Zeg. *triumphat*, id est, efficit ut triumphemus *: vel, *contragloriatur*, Mo.) *misericordia* (vel, *pietas*, Ca. vel, *beneficentia*, G.) *adversùs* (vel, *supra*, Zeg.) *judicium*, Er. Ti. vel, *damnationem*, Il. P. Be. Pi. *Misericordia* hîc intelligitur, vel, 1. Dei judicis [f]; ut sensus sit, In judicio Dei misericordia ejus prævalebit justitiæ [g], nempe erga eos qui misericordes sunt [h]; seu erga electos, qui omnes cum misericordia judicandi sunt [i]. Sed hoc contextui non satis convenit [k]. Vel, 2. Hominis judicandi [l], quam scil. fecit erga proximos [m]; & *misericordia* Metonymicè ponitur pro exercente misericordiam [n]. Misericordia justum Dei judicium non metuit [o], sed cum eo contendit [p], & victrix evadit [q]; & adversùs illud quodammodo gloriatur [r], i. e. gloriari facit †, quia gratiam veluti extorquebit [t], ex qua is severitatem judicii evadet [v]; non quidem ut causa absolutionis, sed ut conditio & argumentum, secundùm promissionem, Mat. 5. 7. & 25. 35 [x]. Sensus, q. d. Contrà verò Beneficentia hoc habet ut damnationem non metuat, & ut nos ab illa liberet, Matth. 5. 7. & 25. 37. Non potest Deus damnare suæ bonitatis imitatores. Nam & inter Dei מדות, sive *proprietates*, præcipuam esse Clementiam dicunt Hebræi. Vide Jacchai ad Dan. 9. 4, 5. Seneca pater, *Perierat totus orbis nisi iram finiret misericordia*. In MS. non malè est, κατακαυχάσθω. *Efficiat ut per beneficentiam triumphetis*. Et hunc sensum sequitur Syrus [y]. Sensus, Misericordes adeò non metuent damnationem, ut illi quodammodo insultent [z]; & gloriari ac gaudere poterint, ut qui damnationem evaserunt [a]. Hunc sensum suadet Antithesis [b].

14. *Quid*, &c. Τί τὸ ὄφελος] Ut 1 Cor. 15. 32. Sic Mat. 16. 26. Rom. 2. 1 [c]. [Connexio sic se habet.] Transit hîc ad pleniorem commendationem operum misericordiæ [d], docens sine iis fidem nihil prodesse, in Dei judicio *. Dixerat, Deum severum fore judicem adversùs immisericordes [f]. Excipiebant hypocritæ, Sufficere nobis fidem. Illis hîc respondet, &c [g]? Multùm hortatus ad opera benefica in proximum, necessitatem talium operum ostendit ex periculo absque eis non obtinendæ salutis. Cùm [autem] Apostoli multam ubique prædicarent Fidei efficaciam, indè factum est ut multi homines carnales, in quibus fuit Simon Magus, id arripuerint in vitæ mendosæ patrocinium, quasi sine operibus justis salus æterna possit obtineri, nempe per fidem; cùm contrà, Apostolorum esset doctrina, Fidem aptam esse ut nos purget, purgatis dari Spiritum Sanctum, & sic *Fidem fieri efficacem per Dilectionem*, Gal. 5. 6. ac proinde Dilectionem quæ ex Fide & Spe eam comitante exsurgat, plus valere & Fide & Spe, 1 Cor. 13. 13 [h]. *Quæ utilitas*, Er. Be. Pi. &c. Nempe ad justificationem [i], vel, ad salutem æternam [k], ut 1 Cor. 15. 32. Pro quo est οὐδὲν εἰμι, 1 Cor. 13. 2 [l]. ¶ *Si fidem quis dicat se habere, opera* (bona scilicet [m]. Ellipsis qualis v. 17, 18, 20. 2 Cor. 3. 5. 1 Tim. 6. 18 [n].) *autem non habeat*] *Siquis dicat*, non ore, sed mente [o]; vel, ex animo, ut modò sumpta est locutio similis, 1. 13. i.e. si quis intra se cogitet. Opera quidem mea non recta sunt, sed fides recta est, ac propterea de salute non periclitor. Hæc opinio olim valde fuit frequens apud Judæos, qui existimabant, *omnem Israelitam*, qui modò professionem Judaismi non abjecisset, *partem tandem habiturum in altero seculo*, i. e. in vita æterna. Eandem sententiam apud multos Christianos invaluisse ostendit, & eos acriter, ut certè debuit, refellit August. Renata est hoc infelici seculo ea sententia, & quidem sub nomine repurgatæ doctrinæ, cui omnes qui pietatem & salutem proximi amant se debent opponere. *Fides* autem h. l. non totam pietatem Christianam μετωνυμικῶς, aut συνεκδοχικῶς, per *transnominationem* aut *complexionem* significat, ut Rom. 10. 10. Tit. 1. 1. sed assensum veritati à Deo revelatæ præbitum, prout à Pœnitentia distinguitur, Marc. 1. 15. item à Dilectione, 1 Cor. 13. 2. Gal. 5. 6. &c. & Puritate, Act. 15. 9. & bona Conscientia, 1 Tim. 1. 19. qualem assensum esse posse sine professione, ac proinde & sine piis operibus, à quibus hîc distinguitur ut & Tit. 3. 8. docemur Joh. 12. 42. Neque id mirum, cùm sæpe locum habeat illud quod de Atheniensibus dicebant Spartani, *Scire eos quid rectum esset, sed facere nolle* [p]. Al. Jacobus, nè de verbis litigare videatur, *fidem* per concessionem hîc vocat

[m] D. [n] Calv. [o] G. [p] E. [q] E. Calv. sim. Me. [r] G. † E. [t] Me. [v] G. [x] Me. Ga. [y] Ga. [z] E. Ga. [a] Ga. [b] E. [c] G. [d] E. * Pi. in Lau. [f] Pi. [g] Ga. [h] Q. [i] Di. ad Rom. 9. 16. [k] Me. G. Vor. Par. [l] Vor. [m] G. [n] Ham. sim. Be. [o] Calv. [p] Par. [q] G. [r] Calv. † G. [t] Ga. [v] Gom. [x] E. [y] Ga. [z] Vor. [a] E. [b] E. sic Be. [c] Be. [d] E.

* G. [f] Q. in E. [g] Q. in E. sic Cap. [h] Cap. [i] Q. in E. [k] Gom. [l] E. sic Gom. Ga. [m] E. sim. E. Be. Pi. Vor. [n] Vor. sim. Pi. [o] V. Ca. E. [p] Me. sim. E. [q] Me. sic Er. [r] E. sim. Vor. Gom. † Gom. [t] E. [v] E. sim. T. [x] Gom. [y] G. [z] Be. [a] Pi. [b] Be. sim. Pi. [c] Ga. [d] E. sim. Calv. * E. [f] Calv. [g] Calv. sim. Gom. [h] G. [i] J. Cap. sic E. [k] G. sic E. J. Cap. [l] G. [m] Pi. J. Cap. Ga. E. [n] Ga. [o] Cam. [p] G.

cat falsam fidei speciem[q], nempe notitiam Dei & Evangelii[r]. Ἡ πίστις [ut sequitur] fidem non quamlibet designat, sed illam quam postea mortuam vocat. Articulus enim habet vim Pronominis demonstrativi†. Emphasis quoque hîc est in voce *dicendi*[t]. Non dicit, *Si quis fidem habet*, sed, *si dicat se habere*[v], tum, quia fides vera & viva sine operibus, sine studio & praxi sanctitatis esse nequit; tum, quia fidem multi profitentur qui nec opera, nec ullam omnino fidem, habent[x]. Intelligit ergò istos fidem quidem jactare, non tamen habere[y]. ¶ *Numquid poterit fides salvare* (vel, *eruere*, Ar. in G. *vivificare*, Sy. in G. & per consequens justificare coram Deo: qua de re deinceps loquitur[z].) *eum*!] q.d. Non poterit, quia infructuosa est[a]. Interrogatio hæc efficacissimè negat. Illud autem σῶσαι, *salvare*, ut plerumque in N. T. est *ad vitam æternam aliquem perducere*. Concedit aliquam fidem talem esse posse; sed salutem æternam ei competere negat. Dicunt quidem interdum viri sancti aliquos servari fide ante opera. Chrys. Tertul. Aug. [Vide G.] sed *fidem* illam intelligunt quæ propositum obediendi Deo, & sinceram Dei & proximi dilectionem, includit. Talis autem fides, quam statim mors subsequitur, *sine operibus esse* dicitur, non quasi deessent piæ cogitationes, sæpe & dicta aut facta aliqua pia; sed quòd tractum seriémque continuam bonorum operum & factorum conspicuorum, non ediderit, quià scilicet vita, tempus, & occasio illis indulta non sunt. Cæterùm nulla cuiquam fides profuit sine tali opere quale tempus permittebat, ut illius cum Christo crucifixi exemplo apparet[b]. [Vide Salvianum, Cyprianum, &c. eorúmque verba in G.]

15. *Si—frater aut soror* (i. e. Christianus, vel Christiana[c], ut 1 Cor. 7. 12, 15[d].) *nudi sint*] Vel, simpliciter, ut Marc. 14. 51, 52. vel, malè vestiti, ut Joan. 21. 7. 2 Cor. 11. 27[*]. Vox γυμνοὶ hîc sumitur ut Job. 22. 6. Mat. 25. 36, &c. Vide & Rom. 8. 35. 1 Cor. 4. 11. Egregiâ similitudine ab illorum quæ oppugnat factis sumptâ rem illustrat[f]. Rem declarat exemplo sumpto à re præsenti. Nam de operibus misericordiæ agit[g]. Comparatio sic se habet; Sicut bona dicta non prosunt egenti, ità nec fides sine operibus prodest credenti. Ei quoque inest æquitatis demonstratio. Noluit ille prodesse alteri; æquum est ut nec sibi prosit. *Fames & nuditas* κατὰ συλληψιν, *per complexionem*, omnes notat calamitates, &c. ¶ *Et*, &c. Καὶ λειπόμενοι ὦσι τῆς ἐφημέρου τροφῆς] Vide suprà 1. 4, 5. Si non modò destituantur rerum mediocri copiâ, sed *nec habeant unde in diem vivant*. Ἐφήμερος τροφὴ, sive τροφὴ καθ᾽ ἡμέραν, ut dixere Comici, Alexis & Antiphanes, *victus quotidianus*, est non acervus rerum, sed dimensum quotidianum. Qui nihil habent ampliùs καθημερόβιοι Græcis. Vide quæ ad Mat. 6. 14. Pro καὶ in MS. est ἢ[h].

16. *Dicat—aliquis ex vobis*] Qui fidem creditis sufficere ad salutem[i]. Si blandè eum in speciem alloquamini[k]. ¶ *Ite in pace*, &c.] Eadem phrasis 1 Sam. 1. 17. Marc. 5. 34. Luc. 7. 50. & 8. 48[l]. q.d. Bene vobis sit[m], Deus vos adjuvet, vestitum & victum provideat[n]. Est enim Bene precantis, ut ostendit modus Imperativus quo hoc effertur. *Pax* res prosperas significat. Bona vota atque omnia ab eo qui plus præstare non potest laudanda sunt, non item ab aliis[o]. ¶ *Calefacimini*, (vel, *Calescite*, Be. Pi. i.e. Estote vestiti[p], quò calefiatis[q]. Metonymia, qualis Job. 31. 20[r].) *& saturamini*] q.d. Famem depellite†, bene pasciminor; sit vobis unde saturemini. Vide Mat. 14. 20. & 15. 33, 37. &c[t]. Divisim accipe: prius enim ad *nudos* pertinet, posterius ad eos *qui victu egent*[v]. ¶ *Non dederitis autem* (Cùm ejus rei copia vobis suppetat scilicet. Vide 2 Cor. 8. 13[x].) *eis quæ*, &c. Τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος] Sic vocat *quæ corpori expediunt*. Nam Adjectivum istud apud Græcos modò Genitivum, modò Dativum, regit. Ἐπιτήδεια πορίζεσθαι & ἔχειν, & ἐνδεῶς ἐπιτηδείων, dixit Xenophon. In Glossario, ἐπιτήδεια τὰ ἀναγκαῖα, *copiæ*[y]. *Quæ sunt necessaria* (vel, *apta*, sive *commoda*, P. Be. Pi.) *corpori*, Er. Il. Ti. sic Mo. Tre. Ar. &c. Ea nimirum *quibus doleat natura negatis*, tegumenta & alimenta. Vide 1 Tim. 6. 8. ¶ *Quid proderit?*] Quid hæc bona vota prosunt? vel, 1. illis[z], nempe egentibus[a]. Non habuit talis voluntas effectum quem debuit: evanuit[b]. Vel potiùs, 2. sic dicentibus[c]; quod & scopo loci, & redditioni, & antecedentibus, meliùs convenit[d]. Nam sicut ista falsa charitas nihil prodest eam habenti, ità falsa fides nihil prodest eam habenti[*].

17. *Mortua est in*, &c. Καθ᾽ ἑαυτήν] *Secundùm seipsam*, E. *Per se*, Er. P. Be. Pi. G. sive, *Tota quanta est*. Sic ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, Joh. 15. 4[f]. vel, *Sola*, Sy. in E. Er. V. Solitariè sumpta[g], ab operibus sejuncta[h], vel, sine charitate[i]. Allusio est ad corpus, quod mortuum est, si sit solum, i.e. ab anima desertum[k]. Καθ᾽ ἑαυτὴν hîc πλεονάζει, ut ἐν ἑαυτῷ, Mat. 12. 26. ἐν ἑαυτῷ, Mat. 13. 21. & ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, Joh. 15. 4. ἐν ἑαυτοῖς, Rom. 1. 24. & multa passim similia. Itaque v. 20, & 26. pro *mortua per se*, simpliciter dicitur *mortua est*[l]. Mortua est quodammodo & non operatur bona opera, quæ sunt signum spiritualis vitæ; quemadmodum motus in animali ostendit illud vivere[m]. Sicut vestra illa fides cum bonis verbis conjuncta proximis vestris non prodest, ità nec vobis proderit. Deus vestro vos modulo metietur. *Mortuum* esse dicitur omne quod actuosum non est, vel quod effectum suum non consequitur, ut videre est Rom. 4. 19. & 7. 8. Heb. 11. 12. Effectus ad quem tendit Fides, est vita æterna; sed ità demum effectum suum consequitur, si adsit Purgatio à vitiis, Dilectio, & Dilectionis opera[n].

18. *Sed dicet quis*] i.e. Meritò dicat aliquis pius tali homini fidem suam ab operibus vacuam prædicanti[o]. qu. d. Imò etiam sic cuivis licebit tuam arrogantiam retundere[p]. ¶ *Tu fidem habes*] Eámque multùm jactas[q]. Ironia est†, vel, Concessio[r]; q.d. Sit ità ut dicis, te fidem habere ||. ¶ *Ego opera habeo*] Ego verò de fide mea tacens do operam piis factis[t]. ¶ *Ostende mihi fidem tuam sine operibus*, Ἐκ τῶν ἔργων σου] Recepta hæc Scriptura est[v]. Sic omnes hodierni Codices Græci legunt, uno excepto, quem sequitur alter[x]. Sed hoc sententiam gignit admodum frigidam & jejunam, nisi ἀλλὰ interpretemur pro οὖν, *igitur*[y]. [Alii aliter sentiunt.] Hæc lectio propiùs ad mentem Apostoli accedit[z]. Sensus, q.d. Age, si verè dicis, te fidem habere; ostende eam mihi è propriis suis effectis, bonis scil. operibus[a], ut agnoscam te fidem habere[b]: quod ni feceris, apparebit, te fidem falsò profiteri[c]. Addit ille [piùs, ut suprà:] Fides cùm in animo sita sit, facilè à quovis jactatur: itaque nè homines quidem de alterius fide humano modo certi esse possunt, nisi pia facta eam testentur, optima fidei indicia[d]. Alii legunt[*], & rectè[f], χωρὶς τῶν ἔργων. Sic MSS. plurimi, & ille optimus quo utimur[g], & Colinæi editio Græca[h], & Lat. & Sy. & Ar[i]. Ità sermo ironicus est[k]. q.d. Quo tandem argumento convinces te istam habere fidem? Num fides res est prorsus abdita[l], & in animo latens, quæ hominibus ostendi nequit nisi ex operibus[m]? Sensus, q.d. Illam tuam fidem ostende verbis quantumlibet: nam facta non adsunt. Et vide quanti eam facturi sint homines pii, & indè collige quid facturus sit Deus[n]. ¶ *Et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam*] q. d. Et nè possis conqueri, me conditionem iniquam tibi proponere, en ego eam recipio, & meam pariter fidem ostendam ex operibus meis[o]. Ista secunda persona ponitur pro homine quolibet; q.d. Ego fidem meam non jactitans, in hoc totus sum ut vitæ pietate & Deo & conscientiæ meæ & aliis ostendam me esse Christianum, & perpetuam dans operam modestiæ, patientiæ, dilectioni, facilè cuivis persuadebo, etiam tacens, esse in me veram fidem. *Denique quid verbis opus est? spectemur agendo.* Hoc ergò dicit, Pii omnes fidem meam factis demonstratam præ tua verbis jactata multùm præferent. Quantò magis Deus[p]?

19 *Tu credis—unus*, &c.] i.e. Deum esse, & esse unum[q], non plures[r], Deut. 4. 35, 39. & 6. 4†. Hoc pro exemplo sumit[t], quia inter credenda primum est[v], in symbolo Apostolico[x]; & quo Judæi tum ab Atheis separabantur, tum à Græcis[y], sive Paganis[z], unde etiam pendet Christi missio & authoritas, & tota in Christum fides. Nam Christo auctoritas est ab illo uno ac vero Deo, Joh. 14. 1. & 17. 3[a]. De cæteris autem fidei articulis idem est judicium[b]. ¶ *Bene facis*] q.d. Bene hoc se habet[c], quia verum est quod credis[d], & actus hic suo genere bonus est[*]. Sed hoc non sufficit ad salutem[f], ut tu falsò existimas[g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὰ δαιμόνια—φρίσσουσι] Ista cognitio adeò non sufficit ut cum pravis Spiritibus tibi sit communis[h]. At *etiam dæmonia* (שעירים & Rabbinis & Lxx Esa. 13. 21[i]. vel, *mali spiritus*, G. sub. *id*, Pi. sic Be. vel, *idem*, G. nempe Deum unum esse[k], adeóque & cætera symboli nostri, ut apparet ex Mat. 8. Marc. 5. Act. 16. & 19[l].) *credunt*,

(Fide

(Fide, vel supernaturali,ut docent Durand. Lomb. Salm. & probabile censent La. Just.&c.vel naturali [m],non fide divinitùs infusâ,sed ex subtilitate naturæ;nec voluntariè,sed coactè, & rerum evidentiâ, & veris miraculis,convicti [n]: quæ tamen fides nihil illis prodest nisi ad majus tormentum [o]:) *sed* tamen *horrescunt*, Pi. sim. Be. vel, *& tremunt*, G. ex Sy. & Ar. sic Vulg. Per Metonymiam id verbum ingentem metum significat, vertiturque in Gloss. *horresco*. Inde φρικτῶς Sap. 6. 5. & φρικτὸν, שערורה, Jer. 5. 30. & 18. 13. & 23. 14. & φρικώδης, Ose. 6. 10. Sensus, q. d. Non modò salutem nullam sperandam habent, sed & pro sua pravitate graviora tormenta cum metu expectant. Vide Mat. 8. 18. 2 Pet. 2. 4. Judæ, 6. Apoc. 20. 10 [p]. Timent & refugiunt eum [q], quem certissimum exspectant & severissimum judicem [r], malitiæ suæ vindicem, 2 Pet. 2. 4. Judæ, 6 [†]. cujus majestatem, potentiam, severitatem, non tantùm credunt, sed & reipsâ experiuntur & sentiunt [t]. Sic & tu timere debes eundem Deum si Diaboli facta imitaris [v].

20. *Vis*, &c. Θέλεις δὲ γνῶναι, ὦ—κενὲ] *Vis autem nôsse*, (Nunc loquitur Apostolus [x], q. d. Vin' tibi hoc doceri etiam documentis è V. T [y]. q. d. Si cupis nôsse, agè attende, docebo te. Confer Joh. 13. 12. & Rom. 13. 3 [z].) *homo vane*, Be. Pi. sic Ar. &c. vel, *debilis*, Sy. in G. judicio scilicet, ריקא, de qua voce dictum Mat. 5. 22. Christus prohibet iracundiam in tales voces prorumpentem, non ipsas voces, ubi à magistris ad corrigendos discipulos usurpantur; multóque minùs ubi non certi homines sic notantur, sed certa hominum genera. Apparet hoc Mat. 23. 17, 19. Luc. 24. 25. Gal. 3. 1, 3. *Vane*, i. e. qui vanâ spe te lactas [a], qui vanam sive inanem fidem jactas [b]. *Vanum* vocat, vel quia jactat quod non habet, vel quia nullam habet aut soliditatem gratiæ, aut stabilitatem, aut efficaciam [†]. ¶ *Fides sine operibus* (i. e. otiosa [c]: Illud χωρὶς ἔργων pendet, vel, 1. à voce πίστις, *Fides* quæ est *sine operibus*, ut sit Ellipsis articuli ἡ, qualis Mat. 5. 21. Joan. 5. 36. &c [d]. vel, 2. ab illis, νεκρά ἐστι [*], subintellectis verbis ἐὰν ᾖ, *si sit* [f], i. e. si opera non habeat. Sensus utrobique idem [g].) *mortua est?*] i. e. Actione & motu caret [h]: Producere non potest id quod speras [i]: inefficax est ad servandos homines [k].

21. *Abraham pater noster*] *Pater*, vel, 1. Judæorum [l], secundùm carnem [m]: vel, 2. omnium credentium, quibus exemplum est & idea quædam justificationis [n]; pater fidei & justitiæ [o]. ¶ *Nonne ex operibus justificatus est*] q. d. Quòd si Abrahami fides illa adeò prædicata, Gen. 15. 6. profuit quidem, sed non sola; quid est cur alii de fide non operante plus promittere sibi debeant? Abraham, si fidem ad favorem Dei conciliandum ac retinendum sibi credidisset sufficere, abstinuisset opere tam luctuoso, de quo jam loquetur hic Scriptor [p]. ¶ *Offerens*, &c. Ἀνενέγκας, &c.] *Cùm obtulisset* (i. e. offerre voluisset [q], ad offerendum sese comparâsset [r], & per ipsum non stetit quin offerret [†]. Quæ præparatio, in qua præter letalem ictum nihil aberat, facit ut rei tanquam peractæ laudem à Deo sit consecutus, Gen. 22. 12. Confer Heb. 11. 17 [t]. Quantum ad defunctionem cordis pertinet immolavit [v].) *Isaac filium suum* (unicum scil. ex uxore charissima, in senectute utriusque genitum [x]:) *super altare?* Er. Be. Pi. Significanter hoc addidit ex Gen. 22. 9. q. d. *ad certam*, ut ipse arbitratur, *mortem*, quæ victimas ità altari impositas, & in id ligatas, (ex more, de quo vide Virgil. de Sinone, & Ovid. lib. De Ponto Eleg. 2.) solebat sequi [y].

22. *Fides*, &c. Ἡ πίστις συνήργει, &c.] *Fides cooperabatur* (vel, *adjumento fuit*, Er. sic Tre. ex Sy. Ca. *administra fuit*, Il. P. sic Be. Pi.) *operibus*, Vulg. Mo. &c. id est, operosa fuit, non otiosa [z], non mortua [a]; efficax fuit per opera [b]. Pariter & Fides & Opera concurrerunt ad retinendam arguendámque Dei benevolentiam, sive statum gratiæ apud Deum; Fidem ab initio ejus status ad consummationem usque; Opera, ut Fidem subsequentia, & dato tempore ac occasione ad conservandum eum statum necessaria. Vox συνήργει docet non malè Fidem & Opera fidei posse dici ut justificationis, ità salutis, Causam, non quidem primariam, quæ est *beneplacitum Dei*, Eph. 2. 4. Tit. 3. 4. sed Conditiones, quæ sæpe *causæ sine quibus non*, aut *sui generis causæ*, dicuntur [c]. Verùm non sola justificatio est operatio fidei, sed & cordis purificatio, Act. 15. 9. quæ sanctificatio [d]. Deinde, si hoc voluisset Jacobus, *Fidem cooperari operibus ad justificationem*, uti volunt Pontificii, dixisset potiùs, *Opera cooperari cum fide*, quàm *Fidem cum operibus* [*]. Sensus ergò est, Habuerunt ex fide ipsius opera, ut essent, & agerent, &, modo mox dicendo, justificarent [f]. Vel, Fides ei animum addidit, vel, ipsum incitavit ad bene operandum. Naturam veræ fidei hoc membro & seq. declarat [g]. Ostendit, veram fidem non tantùm sese exserere in credendò, ut volebant hypocritæ, quibuscum Jacobo res erat; sed etiam in operando [h]. ¶ *Et ex operibus fides consummata* (vel, *perfecta*, Er. P. Tre. Pi. &c.) *est*, Ἐτελειώθη] *Ad finem perducta fuit*, Be. *Vim suam exseruit*, ut activè hîc sumitur, sicut 2 Cor. 12. 9. Vide & 1 Joh. 4. 17 [i]. Sensus, Per opera factum est nè Fides sperato eventu excideret. *Perficitur* res quæque cùm effectum sibi destinatum parit. Eum Fides consequi non potest ἄνευ συνεργίας. *Perficitur per dilectionem fides*, ait Tertul [k]. *Opera perficiunt fidem*, quomodo *voluptas perficit actum*, Aristot. Nicom. 10. 4. aut ut florentem ætatem perficit venustas, non efficienter & formaliter; sed tanquam accidens concomitans, sive appendix & terminus perfectionis, internam actionis, vel fidei, perfectionem præsupponens, eámque sequens. Quatenus ergò bona opera Fidei vitam, vim, sinceritatem produnt, adeóque eam illustrant & exornant, rectè dicuntur perfectio Fidei [l]. Perfectio duplex est, 1. Absoluta, sive graduum, ut Jac. 1. 25. 1 Cor. 13. 10. Eph. 4. 13. 2. Inchoata, sive partium, quomodo *perfectio* dicitur; tum, 1. sinceritas, ut Psal. 18. 23. tum, 2. justum incrementum, ut 1 Cor. 2. 6. & 14. 20. Heb. 5. 14. & 6. 1. Opera autem fidem perficiunt, 1. ratione operationis & consummationis, quum per opera fides ad maturitatem pervenit, quomodo arbor perfecta fit quum ità excrevit ut fructum ferat, Num. 17. 8. & peccatum perficitur, Jac. 1. 16. quum in habitum evasit [m]. Opera sunt complementa, id est, justi & maturi fructus, Fidei [n]. Fides tum demum consummata redditur, postquam bonos fructus protulit. Non quantò plus bonorum operum profert, tantò certior ipsa robustiórque efficitur [o]. Actiones bonæ sunt instar filiarum matrem suam foventium, bonúmque habitum, à quo proficiscuntur, confirmant ac perficiunt [p]. 2. Metonymicè [q], vel declarativè [r], quia eam perfectam sinceràmque esse declarant [†]; quomodo *Christi virtus*, sive *potentia*, *perfici* dicitur *in infirmitatibus*, 2 Cor. 12. 9. quia tum se maximè exserit, ostenditque quanta sit [t]. Hanc expositionem extorquet natura rei. Fides enim est causa, opera, effecta. Causa autem non perficitur à suo effectu, sed perfecta declaratur; ut fructus boni arborem bonam non efficiunt, sed indicant [v].

23. *Et*, &c. Καὶ ἐπληρώθη, &c.] *Et* (vel, *Itaque*, Be. Pi. &c.) *impleta est Scriptura*, *dicens*, *Credidit*, &c. E. Atqui hoc antè dictum fuerat de Abrahamo, nempe Gen. 15. 6 [x]. indéque contrarium colligit Paulus Rom. 4 [y]. Resp. Mos est Hebræis dicere, Hoc מתקיים, id est, ἐπληρώθη, sive *comprobatum est*, cùm rei alicubi narratæ similis alia contingit. Fides Abrahami sæpe apparuit, Gen. 15. iterum Gen. 17. nunquam autem evidentiùs emicuit, quàm tempore oblati Isaaci; cùm ità de Dei potentia & constantia existimaret, ut filium, unde cætera magnifica promissa pendebant, vel à morte sibi restitui posse crederet, Heb. 11. 18 [z]. Hoc impletum tunc dicit, quia tunc declaratum est, non solam fidem ad justitiam hominis sufficere, sed requiri etiam aliarum virtutum opera [a]. Al. Impleta tum est probatio Scripturæ, dum fidei illius laudatæ Gen. 15. 6. specimen illustre editum est, Gen. 22 [b]. Dicitur hoc ratione, 1. manifestationis [c]: q. d. Tum demum patefactum sive cognitum fuit [d], quàm verè illud scriptum fuerat [*], & Abrahamum verâ vivâque fide præditum esse [f], & proinde à Deo justificatum [g]. 2. Reiterationis, executionis, operationis, q. d. Id tunc fecit Abrahamus, quod antè fecerat; h. e. iterum credidit Deo, ídque contra spem, ut dicitur Rom. 4. 18 [h]. *Impleri* hîc dicitur, pro, amplius complementum sui ostendere [i]. Possunt verba ista, *Credidit*, &c. applicari ad omnes insignes actus fidei ejus [k]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐλογίσθη, &c.] Vox חשב, pro qua λογίζειν ponunt Græci, frequenter sumitur cùm res aut homo aliquis ità habetur quasi alio modo se haberet quàm se habet, sive id jure, sive injuriâ, fiat. Sic cùm opus unum egregium pro multis habetur, dicitur id *in justitiam reputari*, ut Psal. 106. v. 31. Sic ἡ ἀκροβυστία, i. e. *præputiati hominis sui status*,

 dicitur

dicitur εἰς περιτομὴν λογισθήσεται, Rom. 2. 26. i.e. *tantundem valere quantum status hominis circumcisi.* Justinus, *Imperito interroganti sapientia reputabitur*, i.e. interrogatio pro sapientia habebitur. Similia habent Theoph. Antioch. Tertul. Chryſ. Idem ergò valet, *aliquid alicui reputari ad justitiam*, quod, *eum qui id habeat haberi quasi justus planè esset neque unquam peccâsset*, teste Justino Colloq. cum Tryph. Idem & per ἀποδέχεσθαι *acceptare* Græci loquuntur, ut *Deus pœnitentiam pro virtute ἀποδέχεται, acceptat.* Sapienter autem Jacobus cùm Opera commendaret, immiscuit & Fidei præclaros titulos, nè eam plùs æquo dejicere videretur, ostendens ipsa Opera Fidei accepta ferenda, eóque magìs quò præclariora. Vide Philonem & Chrysostomum, [eorúmque & reliquorum verba in G.] Sensus ergò est, q. d. Fides illa à Deo habita est pro re egregia: quales res *justitiæ* nomine appellari solent [l]. *Et* (Nempe, quia filium obtulerat, ut dicitur Gen. 22. 16 [m]. Postquam Fidei suum reddidit, ad Operum vim prædicandam redit [n].) *amicus Dei appellatus est*] Ubinam? Resp. 1. Non eo loco Gen. sed alibi, 2. Paral. 20. 7. Esa. 41. 8. Judith. 8, 22 [o]. Resp. 2. Hoc non est ad hominum existimationem referendum (nemo enim testis adfuerat isti facto Abrahami filium offerentis tantopere prædicato, ut Sacra nos docet historia:) sed ad rem ipsam, locutione Hebræâ, quâ *vocari* ponitur pro *esse*, ut Esa. 1. 26. & 48. 8. & 62. 4. Jer. 33. 16. Ezec. 48. 35. sic idem est *filios Dei fieri* & *vocari* ex collat. Joh. 1. 12. & 1 Joh. 3. 1. Pertinet autem hæc appellatio ad ea quæ habemus Gen. 22. 16. & seq. ubi Deus, quod antè non fecerat, juratum fœdus cum Abrahamo init, sicut Reges cum amicis solent, (quod quanti sit faciendum, vide Heb. 6. 13. & seq.) & sic eum in propiorem amicitiæ recipit gradum [p]. Talia leguntur in Gen. 12. & 15. & 17. [& 22.] ex quibus hoc firmiter colligitur [q]. Amicitiam enim hanc satis indicant benedictio, & fœdus Dei [r], tot familiares apparitiones & collocutiones, ac promissiones repetitæ, & inprimis illud Gen. 12. v. 3. amici enim communes habent amicos & inimicos †.

24. *Videtis*, Ὁρᾶτε] *Videte*, E. Discite hoc viri maximi exemplo [t]. ¶ *Ex operibus justificatur homo, & non ex fide tantùm*, Μόνον] id est, μόνως [v]. Sic μόνον Adverbium vice Adjectivi ponitur Matth. 5. 47. & 21. 19. Joh. 13. 9. Act. 11. 19. Rom. 3. 20. & alibi. Sensus, Ut qui jam credidit à Deo pro justo habeatur, vel, tanquam planè insons bonúsque tractetur, sive ut Deum habeat amicum & fautorem, (hæc enim eodem recidunt:) non sufficere fidem, sed, si tempus detur & occasio, requiri & bona opera [x], vel reipsâ, vel in animi præparatione facta [y]. At Paulus contrarium concludit, & quidem ab eodem Abrahami exemplo, *Hominem justificari per fidem sine operibus legis*, Rom. 3. 28. [Hinc nobilis oritur quæstio, Quo pacto Jacobus cum Paulo conciliandus est? Resp. 1. Non desunt qui nodum scindunt, cui solvendo se impares fatentur.] Hac de causa quidam Epistolam hanc Jacobi ut Apocrypham rejiciunt, sed perperàm [z]. Resp. 2. Quamvis membra singula, & voces, Jacobi & Pauli non eundem in modum omnes interpretentur, idem tamen utriusque est præcipuum propositum, nempe, ut ostenderet rationem Divinæ œconomiæ, & Dei summè gloriosam, & hominibus utilissimam esse, &c [a]. Non excludit Paulus opera omnia à negotio justificationis, ut constat ex Rom. 2.— *Factores legis justificantur* [b]. Nec Jacobus vult nos partim fide, partim operibus, justificari, sic enim secum ipse pugnaret. Nam ait v. 23. *Scripturam*, illam nempe Evangelicam, *Credidit*, &c. *fuisse impletam cùm Ab. justificaretur ex operibus*. Sed quænam est illa consequentia, *Abraham credidit*, &c. *Ergò justificatus est ex operibus?* Certè ista non cohærent ut consequens cum antecedente [c]. [Resp. 3. Distinguendum de *operibus*, quæ aliter in Jacobo, aliter in Paulo accipi volunt, quod nec uno modo explicant:] 1. Paulus intelligit *opera* Legis, h.e. perfectam & perpetuam Legis observationem, quæ debitum seu meritum parit, & fidei in Christum opponitur: Jacobus autem *opera* intelligit ea quæ fidem demonstrant, & ex fide oriuntur; in quo per Metalepsin [d], sive Metonymiam effecti *, quâ ex Effecto significatur Causa procreans [f], *per opera* hîc intelligit fidem operantem [g]. Sed durum hoc est, nec satis congr. itcum v. 22.

[l] G. [m] G. sim. [n] E. [n] G. [o] Me. ex E. [p] G. [q] Vor. sim. Pi. [r] Vor. † Pi. [t] G. [v] J. Cap. C. [x] G. [y] E. [z] Gom. [a] G. [b] E. ad v. 21. [c] Cam. [d] Vor. * Vor. Pi. [f] Pi. ad v. 21. [g] Vor. sic Pi.

ubi *fides* & *opera* distinguuntur [h]. 2. Loquitur Paulus de operibus tantùm irregenitorum [i], sive quæ fidem Christi antecedunt, & ex sola Legis cognitione oriuntur [k], & de Ritualibus [l]; Jacobus verò de operibus fidem consequentibus, & ex fide pullulantibus, & à fide directis [m]. Opponit Paulus Fidei non Opera quæ ex fide procedunt, sed ea quæ sine fide, sive ex nativis hominum viribus, & humanâ tantùm institutione, præstari possunt; qualia sunt ritualia omnia, deinde etiam actionum malarum abstinentia pœnæ vitandæ causâ, pratere a alia quædam quæ commodi honorisve studio fieri solent. Judæi plurimùm tribuebant ritibus; præceptorum vetantium ea sola urgebant quibus pœna apposita est; cogitationem, quamvis deliberatam, negabant pœnæ etiam apud Deum esse obnoxium; omissionem verò præceptorum jubentium facilè expiari. Hæc erat pietas Judaica, quâ inflati contemnebant alienigenas, quantumvis ad Deum verum vitámque sanctam conversos. Adversùs hoc disputans Paulus ostendit, Deo non placere ulla Opera quæ non ex animo per fidem vitæ æternæ purgato, & supra rerum temporalium curam ad amorem Dei proximíque accenso, eduntur. Ad talia autem opera comparatæ Ceremoniæ Judaicæ & tenuis illa ad præscriptum Legis, sive humanæ, sive Divinæ, quatenus ea ad humanæ modum intelligitur, innocentia, *intra facta stans continentia*, ut Chryſ. loquitur, meritò sordent [a]. [Aliis hæc responsio non placet:] Satìs constat, Paulum, non minùs quàm Jacobum, agere de Operibus non tantùm Ceremonialibus, sed & Moralibus; siquidem de ea Lege loquitur quæ peccatum monstrat, Rom. 3. 20. & 7. 7. & cui totus mundus obstrictus erat, Rom. 3. v. 19. &c. & de operibus, & ante & post fidem, in statu sive naturæ, sive gratiæ, ut ex eo constat quòd agit de operibus Abrahami & Davidis, iísque post conversionem & fidem præstitis, Rom. 4. Confer Job. 9. 15, 21. & 10. 15. Psal. 143. 2. Phil. 3. 8 [o]. [Sed de his plura videat Lector in Synopsi ad Rom. 3. & 4. Hæc de tertio conciliandi modo.] Resp. 4. Distinguendum de voce *fidei*. Loquitur Paulus de fide vera & viva, ut liquet; Jacobus autem de fide falsa, vana, mortua, sterili & otiosa, quæ operibus caret [p]; ut facilè probatur, quòd Jacobus de illa fide agit, quæ communis est reprobis, ipsísque Dæmonibus, v. 19, 20 [q]. quæ *mortua* dicitur, v. 17. quæ in verbis tantùm, non rebus, consistit, v. 15, 16. quæ efficaci fidei Abrahæ opponitur [r]. Jacobus fidei otiosæ detrahit quod vivæ tribuebat Paulus †. Resp. 5. Distinguendum de voce *justificationis*. [Hic præeat nobis Grotius:] Vox δικαιοῦν respondet voci Hebrææ הצדיק, ut constat. Verba autem in Hiphil plerumque significatum habent duplicem, modò actum duplicem, id est, facientis ut alter faciat, significant, modò aliquid simile, putà *declarare*; quomodo & הרשיע sign. *injustificare*, sive *condemnare*, & הצדיק, *absolvere*, ut Deut. 25. 2. Prov. 17. 15. &c. item *tractare tanquam talem*, putà *laudare*, ut vox ea ponitur Matt. 11. 19. Luc. 7. 29. &c. quomodo & נקה, quod est *innocentificare*, Chald. Exod. 34. vertit *parcere*. Δικαιοῦν ergò modò sign. *justum reddi*, modò *ut justum amari atque tractari*. Quanquam verò certum est, hominem justum fieri per fidem, deinde etiam justiorem per opera continua; tamen totus hujus sermonis contextus, & maximè ea quæ jam sequuntur, exigunt ut δικαιοῦσθαι hîc sumamus in sensu posteriore; & quidem ità ut intelligantur tum Abraham tum Rahab à Deo tractari, ità ut ii qui justi sunt tractari solent, non tantùm respiciente ipsorum fidem, sed & ex fide profecta opera. Qui tanquam planè insons à Deo amatur, Spiritu Dei donatur, certus fit in eo statu æternæ salutis, interdum dicitur δικαιοῦσθαι, cùm alioqui vox ipsa alibi in significatu illo primitivo & magìs proprio reperiatur, ut Dan. 12. 3. Apoc. 22. 11. Ut quis eo modo Deo placeat, obtineri non per nativa hominum opera, sed per fidem Divinis oraculis habitam ubi ea ad propositum obediendi pervenerit; conservari verò per pia facta, omnes Christiani Græci & Latini docuerunt [t]. Paulus agit de justificatione prima [v], seu injusti, quâ quis ex injusto fit justus; quæ ex gratia, per solam fidem fit [x]: Jacobus de justificatione secunda [y], seu justi, quâ is justior fit operum merito [z]. Non placet: 1. Falsa est hæc distinctio, ut constat ex Rom. 3. 28. & 4. 2, 3, 6 [a].

[h] Gom. [i] Q. in Ga. [k] E. [l] G. [m] E. [a] G. [o] Ga. [p] Be. Gom. Lau. Ga. [q] Be. Gom. [r] Ga. † Just. ad Rom. 4. [t] G. [v] Q. in E. & in Gom. [x] Q. in Gom. [y] Q. in E. & in Gom. [z] Q. in Gom. [a] Cam.

2. Sic

2. Sic justificationem cum sanctificatione confundunt [b]. 3. Ad primam justificationem opera fidei requiruntur, de quibus loquitur Jacobus, & ad secundam justificationem inutilia sunt opera Legis, de quibus Paulus [c]. [Alii ergò vocem illam aliter accipiunt.] *Justificari* Paulo est in judicio absolvi, & justum judicari coram tribunali Dei [d]; Jacobo autem est justum declarari *; vel, 1. coram hominibus [f]. Quod refellunt verba præcedentia & adductus ex Genesi locus [g]. Opus enim illud Abrahæ filium offerentis patratum est remotis omnibus arbitris præter Isaacum, qui nec potuit mentem patris nôsse nisi ex eventu [h]. Adde quòd Fides, utpote internum aliquid homini, hominibus aliis non apparet, ac sic apud homines aliquem justificare dici non potest [i]. Denique, nullum opus est externum quod hypocrita non possit imitari [k]. Vel, 2. etiam coram Deo [l], cui Abrahamus experimentum dedit fidei suæ. Obj. At Deus experimento non habet opus. Resp. Verum hoc est, sed indè non sequitur homines non præbere Deo experimentum sui. Nam & David Deum sic compellat, ut ipsum *probet & tentet*, &c. Psal. 139.23. & Paulus dicit, *studemus nos approbare Deo*, 2 Cor. 5.9 ||. Sed & Deus de hoc ipso facto dicit, per ἀνθρωποπάθειαν, *Nunc cognovi te esse timentem mei*, &c †. Christus quoque dicitur *justificatus Spiritu*, 1 Tim. 3.16. h. e. dedisse experimentum Divinitatis suæ, sive probâsse se verum Deum, vi Spiritûs, vi suæ Divinitatis. Et sic justificatus fuisset Christus, etsi nullus Christum agnovisset [m]. Sic & *Deus & sapientia justificari* dicuntur, Luc. 7.29, 35. id est, declarativè [n]. [Hæc de quinto conciliandi modo. Resp. 6. Jacobus & Paulus non difficulter conciliari possunt, ex discrepantia scopi, adversariorum, & quæstionum quas tractant:] Paulus, cum iis contendens qui merita sua jactabant, disputat de ratione & causa justificationis, adversùs falsas illius causas quas ipsi substituerant; docétque, nos solâ fide justificari [o], & nec Gentes, nec Judæos, per opera moralia aut legalia ad veram justitiam pervenire posse; sed unicam ad illam esse viam, fidem Christi, ideóque totus in fidei commendationem incumbit [p]: Jacobus autem adversùs eos disserit qui fidem crepabant dum sceleribus scaterent, & non operum modò justificationem, sed ipsa etiam opera, tollebant; & proinde, ut contraria prorsus erat controversia, ità contrario ordine disputat, de justificationis effectis, operibus scilicet; à quibus ascendit ad causam, ut Paulus contrà à causis ad effecta descendit [q], & ex quibus [effectis] fides & justificatio agnosci possunt, v. 18 [r]. Jacobo propositum erat ostendere, fidem operibus vacuam esse mortuam, & simul demonstrare, fidem Abrahæ fuisse operosissimam †. Paulus loquitur de foro justitiæ, in quo nemo ex operibus justificatur, Psal. 130.3. & 143.2. Rom. 4.1, 2. Jacobus de foro gratiæ, in quo viri Sancti se ex operibus suis justificant, Psal. 18.21, 22, 23. & c. 26. v. 1, 2, 3, 4. Esa. 38.3 [t]. Consilium Jacobi non erat disputare quomodo justificemur, sed cujusmodi sit illa fides quâ justificamur [v]. Τὸ κρινόμενον, sive quæstio, apud Paulum erat, an Abrahamus peccator erat, necne, & hîc sola fides in Christum ipsum justificabat; apud Jacobum autem erat, an Abrahamus erat hypocrita, an verè fidelis amânsque Dei, & hîc opera ipsum justificabant [x], h. e. à falsa hypocriseos, & mercenariæ indolis, criminatione. De qua re variisq; justificationis speciebus pleniùs egimus ad Rom. 8.4 [y]. [ubi dicta vide vel in Authore, vel, excerpta ex eo in Synopsi. Atq; hæc de celeberrima hac quæstione dicta sunt. Pergendum jam ad interpretationem textûs.]

25. *Et Rahab*] Hanc Abrahamo adjungit, ut ostendat, vel, 1. Nullum unquam cujuscunque conditionis, gentis, vel ordinis, fuisse absque operibus inter justos ac fideles habitum [z]; vel potiùs, 2. Fidem, ubi concipitur, operosam esse non solùm in fidelibus adultioribus, sed etiam in novitiis, &c [a]. Abrahami exemplum Hebræis ad Christum conversis sufficere debebat, sed quia etiam alienigenis scribit, adjunxit exemplum fœminæ extraneæ [b]. ¶ *Meretrix*] Verè & propriè sic dicta [c]. זונה propriè *caupona*. Sed plerumque cauponæ talem etiam quæstum faciebant. Vide dicta ad Heb. 11.31. Ἡ πόρνη] id est, Quæ talis fuerat ante conversionem. Sic αἱ πόρναι Matth. 21.31. Talium saluti vita prior flagitiosa nihil obstitit [d]. ¶ *Nonne ex operibus justificata est*] i. e. Justitia ejus ex iis & declarata fuit, & augmentum cepit *. Nonne operibus id consecuta est ut justitiæ præmium à Deo referret? Sola Dei jussu servata, cùm omnes ejus populares interficerentur, deinde dignata conjugio viri eminentis inter suos Boozi. Fides præcesserat quâ Deum verum agnôrat, Jos. 2.11. quod quantum fuit illis corruptissimis temporibus, ex frequentibus Hebræorum circa id ipsum lapsibus satìs intelligitur. Sed fidei huic addenda censuit opera [f]. ¶ *Suscipiens*, &c. Ὑποδεξαμένη, &c.] *Quum excepisset* (Nempe hospitio sive in domum, & latebris, nè reperiri possent, abdidit; idque reverentiâ unius Dei quem ab Hebræis coli, quémque hujus belli auctorem esse Hebræis intellexerat [g]; & ex fide in Deum, quam modo usitato conceperat, Deo scilicet per humanum ministerium intùs eam docente [h]:) *nuntios illos*; (In id missos ut spectata renunciarent. Intelligit κατασκόπους, ut est Heb. 11.31. & ut hîc legunt quidam cod. & Sy. & Ar. *exploratores*, quos sciebat ab hostibus eò missos. Multum hoc in fœmina [i].) *& aliâ viâ* (vel, quàm quâ venissent [k]: vel, quàm quâ ituri putabantur. Nam & per murum eos dimisit, & devia itinera monstravit, nè ab Hierichuntinis deprehenderentur: hæc omnia non factura, si salutem ex nuda fide sperâsset [l].) *emisisset*? Pi. Be. &c. vel, *ejecisset*? V. Incolumes dimisit cum aperto vitæ & fortunarum periculo [m].

26. *Sicut enim corpus* (Cujusvis animalis [n]:) *sine spiritu* (נפש, *anima*, Hebræis vitam ipsam designat [o]. Πνεῦμα hîc vocat, vel, 1. habitum seu flatum [p], ut 1 Cor. 14.14, 15. ubi *psallere spiritu*, i.e. flatu oris, opponitur τῷ *psallere mente*. Sensus est, corpus quod non respirat mortuum est ||. Vel, 2. eam substantiam quæ corpori vitam subministrat, Luc. 23.46. Act. 7.59 [q]. sive animam [r], quâ præsente corpus spirat †, quæ & *spiritus* sæpe dicitur, ut Psal. 31.5. Eccles. 12.7. 1 Cor. 2.11 [t].) *mortuum est*] i.e. Non edit ex se eos actus qui humano corpori conveniunt [v]. ¶ *Ità & fides* (sub. *quæ est*, Be.) *sine operibus mortua est*] h. e. Inutilis est ad justificationem [x]; non est vera & vitalis fides [y]; non efficit ut homo justus à Deo censeatur, & sic spiritum Dei vitámque æternam consequatur; non producit id quod producere debebat, continuationem scilicet Divini favoris, & consequenter salutem æternam, quod & Chrysost. multis locis [à G. productis] ostendit [z].

CAP. III.

1. *Nolite*, &c. Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε] Connectendum hoc cum Jac. 1.26, 27. ubi duo tradit sinceri animi indicia, 1. refrænationem linguæ; 2. misericordiam & vitæ puritatem. De posteriore egit cap. 2. de priore hoc capite [a]. Linguæ intemperantis noxam, de qua eos monuerat cap. 1. hîc cum amplificatione & vehementiùs exagitat, incipiens in magistris, in quibus maximè periculosus est linguæ casus [b]. *Nè estote multi* (vel, *plures*, E. Vulg. Calv. nempe quàm opus est [c]:) *doctores*, sive *magistri*, Be. Pi. E. [Variè explicant:] Nolite diversa docere, nè sitis sectarum auctores [d]. Al. Nè quivis ambiat munus Doctoris *, i. e. Episcopi sic eminenter dicti, τῷ προεστῶτι τῷ κοπιῶντι ἐν λόγοις. Non quòd non præclara ea res sit, sed quòd pauci sint pares. Διδάσκαλοι רבים aut מורים. Similis admonitio Eccles. 7.16 [f]. Multi, & peculiariter Judæi, teste Mat. 23. ad quos hæc scribit, ex ambitione cathedram appetebant; & ipsi parum aut malè docti alios, & quidem propria placita, docere voluerunt [g]. Vult aliquos esse *magistros*, sed non multos. Ut Medicorum, ità Doctorum, multitudo exitialis est [h]. Al. *Magistros* hîc intelligit aliorum censores, sive reprehensores, qui magistri morum haberi volunt [i]. Pervulgatum illud vitium notat, quo quisque severè alios condemnat, sibi verò indulget [k]. Sensus, q.d. Nè usurpate magisterium & authoritatem in aliis judicandis & reprehendendis. Simile illud Mat. 7.1. *Nè judicate*, &c [l]. Prohibetur autem h. l. non quævis censura sive reprehensio aliorum [m], ut constat ex Levit. 19.18. Mat. 18.15. Eph. 5.11 [n]. 1 Thess. 5.12, 13 [o]. sed vitiosa tantùm, quæ vel in re, ut si falsa sit; vel, in modo, ut si aut acrior sit quàm oportet, aut præpostera, quæ neglectis vitiis suis, aliorum nævis promptiùs ac rigidiùs inquirit; vel, in

Marginal notes (left): b Ga. — c E. — d Gom. — * Gom. ex Be. sim. Cam. — f Gom. Q. in Cam. — g G. — h Cam. — i G. — k Cam. — l Gom. Cam. — || Cam. — † Gom. — m Cam. — n Q. — o Be. — p Med. ad v. 23. — q Pe. — r Gom. — † Med. ib. — t Ga. — v Cam. — x Ga. — y Di. — z Calv. — a Ga. — b G. — c E. Me. sim. G. — d G.

Marginal notes (right): * E. — f G. — g Idem. — h E. — i G. — k E. — l G. — m Me. sim. E. — n Pi. — o G. — p Caj. in E. Gom. — || Gom. — q G. — r E Pi. — † Pi. — t E. — v G. — x Ham. — y Jun. sim. Pi. Cam. — z G. — a Ga. — b E. — c Zeg. sim. Be. — d Aug. in E. — * G. sim. E. ex Er. Me. T. — f G. — g E. — h D. — i Calv. — k Be. — l Pi. — m Gom. Ga. — n Gom. — o Ga.

fine [p]; quæ ex ambitione nascitur, ut cùm ex aliorum reprehensione famam captamus, quæ immodica est & importuna; cùm quis malignè inquirit quod in sinistram partem rapiat,& omnium dicta & facta ad summum rigorem exigit, & insectandis aliorum vitiis insolenter se jactat [q]. Reprehendit h. l. Judaizantes Christianos, & præsertim Gnosticos, qui magisterium in alios affectabant, ut Pharisæi, Mat. 23. & Christianos non Judaizantes acriter insectabantur, vilipendebant,& judicabant tanquam transgressores legis, Col. 2. 16. atque ità officium & magisterium Christo proprium sibi arrogabant, Rom.14.10. Jac.4.12 [r]. In hanc regulam peccant, 1. qui alios & aliorum dotes præ se & suis vilipendunt, Esa.65.5. Luc. 18. 2 Cor. 10. 10. 2. qui aliorum sententias, instructiones,monita,superbè abjiciunt, Joh.9.34. & omnes sententiæ suæ mancipari volunt. 3. qui aliorum actus moresque,vel curiosè explorant cum neglectu sui, Mat. 7. 3. 1 Pet. 4. 15. vel temerè judicant; vel, infirmitates lapsusque exaggerant, Rom.14.10. ex iis de ipsa sinceritate dubitantes. 4.qui graviora aliis onera imponunt quàm sibi, vel quàm Deus imposuit,Mat.23.4. Luc.11.46 †. ¶ *Majus*, &c. Μεῖζον κρίμα ληψόμεθα] *Majus* (vel, *Gravius*, Be.Pi.) *judicium* (i.e. pœnam †. Meton. efficientis, ut 1 Cor. 11. 31,32 [t].) *sumemus*, Mo. vel, *accipiemus*,Val.Er. *auferemus*, Be.Pi. i.e. damnationis occasionem sive periculum [v]: si officio nostro non fungamur [x],si non docuerimus ut par est [y], si mores doctrinæ non respondeant [z]; vel, dum vanam doctrinæ gloriam captamus, dum alios præ nobis contemnamus, dum mala vel malè docemus [a]. Si, inquit, docendi munus affectemus pœnas nobis accumulamus in Dei judicio, cùm alioqui satis multa sint, in quibus peccemus [b]. Plura à nobis, qui Doctores aliorum sumus, requiret Deus quàm ab aliis. Quòd si hoc verum in iis qui aliorum judicio morem gessere, quantò magis in iis qui se ingerunt? ut notat Chrysostomus [c], [cujus verba vide in G.] Al. Sensus est, q.d. Quantò severiores & arrogantiores censores iniqui fuerimus, tantò graviùs puniemur [f], & ab hominibus idem retaliantibus, Luc.6.38. & à Deo Rom.2.2,3 [g].

2.*In*,&c. Πολλὰ γὰρ πταίομεν,&c.] *Multa* (vel, *In multis*, Er. Be. Pi. &c. subauditur hîc κατὰ [h]. *Multum*, Ar. Æth.) *enim offendimus* (vel, *labimur*, Er.Il.Ti.P. *impingimus*, Be. *delinquimus*, sive *peccamus*, Ca. Ar. D. Verbum præs.temp. assiduitatem & frequentiam notat. Πταίειν minus est quàm *cadere*, Rom.11. Significat ergò minora seu leviora peccata, per ignorantiam, imprudentiam, affectiones varias, & intentiones non puras admissa [i]. Πταίειν, *lapsare*, hîc dicitur de errore aliquo qui docentibus potest obvenire [k].) *omnes*, Mo. Non *quosdam* dicit, nec *impingitis*, sed, *impingimus omnes* [l]. Al. *Omnes*, i. e. plerique, ut docent sequentia. Mos est magnorum virorum per modestiam quandam se addere infirmioribus. Qua de causa Paulus nullius sibi mali conscius,non tamen ab hoc se planè liberum ait, ab erroribus scilicet, 1 Cor.4.4. ubi dicta vide. *Mortalis conditio non patitur esse hominem ab omni macula purum*, ait Lactantius.Vide Philonem [in G.] & Eccles. 7.20. sed ità tamen ut memineris aliter hæc in illo tempore imperfecto, aliter sub Evangelio,intelligenda [m]. Hunc locum opposuerunt Patres errori Pelagianorum, affirmantium, Posse hominem vivere sine peccatis [n]. Justificati etiam cum speciali auxilio gratiæ ordinariæ, peccata omnia ad longum tempus evitare nequeunt [o].Nemo mortalium perfectè purus est, 1 Reg. 8. 46. Job.14. 4. Prov.20.9. Eccles.7.20. 1 Joh.1. 8, 10 [p]. Hoc vult, q.d. satis negotii est Deo rationem vitæ nostræ reddere [q]. Cavendum ergò nè reatum augeamus, dum magistri esse volumus [r], & vitæ alienæ rationem reddendam suscipimus †. Al. Concessio esse possit, q. d. Esto, tu in fratribus invenis quod culpes; nemo enim immunis est à vitiis, nec tu perfectus es, &c. Malim autem, eum hortari ad mansuetudinem,ob nostras infirmitates. Iniquè veniam, quâ opus habemus, aliis negamus [t]. ¶ *Si quis in verbo* (vel, *sermone*, Be. Pi.) *non offendit*] Ità scilicet ut loquendo nusquam graviùs impingat,raro leviùs. Nam omnes verborum culpas omnino vitare homini inter homines versanti impossibile est. Hic occasione præced. admonitionis agere incipit de commodis & incommodis linguæ. Cùm in multis, inquit, offendamus omnes, in verbis tamen lapsus est & facillimus in omnibus, & periculosissimus in doctore & doctrina religionis [v]. Qui neque dicit quod non compertum habeat,& tempora observat quibus quidque aut dicendum aut silendum sit. Hæc admonitio maximè directa est in rixosos disputatores,ut sequentia ostendunt [x]. Postquam omnes peccare dixit, jam ostendit morbum obloquendi præ aliis peccatis odiosum esse [y]. ¶ *Hic perfectus est vir*] i.e. Egregius [z], vel adultus [a], 1 Cor. 2.6. & 14.20 [b]. Phil.3.15 [c]. Heb.5.14.& 6. 1. Jac. 1. v.4.*perfectus* non simpliciter & absolutè,hoc enim & cogitata & affectus respicit: vel, per concessionem hoc dicit, si quis talis esset [d], aut de perfectione comparata & partium loquitur [*]: q.d. est verâ prudentiâ præditus. Synecd. generis [f]. Perfectus est perfectione totius comparati ad partes: præsumi potest, eum reliquas suas actiones bene disponere velle [g]. Est enim res ardua [h], & virtus eximia [i], linguam prurientem coercere [k]. In disciplina Judæorum erant, teste Philone, 1. ἀσκηταὶ, *discipuli*, qui sese in virtute exercebant: 2. τέλειοι, *perfecti*, qui jam verè plenèque se didicisse reapse & factis docent [l]. ¶ *Potest*, &c. Δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι, &c.] *Potens* (vel, *Ut qui possit*, Be.Pi. &c. Is demum aptus est [m]:) *fræno circumducere* (vel, *in servitute continere*, Tre. ex Sy. *frænare*, Ar.Ca. *fræno moderari*, Er. P.Be.Pi. &c. Vide Jac.1.26 [n].) *& totum corpus*, Mo. &c. vel, 1. corpus Ecclesiæ. Plerumque enim evenit ut Doctoris linguam sequatur plebs. Σῶμα pro *Ecclesia*, 1 Cor.12.20,25.27. Eph.4.12,16. Col.1.18. Nomen hoc sicut universæ Ecclesiæ jure quodam competit, ità & Ecclesiis singulis suo modo: nam & omne collegium in Jure *corpus* dicitur [o]. Vel,2.corpus propriè dictum, h.e. cætera corporis membra [p], vel se totum [q]. Verùm nondum linguam nominavit, sed de actionibus locutus est [r]. Vel,3. corpus actionum †, & motuum [s]. Omnes intelligit totius corporis actiones sive functiones, quatenus ad mores & pietatis officia referuntur [v]. Omnia continet, dirigit, & ad suos fines deducit, sicut frænum equos, & clavus naves [x].

3. *Si autem*, Ἰδοὺ] *Ecce*, Er. V. &c. Vulgatus & quidam cod. teste Bedâ, legunt εἰ δὲ [y], [quomodo & G.legit:] sed mendosè pro ἰδὲ [z]. ¶ *Fræna*, &c.] Appositâ similitudine ostendit sæpe exigua esse quæ res magnas moveant. Vide Psal.32.9. Hinc *frænare* pro *regere* non apud Poetas tantùm,sed & apud Oratores. Et pellicula linguæ adhærens dicitur χαλινὸς [a]. ¶ *Ad*, &c. Πρὸς τὸ πείθεσθαι, &c.] *Ut obediant* (vel, *subjiciantur*, Sy.) *nobis*, Er.Il.Ti.P.Pi. sic Ca. Tre. Be. Ar. πείθεσθαι שמע. Sic dicimus, —*nec audit currus habenas* [b]. ¶ *Et*,&c. Καὶ ——— μετάγομεν] *Et totum corpus eorum* (exiguo ferro, pro nostro arbitratu [c]:) *circumagimus*, Er.P.Be.Pi.&c. Verba in hoc versu sunt trajecta, & βάλλομεν καὶ μετάγομεν dicit pro, *immittentes circumagimus*, vel, *immittimus & ità circumagimus*: καὶ pro καὶ οὕτως [d].

4. *Ecce*, &c. Ἰδὲ καὶ, &c.] *Ecce & naves cum tantæ sint*, E.sic Be.Pi.&c. *Magna illa navigia*, Esa.33.21. Reges Ægyptii *thalamegos* habuere, quarum longitudo semistadii.Καὶ hîc est pro *sicut*, ut Job. 5.7 [*]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὑπὸ σκληρῶν ——ἐλαυνόμενα] *Et à ventis sævis* (vel, *duris*, Er.V.Pi.E. *validis*, Vulg.Mo. E. *vehementibus*, Ca.sim.Ar.) *agantur*, Er.P.V.D.&c. vel, *vehantur*, Zeg. Er. *agitentur*, Be. Pi. vel, *impulsæ*, Mo.Ca. difficultatem regimini & hoc addit, quòd & fluctibus huc illuc agitantur [f]. ¶ *Circumferentur*, &c. Μετάγεται ὑπὸ ——ὅπου ἂν ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος βούληται] *Circumaguntur à minimo gubernaculo* (de quo quæstionem proponit Aristoteles, & rationem reddit Mechan.2.5 [g].) *quocunque impetus* (vel, *animus*, Il. *libido*, P. *impulsus*, Be. i.e. studium [h], vel conatus voluntatis [i]: vel, *voluntas*, Tre. ex Sy. Ὁρμὴ hîc *voluntatem* significat, non τὴν ἀλόγιστον κίνησιν, ut sumunt Philosophi; sed quomodo Historici sæpe [k].) *dirigentis* (vel, *rectoris*, sive *gubernatoris*, Be. Tre.Pi. &c. ὁ εὐθύνων hîc est pro εὐθυντὴς, Participium pro Verbali, more Hebræo. Etiam Græci gubernatorem navis ἰθυντῆρα vocant, & *rectorem* Latini Poetæ [l].) *voluerit*, Mo. Er. Ti.&c.

[p] Gorr. [q] Calv. [r] Ham. [*] D. † Ga. † Pi. sic V. Vor. [t] Pi. [v] Me. [x] Ca. [y] V. [z] D. [a] T. [b] E. [c] G. [f] Be.sim. Ga.Pi. [g] Ga. [h] Pi. [i] E. [k] G. [l] Aug.in Ga. [m] G. [n] E. [o] T. [p] Ga. [q] Me. [r] E. † Me. [t] Calv.

[v] E. [x] G. [y] Calv. [z] G. [a] Ga. [b] G.Ga. [c] G. [d] Ga. [*] Gom. [f] Pi. [g] E. [h] Me. [i] Calv. [k] Me. sim. Calv. [l] Cam. [m] G. [n] Idem. [o] Idem. [p] Q.in E. sim. T. [q] Me. [r] E. † E.sim.T. [s] T. [v] Vor. [x] T. [y] Er. [z] Be. [a] G. [b] Idem. [c] E. [d] Pi. [*] G. [f] Idem. [g] Idem. [h] Be.Me. [i] Me. [k] G. [l] Idem.

5. *Ità*, οὕτω] Apodosis similitudinis per ἐπίζυγμα? annexa, ut supra 1.11[m]. Al. οὕτω hic ponitur sine ὡς vel ὥσπερ præcedente, éstque formula introducendi secundam vel tertiam distributionis partem; vel, formula transitionis ab una parte discursûs de lingua ut frænata, v.2,3,4. ad alteram de lingua ut infrænata, hoc versu, & optimè reddi potest, *similiter*[n]. ¶ *Modicum—membrum*] Ratione habitâ corporis humani[o], multóque magis ratione habitâ corporis socialis[p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μεγαλαυχεῖ] *Et impotenter se gerit*, Me. ex Gagn. i.e. Instar equi indomiti & ferocientis exultat[q]; ingentes tumultus excitat, totósque populos & regna inter se commiscet[r], ut meritò frænum illi sit injiciendum. Mirè congruit quod sequitur†. Utuntur hoc verbo Isoc. & alii bene Græci. In Glossario, μεγαλαυχῶ, *magnifico,glorior*. In LXX, Psal.12.3. γλῶσσαν μεγαλοῤῥήμονα. Similiter Psal. 17.10. Dan.7. 20[t].[Sic ergò vertunt:] *Et magna* (vel, *magnificè*, Er. Be. Pi.) *jactat*, Er.Il.Ti.P.V.Zeg. vel, *gloriatur*, Mo. *sese effert*, Be. Pi. Metaphora ab equo collum longè attollente cùm superbè graditur[v]. Exempla habes 2 Reg. 18.26. & Esa.14.13[x]. Cervicem altè gestat, prout gloriosi solent[y]. Al. *Et magnas vires habet*, Ca. Plurimum potest in utramque partem, malam & bonam. Hoc malim, quia summa linguæ potestas in corpus reliquum, quam similitudinibus fræni & gubernaculi significavit, ostenditur non ex vitio inanis jactantiæ, sed ex eo quòd magnarum rerum sit effectrix[z]. ¶ *Ecce*,&c. Ἰδοὺ —ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει] *Ecce exiguus* (vel, *quantulus*, Val.Er.V.) *ignis quantam* (vel, *quàm magnam*, Vulg.) *materiam* (i.e. struem lignorum[a], ex quibus ignis accenditur[b]; vel, *sylvam*, Vulg. sed rarum est sylvarum incendium, quum argumentum hìc à rebus quotidianis sumatur[c]. Ὕλη non utique nemus significat, sed *omne quod incendi potest*. Apparet id Sirac.28.10[d].) *incendit*! Pi.Be. &c. Parva scintilla contempta totam sæpe urbem absumpsit*. Sic Bensyra, *Ignis ardens accendit multos acervos*[f].

6. *Et*, &c. Καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος, &c.] *Et* (vel, *Etiam*, vel, *Ità &*: καὶ pro οὕτω καί. Continuatur enim hìc apodosis præced. similitudinis[g].) *lingua* (sub. *est*, Be.Pi. &c.) *ignis*, (Per comparationem jam dictam[h], similis igni[i], ob incredibilem graviter nocendi celeritatem[k], nisi cautè servetur; q.d. magnorum multorúmque malorum & turbarum causa est[l]: sub. *&*, Be.Pi.) *mundus* (vel, *universitas*, Vulg. cumulus & congeries[m], promptuarium[n], fons & mater[o], res plenissima. Sic dicimus, *Malorum Ilias*[p], & *Scelerum Oceanus*[q].) *iniquitatis*, Pi. &c. vel, *scelerum*, Ca. Nimirum causativè, quia peccata omnigena parit, aut perpetrando, ut detractiones, maledicta, perjuria; aut præcipiendo, suadendo,&c. aut occasiones & fomenta subministrando, ut ebrietates, stupra, cœdes, &c[r]. incendia suscitat odiorum, dissidiorum, seditionum, bellorum. Lingua dolosa Carbonibus comparatur, Psal. 120.3,4. *Ignis ardens* est *in labiis ejus*, i.e. viri mali†. Al. *Et lingua ignis est, & mundus peccati veluti ramus est*, Tre.ex Sy. Aut Ellipsin statuit Syrus ex Antithesi, quam Ellipsin supplet industriè ex v. præced. aut legit, καὶ ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας ὕλη[t]. Potiùs legit, & quidem optimè, ἡ γλῶσσα πῦρ τῷ κόσμῳ τῆς ἀδικίας, &c. Solet lingua Igni comparari. Itaque interpres Bensyræ dictam jam parabolam explicans, ait, *Sicut exiguus ignis multos frugum acervos consumit, ità nihil est quod magis devastat mundum quàm mala lingua*. Vides hìc quoque *mundum* poni vice materiæ quam ignis incendit[v]. Vult Syrus, duplicem hìc esse comparationem, 1. linguæ cum exiguo igne: 2. mundi peccati cum ramis, id est, sylva seu materia; ut sicut ignis ligna corripit & consumit, ità lingua mundum peccati, i.e. corruptum hoc seculum & ad omnia vitia proclive, velut aridam materiam, comprehendit atque incendit[x]. ¶ *Lingua*, &c. Οὕτως———καθίσταται, &c.] *Ità* (sub. *inquam*, Be.Pi.) *lingua constituitur* (vel, *constituta est*, Be. Pi. i.e. collocata est[y]: *est existens*, Tre.ex Sy. *stat*, Ar. *se habet*, Ca.) *in membris nostris*, Mo. &c. vel, *inter membra nostra*, Be. Pi. Unum est de numero tot membrorum, & quidem exiguum, & tamen res tantas efficit, quomodo Frænum, Gubernaculum, Flamma. Vide Euripidem [in G.] Proverbium est, *Ex scintilla incendium*[z]. ¶ *Quæ*

maculat (i.e. vitiis inficit[a]: σπιλοῦν est *maculare*, Sap. 15.4. Judæ v.23. מכתם Syro, σπίλωμα etiam de re quavis *fœda* dicitur, Esa.28.8. Ad Animum ubi transfertur, significat *vitiis inficere*, planè ut μιαίνειν, Heb. 12.15[b].) *totum corpus*] i.e. Totum hominem[c], omnésque ejus actiones[d]: vel, Totam societatem Ecclesiæ, regni, &c*. *Os inquinat carnem*, Eccles.5.6. nempe cùm ex blanditiis ad adulteria venitur. Sed hìc rectiùs σῶμα sumitur pro *corpore Ecclesiæ*, quæ sæpe per unius atque alterius linguam in gravissimas dissensiones impellitur. ¶ *Et*,&c. Καὶ φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως] Puto scribendum τρόχον. Libri illorum temporum accentus non habuere, quos postea quisque addidit suo arbitratu[f]. *Inflammans* (i.e. quasi incendio vastans[g], in discrimen adducens, vel multis molestiis urens, ut molæ totum molendinum incendunt, ubi nimio motu ignem conceperint[h]. φλογίζειν חרך Dan. 3.27. להט Psal.97.3. Hesychio, κύκλον[i].) *rotam* (vel, *curriculum*, Vor. *cursum*, Ca. *orbem*. Ar.Il.P. Ca.) *nativitatis*, Mo. Er.Ti.Pi.V. vel, *genituræ*, Be. P. *ævi*, Ca. vel, *conditum*, Il.P. vel, *naturæ*, Ar. sub. *nostræ*, Ar.V. i. e. rotam natam, genitam, non factam. Intelligit [vel,] totum corpus quod est vehiculum animæ; vel, totum hominem[k]: vel, totum vitæ nostræ cursum[l], periodum & quasi circulum[m], qui, instar rotæ, à nativitate usque ad mortem perpetuò circumvolvitur[n]. Γένεσις propriè est *nativitas*, aut origo: sed h. l. pro *hominis ætate* ponitur, quomodo Hebræi *natos*, sive *filios*, vocant homines[o]. Γενέσεις significat *actiones*, *negotia*, *eventa*: vide ad Mat.1.1. τρόχος est *rota*, cujus conversione Hebræi negotia mundana exprimunt, ut in Buxtorf. Instit. Epist. Epist.1. τρόχος ergò γενέσεως significat *circulum*, vel *successionem*, *negotiorum*, hominum scilicet sive humani generis; & hujus inflammatio idem notat quod initio versûs *inflammatio mundi*[p]. Γένεσις est *natura*, ut diximus suprà 1.23. *Cursus naturæ* est periphrasis vitæ. Varro, *Nemini fortunæ cursum carcere emissum intimo Labi inoffensum per æquor candidum ad calcem finit.* Sic & Senectus, βίου καμπτῆρ, (*meta vitæ*) Herodi in mimiambis. Tale & illud, *Vixi, & quem dederat cursum fortuna peregi*[q]. [Alii sic reddunt:] *Inflammat proventus generationum* (vel, *series genealogiarum*, Sy.[apud Boder.]) *nostrarum, quæ currunt velut rotæ*, Tre. ex Sy. ¶ *Inflammata à gehenna*] i.e. Igne infernali*; vel, à diabolo†, qui sic vocatur, vel, per Meton. loci pro locato, quia hæc illius sedes & aula est; vel, quia pœnam gehennalem semper circumfert[t]: vel, *ab igne*, Ar. in G. vide Dan.7.9. Præsens hìc pro Futuro, nisi scribendum φλογιζομένη, quomodo legisse videtur Syrus. Sicut ipsa *incendit*, ità & ipsa, nempe cum corpore, *incendium foret Gehennæ*. Sensus idem qui Mat. 5. 22. vide & Mat.18.9. Marc.9.47[v]. Mala lingua est instrumentum diaboli[x].

7. *Omnis enim natura bestiarum*,&c.] Vel, *ferarum*, Er.V. Pi.&c. Terrestrium, quæ feritate aut veneno nocent[y]. Quanquam θηρία sint & *viperæ* Medicis, unde θηριακὰ, & θηρίον est *venenata bestia*, Act.28.4. idem quod ἔχιδνα, *vipera*, v.3. Huc pertinent & seq. ἑρπετῶν, forsan etiam πετεινῶν & ἐναλίων [siquidem serpentes & volantes, & marinos atque natantes, esse tradant scriptores non malæ fidei.] Et venenum vel primariò hìc respici, vel saltem comprehendi, liquet ex antapodosi v.seq. Tunc autem φύσις hìc erit *naturalis qualitas*, sive *facultas*, rebus his ingenita, qualis vis, venenositas, &c. quam tamen ἀνθρωπίνη φύσις, i.e. hominis ingenium, domat. Alioqui φύσις hìc, ut apud Hesyc. idem esse potest quod οὐσία, *essentia*, vel γένος, *genus*; ut vertatur *omne genus*, &c. & ἀνθρωπίνη φύσις sit *humanum genus*, h.e. homines omnium ætatum & temporum[z]. ¶ *Et serpentum*] Rectè. Nam & illos capit humana industria, & venenum eis detrahit[a]. Testantur hoc Rondeletius, Aldrovandus, Plinius de crocodilis, draconibus, aspidibus & aliis serpentibus, nec non de delphinis & balænis[b]. ¶ *Domantur*, &c. Δαμάζεται καὶ δεδάμασται] Sic dicit, ut ostendat perpetuum hoc esse, & ut nunc fit, ità factum semper δαμάζειν כבש[c]. *Domatur & domita est*, &c.Be. Pi. vel pastu, vel obsequio, vel terrore, vel frænis & capistris, vel flagellis, vel fame & inediâ, vel adversariis sibi aliis animalibus[d]. Δαμάζειν hìc est, vel *cicurare*,

vel

Margin notes: a Pi. — a Ham. — o G. sim. E. — p G. — q Me. — r Me. sim. Ham. — † Me. — t G. — v Be. Pi. — x Be. — y Vor. — z E. — a Be. sic Pi. — b Pi. — c Be. — d G. — * Be. — f G. — g Pi. — h E. — i Pi. — k Me. — l E. — m Be. Er. Zeg. — n V. — o Ca. — p Pi. — q Ga. — r E. — †G. — t T.Jun. — v G. — x E. — y Be. — z G. — a E. sim. Me. — b G. — c Me.T. — d T. — * Ham. — f G. — g E. — h V. — i G. — k V. — l E. sim. Me.T.Ca. — m Me. — n T. sic. E. — o Ca. — p Ham. — q G. — * E. sim. Me. — † E.Pi.Me. — t E. — v G. — x E. — y E. — z Ham. — a G. — b T. — c G. — d T.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

vel potius, *subjicere*, quia pisces & serpentes cicurari non solent*. ¶ *A natura humana*] i.e. Ab hominibus [f]; vel, Ab ingenio humano [g]. Τῇ φύσει, &c. pro, ὑπὸ τῆς φύσεως [h]. Illud autem, πᾶσα φύσις, de generibus singulorum, non de singulis generum, intelligendum est. Obj. At Tigres indomitæ sunt. Resp. Mansuefactam Tigridem ab India missam Anastasio Imp. refert Ammianus: Tigrides mansuefactos sub Augusto referunt Plin. 8. 17. & Dion; sub Gordiano, Capitolinus; sub Heliogabalo, Lampridius [i].

8. *Linguam autem nullus hominum domare potest*] *Linguam*, intellige, vel, 1. propriam [k]: *nullus*, i.e. pauci [l], ferè nemo. Hyperbole, qualis Esa. 64. 7. Mic. 7. 2 [m]. vel, *nullus*, ità ut non aliquando labatur [n]; vel, *nullus* per se suisque viribus, sine Dei gratia [o]. Vel potiùs, 2. alienam [p]; quæ & inevitabilem & insanabilem plagam infert: q. d. Nemo est qui alienam linguam cohibere possit à detractionibus, contumeliis, rixis, mendaciis, &c [q]. ¶ *Inquietum*, &c. Ἀκατάσχετον κακόν] Supple ἐστι: quod ostendit membrum sequens [r]. *Malum est incoercibile*, Er. Il. Ti. V. vel, *effrænatum*, Ca. *quod inhiberi nequit*, G. *quod coercere non possis*, P. Be. Pi. sim. Tre. Ar. quin solutis repagulis erumpat, & grassetur in hominum perniciem, quamvis ei natura duplex septum opposuerit labiorum & dentium †. ¶ *Plena veneno mortifero*] Ità P. Be. Pi. &c. Vox θανατηφόρος est apud Poetas Græcos, & in Græco Num. 18. 22. Job. 33. 23. idem θανάσιμον, Marc. 16. 18. Eodem sensu habemus *venenum aspidum crudele*, Deut. 32. 33. Falsum crimen *quasi venenatum telum* dixit Cicero [t]. *Venenum* olim verbum medium erat, hodie in deterius sumitur [v]. Sensus, q. d. Parata semper est ad noxas gravissimas & lethales aliis inferendas [x]: Proximi famam, suam, & audientis, animam, ac sæpe multorum corpora, occidit per odia, rixas, & bella quæ suscitat [y].

9. *In*, &c. Ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν Θεὸν, &c.] Εὐλογεῖν cum Accusativo frequens, ut in Græco Psal. 66. 8. Luc. 2. 28. &c [z]. *Per ipsam* (ἐν, pro διὰ, *per* [a]:) *benedicimus* (i.e. laudamus [b]:) *Deo* (In MS. τὸν Κύριον, i.e. Christum [c]:) *& Patri*, (i.e. Deo qui est Pater [d], noster*, vel, omnium [f], vel, & illis & nobis [g]; quem *Patrem* appellamus [i]: καὶ hìc est ἐξηγητικὸν [k], ut suprà 1. 27 [l].) *& per ipsam maledicimus hominibus*] Καταρᾶσθαι, ארר, propriè est *diris devovere*; sed sumitur pro quolibet modo *maledicere*, ut diximus ad Matth. 5. 44. Pulchrè hæc conveniunt cum Æsopi dicto, *Linguam & optimam esse & pessimam*. De utraque parte disserit Plut. περὶ ἀκοῆς. Et Hebræi, *Vita & mors in manu linguæ* [m]. Linguæ malum ostendit ex ejus absurda & prodigiosa deformitate, dum linguam facimus organum contrariarum actionum. *Maledicimus* autem *homines*, vel, mala imprecando, vel, convitiis aut obtrectationibus, &c [n]. Sed cur non dicit, *maledicimus & Deo*? Resp. Illud tacuit, quòd non solùm fieri non debeat, sed eâ ætate nè in cogitationem hominum venit. At hæc ætas horrendis exsecrationibus Deum incessit. Et Principes rem tam indignam dissimulant, ingratissimi & ipsi tanto Benefactori, &c [o]. ¶ *Qui ad*, &c. Τοὺς καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότας] In MS. γεγεννημένους, i. e. πεποιημένους, Gen. 1. 26, 27. ubi dicta vide [p]. *Qui ad similitudinem*, &c.] Sive, quod idem est, *imaginem*, &c. Laudandus autem est Deus ut in omnibus operibus suis, ità in eo maximè, in quo peculiariter ejus imago relucet, h. e. in homine [q]. Non ergò inultam sinet Deus injuriam, imagini suæ illatam, ut quæ in ipsum maximè redundat [r].

10. *Ex ipso* (vel, *eodem*, Be. Pi.) *ore procedit*, &c. Ἐξέρχεται, &c.] *Emanat*, &c. Ar. in G. Proficiscuntur contraria, &c †. Sicut ille apud Æsopum eodem flatu calefaciebat & refrigerabat [t]. ¶ *Non oportet* (Liptote [v]:) —*hæc* (Quæ proximè dixi de usu linguæ ad contraria [x]:) *ità fieri*] Virum bonum decet in bono esse constantem [y].

11. *Numquid*, &c. Μήτι—ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει, &c.] Argumentatur ab eo quod est impossibile secundùm naturam ad absurdum in moribus [z]. *Num fons ex eodem foramine* (vel, *cavo*: Nam ex vicinis cavis fit interdum, ut hinc dulcis fluat aqua, indè amara aut salsa, ut Physici notant [a]; & testatur Casaubonus in Ephemeride, sic scribens. *Ibi fons ille mirabilis salsæ & dulcis aquæ: nam inde dem erumpunt salsa, & dulcis, sed in diversa* (Nonigitur ἐξ αὐτῆς ὀπῆς) παρίδιον *feruntur*. Intelligit etiam hoc non eodem tempore fieri. Alioqui scribit Plinius Nat. Hist. l. 2. *In Troglodytis fons Solis appellatur dulcis, & circa meridiem maximè frigidus; mox paulatim tepescens, ad noctis media fervore & amaritudine infestatur* [b].) *fundit* (vel, *emittit*, Er. Il. Ti. V. *manat*, sive *emanat*, Ar. P. Ca. G. Mo. Vulg. sic Æth. Tre. ex Sy. vel, *scaturit*, G. ex Gloss. *scatebrâ emittit*, Er. *scaturiendo emittit*, Zeg.) *dulcem & amaram?* Be. Pi. sub. *aquam*, Er. Zeg. Be. Pi. &c. Hoc certè vel omnino non fit, vel inter παράδοξα deputatur [c].

12. *Ficus uvas*, &c.] Similis sententia Mat. 7. 16. & in M. Anton. Imp*. [vide G.] Docet nos, imitatione naturæ, in loquendo simplicitatem amare; nec diversa quæ non consistunt, exprimere, multò minùs contraria, cujusmodi sunt benedictio & maledictio [f]. ¶ *Sic*, &c. Οὕτως οὐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν, &c.] Ἀνακόλουθον, id est, κατάπερ οὐκ ἐποίει, &c. οὕτως οὐδεμία, &c [g]. *Ità nullus fons salsam & dulcem*, &c. Pi. Hoc jam dixerat: nam sub πικρὸν nomine comprehenditur & *salsum*: ut *Doris amara suas non intermisceat undas*. Sic & Græcus Poeta de Alpheo,—Καὶ ἄνθεα πικρὰ θαλάσσης [h]. Et Odyss. l. 5. Ulysses è mari emergens expuit ἅλμην πικρὴν, *amaram salsuginem*. Et in Eustath. ad Odyss. 4. *aliquis Halmion cognominatus, ab amara salsugine ità sugillabatur*. Et *salsos sermones* pro *amaris* dicunt Plato Phædro, & Athen. l. 3. Et verò vicini sunt saporis amarum & salsum, ut notat Plato apud Suidam [i]. Quare rectè hìc MS. οὔτε ἁλυκὸν γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ, id est, quomodo Latinum Interpretem puto scripsisse, *Neque salsa* (subauditur *aqua*, ut cùm Latinè *Calidam* vel *Frigidam* dicimus [k]:) *dulcem potest facere aquam* [l]. Mare non edit de se aquas dulces [m]. Latinæ lectioni favet & Syrus, qui sic vertit, *Sic nec aquæ salsæ possunt effici dulces* [n].

13. *Quis*, &c. Τίς σοφὸς καὶ ἐπιστήμων, &c.] Egit initio cap. adversùs ambitiosos Doctores, quorum occasione multa de linguæ vitiis disserit. Redit nunc ad institutum, docétque quibus moribus Doctores esse debent [o]. Al. Hactenus morbus linguæ, sequitur hìc remedium [p]. Est interrogatio docturientis, qualis Jac. 2. 20 [q]. vel potiùs, qualis Psal. 25. 12. & 34. 12. τίς idem quod εἴ τις, 1 Pet. 3. 10 [r]. *Quis sapiens & peritus*, &c. Mo. vel, *intelligens*, Ca. *doctus*, Ar. sic Tre. ex Sy. *scientiâ præditus*, Er. P. Be. Pi. E. &c. Sic σοφίαν & σύνεσιν habemus Col. 1. 9. vide Ose. 14. 9. videtur autem dici σοφὸς qui multa novit, ἐπιστήμων, qui etiam habet τὸν τρόπον τῆς παιδείας, qui alios instituere potest †. Sensus, q. d. Estne inter vos qui cupiat haberi sapiens? h. e. Si quis sit sapiens, &c. demonstret, &c [t]. Tangit Gnosticos [v], vel, eos qui magnificè de se senserunt, & doctrinæ ac sapientiæ famam aucupabantur; idque ex eo quòd alios acribus censuris perstringerent, nullásque injurias ferrent. Ostendit ergò illos toto cœlo errare, neque in his consistere sapientiam; sed in mansuetudine, quamvis hæc mundo stultitia videatur [x]. ¶ *Ostendat*, &c. Δειξάτω, &c.] *Demonstret* (vel, *Producat*, ut Joh. 10. 32 [y].) *ex bona conversatione* (i. e. ex vita ipsa & moribus [z], non ex verbis, sed factis; neque ex bonis aliquibus actionibus interdum & per intervalla factis, sed ex constanti vitæ cursu & tenore [a]. Ἀναστροφὴ hìc eodem sensu ut Gal. 1. 13. Eph. 4. 22. 1 Tim. 4. 12. Heb. 13. 7. Præpositio ἐκ hìc significat Occasionem [b].) *opera sua* (bona scilicet, præsertim beneficentiam erga proximos [c]:) *cum* (vel, *in*, Mo. Tre.) *lenitate*, sive *mansuetudine*, *sapientiæ*, Be. Pi. sic Er. P. Mo. Ca. &c. vel, *sapientia mansueta*, Tre. ex Sy. V. Be. G. per Hypallagen, i. e. leni, placidâ ac moderatâ [d]; quæ mansuetè audit, respondet, monet, corripit, & docet*: quam opponit arrogantibus & agrestibus ingeniis v. præced. descriptis, atque temerariis judiciis [f]. Sic——*mitis sapientia Læli*. Sensus est, in convictu producat opera quæ mitem sapientiam testentur. Sententia non longè hinc aliena Prov. 11. 2 [g]. Dicit σοφίας, i. e. σοφῆς, quia est & stulta, carnalis, sive affectata, mansuetudo [h]. Mansuetudinis est, iram moderari, & adversantium vel obloquentium injuriis haud facilè commoveri: quæ virtus in Doctore requiritur, 2 Tim. 2. 25 [i].

14. *Quod si*, &c. Εἰ δὲ ζῆλον πικρὸν ἔχετε καὶ ἐριθείαν, &c.] *Quod*

* Ham. [f] Me. [g] Er. [h] Ti. [i] Ga. [k] Q. in E. Ga. [l] Camer. [m] Ga. [n] Ga. Al. in E. [o] E. & Ga. ex Aug. [p] E. G. [q] E. [r] G. † E. [t] G. [v] D. [x] E. [y] Me. [z] G. [a] Pi. G. [b] E. [c] G. [d] Me. Pi. * Pi. [f] Me. [g] Ga. [i] E. [k] G. Pi. [l] G. [m] Idem. [n] E. [o] Cl. [p] G. [q] E. [r] E. sim. T. † E. [t] G. [v] Me. [x] Idem. [y] G. [z] E. [a] G.

[b] Casaub. in Crit. Lond. [c] J. Cap. * G. [f] E. [g] Camer. [h] G. [i] BC. 1. 9. 610. [k] Be. [l] G. sim. Be. [m] G. [n] E. sim. Be. [o] E. [p] Ga. [q] Pi. [r] Ga. † G. [t] Pi. sim. Ga. [v] Ham. [x] Ga. [y] G. [z] Me. sim. E. [a] Ga. [b] G. [c] E. [d] Be. * Me. [f] Be. [g] G. [h] Ga. [i] E.

Quod si invidiam (vel, *æmulationem*, Er. Ti. *zelum*, Vulg.) *amaram* (Sic vocat *invidiam*, quam Paulus *amaritudinem* vocat Eph. 4. 31 [k]. quia iracundiam secum affert & rancorem [l], & amarescit adversùs proximum [m]:) *habetis,& irritationem*,(vel,*contentionem*, Er.V. E.sic Vulg. &c.i.e.studium,& ardorem animi propensum ad contendendum [n]. Hæc vitia exprimit,quòd ex ambitione & cenodoxia oriri soleat [o]. Ζῆλον & ἐριθείαν ut affinia habes 2 Cor. 12. 20. Gal. 5. 20. ubi dicta consule. Et bene addit epithetum illud πικρὸν, ut apertius faceret quò tenderent istæ similitudines suprà 11. 12 [p]. Alioquin in bonum sumitur & ζῆλος pro *fervore spiritûs*, ut Joan. 2. 17. 2 Cor.7.7. Col. 4. 13.& ζηλοῦν, 2 Cor. 9.2. Est & zelus ignarus, Rom. 10. 2. & malignus, Sap. 1 [q].) *in corde vestro*, P. Be. Pi. i. e. In animo vestro latens [r]. ¶ *Nolite*, &c. Μὴ κατακαυχᾶσθε, &c.] In MS. μὴ καυχᾶσθε, *nè vobisipsis placete* †. *Nè gloriamini* (vel, *inflemini*, Tre. ex Sy. vel,*jactate vos*, Ca. vobis scil. arrogando sapientis titulum [t]: vel, *contra gloriemini*, E.) *& mentimini* (vel, *& nè mentiamini*, E. *& nè mendaces estote*, Be. Pi.) *adversùs veritatem*, Mo. &c. Quod referri debet ad utrumque verbum præcedens [v]: *Nè gloriemini contra veritatem,& nè mentiamini contra eam* [x]; h. e. contra veritatem verbi Dei, vel falsò [y]. Sensus, q. d. Si tales sitis,nolite vos jactare & dicere sapientes.Id enim esset gloriari & mentiri adversùs veritatem [z]. Est autem in illo, μὴ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας, Pleonasmus, qualis Rom. 9. 1. 1 Joh. 1. 6 [a].

15. *Non est enim ista* (Quam improbi illi magistri venditabant [b]: quâ turgebant, dum in excutiendis aliorum vitiis morosi sunt [c] :) *sapientia* (vera scilicet [d], sed falsa *:) *desursum* (vel, *è supernis*, Pi. cœlitùs [f], à Patre hominum, Jac. 1. 17 [g].) *descendens*] i. e. Qualem operatur Spiritus S. Vide Joh. 15. 26 [h]. Sapientiam veram esse negat illam, quam ambitiosi illi corruptique homines venditabant ; quippe quæ vitiosis cupiditatibus servit,&c [i]. *Sapientiam* autem hîc intelligit, vel, 1. eam quæ omnibus Christianis communis est, i. e. justitiam illam quæ omnes virtutes complectitur [k]: vel, 2. illam magistrorum, quæ ad intellectum pertinet, & voluntatem non necessariò afficit ; quæ est in ambitiosis, avaris, &c. quæ multis plerumque permixta & infecta est pravis opinionibus, ad carnalem sensum accommodatis [l]. Al. Confirmat quod dixit adversùs invidiam & contentionem, &c. q. d. Utcunque hæc & vobis & mundo sapientia esse videatur, non est tamen sapientia vera, quia non à Deo, à quo est omnis sapientia. ¶ *Sed terrena*] i. e. Ex terra existens, Joan. 3. 31 [m]. conveniens *curvis in terram animis* [n]; quærens opes terrenas [o]. Confer Phil. 3. 19 [p]. ¶ *Animalis*, ψυχικὴ] Ut 1 Cor. 2. 14 [q]. Humana, vel mundana [r] : vel, concepta vi animæ non regenitæ † : à natura, non à Deo [t]: serviens voluptatibus carnis [v], instar brutorum, ut vox sit ab *animalibus* ducta [x] : sapientia carnis sive carnalis [y], *à cogitationibus animæ*, G. ex Sy. Per eam sunt homines *sapientes in hoc seculo*, 1 Cor. 3. 18. ψυχικοὶ dicuntur *qui Spiritum Dei non habent*, Judæ v. 19 [z]. ¶ *Diabolica*] vel, *Satanica*, Ar. in G. à malis spiritibus inspirata [a]: Syrus, *A vastatore*: ita enim illi Dæmonem appellant [b]: serviens ambitioni & superbiæ [c], quod propriè diabolicum est [d]. Nam terrestribus curis Dæmon solet se admiscere, 2 Cor. 4. 4. Eph. 2. 2 *. Triplici huic sapientiæ opponitur *sapientia spiritûs, cœlestis, & divina* [f], eique respondet illa divisio 1 Joan. 2. 15 [g].

16. *Ubi enim zelus*, &c.] Ea vitia nominat quæ maximè apparebant, ut suprà v. 14 [h]. Assumptionem suam hîc probat ex malis fructibus, &c [i]. ¶ *Ibi*, Ἐκεῖ ἀκαταστασία] *Illic tumultuatio*, Mo. Pi. vel, *tumultus*, Er. Il. V. G. E. Me. Seditioni similis, qualis esse solet hominum vehementer ac superbè inter se contendentium [k]: vel, *perturbatio*, Er. in E. Calv. sic Tre. Æth. h. e. turbatus rerum ordo, dum per ambitionem quisque majora præoccupat [l]: vel, *seditio*, Er. V. G. P. ut Luc. 21. 9. 2 Cor. 6. 5 [m]. vel, *inconstantia*, Vulg. Ar. Er. Ti. Ca. sic Ga. ut Luc. 21. 9. 1 Cor. 14. 33. 2 Cor. 12. 20 [n]. Sed gravius quiddam hîc exprimere voluit quàm Levitatem, nempe quòd malignus & obtrectator, quasi extra seipsum esset, confusè & perperàm agit omnia. Argumentum est à repugnantibus: Sapientia requirit statum mentis benè compositum : æmulatio autem eum perturbat ut secum ipsa quodammodo tumultuetur, & sine modo in alios efferveat [o]. Vel, *inquietudo*, vel, *inordinatio*, vel, *turbulentia*, Me. ¶ *Et omne opus pravum*]Hyperbole. Vult enim dicere, Ex æmulatu, & quæ eam sequitur acerba contentione, plurima nasci mala [p]. q. d. Ubi ista sunt, facilè etiam cætera vitia subnascuntur [q].

17. *Quæ—desursum est* (i. e. à Deo data supra naturam [r], vera ac cœlestis, quæ scilicet est bonorum magistrorum † :) *sapientia*] i. e. Rerum divinarum cognitio. Hæc, inquit, si non solùm intellectum format, sed etiam voluntatem afficit, omnes virtutes comites secum adducit [t]. ¶ *Primùm quidem pudica*, Ἁγνή] *Casta*, Er. V. E. Pi. Me. *Pura*, Be. Pi. E. Me. G. &c. Nempe à terrestribus illis studiis [v], vel, ab illecebris carnis & sensuum [x]; à libidine [y], & à quavis impuritate pravæ doctrinæ, sceleris, aut vitii [z]. Opponitur vel sapientiæ animali [a], vel hypocrisi & ambitioni [b]. Septem veræ sapientiæ proprietates hîc numerat [c]. *Puritatem* autem, sive *sanctitatem*, primo loco ponit, quia hæc & Deum & nos ipsos respicit ; quæ sequuntur,alios. Charitas incipit à se. Docet pietatem paci anteponendam esse. Hanc nominat, quia est etiam fraternitas in malis, pax inter impuros, fatua & damnosa facilitas, qualis illa Heli, 1 Sam. 2 [d]. ¶ *Pacifica*] i. e. Pacis amans *, abhorrens à contentionibus [f]. Hæc magna sapientiæ pars. Stultus nec novit bonum pacis, Prov. c. 17. v. 1. nec contentionum aut eventus prævidet, Prov. c. 17. v. 14. aut occasiones, quæ innumeræ sunt, vitari scit, &c [g]. ¶ *Modesta* ; ità G. ex Sy. Ἐπιεικής] *Æqua*, Er. V. Be. Calv. E. *Humana*, Er. *Moderata*, Pi. Me. *Omnia quantum fieri potest in meliorem partem interpretans*. Vide 1 Cor. 13. 4. Phil. 4. 5. 1 Tim. 3. 3. Tit. 3. 2 [h]. Cedens de jure suo, pacis causâ [i]. Opponitur hoc τῷ ἀκριβοδικαίῳ [k], sive austeritati, quæ nihil in fratribus tolerat [l] ; item τῷ πλήκτῃ καὶ αἰσχροκερδεῖ, 1 Tim. 3. 3. Cum eo jungitur πρᾳότης, 2 Cor. 10. 1 [m]. *Facilis*, vel *humana*, mansueta, vel humilis. Nam mundi sapientia facit superciliosos, morosos ac difficiles [n]. Hæc virtus est quâ quis aliorum infirmitates fert, & benignè de eorum culpis judicat; & injurias facilè condonat, nec debita atque officia rigidè exigit ; quæ suum cuique tribuit, ipse interim jure cedens charitatis & pacis ergô [o]. ¶ *Suadibilis*, Εὐπειθής] *Persuasibilis*, Val. *Facilis persuasu*, Val. E. *Tractabilis*, Er. Il. Ti. V. Calv. *Bene suadibilis*, Mo. *Morigera*, Me. quæ accedit rationi [p], quæ facilè paret [q] : *Obsequiosa*, Ca. G. ex Sy. sic Tre. Be. Ga. ex Steph. Utuntur sic hâc voce Philo & Galenus [r]. *Comis*, Calv. Opponitur τῇ αὐθαδείᾳ †. Superbiæ & malignitati [t]. Facilè parens rectà monenti [v]. Εὐπειθὴς idem quod ταχυπειθὴς in Theocrito,—ἐγὼ δ' τις ὁ ταχυπειθής, *sed non ego credulus illi*. Ei opponitur ἀπειθὴς, *contumax, refractarius*, apud Xenoph. & δυσπειθὴς, *cui difficulter persuadetur, qui ægrè obsequitur*: quod de canibus venatoriis malè institutis Xenoph. usurpat, ut prius de equis, &c. necnon δυσπειστὸς καὶ ἐκ ἐυμετάπειστος, qui est ἰσχυρογνώμων & ἐμμενετικὸς τῇ δόξῃ, Aristot. Ethic. 7. 9. Est hæc virtus quâ quis aliorum monita lubenter admittit, & à viris bonis & sapientibus meliora edoctus, facilè & sententiâ suâ cedit, & à malo quovis proposito dimovetur ; & in rebus ambiguis id facilè credit quod optimum est ; & injurias sibi illatas non ægrè condonat. Hæc quoque pars non minima est sapientiæ, quæ certè nos docet, famæ conscientiam præferre, rectæ rationi obsequi, à devio in viam rectam redire quovis monente, passiones moderari, & medium servare, tum inter facilitatem nimiam & severitatem, tum,inter persuasibilitatem & levitatem, inter charitatem & credulitatem. In hanc virtutem peccant qui sunt implacabiles, Rom. 1. 31. & arroganter de se sentientes, Prov. 12. 1. & 13. 1. & suspicaces, 1 Cor. 13. pertinaces in malo, tenaces propositi, & voluntati suæ prorsus obsequentes, ut ille, *Semper maneant mihi semel placita*, &c [x]. ¶ *Plena*, &c. Μεστὴ ἐλέους, &c.] *Plena misericordiæ* (Quâ inclinamur ad succurrendum egenis & miseris [y] ; quâ nobis cordi & curæ est aliena miseria ; quâ aliis, sive afflictis, sive peccatoribus, condolemus, sive miseremur [z]. Opponit hoc inhumanis [a], & inexorabilibus [b]. Al. *Plena beneficentiæ* :

nam sic sumi à nostris ὅλος diximus & alibi, & suprà 2. 13 [c].) & fructuum bonorum, Be. Pi. &c. Fructus hîc vocat opera [d], ut Matth. 3. 8. & 7. 16. Gal. 5. 22. Eph. 5. 9 [*]. exteriora scilicet, quæ à misericordia procedunt; qualia sunt pascere famelicos, vestire nudos, &c [f]. Misericordia radix est, cujus fructus est liberalitas manûs, &c. Hæc quoque sapientiæ pars est, tum, quia nos Deo sapientissimo atque optimo & similes & gratos reddit; tum, quia nescimus quæ mala nobis obtingere poterunt; tum, quia qui alteri benefacit, sibi plurimùm prodest. Sapientiæ quoque est docere & quid & quibus largiendum, ut manu seramus, non toto sacco, ut dicitur, & ne largitione immodicâ liberalitatis fontem exhauriamus, &c [g].

¶ Non, &c. Ἀδιάκριτος] Non judicans, Vulg. Aliena scilicet dicta aut facta, nec ea superbè fastidioséve contemnens [h]. Non (vel, Nihil, Ti. Er. V.) dijudicans, Mo. Ti. sive discernens, Er. V. Sine disquisitione, Calv. vel, disceptatione, Be. vel, dijudicatione, Calv. Er. Il. P. id est, Nimis anxiâ ac scrupulosâ inquisitione, qualis ferè est in hypocritis; qui dum nimis exactè inquirunt in fratrum dicta & facta, nihil non in sinistram partem rapiunt [i]. Quæ non discernit homines secundùm carnem. Vide suprà 2. 4. Syrus, ודלא פלגותא, sine partitione, nempe iniqua [k]. Non habens respectum personarum, honorando divitem & contemnendo pauperem: quod vitium reprehendit cap. præced. Hunc sensum probabilem facit collat. Jac. 2. 4 [l]. Quæ non discernit inter proximos ex prosopolepsia [m]. Reprehendit προσωποληψίαν, & alias cogitationes, quæ animum abducunt velut in avia, quominùs simpliciter Dei voluntati, Abrahami exemplo, promptè & alacriter obsequamur [n]. Sine dissidio, Tre. Absque hæsitatione, Sy. [juxta Boder.] Ham. Absque hæsitatione fidei, Æth. h. e. qui Christo constanter adhæret, quæcunque tentationes illum seducere conentur, &c. Aptè hoc additur ut opponatur inconstantiæ Gnosticorum, qui, urgente persecutione, Christum ejurabant. Διακρίνεσθαι sign. hæsitare, aut dubitare, quod ad Jac. 2. 4. docuimus [o]. Non dubitans. Ut enim ἀπρόκριτος opponitur præjudicio, ità ἀδιάκριτος excludit dubitationem [||]. Διακρίνειν variè sumitur: modò sign. disceptare, ut Act. 11. 2. Jud. v. 9. Sic Rom. 14. 1. modò ambigere, ut Act. 10. 20. & 11. 12. Rom. 4. 20. & 14. 23. modò idem quod κρίνειν, judicare, vel judicium ferre, ut 1 Cor. 6. 5. & 14. 19. modò discernere, inter rem & rem, inter personam & personam, ut Act. 15. 9. 1 Cor. 4. 7. & 11. 29. Sic διάκρισις, 1 Cor. 12. 10. Heb. 5. 14 [p]. In uno Codice legimus εὐδιάκριτος, probè discernens, vel, dijudicans [q]. Quæ quidem virtus requiritur in Christianis, Rom. 2. 18. Phil. 1. 10. Heb. 5. 14 [r]. ¶ Sine, &c. Ἀνυπόκριτος] Hypocrisin antè damnavit, dum puram dixit, clariùs tamen iterum in fine repetit; vel, ut significet, nos ideo morosos esse, quia nobis nimiùm parcimus, & connivemus ad propria vitia [†]; vel, quia reliqua omnia corrumpit hypocrisis, sinceritas autem perficit. Reliqua, ut puritas, pax, æquitas, &c. simulari possunt, &c [t]. Non simulata, Mo. sim. Be. Pi. Nihil simulans, Er. V. simulationem hîc intelligit respectu hominum potiùs quàm Dei [v]. Non, ut mos est Ambitionis, aliud clausum in pectore, aliud promptum in lingua, habens, ut ille in Salust. Vide Rom. 12. 9. 2 Cor. 6. 6. 1 Tim. 1. 5. 2 Tim. 1. 5. &c [x].

18. Fructus, &c. Καρπὸς —— ἐν εἰρήνῃ, &c.] Cœlestem sapientiam commendat ex qualitatibus ejus, v. præced. hîc ab effectis. Vel, occurrit huic objectioni, Inutilis tamen est hæc sapientia. Imò, inquit, fructuosa [y]. Duplex Antanaclasis. Nam & vocem καρπὸς modò de Operibus usurpavit, nunc de Præmio operum; & εἰρήνης vocem sumit primùm pro rebus prosperis, (est enim ἐν εἰρήνῃ dictum pro εἰς εἰρήνην) deinde pro concordia [z]. Fructus autem (Fructus duplex est, 1. quem proferimus, ut Luc. 3. 8, 9. & 6. 43, 44. & 8. 8. Rom. 6. 22, &c. 2. quem demetimus, h. e. præmium, ut Luc. 13. 6, 7. Rom. 1. 13. Prius ἔχειν dicitur Heb. 12. 11. h. e. bonum quod facit; posterius, καρπὸς ἔργου, Heb. 6. 7, 8. Jac. 5. 7. sive bonum quod percipit [a].) justitiæ (h. e. sapientiæ illius justæ & æquæ paulò antè descriptæ; quæ metonymicè justitia vocatur, quia & causa, & comes, ejus individua est [b]: Justitiæ dicit, quia ipsa est vera sapientia, Job. 28. 28 [c]. Justitiæ, i. e. sapientiæ cœlestis, h. e. pietatis & charitatis [d]. Δικαιοσύνη hîc generaliter sumitur, ità ut omnia comprehendat quæ nostri sunt officii, ut Matth. 5. 20. Act. 10. 35. Rom. 3. 21, 22. Phil. 1. 11. & alibi [*]. Fructus justitiæ hîc dicitur, vel, 1. fructus justus [f]; vel, 2. qui ex justitia colligitur, nempe, vita æterna [g], vel, justitiæ promissus, ut Phil. 1. 22. vel, 3. qui in justitia consistit, ut Eph. 5. 9. Phil. 1. 11. quomodo arbores justitiæ, Esa. 61. 3. qui justitiam pariunt, ut fructum [h]: vel, qui est ipsa justitia; sed ità ut justitiam accipiamus secundùm incrementa sua & perfectionem [i]: sic Rom. 4. 11. signum circumcisionis [k]: vel, 4. fructus sincerâ ac honestâ vitâ dignus [l]. Fructus dicitur quod quovis modo producitur, sive ut effectum, ut v. 17. sive ut præmium, ut hîc & Heb. 12. 11 [m].) in pace (Refertur hoc, vel, 1. ad σπείρεται, seritur in pace, ut 1 Cor. 15. 43. seritur in ignominia, gloria, infirmitate, &c [n]. vel, cum pace, i. e. felices & beati metent, Matth. 5. 9 [o]. vel potiùs, 2. ad καρπὸς, quasi esset ὁ ἐν εἰρήνῃ, scil. κείμενος, in pace situs [p]: vel, in pace, i. e. modo felicissimo ac gratiosissimo, sive cum confluxu omnigenæ beatitudinis [q]. Εἰρήνη hîc non pacem, sive pacis studium, designat, ut multi accipiunt; sed prosperitatem, sive felicitatem, ut Psal. 37. 11. & 72. 3. Luc. 7. 50. & 8. 48. &c. καρπὸς ἐν εἰρήνῃ hîc idem quod καρπὸς εἰρηνικὸς, Heb. 12. 11 [r].) seritur (Comparatio Sationis in hac re frequens, ut 2 Cor. 9. 6. Gal. 6. 7, 8. Sic Latini dicunt, Uti seres, ità metes [†]. Alludit ad Psal. 97. 11 [t].) facientibus (h. e. exercentibus [v], vel, colentibus [x]:) pacem, Er. Mo. &c. vel, iis qui dant operam paci, Pi. Be. sic G. quomodo δικαιοσύνην ποιεῖν, 1 Joh. 2. v. 29. & 3. 7. & ἁγιάζεσθαι, & καταργίζεσθαι, suprà 1. 10. h. e. justitiæ operam dare. Quomodo עלל frequens apud Hebræos [y]: vel, facientibus pacem, i. e. opera pacis, quæ ad pacem conciliandam & augendam faciunt [z]; vel, pacis studiosis. Sic ποιεῖν ἁμαρτίαν, Joan. 8. 34. 1 Joan. 3. v. 6, 9. & ποιῆσαι ἔλεος, Luc. 1. 74. & 10. 37. Sic εἰρηνεύειν, Marc. 9. 50. Rom. 12. 18 [a]. Phrasis significat, pacem summo cum studio & conatu promovere. Pax hîc intelligitur cum hominibus, quæ opponitur omnibus contentionibus, &c. quæ & in præced. & in seq. memorantur [b]. Sensus loci est, q. d. Et fructus, sive merces justis & justitiæ promissa, prosperitas nimirum & æterna felicitas, hîc seritur; & tandem metetur ab iis omnibus qui paci student [c]. Jam seminatur iis uberrimus justitiæ fructus, quem in futuro seculo metent [d]. In pace tanquam semine, provenit iis vita æterna quæ est fructus aut merces justitiæ; vel, ipsa justitia, tanquam fructus. Ratio hujus doctrinæ est, quia pax charitatem fovet, quam contentiones & dissidia minuunt, aut extinguunt [*]. Sensus est, vel, quòd pacificis seminatur fructus quem postea colligant; vel, est anticipatio, q. d. Qui verè ex Deo sapiunt, etsi erga proximos sint æqui, modesti, placidi, &c. multáque in eis tolerantes, curam tamen habent ferendæ justitiæ, nec vitia dissimulant; neque illis favent, sed potiùs ea placidè reprehendunt & corrigere student modò in pace, h. e. moderatione adhibitâ, ut unitas salva maneat, & nè carnifices sint qui vitiorum medici haberi volunt [f].

CAP. IV.

1. Unde bella & lites in vobis?] Vel, inter vos? Pi. G. Nempe Israelitas. Intelligit motus illos Judæorum Philadelphensium contra eos qui in Peræa erant, factionem filiorum Judæi Galilæi, pugnas cum Samaritanis, & Suariorum arma, de quibus vide Jo. l. 20. Credibile est, illis motibus abreptos fuisse etiam quosdam nomine magis quàm re Christianos. Admonet utrosque, hos ut se corrigant ad Evangelii normam, illos ut ad Evangelium veniant [a]. Al. Bella hîc vocat [b], amplificandi causâ [c], lites & contentiones [d], quippe quas opponit studio pacis v. præced [*]. Nulla enim jam bella erant inter Christianos [f]. ¶ Nonne ex, &c. Οὐκ ἐντεῦθεν, ἐκ τῶν ἡδονῶν, &c.] Nonne hinc, nimirum ex voluptatibus (vel, libidinibus, Er. V. cupiditatibus, Sy. in G.) vestris (Quas concupiscitis [g], id est, ex vestris concupiscentiis, sive cupiditatibus [h], rerum voluptariarum, sive

Marginalia (left column): [c] G. — [d] G. sim. E. Me. Ga. — [*] G. — [f] E. sim. Calv. — [g] Ga. — [h] Me. — [i] Calv. — [k] G. — [l] E. — [m] Pi. sim. Ga. — [n] Be. — [o] Ham. — [||] Strig. — [p] Ga. — [q] Be. — [r] Ga. — [†] Calv. — [t] Ga. — [v] Idem. — [x] G. — [y] Ga. — [z] G. — [a] Ga. — [b] Vor. — [c] Ga. ex Aquin.

Marginalia (right column): [d] Ham. — [*] G. — [f] Ga. — [g] E. — [h] Ga. — [i] E. — [k] Ga. — [l] Be. — [m] Ham. — [n] Q. in Ga. — [o] Be. — [p] Ga. Pi. — [q] Ham. — [r] Ga. — [†] G. — [t] Ga. — [v] Pi. — [x] E. Ga. — [y] G. — [z] Me. — [a] Ga. — [b] Ham. — [c] Ga. — [d] Me. — [*] E. — [f] Calv. — [a] G. — [b] E. Pi. — [c] Pi. — [d] Pi. sim. E. Me. Vor. — [*] Pi. — [f] Me. Vor. — [g] Me. — [h] E. Me. — [i] G. Ga.

sive non necessariarum ad vitam [i], opum, honorum & deliciarum [k], quarum [cupiditatum] finis est voluptas [l]. Metonymia finis [m]: vel, objectum pro actu qui in ipsum fertur [n]; ut apparet ex v. seq. ἐπιθυμεῖτε, &c [o].) *quæ militant* (Egregiè dictum: quia bella illa externa non essent, nisi prius fuisset internum, Cupiditatum scilicet istarum cum recta sanaq; ratione. Pari sensu ἀντιστρατευόμενον habemus Rom. 7. 23 [p]. quæ insurgunt & rebellant in rationem & religionem, 1 Pet. 2. 11. & seditiones ac tumultus in animo concitant [q].) *in membris vestris?* Be. Pi. In quibus castra figunt [r], & quibus, ut strenuis militibus, adversus spiritum decertant; vel, quibus ut armis utuntur ad opera peccati, cujus imperio & regno militant, velut manibus ad fraudandum, linguâ ad maledicendum, &c †. Sunt præsertim in facultatibus animi, in membris autem corporis erumpunt, ostendunt se [t], vigentque & menti repugnant [v]. Vel, *membra* vocat partes hominis non regeniti, ut Rom. 7. 23. Col. 3. 5 [x]. Hæc autem interrogatio est responsiva, q.d. Certè hæc causa est contentionum, &c [y]. quòd id sequimini quod animo collibuit [z], non quod rectum est [a]. Cicer. De finibus, 1. *Ex cupiditatibus odia, dissidia, seditiones, bella, nascuntur.* Jamblichus, Πολέμους καὶ στάσεις οὐδὲν ἄλλο παρέχει ἢ τὸ σῶμα καὶ αἱ τούτου ἐπιθυμίαι. Sic & Diogenes dicebat bella non pro victu olerum ac pomorum, sed pro carnium & epularum deliciis, excitari; & Plinius, *opulentiæ exitus*, ait, *ad scelera, cædes & bella, tendere.* Similia habent Porphyr. & Tibul. [verba vide in G.] Vide plura De J.B. & P. 1. 2. 5 [b].

2. *Concupiscitis, & non habetis*] Vel, quia manum operi non admovetis, ex collat. Prov. 13. 4 [c]. vel, quia bona cupita ab aliis intercipiuntur: vel, quia ipsa difficillimè parantur [d]. *Quò plura concupiscitis, eò minus habetis*, Deo vos puniente. Pertinet hoc ad charitatem primùm annonæ, deinde famem, de qua Act. 11. 28 *. Causam contentionum explicat. Qui enim concupiscunt quod non habent, ut opes, &c. incenduntur & insurgunt adversus alios qui habent, aut à quibus impediuntur [f]. ¶ *Occiditis*, &c. ità Mo. Æth. φονεύετε καὶ ζηλοῦτε, &c.] Sic habent Græci Codices [g], quos vidi [h]. Sic & Syrus [i], & Oecum [k]. Sed hæc lectio non convenit [l], quia sic decresceret oratio [m]. Dixisset potiùs, zelatis & occiditis, ut à minùs gravi faceret gradum ad id quod gravius est. Et quid est illud, *occiditis & non potestis adipisci?* cùm occidere non sit via ad adipiscendum, nisi apud sceleratissimos. Neque hîc agit adversus homicidas & miserorum oppressores, de quibus cap. seq. Unde Oecum. confugit hîc ad occisionem animæ, sectando cupiditates [n]. [Alii autem aliter:] *Occiditis & zelatis*, &c. i.e. Enecatis vos studiosè affectando. Sic Zac. 11. 5. *quas —— occidunt*, i.e. vexant, affligunt: & v. 7. *pavi pecora occisionis*, i.e. afflicta, ut mox se explicat. Terent. *Obtundat, enecet, h.e. molestus odiosúsque sit* [o]. Al. *Occiditis*, i.e. odio habetis, ut 1 Joan. 3. 15 †. Græc. Schol. legit φονεῖτε [p]. Quod cùm non sit in usu [q], depravatè scriptum videtur, pro φθονεῖτε [r], ut quidam Codices habent †, non malè [t]. Sic legendum ostendit, tum verbum Synonymum ζηλοῦτε, tum sententia ἀντίθετος, *non potestis assequi*, nempe illa bona quæ proximo invidetis [v]. [Et hanc lectionem plerique in versionibus suis sequuntur:] *Invidetis* (Id hîc maximè quadrat. Invident enim plerumque qui adipisci volunt, quod vident alios habere [x].) *& ambitis*, (vel, *æmulamini*, Er. Ti. vel, *studiosè*, sive *ardenter*, sive *ambitiosè*, *affectatis*, P. Be.) *nec potestis assequi*, sive *adipisci*, Pi. P. Ca. Ti. Mo. &c. distinguuntur hîc, ut Gal. 5. 20, 21. *invidia*, & *æmulatio*: illa propriè dolet de bono alieno, volens illud non esse; hæc propriè suum velit bonum æquandum alieno [y]. [Sensus, q. d.] Sævitis alii in alios, & felicibus invidetis, & tamen ad eorum felicitatem pertingere non potestis. Vide Poetam Græcum, Apul. Cyp [z]. [eorúmque verba in G.] ¶ *Litigatis*, &c. Μάχεσθε, &c.] *Pugnatis & bellatis*, (i.e. certatis contentionibus & discordiis [a], acriter & hostiliter litigatis cum proximis de bonis illorum obtinendis [b]:) *nec tamen obtinetis*, Pi. Nempe quod optatis [c], vitam tranquillam, cujus causâ bella suscipiuntur [d]. Irriti cedunt labores vestri malè collocati, ut à pravis desideriis orientes *. Vos nec juvant nec satiant cupiditates vestræ, quippe infinitæ, novásque semper excitantes cupiditates, vestrámque adeò augentes indigentiam, &c [f]. ¶ *Quod*, &c. Διὰ τὸ μὴ αἰτεῖσθαι ὑμᾶς] *Propterea quod non petitis*, Be. Pi. Nempe precibus à Deo [g], qui promisit precantibus, non pugnantibus, Mat. 7. 7 [h]. sed vi & fraude nancisci, i.e. Deo invito extorquere, putatis hujus vitæ commoda [i]. Αἰτεῖσθαι pro αἰτεῖν Atticè, ut Mat. 18. 19. & 20. 22. Luc. 23. 23, 25. & alibi [k].

3. *Petitis*, &c.] Concedit hîc quod jam negavit, sed de aliis, &c. Aliî vestrûm planè non petunt [l], alii petunt quidem, sed malè [m]. Ideo non accipitis. Petere debemus & bona & bene. Præoccupatio est [n]. Poterant dicere, At nos precamur. Respondet, Non mirum tamen si non exaudiamini. Dat Deus petentibus, sed si rectè petant, i.e. si petant necessaria humiliter [o], & sicut debent affecti [p], & animo rectè utendi [q]; sive cum bona intentione [r], gloriam Dei ac charitatem in proximum spectantes †. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα —— δαπανήσητε] *Ut* (vel, Nempe *ut*, Pi. Ut habeatis quæ [t].) *in voluptates vestras* (i.e. in illicitam quamvis delectationem [v]: ἐν ταῖς ἡδοναῖς hîc pro εἰς τὰς ἡδονάς. Constat enim notari hoc loco finem, seu causam finalem [x].) *insumatis*, Be. sive, *impendatis*, G. Et hoc fine sive pecunias, sive honores, sive scientiam, petitis [y]; non autem ut habentes necessaria Deo serviatis. Talia autem non promisit Deus, Mat. c. 6. v. 32. Vide ad Mat. c. 18. v. 19. & Jac. 1. 5 [z].

4. *Adulteri & adulteræ*] Rectè: nam μοιχαλὶς est *mæcha*, Rom. 7. 3. Hîc tamen hæ voces sumendæ in sensu figurato [a], sive metaphorico [b], ut Mat. 12. 39. & 16. 4. Sic vocat viros Mundanos [c], sive qui mundo adhærent [d], sive, qui Dei amori mundum anteponunt †; vel, quia voluptatum mentionem fecerat, quarum immodicus appetitus adulteros facit: vel, quia qui amorem, quem Deo debet, ad mundum transfert, à Deo fornicatur *, & Christo, vero animarum sponso, nuntium remittit [f]. Qui enim Deo uni non adhærent, nec ei per omnia parere cupiunt, sed partim Deo, partim Mundo, se accommodant, similes sunt iis conjugibus qui suo suave conjuge non contenti externos amores admiscent [g]. Objici poterat, Hoccine adeò magnum est, si cum voluptate & gloria vivere cupiamus! Respondet acriter & cum indignatione, Non exiguum est peccatum in cupiditatibus his immodicis, sed adulterium & inimicitia cum Deo. ¶ *Nescitis*] q.d. Nescire nec potestis [h], nec debetis [i], tum ex rationis dictamine, tum ex admonitione vobis facta [k]. ¶ *Amicitia hujus mundi* (Qui in vitiis demersus est [l]: vel, *cum mundo*, G. i. e. inita [vel] cum rebus mundanis [m], sive cum Mundi vitiosis actionibus [n]: [vel,] cum impiis [o]. Genitivus objecti [p], ut in seq. ἔχθρα τοῦ Θεοῦ [q].) *inimica* (vel, *inimicitia*, Er. Be. Pi. &c.) *est Dei?*] Vel, *adversus Deum?* Be. Pi. Θεοῦ idem quod εἰς Θεὸν, Rom. 8. 7 [r]. vel, *à Deo habetur pro hostilitate in se*: quia totum hominem sibi poscit. Idem sensus Mat. 12. 30. ubi dicta vide †. ¶ *Quicunque ergo*, &c.] Infert πόρισμα vi conjugatorum [t]. Terribilis valde sententia adversus eos qui suas actiones & studia componunt ad gratiam humanam. Hoc enim verè est esse amicum hujus seculi [v]. Confer 1 Joan. 2. 15 [x]. ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ, *Deo exosus*, ut Jac. 2. 23. φίλος Θεοῦ, *amatus Deo* [y].

5. *An*, &c. Ἢ δοκεῖτε ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει, Πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα ὃ κατῴκησεν ἐν ἡμῖν;] Nullus in N. T. locus aut difficilior est, aut majore varietate exponitur [z]. Plaustra hîc sunt interpretationum [a]. Locum variè & distinguunt, & enunciant [b]. Q. sic, Ἢ δοκεῖτε, ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει; πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ, &c [c]. *An putatis, quòd inaniter dicat Scriptura ad invidiam*, h. e. eò quòd vobis invideat, ideòque impossibilia vobis præcepta tradat, *Concupiscit spiritus qui habitat in vobis?* i. e. spiritum carnis vestræ pravè concupiscere, nec bona ea esse quæ desiderat. Respicit loca Gen. 6. 5. & 8. 21 [d]. Verùm non hîc *mala concupiscere*, sed simpliciter *concupiscere*, dicit, quod nihil mali sonat. Sic quoque verba nimis divelluntur, & paulò contra Codicum consensum intervertuntur. Alii ritè distinguunt, & legunt sive cum interrogatione una, quam etiam vel ad prius incisum, vel ad posterius, referunt, quod perinde est; sive cum inter-

interrogatione duplici *. *An putatis Scripturam inaniter* (vel, *frustrà*, Calv. ac non potiùs ad nostram doctrinam, Rom. 15. 4 [f].) *dicere*, Be. Pi. sic Er. Ti. P. Mo. (vel, *dicere?* Jun. sic Calv.) *Ad invidiam* (vel, *In invidia*, Tre. ex Sy. vel, *Per invidiam*, sive *invidiosè*; ut πρὸς ὀργὴν est *per iram*, vel, *iracundè*, πρὸς βίαν, *per vim, violentè*, &c [g].) *fertur* (vel, *concupiscit*, Er. Il. Ti. Mo. Tre. ex Sy. vel, *fertur ne*, Pi.) *qui habitat* (vel, *sedem posuit*, Be. Er. *domicilium elegit*, V. *habitavit*, Er. V. E. vel potiùs, *habitationem accepit & fixit*; ut significetur actus præteritus in præsentem continuatus, ut in ἐκάθισεν, Marc. ult. 19. Heb. 1. 10, 12 [h].) *in nobis?* Pi. Be. Er. Ti. P. Mo. V. Jun. Modestiæ est Apostolicæ conjungere se eorum personæ quos increpat [i]. Vel, *in vobis?* Calv. Vulg. Prius autem incisum hîc alii referunt ad præced. alii ad sequent. *An putatis Scripturam inaniter dicere?* Quid [k]? Resp. 1. Hoc quod modò dixi, Mundi scilicet amicitiam Deo adversari: id quod docent omnes Scripturæ, &c [l]. q. d. An putatis Scripturam lusoriè aut sine causa monere ut à mundo separemini [m]? [Sequentia autem sic accipiunt:] An [putatis] Spiritum S. mundi vobis amicitiam invidere [n]? Sed sic ea inferciuntur quæ contextus non habet [o]. Vel sic, An Spiritus S. hoc concupiscit ut alterutrum invideatis? ac non potiùs ad charitatem & pacem invitat [p]? Ex quo invidetis, non regimini Spiritu Dei, qui est liberalis & beneficus, cujus naturæ maximè repugnat malignitas &, illius signum, invidia [q]. Hic sensus instituto Apostoli non malè quadrat; ut qui contra simultates & dissidia hîc agit [r]. Resp. 2. Illud v. 3. *Petitis & non accipitis:* vel, quod eodèm redit, *Petite & dabitur vobis:* id quod Scriptura passim monet & promittit, Matth. 7. & alibi sæpe. Nec putetis eam hæc inaniter & falsò dicere, aut vanam esse Christi promissionem. Defectus enim ex vestra parte est, ut antè dixi, quia malè petitis. Nam spiritus qui in vobis sedem habet, spiritus utique vitiosus ac malus, (sive intelligatur animus hominum depravatus; sive spiritus mundi, de quo 1 Cor. 2. 12. sive concupiscentia ab ortu nobis insidens:) ad invidiam & æmulationem concupiscit; id est, ad ea concupiscenda vos incitat pro quibus consequendis invicem invidetis, ut opes, honores, &c. Sic mundi amicitiam ambiendo efficimini inimici Dei, & pessimè petitis, ut mirum non sit vos non exaudiri †. Hæc expositio perspicua est, & contextui maximè inhæret; eique sequentia probè respondent, ut mox videbimus [t]. Resp. 3. Hoc quod sequitur; itaque Syrus vertit acsi ἐν legisset, *Num ad invidiam concupiscit*, sive *fertur, Spiritus qui habitat in nobis?* q. d. Non, nullo modo. Sed vehementiùs interrogando negatur. Huc concedunt L. Aquin. Rick. Be. Jun. Pi. &c [v]. Intelligitur autem hîc Spiritus S. sive Dei [x], quo fideles imbuti sunt [y], qui in nobis habitare sæpe dicitur [z]; ut allusio hîc fit ad ea loca quibus Deus *se in populo suo habitaturum* dicit, ut Exod. 25. 8. & 29. 45. 2 Cor. 6. 16. &c [a]. [Variè autem explicant:] *An — inaniter*, vel, *frustrà — dicit Scriptura*, multis in locis, *Spiritum S. — concupiscere usque ad invidiam* [b]? id est, zelotypiam [c]; id est, zelotypum esse animæ vestræ, quasi sponsæ sibi charissimæ [d], & flagrare amore hominum *; dum more viri zelotypi non patitur cultores suos amorem transferre ad mundum & mundana, &, id si fiat, zelo vindictæ adversùs eos commovetur [f]. Non placet quia *invidia* in præced. in malum sumitur, nusquam in S. S. in bonum [g]. Al. Sensus est, q. d. An putatis, frustrà illud prædicari in Scripturis, & nominatim in Gen. 6. 3. quòd Dei Spiritus perpetuò feratur ad invidiam, sive æmulationem, seu potiùs ad sanctam contentionem sive disceptationem cum hominibus; nempe, quatenus assiduè contra carnem in homine, ejúsque prava studia, contendit seu concupiscit, ut dicitur Gal. 5. v. 21. & carni invidet. Hæc expositio, quam habui ex MS. comment. doctiss. viri Matthiæ Bergii, & simplicissima est, & scopo congruit, qui est dehortari nos à studiis vitiosæ carnis, quippe quæ Spiritui Dei contraria sunt. Ex hoc dissidio carnis & Spiritûs intelligere potestis, non posse Deo placere qui carnis studia sectantur [h]. Al. Sensus est, q. d. *An Spiritus S. concupiscit ad invidentiam?* Imò tantum id abest ut contrà *majorem det gratiam*, i. e. hilariter & liberaliter profundat citra omnem invidentiam dona quæ à Deo accepit [i]. Ἐπιποθεῖ

[Marg.: * Ga. adv. 19. 215. — f Ii. — g Ga. ib. 218. — h E. — i Idem. — k Ga. ib. 217. — l O. in E. fi. Calv. — m Bru. & Titelm. in Ga. — n Titelm. in Ga. — o Ga. ib. — p E. ex Eccl. &c. — q Calv. — r E. — † E. ex Hassel. — t E. — v Ga. 218. — x Pi. Cap. J. Cap. Vor. Calv. Par. Me — y Vor. — z Pi. Ga. — a Ga. — b T. Q. in E. sim. Me. — c Caj in E. — d T. — * Me. — f Caj. in E. — g E. — h Vor. — i Jun.]

concupiscit, vel, pro ἐπιποθεῖν ποιεῖ, ut ἐντυγχάνει, Rom. 8. v. 26. i. e. ἐντυγχάνειν ποιεῖ [k]. Vel, idem est quod ὁρμᾶται, *fertur* [l], vel potiùs, ὡς ἐπιποθία, ut Phil. 1. 23. non πόθω tantùm, ὁρμᾶται, *enixè desiderat, cum impetu animi ac ardore fertur*, ut verbum sumitur in Græco Psal. 62. 10. & 84. 2. item Psal. 42. 1. ubi eadem quæ hîc syntaxis, ἐπιποθεῖ — πρὸς σε, ut hîc πρὸς φθόνον [m]. Spiritus S. non impellit, vel excitat, quenquam ad invidiam [n]. Quare cùm illum in nobis habitare gloriemur, nè invideamus proximo [o]. Spiritus regenerationis non in eum finem habitare dignatur in vobis ut aliis suas dotes invideatis, sed ut augeat indies gratiam quam in vobis inchoavit [p], [ut hîc sequitur.] Qu. Sed ubinam exstat hæc sententia [q]? Resp. 1. De citationibus Scripturæ notandum, ex iis alias nusquam reperiri, sed ex traditione haberi, ut 2 Tim. 3. Judæ v. 9, 14, &c. alias non verbis expressis, sed quoad sensum, ut Joan. 7. 38. ex Esa. 58. 11. Joan. 12. 34. ex Psal. 110. 4. Eph. 5. 14. ex Esa. 60. 1, 2. alias ex diversis locis contextas esse [r]. Et notandum, particulam ὅτι hîc non præmitti, quæ præmitti solet, ubi de Scriptura testimonium assumitur. Potest ergò Jacobus hîc respicere, vel ad præced. vel ad sequent. vel ad aliam quamlibet Scripturam †. Resp. 2. Respicit hîc locum Num. 11. 29. ubi Moses ait Josuæ, *An invides*, vel *zelo moveris, meâ causâ* [t]? q. d. Non debes illis hominibus invidere partem Spiritûs mihi dati [v]. An putas Spiritum S. concupiscere ad invidiam? i. e. eundem Spiritum, & ad bonum ædificationémque fratrum fuisse datum, & ad malum ac destructionem ipsorum? quò spectat invidia? Ego verò sublatâ omni invidentiâ expeterem ut singuli prophetare possent [x]. Hoc ergò vult Jacobus, q. d. Annon videtis Mosem hominem Dei, Spiritu Dei ductum, non similem fuisse aut populo, concupiscentiâ, aut Josue, invidiâ? Vos ergò dedecet mundana hæc bona concupiscere, adeòque ista aliis incidere, & pro virili ereptum ire pugnis & litibus, &c [y]. Resp. 3. Respicit locum illum Gal. 5. 17, 21, 22. *Spiritus concupiscit adversùs*, &c. Nam inter concupiscentias carnis numeratur invidia. Obj. 1. Quomodo Spiritus S. concupiscit πρὸς, *ad*, invidiam? Resp. 1. Πρὸς hîc valet *adversùs* [z], ut Eph. 6. 11. & apud Scriptores Græcos [a], quomodo dicitur μάχεσθαι πρός τινα, *pugnare contra aliquem*; & ἐπιποθεῖ sign. *fertur hostiliter*, seu irascitur, adversùs invidiam grassantem in mundo, nempe, cum reliquis vitiis [b]. [*Invidiam* memorat, ut de qua dictum in præced.] 2. Si interrogativè legas, sensus erit, Spiritûs S. effectum non esse invidiam. Obj. 2. In Scripturæ citatione semper V. T. non N. intelligitur. Resp. Contrarium constat ex 2 Pet. 3. 15 [c]. [Ca. hunc locum cum præced. & seq. sic accipit:] Quòd vitiis indulgetis, inquit, estis amici mundi, qui in vitiis demersus est; atque ità degeneratis à Deo, & estis ejus inimici. At istud quidem non proficiscitur à S. Spiritu, qui majus conferre solet beneficium quàm ut sit ad invidiam cæteráque quorum mentionem feci vitia pronus, & ad ea inducat homines. Ab eo vos degeneratis cùm invidetis, nec alios vobis excellere pati potestis: id quod non solùm invidiæ, sed etiam superbiæ, est. Superbis autem adversatur Deus *. [Hæc de iis qui Spiritum S. hîc intelligi volunt.] Al. *Spiritus* hîc intelligitur humanus [d], ut Hos. 5. 4. Mal. 2. 15, 16 *. A Deo hominibus datus, & ejus jussu *in hominibus habitans* [f]; id est, animus [g], quatenus irregenitus manet [h], sive corrupta hominis natura [i]. Hic, inquit spiritus, & naturali suo impetu & Diaboli impulsu [k], [&] indies per mala exempla, pejor factus [l], & habitu mundanarum ac malarum cupiditatum depravatus [m], *fertur in invidiam*, seu odium Dei & proximi; sicut non frustrà multis in locis docet Scriptura, de corrupta hominis natura loquens [n], ea *desiderans* quæ non Dilectio, sed *Invidia*, suggerit. Nam φθόνος hîc Metonymicè sumitur, ut modò ἡδοναὶ [o]. Sensus sumptus ex Gen. 6. 3, 5 [p]. Nam quod ibi מחשבת διανοῆται, hîc est ἐπιποθεῖ: illud τὸ πνεῦμα ὃ κατῴκησεν ἐν ἡμῖν est ex v. 3. & idem valet quod v. 5. לבו. Quod v. 5. est רע, in Græco ibi τὰ πονηρὰ, hîc est φθόνον, quia in malorum genere Invidia non minimum est; & maximè ei affines erant illi ad quos hæc Epistola scribitur [q]. Aut malitia, aut insatiabilitas, cupiditatum denotatur h. l. voce ζῆλος, quæ interdum significationem habet liberalitati contrariam;

[Marg.: k Ga. ex Pi. — l Ga. ex Be. — m Ga. 218. — n Pi. Cap. — o Pi. — p J. Cap. — q Pi. — r Ga. — † E. — t Jun. Pi. Cap. Glas. rhet. p. 595. — v Cap. sic Pi. — x Jun. — y Cap. — z Gom. sic Camer. Beda in E. Ga. ex Aquin. Par. — a Gom. — b Par. — c Gom. — * Ca. — d L. Illyr. Rickel. Bru. Heinf. &c. in Ga. — * Ga. adv. 216. — f G. sim. Ham — g G. sic Be. Ham. Dic. — h Ga. — i Dic. Ga. — k Dic. — l G. — m Idem. — n Dic. — o G. — p G. sic Ham. — q G.]

riam, omnémque avaritiam denotat, quâ fit ut alteri invideamus quæ nobis deſunt [r]. Hinc ſequitur, Amicos mundi eſſe inimicos Dei, & cupiditates illas carnales, à quibus eos multis hîc argumentis dehortatur, à pravo Spiritu ortum ducere †. Verſatur in eo ut cauſam oſtendat cur inter Deum & mundum, ſive homines non regeneratos, nunquam conveniat, quia nimirum toto animi impetu feruntur homines ad malum. Sed peculiariter meminit invidiæ, ad ſcopum ſuum reſpiciens, quoniam ejus meminit, [cap. præced.] v. 14. & 16 [t]. Al. Senſus hujus loci petendus eſt ex præced. Oſtendere vult, quomodo ex concupiſcentia noſtra oriantur bella. Primò, inquit, *concupiſcitis*, *&* quia *non habetis* quod concupiſcitis, *invidetis* proximo, qui eo potitur; *&* quia *non poteſtis* aliter *adipiſci*, *pugnatis*, &c. i. e. ad pugnam itur & bellum, ut illud vi extorqueatis. Atque hinc docemur, quomodo *ſpiritus qui habitat in nobis concupiſcit*, ſive *appetentiâ quâdam fertur ad invidiam.* Propter concupiſcentiam alicujus rei quam non habemus ſpiritus noſter fertur ad invidiam proximi, ex qua bellum oritur & contentio. Concupiſcentia mater invidiæ, invidia belli. Sequitur, *Majorem verò dat gratiam*, &c. q. d. Scriptura quidem dicit, naturaliter nos eſſe ad invidiam, & conſequenter ad omne malum, pronos; ſed magis alibi eſt propitia, ubi dicit, *Deus ſuperbis* RESISTIT, *humilibus autem dat gratiam:* eo ipſo monens, quòd ſi velimus ſpiritum illum, &c. compeſcere, & *ſubjicere nos Deo*, &c. ut ſequitur, eum velle ſuo tempore nos extollere †.

6. *Majorem*, &c. Μείζονα δὲ δίδωσι χάριν] *Imò* (vel, *Sed*, Be. *Quin potiùs*, J. Cap.) *majorem* (vel, 1. quàm dedit, gratiam, antè datam augebit; vel, 2. quàm petitis [v]; vel, 3. quàm mundus conferre poſſit *; pro terrena ſapientia, cœleſtem, pro ſplendore ſeculi, gloriam Regni ſui [x]. Hoc argumento dehortatur eos ab amore mundi, quòd Deus ſuis majora dare, & poteſt & vult, quàm mundus, &c [y].) *dat* (vel, *offert*, Be.) *gratiam*, Pi. &c. h. e. majora dona ac beneficia [z], inprimis ſanctificantia, &c [a]. Sed quis dat? Reſp. 1. Spiritus Dei, de quo v. præced [b]. q. d. Spiritus non operatur invidiam [c], ſed dat gratiam illi oppoſitam, quâ illa pellatur [d]; & delectatur modeſtiâ, dans modeſtis gratiam, &c *. Vel ſic, Spiritus S. non eſt invidus, ſed benignus & liberalis [f]. Reſp. 2. Scriptura: Senſus loci, q. d. Hanc humani ingenii conditionem non fruſtrà vocat Scriptura, ſed viciſſim majoris cujuſdam boni ſpem nobis facit [g]. Reſp. 3. *Deus*, tacitè nominatus ibi. *Dicit Scriptura*, divina ſcilicet: quod enim hæc promittit, Deus promittit. Certè, inquit, Deus qui promiſit, ſi bene rogetur, *majorem dabit gratiam* [h]: *Deus* nempe hoc tempore. Nam de Meſſia vetus erat dictum, *Futurum ut corrigeret* יצר הרע, nempe, & præceptis quæ habemus Mat. 5. 28. & alibi, & promiſſis æternis ac cœleſtibus, ac præterea Spiritu illo ſuo, id eſt, eximio. Idem ſenſus 1 Pet. 3. 19. & ſeq. ubi ſimiliter tempus Chriſti comparatur cum tempore diluvii. Videri poſſint hæc verba μυστικῶς ſumpta ex Prov. 4. 19 [i]. ¶ *Propter quod* (ſcilicet ſignificandum [k]:) *dicit*: (Nempe, Deus, vel Scriptura [l]. Ellipſis, qualis Eph. 5. 14 [m]. Al. *Dicit* indefinitè & imperſonaliter ponitur pro *dictum eſt*, ut ſæpe [n].) *Deus ſuperbis* (i. e. rebellibus in Legem Dei, ut in Virg. —*Regum eſt Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos* [o].) *reſiſtit*, (vel, *ex adverſo ſe opponit*, tanquam vi & armis, eos repellens, fugans, proſternens, perdens [p], tanquam invaſores & raptores gloriæ divinæ [q].) *humilibus* (vel, *modeſtis*, Be. D. *manſuetis*, D. *ſummiſſis*, Be. *demiſſis*, Pi. vel, 1. quoad conditionem [r]; vel potiùs, 2. quoad animum, ut oſtendit Antitheſis †.) *dat gratiam*] Majorem ſcilicet, ut jam dictum [t], vel ubertim illis favet [v], nova ſubinde gratiæ munera prioribus adjicit [x]: vel, illis honorem, gratiam, exiſtimationem apud homines, conciliat [y]. Efficit ut homines eis faveant atque benefaciant [z]. Verſu præced. de præceptis, hîc de promiſſis, agit, q. d. Scriptura quidem requirit, ut carnis cupiditates abjiciamus, & Spiritûs impulſum ſequamur. Sed quia hoc per ſe difficile, imò ſine Dei ope impoſſibile, eſt, idcirco tantò majorem gratiam omnibus petentibus Deus largitur, quantò humiliùs ipſi de ſeipſis ſenſerint [a]. Qu. Unde hoc ſumptum? Reſp. 1. ex generali doctrina V. T. ubi multa ſunt hujus generis dicta [b]. 2. Ex Prov. 3. 34 [c]. juxta verſionem LXX †. Atqui in Hebræo eſt, *Ipſe deludet illuſores, & manſuetis dabit gratiam.* Sed ſenſus idem eſt. Nam *illuſores*, ſeu *deriſores*, iidem ſunt qui *ſuperbi:* indè enim alios irrident quia ſe illis meliores reputant [d]. Et *irriſores* hîc quidem ratione ſuperbiæ ſuæ præcipuè notari oſtendit Antitheſis. De iis loquitur qui non tantùm ſe Deo non ſubjiciunt, ſed protervè etiam monitiones ejus, ac judicia, ſpernunt *. Et *deridet*, & deridendos proponit, ſive contemptui exponit [f], quod facit dum eis reſiſtit, eóſque humiliat. *Manſueti* quoque & *humiles* iidem ſunt in Scriptura [g]. Denique optimè opponuntur *contemptui exponere*, & *gratiam dare*, ſi gratiam externam intelligas, ut dictum [h]. Sed totam hanc partem omittunt Græci quidam Codices [i]: ità optimi MSS. & Latini cod. nonnulli [k]: ut credibile ſit, hunc locum, ut ab eo quod hîc tractatur alienum, annotatum fuiſſe in margine ex 1 Pet. 5. 5. deinde, ut fieri ſolet, irrepſiſſe in textum. Et his omiſſis ſenſus meliùs cohæret [l]. Sed hæc omnino addenda ſunt [m], eáque habent Syrus, & Græci Codices multi ac vetuſti [n], omnéſque noſtri [o].

r Ham.
† Die.
t Be.
† Kn.
v E.
* T. ſim. Me. Ga.
x E.
y Ga.
z Pi. E. Ga.
a Ga
b Q. in E. Pi. Ga.
c Ga. ſic Pi.
d Ga. ex Aquin.
* Pi.
f Ga. ex Calv.
g Be.
h E.
i G.
k E.
l E. Pi. Ga.
m Pi.
n Ga.
o Ham.
p Ga.
q E.
r Er.
† Pi.
t E.
v Me.
x E.
y Ga. ex Merc. Pinner. &c.
z Ga. ex Pi.
a Vor.

7. *Subdite*, &c. Ὑποτάγητε, &c.] Paſſivum hîc pro Reciproco. *Subjicite voſipſos* [p]: quomodo eadem vox ſumitur Rom. 10. 3. & 13. 1, 5. Eph. 5. 21. &c. Tit. 2. v. 5, 9. & 3. 1. &c [q]. q. d. Voſmet ſponte Deo præbeatis & reſignetis, Luc. 9. 23. Omnes enim Deo ſubjugabuntur, etiam inviti & repugnantes [r]. [Hoc vult, q. d.] Cùm Deus multò majora nunc det dona quàm Diluvii tempore, æquum eſt vos ab ipſo vos regi ſinatis, non ab humano illo ſpiritu pridem corrupto †. *Subditi ergò eſtote Deo*, Vulg. ſimpliciter & abſolutè [t], ſive in omnibus [v]; per veram humilitatem vos illi ſubſternite, confitentes peccata veſtra, & agnoſcentes quàm ſine illo nihil poſſitis [x]. Ità fiet ut gratiam ampliorem conſequamini [y]. Senſus, q. d. Cùm pravæ hæ cupiditates vobis nihil proſint, ſed contrà plurimum doloris, vexationis, odii, infamiæ, &c. afferant; cùm etiam ille vitæ veſtræ curſus, ad quem Spiritus Dei vos invitat incitátque, plurima vobis commoda conciliet, magnam tranquillitatem, ſolatium, amorem Dei, impletionem deſideriorum veſtrorum, gratiam atque exiſtimationem apud Deum & homines, quam adeò affectatis, &c. tandem animum veſtrum curſúmque convertite, nec ulteriùs cupiditatibus veſtris, ſed Deo, voſmet ſubjicite [z]. Al. Hinc conſtat, eos qui gratiam ullam à Deo exſpectant voluntati ejus ſe prorſus ſubjicere teneri [a]. ¶ *Reſiſtite Diabolo*] Scil. fide [b], cæteriſque armaturæ Dei partibus, præſertim humilitate humilíque oratione [c], & negando conſenſum [d]. Idem ſenſus 1 Pet. 5. 9. Reſiſtendum eſt per Dei ſapientiam iſti ſapientiæ δαιμονιώδει, de qua ſuprà 3. 15 *. Vitiorum antè deſcriptorum radicem hîc indigitat, quòd non Deo, ſed Diabolo, ſe ſubjicerent. Phraſes hîc militares ſunt: ὑποτάσσεσθαι eſt inſtar boni militis duci ſe locandum & regendum prorſus permittere, ἀντιστῆναι eſt hoſti ſe fortiter opponere & obſiſtere [f]. ¶ *Et* (i.e. tunc, ſi ſcil. reſtiteritis [g]:) *fugiet* (vel, *aufugiet*, G.) *à vobis*] Repulſus ſæpe, ſicut à Chriſto. Vide ad Matth. 4. 11. Superbus eſt ille ſpiritus, nec facilè eò redit ubi ſæpe eſt triumphatus [h]. Fugere dicitur dum repellitur, debilitatur, vincitur, etiamſi victus ſubinde redeat & pugnam inſtauret. Interdum etiam Deus tentatis ferias ab illo hoſte concedit [i].

8. *Appropinquate Deo*] Non greſſibus corporis, ſed motibus animi [k], converſione ad Deum, quam infrà deſcribit [l]; orando [m], ſive Dei opem implorando [n], fide, Pſal. 73. ult. amore Dei [o], Deut. 30. 20 [p]. humilitate [q], pœnitentiâ, cultu Dei [r], obedientiâ †, animum à vitiis purgando, & Chriſtianæ perfectioni ſtudendo [t], & affectu & conatu ſtudendo ut ſimiles Deo reddamur. Non aliter Deo appropinquamus, quàm reſiſtendo Satanæ, quippe qui interpoſitus inter Deum & nos viam nobis obſtruit [v]. Deſcribitur hîc vera reſipiſcentia ab effectis [x]. ¶ *Et appropinquabit vobis*] Per gratiam [y], majori continuo amore & gratiarum elargitione [z]; nos adjuvando, tum contra cupiditates Carnis, tum contra Diaboli aſſultus, de quibus jam egit. Hic eſt ſenſus myſticus verborum, Jer. 4. 1 [a]. *Appropinquabit*, noſmet protegendo & liberando, peccata remittendo, petita concedendo, benedictiones

b Ga. ex Calv.
c Jun. V. Pi Di. Ga.
d Ham. G.
† V. Pi. Di. G &c.
d E.
* Di.
f Ga. ex R. L.
g E.
h Ga Cin. p. 90.
i E. ſic Er.
k G.
l G. ſim. Er. Oecum. in E.
m Be.
n E.
o Be.
p G. Pi. Ga.
q G.
r Ca.
† G.
t Ga.
v T.
x E.
y E. ſim. Me. T.
z Ga.
a Ham.
b Pi. ſic E.
c E.
d T.
* G.
f Ga.
g Pi.
h G.
i E.
k E. ſic Me.
l Vor.
m G. T.
n Me.
o Ga. T.
p Ga.
q E.
r Ga.
† Ga. G.
t Me.
v Ga.
x Be.
y E.
z T.
a G.

dictiones omnis generis conferendo [b]; vel, favore ſuo & protectione illâ augeſcente, quæ converſionem noſtram ſequitur. Alioqui Deus ſuâ initiali gratiâ nos omnino antevertit [c]. ¶ *Emundate* (Nempe ab omni peccato externo [d]:) *manus*] i.e. Membra omnia quibus exterius aliquid operamur [*]; vel, externas actiones [†], vitam, opera, actus: manus eſt organum organorum, inſtrumentum plerarumque actionum [f]: q.d. Reddite malè rapta, Jon. 3.8 [g]. Manuum munditiâ ſignificatur morum innocentia, ut Job. 22. 30 [h]. Confer Pſal. 26. 6, 11. Eſa. 6. 16, 18 [i]. ¶ *Et purificate* (ſcil. ab omni prava cogitatione [k], delectatione, conſenſu, machinatione [l]: Vide 1 Pet. 1. 22. 1 Joh. 3. 3. ubi idem verbum ἁγνίζειν [m].) *corda*, (i.e. internas animi affectiones [n]:) *duplices animo*] Vide ſuprà 1. 8 [o]. ἀκατάστατοι, Eſa. 7. 9. claudicantes, &c. 1 Reg. 18. 21 [p]. Sic vocat ob ancipites cordium affectiones & cogitationes, quibus fluctuabant inter amicitiam Dei & mundi [q]. *Purgate corda*, nempe, utentes tam præſenti Dei favore & auxilio; precibus & omni conatu expellite illam inconſtantiam, quæ vos modò ad Deum trahit, modò ad mundum repellit [r].

9. *Miſeri*, &c. Ταλαιπωρήσατε, &c.] Appropinquatio ad Deum fit, tum ſanctificatione, de qua actum; tum humiliatione, quæ conſiſtit in contritione, hoc verſu, & dejectione v. 10 [†]. Chriſtianis in gravia lapſis non datur reditus ad bonam frugem, niſi per pœnitentiam luctuoſam; cujus vim ut exprimeret Jacobus, hæc verba poſuit [t]. *Affligimini* (vel, *Demittite vos*, Tre. *Senſu ærumnæ tangimini.* Reprehendit ἀναλγησίαν in adverſis [v]. Ità animis affecti eſtote, acſi affligeremini [x]. Condolete afflictis [y]. Potiùs ad ſeriam contritionem ob peccata prædicta eos incitat [z]. q. d. Miſeriam veſtram recognoſcite, in quam per peccatum incidiſtis [a]. *Affligite* (vel, *Defatigate*, Zeg.) *voſmetipſos*, G. E. ſic Ti. Ca. Me. ſive, *animas veſtras* [b], jejuniis & aliis corporis σκληραγωγίαις [c], ſupplicationibus, &c [d]. Afflictiones vel ſponte ſuſcipite, vel, à Deo admiſſas libenter admittite [*].) *& lugete*, (interiùs [f]: πενθήσατε, אבלו, *lugubrem habitum induite*, ſaccum & cilicia, ut pœnitentes Chriſtiani ſolebant. Hæc enim vis eſt iſtius vocis, ut videre eſt Gen. 37: 34. 2 Sam. 13. 37. & 19. 2 [g].) *& flete*, Pi. &c. Luctum exteriùs oſtendite [h], ex anteactæ vitæ recordatione [i]. *Flere* ſolet plerumque jungi cum Jejunio, ut 2 Sam. 1. 12. & 12. 22. & cum verbo πενθεῖν, ut Neh. 1. 4. & 8. 11 [k]. Lacrymæ ſunt & teſtes, & legati, pœnitentiæ [*]. ¶ *Riſus veſter*, &c.] In quem ſe effuderant iis potiti bonis quæ malè concupierunt [l]. Quantum antea riſiſtis & gaviſi eſtis, ubi ultionem vobis de inimicis ſumere, & res eorum rapere, licuit, tàntum nunc ſuſcipite dolorem ac mœſtitiam [m]. Tacitè innuit imminere excidium Hieroſ. & diſſectionem Judaicæ gentis [n]. ¶ *In*, &c. Εἰς κατήφειαν] *In mærorem*, Er. P. Mo. Be. Pi. Vulg. Tre. ex Sy. &c. Κατήφεια apud Poetas, Plutarchum, & alios, eſt *is mæror qui ipſo etiam vultu ſe prodit* [o]; eſt demiſſio vultûs, ſive ex mœrore, ſive ex pudore [p], à κάτω βάλλειν τὰ φάη, *demittere lumina, ſeu oculos* [q]. Riſus quadruplex eſt, ἰωνικὸς, *mollis*; μεγαρικὸς, *intempeſtivus*; σαρδόνιος, *ſimulatus*; & αἰάντειος, *inſanus*. Videmus hîc, quàm indecorum eſt, & perniciosum, impiorum gaudium, cùm ſine gravi eorum dolore nulla ſpes ſit pœnitentiæ, ſive reditûs ad Deum. Eorum ergò gaudium cum injuria & contemptu & contumelia Dei conjunctum eſt, quo nimirum oſtendunt quàm parum illis cordi curæque ſit, vel favor, vel ira, Dei [r].

10. *Humiliamini*, &c. Ταπεινώθητε, &c.] Demiſſis precibus ענו, Levit. 16. 29. & alibi [†]. Hoc verbum habemus Luc. 3. 5. & 14. 11. Phil. 2. 8. & 4. 12. Hinc ταπεινοφροσύνη, Eph. 4. 2. Phil. 2. 3. & ταπεινὸς καρδίᾳ, Matth. 11. 29 [t]. *Humiliate*, vel *Demittite*, *vos* (ſpontè ſcilicet, ut Chriſtus Phil. 2. 8. Nam neceſſitas non habet laudem, 1 Cor. 9. 17 [v]. *Dejecti ſitis*, Ga. per humilitatem animi [x], quæ una eſt ratio & amicitiæ ac gratiæ Dei recuperandæ, & altitudinis quam quæritis adipiſcendæ [y]; quæ perpetuò ſolet pœnitentiam comitari [z]:) *in conſpectu Domini*, Pi. E. &c. id eſt, vel, 1. Deo, ut v. 7 [a]. vel, 2. verè & ſincerè [b], ex toto corde, intimè & profundè [c]. Quod coram Deo tale eſt, id verè tale eſt [d]. Vel, 3. cum magna reverentia Dei [*], *ſub potenti manu Dei*, ut 1 Pet. 5. 6 [f]. vel, *coram Domino*, i.e. Chriſto [g]. Pœnitentia ſuperbiam domat, & altos ſpiritus dejicit. Vide Luc. 5. 8. & 15. 19, 21. & 18. 13 [h]. ¶ *Et exultabit* (vel, *attollet*, G.) *vos*] Sublimes faciet donis ſuis, de quibus ſuprà 1. 17 [i]. inchoativè in hoc ſeculo [k], per gratiam, & ſubinde per famam & ſplendorem externum [l]; perfectè verò [m], in cœlo per gloriam [n].

11. *Nolite*, &c. Μὴ καταλαλεῖτε ἀλλήλων] Redit ad id quod ſuprà attigerat, Jac. c. 3. v. 9, 10 [o]. Hæc autem linguæ vitia, potiùs quàm alia & graviora, iterum acriter caſtigat, vel, 1. ut apud illos frequentiora; vel, 2. ut ſub ſpecie zeli & pietatis ſubrepentia; vel, 3. quòd leviſſima hæc peccata eſſe crederentur; vel, 4. quòd hæc humanis legibus non coercerentur [p]. Dicimus & καταλαλεῖν κατά τινος, Num. 21. 7. Pſal. 50. 20. & breviùs καταλαλεῖν τινος, Job. 19. 3. Pſal. 78. 19. Sic & 1 Pet. 2. v. 12. & 3. 16. In Gloſſ. καταλαλῶ, *obloquor.* Vide ad Rom. 1. 30 [q]. *Nè alii aliis* (vel, *vobis invicem*, V.) *obtrectate*, Pi. vel, *obloquimini*, Be. vel, *detrahite*, Pi. ſic Vulg. famam lædendo [r], ſeu falſum crimen impingendo, Pſal. 35. 11. ſeu verum nimis exaggerando, Gen. 38. 24. ſeu occultum prodendo, Prov. 11. 13. & 20. 19. ſeu benefactum extenuando, ſeu virtutes & laudes reticendo cùm debent pandi [†]; ſeu dicta vel facta, aut bona aut ambigua, malè interpretando, Matth. 11. 18, 19. & 26. 61. Joh. 2. 19, 20. cùm favores ampliandi ſint, odia reſtringenda. Rigidam hîc vetat cenſuram, & temerarium de aliorum cordibus, vitis ſive actionibus, judicium [t]. Ad verb. *Nè alii adversùs alios loquimini* [v]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ καταλαλῶν—καὶ κρίνων, &c.] In MS. ἢ κρίνων, disjunctivè [x]. *Qui detrahit fratri, quique damnat* (vel, *judicat*, Vulg. Vor. temerè ſcilicet. Κρίνειν hîc idem quod κατακρίνειν [y]. Illud καὶ monet eundem qui fratri ſuo detrahit, fratrem judicare [z].) *fratrem ſuum*, Pi. &c. Nempe, ob eas res quas Chriſtus in Evangelio non damnat, qualia ſunt obſervationes Dierum, Ciborum, & ſimilia. Idem ſenſus qui Rom. 14. 3, 4 [a]. De aliorum erratis, & vitiis, loqui non licet ex curioſitate aut ſuperbia aut vindictæ cupidine, aut ut ex illis laudem commodúmve nobis comparemus. De iis autem loqui licet, ſi id fiat ad gloriam Dei, aut emendationem peccatoris, Gen. 37. 2. 1 Cor. 1. 11. & 11. 18. aut ad aliorum cautelam, 2 Cor. 11. 13. 2 Tim. 4. 14, 15. aut in proceſſu judiciali, Levit. 5. 1 [b]. Reprehendit hîc eos qui aliorum facta ac dicta, quæcunque nobis non arrident, ſuperciliosè damnant, indéque famam ſanctitatis captant; ideóque moroſitatem ſuam ſtatuunt Divinæ Legis loco [c]. ¶ *Detrahit legi, & judicat legem*] Hoc facit, vel, 1. quia, dum fratrem bene agentem, & legi parentem, judicat, de eo enim hîc loquitur [d], Legem, quæ id jubet aut ſuadet, damnat [*]. Vel, 2. quia actionem Legi contrariam probando Legem non bonam eſſe pronunciat [f], quaſi rectè non fecit talia jubendo, ſive vetando. Lex enim prohibet detractionem [g], & temeraria judicia [h]. Damnato enim bono opere quod Lex probat, ipſa Lex vituperatur & damnatur [i]. Vel, 3. quia Legis officium & partes præoccupat [k]. Vel, 4. quia contemnit Legem, i. e. præceptum illud dilectionis proximi, de quo dixit cap. 1. & 2. quod vetat detractionem, &c [l]. Vel, 5. quia cenſoriam ſibi poteſtatem vendicavit ſupra Legem Dei [m], damnans id quod Lex permittit [n]. [Senſus eſt,] *Doctrinam Evangelicam* (quam & ſuprà aliquoties *legis* appellavit nomine, ut & Paulus Gal. 6. 2.) homo talis *ſpernit & damnat ut imperfectam.* Chriſtus enim tales non damnat [o]. Legem judicat ſive carpit quicunque, 1. conſultò peccat, quia melius eſſe judicat Legem violare quàm ſervare; 2. alios ad peccandum incitat; 3. Legi aut addit, ut Matth. 15. 2, 9. Col. 2. 21. aut detrahit, Matth. 5. 43. & 23. 16. atque ità peccata aut plura facit quàm Deus, aut pauciora, & ſe Lege ſapientiorem, aut juſtiorem, facit. 4. Legem ad libitum ſuum flectit. 5. Legem nimiæ ſeveritatis aut inæqualitatis arguit, Ezec. c. 18. v. 2. Joan. c. 6. v. 60 [*]. ¶ *Non es factor* (vel, *obſervator*, E. Pi. &c.) *Legis*, *ſed judex*] id eſt, Judicem te facis Legis, eâque ſuperiorem [p], ideóque eximis te à Legis ſubjectione [q]. Qui obſequi Legi debueras, judicium tibi in Legem ſumis. Ποιηταὶ νόμου dicuntur & Rom. cap. 2. ver. 13. per Metonymiam ii, *qui faciunt ea quæ Lex præcipit.*

[b] Ga. [c] Vor. [d] T. [*] E. [†] T. [f] Ga. [g] G. [h] Me. [i] Ga. [k] T. ſic E. [l] T. [m] G. [n] T. [o] Me. G. [p] Ga. [q] E. [r] G. [†] Ga. [t] G. [v] Ee. [x] Pi. [y] Par. [z] Ga. ex Illyr. Aquin. Fab. &c. ſim. Calv. [a] Ga. ex Aquin. [b] E. [c] G. ſic E. [d] E. [*] Me. [f] Ga. [g] G. [h] Ga. [i] Me. [k] G. [*] Ga. ex Cyp. [l] E. [m] G. [n] C. ſim. Ham. [o] G. [p] Pi. ſim. Fe. Ga. [q] Pi. [r] Ga. [†] G. [t] Ga. [v] Idem. [x] E. ſic Me. Ga. [y] E. [z] Me. [a] E. [b] E. Me. [c] T. [d] E. [*] Me.

[f] E. [g] G. [h] Ga. [i] G. [k] E. [l] T. [m] E. [n] T. ſim. E. [o] G. ſic Ga. [p] Ga. [q] G. [r] E. ſic Ga. [†] T. Ga. [t] Ga. [v] Pi. [x] G. [y] Vor. [z] E. [a] G. [b] Ga. [c] Calv. [d] Me. [*] T. ſim. Me. [f] Dic. [g] Beda, &c. in E. ſim. Pi. [h] Dic. [i] Caj. in E. [k] Q. in E. [l] E. [m] Calv. [n] Gom. [o] G. [*] Ga. [p] E. [q] Calv. ſim. E.

præcipit. Sic Deut. 6. 25. Idem alibi νόμον τηρεῖν & φυλάσσειν [r].

12. *Unus est Legislator*] Deus solus Legislator, 1. absolutè & independenter: 2. universalis: 3. supremus: 4. perfectus: 5. spiritualis, sive animorum, & qui conscientias simpliciter & directè obligat: 6. *qui potest servare & perdere*, ut sequitur †. Argumentum est, q. d. Qui detrahis injuriam infers Legislatori [t], h.e. Deo, quem proinde metuere debebas; non ei te æquare, multò minùs superponere, quod tamen facis, dum legis ab eo latæ judicium usurpas [v]. Illius est damnare nos, aut absolvere, non hominum [x]. Significat, totam Dei majestatem ad se rapere eos qui sibi jus ferendæ Legis, in animas scilicet & conscientias, vendicant. Atqui tales sunt qui suum nutum aliis ingerunt pro lege [y]. Legislator nobis non Moses, sed Christus, Heb. 8. 6. MS. hîc adjicit καὶ κριτὴς (*& Judex:*) & sic legere Latinus, Syrus, Arabs [z]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ δυνάμενος, &c.] *Qui potest salvare & perdere*, E. sic Be. Pi. &c. sive temporaliter, sive in æternum, nullo impediente; i.e. qui supremam habet in homines potestatem vitæ & mortis, salutis & interitûs [a]. Christus Judex omnium à Deo datus *jus potestatémque habet* (Id enim hîc significat δυνάμενος, ut Act. 4. 20. 2 Cor. 13. 8.) *& servandi nos & perdendi.* Illi igitur integrum relinquendum est judicium de rebus dubiis [b]. Deus solus potest detractorem, sive resipiscentem, servare, sive impœnitentem perdere. Non igitur indulgendum huic peccato [c]. Legislatores alii nec possunt legum suarum observatores servare, saltem à Deo, aut in æternum; nec violatores perdere, nisi Deo annuente [d]. ¶ *Tu autem quis es*, &c?] Quàm imprudens, quàm temerarius *? Quid tibi hoc arrogas [f]? Quem te facis? Nonne homo es? neque Legis auctor, neque Judex animorum à Deo constitutus es [g]. Argumentum tale est, Cùm omnes homines naturâ sint pares, non debet alius in alium sibi sumere judicandi potestatem, nisi eam à legislatore, qui sit utroque superior, id est, à Deo, acceperit. Confer Rom. 14. 4 [h].

13. *Ecce*, Ἄγε] *Age*, Be. Pi. *Agite*, Zeg. Ut Jac. 5. 1 [i]. Est adverbium Hortandi & Compellandi, idem quod φέρε, *Age, Agedum, Eja.* Modò ad unum dicitur [k], modò ad plures [l], ut apud idoneos Græcos & Latinos Scriptores [m]. Sic Homer. Ἀλλ' ἄγε μίμνετε πάντες. Xenophon, Ἄγε δὴ ἀκούσατε ‖. Est nota duntaxat transitionis [n], novúmque sermonem inchoans; q.d. Agite, videte vestram prudentiam, quàm sit exigua †. Tantum valet quantum apud Prophetas [o], *Jam ego ad vos*, nempe *sermonem meum converto* [p]. Utuntur sic & Xen. & Plut. [q]. Aliis est particula imperantis inferioribus, vel, monentis atque excitantis homines stupidos & pervicaces. Aliud jam aggreditur Linguæ vitium, nempe jactantiam [r]. Al. Transit ad aliud genus superbiæ & præsumptionis †. ¶ *Qui dicitis*; vel animo, vel ore [t]. *Hodie aut*, &c. Καὶ αὔριον] Et *cras*, Er. *Aut*, sive, *vel cras*, Vulg. Be. Pi. G. ex Sy. duo cod. MSS. habent ἢ αὔριον [v]. ¶ *Ibimus*, &c. Πορευσόμεθα, —— καὶ ποιήσωμεν, &c.] *Eamus* —— *& faciamus*, &c. Er. V. Ti. Ut verba sint fut. Optativi [x]. Verùm id non reprehendendum erat quòd dicerent *Eamus*, &c. sed *Ibimus*, &c [y]. Sed hæc & quæ sequuntur verba tum hîc, tum infrà v. 15. non sumenda sunt in Potentiali [z], aut hortandi; sed indicandi, modo [a], & Futuro, ut legunt Sy. & Ar. & Latinus, & optimi Græci Codices [b]: ità unus vet. cod [c]. Notum est, Aoristos Conjunctivorum, (qui hîc dantur:) sæpe habere significationem Futurorum Indicativi. Quod & jam alibi monitum *. *Proficiscemur in illam* (vel, *hanc*, Er.) *urbem*, (putà Damascum, Alexandriam, Antiochiam. Sic de personis dicimus, ποιεῖς τὸ δεῖνα [d].) *& agemus* (Simili syntaxi & significatione usurpatur ποιεῖν *, Act. 15. 33 [f]. 18. 23. & 20. 3. & 2 Cor. 11. 25 [g]. Et apud Hebræos Eccles. 6. 12. Sed & Latini dicunt *facere cum aliquo paucos dies, annos multos*, ut notaverunt eruditi [h]. Vel, *transigemus*, Tre. ex Sy. P. sic Ti. *faciemus*, Er. *manebimus*, G. *morabimur*, Ar. sic Æth. Sch. *negotiabimur*, Sch.) *ibi annum unum*, (vel, *per annum*, G.) *& mercabimur*, *& lucrabimur*, Pi. P. Be. &c. Non damnat eos, quòd mercatûs causâ peregrinarentur, nec quòd de rebus suis præcogitarent, nec quòd lucrum destinarent; sed quòd vitæ duratio-

[r] G. † Ga. [t] Me. [v] E. [x] Me. [y] Calv. [z] G. [a] E. [b] G. [c] Dic. [d] Ga. * T. [f] Me. [g] G. [h] E. [i] Sch. G. [k] Sch. [l] Sch. sim. Be. [m] Be. ‖ G. [n] RS. in Ga. Me. † Me. [o] G. [p] G. sic RS. [q] G. [r] Ga. † E. [t] Ga. [v] Be. sim. G. [x] V. [y] Ca. [z] G. [a] Be. [b] G. [c] Be. * Sch. [d] G. * Pi. sim. G. [f] G. [g] Pi. G. [h] G.

nem, consiliorum & actionum suarum tum præstationem, tum felicem prosperúmque eventum, sibi promitterent [i]; quòd super rebus incertis consilia sua disponerent, tanquam ea haberent in manu [k], cùm & tempora, & omnia nostra negotia, in Dei, non nostris, manibus sint [l].

14. *Ignoratis quid*, &c. Τὸ τῆς αὔριον] *Illud cras*, Mo. Oratio est elliptica, pro τὸ συμβὰν τῆς αὔριον ἡμέρας, i. e. *eventum crastinæ diei* [m]. *Quid* futurum sit *crastino*, sive *postero, die*, Er. Be. Pi. D. &c. *Quid cras sit eventurum*, G. Sumptum ex Prov. 27. 1. Similia habent Favorinus, Horat. Sen [n]. [quorum verba vide in G.] Jactatis, inquit, de annis, penes quos nec una dies est. Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν; Anacreon. *Nihil de hodierno die promittitur. Nimis magnam advocationem dedi: nihil de hac hora*, Seneca ad Martiam. *Quid sit futurum cras fuge quærere*, Horatius [o]. ¶ *Quæ* (vel, *Quid*, Di. ex Sy. vel, *Qualis*, Pi. E. *Cujusmodi*, E.) *est enim vita vestra?*] q.d. Cui eam assimilabo? ut Mat. 11. 16. Marc. 4. 30. vel, Est quæstio vilipendentis, ut 1 Sam. 25. 10. Psal. 144. 3, 4. τί δ' ἀνήρ; Pindarus [p]. Quàm caduca, inquit, res est vita hæc nostra [q]. Bene dico vos nescire quid cras futurum sit vobis, cùm vita ipsa, quæ basis est omnium humanarum actionum, sit nobis incertissima [r]. ¶ *Vapor*, &c. Ἀτμὶς γάρ ἐστιν, &c.] In cod. quibusdam ἔσται, sed rectiùs ἐστὶν, ut legere Sy. Ar. & Latinus †. *Vapor* (i. e. Quasi vapor [t]: vel, *Fumus.* Ἀτμὶς pro *fumo*, Levit. 16. 13. Esa. 8. 11. Sirac. 20. 27. & 24. 18 [v].) *enim est ad exiguum* tempus *apparens*, *& deinde disparens*, Be. vel, *evanescens*, Er. sic V. Pi. Di. ex Sy. & Ar. Ἀτμὶς est afflatus quidam exilis, halitúsque tenuissimus [x]; sive levis, tenuis, & aerea substantia, calore solis extracta ex terra aut aqua, in altum sublata, variis formis induta, v. g. nubis, tempestatis, cometæ, &c. huc illuc jactata [y]; quæ facillimè dissipatur & evanescit [z], Job. 7. 9. & 24. 24. & descendit ad terram unde orta est. Talis res est vita nostra, & ipsa fragilis, brevis, incerta, & mille casibus subdita [a]. Vapor aut fumus pauxillum ad tempus videtur, deinde disparet. Sic vita humana confertur & Umbræ, Job. 8. 9. Psal. 102. 11. & 144. 4. & apud Sophoclem, & Umbræ fumi in Æschylo [b]: & Bullæ, Flori, Vento, &c [c]. Hic autem versus parenthesi includendus est [d].

15. *Pro*, &c. Ἀντὶ τοῦ λέγειν ὑμᾶς —— ζήσωμεν, καὶ ποιήσωμεν, &c.] Rectiùs Lat. & Sy. omittunt καὶ, quanquam hoc sæpe redundat, aut exegeticum est, & sumitur pro *tunc* *. *Pro eo* (vel, *Loco ejus*, Er. E.) *quod dicere debuistis*, (vel, *Cùm ità potiùs dicendum vobis sit*, Er. Zeg. E. Corrigit enim sermonem superiùs reprehensum [f].) *Si Dominus voluerit* (Voluntatem hîc intelligit decretoriam, sive arcani propositi, non directoriam; neque enim fas est nobis priùs aliquid apud nos decernere sive statuere, deinde quærere an licitum sit. Fecisti enim quod facere decrevisti [g]. Hoc dicto profitemur omnes nostras actiones Dei nutu ac providentiâ gubernari [h].) *& vivamus*, (Duplex ergò hîc est conditio, & utraque conjunctim requiritur. Hæc posterior monet nos de nostra mortalitate, quæ tanta est ut de futuro prorsus incerti simus [i].) *faciemus* (καὶ hîc redundat more Hebræorum, serviens tantùm annectendo consequenti enuntiati connexi [k]:) *hoc aut illud*, Be. Pi. Quod hîc præscribitur, ejus exempla habemus Act. 18. 21. 1 Cor. 4. 19 [l]. Sic Rom. 1. 10. Phil. 2. 19, 23, 24. Heb. 6. 3 [m]. & apud Ben. Syram. *Nunquam*, inquit, *dicat homo facturum se quicquam nisi priùs dicat, Si Deus voluerit. Et Alcibiadi in Platone dicenti*, Ἀλλὰ πῶς χρὴ λέγειν; respondet Socrates, Ὅτι ἐὰν Θεὸς ἐθέλῃ [n]. Et in Hom. Il. β'. v. 28. Αἴ κε Θεοί γ' ἐθέλωσιν, &c. Et in Cic. Offic. 1. *Si Dii volent, volentibus Diis.* Solimannus principem decollari jussit, quòd cùm filium regium statum conturbantem è medio tollere promisisset, non adjecisset, *Si Deus voluerit.* Christiani sanctis & religiosis loquendi formulis uti debent [o]. Nec tamen semper necessarium est sic loqui [p]; nec enim sic loquuntur pii illi viri, Gen. 35. 3. & 45. 28. Rom. 15. 28. nec in petitionibus semper repetendum illud, *Si placet*; sed sufficit virtualis intentio [q]. Interdum tamen hæc conditio voce exprimenda est, prout opportunitas tulerit, pietatis & modestiæ causâ [r].

[i] Ga. [k] G. [l] Ga. [m] Pi. sim. G. [n] G. [o] Ga. [p] Idem. [q] G. sim. Pi. [r] E. † G. [t] Pi. sim. G. [v] G. [x] Me. [y] Ga. [z] Me. Ga. [a] Ga. [b] G. [c] Ga. [d] G. Zeg. ad v. 15. * G. [f] E. [g] Ga. [h] E. sim. Ga. [i] E. [k] Pi. [l] G. [m] Ga. [n] G. [o] Ga. [p] Ga. sic E. [q] Ga. [r] E.

16. *Nunc autem exultatis* (vel, *gloriamini*, Mo. Be.) *in*, &c. Ἐν ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν] *In* (vel, *De*, Il. Pi.) *jactantiis vestris*, Be. &c. vel, *superbiis*, Er. Il. Ti. i. e. in divitiis quæ homines superbos reddunt†: vel, *insolentiis*, Ca. *arrogantiis*, Ar. sic P. Pi. *Placetis vobis in istis jactantiis de futuro*, G. In his quæ superbè facitis ac dicitis[t]; quæ vos facturos jactatis[v], perinde quasi sitis immortales, & certi de futuris[x]. De hac voce vide Rom. 1. 30[y]. 2 Tim. 3. 2[z]. Ἀλαζονεία est *insolentia*, sive superba de se opinio, Tit. 1. 7. ἀλαζονεία autem est fastuosa locutio, quâ quis plus æquo sibi adscribit, viresque suas nimium extollit, acsi neque à Deo penderet. Sic usurpatur Prov. 27. 1. *Ne jactes te de crastino die*, h. e. te cras hoc, vel illud, facturum[a]. Occurrit huic objectioni, Quid si formulam illam omittamus? Non multum id refert. Respondet, Illud non adeò culparem, si hoc in mente vestrâ haberetis[b], divinæ providentiæ vestræque mortalitatis cogitationem animo semper gereretis[c]. Sed vos longè aliter animatos esse ostendit, quòd adeò non resipiscitis de præsumptione vestra, & absolutis ac peremptoriis decretis vestris, ut de iis gloriemini. Exempla hujus gloriationis vide 1 Reg. 21. 1, 2. Esa. 47. 7, 8. Dan. 3. 15[d].

17. *Scienti igitur bonum facere* (i. e. bonum sibi faciendum. Nam de bono practico & debito loquitur[*].) *& non facienti, peccatum est illi*] Redundat hic αὐτῷ, quia præcessit εἰδότι[f]. Comparate dictum, ut Joh. 9. 11. Sensus idem Luc. 12. 47. Vide quæ utroque loco à nobis dicta, & ea oppone iis qui putant hominem semper ac necessariò velle pro modo ejus quod est in intellectu: quod ego satis puto cujusque intra se experientiâ refelli. Syrus legit εἰδότι ὃν τὸ καλὸν, sine ποιεῖν, non malè. Sic Lacones de Atheniensibus, *Scire eos quid rectum esset, sed facere nolle*[g]. Seneca Epist. 95. *Postquam prodierunt docti, desunt boni*[h]. *Peccatum* dicit emphaticè, ut Joan. 15. 22[i]. sive κατ' ἐξοχὴν, vel per Synecdochen, pro flagitio[k], sive peccato graviori aut majori: alioqui peccant & ignorantes, &c[l]. Qui monitus peccat, ejus peccatum est רמה Num. 15. 30. ἐξαμαρτία[m]. Hæc autem sententia refertur, vel, 1. ad proximè præced. Dicere poterant, Scimus nos sine Dei nutu nihil posse, eumque in omnibus præsupponimus. At, inquit, hoc scire non sufficit, nisi & facto præstetis, & sic familiariter opportuno tempore loquamini[n]. Hoc vult Jacobus, Moniti estis à me: ignorantiam non potestis obtendere. Siquid posthac tale dixeritis, gravior erit culpa[o]. Vel, 2. quod probabilius, ad omnia hujus & præced. cap. monita quæ hoc velut epiphonemate claudit. q. d. Jam de his omnibus satis vos admonui[p], vobis bene nota sunt[q]. Proinde si non pareatis[r], & opere præstetis†, magnæ culpæ rei eritis, quippe quos ignorantia non excusat[t].

† Me. [t] E. [v] Me. [x] E. [y] Be. Ga. [z] Ga. [a] Ham. [b] Ga. [c] E. ad v. 15. [d] Ga. [*] E. [f] Pi. [g] G. [h] Ga. [i] E. [k] Gom. [l] E. [m] G. [n] E. [o] G. [p] E. [q] Me. [r] E. † Me. [t] Me. sim. E.

CAP. V.

1. A*Gite nunc*] Vide suprà 4. 13[a]. ¶ *Divites*] i. e. Divitiis corde affixi[b], avari, injusti, superbi, & voluptatibus immersi: quos, post avaros & superbos, opportunè hic taxat. In eos dixerat cap. 2. sed hic jam rursus, ac multò acriùs, eos aggreditur. *Divites* autem hic alloquitur, vel, 1. Christianos, ut ad cap. 2. diximus. Nam in Epistola quæ ad fideles scribitur non compellaret eos qui foris sunt[c]. Vel, 2. infideles pauperum Christianorum oppressores[d]. Divites Judæos alloquitur, quibus Christiani erant permixti. Nam propriè ad Christianos mox vertet sermonem. Nam de aliis divitibus locutus erat suprà 2. 6. at non eos allocutus, ut non sui gregis. Apostoli & eorum auditores non expellunt eos qui divites sunt, & tales manere volunt, ab Ecclesia; sed ostendunt eis periculosum esse eorum statum, & plurimis eos opus habere cautionibus ut serventur. Vide 1 Tim. 6. 17. Poterant autem hæc utilia esse etiam bonis Christianis ad convertendos ad Evangelium Judæos, quibus Judaismus parum adeò profuisset[*]. Redit hic ad id quo cœpit, nempe ad consolandos confirmandósque pauperes afflictósque Christi servos adversùs insolentias ac injurias ipsis ab hominibus mundanis & ditioribus illatas[f]. ¶ *Ululantes*; ità, Er. Mo. &c. Ὀλολύζοντες] *Ejulantes*, Be. Pi. Ca. Videtur respicere loca Joel. 1. 5. & Jac. 11. 2. ¶ *In*, &c. Ἐπὶ ταῖς ταλαιπωρίαις ὑμῶν ταῖς ἐπερχομέναις] Ἐπὶ hic est *propter*, ut Mat. 26. 50. & alibi sæpe[g]. *Ob miserias vestras* (sub. *vobis*, Ham.) *superventuras*, V. &c. ad verb. *supervenientes*,[r] i. e. jam imminentes[h]: vel, est Enallage temp. præs. pro fut[i]. Præsignificat hic calamitates[k], vel, 1. temporales[l], Judæis mox eventuras, de quibus diximus suprà 4. 9. Post excisa Hierosolyma, gentem dispersam, pessimè etiam aliis in locis tractari cœpere Judæi, quorum tunc sub nomine latebant & Christiani. Vide Jo. Bel. Jud. 7. Etiam didrachmum quod soliti erant dare in usus Templi impensum fuit in usus Capitolii. Vide ad Mat. 17. 24[m]. Vel, 2. sempiternas, i.e. cruciatus gehennæ. Hos, inquit, cogitate, ut dolore metúque indè concepto excitati pœnitentiam agatis[n]. Verùm non tam hortari voluit, quàm terrere: quæcunque enim dicit ad desperationem spectant. Quare non ipsos alloquitur, sed fideles, potiùs respicit; ut injurias suas placidè ferant, scientes Deum ultorem fore, & nè divitibus invideant, &c[o]. *Avari sunt* ἀνίατοι, ait Aristot. Ethic. 4. 1[p]. Divites difficillimè salvantur, Mat. 19[q].

2. *Divitiæ vestræ putrefactæ sunt*] Ità Be. Pi. &c. Est hic Activum pro Passivo, ut in Gloss. σήπω, *tabeo*, *puteo*: ità enim ibi legendum[r]. Reprehendit hic, vel, stultam eorum fiduciam in rebus quæ caducæ sunt; vel potiùs, inexplebilem avaritiam, quòd in hoc tantùm opes congerant, ut pereant sine aliquo usu†, & sic perire eas malunt quàm pauperibus erogare[t]. Exprobrat eis extremam tenacitatem & immisericordiam[v]. Est hic species posita pro genere. Vult enim dicere, res ità quæsitas, ità asservatas, sæpe non [tantùm] aliis, sed & ipsis, inutiliter perire: qui est sensus mysticus ejus quod in Manna significatum, Exod. 16. 20. ¶ *A tineis*, &c. Σητόβρωτα] Vocem habes Job. 13. 28. Sic σκωληκόβρωτος, Act. 12. 23[x]. *A tineis comesta*, Mo. Vulg. vel potiùs, *erosa*, sive *corrosa*, E. Tre. ex Sy. Ca. vel, *vorata*, Be. Pi. In arcis vestris inutiliter computrescunt[y], nec ea à tineis defendere potestis. Luxum vestium notat[z]. Syntheses, quibus sublevare potuistis miseriam pauperum, sæpe nimis diu extra usum humanum asservatæ vobis pereunt, sive à tineis corrosæ, sive aliter. Vide Mat. 6. 19, 20. Luc. 12. 33[a].

3. *Aurum—æruginavit*; ità Mo. Æth. Κατίωται] *Æruginе* (vel, *Rubigine*, Sy.) *vitiatum est*, Er. P. Be. Pi. E. ideóque corruptum atque putrefactum[b]. Perstat in figuris similibus. Nam sicut Vestes per *tineas* corrumpi solent, ità Ferrum *rubigine*: vide Menandrum[c], [in G.] At aurum est ἄφθαρτον, ait Pindarus, & ἰὸν ἀνεπίδεκτον, Method. in Phot. 237. & Philo[d]. Sic & Plin. 31. 3. Quæ sic intelligenda sunt, quòd non facilè nec citò vitiatur ac minuitur: tandem autem æruginem contrahit, teste Baruch. 6. 3. 23[*]. Al. Quod proprium erat Ferri, id etiam ad Aurum & Argentum transtulit; non quòd id fieri soleat, sed quòd par sæpe sit eventus. Confer Ezec. 24. 11. χαλκὸς ἰοῦται, Sir. 12. 10. & de Speculo dicitur κατίωσε[f]. ¶ *In testimonium* (h. e. signum & argumentum vestræ avaritiæ & crudelitatis[g].) *vobis* (i. e. contra vos, ut Mat. 8. 4. & 10. 18. & 23. 31[h]. Act. 13. 51[i].) *erit*] Nempe in die judicii[k]. Prosopopæia, qualis Hab. 2. 11. Luc. 19. 40. Gal. 4. 10[l]. De hac locutione vide ad Marc. 1. 44. & 6. 11. Luc. 5. 14. & 21. 13. Nonne est quòd pudeat ista ità detinuisse inutilia, ut & vobis & aliis perirent, quæsita sæpe per injustitiam & immisericordiam, ut jam dicet? Vide ad Mat. 6. 24[m]. ¶ *Et manducabit* (vel, *exedet*, Be. Pi. i. e. absumet[n]. Φάγεται est vox bene Græca. Dicunt enim Græci φάγομαι, ἔδομαι, πίομαι, & sic φάγεσαι, ἔδεσαι, πίεσαι, & φάγεται, ἔδεται, πίεται, pro φαγοῦμαι, ἐδοῦμαι, & sic cœtera. Ex Æolica dialecto venit hoc in usum communem[o].) *carnes vestras* (nempe ὁ ἰὸς, quod MS. hic repetit[p]. Ærugo, quæ quondam pecunias eorum exedet, tunc memoriam obsidebit & conscientiam mordebit[q].) *sicut ignis*] i. e. Et animos & corpora cruciabit in æternum[r]. In Syro & quibusdam cod. abest ὡς, quod hic redundat, nisi accipiatur pro ὄντως, *reverâ*, ut

[a] G. [b] T. [c] E. [d] Beda in E. [*] G. [f] Ga. [g] G. [h] Pi. [i] Vor. sic Pi. [k] G. [l] Q. in E. [m] G. [n] E. [o] Calv. [p] Par. [q] Ga. [r] G. † Calv. [t] E sim. Me. [v] E. [x] G. [y] Calv. [z] E. [a] G. [b] Ga. [c] G. [d] Ga. [*] Me. [f] G. [g] Me. [h] Pi. [i] Ga. [k] Pi. sic E. [l] Ga. [m] G. [n] D. [o] G. [p] Idem. [q] E. sic Ga. [r] E.

ut Joh.1.14 †. Sensus est, Bona ista vestra tantam in copiam asservata extra hominum usus, ut sæpe inutiliter pereant, causa erunt vobis gravissimarum pœnarum post tempus Judicii, planè quasi ignem in ; forsan omisit Typographus *iis*] vestro malo asservâssetis. *Ignis* dicitur *carnes comedere*, Esa.30.27. & 33.11. Et sub *ignis* nomine solet notari ira Divina, aut ejus instrumenta[t]. ¶ *Thesaurizâstis*, &c. Ἐθησαυρίσατε ἐν ἐσχάταις, &c.] Pro, εἰς ἐσχάτας [v]. *Thesaurum congessistis* (vel, 1. opum [x]: vel, 2. iræ, quod Latinus hîc supplet [y]. Ironia [z], q.d. Coacervâstis non opes, ut putatis, sed iram [a]: θησαυρίζειν hîc sume ut Rom. 2.5 [b]. Jungendum hoc cum præced. ὡς πῦρ [c], quomodo & Arabs legisse videtur [d]; q.d. Opes congessistis tanquam ignem, h. e. ità ut vos minimè juvent, sed perdant *.) *ultimis diebus*, P. vel, *in extremis diebus*, Er. i.e. in postrema ætate mundi [f]: vel, in extrema senectute jam constituti, videlicet eò plus viatici quærentes, quò minus restat viæ [g]. Vel, *in ultimos dies*, Be.Pi. vel, 1. ætatis, seu vitæ, hominis [h]; *in annos multos*, ut Luc.12.19 [i]. vel, 2. Reip. Judaicæ, quum Romani bona vestra omnia diripient: quæ ratio fuisse creditur cur Christiano-Judæi illi agros venderent, Act.4. Quod tempus *finis* dicitur 1 Pet.4 7 [k]. & *adventus Domini*, infrà v.7. & Joh.21.22 [l]. Ista locutio, cùm ad Judæos sermo est, solet referri ad tempus excidii Hieros. & Templi & Reip. quo tempore immensa Judæorum millia pessimè periere, maximè incendio: quod omen est Judicii universalis [m]. Vel, 3. mundi. Sensus est, vel, 1. quòd divites, quasi semper victuri, congerunt quod usque ad finem mundi satis sit: vel potiùs, 2. quòd iram Dei coacervant in extremum diem [n].

4. *Ecce*] Est nota, vel, 1. admirationis, ut Esa. 7. 14. q.d. Mira hæc & monstrosa res est, omni ratione, humanitate, æquitate, vacua: vel, 2 demonstrationis, sive convictionis, ut Joan.1.29. q.d. Aperta res est, manifesta suppetit criminis vestri probatio: vel, 3. considerationis [excitando, scilicet] ut Psal.52.7. q.d. Expendite seriò, ità peccatum hoc non ampliùs vobis exiguum videbitur: vel, 4. confirmationis, ut Job. 13. 15. Judæ v.14. q.d. Non sunt inanes hæ minæ: pro certo habete eas implendas fore [o]. ¶ *Merces*, &c. Ὁ μισθὸς —— ὁ ἀπεστερημένος] *Merces operariorum* —— (i.e. agricolarum, qui panem ex suo labore ipsis suppeditabant; quod indignitatem rei auget [p]: *à vobis* (vel, *per vos*, Pi.) *intercepta*, P. Mo. Il. vel, *interversa*, Pi. vel, *quæ fraudata est*, Vulg. vel, *quæ fraude non reddita est*, Er. Ti. V. *quâ illos fraudâstis*, Be. vel, *privâstis*; ad verb. *privata à vobis*, h.e. quâ privati sunt à vobis [q]: vel, *retenta*, Ca. sic E. vel, *subtracta* sive fraude, sive solâ tenacitate, id est, mercedis defraudatio, sive detentio, injusta atque inhumana. Hanc unam injuriæ speciem hîc attingit, tanquam inprimis odiosam, & adversùs expressum Legis præceptum [r]. Non tantùm illiberalem tenacitatem divitibus illis exprobrat †, sed & injustitiam contra præcepta & Christi, & Mosis, Levit.19.13. Deut.24.15 [t]. ad quem locum hîc alluditur [v]. Adde Job.31.38,40. Jer.22.13. Mal.3.5 [x]. Nimirum differebant mercedes operis rusticis solvere, quò diutiùs pecuniæ incubarent & eâ ad mercatum uterentur. Peccata tam apertè societatem humanam perturbantia dicuntur *ad Deum clamare*, ut videmus Gen. 4. 20. Exod. 22. 23, 27. & alibi. Rectè autem dicit μισθὸν ἀπεστερημένον, quomodo לא תעשק Deut. 24. 14. vertitur οὐκ ἀποστερήσεις μισθόν· quia & *minus solvit*, ut aiunt Jurisconsulti, qui tempore minus solvit [y]. Multiplex hîc erat peccatum, contra charitatem, misericordiam, humanitatem, æquitatem, justitiam, gratitudinem. Peccatum erat, quòd opes non largirentur egentibus, quamvìs iis nihil deberent; & quòd debita sua, cùm possent, non solverent, Psal.37.21. Rom.13.8. Hoc autem exaggeratur, quòd hi divites essent & à Deo benedictionibus cumulati, & quòd debita non redderent pauperibus, (quorum victus & vita ab iis pendet, Sirac. 34.24,25, &c.) & illis qui pro his vires suas insumpserant, Gen.31.6,7. 1 Tim.5. 17, 18. & illis per quos Deus divitibus ipsis benedixerat, Gen. 30. 27, & seq. Deut.15.14 [z]. Ἀφ' hîc idem valet quod ὑπὸ [a]. ¶ *Clamat*] Nempe in cœlum, vel ad Deum [b], vindictam ab

† D. | t G. | v Pi.G. | x Ga. ex Pi. & Par. sic E. ex Caj. | y Ga. sim. E. | z Ga. | a Ga. sim. E. | b G. | c Ham. | d G. | * Ham. | f Vor. | g Q. in E. | h Pi. sic Vor. | i Pi. | k Med. l.3. p.819. | l Ibid. p. 872. | m G. | n Calv. | o Ga. | p E. sim. Ga. | q Pi. | r E. | † G. | t G. sim. E. | v E. | x Ga. | y G. | z Ga. | a Pi. ex Be. | b E.

eo postulans [c]. Significat, peccatum hoc insigne esse & manifestum [d], quod excusari, aut occultari, non poterat *. Oppressio est peccatum clamosissimum, Exod. 22.23. Job. 24. 11, 12. Esa.5.7. Habac.2. 11, 12 [f]. ¶ *Et clamor*, &c.] i.e. Causa clamoris, injuria, vis, oppressio, quam patiuntur [g]. ¶ *In aures Domini Sabaoth*, Σαβαὼθ] Sic & Rom.9.29. & apud LXX. Heb. צבאות [h]. *Exercituum*, E. Ham. Pi. Tam cœlestium quàm terrestrium [i], Siderum & Angelorum [k], cæterarúmque creaturarum [l]; ac proinde potentissimum [m], potentiorem divitibus oppressoribus [n], Eccles.5.7. Amos 4.13 [o]. cujus potentiam effugere non poteritis [p]; qui patronus est & protector pauperum, Exod.22.22. Psal. 74.19. & 82.3,4. Prov. 23. 11. Zeph.2.10. Ἀεὶ νομίζονται οἱ πένητες τοῦ Θεοῦ. *Res est sacra miser*, Seneca [q]. Hanc Dei potentiam opponit iis qui potentes sunt in seculo, nec humana curant tribunalia [r].

5. *Epulati*, &c. Ἐτρυφήσατε —— καὶ ἐσπαταλήσατε] התענגו ותשלו. Vide Esa.57.4. Ezek. 16. 49. Luc.7. 25. 1 Tim.5.6 †. Τρυφὴ *luxus*, Luc.7.25. 2 Pet.2.13. à θρύπτω, *frango*, quòd animos hominum molles, effœminatos, delicatos, & ineptos ad res serias, reddit. Τρυφὴ μαλακία τίς, Aristot. Eth.7.7. est mollities, opulentia, luxus in victu & vestitu. Τρυφὴ, γαστριμαργία, Hesych. Σπαταλᾶν vel est vox synonyma: σπατάλη, τρυφὴ, Suid. σπαταλᾶν, τρυφᾶν, Hesyc. vel potiùs, distinguitur à priore, denotátque lasciviam, gestus impudicos, &c. quanquam hæc duo conjuncta sint Esa.5.11 [t]. σπαταλῶσαι propriè, est instar agnorum petulanter insultare & lascivire [v]. Verba sunt præt. temp [x]. sed legenda per præs [y]. ut actum continuum exprimentia, *vivitis*, *lascivitis* [z]. Vox prior ad epulas, posterior ad Venerem, refertur [a]. [Sic vertunt:] *Delitiati estis* (vel, *Luxuriâstis*, Ca. *In deliciis vixistis*, Er. Ti. P. Be. Pi. sic Tre. & Di. ex Sy.) *super terram*, i.e. in hac vita mortali super terram [b]. Innuit, vel, 1. indolem ipsorum non cœlestem esse, sed terrestrem, Phil.3.19,20 [c]. eósque immemores esse vitæ futuræ [d]: vel, 2. breves esse harum deliciarum limites *, quòd omnis hæc delectatio sit in bonis terrenis, fluxis ac brevì perituris [f]: vel, 3. pro deliciis in terra pœnas ipsis alibi repositas esse, juxta Luc. 6. 24. & 16. 24, &c [g].) *& lascivîstis*, Mo. P. Er. Be. Ca. Pi. &c. *Gaudia vestra posuistis, & supra modum usurpâstis, in hac vita terrestri*, G. Qui mercedem laborantibus debitam subtraxerunt, habebant tamen unde luxuriarentur. Luxus aliorum oppressione sustentatus intolerandus est: Jer. 22.13. Amos 2.6,7,8. Hab.2.9,10,11 [h]. ¶ *Enutrîstis corda vestra* (i. e. vosmetipsos. Sic בלבו vertitur ἐν αὐτῷ, Exod.4.14. Est.6.6. & בלבך ἐν σεαυτῷ, Job. 10.13. & לבבי ἐμαυτῷ, Job.27.6 [i]. vel, enutriendo corpora vestra exhilarâstis animos vestros Synecdoche metonymica [k]; indulsistis vobis [l]: non comeditis ut vivatis, sed vosmet saginatis, tanquam bestias. Θρέμμα ut σιτευτόν, Luc.15.30. omne gaudium cordis vestri in his positum est. Sic Luc. 12. 19. *Dicam animæ meæ*: & Luc.16.19. εὐφραινόμενος [m]. *Enutrite corda*, est non ad mensuram necessitatis, aut regulam rationis, sed quantum cor expetit, sumere, i.e. in corpore pascendo suæ concupiscentiæ satisfacere. Syrus *corda* interpretatur *corpora* [n].) *in*, &c. Ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς] *Ut* vel *Quasi*, *in die* (vel, *in diebus*, ut est in Me [o].) *occisionis*, sive *mactationis*, Val. Er. V. E. Vor. vel, *victimæ*, E. Vor. vel, *epuli*, Be. Pi. i.e. die quo multæ mactantur pecudes & altilia [p]. Respicit, vel, 1. ad quodvis lætum & lautum convivium [q]. Confer Esa.22.12,13. Ezec.39.17. q.d. Omnem diem velut festum agitis, Luc.16. 19. 2 Pet.2. 13 [r]. Vel, 2. ad convivia solennia & sacrificalia †, quæ aliis lautiora erant [t]. Vide 1 Sam.9.13. & 16.3. Prov. 7.14. Μεθύειν, μέλλει τὸ θύειν [v]. *Ità vos pavistis quotidie, sicut fieri solebat in diebus solenniorum conviviorum post victimas σφαγῆς*. Ità metonymicè sumitur נכסא, quod hîc habet Syrus, respondens Hebræo זבח, ut videre est Gen.31.54. Prov.7.14. & 17.1. Amos 5.25 [x]. Al. *Ut in diem*, &c. ut sit ἐν pro εἰς, ut suprà v.3 [y]. ut sensus sit, Quotidie se pascunt & saginant, tanquam in diem mactationis, i.e. quo mactandi sunt; h.e. in diem judicii [z], quando à Romanis cœdentur [a]. Ità descriptio est non peccati, sed pœnæ imminentis. Similes loci sunt Jer.12.3. & 45.20,21 [b]. Sed obstat huic sensui par-

c Pi. sim. E. Me. | d E. sim. Me. | * E. | f Ga. | g E. | h G. | i D. Ga. | k G. | l T. sim. Be. Pi. | m G. | n Ga. sic Be. | o Ga. | p Me. | q Ca. | r E. | † G. | t Ga. | v Vor. | x Pi. | y Ga. | z Ga. Pi. | a E. | b E. sim. Ca. | c Ga. | d E. | * Ga. | f E. | g Ca. | h Idem. | i G. | k Pi. | l Be. E. | m Ga. | n E. | o G. | p T. sim. Me. Er. V. Pi. | q Pi. Ga. sim. Er. V. | r Ga. | † Q. in E. sic Pi. Vor. Be. | t E. | v Ga. | x G. | y E. Gom. | z E. | a Oecum. in E. | b Gom.

particula ὡς [c]. Latinus autem ὡς omittit [d]. Al. Hæc verba conjungi possunt cum v. seq. *In*, vel *Ut in, die mactationis condemnâstis*, &c.

6. *Addixistis*, &c.] Morti scilicet [f]: ut vox sequens docet. Multi Codices legunt, *Adduxistis*, sed malè [g]. Κατεδικάσατε, ἐφονεύσατε, τὸν δίκαιον] *Condemnâstis*, (Non privatâ censurâ, ut Jac. 4. 12. sed processu judiciali; non quòd ipsi pro tribunali sederent, sed quòd sententiam in illos ferendam procurarent [h]:) *occidistis*, (vel, 1. eum iniquè in judicio opprimendo; quo vitam illi acerbam & brevem reddebant. Confer Esa. 1. 15. Amos 4. 1. *Oppressio* pro morte per Meton. effecti pro causa [i]. Vel, 2. sententiam mortis in eum procurando [k]: *occidistis*, non manu, sed fraude [l]. Vel, 3. subsidia vitæ illi subtrahendo [m].) *justum*, Be. Pi. &c. Intelligit, vel, 1. definitè, certam aliquam personam, sive Joannem Baptistam, sive Stephanum [n], sive Jacobum ipsum, ut hîc mortem suam prædicat [o]; sive potiùs, Christum [p], à Judæis interfectum, qui ὁ δίκαιος per excellentiam dicitur Act. 3. 14. & 22. 14 [q]. & Act. 7. 52, quem Judæi occiderunt *in die occisionis*, i.e. die solenni Paschæ [r]. Et rectè dicuntur Judæi id fecisse cujus non auctores tantùm, sed & impulsores, fuere, Act. 2. 23, 36. & 3. 15. 1 Cor. 2. 8 [†]. Et tota præced. comminatio est prædictio de internecione quam passi sunt Judæi in ultionem mortis Christi [t]. Sed huic interpretationi obstat, 1. quòd hîc divites increpantur, Scriptura autem mortem Christi non divitibus imputat, sed principibus ac sacerdotibus Judæorum. 2. quòd Christus ante 30 annos occisus esset, & proinde pauci ex interfectoribus ejus superessent. 3. quòd scribit ad Judæos fideles, quibus hoc crimen exprobrare noluit. Vel, 2. indefinitè, & collectivè [u], i. e. justos quosvis [o]. *Justum* dicit num. sing. vel, 1. emphaticè, ut significet, unumquemque pauperem justum, quamvis solitarius ac desertus videatur, à Deo tamen, acsi solus & unicus esset, singulariter curari [p]: vel, 2. per Enallagen numeri usitatam, Esa. 3. 11, 12. 1 Tim. 1. 9. *Justum* autem hîc vocat h. l. vel, 1. justitiâ causæ, q.d. innocentem & immeritum [q]: vel, 2. comparatè ad persecutores [r]. ¶ *Et non*, &c. Καὶ οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν] Passivum pro Reciproco: quod plurimis verbis evenit, maximè verò iis quæ à τάσσω derivantur [†]. *Et non obsistit*, sive *resistit*, (vel, *restitit*, Vulg. Enallage temporis præs. pro præt [t].) *vobis*, Be. Pi. &c. vel, 1. Christus [v]. Hebræo more, Verbum pro Participio, *Eum qui vobis nihil obstabat*. Est hîc & λιτότης, nam contrà plurimùm proderat, expellendo Dæmonas, sanando morbos, corrigendo vitam & verbis & exemplo; & Metonymia, nam qui se aliis opponunt, id quærere solent ut ei noceant [x]. Vel, 2. pauper oppressus, cujus vel patientiam, vel impotentiam, hîc notat [y]: vel, 3. Deus, qui tamen resistere & impedire posset [z]: vel, 4. Quispiam, ut passivè, vel saltem indefinitè, sumatur, q.d. *Et non obsistitur vobis*; q.d. Nemo vobis se opponere audet, quod lubet facitis, nemine prohibente [a]. Justi omni præsidio destituuntur. Significat, hinc crescere divitibus audaciam [b].

7. *Patientes*, &c. Μακροθυμήσατε, &c.] Ab impiis oppressionibus [c], sermonem vertit ad oppressos Christianos [d], ut verbum ἀδελφοὶ monstrat [*]; eosque consolatur [f]. *Patientes igitur estote*, (i.e. Injurias & mala patienter tolerate [g]:) *fratres, usque ad Domini* (Christi scilicet [h]:) *adventum*, Pi. &c. Nempe ad judicium [i], tum, 1. in gentem Judaicam; quod & voce ἐπιτελεσθεῖν indicatur, Luc. 19. 15 [k]. tum, 2. universale [l], quod passim proponitur in Scripturis, ad quod omnes spectent, quando plena retributio tam bonis quàm malis fiet [m]: quæ [duo Judicia] propinquis inter se temporum spatiis fore juncta Christiani veteres suspicabantur, ideo quòd nihil certi ea de re didicissent, & semper jussi essent intenti in ultimum illum diem qui bonos ab omni malorum vexatione erat liberaturus. Vide & 2 Thess. 2. 1. Confer Rom. 8. 23 [n]. ¶ *Agricola* (vel, *Quivis agricola*, G.) *exspectat* (i.e. non molestè fert moras, sed labores patienter tolerat spe percipiendi [o]:) *pretiosum fructum terræ*] Egregiè dictum [p], q.d. fructum sibi utilem [q], frugem qua maximè alimur, & cujus magnus semper honos apud Judæos & Christianos [r]. Sic *semen pretiosum*, Psal. 126. 6 [†]. *Spes alit agricolas* [t]. Ità & vobis longanimiter ferenda sunt mala, ut vitam æternam accipiatis [v]. ¶ *Donec*, &c. Ἕως ἂν λάβῃ ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον] *Dum*, vel *donec, accipiat pluviam* (vel, *imbrem*, Zeg. D.) *tempestivam* (vel, *praeproperam*, Er. Zeg. *matutinam*, Val. Er. Be. vel, *sementalem*, quæ Heb. יורה, vel מורה [x], quæ decidit jacta semente, & eam germinare facit [y]:) *& serotinam*, Er. V. vel, *antemessivam*, quæ Heb. מלקוש [z]: quæ cadit sub tempus messis [a], quò sata grandescant & vegetentur [b], & maturescant [c]. Vide Deut. 11. 14. Prov. 16. 15. Jer. 5. 24. Ose. 6. 3. Joel. 2. 23. Zach. 10. 1 [d]. vel, *vespertinam*, Val. Er. Sed hæc distributio matut. & vespert. in pluviis nihil, aut parum, facit ad vota agricolarum [*]. Ἕως ἂν hîc non finem spei significat, sed tempus intercedens, sicut & Heb. עד. Vide Gen. 28. 15. & quæ ad Mat. 1. 25 [†].

8. *Patientes*, &c.] Sub spe frugis multò majoris, irrigati interim imbre Spiritûs Sancti [f]. Ut agricola exspectat & fructum, & pluvias, &c. ità vos cum patientia exspectare oportet & vitam æternam, & spirituales pro tempore consolationes, quò mala præsentia leviùs feratis, & ad fructum æternitatis assequendum fiatis aptiores [g]. ¶ *Confirmate*, &c. Στηρίξατε, &c.] *Stabilite corda vestra*, Be. Pi. Adversùs tentationem impatientiæ & desperationis [h]. *Vosmetipsos obfirmate*: *Durate, & rebus vosmet servate secundis* [i]. *Durare cor* dicit Plautus; *animum*, Ovid. *mentem*, Tacitus. Sic στηρίζειν, Luc. 22. 32. Rom. 1. 11. & 16. 25. στηρίξαι, δυνάμενοι, 1 Pet. 5. 10 [k]. ¶ *Adventus Domini appropinquavit*] Vide suprà v. 7. & Phil. 4. 5. Heb. 10. 25 [l]. ἤγγικε sono præteritum, sensu præsens [m], ut Mat. 3. 2. & 4. 17. & 26. 45. Rom. 13. 12. 1 Pet. 4. 7 [n]. *Adventum* hîc intelligit, vel, 1. ad deiendum Hierosolyma [o]. Sed hoc facilè refellitur. Non enim tunc receperunt fideles fructum patientiæ suæ hîc promissum. Vel, 2. ad judicium extremum [p], ut rectè censent omnes alii Interpretes [q]: quod, licèt ab hoc tempore multùm distaret [r], *appropinquare* dicitur, tum quia paulatim propius fit [†]; tum, quia breve est tempus hujus seculi [t], sive comparatè ad æternitatem, sive apud Deum [v], cui mille anni sunt sicut dies, &c. 2 Pet. 3. 8 [x]. tum, quia propius est quàm speramus, Mat. 24. 50. tum quia propè est particulare cujusque judicium, sive tempus mortis [y].

9. *Nolite*, &c. Μὴ στενάζετε κατ᾽ ἀλλήλων, &c.] *Nè ingemiscite* (vel, *suspirate*, Be.) *alius adversùs alium, fratres*, P. Pi. Tre. ex Sy. E. sic Er. Il. Vulg. Idem est quod suprà 4. 2. *Nè invidete alii aliis* [z]. Est enim μετωνυμία. Nam Invidia solet alienis bonis ingemere. Respicitur autem non obscurè illud Gen. 4. 6. *Quare iratus es* [a]? *Gemitum* vocat querimoniam intestinam, non prorsus erumpentem [b]. *Gemitum* intelligit accusatorium [c], cùm quis animo ac gemitu (quod liberâ voce non audet) proximum, quem sibi molestum esse sentit, accusat & condemnat [d]; & de eo apud Deum expostulat, vindictámque in eum exposcit [*]. Qua in re multipliciter peccatur; per impatientiam: &, per usurpatum de proximo judicium [f]: &, quia est effectus superbiæ & φιλαυτίας, quasi indignum esset, nos quicquam pati, & indicium defectûs charitatis, Luc. 9. 54. Deo quoque imputat injustitiam, aut negligentiam, quasi nesciret quid & quando agendum: denique repugnat & Christi præcepto, Marc. 11. 25. & exemplo, Luc. 23. 34 [g]. Patientiam suadet non solùm in ferendis improborum injuriis, sed in dissimulandis & æquo placidóque animo tolerandis fratrum offensis ac infirmitatibus, nè eos apud se suóve judicio condemnent. Simile præceptum est Luc. 6. 37 [h]. Argumentum tale est, Patienter ferendæ vobis sunt injuriæ etiam ab iis qui intra Ecclesiam sunt; multò magis ab impiis Divitibus vobis illatæ [i]. Al. Sensus est, q.d. In injuriis & pressuris nolite nimis dolere, impatientiam ostendere, vobis mutuò irasci, &c [k]. Idem est acsi dixisset, μὴ καταστενάζετε ἀλλήλων, *nè ingemiscatis alius in*, vel *super, alium*; vel, *nè lugeatis vosmet ipsos invicem*. Κατὰ cum Genitivo *super* [l]. ¶ *Nè condemnemini*] i. e. Puniamini à Deo, ut Cain [m], ad pœnam vel temporalem, vel æternam [n]. Nè vindicta, quam aliis exoptatis, in vos recidat, juxta Mat. 7. 1 [o]. nè accusentur & damnentur omnes. Nemo enim est qui non aliquos læsit, sive offendit, & materiam præbet ingemiscendi [p]. ¶ *Judex* (nempe Christus [q]:) *ante januam*, &c.] Ut Mat. 24. 33. Marc. 13. 29. Sic

Plut.

Marginal notes (left): c Plerique in E. d Be. * Beda in Ga. Be. f Me. sic E. g E. h Ga. i Gom. k Ga. l Pi. m Ga. n Lor. in Ga. o Oecum. & Beda in Ga. p Oecum. Bed. Gagn. & Titelm. in E. Hugo, Aquin. Cathar. Salm. in Ga. G. Zeg. q G. r Q. in E. † G. t Bed. in E. v E. n Ga. o Be. Ga. ex Caj. &c. sic E. p E. q Gom. r Ga. † G. t Camer. in Ga. sic V. v Q. in Ga. x G. y Ga. ex Calv. sim. E. z Ga. ex Caj. a Ga. b Calv. c Ga. d Ga. sic G. E. * G. f E. Ga. g Ga. h E. G. &c. i E. Me. G. Ga. k G. l E. sic G. m E. n G. o E. p G. q E. r G. † Ga. t G.

Marginal notes (right): v E. x G. y Me. sim. z Er. V. Be. E. Pi. a G. b Pi. c Er. sim. E. c Me. d G. * E. † G. f G. g E. h Idem. i G. k Ga. l G. m G. sim. E. n G. o Oecum. in E. sic Ham. p Me. sim. E. q E. r Me. † E. t Me. sim. E. Ga. v Ga. x E. Me. Ga. y Ga. z G. sic Ham. a G. b E. c E. ex Calv. Ga. ex Cathar. d E. * Calv. sic Ga. f E. g Ga. h E. i Dic. k Me. sim. L. & Lor. in Ga. l Kn. m G. n E. o Ga. sic Calv. p Calv. q E.

Plut. πυρετῷ περὶ θύρας ὄντος [r]. [Sensus,] In proximo est †, qui has imprecationes præstabit [t]. Idem sensus qui Gen.4.7. *Peccatum in foribus cubat.* Etiam hoc respicit pœnas Judaicæ genti jamjam imminentes [v].

10. *Exemplum*, &c. Ὑπόδειγμα—τῆς κακοπαθείας, &c.] *Sumite—pro exemplari* (Ad quod vosipsos fingere debetis, ut Joh. 13. 15 [x].) *afflictionis*, (vel, *laboris*, Vulg. G. *vexationis*, G. ex Gloss. Ga. ex Steph. Be. vel, *tolerationis malorum*, Ga. sic Vor. Adjectivum hîc in compositione non adjunctum, sed objectum, declarat [y]. Κακοπαθεῖν est *malis vexari*, ut infrà v. 13. & 2 Tim.2.9 [z]. Hinc κακοπάθεια, Mal.1.13. 2 Macc.2. 26, 27. Utitur Cebes, & alii. De his malis quæ Prophetæ pertulerunt vide Heb. 11. 35, &c [a].) *ac patientiæ*, (de μακροθυμίᾳ vide suprà ad v. 4. & Col. 1. 11 [b]. hîc est *constans in adversis patientia*, ut Heb.6.12 [c].) *prophetas qui loquuti sunt* (Nempe ad populum, seu futura prænuntiantes, seu revocantes eos à peccatis ad Deum ac verum ejus cultum [d]:) *in nomine* (i.e. ex mandato *:) *Domini*, Pi. &c. i.e. Dei [f]. Nam quanquam Κύριος in N. F. de Christo solet dici, tamen ubi agitur de rebus V. T. solet more LXX Interpretum poni pro יהוה, quod legitur אדוני, ut Mat.1.22. & 2.15. & 3.3. Act.2.21. & 3.22. & 15.17. & alibi [g]. Hoc addit, ut indicet, eos ob justitiam passos fuisse, &c †.

11. *Beatificamus* (vel, *Beatos dicimus*, Val. Er. V. sic Be. Pi. sive *prædicamus*, Be. G. Pi. ut Luc. 1.48 [h]. μακαρίζειν, אשר, Gen.30.12. Num.24.17. Job.29.11. Hinc μακαρισμὸς, Rom.4.6.9 [i].) *eos qui sustinuerunt*; ità G. ex Sy. Τοὺς ὑπομένοντας] *Eos qui sustinent*, Er. vel, *tolerant* afflictionem, Pi. vel, *tolerantes sunt*, Be. MS. habet ὑπομείναντας, quod rectius. [Sensus, q. d.] Laudamus adhuc constantiam eorum qui talia mala pertulerunt; μακάριος ὁ ὑπομένων, Dan.12.12 [k]. ¶ *Sufferentiam* (vel, *Patientiam*, Er. V. &c.) *Job*] Viri extra Israelem geniti & conversati [l]; Amissis liberis ac bonis, torto per gravissimos dolores corpore, amicis eum calumniantibus. Est enim vera hæc historia, sed tractata Poeticé [m]. Historia est rei gestæ, non argumentum confictum exhortationis, aut doctrinæ, causâ, veluti fit in comœdiis ac tragœdiis, ut Anabaptistæ volunt, & veteres quidam Hebræi. Nam ficta exempla seriò non monent. Vide & Ezec.14.14 [n]. Qu. Cur commendat patientiam Jobi, qui multa impatientiæ signa edidit? Resp. Quia etsi interdum labasceret aut tumultuaretur, semper tamen huc rediit, ut se totum Deo permitteret, séque ipsi frænandum ac regendum offerret [o]. ¶ *Et finem* (i.e. exitum, lætum sive felicem [p]. Synecd. gen. [q].) *Domini* (i.e. vel, 1. Christi, qui passionem suam, quæ hîc *finis* vocatur, ut ἔξοδος, Luc. 9. 31. summâ patientiâ sustinuit [r]. Ex fidelibus autem adhuc supererant qui spectatores fuerant passionis Christi †. Vel, 2. Jobi [t]. Est hîc Genitivus Causæ [v] efficientis [x], ut *gratia Dei*, Act. 11. 23. i. e. finem sive exitum, non quem Dominus habuit [y], sed quem ei Deus dedit [z]; bonam ac firmam valetudinem, plurimos ac florentes liberos, famam, & honores, & divitias [a]:) *vidistis*] Nempe oculis mentis vestræ [b], legendo cognôstis [c], ea de re certò edocti [d]: vel, audivistis, ut Exod.20.18. *videbat voces* *. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι πολύσπλαγχνος—καὶ οἰκτίρμων] Horum prius ad Affectum referri videtur, ut & σπλάγχνα Luc.1.78. alterum ad Actus affectui congruentes. Sensus idem Exod.34.6. 2 Sam.24 14 [f]. *Nam valde misericors*, &c. Pi. &c. Sicut ergò illi erat liberator & remunerator, sic & vobis erit [g].

12. *Ante omnia*] i.e. Præ cæteris ad hoc attendite [h]: Magnâ vigilantiâ opus est ob contrariam consuetudinem [i], non facilè evellendam: Judæi valde proni erant ad juramenta. Quæ autem valde caveri volumus, ea dicere solemus *cavenda ante omnia* [k]. Dehortatur Jacobus ab impatientia, & effectis ejus, sive quoad homines, ut v. 9. sive quoad Deum, ut h. l. Hoc autem peccatum summum esse monet, non simpliciter, quasi majus esset adulterio, homicidio, &c. sed comparatè cum reliquis impatientiæ fructibus, de quibus v. 9. q.d. Si forsan impatientia vos murmurare faciat, &c. cavete imprimis nè vos abripiat ad abusum nominis Dei [l]. ¶ *Nè jurate*] Nempe promittendo aliquid de re incerta. Non quòd non & assertorio juramento abstinendum sit, quantum Dei honos & superiorum jussa id sinunt; sed quia de eo hîc non agi sententiæ nexus ostendit. Etiam Esseni à talibus juramentis abstinebant, & eorum exemplo Pythagorici. Vide quæ diximus ad Mat.5.33, &c. & De J.B. & P.2.13, 21 [m]. Prohibetur autem juramentum, non simpliciter & absolutè [n], nam alibi à viris sanctissimis & V. & N.T. usurpatur, Gen.21.23, &c. & 26.28. 1 Reg.17.1. 2 Cor.1.23. Gal.1.20. 1 Thess.3. 5,10. & usus illius à Deo permittitur ac probatur, Exod. 22.8,10,11. Levit.5.4. Num. 5. 19, 20. Psal. 15.3. Prov.18.18. Heb. 6. 16. sed juramentum præceps ex impatientia ortum, 1 Reg.19.1,2. temerarium, Levit. 5.2. Jer.5. 2. usitatum [o], sive in familiari & quotidiano sermone [p], Mat.5.37. vanum & sine justa causa [q]. A juratione semper & omnino abstinendum, quoad à nobis fieri potest, & nisi justa necessitas compellat [r]. Non jurandum leviter & temerè †. Est enim in eo prophanitas & atheismus [t], irreverentia nominis Divini [v], contemptus animæ nostræ indignitas in Deum, quòd ab hominibus irritati in faciem Dei involant [x]. ¶ *Neque*, &c. Μήτε τὸν οὐρανὸν, &c.] Subauditur νὴ· quanquam Græci dicant ὀμνύναι & τὸν Δία, & νὴ τὸν Δία [y]. Hæc juramenta tunc usitatissima erant [z], apud Judæos [a], sive quòd sic non putarent peccari in Præceptum tertium [b]; sive quòd illa sine magno peccato violari posse crederent [c]. Judæi superstitiosiores ad vulgaria juramenta non disertè *Dei* nomen usurpabant, sed res alias, ut *Cœlum* & *Terram*. Sed his quoque abstineri vult Christus. Nam sicut Ulpianus dixit *eum qui per salutem suam jurat, videri Deum jurare, quia respectu Divini nominis jurat*; ità qui Cœlum jurat, precatur, si fallat, Cœlum sibi insalubre; & qui Terram, terram infrugiferam: quæ omnia à Deo pendent [d]. Peccatur in hujusmodi juramentis, sive, 1. respectus in iis habeatur ad Deum; sive, 2. Res tantùm ipsas respiciamus, non Deum. Sic enim graviùs peccatur. Per creaturas directè jurare, simpliciter illicitum est, quia in eo creaturis tribuimus quod Deo proprium est, quòd scil. corda nostra sciant, quòd animis nostris superiores sint. Juramentum est pars præcipua cultûs Divini, Deut.6.13. Jer. 5.7. & species invocationis *. Est corruptela idololatriæ affinis quum vel judicandi potestas, vel testimonii probandi authoritas, istis defertur [f]. ¶ *Neque aliud*, &c.] Putà per Hieros. per Templum, vel Altare, per κεφαλὴν, per Caput suum, Mat.5.35. & 23. 16, 22 [g]. μὰ νεφέλας, μὰ δίκτυα, μὰ παγίδας, μὰ τὰ λάχανα, in Suid. Fit autem mentio creaturarum obliquè in juramentorum formulis, vel, 1. per obtestationem, quatenus Dei gloria in eis relucet, ut *per cœlum*, &c. vel, 2. per oppignerationem, per res nobis charas, & *per caput*, *per animam*, &c. vel, 3. per execrationem, ut *per hunc panem*, q.d. hic panis sit mihi venenum [h]. ¶ *Sit—Est Est*, &c.] i.e. Affirmatio vestra, vel Negatio, sit simplex & nuda [i], dicendo vel *Est*, vel *Non* [k], non jurata [l]. Al. Constanter & simpliciter & vera affirmate, & falsa negate [m], tum in dictis, tum in promissis. Ità fiet ut absque juramentis fidem mereamini [n]. Quod verbo promittitis, id facto implete, sive id in agendo, sive in non agendo, consistat. Ναὶ & Promissum significat, & Promissi implementum; ut videre est 2 Cor.1.18,19,20. Est igitur hîc πλοκὴ, ut in simili dicto Judæorum, *Justi* אין est אין, *& Non est Non.* Illud אין est promittentis, ut ναὶ vel μάλιστα Græcis [o]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε] Sic legunt Sy. & Ar. & Latinus [p], & unus cod. vet. MS [q]. & cod. Roberti, & in margine Biblia Regia [r]. [Sic autem vertunt:] *Nè incidatis in condemnationem*, Be. sic Il. P. Pi. Me. vel, *sub judicium*, Tre. ex Sy. E. sic Vulg. nempe condemnationis †, ob legem Dei de non jurando violatam [t]. Ne rei sitis judicii, temerè jurando [v]. Κρίσις pro κατάκρισις ‖. Alii legunt, Ἵνα μὴ εἰς ὑπόκρισιν πέσητε, ut habet editio Complut [x]. [Sic G. Vor. &c. Sic autem reddunt:] *Ut nè in simulationem incidatis*, Er. Ti. Ca. Ar. i.e. Nè deprehendamini simulatores probitatis [y]. Nè inveniamini mendaces. Sic *nè mentiar*, Prov.30.9. Nam ὑπόκρισις pro *mendacio* sumitur 1 Tim.4.2. & ὑποκρίνεσθαι pro *mentiri*, Prov.16.28. in versione Symmachi, & ὑποκριτὴς pro *mendace*, Job.34.30. & 36.13. Videtur hæc locutio non bene percepta causa fuisse alterius lectionis [z].

13. *Tristatur*, &c. Κακοπαθεῖ, &c.] Hortatus erat ad patientiam,

[Margin, left column:] r Ga. · † E. sic Me. · t Calv. · v G. · x G. · y Vor. · z G. Ga. · a G. · b Ga. · c G. · d E · * Pi. E. Ga. G. · f E. G. · g G. · † E. · h Pi. · i G. · k Idem. · l E. · m G. · n E. · o Calv. · p E. Pi. · q Pi. · r E. ex Aug. & Bed. · † E. · t Ga. E. · v G · x Pi. Ga. · y Ga. · z G. sic Be. Pi. Me. ex Sy. · a G. · b E. · c G. · d Ga. · * D. · f G. · g E. · h D. Ga. sic E. · i E. · k G. · l Ga.

[Margin, right column:] m G. · n E. Ga. · o Ga. · p E. Ga. · q Ga. · r E. · † T. · t Ga. · v E. Ga. · x Ga. · y Pi. · z Ga. · a E. Ga. · b Ga. · c Ga. sim. E. · d G. · * Ga. · f Ga. ex Calv. · g G. · h Ga. · i E. · k Pi. · l E. · m Ca. · n Q in E. · o G. · p G. · q Be. · r E. · † E. sic Me. · t E. · v Di. · ‖ Pi. · x Vor. · y V. · z G.

patientiam, ostendit jam quomodo comparanda sit, & qualis esse debet, non cum tetrico silentio conjuncta, sed quæ se prodit sanctis exercitiis, &c[a]. [Sic reddunt:] *Affligitur* (vel, *Mali aliquid patitur*, sive corpore sive animo[b]: *Æger est animo*, Be.) *aliquis inter vos?* Pi.&c. *Si quis premitur adversis*. Vide suprà v. 10[c]. ¶ *Oret*] Ut indè robur ad sustinenda mala, & solatium aliquod, reportet[d]; quia levamine eget[*]. Exempla habes Mat. 26.39. Act. 21.5[f]. ¶ *Æquo*,&c. Εὐθυμεῖ τις;] *Lætus est quis?* Ca. sic Tre. ex Sy. Ar. Æth. Si quis lætatur ob accepta à Deo bona. Sic εὔθυμοι γενόμενοι, Act. 27.36[g]. *Bono* (vel, *Æquo*, Er. Il. Ti. P. Be. Mo. Vulg. i. e. hilari, pacato, tranquillo[h]:) *animo est aliquis?* Pi. i. e. Si quis prosperitate gaudeat[i]. ¶ *Psallat*] i.e. Deo gratias agat etiam cum cantu[k]. Vide 1 Cor. 14.15. Eph. 5.19. Ψάλλειν propriè est *fidibus canere*, sed latiùs sumitur apud nostros[l].

14. *Infirmatur*, &c. Ἀσθενεῖ, &c.] *Ægrotat* (vel, *Infirmus est*, Ga.) *aliquis inter vos?* Be. Pi. *Si quis ægrotat*. Ità verbum hoc sumitur Matth. 10. 8. & 25. 36. Marc. 6. 56. Luc. 4. 40. Phil. 2. 26, 27. Syrus, *in dolore est*. Respondet Heb. חלה, ut videre est Prov. 22. 35. Quod hîc est ἀσθενεῖν, mox est κάμνειν[m]. ¶ *Inducat*, &c. Προσκαλεσάσθω, &c.] *Accersat presbyteros Ecclesiæ*, Pi. E. &c. Non omnes[n], sed eos qui dono sanationum præditi erant[o]. Intelligit, vel, Pastores aliósque qui Ecclesiæ præsunt[p]: vel, Episcopos[q], quorum munus erat visitare ægrotos[r], aut Sacerdotes alios†, ab Episcopo ritè ordinatos[t], & ad hoc officium ab ipso delegatos[v]. Qu. Cur dicit *presbyteros* de uno loquens infirmo[x]? Resp. 1. Tanto tunc studio curabatur fidelium salus, ut plures ad infirmum concurrerent[y]. Solent ad hanc rem in Oriente adhiberi Presbyteri septem[z]. 2. Multi erant Presbyteri, sive Episcopi, non quidem in una urbe, sed in tota hac Ecclesia dispersorum Judæorum; nec tenebatur ægrotus unus plures, sed unum aliquem ex iis, accersere[a]. 3. Est hîc Enallage numeri, ut Marc. 15. 32. *latrones*, pro uno latronum[b]. ¶ *Et orent super*, &c. Ἐπ' αὐτὸν] Pro αὐτῷ[c]. *Super eum*, Vulg. Ga. V. i. e. ejus nomine[d]. Forsan respicit ritum impositionis manuum in sanando adhibitum[*]. *Pro ipso*, G. Be. Pi. ¶ *Ungentes eum oleo in nomine Domini*] i. e. Vice Christi, vel à Presbytero tanquam Christi ministro[f]: vel, invocato nomine Domini[g]: vel, ex instituto Christi, Marc. 6. 13. nempe, quia Oleum apud Hebræos Divinam gratiam significabat: ut & Manuum impositio, quæ & ipsa circa ægrotos adhiberi solebat, Marc. 16. 18. Act. 28. 8. Omnia autem ista fiebant *in nomine Christi*, Marc. 16. 17. Act. 3. 6, 16. & 19. 13. Proculus Christianus Severum Imperatorem per oleum aliquando curavit. Testis Tertul. ad Scapulam[h]. Hunc autem locum intelligunt, vel, 1. de naturali sanatione per oleum, quod in Oriente præstans erat & copiosum & sanandis corporibus utile[i]. Sed sic medicos potiùs quàm Presbyteros advocari juberet[k]. Verùm Presbyteros advocari vult, ut cum corporali hac medicina conjungerent spiritualem, nempe admonitionis, consolationis, & orationis. Erat hæc ægrotorum unctio medica usitatissima apud Judæos, ut refertur in Talmude tum Jerosf. tum Babyl. [verba vide in Li.] Huic autem adjungebant Judæi incantationes, ut Jerosf. Talm. testatur. Noluit autem Jacobus salutaris hujus medicinæ usum aboleri propter hunc abusum, sed pro impiis his incantationibus præscribit Presbyterorum orationes, &c[l]. Vel, 2. de Sacramento Extremæ Unctionis[m]. Sed obstat, 1. quòd Sacramentum illud, juxta Pontificios, non corpus, nisi raro admodum & præter finem Sacramenti, sed animam, curat. At hîc agi constat de sanatione corporis, ut ostendunt voces ἐγείρειν, *excitare*, σώζειν, *servare*, κάμνοντα, *laborantem*; deinde verò de sanatione animæ[n]. 2. Extrema Unctio illis tantùm confertur qui morituri sunt, & de quorum vita desperatur, ut sit viaticum abeuntibus è mundo. At hæc unctio sanitati recuperandæ destinatur[o]. Vel, 3. De dono illo sanationum, quod illo tempore vigebat[p], Mat. 10. 8. 1 Cor. 12. 28, 30[q]. Hæ autem sanationes patratæ sunt modò solo verbo, ut Act. 9. 34, 40. & 14. 10. & 16. 18. modò apprehensione manûs & amplexu, Act. 3. 7, 16. & 20. 10. modò impositione manûs, ut Marc. 16. 18. Act. 9. 17. & 28. 8[r]. modò hâc unctione, ut Marc. 6. 13†. Sed huic sententiæ obstat, 1. quòd reliqua in hac Epistola præcepta sunt perpetua: Ergò & hoc[t]. Resp. Quædam & Pauli præcepta sunt temporaria, ut illa de Prophetia, 1 Cor. 14. & de habitu mulieris prophetantis, 1 Cor. 11[v]. 2. Nec soli, nec omnes, Presbyteri hoc donum habebant. Non ergò Presbyteri accerserentur, sed ii qui dono illo pollebant[x]. Resp. Donum illud maximè vigebat in Senioribus[y]: Et in genere dona miraculorum Ministris inprimis data sunt, ut doctrinam à se traditam miraculis confirmarent[z]. 3. Gratia miraculorum non se extendebat ad effectus spirituales, quos habet hæc unctio[a]. Resp. Non unctio, sed oratio ei adjuncta, hos effectus habuit: deinde sanationes corporum miraculosas sæpe comitabantur & sanationes animorum, ut Matth. 9. & alibi sæpe[b]. 4. Unctio hæc erat fidelium. At miraculorum usus potissimùm erat ad convertendum infideles[c]. Resp. Miraculosa hæc sanatio, licèt in fidelibus patrata, aptum tamen erat medium ad convertendum infideles[d]. 5. Si penes Presbyteros fuisset quosvis ægrotos sanare, nemo tunc mortuus esset[*]. Resp. Non ità habebant illi hoc donum, ut sanarent quos & quoties vellent, sed quoties id expediebat gloriæ Dei, & saluti ægroti; cujus rei indicium erat penes Spiritum quo ducebatur is qui dono illo præditus erat[f].

15. *Et oratio* (Tam Presbyterorum quàm ipsius ægrotantis[g]:) *fidei* (i. e. fidelis[h], fide subnixa[i], à fide profecta[k]. Genitivus efficientis[l].) *salvabit* (salute corporis[m], ut ferè omnes accipiunt, quia de infirmitate corporali loquitur: quæ tamen ad salutem animæ hîc referenda est[n]. Σώζειν hîc sumitur quomodo σώζεσθαι, Mat. 9. 21, 22. & 14. 30. Marc. 6. 56. & alibi sæpe[o]: *sublevabit*, vel, *sanabit*, Cam.) *infirmum*, Τὸν κάμνοντα] *Ægrotum*, Tre. ex Sy. sic Pi. Cam. *Laborantem*, Er. P. Mo. Ca. Be. Pi. E. &c. Notat periculum ægrotantis, tanquam deficientis, ac morbo succumbentis[p]. *Salvabit*, nempe, nisi aliter ei expediat ad salutem æternam. Vide 2 Cor. 12. 9. 1 Tim. 5. 23. 2 Tim. 4. 20[q]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐγερεῖ, &c.] *Et eriget* (vel, *allevabit*, V. Zeg. E. i. e. revelabit, exonerabit, dolorem scilicet mitigando[r]; vel, *excitabit*, Cam. Sic Marc. 1. 31, הקים. Locutio indè quia qui graviter ægrotant solent cubare. Hinc & Latini *surgere* dicunt eos qui sanitatem recuperant†.) *eum Dominus*, Me. Nempe Christus[t], in cujus nomine unctus fuit[v], non Presbyter[x]. ¶ *Et si*, &c. Κἂν — ᾖ πεποιηκώς] *Quòd si peccata commiserit*, Be. Pi. &c. Propter quæ plerumque immittuntur morbi[y], Matth. 9. 2. Joh. 5. 14. 1 Cor. 11. 30[z]. non tamen semper, Joh. 9. 2[a]. Sensus, Si peccando contraxit morbum illum. Nam afflictiones non sunt semper castigationes, sed interdum probationes[b]. ¶ *Remittentur ei*] q. d. Causâ remotâ morbus cessabit, aut ad salutem cedet. Aptè hoc addit ad consolationem infirmi. Sic David morbo afflictatus peccatorum veniam petit, Psal. 6. & 38[c]. Al. *Remittentur ei*, nempe ad certum effectum, nè à morbo absorbeatur. Cæterùm debebat is qui sic erat sanatus pro peccatorum modo pœnitentiam sumere ab Ecclesia, & sumptum implere, & sic ad plenum jus communionis recipi[d]. Sensus loci est, q. d. Non modò curabit Dominus morbum corporis, sed etiam morbum animi[*]. Al. Non dicit ἀφήσει, *remittet*, *Dominus* scilicet, sed impersonaliter ἀφεθήσεται, q. d. *absolutio*, sive *remissio*, *dabitur ei*; non tam à Deo, quam à Presbyteris, qui ægroto graviora peccata ipsis confitenti & emendationem sanctè pollicenti, Absolutionem dare tenentur, &c[f].

16. *Confitemini*, &c. Ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα] In MS. additur οὖν, quo hoc cum superioribus connectitur, non malè. Nec aliter Latinus legit[g]. *Confitemini alii aliis* (vel, *mutuò*, Val. *vobis invicem*, Er. *invicem alius alii*, Er.) *lapsus*, Pi. E. vel, *offensas*, Be. *errata*, Er. V. E. *delicta*, V. Agitur hîc, vel, 1. De mutua offensarum confessione ac pœnitentiæ professione, ad fratris læsi reconciliationem, de qua sermo est Matth. 5. 25[h]. Luc. 17. 4. Col. 3. 13[i]. Et quia multorum mutuæ sunt injuriæ, jubet ut eas mutuò libenter fateantur & condonent[k]. Vel, 2. De peccatorum confessione fratribus facta[l], vel, Consilii causâ, ut peccata curent atque in posterum evitent; vel, Auxilii causâ[m], ut eorum intercessione veniam consequantur[n]. Admonet ergò, hanc Confessionem nobis utilem esse, quia qui necessitatis nostræ

nostræ conscii sunt, ad orandum pro nobis incitantur [o]. Efficaciter orat Ecclesia pro peccatis sibi cognitis, adhibens simul idonea remedia malo, nè in id recidatur. Vide quæ ad Matth. 3. 6. Act. 19. 18. & quæ Maim. De Pœnitentia [p]. Vel, 3. De Confessione ægroti, generali saltem, sive de omni delictorum suorum genere, Presbyteris facienda, ut iis se probet, & ab iis Absolutionem accipiat [q]. Vel, 4. De Confessione peccatorum sacramentali [r], sive auriculari & secreta, quâ tenentur omnes in Papatu semel in anno proprio suo Sacerdoti secretò in aurem singula peccata exactè cum omnibus circumstantiis enumerare, ídque necessariò, & ex jure Divino, ut statuunt Pontificii †. Cui obstat, 1. quòd ἀλλήλοις dicit, id est, *vobis invicem*; non Sacerdotibus [t], sed alter alteri [v]. Sed hoc non denotat h. l. mutuò [x], sed q.d. Non soli Deo, sed homines hominibus, &c. Sic vox, ἀλλήλοις, alibi sumitur, ut Eph. 5. 21. *subjecti invicem*, i.e. quique superioribus suis: & 1 Pet. 4. 9, 10. *hospitales esse invicem*; nempe, vos qui domum habetis recipite tecto indigentes [y], *unusquisque—in alterum*, &c. nec tamen imperiti doctos erudire possunt [z]. Et talia verba exponi debent apposite ad subjectam materiam [a]. Verùm dona illa mutua esse poterant, vel specie, ut hospitalitas, vel, saltem genere, ut v. g. pro prædicatione gratia referatur, juxta Rom. 12. 5, 6. Gal. 6. 6. Et si vox ità alibi intelligenda esset, hîc tamen propriè accipiendum docent, & verba seq. & analogia Scripturæ [b]. 2. Quod sequitur, *orate pro invicem* [c]. Denique Confessionem hanc aut juris Divini esse, aut h. l. intelligi, negant quidam Pontificii, testibus Greg. de Valent. & Lorino [d]. ¶ *Et orate* (Et privatim, & publicé *:) *pro invicem*] i.e. Alii pro aliis [f], Presbyteri pro infirmis [g]; vel, generaliùs intelligendum [h], firmi pro infirmis, justi pro iis qui peccata confessi sunt [i], stantes pro lapsis [k]. ¶ *Ut*, &c. Ὅπως ἰαθῆτε] *Ut sanemini*, Be. Pi. Tum corporaliter [l], ut sanitatem recipiatis [m]; tum, præsertim spiritualiter, ut Matth. 13. 15. Luc. 4. 18. Heb. 12. 13. 1 Pet. 2. 24 [n]. Ut vos lapsos Deus à peccatis repurget [o]. Non enim omnibus id contingit [p]. *Sanitas* in Scriptura sæpe ad animam refertur [q]. Ut animi corporísque salutem consequamini [r]. ¶ *Multùm enim valet* (i. e. Magnam vim habet ad impetrandum †:) *deprecatio justi* (scilicet hominis [t]. *Justus* dicitur modò strictè, ut Eccles. 7. 20. Matth. 27. 19. Act. 3. 14. & 22. 14. modò latè, pro viro bono, ut Job. 1. 1. Matth. 1. 19. Luc. 1. 6. Talium duntaxat preces audit Deus. Vide Prov. 15. 8, 29 [v]. & quæ ad Joan. 9. 31 [x]. Ὅς κε θεῷ ἐπιπείθηται μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ [y]. Hinc apparet, partem præced. potissimùm ad justos dirigi [z].) *assidua*, Ἐνεργουμένη] Idem est quod ἐνεργής, Heb. 4. 12. & quod ἐκτενής, Act. 12. 5 [a]. *Efficax*, Er. Ti. V. Be. G. Me. *Operans*, vel, *cùm agit*, Er. V. *Ardens*, Pi. *Actuosa*, sive *Operosa*, Be. Pi. Me. *Intenta*, G. Er. V. *Constans*, vel *firma*, Cam. *Importuna*, Ga. id est, Zelo & ardore plena, non tepida, non temeraria [b]; non perfunctoria [c], non trepida [d], qualis illa Jac. 1. 6 *. non languida. Est hîc more Hebræo Participium pro Verbali ἐνεργής, 1 Cor. 16. 9. Philem. 16. Heb. 4. 12 [f]. *Incitata*, & quasi motu & impetu quodam agitata, unde ἐνεργούμενοι, qui à dœmonibus agitati; id est, vehemens, fervens, & diligens, quæ fit cum magno devotionis affectu [g], ex animo profusa [h]. Al. *Inspirata*, q.d. Oratio viri Dei, à Spiritu S. incitati, ut erant & Prophetæ cùm precarentur, & in N. T. qui pollebant dono miraculorum, efficacissima erit, & miram sanationem efficiet [i].

17. *Elias homo erat similis*, &c. Ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν] Occurrit hæc vox Act. 14. 15. & Sap. 73. Utitur Plato, Aristot. Theophrastus [k]. *Similibus*, sive *Iisdem quibus nos, affectibus*, sive *affectionibus*, sive *passionibus*, *obnoxius*, P. Be. Pi. Vor. sic Er. V. *Similiter ut nos passibilis*, E. vel, 1. corpore [l]; obnoxius erat, & morti & vitæ malis [m], & molestiis corporis, ut fami, siti, &c [o]. Vide 1 Reg. 17 [p]. Sic Act. 14. v. 15. ὁμοιοπαθεῖς, q.d. Non dii immortales, ut putatis [q]. Vel, 2. animo [r]; ut constat ex 1 Reg. 17. 20. & 19. 3, 4. Sic optimi quique viri timori, diffidentiæ, impatientiæ, obnoxii erant, ut Abrahamus Gen. 12. Moses, & alii, &c †. ¶ *Et oratione oravit*] i.e. Intentè, sive ardenter, oravit [t]. Repetitio Hebraica [v], seu Verbale verbo additum [x]; quod Vehementiam significat [y]. ¶ *Ut non*, &c. Τοῦ μὴ βρέξαι] Τοῦ, id est, ἕνεκα τοῦ. In Scriptura tantùm habemus prædictam ab Elia ἀνομβρίαν, & deinde imbrem [z]. *Nè plueret*, Be. Pi. &c. Qu. 1. Unde hoc habuit Jacobus? Resp. 1. Id colligere potuit ex 1 Reg. 17. 1. & 18. 42. *Stetit coram Deo*, id est, oravit: & *secundùm verbum meum*, quod scilicet à Deo postulavit [a]. 2. Hoc ex revelatione habuit [b]. 3. Traditio docuit hoc factum ad ipsius preces [c], & est id per se credibile. Nam & cultus Baalis passim receptus viro pleno ardoris pro Deo (talem enim eum fuisse tota ostendit Historia) extorsit pœnæ postulationem; & contrà populo ad meliora mutato facilè & ipse ad mitiora se vertit [d]. Qu. 2. Cur sic precatus est? Resp. In pœnam idololatriæ & horrendæ lanienæ Prophetarum atque Sanctorum, cujus rei erant Achabus & Israelitæ. Deinde hoc fecit Deo & dirigente & probante. Extraordinarium ergò hoc erat, nec nobis imitandum *. ¶ *Super terram*] Nempe, Israelis sive Decem tribuum [f], & confinia illius, ut Sarepta, 1 Reg. 17. Luc. 4. 25 [g]. Hujus ἀνομβρίας in Phœnicum historia meminit Menander, ut Josephus nos docet 8. 7 [h]. ¶ *Annos tres & menses sex*] Ut satis innuitur 1 Reg. 17. 18 [i]. Sic & Luc. 4. 25. ubi dicta vide [k].

18. *Rursum oravit*] 1 Reg. 18. 45 [l]. Post Sacerdotes Baaliticos interfectos, & populum ad Deum revocatum [m]. ¶ *Terra dedit*, &c. Ἐβλάστησε, &c.] *Produxit*, sive *Protulit*, Er. Il. Ti. P. Be. *Germinavit*, Er. V. Mo. Ca. Pi. Ἀνομβρία enim causa fuerat deliquii frugum, ut videmus 1 Reg. 18. 2. Adde Deut. 28. 12, 23, 24. Contrà pluvia tempestiva causa fœcunditatis, Esa. 30. v. 23. & suprà v. 7 [n].

19. *Si quis——erraverit à veritate*] id est, A recta vivendi regula, quæ hæc duo complectitur, sanam fidem, & sanctam conversationem [o]; vel, ab illa vitæ ratione quam præscribit Evangelium, quod eminenter *veritas* dicitur Rom. 15. 8. Gal. 2. 5, 14. & 3. 1. & 5. 7. Jac. 1. v. 18. 1 Pet. 1. 22 [p]. Monuerat eos, ut vel ipsi ab aliis peterent, vel, aliis præstarent, preces opémque in calamitatibus suis, ad salutem non solùm corporum, sed & animorum. Hoc Christianum officium h. l. ab optimis illius effectis commendat [q]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐπιστρέψῃ, &c.] *Et converterit*, &c. Be. Pi. Vulg. id est, in viam revocârit [r], adminicula scilicet à Deo ad conversionem instituta adhibendo †; orando, docendo [t], corripiendo, castigando [v], exemplo seu benefactis trahendo [x]. *Si quis eum* bonis monitis *abducat* ab injustitia, ab invidia, ab odio, à facilitate jurandi, & similibus. Sensus mysticus præcepti quod est Deut. 22. 1 [y].

20. *Ab errore viæ suæ*] i. e. Vitæ, morum, actionúmque suarum pravarum [z]. Omnis peccator judicio mentis aberrat [a], à via scilicet quam ipsi præscripsit Deus, & à via quæ unica ducit ad finem terminúmque à seipso destinatum; ídque ex ignorantia vel simplici, vel affectata [b]. ¶ *Salvabit animam*, &c.] MS. addit *ejus* [c]. Sed *anima* absolutè posita emphasin habet [d]. Causa erit salutis ei qui peccaverat. Par locutio Rom. 11. 14. 1 Tim. 4. 16. Judæ v. 23. Rectè autem *à morte eripi* dicitur non tantùm qui primùm ad Christianismum perducitur, sed & qui à vita vitiosa ad vitam Christianismo convenientem reducitur. Vide exemplum 1 Cor. 3. 15 *. Quot verba, tot sunt argumenta. *Servabit*: *Servator* suo modo est, salutis & verbum afferendo, Act. 13. 26. & viam monstrando, Act. 16. 17. Luc. 1. 79. Σωτῆρα, &c. *Qui mihi errata atque peccata mea monstrat magìs Servatorem meum duco quàm qui corpus ægrotum sanaverit*, ait Galenus [f]. *Animam*, id est, hominem [g], creaturam nobilissimam, & *animam*, partem hominis præstantissimam, & quod in anima optimum est, vitam scilicet [h]; *à morte*, & quidem æterna [i]. Et proinde nobilissimum est officium hoc servandi alios. Nam & bestiæ in foveam lapsæ ereptio opus est tam gratum Deo, ut illi & cultum suum posthaberi velit, Matth. c. 12. v. 7, 11 [k]. ¶ *Et*, &c. Καὶ καλύψει, &c.] Καλύπτειν, כסה, est *condonare*, ut videre est Psal. 32. 1. *Tecta sunt*, &c. Hoc sensu vir sapiens dicitur *tegere aliorum peccata*, in Thalmude titulo *Bathra*. sect. 8 [l]. *Et obteget*, sive *operiet*, (id est, occasio erit ut tegantur [m]; vel, efficiet ut Deus tegat [n]:) *multitudinem peccatorum*, Er. V. D. sic Be. Pi. &c. Pro testimonio hoc citat ex Prov. 10. 12 [o]. Potiùs eò alludit [p]: nam Salomon & Jacobus de diversis

[o] Calv. [p] G. [q] Ham. [r] E. † Lau. [t] Er. sic Caj. [v] Lau. [x] Q. in Gom. [y] E. [z] Q. in Gom. [a] T. [b] Gom. [c] Lau. Gom. [d] Lau. * Me. [f] E. [g] Q. in E. [h] Plerique in E. [i] E. [k] G. [l] Ga. [m] Beda in E. [n] Ga. [o] G. sim. E. [p] G. [q] E. [r] Me. sic T. † E. [t] Pi. [v] Ga. [x] G. [y] Ga. [z] E. [a] Ga. [b] Idem. [c] Be. [d] Ga. * Be. [f] G. [g] E. [h] V. [i] Ham. [k] G. [l] E. Ga. [m] G. sim. E. [o] E. sim. Ga. Me. [p] Ga. [q] E. [r] E. ex Beda, Ga. † Ga. [t] G. Pi. sic Be. E. [v] Be. [x] G. [y] G. sic E.

[z] G. [a] Q. in Ga. [b] G. [c] G. sic Ga. [d] G. * Ga. [f] G Ga. ex Aug. [g] Ga. [h] G. [i] Jun. [k] G. [l] G. sic E. [m] E. [n] G. [o] E. sim. T. [p] G. [q] Ga. [r] Be. † E. [t] T. sic E. [v] E. [x] T. [y] G. [z] Me. [a] E. Ga. [b] Ga. [c] G. [d] E. * G. [f] Ga. [g] Ga. sim. Pi. [h] Ga. [i] E. Ga. [k] Ga. [l] G. [m] D. [n] Pi. [o] Q. in Ga. [p] Calv.

versis rebus loquuntur [q]; ille de peccatis tegendis apud homines, hic de iis prorsus delendis apud Deum [r]. *Peccata* autem hic intelligit, vel, 1. sua †: q. d. Maximum hinc commodum obtinget non alteri tantùm, cujus anima servabitur; sed & sibiipsi [t], cujus peccata, quamvis multa ac gravia, coram Deo faciliùs obtegentur [v]: adeò gratum est Deo hoc opus, ut illud efficienti, si pœnitentiam & ipse agat, condonet peccata [x]. Obj. Sic homo diceretur peccata sua tegere, cùm hoc sit solius Dei opus [y]. Verùm nec sua nec aliena peccata propriè tegere potest, sed figuratè, quomodo de utrisque accipi possit [z]. Vel, 2. aliena [a], nempe, illius quem convertit [b]: q. d. In causa erit ut multa illi peccata ignoscantur [c]: Efficiet ut illa jam conversi peccata priora Deus dissimulet, & quasi extra conspectum suum ponat [d], Num. 23. 21. Psal. 32. 1, 5. Esa. 38. 17. non ità quòd illa non cernat, sed quòd non respiciat aut vindicet. *Quem pœnitet peccâsse, penè est innocens*, Seneca. Remittit Deus pœnitentibus omnia omnino peccata sua, Col. 2. v. 13. 1 Joh. 1. 7, 9*. Non placet hæc interpretatio. Sic enim posterius hoc membrum, *tegit peccata*, includitur in priore, *servabit animam*, neq; ei aliquid addit [f].

q Ga. r Calv. sim Ga. † Beda in E. Vor. Ham. Aquin. Rickel, Fevard. Orig & Damasc. in Ga. t Ga. v Vor. f. c Ga. x Ham. y Q. in Ham. z Ham. a Vor. b E. Ga. c Ga. d G. Ga. * Ga. f Ham.

SYNOPSIS
Criticorum aliorúmque Commentatorum
IN
I. EPISTOLAM PETRI I.

PROLEGOMENA.] Tempus scriptionis hujus Epistolæ incertum est, neque id scire multùm refert [a]. Assignari ei solet annus Christi 44 [b]. vel, 45 [c]. quâ ratione foret omnium Epistolarum Apostolicarum antiquissima [d]; vel, 65. ut colligi possit ex Judicio Dei in Judæos appropinquante, de quo vide 1 Pet. 4. 7, 12, 17*. Occasio scriptionis fuit adventus Sylvani sive Silæ ad Petrum [f], & dubitatio multorum an Petrus eadem cum Paulo & Sila doceret [g], & opinio Simonis Magi, Nicolai, & aliorum, qui fidem sine operibus prædicabant [h]. Scopus & argumentum erat, ut testificaretur, veram esse doctrinam illam quam de gratia Dei per Christum amplexi erant, ut colligi possit ex 1 Pet. 5. 12 [i]. & ut eos hortaretur, tum ad perseverantiam in hac fide [k], tum, ad studium bonorum operum [l]. Habet hæc Epistola τὸ σφοδρὸν (*fervorem*, seu *vehementiam*) conveniens Principi Apostolorum [m].

a Vor. b Ham. c Baron. in Ger. d Ger. *Li. chron. p. 147. f Ger. ex L. g Ger. h Aug. in Ger. i Pi. sim. Ger. k Pi. l Ger. m G.

CAP. I.

1. PEtrus] Idem nomen quod *Cephas*, sicut idem nomen Θωμᾶς & Δίδυμος [a]. [Vide Gom.] ¶ *Apostolus*, &c.] De quo vide Joh. 1. 43. & Mat. 4. v. 18, &c [b]. Non solent in Epistolarum initiis hanc suam dignitatem, sanè maximam, omittere Apostoli, ut indè etiam scriptis ipsorum sua constet, eáque maxima, auctoritas [c]. ¶ *Electis*] Scilicet ad fidem & gratiam [d]: iis quos Deus, aliis derelictis ac reprobatis, elegit ad vitam æternam *. Vel, Christianis, ut Rom. 8. 33. & 16. 13. Col. 3. 12. 2 Tim. 2. 10. Tit. 1. 1. infrà 2. 6, 9. Judæis scilicet: nam illis præcipuè destinatus erat Petrus. Est titulus sumptus ex V. T. in quo Israelitæ בחורים ἐκλεκτοὶ, Esa. 65. 9. & alibi. Ideo Apostoli idem nomen, & certè multò meliori jure, in Christum credentibus aptârunt, quos Deus sibi seposuit ad multò majorem sanctimoniam, ut jam sequetur. Vide Joh. c. 15. v. 19 [f].

a G. b Pi. c G. d Me. * E. f G.

Electi multis modis dicuntur, hîc autem ab æterno electi ad salutem, *secundùm præscientiam Dei*, &c. ut sequitur [g]. Al. *Electi* hîc idem valet quod efficaciter vocati, h. e. reipsâ ab impiis atque incredulis segregati. Confer Joh. 15. 19. 1 Cor. 1. 26 [h]. Tales autem Judæos hos fuisse judicavit Petrus, vel, ex judicio charitatis, quia notæ electionis in eis apparebant, vel, ex revelatione Spiritûs Sancti [i]. ¶ *Advenis*, &c. Παρεπιδήμοις διασπορᾶς] *Advenis* (vel, *Incolis*, E. Tre. vel, *Peregrè habitantibus*, G. sim. Camer. Zeg. Ca. Heb. תושבים, Gen. 23. 4. Psal. 39. 12 [k]. Vel, 1. metaphoricè, q. d. fidelibus qui hîc sunt peregrini & remoti à patria cœlesti [l]. Vide Heb. 11. 13. 1 Pet. 2. 11 [m]. Quod refellitur ex nomine *dispersionis* seq [n]. Vel, 2. propriâ significatione [o], à qua non temere recedendum est, saltem in inscriptione [p].) *dispersionis*, Mo. Be. Ti. Genitivus adjuncti [q]: vel, *dispersis*, P. Pi. *disseminatis*, Tre. ex Sy. *sparsim incolentibus*, Er. Il. Ti. V. Qu. 1. Quinam sunt ad quos Petrus hîc scribit? Resp. 1. Gentiles conversi [r]: quibus solis multa hîc scripta conveniunt; ut, 1. quòd Christum non viderunt, cap. 1. 8. 2. quòd *non populus* sint, c. 2. 10. 3. quòd illis adscribuntur & ignorantia, c. 1. 14. & idololatria, c. 4. 3. quæ utraque Gentilibus propriè competit; illa, Act. 17. v. 30. Eph. 4. 18. hæc, Gal. 4. 8. 1 Thes. 1. 9. & vita ad voluntatem Gentium acta, c. 4. 3. 4. illud οἱ αὐτοὶ, c. 2. 5. qu. d. Non tantùm Judæi, sed & Gentiles †. Resp. 2. Judæi [t]: 1. quia his meliùs congruunt multa hîc dicta, ut illud *advenis dispersionis*, collat. cum Jac. 1. 1. sed nec Gentiles erant advenæ sive peregrini in seq. regionibus; & paternarum traditionum mentio, c. 1. 18. & conversatio inter Gentes habita, c. 2. 12. & quòd urget eos authoritate Prophetarum, c. 1. 10. quæ Judæis, non autem Gentibus, sacrosancta erat: 2. quòd ad Judæos scripta erat Epistola posterior Petri, c. 1. 19. & 3. 15. ideóque & prior, ut constat ex 2 Pet. 3. 1. 3. quòd Petrus erat præcipuè minister Judæorum, Gal. 2. 7 [v]. Judæi porrò, antè conversionem & fidem, erant *non populus*, simpliciter scilicet seu omnino ratione vocationis & externæ

g Ger. h Vor. sim. Gom. i Gom. k G. l Q. in Gom. m Q. in Gom. G. n E. o Gom. sim. E. p Gom. q Pi. r Aug. Luth. Os. Hessel. &c. in Ger. † Q. in E. t Euseb. Hi. Oecum. Athan. & Baron. in Ger. Gom. E. Me. T. Be. v Al. in Ger.

externæ & internæ. Multi quoque ex illis, ut Regibus placerent & pericula vitarent, idololatriâ se polluerunt, ut docent Maccab. libri [x]. Resp. 3. Judæi principaliter, secundariò tamen Gentiles conversi, qui Judæis admixti erant, unámque cum iis Ecclesiam constituebant in his locis non minùs quàm Romæ, Corinthi, &c. quanquam Paulus, ut Gentium Apostolus, principaliter ad conversos Gentiles scripsit [y]. Qu. 2. Quænam fuit hæc Judæorum dispersio? Resp. 1. Illa facta post necem Stephani, Act. 8. 1 [z]. quæ certò hîc non est omittenda, de qua usurpatur vox διασπαρέντες, Act. 8. 4. & 11. 19 [a]. Verùm hæc dispersio fuisse dicitur *per Judæam & Samariam*, Act. 8. 1 [b]. Obj. At aliqui ex iis perrexerunt in Antiochiam, Damascum, Cyprum, Act. 9. v. 10. & 11. 19 [c]. Resp. 1. At illi pauciores erant quàm ut integras Ecclesias constituerent. Resp. 2. Illa jam olim ante Christum facta, in Assyr. Babyl. Ægypt [d]. cujus mentio fit Joh. 7. 35. Act. 2. 9, 10 [*]. Resp. 3. Διασποραὶ vocantur loci omnes in quibus Israelitæ extra patriam vivebant, quocunque tempore, quâcunque occasione, illæ migrationes evenissent; sive in bellis, ut per Tiglathphalasarum, Salmanas. & Nabuchod. sive ad vitanda mala interna, quibus de causis multi & in Syriam, & in Ægyptum, & in alia loca Romani Imperii, concessere [f]. Triplex erat Israelitarum dispersio, 1. Decem Tribuum per Salmanas. in Mediam, &c. 1 Reg. 17. 6. & 18. 11. 2. Duarum Tribuum per Nabuchod. in Babyl. & Mesopot. unde migrârunt in loca seq. *Pontum*, &c. 3. Per Ptol. Lagi in Ægyptum & Alexandriam [g]. Hujus dispersionis caput erant Judæi Babylonienses; quos vel ideo non nominat, quia è Babylone scribebat [h], 1 Pet. 5. 13 [i]. Sunt autem omnes quæ hîc nominantur regiones Romani Imperii, non Parthici, in quo erat Babylon. Falli puto eos qui aut duas tantùm putant dici διασποράς, aut Babylonem putant fuisse caput eorum Judæorum qui erant per Asiam parentem Romanis. Media, Hyrcania & longiùs sita erant sub Patriarcha Babyloniensi; at Ægyptus, Libya, & eis proxima, sub capite Synedrii Alexandrii. Alii erant omnes sub Principe, id est, נשיא, Hierosolymitarum, qui postea Tyberiade consedit. In Colchis jam olim quidam fuere gentis Israeliticæ ex deportatione Salmanas. & Nabuch. Sed hîc de Judæis agitur de quibus & Act. 2. v. 9. ubi & *Cappadociæ*, & *Asiæ*, mentio. Omnes isti non Chaldaicâ versione utebantur, sed Græcâ: & eâ linguâ eos allocutus est Paulus. Apud Philonem Agrippa meminit dispersionum Judæorum per Ægyptum, Phœnicem, Syriam, Pamphyliam, Ciliciam, Bithyniam, Pontum. [Verba vide in G.] Deinde, multis interjectis venit ad loca trans Euphratem. Babylone autem suo tempore nullos ait fuisse Judæos [k]. ¶ *Ponti*, &c. Πόντε, Γαλατίας] Quidam conjunctim legunt [l], ut Theod. & Oecum. *per Ponti Galatiam* [m], ut hæc opponatur Galatiæ juxta Celtas, quæ est Gallia Celtica [n]. Sed nusquam legitur *Galatia Ponti*. Nec Galatia Ponti regio est, sed ei adjacet à Meridie [o]. Al. *Ponti*, *Galatiæ*, E. Gom. Ger. &c. Duæ distinctæ hæ sunt regiones [p]. *Pontus* est regio maritima [q], quæ totam oram Ponti Euxini usque ad Colchidem complectitur [r], *Galatiæ* & *Cappadociæ* [regionibus] mediterraneis incumbens, ut ex Strabone liquet [†]. Ex hac regione Epistola hæc dicitur *ad Ponticos*, quomodo eam appellat Cypr. ex Tertul. In *Galatia* multi erant Judæi, ut ex epist. Pauli ad Galatas apparet. ¶ *Cappadociæ*] Vide ad Act. 2. 9 [t]. ¶ *Asiæ*] Non majoris, sed minoris [v]. Obj. At Pontus, Galat. Cappad. & Bithyn. erant regiones Asiæ minoris [x]. Resp. *Asia* & hîc & Act. 16. 6, 7 [y]. Synecdochicè accipitur [z], & specialiter [a], pro Ionia [b], seu regione circa Ephesum [c], *quæ specialiter Asia vocatur*, inquit Hieron. vel potiùs Euseb. De locis Actorum Apost [*]. in qua erant [&] septem illæ civitates, Apoc. 1. 11 [d], & totus ille terrarum atque insularum tractus qui complectitur Troadem, Phrygiam, Lydiam, Cariam, Lyciam, Mæoniam, & Ioniam [†], & in qua plurimi erant Judæi, teste Josepho, 12. 3. & 14. 17. & 16. 3. Vide ad Act. 6. 9. & 19. 2, 8, 10, 13, 33 [*]. ¶ *Et Bithyniæ*] Quæ vicina Ponto, Galatiæ, & Asiæ sic peculiariter dictæ [*]: quæ in exordio Ponti Thraciæ adversa [f]. Vide Geographos [g]. Petrus autem ad has Provincias scribit, vel, 1. quòd vivâ voce illis antè prædicavit [h]; ut ex eo colligitur quòd in ὑπομνήσιν, &c. scribere se dicit, 2 Pet. 1. 12, 13. & 3. 1. confer & 2. 15 [i]. vel, 2. quia graves ibi persecutiones excitatæ erant [k]. Qu. Cur nulla hîc mentio Babylonis, quæ caput erat hujus dispersionis [l]? Resp. Quòd ibi præsens erat [m], & indè hanc Epistolam scripsit, c. 5. v. 13 [n].

2. *Secundùm*, &c. Κατὰ πρόγνωσιν — ἐν ἁγιασμῷ — εἰς ὑπακοὴν ἢ ῥαντισμὸν, &c.] Referendum hoc, vel, 1. ad illa, *Apostolus*, &c. qu. d. Apostolus ex Dei voluntate constitutus [o]; vel, 2. ad illud, *electis* [p], per Trajectionem [q], ut illa, *advenis dispersis*, &c. parenthesi includantur [r]; ut quæ hîc sequuntur accipere nos cogunt [†]. *Electos* autem hîc vocat efficaciter vocatos, & à mundo segregatos [t], ut Joh. 15. 19. Meton. efficientis [v]. [Locum sic reddunt:] *Electis* (vel, *Dilectis*, Er. P.) *ex præcognitione*, sive *prænotione*, sive *præscientia*, (vel, *præscito*, Ca. *in præscientia*, Trc. ex Sy. *juxta præscientiam*, sive *prænotionem*, Ti. Pi. Mo. sic Vulg. *prout attinet ad præscientiam*, Ar. *juxta præfinitionem*, Er. *juxta præordinationem*, Er. V. *juxta prædilectionem*, vel, quod eodem recidit, providentiam, seu benignam ordinationem [x]. Πρόγνωσις hîc significat, vel, 1. præscientiam nudam [y], quâ Deus elegit, seu salvare decrevit, quos prævidit credituros, &c [z]. vel, 2. decretum antecedens [a], & æternum [b], de servandis electis [c]: vel, Dei consilium destinatum [d]; providentiam [*], non nudè speculativam, sed practicam, quæ voluntatem Dei includit [f]: vel, prædestinationem [g], quâ Deus elegit eos ad fidem & gratiam [h], & media opportuna [i], quibus ad justitiam & salutem perducantur [k]. *Præscientia* enim Dei, quum in bonis ponitur, idem est cum *prædestinatione*. Nihil enim boni prævidet Deus, quod ipse non sit facturus [l]. Sic usurpatur hæc vox Rom. 8. 29. & 11. 2 [m]. & Act. 2. 23 [n]. & 1 Pet. 1. 20 [o]. Sic & verbum simplex *scire*, pro *diligere*, approbare [p], ut Psal. 1. 6. Mat. 7. 23 [q]. Quin & Latinis *scita* dicuntur Decreta, & *cognitores* Judices [r]. Idem [hîc] sensus qui Eph. 1. 4 [†]. Alia lectio habet πρόθεσιν, *propositum* [t].) *Dei Patris*, (Qui electionis efficiens est & author, non exclusivè ad Filium & Spiritum S. sed per excellentiam quandam, quâ ad illum, ut primam ordine personam, à qua reliquæ duæ personæ originem habent, actiones Divinæ ferè referri solent [v]. Al. *Pater* hîc accipi potest, tum notionaliter, ut primam personam significet; tum essentialiter, ut significet Deum, qui tribus personis est communis. Hic enim est Pater respectu Angelorum, hominum, & reliquarum creaturarum [x].) *per sanctificationem* (ἐν ἁγιασμῷ pro δι' ἁγιασμοῦ, ex Hebraismo [y]; h. e. quâ Spiritus S. corda sanctificat per Evangelii prædicationem, juxta Joh. 17. 17 [z]. Sic exprimitur causa instrumentalis salutis, quæ est ministerium Verbi & Sacramentorum, quod est *ministerium Spiritûs*, 2 Cor. 3. 6 [a]. vel, notatur causa formalis nostræ electionis, h. e. efficacis vocationis ad Christum [b]. vel, *in sanctificatione*, ut legunt Beda & quidam cod. Latini, ut sit hic Hypallage, *in sanctificatione Spiritûs*, pro, *in spiritu sanctificationis*, h. e. sanctificante [c]: vel, *in*, sive *ad*, *sanctificationem*, Be. Zeg. G. Vulg. Me. T. V. id est, εἰς ἁγιασμὸν [d], ut sanctificentur [*]; vel, ad separationem à mundi impuritate usûque communi, & consecrationem Deo sive ad usum & cultum divinum [f]; quæ consecratio explicatur duabus speciebus, *obedientiâ*, & *adspersione*, &c. hoc est, regeneratione, & justificatione [g].) *Spiritûs* (vel, 1. humani [h]; qu. d. ut non sola caro sanctificetur, ut in veteri Lege [i], sed & spiritus, seu anima [k]; vel, *in sanctificatione*, non carnalem seu legalem, sed *spiritualem* [l], Vel, 2. Spiritûs Sancti [m], ut 2 Thes. 2. 13 [n]. qu. d. ut ille vos sanctificet [o]: Itâ nos *selegit* & amavit *ut etiam per spiritum suum nos sanctificaret*. Genitivus πνεύματος hîc denotat [p] non subjectum [q], sed Causam [r] efficientem, seu Authorem, sanctificationis [†]. Qui sensus contextui meliùs convenit [t], & plurimis placet, quia sic completur h. l. mysterium Trinitatis [v]; & ut electio Patri tribuitur, redemptio Filio, sic & sanctificatio Spiritui S [x]. ut 1 Cor. 6. 11. Vide infrà v. 22 [y].) *in*, vel *ad*, *obedientiam* (nempe Christi [z]; vel, 1. quâ nos Christo obedimus [a]. Qui Spiritus facit ut multò quàm antè excellentiùs Deo obediamus [b]. Hæc & seq. dependent à verbo *electis* [c]. Significat, eos ad hoc electos esse ut obediant divinis præceptis.

[x] Gom. [y] Idem. [z] Plerique in Ger. sic Ham. [a] G. [b] Ger. [c] Baron. in Ger. [d] Ger. sim. J. Cap. [*] Ger. [f] G. [g] Med. l. 1. dissert. 20. p. 97. [h] D. [i] Med. ib. [k] G. [l] Ger. [m] Gom. [n] Q. in Ger. [o] Ger. ex E. [p] Be. [q] Be. Ger. [r] Ger. [†] Be. Ger. [t] G. [v] E. Ger. [x] E. Ger. Gom. [y] Ger. [z] Gom. [a] Ger. E. [b] Gom. G. D. [c] E. sic Ger. G. Me. D. [*] D. [d] E. Ger. sic Me. [†] Me. [*] G. [f] Ger. [g] G.

[h] Ger. Hic in E. [i] Ger. [k] E. Ger. [l] Ger. [m] Gom. [n] Gom. [o] Cyr. & Oecum. in E. [p] E. ex Bed. L. &c. Me. T. G. Gom. Ger. Be. Pi. Vor. [q] G. Pi. &c. [r] Gom. [†] E. [t] E. Vor. [v] Pi. [x] E. [y] Q. in Gom. Ger. [z] Ger. [a] G. Gom. T. Ham. Be. [b] V. Pi. [c] Pi. Ham. Er. Gom. [d] Er. [*] Me. T. [f] T. sim. Vor. [g] E. ex Aug. & I. Me. [h] Me. T. [i] Me. [k] T. [l] E. ex Aug. [m] E. Vor. Pi. [n] G. [o] Vor. E. [p] E. sic Gor. [q] Gom. [r] Er. [†] G. [t] Vor. [v] Gom. [x] Me. [y] Vor. ex Pi. sim. Er. Ger. [z] Pi. sim. Ger. [a] Ger. [b] Vor. ex Be. [c] E. [d] Be. G. [*] V. sic E. Me. [f] Gom. sim. Be. [g] Gom. ex Be. [h] E. [i] T. [k] T. sic E. [l] Zeg. [m] E. Gom. sic Zeg. Me. Ger. [n] Gom. [o] E. sic Me. [p] G. [q] Gom. [r] G. [†] Gom. [t] Ger. [v] E. [x] Gom. sic E. [y] Gom. [z] E. [a] E. sim. Gom. [b] G. [c] E.

præceptis[d]. Intelligitur autem *obedientiæ* nomine, vel, 1. fides in Christum*; qui nimirum obedimus Evangelio[f], vel, mandatis illis Dei, *Hunc audite: Credite* Evangelio[g]: quæ etiam alibi vocatur *obedientia fidei*, Rom. 1. 5[h]. & 16. 26. & *obedientia Evangelii*, Act. 6. 7. Rom. 10. 16. & *obedientia Christi*, Heb. 5. 9[i]. & *obedientia esse veritatis*, infrà v. 22[k]. nam vera fides sine obedientia nequit[l]: vel, 2. etiam charitas & sancta vita, quam, non minùs quàm fidem, requirit Evangelium[m]: vel, 3. obedientia quâ Christus Patri obedivit usque ad mortem crucis[n]. Sed non rectè dicimur electi ad obedientiam illam, sed per & propter eam[o]. [Sed non cogitant viri docti sententiæ illius authores illud εἰς aliter accipere, & sic difficultatem illam elidere: vertunt enim] *per obedientiam*, Be. T. i. e. per meritum obedientiæ Christi[p]. Designat ergò sanctificationis nostræ materiam, nempe Christi justitiam, cujus imputatione justi coronamur. Εἰς hîc pro διὰ, quia Heb. ב utrumque declarat[q].) *& aspersionem sanguinis Jesu Christi*, Pi. Be. &c. id est, ad expiationem sive remissionem peccatorum[r]; vel, ad imputationem †, & applicationem[t], obedientiæ & sacrificii Christi[v], & beneficiorum morte Christi partorum[x]. Hanc autem vocat *aspersionem*, &c. quia nemo per Christi sanguinem mundatur à peccatis, nisi fuerit eo aspersus, id est, nisi ei applicetur Christi meritum. Quæ quidem aspersio, sive applicatio, fit per obedientiam fidei, juxta Rom. 3. 25[y]. Explicat quæ illa sit obedientia Christi, & quomodo à nobis consideranda, nempe non simpliciter & per se, sed nostrî respectu, utpote aspersio[z]. Est & hîc ἐνδιαδυο. *Ad obedientiam & aspersionem*, &c. id est, ad fidem quâ asperguntur corda sanguine Christi, juxta Act. 15. 9. Heb. 9. 14, &c. 1 Joh. 1. 7[a]. Innuit hîc totam nostram justitiam, quæ partim in fide & operatione virtutum, partim in remissione peccatorum, consistit, esse divinæ electionis effectum[b]. Allusio hîc fit, tum, ad phrasin illam Psal. 51. 9. *Asperges me hyssopo, & mundabor*[c]; tum, ad aspersiones, sive purificationes, legales[d], v. 19. Exod. 12. 23. Heb. 9. 13, 20*. & Exod. 29. 21. Levit. 1. 30[f]. & potissimùm ad illam Exod. 24. 8[g]. Et notissimus est hic Canon Judæorum, *Radix, seu essentia, sacrificii est in aspersione sanguinis*[h]. Non agitur hîc de remissione peccatorum, quæ donum Spiritûs Sancti præcedit; sed est hîc rursus Genitivus Causæ. Vide Rom. 3. 25. & 5. 9. Eph. 1. 7. & 2. 13. Col. 1. 14. Heb. 9. 19. & 10. 19, 29. & 12. 24. & 13. 12. Sed vox ῥαντισμοῦ sumpta est ex Lege Mosis, ubi & populus & Sacerdotes, antequam in Sanctuarium terrestre intrarent, humore quodam aspersi sunt, Exod. 24. 8. Num. 31. 23. Sic & nos, ut in Sanctuarium cœleste intremus, *aspergi* debemus *Christi sanguine*, i. e. ejus exemplum in perpessionibus sequi. Heb. 12. 24. αἷμα ῥαντισμοῦ dicitur sanguis Christi per Genitivum Effecti, hîc verò ipse ῥαντισμὸς αἵματος, &c. per Genitivum Efficientis; quia illa *sanctificatio*, id est, jus intrandi in Sanctuarium cœleste, non contingit nobis nisi per sanguinem Christi, qui nobis pro exemplari & passionis & gloriæ proponitur[i]. Ῥαντισμὸς αἵματος, &c. passivè sumi debet, ut docet præced. ὑπακοὴ, cui conjuncta est, & proinde est aliquid in nobis; neque hîc denotat peccatorum remissionem, quæ Deum, ut Agentem, & sanguinem Christi, ut causam ejus meritoriam, respicit. Spectat hîc actionem illam, Exod. 24. 7, 8. ubi populus sanguine aspergitur, & illâ aspersione & significatum & obsignatum est fœdus non tantùm ex parte Dei, sed etiam ex parte populi; ut ostendunt verba illa, *de omnibus illis verbis*, inter quæ erant ut promissa Dei, ità & obedientia à populo promissa. Significat ergò h.l. obedientiam Evangelicam esse conditionem à nobis præstandam in novo hoc Fœdere, quam proinde sanguine suo obsignavit Christus, qui *seipsum dedit ut nos mundaret*, &c. Tit. 2. 14[k]. ¶ *Gratia—& pax*, &c.] i.e. Omne genus bonorum, spiritualium, & temporalium[l]. Et favor Dei, & indè procedens prosperitas, vobis crescat in dies. Eadem precatio iisdem verbis 2 Pet. 1. 2. & propè iisdem verbis, Judæ v. 2. Apud Paulum quoque sæpe. Similis precatio, Num. 6. 24, 25, 26[m].

3. *Benedictus* (sub. *sit*, Pi. sic Be. Frequens gratias agendi formula: 2 Cor. 1. 3. Eph. 1. 3. Simile Dan. 2. 20[n]. qu. d. Laudetur à nobis propter sequent. beneficia[o].) *Deus & Pater* (Legi potest, vel divisim, vel conjunctim[p]; q. d. Deus qui est Pater[q], *&* pro *nempe*, ut 1 Cor. 15. 24. Col. 2. 2[r].) *Domini*, &c.] Deum autem sic describit, tum, discriminis causâ, quia is solus verus Deus est, qui est Pater Christi, Joh. 17. 3. 1 Joh. 2. 23. tum, ut confirmet fidem in Christum †. ¶ *Qui—regeneravit nos*] i. e. Iteratò generavit, nempe ad vitam animæ immortalem[t]; morte peccati ad vitam gratiæ revocavit[v]; reformavit, & novas creaturas effecit ||; sibi-ipsi filios genuit, utpote per justitiam sibi similes[x]. Utitur hâc voce & infrà v. 23. γεννᾶσθαι ἄνωθεν, Joh. 3. 3. De quarum vocum sensu & voce παλιγγενεσία ibi diximus. *Fecit nos homines alios*, longè veriùs quàm id olim de Saule dictum, 1 Sam. 10. 6. Dicitur Deus & populum Israelis *genuisse*, cùm eum fecit populum liberum, Deut. 32. 18. At hæc generatio multò excellior ad res æternas, ut sequitur[y]. Per *regenerationem* intelligit sanctificationem nostri, quæ in mortificatione veteris hominis, & vivificatione novi, sita est[z]. Sensus, q. d. Qui cùm sit ab æterno Pater Christi per naturam, nos in tempore filios habere voluit per adoptionem[a]. ¶ *In spem vivam*] i.e. Vel, 1. vitæ[f], nempe æternæ à nobis consequendæ[g]: vel, 2. vivificantem[h], nempe in æternum[i]. Idem loquendi genus Joh. 6. 51[k]. Heb. 10. 20[l]. Vel, 3. perennem, ut exponitur v. seq[m]. vel, 4. veram & efficacem, non fallaci opinione nixam, cui spes mundana nititur, sed certâ fide Evangelii; nec sterilem & quasi mortuam[n]. [Sensus, q. d.] Hoc fine & fructu, ut per gratiam speremus consequi vitam æternam[o]. Illa, inquit, vita hîc nova spem in nobis excitat[q]. *Spes* hîc accipitur, vel, 1. Metonymicè, pro sperata gloria*; vel, 2. propriè, pro affectu ipso, quod malim[f]. ¶ *Per resurrectionem Jesu*, &c.] Quod referendum est, vel, 1. ad *regeneravit*, ut significet, Resurrectionem Christi causam esse nostræ regenerationis, ut dicitur Rom. 4. 25. Confer 1 Pet. 3. 21[g]. & Rom. 6. 4, 5[h]. vel, 2. ad *spem vivam*[i], quæ oritur ex fide resurrectionis, Rom. 8. 11. 1 Cor. 15. 17, 19. 1 Thes. 4. 13, 14[k]. resurrectionis nimirum Christi[l]. Quia enim Christus, caput nostrum, resurrexit, nos quoque, ejus membra, resurgemus[m]. Nam illa *Christi resurrectio* & rem ostendit esse possibilem, & simul ostendit ipsum esse veracem qui nobis resurrectionem promisit. Nam quorsum alioqui Deus ipsum resuscitâsset! an ad omnes homines fallendos? Minimè id convenit Dei veritati. Eadem de causa *resurrectionis Christi* fit mentio, infrà 21. & 3. 21[n].

4. *In* (vel, *Ad*, Pi. vel, Id est, *ad*, Be.) *hæreditatem*] Regeneravit nos[o], ut hæreditatis suæ faceret participes[p]; vel, in spem vitæ, quæ vita est hæreditas[q]. Objectum & effectum illius spei est *hæreditas*, i. e. possessio firma. De hac voce vide Act. 20. 32. Gal. 3. 18. Eph. 1. 14, 18. Col. 3. 24. Heb. 9. 15[r]. Vita æterna non ut meritum mercenariis & servis, sed ut hæreditas filiis Dei, adoptatis & renatis, donatur †. ¶ *Incorruptibilem*, &c. Ἄφθαρτον καὶ ἀμίαντον καὶ ἀμάραντον] Vocem ἄφθαρτον habemus & 1 Cor. 9. 25. & 15. 52. & ἀφθαρσίαν, 1 Cor. 15. 42, 50, &c. Idem valet לא תתחבל, Dan. 2. 44. Ἀμίαντος, Heb. 7. 26. Jac. 1. 27. & μιαίνειν de Morbis dici solet. Ἀμάραντον habemus Sap. 6. 12. &, eodem sensu, ἀμαράντινον, infrà 5. 4. & μαραίνεσθαι, Jac. 1. 11. מכך, Job. 24. 24[t]. [Sic vertunt:] *Immortalem* (vel, *Quæ nec perire*, sive *corrumpi, potest*, P. Be. Pi. E. i. e. semel habita auferri non potest[v], nec ad alios devolvitur[x]:) *& incontaminabilem* (vel, *impollutam*, V. *nec contaminari*, Be. Pi. vel, 1. quia nullas sordes aut maculas admittit, Apoc. 21. 27[y]. planè pura ab omni sorde seu peccati, seu carnalis concupiscentiæ, quam in suo Paradiso præstolantur Judæi & Mahometani[z]. Vel potiùs, 2. quòd in se purissima sit, nihil habens quod offendat[a]. Ἀμίαντος est lapis qui in ignem conjectus nec absumitur, nec inquinatur, sed splendidior etiam evadit. Vide Plin. 36. 19[b].) *& immarcessibilem*, Er. vel, *nec marcescere*, Be. Pi. i. e. vigorem suum ac gratiam semper retinet, nullum unquam possessori fastidium aut tædium parit[c]. Ἀμάραντος est flos *qui non marcescit*, ait Dioscor. 4. 47. sic & Plin. 21. 8. Ex eo coronas, seu serta, fecerunt, Plin. 16. & Tibul. eleg. 3. 4[d]. Opponuntur

d Me. e Ger. Pi. sic Gom. Vor. f Vor. g Pi. h Ger. sim. Pi. Vor. i Ger. k Pi. l Vor. m Gom. n Q. in Gom. Be. o Ger. ex E. p T. q Be. r E. † Gom. t Gom. Ger. v Gom. x Ger. y E. sic Ger. z De. a Ger. ex Pi. b E. c Ger. d E. Be. E. sic Ger. Gom. * Gom. f Ger. g E. sic Ger. h BA. 1. 2. 50. 573. i G. k Ham l Me. m G.

n G. o E. p Er. q Me. E. sic Gom. r Gom. † Idem. t Me. v T. || Vor. x E. y G. z Gom. a E. f Be. ex Sy. E. ex Aug. Zeg. g E. ex Aug. h G. Camer. Pi. i G. k G. sic Pi. l G. m Be. n Gom. o Me. q E. * Q. in Gom. f Gom. g Ger. ex E. h Gom. i E. Gom. k Gom. l Q. in E. m Q. in E. sim. Me. n G. o Me. E. p Me. sim. V. q E. r G. † Gom. t G. v E. x Ger. y Ger. E. z T. sim. Me. a E. b Ger. c E. sic Ger. d Ger.

nuntur hæc hæreditatibus terrenis [*]; quæ sunt ut caducæ & transitoriæ, ità & ambulatoriæ, quæ abusu facilè inquinantur; quæ citò marcescunt [f]; quæ facilè auferuntur, sordescunt, vilescunt & displicent [g]. ¶ *Conservatam* (Jam olim ab origine mundi [h], imò ab æterno [i], quia vox est præt. temporis [k]: τηρεῖσθαι hîc quod ἀποκεῖσθαι, Col. 1. 5. 2 Tim. 4. 8. Pari modo τηρεῖν de Pœna dicitur, 2 Pet. 2. 17 [l].) *in cœlis* (q. d. in manu non nostra, sed Dei, ex qua nemo eam eripere poterit, Joh. 10. 28. Ostendit hoc hæreditatis illius & excellentiam & certitudinem [m], firmitatem ac perpetuitatem [n]. Perstringit crassas Judæorum opiniones de Messia [o].) *in vobis*, Εἰς ὑμᾶς] *Vobis*, Be. Zeg. sic G. ex Sy. & Ar. Me. *Ad*, vel *In*, *vos*, Er. E. ex Hi. *Erga vos*, Er. V. *Pro vobis*, V. Personam hîc mutat, ut serviat exhortationi. Dixerat *regeneravit nos*: nunc, *in vos* & sic deinceps [p]. Al. *Nobis*, Pi. P. Ger. Nam Græci Codices plerique habent εἰς ὑμᾶς pro ἡμῖν· multi quoque habent εἰς ὑμᾶς, sed res eodèm redit [q].

5. *Qui*, &c.—— Τοὺς φρουρουμένους, &c.] *Qui virtute Dei* (i. e. Divinæ potentiæ [r], & gratiæ, quâ vos perseverare facit. Nam donum perseverantiæ significatur †.) *custodimini* (Non quomodocunque, sed vigilantissimâ curâ [t], & tanquam φρουρᾷ, h. e. *præsidio militari* [v]. Vide 2 Cor. 11. 32. Gal. 3. 23 [x]. Phil. 4. 7 [y].) *per fidem*, Er. Occurrit objectioni [z]. Quid juvat eam conservari in cœlo, dum nos periclitamur in terra [a], ob vim & insidias hostium, nostrámque imbecillitatem [b]? Docet ergò utrumque esse Deo curæ, adeóque alterum ex altero impleri [c]. Conservat nos Deus, tum per potentiam suam, quæ infinita est & invicta, Joh. 10. 28, 29. 1 Cor. 1. 8. tum per fidem quæ, Dei robore fulta, vincit carnem, Rom. 6. 13, 14. 1 Joh. 3. 9. Diabolum, 1 Pet. 5. 9. & mundum, 1 Joh. 5. 4 [d]. *Per fidem obtinuistis Spiritum S, qui vos custodit in Dei gratia.* Spiritus Sanctus δύναμις Θεοῦ dicitur Luc. 24. 49 [*]. ¶ *In*, &c. Εἰς σωτηρίαν ἑτοίμην ἀποκαλυφθῆναι, &c.] *In*, vel *Ad*, *salutem* (Quod conjungendum, vel, 1. cum *regeneravit*: Regeneravit nos ad hæreditatem, h. e. ad salutem [f]. Vel, 2. cum *per fidem* εἰς σωτηρίαν, i. e. σωτήριον, *per salvificam illam fidem*, quâ salutem vobis obventuram creditis [g]. Vel, 3. cum *custodimini*. Per fidem custodimini in salutem [h], nè per vim, vel fraudem, hostium ea vobis eripiatur ac intervertatur [i]. Dei in vos benevolentia huc tendit ut adipiscamini salutem [k]: *salutis* nomine intelligit non salutis initium, quod hîc habemus, sed complementum in gloria [l].) *paratam* (vel, *quæ parata est*, Sy. Er. Il. Ti. q. d. quæ jamdudum parta & parata est [m], & nobis seposita [n].) *patefieri*, sive *revelari*, (Sic dicit, quia nunc latet illa salus [o]: vide Col. 3. 3, 4. 1 Joh. 3. 2 [p]. vel, *ut reveletur*, Sy. *in hoc ut patefiat*, Er. Il. Ti. Al. *ad salutem exhibendam*, Ca. *ad salutem quæ patebit*, G.) *tempore ultimo*, P. Pi. &c. id est, in fine seculi, sive mundi [q], in die ultimo [r], in die judicii †; qui *dies ultimus* vocatur Joh. 6. 39. & 11. 24. & 12. 48 [t]. quando salus hæc palàm innotescet electis, totíque mundo [v]; quando non animæ solùm beatorum, sed & corpora, gloriâ illâ ornabuntur [x].

6. *In*, &c. Ἐν ᾧ ἀγαλλιᾶσθε] *In quo* (scil. tempore [y]: vel, in qua re [z], nempe conservatione Dei & salute æterna [a]. Illud ᾧ non ad unum nomen, sed totam rem, refertur [b].) *exultatis*, Er. &c. Illa magna bona exspectata *vos perfundunt gaudio*, Mat. 5. 12 [c]. ¶ *Modicùm*, &c. Ὀλίγον ἄρτι (εἰ δέον ἐστὶ) λυπηθέντες, &c.] *Paululùm* (vel, *Modicùm*, Vulg. Mo. vel, 1. magnitudine [d], sive mensurâ; qu. d. Exiguæ sunt hæ afflictiones [*]: vel, 2. duratione [f]; *Ad breve tempus*, Er. Il. Ti. sic E. Me. Ger. vel, *Aliquantisper*, ut Marc. 6. 31. ברגע קטן Esa. 54. 7 [g].) *nunc* (vel, *hoc tempore*, Tre. ex Sy. Significat, eas esse hujus tantùm temporis [h]: vel, *Ad tempus aliquod*, nempe dum brevis hæc vita durat. Ἄρτι *nunc* rectè vertitur: Mat. 26. 29. Joh. 13. 7, 33. & 16. 12. 1 Cor. 4. 11. & alibi [i].) (*si opus sit*) (vel, *si oportet*, Be. δέον ἐστὶ pro δεῖ, Act. 19. 36 [k]. q. d. Si ità res ferat [l], si ità fieri oportet [m], si Deus velit [n], ad suam gloriam & salutem nóstram: neque enim semper eveniunt aut durant [o].) *afflicti* (vel, *vexati*, Ca. *tristitiâ affecti*, P. Be. Pi.) *in* (vel, *ex*, G.) *variis experimentis*, Er. vel, *tentationibus*, Pi. G. Vulg. &c. vel, *per* (vel, *inter*, Camer. *ob*, E.) *varias tentationes*, V. Sic vocat

[*] E. Ger. [f] Ger. [g] E. [h] E. Ger. [i] Ger. [k] E. Ger. [l] G. [m] Ger. ex E. [n] Ger. [o] Be. [p] E. [q] Ger. [r] Me. † E. [t] Idem. [v] Ger. sic E. Pi. Vor. [x] Ger. [y] Pi. Vor. Ger. [z] Gom. [a] E. sim. Gom. [b] Gom. [c] E. [d] Gom. [*] G. [f] Q. in E. [g] Q. in Ger. & in E. [h] Ger. sic E. [i] Ger. [k] G. [l] Gom. [m] E. [n] Me. [o] E. sim. Ger. [p] Ger. [q] E. Ger. [r] G. † E. Me. Ger. [t] Ger. [v] E. [x] Me. sim. E. [y] Oecum. in E. [z] T. Be. Pi. [a] Gom. [b] G. sim. E. Me. Ger. Gom. Be. Pi. [c] G. [d] Q. in E. [*] Gom. [f] E. [g] G. [h] Gom. [i] G. [k] Ger. [l] E. G. [m] Ger. [n] E. Gom. [o] Gom.

persecutiones [p], sive afflictiones [q], ut Jac. c. 1. v. 2 [r]. quas ipsis inferebant & Gentes incredulæ, & Judæi †.

7. *Ut*, &c. Ἵνα τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως] i. e. Τῆς πίστεως ὑμῶν, planè ut Jac. 1. 3 [t]. Trajectio est in voce ὑμῶν [v]. *Ut exploratio*, sive *probatio*, (vel, *experimentum*, Be.) *fidei vestræ*, D. Pi. Vulg. G. id est, Fides vestra explorata [x], nempe per illas tentationes [y]. ¶ *Pretiosior auro*] Comparat fidem cum auro [z]. Aurum usu & attritu consumitur, fides verò durat usúque augetur [a]. Vel, *auri*, sub. *experimento*, sive *exploratione*, Be. Pi. χρυσίου, i. e. τοῦ δοκιμίου τοῦ χρυσίου [b]. Ellipsis qualis Mat. 5. 20. & Joh. 5. 20 [c]. & 1 Joh. 2. 2 [d]. Tale illud, *Omnium triumphorum lauream adepte majorem*, i. e. laureâ omnium triumphorum. Quia illa exploratio ad exiguum tempus est utilis, hæc in æternum [*]. Subest hîc argumentum; Si aurum probatione & purgatione per ignem redditur hominibus pretiosum & charum, cur non Deus fidei probationem exigeret per afflictiones, ut gratior fiat [f]? ¶ *Quod*, &c. Τοῦ ἀπολλυμένου, &c.] *Quod perit*, (vel, *aliquando periturum est*, G. quod corruptibile est [g]. Atteritur enim aurum, abscedentibus latenter ramentis.—— *Consumitur annulus usu* [h].) *tamen per ignem probatur*, Er. P. &c. qu. d. tamen tanti fit ab hominibus ut velint igne probari, quò suum apud ipsos pretium obtineat [i]. Etiam illa res non semper duratura tamen *ignibus exploratur*, ut magìs eniteat: Job. 23. 10. Prov. 17. 3. Mal. 3. 3. δοκιμαζόμενον מוקק, 1 Par. 28. 18. & 39. 4. ubi Græci δόκιμον [k]. ¶ *Inveniatur* (vel, *Comperiatur*, Pi. sub. *esse*, Be. Pi. vel, *cessisse*, T. id est, Cedat [l], & sub. *vobis*, Be. Pi. T.) *in laudem*, &c.] Nempe illa exploratio [m]. Ut vos à Deo habeatis *laudem*, 1 Cor. 4. 5. *honorem*, Joh. 12. 26. *gloriam*, Rom. 2. 10 [n]. Ut vos laudabiles sitis ac gloriosi [o], vel, digni laude, &c [p]. Ἔπαινος fit verbis, τιμὴ rebus & gestibus; δόξα est sanum judicium de alicujus virtute [q]. Multas congerit voces ut rei magnificentiam declararet. Sic & Rom. 11. 29. Eph. 1. 6, 12, 14. Phil. 1. 11 [r]. ¶ *In revelatione*, &c.] h. e. In die judicii †, sive adventûs Christi ad judicium; qui vocatur ἀποκάλυψις hîc & v. 13. 1 Cor. 1. 7. 2 Thes. 1. 7. & φανέρωσις, Col. 3. 4. 1 Pet. 5. 4. & ἐπιφάνεια, 1 Tim. 6. 14. 2 Tim. 4. 1 [t]. quum Christus, qui nunc latet [v], apparebit [x], oculis nostris [y], veniens in gloria [z], in secundo adventu [a]. Ἀποκαλύπτεσθαι eodem sensu habemus Luc. 17. 30 †.

8. *Quem*, &c. Ὃν οὐκ εἰδότες] i. e. Καίπερ οὐκ εἰδότες [b]. *Quem* (Jesum [c]:) *cùm* (vel, *etsi*, Pi.) *non videritis*, Be. &c. Plerique scilicet [d]: Hi enim Judæi non in Judæa commorati sunt, sed multi ex eis nè Judæam viderant [*]. Ad amorem multùm facit aspectus. Idem argumentum est, 1 Joh. 4. 20 [f]. Multum est amare eum quem de facie non noveris [g]. Vel, *noveritis*, Camer. V. E. Sed notitiam hîc accipiunt Interpretes quæ est per sensum principalem, h. e. visum, ut respiciat illud Joh. 20. 29. Verùm vox illa ad mentem magìs refertur. Laudat eos quòd Christum nec visum, nec cognitum, diligerent [h]. Sed durum hîc est εἰδότες. Restituo ergò, ἰδόντες ex Vulg. & MS. cod. bonæ fidei [i]. ¶ *In quem* (Pertinet hoc ad πιστεύοντες, μὴ ὁρῶντες obiter inserto [k]:) *nunc quoque* (sub. *eum*, Be. Pi.) *non*, &c. Μὴ ὁρῶντες, πιστεύοντες δὲ, &c.] *Non videntes*, sive *cernentes*, (qu. d. Nè nunc quidem eum videntes [l]: Neque illum in terris agentem vidistis, neque nunc ejus gloriam conspicitis [m].) *tamen credentes, exultatis* (ob spem promissæ fœlicitatis [n]:) *gaudio ineffabili* (i. e. quod verbis exprimi nequit, ut ἀλαλήτοις habes Rom. 8. 26. ἀνεκδιηγήτῳ 2 Cor. 9. 15 [o]. quia de bonis est ineffabilibus [p]:) *& glorioso*, Be. Pi. &c. vel, *glorificato*, Er. Mo. i. e. summâ laude digno. Syrus hoc sensu משבחתא. Hebraicè dicas נאדרי, ut Exod. 15. 6 [q]. i. e. gaudio magnifico, stabili item & solido, de gloria cœlesti ab eo promissa qui fallere non potest [r]: vel, tam gloriosâ lætitiâ, ut cum venturi seculi beatitudine possit aliquo modo comparari †. Opponitur gaudio mundano, quod inane est & momentaneum, & cum dedecore plerumque conjunctum [t].

9. *Reportantes* (vel, 1. propriè [v], & in præsenti [x], nimirum, *salutem* inchoatam [y]; & *animarum*, nondum verò corporum [z]: vel, 2. impropriè, per Enallagen consuetam præs. pro paulò post Futuro [a], κομιζόμενοι pro κομισόμενοι. Sed Præsenti tempore uti maluit ob rei certitudinem [b],

[p] Pi. [q] E. [r] Pi. † G. [t] G. [v] Ger Pi. [x] E. Ger. [y] G. sic E. Ger. [z] Ger. Pi. [a] Gom. [b] G. Be. [c] Be. [d] Be. Pi. [*] G. [f] E. [g] Er. [h] G. [i] E. [k] G. [l] E. G. [m] G. [n] Ger. [o] T. [p] E. [q] Ger. [r] G. † E. Me. [t] Ger. [v] E. sim. Me. [x] E. Me. G. Be. Pi. [y] Me. [z] E. [a] Be. † G. [b] Pi. [c] T. [d] T. sic E. [*] E. [f] Pi. [g] G. [h] E. [i] Be. [k] G. [l] E. [m] G. [n] E. [o] G. [p] E. [q] G. [r] E. sic Ger. † Me. [t] Ger. [v] Gom. [x] Me. sic E. [y] Me. [z] E. [a] Gom.

titudinem [b], q. d. quippe certò reportaturi [c]. Κομίζεσθ in sensu Præmii habemus & 2 Cor. 5. 10. Eph. 6. 8. Col. 3. 25. Heb. 10. 36. & 11. 39 [d].) *finem* (i. e. id quò spectat & tendit fides *. *Finem* hîc vocat fructum, qui idem causæ finalis rationem habet ‖: vel, *mercedem*, Pi. D. Me. T. Pi. G. quam, quia in fine operis datur, Hebræi vocant אחרית [f], ut Prov. 23. 18 [g]. Jer. 29. 11 [h]. item עקב, quod *calcem* significat [i]; quia ut calcaneus est extremum in corpore hominis, ità merces extremum est in opere [k]. Sic Psal. 19. 12 [l]. ubi in Græco est ἀνταπόδοσις. Idem planè significat פורענא, quod hîc prorsus Syrus [m].) *fidei vestræ, salutem* (Quæ περιποίησις ψυχῆς, Heb. 10. 39. σῶσαι ψυχὴν, Jac. 5. 20 [n]. vel, 1. salutem in genere, cujus initium in hac vita, ut Eph. 2. 8. Tit. 3. 5 [o]. vel, totam salutem, quæ hîc per conversionem inchoatur [p], & augetur indies [q], ut Luc. 19. 9 [r]. & perficitur in seculo futuro †: vel, 2. salutis complementum in altera vita [t], ut suprà v. 5. & sæpe accipitur [v]. Hoc enim beneficium ultimo loco ponit tanquam præcedentium reliquorum finem & scopum. Ideo enim Deus nos regenerat, custodit, &c. ut in plenam æternæ salutis possessionem tandem nos introducat [x]. Sed prior sententia uberior est, & sequentibus aptiùs convenit [y].) *animarum*] Sub. vestrarum [z], i. e. salutem vestram [a]. *Anima* pro *homine* per Synecdochem [b]. Sic loquitur, ut Judæos, ad quos scribit, revocet à sensu carnali, nè salutem per Christum promissam carnalem esse crederent [c].

10. *De*, &c. Περὶ ἧς — ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηρεύνησαν, &c.] *De qua salute exquisierunt*, sive *inquisierunt*, & (sub. *quam*, P. Be. Pi.) *scrutati sunt* (Accuratè scilicet & diligenter [d], cum ardenti desiderio & singulari studio *. Intellige, & illa scriptis consignârunt [f], q. d. indagârunt, prædixerunt, & exspectârunt [g].) *Prophetæ*, Er. Vulg. Be. Pi. &c. Nempe veteres [h], ex quorum scriptis fides vestra confirmanda est [i]. Significat, hoc non esse novum hominum inventum [k], sed priscum Dei decretum Prophetis revelatum [l]. Viderunt [Prophetæ] aliquid magni in nostra sera tempora reservari; sed quale id esset non potuerunt pervidere. Idem sensus Luc. 10. 24. Longè illud à suis temporibus abesse vidit Moses, Deut. 32 [m]. Qu. Nonne Prophetæ salutem assecuti sunt? Resp. Sanè assecuti sunt vitam æternam. Sed *salus* hîc speciali modo accipitur [n]; notátque, vel, 1. clariorem salutis manifestationem in Messiæ adventu promissam [o], ut conveniat hoc cum Luc. 10. 24 [p]. Non placet, quia *salutem animarum* hîc intelligi apparet ex v. præced. Vel, 2. salutem Judæorum dispersorum, h. e. publicam eorum per Evangelium conversionem, & indè consequentem vitam æternam, quæ in Christi adventum & gloriam, unà cum gentium vocatione, reservabatur [q]. ¶ *Qui*, &c. Οἱ περὶ τῆς εἰς ὑμᾶς, &c.] *Qui de illa* (sub. *ventura*, Er. Be. Pi. sim. Vulg.) *in vos* (vel, *quæ erga vos est*, E.) *gratia* (i. e. de gratia quæ vobis impensa atque exhibita est, & mundo palàm manifestata [r]. Quam *salutem* dixerat hîc *gratiam* vocat, ut moneat, esse beneficium planè gratuitum †.) *prophetantes*, Mo. *Prædixerunt bona illa quæ nobis evenere*, sed sub umbris victoriarum de Gentibus, liberationis à Babylone & ab Antiocho, pauci directè, & pauca [t].

11. *Scrutantes in quod*, &c. Εἰς τίνα ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς — προμαρτυρόμενον τὰ εἰς Χριστὸν, &c.] *In quod, vel quale*, (vel, *cujusmodi*, Pi.) *tempus* (i. e. quo tempore, post quot annos, quo mundi, aut rerum Judaicarum, statu [v]: *quod*, i. e. propinquum, aut longè adhuc distans [x]; vel, quâ annorum hebdomade, Danielem [enim] maximè hîc indicat, qui tempus ab Angelo inquisivit, Dan. 9. 22, 23 [y]. & *quale*, id est, quietum, aut bellicosum [z]; libero populo, an serviente, an semilibero [a]. Vel, *temporis articulum*, Pi. Καιρὸς propriè est tempus aptum rei gerendæ, vel exequendæ [b].) *significaret* (vel, *declararet*, Be. Pi. Me. vel; *demonstraret*, Me. sub. *illas casuras*, Pi. sic Ger. [nempe *perpessiones*, &c. ut sequitur.] vel, supplendum, *gratiam illam exstituram* [c], de qua vaticinabantur [d]:) *in eis* (vel, *qui in illis* erat, Er. Ti. Be. Pi. Zeg. E.) *Spiritus Christi*, (Sic vocat ex objecto, Spiritum res Christi præsignificantem, & qui Christi causâ ipsis erat datus. Barnabas fine Epistolæ, *Prophetæ ab ipso habentes donum in illum prophetaverunt* *. *Spiritus Christi* hîc dicitur, quia suggerit ea quæ sunt Christi [f]. Sed illo sensu poterat dici *Spiritus noster*, quia suggerebat ea quæ ad nos pertinebant; sed & Spiritus in Apostolis dici potuisset, *Spiritus Antichristi*, quia eum descripsit, &c [g]. Dicit ergò *Spiritus Christi*, ut innueret divinitatem Christi, qui ipse jam olim Spiritu suo Prophetas afflavit, simúlque diceret, Spiritum S. à Filio procedere [h]. Hinc constat, Christum in V. T. exstitisse [i]. Nam non entis nullus est spiritus [k]. Alludit etiam hîc ad apparitiones V. T. in persona Christi factas [l].) *prætestatus* (vel, *prætestificans*, Er. vel, *prænuncius ille*, Be. P. vel, *antè testificans*, Pi. i. e. priusquam acciderent testificabatur [m]: ἐδήλου προμαρτυρόμενον, *prædicendo designabat* [n].) *illas* (sub. *venturas*, sive *eventuras*, Er. V. Be. Pi. E. sic G. Camer.) *in Christum* (vel, *Christo*, Be. εἰς Χριστὸν pro Χριστῷ, ut modò εἰς ὑμᾶς. Præsignificabant Prophetæ *Christum passurum multa*, Luc. 24. 25, 26. Act. 26. 23. sed alii obscuriùs, alii clariùs. Hebræi hæc vocant חבלי משיח [o].) *passiones*, (vel, *afflictiones*, Er. V.) & *post hæc* (vel, *posteriores*, Vulg. vel, *quæ has secuturæ essent*, Ti. sic Er. V. *illas consecuturam*, Be. Pi. h. e. passionibus successuram [p].) *glorias*, Mo. Vulg. &c. h. e. Resurrectionem Christi, Ascensum in cœlum, Missionem Spiritûs S. Gentium vocationem [q]. Hinc dicit *glorias* num. plur. quia gloria Christi multiplex erat [r]. Vel, *gloriam*, Be. Pi. Ut hîc, ità & Luc. 24. 26. conjunguntur *perpessiones* & *gloria* Christi †; idque eodem ordine, ut illæ præcedant, hæc sequatur. Monet hîc Petrus fideles, ipsos, exemplo Christi, non nisi per afflictiones ad gloriam perventuros [t].

12. *Quibus*, &c. Οἷς ἀπεκαλύφθη ὅτι — διηκόνουν αὐτά] In MS. οἷς ἀπεκαλύφθη αὐτὰ οὐχ ἑαυτοῖς, ὑμῖν δὲ διηκόνουν, Sed præfero id quod Latinus hîc sequitur [v]. Illud οἷς referri potest, vel, 1. ad præced. παθήματα. q. d. Testificans Christi passiones & glorias iis quibus revelavit Spiritus, nempe Prophetis. Vel, 2. quod simplicius videtur, ad Christianos, qui viderunt id quod de Christo prædixerat Spiritus in Prophetis; q. d. Passiones & glorias per quas Christus fuit mundo revelatus, qui antè fuit ignotus [x]. Vel, 3. ad Prophetas [y]. [Verba sic reddunt:] *Quibus* (sub. *illud*, P.) *revelatum est*, (Nempe à Spiritu Sancto [z]:) *eos non sibi*, *sed* (vel, *imò*, Er.) *nobis*, (vel, *vobis*, Er. V. Ger. Vulg. ἡμῖν legunt quidam Græci cod. & Didymus Latinus. Sed alii Codices probatiores & antiquiores rectiùs legunt ὑμῖν, quia statim sequitur ἀνηγγέλη ὑμῖν, ut persona non mutetur, quomodo Oecum. & omnes cod. Latini legunt [a].) *ea administrare*, Be. Pi. h. e. Illa non pertinere ad tempus in quo ipsi vivebant, sed multo tempore pòst esse adimplenda [b]; & quæ illi prædixerunt futura, vobis sub N. T. nuncianda esse completa [c]. Sensus, q. d. Revelationes istæ factæ sunt non tam ipsorum causâ, quàm vestrî, qui eratis eorum libros lecturi, ut ex comparatione & consensu eorum quæ prædicta sunt à Prophetis cum istis quæ nos [Apostoli] vobis annunciavimus, fides vestra confirmetur [d]. Non patefacta illis est res tota, sed hoc intellexere, *se eas administrâsse*, i. e. prædixisse (nam omnis verbi Divini annunciatio est διακονία, Act. 6. 4. Rom. 11. 13. 2 Cor. 4. 1. & 5. 18. 1 Tim. 1. 12. 2 Tim. 4. 5.) *quæ eventura erant non ipsorum*, *sed vestro*, *tempore*. Magnus sanè honor, quòd Prophetæ non sibi, sed nobis, inserviere. Viderunt per transennam quæ nos clarè conspicimus *. ¶ *Quæ*, &c. Ἃ νῦν ἀνηγγέλη, &c.] *Quæ nunc annunciata sunt* (Nempe ut ad amussim completa [f]. Res illæ magnæ planè explicatæ sunt. Ἀναγγέλλειν vox valde accommodata huic rei, Act. 14. 27. & 15. 4. & 20. 20, 37. Rom. 15. 21. 1 Joh. 1. 5. חוה [g]) *vobis*, *per eos qui vobis Evangelizârunt* (h. e. per Apostolos & eorum adjuratores [h]. Εὐαγγελίζειν, aut εὐαγγελίζεσθαι, sensu activo non rarò apud nostros Scriptores Accusativum Personæ regit vice Dativi, Act. 8. 25, 40. & 14. 15, 21. & alibi [i].) *per emissum è cœlo Spiritum Sanctum*, Be. sic P. Pi. &c. Nempe in die Pentecostes, Act. 2 [k]. à quo plenissimè edocti sunt de his quæ alios docere debebant, & cujus virtute [l], atque impulsu; non autem arbitrio humano [m], Evangelizare cœperunt [n]. Referendum hoc ad *evangelizârunt* [o]. Hoc autem dicit, ut ostendat, eodem Spiritu nunciari Evangelium per Apostolos, quo fuerat

Margin notes (left column): b G. c Pi. d G. * Ca. ‖ E. f G sim. Pi. D. g Pi. h G. i G. sc Pi. k Pi. l Pi. G. m G. n Idem. o E. p Gom. q Gom. E. r Gom. † E. t Gom. sic Ger. v Gom. x Ger. y Gom. z Be. a Be. G. b Be. c E. d Me. * Ger. f E. g Me. h E. sic Ger. i E. k Me. sim. T. l E. m G. n Gom. o Ger. plerique in Gom. p Q. in Gom. q Gom. r E. Ger. † E. sim. Gom. t G. v E. x Ger. y G. sim. E. z Ger. a G. b E. c Vor. sic E. Me. d Vor.

Margin notes (right column): * G. f Socinus. g Plac. h E. sim. Ger. i Ger. k Plac. l E. m V. sic E. n G. o G. p E. q G. sim. E. Me. r E. † Pi. sim. E. t E. v G. x Er. y Er. E. Ger. z Me. a Ger. b Me. sim. c E. Ger. Er. c Ger. d E. * G. f T. sim. E. Ger. g G. h G. sic E. Ger. i G. k E. sim. Pi. Vor. Ger. l E. sic Ger. m Ger. n E. Ger. o E

fuerat prænunciatum per Prophetas; ideóque fide dignissimum esse p. [Sensus, q.d.] *per cœlitus donatos Spiritu Sancto*, i.e. donis majoribus quàm ipsi Prophetæ habuere; & de quibus ipsi Prophetæ sunt locuti, ut Joel. 2.28. Spiritus *mitti* dicitur, ut Luc.24.49. Joh.14.26. & 15.26. & 16.7 q. ¶ *In*, &c. Εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν —— παρακύψαι] *In quæ* (Nempe omnia ista de quibus egerat r, quæ à Prophetis prædicta sunt †, de Christo s, & nunc ab Apostolis annunciata v, quorum jam præcessit mentio x; h.e. in mysteria salutis & redemptionis humanæ y, ut scilicet videant ea completa: vel, refert *passiones & gloriam* Christi jam dictas z. Sed hæc remotiùs distant a. Al. *In quem*, Vulg. scil. vel Christum, vel Spiritum Sanctum b. Quidam legunt εἰς ὃν c. Sed Græca constanter habent εἰς ἃ. Sic & Syrus & cod. Latini nonnulli d.) *desiderant* (אוה, i. e. *amant*, quomodo Psal.119.20,40. & alibi sæpe*:) *Angeli introspicere*, Pi. sic Be.&c. Παρακύψαι hîc sumitur ut Jac.1.25 f. [ubi dicta vide.] Est autem iterum in his verbis allusio ad Cherubinos, quorum oculi versùs Propitiatorium spectabant g, Exod.25 h. Designat penitiorem rei contemplationem i, ut Luc.24.12. Joh.20.5,11 k. [Sensus, q.d.] *Quæ Angeli ipsi*, antea non percognita, *cum summo gaudio nunc aspiciunt*. Ità accepit & Iren.4.67. *Angelos proficere per homines*, vetus est Hebræorum sententia apud R. Israel. de Anima, cap. 1 l. Quamvis non ignorent Angeli hæc mysteria, ut quæ per ipsos Prophetis revelata fuerint, illa tamen pleniùs & perfectiùs nôsse cupiunt; tum, quia admirabilem illic agnoscunt Dei sapientiam, tum quia de hominum salute ineffabiliter gaudent m. Commendat ergò Evangelii dignitatem n, ut priùs à Prophetarum studio, ità nunc ab Angelorum cognoscendi desiderio o.

13. *Propter quod*] Cùm talis hæreditas vobis parata sit p. Cùm tantus vobis honor destinatus sit ut nôritis quæ Prophetæ non perviderunt, & ex vestris successibus ipsi Angeli fiant doctiores q. ¶ *Succincti*, &c. Ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας, &c.] i.e. Κατὰ τὰς ὀσφύας r. *Succincti* (vel, *Præcincti*, P.) *lumbis* (vel, *lateribus*, Ca. *Accingi lumbis* solent qui se parant ad corporale aliquod ministerium †; ad iter, aut opus aliquod, ut expeditiores sint t: vestes enim Orientalium, utpote longæ laxæque, impedimento erant v: de qua re vide 1Reg. 18.46. 2 Reg.4.29 x. Luc. 12. 35 y. ubi dicta vide. Specialiter autem respicitur hîc ritus Paschalis, Exod. 12.11 z.) *mentis vestræ*, Er.Be. Pi. &c. i.e. mente veluti lumbis. Phrasis qualis Rom.4.12. *Incedere vestigiis fidei*, &c. Id est, in fide, veluti in vestigiis a. Solent membra & actus corporis transferri ad animum b. Sic Eph.6.14 c. [Sensus est,] Estote attenti d, animo parato, vigili, & prompto*, ut servi expectantes adventum domini ||; mente prompti, alacres, & expediti, ad ea capessenda aut facienda quæ ad hunc finem consequendum utilia sunt f. Mentem refrænate ac restringite g, ab omnibus vitiis, curis, meditationibus h, & cupiditatibus i, carnalibus k; quibus impeditur & implicatur nè expeditè & liberè Deo serviat l, vel, nè cœlestia meditetur; eámque expeditam reddite ad spiritualia meditanda m: vel sic, Spiritûs robore instructi contra pravas carnis concupiscentias viriliter pugnate. In lumbis enim consistit corporis robur, Job. 40. 11. Psal. 38.8. unde phrasis, *Accinge sicut vir lumbos tuos*, Job. 38.3. & 40.2 n. ¶ *Sobrii*] Ità Er.Be.Pi.E.Me. &c. Moderato rerum omnium delectabilium usu o. Referri hoc potest, vel, 1. ad corpus, ut sensus similis sit illi loco Luc.21.34. ubi prohibet Christus & *curas hujus vitæ*, quæ *succinctioni mentis*, & *crapulam atque ebrietatem*, quæ *sobrietati*, adversantur: vel, 2. quod malim, ad animam, vel, ut idem sit quod *succincti*, &c. vel, ut sic distinguantur, ut *succinctio*, &c. ad intelligentiam & cogitationes, *sobrietas*, ad voluntatis & affectuum moderationem, (nè voluptatibus & vitiis reliquis inebrientur) pertineat p. Sensus, q.d. Nec carnis illecebris, nec mundi curis, nec falsis & vanis opinionibus, sitis ebrii q. Νήφοντες] i.e. *Animum habentes minimè perturbatum*. Vide 1 Thess. 5.6, 8. 2 Tim.4. 5 r. vel, *Vigilantes*, V.Me.E. ex Hi. Unde Syrus vertit, *Excitamini* †. Utraque lectio in idem recidit: nam sobrietas mater est vigilantiæ, & ebrietas somni & ignaviæ. Loquitur tamen de vigilantia mentis, quâ cavemus nè hostium insidiis circumveniamur r. ¶ *Perfectè*, &c. Τελείως ἐλπίσατε ἐπὶ τὴν φερομένην ὑμῖν χάριν ἐν ἀποκαλύψει, &c.] Τελείως hîc nectendum, vel, 1. cum voce præced. *Sobrii perfectè*, Oecum. in E. vel, *Excitamini perfectè*, Sy. vel, *Perfectè vigilate*: nam somno, vel dormitationi, locus non est inter tot hostes agentibus v. Vel, 2. cum sequent. ut alii omnes rectiùs distinguunt, ut hæc sit adhortatio x. [Sic reddunt:] *Perfectè* (Nempe perfectione partium y, sive sincerè, sine hypocrisi z: *integrè*, Pi. vel, cum firma fiducia: *spes* pro *fiducia*, Job.13.15 a. vel, perseveranter, sive ad finem usque b, ut Judith.11.5. למנצח. Vide Mat.10. 22 c. & Heb.3.6 d.) *sperate in eam quæ ad vos defertur* (imò jam delata est per Evangelii prædicationem*: vel, *vobis defertetur*, Pi. sic Hi. in E. Præs. pro fut. ut apparet ex seq. f. Sunt inter se ἀντίστροφα, φέρειν & κομίζειν. Quæ Deus nobis apportat, nos reportamus g: vel, *vobis affertur*, Vulg. vel potiùs, *fertur*, E. Val.) *gratiam* (i.e. spe perfectâ amplectimini & retinete gratiam, &c. *Gratiam* hîc vocat, [vel, 1.] gratuitum illud beneficium salutis, de quo suprà loquitur, & cujus semper aliquid, etiam in hac vita, restat sperandum h. [Vel, 2.] summum effectum Divinæ benevolentiæ i, nempe vitam & gloriam æternam k, quæ χάρις δόξης, infrà 3. 7 l. & χάρισμα, Rom.6.23 m. Est & hîc Trajectio, pro, εἰς τὴν χάριν τὴν φερομένην ὑμῖν, &c n.) *dum patefiat Jesus*, &c. P. sic Er.V. vel, *quum patefiet*, &c. Pi. sim. Be. vel, *in revelatione*, &c. E. ex Vulg. Er.V. Hîc sume ut suprà v.7 o. vel, *per revelationem*, &c. Loquitur de mysterio Evangelii jam divulgato, per quod Christus innotuit; sive de adventu Christi p: vel, *in revelationem*, &c. Vulg. E. ἐν pro εἰς q. Refertur hoc, vel, 1. ad *affertur*, q.d. Quæ gratia ad vos defertur *in revelatione*, &c. i.e. dum Christus per Evangelium manifestatur r. Ἀποκάλυψις ergò hîc significat eam Christi manifestationem, quæ fit in verbo Evangelii in hac vita, sicut & Luc.2. 32. Rom.16.25. Gal.1. 12, 16. ut primum hoc sit exhortationis propositæ argumentum, petitum à cognitione Divinæ voluntatis in Christo & per Christum patefactæ ||. Vel, 2. ad *sperate*; quod probabilius est, quia hîc fideles excitat ad perseverantiam spei, propositâ gloriâ cujus cum Christo participes erant †. Sensus, q.d. Sperate hanc gratiam vobis dandam in revelatione Christi, h.e. in die Judicii t: vel, q. d. Spem vestram extendentes usque ad revelationem Christi, & adventum ejus ad judicium v: tunc enim gloriam perfectè consequemini x.

14. *Quasi* (vel, *Ut*, Be. Pi. *Tanquam*, Val. Er. V.) *filii* (nempe Dei y; cui, ut Patri, obedientiam debetis, &, si filii estis, præstatis, & cujus hæreditas competit filiis z:) *obedientiæ*] i. e. Obedientes a, phrasi Hebraicâ b. Sic *filii iræ*, Eph.2.3. & *lucis*, Eph.5.8. & *maledictionis*, 2 Pet.2.14 c. & *dilectionis*, i.e. dilecti, Col. 1.13 d. & ἀπειθείας, Eph.2.2. & 5.6 *. Hæc pendent à præcedentibus; q. d. state succincti lumbos, i. e. expediti & parati servare divina præcepta, ut decet filios obedientes f. Vel, *filii obed.* i.e. homines, ut Eph. 2. 2. & 5.6. Col.3.6 g. ¶ *Non*, &c. Μὴ συσχηματιζόμενοι ταῖς πρότερον, &c.] Supple ἐπιθυμίαις h. *Non configurati* (vel, *conformantes*, sive *accommodantes vos*, E.Er. V. sic Zeg. Me. Pi. i. e. obsequentes i. Vel, *Qui vos non configuretis*, Be. Pi. Sic μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, Rom.12.2 k.) *prioribus* (vel, *prius*, Mo. Ti. vel, *pristinis*, Er.P.Be.Pi. h.e. vitæ prioris l; vel, quibus serviebatis tempore Gentilismi m:) *ignorantiæ vestræ* (dicit *vestræ*, quia ignorantia propriè nostra est, & in ea omnes nati sumus n: vel, *in ignorantia vestra*, P. Mo. vel, *quæ in ignorantia vestra* viguerunt, Be.Pi. vel, *in quibus per ignorantiam vestram* eratis, Ti. vel, *quibus agebamini*; *dum adhuc ignoraretis* Christum, V.Er. sim. Zeg. vel, *quibus* tum *propter ignorantiam vestram* tenebamini, Zeg.) *desideriis*, sive *cupiditatibus*, Vulg. Mo. &c. Bene distinguit tempora Ignorantiæ à temporibus Notitiæ. Alia hæc ætas alios mores exigit. Idem sensus v. 18. & seq. Vide & Joh. 9.39. & Act.17.30. Eph.4.18. Tunc vixerunt ut cupido dictabat, Eph.2.3. nunc ut Christus docuit o. Admonet eos, nè conformentur veteri homini quem semel exuerunt p.

p E. sim. Me. q G. r Idem. † E. sic Er. V. Ger. s Er. V. Val. v E. sic Er. V. Ger. ex Iren. x Ger. y E. sim. Me. z Me. a Ger. b Beda in E. Glossa in Ger. c Ger. d E. * G. f Idem. g G. sim. E. Vor. Pi. Be. h E. Pi. i Vor. sic Ger. k Ger. l G. m E. n E. Ger. o E. p Me. q G. r Pi. † G. t E. Ger. sic Gom. v Ger. sic Gom. x Gom. y Gom. G. Ee. z G. a Pi. b G. sim. Gom. c Gom. d G. * Zeg. sim. Vor. Ham. || Ham. f Me. g E. Ger. h Gom. i E. Ger. k E. Ger. Gom. l E. m Gom. n Ger. o E. p Gom. q Be. r G. † E. Me.

r Me. v Idem. x E. y Plerique in Gom. z Ger. sic Be. plerique in Gom. a Ger. b Gom. Er. Be. Ger. G. E. c G. d Gom. * E. f Pi. g G. h E. i G. k Cam. G. T. sic Me. Pi. l Cam. m G. T. n G. o G. sic Pi. p Er. q E. r Q. in E. sim. Ger. || Ger. † E. t Me. v Me. sim. E. x Me. y Pi. z E. a Ger. Pi. b Ger. c G. d Pi. Cer. * Ger. f Me. g Pi. h Pi. Vor. i E. k G. l E. m Me sim. E. T. n E. o G. p E.

15. *Sed*, &c. Ἀλλὰ κατὰ τὸν καλέσαντα, &c.] Κατὰ hîc est nota similitudinis [q]. *Sed ficut is qui vos vocavit* (efficaciter scilicet; & adduxit [r], ad gratiam suam †, ad fidem & salutem [t]; nempe Deus [v], & Christus [x]. Periphrasis hæc est emphatica Dei Patris [y], cui, ut causæ principi, vocatio nostra sæpe adscribitur, Rom. 9. 11, 24. 1 Cor. 7. 15. Gal. 1. 6. & alibi [z].) *sanctus est*, Be. Pi. sic Er. V. &c. Argumentum est ab exemplo Dei à quo vocati erant [a]. Deum hîc indicari *Sancti* nomine ostendunt sequentia. Et sæpe vocem *Sancti* sic usurpat Esaias [b]. Deus est fons & exemplar omnis sanctitatis [c]. ¶ *In omni conversatione*] Cum omnis generis hominibus, & in omni statu, prospero aut adverso [d]; in omnibus vestris actionibus [*].

16. *Scriptum est*] Levit. 11. 44. & 19. 2. Si hoc dictum Israelitis illo tempore, quantò magis hoc tempore plus sanctitatis requirente [f]? ¶ *Sancti*, &c. Ἅγιοι γένεσθε] Ἔσεσθε est in Codice Regio [g], in MS. & apud LXX in Levitico [h]. In Heb. est תהיו fut. pro Imperativo [i]. *Sancti*, i.e. puri ab omni labe peccati [k]. ¶ *Quoniam ego*, &c.] Pater vester [l].

17. *Si*, &c. Εἰ πατέρα ἐπικαλεῖσθε, &c. *Si* (*Si* non est dubitantis, sed supponentis rem notam: nam omnes renati dicunt, *Pater noster*, &c [m].) *invocatis* (Nempe per Christum [n]: vel, *colitis*, V. vel, *cognominatis*, P. Be. Pi. (i.e. Si ejus patris filii vultis nuncupari. Vide Jac. 2. 7 [o].) *citra personarum respectum judicantem* (Nempe ut det aut auferat Spiritum suum [p]: q.d. qui non tantùm Pater, sed etiam Judex, est, idémque justissimus [q]: ἀπροσωπολήπτως *judicat*, Job. 34. 19. Non magis vos excusatos habebit quàm è Gentibus natos, Act. 10. 34. Rom. 2. 11. Eph. 6. 9. Col. 3. 25 [r].) *juxta cujusque opus*, Er. &c. vide Job. 34. 11. ἔργον Singulare pro Plurali, ut Jac. 1. 4, 25 †. ¶ *In*, &c. Ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροικίας, &c. *In*, vel *Cum*, *timore* (Qui debetur Patri, & Judici, & Deo [t]: Cum Dei reverentia summa, Eph. 6. 5. Phil. 2. 12 [v]. Vel, Humiliter, seu demissâ quâdam reverentiâ, ut infrà 2. 18. & 3. 2, 16. 1 Cor. 2. 3. 2 Cor. 7. 15 [x].) *versamini commorationis* (vel, *incolatûs*, Er. Ti. Tre. ex Sy. Vulg. G. *hospitii*, Ar. *peregrinationis*, Ca. i.e. habitationis in alieno [y]:) *vestræ* (i. e. vitæ vestræ [z]; q.d. brevi hoc tempore præsentis vitæ [a]:) *tempore*, Be. Pi. χρόνον, pro κατὰ χρόνον [b]. Τὸν χρόνον est Accusativus Durationis: παροικία, מגור, Psal. 55. 15. & 119. 54. Solatur eos quòd peregrè habitent, significans omnes homines hîc esse peregrinos: de quo vide dicta ad Heb. 11. 13. & seq [c]. Cicero, *Natura nobis domicilium non habitandi, sed commorandi, dedit.* Sic differunt παροικεῖν & κατοικεῖν. Sirachides in Prologo, τοῖς ἐν τῇ παροικίᾳ βουλομένοις φιλομαθεῖν, h. e. in hac vita [d]. Vide Mat. 2. 23. 2 Cor. 5. 6 [*].

18. *Scientes*] Ità Mo. vel, *Ut qui sciatis*, Be. Pi. *Considerantes*, ut Act. 23. 5. ¶ *Non corruptibilibus*, &c.] Vide suprà v. 7. *Redempti estis*, Ἐλυτρώθητε] נגאלתם. Idem verbum in eodem sensu Tit. 2. 14. & nomen λύτρωσις, Heb. 9. 12 [f]. ¶ *De vana*, &c. Ἐκ τῆς —— πατροπαραδότου] Ex *vana illa vestra conversatione* (vel, *consuetudine*, Zeg. h.e. de vana & prava vestra vivendi ratione [g]:) *à patribus tradita*, Be. Pi. sic E. vel, *quam ex patrum traditione acceperatis*, V. Er. vel, *paternæ traditionis*, Vulg. Nempe per exempla impietatis illorum, Act. 7. 51, 52 [h]. vel, 1. in Gentilismo [i]; q.d. de vita carnali, quæ à majoribus longâ serie observata fuit, filiísque tanquam bona per manus tradita [k]. Sed in illa naturam potiùs corruptam, quàm majorum instituta, sequebantur. Et vita carnalis Gentilium non solet significari nomine *paternæ traditionis*, sed *ignorantiæ*, *infidelitatis*, &c [l]. Vel, 2. in Judaismo [m]. Intelligit vanam observationem Judaismi [n], sive legis Mosaicæ [o]; vel potiùs, *traditiones* illas *seniorum*, de quibus Mat. 15. & Marc. 7. agitur, quæ partim *vanæ* erant, sive inutiles ad justitiam & salutem, partim noxiæ & Legi Dei contrariæ [p]. *Ex observatione rituum*, animo non emundato, *quam* sufficere ad salutem *Patres vestri*, id est, magistri, *vos docuerant*. Sic *patris* nomen sumitur 1 Cor. 4. 15. Hinc פרקי אבות [q]. De illis Patribus loquitur, de quibus Ezek. 20. 18. vel, respicit corruptionem nativam à patribus propagatam [r]. Dum *redemptos* dicit, illam conversationem servitutem fuisse innuit †.

19. *Sed pretioso sanguine* (Sic vocat quia sanguis erat hominis, ejúsque innocentis [t], & Filii Dei [v], Act. 20. v. 28 [x].) *quasi* (vel, *velut*, V. Er. Sed ὡς veritatem, non similitudinem, hîc declarat [y]: vel, *utpote*, Be. Pi. *tanquam*, Val. V.) *agni*, &c.] Ὡς hîc notat causam, q. d. ut qui sit agnus, ille scil. qui tollit peccata mundi, Joh. 1. 21 [z]. Magna res sit oportet ob quam Deus Filium suum morti dederit. Ideo liberatio nostra sæpe tribuitur *sanguini* Christi, Eph. 1. 7. & 2. 13. &c. aut etiam *vitæ* ipsius, nempe, ob nos amissæ, Matth. 20. 28. 1 Tim. 2. 6. aut etiam *morti* ob nos toleratæ, Rom. 5. 10. Col. 1. 22. Heb. 2. 14 [a]. Christus autem *agnus* vocatur, vel, 1. quia similis erat agno in innocentia [b], obedientia, mansuetudine [c], patientia in morte; vel, 2. per allusionem ad typos V. T [d]. tum, 1. ad agnos jugis sacrificii [*]; tum, 2. & propriè ac præcipuè [f], ad Agnum Paschalem [g]; qui Christum apertè præfigurabat [h], qui debebat esse תמים, *perfectus*, Exod. 12. 5. Ad id requirebatur ut nulla pars necessaria ei deesset, neque verò alia notabilis in eo aliqua esset deformitas. Ad illud refertur ἀμώμου, ad hoc, ἀσπίλου. Christus verè *Agnus Paschalis*, id est, id quod per illum Agnum significabatur. Per illum liberati sumus à servitute, & ab Angelo vastante: Joh. 1. 29. 1 Cor. cap. 5. ver. 7. & fuit is *sine peccato*, Joh. cap. 8. v. 46. infrà 2. 22 [i].

20. *Præcogniti*, Προεγνωσμένου] Sume ut πρόγνωσιν suprà v. 2 [k]. *Præordinati*, P. Be. Pi. E. sic Er. V. *Prædecreti*, sive *prædestinati*, Er. T. ex Sy. Nempe, ad tantum nostrum bonum, scilicet ut effuso sanguine suo nos redimat †. ¶ *Ante mundi constitutionem*] Jam à mundi initio Deus Christum mittere destinaverat. Vide ad Joh. 17. 5 [l]. Al. Ab æterno [m]. Hâc enim phrasi æternitas notari solet [n], ut Joh. 17. 24. Eph. 1. 4 [o]. Nam creationem nihil præcedit nisi quod æternum est [p], & tempus cum mundo cœpit [q]. Nec ulla sunt in Deo consilia quæ non sunt ab æterno. ¶ *Manifestati autem*] id est, Missi, vel exhibiti [r]. *Ostensi*, G. nempe in carne, ex 1 Tim. 3. 16 †. vel, mundo [t], per incarnationem, passionem, resurrectionem, & prædicationem Apostolorum [v]. Sic & ἐπιφᾶναι dicitur Luc. 1. 79. Vide Joh. 1. 11. & 1 Tim. 3. 16 [x]. ¶ *Novissimis*, &c. Ἐπ' ἐσχάτων (In MS. est ἐπ' ἐσχάτου, quomodo & Num. 24. 14 [y].) τῶν χρόνων δι' ὑμᾶς] *Ultimis temporibus* (Nempe mundi [z], quibus nunc vivimus [a]: tandem post longam exspectationem: באחרית הימים. Sic Heb. 1. 1. Vide 2 Tim. 4. 1. Judæ v. 18 [b]. Sic vocat totum tempus ab adventu Domini ad finem seculi [c].) *propter vos*, Be. Pi. Vide Heb. 11. 40 [d]. vel, *vestro bono*, G. i. e. Ut vos cum aliis fidelibus servaremini, &c [*]. Redemptionis fructus extenditur ad omnia secula, sed multò copiosior erat post adventum Christi [f]. Argumentum tale est, Christus patribus vestris promissus tantùm fuit, vobis autem exhibitus est. Vos ergò illis feliciores, Mat. 13. 17. Heb. 11. 39, 40. Proinde sanctè vobis vivendum [g].

21. *Qui*, &c. Τοὺς δι' αὐτοῦ πιστεύοντας, &c.] Apparet id factum vestro bono: nam *per eum firmiter credidistis in Deum* Patrem, non ut qui vos liberaverit ex Ægypto, sed ut *qui Christum à morte liberaverit, summâque gloriâ auxerit*, ut illo auctore eadem bona & vos acciperetis. De illa evectione Christi, vide Phil. 2. 9, 10. Heb. 2. 9, 10 [h]. Indicat manifestationem Christi non omnibus eis prodesse, sed credentibus [i]. [Sic reddunt:] *Qui per eum* (i.e. Christum [k]:) *creditis in Deum* (ut authorem salutis nostræ [l]. Per Christum nos credere dicit in Deum, vel, 1. quia Deus per solum Christum, & nobis manifestatur, Joh. 1. 14. & à nobis aditur, Joh. 14. 6 [m]. vel, 2. quia fides non nisi ex merito Christi haberi potest [n].) *qui excitavit eum à mortuis*, (Hoc glorificationis Christi initium, progressus & augmentum in ascensione, missione Spiritûs S. prædicatione, &c. ex quibus constabat, ipsum esse Dei Filium verúmque Deum, &c [o].) *& gloriam ei dedit*, Pi. sic Be. &c. Confer Phil. 2. 9, 10, 11 [p]. & Heb. 2. 9, 10 [q]. De hac sua gloria loquitur Christus Joh. 5. 23. & 12. 23. & 17. 5 [r]. ¶ *Ut fides vestra & spes esset in Deo*] Vel, *in Deum*, E. ex Sy. Mo. &c. vel, *Ut vos fidem ac spem haberetis erga Deum*, Er. [Est hæc, vel, 1. anticipatio,] Frustrà populares vestri vobis objiciunt, vos, quia in Christum fidem, & consequentem fidei spem, collocatis, à Deo deficere. Nam illa ipsa *fides vestra & spes*

spes per Christum *in* eum *Deum tendit* cujus illi se cultores profitentur †. [Vel, 2.] Est ratio ejus quod proximè præcedit [t], sive illatio ex præced [v]. [quam variè explicant:] Deus dedit Christo hanc gloriam, ut mundo patefieret, ipsum esse verum Deum; ut dum creditis & speratis in Christum, non sit ea fides & spes in puro homine, sed in Deo: alioqui in eum credentes maledicti essetis, juxta Jer. 17. 5 [x]. Al. Ut videntes resurrexisse Christum, qui est caput vestrum, crederetis [y], tum, 1. Deo pro peccatis vestris plenissimè satisfactum esse, vosque perfectissimè esse Deo reconciliatos [z]: [tum, 2.] vos, ut membra illius, beatæ resurrectionis & gloriæ participes fore [a]. Resurrectio enim & gloria Christi sunt duo fundamenta fidei nostræ [b], ut apparet ex Act. 2. 33. & 5. 31. & 10. 40, &c [c]. & 1 Cor. 15. 14, 17. 1 Pet. 3. 21 [d].

22. *Animas*, &c. Τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἡγνικότες ἐν τῇ ὑπακοῇ, &c.] *Animas vestras* (*Animam* tantùm nominat, quia hujus purificatio & præcipuè ac antè omnia quærenda est, & secum trahit mundationem carnis [*]:) *castificantes* (vel, *purificantes*, V. *sanctificantes*, Zeg. vel, *qui purificastis*, sive *purificatis*, vel, *cùm purificaveritis*, E. Ger. Be. Pi. *quum sanctificaveritis*, E. ex Sy. sub. *igitur*, Be. Pi. vel, *purificando*, ut Participium resolvatur in Gerundium. Neque enim prædicat eos Apostolus, quòd hoc jam fecerint, sed hortatur ut faciant [f]. Agitur hîc non de prima illa purgatione, sed de exactiore, ut sequens mentio *Spiritûs* monstrat. Vide Joh. 13. 10. & 15. 2 [g].) *in obedientia* (vel, *per obedientiam*, Zeg. Pi. Ham. ἐν, pro διὰ [h]. vel, *obediendo*, Er. *auscultando*, Be. Pi.) *veritatis* (vel, *veritati*, Er. Be. Pi. vel, *ut magis magísque Evangelio obediatur*. Evangelium enim eximiè vocatur *veritas*. Vide Jac. 5. 19. ἐν τῇ ὑπακοῇ, id est, εἰς τὴν ὑπακοήν [i]. Vel, per fidem quâ obeditis & acquiescitis veritati, & quâ *corda purificantur*, Act. 15. 9 [k]. Est ergò hæc fidei periphrasis [l]. Genitivus objecti, & Synecdoche generis [m].) *per Spiritum*, (Sanctum scilicet [n]; per operationem Spiritûs Sancti [o], exactissimè purgantis etiam affectus. Deest hoc in Vulg. & Sy. & MS [p].) *in*, vel *ad*, *fraternum amorem* (εἰς hîc accipi possit ἐκβατικῶς, *diligite vos in fraternam charitatem*, i. e. ut omnibus constet, vos esse invicem fratres ac Dei filios [q]. Vel, *per fraternam charitatem*, εἰς, pro διὰ, ut passim [r]: vel, *cum charitate fraterna*, Er. P. vel, *in fraternam societatem*, q. d. in unum corpus aut collegium fraternæ charitatis †. Φιλαδελφία vox apparet etiam Rom. 12. 10. 1 Thes. 4. 9. Heb. 13. 1. 2 Pet. 1. 7 [t]. ubi significat mutuum Christianorum in ipsos amorem [v]. Idem hîc est quod ἀγάπη Rom. 12. 9. 2 Cor. 6. 6. ubi quoque est vox ἀνυπόκριτος [x].) *non simulatum* (Syrus, *qui non accipit vultum*, id est, non assumit larvam tantùm externam [y]; qui, ut exponitur 1 Joh. 3. v. 18. *non diligit verbo, sed opere & veritate* [z]. In humanis amicitiis multum est simulationis: *sincera ac sine fuco* illa est quæ per Christum & propter Christum coalescit [a].) *ex puro corde* (ut exigitur 1 Tim. 1. 5. adde Matth. 5. 8. 2 Tim. 2. 22 [b]. i. e. ex corde per fidem purificato, ut apparet ex præced. & ex collat. 1 Tim. 1. 4 [c]. ut proximus non nisi propter Deum diligatur [d]. Excludit etiam hoc amorem impurum & carnalem [*]. In MS. tantùm est ἐκ καρδίας, quomodo Rom. 6. 17. & ità legit Latinus [f].) *diligite* (Facite quod Spiritus suadet [*]:) *impensè*, Mo. Er. Zeg. vel, *intensè*, Be. Pi. sic Ger. Gom. i. e. ardenter & totis viribus [g]: *vehementer*, Er. V. G. non perfunctoriè. Sic ἀγάπην ἐκτενῆ habemus & infrà 4. 8. προσευχὴ ἐκτενὴς, Act. 12. 5 [h]. ἐκτενῶς, Luc. 22. 44. vel, *jugiter*, *continuè*, *non interruptè*, ut Joel. 1. 14. Act. 26. 7. Judith. 4. 7, 10 [i]. vel, *extensè*, continenter, ut scil. amor extendatur ad omne tempus, & ad omne genus proximorum [k]. Metaphora ab arcuum, vel instrumentorum musicorum, nervis deducta. Ut enim nervus intensus in arcu fortiùs ac longiùs telum emittit, & chorda intensa sonum clariorem edit, & à pluribus meliùsque sentitur, ità & charitas quò intensior ac major, eò latiùs & ampliùs ad aliorum utilitatem sese exserit [l]. Exhortationis summa est, Sicut purificati estis fide, sic etiam puram deinceps exhibete charitatem in vestra conversatione; ut actiones respondeant generationi, tanquam vita secunda vitæ primæ, de quo sequitur [m].

23. *Renati*] Vide suprà v. 3 [n]. *Quippe regeniti*,

† G. · t E. · v Ger. · x Q. in E. · y Me. sic E. Ger. · z Ger. · a E. sim. Me. Ger. · b Gom. sim. E. Ger. · c Ger. sic E. · d Gom. · * Ger. · f Idem. · g G. · h Pi. · i G. · k Ger. cum E. sim. Pi. Vor. · l Pi. Vor. sim. Gom. · m Pi. · n E. Gom. · o Pi. · p G. · q Ger. · r Ger. ex Oecum. · † E. · t G. sic E. Ger. · v E. Ger. sic Er. · x G. · y E. · z E. Ger. · a G. · b Idem. · c Ger. · d E. · * E. sim. Gom. · f G. · * Idem. · g Ger. · h G. · i Ger. · k Me. · l Gom. · m E. · n G.

Pi. Causam dat cur Christiani debeant fraterno amore invicem diligere, quia scil. fratres sunt [o]. Fraternitatis fontem hîc monstrat, nempe nativitatem secundam. ¶ *Non ex semine corruptibili*] Fœdo quoque & immundo, Job. 14. 4. quale illud ex quo est prima nostra nativitas [p]. Semen hominis mortalis non gignit nisi ad vitam mortalem. ¶ *Sed incorruptibili*, Ἀλλὰ ἀφθάρτου] Intellige effectivè, *ex semine ducente ad vitam immortalem*, quomodo ἐλπίδα ζῶσαν habuimus suprà ver. 3 [q]. ¶ *Per*, &c. Διὰ λόγου Θεοῦ ζῶντος, &c.] Hæc præcedentibus annectuntur per Appositionem & ἐπεξήγησιν [r]. Illud autem ζῶντος, &c. conjungendum, vel, 1. cum voce Θεοῦ †. Nam de verbo Dei idem mox dicet [t]. Apparet hoc, tum ex MS. ubi est ζῶντος Θεοῦ, tum ex Dan. 6. 26. unde sumpta hæc verba, ubi in Græco, αὐτός ἐστι Θεὸς ζῶν καὶ μένων. Non mirum est si ad immortalitatem ducit semen quod proficiscitur à Deo, qui semper vixit victurúsque est. Deum *satorem* vocare frequens apud Hebræos, ut diximus ad Matth. 13. 3 [v]. [Sic ergò vertunt:] *Per* (vel, Id est, *per*, Be.) *sermonem viventis Dei, & manentis in æternum*, Er. Ti. P. E. Gom. Be. Tunc autem scripsisset, διὰ λόγου Θεοῦ ζῶντος, &c [x]. Vel, 2. cum voce λόγου, sicut ex seq. testimonio Esaiæ apparet [y]. [Hi autem vertunt:] Videlicet *per sermonem Dei vivum*, &c. Pi. Vor. Sic vocat, vel pro, *efficacem*, ut est Heb. 4. 12. vel pro, *vivificum*, ut Joh. 6. 51 [z].

24. *Omnis caro* (i.e. per Synecdochen [a], homo [b], carnaliter natus [c]: Opponit hîc hominem ψυχικὸν πνευματικῷ, ut omnia gratiæ regeneranti tribuat [d]: sub. *est*, Be. Pi.) *fœnum*, Χόρτος] *Gramen*, Be. Pi. Er. Jun. &c. *Herba*, G. q. d. Perit, & quidem citò [*]. Sensus idem Sirachidæ, 14. 18. Nec dissidet Homericum illud, Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν [f]. ¶ *Gloria*, &c.] In Esa. 40. 6. est חסד, *bonitas* [g], vel, *benignitas*, h. e. gloria benignè à Deo in hominem collata [h]; quam ut ibi LXX, ità hîc Petrus, *gloriam* vocat, ut ex consequente intelligatur antecedens. Quicquid in homine præstantissimum est, & de quo gloriari solet, illud totum est ut gramen, quod primùm pulchrè floret, sed mox arescit [i]. *Omne id quod in rebus humanis magnificum ducitur*, forma, vires corporis, eruditio humana, divitiæ, honores, *ità sunt ut herbæ viror*. Nam id esse ἄνθος χόρτου diximus ad Jac. 1. 11 [k]. Nomine *carnis* & *gloriæ ejus* præcipuè hîc Legem Mosis & doctrinas hominum intelligit, ut ex ipsius scopo videre licet [l]. ¶ *Exaruit fœnum*, &c.] Propè eadem hîc verba quæ Jac. 1. 11. ut appareat fuisse hæc Proverbio usurpata. Vide ibi dicta [m]. [Sensus loci, q. d.] Humana omnia pereunt, & gloriâ suâ maximâ excidunt, & proinde instituta carnalia Judæorum jam abrogata sunt [n]. Locus hic Esaiæ adductus est, tum ad declarandam utriusque seminis (de quo v. præced.) naturam, tum, ad confirmandam verbi divini durabilitatem [o].

25. *Verbum autem Domini manet in æternum*] Ex Esa. 40. 8. Idem sensus Psal. 119. 89 [p]. Probat alterum membrum, nempe, semen ex quo renati sumus, esse incorruptibile [q]; ex quo natus est homo spiritualis, qui proinde certâ ratione incorruptibilis est, id est, non moritur & æternâ morte [r]. Ab illa, inquit, miseria & vanitate vindicatur homo, quum verbum Domini habet in se manens. Illud enim æternum cùm sit, in subjecto æterno manere oportet, vel, saltem subjectum illud virtute Dei, & communione incorrupti illius seminis, æternum fit †. Verbum Dei durat in æternum, tum, 1. absolutè, in se, ratione veritatis perpetuæ, ut Mat. 24. 35. tum, 2. relatè, in verè credentibus, 1 Joh. 3. 9 [t]. Hoc ex dictis colligendum relinquit Petrus, eos qui ex hoc verbo renati sunt incorruptibiles & immortales futuros [v]. ¶ *Hoc est autem verbum*, &c.] Vult dicere, Illa verba Esaiæ sensum habere excellentissimum si intelligantur de Evangelio. Nam & alia Dei verba *manent* quidem, id est, à Deo non retractantur; sed solum Evangelium fructum producit verè æternum [x]. Probat Esaiæ verba ad hoc argumentum pertinere. Deus, inquit, jam olim hoc argumentum sacrarum prædicationum in Evangelio esse voluit, ut homines dejicerentur in se, Evangelio autem erigerentur in spem vivam per resurrectionem Christi. Quod autem Esaias olim prophetaverat, illius complementum jam existit in Ecclesia [y]. Hoc, inquit, Esaiæ verbum est verbum Evangelii [z]; vel, quod idem

o Me. · p E. · q G. · r Pi. · † G. sim. E. · t E. · v G. · x Pi. · y Vor. ex Pi. · z Pi. · a Jun. · b Jun. G. E. Ger. · c E. Ger. · d Be. · * Ger. · f G. · g Ger. · h Jun. · i Ger. · k G. · l Vor. · m G. · n Ham. · o Ger. · p G. · q E. Ger. · r Ger. · † Jun. · t Gom. · v E. · x G. · y Jun. · z Me. sim. E. Ger. Gom.

idem est, verbum fidei, quod fide susceptum adeò efficax est ut credentibus tribuat æternitatem, id est, vitam æternam ||.

CAP. II.

1. DEponentes, &c. Ἀποθέμενοι οὖν, &c.] Illud οὖν refertur ad c. 1. 23 [a]. q. d. Cùm sitis renati & novi homines, deponite antiquos mores & vitia; & infantiam atque innocentiam Christianam, quam in hac regeneratione inchoâstis, retinete [b]. Suadet φιλαδελφίαν, c. 1. 22. hìc dehortatur à vitiis oppositis isti charitati [c], ac regenerationi [d]. *Deponentes* (Tanquam vestem vetustate detritam [*]; vel, *Deponite*, Ger. i. e. derelinquite [f]. Verbum ἀποτίθεσθαι in pari sensu habemus Eph. 4. 22, 25. Col. 3. 8. Jac. 1. 21 [g]. vel, *Postquam deposuistis*, nempe, in regeneratione per Baptismum factâ [h].) *igitur omnem* (i. e. omnino & perfectè [i]:) *malitiam*, (i. e. omne genus vitiorum [k]. Al. Κακία alibi nomen Generis, hìc Speciei, ut Latinum *malitia* [l]. Sic Rom. 1. 29. 1 Cor. 5. 8. Eph. 4. 31. Col. 3. 8. Tit. 3. 3 [m]. Est malignitas [n], vel, interior illa perversitas [o]; quâ quis datâ operâ nocet alteri [p], vel, malo delectatur alieno [q].) *&—dolum*, (Rom. 1. 29 [r]. i. e. machinationem fraudis ad circumveniendum aliquem [†]:) *& simulationes*, Ger. &c. Cùm quis alium se esse simulat quàm est, & amorem in vultu præfert quem non habet in animo [t]: vel, *simulatam bonitatem*. *Malus bonum cùm simulat, tunc est pessimus.* Vide Matth. 6. 2. & 23. 28, &c [v]. In verbis dolus est mendacium, 1 Pet. 2. 22. in operibus, simulatio, Act. 13. 10. in corde, fraudis machinatio, Matth. 26. 4 [x]. ¶ *Invidias*] Rom. 1. 29. Gal. 5. 21. &c [y]. ¶ *Et*, &c. Καὶ—καταλαλιάς] *Et— detractiones*, Vulg. sic P. vel, *oblocutiones*, Mo. *obtrectationes*, Ger. sic Er. Be. Pi. Tre. &c. Quibus proximi absentis famæ malitiosè detrahitur [z], Rom. 1. v. 30. 2 Cor. 12. 20 [a].

2. *Sicut modò geniti infantes*] כעוללים, *tanquam recèns nati* [b], nempe, ex quo verbum Evangelii recepistis. Vide suprà v. 3 [c]. Ut nuper per Baptismum & verbum regeniti [d]: Ut novi homines facti, & novum vitæ genus ingressi ||. Perstat in præced. metaphora [*]. Ὡς hìc ὁμοιωτικὸν est, & rei veritatem ac rationem designat, non similitudinem [f]. Secundùm Christianismum nobis vivendum est, non secundùm Judaismum [g]. ¶ *Rationabile*, &c. Τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα] *Lac illud* (*Lactis* nomine intelligit, vel, 1. affectus omnes spirituales vitæ [h], vel, consentaneam innoxiæ naturæ, & simplici infantiæ, vivendi rationem [i]. Sed lac eo sensu in Scriptura S. non occurrit. Vel, 2. verbum Dei [k], sive doctrinam Evangelii [l]; quam hìc commendat ut medium charitatis & sanctitatis non minùs quàm fidei ingenerandæ, & cujus usus duplex est, regenerare, quo respectu *semen* dicitur 1 Pet. 1. 23. & regeneratos nutrire ac conservare, quo respectu vel *lac* est, vel *solidus cibus*, 1 Cor. 3. 2. Heb. 5. 12, 13 [m]. Quod tamen discrimen hìc non attenditur, quia lac non opponitur h. l. cibo perfectorum, sed vetustati vitæ [n]. *Lac* varias habet translationes: alibi opponitur *cibo solido*, at hìc *rebus mixtis, ac proinde non sinceris* [o].) *sermonis* (nempe Evangelici, de quo cap. 1. 23 [p]. λογικὸν, pro τοῦ λόγου, notat rem ipsam quæ lacti comparatur. Simile exemplum infrà v. 13. & c. 3. 7 [q]. Vel, *verbale*, V. Zeg. i. e. verbum Dei [r]. Vel, *rationale*, Ca. sic Mo. Vulg. Val. Er. ex Hi. V. E. Gom. Vor. λόγος enim est & *ratio* & *oratio* [†]: q. d. quod secundùm rationem vivere nos docet [t]: vel, *spirituale*, G. ex Sy. E. Me. Gom. λογικὸν, i. e. μυστικὸν, τὸ νοητόν. Vide Rom. 12. 1. & quæ dicta ad Matth. 26. 29. Luc. 22. 16 [v]. q. d. Lac intelligo non corporis, sed animi [x], quo pascuntur creaturæ ratione utentes [y]; quo mens alitur & roboratur [z]:) *sincerum*, Il. Be. Pi. vel, *sine dolo*, Mo. *alienum à fraude*, Ca. *mundum*, Tre. ex Sy. *quod dolum nescit*, Er. Ti. id est, vel, quod nos doli expertes reddit [a]: vel, quod sugentes non fallet [b]; vel, non adulteratum [c], & aquâ mixtum [d]; non figmentis humanis corruptum [*], 2 Cor. 2. 17. & c. 4. v. 2 [f]. ¶ *Concupiscite*, Ἐπιποθήσατε] *Adamate*: nisi fortè fuerit ἐπιποθήσητε [g]. Ἐπιπόθησις significat vehe-

mens desiderium, quale infantis erga lac maternum. Vide Rom. 1. 11. 2 Cor. 5. 2. & 9. 14. Phil. 1. 8. & 2. 26 [h]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἐν αὐτῷ αὐξηθῆτε] *Ut in eo* (vel, *per illud*, Be. Pi. Ger.) *augeamini*, Mo. sic Be. vel, *adolescatis*, Pi. i. e. Magìs magìsque proficiatis in pietate [i], ut infantes corpore augmentum capiunt [*]. Par similitudo Eph. 4. 13. Adjicit hìc MS. cum Syro & Latino, εἰς σωτηρίαν, rectè. Non enim incrementum illud aliò spectat quàm ad salutem æternam [†].

3. *Si*, &c. Εἴπερ ἐγεύσασθε ὅτι χρηστὸς, &c.] *Siquidem* (vel, *Quandoquidem*, εἴπερ, pro ἐπειδήπερ [k]. Εἴπερ hìc non est dubitantis, sed supponentis, ut patet ex sensu [l]. q. d. Scio vos id facturos, si modò ii estis quos spero [m].) *gustâstis* (Γεύεσθαι hìc non est *leviter degustare* [n], nudâ agnitione & approbatione, ut Heb. 6. 4 [o]. sed *experiri* [p]; vel, percipere gustu spiritualis palati [q], seu vivâ fide [r], ut Mat. 16. 28. Joh. 8. 52. Heb. 2. 9. & 6. 4. Solent enim Hebræi ad significandos sensus internos vocabula de quovis sensu externo mutuari. Ideo Lxx in Psal. 34. 8. pro טעמו posuerunt γεύσασθε καὶ ἴδετε. Nec aliter hìc Syrus [†].) *quòd* (vel, *quàm*, G.) *benignus* (vel, *bonus*, Be. Pi. *commodus*, Be. *suavis*, sive *dulcis*, D. G. Vulg. E. Me. Ger. ut à Gustu sumpta translatio meliùs procedat [t]. Vide Luc. 5. 39. Et sic habent vetustæ Versiones in Psalmo, ubi est טוב [v].) *sit Dominus*, Er. &c. i. e. Christus [x], qui verè χρηστὸς est [y]. In Psal. 34. יהוה, Κύριος, more V. T. est Deus Pater [z]. [Sensus,] Siquidem participes facti estis consolationum spiritualium, quibus fideles suos dignatur Dominus [a]; vel, fide suscepistis Evangelium, tanquam nuntium lætissimum & omni acceptione dignum; illud ampliùs appetite, sicut infantes dulcedine lactis gustatâ, rursus ipsum gustare cupiunt [b].

4. *Ad quem* (Nempe Christum [c]:) *accedentes*] i. e. Quotidianis virtutum profectibus vos magìs magìsque ei conjungentes [d]. Vox hìc Cultum Obedientiámque significat. Vide Heb. 4. 16. & 7. 25. & 10. 1, 22. & 11. 6. קרב [*]. Confirmat hìc præced. exhortationem à salutari vocationis ad Christum initio, q. d. Jamdudum ad Christum fide accedere cœpistis: In hac ergò vocatione vestra constanter pergite quotidianis profectibus, &c [f]. ¶ *Lapidem*] i. e. Tanquam ad lapidem. Ellipsis particulæ ὡς, quæ frequens ut Psal. 11. 1. *Vola passer*, id est, ut passer, Esa. 21. 8. *clamavit* (sub. *ut*) *leo*, &c [g]. Hortationem præced. confirmat ab excellenti dignitate Christianorum [h], & ipsius Christi [i], quem propter firmitatem *lapidem* vocat, scil. angularem. Acceptum nomen à Prophetis, quorum verba mox refert [k]. Ad aliam hìc transit Metaphoram fabricæ, & lapidum ejus [l]. Ecclesiam Templo comparat, cujus lapides sunt singuli fideles [m]. ¶ *Vivum*] Qui in se vitam habet, & omnes suos vivificat [n]. Illud ζῶντα (*vivum*) significat Allegoriam, sicut modò vox λογικὸν •• alibi καινὸν, alibi πνευματικὸν, aut πνευματικόν, & similia. Respiciuntur loca Psal. 118. 22. Esa. 8. 14. & 28. 16. de quibus diximus ad Mat. 21. 42. & Act. 4. 11 [p]. ¶ *Ab hominibus* (Intelligit Judæos [q], Scribas & Pharisæos [r]; sed præcipuè eos qui erant in Synedrio [†]:) *reprobatum*] q. d. Eum quasi lapidem inutilem, imò noxium, rejecerunt à fabrica suæ Synagogæ [t]. Ἀποδεδοκιμασμένον נמאס. Sic & Mat. 21. v. 42. Luc. 20. 17. Pro eodem est ἐξουθενηθεὶς, Act. 4. 11 [v]. ¶ *A Deo*, &c. Παρὰ δὲ Θεῷ ἐκλεκτὸν, ἔντιμον] *Apud Deum* (id est, In oculis Dei [x]: vel, *A Deo*, Vulg. Mo.) *verò electum*, (In fundamentum Ecclesiæ [y]: vel, quod præstans est, vocat *electum* more Scripturæ [z]. Ἐκλεκτὸν, בחור Hebræis, quomodo Lxx legêre Esa. 28. 16. ubi vulgò בחן. Syrus id גבא, quomodo hìc vertitur. Quod in Psalmo est *factum in lapidem angularem*, i. e. quo totum ædificium sustineretur, id hìc aliis verbis, sensu eodem, hìc dicit [a].) & *honoratum*, V. vel, *pretiosum*, Er. Be. Pi. vel, *in pretio habitum*, Er. V. Celebrem & cultum toto orbe [b]; vel, *maximi factum*, G.

5. *Et*, &c. Καὶ αὐτοὶ—οἰκοδομεῖσθε] *Et ipsi*, (vel, *Sic & vos*, V.) *tanquam lapides vivi*, (Tam ζῶντες, quàm πνευματικὸς, Allegoriam significant. Est autem sensus idem qui Eph. 2. 20. Apud Hebræos Levitæ dicebantur *lapides Templi*: At nunc singuli Christiani, *lapides*; iidem cuncti *templum*, sive *domus*, *Dei*, 1 Cor. 3. 16, 17. & 6. 19. 2 Cor. 6. 16. Eph. 2. 21. Apoc. 3. 12. In MS. est ἐποικοδομεῖσθε, nempe, *super Christo Lapide principali*.

Nec

Nec aliter legit & Latinus[c]. Metaphoram de lapide Christo accommodat ad fideles, quos *lapides* vocat, quia ædificatio firma & solida fit ex lapidibus; *viventes* autem, ut significet Metaphoram, simulque insinuet, eos non lapides insensibiles esse, qui seipsos movere non possunt; sed ipsos sese bonis actionibus, adjuvante Deo, promovere, ut ædificio perfectiùs inhæreant[d].) *ædificamini*, Mo vel, *superædificamini*, Vulg. Verbum hoc est, vel, 1. modi Indicativi[*], ut sit expositio beneficiorum, seu benignitatis illius, Christi de qua jam actum est[p]. Versatur enim Petrus in exaggeranda piorum dignitate, &c[q]. vel, 2. modi Imperativi[r], *ædificemini*, Pi. Zeg. P. Sy. in E. *exstruamini*, Camer. *superædificemini*, V. *ædificati fiatis*, Be. Pi. *superædificate vos*, Me. Intellige ratione continuationis & incrementi, non principii, ut ex v. 2. apparet; regenerati enim erant, &c[†]. ¶ *Domus spiritualis*] i. e. Mystica, ad differentiam domûs materialis & propriè dictæ, Tabernaculi & Templi[t]. Per Appositionem additum[v], q. d. In domum, &c. i. e. ut sitis domus Dei per fidem, &c[x]. Omnes fideles ædificantur in unam domum spiritualem, nempe Ecclesiam[y]. Respicit hîc loca in quibus Tabernac. vel Templum, vocatur *domus Dei*, ut Exod. 23. 19. & 34. 26. Deut. 23. 18. alioqui etiam singuli fideles sunt domus Dei, 1 Cor. 3. 16. Eph. 3. 17[z]. ¶ *Sacerdotium sanctum*, Ἱεράτευμα, &c.] In MS. εἰς ἱεράτευμα[a]. id est, Sacerdotes[b], nempe generaliter & impropriè, vel metaphoricè[c]. *Sacerdotium* appellat functionem & administrationem sacrorum in domo spirituali[d]. Ἱεράτευμα hîc significat *ordinem Sacerdotum*, ex collat. Exod. 19. 6. & Apoc. 1. 6. Olim ex una Tribûs parte erant Sacerdotes, per Christum omnes: Rom. 12. 1. Phil. 2. 17. & 4. 18. Heb. 13. 15. Apoc. 1. 6. & 5. 10. & 20. 6[*]. Sancti omnes *sacerdotes* tales facti sunt, tum externâ vocatione, tum, internâ Spiritûs sanctificatione[f]. ¶ *Offerre*, &c. Ἀνενέγκαι, &c.] i. e. Εἰς τὸ ἀνενέγκαι, locutione nostris frequente[g]. *Ad offerendum spirituales hostias*, Be. Pi. E. &c. ad discrimen carnalium, & cultûs externi[h], i. e. ea sacrificia quorum vetera umbræ fuere[i]. Hæc autem sacrificia sunt Preces, Castitas corporis, Opera misericordiæ[k], Laudes[l], Oblatio sui, Rom. c. 12. v. 1[m]. & actionum suarum Innocentia[n]. Vide quæ ad Matth. 2. 11. & ad dicta jam Pauli loca, & quæ Justin. contra Tryph[o]. [cujus verba habes in G.] ¶ *Acceptabiles* (vel, *Gratas*, E. Me. *Acceptas*, Be. Pi. E. Nempe, ad salutem & gloriam nostram[p]. Sensus mysticus Legis Dei, ריח ניחוח, Levit. c. 1. v. 9. Vide quæ à nobis dicta Rom. 12. 1. & c. 15. v. 16, 31[q].) *Deo per Jesum*] Per quem omnia nostra Patri offerre debemus, ut ei accepta, meritoria, & impetratoria sint[*]. Al. *Per Christum*, i. e. in nomine Christi[†], vel, secundùm Christi præceptum, ut Heb. 12. 15[t]. Referendum hoc, vel, 1. ad verbum ἀνενέγκαι, ex collat. Heb. 13. 15. *Per ipsum offerimus*, &c[v]. vel, 2. ad *acceptabiles Deo*[x].

6. *Propter*, &c. Διὸ καὶ περιέχει, &c.] *Quapropter &* (vel, *etiam*, Pi.) *continet* (vel, *complectitur*, Glass. Est brevis locutio[y]. Intelligitur, vel, 1. Deus[†], cujus mentio fit v. præced[z]. ut sit Ellipsis nominis ex præced. repetendi, ut Amos. 8. 14. *Et viæ Bersabe*, repete *Deus*[a]: vel, 2. Christus, qui *continet* totum ædificium[b], sive qui in Scriptura describitur continens & connectens in se duos populos, &c[c]. vel, 3. ἡ γραφή. Nam Hebræi solent ex verbis nomina intelligere[d]. Περιοχὴ est *locus aliquis in Scriptura*, Act. 8. 32[*]. Vel, *continetur*, Be. Pi. Il. P. Mo. Περιέχει ponitur neutraliter in significatione Passiva[f], pro περιέχεται[g]; impersonaliter ponitur, ut ἀπέχει, Marc. 14. 41. In Lexico Medicinali Erotiani λέξις περιέχουσα est *verbum quod occurrit in authore & loco ibi citato*[‖]. Vel, *legitur*. Vide 1 Macc. 15. 2. 2 Macc. 9. 18. & c. 11. v. 16, 22[h]. vel, *excellit*, sive *eximius est*, ille lapis[i]; vel, excellens declaratur[k]. Nam περιέχειν interdum valet *excellere*[l]. Vel, *habetur*, Ca. *dicitur*, Sy. in Glass. vel, *est*, Æth.) *Scriptura*, Er. Ti. Vulg. In uno cod. vet. est ἡ γραφή[m]. Sed id deductum ex Versione Latina[n]. Vel, *in Scriptura*, Il. P. Mo. Be. Pi. G. &c. nempe *sacra*, ex Rom. 1. 2. vel θεοπνεύστῳ, ex 2 Tim. 3. 16[o]. ¶ *Ecce pono* (vel, *ponam*, Ger.) *in Sion* (i. e. Synecdochicè in urbe Jerosol. ubi hoc per Apostolos factum, ut prædictum est Esa. 2. 3. vel, generaliùs & metonymicè[p], in Ecclesia[q], cujus typus erat arx & civitas Davidis in monte Sion exstructa[r]:) *lapidem summum angularem*, (vel, *in summo ponendum angulo*, Er. Ti. V. vel, *in imo angulo*, Be. Pi. P. Il. Gom. qu. d. *extremangularem*, Pi. qui firmitate & magnitudine excellit, cui tota moles incumbit[†].) *electum*, [De qua voce fusè hîc differit doctiss. Ham.] *pretiosum*] Contractum ex Græco Esa. 28. 16[t]. Vide hunc versum explicatum ad Eph. 2. 20[v]. ¶ *Qui crediderit in eum* (Quæ dico de hoc lapide, & salute per eum speranda[x].) *non confundetur*] id est, Non frustrabitur exspectatâ salute[y]. Heb. *non festinabit*, id est, non opus habebit ad alia remedia confugere, &c[z]. Sed LXX pro יחיש legerunt יביש. [De quo vide Synopsin ad Rom. 9. 33.] Sensus χρ πόδας apud Prophetam est, Si qui salvi esse vellent ex Decem Tribubus, illis confugiendum Hierosolyma velut ad arcem. Sublimior verò sensus in Christo, ad quem confugere debent omnes qui in æternum servari cupiunt[a]. Vide Rom. 10. 11[b].

7. *Vobis*, &c. Ὑμῖν οὖν ἡ τιμὴ] *Vobis igitur* (sub. *est*, Er. P. Pi. &c. vel, sub. *datus est*, Tre. ex Sy. & sub. *lapis ille*, E. G. Er. Pi. &c.) *honor*, Mo. P. Ar. vel, *hic honor*, Tre. Nempe, in judicio Dei[c], q. d. Vos non confundemini, sed honorabimini à Christo in die judicii[d]. Vel, *honori*, Be. *eximius*, Ca. *pretium*, Pi. *pretiosus*, Er. Il. Ti. V. *in pretio habendus*, Er. V. Alludit ad præced. ἔντιμον[*]. Est hîc Metonymia, vel, 1. Adjuncti pro Subjecto, *honor*, id est, honoratus, ut ad Christum referatur; vel, 2. Effecti pro Causa, *honor*, id est, causa honoris, sive salutis; ut opponatur pudori præced. quod hîc meliùs congruit[f]. ¶ *Et lapis offensionis*, &c.] Vel, *ad quem impingitur*, &c. Be. Pi. In quem ipsi graviter impingunt, ab eodem collidendi & conterendi, ut dicitur Matth. 21. 44[g]. Hoc est quod dicitur Luc. 2. 34[h]. ¶ *Lapis*, &c. λίθον—οὗτος ἐγενήθη, &c.] Est constructio qualis illa, *Urbem quam statuo vestra est*—At MS. λίθος. Sed rectè puto in Syriaco abesse hæc omnia, & translata huc ex Matth. 21. 42. neque enim huc pertinent. Sed bene aptantur incredulis ea quæ sequuntur. & sunt apud Esa. 8. 13. Quod ibi de Deo dicitur, id Christo hîc optimè tribuitur. Qui in durum lapidem impingunt, graviter cadere, sæpe & vulnerari, solent. Sensus idem Matth. 21. 44. ubi dicta vide[i].

8. *Iis qui*, &c. Οἳ προσκόπτουσι, &c.] *Qui offendunt verbo* &c. Mo. Nempe, *iis qui impingunt ad*, vel *in*, *Verbum*, sive *Sermonem*, D. Pi. sic Er. V. Zeg. &c. (i. e. vel, 1. Christum, qui *Verbum*, Joh. 1. 1[k]. vel, 2. Evangelium[l]. Nempe, *iis qui impingunt non parendo Sermoni*, Be.) *immorigeri*, Pi. Be. &c. vel, *rebelles*, J. Cap. Al. Locus sic legendus, οἱ προσκόπτουσι[m], sub. *ad eum*, nempe *lapidem*, ex Luc. 4. 11. Rom. 9. 32[n]. τῷ λόγῳ ἀπειθοῦντες[o]. Est hîc Præsens pro Futuro, *Nolentes verbo credere gravissimè impingent*, i. e. gravissimas pœnas ferent, excidio Urbis ac Templi, ac captivitatibus, exsiliis, contemptu denique apud omnes. Vide Jac. 5. 1[p]. ¶ *In quo*, &c. Εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν] *Ad*, vel *In*, *quod &* vel *etiam*, *positi* (vel, *conditi*, P. *creati*, Ar. *constituti*, Be. *directi*, Il. *destinati*, sive *ordinati*, Ca. G. Be. Pi. Me. E. Sic τιθέναι, שׂים, sæpe usurpatur, ut Joh. 15. 16. Act. 13. 47. 1 Thes. 5. 9[q].) *sunt*, Mo. Pi. Tre. ex Sy. Nempe, decreto Divino[r], quod est apud Danielem & Malachiam[†]. Illud εἰς ὃ refertur, vel, 1. ad remotius, scil. v. 6. ubi *lapis* hîc *positus* dicitur eo fine *ut qui credit non confundatur*. Subjungit ergò etiam incredulos in hoc positos esse, ut ipsi quoque in hunc lapidem fide ædificarentur, &c. sed ipsos propriâ culpâ in eum impegisse. Hanc enim connexionem monstrat τίθημι v. 6. & ἐτέθησαν hoc versu[t]. *Qui impingunt*—*nec veritati credunt*, cùm *in hoc conditi & constituti sint*[†]. Vel, 2. ad contrarium ejus quod præcesserat, ut sensus sit, Increduli offendunt ad Verbum[v], *ad quod*, scilicet audiendum[x], & credendum[y], *positi sunt*, id est, creati, ordinati, jussi à Deo[z], typis Legalibus instructi & præparati[a]. Nam in hoc erat paratus Judaismus, ut in Christum crederetur, quem Lex Mosaica præsignârat[b]. Sed hæc expositio dura est & violenta[c]. Et Neutrum ὃ non potest referri ad masc. λόγος, & proinde neque ad λίθος, ut aliquis voluit[d]. Vel, 3. ad verba proximè præcedentia[*], *ad quod*, nempe, ad quam rem[f]; id est, vel, 1. ad non credendum[g], *positi sunt*, vel, à se suâque voluntate & malitia[h] vel, à Deo[i], ex collat. Prov. 16. 4.

Sff 3 Luc.

Margin (left): c G. d E. * Q. in Gom. sic E. ex Bed. Caj. &c. Ger. p Q. in Gom. q Ger. ex E. r Gom. E. † Gom. t E. v Er. sic V. Be. x Me. y E. z Ger. a G. b Zeg. E. c E. d Er. * G. f Ger. g G. h E. sim. Ger. i G. sim. E. k G. l Be. m Gom. n e. n Gom. o G. p E. q G. * Me. † Ham. t G. v Q. in Ger. sic E. x Ger. ex E. y G. † Be. Pi. Glas. Vor. Sch. z Glas. sim. Be. a Glas. gram. 4. 2. 9. 717. b Er. c Er. in E. d G. * G. sim. E. Ger. f Ger. g Ger. Be. Pi. Vor. ‖ Ham. h G. i Er. k Er. in E. l E. m Be. Ger. n Ger. o G. p Gom. q Gom. E.

Margin (right): r Ger. ex E. † Gom. t G. v Me. x E. y E. Ger. z Ger. a G. b Be. c E. d Me. * G. E. f Gom. g E. h Me. i G. k D. l Er. sic V. Zeg. Cam. E. m Cam. sic Be. ex Sy. n Be. ex Sy. o Cam. Be. ex Sy. Camer. J. Cap. p G. q G. sic Be. Vor. Pi. Ham. r G. Pi. Gom. † G. t Ger. † Zeg. v Q. in Vor. x Q. in E. y T. z T. ex Bed. & L. a Q. in Vor. b Er. c Vor. d E. * Q. in Ger. f Q. in E. g Ger. h E. Me. sim. Be. Pi. Gom. i Me. k E. Me. Be.

Luc 2. 34. Rom. 9. 22, 23 [k]. qui propter gloriam suam [l], & ipsorum peccata præcedentia [m], permittit eos cadere in peccatum infidelitatis [n]; & justo ac libero judicio decrevit ipsos in incredulitate relinquere [o], ut meriti sunt [p], & ob eam ipsos justè punire [q]. Huic sensui favet, 1. collat. cum Rom. 1. 24. & 9. 17. 1 Thes. 5. 9. 2. præsens institutum. Loquitur enim de Judæis à Deo reprobatis [r]. Al. Illud, *impingunt*, non notat peccatum, quod designatur voce ἀπειθοῦντες [†] sed pœnam sive exitium, quod incredulitate suâ sibi accersunt [t]. *In hoc* à Deo increduli *sunt destinati*, ut gravissimè impingant, i. e. durissimas ferant incredulitatis suæ pœnas [v]. Al. *In quo*, nempe, fundamento, sive lapide angulari, h.e. Christo, *positi*, h.e. collocati, fuerant [x]. Judaica enim religio & Synagoga in Christo fundata erat [y]. Sed Græcè est εἰς ὃ, [non ἐν ᾧ [z].] Sed Interpres [Latinus] frequenter non facit discrimen inter εἰς & ἐν [a].

9. *Vos autem* (Christiani [b]. Particulæ, *Vos*, *Nos*, in jussionibus quidem ad omnes, in consolationibus autem & encomiis ad electos, propriè referuntur ‖: sub. *estis*, Be.Pi.) *genus electum*] *Genus* vocat ob regenerationem [c]; *electum*, quia electi erant à Deo [d], ut Ecclesiæ membra essent [*], & ad vitam æternam [f]. Et hos opponit reprobis, v. 7, 8 [g]. Vide suprà 1. 1. γένος ἐκλεκτὸν habes Esa. 43. 20 [h]. i. e. populum eximium [†]. Redit Petrus ad exaggerandam piorum dignitatem & felicitatem [i], quam v. 4. prædicare cœperat [k]. ¶ *Regale Sacerdotium*] Citat verba Exod. 19. 6 [l]. juxta versionem LXX. In Hebræo est, *regnum sacerdotale*, sive *sacerdotum* [m]. Sensus est, q. d. *multitudo Regum & Sacerdotum* [n]. Ἱεράτευμα sume ut suprà 5. Sed additur hîc βασίλειον, ut intelligantur Christiani per Christum ità facti *Sacerdotes*, ut simul & *Reges* sint ad Christi exemplum; non ut Israelitæ, de quibus id dictum Exod. 19. 6. ob sacrum Paschale, & ob libertatem omnibus communem & magnificas victorias; sed quia ea offerunt Deo de quibus jam antè diximus, & quia liberi sunt à vitiis, & vincunt Carnem, Mundum, Diabolum. Christiano enim homini verè illud aptari potest, *Rex est qui metuit nihil*: *Rex est qui cupiit nihil*; & quod Cicero dicit, *Regium esse nulli servire cupiditati*. Idem sensus Apoc. 1. 6. & 5. 10 [o]. *Sacerdotes* dicuntur respectu Dei, quia consecrati sunt cultui Dei: *Reges*, respectu aliorum, quia dominantur in vitam, in mortem, & in omnes hostes suos [p]; vel, quia suorum affectuum domini sunt [q]: vel potiùs, quia sunt filii & hæredes Dei, co-hæredes Christi, cum ipso æternùm regnaturi; vel, quatenus sunt membra Christi Regis & Sacerdotis [r]. Alludit ad morem priscum, quo Sacerdotium junctum erat regno [†]. ¶ *Gens sancta*] Suprà 1. 15. Sumpto verbo ex Deut. 7. 6. & 14. 2 [t]. Sic dicti ob sanctitatem non externam & legalem, ut Israelitæ, sed internam & veram [v]. Gens Deo dicata [x]. ¶ *Populus*, &c. Λαὸς εἰς περιποίησιν] id est, Περιούσιος [y]. Idem quod Heb. סגלה [z], *thesaurus*, sive κειμήλιον, quod magni æstimatur & diligenter asservatur [a]; quam vocem LXX reddunt περιούσιος [b], Exod. 19. 5 [c]. Th. autem & Sym. ἐξαίρετος [d], & Mal. 3. 17. reddunt, εἰς περιποίησιν [*]. Περιποίησις idem valet quod σωτηρία, ut Heb. 10. 39 [f]. Vide & Eph. 1. 14 [g]. [Sic vertunt:] *Populus* (vel, *Cœtus*, Tre. ex Sy.) *peculiaris*, Ar. vel, *redemptus*, Tre. ex Sy. *qui in lucrum accessit*, adoptatus & insitus in populum Dei [h]. Vel, *in vindicationem*, Mo. *acquisitionis*, seu *vendicationis*, E. vel, *possessionis*, E. ex Hi. *in acquisitionem*, Pi. Il. Ham. vel, *possessionem*, Ham. id est, qui cedit Deo in acquisitionem seu possessionem [i]: *acquisitus*, Ti. Ca. V. Zeg. Me. Christi sanguine [k]; vel, *quem sibi Deus ut proprium vendicat*, P. Be. Pi. Quem è potestate Diaboli redemit, & ex omni hominum genere electum suum peculium fecit [l]. Vel, *ad salutem*, ut Heb. 10. 39 [m]. q. d. Quos Deus servabit & à ruina impendente Apostatis, & in æternum [n]. ¶ *Ut*, &c. ὅπως τὰς ἀρετὰς, &c.] *Ut virtutes* (Nempe, vitiis oppositas [o], sapientiam, justitiam, bonitatem, &c [p]. Non enim dicit δυνάμεις, sed ἀρετὰς, quæ vox rara in Scripturis [q]. Sed *virtus* propriè Deo non convenit, inquit Aristoteles, & Eustrathius ad Nicom. 9. ἀρετὴ ergò hîc idem quod δύναμις. Sic *virtute Deûm*, pro *potentiâ*, passim occurrit, ut in Plauto, &c [r]. Al. *Ut egregia facta*, Me. *Ut beneficia*, Æth. *Ut laudes*, Tre. ex Sy. sic Camer. i. e. laudabilia facta [†]. Vox ἀρετὴ interdum signf. *rectos habitus*, ut Phil. 4. 8. At ubi de Deo dicitur, ut hîc, respondet voci הוד, ut Abac. 3. 3. Zach. 6. 13. aut voci תהלה, ut Esa. 42. 8, 12. & 43. 21. & 63. 7. In quibus locis est, ut hîc, pluraliter ἀρεταὶ in significatione *potentiæ* [t].) *prædicetis illius*, *qui vos vocavit* (vocatione efficaci, & secundùm propositum, Rom. 8. 28 [v]. Deus est qui *nos vocavit*, Rom. 9. 12, 24. 1 Cor. 7. 15. Gal. 1. 6, 15. & 5. 8. &c [x].) *è tenebris* (ignorantiæ [y], errorum [z], vitiorum [a], Eph. 5. 11. miseriæ & mortis temporalis, atque æternæ [b]. Σκότος vocatur tempus ante Evangelium, Matth. 4. 16. Luc. 1. 79. Joh. 3. 19. Act. 26. 18. Rom. 13. 12. Eph. 5. 8. &c [c].) *in admirabilem suam lucem*, Be. Pi. &c. scilicet cognitionis Dei & sanctitatis: confer Act. 26. 18 [d]. vel, Christianæ fidei & Evangelii [*], quod lumen *verum* dicitur Joh. 1. 9. 1 Joh. 2. 8. ità *admirabile* hîc & Apoc. 15. 1. ad denotandam illius excellentiam [f]; vel, quia est notitia eorum quæ nec sensibus, nec mente, assequi possumus, 1 Cor. 2. 8 [g]. Sed oppositio ostendit *luminis* nomine hîc intelligi Dei gratiam & benedictionem, Spiritûs Sancti consolationem, spem vitæ æternæ, adeòque omnia Christi beneficia. Hoc lumen *admirabile* vocat, tum, quia mirabiliter mentem illustrat ad consideranda mirabilia Legis, Psal. 119. 18. tum, quia admiratione & laude dignum, quòd Deus ad illud nos vocaverit, &c [h]. Φῶς [dicitur] ipsum Evangelium & vita ei congruens, ut iisdem locis [antè productis ex G.] videre est, & Rom. 13. 12. Col. 1. 12. Hic est sensus mysticus loci Esa. 42. 6, 7. & Job. 37. 21 [i].

10. *Qui aliquando* (sub. *eratis*, Be. Pi.) *non populus*, (vel, 1. absolutè [k]; quia populus dispersus reverà non est populus [l], utpote non collectus in unam Rempublicam [m]; vel, q. d. populus abjectissimus, & pro nihilo habitus [n]. Vel potiùs, *non populus*, scil. *Dei*, quod ex posteriore membro supplendum [o], ut ostendit locus qui hic respicitur Ose. 2. 23 [p]. ubi est, *Et dicam non populo meo* [q].) *nunc autem* (sub. *estis*, Pi. &c.) *populus Dei*] id est, Populus fidelis, Ecclesiæ membra [r], verâ & salutari Dei rerúmque divinarum notitiâ imbuti [†]. Aptat eum locum [Ose. 2. 23.] iis qui ex Gentibus orti, Rom. 9. 25 [t]. Unde colligitur Petrum quoque ad Gentiles scribere [v]. *Resp.* 1. Hinc tantùm colligitur, eum non ad solos Judæos scripsisse, sed etiam ad Gentiles, quibus permixti erant, & in unam cum iis Ecclesiam coadunati, ut modò hos, modò illos, modò utrosque, alloqui possit [x]. 2. Locus sensu literali ad solos Israelitas dispersos pertinet, quibus, post indictum repudium, reconciliationem promittit, quam promissionem Petrus hîc impletam dicit; sensu autem mystico ad Gentiles [y]. 3. Quæ de Gentilibus dixit Propheta, poterat accommodare Judæis [z], qui ità malè instituebantur ut *filii fierent Gehennæ*, Matth. 23. 15 [a]. Non enim dicit Petrus, Prophetam hæc scripsisse de iis quos alloquitur [b]. ¶ *Qui non consecuti misericordiam*, &c.] *Olim non amati* ob vitia, *nunc amati* ob purgationem. Nam & in Loco Oseæ quædam Versiones habent, ἀγαπήσω τὴν οὐκ ἠγαπημένην [c]. Significat, ipsos per Dei misericordiam & gratiam vocatos esse, non autem meritis suis [d].

11. *Charissimi*] Sic & Jac. 1. 16, 19. & 2. 5 [*]. ¶ *Obsecro*, &c. Παρακαλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους ἀπέχεσθαι, &c.] *Precor ut tanquam inquilini & advenæ* (nempe, inter gentes [f], extorres è patria [g], tum, 1. corpore; tum, 2. animâ [h], sive spiritualiter; i. e. hospites in hoc mundo [i], quibus nihil commune esse debet cum desideriis & vanitatibus seculi [k]. Πάροικοι sunt *qui sedem habent extra patriam*; παρεπίδημοι, *qui extra patriam peregrinantur*. Ex præsente ipsorum statu eos admonet sortis communis omnium hominum, qui in terris agunt ad tempus breve, nec tanquam in suo; planè ut suprà 1. 17. ubi annotata vide [l]. Alludit hîc ad illud cap. 1. 1. simúlque eos revocat ad exempla Patriarcharum, qui se peregrinos confessi erant [m], Psal. 119. 19. 1 Par. 29. 15. Heb. 11. 13, 14 [n].) *abstineatis à carnalibus cupiditatibus*, Be. Pi. &c. vel, *desideriis carnis*, E. G. Gal. 5. 16. Eph. 2. 3. 1 Joh. 2. 16 [o]. i. e. à concupiscentia seu fomite peccati excitatis [p], ut gulæ, libidinis, iræ, invidiæ, superbiæ, &c [q]. ab implendis cupiditatibus illis quas non ratio, sed caro, suggerit [r]: ab iis concupiscendis quæ mundus admiratur & concupiscit, ut sunt voluptates, opes, honores. Nam peregrinorum est, haud sese miscere negotiis regionis in qua pere-

peregrinantur †. ¶ *Quæ militant* (vel, *pugnant*, Me. Par metaphora in voce στρατεύεσθαι, Rom. 7. 23. Jac. 4. 1 [t].) *adversus animam*] i.e. Vel, vitam & salutem: unde *animam perdere & invenire* passim legitur [v]: vel, interiorem hominem, spiritum, mentem [x]: directè pugnant cum animæ vestræ bono [y]; eam per bona desideria ad Deum assurgere non permittunt [z]; impediunt nè vitam æternam, quæ patria vobis esse debet, possitis consequi. De voce ψυχῆς vide Heb. 10. 39 [a].

12. *Conversationem vestram inter gentes* (vel, *in conspectu Gentium*, inter quas vivitis, à quibus ob religionis diversitatem observamini [b]. Hinc constat, epistolam hanc ad Judæos scriptam esse [c]: nam ad Gentiles scribens dixisset, *inter incredulos*, aut *eos qui foris sunt*; aut, cum addito, *inter gentes quæ Deum ignorant* [d].) *habentes bonam*] vel, *honestam*, Er. V. Be. Pi. &c. i.e. sanctam & irreprehensibilem [*], neminem offendentes improbitate morum; sed moribus rectè compositis amorem proximorum erga vosmet provocantes, ac religionem, quam profitentur, commendantes [f]. Vide Jac. 3. 13 [g]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἐν ᾧ καταλαλῶσιν ὑμῶν, &c.] *Ut in quo* (vel, *qua in re*, Ar. vel, *in eo quòd*, Vulg. P. sic Er. Il. Ti. vel, *pro eo quod*, Be. Ca. Pi. Quod Gallicè dicimus, *au lieu que*. Sic infrà 3. 16. Vide Rom. 8. 3 [h]. vel, *ob id ipsum ob quod*, i.e. ob religionem Christianam. Pari sensu voculam ἐν habemus Eph. 3. 13 [i].) *obloquuntur* (vel, *obtrectant*, Er. Be. Pi. &c. *detrahunt*, Val. Er. Zeg. *vituperant*, Val. *tanquam sontes traducunt*, G.) *vobis* (vel, *vos*, Val. G.) *ut malefactoribus*, Mo. vel, *tanquam maleficis*, E. sic Pi. V. i. e. sceleratis hominibus, ac Reipublicæ noxiis [k]. Dicebant Christianos esse voluptuarios, atheos, carnibus humanis vescentes, promiscuos concubitus usurpantes, causamque omnium in orbe malorum & cladium [l]. Sed malim hic intelligi detractiones quibus Judæi (ad quos hic scribit) obnoxii erant; v. g. quòd religionis ac libertatis prætextu principibus minus essent obsequentes, parùmque civiliter iis inter quos vivebant se accommodarent [m]. ¶ *Ex*, &c. Ἐκ τῶν καλῶν ἔργων ἐποπτεύσαντες] id est, Ἀπὸ ἐποπτεύσαντες, *Spectatis bonis operibus vestris* [n]. *Ex bonis operibus* (sub. *vestris*, Ar. sic Ger. ex Sy. vel, *Opera bona vestra*, Ger.) *inspicientes*, Mo. Er. vel, *introspicientes*, Me. penitiùs & perfectiùs inspicientes [o]: *conspicati*, sive *cùm inspexerint*, est enim Aoristus [p]: *cùm ea viderint*, Ar. vel, *considerantes*, Vulg. Pi. *æstimantes*, Il. Ti. Me. sub. *vos*, Vulg. Pi. Il. Ti. vel, quæ *conspexerint*, Be. sic P. sed illa, ἐκ καλῶν ἔργων, conjungenda sunt non cum seq. δοξάσωσι, ut supponit illa Versio; sed cum ἐποπτεύσαντες. Ἐποπτεύειν autem, *conspicere*, Accusativum regit, ut Jac. 3. 2. Malim ergò ἐποπτεύειν hic idem esse quod Hesychio, vel —ἐποπτεύειν, *revereri*, vel, ὑποπτεύειν [forsan ὑποβλέπειν] *suspicere*, vel, modestè & reverenter spectare; & locum sic reddi, *Ex operibus*, sive *actionibus*, *bonis* vestris *reverentes* vos, vel, vosmet *cum reverentia aspicientes* [q]. ¶ *Glorificent* (vel, *Laudent*, G. *Honorent*, Ca.) *Deum* (Qui tales habet cultores; ità detractionem vertentes in laudem †; vel, æquiùs de Christianismo sentiant [t], vel, Christiani fiant: quæ res Deo gloria sit [v].) *in die*, &c. Ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς] *Die* (vel, *Tempore*, G.) *probationis*, Tre. ex Sy. vel, *curationis*, i.e. cùm Deus suorum curam geret [x]: vel, *inspectionis*, Val. Er. V. *visitationis*, Er. Il. Ti. Mo. Be. Pi. Ar. vel, *quo visitabuntur*, P. *Visitationem* hic intelligit, vel, 1. hominum mundanorum, & persecutorum, qui in vitam morésque Christianorum inquirerent; q.d. ut tunc innocentiam vestram agnoscant, & pudefiant ac corrigantur [y]. Cui favet vox ἐποπτεύσαντες [z]. Vel sic, Ut cùm venerint hostiles exercitus ad vindictam de rebellibus & seditiosis Judæis sumendam, vos Christianos quietos & paci studentes comperiant, & de vestra religione mitiùs judicent, eámque tandem amplectantur [a]. Vel, 2. divinam, sive quâ Deus visitat homines [b], vel, 1. in die judicii extremi [c]. Cui obstat illud, *ex bonis operibus considerantes*. Id enim est hujus seculi [d]. Vel, 2. in hac vita [*]: idque, vel, 1. per crucem & calamitates, ut visitatio sumitur, Esa. 10. 3. Jer. 6. 15. Ezec. 9. 1. Ose. 9. 7. Potest autem referri vel ad ipsos obtrectatores, quos Deus per crucem ad agnitionem peccati perducit, vel ad Christianos, quorum summâ patientiâ in adversis patefactâ confun-

[Margin: † E. Ger. — t G. sic Vor. — v E. — x Ger. — y G. — z Me. — a G. — b G. — c E. sim. Be. — d E. — * Me. — f E. — g G. — h Be. — i G. — k E. — l Me. T. Q. in E. — m E. — n G. — o Ger. — p E. — q Ham. — † E. Ger. — † E. — t Ger. — v Ca. — x Idem. — y Ger. ex Oecum. — z Ger. sim. E. — a Ham. — b E. — c Q. in G. — d E. — * Ger. E.]

debantur calumniæ [f], & laudes ab ipsis tortoribus extorquebantur [g]; q.d. cùm Deus permiserit vos multis malis vexari: vel sic, in temporibus duris: ità enim ἐπισκοπῆς vox ponitur Esa. 10. 3. & alibi. Sensus est, Cùm conspicient gentes illæ solos Christianos immunes ab illis malis quæ Judæis ob turbulenta ac seditiosa ipsorum ingenia ubique locorum impendent. Hunc sensum postulant ea quæ ἀκολούθως sequuntur [i]. Vel, 2. visitatione gratiosâ †, ut vox sumitur Gen. 21. 1. & 50. 24. Exod. 3. 16. 1 Sam. 2. 21. Luc. 1. 68, 78. & 7. 16 [k]. q.d. Cùm placuerit Deo per inspirationes suas visitare infideles [l], & obtrectatores [m], per salutarem conversionem [n], ut vox accipitur Luc. 19. 44 [o]. q. d. Quando illorum quoque Deus miserebitur [p]. Vel sic, Cùm Deus piorum innocentiam variis modis in lucem produxerit, sive per fidelium Apologias & bona opera, sive per pœnas persecutorum, &c [q].

13. *Subjecti*, &c. Ὑποτάγητε οὖν, &c.] A generali exhortatione descendit ad præcepta particularia [*]. Proinde *subjecti* (vel, *subditi*, Val. Er.) *estote* (Passivum pro Hithpael: quod frequens in aliis quoque verbis, sed maximè in iis quæ à τάσσω veniunt. *Subjectos vos gerite*. Sic Luc. 2. 51. Rom. 8. 7. Eph. 5. 22, 24. Col. 3. 18. &c [r].) *cuivis humanæ ordinationi*, Be. Pi. G. &c. vel, *constitutioni*, Zeg. i.e. πάσῃ τῇ πολιτείᾳ, sive civili gubernationis dispositioni †. Κτίζειν, ברא, inter alia & *ordinare* significat, ut diximus in Prolegomenis ad N.T. Adde Sirac. 7. 16. & 39. 30, 34, 36. & 40. 1, 10. Aliquis fortè putaret scriptum κρίσει, nam κρίνειν Hellenistis est *regere*, ad modum Hebræi שפט [t]. Vel, *creaturæ*, Mo. Er. Vulg. Gom. E. Ger. ut κτίσις passim sumitur, ut Rom. 1. 25. 2 Cor. 5. 17. Col. 1. 23 [v]. id est, homini, ut Marc. 16. 15 [x]. quod accipiendum restrictè & ipsi materiæ accommodatè [y], i.e. magistratui [z], quem *creaturam* vocat; quomodo Latini dicunt, *creare consulem* [a]: *humanam* vocat, non quòd Deus non sit auctor Magistratuum [b], sed homines [c]; sed quòd hi ex hominibus sumuntur [d]; quòd ab hominibus constituti & positi sunt [*]; quòd homines magistratum gerunt [f]; quòd in commodum hominum institutus fit [g]; quòd inter homines in terra agentes locum habet & habere debet [h]: dicit πάσῃ, ut ostendat, non qualitates personarum, sed officium, hic respici debere [i]; q.d. cuicunque superiori, sive Judæus ille sit, sive Gentilis, sive Christianus, sive infidelis, sive bonus, sive malus [k]. Alii per κτίσιν intelligunt constitutiones sive leges humanas. Quibus obstat, tum, quod sequitur, *sive regi*; tum, quòd κτίσις nusquam ità sumitur [l]. ¶ *Propter*, &c. Διὰ τὸν Κύριον] *Propter Dominum*, Be. Pi. E. vel, Christum [m], ejúsque præceptum Mat. 22. 21 [n]. & exemplum, Mat. 17. 27 [o]. vel potiùs, Deum; vel, 1. ob Dei mandatum [p]: vel, 2. quia Dei vices gerit [q], ejúsque in terris imago est [r], & ab eo potestatem habet †. Vel, 3. ex Dei amore, nè Deum offendamus, Rom. 13. 5 [t]. Vel, 4. ut honoretis Deum qui hoc præcepit [v]. Vel, 5. q.d. non contra Dominum, ut subjectionis limites designet [x]. ¶ *Sive Regi*] i.e. Cæsari [y]. Romani quidem ab hac voce abhorrebant [z], *& eos vocabant* Imperatores, *non* Reges, *religione jurisjurandi veteri*, ut ait Cyprianus [a]: at *Reges* eos vocabant & Judæi [b], ut Joh. 19. 15. Act. 17. 7 [c]. & Græci [d], ut Theodoretus Caracallam *Regem* vocat [*]; nimirum quia planè Regiâ, id est, liberrimâ, utebantur potestate, ut Dion nos docet. Cùm hæc Epistola scriberetur, puto imperâsse Claudium [f], vel Neronem. Principibus ergò etiam infidelibus & malis obediendum est [g]. ¶ *Quasi*, &c. Ὡς ὑπερέχοντι] *Tanquam præcellenti*, Er. &c. vel, *supereminenti*, Be. sim. Pi. vel, *supra omnes posito*, G. Qui supremam in Repub. potestatem habet [h]. Hæc ἐξουσία ὑπερέχουσα, Rom. 13. 1 [i]. Vel, ἐν ὑπεροχῇ, 1 Tim. 2. 2 [k]. Al. Hoc ad omnes magistratus pertinet [l]. Non comparat hic Cæsarem cum aliis magistratibus, sed obedientiam ei deberi ait, quia excellit vel eminet vel præest, non fortuitò, sed Dei providentiâ, juxta Rom. 13. 1. Sic ansam præscindit scrupulosis disceptationibus, quo quisque jure imperium adeptus sit; monétque, hoc solo nos contentos esse debere, quòd videmus eos præsidere [m]. Loquitur de legitima potestate, quamvis ea fortè à tyrannide & malis artibus initium duxerit, ut sæpe fit [n], & à Rom. ac Cæsar. factum est [o].

[Margin: f Q. in Ger. — g T. ex La. — h Me. — i G. — † Pi. sim. Calv. — k Al. in Ger. — l Me. sim. — m E. Ger. — n E. — o Ger. sim. Er. E. V. — p Q. in Ger. — q Be. — * Ger. — * E. — r G. — † Be. ex Græc. — t G. — v Ger. — x Gom. sic — y E. — z Pi. sim. Ger. Gom. E. Me. — a Pi. — b Vor. sim. Be. Pi. — c Pi. sim. Be. — d Ger. — * E. sim. Ger. Caj. — f Pi. Vor. sim. Be. — g Ger. — h G. — i Ger. — k E. Ger. — l E. — m E. G. — n G. — o Q. in Ger. — p Ger. Me. — q Q. in E. sim. Me. Ger. — r Me. — † E. — t Me. — v Pi. — x Ger. — y G. Be. Pi. E. Gom. Ger. — z Be. sim. Ger. — a G. — b G. sim. E. Ger. — c Ger. — d G. E. Ger. Pi — * Pi. ex D. — f G. — g E. — h Ger. E. sim. Gom. — i G. — k E. — l Q. in E. — m Calv. — n E. — o Calv.]

14. *Sive*, &c. Εἴτε ἡγεμόσιν] *Sive præsidibus*, Er. Be. Pi. &c. vel, *ducibus*, E. Me. vel, *Judicibus*, E. ex Sy. *Præfectis*, Me. Nempe, provinciarum quæ Romanis erant subjectæ [p]; *Proconsulibus*, tum Asiæ, tum Bithyniæ [q]; cæterisque magistratibus qui à majori pendent, suntque ejus quasi Vicarii [r]. Est enim ἡγεμόνων nomen generale omnibus provincias regentibus, ut diximus ad Matth. 27.2 [†]. ¶ *Tanquam ab eo* (vel, *per eum*, Be. Pi.) *missis*] Refertur hoc Pronomen, vel, 1. ad propinquius, *Regem* [t]; *tanquam à Cæsare missis*, i.e. potestatem suam ducentibus: nam & hoc significatur per πέμπειν, ut Joh. 20. 21. & alibi. Itaque si Proconsul aliquid jubeat, & aliud Imperator, *eligere debemus majori servire*, ut ait Aug. qui & alibi *Pilato talem datam*, ait, *potestatem ut esset etiam ipse sub Cæsaris potestate*. Quare Christiani Furio Camillo Scriboniano contra Claudium non erant adhæsuri. Qui populos aliter instituunt & Apostolorum doctrinæ repugnant, & Imperia turbant. Summa potestas in quoque Imperio est cui fidem pagani & milites jurant, cujus legibus omnes parent, à cujus judiciis non provocatur, cujus imaginem numus præfert [v]. Vel, 2. ad remotius, *Deum* [x]: Nam, 1. Præsides provinciis præficiebantur non tam Cæsaris, quàm Senatûs, authoritate. 2. Ob id quod sequitur, *ad vindictam malefactorum*, &c. quem scopum non omnes reges sibi proponunt. Deus autem illum Magistratibus omnibus præscripsit. 3. Scopus Petri est illud hîc proponere quod ad obedientiam movere debet, quòd scilicet Deus eos miserit [y]. Est igitur hæc communis ratio ad commendandam omnium magistratuum authoritatem, quòd mandato Dei præsunt, & ab eo mittuntur [z]. ¶ *Ad vindictam malefactorum*, (i.e. sontium, contra leges peccantium [a]:) *laudem* (*Laudem* dixit pro præmio, ut Rom. 13.3. vel, quia laus ipsa præmium quoddam est; vel, quia præmium laudis est signum [b]:) *verò bonorum*] Vel, *benefactorum*, Er. *bene*, seu *rectè*, *agentium*, Be. Pi. E. Idem planè hîc dicitur quod Rom. 13.3,4,5. nimirum ex veteribus Hebræorum sententiis. Habemus hunc usum ab iis qui publica imperia obtinent ἐπιπολῆ· nam & scelera per eos puniuntur, & quietem amantibus quies præstatur pro præmio. Si quando ignorantiâ aut affectibus peccant, illatas sic injurias Deus repensabit: Imò & Principes iniquos puniet, haud dubiè in altero seculo, non rarò & in hoc ipso [c]. Officium magistratuum hîc describet [d]. Non de rebus, sive operibus, bonis aut malis loquitur, sed de personis qui bona aut mala agunt, ut ostendit textus Græcus [*].

15. *Sic est voluntas Dei*] Tum absoluta, tum præceptiva [f], in Evangelio, Mat. 10. 16 [g]. ¶ *Ut*, &c. Ἀγαθοποιοῦντας φιμοῦν——ἀφρόνων, &c.] *Ut bene agendo* (i.e. Magistratibus obediendo [h]. Ἀγαθοποιεῖν interdum est *beneficia conferre*, pro quo & ἀγαθοεργεῖν dicitur. Sed hîc simpliciter significat *rectè agere*, ut & infrà 20. & 3. 6,17. 3 Joh. 11. quo sensu & Adjectivum ἀγαθοποιὸς jam jam habuimus, & Sirach. 40. 20. & ἀγαθοποιΐα infrà 4. 19 [i].) *os obstruatis*, sive *obturetis*, (velut fiscellâ aut capistro. Vide 1 Cor. 9.9 [k]. Vel, *compescatis*, Ca. *capistretis*, P. i.e. ad silentium adigatis [l]; vel, omnem maledicendi ansam præcidatis [m]. Φιμῶ in Gloss. *compesco*, φιμοῦμαι, *obmuteo*. Hesych. φιμῶν, ἐπιστομίζειν. Vide Mat. 22.12,34. Marc. 1. 25, 39. Luc. 4. 35 [n].) *insipientium* (vel, *imprudentium*, Vulg. *amentium*, Pi. *stultorum*, qui minùs prudenter & exactè omnia perpendunt [o]: vel, *nihil sapientium*, nempe circa Divina [p]:) *hominum* (h.e. infidelium [q]:) *ignorantiæ*, Be. i.e. dictis ex ignorantia orientibus [r]: vel, est abstractum pro concreto, q.d. hominibus ignorantibus [†], qui Deum ignorant, adeóque facilè impingunt [t]; qui levissimis suspicionibus ducti vobis obloquuntur [v], partim ex amentia, partim ex ignorantia [x]. Patiendo mala, nec resistendo, optimè inimicis os frænamus [y], eósque sæpe excitamus ad nos laudandos Deúmque glorificandum [z].

16. *Quasi liberi*] Objici poterat. Nos [Judæo-Christiani] liberi sumus [a], utpote populus Dei peculiaris [b], quibus non parendum alienigenis, juxta Deut. 17.15. ex libero populo & in libertatem à Messia asserto oriundi; v. de Joh. 8.33 [c]. per Christum libertate donati [d]. Respondet, *liberi estis*, nempe à vitiis [*], Joh. 8.32,36. Rom. 6.18,22 [f], non autem à lege Dei [g], nec à justitia [h]; [ideóque] nec ab obedientia Principum [i], quæ ad justitiam pertinet [k], Rom. 13.7. Sensus est, Tanquam liberi, i.e. liberaliter, & non serviliter, legibus principum parentes [l]. ¶ *Et non*, &c. Καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα, &c.] *Ac non veluti malitiæ* (& inobedientiæ vestræ [m]:) *velamen* (vel, *prætextum*, V. vel, *obtentui ad res malas*. Sic Gellius, *qui obtentu Philosophiæ nominis inutile otium & linguæ vitæque tenebras sequuntur* [n]:) *habentes* (vel, *sumentes*, G.) *libertatem*, Be. Pi. &c. nempe Christianam, ut illi faciebant qui Christianos ab omnibus publicis legibus dicebant esse liberos: κυριότητα ἀθετοῦντας, ut ait Judas [p]. ¶ *Sed sicut servi Dei*] Qui liberè & liberaliter serviunt Deo [q], ac proinde etiam eorum servi quibus Deus servire nos jubet [r]; parentes Deo non solùm in propria persona, sed etiam in vicariis suis imperanti [†]: q.d. In hoc quod principibus obeditis propter Deum, non hominibus servitis, sed Deo qui id præcepit [t].

17. *Omnes honorate*] Accommodatè intellige, ut v. 13 [v]. nempe, quibus debetur honos aliquis [x], ratione potestatis, dignitatis, donorum, officii, &c [y]. ut Rom. 13.7 [z]. juxta statum & conditionem cujusque [a]; etiamsi gentiles sint, aut infideles [b], aut Judæi, aut pauperes & vobis inferiores. Confer Rom. 12.10. Phil. 2.3 [c]. Hoc dictum generale jam per species suas explicabit [d]. ¶ *Fraternitatem* (Vocem habes 1 Macc. 12.10,17. Zach. 11.14. Verùm hîc ea vox, ut & infrà 5.9. non ipsam φιλίαν, sed *gregem fratrum*, significat, quomodo ἱεράτευμα *Sacerdotum ordinem* [*]. Collectivè sumitur [f], pro fratribus, i.e. Christianis [g]: vel, fratrum multitudine, sicut *nobilitas* pro toto Nobilium cœtu usurpatur [h]: q.d. cœtum fidelium in quibus vivimus [i].) *diligite*] Speciali amore ac benevolentiâ [k], honorate diligendo. ¶ *Deum timete*] i.e. Ei sine exceptione parete. Vide Eph. 6.5. Phil. 2.12 [l]. Hoc interserit, ut subjectionis & honoris Magistratibus debiti certos statuat limites, Deóque magis obediendum esse doceat quàm hominibus, Act. 5.29 [m]. ut si quid homines, quantumvis potentes, præcipiant quod voluntati Dei contrarium sit, ab eo revocemur timore Dei [n]. ¶ *Regem* (i.e. Imperatorem [o], Cæsarem, ut v. 13 [p].) *honorificate*] Vel, *honorate*, Pi. E. Honore speciali [q], & debito [r]; summis honoribus quos capit humana natura [†]; observatione legum, & præstatione tributorum [t]. Qu. Cur hoc dicit, postquam *omnes honorari* jusserat? Resp. Solent autores post genus, certam aliquam speciem memorare, ut Psal. 18.1. *E manu hostium——& Saulis*. 1 Reg. 11.1. *Mulieres——& filiam Pharaonis*. Sic Matth. 28. *dicite discipulis & Petro* [v]. Hoc specialiter exprimit, tum propter Regis eminentiam, tum, nè Imperator ille ob insignem ejus malitiam minùs honorandus videretur [x].

18. *Servi*, οἱ οἰκέται] Est casûs Vocativi. Vocativi enim Articulorum similes sunt Nominativis, quod vulgus Grammaticorum imperitè negat [y]. Ab hortationibus politicis transit ad œconomicas [z]. Necessaria fuit hæc ad servos admonitio [a], quia dura tunc erant servitia, & domini jus vitæ & necis habebant in servos [b]; nè libertatis Christianæ prætextu servitia detrectarent [c], aut minùs essent obsequentes [d]. Ut δεσπότας, *heros*, dicit quos Paulus κυρίους, *dominos*; sic οἰκέτας, *famulos* vocat, quos Paulus δούλους, *servos* [*], Eph. 6.5. Col. 3.22. Tit. 2.9 [f]. vel, 1. ut rem odiosam minueret lenitate verborum, quia ad Judæos scribit, quibus molestum erat servos vocari [g]; vel potiùs, 2. ut servos etiam durioris & vilioris conditionis ad subjectionem obstringeret. Nam δοῦλοι possunt esse liberti, sive libertate donati; οἰκέται autem sunt mancipia perpetua, qui nunquam manumittuntur, teste Chrysippo apud Athen. l. 6. Unde & LXX עבד οἰκέτην vertunt, ut Gen. 9.25. & 27.37. & 44.33 [h]. ¶ *Subditi estote*, Ὑποτασσόμενοι] Activum pro Hithpael, ut modò diximus, & supple ἔστε [i]. ¶ *Omni timore*] Non servili, sed cum amore conjuncto, h.e. cum multa reverentia [k]. Explica ut illud Eph. 6.5 [l]. ¶ *Non tantùm bonis* (*Bonos* vocat vulgi more eos qui non cædunt aut affligunt injustè [m]:) *& modestis*, Ἐπιεικέσιν] *Æquis*, Be. Pi. *Commodis*, E. *Mansuetis*, Zeg. *Benignis*, vel, *Moderatis*, vel, *Clementibus*, Me. *Humanis*, vel, *Non rigidis admodum*, Er. *Lenibus*, ἠπίοις, ut Homerus loquitur. Vide Phil. 4.5. 1 Tim. 3.3. Tit. 3.2. Jac. 3.17 [n]. ¶ *Sed etiam dyscolis*, Τοῖς σκολιοῖς] *Pravis*, Val. Er. V. Be. Pi. D. G. E. Me.

G. E. Me. i. e. asperis & sævis[o]. Vide Act. 2. 40. Phil. 2. 15. נלוזים, Prov. 2. 15. & 3. 32. à לוז, σκολιάζειν, Prov. 14. 2[p]. *Malignis*, Val. Zeg. *Iniquis*, Zeg. *Morosis*, E. Me. *Difficilibus*, Me. Illis qui intractabiles sunt, rigidi laborum justo graviorum exactores, parci alimoniæ distributores; qui nihil humanitatis aut benevolentiæ servis exhibent[q]. Δυσκόλοις legit Latinus, &c, ut puto, Arabs. Δύσκολος est *durus*, ut Jer. 49. 8. *morosus, difficilis, truculentus*, ut in Glossario. Menander Comœdiam scripserat, cui nomen Δύσκολος. At Syrus duo habet Adjectiva, לקשיא ולעסקא: quare videtur legisse δυσκόλοις καὶ σκολιοῖς. Facilè autem fieri potuit, ut à librariis de duabus vicinis vocibus altera omitteretur[r].

19. *Hoc*, &c. Τοῦτο γὰρ χάρις]. *Hoc enim* (*est*, Er. Pi. &c.) *gratia*, Mo. i. e. laus sive gloria vestra, ut est v. seq. vel, effectus illustris divinæ gratiæ †: vel, *honor*, Æth. vel, *laudabile*, Ar. vel, *gratum*, sive *acceptum*, sive *gratiosum*, Il. P. Pi. Camer. Ger. Nempe Deo[t]: vel, *cedit gratiæ*, Be. conciliat gratiam[v], summúmque favorem[x], scil. παρὰ τῷ Θεῷ, *apud Deum*[y], quod additur in Sy. & uno MS. cod[z]. Abstractum hîc pro concreto[a], χάρις, pro χαρίεν, Hebræorum more, ut diximus 2 Cor. 3. 9. & 7. 14[b]. ¶ *Si propter conscientiam Dei* (i. e. nostram quæ Deo addicta sive devota est[c]; vel, *Dei*, i. e. de Deo[d]; vel, quam homo coram Deo habet[*]; vel, divinæ voluntatis[f]; vel, ejus quod Deo debet[g]; vel, Dei respectu, i. e. ut Deo placeat quem animo gerit[h]; quia scit id Deo acceptum esse[i]; quòd ei religio sit Deum offendere[k]: nam si sustineat tantùm nè graviora incurrat incommoda, aut ut heri sui gratiam sibi conciliet, non erat *hæc ei gratia*[l]: vel, propter cultum Dei ex pura conscientia profectum[m]. Est Metonymia [vel] efficientis[n], [vel] objecti[o]. Genitivus objecti[p]; vel, quia cognovit Deum[q]: *quoniam sibi sit Dei conscius*, id est, se Dei cultorem esse sciat[r]. Al. Propter Deum, qui & tuæ patientiæ, & sævitiæ domini tui, conscius est †: vel, Propter Deum, Deique fidem & cultum, quem in conscientia geris, in cujus odium malè à Domino tractaris[t]. Sed hac de re postea aget[v].) *sustinet* (vel, *suffert*, Be. Pi. ὑποφέρειν hîc ponitur ut 2 Tim. 3. 11[x].) *quis tristitias*] i. e. Tristia & acerba[y], per Metonymiam[z]. ¶ *Patiens*, &c. Πάσχων ἀδίκως] *Injustè afflictus*, Be. Pi. h. e. præter meritum[a]; vel, quia est innocens, & multò magis si patiatur pro justitia[b]. Hîc illud ἀδίκως refertur ad Activum respondens passioni. Et est constructio κατὰ τὸ σημαινόμενον[c]. Non intelligit injustitiam in eo esse quòd quis volens ea patitur quæ alioqui pati non tenetur; sed plagas hostium injustas, sive injustè ab istis inflictas, quas tamen alii justè perferunt ‖.

20. *Quæ est enim gloria*] Nempe, *apud Deum*[d]? q. d. Nulla[*]. Quid illustre aut magnum est[f]? Quam gloriam assequeturs[g]? Κλέος est *laus* quæ fit à multis, unde *gloria* nascitur[h]. ¶ *Si*, &c. Εἰ — κολαφιζόμενοι ὑπομενεῖτε] Syrus[i], &, ut videtur, Arabs[k], & multi cod. manuscripti[l], habent κολαζόμενοι[m]: quæ vox propria pœnis quas indicunt leges publicæ in societatis humanæ violatores. Quanquam potest & κολαφιζόμενοι ferri, ut fit species pro genere, quo modo 1 Cor. 4. 11. & 2 Cor. 12. 7. Ὑπομενεῖτε hîc non *patientiam*, sed solam *passionem*, significat, ut Heb. 12. 7[n]. [Sic vertunt:] *Si peccantes & colaphizati* (vel, *colaphis cæsi*, Be. Pœna hæc servilis erat[o]. Al. *Si cùm peccantes alaphis*, sive *colaphis, cædimini*, Er. Il. Ti. P. Pi. q. d. Si propter delictum aliquod cædimini[p]: vel, *Si peccantes cædi vos*, Ca.) *suffertis*, Mo. Il. &c. vel, *sustinetis*, Ca. *toleratis*, P. ¶ *Sed si*, &c. Ἀλλ' εἰ ἀγαθοποιοῦντες, &c.] *Si benefacientes, & patientes, sustinetis*, Mo. E. ex Sy. i. e. παθήματα ὑπομενεῖτε, *cruciatus fertis*. Simile loquendi genus ei quod suprà v. 12[q]. *Si quum benefacitis tamen afflicti toleratis*, Pi. sim. Er. V. Be. E. i.e. æquo animo suffertis[r]. ¶ *Hæc est gratia*, &c.] Explica ut suprà v. 19 †.

21. *In hoc enim* (scil. vitæ genus[t], i. e. ad crucem & patientiam[v]; vel, eâ lege[x], ut dura omnia conscientiæ causâ sustineretis, 1 Cor. 1. 9[y].) *vocati estis*] q. d. Ità se habet vocatio & professio vestra, ut bene agentes mala patienter feratis, Act. 14. 22[z]. Sic & *ad pacem*, *ad sanctitatem*, *vocati* dicimur, Col. 3. 15. 2 Thes. 2. 14[a]. ¶ *Et Christus passus est* (i.e. supplicio affectus: sic enim in his Libris accipitur τὸ πάσχειν absolutè, ut Heb. ענה, unde עני, πάθημα[b].) *pro nobis*] Legendum ὑπὲρ ὑμῶν, ut habent plerique Codices Græci[c], manuscripti[d], & Latini[*], & Syrus[f]. Sed alii Codices, tum Græci, tum Latini non pauci, iique probatissimi, & Oecum. habent, *vobis*[g]. Ὑπὲρ ὑμῶν, vel, περὶ ὑμῶν, quomodo MS. hîc habet & alibi, ubi in Vulg. est ὑπέρ. Hoc rectè cohæret cum sequentibus[h], & textui accommodatius est; quia servos alloquitur Petrus[i], & cùm præced. ἐκλήθητε & seq. ἐπακολουθήσητε est personæ secundæ[k]. Sed non infrequens est personarum mutatio in his scriptis, præsertim in κοινοποιήσει, quæ hîc emphasin habet; q.d. Christus pro quolibet nostrûm passus est, &c. Ergò & vos servi non debetis passionum demensum recusare[l]. Ità ex generali sententia peculiarem adhortationem elicit. Vel, sic exponas, *Pro nobis*, qui scil. inimici eramus, nedum ut malum malo rependerit[m]. Καὶ hîc emphaticum est, idque, vel sic, Etiam Christus, caput nostrum, passus est, &c. Nos ergò pati æquum est[n]. Vel sic, Etiam pro vobis servis passus est, &c †. ¶ *Relinquens exemplum*, Ὑπογραμμὸν] *Exemplar*, Be. Pi. *Exemplum*, Er. Mo. Tre. ex Sy. &c. *Præscriptum*, P. Ca. G. ex Gloss. quâ voce etiam Cicero utitur. Videtur à Fabris primùm venisse vox, qui minio lineas designant quas opere persequantur. Μεταφορικῶς sumitur pro omni *eo quod imitandum est*[o]. Al. Translatio à pictoribus, vel scribendi magistris, sumpta[p]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ] Idem hoc quod στοιχεῖν τοῖς ἴχνεσι, Rom. 4. 12. περιπατεῖν τοῖς ἴχνεσι, 2 Cor. 12. 18. Hebræis הלך אחר. Syrus sic בעקבא. Latini quoque dicunt *vestigiis alicujus insistere*, pro *aliquem imitari*[q]. *Ut subsequamini vestigia ipsius*, Be. sic Er. Pi. i. e. Ut patientiam reliquásque ejus virtutes imitemini[r]. Non miremur nobis evenire quod Christo evenit †.

22. *Qui peccatum non fecit*, *nec inventus est*, &c.] Etiam à Pharisæis qui studebant eum capere in sermone[t]: q. d. Planè innocens erat, & nec facto, nec verbo, peccavit[v]. Quid ergò grave, si vos peccatores patiamini[x]? Sumptum hoc ex Esa. 53. 9[y]. In Hebræo ad מרמה subauditur יהיה *fuit*, quod rectè exprimitur per εὑρέθη, ut Rom. 7. 10. & alibi: quomodo & Hebræi sumunt נמצא, quod per εἶναι vertitur, Esa. 39. 2[z]. Hebræi *inveniri* dicunt pro *esse*, ut Gen. 2. 20. 2 Par. 31. 1. Esa. 22. 3. Sic & Phil. 2. 8. Apoc. 14. 5. & 20. 15[a]. Christum hîc peccati expertem esse dicit, ut intelligatur idoneus fuisse qui suâ passione genus humanum patri reconciliaret[b].

23. *Qui*, &c. Ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει] *Qui cùm convitiis*, aut *maledictis*, *impeteretur*, (vocatus à Judæis dæmoniacus, Samaritanus, blasphemus, subversor gentis, hostis Cæsaris, &c[c].) *convitia non reddidit*, G. sim. Be. Pi. &c. vel, *non recriminabatur*, Me. non *remaledicebat*, E. Me. sic Er. Vide Mat. 23. 63, 68. & c. 27. v. 12, 29, 39. & seq. Vide Polycarpum[d], [in G.] Dictum illud Joh. 8. 44. non erat recriminatio, sed vera & justa accusatio[*]. Λοιδορεῖν idem quod ὀνειδίζειν, in Plut. Apophtheg. vel βλασφημεῖν. Intelliguntur ergò voce λοιδορείας omnes injuriæ verbales Christo illatæ, convitia, calumniæ, maledicta, sicut voce seq. παθημάτων injuriæ reales, ut colaphi, flagella, &c[f]. ¶ *Cùm pateretur* (Non jam convicia[g], sed plagas[h]; carcerem & vincula[i], ipsámque crucem. Vide suprà v. 21. & Heb. 9. 26[k].) *non comminabatur*] Nè non ex zelo justitiæ, sed affectibus iræ & odii, commotus, id fecisse videretur[l]. Ille qui uno verbo adversantes prostraverat, cùm captus duceretur, vinciretur, flagris cæderetur, affigeretur cruci, nè verbum quidem minax edidit, quò perfectiùs nobis daret exemplar patientiæ. ¶ *Tradebat*, &c. Παρεδίδου, &c.] Subauditur nomen aliquod post παρεδίδου[m]. *Tradebat* (sub. *in manus*, Be. vel, *Committebat*, Ca. Be. Pi. sic P. Intellige, vel, ἑαυτὸν, *seipsum*[n]; vel, *animam suam*, ut infrà 4. 15[o]. vel, *vindictam*, Er. Il. Ti. P. V. Zeg. quam non sibi usurpabat[p]: vel, τὴν δίκην αὐτοῦ[q], *causam suam*, Be. Pi. Tre. Æth. *rem suam*, Ca. vel, τὴν κρίσιν αὐτοῦ[r], h. e. verbale à verbo sequente †. *judicium suum*, Be. Sy.) *autem judicanti justè*, Mo. id est, Deo[t]; *qui justè judicat*, semper scilicet. Nam homines sæpe injustè judicant; ut Synedrium, & Pilatus. Deus *justus judex* vocatur Psal. 7. 11. Idem sensus Psal. 96. 10. & 98. 9. Jer. 11. v. 20. & alibi. Totus hic locus respicit illa quæ habemus

mus Esa. 50. 6,7,8,9 [v]. vel, *judicanti injustè*, Vulg. q.d. Permittebat se à Pilato injustè judicari & condemnari [x]. Ità legunt plerique omnes Latini Codices, sed librariorum culpâ, ut verisimile est. Nam *justè* legunt Græci omnes omnino Codices, & Syrus [y], & omnes Patres Græci, & Aug. &c. Ubi ergò ἀδίκως Vulgatæ versionis [z]?

24. *Qui*, &c. Ὃς — ἀνήνεγκεν, &c.] *Qui peccata nostra* (h.e. pœnas peccatorum nostrorum [a]:) *ipse* (id est, per se [b], Heb. 1. 3. vel, in persona propria, non per alienum sacrificium [c]; [sed] sui ipsius oblatione, ut simul & Sacerdos esset & victima [d]. Vocula αὐτὸς, הוּא, magnam habet emphasin: unde toties repetitur Esa. c. 53. v. 4, 5, 7, 11, 12. remittítque nos ad Gen. 3. 15. ubi הוּא, αὐτὸς, *conteret*, &c [*].) *pertulit* (vel, *sustulit*, Ca. Vor. sive *abstulit*, Vor. G. quod sequentia ostendunt; quomodo idem verbum sumi notavimus Heb. 9. 28. Eodem sensu αἴρει ἁμαρτίαν, Joh. 1. 29. & נשא & סבל, Esa. 53. 4. ubi Græci φέρει. Vitia nostra ità interfecit, sicut qui cruci affiguntur interfici solent. Simile loquendi genus, Col. 2. 14. Vide & Rom. 6. 6. Gal. 2. 20. & 5. 24. Est autem hîc μετάληψις. Non enim propriè Christus, cùm crucifigeretur, *vitia nostra abstulit*, sed causas dedit per quas auferrentur. Nam Crux Christi fundamentum est prædicationis; prædicatio verò pœnitentiæ: Pœnitentia verò aufert vitia [f]. [Hæc Grotius, ut alia multa, è Socini schola deprompta: qui quantum mutatus ab illo! qui in egregio illo libello, ubi hanc ipsam doctrinam de Satisfactione Christi strenuè defendit, hæc, inter alia, habet, *Ut* ἀναφέρειν auferre *significet nec particula* ἀνὰ *patitur, nec quisquam Græcus scriptor ità usus est*. Cui argumento aliísque ejus generis, cur Grotius in Annotatis suis non satisfecerit, lectori prudenti divinandum relinquo, pergens ad alias hujus vocis Versiones.] Ἀνήνεγκεν, i. e. ἄνω ἤνεγκε [g]; *sursum tulit*, Be. Pi. Ham. Ger. nempe, in aram crucis sibi imposita [h]; vel, *portavit*, Ar. vel, *ascendere fecit*, Tre. ex Sy. Ἀναφέρειν est *sursùm*, sive *in altum*, *tollere*, ut Matth. 17. 1. Marc. 9. 2. Luc. 24. 51 [i]. Alludit ergò, 1. ad sacrificia V. T. de quibus ἀναφέρειν dicitur Heb. 7. 27 [k]. Jac. 2. 21. 2. ad crucem, in qua Christus seipsum obtulit; 3. ad locum Esa. 53. 4. ubi LXX habent, *peccata nostra pro nobis portat* [l]:) *in corpore suo* (Quod synecdochicè intelligit de tota Christi humana natura, corpore & animâ constante; laboravit enim & anima ejus [m], & quidem præcipuè [n], Esa. 53. 10, 11, 12 [o]. *Corporis* autem meminit ob lignum, sive crucem, cui affixum fuit [p], & quia dolores corporis ejus magis in oculos incurrebant [q]; vel, per Hebraismum, *per corpus suum*, id est, per crucifixionem corporis sui [r].) *super lignum*, Mo. i. e. crucem [†]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενόμενοι, &c.] i. e. Ἀποθανόντες, ut est Rom. 6. 10 [t]. Ἀπογίνεσθαι hîc est, vel, 1. *è medio tolli*, q.d. *desieri* [v], vel, *denasci*; quod mirè convenit veteris hominis abolitioni, à qua incipit nostra ἀναγέννησις [x]; ut opponatur τῷ γίνεσθαι *fieri* [y], & τῷ *vivere*, ut sequens Antithesis ostendit [z]. Vel, 2. *extrà fieri*, i. e. sejunctum ac separatum esse [a], vel, *longè fieri* [b]. [Verba sic reddunt:] *Ut peccatis mortui*, sive *defuncti*, (vel, *defecti*, E. *exstincti*, quasi jam desierimus esse [c]. Hoc intelligit, vel, 1. de justificatione, q. d. Ut à reatu ac pœna peccati liberati: cui favent verba seq. Vel, 2. de sanctificatione [d]. q.d. Ut peccati dominio exempti [*], jámque nihil ampliùs cum peccatis commercii habentes [f]: Ut relicto statu peccati, & abolitis præteritis culpis [g]: *Ut à peccatis avulsi*, Ar. sive *longè facti*, G. Hanc vim subesse morti Christi significat, ut carnem nostram mortificet [h].) *justitiæ viveremus*, Be. Pi. P. Er. &c. i. e. opera justitiæ exerceremus [i]. Idem hoc quod *vivere Deo*, Rom. 6. 10, 11 [k]. Gal. 2. 19. quod *facere justitiam*, 1 Joh. 3. 7. Non sufficit à malis abstinere, sed danda & virtutibus Christianis opera [l]. Significat, Christum in cruce mortuum esse, non solùm ut peccata nostra expiaret; sed etiam ut illa mortificaret, & ad vitam sanctam nos reformaret [m]. ¶ *Cujus*, &c. Οὗ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰάθητε] Pleonasmus est Hebraicus [n], qualis Psal. 74. 2 [o]. Sumpta verba ex Esa. 53. 5 [p]. *Cujus livore* (vel, *vibice*, Er. Pi. contusione & verberibus. Ex consequente intelligitur antecedens [q]; & alludit ad verbera quibus servi cædi solent [r], à duris dominis [s]; vel, carne lividâ factâ ob colaphos [p]. *Livor* est vestigium plagæ in cute: Heb. est חַבּוּרָה, *tumor ex plaga concretus* [q], vel, *livor ex contusione*. At figuratè pro quovis *dolore* sumitur, ut Gen. 4. 23. Exod. 21. 25. Psal. 38. 5. Esa. 1. 6. Prov. 20. 30 [r]. vel, *vibicibus*, Be. Pi. Est Enallage numeri sing. pro plur [†]. Servos hîc consolatur contra vibices suos [t]. *Cujus ejusdem vibice*, Er.) *sanati estis*, Vulg. &c. à plagis peccatorum vestrorum [v]. Multis quidem modis Christi dolores nos à vitiis sanârunt: Sed hîc maximè respicitur exemplum quod nobis dedit Obedientiæ, Patientiæ, Mansuetudinis, Dilectionis in mediis doloribus, ut antecedentia ostendunt [x]. [Alii aliter:] *Sanati*, i. e. remissis peccatis Deo reconciliati: quod probat ab instrumento sanationis, conversione, seu fide, v. seq [y].

25. *Eratis enim sicut oves errantes*] Et hoc ex Esa. 53. 6. quîcum convenit locus Jer. 50. 6. sed & Psal. 119. v. 176. Vide ad Matth. 9. 36 [z]. Morbum hîc indicat à quo sanati sunt [a], & salutem per Christum partam amplificat Antithesi præcedentis miseriæ [b]. *Errantes* à via salutis [c], à Christo pastore, & à grege justorum [d], à justitia & vita Dei alieni ac perditi [*], per devia errorum & pravorum morum in exitium ruentes [f]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἐπεστράφητε νῦν ἐπὶ τὸν, &c.] Solet ἐπιστρέφω post se habere ἐπὶ, vel πρὸς. Deinde καὶ [hîc sequens] est ἐξηγητικὸν ἐπιστρέφοντα τὰ ἀποπεπλανημένα. Nam cùm dixisset *pastorem*, ad persequendam similitudinem nunc explicat quomodo Christus sit Pastor, nimirum quia animas curat sicut pastor oves. Vide suprà 1. 9. Ἐπίσκοπος est פָּקִיד, *is qui alicujus rei curam gerit*, ut Num. 31. 14. 2 Reg. 11. v. 19. &c. Comparatio Pastoris optimè Christo convenit, Joh. 10. 11, 14, 16. Heb. 13. 20. infrà 5. 4 [g]. [Sic vertunt:] *Sed conversi nunc estis* (ab erroribus vestris, i. e. peccatis, quæ vos elongabant à Deo [h]; [idque] per gratiam Christi ad se vocantis & trahentis [i]:) *ad pastorem illum* (Christum sic vocat, quia pascit, regit, & fovet, nos Verbo & Sacramentis Evangelii, sancto exemplo, & potissimùm internâ suæ gratiæ inspiratione [k]:) *& curatorem* (vel, *Episcopum*, Vulg. *inspectorem*, E. Pi. *visitatorem*, E. Er. ex Bed. *speculatorem*, Me. T. *superintendentem*, Me. Sic vocatur Christus quia attentissimè intendit regimini, custodiæ [l], & directioni, ovium suarum ad vitam æternam [m]; quia vigilans super nos, & infirmitates atque necessitates nostras considerans, salutis nostræ curam assiduè gerit [n].) *animarum vestrarum*, Pi. &c. Ità consolatur servos, ut sciant se quoque Christo esse curæ [o].

CAP. III.

1. *Similiter & mulieres* (vel, *uxores*, Be. Pi. A servis ad mulieres transit. Qu. Cur non ad dominos, ut Eph. 6. & Coloss. 4. Resp. Quia scribit Judæis dispersis, quorum multi servi, perpauci verò domini, erant [a]. Dicit *similiter*, quia ut de servorum cap. præc. ità hîc de uxorum, subjectione loquitur [b].) *subditæ sint*, &c. Ὑποτασσόμεναι, &c.] Supplendum & hîc ἔστε, ut supra 2. 18 [c]. Verbi vox media hîc notat actionem reciprocam [d]. *Subjiciant sese* (Juxta ordinem à Deo constitutum, quem hæc vox h. l. notat [*]:) *suis* (vel, *propriis*, E. Pi.) *viris*, Pi. sive *maritis*, Di. ex Sy. Sensus idem Eph. 5. 22, 24. Col. 3. 18. Conveniunt hæc cum Gen. 3. 16 [f]. Dicit *propriis*, tum, ad difficultatis mitigationem, tum, ad obedientiæ circumscriptionem, ut opponantur alienis [g]; ut castitatis eos admoneat, avocétque à suspectis obsequiis virorum alienorum [h]. ¶ *Qui non*, &c. Ἀπειθοῦσι, &c.] *Non obediunt* (vel, *Increduli sunt*, q.d. *discredunt*, E. vel, *adhuc reluctantur*, G. sim. E. Ger. ut Rom. 2. 8 [i].) *sermoni*, Be. Pi. scil. Dei [k], h. e. Evangelio [l]: Incredulitatem positivam designat, q. d. qui non patiuntur sibi persuaderi [m]; qui verbum repellunt [n]. ¶ *Per mulierum conversationem* (bonam scilicet [o], sanctósque mores [p]. De voce ἀναστροφῆς vide suprà 1. 15. & 2. 12 [q].) *sine verbo* (i. e. jam cessante prædicatione verbi, quia illud repulerunt: vel sic, etiamsi uxores non eis ingerant doctrinam Evangelicam, quòd molestè ferant viri ab uxoribus doceri [r]: quia Γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει [†]; ut solo bono exemplo commoti [t].) *lucrifiant*] Nempe Christo [v], sive Ecclesiæ [x].

Eadem

Eadem Metaphora est Matth. 18. 15. 1 Cor. 9. 19, &c[y]. Phil. 3. 8. sumpta ex parabola illa Matth. 25. 14, &c. *Lucri* nomine insinuatur, tum pretium animarum, tum delectatio piorum de aliorum conversione[z]. Sensus, q. d. Ut quos verbum non movet, sola vita permoveat[a]; ut paulatim curati[b], præparentur ad reverentiam & audientiam Evangelii, conspectu illius fructu in uxorum moribus[c]; unde postea ex verbo fidem concipiunt: quomodo hic locus cum Rom. 10. 17. conciliandus est[d]. *Lucrifiant*, i.e. occasionem lucrifactionis exinde accipiant. Sic 1 Cor. 7. 16. *virum salvabis*, i.e. occasionem præbebis tanto bono: & Rom. 14. 15. *Ne perde*, &c||. Sed & vox ἀπειθοῦντες docet verbum eis annunciatum, & auditum fuisse*. Erant jam exempla hujus rei, ut videmus 1 Cor. 7. 16. Nam, ipsis tacentibus, castitas, modestia, obedientia, cura rei familiaris, aliæque virtutes, commendabant maritis non ipsorum uxores tantùm, sed & Philosophiam verè Divinam in qua erant institutæ. Dicebant quod dicebat Libanius, *Proh quales fœminas habent Christiani*[f]! Cujus conversatio placet, non facilè potest displicere religio[g].

2. *Considerantes*, &c. Ἐποπτεύσαντες, &c.] *Aspicientes* (vel, *Ubi spectarint*, Be. Ar. *Dum considerant*, Er. Il. Ti.) *illam in* (vel, *cum*, Be. Pi. &c. ἐν pro σὺν, ut alibi sæpe[h].) *timore* (vel, *reverentia*, Er. P. Pi. &c. vel, 1. Dei[i], ut Act. 2. 43. & 5. 5. 2 Cor. 7. 15[k]. vel, 2. erga maritos[l], ex collat. Eph. 5. 33[m]. sub. *conjunctam*, Be. ἐν φόβῳ pro μετὰ φόβου, scil. οὖσαν[n].) *castam* (vel, *puram*, Er. Be. E. *sanctam*, Me.) *conversationem*, Mo. &c. i. e. abhorrentem ab adulterio omnibúsque corruptelis libidinum, præter naturam aut honestatem[o]. Vide Phil. 4. 8. Tertul. Ad uxorem 2. *Ut penes sanctos officia sexûs cum honore ipsius necessitatis, tanquam sub oculis Dei, modestè & moderatè transigantur*[p].

3. *Quarum*, &c. Ὧν — ἐμπλοκῆς — καὶ περιθέσεως — ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος] Κόσμος in fine conjungendus est cum ὧν ab initio[q]. [Sic ergò locum vertunt:] *Quarum ornatus* (vel, *cultus*, Vulg. Zeg. κόσμος γυναικὸς, *ornamentum*. Latini distinguunt *mundum* mulieris ab *ornatu*: at Græci utrumque unâ voce comprehendunt[r].) *non sit externus ille* (sub ὢν †, vel sub. *qui situs est*, Er. Ti. V. sim. Zeg.) *in nodis* (vel, *in cincinnis*, Ca. Me. *in plicatura*, Er. Il. Ti. Ger. Me. *in crispatura*, sive *contextu*, Er. V. vel, *implicationis*, Mo. Ἐμπλοκαὶ hîc quod πλέγματα 1 Tim. 2. 9[t]. qui locus cum præsenti conferendus[v]. Ἐμπλέκεσθαι est implicari, innodari, 2 Tim. 2. 4. 2 Pet. 2. 20[x]. *Plicaturam* intelligit quomodocunque illa fiat, sive crispando capillos, sive innodando, sive in cirros & cornua calamistris discriminando, sive alienos accersendo, & in turres erigendo[y].) *capillorum*, & (vel, *aut*, Er. Be. V.) *circumposito* (vel, *circumpositione*, Ti. Zeg. *circumpositionis*, Mo. *appositione*, sive *additione*, Er. Il.) *auro*, (vel, *auri*, Er. Mo. &c. i. e. ornamentorum aureorum[z]; qualia sunt monilia[a], annuli, inaures, frontalia[b], catenæ, bullæ[c], vestes auro intextæ[d]; cumprimis reticula, sive id genus alia, auro intexta, capillis aut capiti apposita*, quia conjunctum hoc est cum ἐμπλοκῇ τριχῶν[f].) *vel*, *palliorum* (vel, *vestimentorum*, Ger. Er. nam ἱμάτιον est *vestis* in genere, ut Matth. 11. 8. & 27. 35. & *pallium*, Matth. 9. 20. & 21. 7[g]. Subauditur πολυτελῶν[h], *preciosorum*, vel, ut Syrus, *sumptuosorum*, Ger. ex 1 Tim. 2. 9[i].) *amictu*, Be. Pi. ut tunicis, peplis, velis, &c[k]. Non tamen simpliciter prohibet aut damnat harum rerum usum[l], cùm & materia hæc sumptuosa & artificia ipsa à Deo sint[m]; sed immodicum hujus vanitatis studium[n], cultum immoderatum, superfluum[o], indecorum[p], affectatum, immodestum & lascivum[q].

4. *Sed*, Ἀλλ' ὁ κρυπτὸς, &c.] Masculino utitur cùm de Fœminis loquitur, quia præceptum hoc tale est ut possit utrique sexui convenire[r]. *Sed* (sub. *sit*, Ham. ex Aug. vel, *ornatus sit*, Camer.) *ille absconditus*, sive *occultus*, *cordis* (vel, id est, *cordis*; quod exegeticè ponitur, ut declaret quis sit *occultus* hic *homo* †. Pari modo τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας, 1 Cor. 14. 25. καρδία enim, לב Hebræis, sumitur pro *internis animi*, Eccles. 11. 9, 10. & alibi[t].) *homo*, Mo. Be. Pi. Idem hoc quod *interior homo*, Rom. 7. 22[v]. ubi dicta vide[x], & 2 Cor. 4. 16[y]. vel, *novus homo*[z], Rom. 6. 6. Col. 3. 9, 10[a]. id est,

y Ger. sic Vor. G. Pi. — z Ger. — a Gom. — b Be. — c Gom. sim. Be. — d Gom. — || Glass. gram. 3. 3. 10. 255. — * E. — f G. — g E. — h G. — i G. Me. — k G. — l Ger. sim. E. Ham. — m Ger. E. — n Pi. — o E. sic Ger. — p G. — q Ger. — r G. — † Camer. — t G. sic Ger. — v G. — x Ger. — y T. & Ger. ex Hi. — z Ger. — a Ger. sic Me. G. — b Ger. — c T. sic Me. — d Me. — * Ger. sim. E. — f Ger. — g Idem. — h G. — i Ger. sic G. — k T. — l E. Calv. — m Calv. — n E. — o E. sic Calv. T. — p E. — q Calv. — r G. — † Ger. ex E. — t G. — v G. Ger. E. Ham. Be. Pi. — x G. — y E. Ger. — z Ger. Ham. Pi. — a Ger.

vel, anima[b], sive animus, seu mens & voluntas hominis[c]: quæ plerumque negligi solent ab iis qui nimiùm studiosi sunt externi cultûs[d]: vel, virtutes Christianæ*, quibus animum ornari vult[f]. Pari modo, *In occulto Judæus*, Rom. 2. 29[g]. quò hîc alludere videtur[h]. Conflatur autem hæc phrasis ex duobus Hebraismis, 1. τὸ κρυπτὸν τῆς καρδίας dicit Targum pro בסתם, Psal. 51. 8. 2. κρυπτὸς ἄνθρωπος[i]. Mysticus sensus Psal. 45. 13. & Exod. 28. 13[k]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῷ ἀφθάρτῳ, &c.] Subaudi ὢν[l], vel κείμενος[m]. *In* (vel *Situs in*, Be. Pi. P. vel, Idque *per*, Zeg.) *incorruptibilitate* (vel, *incorruptione*, Pi. Ger. *incorruptibilitatem*, Zeg. *sinceritate*, Be. vel, *incorrupto* ornatu, P. Al. *Si is careat omni corruptelâ*, Er. V. Ἄφθαρτον hîc idem quod ἀφθαρσία, Eph. 6. 24[n]. & Tit. 2. 7[o]. & notat Spiritûs, sive animi, vel, 1. integritatem, firmitatem, & sanctitatem[p]; vel, virtutum dictarum constantiam, nullis tentationibus superabilem, eámque à simplicitate & sinceritate ortam, ut & in natura quæ simplicia sunt corruptioni minus obnoxia sunt*. Ἄφθαρτον hîc, *quod vitiari se non patitur*[q]. Vel, 2. vim & præstantiam, naturam constantem & perennem[r], & nunquam perituram †: quam hîc opponit auro, vestibus, &c. ut rebus fluxis & caducis[t], sive corruptibilibus, 1 Pet. 1. 11. quæ etiam circumponuntur corpori corruptibili[v].) *lenis* (vel, *mansueti*, Er. Zeg. E. Ham.) & *quieti* (vel, *taciti*, Er.) *spiritus*, Mo. Be. Pi. &c. vel, *ità ut spiritus placidus sit ac quietus*, Er. V. vel, *cum affectu leni ac modesto, qui se à malis exemplis corrumpi non sinit*, G. *Spiritus* hîc idem quod *animus*[x]. *Spiritum* hîc sumo pro *affectu animi*, ut 1 Cor. 4. 21. Gal. 6. 1. Nam Hebræi רוח sæpe sic sumunt[y]. Nominat has speciatim virtutes[z], tanquam mulierum ornamenta[a], maxima[b]; & tanquam nutrices pacis, & obedientiæ[c], quam viris debent, & de qua hîc agit[d]. Eæ autem vel idem significant, vel sic distinguantur*, ut *lenitas* sit morum facilitas[f], & opponatur iracundiæ, ferociæ, superbiæ, &c[g]. *quies* verò designat, tum, animi tranquillitatem, non agitatam pravis cupiditatibus; tum, taciturnitatem, nè maritis suis ogganniant; tum, modestiam, & opponitur levitati, inconstantiæ, petulantiæ[h], garrulitati, & arroganti πολυπραγμοσύνῃ, rerum alienarum curæ[i]. Quid sit ἡσυχία, vide 1 Tim. 2. 11, 12[k]. ¶ *Qui*, &c. Ὅ — πολυτελές] *Qui* (nempe *spiritus*[l], illis virtutibus exornatus[m]: vel, *Quod*, nempe habere talem Spiritum[n]. Ὅ ad totum præcedens membrum refertur[o].) *est in conspectu Dei pretiosus*, Be. &c. vel, *res magnifica & sumptuosa*, V. vel, *splendidus ornatus*, Er. res Deo valde grata[p]. Πολυτελὲς de Unguento habes Marc. 14. 3. de Veste muliebri, 1 Tim. 2. 9. Respondet Hebræo יקר, Prov. 1. 13. [Sensus, q. d.] Alia apud homines sunt in pretio, Coma, Aurum, splendidæ vestes: at apud Deum, Animus lenis ac modestus, & contra malos mores incorruptus[q]. Mulieres magis solicitas esse jubet, ut in pretio sint apud Deum, quàm ut se in hominum gratiam ornent[r].

5. *Sic enim*, &c.] Nempe animi virtutibus †. ¶ *Sanctæ mulieres*] Nempe V. T[t]. Quantò magis eæ quæ ad Christum pertinent[v]. ¶ *Sperantes*, &c.] Credentes & amantes Deum[x], ideóque dignæ quas imitemini[y]. *Quæ Deo confidebant*: quo sensu ἐλπίζω solet post se habere εἰς vel ἐπὶ, sicut Heb. בטח post se trahit ב. & in MS. hîc est εἰς pro ἐπὶ[z]. Quarum spes erat in Deo, & cura Deo placere[a]. Vel, ut *timor* passim pro toto Dei cultu ponitur, ità *spes* h. l. pro omnibus virtutibus ex fiducia in Deum promanantibus, in quibus est pars principalis interioris illius ornatûs[b]. ¶ *Subjectæ*, &c.] Scilicet cum mansueto & quieto spiritu: ità demum reputantes se pulchrè comptas & ornatas, si tales essent[c]. Vide suprà v. 1[d].

6. *Sicut*, &c. Ὡς Σάῤῥα] Sæpe nominibus propriis Hebraicis debet addi articulus ad noscendum casum ἐν τοῖς ἀκλίτοις. *Sara* dicta quasi Ἄνασσα, ideo quòd multi ab ea Reges erant prodituri*. *Sara* hic nominatur ut totius generis parens, sicut Esa. 51. 1, 2[f]. sicut Abrahamus, Rom. 4. 11, 12[g]. ¶ *Obediebat Abrahæ*] Ut vides Gen. 12. 5. & 18. 6. & 20. 1. & alibi[h]. Quòd virum à patria, parentibus & cognatis abeuntem[i], ad exteras & remotas regiones, ac subinde loca mutantem, semper secuta sit[k]; quòd eo jubente, etiam periculo pudoris

b Be. — c Vor. sim. Be. Ham. — d Vor. — * Ger. — f Me. — g G. sic Ger. — h Ger. — i Ham. — k G. — l Be. — m Ger. — n Ham. sic G. — o G. — p Ger. — * Ham. — q G. — r Be. — † Ger. sim. Ham. — t Be. sim. Ham. — v Ger. — x E. sic Pi. — y G. — z E. — a E. sim. Calv. — b Calv. — c Gom. — d E. — * Gom. — f Ger. — g Gom. sim. Ger. Er. — h Ger. — i Gom. — k G. — l E. Me. V. — m E. sim. Me. — n V. — o G. sim. Er. Zeg. Be. — p E. — q G. — r Calv. — † G. E. Ger. — t Gom. G. — v G. — x Me. — y Gom. — z G. — a E. Ger. — b Ger. — c E. — d G. — * Idem. — f E. Ger. — g Ger. — h G. — i Me. — k E. sim. Ger. Me.

pudoris sese exposuit, &c [l]. ¶ *Dominum eum vocans*] Gen. 18. 12 [m]. Ut solebat, quia Deus eam subesse jussit [n], eo nomine agnoscens viri potestatem, & suam profitens subjectionem [o]; idque cùm ipsam Deus vocari voluerat non *Sarai, dominam meam*, sed *Sara*, i.e. simpliciter *dominam* [p]. Κύριον, &c.] אדני, ut in Gen. est. Solebant & בעלי dicere sensu eodem, ut Gen. 20. 3. Exod. 21. 3. Joel. 1. 8. & aliquoties est hoc in libro מוסר. Imitati [hunc morem sunt] Attici. Ἀνὴρ, *maritus*, dictus est, κύριος, ut notat Schol. ad Equit. Aristoph. [verba quære in G.] Romæ & olim sic loqui mos erat [q]. Lucretia in Ovid. *Mittenda est Domino*, &c. Eurip. in Stobæo, πᾶσ' ἐστὶ δούλη ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνή [r]. Corruptis moribus mos inolevit contrarius, ut uxores à maritis *dominæ* vocarentur †. ¶ *Cujus* (Nempe Saræ [t]:) *estis* (vel, *factæ estis*, Er. Be. Pi. i. e. vos factas esse declarabitis [v]: Meton. subjecti, qualis Joh. 15. 8 [x]. vel, reverâ fietis [y].) *filiæ*] Secundùm spiritum [z], promissionem [a], & imitationem [b]. Eratis carne ejus filiæ, sed per Evangelium factæ estis & moribus ejus *filiæ*. Par locutio Matth. 3. 9. Joh. 8. 39. Rom. 9. 7, 8. Gal. 4. 28 [c]. ¶ *Benefacientes*, &c. Ἀγαθοποιοῦσαι, καὶ μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν] Ante μηδεμίαν subauditur κατὰ, & gemina negatio, more Græco, fortiùs negat [d]. Accipienda hæc sunt, vel, 1. προτρεπτικῶς, ut pergat mulieres exhortari [*]: *Rectè facite, & nullo pavore terremini*, Ca. Vel, 2. διακριτικῶς, ut doceat quales sint veræ Saræ filiæ [f]. *Si*, vel *Dum, benefacitis* (vel, *In operibus bonis*, Me. & Ger. ex Sy. scil. imitando ejus virtutes [g], præsertim obedientiam [h], beneficentiam [i], sicut Sara comiter excepit hospites [k]:) *& non* (vel, *etiamsi non*: Καὶ, pro *etiamsi, quamvis*, accipitur Jos. 17. 18. Psal. 23. 4. & 78. 23. Esa. 49. 5. Jer. 32. 33 [l]. vel, *nec*, Be. Pi.) *terremini* (vel, *timeatis*, Be.) *ullo pavore*, Er. Il. Ti. P. V. vel, *ullâ consternatione*, Pi. Ger. *ullam consternationem*, Be. vel, *ullam perturbationem*, Vulg. Sed πτόησις & πτοέομαι non tam *perturbationem* propriè significat, quàm *pavorem*, vel *consternationem*, ut Luc. 21. 9. & 24. 37. & apud Plutarchum & Pollucem [m]. [Vide Ger.] Πτόησις hîc denotat, vel, 1. metus formam, pleonasmo & Hebræis usitato, & Atticis, nec non Latinis [n]; qui dicunt *gaudere gaudium, furere furorem, timere timorem* [o]. Illam hîc vetat consternationem, quâ quis quasi furit, & sui officii obliviscitur, &c [p]. Vel, 2. metûs objectum & causam efficientem, ut Rom. 13. 3. terriculamentum [q]; ut sit actus sive affectus pro objecto, ex Hebraismo, ut *timor* sumitur Job. 3. 25. Psal. 53. 6. Prov. 1. 26. & 3. 25. Sic *laus* pro nomine laudabili, Psal. 106. 12. *concupiscentia* pro rebus cupitis [r]. [Locum variè explicant:] Cùm spontè & ex mera conscientia officii pareatis, etiamsi nullâ formidine aut consternatione ad id præstandum adigamini †. Quod de timore dixerat v. 2. hîc explicat, & ostendit, se non locutum de timore aut obedientia servili, quasi minis & injuriis tanquam dominorum rigidorum debeant consternari servorum more [t]. Al. *Ad nulla terriculamenta pavidæ*, nempe ad prodendum pudicitiam; quam magistratus provinciarum sæpe etiam minis attentabant: sicut Sara Abimelechi cupiditati non cessit, Gen. 20 [v]. Al. Si pietatem & modestiam Saræ moribus exprimatis [x], nec ullo metu mundano vos à studio pietatis abduci patiamini [y]. Vide Luc. 21. 9. & 24. 37 [z]. Al. Si ità confidatis in Christo, Deique favore & auxilio, ut à nullo malo præposterè timeatis aut consternemini [a]. Al. Dum hoc facitis [b], i. e. bonis operibus studeatis [c], non est quòd metuatis quicquam mali; velut, nè maritis vestris displiceatis, si minùs comptæ inceditis [d]; aut nè serviliter vos tractent, si faciles ad obsequium vos præbeatis [*]; ut solet sexus muliebris vanis pavoribus, (& suspicionibus [f],) esse obnoxius [g]. Sed & si fortè nacti estis maritos iniquiores, silentio potiùs ac patientiâ, quàm multis verbis, studete eorum animos lenire [h]; perturbationes moderatè & fortiter ferte, nec cadendo animis, sed vestrâ prudentiâ & gratiâ ïas lenite & mitigate [i]: prompta illa subjectio conciliabit vobis maritorum vicissim amorem, honorem, & pacem [k]: forti ergò & intrepido animo vestram obite vocationem [l].

7. *Viri*, Οἱ ἄνδρες] Pro, ὦ ἄνδρες, per Antiptosin sive Atticismum. Eos enim alloquitur, ut patet ex fine versûs: unde Syrus, *vos viri* [m]. ¶ *Similiter*, &c. Ὁμοίως, συνοικοῦντες κατὰ γνῶσιν] *Similiter* (i.e. Vicissim [n]: Pro quo est, ὡσαύτως, 1 Tim. 2. 9. Maritorum & uxorum officia conjungit [o].) *cohabitantes* (sub. *sint*, vel *sitis*, E. sic Zeg. Pi. Be. G. ut initio capitis [p]: vel, *unà versentur*, Il. P. Gom. *cohabitent*, Be. Ca. *cohabitate*, Pi. sub. *uxoribus*, Pi. E. i.e. conversemini & convivite cum iis [q], eodem tecto & lecto utentes [r], utpote indissolubili vinculo conjuncti †. Συνοικεῖν propriè de Conjugibus dicitur; ut videre est in Græco Gen. 20. 3. Deut. 22. 13. & 24. 1. & 25. 5. Prov. 30. 23. Esa. 62. 5. Sirac. 25. 11. & 42. 13, 15. Comprehendit autem per Synecdochen quandam omnia inter se conjugum officia [t], sive totam connubialem consuetudinem & conversationem, Demosth. *Non permittit*, inquit, *lex, civem* τῇ ξένῃ συνοικεῖν, *cum peregrina cohabitare, consuescere*; & apud Laert. l. 8. τὰς συνοικούσας ἀνδράσι, *quæ cum viris cohabitant*, sive *consuescunt* [v]. Designat h.l. vel, 1. congressum uxorum [x], ut συνοικεῖν usurpatur, Deut. 24. 1. & manifestè, Deut. 22. 13. quomodo & συνοικίζειν, Deut. 21. 13. Vel potiùs, 2. conversationem domesticam [y].) *secundùm cognitionem*, sive *scientiam*, Mo. Pi. Gom. &c. id est, convenienter scientiæ [z], quâ Naturæ beneficio illas præcellitis [a]: vel, *ut scientes decet*, Be. Pi. Gom. cum judicio, non per omnia obsecundantes earum affectibus, ut fecit Adam [b]; prudenter & cum ratione [c], humaniter [d], moderatè; q. d. Sapienter eas regite [*]: vel, secundùm eam notitiam Divinæ voluntatis quam per Evangelium estis adepti. Vide Rom. 15. 14. 1 Cor. 1. 5. 2 Cor. 6. 6 [f]. vel, secundùm scientiam interpretandi mysteria Scripturæ Sacræ, & nominatim verborum illorum in historia creationis, Gen. 1. 27, 28. & 2. 22. ex quibus hæc cohabitatio aliáque conjugum officia deduci possunt, ad quem finem verba illa adducuntur, Matth. 19. 4. 1 Cor. 6. 16. & 11. 8. Eph. 5. 31. Γνῶσις autem pro illo charismate Spiritûs sumitur, 1 Cor. 12. 8 [g]. ¶ *Vasi*, &c. Ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμήν] *Vasi muliebri ut infirmiori tribuentes honorem*, P. Ca. Be. Pi. sim. Er. Mo. Vulg. &c. *Vas* in Scriptura dicitur quodvis instrumentum [h], sive id quo utimur [i]: diciturque etiam de Hominibus, Act. 9. 15. Rom. 9. 21, 22 [k]. & de hominum Corporibus, 1 Thes. 4. 4 [l]. & 2 Cor. 4. 7 [m]. Hîc est, vel, 1. Corpus mulieris [n]: vel, 2. Mulier ipsa [o], quæ vasi comparatur [p], propter usum ad varias actiones [q], atque inter eas ad actum conjugibus proprium [r]; quia est *viri adjutorium*, Gen. 2. 18 †. & instar vasis ad usum ornatúmque familiæ & mariti [t]. Adjectivum ergò hîc notat subjectum, ut 1 Pet. 2. 2, 13 [v]. *Uxor* ὄργανον *Viri*, Aristot. Polit. 8. ἀσθενέστερον *viro*, ut loquitur idem Oecon. 3 [x]. Dicit autem *ut infirmiori*, quia vasa infirma leniter attrectamus, nè frangantur [y]; & quæ nos proximè attingunt quò infirmiora sunt, eò majori curâ dignamur [z], 1 Cor. 12. 23 [a]. Ubi ut membris ignobilioribus honor impendendus est ad tegendum eorum pudorem, ità hîc infirmiori, ad tegendam infirmitatem [b]. Et ut faciliùs pueris ignoscimus per imperitiam delinquentibus, ità nè simus rigidi & austeri erga uxores, ob infirmitates ||; sed eas amore conjugali tegamus, atque errata leviora condonemus †. Mulier autem ut per se infirma est, ità comparatè cum marito infirmior est [c]; tum constitutione corporis, tum animo [d], judicio [*], affectibus [f]; industriâ etiam & prudentiâ ad res gerendas [g]. Quintil. Declam. 308. *Imbecilla res est fœmina; & adfert infirmitati naturali non leve pondus quòd vidua est* [h]. Per *honorem* hîc intelligit, vel, 1. moderatum usum actûs matrimonialis [i], ut uxoribus honestè, castè, & temperanter utantur, nec ad superfluas, nedum infandas, libidines abutantur [k]. Cui favet seq. *nè impediantur*, &c [l]. Debitum conjugale illis reddi vult; sed honestè, non petulanter & impudenter [m]. Vel, 2. subsidium [n], ut τιμὴ sumitur Matth. 15. 6. 1 Tim. 5. 3, 17. Sic & Num. 22. 37. Act. 28. 10. Sic Cicero, *Medico honos debetur*, i. e. præmium. Et Aristot. Rhet. 1. 5. inter partes τιμῆς ponit δῶρα, &c [o]. Et ut Heb. בוז, est ut *contemnere*, ità & *negligere*; sic vicissim *honorare* est *curare*, &c [p]. Sensus ergò est, q. d. Uxorum curam gerant, nè quid illis desit [q], quia infirmiores sunt, & à maritis pendent ob vitæ necessaria [r]. Vel, 3. generaliùs, ut sonat †, nè eas ob infirmitates vilipendant [t],

pendant [t], & ut servas vel mancipia tractent [v]; sed ut eas, tanquam individuas utilésque vitæ socias [x], in pretio habeant [y], honorificè compellent & tractent, eis se accommodent [z]; neque enim possumus eas verè amare quas contemnimus [a]; ut eas honestè & comiter tractent, earúmque infirmitati prudenter obvient [b]; ut eas leniter tractent; sicut honor quidam habetur crystallinis, quia solicitè tractantur. Hæc locutio, *honorem habendi*, est & in Libro Musar [c]. ¶ *Tanquam*, &c. Ὡς καὶ συγκληρονόμοι, &c.] Scilicet ὄντες [d]: quod referri potest, vel, 1. ad viros; ut sensus sit, quòd viri, perinde ut mulieres, vocati sint ad vitam æternam, ut ad eam bene vivendo contendere debeant, ideóque conjuges ab iis honestè secundùm Legem Dei tractandæ sint: vel, 2. ad uxores, ut textus sic reddatur, *Tanquam & cohæredes*, &c. sub. *sint*, ipsæ mulieres scilicet, ut Syrus vertit [*]. Alii legunt συγκληρονόμοις, &c [f]. ut Hieron. cod. Regius ac Veronensis [g], quod magis quadrat; intelligit enim mulieres ejusdem cum viris regni cohæredes esse [h]. Triplex hîc est argumentum, 1. in ὡς· 2. in σὺν· 3. in re ipsa [i]. *Tanquam etiam cohæredes* (*Utpote cùm unà etiam hæredes* sitis, P. Be. Pi.) *gratiæ* (i.e. beneficii [k];) *vitæ*, Er. V. &c. i.e. quo donatur vita, æterna scil. κατ' ἐξοχὴν [l]: vel, *vitæ æternæ* ex gratia dandæ, ut sit Hypallage & Synecd. gen [m]. vel ζωῆς, id est, ζωοποιούσης, ut suprà 1. 3. In MS. est ποικίλης χάριτος ζωῆς, propter varia Spiritûs dona [n]. *Gratiæ vitæ*, i.e. vitalis, dat enim vitam spiritualem, & ducit ad æternam. Causam hîc dat cur viri honorare debeant uxores, quia licèt naturâ & sexu sint infirmæ & impares [o], viris tamen pares sunt quoad vocationem in eandem gratiam & gloriam [p]: nam, *in Christo non est mas, nec fœmina*, Gal. 3. 28 [q]. Gratiæ Evangelicæ, quæ ad vitam æternam ducit, participes sunt Viri & Fœminæ [r]. Al. χάρις *donum* gratuitum est hîc & 1 Cor. 16. 3. 2 Cor. 8. 1, 4. 1 Pet. 4. 18. &c. ζωὴ hîc dicitur, vel *vita* ipsa, vel necessaria vitæ subsidia. Præcepit viris ut uxoribus subsidia tribuerent, quia Deus ipsas & maritos voluit esse συγκληρονόμους, &c. i.e. *simul participes gratiæ*, tum *vitæ* ipsius, quam Deus utrisque in creatione dedit, tum necessariorum vitæ subsidiorum, quorum dominium atque hæreditatem Deus utrisque initio dedit, Gen. 1. 28, 29 †. ¶ *Ut*, &c. Εἰς τὸ μὴ ἐκκόπτεσθαι, &c.] Alii legunt ἐγκόπτεσθαι [t], ut cod. Complut. & Regius & alii duo [v], & Latinus, & quidem rectè: id enim est *impedire*, ut Act. 24. 4. Rom. 15. 22. Gal. 5. 7. 1 Thes. 2. v. 18. unde ἐγκοπὴ, 1 Cor. 9. 12 [x]. Sed nulla est sensûs variatio, ἐκκόπτειν enim est & *excidere*, ut Matth. 3. 10. & 5. 30, &c. & *intercidere*, sive *intervertere*, ut in Herodian. l. 7 [y]. [Sic vertunt:] *Ad non intercidi*, &c. Mo. *Nè sitis impingentes*, vel *labefactati*, *in precibus vestris*, Ger. ex Sy. *Nè interrumpantur*, sive *impediantur*, *preces vestræ*, Er. P. Ca. Pi. Be. Vulg. scil. iis temporibus quibus orandum est. Confer 1 Cor. 7. 5. Distinguenda sunt tempora orationis & amplexûs conjugalis [z]. q. d. Nè si nimiæ libidini indulgeatis, animus ab orationis studio avocetur [a]. Al. *Nè impediantur preces*, i.e. precum vis atque efficacia, jurgiis & rixis [b], quæ ex dura tractatione sequuntur [c]. Non enim placent Deo preces nisi quæ ex tranquillo proficiscuntur animo [d]. Insani autem estis si viam vobis ad invocandum Deum præcludatis, quum sit unicum salutis nostræ asylum [*].

8. *In*, &c. Τὸ δὲ τέλος] *In fine*, Vulg. V. Zeg. *Quod superest*, Zeg. *Denique*, Be. Pi. *In summa*, Er. V. Zeg. סוף דבר, Ecclesf. 12. 13. Summa monitorum meorum ad ea redit quæ jam dicam. Pertinent autem hæc monita non ad certæ sortis homines, ut quædam præcedentium [f]; sed ad omnes Christianos [g]. ¶ *Unanimes*] Vel, *Concordes*, sub. *estote*, Be. Pi. i.e. ejusdem animi & mentis [h]: idem sentite, idem sapite [i]. Sensus idem qui Rom. 12. v. 16. & 15. 5 [k]. ¶ *Compatientes*, Συμπαθεῖς] *Similiter*, vel *eodem modo*, *affecti*, Er. V. Vor. sic E. Gom. q.d. mutuo affectu tangamini [l], ob bona & mala aliorum [m]; alii aliorum malis indolentes [n], & bonis gaudentes [o]. Exemplum vide Heb. 10. 34 [p]. ¶ *Fraternitatis* (i.e. fraternæ charitatis [q]; vel, fratrum, i.e. Christianorum [r].) *amatores*] Idem sensus qui suprà 2. 17. Vide & Rom. 12. 10. Heb. 13. 1. &c †. ¶ *Misericordes*, Εὔσπλαγχνοι] *Ad misericordiam* (*intimam*, Be.) *propensi*, Pi. Be. Ab εὖ quod facilitatem notat, & σπλάγχνα quod propriè sign. *viscera*; indè *cor*, & motus cordis, ad miserendum [t]. Eadem vox Eph. 4. 32. significat, pronos nos esse debere ad juvandos alios. Vide Phil. 2. 1. Col. 3. 12. Joh. 3. 17 [v]. ¶ *Modestia*, &c. Φιλόφρονες] q. d. Τὰ φίλα φρονοῦντες, *qui amica sapiunt*, qui ea facere student quæ alteri grata sunt [x]. [Sic vertunt:] *Mansueti*, Tre. ex Sy. *Amicabiles*, Zeg. *Placidi*, vel, *Suaves*, Camer. *Affabiles*, Er. Il. Ti. Ca. *Comes*, P. Be. Pi. Sic φιλοφρόνως *comiter*, Act. 28. 7. 2 Macc. 3. 9 [y]. *Humani*, E. V. Ad vitæ consuetudinem faciles & commodi [z]. In MS. est ταπεινόφρονες. Unde Latini quidam Codices [& Mo.] hîc habent *humiles* [a].

9. *Non reddentes malum*, &c.] i. e. Injuriâ affecti vosmet nec facto, nec verbo, ulciscamini [b]. Vide ad Rom. cap. 12. ver. 17. & ad 1 Pet. 2. 23 [c]. ¶ *Benedicentes*] i. e. Bene precantes [d], & pro viribus benefacientes, illis qui vos lædunt [*], aut maledictis impetunt [f]. ¶ *Quia*, &c. Εἰδότες, &c.] Sed deest εἰδότες in MS. & in Syro [g], [& in Vulgato.] *Ut qui sciatis vos* (Dei scilicet hostes & contemptores [h]:) *ad hoc* (vel, 1. ut benedicatis iis, &c [i]. vel, 2. *ad hoc* quod sequitur, i. e. ἵνα κληρονομήσητε [k].) *vocatos esse* (ad Christianismum scilicet [l]:) *ad benedictionem*, &c. Be. Pi. i.e. per Meton. beneficentiam, sive beneficium [m], nempe Dei [n]; q. d. Ut per patientem injuriarum tolerantiam [o], & condonationem [p], consequamur benedictionem [q]. Est Antanaclasis in voce εὐλογίας, quæ modò *bona verba*, modò *benefacta*, significat [r]: [hîc autem] vel, 1. æterna bona †; vel, 2. bona utriusque vitæ, temporalia, spiritualia, & æterna [t], ex collat. v. seq. & 1 Tim. 4. 8 [v]. Infinita est vis hujus argumenti, q. d. Deus adeò benignus [x], adeò rebus in vos liberalis est, & vos essetis parci in verbis [y]? & vos adeò ad ulciscendum præcipites eritis, ut tantum bonum abjicere malitis quàm injurias vestras non persequi [z]? Si benedictionem consequi cupiatis, utique debetis & vos proximis, quantum in vobis est, benedicere, Deum precantes ut illos vobiscum benedictionis participes faceret [a].

10. *Qui*, &c. Ὁ γὰρ θέλων ζωὴν ἀγαπᾶν, καὶ ἰδεῖν, &c.] Sumpta hæc ex Psal. 34. 13 [b]. Confirmat quod proximè dixerat [c]. *Nam qui vult diligere* (id est, vult & diligit; vel, *diligendo diligit*, i.e. vehementer diligit. Phrasis est Hebræa, חפץ enim non est simpliciter *velle*, sed *cum desiderio & delectatione*, ut Gen. 34. 19. Psal. 147. 10. Esa. 62. 4 [d].) *vitam*, (Nempe, facilem & jucundam [*], beatam [f], longam [g], hîc autem æternam [h]:) *& videre* (i. e. frui [i]:) *dies bonos*] id est, Tranquillos & prosperos, ut *dies mali* sunt calamitosi [k]; q.d. felicem vitam transigere [l]. Alii, ut Syrus [m], rectiùs legunt, θέλων ζωὴν, καὶ ἀγαπῶν ἰδεῖν, ut est in Græco Psal. 34 [n]. Sed ibi *vita* & *dies* ad hoc seculum pertinent; hîc verò, ut omnia promissa Evangelica, ad æternitatem referuntur [o]. ¶ *Coerceat* (vel, *Custodiat*, Tre. ex Sy. *Desistere*, vel *Quiescere*, *faciat*, Be. Ger. *Silere faciat*, Æth. Παυσάτω hîc est *abstinere*, ut Act. 6. 13. & 13. 10. In Hebræo נצר, pro quo Syrus נטר, significatu eodem, mutato צ in ט, quod Syris frequens [p].) *linguam suam à malo*, (id est, à maledicentia [q]:) *& labia ejus* (vel potiùs, *sua*, E. Be. Pi. &c. Sed illud αὐτοῦ utroque loco abest in MS [r].) *nè loquantur dolum*] Proximo suo †: caveat à mendacio [t]. Sub his autem duobus cætera omnia linguæ vitia prohibet [v], juxta usitatum Hebraismum [x]; & virtutes præcipit contrarias, nominatim εὐλογίαν, quâ Proximo bene precamur. Nam ad eam suadendam hæc pertinent [y].

11. *Declinet à malo*, (i.e. à peccato, à vindicta & maledicto [z]; vel, generaliter ab omni malo malíque occasione, & malorum conversatione [a].) *& faciat* (h. e. operetur [b], dicat & cogitet [c]:) *bonum*] Et hoc & Psal. 34. mutatâ personâ. Prius est *à pravis abstinere*: *Virtus est, vitium fugere; & sapientia prima Stultitiâ caruisse*. Alterum, *actibus bonis incumbere*. Vide suprà 1. 14, 15. & 2. 1, 2 [d]. ¶ *Inquirat* (vel, *Quærat*, E. Pi. &c. magno scilicet studio & solicitudine, ut verbum notat [*], Matth. 2. 13. & 6. 33. & 21. 46. ζητεῖν idem quod διώκειν, Rom. 9. 30, 31. & 12. 14 [f].) *pacem*, (Cum Deo, & secum [g]; cum proximo [h]:) *& sequatur* (vel, *sectetur*, Be. *persequatur*, E. Me. Pi. i. e. quasi fugientem insectetur, & apprehendere conetur [i].) *eam*] Idem sensus qui Matth. 5. 9 [k]. & Rom. 12. 18. & 14. 19. Heb. 12, 14 [l].

12. *Oculi Domini* (Blandi scil. ac faventes [m], per Synecd.

Synecd. gen [n]. sub. *sunt intenti*, Be. Pi.) *in justos*, (Qui faciunt quæ proximè dicta sunt [o].) *& aures ejus*, &c.] Deus pios propitius respicit & exaudit [p]; eos curat & ad fœlicitatem provehit [q], Joh. 9. 31. Jac. 5. 16 [r]. ¶ *Vultus*, &c.] Iratus nempe & minax †. Synecd. gen [t]. פנים, πρόσωπον, sumitur modò in bonum, ut Num. 6. 25, 26. modò in malum, ut Psal. 21. 10. & 68. 3. Utro modo sumatur, ex circumstantiis colligendum [v]. ¶ *Super*, &c. Ἐπὶ, &c.] *Adversùm eos qui faciunt mala*, Be. Pi. Ἐπὶ, & Heb. ב, hîc ponitur pro *contra*, ut Luc. c. 10. ver. 19 [x].

13. *Et*, &c. Καὶ τίς ὁ κακώσων ὑμᾶς, ἐὰν τοῦ ἀγαθοῦ, &c.] Καὶ nihil hîc connectit, sed subjicit, ut in illo Virgil. — *& quisquam numen Junonis adoret Præterea* [y]? *Et quis* est qui *affligat* (vel, *lædat*, Ca. sic Ar. *malè tractet*, G. sim. Be. Mo. ut κακῶν habemus Act. 7. 6, 19. & 12. 1. & 18. 10 [z].) *vos*, (vel, *vobis noceat*, Vulg. i. e. nocere possit, i. e. verum inferre nocumentum [a]: vel, nocere velit [b]:) *si bonitatis* (vel, *boni*, Mo. Vulg. id est, vel, 1. Dei, qui est αὐταγαθὸν & *summum bonum* [c], [& *solus bonus* esse dicitur, Matth. 19. 17.] ut argumentum sit ab exemplo Dei, ut Mat. 5. 44, 45 [d]. vel, 2. Christi [*]; vel, 3. boni honesti, id est, virtutis [f], quæ, ut idea & norma quædam, omnibus imitanda proponitur [g]; vel, rerum bonarum [h], quomodo hîc Syrus & Latinus [i]:) *æmulatores* (vel, *imitatores*, Mo. Pro μιμηταὶ est ζηλωταὶ [k], in MS [l]. & in duobus cod [m]. non malè. Vide Act. 21. 20 [n].) *fueritis?* Pi. &c. i. e. Si vehementi studio & ardore sectemini virtutem, & illam instar sponsæ ambiatis [o]; si semper ea quæ planè bona sunt imitemini [p]. *Quis?* q. d. Nulli [q], vel pauci [r]. Pertinet hoc præcipuè ad vitam futuram, suo tamen modo ad præsentem †. Quippe beneficiis etiam maximè mali vinci, corrigi, aut cohiberi, solent [t]. Utplurimùm fit, ut qui linguam moderantur [v], paci & beneficentiæ student [x], animos etiam ferreos emolliant [y], & tranquillè ac feliciter vivant [z]. Improbi enim plerumque negotium nobis facessunt, vel lacessiti à nobis, vel, quia illis demerendis operam non impendimus, ut decebat. *Odia & pugnas*, ait Plato De Repub. 1. *injustitia excitat, consensum verò & amicitiam, justitia.* Sed quia filii Dei sæpe immeritò impetuntur à multis [a], & bonorum patientiâ mali deteriores evadunt [b], addit Petrus aliam responsionem v. seq [c].

14. *Si — patimini*] i. e. Affligamini [d]. Πάσχειν hîc absolutè ponitur, proinde quævis παθήματα nobis illata notat, seu verbis, seu factis, &c [*]. Si contingat vos affligi [f]. Quia videbat objici posse sævitiam Magistratuum religionis causâ, ideo ad id respondet [g]. ¶ *Propter justitiam*] i. e. Virtutem [h], aut pietatis studium [i]; vel, Evangelii professionem [k], in qua Deo obeditur, quo nihil justius [l]; vel, quia justi, quia Christiani [m]. ¶ *Beati*] Juxta Matth. 5. 10 [n]. Non minùs beati estis [o], tum, ob spem certissimam Regni cœlestis [p]; tum, ob effectus crucis, vestram patientiam atque ædificationem, gloriam veritatis ac justitiæ Dei, proximorum conversionem, &c. quæ non in exigua felicitate ponenda sunt [q]. ¶ *Timorem*, &c. Τὸν δὲ φόβον, &c.] *Cæterùm timorem* (id est, κατὰ τὸν φόβον [r]: vel, *metu*, Be. vel, *præ metu*, i. e. διὰ τὸν φόβον, ut suprà v. 6 †. Al. *Timorem* hîc appellat per meton. effecti pro causa [t], afflictiones & minas terribiles [v], ut Job. 3. 25. Psal. 64. 2. & 91. 5 [x].) *eorum* (scil. impiorum [y], Magistratuum [z], qui vos affligunt [a]; vel, eorum more & exemplo [b]; vel, quo illi timent [c]: timorem mundanum, quo timentes amittere temporalia bona, virtutis ac justitiæ bonum deserunt, & sic æterna bona amittunt [d]; vel, malum quod ipsi timent; vel, minas quibus timorem vobis conantur incutere [f]. Et Genitivus αὐτῶν hîc Objectum designat [g]. Al. *Timorem eorum* hîc vocat Idola Gentilium [h].) *ne timete*, Pi. &c. Supra modum scilicet, vel, ampliùs quàm Deum [i].

15. *Dominum*, &c. Κύριον — ἁγιάσατε, &c.] *Sed Dominum Deum* (vel, *Christum*, ut quidam cod. legunt [k]:) *sanctificate*, &c. Pi. Ger. &c. id est, gratias ei agite, ut Cyprianus & Martyres alii fecerunt auditâ damnatione suâ [l]: vel, honorate verâ fide & obedientiâ [m], & firmâ fiduciâ acquiescendo in promissa ipsius ope & tutela [n], adversus omnia terriculamenta [o], nè fidem vestram dejiciant, &c [p]. ¶ *Parati*, &c. Ἕτοιμοι δὲ ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν, &c.] *Parati verò* (vel, *Prompti*, Ger. sub. *estote*, Be. Pi. omnes etiam laici †:) *semper* (cùm scil. rogati estis [q]:) *ad apologiam* (vel, *ad defensionem*, Er. Tre. E. Ger. Me. ut vox sumitur Act. 22. 1. 1 Cor. 9. 3. 2 Cor. 7. 11. 2 Tim. 4. 16. nempe, religionis veræ [r], sermone & argumentis ‖; vel, ad responsionem ad ea quæ objiciunt adversarii †; vel, *ad excusationem*, Er. *ad satisfactionem*, Vulg. scil. reddendam [t]: vel, *ad respondendum*, P. Er. Be. Pi. &c. vel, *causam reddere* cur sitis Christiani. Sic ἀπολογίαν habemus Phil. 1. 7, 17. &c [v].) *omni poscenti vos* (vel, *cuivis petenti à vobis*, Be. Pi. vel, modestè discendi gratiâ, vel, pro authoritate judiciaria; non autem profanis derisoribus, aut furiosis, ob illud Matth. 7. 6 [x]. In MS. non malè ἀπαιτοῦντι · *si quis causam à vobis poposcerit* [y].) *rationem* (vel, *sermonem*, Tre. ex Sy. Ar. Æth. vel, *ut loquamini*, V.) *de ea* (sub. *quæ est*, Er. Pi.) *in vobis spe*] Quam scilicet in Christo habetis de vita & gloria futura [z]; quam infideles inanem esse jactitant [a]. Religionem hîc, ut & Act. 26. 7 [b]. vocat *spem* [c], per Metonymiam [d] adjuncti [*]; & deinde per Synecdochen, seu per Metalepsin [f]. Περὶ ἐλπίδος novè dictum pro ἐλπίδος · quæ loquendi formula ter occurrit Joan. 16. 8 [g]. ὧδε hîc redundat, ut sæpe [h]. ¶ *Cum*, &c. Μετὰ πραΰτητος, &c.] *Cum lenitate*, sive *mansuetudine*, (id est, Nè respondete contentiosè, protervè [i], arroganter [k]; sed modestè [l], & verbis placidis [m]:) *& timore*, Be. Pi. Er. vel, 1. magistratûs [n]; reverentiâ, prout ea cuique personæ debetur [o]: vel, 2. Dei [p]. Et bene hæc conjunxit: Abstinendum à verbis asperis; attamen nihil reticendum quod ad rem faciat, idque ob Dei reverentiam [q]; placidè, sed intrepidè, respondendum [r].

16. *Conscientiam habentes bonam*] Quam exteriùs prodat sancta & inculpata vita †: Vitantes scelera [t]: In omni actu bonam servantes conscientiam, Act. 23. 1. 1 Tim. 1. 5, 19. & 3. 9 [v]. Hæc enim loquendi præbet fiduciam [x], & vim efficaciámque dat apologiæ [y]. Quòd si vita professioni non respondeat, inutilis erit vel docta disputatio apud eos qui de sermone ex moribus judicant [z]. ¶ *Ut in eo quòd detrahunt vobis*] Eadem locutio quæ suprà 2. 12 [a]. ¶ *Confundantur qui*, &c. οἱ ἐπηρεάζοντες, &c.] *Qui incessunt* (vel, *calumniantur*, Tre. ex Sy. sic Mo. *convitiantur*, vel, *persequuntur*, Er. V. De hoc verbo vide Matth. 5. 44. Luc. 6. 28 [b].) *vestram bonam* (vel, vos propter *bonam*, Camer. sic G.) *in Christo conversationem*, Pi. Be. &c. i. e. vitam quam agitis juxta Christi doctrinam [c], quam calumniantur ut maleficam & fucatam [d]. *Malè de vobis loquuntur quòd Christiani sitis*. At hoc ipsum *eis pudori erit*, ubi apparuerit ex factis vestris quàm recta & pura sit Christiana religio [*]. Syrus hîc repetit particulam ὡς, *tanquam*, ut sensus sit, Ità fiet ut qui malè de vobis, ut maleficis, loquuntur, ipsi vicissim, tanquam calumniatores — malè audiant & erubescant. Probabilis certè lectio, & sensus commodissimus [f].

17. *Melius est*, &c.] Illi scil. qui patitur [g]; vel, sensus est, Bonum hoc est, non verò illud. Comparatio sæpe negationi æquipollet, ut Luc. c. 18. v. 14. 1 Cor. 7. 9 [h]. ¶ *Si*, &c. Εἰ θέλει τὸ θέλημα, &c.] In MS. est εἰ θέλοι. Θέλημα alibi significat Rem quam Deus vult, hîc verò Volendi actionem [i]. Q. pro θέλημα legunt πνεῦμα [k], quia voces per compendia scriptæ θμα & πμα vicinæ sunt [l]. *Si vult* (vel, *ità velit*, Er. P. Be. &c. i. e. statuat patiendum esse [m]:) *voluntas Dei*, Mo. Locutio est Hebræa ab eruditis annotata, אם כן ירצה רצון האל, par ei quæ est 1 Cor. 4. 19. Jac. 4. 15 [n]. Sed hîc ea de adversis usurpatur, ut in Precatione, *Fiat voluntas tua*. Vide & Matth. 26. 42. Luc. 22. 42 [o]. Si Deus per voluntatem suam statuat. Monet, nullam prorsus afflictionem piis inferri, nisi Deo & permittente & volente [p]. ¶ *Pati*, &c.] Hoc est ipsum quod uxori suæ dicebat Socrates; sed neque de via recta, neque de fine quò ea tendit, ità edoctus ut Christiani. Qui ob facinora patitur, spem non habet repensationis; qui ob Deum patitur, habet maximam. Vide suprà 2. 20 [q].

18. *Quia & Christus* (καὶ emphasin habet, q. d. etiam Christus ipse Θεάνθρωπος [r].) *semel* (h. e. aliquando, ut Heb. 9. 7. Psal. 89. 35 †. Ostendit hæc vox efficaciam passionis Christi, quæ non repetita, sed semel exhibita, omnibus omnium hominum peccatis satis fuit [t]. Addit *semel*, quia de passione mortis loquitur, ut Rom. 6. 10. Heb.

Heb. 9.26 [v]. vel, q.d. simul & semel multa passus est [x]:) *pro*, &c. Περὶ ἁμαρτιῶν, &c.] Περὶ idem quod ὑπὲρ [y]. Περὶ & ὑπὲρ modò occasionem significant, modò alterius utilitatem, ut hîc videre est. Syrus utroque loco posuit חלף. Confer Rom. 5.6. In MS. pleniùs, περὶ ἁμαρτιῶν ὑπὲρ ὑμῶν [z]. *Pro peccatis* (Intellige abolendis passione ipsius, velut solutione pœnæ eis debitæ [a]: vel, propter peccata nostra [b]. Confer Heb. 9.28. 1 Pet. 2. 24. 1 Joh. 2. 2 [c].) *passus fuit*] Si Christus mortuus est occasione peccatorum nostrorum, idque nostro bono, qui tunc eramus mali; quantò magis nos parati esse debemus mori, aut mala perpeti, ad ipsius gloriam & Christianorum ædificationem [d]? Pro ἔπαθε legunt ἀπέθανε tres cod. item Sy. & Vulg [*]. ¶ *Justus* (justitiâ non tantùm causæ & particulari, sed & personæ atque universali [f]:) *pro injustis*] Hoc addit, tum, ad confirmandam exhortationem, tum, ad commendandam Christi charitatem [g]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα—προσαγάγῃ, &c.] *Ut nos* (scil. aberrantes, tanquam oves, 1 Pet. 2.25 [h].) *ad Deum adduceret*, Be. Pi. &c. id est, in viam reduceret [i], Deo Patri nos reconciliaret [k]; & liberum ad ipsum aditum nobis pararet, ut hæc προσαγωγὴ explicatur Rom. 5. 2. Eph. 2. 18. & 3. 12 [l]. vel, ut similitudine motuum & affectuum nos Deo propinquos faceret [m]. Προσάγειν hîc est quod καταλλάσσειν, Rom. 5. 10. Sicut προσέρχεσθαι Θεῷ est *Deum colere*, ut vidimus aliquoties; ità προσάγειν, *idoneos ad Deum colendum facere*: quod Christus præstitit & exemplum nobis præbendo obedientiæ, & suo sanguine obsignando doctrinæ suæ veritatem [n]: vel, *ut adduceret* per modum oblationis & doni [o]. Syrus, *ut offerret nos Deo*, ut victimas nimirum ipsi similes [p]. Nam קרב, προσάγειν, de Victimis passim dicitur [q], ut Levit. 4. 4, 14. & 8. 14. & 14. 2. &c [r]. Hoc sibi vult nos Christi morte ità fuisse Deo consecratos, & in obsequium addictos, ut illi vivamus & moriamur, & proinde ob justitiam pati nos decere [†]. ¶ *Mortificatus*, &c. Θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ] Pro ἐν σαρκὶ, ut infrà 4. 1 [t]. vel, κατὰ σάρκα, ut Rom. 1. 3 [v]. *Mortificatus* (vel, *Morte affectus*, Be.) *quidem carne*, Er. Pi. Be. &c. h. e. corpore [x]; vel, juxta corporis imbecillitatem [y]; vel, quoad humanam naturam [z], in qua Christus passus est, Joh. 1. 14 [a]. Obj. At anima ejus non potuit mori [b]. Resp. 1. Ea tamen gravissimos angores sustinuit, Esa. 53. 11. Matth. 26. 38 [c]. 2. Sufficit, quòd humana natura secundùm quid, nempe, ratione corporis, mortificata fuerit [d]. *Mortuus quidem est quod attinet ad vitam hanc fragilem & caducam*, quæ *carnis* nomine significari solet, ut 2 Cor. 5. 16. Heb. 5. 7. 1 Tim. 3. 16. Planè idem est quod 2 Cor. 13. 4. dicitur, ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας [*]. ¶ *Vivificatus*, &c. Ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι] Illud τῷ abest in MS. *Caro* & *Spiritus* opponuntur, ut Joh. 6. 63 [f]. *Vivificatus* (i. e. resuscitatus [g], ad vitam [h]:) *autem Spiritu*, Be. Pi. vel, *per vim illam Divinam* quæ in ipso etiam in terris agente apparuit. Idem est quod dicitur 2 Cor. 13. 4. Sic & Spiritus Dei qui in nobis est causa erit nostræ resuscitationis, ut diximus ad Rom. 1. 4. & Heb. 9. 14 [i]. *Spiritus* nomine hîc intelligitur, vel, 1. anima Christi [k], ut docet Antithesis *carnis* & *Spiritus* [l]. Sed in eo constat Antithesis [m], quòd *caro* naturam humanam, & *spiritus* naturam Divinam, designat [n], in S. literis ubi de Christo agitur, ut Rom. 1. 3, 4. 1 Tim. 3. 16 [o]. Dicitur autem Christus *vivificatus spiritu*, i. e. animâ, quia factus est in Spiritum vivificantem, tunc scil. cùm resurrexit [p]; quia anima, quæ semper viva mansit, post mortem regressa in corpus [q], reddidit illud redivivum [r], immortale & gloriosum [†]. Hoc dicit Apostolus, ut spe resurrectionis excitet Christianos ad fortiter toleranda adversa [t]. At si *spiritus* hîc animam significaret, sequeretur animam Christi aliquando mortuam fuisse, quia hîc *vivificatus* dicitur [v]. Resp. In Scriptura *vivificari* dicitur id quod non occiditur, sed vivum servatur, ut 1 Sam. 27. 9 [x]. At nil *vivificari* dicitur nisi quod fuerit mortuum actu aut potestate, quale non erat anima Christi. Deinde quorsum hoc de anima adderet, quam omnes nôrunt esse immortalem [y]? Denique sic dicendum esset, Christum per animam suam fuisse revocatum in vitam, quod falsum est. Nam licèt nemo aliter vitæ restituatur quàm animâ rursus corpori conjunctâ, tamen ipsa sese animo suo non magis adjungit rursum corpori, quàm initio ipsa sese vel condidit, vel corpori inseruit. Itaque ex resurrectione colligitur Deitas Christi, Rom. 1. 4 [||]. [Si dicas, Christum hîc *vivificatum* dici non per animam, sive virtute animæ, sed secundùm animam, facile est reponere; Christum non quoad animam, quæ, utpote nec mortua nec mortalis, *vivificari* absurdè diceretur, sed quoad corpus, vel quoad humanam naturam ex utraque parte conjunctâ constantem, vivificatum seu resuscitatum fuisse.] Vel, 2. Deitas Christi [z], per quam seipsum resuscitâsse dicitur Joh. 2. 19. & 10. 17, 18 [a]. Obj. Sed sic perit oppositionis ratio, siquidem caro sit mortificationis subjectum, spiritus verò sit vivificationis non subjectum, sed causa efficiens [b]. Resp. Non hîc una vitæ species alteri, sed vitæ communicatio, seu restitutio vitæ, ablationi, opponitur [c]; quòd Christus ut secundùm carnem mortem subiit, sic contrà, Deitatis potentiâ mortem superavit [d]. Al. Observandum est, Antithesin *carnis* & *spiritus* hîc non simpliciter ad humanam ac divinam Christi naturam referendam esse, sed potiùs ad duplicem Christi statum, nempe, humilitatis & gloriæ, &c. Confer 2 Cor. 5. 16. Heb. 5. 7. & 1 Tim. 3. 16. ubi nomine *carnis* necessariò intelligenda est non simpliciter essentia humana, sed homo fragilis & cruci obnoxius, quà talis [*]. Πνεύματι hîc pro διὰ πνεύματος, *per spiritum* [f]. Al. Consideratur h. l. *Spiritus* ut principium vivificationis, non ut subjectum ejus. Spiritus enim non est subjectum mortificationis, ideòque nec vivificationis. Non vivificatur id quod non fuit mortificatum vel mortuum, quale non erat Spiritus Christi. Sic & caro, ut significat corpus præcisè, non subjectum, sed principium mortificationis, hîc notat; quanquam, ut significat compositum ex corpore & anima, (quo modo hîc Adversarii *carnem* accipi nolunt:) sit subjectum mortificationis positæ in partium, animæ scilicet & corporis, separatione, non autem separatarum corruptione. Opponitur h. l. vivificatio mortificationi, & utraque h. l. tribuitur eidem supposito, sive toti Christo homini composito ex anima & corpore, qui ut ob mortificationem illam mortuus, sic ob vivificationem istam vivens, dicitur. At altera opinio vult mortificatum esse duntaxat corpus Christi, & animam solam vivificatam, simúlque eodem momento mortificationem illam & vivificationem fuisse, quod manifestè absurdum est [g].

19. *In quo*, &c. Ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξε] Nullus in N. T. locus obscurior habetur [†]. Illud ἐν ᾧ causaliter sumendum, ut Rom. 8. 3. *propter quod*, *idcirco*, *quamobrem* [h]. Quod & huc accommodari posset, si de descensu Christi ad inferos hîc ageretur. Sed hoc sensu Græci frequentiùs utuntur ἐφ' ᾧ, ut Rom 5. 12. 2 Cor. 5. 4. [Reliqui ergò omnes aliter reddunt:] Pro πνεύμασι, *spiritibus*, quidam legunt πνεύματι, *spiritu*. Ità Brugensis [i], & multi Codices [Latini] etiam manuscripti [k]. Sed πνεύμασι legunt omnes cod. Græci [l], & Syrus, & Patres Græci & Latini [m], Cyril. Oecum. Aug. Ruffin [n]. [Locum sic reddunt:] *In quo* (scilicet spiritu [o]: vel, *Per quem*, Be. Pi. vel, *Secundùm quem*; vel, *Cujus respectu*, Pi. Per quam virtutem, eam ipsam videl. quâ vivificatus fuit [p].) *&* (vel, *etiam*, Er. Be, Pi. &c.) *illis* (*qui*, sub. *erant*, Er. Ti. Ca. V. Vulg. Ar. Calv. vel, *conclusi erant*, Sy. in E. quod quidam Codices hîc addunt; sed hoc omittunt Codices & Latini meliores, & Græci omnes præter unum, quod ad Latinos Codices accommodatum videtur [q]: vel, subauditur οὖσι [r], *qui*, sub. *sunt*, Be. Pi. Ger. Neque enim Petrus hîc respicit tempus quo prædicatum est illis, sed quo ipse scribebat [†].) *in custodia* (vel, *carcere*, Er. Ca. Be. Pi. &c. vel, *specula*, ut vox sæpe capitur apud Græcos [t]:) *profectus* (vel, *cùm venisset*, T. vel, *proficiscens*, sive *se conferens*, V. vel, *prodiens*, non è corpore, vel, è mundo; sed velut è cœlis [*], post resurrectionem [†]: vel, *adveniens*. ut Marc. 3. 13. & 16. 13. Luc. 14. 10. & 23. 33. πορευθεὶς, pro παρελθὼν, ex Hebræorum more, quem exposuimus Matth. 4. 5. Marc. 8. 11 [v].) *prædicavit*, Mo. P. Pi. &c. Tota quæstio est, quibus & quid prædicavit Christus [x]. [Hoc diversimodè explicant:] 1. Christus ad inferos descendit, & ibi quosdam prædicatione suâ convertit atque liberavit [y]. Quod falsum est [z]. Tota enim Scriptura clamat, statim à morte consequi judicium. Et quorsum hoc aut commemoraret Petrus, aut ad Noæ tempora restringeret [a]?

Margin (left): v E. x Me. y Ger. z G. a E. fim. Ger. b Pi. c Ger. d G. * Ger. f Gom. g E. h E. Ger. i Ger. k Ger. Gom. fim. l Ger. m E. n G. o E. Ger. p G. q G. Ger. E. r Ger. † Calv. t Pi. Ger. v Ger. x Pi. Me. fic Be. 1. y Er. V. z J. Cap. Gom. Ger. a Ger. b Q. in Ger. c Ger. d Gom. * G. f Idem. g Ger. fim. Pi. h G. Pi. i G. k E. Me. T. l E. m Ger. n Ger. Gom. o Gom. p Ger. q T. r T. fim. E. Me † T. t Me. fim. T. v Aug. in Gom. x Q. in Gom. E. y Gom.

Margin (right): || Be. z Pi. fic Be. Ger Gom. Aug. Oecum. & Athan. in E Calv. b Ger. c Q. in Gom. c er. d Gom. * Vor. f Pi. g Pla. † Be. fic Gom. &c. h Oecum. in Ger. i Ger. k E. l Ger. fic E. m E. n Ger. o Me. Zeg. Ger. G. fic Be. Pi. p Be. q E. fim. Ger. r Camer. Be. Ger. † Be. t Calv. * Be. † V. v Be. x E. y Q. in E. z E. ex Feda, Ger. ex Aug. Epiphan. &c. Fe. a Be.

Line numbers: 10 20 30 40 50 60 70

2. Christus secundùm animam suam ad inferos descendit, ad eos qui sive in Limbo patrum, sive in Purgatorio, erant, & illis prædicavit; i. e. nuntiavit se Redemptorem, & ad hoc venisse ut eos è pœnis & carcere liberaret, & unà secum eveheret ad cœlestia [b]. Sed obstat, 1. quòd per *spiritum* h. l. intelligitur non anima, sed Deitas Christi, ut probatum ad v. præced [c]. Et spiritum illum, per quem Christus profectus hîc prædicâsse dicitur, non esse animam Christi, colligi possit, tum, 1. ex articulo, quem Petrus, v. præced. præposuit voci πνεύματι, non item σαρκὶ, non temerè, sed certo consilio: quia nimirum carnem considerabat secundùm naturam omni carni communem, quæ est imbecillam esse, & mortificationi seu morti obnoxiam; Spiritum autem secundùm naturam propriam, nempe Divinam, cui soli inest vis vivificandi: tum, 2. ex eo quòd per illum ipsum Spiritum Christus *vivificatus* fuisse dicitur. Cùm autem vivificari aliquis dicitur, vel negativè, cùm vita ei non eripitur, ut 2 Sam. 27. 9. 2 Sam. 8. 2. vel, propriè & positivè, cùm vita, quam nondum habuit vel amisit, inseritur, Christus hoc, non illo, modo vivificatus erat, per resurrectionem scilicet; quomodo & mortificatus dicitur non Metaphoricè, sed verè & propriè, h. e. morte affectus. Quare & morti Christi nunquam conservatio animæ in vita, sed semper resurrectio, vel vita resurrectionem secuta, opponitur, ut Rom. 6. v. 10. & 14. 9. 2 Cor. 5. 15. & 13. 4. &c †. 2. In illis locis fideles duntaxat esse volunt Pontificii [d]; at hîc tantùm de immorigeris agitur, ut docet v. seq. *. Obj. Initio quidem non crediderunt; postea verò, cùm viderent diluvium, pœnituerunt [f]. Resp. Hoc non habetur in contextu, sed ei potiùs repugnat, quia octo solùm servati, reliqui verò periisse, dicuntur; quod tamen generaliter & indefinitè, non sigillatim sive de singulis, accipi possit [g]. Docet Petrus eos rebelles fuisse eo tempore quo *semel Dei patientia exspectabat.* An ergò morigeri evaserunt eo tempore quo Dei patientia non exspectabat? Et ut hos rebelles vocat, ità eos carceri includit, qui locus rebellium ‖. Et si qui ex iis pœnituissent, illos non vocaret ἀπειθεῖς. De illis ergò hîc non agitur [h]. 3. Nulla hîc liberationis, sed tantùm prædicationis, mentio. 4. Nusquam in Scriptura *carcer* dicitur locus aliquis ubi beati Spiritus conclusi fuerint [i]. [Hæc secunda sententia:] 3. Christus non reali præsentiâ, cujus imaginationem tollit Petrus *spiritum* nominans, sed gratiæ suæ manifestatione, pervenit ad animas piorum V. T. quas hîc collocat ἐν φυλακῇ, id est, vel, *in specula*, in qua aguntur vigiliæ, ut significet, eas in spem salutis promissæ fuisse intentas, quasi eminùs eam considerantes; vel, *in carcere*, quia illis velut carcer fuit exspectationis anxietas, & solicitum etiam post mortem Christi desiderium. Sed obstat quod non hîc fideles, sed incredulos solos, commemorat. Resp. 1. De fidelibus quoque agi constat ex 1 Pet. 4. 6. ubi hoc ipsum repetitur, idque de fidelibus. 2. Incredulos tantùm hîc nominat, ut gravissimæ huic tentationi occurreret, quòd totum ferè mundum increduli occuparent, &c. Ità, inquit, olim pii incredulorum multitudine ferè operti erant, quibus tamen id nihil nocuit, quin virtute Dei salvi fierent. Ità solatur pios suæ ætatis, ne propter suam paucitatem fracto sint, vel abjecto, animo [k]. Sed obstat, 1. quòd non agit hîc de quadam incredulorum & fidelium mixtione, sed hos ipsos Spiritus ἐν φυλακῇ positos absolutè, & sine discrimine, *incredulos* vocat [l]; 2. quòd usus speculæ & vigiliarum non est exspectare, sed custodire & observare, nè quid insidiarum hostis moliatur [m]. [Hæc de tertia sententia.] 4. Per *spiritus in carcere* intelligit Gentes infideles [n], quas hîc describit tanquam obtenebratas, vinctas [o], spe salutis destitutas; sedentes velut in umbra mortis, vel, in Inferno, seu loco mortis ac damnationis, qui hîc, sicut & Apoc. 20. 7. *carcer* vocatur. Hi enim sunt illi mortui, quibus Evangelizatum est infrà 4. 6. quique Christi vocem audiverunt, Joh. 5. 25. Confer etiam Luc. 1. 49. Eph. 2. 1, &c. Col. 2. 13 [p]. item Esa. 42. 7. & 49. 9 [q]. Ad hos igitur *spiritus* dicitur Christus in *spiritu profectus* [r], postquam in cœlum ascendit, ut mox v. 22. Joh. 14. 2, 3, 12, 28. & 16. 28 †. non quidem in sua persona, sed in Apostolis suis, virtute Spiritûs S [t]. Vel, πορευθεὶς hîc expletivum est, ut ἐλθὼν, Eph. 2. 17. Per *spiritum* intelligit Divinam illam potentiam, quâ à morte resuscitatus est, & quâ hostes, nisi resipiscant, excindet, ut olim fecit [v]. Et his *prædicâsse* dicitur, quia Apostoli id ejus nomine ac virtute fecerunt, 2 Cor. 5. 20. Act. 13. 47. Rom. 15. 16. Gal. 2. 8. Eph. 2. 17 [x]. Huic expositioni favet ut stylus, ità & scopus, Apostoli. Vult enim nobis ob oculos ponere summam Christi glorificationem morte partam, fructúmque illius, quem ad gentes usque perditissimas efficaciter dimanâsse docet; quod beneficium amplificat per Antithesin temporum Noachi, quibus eædem Gentes, sed in genere acceptæ, frustrà ad pœnitentiam & salutem vocatæ erant. Quod igitur statim sequitur, *spiritus* illos olim fuisse *immorigeros*, id non de iisdem numero spiritibus, sed de eodem spirituum, sive hominum, genere, intelligendum est: q. d. Olim quidem Gentes totius mundi per Noachum frustrà vocatæ fuerunt, nunc autem per Christi prædicationem non frustrà vocantur; quum plurimi passim homines per Christi Baptismum serventur, olim verò paucissimi in Arca illa fuerint servati [y]. Duo hîc notavit Petrus hominum genera, eorum scilicet qui persecutionem inferunt, & qui eam patiuntur; & hos illis feliciores esse ostendit, idque exemplo à Noachi temporibus petito; quòd licèt ad tempus floreant, brevi tamen, nisi pœnitentiam egerint, prorsus peribunt, dum pii velut in Arca serventur [z]. Quia autem adjungere voluit Petrus similitudinem à temporibus Noe, ut ostendat quantò res nunc meliùs per Christum, quàm tunc per Noen, processerit, ideo verba desumit ex illa historia. Nam dicit Deus Gen. 6. 3. לא ידון רוחי באדם, ubi Græci, Οὐ μὴ καταμείνῃ, aut Οὐ καταμενεῖ, τὸ πνεῦμά μου, &c. at si proprietatem vocum sequimur, id dicit, *Non erit ut in vagina detentus, sic Spiritus meus in homine*: i. e. Non erit inutilis animus quem ei dedi (Sap. 12. 1.) sicut ensis in vagina, qui nihil efficit ejus ad quod factus est. *Carcer* solet dici φυλακὴ, ut Gen. 40. 3, 4, 7. & 41. 10. Esa. 42. 7. Jer. 32. 2, 8, 12. & 33. 1. Ezec. 19. 9. &c. Est autem Vagina velut *carcer* gladio. Chaldæis נדנה *vagina*. Eodem modo corpus hominis Chaldæi vocant, at Dan. 7. 15. & in Thalmudicis sæpe. Sic & Tertul. *Caro vagina adflatûs Dei*, lib. De resurrect. carnis [a]. Illud ידון Gen. 6. 3. alii vertunt *disceptabit*, sive *contendet*, quasi esset à דין, cùm reverà sit à נדן, *vagina*, 1 Par. 21. 27. & reddendum, *manebit tanquam gladius in vagina*. Sic quoque Veteres omnes accipiunt, vertúntque *habitabit*, Sy. & Ar. *permanebit*, Chald. LXX & Latinus. Hinc quoque נדן dicitur & *vagina*, 1 Par. 21. 27. & *corpus*, Dan. 7. 15. quia utrumque est repositorium, ibi gladii, hîc animi; רוחי autem, *spiritus meus*, dicitur spiritus quem Deus homini indidit, Gen. 2. 7. qui est—*divinæ particula auræ*. Sensus ergò est, Non diutiùs permanebit in homine spiritus ille meus, qui in illis velut in vagina reconditus jacet, inutilis ad cultum meum, & rebus carnalibus immersus; id est, Homines illos non diutiùs vivere sinam, ut propriè dicit Gen. 6. 7, 13. Id quod hîc accommodat ad Judæos incredulos, & Gnosticos mox perituros [b]. Sed isti interpretationi multa obstant, 1. quòd *caro* & *spiritus* hîc opponuntur tanquam duæ partes pertinentes ad naturam & constitutionem Christi, cui, tanquam uni personæ, tribuuntur; 2. quòd Scriptura homines vivos & integros, licèt *animas* nonnunquam vocet [c], *spiritus* tamen nunquam appellat [d]: 3. quòd homines rebelles & infideles, de quibus hîc agi constat, Scriptura nusquam *spiritus* appellat; sed nec *spirituales*, sed contrà *carnem*, Rom. 8. 7. Gal. 5. 17. & *animales*, 1 Cor. 2. 14, 15. 4. Quosnam hîc homines *spiritus* vocat? Fideles? cur igitur eos non describit nisi à carcere & rebellione? Infideles in incredulitate perseverantes? An igitur illis solis Apostoli prædicaverunt? Et cur dicit eos *quondam* fuisse rebelles, qui tunc tales erant *? 5. Illi quibus hîc prædicatum est fuerunt rebelles ποτὲ *olim*, tempore Noe [f]: unde manifestum est eos non fuisse gentes tempore Christi [g]. Obj. Gentes hîc intelligit Petrus, tanquam populum unum, sive corpus compositum ex longa serie plurimarum generationum, cui tribuit ea quæ quorundam ejus membrorum propria erant; rebellionem quidem, ratione earum partium quæ diluvio perierunt, conversionem verò, ratione illarum partium quas Apostolorum prædicatio convertit ad Deum. Quomodo Rom. 11. eisdem Judæis, qui tunc rebelles

---

Marginal notes (left column): [b] E. sim. La. & Bell. &c. in Ger. [c] Be. sim. Ger. † Pla. [d] Ger. * Ger. sic Be. [f] T. sic E. Me. [g] Be. sim. Calv. ‖ Pla. [h] Ger. [i] Ce. [k] Calv. [l] Ger. [m] E. Ger. [n] Hessel. in Ger. sic Vor. G Ham. [o] Hessel. [p] Vor. [q] Hessel. [r] Vor. † G. [t] Vor.

Marginal notes (right column): [v] Ham. [x] G. [y] Vor. [z] Ham. [a] G. [b] Ham. [c] Pla. [d] Pla. sic Ger. * Pla. [f] Pla. sim. Ger. Ham. [g] Ham.

rebelles erant, indultum iri dicit misericordiam post aliquot secula [h]. Resp. Nulla erat ante diluvium distinctio Judæorum & gentium, nullus tunc erat populus gentium oppositus populo Judæorum: deinde immorigeri illi omnes deleti sunt, neque ex eorum ullo quisquam gentium originem duxit. Quomodo ergò illi in unum coire poterant cum gentibus ætatis Apostolicæ, quæ, non minùs quàm Judæi, ex octo illis animabus, quæ in arca sunt servatæ, & istis immorigeris h. l. opponuntur, sunt oriundæ? Denique Petrus immorigeros illos adeò non compingit in unum corpus cum fidelibus sui seculi, ut eos constituisse diversum non jam populum, sed mundum, doceat, 2 Pet. 2. 5. & 3. 6 [i]. [Hæc de quarta sententia:] 5. Per *spiritus* hîc intelligit incredulos tempore Noachi [k], quos *spiritus* vocat, quoniam, cùm scribebat, non erant homines integri, sed separatæ à corporibus animæ; quas Scriptura *spiritus* vocare solet, ut Psal. 31. 6. Eccles. 12. 7. Matth. 27. 50. Joh. 19. 30. Act. 7. 50, &c. minimè verò *animas*: Nam eo nomine potiùs aut ipsos homines significat, ut Gen. 46. 15, 26. Act. 7. 14. 1 Pet. 3. 20. aut etiam ipsorum cadavera, ut Levit. 19. 28. & 21. 1, 11. Num. 6. 6, 11. & 9. 6 [l]. *Spiritus* potiùs quàm *animas* hîc dixit propter Antanaclasin [m], quia *Spiritus*, v. præced. mentionem fecerat. De his dicit τοῖς ἐν φυλακῇ, indefinitè & indeterminatè, *qui in carcere* [n]; ubi supplendum non *erant*, quasi prædicationis tempore in carcere essent [o], sed *sunt*, hoc scil. tempore quo Petrus scribit [p]. Illud enim ποτὲ jungit Petrus non cum verbis ἐν φυλακῇ, sed cum ἀπειθήσασι, hoc modo, τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι, ἀπειθήσασι ποτέ· tempora non obscurè distinguens, quibus in carcere, & rebelles, fuerant; & rebellionem antecessisse, conjectionem in carcerem secutam esse, docens [q]. Sensus, q. d. quorum pars nunc est in carcere, nempe quotquot non resipuerunt, nam aliquos resipuisse percipitur ex 1 Pet. 4. 6 [r]. reliqui carcere inclusi, quomodo Diaboli catenis tenebrarum vincti servari, 2 Pet. 2. 4. dicuntur ad judicium, ultimam judicis sententiam cum horrore exspectantes †. *Carcer* h. l. infernum significat, ut Apoc. 20. 7 [t]. unde Syrus reddidit per *Scheol* [v], quâ voce modò sepulchrum, modò verò infernum, significatur, ut Luc. 18. 23. Act. 2. 25 [x]. Confer Matth. 5. 25. & 18. 30. Luc. 12. 58 [y]. Ad hos dicitur Christus *profectus*, non mutatione loci, sed singulari quâdam præsentiæ suæ testificatione per revelationem & operationem suam [z]; quomodo יהוה, *Deus*, qui ibi Christus erat, *descendisse* dicitur Gen. 18. 21. Exod. 3. 8. His quoque *prædicâsse* dicitur, & quidem *Spiritu*, illo scilicet ipso, per quem vivificatus fuit, v. præced [a]. h. e. Divinâ suâ naturâ [b]; Spiritu illo qui in Prophetis pronunciâsse dicitur, 1 Pet. 1. 11 [c]. & hîc prædicavit, per Noachum scilicet, &c [d]. Hanc profectionem & prædicationem Petrus Christo tribuit, ut principio *quod* illam actionem edidit; Spiritui autem ut principio *quo*, sive per quod, illam edidit *. Christus enim tum nondum erat homo, quum per Noachum spiritibus illis prædicavit [f]. Hanc interpretationem confirmat loci scopus [g]: qui est ut confirmet hortationem ad vitæ sanctitatem, tum in rebus prosperis, tum etiam (& quidem præcipuè [r],) in adversis †, sive gravissimis illis ærumnis, quæ fidelibus tunc maximè imminebant [t]. Hortatur autem ad sanctificationem nominis Dei & patientiam, exemplo & documento quod Christus edidit; tum, 1. immediatè in persona sua [v], sive quum factus est caro, & in ea justus pro injustis passus est, v. 18 [x]. tum, 2. mediatè [y], ante incarnationem [z], indè ab initio mundi [a]; in Noacho aliisque servis suis, quos Spiritu suo instruxit, id est, virtute suâ divinâ rexit, ut exemplum sanctitatis & patientiæ præberent seculo quamvis depravatissimo [b]; quo tempore Christus sanctitatem præcepit, cùm sermone, tum opere, quando immorigeros diu patienter tulit, tandémque severè punivit, & contrà morigeros servavit [c]. Ostendere voluit, eandem Christi capitis & membrorum naturam ac conditionem esse, & perpetuò fuisse, & Christum ut hodiè, ita etiam antiquissimis illis & difficillimis temporibus, Ecclesiæ præfuisse, eámque totam gravissimè periclitantem insigni miraculo liberavit; id quod nostræ etiam salutis antitypum fuit [d]. Scopus Apostoli est, persuadere fidelibus,

[Margin: h Q. in Pla. — i Pla. — k Be. sim. Jun. Gom. Ger. Pi. Pla. Ham. — l Pla. — m Pi. Ger. — n Ger. — o Be. — p Be. sic Pla. sim. Scal. Pi. — q Pla. — r Pi. — † Be. — t Gom. sic Pi. Ger. Be. — v Ger. ex Be. — x Be. — y Ger. — z Jun. — a Be. — b Gom. E. Jun. Be. Pi. Ger. — c Be. — d Jun. Be. &c. — * Pla. — f Pi. — g Gom. E. sim. Be. Pla. — r Be. — † Gom. sim. Be. — t Be. — v Jun. — x Jun. sim. Be. Gom. — y Jun. — z Gom. — a Gom. sic Jun. — b Jun. — c Gom. — d Be.]

ut velint pro Christo, quantumvis graves persecutiones pati, idque exemplo Christi, qui, inquit, *justus passus est*, mortem scilicet, *pro injustis*, reis, inimicis Dei, *ut nos ad Deum adduceret*. Quoniam autem poterat cùm fideles perturbare paucitas credentium & multitudo rebellium, tum indignum videri pati morigeros ab immorigeris, it obviàm Apostolus, docétque huic rei prælusum olim fuisse, & quidem ab ipso Christo; qui, quo Spiritu vivificatus est, eodem profectus, etiam illis spiritibus, qui nunc in carcere detinentur, prædicavit, cùm essent olim immorigeri, &c. In quo nobis illustrem exhibuit typum ejus quod fit hoc tempore, &c. Rebellibus tempore Noe ob spretam prædicationem Noe diluvio absorptis respondent rebelles toto hoc tempore quo prædicatur Evangelium, quos diluvium iræ divinæ obruit & perdit. Contrà paucis illis in aqua servatis respondent fideles, qui præ incredulis sunt pauci, servandi per mortem & resurrectionem Christi. Ex hoc loco colligitur, Christum fuisse tempore Noe, quia tunc prædicâsse dicitur *.

20. *Qui*, &c. Ἀπειθήσασί ποτε, ὅτε ἅπαξ ἐξεδέχετο, &c.] Illud ἅπαξ non habetur in Lat. & Sy. & in quibusdam cod. in quibus pro ἅπαξ ἐξεδέχετο est ἀπεξεδέχετο, teste R. Stephano [f]: quæ vox non infrequens est in nostris Scriptoribus [g]. Vide Rom. 8. 19, 23. 1 Cor. 1. 7. Gal. 5. 5. Phil. 3. 20. Heb. 9. 28 [h]. [Sensus,] *Quales animi olim Noe temporibus non obtemperârunt.* Loquitur quasi iidem fuissent: & fuerant iidem spiritus sive animi non numero, sed genere, id est, animi pariter Deo inutiles, illi scilicet qui Noe prædicationi non crediderunt. Homines à Deo planè abalienati Noe non crediderunt, Christo crediderunt. Vide de loquendi modo non dissimili De J. B. & P. 2. 9. 3 [i]. [Verba sic reddunt:] *Qui* (vel, *Iis* videlicet *qui*, J. Cap.) *increduli fuerant* (vel, *immorigeri erant*, J. Cap. sim. Pi. Er. vel, *credere noluerant*, E. i. e. fidem veritati satis declaratæ adhibere pertinaciter renuerunt [k]; vel, *non paruerunt* sermoni, Be. i. e. admonitioni quam Noachus Dei nomine ipsis proponebat [l]. Al. *Quum increduli fuissent*, Calv. [plurimi scil. de quo vide ex Calv. producta ad v. præced.]) *aliquando*, (vel, *olim*, seu *quondam*, Be. Pi. E. Tempus indicat [&] prædicationis [m], [&] rebellionis [n]. Opponitur τῷ νῦν, quod hîc satis intelligitur [o], & exprimitur v. seq [p].) *quando* (Illud ποτὲ definitur per hoc ὅτε [q]. Q. ἐν legunt, sed ὅτε constanter legunt Codices probatiores, & Sy. & Oecum [r].) *semel* (id est, post irrevocabile decretum ab ipso latum †. *Semel dicit*, [vel,] ut declararet, tempus ultimò præfixum fuisse, quo elapso nulla spes superesset [t]: [vel,] ut significaret, id quod semel Deus fecit in figura, *nunc*, h. e. tempore N. T. quotidie ipsum facere in re per figuram significata [v].) *exspectabat* (scil. istorum pœnitentiam & emendationem [x], vel, tantisper dum præteriret tempus 120 annorum, & arca esset exstructa [y]: vel, *exspectabatur*, Er. V. nam verbum hoc est medium [z]: esto: activè tamen semper accipitur [a]. Et à quo tandem exspectabatur jam hæc Dei lenitas? Num ab impiis? At illi eam deridebant. Num à Noe? At is Dei judicium, non lenitatem, exspectabat [b].) *Dei patientia*, sive *lenitas*, (id est, Deus pro sua lenitate [c], ut explicatur 2 Pet. 3. 9 [d]. ut sit Hypallage *.) *in diebus* (vel, *temporibus*, Ger.) *Noe*, *cùm præpararetur*, sive *appararetur*, (vel, *quamdiu struebatur*, per annos 120. Vide Heb. 11. 7 [f].) *arca*, Ger. Pi. &c. id est, navigium habens formam arcæ [g], in testimonium secuturi diluvii [h]. ¶ *In*, &c. Εἰς ἣν—δι' ὕδατος] *In qua* (εἰς pro ἐν [i]. Vel, *In quam*, sub. *ingressæ sunt*, Ger.) *paucæ*, *id est*, *octo*, (id est, Noe, uxor, filii tres, tres nurus, Gen. 6. 18. Vide & 2 Pet. 2. 5 [k].) *animæ* (id est, personæ, sive homines [l], synecdochicè [m], ut Act. 2. 41. & 7. 14 [n].) *servatæ sunt in aqua*, Be. Pi. id est, in medio aquarum; superiùs enim pluvia descendebat, inferiùs erant aquæ diluvii, ut 2 Pet. 3. 5. vel, eo tempore quo aquæ omnia inundârunt [o]; vel, cùm in aquis versarentur [p]: vel, dum arca ferebatur per aquam [q]. Διὰ ponitur pro ἐν, ut Rom. 4. 11 [r]. *per præputium*, id est, in præputio, existens, neque enim præputium in causa erat, &c. vel, simplicissimè, *in aqua*, id est, non obstante aquæ diluvio, ut 1 Tim. 2. 15. διὰ τεκνογονίας, id est, non obstante filiorum

[Margin: * Pla. — f Ger. ex E. — g G. — h G. Ger. — i G. — k E. Ger. — l Ger. — m Be. — n Pla. — o Be. sim. Ger. — p Ger. — q Ham. sic Pla. — r Ger. — † Jun. — t Be. — v Ger. sim. E. — x Pi. Ger. — y Be. — z Er. — a E. — b Be. — c Pi. Ger. sic E. — d Ger. — * Pi. — f G. — g Pi. Ger. — h Ger. — i Pi. — k G. — l G. Be. Pi. E. — m E. — n G. — o Ger. — p G. — q Pi. — r Be. P. G.]

rum generatione †: vel, *per aquam*, Er. Il. Ti. E. quia aqua, quæ cœteros extinxit, arcam elevans in sublime, efficit ne qui in ea erant unà cum aliis extinguerentur. Convenit hoc cum seq. antitypo, id est, baptismo salvifico [t].

21. *Quod*, &c. Ὃ καὶ ἡμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα] i. e. ᾧ ἀντίστοιχον, ut loquuntur Græci [v]. Trajectio est, pro, ᾧ ἀντίτυπον βάπτισμα καὶ ἡμᾶς νῦν σώζει, qualis 2 Pet. 1. 19 ||. Pro ᾧ quidam legunt ὃ, ut Vulgatus [x], & MS. optimus, & alii [y]; vel, ut sit Ellipsis, ὃ pro καθ' ὃ, *quandoquidem*: vel, ut κατὰ σύνεσιν [z], referatur ad ὕδατος [a], non ut idem significetur, sed simile, quod notat illud ἀντίτυπον positum ὑποθετικῶς, & βάπτισμα positum προθετικῶς [b]. Id est, *Quæ aqua, nimirum baptisma, quæ non est sordium carnis remotio*, &c [c]. Cæterùm ὃ durè respondet, sive ad *aquam* referas, sive ad *baptisma* [d], sive ad κιβωτὸν, quod est fœm. gen [*]. Fortasse scriptum fuit ᾧ *cui* [f], ut est in cod. Complut [g]. quæ lectio gemina est [h]. *Cui* (vel, *Quod*, Mo. *Quæ*, Val. nempe *aqua* [i]: vel, *Cujus*, BA. vel, *Cui*, Me. T. nempe arcæ [k]. Nam ut in arca, ità in Baptismo, tanquam ex iræ divinæ fluctibus emergimus [l]. *Cujus figuræ*, Er. Il. Ti. vel, *Cui rei*, Be. Pi. Illud ᾧ referendum non ad *aquam*, cui res ipsa obstat, quia aqua diluvii non servavit quenquam, sed plurimos perdidit; sed ad totam sententiam præced. de 8. animabus in arca servatis [m]. Verùm Deus aquis diluvialibus usus est non tantùm ad verberandam, aut aspergendam, sed etiam ad subvehendam, Arcam, ac eò quò volebat deducendam [*].) *nunc correspondens* (vel, *respondens*, Er. Pi. &c. vel, *è regione respondens*, Pi. vel, *ex adverso oppositus*, J. Cap. vel, *analogus*, & post ἀντίτυπον subauditur ὂν, qualis Ellipsis Matth. 6. 9. ὁ ἐν οὐρανοῖς, scil. ὢν [*]. 1 Cor. 10. 11. τύποι, sub. ὄντες [n]. Vel, *simile*, Er. Zeg. vel, *similis forma*, Val. Vulg. vel, *typo respondens*, E.) *exemplar* (vel, *typus*, Pi. Τύπος in his libris passim dici solet illud in quo tanquam exemplari quippiam nobis impressâ quadam formâ ἀναλόγως repræsentatur, ut 1 Cor. 10. 6. 11. quod & ὑπόδειγμα dici solet, ut Heb. 8. 5. & 9. 23. & παραβολὴ, ut Heb. 9. 9. Comparantur autem typi, vel cum ipsa veritate cujus sunt exemplaria, vel cum aliis secundariis ejusdem rei exemplaribus [o]. Ἀντίτυπον bis usurpatur in N. T. sed in diversa significatione [p]. Vox hæc communis est utrique relato; id est, tam figuræ tribuitur [q], & usurpatur pro simplici τύπος †, vel typum notat, distinctè ab archetypo cui respondet [t], ut Heb. 9. 24 [v]. quàm rei per figuram significatæ, ut hîc [x]; typum hîc notat cum altero typo significatione convenientem [y]. Sunt hîc duo typi, Ecclesiæ sanctificationem & emersionem à peccati & mortis gurgite adumbrantes, liberatio à diluvio, & Baptismus; sed præcedens sequentem Baptismi typum ipsi correspondentem adumbravit [z]. In Glossario, ἀντίτυπον, *exemplum*, *exemplar*, *instar* [a]. Sic idem est quod ἀντίγραφον, & differt à τύπος, ut impressio in cera differt à sculptura in sigillo, valétque *parallelum*, vel, *correspondens*. Et sic vox usurpatur Heb. 9. 24. & in scriptoribus Ecclesiasticis. Porrò ἀντὶ significat, vel, 1. *pro*, ut: ἀνθύπατος est *Proconsul*, qui Consulis locum supplet: ità hîc Baptismus est ἀντίτυπον Arcæ, i. e. munus ejus supplet, nos servando. Vel, 2. *contra*. Sic in Xenoph. *Beneficia conferuntur ab ipso Principe*, τὰ δ' ἀντίτυπα δι' ἄλλων, *contraria* [h. e. supplicia] *per alios*. Sic Hesych. ἀντιτυπίαι, ἐναντιαθῆναι, ἀντιλέγειν· & ἀντιτυπίαι, ἀντιλογίαι, ἐναντιώσεις. Quod & hîc locum habere possit, quia aqua diluvii homines perdidit, aqua Baptismi servat [b].) *Baptismi* (vel, *Baptismus*, Er. &c. Plerumque autem Apostoli, cùm *Baptisma* nuncupant, simul comprehendunt doctrinam Baptismi. De qua vide ad Heb. 6. 2. Adde Rom. 6. 3, 4. Eph. 4. 5. Gal. 3. 27. Col. 2. 12 [c]. ἀντίτυπον βάπτισμα hîc construuntur per Appositionem [d].) *nos quoque servat*, P. &c. Salutem Noe partam quandam παλιγγενεσίας fuisse imaginem, ait Philo De vita Mosis [*]. Aquæ diluvii Baptismum significant; Arca Ecclesiam, vel Crucem Christi, extra quam nulla salus [f]. Ut aqua diluvii arcam sublatam, ejque inclusos fideles, sustinuit & servavit; ità Baptismus fideles in Ecclesiam collectos servat [g], salute æternâ [h]. Ut regeneratio Tit. 3. 5. ità hîc salus Baptismo tribuitur non ut causæ per se & ex natura sua efficaci, sed ut signo & instrumento ad nostram sanctificationem à Christo instituto [i]. Baptismus, qualis hîc describitur, nos servat, non solùm typicè significando; sed etiam obsignando salutem, ideóque etiam efficiendo, tanquam instrumentum, non inchoans, sed adjuvans, & quidem remotius: quia fidem, quæ proxima est, firmat & auget [k]. ¶ *Non*, &c. Οὐ σαρκὸς ἀπόθεσις ῥύπου] *Non carnis depositio sordis*, Mo. Alia Trajectio [l]. *Non carnis* (vel, *illa carnis*, Il. vel, *Quæ non est corporis*, Ca.) *sordium depositio*, Pi. vel, *detractio*, Ca. *ablutio*, Il. *abjiciendo*, Er. *Non quo carnis sordes abjiciuntur*, Be. P. Ti. J. Cap. Est Prolepsis [m], vel, correctio rhetorica, quâ docet, in Baptismo, non tam externam ablutionem, quæ sordes tantùm corporis aufert, spectandam esse, quàm ἐπερώτημα, &c [n], sive internam cordis mundationem, Eph. 5. 27. Tit. 3. 5 [o]. q. d. Non ei rei serviens cui balnea sufficiunt. Vide dicta ad Matth. 3. 6 ||. Respicit hîc lotiones [vel,] Judaicas, de quibus Matth. 15. 2. Marc. 7. 3, 4. Heb. 9. 13 [p]. vel, alias in balneo, &c. quibus sordes carnis abluuntur [q]. Alii circumcisionem hîc intelligunt, quæ erat ablatio sordium carnis, id est, Hebræâ phrasi, sordidæ carnis & immundæ, nimirùm præputii. Confer Col. 2. 11 [r]. Non placet †: nam & circumcisio non erat ad externam corporis munditiem instituta, sed ad regenerationem, &c [t]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεὸν] *Sed conscientiæ bonæ interrogatio* (vel, *quæstio*, quum quis Deum, velut oraculum, consulit, quærens quid Deus ab ipso fieri velit, id quoque paratus facere. Ut enim ἐρωτᾶν & ἐπερωτᾶν est *inquirere*, ut Matth. 12. 10. & 16. 1. sic ἐρώτημα & ἐπερώτημα non est *responsio*, ut quidam volunt, sed *interrogatio* [v]. Baptismus autem est interrogatio quâ peccator baptizatus interrogat quomodo Deus erga se affectus sit, & quid de gratia Dei promittere sibi debeat [x]: vel, quâ bona conscientia in precibus Deum rogat, Nonne tu meus es Pater [y]? Ex consequente hîc intelligitur antecedens. Quia enim per Baptismum non carnis, sed animæ, sordes abluuntur, inde fit ut conscientia de gratia Dei certior facta reddatur pacata [z]. Sensus, q. d. Sed depositio sordium animæ, seu remissio peccatorum, ex cujus fide nascitur bona conscientia, quâ fretus fidelis audacter Deum interrogat, an non favor ipsius per Christi mortem sibi conciliatus sit [a]. Vel, *petitio*, seu libera Dei invocatio, quæ effectum est bonæ conscientiæ, nam ἐρωτᾶν est *peto*, sive *precor*, Matth. 15. 23. & 16. 1. Rom. 10. 20 [b]. vel, *responsio*, Ang. vel, *arrhabo*, sive *pignus*, Zeg. ex Græcis: vel, *stipulatio*, Camer. Be. Baptismus enim est solennis quædam conventio, confœderatio, & mutua obligatio, quâ Deus homini suam gratiam offert, applicat, & obsignat; conscientia verò stipulatur se credere remissionem peccatorum, & ad obsequium se Deo astringere [c]. Vel, *sponsio*, nempe de pura conscientia. Ἐπερώτημα est vox Juris, ut videre est apud Græcos Juris Romani Interpretes. In Glossario, ἐπερωτῶ, *stipulor*. Sed per Metonymiam, ut in Jure sæpe, nomine *stipulationis* comprehenditur & *responsio*, sive *promissio*. Nam & ἐπερωτῶμαι significat *promitto*, *spondeo*, in eodem Glossario [d]. Vel, *demonstratio*, Zeg. ex Græcis: *declaratio*, recti scilicet & fidelis animi erga Deum, quâ sordes animæ eluuntur [*]: vel, *testificatio*, sive *testimonium*, V. Ca. [Alii sic vertunt:] *Sed quo fit, ut bona conscientia bene respondeat*, Er. Ti. *Sed is quo fit ut bona conscientia interroget*, P. J. Cap.) *apud* (vel, *ad*, vel *in*, E. Ca. *secundùm*, Zeg. *erga*, Il. V.) *Deum*, Mo. Be. &c. i. e. teste Deo, coram quo res agitur, & qui solus videt conscientiam respondentis, an bona sit & sincera [f]: vel, *cum Deo*, quia fœdus gratiæ in Baptismo initur inter Deum & baptizatum [g]: vel, *Deum*, P. J. Cap. vel, *Deo*, εἰς Θεὸν pro Θεῷ, & subauditur ποιηθεῖν· *Sponsio Deo facta de pura conscientia* [h]. Syrus paraphrasticè locum reddit, *Non corpore abluti à sordibus*, *sed confitentes Deum in conscientia pura*, quasi videlicet interioris Baptismi effectus designetur, quo nimirum fiat ut conscientia pacificata clamet *Abba pater*. Malim tamen respici hîc ad interrogationes catechistarum, quibus catechumeni interiorem Baptismum jam tum testificabantur exteriore sanciendum, ut Act. 8. 37. quò spectat Apostolicum totum symbolum [i]. Loquitur hîc de interrogatione, quæ fit in ceremoniis baptismi, quam Petrus hîc vocat ἐπερώτημα,

† Ger. [t] E. [v] G. || Ger. Pi. [x] Ger. [y] G. [z] Camer. [a] Camer. G. [b] G. [c] Camer. [d] Er. [*] Be. [f] Er. [g] Be. Ger. [h] Ger. ex Gagn. [i] Val. sim. J. Cap. [k] Me. T. BA. E. J. Cap. Ham. [l] BA. 2. 2. 6. 34. [m] Pi. [*] J. Cap. [*] Ga. Cin. l. 390. [o] Be. [p] Ger. [q] G. [t] Idem. † Pi. Ger. [t] Gom. [v] Pi. Ger. G. Gom. [x] G. sim. Ger. [y] Gom. sim. Pi. [z] Be. [a] G. sim. Ham. [b] Ham. [c] G. [d] Pi. [*] G. [f] E. [g] Gom. sim. Me. V. Zeg. J. Cap. [h] Pi sic Me. Ger. [i] E. [k] Gom. [l] Pi. Ger. [m] Pi. [n] E. sim. Ger. || G. [p] Q. in Ger. [q] Ger. [r] Q. E. † E. Ger. [t] Ger. [v] Ham. [x] Ger. [y] Q. in Gom. [z] Ger. [a] Pi. Q. Ger. [b] Gom. [c] Ger. ex Luth. [d] G. [*] V. [f] E. Ger. [g] Ger. ex Luth. [h] G. [i] Be.

ἐπερώτημα, id est, *stipulationem*, quâ inter duos, uno interrogante, & altero respondente, contractus fieri solet [k]. In Baptismo Episcopus, aut alius quis ejus nomine, ità interrogabat, aut, quod idem est, stipulabatur [l], *Renuntias Satanæ? Credis in Christum?* Respondebat baptizandus, *Renuncio: Credo* [m]. Hanc *sponsionem salutis* vocat Tertul. De Baptismo. Idem De resur. *Anima non lavatione, sed responsione, sancitur.* Cyprianus *interrogationem Baptismi* dixit, Epist. 80, & 76 [n]. Non hîc repudiat aquam, sed ostendit quid in Baptismo præcipuum sit; docétque, fidem internam exteriori professione, dum quis baptizatur, expressam, id esse quod in baptismate nos salvos facit [o]. [Hujusmodi autem] Baptismus, inquit, facit conscientiam bonam, adeò ut ipsa audeat interrogari à Deo, ejúsque tribunali in judicio confidenter se sistat, non metuens damnationem; sed ad interrogata intrepidè respondet, se bonam esse atque mundatam [p]. ¶ *Per resurrectionem, &c*] i. e. Per fidem in Christum qui resurrexit [q]. Cohæret hoc, vel, 1. cum σώζει, servat. Nam quod intercedit, *non carnis depositio*, &c. parentheticum est. Baptismus autem nos salvat per resurrectionem Christi, [vel,] quia Christi resurrectio quandam nobis formam exhibet resurgendi ad vitæ novitatem, ad quam in Baptismo regeneramur, juxta Rom. 6. 4 [r]. Sed hic secundarius est resurrectionis Christi finis [†]. Vel, quia vis Baptismi nos regenerantis descendit ex Christi resurrectione, sub qua etiam passio & mors denotantur per Synecdochen [t]. Vel, 2. cum voce ἐπερώτημα, subintellecto γινόμενον, hoc sensu, quòd interrogatio illa bonæ conscientiæ apud Deum fiat per resurrectionem Christi; quippe quæ est fidei promissionem de remissione peccatorum, ac Dei gratia in Christo oblata, apprehendentis fundamentum [v], 1 Cor. 15. 17. testatur enim, Deo pro peccatis nostris plenè satisfactum, Christúmque esse victorem peccati, diaboli, mortis, & inferni. Confer 1 Pet. 1. 3 [x]. Hanc, inquit, vim, conscientiam scilicet bonam & sanctam efficiendi, habet Baptismus ex merito passionis Christi, cujus terminus & complementum fuit ejusdem resurrectio, juxta Rom. 4. 25 [y]. Hæc *bonæ conscientiæ sponsio* venit ex fide *de resurrectione Christi:* indè enim &, nos spem resurrectionis concepimus [a]. Bona conscientia niti dicitur resurrectione Christi, (quippe quæ salutis nostræ initium & pignus est, Rom. 4. 21. & 8. 11. 1 Cor. 15. 17, 20.) & ascensione & sessione ad dexteram Patris, dominióque in omnes creaturas v. seq [b]. Hunc versum cum præcedente sic reddo, *In diebus Noæ cùm fabricaretur arca, in qua paucæ (id est, octo) animæ servatæ sunt; per aquam etiam quod* est *antitypum nos nunc servat Baptisma, non depositio sordium carnis, sed bonæ conscientiæ stipulatio in Deum per resurrectionem Jesu Christi.* Hâc Trajectione, (quæ nec insolens est, nec ingrata:) distinctione, & versione, subaudiendo ὃ, vitatur insolentia vocis διὰ, ut plerumque exponitur, articulus ὃ appositè respondet voci βάπτισμα, (neque verò potest alterius vocis esse relativum, βάπτισμα enim non est antitypum ὕδατος, sed κιβωτὸς, quæ vox est fœminini generis:) & verus etiam scopus mentis Apostolicæ fit multò planior. In summa sensus est, *Baptisma quod nunc nos servat per aquam*, id est, per ministerium aquæ, & est antitypum arcæ Noæ, non significat depositionem sordium carnis per aquam, sed bonæ conscientiæ stipulationem in Deum, dum immergimur in aquam, (quod est verus usus aquæ in baptismate:) ut testificemur fidem in resurrectione Christi. Adeò ut manifesta sit & elegans Antithesis inter δι' ὕδατος & δι' ἀναστάσεως, q. d. *Arca Noæ* (non Diluvium) erat *Baptismi typus, & Baptismus erat* Arcæ *antitypum*; sed non in eo quòd *Baptisma* sit *ablutio sordium carnis per aquam*, in quo non omnino respondet *arcæ*; sed quòd sit *bonæ conscientiæ in Deum stipulatio per resurrectionem Jesu Christi*, in cujus resurrectionis fide nos nunc servamur, ut illi in arca Noæ. Resurrectionis enim typus ac figura erat tum Arca Noæ, (ex qua Noah rediit tanquam è sepulcro ad vitam novam:) tum etiam Baptismus, cujus proprius & germanus finis non est, ut sit signum ablutionis à peccato, quod Apostolus videtur his verbis quasi de industria disertè negare, (quamvis ità sæpiùs in novo fœdere, & à Patribus accipiatur metonymicè:) sed ut signum sit, vel typus, mortis & resurrectionis Christi, simul & nostræ, per fidem in resurrectione Christi [†].

22. *Qui est in dextera Dei*] i. e. In loco qui est ad dextram Dei [c]. Eadem locutio Rom. 8. 34. Similis Heb. 1. 3 [d]. Hoc alterum fidei & pacatæ conscientiæ fulcrum [*]. Vulgatus hîc addit, *deglutiens mortem* [f]. Sed hoc non habent Syrus, nec ulli Græci Codices [g], nec Interpretes Græci, nec Ruffinus [h]. ¶ *Profectus in cœlum*] Hæc profectio opponitur duplici adventui Christi, 1. per Spiritûs virtutem: 2. in carne [i]. Est & hîc Trajectio, sic enim sermo ordinandus est, πορευθεὶς εἰς οὐρανὸν ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ [k]. ¶ *Subjectis sibi Angelis*, &c.] *Angeli* hîc nomen est Speciei, non Generis, ut & Rom. 8. 38. Crescit enim oratio. Ἐξουσίαι habes & Eph. 1. 21. Col. 1. 16. & 2. 10. δυνάμεις verò Rom. 8. 38. Eph. 1. 21. ad quæ loca quæ diximus vide [l]. Sub his tribus reliquos omnes comprehendit ordines Angelicos, fortassis & malos Angelos, qui tamen perfectè non subjicientur ante diem judicii [m].

CAP. IV.

1. CHristo, &c. Χριστοῦ ἐν παθόντος — σαρκὶ] Digressione finitâ [a], redit ad mentionem passionis Christi, colligens indè materiam exhortationis ad sanctitatem [b]. *Cùm igitur Christus passus sit pro nobis carne*, Be. Pi. i. e. vel, dum viveret in carne [c]: non enim ità loquitur, quasi animo expers esset doloris [d]: vel, *secundùm carnem*, h. e. naturam humanam [*]: quia quà Deus est, mori non potuit [f]. Repetit quod dixerat suprà 3. 18 [g]. σαρκὶ pro ἐν σαρκὶ, vel, κατὰ σάρκα [h]. ¶ *Et vos eadem cogitatione* (vel, *mente*, Ca. i. e. simili animi proposito [i]; vel, quid vis pro Christo ferendi [k]. Vel, hâc cogitatione, vos mori debere carni, h. e. carnali concupiscentiæ [l]. De mortificatione carnis hîc potiùs agi quàm de patientia sub cruce docent sequentia. Confer Rom. 6. 2, &c [m].) *armamini*, Ὁπλίσασθε] Passivum verbum pro Reciproco, *armate vos*. Sic ἐνδύσασθαι legimus τὰ ὅπλα τοῦ φωτὸς, Rom. 13. 12. & τὴν πανοπλίαν, &c. Eph. 6. 11, 14. & τὸν θώρακα τῆς πίστεως, 1 Thes. 5. 8. & τὸν καινὸν ἄνθρωπον, Eph. 4. 24. Col. 3. 10 [n]. q. d. Eam velut arma quædam induite [o]: eâ quasi scuto muniminì [p]. Eodem modo animati estote [q]. ¶ *Quia qui*, &c. Ὅτι ὁ παθὼν ἐν σαρκὶ πέπαυται ἁμαρτίας] Duplex hîc lectio, cum articulo nempe, vel, postpositivo neut. gen. vel præpositivo masc. gen. Prior locum ad Christum refert, q. d. Quod Christus in carne passus est, id peccato passus est, h. e. in gratiam peccati, ut Rom. 6. 20. videre est. Dicitur autem Christus destitisse à peccato, i. e. posteaquam semel est passus, ab omni pœna peccati, carnis miseria, infirmitate & mortalitate, liberatum esse. Posterior lectio ad fideles refert [r]. In MS. est ὁ παθὼν σαρκὶ [†], quod rectius [t]. [Locum sic reddunt:] *Quia* (vel, *Quòd*, Er. vel, Nempe *quod*, Il. Ti. P. Be. Pi. ὅτι hîc non causam denotat, sed expositivè sumitur. Exponit cogitationem illam, quà nos armari vult [v].) *passus* (vel, *qui passus est*, Er. P. Be. Pi. &c. i. e. supplicio affectus [x]: Christianus qui patitur [y]. Nam ad Christum hæc referri vetat v. seq [z].) *in carne* (i. e. in corpore [a]: vel, *carni*, Ham. q. d. Qui conformatur passioni Christi quam in carne sustinuit; præt. hîc ὁ παθὼν pro Præsenti qui passus est in carne cum Christo in carne passo [b]; vel, exemplo & virtute Christi, in quo peccatum ampliùs non viget [c]: qui affectus carnales in se crucifixit [d], Gal. 5. 24. Col. 3. 5 [*]. & Rom. 6. 7 [f]. qui locus huic planè parallelus est, *Qui mortuus est*, scil. peccato, v. 2. *justificatus*, i. e. liberatus & absolutus, *est à peccato*, ratione & reatûs & dominii [g].) *destitit peccato*, Mo. vel, *à peccato*, Il. Ti. Be. Pi. &c. vel, *ab omnibus peccatis*, Tre. ex Sy. id est, abstinet in posterum à peccatis [h]: vel, *quiescere*, aut *cessare*, *fecit peccatum*, V. In voce *carnis* Antanaclasis est: repetitur enim diversâ significatione [i].

2. *Ut*, &c. Εἰς τὸ — ἐπίλοιπον, &c.] *Ut* (vel, *Ità ut*, G. Modum explicat desistendi à peccatis [k].) *non ampliùs cupiditatibus hominum* (i. e. quæ adesse solent maximæ

Marginalia (left column): k E. | l G. | m G. E. | n G. | o E. | p Me. | q V. | r E. | † Ger. | t Q. in Ger. | v Ger. sim. Pi. | x Ger. | y E. | z Me. | a G. | b Gom.

Marginalia (right column): † Ka. | c Pi. | d G. | * Ger. | f E. | g Be. sim. E. Ger. ex Lor. | h Ger. | i Be. | k Ger. | l G. | m E. | a E. | b E. sim. Be. | c Q. in Ger. Me. | d Me. | * E. sic Ger. Pi. | f E. | g G. | h Ger. | i V. Ger. | k G. sim. Me. | l E. | m Ger. | n G. | o E. sic Er. V. | p D. Ger. | q Ca. | r Vor. | † G. Ham. | t G. | v E. | x Pi. | y Me. | z E. sim. Be. | a Pi. | b Ger. sim. E. | c Be. | d G. sim. E. Me. | * Ger. Be. Pi. | * G. | f G. Ger. | g Ger. | h G. sim. E. Me. Ger. T. | i Pi. sim. Be. E. Ger. | k E.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

maximæ hominum parti [l], i. e. non implendis aut sectandis desideriis illis [m].) *sed voluntate Dei*, (i. e. secundùm Dei præcepta [n]: quod *vivere Deo* dicitur Rom. 6. 10, 11. & 14. 8. Gal. 2. 19.) *quod in carne* (hâc mortali scilicet [o], in corpore [p]. Ἀντωνάκλασις. Caro enim priùs sumpta fuerat pro *affectibus qui carni soli serviunt* [q]; hîc verò pro *vita caduca & fragili* [r], quomodò Gal. 2. 20 †.) *reliquum est temporis* (i. e. quod reliquum est vitæ [t].) *vivat*, Be. Pi. vitam transigat, sive impendat *.

3. *Sufficit*, &c. Ἀρκετὸς γὰρ—κατεργάζεσθαι] Meliùs MS. (cui favet & Syrus) κατειργάσθαι, quod positum pro εἰς τὸ κατειργάσθαι [f]. *Sufficit*, vel *satis est*, (id est, Sufficere vobis debet [g]. Est liptote, quâ mitigat exprobrationis asperitatem, qualis Ezec. 44. 6. Marc. 14. 41 [h]. Est hîc σολοικοφανὲς, pro ἀρκεῖσθαι [i].) *enim vobis*, (id est, vobis saltem plerisque [k], ut fit Enallage personæ, qualis Heb. 2. 3 [l]. Est ἀνακοίνωσις [m]. Sed durum videtur, Petrum se talibus annumerare [n], qui scelera ista admisisse non videtur [o]. Vel, *vobis*, G. legendum enim videtur ὑμῖν [p], ut habent cod. Regius & Syrus [q], ex collat. & seq. ὑμᾶς [r], & præced. ὑμεῖς †.) *quod anteacto vitæ tempore libidinem* (vel, *voluntatem*, Er. V. Vulg. Priùs *cupiditates* dixit [t]:) *gentium* (scilicet profanarum [v], à Deo alienarum [x], non regenitarum [y]; q. d. quæ gentibus aliis allubescunt [z]. Ea quæ sunt jam speciatim explicabit [a].) *patravimus*, Pi. Er. &c. q. d. Quòd vos, quanquam Judæi, vixistis gentium more [b], corrupti pravis doctoribus. Sic Martialis, *Lusistis: satis est*——. Confer de Judæorum vita locum Rom. 2. 21, 22 [c]. ¶ *Qui*, &c. Πεπορευμένους] *Cùm versaremur*, V. vel, *incessimus*, Be. Pi. In his vitam traducentes [d]. Πορεύεσθαι est *certum vitæ institutum sequi* *. Vide 2 Pet. 2. 10. & 3. 3 [f]. ¶ *In*, &c. Ἐν ἀσελγείαις] Vide Marc. 7. 22. Rom. 13. 13. 2 Cor. 12. 21, &c [g]. In omni genere obscænitatis ac libidinis. ¶ *Desideriis*] Hoc addit, ut significet, etiam interna peccandi desideria, licèt in opus externum non exeant, ad voluntatem & vitam gentium pertinere [h]. Ἐπιθυμίαις] Ad novas semper *libidines* inardescente animo. Vide Rom. 1. 24. & 6. 12. & 13. 14, &c [i]. ¶ *Vinolentiis*] Ità Er. Be. Pi. Mo. &c. Οἰνοφλυγίαις] Crapulis & ebrietatibus [k]. Est hæc vox in Plut. Othone [l], & Philone De vita Mosis 1 [m]. Οἰνόφλυξ apud Xenoph. παρὰ τὸ φλύειν, ὁρμὴν οἴνου ἔχειν, ait scriptor Etymologici; οἰνοφλυγεῖν apud Lxx, Deut. 21. 20. Esa. 56. 12. pro סבא, unde σαβάζειν [n]. Hoc & seq. sunt vitia gulæ, quæ fomenta sunt lasciviæ [o]. ¶ *Comessationibus*] Ità Be. Pi. &c. i. e. Intempestivis conviviis [p], ad luxum & lasciviam institutis [q]. Κώμοις] Vide Rom. 13. 13. Gal. 5. 21. ¶ Πότοις] *Compotationibus*, Be. Pi. Ger. luxuriosis scilicet [r], quum potando certatur & ad numerum bibitur †. Vide Prov. 23. 30. Esa. 5. 11, 22 [t]. Assidua convivia, etiamsi absit ebrietas, culpâ non carent. Sic πότος sumitur Gen. 19. 3. & 40. 10. Jud. 14. 10, 12, 17. Est. 1. 5, 8, 9. & 2. 18. & 5. 6. Esa. 25. 6, &c. nimirum quomodo Græci dicunt συμπόσια [v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀθεμίτοις εἰδωλολατρείαις] *Et nefariis* (vel, *illicitis*, Vulg. id est, abhominandis & execrandis. Est Meiosis, quâ minus dicitur quàm significatur [x].) *idololatriis*, Mo. vel, *simulacrorum* (vel, *deastrorum*, Ca. *dæmoniorum*, Sy.) *cultibus*, Er. P. Be. Pi. &c. *In cultibus falsorum numinum*, qui ab Judæis Hellenistis dicti εἰδωλολατρεῖαι, quia non sine simulacris exerceri solebant. Tales autem cultus per se sunt *illiciti*, quia quod unius Dei est, ipso nolente in alios transferunt. Ideo hîc dicuntur ἀθέμιτοι: quam vocem habes & Act. 10. 28. In Glossario, Ἀθέμιτον, *infandum nefas, illicitum*. Ἀθέμιτα ἔργα apud Herodotum. Talia Hebræis גלולים [y]. Qu. Quomodo hoc dicit Judæis, qui se ab hoc crimine studiosè ubivis terrarum servabant? Resp. 1. Hoc ad Gentiles præcipuè spectat, ut alia ad Judæos: scripsit enim ad Ecclesiam ex Judæis & Gentibus collectam [z]. 2. *Idololatrias* hîc vocat infandas illas libidines in cultu idolorum usurpatas, ut ostendit tum præced. ἀσέλγειαι, tum seq. ἀνάχυσις ἀσωτίας, i. e. *confusio sexuum*. Confer 1 Cor. 5. 10. & 6. 9. & 10. 6. Eph. 5. 5. Col. 3. 5 [a]. 3. Est idololatriæ quædam species, adesse sodalitiorum συσσιτίοις, de quibus profecta falsis diis dantur [b], ut colligi possit ex 1 Cor. 5. 10. (alioquin quomodo idem & *frater* & *idolis serviens* sit) & 10. 6 [c]. Et in hac maximè re credibile est Judæos illos, antequam Christiani essent, accommodâsse se Gentium moribus [d]. Cùm enim exules & plerique inopes essent, à Gentilibus invitati, conviviis eorum, in quibus immolatitiæ carnes apponebantur, sese miscebant, ac fortè etiam sacris intererant *. 4. *Idololatriam* hîc vocat cultum Angelorum, quos, tanquam mediatores ad Deum, colebant Gentes, & inter alios Colossenses, quorum urbs, *Colossæ*, erat in Phrygia. Phrygia autem pars erat *Asiæ* propriè dictæ, in qua hi Judæi dispersi erant [f]. Ex hoc verbo, ἀθεμίτοις, quod Vulgatus reddit, *illicitis*, colligit nonnemo aliquos idolorum cultus esse licitos; acsi quia *adulterium impurum* dicitur Catullo, & *stupra* ac *scelera nefaria* Ciceroni, propterea quis diceret eos insinuare, quædam stupra aut scelera committere fas esse; aut quia *impias blasphemias* dico, quasdam blasphemias esse pias [g]. Hoc ergò epithetum, sicut & alia [h], non est διακριτικὸν, *distinctivum*, liciti ab illicito; sed ὁριστικὸν & ἐξηγητικὸν, *circumscriptivum* [i], quod rem cui adponitur solùm explicat & describit [k]; quo omnis idololatria statuitur illicita [l]. Vide quò istos homines adigit doctrina de cultu imaginum [m].

4. *In*, &c. Ἐν ᾧ ξενίζονται, μὴ συντρεχόντων ὑμῶν εἰς—τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν] Ξενίζεσθαι propriè est *diversari*, *hospitio excipi*, Act. 10. 6, 18, 32. & 21. 16. Per metalepsin ponitur pro eo quod hospitibus ac peregrinantibus contingere solet [n], valétque *mirari* [o]; vel, *ob rem aliquam novam*, *insolentem*, *aut peregrinam*, *admiratione turbari* [p]. Sic infrà v. 12 [q]. Act. 17. 20. 2 Macc. 9. 6. Sic Polyb. l. 1. ξενιζόμενοι ταῖς τῶν ὀργάνων κατασκευαῖς· & l. 5. ξενισθεὶς καὶ διαπορήσας ἐπὶ πολὺν χρόνον διὰ τὸ παράδοξον [r]. Phavorinus, ξενίζω, θαυμάζω †. Ἀσωτία דלל Prov. 28. 7 [t]. propriè est *luxus*, sive *luxuria*, sive *profusio* [v], quæ fit ad voluptatem [x]. Idem ferè est quod ἀσέλγεια [y]. Significat impudicitiam, præsertim spurcissimam, h. e. usum viri aut fœminæ contra naturam [z]. Ἀνάχυσις hîc sumitur pro Chaldæo, סרחא, vel אתפשטותא. Per quæ significatur *id quod modum longè excedit*; sicut Latini Prodigum vocant *profusum* [a]. Ἀνάχυσις idem est quod βλακεία Hesychio [b], & Suidæ [c], h. e. μαλακία, *mollities* [d]; idem quod σύγχυσις, & φυρμός, Phavorino. Φυρμὸς autem, inquit Phavor. est μολυσμός, ῥύπος, μίασμα. Ἀνάχυσις ergò est *confusio sexuum* per peccata spurcissima *. Forsan hâc voce exprimitur fervor libidinis & intemperantiæ, Metaphorâ ductâ à mari exundanti [f]. Ἀναχύσεις, inquit Strabo, sunt *loca cava quæ mare influens atque inundans replet*, &c. Quæ Ptol. vocat πλημμυρίδας [g]. [Verba autem sic reddunt:] *In quo* (vel, *Qua in re*, Pi. In quo genere [h]: vel, *De quo*, G. E. *Propterea*, V. *Quamobrem*, P. Be. Pi. *Atque id*, Er. Ti. *Atque id sanè*, Ca. *Atque ideo*, Il. *Et ecce*, Tre. ex Sy. sub. *illi*, P. Be. Pi. G. nondum conversi [i].) *peregrinantur*, (vel, *hospitantur*, sive *hospites sunt*, Val. vel, *peregrinari sibi videntur*, Be. Pi. P. vel, *ut re peregrinâ*, vel *novâ*, *offenduntur*, Vor. Il. Sic Cicero, *Nos in nostra urbe peregrinantes*, &c. Idem, *Adeòne es ignarus*——*ut hæc nescias? ut peregrinari in*——*civitate*——*videaris* [k]. Metaphora ab iis qui in ignota regione peregrinantur [l]. Vel, *admirantur*, sive *obstupescunt*, Vulg. Tre. ex Sy. G. vel, *absurdum illis videtur*, Er. Ti.) *non concurrentibus vobis* (vel, *non concurrere vos*, Ger. ex Aug. Innuit, eos fervidissimo cursu ad luxum confluere. Et forsan respicit Bacchi festum, ad quod insano quodam impetu Gentiles concurrere solebant, inque eo nefanda illa flagitia exercere, quæ Petrus v. præced. enumerat [m].) *in*, vel *ad*, *eandem luxûs*, sive *luxuriæ*, *confusionem*, Mo. Ham. Ger. ex Græc. quæ vox congeriei flagitiorum in Gentilibus pulchrè congruit †: vel, *profusionem*, P. Be. Pi. D. *mollitiem*, Zeg. *refusionem*, Er. Il. Ti. Ger. quòd scilicet non refundatis, h. e. respondetis, illecebris & solicitationibus inhonestis [n]: quòd non cum ipsis cursitetis ad talia luxuriosa convivia [o]: quòd iisdem studiis non teneamini, sed ab eis abhorreatis [p]: ob vestram vitæ mutationem [q]. Sensus, q. d. Videntur sibi quasi in alio mundo versari, dum vestros sanctos mores expendunt, eósque, quasi sibi impossibiles, suísque studiis ac votis contrarios, rejiciunt [r]. ¶ *Blasphemantes*] i. e. Maledicentes †, vel, 1. Deo ac religioni Christianorum [t], acsi cum ea nemo possit hilaritatem exercere, & aliorum exemplo vivere. Sic βλασφημεῖν sumitur Matth. 9. 3. & 26. 65. Rom.

[l] G. sim. F. [m] E. [n] G. sim. E. [o] E. [p] Pi. D. [q] G. [r] G. sim. Be. † G. * Me. sim. Ee. * E. [f] G. [g] Idem. [h] Ger. [i] Be. [k] Pi. [l] Q. in Ger. sim. Pi. [m] Al. in Cer. [n] Ger. [o] Pi. [p] Be. Pi. Ger. E. [q] Ger. [r] Ger. Pi. † Ger. [t] E. [v] Me. [x] Ger. [y] Pi. [z] G. sim. E. Ger. Camer. Pi. [a] G. [b] G. sim. E. [c] G. [d] Me. sic Ger. * G. [f] Ger. [g] G. [h] E. [i] G. [k] Me. sim. E. [l] G. [m] Ger. [n] G. [o] E. [p] Me. sim. E. [q] E. [r] Ger. † E. Ger. [t] Cer. [v] G. [x] Me. [y] G. [z] Cer. [a] Ham. ad Cor. [b] G. sim. F. [c] E.

[d] G. * E. [f] Rain. De Ib. Apoc. præl. 238. p. 1574. [g] Rain. ib. 240. p. 1594. [h] Glass. gram. 3. 1, 3, 7. [i] Ger. sim. Glass. [k] Glass. ib. [l] Ger. [m] Rain. [n] Ger. [o] G. [p] E. sim. Ger. Pi. [q] Er. V. Ham. [r] G. [s] Ger. ex Eud. sic G. [t] Ham. [v] G. [x] E. D. Ger. [y] E. [z] D. [a] Ham. [b] G. [c] Ger. Ham. [d] Ger. * Ham. Ger. [f] Ham. [g] Ger. sim. Ham. [h] Ger. [i] Me. [k] G. [l] Be. [m] Vor. [n] Ger. † Ger. [n] Q. in Ger. [o] G. [p] Me. [q] Vor. E. [r] T. † E. G. [t] E. Ger.

Rom. 2. 24 [v], vel, 2. Christianis ipsis [x]. Sic verbum sumitur Matth. 27. 39. Marc. 15. 29. Act. 13. 45. & 18. 6. Rom. 3. 8. & alibi. *Maledicebant* autem illis tanquam desertoribus civilis societatis [y], à communi humanitate alienis, & velut monstris inter homines [z].

5. *Qui*, &c. Οἱ —— τῷ ἑτοίμως ἔχοντι, &c.] Sic ἑτοίμως ἔχειν habes Act. 21. 13. 2 Cor. 12. 14 [a]. & Dan. 3. 15 [b]. *Qui reddituri sunt rationem* (Hujus blasphemiæ, & aliorum scelerum [c]. Metaphora ab œconomis. Vide Matth. 18. 23. & 25. 19. Luc. 16. 2 [d].) *ei qui paratus est* (vel, *paratè habenti*, Mo. *ei qui in promptu habet*. Syrus hîc habet עתיד, quod non solùm significat *promptum, paratum, & intentum, esse*; sed etiam *imminere*, vel, *in procinctu esse*, Deut. 32. 35. Eph. 3. 14. Dan. 3. 15. Quod congruit v. 7. & loco parallelo, Jac. 5. 9 [*].) *ad judicandum* (vel, *ei qui judicaturus est*, Tre. Ca. id est, Deo [f], seu Christo [g], cujus hæc est circumscriptio [h], qui destinatus est Judex [i], Joh. 5. 22, 27. Act. 10. 42, &c. & 17. 31 [k].) *vivos & mortuos*, Be. Pi. &c. id est, & tunc victuros cùm veniet & præmortuos [l]. Vide ad 2 Tim. 4. 1 [m]. [Sensus,] Maledicta illorum ad examen venient Christi. Vide Heb. 13. 17 [n].

6. *Propter*, &c. Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ νεκροῖς εὐηγγελίσθη, &c.] Nempe *Christus*; eâdem locutione quæ est Gal. 1. 16 [o]. *Nam idcirco* (vel, *in*, sive *ad*, *hoc*, Er. Il. Ti. E. *propter hoc*, Tre. ex Sy. Ar. In hunc finem [p]. Refertur non ad præced. sed ad seq. ut Joh. 18. 37. Rom. 14. 9 [q].) *mortuis quoque prædicatum fuit Evangelium, ut judicentur*, sive *judicarentur*, (vel, *punirentur*, Pi. *damnarentur*, P. Be.) *secundùm homines* (sub. *id est*, P. Be.) *carne, viverent autem secundùm Deum* (sub. *id est*, P. Be.) *spiritu*, P. Be. Er. Mo. Ca. &c. Intelligit autem h. l. *mortuos*, vel, 1. naturaliter; idque, vel, 1. indefinitè, pro quibusvis mortuis sive ante hanc Petri scriptionem, sive ante Christi adventum [r]. Vocula καὶ ostendit, hîc νεκροῖς sumendos quomodo νεκροὺς quod præcesserat. Intelligendi autem νεκροὶ, non qui mortui erant cùm eis annunciaretur Christus, sed qui mortui erant cùm Petrus hæc scriberet; planè quomodo dicitur Ruth. 1. 8. ubi *mortui* dicuntur qui tunc erant mortui cùm ista diceret Noemi, non cùm eis benefieret. Christus voluit [Evangelium] *annunciari etiam iis qui jam sunt mortui*. Ergò non *vivos* tantùm, sed & *mortuos*, *judicabit*. Alioqui frustrà illis annunciatus esset, frustrà illi credidissent, & dura pertulissent. [Illa verò, ἵνα κριθῶσι, &c. sic explicat:] Ut quamvis ab hominibus damnati ad mortem, Dei tamen virtute rursus vivant. Ἵνα significat quis futurus sit eventus prædicationis ipsis factæ, κατ' ἀνθρώπους, *quantum in hominibus fuit, qui corpus interficere possunt, non & animum*, Matth. 10. 28. Sic in opposito membro, κατὰ Θεὸν, *quod in Deo est*. Κριθῶσι σαρκὶ est breviter dictum, *ità damnati ut carnis jactura fiat*: quod cùm hæc scriberentur evenerat Stephano, Jacobo, & aliis. Adde Apoc. 14. 13. ζῆν πνεύματι est *vivere vitam illam æternam quæ & spiritualis*, 1 Cor. 15. 46 [*]. Docet etiam illis qui ante Christi adventum mortui sunt prædicatum fuisse Evangelium, ideóque illos excusationem non habituros in judicio quasi illud non audivissent [t]. Vel, 2. definitè de certo mortuorum genere [v]; [Hic porrò in partes eunt:] 1. Loquitur de spiritibus beatorum in cœlo [x]; q. d. Gratia & redemptio Christi ad pios extenditur, licèt mortuos, qui quamvis *judicentur*, i. e. damnentur, interitum patiantur, *carne* suâ, i. e. quoad externum hominem, *secundùm homines*, i. e. secundùm rationem mundi; *vivunt* tamen *apud Deum*, idque *spiritu*, quia Christus eos Spiritu suo vivificat, & eos aliquando ad perfectionem vitæ adducet [y]. 2. Intelligit hìc animas in Limbo, vel Purgatorio [z], ubi, pii detinebantur, ad quos Christus descendit [a], lætúmque illis salutis nuncium attulit; ut illi, licèt *secundùm homines*, i. e. ab hominibus mundanis & Epicureis, *judicentur in carne*, id est, æstimentur mortui esse, planè interiisse, ideóque stulti fuisse, quòd dum viverent carnis voluptates spreverint, tamen reverâ *vivant spiritu*, seu animâ, *secundùm Deum*, id est, coram Deo, donati ab ipso gloriâ æternâ [b]. Subintelligendum relinquit Petrus, sic & impiis ante id tempus mortuis suum obtigisse judicium & tormentum, licèt Epicurei illos planè interiisse sentiant. Uti autem tunc contigit illis, ità mox continget aliis omnibus [c].

[v] Ger. [x] Ger. sim. E. G. [y] G. [z] E. [a] G. Ger. [b] G. [c] E. [d] Ger. [*] Idem. [f] E. Ger. [g] E. Ger. G. T. [h] G. [i] Me. sic Ger. [k] G. [l] G. sim. E. [m] E. [n] G. [o] Idem. [p] Pi. [q] Ger. ex E. [r] Q. in Ger. [*] G. [t] Al. in Ger. sic Be. [v] Al. in Ger. [x] Q. in Ger. [y] Calv. [z] Q. in Ger. sim. E. Me. T. [a] Me. [b] T. sim. Me. [c] T.

Sed hanc sententiam refutavimus ad 1 Pet. c. 3. v. 19 [d]. 3. *Mortuos* hîc accipio ut v. præced. homines videlicet, non spiritus, &c. quos, ut ibi judicandos, ità hîc Evangelizatos, dicit, cùm scilicet vivi essent, quamvis jam mortui sint. Ostendit Evangelium suum non esse novum, sed hominibus pridem mortuis, patribus nempe veteris, annuntiatum; nec frustrà ab illis contemptum, nam secundùm Evangelium judicandi sunt. Porrò ostendere hîc voluit Petrus Evangelii summam, partim ut unum & idem Evangelium semper fuisse doceret, partim verò ut ad institutum rediret. Cœperat autem de sanctificatione disserere, cujus duas partes esse dixerat, nempe, *Pati in carne*, vel, *Mori peccato*; vel, *Non esse in carne*, vel, *Damnari carne*: quæ omnia idem declarant. Dicitur etiam *damnatus in carne* is in cujus carne damnatum est peccatum, Rom. 8. 3. Dicit *secundùm homines*, ut doceat hujus vitii, quod in nobis exstinguendum est, fontem in ipsa hominum natura hærere; additque σαρκὶ per epexegesin, quomodo etiam post, *secundùm Deum*, addit *Spiritu*, ut ostendat Spiritum esse fontem sanctæ & perennis illius vitæ quæ in nobis inchoata est. Ità alteram explicat sanctificationis partem priori cohærentem: idcirco enim morimur carne ut vivamus Spiritu, Rom. cap. 6 [*]. [Sensus, q. d.] Sic egerat Deus cum peccatoribus mundi veteris, aliisq; jampridem mortuis; nimirum illis prædicavit, hoc consilio & fine, ut *carni judicarentur*, h. e. damnarentur ad mortem, sive paterentur; i. e. ut concupiscentias suas mortificarent, *viverent autem secundùm Deum*, sive præcepta Dei, vitámque suam emendarent. Ità exponi potest hic versus ex collat. cum v. 2. Quod ibi ἐπιθυμίαι ἀνθρώπων hìc κατ' ἀνθρώπους σαρκὶ, *carni secundùm homines*, h. e. concupiscentiæ malæ Gentilium: quod ibi *voluntas Dei*, hìc *Spiritus secundùm Deum*, h. e. pii motus atque affectus. Quidni ergò & μηκέτι βιῶσαι idem esset quod hìc κριθῶσι, *judicentur*, sive *damnentur*, ad mortem, ut sententia hìc pro executione ejus ponatur? Omnes quippe phrases quæ ad Christi Passionem, Sepulturam, &c. pertinent, ad Christianos accommodantur respectu *mortis* ejus *carni*, *mundo*, *peccato*. Et τῷ *judicari* hîc opponitur *vivere*. In aliis quoque strictè servatur oppositio, ut in πνεύματι & σαρκὶ, κατὰ Θεὸν, & κατ' ἀνθρώπους. Quare κριθῶσι σαρκὶ hîc idem esse possit quod *mori mundo*, aut *carni*, &c [f]. Subaudiendum οἱ ante κατὰ ἀνθρώπους, & ante κατὰ Θεὸν, Ellipsi familiari, de qua vide ad 1 Cor. 2. 2. *Ad hoc enim & mortuis Evangelizatum est, ut damnarentur*, qui erant *secundùm homines in carne*, *vivant autem* qui erant secundùm *Deum in spiritu*; id est, Ut damnarentur qui incedebant, vel vivebant, *in cupiditatibus hominum*; salventur verò qui vivebant *in voluntate Dei*, ut est v. 2. Phrasis omnino eadem Rom. 8. 5. *Qui sunt secundùm carnem*, &c [g]. 4. Intelligit illos qui nunc *mortui* sunt, vixerunt autem tempore Noachi, quibus *prædicatum est* per Noachum, *ut judicarentur*, i. e. punirentur, (ut κρίνεσθαι accipitur 1 Cor. 11. 31, 32.) aquis diluvii ob verbum contemptum, *secundùm homines*, i. e. quoad notitiam hominum, *carne*, i. e. in corpore; *viverent autem*, i.e. vitam æternam adipiscerentur aliqui ex illis, pœnâ illâ diluvii ad resipiscentiam adducti, & prædicationi Noachi, quantumvis, serò fidem habentes, *secundùm Deum*, i.e. quoad notitiam Dei, qui solus novit qui ex eis resipiscebant, *spiritu*, i. e. animâ, cui tribuitur æterna salus κατ' ἐξοχὴν, suprà 1. 9. Et sic *spiritus carni* opponitur 1 Cor. 5. 5 [h]. ubi εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς quod hîc ἵνα κριθῶσι σαρκὶ [i]: ut hic locus sit parallelus illi c. 3. 19 [k]. Sed, 1. parallelismus ille nondum probatus est. Ibi enim mentio fit viventium temporibus Noe, hîc simpliciter mortuorum [l]. 2. Spiritus c. 3. dicuntur immorigeri, & opponuntur servatis [m]. [Hæc de prima sententia quæ *mortuos* naturaliter intelligi vult.] 2. Intelligit h. l. *mortuos* spiritualiter, sive in peccatis [n], cumprimis [o], profanas gentes [p]; vel, eas quæ antea non audiverunt Evangelium [q]; vel, infideles verâ justitiâ, tanquam animæ vitâ, destitutas [r], quibus æquè ac Judæis Christus Evangelizari voluit [†], idque eo fine [t], ut quamvis judicentur humano judicio quasi carnaliter viventes, vivant coram Divino judicio duce Spiritu [v]; vel, ut judicarentur carne, id est, mortificaretur illorum caro, & Spiritus contrà Dei efficaciâ vigeret [x]: *ut judicarentur*, sive *damnarentur*, *in carne*, i. e. ut caro peccati

[d] Ger. &c. [*] Be. [f] Ham. [g] Kn. [h] Pi. Q. in Ger. [i] Be. [k] Q. in Ger. [l] Ger. [m] Gom. [n] Ger. Gom. [o] Ger. [p] Vor. sim. Ger. [q] V. [r] Gom. [†] Ger. sim. Vor. [t] Gom. Ger. [v] V. [x] Gom. sim. Ger.

peccati aboleretur, *secundùm homines*, (quod addit, quia peccatum in natura hominum hæret, eique intimè infixum est, juxta Heb. 12. 1.) *viverent autem secundùm Deum*, i.e. juxta voluntatem Dei, *Spiritu*, id est, ductu Spiritûs Sancti: vel, ut salvarentur Spiritu secundùm Deum, etiamsi propter antegressa peccata in hac vita carne judicentur, i.e. tribulationibus & ipsi morti sint obnoxii †. Vel, ut quoad exteriorem hominem in mundo mortui, ac velut exautorati, seu capite mulctati, sint; secundùm Spiritum verò, in Deo verè vivant, vitâ tum spirituali, quæ in studio justitiæ consistit, tum cœlesti & æternâ, quam fideles hîc certâ spe possident. Confer Rom. 8. 10 [y]. Hæc expositio congruit, 1. scopo & contextui; 2. fini prædicationis qui h. l. assignatur; 3. aliis Scripturæ locis quibus *mortui* sic intelliguntur, ut Luc. 9. 60. Joh. 5. 25. 1 Tim. 5. 6 [z]. Nec obstat quòd *mortui* v. præced. propriè accipiantur, & hîc de iisdem agatur. Nam à mortuis corpore ad mortuos animo elegans est transitus, ut Matth. 8. 22. Vide & Matth. 19. 12. & suprà v. 1 [a].

7. *Omnium* (vel, rerum hujus seculi [b]: vel, hominum, sive piorum, sive impiorum [c].) *autem finis appropinquavit*, Ἤγγικε] *Appropinquat*, E. ex Sy. *Instat*, sive *Imminet*, Er. Be. Pi. In propinquo est mundi consummatio, quando omnia adversa vestra finem accipient [d]. Non longè abest illud judicium [*]. Obj. At ex eo tempore anni plùs 1500 effluxerunt [f]. *Resp.* 1. Ità existimabat Petrus, ut & Paulus, 1 Cor. 15. 53. & 1 Thes. 4. v. 17 [g]. Sciebant Apostoli tempus illud à primo Christi adventu ad secundum fuisse *novissimum* [h], ut vocatur 1 Joan. 2. 18 [i]. diem tamen adventûs Domini & finis mundi ignorabant, Marc. 13. 32 [k]. 2. Tempus hoc breve est comparatione æternitatis, 2 Pet. 3. 8 [l]. & in propinquo est, quia cuique homini, quando moritur, dies judicii sui venit [m]. [Alii aliter explicant:] Sensus est, Instat consummatio vaticiniorum Propheticorum omnium [n]. Al. Finis instat Reipub. Templi, cultûsque Judaici [o]: [de quo sæpe dictum.] ¶ *Estote*, Σωφρονήσατε, &c.] *Sitis igitur sobrii*, (tum, 1. animo [p] [y] q. d. prudentes & modesti [q]. Σωφρονεῖν est *modestè se gerere*, ut Tit. 2. 6 [r]. vel, *moderatè agere*, ut 2 Cor. 5. 13. vel, *sanæ mentis esse*, ut Luc. 8. 35 †. tum, 2. corpore [t], q. d. sobrii & casti [v]; *temperati*, Er. V. Be. moderati in cibo, potu, &c. Marc. 5. 15 [x].) *& vigilantes* (νήφειν est *animo esse nullis malis affectibus turbato*, ut diximus 1 Thes. 5. v. 6, 8 [y].) *ad orandum*, Er. &c. i. e. Ut apti sitis ad frequenter orandum [z]: Utrumque [enim] prodest ad rectè faciendas preces. Vide suprà 3. 7 [a].

8. *Ante omnia*] Quia nec orationes, nec ulla pietatis opera, sine charitate placent [b]. Congruit illud Col. 3. 14 [c]. Eadem locutio Jac. 5. 12 [d]. ¶ *Mutuam*, &c. Τὴν εἰς ἑαυτοὺς, &c.] Pro, εἰς ἀλλήλους [*], ut Col. 3. 16. 1 Thes. 5. 13 [f]. *Charitatem inter vos* (vel, *erga vos mutuò*, Er. sic E. T. vel, *alii in alios*, Be. Pi.) *vehementem*, &c. Ger. vel, *intensam*, Be. Pi. Ger. seriam & ardentem [g]. Vel, *assiduam*, E. ex Sy. perseverantem ac durantem [h]. Ἐκτενὴ, ut ἐκτενῶς suprà 1. 22 [i]. ¶ *Charitas* (fraterna scilicet, quæ *odio* opponitur Prov. 10. 12 [k]. unde hoc sumptum est [l]:) *operit* (vel, *teget*, Er. sim. Be. Pi.) *multitudinem peccatorum*] i. e. Peccata multa [m], imò omnia; vel, 1. peccata propria [n]: q. d. In causa est ut à Deo ignoscantur [o], non tamen ex merito, sed ex pacto Dei gratuito, Mat. 5. 6, 18 [p]. Al. [Sensus est:] Qui charitate præditus est à multis peccatis abstinet quæ alii patrare solent [q]. Vel, 2. peccata aliena [r], delicta, offensiones †, injurias [t], proximorum, dissimulat, tolerat, excusat, condonat. Confer 1 Cor. 13. 7 [v]. componit ac sedat dissidia, quæ odium suscitat, Prov. 10. 12 [x]. Eadem sententia quæ Jac. 5. v. 20. ubi diximus καλύπτειν, כסה, est *condonare*. Dilectio maximè in eo spectatur ut alios à peccatis abstrahamus: cui consequens est ut Deus hominis jam emendati priora peccata dissimulet [y].

9. *Hospitales*] i. e. Prompti ad hospitio excipiendos fratres, (sive Christianos [z],) peregrinos [a], egenos [b], exules Christi causâ. Non enim loquitur de pomposa illa hospitalitate erga ditiores, Luc. 14. 11 [c]. Vide Rom. 12. 13. 1 Tim. 3. 2. Tit. 1. 8 [d]. ¶ *Sine murmuratione*] Aut de sumptu quem facitis, aut de moribus eorum quibus impenditis [*]; ut solent avari queri de hospitum multitudine, diuturnitate, edacitate, libertate agendi, &c [f]. Contenti vestrâ sorte. Vide Phil 2. 14 [g]. Non inviti [h].

10. *Sicut accepit* (Nempe à Deo [i].) *gratiam*, &c. Χάρισμα εἰς ἑαυτοὺς αὐτὸ διακονοῦντες] *Donum* (i.e. talentum [k], facultatem aliquam [l]. Sub nomine *gratiæ* generaliter acceptæ hîc intelligit non tantùm dona Spiritûs, sed & Corporis, & Facultatum, ut sequentia declarant. Confer Rom. 12. 6, 7 [m]. sub. *ità*, Be. Pi. &c.) *alius in alium* (vel, *in vos invicem*, Er. in proximorum utilitatem [n]; in communem usum, tanquam unius corporis membra [o]:) *illud ministrantes*, Er. Il. Ti. &c. i. e. ministrando expendentes [p]. Διακονεῖν mox specialiter sumitur; hîc, ut suprà 1. 12. generale est [q], & emphaticum, ministerium notans; ut innuat, propter dona illa neminem sese debere supra alios efferre, aut dominium in alios affectare, sed aliorum ministrum sese sponte constituere [r]; sed cum humilitate & modestia in aliorum commodum uti †. ¶ *Sicut boni dispensatores* (q. d. Non domini estis donorum istorum, sed ministri Dei ut eis utamini ad ejus arbitrium [t]. Quid sit οἰκονόμος, vide 1 Cor. 4. 1, 2. Tit. 1. 7 [v].) *multiformis* (vel, *variæ*, Be. Pi. E. ex Hi. &c.) *gratiæ Dei*] id est, Donorum Dei, quæ varia sunt & multiplicia [x]. Χάρις hîc Metonymicè pro χάρισμα [y], & ποικίλης χάριτος, sicut ποικίλαις δυνάμεσι, Heb. 2. 4 [z]. Sensus est, q. d. Quisque dona sua nec sibi vendicet, nec in terra abscondat, sed in alios utiliter expendat [a].

11. *Si quis loquitur*, (Nempe, ad proximorum instructionem [b]: si prædicat verbum Dei in Ecclesia. Synecd. gen [c]. qui populum docet, ὁ κοπιῶν ἐν τῷ λόγῳ, ut 1 Tim. 5. 17 [d]. Per χαρίσματα v. præced. intelligit & dona & functiones in Ecclesia, ut colligitur ex locis parallelis, Rom. 12. 6, 7, 8. 1 Cor. 12. 4, 5, 6. Horum autem duo genera hîc profert, sub quibus tamen more Hebræorum & alia comprehendit, unum sermonis, alterum ministerii sive actionis. Sub voce ergò λαλεῖν complectitur, tum, ipsam docendi functionem, ac vocationem ad hoc munus in Ecclesia peragendum; tum, dona ad illam necessaria, de quibus vide 1 Cor. 12. 8, 10 [*]. sub. *loquatur*, Be. ex Sy. Pi. E. Ger. Vor. &c.) *quasi*, &c. Ὡς λόγια Θεοῦ] Quod habes Act. 7. 38. Rom. 3. 2. Heb. 5. 22. Num. 24. 4. in Psalmis satis sæpe [f]. *Ut eloquia* (vel, *sermones*, Tre. ex Sy. Ar. *oracula*, Ca.) *Dei*, Er. P. Mo. Be. Pi. &c. id est, vel, 1. de Deo & rebus divinis [g]; vel, 2. Dei ut authoris, vel potiùs, ut loquentis; q. d. quæ loquitur Deus, cujus in ea functione Minister est & Vicarius [h]: q. d. Doceat Evangelium non ut verbum humanum, sed ut verbum Dei [i], reverenter & sanctè [k]; reputans non suum esse verbum, sed Dei [l]. Verùm non tam formam & modum, quàm materiam, prædicationis hîc respici puto, ex collat. Rom. 12. 6 [m]. Non humana commenta doceat, aut quicquid verbo Dei non congruum [n], aut inutiles quæstiones [o]; sed divina duntaxat oracula [p]. ¶ *Si quis ministrat*] Pertinet hoc, vel, 1. ad omnes Christianos; q. d. Quicunque dono aliquo divinitùs sibi concesso proximo ministrat [q]: vel, 2. ad ministerium Ecclesiasticum [r]; vel, cujuscunque gradûs & ordinis, sive functionis †; vel, illud Diaconorum [t], [quorum erat] Cura circa pauperes, Act. 6. 2 [v]. aut ægrotos; quia hos à ministris verbi distinguit [x]; vel, etiam aliorum qui vel Sacramenta administrabant vel mores regebant, vel Ecclesiæ statum inspiciebant [y]. ¶ *Tanquam*, &c. Ὡς ἐξ ἰσχύος ἧς χορηγεῖ ὁ Θεός] Ministret *tanquam ex virtute quam* (vel, *viribus quas*, Be. Pi.) *suppeditat Deus*, Er. Be. &c. id est, vel, 1. pro corporis viribus. Nam juvenes ad διακονίας eligi solebant, qui huc illuc facilè discursitarent [z]. Vel, 2. humiliter & modestè, agendi prudentiam, vires & successum à Deo petens, nec aliquid supra vires suas attentet [a]; nihil sibi proprium reputet, nec se aliud esse putet quàm Dei organum [b]. Vel, 3. sensus est, q. d. Opus sibi injunctum exerceat [c], non remissè & languidè [d]; sed sanctè, sincerè, fideliter [*], valenter, strenuè & generosè [f], cum totis viribus [g]; tanquam sciens se esse Dei ministrum, & ab eo agi, regi, & protegi [h], & ut appareat, Deum in suo ministerio potenter operari [i], & ut fiat quod sequitur [k]. Vel, 4. ut autoritas sit penes Deum, non penes hominem [l]. ¶ *Ut in omnibus* (nempe donis [m], & actionibus vestris, juxta 1 Cor. 10. 31 [n].) *honorificetur Deus* (à quo

† Ger. y Vor. z Ger. a Gom. b G. ex Sy. sim. E. Ger. c T. d E. * G. f E. Ger. g G. h Ger. i E. k Ger. l E. Ger. m Ger. n Q in Ger. Occum. in E. o Med. p. 819. sic Ham. Li. p E. Ger. q Ger. r G. † Ger. t E. Ger. v E. x Ger. y G. z E. a G. b E. c E. Ger. d G. * G. Be. f G. g Ger. h E. ex Occum. Ger. i G. k E. l E. Ger. m Ca. n T. o Ca. sim. Vor. p Vor. q V. r T. † E. t Ger. v E. sim. Ger. Me. Le. x E. y G. z Ger. a G. sim. E. Ger. b E. Ger. c Ger. d G. * Me.

f T. g G. h V. Ca. E. i E. Pi. k Me. l E. m G. n Me. o E. p Idem. q G. r Ger. † Ger. sic E. t E. v G. x E. sim. Me. Pi. y Ger. z G. a E. b Zeg. c Pi. d G. * Ger. f G. g Q in E. h E. i G. k Q. in E. sic Pi. l Q in E. m Ger. n E. sic Ger. o E. p Ger. q Q. in Ger. r E. Ger. † E. sim. Me. t Ger. v G. sim. Pi. Ger. x Pi. y Ger. z G. a Q. in Ger. b Calv. c E. d Ger. * E. sim. Me. f Me. g Ger. h Me. i E. Ger. k Ger. l Er. m Ger. n Ger. sic E.

(à quo habemus totum quod sumus, possumus, & agimus [o].) *per Jesum*] Qui hæc dona distribuit [p], Eph. 4. 8, &c [q]. cujus merito habemus [r], tum, ut bona agamus, tum, ut bona quæ agimus ad Dei gloriam referantur †, & Deo grata sint [t]. [Sensus,] *Ut omnes* qui vestros actus vident *Deum laudent, quòd per Jesum Christum* virtutes tales in hominibus produxerit [v]. ¶ *Cui* (Tam Christo, quàm Deo [x]:) *est* (vel, *sit*, E.) *gloria*, &c.] Similis acclamatio ad Christum pertinens est 2 Tim. 4. v. 18. δόξα & κράτος conjungi solent, ut infrà 5. 11. Apoc. 1. 6. & 5. 13. & junctim κράτος τῆς δόξης, Col. 1. 11. sic τιμὴ καὶ κράτος, 1 Tim. 6. 16. κράτος καὶ ἐξουσία, Judæ v. 25 [y].

12. *Nolite*, &c. Μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινομένῃ.] *Ne peregrinemini* (vel, *miremini*, sive *obstupescite*, Er. Ti. G. ex Cyp. Tre. ex Sy. D. Zeg. E. Me. ut suprà v. 4 [z]. vel, *perturbemini*. Quod enim Aristot. dicit, μὴ περιπέσῃ δέ τις, Interpretes ejus verbo ξενίζεσθαι exprimunt [a]; vel, *commoveamini*, V. Er. E. perinde ut re novâ & insolitâ [c], & horridâ [d]; vel, *tanquam hospites*, vel *peregrini*, *percellimini*, P. Be. Pi. vel, *ut re peregrinâ offendamini*, Il. Pi.) *illâ* (nempe *quæ*, Be. Pi. &c. vel, *quæ res*, Er. Il. sic Ca.) *in vobis* (vel, *in nobis*, P. Pi. vel, *vobis*, Ca.) *ignitione* (vel, *in fervore*, Vulg. vel, *in ustione*, E. Me. sic Er. τῇ, pro ἐπὶ τῇ [*] *ob ustionem*, E. vel, *exploratione illâ per ignem*, P. Be. Pi. sic Er. Vocat πύρωσιν res adversas [f], sive graves afflictiones, quæ *igni* conferri solent [g], ut Psal. 17. 3. & 66. 10. Esa. 48. 10. &c [h]. ob similem effectum [i], molestiam scil. carni, &c [k]. vel, quia sicut metalla per flammam, ità homines per adversa, explorantur: quæ exploratio hìc & alibi dicitur πειρασμός. Vide Prov. 27. 21. Jer. 9. 7. Judith. 8. 21. Par sensus Dan. 11. 35 [l]. vel, *dum per ignem exploramini*, Er. Il. Ti. V. h.e. dum graves persecutiones Christi causâ sustinetis [m].) *ad experimentum* (vel, *probationem*, Tre. ex Sy.) *vobis* (vel, *vestri*, Er. Ti. P. Be. Pi.) *facta*, Mo. vel, *fit*, Er. Be. Pi. &c. vel, *accidit*, Ca. Sume hìc πειρασμὸν ut Jac. 1. 2, 12 [n]. Mitigat ustionis dolorem docendo, eam non esse ad interitum, sed ad probationem & purgationem [o]; ad exercendam virtutem & constantiam [p]; ad experimentum fidei & charitatis [q]. ¶ *Quasi novi aliquid*, &c.] Vel, *Tanquam res inopinata vobis eveniret*, G. q. d. Non est novum, pios tentari & malis vexari [r].

13. *Sed*, &c. Ἀλλὰ καθὸ κοινωνεῖτε, &c.] Καθὸ hìc idem quod καθότι, Luc. 1. 7. & 19. 9 †. *Sed* (vel, *Imò*, Be. Pi.) *in hoc quòd* (vel, *in quantum*, vel, *secundùm quod*, E. vel, *quatenus*, Er.) *consortes estis afflictionum* (i. e. crucis & passionum [t]:) *Christi*, (id est, quales Christus perpessus est [v]. Κοινωνεῖν παθήμασι Χριστοῦ hìc, ut & 2 Cor. 1. 17. est συμπάσχειν Χριστῷ, Rom. 8. 17. id est, pati ad testimonium reddendum doctrinæ Christi, qua de causâ & Christus passus est [x].) *gaudete*] Sic Mat. 5. v. 12 [y]. Adde Act. 5. 41. Act. 10. 34. Jac. 1. 2. ¶ *Ut in revelatione*, &c.] De qua vide suprà 1. 7, 13. 1 Cor. 1. 7. 2 Thes. 1. 7. Vide & Luc. 17. 30. Gaudent & qui magna gaudia spe certâ præsumunt. Christus jam quidem gloriam habet, sed ea non omnibus apparet, sicut apparebit supremo die [z].

14. *In nomine Christi*] i. e. Ob Christi nomen [a], vel, professionem [b]; vel, Christi causâ, ut Matth. c. 5. v. 11 [c]. Vide & suprà 3. 14 [d]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι τὸ τῆς δόξης, &c.] Legi hoc potest, vel, 1. separatim; vel, 2. ut hoc, sicut & Θεοῦ, referatur ad seq. πνεῦμα [*]. Quidam cod. post τῆς δόξης inserunt καὶ δυνάμεως [f]. [Hinc variant:] *Quoniam gloria*, (vel, *quod est gloriæ*, Er. Zeg. sic Mo. τὸ τῆς δόξης idem valet quod ἡ δόξα [g]. Vel, *& gloriæ*, P. *ille gloriæ*, Pi. *& ille gloriæ*, Be. vel, *gloriosus*, Be. ex Sy. G.) *& Dei* (vel, *ille Dei*, Mo. Be. Pi.) *Spiritus*, (Nempe, Spiritus Sanctus [h], vel potiùs, dona illius, sicut *spiritus intelligentiæ*, *consilii*, &c. Esa. 11. 2. *Spiritum* autem adoptionis hìc intelligo, qui *spiritus gloriæ* dicitur per Antithesin ad ignominiam crucis, & propter gloriam quâ fideles exornat [i]; vel, quia est nostræ glorificationis author [k]: & *spiritus potentiæ*, id est, potens valde atque efficax. Magna sanè potentia, loqui linguas, sanare ægrotos, ejicere dæmonas, & prædicere futura: & maximus indè illis honor apud homines æquos. Quòd si talis est arrhabo, quantum & quale erit ipsum pretium [l]?) *super vos requiescit*, Er. &c. i. e. gratiosè habitat [m]; in malis vos non deseret, sed *vobiscum manet*, i. e. שכן, unde שכינה. Et dicit ἐφ᾽ ὑμᾶς, quomodo ἐπέρχεσθαι dicitur idem Spiritus, Luc. 1. 35. Act. 1. 8. Sic שכן עליו, Exod. 40. 35. Causam ergò habetis magnam cur gauderetis, etiam in mediis malis [n]; nec potestis non beati esse [o]. Quòd *gloria* respondet τῷ שכינה, & quòd illud significet illustrem illam Christi ἐπιφάνειαν per incarnationem, antè notatum. Quare τὸ τῆς δόξης est status Christi in terris, cui aptè adjungitur *Spiritus Dei*, (Christus quippe incarnatus erat *Deus benedictus in secula*:) i. e. eadem œconomia quæ Christo in terris agenti adhibita erat; ut sensus sit, q. d. Hoc pacto similes facti estis Christo, idem est vester status & Spiritus qui Christi fuit, & proinde beati estis [p]. ¶ Κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, &c.] Hæc non habentur in Vulg. nec in Syro [q], nec in Ar. nec in MS [r]. Habentur autem in omnibus cod. Græcis †, præter unum; & in Cypriano [t], & Græcorum commentariis, teste Oecum [v]. *Juxta ipsos* (vel, *Per illos*, Ca. vel, *Quod ad illos attinet*, Pi. Qui *quod ad illos attinet*, Be. Pi. *Qui*, vel, 1. Christus [x]; vel, 2. Spiritus [y].) *quidem maledictis afficitur*, (Quia probra piis illata redundant in ipsum Spiritum Dei, cujus ductu & impulsu pii amplexi sunt religionem Christianam, quam clamant esse apostasiam, hæresin, &c [z]. vel, *blasphematur*, Be. vel, *maledicta* in vos *jaciuntur*; ut hoc verbum, sicut & sequens, impersonaliter accipiatur [a].) *juxta vos*, vel, *per vos*, Ca. vel, *quod ad vos autem*, Be. Pi.) *glorificatur*] Quòd scilicet Spiritûs Sancti virtute constantes permaneatis, &c [b].

15. *Nemo*, &c. Μὴ γὰρ, &c.] *Non enim* (Sed γὰρ hìc est pro δὲ, ut Exod. 25. 40 [c].) *quispiam vestrûm* aliquid *patiatur* (i. e. affligatur, vel, supplicio afficiatur, ut Phil. 1. 29 [d].) *ut homicida*, Be. &c. i. e. Qui injustè homini vitam eripit. Vocem φονεὺς habes Act. 3. 14. & 7. 52. & 28. 4. &c. Lætum est pati pro bona causâ. Idem sensus qui suprà 2. 20. ¶ *Aut fur*] Qui alienum injustè arripit. Vide 1 Cor. 6. 10 [*]. ¶ *Aut*, &c. Ἢ κακοποιὸς] *Aut maleficus*, Be. Pi. vel, *nocens*, alicujus flagitii reus [f]: qui proximo nocet [g]. Nomine hoc generali eos designat qui quovis modo in leges publicas delinquunt, ut Perjuri, Falsarii, Adulteri. Vide Joh. 18. 30. suprà 2. 12, 14. & 3. 16 [h]. ¶ *Aut*, &c. Ἢ ἀλλοτριοεπίσκοπος] id est, Ἀλλοτρίων ἐπίσκοπος, vel, ἀλλότρια ἐπισκοπῶν, *qui alienam procurationem sibi sumit*, ut Budæus vertit [i]. *Aut ut alienorum* (vel, *alieni*, G. ex Tertul. *alienus*, Ar. *alienarum rerum*, Er. Il. P. Pi.) *explorator*, Mo. Ar. Zeg. vel, *inspector*, Ti. P. Pi. V. *speculator*, G. ex Tertul. *curator*, Er. *curiosus*, Er. Il. Denotatur hoc nomine percunctator, idémque garriens [k], φλύαρος, de quo vide 1 Thes. 4. v. 11. 2 Thes. 3. 11. ísque vel otiosus, quales etiam apud Gentes plectebantur; vel, etiam seditiosus, quales tunc Zelotæ, &c [l]. talis inspector qui aliorum negotiis sese iniquè ingerendo peccat, ut sit Synecdoche [m]; qui in actiones vicinorum curiosiùs inquirit, eorum anxius censor & judex esse vult; qui sine vocatione curiosè satagit circa aliena officia & negotia; qui secreta aliena explorat, &c. Tales nempe fines officii sibi à Deo demandati transgrediuntur, facilè in rixas & jurgia incidunt, & odiosi fiunt [n]. [Alii aliter reddunt:] *Aut ut alieni appetens*, Ca. Be. sim. Vulg. V. E. scil. cum effectu [o]; i. e. qui cupidè rebus alienis inhiat, & tollit ubi potest [p].

16. *Si autem*] Scil. patitur, seu affligitur [q], vel privatim, vel, à potestate publica [r]. ¶ *Ut Christianus*] De origine hujus nominis habes Act. 11. 26 †. ¶ *Non erubescat*] Non id reputet sibi pudori aut ignominiæ [t]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῷ μέρει τούτῳ] *In hac parte*, Er. V. Be. Pi. &c. Quod ad hanc rem attinet, ut 2 Cor. 3. 10. & 9. 3. Col. 2. 16. In MS. est locutione Latinâ, ἐν τῷ ὀνόματι τούτῳ. Nec aliter legit Syrus [v]. *Hoc nomine*, E. ex Vulg. Hac de causâ [x], quòd ob Christum patiatur [y].

17. *Tempus*, &c. Ὁ καιρὸς, &c.] *Tempus* (vel, *Ejusmodi tempus*, Ca. vel, *Tempus opportunum*, sive *præstitutum*, Be. Ger. Me. T. sub. *est*, Er. Pi. &c. vel, *advenit*, Be. Tale tempus est, tum præsens vita [z], in qua pii juxta Dei ordinationem pati coguntur, ut Deus ipsis in vita futura parcere possit [a]; tum, tempus Christianismi inchoantis, fervente tunc contra eum Judæorum & infidelium odio [b]: vel, tempus prædictum Christo, Matt. 24. v. 9.

[Left margin: o E. — p Ger. sic Me. — q Ger. — r E. Me. Ger. — † E. Ger. — t Ger. — v G. — x Me. sic Pi. — y G. — z E. G. — a Cas. — c Er. E. sic Be. Me. — d E. — * G. — f G. sic Ca. Me. — g E. sic Ger. Ham. — h Ger. — i G. — k Ger. sim. Ham. — l G. — m Ger. sim. E. — n G. — o E. — p Me. — q Gom. — r Me. — † G. — t E. sic Me. — v Pi. — x G. — y Pi. — z G. — a E. Me. Ger. — b Pi. sim. E. — c G. Ger. — d G. — * Er. — f Ger. sic G. — g Q. in Be. — h E. — i Be. — k E. Ger. — l G. — m Ger. sim. Me. E.]

[Right margin: n G. — o Ger. — p Ham. — q E. Ger. — r G. — † Be. Ger. — t Be. — v Ger. — x Q. in Ger. — y Ger. Vor. — z Ger. — a Pi. — b Ger — c G. — d Be. — * G. — f Be. — g Ger. — h G. — i Ger. — k G. — l Ham. — m Gom. — n Ger. — o E. — p E. sim. Me. — q Pi. E. — † G. — t E. — v G. — x Me. — y Er. sic E. — z Me. sim. Ger. — a Ger. — b Me.]

v. 9[c]. Luc. 21. 21. Joh. 16. 2[d]. Respicit hîc Petrus ad varia V. T. loca, ut Esa. 10. 12. Jer. 25. 15, &c. & 49. 12. Ezec. 9. 6*.) *ut incipiat judicium* (i.e. exploratio[f], punitio[g], castigatio[h], tribulatio salutaris[i]. Κρίμα propriè est judicium condemnationis, sive pœna; hîc autem Metaphoricè est afflictio immerita[k]. Al. Κρίμα h. l. planè ut Rom. 5. 16. est משפט, *Dei constitutio*, de immittendis scilicet adversis, ut ostendunt præcedentia; nempe, ad alios purgandos, alios explorandos & proponendos in exemplum[l].) *à domo Dei*, Pi. &c. i. e. à domesticis, filiis, & servis Dei[m]; vel, ab Ecclesia ejúsque membris[n], juxta phrasin 1 Tim. 3. 15. Heb. 3. 6[o]. q. d. Tempus imminet quo Christiani gravissima mala patiantur. ¶ *Si—primùm*, &c.] Si nos primi ad mala ferenda[p]. ¶ *Quis* (i. e. Quàm miserabilis[q]:) *finis*, &c.] i. e. Exitus[r]. Terribile judicium significat, & tormenta nunquam finienda†. De Judæis agit, & ejus gentis excidium prædicit[t]. Τὸ τέλος pari sensu habes Matth. 24. 19. Respicitur locus Dan. 9. 27. ubi est כלה συντέλεια[v].

18. *Et si justus* (i. e. insons‖, pius[x], qui justitiæ studet[y].) *vix*, &c. Μόλις σώζεται] Sumpta hæc ex Græco Prov. 11. 31[z]. *Vix* (vel, *Ægrè*, Ca.) *servatur*, Be. Pi. sic Val. Er. V. &c. i. e. ad salutem pervenit[a]. *Vix*, vel, 1. propter carnis fragilitatem & tentationum pericula[b], ob quæ dubitandum esset ipsi de sua salute[c]; quod non placet[d]: vel, 2. propter pressuras*: *vix*, i.e. difficulter[f], non sine magno labore & contentione[g], ob viam arctam & salebrosam, Matth. 7. 14[h]. per multas pœnitentias[i], afflictiones, molestias, persecutiones[k]. Μόλις hîc significat *non sine adversis*. Ità μόλις πως apud Xenophontem, *cum difficultate*. Μόλις ἐπαίρων τὰ βλέφαρα apud Galenum. Syrus hîc למחסן, *cum vi*. Sic μόλις & μὴ πόνῳ ut paria ponuntur Sap. 9. 16. Et μόλις pari sensu est apud Isocratem[l]. Sic μόλις Act. 14. 18. & 27. 7. Μόλις idem quod μόγις, à μόγος, quod πόνον, μόχθον, κακοπάθειαν significat[m]. ¶ *Impius & peccator* (Latiùs patet quàm præced. *non credens*, &c[n]. Reus, sons, ἀσεβὴς qui securè, contumaciter, & contra conscientiam, peccat. Hæ voces synonymæ sunt, ut Gen. 13. 14. quanquam alii sic distinguant, ἀσεβὴς est *infidelis*, ἁμαρτωλὸς, *malus Christianus*[o]. Al. ἀσεβὴς, *impius in Deum*, ἁμαρτωλὸς, *in homines improbus*, ut Rom. 5. 8. Gal. 2. 15[p]. Sed quia uterque *justo* opponitur, potiùs synonyma sunt[q]. Conjunctim ἀσεβεῖς & ἁμαρτωλοὺς habes & 1 Tim. 1. 9[r].) *ubi apparebunt?* ποῦ φανεῖται;] q. d. Nusquam, nempe, in domo Dei, h. e. cœlo†. Quò ibunt? quis eos locus excipiet[t]? Vel, non audebunt comparere, vel, non poterunt stare in judicio Dei, Psal. 1. 5[v]. *Ubi invenietur?* nonne in summis malis? Sententia huic valdè par in RS. ad Num. 10. *Cùm Deus——judicium facit in justos, laudatur: nam si in illis hoc facit, quantò magis in impiis?* Vide & Jer. 25. 29. & Luc. 23. 31[x].

19. *Qui patiuntur*] Πάσχειν hîc est *adversis agitari*[y], ut suprà 2. 19, 20, 23. & 3. 14, 17[z]. ¶ *Secundum voluntatem Dei*] i. e. Quæ nobis contingit inferri voluntate Dei, ex qua omnes nostræ afflictiones procedunt[a]: vel, Deo sic dispensante, ut suprà 3. 17. Non agitur hîc de communi quadam permissione, sed de speciali Dei decreto, quo pios Christi exemplo ad crucem vocat[b]: Patientes pro Christo & justitia, idque patienter & fortiter, voluntatem nostram divinæ conformantes[c]: Qui nihil ab hominibus commeriti, occulto tamen Dei judicio puniuntur[d]. ¶ *Fideli*, &c. Ὡς πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν—ἐν ἀγαθοποιΐᾳ] *Tanquam* (vel, Apud eum *ut*, Be. vel, Ei *ut*, Di. ex Sy. & Genev. Ellipsis Pronominis αὐτὸς, qualis Heb. 9. 19. λαβὼν, pro, αὐτὸς λαβὼν, ipse ille Moses, à quo Lex toti populo dicta fuerat, aspersit. Potest & supplementum illud omitti, si constructio accipiatur, quasi situs verborum esset, κτίστῃ ὡς πιστῷ παρατιθέσθωσαν, *creatori utpote fideli commendent*‖.) *apud fidelem conditorem* (Deum scilicet, qui & *creator* est*; ideóque jus in nos habet[f], nec opus suum repudiabit, Sap. 11. v. 25. Respicit locum Eccles. 12. 7[g]. deinde *fidus* est, ideóque stabit promissis, & mala tolerata maximis bonis repensabit[h].) *deponant* (vel, *committant*, quasi depositum in Dei manus, ut Luc. 23. 46[i]. vel, *commendent*, Pi. Vulg. in tutelam & custodiam[k], tum, ut vires patiendi suggerat[l]; tum, ut victoriæ parandæ invigilet[m], ut, si mors ipsa eis inferatur[n], ultimum illum difficilémque vitæ agonem sine salutis periculo obeant[o]: vel, *permittant* Dei arbitrio[p].) *animas suas* (Extinctis morte corporibus superstites, Matth. 10. 28. Alludit quoque ad Luc. 23. 46[q]. vel, *animas*, i. e. seipsos, ut diximus ad Mat. 10. 39. se totos, quanti quanti sunt[r]:) *benefaciendo*, Er. Pi. &c. vel, *cum bene agendi studio*, ut suprà 2. 15. ut nullâ crucis asperitate deterriti, in bonis operibus perseverent†; cum malorum tolerantia conjungentes studium virtutum[t]; preces cumulantes benefactis, ut salutem certam faciant[v], neque *in bene agendo* defatigentur. Verbum ἀγαθοποιεῖν in hoc sensu jam aliquoties habuimus, suprà 2. 14, 15, 20. & 3. 6, 17[x]. vel, *in benefactis*, Vulg. *in*, vel *cum*, *beneficentia*, Er. E. quâ prosequantur etiam persecutores suos, reddendo eis bona pro malis, & orantes pro eis, ut Christus fecit: vel, *in operibus bonis*; nam hoc animarum depositum à peccatoribus non recipit Deus, sed à justis, qui seipsos priùs per bona opera Deo commendaverint[y].

CAP. V.

1. SEniores] Vel, 1. ætate[a], ut suadet Antithesis *juniorum*, v. 5[b]. ut vox sumitur Luc. 15. 25. Joh. 8. 9. Act. 2. 17. 1 Tim. 5. 1, &c[c]. vel potiùs, 2. officio & dignitate[d], ut docet *pascendi* vox; quos sic vocat, quia ætate, vel senili prudentiâ, alios antecellere debent*. Πρεσβυτέρους] Intelligit, vel, 1. solos Episcopos[f]; vel, 2. omnes ministros verbi[g], pastores & gubernatores morum[h]. Intelligit & Principes cœtûs κοπιῶντας ἐν λόγῳ, & cæteros ad regimen eis sociatos[i]; vel, Sacerdotes omnes, sive minores sint & vulgares, sive majores, scilicet Episcopi[k]. ¶ *Consenior*, Ὁ συμπρεσβύτερος] *Compresbyter*, Val. V. Zeg. E. Me. *Unà presbyter*, Be. Pi. &c. i. e. coepiscopus[l]: in eodem vobiscum officio constitutus[m]. ¶ *Testis Christi passionum*] Tum, 1. verbo[n], quo prædicavit Christi crucem & mortem[o], cujus Petrus testis erat oculatus[p]. Vidit eum Petrus vinctum: Deinde, quod Historia non docet, sed credibile est, audiens crucifixum, ejus quoque rei spectator esse voluit, sed eminùs & in turba. Apostoli *testium* nomine eminenter insigniuntur, Luc. 24. 48. Act. 1. 8, 22. & 2. 32. & 3. 15. & 5. 32[q]. Tum, 2. opere ipso[r], quo Christum patientem testificabatur†, multis afflictionibus pro eo toleratis[t], quibus passiones Christi in sua quoque persona repræsentabat[v]. Confer Matth. 10. 17, 18. Huic sensui favet Antithesis *gloriæ Christi*[x]. Illos suo exemplo animat Petrus, nè metu persecutionum ab officio cessent[y]. ¶ *Et*, &c. Ὁ καὶ——κοινωνὸς] *Atque idem gloriæ patefaciendæ* (vel, *quæ revelabitur*, Er. sic Vulg. V. Sic Rom. 8. 18. Nunc jus habemus, res ipsa latet[z]; i. e. sempiternæ gloriæ[a], quæ revelabitur in adventu Domini[b]:) *consors*, vel, *particeps*, Be. Pi. Er. V. &c. sub. *futurus*. Sic κοινωνοὶ τῆς παρακλήσεως, 2 Cor. 1. 7[c]. vel, sub. *fui*, nempe, in transfiguratione Domini[d]: de qua dictum 2 Pet. 1. 16, 17*.

2. *Pascite*] i. e. Regite[f], ut apparet ex Matth. 2. 6. Joh. 21. 15, 16, 17. Act. 20. 28. Sic Heb. רעה etiam Regibus tribuitur, ut 2 Sam. 5. 2. & 7. 7. Psal. 78. 77. sed quæ hîc sequuntur, satis ostendunt non Regiam hîc gubernationem intelligi, sed eam quæ suadendo, non quæ cogendo, exerceatur[g]. Verbum hoc omnem pastoris curam atque gubernationem comprehendit[h]. Hoc & Petro Christus præceperat Joh. 21. 15[i]. *Pascendi* vocem sumit ex V. T. ut Jer. 3. 15. & 23. 1, &c. Ezec. 34. 2, 23. Mic. 5. 4[k]. ¶ *Qui*, &c. Τὸ ἐν ὑμῖν] *Quantum in vobis est*, Er. Ti. Calv. Non placet[l]: tunc enim dixisset, τὸ καθ' ὑμᾶς, vel, ut Rom. 2. 18. τὸ ἐξ ὑμῶν[m]. *Qui penes vos est*, P. Be. Pi. Ger. i. e. qui vestræ fidei committitur: vel, *Qui à vobis pendet*, ut in Sophocle, ἐν σοὶ ἐσμεν, pro, *abs te pendemus*[n]: vel, *Qui vobiscum est*, Ger. i. e. cum quo unum corpus, una Ecclesia, estis[o]. *Qui in vestris est locis*, G. *Qui in vobis* (vel, *apud vos*, E. Ger.) *est*, Vulg. Sic v. præced. *qui in vobis sunt*. Et Act. 20. 28. [Et ut grex dicitur esse in pastore, ità contrà pastor in grege, Act. 20. 28. ——*in quo posuit*, &c.

Quo

Quo significatur, arctissimam esse debere conjunctionem pastoris & gregis [p]. ¶ *Providentes*, Ἐπισκοποῦντες] *Intendentes*, Er. Ger. E. *Superintendentes*, E. ex Hi. Me. Aug. in Val. *Prospicientes*, Zeg. *Curam agentes*, V. Pi. *Vacantes inspectioni*, Be. sub. *illius*, V. Be. Pi. *Episcopantes*, Val. *Episcopum agentes*, Er. פקידים. Sic & Presbyteri vocantur ἐπίσκοποι, Act. 20. 28. quod nomen per excellentiam Principi coetûs adhaesit [q]. Alludit ad *Episcopi* nomen, q. d. Respondete nomini vestro: hoc agite quod appellamini [r]. ¶ *Non*, &c. Μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως] *Non coactè*, (vel, *vi*, Sy. *inviti*, Ca. Idem quod ἄκων, 1 Cor. 9. 17. q. d. *Nè dolete* quasi onere imposito. Sic Thucyd. ἀναγκαστοὶ ἐκβάντες, *cùm inviti exirent* †. Non velut ex officio [t], aut ex necessitate [v], lentè ac frigidè, defunctoriè vel negligenter, ut ex antecedente hîc consequens intelligatur [x]: non *ex tristitia*, ut 2 Cor. 9. 7. velut inviti, quomodo solent qui frequenter & facilè de molestiis curae suae pastoralis conqueruntur: quod illiberalis est animi [y].) *sed libenter*, P. Be. Pi. vel, *sponte*, Ca. Sy. sic Ar. Mo. *Volentes*, Er. Ti. Ex affectu [z]. Facite quod vestri est officii *laeto*, sive *alacri*, *animo*, בנדבה, Psal. 54. v. 6 [a]. Idem quod ἑκὼν, 1 Cor. 9. 17. Sic ἑκουσίως, Exod. cap. 36. ver. 2. Heb. 10. 26. & κατὰ ἑκούσιον, Philem. v. 14 [b]. ¶ *Neque*, &c. Μηδὲ αἰσχροκερδῶς] *Non turpiter* (id est, animo cupido & avaro [c]:) *affectantes*, sive *sectantes*, *lucrum*, Be. Pi. E. Qualis ille pastor Zach. 11. 16. Non ut functionem hanc in occasionem lucri vertatis. Idem habes 1 Tim. 3. 3, 8. Tit. 1. 7. Adde 1 Tim. 6. 8, 9. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ προθύμως] *Sed animo recto*, id est, optimè erga plebem affecto [d]: vel, *prompto*, sive *propenso*, Me. T. Be. Pi. Er. V. in commoda non sua, sed ovium *.

3. *Neque*, &c. Μηδ' ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων] *Neque ut dominantes*, vel *dominium exercentes*, (id est, regentes imperiosè [f], arroganter [g], cum ostentatione potestatis & terrore [h]; ad suum, non gregis, commodum [i]; *Regio more imperantes pro lubitu*, ut diximus ad Matth. 20. 25. & De J. B. & P. 2. 22. 14 [k].) *cleris*, P. Mo. Be. Pi. vel, *in*, sive *adversùs*, *cleros*, Er. V. E. *Cleros* hîc vocat, vel, 1. Ordinem Clericorum, quibus Episcopi praesunt [l], Presbyteros, Diaconos, &c [m]. vel, 2. *gregem*, ut mox explicatur [n], Ecclesiam [o], singulos fidelium coetus [p]; particulares congregationes sive paraecias [q], sive gregis portiones, quae singulis Episcopis pascendae obtigerunt [r]: greges qui illis sorte gubernandi obtigerunt †. Ratio appellationis duplex [t]; 1. quia olim populus Israeliticus dicebatur κλῆρος, sive *patrimonium*, sive *haereditas*, *Dei*, Deut. 4. 20. & 9. 29. Nunc populus Christianus [v], qui Deo velut sorte obvenit ‖; vel, qui Deo non minùs charus est quàm haereditas quae alicui sorte contigit *; cujus singulae partes, ut fieri solet ἐν ὁμογενεῖ, idem nomen participant [x]: 2. quia portiones illae gregis Episcopis veluti sortitò obtigerunt, ut partes terrae quae singulis obvenerunt in possessionem [y]; quae *sortes* vocabantur, Judic. 1. 3. & 20. 14 [z]. Non Regnum, sed cura, Presbyteris commissa est [a]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ τύποι, &c.] *Sed exempla*, sive *exemplaria*, (ut vox τύποι sumitur Exod. 25. 40. Phil. 3. 17. 1 Thes. 1. 7. 2 Thes. 3. 9. 1 Tim. 4. 12. Tit. 2. 7 [b]. vel, *formae*, Er. Val. V.) *facti* (vel, *sic ut sitis*, Er. sic Be. Pi.) *gregis*, Mo. Er. &c. In vita Christiana ac sanctitate [c]. Ea praecipite quae & ipsi faciatis, aliter quàm Scribae & Pharisaei, Matth. 23. 4. Latinus Pacatus, *Blandissimè jubetur exemplo*. Cicero de Senatu, *Is ordo vitio vacato; caeteris specimen esto* [d].

4. *Cùm apparuerit*] In die judicii *, ut Col. 3. 4 [f]. ¶ *Princeps pastorum*] i. e. Christus [g], qui *pastor bonus*, Joh. 10. 11 [h]. *pastor magnus*, Heb. 13. 20. Vocem ἀρχιποίμενα habemus 2 Reg. 3. 4. ¶ *Percipietis*, &c. Κομιεῖσθε, &c.] Κομίζεσθαι eleganter de Praemio dicitur, ut suprà 1. 9. Heb. 10. 36. & 11. 39. στέφανον δόξης, Prov. 16. 31. Jer. 13. 18. Ezec. 16. 12. Ità dicebantur coronae illae quae sumebantur temporibus festis, aut in summo gaudio. Eleganter autem addit Petrus ἀμαράντινον· nam inter coronas quae dabantur benemeritis apud Graecos & gentes alias erant στέφανοι ἀμαράντινοι, teste Philost. Plin. de Amaranto l. 20. *Summa natura ejus in nomine est, appellato quoniam non marcescat.* Hinc ducta haec Allegoria, simul respiciens ad Psal. 1. 3. Vide & suprà 1. 4. Contrarium habes Esa. 40. 7. Jac. 1. 10, 11. suprà 1. 24 [i].

5. *Similiter adolescentes*, &c. Νεώτεροι, &c.] *Juniores*

- [p] E.
- [q] G.
- [r] E. Ger.
- † G.
- [t] Er. v. 3.
- [v] G. Ger.
- [x] Ger.
- [y] E.
- [z] Er.
- [a] G.
- [b] Ger.
- [c] E.
- [d] G.
- * T.
- [f] Me. sic T.
- [g] T.
- [h] E.
- [i] Ham.
- [k] G.
- [l] Me.
- [m] E.
- [n] E. sic Ger.
- [o] Me.
- [p] Pi.
- [q] T.
- [r] Ger. E. ex Cyp.
- † V.
- [t] Ger.
- [v] G. sic Ger.
- ‖ V.
- * Pi.
- [x] G.
- [y] E. Ger.
- [z] Ger.
- [a] Be.
- [b] G.
- [c] E. Me.
- [d] G.
- * Me. sic Pi
- [f] G.
- [g] E. Me. Pi
- [h] Me.
- [i] G.

subjecti estote senioribus, Be. Pi. Juniores & minores hîc intelligit, vel, 1. muneris gradu [k], subditos, sive plebem [l]. Huic favet, 1. Antithesis πρεσβυτέρων, v. 1. 2. illud, *similiter*; quo significari videtur officium reciprocum bene regendi, & promptè obediendi: 3. quòd *juniores* eo sensu dicuntur Luc. 22. 26. 4. vox ὑποτάγητε. Juniores enim senibus reverentiam debent, non item obedientiam [m]. Sensus hîc idem qui Heb. 13. 17 [n]. sed praecipuè *juvenibus* id praecipitur, quòd illa aetas difficiliùs regi se patiatur [o], & quòd non facilè juvenes ad Presbyterorum functiones deligerentur [p]. Vel, 2. aetate [q]. Sic & Presbyteros hîc aetate, ut v. 1. officio, intelligit, à cognata significatione ad cognatam transitu facto more Scripturae. Ὑποτάσσεσθαι autem hîc est *subordinari*, nec servilem obedientiam indicat [r]. ¶ *Omnes*, &c. Πάντες δὲ ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι. Τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε] *Et* (vel, *Sic &*, Calv.) *omnes vicissim* (vel, *alius alii vicissim*, Er. Ti. P.) *subjicimini*. (Nempe, ad mutua charitatis officia [t]; v. g. ad privatas admonitiones vicissim recipiendas, & ad infirmitates mutuas tolerandas [v]; ut membra omnia mutuo subjectionis nexu inter se cohaereant. Finem hîc ostendit cur juvenes senibus obtemperare debeant, ut scilicet inter omnes constet aequabilitas & temperatura [x]. Est haec correctio, q. d. Dixi juniores debere subjici senioribus; sed verius est, omnes per humilitatem debere sibi invicem subjici [y]. Al. Idem hîc praecipitur quod Eph. 5. 21. Ubi sensus non est, Omnes omnibus subditos esse debere, sed alios aliis, inferiores superioribus, uxores viris, filios parentibus, servos dominis, ut ibidem consequenter declaratur *. Vult *singulos cedere consensui totius Ecclesiae*: nam ἀλλήλοις hîc sumendum ut Jac. 5. 16. In MS. deest ὑποτασσόμενοι· & illa, πάντες δὲ ἀλλήλοις, cohaerent cum jam sequentibus, ut & in Latino & Syro [z].) *Modestiâ* (vel, *Summissione animi*, Be.) *estote intùs ornati*, Pi. P. Be. vel, *Humilitatem animi induite*, Mo. Gom. Cui favet, tum, usus vocis, tum, consueta Metaphora *induendi*, cùm de virtutibus agitur, ut Rom. 13. 12. Eph. 2. 22. & 6. 11, 14. Col. 3. 10, 11 †. vel, *vobis infixam habete*, Er. Il. Ti. V. i. e. arctè ceu nodis illigatam tenete [a]; q. d. *innodate*, Er. Metaphora est à rebus intimè absconditis, inque nodum seu fasciculum colligatis ‖. Vel, *amplectimini*, Ar. Zeg. *vobis circumdate*, Zeg. ex Oecum. Nè per ullam occasionem extundi queat [b]. MS. ἐγκομβώσατε. Id est quidem *induimini*, sed non usurpatur nisi de servili habitu, sive *vestimento albo*, *quod* ἐγκόμβωμα *dicitur*, ait Pollux l. 4. c. 18 [c]. Videtur fuisse cingulum, quod est emblema obedientiae, maximè in servis [d]. Bene ergò hîc ducta Allegoria ad vim ταπεινοφροσύνης exprimendam: nam & Christus formam servi sumpsit, Phil. 2. 7 *. Sed ex Polluce perperàm concluditur, ἐγκόμβωμα omne *servile* aut *vile* fuisse. Nec videtur Petrus huc respexisse, sed ad mundi potiùs muliebris partem insignem aliquam & commendatam [f]. Suidae κομβώματα sunt τὰ καλλωπίσματα, *ornamenta* [g]. Et κομβοῦσθαι, pro καλλωπίζεσθαι, sive *ornari*, est in Epicharmo, Εἴ γε μὲν ὅτι καλῶς κεκόμβωται, *quòd sit pulchrè amictus* [h]. Et στολίσασθαι, per quod Hesych. ἐγκομβώσασθαι exponit, significat & *vestiri*, & *ornari*. Κόμβος inter alia, ait Hesyc. significat κόσυμβον, qui est, inquit Suid. *nodus*, seu *vinculum*, *manicarum*, *quo eae solent illigari*. Ἐγκόμβωμα idem quod κόμβος, testibus Etymologo, & Hesychio, cui & ἐγκομβωθεὶς est δεθεὶς, *illigatus*, *innodatus*. Sic & Apollodorus dicit τὴν ἐπωμίδα —— ἄνωθεν ἐνεκομβωσάμην, *amiculum desuper constrinxeram* [k]. Κόμβος pro nodo ἀναδέσματι accipitur Exod. 28. 39. & in Suida. Χιτὼν κοσυμβωτὸς est *tunica nodis substricta*, Exod. 28. 4 [l]. In Hesyc. κομβώσασθαι est στολίσασθαι, *amicire*; unde κόμβωμα, στόλισμα, *amictus*; & ἐγκομβοῦσθαι, ἐνειλεῖσθαι, *involvi*. Hinc ergò ἐγκόμβωμα *vestis*, quâ quis involvit sese, quaeque caeteris superinduitur, & ea sexui quoque utrique communis. Longus Pastor. l. 2. de Tityro, quò expeditiùs iter absolveret, *Ille, abjiciens* τὸ ἐγκόμβωμα, *nudus* (Intellige ut 1 Sam. 19. 24. & Esa. 20. 1.) *in cursum se dedit*. Varro in Catone de puellis, & quidem ingenuis, *Habeant*, inquit, *in vestitu chlamydas, encombomata* [m]. ¶ *Deus superbis resistit*, (vel, *ex adverso se opponit*, ludibrio illis exponens [n]; humiliat eos & contemptibiles reddit, eorum conatus & studia eludendo atque frustrando [o]. Ἀντιτάσσεσθαι in genere est *resistere*, *adversari*, seu verbis, seu

- [k] Me.
- [l] E. ex Bed. [illegible] j. Carthus. Hessel. &c. sim. Pe. G.
- [m] E.
- [n] G. sic E.
- [o] G.
- [p] Pe.
- [q] Ger. plerique in E.
- [r] Ger.
- [t] Dic. sic Gom.
- [v] Dic.
- [x] Calv.
- [y] Ger.
- * E.
- [z] G.
- † Gom.
- [a] V. Er. sic Vor.
- ‖ Vor.
- [b] Er.
- [c] G. Ham.
- [d] Ham.
- * G.
- [f] Ga. Cin. l. 9 111.
- [g] Ga. ib. 109. Ger.
- [h] Ga. ib.
- [i] Ger.
- [k] Ga. ib. 107.
- [l] Ger.
- [m] Ga. ib. 108.
- [n] Ga. Cin. p. 93.
- [o] E.

factis, ut Act. 18.6. Rom. 13. 2. Jac. 5. 6. propriè autem est *militare ex adverso*, ut in Plut. Cæsare. Superbi sunt gloriæ divinæ veluti invasores & raptores, qualibus vis armata opponi solet [p].) *humilibus* (vel, *demissis*, Pi. sic Be. animo scilicet [q], ut Matth. 11.29 [r]. Ταπεινοῖς hîc, ut alibi sæpe, valet ταπεινόφροσι †.) *autem dat gratiam*] id est, Eos charos habet [t]. Humilibus hoc ipso quo jam humiles sunt à gratia Dei præventis dat nova & ampliora gratiæ suæ dona, & in futuro seculo gloriam [v]; cumulat eos gratiæ muneribus sive charismasi, eósque apud alios facit gratiosos & charos [x]. Sumptum hoc ex Græco Prov. 3. 34 [y]. Unde citatur Jac. 4. 6 [z]. [ubi dicta vide.] Similis sententia Matth. 23. 12. Luc. 1. 51, 52. & 14. 11. & 18. 14 [a].

6. *Humiliamini* (vel, *Submittite*, sive *Demittite*, *vos*, Er. Be. Pi.) *igitur sub potenti manu* (quam habes Exod. 3. 19 [b]. i. e. sub omnipotentia [c] :) *Dei*] id est, Deo regendos vos permittite : quod monitum aliis verbis habuimus supra 4. 19 [d]. Humiliter vos Deo subjicite, & hominibus propter Deum *. ¶ *Ut vos exaltet in*, &c. Ἐν καιρῷ] *In tempore*, P. *Suo tempore*, Pi. *Tempore præstituto*, Be. *Tempestivè*, Ga. Cin. p. 93. *In tempore opportuno*, E. sic Er. Gom. Ger. Si non antè [f], certè Judicii tempore [g]. Sic καιροῖς ἰδίοις, 1. Tim. 6. 15. ἐν καιρῷ ἐσχάτῳ, supra 1. 5. Sententia huic similis Jac. 4. 10. In MS. ἐν καιρῷ τῆς ἐπισκοπῆς. Solet vox ἐπισκοπῆς nunc in bonam, nunc in malam partem sumi. Hîc intellige *tempus liberationis*, ut Gen. 5. 24, 25. Exod. 3. 16. & 13. 19 [h]. *In tempore visitationis*, Vulg. vel, *curationis*, Ca. id est, retributionis [i].

7. *Omnem*, &c. Πᾶσαν —— ἐπιῤῥίψαντες, &c.] *Omni cura vestra* (i. e. de vestris rebus [k], necessariis [l] :) *in eum conjectâ*, Pi. Er. Be. &c. ἐπιῤῥίψαντες hîc quod גל Psal. 22. 8. aut שלך Psal. 55. 22. Sensus qui Mat. 6. 25 &c. ubi dicta vide [m]. Totos pendere jubet à providentia Dei, & curam prohibet, inordinatam scilicet, non humanam & ordinatam [n]. ¶ *Ipsi cura est de vobis*] Vide Matth. 6. 26, 30 [o].

8. *Sobrii* (vel, *Modesti*, V.) *estote*] Vide supra 1. 13. & 4. 7 [p]. ¶ *Vigilate*] Eadem admonitio Mat. 24. v. 42. & 25. 23. &c [q]. ¶ *Adversarius*, &c. ὁ ἀντίδικος, &c.] Hic propriè est *adversarius in judicio litigans contra alium*, ut Matth. 5. 25. Luc. 12. 58. & 18. 9. Et ἀντίδικοι dicuntur *actor & reus* Platoni Leg. l. 12 [r]. Diabolus hîc vocatur piorum ἀντίδικος †, quia hic in causa & lite eis adversatur [t]; quia illis accusatione suâ litem intendit [v], & juratus eorum hostis est [x]. Διάβολος dicitur, id est, calumniator [y]; quia accusat & calumniatur, tum Deum apud homines, Gen. 3. 4, 5. tum, homines & apud Deum, Job. 1. Apoc. 12. 10. & inter se, Joan. 8. 4, 44 [z]. Dicitur ἐχθρὸς Matth. 13. 39 [a]. ¶ *Tanquam leo* (utpote fortissimus [b], & sævissimus [c] :) *rugiens*] Ut Jud. 14. 5. Psal. 22. 13. Jer. 2. 15. Ezec. 22. 25, &c. Rugit leo [vel, 1.] cùm irascitur [d]; vel, 2. præ fame *, Aristot. Hist. Animal. cap. 44. Plin. 8. 16 [f]. ¶ *Circuit*, Περιπατεῖ] *Obambulat*, Be. Pi. Ger. E. scil. assiduè [g], ut leo famelicus discurrit [h]. Respicit locum Jobi 1. 7. שוט, ubi in Græco ἐμπεριπατήσας. Sic διέρχεται de eodem, Matth. 12. 43 [i]. ¶ *Quærens* (solicitè & cum summo studio, quæ est emphasis verbi [k].) *quem devoret*] i. e. Cui noceat, Luc. 22. 31 [l]. sive per se, sive per ministros suos [m].

9. *Cui*, &c. Ὧ ἀντίστητε] Est Imperativus. Sic ἀντίστητε, Eph. 6. 13 [n]. *Cui resistite*, Vulg. Pi. Ger. &c. ¶ *Fortes*, &c. Στερεοὶ τῇ πίστει] *Firmi* (vel, *Solidi*, Er. E. vel, *Firmâ*, G.) *fide*, Ger. G. vel, *per fidem*, Be. Pi. Quam Diabolus nobis eripere conatur [o]: cui victoria quâ Diabolum superamus tribuitur, quia fides ostendit bona speranda, & ad ea capessenda nos animat, & unde petenda sunt quibus adversario resistamus; & fiduciam in nobis excitat de Dei potentia, gratia, & veritate promissionum [p]. Sic στερέωμα τῆς πίστεως, Col. 2. 5 [q]. ¶ *Scientes eandem*, &c. Τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων τῇ —— ἀδελφότητι ἐπιτελεῖσθαι] *Easdem passiones*, sive *perpessiones*, (vel, *afflictiones*, Er. V. Be. quasi esset τὰ αὐτὰ παθήματα [r]. Vocem παθήματα habes supra 1. 11. & 4. 13. &c †.) *à vestra quæ in mundo est fraternitate* (spirituali scilicet [t], i. e. à fidelibus per totum mundum dispersis [v]. De voce ἀδελφότητος vide supra 2. 17 [x].) *impleri*, Pi. vel, *peragi*, Be. *perfici*, sive *consummari*, Er. Ger. V. Quod ἀνταναπληρῶ Col. 1. 24 [y]. Verbum emphaticum est, respiciens, tum, 1. crucis & utilitatem & brevitatem; tum, 2. decretum Dei de electis omnibus affligendis, &c. Act. 14. 22. Rom. 8. 29. tum, 3. passiones Christi, de quibus verbum simplex, τελεῖσθαι, usurpatur. Quæ enim passiones cœperunt in personali corpore Christi, eædem in mystico ejus corpore consummantur, Col. 1. 24 [z]. Ἐπιτελεῖσθαι hîc sumo quomodo apud Lucianum ἆθλον ἐπιτελεῖν, & ἐπιτελεῖν ἀποφορὴν, apud Herodotum. *Scitis quot sunt per Orbem omnem Christiani greges, eos paribus laboribus & adversis fungi* [a]. Scitis fratres multa similia pati, &c [b]. Urget parem communémque fratrum sortem quam recusare, arrogantis, & virtutem, ac constantiam nolle imitari, indigni, hominis est [c].

10. *Deus —— omnis gratiæ*] h. e. Boni salutaris [d], dator & author *: vel, *clementissimus*, החנון, Exod. 34. 6. 2 Par. 30. 9. Nehem. 9. 17, 31. &c. ¶ *Modicum*, &c. Ὀλίγον παθόντας, αὐτὸς καταρτίσαι ὑμᾶς, στηρίξαι, σθενώσαι, θεμελιώσαι] In MS. καταρτίσει, στηρίξει, σθενώσει· abest ὑμᾶς, sed subauditur, nec adest θεμελιώσει. Nec aliter legit Latinus. Καταρτίσει, יכונן, Deut. 32. 6. Vide 1 Cor. 1. 10. 2 Cor. 13. 11. Heb. 13. 21. στηρίσει סמך, Psal. 51. 12. Esa. 59. 16. Rom. 16. 25. 2 Thes. 2. 17. & 3. 3. σθενώσει יחזק, *perfectos vos faciet, sustentabit, roborabit* [f]. [Verba sic reddunt:] *Modicum* (vel, *Paulisper*, Be. Pi. sub. *aliquid*, Be. Non tam levitatem afflictionum notat quàm brevem durationem [g], q. d. *Ad breve tempus* [h], ut supra 1. 6. Brevis sanè omnis hæc vita æternitati comparata [i].) *passos, ipse* (sub. *inquam*, Be. Pi. ὁ αὐτὸς redundat ex Hebraismo, ut Mat. 2. 41. & 12. 36. Joh. 17. 2. Rom. 16. 27 †.) *perficiat*, (vel, *instauret*, Er. Il. Ti. V. *compingat*, Be. *componat*, Ca. *integros*, sive *absolutos*, *reddat*, P. Pi.) *vos confirmet*, (vel, *stabiliat*, P. Be. Pi.) *roboret*, *fundet*, Mo. P. Ca. &c. vel, *stabiliat*, Er. Il. Ti.

11. *Ipsi* (sub. *debetur*, Me. vel, *sit*, Pi.) *gloria*, &c.] In MS. tantùm est, Αὐτῷ τὸ κράτος. Vide supra 4. 11 [k].

12. *Per Sylvanum*] Qui & Silas in Actis [l], Act. 15. 40. & 16. 19, &c [m]. Significat, se Epistolam Sylvano, vel, dictâsse [n], vel perferendam tradidisse [o]. ¶ *Fidelem fratrem*] i. e. Qui vobis fidele præstat ministerium [p]. Laus quæ hîc Silæ datur similis est illi quæ Timotheo, 1 Cor. 4. 17. & Tychico, Col. 4. 7 [q]. ¶ *Ut*, &c. Ὡς λογίζομαι] *Ut puto*, Be. sim. Er. P. Pi. Refertur, vel, 1. ad Epithetum *fidi* [r]. Non placet, quia sic dubitandi de ejus fide occasionem dedisset †. Verùm non dubitationem de ea hîc notat, sed certam persuasionem [t]; q. d. Ego eum talem reputo, & à vobis reputari velim. Hâc commendatione opus erat, quia minister fuit gentium [v]. Vel, 2. ad brevitatem Epistolæ [x]; q. d. Puto brevem vobis visum iri hanc Epistolam, tanquam ab amico, & de rebus gravissimis, scriptam [y]. Vel, 3. ad *per Sylvanum*; ὡς λογίζομαι interpretor *si rectè memini*. Affectum suum testatur, cùm dicit se non nunc primùm *eis scribere*, sed & *scripsisse* antehac *quanquam breviter*, & *id quantum meminit per Silam*. Hæc expositio videtur commodissima, ut neque de fide Silæ videatur dubitare Petrus, neque incertus esse, an hæc pauca an multa sint quæ nunc scribit [z]. ¶ *Obsecrans*, &c. Παρακαλῶν καὶ ἐπιμαρτυρῶν, &c.] *Adhortans* vos, (nempe, ut maneatis in fide suscepta [a], & quæ hîc præcepi opere compleatis [b] :) & *testificans*, (Verbum est emphaticum, q. d. Non solùm exhortans, sed insuper etiam attestans. Sic Nehem. 9. 29, 30 [c].) *hanc esse veram gratiam Dei* (i. e. hanc veram esse fidem & religionem [d], quam nobis prædicantibus suscepistis *. Χάριν vocat hîc doctrinam quæ ex summa profectam Dei bonitate [f]; doctrinam Evangelii, in qua gratia Dei per Christum promissa offertur & confertur [g].) *in qua* (εἰς ἣν, pro ἐν ᾗ, ut sæpe. Confer Rom. 5. 2 [h].) *statis*, Be. Pi. i. e. in qua hactenus permanetis [i]. Præt. hîc [ἑστήκαμεν] pro Præsente, & significat fidem esse quæ nos à lapsibus servat. In MS. est ἐν ᾗ στῆτε, ut sit Hortantis [k].

13. *Quæ est in Babylone*] Qu. Quam Babylonem hîc dicit [l]? De eo dissident veteres & novi Interpretes. 1. Veteres (quibus assentior) Romam interpretantur, ubi Petrum fuisse nemo Christianus dubitavit [m]. Ità Papias & ex eo Euseb. Hieron. &c. Hæc enim *Babylon* vocatur hîc, ut & Apoc. 17. & 18. [vel, 1.] propter confusionem idololatriæ, quæ tunc in ea vigebat [n]; vel, 2. propter similitudinem magnificentiæ, frequentiæ & amplitudinis, imperii, peccatorum quoque quæ tunc vigebant *: [vel, 3.] ut, si deprehenderetur Epistola, non posset indè sciri

sciri quibus in locis viveret: [vel, 4.] ut cogitarent Pontici, sicut nunc ipsi vexarentur ab Imperio Romano, ità olim majores suos, & quidem illis ipsis in locis, vexatos fuisse ab Imperio Babylonico; fuisse tamen pios & in urbe Babylone, & nunc esse Romæ: at sicut Deus pœnas exegit de Babylone, ità & exacturum de Roma; & sicut Judæi olim Babylonis jugo liberati fuere, ità & Christianos à Romana sævitia liberatum iri. Congruentias plurimas inter Babylonem & Romam vide Orosii 2. 2, 3, 4. Hinc Babylon *Romanæ urbis figura* Tertulliano. Hîc mysticè impletum quod est in Psal. 87. 4 [o]. [Aliis hæc sententia non placet:] 1. Ipse Eusebius rejicit authoritatem Papiæ, tanquam viri exigui ingenii, creduli, &c [p]. 2. Cur hîc pro *Roma Babylonem* ænigmaticè dicit [q]? An quòd Romæ colerentur idola? Id ubivis factum. An nè sciretur ubi jam ageret? Unde hæc tanta in eo timiditas [r]? 3. Roma in Apocalypsi figuratè & spiritualiter *Babylon* dicitur, non alia de causa, quàm ob servitutem spiritualem quam Ecclesia Dei in ea passura erat. Atqui Ecclesia nullam adhuc persecutionem passa est†. [Hæc prima sententia.] 2. *Babylonem* hîc intelligit castellum & urbem munitissimam in Ægypto, cujus meminere Ptolem. 4. 5. & Strab. l. 17. & Joseph. Antiq. 2. 5. à qua non procul erat Metropolis Nomi sive Præfecturæ Heliopolitanæ, de nomine Onii seu Oniæ agnominatam, in qua habitabant olim Judæi cùm à Josepho eò advocati fuissent, & quasi postliminio veterem illam possessionem [post multa secula] repetierunt & recuperârunt, in qua & Templum ab Onia conditum refert Joseph. Bel. Jud. 7. 37. Ut verisimile admodum sit Petrum, cui commissus est Circumcisionis Apostolatus, ad eam regionem Hebræis refertam penetrâsse, ubi & Templum illustre erat, quod cum ceremoniis suis eodem tempore quo Hieros. desiturum erat. Certè Nicephorus aliique notant, Alexandriam atque adeò Ægyptum, Petro sortitò obvenisse, & Petrum ibi Ecclesiæ Alexandrinæ Marcum præfecisse: id quod arguere videtur, Petrum in Ægypto prædicâsse [t]. Non placet: quia Babylon Ægyptia tunc non erat nisi obscurum castellum, ut ait Strabo, & alii Cosmographi*. 3. Conjicerem potiùs Jerosolymam hîc figuratè dictam *Babylonem*, quòd tum temporis Hieros. non esset ampliùs *urbs sancta*, sed spiritualis quædam Babylon, in qua Ecclesia Dei captiva quasi tenebatur, & gravi servitute premebatur; de qua etiam Apostoli rectè dicere poterant quod de Assyriaca Babylone dictum, Jer. 52. 8. *Curavimus Babylonem*, Christum scil. prædicando, *sed noluit illa sanari*, &c. Quo etiam loco Procop. & ante eum Cyril. per *Babylonem* Hierosolyma intelligi volunt [v]. 4. *Babylonem* hîc propriè intelligit celebrem illam Assyriæ sive Chaldææ urbem [x], ubi multi tunc erant Judæi [y]; quæ erat Metropolis istius dispersionis ad quam Petrus scribit, nempe *Ponti, Galatiæ*, &c [z]. ¶ *Collecta*, Συνεκλεκτὴ] *Simul* (vel, *Vobiscum*, Be. Pi. Zeg.) *electa*, Er. D. &c. vel, *electionis particeps*, V. sic Er. sub. *Ecclesia*, Be. Pi. G. ex Sy. & Ar. Vulg. Rectè: nam & ad Ecclesiam scribit: & hæc, & illa pariter, à Deo *electa*, i. e. à Mundo segregata. Sic Christianos συγκληρονόμους, συγκοινωνοὺς, sæpe vocat Paulus [a]. *Unà vobiscum electa à Deo* ad fidem, gratiam, & salutem [b]; æquè electi ut vos Pontici, &c. quos electos vocavit, cap. 1. 1. q. d. Soli non estis, alii pariter ad easdem ærumnas, & ad eandem vobiscum gloriam, electi sunt [c]. Soror Ecclesia, particeps ejusdem fidei [d]. ¶ *Marcus* (Evangelista*: de quo diximus ad ejus Evangelii Inscriptionem, Petri comes. Huic nomen Judaicum fuit *Mardochæus* [f].) *filius meus*] Ità appellat, quia eum suâ fide, doctrinâ, & spiritu, imbuerat [g]; vel, quia propter sedulam in Evangelio cooperationem charissimum habebat. Solebant Apostoli eos quos ipsi instituerant *filios* vocare, ut vides 1 Cor. 4. 17. 1 Tim. 1. 2, 18. 2 Tim. 1. 2. & 2. 1 [h].

14. *Osculo* (More Orientis [i], de quo diximus ad Luc. 7. 45. & 22. 48. Rom. 16. 16, &c [k].) *sancto*; ità Syrus legit, quomodo sæpissimè apud Paulum [l]. Ἀγάπης] *Dilectionis*, sive *Charitatis*, Be. Pi. G. sinceræ scilicet [m], & Christianæ [n]. Sic vocat ad differentiam osculi impudici [o], carnalis sive civilis, adulatorii & hypocritici [p]. ¶ *Gratia*, &c.] Græcè, *Pax*, &c. Me. Mos salutandi Hebraicus [q]. ¶ *Qui estis in Christo*] Videlicet verâ fide ipsi uniti, & viva corporis ejus mystici membra [r]. *In Christo esse* dicuntur qui sunt in ejus Ecclesia, ut Rom. 16. 7. & alibi. ¶ *Amen*] Acclamatio Ecclesiæ quoties ista legerentur †.

[o] G. [p] Er. [q] J. Cap. sim. Er. [r] Er. † Cap. Append. ad Hist. Apost. p. 3904. [t] Bert. Luc. Frankt. Cap. 9. * T. [v] Cap. Append. ib. 3905. [x] Be. Ger. sim. Er. Gom. Li. Chron. p. 148. D. Med. Vor. [y] Ger. [z] Med. l. 1. diss. 20. p. 99. [a] G. [b] Me. sim. E. D. [c] Ger. [d] Ham. * Me. plerique in E. sic G. Li. [f] G. [g] Me sim. Ger. [h] G. [i] G. sim. D. [k] G. [l] Idem. [m] Ger. [n] G. [o] Ger. sim. E. Me. [p] Ger. [q] G. [r] Ger. † G.

SYNOPSIS
Criticorum aliorúmque Commentatorum
IN
II. EPISTOLAM PETRI.

PROLEGOMENA.] Quærendum, 1. de Authoritate hujus Epistolæ, de qua olim à quibusdam videtur dubitatum, teste Eusebio [a]. Et Didymus eam rejicit, sed ex aperto errore, & ignoratione loci illius 2 Pet. 3. 6, 7, 13 [b]. Sed longè plures eam ut Canonicam receperunt [c], inter quos Hieron [d]. Origen *. Athan. Greg. Naz. Aug. Ruffin. necnon Concilia Laodic. Carthag. 3. Romana duo [f]. Nihil hîc est reliquis Canonicis libris adversum: nec ulla satis gravis causa dubitandi de ea adfertur [g]. Hæc eandem cum altera Epistola Divinam authoritatem ac majestatem spirat, & præ se fert, cap. 1. 1, 14, 16 [h]. 2. De Authore. Petrum hujus Epistolæ authorem esse probat, 1. inscriptio, c. 1. 1 [i]. quæ si falsa sit, nè inter Apocrypha locum habebit hæc Epistola, ob insignem mentiendi impudentiam [k]. 2. collat. cap. 1. 16 [l]. Spectatores enim transfigurationis illius tres tantùm erant Jacobus, Johannes, &

[a] Ger. [b] Gom. [c] Ger. [d] Ger. Gom. * Ger. [f] Gom. [g] Ger. [h] Gom. [i] Ger. [k] Gom. [l] Ger. Ham.

 Petrus.

Petrus. Author autem hujus Epistolæ non erat Jacobus, quem jamdudum mortuum fuisse constat, nec Johannes, cui nullus unquam eam tribuit. Erat ergò Petrus [m]. 3. collat. 3. 1. ubi *prioris suæ Epistolæ* fit mentio. 4. Quòd Veteres eam Petro tribuant [n]. Ità Concil. Laod. can. 59. Carthag. 3. cap. 47. Epiphan. Hieron. &c [o]. [Non deest tamen quod alii opponunt :] 1. Jam olim Veterum multi credidere hanc Epistolam non esse Petri, quòd multæ olim Ecclesiæ eam non receperint. [Cui jam responsum.] 2. Dictio hîc ab Epistola priore multùm diversa est, quod agnoscunt Euseb. & Hieron [p]. Resp. 1. Styli diversitas non arguit Scriptorem diversum fuisse, tum, quia ejusdem scriptoris stylus diversus esse possit pro argumenti vel ætatis diversitate [q]; tum, quia Spiritus Sanctus ad Scriptoris stylum adstrictus non est [r]. 2. Idem in utraque epistola stylus est †, & genus dicendi Petro peculiare, πλωπκὸν scilicet, quo omnia vix distinctis periodis inter se connectuntur [t]. Utrobique est artificiosa brevitas cum summa majestate conjuncta, ut rectè notant Magdeburgenses [v]. [Hæc secunda objectio.] 3. In Syrorum libris veteribus abest hæc Epistola †. Resp. Adest autem in cod. Syro MS. Oxoniensi, in publicum emisso Anno 1630. Deinde Ephrem & Damascenus, Syri, ex hac Epistola, tanquam genuina, testimonia producunt ||. 4. Ego aliud addam argumentum cur Petri hæc esse non videatur. Petrus sub Nerone mortem obiit : At hæc Epistola, aut Epistola, ut nos arbitramur, huic subnexa, quæ facit caput tertium, scripta est post excidium Hierosf. Nemo enim Christianus ultimum Mundi diem venturum credidit nisi postquam evenisset eversio Judaici statûs. Post eam verò brevì admodum secuturam Mundi ruinam, multorum animo obversabatur, ut diximus ad 2 Thes. 2. & alibi. Hic verò Scriptor Christianos vult patientes adhuc esse in illius diei exspectatione, si fortè sperato tardiùs adveniat : Esse hoc signum magnæ Dei patientiæ, qui adhuc multos ex Judæis & Gentibus ad se velit converti [x]. Resp. Infirmum est, tum, unicum illud hujus argumenti fulcrum, scriptam scilicet fuisse post excidium Jerosf. tum, quod ad illius probationem subjicit, Scriptorem hunc eis patientiam præscribere in exspectatione ultimi diei. Agit quidem de fine mundi, cap. 3. 7. non tamen ut appropinquante. Illa autem de *Adventu diei domini ut furis*, &c. respiciunt judicium illud in Judæos, ut sæpe dictum [y]. Scriptorem autem hujus Epistolæ arbitror esse Simeonem, sive Simonem, Episcopum post Jacobi mortem Hierosolymis, ejusdémque Jacobi, cujus Epistolam habemus, successorem & imitatorem. Constat enim vixisse hunc post excidium Hierosf. ad Trojani tempora, & tunc pro Christi nomine crucifixum [z]. [Hæc de authore. 3. De tempore.] Scripsit Petrus hanc epistolam paulò ante mortem, ut colligitur ex cap. 1. 14 [a]. & paulò ante Bellum & Excidium Judaicum. Unde colligitur, hanc fuisse scribendi occasionem, ut confirmaret Christianos sub cruce & liberationis suæ dilatione gementes, &c [b]. Argumentum & Scopus Epistolæ colligitur ex c. 1. 12, 13, 15. & 3. 1, 2. éstque, tum, ut illa in memoriam eis revocet quæ vivâ voce ipsis prædicaverat; tum, ut eos ad constantiam in fide animaret [c].

CAP. I.

1. SImon, Συμεὼν] Alii libri, Σίμων [a]. Sed id perinde est. Hoc enim est nomen Hebræum שמעון, illud ex Hebræo in Græciorem formam deflexum, ut ex *JESU Jason*. Sic 1 Macc. 2. 65. in Græco Συμεὼν, in Latino *Simon* [b] ¶ *Servus* (Ratione, tum communi, quoad fidei & charitatis obedientiam; tum peculiari, quoad Evangelii prædicationem, ut Rom. 1. 1. Phil. 1. 1 [c].) *& Apostolus*, &c.] q. d. Non qualiscunque servus, sed Apostolus [d]. Puto autem titulum Epistolæ fuisse, *Simon servus*, &c. quomodo & Jacobus & Judas scribunt; sed eos qui spectabiliorem & vendibiliorem voluerunt facere hanc Epistolam adjecisse *Petrus & Apostolus*, & infrà 3. 15. ad nomen Pauli *dilectus noster frater*. Credo ità comperturum, si quis antiquiora quàm nos habemus] Epistolæ hujus exemplaria invenerit *.

[m] Ger. [n] Ger. Gom. [o] Ger. [p] G. [q] Gom, sic Ger. [r] Gom. † Ger. Gom. [t] Gom. [v] Ger. † G. || Ger. [x] G. [y] Ham. [z] G. [a] Ger. Ham. [b] Ham. [c] Ger.

[a] G. Be. [b] G. [c] Gom. [d] E. * G.

Sed levis hæc est conjectura, nè uno Codice fulta, &c [f]. ¶ *Iis*, &c. Τοῖς ἰσότιμον ἡμῖν λαχοῦσι πίστιν ἐν δικαιοσύνῃ, &c.] *Iis qui æquè pretiosam* (vel, *parem*, sive *æqualem*, Er. Ga. vel, *coæqualem*, Vulg. Sic ἴσην δωρεὰν, Act. 11. 17 [g]. Sic vocat ratione non mensuræ [h]; nam uni dicitur in N. T. *Fides tua magna est*, alteri, *modica est*, &c. sed objecti, quòd eadem promissa & mysteria per fidem omnibus sunt proposita [i] : vel, ratione Dei & fructûs illius, seu justificationis ac salutis, ut verba sequentia monstrant [k]; quia unus & idem Christus ab hac fide fit [omnibus] credentibus *Sapientia*, *Justitia*, &c. 1 Cor. 1. 30 [l]. *Fides* omnium Christianorum *ad eundem honorem tendit*, nempe vitæ æternæ [m].) *nobiscum* (vel, 1. Apostolis, qui tamen munere superiores sumus [n]: vel, 2. Judæis, in Judæa natis & habitantibus [o]. Ἰσότιμον, ἰσόψυχον, ἰσότιμον, voces sunt ab elegantioribus Græcis acceptæ, quales non paucæ in Maccabaicis [p].) *fidem sortiti sunt* (i.e. quasi sorte adepti sunt [q], gratis scil. & sine merito [r], ut verbum sumitur Act. 1. 17. Eph. 1. 11. Col. 1. 12. & ut hæreditates Israelitis obtigerunt, Jos. 13. quò hic alluditur †. Vel, *adepti sunt*, i.e. quibus contigit habere fidem [t]; qui eandem fidem profitentur, ad quam Dei beneficio vocati sunt [v]. Λαγχάνειν pro *accipere* & in libro Sapientiæ [x].) *per* (vel, *ad*, Il.) *justitiam Dei*, &c. Pi. Be. Er. P. Ca. Plerique in E. &c. ἐν pro διὰ [y], ut sensus sit, Fidem his contigisse *per justitiam*, &c [z]. id est, vel, 1. per merita Christi [a] : vel, 2. per misericordiam, quæ *justitiæ* nomine sæpe venit [b], ut Psal. 40. 10. & 51. 16. & 143. 1, 2. Esa. 56. 1. Matth. 6. 1, 2. 2 Cor. 9. 10 [c]. Vel, 3. per fidelitatem sive veracitatem Dei in servandis promissis [d]. Sic *justitia* sumitur Rom. 3. 25, 26 *. Justitiæ inter alia pars est stare promissis. Promisit Christus, & per Christum Deus, vitam æternam credentibus sibi, nempe eâ fide quæ obedientiam habeat comitem. Id præstabit proculdubio. Est hîc ante vocem σωτῆρος omissus articulus, planè ut Tit. 2. 13 [f]. Al. *cum justitia*, &c. E. Ger. Gom. ἐν pro σὺν, ut Act. 7. 38. 2 Pet. 1. 5 [g]. ut sensus sit, Fidem dari cum justitia, id est, comitante eam justitiâ, quia per fidem justificamur [h]. Ostendit Fidem omnium ἰσότιμον esse [i], ex objecto quod est *justitia Christi*, per Christi obedientiam & satisfactionem parta, per fidem autem nobis imputata [k]; q. d. Et fidem sortiti estis, & cum ea justitiam Dei & Christi ad justificationem & salutem [l]. Hâc porrò periphrasi intelligit, vel, 1. Gentiles, tanquam assumptos ad eandem cum Judæis fidem & spem salutis [m], à qua antea secreti erant, Eph. 2. 12, 13. quos etiam vocandos promisit, Eph. 2. 13, 17, 18, 19 [n]. vel, 2. Judæos dispersos [o], quibus scripta est prior Epistola, 1 Pet. 1. 1. & proinde secunda, 2 Pet. 3. 1 [p]. quos fide & vocatione pares facit Apostolis ac primis fidelibus Judææ incolis [q]. Vel, 3. omnes fideles in genere [r], principaliter quidem Judæos, secundariò tamen Gentiles iis permixtos, ut patet ex 1 Pet. 2. 10, &c †. Manifestum est divinitatis Christi testimonium in verbis illis, τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ σωτῆρος, quæ conjunctim legenda sunt, quia unus est articulus [t]. Nec obstat quòd ἡμῶν repetitur : id enim Hebræis familiare est. Sic Joh. 20. 28. Infrà tamen v. 11. & c. 3. 18. ubi eadem duo nomina Christo tribuuntur, non repetitur ἡμῶν [v].

2. *Gratia*, &c.] Nempe Dei [x], vel cœlestis [y]. ¶ *In*, &c. Ἐν ἐπιγνώσει, &c.] Est ἐπίγνωσις *cognitio & experientia*, dicitúrque modò ἐπίγνωσις τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, Eph. 4. 13. modò ἐπίγνωσις τοῦ Θεοῦ, ut Col. 1. 10. In MS. abest ἡμῶν [z]. ¶ *In agnitione* (id est, per agnitionem [a]; q. d. Gratia — multiplicetur per fidem quâ agnovistis eum, &c [b]. vel, unà cum cognitione, ut crescente indiès cognitione, id est, fide vestrâ, simul cum ea crescant in vobis cætera Dei dona [c], gratia & pax : quò enim magis Christi & Dei bonitas cognoscitur, magis etiam amatur & colitur [d].) *Dei* (nempe Patris * :) *& Jesu Domini nostri*, Be. &c. Fides est salvifica agnitio Dei & Christi, Joh. 17. 3. per quam & gratiæ divinæ participes reddimur, & in gratia stamus ac conservamur, ex qua & pax oritur, Rom. 5. 1 [f].

3. *Quomodo*, &c. Ὡς πάντα — δυνάμεως αὐτοῦ — δεδωρημένης, &c.] Connectitur hoc cum præced. idque, vel, cum v. 1. q. d. Dixi vos parem fidem sortitos. Illud ex eo est quòd Deus *donavit*, &c [g]. Vel, cum v. 2. hoc modo,

[f] Ham. [g] Ger. [h] Gom. sim. E. [i] E. [k] Gom. [l] Be. [m] G. [n] Q. in Ger. [o] Al. in Ger. sim. E. [p] G. [q] Pi. Ger. [r] Ger. sim. E. † Ger. [t] E. [v] Me. [x] G. [y] Pi. [z] E. [a] Q. in E. sim. Me. [b] Q. in E. [c] Ger. [d] Vor. sic Be. Pi. * Pi. [f] E. [g] Ger. [h] E. [i] Ger. Gom. [k] Ger. [l] Gom. [m] Q. in E. [n] Q. in Gom. [o] Gom. sic E. [p] Gom. [q] E. sim. Gom. [r] Al. in E. † Ger. [t] Be. sim. Pi. [v] Pi.

[x] Zeg. [y] T. [z] G. [a] Pi. E. [b] E. sim. Ger. [c] Q. in E. [d] Me. * Pi. E. [f] Ger. [g] Q. in Ger.

modo, Ne dubitetis, votum hoc meum pro vobis efficax fore, quia jam antè Deus *donavit*, &c[h]. Gratia ——multiplicetur in cognitione, &c. quomodo, i. e. perinde, vel sicut, per hanc cognitionem dona ista nobis primùm donata sunt, quæ proinde per eandem augebuntur à Deo[l]. Hoc vult, Non frustrà se magni facere illam notitiam, per quam *Divina potentia*, &c[k]. Al. Salutatione finitâ v. præced. initium hîc est Epistolæ. Pendet autem sententia usque ad v. 5. ubi completur[l]. [Verba sic reddunt:] *Prout* (vel, *Utpote*, P. Er. *Ut*, Ti. Ca. *Sic ut*, Er. Il. V. vel, *Quomodo*, Vulg. Mo. &c. q. d. O quàm abundè[m]! Ut sit particula exclamantis[n], vel admirantis[o]; ut sumitur Thren. 1. 1, &c[p]. Sed inusitatum hoc est in exordiis Epistolarum[q]. Vel, *Cùm*. Nam ὡς hîc non similitudinem notat, sed rei veritatem, ut 1 Pet. 1. 19. Rom. 9. 32. 2 Cor. 2. 17[r]. *Quemadmodum*, Zeg. Est hæc nota similitudinis †, vel potiùs, illationis. *Postquam*, vel *Siquidem*, ut ὡς usurpatur Luc. 1. 23, 44. & 2. 15. & 5. 4. Sic & Syrus, *Sicut quidem*, id est, siquidem[t]. Vel, *Quandoquidem*, G. vel, *Quòd*. Ἀπόδοσις est orationis absolutæ[v]. Ὡς hîc est redditivum causæ eorum quæ v. præced. dixerat, q. d. Aliud vobis nihil opto. *Divina námque Jesu Christi*, &c ‖.) *Divina vis* (vel, *virtus*, Er. Il. Ti. *potentia*, Pi. Ca. G. &c.) *ipsius* (id est, vel, Dei[x]: vel, Christi[y], quem *Dominum nostrum* dixit fine v. præced[z]. quem rursus Deum facit, &c[a].) *omnia* (Nempe effecta, seu beneficia. Sed hæc mox restringit[b].) *nobis* (sub. *per eam*, G. [nempe *cognitionem*]) *donavit* (vel, *largita est*, Er. Il. Ti. Ca. sic G. Illud δεδωρημένης hîc est Verbum medium †, & accipitur significatione mediâ[c], vel activâ*; ut Participia passiva Græcis interdum usurpantur, ut ἐπήγγελται, Heb. 12. 26[d]. & ipse Vulgatus sic accipit δεδώρηται v. seq *.) *quæ ad vitam* (vel, 1. temporalem[f]: vel, 2. spiritualem[g]; quæ in Dei cognitione & cultu consistit[h]; quæ *vita Dei*, vel *ex Deo*, vocatur Eph. 4. 11[i]. ut explicandi causâ addatur *pietas*[k]: vel, 3. alterius seculi[l], sive æternam[m].) *& pietatem*, (in hoc seculo[n], sub. *faciunt*, vel *pertinent*, G. Be. Pi. E. &c. Hoc iter est per quod Christus nos ad vitam deducit, quia per Spiritum suum gratis donatum nos ad veram religionem format[o].) *per agnitionem* (Ἐπίγνωσις non nudam notitiam significat, sed cum assensu & fiducia conjunctam, h. e. fidem justificantem & salvificam. Vide Esa. 53. 11. Joh. 17. 3[p].) *illius qui vocavit nos* (i. e. vel, Christi[q]: vel, Dei Patris[r], qui nos in Filio vocat †. Satis fuerat dicere διὰ τῆς ἐπιγνώσεως αὐτοῦ, sed Hebræi amant Nomina ponere vice Pronominum. Nec inanis est hæc Dei circumscriptio. Noscitur enim ex ipso *vocandi* modo plenus *gloriæ*, quæ in Christo refulsit, Joh. 1. 14. & plenus *potentiæ*. In MS. est ἰδίᾳ δόξῃ καὶ ἀρετῇ[t].) *ad*, vel *in*, *gloriam ac virtutem*, Be. Pi. P. Ang. διὰ pro περὶ, vel εἰς, ut Rom. 6. 4[v]. Quæ heterosis accidit ex homonymia præpos. ב. quæ valet ἐν, εἰς, περὶ, διὰ, ὑπὸ. Sicut modò dixit, *ad vitam & pietatem*[x]; ut *vitæ* respondeat *gloria*, & *virtus pietati*[y]. Certè ἀρετὴ meliùs hominibus convenit quàm Deo, ut liquet ex v. 5. idémque hîc est quod ἁγιασμὸς, Rom. 6. 22. 1. Thess. 4. 7. Ità pulchrè omnia cohæreant. Quorsum ad vitam æternam ducimur? Ut illic gloria in nobis eluceat. Quorsum pietatis cognitione imbuimur? Ut in sanctitate Deo serviamus[z]. Al. *cum gloria & virtute*. Διὰ hîc accipitur ut Rom. 14. 20. Paulus solet dicere, ἐν δυνάμει & alibi, κατὰ δύναμιν. q. d. Qui ità nos vocavit, ut sit nostra vocatio cum ipsius gloria & manifestatione summæ potentiæ conjuncta[a]. Al. *gloriosè & potenter*, Di. ἐνδόξως καὶ ἐναρέτως[b]. בכבוד וחיל: enim nihil aliud hîc valet quàm Heb ב[c]. Et ἀρετὴ de Deo dicta *potentiam* & *robur* significat[d]. Sed non hîc est δύναμις, ut in parte præced. sed ἀρετὴ*. Quæ rectiùs accipitur pro Dei *bonitate*, sive *misericordia*, ut 1 Pet. 2. 9[f]. quam in gratuita vocatione demonstravit[g]. Al. διὰ hîc est ὀργανικόν[h]. *Per gloriam ac virtutem*, Er. V. E. Ger. [Sed hoc variè explicant] 1. per gloriosam suam virtutem[i], ut sit ἐν διὰ δυοῖν[k]. Vel, 2. metonymicè per gloriosum & efficax Dei Evangelium[l], quod *gloria* & *virtus Dei* dicitur Rom. 1. 16. 2 Cor. 3. 8. 1 Tim. 1. 11[m]. Sed malim *gloriam* Metonymicè sumi pro *potentia*, ut Joan. 2. 11. & Rom. 6. 4. collat. cum Eph. 1. 19, 20[n]. Al. Per *gloriam* hîc intelligit, vel, 1. Christi divinitatem, & majestatem illam, de qua agit v. 17. & seq[o]. vel, 2. gloriam quæ in doctrina & operibus Christi eluxit; vel, 3. gloriosum illum descensum Spiritûs S. in Christum & Apostolos, qui *Schechina* & *gloria* dici solet[p]. Per *virtutem* intelligit potentiam miraculosam & actionibus & sermonibus patefactam[q]: *propriâ gloriâ & virtute*, Vulg. Sed vox ἰδίᾳ non est in Græco textu[r]. Nec usquam dicitur Deus nos vocâsse *suâ gloriâ*, sed *ad suam gloriam*, ut Rom. 9. 23. & 15. 7. 1 Cor. 2. 7. &c †.

4. *Per*, &c. Δι' ὧν——δεδώρηται, &c.] *Per* (vel, *Propter*, Ca.) *quæ* (scil. gloriam & virtutem[t], in Christo refulgentem[v]; vel, *quem*, Vulg. Ca. nempe Christum[x]: vel, *quam*, nempe cognitionem[y]. Al. *Propterea quod*, Pi. *Ex eo quod*, ad verb. *Per id quod*. Hæc phrasis Græcis usitata est, sicut & ἀνθ' ὧν, ἀφ' ὧν, ἐξ ὧν, ἐν οἷς[z].) *pretiosa nobis ac maxima promissa* (i. e. beneficia[a], sive bona promissa, ut Heb. 10. 36. h. e. dona spiritualia & cœlestia[b] olim per Prophetas promissa. Ea sunt fides, pœnitentia, justitia, adoptio[d], vita æterna*: quæ *pretiosa*, &c. vocat comparatè ad temporalia[f], q. d. quibus promissis nihil majus aut honoratius[g].) *donata sunt*, Er. &c. vel, *donavit*, Vulg. Pi. ut v. præced[h]. Data autem sunt cum testimoniis magnis, tum vocis Divinæ, & clarificationis Christi in morte, quæ ad *gloriam* referuntur; tum, per plurima miracula, quæ ad *potentiam*[i]. ¶ *Ut per hæc* (nempe promissa[k], dona & gratiam[l], excitati[m];) *efficiamini* (Mutat repentè personam, q. d. Ideo Dominus nobis, Judæis & discipulis suis, hæc promissa donavit, ut per hæc etiam vos gentiles, nobis scilicet vos docentibus, *effeceremini*[n]:) *divinæ consortes* (vel *participes*, G.) *naturæ*] Non essentialiter[o], nec hypostaticè seu personaliter, ut Christus; sed accidentaliter[p], non solùm naturæ humanæ consanguinitate, quâ Christo, qui etiam Deus est, conjuncti sumus, hoc enim omnibus hominibus commune est; sed modo credentibus proprio, ratione, tum, 1. spiritualis & mysticæ unionis cum Christo, 1 Cor. 6. 15. Eph. 3. 17. & 5. 30. tum, 2. adoptionis in filios Dei, Joh. 1. 9. Sic 1 Joh. 4. 7. tum, 3. inhabitationis Spiritûs Sancti, 1 Cor. 3. 16, 7. qui & Deus est[q]: tum, 4. communionis cum Deo. Θεία φύσις est *Deus*, sicut φύσις ἀνθρωπίνη *homo*, & φύσις θηρίων *bestiæ*, Jac. 3. 7[r]. tum, 5. similium qualitatum, sive imaginis Dei †, q. d. imitatores Divinæ bonitatis. Nam φύσεως vox hîc ad Proprietates Dei pertinet, ut ὑποστάσεως, Heb. 1. 3. In Glossario, φύσις, *ingenium*. φύσεις ζώων, Sap. 7. 20. Vide Hieroclem[t], [in G.] Per gratiam facti conformes Deo, & quidem perfectè in vita futura[v]: referentes naturam Dei[x], sapientiam, sanctitatem, &c[y]. Idem hoc quod Rom. 6. 5. Christo σύμφυτοι, q. d. *connati*, sive *congeniti*, quod naturæ communionem innuit. In Christi autem humana natura impressit Deus non fluxam & debilem, ut in Adamo; sed firmam & stabilem imaginem, tum sanctitatis, tum beatitudinis suæ[z]. ¶ *Fugientes*, &c. Ἀποφυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς] Ἀποφυγὼν potest regere, vel Accusativum, ut infrà 2. 20. propter verbum φεύγειν: vel Genitivum, propter vim Præpositionis ἀπὸ, quasi scriptum esset φυγόντες ἀπὸ τῆς φθορᾶς. Per φθορὰν hîc, ut & infrà 2. 12, 19. intelligit[a], vel, 1. interitum sive exitium, ut infrà 2. 21. ut φθορᾷ hîc opponatur *vita* & *gloriæ*, ἐπιθυμία *pietati*, & *virtuti*[b]; vel, 2. turpitudinem, quâ per illicitas ac fœdas libidines humana natura dehonestatur[c]; vel, 3. pravitatem naturæ humanæ[d], universum pravæ concupiscentiæ genus*, ut ostendit addita vox ἐπιθυμίᾳ: vel, 4. mores corruptos, quibus opponitur ἀδιαφθορία, Tit. 2. 7. quæ & ἀφθαρσία, Eph. 6. 24. Hæc *morum corruptio in Mundo* esse dicitur, quia maxima pars Mundi eâ laborat, 1 Joh. 5. 19. Et dicitur esse ἐν ἐπιθυμίᾳ, i. e. διὰ ἐπιθυμίας, quia ex concupiscentia nascitur, Jac. 1. 15[f]. Φθορὰ cum ἐν ἐπιθυμίᾳ conjuncta accipitur, vel, 1. Passivè pro *corruptibili ac citò transitura concupiscentia*[g]; vel, 2. Activè pro *concupiscentia hominem corrumpente ac perdente*[h]. [Verba sic reddunt:] *Elapsi* (vel, *Fugientes*, sive *Aufugientes*, Vulg. Mo. Val. Er. *Si elapsi refugeritis*, Il. Monet eos demum effici divinæ naturæ consortes qui ab his sese abstraxerint. Dicit autem *fugientes*, quia victoria, quâ superantur *corruptiones carnis*, potissimùm in fuga sita est[i].) *ex corruptione quæ est* (id

(id est, dominatur [k] :) *in mundo* (i. e. in hominibus [l], huic mundo addictis [m], de quibus hîc agitur [n]. Respicit ad illud *vocavit*, v. præced. quia pii è mundo vocantur Joh. 10. 19. ideóque mundanas cupiditates non ampliùs sectantur [o] :) *per cupiditatem*, sive *concupiscentiam*, P. Be. Er. vel, *in cupiditate*, Mo. *in concupiscentia*, ut φθορὰ ἐν ἐπιθυμίᾳ sit corrupta & prava concupiscentia, ex collat. 2 Pet. 2. 19, 20 [p]. vel, *cupiditatum*, Sy. à corruptione carnalium cupiditatum [q]. Ostendit sedem corruptionis mundi in visceribus nostris collocatam esse [r]. Cùm natura divina ab omni inquinamento purissima sit, ad ejus consortium admitti non potest qui adhuc corruptioni carnis inhæret †.

5. *Vos*, &c. Καὶ αὐτὸ τοῦτο δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες] In MS. καὶ αὐτοὶ δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες, id est, Cùm tanta acceperitis Dei beneficia, *vos in iis excolendis omne studium conferte*. Nec videtur aliter legisse Latinus. Deus fecit quod suum est; vos quoque quod vestrum est facite [s]. Hucusque sententia pendet, ut sensus & connexio sit ista, Quomodo Deus in vos maxima contulit beneficia, adeò ut evexerit ad consortium quoddam suæ naturæ; ità vicissim, & vos ad hoc ipsum, nempe, ut dona Dei in vobis permaneant & crescant, omni curâ adhibitâ facere debetis quæ sequuntur [v]. [Verba sic reddunt:] *Et hoc* (vel, *Ad hoc*, Be. *Et in hoc*, Val. sic Er. Ti. Vel, Ellipsis est præp. κατὰ, vel πρὸς, vel διὰ [x], quæ tamen dura est; vel, pro καὶ legendum κατὰ [y], nato errore ex compendiosa scriptura κατὰ [z].) *ipsum autem* (Nempe, ut dictis Dei donis dignè utamini, & cooperemini, &c [a]. sub. *vos*, Be. P. Pi.) *studium omne* (vel, *omnem curam*, Vulg. Val.) *adinferentes*, Mo. vel, *subinferentes*, Vulg. *conferentes*, Val. Me. *impendentes*, Val. *obiter*, sive *præterea*, *inferentes*, Er. vel, *omni præterea collato studio*, P. Be. Pi. Docet, non sufficere de fide gloriari, sed eam bonis operibus demonstrandam esse [b]. Al. Παρὰ in παρεισενέγκαντες respicit illam Dei donationem, v. 3, 4 [c]. q. d. Nè desimus gratiæ Dei [d], nostra cura accedat ad dona Dei [*], conservanda atque augenda [f]: neque enim stipites aut trunci sumus, &c [g]. *Et hoc ipsum cum omni diligentia promoventes*, vel, *introducentes*, i.e. conantes introducere [h]. ¶ *Ministrate*, &c. Ἐπιχορηγήσατε, &c.] *Subministrate* (vel, *Insuper suppeditate*: Et hoc accessionem quandam sonat [i]; q. d. Præterea sufficite & suggerite [k]. Vel, *Jungite invicem*: propriè, *Chorum ducite*. Respicit antiquum morem ducendi choros, quo saltabant invicem juncti complicatis manibus, alii aliis famulantes vel ministrantes, & se invicem sustinentes. Chorum autem hîc ducit fides, eique invicem complicatæ famulantur reliquæ Gratiæ sese mutuò sustinentes [l]. Vel, *Adjicite*, Il. P. Be. Pi. G. Sic ἐπιχορήγημα apud Athenæum *cœnæ accessio* [m]. Hoc verbum vide 2 Cor. 9. 10. Gal. 3. 5 [n].) *in fide* (vel, *fidei*, Il. Be. Pi. V. Hebraismus est [o]. Sed hoc nullis probat exemplis [p]. Sed ἐν hîc abundat [q], & abest in quibusdam cod. teste Stephano. Sed probatiores cod. habent [r]. Vel, *ad fidem*, Ger. Sy. Be. ἐν, pro εἰς vel, respondet Heb. ל, quod Dativis præponi solet [*]. Vel, *cum fide*, P. E. Be. i.e. simul cum fide, *in*, pro *cum* ex Hebraismo, ut Gen. 32. 1. Psal. 2. 11. Matth. 25. 16 †.) *vestra virtutem*, &c.] Est in hac periodo egregia gradatio [t], constans septem gradibus; vel, est virtutum quædam congeries, ut de ordine non sit valde laborandum [v]. Monet, fidem non debere esse nudam, sed virtutibus aliis ornatam [x]. Omnes hæ virtutes ad tres revocantur Tit. 2. 12 [y]. Vox ἀρετῆς non potest hîc ità generaliter sumi, ut Phil. 4. 8. & apud Philosophos. Sequuntur enim multa virtutum nomina [z]. Sed hoc non impedit, quin per ἀρετὴν omnis generis virtutes hîc designet, ut sic à genere progressus fiat ad certas species [a]. Ἀρετὴ, *virtus*, hîc dicitur contraria vitio [b], notátque morum bonitatem [c], vel, virtutum opera [d]; vel, vigorem virtutis [*]; vel, fortitudinem [f], in fide [g]; vel, ad omnia ardua heroicè superanda [h]: sicut ἀρετὰς pro *potentia* dici notavimus suprà 1. 2, 9 [i]. Sic ἀρετὴ sumitur in Eurip. Belleroph. Θάρσος δὲ πρὸς τὰς συμφορὰς μέγα σθένει· Ἔστι καὶ πλεῖστ' ἀρετὴν ἐπιδείξασθαι δυνατὸς ... ubi *fortitudo* & *virtus* idem sunt. Sic & *virtus* Latinis sumitur. Vult nos ἀνδρίζεσθαι, juxta 1 Cor. 16. 13 [k]. Al. Ἀρετὴ hîc dicitur, vel, 1. justitia erga proximum, ex qua *boni viri* nominantur [l]; vel, 2. beneficentia [m]. ¶ *Scientiam*] Veram scilicet & Christianam [n], voluntatis Dei [o], vel, mysteriorum fidei [p]: γνῶσις enim est peculiare charisma Spiritûs Sancti, 1 Cor. 12. 8. Tangit hîc Gnosticos, eorúmque ψευδώνυμον γνῶσιν, ut vocatur 1 Tim. 6. 20. &c †. Al. Γνῶσις hîc est prudentia [q], quæ virtutes eárúmque opera omnia moderatur & dirigit [r], nè in excessu, vel defectu, peccemus †, aut à debito fine aberremus, ut γνῶσις accipitur 1 Cor. 8. 6. 2 Cor. 6. 6. 1 Pet. 3. 7 [t]. *Discretio* autem nascitur ex *fortitudine*, quia hæc facit ut rectè quis de agendis judicet, cùm mollis animus, quia in suas cupiditates nimis propendet, malè de agendis sentit & pronuntiat [v].

6. *Abstinentiam*, Ἐγκράτειαν] *Continentiam*, sive *temperantiam*, Er. P. V. Be. Pi. Nempe, in cibo & potu, & carnis voluptatibus [x]: quæ reprimit voluptates [y], libidines, aliósque affectus vitiosos, ut iram, ambitionem, &c [z]. Severam ab omnibus voluptatibus abstinentiam. Vide Act. 24. 25. Gal. 5. 22 [a]. Hanc docet *scientia*, sive ethica Christiana, & *discretio* [b]. ¶ *Patientiam*; ità Er. Τὴν ὑπομονήν] *Tolerantiam*, Be. Pi. Quâ injurias & afflictiones æquo animo ferant [c]. *Malorum sufferentiam constantem*, Luc. 21. 19. Rom. 5. 3. & 8. 25. & 15. 4. &c. תקוה [d]. ¶ *Pietatem*] Vel, 1. erga hominem [*], id est, misericordiam & beneficentiam [f]; vel, 2. in Deum [g]: ut Deum colentes, & in eum sperantes, liberationem ex adversis fidenter exspectemus [h]. Sine respectu Dei, & promissionum ejus, non est vera patientia [i]. Τὴν εὐσέβειαν] *Cultum Dei*, Me. sic Ham. in publicis cœtibus [k]. *Incrementum ingens pietatis*: quomodo intelligenda & quæ sequentur, vide 1 Tim. 2. 2. & 3. 16. & 4. 7, 8. & 6. 3, 6, 11, &c [l].

7. *Amorem*, &c. Φιλαδελφίαν] *Amorem fratrum*, Er. Be. &c. Sine quo nec pietas Deo placet [m]. Dilectionem eorum qui pariter Christiani sunt [n], Rom. 12. 10. 1 Thes. 4. 9. Heb. 13. 1. &c [o]. ¶ *Charitatem*, Τὴν ἀγάπην] Quam hîc addit, vel, 1. bis idem dicens; vel, 2. ut vehementius quiddam quàm φιλαδελφία [p]. vel, 3. quia φιλαδ. ad affectum refertur, ἀγάπη ad exsecutionem [q], sive officia indè orta [r]; vel, 4. tanquam generalius & laxius, ut φιλαδ. respiciat Christianos †; ἀγάπη universos, etiam Ethnicos [t], & hostes [v]: vel, 5. ut doceat, diligendos fratres & proximos [x], non carnali aut seculari amore [y], propter commoda nostra, aut propter humanas rationes [z]; sed amore spirituali [a], ex charitate [b], h. e. propter Deum [c]. Hanc autem virtutum coronam ut inchoat Petrus in *fide*, quæ reliquarum virtutum Christianarum fundamentum est & basis [d]; ità concludit in *charitate*, quæ est omnium virtutum forma & perfectio [*].

8. *Hæc*, &c. Ταῦτα — ὑπάρχοντα — οὐκ ἀργοὺς — καθίστησιν εἰς τὴν, &c.] *Hæc enim*, (Jam enumerata [f], virtutum genera [g]:) *si vobis adsint* (In MS. pro ὑπάρχοντα est παρόντα [h].) *& abundent*, (vel, *accrescant indies*, G. Incrementum notat tum internum, sive intensivum, tum externum, ut sese foràs exerant, & in opus exeant [i]. Hæc si abundanter vobis aderunt [k].) *non inertes* (vel, *otiosos*, Er. P. &c. בטלים [l].) *vos, nec infructuosos* (i.e. expertes bonorum operum [m], quæ fructibus comparantur [n], ut Matth. 3. 10. & 7. 17, 18, 19 [o]. Gal. 5. 22 [p].) *efficient* (vel, constituent & reddent [q], & ostendent [r]; sed è contrario intellige, operosos, fructuosos & utiles †.) *in — Christi agnitione*, Be. id est, fide [t], quæ ἐπίγνωσις sæpe dicitur [v]. Εἰς, pro ἐν [x]. [Sensus,] Ista efficient, ut cognitio Christi, id est, Evangelii, quam adepti estis, neque inutilis sit aliis, neque vobis infructuosa [y]. Tunc, inquit, demum non falsò & inaniter Christi notitiâ gloriabimini, sed eum à vobis verè fuisse cognitum probabitis [z]. Vel, *ad cognitionem*, &c. Er. Pi. &c. Εἰς hîc sumitur ut πρὸς Rom. 8. 18. notátque collationem; q. d. Si vita vestra comparetur ad cognitionem Christi, quâ præditi estis [a]. Sed hoc vix ullo exemplo probari potest [b].

9. *Cæcus*, &c. Τυφλός ἐστι, μυωπάζων] *Cæcus est*, *lusciosus*, Pi. vel, *cæcutiens*, Ti. vel, *non*, sive *nihil*, *procul cernens*, Mo. Be. sim. P. Qu. Quis hîc μυωπάζων? Resp. 1. Idem est qui τυφλὸς, sive τυφλώττων. Sic dicitur ἀπὸ τῶν μυῶν, &c. i. e. *à muribus cæcis qui sub terra degunt* [c]: quibus palam est talpas significari, quas *mures* vocant & Aristoph. Schol. Hesyc. Albert. & Arabes in Damire [d]. 2. Est instar lusciosi parum videns, sive connivens, quasi μύων τὰς ὦπας, *claudens oculos* [*]. Sensus, qu. d. Quasi lippis oculis obscurissimè videt in negotio salutis [f]. Correctio

[k] E. Ger. [l] Ec. Pi. E. Ger. [m] Pi. sim. Ger. [n] Be. [o] Ger. [p] Idem. [q] E. [r] Be. † E. sim. Me. [s] G. [v] E. [x] Pi. Ger. sic Be. Vor. [y] Be. Pi. [z] Be. [a] Me. [b] Ger. [c] Pi. [d] Be. [*] Er. sim. Pi. [f] Pi. [g] Be. [h] Kn. [i] Er. [k] Be. [l] Kn. [m] G. [n] Ger. [o] V. [p] E. sim. Ger. [q] G. [r] Ger. [*] Be. † E. Ger. [t] G. sim. E. [v] E. [x] Calv. [y] Pi. [z] G. sim. Ham. [a] Ger. [b] V. [c] Er. V. sim. Be. Calv. [d] E. [*] Me. [f] Zeg. Me. G. Ham. [g] G. [h] Me. [i] G. [k] Ham. [l] Q. in Ger. [m] Gom. [n] Ham.

[o] Be. [p] Oecum. in E. Ham. † Ham. [r] E. sc Me. Ger. Calv. Gom. [t] E. sic Ger. [v] Ger. sim. E. [x] Ger. [y] Me. [z] Me. sic Ger. [a] E. [b] Ger. [c] G. [d] Me. [*] Ger. [d] G. [*] Zeg. [f] Q. in Ger. [g] E. [h] Ger. [i] E. [k] Ham. [l] G. [m] Me. sic E. [n] G. sim. Er. [o] G. [p] Er. [q] Er. sim. Be. [r] Be. † Er. [t] Er. sim. G. Ger. [v] Ham. Cl. [x] E. Me. [y] E. [z] Me. [a] E. [b] Me. [c] E. Me. [d] E. v. 5. [*] E. [f] Me. sic Camer. [g] T. [h] G. [i] Ger. ex Oecum. [k] Ger. [l] G. [m] T. ex La. &c. [n] Pi. Ger. [o] Ger. [p] Pi. [q] E. Gom. [r] Gom. † E. sic Ger. [t] E. Gom. [v] E. [x] G. Ger. [y] G. [z] Calv. [a] Pi. [b] Ger. [c] Oecum. in BA. [d] BA. 1. 1. 4. 31 [*] Vor. ex Pi. [f] Vor.

rectio est, q. d. Cœcus est, aut saltem cœcutit, instar lusciosi[g]. Sed sic dixisset τυφλὸς ἢ μυωπάζων[h]. 3. Idem est qui μύωψ[i]. Sed μύωψ neque est μύωψ, *minus videns*, ut vult Varro, neque *lusciosus*, aut qui vesperi parum videt, ut Gellius; sed qui *proxima tantùm videt, non remota*[k], ut definit Aristot[l]. Problem. sect. 31[m]. Ἐπεξήγησις est, sive explicatio vocis alterius. Simile quid Apoc. 17. 18[n]. Hoc vult, *Cœcum eum dico, nimirum quia animo non videt longè posita*, in cœlo scilicet[o]; sed terrestria duntaxat[p]. Sed hæc non satis cohærent, ut *cœcus* dicatur *qui proxima videt*[q]; vel, qui *lusciosus* est; vel, *cœcutit*, vel *conniventibus oculis videt*[r]. 4. Est *manu tentans*, sive *palpans*, Vulg. Æth. in BA. Er. sub. *viam*, Er. more cœcorum[†]. Metaphora à muribus qui parietem, aut tabulam, sequi solent, donec cavum nacti fuerint[s]: ut dictum sit ἀπὸ τῆς ὀπῆς τῶν μυῶν, *à murium latibulo*[v]. Sed hi contra Codicum fidem scribunt μυοπάζων, per ο μικρὸν[x]. Sed Rob. Stephanus, qui Erasmum in hoc deceptum dicit, agnoscit μυωπάζειν usurpari de murium cavernula ex μῦς & ὀπὴ, mutato ο in ω, sic dicta[y]. 5. Est μύων τὰς ὦπας, *oculos claudens, nictans*; Heb. עצם *firmans*, ut dicitur Esa. 29. 10. & 33. 15. Hinc μυωπάζων Hesychio est σκαρδαμύσσων, Suidæ, καμμύων, id est, per Syncopen Poeticam, καταμύων, ut Matth. 13. 15. Act. 28. 27. qui & μύων dicitur apud Alex. Aphrod. Problem. l. 1. Ergò τυφλὸς μυωπάζων is dicitur qui ideo cœcus est quia lumini se offerenti sponte claudit oculos, ut nè videat; aut qui videre se dissimulat, quod vel invitus cernit; qui *lucem odit*, Joh. 3. 20. qui *rebellis est in lucem*, Job. 24. 13[z]. Et sic μυωπάζειν usurpatur apud Dionys. Areopagitam[a], in *Eccles. Hierarch.* Theoria cap. 2. Ibi *Deum dicit lucis suæ radios largè diffundere in omnes,——malos autem non videre, quia μυωπάζουσιν, oculos sponte occludunt.* Et ob id ipsum μύωπες Græcè vocantur, *qui cùm visu infirmi sint palpebras in angustum cogunt, ut meliùs videant*[b]. Sensus est, Is mente cœcus est, non sic quidem ut nihil videat; sed ità, ut tantùm proximis, id est, rebus hujus mundi, sese applicet, cœlestia spectare non valens[c]. ¶ *Oblivionem*, &c. λήθην λαβὼν τοῦ καθαρισμοῦ τῶν πάλαι, &c.] *Oblitus* (vel, *Oblivionem accipiens*, Mo.) *sese à veteribus* (i. e. prioribus[d]:) *peccatis suis* (quæ commissa fuerant [vel] ante Baptismum[*], vel, post illum[f]:) *fuisse purgatum*, Be. Pi. &c. Vel, in Baptismo[g]; vel, per Christi sanguinem, justificatione & sanctificatione, 1 Cor. 6. 11[h]. Non meminit, inquit, Baptismi[i], & Christianismi[k], in quo professus fuit se vitia omnia velle deserere[l], & spospondit se sanctè victurum[m]. Vide Act. 15. 9. 1 Cor. 7. 1. Tit. 2. 14. Heb. 9. 23. Jac. 4. 8. 1 Joh. 1. 7. sed maximè Eph. 5. 26[n]. *Oblitos*, &c. eos dicit qui prioribus peccatis se rursus implicari patiuntur[o]; quia non observant, nec adimplent, purgationis illius finem, &c. quæ est damnabilis ignorantia & ἀχαριστία[p].

10. *Magis*, &c. Μᾶλλον σπουδάσατε βεβαίαν, &c.] *Potius* (μᾶλλον hîc non est augentis, sed corrigentis[q], q. d. Potiusquam hæc vobis desint, date operam ut assequamini[r]. Vel, *Magis*, Vulg. magisque indies[†]; vel, ampliùs, diligentiùs[s]:) *studete* (vel, *satagite*, Vulg. Er. *adnitamini*, Er. *date operam*, Er. V.) *vocationem & electionem* (æternam[v], ad vitam sive gloriam[x]:) *vestram* (vel, *vestri*, Er.) *firmam* (vel, *ratam*, Er.) *efficere*, Be. Pi. &c. Nempe, per bona opera, sive virtutes ante recensitas[y], quarum studium est signum electionis suo modo certum; vel, quibus firmatur homo Christianus nè à sua vocatione & electione, h. e. ab eo ad quod vocatus & electus est, excidat: hoc βέβαιον propriè est, cui & lapsus opponitur membro seq[z]. *Date operam ut & vocatio quæ vobis contigit* per Evangelium[a], h. e. misericordia Dei quæ vos Christianos fecit[b], *& electio* eam secuta, quâ facti estis Dei populus[c], ad quem promissa liberatio pertinebat[d], *rata fiat*, i. e. speratum eventum consequantur. Id enim est βέβαιον γίνεσθαι, seu βεβαιοῦσθαι. Vide Rom. 4. 16. & 15. 8. Heb. 2. 2. & 9. 17[*]. ut nos, præstantes conditiones quas Deus exigit, & tollentes impedimenta à parte nostra, capaces simus promissorum & beneficiorum Dei. Hæc phrasis non potest referri, vel, 1. ad promissa Dei à nobis rata facienda, quia certò & immutabiliter talia jam sunt; neque nostri est id facere, sed Dei, eorum præstatione: vel, 2. ad certam nostram persuasionem de nostra vocatione & electione; quia nulla hîc est mentio

[Margin: g Pi. h Ger. i Q. in BA. sic Pi. Vor. k BA. ib. l Be. G. m BA. n G. o G. sim. Be. p Be. q BA. ib sic Ger. r Ger. † Idem. s Er. v Q. in BA. ib. x BA. ib. y Ger. z BA. ib. 32. a BA. ex Bud. & Steph. b BA. ib. c E. d Ger. * E. sic Ger. f Ger. g E. h Gom. i G. sic Me. k Me. l G. m T. n G. o Ger sim. Calv. p Ger. q Er. Ger. r Er. † Me. T. s E. v Gom. E. x V. Ger. sim. E. Gom. y E. sim. Ec. z E. a G. b Ham. c G. sim. Ham. d Ham. * G. sic Ham.]

fidei sive spei nostræ, sed tantùm actuum divinorum extra nos & de nobis[f]. Electionis confirmatio hîc intelligitur non ratione Dei, cujus consilium æternum ac stabile est, Rom. 11. 29. 2 Tim. 2. 19[g]. sed ratione conscientiæ humanæ, tum, 1. nostræ[h], sive in mentibus nostris[i]; quæ ex bonis operibus, ut propriis effectis, probat causam procreantem, nempe vocationem & electionem[k]. Locus parallelus est 2 Cor. 13. 5[l]. Tum, 2. alienæ[m], ut per bona opera [vestra] alii sibi persuadeant vos esse electos[n]. *Vocationi* rectè subjicit *electionem*, quia hæc plus habet momenti, & hujus effectus & testimonium illa est[o]. ¶ *Non*, &c. Οὐ μὴ πταίσητέ ποτε] *Nunquam impingetis*, Be. Pi. vel, *offendetis*, Pi. Camer. vel, *labemini*, V. Lapsu scil. graviore; nam quoad culpas minores, *in multis offendimus omnes*, Jac. 2. 2[p]. Metaphora ab iis qui pedem impingunt[q], currentes in stadio; cui comparatur vita Christiani, 1 Cor. 9. 24[r]. *Non excidetis speratis.* Vide Rom. 11. 11. Psal. 15. 5. & 119. 165[†]. Non aberrabitis à via veritatis, non excidetis ab eo ad quod vocati estis[t].

11. *Sic*, &c. Οὕτω γὰρ πλουσίως ἐπιχορηγηθήσεται, &c.] *Ità enim* (Si scilicet vocationem & electionem vestram firmam faciatis, & à gravioribus lapsibus diligenter caveatis, præoccupati autem à lapsu citò resurgatis, Gal. 6. 1[v].) *copiosè* (ut πλουσίως sumitur Col. 3. 16. 1 Tim. 6. 17. Tit. 3. 6. sed hîc per Metonymiam significat, *promptissimo Dei effectu*[x].) *subministrabitur* (ut suprà v. 5[y]. quò hîc respicit[z]: vel, *concedetur*, ut 2 Cor. 9. 10. Gal. 3. 5[a].) *vobis introitus*, &c. Pi. &c. Nempe à Rege & agonotheta Christo[b]. Sensus est, Deus novas identidem gratias largè suggerendo inopiæ nostræ satis superque succurret, donec ad regnum usque suum vos perduxerit[c].

12. *Propter quod* (Cùm hæc res tanti sit momenti[d].) *incipiam*, &c. Οὐκ ἀμελήσω—— ὑπομιμνήσκειν, &c.] *Non negligam* (vel, *omittam*, Val. Er. Zeg. i. e. diligenter curabo. Verba enim negantia contrarium sæpe non sine emphasi affirmant, ut Exod. 20. 7. Levit. 10. 1. 1 Sam. 12. 21, &c[*]. vel, *cesso*. *præ pigredine* scil. *aut tædio*, Ger. ex Sy.) *vos de istis semper commonefacere*, Be. Pi. תוכיר, 2 Tim. 2. 14. Tit. 3. 1. Utile est etiam memores monere, Phil. 3. 1[f]. vel, *in memoriam revocare*, Me. Nam ὑπομνήματα dicuntur *scripta in subsidium memoriæ*[g]. ¶ *Et quidem*, &c. Καίπερ εἰδότας, &c.] Sic Hesiodus, Νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω φρονέουσι καὶ αὐτοῖς[h]. Mitigat molestiam admonitionis[i], & occurrit huic objectioni, Nos periti sumus, &c[†]. [Sic vertunt:] *Quamvis peritos* (vel, *scientes*, Ger. ex Sy. sub. *fitis*, Sy.) *& confirmatos* (נסמכים[k]. Vide 1 Pet. 5. 10[l]. Hoc non ad omnes, sed ad majorem, certè meliorem, eorum quibus scribit, partem pertinet[m].) *in præsenti veritate*, Pi. &c. Evangelica scilicet[n], de qua nunc scribo vobis[o]; quam vos nunc temporis & hucusque profitemini[p]; quæ olim promissa, sed per Christum plenè patefacta, erat[q]; q. d. in cujus veritatis possessionem certâ fide jam ingressi estis[r]. Confer Col. 1. 5, 6[†].

13. *Justum*, &c.] Ratione officii debiti[t], quia Apostolus & pastor sum[v]. ¶ *Quamdiu*, &c. Ἐφ' ὅσον, &c.] Subaudi χρόνον[x]. *Quamdiu sum in hoc tabernaculo*, Vulg. Pi. Be. &c. i. e. corpore[y]: quod Hebræis משכן dicitur, Græcis σκῆνος, ut Sap. 9. 15. & apud Pythagoricos[z], & 2 Cor. 5. 1, 4[a]. aut σκήνωμα, ut hîc & paulò pòst[b]. ¶ *Suscitare*, &c. Διεγείρειν ὑμᾶς ἐν ὑπομνήσει] id est, διὰ ὑπομνήσεως, juxta usitatum Hebraismum[c]. *Excitare* (vel, *Expergefacere*, Be.) *vos* (i. e. mentes vestras[d], tanquam dormiturientes ac torpescentes[*], ad officium[f]; ad constantiam in fide & studium bonorum operum[g].) *per commonitionem*, Er. P. V. &c. vel, *sæpe commonefaciendo*, G.

14. *Certus*, &c. Εἰδὼς ὅτι ταχινή——ἡ ἀπόθεσις, &c.] *Quum sciam brevi futurum ut deponam*, &c. Pi. Be. &c. ad verb. *quòd cita*, seu *velox*, *sit depositio*, &c. Pi. i. e. mors mea[h]. *Deponere* dicit, ut significet, se voluntariè mortem obiturum esse pro Christo[i]. *Deponere* propriè de vestibus dicitur, ut Act. 7. 58. per similitudinem quandam de Tabernaculo, aut de Corpore velut tabernaculo; quomodo & γυμνοὶ dicuntur qui extra corpus sunt, 2 Cor. 5. 3[k]. ¶ *Christus significavit* (vel, *declaravit*, Be. Pi.) *mihi*] Vel, Joh. 21. 19[l]. Sed ibi martyrium

[Margin: f Ham. g Gom. sim. Vor. Calv. h Gom. sim Ger. Calv. i Pi. Vor. k Pi. sim. Gom. l Ger. m Gom. sim Calv. n V sim. Gom. o Calv. p E. q Pi. r Vor. ex Pi. † G. t E. v Ger. x G. y G. z Ger. a G. b E. c Calv. d G. * Ger. f G. g Ger. h G. i E. † Gom. Ger. k G. l G. Ger. m G. n G. Ger. o E. Ger. p Vor. G. q Vor. r Calv. † E. sim. Me. T. Ger. t E. v Ger. Pi. x Camer. Ga. Be. D. Pi. G. y G. z Ger. a G. b Ger. Pi. c Pi. * Ger. f G. g Ger. h Pi. Camer. i E. k G. l E. Pi.]

tyrium tantùm designatur, non tempus ejus [m]. Vel, alio tempore & loco, quo hoc revelatum fuit Petro. Sed qualis fuit hæc visio, vel quando facta, nihil certi affirmari potest [n]. Similis prædictio Pauli de se 2 Tim. 4. 6. Cypriano quoque & Chrysostomo aliquid evenit non dissimile. Et in Hierosolymis tunc Ecclesiæ frequens fuisse donum Prophetiæ, videbimus in Apocalypsi. Credo autem scriptam hanc Epistolam, imperante jam Trojano [o].

15. *Dabo*, &c. Σπουδάσω δὲ καὶ ἑκάστοτε ἔχειν ὑμᾶς μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον τὴν τούτων μνήμην ποιεῖσθαι] *Sed &* (vel, *Igitur*, Pi.) *studebo* (vel, *dabo operam*, Er. Ti. &c.) *subinde* (vel, *identidem*, Pi. *semper*, Er. Ti. V. Camer. i. e. quoad vivam [p]: vel, quâvis oblatâ occasione [q]. Refertur hoc, vel, 1. ad præced. σπουδάσω [r]. Vel potiùs, 2. ad seq. ἔχειν: nec enim brevì moriturus commodè dicere poterat, *Curabo* omni tempore †. Vel, *frequenter*, Vulg. vel, *sigillatim*, Mo. i. e. unusquisque vestrûm [t].) *ut vos possitis* (vel, *valeatis*, Ca. ἔχειν à Græcis sæpe ponitur pro δύνασθαι *posse* [v]; ut liquet ex Matth. 18. 25. Luc. 7. 41. & 14. 14. Act. 4. 14. sed maximè ex Marc. 14. 8. Heb. 6. 13 [x]. & ex Luciano, οὐ γὰρ εἶχον εὑρεῖν [y]. Quod & Latini imitantur, ut Gellius 17. 20. *Habésne nobis dicere*, &c [z]. Et Cicero Epist. famil. *De—causa regia habeo polliceri*, &c [a]. Nimirum quæ habemus & possidemus, ea sunt in nostra potestate [b].) *post exitum meum* (i. e. migrationem [c], ex hoc tabernaculo [d], ex vita *. Ἔξοδος dicitur *mors* [f], ut notavimus ad Luc. 9. 31. Hic *exitus* figuratus per illum ex Ægypto [g].) *facere horum* (de quibus nunc scribo [h].) *mentionem*, Be. Pi. &c. Ad Ecclesiæ in fide ac vitæ sanctitate utilitatem [i]: vel, *ista commemorare*. Plus hoc est quàm *meminisse*. *Meminimus* enim sæpe eorum quæ non valde curamus: *commemoramus & celebramus* ea duntaxat quæ nobis sunt cordi [k]. [Sensus, q. d.] Cùm sentiam brevì me moriturum, ità altè hoc volo infigi vestris animis ut *non possitis, nec post meam mortem, non sæpe eorum recordari* [l]. Boni enim Pastoris est procurare quantum in ipso est, ut grex ipsius bene habeat etiam post obitum suum. Quomodo Lælius apud Cicer. De Amic. dicit, *Mihi non minori curæ est qualis Resp. post mortem meam futura sit, quàm qualis hodiè sit* [m].

16. *Non*, &c. Οὐ γὰρ σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολουθήσαντες ἐγνωρίσαμεν, &c.] *Non enim arte compositas* (vel, *doctas*, Er. V. Vulg. *sciolas*, Ca. *sophisticatas*, Mo. *argutas*, V. vel, *arte confictas*, Er. V. G. *ad fallendum compositas*, V. *artificiosas*, Zeg. ingeniosè confictas [n]; falsam habentes sapientiæ & veritatis speciem [o]. Sic πλαστοῖς λόγοις infrà 2. 3. Σοφίζομαι, *cavillor*, *comminiscor*, in Glossario [p]. Σοφίζω & σοφίζομαι sumitur modò in bonum; modò in malum, ut Eccles. 7. 17. Sapient. 7. 5. & 10. 29. & 32. 6. Sic Demosth. ἤδη σοφίζεται, *vafrè & fraudulenter excogitat* [q].) *fabulas* (Quales Poetarum fabulæ de diis, & antiquorum gestis, & commenta hæreticorum, præsertim Simonianorum, de Deo & Angelis & mundi creatione [r]; & Judæorum fabulæ ex collat. 1 Tim. 1. 4. Tit. 1. 14 †. quales & Philosophorum argutæ, magis quàm salubres, disputationes [t].) *sequuti, notam vobis fecimus —Christi potentiam & adventum*, Pi. Er. &c. id est, adventum susceptum ad potentiam exserendam [v]. Est ἓν διὰ δυοῖν [x], pro δυνατὴν παρουσίαν. Dicitur autem παρουσία omnis operatio. Vide 2 Thess. 2. 9 [y]. Intelligit divinam Christi efficaciam, quæ in ipsius adventu se exseruit [z]. Παρουσία significat *adventum*, ut Matth. 24. 3, 27. 1 Cor. 15. 23. & 16. 17 [a]. nempe Christi; eúmque vel, 1. primum per incarnationem [b], in quo δύναμις, h. e. *divina illa vis*, Christi se exseruit [c], tum efficaciter persuadendo quæ docebat; tum, doctrinam suam confirmando miraculis, ac inprimis resurrectione à mortuis [d]: vel, 2. secundum, ex collat. c. 3. quippe qui solus erit in gloria & virtute †, cùm primus adventus potiùs fuit infirmitatis ac humilitatis; cujus etiam præludium erat illa transfiguratio, quæ sequitur. Et vox παρουσία nuspiam in N. T. de primo Christi adventu, sed semper de secundo adventu, usurpatur *. Al. Παρουσία hìc notat Regium Christi adventum ad exscindendos Judæos, & fideles liberandos, ut sæpe ostensum est [f]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἐπόπται γενηθέντες τῆς μεγαλειότητος] *Sed speculatores* (vel, *inspectores*, sive *contemplatores*, Val.) *facti*, &c. Mo.

[m] Gom. sim. Ger. [n] Ger. [o] G. [p] Er. [q] Pi. [r] Er. in Ger. Pi. † Ger. ex E. [t] Me. [v] Ger. sic Er. Zeg. Cap. E. [x] Cap. [y] Zeg. [z] Cap. [a] Zeg. [b] Cap. [c] Gom. [d] Er. D. Pi. &c. * Gom. [f] G. sic Er. &c. [g] G. [h] E. [i] Gom. [k] Cap. [l] G. [m] Cap. [n] Me. [o] Ec. [p] G. [q] Ger. [r] E. sic Ger. † Ger. [t] Er. [v] Pi. [x] G. Pi. [y] G. [z] Vor. sic Pi. [a] Ger. [b] Caj. Salm. &c. in Ger. [c] Q. in Ger. [d] Pi. sic Vor. † Ger. sic E. * Ger. [f] Ham.

i. e. αὐτόπται, ego scil. cum Jacobo & Johanne, Mat. 17. 2. id quod opponit illis qui prædicationem ipsius de secundo Christi adventu in dubium vocabant [g]. *Sed ut qui oculis nostris aspeximus* (Quales testes αὐτόπται dicuntur Lucæ in Præfatione; qui non de alieno, sed de suo, visu testantur [h].) *illius* (id est, Christi [i]:) *majestatem*, Be. Pi. i. e. vel, miracula ejus. Est enim Metonymia, qualis Luc. 9. 43. Eadem miracula dicuntur *magnalia Dei*, Act. 2. 11 [k]. vel, gloriosam ejus speciem in monte [l]. Majestatem suam Christus operum divinorum efficaciâ in vita, morte, resurrectione, & postea testatam, fecit sæpiús [m].

17. *Accipiens*, &c. sub. *fuit*, V. Λαβών, &c] Supple ἦν †, vel ἐτύγχανε [n], id est, ἔλαβε. Ellipsis Hebræa [o]. Vel, λαβὼν pro λαβόντος [p], Atticorum more, ut Marc. 9. 20. ἰδὼν pro ἰδόντος [q]. Genitivus absolutè positus [r]. *Acceperat* (vel, Hic est ille qui *accepit*, Camer.) *enim —honorem & gloriam*, Be. Pi. &c. id est, honorem maximè gloriosum †, & ex splendore faciei ejus [t], & ex Patris vocali testimonio [v]; vel, Regiam majestatem Christo in visione illa collatam, Mat. 17. 1, 2. ut Christi Regnum gloriosúsque adventus ad perdendos Judæos adumbraretur Petro & Johanni, &c [x]. ¶ *Voce*, &c. Φωνῆς ἐνεχθείσης αὐτῷ τοιᾶσδε ὑπὸ τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης, &c.] *Voce ad eum delatâ* (vel, *allatâ*, Ger.) *hujusmodi à magnifica gloria*, &c. Be. Pi. &c. id est, vel, 1. A nube lucida, in qua Deus gloriosè apparuit [y]. Vel, 2. à glorioso Dei loco seu throno, h. e. à cœlo [z]. Vel, 3. ab ipso Deo [a], qui כבוד sæpe Hebræis [b]; qui per vocem illam magnificè & gloriosè præsentiam suam demonstravit [c]. Solent hæc verba vulgò referri ad vocem illam auditam in monte quodam Galilææ, cujus testis fuit Petrus cum Johanne & Jacobo. Quorum sententiam & nos sequebamur cùm ad Matth. 17. nostra scriberemus. Nunc ut aliter sentiam facit non modò nostra de Scriptore hujus Epistolæ proposita modò sententia, sed & quòd *mons sanctus* apud Hebræos non alium montem significat quàm montem Moriæ, in quo erat Templum [d]. Sed infirmum est hoc argumentum, nam & alia loca, ubi Deus apparuit, *sancta* dicuntur, Act. 7. 33 *. [Sed Grotium pergentem audiamus:] Hæc verba refero ad illud Joh. 12. 28. Ei enim rei plurimi adfuere; quos inter non est quòd miremur fuisse hunc Simeonem, qui Eusebio dicitur αὐτόπτης καὶ αὐτήκοος τοῦ Κυρίου, mortuus Hegesippo teste, cùm annorum esset 120. Nec id incredibile, cùm ad Vespasiani ævum vixisse qui Cæsarem Dictatorem vidissent, doceat nos disertissimus scriptor qui de causis mutatæ eloquentiæ agens, Tacito subjungi solet. Contigit autem illa vox Johanni memorata, quantum ex textu colligi potest, Jesu transeunte per subdiale Gentium, quæ pars est montis Moriæ. Obstat unum, quòd vocem illam aliis verbis Johannes refert, nempe Ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω. Unde suspicio mihi incidit, hæc verba, τοιᾶσδε, οὗτός ἐστιν, &c. ut alia quædam, addita ab illis qui omnino hanc Epistolam Petri Apostoli credi voluerant. Consulantur & hìc vetustiora exemplaria, si qua reperiri possunt [f]. Sed infelices sunt hæ conjecturæ nullo Codice fultæ, & tanto viro indignæ, &c [g].

18. *Nos audivimus*, &c.] Ego, Jacobus, & Johannes [h]. Ideo Plurali utitur [i].

19. *Et* (vel, *Adde quòd*, Ca.) *habemus propheticum sermonem*] Hæc dicit in persona fidelium, quibus se adjungit modestiæ causâ. Sed cùm testimonium Dei Patris firmissimum sit, nec minor sit Apostolorum quàm Prophetarum fides, quæritur, Quomodo utrisque firmior sit sermo Prophetarum [k]? Resp. 1. *Firmior* dicitur & erat non per se, sed tantùm per accidens [l]; ex opinione Judæorum ad quos scribit [m], quibus Prophetarum authoritas diuturnitate temporis & consensu majorum firmata jam & roborata est, Apostolorum autem authoritas recens adhuc erat [n]. Ità exponunt Aug. Aquin. Caj. Salm. &c [o]. Confer Joh. 5. 47 [p]. Hinc Apostoli doctrinam suam ex Prophetis V. T. confirmabant, Act. 17. 11, &c [q]. & Christus sermonem Prophetarum miraculis præfert, Luc. 16. 31, 34. Hic porrò sermo literis consignatus fuit, & sæpiùs successione Prophetarum confirmatus, cùm vox illa audita fuit à tribus tantùm Apostolis, eáque præteriit [r]. Notandum autem *firmiorem* hìc dici

[g] Ger. [h] G. [i] Val. Er. [k] G. [l] E. sim. Me. [m] Gom. † G [n] Be. Pi. Vor. [o] Pi. sim. Be. G. [p] Be. Ham. [q] Be. [r] Ham. † G. [t] Me. sim. E. [v] E. [x] Ham. [y] E. sim. Me. [z] Vor. [a] G. sic Vor. Ca. Ger. [b] G. [c] Ger. [d] G. * Ham in præfat. [f] G. [g] Ham. in præfat. [h] Me. sic E. Ger. [i] Ger. [k] E. [l] Gom. sim. Ger. [m] Gom. sim. E. Me. Ger. Be. [n] E. [o] Ger. [p] Gom. [q] Ger. [r] Gom.

dici non voce Patris, quæ apud Judæos supremam habuit authoritatem; sed testimonio Apostolorum, quod proximè præcessit †. 2. Hic firmior etiam seipso nunc dici possit, quòd scilicet Christi majestate, & Patris testimonio, confirmatus sit [t]. q.d. Sermo Prophetarum habuit quidem semper apud nos auctoritatem: At nunc multò majorem habet, ex quo videmus eventus tam pulchrè congruere dictis de Messia. Sic βεβαιῶν habemus & Marc. 16. 20. 1 Cor. 1. 6. Heb. 6. 16. respondétque Hebræo הקים [v]. Sed hoc si voluisset, dixisset, *firmiorem quàm antè* [x]. 3. Comparativus, *firmiorem*, hic accipi possit, vel, 1. pro Positivo, *firmum* [y]. Sed hujus vel nulla vel rara dantur exempla, ut Act. 17. 21. καινότερον, pro, καινόν [z]. Vel, 2. pro Superlativo, *firmissimum* [a], ut Matth. 11. 11. & 22. 13. 1 Cor. 13. 13. & 15. 19. Sed præstat Comparativum propriè accipi, ut suprà dictum [b]. ¶ *Cui*, &c. Ὧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες] Trajectio est, qualis 1 Pet. 3. 21 [c]. *Cui* construendum cum *attendentes* [d]. *Cui benè facitis attendentes*, Mo. Vulg. vel, *quòd attendatis*, Pi. Quòd Prophetarum volumina nocturnâ & diurna manu versatis*, & ex eis veritatem scrutamini [f]. Προσέχειν notat diligens attentúmque studium, ut Mat. 7. 15. & 10. 17 [g]. Commendat reverentiam eorum erga Prophetas [h], tum, ut pios in officio, & amore erga Scripturam Prophetarum, confirmet; tum, ut illorum calumniis occurrat, qui ipsos ut Prophetarum adversarios traducebant [i]. Hortatur eos ad legendum scripta Prophetica. Sic & Act. 17. 11 [k]. Ac primùm agit de lectione, deinde de interpretatione, Prophetarum [l]. ¶ *Quasi lucernæ* (i. e. candelæ, faci, lampadi accensæ [m]:) *lucenti in caliginoso* (sive, *obscuro*, Er. P. Ca. Be. &c. Αὐχμηρῷ propriè significat *squalidum*, quia locis tenebricosis squalor adhæret [n]: vel, *sicco: locus autem siccus* est homo non habens donum Prophetiæ, Mich. 4. 8. עפל vertitur αὐχμώδης †.) *loco*] Huic comparatur, vel, 1. quia totum hujus vitæ tempus nox quædam est errorum & ignorantiæ, in qua Scriptura tenebras discutit, & nos dirigit [o]. Vel, 2. quia lux Scripturæ Propheticæ tenuis est & restricta [p]. Discrimen indicat V. T. & N. Illud instar lucernæ est in tenebris lucentis, hoc instar solis suo fulgore omnia collustrantis [q]. ¶ *Donec*, &c. Ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ, καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ, &c.] *Usque dum dies illucescat*, (sub. *vobis*: vel, per Syllepsin, ex parte seq. *in cordibus vestris* [r].) *& lucifer* (Qui est stella matutina Solem præcurrens, & suo lumine unà cum Sole emicante quoddam facit Dei initium: quam Gentiles *stellam Veneris* vocant †. Al. *Sol*, Sy. φωσφόρος & Solem denotat, teste Suida, quippe cujus est φῶς φέρειν, *illucere & diem inferre* [t].) *exoriatur in cordibus vestris*, Er. P. Pi. &c. Per *diem*, &c. & *Phosphorum*, &c. hic intelligit, vel, 1. plenum diem in Ecclesia triumphante [v]; vel, Futurum seculum [x], quando facie ad faciem Deum videbimus, tanquam in clara luce, ubi non opus erit his adminiculis [y]. Cui obstat, 1. quòd huic minimè congruit comparatio Luciferi, quum illic Christus in gloria sua veniens omnem etiam Solis splendorem superabit [z]. Neç solida cognitio vitæ Futuræ *diei principium* vocari potest [a]. Resp. Non hic inter se confert diei partes, sed totum diem cum suis partibus caligini opponit [b]. 2. Quòd tunc non magis opus erit Scripturâ Apostolicâ quàm Propheticâ [c]. Vel, 2. tempus adventûs Christi ad exscindendos Judæos, & liberandos Christianos, &c [d]. vel, 3. profectum & incrementum fidei *; vel, clariorem atque perfectiorem Christi & mysteriorum divinorum cognitionem [f], per verbum Evangelii & operationem Spiritûs Sancti in cordibus ipsorum [gradatim] exorientem [g]. Sensus est, donec ità sitis illustrati lumine fidei, ut nullis dubitationum scrupulis animi vestri ampliùs inquietentur. Ad hanc enim fidei perfectionem multi Judæorum fidelium nondum pervenerant, ut illi Act. 17. 11 [h]. Sed obstat vox *donec*, quâ usus Prophetiarum ad exiguum tempus restringitur, acsi perspectâ Evangelii luce jam supervacuæ forent [i]. Resp. 1. *Donec* antecedens tempus semper includit, sed consequens non necessariò excludit, ut Mat. 28. 20. & alibi. 2. Dies nondum plenè illuxit fidelibus, ob tenebras adhuc reliquas in hac vita, à quibus paulatim verbi divini & spiritûs illustratione liberamur [k]. [Al. Sensus est, q. d.] Donec vos ipsi donum

† E. [t] Gom. [v] G. [x] E. [y] Er. V. Gagn. &c. in Ger. [z] Ger. [a] Ger. sic Be. Pi. [b] Ger. [c] Pi. [d] E. * G. sim. Ger. [f] E. Ger. [g] Ger. [h] Cam. ad v. 20. sim. E. Ger. Gom. [i] Gom. [k] E. [l] Gom. [m] E. [n] Ger. † G. [o] Plerique in E. [p] E. ex Hassel. Adam. Lor. &c. [q] Vor. [r] E. † Idem. [t] Ger. [v] Gom. [x] Plerique in E. Aug. Bed. & Caj. in Ger. Calv. [y] Q. in E. [z] E. sim. Ger. [a] Q. in Calv. [b] Calv. [c] Ger. [d] Ham. * E. [f] Ger. ex E. [g] Ger. [h] E. [i] Calv. [k] Com.

Propheticum à Deo consequamini. Prophetia vocatur & *stillatio*, Mic. 2. 6. Ezec. 21. 2. & φωτισμός, ut Jud. 13. 8. Dan. 5. 14. & *Lucifer*, Esa. 9. 2. nam נוגה propriè *Lucifer* Hebræis. Qui nondum in se lucem habet, opus est eam tantisper ab alio fœneretur. In sylvam ligna ferre nihil opus. Philo, Προφήτῃ γὰρ οὐδὲν ἀγνωστον, ἔχοντι νοητὸν ἥλιον ἐν ἑαυτῷ [l].

20. *Hoc primùm* (id est, inprimis [m]; vel, ante omnia, ut admonitionis hujus necessitas significetur. Πρῶτον hic non tam ordinis est, quàm dignitatis ac præstantiæ [n].) *intelligentes*] Vel, *si noveritis*, Be. Pi. certóque vobis persuadeatis [o]. ¶ *Quòd*, &c. Ὅτι πᾶσα προφητεία γραφῆς ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται] *Quòd omnis prophetia scripturæ* (id est, vel, 1. prophetia [p], sive prophetica prædictio [q], annotata in scriptis Prophetarum [r], sive in S. Scriptura †: quo sensu προφητεία sumitur Matth. 13. 14. Apoc. 1. 3. & 22. 7, 10, 18, 19. quæ significatio versiculo sequenti congruit [t]. Vel, 2. Interpretatio Scripturæ, ut προφητεία accipitur Rom. 12. 6. 1 Cor. 13. 2, 8. 1 Thess. 5. 20. Apoc. 11. 6 [v]. Vel, 3. Scriptura Prophetica, per Hypallagen [x], ut vox sumitur v. seq [y].) *propriâ interpretatione non fit*, Mo. vel, *propriæ*, sive *privatæ*, *interpretationis non fit*, Er. Ti. V. &c. *Nullam prophetiam scripturæ esse propriæ* (vel, *privatæ*, Ca.) *explicationis*, Be. Pi. [Hoc variè exponunt:] *Non fit*, i. e. perficitur, *propriâ*, h. e. literali, *interpretatione*, sive *solutione*. Prophetiæ enim plerumque habent sensum typicum & mysticum. Monet eos, nè hæreant nimiùm in nuda litera, sive propria interpretatione Prophetiarum de Christo, quæ sunt velut *lucerna lucens loco caliginoso*, i. e. obscuræ & caligine obvolutæ; sed animum potiùs advertant ad mentem Prophetiæ, ad mysterium quod velatum erat in litera, usque dum typum & mysterium lux evolvat Evangelii in cordibus [z]. Al. Scriptura non est explicanda proprio arbitrio [a], aut ex proprio ingenio [b]; sed ex ipsa Scriptura [c], & à Deo petenda est ejus interpretatio [d]. Non hic *propriam interpretationem* opponit communi sive publicæ *, sed adventitium Spiritûs Sancti donum naturali hominum solertiæ. Ἐπίλυσις deducitur ab ἐπιλύειν, quod est *dissolvere* & *explicare* [f]; & significat *interpretationem*, vel *expositionem*. Sic Marc. 4. 34. Act. 19. 39 [g]. A *vinculorum solutione* deducitur, cùm expositio sit velut nodi alicujus solutio [h]. Ἐπιλύειν id ipsum est quod פתר, quod est *occulta interpretari*, & pro eo habetur in LXX Gen. 41. 12. ubi agitur de somnio à Josepho explicato. Illa autem Josephi interpretatio non ab acumine naturali, sed à revelatione profecta, fuit *revelatio*. Quare פתרון ἐπίλυσις est, nempe illius quod alioqui in mysterio consilii Divini foret reconditum. Unde & Prophetæ *interpretes Divinæ voluntatis* dici queant. Et Chald. Par. ad Cant. 1. 1. dicit *Esaiam explicasse*, pro, *vaticinatum esse*. Ergò hæc Divinæ voluntatis revelatio Prophetica rectè ἐπίλυσις, *explicatio*, seu *interpretatio*, dici possit [i]. Ἐπίλυσις propriè est *solutio*. Hujus duæ sunt species: vel enim meam ipsius mentem explico, & tunc ἐπίλυσις propriè est *interpretatio*; vel alterius, tunc autem est *resolutio*, sive *impulsus* [k]. Ἐπίλυσις porrò hoc loco non pertinet ad officium Interpretis [l], auditoris vel lectoris Scripturæ; sed ad vim sive impetum Prophetandi [m], sive ad illum motum quo Propheta impulsus est ut loqueretur, aut scriberet [n]. Cui favet, 1. quòd ἐπίλυσις vox agonistica esse videtur [o], & *missio* hic reddi possit [p]. Cursores in stadio, solutis repagulis, quæ ἀφετήρια, *carceres*, dicebantur, erumpebant ad cursum, quem indè inchoabant; Prophetæ autem *currere* dicebantur, Jer. 23. 21. Ezec. 13. 6, 7. tanquam Tabellarii & Cursores Divinitùs missi. Ἐπίλυσις ergò nihil aliud videtur esse hoc loco quàm Dei dimissio Prophetarum ad prophetandum, quâ illis veluti carceres ad currendum aperit. Præterea dicitur Deus Ministris suis *os aperire*, Eph. 6. 19. Confer Ezec. 3. 15, 16. & *os dare*, Luc. 21. 15. Hæc verò est ἐπίλυσις quædam. Dicuntur & Vatibus *ora resolvi* sæpiùs apud Virgil. Et Lycophron in Cassandra, Ἔλυσε χρησμῶν, ὡς πρὶν, αἰόλον στόμα. 2. Verbum γίνεται, quod ortum notat, ostenditque unde sit Scriptura. Dura est & inepta locutio, & sine exemplo, ut Scriptura aut liber aliquis dicatur γίνεσθαι, *fieri*, interpretatione, si quis eam interpretetur: nimirum interpretatio non facit ut Scriptura sit Prophetica [q]. 3. Collatio v. præced.

[l] G. [m] G. Ger. [n] Ger. [o] T. [p] Be. Ger. [q] E. [r] Ger. † Ie. [t] Ger. [v] Ger. sic E. [x] Ger. ex La. [y] Ger. [z] Kn. [a] Ger. sic Gom. [b] Ger. sic Be. Vor. E. T. Gom. [c] Vor. [d] Be. Gom. * Be. sic; Vor. [f] Be. [g] E. Ger. [h] Ger. [i] Cam. [k] J. Cap. [l] J. Cap. sim. Cam. [m] Cam. [n] J. Cap. [o] Ham. [p] Cam. sim. Ham. [q] Cam.

v. præced. & seq [r]. In quibus non quæritur, Quisnam jus habeat interpretandi Prophetias, sed Cujus impulsu, Quo jure, Prophetæ suas Prophetias ausi sunt promulgare & scriptis consignare, Quo loco Prophetias habere debeamus [†], Quæ reverentia eis debeatur, & cur tantum sermoni Prophetico tribuendum [t]. [Sensus ergò loci est,] Pro principio credendi, & primo credibili, firmiter tenendum est [v], Non esse eas humanæ inventionis [x], sed Divinæ revelationis [y]; non ex propria Scriptoris mente, sensu, seu explicatione, profectas esse, sed ex mente, sensu, & explicatione, Dei [z], sive Divino jussu, jure, motu, impulsu [a]; Prophetas non suam, sed Dei, mentem, non humana commenta, sed Divina mandata, hominibus exposuisse [b]; & idcirco Scripturas ex explicatione, non quam homines, sive pauci, sive multi, confingunt, sed cujus ipse Dei Spiritus auctor est, intelligendas esse [c]. Inprimis jubet Petrus fidem Prophetiis haberi tanquam indubiis Dei oraculis, quia non fluxerint ex proprio hominum motu [d]. Al. Pro ἐπιλύσεως hîc legendum ἐπηλύσεως [*], sive ἐπηλυσίας. Ἐπήλυσις autem est *impulsus*, sive *afflatus* [f], *quidam Spiritus extraordinarius* [g]. Nam & ἐπηλυσία Hesychius ἐπῳδὴν interpretatur, cùm de Magis agitur [h]. Et forsan illud, *Irruit in me Spiritus Dei*, exponi possit, ἐπῆλθεν ἐπ᾽ ἐμέ, quomodo & Latini dicunt *venisse* aliquid *in mentem*: hæc est ἐπήλυσις quædam. Sed huic sententiæ obstat, 1. quòd Hesych. non ἐπήλυσιν, sed ἐπηλυσίαν dicit; 2. quòd ἐπηλυσία Hesychio non est *afflatus*, sed *efficacia*, *quæ verba incantatorum sequitur*; 3. quòd non credibile est, vocem à Magis infamatam Petrum usurpare voluisse [i]; 4. quòd voces illæ sunt Poeticæ [k]; 5. quòd in Codicibus Græcis [l] omnibus constanter exstat [m], ἐπιλύσεως [n]. Al. Omnino assentior iis qui hîc legendum censent ἐπιλύσεως. *Non est Prophetia res nostri impetûs.* Non habet eam qui vult. *Spiritus ubi vult spirat.* Non ignoro פתר verti ἐπιλύειν, & Philoni De vita Contemplativa, *explicationem Scripturæ* dici ἐπίλυσιν. Sed quod jam dixi simplicius est, & cum sequentibus meliùs cohæret [o].

21. Non, &c. Οὐ γὰρ—ἠνέχθη] *Non enim voluntate* (vel, *libitu*, Pi. Be. Ger. *libidine*, P. *arbitrio*, Me. Ger.) *hominis* (vel, *humanâ*, Ger. i. e. opere humano [p]: vel, institutione hominis alicujus [q]; vel, procuratione humanâ, q. d. Non est humanum inventum [r]: non humano arbitrio excogitata [†]: non voluntatis suæ impulsu, ut illi faciunt qui cogitata mentis suæ in medium proferunt [t]:) *allata est* (è cœlo scilicet, ut v. 18. quò hîc respicitur [v], in orbem [x]. Al. Hoc verbum Cursoribus, qui itidem Tabellarii sunt & *latores* literarum, quales Prophetæ fuerunt, propriè convenit [y]. Vel, *venit*, Sy. sic E. *edita est*, Ca. *introducta est* [z].) *aliquando* (vel, *olim*, Be. Pi.) *prophetia*, Mo. *Prophetiæ* nomine intelligit [a], vel, 1. usum & functionem prophetandi, i. e. prædicendi futura, & proferendi ad homines arcana Dei [b]; vel, 2. Propheticum sermonem [c], cujus mentio fit v. 19. sive Scripturam [d], Propheticam [*]; jam enim sermo Propheticus non nisi in scriptis Prophetarum habebatur [f].
¶ *Sed*, &c. Ἀλλ᾽ ὑπὸ—φερόμενοι, &c.] *Sed acti* (vel, *inspirati*, Vulg. *rapti*, vel, *cùm traherentur*, Sy. in Ger. vel, *agitati*, Er. V. vel *impulsi*, Er. V. E. Ger. Vox propria hujus rei: nam & Græcis tales θεοφορητοί. De hujus vocis vi vide Heb. 1. 3. Illud ipsum est quod per פעם exprimitur Jud. 13. 25. Sensus idem qui hîc Dan. 2. 27, 28 [g]. Et hæc vox ad Cursores pertinet, ut probari potest ex Heb. 6. 1. ἀφέντες—φερώμεθα. Illud ἀφέντες alludit ad ἀφετήρια sive *carceres*, unde incipiebant currere [h].) *à Spiritu Sancto*, (Non ut prophani vates, qui furiosi passim describuntur [i]; non ut arreptitii à spiritu malo, qui nec intelligunt quæ loquuntur, nec in potestate habent non loqui, sed supra naturalem facultatem elevati, infuso scil. lumine prophetico, & inspiratâ mysteriorum cognitione; quæ deinde libero motu voluntatis eloquantur aut scribant [k]. Complectitur hæc φορά, 1. illuminationem mentis notitiâ mysteriorum, &c. 2. donum infallibilitatis; 3. donum Prophetiæ, sive prædictionis futurorum; 4. peculiarem motum & instinctum ad prædicationem & scriptionem, ut Act. 17. v. 16. Apoc. 1. 10. 5. δύναμιν ἑρμηνευτικήν, quâ divina mysteria perspicuè proponere potuerunt [l].) *loquuti sunt* (Intellige, divina mysteria. *Loquendi* verbum comprehendit & scriptionem [m], de qua λαλεῖν sæpe usurpatur, ut Act. 2. 31. & 3. 23. Rom. 3. 19. Jac. 5. 10 [n]. [Sensus loci,] Locuti sunt futura, non cùm ipsi vellent, sed cùm eos ageret Dei Spiritus [o].) *sancti Dei homines*, Be. Pi. i. e. Prophetæ [†]: qui aliàs vocantur *viri Dei* [q], ut 1 Sam. 2. v. 27. & 9. 6. 1 Reg. 17. 18. 2 Reg. 4. 7 [s]. Vide ad 1 Tim. 6. 11. 2 Tim. 3. 17 [†]. Hos *sanctos* vocat, tum, quia Deus eos ad hoc ministerium sanctificavit & consecravit, tum, quia vitæ sanctitate aliis præluxerunt [t]; tum, nè quis de eorum sanctitate dubitaret [v]. Est hæc ratio à priori, cur Prophetarum scripta non sint habenda pro scriptis humanis, nimirum quia illi Divinitùs afflati, & extra se rapti, prophetârunt [x]. Æquum igitur est, ut Spiritus S. suorum verborum per alia Scripturæ suæ loca interpres sit [y]; & ut fideles attendant Scripturis, easque inter se comparent, ut sensum Spiritûs Sancti percipiant [‖]. Hinc colligitur, Scripturam totam esse verbum Dei, nec aliter à nobis accipiendam, quàm si Deus immediatè eam edidisset [*].

CAP. II.

1. **F**Uerunt verò & Pseudoprophetæ] Bene cohæret cum superioribus. Non enim omnes Dei Prophetæ sunt qui tales se dicunt. Multi falsò sibi sumunt id nomen. Multi Diabolico Spiritu agitantur [a]. Καὶ hîc respicit præced. q. d. Cum Prophetis illis à Deo missis orti sunt & Pseudoprophetæ, quos non missos dicit, sed *fuisse*, sive *extitisse*. Scripturæ S. lectionem commendaverat, hîc ejus usum monstrat, nè scil. seducantur, &c [b]. A mentione Prophetarum opportunè transit ad argumentum principale hujus Epistolæ quod est de cavendis Pseudoprophetis, quorum in genere studia moresque describit [c]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῷ λαῷ] *In populo*, Be. Pi. κατ᾽ ἐξοχήν, nimirum Dei [d], vel Israelitico [*], ut notat articulus [f]. Vide 1 Reg. 22. 6. Jer. 28. Ezec. 13. 2. & 22. 25, 28. Soph. 3. 4 [g]. ¶ *Sicut &* (vel, *Similiter etiam*, Ger.) *in vobis* (vel, *inter vos*, Be. Pi. Ger. ex Hebraismo. Sic tamen & Cicero, *Amicitiam*, ait, *non nisi in bonis*, i. e. inter bonos, *esse* [h]. *In vobis*, nempe Christianis [i], in N. T [k]. ut erant in veteri populo [l].) *magistri*, &c. Ψευδοδιδάσκαλοι] *Doctores falsi*, Be. Pi. vel, *mendaces*, D. h. e. mendaciorum architecti [m]. Intelligit præcipuè Carpocratem & ejus socios, qui fuere Adriani temporibus [n]; Gnosticos [o], qui vel eo tempore, vel statim post illud, exorti sunt [p]; vel, Simonem Magum cum discipulis suis, & Cerinthum, & Nicolaitas [q], quorum mentio fit Apoc. 2. 6 [r]. Paulus quoque & Judas talium suo tempore grassantium meminerunt. Unde in seq. de iis sæpe loquitur temp. præs. Dicit autem *erunt*, quia illi pauci erant comparatione eorum qui adhuc erant exorituri [†]. Verba hîc futura docent hîc agi de omnibus omnium temporum hæreticis [t]. ¶ *Qui*, &c. Οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας] *Qui subintroducent* (vel, *clam inducent*, Er. Il. *latenter introducent*, G. furtim & subdolè [v], sub specie pietatis irrepentes in gregem [x]; vel, præter doctrinam Christianam [y], quam non abnegabunt, sed corrumpent [z]; addendo, aut detrahendo, aut immutando [a], quod notat præp. παρὰ [b]. Vel, præter animadversionem, sive nemine observante, q. d. παρὰ τὴν ἐπίγνωσιν εἰσάγοντες [c]. Hinc παρείσακτοι, Gal. 2. 4 [d]. Sic παρεισέδυσαν Judæ v. 4 [*].) *hæreses* (vel, *sectas*, G. Camer. Vulg. Est vox suâpte naturâ media [f]; sed additamento distinguitur [g], & usu Ecclesiæ jam in malam partem accipitur [h]. Est autem hæresis falsa de religionis fundamento doctrina, cum contumacia adversùs Ecclesiæ confutationem, & admonitiones iteratas, Tit. 3. 10 [i].) *exitiales*, Be. Pi. &c. vel, *perniciosas*, Vor. G. vel, *perditionis*, Vulg. *exitii*, Pi. Perditas [k], & perditionem adferentes [l], ob fidei naufragium. Est Genitivus effectum denotans, additus vel restrictionis causâ, quia αἵρεσις est vox media [m], vel potiùs, descriptionis causâ [n]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι] *Etiam Dominum qui illos mercatus est* (vel, *emit*, Vulg.) *abnegantes*, Er. P. Be. Pi. &c. Per δεσπότην hîc intelligunt, vel, 1. Jesum Christum [o], qui plerumque Κύριος in N. T. vocatur [p]; sed

[Margin notes, left column: r J. Cap. Cam. sim. Calv. | † J. Cap. | t Cam. | v Dic. | x Dic. sim. Calv. J. Cap. Cam. Ham. | y Dic. sic Cam. | z Dic. | a J. Cap. | b Cam. | c Dic. | d Calv. | * Q. in Cam. | f Q. in Be. | g Q. in Cam. | h Be. | i Cam. | k Be. | l Be. Cam. | m Cam. | n Le. Cam. | o G. | p Q. in Ger. | q E. | r T. sic E. | † Ger. | t Cam. | v Ger. | x T. | y Cam. | z E. | a Ger. | b E. | c Ger. sim. Me. | d E. T. Ger. Gom. | * E. Ger. Gom. | f Ger. | g G. | h Cam. | i Be. | k E. | l Ger.]

[Margin notes, right column: m E. Ger. | n Ger. | o G. | † E. Me. T. D. Pi. Ger. G. | q Ger. sic E. G. | s G. | † E. Ger. | t Ger. | v E. | x Cam. | y Dic. sim. Gom. | ‖ Dic. | * E. | a G. | b Ger. | c E. | d Gom. sic Pi. Ger. | * G. Gom. sic E. Ger. | f Pi. Ger. | g Ger. | h Ger. | i E. Ger. | k Ger. | l E. | m Ger. | n G. | o Ham. | p Q. in Ger. | q Q. in Ger. | r E. | s Ger. | † E. | t Ger. | v Idem. | x Be. sim. Ger. | y Ger. sim. Be. | z Ger. | a Be. | b Pi. Ger. Be. | c Ger. | d E. Ger. | * Ger. | f G. sic E. | g G. | h E. | i Gom. | k Ger. V. | l E. Ger. | m E. | n Ger. | o E. Me. D. Pi. G. Vor.]

sed & δεσπότης interdum, ut Act. 2.24. Apoc. *6.* 10. qui & illos redemit, quippe pro omnibus mortuus [q]; etiam reprobis, qui redemptionis illius, secundùm aliquos effectus, facti sunt participes [r]. Verba [autem] talia non semper Effectum, præsertim ultimum, sed sæpe Efficaciam significant. Sic σώζειν sumitur 2 Tim. 1.9†. Al. Hos *emptos* dicit sanguine Christi, κατὰ δόξαν, quia aliis verè fideles esse videbantur [t]. Hunc autem abnegabant, [vel, 1. directè & disertè,] quia honorem ei suum detrahebant, dicentes *natum eum patre Josepho, & multos* de Carpocratis grege *ipsi pares, quosdam & superiores esse*, Iren. 1.24 [v]. vel, negantes Christum esse Deum, ut Ariani [x]: [vel, 2.] si non verbo, certè factis, & pravitate doctrinæ [y], sive illis quæ doctrinam eorum consequuntur [z]. Vel, 2. Deum Patrem [a], qui δεσπότης dicitur extra controversiam Luc. 2.29. Act. 4.24. 2 Tim. 2.21. quinetiam (ut puto) Judæ v. 4. & Apoc. *6.* 10. [de quibus videsis Gom.] Nec unquam Filius sic vocatur. *Emere* hîc idem quod *acquirere*, ac suum facere, ut Esa. 55.1. Apoc. 3.8 [b]. Sumptum hoc ex Deut. 32. *6.* *Annon is est Pater tuus qui te emit?* nempe, ex Ægypto, ut te populum sibi peculiarem efficeret [c]. Deus Pater passim nos redemisse dicitur, quomodo & Christus. Confer Act. 20. 28. 1 Cor. *6.* 20. Eph. 5.25. Apoc. 1.5 [d]. ¶ *Superducentes*, &c. Ἐπάγοντες, &c] *Accersentes* (vel, *Inducentes*, Pi.) *sibi velox* (id est, inopinatum: quod enim tale est celeriter ac subitò videtur accidere [*]:) *exitium*, Pi. sim. Be. Ger. Bello Barchochebæ, cui adhæserunt, ut homines mundani [f]. *Velox*, id est, opinione suâ citiùs, cùm sibi vitam & hîc longævam, & in cœlo æternam, pollicerentur [g]; q. d. In æternum peribunt [h].

2. *Et multi*, &c. Πολλοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς ἀπωλείαις] Ἀσελγείαις legunt Complut. editio & sex præterea Codices [i]. [Verba sic reddunt:] *Multi sequentur eorum exitia*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. sim. Ca. Mo. Zeg. Me. i. e. exitialia dogmata [k]. Metonymia effecti [l]. Hâc voce Apostasiæ & multitudinis scandalum tollit, & à contagione hæresium absterret [m]. Vel, *luxurias*, Vulg. Zeg. *impudicitias*, Ar. sim. Sy. Æth. Nam & *philtra* dabant, & impudicitiæ opera habebant inter *indifferentia*. Iren. & Epiphan. Theodoretus de illis, νόμον τῆς ἀκολασίας πειθόμενοι. Idem Carpoc. & ejus socios vocat τῆς ἀσελγείας καὶ τῆς παρανομίας διδασκάλους. *Docebat*, ait de Carpocrate Aug. *omnem turpem operationem, omnémque adinventionem peccati* [n]. ¶ *Per quos* (i. e. Quorum vitio, & scelere [o]; propter quorum doctrinam & mores [p].) *via veritatis* (i.e. vel, 1. Christus, qui & *via* est & *veritas*, Joh. 14.6 [q]. vel, 2. Christianismus [r], sive Evangelica doctrina, quæ *via* dicitur Act. 19.9†. item Act. *9.* 2. 22.4. & 24.14. & *via salutis*, Act. 16.17. & *via Domini*, Act. 18.25, 26 [t]. Contrà & mala instituta *viæ* nomine veniunt, infrà v. 15. Judæ v. 11 [v]. Evangelium autem dicitur *via veritatis*, quia est doctrina veritatis salutiferæ [x]; vel, q. d. veritas illa cœlestis quæ est via quædam ad veram felicitatem. Syntaxis qualis Rom. 4. 12. *vestigia fidei* [y].) *blasphemabitur*] id est, Maledictis exagitabitur [z], malè audiet [a], ipsorum occasione [b]; quia & ipsi dici volebant Christiani, ut notat Iren. De Carpocratianis: [Verba vide in G.] Sic & Epiphan. hæres. 27. Simile Rom. 2.24. 1 Tim. *6.* 1. Tit. 2.5 [c].

3. *Et*, &c. Καὶ ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται] *Et per avaritiam* (i. e. ob suum quæstum [d]; ἐν, pro διά [*].) *fictis* (vel, *factitiis*, Er. Il. Ti. ad decipiendum artificiosè compositis [f]:) *sermonibus* (Prætexebant enim nomina *fidei* & *dilectionis*, ut Iren. docet †:) *vos* (vel, *de vobis*, Er. Il. Ti.) *negotiabuntur*, P. Be. Pi. Er. &c. vel, *cauponabuntur*, Er. V. *nundinabuntur*, G. vel, *ad quæstum abutentur*, Er. V. Zeg. E. i. e. Tanquam pecoribus, vel mancipiis, ad nundinationem abutentur [g]; quomodo Plinius imperitos medicos dixit *animas negotiari* [h]. [Sensus,] Sub specie pietatis vos decipient & pecuniâ emungent, ex vestro incommodo suum parabunt commodum ‖. Qui promittunt salutem vitam non corrigentibus, ii multos discipulos sibi attrahunt, & ab illis multa corradunt unde suaviter vivant [i]. Metaphora ab avaris mercatoribus qui merces suas omni arte verborum, etiam per mendacia, commendant [k]. Sic hæretici verbis ornant sua falsa dogmata, ut faciliùs parum attentos decipiant [l]. Verbum ἐμπορεύεσθαι habemus & Jac. 4.13 [m]. vel, cum genit. & præp. ἐπί, ut Gen. 42. 34. vel, cum accusat. & præp. εἰς, ut Os. 12. 1. vel, cum Accusativo rei, ut Prov. 3. 14. Ezec. 27. 21. hîc autem cum Accusativo personæ, quod rarò fit [n]. Respondet Hebræo סחר, ut videre est Gen. 34. 10, 21. Prov. 31. 14. &c. *Nundinari* eo sensu sæpe usurpat Cicero, & alii [o]. ¶ *Quibus*, &c. Οἷς τὸ κρίμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ, &c.] *Quibus damnatio* (vel, *supplicium*, Ca.) *jam olim* (vel, *ex antiquo*, Ger. q. d. & ab æterno destinata, & in Scripturis prædicta [p]:) *non otiatur*, (vel, *tardat*, Er. P. V. &c. *cessat*, Vulg. Mo. Sy. Ar. i. e. Non desidet, non torpescit, sed strenuè progreditur, & accelerat, ut illos corripiat [q]; & eis impendet [r], opinione & exspectatione citiùs eos opprimet †. Metaphora à viatore, ut Prov. *6.* 11 [t].) *& quorum exitium non dormitat*, Be. Pi. &c. sed vigilat, certissimè eos comprehensura suo tempore [v]. Pridem Deus destinavit mittere impostores, quibus tales homines decepti pessimè pereant, Matth. 24. Joh. 5.43. Respiciuntur autem non obscurè verba Mosis Deut. 32. 35. Sic Judas, qui pleraque hujus Epistolæ transcripsit, ut ostenderet quæ hîc prædicta sunt jam evenisse [x].

4. *Si enim Deus*] Imperfecta oratio, nihil enim sequitur quod voci *si* respondet [y]. Est hîc Hyperbaton, redditum v. 9 [z]. Exitii prædicti certitudinem illustrat ac confirmat inductione ac similitudine, cujus antecedens est v. 4, 5, 6, 7, 8. consequens, v. 9 [a]. Al. Ἀνανταπόδοτον est [b], seu Ellipsis consequentis in enuntiato connexo [c]; qualis Rom. *9.* 22 [d]. Subaudiendum enim est, *Nec illis parcet* [*]. Nisi fortâsse εἰ, *si*, irrepsit hîc pro καί [f]. ¶ *Angelis peccantibus* (Agit de illis Angelis quos Judas vocat μὴ τηρήσαντας, &c. Quorum caput *in veritate non stetit*, Joh. 8. 44. & multos secum traxit alios, quorum fuit ille Gen. 3. 1. denotatus [g].) *non pepercit*] i. e. Eos gravissimè punivit. Ponitur enim negatum pro contrario affirmato [h]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τετηρημένους] Illud σειραῖς est Dativus, vel, 1. *instrumenti*, ut referatur ad *detractos*, acsi dicatur, eos validis funibus, sive catenis, detractos fuisse in tartarum [i]; vel, 2. acquisitionis [k], sive finis: & regitur, vel, 1. à τετηρημένους, ut δεσμοῖς, Judæ v. *6.* à τετήρηκε, ut σειραῖς sit pro εἰς σειράς, & δεσμοῖς, pro, εἰς δεσμούς, ut Heb. ל & Dativo inservit, & valet præp. εἰς quomodo & Græci dicunt τῇ πόλει, pro, εἰς πόλιν [l]. vel, 2. à παρέδωκε, *tradidit* [m], ut verba trajecta sint [n]; quomodo dicimus aliquem tradi custodiæ, carceri, vinculis, videlicet retinendum ac puniendum [o]. Ταρταρώσας est ἅπαξ λεγόμενον, hîc tantùm occurrit [p], idémque est quod εἰς τάρταρον ῥίψας [q]. Deductum est à nomine τάρταρος, quod idem est quod ὁ ᾅδης, Luc. 16. 23. & *abyssus*, Luc. 8. 31 [r]. cùm generatim accipiuntur †, & *locus tormenti*, Luc. 16. v. 28. & *carcer*, Apoc. 20. 7. 1 Pet. 3. 19 [t]. Ταρταροῦν nihil est quàm dejicere. Nam τάρταρα dicitur quod in quaque re infimum est, sive in terra, sive in aqua, sive, ut hîc, in aere. Nimirum ex Syriaco תחתאה. Τάρταρον ἠερόεντα dixit Homerus Iliad. Θ. & eodem libro, ——Βαθὺς ὑπὸ Τάρταρος ἀμφίς. Item ζόφον ἠερόεντα Il. M. & Φ [v]. Schol. in Æsch. Eumen. *Pindarus*, inquit, *memorat Apollinem vi Pythonem superâsse: quocirca terra illum studuit* ταρταρῶσαι, *in Tartarum dejicere*. Et Tzetzes in Allegor. v. 109. Πῶς ταρταροῖ Ζεὺς τὸν Κρόνον μοι φράζε νῦν· & v. 259. Καὶ ταρταρῶσιν τὸν τεκνοβρῶτα Κρόνον. Et vox καταταρταροῦν occurrit apud Apollodorum in Bibliotheca, in Centimanorum & Titanum historia, & in Didymi Scholiis in Homerum, & in Pharnuthi Libro De natura deorum, & in Libro περὶ ποταμῶν, qui in operibus Plutarchi habetur. Quos autem Apollodorus καταταρταρωθέντας vocat, eosdem etiam ἀπνευστὶ [*eodem spiritu*, sive *halitu*] ῥιφθέντας εἰς τάρταρον appellat. [Hæc cum aliis multis habet Cl. Jacobus Windet celebris non ità pridem Doctor Medicinæ Londinensis, cujus immaturum obitum deflebunt mecum omnes quibus bonæ literæ in deliciis sunt, in eruditissimo libello De Vita Functorum statu.] Per *tartarum* porrò intelligit, vel, 1. aerem hunc caliginosum, in quo detinentur dæmones usque ad extremum judicium [*]. Defectores isti Angeli, cùm sedem habuissent in summo cœlo, domicilio purissimæ lucis, indè infra omnem astriferam regionem detrusi sunt, in aeris loca terræ propinqua, unde eorum princeps ἄρχων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος dicitur Eph. 2. 2 [y]. Sed non puto

Scriptorem

Scriptorem ullum, sacrum aut prophanum, *tartarum* eo sensu usurpare [z]. Vel, 2. infernum damnatorum [a], quod *abyssus* vocatur Luc. 8. 31. Apoc. 9. 1. & 11. 7. &c [b]. Ibi detinentur dæmones, ità tamen ut, Deo quibus velit permittente, in hoc aere, velut assignato eis carcere temporario morentur, homines tentaturi aut vexaturi. Multi ergò dæmones in hoc aere versantur, multi quoque detinentur claustris inferni [c]. [Verba sic reddunt :] *Sed in tartarum detrusos* (vel, *præcipitatos*, Er. Il. Ti. *dejectos*, V. *immersos*, Zeg. vel potiùs, *cùm ad tartari supplicium damnâsset*, Med.) *catenis* (vel, *vinculis*, Er. V. Zeg. *funibus*, D. *rudentibus*, Vulg. vel, *ad catenas*, Med. Dicuntur autem σειραὶ, sive [ut est in Judæ v. 6.] δεσμοὶ, sicut & Pindaro de impiorum animabus loquenti, ζεύγλαις ἀφύκτοις, Dei Lex illa quæ Dæmonas ultra loca assignata vagari vetat, imò [forf. *vel*] agere, nisi ex permissu, Apoc. 20. 2 [d].) *caliginis* (vel, *noctis*, Er. *caliginosis*, V. Intelligit ipsas tenebras quæ damnatos excipiunt [*]; q. d. caligine quasi catenis constrinxit. *Caliginem* autem vocat miserrimam & terribilis horroris plenam vitæ conditionem [f]. Ad intelligenda autem hæc lucem nobis adfert Philo, *Lumen*, inquit, *in cælo purum est, hîc autem aere caliginoso permixtum*. Sic & Plut. ᾅδην dicit esse ἀέρα, addens, eum ab Homero dici, ζόφον ἠερόεντα, &c [g]. [Vide G.]) *tradidit damnationi* (vel, *ad damnationem*, P. *ad*, vel *in*, *judicium*, Pi. Er. V. Ti. vel, *ad diem judicii*, ex collat. Judæ, & Matth. 12. 42 [h].) *servatos*, Pi. Be. Er. P. vel, *servandos*, Er. V. Zeg. vel, *qui servantur*, Q. in E. Metaphora à damnatis facinorosis, qui in carceris pædore retinentur constricti, dum ad ultimum supplicium pertrahantur [i]. Dicit autem & hic Scriptor & Judas, *Angelos illos desertores servari in isto aere, velut in carcere, in diem Judicii* [k], cùm condignas laturi sunt suis criminibus pœnas, quod indicatur & Mat. 8. 29 [l]. Id verò non sic intellige, tanquam interim nullas pœnas sustineant dæmones; sed in ultimo die judicandi dicuntur & condemnandi, tum, quia tunc omnis auferetur eis nocendi potestas, tum, maximè quia tunc imbecillitas eorum & nequitia coram toto mundo traducentur; quod superbissimis illis spiritibus pœna erit longè molestissima [m]. Respectu nostrî tunc primum subibunt judicium & supplicium suum, quia id tunc nobis & toti orbi innotescet, quod nunc nos latet; licèt in seipsis, & respectu Dei & aliorum qui illos vident, jampridem illud subierunt [n].

5. *Et*, &c. Καὶ ἀρχαίου, &c.] *Et prisco*, sive *antiquo*, *mundo*, &c. Be. Pi. Er. V. Sic vocat hominum genus [o], ante Diluvium [p]. ¶ *Octavum Noe*] Vel, 1. inter Adami posteros [q]: Sed Noe in linea humanæ generationis decimus erat. Vel, 2. in sectatores justitiæ; ut Adam excludatur ob transgressionem, & Lamech ob duplex homicidium [r]. Vel, 3. quia unus fuit ex octo servatis, 1 Pet. 3. 20 †. Est locutio qualis apud Martialem, *Dic quotus & quanti cupias cœnare* [t]. Sic Plutarchus de Pelopida, εἰς οἰκίαν δωδέκατος κατελθών, *duodecimus ingressus domum*, id est, cum undecim comitibus. Polyb. l. 16. Διονυσίδωρος τρίτος ἀπενήξατο, *cum duobus aliis enatavit* [v]. Paucitas numeri hîc indicatur, ut scandalo multitudinis impiorum (de quo egit v. 2.) occurratur [x]. [4. Forsan hoc cum seq. jungi possit, hoc modo, *Noe octavum justitiæ præconem*, sive computum incipias ab Enoso, sub quo cultus Dei publicus institutus est, Gen. 4. 26. à quo Noe octavus numeratur; sive ab Adamo incipias, & duos quoslibet demas, qui, licèt fortassis viri pii, præcones tamen justitiæ dici non meruerint; quod Petrus vel ex traditione, vel ex instinctu Spiritûs S. habere poterat.] ¶ *Justitiæ* (Non civilis aut humanæ, sed illius quæ Deo placet [y]; vel, justæ scelerum vindictæ quæ mundo imminebat [z].) *præconem*] Et verbo [a], hortando eos ad justitiam & sanctitatem [b]; & facto, nempe, ipsâ per tot annos Arcæ fabricatione [c], & exemplo vitæ suæ [d]: quia operam omnem dedit ut suæ ætatis homines *ad justitiam*, id est, ad vitam rectiorem, converteret, Matth. 24. 37. 1 Pet. 3. 20. unde & *Mundum* illum *damnâsse* dicitur Heb. 11. 7 [*]. Vox κήρυκος emphatica est, significat enim *publicum præconem*, qui scilicet publicâ autoritate missus clarâ voce aliquid denunciat [f]. ¶ *Diluvium*, &c. Κατακλυσμὸν, &c.] Habemus hanc vocem Matth. 24. 38, 39. Luc. 17. 27.

[Margin: z E. — a E. Ger. Gom. — b E. Ger. — c E. — d G. — * V. — f Be. — g G. — h Med. ib. — i Be. — k G. Med. — l G. — m E. — n T. — o G. E. sim. Pi. Vor. — p G. sic Be. Vor. E. Me. — q Q. in Be. — r Zeg. — † G. sim. E. Me. Zeg. Be. Pi. D. Ger. Ham. — t G. — v Ger. — x Gom. — y E. — z Me. sim. Pi. E. — a E. Me. — b E. sic Me. Pi. — c E. — d E. Me. — * G. — f Ger.]

Utitur Plato sæpe; sed & Varro apud Censorinum. Et ἐπάξας exactè dictum: indè ἐπαγωγαὶ Sirachidæ, *omnia mala Divinitùs immissa* [g]. *Diluvio* (vel, *Inundatione*, G.) *in mundum* (i. e. infinitam illam multitudinem [h]:) *impiorum* (i. e. in mundum impiis plenum [i]; in genus humanum illius temporis, quod totum, paucis exceptis, à vera pietate recesserat [k]. Sic meritò vocat homines à prima ætate nihil boni cogitantes, quales describuntur Gen. 6 [l].) *inducto*, Be. *Diluvium—inducens*, Vulg. vel, *cùm induxisset*, i. e. inducere cœpisset [m].

6. *Et*, &c. Καὶ—τεφρώσας καταστροφῇ κατέκρινεν] *Et civitates Sodomorum* (Σόδομα pluraliter dicere, ut Ἱεροσόλυμα, mos est Interpretibus LXX, quos sequitur Matthæus 10. v. 15. & 11. 23, 24, &c. Nec aliter Strabo [n].) *ac Gomorrhæ* (cum aliis duabus Adama, & Seboim [o].) *in cinerem redactas* (Strabo terram illam omnem dicit esse τεφρώδη, Solinus *fatiscere in vagum pulverem*. Confer Amos 4. 11 [p].) *subversione* (vel, *excidio*, G. ex Gloss. Respondet voci הַהֲפֵכָה in hac ipsa historia Gen. 19. 29 [q].) *damnavit*, Be. Pi. id est, funditùs evertendo punivit [r], penitus evertit & delevit †. ¶ *Exemplum*, &c. Ὑπόδειγμα——τεθεικὼς] *Fecitque* (vel, *Constituitque*, Be.) *ut essent exemplar impiè victuris*, Pi. &c. Ὑπόδειγμα hîc sume pro *exemplari*, ut Jac. 5. 10 [t]. non *quod imiteris*, (quod παράδειγμα est [v]:) sed *quod admoneat quid sit vitandum* [x]; vel, pro *exemplo typico* præfigurante pœnam ignis infernalis, quæ manet omnes impios [y], ex collat. Jud. v. 7. Ὑπόδειγμα sign. *typum*, Heb. 8. 5. & 9. 13 [z]. Videre in eo possunt impii quæ pœna ipsos maneat. Δεῖγμα est Judæ v. 7 [a]. *Exemplum*, nempe, iræ suæ & pœnæ certissimè paratæ [b].

7. *Justum Loth*] Sic eum vocat comparatum cum illis inter quos habitabat, καίτοι γ' οὐκ ἐπ' ἄκρον ἥκει σοφίας, ut ait Philo de eo loquens [c]. Impiè RS. ad Gen. 13. 14. Lotum *impium* vocat, quem etiam dicit *elegisse sibi domicilium inter Sodomæos*, quòd sceleratissimi essent [d]. ¶ *Oppressum*, &c. Καταπονούμενον ὑπὸ τῆς τῶν ἀθέσμων ἐν ἀσελγείᾳ, &c.] *Fatigatum* (vel, *Oppressum*, Æth. sic Er. Ti. *Qui vexabatur*, Ca. *Qui graviter affligebatur*, ut Act. 7. v. 24 [*]. *Qui contundebatur*, sive *colaphis cædebatur*, Ger. ex Sy.) *à nefandorum* (vel, *nefariorum*, Be. Pi. vel, 1. in gen. neutro, id est, facinorum quæ ipsi perpetrârunt [f]; vel, 2. in gen. masc. i. e. hominum nefariorum, qui nec jus, nec fas, curant, legum violatores [g]: quos ἀθέσμους vocat, quòd secundùm illam primævam partim Naturæ, partim Traditionis, Legem non viverent. Sic & ἄνομα ἔργα membro sequente [h].) *in luxuria, conversatione* (vel, *per libidinosam*, sive *lascivam*, *conversationem*, Er. Ti. sic Be. Pi. &c. Ex nefariis eorum moribus [i]. Tædebat eum vivere inter tam inhospitales atque flagitiosos [k].) *eripuit*, Mo. &c. Nè cum illis involverentur incendio [l].

8. *Aspectu*, &c. Βλέμματι—ἐβασάνιζεν] Illa, βλέμματι καὶ ἀκοῇ, referenda [m], vel, 1. ad ὁ δίκαιος, ut nullum hîc sit Hyperbaton; ut sensus sit, quòd Lothus, [cùm] aspectu & auditu fuerit justus [n], & nihil turpe auribus aut oculis haurire sustinuerit [o], graviter discruciatus fuit; quòd vivens inter illos, cogeretur quotidie videre & audire quæ nollet [p]. Versus in Græco sic se habet [q], *Aspectu enim & auditu justus inhabitans* (vel, *Nam oculis & auribus justus ille, quum habitaret*, Calv.) *inter eos, diem ex die animam justam iniquis* (*eorum*, Calv.) *operibus cruciabat*, E. sic Calv. V. h. e. ei cruciabatur animus [q]. [Sed] verbum hoc Activum sumitur pro Reciproco [r]. Significat, voluntarios fuisse hos cruciatus †. Vel, 2. ad ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς, hoc modo, *Quia justus erat & inter eos habitabat, ut cogeretur illorum scelera videre & audire, indè anima ipsius justa cruciabatur* [t]. Vel, 3. ad ἐβασάνιζεν [v], hoc modo [x], *Justus enim ille, cùm habitaret*, vel *versaretur*, *inter eos*, *indies* (per annos nempe 16. ex quo ab Abrahamo abierat [y]:) *animam justam* (id est, seipsum [z], ut Matth. 12. 18. &c. vel, significat, gladium doloris animam ipsius pertransiisse, ut Luc. 2. 35 [a].) *iniquis*, sive *sceleratis*, illorum *factis & videndo & audiendo* (sub. *ea*, E. q. d. Quòd non modò *audiret*, sed & *videre cogeretur*, *eorum flagitia*; adeò apertè peccabant, ut dicitur Gen. 13. 13. Esa. 3. 9 [b].) *excruciabat*, Pi. Be. E. Quicquid cerneret, vel audiret, ipsum miserè torquebat [c].

9. *Novit*, &c.] i. e. Longo usu exercitatus est [d]. Scit, potest, & vult [*]. Orationem huc usque pendentem nunc claudit.

[Margin: g G. — h Vor. sic Ger. — i Me. Pi. — k E. — l G. — m E. — n G. — o E. sic Pi. — p G. — q G. sic Ger. — r Ger. E. — † Me. — t G. — v Ger. — x E. — y Ger. ex E. — z Ger. — a G. — b Ger. — c G. — d Di. — * Ger. — f Q. in Ger. — g Ger. — h G. — i Gom. — k G. — l E. — m G. — n Ger. — o Me. sim. V. — p V. ex Er. sim. Me. E. — q Ca. — r G. — † Calv. — t Ger. — v G. Ger. — x Ger. — y G. — z E. Ger. — a Ger. — b G. — c Ger. — d Be. — * Me.]

claudit [f]. Hyperbaton [g]: qu. d. Si Deus peccantibus non pepercit, probos autem liberavit, *novit igitur pios eripere*, &c[h]. Ex uno exemplo nobili infert sententiam generalem [i]. ¶ *De tentatione*, &c.] i.e. E periculis & adversis [k]. ¶ *In*, &c. Εἰς ἡμέραν — κολαζομένους τηρεῖν] *In diem judicii* (nempe extremi [l]:) *cruciandos* (Est Præsens pro Futuro [m], κολαζομένους, pro κολασθησομένους [n] · *puniendos*, Er. Vor. E. Non tantùm in anima, ut nunc, sed & in corpore [o]: vel potiùs *punitos*, Pi. sive, *pœnas dantes*, Be. Pi. Quod exemplis recitatis maximè convenit [p], quibus ii proponuntur de quibus adhuc viventibus pœnas sumpsit Deus, quamvis & alias longè asperiores postea decernendas præparavit. Sensus igitur est, Istos sic à Deo puniri, vel, hujus vitæ privatione [q], idque per horribile aliquod supplicium [r]; vel, aliis pœnis, ut graviori etiam judicio serventur †: vel, *pœnas dantes*, scilicet jam nunc secundùm animam apud inferos [r].) *reservare*, Mo. &c.

10. *Magis*, &c. Μάλιστα δὲ τοὺς ὀπίσω σαρκὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ πορευομένους] Πορεύεσθαι ὀπίσω est *sectari*, Luc. 21. 8 [v]. *Maximè autem* (Ac præcipuè puniendos servare [x]:) *eos qui post carnem* (Voce σαρκὸς intelligit omnem carnem sive nostri, sive alterius, sexûs, quæ non est nostra, id est, extra conjugium. Omnia talia μιασμοί. Nam sola in matrimonio κοίτη ἀμίαντος, Heb. 13. 4 [y]. *Carnem* vocat pravas carnis concupiscentias, cumprimis verò nefarias libidines [z].) *in concupiscentia*, sive *cupiditate immunditiæ*, sive *pollutionis*, (vel, *impurâ*, Il P. id est, quâ polluuntur [a]; vel, *ob pollutum desiderium*, V. vel, *per impuram cupiditatem*. Præpositio ἐν hîc non notat viam seu locum ubi ambulatur, sed causam procreantem, quæ ad ambulandum impellit [b].) *ambulantes*, Mo. &c. q. d. Qui cum falsa doctrina vitam impiam conjungunt [c]. Redit enim hîc ad falsos doctores [d], quos hoc versu describit ex libidinositate & superbia [*]. Gnosticos hîc notat [f]. Irenæus de Carpocratianis, *Omnia, etiam impia, potestatem habere se operandi dicunt*. Solâ enim humanâ *opinione negotia bona & mala ducunt*. Explicat Epiphanius, πᾶσαν ἀῤῥητουργίαν καὶ ἀθέμιτον πρᾶξιν — ὅτι πᾶσαν καὶ πᾶν εἶδος ἀνδροβασιῶν καὶ λαγνειστέρων ὁμιλιῶν πρὸς γυναῖκας ἑκάστῳ μέλει σώματος. ¶ *Dominationémque*, &c. Καὶ κυριότητος, &c.] Est abstractum pro concreto, ut Eph. 1. 21. Col. 1. 16. Sed ibi de Angelis agitur, hîc de Hominibus [g]. *Et contemnunt dominatum*, Be. &c. vel, *autoritatem*, Er. V. id est, publicam potestatem & leges [h], vel, ἐξουσίαι, Rom. 13. 1 [i]. omnes in imperio positos [k]. Sic & Latini dicunt *potestates* [l]. Sed hos hæreticos magistratum contempsisse non legitur [m]. Al. *dominationem*, Christi scilicet, dum pro eo Angelos ad Deum mediatores substituunt [n]. Al. Intelligit universalem dominationem Dei, quâ mundum instituit & gubernat, quam spreverunt illi & repulerunt per fabulas suas de mundi creatione & gubernatione confictas [o]; q. d. Deum omnium dominum, & scelerum vindicem, aspernantur [p]. Biblia Regia & Complut. legunt κυριότητας. Sed rectiùs est κυριότητος · 1. quia sic habent cod. plures & probatiores; 2. quòd καταφρονεῖν Genitivum regit; 3. quòd Judæ v. 8. est κυριότητα, in Singulari [q]. ¶ *Audaces*, &c. Τολμηταὶ, αὐθάδεις, δόξας οὐ τρέμουσι βλασφημοῦντες] Vel, est exclamatio conquerentis sive indignantis, quæ præced. annectitur ex abrupto propter πάθος [r]. Vel, est Ellipsis †. Subaudiendum hîc, vel, *qui sunt*, Oecum. in E. vel, *cum sint*, ut hæreat hæc pars cum seq [r]. vel, *qui, inquam, ut sunt*, Be. Pi. *Audaces*, (ad aggrediendum ea quibus suum institutum promoveant [v]; vel, ad maledicendum [x]: nihil non audentes. Sic Stoicorum arrogantiam apud Tacitum insectatur quidam, addito, *ex ea secta homines turbidos fieri* [y].) *præfracti*, (vel, *contumaces*, G. vel, *sibi placentes*, Be. Pi. *procaces*, vel, *protervi*, Me. Sui sensûs, & judicii, tenaces [z].) *gloriâ præcellentes*, (vel, *glorias*, Zeg. E. *dignitates*, Be. Pi. Rev. δόξαι, id est, [a], honore fungentes, summo scilicet, Rom. 13. 1 [b]. vel, *opiniones*, Val. Er.) *non verentur* (vel, *tremunt*, Val. Er. *horrent*, Be. Pi.) *convitiis incessere*, Ti. Er. Pi. &c. vel, *maledicere*, Er. βλασφημοῦντες, pro βλασφημεῖν, Græcismus [c]. [Sensus,] Adeò non reverentes in summis honoribus positos, ut eis etiam atrociter maledicant, contra Exod. 22. 28. Τρέμειν hîc per Meton. est *revereri*, ut Dan. 5. 19. & 6. 26 [d].

11. *Ubi*, &c. Ὅπου — οὐ φέρουσι κατ᾽ αὐτῶν παρὰ Κυρίῳ βλάσφημον κρίσιν] Aut, ut apud Judam est, κρίσιν βλασφημίας. Illud autem, παρὰ Κυρίῳ, abest in MS. & rectè [*]. *Ubi* (vel, *Cùm*, Er. P. Be. Pi. &c. ut ὅπου sumitur Marc. 4. 15. 1 Cor. 3. 3. & in Lxx Prov. 26. 20. & in Plut. Isoc. Demost. ut Stephanus exemplis probat [f].) *angeli, fortitudine & virtute* (vel, *robore ac potentiâ*, Be. Pi. cùm robore naturæ, tum, potentiâ dignitatis [g]:) *majores existentes*, (i. e. qui plus possunt polléntque quàm Reges [h], aut homines in magistratu constituti [i], ut apparuit in Ægypto, & in Sennacheribo. Vide Psal. 103. 20 [k]. vel, quàm falsi illi Doctores [l].) *non portant* (vel, *ferunt*, Er. V. Zeg. Camer. *proferunt*, Zeg. non inferunt, non intorquent [m]:) *adversùm se* (mutuò scilicet, aliùs adversùs alium [n], suæ naturæ & generis socios †. Κατ᾽ αὐτῶν hîc positum pro καθ᾽ ἑαυτῶν [o], ut quidam cod. habent [p]. Vel, *adversùm se*, ut sensus sit, q. d. Angeli, cùm sint purissimi, blasphemiam nec nominare audent, nè eâ se contaminent, &c [q]. vel, *adversùs ipsos*, scil. dæmones [r], ut colligitur ex loco parallelo, Judæ v. 9 †. vel, *adversùs eas*, Be. Pi. P. Ca. &c. nempe dignitates [t], Reges, etiam impios [v]. Angeli, cùm de Regibus ac Principibus aut impiis, aut vitiosis, loquuntur, nusquam loquuntur nisi modestè, non cum maledictis; ut videre est tum alibi, tum 1 Reg. 22. 20. Dan. 4. & 12. Zach. 3. Nimirum etiam Angeli reverentiam exhibent potestati quam eis speciali providentiâ Deus concessit [x], & regnis etiam impiorum custodiendis præsunt, Dan. 10. & 11. Sic & Prophetæ Regibus, quos fortiter arguebant, honorem, ut par erat, habebant; nec eis imprecabantur, sed duntaxat prædicebant, &c [y].) *à Domino* (vel, *apud Dominum*, Er. Be. Pi. in conspectu Domini [z]: vel, coram Dei judicio [a], si quando disceptationem cum eis habeant apud Dominum †.) *blasphemum* (vel, *maledicum*, Er. Ti. P. Pi. *contumeliosum*, Camer. *exsecrabile*, Vulg. *maledictionis*, Be. *blasphemiæ*, Sy.) *judicium*, Mo. Er. Be. Pi. &c. vel, *maledicam sententiam*, Ca. ut scilicet eis maledicant [b]: vel, *vindictam quæ maledicendo exercetur*. Nam κρίσις ponitur pro נקם, Prov. 6. 34. Esa. 34. 8. & 35. 4. Deo soli vindictam illam reservant, sicuti & contra Diabolum, utpote cui & ipsi potestas quædam à Deo data sit, fecit Michael: quod argumentum à majori addit Judas [c].

12. *Hi*, &c. Οὗτοι — ὡς ἄλογα ζῶα, γεγεννημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθορὰν] *At isti* (Magistri mendaces, de quibus v. 2 [d].) *veluti bruta animantia* (Quo stupiditatem & ignorantiam eorum notat [*]:) *naturâ* (vel, *suâpte naturâ*, Zeg. vel, *naturaliter*, Calv. Vor. Ca. vel, *naturalia*, Mo. Calv. φυσικὰ, pro φυσικῶς [f].) *genita* (vel, *facta*, Mo. *nata*, Er. V. Pi. *procreata*, Vor.) *in capturam & in perniciem*, Er. Il. Ti. V. Et certè bruta animantia eo fine creata sunt, ut ab hominibus capta & occisa cedant in eorum esum & usum [g]. Sed dura est & insolens locutio, φυσικὰ γεγεννημένα, pro, φυσικῶς, vel φύσει, γεγεννημένα, unde etiam Erasmus suspicatur illud γεγεννημένα ex albo Libri in contextum irrepsisse [h]. Alii [ergò] φυσικὰ seorsim accipiunt, ut sit declaratio vocis præced. ἄλογα, quod aptius est [i]. *Illi*, inquit, *velut bruta animalia, naturalia* [k], i. e. quæ non ratione ducuntur [l], sed sensu [m]; vel naturâ, sive naturalibus motibus & concupiscentiis [n]; *nata in capturam*, &c. Ger. vel, 1. activè, ut aliorum animas capiant & perdant, instar animalium rapacium quæ in aliorum perniciem intenta sunt [p]; vel potiùs, 2. passivè [q], ut tandem judicii die tanquam laqueo capti ad interitum trahantur [r]. Sensus loci, q. d. Quæ ad interitum facta sunt: quæ dum escam bruto impetu persequuntur, ultrò in retia & exitium suum ruunt †. [Sic vertunt:] *At isti, veluti animantia rationis expertia, quæ naturali impetu feruntur*, id est, quæ non consilio, nedum Spiritu Dei, sed cœco naturæ rationis expertis impetu, ad belluinas cupiditates feruntur, ex collat. Judæ v. 10. *Naturæ* enim nomine, de brutis loquens, *sensualitatem* intelligit, *facta ad eum finem ut capta intereant*; q. d. Sponte se in Diaboli & mortis laqueos induunt, vasa nimirum ad interitum coagmentata, juxta Rom. 9. 22. Judæ ver. 4 [t]. ¶ *In*, &c. Ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται] *In his* (vel, *Ea*, Be. Pi. ἐν, sicut Heb. ב circumscribit Accusativum, Psal. 20. 8. *Invocabimus in nomine* (i. e. nomen,) *Domini* [v]: ἐν οἷς, pro ἐν ἐκείνοις ἃ, Græcismus.- Et ἐν hîc pro εἰς [x]. Sic enim loquitur Isoc. βλασφημεῖν εἰς τὰς ἐμὰς διατριβάς [y]. Vel, *ob ea*, V. vel,

Marginal notes (left column): f E. g V. h V. E. i G. k Ger. sim. Pi. l E. m G. Vor. n G. o Me. sim. E. p Pi. q Be. r Pi. † Be. r Pi. v G. x E. y G. z Ger. a Ger. Pi. b Pi. c Ger. d E. Ger. * Ger. f Ham. g G. h Q. in Me. i G. k G. sim. Er. V. Be. Ham. plerique in E. l G. m E. n Q. in E. o E. p Me. q Ger. r Pi. † Pi. sic Lc. E. r E. v E. Ger. x E. y G. z Me. sic Er. V. E. a G. b G. sim. Er. Be. Pi. E. c Pi. d G.

Marginal notes (right column): * Idem. f Ger. g Com. h G. i Gom. k G. l Ger. m Me. n E. Ger. † E. o Ger. p Ger. sim. Be. q E. r E. sim. Ger. Ham. † Ger. sim. Ham. t Be. Vor. Zeg. sic Gom. v Be. Gom. x G. y Be. z Gom. a Ger. † E. b Me. sim. E. c G. d Me. sim. E. * E. f Q. in Ger. g Ger. sim. E. Be. h Ger. i E. sim. Ger. k Ger. l E. Ger. m E. n Ger. p Q. in E. q In. Ham. r Ger. r E. † Gom. t Be. v Q. in Ger. x Pi. Vor. y Pi.

10 20 30 40 50 60 70

vel, *contra ea*, per Hebraismum, quo ב usurpatur pro על, ut Gen. 26. 12. Num. 12. 1 [z]. vel, ἐν οἷς, est pro εἰς ἃ. Vide 2 Reg. 19. 6 [a].) *quæ ignorant* (h. e. religionem Christianam [b]: vel, viam veritatis, de qua suprà dixerat; vel, in ignorantia [c]. Hinc disce, ignorantiâ non tegi blasphemiam apud Deum [d].) *blasphemantes*, (vel, *vituperantes*, Be. Pi. q. d. Maledictis proscindunt ea quæ non intelligunt [*], quæ captum illorum superant [f]; nempe, fidei nostræ mysteria [g], quæ ipsi respuunt, & errores putant, vitio suo & superbiâ quâ tument [h].) *in corruptione* (vel, *perditione*, Er. V.) *sua* (vel, *suo interitu*, spirituali scilicet; *suo*, i. e. sibi destinato à Deo. Et ἐν hîc redundat [i]; vel, *suâ ipsorum corruptelâ*, Be. Gom. *Corruptionem* intelligit non *naturæ*, ut Gal. 6. 8. & hujus versûs initio [k], sed *morum* [l], ut infrà v. 19. cui, tanquam causæ, interitum, velut effectum, subjicit, verbo sequente [m]; q. d. Eo exitio quod ipsi sibi suis illis perditis & corruptis moribus accersunt [n]; vel, illo exitio quod merentur [o]. Vox φθορᾶς fœdas libidines hîc notat, ut infrà v. 19. & suprà 1. 4 [p].) *adcorrumpentur*, Mo. vel, *interibunt*, Be. Pi. &c. q. d. malè peribunt [q]; dum sese totos libidinibus tradunt, quo naturam suam dehonestant, vitiant & corrumpunt, tandem in æternam corruptionem, i. e. perditionem, præcipitabuntur [r]. [Sensus versûs est,] *Ità peribunt illi sicut pereunt muta animantia, quæ per naturam in id destinata sunt ut ab hominibus capiantur & interficiantur*. Prædicit exitum belli Barchochebæ. Similes comparationes habes Psal. 141. 10. Jer. 10. 18. Abac. 1. 15. Meritò autem hoc eis eventurum ait, quia *maledictis insectantur ea quæ non intelligunt*. Neque enim intelligunt quanta sit Imperiorum utilitas. Ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν, id est, *cùm advenerit tempus exitii ipsorum*. Metonymia †.

13. *Percipientes*, &c. Κομιούμενοι, &c.] *Reportaturi* (De hoc significatu vocis κομίζεσθαι, vide 1 Pet. 5. 4 [t].) *mercedem* (i. e. eam pœnam, nempe corruptionem, pro mercede [v]:) *injustitiæ*, Be. Pi. &c. scil. generaliter sumptæ [x], ut Luc. 13. 27. Rom. 1. 18 [y]. id est, peccatorum, etiam carnalium, ut ex seq. patet [z]. Ἀδικία hîc *vitam extra leges* significat [a]. ¶ *Voluptatem*, &c. Ἡδονὴν ἡγούμενοι ——— τρυφήν] *Voluptatem existimantes* (vel, *Pro voluptate ducentes*, Er. Ti. sic G. *Ut qui pro voluptate ducunt*, Il. P. Pi. i. e. Quibus est demum suavis & jucunda vita [b]:) *illas in die* (vel, *diei*, Er. *Diem* à nocte distinguit, q. d. Exuto omni pudore, etiam interdiu comessantur & libidinantur, quum hæc noctu fieri ab improbis soleant, juxta 1 Thes. 5. 7 [c]. vel, significat, illos in diem vivere securos futuri [d]: *diurnas*, Er. V. Zeg. sic Be. *quotidianas*, P. Pi. ut ἡμέρα idem sit quod καθ' ἡμέραν, Luc. 16. 19 [*]. Sed tum dixisset ἡμέρας εἰς ἡμέραν [f]. Vel, *ad breve tempus*, G. sic Ger. *dieculares*, Ger. Q. in E.) *delicias*, Mo. P. Pi. &c. vel, *si in diem deliciis fruantur*, Er. Ti. Il. Me. vel, *saginari in diem*: nec vident id sibi fieri sicut pecoribus quæ mox mactanda sunt [g]; q. d. Felicitatem statuunt in præsentibus deliciis carnis & sensuum, more Epicureorum, securi temporis ac judicii post hanc vitam secuturi [h]. ¶ *Coinquinationes* (vel, *Inquinamenta*, Er. V. *Labes*, Be. Pi.) *& maculæ*] Ità Er. &c. vel, *vituperia*, E. Ger. id est, Dedecora Christianismi [i]: vel, polluti & culpæ obnoxii [k]. Sed abstractis emphaticè utitur, ut cùm hominem sceleratum *scelus* dicimus [l]: q. d. Qui toti & animo & corpore polluti sunt, & suâ spurcitie alios contaminant, & in epulis turpia & vituperio digna exercebant [m], crapulæ luxuique turpiter indulgentes [n]. Hi σπιλάδες Judæ. Σπῖλος, *sordes*, ut diximus ad Eph. 5. v. 27. unde σπιλοῦν, Jac. 3. 6. Judæ v. 23 [o]. Apud profanos scriptores est *macula in veste*, vel, *nævus in facie* [p]. Μῶμος, מום, est vitium Corporis, ut videre est Num. 19. v. 2. Deut. 15. 21. & 17. 1. &c. Sed & ad Animum transfertur, ut videre est Deut. 32. 5. ut & ἄμωμος, Eph. 1. 4. & 5. 27. Col. 1. 22. &c [q]. ¶ *Deliciis*, &c. Ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, &c.] *Qui deliciantur* (vel, *se oblectant*, P. sic Be. Sy. *insultant*, Er. Ti. *luxuriantur*, Mo.) *in fraudibus* (vel, *seductionibus*, Be. *deceptionibus*, Er. *erroribus*, Er. Ti.) *suis* (vel, *per deceptiones suas*, V. quibus scilicet paraverunt sibi divitias [r], quibus postea ad luxum abutuntur †. Impudenter, inquit, in ipsis conviviis jactant, quòd tam facilè Ecclesiam fallerent [t], communionem cum ea simulantes, & tamen suis cupiditatibus servientes [v]; hypocrisi suâ alios decipientes, dum se veros doctores simulant [x].) *epulando* (vel, *dum epulantur*, P. Be. *coepulantes*, Mo.) *vobiscum*, Pi. id est, in sacris Ecclesiæ conviviis versantes [y]. Εὐωχία est *convivium*. Indè εὐωχεῖσθαι, *epulari*, & συνευωχεῖσθαι, *unà epulari* [z]. [Alii locum aliter reddunt.] *Qui de vobis in suis erroribus convivantes jocantur*. Putantes vos errare, cùm errant ipsi [a]. *Deliciis affluentes in conviviis suis, luxuriantes vobiscum*, Vulg. Sensus est, Toti luxu diffluunt in conviviis suis specioso *agaparum* nomine obvelatis, quæ vobiscum exercent [b]. Vulgatus pro ἀπάταις legit ἀγάπαις [c], & rectè [d], ut est in loco parallelo, Judæ v. 12 [*]. Ἀγάπαι [autem] dicebantur convivia illa in quibus Christiani divites & pauperes pari victu utebantur: divitum enim sumptu pauperes isto quasi refrigerio juvabantur, ideóque id vocabatur *dilectio* apud Græcos, teste Tertul. Ea convivia claudi solebant Sacramento Dominicæ passionis, ut videre est Act. 2. 42, 46. qui mos [ab] ipso die quo instituta est à Domino Cœna mansit in Africa, ut ex Conciliis & Augustino discimus. Ideóque olim *edebatur quantum esurientes caperent, bibebatur quantum pudicis erat utile*, ait idem Tertul. At docet nos Historicus Socrates in Ægypto primùm introductum in illas Agapas ἀκρασίαν, quæ causa fuerit cur postea institutum sit ut nè Sacramentum nisi à jejunis sumeretur. Ea ipsa ἀκρασία hîc notatur, ostenditúrque ejus origo fuisse à Carpocratianis [f]. Sed huic lectioni obstat pronomen αὐτῶν. Neque enim ἀγάπαι erant istorum hominum propriæ, sed toti Ecclesiæ communes, quod & seq. membrum declarat [g]. Sed auferendum est illud αὐτῶν, quod Arabs non legit [h].

14. *Oculos habentes plenos*, &c. Μεστοὺς μοιχαλίδος, καὶ ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας] *Plenos adulterii*, (i. e. Oculos ad mulieres adjicientes [i], explendæ libidinis gratiâ [k]; nihil agentes aliud nisi ut mulieres ad adulteria alliciant [l]: vel, *adulteræ*, Er. Be. V. Ga. quam *in oculis ferre* dicuntur in Proverbio [m]. Dictum apud Plut. de viro impudico, *In oculis habet* οὐ κόρας, (quod ambiguum est, & vel *pupillam oculi*, vel *puellam*, significat:) ἀλλὰ πόρνας, *sed meretrices* [n]. Ponitur hîc epitheton pro Substantivo, ut *propheta* pro *prophetia*, Dan. 9. 24. &, ut puto, Deut. 29. 19. *Ut addat ebriam sitienti*, id est, ebrietatem siti [o]. Ità hîc *adultera* pro adulterio, vel adulterandi libidine ||. Τὸ μοιχαλὶς usurpatur ἐπιθετικῶς, Matth. 12. 39. Marc. 8. 38 [p]. Vel, in ipsorum oculis quasi habitare adulteram dicit [q]. In MS. est μοιχαλίας, quod rectum puto; ut sit à μοιχαλὶς μοιχαλία, sicut à μοιχὸς μοιχεία. Et ità legit Latinus [r]. *Oculos* hîc memorat †, quia hîc potissimùm apparet libido [t]; horum magna in amoribus vis, ut diximus Mat. 5. 28. Adde Prov. 6. 25. Sirac. 26. 9 [v]. Dicunt Hebræi, *Oculi & cor sunt proxenetæ amoris*; Græci, ἐκ τοῦ ὁρᾷν γίνεται τὸ ἐρᾷν· Latini, *Oculi sunt in amore duces* [x]. Adde Job. 31. 1. Psal. 119. 37 [y].) *& incessabiles* (vel, *incessabilis*, Vulg. Legit ἀκαταπαύστου· quod melius [z]. Sed in quibusdam cod. legitur adhuc *incessabiles*, quod rectius [a].) *peccati*, Mo. vel, *qui à peccando cessare nesciunt*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. E. Gom. Insatiabili libidine [b]: *irrequietos à peccato*, videlicet aspectûs libidinosi mulierum; q. d. Oculos habent insatiabiles ad videndum id quod libidinem provocat [c]. Oculi illorum non adulteria tantùm sectantur, sed & alia fœda, idque assiduè. In Glossario, Ἀκατάπαυστος, *Inaccessibilis, indesinens*. Id ipsum est quod השקט לא יוכל, Esa. 57. 20. ¶ *Pollicentes*, &c. Δελεάζοντες ψυχὰς ἀστηρίκτους] Vox δελεάζειν valde est huic rei propria, quæ invenitur infrà v. 18. & Jac. 1. 14. Sic & ἀστήρικτοι infrà 3. 16 [d]. *Inescantes* (Tum, 1. per falsam doctrinam ||: tum, 2. per voluptates carnis, quas & promittunt, & affatim exercent [*].) *animas instabiles*, Be. Pi. &c. vel, *inconstantes*, G. i. e. homines in fide [f], & castitate [g], & pietatis studio [h], mutantes, & nondum satis confirmatos [i]. ¶ *Cor*, &c. Καρδίαν γεγυμνασμένην πλεονεξίαις] At MS. habet πλεονεξίας [k]. *Cor exercitatum cupiditatibus*, Mo. vel, 1. impudicitiæ, ut vox sumitur Eph. 4. 19. Cui favet quod præcedit [l]. Vel, 2. possessionum [m]: quod optimè cohæret & cum seq. exemplo Balaam & cum præced. Nam ad hoc inescabant blanditiis auditores, ut pecunias emungerent [n]. Vel, *rapinis*, Er. Il. Ti. Ca. *ad extorquendum*, P. *ad avaritiam*, Be. Ca. Pi. Sæpe repetit colores, ut meliùs noscantur. Et est Participium

pro

pro Verbali, more Hebræo; q.d. Cor peritum avaritiæ [o], lucris captandis diu assuetum, & unicè intentum [p]. Doctores qui commeatum dant peccandi, non mirum est si multos discipulos attrahant, & indè lucrum faciant, ut jam antè diximus [q]. ¶ *Maledictionis filii*] Id est, quos manet illa maledictio, Matth. 25. 41. ut *filii mortis, iræ, gehennæ*, quibus hæ debentur & præparantur: vel, Hebraismus est [r], q. d. Exsecrabiles, i. e. digni omnium exsecratione & maledictione †. Locutio est qualis Mat. 11. 19. Joh. 17. 12. Eph. 2. 2, 3. 1 Pet. 1. 14. Sic בן הכות vertitur ἄξιος πληγῆς, Deut. 25. 2 [t].

15. *Derelinquentes* (vel, *Postquam dereliquerunt*, Ger.) *rectam viam* (Sic Act. 13. 10. quam scil. Apostoli monstraverant [v]; viam veritatis, & fidei, & sanctitatis [x]; veram & sanam Christi doctrinam [y]. Est introductio ad comparationem seq. Nam Balaamo dictum, *via tua perversa*, &c. Num. 22. 32 [z].) *erraverunt*, Ἐπλανήθησαν] *Aberrárunt*, Be. Pi. in errorum avia, alios secum eò trahentes, 2 Tim. 3. 13. *Nubium instar quæ ventis circumaguntur*, Judæ v. 12 [a]. Jam non in uno aliquo dogmate consistunt, sed vagantur per varios errores doctrinæ; nunc hoc, cras aliud, dicentes [b], prout commodum viderint quæstui, ut Balaam, &c [c]. ¶ *Secuti viam* (id est, & falsam doctrinam [d]; & mores *, avaritiam, vitámque impiam [f]:) *Balaam* (Pro Prophetis & Apostolis secuti sunt Pseudoprophetam. Est autem comparatio valde apposita, ut sequentia ostendent [g]. Balaam, cùm esset Propheta veri Dei, adjunxit se hostibus populi Dei, & quidem in cultu idololatrico, Num. 22. 41. & 23. 2, 14, 29. & consilium dedit quo Israelitæ in impudicitiam pellecti malè perirent, tandem verò cum hostibus populi Dei excisus est. Pariter & Gnostici doctrinam Judæo-ethnicam cum Christiana miscebant, séque adjungebant idololatris & persecutoribus Christianorum, & Christianos impuris suis & doctrinis & moribus inquinabant. Denique ut in peccato illis pares erant, sic & in exitio, cum Judæis excisi à Romanis [h].) *ex Bosor*, Τοῦ Βοσὸρ] Nempe χωλεῖ [i]. q. d. Natus in loco cui nomen *Bosor* [k]. Habemus quidem nomen Βοσὸρ in Græco pro בשור, 1 Sam. 30. 9. item בצר, Deut. 4. 43. & 1 Macc. 5. 26. Hic autem designatur locus dictus פתורה Num. 22. 5. Quod à Syris mutatum est in בשר, quia frequens illis est פ. mutare in ב. ut Joel. 1. 1. פתואל, in Græco Βαθουὴλ. Nec minùs frequens mutatio ת. in ש. quomodo idem est תור & שור, multáque alia [l]. [Reliqui aliter accipiunt:] *Ipsius Bosor*, E. *Qui fuit Bosor*, Ger. nempe filius [m]. Articulus enim τοῦ magis solet parentem designare quàm locum nativitatis [n]. *Bosor* ergò idem nomen est cum *Beor* [o], qui erat pater Balaami, Num. 22. 5 [p]. nisi fortè binominis fuit [q], quales in V. T. multi. Forsan Apostolus paronomasiâ quadam mutavit nomen *Beor* vel *Boor*, & pro eo appellavit *filium Bosor*, h. e. carnis à בשר, q. d. carni addictum: quomodo Judæi *Bethel* dixere *Bethaven*, Ose. 4. 15. & *Beelzebub*, *Deum muscarum*, vocàrunt *Beelzebul*, *Deum stercorum*, Mat. 10. 25, &c [r]. ¶ *Qui mercedem iniquitatis* (vel, *injustitiæ*, E. Me. h. e. Balaci munera *, pro opere injusto †; quòd scilicet se promptum & paratum ad maledicendum offerret [d].) *amavit*] i.e. desideravit & exspectavit *. Vide quàm bene similitudo respondeat. Balaam suasit stupra, idque lucri causâ: sic & illi. Traditio in hoc loco supplevit quod retinetur in Scriptura. Vide quæ diximus Num. 24. 25. & 31. 8. Balaam acceptâ mercede paulò pòst periit: sic & illi peribunt [f].

16. *Correptionem*, &c. Ἔλεγξιν δὲ ἔσχεν ἰδίας παρανομίας· ὑποζύγιον ἄφωνον, &c.] Nota historia ex Num. 22. 28. Optimè autem procedit comparatio. Illum asina arguit: hos animalia muta propè omnia, quòd sexûs leges servant; quædam etiam pudicitiam conjugalem. Idem sensus apud Judam v. 10 [g]. *Redargutionem verò habuit* (vel, *sustinuit*, Pi.) *propriæ transgressionis*, Ger. E. Be. (vel, *Sed redargutus fuit de sua iniquitate*, Er. Il. Ti. quòd scilicet dona non contempsit, nec donantis animum; sed avaritiâ allectus profectus est maledicendi animo, ut patet ex Num. 24. 14. & 25. 1, 2, 3. & 31. 16. Jos. 24. 9, 10. Apoc. 2. 14 [h]. quòd cognitâ Dei voluntate de non maledicendo populo in contrarium nihilominus niteretur, Num. 22. 19. & 23. 13, 29. vel, *suæ vesaniæ*, Vulg. Legit παρανοίας quæ vox est in Aristoph. Plat. &c. Deest hîc γὰρ, ut suprà v. 9. quomodo כי sæpe deest apud Hebræos [k]. sub. *Nam*, V. Be. Pi. &c.) *Subjugale* (vel, *jumentum*, Ca. vel, *animal subjugale*, Er. Il. Ti.) *mutum* (subauditur hîc ζῶον vel κτῆνος. Intelligit autem synecdochicè *asinam* [l]: *Subjugis asina muta*, Be. Pi. Ὑποζύγιον est Nomen per se generale, ut Latinum *jumentum*. Sed apud Græcos S. Scripturæ Interpretes semper de Asino aut Mulo dicitur, ut Exod. 4. 20. & 9. 3. & 20. 17. Job. 24. 3. Zac. 9. 9, &c. Nec aliter Matth. 21. 5. Id eò evenit quòd Judæa equos non ferret. Et ἄφωνον hîc dicitur *quod sermone caret*, Specie excellentiore significatâ per nomen Generis [m].) *in* (Sed ἐν hîc redundat [n]:) *hominis* (vel, *humanâ*, Be. Pi. id est, simili hominis voci. Genitivus interdum denotat comparationem parium, ut Esa. 1. 10. *Ductores Sodomi*, i. e. Sodomitis similes. Sic Judæ v. 11. *In via Cain*—*& errore Balaam*, &c [o].) *voce loquutum* (*Si homines tacerent, lapides loquerentur*, Luc. 19. 40. Sic cùm homines brutescant, bruta animantia pro Deo loquuntur [p]. Exemplum valde appositum, quia hos homines suprà v. 12. cum bestiis comparavit [q].) *prohibuit* (vel, *cohibuit*, sive *coercuit*, Ger. ex Sy.) *Prophetæ insipientiam*, Mo. vel, *dementiam*, Be. Pi. Er. Verè enim dementia erat, Deo se opponere [r]. Παραφρονία vox est inusitata. Græcis dicitur aut παραφροσύνη, ut Platoni in epistola, aut παραφρόνησις, ut Zach. 12. 4 †. Non autem in verbis asinæ aperta erat reprehensio jam dicti criminis, sed ex illis constabat, viam ejus fuisse perversam [t]. Nec ἔλεγξις hîc asinæ tribuitur, sed absolutè ponitur, & de Angelo intelligi debet [v]. Qu. Quomodo Petrus eum vocat *Prophetam*, quem Moyses vocat *ariolum* [x]? sic enim Vulg. reddit פתורה Num. 22. 5. & Joshua, 13. 22. eum קוסם appellat, quod *ariolum* sonat [y]. Resp. 1. *Propheta* vocatur non quia talis erat, sed quia talem se dicebat. Sæpe enim nomen נביא in S. literis usurpatur secundùm id quod putatur, non quod est. Et in eo sensu Interpretes vertunt interdum προφήτην, sæpe ψευδοπροφήτην, ut Jer. 6. 13. & 26. 7, 8, 11, &c [z]. 2. Prophetam hunc Dei fuisse, sed avarum & improbum, constat, tum, quia Petrus eum absolutè *Prophetam* vocat, nec in eo idololatriam reprehendit, sed avaritiam; tum, ex descriptione Mosaica, Num. 22. 5, 8, 13, 18, 19. tum, ex oraculo illo Num. 24. 16, 17. quod θεόπνευστον esse in confesso est [a]. Illud autem פתורה Num. 22. 5. Targum vertit *in Petor Syriæ*, & מפתור *de Pethor*, ubi Vulgatus agnoscit esse nomen loci. Illud autem קוסם interdum accipitur in bonum, pro *præscio futurorum*, ut Esa. 3. 2. sicut & קסם, Mich. 3. 11 [b]. 3. Forsan Balaamus avaritiâ impulsus quandoque illicitis divinationibus usus fuit, saltem inter infideles, ut Num. 23. 1. & 24. 1 [c].

17. *Hi sunt* (Multis similitudinibus depingit illorum hominum ingenium [d].) *fontes sine aqua*] Vel, *sicci*, E. Qui procul venientes invitant ad bibendum *, sed sitientes atque adeuntes fallunt [f]. Sic illi expertes sunt vitalis aquæ, id est, sanæ doctrinæ [g], & pietatis, 2 Tim. 3. 5 [h]. veritatem, pietatem, salutem, & salutis securitatem, auditoribus promittunt; sed reipsâ nihil horum præstant [i]. *Fontes sine aqua* dicuntur *fontes*, sed non sunt: sicut oculus qui non videt Aristoteli non est *oculus*. Ità illi nomine tantùm *Christiani* [k]. *Fontes* vocat fontium receptacula [l]. Scientiam, inquit, jactant, cùm nullam habeant [m]. ¶ *Nebulæ*, &c. Νεφέλαι ὑπὸ λαίλαπος, &c.] Νεφέλαι & *nubes* dicuntur & *nebulæ*, quæ ipsæ abortus quidam sunt in nubium genere, tenebricosæ & non imbriferæ. Indè *errorum nebulam* dixit & Juvenalis. Et MS. hîc pro νεφέλαι habet ὁμίχλαι. Vide Sap. 2. 4. Sirach. 24. 3. & 43. 15. Solet ità verti Hebræum ערפל, ut Job. 38. 9. Joel. 2. 2. Soph. 1. 15. Et Judas hanc comparationem cum præcedente permiscens, ait, νεφέλαι ἄνυδροι ὑπὸ ἀνέμων παραφερόμεναι. Facilis agitatur id quod leve est; nebula à ventis, nebulones à cupiditatibus suis. Sic motus animi Ventis & Procellis sæpe comparat Cicero [n]. [Sic vertunt:] *Nubes* (vel potiùs, *Nebulæ*, D. sic Er. P. Be. Pi. Gom. quæ propriè, secundùm Physicos, sunt nubes steriles [o].) *à procellâ* (vel, *turbine*, Er. V. Be. Pi. Λαῖλαψ est *ventus violentus*, Phavor. Hesych. *cum tenebris*, Phavor. quod aptè exprimit tenebricosos errores, ac mores ethnicos, quibus abrepti sunt [p].) *actæ*, sive *impulsæ*, E. Quæ spem pluviæ faciunt, sed solo vento turgent [q], nec imbrem emittunt

quem pollicentur[r]. Denotat doctorum illorum, tum vanitatem & fraudulentiam †, tum inconstantiam atque instabilitatem in doctrina & placitis suis [t], quæ mutant & invertunt prout commodum fuerit [v]. ¶ *Quibus*, &c. Οἷς, &c.] Genus masc. ostendit hoc non referendum ad propinquius, nempe πηγαὶ, aut νεφέλαι· sed ad remotius, ὅτι, *illi*, falsi scil. doctores [x]. *Quibus caligo tenebrarum* (i. e. tenebrosissima [y], h. e. miserrimus inferni cruciatus [z]. Pœnæ alterius seculi modò sub Incendii, modò sub Tenebrarum, figura describuntur, ut Matth. 8. 12. & 22. 13. & 25. 30. Augetur autem significatio cùm dicitur ζόφος σκότους, ut & Judæ v. 13. Sic dicitur χλοῦς πηλὸν, σύμφορα πάθης, *cænum luti*, & similia [a].) *reservatur*] Significatur finis & supplicium quod illos manet [b]. Respondet pœna culpæ. Tenebricosa vita tenebris punitur. Τετήρηται 1 Pet. 1. 4. de Præmio dictum, hîc de Pœna [c]; respicitque supplicium malorum Angelorum, suprà v. 4. quod hi cum illis commune habent [d].

18. *Superba*, &c. Ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγγόμενοι, &c.] *Nam* (vel, *Siquidem*, Il. Er. V. Ti.) *pretumidam vanitatem* (vel, *superba*, sive *pretumida*, *vanitatis*, Mo. Pi. Ger. Vulg. Phrasis qualis, ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, *dies novissimi*, 2 Pet. 3. 3. *lubricum ætatis*, pro *lubrica ætate*. Et ὑπὲρ significationem auget [*]: vel, *inflata & vana*, G. *superba & inania*, V. *vehementer fastuosa*, Er. Il. Ti. V. Ger. Eadem vox in Græco Dan. 11. 36. ubi in Hebræo est נפלאות, & Deut. 30. 11. 2 Sam. 13. 2 [f]. & Judæ v. 16 [g]. Eodem sensu στόμα λαλοῦν μεγάλα, Dan. 7. 8. In Glossario ὑπέρογκος, *inflatus* [h]. Verba tumentia & fastu plena, vana tamen & inania [i]; nempe de virtute in se missa, quâ mundi fabricatores effugere possent. *Dicebant*, ait Tertul. *suas animas de sublimi virtute conceptas, despectrice Mundi potentium principatuum* [k].) *loquendo*, (vel, *loquentes*, Mo. Vulg. vel, *sonando*, Il. *ubi sonnerint*, Er. Ti. φθέγγεσθαι est *sonum edere* [l]. Competit hoc Gnosticis, qui, sibi solis scientiam vendicantes, de rebus maximis & abstrusis magno cum fastu vanissimè nugabantur [m].) *inescant* (& inescando capiunt, ut suprà v. 14 [n]. vel, *pelliciunt*, Vulg.) *per carnis cupiditates*, pérque lasciviás, Pi. vel, *in desideriis*, seu *concupiscentiis*, *carnis*, *luxuriis*, Mo. E. vel potiùs, *lasciviis*, E. Er. Zeg. Deest in MS. copula. Nec id inusitatum, ubi alterum alterius est expositio, ut Luc. 2. 14. De re vide suprà v. 7, 10. ἐν hîc est *per* [o]. Vel, *per concupiscentiam carnis voluptatibus*, V. vel, *cupiditatibus libidinosi corporis*: nam σαρκὸς ἀσελγείας legendum puto [p]. ἐν ἐπιθυμίαις pro εἰς ἐπιθυμίας, & ἐν ἀσελγείαις pro δι' ἀσελγειῶν [q]. ¶ *Eos*, &c. Τοὺς ὄντως, &c.] Ità plerique Codices legunt [r]. Alii ὀλίγον, ut Complut †. ac Regius [t]. Alii ὀλίγως, ut MS [v]. & duo cod [x]. quod infrequens [y]. [Hinc variant:] *Illos qui verè* (vel, *indubiè*, *utique*, *omnino*, vel, *planè*, Val. *prorsus*, Camer. id est, reipsâ, non simulatè [z]; q. d. qui non hypocriticè, sed ex animo, se Christo addixerunt [a]: vel, *propemodum*, Ca. Sy. & Ar. in Ger. *parumper*, Q. in E. *ad tempus*. Sic ὀλίγον habuimus etiam in 1 Pet. 1. 6. Re ipsâ *effugerant*, non in speciem. Correcti fuerant, sed in vetera sunt relapsi; ut sequentia clarè indicant [b]. *paululum*, Vulg. id est, vel, imperfectè, nec satis firmâ fide: vel potiùs, non multò antè, sed nuper admodum, conversi ad Christum [c].) *effugerant eos* (vel, *aufugerant ab his*, Er. Il. Ti. P.) *qui in errore* (scilicet infidelitatis & vitæ carnalis [d],) *versantur*, sive *conversantur*, Be. Pi. Er. &c. Judæos, Gentiles [*], vel potiùs, Gnosticos [f]: vel, *qui nunc decepti redeunt*, nempe ad ea quæ effugerant. Ἀναστρέφεσθαι est *redire*, Mat. 17. 22. Act. 5. 22. & 15. 16, &c. Et plurimis V. T. locis שוב sic vertitur. Pro eodem infrà ἐπιστρέψαι [g]. Sensus, Eos qui verè reliquerant errorem pristinæ conversationis, novo erroris genere decipiunt [h]. Gnostici eos qui nuper ab eorum hæresi conversi fuerant ad orthodoxam fidem rursum ad suam hæresin pelliciunt, refricando & objiciendo illis escam priscarum voluptatum & libidinum, quibus in hæresi indulserant [i].

19. *Libertatem*, &c.] Scil. carnalem [l]; vel, omnia operandi [m], sive ad omne genus turpium voluptatum [n]; vel, à peccato [o], & pœna peccati [p], & legibus divinis [q], atque humanis [r]; & à subjectione dominorum & Principum, ut liberè agant quicquid lubet: Luxuriam enim dicunt non esse peccatum, sed opus Dei & naturæ †. Animam suam dicebant ab omnibus liberatam, teste Irenæo [t]. Libertate, quâ nihil optabilius ac suavius audiri solet, promissâ, homines ad doctrinam suam pelliciunt [v]. ¶ *Cùm ipsi servi sint corruptionis*, Τῆς φθορᾶς] *Corruptele*, Be. Pi. &c. *Morum corruptissimorum*; φθορὰ enim hîc sumitur ut suprà 1. 4 [x]. Libidinis & voluptatis, quæ animum & corpus corrumpunt [y]. Quomodo [ergò] alios liberarent [z], qui ipsi servi sunt, & quidem pessimâ servitute [a]. ¶ *A quo*, &c. Ὧ γάρ τις ἥττηται τούτῳ καὶ δεδούλωται] Sensus idem qui Rom. 6. 16. & Joh. 8. 36. ubi nonnulla ex Philosophis attulimus paris sensûs [b]. *Siquidem à quo quis superatus est* (vel, *victus est*, Ca. Æth. Me. Gom. Non imperfectè & ex parte, ut ille Rom. 7. qui adhuc repugnat, & tandem superior evadit, v. 23. sed perfectè, quâ fractis jam viribus ac captus non repugnat [c].) *huic etiam est mancipatus*, Be. vel, *in servitutem addictus*, Pi. vel, *servus factus*, E. Quod dixit eos esse servos corruptionis, id probat ex jure belli, quo victor victori cedit in servum atque mancipium [d].

20. *Si*, &c. Εἰ γὰρ, &c.] Sed vera lectio est, οἱ γὰρ, &c. ut series sequentium indicat [*]. *Si enim aufugientes* (vel, *postquam effugerint*, Be. Pi.) *inquinamenta* (Hæc vox alibi in N. T. non occurrit, sed μιασμὸς suprà v. 10. Μιάσματα Medicis dicuntur *seminaria luis pestilentialis in aere corrupto*, quæ occultè serpunt, & multos inficiunt. Sic & seminaria vitiorum homines ad illa pronos facilè contaminant [f].) *mundi* (nempe voluptates & libidines [g], errores & peccata quibus scatet mundus [h], h. e. homines impii in mundo [i]. Vide suprà v. 10 [k].) *in cognitione*, &c. Mo. Id est, in adeunda cognitione, seu fide Christi [l]; vel, conferentes se ad cognitionem, i. e. fidem & cultum, Christi [m]: vel, *per agnitionem*, &c. Be. Pi. E. id est, per fidem Christi purificantem, Act. 15. 9. Tempus significat quo primùm facti fuerant Christiani [n]. Cognitio Evangelii vim habet nos à peccatis liberandi, Joh. 8. 36 [o]. ¶ *His*, &c. Τούτοις δὲ πάλιν ἐμπλακέντες ἥττωνται] Abundat δὲ [p], ut & alibi [q]: vel potiùs, vertendum *tamen* [r], vel, *autem* [*]. Vox ἐμπλέκεσθαι habetur in LXX Prov. 28. 18 †. & 2 Tim. 2. 4 [t]. & in Plat. & Polyb [v]. éstque valde emphatica, & significat *tricis & laqueis implicari*. Verbum ἥττωνται respectum habet ad v. præced [x]. *His rursus implicati* (id est, à seductoribus istis inescati ac malè persuasi [y].) *superentur*, Ger. Id est, in peccati servitutem redigantur [z]. ¶ *Posteriora* (vel, *Ultima*, Val. *Postrema*, Er.) *deteriora prioribus*] Habes eadem verba Matth. 12. 45. & Luc. 11. 26 [a]. similia Matth. 27. 64. Joh. 5. 14 [b]. Gravius enim est malum recidivæ; & profundiùs se vitiis pristinis immergunt, habitúmque validiorem inducunt [c]; & ingrati obicem ponunt gratiæ Dei [d], ideóque ab ea deseruntur, & à dæmone arctiùs habentur [*]. Hermas 3. 9. *Quidam tamen ex eis maculaverunt se, & projecti sunt de genere justorum, & iterum redierunt ad statum pristinum, atque etiam deteriores quàm priùs evaserunt.* Socrates apud Xenophontem l. 2. ait quosdam existimare, qui justi fuere injustos non fieri; se verò planè aliter existimare, atque eam immutationem fieri per mala exempla & neglectum exercendæ virtutis [f].

21. *Melius*, &c.] Id est, Minus malum [g]. Sic καλὸν ἦν sumitur Matth. 26. 24. quod alibi dicitur ἀνεκτότερον, Matth. 10. 15. & 11. 22, 24, &c [h]. ¶ *Non cognoscere* (vel, *cognovisse*, E. Me. Be. Pi.) *viam justitiæ*] Id est, religionem justam: vel, doctrinam quâ justitia vera comparatur [i]: vel, Evangelium [k], quod suprà *via veritatis*, & *via recta*. Nam *justitia* hîc omnia comprehendit quæ Deo grata sunt, ut 1 Pet. 2. 24 [l]. ¶ *Quàm*, &c. Ἢ ἐπιγνοῦσιν ἐπιστρέψαι, &c.] Id est, ὡς τὰ ὀπίσω ἀνακάμψαι, ut in uno vet. cod. legitur [m]. Sic ἀνακάμψαι pro שוב habes Exod. 32. 26. Jud. 11. 39. Ezec. 1. 14. & 7. 13, &c. εἰς τὰ ὀπίσω valet *retro*, ut Luc. 9. 62. & 17. 31, &c [n]. *Quàm cognitâ illâ* (vel, *agnoscentibus*, Mo.) *regredi* (Nempe à fide & via justitiæ deficiendo [o]:) *à sancto mandato* (Quod jam dixit *viam justitiæ* [p], h. e. ab Evangelio [q]; quod ἁγία ἐντολὴ per excellentiam, 1 Tim. 6. 14 [r]. quod *sanctum* vocatur per Antithesin ad inquinamenta mundi †.) *ipsis tradito*, Pi. sic Be. &c. Per Apostolos nempe, ut dicetur infrà 3. 2. Sic παραδοθείσῃ πίστει dicit Judas v. 3. Sunt autem huic sententiæ similes Sirach. 34. 30, 31. & apud Philonem, [cujus verba quære in G.] Vide ad Luc. 12. 48 [t]. Hoc autem illo

illo pejus est [v]; quia hic peccat, 1. sciens, Luc. 12. 47. 2. per ingratitudinem, abjiciens dona Spiritûs Sancti à Deo accepta: 3. gravissimo peccato, vel hæresis, vel apostasiæ [x].

22. *Contigit enim* (vel, *autem*, E.) *eis illud*, &c. Τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας] *Illud* (vel, *Res*, E.) *veri proverbii*, Mo. E. *Quod vero proverbio dici solet*, Er. P. Be. Pi. E. &c. Est in Græco Prov. 26. 11 [y]. Sensus est, Non in protasi tantùm, sed etiam in apodosi, nimis vera est hæc proverbialis locutio [z]. ¶ *Canis reversus ad*, &c. Ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα] *Ad suum* (vel, *proprium*, Mo.) *vomitum*, J. Ca. Pi. &c. scilicet, ad id resorbendum quod evomuerat, quod fœdissimum est & abhominabile [a], nec in summa quidem fame à quoquam usurpatum [b]. Dictum hoc à Salomone de eo qui iterat stultitiam suam [c]. In Græco Prov. 26. est ἔμετον [d], quæ est vox usitatissima, pro quo hîc est ἐξέραμα, quæ vox insolentior est [*]; quam alibi me legere non memini [f]. Sed ex ramicibus ejus colligitur eam priscis non prorsus ignotam fuisse. Ἐξερᾶν sive ἐκχέαι, ait Salmas. post Hesychium, est κενῶσαι. Indè, addit Salmas. ἐνερᾶν, *infundere*; item κατερᾶν, *defundere*, quæ vox occurrit in Dioscor. 2. 87. & 5. 100. & in Polluce, 7. 33. quibus adjicere licuit διερᾶν, *transfundere*, sive *percolare*, ex Plut. adv. Epicur. denique ἐξερᾶν [g]. Quæ vox passim occurrit [h], valetque *educere*, *expromere* sive *extrahere* [i], *evacuare* [k], vel, *evomere*, ut in Dioscor. 6. 19. ubi de iis agens qui Pharicum venenum sumpserint, μετὰ τὸ ἐξερᾶσαι αὐτὸς [l], id est, *postquam evacuati sunt* [m], vel potiùs, *postquam vomuerint*: nam *evacuationem*, quæ dejectione fit, in veneno tam præsentaneo, exspectari eum voluisse credibile non est [n]. Sic in Laertio Heraclitus quærit, *An quis posset ex intestinis pressis humidum* ἐξερᾶσαι, *educere* [o]? Sic in Hippoc. De morbis 4. καὶ ἐξερᾷ, καὶ πυρεταίνει· *& vomit, & febricitat*. Hinc καὶ ἐξερᾶν in Arrian. Epict. 3. 13. Μὴ κάθεξερα, &c. *Noli pituitam tuam in eos evomere, excreare, egerere*. Est & ἀπερᾶν idem quod ἐξερᾶν, ut in Strab. l. 1. ubi de mari Euxino dicit βιάζεσθαι, καὶ ἀπερᾶσαι τὸ πλεονάζον, *vi erupit, & quod abundabat evomuit* [p]. Canis porrò, æquè ac sus, immundum animal est, ex Lege Mosis; idque, inter alia, ratione victûs, qui in utroque valde impurus est. Canis vescitur rebus fœtidissimis, etiam putridâ cadaverum carne: lingit saniem ulcerum [q], sive alienorum, ut Luc. 16. 21. sive propriorum, Ælian. *De animal*. 8. 9 [r]. ¶ *Sus* (Ab hac qualitate dicta Heb. חזיר, à חזר *rediit* [†]) *lota* (sub. *reversa*, Er. V. E. &c. vel, sub. *revolvitur*, Camer.) *in*, &c. Εἰς κύλισμα (Pro quo κυλισμὸν dixit Th. Prov. 2. 18 [s].) βορβόρου] *In*, vel *Ad*, *volutabrum* (vel, *volutationem*, Er.) *cœni*, Er. P. Ca. Pi. &c. Quo maximè gaudet, & volutatione in locis cœnosis pinguescit, ut notant Aristot. Hist. 8. 6. Ælian. *De animal*. 5. 45, &c. Unde & Aratus v. 1123. — σύες φορυτῷ ἐπιμαργαίνουσι [v]. Hoc vult, peccatores, illos potissimùm qui semel mundati in pristina vitia relabuntur, se similes reddere his animalibus, quæ ob insignem immunditiam locum adagiis dederunt [x]. Terentius Hecyrâ, *Nam in eandem vitam te revolutum denuò video esse* [y].

CAP. III.

1. **H**Anc — *secundam scribo epistolam*] Hinc & ex c. 1. 18. liquet Petrum hanc scripsisse Epistolam [a], ipsùmque ad eosdem, nec plures, sed unam Epistolam, dedisse [b]. Al. Hoc est initium novæ Epistolæ ejusdem Simeonis ad illos in Ægypto Judæos Christi disciplinam professos [c]. ¶ *In*, &c. Ἐν αἷς διεγείρω ὑμῶν ἐν ὑπομνήσει τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν] *Quibus* (vel, *In quibus*, Mo. Pi. Nempe duabus Epistolis [d]: alioqui dixisset, ἐν ᾗ [*]. Ad sensum, non ad verba, refertur constructio [f]. Præsupponitur hîc & subintelligitur aliquid, hoc modo, *Hanc jam secundam*, post vel præter priorem, *vobis scribo*, &c [g]. Al. *Per quas*, V.) *sinceram* (i. e. puram & simplicem, non fucatam [h]:) *mentem vestram* (Blandientis hoc est & bene sperantis [i]; vel, anticipantis, q. d. Non hæc scribo ut mentem vestram sinceram reddam, sed ut pro officio & amore meo vos in sinceritate confirmem [k]. Εἰλικρίνειαν commendat nobis Paulus, 1 Cor. 5. 8. & quidem suo exemplo, 2 Cor. 1. 12. & 2. 17. Διάνοια, *mens*, Matth. 22. 37. Marc. 12. 30. Heb. 8. 10. & 10. 16. &c [l].) *per commonitionem*, Be. vel, *in commonitione*, Mo. ἐν, pro διά. Monet, eos non tam uberiori informatione indigere quàm seriâ commonitione [m], ne segnescant [n]: vel, *commonefaciendo*. Est eadem locutio quæ suprà 1. 13. Sic ὑπομιμνήσκειν pro הזכיר habemus Joh. 14. 26. 2 Tim. 2. 14. & suprà 1. 12 [o].

2. *Ut*, &c. Μνησθῆναι τῶν προειρημένων — καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἡμῶν ἐντολῆς, &c.] Quidam (imò omnes Græci cod. præter Complut [p].) habent ὑμῶν, nempe, quasi unus ex Apostolis loqueretur. Ego utrumque [& ἡμῶν, & ὑμῶν, quod G. cum Vulg. legit,] insertum puto, [Hoc autem dicit Grotius sine argumento, sine ullo Codice, ut sententiæ suæ singulari de authore hujus Epistolæ velificetur:] & esse Trajectionem pro τῆς ἐντολῆς τῶν ἀποστόλων, &c. Sic Judas, qui hunc Scriptorem multùm sequitur, ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τοῦ Κυρίου, &c [q]. [Sic vertunt:] *Meminisse* (Μνησθῆναι, pro εἰς τὸ μνησθῆναι [†]· vel, *Ut memores sitis*, Be. Pi. &c.) *prædictorum verborum* (de adventu Christi ad judicium, & instauratione tunc promissa [r]:) *à sanctis Prophetis*, (sæpiùs in V. T. ut bis à Joele [†]; ab Esaia, Daniele, & Malachia [t]:) *& apostolorum nostri mandati*, *Domini*, &c. Mo. vel, *& mandati nostri*, *qui sumus Apostoli*, &c. Er. V. sic Pi. Plerique in E. vel, *præcepti illius dati nobis Apostolis*, &c. Be. vel, quod accepistis *à nobis Apostolis*, Ger. sic E. Pronomen ἡμῶν non est hîc possessivum [v], pro ἡμετέρων [x], sed primitivum, sive exegeticum [y]; & cohæret cum nomine ἀποστόλων, non per syntaxin rectionis, sed convenientiæ, per Appositionem [z]. Est enim hîc Trajectio [a], quæ Petro familiaris [b]. Convenit hæc expositio, & cum membro priore, & cum loco parallelo, Judæ v. 17. Ad hanc autem proximè accedit ea quâ ἡμῶν conjungitur cum Κυρίου, &c. hoc modo, *Mandati* quod accepistis *ab Apostolis Domini & Salvatoris nostri* [c]. *Servatoris* nomen doctrinæ hujus dignitatem commendat [d]. Hoc autem mandatum h. l. dicitur esse tum, Apostolorum, quibus mandatum est; tum, Christi ut Domini & præcipientis, ut apparet ex collocatione vocis ἐντολῆς, ut nullus hîc sit Trajectioni locus [*]. Per ἐντολὴν autem hîc intelligit, vel, 1. præcepta de dilectione Dei & proximi, ad quæ reliqua omnia referuntur [f]; vel, 2. totam doctrinam Christianam [g], testimonio Prophetarum & Apostolorum confirmatam, quam vivâ voce ipsis priùs prædicatam in memoriam eis revocat. Ἐντολὴ enim respondet voci Heb. מצוה, quæ *doctrinam* significat [h]. Vel, 3. præceptum quod Petrus in præced. inculcavit de retinenda mordicùs doctrina principio tradita, maximè quod ad Christi promissiones & gloriosum adventum attinet; deque cavendis Pseudodidascalis. De his enim disertè Judas exponit, ac de iisdem subjungit Petrus [l].

3. *Hoc primùm* (id est, inprimis, ut suprà 1. 20 [k]. tanquam rem præcipuam, & cautelæ ergò maximè necessariam [l].) *scientes*] Subauditur ἐστε, *Scitote*, E. ¶ *Venient in*, &c. Ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν ἐμπαῖκται] *Extremis*, vel *Ultimis*, vel *Novissimis*, *diebus* (ad verb. *In extremo dierum*, Pi. sub. *tempore*, Camer. Non designat certum tempus, sed significat *tandem* aut *posthac*, ut Num. 24. v. 14. Judas in re eadem dixit ἐν ἐσχάτῳ χρόνῳ [n]. Hæc phrasis, more Hebræorum, designat tempora futura, sive in longinquum, sive etiam proximè, ut docuimus ad 1 Tim. 4. 1. Constat enim Petrum hîc loqui de seductoribus paulò pòst exorituris [o]. Al. Designat h. l. tempus Apostasiæ Ecclesiæ sub Antichristo, juxta 1 Tim. 4. 1 [p]. [ubi vide Synopsin.]) *irrisores*, Be. Pi. P. Mo. vel, *illusores*, Er. Il. Ti. Ca. Qui Heb. לצים. Dicuntur sic homines qui pietatem irrident [r], qui Dei contemptu & sacrilegâ audaciâ volunt ingeniosi apparere [†]. Al. *Illusores* hîc dicuntur, non quòd pro ludo & joco habeant Christi religionem, quum ipsi vel maximè Christiani vellent haberi, quàm quòd instructi sint arte fallendi; quòd dum fallunt homines, eos & in corde suo derident, & aliorum ludibrio exponunt [t]. In MS. est ἐν ἐμπαιγμονῇ ἐμπαῖκται, pro, ἐν ἐμπαιγμῷ, dicitur enim & ἐμπαιγμὴ & ἐμπαιγμὸς & ἔμπαιγμα. Est autem mos Hebræis augendi causâ addere Substantiva Adjectivis. Et sic Latinus legit, vertens,

tens, *in deceptione illusores*, Aug. citat expressiùs ad Græcum, *illusione illudentes*. Ἐμπαῖκται illos qui futuri erant interpretor, ut antè Carpocratianos, qui resurrectionem corporis negabant venturam, ut docet Aug. eóq; audaciùs quòd excisis jam Hierosolymis adhuc viderent stare hanc Mundi machinam, contrà quàm plerique Christianorum, etiam Apostoli, futurum existimaverant; quia nihil certi ea de re à Domino acceperant, nisi antè fore ut exscinderentur Hierosolyma quàm Mundus. Apostolos hîc cùm dixi, intelligo ante tempus Revelationis Johanni factæ [v]. ¶ *Juxta proprias* (i.e. sibi à natura insitas [x].) *concupiscentias*, &c.] Eadem verba Judæ v. 16. Vide & suprà 2. 10 [y]. q.d. Prout eos ducunt vel agunt cupiditates [z]. Indulgentes gulæ, libidini, &c [a]. Non mirum autem esse si carni per omnia indulgent qui resurrectionem non credant, docet nos Paulus 1 Cor. 15. 32 [b].

4. *Dicentes, Ubi*, &c. Ποῦ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία τῆς παρουσίας αὐτοῦ] *Ubi est pollicitatio*, sive *promissio*, (id est, res promissa [c].) *adventus* (id est, promissus adventus. Phrasis qualis v. præced. & 2. 18 [d].) *ejus?* Er. Be. Pi. Mo. id est, Christi, cujus nomen paulò antè præcessit, &, si id non esset, tamen ex re ipsa satis poterat intelligi [*], ut Heb. 13. 5 [f]. cujus nomen isti per ἐξουθενισμὸν exprimere noluerunt [g]. *Adventum* hîc intelligit gloriosum, ad judicium [h], toties promissum & inculcatum [i]. Interrogatio est, vel, 1. dubitantis, q. d. Tardus est Dominus, &c [k]. vel, 2. negantis [l], qu. d. Vana est promissio adventûs Christi [m], & interitûs ac renovationis mundi [n]. Sic sectatoribus suis futurorum & metum & spem eximere studebant, ut se totos in voluptates demergerent [o]. Simili modo impii eludebant Ezechielis Vaticinia 12. 27. Et Malachiæ dicebatur, *Ubi Deus ille judicii*, i.e. judicaturus? 2. 17 [p]. ¶ *Ex*, &c. Ἀφ' ἧς, &c.] Subintellige ἡμέρας [q]. Et ἡμέραν sume pro *tempore* [r]. [Sic vertunt:] *Nam ex quo* (sub. *die*, Pi. Be. ut Epocha sit à qua initium sumit, excludens præterita, & includens sequentia †. Sed hæc sententia non placet; 1. quia Epocha hîc ponitur eâ longè vetustior, nempe à creatione; 2. difficile est scire quos Patres intelligit. Si dicas Ab. If. & Jac. huic opponi possit, quòd probationem hîc sumit à tempore diluvii quod illos longè antecessit. Malim ergò ἀφ' ἧς vertere *præterquam quod*, vel, *hoc excepto*, quòd scil. patres obdormierunt, & filii illis successerunt, & homines non sunt immortales, quod ad præsens institutum non attinet [t].) *Patres* (antiqui scilicet, Patriarchæ & Prophetæ, quos hunc adventum credidisse & annuntiâsse dicitis [v]; vel, Patres primi & prisci, à quibus genus hominum proseminatum est [x].) *obdormierunt*, (i.e. mortui sunt [y]; q.d. quos non tam mortuos esse, quàm *obdormire*, sive in sepulchro quiescere, dicitis, ut irrisoriè hoc dictum sit, quomodo & seq. vox κτίσεως [z], quam ex Christianorum hypothesi usurpant [a].) *omnia ità permanent ab initio creationis*, Be. Pi. &c. q. d. Hactenus mundus sine mutatione duravit. Ergò deinceps quoque semper durabit [b]. Quasi qui author est naturæ nihil in ea mutare possit, aut quasi diuturnitas præscribat mutationi [c]. De duratione mundi judicandum est ex Dei potentia, tanquam causâ conservante. & Dei voluntate verbo per Prophetas & Apostolos patefactâ [d]. Manilius, *Jam tum cùm Danaæ vastarent Pergama puppes Arctos & Orion adversis frontibus ibant.* Confer Eccles. 1. 9 [*]. Inter Hebræos Maimonides, Philosophiâ Aristotelicâ nimis imbutus, disputat adversùs Mundi renovationem in diebus Messiæ futuram hoc argumento, *Quòd mundus retinet & sequitur consuetudinem suam*. Sed hanc ipsius sententiam refellunt & AE. & Abarbanel [f].

5. *Latet*, &c. Λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας] *Illud enim volentes* (vel, *sponte*, P. Pi. Er. V. E. Æth. vel, *quia volunt*, Sy.) *nesciunt*, Er. Il. Ti. vel, *præterit*, Ca. vel, *ipsos fugit*, Be. *ipsos latet*, P. Pi. Datâ operâ nesciunt, nolentes advertere ad Scripturas è quibus discere poterant veritatem [g]; scire nolunt [h], quod scire debent & possunt [i]. Crassa est & affectata eorum ignorantia [k]. Est quædam ignorantia multum trahens de voluntario. Ideo de quibusdam dicitur, *noluerunt intelligere*. Si Mosem legerunt, scire possunt Mundum hunc constare ex corruptibilibus, ideóque non mirum si futurum est ut & ipse corrumpatur [l]. Al. *Latet eos qui hoc volunt*, id est, qui

[v] G. [x] Ee. [y] G. [z] Pi. [a] Me. sic E. [b] G. [c] Med. [d] Ger. [*] G. sim. Ger. [f] G. [g] Ger. [h] Gom. sic E. Me. Ger. Med. T. [i] T. [k] Q. in E. [l] E Vor. Ger. Gom. [m] Gom. sic E. [n] Gom. sic Med. [o] E. sim. Ger. [p] G. [q] G. Pi. E. Ger. [r] G. † Q. in Ham. [t] Ham. [v] E. sic Ger. [x] Me. [y] Pi. E. Me. [z] Ger. sim. Ee. [a] Ger. [b] Gom. sic E. [c] E. [d] Gom. [*] G. [f] Med. [g] E. [h] Me. sic Ger. [i] Ger. [k] E. [l] G.

ità censent [m]. Nam θέλειν Græcis, & *velle* Latinis, sæpe idem est quod *existimare*, vel *statuere*. Herodianus, πισθῆναι τοὺς ἀνθρώπους, Ἀπόλλωνα τὸν ἐθέλοντες, *quòd Apollinem esse velint*, i. e. existiment. Tullius, *Quatuor enim naturas, ex quo omnia constare censet, divinitùs esse vult* [n]. Et dicere solemus, *Qui hoc volunt*, i. e. statuunt. Sic 2 Cor. 1. 17. *quæ volo*, i. e. doceo, sive affirmo. Ità hîc θέλοντες valet *affirmantes*, cum magisterio scilicet, sine ulla ratione, præter *Sic volo*, &c [o]. Pronomen *hoc* demonstrat sequentia [p].

10 ¶ *Quòd*, &c. Ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι, καὶ γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα, τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ] Illud, συνεστῶσα, refertur, vel, 1. tam ad cœlum quàm ad terram, per Zeugma [q]. *Terra ex aqua emersit*, eadémque *stat* δι' ὕδατος. *Cœlum* quoque *ex aqua constat*. Nam *cœlum* omne, tam quod *aerem* quàm quod *ætherem* dicimus, Hebræis uno appellatur nomine, censetúrque esse vapor ex aquis, ut ad Genesin ostendimus. Idem cœlum *stat* etiam δι' ὕδατος, ob nubes quæ in cœlo sunt, ac partim supra cœlum, ut

20 videre est Gen. 1. 7. & 7. 11. Psal. 148. 4 [r]. Vel, 2. ad solam terram †, cujus descriptio hîc additur, ob mentionem diluvii, quod cœlos non attigit [t]. [Verba sic reddunt:] *Quòd cœli* (*Cœlos* pro cœlo posuit, quia sing. num. [hujus vocis] Hebræi non habent [v]. *Cœlum*, nempe aereum, hujúsque infima regio: huc enim, nec altiùs, aquæ diluvii pervenerunt [x]. Sic accipiunt Aug. & Beda, & Theologi ferè omnes [y].) *erant* (vel, *extiterunt*, Be. sic Pi. Ger. sub. *creati*, Pi. Ger.) *jam olim*, (scilicet tempore Noe, ex collat. v. seq. ubi dicitur ὁ τότε κόσμος,

30 *qui tum*, nempe, tempore Noe, erat *mundus* [z]. Verùm nondum agitur de mundi per diluvium destructione, sed de primæva mundi creatione [a]. Vel, *ab antiquo*, Ger. ex Sy. ab ipso mundi initio [b]: ἐκ enim habet vim intendendi, ut 2 Pet. 2. 3 [c]. ἐξ ἡμερῶν ἀρχαίων, Esa. 37. 26 [d].) *& terra* (scilicet ἦν, *extitit* [*], vel, *emersit*, G. *Terram* hîc vocat terrestrem globum ex terra & aqua compactum, ut sub *cœlo* aer includatur [f].) *de*, vel *ex*, *aqua*, (Tanquam ex parte sui, in alveis ipsius inclusâ [g]: *ex aqua*, id est, ex illa massa humida quam ὕλην vocabant ex Phœnicum Libris Græci [h]; ex magna illa *abysso*, Gen. 1. 1 [i]. ex im-

40 mensa aquarum copia, quæ terram olim operuit, nunc autem est in Oceano, & fluviis, & locis subterraneis [k]; *ex aqua* emersit, quâ initio obruta erat [l]: vel, *extra aquam*, Vor. sic Ger. vel, *ab aquis separata*, Ger. Non intelligit h. l. causam aliquam materialem, neque etiam efficientem; sed locum duntaxat continentem [m].) *& per aquam*, (tanquam per fundamentum cui incumbit. Vide Gen. 7. v. 11. Psal. 24. 2 [n]. vel, *in aqua*, P. Be. Pi. tanquam natans in illa [o]. Δι' ὕδατος, pro ἐν ὕδατι [p], ut 1 Pet. 3. 20 [q]. vel, *inter aquas*, sive *in mediis aquis*, Med. Ham. sic Be. G. i. e. circumdata aquis, superioribus scilicet, sive nubibus

50 ei impendentibus [r], quasi esset διὰ μέσου †. Διὰ ponitur pro בתוך *inter* [t], ut 1 Pet. 3. 20 [v]. & 1 Cor. 3. 15. διὰ πυρὸς, *in medio ignis* [x]; & 2 Tim. 2. 20. διὰ μαρτύρων, *inter testes*: Sic Herod. διὰ νήσων, *inter insulas* [y]. Sic *per montes*, Latinis idem est quod *in montibus* †.) *consistens* (vel, *subsistens*, quia ab aqua veluti fermentatur [z], compingitur & conglutinatur [a], ut una ejus pars alteri adhæreat [b], nè diffluat in pulverem [c]; & ut apta sit productioni & conservationi corporum mixtorum [d], alioqui nimis friabilis

60 futura, pulverulenta nimis, ac pedibus insistentium cessura [*]. Al. συνεστῶσα pro *esse* ponitur, ut *constare* apud Ciceronem, *Quæ in omni rerum natura totóque mundo constarent, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam* ||. Al. συνεστῶσα, id est, σύστασιν (*consistentiam*) *suam habens*, quomodo & Physici loquuntur, ut diximus ad Col. 1. v. 17. Sic & σύστασιν κόσμου habes Sap. 7. 17. Nam & Terra simul cum Aqua unum efficit globum, & sub terra ingentia sunt aquarum conceptacula, in quæ tota se maria insinuant, & unde omnes oriuntur, & in iis se sæpe rursus

70 occultant. Vide Psal. 24. 2. Eccles. 1. 7. & ibi dicta [f].) *Dei verbo*, Mo. Er. Il. &c. Illo scilicet quo dixit, *Fiat lux*, &c [g]. Jussu Dei, aquas ab arida separantis [h]. Mandato Dei cum potentia conjuncto, quippe quo terra in aquis consistens perpetuò conservatur [i]. Sed hoc referendum ad *terram* & *cœlos*, ut patet ex collat. v. seq. & Gen. 1. & Psal. 33. 9. & 148. 5 [k]. Refellit hîc argumentum illusorum v. præced. adductum. Diuturnus, inquit, & invariatus mundi status non impedit quin Deus qui creavit mundum, eum destruere possit [l]. Vide quæ ad Joh.

[m] Heins. sim. Med. Ham. [n] Heins. [o] Ham. [p] E. [q] G. sic Oecum. & La. & Less. in Ger. [r] G. † Be. sic E. Ger. [t] Be. [v] E. [x] E. sim. Pi. [y] E. [z] Pi. [a] Ger. [b] E. sim. Ger. Be. Ham. [c] Ger. [d] G. [*] Pi. Vor. Ger. [f] Med. p. 758. [g] Pi. [h] G. [i] Ham. Med. p. 755. [k] Ham. [l] D. sic Be. J. Cap. E. Me. Ger. [m] Vor. [n] Pi. [o] Idem. [p] Pi. Vor. Ca. [q] Pi. [r] Ham. † Med. 755. [t] G. Med. Ham. [v] G. Ham. [x] Ham. [y] Med. † Ca. [z] J. Cap. [a] Me. sic E. [b] Me. [c] E. sic Me. [d] E. sic Ger. [*] J. Cap. || Ca. [f] G. [g] Ham. [h] Me. [i] Vor. [k] Ger. sic E. [l] Ger.

Joh. 1. 1. Philo, λόγῳ γὰρ αἱ ξυπαὶ καὶ ἐπίσαι ὥρα πεπαγυῖα καὶ παγίῳ συνίςαται. Hoc vult, Aquas illas quæ in cœlo terraque sunt Dei imperio ac potentiâ & contineri & laxari, sicut & Ignem [m]. Hic versus præparatorius est ad seq. Atheisticum illum aphorismum, Nullas impiis pœnas, nulla præmia piis, reservari, quem refellit exemplo diluvii, v. 6. Cui ut viam muniat, describit hic statum inferioris mundi qui ità à Deo constitutus erat, ut, cùm illi placeret, eum inundare possit. Terram enim posuit in aquis, &c [n]. Sensus versûs est, q. d. Latet eos quòd cœli & terra consistant Dei verbo, ac proinde quòd eodem Dei verbo occidere & aboleri possint [o]. Non omnia eodem modo semper permanent, ut fingunt illusores isti, &c [p].

6. *Per*, &c. Δι' ὧν ὁ τότε κόσμος, &c.] *Per quæ* (vel, *Quibus rebus*, i. e. quâ eluvione †: *Per quos*, V. Nempe, per cœlos [q], i. e. imbres cœlitùs effusos, Gen. 7. 11 [r]. & per terram †, quæ immensam illam vim aquarum quasi communi consensu effuderunt, Gen. c. 7. v. 11 [t]. & per aquam [v], & verbum Dei, quorum in v. præced. fit mentio [x]. Al. Δι' ὧν illativè vertendum, & Genitivus hìc pro Accusativo ponitur: διὰ autem cum Accusativo significat *propter*, ut Joh. 6. 47. δι' ἐμὲ, *propter me*, Rom. 3. 25. διὰ τὴν πάρεσιν, *propter remissionem* [y]. *Quamobrem*, P. Pi. Be. Kn. δι' ὃ idem quod ἀνθ' ὧν, *Propter quæ*, &c. i. e. Mundus ille pristinus diluvio periit propter ea ipsa, propter quæ qui nunc est mundus *igni repositus, & reservatus, est in diem judicii*. Nempe, quia erant in illis diebus, ut erunt in novissimis, *irrisores*, &c. qui noluerunt credere prædicationi Noe †. *Qua de causa*. Sic enim Græci dicunt ἀνθ' ὧν, ἐφ' ὧν, non certi aliquid, sed rem totam, de qua actum est, denotantes. *Qua de causa*, i. e. Quia talis erat qualem diximus constitutio & Terræ & Cœli [z]. Sed hæc non fuit propriè diluvii causa, sed peccata hominum, &c. Et nondum datur exemplum ubi δι' ὧν ità sumitur [a].) *is qui tum* erat (vel, *illius temporis*, Ca. id est, priscus, originalis [b], Noæ temporibus [c]:) *mundus*, (id est, vel, 1. cœlum & terra [d]; vel, 2. homines qui tum erant [*], & cætera animalia [f], & universa terræ superficies [g]:) *aquâ inundatus*, (*mersus aquis* tum è terra, tum è cœlo, erumpentibus, ut Mosis historia ostendit [h]:) *periit*, Be. &c. Gen. 7. 11 [i]. Quare nec mundus ità semper fuit, nec idem semper erit [k]. Non incredibile igitur est futuram mutationem cœli & terræ, &c [l]. Mundus destruetur non quidem aquâ, quod hìc objici poterat, sed igne, &c [m].

7. *Cœli autem* (vel, 1. aerei [n], non superelementares, sive astriferi [o]: vel, 2.ætherei [p]; ut patet, 1. quòd hi *cœli* ab *elementis* & *terra* distinguuntur, & *cœlis novis*, qui certè ætherei sunt, opponuntur; 2. quòd cœli omnes, etiam ætherei, perituri dicuntur Job. 14. 12. Psal. 72. 7. & 102. 26, 27. Esa. 34. 4. & 51. 6. & 65. 17. Apoc. 20. 11. & 21. 1 [q]. *Cœli*, i. e. Aer & Æther [r].) *qui nunc sunt*, (Hoc dicit ad discrimen cœli & terræ quæ priùs erant, à quibus non quidem substantiâ, vel omnibus qualitatibus, sed bona ex parte, diversa sunt, ob mutationem ex diluvio, &c †.) *& terra*, (Hebræi nullam vocem habent quæ *Mundum* significant; ideóque eum indigitant per partes ejus, *cœlum & terram* [t], quomodo *vespera & mane* diem naturalem significat. Sic *corpus, caro & ossa*, Eph. 5. 30. pro toto ponuntur [v]. Ità h. l. *Cœlum & terra*, i. e. tota compages mundi hujus infra lunam positi [x].) *eodem*, &c. Τῷ αὐτῷ, &c.] *Eodem verbo*, sive *sermone*, Vulg. Be. Pi. &c. i. e. imperio & jussu Dei [y], quo olim aquis diluvii obruti sunt [z]. Alii legunt, αὐτοῦ λόγῳ [a], id est, τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ, ut suprà v. 5 [b]. ¶ *Repositi sunt*, Τεθησαυρισμένοι εἰσὶ] id est, Quasi in thesaurum divinæ providentiæ, justitiæ, & vindictæ, reconditi sunt, scil. igni reservati, ut sequitur [c]: Intacta relinquuntur ad tempus, ut ea quæ arcâ clauduntur. Tam latè enim patere θησαυρῶν nomen diximus ad Matth. 2. 11. & indè θησαυρίζειν, Matth. 6. 19, 20. Luc. 12. 21. &c [d]. Τῷ λόγῳ potest esse, vel, 1. Dativus, q. d. Ista servat Deus verbo, & voluntati suæ, ut aliquando de iis faciat quod ipsi placuerit [*]. Vel, 2. Ablativus, q. d. Ista verbo & virtute Divinâ quasi in thesauro quodam conservantur, non ut in æternum permaneant, sed ut constituto tempore destruantur [f]. Res utrobique eodem recidit [g]. Significat, verbum Dei thesaurum quendam esse, ex quo depromat Deus suo tempore quæ facere decrevit [h]. ¶ *Igni* (nempe, conflagrationis in fine mundi [i].) *reservati*] Ut igne crementur [k]. Τηρούμενοι hìc distinctionem significat, ut suprà 2. 4, 9, 17. 1 Pet. c. 1. v. 4. Est hæc antiquissima traditio à Christo confirmata. Illius testimonia fuisse apud Hystaspem, Sibyllas & Sophoclem, exstare etiam nunc apud Ovid. Senec. Lucan. ostendimus ad l. 1. De V. R. C. circa finem. Idem Seneca Natur. 3. 13. *Ignis exitus Mundi est*: nimirum ex Stoicis, qui illum Mundi exitum ἐκπύρωσιν vocabant. Id Zeno, quippe Cittiensis, à Phœnicibus acceperat: nam Cittium, Phœnicum in Cypro colonia. Idem habuit à Pythagoricis Heraclitus, Pythagoras ab Judæis. Mentio ejus traditionis in Libro qui dicitur *Cedrus Libani*. Sicut Deus olim aquis frœna laxavit, ità laxabit igni. Ὅταν πυρὸς φλέγοντα θησαυρὸν σχάσῃ Χρυσωπὸς αἰθὴρ, ait Sophocles. Ignis non erat in prima illa humenti mole, sed eum Deus postea condidit. *Lucem* vocat Moses, quia lucida eadem quæ calida. Ex hac luce compacta sunt Astra, unde ignes in terram defluunt, & sub terra ignes generantur. His ignibus inter se coeuntibus, quomodo aquæ coiere, nascetur incendium illud Mundo fatale. *Omni flagrante materiâ uno igne, quicquid nunc ex disposito lucet, ardebit*, ait ad Marciam Seneca. Apud Minutium Cæcilius de Christianis, *Toti Orbi & ipsi Mundo cum sideribus suis minantur incendium* [l]. Quin & Adamus prædixerat, ait Josephus Antiq. 1. 3. *Omnia aliquando interitura, semel vi ignis, & semel vi & multitudine aquæ* †. ¶ *In* (vel, *Usque in*, Pi. Ger.) *diem judicii* (extremi scil. & universalis [m]: vel, *damnationis*, Pi. Ger.) *& perditionis impiorum*] Matth. 13. 40. & 25. 41. Judæ v. 7 [n]. Hoc addit, ut usum illius ignis præcipuum ostendat, qui est iniquos in æternum cruciare [o].

8. *Unum verò hoc non lateat vos*] i. e. Hoc inprimis scitote [p]. Quamvis lateat tempus adventûs Domini, hoc tamen latere vos non debet [q]. ¶ *Unus dies apud Dominum* (i. e. Christum, de cujus adventu sermo est [r], & cui nomen, Κύριος, in hac Epistola appropriatur. Emphasis hic est, Apud Deum †; i. e. in oculis atque æstimatione Dei æterni & immutabilis [t], qui non est temporis successioni & mutationi subjectus, cui omnia Præterita & Futura sunt Præsentia [v]:) *sicut mille anni, & mille anni*, &c.] Sentit, nullum tempus debere longum videri comparatione æternitatis secuturæ [x]. Deo nihil esse aut magnum, aut longinquum [y], nec Deum tardare promissionem adventûs [z]: quod probat; vel, à Dei natura æterna, in qua nulla est temporis longi aut brevis differentia; vel, à statu vitæ æternæ in cœlis apud Deum, cujus comparatione omnis mora brevis est; ut *apud Deum* intelligatur *in cœlis* [a]. Ineptiunt ergò qui putant Deo breve, vel diuturnum, esse quodo nobis [b]. [Hoc vult:] Tam facile Deo est judicia sua subitò quàm tardè exsequi, & contrà [c]. *Diem apud Deum esse mille annos*, dictum est frequens Hebræis [d], ut videre est Psal. 90. 4. & ibi Midrasch, Sirach. 18. 10. & in Zoar, Parasche *Berescith* [*]. Et ex illis desumpta videtur hæc sententia, potiùs quàm ex Psal. 90. 4. ubi alterum tantùm est sententiæ membrum [f]. Dictum Heracliti in Senec. epist. 12. *Unus dies par omni est*. Pythagoras apud Jamb. dicit Θεοῖς οὐδὲν μακρὸν εἶναι. Plut. Consolat. Τὰ γὰρ χίλια καὶ τὰ μύρια, κατὰ Σιμωνίδην, ἔτη στιγμή τις ἐστὶν ἀόριστος πρὸς τὸν ἄπειρον ἀφορῶσιν αἰῶνα. Idem De sera Numinis vindicta, Τοῖς θεοῖς πᾶν ἀνθρώπινον βίου διάστημα, τὸ μηδέν ἐστι, &c. Zosimus l. 2. Πᾶς γὰρ χρόνος τῷ Θεῷ βραχὺς ἀεὶ τῷ ὄντι καὶ ἐσομένῳ. Hæc, de Deo dici solita, Scriptor hujus Epistolæ Christo applicat, ut solent multa de Deo dicta in V. T. aptari Christo in Novo [g]. Al. Verba hæc nullatenus habeo pro tarditatis à Deo amovendæ argumento, ut vulgò sumuntur, quia quæstio non est an tempus longum sit aut breve respectu sive æstimatione Dei, sed nostri; nam, nè centum quidem annorum millia apud Deum plus sunt quàm unus dies, & proinde Deo longum non videretur, si tamdiu differetur dies judicii: sed pro declaratione nomenclaturæ *Diei judicii*, quæ proximè præcessit; q. d. Quod jam dixi *diem judicii* non intelligi velim de die brevi, sive paucarum horarum [h]; sed de spatio mille annorum quibus dies illa durabit [i].

9. *Non*, &c. Οὐ βραδύνει ——— τῆς ἐπαγγελίας] Subaudi ἕνεκα [k], ut Act. 17. 47 [l]. Sed putem scriptum τῆς ἐπαγγελίας,

Marginal notes (left column): m G. — n Ham. — o Me. — p T. — † Ca. — q E. Beda, Gloss. &c. in Ger. Me. Be. — r E. — † Me. Beda, &c. in Ger. Be. V. — v Be. sim. — x Me. Gagn. in Ger. — y Q. in E. Ger. Med. — z Ger — a Q. in Ger. — † Kn. — a G. — b Ger. — b E. G. — c G. — d Plerique in E. — * G. sic Pe. Ca. Pi. — f Ca. sim. Be. Pi. — g Vor. sim. Ger. — h G. — i Med. — k Ca. — l E. — m Gom. — n E. Aug. & Beda in Ger. sim. Med. 758. — o E. — p Ger. ex Cathar. & Salm. — q Ger. — r G. — † E. — t Ham. Med. — v Ham. — x Ham. sic Med. — y Me. sim. Pi. — z Me. — a Be. G. — b G. — c Me. — d G. — * Q. in Ger. E. — f Al. in Ger. — g Ger.

Marginal notes (right column): h E. — i Me. sim. — k E. Pi. — l G. — † Di. — m Ger. sic Pi. — n G. — o E. — p G. — q E. — r E. sim. Ger. — t Ger. — v E. sim. Me. — x Ger. — * E. — y Ger. — z Gom. sic Ger. — a Gom. — b Be. — c G. — d G. sic Med. — * G. — f Med. 756. — g G. — h Med. p. 712. & 755. — i Med. p. 662. — k Pi. Ger. Vor. — l Ger.

λίας, quomodo ϖυπείας ὐ βραδύνει, Esa. 46. 13 [m]. Βραδύνειν ponitur, tum, 1. intransitivè, ut Gen. 43.10. Deut. 7.10. 1 Tim. 3. 15. tum, 2. transitivè, ut Esa. 46. 13 [n]. [Sic vertunt :] *Non tardat* (vel, *remoratur*, vel, *differt*, Cap.) *Dominus promissi*, E. vel, *promissor*, E. sic V. vel, *qui promisit*, Er.Il.Ti.P.E.V. Ità τῆς ἐπαγγελίας jungunt cum Κύριος, quod potiùs construendum cum βραδύνει. Nec obstat quòd cum Genitivo, non cum Accusativo, construatur : nam frequentes sunt apud Scriptores sacros μεταπτώσεις, *casuum mutationes* [o]. Vel, *promissum*, sive *promissionem*, Pi.Ca.Be.Mo. vel, *in suis promissis*, Sy. sic Ar. vel, *quod ad promissionem attinet*, Pi. Ger. id est, non differt promissum [p], illum scilicet de adventu suo, v. 4. quò hîc respicit [q]. *Non tardat*, nempe, ultra præstitutum & debitum tempus [r]. ¶ *Sicut*, &c. Ὥς τινες βραδυτῆτα ἡγοῦνται] *Ut nonnulli tarditatem* (sub. *hanc esse*, Be. Pi.) *ducunt*, Be. Pi. Quasi propositum aut mutâsset, aut præstare noluisset †. Et propterea ipsam quoque rem promissam in dubium trahunt [t]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς, μὴ βουλόμενός τινας ἀπολέσθαι, ἀλλὰ πάντας εἰς μετάνοιαν χωρῆσαι] *Sed patiens est erga nos*, Pi. sic Be.E. (id est, vel, 1. erga electos [v], ad quos scribit Petrus 1 Pet. 1. 1 [x]. vel, 2. erga genus humanum, Apoc. 6. 10, 11. In MS. δι' ἡμᾶς, *nostrî causâ* [y] ; vel, 3. erga Judæos, ad quos Petrus scribit [z]. Vel, *erga vos*, Q. in E.) *nolens ullos* (id est, aliquos ex nobis, nempe, credentibus atque electis [a] ; quos ab irrisoribus disertè secernit, quibus & ipse se adjungit [b].) *perire*, *sed omnes* (id est, totam gentem Judaicam, suo tempore, post pœnas gravissimas diu toleratas [c] :) *ad resipiscentiam*, sive *pœnitentiam*, (vel, *sanitatem*, Ca.) *tendere*, Pi. P. Mo. Be. vel, *ire*, Er. *venire*, Sy. V. E. *prodire*, Ar. *concedere*, Pi. *redire*, Ca. *reverti*, Vulg. vel, *complecti*, Er.V. vel, *recipere*, Er. Il. Ti. V. Ut χωρῆσαι activè sumatur, & subaudiatur *Deus vult*. Sed χωρεῖν activè usurpatum significat *capere*, ut Matth. 19. 11. Marc. 2. 2. Joh. 2. 6. & 21. 25. Rectiùs igitur accipitur in significatione neutrali, ut Mat. 15. 17. & in illo Eurip. χώρει σὺ δεῦρο, *huc accede*, *huc veni*, quia & verbum ei oppositum, ἀπολέσθαι, neutrale est [d]. Sicut ante excidium Judæorum diu exspectavit Judæorum pœnitentiam, ità & nunc eam exspectat in sparsis Judæorum reliquiis *. Cùm autem constet, homines plurimos perire, quæritur quo sensu Deus hoc nolle dicitur, cujus voluntas omnipotens est & immutabilis, ideóque semper impletur [f]. Resp. 1. Vult hoc, [nempe, omnium pœnitentiam & salutem,] non planè & absolutè, sed quantum justitiæ bonitatique ejus sufficit. Confer Ezec. 18. 32. & 33. 11. 1 Tim. 2. 4 [g]. Hoc vult, quatenus omnibus media quædam & auxilia generalia contulit, & providit, quibus converti possint [h] ; & spatium eis concedit ut mores emendent, nè in æternum pereant [i] : quantum ex se est hoc vult, sive optat [k], dat enim omnibus præcepta, &c [l]. Vult hoc Deus non simpliciter, sed certâ conditione ac certis mediis, v.g. per verbum & Spiritum Sanctum, quem si repellant, &c. justè Deus jam vult eorum damnationem [m]. Resp. 2. Vult hoc Deus voluntate absolutâ & propriè dictâ, non tamen de omnibus hominibus, sed solis electis [n]. [Sed hæc sunt alterius loci.]

10. *Adveniet autem dies domini* (Illa ultima, quâ Christus homines judicabit [o] ; cujus arrhabo sunt judicia illa in Judæos, Luc. 17. 24. 1 Cor. 1. 8. & 5. 5. 2 Cor. 1. 14. Phil. 1. 10 [p].) *ut*, &c. Ὡς κλέπτης, &c.] *Sicut fur* venit *noctu*, Be.&c. id est, improvisus, & inexspectatus [q] ; subitò, Matth. 24. 43. Luc. 12. 39. 1 Thes. 5. 2 [r]. ¶ *In quo cœli magno*, &c. Ῥοιζηδὸν, &c.] *Stridenter* (vel, *Cum stridore*, Pe. Be. Pi. Il. vel, *Procellæ in morem*, Er. Ti. *Magno impetu*, Vulg. G. *Vehementi sonitu*, E. In Glossario, Ῥοῖζος, [est] *impetus* †, cum stridore sive sibilo [t]. Etiam Scholiastæ Homeri interpretantur ὁρμήν [v]. Dicitur de *impetu* & spiritûs, Supplem. Danielis 14. 35. & currûs, 2 Macc. 9. 7. & torrentis, Ezec. 47. 5. & ventorum, vel sagittarum, vel avium volantium, Sap. 5. 13. Homer. Il. π'. Plut. de aud. Poem. Et ῥοιζεῖν est *sibilare cum stridore* [x]. Al. *Perniciter*, Ca. sic Ham. *Repentè*, Sy. *Ilico*, Ar. Hoc magis quadrat similitudini *furum*, quàm illud *cum sonitu*, quem fures non libenter edunt. Phavorinus ῥοῖζος [interpretatur] δίωξις, ὁρμή, ταχέως & ῥοιζηδὸν, σφοδρῶς [y].) *præteribunt*, sive *transibunt*, Mo. Be. Er. &c. vel, *interibunt*, Ca. Aer & Æther *peribunt*, quia species & forma mutabitur. *Res abesse videntur*, aiunt Jurisconsulti, *etiam hæ quarum corpus manet*, *forma mutata est* : ubi *corpus* dicitur pro *materia*. De voce παρέρχεσθαι vide Matth. 5. 18 [z]. & 24. 35. Luc. 16. 17. Apoc. 21. 1 [a]. Hebræi עבר eodem sensu usurpant, ut Psal. 37. 36. & alibi. Ponitur pro ea & אבד, Psal. 102. 26 [b]. ¶ *Elementa*, &c. Στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται] *Elementa verò æstuantia* (vel, *calore correpta*, E. Est hæc vox apud Dioscoridem [c].) *solventur*, Er. Be. Pi. &c. Id est, dissolventur & dissipabuntur [d]. Λύειν sign. *destruere*, ut Joh. 2. 19. Act. 27. 42. 1 Joh. 3. 8 *. Λύεσθαι hîc, quod Eurip. διαφθείρεσθαι dixit, est *de forma priore exire* [f]. Sensus, *Igne adhibito conflabuntur* : quod enim hîc λυθήσονται v. 12 : est τήκεται, *liquefient*. Liquefactio autem fit ad purgationem. Adde quòd LXX vocem צרף per πυρῶν vertunt Psal. 12. & alibi. Metaphora est à metallis, quæ igne solvuntur ut purificentur [g]. Per στοιχεῖα hîc intelligit, vel, 1. Aerem, Aquam & Terram, quæ aquis Diluvii perierunt : non ignem. Quomodo enim ignis ignem, eúmque totum, absumet [h] ? Contrà, 1. vox στοιχεῖον in Scriptura S. sensu philosophico accipi non solet, neque hîc ità accipi potest. Hebraica enim *Mundi* divisio in *Cœlum* & *Terram* hîc exprimitur, & στοιχεῖα ab utrisque distinguuntur. *Terra* porro in illa Hebræorum divisione *Aquam*, sicut *Cœlum Aerem*, includit. Ità tria habemus Philosophorum elementa. Quartum est *Ignis*, qui est res comburens, non comburenda [i]. Vel, 2. Astra & Aquam : nam *Terræ* specialis mentio sequetur. Confer Sap. 19. 18 [k]. Quid hîc sint στοιχεῖα discendum ex Antithesi : nam voci στοιχεῖα respondet τὰ ἔργα in terra. Ut ergò ἔργα hîc sunt *exercitus terræ*, sive congeries creaturarum ad terram pertinentium, ità & *cœlorum exercitus*, Gen. 2. 1. στοιχεῖα dici possunt, Hellenistis hîc, ut sæpe, vocem Græcam ad significationem linguæ suæ conformem flectentibus. Et hoc sensu vocem interpretantur Justin. M. Theod. Theoph. & Polycrates. [Quorum verba vide in Med.] Et vocem στοιχεῖον Sapient. 7. 5, 6, 7. Ramban, teste Schickardo, reddit מולות, quæ vox *Planetas*, *Signa*, sive *Constellationes* cœli, significat. Et quod צבא Hebræis, id Græcis est στοιχῶ, h. e. *in ordine militari incedo* ; & στίχος, vel στοῖχος, est *ordo militaris*. Ut autem cœlum triplex est, Empyreum, Astriferum, & Aereum, ità singulis sunt exercitus ; Primi, Angeli & beati Spiritus : secundi, Stellæ & Planetæ : tertii sunt vel visibiles, ut Nubes, Meteora, Aves ; vel, invisibiles, ut Dæmones, Eph. 2. 2. & 6. 12. De his hîc agitur : & Dæmones licèt non sint hoc igne comburendi, eo tamen aereis suis mansionibus pellendi sunt, & in infernum deturbandi. Quòd si hunc locum stylo Prophetico accipere liceat, *Cœlum* hîc designare possit celsissimam Orbis Politici partem, cujus *Exercitus* sunt Idola, Reges, Principes, &c. *Terra* autem vulgus hominum denotat : quo sensu *cœlum* & *terra* sumuntur Esa. 34. 2, 4, 5. Jer. 4. 23. Hag. 2. 6, 7, 21, 22. Sic & Matth. 24. 29. Quidni & in hoc loco, ubi Prophetia describitur, sic accipi possint ? Sic autem sensus est, Totus mundus impiorum, summi atque infimi, Principes & vulgus, homines & jumenta, comburentur [l]. ¶ *Terra*, &c. Καὶ γῆ—κατακαήσεται] *Terráque & quæ in ea sunt opera* (Ἔργα hîc valet מלאכות, sub quo nomine comprehenduntur & Animantia, ut Gen. 33. 14. & alia quæ ab hominibus possidentur, ut Arbores & Sata. Sic—boúmque labores apud Poetas [m]. *Opera* hîc intelligit, vel, 1. naturæ, ut montes, saxa, metalla [n], plantas, bestias, &c [o]. vel, 2. artis [p], ut ædificia, urbes, arces, &c [q]. vel, 3. peccatorum, sive actus terrenos : cui favet Antithesis *sanctæ conversationis* v. seq. & *justitiæ* novæ terræ, &c [r]. Sed constat hîc agi de toto mundi systemate, cum omnibus partibus & contentis †.) *exurentur*, Be. Pi. G. &c. Id enim κατακαίεσθαι Exod. 3. 2. Esa. 43. 2. & 64. 2. Jer. 49. 2. &c [t]. Non exuret hîc ignis totam terram, sed partes ejus exteriores, quæ usibus serviunt humanis, quæque peccatis hominum infectæ purgatione indigebunt [v]. Sed Petrus absolutè hîc loquitur de tota terra, & cœlo, &c [x]. *Cœlos* autem hîc intelligit aereos [y], non autem æthereos, ut facilè suadet, tum præstantissima natura & immensa moles ipsorum ; tum, quòd probari nequit illos peccato hominum inquinatos esse aut maledictos, aut ab ullis Dei hostibus habitatos [z]. Atqui disertè

[m] G. [n] Ger. [o] Cap. [p] Pi. [q] Cap. [r] E. sim. Be. Me. † Med. 756. [t] G. [v] E. sic Be. Pi. Gom. [x] E. [y] G. [z] Med. [a] Pi. sim. Be. [b] Be. [c] Med. [d] Cer. * G. [f] E. [g] G. [h] Q. in E. [i] Me. [k] T. sic L. [l] L. [m] Ger. [n] E. [o] G. sim. E. Me. Ger. Gom. [p] G. [q] Me. sic Be. E. Pi. Med. [r] G. † G. sic Ger. [t] Ger. [v] G. [x] Ger. [y] Ham.

[z] G. [a] Ger. [b] G. [c] Idem. [d] Ger. sic Med. * Ger. [f] G. [g] Med. p. 760. [h] E. [i] Med. ib. 758. [k] G. [l] Med. p. 759. [m] G. [n] T. [o] Q. in E. sic plerique. [p] T. [q] Al. in E. Ger. Me. [r] E. † Ger. [t] G. [v] E. [x] Ger. [y] T. sic E. Me. [z] Med. p. 760.

diserte dicitur Psal. 102. 27. *cælos omnes interituros*, h.e. totum aeris spatium inter orbes cœlestes & terram interjectum. Et h. l. omnia elementa peribunt, ut frustrà sint qui ab hac παλιγγενεσίᾳ superiorem aeris regionem excipiunt, ut Barrad. & Estius [a]. [Quærendum hic, An mundi interitus substantialis futurus sit, an tantùm accidentalis, sive quoad qualitates?] Cùm autem hoc non sit articulus fidei, doctissimis & optimis de eo dissonare licet [b]. Substantialem mundi interitum astruunt Clemens Romanus & Hilarius [c], item Luth. Melancht. Brent. Bucer. Beroald [d]. Meisner. Salmeron, &c [*]. [quos sequuntur Vor. Ger. &c.] Argumenta hujus sententiæ sunt, 1. Emphatica Scripturæ verba quibus hic interitus describitur [f]. Mundus enim, cœlum & terra dicuntur *deficere*, Esa. 51. 6. ità *concuti* ut *amoveantur*, Heb. 12. 26. *non permanere*, Heb. 13. 14. *non fore ampliùs*, Apoc. 10. 6, 7. & 21. 1, &c. *finiri*, Mat. 28. 20. *perire*, Psal. 102. 26, 27. *solvi, dissolvi, exuri*, hoc loco; *transire*, sive *præterire*, hîc & 1 Joh. 2. 17 [g]. & Luc. 21. 33 [h]. Sed verbum παρελεύσονται ex Hebraismo significat quamvis rei mutationem, seu transitum in statum alium, & respondet verbo עבר; nec magis abolitionem notat in hoc interitu per ignem quàm verbum ἀπώλοντο, quum de interitu per aquam sermo erat [i]. [Hoc primum argumentum.] 2. Scopus Dei mundum creantis fine illo qui describitur Gen. 1. Hic autem finis sive usus cum hâc animali & terrena hominis vita cessare debet: quia tunc non indigebimus victu, amictu, frugibus, plantis, bestiis, &c. quæ proinde frustrà erunt. Deus autem nihil facit frustrà. 3. Sapientia Dei, quæ semper ab imperfectioribus ad perfectiora progreditur, puta ab umbris ad rei substantiam, à terrenis ad cœlestia & spiritualia [k]. [Hæc de prima sententia.] Interitum mundi accidentalem asserunt Iren. Justin. Martyr, Cyril. Chrys. Aug. Basil. &c. quos citat Vossius in Thesibus Disp. De fine mundi. Hos sequuntur Calv. Piscat. Par. Voss. Lomb. Aquin. Caj. Perer. Tolet. Hemming. &c [l]. [quos sequuntur Lau. E. Med. &c.] Argumenta hujus sententiæ sunt, 1. Nonnulla Scripturæ loca, ut Psal. 102. 28. Esa. 30. 26 [m]. & præcipuè Rom. 8. 19, &c [n]. Sed ibi tantùm agitur de liberatione creaturæ à præsenti hominum abusu, quæ cum substantiali mundi interitu consistere potest [o]. [Vide ibi dicta.] 2. Interitus mundi per aquam erat tantùm quoad qualitates, talis ergò erit ille per ignem [p]. Sed dispar est ratio, quia per illam vastationem finis universæ huic vitæ animali non fuit impositus [q]. 3. Causa interitûs hujus mundi est ut liberetur à maledictione Gen. 3. 17. Hæc autem non ad substantiam, sed tantùm ad qualitates, terræ, &c. referenda est [r]. Sed vera causa hujus interitûs est, quòd nullus tunc ampliùs hujus mundi usus futurus est, quippe qui ad animalem duntaxat ac terrestrem vitam destinatus est. Maledictio enim ad solam terram pertinet, quæ proinde sola innovanda esset †. 4. Tunc nullus esset aut beatis hominibus, aut damnatis, locus [t]. Sed novus tunc erit mundus, verùm huic nostro planè dissimilis, quippe totus cœlestis ac spiritualis [v]. Sed nova illa novi mundi creatio nec fundamentum habet in Scriptura, & omnino supeiflua est [x]. Al. Non hîc agitur, ut vulgò putatur, de fine mundi; sed de stupendo Excidio gentis Judaicæ, quæ interdum dicitur *orbis*, ut Esa. 10. 23. collat. cum Rom. 9. 28. Esa. 13. 5, 9, &c. vel, quod idem est, *cœlum & terra*, Esa. 51. 15, 16. Hagg. 2. 6, 21. vel, si *cæli* hîc intelligantur ætherei, & Planetæ, &c. respondebunt, *Soli, Lunæ & Stellis*, Mat. 24. 29. aptéque expriment Urbem & Templum, statúmque civilem & Ecclesiasticum, Judæorum, sive rectores utriusque, ut vulgus designatur per *terram*, &c. Hoc autem pacto describitur hoc Dei judicium, tum, quia horrendum planè erat & gravissimum, qualia Prophetæ per *ignem*, & *combustionem*, designare solent; tum, ob ignem illum & à Romanis & à Zelotis excitatum, quo mirum in modum conflagrârunt Urbs, Templum, &c. ut nec ipse Titus, quamvis valde vellet, incendium restringuere posset ||.

11. *Cùm*, &c. Τούτων —— λυομένων, ποταπούς, &c.] *Quum igitur hæc omnia* (v. præced. enumerata [y]:) *solvenda*, sive *dissolvenda*, *sint*, (vel, *solvantur*, Il. Ti. P. Ar. V. E. Præsens pro Futuro, tum ob certitudinem [z], tum ob propinquitatem [a]; & quia hæc tanquam præsentia semper præ oculis habenda sunt [b]. Si istis tam pulcris operibus Deus non parcit, quantò minùs impiis [c]?) *quales* (i.e. quàm pii, prudentes, accurati & diligentes in virtutis & pietatis studio [d]. Ποταπὸς est aliquid plus quàm ποῖος [*]. Dicitur enim de rebus eximiis [f], nec simpliciter qualitatem significat rei aut personæ [g], sed cum emphasi quadam admirationis [h], ut Matth. 8. 27. Marc. 13. 1. Luc. 1. 29. & 7. 39. 1 Joh. 3. 1 [i].) *oportet esse vos in sanctis conversationibus*, (Confer Matth. 24. 42. Luc. 21. 34, 36 [k].) *& pietatis officiis*, Pi. Be. P. vel, *ac pietatis operibus*, Il. vel, *ac pietatibus*, Er. Ti. Mo. Ca. Ar. i. e. pietate omnibus suis numeris ac partibus constante, ut num. plur. indicat [l]. Sensus, q. d. in sanctis piisque actionibus [m]; in Christiana vita, pietate, & studio virtutum [n]. Et ἀναστροφὴ & εὐσέβεια solent singulariter dici; sed Hebræorum mos est omnibus talibus nominibus dare plurales: itaque dicunt צדקות, חסידים, & similia [o].

12. *Exspectantes*, &c. Προσδοκῶντας καὶ σπεύδοντας τὴν παρουσίαν, &c.] *Exspectantes* (Juxta Luc. 12. 36 [p]. & Tit. 2. 13 [q].) *& properantes* (sub. *in*, vel, *ad*, Vulg. P. Be. Pi. Ar.) *adventum Dei diei*, Mo. vel, *diei Dei*, Er. &c. id est, vel, Dei, qui judicabit per Christum, Act. 17. 31 ||. vel, Christi, de cujus adventu & judicii die hîc agi constat. Est ergò hic locus apertus pro Christi divinitate [r]. Ἐπιφάνεια in N. T. nusquam Patri tribuitur, sed soli Filio †. *Dei dies* eadem quæ *Christi*, [vel,] quia in Christo ostendet se Deus [t]: vel, quia Christus Deus est [v], & quidem *magnus Deus*, Tit. 2. 13 [x]. *Exspectantes* & *optantes*, &c. G. i. e. cupientes adesse [y]. Fit autem hæc exspectatio, necnon properatio & occursus, dum quisque piis operibus diligenter incumbens ostendit se Domini adventum ex animo diligere & desiderare [z]. Sic σπεύδω τὸ σὸν ἀγαθὸν apud Thucyd. Vide & 2 Macc. 9. 14 [a]. Al. *Expectantes properando*, vel *properanter*, *adventum*, &c. q. d. festinantes lentè, ut exspectatio moram, sive patientem moræ tolerantiam, properatio verò studium torpori oppositum, significet [b]. Al. *Expectantes & accelerantes adventum*, &c. Er. Ti. V. vel, *in adventum*, &c. Il. id est, diligenti studio bonorum operum id agentes ut acceleretur, &c [c]. Sed nusquam nobis tribuitur acceleratio hujus adventûs, sed soli Christo. Et verbum σπεύδειν semper in N. T. intransitivè sive neutraliter accipitur, ut Luc. 2. 16. & 19. 5, &c. Σπεύδειν quandoque cum Accusativo jungitur, ut semel apud Lxx Esa. 16. 5. Sed tum plerumque usurpatur pro *incumbere in rem aliquam*, sive *ad eam contendere*. Pindar. Pyth. 3. βίον ἀθάνατον σπεῦδε. Homer. Il. ν. ταῦτα καὶ σπεύδειν. Eurip. σπεύδω τὸν ἀγαθόν, *incumbo in tuum commodum* [d]. Verùm σπεύδω interdum activè & transitivè sumitur pro *festinare facio*, ut in illo Homeri Odyss. τ. οἱ δὲ γάμον σπεύδουσιν, *Illi nuptias festinant*, id est, citiùs fieri volunt [*]. Malim hîc, sicut & in Græco Esa. 16. 5. Ellipsin esse præpos. εἰς [f]. ¶ *Per*, &c. Δι' ἣν —— πυρούμενοι —— τήκεται] [Alii legunt, τήκεται, ut Med.] Vel, τακήσεται, [ut G. Ger.] quod habent Complut. Regius, ac probati Codices plerique, quod magis congruit præced. verbo λυθήσονται [g]. Verbum hoc apud Lxx ponitur pro נזל, *defluxit*, Esa. 64. 1 [h]. pro כלה, *defecit*, Job. 11. 20. pro מוג, *dissolutus*, sive *liquefactus*, *est*, Exod. 15. 15. pro מסס, *liquescit*, *ut defluat*, Jud. 15. 14. Psal. 21. 15. pro מקק, *contabuit*, Levit. 26. 39. Esa. 34. 4. Quæ significationes omnes hîc congruunt [i]. [Locum sic reddunt:] *Per* (vel, *Propter*, E.) *quem* (vel, 1. diem [k]: vel, 2. adventum [l], sive παρουσίαν. *Per illam summam Dei vim quæ illo die*, i. e. illo tempore, *se ostendet* [m]. Al. *In quo*, Be. Pi.) *cœli* (Aer & Æther, duo cœli [n]. Vide dicta ad v. 10 [o].) *ardentes*, (vel, *conflagrantes*, Be. Pi. Ger. fusi igne ut metalla fundi solent, צרופים, Psal. 12. 7 [p]. 2 Sam. 22. 31. Esa. 1. 25. Dan. 12. 9. Zach. 13. 9. & alibi [q].) *& elementa æstuantia*, *liquescent*, Mo. Pi. V. Ut metallum in fornace [r]: vel, *diffluent*, G. ut cera, Mic. 1. 4 †. vel, *liquescunt*, Er. Pi. Præs. τήκεται pro fut. τακήσεται [t]. Vel, *tabescent*, Vulg. Idem dicit quod in præced [v].

13. *Novos*, &c. Καινοὺς —— κατὰ τὸ ἐπάγγελμα αὐτοῦ, &c.] Occurrit huic objectioni, Si cœlum transibit, &c. Nullúmne ampliùs erit cœlum? nulla terra? Respondet, Erunt

Erunt quidem, sed nova, &c[x]. *Sed cœlos novos ac terram novam* (id est, Novum Universum. Nam id Hebræi nominibus *cœli & terræ* solent exprimere, ut diximus ad Gen. 1. 1. Vide & Gen. 2. 1. Psal. 33. 6. & 124. 8. & 146. 6. Act. 14. 15. & 17. 24. Apoc. 21. 1[y]. *Novum* intelligit, vel, 1. substantiâ, ex collat. Apoc. 21. 1. ubi verbis illis, *Vidi cœlum novum*, &c. statim subjungitur, *Primum cœlum——abiit.* Quomodo verò abiit? *Locus non est inventus eis*, Apoc. 20. 11. *Novum* in Scriptura S. sæpe idem est quod *aliud*, ut Exod. 1. 8. Matth. 26. 29. Mar. 16. 17. Joh. 13. 34, &c[z]. Vel, 2. ratione qualitatum[a], quomodo ceræ mutatio fit [tantùm] secundùm figuram & mollitiem[b]. *novum*, id est, repurgatum ac renovatum, & melioribus qualitatibus affectum[c]; q. d. novum & reformatum mundi statum[d]. Erit γῆ καθαρὰ ἐν καθαρῷ οὐρανῷ, ut post Platonem ait Origenes. Ex reliquiis molis antiquæ resurget melior. Irenæus in Fragmentis, οὐχ ὑπόστασις οὐδὲ ἡ οὐσία τῆς κτίσεως ἀφανίζεται, i. e. *materia, sylva, non periit.* Sic & Euseb. Platonem explicat 11. Προπαρασκευῆς. Vide Responsa ad Orthod. 94, 95. Tertul. *decessurúsne an mansurus sit hic Mundus, variare ait Philosophos*[*].) *secundùm promissum* (Quod exstat Esa. 65. 17. & 66. 22[f]. Adde Esa. 30. 26[g].) *ejus*, &c. Be. Pi. &c. scil. Christi, Dei & Domini[h], ut patet ex v. præced[i]. Quidam legunt, *&* *promissa ipsius*[k], i. e. bona quæ Christus passim in N. T. electis promisit[l]; q. d. Exspectamus non tantùm Orbem novum, sed & illa Christi promissa magna[m], Resurrectionem Corporum, & vitam æternam[n]. Sic ἐπαγγελίαν habes Ephes. 2. 12. Heb. 6. 17. & alibi[o]. ¶ *In quibus* (nempe cœlo & terra[p]:) *justitia habitat*] Id est, habitabit[q], erit perpetuò, ut Rom. 8. 11. 2 Cor. 6. 16. 2 Tim. 1. 14[r]. non ad tempus, sed ad omnem æternitatem, quæ aptè per tempus præsens significatur†. Per *justitiam* hìc intelligit, vel, 1. gloriam & felicitatem cœlestem, quæ *corona justitiæ* dicitur 2 Tim. 4. 8[t]. vel, 2. homines justos[v], perfectè scilicet[x], Apoc. 21. 27[y]. q. d. In illo statu erit justitia pura sine vitio; non ut in hoc seculo, boni malis permixti. Huc spectat parabola Matth. 13. 39. & locus Matth. 25. 30[z]. Vel, 3. justitiam perfectam[a], & perpetuam[b]; vel, Christi, ex collat. Phil. 3. 9[c]. Vel, inhærentem, habitualem & actualem[d].

14. *Hæc*, &c. Ταῦτα προσδοκῶντες σπουδάσατε ἄσπιλοι καὶ ἀμώμητοι αὐτῷ εὑρεθῆναι ἐν εἰρήνῃ] *Hæc* (Nempe promissa[*], vel tanta præmia[f]; vel, novos cœlos, & novam terram, Christíque adventum, ex collat. præced. & sequent[g].) *exspectantes, studete* (vel, *operam date*, V. *ut*, Be. Pi. &c.) *immaculati & inviolati* (vel, *incontaminati*, Er. Il. Ti. P. Pi. *inculpabiles*, Be. Ar. sic Ca. *irreprehensibiles*, Er. V. Ἄσπιλοι καὶ ἀμώμητοι, vel, ἄμωμοι (ut quidam legunt[h], sine sensûs variatione[i], quomodo Eph. 1. 4. & 5. 27. Col. 1. 22. Judæ v. 24. Apoc. 14. 5.) contrarium ei quod suprà dixit σπίλοι καὶ μῶμοι, 2. 13. Et est mystica explicatio legum de Victimis. Vide Jac. 1. 27. Phil. 2. 15. & loca jam dicta[k].) *ei* (vel, *coram eo*, Ar. Ger. ex collat. 21. 36. i. e. coram Christo judice, qui est perfectè justus, & omniscius, cùm humana judicia fallunt[l]: vel, *ab eo*, Be. Pi. Er. P. &c. αὐτῷ, id est, παρ' αὐτῷ, loquendi genus Græcis & Latinis familiare. Sic Demosthenes, τὰ ἐμοὶ πεπραγμένα[m].) *inveniri* (vel, *inveniamini*, sive *reperiamini*, Be. Pi. Er. &c.) *in* (vel, *cum*, Be. Pi. &c.) *pace*, Mo. Refertur hic, vel, 1. ad προσδοκῶντες[n]; q. d. *In pace*, h. e. animo quieto exspectantes, &c[o]. vel, 2. ad εὑρεθῆναι, *inveniri*[p]; q. d. Studete ut Christus veniens vos inveniat in pace[q], vel, 1. cum Deo[r], id est, amicos & filios, & per hæc dignos quos in suum regnum admittat†: vel, 2. cum proximo[t], ut sit inter fideles animorum consensus in bono, maximéque in fide sana & integra[v]: vel, 3. cum propria conscientia[x], ut pacato & tranquillo animo mortem ac judicium exspectetis[y]. Sensus, q. d. Omnem date operam ut ipse (*Deus*, cujus præcessit mentio:) vos reperiat sine sordibus vitióque, & id bono vestro, sive ad prosperitatem vestram, לשלמכם[z].

15. *Et*, Καὶ——σωτηρίαν ἡγεῖσθε] *Dominique nostri patientiam* (Quâ videlicet tamdiu tolerat vitia hominum[a], & adventum suum differt[b].) *salutem* (vel, *pro salute*, Ca. sub. *esse*, Pi. h. e. ad salutem vobis conducere[c]: vel, vestræ salutis, Ecclesiæ scil. totius paulatim colligendæ, causâ fieri[d].) *ducite*, Be. Pi. vel, *arbitremini*, Er. P. &c. Est [hæc] locutio similis cum ista Jac. 1. 2. & hîc suprà 2. 13. Sensus est, Credite istam Christi patientiam vobis & aliis esse salutarem, si eâ rectè utamini[*]. ¶ *Charissimus frater*, &c.] Vel, ut Christianus, vel potiùs, ut co-apostolus[f]. Velut ex abrupto divertit hîc ad mentionem Pauli[g], tum, ut doctrinam & epistolas ejus illis commendet; tum, nè ob reprehensionem illam, Gal. 2. 14. minùs honorificè de ipso sentire videatur[h]. ¶ *Secundùm datam sibi sapientiam*] Nempe cœlestem[i], vel, sublimem divinorum mysteriorum notitiam[k], quæ utique in Paulo excelluit[l]. Vide 1 Cor. 2. 6, 7. & 12. 8. Eph. 1. 8, 17. Col. 1. 9, 28. & 3. 16. Jac. 1. 5. & 3. 13, 15, 17[m]. ¶ *Scripsit vobis*] Id est, Judæis[n]. Refertur hoc, vel, 1. ad omnes Pauli Epistolas, qui etsi ad quasdam specialiter scripsit Ecclesias, omnibus tamen generaliter scripsisse probatur, &c[o]. Sed obstat quòd distributivè hîc loquitur, addens, *sicut & in omnibus Epistolis*, &c[p]. Vel, 2. ad Epistolam ad Romanos[q], in qua multa sunt ad Judæos propriè pertinentia[r], quæ ad Judæos æquè ac Gentiles scripta est†; & nominatim ad locum illum Rom. 2. 4, 5[t]. & Rom. 11[v]. & 8. 21. & 12. 1[x]. Sed illud Rom. 2. increpando dicit, longanimitatem Dei intelligens, quâ differt justum judicium in peccatores: Petrus autem loquitur exhortando & consolando, longanimitatem intelligens, quâ Christus adventum suum differt, præmia redditurus electis[y]. Vel, 3. ad Epistolam ad Hebræos[z]: ut patet, 1. quia hanc solam Paulus ad Hebræos scripsit[a]. 2. Quia sapientia recondita Pauli hîc maximè conspicua est, in sermonis majestate, rerum sublimitate, & stupendâ vi ratiociniorum, ut omnes agnoscunt Interpretes. 3. Quia hîc sunt illa ipsa δυσνόητα, sive δυσερμήνευτα, ut vocantur Heb. 5. 11. cavillis obnoxia, qualia loca illa Heb. 6. & 10. & quæ de Melchisedecho, déque Christi sacerdotio, Legis antiquatione, &c[b]. 4. Ex maxima argumenti affinitate[c], & rerum convenientia[d]. Respicit hîc Petrus hortationem præcedentem, nempe ut operam dent vitæ sanctæ, & constanter ac patienter exspectent adventum Domini, qui appropinquat, nec aliter quàm pro ipsorum salute prorogatur. Cum his planè congruunt Heb. 9. 12, &c. & 10. 19, 20, 21, 22, 23, 25, 37[*]. Adde Heb. 9. 28. & 11. & 12[f]. Quòd dicit de *promisso adventu*, v. 4. patienter exspectando, planè convenit cum Heb. 10. 23, 36, 37[g].

16. *In omnibus* (id est, ferè omnibus[h]:) *Epistolis*] In illis aliis, quarum octo nobis restant[i], sub. *scripsit*, E. Ger. ¶ *Loquens in eis de his*] De quibus scil. actum in utraque hac Epistola, cumprimis verò hoc capite[k], de quibus ego vos instruxi[l]. De judicio, de vita æterna, déque Conditione eam adipisci volentibus præscripta, vivendi nempe sine sordibus ac vitiis, déque patienter exspectanda corporum Resurrectione, Rom. 8. 23. Eph. 4. 31[m]. de Christi adventu ad judicium[n], de quo agit Paulus 1 Cor. 1. 7, 8. & 3. 13. 2 Cor. 5. 9, 10, 11. Phil. 1. 10. & 2. 15. & 3. 20. Col. 3. 4, 5. 1 Thess. 2. 12. & 3. 13. & 5. 23. 2 Thess. 1. 8, &c. 1 Tim. 6. 14, 15. Tit. 2. 12, 13[o]. de Christi promissis patienter exspectandis, de fugiendis errorum magistris & illusoribus, de veritate doctrinæ semel traditæ, præsertim ejus quæ est de fide & bonis operibus[p]. Horum enim capitum doctrina sparsa est in Pauli Epistolis[q]. ¶ *In*, &c. Ἐν οἷς ἐστι δυσνόητα, &c.] *In quibus* (nempe Epistolis[r]: vel potiùs, dictis & scriptis†; vel, rebus de quibus scripsit Paulus[t]: nam masc. ἐν οἷς non potest referri ad fœm. ἐπιστολαῖς[v], sed ad τούτων[x]. Plerique quidem Codices legunt ἐν οἷς, alii tamen ἐν αἷς[y]. Sic MS[z]. Sic tres MSS. cod. Rob. Stephani, quod & rectum puto[a]. Vel, *Inter quæ*, Er. Il. Ti.) *sunt nonnulla difficilia intellectu*, P. Mo. Be. Pi. vel, *obscura*, &c. Ca. tum ob rerum majestatem ac sublimitatem, tum ob mentis nostræ infirmitatem[b]. Δυσνόητα quæ indicat sunt de *Corpore spirituali*, 1 Cor. 15. 44. quæ Carpocratiani ità volebant accipi quasi solis animabus salus promitteretur: item de Fide opposita operibus Legis, quæ illi sumebant quasi Fides sufficeret sine ullis bonis operibus quæ per corpus exercerentur, & quasi Fides & Dilectio stare possent & proficere cum quibuslibet corporis operibus[c]. Pontificii

ficii hinc colligunt, Scripturam esse obscuram, ideóque à Laicis non legendam [d]. Falsò ergò docent Protestantes, Scripturam ubique facilem esse [*]. Sed non illud negamus, quædam in Scripturis esse δυσνοητὰ, sed hoc, totam Scripturam, etiam in dogmatibus fidei ad salutem necessariis, obscuram esse. Et si aliqua obscura sint, majore igitur studio evolvenda sunt [f]. Al. Δυσνοητὰ hîc vocat tempus adventûs Christi ad judicium in Judæos, sive *diem & horam*, ut loquitur Matth. 24. 36. quæ soli Deo nota est, Act. 1. 7, &c [g]. ¶ *Quæ*, &c. Ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν, &c.] *Quæ indocti* (nempe in sacris Scripturis [*]. Vel, *indociles*, i. e. discere nolentes [h], qui monstratæ ex Dei verbo veritati locum dare renuunt [i]: סכלים. Ἀμαθεῖς vocat illos quia seriem propositúmque Apostoli non considerant [k].) *& instabiles* (vel, *parum firmi*, sive *stabiles*, Er. Be. Pi. E. sine firmamento fidei [l]: qui non tenent se in ea doctrina quæ ab initio per Ecclesias sonuit [m]: inconstantes, necdum in religione stabiliti, qui verbo Dei, quod & fidei & Ecclesiæ est fundamentum, fidem suam non superædificant [n]; instabiles in fide & moribus [o]. Ἀστηρίκτους habemus 2 Pet. 2. 14 [p]. *qui non habent in se radicem*, ut dicitur Matth. 13. 21 [q].) *detorquent*, (i. e. in pravos sensus vertunt [r], vim eis inferunt †; quasi equuleis adhibitis ad suos sensus eas pertrahere nituntur. Metaphora, vel, à luctatoribus qui membrorum complicatione nunc huc, nunc illuc, alius alium distorquet, quoad subvertat; vel, à carnificibus, qui hominem innocentem quandoque ità torquent, ut contra suam scientiam & conscientiam quædam proferat [t]. Στρεβλοῦν LXX utuntur pro פתל [v], 2 Sam. 22. 27 [x]. Syrus eo utitur pro διαστρέφω, Act. 13. 8 [y]. In Glossario, στρεβλῶ, *pravo* [z]. Rabbini dicunt חמס תורה, στρεβλοῦν τὸν νόμον [a].) *sicut & cæteras* (vel, *reliquas*, Be. Pi. &c.) *Scripturas*, (nempe sacras †, Propheticas [b], & Apostolicas [c]. Videtur intelligere libros Evangeliorum & Acta, quæ jam in manibus erant, cùm hæc Epistola scriberetur. *Tantum veritati obstrepit adulter sensus, quantum & corruptor stylus*, Tertul. Ideo ubi τὸ ῥητὸν sensus in controversiam venit, subvenit Traditio, intra quam interpretationis lineæ regendæ sunt. Notat Origenes locutionem Apostoli sæpe esse ambiguam, neque ordinem perpetuum [esse] in verbis ejus, indéque multis videri connexionem ibi deesse, &c. Notat Chrysost. multa hinc absurda nasci, si quis dicta simpliciter ut sonant accipiat, nec attendat ad scopum Apostoli, &c [d]. [Verba Chrys. & Orig. quære in G.]) *ad propriam ipsorum perditionem*, Mo. &c. i. e. Mortem æternam, quam falsa ista dogmata afferunt ipsis, ipsorúmque discipulis [*], qui pertinaciter illis adhærent [f], quia Dei verbum corrumpunt [g]. Meritò [pereunt,] quia adferunt ad lectionem malum animum, & præjudicia à carne sumpta. Præterea etiam *in non adeò malis non deputatur ad culpam quod ignorant*, ut Aug. loquitur, *sed quòd negligunt quærere quod ignorant. Quæramus autem*, ait Tertul. *in nostro, & à nostris, & de nostro, idque duntaxat quod salvâ regulâ fidei potest in quæstionem devenire*, &c [b]. [Reliqua pete ex G.] Sensus loci, q. d. In quibus quædam obscura sunt ad quæ indocti, &c. impingunt, eâque occasione de veritate Dei dubitant; atque ità Scripturas à proprio fine suo deflectunt, eas facientes instrumenta perditionis quæ à Deo data sunt ut essent adminicula fidei & salutis [i].

17. *Præscientes*, Προγινώσκοντες] Istorum *præscii*, Be. Pi. *Præmoniti*, G. sic V. De periculis. Vide Matth. 24. 25 [k]. Refertur hoc, vel, 1. ad novissimum Christi adventum ‖: vel, 2. ad prædictiones Christi & Apostolorum de venturis falsis doctoribus, & illusoribus, qui Scripturas depravarent, &c. Hoc, inquit, præscientes, cavete, &c [*]. ¶ *Ne*, &c. Μὴ τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες ἐκπέσητε τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ] *Ut ne nefariorum* (Qui nullo jure, nullísque legibus, in ordine retineri possunt, sed omnia volunt sibi licere [l]. Ἄθεσμοι dicuntur isti pari de causa, quâ suprà Sodomorum habitatores 2. 7 [m].) *errore* (πλάνη hîc *deceptionem* significat, ut Prov. 14. 8. Vide & Eph. 4. 14 †.) *simul traducti*, (vel, *cum illis abducti*, Be. Pi. *simul abducti*, E. i. e. decepti [n]. involuti [o], cum aliis [p], quos jam perverterunt [q].) *excidatis propriâ firmitate*, Mo. vel, *stabilitate*, Er. P. Be. Pi. &c. Nempe fidei [r], quam habetis †, quam hactenus tenuistis [t]; à stabili fide animis vestris infixa [v], à veræ doctrinæ firma, solidáque, cognitione [x]. Στηριγμὸς משען Esa. 3. 1. hoc loco est *constantia* illa per quam retinetur fides. Ἐκπίπτειν στηριγμοῦ sic dicitur, sicut χάριτος ἐκπίπτειν, Gal. 5. 4. *amittere firmitatem, amittere gratiam* [y]. Fides vocatur στηριγμὸς, *stabilimentum*, *munitio & firmum præsidium*; quia Christo, tanquam firmæ petræ, innititur, ac nos contra Satanæ, mundi, & carnis, insultus munit. Hæc autem stabilitas dicitur esse piorum propria, quia hi soli in fide constantes manent, alii verò radicem non habentes excidunt, Matth. 13. 20, 21 [z].

18. *Crescite* (id est, Date operam ut augescatis [a]: sicut 1 Pet. 2. 2 ‖. quod fit studio bonorum operum [b].) *in gratia*, (id est, vel, in gratiæ donis [c]: vel, in gratia, quâ Christus nos Patri gratos efficit & conservat [d]: vel, gratuito Dei favore, in quo pii crescunt, quando eum in verbo oblatum firmiore fide apprehendunt & retinent, illúmque magis in animo suo sentiunt & in eo confirmantur [*].) *& in cognitione*, &c.] Quâ Christum, ejúsque mysteria, cognoscimus nunc per fidem, in cœlis cognituri per speciem [f]. Est hîc ἓν διὰ δυοῖν. Intelligitur enim *illa gratia per quam Christus cognoscitur cognitione experimentali*. Vide suprà 1. 5. Confer 2 Cor. 4. 6 [g]. ¶ *Et nunc*, (i. e. in hoc seculo [h]:) *& in diem* (vel, *dies*, Sy. vel, *tempus*, II. P. Be. Pi. ἡμέρα hîc, ut 1 Pet. 2. 12. *tempus* more Hebræo significat [i].) *æternitatis*] Ità Er. Mo. Ti. vel, *sempiternam*, Ca. sic P. Be. Pi. G. id est, in omnem æternitatem [k], quæ quasi una dies est [l]. Sensus similis 1 Tim. 6. 16 [m]. Argumentum est Divinitatis Christi, quia hæ clausulæ passim Deo appropriantur [n].

[a] Ger. [*] E. [f] Ger. [g] Ham. [*] L. [h] E. [i] Ger. [k] G. [l] E. [m] G. [n] Ger. [o] L. [p] G. [q] Ger. [r] E. sim. Ger. † E. Vor. [t] Ger. [v] Ger. sim. G. [x] G. [y] Ger. [z] G. † E. [a] E. Ger. [b] Ger. Ham. [c] Ger. [d] G. [*] E. sic Ger. [f] Ger. [g] Me.

[b] G. [i] Med. ib. [k] G. ‖ Q. in Ger. [*] Ger. [l] E. [m] G. † Idem. [n] Me. [o] E. [p] E. V. [q] E. [r] E. sic Me. † Me. [t] E. [v] Vor. [x] Be. [y] G. [z] Ger. [a] G. sic E. ‖ G. [b] E. [c] Q. in Ger. [d] E. [*] Ger. [f] E. sim. Ger. [g] G. [h] E. Ger. [i] G. [k] Me. sic E. [l] E. [m] G. [n] E.

SYNOPSIS

SYNOPSIS

Criticorum aliorúmque Commentatorum

IN

I. EPISTOLAM JOHANNIS.

PROLEGOMENA.] Hæc Epistola quin sit Apostoli Johannis nunquam in Ecclesia dubitatum est [a], ut nos docent Euseb. Hieron. alii. Vocata olim fuit *Epistola ad Parthos*, ut Aug. testatur, id est, ad Judæos Christum professos qui non sub Romanorum, sed sub Parthorum, vivebant Imperio in locis trans Euphratem, ubi ingens erat Judæorum multitudo, ut Neardæ, Nisibi, & aliis in locis. Vide Josephum Antiq. 18. 12. Et hanc causam puto cur hæc Epistola neque in fronte nomen titulúmque Apostoli, neque in fine salutationes Apostolici moris, continet. Quia nimirum in terras hostiles Romanis hæc Epistola per mercatores Ephesios mittebatur, multúmque nocere Christianis poterat, si deprehensum fuisset hoc quanquam innocens literarum commercium. Puto autem scriptam ex Patmo hanc Epistolam non multùm ante Excidium Hierosol. duabus maximè de causis: Primùm, ut Christiani illarum partium pacem amicitiámque inter se colerent, neque factionibus illis quæ Judæos Transeuphratenses miserè lacerabant paterentur se implicari; sed operam darent, ut concordiæ studio à cæteris popularibus suis dignoscerentur. Deinde, nè famâ illuc perlatâ Esse aliquos in Judæa qui se à Deo missos dicerent ad populum liberandum, ad eos & ipsi cum Judæis aliis concurrerent; sed firmè tenerent, Neminem esse à Deo missum qui contraria adferret eis quæ Jesus verè Messias, & verè populi Liberator, attulerat; simúlque in impostoribus illis prædictionum Jesu veritatem agnoscerent. De talibus impostoribus, qui & ἀντίχριστοι dicuntur, quia Christi aut titulum aut munus sibi vendicabant, diximus ad Matth. 24. 5. Illis adde Simonem Barjonam, quem Judæi quidam confusis nominibus vicinis *priorem Barchochebam* vocant, & illos de quibus Josephus Belli Jud. 6. 30 [b]. Johannem Scriptorem esse arguit etiam styli & materiæ summa, & cum reliquis Johannis scriptis convenientia [c]. Nomen suum omittit more sibi solenni, qui nec Evangelio nomen præponit, & de se vix uspiam loquitur nisi per circumlocutionem [d]. Tempus scriptionis incertum est [*]. Scripta est hæc Epistola, vel, ad Judæos, ob c. 2. 1, 2 [f]. vel, ad totam Ecclesiam ex Judæis & Gentibus constantem, quia doctrinæ & circumstantiæ Epistolæ communiter ad omnes fideles pertinent; est enim hæc Epistola brevis quædam Christianæ doctrinæ, & Evangelii à Johanne scripti, epitome, cui adhortationes quædam, pro communi totius Ecclesiæ conditione, adjectæ sunt. Cui etiam favet, quòd hoc scriptum nec inscriptione inchoetur, nec salutatione aut valedictione ullâ concludatur: quod tamen in Epistolis solenne est, & à Johanne, cùm in consequentibus, tum in Apocalypsi, observatum. Occasio scripti fuit periculum Ecclesiæ geminum, 1. externum, tum à persequutoribus, c. 3. 1, 13. tum ab hæreticis, c. 2. 18, 19, 22, 26. & 4. 1. qui impugnârunt vel Christi personam, naturámque sive divinam, ut Cerinthus & Ebion, sive humanam, ut Basilides: vel, Christianorum officium, ut Nicolaitæ, c. 2. 6, 15. 2. Internum ab illis Ecclesiæ membris, qui inani fidei professione freti, sese non habere peccatum jactabant, & adoptione, communione cum Deo & Christo, remissione peccatorum, justitiâ suâ & amore erga Deum, gloriabantur, charitate interim neglectâ, & peccatis servientes. Et hinc materia hujus Epistolæ facilè cognosci potest. Proponit ergò hîc doctrinam de Deo, de Christi persona, naturis, officio, & beneficiis; deinde de nostro erga Deum & Christum officio, & notis filiorum Dei, nempe, fide vivâ, sanctitate, & charitate [g].

[a] G sim. Vor. Ham. Gem.
[b] G.
[c] Gom.
[d] Ham.
[*] Ham. sim. Li. Chron. 152.
[f] Q. in Gom.
[g] Gom.

CAP. I.

1. QUod (vel, *Id quod*, Er. J. Cap.) *erat ab initio*] Vel, 1. prædicationis Evangelicæ, ut Marc. 1. 1. Luc. 1. 2. Act. 11. 15 [a]. vel, 2. creaturæ sive mundi [b]. Idem hîc tempus notat quod Gen. 1. 1. & Joh. 1. 1. ut sensus sit, Eas res quas Apostoli sensibus suis percepere fuisse à Deo destinatas jam ab ipso Mundi primordio, & ab eo tempore multis umbris præfiguratas, multis vaticiniis prædictas; contra eos qui Evangelii doctrinam novitatis accusabant [c]. Al. Divinam Christi naturam hîc indicat ab ipsius æternitate [d]. *A principio erat*, ergò principio temporis caret, cùm ante principium illud sola fuerit æternitas [*]. Nihil eo prius fuit. Certissima hæc est notio æternitatis [f]. Christus ergò verus est Deus. Nec obstat Neutrum genus, quod ut de re, ità & de persona, dicitur, ut 1 Joh. 3. 6. & 5. 4 [g]. Sic Matth. 1. 20. & 12. 6. & 18. 11. Joh. 1. 47 [h]. Non debent distingui ἀπ' ἀρχῆς & ἐν ἀρχῇ. Idem enim significant. Vide Matth. 19. 4, 8 [†]. ¶ *Quod audivimus, quod vidimus*, &c.] Nos scil. Apostoli [i]. Hæc indubiè pertinent ad naturam humanam [k], auditu, visu accurato, & tactu, demonstratam [l]. Quoniam verò idem est quod fuit ab initio, & quod auditum, visum, &c. dicit, hinc statuitur unitas personæ in Verbo incarnato [m]. Quod apud Deum diu reconditum fuerat, id nobis certò fuit patefactum, ut mox sequetur. *Audivimus* non Deum tantùm *loquentem verba vitæ*, sed & Deum Patrem ipsi è cœlo reddentem testimonium majus quàm Prophetis, aut etiam Mosi [n]. *Audivimus* non ex aliorum narratione, sed hisce auribus [o]. *Vidimus*, &c. Efficax locutio. Non enim satis fuit dicere *vidimus*, sed addit *oculis nostris* [p], scilicet corporeis, non alienis oculis credidimus [q]: sicut & Latini dicunt, *Hisce oculis vidi* [r]. Vidimus, inquit, eum edentem, bibentem, morientem, redivivum, &c [†]. deinde addit *spectavimus* [t], vel, *intuiti*, sive *contemplati sumus* [v]; non semel & obiter, sed penitus [x], intentè & curiosè,

[a] Q in G.
[b] Be. Pi. Com.
[c] G.
[d] Gom. sim. E. Calv. Be.
[*] Gom.
[f] E.
[g] Gom.
[h] Glass. gram. 3. 1. 21. 77.
[†] G.
[i] E. Pi. sim. G. Ham. Be.
[k] E. sim. Be. Gom.
[l] Gom.
[m] E. sim. Gom.
[n] G.
[o] Be.
[p] G. sim. E.
[q] E.
[r] G.
[†] E.
[t] G. E.
[v] E.
[x] Ee.

curiosè, oculis propiùs admotis [y], diu multùmque ad satietatem contemplati sumus tot & tanta Jesu miracula, &c[z]. *spectavimus*, velut in hoc expositum[a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ—ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου, &c.] *Et manus nostræ contrectàrunt* (vel, *palpaverunt*, Er. E. J. Cap. & ante mortem, & post resurrectionem ejus[b]. Vide Mat. 14. 31. Joan. 13. 23[c]. Luc. 24. 39. Joh. 20. 27[d]. Tertium sensum adjicit, Tactum: nam is quoque intervenit tum alibi, tum in panibus multiplicatis, tum in Lazaro*.) *de verbo*, sive *sermone*, *vitæ*, Er. P. Be. Pi. &c. id est, vel, 1. de Evangelio, quod vocatur *sermo vitæ*, Phil. 2. 17. *verba vitæ*, Joh. 6. 68. Act. 5. 20[f]. *via vitæ*, Act. 2. 28[g]. *sermo salutis*, Act. 13. 26[h]. Tot, inquit, modis cognovimus veram esse Evangelii doctrinam[i]. Sed hic sensus non congruit cum præcedentibus[k]: visio enim & contrectatio Christi personæ, non verò Evangelio, convenit †. Vel, 2. de Filio Dei[l], verbo Patris, de quo Joh. 1. 1. & 1 Joh. 5. 7. Apoc. 19. 13[m]. & Luc. 1. 2. 2 Pet. 1. 16[n]. qui *verbum vitæ* vocatur, vel, 1. essentialiter[o], quia ipsa *vita est*[p], Joh. 1. 4[q]. vel, 2. causaliter[r], quia est fons & author vitæ †, & naturalis, & supernaturalis[t], vitam ac salutem adferens hominibus[v]. *De verbo*, id est, verbum[x], ut Psal. 72. 15. *Dabitur ei de auro*, id est, aurum: Joel. 2. 28. *Effundam de spiritu*, id est, spiritum[y]. Dicit autem *de sermone* potiùs quàm *sermonem*, nè sentire videretur idem naturâ esse & quod *viderant*, &c. & *quod erat à principio*[z]. Pendet adhuc sententia, complenda v. 3 ‖. Potest tamen locus sic verti, *Quod erat ab initio*, hoc ipsum est *quod audivimus*, &c. Ellipsis qualis Mat. 27. 11. Ego sum quod tu *dixisti*, Joh. 8. 25. *Tu quis es?*—Ego sum id *quod à principio dico*, &c. 1 Cor. 2. 9. *Quæ oculus non vidit*—illa sunt *quæ præparavit*, &c. 2 Cor. 4. 6. *Deus qui dixit*—is est *qui splenduit*. Et in Philostrato, Σὺ γὰρ ὁ τὴν κόμην ἀσκῶν, *Tu is es qui comam alis**.

2. *Et* (vel, *Nam*, Be. Pi. Mo. *Et* pro *Nam*, ex Hebraismo[a].) *vita* (id est, verbum vitæ[b], sive quod est *vita*[c]:) *manifestata est*] Nempe in assumpta carne, 1 Tim. 3. 16[d]. & per conversationem cum hominibus, per doctrinam & miracula*. Ità respondet huic objectioni, quomodo vidistis eum qui invisibilis est[f]? Nam *& vita æterna* Christi exemplo *facta est nobis conspicua*. Vide 2 Tim. 1. 10[g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ—ἀπαγγέλλομεν, &c.] Vox apta huic negotio. Vide Act. 26. 20. In MS. ἀπαγγέλλομεν καὶ ὑμῖν *etiam vobis hæc nunciamus*, tam longè dissitis. Καὶ hîc valet, *Hoc ipsum*[h]. [Sic reddunt:] *Et vidimus, & testamur*, (id est, Quam vidimus, de qua proinde & testificamur[i], sensibus compertum propriis, Act. 1. 8. & 2. 32. & 3. 15. & 4. 20. & 5. 32. & 10. 41. Vide quæ nos ad Lucæ præfationem & 2 Pet. 1. 16[k].) *&* (vel, *quàmque*, E.) *annuntiamus vobis*, (tanquam testes maximè idonei[l]:) *vitam illam æternam*, Mo. &c. Christum scilicet, qui est vita æterna[m], ut dicitur infrà 5. 12[n]. qui per essentiam est vita, immortalis & æterna, quam & suis præstat[o]. Tantis freti pignoribus *certos & vos reddimus de vita æterna*[p]. ¶ *Quæ erat apud Patrem*] Ut Joh. 1. 1. *apud Deum*[q], in sinu Patris[r], ut unus cum Patre naturâ sive essentiâ, diversus *personâ* †: nam *apud* & propinquitatem & differentiam notat[t]. Al. In decreto Dei diu latuerat. Vide ad Joh. 1. 2. Adde Eph. 3. 5[v]. Tollit opinionem novitatis Evangelii. Non, inquit, cœpit nunc demum vita, utcunque nunc appareret, quia perpetuò fuit apud Patrem[x]; non demum à mundo condito, sed in principio & ab omni æternitate[y], licèt actu vitam de se nondum funderet, &c[z]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, G.) *apparuit* (vel, *patefacta est*, G. per incarnationem[a]:) *nobis*] Non Patriarchis, non Prophetis, Rom. 16. 25, 26. Col. 1. 26. Heb. 8. 6[b]. *nobis* hominibus[c]. Hic versus parenthesi claudendus est[d].

3. *Quod* (sub. inquam, Er. V. Pi.) *vidimus*, &c.] Repetit quod dixerat*, non otiosè, sed emphaticè[f]; tum ad probandam Evangelii certitudinem[g], tum ut orationem absolvat, addendo, *annuntiamus vobis*[h]. Testimonium, inquit, hoc tam certum vobis reddimus, non tantùm ut nôritis hæc esse vera, quando historiæ multæ narrantur, sed ut & vos ipsi non minùs quàm nos fructum indè percipiatis[i]; *ut societatem*, sive *communionem, habeatis* [&] *cum nobis* Apostolis[k], in eadem fide & Ecclesia[l], & bonis promissis[m]; [&] cum Deo & Christo, hîc in sanctitate, in posterum in beatitudine. Κοινωνίαν ἔχειν idem quod κοινωνεῖν 1 Pet. 4. 13. κοινωνὸν εἶναι, 2 Cor. 1. 7. aut γενέσθαι, 2 Pet. 1. 4. μέτοχον γενέσθαι, Heb. 6. 4. & 12. 8[n]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡ κοινωνία, &c.] Est Pleonasmus; nam καὶ superest sequente δὲ. Par abundantia Joh. 6. 51[o]. [Sic vertunt:] *Et* (vel, *Utque*, E. ex Vulg. vel, *Autem*, Tre. ex Sy.) *communio verò nostra* (sub. *est*, Er. E. ex Sy. vel, *sit*, Vulg. Be. Pi. G.) *cum Patre, & cum Filio*, &c. Mo. Explicat quæ sit illa *societas* de qua loqui cœpit[p], infrà 3. 2. & 2 Tim. 2. 12[q]. q. d. Nè rem contemnendam promittere videar, illa societas quam nos Apostoli inter nos habemus nobis communis est cum Patre & Filio. Hæc autem societas, quæ & *amicitia* dicitur, consistit in participatione bonorum ad salutem pertinentium, quæ Deus nobis, ut sociis suis & *amicis*, (ut nos vocat Luc. 12. 4. Joh. 15. 15. Jac. 2. 23.) communicat[r]; v. g. reconciliationis, adoptionis, unionis cum Christo †, & intimæ contemplationis beatissimæ Trinitatis. Nota, neminem posse cum Deo societatem habere, qui non societatem habet cum Ecclesia[t].

4. *Hæc scribimus vobis*] Hoc cùm dicit, toties Epistolæ hujus præcipuum argumentum designat. Pluralis Nominativus primæ personæ non semper Magnitudinis, sed sæpe Modestiæ, habet significationem, ubi nostra decora cum aliis partimur. Notat hoc Servius ad illud Virgilii,—*& nos aliquod nomenque decusque Gessimus*[v]. ¶ *Ut gaudium vestrum sit plenum*] id est, Solidum[x], perseverans[y], perfectum[z]. Sumimus hunc laborem in id *ut* & hîc *pleno fruamini gaudio*. Omnia de bonis hujus vitæ suscepta gaudia tum jacturæ, tum mortis, metu fiunt turbida: Purum verò gaudium est, certam habere spem immortalitatis. Vide Joh. 16. 24. Rom. 14. 17. & 15. 13. Col. 1. 11. Heb. 2. 15. 1 Pet. 1. 8[a].

5. *Et hæc*, &c. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία] *Hæc est promissio*, Er. Il. Ti. V. q. d. Promissio, quam vobis afferimus, hoc secum trahit, vel hanc conditionem habet annexam[b]: vel, *annuntiatio*, Tre. ex Sy. Mo. Æth. Vulg. *denunciatio*, Pi. *nunciatio*, G. ex Gloss. *nuntium*, P. Ca. Ar. sic Be. MS. habet ἀγγελία. Quæ vox reperitur Prov. 12. 26. & 25. 26. & 26. 16. &c. Hoc vult dicere, Non promissa sola nobis attulit Christus, sed & conditiones & earum conditionum causas explicavit[c]. Res eodem redit sive legas ἀγγελία, sive ἐπαγγελία, siquidem Evangelii promissio est conditionata[d]. Magis tamen quadrat hîc ἀγγελία, quia in verbis seq. non indicatur res aliqua promissa; sed doctrina continetur, ad exhortationem applicanda. *Annunciatio* autem ponitur pro re annuntiata, ut *spes* pro re sperata, &c. q. d. Hoc est quod nos ab eo docti vobis annunciamus, nempe id quod sequitur*. ¶ *Quam audivimus ab eo*] Multò apertiùs per Christum hoc cognovimus quàm antè in Lege[f]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι ὁ Θεὸς, &c.] Ὅτι hîc non est αἰτιολογικὸν, sed δεικτικὸν, & speciem annunciationis sive promissionis designat[g]. *Deum lucem esse*, &c. Be. Pi. id est, Plenum sapientiæ & sanctitatis[h], & (quod hîc potissimùm spectari videtur) fontem omnis lucis, id est, veritatis, bonitatis, ac justitiæ quæ in nobis est; illustrando mentem, & efficaciter excitando voluntatem ut agamus[i]. [Sensus:] Deum ità esse purum ut nihil impuritatis ei placere possit[k]. Vide infrà 3. 3. *Lux*, res purissima: ideo pro *puritate* sumitur. Vide Luc. 16. 8. Act. 26. 18. Rom. 13. 12. Eph. 5. 8. 1 Thess. 5. 5. Contrà Satanæ ἐξουσία dicitur τοῦ σκότους, Luc. 22. 53. Puritate proximè ad Deum accedimus, Mat. 5. 8. Joh. 4. 24. Adde 1 Pet. 1. 15[l].

6. *Si dixerimus*] Verbo aut animo[m]. ¶ *Societatem habemus cum eo*] id est, Nos Deo amicos esse. Nam Amicitia maxima est societas[n]. ¶ *In tenebris* (nempe errorum[o], ignorantiæ[p], & vitiorum[q]:) *ambulamus*] id est, Si faciamus opera impura, Joh. 3. 19. Rom. 13. 12[r]. vel, peccatis serviamus & cupiditatibus obsequamur †. ¶ *Mentimur*, &c. Καὶ οὐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν] *Nec sincerè* (vel, *ex veritate*, D. G.) *agimus*, Be. Pi. Vor. G. ut Joh. 3. 21[t]. Sic & Ezec. 18. 9[v]. vel, *veritatem facimus*, Vulg. Pi. Gom. Quam scilicet profitemur[x]; facto non probamus verum esse quod loqui-

Margin (left column): y E. z G. a V. Er. b Pi. sim E. Be. Gom. c E. Gom. d Pi. * G. f Vor. G. g G. h Vor. i G. k E. † Gom. l E. Pi. Zeg. m E. n Gom. o E. p E. Gom. q Gom. r E. † Gom. sic Be. Pi. t Gom. v E. x E. Me. T. Gom. l i. Be. y T. Me. z Be. ‖ Be. ad v. 3. sim. J. Cap. * J. Cap. a Be. b E. V. c Me. d Gom. sim. E. Pi. * E. f Gom. g G. h G. i E. k G. l E. m Me. sim. E. n Gom. o E. p G. q E. Me. r Gom. † Gom. E. t E. v G. x Calv. y E. sim. Calv. z E. a Me. sic E. b G. c E. d Be. sic Gom. * Zeg. sim. Er. V. Be. Vor. f Vor. g Vor. sim. Calv. h E. i G. k E.

Margin (right column): l Me. m E. n G. o G. p G. Gom. q G. r E. † Gom. t E. v G. x Me. y E. z E. Me. a G. b Calv. c G. d Vor. * E. f G. g Vor. h Pi. sim. E. i E. k G. sim. Ham. l G. m E. n G. o Me. p Pi. q Me. sim. E. Pi. r G. † E. t G. Vor. v G. x Me.

loquimur [y], sed nos & alios fallimus [z]. Amant Hebræi, cùm quid valde affirmare volunt, verbo aliquo posito addere negationem contrarii, Rom. 9. 1. & jam jam suprà v. 5 [a].

7. *Si autem in luce* (rationis, Evangelii [b], virtutis & gratiæ [c]:) *ambulamus*] id est, Si purè vel sanctè (& sapienter [d],) vivimus *. *Ambulandi* vox notat progressum [f] de virtute in virtutem [g]; vel potiùs, de uno [bono] opere ad aliud [h]. ¶ *Sicut & ipse est in luce*] i. e. Semper versatur in actionibus purissimis [i]. i.e. Si eum imitemur. *Sicut* hìc similitudinem notat, non æqualitatem [k]. ¶ *Societatem*, &c. Κοινωνίαν μετ' ἀλλήλων] *Communionem*, sive *Societatem, habemus ad invicem*, Vulg. vel, *mutuam*, nempe cum Deo [l]; vel, *inter nos mutuam*, Er. E. i. e. inter vos, & nos Apostolos, & consequenter cum Deo [m]. Ea res nos inter nos amicos facit. Amicorum est *eadem velle & nolle*. Hæc inter bonos Amicitia, inter malos Factio, est. Qui cum Deo colligantur, necessariò etiam inter se colligantur. Vide Eph. 4. 6 [n]. Vel, *cum eo mutuam*, Be. Pi. Pe. Agitur enim hìc de communione non sanctorum inter se, sed Dei & sanctorum [o]: vel, *inter nos*. Communionem, inquit, habemus (nempe Deus & nos,) inter nos mutuam [p]. In MS. pro μετ' ἀλλήλων videtur fuisse μετ' αὐτοῦ. Id indicat litura plures literas non capiens [q]. ¶ *Et sanguis Jesu Christi* (effusus scilicet, qui hìc ponitur pro toto sacrificio, imò pro tota obedientia Christi, quæ consistit in sanctitate vitæ, & voluntariâ passione [r]:) *emundat nos*, &c.] Est Metonymia: vult enim dicere, Ostendit qui talis est *se verè repurgatum Christi sanguine*, id est, fide eâ quam in nobis operatur Christi passio. Vide Rom. 3. 25. & 5. 9. Eph. 1. 7. & 2. 13, &c. sæpe autem fieri dicitur quod patescit †. Ostendit, non ità nos in luce ambulare, quin tenebras habeamus, h. e. peccata, quorum purgatione *per sanguinem*, h. e. per meritum mortis Christi, nobis opus est [t]. *Et* hìc est causale, significàtque, ideo nos societatem habere cum Deo, quia *sanguis*, &c [v]. Communionem cum Deo v. præced. indicat, hìc, cum Christo, à quo habemus & justitiam, & sanctitatem vitæ. Hic autem justificationis tantùm meminit, docétque, Christi sanguine justificatos esse qui in luce sanctitatis vivunt [x]. Postquam docuit quale sit nostræ cum Deo unitatis vinculum, fructum quoque indè manantem demonstrat, nempe quòd tunc gratuitò nobis remittuntur peccata. Quæ vera est hominis beatitudo, Psal. 32. 1 [y].

8. *Si diximus—peccatum non habemus*] id est, ut mox exponet, Ὅτι οὐχ ἡμαρτήκαμεν. Si putamus nobis Christo & ejus cognitione opus non fuisse ut à peccatis purgaremur. Nam alioqui post Evangelii notitiam potuere quidam esse sine peccato, ità ut *peccati* vox hìc sumitur, non ut meras ignorantias, aut subitos motus, significet; sed ut eos actus malos qui tractum habent, & deliberationem non antevertunt. *Habere peccatum* non est nunc in peccato esse, sed ob peccata reum posse fieri, (nempe si Deus summo jure uteretur,) ut apparet Joh. 9. 41. & 15. 22, 24. Pari sensu Jac. 4. 17. ἁμαρτία αὐτῷ ἐστιν [z]. Dicit omnes *peccatum habere* propter peccati, 1. affectum, à quo nemo in hoc seculo plenè purgatus est: 2. reatum, quia semper est cur dicere debeamus, *Dimitte nobis debita nostra*: 3. actum, quia nemo vivit sine quotidianis & frequentibus peccatis, ut Aug. Hieron. Amb. Concilium Milev. asserunt contra Pelagium [a]. Nemo peccatum aliquod actuale non facit [b]. De peccatis minutis loquitur, &c [c]. Notandum autem quis hoc dicit, nempe fidelis Christi Apostolus, isque veteranus [d]. Docet omnes esse reos coram Deo, perditos & desperatos, ut sciant omnes se indigere veniâ & gratiâ Dei *. ¶ *Ipsi nos seducimus*] vel, *fallimus*, sive *decipimus*, E. Be. Pi. Nostro maximo malo. Id verum esse apparet ex Rom. 5. 6, 8. Sic & Philo, *neminem*, ait, *mortalium culpâ carere, &c. si Deus sine misericordia judicet*, &c [f]. [verba vide in G.] ¶ *Veritas* (id est, vel, verbum Dei, quod est *veritas*, Joh. 17. 17. cui favet collatio v. ult [g]. vel, studium veri [h]:) *in nobis non est*] id est, Mentimur [i].

9. *Si confiteamur*, &c.] *Si fateamur nos in gravibus peccatis vixisse* ante notitiam Evangelii, ac propterea opus habuisse medicinâ; &, quod consequens est, Evangelicam doctrinam ut necessariam retineamus. Solent enim ex causis effecta intelligi [k]. Per *confessionem* hìc intelligit agnitionem peccati ex dolore super peccatis ortam, conjunctam cum invocatione Dei & voluntate faciendi ea quæ Deus exigit, adeóque totam pœnitentiam [l]. Confessio hæc, quum ad Deum refeatur, sincerum cordis affectum requirit, vitæque novitatem, verámque in se pœnitentiam continet †. Sensus, si nos seriò & palàm non pudeat coram Deo nos miseros peccatores agnoscere, ut Mat. 3. 6 [m]. ¶ *Fidelis est* (i. e. stans promissis [n], 1 Cor. 1. 9. 2 Cor. 1. 18. 1 Thess. 5. 24. Heb. 10. 23. & 11. 11 [o]. Promisit autem pœnitentibus veniam [p]:) *& justus* (id est, integer [q], vel, æquus [r], ut 2 Thess. 1. 7. 2 Tim. 4. 8. Heb. 6. 10 †. Æquum enim est, & congruum Deo, ut pœnitenti peccata remittat [t]: vel, bonus, sive lenis [v], ut Mat. 1. 19 [x]. sic δικαιοσύνη est Dei *bonitas*, 1 Sam. 12. 7. Vide & Psal. 112. 9 [y]. & Mat. 6. 1 [z]. vel, *justus*, quia hæc venia ex justitia debita est, non nobis, sed Christo qui eam morte suâ nobis promeruit, & cui Deus illam promisit [a]: vel, *justus*, quia promissa servare pars est justitiæ [b].) *ut remittat*, &c.] i. e. Ut veterum criminum ultrà memor non sit futurus. *Remittere* hìc dicitur pro *non revocare veniam*, quod solet fieri adversùs ingratos [c]. Remissionem hìc intelligit ratione non initii, quia de fidelibus agit; sed continuationis, quâ justificati justificantur adhuc, Apoc. 22. 11 [d] ¶ *Et emundet* (vel, *purget*, Be. Pi.) *nos*, &c.] Vel, à reatu per justificationem *: vel, reformatione [f], sive renovatione, vitæ [g]. Gratuitò quidem remittit Deus, sed ità ut misericordiæ facilitas non sit illecebra peccandi [h]. Καθαρίζειν idem quod infrà ἁγνίζειν, 3. 3. טהר. Sumitur autem hìc καθαρίζειν pro eo quod est *purum servare*; sicut ζωοποιεῖν sæpe est *conservare in vita*, maximè per Spiritum suum, roborantem nos atque confirmantem, Rom. 16. 25. 1 Thess. 3. 13 1 Pet. 5. 10. Et in hoc quod facit Deus, *fidus* probari dicitur, 2 Thess. 3. 3. Tertul. E*mundari nos ait, non quà delinquamus, sed quà non delinquamus*, &c [i]. [Reliqua vide in G.]

10. *Si dixerimus quoniam*, &c. Ὅτι οὐχ ἡμαρτήκαμεν] *Nos non* (i. e. nunquam [k]:) *peccasse*, Be. Pi. Tempore scilicet præterito [l]: vel, idem hoc est quod *peccatum non habere*, v. 8 [m]. Repetit hìc quod v. 8. dixerat, ut eò magis à tam ingrati animi crimine nobis caveamus. Et sunt tales repetitiones multùm usitatæ huic Apostolo [n]. Docet, neminem sine peccato actuali esse posse, quia in peccato nati sumus, & in nobis est concupiscentia assiduè nos ad peccatum incitans. Hoc dicit propter Judaizantes, qui corruptæ naturæ pravitatem non agnoscebant [o]. Al. Non loquitur hìc de piis sive regenitis hominibus; (neque enim persona prima id semper significat, ut notatum ad Rom. 7.) sed de Gnosticis, qui, dum turpissimè viverent, se tamen *spirituales* & *perfectos* vocabant; dicentes, se non magis pollui spurcissimis actibus, quàm solis radii immittentes se in stercora. Hunc sensum suadet collat. c. 2. 1, &c [p]. ¶ *Mendacem facimus eum*] Quantum in nobis est [q], i.e. mendacem dicimus vel judicamus, ut *facere* sumitur, Mat. 12. 33. Joan. 5. 18. & 10. 33. & 19. 7, 12 [r]. mendacitatis eum arguimus †, ut qui contrarium testificatus est [t], asserens omnes homines esse peccatores [v], Eccles. 7. 20 [x]. Rom. 3 [y]. 1 Reg. 8. 46 [z]. vel, tales actiones esse abhominandas & damnabiles [a]. Eadem locutio infrà 5. 10. *Mendacem facere*, Jobi 24. 25. est Aliquem habere pro mendaci, aut sic loqui de eo quasi is mendax esset: sicut *Christum rursum crucifigere* dicuntur Heb. 6. 6. qui ità agunt quasi ille cruce dignus fuisset. Contrà is *signare* dicitur *Deum esse veracem*, Joh. 3. 33. qui ità agit sicut decet eum agere qui Deum veracem putet. Respicit autem hoc loco Johannes Vaticinia ad tempora Messiæ præcipuè spectantia: Esa. 1. 18. & 27. 9. & 40. 2. & 43. 25. Jer. 31. 34. Mic. 7. 19 [b]. ¶ *Et verbum ejus* (id est, vel Christus [c], vel vera ejus doctrina [d], verbum Dei, nempe per Prophetas enunciatum *: vel, sermo, quem nos à Deo missi vobis annunciamus, de Christo redemptore, cujus sanguine omnes à peccatis mundandi sumus [f].) *non est in nobis*] id est, A nobis non intelligitur [g], non recipitur [h]. Similia dicta Joh. 5. 38. & 8. 37 [i]. Fide non recipitur,

tur, sed incredulitate & contradictione rejicitur, ex collat. 1 Joh. 5. 10[k]. nullum in nobis locum habet. Nam sani non opus habent medico. Bene autem dixit, *in nobis*. Nec enim in labris vult sedere Dei verbum, sed in corde radices agere[l]: vel, non habitat in nobis per gratiam[m].

[k] Gom. [l] Be. [m] Q. in E.

CAP. II.

1. **F***ilioli mei*] Blanda appellatio[a]; quæ respicit, vel, 1. ætatem suam[b], ut qui jam grandævus esset[c]; ut suprà [lege *infrà*, v. 12, 13.] *Filiolis* opponit *patres & juvenes*: vel, 2. ministerium suum*, quo eos per Evangelium genuerat[f]. Conveniebat ità eos, velut Discipulos, affari & Apostolo & Doctori. Vide 1 Cor. 4. 14, 15, 17. Gal. 4. 19. Eph. 5. 1. &c[g]. ¶ *Hæc scribo*, &c.] vel, 1. Totam hanc Epistolam[h]; tum quæ præcessere, tum quæ sequentur[i]: vel, 2. Quæ proximè dixit, nempe nos omnes peccare[k], & à peccatis emundari sanguine Christi, &c. Hæc, inquit, non scribo quò liberiùs & frequentiùs peccetis, (ad quod consuetudo, peccantium multitudo, & facilitas veniæ, incitamento esse solent:) sed contrà *nè peccetis*[l]; id est, ut peccata, saltem graviora, aut omnino voluntaria[m], pro virili[n], quantum humana fragilitas permittit[o], sollicitè vitetis[p]. Nihil exigit impossibile, ut apparet infrà 3. 9. & 5. 18. nempe verbo *peccandi* sumpto non de habitibus solis, ut quidam volunt; sed de actibus quos præcessit deliberatio aut tempus ad deliberandum, quales actus non sunt meræ ignorantiæ, aut meræ obreptiones[q]. Occurrit hîc iis qui gratiâ Dei & expiatione peccatorum per Christum peccandi licentiam concedi jactant[r]. ¶. *Si quis peccaverit*] Ut omnes peccâsse ostendit, cap. 1. 8 †. Adde, & se Ecclesiæ regendum sanandúmque tradiderit, infrà 5. 16. quales illi, de quibus Gal. 6. 1. 2 Cor. 2. 6. 1 Thess. 5. 14. 2 Thess. 3. 15. Sæpiùs autem id eveniebat iis qui tenerâ adhuc erant fide, quales illi Galatæ & Petrus ante acceptum Spiritum S. Clemens Strom. 2. εἰ δ' ὦκεν οὖν ἄλλην ἐπὶ τοῖς κἂν ἐν τῇ πίστει περιπίπτῃ τινι πλημμελήματι πολυέλεος ὢν μετάνοιαν δευτέραν[t]. Si cui, inquit, de vita humana surrexit aliquod peccatum, sive veniale, sive mortale[v]. Hoc addit, nè quis ob præced. sententiam infirmitatis suæ ac peccatorum conscientiâ commotus desperet[x]. Particula conditionalis, *si quis*, debet in causalem resolvi: nam fieri non potest quin peccemus[y]. ¶ *Advocatum* (vel, *Mediatorem*, sive *Intercessorem*, V. vel, *Consolatorem*, Ar. ut Joh. 14. 16[z]. *Patronum*, Er. V. Ca.) *habemus*, &c.] Ità Er. P. Mo. Be. Cam. &c. Non dicit, *habet ille Advocatum*, sed *Ecclesia habet*, quæ pro lapso precatur. Preces autem Ecclesiæ Christus, more Advocati, Deo Patri commendat, Joh. 16. 26[a]. Est autem Christus Advocatus noster[b], tum, 1. objectivè, sive interpretativè[c], ea nempe allegando apud Patrem judicem, quibus citra nostrî condemnationem justitiæ suæ satisfiat[d], nempe merita sua*, sive sanguinem suum, &c[f]. tum, 2. formaliter & propriè[g], orando & interpellando pro nobis[h]; non supplicum more se prosternendo, sed desiderium salutis electorum eloquendo tum mente, tum verbis quæ ipsum non dedeceant[i]: vel, postulando jus in vita antè promeritum, sibíque promissum, nempe gratiam & salutem[k]. Παράκλητος nomen Christo tribuitur oppositè ad diabolum, qui dicitur κατήγορος, *accusator*, sive *calumniator*, Apoc. 12. 10[l]. Spiritus S. παράκλητος dicitur, sed diversâ ratione. Vide Rom. 8. 26. Gal. 4. 6[m]. Christus causam Ecclesiæ agit apud Patrem, Spiritus S. apud homines, ut diximus ad Joh. 14. 16, 26. & 15. 26. & 16. 7[n]. ¶ *Jesum Christum justum*] id est, Innocentem & sanctum[o], & quidem perfectissimè, qui Patri per omnia placet, ac reconciliatore pro se non eget[p]; neque enim idoneus est Advocatus qui ipse sit reus[q]: qui meretur exaudiri, quíque justè pro peccatis nostris satisfecit[r]: vel, *justum*, id est, bonum & lenem, ut suprà 1. 9 †.

2. *Ipse est propitiatio*, &c.] Ἱλασμὸς, &c.] id est, Ἱλαστὴς,

[a] G. sim. Pi. [b] Pi. Q. in G. Vor. [c] Pi. [d] Q. in G. * Gom. [f] Pi. Vor. sim. Gom. [g] G. [h] E. [i] G. [k] E. sim. T. [l] E. [m] T. sim E. [n] Me. Gom. [o] E. ex Bed. sic Calv. [p] E. sim. Me. T. Calv. Gom. [q] G. [r] Calv. † Gom. [t] G. [v] E. [x] Gom. [y] Calv. [z] Gom. [a] G. [b] E. [c] T. [d] E. * Me. T. [f] E. [g] T. [h] T. sic E. [i] E. [k] T. [l] Cam. [m] Be. [n] G. [o] E. Me. [p] E. [q] E. sim. Calv. [r] Me. † G.

more Hebræo. Ἱλάσκειν est *facere ut cessent peccata*. Sensus est, Vires præstat nè peccemus in posterum. Vide Heb. 2. 17. & ibi dicta[t]. *Est propitiatio*, sive *expiatio*, &c. Vor. id est, vel, 1. per Meton. effecti, propitiator, ut Rom. 3. 25[v]. i.e. qui Deum reddit propitium[x]. Vel, 2. victima expiatoria[y], in cruce oblata[z], quâ Deus propitius redditur[a]. Christus enim erat & sacerdos, & hostia[b]. ¶ *Non pro nostris autem tantùm, sed*, &c. Ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου] Breviter dictum pro περὶ τῶν ὅλου, &c[c]. scilicet ἁμαρτιῶν ||. Eadem Ellipsis Joan. 5. 36[d]. Par constructio Heb. 11. 4. & alibi *. Et περὶ τῶν pro ὑπὲρ τῶν[f]. Dicitur autem rectè & ἱλάσκεσθαι aut ἐξιλάσκεσθαι ἁμαρτίας, & περὶ ἁμαρτίας, ut videre est Exod. 32. 30. & alibi[g]. Pronomen *nostris* ad quod referendum pendet ex intellectu *mundi*. Variè autem exponunt[h]. 1. *Non pro nostris*, id est, vel, 1. fidelium[i], nunc viventium[k]; vel, 2. Judæorum[l], qualis erat Joannes[m], ad quos hîc scribit[n]: sed *pro* peccatis *totius mundi*, Be. id est, vel, 1. omnium hominum[o], quotquot sunt, fuerunt, aut futuri sunt[p], qui ipsum sequi volent[q]; etiam infidelium[r], quantum in ipso est †. Vel, 2. Gentilium[t], vel electorum sive fidelium omnium locorum[v], temporum[x], ordinum, ætatum[y]. Confirmatur hic sensus ex collat. Joh. 10. 16. & 11. 52. & 17. 20, 21. & ex v. præced. unde constat, Christum *propitiationem* esse pro peccatis illorum quorum est *advocatus*. Atqui tantùm electorum advocatus est, quia pro iis tantùm orat, Joh. 17. 9[z].

3. *In hoc* (vel, *Per hoc*, Be. Pi.) *scimus* (Non ego solùm Apostolus, sed & vos credentes[a]; *scimus* probabiliter[b], notitiâ non certâ & infallibili, sed tali qualis de tali re, de qua sermo est, haberi per experientiam potest[c]: vel, *certi sumus*, G. Med. ex Aug. &c. nempe ex Spiritu Sancto, qui nobis est salutis nostræ *sigillum* & *arrhabo*, Eph. 1. 14. & 4. 30. quibus rebus pacta confirmantur & certa fiunt. Confer 2 Pet. 1. 10[d].) *quoniam* (vel, *quòd*, Pi. &c.) *cognovimus eum*, (cognitione non speculativâ & sterili*, inutili & damnosâ; qualis illa Rom. 1. 21[f]. & illa Diabolorum, Luc. 4. 34, 41. Jac. 2. 19[g]. sed illâ quæ utilis est, quæ κατ' ἐξοχὴν *cognitio*, & sæpe ἐπίγνωσις dicitur. Aristoteles, τὸ μανθάνειν λέγεται συνιέναι ὅταν χρῆται τῇ ἐπιστήμῃ[h]. Notitiâ practicâ[i], & affectivâ[k], quâ eum pro nostro servatore agnoscimus, ac proinde eum diligimus, ex collat. v. 5. Verba enim notitiæ sæpe affectus connotant, ut Psal. 1. ult. Matth. 25. 12[l]. Sed malim *notitiam* hîc Synecdochicè sumi pro certa notitiæ specie[m], nempe verâ fide[n], ut Esa. 53. 11. Joan. 17. 3[o]. q. d. Novimus eum nostrum esse Propitiatorem & Advocatum ex v. præced[p].) *si mandata ejus observemus*] id est, Si cessemus à peccato[q]; si pro humanæ infirmitatis captu vitam formare studeamus ad Dei obsequium. Significat, notitiam Dei non otiosam esse, sed efficacem, & transfigurantem nos, juxta 2 Cor. 3. 18. & ex se parere timorem & amorem Dei atque obedientiam. Negat Plato pulchrum cognosci posse, quin hominem rapiat in admirationem sui[r]. Notandus est hîc ordo, Obedientia prior est scientiâ †, sive certitudine justificationis nostræ[t], utpote illius causa[v]. Objectum esse oportet antequam sciatur, nec Sol videtur antequam oritur[x].

4. *Qui dicit se*, &c. Ἔγνωκα, &c.] Prosopopœia ostentantis cognitionem Dei[y]. *Novi eum* (nempe ut oportet[z], notitiâ verâ & salutiferâ[a]:) *& mandata ejus non servat*, (i.e. Qui fidem jactat absque pietate[b]:) *mendax est*, Pi. &c. id est, Falsum dicit & contra quàm gerit in mente[c]. ¶ *Et in hoc* (vel, *in eo*, Be. Pi.) *veritas non est*] Repetitio rei ejusdem, aut propè ejusdem, qualis suprà 1. 8, 10[d]. quâ Joannes peculiariter delectatur*.

5. *Qui—servat verbum ejus*] i.e. Jussa & mandata ejus[f]: vel, partem eam Evangelii quæ in præceptis consistit, ut ostendunt sequentia[g]. ¶ *Verè in hoc charitas Dei* (Quâ scilicet nos Deum diligimus[h]:) *perfecta* (vel, *expleta*, sive *adimpleta*, Il. P. Be. Pi.) *est*] Ità Er. Mo. Ti. &c. Is non novit tantùm Deum[i], sed & perfectè amat[k]: nam probatio amoris est exhibitio operis[l]. Amor præsupponit cognitionem: itaque oppositio hîc fit cum accessione. Christi præcepta Dei voluntatem exprimunt. Non potest autem quis validiùs ostendere Dei amore se teneri, quàm si in omnibus ad Dei voluntatem se accommodet[m]. Sensus est, Diligere Dominum

[t] G. [v] Gom. Vor. [x] E. Er. [y] Pi. sic E. ex Aug. Me. [z] Me. E. [a] E. ex Aug. [b] E. [c] G. sim. Be. Pi. || Pi. [d] Be. * G. [f] Pe. [g] G. [h] E. [i] Pi. Q. in E. [k] Q. in E. Gom. [l] Be. Gom. E. ex Cyr. Med. p. 817. [m] Gom. [n] Be. sic E. Gom. [o] Q. in E. sic G. T. [p] Q. in E. [q] G. [r] T. † Vor. sic T. [t] E. ex Cyr. Med. l. 3. p. 818. Gom. [v] Be. E. ex Aug. [x] Gom. [y] Be. [z] E. [a] Med. l. differt. 50. p. 397. [b] Me. [c] E. [d] Med. ib. * Me. [f] G. [g] Med. [h] G. [i] Me. [k] E. [l] Pi. Vor. [m] Gom. [n] Gom. Med. [o] Gom. [p] Med. 394. [q] G. [r] Calv. † Calv. Med. [t] Med. [v] Calv. [x] Med. [y] Camer. ad v. 9. [z] G. [a] Me. [b] Calv. [c] E. [d] G. * D. [f] Me. [g] G. [h] E. Vor. [i] G. [k] G. Me. [l] Me. [m] G.

num perfectè est mandata ejus servare [n]. *Charitatem* hîc *perfectam* vocat, non omnibus numeris [o], ut patet ex collat. cap. 1. 8, 10. & Phil. 3. 12 [p]. sed comparatè cum fucata [q]; & oppositè, tum ad mendacium & simulationem, tum, ad inanem speciem [r]: eámque intelligit quæ est vera, integra, & sincera [†], ut infrà 4. 12, 17, 18 [t]. qualis est quæ diligit proximos omnes, etiam inimicos [v]. Ex Dei enim amore fluit fraterna charitas [x]. ¶ *In ipso*, &c.] Id est, illi adhærere & arctè adstrictos esse [y], societatem habere cum eo [z], per charitatem [a], vel per fidem [b], ei conjuncti [c], sive insiti [d], tanquam palmites viti, Joh. 15. & membra in corpore, Rom. 12. 5 [*]. Quod semel dixit, hic amplificat ex contrarii collatione [f]. Aliis verbis prosequitur quod dicere cœperat. Nam *esse in aliquo*, aut *manere*, (in tota enim hâc Epistola ista pro eodem sumuntur:) est amoris vinculo ei jungi. Dicit ergò dicturum se unde discere possimus nos esse tales [g].

6. *In ipso* (id est, Deo [h]:) *manere*] Id est, habitare, ut Joh. 6. 56 [i]. quod jam dixit *esse in ipso* [k]. ¶ *Sicut ille ambulavit*, &c.] Id est, vitam instituit [l]. Vide suprà 1. 6, 7. Quos amamus ob virtutem, eos in eadem virtute imitari debemus. Si Pythagorici Pythagoram, Stoici Zenonem, Academici Socratem, imitantur, quantò magis Christum Christiani [m]?

7. *Non mandatum novum*, &c.] Nempe est hoc de diligendis proximis [n], quod sequitur v. 9, 10, 11 [o]. Hoc dicit, nè premi se conquerantur præceptorum multitudine [p]. Non debet *novum* vobis Judæis videri hoc præceptum, quanquam protensum latiùs, & provectum sublimiús [q]. ¶ *Vetus quod habuistis* (vel, *quod* videlicet *habuistis* jam indè, Be. Pi.) *ab initio*] [Vel, 1. mundi:] h. e. institutum cum ipsa hominis natura, quod est legis æternæ semper & ubique mortales obligantis [r]; vel, legis naturalis [†]. Vel, 2. Ecclesiæ Judaicæ [t]; q. d. datum Patribus Levit. 19. 18 [v]. vel, 3. vocationis ad fidem [x], sive Evangelii prædicati, vel suscepti [y], ut *initium* sumitur infrà v. 24. & 3. 11. & epist. 2. 5, 6 [z]. Illud ἀπ' ἀρχῆς hîc deest in MS. Apud Syrum autem & Latinum deest hoc ipsum in membro sequente [a]. ¶ *Mandatum vetus est*, &c. Ἐστὶν ὁ λόγος, &c.] Doctrina, inquit, Evangelii non est nuper nata, sed æterna Dei veritas [b]. *Est sermo quem audistis ab initio*, Er. &c. *Vos*, i. e. vestri majores: quanie locutionem habes Mat. 23. 35. Joh. 6. 32. & 7. 19, 22, &c. Ad intelligendum illud, ἀπ' ἀρχῆς, vide ad Ezec. 19. דבר, λόγος, etiam de Lege Veteri dicitur, sed sæpiùs in Plurali דברים λόγοι, ob multitudinem præceptorum quæ Johannes hîc in summam collegit, ideóque Singulari utitur. Confer Rom. 23. 9. Gal. 5. 14 [c].

8. *Iterum*, &c. Πάλιν, &c.] *E contrario*, Be. Pi. Πάλιν hîc non iterationem, sed contrarietatem, notat [d]. Illud πάλιν est ἐπανορθωτικὸν, ut Matth. 4. 7. & alibi. Sic Donatus ad illud, *Heus tu, rogato rursum*, interpretatur, *è contrario*. [Sensus, q. d.] Dixi esse *præceptum vetus*, *attamen & novum est*, ut & à Christo appellatur Joh. 13. 34 [*]. & meritò [f]; non tamen substantiâ, seu propter formam & promulgationem, sed circumstantiis, seu propter adjuncta [g]; quia cùm in desuetudinem abiisset [h], à Christo (& à me per hanc Epistolam [i],) renovatum est [k], & auctum [l], & vindicatum tum à corruptelis Judaicis, tum à jugo ceremoniarum, Gal. 5. 1. Heb. 8. 13. & novâ efficaciâ cordibus inscriptum, Heb. 8. 10 [m]. *Novum* est ità ut à Christo id nobis publicatum est [n], cujus exemplo & præcepto ad altiorem gradum attollitur [o]. Vide dicta ad Joh. 13. 34 [p]. ¶ *Quod*, &c. Ὁ ἐστιν ἀληθὲς ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν ὑμῖν] *Quod* (scilicet *mandatum* [q]. Sed cùm ἐντολὴ sit fœminini, ὁ potiùs substantivè sumitur, q. d. *Quæ res* [r]. Mirari non debemus post vocem ἐντολῆς sequi Pronomen ὁ, quia non tam præceptio quàm res ipsa quæ præceptione continetur hîc respicitur. Et similem constructionem jam habuimus suprà 1. 2, 3 [†]. vel, *Id quod*, Er.) *est verum* (i. e. verè novum [t], vel, res verissima & certissima [v]; vel, verissimè à Christo datum [x]: vel, ratum ac reipsâ invenitur [y]; vel, *veritas*: q. d. Hoc uno mandato, quod ad institutionem vitæ spectat, constat tota Christi veritas. Quæ porrò exspectanda est alia major revelatio? Nam Christus certè omnium finis est ac complementum. Proinde *veritatis* nomen huc spectat ut subsistant quasi in meta: nam pro complemento vel absoluto statu accipitur. Christum illis conjungit, ut membris caput; q. d. Corpus Ecclesiæ non aliam habet perfectionem: vel, tunc solidè Christo uniti eritis, si sanctus amor inter vos mutuò vigeat [z]. Vel, *verum fuit*, i. e. reipsâ apparuit [a].) *in ipso* (id est, vel, 1. in seipso [b]; quia mandatum hoc dilectionis, cùm sit juris naturæ, in seipso certissimum & verissimum est, æquè ac antiquissimum [c]. Vel, 2. in Christo [d], quem nominavit v. 1, &c [*]. Vel, ratione Christi, præcipientis, exponentis [f], & exemplum præbentis illustrissimum [g]. Christus non paucos homines, sed omnes, dilexit, & ità ut præ ipsorum salute nè vitam quidem suam charam haberet. Sic & nos debemus facere, infrà 3. 16. Joh. 15. 12, 13 [h].) *& in vobis*, Mo. P. Calv. &c. sub. *fit*, Pi. Vor. vel, *debet esse*, G. i. e. Sicut in Christo est vera & sincera dilectio, similiter est vel sit in vobis [i]. Vel, sub. *idem verum est*, Ti. Er. sic Sch. quia vos illud ipsum cum nova vita complexi estis [k]: vel, ratione vestri, qui rectam intelligentiam mandati percepistis, & obediendi facultate per regenerationis gratiam donati estis [l]. Aut ἐν ἡμῖν legendum, ut est in MS [m]. ut dicat id præceptum sincerè & à Christo & ab Apostolis impletum [n]: vel, q. d. veritatem habet nobis hoc tempore peculiariter accommodam cujus ratio sequitur [o]. Al. Sensus est, q. d. Mandatum hoc, licèt substantiâ suâ æternum sit, *novum* tamen dici possit [p], respectu, tum, 1. Christi [q], qui illud renovavit [r], vivificavit [†], quoad credentes; sive vim novam ei dedit per Spiritum suum, ut illis usui esse possit [t]: tum, 2. vestri [v], qui regeniti estis, id est, quibus datur gratia ad obedientiam [x]; qui filii facti estis, Spiritu adoptionis donati, ut diligatis patrem omnésque fratres, cùm priùs servi essetis, terrore acti, vacui dilectione Dei & aliorum [y]. ¶ *Quia tenebræ transierunt*, (vel, *transeunt*, sive *prætereunt*, E. Er. V. Be. Pi. G. ex Sy. Παράγει, ut 1 Cor. 7. 31. aut παράγεται, ut hîc & infrà v. 17. est *præterire*. Tum verò est hîc Præsens pro Præterito [z]. Sed id non est necesse. Quamdiu namque mundus non transit, nec tenebræ transierunt; sed mundo transeunte simul transeunt & tenebræ, quia mundus tenebris est involutus, & tenebræ mundo [a].) *& verum lumen* (id est, lumen in quo nulla est mixtura tenebrarum [b]: vel, *lux illa magna*. Nam quod in re quaque eminet, solet ἀληθινὸν dici, ut diximus ad Joh. 1. 9 [c]. [Vide Luc. 16. 11.]) *jam lucet*] Aperit jam hujus renovationis fontem, quòd jam *apparuit gratia*, &c. Tit. 2. 11 [d]. *Tenebras* hîc intelligit, vel, 1. ignorantiæ [*], & peccatorum [f], ut cap. præced [g]. veteris hominis [h]; quas *transire* dicit, quia paulatim minuuntur, & nunc post adventum Christi, & Spiritum S. effusum, indies magis ac magis se diffundit *verum lumen* [i], Evangelii scilicet [k], cognitionis Dei [l], fidei [m], gratiæ & amoris [n], quod jam in animis vestris lucet [o]. Vel, 2. tempus sub Lege Mosis, nimirum comparatum tempori novæ lucis Evangelicæ [p]. Quo sensu etiam Lex dicitur σκιὰ μελλόντων Heb. 8. 7. Vide Matth. 4. 16. Luc. 1. 79. Joh. 1. 5. & 3. 19, 20, 21 [q]. Huic favet [r], quòd in MS. pro σκοτία est σκιά, quod Legi tribuitur Col. 2. 17. Heb. 10. 1 [†]. Et σκότος de umbra sæpe dicitur, eíque meliùs congruit quàm tenebris. Significat ergò abolitionem Legis Mosaicæ, & substitutionem Christianæ, cujus pars erat novum hoc mandatum [t]. Ratio est, Quia non estis sub Lege, sed sub Gratia. Nam *tenebræ* fœderis Legalis, & status irregenerationis, transierunt, & jam Christus qui vitam & gratiam secum affert, & *vera est lux*, vobis fidelibus ut Sol justitiæ ortus est, & lucem simul & calorem vitæ vobis communicavit. Ergò præceptum vobis novum est, ut animari debeatis ad studium sanctitatis alacriùs prosequendum [v].

9. *Qui*, &c. Ὁ λέγων, &c.] Sub. αὐτὸν [x]. *Qui dicit se in luce* (de qua jam dictum [y]:) *esse*, Vulg. Be. Pi. i. e. Evangelium se sectari [z]. ¶ *Fratrem suum*] Sic vocat, vel, 1. hominem quemcunque, i. e. proximum [a], sive Judæum sive alienigenam [b], ob communem omnium Patrem & Creatorem [c]. Omnes enim per Christum vocantur, & ob Christum diligi debent, Matth. 5. 44. & seq. Retraxit rem Christus ad sua primordia. *Fratres* omnes in Adamo sumus. Et sic vox *proximi* sumpta ante

[Marginal notes, col. 1:] n Calv. o Gom. sim. E. p E. q Gom. r Fe. † E. Gom. t Gom. v E. x Calv. y Me. sim. E. z E. Pi. a E. b Gom. c E. d Be. Gom. * Gom. f Be. g G. h E. i Be. k E. l G. sim. E. Pi. Me. m G. n E. sim. Ham. o Ham. p E. q G. r Q. in E. † Me. t Q. in Ham. v Clem. & Didym. & Oecum. in E sic G. Gom. x Vor. sic Pi. y E. sim. Gom. Ham. z E. a G. b Calv. c G. d Vor. * G. f Me. g Gom. h Me. i E. k Me. Gom. l Me. m Gom. n G. o Ham. p Pi. q Q. r Me. sim. E. ex Oecum. † G. t Gom. v Me. x Ham. y Be.

[Marginal notes, col. 2:] z Calv. a G. b Me. ex La. Ham. c La. Me. d E. Me. Gom. G. * La. f Goth. sim. E. g Gom. sim. Me. h G. i Vor. ex Pi. k Me. ex La. l Gom. m G. sim. Ham. n G. o Ham. p Diod. q Diod. Dic. r Diod. † Dic. t Diod. v Diod. Dic. x Dic. y Diod. z G. * E. b Ham. c G. d Be. * E. Me. Gom. Pi. f E. Me. g E. h Gom. i E. k E. Me. l Pi. Gom. m Gom. Me. n Me. o Gom. p G. sim. Ham. q G. r Ham. † G. Ham. t Ham. v Dic. x Camer. y Me. z G. sim. a E. Gom. b E. c G. c E.

ante Legem, Gen. 11.3. & 31. 49. Exod. 11. 2 [d]. vel, 2. fidelem sive Christianum [*], κατ' ἐξοχὴν sic dictum, infrà 3.13. & 1 Cor. 5.11. & 6.6. & passim in N.T. ¶ *Odit*] *Odium* est ira, non ex infirmitate, sed inveterata & sine resipiscentia [f]. ¶ *In tenebris est*, &c.] Sic mox v. 11. *Is etiam nunc*, postquam tanta lux apparuit, *manet in tenebris*, ut Joh. 12. 35. si non crassioribus illis paganorum, certè Judaicis. Ἕως ἄρτι habes Joh. 5. 17. & 16. 24, &c [g].

10. *Qui diligit*, &c.] Hîc aperit de quo Dei mandato locutus est, nempe de fratre diligendo. ¶ *In lumine*, &c.] Fidei, & amoris Christiani [h]; in vera fide manet [i], lucem Evangelicam sequitur [k], verus Christi discipulus est [l]. ¶ *Et*, &c. Καὶ σκάνδαλον, &c.] Sumptum ex Græco Psal. 119. 165. Est autem Metonymia, & ἐν abundat [m]. *Et in eo non est offendiculum*, Gom. Be. Pi. &c. h. e. Lapsûs & peccati causa [n], vel, 1. proximo [o]: Nemini offendiculo est [p]; peccandi occasionem proximo non præbet [q]. Vel, 2. sibi, id quod versui seq. aptiùs convenit [r]. Non impingit †, in via sanctitatis [t]. Quare? Quia talem lucem sequitur [v], semper videns quò vadat, nempe ad Deum ex fide per viam obedientiæ [x]. Qui talem Lucem præeuntem non habet, *nescit quò vadat*, Joh. 13. 35. Itaque non mirum est *si offendit* [y]. Non multis laqueis, sive tentationibus, obnoxius est, quia pleraque peccata ex dilectionis hujus defectu oriuntur [z]. Inoffenso pede currit viam mandatorum Dei [a]; non sinit se à Deo & sanctitate abalienari [b]. Non patitur scandalum ex peccatis, magnis licèt & multis, aliorum; nec propter illa fraternitatem deserit, vel odit [c].

11. *In tenebris* (Ignorantiæ & peccati [d], errorum & malitiæ [*].) *est*, (i.e. involutus est etiam dum quiescit, & nihil exteriùs agit rerum [f].) *& in tenebris ambulat*] id est, Opera exercet tenebrosa [g], & multa habet offendicula: hoc intelligit per Metalepsin ac Metonymiam, quâ antecedens pro consequente ponitur [h]. Priori membro Affectus, altero Actus, denotatur [i]. ¶ *Nescit quò eat*] id est, Quod agat: actiones suas rectâ ratione non expendit & dijudicat [k]; quare & facilè offendit [l]. Al. Nescit se Diaboli laqueis irretitum trahi in varias tentationes, offendicula, & in gehennam [m]. ¶ *Quia tenebræ* (in quibus est constitutus [n]; ira, invidia, odium, &c [o]. infidelitas [p].) *obcæcaverunt*, &c.] Est Translatio. Vult enim dicere, Eum qui in tenebris versatur non plus videre quàm si cœcus esset [q].

12. *Scribo* (In MS. *Scripsi*, nempe monita præcedentia [r].) *vobis*, *filioli*, Τεκνία] Intelligit, vel, 1. communiter, omnium ætatum homines †; vel, fideles discipulos [t], vel totam Ecclesiam [v], quam postea in tres ætatum classes dividit [x]. Τεκνία autem blandior est appellatio quàm τέκνα, sicut mox παιδία quàm παῖδες [y]. Vel, 2. specialiter, pueros [z]. Sed hos mox παιδία vocabit [a]. [Et hîc] in MS. est παιδία, meliùs ut vitetur ambiguum vocis τεκνία, quam antè generatim usurpavit. Ista dicit præcipuè *scripta novitiorum causâ*, (vide quæ dicta suprà v. 1.) attamen non inutilia etiam cæteris [b]. Partitur hîc & in seq. Christianos in classes tres, Puerorum, Adolescentum, Senum [c]; & unumquamque bis ponit, nisi quòd in *Pueris* vocem mutet [d]. Hæc autem discrimina intelligi possunt [*], vel, 1. secundùm ætatem [f]. Quod non est improbabile. Huic enim sequentia congruunt [g]. Vel, 2. spiritualiter [h], secundùm gradus diversos ejus profectûs qui in Christo est [i]; pro cognitionis Christi mensura, & pro temporis ratione quo in Ecclesiam asciti sunt [k]. ¶ *Quoniam remittuntur*, &c.] Vel, *remissa sunt*, Be. Pi. Me. &c. Ut posthàc Christo vivatis, quod hîc innuit. Vide Luc. 1. 74. Joh. 5. 14. Deus vobis vitæ prioris crimina remisit. Meministis id vobis dictum in Baptismo [l]. Pudeat ergò quod factum est infectum reddere [m]. Nota, fiduciam remissionis stimulum esse, non, ut Papistæ calumniantur, impedimentum ad pietatem & timorem Dei [n]. Ὅτι hîc ambiguum, sensúsque est; vel, *Ideo scribo vobis quòd remittuntur*, &c. vel, *Hoc ipsum scribo vobis, quòd remittuntur*, &c [o]. Ὅτι hîc & deinceps accipiendum non εἰδικῶς [p], vel determinativè, pro *quòd*, ut passim fit [q]; sed αἰτιολογικῶς [r], sive causaliter, pro *quia* †. Hoc de charitate mandatum omnibus fidelibus commune esse probat ab accepto beneficio remissionis peccatorum [t]. Deo ergò sanctimoniam fraternámq; dilectionem mandanti obedire debetis [v]. Gaudete ergò pueri, & Deo gratias agite, ipsúmque diligite, colite, &c [x]. ¶ *Propter nomen ejus*] Αὐτοῦ Christum hîc significat, ut αὐτῷ suprà v. 8 [y]. id est, propter Christum [z], ut 1. 7, 9. & 2. 1, 2. Act. 4. 12 [a]. vel, propter ejus invocationem [b], auctoritatem & potestatem [c], virtutem ac meritum [d]. Bona quæ Christianis confert Deus, ea confert propter Christum, Joh. 14. 13, 14. & 15. 16. & 16. 23, 24, 26. Id etiam in sanationibus & expulsionibus Dæmonum apparuit, Act. 3. 6, 16. & 4. 10, 30. & 16. 18 [*].

13. *Scribo vobis*, (Etiam vobis hæc scripta cupio [f].) *patres*] Sic appellat grandævos [g], & senes [h], (qui vocari solent *patres*; unde *Patres conscripti*, qui Senatores Romæ [i]:) præsertim in Christianismo provectos [k]. Ostendit singulis convenire quod docet. Singuli ferè indociles sunt, & audire recusant. Pueri, quasi nondum maturuerint: Juvenes, quia aliis studiis occupantur. Senes morosi sunt, quasi excesserint discendi ætatem, annorum multitudine sapientiam metientes. His vitiis prudenter medetur Johannes [l]. Dat cuique ordini quæ ipsi conveniunt [m]. *Pueri* per inscitiam labuntur, nec patentes cognoscunt: his igitur tribuit & remissionem peccatorum, & quòd Patrem agnoscunt. *Senes* meminerunt antiqua: nihil Patre antiquius. *Juvenes* valent robore: his dat vincere, &c †. ¶ *Cognovistis eum qui ab initio est*] id est, Ab æterno [n]; h. e. vel, Deum (trinum unum [o]:) qui *Senex dierum*, Dan. 7. 9, 13, 22 [p]. vel, Christum [q], ut cap. 1. 1 [r]. Patri coæternum †. Senibus competit notitia [t], & rerum experientia, Job. 32. 7 [v]. & congruum est ut antiqui cognoscant antiquum dierum [x]. Antiqua, inquit, hîc est scientia, quæ nos ducit ad ipsam Dei æternitatem. Nihil hîc est quod fastidiamus [y]. A prima ætate novistis Deum hujus Mundi Opificem. Is autem est qui Christum misit, eúmque pro se audiri voluit [z]. ¶ *Adolescentes*] Qui estis in ætatis flore & statu [a], in ætate militari [b]; quorum est luctari, pugnare, vires ostentare [c]; quos inebriant ingenii vigor & corporis robur: quæ ætas ità addicta est mundi curis, ut de regno Dei parum cogitet [d]. ¶ *Vicistis* (Dat illis, quod militari ætati convenit, *victoriam* [*]:) *malignum*] Vel, *malum* (vel, *nequam*, Pi.) *illum*, Pi. Gom. Be. &c. Satanam [f], ejúsque ministros, Mundum & Carnem [g]; nempe robustâ fide, per quam & Mundus vincitur, infrà 5.4. Cùm maximum hostem prostraveritis, facilis vobis erit in posterum sub Christo duce militia [h]. Cùm superatis affectibus juvenilibus mundo renunciâstis, Christum amplexi, vos pudeat tantam victoriam pati velut è manibus elabi [i]. Monet, ubi situm sit verum robur, nè ampliùs in carne exultent. Adhuc militantes vicisse dicit, quia caput nostrum Christus totum semel mundum vicit [k].

14. *Infantes*, &c. Παιδία, &c.] *Pueri*, Er. Val. *Puerуli*, Be. Pi. Hi indigent alieno regimine [l]: horum laus est, nôsse & amare Patrem [m], quam in Evangelio invenietis: hoc ergò & vobis quadrat [n]. Parvulis dulce, nôsse patrem suum, i. e. Patris bonitatem. Qui autem eum bene nôrunt, cavent sibi nè tam bonum parentem offendant, & bonitatem ejus in iram immutent [o]. ¶ *Patres*, &c.] Repetitum hoc ex v. præced. Nec Vulg. legit, nec Complut. Legunt autem omnes vet. cod. & Syrus. Sed non video quorsum hoc aut seq. membrum repetendum esset [p]. Verùm non est hæc otiosa repetitio, sed utilis ἐπιμονή, partim ad majorem attentionem & negligentiæ nostræ correctionem, ut Gal. 1. 8, 9. Phil. 3. 1, 18. partim ut sit sequentis hortationis argumentum [q]. ¶ *Fortes estis, &* (Hoc καὶ valet *quia*, ut sequens καὶ *ob id*: quales usurpationes particulæ copulativæ frequentes Hebræis. *Fortes jam estis*, sed non viribus vestris [r]; sed à Deo suppeditatis †, & *ideo quia*, G.) *verbum Dei* (profectum à Christo [t]; vel, fides Evangelii [v].) *manet* (vel, *habitat*, Be. Pi. vel, *est*: nam μένειν & *inesse* pro eodem ponitur in hoc Scriptore, ut suprà v. 6, 10. infrà v. 24, 27. & 3. 6, 9, &c. Vide & quæ diximus ad Joh. 3. 36. & 5. 38 [x].) *in vobis*, (id est, fidem constanter retinetis. Fides autem monstrat à quo sperandum in tentationibus auxilium [y].) *& vicistis*, &c.] id est,

[Marginal sigla, left column: a G. · * Plerique in Gom. · f Gom. · g G. · h Me. · i Gom. · k G. sim. E. · l E. · m G. · n Gom. · o Q. in Gom. · p V. · q Q. in Gom. · r Gom. · † G. Dic. Calv. E. Me. · t Dic. · v G. · x Dic. · y G. · z Ham. · a Me. · b Gom. · c Q. in E. · d E. · * Me. · f E. · g E. Gom. · h Gom. · i G. · k E. · l G. · m Q. in E. · n E. · o Me. · p Gom. · q G. · r Idem. · † Calv. Pi. · t Gom. · v Be. · x Be. sim. Calv. Gom. · y Calv. · z Plerique in Calv. sim. Er. E. · a Calv. · b G. · c G. sim. Er. E. · d Er. · * G. · f Q. in G. · g E. · h Be. Q. in E. · i G. · k Be. · l G. · m Be. · n Calv. · o Er. · p Be. · q E. · r Be. · † E.]

[Marginal sigla, right column: t Gom. · v Dic. · x E. · y G. · z Gom. sic V. Be. Pi. Me. · a Gom. · b Me. · c Me. T. · d E. sic Dic. · * G. · f Idem. · g Me. · h Me. G. E. · i G. · k E. · l Calv. · m G. sim. Er. · † Er. · n E. Me. Pi. · o T. · p G. sim. · q Me. T. · r Be. Gom. Ham. Calv. · t Gom. · v Calv. · x E. sim. Be. Me. · y Me. · z E. · a Calv. · b Calv. · c G. sim. E. · d Me. · * Calv. · f G. · g G. sic · h Ca. Pi. Calv. E. · i Me. · k G. · l Be. · m Calv. · n Idem. · o E. · p Calv. · q G. · r Be. · † Gom. · t G. · v E. · x G. · y E. · G.]

id est, Inde vobis robur tantum obtigit ut & Mundi hujus Principem vinceretis. Grati ergò esse debetis pro tanto munere. Vestrum est vigilare, nec unquam projicere arma vobis data [z].

15. *Nolite diligere* (Nempe inordinatè [a]; eo contra Dei voluntatem gloriámque abutens, eique serviens, 1 Cor. 7. 31. Jac. 4. 4 [b].) *mundum*] Hujus enim dilectio fraternæ charitati maximè adversatur [c]. Vanum mundi amorem priùs ex nobis revellit, ut in nobis regnet Dei amor [d]. Ostendit quomodo optimè fieri possit ut Christi præcepta impleamus, nempe, si affectus nostros non mancipemus ad imitandam majorem hominum partem, & ad ea affectanda quæ illi magni faciunt [*]. *Mundi* nomine intelligit, vel, 1. terram & quæ in ea [f]; vel, 2. humanum genus, non planè universum, sed secundùm partem majorem, quæ, ut infrà dicit, *in malo posita est*; i. e. in malis actionibus versatur, inque iis sibi placet, ut vox sumitur Joh. 1. 10. & 7. 7. & 8. 23. &c. item infrà 16, 17. & 3. 1, 13, 17. & 4. 5. & 5. 4, 5 [g]. vel, homines malos, quos diligi vetat quatenus tales sunt [h]. Qui hominem aliquem diligit, libenter eum imitatur. Qui res aliquas diligit, libenter eas affectatur [i]. Vel, 3. studia & voluptates mundi [k]; vel, vitam mundanam, qualem sectantur qui honori, voluptati, divitiis, serviunt [l]; vel, quicquid ad præsentem vitam spectat, delicias, illecebras omnes atque corruptelas, quibus homo abducitur à Deo & vita cœlesti [m]. ¶ *Quæ in mundo sunt*] id est, Vel, vitia mundi, ut mox exponitur [n]. Vel, bona quæ corrupta hominum natura consuevit appetere, ut voluptates, opes, honores [o]; quæ Mundus magni facit, quæ Mundo ob oculos animúmque versantur, quæ Mundo affectus defixos detinent [p]. ¶ *Siquis diligit mundum* (ità scilicet ut præsenti vitâ contentus de vita immortali non cogitet [q]:) *non est charitas*, &c.] id est, Deum, & consequenter proximum, non diligit, nempe, ut oportet, h. e. super omnia [r]. Nimirum quia alia vult Pater, alia vult Mundus; & Deus & Mundus hominem totum postulant. Talibus *dominis duobus serviri non potest*. Vide ad Matth. 6. 24. *Dilectio Patris* hîc est quâ Pater diligitur, ut & suprà v. 5 †. Confer Rom. 12. 2. Tit. 2. 2. Jac. 1. 27. & 4. 4. [t].

16. *Omne*, &c. Πᾶν τὸ ἐν τῷ κόσμῳ] Sic dicitur sicut dicimus, Hic est illi τὰ πάντα, i. e. plurimùm apud illum potest. Sumpta autem hæc sententia ab Hebræis veteribus, unde accepit Pythagoras, à Pythagora Clinias [v]. [Ejus verba, sicut & Philonis, vide in G.] In sequenti autem partitione objectorum, id est, rerum appetibilium, loco nominat cupiditates quæ circa ea versantur [x]. ¶ *Concupiscentia carnis*] Quæ est circa epulas, ventrem, & si quid simile [y]; circa ea quæ sensibus grata sunt [z], circa corpus & accessiones ejus, ex collat. Rom. 13. 14 [a]. ea enim (cupido) per carnem expletur [b]: voluptas sensualis [c], incontinentia & intemperantia, species has habens, inter cæteras, gulam & luxuriam [d], sive libidinem [*]: appetitus voluptatum tactûs [f]. ¶ *Concupiscentia oculorum*] Per quam intelligit, vel, 1. vanam & curiosam cupiditatem videndi, sciendi, & experiendi omnia, v.g. vanas artes, lasciva spectacula, proximorum vitia & secreta [g]; vel, 2. libidinosos aspectus [h], ex collat. Ezec. 23. 16. Mat. 5. 28 [i]. & Job. 31. Prov. 23. 31. 2 Pet. 2. 4 [k]. simúlque vanitatem quæ in pompis & inani splendore vagatur [l]; vel, ostentationem Imaginum & nobilitatis [m]. Sed obstat quòd hoc distinguitur à *concupiscentia carnis* [n], & à *superbia vitæ* [o]. Vel, 3. avaritiam [p], quæ sic dicitur quia cupiditas est earum rerum quæ passim in oculos incurrunt, & quarum desiderium per sensum oculorum hauriri solet, ut pecuniarum, agrorum, domorum, vestium, &c [q]. vel, quia rerum pretiosarum aspectu irritatur, & possessione delectatur [r]; vel quia, si voluptates corporis ab ea separes, pecuniæ & possessiones omnes nihil sunt nisi oculorum pabulum. Vide Menandrum [in G.] Sic & Ecclesf. 4. 8. & 5. 11 †. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀλαζονεία τοῦ βίου] *Et superbia* (vel, *fastus*, P. Be. Pi. *arrogantia*, V. Ca. *insolentia*, vel, *ostentatio*, V. *vana*, sive *inanis*, *ostentatio*, Camer. Be. vel, *jactantia*, E. Sch. quâ quis *plura quàm præstare potest, pollicetur, aliorúmq; facta sibi arrogat*, ut ἀλαζονείαν definiunt Ulp. & Arist. De quo vitio vide Jac. 4. 16 [t]. vel, *strepitus*, Er. Vor.) *vitæ*, Mo. Vulg. &c. i. e. quæ in vita & moribus superborum eminere solet [v]: vel, *mundi*, E. Tre. ex Sy. sive *seculi*, E. Nam βίος sign. ut *vitam*, ità & *vitæ genus, rationem, institutum, sustentationem*, &c, quod vulgò dicunt, *statum* [x]; vel, *facultatum ad vitæ sustentationem pertinentium*, Er. V. sic Vor. quæ βιωτικὰ Paulus appellat [y]: vel, in qua sibi placent qui hujus vitæ commodis abundant [z]. Hæc est φιλοδοξία, δόξης ἐπιθυμία, sub qua & ultionis cupiditas comprehenditur [a]; vel, ambitio, id est, honorum inordinata cupiditas [b]; vel, superba vivendi ratio, quæ in nimis sumptuoso victu, vestitu, ædium splendore, ac famulorum copia, consistit [c]. In Eurip. cùm dixisset Agamemnon, Τοὺς δ' ἐν τιμαῖς ἧσσον ζηλῶ, ait senex, Καὶ μὴν τό γε καλὸν γ' ἐνταῦθα βίου, i. e. *in honoribus est splendor vitæ*. Generale nomen horum omnium est ἐπιθυμία, quam μυστικῶς sub Eva notari censent Hebræi. ¶ *Non*, &c. Οὐκ ἔστιν, &c. Aut legendum cum Syro, ἃ οὐκ ἔστιν, aut Pronomen aliquod subaudiendum, nempe, ἃ aut ταῦτα, qualem Pronominum subticentiam & alibi habuimus [d]. *Non est ex Patre*, &c.] Triplex hæc cupiditas non habet Deum authorem [*], ut qui nec eam præcipiat, neque efficiat; sed mundum, h. e. infidelium cœtum [f]; vel, mundum, quatenus scilicet ex peccato primi hominis in genus humanum transfusa est [g]: nata est ex Adamo concupiscente & peccante, cujus culpam mundus & mundani homines imitantur [h]. Deus nobis indidit naturæ desideria, quæ paucis tantùm & parabilibus indigent. Cæteri appetitus à mala institutione sunt, & à malis exemplis. Vide Juvenalem Sat. 14 [l].

17. *Mundus transit*; ità Er. Mo. &c. Παράγεται] *Præterit*, P. Be. Pi. *Abit*, Ca. Citò & brevi [k]: *Perit*, id est, eâ Lege factus est ut aliquando pereat, Psal. 102, 26. 2 Pet. 3. 7 [l]. ideo non est diligendus [m]. Sensus est, q.d. Mali homines pereunt [n]: tempus prætervolat, & homines tempori subjecti senescunt, & ex hac vita abripiuntur [o]. Magnum hoc ad contemptum mundi argumentum [p]. ¶ *Et concupiscentia ejus*] id est, Vel, 1. ipsa vitia prædicta [q], quæ cum hominibus ipsis pereunt [r], quantum ad actus delectabiles; vel, 2. eorum objecta, voluptates, opes, & honores †, quicquid in mundo concupiscibile est [t]. In MS. deest αὐτοῦ, *ejus*. Mundo destructo *destruitur* & *venter*, 1 Cor. 6. 13. Cessabunt tunc etiam quæ naturalia sunt hujus vitæ desideria, Matth. 22. 30. Marc. 12. 25. Luc. 20. 35 [v]. ¶ *Qui autem facit*, &c.] i. e. Qui facit ea quæ Deus præcipit [x]. *Qui implet eam Dei voluntatem* quæ per Christum nobis patefacta est. ¶ *Manet* (i. e. vivet, utique vitâ beatâ [y]:) *in æternum*] Eadem locutio Joh. 8. 35. & 12. 34. similis Joh. 6. 51, 58 [z]. id est, Vitam illam accipiet quæ nunquam est desitura [a], in cœlis [b]. Opera ejus non transeunt, sed semper mansura sunt, quoad gloriosum fructum & mercedem [c]. Sub tam magna spe nulli labores duri videri debent. Spernimus caduca; appetimus æterna [d]. Sic absoluta est dehortatio ab amore mundi, pertinens ad patres & adolescentes, non quòd soli, sed quòd potissimùm, eo vitio laborent. Sequitur admonitio ad puerulos, quos, ut imprudentiæ & socordiæ obnoxios, aptè præmunit adversùs sanæ doctrinæ & rectæ vitæ adversarios [*].

18. *Filioli*, Παιδία] *Pueruli*, Be. Pi. Antea *adolescentes* & *patres* hortatur, hîc *pueros* [f]. 1. Blanda est hæc appellatio [g], quâ Doctor discipulos salutat, ut Joh. 21. v. 5 [h]. quâ paternum hîc erga eos affectum, & salutis eorum desiderium, ostendit [i]. Sicut generalia monita præcipuè novitiis adhuc instillaverat, ità & specialiora quæ sequentur [k]; non quòd non & adultioribus eadem sint utilia, sed quòd sperabat eis hæc esse notiora, & satis eos per se officium facere. Teneris annis diligens adhibenda est institutio [l]. Bene hæc cohærent cum superioribus. Nam impostores illi de quibus acturus est erant homines merè mundani, mundana sectabantur, mundanis illecebris homines attrahebant [m]. ¶ *Novissima hora est*] id est, Ultimum tempus [n]. Optimè hoc convenit pueris, qui socordiæ suæ prætexunt quòd nondum maturuerint [o], & satis adhuc illis ad discendum temporis supersit [p]. Ultima, inquit, hæc mundi ætas [q]. Tempus à primo Christi adventu ad ejus adventum secundum & gloriosum ad judicium, *ultimum* vocat [r]; quia sic in eo complenda sunt omnia, ut postea non sit alius rerum status hîc exspectandus †. Al. Nomen *horæ extremæ* modò totum humanum genus respicit, modò

modò populum Judaicum, ex quo erant Apostoli, & non pauci Christianorum. Ubi autem ad Judæos sermo est, significat (ut hoc loco[t],) tempus proximum excidio Urbis & Templi & Reip. Judæorum. Ipsum tempus excidii est כלה, Dan. 9.27. τέλ☉, Mat. 24.6[v]. alibi συντέλεια[x], & *dies ille terribilis*, Act. 2.17. & ὕστεροι καιροὶ, 1 Tim. 4.1. & ἐσχάται ἡμέραι, 2 Tim. 3.1[y]. ¶ *Sicut audivistis* (i.e. edocti estis[z], ab ipso Christo Mat. 24.24[a]. & ab Apostolis, qui Christi verba sæpe Christianis inculcaverant, ut Joh. 5.43[b]. ex prædictionibus Pauli[c], Act. 20.29, 30. 2 Thes. 2.3, &c. 1 Tim. 4.1[d]. & Petri, qui de his dudum vos præmonuerant. Cavete ergò nè ab his fallamini[*].) *quia* (vel, *quòd*, Med.) *Antichristus venit*, (vel, *veniet*, G. sic E. [*]Ἔρχεται est Præsens sono, sed pro Futuro ponitur[f], ut sæpe. Vide Heb. 10.37[g].) *& nunc Antichristi multi facti sunt*] Vel, *exorti sunt*, Pi. vel, *cœperunt esse*, &c. Er. Be. *Antichristi* nomine non tam unum aliquem hominem quàm Factionem hæreticam, seu Pseudo-prophetarum turbam, designari patet, tum ex hoc loco, ubi ὁ Ἀντίχριστ☉ & πολλοὶ Ἀντίχριστοι sese mutuò explicare videntur; tum maximè ex epist. 2.7[b]. Ut autem ἀντιβασιλεὺς Græcis dicitur *qui falsò se Regem dicit*, ità ἀντίχριστ☉ idem qui ψευδόχριστ☉, id est, qui falsò se dicit esse Christum, aut ejus munia sibi vendicat, adeòque Christo maximè adversatur. Multi autem hâc ætate erant *Antichristi*, ut prædictum Matth. 24.5. quales illi omnes qui se libertatis vindices profitebantur, ut Theudas, & alii sub Felice & Festo, Simon Magus, & Dositheus, qui se *Christum* vocari volebat[i]. *Antichristi* hîc notati fuerunt Simon Magus, Basilides, Cerinthus, Ebion, Nicolaus[k], Menander, Saturninus, Carpocrates[l], aliíque id genus[m], qui ipsam Christi personam impugnabant; alii negantes ipsum Deum esse, alii hominem[n]. Præsertim verò designat hîc Gnosticos, Simonis asseclas, de quibus Cyrillus versum seq. intelligit, & in quos dirigitur totum hoc caput. Ὁ ἀντίχριστ☉ idem hîc videtur qui ἀντίχριστοι, ut ὁ ψεύστης, v. 22. omnes falsos doctores denotat. Si autem ὁ ἀντίχριστ☉ hîc esset singularis aliqua persona, Simonem Magum hîc designari putarem, &c[o]. Inter *Antichristos* unus futurus indicatur cæteris eminentior. Is verò non alius fuit quàm Barchochebas, qui sub Adriano se Messiam dixit, & 800 Judæorum millia, & in iis viros doctissimos, ipsúmq; Synedrium de ea re interrogans, in errorem exitiúmque induxit[p]. Sed huic sententiæ obstat quòd post excisa Hierosolyma scripta est hæc Epistola, à Johanne jam sene, ait Ambros. ad Psal. 36. & Hieron. apud Zanchium, anno Christi 99. inquit Baronius, id est, 25. ab excidio, post reditum ab exilio in quod missus est à Domitiano, ait Glossographus; & scripta est contra Basilidianos, prolem Simonianorum, teste Epiphan. hæres. 24. contra Ebionem & Cerinthum, teste Carthus. qui excidio Hierosl. posteriores erant. Johannes ergò ex Pseudo-Christorum & Hæreticorum proventu colligit, non quidem imminere exitium Judæis; hoc enim jam præterierat: & quid hoc ad Christianos, quid ad Parthos, quibus, ut saltem nonnulli Veterum statuunt, scribebat? sed jam incipere calamitates, & tentationes novissimorum temporum (quorum æra non aliunde commodiùs duci potest quàm ab everso Templo) quarum etsi gravissima sub insigni illo Antichristo futura erat, de quo Paulus in Epistolis suis, imò & ipse fortè in sua Apocalypsi jam egerant, tamen nec leves, nec contemnendæ, hæ quæ à minoribus istis Antichristis prodibant; & proinde opus esse fidelibus contra eos perseverantiâ, fide, patientiâ, non secùs ac contra illum ipsum insignem nebulonem, cùm revelatus foret. Volebat Johannes suorum veternum excutere, eósque ad vigilantiam excitare; q.d. Audivistis Antichristum venturum, sed illius revelationi multa obstare: hinc securi dormitis. Sed videte nè decipiamini. Jam enim sunt ultima tempora, jam incipit sævire Diabolus, quòd ipsius tempus propè sit; jam mysterium iniquitatis operatur; in suis prodromis & prolusoribus Hæresiarchis & φιλοπρωτεύουσιν incipit Antichristianismus germinare, contra quem vos fortes & instructos stare oportet. [Hæc Maresf. in Antichristo revelato, part. 2. cap. 5.] Al. Sensus loci est; q.d. *Ultima hora est*, h.e. quatuor Regnorum in Kalendario Danielis ultimum, Romanum scilicet[q]. Et quemadmodum audivistis, ortâ famâ ex Vaticiniis Danielis, & Pauli 2 Thes. 2[†]. *insignem* illum *Antichristum* (antonomasticè sic dictum[‖]:) in illa ultima hora venturum; ità & nunc in ultima hac hora Politiæ Judaicæ multi sanè sunt Antichristi[r], veri Antichristi præcursores sive prænuncii[†], typi atque figuræ. Antichristum autem innuit talem esse qui agendo Impostorem, & seipsum ingerendo in locum Christi, Jesum negat esse Christum, dum Jesum Regio, Sacerdotali, Propheticóque suo officio, exuit, illa omnia ipse usurpans, &c. Qualis non solùm Barchocab, sed & is qui ità se caput Ecclesiæ constituit, ut Leges Christi aboleverit, &c[t]. ¶ *Unde scimus*, &c.] i.e. Unde certi sumus exitium Judaicæ gentis jam instare, ex prædictione illa Matth. 24.5[v].

t Ham. v G. x Ham. y G. z E. a G. sic E. b G. c Pi. sic E. d Pi. * E. f G. sic E. g G. b Med. l. 5. c. 7. i G. k E. sic Med. Ham. l Med. ib. m E. n Me. sim. E. o Ham. p G. q Mor. l. 2. c. 1. p. 581. † Q. in G. ‖ Mar. r Mor. sim. E. Me. T. † T. sic E. Me. t Mor. ib. v G. sim. Med. Ham.

19. *Ex*, &c. Ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον] *Ex nobis* (id est, à cœtu Christiano[x], ex Ecclesia fidelium[y], in qua priùs erant[z], utpote fidei professione & Sacramentorum communione Christiani, an autem verè, an fictè, novit Deus[a];) *exierunt*, Er. V. G. &c. scilicet Antichristi illi[b]. A communione nostra defecerunt[c]. Mutationem indicat non loci, sed doctrinæ[d]: q.d. doctrinâ & affectu à nobis se segregârunt, cùm se è nostris esse fuissent professi: quomodo *egredi è mundo* dicuntur non qui corpore, sed qui animo & affectibus, à mundo segregantur[*]. Significatur eorum defectio, non origo[f]. Occurrit scandalo[g], quòd Ecclesia videri posset pestes illas genuisse, & in sinu suo fovisse. Distinguit ergò, &c[h]. & fideles consolatur[i]. ¶ *Sed non erant ex nobis*] id est, Verè nostri[k], id est, genuini, veri, & solidi Christiani[l]; sive de Ecclesia quâ parte continet electos, qui soli sunt Ecclesiæ membra semper mansura. Eos autem non fuisse electos novit, vel, dictante Spiritu S. vel probabiliter, quia erant hæresiarchæ[m]. Hypocritæ sunt in Ecclesia, ut palea frumento commixta, sed simpliciter & propriè ex ea non sunt[n]. Al. *Non ex nobis*, i.e. non ejusdem nobiscum fidei[o]. Cùm seditiosas istas molitiones cœptarent, quas cum Ecclesiæ disciplina non posse consistere scirent, cœtus nostros deseruerant, nec ultrà jam erant nostri. Hoc diligenter notat, nè quis ista Evangelio imputaret[p]. ¶ *Nam si fuissent ex nobis* (i.e. de hoc numero[q], nempe electorum[r], vel, verè & ex animo Christiani[†]; vel, ejusdem fidei[t].) *permansissent utique nobiscum*] Constanter & semper[v], in Ecclesia; aut certè ad eam rediissent, aut redirent aliquando, permansuri in ea[x]: vel, non deseruissent cœtus nostros. Vide Heb. 10.25[y]. Quorsum enim separationem fecissent[z]? Docet, nunquam fuisse Ecclesiæ membra qui deficiunt[a], nempe omnino & perpetuò[b]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἵνα φανερωθῶσι, &c.] Ellipsis est[c]. *Sed* (sub. *hoc factum est*, P. vel, *permissum hoc est à Deo*, G. vel, *ideo exciderunt*, V. vel, *non manserunt nobiscum*, Camer. vel, *egressi sunt ex nobis*, Be. Pi. G. ex Sy. Supple, *provido Dei permissu*[d].) *ut patefieret quòd non sint* (vel, *quoniam non sunt*, G.) *omnes* (nempe, qui sunt in Ecclesia[*], sive in nostris cœtibus[f]:) *ex nobis*, Pi. &c. id est, electi[g], vel, ex animo Christiani[h]. *Non enim omnium est fides*, 2 Thes. 3.2. Deus eos permisit sic tentari[i], & apostatare[k], [tum,] ut quod occultaverant ingenium nudarent[l], ut proderetur eorum inconstantia, superbia, &c[m]. tum, ut faciliùs illos vitaretis[n]: tum, ut qui stant humiliores reddantur & cautiores[o]; tum, ut hinc constaret, non omnes qui fidem profitentur esse verè fideles[*]; tum, ut appareret omnibus illos qui talia cœptarent à Christianismo alienos esse, ac propterea per illorum facta nullo jure Ecclesiam infamari posse. Vide 1 Cor. 11.19. 2 Tim. 3.9. Verùm hîc est illud, *Citò ad naturam ficta redierunt suam*; & quod Lysias dixit, *Nemo diu ingenium abscondat*[p].

20. *Sed*, &c. Καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου] *Et* (vel, *At*, sive *Sed*, Be. Pi. G. ex Vulg. & Sy. Καὶ pro ἀλλὰ, ex Hebraismo[q], ut Act. 10.28[r]. Si quis, inquit, vestrûm tales imitetur, non est quòd se ignorantiâ excuset. Sic Matth. 24.25. *Ecce prædixi vobis*[†]. Modestè se excusat, quòd tam sollicitè eos admoneat, quasi rudes & ignaros, cùm essent in doctrina Christiana dudum instructi[t]: q.d. Memores moneo[v].) *vos unctionem* (vel potiùs, *unguentum*, G. Vor. nempe, *oleum lætitiæ*, Heb. 1.9. *Unguento* olim sacrabantur Reges & Sacerdotes: sed & alia Dei beneficia vox *unctionis* figuratè referebat, ut Psal. 23.5. In N. T. *unguentum* designat quamvis Dei gratiam,

x G. Me. sic E. y E. Gom. sic Me. z E. sic G. a E. b Be. Pi. c Er. d Be. * Cam. f E. g E. Gom. h E. i Gom. k G. l Me. sic E. ex Aug. T. Gom. m E. n Gom. o Ham. p G. q T. E. r E. † G. t Ham. v Me. x E. y G. z Ham. a Calv. sic Cam. b Gom. c G. d Idem. * T. E. f G. g E. G. sim. E. T. h G. i G. k Me. l G. m Me. n E. sim. T. o E. * Vor. p G. q Be. sic G. r Be. † G. t E. v G.

tiam, ut diximus Heb. 1. 9. & Jac. 5. 14[x].) *à Sancto*, Mo. &c. vel, *à Sancto illo*, Be. id est, vel, 1. à Deo Patre, qui ab Hebræis peculiariter *Sanctus* dicitur[y]; qui solus verè sanctus est, & sanctè colendus, & nos sanctos facit[z]; qui nos ungit in Filio[t]: vel, 2. à Spiritu S[v]. qui *sanctus* propriè dicitur ab hoc effectu[x]: vel, 3. à Christo[y], ut patet, tum ex articulo, τῦ ἁγίυ, qui indicat ferè eum de quo mentio facta est[z]; tum, ex collat. v. 27[a]. qui per excellentiam appellatur *Sanctus*[b], ut Luc. 1. 35[c]. Act. 3. 14. Apoc. 3. 7[d]. & *Sanctus Sanctorum*, Dan. 9. 24[*]. qui unctus est præ consortibus & absque mensura, indè antonomasticè *Christus*, id est, *unctus*, dictus; à quo unctio [hæc] participata descendit[f], ex quo omnes haurimus, Joh. 1. 16[g]. & 14. 26. & 16. 13, 14, 15[h]. qui nos ungit & merito obedientiæ suæ, & efficaciâ Spiritûs sui nosmet sanctificantis[i]. *Spiritus* autem dicitur *Domini*, 2 Cor. 3. 17, 18. & *Christi*, Eph. 3. 16[k]. *Unctionem* hîc vocat, vel, 1. Spiritûs S. dona[l], sive gratiam[m], & sapientiam[n]; vel potiùs, 2. ipsum Spiritum Sanctum[o]; qui ungit, vel, 1. immediatè per internum afflatum, ut ungit Prophetas & Apostolos, Act. 2. vel, 2. mediatè per ministerium Evangelii, cui internam suam efficaciam conjungit, quomodo ungit reliquos fideles, ut 2 Cor. 1. 21, 22, & hoc loco, ut apparet ex collat. v. 7, 18, 24. quum mentes illuminat & cor reformat[f]; multiplicem eis gratiam largiendo, tum doctrinæ & scientiæ; tum, sanctitatis & virtutum[g]. Χρίσμα est Spiritus ille qui sancta dogmata magis magísque imprimit animo, Rom. 5. 5. & 8. 15, 16. 2 Cor. 1. 22. & 5. 5. Eph. 1. 13, 14. & 4. 30. Opponit autem Spiritum Christi spiritui Antichristiano, ut qui ex adverso pugnent inter se[h]. Et fideles sic alloquens voluit ex adverso ostendere hæreticos omnes spiritualis gratiæ expertes esse[i]. ¶ *Et nôstis* (Vos ô Christiani[k]:) *omnia*] Non simpliciter, sed relatè[l]. Restringi enim debet vocum universalitas ex subjecta materia. Sic *omnia*, 1 Cor. 9. 22. & 15. 27[m]. Intellige ergò hîc omnia illa quæ sunt necessaria ad salutem[n], & ad vitandos tales impostores[o]; omnia quæ circa fidem & mores scire Christianos oportebat[p]. Non levi quâdam & perfunctoriâ imbuti, sed solidâ cognitione rerum pertincti, estis[q]. Significat Johannes, se nihil afferre quod illi non antea nôrunt, & se illos commonefacere potiùs quàm docere[r].

21. *Non scripsi* (hæc scilicet, ut 1 Pet. 5. 12 †. hanc ipsam Epistolam, imò hoc ipsum quod nunc scribo[t].) *vobis quasi ignorantibus* (vel, idcirco *quòd ignoretis*, Pi. sic Be.) *veritatem*, (rerum scilicet istarum[v]; vel, doctrinam Evangelii, ut ἀλήθεια sumitur Joh. 3. 21. & 8. 31, 32. & 14. 6. & 17. 17. præsertim illam de Patientia & Mundi despectu[x].) *sed quasi scientibus eam*] Vel, *quia eam nôstis*, Pi. sic E. Be. Velut in memoriam revocans ea quæ scitis[y]: vel, *quasi bene gnaris*, alioqui scilicet longiore vobiscum usurus sermone. *Sapienti dictum sat est*[z]. Quâ commendatione accendit eos ad perseverantiam & profectum[a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὅτι πᾶν ψεῦδος ἐκ τῆς ἀληθείας ὐκ ἔστι] Πᾶν postposito ὐκ apud Hebræos Græcè scribentes, universaliter negat[b], non particulariter ut apud Græcos[c]. Sic Psal. 143. 2. 2 Pet. 1. 20[d]. Voces istæ, ψεῦδος & ἀλήθεια, non formaliter hîc sumendæ sunt, sed materialiter, pro dogmatibus veris vel falsis[*]. *Mendacium* antonomasticè hîc vocat eam falsitatem quæ sanæ ac salutari doctrinæ adversatur[f]. [Sic vertunt:] *Et* (sub. *scientibus*, V. Er. sic E. Me. hoc quoque scientibus[g].) *quoniam* (vel, *quòd*, Er. V. Pi.) *omne mendacium ex veritate non est*, Vulg. G. Er. vel, *nullum mendacium ex veritate esse*, Er. Be. Pi. id est, à veritate proficisci, & cum ea consentire †. Admoniti de veritate satis poteritis mendacium discernere[h]. Rectum enim est index sui & obliqui[i]. Non tantùm tenetis quid verum sit, sed etiam adversùs imposturas muniti estis[k]. Sensus, q.d. Scripsi hæc vobis scientibus & veritatem, & quòd mendacium, id est, errores & hæreses, ex veritate non procedunt, sed illi adversantur[l]. Aliquid inter hæc duo discriminis est. *Scire veritatem* ad multos pertinet qui non possunt scienter mendacium detegere, & ostendere veritati esse contrarium[m]. Sensus, Cùm Evangelii præcepta bene teneatis, facilè hinc etiam videtis dogmata, quæcunque reipsâ falsa sunt, esse talia; & scitis dogmata illa hominum seditiosorum non congruere cum Evangelio. Illud

[Margin: t G. | y Be. sic D. | z D. | t Be. | v Be. Me. T. Didym. in Zeg. | x Be. | y Ca. Zeg. ex Aug. & Bed. Be. D. G. Gom. E. Me. Pi. Vor. | z Zeg. | a Gom. sic G. | b E. sic Gom. Be. G. | c Be. | d G. | * Be. E. Gom. | f E. | g Vor. | h G. | i Gom. | k G. | l Gom. | m E. Me. T. | n Me. T. | o E. | f Gom. | g E. | h G. | i E. | k G. | l Gom. | m G. | n G. sic E. Gom. | o G. sim. Be. | p T. ex Cyr. Iren. Greg. Bel. &c. | q G. | r Be. | † G. | t Be. | v E. | x G. | y E. sim. Me. | z G. | a Be. | b G. sim. Vor. | c G. | d Vor. | * G. | f E. | g Er. | † Gom. | h Dic. sim. E. | i E. G. | k Calv. | l Me. | m E.]

καὶ [ante ὅτι] construendum cum οἴδατε quod præcessit[n].

22. *Quis est mendax* (Antonomasticè, id est, mendacissimus[o], nempe, in doctrina religionis, in qua mendacium maximè periculosum est[p]. *Quis* est qui meliori jure mendax & *impostor* sit dicendus? Comparatè enim hoc sumendum, cùm sint & alia impostorum genera, sed minora. Nulli deceptores sunt perniciosiores quàm qui id evertunt unde pendet hominum salus. Nam si Jesus non est Messias, cùm se eum esse dixerit, nihil ei credendum est[q].) *nisi is* (i. e. si non ille. Significat, hos cæteris hæresiarchis esse pejores. Sic solemus dicere, Quæ est impietas, si hæc non est[r]?) *qui negat quoniam* (vel, *quòd*, Zeg.) *Jesus est Christus?* Ὁ ἀρνούμενος ὅτι Ἰησοῦς ὐκ, &c.] *Qui negat esse*, &c. Be. G. i.e. qui negando ait Jesum non esse Christum illum †. Sed Græcis & Hebræis repetita negatio negat validiùs, ut & veteribus Latinis. Plautus, *Jura te non nociturum esse hominum hac de re nemini.* Ennius, *Lapideo sunt corde multi, quos non miseret neminis.* Ἀρνεῖσθαι, additâ particulâ negativâ, quam Latini omitterent, nihil aliud est quàm *firmè negare*. Similis locutio Luc. 20. 27. & 22. 34. & Sophoclis, κ' ὐκ ἀπαρνῦμαι τὸ μή[t]. *Qui negat Jesum esse Christum*, aut personæ, aut officii, ratione[v]. Vel, *Christum illum*, i. e. verum illum Messiam[x], promissum, & tam diu exspectatum[y]. Non agit de Judæis, sed de iis qui, sub nomine Christiano, hoc negabant[z]; qui vel alteram Jesu naturam, vel penitus, vel aliqua ex parte, adimebant[a]; vel, contrarium aliquid ei attribuebant[b]; vel, naturas confundebant aut separabant: qui in unica ejus oblatione non confidebant, &c[c]. ¶ *Hic est Antichristus*] h. e. Pessimus ille est & desperatissimus. Tales locutiones sunt, *Avaritia est idololatria*, &, *Qui suos negligit pejor est infideli:* item, *Non parere Deo idololatria est*, &c. Sic Galli avaros vocant *Arabas*, crudeles *Turcas*[d]. Hic verè potest appellari Antichristus, quia Christo adversatur[*], cúmque destruere conatur; h. e. ex eorum numero est quos paulò antè dixi Antichristos. Loquitur autem de hæreticis sui temporis[f], maximè de Cerintho Judaizantium principe, qui, teste Epiphan. dixit Christum in specie columbæ venisse in Jesum, & revelâsse ei quendam ignotum patrem[g]. Non [hoc dicit] quòd eximius ille Antichristus, cui minores isti præludunt, ac propterea in nominis consortium veniunt, primus id facturus sit; sed quòd eximiè & impudenter supra cæteros, ac majore cum effectu[h]. ¶ *Qui negat Patrem & Filium*] Filium directè, & consequenter Patrem, qui de illo testatus est[i]. Negando Christum esse Filium Dei, negat Deum esse ejus Patrem. Pater enim & Filius sunt correlativa[k]. *Filium* & hîc sume materialiter, non formaliter. Negabant enim illi Jesum esse Filium Dei, quod Johannes ut Christianis loquens pro certo ponit. Ἀρνεῖσθαι hoc loco paulò aliter sumitur quàm suprà, & significat *auctoritatem alicui detrahere*, ut Matth. 10. 33. 1 Tim. 5. 8. 2 Tim. 2. 12. & 3. 5. Tit. 1. 16. Qui Jesu auctoritatem detrahit, is reipsâ etiam Patri auctoritatem detrahit; quia Pater id omnibus modis egit ut Jesu auctoritatem maximam conciliaret, Joh. 5. 36. & 6. 27. & 8. 54[l]. Frustrà sibi blandiuntur de Patre, qui Jesum negant esse Christum & Filium Dei[m]. Frustrà quæritur Deus extra Christum, in quo est plenitudo Deitatis, & sine quo ad Deum non pervenitur. Sensus loci, q. d. Nullam ampliùs habet religionem, quia Deum penitus abjecit, dum Christum caput non tenet, Col. 2. 19. Vide quàm necessaria sit Christi cognitio[n].

23. *Qui negat Filium*, (Nempe, in divinis[o]: vel, Christum Messiam esse[p]. Qui Jesu detrahit authoritatem[q].) *nec Patrem* (quippe qui à Filio separari non potest[r]:) *habet*] id est, Nec Patrem esse credit, argumento à relatis sumpto †: nè Deum quidem, qui Pater est Jesu, tenet[t]; doctrinam Patris non retinet, sed ab ea recedit[v]; non tenet quæ sit Patris ultima ac perfectissima & salutaris voluntas. Sic Matth. 11. 27. Joh. 1. 18. & 14. 6, 9. Heb. 1. 3. 2 Cor. 4. 4. Col. 1. 15. ad quæ loca vide dicta[x]. Ἔχειν hîc pro κατέχειν, ut intrà 5. 12[y]. & ep. 2 Joh. v. 9. & Heb. 12. 28[z]. Quidam cod. hîc addunt, Ὁ ὁμολογῶν τὸν ὑὸν καὶ τὸν πατέρα ἔχει, ut MS. & Latinus, & Syrus[a], & quatuor cod. MSS[b]. Quod forsan excidit è Græcis Codicibus oscitantiâ scriptoris[c], propter ὁμοιοτέλευτον hujus

[Margin: n G. | o Me. | p E. | q G. | r E. | † Be. | t G. | v Gom. | x Be. sic Me. | y Me. | z E. | a Be. sim. E. | b [illegible] | c Be. | d Cam. | * Me. sim. E. | f E. ex Iren. | g E. | h G. | i Ham. | k Me. | l G. | m E. sim. Calv. | n Calv. | o T. | p Ham. | q G. | r E. | † Be. | t G. | v Ham. | x G. | y Ham. sic G. | z Ham. | a G. | b Be. | c E. sim. Camer. ad 2 ep. Joh. v. 10.]

jus partis cum præcedente [d]. Frequentes certè sunt Johanni istæ contrariorum oppositiones. Vide Mat. 10. 32*. [Sic autem vertunt & explicant:] *Qui confitetur* (vel, *profitetur*, Be.) *Filium* (id est, se credere Filium [f]: Qui Jesum pro verace agnoscit verbis & factis [g]:) *&*, vel *etiam*, *Patrem habet*, E. Be. i. e. is demum est qui etiam Patrem fide tenet, alioqui Patrem non habiturus [h]; vel, is & ostendit, notam sibi esse Patris voluntatem [i]. Sed hoc additamentum omnino superfluum videtur, imò potiùs, sensum destruit. Verba enim præcedentia adducuntur in probationem propositionis [vers.] præced. nempe, quòd *ille est Antichristus, qui negat Patrem & Filium.* Quasi si quis objiceret, *Non nego Patrem & Filium*, agnosco enim Patrem, respondeatur illicò, Imò *negas & Patrem, quia negas Filium*, juxta Joh. 5. 23. 1 Joh. 5. 3 †. Ostendit hoc versu meritò se dixisse [v. præced.] *negat Patrem & Filium*: quamvis illi contra quos agit, non Patrem disertè negarent, sed Filium [k].

24. *Vos*, &c. Ὑμεῖς οὖν ὃ ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς ἐν ὑμῖν μενέτω] Aut Trajectio est in ὑμεῖς, aut absolutè ponitur Hebræorum more, pro, *Ad vos quod attinet*, ut Apoc. 3. 12 [l]. Est hîc constructio κατὰ σημαινόμενον, ut & infrà v. 27. Incipit enim orationem quasi dicturus, *Vos quod—audistis retinete*; sed pro illo, *retinete*, posuit, quod idem valet, *maneat in vobis*. Simile vide Eph. 1. 13. & Apoc. 3. v. 12 [m]. Respicit dictum illud v. 21. q. d. Nihil novum & inauditum vobis adfero: probè tenetis omnia. Tantùm moneo ut doctrinam auditam retineatis, nec istis novis magistris aurem præbeatis [n]. [Sic vertunt:] *Quod igitur audivistis* (vel, *didicistis*, G. Nempe, à nobis Apostolis [o]:) *à principio*, (nempe, prædicati vobis Evangelii [p]. Sic sumitur ἀπ' ἀρχῆς, tum h. l. tum suprà v. 7. & infrà 3. 11. idque ex subjecta materia; cùm alioqui variè ea vox sumatur [q]:) *in vobis maneat*, Be. Pi. &c. id est, animo penitus fixum hæreat [r]: q. d. Constanter perseverate in fide & vita Christiana †. Ex antiquitate ergò judicandum, si videlicet ab initio prædicatæ fidei tradita sit, &c [t]. Quia jam ostendit, puram esse hanc doctrinam, jure in ea permanendum esse infert, alioqui non constantia hæc esset, sed perversa obstinatio [v]. ¶ *Si in vobis permanserit*, &c.] i. e. Si solicitâ animi custodiâ Evangelium dogma conservaveritis [x]. ¶ *In Filio & Patre* (i. e. In societate & amicitia Dei Filii & Patris. Hos nominat, quia contra eos agit qui Filium [& Patrem] negabant. Spiritum Sanctum non nominat, quia de eo non erat oborta quæstio. *Filium Patri* præponit, ut insinuet illum non esse Patre minorem [y].) *manebitis*] id est, Per fidem, spem, & charitatem, illis adhærebitis [z], & conjunctissimi eritis; summo eorum favore & amicitiâ fruemini, omniaque eorum beneficia ad vos pertinebunt. Ea autem beneficia omnia *vitæ æternæ* nomine continentur, ut sequentia explicant [a].

25. *Et*, &c. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία—τὴν ζωὴν, &c.] Est constructio similis illi, *Urbem quam statuo vestra est*; nisi quòd ibi Accusativus ante Verbum ponitur, hîc post Verbum. Verùm hæc nostris Scriptoribus non ex arte, sed casu, provenerunt [b]. *Et* hîc pro *quia*, vel, *nam* [c]. Ostendit quantum sit bonum quod dixit, *In Filio*, &c [d]. q. d.—*Nec enim levia aut ludicra petuntur Præmia* *. [Sic vertunt:] *Hæc autem illa est promissio* (id est, res promissa, ut jam explicat [f]:) *quam ipse* (nempe, Filius Dei Patris nomine. Sic & infrà v. 27. ἀπ' αὐτοῦ [g].) *pollicitus est nobis*, nempe, *vita illa æterna*, Be. Pi. Articulus enim hîc emphasin habet [h]. Vel, *vitam æternam*, Vulg. Er. Est Antiptosis accusat. pro nomin [i]. vel, Appositio irregularis [k], orta ex verbo præcedente, ἐπηγγείλατο [l]. Accusativus autem refertur ad ἐπαγγελία. Sic Apoc. 1. v. 20. τὸ μυστήριον τῶν ἑπτὰ ἀστέρων, οὓς εἶδες, &c. καὶ τὰς ἑπτὰ λυχνίας, pro, τῶν ἑπτὰ λυχνιῶν· sed Accusativo utitur propter verbum εἶδες [m]. Sensus, Societas illa cum Patre & Filio, quando perfecta erit, vita æterna erit, credentibus promissa. Quo præmio eos excitat ad perseverantiam [n].

26. *Hæc—de his qui seducunt vos*] id est, Judæos, ex quorum gente & vos estis. Illorum occasione sermonem hunc orsus sum, & produxi longiùs. Verbum πλανᾶν de illo hominum genere habes Mat. 24. 4, 5, 11, 24 [o].

27. *Et vos*, &c. Καὶ ὑμεῖς τὸ χρίσμα—ἐν ὑμῖν μένει]

[d] E. — * Be. — [f] E. — [g] G. — [h] E. — [i] G. — † Ko. — [k] E. — [l] Be. — [m] G. — [n] E. — [o] G. Ham. E. — [p] G. sim. Be. Ham. E. — [q] G. — [r] G. sim. Calv. — † Me. — [t] E. — [v] Calv. — [x] G. — [y] E. — [z] Me. — [a] G. — [b] Idem. — [c] E. ex Oecum. — [d] E. — * G. — [f] G. sic E. T. — [g] G. — [h] Be. — [i] E. — [k] Pi. Vor. — [l] Pi. sic Ca. Vor. — [m] Ca. — [n] E. — [o] G.

Iterum se excusat, dicens se hoc exhortandi tantùm causâ scribere, &c [p]. *Et* (vel, *Sed*, Be. G. &c. Opponit enim Judæos credentes incredulis [q]:) *unctio* (vel, *unctionem*, Vulg. Mo. Rursus Antiptosis [r]: Constructio par ei v. 24. Res autem eadem quæ suprà v. 20. Amoliri vult à se suspicionem quasi minùs bene de eis speraret †. Al. Est Hyperbaton, pro τὸ χρίσμα, ὃ ὑμεῖς ἐλάβετε, &c [t].) *quam vos accepistis ab eo* (i. e. à Domino [v], à Christo [x]:) *manet in vobis*, Er. Be. &c. vel, *est intra vos*, idem quod suprà ἔχετε [y]. Al. *Sed ad vos quod attinet, unctio—manet*, &c. Pi. ¶ *Non necesse habetis ut aliquis doceat vos*] Intellige non absolutè, aut ad eos confirmandos; nam hoc ipsum agit Johannes [z], sed certo modo [a], nimirum tanquam rudes & ignaros tyrones [b], ut Heb. 8. v. 11 [c]. ut discant quod nunquam sciverunt; vel, tanquam seductos, ut redeant ad id à quo desciverant [d]; vel, de eo quod in singulis circumstantiis, ut dixi, faciendum est. Estis διδακτοὶ Θεοῦ, Jer. 31. 34. Joh. 6. 45. Sunt enim differentiæ quædam quas exigunt tempora, loca, personæ. Ideo admonitione sæpe opus ad inveniendam officiorum viam. Vide, si vis, Senecam epist. 94*. *Ut doceat*, id est, Ut in vobis docendis & de veritate cœlesti persuadendis magnopere elaboret. Synecdoche generis. Similis locutio Joh. 16. 26 [f]. Spero, inquit, vos ità in his rebus esse feliciter & sanctè institutos, ut doctore non egeatis. Cur igitur tu illos doces? Quia vel summi Doctores possunt ac debent quotidie aliquid discere [g]. Opus adhuc habebant doctore, cujus operâ retinerentur in doctrina priùs accepta, atque in ea pleniùs instruerentur, & adversùs errores munirentur [h]. Deinde, hoc addit Apostolus, ut commendet & doctrinam suam, ut minimè diversam ab ea quam antea didicerant, & eorum diligentiam, quò magis & magis confirmentur [i]. Al. *Ut doceat vos aliquis*, nempe, horum pseudo-apostolorum vel apostatarum, &c [k]. Nemo tantum scit, quin profectui adhuc sit locus [l]. Frustrà ergò sunt qui hunc locum arripiunt, ut ab Ecclesia usum externi Ministerii excludant [m]. ¶ *Sed sicut*, &c. Ἀλλ' ὡς—καὶ ἀληθές, &c.] *Sed sicut ipsa* (vel, *eadem*, Be. Pi.) *unctio docet vos de omnibus*, *&* (id est, quia [n]: vel, quæ *&*, Be. Pi. vel, *sic*. Καὶ hîc mihi non est copulativum, sed redditivum, ut Matth. 6. 10. *sic in terra*: & suprà v. 18. καθὼς, &c. *Sicut audivistis—sic jam*, &c [o].) *verax*, (vel, *veritas*, Zeg. D. *verum*, Vulg.) *& non est mendacium.* (vel, *mendax*, Be. Pi. q. d. haud dubiè omnibus in rebus verum est [p], illud nimirum quod vos docet unctio [q], sive Spiritus Sanctus [r]. Est hîc Metonymia abstracti pro concreto †: ψεῦδος valet hîc ψευδὴς [t], quomodo ἀληθὲς valet ἀληθὴς, 2 Cor. 7. 14 [v]. Sic ψεῦδος accipitur in Strab. p. 339. ψεῦδός φασι, h. e. ψευδεῖς· & p. 650. ὁ τοιοῦτος ἔλεγχος ψευδής ἐστιν, ὁ δ' ἀληθής [x]. Et in Homero [y]: [vide Be.] Deinde idem bis dicitur, primùm affirmando, deinde negando oppositum, quomodo suprà 1. 5. & hoc cap. 4, 8. Par locutio 1 Sam. 1. 11. Ezec. 18. 21. & 33. 15 [z]. Sensus est, q. d. Sufficit vobis unctio quam accepistis: hæc enim, sicut docet vos de omnibus, ità ipsissima veritas est [a].) *Et*, (vel, *Quocirca*, Di.) *sicut docuit vos*, *manete* (vel, *manebitis*, Be. Pi. Est bene sperantis atque ominantis [b]. Videtur promissio potiùs esse quàm præceptio. Pro μένετε quidam legunt μενεῖτε [c].) *in ea*, Er. vel, *in eo*, Be. Pi. Nempe, Christo seu Filio. De eo enim agitur. Et unctionem distinxit ab eo à quo illam acceperant [d].

28. *Et* (vel, *Igitur*, Pi. G. Be. Hoc jam est monentis †. Regreditur ad universalem illam exhortationem *.) *nunc—manete in eo*] Vel, 1. Christo [f]; vel, 2. quod dictum fuerat; vel, 3. in ea unctione [g]. ¶ *Ut cùm apparuerit*] Nempe, *Filius Dei*, quod ex longo repetitur [h], ex v. 24, 25 [i]. vel, Christus veniens ad judicium [k]. Confer Col. 3. 4. 1 Pet. 5. 4 [l]. ¶ *Habeamus fiduciam*] Vel, vitæ promissæ [m]: vel, sistendi nos illi [n], intrepidè [o]. *Ut appareamus cum bona fiducia.* De hoc usu vocis παῤῥησίας vide 2 Cor. 3. 12. Eph. 3. 12. Heb. 3. 6. & 4. 16. & 10. 35. infrà hîc 5. 14. Syrus vertit *revelationem faciei* [p]. ¶ *Et non confundamur*, &c.] Vel, *pudefiamus*, &c. Be. Pi. Utrique scilicet, tam vos, si à doctrina Christi aberretis †; quàm nos Apostoli & Pastores, quòd vos in ea non continuerimus [q]. Perseverate igitur in doctrina à nobis accepta, ut rationem nostræ legationis non cum pudore,

sed

[p] E. — [q] G. — [r] E. sic Me. — † G. — [t] Sch. — [v] E. — [x] G. Be. — [y] G. — [z] Gom. sim. Calv. — [a] Gom. — [b] Gom. sim. Be. E. Calv. — [c] Gom. — [d] E. — * G. — [f] Pi. — [g] Be. — [h] E. — [i] Be. — [k] T. — [l] Calv. — [m] Calv. sim. E. — [n] T. — [o] Di. — [p] V. — [q] E. — [r] V. — † G. — [t] G. Be. Cas. — [v] G. — [x] Cas. — [y] Be. — [z] G. — [a] Di. — [b] G. — [c] Vor. — [d] Be. — † G. — * Be. — [f] Q. in E. — [g] E. — [h] G. — [i] E. — [k] E. sic Me. Hi. — [l] G. — [m] E. — [n] Me. sim. E. — [o] E. Gom. — [p] G. — † Me. — [q] Me. sim. E.

sed cum gaudio & fiducia, Christo judici reddamus [r]. *Nè pudeat nos ab illo conspici.* Hoc est quod *stare ante Filium hominis* dicitur Luc. 21. 36†. Ἀπ' αὐτοῦ est *coram eo*, vel, *à facie ejus*, i. e. eo conspecto. Pudor enim hîc à nobis, non à Deo, manat. Vulg. tamen & Syrus legerunt ὑπ' αὐτοῦ, *ab eo*, i.e. Nè nos æternæ infamiæ damnet [v].

29. *Si*, &c. Ἐὰν εἰδῆτε, &c.] id est, Εἰ γινώσκετε [x]. Post admonitionem de Antichristis fugiendis, transit ad describendos Dei filios, & in eo immoratur toto cap. seq. cujus proinde initium hinc sumi deberet [y]. *Si scitis* (id est, Si à Spiritu Sancto verè edocti estis [z]. Vel, Quia, seu Quandoquidem, scitis [a]. Cùm sciatis [b]: est enim res indubitabilis [c].) *quoniam* (vel, *quod*, Me. &c.) *justus est*] Vel, 1. Deus [d]. Transit de *Christo* ad *Deum*, quanquam nomine *Dei* hîc non expresso; ut mox 3. 5. & 16. à *Deo* ad *Christum*. Nec id mirum, cùm utriusque mentio præcesserit. Similis transitio infrà 4. 17, & 19*. Vel, 2. Christus Judex [f], de quo proximè locutus est: *justus*, excellentissimè, & factus nobis *justitia*, &c. 1 Cor. 1. 30 [g]. ¶ *Scitote*] Potiùs, *Nostis*, Be. Pi. Ubique enim negat se docere imperitos [h]. ¶ *Qui facit* (vel, *operatur*, E. *exercet*, Be. Pi.) *justitiam*] id est, Opera justa [i]; qui justè vivit [k]. Δικαιοσύνην ποιεῖν hîc, ut ἐργάζεσθαι, Act. 10. 35. Heb. 11. 33. Κατεργάζεσθαι, ut Jac. 1. 20. dicitur qui rectà atque laudanda agit [l]. ¶ *Ex ipso natus est*] i. e. Est ejus filius [m], & hæres [n], ideóque non confundetur coram Patre [o]. Sicut Filii de Patre naturam trahunt, ità illi de Deo, 2 Pet. 1. 4 [p]. Hæc est secunda hominis nativitas, sive *regeneratio*, quâ in Christo ad justitiam renascimur. Significat, omne opus justitiæ proficisci non ex viribus naturæ, quas ex prima nativitate accepimus; sed ex Christo nostræ regenerationis authore [q].

CAP. III.

1. *Videte qualem* (vel, *quantam*, T. E. Pi. ut Matth. 8. 27 [a]. Vide 2 Pet. 3. 11 [b].) *charitatem* (Quâ scilicet nos diligit [c]. Ἀγάπην hîc Metonymicè interpretare†, signum dilectionis [d], vel, charitatis opus*; dignitatem filiorum Dei, Joh. 1. 12 [f].) *dedit* (vel, *exhibuit*, sive *præstitit*, V. Me.) *nobis* (indignis, peccatoribus, inimicis [g].) *Pater*] Cohæret hic sermo cum superioribus, sed per illud ἴδετε nova excitatur attentio [h]. Commendat hic beneficium de quo proximè dixerat [i]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα—κληθῶμεν] Nempe, *ut filii Dei* (Per adoptionem [k]:) *vocemur*, Be. Pi. Ut Ose. 1. 6, 9. non inani titulo, sed cum ipsa re conjuncto [l]; sic appellati ab ipso Christo, qui falli non potest, Matth. 5. 9, 45. Hîc adscriptum habet MS. quod Lat. & Sy. legunt, καὶ ἐσμεν, i.e. *ac reverà tales sumus*, imitatione Divinæ bonitatis [m]. *Ut*—*vocemur*, nempe, à Deo, justè & verè, id est, per Meton. consequentis pro antecedente [n]; ut simus [o], & ut tales nos esse constet [p]. *Vocari* pro *esse*. *Sic Vocabitur tibi semen*, Gen. 21. 12. i.e. *erit*, Rom. 9. 7, 8. Sic *domus orationis vocabitur*, Matth. 21. 13. id est, *erit*, Luc. 19. 46 [q]. Sic Jes. 54. 5. & 61. 6. Matth. 5. 9. Sic avarus ille apud Senecam, *Sine me vocari pessimum, ut dives vocer*, id est, dives sim [r]. Sic in Homer. Il. δ. Κέκλημαι, pro εἰμὶ, ut notat Eustathius†. ¶ *Propter hoc mundus* (h.e. infideles [t], vel, impii [v], qui sic per Synecd. appellantur, utpote maxima pars mundi [x].) *non novit vos*, (i. e. non agnoscit pro suis [y], vel pro Dei filiis [z] is, non æstimat [a], non diligit [b], imò despicit [c], odit, Joh. 15. 18. & malis omnibus afficit, Joh. 16. 1, 2, 3 [d].) *quia non novit* (saltem practicè, non colit, aut amat*:) *eum*] Nempe Deum [f], Patrem Christi & fidelium [g], divinámque excellentiam, dignitatem, & philanthropiam [h]. Idem sensus Joh. 15. 21. & 16. 3. Occurrit tacitæ objectioni [i], ac scandalo [k]; Titulo nos solaris, & eum maxima pars hominum nobis non modò non tribuit, sed & contumeliosè nos tractat velut mancipia [l], & despiciunt filiationem nostram [m]. Si filii Dei sumus, cur non tales ab omnibus agnoscimur? Respondet, & consolatur eos ex causa contemptûs, & simili Dei & nostrûm conditione [n]. Videte, inquit, causam cur id vobis eveniat. Qui vos ità tractant, cœci sunt in rebus Dei [o].

2. *Filii Dei sumus*] Nunc, eo quo dictum est sensu [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ—τί ἐσόμεθα] *Et* (vel, *Sed*, Be. Pi. G. καὶ hîc pro Adversativa, ἀλλὰ [q], ut suprà 2. 20, 27 [r].) *nondum apparuit quid*, vel, *quod*, Be. Pi. *id quod*, Er.) *erimus*, Mo. vel, *futuri simus*, G. id est, quàm gloriosi & beati†; quomodo futuri simus filii Dei in meliore illo seculo. Τί solet etiam ad Qualitates referri [t]. ¶ *Scimus*] Nempe fide, 2 Cor. 5. 7. ex Dei verbo & Spiritu, qui est *pignus*, &c. Eph. 1. 14 [v]. ¶ *Cùm*, &c. Ἐὰν φανερωθῇ] *Si apparuerit*, Mo. E. Sed *si* non est dubitantis, sed supponentis, ut Mal. 1. 6 [x]. Ἐὰν, pro ἐπειδὰν [y], vel, pro ὅταν, ut suprà 1. 7. in MS. & Joh. 14. 2. Et Hebræi suo כי sic utuntur [z]. Sic εἰ, *si*, sæpe pro ἐπειδὴ, *quia* [a]. *Cùm apparuerit*, E. sim. Be. Pi. [Intellige] vel, 1. illud quod erimus [b], ex membro præced [c]. vel, 2. Deus, quia dixerat, *Filii Dei sumus* [d]: vel potiùs, 3. Christus*, veniens ad judicium [f], ex collat. seq. v. 5 [g]. & c. 2. 28 [h]. Nam apparere quod erimus, non est causa cur similes Christo simus, sed apparitio & adventus Christi causa erit nostræ glorificationis [i]. ¶ *Similes ei* (i. e. vel, Deo ‖; vel, Christo †.) *erimus*] Non naturâ, sed qualitate [k]; non sanctitate tantùm, sed & æternitate & beatitudine [l], & gloriâ æterna [m], cùm animæ [n], in scientia & sanctitate, 1 Cor. 13. 8, 10, 12 [o]. tum corporis [p], in immortalitate & splendore [q]; ex collat. 1 Cor. 15. 53. & Phil. 3. 20. Ut sicut ille corpore gloriosus ab omnibus conspicietur, ità & cum eo omnes electi. Nam animæ gloria non potest ab omnibus conspici [r]. Sic multò magis filii Dei [erimus] quàm nunc †. ¶ *Quoniam videbimus* (visione nempe familiari [t], lætâ, & perpetuâ [v], c. 2. 28. & 1 Thes. 4. 17 [x]. eâque, vel corporali [y]; vel potiùs, mentis [z].) *eum* (id est, vel, Christum†, patefactum in adventu ipsius, ex collat. v. 5. & 2. 28, 29 [a]. vel, Deum [b], ex promisso, Matth. 5. 8 [c]. non per speculum vel ænigma; sed [d]) *sicuti est*] id est, Facie ad faciem, 1 Cor. 13. 12. clarè & immediatè, & per essentiam*; vel, qualis Deus sit erga nos, quantum humana creatura capere potest [f]. Cùm receptum esset apud Judæos *Deum non videri*, id est, cognosci qualis est, nisi in vita altera, ex loco Exod. 33. 20. indè, ut ex confesso, argumentum ducit. Æternitatem nulla res nisi æterna potest comprehendere. Confer 1 Cor. 13. 12 [g]. Hinc rectè colligit, nos in gloria corporis similes ei fore, quia gloria ex anima redundat in corpus subjectum, &c [h].

3. *Qui habet hanc spem* (Nempe, tanti boni [i], visionis Dei, & felicitatis æternæ [k]:) *in eo*, Ἐπ' αὐτῷ] *In eo situm*, Be. Pi. Gom. *in Deo*, id est, ità sicut Deus eam spem vult concipi [l]. ¶ *Sanctificat se*] i. e. Emundare se debet ab omni sorde peccati [m], & dignâ conversatione reddere se ei similem, id est, sanctum [n]; dat operam sanctimoniæ, juxta Levit. 19. 2 [o]. purum se à rebus malis facit & servat: nam utrumque hâc voce comprehenditur; estque reipsâ idem quod *in luce ambulare*, suprà 1. 7 [p]. Hæc purificatio sui serium justitiæ studium & fugam peccati denotat [q]. Effectus idem modò Deo tribuitur, modò Christo, modò nobis, subordinatè [r]. Hinc sequitur, hominem sanctificare seipsum ac proinde liberâ suâ voluntate cooperari gratiæ Dei ipsum sanctificantis, quæ tamen cooperatio sit effectus gratiæ Dei †. Hoc autem facit is qui sperare vult vitam æternam, qui sic illam minoris non comparari [t]. Non ideo, inquit, debet sanctitatis studium frigere in nobis, quia nondum apparet Christus, vel nostra felicitas; sufficit enim spes, &c [v]. ¶ *Sicut* (Similitudinem notat, non paritatem [x]:) *& ille* (nempe Christus [y]:) *sanctus est*] Respicit loca Levit. 11. 44. & 19. 2 [z]. ubi pro ἁγιός [quod hîc habetur,] est ἅγιος, ut 1 Pet. 1. 16. quæ adeò paris sunt significatûs ut Latinus hîc prò ἁγνίζει posuerit *sanctificat*, & pro ἁγνός, *sanctus* [a].

4. *Omnis qui*, &c. Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ] Cùm homines sibi in malis blandiri soleant, & vitia sua extenuare [b], ostendit nullum peccatum tanquam leve contemnendum esse, cùm in eo sit Legis divinæ violatio [c]. [Sic vertunt:] *Quisquis committit* (vel, *facit*, Vulg. Æth. Tre. Ar. Mo.) *peccatum* (vel, *dat operam peccato*, Be. Pi. vel, *peccat*, verbo hoc sumpto sicut in hac Epistola sumi diximus [d], [nempe] cum studio & voluptate*, vel, toto cordis affectu; qui addictus est peccato [f]:) *etiam* (vel, *idem &*, Er. Ti. G. sim. Ca.) *legem trans-*

transgreditur, P. Be. sim. E. vel, *Legi adversatur*, Calv. vel, *iniquitatem* (vel, *noxam*, sive *crimen*, Ca.) *committit*, sive *facit*, Er. Ti. Tre. ex Sy. Ca. Rem puniendam, ob quam auferendam ipse venit [a]; vel, *operam dat discrepantiæ à lege*, Pi. vel, *Deum offendit*, G. Hoc autem expressit per Metonymiam, quia qui legem Regis alicujus consultò violat, non est quod beneficium ab eo speret [h]. Frustra ergò is qui in peccatis hæret sibi promittit similitudinem gloriæ cum Christo [i]. Ποιεῖν ἀνομίαν est עשה עולה, Psal. 37. 1. Ezec. 33. 13, 18. aut פעל עולה, ut Psal. 58. 2. Et Syrus hic ἀνομίαν vertit עולה. Sed aliter ea vox sumebatur tempore Legis Novæ, quæ Veteri non paulò est purior [k]. ¶ *Et* (vel, *Nam*, Be. Pi. Καὶ pro ו, ex Hebraismo [l]. Ratio enim redditur præcedentis dicti [m].) *peccatum est transgressio legis*, Mo. P. D. vel, *iniquitas*, Vulg. Er. Ti. Tre. ex Sy. i. e. Recessus & aberratio ab æquitate, quam lex præscribit [n]; vel, *crimen*, Ca. vel, *quod fit contra Legem*, Be. vel, *ipsa discrepantia à lege*, Pi. vel, *quicquid alienum est à lege*, Il. vel, *quod contrarium est Legi*, id est, conformitati nostrarum tum animi, tum corporis, actionum cum Lege Divina, quasi *illegalitatem* dicas; & gravius quiddam est quam παράπτωμα [o]. Sensus est, Nam nobis, utcunque variè Philosophi varii ἁμαρτίας vocem & sumant & definiant, peccatum est *actus quivis quem scias & sentias pugnare cum aliqua lege Dei*, id est, cum aliqua patefactione Divinæ voluntatis, qualis inprimis est Lex Evangelica. Tale אשׁמ est & עון, Ose. 6. 8 [p].

5. *Ille* (Nempe Christus [q], qui hic subauditur, quanquam ex longinquo, & quanquam *Dei* mentio intercessit [r]:) *apparuit* (in carne assumpta †, ut cap. 1. 2 [t]. vel, mundo; quomodo ea vox sumitur Joh. 1. 31. 1 Pet 1. 20. Dicitur & de Evangelio, 1 Tim. 3. 16. 2 Tim. 1. 10. Tit. 1. 3. Heb. 9. 8. & suprà 1. 2 [v].) *ut peccata nostra tolleret*] id est; Vel, 1. in se luenda susciperet [x], & pro nobis in cruce illa portaret [y], & pro illis satisfaceret [z]: vel, 2. verè & ipso actu tolleret [a], auferret & deleret [b], sive aboleret [c]. Vox enim αἴρειν, ut & נשא, ambigua est, significans, vel, *accipere*, *ferre*, *portare*; vel, *auferre*, *removere* [d]. Ut nos peccatores immunes faceret à peccatis. Vide dicta ad Joh. 1. 29. Sensus idem suprà 1. 7. & 1 Pet. 2. 22, 23, 24 [*]. *ut—tolleret*, tum eximendo nos à servitute peccati, tum liberando nos à pœna peccati [f]. *Ut—tolleret*, cùm, sacrificio mortis suæ [g], quo & peccatorum remissionem & sanctificationem nobis promeritus est; tum, efficacia sua, quâ illa per verbum & Spiritum suum nobis applicat [h]. Tacitè hìc intellige, Quòd si Christi in hac re consilium per vestram culpam caret eventu, certè in eo Christum, & pariter Patrem, vehementer offenditis; ac proinde vitam gloriámque æternam sperare non debetis. Respicitur locus Esa. 53. 11 [i]. Fideles hic à peccatis revocat [k], argumento sumpto à fine adventûs, sive incarnationis, Christi [l]. ¶ *Et* (vel, *Quia*, E. ex Oecum.) *peccatum in eo non est*] Vel, *non erat*, G. sic E. T. nempe cùm vitam mortalem ageret: Præsens pro Præterito [m]: imò nec esse potuit †; vox enim ἔστι hic ampliatè intelligenda est [n]. Christus non verbis tantùm, sed & exemplo, nobis prævivit, 1 Pet. 2. 21, 22. Confer Deut. 32. 4 [o]. Sensus, q. d. Ideo Christus idoneus fuit qui peccata nostra tolleret, quia nullum ipse peccatum habuit [p]; vel simpliciùs, Christus tulit peccata nostra, non sua, cùm in ipso nullum esset peccatum quod tolleret [q].

6. *Qui* (sub. *igitur*, Pi.) *in eo* (id est, Christo [r], ejúsque gratiâ †:) *manet* (id est, per veram fidem ei insitus est [t]; ei inhæret tanquam membrum suo capiti, sic ut vitales ab eo influxus accipiat: quomodo dicitur aliquis *manere in domo* ubi sedem habet [v]; vel, qui ei vero amore conjungitur: sicut *amantes* dicuntur *esse*, & *habitare ubi amant* [x].) *non peccat*] Nempe dum manet in Christo [y], illiúsque ductum sequitur [z]. [Quo sensu hoc verum, vide ad v. 9.] ¶ *Non vidit, nec cognovit* (ראה, quod respondet voci ὁρᾶν, vertitur alibi per ἰδεῖν, alibi per κατανοεῖν. Γινώσκειν verò, ut & alia verba similia, sæpe non tam rem, quàm rei testimonium, significant [a]. Al. voces hæ synonymæ sunt, & posterior explicat priorem [b].) *eum*] Practicè scilicet [c], vel

a Ca. h G. i E. k G. l Be. m G. n Me. o Be. p G. q G. sic E. Gom. r G. † E. sic Pi. Me. Gom. t Pi. v G. x T. sic E. y E. z Me. a Calv. b E. c T. d E. * G. f Vor. g Pi. sim. Gom. h Gom. i G. k E. l E. Gom. m G. † T E. n E. o G. p Oecum. &c. in E. q E. r E. Me. G. † Me. t Gom. Calv. v E. x G. y E. sic Me. T. z E. a G. ex Maim. b E. c Me.

cognitione affectivâ, seu dilectivâ [d]; non attendit, nec agnovit, eum, ut debet [*]; non de Christo sic cogitat ut oportet, neque facto ostendit, se scire quanti sit habenda Christi voluntas [f]; non considerat immensum Christi amorem & maxima beneficia, &c [g].

7. *Filioli*, Τεκνία] Et hic MSS. habent παιδία, non malè. Nempe ità bene sperat de provectioribus ut eos credat his monitis non egere. Vide suprà 2. 12, & seq [h]. ¶ *Nemo vos seducat*] Docens bona opera non esse ad justitiam & salutem necessaria [i]. Non frustrà autem hoc dicit. Multi enim & tunc sibi blandiebantur, & nunc blandiuntur, volentes desiderium quoddam bene vivendi ad salutem sufficere. Similia monitorum exordia habes Luc. 21. 8. 1 Cor. 6. 9. & in hoc ipso argumento 1 Cor. 15. 33. Gal. 6. 7. Jac. 1. 16. suprà 2. 8 [k]. ¶ *Qui facit* (vel, *exercet*, Be.) *justitiam* (i. e. opera bona & justa, non qui credit tantùm [l]; vel, *Qui operam dat justitiæ*, Pi. qui actiones suas ad legem Dei componit [m], idque per totum vitæ cursum, &, sicubi delinquat, statim per pœnitentiam redit [n]. Nulla est hic ταυτολογία, sed definit quid sit *non peccare*; nempe non modò abstinere à peccato, sed etiam exercere justitiam, ut Psal. 34. 15. definitur [o]. *Justitiam facere* hic opponitur τῷ ἁμαρτάνειν, sive ἀνομίαν ποιεῖν. Vide suprà 2. 29 [p].) *justus est*] Et Dei filius [q], & hæres [r]: justus dici potest †. Is demum apud Deum *justus* habetur & ut *justus* tractatur, ac proinde ei soli competit promissum justis præmium [t]. Docet, non constare justitiam cum Christo conformitatem vitæque novitatem sine bonis operibus. Frustrà persuadent se habere in corde justitiam, quorum pedes & manus & linguam & oculos palàm occupat iniquitas [v]. ¶ *Sicut* (Similiter, non æqualiter [x]:) *& ille* (vel, Deus [y]; vel, Christus, ut circumstantiæ docent [z]:) *justus est*] Nam sic & Christus *ipse justus fuit*, sive Deo placuit, rectè semper agendo [a].

8. *Qui facit peccatum*] id est, Peccandi artem exercet, peccato servit, eíque deditus est, & operam dat quasi ex professo [b]. ¶ *Ex diabolo est*] Tanquam ex eo qui peccati sit author & parens hominibus, quoniam & primus peccavit, & primus homini peccatum suggessit ac persuasit; & sic concupiscentiam in totum genus humanum invexit, & ad omnia peccatorum genera miseros homines incitare & impellere nunquam desistit [c]. *Ex Diabolo*, tum, 1. imitatione [d]: q. d. Indole Diabolum refert [*], ut filius Patrem [f]. Vide de hoc loquendi genere dicta ad Joh. 8. 44, 47. Sic & infrà v. 12. ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν. Hoc vult, videte quàm fœdum sit talem imitari [g]. Tum, 2. regimine & obedientiâ [h]; illius suggestionibus & tentationibus parendo [i], instar filiorum, ut Eph. 2. 2 [k]. ¶ *Ab initio* (Nempe mundi [l]; paulò post creationem suam, & mundi [m]:) *Diabolus peccat*] Intellige, ità ut ab eo, velut principio quodam, peccatum ad alios, tam Angelos quàm homines, transiret. Non dicit, *peccavit*, sed *peccat* [n]; q. d. indesinenter & continuo actu [o]. Ex quo semel peccavit, peccare non desinit [p]. Talis locutio illa Joh. 15. 27. ἀπ' ἀρχῆς μετ' ἐμοῦ ἐστε. Est Diabolo hoc proprium atque perpetuum *malè agere* [q]. ¶ *In hoc* (In eum finem [r]:) *apparuit*, &c.] Sume ut suprà v. 5 †. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα λύσῃ, &c.] *Ut dissolvat* (i. e. dissipet, vel confringat [t]; peccata enim sunt vincula, juxta Prov. 5. 12 [v]. vel, tollat, sive destruat [x], pretium solvendo, pœnas remittendo, peccata ex animis delendo, eáque penitus auferendo [y]: λύειν est *destruere*, ut Joh. 2. 19. 2 Pet. 3. 10, 11, 12 [z].) *opera Diaboli*] id est, Peccata [a], quæ Diabolus in genus humanum invexit [b], & quidem nostra [c]. Hæc non solvit in hominibus omnibus, sed in electis [d]. Novum est argumentum; Non decet Christianos ea facere quæ Christus destructum venit: At Peccatum Diaboli est opus, qui non peccat tantùm, sed & alios ad peccandum instigat. Venisse autem Christum ut Diabolo auferret imperium, constat ex Mat. 12. 29. Luc. 10. 18. Joh. 12. 31. & 16. 11 [*].

9. *Omnis*, &c. Πᾶς ὁ γεγεννημένος, &c.] *Omnis natus ex Deo* (id est, per regenerationem & adoptionem factus Dei filius [f]; qui operatione Spiritûs Sancti verè mutatus & translatus est ab omni peccato ad omne bonum, &c [g]. quisquis indolem induit Divinæ naturæ pro modo

d E. * T. f G. g Me. h G. i E. Me. k G. l Me. sim. E. m G. sic Ham. n Ham. o Be. p G. q T. sic E. r T. † Gom. t G. v Calv. x E. sic Be. y Me. z E. a G. b D. c E. * E. Gom. * G. sic Be. f Be. g G. h Gom. sim. Be. i Gom. E. sic Me. k Gom. l E. Gom. Pi. Be. m Me. n E. o Pi. p G. sic E. ex Bed. q G. r E. † G. t T. v Me. x Me. E. Gom. y E. z G. a E. Gom. Pi. b E. c Gom. Pi. d E. * G. f E. sim. Ham. g Ham.

modo humano similem. *Filii* alicujus dicuntur qui ei similes sunt, ut Joh. 8. 39, 42, 44, 47 [b].) *peccatum non facit*, Mo. &c. vel, *non peccat*, Ga. &c. Qu. Quomodo hoc verum? [variè explicant:] *Non peccat*, id est, vel, 1. quâ parte renatus est [i]. Cui obstat quòd filios Dei & Diaboli hîc distinguit per *peccare* & *non peccare* [k]. Vel, 2. certo genere peccati; sive, 1. impugnatione manifestatæ veritatis [l]: sive, 2. violatione mandati novi dilectionis fraternæ: vide infrà v. 15. & c. 2. 11 [m], sive, 3. peccato ad mortem, de quo infrà 5. 16 [n]. sive, 4. graviori aut atrociore aliquo peccato [o]. Per ἁμαρτίαν hîc designat, non solùm habitum [p]; (ut quidam volunt, qui inde inferunt, sufficere studium & conatum rectè vivendi, etiamsi ea ipsa factis non impleantur prævalente peccandi consuetudine; perniciosè admodum [q]:) sed & actus nonnullos [r], ex collat. v. 5, 6. & c. 2. 1 †. tales scilicet qui hominem à Regni cœlestis jure excludunt, ut docet Paulus 1 Cor. 6. 9. Gal. 5. 21. Eph. 5. 5 [t]. nempe qui neque per ignorantiam [v], neque per subreptionem [x], incogitantiam aut infirmitatem; sed post deliberationem & consultò [y], contra Dei præcepta admittuntur [z]. Hoc autem sensu renatus non peccat, nempe dum talis est [a], quatenus & quamdiu nativitatem hanc conservat, ejúsque ductum sequitur [b]; dum eam indolem Divinæ similem retinebit, *non futurus Dei filius si talia admiserit*, ait Tertul. Peccare enim graviter potest qui aliquando filius Dei fuerit. Est ergò hîc Præteritum illud, γεγεννημένος, pro Verbali, q. d. γεννητὸς, ילוד, Job. 14. 1. & 15. 14. aut τέκνον, ut infrà v. 10 [c]. & significat hîc actum non transeuntem, sed permanentem [d]. Vide Aug. Hieron. &c *. [eorúmque verba in G. & de iis Ga. loco mox designando.] Sed, ut nihil de eo dicam, an renatus unquam denascatur, sanctis quoque in mortalia ista peccata quandoque incidere constat exemplis *Petri*, cujus nec Dominum abnegantis fides defecit, Luc. 22. 32. & *Davidis*, &c [f]. [Hæc secunda explicatio.] Vel, 3. *non peccat*, nempe eo modo quo irregeniti peccant ‖; nempe ex studio & habitu peccandi [g], vel κατ' ἐξοχὴν peccato regnante, Rom. 6. 14. & 7. 12 [h]. peccato non consentit, juxta Rom. 7. 19 [i]. non diu volutatur, & cum voluptate se totum immergit in luto peccati [k]. Discrimen vis designatum? 1. Ante peccatum: *non peccat*, quia non vult peccare. Regeniti enim voluntas, desiderium, consilium, institutum, fixúmque propositum est, nè peccet. 2. Inter peccandum, i. e. non totus, sive toto animo, peccat; non peccato spontè operam dat. Cui favet ipsa phrasis: *Peccatum*, quomodo & *justitiam*, *facere* dicitur, sicut *medicinam facere* dicitur, qui eam profitetur, & in ejusdem praxi versatur; & *Mathematicam facere* in Lampridio, qui in disciplinam eam se dat, eíque sedulò studet, & *aruspicinam*, & *argentariam*, & *mercaturam*, *facere* in Cicerone, id est, exercere: & diverbio vulgari dicitur, *Artem pudere proloqui, quam factites.* 3. Post peccatum admissum: non *cubat in peccato*, ut mundus, infrà 5. 19. si quando statu suo exciderit, & præter animi propositum deliquerit, quasi à situ suo depulsus trepidare non cessat, instar styli magnete attacti, &c. donec pœnitentiæ ope ad pristinum statum institutúmque revertitur, ut David Psal. 18. 22, 23. & 32. 2, 3. &c. & Petrus Mat. 26. 33, &c [l]. Confer Joh. 8. 34 *Qui facit peccatum servus*, vel *mancipium*, *est peccati* [m]. ¶ *Quoniam semen ipsius* (id est, vel, 1. verbum Evangelii ‖, quod *semen* dicitur passim, Mat. 13. 19. Marc. 4. 14. 1 Pet. 1. 23. quod quasi semen est quo Divina natura in nobis gignitur, Jac. 1. 18 [n]. vel, 2. Spiritus Sanctus, cujus vi regignimur [o]: vel, 3. nativitas spiritualis, ut explicatur, c. 5. 18 [p].) *in eo manet*] id est, Inest, intellige ἐνεργῶς. in ipso vegetum existit, ità ut nec arefactum sit, nec suffocatum, sed naturam efficientiámque retineat. Μένειν hîc non est *durare*, sed idem valet quod ἔχειν, & sic usurpatur Joh. 3. 36. & 14. 17. & 15. 7. & 1 Joh. 2. 5, 6, 14, 24. & 3. 14. verbi autem istius vis ea est ut nos à peccatis arceat jubendo, vetando, pollicendo, comminando: ideo *per verbum sanctificari* dicimur Joh. 17. 17 [q]. Al. *Manet*, id est, permanenter inest, atque inhæret: nec enim tam de perseverantia hîc sermo est [r]: *manet*, corde susceptum, & radicatum, &c †. ¶ *Et non potest peccare*] id est, Vel, 1. non vult, habituali scilicet voluntate [t]; vel, 2. *non potest*, nempe in sensu composito, h. e. quamdiu manet filius; q. d. Stare simul non possunt peccare, & esse filium Dei [v]: vel, 3. *non potest peccare*, ità scilicet ut in eo extinguatur timor Dei & pietas [x]. Quæ, tamen potens impotentia non à nobis pendet, sed à sola Dei voluntate & potentia, Joan. 10. 28. 1 Pet. 1. 5 [y]. vel, 4. *non potest* hîc dictum moraliter. Solent enim actus similes esse qualitatibus. Significat hìc rem de qua agitur alienam esse ab ejusmodi ingenio [z]. Idem, aut similis, usus est hujus locutionis Jer. 13. 23. Mat. 12. 34. Luc. 11. 7. Joh. 5. 44. & 8. 43. & 14. 17. Act. 4. 20. 2 Cor. 13. 8. Sic Seneca De benef. 6. *vir bonus non potest non facere quod facit.* Menander dixerat, Οὐδεὶς, &c. *Nemo bonus qui vir sit rem faciat malam.* Ἁμαρτάνειν hîc idem quod suprà ἁμαρτίαν ποιεῖν, ut apparet ex v. præced [a]. ¶ *Quoniam ex Deo natus est*] Quia Deus cordibus eorum legem suam insculpsit, eósque efficaciter Spiritu suo gubernat, ut inflexibili affectu sequantur ejus ductum [b]. Non mirum est, inquit, eum aversum esse à rebus vetitis, quandoquidem est ac esse se meminit Dei filium, ac proinde Deum sibi imitandum [c]. Hinc verò non sequitur eum non posse desinere esse Dei filium [d]. De quo vide Tertul. Hieron. Chrysost ‖. [eorúmque verba in G.]

10. *In* (vel, *Per*, Be. Pi.) *hoc manifesti sunt*, &c.] q. d. His duobus indiciis manifestè secernas justos ab injustis *. Hoc vult, Non dubium est quin malitis esse Dei filii quàm Diaboli. Ut ergò illud sitis semper, ostendam vobis discrimen. *Ex Deo sunt qui & justitiam faciunt & amant proximum*, i. e. quorum & opera sunt bona, & ex bono proficiscuntur animo. Nam qui proximum diligit Dei causâ, is & Deum diligit, ut diximus ad Rom. 13. 9. Qui verò aut non faciunt bona, aut non ex tali animo, ii *Diaboli* sunt *filii* [f]. Ἀδελφὸν hîc vocat hominem quemvis [g], ex natura Evangelicæ Legis; quanquam interdum ex vi materiæ vox illa sumitur strictiùs, ità ut solos comprehendat Christianos [h]. *Fratrem* vocat proximum, præsertim Christianum [i]. *Ex Deo esse* hîc & 4. 6. & 5. 19. idem est quod *esse natum ex Deo*, v. 9. quod *in Deo esse*, 1 Joh. 2. 5. & 5. 20. quod *videre* & *scire Deum*, 1 Joh. 2. 3, 13. & 3. 6. quod *imitari bonum*, epist. 3. Joh. 11. h. e. vivere ad imitationem & voluntatem Dei; quomodo *ex Diabolo esse*, Joh. 8. 44. explicatur *præstatione desideriorum operúmque ejus cum delectatione* *.

11. *Hæc est annunciatio*] i. e. Res annunciata [k], & semper annuntianda & prædicanda; q. d. Hoc est nuntium è cœlo à Christo allatum, & à nobis Apostolis jugiter annuntiatum [l]. Ἡ ἀγγελία] *Denunciatio*, Be. Pi. ¶ *Ab initio*] Christianismi [m]. Vide suprà 2. 7 [n]. Etiam sub Lege: etsi nunc & vox *fratris* latiùs pateat, & *diligendi* significatio sit intensior. Sed nihil mirum imperfecta præludere perfectioribus. Videtis tamen Deo in summo pretio semper fuisse Dilectionem. ¶ *Ut diligatis alterutrum*] Israelitæ Israelitas olim, nunc quilibet quosvis, sicut & ante Legem fecit Abrahamus [o].

12. *Non sicut Cain*] Ellipticum dicendi genus [p], sic supplendum, *Non agamus* [q], vel *nos geramus* [r]; vel, *oderimus alterutrum* ‖, *simus ex Diabolo* †, sive *Diabolicâ indole* [t], vel, *sicut Cain fuit* [x]. Exemplum hoc antiquissimum & aptissimum [y]. Cain & primus & insignis fuit osor & persecutor fratris, archetypus hominum malorum à quo civitas Diaboli initium cœpit [z]. ¶ *Ex maligno*] Vel, *illo malo*, Pi. id est, Diabolo [a], ut patre [b], i. e. filius, assecla, & imitator Diaboli [c]. ¶ *Et* (Καὶ hîc valet, *qui* [d].) *occidit*, &c.] Eo scil. instigante *. Ἔσφαξε] *Jugulavit*, Pi. Ar. i. e. occidit ferro in jugulum adacto, ut vox propriè significat. Potest tamen per Syneed. speciei generaliter accipi, ut verbum generale est Gen. 4. 8 [f]. & sic Gloss. & Græci Scholiastæ interpretantur σφάζω aut φονεύω, *interimo*, *occido*; Syrus קטל, quâ voce & Hebræi utuntur de quavis interfectione [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ χάριν τίνος, &c.] Ellipsis τοῦ κατὰ [h]. *Et propter quid*, &c. Il. Ti. Tre. E. Per hoc πόσμα aditum sibi struit ad comparationem inter Abelem & Christianos [i]. *Cujus rei gratiâ*, &c. P. Be. Pi. Verùm responsio declarat, non finalem causam occisionis quæri, sed causam invidiæ & odii; q. d. Quid movit vel impulit

Marginal notes: [b] G. [i] Aug. & Bern. in E. ad v. 6. [k] E. ib. [l] Q. in E. [m] Q. in Ga. [n] Al. in Ga. [o] Al. in Ga. sim. E. Mc. G. Ham. [p] G. ad v. 6. Ham. ad v. 8. [q] G. [r] G. Ham. † Ham. [t] G. [v] G. Ham. [x] G. [y] Ham. [z] G. [a] E. Ham. [b] Mc. [c] G. [d] G. Ham. * G. [f] Ga. adv. c. 33. ‖ Idem. [g] Vor. v. 6. [h] Gom. [i] Calv. [k] J. Cap. [l] Ga. ibid. [m] Ga. Cin. 2. 11. ‖ G. sic Gom. [n] G. [o] Q. in E. Vor. sim. Be. Pi. D. [p] E. [q] G. [r] E. † Gom. [t] Oecum. in E. [v] E. sim. Ham. [x] Calv. [y] Gom. [z] G. sim. Ham. [a] G. [b] Calv. [c] G. sic Ham. [d] G. Ham. sic E. ‖ G. * Me. [f] G. [g] G. sim. E. [h] G. [i] Me. * Ham. [k] E. Me. [l] Me. [m] E. [n] Be. [o] G. [p] Be. sim. E. G. [q] Pi. E. [r] Be. ‖ T. † E. [t] G. [x] G. [y] Be. [z] E. Me. Pi. Zeg. [b] E. [c] T. sim. E. [d] G. * E. [f] Pi. [g] G. [h] Camer. [i] G.

pulit eum &c[k]. ¶ *Quoniam opera*, &c.] q. d. Impulit eum invidia fraternæ virtutis [l], & gloriæ ex bonis operibus partæ [m]. Acerbissima odia ex diversitate morum. Tales autem fuisse duos istos fratres Dei judicio apparuit, qui Abelem litare voluit, Cainum non item. Vide dicta ad Gen. 4. & ad Heb. 11. 4 [n].

13. *Nolite mirari*] Tanquam de re nova [o], vel absurdâ. Synecdoche metonymica [p]. Subaudiendum *igitur*: est enim illatio ex præced. exemplo [q]. ¶ *Si odit vos mundus*] id est, Impii [r], homines Caino non dissimiles. Vide ad initium hujus capitis †. Id enim amat mundus quod deterius est, odit quod melius est [t]. Non novum hoc est nec insolitum, ideóque leviùs ferendum [v].

14. *Nos scimus*] Certitudinaliter, si referatur ad Apostolos; si ad alios, probabili conjecturâ [x], certitudine morali [y], conceptâ ex testimonio bonæ conscientiæ, innocentis vitæ, & consolationis Sancti Spiritûs [z]. *Nos* ex Christo *didicimus*, quod Mundus non didicit [a], & certâ fide novimus. Non quòd unusquisque fidelium hoc de se certò scit, sed de fidelibus in genere [b]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι μεταβεβήκαμεν, &c.] *Nos translatos esse* (Nempe à Deo, ut non nostris viribus aut meritis, sed Dei gratiæ, totum salutis beneficium tribuamus [c], per fidem in Christum, Joh. 5. 24 [d].) *ex morte ad vitam* (id est, de morte peccati, ad vitam justitiæ; vel, ab æterna morte & perditione ad æternam vitam ac felicitatem [*]; vel, velut è civitate Mortis in civitatem vitæ transcribi, i. e. eò nos jus habere ad vitam æternam. Juri autem ad rem sæpe datur nomen rei ipsius. Vide dicta ad Joan. 5. 24. ubi eadem phrasis est eodem sensu [f].) *quia diligimus fratres*, Be. Pi. &c. propter Deum scilicet, & ità ut actibus id ipsum testemur. Talibus enim Deus per Christum vitam illam æternam de qua agitur promittit [g]. Dilectio hæc signum est & effectus gratiæ sanctificantis [h]. Non hîc significatur meritum [i], aut omnino causa dictæ translationis, id est, justificationis; nam, ut rectè Aug. *opera bona non præcedunt justificandum, sed sequuntur justificatum*: sed causalitas hæc referenda est ad cognitionem, ut dilectio sit signum translationis, &c [k]. ¶ *Qui non diligit*] id est, Qui odit [l]. Sed constat, non solùm odiendo & persequendo, sed & non diligendo, & charitatis officia, quum opus est, non exhibendo, multos peccare mortaliter [m]. ¶ *Manet in morte*] Peccati [n], vel, damnationis æternæ, quantum ad meritum & reatum attinet [o]; in ea est conditione quæ morti est obnoxia. *Impii dum vivunt sunt mortui*, dictum est Hebræorum. Par figura cum præcedente. Nos jus habemus ad vitam: In illos Mors jus habet [p].

15. *Qui odit*, &c.] q. d. Quid ergò illi fiet qui non tantùm non diligit, sed & odit fratrem [q]? Sicut isti mundani homines nos non modò non diligunt, sed & oderunt [r]. ¶ *Homicida est*] Vel, 1. quia odium est dispositio quædam ad homicidium †. Vel, 2. si non actu & opere [t], certè affectu & voto [v], animo & voluntate [x]. Quod enim quis odit optat non esse sive periisse [y]. Nam si, *Quem quisque metuit, periisse expetit*, multò magis quem odit. Christi autem Lege, quæ internum hominem potissimùm respicit, fecisse quisquam censetur quantum voluit. Quod enim de Adulterio dictum, Mat. 5. 28. pari jure ad alia crimina aptandum est [z]. Deut. 19. 12. *Facietis illi* (non, *prout fecerat*, sed) *prout facere cogitaverat*. Ulpianus, *In maleficiis gravioribus voluntas spectatur, non exitus*. Seneca De Benef. 5. 14. *Latro est qui habet spoliandi voluntatem, exercetur & aperitur opere nequitia, non incipit*. Juvenal. Satyr. 13. *Nam scelus intra se tacitè qui cogitat ullum facti crimen habet* [a]. Apul. Florid. 4. *In maleficiis etiam cogitata scelera, non perfecta, adhuc vindicantur, cruentâ mente, purâ manu* ||. ¶ *Et scitis*] Quia sic instituti estis, & sic tenetis [b]. ¶ *Homicida* (Non de habitu, sed de actu, Homicidii hîc agi facilè intelligitur ex Caini exemplo [c]:) *non habet vitam æternam* (id est, vel, 1. gratiam quæ est vitæ æternæ semen [d], imò initium. Vel, 2. ipsam futuri seculi vitam, quam in se manentem habere dicitur, quia constitutus est in statu illius adipiscendæ [*]. Vel, 3. jus ad vitam æternam [f].) *in semetipso* (vel, *apud se*, G.) *manentem*] i. e. residentem, seu permanens aliquid [g]. Quod dicit, apertum satis est.

Nam si Mosis Lex in terrestri societate talem hominem ferre non potest, quantò minùs eum Christus feret in cœlesti civitate [h]?

16. *Charitatem Dei*] Ità Be. Sic habet Complut. editio [i]. [Sensus, q. d.] Unde discimus quantopere Deus nos dilexerit [k]. Al. *Charitatem*, id est, vim charitatis, vel, quæ sit vera charitas [l]; vel, debitum charitatis erga fratres, quod hoc Christi exemplo declaratur [m]. Illud, *Dei*, abest à Græcis Codicibus, excepto Complut †. ¶ *Quoniam ille* (h. e. Christus [n], ut suprà v. 5. Subintelligendum hîc autem est, hoc Christum fecisse Deo sic decernente nostri causâ: quod expressum est Rom. 5. 8. & 8. 32. vide & Joh. 3. 16. & 1 Joh. 4. 9 [o].) *animam* (id est, vitam [p];) *suam pro nobis posuit*] vel, *deposuit*, V. id est, in mortem tradidit [q], voluntariè [r]. Sed τιθέναι ψυχὴν apud Johannem non est propriè *vitam deponere*, (quanquam & hoc fecit Christus) sed *objicere periculis*, ut diximus ad Joh. 10. 11, 15, 17. & 13. 37, 38. & 15. 13 †. ¶ *Et* (sub. *igitur*, G.) *nos debemus pro fratribus animas ponere*] id est, Voluntariè mortem subire [t], vel pericula quævis adire [v]; si scilicet ad Dei gloriam & Ecclesiæ salutem requiratur [x], vel pro vita spirituali proximi [y]; vel, ut alios homines, fratres nostros in prima origine, exitio æterno eripiamus. Non debet nobis charior esse vita nostra quàm Deo Filius suus fuit [z]. Charitas id postulat ut animam proximi, vel honorem Dei, plùs diligamus quàm corpus nostrum [a]. Hoc præceptum egregiè implevere Apostoli & eorum adjutores, & post eos tot Confessores ac Martyres [b].

17. *Qui*, &c. Ὃς ——τὸν βίον, &c.] Pergit & aliis rebus ostendere quousque se extendat Fratrem sive Proximum diligendi obligatio ||. *Qui verò habuerit victum* (vel, *substantiam*, Er. Ti. Vulg. *possessionem*, Sy. *opes*, Il. *facultates*, P. Pi. Ca. Βίος propriè est *vita*, i. e. victus, unde vita sustentatur. Sic Prov. 27. 27. *& vita puellis tuis*. Terentius, *Cui opera vita est*, qui ex opera sua vivebat. Scitum est illud, *vita & victus pari passu ambulant* [c]. Βίος apud Græcos sæpe significat *ea unde vivitur* [d], & *victum*, & *quæ ad victum & vitæ præsentis usum, pertinent*, ut sunt alimenta, vestes, pecuniæ [*]. Sic Luc. 8. 14. & 15. 12, 30. & 21. 4 [f].) *mundi*, Mo. &c. vel, *mundanas*, P. Pi. quibus scilicet mundus solet studere [g]: quæ ad vitam pertinent non alterius, sed hujus seculi. Nam id modò αἰῶνος τούτου, ut 1 Tim. 6. 17. modò κόσμου, voce significatur [h]. ¶ *Viderit fratrem suum* (id est, proximum, maximè domesticum fidei [i];) *necesse habere*] vel, *egentem*, Pi. *defici necessariis*. Exempla vide Mat. 25. 35. Luc. 16. 20. Jac. 2. 15. ubi qui hic est χρείαν ἔχων dicitur λειπόμενος τῆς ἐφημέρου τροφῆς, &c [k]. Non de extrema fratrum necessitate agit, sed de ea potiùs quæ frequens est, ac penè quotidiana. Quò major autem est fratris necessitas, tantò major existit ad tribuendum obligatio. Necessitas fratrum vulgaris obligat omnes superfluum habentes, necessitas extrema obligat omnes habentes quod dare possint, etiam pauperes [l]. ¶ *Et clauserit viscera sua* (vel, *miserationem suam*, G. Sub. *avertens se*: Ellipsis Hebræis usitatissima [m]:) *ab eo*] id est, Excluserit eum ab effectu misericordiæ [n], vel, animum obduraverit [o]; non misereatur ejus [p], non subvenit ei [q], prompto animo & quasi aperto pectore [r]. ¶ *Quomodo charitas Dei*, &c.] Sic loquitur potiùs quàm *charitas proximi* †; nè quis putet, salvâ charitate & amicitiâ Dei negligere se posse charitatem in fratres [t]. Al. Quomodo esset in eo dilectio quam Deus exigit ||?

18. *Non diligamus verbo, neque linguâ*] Sub. *tantùm*, Be. Pi. Di. ex Ar. Egenti dantes bona verba [v]; vel, prædicantes eum à nobis diligi, quomodo *aretalogi*, qui de virtute loquuntur, nec eam habent [x]. ¶ *Sed opere* (i. e. factis, nempe beneficiis [y], re [z], eum juvantes [a]:) *& veritate*] Id est, verè ac sincerè, ex animo [b], reali beneficentiâ, quâ charitatem reipsâ testemur; quomodo & אמת per ἐλεημοσύνην verterunt LXX. Esa. 38. 18 [c]. Refelluntur hic qui ad salutem sufficere putant bene vivendi desiderium [d].

19. *In hoc* (i. e. Hoc argumento, sive signo, ut per totam ferè Epistolam [*]; vel, *Per hoc*, Q. in E. Refertur vel, 1. ad seq. quòd scilicet *in conspectu Dei persuademus*,

Margin notes (left column): k E. | l Gom. fim. E. | m E. | n G. | o E. | p Pi. | q G. | r Pi. | † G. | t Me. | v E. | x L. fim. Me. | y Me. T. | z Me. | a G. | b E. | c Idem. | d Pi. | * E. | f G. | g Idem. | h Me. | i E. fim. Pi. Vor. | k E. | l Q. in E. | m E. | n Me. E. | o E. | p G. | q E. | r G. | † E. | t T. | v T. fim. Me. | x E. | y E. ex Hi. fim. Me. T. Calv. | z G. | a Ga. adv. 32. 332. | || Ga. | b E. | c G. | d Me. fim. E. T. | * E. | f G. | g E.

Margin notes (right column): h G. | i Ec. | k G. | l Pi. | m E. | † E. fim. Er. in Stun. in Append. Crit. p. 3617. | n G. Be. Pi. | o G. | p D. | q V. fic E. Pi. | r E. | † G. | t E. fim. Me. T. | v Gom. | x Gom. | y Me. fim. T. | z G. | a E. fim. T. | b G. | || G. | c D. | d G. | * E. | f G. | g Vor. fimi Pi. | h G. | i Pi. | k G. | l E. | m Pi. | n G. | o Me. | p D. | q Ca. fim. Ec. E. Me. | r Ec. | † E. | t E. fim. Calv. | || E. | v G. fim. E. Pi. | x G. | y Pi. | z Me. | a G. | b Idem. | c Di. | d G. | * E.

mus, &c [f]. vel, 2. ad præced [g]. quòd scil. diligamus *non verbo*, &c [h].) *cognoscimus* (Magnum est illud monitum, *Nosce teipsum*. Multi sibi blandiuntur, & Christianos se putant cùm non sint. Ideo diligenter *nosmetipsi* · *explorare* debemus, 1 Cor. 11. 28. De se quisque, an desiderium tantùm bene agendi habeat, an verò quale requiritur propositum, nullâ re meliùs quàm perpetuâ factorum serie cognoscet [i].) *quoniam* (vel, *quòd*, Me. &c.) *ex veritate sumus*] Id est, vel, 1. ex Christo [k]; vel, ex Deo [l], qui est veritas [m], prima & summa veritas [n]; id est, quòd simus veri & genuini filii Dei [o]. Hæc expositio confirmatur, tum ex seq. *coram ipso*, scil. Deo [p]; tum, ex collat. v. 10. & 4. 4, 6 [q]. Vel, 2. ex Evangelio [r], ut Joh. 18. 37. quod *veritas* dicitur Joh. 17. 17. Gal. 3. 1. & 5. 7. & *verbum veritatis*, Eph. 1. 13. Col. 1. 5. q. d. Evangelio, tanquam semine immortali, regeniti sumus [†]; vel, congruimus Evangelio: quomodo *ex Deo esse* est habere Divinam indolem [t]. Vel, 3. sumus veraces [v]; tales sumus quales nos esse profitemur [x], veritatem amamus & sectamur [y], veraciter ambulamus; sumus quasi filii veritatis, id est, veræ & sinceræ charitatis, veram habemus dilectionem [z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ—πείσομεν, &c.] *Et in conspectu ejus* (vel, *coram ipso*, P. Be. &c. id est, Deo [a], vel Christo [b], judice [c], qui intima cordium penetrat [n]:) *suadebimus* (i. e. probabimus [o]: vel, *persuadebimus*, Pi. Me. persuasione vel probabili [p], vel certâ atque infallibili [q]:) *corda nostra*, Vulg. vel, *cordibus nostris*, Er. Il. Ti. E. &c. nos scilicet esse ex veritate [r]; vel, de nostra electione, sive præsenti justitia & amicitia cum Deo; vel, quòd Deum verè diligamus, & damnationem evasuri simus in judicio Dei [†]. Realis & solida charitas non reformidat judicium divinum, etsi infallibile [t]. Vel, *satisfacimus cordi nostro*, Aug. in Er. *Cor* autem vocat conscientiam [v]. Vel, *secura*, vel *quieta*, *reddemus*, vel *tranquillabimus*, *corda nostra*, P. Be. Pi. G. Ham. sim. V. Be. Tre. ex Sy. Gom. nempe fiduciâ in Deum [x], certi nos esse filios Dei [y]. De qua πληροφορία hic loquitur [z]. Opponitur πείθειν ei quod sequitur καταγινώσκειν [a]. Explicatur hæc phrasis per duas sequentes, *habentes fiduciam erga Deum*, v. 21. & *accipere quæ petimus*, v. 22 [b]. De hoc usu vocis πείθειν vide ad Mat. 28. 14. Multa disputant Philosophi de Animi tranquillitate: sed nulla est res quæ veriùs tranquillet animum quàm justa persuasio de tanto Dei erga nos amore ut nobis vitam æternam destinet [c].

20. *Quoniam*, &c. Ὅτι ἐὰν καταγινώσκῃ——ὅτι μείζων, &c.] Declaratio est ex contrario [d]. Securitatis cordis bonæque conscientiæ præstantiam amplificat à contrariæ malæ conscientiæ morsu, & conjunctâ majori judicii divini severitate [*]. Solet dici, *Illo nocens se damnat, quo peccat, die*. Seneca, Epist. 97. *Coarguit illos conscientia & ipsos sibi ostendit*: & Epist. 15. *Dat pœnas quisquis exspectat*. Cohærent hæc cum superioribus. Non frustrà in illa tranquillitate animi magnum posui bonum: Liquet id ex iis qui aliter se habent. Tormenta nunc ex metu sentiunt, sensuri olim multò majora [f]. [Verba sic reddunt:] *Nam si nos condemnet cor nostrum* (i. e. conscientia propria [g], tanquam verbo, non opere, diligentes [h], etiamsi hoc dissimulemus, frustrà laboramus [i]:) *nempe* (ὅτι pro δηλονότι [k], sive δῆλον ὅτι, *manifestum quòd* [l]. Notant enim Græci Grammatici ὅτι—— interdum esse affirmationis particulam. Sic Heb. כי [m]. Vel, ὅτι scriptum pro ἔτι, *adhuc*, quod Græci comparativis solent præponere [n]. Sed hoc ὅτι abest in MS. & Vulg. [& Er. P. &c.] Et bene [o]. Al. *quòd*, Mo. *quia*, Camer. Subauditur hîc *tamen* [p].) *potentior*, &c. Be. Pi. vel, *major*, &c. Pi. Vulg. Mo. &c. (Intellige quoad cognitionem [q]; q. d. altior, profundior, magisque præsens cordi tuo est, & intimiùs illud pervidet quàm tu possis ipse [r], præses & judex conscientiæ tuæ [†]. Deum ergò non fallimus [v]. Hypocrisis illa non latet conscientiam tuam, quamvis pusillam & pauca scientem, quantò minùs Deum [x]? Al. Deus multò majores pœnas in promptu habet [y].) *& novit omnia*, Be. Pi. &c. Alia scil. abscondita [z]. Juvenalis de diis, *Notior est illis homo quàm sibi*——. Thales interrogatus an quis malè agens Deum latere posset, dixit, *Nè cogitans quidem*. Quicum convenit illud Rom. 2. 16. Qui se damnat, haud dubium est quin à Deo damnationem exspectare debeat: agit enim quæ

f Aug. in F. · g F. ex Oecum. · h E. T. Me. · i G. · k Q. in E. · l Q. in E. Pi. T. · m Q. in E. · n T. · o T. sim. Be. Vor. · p Pi. · q Pi. sic Vor. · r G. Gom. · † Gom. · t G. · v Me. · x Ham. · y Q. in E. · z Me. · a V. in Pi. Gom. · b E. · c V. · n T. sim. Me. · o Me. T. · p E. · q Cathar. in E. · r T. sic Me. · † E. · t T. · v Aug. in Er. sim. V. · x G. · y V. sic Pe. · z Be. · a G. · b Ham. · c G. · d E. · * Gom. · f G. · g Camer. E. Me. · h E. T. · i Me. · k Be. Pi. · l Vor. · m Be. · n Pi. · o G. · p V. · q E. · r T. sic Me. · † T. · v V. · x E. · y G. · z E.

aut scit aut putat non esse recta. Vide ad Rom. 14. 23 [a].

21. *Si——non reprehenderit* (vel, *condemnet*, Be. Pi. &c.) *nos*] Tanquam hypocritas, & dilectionem fraternam simulantes; sed contrà dicet eis quòd fratres sincerè diligant. Subintelligit autem hîc more suo hanc conditionem, si aliunde non sit defectus, ut in cap. 5. *Omnis qui credit*, &c. Aut rectè supponit, sinceram fratris dilectionem non esse sine dilectione Dei [b]. Al. Sensus est, q. d. si nulla in re nos condemnet [c]. Si nullius mali facti aut consilii nobis simus conscii. Est enim Metonymia Effecti pro Causa [d]. Qu. Quî hoc verum, cùm multi sint gravissimis peccatis involuti, quos cor suum non damnat; quales idololatræ, Saraceni, Judæi, hæretici, & sanctorum persecutores, Joh. 16. 2.? Resp. Non loquitur hîc Joannes de quibusvis hominibus, sed de Christianis, Christianâ doctrinâ imbutis, & Deum quem noverunt ejúsque judicia timentibus [*]; de eis qui præcepta Christi nôrunt, & ad ea se, tanquam ad speculum, explorant [f]. ¶ *Fiduciam habemus ad* (vel, *apud*, Be. Pi. vel, *erga*, E.) *Deum*] Vel, *in Deo positam*, G. vel, 1. accedendi ad Deum [g], & ab illo postulata impetrandi [h], de quo in verbis seq. vel, 2. evadendæ damnationis, *in die judicii*, ut infrà 4. 17. id est, spem magnam meritò concipimus, quòd suo judicio nos non condemnabit [i]. Confidimus nos ei esse charissimos [k]. Hæc autem fiducia tanta est quanta respondet testimonio bonæ conscientiæ [l].

22. *Et* (q. d. Præterea [m]:) *quicquid petierimus*, (Nempe cum illis conditionibus de quibus diximus ad Mat. 18. 19. Jac. 1. 5. & 4. 3 [n]. Si petatur & quod petendum sit [o], & quomodo petendum, & quantum res tanta peti debet; idque perseveranter [p], & cum vera fide, & ad Dei gloriam [q]:) *accipiemus* (vel, *accipimus*, &c. Be. Pi. E. G. Presens pro Futuro [r], ut infrà 5. 15 [†]. ob rei certitudinem [t]:) *ab eo*] Ex promisso Mat. 7. 7. & 18. 19. & 21. 22. Luc. 11. 9. Joh. 14. 14. & 15. 7, 16. & 16. 23, 24, 26 [v]. ¶ *Quoniam mandata ejus* (Quæ sunt hæc duo præcipuè, 1. dilectionis fratrum, & consequenter Dei: 2. fidei in Christum, v. seq. [x].) *custodimus*, (vel, *servamus sedulò*, G.) *& quæ sunt placita*, &c.] Vel, *& sic facimus quod ipsi placet*: nam posterius καὶ est exegeticum. Non ergò mirum est, Deum precibus nostris annuere. Solent [enim] qui boni sunt gratificari iis qui grata ipsis faciunt, Joh. 8. 28. Vide dicta ad Joh. 9. 31. ubi idem sensus [y].

23. *Et* (vel, *Igitur*, Be. Pi. G. Nunc explicat, quænam mandata illa sunt [z]:) *hoc est mandatum ejus*] Poterat dicere ἐντολαί, sed maluit Unitatis numero uti, quia altera ex altera fluit. Et hæc est egregia illa ξύνοψις quæ si in animo sit & in factis, nihil ultra ad salutem æternam requiritur. Itaque est in his paucis verbis τέλος λόγου, quod dicitur Eccles. 12. 13. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα πιστεύσωμεν τῷ ὀνόματι, &c.] Idem hoc quod εἰς τὸ ὄνομα, infrà 5. 13. Sic ἐπὶ τῷ ὀνόματι, Mat. 18. 5. & alibi [a]. *Ut credamus nomini* (vel, *in nomine*, Vulg.) *Filii ejus*, &c. Er. Be. Pi. id est, [vel,] in Christum [b], ut *nomen* pro re passim occurrit; ut cùm jubemur sanctificare, magnificare, &c. *nomen Dei*, id est, Deum ipsum [c]: [vel,] propter Christum, sive Christo auctore, Deo credamus [d]. *Nomen* ad prædicationem Verbi respicit. Nam *fides ex verbi auditu*, Rom. 10. 8, 17 [*]. Porrò *credere in Christum*, est firmâ fide recipere ea quæ de Christo divinitùs revelata sunt, v. g. eum esse Filium Dei, incarnatum, &c [f]. Christum amare, colere, &c [g]. ¶ *Et diligamus*, &c.] Mandatum hoc repetit, tum ut doceat, illud quoque ad salutem esse necessarium; tum, quia illud bene nobis inculcatum vult [h]. ¶ *Sicut dedit mandatum nobis*] Nempe Deus per Christum, Joh. 12. 49. unde intelligimus in præcepto illo Diligendi homines præceptum Diligendi Deum tacitè comprehendi. Facimus enim hoc propter Christum, Joh. 13. 34, 35. & 15. 12. ac proinde & propter Deum [i].

24. *Qui servat mandata ejus*] Nempe Dei [k], ut præced [l]. per Christum data [m]. ¶ *In illo manet, & ipse in eo*] In Deo manet, & Deus in ipso [n]: i. e. Deus & ipse inter se amore sunt conjunctissimi. Vide suprà 2. 6, 24. & 3. 6 [o]. Intima est inter eos societas & amicitia [p]. ¶ *In hoc scimus*, &c.] *Certissimum hoc argumentum est Deum esse in nobis*, i. e. nos amari a Deo [q];

vel,

a G. · b E. · c Q. in E. · d G. · * E. · f G. · g Q. in E. Me. · h Me. · i E. · k G. · l E. · m E. · n G. · o E. sim. Gom. · p E. · q Gom. · r G. sic E. · † G. · t E. · v G. · x E. · y G. · z E. · a G. · b E. Me. V. · c E. · d G. · * Be. · f E. · g Me. · h E. · i G. · k E. G. · l E. · m G. · n E. · o G. · p E. · q G.

vel, Deum manere in nobis, & consequenter nos in Deo [r]. ¶ *Deo*, &c. Ἐκ τοῦ πνεύματος, &c.] *Ex spiritu* (sub. *suo*, G. ex Sy. quod exprimitur infrà 4.13†. Spiritu adoptionis [t], & sanctificationis, quo regeneramur [v]; ejusque effectis, putà charitate fraternâ, cæterisque virtutibus & donis [x]:) *quem nobis dedit*, Be. Pi. &c. Quo [dono] certè nihil majus in hac vita nobis dari poterat [y], & quo donati mandata ejus servamus [z], & quæ oportet postulamus*. A tertia persona singulari hîc transit in primam pluralem, quia suavior est sermo, cùm & se aliis Christianis adjungat ‖.

r E. †G. t T. v Be. x T. y G. z E. sim. T. *T. ‖G.

CAP. IV.

1. N*Olite omni spiritui credere*] *Spiritum* hîc vocat, vel, 1. Prophetiam, ut 1 Cor. 12. 10 [a]. revelationem sive inspirationem; vel, doctrinam [b]: vel, 2. per Metonymiam [c], magistrum docentem [d], spiritu præditum; vel, qui se Prophetam esse dicit*, doctorem revelationem Spiritûs jactantem [f]. Sicut sub V. T. fuere Prophetæ veri, fuere & falsi, sic & sub Novo, 2 Pet. 1. 20, 21. & 2. 1 [g]. ¶ *Sed probate*, &c.] i. e. Discernite ac dijudicate, an ex Deo sint [h], i. e. ex instinctu Dei loquantur [i]. Multi currunt non à Deo in id missi, sed excitati ambitione, avaritiâ, aut etiam Diaboli impulsu. Vide Deut. 18. 22. Ezec. 13. 2. & 22. 28 †. Illos examinate ad doctrinam Apostolorum & Ecclesiæ [k], & ad regulas datas v. seq. & v. 6 [l]. Hoc autem fidelibus omnibus præcipit [m]. Explorate eos sedulò [n]. Duplex autem est examen, 1. privatum, quod ad singulos spectat [o], ut quisque fidem suam stabiliat ex verbo Dei. Dabit autem Deus piis omnibus spiritum prudentiæ quoad expediet, modò eum à Domino postulent, & omnes suos sensus Verbo subjiciant [p]. 2. publicum, quod ad Synodos & publicum Ecclesiæ consensum pertinet [q]. Pseudo-prophetæ sub V. T. duobus signis dignoscebantur. Primùm, *si abducerent homines à vero Deo*, Deut. 13. 1, 2. Eâque res & aperta & facilis ad cujusque Israelitæ notionem pertinebat, Deut. 13. 8. In N. T. addendum est, *aut si homines abducat à Jesu Christo*. Et ea quoque cognitio facilis est, & cuivis Christiano patens. Itaque hoc δοκιμάζειν est singulorum; ut Rom. 12. 2. Eph. 5. 10. Phil. 1. 10. 1 Thess. 5. 21. Altera disquisitio erat in V. T. ex eventu, an is prædictioni ad amussim conveniret. Et quia hæc cognitio non erat adeò facilis, ideo sub V. T. pertinebat ad Synedrium, sub Novo verò ad conventus Episcoporum, advocatis iis qui donum habebant *discretionis spirituum*, ut diximus ad 1 Cor. 12. 10. & 14. 29. Hîc verò de priori ista dijudicatione omnibus exposita agitur, daturque eadem planè regula quæ 1 Cor. 12. 3. ubi dicta vide [r]. ¶ *Pseudo-prophetæ* (i. e. falsi doctores †, jactantes spiritum & revelationem divinam [t]:) *exierunt in mundum*] i. e. Publicè se ostenderunt, vel apparuerunt populo, ut Joh. 6. 14. & 10. 36. & 12. 46. &c. Vide dicta ad Joh. 1. 9. *Exire in mundum* tam de bonis quàm de malis Prophetis dicitur [v].

2. *In hoc* (Hoc argumento, vel signo [x]:) *cognoscitur*, &c.] Hâc regulâ cognosces an sit ex Deo [y]. q. d. Dabo tibi notam quâ Pseudo-propheta nosci poterit, ab ipso Domino datam Mat. 11. 6. & 26. 31 [z]. ¶ *Omnis spiritus qui*, &c. Ὃ ὁμολογεῖ—ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα] [Variant:] *Qui confitetur Jesum Christum*, eum nimirum *qui venit in carne*, G. sic Vor. Sic Ellipsis est articuli τὸν, quæ nec dura, nec insolens, est [a]. Illud, ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, per Trajectionem Johanni non infrequentem ad illud Ἰησοῦν referri debet; hîc autem additur [b], q. d. *Eum* dico Jesum qui non cum Regia pompa *venit*, i. e. apparuit, sed *in carne*, id est, cum carne, ut ἐν sæpe sumitur, ut infrà 5. 6. Rom. 15. 32. 1 Cor. 4. 21. h. e. in statu humili & abjecto [c], quem *caro* more Hebræo significat, ut 2 Cor. 4. 11. Gal. 4. 13. Heb. 5. 7. Non frustrà hoc addidit, quia multi ne Jesum pro Messia haberent adducebantur ipsius humili statu & cruce. Vide Mat. 11. 6. & 26. 31. 1 Cor. 1. 23, 24. Phil. 3. 18. Contrà illi Prophetæ veri qui *prædicant Christum*, eúmque *crucifixum*, 1 Cor. 1. 23. & 2. 2 [d]. Huic sententiæ favet, tum, quòd dicit *in carne*, non *in carnem*; tum, Apostoli scopus, qui erat, certam normam dijudicandi præscribere, simulque causam offensionis multorum tollere*. [Sensus est, q. d.] Qui agnoscit Jesum Nazarenum esse illum promissum Messiam [f]: vide suprà 2. 22. & infrà 5. 1 [g]. hæc enim est Evangelii summa, Matth. 16. 16. Marc. 8. 29 [h]. & qui hoc agnoscit, is etiam Deum verum retinet, ad quem Christus nos ducit [i]. [Reliqui aliter:] *Qui confitetur* (vel, *profitetur*, Be.) *Jesum Christum in carne* (i. e. præditum carne [k], h. e. humanâ naturâ [l], assumptâ [m]: vel, *in carnem*, P. Be. Pi. ἐν pro εἰς, ut sæpe [n].) *venisse*, Er. &c. nempe è cœlo à Patre, ut v. 9. declaratur. Hoc autem accipi potest, vel, 1. tanquam summa doctrinæ de Christo, ejúsque naturis duabus; earúmque unione personali, officio, & beneficiis, quæ vocibus *Christi* & *Jesu* indicantur [o]: q. d. Qui agnoscit Jesum Messiam, redemptorem unicum, verum hominem, & verum Deum [p]. Vel, 2. de veritate humanæ naturæ Christi, quam negabant illi adversùs quos hîc agit, Cerinthus, Ebion, Simon Magus, &c. Cui sententiæ favet contextus [q]. ¶ *Ex Deo est*] Nempe, si & eventus prædictis respondeat [r]. Dices, multos hæreticos hoc de Christo confiteri, qui tamen non ex Deo sunt, sed ex Diabolo. Resp. 1. Hoc dirigit Johannes adversùs hæreticos sui temporis †. 2. *Jesum Christum in carne venisse*, est Jesum esse Messiam, Principem, Redemptorem, Doctorem, cui parendum [t].

3. *Qui solvit Jesum*] id est, Dissolvit ac destruit, separans in eo duas naturas, duásque in eo personas esse dicens [v]; negans vel Deum, vel hominem [x]. ¶ Ὃ μὴ ὁμολογεῖ, &c.] Sic habent omnes cod. Græci, & Syrus [y], & Cyprianus [z]. Alii tamen legunt ὃ λύει, *qui solvit*, ut Iren. 3. 18 [a]. Cyril. Aug. &c [b]. Socrat. Hist. 7. 32. Sed arbitror non ità primitùs scriptum ab Johanne, sed mutatum ut congrueret in Gnosticorum illos qui alium dicebant esse *Jesum*, alium *Christum*, alium Μονογενῆ. Johannes ut hîc, ità alibi, solet contraria contrariis opponere, verbis propè iisdem, ut hîc suprà 2. 4. & in Evangelio, 3. 36. & 5. 10 [c]. [Sic vertunt:] *Qui non confitetur*, &c. Er. Pi. &c. Reipsâ & solidè [d], tum ore, tum opere*. Omnis Prophetia quæ Jesum esse negat promissum Messiam, &c. Vide Polycarpum [in G.] ¶ *Ex Deo non est*] Non est illa Divinitùs inspirata Prophetia, sed falsa ac fallax [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τοῦτο, &c.] Nimirum πνεῦμα [g]. *Sed hic est ille* (sub. *spiritus*, Er. Val. V. Zeg. Be. Pi. i. e. Hæc prophetia erit eminenti modo propria [h]:) *Antichristi*, Be. Pi. &c. nempe per consensum doctrinæ [i], præcursor est Antichristi [k]. ¶ *Venit*] i. e. Certò veniet [l]. Respicit tempus à Christo prædictum. Sic suprà 2. 18 [m]. Non tam significat præsentiam advenientis, quàm procinctum ac præparationem quandam ad hujusmodi præsentiam, etiamsi tempus adventûs ejus in longum procrastinetur. ¶ *Jam in mundo est*] i. e. Inter homines versatur, Antichristus scilicet [n]; non in persona [o], sed in spiritu [p], id est, in suis præcursoribus [q]. Illa fallacia jam nunc per alia minora instrumenta, qualia ad cap. 2. nominavimus, vires suas prætentat, brevi ad summum illud fastigium perventura. In variis locis jam ostendunt se tales Pseudo-prophetæ, qui Messiam dicunt venturum cum potentia hujus mundi [r].

4. *Vos ex Deo estis*] Nempe geniti, i. e. filii Dei †: Divina, non humana, sapitis. Laudibus eos ad constantiam excitat [t]. ¶ *Et vicistis* (Per fidem [v], & doctrinæ constantiam [x]:) *eum*] scil. Antichristum [y]. Αὐτοὺς] Hoc non ad nomen aliquod, sed ad rem nomine significatam, refertur [z]. *Eos*, Pi. Be. Er. &c. Nempe Antichristum & mundum [a], vel, Pseudo-prophetas illos, de quibus v. 1 [b]. quorum pollicitationes & tentamenta sprevistis [c]. Versus autem 2. & 3. parenthesi sunt includendi: sic locus fit planus, qui aliàs est impeditus [d]. Sensus, In veritate constantes, adversus impostorum conatus & insultus, hactenus perstitistis*. ¶ *Quoniam major* (i. e. potentior [f]:) *est qui in vobis est*] id est, Deus qui in vobis habitat, regens vos atque conservans [g]; vel, Christus [h], qui per *unguentum*, i. e. Spiritum suum, in

a G. b E. Me. T. c Gom. Vor. d T. sim. E. *Gom. f Pi. g G. h E. i Gom. †G. k Me. l E. m E. sim. Calv. n G. o Gom. ex Calv. p Calv. q Gom. r G. †E. Pi. t E. v G. x E. y Me. z G. a Gom. b G. c G. sim. Vor.

d G. *Vor. f G. sim. Vor. g G. h Vor. i G. k Gom. sic Pi. l E. Me. Gom. m Gom. sic D. n Pi. o Gom. p Be. q Gom. r G. †E. t T. ex Cyp. Aug. Occum. &c. v E. x Me. y Be. sim. E. z E. a G. E. b E. c G. d Dic. *Zeg. f G. g G. Gom. h G. i E. k Me. sic E. l Me. m G. n E. o Me. p Me. sic E. q Me. r G. †E. t G. v E. Gom. x Gom. y E. Me. z G. a Er. b Be. sic F. Cap. c G. d Cap. *Gom. f E. Me. G. g E. sim. Gom. h Me. G.

in vobis habitat, suprà 2.20[l]. vel, Spiritus Christi, & doctrina Evangelica[k]. ¶ *Quàm qui in mundo*] Periphrasis Diaboli[l], qui impios inhabitat[m]; *qui in mundo* dominatur, Joh. 12. 31. & 14. 30. & 16. 11, 2 Cor. 4. 4. Eph. 6. 12. vel, omni vi mundanâ. Vide suprà 2.20. & infrà 5.4, 5[n]. vel, Pseudo-prophetis, qui jam sunt in mundo[o].

5. *Ipsi* (Nempe Antichristi[p]; vel, hæretici[q]:) *de mundo sunt*] i. e. Ex numero infidelium[r], & impiorum †, qui pars multò maxima generis humani[t]: vel, affectus habent quales habet Mundus: vide suprà 2. 16. mundana sapiunt, amant voluptates, opes, &c. iisque se abduci patiuntur[v]. ¶ *Ideo de*, &c. Ἐκ τοῦ κόσμου, &c.] *Ex mundo* (i. e. ex affectu mundi cujus sunt[x]; vel, de mundanis rebus[y], aut concupiscentiis; vel, falsam doctrinam, quæ non ex Deo est, sed ex mundo, & Diabolo principe ejus[z].) *loquuntur*, Er. &c. Mundana docent[a]; prædicant Mundi affectibus congruentia[b]. ¶ *Et mundus* (i. e. humani generis colluvies[c], infideles mundi[d].) *eos audit*] i. e. Eis credit & obedit*; eos sectatur, eis morem gerit. Solet ἀκούειν dici de discipulis, ut apud Laertium aliquoties[f]. Multos habent sectatores[g], quia multi pariter ut ipsi affecti sunt, *inimici crucis*, &c. Phil. 3. 18, 19[h]. Multi sunt, nullius tamen pretii. Ità tollit hoc scandalum[i].

6. *Nos* (Apostoli scilicet[k]:) *ex Deo sumus*] i. e. Sumus filii Dei, & à Deo stamus[l]; à Deo habemus doctrinam nostram, efficacémque vocationem & ad fidem Christi, & ad fidei prædicationem[m]. ¶ *Qui novit Deum* (i.e. diligit Deum, cum eo societatem habet[n]; qui sicut oportet considerat Deum esse æternum, neque eum judicia sua hujus seculi ambitu metiri[o].) *audit nos*] Juxta illud Luc. 10. 16[p]. nos sectatur, nobis se dat docendum[q]: q. d. Satis est quòd Electi Dei, & instituti à Deo, audiant nostram doctrinam, utut pauci sint[r]. ¶ *Qui non est ex Deo*] Eodèm recidit *Deum nôsse*, & *ex Deo esse*. Intellectio & affectus mutuò se subsequuntur, sed per gradus quosdam. ¶ *Non audit nos*] Talis qui est alios quærit Doctores & Prophetas. ¶ *In*, &c. Ἐκ τούτου, &c.] In MS. est ἐν τούτῳ, ut suprà v. 2. Hoc autem refero ad affectum illum circa æterna & circa Mundum †. Nunc loquitur ex persona fidelium[t]. *Ex hoc cognoscimus* (i. e. dignoscimus, internoscimus; simplex pro composito, ut suprà v. 2[v]. discernimus[x].) *spiritum veritatis*, (i.e. veracem[y]; veridicos Prophetas[z].) *& spiritum erroris*] Vel, *deceptionis*, ut πλάνη sumitur Eph. 4. 14. 1 Thes. 2. 11. id est, deceptorem[a]; i. e. spiritus errantes, & alios in errorem abducentes[b], q.d. Inter doctrinam veram & falsam[c].

7. *Diligamus nos invicem*] Ἀλλήλους hìc, ut suprà 3.23. ad *omnes* traho, propter argumentum quod jam adferet de Amore Dei erga homines universim spectatos. Redit hìc ad id quod jam antè dixerat. ¶ *Quia charitas ex Deo est*] id est, [Vel, 1.] Deo maximè placet bonitas. Nam *Dei* nomine quivis optimum quid intelligit. Ex hoc principio dixit Cicero in Somnio, *Nihil esse illi principi Deo, quod quidem in terris fiat, acceptius quàm consilia cœtúsque hominum jure sociatos*[d]. Vel, 2. est opus eximium Dei gratiæque Dei singularis, cujus auxilio hoc dilectionis præceptum non possibile solùm, sed & facile erit*; est nobilissimum Dei donum, & Lege Dei sancita, & crebrò à Deo commendata[f]. ¶ *Ex Deo natus est*] i.e. Verè Dei filius est[g], & hæres vitæ æternæ[h]. Γεγέννηται enim hìc in sensu Permansionis sumendum est. Homines semel gignunt hominem, Deus perpetuò, nisi homo sibimet obstet. Vide suprà 3.9[i]. ¶ *Cognoscit Deum*] Nempe practicè[k]; vel, notitiâ affectivâ ut amicum[l]; vel, ostendit se Deum nôsse sicut oportet, ut suprà 3.6[m].

8. *Qui non diligit* (vel, 1. fratrem[n]: vel, 2. Deum, & proximum propter Deum[o].) *non novit Deum*] i. e. Non ostendit se Deum ità nôsse[p]: vel, non habet amicitiam cum Deo[q]. ¶ *Quoniam Deus charitas est*] Non tantùm causaliter, sed & essentialiter[r]; quomodo & sapientia est, & potentia, bonitas, &c. Nam in Deo qualitates à substantia non differunt †: vel, plenus est dilectione. Tale illud, *Tu quantus quantus nil nisi sapientia es*[t]. Non potest autem inter tam dissimiles, hominem qui fratrem non diligit, & Deum qui est ipsa dilectio, amicitia consistere[v].

9. *Charitas Dei in*, &c. Ἐν ἡμῖν] Pro, εἰς ἡμᾶς, frequenti locutione[x]. *In* (vel, *Erga*, Pi.) *nos*, Be. Homines[y], ingratos, nihil tale meritos, nihil tale cogitantes. Dilectio admirabilis. ¶ *Filium — misit — ut vivamus*, &c.] Nempe omnes qui ei obsequimur[z], vitâ tum gratiæ[a], tum gloriæ[b], in æternum[c]. Eadem sententia quæ Joh. 3. 16[d].

10. *In hoc est* (i. e. sita est*; vel, apparet[f], sive eluxit[g]. Per hunc modum exercetur & commendatur[h].) *charitas*] Nempe Dei erga nos[i]; admirabilis illa dilectio. Quod generaliùs dixerat, id specialiùs explicat. ¶ *Non*, &c. Οὐχ ὅτι, &c.] Pro, ὅτι οὐχ[k]. *Non quòd nos dilexerimus Deum*, (Priores[l], & ideo amorem ejus provocaverimus, ut solent homines diligere eos à quibus diliguntur[m].) *sed quòd ipse dilexerit nos*] Ultrò[n], & prior[o], quod additur infrà v. 19[p]. præveniens nos gratiâ suâ[q], cùm essemus inimici, &c[r]. Unde constat, Gratiam Dei non ex meritis dari, & proinde, Electionem nostram non niti prævisione operum, sed esse merè gratuitam †. Est quidem & quidam amor Dei erga amatores, & quidem major quàm ullus antè; sed maximè admirabilis est amor erga infestos. Hoc ipsum docet Paulus Rom. 5. 6, 8. Tit. 3. 4. ¶ *Propitiationem*, &c.] id est, Ut extingueret in nobis peccatum. Vide suprà 2. 2[t]. Hostiam pro peccatis nostris abolendis[v], & pro Deo nobis propitiando[x].

11. *Sic dilexit*] i. e. Homines quosvis sine discrimine, ut suprà v. 7[y]. ¶ *Et nos debemus*, &c.] Cùm Deo nihil rependere possumus, ex Dei amore debemus proximos diligere[z]; non amicos solùm & benefactores, sed etiam alienos, & inimicos[a].

12. *Deum nemo vidit*, &c. Πώποτε τεθέαται] Sumendum est Præteritum pro quovis tempore, more Hebræo. Vide infrà v. 20. & Joh. 1. 18[b]. Forma verbi Passiva est, sed significatio Activa[c], ut liquet ex ipsa syntaxi & sententia[d]; & pro eo positum est ἑώρακε, Joh. 1. 18*. *Unquam vidit*, sive *spectavit*, Mo. Er. P. Pi. &c. vel, 1. oculis corporeis[f]. Sed sic nec Angelos, nec animas, videmus, nec Filius Deum vidit, quem tamen vidisse supponitur, Joh. 1. 18. Vel, 2. oculis mentis[g], idque viribus naturalibus, ex collat. Joh. 1. 18[h]. vel, *sicuti est*, sive *facie ad faciem*[i], in hac vita scilicet. Nemo ergò eo modo Deo frui potest. Sed possumus Deum amando: Amor enim ἑνωσις. Quod hìc dicitur Deus *inaspectabilis*, idem dicitur ab Empedocle, & in Sibyllinis[l]. [Verba vide in G.] Conspectus & familiaritas dilectionem excitat. Insinuat, Deum, qui in seipso videri non potest, ideóque nec dignè diligi[m], diligendum esse in fratribus quos videmus[n]; quam dilectionem quasi in se collatam reputat Deus[o]. Invisibili [alioquin] & inaccesso nullum potes beneficium aut obsequium reipsâ præstare[p]. ¶ *Deus in nobis manet*] Vel, *habitat*, Be. Pi. Jungit se amanti, suprà 3. 24[q]. Ipse invisibilis erit nobis præsentissimus[r], per gratiam ejus & amicitiam †. ¶ *Et charitas ejus* (i. e. Dei, h. e. ipse Deus diligens[t]:) *in nobis perfecta* (vel, *consummata*, E. *adimpleta*, Be.) *est*] id est, Vel, 1. efficax, quæ est in voluntate efficaci & absoluta diligendi Deum super omnia; & opponitur charitati inefficaci, quâ quis, sciens Deum super omnia diligendum esse, habet velleitatem hujus dilectionis, nec reipsâ tamen omnia Deo postponit, nec à peccatis recedit[v]. Vel, 2. vera atque sincera[x], verè & re comprobata[y], ut *perfectum* sumitur Esa. 38. 3[z]. Sic opponitur charitati illi imperfectæ, quâ Deus diligitur non propter se, sed nostri commodi causâ[a]. [Al. Sensus est,] *Is perfectè Deum amat*, suprà 2. 5. Accommodat enim se Dei voluntati, ut ibi diximus; adde, & Deum imitatur: quæ duo in amore maxima[b]: & sic Deum non in se solo, sed in imagine & vicariis ejus, diligit & servit[c].

13. *In hoc*, &c.] Idem sensus qui suprà 3. 24. ¶ *In eo manemus*] Per obedientiam[d]; vel, per veram filiationem*: ei adhæremus per gratiam & charitatem[f]. ¶ *Et ipse in nobis*] Per operationem[g]; vel, paterno affectu[h]. ¶ *Quoniam de spiritu suo*, &c.] id est, Spiritum suum[i], nimirum spiritum charitatis[k]: vel, de donis Spiritûs[l], variis scilicet, de quibus 1 Cor. 12. ut argumentum hoc sit, non quidem singulos, sed Ecclesiam fidelium, (in cujus persona loquitur) intimam cum Deo societatem habere[m]: vel, communicationem

Spiritûs

Spiritûs sui, putà fidem, gratiam & charitatem, quæ sunt dona Spiritûs Sancti [n], & testis præsentiæ Dei, & charitatis ejus erga nos [o]. Deus, cùm Spiritum suum nobis dat, dicere potest, Plus dare non potui, nempe in hac vita [p].

14. *Et nos* (Apostoli scilicet [q]:) *vidimus*, &c.] (scil. Deum, ex collat. v. 12. id est, sublimem illam sapientiam, justitiam, & misericordiam Dei in nobis per Christum servandis [r]. Hoc vult, Quod dixi, *missum à Deo Filium*, &c †. & *Deum in nobis esse*, & *nos in eo* [t], de eo dubitare nemo debet [v]. Sumus enim nos complures ejus rei testes oculati. Vidimus Jesum & mortuum & resuscitatum [x]. Confer 1 Joh. 1. 1 [y]. Dixerat autem se moriturum ad redimendum genus humanum, Matth. 20. 28. & 26. 28. Neque Jesum Deus à mortuis excitâsset si is Jesus decipere voluisset humanum genus [z]. ¶ *Misit Filium*, &c. Τὸν υἱὸν σωτῆρα, &c.] *Filium Salvatorem* (vel, *qui*, vel *ut*, *esset Salvator*, Be. Pi. G. σωτῆρα pro εἰς σωτῆρα, h. e. τοῦ εἶναι σωτῆρα. Vide suprà ad v. 10 [a]. Sic ἐλήλυθας διδάσκαλος, Joh. 3. 2. i. e. *ut doctor esses*. Sic modò [v. 10.] ἀπέστειλεν ἱλασμὸν valet εἰς τὸ εἶναι ἱλασμόν. De nomine σωτὴρ vide Luc. 2. 11. Joh. 4. 41. Act. 5. 31. & 13. 23. Magna est salus, eripi exitio & perduci ad vitam æternam [b].) *mundi*, Mo. Quantum in ipso est; neque enim totus mundus reipsâ per Christum servatur [c]. *Mundi* fit mentio, quia Christus neminem excludit. Vide suprà 2. 2. Joh. 3. 16. & 4. 42 [d].

15. *Quisquis confessus fuerit* (vel, *profitebitur*, G. fide sincerâ *; vel, non verbis tantùm sed & factis [f], quum confessionem illam pericula comitantur [g].) *quoniam* (vel, *quòd*, Calv.) *Jesus est Filius Dei*, (Quibus verbis totam fidei summam perstringit [h]; subaudi, & *sibi à Patre est missus in servatorem*, ex v. præced [i]. vel, *Jesum esse Filium Dei*, i. e. nobis in exemplar propositum. Quem enim potiùs imitemur quàm Dei Filium [k]?) *Deus in eo manet*, &c.] i. e. Sicut ipse Deo adunatur, ità vicissim Deus ipsi, suprà v. 12 [l]. communionem cum Deo habet [m]. Qui enim hoc ex animo credit, non potest non doctrinam Christi ex animo amplecti [n]. Series & contextus sermonis hic est, Fides Christi, quam habemus, facit ut Deus in nobis maneat; & proinde, cùm Deus charitas sit, charitatem in nobis regnare debere, v. seq [o].

16. *Cognovimus* (id est, Didicimus, nempe à Christo [p]: vel, reipsâ comperimus [q]; vel, plenè perspectum habemus [r].) & *credidimus* (i. e. fide complexi sumus †: quod ostendimus satis, tot mala propter istam fidem ferendo. In MS. pro πεπιστεύκαμεν est πιστεύομεν [t].) *charitati*, &c. Τὴν ἀγάπην, &c.] *Charitatem quam habet Deus erga nos*, Be. Pi. sic E. Pro quibus salvandis Filium misit, &c [v]. Quod, inquit, nos, de *Dei in nos amore* docemus alios, id ipsi *cognovimus*, &c [x]. ¶ *Deus charitas est*] Propriè & essentialiter ‖: vel, causaliter †, fons est & origo charitatis in omnibus & in solis verè fidelibus *. Cùm autem tanta sit Dei charitas erga nos, hoc meritò vobis inculco & repeto [y]. Vide suprà v. 8. Amat Johannes quæ valde vult hærere auditorum animis, sæpiùs dicere [z]. Dat causam cur dixerit, *nos credidimus*, &c [a]. ¶ *Et* (vel, *Igitur*, Me. Copulativa pro illativa [b]. Illatio est ex præced [c].) *qui manet in charitate*, *in Deo manet*] Et consequenter, Deus in eo, quia hæc societas & amicitia mutua est [d]. Ratio est, quia unum idémque sunt *Deus & charitas* *. Amor est occupatio amantis circa amatum quâ uterque transformatur per arctissimam unionem, &c [f]. Vide v. 12. & suprà 3. 24 [g].

17. *In*, &c. Ἐν τούτῳ τετελείωται ἡ ἀγάπη μεθ' ἡμῶν, ἵνα παῤῥησίαν — ὅτι καθὼς, &c.] *Charitas* hîc intelligitur, vel, 1. mutua sive fraterna [h]. Vel potiùs, 2. Dei erga nos [i]; quia odia Mundi & cruciatus subsequentes testimonium sunt summi in nos Divini amoris, ut docemur 1 Pet. 2. 19. & 4. 16. Vide & Matth. 5. 12. Et videtur hunc sensum poscere illud μεθ' ἡμῶν. Est enim similis locutio 2 Cor. 13. 13 [k]. [Hinc variant:] *In hoc* (i. e. Eo signo & argumento [l]. Vel, *Per hoc*, Be. Pi.) *perfecta* (vel, *expleta*, Il. P. sic Be. Tre. ex Sy.) *est charitas* (sub. *ejus*, Sy. in E. vel, *Dei*, Vulg. Ità sensus erit, Hic effectus & fructus illius perfectissimæ charitatis, quâ Deus nos ut filios suos diligit [m]: vel potiùs, charitas fraterna, quæ *perfecta esse* dicitur [o], id est, sincera [p], ut suprà, *perfecta est*; id est, [vel,] perfecta evasit [q], [vel,] cognoscitur perfecta esse [r]: Meton. subjecti, qualis Joh. 15. 8. *Et eritis*, &c. i. e. cognoscemini esse, &c †. At dilectio Dei *perfecta esse* nequit dici, quia nulla perfectio ei accrescere potest [t].) *cum nobis*, (vel, *nobiscum*, Be. Pi. &c. vel, *in nobis*, P.) *ut* (ἵνα pro ὅτι [v], ut in Aristophane, ταῦτ' ἐθελήσεις ἀπομόσαι μοι τοὺς θεοὺς ἵν' ἂν κελεύσω 'γώ σε, i. e. *Ista tu mihi voles negare, jurando per Deos, quum ego te jussero* [x]: vel, Ellipsis est in tota phrasi [y], qualis suprà 3. 23. & infrà 5. 3. & ante ἵνα, *ut* supplendum [z]: vel, *si tales sumus* [a], *si ità comparati*, seu *affecti sumus*: vel, *si illa*, nempe charitas, *talis sit* [b].) *fiduciam habeamus in die judicii*, (i. e. nos scilicet tunc aggregandos filiis Dei [c]: q. d. si extremi judicii diem magnâ spe & confidentiâ præstolemur [d], de paterno hoc Dei erga nos amore certò persuasi. Tantum ergò quisque profecit in fide, quàm bene animo compositus est ad exspectandum judicii diem *. Al. Sensus est, q. d. Ut Christum publicè, audacter, & constanter, confiteamur, in judiciis, sive pro tribunalibus, hominum, inter mille pericula. Sic sumitur παῤῥησία, ut Heb. 10. 35. Vide & Joh. 11. 54 [f]. Al. *Ut cum bona fiducia appareamus in die Judicii*, quo sensu παῤῥησίαν habuimus & suprà 2. 28. Debent autem hæc verba accipi per Trajectionem anticipata, cùm genuinum locum obtentura fuissent in fine hujus periodi. Nam constans perpessio malorum ad exemplum Christi efficit ut à Christo optima exspectemus, quippe ipsi similes. *Magna* ejus rei *merces*, Matth. 5. 12. Rom. 8. 17. 1 Pet. 1. 7. Facta est autem hæc Trajectio, quòd ea quæ de *timoris expulsione* subjicere voluit meliùs cum verbis illis quæ ostendunt nos Christo esse similes cohæreant [g].) *quia* (sub. *scilicet*. Per hanc ὑπόταξιν confirmatur Ellipsis præced [h]. Probatio est sententiæ præced. Charitas illa, inquit, hanc fiduciam in nobis gignit, quia nos Deo similes facit [i]. Non autem à causa argumentum hîc ducit, sed à conjunctis [k]. Vel, *nimirum*, Me. vel, *quòd*, Ca. Calv. Be. Hoc autem memineris referre non ad παῤῥησίαν ἔχωμεν, sed ad ἐν τούτῳ [l]. Debet ἐν τούτῳ, ut plures jam monuere, connecti cum illo ὅτι καθὼς, &c. non cum ἵνα. Parem enim locutionem habuimus post ἐν τούτῳ, suprà 3. 24. hic 9, 10 [m].) *sicut* (vel, *qualis*, Be. Pi.) *ille* (vel, Deus [n]; vel, Christus [o], ut suprà 3. 5 [p].) *est* (i. e. justus [q], sanctus & immaculatus [r]: vel, mundi odiis, & propterea plurimis malis, expositus †: vel, sicut ille nos dilexit, videlicet sinceré [t]. Sub. *ità*, Me. vel, *tales*, Be. Pi.) & *nos sumus* (vel, *simus*, Ca. id est, conamur esse [v].) *in mundo hoc*, Mo. &c. id est, sancti [x]; vel, proximos diligentes, & animas quoque pro eis ponere parati [y]. Sensus idem qui Joh. 15. 18, 19 [z]. Per charitatem, inquit, Christo reddimur similes sanctitate in hac vita: unde confirmatur fiducia gratiæ & similitudinis gloriæ in altera vita [a]. Totus hic versiculus sic disponendus est, *Charitas adimpletur in nobis per hoc quòd qualis ille est, tales & nos simus in hoc mundo, ut fiduciam habeamus in die judicii* [b]. [Vel sic,] *Hic est summus gradus dilectionis Dei erga nos, si qualis in hoc Mundo Christus fuit, tales & nos simus*. Ideo [autem] hoc Deus sic disponit, *ut cum bona fiducia appareamus*, &c [c].

18. *Timor non est in charitate, sed perfecta charitas* (id est, vel, 1. qualis est eorum qui in hac vita *perfecti* dicuntur, ut distincti ab incipientibus & proficientibus [d]. Sed sic hæc doctrina Joannis in paucis admodum Christianis veritatem haberet. Vel, 2. perfecta perfectione essentiali [l], h. e. charitas vera sive sincera [m].) *foràs mittit* (vel, *ejicit*, Be. Pi.) *timorem*] Apostolus, sicut in omni hac Epistola, alternis loquitur de *mansione Dei in nobis*, & de *nostra in Deo*; ità etiam à *dilectione quæ in Deo est* transit ad eam *quæ est in nobis*, ut hîc [n]. *Metum* hîc intelligit, vel, 1. periculorum & malorum, quem perfectus amor expellit [o]. Est hoc proverbium verum etiam in vulgari amore, in quo esse τόλμαν ἀνδρὸς dixit Alexis, ἄφατον βίαν Sophocles. De eodem Aristarchus, ὃ ἀδύνατ' ἐνδίδωσιν ἀεί. Euripides eundem τόλμης τε θράσους διδάσκαλον vocat. Ac quanta ejus amoris vis sit quâ in Deum & proximum Dei causâ accendimur, ostendit tot Martyrum fortitudo in spernendo metu paupertatis, mortis, tormentorum. Ità locum accepit Tertul. *Quam dilectionem perfectam adfirmat, nisi fugatricem timoris, & animatricem confessionis* [p]? Vel, 2. judicii divini [q]; vel, æternæ damnationis [r], profectum ex conscientia peccatorum †; h. e. timorem servilem [t], qui oppositus est spei

spei atque fiduciæ (quam dixit) in die judicii [v]. Sensus, q. d. Qui Deum & proximum verè diligit, is non sic metuit [x]. Hic metus consistere nequit cum conscientia sinceræ dilectionis [y]. A contrariis commendat *fiduciæ* præstantiam. Agnitâ, inquit, Dei erga nos charitate, placidè extra metum quiescemus [z]. Al. Sensus est, Ubi spontè Deum amamus, non cogimur vi & metu ad ejus obsequium [a]. ¶ *Quoniam timor* (Nempe suppliciorum, quem mala conscientia gignit [b]:) *pœnam*, &c. Κόλασιν ἔχει] *Habet cruciatum*, Er. P. Ca. Be. Pi. V. &c. vel, *punitionem*, Er. Mo. vel, *tormentum*, Er. ex Aug. id cruciat animum [c], expectatione pœnæ [d], ut dicitur Heb. 2. 15. facitque nè quid magnum aggredi audeat; nè Deum perfectè diligat, & constanter confiteatur, aut aliquid ejus gratiâ patiatur, ut facit charitas, 1 Cor. 13. 7 [*]. vel, *pœnam habet*, pro objecto; q. d. pœnam quam commeruit semper animo versat, ideòque fiduciam hanc habere non potest [f]. Al. Torsit Interpretes hæc vox. Sed non dubito quin scriptum fuerit κόλυσιν, mutaverint autem quibus vox erat minùs nota. Significat autem *mutilationem* Glossæ, Κολόω, ἀτελῆ ποιῶ. *Metus amorem mutilat*, atque *infringit*, aut prohibet nè se exserat [g]. Sed hujusmodi emendationes non temerè, nec sine authoritate Codicum, admittendæ sunt [h]. ¶ *Qui autem timet* (nempe serviliter [i], & eo timore principaliter movetur ad faciendum bonum, & abstinendum à malo [k].) *non est*, &c. Ὁ οὐ τετελείωται, &c.] *Non est* (vel, *fuit*, Ham.) *perfectus in charitate*, Pi. i. e. Non finit hominem pervenire ad dilectionis perfectionem, vel etiam mercedem, nam & id significat τελειῶσαι [l]. Al. Nondum est assecutus charitatem perfectam, id est, veram; & proinde fiduciam veram habere non potest in die judicii. Id enim est quod probare intendit [m]. Al. Poscit vocula ὁ, in connexione duarum propositionum ad confirmandum id quod dictum est posita, ut vox quæ præcessit repetatur, sicut fit apud Arabem. Is enim rectè legit, ὁ δὲ κολυόμενος οὐ τετελείωται ἐν τῇ ἀγάπῃ, *qui mutilatur*, aut *impeditur*, *in dilectione*, *is in ea perfectus non est*. Perfectio enim ex operatione noscitur. Est hic Syllogismus non ex Dialecticorum regulis, sed ex populari usu, positus: In quo primùm ponitur id quod probandum est, quod συμπέρασμα (*conclusionem*) dicimus; deinde *minor propositio*, indè verò *major*: quod apud Oratores frequentissimum [n]. Sed nimis audax est remota hæc emendatio [o].

19. *Nos*, &c. Ἡμεῖς ἀγαπῶμεν, &c.] Potest ἀγαπῶμεν esse aut modi Indicativi, aut Subjunctivi, quod malim ob seq. ἀγαπᾷ, v. 21 [p]. *Nos* (sub. *ergò*, G. ex MS. & Sy. & Vulg.) *diligimus* (vel, *diligamus*, G. Vulg. Calv. Redit ad superiorem exhortationem [q].) *eum*, (h. e. Deum, ut Syrus rectè explicat, nempe *expulso timore* malorum hujus seculi [r].) *quoniam Deus prior*, &c.] id est, Prævenit nos suâ charitate [†]: benefactori autem rependendus est amor [t]; debemus igitur & Deum diligere, ut hîc infert, & fratres, ut suprà [v]. Repetit quod dixerat suprà v. 10. addito πρῶτος [x].

20. *Si quis dixerit —— mendax est*] id est, Falsum loquitur [y]; quia charitas Dei complectitur amorem proximi [z], qui est imago Dei [a], & cui Deus hoc officium præstari vult [b]. Rursus ostendit connexionem Dilectionis utriusque. Dici solet, *Qui diligit me*, *diligit canem meum*. Quantò magis dicendum est, *Qui diligit Deum*, *diligit & Hominem*, *Dei opus pulcherrimum* [c]? ¶ *Qui enim non diligit —— quem videt*, &c?] i. e. Hominem sibi notum, & cujus novit necessitates, quibus ad subsidium ei ferendum commoveatur, &c [d]. Sic Philo, Ἀμήχανον εὐσεβεῖν τὸν ἀόρατον ὑπὸ τῶν εἰς τοὺς ἐμφανεῖς καὶ ἐγγὺς ἀσεβούντων. Solet dici, *Ignoti nulla cupido*. At notitia maximè per oculos. Ipse aspectus ad amandum excitat: & miratur illum Poeta *Qui nunquam visæ flagravit amore puellæ* [*]. Affectus rapi solet in sensibilia, & *oculi sunt in amore duces* [f]. Et ejusdem naturæ societas, tot rerum usus, & mutua communicatio, nos ad amorem hominum alliciunt [g]. Prior est natura quàm gratia, & naturâ priùs amamus visa quàm non visa. Sumpta ergò est hæc ratio à faciliori & promptiori [h].

21. *Hoc mandatum*, &c.] Alterum argumentum, cur amare proximum debeamus, Quia Deus id præcepit. Amantis est velle ea quæ vult is qui amatur [i], & dilectio Dei consistit in observatione mandatorum ejus, Joh. 14. 15 [k]. *Qui Deum amat*, id est, qui à Deo pro amante ipsius haberi vult [l].

[Marg.: v E. x Pi. y Vor. z Calv. a O. in Calv. b E. c E. sic Me. Ham. d Me. * Ham. f Be. g G. h Ham. i Me. sim. E. k E. l Ham. m E. n G. o Ham. p G. q E. r G. † Me. t E. sim. Me. v E. x G. y E. z Me. a Me. sim. Calv. b Calv. c G. d E. * G. f Me. g Calv. h E. i G. k E. l G.]

CAP. V.

1. *Omnis qui credit*, &c.] Fide scilicet vivâ [a], obedienti, efficaci, &c [b]. vel, qui credere se ostendit, id profitendo, sperando res ab ipso promissas, & sub ea spe præcepta ejus sequendo. Idem est hîc sensus, sed verbis aliis, qui suprà 4. 15. Venit propiùs ad specialem illam Dilectionem quam Christianis Christiani debent. Est hîc quoque minor propositio pósita priore loco, major posteriore. Illatio subticetur, quia ex illis positis facilè à quovis intelligitur [c]. ¶ *Ex Deo natus est*] Nativitate spirituali & divinâ, quæ fit per fidem, charitatem, & gratiam; quâ fit non tantùm amicus [d], sed & Filius Dei [*], ut diximus suprà 3. 9. & 4. 7 [f]. & consors divinæ naturæ [g]. Hoc dictum eò minùs probare hîc opus habuit, quia eundem sensum & ejus probationes jam suprà habuimus [h]. ¶ *Qui diligit eum qui genuit*, &c.] i. e. Patrem [i], Deum [k]. Hoc probationis non indiget, quia sensu communi patet [l], & propensione naturali nititur [m]. Græcorum dictum est, Πατρὶ φίλτατον τέκνον [n].

2. *In hoc cognoscimus* (id est, concludimus, facimus, demonstramus [o]:) *quoniam* (vel, *quòd*, Calv.) *diligimus natos Dei*, &c.] In præced. ex negata dilectione fratris inferebat negationem dilectionis Dei. Hîc ratiocinationem convertit. Si Deum diligimus, indè cognoscimus nos diligere Filios Dei. Utrumque rectissimè; tum, quia proceditur ab opposito consequentis, hoc modo, Si quis non diligit fratrem, non diligit Deum; ergò si quis diligit Deum, diligit & fratrem: & contrà: tum, quia utraque dilectio quâdam ratione prior & notior est alterâ; Fratris quidem dilectio, secundùm ordinem naturæ, Dei autem, secundùm ordinem gratiæ: vel, nunc hæc, nunc illa, notior est, prout animus actu vel circa ea quæ sunt divini honoris, vel circa ea quæ sunt humanæ necessitatis, exercenda magis occupatur [p]. Quia est dilectio fratrum prava [q], sive profana & carnalis, ad privatum commodum [r], vel ad malè agendum. Describit hîc rectæ & sanctæ dilectionis fratrum & notam, nempe dilectionem Dei, quæ illius causa est & origo, & normam, quæ est mandatorum Dei observatio [†]; & ostendit quænam vera sit charitas, nempe quæ ad Deum refertur. Ergò sicut priùs effectum urgebat, ità nunc causam urget. Vult enim sic mutuam coli inter nos charitatem, ut Deus præferatur [t]. Multùm laborant Interpretes ut hæc verba cum prioribus & sequentibus connectant. Facilis fit connexio si Trajectio fiat, qualem ego libenter facerem si librum aliquem veterem haberem auctorem, Ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι τὸν Θεὸν ἀγαπῶμεν, ὅταν ἀγαπῶμεν τὰ τέκνα αὐτοῦ καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν, *Dei nos amantes esse patefit*, *si amemus summè Christianos*, *ut Dei filios*, *& id faciamus quia Deus id præcipit*. De locutione ἐν τούτῳ vide suprà 4. 6. De sensu vide suprà 3. 10, 18, 24. & 4. 7, 8. Ἐντολὴ modò numero Singulari dicitur, ut suprà 2. 7, 8. & 3. 23. modò Plurali, ut suprà 2. 3, 4. & 3. 22, 24. sensu eodem, quia idem præceptum sæpiùs repetitum est [v].

3. *Hæc est enim charitas Dei*, (Intellige objectivè [x], quâ Deus à nobis diligitur [y]. Sic *Fides Dei*, Marc. 11. 22. *& oratio Dei*, Luc. 6. 12 [z]. q. d. Charitas Dei in hoc consistit [a]. In ἀγάπῃ voce est Metonymia: significatur enim ostensio ejus dilectionis quâ in Deum ferimur. Vide Exod. 26. Deut. 5. 10. ubi ו est ἐξηγητικόν [b].) *ut* (vel, quâ fit *ut*: Appositio elliptica, qualis suprà 3. 23. & 4. 17 [c]. ἵνα hîc est εἰδικόν [d].) *mandata*, &c.] Sensus, q. d. Idcirco adjeci de mandatis servandis, quia horum observatio ex dilectione Dei necessariò sequetur, &c [*]. Est autem hæc non definitio dilectionis ex causis, sed descriptio ex effectis, ut Joh. 14. 21, 24 [f]. ¶ *Et* (Καὶ hîc pro Relativo, q. d. *Quæ* [g]:) *præcepta ejus gravia non sunt*] id est, Ingrata & molesta [h]; h. e. servatu levia sunt [i], & facilia, juxta illud Matth. 11. 30 [k].

[Marg.: k E. l G. a E. Me. Gom. b E. c G. d E. * Me. G. D. f G. g Me. h G. i E. D. Pi. k E. sic T. Gom. l G. m E. n G. o E. p Idem. q Gom. r Calv. † Gom. t Calv. v G. x E. Gom. y E. sic V. Be. Pi. Gom. z E. a Me. b G. c Pi. d G. * E. f Gom. g G. h Be. i E. sic D. k E.]

Hoc

Hoc addit, ne difficultas studium nostrum frangat [l], aut animum dejiciat. Qu. Quomodo hoc verum, cùm Deus jubeat omnia durissima perferre, sibiipsi, & propriæ voluntati, & omnibus, quæ in hoc seculo diliguntur, renunciare, Luc. 9. 23, 24. & 14. 26, 27. unde via salutis arcta & à paucis inventa dicitur Matth. 7. 14 [m]. Et jugum Legis importabile est, Act. 15. 10 [n]. Resp. Et facilia sunt & gravia [o], certo [diversóque] respectu & modo [p]; vel, aliter atque aliter affectis [q]. Gravia sunt, & quodam sensu impossibilia, homini non renato, quoad naturam hominis peccato vitiatam [r], & Legi contrariam †. Sunt & renatis difficilia, propter rebellionem carnis adversùs spiritum [t], in illis reliquam: sunt tamen tolerabilia & facilia comparatè & secundùm quid [v], 1. respectu Legis Veteris: 2. amantibus [x], quibus *nihil difficile*, inquit Cicero [y]; vel, credentibus [z], juxta Marc. 9. 23 [a], justis & charitate Dei prædititis [b], regenitis sive Filiis Dei [d], de quibus hîc agitur *, & ad quos hoc restringitur [f]. 3. Secundùm interiorem hominem, Rom. 7. 12 [g]. & propter sanctificationem Spiritûs, &c [h]. propter opem Divinam [i], & gratiam Dei, quæ illa suavia reddit [k], cordi ea inscribens juxta Heb. 8. 10. Rom. 7. 16. *Nil desperandum Christo duce & auspice Christo.* Vide dicta ad Matth. 11. 30 [l]. Facile censetur id cujus exsecutioni nihil obstat præter voluntatem. Viderunt hoc & Ethnici, ut Plutarchus, ἐθέλ' ἐς εὐμαθ@, &c. *Non est laboriosum quod deorum cultui impenditur.* Seneca, Epist. 41. *Res facillima, secundùm naturam vivere. Sed hanc difficilem facit communis insania.* Non sunt gravia per se, sed nostro vitio [m]. Nihil enim per se facilius est quàm diligere id quod est summè diligibile, h. e. Deum; & ex ea dilectione diligere præcepta ejus, eadémque facere [n].

4. *Omne quod natum est ex Deo* (i. e. Omnes Dei Filii [o]; qui verbum Dei & promissa ejus æterna sibi habent insita [p]. Neutro genere utitur ut designet omne genus hominum; q. d. Viri, mulieres, senes, pueri, servi, abjectissimi vel infirmissimi, q. d. qualiscunque demum sit. Itaque non est grave ulli filiorum Dei, quod omnes præstant [q].) *vincit mundum*] Intellige, amore Dei. Illi ergò mandata Dei gravia non sunt [r]. Paratam habet de Mundo victoriam. Vide suprà 3. 9. 1 Cor. 15. 57 †. *Mundum* hîc vocat, vel, infideles mundi, qui Ecclesiam oppugnant; eámque vel vi & minis, vel dolo & promissis, vel malis exemplis, ab observatione mandatorum Dei avellere student [t]: vel, mundi cupiditates [v], de quibus suprà 2. 16 [x]. ac terrores, quæ resistunt charitati, & viam mandatorum Dei difficilem reddunt [y]: vel, illecebras, mala exempla, pericula & mala è Mundo ingruentia [z]: vel, quicquid adversum est Spiritui Dei, naturæ nostræ pravitatem, omnes concupiscentias, omnes Satanæ astus, quicquid denique nos abstrahit à Deo [a], aut Lege Dei, sive in nobis sit, sive extra nos [b]. Quid autem illi grave qui toto mundo potentior est [c]? ¶ *Et hæc est victoria*] id est, Vincens, vel victor [d]; vel, causa victoriæ *. Meton. effecti pro efficiente [f]. ¶ *Quæ*, &c. Ἡ νικήσασα, &c.] *Quæ vicit*, &c. Antea usus est præs. temp. nunc præt [g]. quia certa est victoria [h], quamvis duret nostra militia, &c [i]. Al. *Quæ vincit*, &c. Pi. sic G. ex Sy. Vulg. Aoristus est pro omni tempore [k]. ¶ *Fides nostra*] Non qualiscunque, sed viva & operosa [l], per charitatem efficax, Gal. 5. 6 [m]. fiducia de victoria ex promissis & virtute Dei [n], quæ gratitudinem in nobis excitat novámque obedientiam [o]. Fides proponit nobis, tum auxilium & gratiam Dei per Christum; tum, Futuri seculi bona bene certantibus promissa, quibus ad pugnandum animemur [p], & Christum ejúsque justitiam apprehendit [q]. *Fides*, i. e. vel viva per fidem apprehensio Christi, in quo *omnia possumus*, Phil. 4. 13 [r]. ideo fidem mox ab objecto describit †: vel, verbum fide concoctum atque digestum. Vide Heb. 4. 2 [t].

5. *Quis est?* &c.] Interrogatio vehementer affirmans, qualis suprà 2. 22 [v]. Probatio est præced. sententiæ, Ideo fide vincimus, quia robur à Christo mutuamur [x]. Declarat quæ sit illa fides victrix, videlicet quæ credit Jesum esse Filium Dei [y], nempe modo eminentissimo, de quo vide ad Matth. 14. 33. & 26. 63. Luc. 22. 67 [z]. mediatorem ac salvatorem, per quem accedat ad Patrem gratiam hanc victricem impetraturus [a]. Qui credit, sperat, invocat, amat Christum, cujus gratiâ roboratus vincit mundum [b].

6. *Hic* (Dei Filius is [c],) *est qui venit* (id est, ostendit se venisse [d]; adventum & ministerium suum confirmavit *; apparuit id quod erat, Dei Filius [f].) *per aquam & sanguinem*] Quæ ex Christi mortui perfosso latere promanârunt, Joh. 19. 34. Ità multi exponunt [g]. Eò certè hîc alluditur, q. d. Venit Christus cum duobus illis Symbolis res alias designantibus, ut videbimus [h]. Certo Dei consilio id factum est, ut scirent fideles veram munditiem in eo sibi constare, &c [i]. Ostendit solidum umbrarum Legalium complementum & substantiam in Christo haberi [k]. Alludit hîc ad Veteres Legis ritus, inter quos *Aqua* & *Sanguis* præcipuum habebant locum. Aquâ abluebantur sordes, in sanguine erat expiatio [l]. Venit ergò Christus & *cum aqua*, i. e. cum ea sanctitate in se, & virtute ad sanctificandum suos [m], sive ad abluendum suos à labe peccati [n], quæ per *aquam & ablutiones* in V. T. futura in Messia significabatur [o]; & *cum sanguine*, seu cum plena expiatione peccati suorum [p]. Al. *Aqua* hîc designat Christi innocentiam vitæque puritatem. *Sanguis* ejus patientiam & constantiam in perpessionibus & morte ipsa [q], quæ duo isto emblemate, Joh. 19. 34. significata sunt, & in tota Christi vita eminenter emicuerunt [r]. *Per aquam & sanguinem*, id est, per vitam purissimam, quæ per Aquam significari solet, ut Ezec. 36. 25. sive per lotionem, quod Aquæ est opus, ut Esa. 1. 16. Jer. 4. 14. Vide dicta ad Joh. 3. 5. Et in signum hujus puritatis baptizavit eum Johannes Baptista, Joh. 1. 28. Vide & Eph. 5. 27. Tit. 3. 5. Heb. 10. 22. Quare cùm in omni actu sanctissimus fuerit, non est quòd de veritate ejus quod *se Christum*, sive *Dei Filium*, dixit, quicquam dubitetur; [præsertim,] quòd in testimonium illius professionis mortem cruentam non recusavit, Joh. 18. 37. 1 Tim. 6. 13. Vide Tertul. De Baptismo, ubi quod hîc de Christo dicitur, etiam Christianis applicat. Bene autem hæc duo conjunxit Johannes, quia etiam in Veteri Lege sacrificaturi priùs se abluebant: unde & proverbium Hebraicum, *Sine aqua non esse sacrificium*: item, *Legem incipere per aquam, & finiri per aquam* †. Al. Venit & *per aquam* baptismi scilicet [t], quem instituit [v], ut eo homines expiaret [x]; & *per sanguinem*, in cruce profusum [y], quo mundum purgavit, ac redemit [z], à peccatis [a]: In utroque enim luculenta erant testimonia, ipsum fuisse Filium Dei, Matth. 3. & 27. 51, 52. Joan. 1. 33 [b]. In MS. hîc est καὶ πνεύματ@ [c], (*& spiritum*) quod est in 3. Codicibus: cui obstat, quòd post *aquam & sanguinem* sit Spiritûs mentio [d]. ¶ *Non in aqua solùm*, (ut Joannes Baptista *, qui exteriùs tantùm homines abluit aquâ, & eo ritu pœnitentiam prædicavit [f]: vel, Non contentus aquâ nos abluere, quod illi laboriosum non fuisset [g].) *sed & in aqua & sanguine*] i. e. Per suum sanguinem [h], h. e. passionem & mortem [i]; vivificans animas, cùm in baptismo aquæ, tum, in aliis sacramentis, tum, etiam extra sacramenta. Nam *sanguis* vitam significat in Scripturis, ut Levit. 17. 11 [l]. Sensus, Venit Christus cum utraque proprietate Mediatoris, id est, & cum sanctitate personæ ac virtute suos sanctificandi, & cum expiatione plenáque reconciliatione [m]. Quidam quod in vita professi sunt, id mortis metu deserunt: At noster Doctor in vita & in morte sibi constans fuit. Ostendit ingens ad faciendam fidem esse momentum in ipsa Christi morte & quidem tali [n]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὸ πνεῦμα ἐστὶ τὸ μαρτυροῦν ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια] Et (vel, *Quin &*, J. Cap. vel, *Præterea*, V.) *Spiritus* (nempe sanctus [o], sive Dei [p]:) *est ille testans* (vel, *qui testificatur*, Er. P. Be. Pi. &c. scilicet cordibus nostris [q], i. e. certos nos reddit de illa virtute Christi [r]; vel, testimonium ei fide dignissimum reddidit †, quòd scilicet Jesus sit Christus, Dei Filius & mundi salvator [t]; vel, quòd Christus fuit perfectè purus atque innocens, & Patri gratissimus, & Doctor verax, non impostor, &c. Hoc, inquam, testatus est Spiritus in ipsum descendens [v], & ab illo promissus & missus, Heb. 2. 4 [x]. super Apostolos [y]. Per *spiritum* hîc intelligit, vel, 1. Evangelium, quod *Spiritus* dicitur 2 Cor. 3. 6 [z]. vel, 2. per Metonymiam, admiranda ejus opera à virtute Divina manifestè procedentia [a]; vel, Spiritûs manifestationem in variis suis donis super Christi discipulos effusis [b]; vel, mira-

miraculosas Spiritûs operationes, quibus demonstrabatur Jesum esse Christum, Act. c. 2. v. 22. 1 Cor. 2. 5[c]. Hoc testimonio, ut invicto, sæpe utitur Christus ipse, ut Joh. 5. 32, 36. & c. 10. v. 25[d].) *quoniam* (vel, *siquidem*, Ca. ὅτι hîc est αἰτιολογικὸν, & rationem reddit, cur huic Spiritûs testimonio credendum sit[*]. Dicit non frustrà se adferre hoc testimonium, cùm id citra ullam controversiam sit fide dignissimum[f], & minimè rejiciendum[g]; sed ei credendum est[h], *quia*, V.) *spiritus est veritas*, Mo. Er. Ti. V. &c. id est, verax[i], verissimus, eóque omni exceptione major[k]; qui, cùm Deus sit, nec fallere potest, nec falli[l]. Tam Syrus quàm Arabs legerunt hîc ἀλήθεια sine articulo; quod rectius. Nam ἀλήθεια ponitur pro ἀληθὴς, quomodo ἀγάπη suprà 4. 8. ἀληθὴς verò pro *eo quod fidem meretur*, quomodo eam vocem sumi diximus Joh. 5. 31. & 8. 13[m]. vel, *quòd spiritus* (vel, *spiritus ille*, Tre. ex Sy.) *est veritas*, P. vel, *spiritum* (id est, Evangelium, quod *spiritus* appellatur 2 Cor. 3. 6. quia Spiritus Evangelio adjunctus est suâ efficaciâ in electis[n]:) *veritatem esse*, Il. Be. Pi. Quippe qui nihil præter verbum Dei, seu ipsissimam veritatem, nobis commendat[o]: Ut ὅτι sit εἰδικὸν[p]. [Notandum, hucusque Gulielmum Estium doctissimum commentarium suum perduxisse, sequentia verò adjecta esse per Bartholomæum Petrum; quem tamen, quia hoc Estii opus continuavit, Estii nomine designabo, quod & in Bibliis maximis factum.]

7. *Quoniam*, &c. Ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες, &c.] Hunc versiculum non legunt Syrus, nec Vetus Latinus Interpres[q], nec multi Codices Græci[r], nec multi Veterum[*], non Naz. Athan. Didym. Chrys[†]. Cyril. Hilar. Aug. & Beda[t]; qui, cùm in Arianos scriberent, hunc locum neutiquam omisissent, si genuinum esse credidissent[v]. Et Conc. Nicænum, ubi contra Arium Trinitatem probat ex Joh. 10. 30. & 1 Joh. 5. 6. hunc tamen versum 7. qui aptissimus, omittunt. Aut ergò eum non legerunt, aut tanquam suspectum & dubiæ fidei neglexerunt[x]. Illa verba, καὶ οἱ τρεῖς ἕν εἰσι, non habet MS. ille antiquissimus cujus auctoritate plurimùm utor, nec multi alii Libri veteres. Neque verò [ab] Arianis ablatas [puto] voces quasdam, sed potiùs additas; unde colligerent *Patrem & Filium & Spiritum Sanctum* non esse *unum* nisi consensu, quomodo *Spiritus, Aqua & Sanguis in unum* testimonium consentiunt. Quod cùm viderent Catholici, abstulisse quidem eos illud quod de Patre, Filio, & Spiritu Sancto insertum fuerat; sed reliquisse illud, *tres unum esse*, quia id ità positum ipsis nocere non poterat. Alios verò, relicto illo loco de Patre, Filio, & Spiritu S. ibi quidem posuisse *unum sunt*; de Spiritu verò, Aqua & Sanguine, *in unum sunt*, ut alius modus unitatis significaretur[y]. Varietatem hîc agnoscimus, quidam Codices hunc versiculum legunt, quidam non legunt[z]. Legunt autem exemplaria antiquissima & probatissima[a], & impressa omnia præter unum[b]. 1. Codices Græci omnes, tempore Hieronymi, ipso teste[c], in prolog. Epist. Canon. ad Eustochium, ubi *hunc de unitate Trinitatis locum ab infidelibus* Latinis *Interpretibus* omissum queritur. Erasmus quidem in Resp. ad Leum suspicatur legendum ibi esse *à fidelibus*, &c. quod totus contextus refellit[d]. Fuit autem Hieron. *vir doctissimus, & trium linguarum peritissimus, qui & omnia ferè ante illum scripta Ecclesiastica legit*, ait Aug[*]. 2. Codex Britannicus[f], cujus ob vetustatem tanta erat apud Erasmum authoritas, ut ex eo hunc versum in præced. edit. omissum in seq. restitueret. 3. Codices quo usi sunt autores editionis Complutensis anno 1517. de quo testatur in præfatione Ximenius Cardin. Archiep. Tolet. *Maximam laborum partem in eo præcipuè fuisse versatam, ut castigatissima omni ex parte vetustissimáque exemplaria*, Hebræa, Græca, & Latina, *pro archetypis haberemus. Ex quibus Græca ex Bibliotheca Vaticana missa sunt.* 4. Codices Laurentii Vallæ, viri diligentis, qui nullam hîc inter Græc. cod. discrepantiam notat, quod tamen facere solet, &c. 5. Codices Roberti Stephani, qui vetustissimos quosque Codices diligenter conquisivit, & anno 1550. scriptum edidit, in quo annotavit[g], ex 16 Codicibus septem tantùm hunc versum defuisse; sed in novem repertum fuisse, quos & ipse secutus est[h]. His adde, quòd hunc versum citant non pauci Veterum[i]. Sic Cyprianus, qui ante Arium natum scripsit[k], in tertio seculo, & anno C. 260 pro Christo Martyrium subiit[l]. Is autem l. De Unit. Ecclesiæ, hæc habet, *Dicit Dominus, Ego & Pater unum sumus; & iterum de Patre & Filio & Spiritu Sancto scriptum est, Et hi tres unum sunt*[m]. Sic & Tertul. contra Praxeam, *Qui tres unum sunt*[n]. Et Athanas. lib. 1. ad Theophilum de unita Deitate Trinitatis. Sic & Idacius, sive Ithacius, qui circa annum C. 308. sub Theodosio floruit, hunc locum producit contra Arianos. Sic & Hieron. [ut dictum] & Victor Uticensis, qui An. C. 490. floruit, & Fulgentius, qui scripsit circa annum Christi 504[o]. Porrò verba hæc casu omitti poterant vitio exscriptoris, qui cùm locum descripsisset usque ad verba illa, ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες, errante oculo transire poterat ad v. 8. ubi eadem verba repetuntur, atque ità hunc versum ex incuria prætermittere[p]. Accedit, quòd cùm hic versus vel ab Arianis sublatus fuerit, vel ab Orthodoxis additus[q], prius illud multò probabilius est[r]. Sive enim *casu* hoc adscribendum, proclivius erat in describendo aliquid omittere quàm integram pericopen textui inserere[†]; sive *dolo*, credibilius est, hujus reos fuisse Arianos quàm Orthodoxos[t]: tum, quia major illis quàm his incumberet necessitas hoc faciendi, cùm si hoc genuinum sit, prorsus evertitur illorum hæresis, si verò suppositititium sit, doctrina Trinitatis ex aliis Scripturæ locis luculenter probatur[v]; tum, quia sæpiùs hac in re patefacta est fraus hæreticorum, & nominatim Arianorum, qui alia Scripturæ loca mutilârunt, teste Ambros. De fide, 5. 7. & De Spiritu Sancto, 3. 11. Et in Socrat. Hist. Eccl. 7. 32. & Tripart. 12. 4. expressè habetur, veteres Interpretes significâsse, quosdam fuisse qui Epistolam hanc primam Johannis depravârunt, quò in Christo hominem à Deo separarent. Et sanè cùm Ariani essent & Imperatores, Constantius, Valens, &c. & Episcopi[x], qui pulsis Orthodoxis totum penè Orbem occupârunt[y], facilè illud effectum dare potuerunt[z]. Hunc denique locum genuinum esse constat ex textûs connexione & loci scopo. Scopus Epistolæ generalis duplex est, ut liquet; 1. veræ de Christo doctrinæ confirmatio, idque contra Ebionem & Cerinthum, (qui Deitatem Christi negabant:) in quo consentiunt Iren. adv. hæref. 3. 11. Epiphan. Hieron. &c. 2. adhortatio ad pietatem. Ad priorem scopum revocatur hoc quintum caput, ubi hoc inprimis credendum docet, quòd *Jesus sit Christus*, i. e. verus Deus, Deíq; filius, & verus homo, nostérque Mediator & Salvator; quæ tria phrasis illa complectitur, ut ex multis hujus Epistolæ locis constat[b]: quæ etiam probare voluit Johannes per testes & Divinos & humanos, de quibus omnibus conjunctim agit v. 6. de Divinis hoc versu 7. de humanis v. 18. deinde addit v. 9. *Si testimonium hominum recipimus, testimonium Dei majus est*, &c[c]. Explicat manifestè quod de sex testibus dixerat, tres seorsim cœlo, tres terræ, tribuens. Quare hic versiculus omnino mihi retinendus videtur[d]. Versus [autem] septimus parenthesi includendus est, & sextus conjungendus est cum octavo[*]. [His, ut in re tanta par erat, præmissis accedamus ad loci versionem atque interpretationem.] *Nam* (q. d. Credendum sanè est, Jesum esse Filium Dei, *quoniam*[f]. Al. Johannes hîc causam reddit cur locutus fuerit non de *Spiritu* tantùm, cujus præcipua in hoc negotio est auctoritas; verùm etiam de *Aqua & Sanguine*, quia in illis etiam non exigua est testimonii fides, & Ternarius numerus in testibus est perfectissimus[g]. Al. Hæc non est ratio illius quod præcessit v. 6. sed illustratio ejus ex parallelo, q. d. *Sicut sunt tres testes in cœlo — qui unum sunt, sic etiam tres sunt in terra*; — qui, licèt non sint *unum*, ut priores, tamen *in unum consentiunt*, h. e. in uno testimonio. De his loquendi formulis vide quæ diximus ad Marc. 9. 14[h].) *tres sunt qui testificantur* (scil. de Christo[i], eum esse Filium Dei[k], verum Messiam[l], mundi Salvatorem; de quo v. præced. dixerat[m]: vel, *qui testimonium* Christi ministerio *perhibent*[n]. Μαρτυροῦντες Hebræo more pro μάρτυρες. Solet autem vox *testis* etiam de rebus inanimis dici, ut Gen. 31. 48, 51[o].) *in cœlo*, (i. e. cœlorum incolis[p], vel, de cœlo[q]; q. d. testes cœlestes, neque enim vult illos testari in cœlo seu apud cœlites, sed in terra apud homines[r]. Al. Vult eos testificari tum Angelis, tum maximè hominibus[*]. Dicit, *in cœlo*,

[c] Vor. [d] G. [*] Vor. [f] G. [g] E. [h] V. [i] Er. V. [k] Gom. [l] E. [m] G. [n] Pi. [o] Dic. [p] Q. in Vor.
[q] Be. [r] Vor. sim. Gom. [*] Vor. [†] Be. Vor. [t] Vor. Et. [v] Er. [x] Q. in Gom. [y] G. [z] Ger. de hoc loco sect. 14. [a] Ger. sect. 15. [b] Ham. [c] Ger. 16. [d] Ger. 9. [*] Ger. 15. [f] Er. Be. Ger. [g] Ger. 17. [h] Ger. sic E. [i] Ger. 19.
[k] Ham. [l] Ger. [m] Ger. & Ham. [n] Ham. [o] Ger. 21, 22, &c. [p] Ham. [q] Ger. 43. [r] Ger. ib. Ham. [†] Ger. ib. [t] Ger. Ham. [v] Ham. sim. Ger. [x] Ger. 44. [y] Gom. [z] Ger. ib. [a] Ger. 28, 29, 30, 31. [b] Ger. 33, 34. [c] Ger. 40. [d] Be. [*] Cam. [f] V. [g] G. [h] Ham. [i] Pi Zeg. Me. E. T. [k] Pi. Me. [l] Me. Ham. [m] E. [n] J. Cap. [o] G. [p] J. Cap. [q] Me. T. [r] Pi. [*] Me.

cœlo, 1. quia ex cœlo, tanquam ex solio pro imperio immediatè testimonium dicunt; 2. quia majestas horum testium præcipuè in cœlo splendet; 3. quia hoc testimonium in cœlo maxima ex parte perficitur, etiamsi in terra omnino non reciperetur [*]. Hoc, *in cœlo*, deest in in 7 cod. vetustis, sed tamen omnino retinendum, ut tribus in terra testibus ista ex adverso respondeant [†].) *Pater*, (& voce [t], Matth. 3. 17. & 17. 15 [v]. & miraculis, Joh. 5. 19, &c [x]. & 8. 18, 54. & 10. 25, 37, 38 [y].) *Sermo*, (h. e. Filius [z], qui se Messiam esse [a], Deique Filium [b], & sæpe dixit [c], & probavit [d]; tum, totâ doctrinâ suâ [*], tum factis [f], sive miraculis [g]. Vide Joan. 5. v. 17, &c. & 10. 24, &c [h]. tum, denique ipsius mortis perpessione, Joan. 19. 7 [i]. Dices, Nemo in sua causa idoneus est testis. Sed hunc nodum Christus explicat, Joh. 8. 13, &c [k]. Et Christus, quà Deus, testatur de seipso incarnato [l].) *& Spiritus Sanctus*: (Partim descensu suo, & super Christum in Baptismo [m], Matth. 3. 16. Joan. 1. 32, 33, 34 [n]. & super Apostolos & Discipulos [o], Act. 2 [p]. & 8. 16, 17 [q]. partim doctrinam Christi & inspirando & commendando & persuadendo [r]. Vide Joan. 15. 26. Heb. 2. 4 [†].) *& hi tres unum sunt*, Be. Pi. sic Er. vel, 1. Unitate testimonii & consensione animi sive voluntatis [t], de qua, licèt non solâ, hîc agi concedimus [v]; q. d. ità prorsus consentiunt acsi unus testis essent [x]; unum & idem testantur [y]. Sed quoad consensûs unitatem omnes cœlorum incolæ unum sunt [z]. Vel, 2. Unitate naturæ sive essentiæ [a], divinæ scilicet [b]; ac proinde etiam voluntate [c], & consensione testimonii, quæ h. l. per causam suam, nempe, essentiæ unitatem, aptè designatur [d]. Huic ergò interpretationi non repugnat scopus [*]. Sed Complut. editio hîc habet, ut est in seq. membro, εἰς τὸ ἕν εἰσι [f]. Verùm ἕν εἰσι tantùm hîc habent 15. R. Stephani Codices, & alii [g]. Sed ἕν εἰσι idem est quod εἰς τὸ ἕν εἰσι [h]. Verùm si hæc idem essent, & consensionem testimonii designarent, hoc neutiquam excluderet unitatem testium. Sed si idem utrobique intelligatur, quæ quæso ratio tam subitò mutatæ phraseos [i]? Voces & phrases sunt instar signi, res iis denotatæ instar signati. Mutato autem signo, mutatur res ipsa significata [k]. De testibus cœlestibus dicit, *unum sunt*, de terrestribus id dicere non poterat, affirmat autem quantum materia pateretur, nempe, quod *in unum essent* [l], h. e. in unum tenderent & consentirent & testificarentur [m].

8. *Et* (vel, Sic *quoque*, J. Cap.) *qui testimonium dant* (nempe, ejusdem rei [n]; quòd Christus sit Filius Dei [o], verus Messias [p], verus Deus [q], & verus homo [r].) *in terra*, (id est, de terra [†]; vel, infra divinitatem, utpote ex numero creaturarum [t]; vel, fidelibus in hac vita [v]. Dicuntur hi *testes in terra*, quia testimonium hoc, 1. mediatum est, & ex operibus in terra spectandis profertur; 2. scribitur in hominibus qui in terra sunt, & agnoscitur tum ab Ecclesia, tum etiam à mundanis, ad ipsorum convictionem [x]:) *spiritus, aqua, & sanguis*] *Spiritum* hîc intelligit, vel, 1. humanum, sive animam, Christi, quam Christus clamans emisit in cruce, Luc. 13. 46 [y]: qui spiritus ipsâ sui emissione testatus est de ipso, quòd non fuit phantasma, ut sensit Basilides; sed verus homo [z], & re verâ mortuus [a], & verus Deus, qui non infirmitate, sed voluntate, mortuus est, ut clamor ille ostendit [b]. Vel, 2. Evangelium [*], quod *spiritus* dicitur 2 Cor. 3. 6. quod testatur Jesum esse Filium Dei, Joh. 20. 31 [c]. Vel, 3. Spiritum Sanctum, qui in ministerio Evangelii publicè testatur de gratia Dei in Christo promissa & oblata, quam etiam privatim in cordibus fidelium confirmat atque obsignat [d]; qui [Spiritus] cordibus nostris obsignat testimonium aquæ & sanguinis, quæ alioqui sine ullo profectu diffluerent; qui suâ virtute efficit ut sanguis Christi fusus penetret usque in animas nostras, easque efficaciter mundet, &c [*]. Vel, 4. Spiritum super Christum & Apostolos [f], dona Spiritûs S [g]. tum miraculosa, in Ecclesiam usque ad mundi stuporem effusa [h]; in Apostolos & Discipulos, in Pentecoste [i], & aliquot pòst annis [k], Joh. 7. 39. Act. 19. 2 [l]. tum, ordinaria in Ecclesia, 1 Cor. 14. & in cordibus fidelium [m]. *Aqua & sanguis* hîc intelliguntur, vel, 1. quæ de latere Christi profluxerunt, eúmque verum hominem fuisse ostenderunt [n]; vel, 2. duo Ecclesiæ Sacramenta, Baptismus & Cœna Domini [o], quæ velut ex latere Christi profluxerunt; quæ

[*] Dic. [†] Be. [t] Dic. [v] Gom. E. Me. [x] E. Dic. [y] E. [z] Me. Gom. [a] Me. [b] Dic. [c] Me. sim. E. Gom. [d] Me. [*] Dic. [f] Gom. [g] E. [h] E. Gom. [i] E. [k] Be. [l] Dic. [m] Dic. sim. E. Me. Gom. [n] Gom. [o] Dic. [p] Me. Dic. [q] Gom. [r] Dic. [†] Gom. [t] Q. in Gom. sic Calv. Er. [v] Ger. disp. 2. de hoc loco sect. 13. [x] Be. [y] V. [z] J. Cap. [a] E. Me. T. Gom. Ger. Pi. Zeg. J. Cap. [b] T. sic Me. [c] Pi. sic Gom. Ger. [d] Gom. sim. Ger. [*] Gom. [f] Be. Q. in Ger. [g] Gom. sim. Ger. [h] Q. in Gom. [i] Ham. [k] Ger. 16. [l] Ham. [m] Ger. ib. [n] E. [o] Dic. Me. [p] E. [q] E. sic Me. [r] E. [†] Me. [t] E. [v] J. Cap. [x] Dic. [y] Plerique in E. sic Me. J. Cap. [z] E. [a] J. Cap. [b] Me. [*] Pi. Gom. [c] Gom. [d] Ger. disp. 1. sect. 39. sim. Gom. [*] Calv. [f] Ham. [g] Dic. J. Cap. T. [h] Dic. sim. Gom. [i] J. Cap. [k] J. Cap. sic Dic. [l] J. Cap. [m] Dic. [n] Me. sim. E. J. Cap. [o] J. Cap. Ger. ib. i. e. Pi.

foris testantur, quòd Christus sit Dei Filius qui vim habet & sanctificandi, & justificandi sive expiandi peccata: id quod Spiritus interiùs testatur spiritui nostro, &c [p]. *Aqua* hîc designat, vel, baptismum nostrum in nomine Patris, &c. vel, doctrinam Evangelii, quæ aquis confertur, ut Esa. 11. 9. quámque Christus attulit, & per mundum sparsit [q]: vel, virtutem Christi sanctificantem suos, quæ expressè adeò de Christo loquitur, ut vel exteri hoc videntes glorificent Patrem Christi, Matth. 5. 16. & ad Deum adducantur, 1 Pet. 3. 1 [r]. *Sanguis* denotat, vel, Christi mortem [†], sive Christi virtutem expiantem peccata, reconciliantem homines Deo, & pacantem conscientias, &c [t]. ut Christus hîc venisse significetur ut Propheta per aquam, i. e. doctrinam; ut Pontifex per talem mortem qualem Prophetæ de Messia Sacerdote simul & victima prædixerant; denique ut Rex per Spiritum miracula edentem, &c. vel, *sanguis* significare possit fidelium pro Christo cædes, unde *testes* dicuntur Apoc. 2. 13 [v]. ¶ *Et hi tres unum sunt*, Εἰς τὸ ἕν εἰσιν] *In unum sunt*, Mo. Pi. *In unum consentiunt*, P. Be. Pi. id est, ad unum eundémque tendunt scopum [x], scil. testari de Christo [y]; in unum & idem testimonium conspirant, probantes Christum esse verum Deum, & verum hominem [z]. Per *aquam* hîc intelligitur nostrî purgatio; per *sanguinem*, expiatio; quæ nisi per *Spiritum* nobis [applicentur &] obsignentur, frustranea sunt: quo accedente, suprà quàm credi potest prosunt, adeò ut *hæc tria sint unum* apotelesmate, quæ Christum pro nobis passum esse testantur [a].

9. *Si testimonium hominum* (nempe, duorum vel trium in testimonio consentientium [b].) *accipimus*, (i. e. admittimus & illi fidem habemus [c], nempe, ex Lege Deut. 17. 6. & 19. 15 [d]. Sic Matth. 18. 16. 2 Cor. 13. 1. Heb. 10. 28. λαμβάνειν est *testimonium judicio suo approbare*, ut Joh. 3. 11, 32, 33 [*].) *testimonium Dei* (Per sex supradictos testes nobis exhibitum [f]: vel, divinum testimonium commemoratum v. 7. & specialiter quatenus illud est Dei Patris [g].) *majus est*] Dignitate, auctoritate, veritate & certitudine [h]; q. d. præstantius ac fide dignius est [i], hîc enim Synecdoche Metonymica latet [k]. Argumentum est à comparatis [l]. Dei testimonium multis hominum testimoniis præponderat [m]. Ingrati sumus, & sola nobis pravitas obstat, si Christum divinitùs approbatum repudiemus [n]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι αὕτη, &c.] Ὅτι h. l. non indicat confirmationem seu *quia*, sed expositioni inservit [o]. Ὅτι hîc valet *jam verò*. Nam generale dictum huic speciali causæ applicat. Ille *Spiritus*, id est, illa opera, *sunt maximum testimonium quo Deus ostendit Jesum esse Filium suum*, Joh. 5. 36. & 10. 25, 38. & 14. 11. & 15. 24 [p]. *Nam hoc est testimonium Dei quod testificatus est de filio suo*, Be. Pi. Nempe, quòd sit filius suus dilectus, quem ipse velit Præceptorem & Salvatorem esse hominibus [q].

10. *Qui credit*, &c.] id est, Qui fiduciam suam in Jesum ut Dei Filium reponit [r]. ¶ *Habet*, &c. Ἔχει τὴν μαρτυρίαν, &c.] *Habet testimonium* (vel, *testimonium illud*, Pi. nempe Dei [†], cujus modò facta mentio; nam articulus est ἀναφορικός [t]:) *in seipso*, Be. Pi. id est, penes se [v], atque intùs [x], Deum sensit fidei suæ authorem; tutò ergò in Christum credimus [y]. Al. *Is recepit Dei testimonium. In se habet* dixit pro *recipit*, quia qui recipit aliquid is id *in se*, i. e. secum, habet. Ἐν enim pro σὺν poni solet, ut Matth. 6. 29. & 16. 27. & 26. 31. 2 Tim. 1. 13 [z]. Sensus, q. d. Deum hoc honore afficit, quòd ejus testimonium de Jesu datum intra animum suum admittit, mente firmóque assensu recipit & retinet [a]. Habet in se per fidem veritatem hanc testatam à Deo, quòd Christus sit Filius Dei [b]. ¶ *Mendacem facit* (quantum est in ipso [†]: vel, *fecit*, Be. Pi. Præteritum pro quovis tempore more Hebræo: sic & πεπίστευκεν in verbis seq [t]. *facit*, Metaphoricè, id est, judicat [v].) *eum*] Nempe *Deum*, de quo sermo præcedit [x]; tam Filium quàm Patrem & Spiritum Sanctum [y]: i. e. ità agit quasi Deus mendax esset [z], aut falsò testatus esset de Jesu [a]. ¶ *Quia non*, &c. οὐ πεπίστευκεν, &c.] In MS. οὐκ ἐπίστευσεν [b]. *Quia non credidit testimonio quod testificatus est Deus*, &c. Be. Pi. Quo scilicet ille declaravit quis esset eximius suus Filius. Illud Θεὸς est pro αὐτός, Nomen pro Pronomine Hebræo. Μαρτυρίαν μαρτυρεῖν, ut *servitutem servire*, *mortem mori*;

quæ

[p] J. Cap. [q] Gom. [r] Dic. [†] Gom. [t] Dic. [v] Gom. [x] Be. Pi. [y] Pi. [z] Me. [a] Cam. [b] E. [c] Me. [d] G. Gom. [*] G. [f] T. [g] E. [h] Me. sic T. [i] Vor. sic Gom. [k] Vor. [l] Be. [m] G. [n] Calv. [o] Gom. [p] G. [q] E. [r] G. [†] Pi. Er. [t] Vor. ex Pi. [v] Be. [x] Be. Calv. [y] Calv. [z] G. [a] E. [b] Me. [†] E. [t] G. [v] Gom. [x] G. [y] T. [z] G. [a] E. [b] G.

quæ locutio frequens Hebræis, Græcis & Latinis [c].

11. *Et hoc est*, &c.] Tandem explicat hoc testimonium, quod & Deus è cœlo, & fidelibus conscientia, dictat, nempe, datam nobis esse vitam, &c [d]. q. d. Hæc est pars Divini testimonii jam dicti. Deus enim testificatur id quod sequitur, nim. vitam, &c [*]. Hoc vult, Isti pronunciato, *Jesum esse Christum*, sive *Dei Filium*, connexum est hoc, *Deum nobis per Jesum aperuisse viam veniendi ad vitam æternam*: quia scilicet de Messia dictum est in mysterio, *eum fore Patrem futuri seculi*, Esa. 9. 6. Explicatur hoc Joh. 1. 4. & 3. 15, 16, 36. & 6. 27, 33, &c [f]. ¶ *Et hæc vita in filio ejus est*] id est, In eo residet, ut in authore secundùm divinam naturam [g]; ut in fonte, unde in credentes manat, Joh. 1. 16 [h]. vel, *per filium*, &c. Me. sic G. i. e. per fidem in Filium [i]. Ἐν pro *per*, & ἐστι pro *contingit*. In MS. est, καὶ ἡ αὐτὴ ἐστιν ἡ ζωὴ ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ, *illa vita æterna ea ipsa est quam Jesus revelavit* [k].

12. *Qui habet* (i. e. amplectitur [l], vel, *tenet*, E. scil. per fidem [m], Joh. 3. 36. Eph. 3. 17 [n]. veram scilicet [o], affectuosam & obedientem [p]; per amorem & obedientiam [q]:) *Filium*, (vel, *Qui Filium retinet*, id est, verba illa quæ Pater Filio mandavit, quo sensu ἔχειν habemus & Joh. 5. 38 [r]. Qui credit Filio †.) *habet vitam*] id est, Jus certum ad vitam æternam, ut Joh. 5. 24. & 6. 47, 54 [t]. Vitam gratiæ in re, & gloriæ in spe [v]. ¶ *Qui non habet*, &c.] Hîc rursus est oppositio, qualem sæpe habuimus. Intelligendum de iis ad quos Evangelium pervenit. Idem sensus Joh. 3. 36. & 6. 53 [x]. Docet, Fidem Mediatoris omnibus ad salutem semper fuisse & esse necessariam; ut confirmet fideles in retinenda vera fide adversùs grassantes eo tempore perditionis sectas [y].

13. *Hæc*, &c. Ταῦτα ἔγραψα, &c] *Hæc* (q. d. Ideo tot monita & hortamenta [z]:) *scripsi vobis qui creditis in nomen Filii Dei*, (i. e. in Filium Dei [a]; qui fiduciam salutis in eo repositam habetis [b]. Quid sit *nomen*, vide suprà 3. 23 [c].) *ut sciatis* (Certitudine non morali, sed absolutâ. Indubitatum enim est hoc de credentibus in genere, quanquam non de hoc vel illo in particulari [d].) *vos vitam æternam habere*, (Inchoatam per gratiam, quæ est semen gloriæ, & per spem [*]; vel, certum vos jus habere ad vitam æternam, quamdiu creditis Deo [f]:) *& ut credatis in nomen*, &c. Be. Pi. id est, ut deinceps in fide perseveretis [g], & crescatis [h]; nam alioqui fides antecedit spem vitæ æternæ, Joh. 20. 31 [i]. Alii pro, καὶ ἵνα πιστεύητε, habent, οἱ πιστεύοντες, *qui creditis* [k], quod melius [l], & multò planius [m]. Sic MS. & Sy. & Ar. & Latinus [n].

14. *Et hæc est fiducia*, &c.] Quam nos qui credimus de eo habemus [o], scil. Deo [p], nempe, jure optimo [q]. Fides enim parit fiduciam. Hæc eadem sententia habetur suprà 3. 21 [r]. ¶ *Quodcunque petierimus secundùm voluntatem ejus*] Clariùs hîc explicat quod dixerat suprà 3. 22. In MS. est αἰτώμεθα κατὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, i. e. *in Christi nomine*, ut Joh. 14. 13, 14. & 15, 16. & 16. 23, 24, 26 †. Est autem voluntas Dei consideranda, 1. circa res petendas [t], ut vota nostra Deo subjiciamus, ea secundùm verbum & promissiones Dei dirigentes, & Spiritum ducem sequentes [v]; ut ea petamus quæ non tantùm licita sunt, sed & bona Deóque grata [x], necessaria, vel, bene utilia, ad salutem, juxta Matth. 6. 33 [y]. *Secundùm voluntatem Dei* absolutè peti possunt augmentum fidei, Luc. 17. 5. & Spiritus Sanctus, Luc. 11. 13. alia nonnisi hâc conditione, Si ea nobis dari quàm non dari sit Deo gloriosius, nobísque salutarius [z]. Alioqui, *Evertêre urbes totas optantibus ipsis Dii faciles*. Interdum quoque Deus minus bonum negat ut melius aliquid exhibeat. Nec petenda sunt quæ repugnant sapientiæ & decretis Dei, ut cùm Deus jurâsset, Israelitas non introituros, &c. Heb. 3. 18. nec ipsorum, nec Mosis pro iis, preces audire voluit Deus, &c [a]. 2. circa petentis statum, ut orans talis sit ad quem promissa pertinent, h. e. vir pius, Psal. 66. 18. Joh. 9. 31. 3. circa petendi modum, ut petat attentè [b], humiliter, instanter & perseveranter [c]; piè, cum fide & spe impetrandi [d]. Nec tamen inefficaces erunt piæ preces ob defectum fiduciæ, &c [*]. ¶ *Audit* (Præsens pro quovis tempore [f].) *nos*] id est, Exaudit [g], & postulata concedit [h]. Metonymia effecti destinati Synecdochica [i]. Sic & Joh. 9. 31. & 11. 41 [k].

15. *Et*, &c. Καὶ ἐὰν οἴδαμεν —— ὅτι ἔχομεν, &c.] Est hæc proximè dictorum repetitio non tamen simplex, sed cum augmento; quia pro *habere fiduciam*, v. præced. hîc est *habere scientiam*, seu absolutè certos esse, de exauditione nostra [l]. Non est, ut in speciem videtur, superflua repetitio. Nam quod in genere de orationum successu dixit, nunc specialiter affirmat, nihil quemvis pium poscere à Deo quod non impetret [m]. [Sic vertunt:] *Quòd si scimus eum audire nos quicquid petierimus, scimus nos habere* (vel, *quòd accipimus jam*, Tre. ex Sy. vel, *quòd consequemur*, Ar.) *petitiones*, &c. Be. Pi. &c. i. e. impetrare ab eo [n], postulata certò & infallibiliter obtinere [o]. Ἔχομεν, pro ἕξομεν, præs. pro fut. Deus statim exaudit, at non statim dat [p]. Sensus, q. d. Si hoc de precum exauditione à Deo universaliter verum sit de omnibus sic se habentibus, pariter verum erit de specialibus quibusvis postulatis nostris, Deum illa daturum, suo nempe tempore & modo, &c [q]. Cæterùm cùm precatio alia sit pro nobis, alia pro aliis, à priori ad alteram transit v. seq [r].

16. *Qui*, &c. Ἐάν τις ἴδῃ —— δώσει αὐτῷ —— τοῖς ἁμαρτάνουσι, &c.] Quàm multa quàm paucis † ? Fructum fidei & precum hîc extendit ad fratres [t]. Multum est quòd Deus nos non pro nobis tantùm, sed & pro aliis qui Christo nomen dedere, exaudit. Ità enim vox ἀδελφοῦ hoc loco sumenda ex subjecta materia; eóque magis quia hîc additum est αὐτοῦ, ut in re simili, Matth. 18. 15 [v]. *Si quis* (Est ergò singulorum officium mutua inspectio atque admonitio [x]:) *viderit* (id est, noverit [y]:) *fratrem suum* (i. e. fidelem, sive reverâ talis sit, sive solâ externâ specie [z]; hominem Christianum [a]. Monet, & fidem & charitatem hoc officium exigere. Peccatores etiam pro fratribus habendi sunt, 2 Thes. 3. 15 [b].) *peccantem* (Græcismus, ἁμαρτάνοντα, pro ἁμαρτάνειν, *peccare* [c]; peccato aliquo teneri [d], sive in te, sive in alium. Quòd si pro peccante precandum, quantò magis pro officio fungentibus [*]? Hortatur, ut simus alii de aliorum salute soliciti. Deinde vult fratrum lapsus nobis esse ad orandum incitamenta [f].) *peccatum* (vel, *peccato*, Be. Pi.) *non ad mortem*, (scilicet τείνουσαν vel φέρουσαν [g]. quod *non* est, vel tendit, *ad mortem*, Be. Pi. P. id est, quod non necessariò parit mortem [h], re seu facto [i]. Πρὸς hîc non notat causam finalem, sed eventum, ut Matth. 5. 28. *Qui aspicit* —— πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι [k].) *petet*, (tum Ecclesia, tum Christianus quilibet [l]; q. d. rogabit Deum ut ei ignoscat [m], datâ resipiscentiâ [n], qui rogatus dabit illi vitam. Præcisum dicendi genus [o]: vel, *petat*, Vulg. E. V. nempe, à Deo, & αἰτήσει hîc est fut. pro Imperativo [p]: quod ostendunt verba opposita in hoc ipso commate [q].) *& dabit* (vel, 1. frater rogans [r], ex collat. 1 Tim. 4. 16. & Jac. 5. 20 †. qui *dabit*, impetrando Divinam clementiam [t]; vel, 2. Deus [v], qui subintelligitur ex præcedentibus [x]. Syrus exponit *dabitur*, &c. ut Activum cum suo Accusativo sumatur pro Passivo, non designatâ personâ agente [y].) *ei* (fratri scilicet [z]:) *vitam*, (scil. æternam [a], Rom. 6. 23. Deus *vitam dare* dicitur cùm gratis remittit peccata quæ mortem per se inferunt [b]. Deus ad preces fidelium ei homini, qui Ecclesiæ medicam manum non refugit, servabit fidem; dabit cor humiliatum atque contritum, & suo tempore reddet Spiritum Sanctum; quæ omnia viæ sunt ad vitam æternam; nec in manu sunt hominis, sicut est submittere se Ecclesiæ [c].) *peccantibus* (sub. dico, P. Be. Pi. Sed quomodo post *ei* sequitur *peccantibus* [d]? Resp. Sensum potiùs quàm verba spectat [*]. Est constructio convenientiæ Singularis cum Plurali per σύνθεσιν, quia illud Singulare non unum certum designat, sed quemvis professione Christianum [f]. *Fratris* nomen collectivè accipiendum [g]. Similes locutiones Joh. 17. 2. & apud Comicum, *Aperite aliquis ostium*: & Nasonem, *Hoc pecus omne meum multæ stabulantur in antris*: & Boetium, *Quid —— imbecillius homine —— quos sæpe muscularum morsus necat* [h]?) *non ad mortem*, Mo. &c. ¶ *Est peccatum ad mortem: non pro illo dico ut*, &c. Ἵνα ἐρωτήσῃ.] *Ut roges*, Er. P. *Ut roget*, P. Be. Pi. sub. *quis*, sive *aliquis*, E. ex Vulg. Pi. Non prohibet fideles pro talibus orare [i], sed ad id non audet eos hortari, ut scilicet pro iis orent cum fiducia impetrandi [k]; q. d. Non audeo certam impetrandi spem facere [l]. Non impero preces pro iis fundi ‖, quia nullum est

est promissum quo tales preces nitantur. Hic habes sensum mysticum loci Jer. 7. 16. & Ezec. 14. 14 [m]. Habendos eos jubet pro excommunicatis, qui ad publicas Ecclesiæ preces & privilegia Christianorum admittendi non sunt [n]. [Duplex hic est quæsitum:] Qu. 1. Quid hic vocat *peccatum ad mortem?* Resp. 1. Peccatum mortale cui conjuncta est impœnitentia sive finalis, sive etiam temporalis, seu in cujus [*peccati*] affectu quispiam hæret [o]: vel, quodvis peccatum gravissimum [p], in quo quis obstinatè perseverare intendit usque ad mortem [q]; quod ob sui enormitatem, consuetudinem, obstinationem, & malitiam, est quasi immedicabile sive incorrigibile [r]; saltem juxta præsentem rerum statum †, juxta legem communem, per gratiam quam Deus ordinariè dare solet [t]. Veterum multi intellexere *peccatum ad mortem* esse peccatum ejus qui baptizatus esset, non tamen omne quod cum aliqua deliberatione aut spatio ad deliberandum dato fieret; sed aliquot ex illis gravissimis, putà Idololatriam, Homicidium, Adulterium. Talia enim qui admisisset post Baptismum plerisque in locis nunquam recipiebatur ad communionem, ut nec in aliis criminibus si quis iterum lapsus esset. Non excludebantur quidem tales districtè à misericordia Dei, sed ob incertum eventûs Ecclesia sponsor esse nolebat. Tertulliani tempore Episcopus Romanus ad pœnitentiam recepit semel in adulterium delapsos: eámque sententiam, quanquam multùm à Tertul. exagitatam, non planè novam fuisse ostendit Pastor Hermæ. Cypriani tempore de lapsis in Idololatriam, vel Adulterium, varia fuit observatio, etiam in Africa. Ideo de lapsis in Idololatriam nihil ille constituere voluit nisi de consensu aliorum extra Africam Episcoporum, & maximè Episcopi Romani. Ac re diutiùs expensâ, placuit, sic lapsos, sed post longum tempus, recipi. Neque enim credebant hominem subitò purgari, sed quò crimen esset gravius, eò tardiùs ac difficiliùs. Idque probatum in Synodo Nicena magna, quæ diu regula fuit Ecclesiastici regiminis; & in Idololatriam deliberatò lapsis præscriptum tempus pœnitentiæ annorum undecim, aliis aliquantò minus pro criminum gravitate. Quod de Idololatria, Homicidio, & Adulterio, dixi, verum esse apparet ex Tertul. De pudic. cap. 19. & ex Soc. Hist. 1. 10. ubi hoc αὐστηρὸν κανόνα vocat, quem mordicùs tutati sunt Novatiani. Quod verò dixi de aliis criminibus, si repetita essent post Baptismum, non datam sontibus Ecclesiæ reconciliationem, id docemur à Tertul. De pœnitentia, cùm dicit, *Collocavit in vestibulo pœnitentiam secundam*, &c. *Secundam* intelligit à Baptismo, quæ prima pœnitentia est. Et quidem quod ad mores antiquos attinet, res sic se habet. Et ad eos mores hunc locum referunt Ambrosius aliique [v]. Cæterùm ego *ad mortem* arbitror dici eos *delinquere*, qui, cùm peccaverint, moniti peccare pergunt, aut certè disciplinæ quæ in Ecclesia constituta est subjicere se nolunt [x]; qui peccant ex contemptu præcepti & terroris Divini, ex collat. Heb. 10. 28, 29 [y]. Quæ enim spes sanitatis ei qui medicum sibi à Deo datum audire non vult? Vide Hermam, 3. 6, 8. Et Basil. ad Amphilochium, cap. 84. [quorum verba vide in G.] Clemens Alex. hos vocat ἀπηλγηκότας, aitque *virum sapientem justè talibus aliqua mala temporalia imprecari*. Cyprianus epist. 52. *Pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde, & manifestâ lamentationis suæ professione, testantes, prohibendos omnino censemus à spe communicationis & pacis, si in infirmitate atque periculo cœperint deprecari: quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit, nec dignus est in morte accipere solatium qui se non cogitavit esse moriturum.* In Nicena Synodo 2. ἁμαρτία πρὸς θάνατον exponitur ἀδιορθώτων μένειν. Et Balsamo, Σεαυτὸν ἀπολέσης, inquit, ἀδιορθώτοις συγκοινωνῶν [z]. Resp. 3. Non est partialis lapsus, nec præcepti unius transgressio [a]; sed Apostasia [b] universalis, sive defectio à Deo [c], vel, à fide [d], quam semel professi sunt [*]; quâ penitus à Deo se alienant [f]; quâ quis Evangelii veritatem agnitam oppugnat [g], & directè se opponit Deo & Christo [h], sciens & volens [i], destinatâ malitiâ [k], ex odio Christi [l]: quod & *peccatum in Spiritum Sanctum* dicitur [m], cujus exemplum habemus in illis de quibus agitur Matth. 12. 31, 32. Act. 7. 51. & Heb. 6 [n]. Hoc autem *peccatum esse ad mortem* dicitur comparatè [o], quia mortem adfert non solùm jure, sed etiam facto, & quidem per se ac semper & in omnibus [p]; sicut *mortiferum* dicimus morbum aut venenum unde non sit spes convalescendi, cùm & alii morbi & venena homini mortem adferre possint, & sæpe adferant [q]. [Hæc de prima & præcipua quæstione.] Qu. 2. Quomodo à nobis cognosci possit hoc peccatum, ut pro illo ex Apostoli præcepto non precemur [r]? Resp. 1. Quia rarissimè hoc accidit, & immensæ sunt divitiæ gratiæ Dei, non temerè in quenquam ferendum est mortis æternæ judicium †. 2. Cognitio hujus rei duplex est, una vera & certa, ex revelatione divina facta Prophetis, ut sæpe factum initio Ecclesiæ Apostolicæ constat ex Actis Apost. & 1 Cor. 12. & 1 Tim. 1. 20. & 2 Tim. 4. 14, 15. altera verisimilis & incerta, per experientiam humanam, ex diligenti dictorum factorúmque impiorum adversùs Christum observatione [t], cùm desperata quorundam impietas clarissimè apparet, &c [v]. ut olim judicatum est, Julianum Imperatorem peccâsse, &c [x].

17. *Omnis*, &c. Πᾶσα ἀδικία, &c.] Ἀδικίαν vocat non quamvis ignorantiam, aut obreptionem subitam; sed quicquid peccatur aut cum deliberatione, aut dato ad deliberandum spatio. Talia in se habent cogitationem injuriæ circa Deum aut homines, aut hos & illum, [simul.] Et tale est quod in hac Epistola Johannes ἁμαρτίαν vocat, ut jam aliquoties diximus. Vide & suprà 3. 5 [y]. Anticipatio est ad consolandum fideles, nè se hujus peccati reos esse putarent [z]. *Omnis* (vel, Tametsi *omnis*, Calv.) *iniquitas* (vel, *injustitia*, Be. Pi. *injuria*, Zeg.) *peccatum est*: (cujus propterea stipendium est mors [a]. Eadem sententia suprà 3. 4 [b].) *&* (vel, *sed*, Be. Pi. *tamen*, Calv.) *est* (sub. *aliquod*, Calv.) *peccatum non* (vel, quod *non* est, vel tendit, P. Be. Pi.) *ad mortem*, Mo. Gom. &c. Eventu: quomodo & corporum morbi quidam, quamvis periculosi, dicuntur *non esse ad mortem*, Joh. 11. 4 [c]. q. d. Non tamen omne peccatum consequitur mors, quia remittitur, &c [d]. Æquè congrueret diversus sensus, Quia *peccatum est omnis injustitia*, indè sequitur aliquod esse *peccatum non ad mortem* [*]. Sensus est, q. d. Sunt duæ peccatorum species, quarum altera est ad mortem, altera non item [f].

18. *Scimus* (Nempe, ex verbo Dei, Matth. 16. 18. Joan. 10. 28. &c [g].) *quia* (vel, *quòd*, Be Pi.) *omnis qui natus est ex Deo* (id est, Filius Dei [h], vel, regenitus [i]; id est, qui verbum Dei vividum conservat: nam γεγεννημένος hic qualitatem permanentem notat, ut suprà 3. 9 [k]. ubi eadem quæ hic habentur [l].) *non peccat*] Generaliter sume, eo quo jam diximus sensu, id est, ἐν πάσῃ ἀδικίᾳ, Rom. 6. 13. 1 Cor. 13. 6. 2 Tim. 2. 19 [m]. *Non peccat*, nempe, peccato mortali [n], deliberato [o], dominante [p], Rom. 6. 6 [q]. neque ad mortem [r], ac proinde pro eo rogandum est †. ¶ *Sed generatio Dei*, &c. Ἀλλ' ὁ γεννηθεὶς, &c.] Sic legerunt & Sy. & Ar. & MS. non [ut Vulg.] ἡ γέννησις τοῦ Θεοῦ [t]. *Sed qui genitus est ex Deo* (id est, qui Filius Dei esse perseverat [v]; qui verè regeneratus & adoptatus est in Filium Dei [x]:) *conservat seipsum*, Be. Pi. Er. &c. id est, vigilat atque sollicitè sibi cavet [y], à peccato [z], illo ad mortem [a]; à peccatis talibus. Sic σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει, 1 Tim. 5. 22. ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν, Jac. 1. 27. Par locutio Prov. 7. 5. & 16. 17 [b]. *Conservat se*, per Spiritum Dei, & quotidiana auxilia [c]. ¶ *Et Malignus* (id est, Diabolus [d], ut suprà 2. 13, 14. & 3. 12 [*].) *non tangit eum*] Scil. letaliter [f]; non lædit [g], non vulnerat. Est ἅπτεται, ut Gen. 26. 29. Psal. 105. 15, 18, 19, 21. Esa. 53. 4. Qui talis est *fidei scuto repellit ignita Diaboli tela*, Eph. 6. 16. Tentatur, sed *non incidit in tentationem*. *Liberatur ab illo maligno*, ut est in Prece Dominica; ad quam dicta vide [h].

19. *Scimus* (nempe, ex Spiritûs S. & fidei testimonio, Rom. 8. 16. 2 Cor. 1. 12. Eph. 1. 14. & 4. 30. & ex effectis regenerationis [i].) *quoniam* (vel, *quòd*, P. &c.) *ex Deo sumus*] Nos scilicet, nempe, omnes & soli boni Christiani ex Deo nati sumus; ideóque tuti à peccato, & à vi & fraude Diaboli [k]. Conscii nobis sumus nos per Evangelium Divinam quandam induisse indolem: quare mirum non est si nostri mores discongruunt ab aliorum moribus [l]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται] *Et mundus totus* (i. e. humanum genus,

nus[m], homines mundani[n], vel, non renati[o]:) *in maligno* (vel, *malo*, Er. Il. Ti. Tre. ex Sy. D. Ca. vel, *malo illo*, Be. Pi.) *positus est*, Mo. Tre. ex Sy. Ar. vel, *jacet*, P. Pi. sic Ca. Be. vel, *constitutus est*, Er. Il. Ti. *persistet*, Æth. Potest illud, ἐν τῷ πονηρῷ, sumi, vel, 1. Masculino genere, quia πονηρὸς in masc. præcessit[p]; q.d. in Diabolo[q], ut v. præced[r]. i. e. illi addictus est †, & quasi in sinu ejus quiescit[t]; est in potestate Diaboli[v]. Phrasis Græca est, *in aliquo positum esse*, pro, *in alicujus potestate esse*, Homer. Odyss. Α'. Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται[x]. Sed gravior est phrasis, *jacere in Satana*, quasi qui illum devoratum suis ipsius visceribus circumgestet. Simili emphasi credentes dicuntur esse in Christo, & Christus in eis[y]. Vel, 2. Genere neutro, cum allusione tamen ad præced. Masculinum. Ille, Diabolus scilicet, malus est, & Mundus ad mala fertur. Est locutio sumpta ex Exod. 32. 22. כי ברע הוא, ubi Chaldæus, *Quòd pronus est ad malum*, q. d. *Involutus est malitiæ*[z]. [Sensus, q.d.] Malitiâ, improbitate, peccatis omnis generis, abundat[a]; in peccato, quod malum est, quasi sepultus jacet. *In malo jacet*, idem quod, *in malo est*. Sic Plautus Mercatore, *in fermento jacet*: & in Casina, *Nunc in fermento tota est, ità turget mihi*, de fœmina irata & inflata[b]. Significat, Mundum perversum esse & malitiâ plenum, & proinde fugiendum, ut Deum nos vocantem sequamur[c].

20. *Et scimus* (Post monita ad cavendos Antichristos & Pseudo-prophetas, addit ultimo loco monita contra Simonianos & τοὺς τῆς ψευδωνύμου γνώσεως (*Gnosticos*) qui dicebant illum Deum quem Jesus colendum docuerat non esse illum summum Deum, ac præterea Gentium Deos coli posse sine peccato. Vide quæ diximus in Anteloquio ad Evangelium Johannis, & ad Matth. 24. 11[d].) *quoniam* (vel, *quòd*, P. &c.) *Filius Dei venit*] In carne *, vel, in hunc mundum[f]; i. e. conversatur inter nos, & operatur salutem nostram morte suâ[g]. Ἥκει] Vel, est Enallage temporis præs. pro præt[h]. Vel, legendum ἧκε[i], ut Sy. & Ar. & Lat. legisse videntur, quod rectius, quia Præteritum statim sequitur. Sic [autem] accipe sicut ἐληλυθότα suprà 4. 2, 3. ἐλθὼν 5. 6. *Patefaciat se hominibus* per verba & facta[k]. ¶ *Et dedit nobis sensum*, &c. διάνοιαν ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθινόν] *Mentem* (vel, *Intelligentiam*, i. e. cognitionem gustúmque rerum divinarum[l]; mentis illustrationem[m], Eph. 1. 18. sive apertionem, Luc. 24. 45. nempe docendo, & quod docebat miraculis comprobando[n], & Deum ipsum in carne manifestando[o].) *ut cognoscamus Verum*, Mo. vel, *illum qui verax est*, P. Nam ἀληθινὸς interdum est *verax*, oppositus mendacium loquenti & fidem non præstanti; interdum *verus*, fictitio & commentitio oppositus[p]: vel, *verum illum*, Calv. Be. Pi. *illum qui verus est*, Er. nempe Deus, ut mox declarat, & cui idola opponit v. seq[q]. qui reverâ Deus est, ut eum ab idolis sive diis fictitiis discernat[r]. Vel, *verum Deum*, Vulg. i. e. summum, æternum, optimum, auctorem rerum omnium & visibilium & invisibilium. MS. hîc legit τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, ut habemus & Joh. 17. 3. & 1 Thes. 1. 9. Sensus idem est Act. 14. v. 15. Vide quæ ad ea loca diximus †. ¶ Καί ἐσμεν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ υἱῷ, &c.] *Et sumus in Vero*, (vel, *vero illo*, Be. Pi. supple *Deo*[t], ex eo quod præcedit & sequitur[v], nempe Patre[x]: q. d. Illi Deo vero facti sumus conjunctissimi. Nam τὸ ἐν Θεῷ & μένειν pro eodem usurpantur[y].) *in* (vel, & *in*, Pi. vel, id est, *in*, Be. Vor. Asyndeton est, sicut ex re ipsa patet, quia nemo potest esse suipsius filius[z].) *filio ejus Jesu Christo*, Mo. Be. Pi. &c. Ἐν hoc loco valet *per*. Ista Conjunctio facta est per Filium Dei veri illius. Ἰησοῦ Χριστοῦ non est in MS. sicut abest & in Latino[a]. ¶ *Hic*, &c. οὗτός ἐστιν, &c.] *Hic est verus ille Deus, & vita illa æterna*, Be. Pi. i.e. auctor vitæ æternæ[b]. Metonymia[c]. *Hic*, vel, 1. Pater[d], is nempe quem Jesus monstravit colendúmque docuit, non alius. οὗτος sæpe refertur ad aliquid præcedens non ἀμέσως, ut Act. 8. 26. & 20. 6 *. vel, 2. Filius Dei, Christus[f], qui verus est Deus[g], non participatione & adoptione, sed substantialiter & naturâ[h], de quo proximè egit[i]. Relativa autem ac demonstrativa Pronomina referenda sunt ad proximè præcedentia, nisi necessitas urgeat[k], aut rei veritas requirat ut ad remotiora referantur[l]; quod hîc locum non habet[m]. Sic quoque refertur οὗτος Joh. 1. 2, 7, 30. & 1 Joh. 1. 2. & 5. 6. & 2 epist. Joh. 9. Huic favet tum scopus Apostoli[m], qui est ut Christum describat[n], à persona & officio, &c[o]. tum, quòd hæc descriptio Christo verè competit ex collat. Joh. 1. 1, 2. & 5. 11, 12. & 1 Joh. 1. 1, 2, 4. &c[p]. Et peculiare ubique est Johanni per *vitam æternam* Christum significare[q]. Tum, quòd alioqui Tautologia esset, Hic, Nempe verus Deus, est verus Deus[r].

21. *Custodite*, &c. φυλάξατε ἑαυτοὺς, &c.] Pro quo breviùs φυλάσσεσθε, Luc. 12. 15. Heb. שמר modò vertitur per φυλάττειν, modò per προσέχειν †. *Cavete vobis* (q. d. Extremo hoc loco illud vobis etiam atque etiam volo impressum in animis, ut vobis caveatis[t]: vel, *Custodite vosipsos*, Mo. Vulg.) *ab idolis*, Be. Pi. Mo. vel, *simulachris*, Vulg. Er. vel, *falsis diis*, colendis scilicet: qui dii à Judæis Græcè loquentibus dicebantur εἴδωλα, quia per simulachra repræsentabantur, & in illis simulachris colebantur. Ità factum est ut vox εἰδωλολατρεία succederet in locum vocum Hebræarum עבודה זרה[v]. Sensus, Cavete vobis ab omni idololatriæ parte ex specie, sive directa, sive indirecta, vel specie tenus; veluti comedendo idolothyta, aut recumbendo in idoliis[x]: q. d. Idola nec adorate, nec adornate, nec per ea jurate, nec ullâ ratione cultui, vel laudibus, eorum vos immiscete[y]. Qu. Cur hoc præcipit Christianis ab idololatria conversis? Resp. 1. Erant in his, sicut inter Corinthios, quidam non satis firmi, qui retinebant adhuc quasdam veteris idololatriæ reliquias[z]. 2. Non mediocre erat periculum Christianis[a], tum temporis inter amicos, imò parentes, Gentiles[b], & idololatras, assiduè versantibus[c], nè vel metu, vel pudore, vel placendi studio, facerent saltem externum aliquid ad idolorum cultum pertinens[d]. 3. Designat hîc idola Gnosticorum, *qui Simonis & Helenes statuas adorabant sacrificiis, incenso, libationibus*, &c. ut de eis scribit Eusebius *.

[Margin, left: m Calv. n E. o Pi. Vor. Gom. sic E. p Q. in G. q Pi. sic Zeg. Cam. Be. r Pi. † Pi. Vor. t Gom. v Cam. sic Gom. E. Dic. Calv. x Cam. y Be. z G. a Me. b Di. c Calv. d G. * Ham. sim. E. f T. g E. h Vor. ex Pi. i Pi. Vor. G. k G. l Me. m Me. sic G. n G. o Calv. p Be. q Pi. r Calv.]

[Margin, right: † G. t Pi. G. v G. x Pi. E. y G. z Vor. ex Pi. a G. b G. Pi. c G. d Er. * G. f E. Me. Be. Gom. Glas. Vor. Calv. g Vor. T. h T. ex Cyr. &c. i Gom. k Glass. gram. 3. 2. 10. 192. l Glass. sim. Gom. m Glass. n Glass. Gom. o Gom. p Glass. q Be. sim. Calv. r Gom. † G. t E. v G. x E. y T. z E. ex Did. & Oecum. a E. sim. T. ex Did. Oecum. L. Caj. b T. c T. sim. E. d E. * Ham.]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50]

SYNOPSIS

SYNOPSIS

Criticorum aliorúmque Commentatorum

IN

II. EPISTOLAM JOHANNIS.

PROLEGOMENA.] Hanc Epistolam & eam quæ sequitur non esse Johannis Apostoli Veterum multi jam olim crediderunt, à quibus non dissentiunt Euseb. & Hieron. Et magna sunt in id argumenta [a]. Hoc certè tolerabiliùs dicitur quàm quod de secunda Petri Epistola ab eodem dictum est [b]. Nam duos fuisse Johannes Ephesi, Apostolum ac Prebyterum ejus discipulum, semper constitit ex sepulcris alio hujus, alio illius: quæ sepulcra Hieron. vidit [c]. Refert Clemens *Constitut.* 7. 45. quòd sicut Timotheus factus est à Paulo Episcopus Ephesi, h. e. Gentilium Christianorum; ità secundus Johannes à Johanne Apostolo factus est ejusdem loci Episcopus, h. e. Judæorum Ephesi habitantium. Hunc autem Scriptorem fuisse harum Epistolarum sic probant [d]; 1. quòd hic Scriptor non *Apostolum* se vocat sed *Presbyterum*, cùm non soleant Apostoli, etiam ubi ad Privatos scribunt, omittere eum titulum quo ipsorum scripta maximè commendabantur. Nam quòd Petrus Presbyteros alloquens se quoque κατὰ συγκατάβασιν vocat eorum συμπρεσβύτερον, id fit extra Inscriptionem ex quadam comitate, quali & Imperatores se *commilites* vocant [*]. Resp. Πρεσβύτερος est nomen dignitatis & supremæ potestatis in Ecclesia, & proinde Apostolus aptè sic dicitur, saltem ὁ Πρεσβύτερος, per modum eminentiæ. Deinde solenne est Johanni etiam in Evangelio, & in præced. Epistola seipsum nè nominare quidem nisi per circumlocutionem, qualis hæc est. Et forsan nomen suum prudenter dissimulavit ob persecutiones urgentes [f]. 2. quòd apud multas gentes hæ Epistolæ non fuerant receptæ, imò nec in sermonem earum versæ; ut nec Altera Petri quæ dicitur, nec Judæ, quia non habebantur pro Apostolicis [g]. Resp. Non mirum, has Epistolas ab omnibus non statim fuisse receptas, utpote publico charactere & Authoris inscriptione minimè insignitas. Eas autem constat brevì postea in canonem receptas, & hanc Inscriptionem ab Ecclesia fuisse præfixam, *Johannis Apostoli Epistola Catholica secunda* [h]. 3. quòd credibile non est quenquam qui Christianus dici vellet, eâ fuisse audaciâ ut Apostolo se opponeret [i]. Resp. Constat, hæreticos illius ætatis ipsis Apostolis se opposuisse, ut Alexander Paulo, 2 Tim. 4. 15. vide & 1 Tim. 1. 20. 2 Pet. 2. 10. Judæ, v. 8, 11. item 1 Cor. 8 [k]. Ipse contextus & character sermonis satis arguit ejusdem Scriptoris esse, vel saltem ab eodem spiritu dictatas, à quo præcedens Epistola profecta est [l]. Scriptorem esse Johannem Apostolum indicat styli & sententiarum cum prima Epistola accuratus consensus, ut v. 4, 5, 6, 7. cum 1 Joan. 2. 7, 11. & 3. 23. & 5. 2 [m].

[a] G. [b] Ham. [c] G. [d] Ham. [*] G. [f] Ham. [g] G. [h] Ham. [i] G. [k] Ham. [l] Vor. [m] Gom.

CAP. I.

1. SEnior; ità Pi. Er. Ca. Il. Ti. Sy. Ὁ πρεσβύτερος] *Presbyter*, Val. Be. G. J. Cap. E. P. Mo. Eo nomine satis erat notus [a]. Et ob familiaritatem & notitiam mutuam nomen hîc suum prætermisse videtur [b]. Respicit hîc, vel, 1. ætatem [c]; agebat enim jam annum 97 [d]. Apostolis omnibus solus superstes [*]. Vel, 2. dignitatem [f], sive officium [g], ex collat. 1 Pet. 5. 1 [h]. Uterque sic se vocat, non quòd potestatem suam Apostolicam deponerent, sed quòd cum illis modo ministeriali agerent; vel forsan ut innuerent, exinde functionem & dona Apostolica non esse expectanda, sed ministerialia tantùm [i]. ¶ *Electæ*, &c. Ἐκλεκτῇ κυρίᾳ] *Electæ Dominæ*, Er. P. Mo. Ca. Be. Pi. &c. Designat hîc, vel, 1. unam personam, ut videmus infrà v. 13 [k]. matronam [l]; quæ ἐκλεκτὴ dicta, vel, 1. nomine proprio [m], Hebraicè בחורה: sicut *THOMAS* est *Didymus*. Tale nomen Γραπτὴ apud Herman, Ἀγαθὴ, Ἀγαπητὴ, & similia ex Adjectivis facta propria [n]; sic *Justa*, *Christina*, &c [o]. Cui repugnat, quòd & soror ejus *electa* dicitur v. 13. Vel, 2. per excellentiam [p]; q. d. eximia [q], dignitate [r], nobilitate, virtute, vel officio [†]. Vel, 3. electa à Deo ad vitam æternam, qualem eam æstimabat judicio charitatis [t]. Κυρία dicitur, vel, 1. nomine proprio [v]. Vel, 2. honoris gratiâ, ob ipsius nobilitatem [x], quia principis aut magnatis uxor erat [y]; ob potentiam, famulitium [z], opes ac beneficentiam in pauperes [a]. Vel, 3. ex more Hebræorum, quibus mulier גברה, *domina*, dicitur, ut Gen. 16. 4, 8, 9 [b]. Sicut viri quilibet appellabantur Κύριοι, ut videre est Joh. 20. 15. ità fœminæ Κύριαι, ut videre est etiam in Enchiridio Epicteti 62. & apud Chrys. Videtur autem hæc fœmina fuisse gente Judæa, non Ephesi, sed in alia urbe, habitans [c]; in cujus, utpote primariæ & potentis, familiam & animum se insinuabant hæretici, more suo, ut eam, &, per eam cæteros Christianos, seducerent: quæ causa cur Joannes ad eam scribit [d]. Vel, 2. designat h. l. Ecclesiam Christianam [*], ut συνεκλεκτὴ v. 13. est soror Ecclesia: vide dicta ad 1 Pet. 5. 13. Κυρία quoque Atheniensibus, & *Curia* Romanis, idem significant quod ἐκκλησία. Sic ergò vertas, *electæ Ecclesiæ*, quam forsan non nominat ob persecutionem tunc urgentem [f]. Diximus συνεκλεκτὴν 1 Pet. 5. 13. ad *Ecclesiam* tacitè referri. At hîc aliter sumitur [g]. Inepta est hæc sententia [h]. Ei repugnat, 1. quòd hoc sit inusitatum dicendi genus; 2. quòd disertè pollicetur se ad eam & filios ipsius venturum, & filios sororis salutat v. 12, 13 [i]. ¶ *Et natis* (vel, *liberis*, Be. Pi. *filiis*, Er. V.) *ejus*] Educatis à matre in religione Christiana [k]. ¶ *Quos*, &c. Οὕς, &c.] Subaudi ἀνθρώπους [l]. Refert totum præcedens [m], matrem

[a] G. [b] Gom. [c] Vor. sic Pi. J. Cap. T. [d] T. [*] T. sic Me. [f] T. [g] Be. sim. E. Gom. [h] Gom. [i] Li. Chron. p. 153. [k] G. [l] Be. Pi. Gom. [m] G. sim. J. Cap. Q. in E. T. Me. [n] G. [o] T. [p] Gom. [q] Gom. Be. T. [r] T. Be. [†] T. [t] Pi. sic Vor. Gom. [v] Q. in Gom. [x] E. [y] Q. in Gom. [z] Gom. [a] Pi. sim. Be. E. [b] Be. [c] G. [d] T. [*] Q. in Gom. sic Ham. [f] Ham. [g] G. [h] Gom. [i] Be. [k] G. [l] Pi. [m] E.

matrem & liberos [n], habitâ sententiæ potiùs quàm verborum ratione [o]. Synesis [p]. *Quos ego diligo in veritate*, Mo. Vulg. scilicet religionis Christianæ [q]; vel, amore Christiano & qui secundùm Deum est [r]; vel, *verè*, sive *sincerè*, V. G. Pi. Sic Sirach. 7. 22. Mat. 22. 16. Hebraicè באמת, ut Esa. 10. 20. & 16. 5. &c †. ¶ *Et omnes* (Synecdochicè [t], nempe qui Ephesi & in vicinis locis erant [v], & quibus hæc Domina erat nota [x]:) *qui nôrunt* (Per *nôsse* intellige Notitiam verbis factisque ostendere [y]:) *veritatem*] i. e. Christum [z]; vel, Evangelium [a], ut Heb. 10. 26. 1 Pet. 1. 22 [b]. vel, veram fidem, seu ejus dogmata [c].

2. *Propter veritatem* (i. e. veram doctrinam, pietatem, &c [d]. q. d. quia constanter adhærent veritati Christianæ, & charitati *. Refertur ad præced. *diligo* [f].) *quæ permanet* (vel, *habitat*, Be. Pi. In MS. est οἰκοῦσαν [g].) *in nobis*, (i.e. in omnibus verè Catholicis [h], in me & vobis. Justè, inquit, amamus vos, quia Evangelium est in nobis. Par locutio 1 Joh. 2. 14 [i].) *&* (καὶ pro *quæ*, more Hebræo [k]:) *nobiscum erit* (i. e. permanebit, uti voveo & spero [l], non in hac solùm vita [m]: vel, *sit*, Be. Ἔσται pro ἔστω, ut & v. seq [n]. Optat enim & gloria & illis perseverantiam [o].) *in æternum*] In cœlesti gloria [p].

3. *Sit*, &c. Ἔσται, &c.] *Erit*, &c. V. *Sit*, &c. Mo. Be. Pi. G. Sæpe enim Hebræis Futura ponuntur pro Precativis [q]. Eadem precatio 1 Tim. 1. 2. & 2 Tim. 1. 2 [r]. ¶ *In* (vel, *Cum*, Be. Pi.) *veritate & charitate*] Pertinet hoc, vel, 1. ad proximè præced †. Christum hîc vocat Filium Patris *in veritate & charitate*, vel, quia est Filius verissimus & dilectissimus; utpote ejusdem cum Patre naturæ sive essentiæ [t], plenus veritate & gratiâ, Joh. 1. 14. vel, quia Patris & veritatem consilii ac propositi atque doctrinæ, & charitatem erga nos, tum nobis revelat, tum expressam ejus in se exhibet imaginem [v]. Vel, 2. ad remotius, *sit vobiscum gratia*, &c [x]. *cum veritate* jam dicta [y], nempe Evangelii [z], *& charitate* fraterna [a]; vel, amore Dei & proximi [b], q. d. ut permaneatis & crescatis in veritate & charitate [c]. Non enim initium horum bonorum eis optat, (quod illis antea tribuit) sed continuationem & incrementum, ut 2 Pet. 1. 2. Hæc autem duo opportunè hoc voto continentur, quia scopus sunt hujus Epistolæ [d]. Ἐν ἀληθείᾳ καὶ ἀγάπῃ] i. e. Per cognitionem veri, & dilectionem mutuam. Nam per hæc in nos Dei beneficia provocamus, conservamus, augemus *.

4. *Inveni* (i. e. vidi [f],) *de filiis tuis* (quosdam, licèt non omnes [g]; vel, filios tuos [h]. Filii quidam ejus matronæ Ephesum, ut credibile est, venerant negotiorum causâ [i].) *ambulantes* (i. e. vitam instituentes [k]:) *in veritate*, (i.e. sinceritate seu integritate tum fidei, tum vitæ ac morum [l]: vel, ad normam Evangelii [m]; vel, sincerè, ut modò diximus [n]; vel, ut veritas præscribit [o]:) *sicut mandatum* (i. e. regulam & vivendi & sentiendi [p]:) *accepimus à Patre*] A Deo Patre [q], per leges & naturales & positivas [r]; vel, per Christum †. Cognovi eos ex animo, inquit, sequi præcepta Evangelica: quæ maxima est laus. In MS. est ἀπὸ τοῦ πατρός. Duas istas præpositiones ἀπὸ & παρὰ promiscuè usurpari vidimus suprà v. 3 [t].

5. *Nunc*, &c. Νῦν ἐρωτῶ, &c.] *Nunc rogo* (vel, *precor*: ἐρωτῶ posuit more Græcorum Latinos imitantium. Diximus de eo ad Joh. 4. 31 [v].) *te*, Be. Pi. simúlque omnes tuos [x]. ¶ *Ab initio*] Quippe legis naturalis, & datum etiam Hebræis in veteri Lege, Levit. 19. 18 [y]. q. d. Etiam sub Lege didicimus, quanquam nunc latiore & intensiore sensu. Sumpta ex 1 Joh. 2. 7. ubi dicta vide [z]. Al. *A principio*, scil. Evangelii nobis prædicati [a]. Sensus est, Eam demum doctrinam quam initio, ab ipsis videlicet Apostolis, audierant, veram & germanam esse. Sic Tertul. *Quod primum, verum* [b].

6. *Et hæc est charitas*, (i.e. In eo apparet [c], vel consistit [d], dilectio Dei *, & proximi [f]:) *ut* (vel, qua fit *ut*, Pi. Ellipsis qualis 1 Joh. 5. 3 [g]. & 1 Joh. 3. 20 [h].) *ambulemus*, &c.] Similis sententia Joh. 14. 21. & 1 Joh. 2. 5. & 5. 3. ¶ *Hoc est mandatum*, &c.] Hoc est quod Deus semper exegit à nobis etiam sub statu Legis, ut ipsum diligeremus, non unum aut alterum præceptum, sed omnia ejus præcepta, factis, quantum fieri potest, implendo. Habes hæc conjuncta Deut. 6. 5, &c. Adde Exod. 15. 26 [i]. Mandato charitatis egregiè connectit mandatum fidei, quod etiam ab antiquitate commendat [k]. Sensus, Hoc est mandatum ut permaneatis in his quæ ab initio Christianismi sunt nobis tradita [l]; *sicut audivistis à principio*, *ut* (sub. *ità*, quod ex Hebræorum more omittitur [m],) *in eo ambuletis*, Be.

7. *Quoniam* (q. d. Monui ut in mandato veritatis & charitatis perseveretis [n]:) *multi seductores*, &c.] Antichristi & Pseudoprophetæ, qui Jesum ideo pro Messia non cognoscebant quòd venisset in statu humili & multis malis obnoxio. Hîc sensus novus incipit & cohæret cum seq. Βλέπετε, &c. Sumptum hoc ex 1 Joh. 4. 2, 3. vocem πλάνοι habes Mat. 27. 63. 2 Cor. 6. 8. 1 Tim. 4. 1. Post Plurale autem infert Singulare, [οὗτος, &c.] contrà quàm 1 Joh. 3. 16. quia in talibus idem valet locutio utraque. Sensus est, Qui talia docet is est impostor: quòd si & semet dicat Messiam aut populi vindicem, is est Antichristus [o]. Οὗτος hîc pro πᾶς οὗτος [p]. q. d. Quicunque hoc negat est unus ex illis impostoribus & Antichristis [q]: nam articulus vim habet ἀναφορικὴν [r]. Non temerè scriptum ὁ πλάνος καὶ ὁ ἀντίχριστος, non ut singularis persona significetur, sed ut hoc impostorum & antichristorum genus à cœteris distinguatur †.

8. *Videte*, &c. Βλέπετε ἑαυτοὺς ἵνα μὴ ἀπολέσωμεν ἃ εἰργασάμεθα] Ità plerique cod. MSS. legunt, pauci autem, ut quatuor R. Stephani, in secunda persona, ἀπολέσητε, εἰργάσασθε. Sic & Vulg. *perdatis*, *operati estis* [t]. Quod meliùs quadrat cum βλέπετε [v]. Sed eleganter nec sine pondere transitus fit à secunda persona ad primam, in hortatione ad commune officium. Sic suprà v. 5. *rogo te ut diligamus*, &c. & 1 Joh. 2. 28. *manete in eo, ut habeamus*, &c. Sic Jac. 3. 1 [x]. [Verba sic reddunt:] *Respicite* (vel, *Intuemini*, V. Circumspicite & considerate diligenter [y]: vel, *Cavete*, Pi. Eadem locutio Marc. 13. 9. Βλέπετε hîc idem est quod φυλάσσετε [z].) *vosipsos*, (vel, *vobis*, Pi.) *nè perdamus* (i.e. nè perdatis. Enallage personæ per ἀνακοίνωσιν [a]. vel, *nè pereant*, V. vel, *nè amittamus*, G.) *quæ egimus*, Be. vel, *operas*, G. vel, *quæ operati sumus*, Pi. Vulg. &c. Circa vestram instructionem & salutem [b]: vel, nè quicquid hactenus bonorum operum fecistis, id omne fiat vobis inutile, cassum & inane [c]: vel, nè amittatis fructum [vestrorum] bonorum operum [d], quod fieri posse & hîc docemur & Gal. 3. 4. Heb. 10. 34, 35 *. Μετωνυμικῶς dictum [f]. Al. *Date operam nè perdamus quæ elaboravimus*, [i. e. nè] frustrà vos docuerimus [g]. ¶ *Ut mercedem plenam*, &c.] i. e. copiosam [h]; vel, mercedem vitæ æternæ [i]. Nam est & minor *merces* in hac vita, Luc. 10. 7 [k].

9. *Omnis qui*, &c. Ὁ παραβαίνων, &c.] *Qui transgreditur*, (Scil. mandatum Dei de Christo audiendo [l]: vel, doctrinam Christi [m]: vel, mandata Dei [n]: i. e. qui abjicit universam doctrinam Christi †: vel, *qui prævaricatur*, Val. Παραβαίνειν eximiè dicitur qui legem Dei contemnit, ut diximus Heb. 2. 2. Contemnit autem Legem Dei qui in Evangelio non perstat [o]:) *& non manet* (vel, *permanet*, Vulg. Explicatio præced. dicti ex contrario [p]: μένων hîc pro διαμένων [q].) *in doctrina Christi*, Er. Pi. Be. &c. vel, 1. activè, i. e. quam Christus tradidit docétque [r]. Vel, 2. passivè, quæ de Christo traditur, ut de veritate utriusque naturæ in Christo, &c †. de persona & officio & beneficiis Christi [t]. ¶ *Deum non habet*] Amicum, aut patrem [v]; vel, non novit, ut 1 Joh. 2. 23. Nam Deus hoc tempore non noscitur nisi per Filium, ut olim per Mosem [x]: vel, caret communione cum Deo Patre, 1 Joh. 2. 23 [y]. Ei se Deus neque hîc per gratiam donat, neque daturus est in gloria [z]. ¶ *Qui permanet*, &c.] Dictis & factis [a]. ¶ *Et Patrem & Filium habet*] Et consequenter Spiritum Sanctum, qui est amor & nexus Patris & Filii [b]. Al. Is ostendit notam sibi esse voluntatem & Patris & Filii. Ità sæpe habuimus *nôsse* pro *ostendere nôsse*, locutione Hebræis admodum familiari [c].

10. *Si quis venit ad vos*] Tanquam peregrinus, aut amicus, aut tanquam vos docturus, aut quocunque alio colore. Hæretici enim variis prætextibus domos adibant, &c. vide 2 Tim. 6 [d]. Si quis se insinuet in vestras Ecclesias *. ¶ *Hanc doctrinam*, (Nempe Christi,

Christi, ex v. præced [f]. vel, quæ est in Evangelio [g], de persona & officio Christi [h]:) *non affert*] Sed illi contraria docet [i]. Si quis profitetur se abhorrere ab Evangelio [k]. ¶ *Nolite recipere*, &c.] Aut si eò irrepsit, eum detectum dimittite [l]. Nè eos hospitio excipite, fugite ab eorum consortio, & familiaritate [m]. Hoc non dicitur de iis qui alieni semper fuere ab Ecclesia, ut videre est 1 Cor. 5. 10. sed de iis qui volunt fratres haberi & doctrinam evertunt [n]. ¶ *Nec*, &c. Καὶ χαίρειν, &c.] *Nec Ave* (vel, *salutem*, Val. Er. V. ad verb. *Gaudere*, Pi. Mo. Formula salutandi Græcis usitata, sicut & εὐπραγεῖν [o]. Sic & Horatius, *Celso gaudere & bene rem gerere Albinovano* [p].) *ei dicite*, Be. Pi. &c. i. e. Nè salutate eum [q]: quod non absolutè intellige, sed cum testificatione familiaris benevolentiæ, quâ errores seductorum probentur, aut dissimulando foveantur [r]. Mos sumptus à Judæis, qui excommunicatos per חרם †, Ethnicos & publicanos, vitabant; nec communem inter homines salutationem illis offerebant aut reddebant [t]. Significat, talium familiaritatem devitandam. Et mos erat multis Gentibus nè alloqui quidem quos aversarentur. Herod. Thaliâ, λόγον οὐδένα ἐδίδου· & Polymniâ, οὐδὲ διελέγοντο. *Johannes Domini discipulus in Epheso iens lavari, cùm vidisset intùs Cerinthum, exsiliit de balneo non lotus, dicens quòd timeat nè balneum concidat cùm intùs esset Cerinthus inimicus veritatis.* Ità Irenæi interpres 3. 3 [v]. Hoc præcepto commercium omne cum hæreticis hæreseos spargendæ causâ adventantibus interdicit [x].

11. *Qui enim dicit illi Ave*] Vel, *eum salvere jubet*, Ca. i. e. salutat, multò magis qui illum hospitio excipit [y]. Synecdoche est, vel Hyperbole. Vult enim dicere, *Qui cum tali amicitiam colit.* Vide dicta à nobis ad Mat. 18. 17 [z]. ¶ *Communicat operibus ejus malignis*] Illis scilicet quibus doctrinam Christi destruere conatur [a]: In partem venit culpæ [b], tanquam approbator [c], aut fautor [d]. Par locutio 1 Tim. 5. 22. vide Psal. 50. 18 * videtur hæresi illius applaudere & cooperari, sicut qui meretricantem vel furantem sciens volénsque exciperet illi foveret & applauderet [f]. Alioqui secluso perversionis periculo seu tui, seu aliorum, & semoto scandalo, non vetatur jure divino, vel naturæ, communicatio cum hæreticis, præsertim si vel necessitas, vel pietas, vel gravis utilitas, eam suadeat [g]; ut si hæreticus in extrema sit necessitate, neque enim hæreticus desiit esse de numero proximorum tuorum, quos diligere juberis sicut teipsum [h].

12. *Plura*, &c. Πολλὰ, &c.] *Cùm multa haberem vobis scribenda*, Er. Be. Pi. &c. vel, *scribere*, Mo. Vulg. vel, *quæ scribere poteram vobis*, G. nempe non inutilia [i]. ¶ *Nolui*, &c. Οὐκ ἐβουλήθην διὰ χάρτου καὶ μέλανος] *Nolui per chartam & atramentum*, Er. P. Mo. Be. Pi. sic Ca. &c. Nempe γράψαι, (*scribere*,) quod exprimitur sequente Epistolâ 13. Est autem duplex acceptio vocis γράψαι, propria & impropria. Impropiè enim & qui dicit, & qui bene cuiquam facit, dicitur *cordi ejus inscribere*, Prov. 3. 3. Jer. 31. 33 [k]. Græci *atramentum* vocant μέλαν, subaudiendo χρῶμα, q. d. *atrum colorem* [l]. ¶ *Spero*, &c. Ἀλλὰ ἐλπίζω — στόμα, &c.] *Sed spero* (sub. *me*, Be. Pi.) *venire* (vel, *venturum*, Be. Pi. Zeg. ἐλθεῖν pro ἐλεύσεσθαι, Enallage temporis [m]:) *ad vos*, (i.e. In eam urbem ubi vos estis [n]:) *& os* (Ante στόμα subaudiendum κατὰ [o]. vel, *ore*, Val. Er. V. D. Accusativus hìc Græco more positus, pro quo Latini ponerent Ablativum [p].) *ad os* (i. e. corám [q]: vel, *præsentem præsentibus*, Be. Pi. sic E. ut sit *os* pro toto homine per Synecd [r]. Eadem locutio in Græco Num. 12. 8 †. similis verò 1 Cor. 13. 12 [t]. ubi subaudiendum στρέφοντα, *facie ad faciem* conversâ [v], sic & h. l. *ore ad os* converso [x]:) *loqui*, Mo. vel, *loquuturum*, Pi. Be. &c. ¶ *Ut gaudium vestrum* (Quidam libri habent ὑμῶν, quod rectum puto [y]: vel, *nostrum*, Mo. Be. Pi.) *plenum* (vel, *completum*, Be. Pi.) *sit*] Comparatè scilicet cum antecedente conditione, non absolutè, quod in altera demum vita continget [z]: vel, *plenum*, i. e. abundans, exuberans [a]. Πεπληρωμένη pro πλήρης, quomodo γεγεννημένος, & similia. Et dictum hoc comparatè; quia *plenius gaudium* ex conspectu mutuo quàm ex commercio literarum. Vide Rom. 1. 12. & 2 Tim. 1. 4. ubi par locutio [b]. Viva vox doctoris, præsertim Apostoli, longè plus gaudii, doctrinæ, pietatis, & consolationis allatura erat quàm vox mortua [c].

13. *Salutant te* (Claudit salutatione ut incipit à compellatione [d]. Erant autem hæ salutationes non civiles tantùm, sed & Christianæ, quibus precabantur iis salutem animæ, &c *.) *filii sororis tuæ* (Qui tum ob negotia erant Ephesi. Vide Anteloquium ad Epist. Pauli ad Ephesios [f].) *Electæ*, Τῆς ἐκλεκτῆς] Vide ad v. 1 [g]. Alii libri sine articulo habent ἐκλεκτῆς, alii verò Εὐδεκτῆς, quod verum puto; ut sit nomen proprium, sicut Ἐκλεκτή, & Hebræum nomen hujus fœminæ fuerit נלקחת [h]. Al. *Electa*, i.e. ô electa, in Vocativo casu [i]. Sensus esse potest, Salutant te filii sororis tuæ, tuæ inquam, quæ es Electa. Qui Ecclesiam significari volunt sic interpretantur, q. d. Te, ô Electa Ecclesia, Corinthiorum v. g. salutant filii sororis tuæ, scilicet, Fideles Electi Ecclesiæ Ephesiorum [k].

[f] E. [g] G. sic Pi. [h] Pi. [i] Me. sim. E. [k] G. [l] E. [m] Gom. [n] G. [o] Vor. sic Pi. [p] Pi. [q] Me. sic E. [r] Gom. † Ham. [t] E. [v] G. [x] T. [y] T. [z] G. [a] E. [b] G. [c] G. sic Gom. [d] Gom. * G. [f] T. [g] T. sim. E. [h] E.

[i] G. sim. E. [k] G. [l] Pi. [m] Idem. [n] G. [o] Q. in E. [p] G. [q] Me. [r] E. † G. [t] G. sic Pi. Vor. [v] Pi. [x] Pi. sim. Vor. [y] Pi. [z] Gom. [a] Me. [b] G. [c] Me. [d] Camer. * E. [f] G. [g] Ec. [h] G. [i] Q. in Me. [k] Me.

Lines: 10, 20, 30, 40

SYNOPSIS

Criticorum aliorúmque Commentatorum

IN

III. EPISTOLAM JOHANNIS.

1. CAIO, Γαΐῳ] Est nomen Romanum [a]. Idem *Gaius* & *Caius* [b]. Vocabulum erat valde commune, sed inter bene notos & amicos sufficiebat prænomen dicere,—*Gaudent prænomine molles Auriculæ*, ait Horat. Tale illud, ô *Tite*, apud Ennium & Ciceronem. Vix fert ætas ut idem sit hîc *Caius* qui nominatur Rom. 16. 23. & 1 Cor. 1. 14. (quod tamen plerique censent ||:) aut qui in Actis 19. 29. & 20. 4 [c]. Et *Gaius* ille Rom. 16. & 1 Cor. 1. Corinthius erat, & à Paulo conversus, non, ut hîc, à Joanne. Alius ab eo erat ille Act. 19. & 20. & hic noster ab illis omnibus diversus videtur [d]. Vixit hic *Caius* in aliqua Ecclesiarum quarum mentio in Apocalypsi *. ¶ *Charissimo*] Scilicet χαίρειν, ut Jac. 1. 1 [f]. Ἀγαπητὸς blanda appellatio quâ Christiani inter se utebantur, ut Rom. 16. 5, 8, 9, 12. Col. 1. 7. & 4. 7, 9, &c [g].

2. *De*, &c. Περὶ πάντων εὔχομαί σε εὐοδοῦσθαι, &c.] *Inprimis* (vel, *Per omnia*, Æth. *De omnibus*, Mo. Ca. *Supra omnia*, Be. *Quod attinet ad res omnes*. Sic Phil. 1. 27. & 2. 19 [h]. Περὶ pro ὑπὲρ, ut in illo Homeri versu, Ἀλλ' ὅδ' ἀνὴρ ἐθέλει περὶ πάντων ἔμμεναι ἄλλων [i]. Forte legendum, πρὸ πάντων [k].) *opto ut prosperè agas* (i. e. bene habeas per omnia [l]; in omnibus his negotiis & actibus [m], in spiritualibus & temporalibus [n]: Heb. להצליח. Vide Rom. 1. 10. 1 Cor. 16. 2 [o]. ut commodè vivas, tu, i. e. corpus tuum, ut docet Antithesis [p].) *& valeas*, Be. Pi. P. &c. Hoc velut παρενθετικῶς positum est: nam reditur ad vocem εὐοδοῦσθαι. Sed quia τοῦ εὐοδοῦσθαι maxima pars est τὸ ὑγιαίνειν, ideo post Generis nomen addita est Species excellentissima [q]. ¶ *Sicut prosperè agit anima tua*] i. e. Tu ipse secundùm animam & corpus [r]: vel, Sicut animo vales †, fruens pace Dei [t]. Ψυχὴ hîc pro *toto animo* ponitur, ut Matth. 22. 37. Luc. 10. 27. Eph. 6. 6. Col. 3. 23. [Sensus, q. d.] Non dubito quin animo sis tali qualem optare possem: Idem opto de corpore & rebus aliis. *Optandum est ut sit mens sana in corpore sano* [v].

3. *Venientibus*, &c. Ἐρχομένων, &c.] id est, ἐλθόντων [x]. *Cùm venirent*, &c. Be. Pi. Ex vestris partibus [y]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μαρτυρούντων σου τῇ ἀληθείᾳ] Trajectio Pronominis Joanni familiaris [z]. Μαρτυρεῖν solet regere Dativum, Luc. 9. 22. Act. 14. 3. & 15. 8. & 22. 5, &c [a]. Maximè delectatur Johannes *veritatis* voce, passim eam multiplici significatione inculcans [b]. *Et testantibus* (vel, *Qui testimonium perhibent*, G. sim. Be. Pi. Zeg.) *tuæ veritati*, Mo. Pi. &c. vel, *integritati*, Il. Ti. *sinceritati*, D. sic G. Be. Pi. Nempe fidei, morum [c], charitatis, beneficentiæ [d], pietatis *. *Veritatem* hîc vocat vitam integram & sceleris puram [f]. ¶ *Sicut tu*, &c.] Est explicatio ejus quod præcessit; q. d. *id est*, *quomodo tu sincerè vitam omnem instituas*, nempe ut decet Christianum re, non nomine. Abest σὺ in MS [g].

4. *Majus*, &c. Μειζοτέραν, &c.] Novè, pro μείζω [h]. Βαρβαρίζει ἡ λέξις ||. Imò perfectissimè ἑλληνίζει. Nam ex Comparativis Græci sæpe formant alios Comparativos. Sic Homer. ex χερείων format χερειότερος, Il. μ'. & ex πλείων, πλειότερος, Odyss. λ'. 358. Sic ex καλλίων fit καλλιώτερος, à Thucyd. l. 4. & ex μείων, μειότερος ab Apollon. Rhodio, l. 2. & ex χείρων, χειρότερος, ab Arato †. Est ad intendendam significationem Comparativus è Comparativo factus: quomodo ἐλαχιστότερος Comparativus è Superlativo Eph. 3. 8 [i]. [Sic vertunt:] *Majus istis* (scil. gaudiis. Utitur plur. num. emphaseos causâ, ex Hebraismo [k]: vel, *hoc*, Val. Alii [enim] Codices habent Ταύτης [l].) *gaudium*, &c. Be. Pi. ¶ *Quàm*, &c. Ἵνα ἀκούω, &c.] *Cùm* videlicet *audio*, &c. Be. Pi. Vel hæc una phrasis Joanni Apostolo hanc Epistolam vendicat. Est enim illi peculiare ἵνα usurpare pro ὅτι, ex Hebraismo, similiter etiam præcedente μείζονα. Vide Joan. 15. 8, 13. & 16. 2, 32 [m]. Planè eadem [hic] constructio quæ Joh. 15. 13. ubi diximus ἵνα esse expositivum Ταύτης quod præcesserat. Ἐμὰ τέκνα, i. e. *eos quos ego institui*, 1 Tim. 1. 2, 18. 2 Tim. 1. 2. & 2. 1. Phil. 10. Johannes quidem, ut & Petrus, maximè circa Judæos laborabant, sed occasione datâ non omittebant instituere & Gentes; ut Petrus Cornelium [n]. Al. Ellipsis hîc est particulæ ἢ, ἢ ἵνα. Ἵνα hîc conditionalem significationem habet, ut & Matth. 5. 29. & 10. 25. Luc. 17. 2, &c *.

5. *Fideliter*, &c. Πιστὸν ποιεῖς ὃ ἐὰν ἐργάσῃ, &c.] *Tutum reddis*, sive, *In tuto collocas*, &c. Er. Absurda interpretatio [o]. *Firmum*, vel *stabile*, *reddis*, &c. Nam nihil firmius quàm quod in hos confertur [p]. *Fideliter* (vel, *Fidele*, Mo. i. e. rem fidelem [q]; vel, fideli dignam [r]; vel, ut decet fidelem, seu Christianum †: vel, *Rem bonam*. Nam sic איש אמת vertitur ἀγαθὸς Nehem. 7. 2. alibi δίκαιος [t].) *agis*, vel *facis*, *quicquid* (nempe beneficii [v]: Al. ὃ ἐὰν, *si quid*, ut Matth. 12. 36. & 14. 7. & 15. 5. & 16. 19. Gal. 6. 7. Eph. 6. 8 [x].) *erga fratres* (i. e. pauperes Christianos [y], tuæ gentis & urbis [z]:) *&* (vel, *idque*, Be. ex Vulg. Hoc enim pondus addit sententiæ [a].) *erga peregrinos*, Be. Pi. i. e. extraneos [b]. Lege ut in MS. ἀδελφοὺς καὶ ταῦτα ξένους, *fratres & quidem peregrinantes* [c].

6. *In conspectu Ecclesiæ*] Nempe illius apud quam ego nunc dego [d], h. e. Ephesinæ *. ¶ *Quos*, &c. Οὓς καλῶς ποιήσεις προπέμψας ἀξίως τοῦ Θεοῦ] *Quos* (Jam antè exceptos à te, & ad te redeuntes ad procuranda Ecclesiæ negotia: vel, alios quorum eadem erat conditio [f].) *rectè facies*, (Sed legendum videtur ἐποίησας, ut ostendunt sequentia. Καλῶς ἐποίησας est Laudantis, ut diximus Act. 10. 33. 1 Cor. 7. 38. Phil. 4. 14. Jac. 2. 8, 19. 1 Pet. 1. 19 [g].) *si prosecutus fueris* (vel, *præmiseris*, Val. *deduxeris*, Pi. sic Er. Vulg. V. nempe ulteriùs profecturos [h], in itinere, cum honore [i], & cum viatico [k]; ut

προπέμπειν sumitur Tit. 3. 13 [l]. dando etiam literas commendatitias & comites adversus latrones [m] :) *convenienter* (vel, *dignè*, Er. Il. Ti. Mo. *decenter*, Sy. in T. vel, *ut dignum est*, P. Ca. Pi.) *Deo*, Be. i. e. per Meton. subjecti, professione nominis Dei [n], cujus ipsi sunt famuli, filii & legati [o] qui dixit, *Qui vos excipit me excipit* [p] : vel, ut par est eos facere qui Deo serviunt [q] : vel, liberaliter, ut decet eum facere qui hæc faciat amore Dei, & sciat hæc ipsi Deo tribui, juxta Mat. 25. 40 [r]. vel, sicut decet excipi sanctos, & Ecclesiæ ministros †: vel, sicut Deo debemus. Similis locutio Col. 1. 10. & 1 Thes. 2. 12. De re vide Matth. 10. 40 [t].

7. *Pro*, &c. Ὑπὲρ γὰρ — ἐξῆλθον, μηδὲν λαμβάνοντες ἀπὸ, &c.] *Nam pro nomine ejus* (vel, Dei, de quo jam dictum, *dignè Deo* [v] : vel, Christi [x]. In plerisque cod. deest *ejus* [y]. *Nomen* enim, per excellentiam, nomen Christi, Jac. 7. Vide ad Act. 5. 11 [z]. vel, nomen Dei, ut Levit. 24. 11 [a].) *exiverunt*, (vel, 1. sponte [b]; q. d. Hoc iter susceperunt [c], ut Evangelium prædicarent [d], gentésque converterent *; vel, quâvis aliâ pietatis causâ [f]. Vel, 2. violenter ejecti, ut ἐκπορεύεται sumitur Matth. 17. 21. ἐκβάλλειν & ἐκπέμπειν promiscuè usurpantur [g]; patriâ expulsi [h], exilio mulctati [i], à Judæa ejecti sunt per Judæos incredulos ob Christum [k]; vel, propter fidem & confessionem nominis Christi [l]; vel, Evangelii causâ *excesserunt ex Gentibus*, & quidem opibus suis relictis. Illud enim, ἀπὸ τῶν, &c. per Trajectionem exponendum; nec cum λαμβάνοντες, sed cum ἐξῆλθον construendum docet, tum præp. ἀπὸ alioqui dixisset παρὰ. De quo vide 1 Cor. 11. 3. Tum, ipsa sententia. Cur enim discedentibus pro Christi nomine Gentes, i. e. profani, aliquid largirentur [m] ?) *nihil* (i. e. nullam mercedem [n] :) *accipientes à gentibus*, Pi. &c. vel, 1. nondum conversis [o]; quia nullum cum illis commercium habere voluerunt, nec illorum opibus sustentari [p]; nè ii scandalizarentur, dicentes, nullam esse inter Christianos charitatem & pauperum ac peregrinorum curam [q]. Vel, 2. jam conversis [r], sive ab iis quibus prædicârunt †: nè viderentur quæstum ex Evangelio aucupari [t], & offendiculum darent Evangelio. Vide 1 Cor. 9. 2 Cor. 11. 7, &c. & 12. 13, &c [v]. Poterant in ista calamitate adjuvari misericordiâ τῶν ἔξω, sed maluerunt omnia Christianis debere [x].

8. *Nos* (vel, 1. Judæo-Christiani [y]; vel, 2. Christiani ubique locorum [z], quibus sunt facultates [a] :) *ergò* (nè isti cogantur necessaria petere à gentibus [b] :) *debemus suscipere*, &c. Ἀπολαμβάνειν, &c.] *Recipere*, &c. Pi. *Excipere*, Be. Fovere, omni officio prosequi [c]. MS. ὑπολαμβάνειν id verò est *opitulari*, ut in Græco Psal. 30. 1. Suidas explicat ὑπολαμβάνειν [d]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα συνεργοὶ, &c.] *Ut administri simus* (vel, *cooperatores*, Vulg. vel, *unà operam impendamus*, Be.) *veritati*, Pi. id est, Evangelio *, ministrando illud prædicantibus necessaria [f]. Ut quantum in nobis est Evangelium promoveamus collatâ ope. Similis locutio 2 Cor. 1. 24 [g].

9. *Scripsissem*, &c.] *Scripsi Ecclesiæ*, Be. Pi. G. &c. nempe vestræ, ut illos vobis commendarem tanquam fratres [h]. Designare hîc videtur primam Johannis Epistolam, quæ scripta est ad Ecclesiam aliquam, forsan Corinthiacam, è qua erat Gaius [i]. In MS. est ἔγραψα ἂν τῇ [k]. Latinus legit ἔγραψα ἄν [l]. Solent Græci Indicativi Præteritum ponere pro Præterito Optativi. Sic Psal. 50. — *Si voluisses sacrificium*, ἔδωκα ἄν, *dedissem utique* [m]. Pulcrè docet Stunica, si addatur signum Subjunctivum, aut si addatur expletiva Conjunctio ἄν. Nunc hîc nihil ejusmodi [n]. Præoccupat hanc objectionem, Debebas potiùs peregrinos illos commendare toti Ecclesiæ, tum, ad subsidia largiùs iis conferenda; tum, nè ipse solus oneraretur. Respondet [o], Scripsissem, sed nolui operam perdere [p]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ὁ φιλοπρωτεύων, &c.] *Sed qui primatum inter eos* (i. e. inter fideles, sive in Ecclesia [q] :) *ambit*, (vel, *amat*, Vulg. *affectat*, E. id est, vel, Episcopatum jam vacantem ambit [r]; vel, sibi assumit †: vel, in eum se ingessit amore præfecturæ [t]; qui Episcopus ibi fuit [v] :) *Diotrephes non recipit* (vel, *admittit*, Be. G.) *nos*, Pi. &c. i. e. me Johannem. Synecdoche, qualis 1 Cor. 4. 9, &c [x]. vel, personam nostram, vel, munus nostrum Apostolicum [y]; vel, nostra monita [z]; mandata, Epistolas [a] συστατικὰς nostras [b]. Est Metonymia. Hic quoque Singulari collectivo subjungitur Plurale, ut sæpe. *Diotrephes* hic fuit aliquis ex Presbyteris ejus Ecclesiæ in qua erat Caius [c], ex Gentili factus Christianus. Is verò ex illo erat hominum genere qui Judæos [d], quanquam Christum professos, si Legis ritus observabant (quod in Judæa Christiani faciebant ad hæc usque tempora, ut Sulpitius nos docet) ad suos cœtus non admittebant *; qui Judæo-Christianos ob fidem Judæâ pulsos non tam liberaliter tractabant ut par erat [f]. Johannes autem multùm largiri solebat Judæis conversis, ut ex Judaica per Asiam Paschatis observatione apparet. Vide Iren. ad Victorem, & Euseb. 5. 22, 23, 24 [g].

10. *Si*, &c. Ἐὰν ἔλθω ὑπομνήσω — φλυαρῶν ἡμᾶς] *Si venero* (isthuc scilicet [h]; si res meæ permittent ut ad vos transcurram [i] :) *submonebo* (vel, *indicabo*, Er. Il. Ti. vel, *suggeram*, P. Pi. vel, *in memoriam reducam*, Zeg. Æth. sic Be. Val. fidelibus scilicet, idque coram Ecclesia, ut cujus hoc intersit [k]. Ὑπομιμνήσκειν propriè est *in memoriam reducere*, הזכיר: sed per Translationem quandam sumitur pro quovis modo *monere*, Tit. 3. 1. 2 Pet. 1. 12 [l]. Sensus, Cunctis nota faciam [m].) *opera* (vel, *facta*, Er. Il. Ti. *facinora*, P. Pi. Æth. sic Be. Ar. *Commemorabo qualia patret facinora*, Ca.) *quæ facit*, *verbis malignis* (vel, *improbis*, Pi.) *garriens nos*, Mo. vel, *in nos*, Er. P. Be. Pi. E. &c. φλυαρεῖν est *garrire*, *blaterare*, in Glossis. Sed verba Neutra solent interdum poni transitivé. Qui sunt φλύαροι vide 1 Tim. 5. 13 [n]. Vel, *mentiens de nobis*, V. vel, nobis obtrectans [o]; calumnias in me conjiciens, sed inanes, quod indicat vox φλυαρεῖν, quod est *nugari* [p]. *Ostendam illi quam rem faciat se indignam*, *quòd mihi obtrectat* [q]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τούτοις] *Quique etiam his* (vel, *in his*, Er. Mo. &c.) *non contentus*, P. Be. Pi. sic Val. Er. V. vel, *id non satis habens*, G. *Et his ei non sufficientibus*, Val. ¶ *Neque ipse suscipit* (vel, *admittit*, G. T. nempe, in hospitium [r], vel, ad suam communionem †; ad Eucharistiam, aut ad Agapen [t].) *fratres*] Ex Judæa venientes, Legi deditos: contrà quàm Paulus præceperat Rom. 14. ubi προσλαμβάνεσθαι est quod hîc ἐπιδέχεσθαι [v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τοὺς βουλομένους, &c.] *Et qui volunt* (sub. *recipere*, Er. Pi. sic V. G. &c. & sub. *eos*, G. Si qui Presbyteri aut in plebe sunt leniores [x] :) *prohibet*, (Severâ constitutione cum interminatione ejectionis, quam & rigidè exsequitur [y]. Κωλύει, nempe, eâ auctoritate quam apud plerosque sibi paraverat tanquam Christianæ libertatis acerrimus vindex [z].) *& ex ecclesia* (vel, *congregatione*, V.) *ejicit*, Pi. Be. &c. id est, excommunicat [a]. Efficit factione ut illi leniores, tanquam Judæi magis quàm Christiani, abstineantur à communione. Ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλειν est נדוי, ἀφορίζειν, quod aliter Judæi dicebant ἀποσυνάγωγον ποιεῖν. Vide ad Luc. 6. 22. & Joh. 9. 22. & 12. 42. & 16. 2 [b].

11. *Noli imitari malum*] Vel, *quod malum est*, Be. Pi. id est, exemplum [c], duritiem †, Diotrephis [d], aut cujusvis malè agentis *; quanquam & tu ex Gentibus vocatus es. Simile monitum Esa. 8. 11 [f]. Nè facias secundùm opera aut præcepta ejus, quia mala sunt, & contra fidem ac charitatem [g]. ¶ *Qui benefacit*] id est, Benefacere studet, nempe quamplurimis. Vide Marc. 3. 4. Luc. 6. 9, 33, 35. ¶ *Ex Deo*] Vide 1 Joh. 3. 10, &c. & 5. 19. ¶ *Non vidit Deum*] Est hîc Præteritum pro Præsenti, & ὁρᾶν pro *nôsse*; *nôsse* verò pro *nôsse ut oportet*, & *id rebus ostendere*. Locutio est sumpta ex 1 Joh. 3. 6 [h].

12. *Demetrio testimonium redditur ab omnibus*] Nempe, qui eum nôrunt [i] : vel, fratribus qui hîc sunt †. Subintelligitur, τῷ ἀγαθῷ [k], vel, de ejus hospitalitate, probitate, &c [l]. Vide 1 Tim. 3. 7. μαρτυρεῖσθαι eodem modo sumitur Act. 6. 3. & 16. 2 [m]. Erat is [Demetrius] quoque à Gentibus vocatus [n], sed inter lenes [o]. ¶ *Et ab ipsa veritate*] id est, Vel, à Christo qui est veritas, Joh. 14. 6 [p]. vel, à rebus ipsis [q], per ipsam rei evidentiam [r]; vel, ab ipsis ejus factis †, quæ verè consentiunt famæ [t]. Eæ [res ipsæ] comparatè dicuntur ἀλήθεια, quod minùs solent fallere τεκμήρια quàm hominum testimonia, ut docent Oratoriæ artis magistri [v]. ¶ *Et nos*, &c.] id est, Ego [x], ut antè v. 9 [y]. & alii qui Ephesi sumus [z]. Ipsi hoc experti sumus [a]. ¶ *Et nôstis quoniam* (vel, *quòd*, E.) *testimonium nostrum verum est*] id est, Fide dignum, Joh. 5. 31. & 8. 13, 14. & 21. 24. 1 Joh. 5. 6. In MS. οἴδας [b]. Vel, hinc constat, Epistolæ hujus authorem

thorem fuisse Johannem Apostolum, qui hoc sermone uti solet, ut Joh. 19, 35. & alibi. Et hæc cum authoritate asseveratio congruit Apostolo, &c [c].

13. *Sed*, &c. οὐ θέλω, &c.] *Sed nolo*, &c. Be. Pi. In MS. est hîc quoque οὐκ ἐβουλήθην [d]. Sensus, Nolui ea chartæ committere [*]. Vide 2 epist. Joh. 12 [f].

14. *Spero*, &c.] Sensus idem qui in præced. Epistola, v. 12. Sed hîc magìs pro certo ponit se cum Caio collocuturum [g].

15. *Pax tibi*] Vide ad 1 Pet. 5. 4 [h]. ¶ *Salutant te amici*] Qui hîc sunt [i], Ephesi, & te nôrunt. At in MS. est οἱ ἀδελφοὶ, i. e. Christiani omnes [k]. ¶ *Saluta amicos* (qui apud vos sunt [l].) *nominatim*] Ità Be. Pi. vel, *singulos*. Vide Exod. 33. 12. Psal. 147. 4. Act. 1. 15 [m].

[c] E. [d] G. [*] Me. [f] Ham. [g] G. [h] Idem. [i] Pi. [k] G. [l] G. sic Pi. [m] G.

SYNOPSIS

Criticorum aliorúmque Commentatorum

IN

EPISTOLAM

JUDÆ.

PROLEGOMENA.] Qu. Quis scriptor hujus Epistolæ? Resp. 1. Judas Episcopus Hierosolymitanus decimus quintus: [Nomina reliquorum vide si lubet in G.] qui fuit Adriani temporibus, paulò ante Barchocebam [a]. Resp. 2. Judas Apostolus [b], ut ex eo patet quòd hic *frater Jacobi* dicitur. Argumentum adeò validum hoc est, ut qui aliter sentiant hæc verba cogantur omittere, sine ullius Codicis authoritate [c]. [Non desunt tamen quæ alii huic sententiæ opponunt;] 1. quòd se *servum Christi* vocat, non *Apostolum* [d], quod Apostoli facere solent in Epistolis etiam ad privatos [*]. Resp. Sic & Paulus se vocat ad Philip. & Thessal. & Philem [f]. 2. Si Apostolica fuisset habita hæc Epistola, versa fuisset in linguas omnes, & recepta per omnes Ecclesias: quod nunc aliter se habuit [g]. Resp. Quanquam initio dubitatum de hac Epistola, brevì tamen ab omnibus recepta est & versa, nec quisquam Veterum alium quàm Judam Apostolum authorem assignavit [h]. Eusebius dicit, *non multos veterum hujus Epistolæ meminisse*; quo aliquos saltem ejus meminisse indicat: quorum sanè affirmatio certa pluris est quàm dubium multorum silentium, aut etiam præjudicium nullâ solidâ ratione nixum. Ei quoque opponimus Tertul. De habitu muliebri cap. 3. necnon Orig. in Matth. 13. & Hieron. in catalogo script. Eccles. qui eam disertè ascribunt Judæ Apostolo [i]. 3. Quòd Librum Apocryphum Enochi citat [k]. Resp. Non indè sequitur, eum Librum illum probâsse ut divinum: nam & ex profanis Poetis vera proponuntur, ut Act. 17. 28. 1 Cor. 15. 33. Tit. 1. 12 [l]. Scripta est autem hæc Epistola ad Judæos gentè, religione Christianos, ubique dispersos, & adversùs Carpocratianos, sive Gnosticos [m].

[a] G. [b] Ham. Gom. Vor. [c] Ham. [d] G. Q. in Gom. [*] G. [f] Gom. [g] G. [h] Ham. [i] Gom. [k] Q. in Gom. [l] Gom. [m] G. Ham.

1. JUdas] Qui dicitur & *Lebbæus*, cognomento *Thaddæus*, Matth. 10. 3 [a]. ¶ *Christi servus*] Nempe, κατ' ἐξοχὴν [b], ratione muneris Apostolici [c], vel, ministerii in Evangelio annunciando [d]. ¶ *Frater autem* (germanus scilicet [*],) *Jacobi*] Scil. Apostoli [f], dicti *minoris*, Matth. 10. 3 [g]. Hoc addidit [h], ad differentiam Iscariotis, Luc. 6. 16. & Barsabæ, Act. 15. 22 [i]. & ut authoritatem conciliaret huic Epistolæ. Magna enim erat Jacobi authoritas, ut patet ex Act. 12. & 15. & 21. & Gal. 1. & 2. Vide hîc Judæ modestiam [k]. Al. Hoc additum puto esse à Scribis, ut Judas hic esse Apostolus crederetur [l]. Sed hoc dicitur sine ulla probatione [m]. ¶ *Iis*, &c. Τοῖς ἐν Θεῷ—ἠγαπημένοις—τετηρημένοις, κλητοῖς] *His in Deo* (vel, *à Deo*, Be. vel, *per Deum*, Pi. ut sit ἐν Θεῷ [vel,] pro ὑπὸ Θεοῦ [n], [vel,] pro διὰ Θεόν [o].) *sanctificatis*, (Sic 1 Cor. 1. 2. *Sanctificatis in Christo*. Per Christum enim data est Christianis sanctitas eximia. In MS. est ἡγιασμένοις· quomodo legit Latinus [q], *dilectis*, Vulg.) *& Jesu Christo* (vel, *in Jesu*—, Vulg. Ham. sic G. vel, *à Jesu*—, E. vel, *per Jesum*, V. per Christi gratiam [r]:) *servatis*, sive *asservatis*, (i.e. sepositis [†], à Deo [t], vel, æterno Dei consilio [v], custoditis [x]; vel, 1. in fide & sanctitate [y], per donum perseverantiæ [z], nè à deceptoribus seducti pereant, juxta Joh. 6. 39. & 10. 28. & 17. 12 [a]. vel, 2. ut à Christo suo tempore præmium accipiant. Confer 1 Thes. 5. 23. Est [hîc] Participium Præteritum pro Præsenti [b]. Vel, in eum finem, ut aliquando Christo adducantur tanquam sponsa sponso [c]. Confer 2 Cor. 11. 2. Eph. 5. 27 [d]. Vel, 3. qui Christo traderentur custodiendi, Joh. 17. 6, 12, 24 [*].) *vocatis*, Mo. &c. Nempe, cum efficacia [f], ad Christianismum & Ecclesiam [g]; vel, ad fidem [h], vel, ad nuptias illas cœlestes, Matth. 22. 2 [i]. vel, evocati à Deo, ejúsque obsequio & cultui per fidem & gratiam mancipati [k]. Ostendit fontem omnis boni, vocationem ex mera gratia. Sic & 1 Cor. 1. 2 [l].

2. *Misericordia—adimpleatur*] In vobis & erga vos, &c [m]. Πληθυνθείη] Sic 1 Pet. 1. 2 [n].

3. *Charissimi*] Sic 1 Cor. 4. 13. & 10. 14. & c. 15. v. 58. &c [o]. ¶ *Omnem*, &c. Πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος—ἀνάγκην ἔσχον?] Bifariàm hic locus potest accipi [p]: vel sic, *Cùm esset mihi mirum studium scribendi vobis de communi salute, non potui non scribere*, h. e. Non potui non obsequi desiderio animi mei [q]; vel, ut duo hîc sint membra distincta [r]. *Cùm omne studium adhibeam*, sive *adhiberem*, (vel, *Omnem solicitudinem faciens*, Mo. *Omnem curam adhibens*, Sy. Par locutio 2 Pet. 1. 5 [†].) *ut scribam ad vos de communi salute*, (id est, quæ mihi vobiscum

[a] Vor. ex Pi. sic Me. T. [b] Gom. [c] E. [d] Gom. [*] E. [f] Pi. Gom. [g] Pi. sic Me. [h] ce. [i] Gom. fam. Be. [k] E. [l] G. [m] Ham. præf. [n] Be. [o] Pi. [q] G. [r] Me. [†] Be. [t] Pi. Vor. [v] Be. [x] E. [y] Me. [z] Dic. [a] E. [b] G. [c] Vor. ex Pi. [d] Vor. G. [*] Be. [f] D. sic Dic. [g] Me. [h] Gom. [i] Pi. [k] T. [l] G. [m] Me. [n] G. [o] Idem. [p] Er. [q] Er. sic V. [r] E. ex Sasbold. Calv. [†] G.

vobiscum, & cum omnibus fidelibus, communis est †: vel, de iis quæ pertinent ad communem salutem [t]. Sic κατὰ κοινὴν πίστιν, Tit.1.3 [v].) *necesse habui vobis scribere*, Be.Pi. Calv. Non dicit, se ad scribendum eo esse adductum, quòd sedulò id facere soleat; sed potiùs [z], [sensus est, q.d.] Cùm alioqui ad procurandam salutem vestram [y], ultrò propensus & sedulò intentus ad scribendum essem, nunc etiam necessitas scribendi fuit [z], propter hostes Christi [a]; quia scilicet, ut hîc sequitur, oppugnati ab improbis, ad pugnam instruendi erant [b]. ¶ *Deprecans*, &c. Παρακαλῶν ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ, &c.] *Deprecans* (vel, *Adhortans*, Er. Zeg. sic Val. vel, *Ad vos hortandos*, P. Be. Pi. παρακαλῶν, pro, εἰς τὸ παρακαλεῖν, q.d. *Nihil potius habui quod scriberem quàm ut vos monerem*, de periculis præsentibus [c].) *supercertare* (vel, *ut adlaboretis*, Er. *ut decertetis*, P. Be. Pi. *ut certando collaboretis*, Zeg. *ut decertantes servetis*, V. *ut auxilio sitis*, nempe *sanctis*: nam ἐπαγωνίζεσθαι refertur ad ἁγίοις [d] vel, *ut vestris laboribus adjumento sitis*, nempe *fidei*, V. *ut strenuè collaboretis*, nempe *sanctis*, Zeg.) *semel traditæ sanctis fidei*, Mo. vel, *pro fide* (vel, *fidem*, vel, *fidei*, V. vel, *in fide*, vel, *per fidem*, Er. *Fidem* hîc vocat ipsam doctrinam * fidei, videl. Evangelium [f], per Metonymiam [g], ut Act.6.7 [h]. 1 Tim.4.1. & alibi sæpe [i]. Ἐπαγωνίζεσθαι τῇ πίστει est eam *bene tueri*, non sinere sibi eripi; ἐπὶ enim hîc valet *pro* [k]: est ἐπαμύνασθαι, pro viribus eam tueri, quod ἐπὶ declarat; pro ea certare non gladio, sed sanâ doctrinâ & honestæ vitæ exemplis [l]; eam non deserere metu persecutionis [m]:) *quæ semel* (dicit *semel*, emphaticè [n], quia de ea doctrina nihil immutandum [o]; & quia eâ semel amissâ, non est quòd aliunde salutem exspectent [p]:) *tradita est sanctis*, P. Be.Pi. i. e. iis qui nunc sancti sunt, nempe per Apostolos, ut 1 Cor.11.2,23. & 15.3. ubi eadem vox παρεδόθη. Vide & 2 Pet.2.21 [q]. Ἁγίοις refertur ad παραδοθείσῃ non ad ἐπαγωνίζεσθαι [r].

4. *Subintroierunt*, &c. Παρεισέδυσαν γάρ —— οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα] *Subrepserunt* (i. e. latenter sive furtim irrepsere †. Sic παρεισῆλθον Gal.2.4. παρεισάξουσι 2 Pet.2.1 [t]. obliquis viis & modis se insinuârunt [v], ut solent hæretici [x]: vel, *Obiter subierunt*, Er.Ti. subdolè & sensim & clanculum se insinuârunt, quæ vis verbi δύειν vel δύνειν est [y], nempe in Ecclesiam [z], præter jus & fas, ut παρὰ notat [a].) *enim quidam homines* (designat Carpocratianos, ut diximus [b], sive Gnosticos [c]:) *olim* (vel, *priùs*, Er. Il. *longè antè*, Zeg. *jam olim*, Be. *priùs jam olim*, P.Be.) *præscripti* (vel, *descripti*, Er. Pi. Calv. vel, *scripti*, E. προγεγραμμένοι, i. e. περὶ ὧν προγέγραπται [d], de quibus hoc prædictum est *, vel, 1. à Petro & Paulo [f]. Vide 2 Thess. 2. 8, 9. 2 Tim. 2. 16. 2 Pet.2.3. Sed præcipuè respici videtur locus ille 2 Pet. 2. ubi hi ipsi homines præsignificantur [g]. Vel, 2. à Christo Mat.24 [h]. vel, 3. in Scripturis utique V. T [i]. Translatio indè sumpta quòd sententiæ ex scripto recitari solebant, Psal. 149. 9 [k]. Al. Significat, illos jam olim fuisse à Deo destinatos sive designatos [l], vel, ab æterno prædestinatos [m]. Metaphora [vel] indè sumpta, quòd Prædestinationis consilium *liber* vocatur [n]: vel, ab iis qui memoriæ causâ in codicillis describunt & consignant quæ sibi proposuerunt agere [o].) *in hoc judicium*, Mo. Er. Il. Pi. &c. *Judicium* hîc vocat, vel, 1. reprobum sensum quo feruntur ut pietatis doctrinam pervertant [p]; vel, justam derelictionem, quâ ob peccata præcedentia permissi fuerunt pati naufragium fidei, idque ità ut fierent errorum magistri, tandémque æternùm damnarentur †: vel, 2. damnationem [q]. Κρίμα hîc est pro κατάκριμα, pœna, ut Mat.23.14. Marc.12.40. Luc.20.47. Rom. 2. 3. & 5.16. Gal. 5. 10. Jac. 3. 1. *Hanc pœnam Deus pridem decrevit* in eos qui Evangelium rejiciunt, ut sibiipsis per mala dogmata & flagitiosos actus summam accersant etiam apud nos Christianos infamiam [r], & totale exitium, quo unà cum Judæis involuti sunt †. Hoc addidit Judas, ut adversùs Apostasiæ offendiculum animos sanctorum confirmaret [t], nè quos rei novitas percelleret [v]. Non temerè, inquit, hoc accidit [x], sed æterno certóque Dei consilio [y], & providentiâ justè hoc ordinante, 2 Pet.2.3 [z]. ¶ *Impii* (2 Pet.2.6 [a].) *Dei nostri gratiam* (i. e. doctrinam de gratia [b]; vel, Evangelium [c], metonymicè sic dictum Heb.12.15. & alibi, sub cujus nomine isti alios inescabant; sed reverâ Evangelium transformabant in doctrinam libidinosam [d]:) *transferentes in luxuriam*] vel, *ad lasciviam*, Be.Pi. &c. i.e. ad carnalem & profanam licentiam *, in occasionem omnis lasciviæ, & carnalium voluptatum [f]; docentes legem Christianam esse legem libertatis [g]: *transferentes*, fœdâ interpretatione [h]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὸν μόνον δεσπότην Θεὸν καὶ Κύριον, &c.] Potest hoc referri, vel, 1. ad solum Christum [i], qui hîc vocatur unicus Herus, Deus, ac Dominus; ut ostendit unicus articulus omnibus istis epithetis communis [k], qui unius personæ index est [l]. Verùm ubi diversæ personæ indicantur, sæpe priori tantùm articulus præmittitur, ut Mat.17.1. Act.3.11. &c [m]. Illud autem Θεὸν abest in MS [n]. & in Vulg. & in 2 Codicibus [o]. Datur Christo nomen δεσπότου etiam 2 Pet.2.1. ubi de iisdem hominibus agitur [p]. Hic noster *Herus* & *Dominus* dicitur ob Redemptionem, &c [q]. Certè de solo Christo agitur, [in loco parallelo] 2 Pet.2.1 *. Sed nihil vetat, Judam hîc, ut in aliis, plus aliquid dixisse quàm Petrum ||. Vel, 2. ad Patrem & Filium distinctè [r]. [Sic vertunt:] *Et solum illum herum Deum*, (vel, *Ac Deum qui solus est herus*, Er.Ti. vel, *dominator*, ut Luc.2.29. Act.4.24†. i.e. herus totius mundi [t]. Refertur ad Deum Patrem [v], quem *illum solum* vocat, oppositè, non reliquis Deitatis personis, sed creaturis, ut Joh.17.3. & 2 Cor.8.6 [x].) *ac dominum nostrum* (quippe qui nos sanguine suo redemit [y]:) *Jesum Christum, negant*, Be.Pi. &c. vel, 1. vitâ [z], seu factis, ut illi Tit.1.16 [a]. Quod nimis generale est & commune omnibus malis Christianis [b]. Vel, 2. verbo [c], & doctrinâ [d]. Hoc propriè dicitur in Simonianos *, sive Gnosticos [f], qui Dei gratiam in lasciviam transferebant [g], & abnegabant, tum, 1. Deum Patrem [h], plures pro unô Deo mundi gubernatores introducentes [i], & Simonem adorantes, qui finxit se esse illum Deum qui in monte Sinai apparuit [k]: tum, 2. Jesum Christum [l], quia eum dicebant nec verè natum esse, nec passum, nec resurrexisse, nec ipsum esse Christum, nisi per denominationem à supremo Christo invisibili & incorporeo [m]; quia eum dicebant hominem natum ex homine, & multos suorum ipsi pares. Non ergò eum pro suo Redemptore, & per id *Hero* ac *Domino*, agnoscebant [n].

5. *Commonere*, &c. Ὑπομνῆσαι δὲ ὑμᾶς βούλομαι εἰδότας ὑμᾶς ἅπαξ τοῦτο ὅτι —— τὸ δεύτερον, &c.] In MS. Ὑπομνῆσαι δὲ ὑμᾶς βούλομαι εἰδότας ἅπαξ πάντα, quomodo & Latinus legit. *Omnia* cùm dicit, intelligit omnia narrata in V.T [o]. [Verba sic reddunt:] *Volo autem vos istorum commonefacere*, (i.e. in memoriam revocare illud quod sequitur, quamvis hoc ipsum non ignoretis [p]:) *ut qui semel* (i.e. certò & immutabiliter [q]; vel, prorsùs & perfectè, ut sit ἅπαξ pro ἀπαξαπαντῶς, Psal. 89. 36. collat. cum v. 34, 35. Confer Est.4.11. Psal.62.12 [r]. Sed præstat propriè accipere, & illud, ἅπαξ τοῦτο, cum ὑπομνῆσαι conjungere; q.d. Etsi scio vos hæc tenere cognita, tamen *semel* adhuc, dum scil. in hoc tabernaculo sum, vos de eo commonefaciam †. Hæc cùm semel illi Judæi gente à prima ætate didicissent, brevi tantùm indicio opus habebant ut eorum reminiscerentur. Sic 2 Pet.1.12 [t].) *hoc sciatis*, (vel, *quum istud semel noveritis*, Calv. εἰδότας pro εἰδῆτε [v], ut est 2 Pet.1.12 [x].) *Dominum*, (i.e. Christum, qui hoc fecit ut Deus Deique filius, repræsentatus per Angelum [y]. ὁ Κύριος hîc ut in rebus Veteris T. est יהוה, quod Græci vertunt Κύριος, quia legebatur אדוני. Nam quod hîc in Latino est *Jesus* venit ex Græcorum librorum compendio, in quibus scriptum fuit ΙΣ pro ΚΣ [z].) *quum populum* (nempe Israeliticum [a]:) *ex Ægypto liberâsset, rursus* (vel, *postea*, Er.V.Zeg. Glass. p.465. Al. δεύτερον hîc valet *ex contrario*, quomodo & πάλιν sumitur Mat.4.7. & Jac.5.18 [b].) *eos qui non credebant* (Fontem hîc designat omnium peccatorum, quòd se Dei verbo regi non sustinebant [c]: μὴ πιστεύσαντας dicit pro ἀπειθήσαντας, quia qui *non obediunt* ostendunt se *non credere*, aut *non credere ut oportet*. Sic Heb.4.2. ὁ λόγος dicitur μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει, &c [d].) *perdidisse*, Pi.Be. &c. scil. in deserto *, per Serpentes, per Morbos, per Angelum, per manus Levitarum. Vide 1 Cor. 10. Heb. 2. 2 [f].

6. *Angelos verò qui*, &c. Τούς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν] Qui

Qui non servârunt suam originem (vel, *primam naturam*, V. vel, *dignitatem*, sive *potestatem*, Q. in E. vel, *principatum*, Vulg. D. Calv. ut 1 Cor. 15. 24. Lexic. vetus, Ἀρχὴ, *imperium, magisterium, præsidatus*[g]. Vel, *principium*, D. G. i. e. statum in quo à principio fuerunt[h] conditi[i]; originalem suam excellentiam, statum, gratiam, & dominium inter res omnes corporeas in cœlo & in terra[k]. Angelicæ dignitatis honorem[l]. Metonymia. Minutius, *Simplicitatem substantiæ suæ onusti & immersi vitiis perdiderunt*. Liber de Morte Mosis ait de iisdem, *Aza & Azael* (ut Angeli qui ceciderunt è cœlo nominantur ab Ebræis[m]:) *cœlo descendentes viam suam corruperunt*. Vide de eorum Principe Joh. 8. 44[n]. ¶ *Sed dereliquerunt suum domicilium*] Cœleste scilicet[o]: desertis lucis supernæ locis venere ad inferiora[p]: dejecti fuerunt è cœlo, quia rebellârunt. Synecdoche, quâ ex effectu simul causa intelligitur[q]. ¶ *In*, &c. Εἰς κρίσιν — ὑπὸ ζόφον, &c.] *Judicio*, vel *In judicium, magni diei* (Perinde est atque *in diem magni judicii*[r], quando Deus judicabit omnes†, etiam dæmones[s]:) *vinculis* (voluntatis scilicet & potentiæ suæ, & sub. *vinciendos*. Ellipsis est verbi conjugati, necessaria ad conciliandum hunc locum cum iis ubi mali angeli narrantur in terra homines tentâsse & vexâsse, qui proinde his vinculis nondum detinentur[v]. Malim δεσμοῖς hìc poni pro εἰς δεσμοὺς, ut σειραῖς pro, εἰς σειρὰς, 2 Pet. 2. 4. ut uterque Dativus sit non Instrumenti, sed Acquisitionis vel Finis, & vertantur non *cum vinculis* sive *catenis*, sed *in vincula*. Sic Græci dicunt τῇ πόλει pro εἰς πόλιν, & Heb. 7. & Dativo servit & in præp. εἰς[x].) *æternis* (Omnem salutis spem hæc verba Diabolis auferunt[y]:) *sub caliginem* (i.e. in loco caliginoso[z]; vel, in aere hoc caliginoso, in quem, ut in carcerem, dejecti sunt[a]: vel potiùs, in inferno[b], quia locum hunc Petrus *tetrum* vocat[c].) *reservavit*, Mo. &c. id est, Lege ineluctabili vult illos in locis à luce superna remotis circa terram detineri ad tempus usque judicii. Idem sensus & verba similia 2 Pet. 2. 4[d].

7. *Et finitimæ civitates*] Adama & Zeboim*: שכיניה, Jer. 49. 18[f]. Et πόλεις dixit pro *hominibus*[g], ut & Græci sæpe. Πόλις γὰρ εἶσιν ἄνδρες, οὐκ ἐρημία[h]· aut certè sic vocat urbes cum habitatoribus[i]. ¶ *Simili*, &c. Τὸν ὅμοιον τούτοις τρόπον ἐκπορνεύσασαι καὶ ἀπελθοῦσαι ὀπίσω, &c.] *Simili modo atque illi*, sive *illæ*, (id est, vel, 1. impii isti, de quibus hìc agitur[k]. Vel, 2. Sodoma & Gomorrha[l], quibus paria flagitia vicinas urbes commisisse significat[m]. Nec obstat masc. τούτοις. Nam ad incolas potiùs quàm ad loca Judas respexit[n]. Vel, 3. Israelitæ, de quibus v. 5[o]. Vel, 4. Angeli, de quibus præced. v[p]. qui ex sententia libri illius Apocryphi, ex quo desumpta sunt quæ sequuntur v. 9. & 14, 15. scortati sunt cum fœminis, juxta locum Gen. 6. 2. quem de illis accipi debere putavit[q]:) *scortatæ* (Generale verbum est ἐκπορνεύεσθαι, quomodo verti solet Hebræum זנה. Vide & quæ de voce πορνείας diximus ad Mat. 5. 32[r]. Præpositio ἐκ Deum respicit à quo scortando defecere, Psal. 73. 27. q. d. *scortatæ defectione*, vel *deficientes, à Deo*†. Vel, *exfornicatæ*, Mo. Vulg. i. e. extremè fornicatæ; extremam & pessimam (& præposteram[t],) libidinem exercentes[v]; fornicantes extra & præter modum naturæ[x]; q. d. scortando effervefactæ, seu in scortationem effusæ[y]:) & *carnem alteram* (sive, *alienam*, Be. E. vel, *aliam*, D. Sic vocat, vel, 1. omnem quæ nostra non est[z], sive nostræ uxoris[a], sive extra matrimonium[b]. Sed de istorum adulteriis nulla fit mentio[c]. Verùm illi Sodomæ, &c. habitatores, sicut Carpocratiani, in omnem Venerem erant projecti[d]. Vel, 2. carnem masculam*; quæ aliena est ab instituto & usu naturæ[f], sive à fine ad quem à Deo condita est[g]; sive quod ad generationem attinet[h], cui incongrua & inepta est[i], quia duo mares una caro esse non possunt, sed tantùm mas & fœmina[k].) *secutæ*, Pi. Be. &c. Verecundè vitium Sodomiticum designat[l]. Notat hìc portentosas libidines Simonianorum & Nicolaitarum, qui Gnosticorum parentes[m]. ¶ *Factæ*, &c. Πρόκεινται δεῖγμα, πυρὸς αἰωνίου δίκην ὑπέχουσαι] In MS. ὑπερέχουσαι, ut sensus sit, Eas urbes incensas *instar exhibere ignis æterni*, qui impios exspectat[n]. [Verba sic reddunt:] *Proposita sunt exemplum*, sive *exemplo*, (vel, *Factæ sunt in exemplum*, Vulg. Divinæ ultionis[o], ut alii ab hoc scelere deterreantur[p]: ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν, 2 Pet. 2. 6. Et bene πρόκεινται, i. e. *velut ob oculos positæ sunt*. Vide Heb. 6. 18. & 12. 1, 2[q].) *ignis æterni pœnam* (propriè *jus*: Metonymia efficientis[r]. Vel, *similitudinem*, seu *imaginem*. Nam solet δίκην significare *instar, more*, &c†.) *sustinentes*, Mo. Er. Be. Pi. &c. τὸ *ignis æterni* referendum, vel, 1. ad *exemplum*, hoc sensu; *sustinentes pœnam* in Genesi descriptam *propositæ sunt in exemplum ignis æterni*, i. e. punitionis impiorum in igne æterno, cujus insignis figura erat illa pœna. Vel, 2. ad pœnam, ut sensus sit, eo quòd *sustinent pœnam ignis æterni propositæ sunt* peccatoribus *in exemplum*. Cui sensui favere videtur Participium præs. temp. ὑπέχουσαι. Sed hic sensus difficultatem habet. Nam exemplum sumi debet à re nota, quale non erat, istos igne æterno cruciari. Et exemplum petitur ab historia: de pœna autem ignis æterni Genesis historia non loquitur. Illud ergò incendium vocatur *ignis æternus*; vel, 1. quia irreparabile est & semper duraturum[t], cujus vestigia hodie supersunt, mare mortuum fumans, &c[v]. Vel, 2. metonymicè, eò quòd typus fuerit ignis æterni[x], in quem isti à temporali incendio transmissi sunt[y]. Incendium istud considerat ut pœnam adhuc durantem, & quæ præsignificaret sequentem vindictam ignis æterni in inferno, qui solus dicitur αἰώνιον πῦρ in aliis omnibus locis, ut Mat. 18. 8. & 25. 41. Apoc. 20. 10[z].

8. *Similiter*, &c. Ὁμοίως μέν τοι] *Similiter sanè*, Er. *Similiter tamen*, Be. Pi. In MS. ὅμως μέν τοι, i. e. *Nihilominus*[a]. Quamvis tanta exempla habeant ante se[b], in eadem tamen præcipitia ruunt[c]. ¶ *Carnem*, &c. Ἐνυπνιαζόμενοι, σάρκα — κυριότητας — δόξας, &c.] *Sopiti*, (vel, *Somniatores*, Val. *Somniantes*, Er. Zeg. Pi. id est, vel, q. d. qui non aliud somniant quàm spurcas libidines[d]. Alludit ad illusiones & pollutiones nocturnas, quia addidit, *carnem maculant**. Hoc loco, sicut & infrà v. 23. designari puto nocturnas pollutiones impuræ illius Gnosticorum sectæ, immundáque eorum somnia, & libidinosas etiam per somnum seminis excretiones, lascivis hominibus usitatas, de quibus Lucret. l. 4. v. 124. Huic sententiæ favet versio Arabica, *Sic isti dormiendi tempore secedentes carnem suam fœdant*; & maximè Æthiopica, *Et similiter isti qui in somno suo polluunt carnem suam*. *Caro* hìc, sicut & Levit. 15. 2. Ezec. 16. 26. & 23. 20. per Euphemismum dicitur αἰδοῖον, sive pars pudenda. *Vestes* à carne inquinatæ quid sint colligi potest ex Horat. Serm. 1. 5. ubi de se dicit, —*tum immundo somnia visu Nocturnam vestem maculant ventrémque supinum*. Has quidem pollutiones Græci per ὀνειρώττειν exprimunt, quod Judas hìc pro solita sacris scriptoribus gravitate & modestia ἐνυπνιάζεσθαι dicit. [Hæc doctissimus Guidottus, qui mecum hæc & alia antè suis locis memorata mecum humaniter communicavit.] Al. Sensus est, q. d. delirantes, errantes, & dicentes quæ non sciunt[f]; stulta imaginantes, ità ut ii qui somniant. Sic utitur Maimon. voce הוים quæ Esa. 56. 10. vertitur ἐνυπνιαζόμενοι. Arabibus, apud quos est sæpe ר pro ו Hebræo, הדי est *insanire*[g]: Perinde stolidi acsi sensus omnes penitus sopitos haberent[h]. Quibus sensus animi suavitate voluptatum quasi deliniti atque sopiti sunt[i]. *Delusi insomniis*, Er. Il. V. id est, absurdis ipsorum dogmatibus abducti[k]. *Spurci somniatores*, Aug. q. d. Non solùm interdiu se libidine contaminant, sed etiam noctu per insomnia[l]. Stupidam eorum impudentiam notat, quâ ad omnem turpitudinem se prostituunt[m].) *carnem* (i. e. corpus, 1 Cor. 6. 18[n]. vel, naturam humanam[o]:) *quidem maculant*, (Nempe infandis libidinibus[p]. Corrumpunt mares & fœminas, ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ 2 Pet. 2. 10[q].) *Dominationem*, sive *dominatum*, (vel, 1. Dei[r], quâ mundum universum instituit & gubernat†; q.d. Deum omnium dominum & scelerum vindicem[t]. Vel, 2. publicam potestatem & leges[v], omnem magistratum[x], ipsum munus magistratûs ordinémque à Deo constitutum. Non dicit *dominos*, sed *dominatum*, majore emphasi[y]. Al. *dominos*, Er. Il. V.) *autem spernunt* (vel, *contemnunt*, ut 1 Thess. 4. 8. Ἀθετεῖν idem quod καταφρονεῖν 2 Pet. 2. 10. & בגד verbo utroque redditur[z]. Vel, *deprimunt*, Sy. vel, *rejiciunt*, ut ἀθετεῖν sumitur Luc. 10. 16. Joh. 12. 48. q. d. *deponunt*, scilicet de suo throno[a]; vel, *repudiant*,

Marginal notes (left): g D. h G. sic Be. Pi. Er. V. i Be. Pi. k Me. l E. m D. n G. o D. Pi. E. p G. q Vor. sic Pi. r Di. D. † Pi. sim. D. E. s Me. v Pi. x Med. l. 1. diss. 4. p. 31. y Di. z Pi. a Q. in E. b E. Me. Pi. c E. d G. * G. Pi. E. f G. g G. sim. F. Pi. h G. i E. k Vor. l E. sic Be. Pi. Calv. m E. n Calv. sim. Pi. o Glass. gram. 3. 6. 19. 572. p Sch. ad v. 8. q Cap. Glass. lib. r Cap. † G. † Glass. lib. t T. v Me. T. x E. y Pi. z G. a Q. in E. b G. c E. d G. * E. ex Cecum. e Me. T. f Me. T. g Pi. h E. i Me. k E. l Zeg. sic D. Pi. Vor. m E. n G. o Me. T.

Marginal notes (right): p Me. q G. r Pi. † Med. l. 5. p. 1118. t E. v Me. sim. T. x E. y Me. sim. T. z Ham. a G. b G. sim. Be. c Be. d E ex Clem. * Cagn. in E. f Q. in E. g G. h Be. i Pi. k Ham. l V. sim. Pi. m Calv. n Pi. o T. p Me. T. sim E. q G. r Ca. E. † E. t Me. v Q. in Me. x T. y Be. z G. a Pi.

diant, Ca. Pi.) *dignitates* (vel, *majestates*, Pi. vel, *glorias*, Er. V. Pi. id est, vel, 1. Angelos, de quibus hi multa absurda & contumeliosa confinxerunt, teste Theodoreto [b]. Sed nullus scriptor vetustus Gnosticis imputat contemptum Angelorum, quin contrà, Æones, qui Angelos denotant, magnam partem Theologiæ ipsorum constituunt [c]. Vel, 2. majestatem Divinam [d]. Vel, 3. Principes [*]; vel, eos qui in summis sunt honoribus, τὰς ἐξουσίας τὰς ὑπερεχούσας. Confer 2 Pet. 2. 10 [f]. Vel, 4. Apostolos & gubernatores Ecclesiæ, qui dicuntur *gloria Christi*, 2 Cor. 8. 23. quibuscum multas disputationes & controversias agitabant [g]. Res hîc ponitur pro persona in imperio constituta [h]. Vel, abstractum pro concreto, quomodo ἐξουσίαι dicuntur Rom. 13. 1. & κυριότητες, 2 Pet. 2. 10 [i]. & *potestates* apud Suetonium [k].) *autem blasphemant*, Mo. vel, *maledictis*, sive *convitiis*, *incessunt*, Be. Pi. sim. V. Non mirum, id fecisse Carpocratianos, qui Leges avitas omnes pro nihilo ducerent [l]. Quod dixit, *dominationes spernunt*, referri possit ad doctrinam ipsorum de libertate Christiana, cujus prætextu subjectionem rectoribus & dominis quibusvis denegabant; cui aptè eorum praxin superstruit, quòd *contumeliosè* de eis *loquerentur* [m].

9. *Cùm*, &c. Ὁ δὲ Μιχαὴλ——ὅτε τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο——οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας, &c.] *At Michael Archangelus* (id est, vel, 1. unus ex Archangelorum numero. Cui tamen obstat, quòd Scriptura nusquam nominat *archangelos* numero Plurali, sed tantùm sing. ut 1 Thes. 4. 16. Vel, 2. Angelus cæterorum princeps [n]. Ἀρχάγγελος est ראשון Dan. 10. v. 13. ubi de eodem Michaele sermo [o]. Reperitur etiam *Michael* & Dan. 12. 1. & Apoc. 12. 7 [p]. Sonat autem Latinè, *Quis sicut Deus* [q]? Erat hic præfectus populo Judaico [r]. Hoc autem nomine intelligitur, vel, 1. Christus†, qui Princeps est Angelorum; qui & *Angelus Jehovæ* & *Jehova*, Zach. 3. 1, 2. appellatur [t]. Verùm sic vocatur, quòd Dei partes agat adversùs Diabolum [v]. Et huic sententiæ obstat quòd Christus ab Archangelo disertè distinguatur, 1 Thes. 4. 16 [x]. Nec Christo congruit illud *non ausus est* ‖. Verùm τολμᾷν non tantùm est *audere*, sed etiam καρτερεῖν, *sustinere*, ut in Eurip. τολμῶ μεθεῖναι, *sustineo dimittere*: & Plato De Repub. 3. τολμήσειν ἀπέχεσθαι, *sustineat abstinere*: & Rom. 5. 7. τολμᾷ ἀποθανεῖν, *mori sustineat*: & Rom. 15. 18. οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν, &c. *Non enim sustinuerim loqui*. Ità & h. l. Christus à Diabolo ἀντιλεγόμενος, imò λοιδορούμενος, ipse ἀντιλοιδορεῖν, seu ἀντιβλασφημεῖν οὐκ ἐτόλμησεν, i. e. *non animum induxit*, vel, *non sustinuit*; non scilicet metu Legum à maledictis abstinens, sed se ipse comprimens ut nobis patientiæ exemplum præberet. Confer Heb. 12. 3. & 1 Pet. 2. 21, 23. Latini quoque dicunt *audeo* pro *volo*, ut in eo, *Fac sodes*, i. e. si audes †. Vel, 2. Angelus creatus [y].) *cùm adversùs diabolum* (i. e. principem Diabolorum. Ità congruit hoc exemplum Dignitatibus, sive Dominiis, de quibus hîc agit [z].) *certans* (vel, *dimicans*, Mo.) *de corpore Mosis*, *non ausus est* (sub. *illi*, Pi.) *inferre judicium* (vel, *impingere notam*, Er. Il. V. Be.) *maledicum* (vel, *blasphemiæ*, Mo. vel, *maledicti*, Er. Be. &c. Κρίσιν βλασφημίας, 2 Pet. 2. 11. κρίσις βλάσφημος [a]. est *ultio quam quis sumit maledicendo*. Negaverat in Epistola [illa] Simeon, id Angelos facere ubi cum imperiis, quanquam impiis, certandum habent; quod ibi exposuimus. Addit Judas ampliùs, nè tum quidem id facere Angelos ubi cum Diabolo certamen habent, qui & ipse, quanquam impius, potestatem quandam à Deo in hunc mundum accepit; unde κοσμοκράτωρ dicitur [b]. Dicit, *non ausus est*, non quòd Diabolum timeret [c], sed quòd nollet hoc facere, cùm jure posset [d], quia hoc ipsum dedecebat [*]; nè vel per umbram aliquid, quod blasphemiam sonaret aut maledicentiam, nominando se contaminaret; & quia maximè execratur blasphemiam & blasphemos, & ut nobis exemplum daret modestiæ, nè faciles essemus ad maledicendum cuiquam [f].) *sed dixit*, *Increpet te Dominus*, Pi. Be. &c. i. e. Increpando tibi silentium imponat [g]; vel, te coerceat, & conatum tuum prohibeat [h]; tuam insolentiam, malignitatem, nequitiam, comprimat [i]. Hæc verba nihil sensu differunt, sono penè nihil, ab illis Zac. 3. 2. Ἐπιτιμήσαι Κύριος ἐν σοὶ, יגער יהוה בך, quæ verba ibi pronunciat Angelus magnus [k]. Qu. Quænam aut qualis fuit hæc altercatio [l]; & quæ illius causa [m]? Resp. 1. Respicit haud dubiè ad locum Deut. 34. 6. ubi agitur de sepultura Mosis [n]; Michael ex Dei imperio volebat corpus Mosis abscondere. Diabolus autem in apertum proferre, ut ad idololatriam populus allicere-tur [o]; quod scilicet metuendum fuisse si id corpus apparuisset, testatur & Josephus [Antiq.] 4. 8 [p]. Hæc autem historia recensetur, vel, 1. ex traditione [q], sicut illa 2 Tim. 3. 8 [r]; vel, 2. ex Libro quopiam Apocrypho †, cui titulus Ἀνάληψις, sive *Assumptio*, Mosis [t]: unde hæc desumpsit Judas, velut concesso utens [v]. Neque hinc periclitatur authoritas hujus Epistolæ. Neque enim omnia in Libris Apocryphis falsa sunt. Poterat autem Apostolus discernere inter Libri illius vera & falsa [x]. Veritas autem hujus historiæ, de qua antea dubitari potuisset, Spiritûs Sancti instinctu & monitu certa redditur [y]. Solebant [autem] Rabbini & Angelis & magnis hominibus tribuere ea verba quæ verisimiliter dicere potuerunt. Tale illud quod de Enocho habebimus; & illud quod Act. 7. 26. & Heb. 12. 21. Similia habes in Midrasch ad Deuteronomium, in Abeth Rabbini Nathan & aliis. Librum illum Ἀναλήψεως nominant Orig. & Epiphan. Nec dubito quin indidem sit desumpta narratio quæ est apud Clementem Strom. 6. Simile certamen inter Angelos bonos & malos de Abrahæ salute & interitu commemorat Orig. In Libro Hebraico qui vocatur דברי הימים של משה referuntur verba quædam Diaboli ad Mosen ante mortem ejus, & ministeria quæ Angeli Mosi exhibuere. Sed quæ hîc leguntur verba in eo Libro non comparent: unde credibile sit, Librum illum Ἀναλήψεως pridem intercidisse [z]. Resp. 2. Respicit hîc indubiè ad Zac. 3. 1 [a]. ubi ad dextram Josuæ stat Satanas, tanquam adversarius, cui Angelus sub nomine יהוה hæc duntaxat verba reponit, *Dominus increpet te*. Controversia inter hunc Angelum & Diabolum erat de corpore Mosis [b]. *Corpus* autem *Mosis* non hîc propriè accipiendum, sed figuratè; [vel,] de illo corpore quod Moses prædixit Lege & præsignificavit ceremoniis, quod & Josua postea Zac. 3. adumbravit; h. e. de veritate & complemento Legis à Mose datæ, cujus complementi quod est in Christo antitypus alter fuit Josua [c]. [Vel,] de Templo Jerosʃ. cultûque Dei tunc restituendo, quod *corpus Judæorum* dicitur 2 Macc. 15. 12. nec minùs aptè dici possit *corpus Mosis*, quia à Mose pendebat, tanquam principio vel capite sub Deo, vel Legislatore: qua de causa Ecclesia Christiana, sive Christiani in cœtibus congregati, ad cultum Christi, qui Legislator est, cultúmque suum instituit, dicuntur *corpus Christi*; sicut ex adverso corpus Christi *Templum* dicitur, & corpora nostra *templa Spiritûs Sancti* [d].

10. *Hi autem quæcunque—ignorant*, &c.] id est, Quæ ipsorum (utpote carnalium [*],) captum superant, scil. res cœlestes ac divinas, Dei attributa, mysteria fidei, &c [f]. Majestates longè supra ipsos positas [g]. Vide 2 Pet. 2. 12. ubi diximus Carpocratianos non intellexisse quanto usui viris probis essent Leges & imperia. Vide etiam quæ diximus ad Rom. 13 [h]. Non percipiunt quid honore dignum sit [i]. [Sensus,] Cùm ignari sint divinarum ordinationum, Christianorum officiorum, & rerum omnino spiritualium, impudenter tamen audent de istis rebus pronunciare, & eas blasphemare [k]. ¶ *Quæcunque*, &c. Ὅσα δὲ φυσικῶς—ἐπίστανται] *Quæcunque verò naturaliter* (i. e. solâ naturâ duce [l], & sensibus [m]. Opponitur hoc rationi & judicio [n].) *ut animantia rationis expertia* (id est, acsi bruta essent [o]. [Sensus, q. d.] In iis quæ sensu naturali norunt brutorum instar appetendis & amplectendis [p]. Quod hîc ἄλογον, in 2 Pet. 2. 16. est ἄφωνον, *mutum*, quod scil. sermonis usu caret [q].) *sciunt*, *in iis* (vel, *per ea*: ἐν, pro διά. Notatur enim causa instrumentalis corruptionis [r]: in iis per comessationes, ebrietates, variásque libidines †.) *sese corrumpunt*, Be. Pi. vel, *perdunt*, Pi. *depravant*, G. Vitiando & fœdando sua corpora [t], atque ità dignitatem humanæ conditionis dehonestando [v]. *corrumpuntur*, Vulg. Mo. Passivum pro verbo Reciproco [x], *brutescunt*, Jer. 10. 8. Pleraque animantia observant sexuum discrimina: Ab illis saltem discere debuerant isti. At hoc ipsum illi & actibus suis & ἀδιαφορίας dogmate pervertunt. Vide quæ ad 2 Pet. 2. 16 [y].

Marginal notes (left column): [b] E. [c] Ham. [d] Me. T. [*] Pi. Er. Me. [f] G. [g] Ham. [h] V. sim. Ham. [i] Ham. [k] Er. [l] G. [m] Ham. [n] Pi. [o] G. [p] Vor. Pi. [q] D. Pi. [r] D. ex Hi. & Theod. † Q. in D. Jun. [t] Jun. [v] G. [x] Pi. ‖ Q. in Ga. † Ga. [y] Q. in D. &c. [z] Ham. [a] G. sic Pi. [b] G. [c] T. [d] E. [*] T. ex Hi. [f] E. [g] V. [h] E. [i] Me. [k] G.

Marginal notes (right column): [l] E. [m] Gom. [n] Vor. [o] G. sim. E. Me. T. Ec. Pi. Calv. Gom. plerique in Jun. [p] G. [q] Gom. E. [r] E. † Plerique in E. [t] E. G. [v] G. [x] E. [y] Gom. [z] G. [a] Ham. sic Jun. paral. [b] Ham. [c] Jun. [d] Ham. [*] Me. [f] T. Me. [g] E. [h] G. [i] Calv. [k] Die. [l] Me. [m] Me. E. [n] E. ex Calv. [o] E. [p] Gom. [q] G. [r] Pi. † E. sim. Me. [t] Me. [v] E. [x] G. sim. Be. [y] G.

11. *Væ illis*] Sub. *erit*, seu *accidit*, Pi. q. d. Maledictio ipsis imminet. Non imprecatur, sed prædicit. Est vox conditionem eorum deplorans, ut Mat. 11. 21. 1 Cor. 9. 16. &c. Denunciatio est pœnæ commeritæ. ¶ *In via* (*Via*, in S. S. significat modum agendi, actus & mores, æquè ac eventus & exitus.) *Cain*, &c.] id est, Invidiâ, homicidio, simultatibus & odio fratrum, contemptu Dei, &c. qu. d. Facta ejus imitati sunt. Fraternitatem oderunt & deserunt. Cain fratri vitam caducam ademit, illi fratribus adimunt æternam, perniciosis suis doctrinis. Apostolos quoque & discipulos ad mortem usque persequuntur. ¶ *Et*, &c. Καὶ τῇ πλάνῃ—μισθοῦ ἐξεχύθησαν] *Et errore Balaam* (vel, *Eundem errorem quem Balaam*, G.) *mercede* (vel, *idque pro mercede*. Μισθοῦ, pro ἀντὶ μισθοῦ. Sic dicunt Græci, ὠνησάμην τινὸς δραχμῶν. Heraclitus, Χαλεπὸν θυμῷ μάχεσθαι· ψυχῆς γὰρ ὠνεῖται. Æschines, αἵματος γὰρ ἡ ἀρετὴ ὠνία. Menander de adultero, θανάτου γὰρ ἐστιν ὤνιον. Μισθοῦ hîc adverbialiter ponitur, vel, 1. pro ἕνεκα μισθοῦ, h. e. ut mercedem à Balaaco compararet: cui favet collatio loci paralleli, 2 Pet. 2. 15. vel, 2. quod malim, pro ἀντὶ μισθοῦ, *in mercedem*; vel, per modum mercedis, sive justæ pœnæ, quâ Deus Gnosticorum idololatriam ultus est tradendo eos in omnem turpitudinem, cui favet collatio loci Rom. 1. 27, 28. ubi infandæ illæ libidines dicuntur ἀντιμισθία πλάνης. Ad illos ergò, non ad Balaamum, hoc referendum puto.) *effusi sunt*, Mo. Nempe, in idem flagitium; toti effusi in lucrum, in maledicta, impia consilia, & alia scelera, ut perdant Ecclesiam: vel, *errârunt*, vel, *declinârunt*, ut Psal. 73. 2. שֻׁפְּכוּ. Al. *Et deceptione mercedis* (i. e. Mercede dolosâ:) *quâ deceptus fuit Balaam* (h. e. spe lucri:) *effusi sunt*, P. Be. Pi. Er. tanquam vas effluens, Luc. 5. 37. egressi sunt à præceptis Dei; prolapsi in omne facinus, projecti in omnem confusionem libidinum, quibus legem naturæ immaniter transgressi sunt; ut congruat hæc vox cum ἀνάχυσις, 1 Pet. 4. 4. Syrus hîc habet, *exarserunt*, vel, ut alii, *libidinosè exarserunt*. Et forsan pro ἐξεχύθησαν legendum ἐξεκαύθησαν, ex collat. Rom. 1. 27. Hæc pœna erat πλάνης eorum. Πλάνη autem, pro qua est ἡ ὁδὸς 2 Pet. 2. 15. & ἡ διδαχὴ, *doctrina*, Apoc. 2. 14. significat, ut apparet ex collat. Rom. 1. 27. seductionem ipsorum ad idololatriam, quâ etiam prolapsi sunt in peccata contra naturam. Sic πλάνη conjungitur cum ἀκαθαρσίᾳ, 1 Thes. 2. 3. & exponitur per ἐπιθυμίαν σαρκὸς, 2 Pet. 2. 18. Peccatum ipsorum erat quòd Christianismum in licentiam verterent, cujus pœna hæc erat, quòd Deus ipsos libidinibus suis prorsus permitteret, &c. Sensus hujus loci est, Sicut Balaam mercedis causâ incentor fuit libidinum, sic & illi. Confer 2 Pet. 2. 15. & ibi dicta. ¶ *Et*, &c. Καὶ τῇ ἀντιλογίᾳ τοῦ Κορὲ ἀπώλοντο] *Et contradictione* (vel, *in contradictione*, Vulg. i. e. rebellione, factione, & schismate; ob imitationem contradictionis, i. e. murmurationis ac seditionis. Ἀντιλογία in Libris Mosis transfertur מְרִיבָה, quod sæpe *seditionem* significat. Illa erat seditio contra Mosen, hæc contra Christum. Vide quæ diximus de verbo ἀντιλέγεσθαι, Luc. 2. 34. Rom. 10. 21. Heb. 12. 3.) *Core* (Qui insurrexit in Mosen & Aaronem, ut Sacerdotium ad se transferret; quem ipsi imitantur contradictione, & seditiosâ ordinis ac statûs Ecclesiæ perturbatione: vel, τοῦ Κορὲ, id est, ὡς τοῦ Κορὲ· nam illa particula sæpe apud Hebræos subintelligitur. Core, quamvis socios habuit, Num. 16. 1. solus nominatur, tanquam conjurationis princeps.) *perierunt*, Er. Mo. Be. Pi. &c. Est ἀόριστος pro Futuro, perituri sunt; aut, pro Præsenti, ut *pereunt* sumamus pro *ruunt in exitium*. Hæc omnia denunciant Carpocratianis exitium illud in quod per Barchochebam, secati partes ejus, inciderunt.

12. *Hi sunt in*, &c. Ἐν ταῖς ἀγάπαις—σπιλάδες, συνευωχούμενοι ἀφόβως, &c.] *In agapis vestris* (vel, *in dilectionibus vestris*, Val. Er. V. sive, *inter charitates vestras*, Er. V. Ἀγάπαι vocat convivia, in cœtu Ecclesiastico instituta ad unitatem, & charitatem fraternam, testandam & fovendam, & ad pauperes resocillandos: quæ convivia memoriâ Dominicæ mortis claudebantur. Vide 2 Pet. 2. 13. ubi quidam Codices, ut & hîc nonnulli, [legunt] ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, errore manifesto.) *maculæ*, (i. e. quasi maculæ: Confer 2 Pet. 2. 13. ubi est σπῖλοι. Heb. מוּמִים Deut. 32. 5. q. d. Qui non magis ad agapas vestras admittendi sunt, quàm ad sacrificium bestia cui inerat vitium aut labes: vel, *dedecori sunt*, G. Ut maculæ vestes & corpora impura reddunt, ità & illi Ecclesiam intemperantiâ suâ & impudentiâ conspurcant. Vide 1 Cor. 11. 31.) *dum vobiscum epulantur*, sive *conviventur*, (q. d. Inter honesta charitatis ac frugalitatis exempla crapulæ libidinique turpiter indulgent:) *securè* (vel, *intrepidè*, Er. V. *absque ullius metu*, Pi. sine timore Dei, vel, reverentia hominum, atque Ecclesiæ, h. e. impudenter. Ἀφόβως hîc est *securè* מִפַּחַד, Prov. 1. 33. per Metonymiam, quia qui curam habet, is & metuit.) *seipsos* (non pauperes:) *pascentes*, Be. Pi. &c. Delicatè scilicet, pastorum in modum seipsos agentes ac ducentes; regentes, & subjacere nolentes; suopte viventes arbitrio, luxui & ingurgitationi pro arbitrio suo vacantes. Respicit locum illum Ezec. 34. 8, 10. ubi in Græco est ἐβόσκησαν ἑαυτοὺς, *se dum saginant*, *gregem negligunt*. ¶ *Nubes sine aqua* (i. e. steriles & infœcundæ, copiosam promittentes pluviam salutaris doctrinæ, sed nullam præstantes: q. d. veritatem & sanctitatem falsò præ se ferentes: quæ inducunt caliginem erroris, nec præstant refrigerium consolationis. Sic Gnostici inane tantùm nomen scientiæ præferebant.) *quæ à ventis circumferuntur*] Vide 2 Pet. 2. 17. Duo notat in illis, quòd nihil ferrent bonæ frugis, & quòd inconstantes essent in suis dogmatis; fingentes & refingentes, ex uno errore in alios incidentes; solâ innovandi libidine, & prout affectus cupiditatum eos impulerint. ¶ *Arbores*, &c. Δένδρα φθινοπωρινὰ,——ἐκριζωθέντα] *Arbores emarcidæ*, (i. e. quarum fructus marcescit, & perit illicò. Vel, *autumnales*, Vulg. id est, autumno marcescentes, vel, extremi autumni; i. e. quæ finiente autumno non fructus, sed folia, protrudere incipientes, quæ & ipsa mox hiemali frigore absumuntur. Si usum vocis respicias, dicit *autumnales*. Sed magis respicitur ἐτυμολογία vocis, φθινοπωρινὰ, id est, ὧν φθίνει ἡ ὀπώρα. Sic Salices Homero ὠλεσίκαρποι, quæ Plinius 16. 26. vertit *frugiperdas*. Ea quæ isti sibi congerunt non diu sunt duratura. Similis comparatio Esa. 1. 30. Φθίω & φθίνω sign. & *perdo*, & *pereo*, sive *ad finem tendo*, ut φθίνοντος μηνὸς, *mense ad finem tendente*. Ἡ ὀπώρα est, vel, 1. *tempus decerpendorum fructuum*, h. e. autumnus, sic dictus quasi ὀπὸς ὥρα, quòd illud tempus aspectum hominum maximè delectet; vel, 2. metonymicè, *ipsos fructus qui sub Autumnum decerpuntur*. Plut. Quæst. Rom. ὀπώρας μὴ γεύεσθαι, &c. *Pomis non vesci ante Æquinoctium autumnale*. Idem Sympos. 2. ὀπώρας τι προσενεγκεῖν, *Aliquid pomorum oblatum:* Athen. l. 1. ἐδίδου ὀπώραν προσελθόντι τινί. Vide & Apoc. 18. 14. Hinc φθινοπωρινὸς est τὴν ὀπώραν, sive fructus suos, φθίνων, *fructiperda*. Quales arbores quæ aut frigore, aut siccitate, aut, erucis, &c. fructus, antequam maturescant, perdunt. Sic ventus φθινοπωρὶς *fructibus exitialis* dicitur Pind. Pyth. ε΄. D. 7. & quercus φθινόκαρπος, *quæ fructus amisit*. Insurgit autem hîc oratio.) *infructuosæ*, (i. e. Nulli bono usui, quippe bonorum operum steriles. Vide Matth. 13. 22. Eph. 5. 11. Tit. 3. 14. 2 Pet. 1. 8. Qui nullum salutarem fructum ferunt, nec in seipsis, nec in suis sectatoribus.) *bis emortuæ*, (Hyperbole ad amplificandum, i. e. omnino mortuæ. Sic dicimus, *bis terque*, i. e. omnino, beati. Numerus certus pro incerto. *Bis peribunt*. Vide Matth. 10. 28. Neque hîc bonum habebunt exitum, neque in seculo altero. Sic עַרְעֵר, *bis nudata*, Jer. 51. 58. vel, *bis*, primò dum arescunt, secundò cum eradicantur aut succiduntur, ut subditur: vel, *bis*, ut duplex notet mortis genus, unum cui isti (sicut alii omnes:) obnoxii sunt à natura; alterum quod sibi suâ nequitiâ sponte attraxerunt: *bis*, primùm in infidelitate, à qua per pœnitentiam veluti resurgunt accedentes ad Evangelium; deinde in repetita malitia: per baptismum à morte peccati semel resuscitati, in eandem mortem, per Apostasiam, relapsi sunt.) *eradicatæ*, Be. Pi. &c. id est, Radicitùs evulsæ, ut fructus non ampliùs speretur. Et hîc est ἀόριστος pro Futuro. *Radicitùs exscindentur*. Nè nomen quidem sectæ erit reliquum. Verbum ἐκριζοῦν habes Matth. 13. 29. & 15. 13. Luc. 17. 6. Respondet Hebræo נתש, Jer. 1. 10. & עקר, Dan. 7. 8. Sophon. 2. 4. De re ipsa vide Prov. 12. 3. Esa. 5. 24. & 40. 24. &c. Non erunt tam felices quàm Nabuchodonosor, cui *radix servata*

vata est; Dan.4.15,23,26 [g]. Gradatio hîc est. Nam gradus sunt, fructum inutilem ferre, nullum ferre fructum, bis mortuum esse, ad extremum eradicari, mittendum in ignem [h].

13. *Fluctus*, &c. Κύματα ἄγρια—ἐπαφρίζοντα, &c.] *Undæ maris efferatæ*, (vel, *efferæ*, V. Vox ἄγριυ à feris fructibus & animantibus ad omnia dura transfertur. In Glossario, Ἄγριος, *immanis.* ים נגרש Esa. 57. 20. Adde Eph.4.14. Sicut *sævi fluctus mare* turbant, ità isti Orbem totum. Sic tribunos seditiosos *ventis*, populum *mari*, comparat Cicero [i]. [Sensus, q.d.] Sunt tumidi, inquieti [k], turbulenti, seditiosi [l], perpetuò fluctuantes in suis doctrinis; item turbis ac dissidiis omnia replentes [m]:) *despumantes* (Quâ voce in pari re utitur Seneca, & eum sæpe imitatus Hieronymus [n]:) *sua ipsorum dedecora*, Be.Pi.Er.Mo. &c. id est, suas produnt sordes, sive turpitudines [o]. Egregiè dictum. Nam sicut fluctus sordes ex imo maris eructant, ità illi suas cupiditates ex corde in apertum educunt. Ἀισχύνας figuratè dictum pro *iis quorum meritò eos pudere debet*, בשת [p]. Sensus, q.d. Omnia turbant & miscent, superbiunt & attolluntur, instar fluctuum; sed hæc superbia detumescit, abitque in spumam pudendæ libidinis [q].

¶ *Sidera*, &c. Ἀστέρες πλανῆται] *Stellas* vocant Hebræi eos qui Doctores sunt, aut Doctorum sibi personam sumunt. Vide dicta ad Mat.24.29 [r]. *Stellæ erraticæ*, Er. Be.Pi. Intelligit, vel, 1. exhalationes igneas in aere discurrentes, quas Aristoteles Meteor.l.1. *stellas erraticas* vocat †. Vel, 2. planetas, qualis est Mars, Venus, Luna, &c [t]. Stellarum aliæ dicuntur ἀπλανεῖς, *inerrantes* Ciceroni, & *infixæ*; aliæ πλανῆται, quæ modò *errantes*, modò *vagæ*, aliis *erraticæ*, dicuntur [v]; quæ in cœlo cursu vario & vago oberrant [x]. His ergò comparat Carpocratianos [y], sive hæreticos [z], quia se non tenebant in una statione, i.e. in doctrina semel ab Apostolo tradita [a]; quia in errores alios & alios aberrant [b], & in errores etiam alios inducunt [c]. Vide suprà v.3. & 12 [d]. Hoc sensu Plato mercatores *planetas urbium*, & Heraclius imperator milites desultorios *planetas castrorum*, appellavit [*]. ¶ *Quibus*, &c. οἷς ὁ ζόφος, &c.] *Quibus caligo tenebrarum* (h. e. tenebrosissima [f]. Ὁ ζόφος τῦ σκότυς, ut apud Æschylum, χλόος πέδον, σκάφη νεῶν, σύμφορα πάθυς, & similia [g]: Tenebras intelligit inferni [h].) *in æternum servata est*, Be.Pi. Egregia oppositio. Volunt dici *sidera*; sed *perpetuæ eos tenebræ exspectant*. Sunt autem verba desumpta ex 2 Pet. 2.17 [i]. Quia pro lumine veritatis fundunt tenebras errorum, manet eos caligo, &c [k].

14. *Prophetavit autem de his* (i.e. de horum peccatis & condemnatione in die judicii [l]: Heb. להם: præpositio autem ל interdum valet περὶ, ut Deut. 12.30. & 33.7 [m]. Vel, *his*, Mo. E. q. d. Spiritu Prophetico prædixit his seductoribus suum judicium, atque exitium [n]. Dicit πρoεφήτευσε τύτοις, quia prædixit id quod illis erat eventurum. Par constructio Jer. 27.15. & alibi [o]. Non dicit, ipsum de Gnosticis directè prophetâsse; sed hoc vult, quòd prophetia ipsius de excidio mundi ob eadem scelera, quorum rei tunc erant Gnostici, ad illos etiam spectaret, & ab illis consideranda erat [p].) *septimus ab Adam* (nempe inclusivè [q]; i.e. Hominum septimus, si Adam primus numeretur [r], ut constat ex Gen.5 †.) *Enoch*] Cujus Prophetiæ hæc habemus indicia: 1. nomen filii ipsius *Methusela*, quod significat *emissionem* aquarum super terras, ex collat. Job. 5. 10. [de quo vide Synopsin ad Gen. 5.] 2. Quod refert Stephanus Byzantinus De urbibus, in voce Ἰκόνιον, de *Enoch*, sive *Hannoch*, quòd scilicet vixit 300 annos, & incolis quærentibus quamdiu ille viveret, respondit Oraculum, *quòd cùm ipse mortuus esset, omnes homines exscinderentur*; additque tantum indè luctum obortum esse ut ἐπὶ Ἀννακῦ κλαύσειν proverbialiter de immodicè lugentibus diceretur. Et Erasmus ex *Herode* Scriptore *iambico* proverbium citat, τὰ Καννάκυ κλαύσω, vertitque *Cannacæ more plorem* [t]. Ex hoc loco constat, hoc Enochi testimonium & verum esse & divinum, & tale fuisse ante hanc Apostoli citationem, licèt in canone V. T. non extat. Qu. Unde Judas hoc testimonium deprompsit [v]? Resp. 1. Ex libro qui dicebatur Ἀποκάλυψις Ἐνώχ, ubi hæc verba reperiebantur. Eo libro usus est Celsus, & particulam ex eo produxit quam habes apud Orig. contra Cels. l. 5. Indè etiam sumpsit Iren. quod habet 4.30. Tertul. indè hoc hausit in lib. De Idol. *Antecesserat Enoch, prædicens omnia elementa, omnem mundi censum, quæ cœlo, quæ mari, quæ terrâ, continentur, in idololatriam versuros dæmonas & Spiritus desertorum Angelorum, ut pro Deo adversùs dominum consecrarentur.* Et De cultu fœminarum, 1. ait, Enochum filio suo Mathusalæ mandâsse ut notitiam eorum quæ ipse hæreditariâ traditione audierat posteris suis traderet. Clem.Alex. in Excerptis indidem citat, καὶ εἶδον τὰς ὕλας πάσας. Ibidem paulò pòst ab Enocho ait traditum, *Angelos desertores fuisse, qui hominibus Magistri fuerunt Astronomiæ, Divinationis, aliarùmque artium.* Judæi ei libro fidem tribuebant: nam citatur in Zohar. Habuit Georgius Syncellus librum Græcum eo nomine, unde nobis partem satis magnam dedit Josephus Scaliger in doctissimis ad Eusebium notis; in qua & illa sunt de artibus quas homines Angelorum ministerio acceperint. Credo initio librum fuisse exiguum, sed cum tempore quemque ea quæ voluit ei addidisse, ut in libris illis abstrusioribus factum est sæpe. Solebant etiam, ut modò dixi, Rabbini & Angelis & viris magnis tribuere ea dicta quæ dixisse poterant [y]. Resp. 2. Ex majorum traditione [z] indubitatâ, sicut illud 2 Tim.3.8 [a]. Cum Judæis hîc, sicut & suprà v.9. disputat ex concessis, & ex ipsorum testimoniis; q. d. Cùm ipsi habeant probèntque tum historiam illam de Michaele, &c. tum prophetiam Enochi, hæc iisdem ipsis applicari possunt, &c [b]. ¶ *Venit Dominus*] Præt. pro Futuro [c]. De secundo adventu loquitur [d]. *Vindictam faciet*, Chald. ad Psal. 50.3. Pro eo Rabbini dicunt, שם אתא, Syri מרן אתא [*]. ¶ *In*, &c. Ἐν μυριάσιν ἁγίαις αὐτῦ] *In millibus* (vel, *cum myriadibus*, Be.Pi.E. *Myrias* propriè est numerus decem millium [f]; sed passim usurpatur pro innumerabili multitudine, finitum pro infinito [g], מרבבת Deut.33.2. ubi LXX rectè ב verterunt per σὺν, σὺν μυριάσι [h].) *sanctis suis*, Mo.Vulg. &c. Nempe Angelis [i], ex collat. Mat. 16.27. Zach.14.5. Heb.12.22 [k]. Dan.7.10 [l]. Apoc.5. 11 [m]. Vide dicta ad 1 Thess. 3.13 [n]. Sancti autem homines non sunt venturi cum Christo, sed ad ejus adventum resuscitandi [o].

15. *Ut*, &c. Ποιῆσαι κρίσιν κατὰ πάντων] *Ut faciat* (vel, *ferat*, Be. *exerceat*, Pi.) *judicium* (Quod tunc Enoch dixit, Judas ad ingentem illam internecionem quæ Judæis contumacibus imminebat referre commodè potuit. Κρίσιν ποιεῖν habes & Joh.5.27 [p].) *adversùs omnes*, Er.Be. &c. Nempe peccatores [q]. Tunc autem αὐτῶν post ἀσεβεῖς expungendum. Vel, *de omnibus*, quia eos mox distinguit in pios & impios. Κατὰ pro περὶ [r]. ¶ *Omnes*, &c. Τὺς ἀσεβεῖς αὐτῶν] *Impios ipsorum*, i. e. qui sunt inter eos †. Nempe eos qui Deo & Evangelio ejus contumaciter resistunt, & sanctos ejus persequuntur: quos distinguit à *peccatoribus*, tanquam graviùs puniendos [t]. In MS. abest αὐτῶν [v]. ¶ *De*, &c. Περὶ πάντων—ὧν ἠσέβησαν] *De omnibus operibus impietatis* (vel, *impiis*, Pi.) *eorum* (Αὐτ per Hebraismum non regitur à proximè præcedente, ἀσεβείας, sed à remotiore, τῶν ἔργων, q. d. τὰ ἀσεβῆ αὐτῶν ἔργα: quomodo Psal.2.6. הר קדשי vertendum, *montem sanctitatis meum*, non meæ [x]:) *quibus impiè egerunt*, Mo. vel, *quæ impiè patrârunt*, Er.V. *quibus impiârunt* sese, E. Ἀσεβεῖν פשע. Hoc ad facta pertinet [y]. Ὧν ἠσέβησαν, pro ἐκεῖνον ἃ ἠσέβησαν, per Græcismum. Sic seq. ὧν ἐλάλησαν [z]. ¶ *Et de*, &c. Περὶ—τῶν σκληρῶν, &c.] *De—duris*, &c. Er.Be.Pi. &c. verbis sive dictis [a]; quæ durè, blasphemè, irreverenter, in Christum locuti sunt, quod fecerunt Judæi & Gnostici [b]. Hoc ad dicta pertinet, σκληρὰ, *dura auditu*, Gen.42.7,30. 1 Par. 22. Prov. 8.18. Joh. 6.60. עתיקים. Talia verba Lamech locutus erat Enochi tempore. ¶ *Peccatores impii*] In homines Deúmque injurii [d]. Addit *impii*, quia non in omnes peccatores hæc dicuntur [*].

16. *Hi*, &c. Οὗτοί εἰσι γογγυσταὶ, μεμψίμοιροι] Hîc iterum Judas incepit suis verbis loqui [f]. Hæ duæ voces sunt [vel] conjungendæ, ut unum idémque vitium notent: dum enim de sorte sua conquerebantur, unde dicuntur μεμψίμοιροι, hoc ipso contra Deum & fratres mur-

Margin notes (left column): g G. h E. i G. k T. l Me. T. m E. n G. o E. sim. Gom. p G. q E. r G. † Me. T. t Me. v G. x Me. y G. z E. Me. a G. sim. E. b Me. sim. E. c Me. d G. * T. f Pi. sim. Be. E. Gom. g Be. h Gom. Me. i G. k E. l Dic. m Pi. n E. o G. p Ham. q Pi. r G. sim. Pi. † Pi. t Ham. v E. * G sic Tertul. in Gom. Hi. & Aug. & plerique in E.

Margin notes (right column): y G. z Me. sic Pi. Gom. a Pi. b Li. Chron. 52. c G. Be. E. d E. * G. f E. g E. sic Pi. Vor. h G. i G. E. Pi. Ham. Med. k Ham. l G. Pi. m Pi. n G. o E. p G. q E. r Pi. † V. t E. v G. x Pi. y G. z Pi. a V. E. b E. c G. d G. * E. f G.

murmurabant, unde appellantur γογγυσαὶ [g]. [Vel,] commate distinguendæ [h]: *Hi sunt murmuratores*, (vel, 1. adversus Deum [i]: vel, 2. adversus Ecclesiarum præpositos [k]: γογγυσαὶ sunt qui libenter obtrectant superioribus, ut diximus 1 Cor. 10.10. מתאננים Num. 11.1 [l]. Vel, *susurrones*, E.) *queruli*, Er.Be.E.G. ex Gloss. &c. i.e. morosi ac difficiles, quorum voluntati nunquam satisfit [m]: sorte suâ nunquam contenti [n]; *non contenti modicis: non cupientes intra fortunam suam esse*, ut Propertius loquitur. Querebantur illi de imperio Romano, quo tamen nullum externum Judæis fuerat, aut futurum erat, lenius [o]; de justis Dei ordinationibus in Ecclesia, vel in Republica [p]; vel, de arctitudine legis Christianæ, de severitate justitiæ Divinæ, de providentiæ inæqualitate [q]; omnis fræni impatientes [r], neque ex divino nutu regi vel duci volentes †. ¶ *Secundùm desideria sua*, &c.] Nempe carnalia [t]: vel, prout ducuntur à cupiditatibus [v], abjecto legum, imò & naturæ, fræno [x]. Omnia illi libidinum genera sectabantur. Vide 2 Pet.2.10 [y]. Nec leges Divinas, nec humanas, sed voluptates suas, sibi pro regula statuebant [z]. ¶ *Os eorum loquitur superba*, Ὑπέρογκα] *Tumida*, sive *prætumida*, Er. Be. Pi. Sumptum hoc ex 2 Pet.2.18 [a]. ubi quod additur ματαιότητος, *vanitatis*, de Idololatria accipi potest [b]. Mira jactabant de virtutibus illis quæ superiores essent Mundi fabricatoribus [c]. Hæc phrasis ὑπέρογκα λαλεῖν sumpta est ex Dan.7.8. & 11.36. ubi additur hæc dicta —*adversus Deum deorum*, h.e. Deum Israelis, sive Deum verum; id quod & hic intelligendum est, & Gnosticis congruit, qui Simonem pro summo Deo habebant, & Deum Israelis pro parte creationis ejus [d]. Al. Sensus est, ut haberentur in pretio, inflato stylo & magnificè loquebantur [*]; ut populum in admirationem sui raperent [f]. ¶ *Mirantes*, &c. Θαυμάζοντες πρόσωπα, &c.] Supple εἰσὶ [g]. i.e. Sunt προσωπολῆπται. Sic enim illud נשאי פנים interpretantur Græci, Deut.10.17. Job.22.8. Prov.18.5 [h]. Et Levit. 19.15. θαυμάζειν πρόσωπον δυνάστου, est *judicium gratificari ei qui potentior est* [i]. [Verba sic reddunt:] *Admirantes* (i.e. suscipientes, colentes [k], laudantes adulatoriè [l]; vel fictè [m], sive fictâ admiratione [n]:) *personas* (i.e. homines, præsertim divites & potentes [o]:) *utilitatis* (sub. *suæ*, Pi.) *gratiâ*, Be.Pi. &c. Divitibus qui in Ecclesia erant adulabantur [p], dignine an indigni essent non respicientes [q]; vitiis eorum favendo, idque ut ex eorum largitionibus quæstum facerent. Vide 2 Pet. 2. 14 [r].

17. *Vos autem*] Qui multùm ab illis distare debetis †. ¶ *Memores*, &c.] Eadem locutio 2 Pet. 3.2 [r]. ¶ *Quæ*, &c. Προειρημένων, &c.] *Quæ prædicta* (i.e. propheticè dicta [v]: vel, *pridem dicta*, G.) *sunt* (Quæ autem scriptis mandata, aut voce dicta, per manus tradebantur [x]:) *ab Apostolis*, &c.] Maximè à Petro, Paulo [y], Act.20.29 [z]. 1 Tim.4.1. & 2.3. & 2 Pet. 3. 2 [a]. Johanne. Vel hinc videas Scriptorem hunc aliquantò posteriorem fuisse Apostolis [b]. Sed illud hinc non sequitur, sed tantùm, Judam serò hanc Epistolam scripsisse [c], plerisque Apostolis jam mortuis [d], ut Petro, Paulo, & Jacobo. Nam Joannes adhuc supererat. Vide quæ diximus ad Heb.2.3 [*].

18. *In novissimo* (vel, *extremo*, Be.Pi.) *tempore*] id est, Tandem. Vide 2 Tim.3.1. & 1 Pet.1.20 [p]. Proximè ante excidium Judæorum [q]. Sic vocat tempus sequens ac futurum, sive longiùs absit, sive propiùs. ¶ *Dicebant*] Seu verbo, seu scripto [r]. ¶ *Venient illusores*, &c.] Sic dicti maximè quòd Resurrectionem irriderent †; vel, q.d. qui omnia sacra & profana irrident, & qui fidelibus simplicibus illudunt eos in errorem inducentes [t]. Sumptum hoc ex 2 Pet.3.3. Illud, τῶν ἀσεβειῶν, construitur cum τὰς ἐπιθυμίας: estque vice epitheti, quæ *cupiditates* sunt *impietatum*, i.e. planè impiæ [v].

19. *Hi sunt qui*, &c. Οἱ ἀποδιορίζοντες] Supple ἑαυτοὺς, quod addi nihil necesse est, cùm soleat subaudiri apud Hebræos tam in activo quàm in passivo. Idem est quod modò dicet, διακρινόμενοι [x]. Potest absolutè sumi, *Separantes*, i.e. qui separationem faciunt tam in cætibus quàm doctrinâ [y]. Al. Sumendum αὐτοὺς [z]. *Qui segregant*, Er.Il. Be. Sch. &c. sive *distinguunt*, sive *separant*, G. sub. *semet*, G. sic Il. Be. Pi. &c. Nempe à Christo & Deo [a], vel, à doctrina Ecclesiæ, vel à cœtibus sive corpore Ecclesiæ [b]: vel à cæteris, quasi multò sapientiores ac peritiores essent aliis, cum magno contemptu aliorum [c]; q.d. peculiarem doctrinam docent, & sectas instituunt. Ἑαυτοὺς hîc additur in Vulg. & in 3. vet. cod [*]. ¶ *Animales*, Ψυχικοὶ] Quamvis se *spirituales* vocarent, aliósque, ut ψυχικοὺς, spernerent [f]. Terrestres [g], nihil eximium habentes præter animam rationis participem; non autem regeniti. Confer 1 Cor. 2.14 [h]. ea tantùm sequuntur aut recipiunt ad quæ ducit natura, seu ratio humana divinitùs non illuminata [i]: animi affectibus dediti [k], servientes animæ vegetativæ [l], & sensitivæ [m], sive sensibus ac sensuum voluptatibus [n]: non curant nisi res hujus vitæ, 1 Cor.2.14. Jac.3.15 [o]. ¶ *Spiritum* (nempe Sanctum, sive Dei [p], h.e. regenerationem ab illo profectam. Synecdoche generis, & meton. efficientis [q].) *non habentes*] Pro duce [r]: à divinitate alieni †. Jactant se miras habere inspirationes, at nullas habent [t]: & proinde sensus & caro plenâ libertate iis dominantur [v].

20. *Vos autem—superædificantes* (vel, *superstruentes*, Be.Pi.) *vosmetipsos* (solet autem & ἐποικοδομεῖν & ἐποικοδομεῖσθαι simpliciter poni pro *dare profectum* & *proficere*, sive *assurgere*, Act.20.32. Col.2.7 [x].) *sanctissimæ vestræ fidei*] i.e. Fidem, sive doctrinam Apostolicam [y], pro fundamento retinentes [z]; eíque superexstruentes, vel, 1. vos invicem, veluti ædificia [a]: vel, 2. cæteras vestras actiones [b], vel opera virtutum cæterarum [c], quò perfectum consurgat vitæ Christianæ ædificium. Fidem hanc *sanctissimam* vocat, q.d. prorsus puram, ut eam distingueret à fide & doctrina Simonianorum, in qua multa erant & absurda de Deo & mundo, & impura ac nefanda libidinum mysteria [d]. Illa, τῇ ἁγιωτάτῃ πίστει, in MS. postponuntur, & conjunguntur cum sequente exhortatione ad preces, quæ certè fidem requirunt [*]. ¶ *In Spiritu Sancto orantes*] id est, per Spiritum S [f]. ope vel ductu Spiritûs Sancti [g]: *dictante spiritu sancto*, Rom.8.26 [h]. qui docet & quæ petenda sunt & quomodo [i], à quo est omnis solicitudo, ardor & vehementia, alacritas, & fiducia obtinendi. Monet, neminem ritè orare posse, nisi Spiritu Dei excitante, dictante, & dirigente [k]. Al. Sensus est, q.d. Adjungentes vos publico cœtui, ubi Spiritus S. assistere solet, & precatur qui donum illud habet. Inter χαρίσματα data initio Ecclesiæ N. T. erat, teste Chrys. donum orationis, in unum aliquem collatum qui nomine reliquorum precabatur, aliósque precari docebat. Horum autem orationes sic conceptæ, & sæpe usurpatæ, apud Christianos receptæ atque conservatæ sunt, & ex iis tandem formulæ constitutæ sunt. Hæc origo liturgiarum [l].

21. *Vosmetipsos* (Refer ad singulos erga sese [m]. Vel, *vos invicem*, Er.E. i.e. alii alios. Utraque versio convenit. Hoc enim & nobis & aliis præstare debemus [n].) *in dilectione Dei* (vel, 1. passivâ [o], quâ Deum diligimus [p]: vel, 2. activâ [q], quâ Deus nos diligit [r]:) *servate*] Quod fit per preces & actus pios †; vel, monitis, doctrinâ, & exemplis [t]. Sensus, Date operam ut vosmet conservetis [v], in amicitia & gratia Dei [x]. ¶ *Expectantes misericordiam*, &c.] i.e. Misericordem illam sententiam, Mat.25.34 [y]. Vel, *beneficium*, חסד [z]. ¶ *In vitam*, &c.] i. e. Quæ vos perducat ad vitam æternam [a]. Est quidem ea promissa: sed quod liberaliter promittitur ex suo fonte nomen *beneficii* retinet [b].

22. *Et*, &c. Καὶ οὓς μὲν ἐλεεῖτε διακρινόμενοι] *Et hos* (vel, *illos*, G. vel, *alios*, Be. Pi. Sic loquuntur Græci, οἱ μὲν, οἱ δὲ, pro ἔνιοι μὲν, ἔνιοι δὲ [c].) *quidem* (Nempe hæresiarchas sive hæresis doctores [d], vel, hæreticos [*], vel, fratres ab impostoribus in errorem inductos [f]: quorum duo genera facit, alii enim leniùs tractandi sunt, alii acriùs [g].) *miseremini*, (sive, *commiseramini*, Be.Pi.) id est, ex misericordia reprehendite, & officii admonete humaniter. Meton. efficientis [h]. Vel, *arguite*, Vulg. *reprehendite*, G. Fraternâ correptione [i]. Ἐλέγχετε est in MS [k]. & in 3. cod. Græcis [l]. Sensus loci, q. d. Alios mansuetudine trahite ad Christum [m].) *dijudicantes*, Mo. Er. V. Zeg. Calv. Sy. i.e. habitâ ratione personarum [n]; vel, considerantes cujusque naturam, ut qui mites sunt

sunt & tractabiles placidè revocentur in viam, tanquam digni misericordiâ, contumaces autem severiùs corrigantur[o]: vel, *habito delectu*, Il. Be. Pi. Aug. vel, *cùm dijudicamini*, Er. V. sub. *ab eis*, V. vel, *hæsitantes*, ut vox sumitur Jac. 2. 4. & 3. 17. ubi dicta vide: q. d. hos misericorditer tractate, omnia facientes quod ad ipsos confirmandos pertinet[p]: vel, *judicatos*, Vulg. id est, Per se damnatos, re ipsâ, & facti evidentiâ[q]. Legit διακρινομένοι[r], ut est in MS†. & in 3 cod. Græcis[t], h. e. *si disceptent*, *vobisque resistant*, Zeg. vel, *qui se cæteris præferunt*. Ità enim sumitur διακρίνειν, 1 Cor. 4. 7. Est autem hîc Passivum pro Reciproco more Hebræo, Niphal pro Hithpael[v].

23. *Illos*, &c. οὓς δὲ ἐν φόβῳ, &c.] *Alios verò metu* (vel, *in*, vel *cum*, *timore*, Vulg. Val. Zeg. id est, circumspectè agite, nè quid fiat temerè aut parùm religiosé[x]: vel, *terrore*, Pi. *per timorem*, Er. V. sic G. Pi. id est, Terrore injecto iræ Divinæ[y]; vel, gravioris pœnæ, tum in hac, tum in altera, vita subeundæ[z]: absterrentes illos, & sanctâ severitate revocantes, ut 1 Cor. 5. 5[a]. Sed hoc ἐν φόβῳ non est hoc loco in MS[b]. nec in 3 illis cod[c].) *servate*, Be. Pi. &c. i. e. Servare studete monitis istis gravissimis[d]. Σώζειν hominibus tribuitur suo modo, 1 Cor. 7. 16. 1 Tim. 4. 16*. Alios metu à peccando deterrete[f]. ¶ *De igne* (vel, *incendio*, Er. V. Me. vel, 1. hæresis, quâ penè ambusti sunt; vel, 2. gehennæ, ad quam tendunt[g]; qui ignis hîc innuitur[h]: vel, 3. vitiorum simúlque gehennæ[i].) *rapientes*] Metaphora[k]. Proverbiale. Vide Zach. 3. 2. 1 Cor. 3. 15. Sequitur [hîc, quod & Vulg. exprimit:] in MS. οὓς δὲ ἐλεεῖτε ἐν φόβῳ, i.e. jam lapsorum miseremini, metuentes nè & vobis quid simile eveniat, Rom. 11. 20[l]. ¶ *Odientes*, &c. Μισοῦντες καὶ τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα.] Et hoc proverbiale est, Levit. 13. 47, 48. Μισεῖν hîc μετωνυμικῶς est *fugere*. Sicut μιαίνεσθαι dicitur id quod leprâ aut alio morbo contactum est, Heb. 12. 15. Sic & σπιλοῦσθαι *sordescere*. Sic *vestem vulnere infectam* dicit Servius ad Æn. 4[m]. [Verba sic reddunt:] *Odientes* (vel, *Odio prosequentes*, Er.) *&* (vel, *etiam*, Er. Zeg. E. vel, *insuper*, E. q. d. Cavete vobis non solùm à vitiorum contactu, sed & ab omnibus quæ illis affinia sunt, unde contagium metui posset[n]: vel, *vel*, Be. Pi.) *eam à carne* (vel, *ex carne*, V. sim. Er. vel, *à carnis contactu*, Be.) *maculatam*, Mo. sim. Er. Il. Ar. Be. &c. vel, *contaminatam*, Sy. Intelligit libidinosam pollutionem†, quæ à certa corporis parte proficiscitur‖, nempe, *à carne*: Sic per verecundam Synecdochen vocat membrum genitale*. q. d. Non solùm ipsammet carnis pollutionem, sed etiam *tunicam*, &c[o]. Per quam intelligit turpes & carnales ipsorum mores atque affectus[p]. Sensus est, Cavenda diligenter omnia per quæ mala dogmata aut exempla Carpocratianorum possent irrepere[q]: Ab illorum congressu abstinendum, quicquid illi vel contigerunt tanquam pollutum exsecrandum[r]: Odite non ipsos homines, sed turpes affectus†. Alludit, tum, 1. ad ritum V. T. Levit. 15. 4, 17[t]. quo vestes leprâ, sanguine, &c. pollutæ, censebantur[v], ità ut qui eas tangeret legaliter pollueretur, & arceretur tam à Templo, quàm à convictu hominum; tum, 2. ad vestem candidam, quâ recens baptizati induebantur, q. d. Cavete nè candidam innocentiæ vestem, quam in Baptismo accepistis, libidine & corruptis moribus contaminetis[x].

Margin notes: [o] Calv. [p] Ham. [q] Me. sic T. [r] Zeg. † G. [t] Be. [v] G. [x] Zeg. [y] G. sim. Pi. E. [z] T. [a] Be. [b] G. [c] Be. [d] Pi. * G. [f] Er. V. [g] Me. [h] Pi. [i] Zeg. [k] Pi. [l] G. [m] G. [n] E. † Vor. Pi. ‖ Vor. * Pi. [o] Pi. [p] Me. sim. E. T. [q] G. [r] Be.

24. *Ei*, &c. Τῷ δὲ δυναμένῳ φυλάξαι αὐτοὺς ἀπταίστους καὶ στῆσαι, &c.] *Ei verò qui potest* (Quo verbo potentiam & efficacium gratiæ Divinæ declarat[y]:) *illos* (Αὐτοὺς hîc legunt multi Græci Codices[z], ut referatur ad fratres ab errore revocandos. Verùm illis priùs optanda erat conversio à malo, quàm conservatio in bono. Deinde Epilogi ratio postulat, ut iis ipsis ad quos scribit hujusmodi bona à Deo comprecetur[a]. Si ergò legas αὐτοὺς, dicendum id pro ἑαυτοὺς positum[b]: vel, post αὐτοὺς est Ellipsis τοὺς σφᾶς, seu ὑμᾶς, *vos ipsos*[c]. At alii legunt ὑμᾶς, *vos*, ut Vulgatus[d], & tres Codices*, non malè, quomodo est Rom. 16. 25. quem locum ob oculos habuisse videtur Judas. Ibi est στηρίξαι, quod hîc φυλάξαι ἀπταίστους. Qui aliquem *sustinet*, is eum *custodit nè cadat*. Voce ἀπταίστου utuntur Xen. & Plut. Hebræis ἀπταιστος, לא נכשל. Στηρίζειν & φυλάσσειν ἀπὸ τοῦ πονηροῦ conjungit Paulus 2 Thes. 3. 3. De Deo agi ostendunt sequentia[f].) *servare à peccato* (vel, *lapsu*, Be. Sy. vel, *offensione*, Pi.) *immunes*, (i. e. nè peccando Deum deseratis. Hâc voce donum perseverantiæ significat[g]; nè offendatis in cursu vitæ[h]. Metaphora à currentibus in stadio[i]. Confer 1 Cor. 9. 24[k].) *& statuere in conspectu gloriæ suæ* (id est, coram Majestate ipsius[l], gloriosa[m]. Sic *potentia Dei*, pro *Deo*, Luc. 22. 69[n]. q. d. visione & participatione suæ gloriæ donare, ac beatificare[o].) *incontaminatos* (vel, *irreprehensibiles*, Er. V. sim. Be. *inculpatos*, Pi. Sic παραστῆσαι ὑμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους habes Col. 1. 22. Et in MS. pro ἀμώμους est ἀμέμπτους, ut 1 Thes. 3. 13[p].) *cum exultatione*, Er. &c. cum gaudio perpetuo[q] & summo; nempe, tunc cùm pii intrabunt in Regnum Dei[r].

25. *Soli*, &c. Μόνῳ σοφῷ, &c.] *Soli* (vel, Id est, *soli*, Be. Pi.) *sapienti Deo*, (Sic & 1 Tim. 1. 17. Sic dicitur quia solus sapientiam à se habet†; [vel, quia] modis iisque suis hoc negotium totum solus perficiat[t].) *Salvatori nostro*, &c. Mo. &c. id est, vel, 1. Trinitati[v]; vel, 2. Christo[x]; vel, 3. Deo, cui, tanquam causæ principi salutis nostræ, hoc nomen interdum datur, ut 1 Tim. 2. 3. Tit. 1. 3. Sed MS. addit *per Jesum*, &c. quæ & Latinus legit. Habes δόξα & κράτος in simili exclamatione 1 Pet. 4. 11. & 5. 11. Addidit Judas ἐξουσίαν ממשל, agnoscens in Deo non *potentiam* tantùm, sed & *jus imperandi*, & μεγαλωσύνην גדולה, quam vocem habemus & Heb. 1. 3. & 8. 1. In MS. [pro καὶ νῦν, &c. est] πρὸ παντὸς τοῦ αἰῶνος καὶ νῦν, id est, *Sicut ea habuit ante omne tempus, sic & nunc habet, & habebit semper.* Sic Legit & Latinus, *Semper bonos noménque tuum, laudésque manebunt*[y].

Margin notes: † V. ex Er. [t] E. Dic. [v] sim. Be. [x] E. sic T. [y] Idem. [z] E. sim. Sch. ex Er. [a] E. [b] Be. [c] Camer. [d] Fe. G. * Be. [f] G. [g] E. [h] Pi. [i] Vor. ex Pi. [k] Pi. [l] G. sim. Fe. Pi. [m] Pi. [n] G. [o] E. [p] G. [q] E. [r] G. † G. [t] Dic. [v] E. [x] Dic. [y] G.

SYNOPSIS

Criticorum aliorúmque Commentatorum

IN

APOCALYPSIN.

NON pauca ſunt quæ explicationi hujus libri præmittenda ſunt προθεωρίας vice. 1. De hujus libri auctoritate.] Divinam hujus authoritatem rejiciebant olim tum hæretici varii, ut Cerdon & Marcion, teſte Tertulliano; deinde Alogi & Theodotiani, teſtibus Epiphan. & Aug. tum Orthodoxi, teſte Euſebio, inprimis Caius. Alii de authore dubitârunt, ideóque Apocalypſin inter N.T. ſcripta authentica minimè admiſerunt, ut olim Eccleſiæ Græcorum, teſte Hieronymo [a]. Cur [autem] de hujus libri auctoritate & auctore addubitatum ſit, cauſas eſſe arbitror, quòd diu in paucorum fuerit manibus, non additus Codicibus in vulgus datis, nè accenderentur Imperantium in Chriſtianos odia ex his quæ de Roma hîc prædicuntur. Deinde quòd quæ hîc dicuntur de Reſurrectione, de Mille annis, de Gogo & Magogo, ea ſono congruunt cum Judaicis libris; & quanquam hîc ſenſu poſita alio, attamen à Cerintho & Chriſtianis plùs æquo Judaizantibus in ſenſum planè Judaicum rapiebantur; ut & illud de Hieroſolymis ex cœlo delapſis [b]. Adde quòd nihil hîc Apoſtolicæ gravitatis & majeſtatis eſſe videatur [c]. Quod mirum, cùm penè omnia hîc ex Prophetis ad verbum deſcripta ſint [d]. Quin Canonicam hujus libri authoritatem multa aſtruunt, 1. ſanctitas doctrinæ illius, quæ etiam cum libris Canonicis ad amuſſim convenit, quoad Chriſti perſonam, officia, beneficia, cultum, &c [*]. 2. dictiones & dicendi formulæ ſcriptoribus ſacris propriæ, ab aliis verò nunquam uſurpatæ, v.g. *revelatio*, ut Prophetia *viſio* dicta eſt; *ſeptem ſpiritus*; *primogenitus à mortuis*, &c. Quis hominum ſic ea enunciâſſet? 3. typi Scripturæ familiares, nec apud quenquam humanum ſcriptorem extantes, quæ hîc frequentes, ut *thronus*, *quatuor animalia*, *equi*, *fluvius*, *arbor*, &c. 4. ſtylus, ſive ſtructura orationis, qualis nunquam à mortalibus uſurpata fuit, ut cap.1.3. *Beatus qui legit*, *-audit-ſervat*. & v. 6,7,8. *Ei qui dilexit nos*: *Ecce venit in nubibus*: *Ego ſum* α *&* ω. γοργότητα vides non humanam. 5. κυριολογία de rebus ſingulis convenienter naturæ ipſarum differit, v.g. quòd dicit Chriſtum *accepiſſe*, non didiciſſe, Apocalypſin, &c [f]. 6. prophetiæ de Eccleſiæ ſtatu propriæ atque eventu comprobatæ, ideóque divinæ, Eſa.41.23 [g]. 7. myſteria hîc Scripturæ S. propria. 8. forma argutiſſima & diviniſſima. Et hæc quidem abundè ſunt. Addamus tamen hominum conſenſum [h]. Hic liber à pleriſque receptus erat, adeò quidem ut Epiphanius inter hæreticos recenſeat eos qui ipſum rejiciebant [i]. Eum diſertè probant qui proximo Joannis ſeculo vixere [k], ut Juſtinus Martyr adv. Tryph. & Irenæus contra hæreſes, lib. 5 [l]. qui duo librum hunc commentariis expoſuerunt, teſte Hieron. De viris illuſtribus. Hos ſequuntur Theophilus Antiochenus, Melito Sardenſis,

[a] Gom.
[b] G.
[c] Er. ad cap.22.20.
[d] Be.
[*] Gom.
[f] Cot. in proleg.
[g] Gom. ſim. Cot.
[h] Cot.
[i] Be.
[k] Gom.
[l] Gom. ſic Cot.

Origenes & Dionyſius Alexandrinus, teſte Euſeb.hiſtor. Eccleſ.l.4.23. & 25. & l.6.24. & 7.24. Item Clem. Alex. Pædag.2.12. Epiphanius hæreſ. 51.& 54. Chryſoſt.homil.2. in Pſal.118 [m]. Damaſcenus, Andreas Cæſar. &c. ut teſtimonium Hieronymi aſſerentis eum à Græcis tempore ſuo non fuiſſe receptum, de plebe & vulgaribus Epiſcopis accipiendum ſit. Accedunt ex Latinis Tertul. Cypr. Hilar. Aug. Hieron. &c. Concilium & Ancyranum & Romanum quinto ſeculo coacta, & Toletanum 4. convocatum anno 636 [n]. Quòd autem nonnulli Orthodoxi Apocalypſin rejecerunt, illud nullo modo ſcripti vitio juréque factum, ſed ob abuſum illius, & errores qui argumentis ex ea petitis confirmabantur; quæ nonnulli cùm non valerent expedire, nodum ſecabant, illius authoritatem negantes, quomodo alii Epiſtolam ad Hebræos rejecerunt, quòd Novatianis favere videretur [o]. [2. Quærendum de authore, ſive Scriptore libri:] Scriptor erat, vel, 1. Cerinthus [p], ut voluit Caius apud Euſebium [q]: quod ineptum eſt, quia Cerinthi errores hîc diſertè refutantur [r]. Vel, 2. Johannes dictus *presbyter* [†]. Erant enim duo Johannes, iique Epheſi ſepulti, Apoſtolus, &, illius diſcipulus, preſbyter, ut refert Hieron [t]. Vel, 3. Johannes Apoſtolus [v], ut multa ſuadent; 1. Textus ipſe libri [x]: nam & nomen ſuum, *Joannes*, abſolutè ponit [y], & dicit ſe *teſtificatum eſſe ſermonem Dei, & teſtimonium-Chriſti, & quæcunque vidit*, c.1.2. quod huic maximè congruit, ex collat. Joan.19.35 [z]. & 21.24 [a]. & 1 Joan. 1. 1,2,3 [b]. additque ſe *fuiſſe in inſula Patmo*, &c. c. 1. 9. quò eum à Domitiano relegatum fuiſſe conſentiunt Iren. Euſeb. & omnes [d]. 2. ſtylus, multæque loquendi formulæ Johanni familiares: ut quòd Chriſtum vocat *agnum*, c.5 [*]. & *verbum*, ut Joan. 1.1, 29 [c]. quòd de eo dicit, *qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis in ſanguine ſuo*, ut 1 Joan.1.7. & *qui eum pupugerunt*, &c. c. 1. ut Joan. 19. 37. 3. congruebat ut liber, qui proprium Chriſti opus eſt, operâ unius ex Apoſtolorum ordine ad nos traduceretur [f], & ut revelatio hæc excellentiſſima exhiberetur dilectiſſimo diſcipulo [g]. Adde quòd Apoſtolicæ erat dignitatis non uni Eccleſiæ, ſed omnibus Aſiaticis Eccleſiis, ſcribere [h]. 4. Apoſtoli Johannis eſſe hunc librum credidere illi quibus meritò creditur [i], Juſtinus contra Tryphonem, Irenæus 4. 37, 50. & 5.30. Tertul. adv. Marc. 4. & aliis multis in locis. Quibus conſentiunt Clem. Alex [l]. Pædag. 2.10, 12 [m]. Origenes [n], tract. 12. in Mat. 20 [o]. & poſt eos alii multi [p]. Epiphan.hæreſ. 54. Ει 38, &c. *Si eſſes*, inquit, *regenitus, & rectè edoctus, oportebat te evolvere 27 libros V.T. qui 22 ab Hebræis numerantur, & 4. Evangelia— & Johannis Apocalypſin.* Auguſt. de Civ. Dei, *De his idem Johannes Evangeliſta in eo libro qui dicitur Apocalypſis locutus eſt*, &c. Et hanc fuiſſe omnium Latinorum ſententiam teſtatur Hieron. ad Dardanum Epiſtolâ [q]. Dionyſius

[m] Gom.
[n] Cot.
[o] Gom.
[p] Q. in Clu.
[q] Gom.
[r] Gom. ſim. Clu.
[†] Q. in Rib.
[t] Rib.
[v] Be. G. Clu. Cot. Rib. Gom. Dur.
[x] Clu.
[y] Cot. Dur.
[z] Gom.
[a] Dur.
[b] Gom.
[c] Gom. Clu. Cot. Dur.
[d] Clu. ſim. Cot. Be.
[*] Clu. Cot.
[f] Cot.
[g] Clu.
[h] Be.
[i] G.
[l] G. ſic Clu.
[m] Clu.
[n] G. Clu.
[o] Clu.
[p] G.
[q] Clu.

nysius Alex. apud Euseb. 7. 24. ait [r], Ἐγὼ δὲ ἀθετῆσαι, &c. *Non ausim librum hunc rejicere—. Admirabilem in singulis illius capitibus futurarum rerum expectationem contineri suspicor. Ubi illum non intelligo, altiorem quendam sensum verbis inesse cogito*, &c †. Credo autem ab Johanne Presbytero, Apostoli discipulo, custoditum hunc librum: indè factum ut ejus esse opus à quibusdam per errorem crederetur [t]. [Alii tamen Joannem libri hujus Scriptorem fuisse negant, aut dubitant, his freti argumentis:] 1. quòd Johannes in Evangelio nunquam nomen suum posuit, neque in Epistolis; in Apocalypsi verò sæpe illud inculcat [v]. *Resp.* Futilis est hæc ratio [x]. Aliud est historiam, aliud prophetiam, scribere [y]. Historiæ veritas aliunde potiùs quàm à Scriptore pendet [z]. At in prophetia, cujus tota autoritas pendet ex autore, nomen necessariò ponendum fuit, alioqui contemneretur eo ignorato. Ideo prophetæ semper nomen suum scribunt initio prophetiæ, & sæpe illud inculcant [a]. Hinc Jeremias centies vicies nomen suum inculcat. Sic à cap. 7. Dan. singulis penè versiculis repetitur, *Ego Daniel*. Sic & Esaias, &c. Porrò *Johannis* nomen, ni fallor, quinquies tantùm reperitur, & illud, *ego Johannes*, ter tantùm [b]. 2. quòd magna est styli diversitas in Johannis Evangelio atque Epistola, & in Apocalypsi [c]; & ille purior est, hic impurior [d], incultus & barbarus, nec sine solœcismis [*]. *Resp.* Hoc nihil obstat, quia stylus diversus esse debuit in historia, & in prophetia [f]. In Evangelio suo Evangelistis ex parte similis esse voluit, in prophetia Prophetis [g]. In illo afflatu & directione Dei audita & visa narravit, suo loquendi more, quem à Spiritu Sancto per linguarum donum acceperat: In Apocalypsi verò scribit quæ Angelus dictârat, & tali stylo, quo Deus uti voluit [h]. Adde quòd multa cum Evangelii stylo, & quidem totidem sententiis ac verbis, conveniant [i]. 3. quòd in Græcis Codicibus titulus est *Joannis* (non *Evangelistæ*, sed) *Theologi* [k]. *Resp.* 1. Id non aliunde factum est quàm quòd post Origenem Christiani, quem titulum Orpheo dant Platonici, meliori jure dederunt Johanni. Id verum esse apparet ex Orig. Athan. Chrys. & Cyrillo utroque [l]. *Resp.* 2. Nemo ignorat, Joannem Evangelistam κατ' ἐξοχὴν fuisse *Theologum* à veteribus appellatum, quòd de Christi divinitate optimè scripserit [m]: unde Athan. ait, *Apocalypsis Joannis vocatur, quòd hanc revelationem ipse Joannes Evangelista & Theologus in Pathmo——vidit*: & in Complut. cod. & Regio titulus est, *Apocalypsis S. Apostoli & Evangelistæ Joannis Theologi* [n]. 4. Quòd Dorotheus in catalogo Scripturæ S. Apocalypsin omittit: Anastas. Dionys. Alex. & Euseb. de eo dubitanter loquuntur [o]. *Resp.* 1. Paucorum atque obscuriorum Patrum adversa opinio plurimis illis antiquioribus, quos antea protulimus, minimè conferenda est [p]. 2. Immeritò eos repudiâsse hunc librum docent rationes quibus permoti hoc fecerunt [q]; nimirum, quòd argumenta Chiliastarum alio modo expedire non poterant, &c. Et cùm commodam Millennii istius Apoc. 20. interpretationem nactos se putarent, incolumi relictâ Apocalypseos authoritate, ab incepto impietatis crimini haud facilè eximendo, posteriùsque tremendo, quieverunt [r]. Quis aut quando fuerit libri hujus autor non magis sum solicitus quàm de vini dolio aut tempore, dum vinum sit bonum. Fuisse eum verum vatem Deïque discipulum persuasum habeo; nec de eo magis dubito quàm de Johannis Evangelio. Et tamen hujus libri vix millesimam partem intelligo †. [Hæc de secundo quæsito. 3. Cùm multi minùs candidè piéque de hoc libro judicent, quàm Castalio, eúmque quia non totum intelligunt, prorsus inutilem esse sentiant, omnésque in eum commentationes supervacaneas putent, commodum hic erit de usu & præstantia Apocalypseos paucis disserere.] Ingens est & eximia hujus libri utilitas [t], *omnique* (ut ait Hieron.) *laude superior* [v], ut docet c. 1. 2. & 22. 7 [x]. Nullus unquam liber majori cum artificio scriptus est, unoquoque verbo, velut in bilance, pensitato [y]. Usus hujus libri est, vel, 1. communis cum aliis Scripturæ Sacræ libris, quòd hic liber totius fidei ac vitæ principia atque officia præscribit & inculcat [z], & perfectissimum Theologiæ corpus exhibet [a]; [de quo vide Cot.] Hîc docemur, de Scripturarum Sacrarum divinâ autoritate & præstantia; cap. 1. 2, 3, 11. & 10. 7. &c. Deum esse unum, & unicè colendum, Apoc. 4. 8. &c. & 5. 13. &c. Angelos autem non adorandos, cap. 19. 10. & 22. 9. Deum esse principium & finem, creatorem & conservatorem, omnium, cap. 1. 8. & 4. 11. & 5. 13. &c. Verum Deum esse unum & trinum, c. 1. 4, 5. Patrem, & Christum, cap. 1. 8, 11, 17. & 2. 8, 23. & 3. 14. & 17. 14. & 19. 12. &c. & Spiritum Sanctum, cap. 2. 7, 11. & 3. 1, 6. & 4. 5, 8. &c. Filium Dei esse verum hominem, c. 1. 5. & 5. 5. & 22. 16. Omnes homines per naturam esse cœcos, corruptos & miseros, c. 1. 17. & 3. 17. & 5. 4. justificari autem gratis, & à peccatis ablui sanguine agni, c. 1. 5, 6. & 3. 18. & 5. 9. & 7. 14. &c. Christum esse primogenitum ex mortuis, cap. 5. 1. viventem in æternum, 1. 18. summum sacerdotem, cap. 1. 5, 6, 13. Prophetam, c. 2. 1, 16. & 5. 5. & 19. 11. Regem, c. 1. 5, 23. & 7. 17. & 19. 12, 15. &c. Regnum Christi spirituale esse, c. 3. 18, 20. & 20. 4, 5, 6. Deum in Ecclesia uti Doctoribus & ministris, c. 1. 16, 20. & 2. 1, 19. &c. Magistratuum & Regum officium esse Christum Regem agnoscere, &c. c. 17. 16, 17. & 21. 24. &c. virtutes piorum esse Christum sequi in omnibus, c. 14. 4, 5. 7. cavere idololatriam, hypocrisin, scandala, &c. c. 2. 14, 20. & 3. 1, 15. &c. Et prœmia piis, & pœnas impiis, & hujus & futuri seculi, reservari, c. 2. 22. & 3. 10. & 11. 11. &c. vel, 2. proprius & singularis, cum paucis vel nullis Scripturæ libris communis [p], describere omnem Ecclesiæ progressum, omnésque ferme insignes casus eventúsque tam prosperos quàm adversos, qui in singulis Ecclesiæ ætatibus ab ejus ortu ad ejusdem in terris usque occasum futuri erant, quasi in specula unóque aspectu ostendere: ut ex tali prævisione ad mala perferenda pii præparatum & præmunitum animum haberent [r]: & ut Athei, Judæi, aliíque omnes, cùm Paganismum, Turcismum, Idololatriam in mundo prævalere viderint, sciant nihil horum contingere quod à Deo non antè prævisum planéque hîc prædictum fuerit; indéque Providentiam Dei, & fidelitatem vigilantiámque Messiæ, super Ecclesiam suam agnoscere cogantur †. Hic porrò liber purum speculum est in quo Christiani omnes & Apostasiam Ecclesiæ, viámque ad ejus instaurationem pariter contemplentur; simúlque discant utrùm penitus ex illa Apostasia emerserint, an verò in ea aliquatenus hæserint, &c [t]. Hîc enim Antichristianæ impietatis mysterium plenè copioséque tractatur, & Antichristi Regnum, indoles, locus, subditi atque administri, accuratè describuntur. Denique in hoc libro Templum seu Tabernaculum Mosaicum, variæque historiæ, prophetiæ, & mysteria V. T. studiosè inculcantur & dextrè explicantur. Præclara habemus monita v. g. Apoc. 1. 4. & 4. 5, 6. de septem lampadibus & oculis Zac. 3. 9. & 4. 2. & Apoc. 1. 7. de planctu illo Zac. 12. 10. & Apoc. 2. 7, 14, 17. de Paradiso & ligno vitæ, de Bileamo & Balaco, de Manna: & Apoc. 3. 5. de libro vitæ: & in aliis hujus libri locis de clave Davidis, de columnis templi, de radice David, de Michaele Archangelo, aliísque plurimis; unde constat Apocalypsin & sibiipsi, & reliquis Scripturis, divinæ originis luculenta perhibere testimonia [v]. [Eant nunc qui omnem operam in studio & interpretatione hujus libri positam malè locatam statuunt, & æquiùs, modestiùs, ac religiosiùs, de eo judicent. Sed obstare videtur huic studio libri obscuritas. Quarto itaque loco hac de re agendum.] Obscurissimum esse hunc librum fatentur omnes, & res ipsa loquitur [x]. Cujus causa est, 1. sublimitas ejus; 2. quòd plenus est symbolis & ænigmatibus [y], & verba ejus literaliter plerumque sumi nequeunt, & visiones atque imagines ad res multas commodè applicari posse videntur; 3. quia *omnis Prophetia*, ait Iren. *priusquam impleatur ænigma est*, ut patet in prophetiis V. T. de Messia, &c. voluit autem Deus prophetias has usque ad tempus impletionis manere occultas, vel quia non decebat sancta dari canibus, &c. vel, quia non expediebat eas intelligi; nè scilicet contra quos multa in iis prædicuntur, illi vehementiùs exacerbentur, & in populum Dei atrociùs sæviant [z]; vel, ut hoc modo acueret attentionis & examinis diligentiam [a]. Hæc mysteria involvit Deus obscuris typorum ænigmatis, 1. quia

[r] Gom. † G. Gom. [t] G. [v] Q. in Rib. sim. Er. ex Dionys. Alex. [x] Be. [y] Be. Rib. [z] Be. [a] Rib. sim. Be. [b] Be. [c] Q. in Rib. [d] Gom. sim. Rib. [*] Q. in Rib. [f] Rib. sim. Gom. [g] Rib. [h] Gom. [i] Gom. sim. Rib. [k] Er. [l] G. [m] Be. sim. Gom. Clu. [n] Gom. [o] Q. in Gom. [p] Gom. [q] Be. [r] Med. tom. 2. p. 661. ad Apoc. 20. † Ca. [t] Per. Clu. [v] Clu. [x] Clu. sim. Per. [y] Mor. Vision. Apocal. l. 5. c. 15. p. 181. [z] Clu. p. 10. [a] Cot. proleg. p. 14.

[p] Clu. [q] Per. sim. Clu. [r] Per. † Mor. p. 198. [t] Idem, 199. [v] Clu. [x] Per. [y] La. [z] Per. [a] Gom.

quia mysteria, oracula & Prophetiæ, propter autoritatem ac reverentiam, mysticè tractari debent: 2. quia talibus & delectati & assueti sunt ut Judæi, ex Prophetarum stylo, ità & Ethnici; qui & ipsi sua habebant mysteria, oracula, bipodes, cortinas, &c. nè putarent isti Ecclesiam Christi omnibus oraculis destitui: 3. quia sic fami nostræ consulere voluit, ut semper esset quod addisceremus, neque facilitatis nauseâ ac contemptu materiam abjiceremus †. 4. nè aliis quàm Dei servis hæc patefierent, ut alieni à fœdere *audientes* omnia in similitudinibus, *non audirent*, &c. Marc. 4 ‖. Hæc tamen libri obscuritas non contemptum, sed potiùs venerationem, ei conciliare debet: & de eo aptè dici possit, quod Socrates de libro Heracliti, *Ea*, inquit, *quæ intellexi visa mihi sunt valde generosa & præclara, credo autem talia esse quæ non intellexi.* Scitè, prudenter, & piè Dionysius, *Non ideo*, *inquit*, *Apocalypsin improbo quia non intelligo*, *sed eò magis admiror*, *& intellectum quendam reconditiorem verbis inesse suspicor*, &c [b]. Sunt insuper quædam per universum contextum sparsa clarissimè dicta, quædam & per repetitionem intelligibilia, ex quibus abstrusa illa vestigari queant, ità ut lectori non contentioso, sed candido, satis fiat [c]: quædam hîc satis disertè explicantur [d], & multa explicare non est perdifficile [*]. Et in genere, hæc prophetia inexplicabilis non est [f], ut facilè probatur, 1. ex promissa legentibus, &c. beatitudine, Apoc. 1. 3. 2. ex iteratis adhortationibus ad eam expendendam, &c. ut cap. 13. 9, 18. & 17. 9. &c. 3. quòd Deus eam noluit occultari mortalibus, sed promulgari & patefieri jussit, cap. 1. 11. & 10. 11. & obsignari vetuit, cap. 22. 10. Nec signatum ampliùs libellum accepit Johannes ab Angelo, sed jam apertum ab Agno, Apoc. 5. 5, 9. & 10. 2, 8. Ut enim obsignatus liber dicitur qui intelligi nequit, ut Esa. 29. 11, 12. Dan. 8. 26. & 12. 4, 9. Sic è contra resignatus, cujus sententia perspici potest. 4. ex fine Divini consilii quod neutiquam frustratur. Is erat ut ventura ostenderentur servis suis, Apoc. 1. 1. & 22. 6, 16 [g]. Et apertam esse atque inevitabilem vaticiniorum Apocalypticorum intelligibilitatem, è rebus notissimis & apud omnes in confesso demonstrari potest [h]. [Demonstrationem autem videsis in Cl. Authore, c. 7.] Nec desunt adminicula, quibus ad figurarum obscuriorum intelligentiam penetremus, qualia sunt, ut historia & experientia, ità inprimis Scriptura prophetica; ut typos Apocalypseos cum visionibus & phrasibus veterum Prophetarum conferamus, &c [i]. [Reliqua ex dicendis constabunt. Hæc de quæsito quarto. 5. Quærendum de scopo sive fine hujus libri.] Is erat, tum, 1. Propheticus, de illis rebus quæ post adventum Christi eventuræ essent, sive per aliquot tantùm secula, sive ad alterum usque Christi adventum [k]; ut præmonstraret omnem Ecclesiæ progressum ab ejus initio ad ejusdem usque in terris finem, vel ad finem mundi [l]: tum, 2. παρακλητικὸς & consolatorius, ut his visionibus, quasi providentiæ divinæ contemplatione, Johannes ipse, Ecclesiæ Asiaticæ aliæque omnes refocillarentur, nec malis in orbe superventuris terrerentur, sed ad constantiam patientiámque animarentur; & nè sibi regnum hîc corporale promitterent, sed ad crucem potiùs se accingerent [m], & spe beatæ immortalitatis vitam rectè instituant, &c [n]. 6. Cùm Apocalypsis tota typis concepta sit, si in his hospites simus, frustrà annitimur ad illius sensum indagandum. De typis autem sunt hi Canones, 1. Typus typi typus esse nequit, quia typus, utpote relatum, correlatum poscit. 2. Typi petuntur ex rebus vulgò notis. 3. Typi eum modum habent quem Deus eis præscripsit, nec ultra Dei mentem producendi sunt. 4. Id unum pro typo accipiendum quod literis Scripturarum consignatum est [o]. 5. Typis hîc & in Scripturis accidit mutatio, eáque multiplex; cùm, vel, 1. typi significatio mutatur, ut cùm luna & Politici status, & Ecclesiæ, typus est; vel, 2. ab ea aliquantùm declinatur. Vix est ut res eadem bis per eundem typum veniat: quod ab Interpretibus non animadversum fecit ut passim totum Apocalypseos sensum permutârint: vel, 3. mutatur typus, idque eodem loco, ad rem eandem significandam, ut cap. 14. 19, 20. ubi vindemia prælio mutatur; & 17. 9. ubi [Angelus Civitatis typum ostensurus sponsum nominat typicâ locutione, quæ typum continet. Sic Christus formâ Filii hominis venit, cap. 1. formâ Angeli, cap. 8. 10 ‖. 7. Fundamenta & regulæ interpretandi Apocalypsin hujusmodi sunt; 1. In iis quæ jam completa sunt cùm multa & varia sint ad quæ aptari queat prophetia Joannis, videntur ea præcipuè fuisse ab illo præsignificata, quæ, 1. communia fuerunt aut toti Ecclesiæ, aut maximæ illius parti; &, 2. maximè insignia vel prosperitate, vel adversitate; & 3. talia quibus sententiæ & verba Joannis congruentiùs accommodari queunt. 2. Non sunt omnia hîc ad vivum resecanda, nec minutissima quæque scrutanda, neque nimis morosè & anxiè inhærendum singulis verbis, aut accommodatione omnium ad id quod intendimus: satis erit visionis scopum partésque principales indicare [p]. 3. Ut in Prophetis, ità in Apocalypsi [q], visiones Propheticæ non perpetuâ & directâ serie, nec juxta ordinem temporum & rerum gerendarum, conscriptæ sunt; sed sæpe interrumpuntur, &, interjectis rebus satis diversis, ad easdem reditur. Frequentes itaque in hoc libro sunt anticipationes, recapitulationes, transgressiones item, & regressiones, repetitiones, quin etiam repentinæ transitiones [r]. 4. Res eadem per plures & diversas visiones & figuras præfiguratur, idque tum, ad rei confirmationem & certitudinem, ut Gen. 41. 32. tum, ut diversæ earum conditiones sive proprietates & circumstantiæ, quæ unâ non adæquantur imagine, per diversas imagines & visiones significentur †. 5. Tota Apocalypsis plena est allusionibus ad V. T. locos, historias, ac figuras, & præsertim, ad Templum, Arcam, Altaria, Victimas aliáque sacra Mosaica [t]; maximè verò ad visiones Ezechielis & Danielis [v], item Esaiæ & Zachariæ, quibus Joannes consonat non solùm in visionibus, sed etiam in verbis, phrasibus & sententiis [x]. Quare illa interpretatio, quæ exempla approbata notámque styli Prophetici analogiam strictissimè observat, præferenda est eis quæ ad privatum cujusque arbitrium formantur [y]. Suspectum hîc esse debet quicquid peregrinum aut paradoxum est, aut de suo sensu expromptum, aut temerè & gratis dictum, aut cum iis quæ certa sunt vel plerisque probata minimè consentiens. 6. Ut pleraque hîc opertè & sine interpretatione traduntur, ità pauca sunt quorum explicatio apponitur; idque factum, tum, ut indè venaremur cæterorum intellectum, per quandam videlicet analogiam, vel ratione similitudinis, vel etiam oppositionis; tum, ut intelligeremus, quæ in hoc libro traduntur, non ad literam, sed figuratè & mysticè, accipienda esse [z]. Apocalypsis autem ad literam, uti sonat, accipienda est, quantum fieri potest, nisi videlicet quid ab ea dicatur quod planè & simpliciter acceptum absurdum sit, aut sanæ fidei moribúsque repugnet [a]. 7. Illa interpretatio suspecta est quæ earundem vocum in eadem visione significationem variat sine ulla solida ratione, & quæ prorsum retrorsúmque cursum iterat; v.g. si quis iconismum *Bestiæ* velit nunc *Regnum* vel *Imperium*, nunc *Personam* aliquam imperii *singularem*, mox verò, *enorme aliquod* Imperii *vitium*, significare: quales deformes rerum consarcinationes atque tergiversationes, ostendunt Interpretem ex mundani alicujus commodi sensu vim Textui intulisse [b]. 8. Verba mystica ex ipsis Prophetiæ penetralibus expressa, ut *Agnus*, *Cœlum*, *Fontes* & *Flumina*, *Montes*, &c. non hîc usitato aut vulgari, sed singulari, mystico & prophetico, significatu accipienda sunt [c]. Utilissimum hîc erit fixam habere & determinatam significationem *Symbolorum* atque *Iconismorum* & *Similitudinum*, sub quibus res ipsæ repræsentantur. Hæc autem petenda est, 1. ex usu Scripturæ: 2. ex Ratione, quæ dispicit de eorum aptitudine ad res significandas vel repræsentandas: 3. ex collatione eorum qui Onirocritica scripserunt, sive ut plurimùm ex propria ratione & observatione, sicut Artemidorus profitetur; sive (quod ad rem magìs facit,) collectionem fecerunt antiquissimorum hujus generis Scriptorum. Placet autem Achmetis collectio præ cæteris, quòd Onirocritica contineat trium illorum celebratissimorum Interpretum Regum Indiæ, Persiæ, & Ægypti; ac proinde cùm adeò antiqui sint adeóque Orientales, tantò probabilius est majorem habitura cognationem cum Schematis Propheticis Sacræ Scripturæ. Quarum Interpretationum usus approbatus est ab Expositoribus qui

Margin notes, left column: † Har. ‖ Cot. [b] Per. [c] Clu. [d] Gom. [*] Per. [f] Clu. sim. Per. Mor. 37. [g] Clu. p. 20. [h] Mor. 37. [i] Par. [k] Har. [l] Per. [m] Har. [n] Cot. p. 35. [o] Cot. in protheoria de typis.

Margin notes, right column: ‖ Cot. in Prolegom. p. 27, 28. [p] Per. [q] La. [r] Per. sim. La. † La. ex Per. [t] La. [v] La. sim. Per. [x] Per. [y] Mor. 1. 9. 618. [z] Per. [a] La. [b] Mor. 619. [c] Clu.

qui aliàs toto genere differunt & dissentiunt inter se, *Grotium* intelligo, & *Josephum Medum*, cui debetur honor viam primùm aperiendi hac in re [d]. [Hic autem Propheticum nobis exhibet autor Alphabetum dictorum iconismorum, quos non vulgari eruditione explicat, de quibus dicendum nobis, prout usus tulerit, in propriis singulorum locis. Eum autem consulere potest lector, sicut & quæ ejus generis habet Cluverus in Prolegom. tract. 2. sect. 5. p. 52. &c. Hæc octava interpretandi regula. 9. Variæ hic notandæ sunt figuræ:] & canones. Quales sunt, 1. Progressus. Canon hic nobilissimus, qui & in toto obtinet, & in partibus. In toto, nam Apocalypsis semper progreditur. In partibus, Terra & Mare læduntur, cap. 20. 21. fugiunt, c. 21. 1. 2. Φῶς, cùm quod obscuriùs dictum, alibi clarius fit. Canon nimii pretii: cap. 4. & 5. *Seniores & Animalia:* cap. 11. *Duo testes:* cap. 14. 12. *Verba Dei*, id est, Lex, & *Fides Jesu*. 3. Ἀνάληψις, ut cap. 11. & 12. ubi de re posteriore dicturus incipit à prioribus, tandémque ad eam delabitur. 4. Πρόληψις· quæ contrà ea præoccupat quæ seriùs tradenda erant. 5. Τροπὴ λέξεως, cùm vox migrat in aliam significationem: sic *testimonium Jesu* aliter sumitur cap. 1. 2. quàm v. 9. 6. Δύο & δίς. Vix quicquam hîc singulare, sed bina omnia, aut res eadem bis polita, ut descensus Christi & Jeros. Gog & Magog, &c. 7. Συζυγία, cùm duo formâ externâ convenientia admoventur sibi invicem tanquam re idem essent, ut cap. 20. 4, 5. & 6. 7. ubi dicenda vide. 8. Κατάβασις, quâ non tantùm res clariùs exponitur, sed & tanquam à toto ad partes descenditur, ut videbis ad cap. 13. 11, 12. Sic cap. 15. 1. Angeli phialis instructi sunt: v. 7. phialas accipiunt, & v. 8. eas depluere censentur: cap. 16. jubentur eas effundere, & effundunt. 9. Νόημα, cùm unum dicitur, aliud subintelligitur, v. g. sub transfixione hostium concipitur electorum salus, cap. 6. 2. 10. Παρέμπτωσις, cùm alieni quippiam interseritur, ut cap. 21. 24, 26. 11. Enallage vel, numeri, cap. 1. 3. vel, temporis, 4. 10. vel, personæ, 5. 9, 10. 12. Συμπλοκή, cùm de multis prædicantur multa divisè, quæ illis aliâ distributionis Lege aptanda sunt, ut c. 2. 22, 23 *. [8. Quærendum de tempore scriptionis.] Scripta est Apocalypsis 14 anno imperii Domitiani, quando in Patmon insulam relegatus, ibi eam scripsit [f]. Ità Iren. l. 5. Euseb. Hist. 3. 18. Hieron. in vita Johannis: Nicephorus 2. 24. & 3. 9 [g]. Evangelium verò Johannes postea scripsit, reversus ab exilio Patmos, ut docent Hieron. Euseb. Aug. &c. & biennio pòst mortuus est. Hinc constat, Apocalypsin scriptam esse non ante excidium Jerosf. ut volunt Johannes Annius, P. Salmeron, & Hentenius, sed diu post eam †. [Alii aliter sentiunt:] Scripta est Apocalypsis tempore non Domitiani, sed Claudii Cæsaris, ut disertè dicit Epiphanius [h]: de quo multa hîc habet Cl. Ham. [quæ & alia codem spectantia quærat lector in Annotandis ad cap. 13. vel 17. 9. Videndum de forma & methodo Apocalypseos.] Forma equidem Epistolaris videtur. Epistolicam enim habet ἐπιγραφὴν atque ὑπογραφὴν, & voto Epistolico Apostolis consueto clauditur: omnia etiam primæ visionis acta sunt ἐπιστολικά. Quæ verò à capite quarto, ubi visio altera (quæ prima fatidica est) inchoatur, ad extremum usque sequuntur formam habent planè Dramaticam: unde Apocalypsis verè *Drama Propheticum* appellari possit. Ut enim in Tragœdia, ad res gestas repræsentandas ex diversis scenis aliæ post alias in theatrum prodeunt, rursúsque abscedunt, personæ, varii item musicorum vel citharædorum chori actus distinguunt. Idem & hîc fit, &c. Quod qui non observant, mirantur quid sibi velint tot hymni, toties iterata φαινόμενα Angelorum, Bestiæ, Babylonis, Extremi judicii, &c. & excogitant anticipationes, recapitulationes, &c [i]. In singulis autem visionibus (loquor autem de sex propheticis:) inter dramatica & prophetica est prudenter discernendum. *Dramatica* voco tum præparatoria & apparatus visionum, ut cap. 1. à v. 9. ad finem, cap. 4. & 5. cap. 8. usque ad v. 7. & cap. 15. tum choros 24 senum, & 4 animalium, & Angelorum, &c. & horum preces, hymnos, ἐπινίκια. Quæ omnia decorum propriè spectant. *Prophetica* verò, eas visionum partes seu typos, quibus futuri eventus repræsentantur [k]. Omnes quidem Visiones, præter duas primas, tres ferè habent Actus, 1. mala Tragica Ecclesiæ; 2 liberationem; 3. ἐπινίκιον ac δοξολογίαν [l]. [10. Dicendum de Argumento, sive materia, & divisione sive partibus, hujus Libri.] 1. Repræsentatio hæc est futurorum eventuum, non item præteritorum, quæ tamen ter futuris adsperguntur, sic postulante visionum argumento, nempe cap. 12. 1, 2. & 17. 8, 10. & 20. 2. Apocalypsis non est, ut videri possit, una continuata visio, sed plures, nempe septem, visiones distinctæ. Constat enim Johannem aliquoties fuisse spiritu correptum, nec omnia uno loco, sed quædam in Patmo, quædam in cœlo, quædam ad littus maris, quædam in deserto, quædam denique in monte excelso, eum vidisse. Visiones autem posteriores clariores hîc sunt prioribus [m]. 3. Apocalypsis nihil aliud est quàm commentarius in verba illa Christi Matth. 24. à v. 3. ad 13. & Luc. 21. 25, 26, 27. Atque ità cap. 20. hujus Libri prophetiâ extremi judicii terminatur. Duo autem capita extrema beatitudinem sanctorum post judicium continent [n]. 4. Una catenata Ecclesiæ historia ab initio ad finem usque hoc Libro continuatur [o]. Certissima explicatio est, quæ prædictarum rerum initium ab ipsa Johannis visione capit, ac deinde per tempora visionem subsecuta ordine, usque ad ipsum finem seculi, progreditur. Quod sic demonstratur: 1. Ex cap. 4. 1. *Ostendam tibi quæ oportet fieri posthac.* Solveretur autem concinnissima illa rerum compages, si quæ futura ei ostenduntur, aut jam antè facta, aut non statim præsentibus istis, quæ præcesserant, connexa, sed multis demum annis pòst secutura fuisse intelligerentur. 2. Alioqui sensûs evidentia ac certitudo in periculum veniet. Nam si primam, quæ Apostoli visionem secuta est, memorabilem ac singularem in Ecclesiæ aut mundi rebus mutationem non præmonstravit Dominus, unde constabit, secundam vel tertiam esse præmonstratam? 3. Contextus ipse ordinatam temporum, & rerum sibi succedentium, seriem arguit. Primùm enim resignantur ordine sigilla, quæ generaliora toti mundo superventura fata aperiunt. Mox reserato ultimo sigillo prodeunt septem Tubicines Angeli, singularia quædam Christi judicia, memorabiles Ecclesiæ mundíq; mutationes, proferentes, & sub singulis magis magísque exasperantur plagæ. Et nusquam *extremæ* plagæ nominantur, nisi demum cap. 15. & 16. sub septem phialis, quæ spatio clangoris septimæ tubæ, quippe quo finis fore prædicitur cap. 10. 6. comprehenduntur. Denique toto Libro identidem ordinis particulæ inseruntur. *Posthæc, Postea, Deinde—vidi*, &c. & una visio semper ex altera producitur. Non ergò commiscendæ sunt visiones, quasi eadem primis & ultimis continerentur, aut posteriùs tradantur quæ priùs completa sunt. Nec tamen omnes repetitiones aut explicationes sublatas cupio. Nam c. 11. & 12. & 20. ubi novæ visiones inchoantur, succinctæ quædam recapitulationes inseruntur, quibus, ob necessariam sensûs perspicuitatem, occasio & præparatio ad res illas, quæ visionibus propriè explicari debent, conficiendas præmittitur, & ex superiori ætate revocatur [p]. Sunt qui statuunt prima Ecclesiæ tempora, & sigillatim bellum Ecclesiæ cum Synagoga & Gentilitate, ac de utrísque hostibus triumphum tractari putant, saltem à cap. 5. ad cap. 20. Sic Alcasar [q]; [cujus sententiam Clu. h. l. refellit, quam tamen alii nonnulli sequuntur, ut deinceps suo loco videbimus.] A cap. 6. ad 12. agi volunt de Synagogæ & Judaismi abrogatione: indè usque ad cap. 20. de excidio Gentilismi & Ecclesiæ regno. Ità Salmeron & Alcazar. Sed hæc sententia, 1. nova est ac singularis; 2. ex prophetia facit historiam, censétque Johannem rem ante 25 annos præteritam & celebrem, nempe, Hierosolymæ excidium, ídque obscuro & perpetuo ænigmate, describere voluisse; 3. detorquet pleraque Apocalypseos loca, quæ de temporibus novissimis clarissimè loquuntur [r]. [Alii ergò aliter statuunt:] Generale Apocalypseos argumentum in duobus consistit. Præmonet Ecclesiam de fatis instantibus, & adversùs ea consolationibus præmunit. Idem agunt singulæ visiones †. Omnes autem visiones eandem Ecclesiæ historiæque Ecclesiasticæ periodum repræsentant, ut clarè demonstrat toties repetita extremi judicii descriptio. Non omnes tamen integram repræsentant; sed aliæ integram, aliæ verò certa quædam intervalla. Eandem quoque repræsentant,

[d] Mor. l. 5. p. 595.
* Cot. prolegom. 29....
[f] Rib. sim. Per. La. Har.
[g] Rib.
† La.
[h] Ham. præf.
[i] Par. procem. c. 8.
[k] Par. ib. c. 10.
[l] Har.
[m] Par. procem. c. 9. p. 36.
[n] Rib.
[o] Q. in Par. 37.
[p] Clu. tract. 2. sect. 3. p. 22.
[q] Clu. p. 28. sim. La.
[r] La.
† Par. procem. c. 10 p. 40.

sentant, sed aliter atque aliter, secundùm alias atque alias historias insigniores, idque variis vel manifestioribus typis. Visiones universales, sive integram repræsentantes, sunt quatuor, De 7 sigillis; De 7 tubis; De muliere parturiente; De Dracone ligato & soluto, &c. Particulares verò, sive quæ posteriora totius periodi intervalla, sive Antichristi tragœdiam, grassationem & ruinam, adumbrant, sunt duæ, De 7 phialis; & De judicio magnæ meretricis, excidio Babylonis & Antichristi [t]. Sed omnes visiones typo extremi judicii finiri, quod vult Paræus, prorsus nego. Si enim ità esset, quid opus fuit istius judicii typum peculiariter ad calcem Libri reservare? Et si tertium Væ æternas impiorum pœnas complectitur, quid cap. 15. & 16. demum ultimæ plagæ commemorantur, cùm postremis gehennæ plagis nullæ sint posteriores? Deinde, si ullibi manifestus extremi judicii typus visionem videbitur claudere, fiet hoc cap. 6. 12, &c. quod tamen Paræus aliter explicat. Et quidni idem faceret in singulis [v]? Al. Apocalypsis series est orationis perpetua ea describens quæ indè à tempore Apostolorum facta sunt, porróque fient ad mundi occasum. Confirmat hoc, 1. genius cæterarum Scripturarum, quæ omnes à primis per media ad extrema procedunt; 2. quòd Terræ quarta pars læditur, cap. 6. tertia pars, cap. 8. totum corpus, cap. 16. Quis seriem non videt? 3. mentio *ultimæ plagæ*, cap. 15. 1. Quæ ergò loco, etiam tempore, præcedunt. Observatio est maximæ utilitatis. Si hoc verum, quo fundamento phialæ cap. 16. cum tubis cap. 8. & 9. commiscentur? Propiùs ad rem accedamus. Incipit Apocalypsis cap. 1. Scribitur ad Ecclesias, cap. 2. & 3. Vetus Testamentum, cap. 4. Novum, cap. 5. Res incipiunt, cap. 6. & 7. Procedunt, cap. 8. & 9. & 10. & 11. Eadem fusiùs traduntur, cap. 12. & 13. & 14. Promovetur Apocalypsis, cap. 15. & 16. Argumento latiùs repetito, cap. 17. & 18. & prima parte 19. Indè ad cap. 22. omnia retractantur. Continuam seriem vides. Apocalypsis porrò (mira canam, sed vera) ad minimum duplex est, ut docet duplex epilogus sive conclusio; imò triplex, 1. Expansa, quæ omnia complectitur, déque iis explicatissimè disserit, quæ cum cap. 4. incipiens pertingit ad cap. 19. 9. 2. Contracta, quæ pressiùs & contractè ea repetit, reliquâ parte cap. 19. 3. Restricta, cujus argumentum angustius, & angustissimum est, cap. 21. & parte cap. 22. In his porò singulis classes sunt. *Classem* voco seriem rerum successionis ordine conjunctarum certóque numero perfecto conclusarum. Classes confessas habemus in sigillis, tubis, phialis: quæ ideo retectæ sunt ut ex ipsis in alias deduceremur. Igitur quicquid cap. 4. & indè ad 22. usque continetur, vel pars est classis, vel, ad classem pertinet; aut, 1. præludii loco, ut in phialis, quæ incipiunt cap. 16. cùm de ipsis habeas, cap. 15. παρασκευαστικῶς, & cap. 16. ubi ante effusam phialam septimam monemur v. 15. de die ultimo, qui mox revelabitur: aut, 2. appendicis loco, ut cap. 16. 14, 16. & 19. 9 [x]. Al. Frustrà sunt qui Apocalypsin ità interpretantur quasi eventus eodem ubique ordine & serie sibi invicem succederent quo Visiones. Multi enim hìc sunt Synchronismi [y]. [De quibus paulisper hìc disserendum.] Synchrona sunt quæ ab eodem tempore incipientia, indéque perpetuò continuata, in idem tempus desinunt. Summopere autem notandum, Visionum Synchronarum initia finésque non præcisè ac Mathematicè intelligi oportere, ut horâ, die vel anno, circumscribantur; sed laxiùs sumenda esse, & pro natura Visionis ex Historiarum circumstantiis definienda. Sic initium sive Epocha Bestiæ *quæ erat & non est & tamen est*, cum eo tempore coincidit quo *Decem Reges regna sua accipiunt*, Apoc. 17. 12. quod paulatim fiebat; & in aliquot annorum seriem excurrit [z]. Principale autem filum Seriei Ordinísque Visionum Apocalypticarum citra controversiam statuenda est *Visio septem Sigillorum*, quæ directè apertéque ab initio ad finem totius stadii Apocalyptici procurrit. Constat enim cap. 6. 1. Visionem primi Sigilli initium esse rerum prædicendarum, & reliqua Sigilla suo ordine subsequi. Ac proinde cùm statim post apertionem Sigilli septimi, cap. 8. 1. *Angelorum septem tubicinum Visio exhibeatur*, palàm est, eam ipsam septimi esse Sigilli Visionem, spatiúmque Sigilli septimi hoc pacto in septem partes dispesci, quæ *septem Tubarum* tempora sive intervalla dici possunt. *Septima* porrò *Tuba* (Cujus tempus ad finem usque Mundi pertingere nemo dubitavit, præsertim si locum illum cap. 10. 5. rectè intellexerit:) dividitur in *septem Tonitruorum* intervalla, quia hæc commemorantur tanquam *Tubam sextam* immediatè subsequentia. Unde insignis hæc oritur totius hujus Principalis Visionum Apocalypticarum fili Tripartitio, nimirum in *sex prima Sigilla*, in *sex primas Tubas*, & in *septem Tonitrua* [a]. *Tonitrua* autem hunc inter alios usum habere possunt ut sint distincta Intervalla, quibus totidem Principalia Visa Antisynchrona in Prophetia *Libri aperti* respondeant, vix quenquam puto addubitaturum; nempe, si totidem Visa unâ serie à Principio hujus Intervalli ad finem procurrentia, in hac etiam Prophetia inveniri possint. Quæ quidem me reperiisse minimè dubito. Ea autem sunt, 1. Effusio septem Phialarum, quarum quinque aut sex nonnulli sub *Tuba sexta* collocant, sed malim omnes intra *Tubam septimam* collocari. 2. Novæ Hieros. de Cœlo descensio. 3. Christi Regnum Millenne in terris, &c. 4. Solutio Satanæ. 5. Dilectæ civitatis obsidium per Gogum & Magogum. 6. Christi adventus ad judicium. 7. Terræ conflagratio. Hæ sunt septem *Antisynchrona principalia* septem Tonitruis pari passu è regione respondentia [b]. [Synchronismos speciales quod attinet, de quibus hìc agit Cl. Medus in Clavi, & Morus in Vis. Apoc. eos ad loca singulorum propria rejicio.] Res est observatione dignissima, Totam Apocalypsin indè à capite quarto in duas despertiri Prophetias Principales, quarum utraque ab eadem Epocha & quasi carceribus egreditur, desinítque in eandem metam. Prima est *Sigillorum*, in iísque *Tubarum*; nam Sigillum septimum Tubarum est Sigillum, quia illius reserationem excipiunt septem Angeli tubicines. Altera *Prophetia* (seu mavis, Visionum Propheticarum Systema) est τοῦ Βιβλαριδίου, seu *Libri aperti*, quæ ab eodem exorsa principio, prioris, quæ *Sigillorum* est, Prophetiæ tempora relegit, à v. 8. cap. 10. ad finem Libri. Hæcque Prophetiæ repetitio indicatur Transitione istâ, cap. 10. 11. Porrò, ad utriusque istarum, perinde atque primæ omnium Visionis de septem Ecclesiis, quasi trium integrarum Prophetiarum, initia singula *Voce tanquam Tubæ* proclamatur, primæ cap. 1. 10. secundæ cap. 4. 1. tertiæ cap. 10. 8. quasi hoc indice distinguere voluisset Spiritus Sanctus à reliquis Vaticiniis, harum principalium partibus, in quibus nihil tale fieri videbis [c]. Mirantur aliqui, nullam hìc (ut in Vaticinio Dan. 9. 24.) certam Epocham à Spiritu Sancto Vaticiniis Apocalypticis apponi; sed incertum esse unde exordiendum sit, utrum à Christi Nativitate, an ab illius Passione, Anno 33. an verò ab Excidio Hieros. Anno 70. an denique à tempore Revelationis hujus factæ Johanni, putà Anno 94. Mihi verò Spiritus Sanctus *Epocham* præfixisse videtur, eámque rebus maximè congruam, & loco maximè opportuno [d], nempe cap. 17 [*]. quod clavem quasi continet totius hujus compaginis Vaticiniorum [f]: quam solam omnium Visionum Angelus præter morem suum interpretatur, ut per eam ad reliquas aperiatur aditus [g]. Et utilis admodum est hæc Epocha, quòd ea tempora denotat quibus Ecclesia incipit in Ritus Idololatricos Paganicósque apostatare, de quibus temporibus moneri Christianorum maximè intererat. Hæc autem Epocha satis laxam habet latitudinem, quia hæc Apostasia paulatim serpsit emersítque, nempe, intra spatium quo *decem Reges regna sua accipiunt*, ut apertè significatur cap. 17. 12. quod incepit Anno 365. anno illo ominoso & mirabili ob ingentem terræmotum, &c. & desiit in Annum 455 [h].

[t] Par 9. 37.
[v] Clu. p. 23.
[x] Cot. 20.....
[y] Med. Clav. in Oper. part. 2. p. 536.
[z] Mor. Vis. Apoc. c. 1.
[a] Id. c. 2. p. 18.
[b] Id. c. 5.
[c] Med. p. 528.
[d] Mor. c. 6. p. 34.
[*] Mor. sim. Med. p. 537.
[f] Mor. ib.
[g] Med. ib.
[h] Mor.

CAP. I.

1. *Apocalypsis*, Ἀποκάλυψις] *Patefactio*, Ca. Pi. i. e. oraculum [a], *Revelatio*, Er. V. Camer. Pi. &c. scil. casuum variorum qui eventuri erant in Ecclesia & Mundo [b], sive rerum antè occultarum [c]. Est titulus sive inscriptio libri, ex more Prophetarum [d]. Postea *Prophe-*

[a] Ca.
[b] Pi.
[c] Be. sim. Per. Cot.
[d] Be. sim. Er. Per.

Prophetiam vocat, deinde *librum*, & cap. ult. *librum Prophetiæ*. Dicitur autem hæc Prophetia *Revelatio*, respectu, tum, 1. signorum, h. e. visionum & similitudinum, quæ hîc describuntur & revelantur: tum, 2. rerum signatarum, quia significatio visionum Joanni revelata est*. Verùm per *Apocalypsin* hîc non librum intelligit, (nam nec librum Filius à Patre accepit, nec liber *significari* dicitur:) sed res sive series rerum in libro scriptarum; quomodo εὐαγγέλιον Marc. 1. 1. non est liber, sed veritas eorum quæ Christus fecit & dixit. Καλύπτειν est *tegere*, ἀποκαλύπτειν, res tectas *in apertum proferre* [f]: נגלה ἀποκαλύπτεσθαι sæpe est apud Danielem de iis rebus quarum cognitio Divino munere habetur. Indè Ἀποκάλυψις, quo nomine dicebatur liber ille Enochi, de quo diximus ad Judam. Apud Esaiam 25. 7. בלע הלוט est circumlocutio ἀποκαλύψεως. Græci verterunt ἀπόδοθ ταῦτα πάντα τοῖς ἔθνεσιν. Usurpatur vox ἀποκαλύψεως hoc sensu 1 Cor. 14. 26. 2 Cor. 12. 1, 7. Gal. 2. 2 [g]. *Revelatio* autem hîc intelligitur, non communis omnibus fidelibus, ut Matth. 11. 25. Eph. 1. 17. sed singularis, ut Num. 24. 4. 1 Sam. 2. 27 [h]. & extraordinaria [i]. ¶ *Jesu Christi*] [Vel, 1. Passivè,] quam Christus à Patre recepit [k]. Vel, 2. Activè [l], à Christo accepta [m], per Christum facta [n], tanquam Ecclesiæ mediatorem perpetuum [o], magnúmque Prophetam [p]; per quem Pater agit [q], & sese Ecclesiæ patefacit [r], & cognitionem gratiámque nobis exhibet †. ¶ *Quam dedit illi Deus*] h. e. Pater, quia Filio hîc opponitur [s]. Sicut enim potestas, ità & cognitio talium in Christo est à Deo Patre, infrà 5. 7. Joh. 7. 16. & 14. 10. Confer Esa. 8. 18 [v]. Sic loquitur, quia Pater primus est rerum omnium author, ex quo & Filius haurit, Joh. 5. 19, 30. & *discit*, Joh. 8. 28. sed hîc tantùm *accepisse* dicitur, quia hoc Christo glorificato magis convenit [y]. Notat personarum ordinem subsistendi atque operandi. Pater operatur à seipso per Filium [z]. *Dedit illi*, nempe ut homini [a]; vel, ut Mediatori [b]: nam ut Deus per se novit [c]. *Dedit* autem, vel, 1. in conceptione & incarnatione, ab ea enim Christus plenus omni scientiâ, gratiâ, &c [d]. nunc autem *accepisse* dicitur, quia nunc id hominibus notum fuit, ut res tunc fieri dicuntur cùm innotescunt. ¶ *Palàm*, &c. Δεῖξαι, &c.] Phrasis Græcorum, qualis Luc. 1. 72. ποιῆσαι, *ad faciendum*. Sic Matth. 5. 17. *Non veni solvere*, &c*. δεῖξαι pro εἰς τὸ δεῖξαι. Par loquendi genus Joh. 6. 52. & alibi [f]. *Ut indicaret* (vel, *demonstraret*, Er. Zeg. *palàm faceret*, vel, *exhiberet*, V. non apertè, sed per ænigmata & symbola [g]: vel, *ostenderet*, Er. V. sic Val. Cot. i. e. veluti ob oculos poneret res typis vestitas: typorum vim & splendorem innuit [h]: vel, *patefaceret*, ipse scilicet Christus, ex promisso Joh. 16. 12 [i].) *servis suis*, Be. Pi. i. e. vel, Dei Patris [k]: vel, Christi, ut notat reciprocum αὐτοῦ [l]. *Servis*, id est, Johanni, nempe ut scriberet [m]: vel, doctoribus & pastoribus Ecclesiarum [n]: vel, Christianorum præcipuis [o]: vel, Christianis [p], sive fidelibus omnibus [q], ut singuli indè hauriant quod pro tempore captúque suo satis sit ad sui in fide & timore Domini educationem †. ¶ *Quæ*, &c. Ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει] *Quæ oportet* (Nempe ex hypothesi decreti atque consilii Divini [r]:) *fieri* (Hoc malui quàm *evenire*. Non enim Deus quæ Futura sunt tantùm exponit, sed quæ ipse facturus est †. Non ergò agit de rebus præteritis, sed de iis quæ vel fiebant tum temporis, vel postmodum futura erant [t]; nec de rebus ambiguis, incertis [v], perplexis, dubiísve, de futuris præsagiis, qualia Diabolorum, Astrologorum, &c. sed de infallibilibus & immotis decretis atque judiciis Dei [x].) *citò*, Pi. Be. P. Er. Ti. &c. vel, *in*, sive *cum*, *celeritate*, Mo. Pi. Qu. Quomodo citò fient, cùm pleraque in Apocalypsi ad consummationem seculi pertineant [y]? Resp. 1. Hæc verba mihi velut clavis esse videntur ad totam hanc Prophetiam, præsertim cùm repetantur c. 22. 6. idémque mox inculcetur v. 3. *tempus propè est*. Et ex illis colligo & fidenter statuo, Visiones Apocalypticas ad tempora proximè sequentia pertinuisse, & in illis complementum suum habuisse [z]. Res omnes in Apocalypsi, aut, 1. ad Hierosolymæ excidium; aut, 2. ad Romam Ethnicam pertinent [a]. Sed huic sententiæ multa obstant: 1. De primo Christus clarissimè antea vaticinatus erat. Vana

*Per. [f] Cot. [g] G. [h] Clu. p. 3. [i] Be. [k] Ham. [l] Par. [m] Me. [n] G. sim. Be. Pi. Dur. [o] Be. [p] Dur. [q] Cot. [r] Be. † Ham. [s] Cot. [v] G. [x] Pri. [y] Cot. [z] Dur. [a] Pi. sim. Per. Aquin. in Rib. [b] Dur. Par. [c] Pi. Dur. [d] La. sim. Rib. *Rib. [f] G. [g] Me. [h] Cot. [i] G. [k] Cot. [l] Par. ex Be. [m] Par. [n] Pi. [o] G. [p] Me. Pi. [q] Par. Dur. † Cot. [r] Par. † Cot. [t] Clu. [v] Rib. [x] Clu. [y] Rib. sim. Per. La. [z] Ham. [a] G. in Mor.

igitur est imaginatio, tot hîc in eam rem impendi Visiones, easque adeò obscuras ut nè nunc quidem ad cognita Eventa applicari possint. De secundo Visiones sunt satis planæ & expressæ, quia *sex Sigilla* ad Romam Paganam pertinent. Et cur, obsecro, visiones non essent de Imperio postquam factum sit Christianum, rursúsque paganissaverit sub Christianitate, atque in hac Apostasia Christi membra crudelissimè oppresserit? Cur non & hic rerum status prædiceretur æquè ac prior [b]? Scopus certè hujus libri demonstrat hîc agi de rebus eventuris, & ad Ecclesiam servósque Christi peculiariter spectantibus, de internis Ecclesiæ malis atque hostibus, & inprimis de magna defectione Ecclesiæ superventura, & de statu Ecclesiæ sub illis usque ad finem mundi; de extremo quoque judicio æternísque & piorum præmiis & impiorum pœnis, ut ex verbis expressissimis constat [c]. 2. Res istæ ex eorum numero esse non poterant quæ oportebat citò fieri, quia hæc jam prætererant; utpote facta ante tempora Domitiani, sub quo constat Apocalypsin Johanni communicatam fuisse [d]. 3. Hæc sententia est dura & coacta [d], nova & singularis, & contra mentem scriptorum omnium veterum & recentiorum, etiam Pontificiorum, qui tamen libenter eam veram esse vellent*. 4. Repugnat quoque naturæ quarundam rerum prædictarum, ut *Regno Sanctorum*, & *Ligationi Satanæ*, quæ eventa per *mille annos* duratura prædicuntur [f]. 5. Repugnat etiam ipsorum Hypothesi [g]. Coguntur enim quædam interpretari de rebus post mille amplius annos eventuris, ut *solutionem Satanæ*, *exercitum Gogi & Magogi*, *dilectæ Civitatis obsidium*, *Ignem delapsum de cœlo in obsessores*, *Diem Judicii universalis*, & similia [h]. *Gogum* & *Magogum* ipsi [Grotius & Hammondus] De Turcis accipiunt, qui illis exoriuntur post 300 annos; dicúntque eorum exitium adhuc futurum ibi prædictum esse [i]. [6. Illud ἐν τάχει, *citò*, variè expediunt: Sic loquitur,] Vel, 1. ut nobis eripiat pravum sensum carnis, quæ promissiones alterius vitæ semper in anteriora recessuras concipit, &c [k]. vel, 2. *Citò*, id est, in præsenti tempore [l]; vel, in tempore N. T [m]. quod comparatum cum prioribus temporibus [n], cum vita futura [o], cum æternitate, brevissimum est [p], Psal. 90. 4. 2 Pet. 3. 8. unde & *extrema hora* dicitur 1 Joh. 2. 18 [q]. Sic autem loquitur Spiritus S. ad excutiendam hominibus, tum, securitatem, 1 Thess. 5. 1, &c. tum, curiositatem scrutandi dies & tempora, Act. 1. 7, &c [r]. Et hæc formula dicendi & in V. & N. T. usurpatur de supremo die, quem adhuc expectamus [t]. Vel, 3. q. d. quæ citò incipient fieri, licèt non citò finientur [v], quia tota rerum series tunc incipit [x]. Licèt multa erant valde remota, multa tamen in propinquo erant [y]. *Fieri* dicuntur etiam quæ fieri incipiunt [z]. Si dicam, talem Comœdiam agendam esse post semiquadrantem horæ, quis indè inferret, omnes actus ejus scenásque quadrantem horæ non esse excessuras [a]? *Quæ citò fient*, alia citiùs; serissima, uno aut altero loco exceptis, intra annos supra quingentos. Parum enim hoc ad tempus quo stetit mundus. Sic Agg. 2. 6. *adhuc modicum* esse diximus *annos quingentos*, ἃ δεῖ γενέσθαι, מה די להוא, Dan. 2. 28 [b]. 7. Hæc verba non sunt extendenda ad omnes Prophetias hujus libri, sed restringenda ad cap. 1, 2, & 3. sive ad Epistolas ad septem Ecclesias, sive ad res in eis contentas, quas monet *citò futuras*. Est quoque manifesta Antithesis inter hæc verba, ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει, quæ sunt præfatio ad dicta cap. 1. & 2. & 3. & illa cap. 4. 1. ἃ δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα, quæ præfationis loco sunt ad Prophetias in capitibus sequentibus exhibitas †. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐσήμανεν ἀποστείλας, &c.] *Et* (Christus scilicet [c]: vel, *Quæ*. Copula pro pronomine Relativo [d].) *significavit* (id est, vel, signis & obscuritate figurarum ostendit*; rectè, si Apocalypsin spectes, quà promiscuè mortalibus proponitur [f]; vel potiùs, manifestavit sive indicavit [g], ut vox sumitur Joh. 12. 33. & 18. 32. & 21. 19 [h]. explicatur enim per δεῖξαι v. 6. & ὑπέδειξαι, 16 [i].) *mittens* (scil. hanc Apocalypsin ‖, i.e. apud ipsum deponens; ei hunc thesaurum credens, ut eam ad Ecclesias mitteret sub sigillo suo [k].) *per angelum suum* (Modò per hunc, modò per illum, Angelum, quem miserat. Est autem constructio non dissimilis Matth. 2. 16. & 14. 10. Disce hinc etiam, cùm Deus aut Christus dicitur apparuisse,

[b] Mor. 195. [c] Dur. p. 786. [d] Mor. p. 764. * Dur. ib. [f] Mor. 764. [g] Dur. [h] Mor. ib. [i] Dur. [k] Cot. [l] Rib. ex Haym. [m] Q. in Par Amb. in Per. [n] Amb. [o] Gag [p] Rib. Par. &c. [q] Par. [r] Gl. ss. gram. 3 s. 9 444. [t] Ec. [v] La. Me. T. sim. Ec. Per. Par. Mor. ex Alcas. Glass. [x] Mor. 764. [y] Par. [z] Mor. 196. [b] G. † Anon. p. 35. [c] Me. [d] G. * Q. in Rib. sim. Cot. [f] Cot. [g] Rib. Gag. sim. Par. G. [h] Rib. [i] Par. ‖ Me. [k] Cot.

id intelligi debere per Angelum Dei aut Christi nomine agentem & ipsius attributa repræsentantem. Vide infrà v. 13. & dicta ad Decalogum, & ad Act. 18. 9[l]. [& quæ alii passim in contrarium producunt.] Angelo tanquam instrumento utitur[m], vel, ut dignitatem suam assereret: vel, ut fidem conciliaret Prophetiæ[n]: vel, quia humana imbecillitas majestatis ipsius intuitum ferre non poterat[o].) *servo suo* (speciali nempe delegatione ac munere[p]. Non dicit *Apostolo*: quia qui Divinis visis illustrantur, eos maximè decet animi submissio. Sic & Esaias *servum Dei* se vocat, c. 49. 5. & Daniel. 9. 17[q].) *Joanni*, Mo. &c. Apostolo scilicet[r]: cùm nomen Angeli suppressum sit[†]. Nomen autem suum & ponere & repetere aliquoties solent Prophetæ, ut qui ipsos viros bonos credunt etiam dictis eorum adhibeant fidem[t].

2. *Qui*, &c. Ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον —— καὶ τὴν μαρτυρίαν —— ὅσα τε εἶδε.] Quia *Johannes* nomen erat multis commune, ideo propiùs se designat. Μαρτυρεῖν plerumque Dativum regit; at hîc Accusativum, quia ponitur pro κηρύσσειν sive ἀναγγέλλειν. Vide Joh. 21. 24. & infrà 22. 16, 20. Ἐμαρτύρησε μαρτυρίαν locutio & Hebraica, & Græca. Sic 2 Reg. 17. 13[v]. *Qui testificatus est* (id est, testimonio suo confirmavit[x]; vel, annunciavit, sive prædicavit[y], populis compluribus[z];) *sermonem Dei*, (Quo intelligit, vel, 1. Christum[a], quoad Divinitatem ejus[b], quam ubique prædicavit[c], Joh. 1. 1[d]. vel, 2. Evangelium[*], Evangelii præcepta[f]. Cui obstat, quòd Evangelium post Apocalypsin scriptum est. [De quo vide Per.] Testatus est Johannes de verbo Dei, i.e. de fide & doctrina Christi, tum, prædicatione, tum, miraculis & passione pro eo[g]. Vel, 3. Apocalypsin[h], quam vocat Evangelium, id est, optimum nuntium de instante ob Christum persecutione, & felicitate eam sequente[i].) *& testimonium Jesu Christi*, (Explicat quod dixit[k]; q. d. De Jesu Christo, qui est verbum illud Dei, est enim Hendyadis & Appositio[l]: *Christi*, i.e. de Christo. Genitivus objecti[m]. Intelligit, vel, 1. res ipsas de quibus fertur testimonium, sive ea quæ fecit Christus, ut ostendunt sequentia[n]; vel, 2. Evangelium, prout à Christo prædicatum, qui *testis fidelis* dicitur v. 5. unde dictum est *testimonium* [&] *Christi*, 1 Cor. 1. 6. 2 Tim. 1. 8. [&] *Dei*, 1 Cor. 2. 1[o]. vel, 3. Spiritum Prophetiæ, ex collat. Apoc. 19. 10[p]. vel, 4. Apocalypsin, quam Pater verbis hujus libri (quæ verbum Dei sunt) significavit, & quam Christus testimonio suo comprobavit. Nota τὸ πρέπον. Nam Patri testimonium, Christo Verbum, convenit, Joh. 5. 32. & 12. 47[q]. Sensus, q. d. Qui scripsit hanc revelationem, quæ est testimonium Christi, & testatus est illam à Deo esse[r]. Commendat hîc Johannes fidem suam in hac Prophetia tradenda[†]. Al. Sensus, q. d. Qui sermonem Dei, hoc est, testimonium de Christo, egregiè professus est & scripto & sermone, ex collat. cap. 1. 9. & 6. 9. & 20. 4[t]. Delignat hîc functionem suam Apostolicam[v], cujus duo hîc referuntur certa propriáque insignia, perhibitum testimonium verbo Dei, &c. & oculata fides rerum quas testificatur[x].) *& quæcunque vidit*, Er. Be. Pi. &c. Explicat quid intelligat [per] *testimonium Jesu Christi*, nempe ea quæ ipse viderat, Christi Miracula, Mortem, Vitam redditam, Evectionem in cœlum. Vide 1 Joh. 1. 1, 2, 3[y]. Al. Referendum hoc ad ipsas Apocalypseos visiones[z]. Docet, se non ficta, sed facta & visa, referre, ut operi authoritatem conciliet[a]. *Quæ vidit*, scil. Johannes, cùm illi hæ visiones objectæ sint[b]. *Vidit*, nempe in Spiritu & in typo. Multa quidem audivit, cap. 22. 8. sed multò plurima vidit. Sic v. 1. *ut ostenderet*. Quod, inquit, Deus loquitur, Christus testificatur, Joannes vidit, id omne fide dignum. At Apocalypsis est ejusmodi[c]. Quidam Græci Codices hîc addunt, καὶ ὅσα ἤκουσε, καὶ ἅτινά εἰσι, καὶ ἃ χρὴ γίνεσθαι μετὰ ταῦτα[d]. Quæ ex v. 19. huc irrepsere: nam hæc non sunt in MSS. optimis, nec in Latino[*]. Ad oram scripta in contextum ab imperitis librariis translata sunt[f].

3. *Beatus qui*, &c. Ὁ ἀναγινώσκων, καὶ οἱ ἀκούοντες τοὺς λόγους τῆς, &c.] Sic Dan. 12. 12. μακάριος ὁ ὑπομένων. Christianis ubique vexatis magnum solatium adferre poterant præsignificatæ Dei ultiones in Judæos & Romanos. Vide infrà 13. 10[g]. Commendat librum, quem prævidit multis inutilem visum iri[h]. Sensus est, q. d. Magnopere expedit ea quæ hîc habentur, legere, cognoscere, & servare[i]. Hæc enim omnia jungenda sunt[k]. [Sic vertunt:] *Qui legit, &* (sub. *beati sunt*, Pi. Be.) *qui audiunt*, (Mutatio numeri Hebraica[l]: *legit, audiunt*: soli enim legimus, audimus conjuncti[m]. Addit hoc, quia liber hic non statim ad omnes erat perventurus; sed qui eum nacti erant, aliis ea quæ legerant bonâ fide erant recitaturi[n]: vel, numerum mutat, nè idiotæ lectionis ignari ab hoc fructu videantur excludi[o]; & ut publica hujus libri lectio & auditio atque interpretatio coram omnibus commendetur[p]. Sed quo fructu legemus & audiemus quæ non capimus? Resp. Deus piè legentibus hæc mysteria aderit & aspirabit[q], & sigilla hujus libri jam aperta sunt[r].) *verba* (*verbum* v. 2. Verbum unum est, quà verum, quà verò multa continet, multiplex[†].) *prophetiæ hujus*, (τῆς pro ταύτης. Vide Rom. 11. 29[t]. Etsi præterita describantur & præsentia, v. 19[v]. tamen futura potissimùm, quorum respectu Prophetia dicitur[x].) *& servant* (i. e. memori animo retinent[y], ità ut crebrò meditentur, & fidem eis habeant, & vitam suam secundùm illa instituant[z]: vel, *observant*, Be. Gom. per fidem veritatis & dilectionem præceptorum[a].) *ea quæ in ea scripta sunt*, Pi. Be. &c. ut nempe cum eventibus comparent, unde magis in fide roborentur[b]; ut illis ad Dei obsequium, & sanctam vitam, ac patiendum pro Christo, excitentur[c]. Qu. Sed quomodo beati hinc reddimur? Resp. Quia Apocalypsis passim de finibus præsertim bonorum & malorum mediisque ad illos disserit: ipsæ quoque calamitates quæ hîc prædicuntur clamant resipiscendum esse[d]. *Beati sunt*, quòd non casu, sed providentiâ divinâ, regi talia sciunt; quòd non offenduntur cruce Ecclesiæ, sed in ea perseverant; quòd sciunt insolentiam hostium brevi tantùm duraturam, séque tandem cum Christo æternùm regnaturos[*]. Τηρεῖν hîc quod συντηρεῖν Luc. 2. 19. διατηρεῖν ibidem v. 51[f].

¶ *Tempus*, &c. Καιρὸς, &c.] *Tempus* (vel, 1. quo ista incipient fieri[g]: vel, 2. quorundam; ut de bellis civilibus Romanorum, de Hierosol. excidio[h]: vel, 3. judicii, vel beatitudinis[i]; vel, uberrimum indè fructum capiendi[k], ei scilicet qui legit verba, audit fide, servat autem opere[l]. De voce καιρὸς vide Act. 1. 7[m]. Est *articulus temporis*[n]; vel, *occasio*, sive *opportunitas temporis*: quo rectè monet, Persecutiones instantes non tam calamitates esse quàm occasiones præmiorum & coronarum[o].) *enim propè est*, Pi. Be. vel, *adest*, Camer. ut possit nonnullos nunc viventes attingere[p]. Ità attentiores eos & vigilantiores reddit, eósque excitat spe vicini præmii[q]. Frequens apud Prophetas, קרוב יום, ut Deut. 32. 35. Esa. 13. 6. Jer. 48. 16. Joel. 1. 15. Abd. 15. Soph. 1. 7, 14. Non vult sibi objici Johannes quod Ezechieli objectum fuerat 12. 27[r].

4. *Johannes septem Ecclesiis* (Quarum nomina recitantur v. 11[†].) *quæ sunt in Asia*] Nempe minore[t], in qua hæ septem urbes erant[v]: vel, in *Asia* propriè sic dicta, ubi fuerat Regnum Gog[x]: in Asia Lydia sive Proconsulari, ut fusè demonstrat RR. Usserius in tractatu ea de re: sic *Asia* sumitur & Act. 19. 26. & 20. 18[y]. *Septem*, id est, vel, 1. omnibus Ecclesiis[z]: solet enim universitas designari numero septenario[a], qui numerus est perfectionis[b]. Vel, 2. septem propriè[c], quippe quæ ἀποκαλυπτικῶς nominantur[d]. Ad eas autem specialiter scribit[*]; vel, 1. quòd cæteris excelluerunt[f], & præcipuæ erant[g], & metropolitanæ[h]; utpote sedes Proconsulum Romanorum, ut testantur Ulpianus, Ptolem. Geog. 1, 2. Plin. 6. 29, 30[i]. vel, 2. quia dum poterat, eas præsens rexerat[‖]; quòd sibi in divisione terrarum obtigerant, & in illis diu docuerat[k]; quòd ab ipso vel fundatæ essent[l], vel potiùs à Petro & Paulo fundatæ, à Johanne verò post ipsorum martyrium susceptæ & curatæ: vel, 3. quia hæ præ aliis correctione opus habebant: vel, 4. quia hic primùm effloruit Evangelii propagatio[m]: vel, 5. quia pullulabant ibi hæreses, & perturbati erant Christiani, & periculum erat nè deficerent à sinceritate fidei[n]: & in has Ecclesias furorem Satanæ primùm incubiturum prævideraf[o]. Sed sub earum nomine tacitè comprehendit & alias Ecclesias, quia earum status & qualitates ad septem quasi genera possunt revocari, quorum exemplum præbent illæ Asiaticæ[p]. Quod his septem scribit omnibus aliis scribit; sicut

ſicut Paulus quæ ſcripſit ad Romanos aut Corinthios, ad omnium etiam fidelium utilitatem ſcripſit [q]. Et ab his ad Eccleſias alias hanc Prophetiam Johannes tranſmitti voluit [r]. Illas fecit Johannes depoſitarias hujus libri, ut per eas cuſtodiretur & ad omnes Chriſtianos perferretur. Sed & ſeptem illæ Eccleſiæ locis diſtinctæ, ænigmaticè ſignificabant univerſalem Eccleſiam in diſtinctis temporibus uſque ad finem mundi. Quid enim? An Chriſtus tantùm ambulat inter ſeptem Eccleſias? aut ſeptem tantùm ſtellas tenet manu? aut Spiritus S. eſt harum tantùm ſpiritus? Et quis phoſphorus Thyatirenſi Eccleſiæ juxta promiſſum ortus eſt? Et quæ notabilis conſervatio Philadelphenſium? Nec reliqua hîc ſcripta in illis Eccleſiis eveniſſe liquet. Quare per earum nomina intelligit Eccleſiam omnium temporum †. ¶ *Gratia* (ſub. *ſit*, Be. Pi.) *vobis & pax*] Salutatio eſt Apoſtolica †, à Chriſto accepta [t]: ut 1 Cor. 1.3. 2 Cor. 1.2. Gal. 1.3. & alibi [v]. Precatur eis Dei favorem [x], ſive amicitiam, & remiſſionem peccatorum [y], & omne bonum [z]. ¶ *Ab eo*, &c. Ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν, ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος] Solœcophanes eſt [a]. Hæc verba ſenſum habere negavit Eraſmus, & poſt eum Gagnæus: quod dictum, cùm incivile & audax, tum falſum, eſt [b]. Conſtruant igitur illud Exod. 3.14. *Ero miſit me.* Nihil ſcilicet Spiritui Sancto licebit quod Priſciano non placuit. Quin ſinant Deum nomina ſua pronunciare ἄκλιτα, qui ipſe eſt ἄκλιτος [c]. Ineptè hîc barbariſmum reprehendunt, cùm nulla major poſſit ad deſcribendam Dei eſſentiam adhiberi emphaſis [d]. Conſtructio variè expediri poteſt [*]. 1. Exprimere voluit Johannes nomen יהוה, ejúſque interpretationem Exod. 3.14 [f]. quo ſignificatur is qui eſt fons eſſendi, in æterno fluxu vel continuo inſtanti conſiſtens [g]: nam אהיה tria tempora complectitur; Præſens, Præteritum & Futurum, eóque perfectiſſimam Dei ſtabilitatem ſignificat [h]. Itaque ὢν ἦν & ἐρχόμενος accipi voluit non ut Participia, ſed ut propria Nomina, q.d. *ab Ens, & Erat, & Venturus*, ideóque articulum maſc. præpoſuit. Sed cùm propria etiam Nomina inflectantur, cur non dixit τοῦ ὄντος, &c. Reſp. Quia nomen יהוה ſemper eſt uniforme; ideóque ne articulum quidem voluit Joannes inflectere, quaſi & ipſe ſit proprii nominis pars [i]. Noluit hos articulos & participia declinare, ut eò magis Dei immutabilitatem oſtenderet; quomodo Proclus dicit τοῦ ἓν ad Timæum, ut diximus ad Marc. 6.40. Quia verò εἰμὶ non habet Participium præteritum, ideo ad Præteriti ſignificationem coactus fuit uti voce modi Indicativi. Sic & infrà 4.8. & 11.17. Ἐρχόμενος autem ſignificat idem quod Latinè *futurus*, ut & infrà 4.8. & Joh. 16.13. Act. 18.21. & alibi. Hebræi ſic uſurpant הבא. Sic & 1 Theſſ. 1.10. τῆς ἐρχομένης idem quod τῆς μελλούσης, Mat. 3.7. Luc. 3.7. Vide & Heb. 10.37 [k]. Tria iſta, ὁ ὢν, ὁ ἦν, ὁ ἐρχόμενος, ſunt hîc inſtar nominum indeclinabilium. Sic enim τὸ ὁ ὢν declinandum eſt, ὁ ὁ ὢν, τοῦ ὁ ὢν, τῷ ὁ ὢν [l]. Participia Græca uſurpat ut ἄκλιτα, & præpoſito articulo declinat, ſive certi caſûs eſſe facit. Sic v.5. ὁ μάρτυς jungitur cum Genitivo: & Luc. 22.20. τὸ ἐκχυνόμενον convenit cum αἵματι [m]. 2. Ellipſis hîc eſt vocis ὄντος [n], ut Mat. 22. 21. τὰ καίσαρος, ſub. ὄντα: Luc. 2.49. ἐν τοῖς, ſcil. ἑαυτοῦ: 1 Cor. 13.5. &c [o]. 3. Articulus τοῦ poni poſſit pro τούτου, [ut τῆς pro ταύτης juxta G. v.3.] & artic. præp. ὁ pro ὃς: Neutrum bonis authoribus eſt inſolens, & [utrumque] in Scriptura reperitur [p]. [Verba ſic reddunt:] Ad verb. *Ab Ens, ab Id quod erat, & ab Is qui venturus eſt*, Sch. *A Qui* (vel, *Ab eo qui*, Er. Mo.) *eſt, & Qui erat, & Qui venturus eſt*, Be. Pi. Mo. Er. &c. Sic & RS. Gab. &c. de Æternitate Dei agens, ſic ait, *Ipſe fuit, & ipſe eſt, & ipſe erit glorioſè.* Et ſanè hâc periphraſi aptè exprimitur Æternitas, quæ & iſtis phraſibus mox ſignificatur, A & Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, πρῶτος καὶ ἔσχατος [q]. Nec tantùm æternitatem notat, aut immutabilitatem, ſed potiùs manifeſtationem ſui ut ſanctificatoris hominum per gratiam: quæ manifeſtatio tria præcipuè habet tempora, 1. promiſſionis: 2. exhibitionis Chriſti; 3. regni conſummati. *Eſſe* ergò dicitur, quia tunc ſe manifeſtabat prædicatione Evangelii: *Fuiſſe*, quia antea ſe manifeſtaverat verbo promiſſionis, & factis ei conſentaneis: *Venire*, quia ſe poſtea manifeſtaturus erat, tum in die judicii, tum in iis quæ in hoc libro deſcribuntur; quæ omnia ſunt iſtius diei anteambulones [r]. *Eſt* Deus ſcilicet Salvator noſter, uti promiſit à ſeculo; *erátque* talis etiam ante ſecula; & certò ac invariabiliter *futurus eſt*, vel, *venit*, oſtenſurus divitias beneficentiæ ſuæ in altero ſeculo †. Hæc autem deſcriptio refertur, vel, 1. ad totam Trinitatem [t], ſed indiſtinctè [v], ut omnes partes ad ſingulas perſonas pertineant [x]. Vel, 2. ad Patrem [y], ut ex diſtinctione duarum perſonarum liquet [z], tanquam fontem Deitatis [a]; ità tamen ut non excludantur Filius & Spiritus Sanctus [b]. Hâc autem deſcriptione utitur, vel, 1. ut Dei eſſentia magis exprimeretur; ut videant tyranni cum quo res ſibi ſit: vel, 2. propter idololatras, Creaturas, non Creatorem, adorantes [c]. ¶ *Et à ſeptem ſpiritibus qui in conſpectu throni ejus ſunt*] Ità Be. &c. *Septem ſpiritus* hîc ſunt, vel, 1. Angeli [d], ſicut & infrà c.5.6. & 8.2. Ità multi putàrunt, quia receptum eſt apud Hebræos ſeptem eſſe maximos Angelos qui Deo adſtent, nempe quomodo ſeptem Principes adſtabant Regi Perſarum; quæ aula, quia erat magnificentiſſima, ideo ad ejus formam Dei aulam formant Hebræi. Vide Tob. 12. 15. Mat. 18.10. & utrobique à nobis dicta. Adde Hermam 2.9. Clem. Strom. 6 [*]. Intelliguntur autem hîc, vel, univerſitas Angelorum, quæ numero ſeptenario deſignatur [f]. Cui obſtat quòd non ſemel aut iterum, ſed ſæpe ſempérque, *ſeptem* dicantur, quod certum definitúmque numerum indicat [g]: vel, Angeli harum ſeptem Eccleſiarum [h]: vel potiùs, ſeptem Angeli principales [i], primarii divinæ providentiæ circa gubernationem Eccleſiæ, atque adeò etiam mundi, adminiſtri [k]: quos alii *Archangelos* appellant [l]. Angelos autem hîc intelligi conſtat, ex collat. cap. 5.6 [m]. ubi ſeptem iſti ſpiritus *agni cornua & oculi*, id eſt, miniſtri, dicuntur [n]: & 8. 2. ubi expreſsè dicuntur *ſeptem Angeli qui adſtant coram Deo* [o]: & 15.16, 17 [p]. & Zach. 4. 10. *Septem iſti oculi ſunt Domini*, &c. Confer Tob. 12.15 [q]. [Aliis hæc ſententia non placet, eámque ſic oppugnant:] 1. Abſurdum eſt, Angelos in eodem ordine & ſocietate poni cum perſonis Divinis [r], & Chriſto præponi †. Reſp. Connumerantur h.l. non ut pares, ſed ut miniſtri [t]: præponuntur autem Chriſto, quia de eo hîc loquitur ſecundùm humanam naturam, quâ minor eſt Angelis [v]. Imò verò Chriſtus ſecundùm humanitatis gloriam eſt ſupra Angelos & caput eorum, Eph. 1.21 †. 2. Alterum argumentum eſt gravius; Quod à Deo ſolo datur Angelis non attribuendum [x]. Abſurdum eſt, gratiam & pacem precari ab Angelis [y], qui illius nec effectores, nec largitores, ſunt [z]. Nulla in S. S. eſt promiſſio aut exemplum gratiæ Dei & pacis ab Angelis, aut ab ulla creatura, petitæ & datæ [a]. Bona Theologia non fert ut hæc ab Angelis poſtulentur [b]. Reſp. 1. Petuntur hæc ab eis non ut authoribus, ſed ut inſtrumentis Dei in diſpenſatione earum [d]. Vide Heb. 1.14. 2. Precatio hîc ad Deum dirigitur [*], non ad ſeptem ſpiritus [f], ſive immediatè ſive terminativè [g]. Non eſt hæc precatio, ſed votum, quod ad Deum dirigitur ut datorem; Angelorum autem meminit tanquam inſtrumentorum per quos hæc dat ſuo modo, ratione conſervationis, &c. Nihil ergò hîc pro invocatione Angelorum [i]. Quidni autem licet à Deo petere gratiam & pacem à Miniſterio ſive externo verbi, ſive inviſibili Angelorum? Licet certè à Deo petere benedictionem ab inſtrumento, quam per illud dare ſolet [k]. Sed nulla hîc fingi debet æquivocatio. Particula ἀπὸ ter hîc repetita docet hæc συνωνύμως, ſive *univocè*, peti *à Deo & à ſeptem ſpiritibus & à Chriſto*, tanquam ab operantibus cauſis, vel potiùs à cauſa una, Deo Triuno. De religioſa ergò precatione hîc agitur. Damnatur autem omnis angelorum cultus Col. 2.18. Apoc. 19. 10. & 22.9 [l]. Solus Deus adorandus eſt, Mat. 4.10. nec Deus gloriam ſuam alteri tribuit, Eſa. 42 [m]. Non eſt hæc precatio, ſed tantùm ſalutatio [n]; & *gratia* & *pax* non ſtrictè, ſed latè, hîc ſumi poſſunt, ut favorem benedictionémque Dei in genere, omnémque proſperitatem, ſonent, quæ certè Deus Angelorum miniſterio dare ſolet [o]. [Hæc prima ſententia.] 2. Rectè omnia qui expendet, & conferet cap. 5.6. ubi itidem Spiritus dicuntur *oculi Dei*, per quos oculos diximus in Zach. 4.10. ſignificari multiformem

Margin notes (left column): [q] Me. ſim. Dur. [r] Dur. † Coc. † La. Me. ſic Rib. G. Cot. [t] La. [v] G. [x] La. Me. [y] Rib. [z] La. Me. Rib. [a] Rev. [b] Rib. [c] Par. [d] Har. [*] Gom. [f] Clu. ex Be. ſic Har. Sch. [g] Har. [h] Be. ex He. [i] Be. [k] G. [l] Cot. [m] Coc. [n] Gom. ex Camer. ſim Glaſſ. [o] Glaſſ. gram. 3.2.1.170. [p] Gom. [q] Cap.

Margin notes (right column): [r] Coc. † Clu. [t] Q. in Clu. ſic Per. Rib. [v] Per. [x] Rib. [y] Cot. Clu. Har. Dur. Coc. [z] Coc. [a] Dur. Clu. [b] Dur. [c] Har. [d] Q. in G. Per. Rib. La. Me. Be. D. Ham. Med. Rhem. [*] G. [f] Q. in Rib. [g] Rib. [h] Q. in Per. [i] Per. ſic Rib. La. Ham. [k] Per. ſim. Rib. [l] D. [m] Med. p. 1111. ex Be. [n] Be. [o] Med. ib. [p] Rib. [q] Med. ib. [r] Q. in Per. † Q in Rib. ſic Gom. E. [t] Per. [v] Rib. † E. [x] Gom. [y] Q in Per. ſic Gom. Par. [z] Q. in Per. [a] Gom. [b] Par. [d] Med. diſſert. 10. p. 55. ſic Per. [*] Med. [f] Ham. ſic Med. [g] Ham. [h] Q. in Gom. [i] Gom. [k] Med. ib. [l] Par. [m] Gom. [n] Med. Ham. [o] Med.

tiformem

tiformem Dei providentiam, eò potiùs feretur ut hîc existimet denotari septem illa velut membra Divinæ providentiæ quæ nominantur infrà 5.12. & 7.12. Et sic erit ἓν διὰ δυοῖν. Optatur enim pax *à Deo & septem spiritibus*, id est, à Deo per septem hos modos operante. Firmat hanc interpretationem quòd infrà cap.5. distinguuntur *Spiritus* & *Angeli* [p]. 3. Per *septem spiritus* intelligitur Spiritus Sanctus [q]. Hæc communis est interpretatio. Sic accipiunt Ambros. And. Cæsar. Primas. Rupertus, aliique quamplurimi viri magni [r]. Patet hoc, 1. ex collat. Apoc.4.5. ubi *septem spiritus* dicuntur esse *septem lampades ardentes*. Spiritus autem Sanctus igni sæpe confertur, ut Mat. 3. 11. Act. 2.3. 2. & præcipuè ex collat. Apoc.5.6. ubi septem spiritus apertè distinguuntur à quatuor bestiis, quæ sunt Angeli. Ubi etiam spiritus illi & *in medio throni* esse, & *missi in omnem terram*, dicuntur, cùm Angeli simul in cœlo & in terra esse non possint †. 3. quòd ibidem *septem hi spiritus* definiuntur *esse septem cornua & septem oculi Agni* [t]. *Oculi* ejus omniscientiam, *cornua* omnipotentiam, denotant [v]. Christus autem non Angelorum & alienis, sed suis & oculis videt, & cornibus, sive potentiâ, potens est [x]. Jam potentia & sapientia Spiritûs Sancti est potentia & sapientia Filii, utpote ab ipso æquè ac à Patre procedens [y]. Confer Zac. 3.9. ubi in unico illo lapide, qui citra controversiam Messias est, *septem oculi esse* dicuntur, h.e. absolutissima Spiritûs sapientia, &c. Adde Apoc. 3. 1. *Hæc dicit qui habet septem spiritus Dei*. At Christus (secundùm carnem putà) non unctus est potentiâ, nec videt sapientiâ, Angelorum, sed Spiritûs Sancti, Esa.11.2. & 42.1. & 61.1. Joh.3.33. Act.10.38. Nec per Angelos illustratur thronus Dei, sed per Spiritum. Nec Angeli videre possunt secreta libri Dei, nisi Christi Spiritu revelantur, Apoc.5. 2,3 [z]. 4. quòd cùm cap.4. & 5. animalia & seniores Deum adorent, spiritus septem nusquam leguntur Deum adorare: quo innuitur, non creaturam, sed creatorem, intelligi [a]. [Aliis hæc sententia non placet, quam sic impugnant:] 1. Hi spiritus sunt septem, non ergò Spiritus Sanctus, qui unus est [b]. Resp. Non hîc denotatur multiplicitas personarum, sed infinita varietas donorum [c], 1 Cor. 12. 4 [d]. unde septemplex spiritus Christo datur, Esa. 11.2, 3 [*]. Nec alienum est à stylo prophetico & figurato, ut spiritus per septem dona appelletur per Meton. Effecti pro causa, sicut contrà dona Spiritûs dicuntur *spiritus*, Joan.7.39. per Meton. Causæ pro effecto. Sic una Dei providentia per innumerabiles oculos ab Ezec. indicatur, & una Christi persona variis V.T. umbris significatur [f]. Simili loquendi modo dicitur Deus *de spiritu*, vel *partem spiritûs ponere super aliquo*; item *spiritus prophetarum*, 1 Cor. 14.32 [g]. Spiritus autem Dei vocatur *spiritus septem* [h], vel, 1. quia hic numerus huic libro solennis est [i]: vel, 2. ut perfectio omnimoda ipsi tribuatur [k], *septem spiritus*, id est, spiritus septiformis [l], h. e. omniformis. Maluit autem *septem spiritus* dicere, ut significaret, perfectiones hujus Spiritûs non esse accidentia, ut in nobis, sed essentiam ejus, easque omnes in essentia Divina subsistere ἑνιαίως [m]. Vel, 3. quòd in septem has Ecclesias influeret [n], quasi singularum Ecclesiarum suus esset spiritus [o]. [Hæc de primo argumento.] 2. Spiritus Sanctus est in throno, ut Dominus & Deus [p], non, ut hîc, *in conspectu throni*; quod est subditorum & ministrorum, qui astant parati ad capessenda exequendáque jussa [q], ut patet ex Zach.3.7. & 6.5. & Tob.12.15 [r]. Resp. Phrasis, *esse*, vel *stare, coram throno*, non semper ac necessariò inæqualitatem aut separationem notat. Ut enim Spiritus S. quamvis Patri æqualis essentiâ, officio tamen voluntario ac per dispensationem mitti à Patre & Filio dicitur †; sic h. l. *coram throno esse* dicitur, h. e. promptus ad officium exequendum [t], præsens cum Patre & Filio, qui per Spiritum exhibent gratiam & consolationem populo Dei [v]. Per, *esse coram throno Dei*, notatur, Spiritum Sanctum & per Christum nobis donatum esse, & παράκλητον nobis esse: confer Rom.8.26,27 [x]. [Hoc secundum argumentum:] 3. Repugnat ordo, quia præponitur Filio [y]. Resp. 1. Inter personas Trinitatis ordo sæpe confunditur, ut Gal.1.1. Eph.5.5. &c. nec absurdè, ob omnium æqualitatem & unitatem. 2. Prudenter & opportunè hîc præponitur, [vel,] nè justa orationis series interrumperetur [z]; quia de Filio erat plura dicturus [a], & in ejus δοξολογίᾳ salutationem finiturus [b]: [vel,] nè in Trinitate cogitaretur inæqualitas; vel, nè quis septem spiritus, si ultimo essent loco subjecti, de angelis intelligeret: vel, ut Spiritûs Sancti proprietatem insinuaret, qui tanquam amor & vinculum est Patris & Filii [c].

p G. q Cot. Clu. Par. Bri. Gom. Dur. Har. Gag. r Per. sim. Rib. † Cart. t Cart. Clu. Dur. v Dur. x Gom. Cart. y Cart. z Clu. a Gom. Har. b Q. in Gom. c Cart. sim. Gom. d Gom. * Gom. sim. Har. f Gom. g Coc. h Cot. i Dur. k Cot. l Per. Rib. Cot. m Cot. n Har. sic Coc. o Coc. p Rib. q Per. sim. Rib. r Rib. † Gom. t Gom. sim. Dur. v Dur. x Coc. y Q. in Gom.

5. Et, &c. Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς] *Et à Jesu Christo* (Non à Deo tantùm Patre per illos quos diximus modos operante, sed & *à Jesu Christo*, optat Ecclesiis prospera omnia. Sic & Paulus Rom. 1. 7. 1 Cor. 1. 3. & alibi [d]. Sequuntur hîc Christi elogia, ceu totidem rationes cur à Christo gratiam & pacem iis precatur [*].) *ille testis fidelis*, Mo. Nulla hîc est ἀκυρολογία [f]. Etiam hîc Nominativos usurpavit ἀκλίτως, ut sicut Dei Immutabilitatem significaverat, ità & Christi in testimonio suo & Regno immutabilitatem significaret. Vide 2 Cor. 1. 20. Heb. 13. 8 [g]. Deum, qui res tantùm curat, non verborum elegantiam, non dedecuit sic loqui [h]. Est anomalia casûs [i], sive Antiptosis, ut Luc. 1. 55. Apoc. 3. 12. & 18. 13 [k]. Al. Est Ellipsis relativi [l], quæ frequens Hebræis. Vide Eph. 2. 5 [m]. Sic & Virgil.—*En dextra fidésque. Quem secum patrios aiunt portare penates* [n]. [Sic ergò vertunt:] qui est *fidus ille testis*, P. Be. Pi. sic Er. Il. Ti. Al. *teste illo fideli*, Ca. sic Sy. Ar. Sic dicitur Christus Esa. 43. 10. & 55. 4 [o]. & hîc, cum duplici articulo, q. d. *testis ille, fidelis ille*, ut significetur, eum esse testem illum egregium, de quo dictum Esa. 55. 4. & Joh. 18. 37 [p]. 1 Tim. 3. 13. qui, non, ut Prophetæ & Apostoli, audita & ab aliis accepta testificatur, sed quæ ipse vidit, & penitus cognovit, Joh. 1. 18. & 3. 11, 30. & 5. 20. idque non tantùm verbis [q], & promissis [r], sed ipsis factis †, Joh. 10. 25, 37. & morte suâ [t], 1 Tim. 6. 13. qui testatus est de Deo, de seipso, de Ecclesia Dei [v], de voluntate Dei [x]: qui in nominibus [lege, *omnibus*] quæ Dei nomine ad nos pertulit, & quorum multa à Christo generaliter dicta in hoc libro specialiter explicantur, dignissimus est cui credatur. Vide Esa. 55. 4. Joh. 8. 38. &c. & de voce πιστὸς 1 Tim. 1. 15. Idem titulus Deo ipsi tribuitur Psal. 89. 37 [y]. qui fideliter, verè planéque, docuit totam Dei voluntatem, quantum ad humanæ salutis rationem attinet, sive totum Evangelium, quod μαρτυρία vocatur Joh. 5. 31, 32. Pertinet hoc ad munus Christi Propheticum [z]. Hunc autem titulum hîc Christo ascribit, tum, ut fidem conciliet huic prophetiæ, tum, ut pios animet ad tolerantiam persecutionum spe gloriæ quam promisit Christus, qui fidelis est, ideóque præstabit [a], nec fideles sui causâ periclitantes deseret [b]. ¶ *Primogenitus*, &c. Ὁ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν] *Primogenitus ille* (i. e. primò excitatus [c], quia resurrectio est quædam nativitas, sive regeneratio [d]: vide Mat. 19. 28. & Act. 13. 33 [*].) *ex mortuis*, Be. Pi. Concisè dictum, pro, eorum qui resurgunt à mortuis [f]: qui mortuorum primus resuscitatus est [g], nempe, vel, vi suâ [h], quâ & alios resuscitavit [i]; vel, ad vitam immortalem [k], & beatam [l]: Nam sancti illi Mat. 27. non prodierunt è monumentis ante Christum suscitatum, ut disertè affirmatur v. 27 [m]. Vide 1 Cor. 15. 20. Col. 1. 18. & ibi dicta [n]. Hoc pertinet ad sacerdotium Christi, quo mortem morte vicit, plenámque peccatorum expiationem fecit, & resurrexit ad nostrî justificationem, Rom. 4. 25 [o]. Pertinet & hoc ad nostram consolationem [p], ut qui multi passuri erant mortem commenerent, scientes se Christi exemplo fore resurrecturos [q]. ¶ *Et princeps regum terræ*] id est, *Rex Regum*, ut infrà vocatur Apoc. 19. 16 [r]. & 17. 14. & 1 Tim. 6. 15 †. Regibus imperans [t]. Vide Mat. 28. 18. infrà 19. 6 [v]. Spectat hoc regium munus [x]. Pertinet & ad consolationem Ecclesiæ [y]. Hoc vult, Nolite, quominus Christi præcepta & exemplum sequamini, timere Mundi hujus Reges. Christi enim tanta est potentia ut ubi volet eos sit destructurus, aut sibi subjecturus [z]. Daniel Deo eundem titulum dederat, c. 4. 17 [a]. ¶ *Qui*, &c. Τῷ ἀγαπήσαντι, &c.] Pro, ὁ ἀγαπήσαντος, &c. Altera anomalia casûs [b]. Novus incipit sensus, & connectuntur hi Dativi cum eo quod sequitur, *Ipsi gloria*. Verè autem Christo convenit hic titulus, ut discere est Joh. 13. 34. & 15. 9. In MS. τῷ ἀγαπῶντι, ut

z Gom. a Coc. sic Har. Gom. Clu. b Coc. c Clu. d G. * Par. f Cot. g G. h Cot. i Pi. sic Glass. k Glass. gram. 4. 2. 19. 736. l Cot. sim. Be. m Be. n Cot. o Clu. p Rib. q Clu. r Per. † Clu. Per. t Clu. v Per. x Pi. y G. z Bri. a Rib. b Par. c Par. d Par. G. sim. Rib. Cot. Clu. * Par. G. f Bri. g G. sic Cot. Clu. h Par. sic Dur. i Dur. sic Bri. k G. Cot. Clu. Me. Par. l Me. m Cot. n G. o Bri. Par. p Par. q Rib. sim. Par. r Rib. Clu. Par. † Clu. t Rib. v G. x Bri. y Par. z G. sim. Rib. Par. a G. b Pi.

ut indicetur perpetua dilectio [c]. [Sic vertunt :] *Qui* (vel, Ei *qui*, Er. V.) *dilexit nos, & lavit nos* (Seipsum includit Apostolus, adeóque sanctorum immunditiem ostendit [d] :) *à peccatis nostris* (& merito, & efficaciâ [*] : meruit nobis remissionem peccatorum [f] :) *per sanguinem suum*, Be. Pi. i. e. Morte toleratâ, certos nos reddidit veritatis eorum quæ docuerat, quæ talia sunt ut nihil sit aptius ad purgandos à vitiis animos. Confer Esa. 4. 4. Rom. 3. 25. & 5. 9. Eph. 1. 7. & 2. 3. & 5. 26. &c. Humidæ naturæ, sub qua est Sanguis, proprium est *lavare*. Id verò per egregiam ἀλληγορίαν ad Animam transfertur. Dicitur autem Christus *suo sanguine nos lavâsse*, quia & ipse omnia præstitit quæ ad id requirebantur, & apparet sequutum in plurimis effectum [g]. Sed hæc ablutio, ut & redemptio, non est metaphorica, sed vera, per solutionem veri λύτρε sanguine proprio facta [h]. Sanguis Christi fuit ἀντίλυτρον satisfaciens judicio Dei pro peccatis nostris [i]. Hoc vult, si Christus ità nos dilexit, ut sanguinem pro nobis funderet, æquum etiam est ut nos pro ejus amore supplicia omnia perferamus [k].

6. Et, &c. Καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς, &c.] Hîc iterum locutio qualis suprà ἐσήμανεν, est enim copula cum Verbo loco Participii: recta enim locutio fuerat ποιήσαντι [l]. Al. Est Ellipsis relativi, καὶ ἐποίησεν, pro ὃς καὶ ἐποίησεν [m]. Jam ὁ ποιήσας & ὃς ἐποίησε idem valent. Quare ὁ ἀγαπήσας & ὃς ἐποίησε bene cohærent [n]. [Sic vertunt:] *Et qui fecit nos* (nempe, renovando per Spiritum Sanctum [o] :) *reges* (scil. spirituales & cœlestes [p]. *Reges* sunt Christiani [tum,] ob victorias de Carne, Mundo [q], Peccato [r], Diabolo †, & ministris ejus [t], Morte [v] : tum, quia spiritu regnant cum Deo per cœlestem conversationem: tum denique, titulo & jure, Psal. 149. 9. quia olim erunt judices mundi, 1 Cor. 6. 1. & cum Christo regnabunt [x] : vel, *regnum*, Vulg. quia Deus regnat in nobis [y]. Duo cod. habent βασιλείαν [z]. Sed βασιλεία [ponitur] pro βασιλεῖς, sicut ἱεράτευμα pro ἱερεῖς, 1 Pet. 2. 5, 9. Sic & infrà 5. 10 [a]. Sed alii omnes Codices, etiam Montani, legunt βασιλεῖς [b].) *& sacerdotes* (spirituales [c] : quia Deo offerunt semetipsos [d], corpus purum [*], Rom. 12. 1 [f]. & spirituales victimas [g], Preces sanctas [h], Laudes, Vitulos labiorum [i], Hos. 14. 3. Heb. 13. 15. oblationes justitiæ, & cor contritum, Psal. 51. 19, 21, 22. eleemosynas, Phil. 4. 18 [k]. opera Pietatis & Misericordiæ. Rectiùs igitur nos usurpabimus dictum illud Stoicorum, *Solus sapiens sacerdos* : de quo vide Hieroclem ad illud Aurei carminis, Ἀθανάτους μὲν πρῶτα——. Homo talis, ait Anton. l. 3. est ἱερεύς τις καὶ ὑπουργὸς Θεῶν, &c. Similiter Justin. Colloq. cum Tryph. [cujus verba vide in G.] Etiam Par. Chald. *Sacerdotem* vocat [l]. Sumpta est hæc phrasis ex Exod. 19. 6 [m]. ubi in Hebræo est, *Regnum Sacerdotum*, sive *Sacerdotale* [n], in LXX *Regale sacerdotium*, ut est 1 Pet. 2. 9 [o]. [ubi dicta vide :] Interpretes autem Chaldæi habent *Reges & Sacerdotes* [p]. Significat, eos fuisse populum ab aliis planè diversum & quasi sacratum cultui Dei, &c [q].) *Deo* (Cautè hoc addidit, nè putemus hunc honorem nobis datum ad turbandam politiam civilem aut ecclesiasticam [r] : q. d. Reges non sumus respectu creaturarum & impiorum nobis subjectorum † ; sed *Deo*, i. e. in honorem & obedientiam Deo, non ut carni indulgeamus, &c [t].) *& Patri suo*, Be. Pi. i. e. Deo qui est pater Christi [v]. Καὶ hîc est ἐξηγητικὸν [x], ut 1 Cor. 15. 24 [y]. 2 Cor. 1. 3. & 11. 31. Col. 1. 3. & 2. 2. & 3. 17. &c. De re ipsa diximus ad 1 Pet. 2. 5, 9 [z]. Sensus loci, q. d. Qui nos ab extrema pernicie ad summos honores provexit, ut ipse est Rex pariter & Sacerdos, ità corpus suum ad ejusdem honoris societatem evexit [a]. ¶ *Ipsi*, &c. Αὐτῷ, &c.] *Ei* (nempe Christo [b], qui tanta facere & valuit & voluit [c] : nam αὐτῷ cum præced. Dativis, ἀγαπήσαντι, λέσαντι, manifestè cohæret [d]. Pronomen repetitum more Hebræorum [*].) *sit gloria & robur*, &c. Be. Pi. id est, gloria roboris seu potentiæ. Hendyadis [f]. Al. *Gloriam* intelligit, tum Divinitatis, tum status Christi gloriosè regnantis ad dextram Patris: *Robur*, tum omnipotentiæ Divinæ, tum Dominii in omnes creaturas, quod accepit in tempore ut Mediator [g]. Eadem verba 1 Pet. 4. 11. Est autem hoc *Amen* & Affirmantis, & Approbantis [h].

7. *Ecce venit* (i. e. veniet [i] : h. e. Perspicuum est, & certis signis constat, eum venturum [k] :) *cum nubibus*] i. e. Super nubibus sedens, velut in throno. Vide Mat. 24. 30. & 25. 31 [l]. *Nubes* thronus currúsque Dei in S.S. ut Psal. 104. 3. Esa. 19. 1. Et Filius Dei in paterno solio sedet [m]. De extremo Christi adventu ad judicium loquitur [n]. Prophetiam jam exorditur, cujus proœmium hoc est, illúdque optimum & accommodatissimum, ut multa de persecutionibus fidelium dicturus & impios terreat, & justos spe mercedis ad pietatem excitet [o] : & ut occurrat objectioni hominum mundanorum, q. d. Hiccine est *Princeps Regum*, qui interfectus & sepultus est? Respondet, At citò veniet & se patefaciet, &c [p]. Johannes, Visiones suas expositurus, in quibus series & ordo rerum gerendarum ad secundum & gloriosum illum Christi adventum pertexebatur, adventûs istius hypotyposin, tanquam stadii Apocalyptici metam, fronti historiæ suæ præscripsit [q]. Non dubito in omnibus locis Evangeliorum & Apocalypseos adventum Filii hominis eundem esse de quo agitur Dan. 7. & in illis locis eò respici [r], ideóque Christum in illis *Filium hominis* dici, &c †. Al. Eximiè quidem & κατὰ ἐξοχὴν ἀκριβείαν in ultimo adventu Christus *in nubibus aderit* : sed & omnis alia ultio quam Deus de inimicis suis sumit, sic figuratè describitur, ut Psal. 104. 3. Esa. 19. 1. Ezec. 1. 4. Dan. 7. 13. nempe quia ex nubibus sunt tonitrua, fulmina, grandines. Quæ autem Deo tribuuntur in vetere T. eadem in Novo, & in Vaticiniis de novo tribui solent Christo, ut Joel. 3. 13. hic infrà 14. 15. [Sensus,] Aderit cum magna tempestate adversùs incredulos Judæos & Romanos [t]. Veniet Christus ad ultionem de hostibus suis Judæis sumendam, & ad suos liberandos. Nec obstat huic sententiæ additamentum *nubium*, quia *nubes* sæpe & indicium præsentiæ & protectionis Divinæ, ut Esa. 4. 5. & in deserto, &c [v]. ¶ *Et videbit eum omnis oculus*] scil. Hominum. Synecdoche generis [x] : i. e. omnes homines, sive omnium oculi [y], in humana & visibili forma [z]. Ex Esa. 40. 5. i. e. sentient omnes ejus vim. Hebræi omnes sensus visionis nomine exprimunt, ut Exod. 20. 18. Jer. 2. 31. & alibi [a]. ¶ *Et* (vel, *Etiam*, Be. Pi. Καὶ hîc non copulat, sed respondet ו [b].) *qui eum pupugerunt*, Αὐτὸν ἐξεκέντησαν] *Transfixerunt* (vel, *Compunxerunt*, V.) *eum*] vel, 1. corporaliter [c], in cruce [d], milites & hostes [*] : vel, 2. spiritualiter, ex collat. Apoc. 11. 8 [f]. q. d. Qui ipsum & Ecclesiam ejus omnibus modis vexârunt. Vide Act. 9. 5. vide ad Zac. 12. 10. unde hæc verba desumpta sunt. Talia dicta variè usurpantur, quia aut erant proverbialia, antequam Prophetæ ea ponerent, aut ex Prophetarum scriptis facta sunt proverbialia [g]. Confer Joh. 19. 37 [h]. ¶ *Et*, &c. Καὶ κόψονται ἐπ' αὐτὸν, &c.] *Et plangent* (Planctu, vel, 1. resipiscentiæ, ut liquet ex collat. Zach. 12. 10. ut sermo hîc sit de adventu Christi ad conversionem Judæorum [i] ; vel, 2. desperationis [k], & horroris [l], in die judicii [m], ob conspectum Judicis & damnatoriam ejus sententiam [n]. De illo enim duntaxat die dicitur Christus *cum nubibus venturus* : nec ante illum diem Christum visuri sunt vel omnes oculi, vel crucifixores ejus; Mat. 23. 39. & 26. 64 [o]. & talis erat planctus ille in Megiddo: nec de alio planctûs genere agit Zacharias, ut loci circumstantiæ docent †. [De quo vide Clu.]) *super eum* (vel, *coram eo*, Be. vel, *ob id*, Ar. *de eo*, Ca. *propter eum*, Be. Pi. Æth. G. i. e. quòd eum hostiliter persecuti fuerint [p] : propter mala ipsi & Ecclesiæ ejus illata. Hebræi dicerent עליו. Sic ἐπὶ τί *quamobrem* apud Aristophanem [q].) *omnes tribus* (i. e. gentes sive nationes [r], regna † ; h. e. maxima pars populorum [t], impii ex omnibus populis [v], Judæi domi ac foris ; deinde etiam populus Romanus, & Provinciæ Romanæ. Et hoc ex eodem Zachariæ loco sumptum est, sed eâ quam dixi libertate. Vox φυλαὶ sæpe de *populis* usurpatur, ut Gen. 28. 14. Psal. 72. 17. ubi in Hebræo גוים [x].) *terræ*, Mo. &c. Non terræ Canaan, sed universæ terræ [y]. ¶ *Etiam*, Ναὶ, Ἀμὴν] *Etiam*, (vel, *Næ*, Val.) *Amen*, Be. Pi. Cot. &c. Nota progressum : v. 6. tantùm *Amen* [z]. Idem est ναὶ & ἀμὴν, sicut ἀββᾶ & πατὴρ : sed placuit uti utroque sermone, quia hæc tangunt & Judæos & gentes : vide infrà 22. 20. & 2 Cor. 1. 20 [a]. Hoc ab omnium linguarum hominibus intelligi voluit, quia omnes ad judicium venturi erant, q. d.

c G. d Clu. * Par. f Pi. g G. h Har. i Par. k Rib. l G. m Par. Cot. sic Be. n Cor. o Pi. p Pi. Zeg. q G. sim Cot. Clu. Dur. r Cot. Bri. † G. Pi. t Pi. v Bri. x Dur. y Per. z Par. a G. b Par. c Pi. d Rib. sic Pi. Dur. Cot. Clu. * G. Dur. f Dur. g Clu. h G. Clu. Dur. i Dur Clu. k Clu. l G. m Ham. n Ham. sic D. o Ham. p D. Ham. q Ham. r Bri. † Cot. t Clu. sim. Rib. v Me. sic Pi. x G. sic Pi. y Pi. z G. a Clu. b Par. Clu. c Clu. d Par. * V. f Pi. g Par. h G. i Pi. k Coc.

l Pi. m Clu. n Rib. sim. Clu. Par. Cot. Med. l. 4 epist. 22. o Rib. p Dur. q Med. l. 3. p. 545. r Med. l. 4. epist. 10. p. 915. † Med. epist. 32. p. 965. t G. v Ham. x Pi. y Be. z E. a G. b Be. c Dur. d Par. sic Me. * Par. f Dur. g G. h Pi. i Bri. k Clu. l Par. sim. Dur. m Dur. n Par. o Clu. † Clu. p Pi. sim. Be. q G. r V. D. † Dur. t Cot. v Pi. x G. y Be. z Cot. a G.

q. d. Omnes nationes hoc verum esse videbunt. Ναὶ hîc non est Optantis, sed Affirmantis, q. d. *Ità est*, *Verè*, *Certè*. Et geminatio hîc auget affirmationem, ex more Hebræorum, ut Soph. 1. 5, 6, 7. Rem valde utilem & difficilem creditu seriò confirmare voluit [b]. Sensus, q. d. Omnino ità erit [c]. Al. Ἀμὴν est non tantùm asserentis, sed etiam supplicantis ut res eveniat, ut patet ex Jer. 28. 6. Exprimit ergò h. l. ardens desiderium piorum adventum Christi exoptantium, quia cunctarum gentium hoc votum erit [d]. Approbat Johannes futura Dei judicia [*]. Sensus est, vel, Utinam ità fiat: vel, Certissimum est quod dixi [f].

8. *Ego sum* A *&* Ω] In MS. A καὶ τὸ Ω. non malè. Nam Ἄλφα eo sensu totum pronunciari solebat, Ω autem sic pronunciabatur. Ausonius, *Et suprema notis ascribitur Argolicis* Ω. Neque enim addi solebat μέγα, ut nec μικρὸν ad ο'. nec ψιλὸν ad ε'. vel υ'. Proverbialiter hoc dicitur de eo qui in re quapiam primus est [h], [vel ultimus.] Sic apud Martialem, *Alpha penulatorum* [i], sive *Mendicorum*, h. e. mendicissimus [k]. Et Christus quidem summus est, sed qui postremus diceretur [l]? Resp. Qui summus est idem & *infimus*, infra omnes humiliatus, Phil. 22. 6. Eph. 4. 9. crucifixus, 1 Cor. 2. 8 [m]. Epexegesis mox annectitur [n]. Sed distinguo hoc à sequenti [o], ut generalius à speciali [p]. Et literæ simpliciores sunt vocibus, α'. & ω'. dicunt primum principium & ultimum finem [q]. Est autem locutio à RR. desumpta [r], qui dicunt *ab Aleph ad Thau* [†], sive *ab initio ad finem*, ut Jalkuth, &c. Johannes eam aptavit ad Alphabetum Græcum, quia ipse Græcè scribebat [t]. ¶ *Principium* (vel, Id est, *principium*, Be. Pi. T. &c.) *& finis*] Vel, causalitate: vel potiùs, duratione, ex collat. tum, Apoc. 22. 13. ubi hoc repetitur additúrque *primus & novissimus*: tum, Esa. 41. 4. & 43. 10. ubi est, *Ante me, & post me, non est Deus* [v]. Sensus, q. d. Nihil ante eum aut post eum [x]. Al. Quid hâc locutione velit, seq. docent, nempe *Deum eundem & esse semper & fuisse*, ac proinde certa ejus promissa: quod olim significatum per יהוה & אשר יהיה. Vide quæ dicta ad Exod. 3. 15. & 6. 3. Et adde Esa. 41. 4. & 44. 6. & 48. 12. Plato, Ὁ μὲν δὴ θεὸς, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν, καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων [y]. Al. Causam hîc reddit ejus dicti, *Ecce venit cum nubibus*, *Etiam*, *Amen*; q. d. Ut ego primus omnium sum, & omnes creavi, ità sum finis ad quem omnes venient ut judicentur [z]: *Principium & finis*, h. e. ex quo & ad quem omnia [a]. Sibi hîc adscribit absolutam perfectionem, divinitatem [b], immutabilitatem [c], & æternitatem [d]. Simul monet, ut extra ipsum nihil quærentes in ipso conquiescamus [*]. Per A & Ω intelligit Scripturæ S. principium & finem [f]. q. d. Author & finis scopúsque Scripturarum S. quæ de me incipiunt, & in me desinunt [g]. ¶ *Dicit Dominus*] Quis? Resp. 1. Tota Trinitas, quæ Johanni inspirabat illa verba, *Ecce venit*, &c [h]. Resp. 2. Christus [i], ut docet 1. epitheton ejus κύριος [k]: 2. connexio cum v. præced [l]. 3. collat. v. 11, 13, 17, 18 [m]. & cap. 2. 8 [n]. & 22. 13. ubi Christus hoc de se disertè dicit [o]. ¶ *Qui est, & Qui erat*, &c.] Idem quod suprà v. 4 [p]. ¶ *Omnipotens*] Non sine causa & hoc additur. Nam hominibus evenit ut promissa non impleant aut per inconstantiam, aut per impotentiam: quare utrumque à Deo removendum fuit [q].

9. *Ego Johannes*] Nempe ille jam designatus [r]. Nomen exprimit, quia prophetia scriptoris authoritatem requirit [†]. ¶ *Frater vester*] i. e. Ejusdem fidei [t]. ¶ *Et*, &c. Καὶ συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει——Ἰησοῦ, &c.] *Et communicans* (vel, *socius*, Be. Pi. *particeps*, Er.) *in tribulatione, & in regno*, (nempe spirituali [v]; vel, in eadem spe regni cœlorum [x]:) *& tolerantia*, (vel, *patiente exspectatione*, Be. vel, *patientia*. Ostendit, Christi regnum hîc consistere in exercitio patientiæ magis quàm in dominio [y]. Ordo hîc ascendit. Patimur primùm, dein patiendo regnamus. Qua in palæstra perdurandum [z]. Græci non videntur legisse καὶ ὑπομονῇ: potest tamen id ferri, si βασιλείαν interpreteris *jus ad Regnum*; nempe ut *participem se* dicat Johannes *adversorum*, sed cum certa spe *Regni* futuri, quæ causa sit cur illa *adversa magno animo perferantur* [a].) *Jesu Christi*, Mo. &c. i. e. Qui patior sicut & Christus passus est [b]. Innuit, & Christum nobiscum affligi, & nos cum ipso regnaturos [c]: vel, *Christi*, i. e. patientiæ Christianæ, quæ omnia suffert [d]: vel, *in Christo Jesu*, Vulg. sic G. i. e. per Christum, dante Christo [*]: vel, propter Christum [f]; vel, quam Christus præcipit: vel, in qua Christus nobis exemplo præivit. *Christi* ergò hîc, vel efficientem, vel finem, vel subjectum, denotare potest [†]. ¶ *Fui in insula——Patmos*] Quò relegatus est [g], [vel,] à Domitiano [h]; [vel,] à Claudio [i]: [de quo commodior postea erit differendi locus.] *Patmos* insula erat in mari Icario [k], Strab. l. 10 [l]. sive Ægæo [m], una ex Cycladibus [n], voce latè sumptâ [o], sive Sporadibus [p]: cujus circuitus erat 30. M. passuum, teste Plin. 5. 12 [q]. Huc relegatus erat, quia hoc mare illis urbibus Asiæ minoris, in quibus Johannes docebat, proximum erat [r]. In *Patmo* scriptam Apocalypsin tradit Dorotheus Tyri Episcopus; *Ephesi* scriptam, Eusebius. Utrumque verum est distinctis partibus. Priora in Patmo visa & perscripta, posteriora Ephesi, ut infrà dicemus. Johannes, quasi seditiosus, deportatus est in insulam, quæ *frequens pœna eo tempore*, L. *Rei capitalis*, &c. maximè *in causa seditionis*, Paulus sentent. 5. 22. 1. Inter seditiosos autem habiti & illi qui *superstitione novâ hominum animos commoverent*, L. *Si quis aliquid*, tit. De Pœnis. Electæ autem ad hoc plerumque insulæ exiguæ & propè desertæ, quales Seriphus, & Gyaros apud Juvenal. & Tacitum, Amargus, Cercina, Pandateria. Talis & Patmos in Ægæo. Apud Tacit. Annal. 15. *Claudieno Quieto, Juliæ Agrippæ*, &c. *velut in agmen & numerum, Ægæi maris insulæ permittuntur* [†]. Cæterùm largissimè Deus, ut solet, Johanni exilium compensavit [t], his visionibus, &c [v]. ¶ *Propter verbum Dei*, (i. e. prædicationem verbi [x]:) *& testimonium Jesu Christi*] Quo scil. testatus est, Jesum esse unicum Servatorem mundi [y], Messiam & Deum [z], Regem, Sacerdotem, & Prophetam, Ecclesiæ [a]. His partibus etiam suprà Evangelium descripserat v. 2. Habet enim Evangelium sua præcepta cum promissis; habet & historiam rerum quæ præceptis auctoritatem adstruit [b]. Occurrit scandalo [c], q. d. Non propter scelera aut seditiones [d], sed ob constantem doctrinæ Christi professionem [*]. Hæc autem doctrina, utpote nova, nec Paganis minùs quàm Judæis invisa, in seditionis crimen rapiebatur, ut apparet Act. 17. 6. & 21. 28. Magna autem Christianorum consolatio in hoc erat quòd Johanni terris excluso cœlum patuit [f].

10. *Fui*, &c. Ἐγενόμην ἐν πνεύματι] *Fui* (vel, *Constitutus fui*, ad verb. *Factus sum*, Pi. sub. *autem*, Be. Pi. vel, *Cæpi esse*, vel, *Evenit ut essem*, Coc.) *in spiritu*, Er. &c. *Spiritum* hîc intelligit, vel, 1. humanum & finitum, nempe Johannis animam sive intellectum; ut *esse in spiritu* denotet, vel, exercitium animæ ejus in precibus & meditatione verbi; vel, proximum receptæ Apocalypseos subjectum, nempe mentem, ut ostendat revelationem hanc non fuisse externam, corporeis sensibus, sed internam, atque animæ objectum, ut Prophetis etiam V. T. accidit. Quod probè convenit reliquis locis ubi hæc phrasis extat, ut Apoc. 4. 2. & 17. 3. & 21. 10 [g]. Indicat, se non oculis corporeis, sed spiritûs, in extasi seu mentis excessu hæc vidisse [h]: q. d. Fui in intima actione spiritûs, h. e. à sensu rerum externarum conversus fui intrò, ut anima mea tota occuparetur intùs in his visis contemplandis [i]: denique incidit in me ἔκστασις, *mentis excessus* [k], ut Act. 10. 10 [l]. & 11. 5. & 16. 9. & 18. 9 [m]. Non hæc vidit corporis sensibus, sed intra animum [n]: q. d. Fui in spirituali visione [o]. Non quòd extra corpus fuerit, sed quòd raptus erat & elevatus supra corpus, nec corpore tunc utebatur, nec sensibus: ut opponatur hoc τῷ *esse in corpore*, quod est corporaliter vivere, & membris uti corporis ac sensibus [p]. Sensus, Nihil per corpus vidit, vel audivit, vel sensit, vel intellexit; sed docendus ejus spiritus à spiritu docente assumptus est [q]. Vel, 2. infinitum Dei, q. d. A Spiritu S. correptus & afflatus sacro enthusiasmo [r]: quomodo Græcis dicuntur esse ἐν μούσαις qui Musis correpti sunt [†]. *Fui in spiritu*, i. e. cum Dei spiritu. Sic & qui à Dæmonibus possidentur dicuntur esse ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, Marc. 1. 23. & 5. 2. Idem dicit quod Ezechiel

[Margin notes, left column: b Rib. c Me. T. d Bri. * G. f Pi. g G. h Par. ex Er. i G. Er. Par. k Par. l Be. m Coc. n Pi. sim. Be. o Coc. sim. Cot. p Coc. q Cot. r G. † G. D. t G. v Per. x E. sim. Pi. Cot. Be. y G. z Me. ex Rib. a Coc. sim. Clu. b Par. c Dur. d Par. Dur. Cot. * Cot. f Rup. in Clu. g Clu. h Rib. Me. i Pi. Par. Cap. Cot. Coc. Dur. Alcas. Gom. Clu. ex Primas. Rup. &c. k Par. l Coc. sic Par. m Clu. sic Cap. Par. n Clu. o Cap. Par. p Er sic G. Me. q G. r Idem. † Par. t G sim. Rib. Me. T. v Par. x Rib. sic T. y Dur. sim. Par. z Cot. a G.]

[Margin notes, right column: b V. c Par. d Me. * G. f Me. Pi. Gom. † Gom. g Pi. Cot. Dur. Rib. h Pi. Cot. Me. T. Dur. i Ham. G. sim. Li. k Clu. Li. Chron. p. 154. l BC. 18. 411. Rib. m Clu. Li. n Cot. Pi. Dur. o Cot. BC. Par. p BC. q Camer. Clu. r Rib. Clu. t Rib. † G. t Clu. v Dur. x Pi. Dur. y Pi. z Me. a Dur. b G. c Par. d Clu. sim. Par. * Par. f G. g Gom. h Par. i Pi. k Pi. sic Per. Rib. Par. Clu. La. l Pi. Par. G. m Par. n G. o La. p Rib. q Rib. ex Haym. r Gom. ex Camer. † Gom.]

chiel verbis aliis, *Fuit manus Domini super eum* [t]. *Esse in spiritu* dici possit, vel, 1. habitualiter spiritualem sive regenitum esse, Gal. 5. 16, 25. Vel, 2. actu & eminentiori gradu *impleri spiritu*, Eph. 5. 18. & à rebus carnalibus specialiter abstrahi. Vel, 3. modo extraordinario, sive raptu. Quæ omnia hîc conveniunt, præsertim 2. & 3. q. d. Quamvis abessem à cœtu Christianorum publico, fui tamen in spiritu, h. e. in exercitio gratiæ, in spirituali animæ indole; & Spiritus S. me rapuit, spiritúmque meum elevavit & Prophetiis imbuit [v]. *Esse in spiritu* significat, animo accipere Spiritûs Sancti alloquia & ὀπτασίας, sensibus interim otiosis: nisi dicamus, etiam oculis & auribus ejus voces atque formas à Spiritu fuisse ingestas [x]. Non abreptitius factus est Johannes, nec sopita erant sensuum & rationis officia; sed mutata, & Spiritûs insidentis efficaciâ intentiora, vehementiora & acriora, facta quàm antè, ut non corporeas species, sed spirituales formas, ídque spirituali modo, cerneret [y]; ut ea sensu perciperet, & mente complecteretur ad quæ sensus & ratio propriis viribus nunquam assurgerent [z]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ] *Die Dominico*, Be. Pi. sic Vulg. Er. &c. Tam grande opus tantum diem poscebat [a]. Sic vocat, vel, 1. diem apparitionis Domini, more Scripturæ [b]. Sed sic nullus hîc designaretur certus dies, quem tamen hâc phrasi denotare voluit: quanquam & hoc congrueret primo diei hebdomadis, quo Christus apparere solebat, ut Matth. 28. Joh. 20. 26. Act. 1. 2 [c]. Vel, 2. Sabbatum Judaicum [d]. Cui obstat, tum, quòd illud jam abolitum esset, Gal. 4. 10. Col. 2. 16. tum, quòd illud *Sabbati* semper nomine venit, & hæc nova appellatio diem obscurâsset potiùs quàm illustrâsset [*]. Vel, 3. diem resurrectionis Christi, sive commemorationi resurrectionis dicatum, eúmque vel annuum, vel hebdomadarium [f]. Intelligit eam diem quæ Judæis dicitur μία σαββάτων [g], nempe unam Sabbati [h], sive diem primum hebdomadis [i]: qui Christianis dictus est Κυριακὴ ἡμέρα, *dies Dominica* [k], ut in Ignat. ad Tral. & Magn. & in Clem. Constitut. aliquoties, & in Irenæi loco quem servavit nobis scriptor Resp. ad Orthodoxos [l], & in Orig. Hom. 6. ad Exod. Tertul. Apolog. & in veteribus Conciliis frequentissimé [m]. Quâ die conventus Christiani fieri solebant [n], ut nos docent Pauli Epistolæ [o], 1 Cor. 16. 2. & Act. 20. 7 [p]. & Justinus Apolog. 2 [q]. ubi Græcorum more *diem* eum *Solis* nominat. *Inter Dominica solennia*, Tertul. De Anima. Sic olim festi dies יומי ליהוה [r]. Hinc liquidò cernitur quanta sit antiquitas diei Dominicæ †, quæ in locum Judaici Sabbati successit [t]. Diem hîc indubiè designat qui & Ecclesiæ notissimus erat, & Christum [qui Κύριος passim in N. T. dicitur] speciali modo respicit. *Dies* autem hæc *Dominica*, sive *Domini*, vocatur, vel, 1. quia à Domino instituta est ad ipsius cultum. Vel, 2. ob specialem illius significationem, quòd designaret Christi cessationem ab opere Redemptionis, Marc. 16. 1, 2. Luc. 24. 1, 2. Joh. 20. 1. quomodo & Sabbatum Judaicum dicebatur *dies Domini*, Exod. 20. 8. quia tunc cessavit ab operibus Creationis [v]. Vel, 3. quòd dies hæc erat resurrectionis Domini [x], & per eam dies resurrectionis universorum, & beatitudo sanctorum, significatur, quâ post hujus seculi labores donantur; quod per septem dies intelligitur, quibus tempus universum volvitur [y]. Vel, 4. in honorem mediatoris, ut inter instituta N. T. haberetur. Unica est phrasis huic parallela, 1 Cor. 11. 20. Κυριακὸν δεῖπνον, *cœna Domini*, ut dicitur ob specialem ipsius, tum, 1. institutionem à Domino: tum, 2. significationem, Christi scilicet & beneficiorum ejus: tum, 3. finem, nempe honorem Christi Mediatoris cultúsque ab ipso sub N. T. instituti [z]. Qu. An tota Apocalypsis unâ die Dominicâ revelata fuit Johanni? Resp. 1. Non puto, quanquam omnia quidem uno filo cohærere videantur. Neque enim voluit Christus tam variis prolixísque visionibus servum suum onerare. Nec obscura passim apparent intervalla, ut cap. 4. 1, 2. & 17. 3. & 21. 1. & alibi ubi occurrit illud, *post hæc*. Adde quòd non omnia eodem loco fuerunt revelata Johanni, sed quædam in Patmo, quædam in cœlo, quædam in littore maris, quædam in deserto [a]. Non uno tempore Visa quæ in hoc libro comprehenduntur Johanni apparuere, non magis quàm Prophetis ea quæ eorum libris continentur. Cœpit autem Johannes in Patmo esse, & Dei Visis illustrari, Claudii temporibus [b]. Quædam [ut dictum v. præced.] in Patmo visa & præscripta, sub Claudio: quædam Ephesi, & Vespasiani tempore [c]. Resp. 2. Creditur Joannes eâ die visiones omnes in hoc libro descriptas habuisse [d]. Omnes eodem die exhibitæ sunt, atque ità perpetuâ serie fluxere sine ullâ intermissione [*]. [Probatur:] 1. Quia non memoratur distinctis intervallis perceptas has visiones, ut apud reliquos Prophetas fit [f]; qui diversa diversarum visionum tempora subtiliter curiosèque annotant, ut videre licet apud Ezec. & Dan [g]. Vide Dan. 7. 1. & 8. 1 [h]. 2. Ex mandato scribendi Ecclesiis. Nam si spatium aliquod intercessisset, res membratim & minutatim perscripsisset Ecclesiis, non exspectatis iis quæ sequerentur, nisi forsan aliter monitus expressè fuisset; quod factum in hac Prophetia non legitur [i]. Mandatum est Johanni ut omnes suas visiones statim & simul describeret, simulque mitteret ad Ecclesias, Apoc. 1. 11. & 10. 4. & 22. 10. Probatur ex Apoc. 1. 19. *Scribe*, inquit, *quæ vidisti*, h. e. visionem septem candelabrorum, cap. 1. 12, 13, 14, 15, 16. *& quæ sunt*, h. e. quæ præsentem septem Ecclesiarum statum respiciunt, cap. 2. & 3. *& quæ postea futura sunt*, h. e. Prophetias à cap. 4. ad finem Apocalypseos. Liber septem obsignatus sigillis, in quo omnes prophetias Apocalypseos contineri docebimus, semel & simul revelatus est; sicut & septem tubæ, cap. 8. 2. & septem phialæ, cap. 15. 7. neque enim unam vidit tubam aut phialam uno anno aut sub uno Rege, aliam altero. Et ad hæc duo pertinent Prophetiæ omnes à cap. 8. ad finem libri, quæ proinde simul, non successivè, patefactæ sunt. Nec ulla erat inter visa intermissio, nisi unius semihorii, ad apertionem septimi Sigilli, cap. 8. 1. ubi intermissio erat non in exstasi Johannis, qui adhuc in spiritu erat, sed quoad ulteriores revelationes. 3. Johannes Visa omnia accepit cum in spiritu sive in exstasi esset, ídque in Patmo, & quidem *die Dominicâ*, numero Singulari, non *diebus Dominicis*. Johannes autem semel duntaxat, quod legimus, in exstasi fuit. Si quis putet, eum Visa sua diversis accepisse temporibus, ostendat, quænam visa, hoc, quænam alio, tempore percepit, alioqui fidem non meretur. Si quædam visa & scripta fuerint tempore Claudii, alia, ut volunt, tempore Domitiani aut Vespasiani, sic duo essent libri Apocalypseos diversis illis temporibus scripti. Et cùm concedant, Johannem ab exilio reversum tempore Claudii, dicant, an singulis temporibus quibus visum accepit abreptus à Spiritu fuerit in Patmon, &c. Commenta hæc non decent viros doctos [k]. ¶ *Et audivi post me*, ὀπίσω μου] *A tergo*, Be. Pi. Respicit locum Esa. 30. 21 [l]. Sed cur *à tergo*? Resp. 1. Ut Johannem magis afficeret, & in eo quærendi desiderium excitaret [m]. 2. Ut adumbraret misericordiam Dei, quæ nos securos, prætereuntes, negligentes, ad res dignissimas percipiendas revocaret [n]. Magis improvisa sunt quæ à tergo obveniunt [o]. 3. Ut significaretur, vel, nos naturâ à Christo aversos esse, h. e. ipsum nobis incognitum esse [p], & mysteria hæc Johanni nondum perfectè cognita fuisse [q]; eúmque ad has visiones nihil de suo attulisse, sed divinas esse [r]; vel, prorsus invertendum esse corpus †, & aliò flectendos oculos ad rerum multis retrò seculis futurarum contemplationem quas nec ipse, nec quisquam mortalium, hactenus, à fronte potuerunt prospicere [t]; vel, quòd post Johannis tempora, & citò quidem, erant eventura quæ vidit [v]; vel, Christum suis adesse ut pædagogum, imò ut patrem, qui sequitur puerum & ipsius vestigia omnia observat [x]. ¶ *Vocem magnam* (ut v. 15 [y]. i.e. valde intensam; vel, quia magni, i.e. Dei, vox erat [z]: vel, quia magna hîc mysteria erant audienda [a].) *tanquam tubæ*] i.e. Valde sonoram [b]: nam quicquid sonorum est Tubæ comparatur, Esa. 18. 3. & 58. 1. Respicit Psal. 47. 5. Zach. 9. 14 [c]. Sonum notat non confusum vel inarticulatum, sed certum & distinctum, instar tubæ, & cum gravitate ac majestate. Significat ergò majestatem loquentis, & quanta est distantia inter ipsum atque Johannem; simúlque attentionem excitat, & ad actionem provocat, ut 1 Cor. 14. 8 [d]. Significat Christus, velle se ut hæc visa longè latéque (& perpetuò [*],) in omnium aures insonarent [f], & neminem laterent; quia de certaminibus Ecclesiæ tractat tota

Marginal notes, left column: [t] G. [v] Dur. [x] Cot. [y] Cot. [z] Cot. sim. Bri. [a] Cot. [b] Q. in Com. [c] Dur. [d] Q. in Dur. [*] Dur. [f] Ham. [g] G. [h] Rib. ex Hi. [i] Pi. Par. E. sim. Camer. Be. Per. Rib. La. Clu. Dur. Ham. [k] G. sic Rib. [l] G. [m] Rib. [n] G. sic Clu. Be. [o] G. [p] Be. [q] G. Rib. [r] G. † Per. [t] Per. sim. Rib. [v] Dur. [x] Rib. sic Per. E. La. Dur. [y] Rib. [z] Dur. [a] Par.

Marginal notes, right column: [b] G. ad Apoc. 17. 9. [c] G. ad Apoc. 1. 9. [d] Per. [*] Bri. [f] Bri. sic Per. [g] Per. [h] Anon. p. 27. [i] Bri. [k] Anon. 25. … [l] G. [m] Dur. [n] Bri. [o] G. [p] Cot sim. Dur. [q] Rib. [r] Par. † Clu. sic Dur. [t] Clu. [v] Par. sim. Me. [x] Cot. [y] Dur. [z] Par. [a] Rib. sic Par. [b] G. sim. Par. Cor. [c] G. [d] Dur. [*] Par. [f] Me. sim. Par.

tota Apocalypſis [g]. Tubæ uſus erat & in ſolennitatibus ad populum convocandum, Pſal.81.3. Hoſe. 5. 8. & ut milites ad bellandum excitarentur [h].

11. *Dicentis*] Nempe tubæ, non *dicentem* vocem, tanquam os tuba fuerit [i]. Vox ergò hæc articulatè loquebatur [k]. ¶ Ἐγώ εἰμι τὸ Α, &c.] Non legitur hoc in Vulg. nec in 2 vet. cod [l]. Legunt autem omnes reliqui Codices [m]. Repetuntur autem hîc, tum, 1. ad aſtruendam æternam Chriſti divinitatem [n]; à cujus hoſtibus hoc eraſum fuiſſe puto [o]: tum, ut ſcirent & Johannes, & Eccleſiæ à quo Johannes hæc mandata accepiſſet [p]: tum, ut certitudo & præſtantia [hujus prophetiæ] ab Autoris præſcientia, omnipotentia & veritate, omnibus oſtendatur [q]. ¶ *Quod vides*] i. e. Viſum hoc quod vidiſti [r]; vel, quod jam videbis & audies [†]. Eſt enim Præſens pro Futuro proximo: & *videre* pro quovis ſenſu [t]. ¶ *Scribe in libro*] Compacto, non in ſchedis ſolutis, quia res una eſt quæ ſcribenda fuit, nempe tota Apocalypſis. Et nota, Chriſtum eſſe autorem Apocalypſeos quà ſcriptæ [v]. Non tantùm ſcriptura ab eo inſpirata eſt, ſed ſcriptio quoque mandata [x]. ¶ *Mitte ſeptem Eccleſiis*, &c.] Non dicit *populis*: quia Verbum Dei panis filiorum eſt, non canum [y]: q. d. Nè abſcondas in angulo, ſed ad eas mittas, ut exinde in totum divulgetur orbem [z]. *Mitte*, nempe hujus viſi deſcriptionem [a]: neque enim ad cætera hujus libri hoc pertinet. Diverſa viſa diverſis temporibus Johanni obtigere, ut & Prophetis aliis [b]. [De quo vide ad v. præced.] Sed mox v.19. mandatum generale erit de ſcribendis omnibus, etiam ſequentibus [c]. *Septenario* numero multùm utitur Apocalypſis, quia Hebræis rerum ſummam denotat [d]. ¶ *Epheſo*, &c. Εἰς Ἔφεσον, &c.] Suprà *Eccleſias* nominat, hîc urbes ipſas; quia Eccleſiæ cum locis quæ inhabitant conjunctæ ità ſunt ut felicitatem vel interitum eis procreent, prout officio ſuo ſtant vel ab eo recedunt [*]. Eccleſiæ hîc deſignantur nomine urbium quas inhabitant, quia in his locis, utpote populoſiſſimis, erant plurimi miniſtri; qui, licèt huc illuc procurrerent, prout ſpes meſſis erat, ibi tamen ſedes ſuas fixas habebant. Includuntur tamen hîc Eccleſiæ circumjacentes. Sic *Eccleſia Hieroſolymæ* includit omnes Eccleſias Judææ; *Eccleſia Corinthi*, illam Cenchreæ, &c. Notandum autem, numerum Eccleſiarum reſpondere locis ubi earum membra habitabant; unde conſtat, Parochiales Eccleſias Scripturæ Sacræ congruere. Neque enim ullus incola Epheſi erat membrum Eccleſiæ Smyrnenſis, &c [f]. Solent Prophetæ alludere ad urbium nomina, ut Mic. 1. 14, 15. Hæc nomina omnia Chriſtianos ſui officii pulcrè admonent. Ἔφεσος monet accendi eos debere deſiderio rerum æternarum: ἔφεσις enim eſt *deſiderium*. Σμύρνα, ut ſint incorrupti, qualis eſt *myrrha*; qua de re diximus ad Mat.2.11. *Pergamum*, ut ſublimia cogitent. *Sublimia* enim omnia dicta Aſiaticis πέργαμα notant Heſych. Suid. & Servius. *Thyatira*, Θεὸν ἀτειρέα, i. e. in honorem Dei *interficere indomitos affectus*. Σάρδεις, bene impreſſa animo tenere Chriſti præcepta, ſicut inter gemmas omnes ſigna optimè imprimit *Sarda*. Φιλαδέλφια ad *amorem fraternum*. Λαοδίκεια ad *Juſtitiam erga populos omnes* demonſtrandam excitat. Sunt autem hæ urbes nobiliſſimæ Ioniæ, Lydiæ, Æolidos, Cariæ, ut ex Stephano, Plinio, Ptolemæo, apparet [g]. *Epheſus* urbs Ioniæ [h], maxima & nobiliſſima [i], emporio, & templo Dianæ [k], & Eccleſiâ populoſiſſimâ, ubi Paulus per tres annos operam impendit [l]. *Smyrna* urbs itidem Ioniæ [m], maritima [n], Epheſiorum colonia [o]. *Pergamum* urbs Troadis ſive Phrygiæ, chartis nobilis, quas indè *pergamenas* vocant [p]. *Thyatira*, urbs Mæoniæ ſive Lydiæ [q], de qua Act.16 [r]. Pergamo ad Lycum fluvium vicina [†]. Erat autem juriſdictionis Pergami [t], ut meritò ei poſtponatur [v]. *Sardes*, urbs Lydiæ [x], magna & celebris, teſte Plin.5.29. *Sardiana nunc*, inquit, *appellatur ea juriſdictio, conveniúntque in eam extra prædictos Macedones, Cadueni, Philadelphini*, &c [y]. Unde diſcimus quo jure Philadelphia Sardes ſequatur [z]. *Philadelphia*, urbs Myſiæ, ſive Æolidis, proxima Lydiæ [a], dicta, vel ab Attalo Philadelpho conditore [b]: vel, à Ptolemæo Philadelpho [c]. Erant & duæ aliæ Philadelphiæ [d], una Ægypti, altera Cæleſyriæ [*]. *Laodicea* urbs Cariæ [f], vel Ioniæ [g], vel majoris Phrygiæ [h], Lyco flumini impoſita, maxima & celeberrima [i], Metropolis Phrygiæ [k]. Sunt autem aliæ Laodiceæ in Lydia, Lycaonia, Media, Syria [l]. Ordo deſcendere videtur. *Epheſo* enim primas facilè tribuemus [m], quam *alterum Aſiæ lumen* vocabant, teſte Plin.5.29 [n]. *Smyrnæ* ſecundas [o]. Sed ubi *Roma* tunc fuit, cui magno compendio pro omnibus ſcribi potuit? Certè immemor ſui Chriſtus, qui vicarium præteriit. Sed ſciebat, illum errare non poſſe, nec opus habere monitore [p].

12. *Et* (vel, *Igitur*. Copulativa pro tranſitiva [q].) *converſus ſum* (Rectè autem *reſpexiſſe ſe* dicit, quia à tergo vox ſonabat [r]:) *ut viderem vocem*] i. e. Authorem vocis [†], per Metonymiam effecti [t]: vel, *viderem*, id eſt, audirem [v], vel intelligerem [x], ut Gen.42.1 [y]. Exod. 20. 18 [z]. Al. *vocem* vocat Chriſtum, quia non [jam] ſecundùm carnem cognoſcendus eſt, ſed in Verbo, ubi eum audientes ipſum videmus [a]. ¶ *Quæ loquebatur*, Ἐλάλει] In MS. λαλεῖ, quaſi in re præſenti. ¶ *Septem candelabra aurea*] Sicut in Templo unum erat Candelabrum cum ſeptem lucernis, Num. 8. 2. Zach.4.2. ità nunc in ſignum multiplicatæ Gratiæ *ſeptem candelabra* ſeptenas habentia lucernas. Per has ſignificantur primò ſeptem Eccleſiæ Aſiaticæ, deinde per eas etiam aliæ eis ſimiles, in id factæ ut Mundo præluceant [b], & vitæ lampada præ ſe ferant [c]. Vide Mat.5.16. Joh.5.35. Phil. 2. 15. Septenarius numerus, ut Philo explicat, Puritatem ſignificat; Aurum verò, Immunitatem ab omni rubigine: quò ſpectat & quod infrà eſt 21.18,21. Deſcribuntur hîc Eccleſiæ quales eſſe debent [d]. Eccleſiæ *candelabra* dicuntur, quia quantumvìs lumini apta videantur, ut candelabrum, non poſſunt habere niſi aliunde afferatur; *aurea* verò, propter firmitatem & perpetuitatem, & præſtantiam charitatis atque doctrinæ cœleſtis, quæ non habet admiſtionem falſæ doctrinæ, ut doctrinæ Philoſophorum [*].

13. *In medio*, &c.] Dicitur autem Chriſtus *verſari in medio candelabrorum*, quia adeſt Eccleſiis: ſicut & de Deo uſurpatur ἐμπεριπατεῖν, Levit. 26. 11. & 2 Cor. 6.6. & *eſſe in medio*, Eſa. 12. 6. Rem ipſam habes Mat.18.20. & 28.20 [f]. ¶ *Similem* (vel, Quendam *ſimilem*, Be. Pi.) *Filio hominis*] id eſt, Hominem [g], indefinitè, vel hominis ſpeciem [h], i.e. aliquem ex hominibus. Sic *filius hominis*, præſertim ſine articulo, ut hîc, ſæpe ſumitur, ut Num.23.19. Job.25.6. Pſal. 8.4. Dan.8.17 [i]. Intelligit autem, vel, 1. Angelum [k], in Chriſti figura, qui Chriſtus tali notâ deſcribitur μυστικῶς Dan.7.13. & 10.5. Vide tum ibi, tum ad Mat. 8.20. dicta. Par locutio infrà 14.14 [l]. qui [Angelus] ut Chriſtum referret, ſimilis homini viſus eſt [m]. Vel, 2. Chriſtum [n], qui eâdem phraſi dicitur *tanquam filius hominis*, Dan.7.13. quò omnino hîc alludit Johannes: amat enim phraſes & viſionum ſuarum deſcriptiones ex Prophetis V. T. mutuari [o]. Chriſtum eſſe qui loquitur, liquet ex illius deſcriptione v. 11, 17,18. quæ Angelo competere non poteſt [p]. Hic autem dicitur *ſimilis Filio hominis*, vel, 1. q. d. verè Filius hominis, ut hæc phraſis accipitur Rom.8.3. Phil.2.7,8. quia vero homini nihil eſt ſimilius quàm verus homo [q]. Vel, 2. quia Chriſtus non in vero corpore ſuo apparuit, ſed in typo [r]; non in nativa ſpecie quam accepit à virgine, & quâ ſedet ad dexteram Patris, ſed in aſſumpta novâ ſpecie [†]; quâ glorioſiſſimus ipſius ſtatus repræſentabatur [t]. Juxta carnis veritatem ut filius hominis apparebat, at ſecundùm divinam majeſtatem, hominis formam plurimùm ſuperabat [v]. ¶ *Veſtitum*, &c. Ἐνδεδυμένον ποδήρη] *Indutum podere*, Sy. vel, *talari*, Mo. Il. P. Ca. Be. Pi. vel, *ad pedes uſque demiſſâ*, Er. Ti. V. ſub. *veſte*, Er. P. Ca. Be. &c. Sicut & Angeli deſcribuntur Ezec.9.2. Dan.10.5. Utrobique in Hebræo eſt בדים, quod in Ezec. LXX transferunt ποδήρη· in Daniele verò Theodotion retinuit vocem Hebræam: alii Interpretes ponunt ἐξαίρετα, alii βύσσινα. Quod hîc ποδήρης, infrà λίνον λαμπρὸν, c.15.6. *Byſſus* lini ſplendidiſſimum genus, Plin.19.1. *De podere* vide Joſephum, & Hieron. libello De veſtibus Sacerdotalibus. Eſt idem nomen & apud Apuleium [‖]. Judicium hoc, vel, 1. gravitatis & ſapientiæ,

g Cul. h Rib. i Cot. k Me. l Be. m Clu. n Clu. ſim. Dur. o Clu. p Dur. q Clu. r Dur. † G. ſim. Dur. t G. v Cot. x Clu. y Cot. z Clu. a G. ſim. Par. b G. c Par. d G. * Cot. f Dur. g G. h Cot. Par. i Rib. k Par. Clu. Rib. l Cot. m Par. Rib. Cot. n Par. Clu. o Par. p Par. Rib. Cot. q Rib Cot. r Rib Par. † Par. t Rib. Cot. v Cot. x Rib. Cot. y Rib. z Cot. a Rib. Cot. b Rib. c Cot.

d Rib. * Par. ſic Rib. f Rib. Par. Cot. g Par. h Clu. i Clu. ſic Rib. k Cot. l Rib. ſic Par. m Cot. n Rib. o Cot. p Bri. q Pi. r G. † Pi. Me. ſim. Be. D. G. Dur. L. La. t Pi. v D. x D. ſic Zeg. Rib. La. Me. Bri. y D. z D. Rib. La. a Cot. b G. c Cot. d G. * Rib. f G. g Rib. Q. in Par. Be. V. h Q. in Par. ſim. Be. Pi. i Rib. k G. Rib. l G. m Rib. n Par. Cot. Clu. Bri. Gom. Cap. Be. o Cap. p Gom. ſim. Dur. q Par. r Cot. ſim. Dur. † Bri. t Dur. v Clu. ‖ G.

sapientiæ, juxta usum Senatorum, Scribarum, & legis doctorum apud Judæos [x]. Vel, 2. justitiæ imputatæ Christi ||, quâ sponsa tota tecta est, nè nuditas ejus appareat; quæ etiam vesti confertur Mat.22.12. Apoc. 16. 15. Hic enim amictus non est necessarius Christo, sed sponsæ servit; qui tamen Christo tribuitur, ut arctam ipsius cum ea conjunctionem testatam faciat [y]. Vel, 3. muneris & authoritatis, ex collat. Esa.22.21 [z]. Cùm autem longæ hæ vestes, & à Regibus & à Sacerdotibus, usurpatæ sint, Exod.28.29 [a]. symbolum hoc erat, vel, 1. Regni ejus [b]. Nudus quidem pependit in cruce, & cùm exueretur vestibus, exuit principatus, &c. & de iis triumphavit in cruce, Col.2.14, 15. Post resurrectionem autem fecit cœlum novum & terram novam, &c. eáque gestat tanquam ornamentum suum, & apparet totus gloriosus [c]. Vel, 2. Sacerdotii [d], quo partim functus est, partim adhuc fungitur in sacrario cœlesti *. Est [enim] ea vestis Sacerdotalis [f], Exod. 28. 42. Levit.6.10. & 16.4, 23, 32. Datur autem Angelis ut itidem Dei ministris, quales sunt Sacerdotes; sicut vicissim Sacerdoti datur *Angeli* nomen apud Malachiam. Christo autem hìc datur *poderes* ut summo Sacerdoti; qui ei titulus optimo jure tribuitur sæpe in Epistola ad Hebræos. Legitur ποδήρης Sap. 18. 24. Sirac. 27.8. & 45.11. LXX hâc voce reddiderunt אפוד, Exod.28.31. מחלצות, Zach.3.4 [h]. ¶ *Et*, &c. Καὶ περιεζωσμένον πρὸς τοῖς μαστοῖς ζώνην χρυσῆν] *Et præcinctum* (designat hoc Christi robur [i], alacritatem [k], diligentiam [l], & promptitudinem ad munus obeundum [m]:) *ad mammillas* (Qu.1. Quomodo eadem vestis porrecta & succincta exhibetur? Resp. Hæc non pugnant. Qui longioribus vestibus utuntur, eas contrahunt [n]. Qu. 2. Quare Christus non ad lumbos, ut moris erat, sed ad mammillas, & Angeli, Apoc.15. ad pectus præcincti sunt [o]? Resp. 1. Designavit hoc charitatis Christi erga Ecclesiam perfectionem & constantiam; quòd cor (cujus ad mammillas in pectore sedes) zonâ cinctum significat [p]. 2. Cingebantur Sacerdotes in medio intervallo, id est, in costis, & circa mammas [q].) *zonâ aureâ*, Er.Be.Pi. Symbolum hoc majestatis [r], authoritatis & eminentiæ, Esa.22.21 †. vel, regiæ dignitatis [t]. Erat hoc Regum balteos gestare aureos, Job.12.18. quò alluditur Esa.11.5. & Psal.18.32, 39. Idem tribuitur Michaeli ut Angelorum Principi, Dan.10.5. Tribuitur autem ut *linea vestis*, ità & *aureus balteus*, etiam Angelis infrà 15.6. Christo autem meritò idem tribuitur ut regnanti super Angelos ipsos, Eph. 1. 20, 21 [v]. Aurum nota puritatis, sive fidelitatis in munere suo [x].

14. *Caput autem ejus* (i. e. Quod summum est in Christo, nempe Divinitas ejus [y]:) & *capilli erant candidi*, &c.] Quod Deo Dan.7.9. idem hìc tribuitur Christo [z]: quo Filii cum Patre æqualitatem & ὁμοουσίαν eleganter innuit [a]. Symbolum hoc, vel, 1. æternitatis Christi [b]. Hoc eò pertinet, ut sciatur ab eo expectanda aut præmia, aut supplicia, æterna [c]. Vel, 2. quòd judicia ejus pura [d], à turbidis affectibus. Vide & Mat.28.3 *. Vel, 3. senilis gravitatis & prudentiæ [f]. Vel, 4. Christum esse caput Ecclesiæ, Eph.1.22, 23. cui munditiem ac sanctitatem impertitur [g]. Sed hoc alienum est, cùm satis appareat, reliqua membra, quæ hìc recensentur, non esse intelligenda de corpore mystico, sed de persona Christi [h]. ¶ *Oculi ejus tanquam flamma ignis*] Hoc Deo tribuitur Ezec.1.27. Michaeli Dan.10.6. Christo iterum infrà 19.12 [i]. In igne est & lux & calor, & sic partim probat ac purgat admota, partim consumit. Ità denotatur hìc Christi, vel, 1. sapientia [k], perspicacia [l], omniscientia [m], quâ omnia etiam intimè pervidet Heb.4.13 [n]. ut ignis omnia penetrat [o]; claritas scientiæ Christi, & præscientia omnium quæ in Ecclesia fiunt aut unquam futura sunt [p]. Vel, 2. gratia in suis curandis & purgandis [q], exacta cura perfectáque providentia, quam Ecclesiæ suæ Christus habet; qui & eam illuminat, docétque quæ scire expedit [r]. Vel, 3. ira & vindicta in persecutores Christianorum, aliósque impios †. Ex oculis enim irati quasi ignis prodire videtur, ut videmus apud Homer. & Virgil. Sed nihil vetat hoc ad Ecclesias etiam ex parte referre, & maximè ad hæreticos [t]. Christus nulla Ecclesiarum vitia dissimulat [v].

[x] Q. in Gom. || Bri. sim. Clu. [y] Bri. [z] Cot. [a] Dur. [b] Coc. Dur. [c] Coc. [d] Pi. Zeg. Dur. La. &c. * Gom. [f] G. sim. Per. Rib. La. Gom. Ham. Dur. Med. 1. 5. p. IIII. Li. Chron. [g] G. [h] Med. ib. [i] Gom. [k] Pi. [l] Gom. [m] Gom. sim. Pi. Dur. [n] Cot. [o] Gom. [p] Gom. sim. Rib. [q] BA. 1. 2. 45. 491. [r] Par. † Dur. [t] Zeg. [v] G. [x] Cor. [y] Rib. [z] G. sim. Clu. [a] Clu. [b] Zeg. sic Rib. Cot. Pi. Par. Dur Gom. [c] Rib. [d] G. sim. Pi. Clu. * G. [f] Per. sim. Dur. BA. 2. p. 200. Gom. [g] G. in Gom. [h] Gom. [i] G. [k] Gom. [l] Clu. Cot. Zeg. Par. [m] Pi. [n] G. sim. Cot. Clu. Zeg. Dur. [o] G. [p] Per. [q] Gom. [r] Per. † Me. sim. T. Per. Rib Par. [t] Lur. [v] Rib. [y] G.

15. *Et pedes*, &c. Οἱ πόδες — χαλκολιβάνῳ] *Pedes ejus similes chalcolibano*, Mo. Er. II.P. Ca.Be. Pi. &c. vel, *aurichalco*, Vulg. vel, *æri Libanico*, Sy. Qu.1. Quid hìc χαλκολίβανος? Resp. 1. *Æreum*, sive *masculum, thus*: nam & χάλκεον Græcis, & *aeneum* Latinis, pro *masculo* & *forti* accipitur, ut in illo, *Hic murus aheneus esto*. Thus autem hìc intelligi ostendit quod subditur, *sicut in camino ardenti*, q. d. *quasi thus in igne*. Thus autem, non quidem hoc nostrum, sed Arabicum, igni impositum cum sua violentia puras atque fumo defæcatas corripit flammas. Hinc apud Orpheum in Hymnis frequens est titulus *chalcolibanos*, in Apollinem, in Latonam, aliósque deos, i. e. *masculum thus*, sive *masculi thuris sacrificium*; ut in Virgilio, *verbenásque adole pingues, & mascula thura* [x]. Non placet: quia χαλκολίβανος aliquid est quod in mediis ignibus perdurat & splendet. Neque enim odoris, sed splendoris, ratio hìc habetur. Nec thus illud fulvum aut flavum est, ut indè dicatur χαλκολίβανος, quòd æris speciem habeat, ut volunt; sed album, ut asserunt Græci, Hebræi & Arabes, & evincit nomen Hebræum [y]. Resp.2. Succinum sive electrum [z], quod est confusum quiddam certâ permistione diversorum metallorum, sive ità etiam nascens [a]; quod Suidas ait *auro pretiosius esse*, & *ex alienis conflatum, vitro & gemmis mixtum*, & *hujus compositionis esse sacram mensam Ecclesiæ S. Sophiæ Constantinopoli* [b]. Sed tale quid non erat ante Justiniani ævum, qui hanc mensam ità coagmentavit ut nihil esset in rerum natura pretiosum quod non in ea elucesceret [c]. Sed longè fallitur Suidas: nam *electrum* est metallum, Plin.33.4. *Omni auro inest argentum vario pondere alibi denâ, alibi nonâ, alibi octavâ parte; ubicunque quinta argenti portio est electrum vocatur. Fit & curâ electrum argento addito*, &c. Hinc illud Virg.Æn.8. *Quod fieri ferro liquidóve potest electro* [d]. *Electrum* porrò speciem habet ignis, cujus flamma (cui hìc conferuntur oculi Christi) pallidior est, summitas verò (cui caput & capilli respondent) prorsus albescit. Est ergò hìc species flammantis ignis ad repræsentandum gloriosum Christi adventum ad perdendos hostes, quod facit in seq. visionibus *. Resp. 3. Est aurichalcum [f], quod æris genus esse præstantissimum docent nos Plin. Schol. ad Hesiod. & Servius. Vulgus absimilem auro fulgorem *aurichalcum* dixit, ut apud Festum est [g], quasi ex auro & ære mistum; vel, *orichalcum*, ab ὄρος, *mons*, & χαλκὸς, *æs*, quòd in montibus nascitur [h]. Resp. 4. Est æs Livianum, quod *proximum Aurichalco bonitate fuit*, teste Plin.34.2. ut χαλκολίβανος, unâ literulâ elisâ, dicatur pro χαλκολιβιανόν. Nempe ut *Livia* Strab. Plut. &c. est Λιβία, ità *Livianum æs* χαλκὸς Λιβιανὸς, & compositâ voce, χαλκολιβιανὸς [i]. Obstat tamen, quòd illius æris non magna erat gloria, quia, teste Plinio, admodum exiguum inveniebatur [k]. Resp. 5. Est æs ex Libano monte effossum [l], de quo vide dicta ad Deut. 33. 24 [m]. Cui obstat, quòd de ære Libanitico nihil apud veteres aut recentiores legas [n]. Resp.6. Est hoc æs præstantissimum, splendens, auro proximum, utpote cum eo mixtum [o]; vel, æs album, vel æs ignei candoris, quale est cùm in igne candet, quod ipsum vocatur *æs* קלל: קלל autem plerique Hebræorum reddunt *purum & tersum*, Saadias *rutilans & coruscans*, Syrus *fulgurans* [p], LXX ἐξαστράπτον, Th. στίλβον [q]. Huic conjecturæ favet quod hìc sequitur, & additum videri possit ἐξηγητικῶς, *ut in fornace ardentes* [r], q.d. *æs candens, ut in fornace ardens*. Videtur [autem] χαλκολίβανος vox esse hybrida †, vel, Semi-Hebræa [t]; ex Græco χαλκὸς, & Syriaco vel Hebraico לבן [v], quod est στίλβειν, vel ἐξαστράπτειν [x]. Sic Semi-Persica sunt ἀποκιδάρῳ, *cidari nudo*, Levit. 10. 6. & 21. 10. γαζοφυλάκιον passim in Evangelio, ἀγγαροφορεῖν in Suida; Semi-Ægyptia in Cicer. Juv. &c. Ἀλαβάρχης Alexandriæ; Semi-Hebræa in Justiniano ἀρχιφερεκῖται, in aliis κακομάζαλος, *sub malo sydere natus* [y]. Sed repugnat hæc sententia analogiæ quæ servatur in compositione vocum, ubi pars posterior rem vel personam, prior autem ejusdem attributum aliquod, denotat. Sic χαλκέντερος est qui *viscera habet ærea*, non *æs habens viscera*: & χαλκοχίτωνες sunt *qui tunicas habent æneas*: & χαλκόμυια est *musca quæ æs refert* colore, aut aliquâ aliâ re [z] Qu.

[x] Nebriss. quinquag. c. 4. [y] BA. 2. 6. 16. 886. [z] Camer. sic Rib. Ham. ex Ard. Cæsar. [a] Camer. [b] BA. ib. 884. [c] Id. 886. [d] Rib. * Ham. [f] Hi. in BA. Q. in G. [g] G. [h] Rib. sim. Ec. [i] BA. 884. [k] BA. 886. [l] V. Andre. & Areth. & Sy. & Æth. &c. in BA. Cot. Clu. [m] Q. in BA. [n] BA. 885. [o] Dur. [p] BA. 887. [q] BA. ib. sic G. [r] BA. 88. † G. [t] BA. 888. [v] G. BA. [x] G. [y] BA. 888. [z] Ham.

Qu. 2. Quid hîc *pedes?* Resp. *Pedes* significant, vel, 1. Christi robur, quo nititur, ut pedibus homo [a]; & fortiter atque inexpugnabiliter stat, pedibus tanquam æreis columnis territorio suo infixis, quos nec portæ inferorum omnes elidere aut confringere queunt [b], & quibus inimicos suos & persecutores sanctorum conculcabit [c]. Vel, 2. humanam Christi naturam [d], quæ per ignem passionis perducta est ad gloriam Divinitatis; quo exemplo Christiani sciant se quoque per passiones suas purissimos & honoratissimos reddi, &c. Ut *caput* id quod in Christo summum, h. e. Divinitatem; ità *pedes* id quod imum est, significant [*]. Vel, 3. actiones, ut diximus ad Joh. 13. 10. quarum probitatem significat. Pari de causa infrà Angelo dantur pedes quasi columnæ igneæ. Sunt autem multa eadem in viso Danielis, & in hoc viso Johannis; quia sicut ibi prædicuntur adversa & prospera populi Judaici, ità hîc populi Christiani [f]. Designat hîc non potentiam ejus duntaxat, sed præcipuè ejus vias, consilia, & œconomias in gubernatione Ecclesiæ suæ; in qua omnia bene, sapienter, sanctéque, ad fines suos gloriosos dirigit [g]. Justitia & potentia Christi in exequendo munere hîc denotari videtur. Ut enim pedes processum notant; ità fulgor justitiam, ardor potentem severitatem, in castigationibus Ecclesiæ & pœnis hostium, eleganter depingit. Confer Apoc. 2. 18 [h]. ¶ *Sicut*, &c. Ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένοι] Sic Prov. 10. v. 20. כסף נבחר vertitur ἄργυρος πεπυρωμένος. Etiam צרף vertitur πυρόω multis in locis, & de Argento dicitur Psal. 66. 10. Zach. 13. 9. Κάμινος autem hîc id quod alibi χωνευτήριον [i]. [Verba sic reddunt:] *Velut in fornace* (vel, *camino*, Vulg. Mo. Er.) *ardentes*, Be. Pi. &c. vel, *igniti*, Mo. Er. Pi. i. e. igne repleti, quo hostes consumat [k]. Significatur ergò æs & suâ naturâ præstans, & præterea igne purgatum [l]. Significat, omnes Christi vias esse, tum, 1. puras & perfectas, Deut. 32. 4. tum, 2. firmas, solidas, & stabiles [m]. ¶ *Vox illius tanquam vox aquarum multarum*] Vel, Oceani aut fluminum, quando motante vento scopulis aut littoribus alliduntur [n]; cùm magno impetu per saxa ruunt, ut fit in Catadupis Nili aut Rheni [o]: vel, imbrium cœlo cadentium magno strepitu, &c [p]. q. d. Vox erat vehemens & sonora [q]; vox quasi magni exercitûs clamantis aut irruentis, quæ huic sono comparari solet, Esa. 17. 12. Ezec. 1. 24 [r]. Apoc. 19. 6 †. Sic de Cherubinis Ezec. 43. 2. Vide & Jer. 50. 42. Sicut Tubæ, ità Maris, clangentis ingens est sonus [t]. Sic Evangelium [quæ *vox Christi*] longè latéque auditur [v]. Designat hîc Christi, vel, 1. majestatem [x]; vel, 2. voluntatem efficacissimam, quâ omnia facit quæ fieri vult. *Vox* pro mandato, ut alibi. Vel, 3. tremendam potentiam, ex collat. Psal. 18. 13. & 29. 3, &c [y]. vel, Christi vim, quâ electos convertit, impios terret, quam totus mundus impedire non valuit [z].

16. *Et*, &c. Καὶ ἔχων, &c.] Supple ἦν. At in MS. deest ἔχων [a]. Non ἔχει, sed ἔχων, quo innuitur hoc semper durare [b]. *Habebat autem in dextera sua manu stellas*] id est, Doctores [c], sive Ecclesiarum ministros [d], vel, antistites [*], ut docemur v. 20 [f]. Episcopos [g]: quorum præcipuè est docere in Ecclesia Christiana. Sic & Apostoli per *stellas* figurantur infrà 12. 1. Stellæ non dissimiles Gemmis. Unde & Poetis quæ gemmata sunt *stellata* dicuntur, ut in Ovid. Metam. 8. —— *Gemmæ nitidos vertuntur in ignes*, id est, in stellas [h]. *Dextra* notat potentiam & solertiam in agendo, &c [i]. Fortitudo dextræ tribuitur, Psal. 21. 8. & 44. 3 [k]. Dextra & honorabilior est quàm sinistra & robustior [l]. Gemmæ *in manu dextra* ferri solebant, Jer. 22. 24. Agg. 2. 23. Sirac. 43. v. 13 [m]. Hæ stellæ sunt *in dextra Christi* [n], quia in magno sunt apud eum pretio [o], in potiori ac digniori ordine & gradu constituti [p]; & ab eo solicitè custoditi [q], nam manu [& quidem dextrâ] prehendimus quod ereptum nobis nolumus [r]. Christus eos in numerato habet, & tuetur velut pupillam oculi †; eos dirigit & gubernat [t], observat potentérque movet pro beneplacito, & tanquam eximium virtutis suæ decorem ostentat; dum per ipsos hostium vim confundit, eos clementer & gratiosè habet, ut *dextra* accipitur Psal. 18. 36. & 26. 7. & 89. 14. &c [v]. Dextera benevoli affectûs symbolum est [x]. Significat hîc, & quàm arduum ac difficile sit ministrorum munus, tum, ob suam infirmitatem, tum, ob hostium malitiam, præ quibus stare nequeunt, nisi à Christo teneantur; & quantam Christus curam adhibet ut ipsos protegat atque dirigat, &c [y]. ¶ *Ex ore ejus gladius*, &c. Ῥομφαία δίστομος, &c.] *Gladius* (vel, *Romphæa*, Be. Pi.) *anceps* (q. d. *bioris*, i. e. habens duo ora, h. e. duas acies [z]: sub. *&*, Pi.) *acutus*, Mo. &c. vel, *utrâque parte acutus*, Er. Vulg. cæsim & punctim feriens [a]: vel, *bis acutus*, G. ex Tertul. Intelligitur hîc, vel, 1. vindicta [b], sententia condemnationis, ipsáque condemnatio impiorum in die judicii [c]; vel, 2. sermo Evangelicus [d], qui huic gladio confertur ob summam ipsius potentiam [*]; quâ intima penetrat, neque actiones tantùm, sed & cogitata bona maláque, discernit: Vide infrà 2. 12, 16. Eph. 6. 17. & Heb. 4. 12 [f]. quâ porrò impios cruciat, Act. 7. 54. Apoc. 11. 10. & quodammodo interficit, 1 Reg. 19. 17. Esa. 11. 4. Hose. 6. 5. & justo Dei judicio ipsorum exitium promovet [g]. Alibi gladius *Ultionem* significat: sed quod dixi convenientius est iis quæ sequentur ad Ecclesias pertinentia [h]. Dicit, *ex ore*, &c. ut significet, [vel,] omnem hanc Verbi vim non ab hominibus illud prædicantibus aut scribentibus, sed à Christo, provenire [i]: [vel,] Christi dicere esse facere, & benedicere esse benefacere [k]. ¶ *Et facies ejus* (id est, amor Christi erga populum suum, Psal. 4. 6. & gloria ac majestas in ipso [l], Divinitatis majestas [m], gloria corporis [n]: vel, Evangelium, quo facies sanctorum irradiantur [o]: vel, tota Christi religio cultúsque divinitùs institutus [p]:) *sicut*, &c. Ὡς ὁ ἥλιος φαίνει, &c.] Erat *qualis sol lucet in vigore suo*, Be. Pi. ad verb. *in potentia sua*, Pi. id est, Non manè aut vesperi, nec sub nube [q]; sed circa meridiem [r], vel, cùm splendet maximé †. Cui Christus confertur ob ipsius & gloriosam majestatem, Cant. 5. 15. & lucem eximiam quâ suos dirigit ac solatur, & verum ac efficacem influxum, Mal. 4. 2 [t]. Symbolum [hoc est] vel, gloriæ corporis Christi [v]: vel, Majestatis, ut Matth. 17. 2. Adde Abac. 3. 4. Angelo idem tribuitur infrà 10. 1. Magna autem piorum consolatio, quòd & ipsi, suo tamen gradu, tales erunt, Matth. 13. 43 [x].

17. *Cecidi*, &c.] Præ metu [y], ut Jos. 5. 14 [z]. Dan. 8. 17. & 10. 8, 9 [a]. Vide & Matth. 17. 6 [b]. Hæc est naturæ humanæ imbecillitas [c], orta ex sensu tum immensæ istius distantiæ, tum inimicitiæ, inter Deum & homines [d]. ¶ *Posuit dextram*, &c.] Scilicet ad consolandum atque confirmandum me [*], & ut me ad munus Propheticum ordinaret [f]. Gestu simul & voce me erexit, ut Danielem Angelus 8. 18. & 10. 10, 11 [g]. ¶ *Ego sum primus* (id est, rerum omnium Creator [h], summus dignitate, cum potestate multò majore quàm antè quisquam. De hoc significatu vocis πρῶτος vide ad Joh. 1. v. 15 [i].) *& novissimus*] i. e. Omnium finis [k], & consummator [l], & judex futurus [m]: vel, contemptissimus hominum, Esa. 53. 3. nimirum captus, irrisus, verberatus, flagris cæsus, addictus supplicio & quidem servili [n].

18. *Et*, &c. Καὶ ὁ ζῶν — αἰώνων] *Et vivens:* (vel, *vivens ille*, V. Pi. vel, *qui vivo*, Be. i. e. Deus ille vivus [o], vitam habens in meipso, eámque aliis tribuens, Joh. 5. v. 26 [p]. ζῶν, id est, ζωοποιῶν, ut ζῶν ponitur, & Joh. 6. 51. Act. 7. 38. Christus in terris agens vitam attulerat mortuis, valetudinem (quæ & ipsa Hebræis *vita* dicitur) ægrotis [q]:) *& factus sum* (vel, *sed fui*, Be. vel, *Nam fui* quidem, Pi.) *mortuus*, (nempe, ut homo [r]: q. d. & ipse tamen mortem reverâ subii. Hoc ideo dicitur [vel,] ut sciatur is esse qui misereri aliorum posset Heb. 4. 15. Id verò maximè pertinebat ad demendum Johannis metum illum ex Christi majestate susceptum †: [vel, q. d.] Ità & vos, licèt moriamini, resurgetis gloriosi, nihil vobis nocebunt hostes [t].) *&* (vel, *sed*, Pi.) *ecce vivens sum in secula seculorum*. (Resurrectionem indigitat, & consolationem fidelibus indè promanantem [v]: [q. d.] Ità vivo ut tibi & aliis vitam temporariam & æternam præstare possim, Joh. 10. 28 [x]. Particula *ecce* notat rem mirandam [y]. Vitam perennem, nè morte quidem interpolatam, sibi tribuit: Ego, inquit, vivens & mortuus fui, nempe simul, ob geminam naturam; alioqui nihil novi vel magni diceret, cùm nemo dicatur mortuus quin priùs vixerit [z].) *Amen*, Mo. &c. Videtur esse interlocutio Johannis; & post eam continuari

tinuari sermo Christi. Personæ loquentes interdum subticentur. Vide circa finem hujus Libri [a]. Al. Est asseveratio ad confirmandum & Resurrectionem suam, & se esse Deum viventem hominémque in una persona [b]: q. d. Certissimum hoc est quod dico, me vivere, &c [c]. ¶ *Et habeo claves mortis* (tum temporalis, tum æternæ [d]:) *& inferni*] i. e. Mortis secundæ, Apoc. 2. 11. & 20. 6 [*]. Hæc duo tantùm memorat, quia ab his maximè sibi metuunt fideles [f]. Θάνατος est *mors*, ᾅδης *status post mortem.* Vide Matth. 16. 10. 1 Cor. 15. 55. infrà 6. 8. & 20. 13, 14. Quod de Deo dicitur 1 Sam. 2. 6. & Psal. 68. 20. id Christus sibi quoque jure vendicat. Potest claustra Mortis & claudere & aperire [g], habet clavem quâ aperitur & clauditur infernus [h]. *Clavis* Imperium potestatémque significat [i], ut Esa. 22. 21 [k]. Mat. 16. 19 [l]. Apoc. 3. 7. & 9. 1. & 20. 1 [m]. Præoccupat objectionem, Tu quidem mortem in vitam commutâsti. At quî id nobis continget [n]? Resp. Aperio ego quibus volo [o], possum & morti eripere & vitæ reddere [p]. Judæi & Gentiles minabantur Christianis, quòd traderent eos morti, & sic mitterent ad infernum. At, inquit, ego sum utriusque dominus, & ista disjicere possum [q]. Hoc vult Christus, Non morieris nisi ubi ego voluero: & Ecclesiam meam liberabo ubi voluero. Et tituli autem & ornamenta Christi mox in memoriam reducentur Ecclesiis, pro cujusque merito [r].

19. *Scribe ergò* (Quia me vides tam potentem †, authoritate instructum; quia hæc administravi & administraturus sum, & tibi revelare possum [t]:) *quæ vidisti*, (i. e. præterita [v], ab initio Evangelii; h. e. historiam Evangelii in ortu ejus & victoriis ad hoc usque tempus [x]: vel, quæ tibi ostendi [y], sive universam revelationem in hoc Libro consignatam; sive ea quæ proximè hoc ipso capite præcesserunt, quod perinde erit mihi [z]. Al. *quæ vides.* Enallage temporis Hebraica [b]: q. d. Primùm hoc ipsum visum scribe, scripturus deinde & alia [c]: *quæ vidisti*, hoc primo capite narrata [d], Visum septem lampadum, & septem stellarum [*]. Sed hoc ad particulare istud Visum referri vetat collat. v. 11. ubi dicit sing. num. *Quod vides, scribe*, &c. hîc autem num. plur. *quæ vidisti* [f].) *& quæ* (vel, videlicet *tum quæ*, Pi.) *sunt*, (i. e. quæ nunc fiunt in Ecclesia [g]: statum præsentem Ecclesiarum per Asiam [h], sub quibus intelliguntur & aliæ [i]. Hoc scribetur cap. 2. & 3 [k].) *& quæ oportet fieri* (vel, *sunt futura*, Be. Pi.) *posthæc*] i. e. Quæ scribentur cap. 4. & deinceps [l]: vel, statum Ecclesiæ & mundi futurum [m], usque ad secundum Christi adventum [n]. Perspicuè hîc monstratur partitio & materia Apocalypseos [o], in res Præteritas, Præsentes & Futuras [p]. Dixerat, *scribe quod vides* [q], & hîc, *quæ vidisti* [r]. Nunc docet quorsùm illud pertinebat, nempe, ad res & Præsentes & Futuras †. Si unicum hoc Visum spectet, docet eo describi & præsentem & futurum statum illarum Ecclesiarum: si verò extendatur ad reliquum prophetiæ, docet subsequentibus visionibus contineri & præsentes & futuras Christi dispensationes erga Ecclesiam suam; quam permittit ad tempus affligi, eámque perseverantem remuneratur. Hæc autem verba apertè docent, visionem hanc, propriam septem Ecclesiarum, esse rerum tum præsentium, tum futurarum; ac in singulis Epistolis, quibus partes hujus visionis accommodantur pro varia cujusque conditione, reperiri prædictiones de futuris. Cujus exiguæ rei observatio viam mihi aperuit ad intelligendum (ut arbitror) particulares Epistolas: quod piorum volo esse judicium [t]. Sed valde infirmum est ipsius fundamentum. Si enim, ut ipse voluit, ibi assereretur, res easdem & præsentes & futuras fuisse, dici oporteret, ἃ καὶ εἰσὶ καὶ μέλλει γίνεσθαι, *quæ & fuerunt & futura sunt.* Jam verò phrasis longè alia est, *quæ vidisti*, καὶ ἃ εἰσὶ καὶ ἃ μέλλει, id est, *tum quæ fuerunt, tum quæ futura erant*; vel fortè, *& quæ fuerunt*, &c. quæ apertè est distributio Visionum respectu materiæ ipsarum in duo genera, unum cujus materia tunc præsens erat, alterum cujus materia non diu pòst futura erat: minimè autem est distributio completionum ipsarum, quasi hæ visiones dupliciter complerentur, semel eo tempore, semel post multa secula; quæ crassa est fallacia [v].

20. *Sacramentum*, &c. Τὸ μυστήριον, &c.] Supple *etiam hoc scribe* [x]. Μυστήριον vocat *μετωνυμικῶς id quod per mysticas figuras significatur*, ut Dan. 2. 27. Eph. 5. 32. sic & infrà 17. 7 [y]. *Mysterium* (vel, *Arcanum*, V. Ca.) *septem stellarum*, Pi. Be. &c. i. e. Id quod stellæ obscurè indicant [z]. ¶ *Et septem candelabra*] Breviter dictum, ut mox, *septem stellæ*, pro *mysterium septem candelabrorum*, & *septem stellarum.* Similis locutio Gen. 41. 26. Ezec. 5. 5. Dan. 4. 21, 22. & 7. 17, 23. & 8. 20, 21. Luc. 8. 12 [a]. ¶ *Aurea*] Hæ Ecclesiæ, licèt corruptissimæ, sic vocantur [b], ut significetur, 1. præstantia visibilis Ecclesiæ præ omnibus aliis societatibus; 2. officium Ecclesiæ membrorúmque ejus, ut auri instar sinceri sint omnes & qui probationem tolerent [c]. ¶ *Septem stellæ Angeli sunt septem Ecclesiarum*] i. e. Significant sive repræsentant Angelos, &c [d]. Locutio qualis Gen. 41. 27. 1 Cor. 10. 4. &c [*]. *Angeli* hîc sunt, vel, 1. veri & incorporei, custodes & præpositi illarum Ecclesiarum [f]. Sed his minimè competunt quæ sequuntur, v. g. quòd *charitatem primam reliquerunt*, quòd jubentur *pœnitentiam agere*, & *fideles esse usque ad mortem* [g]. Vel, 2. Episcopi, seu Pastores [h], Rectores sive Præsides Ecclesiarum; qui verbum vitæ illis annuntiant, ut constat ex collat. Jud. 2. 1. Esa. 33. 7. Agg. 1. 13. Mal. 2. 7. & 3. 1 [k]. Scribunt Veteres fuisse hos septem singulos Episcopos, & quidem Metropolitanos [l]. Diximus ad Mal. 2. 7. post D. Kimchium, summos Sacerdotes dictos Angelos Hebræis [m]; quia & Dei mandata ad populum, & preces populi ad Deum, deferrent Angelorum instar. Ostendimus etiam hoc loquendi genus ab Hebræis venisse ad Ægyptios, qui & ipsi τὸν ἐγχώρια dixere ἄγγελον. Summis Sacerdotibus Templi respondent in Ecclesia Christiana Principes Presbyteri, οἱ προεστῶτες apud Justinum, qui per excellentiam dicti ἐπίσκοποι. Pari modo Sacerdotibus & Levitis respondent Presbyteri & Diaconi, ut intelligi potest ex Esa. 66. 21. Non sunt quidem omnes functiones eædem, sed satis est τὸ ἀνάλογον propter quod nominum fiat communicatio. Hi ἄγγελοι istarum Ecclesiarum ab ipso Joanne erant constituti, & illis alii deinceps Episcopi suo ordine successerunt, ut Tertul. nos docet, & ante eum Irenæus [n]. Huic autem sententiæ opponunt, 1. quòd plures erant Episcopi, sive Presbyteri Ephesi, ex collat. Act. 20. 17, 28 [o]. Resp. Non erant illi omnes Episcopi Ephesi, sed Episcopi Asiæ Mileti congregati [p]. [Vide ibi di[cta] in Synopsi.] 2. Quòd de Angelo Thyatirensi dicit numero Plurali, ὑμεῖς δὲ καὶ λοιποῖς, &c. c. 2. 24 [q]. Resp. In vet. MSS. abest illud καὶ, & verba sic leguntur, ὑμῖν δὲ λέγω τοῖς λοιποῖς, &c [r]. 3. Quòd cùm plures indubiè essent ministri harum Ecclesiarum, ministri illi reliqui hîc veniunt, vel, sub nomine *candelabrorum*, & populo annumerantur, quod absurdum; vel, sub nomine *stellarum*, h. e. Angelorum. Plures autem designari possunt per unum Angelum, sicut per unam *bestiam*, cap. 13. & unum *caput*, cap. 17. Et notanda hîc est diversitas phraseos: de candelabris loquens dicit, *septem candelabra sunt septem Ecclesiæ*; de stellis autem indefinitè loquitur, *septem stellæ sunt Angeli septem Ecclesiarum* †. Episcopi porrò, vel Pastores, *Angeli* vocantur, tum, 1. propter eximiam cum illis cognationem, in scientia rerum divinarum; in simili sanctitate & castimonia, Luc. 15. 10. 1 Cor. 11. 7. & charitatis ardore, & vigilantia, Esa. 62. 6. Ezec. 3. 17. & 33. 7. collat. cum Psal. 91. 11. & Dan. 4. 10, 14, 20. & in officii excellentia [t]. Utrique à Deo adhibentur ad sacra munia [v], ad voluntatem Dei nunciandam [x], & salutem hominum promovendam, Esa. 35. 7. 1 Cor. 3. 5. & 4. 1. 2 Cor. 5. 20. collat. cum Psal. 103. 20. Heb. 2. 14 [y]. tum, 2. ut & ipsi admoneantur officii sui, & sanctitatis Angelicæ, quam præstare debent; & populus admoneatur honoris qui illis debetur. Iidem autem *stellæ* vocantur, ut significetur, 1. eximia officii dignitas; 2. officii usus & finis, nempe, ut alios illustrent, Matth. 5. 14. 3. illorum dependentia à Christo, sole justitiæ, à quo lumen omne suum mutuantur, & sine cujus influxu ipsi quoque tenebrosi erunt [z]; 4. ministrorum constantia in eadem fide, ut stellæ fixæ eodem semper circulo volvuntur, &c [a]. Cur *Stellæ* Episcopos significant, diximus suprà v. 16. ¶ *Et*, &c. Καὶ αἱ ἑπτὰ λυχνίαι ἃς εἶδες, &c.] In MS. deest ἃς εἶδες, ut & in Latino [b]. *Et candelabra illa septem quæ vidisti septem Ecclesiæ sunt*, Be. Pi. i. e. Ecclesiarum imagines [c]: vel, significant Ecclesias [d]. *Candelabra* vocantur Ecclesiæ,

Margin notes (left column): [a] G. [b] Dur. [c] Bri. [d] Pi. [*] Clu. [f] Dur. [g] G. [h] Pi. [i] G. sim. Clu. Dur. [k] Dur. [l] Clu. [m] G. Clu. [n] Cot. [o] Cot. sic Rib. [p] Rib. [q] La. [r] G. † G. sic Cot. [t] Cot. [v] Par. Dur. [x] Dur. [y] Rib. [z] Clu. [b] Pi. [c] G. [d] Me. [*] Ham. [f] Dur. [g] Me. T. Rib La. [h] G. Dur. [i] Dur. [k] G. Dur. [l] G. sim. Pi. [m] Pi. sim. Dur. [n] Dur. [o] Clu. sim. Dur. [p] Coc. Clu. Dur. [q] Bri. [r] Ham. † Bri. sim. Ham. [t] Bri. [v] Ham. [x] G. sic Zeg. Pi. Cot.

Margin notes (right column): [y] G. [z] Cot. [a] G. [b] Li. chron. p. 154. [c] Dur. [d] Dur. Par. [*] Par. [f] Orig. in Rib. [g] E. [h] Camer. Zeg. Par. G. Ham. E. Me. Rib. Cot. [k] Clu. [l] Ham. [m] G. sim. Ham. [n] G. [o] Q. in Ham. [p] Ham. [q] Q. in Ham. [r] Ham. † Dur. [t] Clu. [v] Dur. [x] Clu. sic Rib. La. [y] Clu. [z] Dur. [a] Clu. [b] G. [c] Pi. [d] Par.

1. quia palàm in oculis omnium positæ sunt, Mat. 5. 14, 15. Esa. 40. 9. 2. quia mundo huic in tenebris jacenti lumen facémque præferunt, Esa. 60. 2, 8. 1 Thes. 1. 6, 7, 8[*]. & in his Christus constituit lumina sua, 1 Cor. cap. 12. ver. 28[f]. quæ doctrinâ & pietate clarissimè effulgent[g]. [Ecclesiæ hîc designantur septem illæ quæ suprà & infrà nominantur, ut fatentur omnes. Sed præter literalem hunc sensum, non desunt alii, iique viri doctissimi, qui mysticum & Propheticum sensum illi subesse volunt, de quo aliquid hîc dicendum.] Ecclesiæ hîc significant fidelium multitudinem non tam in distinctis locis, quàm in distinctis temporibus. Quare septem Ecclesiæ Asiæ sunt figura omnium Ecclesiarum[h]; & præter sensum literalem, designatæ sunt ut typi essent sive exemplaria totidem seculorum, sive statuum Ecclesiæ, succedentium eo ordine quo Ecclesiæ hîc numerantur à principio ad finem[i]. Nullus dubito quin per septem has Ecclesias mysticè & Propheticè notetur tota sancta Catholica Ecclesia, (præsertim quatenus intra Romani Imperii limites sita est, quod & alia Apocalyseos Vaticinia præcipuè videntur respicere:) divisa, juxta opinionem Petri Galatini, in septem succedentia secula, sive in septem Intervalla ad mundi usque finem ||; ídque pro septemplici morum suorum ac conditionum insigniori diversitate †. Primum Intervallum, in quo repræsentatur Christi Ecclesia sub Titulo *Ephesinæ*, cœpit 30 annis ante Apocalypsin scriptam; ejúsque terminus erat in anno Neronis 10. Christi verò 63. Quare statum Ecclesiæ præteritum repræsentat, quod etiam innuitur cap. 1. 18, 19. *Scribe*, inquit, *quæ jam vidisti*, vitæ tuæ præteritis temporibus, nempe, Ecclesiæ *Ephesinæ* statum; *& quæ sunt*, i. e. statum Ecclesiæ *Smyrnæum*, in quo & ipse constitutus es; (Decem enim persecutiones jam tunc inceperant, secundáque Johannem opprimebat:) *& quæ sunt posthac futura*, nempe, in Residuo Periodi Ecclesiæ *Smyrnææ*, & in Periodis reliquarum è septem Ecclesiis succedentium. Intervallum secundum, sub nomine Ecclesiæ *Smyrnææ*, cœpit ubi primum finivit, & perrexit indè ad Annum Christi suprà 300. Tertium, *Pergamense*, indè ad finem circiter persecutionis Albigensium & Waldensium. Quartum, *Thyatirense*, ex illo tempore usque dum Nationes integræ à Papa defecerint, & Protestantissimus Nationum religio facta sit. Quintum, *Sardense*, indè ad Phialam ultimam. Sextum, *Philadelphense*, indè ad quartum usque Tonitruum. Septimum, *Laodicenum*, indè ad Christi reditum ad judicium[k]. [Non multùm abhinc abludit sententia Cl. Forbesii, quam proinde ex ejus verbis, sed breviter, hîc subjicere placet:] 1. *Ephesina* Ecclesia relationem habet ad primitivam Ecclesiam, in qua viverent adhuc Apostoli, virique Apostolici, & eorum discipuli, quando errores deprimebantur & veritas prævalebat: sed per omissionem prioris charitatis via facta est gradui tristiori sequenti. 2. *Smyrna* ad illa tempora quibus Hæretici prævaluerunt, ut Ariani, &c. 3. *Pergamus* ad ea tempora, quibus error ità invalescit ut in Dei Templo sedeat Antichristus cap. 13. & vera Ecclesia delitescat cap. 11. 4. *Thyatira* ad illud tempus, quo Ecclesia ex servitute emergere, & Antichristus in ruinam vergere, incipit in primo gradu. 5. *Sardensis* Ecclesia relationem habet ad eas reformatas Evangelicas Ecclesias, in quibus *Balaam* & *Jezabel*, h. e. Antichristus, non ampliùs toleratur; quæ tamen imperfectis initiis acquiescentes, & solâ Babelis abnegatione contentæ, neque vitæ Dei in seipsis fovendæ student, neque in reformationem perfectam eâ quâ deceret alacritate incumbunt. 6. *Philadelphiæ* relatio est ad eas Ecclesias, quæ non hærentes in imperfectis initiis, relictâ Babylone, Zijonem exædificare adlaborant, perfectámque ad reformationem anhelant, ut sola Davidis clavis aperiat & claudat in domo Dei. 7. *Laodicea* typum nobis exhibet earum Ecclesiarum, quæ usque adeò Babelem effugisse, adeò dotatæ & stabilitæ, sibi videntur, ut in securitatem revolvantur; &, quod est multò deterius, rebus externis, in quibus neque honor domûs Dei, neque verum robur ac opes Ecclesiæ, consistunt, glorientur & splendorem quærant, in rebus autem ad Dei cultum pertinentibus sint tepidi, qui passus proximus est ad Atheismum[*]. Hanc autem sententiam multa confirmant: 1. Cur alioqui ad has tantùm Ecclesias scriberet[l]? Multæ sanè erant aliæ Ecclesiæ[m], & quidem celebriores, ut *Antiochiæ*, *Alexandriæ*, *Romæ*, quæ non minùs egebant monitione[n]; & propter ejusmodi vitia & virtutes, rerúmque durarum perpessiones, æquè notæ. Dices, Asiam minorem fuisse quasi Johannis Diœcesin. Verùm Johannes omnino passivè se habuit in his Visionibus, qui non aliter scripsit quàm ut à Spiritu S. movebatur, qui personarum non est acceptor; quem proinde has Ecclesias tam studiosè salutare, reliquásque omnes insalutatas præterire, res mira esset. 2. Quòd Ecclesias hîc non nominatim recenseat, nec septem Asiæ Ecclesias appellet, sed *septem* duntaxat *Ecclesias* in genere[o]; nec dicat αἱ ἑπτὰ, &c. sed ἑπτὰ, &c[p]. 3. Numerus *septem*[q], qui in stylo Prophetico universitatem significat, ut obvium est[r]; éstque numerus temporum revolutiones designans, ut ex *Sigillis*, *Tubis*, & *Phialis*, liquet †, in quibus hic numerus integram rerum aliquarum successionem significat. 4. Tituli, qui hoc cap. Christo tribuuntur, v. g. *Qui est, & qui erat, & qui venturus est*, v. 4. quod innuit, ea tractari quæ ab initio Ecclesiæ ad extrema usque illius secula pertingunt. Deinde, *Ego sum α'. & ω'. primus & ultimus*. Quod minimè cum exigua istarum Ecclesiarum duratione convenit. Et *habebat in dextra sua stellas septem*, v. 16[t]. i. e. omnes Angelos omnium Ecclesiarum[v], quippe qui æquè sustentantur & gubernantur manu Christi[x]. Et Christus ambulat inter omnes Ecclesias[y]. 5. Quòd Episcopos aut Pastores *Angelos* appellat, qui stylus Propheticus est huic Libro proprius; quo omnia Angelorum Ministeriis ascribuntur, quod argumento est sensum & hîc subesse Propheticum[z]. 6. Collatio hujus Visionis septem Ecclesiarum, cum Visione septem Sigillorum, Librique aperti[a]; quarum prælúdia æquali pompâ introducta, cum clangore Tubæ, & aspectu Christi glorioso in medio Ecclesiæ, in priori *stantis aut ambulantis in medio Candelabrorum*, in posteriori *sedentis in medio Animalium & Seniorum*, verisimile omnino faciunt, utrasque visiones esse ejusdem ponderis & comprehensionis, & proinde à principio Ecclesiæ ad finem usque Mundi se extendere[b]. 7. Quòd non est probabile, Spiritum Dei in hoc Libro Vaticiniorum, ubi omnia tam augustum habent ambitum ac Majestatem, prolixam introducere voluisse visionem septem partibus consistentem, in quibus nihil omnino Propheticum esset; sed Laudes tantùm, ac Reprehensiones, &c. septem duntaxat particularium Ecclesiarum †. 8. Collatio cap. 1. 19. *Quæ sunt, & quæ posthac sunt futura*, q. d. Quæ quidem in historiæ veritate tunc temporis existebant, verè secundùm septem illarum Ecclesiarum constitutionem, & ad earundem instructionem expressa: Ità tamen, ut futura etiam ad omnes omnium ætatum erudiendas inibi pateant. 9. Hoc evincunt ipsæ Epistolarum sententiæ; tum, quia in his admirabili sapientiâ diversi casus, quicunque in Ecclesiis omnibus evenire poterunt, ad vivum expressi sunt; tum, quia istæ septem typicam habent relationem ad universam militantem Ecclesiam secundùm varios ipsius gradus & conditiones, ut ostendunt proprietates & attributa, quæ apta sunt particulari ejus erga singulas dispensationi exprimendæ ||. 10. Quòd omnia harum Ecclesiarum nomina, saltem per facilem verbalem Allusionem[c], quæ in stylo Prophetico frequentissima est[d], significationem habent Appellativam, (quàm notavit etiam Grotius, qui omnes Ecclesias ex ratione Nominum Mysticè etiam interpretatur[*], [vide ad v. 11.]) qualitatémque ac conditionem earum Mysticè intellectarum manifestò denotant[f], ut in *Smyrna*, *Pergamo*, *Philadelphia*, & *Laodicea* liquidò constat, & oppidò quàm credibile est & in reliquis obtinere[g]. [Qui plura hac de re scire velit, & speciales Epistolarum singularum explicationes & applicationes juxta ipsorum mentem intelligere, quærat in dictis Authoribus, nec non in Brightmanno & Forbesio. Nos enim institutum nostrum vocat ad literalem reliquorum interpretationem. Nonnulla autem hîc in genere præmittenda sunt de iis quæ omnibus Epistolis sunt communia.] Epistolari formâ scribit Christus[a], [tum, 1.] ex benevolo in Ecclesias affectu: Sub Lege sic loquitur, *Ego sum Deus tuus*, &c. *Audite cœli*, &c. Hîc clementiùs agit[b]: [Tum, 2.] quia hæc erat accommoda Instituto ipsius (quod erat ut eos & animaret

[*] Clu. [f] Dur. [g] Clu. [h] Coc. [i] Med. l. 5. p. 1107. || Mor. Expos. septem Eccles. c. 1. † Id. c. 3. sect. 1. [k] Idem, c. 1. [*] Forb.

[l] Id. cap. 2. p. 785. [m] Mor. sic Med. [n] Med. 5. 10. 1107. [o] Mor. c. 2. [p] Id. c. 3. sect. 1. [q] Med. Mor. [r] Mor. c. 2. sect. 7. † Med. [t] Mor. c. 2. [v] Coc. [x] Mor. ib. [y] Coc. [z] Mor. ib. [a] Mor. c. 1. [b] Mor. c. 2. sect. 4, 5. † Mor. 2. 9. || Forb. [c] Mor. 3. 3. [d] Mor. 2. 9. [*] Mor. 2. 8. [f] Mor. 3. 3. [g] Mor. 1. 1. [a] Cot. sic Mor. [b] Cot.

animaret ad bene agendum & patiendum, &c. & ab omni genere peccati deterreret:) ut quæ formam præ se fert personalis cujusdam cum hominibus colloquii, eóque fortiùs animadversionem eorum excitat, &c[c]. 2. Johannes totam quidem Apocalypsin scribit & ad Ecclesias mittit, sed ipse ad Ecclesias non scribit[d]. Non missæ sunt hæ literæ separatim & divisim aliæ aliis, sed omnes simul in communi Epistola perscriptæ, qualis hæc tota Prophetia est; ac indè petiit quæque Ecclesia quod ad se sigillatim spectabat*. Clausula illa, *Quid Spiritus dicat Ecclesiis*, satis indicat, licèt ea quæ in singulis Epistolis dicuntur propriè ad unam aliquam Ecclesiam essent scripta, ea tamen in universum dici & pertinere ad omnes Ecclesias[f]. 3. Epistolæ hæ non involucris obscuris, sicut Apocalypsis, sed verbis perspicuis, traduntur: quod tribuo rei naturæ, quia de fide & vita & moribus agitur; quæ res est cognitu prorsus necessaria; mysteria non item[g]. 4. Scopus Epistolarum immediatus est, ut septem has Ecclesias excitet, doceat, corrigat, &c. & propterea non sunt primariò Propheticæ ad repræsentandum particulares Ecclesias in seq. seculis. Sunt tamen insigniter utiles & applicabiles reliquis Ecclesiis in eodem statu positis[h]. Septenarius est numerus universitatis, & multitudinis nota. Ac proinde Apocalypsis ad septem Ecclesias missa, eo ipso vendicata est omnibus Ecclesiis, quas ista referunt. Septem autem Ecclesiæ nobilissimæ in typum adductæ sunt, quoniam omnes Ecclesiæ ejus sunt generis. Quicquid autem illis dicitur aptandum est & aliis, aut literaliter, aut vertendo in alia ejusdem generis, ut v. g. per Balaamum, Jezabelem, &c. intelligantur quivis hæretici, seductores, scandalosi[i]. 5. Quamvis Epistolæ præcipuè ad Ecclesias spectent[k], unde in clausula cujusque Epistolæ dicitur, *Quid Spiritus dicit Ecclesiis*[l]; ad Episcopos tamen, sive Pastores, nominatim mittuntur[m], ídque ob arctissimam inter eos connexionem, quâ Ecclesiæ sub illis continentur & ab illis repræsentantur[n]; & quia illis committuntur, & cura gregum & mysteria regni, Ezec. 3. & 33. 1 Cor. 4. 1, 2. Heb. 13. 17[o]. & quia similis ferè est ministri & gregis conditio[p], & incolumitas cœtûs præcipuè nititur Pastorum integritate[q], fide & diligentiâ[r]; denique, quia hoc postulavit ordo à Christo institutus; neque enim Deus populo immediatè, sed ministris, & per eos populo, mentem suam patefacit†: Pastor est ταμίας doctrinæ, exhortationis, redargutionis, &c[t]. Quæ autem hìc ad Pastores, alibi ad Ecclesias, scripta dicuntur[v], ut cap. 1. 11[x]. & in clausulis harum Epistolarum. Verè Andreas Cæsar. *Per Angelum Ecclesiæ loquitur, acsi quis per Pædagogum discipulo. Quæ enim discipuli sunt ad præceptorem pertinent, sive laudes, sive dedecora, cùm totum ipsius sit studium, ut discipulum sibi quàm simillimum efficiat*[y]. 6. In principio cujuslibet Epistolæ inducitur Christus seipsum notificans & commendans ex uno aliquo eorum decem, quibus in corpore suo ornatus apparuit cap. 1. vel, per aliquam sententiarum ipsius[z]. Singula quæ in visione vidit, repetit verbis Christi[a]. Illi autem tituli Christi seliguntur qui scopo cujusque Epistolæ optimè inserviunt, & conditioni cujusque Ecclesiæ[b], & rei de qua Christus eas appellat, congruunt. Sic cap. 2. 1. *stellas tenet——in medio lucernarum*, &c. congruit cum v. 5. *movebo lucernam*. Cap. 2. 8. *qui mortuus fuit & vivit*, cum. v. 10. *dabo tibi coronam vitæ*. Cap. 2. 12. *qui habet gladium*, cum v. 16. *bellum geram adversus ipsos in gladio*. Cap. 2. 18. *oculos ut flammam——& pedes——chalcholib.* cum v. 23. *ego is sum qui scrutor*, &c. & 27. *conterentur*. Sic 3. 7. *qui sanctus & verax*: qui habet clavem, &c. cum v. 8. *dedi coram te ostium apertum*, & v. 10. *Servabo te*, &c. nè dubitarent: nam *sanctus sum & verax*[c]. 7. Notanda hìc Dei sapientia & misericordia, qui inter corripiendum laudes miscet, &c[d]. 8. Miro artificio & ordine Christus utitur. In 2 epist. crux gravior quàm in 1. In 2 epist. docent Nicolaitæ, quorum opera tantùm sunt in 1. Scandalum ponitur opere in 3. docendo in 4. In 1. est arbor vitæ; in 2. vita ipsa; in 3. viventi nomen novum datur; in 4. imperium in populos; in 5. vestitur indumentis albis; in 6. columna fit Templi, quod majus; in 7. sedet in throno, quod summum*.

[Margin: c Mor. 1. 5. — d Cot. — * Bri. — f Per. — g Cot. — h Dur. — i Cot. — k Per. — l Dur. — m Per. Cot. — n Dur. — o Clu. — p Dur. sim. Clu. — q Bri. — r Clu. — † Dur. — t Bri. — v Clu. sim. Dur. — x Bri. Dur. — y Clu. — z Per. — a Rib. — b Dur. — c Cot. — d Per. ex Rup. — * Cot.]

CAP. II.

1. **A**Ngelo *Ephesinæ Ecclesiæ*] Notanda hìc, sicut in seq. Allusio Paronomastica, quales stylum Propheticum affectare Grotius, Medus, omnésque Interpretes consentiunt[f]. Consultò delegit Spiritus has Ecclesias, quæ vel ipsis nominibus, tanquam inscriptis quibusdam in fronte notis, totam suam conditionem indicarent[g]. In voce *Ephesus* duplex potest esse Allusio[h], 1. ad ἔφεσις[i], ut exprimat fervidum amorem & desiderium Ecclesiæ primitivæ erga res Christi[k]: vel, 2. ad ἄφεσις[l], quod vel *omissionem* sonat, unde *languescentem* illam dicimus[m]; vel, idem valet quod ἀπιστία, *carceres*, unde incipit omnium *septem Ecclesiarum* successionis curriculum[n]. Hæc Ecclesia primo loco ponitur, tum, quia maxima erat & frequentissima[o], & nominatissima[p], & princeps inter eas in amplectenda fide[q], unde ad reliquas dimanavit[r]: tum, 2. quòd hæc urbs Gentilem Ecclesiam maximè repræsentat. Hæ autem septem urbes universam conditionem Gentilis Ecclesiæ complectuntur. Hujus autem Ecclesiæ Antitypum statuimus primam Christianam Ecclesiam usque ad Constantinum M†. *Angelum* hìc vocat, vel, 1. προεστῶτα, sive præsidem[t], Episcopum[v]: Erat autem Ephesus Metropolis Asiæ minoris[x]. Erat hic, vel, Timotheus[y]: [de quo plura videsis in Per. La. E.] vel, alius aliquis gente Judæus. Vide Act. 18. 25[z]. Vel, 2. Doctores & Pastores[a], sive Ministros, Ecclesiæ hujus[b]. Ad unum hìc non scribi arguit commutatio numeri sing. in plur. ut infrà v. 10, 19[c]. Hæc phrasis transfert illud שליח צבור, qui titulus erat ministri cujusque Synagogæ, qui publicam legis & prophetarum lectionem atque interpretationem procurabat; quomodo & hi ministri Epistolas has publicè in cœtu legebant[d]. Vel, 3. Episcopum simúlque Ecclesiam, ex collat. v. 7*. omnes Episcopos, Pastores, & Christianos. Per *Angelos* enim, secundùm stylum Apocalypticum, omnes eos qui sub eorum Præfectura agunt quovis modo aut negotiantur, repræsentari vel insinuari nulli dubium esse potest[f]. Inscribitur hæc Epistola, sicut & seq. ad Angelum immediatè, ad Ecclesiam mediatè. Cavendum ergò nè consilia & materias vel confundamus, vel rigidè separemus; & dispiciendum quid huic, vel illi, congruat[g]. ¶ *Qui tenet* (Nota progressum: cap. 1. 16. ἔχων, hìc κρατῶν. Sic cap. 1. 13. *erat in medio*, &c. nunc *incedit*, quod authoritatis est, ut Marc. 11. 27[h]. Periphrasis est Christi[i].) *stellas*, &c.] i. e. Eas protegit, conservat, & fovet[k]; à quo proinde profluunt omnia bona dona[l], bonáque opera, quæ hìc memorantur; quem propterea maximè amare debes[m]; qui etiam te in terram projicere potest[n]. Sæpe repetentur in sequentibus verba ex cap. 1. quia in eo est quædam εἰσαγωγὴ ad omnia sequentia. Et singula aptantur suis locis. Quod Christus hoc loco dicit, hoc est, sunt Episcopi apud me pretiosi & diligenter custoditi ut gemmæ in manu: Ideo diligenter attendere sibi debent ut puritatem suam servent. Nam gemma corrupta facilè abjicitur. Quæ similitudo aptatur Jechoniæ, Jer. 22. 24[o]. ¶ *Qui ambulat in medio*, &c.] Tanquam sacerdos, juxta typum V. T. vel, ut Paterfamilias in propria domo, inspectans & curans accuratè singula, lumina inspiciens, purgans, accendens[p], ut videat an benè luceant; si non satis lucent, ut emungantur[q], & in vigore conserventur[r]; sin è sic quidem lucent, ut velut inutilia à loco suo amoveantur. Hic sensus nobis indicatur infrà v. 5†. Monet, se potestatem habere ea subvertendi vel transferendi[t]. Priùs *stantem* vidit, nunc *ambulantem in medio* Ecclesiæ. Docet, eum non otiosum desidere in cœlo, sed Ecclesiæ præstò adesse, omniáque coràm intueri, fidem probare & compensare, ignaviam castigare, &c[v].

2. *Scio opera tua*] Vel, mala[x]: vel, κατ' ἐξοχὴν, bona[z], quod deinde partim & speciatim exponit[a], quæ scil. antea faciebas[b]. Sunt quidam viri *boni*, quidam *satis boni*, ut ista distinguit Cicero in Epistolis. Episcopus iste ex posteriori erat genere, ut sequentia indicant. Laudan-

[Margin: f Mor. 3. 5. — g Bri. — h Mor. — i Mor. ex G. — k Mor. — l Bri. Mor. — m Bri. — n Mor. — o Clu. — p Cot. — q Bri. — r Bri. sim. Clu. — † Bri. — t Be. Zeg. — v E. Me. Ham. &c. — x Me. — y Q. in G. sic Per. La. Me. T. — z G. — a Clu. — b Li. Chron. 154. — c Clu. — d Li. ib. — * Pi. — f Mor. 3 4. — g Dur. — h Cot. — i Pi. — k Rib. sim. Par. Dur. Mor. — l Clu. — m Rib. — n Clu. — o G. — p Clu. — q G. — r Clu. — † G. — t Clu. — v Par. — x Par. — y Gom. — z Par. Me. Gom. — a Gom. — b Rib. Me.]

tur hîc *opera* ejus, i. e. pleraque κατὰ τὴν ἐκκλησίαν. Quomodo Deus *speculatur & bonos & malos*, Prov. 15. 3. & est תכן רוחות Prov. 16. 2. ità & Christus [c]. Hæc verba omnibus Epistolis præmittuntur [d], etiam illis ubi nulla est laudatio, ut cap. 3. 15. & proinde non approbationem notant, sed simplicem omniscientiam [*]. Sic autem loquitur, vel, 1. ut Divinitatem Christi indicaret [f]. Vel, 2. ut probaret, testimonium suum seq. omni exceptione majus esse [g]. Vel, 3. ut inflammaret ad sui timorem ac venerationem [h]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὸν κόπον σου καὶ τὴν ὑπομονήν σου] Ἓν διὰ δυοῖν, pro, τὴν ἐν τῷ κόπῳ ὑπομονήν, *laborum & quidem gravium*, quales Episcopis incumbere solent, *patientiam*. Multum est tale onus perferre [i]. *Et laborem* (sudore & molestiis plenum [k], ut vox significat 1 Thess. 5. 12. 1 Tim. 5. 17 [l].) *tuum*, (nempe in officio tuo [m] :) *& tolerantiam* (vel, *patientiam*, Be. *perseverantiam*, V.) *tuam*, Pi. In sustinendis afflictionibus [n], à Satana ejúsque instrumentis [o]; expectandâ errantium pœnitentiâ, tolerandâ infirmitate: quod in Episcopo valde necessarium & laudandum [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὅτι οὐ δύνῃ βαστάσαι τοὺς κακοὺς] Es μισοπόνηρ☉. Laudabile enim hoc. Vide Plut. περὶ ἀοργησίας. In MS. deest οὐ, ità ut illud ὅτι sit explicatio constantiæ. *Non posse* quis dicitur quod ab ingenio ejus abhorret, Mat. 12. 34. Joh. 8. 43. & 12. 39 [q]. *Et quòd non possis ferre* (vel, *sustinere*, Er. *portare*, i. e. æquo animo ferre [r] : q. d. ægrè sustines †.) *malos*] Sed eos reprehendis [t], & vel emendas [v], vel expellis ex Ecclesia [x]; tueris disciplinam Ecclesiæ [y]. Mansuetudinem zelo temperas, nec ad peccata connives [z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐπείρασας——καὶ οὐκ εἰσί, καὶ εὗρες, &c.] Et (vel, *Nam*, Pi.) *tentâsti* (vel, *explorâsti*, Pi. sic Be. ex eorum fructibus, doctrinâ & sanctitate [a] :) *eos qui se dicunt Apostolos esse* (vel, 1. singulari ratione [b], se factos Apostolos per Christi revelationem [b]; se missos ab ipso Christo [d], seu inter homines degente, seu in Cœlos recepto, non minùs quàm Paulum & Duodecim [*]: Quod verè dicebat de se Paulus, illi falsó. Hoc explorare non erat cujusvis. Optima eos dignoscendi ratio hæc erat, si pecunias, quas contemnere dicebant, clàm appeterent, & divitum peccata dissimularent. Tales sunt qui describuntur 2 Cor. 11. 13. & seq [f]. Vel, 2. generaliter, h. e. legitimos pastores [g]. Examen legitimum indicat ab hac Ecclesia institutum & de doctrina, & de missione eorum [h].) *& non sunt*, (vel, *cùm non sint*. Καὶ vice relativi [i] : cùm sint Pseudo-apostoli [k] :) *& invenisti eos* (sub. *esse*, Pi.) *mendaces*, Er. i. e. Deprehendisti eorum fallacias [l], easque repressisti [m]. Multi jam tum exierant Pseudo-prophetæ, 1 Joh. 4. 1 [n]. idque Ephesi, 1 Tim. 1. 3. de quo præmoniti erant, Act. 20. 29, 30 [o]. Quales Ebion [p], Cerinthus & sequaces ejus, qui à primario aliquo Apostolo Revelationes suas accepisse se fingebant [q].

3. *Et*, &c. Καὶ ἐβάστασας, καὶ ὑπομονὴν, &c.] i. e. Βαστάζων διὰ τὴν ὑπομονὴν ἔχεις. Est ὑπομονὴ in laboribus, est & in adversis: de quo hîc agitur [r]. *Et portâsti*, (sub. *onus*, Pi. vel, *onere pressus fuisti*, Be. sic P. Βαστάζειν, נשא, 2 Reg. 18. 14. de omni re dicitur quæ nobis gravis est; quales sunt calamitates † : *tolerâsti*, Er. Ca. *tulisti*, Er. Ti. Multa scilicet à pseudo-apostolis & inimicis fidei [t].) *& tolerantiam habes*, (vel, *sustines*, Pi. i. e. Adhuc permanes invictus, & ad plura toleranda paratus [v] :) *& propter nomen meum* (i. e. mea de causa [x]. Confer Mat. 5. 11. & 10. 22 [y]. Nomen pro re, ut sæpe [z]. Referri hoc possit vel ad verbum præced. vel ad seq. ut hoc sit argumentum sive patientiæ, sive laboris, nempe zelus pro gloria mea [a].) *laborâsti, & non defecisti*, Mo. vel, *labori succubuisti*, P. vel, *defatigatus es*, Sy. vide Esa. 16. 2. & 47. 15 [p]. q. d. Non despondisti animum, ut collum jugo subduceres, ac proderes veritatem [q].

4. *Sed*, &c. Ἀλλ' ἔχω κατὰ σοῦ] *Sed habeo* aliquid *adversùm te*, Be. Pi. i. e. Quòd de te querar [r]. De hac locutione vide Mat. 5. 23 †. ¶ *Quod*, &c. Ὅτι——πρώτην ἀφῆκας] *Quòd charitatem tuam primam* (i. e. priorem, ut Joh. 1. 15. ubi dicta vide, i. e. illam adeò ferventem. Solet etiam acribus animis eum tempore lassitudo quædam obrepere. Quare & ab aliis per monita, & à semetipsis per preces & attentas cogitationes, velut è somno excitandi sunt [t].) *omiseris*, Be. vel, *dimisisti*, Pi. *Multùm remisisti de illa charitate*, non omnimodâ, sed fervente [v] : *reliquisti*, Er. Mo. Non simpliciter, sed secundùm quid [x], quoad exercitium & fructus ejus [y]; ratione gradûs & fervoris [z], cùm in habitu animi, tum in usu sive operibus illius [a]. Teporem hîc accusat in bonis operibus [b], in convertendis Gentilibus, & promovendis Christianis ad meliora; vel, quòd videret Ephesios Dianæ cultores sibi pertinaciter obsistere, vel, quòd diuturnitate laborum fractus esset [c] : q. d. Multus es in externa reformatione & professione & zelo, sed deest tibi vividus affectus in præstandis officiis tuis [d]. *Charitatem* hîc intelligit, vel, 1. erga proximos [*], beneficentiam erga egenos [f], curam circa pauperes. Ea cura semper quidem Episcopos spectavit, sed maximè eos onerabat in novis Ecclesiis ubi nondum erant Diaconi [g]. Vel, 2. erga gregem suum, cujus negligens erat, permittens alios ignorantiâ perire, alios infirmitate carnis, &c. Vide Joh. 21. 16, 17 [h]. vel, 3. erga Deum [i], vel Christum [k] : quem initio plùs Patre, Matre, &c. amavit; sed postea flaccessebat in eis hic amor [l], & multi incipiebant *Gnosticos* hac in re agere, & fidei abnegationem pro re nihili ducere [m]; quæ Gnosticorum & doctrina & praxis erat [n]. [De quo hîc fusè disserit Cl. Ham.]

5. *Memor esto* (i. e. Cogita [o]. Sic μνημονεύειν habemus 2 Tim. 2. 8. & Heb. זכר sæpe [p]. Actum includit non memoriæ duntaxat, sed & conscientiæ & affectûs [q].) *itaque unde* (i. e. è quanto honoris gradu [r] :) *excideris*] i. e. Quantum de fervore remiseris, & quàm à teipso dissimilis factus sis † : præsentem tuum statum confer cum superiore [t]. Non videtur caritatem omnino omisisse, ut volunt Amb. & Haymo, quia tanta pro Christo etiam tum perferebat; sed de ea remisisse [v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μετανόησον καὶ——ποίησον] i. e. Μετανόησον πρὸς τὸ ποιῆσαι [x]. *Et resipisce*, (Quod duo includit, 1. indignationem adversùs & peccatum & seipsos peccati causâ, 2 Cor. 7. 11. 2. externam internámque mutationem morum, vitæque emendationem [y] :) *& priora opera facito*, Be. Pi. i. e. Pristina opera pietatis, charitatis, &c [z]. Hæc verba ἐξηγητικῶς accipiunt; sed malim distinctè exponere, ut *resipiscentia* ad animum relata odium peccati & amorem virtutis designet, *priora* verò *opera* fructus resipiscentiæ notent, ut Mat. 3. 8 [a]. ¶ *Sin*, &c. Εἰ δὲ μὴ, ἔρχομαι, &c.] *Sin minùs*, (vel, *Si non*, Val. vel, *Alioqui*, Val. Er. V.) *veniam* (vel, *venio*, Vulg. Præs. temp. celeritatem indicat [a] :) *adversùm te* (vel, *tibi*, Mo. Pi. Nempe ut puniam [b], ut præced. & seq. docent: Alibi *venire* dicitur Deus ad auxiliandum [c].) *citò*, (i. e. opinione citiùs [d].) *& movebo* (ἔρχομαι ταχὺ καὶ κινήσω nihil aliud est quàm ταχὺ κινήσω. Sic ἐλθὼν πρόσφερε, Mat. 5. 24. ἐλθὼν θεραπεύσω, Mat. 8. 7. Sic πορεύου καὶ ποίει, Luc. 10. 37. πορευθέντες μάθετε, Mat. 9. 13 [*].) *candelabrum* (Non dicit, *extinguam lucernam*, quia regnum Dei nunquam labitur, sed tantùm transfertur, Mat. 21. 43 [f].) *tuum* (Emphaticè, ut damnum exaggeret, tanquam damnum & rei præstantissimæ, & possessionis suæ [g]. Et *tuum* dicit, quia Ministri specialem habent relationem ad suas particulares Ecclesias [h].) *è loco suo*, Pi. Be. *Candelabrum* hîc vocat, vel, 1. officium sive dignitatem Episcopalem, quam ei minatur adimere, vel morte, vel populi voluntate, vel hostium vi [i]. Vel, 2. Ecclesiam, ex collat. cap. 1. 20 [k]. Hanc movebo de loco, i. e. de statu, suo [l], nè sis ejus caput & Episcopus; eámque alteri tradam [m]. Efficiam ut plebs tua aliò diffugiat, nempe ad ea loca ubi major habetur cura pauperum [n]. Vel, est Hypallage, *tuum candelabrum movebo*, pro *te dimovebo à candelabro tuo* : quales loqutiones non sunt duræ ænigmaticè aut Poeticè loquentibus; vel, quod malim, *dimotionem Candelabri* interpretor de comminatione, quâ innuitur Ecclesiam non quidem abreptum aut ablatum iri, sed aliquâ rerum tempestate, motam fore, agitatam, atque oppressam †. Al. Ecclesiam tuam meâ gratiâ spoliabo [o], eíque auferam veritatem & dignitatem Ecclesiæ [p]. Hoc autem bifariàm fit, 1. cùm Ecclesia hæretica fit: 2. cùm Evangelium vel adimitur, vel infructuosum fit, &c. Qu. 1. Quomodo hæc comminatio adversùs Ecclesiam est pœna ministri. Resp. Ob specialem relationem affectúmque hujus erga illam, tanquam gaudium & coronam suam, 1 Thess. 2. ult. & materiam gloriationis [q]. Qu. 2. Cur Ecclesia punitur ob peccatum Ministri [r]? Resp. Nec rarum, nec injustum, est,

est, ob unius aut multorum peccata totum cœtum puniri; vide 1 Cor. 5. & 11 †. & 1 Sam. 24[t]. quia plerumque in vulgus manant exempla regentum[v]. Ecclesia hæc non erat immunis à peccato ministri[x]: ex communione pœnæ declaratur communio peccati[y]. Qu. 3. Cur huic Ecclesiæ adeò comminatur, ubi nulla externa tantæ pœnæ causa apparebat? *Resp.* Ut doceret, quantilli æstimaret formam pietatis & disciplinæ (cui forsan fidebant) sine potentia & sinceritate ejus[z].

6. *Sed hoc habes*] Scilicet boni ||. Mirâ arte reprehensionem mitigavit & antepositis & subjunctis laudationibus. Eodem artificio Paulus utitur, 1 Cor. 1. 11[a]. ¶ *Odisti facta* (Non personas, sed vitia[b]:) *Nicolaitarum*] Quorum hæresis erat, licere fornicari, & promiscue abuti fœminis, etiam conjugatis[c]; qui castitatem matrimonialem damnabant; qui quicquid libuit fecerunt, sine metu scandali[d], sacra gentilia adibant*, idolothyta comedebant[f]. Vide Iren. 1. 27. Ignat. Epist. 6. ad Philadelph. Clem. Alex. Strom. 2. p. 177. & 3. 187[g]. Nomen habuerunt à quodam Nicolao[h], ab uno primorum Diaconorum [Act. 6.] Nicolao[i]; quod satis inter Veteres constat[k], & referunt Iren. Tertul. Hil. Hi. Epiph. Philast. & alii[l]. Sed an mala illa dogmata ab ipso fluxerint, an verò falsò sub ejus nomine fuerint venditata, non item [constat.] Mihi Veterum testimonia conferenti media placet sententia, quæ hæc est; Nicolaum accusatum ζηλοτυπίας quòd uxorem pulcram habens, usitata illa inter Christianos utriusque sexûs pacis oscula non satis ferret, in contrarium cucurrisse; &, exemplo Laconum ac Catonis, uxoris suæ usuram permisisse aliis, planè quasi in eo quod marito & uxore volentibus fieret non peccaretur. Sed hâc apertâ semel contra Evangelicam castitatem fenestrâ, postea, ut solent non stare ubi incipiunt mala, [eâ] totâ fore admissas libidines. Qui verò eousque disciplinam contempserant, eos non mirum est, immolatitias carnes sibi permisisse sine ullo discrimine[m]. Nicolaum excusant Clem. Alex. & Aug. qui hoc æmulis ejus Gnosticis ejus dicta sinistrè exponentibus, & falsò nomen ejus suæ sectæ prætexentibus, adscribunt[n]. ¶ *Quæ & ego odi*] Nempe ut Evangelio contraria. In MS. abest ἃ (*quæ*) sensu salvo[n]. Disce hinc quantùm Deus omnes scelerum hortatores habeat invisos[o].

7. *Qui habet aurem* (Nempe spiritualem, paratam ad intelligendum & obediendum[p]: aurem cordis[q]:) *audiat* (Formula attentionem excitantis, Mat. 11. 15. & 13. 9, 43. Marc. 4. 9, 23. & 7. 16. &c[r].) *quid Spiritus* (Sanctus, qui per Prophetas loquitur †:) *dicat* (Nempe, per me in hac Epistola[t]:) *Ecclesiis*] Nempe Ephesinæ & aliis quæ sub Ephesini Episcopi cura erant, i. e. hoc Divinum visum: de qua vocis hujus [*Spiritus*] acceptione vide 1 Cor. 12. 3, 10. 1 Joh. 4. 1, 2, 3. Sic apud Hermam, *Ille Spiritus Filius Dei est*, i. e. visum illud[v]. ¶ *Vincenti* (scilicet Nicolaitas hæreticos, item, Paganos & tyrannos[x]; Dæmonem, Mundum, Carnem[y], & speciatim torporem ac remissionem animi[z]. Ei qui neque inediâ neque incommodis aliis patitur se à Christianismo abduci[a].) *dabo edere de ligno* (vel, *arbore*, Pi. Be. ξύλον LXX ponunt pro *arbore*[b], i. e. fructu arboris[c]:) *vitæ* (Non corporali, quo vires corporis instaurari poterant, sed spirituali, vivificante[d]. Lex Hebræa *cibus animæ*, *arbor vitæ*, Prov. 3. 18. quia vitam dat felicem in terris. At multò justiùs Christus, vitæ æternæ auctor, panis vitæ, Joh. 6. 35, 41, 48, &c. *Arbor vitæ* Philoni explicatur θεοσέβεια*.) *quod est in paradiso* (vel, *in medio paradisi*, Er. Mo. &c. i. e. Non in terra, sed in cœlis[f]. Dicit *in medio*, quia suis omnibus præstò est & erit[g].) *Dei*] Est oppositio similis isti Mat. 5. 6. *Beati qui esuriunt — quia saturabuntur*[h]. *Lignum vitæ* hîc dicitur, vel, 1. Christus, idque in Eucharistia[i]; ad quam non malè referunt Veterum quidam, quia per eam ut oportet sumptam Spiritus Sanctus introducitur & augetur[k]. Non placet, quia lignum hoc datur solis victoribus, Eucharistia etiam indignis, 1 Cor. 11. 27. illud necessarium est ad vitam æternam, quam sibi semper conjunctam habet, Joh. 6. 51, &c. hæc non item, 1 Cor. 11. 29[l]. Vel, 2. Spiritus S. qui vitæ & quidem immortalis nos certos facit[m]. Vel, 3. Gratia Dei in præsenti, & gloria cœlestis in futura, vita[n]; fruitio Dei, & beatitudo, & indè consequens immortalitas[o]. Vel, 4. Christus mediator, ex collat. v. 17. & cap. 22. 14. per cujus communionem habemus hîc vitam gratiæ, & in cœlis vitam gloriæ[p]. Quicquid vitam nobis immortalem præbet *lignum vitæ* dicitur[q], ut *sapientia*, Prov. 3. 28[r]. quæ Christus est, Prov. 8. 22, 23. Luc. 11. 49 †. & *fructus justi*, Prov. 11. 30. & *sanitas linguæ*, Prov. 15. 4[t].

8. *Angelo Smyrnæ*, &c.] Designat, vel Polycarpum[v], vel potiùs, aliquem eo priorem[x]. Nihil culpatur in hâc Ecclesia[y]. ¶ *Hæc dicit primus*, &c.] i. e. Is qui cùm summæ esset dignitatis summam ignominiam pertulit, suprà 1. 17, 18[z]. Æternus & omnipotens Deus[a], qui omnes sum judicaturus, & præmia redditurus, vitámque perennem mortuis redditurus, quod meo exemplo patet[b]. Hoc eò pertinet, nè Smyrnæ Episcopus ignominiæ aut mortis metu ab officio abduceretur; sed certus esset, sicut Christus revixit, sic & se revicturum[c]. Tituli ergò Christi hîc seliguntur qui aptissimi sunt Ecclesiæ afflictæ[d], & posthâc graviora passuræ*. Ejus enim mors eum misericordem, victoria verò potentem, esse demonstrat[f].

9. *Scio*, &c. Οἶδα, &c.] *Novi opera tua*, (bona scilicet[g], diligentiam in obeundo munere[h]. Et omniscientiam hîc notat, & approbationem[i].) *& afflictionem*, (Quam pateris à persecutoribus[k]: metus perpetuos[l], gravissimas angustias, ut θλίψις significat, quoad corpus, nomen, opes, &c[m].) *& paupertatem*, Be. Pi. vel, 1. ex opinione aliorum[n]: [vel, 2. reipsâ,] ex spoliatione bonorum propter Christum, ut Heb. 10. 34[o]. Ægrè habebat ille Episcopus unde viveret, ideo quòd Smyrnæ qui essent Christiani erant pauperes. Vide simile 1 Cor. 1. 20. De voce πτωχῶν diximus ad Mat. 5. 3. Auctores nostri summam inopiam sic exprimunt. Sic ἐπτώχευσε de Christo, 2 Cor. 8. 9. & πτωχεία ib. 2[p]. ¶ *Sed dives es*] scilicet reverâ[q], & meâ æstimatione[r]; vel, in Deo †, Luc. 12. 21[t]. gratiâ[v], bonis & donis spiritualibus[x], fiduciâ in Deum & ejus providentiam[y]; pietate & αὐταρκείᾳ, 1 Tim. 6. 6, 18. Mat. 6. 20. Jac. 2. 7. simile ἀντίθετον 2 Cor. 6. 10. & 8. 2[z]. Hoc autem per parenthesin legendum est[a], q. d. cùm tamen dives sis[b]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὴν βλασφημίαν, &c.] *Et* (nempe *novi*, Dur.) *blasphemiam* (i. e. maledicta gravissima, ut βλασφημεῖν sumitur Mat. 27. 39. Marc. 15. 29. Act. 13. 45. & 17. 6. & alibi[c]:) *eorum*, (Nempe Judæorum in Christum, quem abnegabant & anathematizabant, 1 Cor. 12. 3. Vide & Act. 26. 11. & 1 Tim. 1. 13[d]. & in Christianos, Heb. 11. 36*. quos calumniâ sua odiosos fecerunt apud Gentiles[f].) *qui se dicunt Judæos esse* (i. e. qui jactant se solos Deum rectè colere ex instituto Legis[g], ut *Judeus* metonymicè sumatur pro uno Dei populo: alioqui non erat blasphemia, Judæum se Judæum agnoscere[h].) *& non sunt*, Be. Pi. &c. scil. veri Judæi[i], quoad spiritum[k]. *Judæos* illos dicit nomine, non re[l]; quia Deum Christum non confitebantur, quem prædicaverunt & coluerunt veteres Patriarchæ & Prophetæ[m]. Alluditur hîc ad originem vocis, planè ut Rom. 2. 28. Quomodo verè Judæi sint qui Deum in Christo patefactum non agnoscunt[n]? Al. De Gnosticis hîc loquitur, qui, ut persecutionem à Judæis effugerent, se circumcidebant, & Judæos esse simulabant, cùm non essent. Vide Gal. 6. 3, 12 ||. Al. Per *Pseudo-Judæos* hîc intelligendi sunt *Pseudo-Christiani*[o]; qui, dum se Christianos appellitarent, urgente persecutione fidem abnegabant, atque itâ contumeliâ maxima Christianitatem afficiebant[p]. Scilicet in Apocalypsi passim observare licet, *Judæos*, sive Synagogam Israeliticam, personam veræ Christi Ecclesiæ ex Gentibus surrogatæ sustinere. Sic cap. 7. Cœtus Ecclesiæ Christianæ exhibetur typo 144. *millium ex omnibus tribubus Israelis signatorum*[q]; nec immeritò, quia Ecclesia, quæ indè à rejectione Judæorum hucusque ex Gentibus colligitur, in Israelis vicem successerit, éstque quasi *surrogatus Israel*[r]. *Gentes* contrà typum Idololatrarum ejusdémque Ecclesiæ hostium: totâ nimirum parabolâ ex statu rerum sub V. T. mutuatâ, in quo veri Dei cultus apud unum Israelem viguit; Gentes verò reliquæ Idolis inservierint †. ¶ *Sed sunt synagoga* (vel, *concilium*, sive *congregatio*, V.) *Satanæ*] Quia eum imitantur, tum calum-

calumniando bonos, tum eorum vitæ insidiando; *ex Diabolo patre sunt*, ut pari de causa dictum Joh.8.44[t]. sunt congregatio impia & Satanæ obediens, & illius instinctu sæviens in Christianos [v]; & blasphema, quam agitat perdétque Satan [x]: sunt Satanæ discipuli, quem in synagogis suis docentem audiunt, ejúsque mendacia accipiunt, propagant, defendunt, cupiditatésque perficiunt [y]: videntur ibi synagogam habuisse, quæ, inquit, Diabolo potiùs quàm cultui Dei destinata videtur [z].

10. *Nihil-timeas*, &c.] Etiamsi majora ingruant. Sum enim is quem me esse dixi, suprà v.8 [a]. ¶ *Missurus*, &c. Μέλλει βαλεῖν ἐξ ὑμῶν, &c.] *Missurus est* (vel, *Daturus est*, Ca. vel, *Projiciet*, Æth. sim. Be. Pi. Mo.) *Diabolus* (Tanquam causa principalis, Eph. 6.13 [b]. per ministros suos [c], hostes Evangelii, Judæos & Gentiles [d], Paganos Magistratus [*], & milites [f]; quos instigavit Diabolus, Eph.2.2[g]. ex odio Christi & salutis humanæ [h]. Diabolo hoc imputat, tum in solatium piorum qui talem habent hostem, tum ad exaggerandum peccatum persecutionis [i].) *ex vobis* (sub. *aliquos*, Er. Be. Pi.P.G.Camer. De qua locutione diximus ad Mat.23. 34 [k]. De ministris hîc præcipuè agi docet, 1. perspicua hîc numeri mutatio è sing. in plur. 2. quia hæc probatio Ecclesiæ gravissima erat. 3. quòd aliquorum ex eis conservatio consolationi Ecclesiæ maximè inserviret, juxta Esa.30.20,21 [l].) *in carcerem* (Quo synecdochicè notat tormenta, exilia, martyria [m]:) *ut tentemini*, Er. &c. i.e. variis cruciatibus vexemini & probemini [n], vel, *exploremini*, Be. Pi. ut magis quàm antehac [o], periculum fiat constantiæ vestræ [p] in fide [q]. Vide Jac.1.2[r]. Sensus, q.d. Id quod fiet ut exploremini. Non enim Diaboli scopus is erat, sed Dei †. Prævisa tela minùs feriunt. Ideo persecutiones graviores videbis ferme omnes olim prædictas Ecclesiis. Hoc autem referendum, vel, 1. ad tempora M. Aurelii Veri & Antonini [t]. *Gravissima tunc erat persecutio in Asia* [v], Euseb.Hist.4.15 [x]. quæ & Smyrnensem Ecclesiam invasit, & Polycarpum oppressit [y]. Vel, 2. ad propiora tempora, sed quorum historia, ut multæ aliæ, ad nos non pervenit. ¶ *Habebitis tribulationem*] Non quamlibet θλῖψιν, sed istam, nempe captivitatis plurimorum. Clariùs id explicat MS. ubi est, ἔχητε θλῖψιν, i.e. *ut habeatis angustias* [z]. ¶ *Diebus decem*] Respicit hîc Decem illas Imperatorum Romanorum persecutiones [a]. Sed aliud sunt *persecutiones decem*, aliud, *persecutio decem dierum*. Illud persecutionem dicit decies redintegratam. Hoc persecutionis actum unum non interruptum [b]. Decem dies constant horis 240. Jam si annos putes ab anno Christi 85. circa quod tempus facta est secunda sub Domitiano persecutio, & Joannis Apostoli in Patmon relegatio ad annum Christi 325. quo Licinius à Constantino sublatus est, [& decima persecutio finita,] anni sunt præcisè 240 [c]. [Reliqui aliter.] *Decem dies* hîc intelligunt, vel, 1. indefinitè [d], ut sit numerus certus & finitus pro incerto & infinito [*]. Designat autem, vel, 1. dies multos [f], sive longum tempus: nam denarius est numerus multitudinis, quia numerorum omnium maximus [g], & in Decem finiunt unitates [h]. Sic *decies* pro sæpe, Gen.31.17,42. 2 Sam.19.43. Job.19.3 [i]. Vel, 2. dies paucos [k], ut Gen. 24.55. Amos. 5. 3. & 6.9 [l]. Quod accommodatius est scopo, h. e. consolationi, ut 1 Cor.10.13 [m]. 2 Cor. 4.17, &c [n]. Vel, 2. definitè, sive de certo tempore [o]; idque, vel, 1. de decem annis imperii Trajani [p], nempe ab anno decimo Imperii Trajani usque ad Adrianum [r]; quod spatium præcisè erat annorum decem, qui hîc positi sunt, quo spatio duravit hæc persecutio †. *Dies* pro *annis* stylo Prophetico convenit, ut Num.14.34. Ezec.4.5,6. Dan.9.24 [t]. & sæpe in hoc libro [v]. Sed *dies* etiam apud Prophetas Dies sunt, non Anni, ut quidam somniant. [Quod an rectè dictum vide Synopsin ad *Danielem*.] Apertum est quod dico ex Daniele, qui cùm prædixisset rem duraturam annos *bis mille trecentos*, 8.14. ait *visionem* hanc *esse veram*, 8.26. i.e. simpliciter, non figuratè, intelligendam, ut docet collatio loci Dan.2.45. Nihil adferunt quod ad rem sit qui contrà sentiunt. Nam vox ἑβδομὰς generalis est, & tam de Annis quàm de Diebus rebúsque aliis accipi potest: quomodo autem accipienda sit, docere nos debet loci cujusque materia. Numerorum verò 14.33. non annis datur ἡμερῶν nomen, sed per totidem annos pertrahitur mora in locis desertis, quot dies exploratores isti in exploranda terra malè insumpserant. Apud Ezec.4.6. jubetur Propheta *per 40 dies incumbere lateri suo*, ut intelligat Dei patientiam qui per annos tum 40. pessimos mores populi pertulisset [x]. Vel, 2. propriè [y]. Est enim consolatio ex brevitate temporis [z]. Simplex ac literalis sensus semper retinendus est, nisi perspicua ratio diversum suadeat [a]. Christiani isti Smyrnæi post *decem dies* liberati sunt à carcere, Magistratibus meliora de ipsorum vita edoctis, aut aliis acceptis à Roma literis [b], aut quòd immoti consisterent [c]. *Decem dies* tempus exiguum, Num.11. 19. satis tamen ad experimentum capiendum, Dan. 1. 12 [d]. ¶ *Esto fidelis* (i.e. constans in fide [*], in servandis promissis [f], in debita ac promissa confessione Christi [g]: Persta [h]: Nè deficias à pietate & veritate [i].) *usque ad mortem*] Quod notat, vel, 1. vitæ terminum [k], ad finem usque vitæ [l]: vel, 2. termini illius modum, nempe mortem pro Christo subeundam [m], q.d. pro Christo vitam etiam profundere paratus [n]. Idem monitum quod Mat.10.22. & 24.13. Marc. 13. 13 [o]. ¶ *Dabo tibi coronam vitæ*] i.e. Pro corona tui certaminis accipies vitam æternam [p]. Dabo tibi honorem Regium in vita illa æterna. Eadem locutio Jac.1.12. ubi dicta vide, & Psal.21.3. & Esa.62.2 [q].

11. *Qui habet*, &c.] Vide suprà v. 7. ¶ *Ecclesiis*] Nempe, Smyrnæ, & aliis ejusdem διοικήσεως [r]. Debent singuli verbum Dei audire acsi illis solis dictum esset †. ¶ *Qui vicerit*] Qui nec paupertate, nec carcere, nec graviore metu, vinci se patietur [t]: non qui sibi indulget, tentationibus omnigenis obsequitur, ad tempus diligens esse videtur [v]. ¶ *Non*, &c. Οὐ μὴ ἀδικηθῇ, &c.] *Non lædetur* (vel, *Nihil perversi patietur*, Sy. Quia qui injuriam patiuntur, iis nocetur, ideo Chald. נזק Esd. 4. 13. Dan. 6.2. & Græcum ἀδικεῖν, sumitur pro *nocere* per μετάληψιν [x].) *à morte secunda*, P. Il. Ti. Ca. &c. Mors prima est corporis, secunda animæ, cùm æternæ damnationi addicitur [y]. Duplex et mors & animæ & corporis, animæ prima mors est peccatum, secunda, projectio à facie Dei in æternum; corporis prima mors est separatio animæ, secunda, cruciatus æterni [z]. *Mortis secundæ* mentionem habes infrà 20.6,14. & apud Chald. Par. Deut. 33.6. Esa. 22. 14. ubi Kimchi exponit *mortem animæ in seculo futuro* [a].

12. *Angelo Pergami*] Pergamus urbs clarissima Troadis [b], regia Attalidarum [c]. ¶ *Qui habet romphæam*, &c.] id est, Gladium. Hoc dicit, respiciens illud v.16. *Pugnabo cum gladio*, &c [d]. [Sensus, q. d.] Qui omnium etiam intimorum in homine exactissimam facit dissectionem, & omnia rimatur. Vide suprà 1. 16. & ibi dicta [*]. Qui animam & corpus romphæâ suâ dissecare & perdere potest. Hunc ergò Christum timete, non persecutores [f]. Gladius hic est verbum Dei [g], Eph. 6. 17. Heb. 4.12 [h]. ut suprà 1. 16 [i]. quo Christus hostes suos pœnis spiritualibus percutit atque interficit [k].

13. *Ubi sedes* (vel, *thronus*, Be. Pi.) *est Satanæ*] i.e. Ubi Satanas regnat, sive dominatur [l], per Nicolaitas [m], per Gentes [n], per idololatras tyrannos [o], in idolo Æsculapii. Vide Papinium in Coma Earini, & Aristidem De Puteo Æsculapii [p]. In loco corruptissimo [q], & idolis deditissimo [r]; ubi residet Prætor Romanus, qui idololatriam tuetur cæde confessorum meorum †: Inter hostes meos professos, Judæos atque Gentiles [t]: ubi triumphabat impietas, etiam in judiciis, ubi persecutio & profanitas velut Lege sancita sunt [v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ κρατεῖς, &c.] *Et* (vel, *Nam*, Pi. vel, *Et* quòd, Be.) *tenes* (vel, *retineas*, Be. vel, *complecteris*, vel, *firmè retines*, Camer. Quanquam in præcipua paganicæ superstitionis sede habitas, tamen *retinuisti*. Κρατεῖν est *retinere*, *non sinere elabi*, ut infrà 25. & 3.11 [x]. Sic in proverbio apud Galenum, de professione & studio inani dictum, λάβε μηδὲν, καὶ κράτει καλῶς, *accipito nihil*, & *teneto strenuè* [y].) *nomen meum*, (i.e. professionem doctrinæ à me traditæ, ut Act. 21. 13. & alibi [z].) *& non negâsti* (Idem repetit [a];) *fidem meam*, Mo. &c. i.e. doctrinam fidei [b] in me [c], vel, à me traditam [d]: Non negâsti aut verbis, aut

aut factis, te esse Christianum, ut infrà 3. 8*. sed hoc palàm & publicè professus es[f]. Magnum est inter malos bonum se præstare: Phil. 2. 15. 2 Pet. 2. 7[g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς Ἀντίπας ὃς ἀπεκτάνθη παρ' ὑμῖν] In MS. est ἐν ταῖς ἡμέραις Ἀντίπας — ὃς, &c. nec aliter legit Latinus. Est autem ἐλλειπτικὴ constructio simul cum Trajectione, qualis, *Urbem quam statuo vestra est* — pro, *Urbs, quam urbem statuo, vestra est*. Ità hic sensus est, ἐν ταῖς ἡμέραις Ἀντίπα, ὃς Ἀντίπας ὁ μάρτυς μου, ὁ πιστός μου, ἀπεκτάνθη[h]. *Etiam iis diebus quibus* (sub. *fuit*, vel *vixit*, Camer. Be. Zeg. Pi. Rib.) *Antipas martyr* (vel, *testis*, Pi.) *ille meus fidelis, qui trucidatus est apud vos*, Be. Pi. De Antipa nihil in historiis Ecclesiasticis reperio[i], quod mirum. Forsan consultò factum, ut sciamus homines pios, obscuros licèt, Deo cognitos esse[k]. Fuit hic Pastor sive Episcopus ejus Ecclesiæ sub Domitiano, fortis fidei assertor, & ob eam in æneo bove combustus[l]; ut referunt Metaphrastes Simeon, & Romanum Martyrologium[m]. Sed quòd ex feris Græcorum Menologiis dicitur hic passus sub Domitiano non magìs fidem meretur quàm quòd dicitur in bovem conjectus æneum: quale supplicium ignotum est Romanis legibus, quæ & Pergami valebant. Quare pro vero haberi debet, Antipam hunc fuisse interfectum à plebe commota per Sacerdotes Æsculapii: qualis mortis pericula sæpe adiit Paulus. Multum erat tam sævâ morte non fuisse territum[n].

14. *Sed habeo adversùm te pauca*] Nempe dicenda[o]; vel, quæ tibi objiciam & à te velim emendari[p]. Vide suprà v. 4[q]. Populi errata Episcopo tribuit[r]. ¶ *Doctrinam Balaam*] Sic vocat doctrinam Nicolaitarum †, quæ illi suppar erat[t]; quia utraque permisit & idolothytis vesci, & promiscuè scortari[v]. Vide Num. 23. & 24. & 25[x]. ¶ *Qui docebat Balac* (Regem Madianitarum, Num. 22. & seq. Id verò quod narratur Num. 25. factum esse ex Balaami consilio, ex traditione semper apud Hebræos constitit, ut diximus ad Num. 25. & Mic. 6. 5. & 1 Pet. 2. 15. & Judæ 11. Et colligi id ipsum potest ex Num. 31. 16[y].) *mittere scandalum* (vel, *objicere offendiculum*, Be. Pi. id est, mulieres mittere, quæ formâ suâ scandalo essent[z].) *coram filiis Israel*] i. e. Perniciem struere Israelitis, Deum ipsis faciendo iratum. Sic σκάνδαλον sumitur Jos. 23. 13. 1 Sam. 18. 21. Psal. 69. 22. & 106. 36. Ἐνώπιον cum Genitivo hìc tantum valet quantum Dativus. Sic לפני sæpe apud Hebræos. In MS. est, ὃς ἐδίδαξε τῷ Βαλὰκ βαλεῖν σκάνδαλον, i. e. docuit Madianitas in usum & ad preces Balaci Regis[a]. ¶ *Edere*, &c. Φαγεῖν, &c.] *Edere idolothyta* (vel, *simulacris immolata*, Be. Pi. nempe, à mulieribus Moabiticis & Midianiticis[b]. Non tantùm Israelitæ illi *ederant de immolatis*, sed & diis Madianitarum cultum exhibuerant: Verùm satis hìc habuit Christus id dicere quod illi Israelitæ cum Nicolaitis habebant commune[c].) *& fornicari*, Mo. Cum dictis mulieribus[d], quæ eos ad fornicandum invitabant, eâ lege ut priùs venerarentur Camos idolum Moab, vel saltem carnes ederent illi immolatas. Consilium autem Balaami erat, ut ab offenso tantis sceleribus Deo Hebræi desererentur & punirentur, atque ità à Moabitis devincerentur*.

15. *Ità habes & tu*, &c.] Nempe, pro membris Ecclesiæ tuæ, cùm eos ejicere deberes[f]. Debueras adversùs eos uti gladio Christi, sicut Angelus ille gladium habens Balaamo restiterat, Num. 22. 22, 23[g]. Peccant præfecti Ecclesiarum qui hæreticos in Ecclesia tolerant: nec minùs peccant subditi cum iis familiariter sine necessitate conversantes, quia ab iis grande & manifestum imminet fidei morùmque periculum, quod Lege divinâ & naturali fugere tenentur[h]. ¶ Ὃ μισῶ] *Quod* (scilicet factum tuum[i]: vel, *Quos*, V. [quasi legisset οὕς.]) *odi*] Ut antè v. 6[k]. Hìc Nicolaitarum doctrinam habes, suprà v. 6. opera. Itaque & corruptissimi erant moribus, & mores in doctrinam vertebant[l]. Illud ὁμοίως [*similiter*, quod Vulgatus ponit initio v. seq.] in MS. pertinet ad v. 15. ut fit Pleonasmus in οὕτως & ὁμοίως. Sic ὁμοίως καὶ ὡς, Luc. 17. 28. Et quia Pleonasmus iste quosdam offendebat, eò factum est ut in quibusdam Codicibus ὁμοίως mutaretur in ὃ μισῶ[m].

16. *Pœnitentiam age*] h. e. Errorem corrige[n]. Noli posthac tam remissus esse: utere acrioribus remediis, ut in gravi periculo[o]. Nicolaitæ igitur videntur palàm, indulgente Episcopo, cœtus habuisse, & nefaria sacra fecisse cum fidelium scandalo[p]. ¶ *Sin minùs*] i. e. Ni id facis[q]. ¶ *Veniam tibi*] Ut te ob negligentiam puniam[r]. Eadem locutio quæ suprà v. 5 †. ¶ *Et pugnabo cum illis* (i. e. tuis qui illam doctrinam sequuntur[t]: & tecum, & cum illis[v].) *in gladio oris mei*] Pœnas minando vel irrogando[x], sententiam mortis in eos ferendo[y], & inferendo[z]; eos convincendo & damnando[a]: vel, verbo meo, quod solum sufficit ad omnes impios perdendos[b]. Prophetas suscitabo in Ecclesia qui id faciant quod Episcopus negligit, & fortiter se opponant Nicolaitis & plebem ab eis abstrahant. Dicitur Christus facere quod per Prophetas facit, sicut Deus dicitur *pugnâsse*, pugnantibus Israelitis, Exod. 14. 14, 25. Deut. 1. 30. & 3. 22. Jos. 10. 42. & 23. 3. 2 Par. 20. 15[c]. Allusio est ad historiam veterem. Nam & Balaam & ejus consilium secuti Ismaelitæ gladio periere, Num. 25. 5. & 31. 8[d].

17. *Quid spiritus dicat*, &c.] i. e. Quid visum hoc dici velit Pergamenæ Ecclesiæ & ejus filiabus. Vide suprà 7. 11 †. ¶ *Vincenti*] i. e. In fide vera perseveranti*, & strenuè se opponenti Nicolaitis[f]. ¶ *Dabo*, &c. Δώσω αὐτῷ φαγεῖν, &c.] *Dabo ei edere* (Nam solebant victores epulo excipi, Gen. 14. 18[g].) *ex Manna illo absconditu*, Pi. i. e. ex Manna vero & cœlesti, Joh. 6[h]. Alludit ad Psal. 105. 46. & Joh. 6[i]. Per *Manna* hoc intelligit, vel, 1. cognitionem exactiorem non tantùm præceptorum Dei, sed & dispensationum ejus. Vide quæ dicta ad Joh. 6. 33. Ea res magnam in se habet dulcedinem quæ per Mannæ dulcedinem adumbrata est[k]. Vel, 2. consolationem spiritualem[l], quam Deus Christianis exhibet in hac vita; quæ oritur ex praxi virtutum Christianarum, præsertim ex confessione Christi & perpessione pro eo[m]. Vel, 3. gratiam Dei per mortem Christi partam[n]. Vel, 4. Jesum Christum[o], quem Deus vincenti promisit, qui est *panis de cœlo verus*, Joh. 6. 32[p]. plenámque Christi in cœlis fruitionem[q]. Manna *absconditum* vocat, vel, 1. q. d. τὸ νοητόν. Vide quæ de similibus locutionibus diximus ad Mat. 26. 29. Luc. 22. 16. Sic ὁ ἐν κρυπτῷ, Rom. 2. 29. ὁ κρυπτὸς ἄνθρωπος, 1 Pet. 3. 4[r]. Vel, 2. per allusionem ad Mannæ urnam jussu Dei in Sacrario juxta Arcam Fœderis reconditam †; vel, 3. q. d. repositum, ut solent quæ servantur in loco abdito. Vide Psal. 31. 20[t]. Vel, 4. quia, ut Manna Israelitis ignotum erat, unde & illi nomen, Exod. 16. 15[v]. [ità] hoc Manna est ignotum inexpertis[x], & impiis[y], & omnibus quibus non revelatur à Patre, Matth. 11. 25, 27. & 17. 17[z]. vel, 5. quia non omnibus datur, sed reservatur electis[a]. ¶ *Calculum*, &c. Ψῆφον λευκὴν] *Calculum* (vel, *Lapillum*, Camer.) *album*, sive *candidum*, Be. Pi. Er. &c. *Calculorum* multiplex erat usus apud veteres; 1. ad computandum[b]; 2. in judiciis; 3. in Comitiis[c], & suffragiis ferendis; 4. ad notandos dies[d]; 5. in theatris & certaminibus*. [Hinc variant:] Per *calculum album* hìc intelligit, vel, 1. summam dignitatem & felicitatem[f], vel, sententiam felicitatis gloriæque æternæ[g]; vitam felicissimam quæ in hac vita incipit, sed plenè in futura possidetur. Felices dies albis lapillis numerabantur, nigris infelices[h]. Vel, 2. absolutionem, publicam scilicet & plenissimam, Matth. 25. 34[i]. symbolum testémque sententiæ absolutoriæ Christi Judicis[k]. Judices albis calculis utebantur ad absolvendum, nigris ad condemnandum[l]: de quo vide Budæum in Comment. & Erasm. in Prov[m]. Sed obstat quòd ψῆφος non dabatur reo, sed in urnam mittebatur[n]. Ità quidem, sed Filiis Dei calculus datur quo absolvuntur. Typi autem ad rerum quarum typus sunt naturam inflecti debent[o]. Vel, 3. symbolum victoriæ & præmii vincenti debiti[p]. Agitur hìc, ut ex omnibus his Epistolis constat, de præmio τῶν ἀθλησάντων[q], sive victorum in Agonibus[r]. Liquet id ex præcedentibus, cum quibus hæc jungenda sunt. Alluditur hìc ad Hieronicarum præmia, quibus dabatur epulum de publico. Non temerè autem admittebantur, nisi symbolo fidem facerent se esse τῶν ἱερῶν συσσίτων. Quomodo etiam annonam civicam panémque gradilem accipiebant datis tesseris. Erat ergò hìc calculus albus symbolum & tessera συσσιτίας, ut admittantur ad epulum Mannæ quo eos Dominus excipiet. Nec mireris tesseram hic appellari *calculum*, cùm

Marginal notes (left column): * G. f Dur. g G. h Idem. i Rib. sic Cot. k Cot. l Areth. in Par. sim. Ham. Q. in Rib. m Rib. n G. o Rib. p Me. q G. r Gag. † Me. t Dur. v Par. sic Rib. Me. Dur. Clu. Gag. x Er. Jun. Pi. &c. y G. z Rib. Me. a G. b Pi. c G. d Pi. sic D. * T. f Dur. g G. h E. i Camer. k Bri. l Cot. m G. n Par. o G.

Marginal notes (right column): p Par. q G. r Rib. † G. t Rib. v T. sim. Par. x Par. y Me. T. z Me. a Par. b Gag. c G. d G sim. Rib. † G. * Par. f G. sim. Par. Rib. g G. h L. i Ee. k G. l Me. T. Ham. m Ham. n Pi. o Gag. Par. Dur. Clu. Gom. p Gag. q Gom. r G. † Cap. sim. Cot. Par. t Me. v Gom. sim. Rib. x Me. sim. Per. y Par. z Gom. a Rib. b Per. Rib. c Per. d Per. Rib. * Per. f Zeg. g Me. T. sim. Rib. h Rib. i Gom. k Pi. sim. Par. Dur. Clu. Cot. l Rib. sim. Pi. Clu. m Rib. n Pet. Var. lect. cap 8. o Cot. p Per. q Pet. ib. r Ham. sim. Per.

cùm & *titulus æneus* in Jure vocetur †. Iis qui in sacris Græcorum certaminibus vicerant dabantur εἰσηλαστικά, i.e. *frumentationes*, aut *reditus* quidam. Docent id nos Vitruv. Præfatione l. 9. Plin. Epist. 119. & 120. Justinus ad Zenam. De ea re, cùm à certamine abibant, accipiebant tesseram cum inscriptione quantitatis ejus quod accepturi erant. Et hoc esse quod vult dicere Arethas. Et *tesseræ* hîc comparatur Spiritus Sanctus, quem[*] qui habet certus est perpetuæ opimitatis [ξ]. Οἱ βραβευταὶ victori dederunt *calculum album*, cui ipsius nomen inscriptum erat cum qualitate præmii. Solebant & Romani Cæsares in ludis suis in populo projicere tesseras ligneas, quibus inscriptum est nomen Frumenti, Argenti facti, Servorum, Vestium, &c. Ei autem qui aliquam ex his arripuit datum est quicquid in tessera ejus scriptum erat. Sic & Aristides orator dicit se ab Æsculapio ψῆφον accepisse. Vide Canter. Nov. Lect. 5.21 [v].

¶ *Et in calculo nomen novum*] id est, [Vel,] renovatum, ut Joh. 13.34. & 1 Joh. 2.8 [x]. vel, rarum, eximium & præclarum, ut *novum* sumitur Psal. 33.3. Apoc. 3.12. & 14.3 [y]. i.e. Ut sit & dicatur filius & hæres Dei [z], Joh. 1.12. Rom. 8.17, 24 [a]. Hæc appellatio desumpta est ex Esa. 62.2. & 65.15. ut est in Græco [b]. In calculis scribebantur nomina, tum absolvendorum aut damnandorum, tum eorum, quibus in comitiorum suffragiis favebatur [c]. Hoc autem nomen à se incidi pronunciat Dominus, quia cavebatur nè quis nomen suum tesseræ inscriberet [d]. ¶ *Quod nemo scit nisi qui accipit*] Ut tesseram inspicere potuit is solus qui habuit, & cui ille patefecerit [*]: q. d. Ineffabile est hoc nomen, sive hæc beatitas, filiorum Dei [f]. Id nomen quanti sit nemo scit nisi qui id experitur [g]. Vide Joh. 1.12. Gal. 4.6. Vide quantum differat hæc tessera ab illis εἰσηλαστικοῖς. In illis quivis legit quid valeant; hæc quantum valeat novit is demum qui eam habet [h].

18. *Angelo Thyatiræ*] Non fuit hic Carpus, sed aliquis eo vetustior. Est autem Thyatira urbs modò Mysiæ, modò Lydiæ, attributa [i]; urbs ultima Mysiorum, colonia Macedonum [k]. Hæretici hinc contendebant rejiciendam esse Apocalypsin, quia nulla jam erat Ecclesia Thyatiræ [l]. Resp. 1. Johannes ergò hîc Propheticè prædicit statum futurum illius Ecclesiæ [m]. 2. Fuit ibi Ecclesia, sed ex Judæis, non ex Gentibus, ut Thessalonicæ ante Pauli adventum [n]. Ibi erat Lydia illa Act. 16. Et in locis illis vicinis Johannes diu prædicavit, &c [o]. ¶ *Qui habet oculos tanquam flammam ignis*] i.e. Qui est perspicacissimus [p]; qui videt scelera Jezabelis, quæ tu non vides, aut ad ea connives [q]: qui iram suam ostendet in fornicariam illam, &c [r]. Vide suprà 1.14 †. ¶ *Et pedes*, &c.] Ut suprà 1.15 [t]. Cujus actiones omnes & puræ sunt & splendidæ [v], justæ & incorruptæ; & cujus potentia est irresistibilis [x]: qui hostes *confringet*, &c. ut hîc sequitur [y].

19. *Fidem & charitatem*] Egregiam bigam, ut Gal. 5.6. Eph. 6.23. &c [z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὴν διακονίαν] *Et subministrationem*, Be. Pi. i.e. Benefacta in pauperes [a], in sanctos [b]. Ità vox ista sumitur 2 Cor. 9.1, 12, 13 [c]. Al. Functionem ministerii tui cum diligentia [d]. ¶ *Patientiam*] i.e. Constantiam in adversis ferendis [*], Christi causâ [f]. ¶ *Novissima plura prioribus*] id est, Profectum tuum in pietate, fidelitate & patientia [g]: Opera tua esse numero plura, gradu vividiora, & magis spiritualia præstandi modo [h]. Magna laus Episcopi, non modò non fatiscere sub longo labore & malis, sed in dies proficere in melius [i].

20. *Pauca*] Non quòd levis esset culpa, sed medici instar extenuat morbum, ut æger non desperet, sed curam admittat [k]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἐᾷς, &c.] *Quod* (vel, Nempe *quod*, Pi. ὅτι est εἰδικὸν, ut Matth. 26.54. 1 Cor. 11.17, 23. 2 Cor. 11.14 [*].) *permittis* (Cùm impedire possis [l]: quòd eam non coerces censuris Ecclesiæ [m]. Pro ἐᾷς G. habet ἀφεῖς. Sic MS. & ità legerunt Veteres omnes. Scriptum autem hîc per incuriam ἀφεὶς, pro ἀφῆς. Sensus est, *Volo ut dimittas illam uxorem*. Id enim ἀφιέναι, ut videre est 1 Cor. 7.11, 12, 13. At verò ἀφεῖς in Indicativo Græcè non dicitur [n].) *mulierem* (Solet Diabolus ad talia sæpe adhibere mulieres, quia hæ & citiùs falluntur, 2 Tim. 3.6, 7. & vehementiùs ac diligentiùs agunt quod illis lubet, & faciliùs sæpe & efficaciùs venenum suum aliis infundunt [o].) *Jezabel*, Be. Pi. &c. *Jezabelem* hîc vocat, vel, 1. Synagogam universam Pseudo-apostolorum [p], vel Judæorum [q]; vel, ordinem Doctorum, qui hæc ibi docebant, quos *mulieris* nomine notat, quòd virorum titulo indigni essent [r]: vel, 2. hæresin Nicolaitarum ||, vel Gnosticorum †: [de quibus fusè hîc differit Ham.] vel, 3. virum aliquem, quem ob peccati mollitiem *mulierem* appellat [t]: vel, 4. uxorem Episcopi Thyatirensis [v], ut putant Veteres; sic dictam ideo quòd rerum malarum esset magistra, & in Ecclesia primi viri uxor, sicut vetus illa Jezabel Regis uxor fuit Achabi, 1 Reg. 16.31 [x]. Sed istius rei nulla est probatio, & Johannes acriùs Episcopum reprehendisset [y]. Vel, 5. mulierem quampiam in illa urbe [z], hæreticam [a], nobilem & potentem [b], & persecutricem [c]; authoritate & sanctitatis specie illustrem, sed impuram [d], scortum [*], & veneficam [f], illi Achabi uxori similem [g], vafritie & nequitiâ, &c [h]. ¶ *Quæ se dicit* (sed falsò [i]:) *Propheten*] Vel, *Prophetissam*, Be. Pi. Quæ prædicit futura [k]. Sicut illis temporibus erant quædam fœminæ verè instructæ Prophetiæ dono, Act. 21.9. ità erant quæ falsò id sibi arrogarent; quales postea illis in locis Priscilla, Maximilla, Quintilla. In MS. ἡ λέγουσα αὐτὴν, ut rectus sit pro obliquo: quod Johanni perquam familiare. ¶ *Docere*, &c. Διδάσκειν καὶ πλανᾶσθαι, &c.] Διδάσκει καὶ πλανᾷ [sic enim G. legit:] i.e. ἡ διδάσκουσα πλανᾶν. *Docet*, nimirum quasi Prophetico Spiritu: nam alioqui *fœminis docere non permittebatur*. Vide quæ dicta 1 Cor. 14.35 [l]. & 1 Tim. 2.12. Quin & Prophetissæ illæ extraordinariæ, quales erant Philippi filiæ, Act. 21. vetantur publicè & authoritativè prædicare; & silentium illis injungitur 1 Cor. 14. ubi tamen de Prophetis extraordinariis sermo est [m]. *Docere & seducere meos servos* (h.e. membra familiæ & Ecclesiæ meæ; non Paganos, sed Christianos, eósque inprimis qui & doctrinâ & vitâ inculpati erant. Hoc dicit, tum, ad exaggerandum peccatum & seducentium, & eorum qui seducuntur; tum, cautelæ ergò, nè quis securus sit, &c [n].) *fornicari* (vel, 1. spiritualiter, deficiendo à Deo; vel, 2. corporaliter [o]: dum docerent, scortationem non esse peccatum [p]:) *& idolothyta manducare*, Mo. &c. Non obstante scandalo [q], vel, periculo relabendi in idololatriam [r], vel, præcepto sive decreto Apostolico †, Act. c. 15. v. 29. ubi dicta vide [t].

21. *Dedi illi tempus*, &c.] Non statim illam ex hac vita eripui, sicut merebatur, etiam secundùm Mosis Legem; cùm ad malas doctrinas suam etiam impudicitiam adjungeret, suspicante fortè, sed non planè id sciente, Episcopo. Facilè à Scortatione ad Adulteria venitur, ait Dion [v].

22. *Mittam* (vel, *Dejiciam*, V. sim. Be. Pi.) *eam in lectum*] Non voluptatis, luxûs [x], amoris [y], sed languoris & doloris [z], vel, in quo cubant ægroti: de quo vide 2 Sam. 13.5, 6. 2 Reg. 1.4 [a]. ¶ *Qui mœchantur cum ea*] Vel, 1. spiritualiter [b], per Idololatriam, quæ passim *adulterium* vocatur [c]: vel, 2. corporaliter [d], simpliciter †, [sive propriè.] ¶ *In tribulatione*, &c.] Vel, interna, h.e. tormento conscientiæ: vel potiùs, externâ; aut, à magistratu animadversuro in fœdissimas impuritates, aut ab hostibus ||. Mœchabatur illa cum multis suarum sententiarum hominibus: quibus Deus mala gravia minatur. Vide ad Ezec. 13.18. & seq [*]. ¶ *Nisi pœnitentiam*, &c.] En longanimitatem Dei. Impurissimum scortum ad pœnitentiam revocat [f]. Crudelis ergò erat Tertulliani & Novatianorum sententia, quâ fidelibus in mœchiam, aliáve peccata mortalia, lapsis veniam & reconciliationem Ecclesiæ & Dei denegabant [g].

23. *Filios ejus* (i.e. Ejus adulterinam sobolem [h], liberos & domesticos [i]; vel, discipulos [k]:) *interficiam in morte*] Nempe secundâ [l]: vel, peste [m], quæ κατ' ἐξοχὴν dicitur *mors*, ut Matth. 24.7 [n]. & infrà 6.8 [o]. Aut est Pleonasmus Hebraicus emphaticus, q. d. Internecione delebo [p], interfectione interficiam: Geminatio Hebræis significatum auget: omnino perdam [q], nè ad hæreditatem sibi non debitam perveniant. ¶ *Scient omnes Ecclesiæ*] Quæ sunt in Lydia, Mysia, & locis vicinis [r]. ¶ *Scrutans renes & corda*] i.e. Intimas cogitationes cordísque affectus †, in Jezabele [t]. Eadem locutio Jer. 11.20. & 17.10. & 20.12. Per *renes* intelliguntur Desideria,

† Pet. ib. ξ G. v Ham. x Gom. y Par. z Me. T. sim. Rib. G. Pi. Zeg. Par. Gom. a Par. b G. c Rib. ex Er. d Pet. ib. * Ham. f Par. g G. sim. Rib. h G. i G. k Me. l Rib. m Epiph. in Rib. n G. o Rib. p G. q Me. r Rib. † G. t Par. v G. x Dur. y Rib. z G. a G. sim. Be. Pi. Par. Dur. b Pi. Be. c G. d Clu. sim. Me. * G. sim. Par. f Par. g Clu. h Dur. i G. k Par * G. l T. m Dur. n G.

o Dur. p Q. in Gag. q Alcas. in Par. r Cot. || Q. in Gag. † Ham. t Q. in Zeg. v Q. in Per. sic G. x G. y Per. z Per. sic Rib. La. Me. Pi. Dur. a La. b Rib. La. Per. c Rib. d Par. * Li. chron. 155. f Par. Li. g Pi. Par. sic Me. h Par. i T. k D. l G. m Dur. n Idem. o Gag. p Dur. q T. sic Me. Dur. r T. † T. G. t G. v Idem. x Par. y G. z Par. sim. T. ex Areth. a G. b Dur. c Be. d Dur. † G || Par. * G. f Par. sim. Dur. g Clu. h G. sic Dur. Par. i Rib. k Cot. Li. chron. 155. l D. m G. D. Li. ib. n G. o D. p Be. q Rib. r G. † Rib. t Me.

sideria, ut & Psal. 139. 13. Prov. 23. 16. Jer. 12. 2. Per *cor* Cogitata, ut 1 Sam. 16. 7. 1 Reg. 8. 29. 1 Par. 28. 9. &c. Hoc vult Christus, Quomodo adulteria quamvis maximè tecta me laterent, qui & primas cupiditates & deliberationes eò tendentes introspicio [v]? Hoc dicit, quia mulier illa ejúsque comites sanctitatem simulabant, & scelera tegebant; alii autem non se prodebant, sed animo tamen assentiebantur illis [x]. At, inquit, imposturæ ejus haud clam me sunt, agnoscent omnes omniscientiam & Divinitatem meam [y]. ¶ *Et dabo unicuique vestrûm*, &c.] A tertia persona transit ad secundam, ut sæpe fit in Prophetis [z]. Hic sermo pertinet ad Thyatirenses qui se à falsa Prophetide decipi siverunt. Jubetur Episcopus hæc illis dicere; bonis verò, ea quæ sequuntur [a].

24. *Vobis*, &c. Ὑμῖν δὲ λέγω, καὶ τοῖς λοιποῖς, &c.] Illud καὶ omittitur in MS [b]. & Græc. cod. Complut. & Reg [c]. & bene [d]. Duo enim Thyatirensium genera designat Christus [*]. Sed alii cod. Græci καὶ legunt [f], quomodo & Arethas [g]. [Sic vertunt:] *Vobis autem* (Nempe, Pastoribus Ecclesiæ Thyat [h]:) *dico, & reliquis Thyatirensibus*, Be. sim. Er. Mo. &c. Qui scil. vestræ fidei concrediti sunt [i]; h. e. reliquis de grege [k], qui in sana doctrina perstitistis [l]. *Et* hîc ponitur pro *id est* [m]. ¶ *Quicunque*, &c. Ὅσοι οὐκ ἔχουσι, &c.] Est hîc Verbum personæ 3. pro 2. quod frequens Hebræis post Pronomen relativum [n]. *Quicunque non habent* (i. e. non recipiunt, non tenent [o], non approbant [p]. Ἔχειν hîc quod κρατεῖν [q], suprà [r], & v. seq †. *adhærere ei* [s].) *doctrinam hanc*, Mo. Isti-Pseudoprophetidos [v]. ¶ *Qui non*, &c. Οἵτινες οὐκ ἔγνωσαν τὰ βαθέα —— ὡς λέγουσιν] *Non cognoverunt* (vel, *approbârunt*, Pi. La. Me. Gom. &c. ut Matth. 7. 23 [x].) *profunda* (i. e. solertia consilia [y], profunda mysteria [z].) *Satanæ*, (Quia Deus habet profunda sua, 1 Cor. 2. 10. Satanas impietatibus suis profunditatem tribui amat [a].) *quemadmodum dicunt*, Mo. vel, *ut aiunt*, Pi. Be. &c. id est, sicuti loqui & jactare solent [b]: q. d. Ità illi appellant suos errores & commenta [c]. Illud autem, ὡς λέγουσι, referendum non ad *Satanæ* nomen [d], sed ad τὰ βαθέα [*]. Ipsi vocabant τὰ βαθέα τῆς γνώσεως [f], profunda mysteria religionis & veræ felicitatis [g], doctrinam subtilem & mirè profundam [h], rerum divinarum abstrusissimarum cognitionem [i], sibi solis comprehensibilem [k], abstrusam sapientiam & Apostolicâ longè perfectiorem [l]; putantes se perspicere quod non perspicerent alii, ἀδιάφορα esse Scortari & Vesci immolatitiis. At Christus dicit esse *profunda Satanæ*; quibus opponuntur *profunda Dei*, 1 Cor. 2. 10. Rom. 11. 33. Simile loquendi genus, ubi in sermone alieno ponuntur verba rei, non personæ isti, congruentia, habes Esa. 31. 9. & 44. 19 [m]. ¶ *Non mittam super vos aliud pondus*] Vel, *onus*, Be. Pi. vel, 1. pœnæ [n], sive comminationis aut denunciationis [o], ut *onus* sumitur Jer. 1. 23 [p]. Sic legimus *onus Babylonis*, *Edom*, &c. q. d. alias tribulationes [q]. Adversùm vos nihil gravius denunciabo, contentus vobis significâsse quid in vobis requiram [r]. Non immittam vobis aliam tribulationem quàm hactenus habuistis †. Vel, 2. tentationis arduæ & difficilis. Sufficit vobis, quòd cum istis scandalis, hæresibus, dolis atque illecebris, conflictati estis [t]. Vel, 3. præcepti [v], ut Act. 15. 28, 29 [x]. q. d. Non præscribam vobis alias vivendi leges quàm quæ per Apostolos traditæ sunt [y]. Non imponam vobis graviora mandata [z], ut observationem Legis [a], aut ullius ceremoniæ [b], quam Pseudo-apostoli vobis imponunt [c]; sed illud duntaxat onus, de quo Act. 15. 28 [d]. quod quidem pondus est Gentibus libertati carnis assuetis [*], sed pondus longè minus & mitius quàm sit vel Gentilium, vel Judæorum [f]. Jactant illi se rerum multarum cognitione: Eam à vobis non exigo. Βάλλειν βάρος ἐπί τινας idem quod ἐπιτιθέναι βάρος, *exigere aliquid ut ad salutem necessarium*, Act. 15. 28 [g]. Satis ad salutem vobis erit, doctrinam per Apostolos traditam fideliter tenere [h].

25. *Tamen*, &c. Πλὴν, &c.] *Tamen* (vel, *Tantùm*: Sic πλὴν sumitur Luc. 11. 41. & 12. 31. Act. 20. 23. Respondet Hebræo אך [i].) *id quod habetis* (i. e. Dogma Evangelicum [k], quod bene percepistis [l]; vel, sanam doctrinam [m], vel, mandata quæ accepistis [n]:) *tenete* (vel, *retinete* sine ulla mutatione [o].) *donec venero*, Pi. sic Be. Vel, 1. ad judicium adversus Jezabelem [p]. Vel, 2. ad plenioren mundi reformationem [q], & Evangelicæ doctrinæ patefactionem; q. d. donec Judæi & Gentiles in unum populum conveniunt: neque enim illud Act. 15. in omne tempus præceptum est, sed cessante causâ [offensione Judæorum:] cessavit effectus, & quod tunc comedi non licebat, postea licuit [r]. Vel, 3. ad exscindendos Judæos & Gnosticos persecutores Christianorum †. Vel, 4. corpore meo, in nubibus, è cœlo [t], ad judicium [v]; quod quia incertâ die promissum est, semper à Christianis exspectari debet [x]. Secundum hunc Christi adventum memorat, ut doceat, se certò rediturum, & de Ecclesiis suis examen instituturum; & debere fideles hunc unicum perseverantiæ suæ terminum constituere [y]. Pro ἄχρις οὗ in MS. est ἕως οὗ, quomodo Matth. 1. 25. & alibi sæpe [z].

26. *Et*, &c. Καὶ ὁ νικῶν —— δώσω αὐτῷ ἐξουσίαν ἐπὶ τῶν ἐθνῶν] *Et* (vel, *Nam*, Pi.) *vincens* (vel, *quod attinet ad eum qui vicerit*, Pi. Est hîc Hebraismus: nam Græca constructio fuerat τῷ νικῶντι καὶ τηροῦντι, omisso illo αὐτῷ quod sequitur †. Nominativus absolutè positus [a], ut Psal. 11. 4. & 18. 31. Rom. 8. 3 [b]. vel, *si quis vicerit*, Be. sic Vulg. Nempe impietatem [c]: qui non cesserit terroribus aut blanditiis impiæ Jezabelis [d]: qui ista mala dogmata spernet. Repetitur semper illud ὁ νικῶν, sed intelligendum pro re quaque subjecta [*].) *& custodiens* (vel, *retinuerit*, Ca. *servaverit*, Pi. *observaverit*, Be. La.) *usque in finem* (scil. hujus vitæ [f], ut suprà v. 10 [g]. vel, militiæ sive pugnæ. Priùs enim non habetur victoria, nec datur corona [h].) *opera mea*, (i. e. vel, 1. à me patrata; q. d. qui oculos & mentem jugiter intendit in opera mea & perseverantiam meam, ut me utraque in re imitetur [i]: vel, 2, à me præcepta [k], ut Joh. 6. 28, 29 [l]. Præcepta de operibus [m], & pietatis communibus, & vocationis propriis [n]. Hoc ipsum dicitur τηρεῖν τὰς ἐντολὰς, sive τὸν λόγον, sive τοὺς λόγους, infrà 3. 8, 10. & 12. 17. & 14. 12. & 22. 7, 8 [o]. qu. d. qui cessavit à propriis operibus, ut Heb. 4. 10. & mihi vivit, ut est 2 Cor. 5. v. 15. voluntatem meam pro regula, & gloriam meam pro fine, habens [p].) *dabo illi potestatem super Gentes*, Mo. [Variè explicant:] Eveham illum in gradum Presbyteri, ut judicet de iis qui non Christianè, sed ἐθνικῶς, vivunt. Vide Matth. 18. 17 [q]. Al. Sensus est, Sceptro verbi hostes veritatis prosternet & comminuet, 2 Cor. 10. 4, 5 [r]. Al. Dabo illi magnam vim & efficaciam in Gentium conversione & sanctificatione †: Propagabunt Evangelium inter Gentes, iisque conversis Episcopi erunt [t]. Al. Dabo illi communionem regni & gloriæ meæ, Matth. 19. 28. & 25. 34. Rom. 8. 17. 1 Cor. 6. 3. Eph. 2. 6. 2 Tim. 2. 12. & 3. 21. & c. 4. v. 4 [v]. Participabit de mea victoria in gentes [x], vel de meo dominio & gloria in cœlis [y]. Potestatem exercebunt in die judicii in omnes gentes quæ Christo non paruerunt [z], & in eos à quibus tentati sunt ut corrumperentur [a]; judicantes eos cum Christo, & æternæ morti tradentes [b]. Quod hîc promittitur non datur in hac vita [c], ut plerique volunt, sed post mortem [d]; non enim promittitur pugnanti in terris [*], sed victori seu perseveranti *ad finem* vitæ [f].

27. *Et*, &c. Καὶ ποιμανεῖ, &c.] Est ex LXX Psal. 2. 9. ubi non legerunt ut Masoretæ, תרועם, sed תרעם, à רעה, non à רוע, sensu eodem recidente. Nam quia pastores regunt pecus, ideo regimen qualecunque per μεταληψιν exprimitur *pascendi* vocabulo, etiamsi in malum tendat eorum qui reguntur. Apparet id Mic. 5. 5. *Virga ferrea* non aliud est quàm Gladius: per quem figuratè hîc intelligitur Verbum Dei, cujus pars est & Excommunicatio. Sic & infrà 12. 5. & 19. 15 [g]. Sensus, Loco Pastoralis potestatis Regiam exercebit potestatem, tum, 1. gratiæ, quâ nonnullos potenter arguet de peccato, & ad contritionem, pœnitentiam fidemque, perducet; tum, 2. vindictæ, quâ rebelles perdet, atque ità pulso Ethnicismo Christianismum introducet. Est autem in hac phrasi elegans variatio à more Pastorum, qui virgâ tantùm regunt gregem: qui autem Gentiles pascit cibo verbi, Dei potentiâ opus habet, quâ corda percutiat, &c [h]. *Reget* (vel, *Pascet*, V. D. Pi. vel, *Instar pastoris reget*, V.) *eas virgâ ferreâ*, Be. Pi. &c. i. e. vel, 1. rectissimâ, sive æquitatis [i], severâ & constanti autoritate & justitiâ [k]; virgâ inflexibili ad malum: vel, 2.

[v] G. [x] Rib. sim. Par. [y] Par. [z] Rib. [a] G. [b] G. Rib. Be. [c] Rib. [d] G. sim. Rib. [*] G. [f] Par. sic Rib. [g] Be. [h] Mor. sic Be. Par. [i] Mor. [k] Be. sic Par. [l] Be. [m] Me ex La. [n] G. [o] La. Me. [p] Dur. [q] G. sic Be. [r] G. † Be. [t] G. [v] G. sim. Rib. La. Me Par. [x] Gom. [y] G. [z] Par. [a] Cot. [b] La. [c] Rib. [d] Be. [*] G. Be. [f] G. [g] Pi. [h] Me. Rib. sic La. [i] Be. [k] La. [l] Par. [m] G. [n] Q. in Par. [o] Q. in Dur. Clu. [p] Dur. [q] La. ex Tycon. [r] Be. † Zeg. [t] Clu. [v] Gom. sic Dur. Clu. [x] Gom. [y] Pi. sim. Dur. [z] Clu. [a] Fer. [b] Me. Rib. [c] Per. [d] Rib. La. Me. T. [*] La. [f] T. sim. La. [g] G. [h] Par. [i] G. [k] G. sic L. [l] G. [m] Pi. [n] Dur. [o] G. [p] Mor.

[q] Bri. [r] Rib. † Ham. [t] Par. [v] Par. L. G. Gom. Dur. [x] G. [y] Dur. [z] G. † G. [a] Bri. sic Ti. [b] Bri. [c] T. [d] Me. ex Rib. [*] G. [f] T. G. Rib. [g] G. [h] Par. [i] La. [k] Gom. sim. Par. Rib. Me. T. Be. Pi. [l] Gom. [m] G. sic Par. [n] Par. [o] G. [p] Dur. [q] G. [r] Q. in Gom. † La. [t] Ham. [v] Jun. [x] Dur. [y] Par. sim. Gom. [z] Rib. Me. La. [a] Rib. [b] Rib. Me. [c] Rib. sim. Par. Gom. [d] Rib. [*] Gom. sim. Par. [f] Gom. sim. Rib. [g] G. [h] Ham. [i] E. [k] Zeg.

virgâ durâ [l], ut sequitur [m], duriter & severè: nam *ferrum* in Metaphora usurpatur pro duro [n]: & *virga ferrea* semper in malum sumitur, ut Psal. 2. 9. Apoc. 12. 5. & 19.15 [o]. ¶ *Tanquam*, &c. Ὡς—συντελεῖται] Vel, συντριβήσεται, [ut G. legit addítque,] est Futurum pro quovis tempore more Hebræo [p]. *Sicut vasa fictilia conteruntur*, Be. Pi. vel, *confringentur*, Vulg. Er. i.e. irreparabiliter [q]. Ità eos tractabit quomodo vasa fictilia frangi solent, sine spe restitutionis, Jer. 19. 10, 11 [r]. Argilla dum in manu est figuli fingitur & refingitur facilè, Jer. 18. non idem [forsan *item*] in fictili fracto †. Verba sunt ex Psal. 2. 9. Res ipsa alludit ad id quod prædictum Jehu, 2 Reg. 9. 6. Significatur autem Exclusio perpetua à communione, quæ pœna Idololatras & Adulteros primis temporibus sequebatur [s]. Al. Quoniam conversio ad fidem consistit in pœnitentia, quæ *contritio cordis* dicitur Psal. 51. 17. omnémque ad relicta peccata reditum excludit; id quod meliùs exprimi nequit quàm per *contritionem vasis fictilis*, ideo conversio illa hâc phrasi significatur & hîc & Psal. 2 [v]. ¶ *Sicut* (Similitudinem, non paritatem, significat, ut Luc. 22. v. 29 [x].) *& ego accepi à Patre meo*] Nempe, potestatem in gentes [y], judicandi potestatem [z]. Et rem respicit quæ datur, h.e. dominium; & modum quo datur, h.e. certitudinem quâ possidetur, quæ illis cum Christo communis est [a].

28. *Et dabo illi stellam matutinam*] Locutio hæc est Rabbinorum: dicunt enim כוכב חבוקר [b]. Intelligit, vel, 1. lumen gloriæ & claram visionem Dei [c]; *fulgorem*, non qualiscunque stellæ, sed *Luciferi*, qui cæteras stellas multùm vincit. Vide Homer. & Virg [d]. [eorúmque verba in G.] vel, claritatem cœlestem corporum in resurrectione [*]. Vel, 2. certam indubitatámque spem æternæ lucis mox secuturæ [f]. Vel, 3. Angelum aut Archangelum custodem [g]. Vel, 4. Spiritum Sanctum, qui φωσφόρος dicitur 2 Pet. 1. 19. qui solem justitiæ comitatur, præítque utì aurora Solem [h]. Vel, 5. ἀνατολὴν, h.e. Gentes in Oriente, ubi oritur stella matutina & solem antecedit, quas ad fidem convertet, &c [i]. Vel, 6. ipsum Christum [k], qui dicitur & *Lucifer*, 2 Pet. 1. 19. & *Sol justitiæ*, Mal. 4. 2 [l]. & *stella matutina*, Apoc. 22. 16 [m]. quæ fulget in caligine, terminus noctis est & initium diei; & majorem promittit claritatem, quam Sol statim allaturus est. Sic ergò dicitur Christus [n], vel, 1. ob summam ejus eminentiam, ut hæc stella reliquas antecellit [o]. Vel, 2. quia Christus natus, & resurgens [p], dispulit aut dispellet tenebras ignorantiæ, peccati [q], infidelitatis & errorum omnium [r], & mortalitatis [†]; & luce fidei totum mundum replevit, & in semetipso exemplum gloriosæ nostræ resurrectionis futuræ præbuit [t], & in mortis caligine sanctis adest lucémque illis & lætitiam præbet, & venientis jam beatitudinis, quasi majoris claritatis, nuntius est [v]; nec minùs gratus est fidelibus quàm stella matutina iter facienti in tenebris noctis, &c [x].

29. *Ecclesiis*] Nempe Thyatiræ, & vicinis ejus [y].

Marginal notes (left margin, first part): [l] Me. E. [m] E. [n] D. Prov. 2. 3. 78. [o] Rib. [p] G. [q] Me. sim. D. [r] G. † G. sim. Me. [s] G. [v] Ham. [x] G. [y] Ca. [z] G. sic Me. [a] Dur. [b] G. [c] La. Me. [d] G. [*] Pi. [f] Zeg. [g] Q. in La. [h] Cot. [i] Ham. [k] Zeg. Per. Rib. La. Gom. Dur. Par. [l] Gom. [m] Gom. Par. Rib. [n] Rib. [o] Dur. [p] Rib. [q] La. [r] Rib. sim. La. Per. † Rib. La. [t] Per. ex Haym. [v] Rib. [x] Dur. [y] G.

CAP. III.

1. *Ecclesiæ Sardis*, Ἐν Σάρδεσιν] *Sardensi*, Er. *Quæ est Sardibus*, Be. Pi. *Sardes Crœsi regia* Horatio, opulentissima olim urbs [a]. ¶ *Qui* (Periphrasis est Christi [b]:) *habet* (nempe in potestate sua [c]:) *septem* (vel, *septem illos*, Be. Pi.) *spiritus Dei*, (de quibus vide supra 1. 4 [d]. & infra 5. 6. per quos hominum salutem procurat [*]: quos *habere* dicitur, quia illi commissa est dispensatio donorum & gratiarum Ecclesiæ [f].) *& septem stellas*] De quibus cap. 1. 16, 20 [g]. Qui Episcopos omnes officium facientes charissimos habet, ac plusquam alios curat, & officium non facientes abjicere potest. ¶ *Novi opera tua*] Quædam facis speciosa [h]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι, &c.] Nempe *quòd dicaris vivere* (i.e. celebraris quasi vivus [i], vulgò haberis vir bonus & fidelis [k]: quia intima tua non nôrunt, te pro bene Christiano habent [l]. *Vivere* hîc est bonos fructus edere [m], vel, secundùm Christum vivere [n].) *sed mortuus sis*, Be. Pi. scilicet reipsâ [o], spiritualiter, ut 1 Tim. 5. 6 [p]. Eph. 2. 1. vide ad Mat. 8. 22 [q]. i.e. hypocrita [r]. Voluntaris in peccato homines latente, ac tali quod te à meo favore & vita æterna excludat. Tales *mortui* dicuntur †. Peccas negligentiâ muneris tui in docendo & corrigendo populo, scandalis avertendis, hæresibus reprimendis [t]. Nullos edis fructus dignos eo qui vivere dicitur [v].

Marginal notes (left margin, Cap. III): [a] G. [b] Pi. [c] G. [d] G. Pi. [*] G. [f] Dur. [g] Pi. Dur. [h] G. [i] Be. [k] Par. sim. Dur. D. Zeg. [l] G. [m] Be. [n] G.

2. *Esto vigilans*] Ad cognitionem defectuum tuorum & gregis tui [x]. Expergiscere è somno negligentiæ & socordiæ tuæ [y]. Attende tibi; cave ab omnibus criminibus: non enim sufficit ab aliquibus esse immunem. Vide Mat. 24. 42 [z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ στήριξον, &c.] *Et confirma* (nempe in fide & virtutibus [a]: *conforta*, h.e. piis monitionibus & exemplis revoca in viam [b].) *reliqua* (i.e. vel, 1. reliquos [c], præter te [d]; Ecclesiæ membra fidei tuæ commissa [*]: vel, 2. bona opera quæ supersunt [f]: vel, 3. reliquias operis Dei in nonnullis fidelibus, vel bonos aliquos motus fructúsque ministerii tui in populo [g].) *moribunda*, Pi. Be. i.e. morti vicina [h], ut Luc. 7. 2. valde ægra in fide & pietate [i]; infirma [k], citò moritura [l], nisi confirmentur [m]. Virtutes mutuo gaudent comitatu: quòd si una desit, facilè pereunt cæteræ, Deo homines obdurante & trahente in malos sensus. *Omne in præcipiti vitium stetit*——. Hoc ergò vult, vide nè unum crimen negligendo planè fias flagitiosus, atque eò difficilior tibi reddatur pœnitentia. Reliquias bonæ mentis serva, expellendo venenum quod eas paulatim solet interficere [n]. ¶ *Non enim invenio* (vel, *inveni*, Be. Pi. in examine à me instituto [o]:) *opera tua* (*Opera* hîc intellige τὴν ὁμιλίαν eorum operum quæ in Evangelio exiguntur [p]:) *plena* (vel, *perfecta*, Sy. Ar. *completa*, Pi. *impleta*, Clu. i.e. sincera [q], ex sincero animo & justo zelo profecta [r]; sed simulata & inania †, vacua spiritu & charitate [t]: q. d. Non plenè vivis ut debes [v], non respondent opera personæ ac muneri tuo [x]: varius es. Quædam bene agis, alia malè. Deus autem non amat nisi in solidum suos, Mat. 6. 24. Christianus in sua militia, ità ut in armata Cæsar, *nil debet actum putare, dum quid agendum superest*. Vide Jac. 2. 10. & ibi dicta [y].) *coram Deo meo*] Loquitur ut solet Christus ut homo, ut Joh. 20. 17 [z]. Sic infrà v. 12. & suprà 2. 7 [a]. Sed μὲ hîc irrepsisse videtur ex v. 12. [Græca enim] exemplaria omnia legunt absolutè ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, *coram Deo* [b]; i.e. Deo teste ac judice [c], qui altiùs introspicit spiritus quàm homines [d]. Prov. 16. 2. & 21. 12. 1 Joh. 3. 20 [*].

3. *In mente*, &c. Μνημόνευε] *Etiam atque etiam cogita*, ut suprà 2. 5. ¶ *Qualiter*, &c. Πῶς εἴληφας καὶ ἤκουσας] i.e. ἀκούων εἴληφας. Λαμβάνειν aut παραλαμβάνειν, לקח aut קבל, de Doctrina dici solet, 1 Cor. 11. 23. & 15. 1, 3. Gal. 1. 9. 1 Thess. 2. 13. & 4. 1 [f]. *Quomodo* (i.e. Qualia [g], qualem doctrinam [h]: πῶς pro ποῖα [i]: sequitur enim, *& custodi*, scil. ea quæ accepisti [k]. Sic Terent. *Ità est homo*, pro, *talis est* [l]. Sed præstat Adverbii significationem retinere [m]: *quomodo*, i.e. quanto ardore & gaudio [n].) *acceperis* (i.e. quomodo institutus es [o]. *Accipere* pro institui seu discere quandoque accipitur.) *& audieris*, Mo. nempe ab Apostolis [q]: Quas conditiones ego vobis exhibui, & vos amplexi estis [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τήρει] *Et serva*, Er. Pi. vel, *observa*, Be. G. Sic τηρεῖν habemus Joh. 14. 15, 21, &c. & 15. 10, 20. &c †. Vel, *tene*, Ca. sub. *illa*, Be. Pi. Dur. nempe reliqua [t], membra illa moribunda [v]: vel, *ista*, non quædam, sed omnia [x], quæ accepisti [y]. ¶ *Pœnitentiam age*] De illis quorum tibi es conscius [z]: q. d. Hypocrisin exue, officium sincerè præsta Ecclesiæ [a]. ¶ *Si ergò non vigilaveris*] Custodes in Templo etiam nocte vigilabant. ¶ *Veniam*, &c. Ἥξω ἐπί σε—ποίαν ὥραν, &c.] Pro, ἐν ποίᾳ ὥρᾳ alioqui diceretur ποίᾳ ὥρᾳ, ut Mat. 24. 42 [b]. *Veniam ad te* (vel, *super te*, Pi. Par. vel, *adversùm te*, Be. h.e. Tuo exitio [c]. *Venire* Christus dicitur & cùm ad Judicium universale veniet, & tunc cùm quemque ex hac vita abducit. Vide Joh. 21. 22. ἐπὶ σὲ hîc deest in MS [d].) *tanquam fur* (id est, inexspectatò [*]. At sicut furis comparatio ultimo Judicio aptatur Mat. 24. 43. 1 Thess. 5. 2. ità & Morti improvisæ, ut hîc, & aliis Judiciis improvisis, ut infra 16. 15. Appositè autem ad rem hoc dicitur, quia

Marginal notes (right margin): [o] Camer. [p] Pi. [q] G. [r] Par. † G. [t] Me. sim. T. [v] D. [x] La. L. [y] Rib. Me. [z] G. [a] Me. sic Par. [b] Par. [c] Camer. sic Me. [d] Par. [*] Par. sim. D. [f] Rib. [g] Dur. [h] Par. sim. Rib. [i] Par. [k] Pi. [l] Rib. [m] Be. Rib. [n] G. [o] Dur. [p] Par. Dur. [q] Pi † Clu. [t] T. sim. Clu. [v] Me. [x] Me. ex Rib. [y] G. [z] Rib. [a] G. [b] Par. [c] G. [d] Clu. sim. Par [*] Clu. [f] G. [g] Par. Be. [h] Par. sim. Zeg. [i] Be. [k] Q. in Glass. [l] Be. [m] Glass. gram. 3. 1. 10. 45. [n] Dur. [o] Ca. sic Rib. Me. Glass. ib. [p] Glass. ib. [q] G. T. [r] Dur. † G. [t] Dur. [v] D. [x] G. [y] D. sim. Ca. [z] G. [a] Par. [b] G. [c] Be. [d] G. [*] T.

quia peccatores plerumque eò sibi blandiantur quòd putent satis sibi temporis fore ad pœnitentiam [f].) *& nescies quâ horâ*, &c. Mo. Epexegesis [g]. Sensus, q.d. Cùm minimè opinaberis morieris, & ad judicium vocaberis [h].

4. *Sed habes* (Reprehensionem mitigat [i], exceptione & promissione [k]; q.d. Quamvis multi tuâ negligentiâ perierint, non tamen omnes [l]:) *pauca nomina*] i.e. Paucos homines [m], paucos Christianos [n]. *Nomina* dicit pro *capitibus* sive *personis* [o], ut Act.1.15. & infrà 11.13 [p]. Sic & Seneca De Benef.5.22. Tibullus, *Nec fidum femina nomen*. Horat. *Pater ô relictum filiæ nomen* [q]. Sic loquitur, vel, 1. quia homines suis solent vocari nominibus [r]: Metaphora ab usu civili & militari, in subditorum nominibus adscribendis †. Vel, 2. ad designandam ipsorum præstantiam, quòd integritate suâ nomen sibi apud Christum comparaverant [t]. *Nomina* pro viris nominatis qui ob eximias virtutes claráque facta magni nominis & famæ erant in Ecclesia [v]. Vel, 3. quia de bonis & electis loquitur, quos Deus novit nominatim, Joan. 10.3 [x]. Sic Exod. 33. 12 [y]. & *nomina eorum scripta sunt in cælo* [z]. Vel,4. ex Hebraismo: abstracta pro concretis, *nomen* pro re nominata, sive eo cujus nomen est [a]. Excitat Episcopum exemplis è plebe propositis [b]. ¶ *Qui non inquinaverunt*, &c.] Innocentiam eorum notat [c], vel simpliciter; vel, quòd ut à malo, sic etiam ab externa mali specie, (quæ vestibus adumbratur,) abstinuerint [d]. Non sunt scortati ut Nicolaitæ [*], qui sese vestésque suas libidinibus impurârant [f]. *Vestis* animi est conscientia: ea *polluitur* criminibus, pura servatur per innocentiam & sanctitatem: μολυσμὸς est quicquid sanctitati repugnat, 2 Cor.7.1. μίασμα 2 Pet.2.20. σπίλος Jac.1.27 [g]. Ut Christus vestis est, quam induimus fide & baptismo; sic & sanctitas per regenerationem donata est instar lotæ ac candidæ vestis, quæ nuditatem nostram tegat & nos exornet. Et in prisca Ecclesia, ad ea denotanda, vestes veteres exuebantur ante Baptismum, & novæ induebantur in Baptismo [h]. ¶ *Et ambulabunt mecum* (i.e. Meâ præsentiâ & consortio fruentur [*]. Τὸ *mecum* gloriæ societatem & similitudinem innuit [f].) *in albis*] sub. *vestibus*, D.Pi.&c. Ellipsis Hebraica [g]. Ἐν λευκοῖς] *Albati*, Be.Pi. λευκὰ ἱμάτια hìc & infrà 3.18. & 4.4. sunt *vestes coruscantes*, ut discimus Mat.17.2. & Luc.9.29. & Joh. 20. 12. Sic & στολαὶ λευκαὶ infrà 6.11. & 7.9,13. Quos Rex maximo in honore habet, eos & sibi comites vult esse & magnificè vestiri. Tales illi erant Christo in hac ipsa vita [h]. Sensus, In perpetuis erunt voluptatibus. Vestis enim candida lætitiæ index, Eccles.9.8 [i]. [ubi vide Synopsin.] In purissima & splendidissima felicitate [k]; induti erunt stolâ immortalitatis, claritatis [l], & gloriæ [m], tum animis, tum etiam corporibus, Mat.13.43. 1 Cor. 15. Phil.3.21 [n]. cujus gloriæ albæ vestes signum statuuntur Mat.17.2. Act.1.10. Apoc.4.4 [o]. Promittit his Regnum & triumphum [p]. Symbolum hoc dignitatis Regiæ, sed cœlestis [q]. Apud Romanos aliásque gentes veste candidâ byssináve induti erant [r] nobiles †, & honorum petitores [t]; indè *candidati* dicti [v], & Reges, & Triumphatores [x]. Sacerdotes quoque apud Judæos ministrabant albis induti [y]. Sensus ergò est, Tanquam Reges & Sacerdotes, tanquam victores mundi & Dæmonum, perpetui honoris & lætitiæ insignibus coronabuntur [z]: triumphali veste induti regnabunt in cœlis [a]. ¶ *Quia digni sunt*] i.e. Idonei [b], vel congrui, quomodo *fructus digni pœnitentiâ*, Mat.3.8 [c]. Vox illa *digni* congruentiam quandam significat inter actus & honorem actibus redditum, etiamsi honor superet actus, ut Luc.7.4 [d]. q.d. se discreverunt purósque servârunt, cùm alii polluerentur [*]: quare me dignum est & decet his attestari ut meis [f], & hos albis induere, cùm alii polluentur [g]. *Digni*, non per se, aut ullo merito [h], aut ex justitia [i]; (cui repugnat Rom. 8. 18 [k].) sed ex Dei gratia [l], & gratuita promissione [m], atque acceptatione in Christo [n]. Vel, *digni*, comparatè cum impiis [o]. Subinnuit, alioqui Angelum Sardiensem indignum esse [p].

5. *Qui vicerit*] i.e. Non illi tantùm Sardiani [q], sed & quotquot pari modo voluptatis ac terroris tentamenta superaverint [r]; sive Baptismi innocentiam serva-

f G. g Pi. h Rib. Me. i Gom. sic Rib. k Gom. l Rib. m E. n Me. La. o Gom. Be. G. sic Ca. D. Rib. La. Me. p G. Rib. q La. † Gom. t Dur. v Per. ex Amb. x E. y Per. z Q. in Rib. a Rib. b G. c Gom. sic Me. d Gom. * Pi. f Gom. g G. h Gom. * Dur. f Clu. g Be. h G. i Rib. k La. l La. Me. m La. Me. Dur. Gom. Par. n Dur. o Gom. p Par. q Pi. r Clu. † D. t Clu. v D. x Clu. Par. Gom. y Di. z Clu. a Gom. b Be. c Dur. d G. * Dur. f Coc. sim. Dur. g Dur. h Gom. Clu. i Clu. k Gom. l Pi. m Gom. n Be. o Cam. p Co. q G. r G. sim. Rib.

verint, sive aliquando amiserint, sed post peccatum egerunt pœnitentiam †. ¶ *Sic*, &c. οὗτος περιβαλεῖται ἐν, &c.] Redundat hìc tum οὗτος, qui Pleonasmus Johanni familiaris est, tum præp. ἐν [t]. *Amicietur vestimentis albis*, Be. Pi. Erit apud me in honore quali Josephus apud Pharaonem, Gen.41.41,42 [v]. ¶ *Et non*, &c. Οὐ μὴ ἐξαλείψω, &c.] *Neque unquam delebo nomen ejus ex libro vitæ*, Be. &c. Metaphora est [x], ex more hominum, qui quos meminisse cupiunt in libro describunt [y]; vel, à more civitatum apud quas cives inscribebantur Albo, & ex eo eradebantur si facti essent ἄτιμοι [z]: vel, ex eo quòd in libro scribi soleant qui ad aliquid eliguntur, ut milites, aut consiliarii [a]. *Liber* autem *vitæ* dicitur ipsa Dei notitia, quâ firmiter retinet se aliquos prædestinâsse ad vitam æternam: vel, conscriptio eorum qui electi sunt ad vitam æternam; vel, cognitio Dei specialis & gratiosa, quâ ab æterno ceu catalogum quendam certissimum complectitur omnium prædestinatorum ad vitam, juxta 2 Tim. 2.19 [b]. vel, æterna Dei prædestinatio ad cœlestem patriam. At prædestinatio est prorsus immutabilis [c], & constat prædestinatos non posse deleri de libro vitæ. Quomodo ergò aliqui hìc deleri dicuntur? aut quid hoc sibi vult [d]? Resp. 1. Duplex est liber vitæ, primus secundùm præsentem justitiam (propter quam jus habebant ad vitam æternam [*]:) alius secundùm prædestinationem. Prior sæpe mutatur, posterior nunquam [f]. Delentur ergò qui inchoatè ibi scribuntur, non item qui completè, quoad perseverantiam & gloriam [g]. 2. Affirmationes in S. S. pro negationibus sæpe poni solent, ut Exod.7. *Ego indurabo*, &c. i.e. non emolliam. *Deleri* ergò ponitur pro *non scribi*, ut explicatur Psal.69. 28 [h]. 3. *Deleri* dicuntur non secundùm veritatem, sed secundùm existimationem hominum, qui falsò putabant eos esse sanctos & scriptos in libro vitæ [i]. Sæpe enim Scriptura loquitur non ut res ipsæ sunt, sed ut ab hominibus judicantur [k]. Sensus est, q. d. Non excludam eum à possessione cœli, ut improbis eveniet, Mat. 7. 23. & 10.33 [l]. Non videbunt eum deletum homines in die judicii, non cernent ejus damnationem [m]; non damnabo eum. Est antecedens pro consequenti [n]. Jus habebit ad vitam æternam, & ipse id intra se sentiet. Vide Luc.10.20. infrà 13.8. & 17.8. & 20. 12. 15. & 21. 27. ἐξαλείφειν est מחה. Vide Act. 3. 19. Coloss.2.14.& Exod.32.32,33.addito loco Luc. 9. 26. & 12.8,9. Est autem hìc λιτότης [o]. Plus enim intelligit quàm loquitur [p]. Οὐ μὴ ἐξαλείψω dicitur pro *diligenter asservabo* [q]; dabo illi perseverantiæ donum [r], usque ad finem vitæ, nè effectum prædestinationis, qui est præsens gratia & justitia, amittat aut ab ea excidat †: ipsum probabo in die judicii & Patri meo reddam, juxta Joh.6.39,40 [t]. cernent homines ejus glorificationem & coronam [v]. ¶ *Et confitebor* (vel, *sed profitebor*, Pi.) *nomen ejus*, &c.] i. e. Palàm agnoscam eum & inter meos numerabo [x].

6. *Ecclesiis*] Nempe Sardianæ & in Lydia aliis. Quæ dico Episcopo, dico & auditoribus [y].

7. *Philadelphiæ*] Quæ triplex, 1. Ægypti: 2. Syriæ: 3. (de qua hìc [z],) Phrygiæ [a], vel Mysiæ [b], condita ab Attalo, cui cognomen erat *Philadelpho* [c], vel, ut aliis placet, Lydiæ [d]. ¶ *Sanctus* (ut Christus dicitur etiam Act.3.14 [*]. Luc.1.35. sanctus & naturâ & vitâ [f]; qui est *sanctus sanctorum*, Dan. 9. 24 [g]. auctor & amator sanctitatis [h]; qui sanctam hanc Ecclesiam non potest non amare [i]:) *& verus*] i.e. Verax & constans in promissis suis: vel, quia habet veram sanctitatem [k], q.d. *eximiè sanctus*. *Verum* enim sæpe dicitur id quod in unoquoque genere eminet, Jer.2.21. Joh.1.9. & 4.23. & 6.32. & 15.1. 1 Thess. 1. 9. 1 Pet. 5. 12. 1 Joh.2.8. Hoc ideo dicit ut Episcopi ipsius sanctitatem quantum fieri potest imitentur [l]; vel, ut Episcopo Philad. qui erat modicæ virtutis, suam sanctitatem perfectam proponeret, quasi speculum & scopum, ut ad eam aspiret & contendat [m]. ¶ *Qui habet clavem David*] Sic dicit, vel quia Christus de stirpe David natus erat: vel, quia David multa de Christo vaticinatus est [n]. *Clavem David*, per Ellipsin pro *clavem domus David* [o], ut plenè dicitur Esa.22.22 [p]. Sic Mic. 4.2. *mons Domini*, i.e. *mons domus Domini*, ut est v.1 [q].

† Rib. t Pi. v G. x Rib. y Clu. z G. sic Ham. a Rib. b Clu. c Per. d Rib. * Aquin. in Rib. f E. sim. Aquin. La. Me. g La. h Haym. & Ansb. in Rib. i Q. in La. sim. Rib. ex Amb. & Aug. Par. Dur. Gom. k Rib. l Gom. m Rib. n Cam. o G. p Rib. q G. sic Per. r Rib. sic Per. † Per. t Dur. v Rib. x Rib. Me. y G. z Gom. a BP.3.8. 195. b Gom. Camer. G. c G. d Gom. * G. f Gom. g L. Gom. h Me. i Dur. k Me. l G. m Me. n Per. o D. obs 16.17. sim. Glass. p Gom. q Glass. gram. 3. 1.39. D. lib.

Sic *ivit ad Pompeium*, i. e. ad domum Pompei[t]. *Ad Opis*, *Ad Pollucis*, ſcilicet ædem; εἰς διδασκάλου, ſcil. οἰκίαν, *ad præceptoris domum* †. Per *domum* autem *David*, cui præficitur Eliacim, intelligunt, vel, 1. domum & aulam regiam[t]. Vel, 2. templum Dei[v], quod, licèt à Salomone ædificatum, rectè *domus David* dicitur, quia ipſe primus de eo ædificando cogitaverat & ſtatuerat; formámque ejus Salomoni reliquit cum materia lignorum, argenti & auri, 1 Paral. 28. & 29[x]. Porrò *domus David* eſt Eccleſia[y]. *Clavis* duo in Scriptura ſignificat, 1. rerum occultarum ſcientiam, ut Luc. 11. 32[z]. ut ſenſus ſit, A Chriſto eſſe veram & rectam intelligentiam myſteriorum quæ latent in Scriptura S. præſertim in Pſalmis Davidis[a]. Vel, 2. inſignem quampiam poteſtatem faciendi aliquid, ut Eſa. 22. 22. Mat. 16. 19. Apoc. 1. 18. & 9. 1. & 20. 1. ut ſignificet Davidis[b], adeóque Chriſti quem David mirificè præfiguravit, regiam poteſtatem[c]; ut ſenſus ſit, Chriſtum habere ſummam & abſolutam poteſtatem in Eccleſia[d], cùm militante in terris, tum triumphante in cœlis*; operiendi quibus vult, & claudendi[f], i. e. recipiendi & excludendi[g]. [Senſus, q. d.] Qui non tantùm *Mortis* & *Inferni* jus habet, ut ſuprà 1. 18. ſed pleniſſimum imperium in domo Dei; quemadmodum Eliacimus in domo Ezechiæ qui erat ex Davidis poſteris. Is Eliacimus fuit, ut Conſtantinopolitani loquebantur, κουροπαλάτης Ezechiæ, cujus functionis inſigne erat Clavis figura intexta Epomidi. Vide Eſa. 22. 22[h].

¶ *Qui*, &c. Ὁ ἀνοίγων καὶ οὐδεὶς κλείσει, &c.] Eſt locutio planè Hebræa, pro qua Græci dicerent, ὃ ἀνοίγοντος οὐδεὶς κλείει, &c. [Senſus,] Nemo in Palatio ei audet contradicere aut contra ejus juſſa facere, omnia ei parent[i]. *Qui aperit*, (nempe cœlum electis[k]: qui admittit in Eccleſiam ſuam[l], dando ipſis fidem & gratiam[m]:) *& nemo claudit*, (h.e. ab ingreſſu arcebit[n]: i.e. introeunt quos ipſe admittit[o]: q.d. Quos ipſe adducit ad Eccleſiam, nemo poteſt excludere[p].) *claudit* (iis quos in ſua impietate & cœcitate relinquit[q]: claudit cœlum reprobis[r]:) *& nemo aperit*] i. e. Quibus ipſe propter incrudelitatem fores occludit, introire non poterunt †. Quos ipſe non elegit, non vocat, non trahit, ii nunquam ingredientur. Aliud argumentum Divinitatis Chriſti[t].

8. *Scio opera tua*] i.e. Laborem tuum in propagando Evangelio[v]. ¶ *Dedi* (i.e. Poſui: nam δοῦναι & τίθεσθαι ſe mutuò explicant, ut נתן & שום[x].) *coram te* (ἐνώπιόν σου pro σοι, ut & ſuprà 2. 14[y]. *Propoſui tibi*, Pi. *Propoſui in conſpectu tuo*, Be.) *oſtium apertum*] Oſtium ſcilicet prædicationis & converſionis gentium[z], occaſionem ſive commoditatem liberè annunciandi Evangelii[a], ut 1 Cor. 16. 9. 2 Cor. 2. 12. Col. 4. 3. ubi dicta vide. Et bene hoc convenit cum dictis ſuprà, *Ego aperui, & quis claudet*[b]? vel, Eccleſiæ propagationem[c], quòd te prædicante, multi in Eccleſiam intrabunt[d], & Judæi & gentes*, nec valebunt Diabolus ejúſve miniſtri ingreſſum impedire: q. d. Adeò non amittes ex tuis ut multos etiam ex infidelibus Chriſto lucrifacturus ſis[f]. Ex collat. præced. per *oſtium apertum* intelligo conſervationem in Eccleſia & via ſalutis, qua de re Joan. 10. 28. 1 Pet. 1. 5. à qua Satanas & ejus miniſtri ſtudebant excludere, partim falsâ doctrinâ ac dolo, partim vi ac perſecutione, ad defectionem ſolicitantes[g]. Al. Intelligit h.l. non tam libertatem ab externis impedimentis, quàm internam libertatem & παῤῥησίαν miniſtro datam, quâ cum potentia & ſucceſſu prædicat, Deo aures & corda populi aperiente. Id quod vocatur *oſtium ſermonis*, Col. 4. 3. & *aperiri* dicitur, etiam ubi *multi ſunt adverſarii*, 1 Cor. 16. 9. Hinc factum ut qui minoribus donis inſtructi ſint ampliorem ſæpe ſucceſſum habeant, &c[h]. ¶ *Nemo poteſt claudere*] i.e. Nemo illam libertatem prædicandi impedire poterit[i]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι μικρὰν ἔχεις δύναμιν] *Quia modicam* (vel, *nonnullam*, Be. Pi. *parvam*, Pi.) *habes virtutem*, Er. &c. i.e. vel, 1. robur animi, ſive fortitudinem[k], ad reſiſtendum tot adverſariis[l]. Vel, 2. vires externas, humana amicorum potentum ſubſidia[m]. Vel, 3. ſanitatem & vires corporis[n]. Vel, 4. vires & naturales & ſupernaturales[o], quibus opus eſt ad converſionem infidelium, maximè Judæorum †: q. d.

[t] D. † Glaſſ. [t] Q. in Per. [v] Per. ex He. & Hi. &c. Rib. [x] Rib. ſic Per. [y] Par. ſim. D. Pi. Be. Dur. Rib. Per. [z] Per. [a] Q. in Per. [b] Al. in Per. [c] Per. ſic Camer. Zeg. [d] Per. ſim. Rib. La. Gom. Par. Pi. * Gom. Pi. [f] Per. [g] Gom. [h] G. [i] G. [k] Pi. ſim. Gom. Par. [l] Per. ſim. Gom. Rib. Par. [m] Per. ſim. Rib. [n] Par. [o] Rib. [p] Me. [q] Per. [r] Pi. † Rib. Me. [t] Par. [v] G. ſim. Rib. Me. [x] D. [y] G. [z] Me. [a] G. ſim. Pi. Gom. [b] G. [c] Q. in Gom. [d] Rib. ſim. La. * La. [f] Rib. [g] G. [h] Dur. [i] G. [k] Pi. [l] Par. ſim. Rib. [m] Gom. ſim. Rib. Par. [n] Q. in La. [o] T. † La. ſim. T.

Non dedi multa tibi talenta, miraculorum[p], ſcientiæ & eloquentiæ[q]: ideóque times & angeris. Sed bono ſis animo, quod ex tua parte deeſt, ego ex mea ſupplebo[r], faciámque ut eos ſuperes & convertas †. Deus ſæpe ad res maximas utitur hominibus infirmis, indoctis, & infacundis[t]. [Al. Senſus eſt, q. d.] Hoc ideo feci quia nunc *modicam* habes Eccleſiam, quæ hîc vocatur δύναμις, i. e. *exercitus*, צבא, ut Mat. 22. 29, 30. ad exemplum Danielis, apud quem populus Judaicus vocatur δύναμις τοῦ οὐρανοῦ, 8. 10[v]. Al. Senſus eſt, Agnoſcis te parum poſſe, parvas habere vires; quia non in iis, ſed in Deo, ſpem reponis[x]. Minimè verò hîc deſignat imbecillitatem gratiæ, hæc enim in eo maximè commendatur, &c[y]. ¶ *Et ſervâſti verbum meum*] i.e. Fidem retinuiſti[z], & prædicâſti, & in praxi oſtendiſti[a]. Et tamen perſtitiſti in obſervandis præceptis meis. Vide ſuprà v. 3. ¶ *Non negâſti*, &c.] Sed confeſſus es[b]. Non diſſimulâſti te eſſe Chriſtianum[c].

9. *Ecce dabo*, &c. Δίδωμι ἐκ τῆς συναγωγῆς, &c.] *Dabo* (vel, *Do*, Er. Ti. Sy. Enallage temporis[d]. *Præbebo*, Il. P. Be. Pi. ſub. *tibi*, Zeg. Me. T. i.e. Redigam in eum ſtatum & conditionem ut hoc faciant*: vel, *Cogam*, Ca. & ſub. *eos*, Il. P. Be. vel, *aliquos*, Pi. ſic G. *qui ſunt*, Be. Pi. &c.) *de ſynagoga Satanæ*, (i.e. Judæos & Judaizantes, qui contra Chriſtum & Chriſtianos conſpirant[f]: q.d. Extraho è Synagoga Satanæ[g]: δίδωμι idem quod ſeq. ποιήσω: nam Hebræi נתן ſic uſurpant pro שום vel שת. Vide Gen. 3. 12. collato 1. 17. Ezech. 34. 26. collato Pſal. 21. 6[h]. *Do*, i.e. excito tibi hos adverſarios, ad te explorandum, &c[i]. Al. *Dabo*, ut humilientur[k], & convertantur[l].) *dicentium* (vel, *qui dicunt*, Er. ex iis *qui dicunt*, Pi. vel, id eſt, eorum *qui dicunt*, Be. P. Præpoſitio ἐκ repetenda eſt ἀπὸ κοινοῦ, nam λεγόντων cum συναγωγῆς cohæret per Appoſitionem[m].) *ſeipſos Judæos eſſe*, &c.] i.e. Fœderatum Dei populum, &c[n]. Interpretare ut ſuprà 2. 9[o]. ¶ *Faciam*, &c. Ποιήσω αὐτοὺς ἵνα ἥξωσι, &c.] Pleonaſmus, de quo diximus ſuprà 2. 5, 18. Deinde ποιήσω ἵνα ἥξωσι, *faciam venire*. Sic Luc. 5. 34. ποιῆσαι νηστεύειν, in Syriaco *facere ut jejunent*[p]. [Sic vertunt.] *Adigam* (vel, *Faciam* inquam, Be. Pi. Epanalepſis verbi δίδωμι, quoad ſenſum[q]:) *ut veniant & adorent* (vel, *procumbant*, D.) *ante* (vel, *ad*, Me.) *pedes tuos*, Er. Be. Pi. i.e. procidant in terram, ex more Orientis[r], nempe civiliter, honorem tibi habentes †, parati facere quicquid juſſeris[t]; accidant tibi ſupplices tanquam patri & Epiſcopo ſuo, ut eos in numerum filiorum tuorum admittas[v]; vel, Chriſtiani fiant, & tum tibi ut Epiſcopo honorem exhibeant, conſtituti in locis inferioribus. Vide Act. 22. 3. Προσκυνεῖν propriè quidem *manus oſculari*, ſed per κατάχρησιν *qualecunque honoris ſignum exhibere*. Ad pedes autem proſterni, maxima ſubmiſſio, 1 Sam. 25. 24. Luc. 4. 7. addito Mat. 4. 9. infrà 22. 9[x]. Senſus, Alii ex iis verè convertentur, alii profeſſionem & reverentiam ſimulabunt, &c[y]. ¶ *Et ſcient* (i.e. Tunc agnoſcent[z]:) *quia* (vel, *quòd*, Clu.) *egò dilexi te*] i.e. Te veracem & pium fuiſſe, & Deo charum[a]; vel, quanti te fecerim, qui te, tanquam inſtrumento electo, uti voluerim ad eorum converſionem[b].

10. *Quoniam*, &c. Ὅτι — τῆς ὑπομονῆς μου] *Quoniam ſervâſti* (vel, *obſervâſti*, in multis adverſis: τηρεῖν λόγον *præceptum obſervare*, locutio frequens in Evangelio Johannis. Duplex [hîc eſt] Genitivus, alter Cauſæ efficientis, alter Materiæ. Præceptum hoc eſt Luc. 21. 19. & alibi[c].) *verbum* (i.e. præceptum[d]:) *patientiæ meæ*, Mo. i.e. Quam & præcepi*, & exemplo meo docui[f]. Sic & 2 Theſſ. 3. 5[g]. vel, *meum ſermonem tolerantiæ*: μου regitur à λόγον, non ab ὑπομονῆς[h]. Vel potiùs, *verbum patientiæ meæ*, quòd me videlicet ſuſtinuiſti atque exſpectâſti, &, credens me eſſe veracem mercedémque tibi redditurum, pertuliſti omnia[i]. Sic vocat doctrinam Evangelii, quomodo Paulus id vocat *ſermonem crucis*[k]; quia adverſa patienda docet[l], & crucem ipſius profeſſoribus adfert[m]. Senſus, Hæc omnia tibi evenient, quia feciſti id quod ego præcepi de patientia ubique ſervanda & tenenda[n]. ¶ *Et*, &c. Κἀγώ σε — πειράσαι, &c.] Pro, εἰς τὸ πειράσαι[o]. [Sic vertunt:] *Ego quoque te ſervabo* (i. e. ſalvum te & immunem præſtabo[p].) Antanaclaſis, quâ repetitur idem verbum,

[p] Clu. ſic La. [q] La. ſim. T. Clu. Dur. [r] T. † La. [t] La. ſim. Dur. [v] G. [x] Aquin. Haym. Primaſ. & Beda in La. [y] Dur. [z] Me. [a] Dur. [b] Me. [c] G. [d] Pi. ſic Be. * Be. [f] Me. ex La. [g] Gag. [h] G. [i] Par. [k] Clu. [l] Me. ſic La. Clu. Rib. Dur. [m] Pi. [n] Dur. [o] G. ſic Me. &c. [p] G. [q] Pi. [r] D. † Pi. [t] Rib. Me. [v] T. [x] G. [y] Dur. [z] G. ſim. Me. [a] Rib. Me. [b] G. [c] G. [d] T. G * Me. ſim. Par. Rib. ex Bed. & Ham. G. La. Be. Pi. T. [f] Me. ſic Rib. Par. [g] G. [h] Pi. [i] Rib. [k] Par. [l] Ca. ſim. Dur. Zeg. Be. Pi. Par. [m] Dur. [n] Me. [o] G. [p] Be. T.

bum, sed diversâ significatione [q] :) *ab hora* (vel, *ex tempore*, Be. D. Pi. ὥρα est quodvis tempus, etiam satis longum, Joh. 5. 25. & 1 Joh. 2. 18 [r]. Al. *Hora* notat tempus breve esse†, & definitum [t], ut Joh. 5. 35. Philem. v. 15 [v].) *tentationis* (vel, *explorationis*, Be. i. e. quo homines à Deo explorantur [x]; vel, crudelissimæ persecutionis [y] : q. d. Eripiam te [z] ex illa, saltem ex magna & gravissima parte illius [a], vel, nè illi succumbas [b]. Sed illud omnibus piis promittitur, hîc verò aliquid peculiare denotari videtur [c]. [Sensus est,] Servabo te ab illa sævitia intactum, ut mihi diu sis usui, quandoquidem idoneum te reperi. Metonymia est in voce πειρασμοῦ, quia omnis gravis persecutio adfert tentationem. Par locutio 2 Pet. 2. 9. *Tentatio* [autem] de qua hîc & v. 12. agitur, est persecutio, [vel, 1.] Sub Nerone [d]: [vel, 2.] Sub Domitiano *. Non placet, quia hoc jamdiu sævierat [f], & mox desitura erat [g]. [Vel, 3.] Sub Trajano [h], quæ persecutio valida erat & universalis [i], quâ *innumera hominum millia quotidie obtruncabantur*, ut ex Plinio refert Euseb. Hist. 3. 32. vide & Tertul. Apolog. cap. 2. Niceph. 3. 16, 17 [k]. vel, 4. sub Antichristo [l] : vel, 5. die judicii [m] : nam, 1. nulla alia tentatio universum genus humanum probabit : 2. promissiones Epistolarum in ultimum diem exeunt [n].) *quæ ventura est in orbem universum* (i. e. in Christianos ubique terrarum habitantes [o] : nam orbis infidelium non est objectum harum tentationum [p]. οἰκουμένη & γῆ significant hîc terras Imperii Romani, ut Luc. 2. 1 [q].) *ad tentandos* (an scilicet constantes in fide Christi mansuri sint [r] :) *incolas terræ*, Pi. &c. i. e. sanctos in terra viventes, ut Ecclesiam militantem distinguat à triumphante †. *Incolas terra* non hîc accipit in malam partem, ut sæpe solet Scriptura, sed pro Christianis dispersis, quos Trajanus inquiri & occidi jussit [t].

11. *Ecce venio* (i. e. veniam [v] :) *citò*] Vel, 1. ad immittendam in Ecclesias illam persecutionem [x] ; vel, 2. ad puniendos sontes [y], ad perdendos hostes [z] ; vel, 3. te adjuturus [a], & imminenti periculo subtracturus [b], & coronaturus [c], sive vitam æternam tibi redditurus [d] ; vel, 4. ad extremum judicium *. Dicit *citò*, 1. comparatione æternitatis : 2. quia hic adventus & subitus erit hostibus, & tempestivus amicis ipsius : 3. quia jam accelerat circa ea quæ adventum præcedunt, &c [f]. ¶ *Tene* (i. e. Fortiter apprehensum serva [g], retine constanter [h] :) *quod habes*] i. e. doctrinam [i], fidem & bonam conscientiam, juxta 1 Tim. 1. 18 [h]. tuam fortitudinem & patientiam [l]; perge ut cœpisti, & nullis cede terroribus persecutionum [k]. Retine tuam fidem & professionem. Servabo te in vita : Tu vide nè metu deficias. Nemo eousque profecit ut non cavere sibi debeat, 1 Cor. 9. 27 [l]. ¶ *Ut nemo accipiat* (i. e. adimat sive auferat [m], præripiat sive intervertat [n] :) *coronam tuam*] Non ut ipse habeat, sed tu nè habeas, aut ut eam amittas, ut Prov. 5. 9. *Nè det alienis honorem suum*, non quem alieni sint habituri, sed quem per & propter eos adolescens sit amissurus [o]. *Coronam tuam*, i. e. quæ tibi destinata est [p], & ad quam consequendam opus est ut legitimè certes & vincas [q]. Nè alius pro te substituatur qui coronam referat quam tibi paraveram [r]. Nè tu honorem perseverantiæ amittas, aliis eum accipientibus. Vehementiùs urit jactura dignitatis, si non tantùm nos eâ excidamus, sed & alterum videamus eâ potiri, Job. 34. 24. Mat. 25. 28 †. Cùm unus cadit, Deus alterum pro eo erigit [r]. Sed hoc perpetuum non esse docet quotidiana experientia [v]. Metaphora est à priscis certaminibus [x], ubi aliquem initio bene currentem alius antevertit & palmam præripit [y]. Hortatur ergò ad constantiam & perseverantiam [z], quia etiam qui provectæ sunt virtutis & palmæ propinqui, eâ tamen privari possunt [a], si sibi relinquantur, neque provideant. Hinc monita illa Rom. 11. 20. 1 Cor. 10. 12 ‖.

12. *Qui*, &c. Ὁ νικῶν ποιήσω αὐτὸν, &c.] Hebraismus est, pro quo Græci dicerent, τὸν νικῶντα ποιήσω [b]. Sic suprà 2. 26 [c]. *Qui vicerit*, (vel, *Quod attinet ad eum qui vicerit*, Pi. Quæ ad Episcopum dixerat, ad alios quoque extendit, ut & suprà semper [d].) *faciam ut is sit columna* (i. e. magnus & gloriosus *:) *in templo Dei mei*, Be. Confer Joh. 20. 17 [f]. In Ecclesia [g], vel, 1. militante [h], sive in hac vita, ut Areth. Bed. Haym. & Ans. intellexisse videntur. Ità sensus erit, Ipse firmus erit & immobilis, tanquam columna, & verbo ac exemplo suo cæteros fideles sustinebit [i]. Vel, 2. triumphante [k], in cœlis [l]. Hoc malim [m], 1. quia huc pertinent promissa omnia victori facta : 2. quia nihil aliud à quolibet victore expectari potest præter cœlum [n] : 3. ob verba seq. *nec foràs egredietur*, &c [o]. Sed quomodo columnæ in cœlo sunt, ubi nemo est infirmus qui indiget sustentari & confirmari ? Resp. *Columna* dicitur, quia ab omnibus honorabitur, ut qui dum vixit labantes confirmavit, &c [p]. Usus columnarum duplex erat, 1. ad sustentandum ; 2. ad decorandum [q]. Sensus, q. d. Ornamento erit, &c [r]. Miro splendore fulgebit, multis ac magnis donis ornatus conspicietur, ut cœlum ipsum & cœlites ornare videatur †. Morem respicit Romanorum, qui victoribus ponebant columnas, h. e. trophæa & statuas honoris †. Al. Respicit duas illas columnas, quæ erant in fronte Templi Salomonis, & ob firmitatem vocabantur *Jakin* & *Booz*, 1 Reg. 17. 15, 21. & 2 Par. 3. 15, 16, 17 [t]. Cur autem hâc similitudine utatur jam explicabit [v]. Sensus, q. d. Æternùm stabit in cœlo, ut columna, excelsus & gloriosus & nulli mutationi obnoxius [x]. Lapis moveri facilè potest, difficiliùs columna [y]. ¶ *Et foràs non egredietur ampliùs*] i. e. Non iterum cogetur effugere, ut sub Nerone : Perpetuò manebit in Ecclesia Sardiana, sicut columnæ illæ manebant in Templo [z]. Nunquam ab Ecclesiæ fide recedet, fundatus super petram, imò Ecclesiæ ipsius columna factus [a]. Per donum constantiæ & perseverantiæ, quod ipsi dabo, firmiter perseverabit [b]. Hæc victorum gloria erit mutationis expers, perpetua, æterna [c]. Firmabo illum in cœlesti gloria [d], à qua nunquam excidet *. Nulla, ut hîc, erit interruptio communionis inter Deum & fideles; nec ille abscondet se ab iis, nec illi à Deo recedent & scortabuntur, &c ‖. Sed quid hîc *in ampliùs?* Nunquam enim hic victor de cœlo egressus est, nec forsan ex Ecclesia exiit [f]. Resp. Adverbium illud interdum tantùm futurum tempus respicit [g], non præteritum ; i. e. excludit tantùm deinceps futurum, non aliquid quod fuit includit [h] ; ut Jer. 22. 11. *Sellum —— non revertetur huc ampliùs*, h. e. omnino ab eo tempore non revertetur. Nunquam enim priùs Sellum captivus extra Judæam exierat. Sic Tob. 3. 10. de Sara virgine dicitur, *ampliùs ex te non videamus filium*, i. e. nunquam; & Act. 13. 34. de Christo nunquam corrupto dicitur, *non reversurum ampliùs in corruptionem* [i]. Quodammodo tamen hæ locutiones præteritum respiciunt, & ex præterito tollunt aut quod fuit, aut quod antè esse potuit, (ut Sara potuit antè filios peperisse; & potuit corpus Christi corrumpi, si Deus non servâret :) aut statum rei quem antè habebat, ut qui semel exiit dicitur non reversurus ampliùs, i. e. non futurus ampliùs in loco in quo antè fuit. Ità hîc ingressus in cœlum dicitur non exiturus ampliùs, quia non est rediturus ad statum priorem [k]. ¶ *Et scribam super eum* (i. e. super frontem ejus, ex collat. Apoc. 22. 4 [l]. vel, *super eam*, La. Me. Persequitur Translationem [m] columnæ [n]. Nam in columnis fiebant inscriptiones quales sunt quæ in Psalmis dicuntur מכתב : ità enim legere Græci Psal. 16. & alibi, ubi nunc libri Hebraici habent מכתם. Vertunt Græci στηλογραφία [o]. Columnis inscribi solent tituli, & nomina victorum, vel eorum quibus eriguntur & dedicantur [p].) *nomen Dei mei*] Ut scilicet nominetur & sit filius Dei [q], plenà nempe adoptionis fruitione & majestate [r]: vel, nomen יהוה, quod significat, Deum impleturum promissa, ut intelligi potest Exod. 6. 3. & iis quæ dicta hîc suprà 1. 4, 8. Sensus est, Eos qui in hac persecutione con stantes fuerint visuros spiritu Prophetico, quomodo Deus secundùm sua promissa triumphaturus sit de Judæis & Romanis : quod præcipuum est Apocalypseos argumentum †. Alludit ad columnas, in quibus principes eas erigentes sua nomina incidi curabant ; quo significabant, eas suas esse, & nomini suo dicatas & sacras, ideòque sibi esse claras & gloriosas [t]. Tale erat monimentum Absalomi 2 Sam. 18. 18. Et statuæ Diis consecratæ eorum nomina inscripta præferebant [v]. Talia autem monumenta plùs aut minùs gloriosa erant pro dignitate nominis eis inscripti. Nihil autem gloriosius est nomine Dei. Videtur autem hîc innui, nos aliquo modo participes fore gloriæ Dei [x]. Similitudo deducta est ab usu civili antiquo [y], in quo possessores bonis suis (vel rebus pretiosis, quas possidere semper volunt, & in quibus maximè gloriantur [z] :) sua

sua inscribebant nomina a, ut ea ab alienis distinguerent, & eo modo ab injuria tutarentur b. Itaque vult Christus, Deum futurum Deum nostrum c, totúmque à nobis possidendum esse, & in nobis peculiariter gloriaturum, tanquam in servis ac militibus fortibus & fidelibus d; Jerusalem [ut sequitur] matrem nostram esse; se Dominum, caput, & servatorem nostrum *. Cæterùm hoc nomen Dei inscribitur, tum, 1. in terris per Spiritum Sanctum, qui conscientiis suorum obsignat nos esse Dei Filios, Rom. 8.16. tum, 2. cùm exteriùs à fidelibus agnoscuntur, & nominantur, ut Esa. 60.14. tum, 3. in cœlo, cùm judicio ultimo benedicti Patris nominabuntur & innotescent gloriosè, Mat. 25.34. 1 Joan. 3.2 f. ¶ *Et nomen civitatis Dei mei*, (i.e. verus, germanus, perpetuúsque ejus civis semper dicetur g. Hoc nomen est ἐκκλησία καθολική, nempe libera & florens sub Imperatoribus Christianis h. Subaudiendum hîc, *id est*; Be. Pi.) *novæ Jerusalem*, (i.e. Ecclesiæ i triumphantis k. *Novam* dicit quia vetus typicè Christi Ecclesiam adumbrabat l; vel, oppositè non ad Ecclesiam hujus ævi, quæ eadem est cum cœlesti, sed ad Judaicam m. *Jerusalem* vocat cœlestem patriam cujus figura fuit Jerusalem in terra, quæ *vetus* dicitur quia priùs hominibus cognita est; cœlestis verò *nova* dicitur non in se, sed nobis qui eam non vidimus n.) *quæ descendit de cœlo* (Non motu locali o, sed, vel, 1. visionaliter, infrà cap. 21 p. vel, 2. quòd cùm antea in cœlo lateret, in adventu Christi videri & cognosci cœpit, & exinde ejus gaudia, & spes & æternitas, hominibus innotuerunt per prædicationem Apostolorum: ideóque non descendisse, sed adhuc *descendere*, dicitur q. Vel, 3. quia cœlestem habet originem r.) *à Deo meo*] i.e. Dei beneficio admirabili procurata est. Vide Joh. 6. 33, 38, 41, 42, 50, 51, 58. & ibi dicta confer cum eis quæ habebimus infrà v. 21. Verbum *descendendi* significat id quod hîc describitur in terris fore. In MS. est ἡ καταβαίνουσα, quod satis redolet locutionem Johannis, qui rectis uti solet pro obliquis †. ¶ *Et nomen meum novum*] i.e. Vel, 1. nomen *Jesu* s; vel, 2. nomen illud, *Rex Regum*, &c. ut videre est infrà 19. 16 v. vide & suprà 2. 17 x. vel, 3. nomen Filii Dei y, vel Mediatoris z; vel, 4. nomen figuratè sumptum a, i.e. gloriam sive exaltationem quam Christus post resurrectionem accepit, Phil. 2. 9. cujus ille particeps erit b. Sensus, Agnoscam eum pro Christiano & membro meo c; salutis meæ eximiè particeps erit, & ab eo totus possidebitur d.

13. *Ecclesiis*] Ecclesiæ Philadelphiæ & aliis in illa parte Mysiæ *.

14. *Laodiciæ*, Ἐν Λαοδικείᾳ] Urbs est Lydiæ ad Lycum amnem f, ubi ante Pauli eò adventum Ecclesia aliqua erat ex Judæis dispersis g. ¶ *Hæc dicit Amen*, &c. Ὁ Ἀμὴν, &c.] *Amen*, (vel, *Ille Amen*, E. Ille cujus nomen est Amen h: *Ille qui est Amen*, Me. i.e. fidus atque verus i, ut mox declaratur k; stabilis l, immutabilis, qui semper idem est m; imò ipsa stabilitas, fidelitas n, veritas o, ut Esa. 65. 16 p. ubi Deus vocatur אלהי אמן q. Fortè *Amen* breviter dictum pro *Deus Amen* r. * *Amen* est particula fortiter asseverantis, vel jurantis †. Ex adverbio fecit nomen, sicut Latini dicunt *clarum manè*, *cras illud*, *cras hesternum*. Significat autem Christus, se eum esse per quem omnia promissa implentur, juxta 2 Cor. 1. 20 s.) *testis ille fidelis & verax*, Be. Pi. ut Apoc. 1. 5 v. Qui de veritate Dei testatus est x, & verbis & sanguine suo y, ideóque propriè μάρτυς z. Id ideo hîc repetit, [vel, 1.] ut promissorum de vita æterna certitudo languidos excitet a. Episcopus enim Laodiceæ cùm persecutionibus ipse cum Ecclesia urgeretur, cœpit apud se de Christi promissionibus dubitare, & multùm indè de studio virtutum remisisse; quod fieri semper solet cùm fides & spes languescunt, aut vacillant b. Vel, 2. quia quædam dicturus erat minùs verisimilia, ut quòd præstet frigidum esse quàm tepidum; quòd Episcopus hîc miser esset & cæcus; quódque tali tam ingentia promittat c. Vel, 3. ut ostendat firmum esse ipsius testimonium de occulta hujus Ecclesiæ hypocrisi, &c d. ¶ *Qui*, &c. Ἡ ἀρχὴ, &c.] *Principium* (vel, *Caput*, Ca.) *creaturæ* (vel, *creationis*, V. vel, *opificii*, Be. Pi.) *Dei*, Be. Pi. h.e. Omnium Dei operum excellentissimum atque primum, ut Elephas Job. 40. 19. dicitur *præcipuum operum Dei* *.

Hoc avidè arripuerunt Ariani, indéque collegerunt, Christum fuisse meram & primam creaturam, per quam formatæ erant reliquæ. Id si ità esset, de humana tantùm ipsius natura intelligendum esset; & quidem non in creatione prima ac propria, sed secunda ac metaphorica, seu regeneratione, quatenus novi mundi principium, &c f. *Principium novæ creationis* g, sive novæ creaturæ; id est, vel, hominis renovati per gratiam Christi, nam *creatura* interdum in Scriptura, præsertim in N. T. hominem solum significat; vel propriè, ipsius renovationis h. Confer 2 Cor. 5. 17. Gal. 6. 15. Vide & Col. 1. 15. & Jac. 1. 18 i. ut sensus sit, q.d. Autor totius sanctitatis & regenerationis, qui te affligit, ut per illas afflictiones renoveris k. Hoc ideo dicit ut Laodicenus Episcopus à Christo sibi exemplum sumat, qui verè est ראש דרכי אל l. Ἀρχὴ notat, tum, 1. causam, ut in Aristot. Metaph. 4. 1. & Ecclesiastici 37. 20. tum, 2. principatum sive dominatum, ut Arist. ib. & apud LXX Gen. 1. 16. tum, 3. principem, ut Eph. 3. 10. Col. 1. 16, Tit. 3. 1. Hinc Christus dici possit ἀρχὴ, id est m, vel, causa efficiens omnis creaturæ n: vel, principatus, sive princeps creaturæ o, omnibus creaturis dominans, ut creator p.

15. *Scio opera tua*] Describit id hominum genus qui Christianorum cœtus adeunt, & eis se aggregant, sed vitam non instituunt ad normam Evangelii: quales & Paulus describit 2 Tim. 3. 5, 7. Vide & Matth. 7. 22. & Heb. 10. 29. Non longè hinc abibat ille ad quem Epictetus apud Arrianum 4. 7. ἀποπέπηγας ἤδη τὸ ἐν τῇ ῥίζῃ κάτω, τὰ δ' ἄνω οὐ μακρὰν ἔτι ἀνθεῖ q. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι οὔτε ψυχρὸς εἶ, οὔτε ζεστός] *Quia* (vel, Nempe *quòd*, P. sic Be. Pi.) *neque frigidus es, neque fervidus*, Er. P. &c. *Frigidi* sunt, vel, 1. infideles r, qui odium Christi propalàm profitentur, ut Judæi, Ethnici, &c. in quibus planè friget charitas, Matth. 24. 12 †. qui nullam habent Evangelii notitiam t, ac proinde nec ullos motus Christianos v; qui omni formâ & professione religionis carent x. Cui obstat sequens votum, quia melior indubiè est peccatoris Christiani conditio, & vicinior saluti, quàm infidelis. Vel, 2. homines Christiani peccatis pleni y, Spiritûs S. gratiâ & illuminatione planè destituti z; sensibiliter aut manifestè mali a, multis & magnis peccatis constricti b. *Fervidi* sunt verè (aut ferventer) boni c, qui fervent spiritu, juxta Rom. 12. 11 d. vel, fide *, vel, dilectione f; qui præditi sunt Christianâ dilectione, quæ Igni comparatur, ut amor omnis. Vide Cant. 8. 7. & ibi dicta g; qui confessione habent & vim, fervorem, vitam, & renovationem h; qui dilectione Dei & proximi flagrant i. ¶ *Utinam* (ὄφελον, אחלי. Utuntur Dioscorides, Galenus, alii k.) *frigidus esses, aut calidus*] Non absolutè hoc optat, sed comparatè l; non quia hoc optabile, sed quia potiùs optandum, h.e. minùs detestandum, quàm esse tepidum m. Non putandum est, Christum velle aut præscribere ut frigidus esset, aut indifferenter se haberet ad frigus & calorem; sed more hominum sic exprimit odium suum, ac detestationem professionis hypocriticæ; neque enim omnes similitudinis partes premendæ urgendæve sunt, ut vel ex eo constat, quòd frigus & calorem eodem loco ponit & pariter æstimat n. Sensus, q.d. Præstat, vel minus malum est, frigidum fuisse o, h.e. prorsus à fide alienum esse p, quàm tepidum q, vel hypocritam r; i.e. quàm post fidem acceptam semi-Christianum agere †. [Qu. Cur, aut, Quomodo illud præstat?] Resp. 1. Quia levius [peccatum] est verum ignorare quàm cognito non uti t, Luc. 12. 48. 2 Pet. 2. 21. ubi dicta vide v. Nam præterquam quòd qui tepidus dicitur reverà friget, omníque religione caret, hæc etiam duo superaddit: 1. quòd pietatem simulat, ideóque Deum tentat, ut Act. 5. 3, &c. quasi ille hypocrisin aut non cerneret, aut probaret; 2. quòd talis, licèt pauper, superbus tamen sit & præsumptione plenus, ut v. 17. id quod Deus maximè odit x. Deinde simulata sanctitas est duplex iniquitas y. Resp. 2. Quia status tepidorum, qui nonnullis peccatis tenentur, etsi minùs malus sit quàm frigidorum, qui multò graviora committunt, multò tamen est periculosior z. De frigidorum conversione major est spes quàm de iis qui speciem habent sanctitatis a. Sanitatis major spes ἐν ἀκολασίᾳ quàm ἐν ἀκρασίᾳ, (*in intemperante quàm incontinente*,) ut ostendit Aristoteles b. Vide Mat. 21. 31, 32 c.

Frigidus

Frigidus citiùs convertitur quàm tepidus, quoniam videt evidens periculum suum, & certam damnationem, quam tepidus non metuit, nec videt; & ideo de vitæ mutatione non cogitat, nec medicum quærit[d]. Resp. 3. Quia professio religionis sine virtute ejus nomen Dei polluit, atque ignominiæ exponit. Vide Ezec. 20.39[*]. Sensus est, q. d. Utinam aut bonus esses, aut apertè malus, & perturbationibus plenus, ut iis sedatis resipisceres[f]. Nequaquam *frigidum* eum, h. e. impium aut infidelem, esse exoptat; sed ut *frigidum* se esse confiteatur, quò sic ad ardorem spiritualem perveniat[g].

16. *Sed*, &c. Οὕτως ὅτι χλιαρὸς εἶ] οὕτως hic non est similitudinis[h], sed ratiocinativum[i], valétque על כן *igitur*. In Glossario χλιαρὸν, *tepidum*. Utuntur Aristot. Galen. & alii[k]. *Sic* (vel, *Itaque*, Er. Be. Pi. &c.) *quia tepidus es*, Mo. Er. &c. *Tepidus* hîc dicitur qui inter virtutes & vitia fluctuat[l], quem *dubium* vocat Hermas 3. 8[m]. qui Deo pariter & Mammonæ servit, Mat. 6. 24. Confer 1 Reg. 18. 21[n]. partim & occultè malus, partim & apparenter bonus[o]; qui ex virtute vivere vellet, sed certamen cum vitiis & virtutis laborem refugit[p]; qui Deum non audet graviter sciens & volens offendere, purioris tamen & perfectioris vitæ studium negligit, unde se facilè propriis concupiscentiis permittit, &c[q]. qui remissæ cujusdam est & imperfectæ virtutis[r]: qui sub specie boni iniquus est & impœnitens[†]; qui, cùm reverà bonus non sit, ipse tamen bonum esse sibi penitus persuadet, eóque superbiâ tumet, & sibi perplacet atque præfidit, & securè vivit, quasi nullius egens nihilque timens, quales erant Pharisæi, &c[t]. Per *teporem* hîc intelligit supinam in officio negligentiam[v], & zeli gloriæ Dei atque pietatis remissionem insignem[x]; & quòd hæc Ecclesia in eo acquievit quòd Idololatriam & profanitatem, & prava dogmata, effugerat, zelo interim vacua, ut innuitur v. 19[y]. ¶ *Nec frigidus, nec calidus*] Clariùs explicat quid sit χλιαρὸς[z]. Nec pietati admodum addictus, nec prorsus ἄθεος[a]. ¶ *Incipiam*, &c. Μέλλω σε ἐμέσαι, &c.] *Futurum est ut te evomam*, &c. Be. Pi. P. &c. i. e. abjiciam seu perdam[b]: velum hypocriseos tibi adimam, turpitudinem tuam omnibus patefaciam; famam tuam, quam externâ hâc professione venaris, vertam in contemptum & odium tui, & pœnâ tuâ ostendam quàm te oderim[c]. Prosequitur comparationem[d]. Tepida sunt ἐμετικὰ, sive vomitum provocant[*]. Celsus 1. 2. *Qui vomere post cibum volet, si ex facili facit, aquam tepidam antè debet assumere.* Significat autem Christus, tales homines sibi esse molestos, sicut illa quæ nauseam movent. *Evomit* Christus quos admonere desinit. Par translatio cùm quis dicitur *rem aliquam concoquere non posse*[f].

17. *Quia* (q. d. Hæc causa cur te fastidiam[g]. Explicat quod de ejus tepore dictum[h]. Al. Ὅτι hic redundat[i], servítque tantùm mimesi[k].) *dicis*, (Non tam ore quàm cordis fiduciâ & impudenti audaciâ, ut Jer. 2. 23[l].) *quòd dives sum* (Divitiis, vel, 1. terrenis[m]: nam hæc Respub. erat opulentissima[n]; vel, 2. naturalibus ingenii, judicii, &c[o]. vel, 3. spiritualibus[p], virtutibus, meritis, gratiâ[q], justitiâ[h], bonis operibus[i].) *& locupletatus* (h. e. indiès proficio in virtutibus[k]:) *& nullius egeo*] Vel, virtutis, vel alterius, cujus consilio, aut operâ, adjuver[l]. Est gradatio. Multum est *divitem esse*; plus verò, cùm dives sit, abundare, *locupletari*; maximum verò, *nullius planè rei indigere*. Tales sibi videntur qui fidem qualemcunque in se sentiunt, & Christianismum profitentur; & hæc cùm habeant, putant sibi nihil deesse ad salutem. Vide Jac. 2. 25. Talium figura, Israelitæ Decem tribuum, qui & ipsi se *divites* dicebant Hos. 12. 8[m]. ¶ *Tu es miser*, &c. Ὁ ταλαίπωρος καὶ ὁ ἐλεεινὸς, &c.] *Ærumnosus* (vel, *Deplorandus*, Camer. ægritudine oppressus, qualis est hypocrisis & superbia coram Deo[n], שדוד, Judic. 5. 27. Eum qui felicem se putabat, ostendit *ità esse infelicem ut omnium misericordiam commovere debeat*, idque in summo gradu, quod indicat oppositus articulus[o]. Hæc vox denotat corporis defectus & ægritudines, hîc autem ad animum transfertur[p].) *& miserabilis*, (i. e. misericordiâ divinâ indigus[q]; q. d. Non tantùm *miser* in teipso, sive ob impotentiam tuam, sed & *miserabilis* quoad subsidia ab aliis exspectanda[r]:) *& pauper*, (i. e. egens rerum necessariarum[†], destitutus justitiâ & sanctitate verâ coram Deo[t].) *& cæcus*, (i. e. Non videns quàm sis miser[v], nec morbum sciens, nec remedium[x]. Τυφλὸν dixit κατ' αὔξησιν pro *Lippiente*, ut infrà apparebit[y]: Excœcatus affectu rerum temporalium, ideóque contemnens cœlestia[z].) *& nudus*, Mo. &c. i. e. Carens veste nuptiali, qui est Christus[a]: carens justitiâ, quæ vestitus est Christianorum, infrà 19. 8[b]. Sine ullo tegumento quo miseriam aut turpitudinem veles coram justitia Dei[c].

18. *Suadeo*, &c. Συμβουλεύω σοι ἀγοράσαι χρυσίον — πεπυρωμένον ἐκ πυρὸς, &c.] *Consulo tibi* (Ego qui sum *Consiliarius* sapientissimus, Esa. 9. 6[d]. Poterat imperare, sed mavult suadentis personam sumere[*], tum, ut consensum spontaneum ipsis eliciat; tum, ut amicum affectum suum ostendat[f]: [tum,] quia id quod dicturus est isti Episcopo, & ejus similibus, est utilissimum[g].) *ut emas* (i. e. acquiras sive compares[h], etiam cum aliquo labore, ut Prov. 3. 14. & 23. 23[i]. & voluptatum dispendio[k], edomatione carnis[l], & precibus assiduis[m]; & gratis oblatum accipias[n], ut patet ex collat. Esa. 55. 1, 2, 3[o]. Est ergò Catachresis in voce *emendi*[p]. Nam charitas nullo pretio aut merito acquiritur, sed gratis obtinetur, maximè quoad initium ejus[q]. Confer Matth. 13. 45[r]. & Joh. 7. 37[†]. Et quod quæso pretium Christo (qui est res emenda, Esa. 55. 3.) statui possit, aut solvi[t], præsertim à mendico[v]? Verbum *emendi* designat mutuum consensum, sive compactum, inter Deum & homines[x].) *à me aurum* (i. e. vel, 1. charitatem ardentem[y], vel affectum permanentem, quo diligitur Deus & proximus[z]; vel, 2. fidem[a], fundatam in verbo Dei, quod auro mundius & pretiosius est[b]; vel, 3. sapientiam & pietatem ex verbo Dei perceptam[c]:) *igni* (vel, *ex igni*, Mo. Val. Er. V. Malim, *igne*: nam ἐν, ut מן Hebræum, sæpe nota est Instrumenti[d].) *exploratum* (vel, *probatum*, Vulg. i. e. purissimum[*]. Πυροῦν est *probare*, *excoquere*. Aurum optimum est quod *igne perpurgatum* est. Vide suprà 1. 15[f].) *ut dives fias*] Coram Deo[g]. Ut majora in dies dona accipias, non in opinione, sed in re, 1 Cor. 4. 8. 2 Cor. 8. 9. 1 Tim. 6. 17. Tit. 3. 6[h]. ¶ *Et*, &c. Καὶ — ἵνα περιβάλῃ, &c.] *Et vestimenta alba* (i. e. splendida[i], quia albus color plus splendoris & lucis habet quàm reliqui[k]. Intelligit innocentiam vitæque puritatem sive sanctitatem[l]; vel, opera virtutum[m], ex dilectione procedentia[n].) *ut induaris*, (vel, *quibus amiciaris*, G.) *nec appareat dedecus* (vel, *turpitudo*, vel, *probrum*, Er.) *nuditatis tuæ*, Pi. vel, *ignominiosa*, sive *pudenda*, *nuditas tua*, V. Be. vel, *dedecus tuum nudum*, omniúmque oculis expositum[o]. ערוה modò αἰσχύνη, modò γύμνωσις, vertitur. Est ergò hoc dictum sicut *terra luti*, bis idem. *Pudenda* autem per figuratam locutionem significant peccata. Ea in homine emendato non ampliùs apparent: non meminit eorum Deus. ¶ *Et*, &c. Καὶ κολλύριον, &c.] Sic scribit & Anatolius. Alii κολλύριον παρὰ τὸ κωλύειν τὸ ῥεῖν, *quòd fluxum sistat*: alii κολλύριον, quòd fiat ad formam panis cujusdam. Collyriorum adversùs oculi morbos descriptiones habes aliquas lib. 6. Celsi, ubi & *inungere* dicit quòd hîc ἐγχρίειν. MS. hîc ἔγχρισαι τοὺς ὀφθαλμούς· i. e. impetra à Deo clarum conspectum mysteriorum Dei & rerum futurarum[p]. [Sic vertunt:] *Et collyrio inungas oculos tuos, ut videas*, Be. Pi. Quæ scilicet saluti tuæ opportuna sunt[q]; vel, ut intelligas doctrinam cœlestem[r]; vel, ut videas quanta futura sint & gaudia bonorum, & supplicia malorum[†]; vel, ut agnoscas miserabilem statum animæ tuæ[t]. *Collyrium* est genus pharmaci sive medicamenti[v], pro oculis[x], præsertim[y] adversùs lippitudinem[z]. Intelligit h. l. vel, 1. tribulationes, ex collat. v. seq. quæ magnam vim habent ad purgandas mentes hominum à vitiis & erroribus quibus per prosperitatem sordidantur[a]; vel, 2. sui abjectionem & humiliationem, & propriæ fragilitatis agnitionem[b]; vel, humilitatem, quæ oculos nostros aperit ut agnoscamus miseriam nostram[c]; vel, 3. doctrinam cœlestem[d]; vel, 4. cœlestem sapientiam, ex consideratione attributorum Dei, passionis Christi & futurorum bonorum & malorum, collectam[*]. Abjice nimium tui & terrenarum rerum amorem, qui te excœcabat, ut videas, &c[f]. Al. Hæc omnia, *aurum*, *vestimenta alba*, & *collyrium*, Christum ipsum cum omnibus beneficiis suis designant; quia ille solus hos affectus producere potest, &

[d] Rib. [*] Dur. [f] D. Prov. 1. 3. 41. ex Vallcf. [g] Zeg. [h] Sch. [i] Sch. sim. Glass. gram. 3. 5. 29. 510. [k] G. [l] La. ex Haym. Ans. & L. Dur. ib. ex Hi. [m] G. [n] Clu. [o] T. [p] La. ex Ans. &c. [q] Me. [r] Q in D. ib. [†] D. ex Vallef. [t] Per. [v] Gom. [x] Gom. sim. Dur. Pi. ad v. 15. [y] Dur. [z] G. [a] D. ib. [b] Pi. [c] Dur. [d] G. [*] G. sic Rib. Me. Cot. [f] G. [g] Dur. [h] Rib. [i] Be. Pi. [k] Pi. [l] Dur. [m] Areth. in Rib. sim. Clu. [n] Clu. [o] Al. in Rib. [p] Rib. Gag. Me. [q] T. [h] Dur. [i] Gag. Dur. [k] Dur. [l] Rib. [m] G. [n] Par. [o] G. [p] Dur. [q] Par. [r] Dur.

[†] G. [t] Par. sim. Pi. Dur. Me. [v] G. [x] Dur. [y] G. [z] Rib. [a] Par. [b] G. [c] Dur. [d] Idem. [*] G. sim. Dur. [f] Dur. [g] G. [h] G. Pi. E. [i] G. [k] Rib Me. [l] G. [m] G. sim. Pi. Par. [n] Pi. sim. E. Dur. Par. [o] Dur. sim. Par. E. [p] E. sic Pi. [q] E. [r] G. [†] Pi. [t] Dur. [v] Par. sim. [x] Dur. [y] Me. sim. E. Rib. T. ex Rich. Alcas &c. [z] G. [a] Par. Clu. Gom. [b] Clu. [c] Pi. [d] G. [*] Rib. [f] G. [g] Par. [h] G. [i] Rib. G. [k] Rib. [l] Me. sim. Rib. Gom. Pi. [m] Me. sic G. [n] G. [o] V. [p] G. [q] Zeg. [r] Pi. [†] Rib. [t] Me. [v] Er. Pi. [x] Pi. sic Zeg. Camer. Me. [y] Me. [z] Gag. Me. [a] E. [b] Gag [c] Me. [d] Pi. [*] T. ex Primas. Ans. Rich &c. [f] Rib.

& hanc immutationem in spirituali statu efficere [g].

19. *Ego quos amo* (Tanquam amicos, filios, & hæredes mihi futuros [h]. Quos non planè ob diuturna peccata abjicere & obdurare constitui. Dicitur enim hîc φιλῶ non absolutè, sed comparatè, ut alibi μισεῖν. Vide 2 Cor. 2. 24. Gal. 6. 11 [i]. sub. *illos*, Camer.) *arguo & castigo*] *Reprehendo* verbis, *castigo* verberibus [k]. Sic verbum ἐλέγχειν habes Joh. 8. 46. 1 Tim. 5. 20. παιδεύειν verò 1 Cor. 11. 32. 1 Tim. 1. 20. Heb. 12. 7 [l]. Sumpta verba ex Prov. 3. 12 [m]. Nè miseriam suam desperatione cumulet, erigit eos in spem salutis, docétque acrem hanc increpationem amoris sui esse argumentum [n]: q. d. Hæc monita accipe quasi argumenta amantis animi, ut reverâ sunt [o]. Al. Sensus, q. d. Hæ persecutiones & calamitates (quæ te de Christi promissis dubitare faciunt, segnémque reddunt:) pignora sunt amoris mei, quibus electos exerceo, ut puriores & meliores evadant [p]. ¶ *Æmulare*, &c. ζήλωσον, &c.] Subaudi, ἐμέ [q]. Hoc verbum interdum Accusativum habet rei quam zelamur, ut 1 Cor. 12. 32. & 14. 1. & Gal. 4. 17. interdum intransitivè ponitur, ut hîc, & Num. 11. 29. & 1 Reg. 19. v. 14. 1 Cor. 13. 4 [r]. [Sic vertunt:] *Ferve* (vel, *Incalesce*, G. sub. *mei studio*, Be. vel, *Æmulare*, Vulg. *Zelato*, Pi. sic Me. *Zelo accendaris*, T. sic Rib. ad omnem teporem torporémque, seu tuum, seu tuorum, procul fugandum †; zelum salutis tuæ [t], & aliorum, assume [v]. Ardens amor ζῆλος dicitur קנא Num. 11. 29. Psal. 69. v. 9. & alibi. In MS. ζήλωσον [x]. Hoc verbo præcipit æmulationem laudabilem pietatis atque virtutis, & in religionis cultu affectionem ardentem [y].) *igitur* (Tu tepide [z]:) *ac resipisce*, Pi. &c. A priori tepore & hypocrisi [a], ut impendentia mala declines [b]. Ex amore in me *vitam corrige*. Vides hîc alternas circa conversionem actiones Christi & Hominum [c].

20. *Ecce sto* (Præteritum, ἕστηκα, pro Præsenti, more Hebræorum [d], [ut docet seq. κρούω]) *ad ostium* (Nempe, cordis tui [*], i. e. ad intellectum & voluntatem [f]. Ostendit hoc & Christi patientiam, & ipsorum ingratitudinem [g].) *& pulso*] Per crebras illuminationes, atque excitationes internas atque externas [h]. *Pulsare* est internarum inspirationum vocibus petere ut admittatur [i]. Pulsat Christus, tum foris, prædicatione Legis & Evangelii, atque immissione crucis & afflictionum; tum intùs, gratiâ illuminante mentes & corda aperiente, &c †. Ostendit Christum solicitè atque importunè hoc agere [k]. Nè fortè desperaret Christum sibi propitium futurum, aut se ad priorem statum redire posse, dicit, *Ecce sto*, &c [l]. q. d. Etiamsi à te sim exclusus [m], per desidiam, aliáque peccata [n], ad te iterum salutis tuæ studio redeo; & quasi hospes ostium tuum pulso, ut mihi aperias [o]. Corda vestra mihi salvatori vestro occlusa non prætereo, non ignavus lassúsve assideo; sed sto indefessus & pulso, ut ea sopita suscitem, &c [p]. Redit ad Ostium, sed alio sensu, sicut Pastoris similitudo variè usurpatur Joh. 10. At dicat aliquis. Cur pulsat qui clavem habet? Dicam, Quia pessulus erat obditus ostio, qui amoveri debebat. Is pessulus est peccandi consuetudo [q]. ¶ *Si quis* (qualiscunque fuerit, peccator, hypocrita, qui diu obstitit Evangelio, &c [r].) *audierit vocem meam*] Nam solent qui pulsant simul clamare, *Aperi*, ut in Comœdiis. Et *clamor* hîc & *pulsatio* significant Cogitata à Deo injecta ad monendam peccatoris conscientiam. Id Deus aliquamdiu facit, non semper. Multos enim sui contumaces obdurat †. *Si audierit*, i. e. fide amplectatur conditiones fœderis gratiæ ipsi oblatas, ex collat. Esa. 55. v. 2, 3. quod & per *apertionem* seq. intelligitur ex collat. Psal. 81. 10, 13. & Act. 16. 14 [t]. ¶ *Et aperuerit*, &c.] id est, Si salutaria monita admittat. ¶ *Introibo ad illum*, (Ut hospes [v], quasi ad gratissimum hospitem [x]: Unio erit inter me & ipsum [y]. *Intrat* Christus, ubi Spiritum suum reddit [z]; vel, ubi per fidem insinuat se cordibus nostris [a].) *& cœnabo cum eo*, (i.e. Injuriarum & repulsæ oblitus [b], amicè & familiariter cum eo vivam [c]; & jucundè cum illo me oblectabo [d], & obsequia ejus accipiam [*]; me illi in verbo & Sacramentis per fidem communicabo, peccata tollens, infirmitates tegens, ipsius fide & conversione delectatus [f].) *& ipse mecum*] Sub. *cœnabit*, Par. Loquitur ut hospes [g], non tamen vacuus nec ingratus [h], sed major & locupletior [i]; qui veniens in domum alterius beneficium potiùs det quàm accipiat [k], & dapes illi opiparas reponat, quæ hîc sunt cœlestia Evangelii bona, justitia, sanctitas, pax, &c [l]. Designat plenum peccatoris gaudium in unione sua, & communione cum Christo [m]. Magnus honos Regem habere convivam. Per *convivium* autem intelligitur Gaudium, tum Christi ob conversum peccatorem; tum, peccatoris conversi ob Christum in se habitantem. Solent enim magnæ lætitiæ exprimi Conviviorum similitudine, Luc. 12. 37. & 15. 23 [n]. Hinc rectè colligunt Interpretes, Deum non præveniri à libero hominis arbitrio, sed prævenire per gratiam suam excitantem; item, Posse hominem oblatam gratiam respuere, alii addunt, vel recipere, quod falsum est [o]. Notandum autem, Scripturam S. de conversione nostra bifariàm loqui, eámque totam tribuere modò nobis & voluntati nostræ, ut hîc, & Ezec. 18. 31. Zac. 1. 3. idque ut voluntates nostras excitet, virésque præstandi spiritu suo infundat; modò sibi & gratiæ suæ, ut Jer. 31. 18. Ezec. 36. 26, 27. Joh. 6. 44. & 15. 5 [p]. Sed re bene consideratâ videtur idem hîc significari quod Matth. 24. 43, 44, &c. ubi ex similitudine servi vigilantis ad Domini sui adventum, ut ei aperiat, Christus adhortatur omnes fideles, ut semper vigilent & parati sint cum illo discumbere & cœnare, i. e. æterno gaudio frui. Itâ h. l. *Ecce sto*,—i.e. jamjam veniam ad judicium, pulsaturus ostium. *Siquis audierit—intrabo ad illum*, &c. nempe, in domum meam, in qua servus ille vigilabat; & illum adhibebo cœnæ meæ, h. e. particeps erit gaudiorum atque bonorum meorum. Nihil ergò facit hic locus pro gratia Dei pulsantis, & exspectantis, & quoad effectum dependentis à nostra acceptatione, quam gratiam sana doctrina non recipit; Deum enim esse qui aperit voluntatem docet Augustinus, &c [q].

21. *Qui vicerit*] Nempe, peccati consuetudinem. Vide suprà v. 12 [r]. ¶ *Sedere mecum in throno meo*] i. e. Particeps erit mei regni †, gloriæ, honoris [t]; cohæres erit cœlestis beatitudinis [v]: Non enim in eodem throno æquali honore sedebit [x], sed caput, Christus, semper eminebit [y]. Thronus Regis apud Orientales amplus & latus est, adeò ut præter sedem Regi propriam, alii quoque quos honore afficere cupit Rex, in eodem Throno sedes habere queant [z]. Al. *In throno meo*, putà triumphali & judiciario, ubi mecum sedens judicabit gentes, mundíque principes, Angelos, &c [a]. Al. *In throno meo*, i. e. in solio quod ego ipsi dabo. Vide ad Apoc. 2. v. 26. & Joh. 17. 24 [b]. Conveniens hæc merces ut qui laboravit & pugnavit, postea, victis hostibus, securus sedeat, & lætus regnet, cum Christo [c]. ¶ *Sicut & ego vici*] i. e. Plurima pro Dei gloria & hominum salute toleravi [d]: *Vici* tentationes omnes. De hac victoria mystica prædictio Esa. 63 [*]. ¶ *Sedi——in throno ejus*] i. e. Ad dexteram Patris [f]. Habens potestatem & majestatem Divinam, qualem Pater habet, cujus nulla creatura capax est [g]. Al. In eo solio quod Pater mihi dedit: Psal. 110. Dan. 7. 9, 14. Matth. 22. 44. Apoc. c. 22. v. 1 [h].

22. *Ecclesiis*] Nempe Laodicenæ, & aliis ei proximis [i]. Post absolutum Visum monita salutaria continens ad septem Episcopos & Ecclesias, sub quorum exemplo alii quoque Episcopi & Ecclesiæ intelliguntur, sequuntur Visa alia, quæ diversis temporibus Apostolo obtigere, & postea in unum volumen redacta sunt: quod & in Prophetiis aliis evenit, sæpe etiam non annotato temporis discrimine, sed dato intelligi ex iis quæ loco quoque continentur. Pertinent autem hæc Visa ad res Judæorum, usque ad finem cap. 11. indè ad res Romanorum, usque ad finem cap. 20. deinde ad statum florentissimum Ecclesiæ Christianæ, ad finem usque. Sicut autem Prophetæ veteres non tangunt res Assyrias, Babylonicas, Ægyptias, nisi quatenus connexæ sunt cum rebus Judaicis, i. e. ad prædicanda mala quæ Judæi ab illis erant perpessuri, & rursum pœnas quas ab illis gentibus sumpturus erat Deus, ut & præmunirentur pii adversùs mala prævisa, & in ipsis malis solatium acciperent ex prævisa ultione; itâ & hîc Apostolus prædicit primùm injurias Judæorum & Romanorum in Christianos, deinde severa Dei judicia adversùs Judæos, & porrò adversùs Romanos idololatras, ut intelligerent Christiani neque sibi

[g] Dur. [h] T. [i] G. [k] G. sim. Clu. Dur. Rib. [l] G. [m] Lusc D. [n] Cot. [o] Me. sim. Clu. Gom. Dur. Par. [p] Rib. [q] Be. [r] Rib. † T. [t] Me. sic Rib. [v] Me. [x] G. [y] Camer. [z] G. [a] Clu. [b] Rib. [c] G. [d] Pi. [*] T. Clu. Par. sic Rib. Me. [f] T. [g] Dur. [h] T. [i] Rib. Me. † Par. [k] Dur. [l] Rib. [m] Rib. Me. sim. T. [n] T. [o] Rib. Me. [p] Clu. [q] G. [r] Dur. † G. [t] Dur. [v] Rib. Me. [x] T. [y] Dur. [z] G. [a] Par. [b] Rib. Me. [c] Rib. Me. sim. Camer. Pi. T. Dur. [d] T. [*] Rib. Me. [f] Par. [g] Rib. Me. [h] Par. [i] Rib. Me. Par.

[k] Rib. Me. [l] Par. [m] Dur. [n] G. [o] Clu. [p] Par. [q] E. [r] G. † Rib. Me. T. sim. Pi. Par. [t] T. [v] Rib. Me. [x] Rib. [y] Be. [z] Di. [a] Clu. [b] G. [c] Rib. [d] Rib. Me. [*] G. [f] Par. Rib. Me. Med. [g] Med. l. 3. p. 1108. [h] G. [i] Idem.

sibi mala evenire nisi singulari Dei dispositu, neque in ipsis malis se à Deo negligi, qui & certa tempora illis malis præfinierit, & acerbissima supplicia sumpturus sit ad vindicandum martyrum sanguinem. Sicut autem & Esaias cap. 6. & Ezec. cap. 8. præsignificaturi Dei judicia, Divinam Majestatem & Angelicum famulatum vident in Templo Hierosf. apparentem; ità & Johannes in Patmo videt ἐν οὐρανῷ Dei & Christi Majestatem, & Angelicum famulatum relucentem in ipso cœlo, & eò assumi Præsides Ecclesiæ Hierosolymitanæ, ut cum ipso futura contemplentur; nôrintque non tantùm à Deo se summè curari, verùm & unam se facere cum Angelis Dei ac Christi familiam, & cives cœlestis patriæ se esse spe ac jure, Eph. 2. 6. Phil. 3. 20. Heb. 12. 22 [a]. Sequentium Visionum schema hoc fit, ut describatur, 1. Processus Dei cum Judæis à cap. 4. ad 12. 2. Infantia & augmentum Ecclesiæ, donec totum occuparet Imperium Romanum alios evertendo, alios convertendo, à cap. 12. ad 20. 3. Florens Ecclesiæ status per mille annos, & postea Turcarum eruptio atque irruptio in Ecclesias Orientales, unà cum eorum exitio & fine mundi, à cap. 20. usque ad cap. 22. 6 [b].

a G.
b Ham. in præmon.

CAP. IV.

1. POST hæc] Alio tempore, quod peculiariter notari nihil erat opus [c]. Post primam Visionem, quam hactenus recensui [d]: q. d. Nondum Visionum finis *. Illud, μετὰ ταῦτα, vel, diversam materiam, vel, diversam Visionem, à priore notare potest. Neque hinc colligi potest, vel certus Visionum ordo, vel tempus completionis earum. Non ergò necesse est ut quod in hac Visione repræsentatur, nempe, excidium Judæorum, non antè incipiat quàm completa sit præcedens Visio [f]. ¶ Vidi] Visio notatur, non defixa, sed vaga & incerta. q. d. Oculis contendi, ut, quando mihi promissæ erant rerum occultarum revelationes, oculis haurirem quæ offerrentur; atque ità me ad eas excipiendas composui [g]. Pium indicat desiderium, & feriam ejus sollicitudinem in præced. visis non acquiescentis, sed ulteriora sperantis [h]. Al. Εἶδον hîc accipiendum, ut Heb. חזה ex usu Prophetarum, unde Prophetia חזון visum, dicitur, & Propheta חוזה videns; & optimè explicatur per seq. fui in spiritu [i]. Εἶδον, חזה הויה, Dan. 4. 10 [k]. ¶ Et ecce (sub. erat, Be. Pi.) ostium apertum (Id significat, Deum Johanni mira ac cœlestia patefacturum *. Sic cœli aperti visi sunt & Johanni, Mat. 3. 16 [l]. ubi dicta vide [m]; & Stephano, Act. 7. 56. & Jacobo, Gen. 28. 17. Et quid hæc phrasis significat clarè ostendit Dominus, quum uberiorem rerum cœlestium dispensationem promittens, posthac, inquit, videbitis cœlos apertos [n].) in cœlo] i. e. Vel, 1. in Ecclesia [o], in qua Deus habitat ut in cœlo [p], quæ sæpe in hoc Libro, & in Scriptura, cœlum dicitur [q]. Ità ostium apertum erit revelatio Scripturæ S. quæ habetur in Ecclesia, & per quam ad secreta cœlestia penetramus [r]. Declarat hîc, Johanni pandenda fore quæ & tunc & in posterum gererentur in Ecclesia, tanquam in cœlo quodam, cui summa illa Majestas hoc cap. exhibita præsidet ac dominatur †. Vel, 2. cœlum tertium, de quo 2 Cor. 12. 2 [t]. cujus ostium panditur, ut videre possit Johannes Deum in throno residentem, &c [v]. ¶ Et vox (nempe, Dei Patris, qui summus est Apocalypseos author, cap. 1. 1 [x].) prima] i. e. Vel prima omnium quæ postea auditurus erat †: vel, illa quam in primo visu audieram cap. 1. 10, 12 [y]. Et prima hîc pro prior, ut suprà 2. 4. & 1 Tim. 5. 12 [z]. ¶ Tanquam tubæ (id est, sonora [a], & plena imperii [b], nempe, vox Christi [c], ut suprà vidimus [d].) loquentis mecum] Sic ad apertionem januæ Templi tuba insonuit, quò hîc alluditur *. ¶ Dicens, λέγουσα] Supple ἦν qualis particulæ sæpe in hoc Libro subaudiuntur [f]. Dicebat, Be. Pi. ¶ Ascende huc] Ut olim Jerosolyma, ità & Ecclesia, ut locus superus, ascensu superandus est; nam licèt in terris militet, eadem est cum ἄνω Jerusalem, Gal. 4. 26 [g]. Ascende, tanquam per scalam Jacobi [h]: Quo requiritur à Johanne cunctisque hujus Prophetiæ lectoribus supra terram terrenósque affectus adscensio, ut possint arcana Dei penetrare [i]. Qu. Qualis erat hæc Visio & ascensio? Resp. Non realis [k], quia cœlum non habet ostium [l], sed imaginaria, vel intellectualis [m]; non corpore, sed mente & spiritu [n]. Per hanc januam Johannes ἐν ἐκστάσει in cœlum admittitur, sicut Ezechiel absens in Templum. Simile vide 2 Cor. 12. 2 [o]. Erat hæc species menti Johannis oblata, ex collat. locorum similium, cap. 1. 10. & alibi [p]. Al. Hæc apertio cœli & visio erat ipsâ & oculis corporis [q], ut Mat. 3. 16. Act. 7. 56 [r]. Deo ipsum roborante, ut introspiceret locum gloriæ Dei, &c †. ¶ Ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc] Nempe de Judæis [t]; vel, quæ accident Ecclesiæ [v], tum, 1. militanti [x], ab hoc tempore usque ad finem seculi *: tum, 2. triumphanti †, quæ ad futuram potissimùm vitam spectant [y]: q. d. Hactenus tibi ostendi, quinam sit status Ecclesiæ in tempore præsenti, nunc ostendam quinam futurus sit [z]. Confer cap. 1. 19 [a]. Hinc colligitur, sequentes visiones de rebus futuris agere [b], eásque ineptè à multis trahi ad res præteritas [c]. Nec tamen in his prædicuntur omnes eventus, sed præcipui tantùm, iique qui ad Ecclesiam ejúsque hostes spectant. Sequentes autem prophetiæ, sive visiones, sunt, vel, 1. principales & primariæ; quæ tres sunt, de 7 Sigillis, cap. 6. de 7 Tubis, cap. 8. 9. 10. & 11. de 7 Phialis, cap. 15. & 16. vel, 2. secundariæ & explicatoriæ, quæ res in prioribus contentas explicant, quales sunt cap. 12. 13, 14, 17, 18, 19, 20, 21 [d].

2. Et statim fui, &c. Ἐγενόμην ἐν πνεύματι] Abreptus (vel, Correptus, Be. Factus, Mo. Constitutus, Pi.) sum, vel fui, spiritu, V. Be. vel, in spiritu, Mo. Pi. Nempe raptus in exstasin *, abstractus à sensibus [f]: in cœlum ascendit, sive tractus fuit [g], Spiritûs operâ [h]; non corpore, sed ὀπτασίᾳ, quæ spiritus dicitur etiam suprà 1. 10 [i]. Vox spiritus hîc notat, vel, 1. Spiritum Sanctum, translationis in cœlum authorem, vel potiùs, spiritum seu mentem Joannis, sive subjectum modúmque perceptæ visionis, ex collat. 1. 10 [k]. Erat autem hæc exstasis, vel, 1. nova, priore finitâ [l]: quo ipsa innuitur distinctio rerum dictarum & dicendarum [m]. Vel, 2. altior tantùm illuminatio [n], sive ulterior spiritûs intensio seu raptus, seu translationis gradus, nunc necessarius ad percipiendum abstrusiora prioribus [o]. ¶ Ecce sedes, &c. θρόνος ἔκειτο, &c.] Sic erat in omnibus visionibus Propheticis, ut Exod. 24. 10. Ezec. 1. 22, &c [p]. sic Esa. 6. 1. Deum in solio videt, nempe paratum ad judicia exercenda. Adde Dan. 7. 9. ubi ἐτέθησαν quod hîc ἔκειτο. Solet enim κεῖσθαι idem valere quod poni, ut 1 Thess. 3. 3. 1 Tim. 1. 9 [q]. Alludunt omnia ad vetus Tabernaculum [r], & ad typum priscæ illius castrametationis Israelis in deserto, ut ex collatione patebit. Ibi in medio erat Tabernaculum, ut hîc Thronus Dei, qui Thronus non aliud fuit quàm Templum aut Tabernaculum; ut ostendunt ea quæ ante Thronum fuisse dicuntur, putà ante Adytum Templi, nempe septem Lampades, Candelabri septem lucernarum æmulæ, & Altare aureum thymiamatis, de quibus vide 1 Reg. 6. 20. 2 Par. 4. 20. nec non Mare vitreum Chrystallo simile, quod æneum Mare Salomonis repræsentabat †. Sic Templum thronus dicitur Esa. 6. 1. Jer. 17. 12. Ezec. 43. 7. Et talem esse hunc thronum supponit tota Apocalypsis, ut quòd habemus Altare coram throno, & coram Deo, cap. 8. 3. & 9. 13. Animas sub Altari, cap. 6. 9. Templum, Areas, & Altare dimetienda, c. 11. 1. Arcam Testamenti visam in Templo, ib. v. 19. Angelos venientes è Templo, cap. 14, 15, 17, 18. Et hoc manifestissimum est ex cap. 16, 17. ubi venit vox ex Templo cœli, à throno, &c [t]. Presbyteri 24. Thronum proximè cingentes, respondent & loco & ordine Levitis & Sacerdotibus in castris Israelis, quorum ephemeriæ erant 24. Quatuor circumquaque Animalia, respondent quatuor Castris Israeliticis, eorundem Animalium vexilliferis, ad quatuor cœli plagas positis [v]. Solium hoc respondet Adyto ‖, quod Thronus speciatim dicitur, cui reliquæ Templi sive Tabernaculi partes sunt aut fulcra, aut gradus, aut scabellum †. Describitur hîc Threatrum visionum Apocalypticarum [x], quibus bellissimè quadrat hoc Procemium [y]; tum, ut commendetur Apo-

c G.
d Rib. sim. Par. Gom. Dur.
* Par.
f Ham.
g Cot.
h For.
i Ham.
k G.
* G. sim. Rib. La. For. Me.
l For.
m G.
n For.
o Cot. Q. in Dur.
p Cot.
q Dur.
r Q. in Par.
† Zeg.
t Dur. sim. Par. Gom.
v Me.
x Cot.
† Rib.
y G. sim. Rib. Me. Par. For.
z Par.
a Clu. G.
b G.
c G. Clu.
d Clu.
* Li. chron. 155.
f G.
g Cot.
h G.

i For. sim. Nap. Dur.
k T.
l Me.
m T. sic Me. Dur.
n La. sim. Clu.
o G.
p Gom.
q Q in Gom. sim. Dur.
r Gom.
† Dur.
t G.
v Me. sim. Rib. Pa. Dur. T.
x T.
* Rib. Me.
† T.
y Cot.
z Pi.
a Pi. Cor.
b Clu. sim. Cot. Dur.
c Clu.
d Dur.
* T. Me. sic La.
f Rib.
g G. Cor.
h Cot.
i G.
k Gom.
l Q. in For. sim. Pi. Clu.
m Pi.
n Clu.
o For.
p Alcas. in La.
q G.
r G. sim. Med.
† Med l. 3. p. 541.
t Med l. 5. p. 1122.
v Med. 544.
‖ G. sim. Med.
† Med. p. 544.
x Med. 541.
y Clu.

Apocalypsis ex authore cœlesti[z]; & Propheta ad observandas has revelationes & confidentiùs publicandas ipsius Dei nomine excitaretur; tum, ut specimen hoc esset Divinæ regiminis[a], quo primumirentur fidelium animi contra multiplicia in historia sequente Ecclesiæ pericula, defectus, & luctationes[b], cum falsis fratribus, Apostolis, hæreticis, tyrannis & persecutoribus, necnon bella, pestes, famem, &c. Quorum omnium prædictio etiam constantes animos percellere poterat, quasi hæc fierent Deo aut nesciente, aut non curante[c]. [Verba sic reddunt:] *Thronus erat positus in cœlo, &* (sub. *quidam*, Be. Pi.) *supra thronum sedens*, Mo. &c. sub. *erat*, Pi. Qui similis viro erat, ut liquet ex cap. 5. 1[d]. Is autem erat, vel, 1. Christus[*], Dei Filius, qui sedet in throno Patris, cap. 3. 21. & cui Pater dedit omne judicium, Joh. 5.22. Patet ex eo quòd huic sedenti Christi propria tribuuntur elogia, tum v. 8, 9. collat. cum cap. 1. 8, 18. tum cap. 21. 6[*]. Obj. At hic est Agnus ante thronum, ut patet ex cap. 5. 7[f]. Resp. Non absurdè Christus diversis figuris diverso respectu repræsentatur, ut ambulans inter candelabra, ut sedens in throno, ut Agnus, &c. quomodo idem Christus & Pontifex est & Altare & victima, in Epist. ad Hebræos ‖. Vel, 2. Deus Pater[g], ut apparet infrà v. 5. & cap. 5. 7[h]. vel, 3. Deus absolutè & essentialiter[i], sive tota Trinitas[k]: Christus autem distinctè nominatur ut homo est[l]. Deus Pater ad judicium veniens indubiè hîc repræsentatione intelligitur. Qui autem illum hîc repræsentat atque significat videtur esse Jacobus Episcopus Hierosolymæ, ubi Ecclesia Christiana primùm constituta est, sedens in throno sive cathedra Episcopali, in concilio, ut Act. 15. quem circumstant Apostoli qui ibi erant, & Episcopi Judææ[m]. Scopus autem hujus visionis est repræsentare gloriam Dei[n], vel, 1. in cœlis[o]. Cui obstat, 1. quòd hanc gloriam nemo aut comprehendere potest, aut describere: 2. quòd 4 Animalia, & 24 Seniores, qui huic Throno cohærent, fatentur se *regnare super terram*, Apoc. 5. 9, 10. 3. quòd inter 4 Animalia fames oritur cap. 6. 6[p]. Sed hæ rationes nihil evincunt. Non 1. quia illius gloriæ umbram saltem, quæ hîc depingitur, capere valemus: non 2. tum, quia non dicunt, *regnamus*, sed *regnabimus*; tum, quia fideles qui sunt in cœlis regnant quodammodo in terris, nempe in capite suo Christo, & in membris sibi conjunctis verè fidelibus: non 3. quia fames in eo loco non dicitur, sed prædicitur futura in terris †. Vel, 2. in terra, in Ecclesia militante[q], quæ *cæli* nomine venit[r], in Prophetis †, & sæpe in hoc libro; cujus quoque hîc describuntur eventus, quorum theatrum hîc repræsentatur. Et hoc maximè facit ad consolationem Ecclesiæ certamina sua ineuntis, quòd Deus illi præsens sit & prospiciat, &c. Adde quòd non exigua est similitudo inter præsentiam Dei in Ecclesia & in cœlo; & utrobique Deus Thronum habet, ibi Gratiæ, hîc Gloriæ[t]. Sicut tota sequens Prophetia respicit conditionem Ecclesiæ, & divinam administrationem in gratia erga ipsam, & ira contra hostes ejus; ità hoc cap. & sequente præmittit ei magnificam visionem de generali Ecclesiæ conditione, Deique erga ipsam administratione. Quæ est quasi Isagoge seu introductio ad sequentem historiam. In Isagoge sunt, 1. magnificus typus Ecclesiæ militantis, prout inter contràque omnes tribulationes hactenus stetit, & in perpetuum stabilis erit, per regem suum Deum in medio ejus residentem, &c. hoc cap. 2. Particularis dispensatio præsentis hujus Apocalypseos rerùmque in ipsa, &c[v].

3. *Qui sedebat*, &c.] Deus Pater Regis specie. Ideo solium illud vocatur Hebræis *solium Regale*[x]. Hîc Pater describitur non humanis membris & lineamentis, ut paulò antè Filius, sed pretiosis lapidibus naturam ejus figurantibus[y]. Significatur hîc exactissima Dei circa Ecclesiam & res humanas providentia, quæ duabus maximè virtutibus insignitur, Misericordiâ & Justitiâ[z]. ¶ *Similis*, &c. Ὅμοιος ὁράσει λίθῳ ἰάσπιδι] Prior dativus est Modi, alter Relationis[a]. *Aspectu* (vel, *Specie*, Camer. Me. vel, *visu*, Rib. *Colore*, Me.) *similis erat* (Non dicit quis sit, nec delineat ejus vultum, quem clarè ac distinctè non vidit[b]:) *lapidi Jaspidi*, Be. Pi. Non splendore, quia hujus minimus est fulgor; nec colore, quem certum non obtinet[c], quia varia sint Jaspidum genera[d], teste Plin. 37. 7. sed in eo quod Jaspidi proprium & perpetuum est, nempe quòd coloris sit variegati: quo significatur[*], Deum, sive essentiam vel naturam ejus, (quæ per *vultum* rectè exprimitur,) esse perfectionibus omnibus præditam ac veluti πυγκεχαμμένην[f], quarum unaquæq; pulcherrima apparet. Jaspis translucet, quia Deus lux est & maximè visibilis[g]. Al. Lapis hic venis & maculis distinctus est. Significat, Majestatem Dei, licèt in se puram & splendidam, nobis ob imbecillitatem tenebrosam videri[h]. Al. Ἰάσπιδα vocant LXX Exod. 28.18. & 39.11. gemmam quæ Hebræis יהלום, ità dictam quòd *ictibus resistat*. Qualem Jaspidem videtur & Virgilius ponere in capulo ensis quem dat Æneæ. Per hoc significatur invicta Dei potentia[i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ σαρδίῳ] *Et Sardio*, Er. Be. Pi. &c. Qui est coloris rubei & sanguinei[k], vel ignei[l]. LXX σάρδιον ponunt Exod. 28.17. & 39.10. ubi in Heb. אדם à *rubore*. Id significat, [vel,] vim Dei activam, qualis in igne est[m]: [vel,] terribilem Dei potentiam[n], vel justitiam[o], horrorémque judiciorum Dei[p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἶρις — ὁμοία — σμαραγδίνῳ] Supple λίθῳ †. *Et in circuitu throni* (scilicet supernè[q], vel, ab omni parte: dantur enim irides circulares[r],) *erat iris* (signum misericordiæ & pacis sive reconciliationis †; vel, symbolum fœderis à Deo pacti cum hominibus aquarum illuvie nunquam delendis[t], Gen. 9. 12. *Iris* in Ezec. 1. 28. significat Fœdus factum cum Ab. If. & Jacobo; at hîc Fœdus Evangelicum. Est autem Iris *circa Solium*, quia Deus in judiciis semper fœderis sui meminit[v]: vel, Promissio est, quâ vestitum Deum concipere debemus; ut in eum recumbere, ejúsque nomen cum fiducia invocare, valeamus[x].) *aspectu* (i. e. colore[y]:) *similis* (Referendum hoc, vel, 1. ad sedentem, ut hæc verba, *iris erat in circuitu throni*, parenthesis quædam sint[z]. Vel, 2. ad iridem[a]. Obj. At iris non est coloris smaragdini, sed multorum colorum[b]. Resp. Inter varios Iridis colores præcipuus est Viror[c].) *similis smaragdo*, Pi. vel, *smaragdino*, sub. *lapidi*, Er. Pi. Camer. V. Est hæc gemma maximè viridis[d], & oculis gratissima[*]. *Nullius Coloris aspectus jucundior*, ait Plinius in Smaragdi laudibus. Per id significat [vel,] benignissimum esse fœdus Evangelicum[f]: [vel,] misericordiam Dei nunquam senescentem, sed semper virentem, recentem, & novam[g]: [vel,] promissionum Dei firmitatem. Viror enim, quia certissimum est vitæ in plantis indicium, pro durationis symbolo usurpatur[h]. [Vel,] immortalitatem Dei nunquam deficientem: vel, suavitatem contemplationis naturæ Divinæ[i]. MSS. multi, etiam ille vetustissimus, habent ὅμοιος Atticè[k], quomodo κλυτὸς ἱπποδάμεια dicitur Homero[l].

4. *Et in circuitu*, &c.] Nempe ex utroque latere[m]; vel, in forma semicirculi, ut in Consistoriis, sive Conciliis, fieri solebat[n]. Sic Regum tribunalia circumdari solent magnatibus, &c[o]. Hoc situ ipsorum attentio, patens adspectus, & accessus facilis, denotantur[p]. ¶ *Sedilia*, &c. θρόνοι, &c.] *Erant throni* (augusti, quales sunt Regum & Principum[q]:) *viginti quatuor*, Be. Pi. ¶ *Et super thronos viginti quatuor seniores*] Numerus definitus pro indefinito[r]. Alludit ad 24 ordines in quos Sacerdotes, & Levitæ, & Musici, & Janitores, & regii ministri distribuebantur †, ex institutione Dei, 1 Chron. 24. & 25. & 26. & 27[t]. Hi autem *senes* notant, vel, 1. libros 24 Veteris Testamenti[v], tot enim sunt; & his maximè *glorificatur Deus nocte & die*, quod senibus his tribuitur infrà v. 10, 11. Et quicquid nomine seniorum h. l. prolatum est, illud in aliquo V. T. librorum reperitur[x]: vox autem *senum* non antiquitatem tantùm V. T. notat, sed & antiquationem, juxta Heb. 8. 13. Quos enim senium premit, tandem opprimit. His dati *throni* notant gloriam V. T. de qua 2 Cor. 3. 7, &c. Quòd *circa thronum* sint, docet, Deum sub lege vestitum fuisse velo Testamenti illius. *Amiculi albi* notant operum perfectionem quam V. T. urgebat singulari modo. *Coronæ* signum Dominii: sub V. T. populus erat in servitute Gal. 4[y]. Sed obstat, quòd his senibus tribuuntur h. l. sessio, adoratio, vestes albæ, redemptio, &c. quæ à re inanimata, quale est V. T. prorsus aliena sunt[z]. Vel,

[Marginal notes, left column:] z Gom. a Clu. b For. sim. Gom. c Gom. d Pi. * Amb. in Le. Par. * Par. f La. ‖ Par. g G. Rib. Per. Pi. h G. i La. k Per. sic La. l Per. m Ham. n Dur. o Dur. Q. in Nap. Gom. p Nap. propos. 17. † Gom. q Dur. r Nap. Dur. † Nap. t Dur. v For. x G. y Gag. z Per. a Er. b Rib.

[Marginal notes, right column:] c Cot. d Zeg. sim. Cot. * Cot. f Cot. sim. g Rib. h Nap. i G. k T. l Cor. Gag. Me. Zeg. Rib. ex Areth. m G. n Cot. o Me. Rib. p Gag. q G. q Pi. sim. Clu. † Clu. † Rib. sim. Me. T. Gag. Clu. v Cot. sim. Clu. G. Rib. x G. y Cot. z Pi. a Rib. b Q. in Rib. Me. c Rib. d G. sim. Me. T. ex L. Clu. * Rib. sim. Cot. f Rib. g G. h Me. h Cot. i Rib. k G. l Cot. m Pi. n Ham. o Clu. p For. q Me. r Dur. † Bri. sim. Clu. Dur. t Bri. v Hi. & Amb. in Rib. Nap. Cot. Gras. in Clu. x Nap. y Cot. z Gom. sim. Rib.

vel, 2. totam Ecclesiam [a], vel, omnes electos [b], verósque fidei professores in Ecclesia militante N. T. ut patet ex collat. v. 9, 10 [c]. Sunt enim hi ex 12 Israelis tribubus & verè Israelitæ, & ædificati super fundamentum 12 Apostolorum Agni, Eph. 2. 20. Heb. 12. 23 [d]. Dicuntur autem esse 24 numero [*], [vel,] quòd horum symbolum sint 12 Patriarchæ & 12 Apostoli [†]: [vel,] quòd amplior est Ecclesia N. T. quàm V. F. Non sunt autem Præfecti Ecclesiarum, tum, quia sunt asseclæ 4 Animalium, tum, quia nulla his tribuuntur privilegia quæ non sunt sanctis omnibus communia. Dicuntur *Seniores* hîc, sicut Esa. 24. 23. quomodo & *Reges* & *Sacerdotes*, 1. 6. & 5. 10. ob eximiam eorum dignitatem [g], & majestatem venerandam, & maturam cognitionem [h]; & quòd ministri servíque Dei singulares sint, ut ei proximi, & gloriæ ipsius participes [i]. Sed non intelligi hîc totam Ecclesiam constat, tum, quia 4 animalia non numerantur in illis; tum, quia ipsi offerunt orationes sanctorum, nempe eorum qui sunt in terra; tum, ex collat. cap. 7. 13, 14. & 14. 1, 2, 3, 4 [k]. [Hæc secunda sententia.] Vel, 3. chorum Patriarcharum, Prophetarum, &c. totámque Ecclesiam Propheticam veteris T. cum Christo triumphantem in cœlis. Qui hîc 24 numerantur, tanquam justus senatus, qui plenus hoc numero constare solet [l]. Vel, 4. sanctos illustriores & V. & N. T [m]. in cœlis triumphantes, qui, quasi Dei Patris Senatores, gloriæ illius sunt participes & præcones [n]. Hoc indicat, tum, 1. quòd hi sancti sint, nec tamen omnes sancti, sed quidam; iidémque ex omni tribu, lingua, &c. ideóque plures multò sunt quàm 24. tum, 2. ex nomine *seniorum*, quod illis dari solet qui sunt præ cæteris honorabiles [o]. Vocantur *Seniores* ob antiquitatem, gravitatem, sapientiam, & virtutis præstantiam [p]. Throni autem 24 esse dicuntur, quorum 12 ponuntur Apostolis & Apostolicis viris [q], qui spiritualem Israelem condiderunt [r]; & 12 sanctis selectissimis sub V. T [†]. 12 Patriarchis [t], qui carnalem Israelem condiderunt [v]. Vel, 5. Ecclesiæ Catholicæ ministros ac rectores, Presbyteros vel Episcopos. His enim competunt omnia horum seniorum officia & attributa, cap. 4. 10. & 5. 5, 6, 8, 11, 14. & 7. 11, 13, 16. & 14. 3. & 19. 4. Hi judicant & regunt Ecclesiam, circumstant thronum Dei, laudes Dei decantant, &c [x]. Pastores hîc designat, Episcopos & Antistites Ecclesiarum, qui & loco & ordine respondent Levitis & Sacerdotibus in castris Israelis, ubi Tabernaculum, quod erat quasi Thronus Dei, proximè circumsistebant; numerúsque eorum 24 totidem ephemeriis Sacerdotum & Levitarum. Unde præterquam quòd Deo proximi sunt, ipsi quoque quæ *thronos* suos habent; præterea *coronas* gestant, quæ sunt dignitatis & potestatis à Deo tributæ insignia, & notæ distinctionis ac eminentiæ supra cœtum reliquum. Quanquam enim & corpus populi *Reges* ac *Sacerdotes* dicantur, id tamen non est distinctivum aut comparativum, sed Pastori & populo commune [y]. Sed articulus [τοὺς ante πρεσβυτέρους] ostendit certos hîc Presbyteros intelligi, nempe Ecclesiæ Hierosf. qui tum erant 24 adinstar totidem præcipuorum Sacerdotum in Templo, 1 Par. 24. 4. & Joseph. 7. 11. Horum Presbyterorum, numero non expressò, mentio Act. 15. 2, 4, 6, 23. & 16. 4. *Sedent* autem Presbyteri *circa Dei solium*, quia Dei vice in Ecclesia judicant, Sic Clem. Alex. accepit Strom. 6. Et nota in V. T. apud solium *stare Angelos*, in N. T. *sedere Presbyteros*. In MS. tantùm est εἴδον πρεσβυτέρους καθημένους [z]. Πρεσβύτεροι hîc non sunt *Presbyteri*, (ut nunc vocamus, ut ostendunt *coronæ* ipsorum *aureæ*, qualis illa Josuæ Pontificis, Zac. 6. 11. h. e. aureæ mitræ, quæ ad Presbyteros pertinere nequeunt, sed tantùm ad Rectores, h. e. Episcopos, in Ecclesia :) sed *Episcopi*, provinciæ Judææ, quos præcisè 24 fuisse puto, (quanquam scripta illorum temporum id non monstrant ;) qui in Concilio sedebant cum Archiepiscopo Jerosolymæ, quem V. præced. designari diximus [a]. ¶ *Sedentes*] Nempe 12 ex utraque parte throni. Confer Mat. 19. 28 [b]. Sessio stabilem & securam felicitatem indicat. ¶ *Vestimentis albis*] Symbolum hoc, vel, justitiæ Christi imputatæ [c]: vel, sanctitatis [d], innocentiæ, lætitiæ, gloriæ [*]; dignitatis summæ [f], sive regiæ [g]: vel, sacerdotii [h]. Significat omnes sacerdotes esse [i]. ¶ *Coronæ* (i. e. Regia insignia [k]. Docet eos reges esse, cum Christo simul regnantes [l], & dominium quod *in terra* habent, cap. 5. 10. super cupiditates suas hostésque spirituales [m]. Vide suprà 2. 10. & ibi dicta: & Psal. 8. 5. Etiam Hebræi justis dant Coronas in altero seculo [n]. Dicunt Hebræi, *Non comedunt justi neque bibunt in futuro seculo, sed sedent habentes coronas super capita sua* [o].) *aureæ*] Quod regni illius præstantiam & opulentiam significat [p].

a Q. in Rib. sim. Li. Chron. 155. Pi. Dur. Bri. For. b For. c Dur. d For. * Dur. † Pi. f Dur. sic For. g Dur. h For. i Dur. k Rib. l Par. m Me. sim. Gom. Rib. n Gom. o Rib. p Me. q Rib. r Victorin. in Clu. † Rib. t Rib. ex Victor. v Victor. in Clu. x Clu. y Med. 541. & 544. & 738. z G. a Ham. b G. c Dur. d Pi. Dur. * Me. Rib. f G.

5. *De throno—fulgura*, &c. Ἀστραπαὶ, &c.] *Fulgura & tonitrua, & voces*, Mo. Er. &c. vel, *sonitus*, Pi. *Voces* intelligit articulatas & quasi humanas, quæ ex ipsis tonitribus exire videbantur, ut probat collat. cap. 10. 3. Vel, significat, tonitrua illa edi, ut tanquam voces Dei sint & homines terreant. Sed prius malim [q]. Al. Est ἓν διὰ δυοῖν *tonitrua & sonitus*, i.e. sonitus tonitruorum [r]. Hæc tria verba crebrò hîc occurrunt, & semper eodem sensu [†]. Designant autem, vel, 1. potentiam, majestatem, & magnificentiam [t], Dei [v], vel Christi judicis [x]. Vel, 2. maximam Ecclesiæ & institutorum Dei potentiam, quâ vel fortissimi terreri atque consternari poterunt. Vide Cant. 6. 4, 10. Apoc. 11. 3, 5 [y]. Vel, 3. prædicationem verbi Dei, quæ, sicut tonitru, est vox Dei, quâ, tanquam tonitru, percelluntur homines & ad Deum metuendum commoventur [z]. Vel, 4. prodigia quibus confirmatus est Dei sermo, juxta Marc. 16. 20. Act. 2. 43 [a]. Vel, 5. minas Dei contra impios, ut infrà 8. 5. & 10. 3, 4. & 11. 19. & 14. 2. & 16. 18. & 19. 6 [b]. Vel, terrores & supplicia [c], sive pœnas in orbem immittendas [d]. Voces sunt in ipsis *tonitrubus*, infrà 10. 3. i. e. non generaliter tantùm minatur, sed & speciales pœnas prædicit [*]. *Vox* est formidanda Dei irati increpatio, ut Psal. 2. 5. Heb. 12. 18, 24. Dicuntur autem hæc prodire *è throno*; quia sicut ex Zijone ostendit salutem, ità ex eadem est Zelotes & iratus in illos qui contra eam pugnant. Vide Psal. 48. 4. Jer. 25. 30. Joel. 3. 16 [f]. Alludit hîc ad modum dandæ legis, Exod. 19 [g]. ¶ *Et septem lampades ardentes*, &c.] Vel, *ignis*, *sive igneæ ardentes*, &c. Mo. Pi. &c. Sic vocantur ob gloriam & splendorem quo Angeli apparere solent [h]. Symbolum Spiritûs sanctificationis. *Septem*, propter omnis gratiæ perfectionem; *lampades*, quòd oleum gratiæ in corda nostra infundit, ac nutrit in iis fidem & charitatem; *ardentes*, ob vim illuminandi & purgandi [i]. Dicuntur esse *ante thronum*, sicut cap. 1. ut significetur illuminatio senioribus & Ecclesiæ circa thronum exhibenda, quomodo throni & aulæ Regum lampadibus & tædis illustrantur [k]. Symbolum hoc illuminationis mentium ad Deum cognoscendum, & inflammationis cordium ad Deum diligendum [l]. Ostendit Deus se Ecclesiæ conservatorem esse suo spiritu, quo fideles illuminat, recreat & dirigit [m]. Duplex ergò est hoc versu dispensatio Dei, gratiosa hîc, & formidolosa membro præced [n]. Allusio ad Candelabrum Templi septem habens lucernas [o], quibus domus Dei illustrabatur, Exod. 27. 20 [p]. Per *Candelabrum* autem significatur, [vel,] Ecclesia Hierosf. ut aliæ Ecclesiæ suprà 1. 20 [q]. [vel,] Spiritus Sanctus qui totam Ecclesiam illustrat, Joh. 16. 13. & 20. 22. 1 Cor. 2. 11, 12 [r]. Et sicut lampades illæ manè accendebantur à filiis Aaron, sic dona Spiritûs non sunt exstinguenda, 1 Thess. 5. 19. sed operâ ministrorum exsuscitanda, 2 Tim. 1. 6 [†]. ¶ *Quæ sunt* (nempe in mysterio [t]:) *septem spiritus Dei*] i.e. Imagines seu symbola septem spirituum, de quibus suprà 1. 4 [v]. Septem lucernæ in Candelabro significant multos modos Divinæ providentiæ per quos Ecclesia Hierosf. gubernatur, sicut Mundus gubernatur per septem Planetas [x]. Al. Sunt hi septem Angeli qui Deo ministrabant tanquam apparitores, vel lictores, &c. qui hîc repræsentantur per septem Diaconos qui Episcopo ministrabant in Ecclesia Hierosf [y]. Al. Designat hîc Spiritum S. ejúsque dona diversa, 1 Cor. 12. 4, 5 [z]. multiplicia, excellentissima, & perfecta [a].

6. *Et*, &c. Καὶ—ὡς θάλασσα ὑελίνη, &c.] *Erat etiam ante thronum mare vitreum simile Chrystallo*, Be. Pi. sim. Vulg. Mo. Er. &c. In Tabernaculo & Templo fuerat *Mare*, i. e. Labrum ingens aquâ plenum, Exod. 30. 18 1 Reg. 7. 23. 2 Par. 4. 2 [b]. In eo Sacerdotes & se & victimas

g Pi. h Zeg. i For. k G. sim. Pi. l Me. ex Rib. sim. For. m Dur. n G. o D. p Me. q Rib. r Pi. † For. t Me. sic Par. v Me. x Par. y Dur. z Clu. a Zeg. b G. c For. d Gom. * G. f For. g Dur. sic Gom. h Ham. i For. sim. Dur. k Dur. l Pi. m Gom. n For. o G. sim. Clu. p Clu. q G. r Clu. sim. Gom. † Clu. t G. v Pi. x G. y Ham. z Dur. a Clu. b G. sim. Dur.

victimas abluebant, cùm accederent ad altare: quod & ornamento erat & usui, Christúmque aptè adumbrabat, per quem nos & sacrificia nostra grata fiunt, cùm ad Deum accedimus [c]. Hujus maris mentio fit & infrà 15.2 [d]. Designat hoc mare, vel, 1. Baptismum *, qui mari rubro confertur, per quem transire debet qui ad thronum Dei accedere vult [f]; qui *vitro* & *chrystallo* comparatur ob puritatem & purgandi efficaciam [g]. Vel, 2. Purum Dei verbum, quod est *ante thronum*; quia cum Spiritu conjunctum est, & in eo gloriam Domini intuemur, Esa.59.21. 2 Cor.3.18. quod confertur *aquæ*, ob vim mundantem ac refocillantem; *vitro*, ob placidam ejus tranquillitatem, & *crystallo*, ob pelluciditatem [h]. Vel, 3. Sanguinem Christi, qui reipsâ facit, quod typicè fecit Mare in Templo. Huic favet, tum scopus, qui est ostendere gloriam Dei in Ecclesia: hic enim sanguis est inter præcipua ejus ornamenta, Heb. 12.23. & seq. tum, quòd sanguis hic justificans aptè conjungitur cum Spiritu sanctificante hîc jam antè memorato. Dicitur *mare* ob plenitudinem summámque ejus efficaciam; & *esse coram throno*, ut doceamur, Deum procurâsse hunc sanguinem, quo abluti ad Deum fidenter accedere possint, Heb.10.19. & *esse vitreum, instar crystalli*, ad exprimendum præstantiam ejus atque aptitudinem ad continendum & conservandum id quod in eo est mundum & purum; simúlque ut admoneamur quàm reverenter & cautè tractandus sit hic sanguis, nè proculcetur, &c [i]. Vel, 4. Multitudinem beatarum animarum in cœlo manentium. *Mare* notat multitudinem earum; *vitrum*, tranquillitatem vitæ; *crystallum*, soliditatem ac firmitatem gloriæ & felicitatis quam habent [k]. Vel, 5. Maximam Angelorum multitudinem, quorum splendor & vitæ tranquillitas atque puritas *vitro* & *crystallo* aptè significantur [l]. Sed hoc refellitur ex collat. Apoc.15.2 [m]. Vel, 6. Mundum [n], h.e. genus humanum, irrequietum naturâ [o]; vel, multitudinem hominum in terra viventium [p]: *Aquæ* enim sunt populi infrà 17.15. *Mare*, multitudo, Abac. 2. 14 [q]. Hoc mare *vitreum* dicit, quomodo & Poetæ [r], ut Horat.Carm.4.2. —*vitreo daturus Nomina ponto* †: & 3.13. *O fons Blandusiæ splendidior vitro* [t]: idque vel, 1. ob fragilitatem mundi [v]; vel, 2. quia Deus & actiones & cogitata populi perspicit [x], ut rectè judicet & reddat unicuique secundùm opera ejus. Addit *simile crystallo* amplificandi causâ, q. d. clarum & maximè translucens; magis enim translucet crystallus quàm vitrum [y]. Mare Salomonis æneum fuit, nostrum pellucidius. Forsan alluditur ad Mosaici Tabernaculi labrum, quod ex speculari, nescio quâ, materiâ conflatum est, Exod.38.8 [z]. quod tamen non nego fuisse æneum, cùm id Textus apertè dicat [a]. Vel,7. Plebem Hierosolymitanam, eam scilicet quæ Christo nomen dederat; quæ *Chrystallum* refert summâ puritate, quæ describitur Act.2.& 4. Crystalli proprius candor. Vide Ezec.1.22 [b]. Vel, 8. Cœlum empyreum [c], cujus amplitudo *mare*, tranquillitatem verò & firmitatem & claritatem, *vitrum simile Chrystallo*, significat [d]. Vel, 9. Solum & quasi pavimentum cœli beatorum, per quod, quasi per mare vitreum & crystallinum, Deus omnia quæ in terra sunt conspicit,&c *. ¶ *Et*,&c. Καὶ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου, καὶ κύκλῳ τοῦ θρόνου, &c.] *In medio* (vel, *conspectu*, Vulg.) *autem throni, & in circuitu throni*, (vel, *Et inter thronum, & quæ thronum ambiebant*, Be.) *erant quatuor animalia plena oculis antè & retrò*, Pi.sim.Mo. Er. Allusio hîc est, vel, 1. Ad quatuor castra Israelitarum circa Tabernaculum, quatuor Animalium vexillifera [f]. Cui obstat quòd quatuor Animalia sunt hîc proximè Throno, eique viciniora quàm 24 Seniores, cùm castra illa Num.2. remotiora essent quàm Levitæ [g]. Vel, 2. Ad quatuor illa Animalia Ezec.1 [h]. his tamen discrepantiis, quòd ibi 4 alas haberent, hîc 6, ad majorem celeritatem; ibi singula 4 facies haberent, hîc facies separatæ sunt; ibi notæ sunt, &c [i]. In Tabernaculo, in Templo Salomonis, & in Viso Ezechielis, duæ sunt figuræ pares, compositæ ex quaternorum Animantium formis; hîc verò, ut sequentia nos docent, quatuor formæ Animantium distinctæ. Quare id? Quia omnia in Novo Test. distinctiùs quàm in Vetere nascuntur [k]. *Quatuor* autem *Animalia* hîc designant, vel, 1.

c Dur. d Clu. * Plerique in Zeg. f Q. in Gom. g Zeg. h For. i Dur. k Per. l Andreas & Areth. in Ri. sim. Gag. m Rib. n Pi. Par. ex Bulling. o Pi. p Rib. Par. q G. sim. Rib. Par. r Rib. † Rib. sic G. t Rib. v Par. ex Bulling. x G. sim. Rib. Gom. y Rib. z Med. 543. a Med. 708. b G. c Per. La. Me. sic Cot. d Per. sic La. * Gom. f Med. 544. g Ham. h Rib. sim. Par. Nap. i Nap. k G.

Quatuor Evangelia cum Evangelistis [l], quæ receptissima est sententia & veterum & recentiorum, ut Iren. Athan. Aug. &c [m]. Congruunt enim hi cum Animalibus, tum officio laudandi Deum & decorandi thronum, tum numero, tum titulis, ut videbimus [n]. Non placet; 1. quia Joannes, quem quartum Animal esse volunt, adhuc in terris versabatur; ista autem 4 Animantia inducit tanquam in cœlo manentia, & beata, & secum loquentia, ipsúmque docentia, cap.6 [o]. 2. Palàm est, eos in hanc sententiam adductos fuisse argumento desumpto à 24 Senioribus, qui libri sunt, unde & 4 Animalia pro libris accipere visum. Sed obstat, quòd Epistolæ Apostolicæ tam ad Scripturas N.T. faciunt quàm scripta quatuor Evangelistarum. Malim ergò 4 Animalia esse veritatem Evangelii quadriformem [p]. 3. quia Evangeliis non conveniunt Animalium attributa, ut procidere coram agno, cap. 5. 8. Joannem monere, &c. cap.6.1,3,5,7. dare Angelis phialas, &c. cap.15.7 [q]. [Hæc de prima sententia.] Vel,2. Quatuor Apostolos [r], aut Apostolicos viros, qui tunc erant Hierosolymis velut vexilliferi castrorum Christi †; qui certè & superiores erant Episcopis Judææ, & quodam sensu inferiores Jacobo, qui ibi Episcopus erat, h. e. supremus rector, in Concilio illo Jerosolymitano, Act. 15. quò spectat hæc repræsentatio [t]. Vel, 3. Ministros Ecclesiæ Evangelicæ [v], ut multa suadent, 1. Nomen *Animalium:* nam & naturalem vitam in se habent, & spiritualem in aliis procreant, 1 Cor.4.15. Gal.4.19. 2. Locus ipsorum, inter thronum & seniores [x]; qui sunt fideles, à quibus distinguuntur, & quibus, tanquam duces, præeunt in cultu Dei, eos quoque excitantes ad munia sua, cap.6.3,5,7 [y]. & iis ministrantes gratiam à Deo [z]. 3. Quòd describuntur sicut Cherubini sive Angeli Ezec.1. sed tales qui membra sunt Ecclesiæ militantis [a]. 4. Quòd sunt *quatuor* [b], h.e. pauciores quàm Seniores sive Fideles [c], sed sufficientes, qui in omnes plagas eant [d], sicut 4 illi ministri providentiæ, Ezec.1. & 4 currus, Zac. 6. & 4 Angeli, Apoc. 7. 1 *. & ab omni parte Throni prospiciant Ecclesiæ [f]. 5. Quòd his omnes Animalium proprietates conveniunt [g]: [ut videbimus.] Vel, 4. Quatuor animas beatas in cœlo manentes [h]. Cui obstat, 1. quòd sint *in terra*, cap.5.10. & *in monte Sion*, cap.14.1,3. qui Ecclesiæ hujus potiùs quàm futuræ typus est. 2. quòd manifestè distinguantur à beatorum cœlitum choro, cap.7. v.11. 3. quòd animæ sanctorum ineptè vocentur *Animalia, Leones, Boves*, &c [i]. Vel, 5. Angelos [k], & quidem selectiores [l]; vel, Archangelos, quippe qui aliis Angelis præfecti sunt, iísque pensa sua assignant, ut Apoc.15.6,7 [m]. qui in quatuor mundi plagis Deo ministrant [n], & tam Ecclesiæ, quàm terrarum orbi, præfecti sunt. Huic sententiæ favet, 1. quòd *Cherubini* sæpe appellantur Ezec.10. 2. quòd ab his arcana visionum Johanni aperiuntur, ut ab Angelis Ezechieli, Danieli, & Zachariæ [o]. 3. quòd his congruunt sequentes descriptiones [p]: [ut videbimus.] Obstat autem, 1. quòd hæc ab Angelis apertè discernuntur, cap.7.11 [q]. 2. quòd hæc cum senioribus canunt, cap. 5. 9. *Redemisti nos —& fecisti reges & sacerdotes* [r]. Vel, 6. Ecclesias Christianas juxta quatuor plagas mundi, quæ respondent 4 castris Israeliticis †; vel, universum corpus Ecclesiæ sive fidelium [t]; vel, Ecclesiam Apostolicam in cœlis triumphantem; quomodo 24 senes Ecclesiam Patriarcharum & Prophetarum ante Christum designant. Senes igitur sunt veteris, Animalia novæ, Ecclesiæ triumphantis antesignani [v]. Sed cùm hæc discernantur ab innumerabili illa, ex omni gente collectâ, electorum in cœlis triumphantium, multitudine, cap. 7. 11. & ab 144000 victoribus Bestiæ, cap. 14. 3. liquidum hinc est, non quosvis Electos indifferenter & promiscuè, sed eximios quosdam & eminentiores totius Ecclesiæ quasi proceres designari [x]. [Atque hæc de quæsito primario dicta sunto, duo adhuc quærenda restant.] Qu.1. Quid hoc vult, quòd hæc animalia dicit *plena esse oculis antè & retrò*? Resp. 1. [Sumptum] ex Ezechiele, ubi per vocem עין, i. e. ὀφθαλμὸς, diximus significari colores. Illi autem colores hîc significant multiformia Dei dona, per quæ Apostoli nôrant & præsentia & futura, Mat.13.52 [y]. 2. Hoc vult, Evangelii sapientiam ple-

l Clu. Nap. m Rib. n Nap. p. 25. o Per. p Cot. q Gom. r G. Ham. † G. t Ham. v Dur. For. x For. y Dur. z For. a Dur. b For. Dur. c Dur. d For. Dur. * For. f Dur. g For. Dur. h Per. i Clu. k Per. Gom. Pi. BA.1.36. 769. Me. l Gom. sim. Me. m BA. ib. n Pi. o BA. ib. p Gom. BA. q Par. r Par. sim. Clu. † Med. 544. t Li. in Med. p. 734. v Par. x Clu. y G.

plenissime illuxisse fidis Dei servis & *antè*, h. e. ante Christum natum, & *retrò*, h. e. deinceps illucescere ad finem usque [z]. 3. Hoc vult, sive in anteriora tendant, sive retrorsum eant, nusquam offendunt aut aberrant. Evangelistæ, sive de futuris loquantur, ut de excidio Jerof. &c. sive de præteritis, ubique vera scribunt & utilia & luce Divinâ plena [a]. 4. Tot oculi multitudinem denotant hominum oculatissimorum, & scientiæ mysteriorum Dei plenissimorum, cujusmodi sunt in Ecclesiis [b]. 5. Designat hoc scientiam & vigilantiam Ministrorum, qui sunt quasi in speculis excubitores, debéntque & thronum, & semetipsos, & Ecclesiam, intueri; Act. 20. 28. 1 Tim. 4. 16 [c]. Oculos habent & *antè*, h.e. versùs Deum, à quo pendent, ut ab eo dirigantur, ut Psal. 123. 2. & *retrò*, h. e. versùs populum suum, ut eis viam monstrent [d]. 6. Significat perfectissimam vim intelligendi etiam obscurissima & abditissima, quæ est in Angelis [*]; quorum vigilantia gemina denotatur partim introrsum, in observando Dei nutu, partim extrorsum, in observandis creaturis, quibus destinantur, vel conservandis, vel puniendis. Qu. 2. Quomodo citra contradictionem dicuntur hæc animalia fuisse & *in throni medio, & ambitu* [f]? [Καὶ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου, καὶ κύκλῳ τοῦ θρόνου] Resp. 1. Est ἓν διὰ δυοῖν, quasi dixisset, κὶ μέσῳ τοῦ κύκλου (i.e. περιβόλου) τοῦ θρόνου, *in medio ipsius circuitûs*, seu *ambitûs Throni*: si Throno, utpote quadrato, figuram quadrangulam parallelam quo deceat à Throno & Presbyteris eum cingentibus intervallo circumducas, in medio vel ad medium uniuscujusque quadranguli laterum (nam ἐν μέσῳ distributivè sumendum) quatuor sese exhibebant Animalia; nempe in medio cujuslibet lateris unum [g]. Ἐν μέσῳ sumendum pro ἐν διαιτῶν, ut notet ea diametricè posita circa thronum [h]. Sed dura est hæc expositio, mollior futura si legeretur ἐν μέσῳ καὶ κύκλῳ τοῦ θρόνου. At verò bis hîc exprimitur vox θρόνου, quo innuitur, medium ab ambitu ejus distinguendum. Et magis durum est, quatuor hîc media pro numero quadrangulorum statuere [i]. Agnosco, & gratias tibi ago, quòd me ab illa expositione liberâsti [k]. Resp. 2. Verba sunt κατὰ πόδα intelligenda [l], nempe vidisse eum 4 Animalia duobus in locis; 1. in ambitu Throni, in quo rectè docet vir Cl. alludi ad 4 Animalia vexillis Israel. impressa, &c. 2. in medio Throni, quod refero ad locum Ezec. 1. 10. ubi videntur ista 4 Animalia intra, non extra, Templum, ut patet ex Ezec. 10. 3, 4, 5, 14. Quicquid sit, magnum mihi solatium adfert, quòd 4 Animalia, quæ Ecclesiam designant, non circa thronum tantùm, sed & in ipso ejus medio conspecta fuerint. Etsi enim ratione externi ministerii à 24 senioribus erga corpus fidelium administrati sint tantùm in ambitu Throni, imò in ambitu ipsorum seniorum; ratione tamen communionis cum Christo, qui throno ipse insidet, rectè & ipsi intra thronum constituuntur, & per 4 Cherubinorum facies intra Tabernaculum coram Deo consistentium repræsentantur [m]. His lectis, inopinato lumine mentem meam perfundi sensi, statimque in eam sententiam concessisse, Sellam cui Deus insidebat absque dubio quatuor Animalibus gestatam fuisse, quorum singula, posterioribus intrò latentibus in ὁμοειδῆ sibi in circuitu Throni Animalia ora sua obverterent; ut apud Ezec. Deum legimus Cherubinis quadruplici eorundem Animalium vultu conspicuis subvectum fuisse [n]. Nulla ergò hîc est contradictio, quia hæc non dicuntur secundùm idem, sive secundùm eandem Animalium partem. Nam posteriori corporis parte erant sub Throni medio: capite verò & anteriori parte ante Thronum, commodo ordine in Throni ambitu. Quomodo Regalibus sedibus ornamenta similia adhiberi solent; ut in Throni Salomonis gradibus 12 Leones substrati fuerunt [o], & quomodo 12 Boves æneum mare gestârunt, 1 Reg. 7. 25 [p]. Atque hoc situ, Angelorum subjectio & servitium erga Deum depingetur [q]. Sed hæc sententia stare non potest. Sic enim animalia stetissent immobilia. Atqui sæpiùs leguntur procidisse & adorâsse: unum quoque eorum phialas distribuit, cap. 14. 7 [r]. Resp. 3. Non vult omnia Animalia fuisse & in medio, & in circuitu [†]; sed tria erant in circuitu Throni, Aquila verò supernè in medio Throni [t], h. e. intra ambitum sedis, quasi ante faciem aut pectus sedentis [v]; quia non tantùm dicitur 4. Animal fuisse simile Aquilæ, sed volanti [x]. Resp. 4. Animalia non erant eodem tempore in circuitu & medio Throni, sed per intervalla temporum, nunc ambiendo Thronum, & aliàs in medium Throni ambitum procedendo [y]. Resp. 5. De quatuor Animalibus unum erat in gradibus qui ante solium, (vide 1 Reg. 10. 19.) duo à lateribus, unum retrò, ac sic propiores erant solio quàm Presbyteri. Gradus sumuntur ut pars solii [z]. Al. Duo steterunt *in medio*, i.e. è regione medii Throni, idque ante illum; reliqua duo ἐν κύκλῳ, quod suprà v. 4. κυκλόθεν, i. e. ex utroque latere, alterum ad dextram, alterum ad sinistram [a]. Al. ἐν μέσῳ significare potest partem anteriorem, ut ἐν μέσῳ esse, Act. 1. 15. & 4. 7. idem est quod esse in loco maximè conspicuo, ubi omnes optimè videre & audire poterant. Quare κύκλῳ, quod ipsi opponitur, idem erit quod ὄπισθεν, & partem posteriorem denotabit [b]. Al. Illud, ἐν μέσῳ, non notat centrum sedis mathematicè, sed proverbialiter vicinitatem, valétque *juxta*, vel, *inter*, ut Job. 1. 6. Matth. 10. 16. Vide cap. 5. 6. Erant ergò prope Thronum, etiam propiores quàm senes, quasi dignitate istis prælata. Quod additur, *& in circuitu throni*, specificat situm, quòd ità steterint prope Thronum, ut quatuor Throni latera proximè ambirent, quasíque contingerent. Καὶ igitur est exegeticum [c]. Dicuntur esse & *in medio throni*, h.e. prope illum quasi in eodem Throno cum Domino; quia Ministri agunt Domini loco & nomine, 2 Cor. 5. 20. & *in ambitu throni*: quod non ità intelligendum est quasi essent extra ambitum Throni, sed notat sapientiam Domini; quia ea non simul, sed ab omni latere disponit, ut inservire possint ædificationi Seniorum, sive populi ipsius, quem illi adumbrant qui Thronum circumstabant, ut antè dictum [d]. Resp. 6. Articulus τοῦ ante κύκλῳ omittitur ex Hebraismo. Sic ergò verba reddo, *Et inter thronum & ea quæ circa thronum* [*].

7. *Primum animal*, &c.] Figuræ Animalium ad similitudinem Visionis Ezechielis accedunt, nisi quòd ibi singula animalia quatuor distinctas facies, hîc singula tantùm singulas, habent [f]. Hæc autem animalia, suo quæque in genere, principatum obtinent, *Leo* inter feras, *Bos* inter armenta, *Homo* inter animalia, *Aquila* inter volucres; & singula propriam habent excellentiam: *Leo* robur & magnanimitatem, Esa. 31. 4. Amos 3. 4. *Bos* seu *Vitulus* laborem & tolerantiam, Deut. 33. 17. Prov. 14. 4. *Homo* prudentiam & moderationem, Dan. 4. 13. & 7. 4. Hos. 11. 4. *Aquila* perspicaciam oculorum & celeritatem, Esa. 40. 31. Jer. 4. 13. & cap. 48. ver. 40 [g]. [Qu. Quidnam denotant hæc quatuor Animalia?] Resp. 1. Quatuor personas singulares [h]. [Quod tamen non uno modo explicant.] Quatuor Evangelistas [i], quibus tamen hæc Animalia diversis modis explicant [k]. Respectus hîc habetur, vel, ad initia seu titulos Evangeliorum [l], quibus, ut animalia faciebus, distinguuntur Libri [m]: vel, ad singularia Evangelistarum dona [n]. Matthæus ergò (juxta communem expositionem [o]:) in *homine* significatur, quòd, quasi hominem descripserit, incipit, *Liber generationis Jesu Christi*: Marcus in *leone*, quòd incipit à clamore Johannis in deserto, quasi à rugitu Leonis: *in vitulo*, animali sacrificiis aptissimo, Lucas, quia à Zachariæ Sacerdotio incipit: in *aquila* Johannes, ob excelsum ejus exordium, *In principio erat verbum*, &c [p]. Al. Quatuor Apostolos, eos scilicet qui in Concilio Hierof. Act. 15. præsentes erant, nempe Petrum, v. 6. & (quanquam ibi non nominetur) Johannem, Gal. 2. 9. Paulum & Barnabam [q]. Al. Non dubito quin *Leo* hîc sit Petrus, ob principatum collocatus in fronte solii, fervens animo: שור, *bos*, quod LXX sæpe μόσχον vertunt, & Patientiam significat, designat Jacobum fratrem Domini: *Homo*, qui bonitate antecedit animantia cætera, designat Matthæum, qui diu dicitur mansisse in Judæa. Πρόσωπον autem, ut פני apud Ezec. est omne id *quod in conspectum cadit*, non *facies* sola: *Aquila* celeritatem ministerii significat, quod certè Paulo proprium, qui sæpiùs Hierosolymis fuit, & bene [dicitur] πετόμενος, quia semper erat in cursu [r]. Sed figmentum hoc est sine omni fundamento excogitatum, & applicationes sunt ineptæ & frigidæ. Cur enim Petrus, qui præ timore Dominum suum negabat, Leo potiùs habendus est quàm

Margin notes (left): [z] Cor. [a] Rib. [b] Med. 544. [c] For. [d] Dur. [*] Per. [f] Gom. [g] Med. 544. [h] Med. 1122. [i] Di. in Med. 704. [k] Med. 707. [l] Di Med. [m] Di. in Med. 704. [n] Med. p. 707. [o] Gom. [p] Q. in Par. [q] Gom. [r] Par. [†] Rib. [t] Q. in Gom. sic Rib.

Margin notes (right): [v] Rib. [x] Q. in Gom. [y] Per. [z] G. [a] Pi. [b] Ham. [c] Pari. [d] Dur. [*] Cot. [f] Pari. [g] Clu. [h] Q. [i] Q. in Per. Rib. Nap. Clu. [k] Per. [l] Nap. Rib. Nap. [n] Clu. [o] Rib. Per. [p] Rib. Em. Nap. [q] Ham. [r] G.

quàm Paulus, &c †. [Hæc de prima sententia.] Resp. 2. Respondent quadriformi veritati Evangelii, quod est potentia Dei, id quod *leo* designat; cujus subjectum est Christus, qui verus *homo*, & victima (cujus typus *vitulus*) factus pro nobis, &, *aquilæ* instar, è cœlo venit. Hæc in unum contrahentes dicemus, ordine servato, Evangelium esse potentiam Dei in morte hominis cœlestis[t]. Resp. 3. Gloriosa hæc Divinæ Majestatis sessio illustratur ordine Castrametationis populi Israelis, qui in quatuor distribuebatur partes, & unaquæque pars sub *vexillo* erat sive *Insigni*, nimirum *Leonis* ad Orientem; *Bovis* ad Occidentem; *Hominis* ad Austrum; *Aquilæ* ad *Boream* †. Hoc autem Hieroglyphicum doctissimi ex Hebræis sic explicant: Tarditate *Bovis*, Irâ *Leonis*, Celeritate *Aquilæ*, & Benignitate *Hominis*, repræsentatur Deus qualis Judæis constanter fuerit, etiam cùm venit ad vindictam exsequendam, *tardus ad iram*, & *celer ad misericordiam* *. Designant hæc Animalia quatuor attributa divinæ providentiæ. Hæc enim fortis est, ut Leo; velox & penetrans, ut Aquila; suavis & amabilis, ut Homo; longanimis & patiens, ut Bos[v]. Resp. 4. Ut per Thronum Dei significata est Arca cum propitiatorio, ità 4 Animalia significant 4 Cherubinos Templi, qui Arcam circumdabant; qui etiam significabant quatuor cœlestes Spiritus principales Divinæ Providentiæ administros in gubernatione mundi & Ecclesiæ, ad munus illud maximè idoneos, ut his similitudinibus adumbratur[x]. Per *leonem* significatur in Angelis robur, generositas, majestas Dei hostibus terribilis[y], fortitudo & magnanimitas[z]: Per *bovem* sive *vitulum* obedientia[a], mansuetudo & laboris tolerantia[b], & constantia in Dei servitio[c]: Per *hominem* prudentia[d], amor humani generis *, salutisque electorum[f], humanitas, lenitas: Per *aquilam* naturæ cœlestis vigor, agilitas, nisus ad sublimia[g], maxima velocitas[h], ad mandata Dei exequenda[i]. Ex his porrò Animalibus duo sunt fera, *leo* & *aquila*, duo mansueta, *homo* & *bos*: illa, ut rebelles terreant; hæc, ut piis sint solatio[k]. Resp. 5. Diversæ hæ formæ vel species denotant specificas virtutes insignium Doctorum[l], & diversa dona quibus idem Spiritus eos imbuit, juxta 1 Cor. 12. 4, &c[m]. ità ubertim omnibus largiens, ut tamen in singulis diversitas conspiciatur, atque ità sapientia Divinæ dispensationis declaretur[n]. In Ezec. 1. ubi describuntur Cherubini, omnes hæ proprietates & perfectiones singulis insunt; hîc autem, ubi hoc Ministris Evangelii applicatur, omnes non uni alicui, sed omnibus, dantur[o], & distributim assignantur[p]. Denotantur ergò his figuris Ministrorum aliorum fortitudo, zelus & audacia, qualis *leonis*; aliorum humilitas, diligentia, patientia, constantia, qualis *bovis*; aliorum prudentia & sapientia, qualis *hominis*; aliorum perspicacia in scrutandis mysteriis cœlestibus, instar *volantis aquilæ*. Nec tamen ità attribuuntur hæ proprietates singulis singulæ, quasi reliquis destituerentur[q], qui sanè defectus consistere nequit cum celebratis ipsorum virtutibus[r]; sed quòd aliæ in aliis emineant earum exercitio, &c †.

8. *Et*, &c. Καὶ—ἓν καθ᾽ ἑαυτὸ εἶχεν ἀνὰ πτέρυγας, &c.] *Et quatuor animalia singula* (vel, *singula per se*, P. Be. Pi.) *habebant* (vel, *unum secundùm seipsum habebant singula*, Mo.) *alas senas in circuitu*, Er. Il. Ti. &c. id est, ab utroque latere, ut κύκλῳ sumitur v. 6[t]. Omnes ad volandum aptas (non sicut illas Esa. 6.) ut quocunque volatum intendant, alis abundè instructi sint, ad opem sedulò afferendam imbecillibus lapsis, &c[v]. Per senarium (qui numerus perfectus est) alarum numerum perfectam intelligit vim & potentiam volandi, mirámque agilitatem quæ est in Angelis, &c[x]. Al. Alæ hæ concitatissimum Evangelicæ prædicationis progressum figurant[y]. *Alæ* agilitatem & alacritatem ad Dei imperium exsequendum; *alæ oculatæ* zelum cum scientia & fide conjunctum; *alæ sex in circuitu* quaquaversum volaturientes denotant, id est, ad Dei mandata universaliter & integrè implenda paratissimos[z]. Al. Evangelistæ *senas* habent *alas in circuitu*, quia undecunque spectentur non reptant, sed volant, & in omnibus in sublime tolluntur. Sic exposuerim si omnes alas volatui deservirent, quod non puto[a]. Al. Sumptum hoc ex Esa. 6. 2. ubi tot alæ sunt[b]: quarum duabus velabant faciem, duabus pedes, duabus volabant[c], i. e. habebant eas extensas, quasi parati & expediti ad volandum[d]. Facies Christi est Divinitas, pedes sunt Humanitas, quæ dum tegunt Seraphim, ostendunt ea in hoc seculo hominibus esse valde ignota. Hîc ergò innuitur, multa magnáque mysteria latere in Evangeliis, &c *. Episcopi Angelis æquantur; Apostoli autem Seraphinis, Angelorum summis: *Faciem* coram Deo *tegunt* Apostoli per ταπεινοφροσύνην in animo, & per corporis ἀσκαγωγίαν, in qua sunt Jejunia. *Pedes*, i. e. ea quorum pudere debet, peccata scilicet, tegunt per Cor contritum & Vitam emendatam. *Volant* autem per Fidem & Dilectionem. Ecce *alas sex*, sanè egregias. His remigiis ad Solium Dei itur[f]. Alæ duæ tegunt faciem, ut notent reverentiam Dei quæ est in Ministris, ut Mal. 2. 5. Duæ tegunt pedes, ut notent timorem humilémque infirmitatis suæ sensum, ut 1 Cor. 2. 3. Duæ officio inserviunt, ad volandum, notántque promptam & expeditam obedientiam Deo, &c[g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἔσωθεν γέμοντα ὀφθαλμῶν] *Et intùs* (i. e. intra alas[h], vel, sub alis[i]:) *plena erant oculis*, Be. Pi. &c. Vide dicta v. 6[k]. Sed ibi oculi erant *antè*, quod respicit dependentiam ipsorum à Deo, & *retrò*, quod curam eorum de grege notat; hîc *intùs*, quod significat, Ministros etiam sibi & profectui suo prospicere, juxta Act. 20. 28. 1 Tim. 4. 16. alioqui cœci duces forent, Matth. 15. 14[l]. Al. Oculos intùs habent Evangelistæ, quia in mysteriis, quæ literâ conteguntur, & mysticis sensibus, pleni etiam luce Divinâ sunt, & sciunt quò tendant, &c[m]. Al. Significat, naturam Angelicam non unâ tantùm parte, [ut homines] sed secundùm se totam esse perfectè intelligentem[n]. Κυκλόθεν istud [quod præcessit] omnino huc pertinet, non ad præcedentia. *Alæ* enim *sex* quæ tegunt faciem & pudenda, & quibus volatur, non possunt esse *in circuitu*. Sed κυκλόθεν & ἔξωθεν valet *extrà* & *intùs*. Dona illa multiformia Apostolis data & in animo erant, & foris apparebant. Sic 1 Reg. 7. 36. ἔσωθεν, κυκλόθεν, i. e. ἔσωθεν καὶ κυκλόθεν, sive ἔξωθεν[o]. Κυκλόθεν καὶ ἔσωθεν idem sunt quod ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν v. 6. Hæc sic conciliari possunt, si duas superficiei partes perpendas, convexam, h. e. circumferentiam, & concavam sive interiorem; quæ duæ utrovis modo aptè exprimi possunt, exterior sive ambiens per κυκλόθεν, concava per ἔσωθεν: & rursus in Animalibus (de quibus hæc dicuntur, quorum partes posteriores propriè sunt convexæ, & partes anteriores, maximè quum alas habent, quæ semicirculum quendam efficiunt, sunt superficies concava:) superficies ambiens per ὄπισθεν, superficies interna per ἔμπροσθεν, exprimitur. Ut ergò ἔμπροσθεν, v. 6. idem est quod ἔσωθεν, ità κυκλόθεν & ὄπισθεν idem erunt, quod etiam liquet ex c. 5. 1. ubi ἔσωθεν opponitur τῷ ὄπισθεν. Oculi porrò *antè* hîc denotare possunt præscientiam sive propheticum spiritum Apostolorum; oculi *retrò* respicere possunt prophetias & typos V. T. quos illi optimè explicare poterant ad convictionem Judæorum ‖. ¶ *Et requiem* (i.e. cessationem, ut *requies* sæpe sumitur[p]:) *non habebant*, &c.] i. e. Deum in cœlis sine fine aut intermissione celebrârunt[q]. Diligentem seriámque operam in eo navant, &c[r]. Hoc explicatur Act. 20. 31 †. & 2 Tim. 4. 2. Esa. 60. 11[t]. Quantum natura sinebat, nullum tempus vacare patiebantur à laboribus pro Dei laude. Sumptum ex Esa. 62. 6[v]. ¶ *Sanctus, sanctus, sanctus*] Sumptum ex Esa. 6. 3. q.d. Infinitè sanctus. Ostendit hoc & quanti fideles Ministri æstimant sanctitatem Dei, & quòd eorum officium sit hanc Dei perfectionem celebrare[x]. Hebræorum mos est ter vocem repetere in rebus quas vehementer inculcatas volunt, Jer. 22. 29. Ezec. 21. 27[y]. Al. Ter repetit, ut sanctam Trinitatem in unitate essentiæ significet[z]. Illud ἅγιος novies repetitur in omnibus meis Codicibus[a]: ità in exemp. Hispaniensi[b]. Sed ter tantùm legitur in MSS. plurimis[c], & in cod. meis[d]. ¶ *Dominus Deus omnipotens*] Vide suprà 1. 8 *. ¶ *Qui erat, & qui est*, &c.] Est hoc nomen Dei proprium[f]. Vide suprà 1. 4[g]. [Sensus, q. d.] Qui promittit, ac promissa præstat & præstabit[h]. Est hîc summa doctrinæ Evangelii[i]. Docet Evangelium, Deum esse, 1. *Sanctum*, quia peccatum sustulit, & populum suum sanctificat; 2. *Dominum* nostrum, quia nos redemit, &c. 3. *Omnipotentem*, quia magna nobis fecit. Docet Deum & *fuisse*, quia promissio de semine benedicto facta est ab origine mundi; & *esse*,

quia

† Mor. 5. 6. 183. [t] For. † Mor. ib. ex Med. * Ham. [v] Me. sim. Per. [x] Per. [y] BA. 1. 3. 6. 770. [z] Gom. sim. Per. [a] Per. [b] Gom. [c] Per. sim. BA. [d] Per. Gom. * Per. BA. [f] Per. [g] BA. [h] Per. sic Gom. [i] Per. [k] BA. ib. [l] Par. [m] Dur. [n] For. [o] Dur. [p] For. [q] Dur. sim. For. [r] For. † Dur. [t] Pi. [v] For. [x] Per. [y] Cor. sim. Zeg. Clu. [z] Med. l. 3. p. 544. [a] Rib. [b] Par. sim. Rib. La. Me. Clu Dur. G. [c] Me. sim. Pi. Par.

[d] Me. Rib. * Rib. [f] G. [g] Dur. [h] Me. [i] Pi. Rib. [k] Me. [l] Dur. [m] Rib. [n] Per. [o] G. ‖ Ham. [p] Gag. [q] Par. [r] Dur. sim. Clu. † G. sic Dur. Clu. [t] Clu. [v] G. [x] Dur. [y] G. [z] Me. sim. Pi. Clu. [a] Val. [b] Er. [c] G. [d] Er. * G. [f] Be. [g] Be. Me. G. [h] G. [i] Q.

quia Eccleſiam ſuam tutatur ac perficit magis & magis, & *venturum eſſe*, nempe, ad Judicium[k]. Sanctitas Dei eò magis eſt admirabilis, quòd juncta cum abſoluta potentia; Veritas ejus certitudinem promiſſorum confirmat, conſtans & verax eſt, tanquam æternus & immutabilis ille, qui idem heri, & hodie, & in ſecula. En omnem Religionem. Is ergò timendus eſt, ei ſerviendum, in eo ſolo fiducia collocanda eſt[l].

9. *Et cùm*, &c. Καὶ ὅταν δώσουσι, &c.] Magnifica Dei deſcriptio. Sic & infrà 5. 14[m]. *Et quum tribuebant*, &c. Be. Pi. vel, *dederint*, Mo. *darent*, Vulg. Zeg. Er. ad verb. *dabunt*. Enallage temporis[n]. Δώσουσι, [& mox] πεσοῦνται, προσκυνήσουσι[o], ſunt Futura pro quovis tempore, more Hebræo[p]; nec referunt quid tum in Viſione ab Animalibus & Presbyteris factum ſit, ut nonnulli putant; ſed quid iſtis ex officio pro re nata faciendum eſſet, quódque ipſe poſtmodum in progreſſu Viſionum, ſi quando Deum celebrandi occaſio incidiſſet, ab iiſdem factum vidit[q]. Futura enim Hebræis denotare ſolent actum vel, *ſolitum*, ut אשב 1 Sam. 20. 5. vel, *debitum*, ut יעשה 2 Sam. 13. 12. ישמרו, Mal. 2. 7[r]. *Gloria* Deo datur ob potentiam, *honos* ob proprietates, *gratia* ob benefacta. Εὐχαριστία eſt תודה, pro quo *benedictionem* hîc poſuit Latinus Interpres: de qua vocum permutatione vide quæ diximus ad Matth. 26. 26†. *Gloria* reſpicit ipſam glorioſam Dei majeſtatem atque excellentiam: *Honor*, relationem quam habent creaturæ ad creatorem, à quo eſſe ſuum accipiunt, cui propterea honorem debent: *Gratiarum actio* reſpicit accepta beneficia[t]. *Gloria* eſt frequens de aliquo fama cum laude. *Honor* eſt teſtificatio excellentiæ alicujus, &c[v]. Senſus verſûs eſt, q. d. Quoties Eccleſiæ ſacras ſynaxes facerent[x].

10. *Procidebant*, &c.] Profundam hoc reverentiam, ſuíque plenam ſubmiſſionem deſignat[y]. Apoſtolos Presbyteri Hieroſolymitani fideliter ſubſequuntur. *Procidere in terram* & προσκυνεῖν, quod hoc loco eſt *pedes oſculari*, ſumma ſunt honoris ſigna. Vide Eſa. 49. 23[z]. Oſtendit hoc & præclaram de Deo, & humilem de ſe, opinionem. ¶ *Viventem in ſecula*, &c.] Deum ſic exprimunt, ut oſtendant, ſe non Deum ignotum colere, nec Idolum; ſed verum Deum, per Antitheſin ad cultores Ethnicos & Antichriſtianos[a]. ¶ *Mittebant* (vel, *Abjiciebant*, Be. Pi.) *coronas ſuas ante thronum*] Ante pedes ſcil. ejus à quo illas acceperant[b], ei ſoli ſe ſuáque omnia accepta ferentes[c]; ſic teſtantes, ſe quicquid habent juris ad Regnum à Deo accepiſſe. Sic *Tiridates apud effigiem Cæſaris ponit inſigne Regium* apud Tacit. Annal. 15[d]. Oſtendunt zelum ſuum pro gloria Dei, quam unicè quærunt*, ſenſúmque indignitatis ſuæ, &c[f]. De hoc more memorat interpres Æſchyli, Πότε σέφη, &c. *Quando*, inquit, *in terram conjiciemus coronas aut peplos, niſi nunc, cùm ad preces convertimur, & pro nobis & pro urbe*[g]?

11. *Dicentes*] Eadem Animalium & Seniorum verba, mutato tantùm contextu orationis & formâ[h]. ¶ *Dignus es*, &c.] q. d. Te meritò laudamus, &c[i]. Dignus es quem omnes, Angeli & homines, honorent, &c[k]. ¶ *Accipere—virtutem*, Δύναμιν] *Robur*, vel *potentiam*, D. Pi. id eſt, metonymicè, potentiæ laudem ſive confeſſionem[l], quomodo & Hebræi עז uſurpant. Confer quod infrà 11. 17[m]. vel, firmam ac ſolidam laudem[n]. Al. Intelligit hîc potentiæ patefactionem, Metaphoricè; quæ eſt quaſi illius acceptio; ut ſit ſenſus, Dignus es qui accipias amplitudinem, ut tibi cuncta ſubjicias. Sic Eſa. 51. 9. *Induere fortitudinem*. Confer Apoc. 5. 12. & 11. 17†. ¶ *Quia tu creâſti omnia*, (Pro tua potentia, ſapientia, bonitate, &c. & proinde magnus es Dominus omnium, &c[o]. Fruſtrà [ergò] Judæi nos odio habent, cùm non alium Deum colamus quàm Mundi partiúmq; ejus Opificem, quem & ſuum Deum dicunt Judæi[p].) *& propter* (vel, *per*, Be. Pi.) *voluntatem tuam* (i.e. quia ſic tibi viſum eſt[q]; διὰ τὸ θέλημα, pro, διὰ τοῦ θελήματος[r]. Sic *felicem eſſe* διὰ τύχην, *per fortunam*, ſive *caſu*, Ariſtot. Nicom. 1. 9†.) *erant* (vel, *ſunt*, Be. Pi. extiterunt, ſuam eſſentiam & exiſtentiam acceperunt, cùm illa creâſti[t].) *& creata ſunt*] *Erant* jam Homines, quia tu volueras; & *conditi ſunt*, id eſt, iterum conditi, per Chriſtum. Vide ſuprà 3. 14. Solent noſtri Scriptores etiam cùm de Hominibus loquuntur Neutro genere uti. Vide Eph. 1. 10. Impletur hîc quod prædictum Eſa. 24. 23. Idem eſt quod Eccleſia Hieroſolymitana Apoſtolis præeuntibus dicit Act. 4. v. 24. ex Neh. 9. 6[v]. Aſſerit hîc & celebrat ſupremum Dei dominium in creaturas, quòd unica ipſius regula agendi erat voluntas propria, & ipſius gloria finis unicus, &c[x]. Nulla cauſa extrinſecùs accedens, ſed ſola ſua impulit voluntas; ſupra quam inveſtigare ullam cauſam & craſſæ eſt ignorantiæ, & arrogantis impietatis[y]. Atque hæc ratio validè concludit, Ille enim ex quo, & propter quem, ſunt omnia, debet omnem ſolus honorem ab omnibus reportare[z].

k Cot. l For. m G. n Pi. o Med. 544. p G. q Med. ib. & 684. r Med. 1112. † G. t Dur. v Rib. x Med. 544. y T. z G. a Dur. b Clu. c Clu. ſim. Dur. Zeg. d G. * Dur. f Dur. ſim. Clu. g Med. 1112. h Cot. i Dur. k Me. l G. Pi. m G. n D. † Gom. o Dur. p G. q Be. ſim. Dur. r Be. Pi. † Be. t Me. v G. x Dur. y For. z For. ſim. Dur.

CAP. V.

1. *Vidi in dextera—librum*] Qu. Quis hic Liber? Reſp. 1. Eſt Scriptura ſacra[a], Veteris & Novi Teſtamenti[b], maximè quâ parte continet myſteria de Chriſto. *Scriptus* dicitur *intùs* & *foris*, ob duplicem ejus intelligentiam, hiſtoricam, quæ omnibus patet; & ſpiritualem, quæ paucis revelatur, quam ſolus Chriſtus & implet, & nobis aperit. *Sigilla ſeptem* ſignificant multiplicitatem myſteriorum ejus Libri[c]. Al. Non placet[d]: 1. Hinc ſequeretur, Scripturam ſacram ad extrema uſque tempora, (de quibus hanc Viſionem eſſe conſtat ex cap. 6.) vel, ſaltem uſque ad hanc revelationem, clauſam fuiſſe*; nec lectam aut inſpectam[f], aut intellectam, ab ulla creatura[g], Angelo aut homine[h], etiam Petro & Paulo, & reliquis Apoſtolis; qui jam omnes, præter Johannem, deceſſerant[i]: quod repugnat locis illis Luc. 24. 32, 45[k]. & 2 Cor. 3. 16[l]. 2. Quæ hoc Libro continentur, ea bona ex parte ſequentibus exponuntur[m]; & futura tantùm ſpectant[n], neque in reliquis Scripturis exſtant[o]. Reſp. 2. Codex hic eſt fatidicus ſeu conſiliorum Dei, quo ſeries & ordo rerum gerendarum ad ſecundum uſque Chriſti adventum pertexitur[p]; ut oſtendit quæ deinde ſequitur gemina rerum futurarum Prophetia, quam Codex iſte continebat[q]. Eſt hic Liber, ſive volumen, ſymbolum decretorum Dei[r]: continet decreta Dei†, de iis quæ eventura erant Eccleſiæ Chriſtianæ[t], vel, de vindicta hoſtibus Dei & Chriſti inferenda[v]: eſt divina præſcientia & providentia[x], rerum maximè inſignium, tam adverſarum quàm ſecundarum[y]; præcipuè deinceps futurarum circa Eccleſiam[z], aut hoſtes ejus[a]. Liber hic eſt ipſa Apocalypſis[b], vel, Apocalypſeos myſteria[c], & oracula in Dei præſcientia & prædeſtinatione, quaſi in Libro, contenta[d]. *Liber* dicitur ob rerum certitudinem, ex more hominum, Exod. 17. 14. Ezec. 2. 10*. ut ſignificetur, Deum omnia certiſſimè ſcire, & præſentiſſimè intueri & operari. Vide Pſal. 56. 9. & 139. 16[f]. [*Ad dexteram* ejus eſſe dicitur, vel,] quia mos eſt Libros quos magni facimus nobiſcum ferre[g]: [vel,] ut agno eum præberet, nam quæ aliis damus dextrâ porrigimus[h]: [vel,] ut oſtendatur, tum rei eminentia; tum, quòd omnis Eccleſiæ conditio dexterâ Dei dirigitur, &c[i]. [vel,] ut doceamur, Deum eſſe dominum abſolutum conſiliorum ſuorum, quæ ut ab ipſo ſolo ſunt, ità à nemine mutari aut irritari poſſunt; ipſúmque quod ſapientiâ ſuâ ſtatuit, potentiâ ſuâ executioni mandare[k]. *Ad dexteram ponere* eſt velle exſequi[l]. Ἐπὶ τὴν δεξιὰν hîc ponitur pro ἐν τῇ δεξιᾷ, ut patet ex v. 7. ubi accipitur ἐκ τῆς δεξιᾶς[m], *ex dextra*, in qua proinde fuerat. Et Præpoſitiones hîc, ut apud Hebræos, promiſcuè uſurpantur[n]. ¶ *Scriptum intùs*, &c. Ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν] *Intùs & à*, vel *in*, *tergo*, Er. V. Be. Pi. id eſt, Undique[o], utrâque parte membranæ[p], convexâ & concavâ[q], interiore & poſteriore, ſive exteriore[r]; id eſt, ἀμφοτέρωθεν†, præter communem uſum[t]. Veteres enim ſcribebant in pellibus ſive membranis[v], quæ plicabantur, & circa cylindrum convolvebantur, Eſa. 34. 4. Ezec. 2. 9, 10. Luc. 4. 20. Apoc. 6. 14[x]. (indè dicta *volumina*[y];) & proinde intùs tantùm, non foris, ſcribi ſolebant[z]: quod tamen interdum fiebat, quales Libri ὀπισθόγραφα dicebantur[a]. Plin. l. 3. Epiſt. Ad Macrum, *Commentarios 160 mihi reliquit, opiſthographos quidem & minutiſſimis ſcriptos*, &c. Juvenal. Satyr. 1. de Libro longiſſimo dixit,—*Et ſummi plenâ jam margine libri Scriptus & in tergo, necdum finitus Oreſtes*. Vide Alex. ab Alex. 3. 30[b]. Hoc autem ſignificabat

a E. Zeg. b Hi. Amb. Greg. Bed. &c. in Rib. c E. d Rib. Clu. Gom. * Rib. f Clu. g Gom. h Clu. i Rib. k Clu. ſic Rib. l Clu. m Gom. n Clu. o Clu. ſic Gom. p Med. 545. ſim. Rib. q Med. ib. r Pi. † Ham. Dur. Coc. t Dur. v Ham. x Per. ex L. & Carthuſ. ſic Clu. Gom. y Per. z Per ſim. Gom. a Gom. b La. Me. Par. For. Dur. c T. Me. d Me. La. * For. f Clu. g G. h Par. i For. k Dur. l G. m Par. Ham. n Ham. o V. p Er. V. Camer. q Ham. r Camer. Be. † Camer. t Clu ſim. Rib. Me. v Me. ſic Rib. x Rib. y Me. z Rib. ſim. Clu. Me. a Rib. ſim. Clu. Be. b Rib.

ficabat, vel, 1. copiam rerum scriptarum[c], sive calamitatum imminentium ||; vel, 2. abundantiam scientiæ Divinæ[d]; vel, 3. nulla esse in Deo nova consilia sive decreta, Act. 15. 18. ideóque nullum spatium vacuum hîc relictum fuisse *; vel, 4. rei tam diligenter fuséque memoratæ certitudinem; vel, 5. specialem Dei providentiam in omnibus & singulis sanctorum conditionibus[f]; vel, 6. Genium harum Visionum Apocalypticarum, quæ sic concinnatæ sunt, ut speciem elegantem sensúmque valde completum in ipso externo cortice præ se ferant, & veritatis historiam [habeant latentem] intùs. Et Hieron. Rupert. aliíque multi scriptionem hanc *intùs* & *extrà* de mystico literalique sensu intelligunt †. Al. Locus sic distinguendus, γεγραμμένον ἔσω, καὶ ἔξωθεν κατεσφραγισμένον, &c. Non enim dicit *librum intùs & extrà scriptum*, sed *intùs scriptum, extrà signatum*[g]. Quasi verò ulla volumina extrà scripta sint, obsignata verò intùs. Tam infelix Interpres Apocalypseos est magnus ille Hugo etiam in rebus minusculis ||. Et novæ huic distinctioni multa repugnant, docéntque *librum intùs & extrà scriptum*; 1. quòd apertio cujuslibet sigilli novam aliquam repræsentationem exhibet, quod fieri non poterat si sigilla omnia à parte posteriore essent, quæ proinde omnia aperienda erant antequam ulla pars Libri patefieret; 2. collat. Ezec. 2. 10. ubi longa calamitatum successio repræsentatur per *volumen scriptum intùs*, per totum, *& extrà*, magnâ parte; ità tamen ut aliquid ibi relinqueretur quod scripta involveret atque absconderet, ac sigillis locum daret. Et quòd hîc ὄπισθεν idem est quod *extrà* in Ezec[h]. ¶ *Signatum* (vel, *Obsignatum*, Be. Pi.) *sigillis septem*] Duplex erat sigillorum usus; 1. claudere arcana[i], ut Esa. 29. 11. Dan. 8. 26. & 9. 24[k]. 2. confirmare, sive authoritatem dare[l], ut Esth. 8. 8. & 9. 10. Jer. 32. 10. Dan. 9. 24[m]. Significat ergò consilia Dei[n], [&] quæ hîc scripta sunt[o]; 1. esse authentica[p], certa, rata, confirmatissima, inviolabilis & infallibilis veritatis[q]; 2. abstrusa esse & abditissima[r], & perfectè occlusa, ut implicatur numero septenario †, qui symbolum est perfectionis[t]: vel, *septem* pro numero sequentium Visionum[v], atque calamitatum, quas priùs venturas monet, quàm ea quæ hîc scripta erant cognoscerentur[x]. Al. Est hîc πλάνη. Vidit enim Librum cum uno sigillo; sed eo aperto didicit sex esse partes signatas[y]. Erant enim septem volumina, singula signata[z], ità ut primo involutum esset secundum, (nam paginæ Hebrææ erant volumina מגלות) secundo tertium, atque ità deinceps[a]. Forma hujus Libri congruere debet cum scopo Agni, qui Prius & Posterius h. l. respexit. Quod enim ad primum pertinebat Sigillum spectari debebat antequam secundum aut reliqua aperirentur. Vaticinia autem in hoc Volumine descripta fuisse videntur atque exarata, partim Iconismis & Signis, quæ non legenda, sed contemplanda erant, unde illud, *Veni & vide*; partim verò literarum notis, quia in Sigillo quinto & sexto oratio rei visæ tribuitur[b].

2. *Angelum fortem*, Ἰσχυρὸν] אל, quod cognomen magnis Angelis datur. Vide infrà 10. 1. & 18. 21. Magni illi erant Angeli: sed sunt quædam Christo reservata. In V. T. Deus omnia per Angelos exsequitur; in Novo per Christum maximè. Quò autem major res agitur, eo major Angelus ministrat[c]. Erat hic Gabriel[d], vel, unus ex primariis *. Angeli, etiam summi, admirantur œconomiam Dei in Ecclesia, eámque intelligere, & illi inservire, enixè cupiunt[f]. ¶ *Prædicantem*, &c.] Ut Dan. 3. 4[g]. Præconis voce, &c[h]. ¶ *Quis est dignus* (i. e. Quis potest[i], quis authoritate Divinâ instructus est[k]:) *aperire*, &c. Ἀνοῖξαι—καὶ λῦσαι, &c.] id est, Ἀνοῖξαι λυσάμενον· non poterat enim aperiri Liber, aut Libri partes, nisi Sigillo quoque reserato. Similia in συνθέσει habes alibi, ut Col. 2. 5. collato loco Act. 11. v. 23[l]. *Qui aperiat illum librum & solvat*, &c? Be. Pi. &c. i. e. Qui aperiat Librum solvendo ejus signacula[m]. Hoc autem prædicatum est, non quasi exspectaretur ut hoc à creatura fieret[n]; sed partim ut patefieret impotentia & indignitas creaturæ[o] ad penetrandum in arcana Dei, partim ad majorem Mediatoris gloriam, &c[p].

3. *Nemo poterat*] Nulla res vivens[q]. Silentium acceptum pro consensu. Nemo se parem operi sentiebat[r]. Ex hoc loco colligunt nonnulli, Danielis Prophetiam non extendere se ultra Excidium Hierosolymæ; quia Liber Apocalypticarum visionum non erat apertus ante hanc revelationem Johanni factam, & propterea nihil quod in hoc Libro continetur aut Danieli aut cuiquam alii antè patefactum fuisse. At verò nonnulla in hoc Libro esse quæ antè aliquo modo patefacta sunt satis constat, v. g. illa de die Judicii, & resurrectione, quæ sunt præcipuus scopus Apocalypseos, de quibus tamen agitur Dan. 7. & 12. & de Regno Antichristi, quod si non Danieli, certè Paulo 2 Thess. 2. patefactum est. Existimo autem Prophetias Danielis & Apocalypseos in se invicem transfusas fuisse, & Danielem esse Apocalypsin contractam, Apocalypsin verò Danielem explicatum. Hoc tantùm interest, Quòd quæ antè summatim & genere revelata sunt, Johanni patefacta sunt particulatim & in specie, novâ formâ, juxta seriem & ordinem Fatorum sive rerum gerendarum; & hoc sensu nunquam antea reseratus est hic Liber †. ¶ *Neque in cælo*] i. e. Angeli[t], ut spiritus consummati, Heb. 12. 23[v]. ¶ *In terra*] Homines[x]. ¶ *Subtus terram*] i. e. vel, In mari, ut & infrà, v. 13. Itaque Exod. 20. post מתחת לארץ additur במים. Vide ad Psal. 24. 2[y]. vel, mortui in sepulcris dormientes[z], vel, dæmonia[a]. ¶ *Aperire*, &c.] Rursus ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, οὐδὲ βλέπειν, pro ἀνοιξάμενον βλέπειν· non possunt enim introspici paginæ obsignatæ nisi ruptis sigillis, Esa. 29. 11[b]. ¶ *Neque respicere*] Vel, *inspicere*, Pi. T. i. e. Evolvere, legere, cognoscere, contenta in Libro[c]. Est Gradatio. Nec aperire quis poterat, nec legere, imò nec introspicere saltem[d]. Adeò profunda est judiciorum Dei abyssus *.

4. *Flebam multùm*, &c.] Putans magna quædam hîc contineri & cognitu dignissima[f], & Ecclesiam tanto beneficio destituendam[g], suámque ad futurorum scientiam vocationem irritam fore[h]. Ostendit hic fletus & vehemens hujus libri cognoscendi desiderium[i]; simúlque de eo desperationem, quâ & infirmitatem suam prodit, quòd non respiceret ad Christum, &c[k]. Didicerat Johannes apud Hebræos decreta Dei *obsignata* dici, quæ certò erant futura, si non in singulis hominibus, certè in generibus hominum. Significantur autem hîc decreta Dei pertinentia ad Judæos, quæ Christus summatim prædixit, Mat. 24. Luc. 21. hîc verò multò explicatiùs[l].

5. *Et unus*, &c.] Qui universi ordinis personam gerit[m]. Unus ex proceribus Ecclesiæ non triumphantis, sed militantis. Illorum enim est docere Ecclesiam[n]. Vide quantus honos Presbyterorum. Danielem desiderantem res futuras cognoscere docet Angelus; Johannem, Presbyter. Sensus est, Alicui ex Presbyteris Hieros. à Deo patefactum fore ut Christus per Johannem Ecclesiæ Hieros. cognita faceret omnia quæ ad ipsam pertinerent. ¶ *Nè fleveris*] Noli ità dolere: habebis quod optas[o]. ¶ *Ecce vicit*] i. e. Prævaluit[p], obtinuit[q], à Patre meritis suis[r], id quod tu desperatum putabas †. ¶ *Leo* (Cujus proprium est vincere[t]. Est autem hîc ἔμφασις. Qui ut Agnus apparet reverâ est Leo[v].) *de tribu Juda*] i. e. Christus, qui fuit ex tribu Juda[x], ut docent Genealogiæ, & Heb. 7. 13, 14[y]. quæ *Leoni* confertur[z], & cujus insigne erat Leo[a]. Alludit ad locum Gen. 49. 9[b]. Quod vaticinium ostendit sublimiore sensu in Christo impletum. Cui addi potest & illud Num. 24. 17. Et propter illa verba Jacobi Leo semper fuit in vexillo Judæ[c]. ¶ *Radix David*] Sumtum ex Esa. 11. 11[d]. ἡ ῥίζα, i. e. ὁ ἐκ τῆς ῥίζης * · surculus ex radice Davidis[f], ex stirpe vel familia Davidis[g], unde exoriturus passim prædicatur, ut Psal. 72. 89, 132. Esa. 7. 9. Jer. 23. 33, &c[h]. q. d. ortus secundùm promissa, ex David[i], & ex Juda, testibus Mose & Prophetis[k]. *Radix*, i. e. ille quem radix illa David edidit[l]. Metonymia[m], qualis Ose. 14. 6, 5. & Esa. 11. 10. qui locus Christo aptatur Rom. 15. 12. Adde Esa. 53. 2. 1 Macc. 1. 10. Eximiè autem hic titulus in Christum competit, in quo omnia rerum bonarum Vaticinia vetera in sensu multò excellentiore implentur. Olim enunciabantur temporalia, latebant æterna[n]. Al. *Radix* dicitur, quia arbor illa verè ad radicem usque decerpta & detruncata fuit[o]. Infrà cap. 22. 16. dicitur & *radix, & progenies Davidis*[p], ut *Dominus*, & *filius Davidis*, Mat. 22. 46. *progenies*,

Marginalia (left column): c Gom. fim. Par. Rib. Ham. || Ham. d Clu. * Dur. f For. † Mor. De myster. Iniq. 1. 4. 592. g G. || Mor. ib. h Ham. i Par. Clu. k Clu. l Par. fim. Clu. m Clu. n Dur. Gom. o Par. sic Clu. p Par. q Clu. r Clu. fim. Par. Pi. Gom. Dur. For. † For. t Pi. v Dur. x Rib. y G. z G. Ham. a G. b Med. 969. c G. d L. * T. fim. Rib. f Dur. g G. h For. i Me. k Par. l G. m Me. n Dur. o Dur. fim. For. p Dur. q G. r Cot.

Marginalia (right column): † Med. 924. & 964. t L. T. Pi. Clu. v Clu. x L. T. &c. y G. z Clu. a Pi. sic L. Dur. Clu. b G. c T. d G. ad v. seq. fim. For. Dur. * For. f Rib. Me. fim. Par. g For. fim. Clu. h Clu. i Dur. fim. Par. k Dur. fim. For. l G. m Cot. n Clu. o G. p Rib. Me. q Me. G. Pi. r Pi. † G. t Cot. v G. x Me. D. G. y G. z Me. a D. b Rib. sic Cot. Pi. G. For. Dur. c G. d Clu. sic Dur. Med. G. * Med. 1112. f G. sic Gom. Clu. g Me. D. h Clu. i Pi. sic For. k For. l Be. m G. Gom. n G. o Clu. p Par. Dur.

progenies, ut homo est, *radix*, ut θεάνθρωπος, Mediator, & caput Ecclesiæ [q]; quomodo est Davidis creator [r], firmamentum, fons & autor vitæ [†], sanctificationis, exaltationis, omniúmque bonorum quæ habuit David: vel, vox *David* adjectivè sumi potest, q.d. Radix Davidica, subintellige *Gentium*, vel *Ecclesiæ*, vel *electorum* [t]. Dicitur & *ex Davide esse*, ut innuatur Christum esse hominem; & *radix David*, ut significetur, eum esse majorem hominibus omnibus, & Dominum Davidis & Patrum omnium [v]. ¶ *Aperire*, &c.] Est hîc σύλληψις. Nam ἀνοῖξαι propriè de Paginis dicitur, de sigillis λῦσαι, ut suprà. Sensus est, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον λῦσαι τὰς σφραγῖδας. Daniel, Christi figura, legit quod alii legere non valebant, Dan. 5. 8. & seq [x].

6. *Ecce in*, &c. Ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου, &c.] *In medio throni* (quasi in sinu Dei, ipsi acceptissimus [y]. Quòd *stat coram throno* notat, illum ascendisse in cœlum, & apparere coram Deo, & intercedere pro nobis [z]; & sedere ad dexteram Dei [a], & participem esse gloriæ & potestatis Divinæ, Heb. 1. 3 [b].) *et quatuor animalium, & in medio seniorum*, Er. Quorum quippe sedilibus thronus ambiebatur [c]. Notat præsentiam Christi in Ecclesia [d], juxta Mat. 18. 20 [*]. Apparet hîc medio loco inter Apostolos & Presbyteros, nimirum ut his & illis sit exemplo [f]. Illud, *stans inter thronum ac animalia*, &c. designat administrationem ejus inter Deum & Ecclesiam, erga utrumque [g]; sive mediatorium ejus officium, quo pacem facit, accedit & adducit [h]. ¶ *Agnum*] Non vulgaris notæ [i], sed Paschalem [k]. Sic vocatur Christus ob innocentiam [l], patientiam, ac mansuetudinem [m], erga populum suum [n]; & ob immolationem [o]. ¶ *Stantem*] i.e. Viventem. Hoc ad resurrectionem pertinet [p]. Al. *Stantem*, ut victorem [q], vel, ut paratum [r], ad auxiliandum suis [†], Heb. 4. 16 [t]. ad interpellandum pro iis instar advocati [v]. ¶ *Tanquam*, &c. Ὡς ἐσφαγμένον] Σφάττειν & σφάζειν verba propria victimis, Gen. 22. 10. Exod. 12. 6. & 29. 11, 16, 20. & alibi sæpe, infrà 13. 8 [x]. *Tanquam occisum*, Mo. i.e. hostiam jugulatam [y]. Symbolum supplicii crucis [z]. *Ut qui mactatus fuerat*, G. sic Med. i.e. cruore manans & vulnera ostentans [a]; obitæ mortis signa & cicatrices gerens [b], quâ facultatem hoc faciendi promeruerat [c]. Hâc locutione declarat semper recentem æternámque mortis ejus efficacitatem coram Deo [d]. Al. Dicit *tanquam occisus*, quia tam citò resurrexit, ut censeri potuisset ab hominibus quasi mortuus non fuisset [*]. Vel, *tanquam* non similitudinem hîc indicat, sed veritatem, ut Joh. 1. 14. 2 Cor. 3. ult. & 5. 20 [f]. ¶ *Habentem cornua septem*] i.e. Regalem potestatem [g], quam cornua significant, Psal. 89. 25. & 92. 11. & 132. 7. Dan. 8. 20, 21. Zach. 1. 13 [h]. vel, ingentes vires [i], ad domandos hostes, Psal. 75. 5, 10. & alibi. Sic infrà Reges qui Imperium Romanum sustentabant vocantur Imperii Romani *cornua*. Res mira, *Agnus cornutus*, & quidem septicornis. Post summam patientiam summæ vires [k]. *Cornua* interdum robur tantùm & excellentiam significant, ut Psal. 18. 3. & 22. 22. Thren. 2. 3, 17 [l]. ¶ *Et oculos* (i.e. colores, more Hebræo, ut suprà 4. 5 [m].) *septem*] Notat perfectam ejus sapientiam sive scientiam [n], vel, providentiam [o]. ¶ *Qui sunt* (Nempe in mysterio, ut suprà 4. 5 [p].) *septem spiritus*, &c.] i.e. Symbola septem spirituum, i.e. omnium donorum spiritualium [q]. Quot modis Deus semper usus est in gubernando Universo, totidem modis Christus utitur in gubernanda, tuenda, vindicanda, Ecclesia [r].

7. *Et venit, & accepit*, &c.] Pleonasmus, de quo suprà 2. 5 [†]. Al. Venit, &c. i.e. ad thronum Dei propiùs accessit [t], & pedibus suis, qui agno sunt vice manuum, *accepit Librum* [v]. Ipsi enim omnia Dei consilia patent, & jus habet ea patefaciendi quibus vult [x]. Hoc symbolo significatur, 1. communicatam Christo, jam indè à primo conceptûs instanti, omnem scientiam, curam, & providentiam Ecclesiæ suæ totiúsque mundi: 2. Christum ex Libro Providentiæ & decretorum Dei judicaturum, &c [y]. 3. nos & hanc Apocalypsin, & omnes benedictiones, à Patre habere per Christum [z]. Habe-

[q] Dur. [r] Rib. [†] Q. in Clu. [t] Per. [v] Coc. [x] G. [y] Cot. [z] Coc. [a] Coc. Clu. Dur. [b] Clu. Dur. [c] Clu. [d] Dur. sim. Clu. [*] Clu. [f] G. [g] For. [h] Coc. [i] For. [k] Clu. sic For. [l] Me. [m] Zeg. Pi. Me. sic Dur. [n] Dur. [o] Me. sim. Dur. [p] G. sim. Clu. ex Cæsar. Rib. [q] Par. [r] T. Clu. Dur. [†] Clu. sim. Dur. T. [t] Clu. [v] T. ex Aug. [x] G. [y] Cot. [z] Pi. [a] G. [b] Med. 545. sim. Rib. Per. Me. Par. [c] Med ib. sim. Dur. [d] For. [*] Rib. ex Amb. Areth. & Haym. [f] Rib. [g] Clu. sim. Zeg. [h] Clu. [i] G. sim. Pi. Cot. Dur. Ham. For. [k] G. [l] Dur. [m] G. [n] For. sim. Clu. Dur. [o] Pi. [p] G. [q] Pi. [r] G. [†] G. [t] E. sim. Par. Clu. [v] E. [x] G. [y] E. [z] For.

mus h. l. tum, tres personas Divinas, Patrem in throno, Agnum, & septem spiritus; tum, triplex Christi officium, Sacerdotale, quòd sit agnus occisus, Regium, in cornibus, &c. Propheticum, quòd Librum accepit & aperuit consilia Dei, &c [a].

8. *Cùm*, &c. Ὅτι ἔλαβε, &c.] *Quum accepisset*, &c. Pi. Nempe ut reseraret: quod sequitur 6. 1 [b]. ¶ *Animalia & —— seniores*] De quibus vide dicta cap. 4 [c]. Apostoli alii, qui non minore quàm Johannes desiderio flagrabant noscendi quæ Judæis erant eventura, & imitatores Apostolorum, ut suprà 4. 9, 10 [d]. ¶ *Ceciderunt coram agno*] Potestatem ejus agnoscentes [*], illúmque adorantes [f], proximum honorem ei honori quem Deo exhibuerant 4. 10. Christo exhibentes [g]; imò eandem venerationem ei tribuentes [h], supplices se nutui ejus subjicientes [i]. Argumentum hoc Deitatis Christi [k]. Confer Esa. 42. 8 [l]. ¶ *Habentes singuli citharas* (Instrumenta laudis [m], & gratiarum actionis [n], Psal. 33. 2. & 49. 4. & 57. 8, &c. Intelligitur verbi prædicatio [o]:) *& phialas* (Quæ vasa erant ore patulo, sacris destinata, Exod. 27. 3. Num. 7. 13, 85. Zach. 9. 15. & 14. 20 [p]. Et hoc de Templo sumtum. Multa ibi erant phialarum genera, ad liba, ad sanguinem, ad vinum: de quibus quædam diximus ad Zac. 9. 15. & 14. 20. Hîc autem intelliguntur *pateræ*, in quibus erat thus & suffimenta alia: quas apud Latinos *acerras* dici putat Cornutus. Vide quæ dicta ad 2 Par. 4. 22 [q]. Cultum Evangelicum hîc describit vocibus è Lege sumtis. Ostendit, eos paratos promptósque fuisse ad hoc præstandum [r].) *aureas* (Quæ vox fidem & pura corda sanctorum denotat [‖]:) *plenas odoramentorum*, Θυμιαμάτων] *Suffituum*, Be. sic Pi. Di. qui bis quotidie facti [†]. Conveniunt hæc v. seq. ubi *Reges se & Sacerdotes factos esse* canunt. Reges enim citharæ, ut Davidem, Sacerdotes phialæ, decent [t]. ¶ *Quæ*, &c. Αἵ, &c.] Pro ἅ, scilicet θυμιάματα. Anomalia generis elegans, qualis infrà 20. 14. Confer infrà 8. 3 [v]. *Quæ sunt* (i.e. symbolicè designant [x]:) *preces sanctorum*, Pi. &c. Illorum scilicet qui citharas & phialas habebant: vel indefinitè, sanctorum omnium, quorum preces suffitu designantur [y]. Egregia comparatio, & desumpta ex Psal. 141. 2 [z]. Sicut suffimenta Templi ascendebant cœlum versùs, & bene olebant, Exod. 30. 34. ità preces piorum ad Deum eunt, Act. 10. 4, 31. Sirach. 35. 20. eíque gratæ sunt [a]. Vide infrà 8. 3, 4. & 18. 13. Vide Philonem, Clem. & Orig [b]. [eorúmque verba in G.] Hinc constat, Sanctos in cœlis pro nobis orare, nostrásque preces Deo offerre [c]. Sed constat hoc dici de Ecclesia militante [d], sive de *sanctis regnantibus* non in cœlo, sed *in terra*, v. 10 [*]. Loquitur hîc de orationibus sanctorum etiam in hac vita agentium [f].

9. *Cantabant canticum novum*] Mortalibus scilicet, quibus nunquam tale auditum [g]; vel, inusitatum & mirabile [h], non sicut alia cantica quæ sunt in Scriptura [i]: vel, *novum*, ob rei novitatem [k], novámque acceptam cantandi materiam [l]: vel, eximium [m], quod nullo veteri cantico exprimi poterat [n], & cum singulari lætitia [o]. *Cantiones novæ magis probantur* [p], ait Pindarus [q], & Homerus Odyss. α' [r]. Vide Psal. 33. 3. & 40. 3. & 96. 1. & 149. 1. Esa. 42. 10 [†]. *Novum*, i.e. apertius quàm sub V. T [t]. ¶ *Dignus es*, &c.] Dignus qui nôris & patefacias Dei arcana; qui ad Dei honorem tanta passus es, tanta fecisti [v]. Hinc forsan lux illi loco Marc. 13. 32. *Nemo novit, neque filius*, &c. Quippe nondum Apocalypsis Christo à Patre data, neque ordo rerum ad adventum ipsius gerendarum, patefactus fuit. Nihil temerè assero; perpendat lector [x]. ¶ *Quoniam* (Quæ vox notat, Christum merito passionis suæ accepisse à Deo potestatem revelandi futura, &c [y].) *occisus es*] Plus intelligitur quàm dicitur. Nam ex eo quòd *interfectus* dicitur, intelligendum est quòd semet morti obtulit ut Deo serviret, & hominibus prodesset [z]. Ideo ei debetur exaltatio [a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἠγόρασας, &c.] *Et emisti*, vel *redemisti*, (i.e. liberâsti à peccato & servitute Satanæ [b], ac Legis, & ab ira Dei [c]; ídque soluto pretio [d], ut patet ex collat. 1 Cor. 6. 20. & 7. 23. 2 Pet. 2. 1. Apoc. 14. 3, 4 [*].) *nos* (i.e. Christianos omnium locorum & temporum,

[a] Dur. [b] G. [c] Gom. [d] G. [*] Rib. Me. [f] Me. [g] G. [h] Clu. [i] Par. [k] Clu. sim. Par. [l] Clu. [m] G. sic Rib. For. Dur. [n] Pi. Clu. Me. [o] Pi. [p] G. Clu. [q] G. [r] Dur. [‖] For. [†] Di. ex Jo. [t] Clu. [v] Pi. [x] T. [y] Dur. [z] G. [a] G. sim. Clu. Gom. [b] G. [c] Per. [d] For. [*] Ham. [f] E. [g] Me. sim. Rib. [h] Me. [i] Rib. Me. [k] Gom. [l] T. [m] Gom. Pi. Dur. [n] Gom. [o] Pi. [p] G. sim. For. [q] G. [r] For. [†] G. [t] Dur. [v] G. [x] Med. 545. [y] Me. [z] G. [a] Rib. [b] Gom. [c] Dur. [d] Gom. sic Clu. Pi. [*] Clu.

quos Christus à peccatis liberavit, magno impendio, vitæ scilicet suæ, Rom. 3. 24. 1 Cor. 1 30. 1 Pet. 1. 18. Gal. 4. 5. & alibi [f]:) *Deo* (i. e. ut Dei essemus possessio [g], εἰς τὸ λατρεύειν Θεῷ, Luc. 1. 74 [h].) *sanguine tuo*, Pi. &c. quippe qui erat & *sanguis Dei*, Act. 20. 28. *sanguis* est pro vita & anima, quam Christus pro nobis posuit [i]. Hinc constat, Animalia non esse Angelos, quippe qui non poterant dicere, *Redemisti nos*, &c ||. Resp. *Nos*, intellige cœtûs nostri bonam partem, nempe animas beatas. Synecdoche qualis Mat. 27. 44. collat. cum Luc. 23. 39 †. ¶ *Ex omni tribu*, &c.] Scilicet electos [k]. *Ex omnibus tribubus* Israelis, *&* ex tot *linguarum* hominibus, sive illi moratiores sunt, qui λαοὶ dici solent, ut Græci & Itali; sive barbari, quibus eximiè competit ἐθνῶν nomen: λαοὶ, φυλαὶ, γλῶσσαι, est apud Danielem 3. 4 [l].

10. *Fecisti nos*, Ἡμᾶς] In Complut. cod. & alio [quos sequitur G.] est αὐτοὺς, *ipsos*, videlicet sanctos qui adhuc in terris sunt. Transit sermo à prima plurali ad tertiam, non malè: quia & de se loquuntur & de aliis. ¶ *Regnum*, &c.] Sic & MS. βασιλείαν· abstractum pro concreto, more Hebræo: quomodo ἱεράτευμα, 1 Pet. 2. 5, 9 [m]. Βασιλεῖς, &c.] Vide dicta ad cap. 1. 6 [n]. *Reges & Sacerdotes*, Er. Pi. Be. &c. Etiam in hac vita sensu aliquo [o]. ¶ *Et regnabimus super terram*] Vel, 1. Novam illam promissam Mat. 5. 5 [p]. 2 Pet. 3. 13 [q]. vel, 2. Terram illam in qua mortales agunt [r]; non autem potestate seculari †, sed sceptro spirituali [s], quomodo & Christus hîc regnat, quo regnante regnant & fideles [v]. Qui hîc regnant, vel, 1. regno gratiæ [x], per primam resurrectionem [y], carnalia desideria subjugando [z]. Sensus, q. d. Non solùm in cœlis olim regnabimus & liberabimur à peccato, sed etiam in terra, ubi peccatum nobis non dominabitur, Rom. 6. 14 [a]. Vel, 2. regno gloriæ, vel, in die judicii [b], quando sancti cum Christo mundum judicabunt, 1 Cor. 6. 2 [c]. Regnabunt quoque quando *omnia regna fient Dei & Christi*, Apoc. 11. 15. collat. cum Dan. 7. 27 [d]. Καὶ βασιλεύσομεν hic pro ἵνα βασιλεύωμεν, ut propriè de Apostolis & Presbyteris sermo sit, quibus datum est regimen Ecclesiarum. Vide suprà 2. 27. & 4. 4. Et hoc Regnum in terris cœleste est: nam *quod ligant in terra, ligatum est in cœlo*, Mat. 18. 18 *. In cod. Complut. & alio est καὶ βασιλεύσουσι, *regnabunt* [f]. Al. καὶ βασιλεύουσιν pro ἵνα βασιλεύωμεν [g].

11. *Vidi & audivi* (i. e. In visione audivi [h]:) *vocem Angelorum*] Notatur consensio inter Angelos & Ecclesiam [i]. Congratulantur ei & Angeli [k], utpote in Christo recapitulati in unam Ecclesiam, & Christo ut capiti subjecti [l]. ¶ *In circuitu throni*, &c.] Angeli ponuntur in extimo ambitu [m], non quasi major esset Ecclesiæ militantis prærogativa quàm Angelorum, sed ob infirmitates ac difficultates, quibus sancti hîc obnoxii sunt, quos proinde Deus Angelorum satellitio munit, Psal. 34. 7. & ut significetur [n], Angelos non Deo tantùm, sed & Ecclesiæ, inservire, Heb. 1. 14. Sic & infrà 7. 11 [o]. Erant autem hi Angeli inferioris ordinis: nam primarii significantur per 4 animalia. Vide suprà 4. 6 [p]. ¶ *Millia*, &c. Μυριάδες καὶ χιλιάδες, &c.] Ità lego ex Aretha [q], cod. Complut. & 2 al. cod [r]. Et congruit hoc cum Dan. 7. 10 †. ubi hæc eadem est descriptio [s]. Confer Deut. 33. 2. Psal. 68. 17. Heb. 12. 22 [v]. [Sic vertunt:] *Myrias myriadum, & chiliades chiliadum*, Val. *Myrias* significat *decem millia*, *Chilias*, *mille* [x]. Al. *Millies centena millia*, *& decies centena millia*, Be. Pi. Numerus finitus pro infinito [y]. Sensus est, Illos Dei laudatores fuisse distributos in classes, quarum aliæ constarent singulæ ex *millies centenis millibus*, aliæ ex *decies centenis millibus*. Quot autem essent eæ classes, non additur [z].

12. *Dicentium voce magnâ*] i. e. Serio & vehementi affectu [a]. Approbant ea quæ Apostoli & Presbyteri prædicant. Λέγοντες rectè refertur ad μυριάδες, nempe κατὰ τὸ σημαινόμενον [b]. ¶ *Dignus——accipere virtutem*, &c. Δύναμιν, &c.] *Potentiam*, &c. i. e. potentiæ laudem [c]: vel, *potestatem*, &c. Be. For. vel, *auctoritatem*, For. Omnem scilicet in cœlo & terra [d]. Sensus, q. d. Dignus cui deferatur laus omnis tanquam potentissimo, ditissimo, &c *. Est confessio liberalitatis Christi. Septem [hîc sunt] laudum nomina respondentia septem Spiritibus. Par numerus infrà 7. 12 [f].

13. *Et omnem creaturam*, &c.] Est Prosopopœia [g], quâ sermo attribuitur inanimis aut mutis rebus [h]; quæ hîc lætari & Deum laudare dicuntur [i], tum, 1. quòd in eis Dei gloria elucescit [k]; tum, 2. quòd se à vanitate liberandas fore sperant, Rom. 8. 19 [l]. [tum, 3.] ut ostendantur illa omnia parere, non Deo tantùm, sed & Christo, & ejus gloriæ inservire, Phil. 2. 9, 10. Heb. 1. 6. Similia vide Deut. 32. 1. Psal. 19. 1. Esa. 1. 2. Abac. 3. 10. Ostendit Sigillorum apertio nullas esse creaturas quæ non Christo serviant. ¶ *In cœlo*] Nempe infimo, medio, & summo, ut distinguunt Hebræi [m]. Sol, luna, stellæ, Sancti omnes [n]. ¶ *Super terram, & sub terra, &* (καὶ hîc sumo ἐξηγητικῶς, nempe, ut præcedens locutio Hebræa per Græcam notionem explicetur, sicut Ἀββᾶ explicatur per πατὴρ. Vide quæ suprà v. 3 [o].) *quæ sunt in mari*] id est, Homines & superstites, & in terris aquisve sepulti [p]. ¶ *Et quæ*, &c. Καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς] *Et quæ* sunt *in eis*, Be. Pi. Nempe cœlo, terra, mari [q]; vel, singulæ earum partes [r]. Est epitome & epexegesis præcedentium †. Vel, quæ in terræ & maris visceribus latent [t]; vel, ea quæ in animantibus rebusque sunt intima, & oculos hominum effugiunt, argumento loci Psal. 103. 1. ubi in Græco πάντα τὰ ἐντός μου [v]. ¶ *Dicentes*, Λέγοντας] Mutatio generis propter κτίσμα nomen collectivum, &c [x]. ¶ *Sedenti in throno & Agno*] Sic & infrà 7. 10. & 14. 4. & 22. 3 [y]. Hos conjungunt, ut ostendant, eos unum esse, & laudem eorum unam [z]. ¶ *Benedictio, & honor*, &c.] Similis δοξολογία suprà 1. 6. 1 Tim. 6. 16. 1 Pet. 4. 11. &c [a].

14. *Et——animalia*, &c.] Approbant id quod Angeli quidem verbis [b], Mundus autem totus reipsâ, fruebatur [c]. Ecclesia cantionem ut auspicata est, ità & claudit [d], tum, aliorum exemplo incitata ad pergendum in laudibus Dei *; tum, quia hoc beneficium ad ipsam primariò & propriè pertinet [f]. Suis ergò votis confirmat quicquid ab omnibus creaturis in Dei laudem allatum est [g]. ¶ *Amen*] Sic dicunt, quia vox erat recepta in Ecclesiis [h], q. d. Certè ità est, vel, dignum est [i]. ¶ *Ceciderunt*, &c.] Honorem exhibuere, non Deo tantùm, ut suprà 4. 10. sed & Christo [k]. ¶ *Adoraverunt* (Taciti, nihil dicentes, velut gloriosâ Dei Majestate superati atque oppressi [l].) *viventem in secula*, &c.] id est, Deum sempiternum [m]. Ità ostendunt, se laudantes utrumque, Agnum & sessorem Throni, unum tantummodò laudare [n]. Hæc clausula deest in MS [o]. [Propheticam Apocalypseos partem aggressurus, & ex mente Authorum meorum explicaturus, nonnulla προθεωρίας loco ponenda censui, quæ lucem & huic visioni & seq. fœnerarent. 1. Quærendum est inprimis, quænam sit series sequentium Visionum, an continuatam exhibeant historiam rerum eodem ordine succedentium quo hîc comparent, an verò commisceantur Prophetiæ, & posteriores prioribus synchronæ sint: Certissimum est, statum Ecclesiæ militantis hîc describi ab illo tempore [unde initium sumit Apocalypsis,] usque ad finem seculi; sed quo modo hoc fiat, in eo discrepant. 1. Quidam volunt ordinem temporis hîc exactè servari, pro ordine capitum. Cui obstant cap. 12. & 13. & 14. quæ certè synchrona sunt cum præced. Visis, eorúmque explicatoria. Sic & cap. 17. & 18. 2. Alii putant, singulas Visiones eundem habere initium & finem, & in singulis plenam esse Prophetiam ab initio Apocalypseos porrectam usque ad finem mundi. Sed hoc locum non habere in Prophetiis principalibus, manifestum erit [a]. 3. Apocalypsis tota aptè dividi posset in duos tomos [b], sive in duas Prophetias principales, sive in duo Visionum Propheticarum Systemata, quæ ab eadem Epocha, & quasi carceribus, egrediuntur, desinúntque in eandem metam. Prima Prophetia est *Sigillorum*, in iisque *Tubarum*; nam Sigillum septimum Tubarum est Sigillum. Neque enim qui in cæteris Sigillis omnibus sensûs ordo tenetur, is septimo solo non convenire putandus est; ut quod Sigilli reserationi subjicitur Visum, id Sigilli τὸ περιέχομα sit *. Ut autem Sigillum septimum in septem Tubarum intervalla, ità & Tuba septima in septem Tonitruorum intervalla, dividitur. Et hæ tres Visiones, hoc ordine collocatæ, Sigillorum, Tubarum, Tonitruorum, totam temporis Apocalyptici lineam occupant ab initio usque ad finem stadii illius procurrentes ||. Altera

Marginalia (left): f G. g Me. h G. i Clu. || Q. in Gom. † Gom. k Me. l G. m Idem. n Me. o G. p And. in Par. q B. r Me. sim. Par. † Par. s Par. sim. Dur. Clu. v Par. x Gom. For. y Clu. z Par. sim. Clu. Dur. a Dur. b Gom. c Par. d Coc. * G. f Be. g G. h Pi. i G. k Rib. l Par. m G. sim. Dur. n Dur. o G. p Pi. q Be. sic G. r Be. † Be. sim. G. s Be. v G. x Er. sic Val. y Pi. sim. Cat. eti Val. Dur. z Ca. a Dur. sic For. T. b G. c Pi. d For. Clu. * Be. f G.

Marginalia (right): g G. Rib. h G. i Rib. For. k For. l For. Dur. m G. n T. o G. p Be. q Par. sic Rib. r Rib. † Be. t Clu. v G. x Be. y G. z For. sim. Dur. a G. b G. sim. Pi. c G. d For. sim. Dur. Clu. * For. f For. sim. Dur. g Clu. h G. i Me. k G. l Dur. m Me. sic For. n For. o G. a Dur. b Med. 723. * Med. 528. || Mor. p. 18.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

tera Prophetia est τῦ Βιβλαριδίυ, seu *Libri aperti*, quæ prioris Prophetiæ tempora relegit [c]. Prima complectitur fata *Imperii*, Romani scilicet quod adhuc superfuturum erat. Altera, fata *Ecclesiæ* seu Religionis Christianæ [d], donec tandem utrumque coaluerit in Ecclesia regnante, *regnis hujus mundi factis Domini nostri*, &c. Quomodo & Daniel, secundùm Imperiorum successiones, tum, Christi adventum præsignavit, tum, Ecclesiæ Judaicæ fata digessit [*]. Prima incipit cap. 4. 1. & extenditur ad cap. 10. 8. Altera incipit cap. 10. 8. & porrigitur ad finem Libri [f]. *Novus* autem hic *liber*, cap. 10. aut, quod malim, *nova præcedentis Libri conditio*, novam innuit vaticiniorum, & quidem diversæ naturæ à prioribus, seriem, quæ à prima usque Epocha illic incipit, ut multa indicant; 1. Quòd Affinitas intercedit inter Introitum harum Prophetiarum [g], & ad utriusque istarum, perinde atque primæ omnium Visionis de septem Ecclesiis, quasi trium integrarum Prophetiarum, initia singula, *Voce tanquam Tubæ de Cælo cum Johanne loquentis proclamatur*, ut videre est cap. 1. 10. & 4. 1. & 10. 8 [h]. (ubi vox *Tubæ*, quæ hoc tertio loco supprimitur, subintelligenda est [i]:) quasi hoc indice distinguere voluisset Spiritus S. à reliquis Vaticiniis, harum principalium partibus, in quibus nihil tale fieri videbis [k]. 2. Illud cap. 10. 11. *Oportet te iterum prophetare*, &c [l]. non simpliciter, cùm eo sensu iterum atque iterum jam prophetaverat; sed sensus est, qu. d. Nunc tibi rursus incipiendum est prophetare à prima usque *Epocha* eorum temporum de quibus hactenus prophetaveras, alioqui hæc locutio omni careret ratione [m]. Sed *Prophetare* hîc non est novam ab ovo ordiri Prophetiam, sed rursus prophetare de rebus ad sextam Tubam pertinentibus, de quibus nihil antè dictum [n]; q. d. Incipiendum tibi est ubi desiisti [o]. 3. Specialis hujus Prophetiæ præ priore amaritudo, cap. 10. 9, 10. quòd scilicet Ecclesiæ fata contineret [p]. Sed non pauca huic sententiæ opponi possunt; 1. quòd Johannes Apocalypseos Librum unicum tantùm facit, & uno volumine concludit, & *revelationem* vocat, cap. 1. 1. non revelationes [q]. Falsum ergò est, Librum in duas Prophetias distribuendum esse. Quanquam si duæ essent Prophetiæ, non tamen sequitur eas contemporaneas esse simulque incipere & desinere [r]. 2. Quòd *libellum* istum Prophetiam aliquam sibi inscriptam habuisse non constat, nec dicitur in textu, sed gratis asseritur: nusquam enim hic libellus à Prophetiis ipsius commendatur, ut Liber præcedens, cap. 5. 2, 3, 4, 5. nullum in eo arcanum fuisse docet, quòd apertus erat, non obsignatus, erâtque una tantùm schedula, eâque exigua, & præced. Libro longè minor; quæ proinde sequentes omnes Prophetias, quæ & ampliores sunt prioribus & præstantiores, continere non poterat †. 3. Quòd vox illa cap. 10. 8. non dicitur fuisse *vox tubæ*, nec respicit vocem illam cap. 4. 1. sed illam cap. 10. 4. Nec, si ità esset, magis probaret Prophetiam *Libelli* contemporaneam esse Prophetiæ *Sigillorum*, quàm vox illa cap. 4. 1. probat Prophetiam *Sigillorum* contemporaneam esse Visioni *septem Ecclesiarum*, cui præmissa quoque erat Tubæ vox cap. 1. 10 [t]. 4. Quòd sexta Tuba non desinit cap. 10. 7. sed cap. 11. 14. & propterea pars illa cap. 11. pertinet ad Librum Sigillatum, & ad septimum Sigillum ejus, cap. 8. 2. nec septima Tuba desinit cum cap. 11. neque ulla huic Tubæ, sicut quintæ & sextæ, cap. 9. 12. & 11. 14. Periodus opponitur, & proinde extenditur ad cap. 12. omniáque sequentia [v]. [Hæc de tertia sententia.] 4. Est hîc ordinata temporum & rerum sibi succedentium series ab initio impletionis usq; ad finem mundi; nec commiscendæ sunt Visiones, quasi eadem primis & ultimis continerentur, aut posteriùs traderentur quæ priùs completa sunt. Ostendunt hoc, tum, 1. voces, *posthac, postea, deinde vidi*, &c. quæ identidem inseruntur; atque una Visio semper ex altera producitur, eodem modo quo in impletione ipsa res una progignere solet alteram; tum, 2. quòd *extremæ* plagæ nominantur cap. 15. & 16 [x]. Prophetiæ Apocalypticæ eodem ordine complebuntur quo Johanni revelatæ sunt. Probatur, 1. quòd Historiæ res describunt eo ordine quo eveniunt. Si quis scriberet Chronicon Angliæ, certè Henricum 8. non anteponeret Henrico 7. alioqui quantum ibi esset Chaos. Jam ut Chronicon est historia rerum præteritarum, ità Apocalypsis est historia rerum futurarum. 2. Quòd res semel & simul, non autem diversis temporibus, revelatæ, (quales esse Prophetias Apocalypticas probatum antè dedimus:) eo ordine eveniunt, quo revelatæ sunt; ut constat ex Prophetia illa Danielis de 4 Monarchiis cap. 7. & illa de Ariete & Hirco, Dan. 8. 3. Quòd omnes hæ Prophetiæ in uno Libro scriptæ sunt, non in duobus. 4. Si illæ Prophetiæ quæ priùs revelatæ sunt evenient post illas quæ postea revelatæ sunt, cur, quæso, illæ priùs revelatæ sunt? 5. Ex numeris, qui hîc ordinales sunt, non cardinales, *primum, secundum*, &c. nempe *Sigillorum, Tubarum, Phialarum*; & proinde *Sigillum* eveniet post *Sigillum*, & *Tuba* post *Tubam*, & *Phiala* post *Phialam*; & septem *Tubæ* sunt partus septimi *Sigilli*, ideóque evenient post finem sexti Sigilli; & septem Phialæ sunt partus, quanquam nec immediatus, nec adæquatus, septimæ Tubæ, ideóque evenient post finem Prophetiæ cap. 14 [y]. Tres principales hujus Libri Prophetiæ, nempe *Sigillorum, Tubarum*, & *Phialarum*, non sunt contemporaneæ, sed continuam exhibent rerum seriem ab initio usque ad finem; sub diversis tamen formis sive typis, *Sigilla* mutando in *Tubas*, & *Tubas* in *Phialas*, pro diversitate eventuum. Ostendit hoc, tum, 1. ordo qui diligenter servatur inter *Sigilla, Tubas*, & *Phialas*, ut constat ex hoc cap. & cap. 8. ult. & cap. 16. Constat, ordinem esse inter prima sex *Sigilla*, pariter quoque inter primas sex, & *Tubas* & *Phialas*. Proinde eodem modo & septimum Sigillum continebit res sexto Sigillo succedentes, sicut sextum quinto, &c. Eadémque ratio est in *Tubis* & in *Phialis*. Nec igitur *Tubæ*, quæ sub *Sigillo* septimo continentur, sex prioribus *Sigillis* contemporaneæ sunt; nec *Phialæ*, quæ sub septima *Tuba* continentur, sex prioribus *Tubis* sunt contemporaneæ. Tum, 2. diversa harum Prophetiarum materia. Illis enim designatur Ecclesiæ status secundùm diversas periodos; & tristis, idque, vel, sub Ethnicis persecutoribus, id quod *Sigilla* respicit; vel, sub Hæreticis & præsertim Antichristo, quod *Tubæ* designant: & lætus, quum emergit gradatim ex tyrannide Antichristi, & pœnæ in hostes Ecclesiæ immittuntur; id quod *Phialæ* exprimunt. Tum, 3. quòd hæ Prophetiæ nec simul incipiunt, nec simul desinunt. *Phiala* prima effunditur in cultores *Bestiæ*, quæ nec orta est sub *Sigillis*, & sub *Tubis* persequebatur Ecclesiam, cap. 11. Deinde *Phialæ* adferre dicuntur *plagas ultimas*, cap. 15. vel, quod idem est, *væ ultimum*, cap. 11. Hinc sequitur, Has Prophetias non esse contemporaneas, sed unam alteri succedaneam [z]. Principale filum Seriei Ordinísque Visionum Apocalypticarum citra controversiam statuenda est *Visio septem Sigillorum*, quæ directè apertéque ab initio ad finem earum procurrit [a], totámque rerum seriem complectitur. Sex prima *Sigilla* continent initia dolorum: septimum *Sigillum* parit 7 Tubas, & in illis mala subsequentia graviora: septima *Tuba* habet tertiæ, ejusdémque novissimæ, iræ effusionem ex 7 *Phialis*, in exitium finale hostium Ecclesiæ; quæ, depulsis his malis, in hac vita plenitudine gratiæ, in sedulam futuræ gloriæ exspectationem decoratur [b]. [Atque hæc de primo & præcipuo quæsito prolixiùs exhibere placuit, quòd viam ad sequentes omnes Visiones intelligendas non incommodè munire mihi visa sunt. In reliquis Prolegomenis brevior ero.] 2. Quum ordinem vel seriem statuimus in *Tubis* & *Sigillis*, non ità intelligimus quasi quod sub uno Sigillo refertur plenè præteritum ac finitum esset antequam aperiretur aliud Sigillum, &c. Nam *equus albus* primi *Sigilli*, & *rufus* secundi, adhuc equitantur, sub *Phialis*, ut videbimus cap. 19. Sed hîc respici putamus, tum, ortum rerum, ut *equus albus* antecedat *rufum*, &c. ut *Sigilla* antecedant *Tubas*, &c. tum, gradum eminentiorem, ut malum illud designetur quod in Ecclesia maximè dominatur, quale erat aperta persecutio quam *Sigilla* exhibent, ut ex quinto *Sigillo* liquet; & hæresis, quam *Tubæ* designant, ut constat ex cap. 11. & 12. & 13. 3. Sub tribus præcipuis Prophetiis continentur, iísque contemporaneæ sunt tres Prophetiæ explicatoriæ, in quibus pleniùs & clariùs, & cum diversis modis, instrumentis & circumstantiis, exhibentur quæ in principalibus breviùs & obscuriùs tradita sunt. Harum

[c] Med. 528.
[d] Med. 546. sic Mor. 704.
[*] Med. 446.
[f] Med. 728.
[g] Mor. ib.
[h] Med. 528.
[i] Mor. ex Med.
[k] Med. 528.
[l] Med. 528. Mor. 705.
[m] Mor. 705.
[n] Anon. p. 93.
[o] Anon. p. 107.
[p] Mor. 705.
[q] Anon. 91.
[r] Anon. 107.
† Anon. 90.
[t] Anon. 108.
[v] Anon. 91.
[x] Clu. tom. 1. tract. 2. sect. 3. p. 22.
[y] Anon. 93.
[z] Dur.
[a] Mor. 18
[b] For.

Prophetiarum prima est cap. 12. quæ contemporanea Sigillis, ut probat, tum, consensus ejus cum cap. 6. quia utrumque agit de infantia primísque afflictionibus Ecclesiæ; tum, quòd persecutio *Draconis*, cap. 12. immediatè antecedit ortum *Bestiæ*, cap. 13. cujus ortus *Tubis* contemporaneus est. Secunda Prophetia est cap. 13. & 14. quæ congruit & contemporanea est *Tubis*, quia ut *Tubæ Sigilla* antecedunt, ità *Draco Bestiam*; & Antichristi ortus ac regnum immediatè antecedit ejus ruinam, ideóque *Phialas* immediatè antecedit, quod & Tubæ faciunt. Tertia est cap. 17, 18, &c. quæ respondet & contemporanea est Phialis, ut patet, quia agit de ruina Antichristi, quam *Phialæ* & inchoant & perficiunt, & de felici Ecclesiæ statu, &c. Atque hæc ratio mutati generis loquendi. Spiritus S. quum res successivè eventuras narrat, eas numero septenario exprimit; quum autem cursum sistit, & digressionem facit ad amplificationem atque explicationem rerum, aut ad præparationem & consolationem fidelium, aliam sermonis formam adhibet; & quum redit ad prius institutum, redit quoque ad eandem locutionis formam[c]. [4. Quærendum de Epocha Apocalypseos.] Mirum aliquibus videtur, nullam hîc certam Epocham apponi Visionibus Apocalypticis, (sicut illis Danielis, cap. 9. 24.) sed omnia, ob incertum exordium, quantum ad temporis rationem, fluctuare. Et adhuc dubitant viri Eruditi, à quo principio exordiendum sit, utrum à Nativitate Christi, an ab illius Passione Anno 33[d]. & initio Christianismi[*], an ab Excidio Hierosol. Anno 70. an denique à tempore quo hæc Johanni facta est Revelatio[f]. Sed quomodocunque ea statuatur, quin indè Sigillorum, quod ad res inibi gerendas, initium deducendum sit, dubitaturum arbitror neminem[g]. Ego verò *Epocham* hîc præfigi affirmatissimè contendo, nempe cap. 17. quod clavem quasi continet totius hujus compaginis Vaticiniorum[h], in quo pedem tutò figas, indéque tanquam ex Statione aut Specula, reliquam dimetiaris Apocalypsin. Et propterea hanc unicam & solam omnium Visionum Angelus interpretatur Johanni, ut per eam ad reliquas, alioquin inaccessas, aperiatur aditus[i]. Quum autem omnia Visa Apocalyptica, quæ rectò ordine collocata totam temporis Apocalyptici lineam occupant, distribuantur in *Antemedialia*, quæ ad primam hujus lineæ partem pertinent, & *Medialia*, quæ ad alteram, & *Postmedialia*, quæ ad tertiam vel ultimam, & *Mixta*[k], voluit Spiritus S. apponere Epocham Visorum *Medialium* potiùs quàm *Antemedialium*; tum, quòd illæ Visiones ea tempora denotant quibus Ecclesia incipit in Ritus Idololatricos Paganicósque apostatare, de quibus temporibus moneri Christianorum magis intererat quàm à quo anno *Antemediales* Visiones ineant; tum, quia magis consentaneum erat eis Visionibus Epocham præfigi quarum tempus apertis memorationibus definitum est, cujusmodi sunt *Mediales*, quàm eis quarum duratio numeratione aut nullâ aut admodum obscurâ significatur, cujusmodi sunt *Antemediales*[l]. [5. Quærendum de scena harum Visionum:] In primis sex *Sigillis*, addam etiam in primis sex *Tubis*, Grotius scenam omnium Visionum in Judæa collocat, easdémque terminat in excidio Hierosol[m]. Id si ità esset, hæc Vaticinia frustranea essent, utpote de iis rebus quæ jam antè Johanni dicta sunt per Christum, & de quibus scriptum, & quidem pleniùs atque apertiùs quàm hîc factum, in Mat. 24. Marc. 13. Luc. 21[n]. Quis unquam in exstasin conjectus est, ut ea cerneret quæ antè noverat? Hiccine Liber adeò celebratus, quem nemo præter Christum dignus fuit qui aperiret? Quin nè unum ex *Sigillis* completum est, vel in Judæa, vel ante excidium Hierosol. ut ordine & suo loco videbimus[o]. [6. Nonnulla de *Sigillis* in genere præmonenda sunt:] *Septem Sigillorum* in universum scopus est, ut discriminatis per eventorum characteres temporis fluxuri intervallis, indicetur, cujusmodi Imperii Romani casuum ordine decurso, futurum esset ut Christus mundi numina, quibuscum bellum susciperet, debellaret, &c. Prima sex Sigilla, sextuplici eventorum charactere totidem distinguunt stantis adhuc & florentis Imperii Romani intervalla; quod tandem sexto Christus potestatem Idolorum in orbe illo funditus demoliretur. Characteres autem voco *Casus* Romani Imperii admodum insignes, & quidem intestinos in ipsóque Imperio natos, quibus, tanquam emblematis, intervalla discernantur. Cùm autem Characteres isti *casuum* vix totum Sigilli intervallum pervadant, eóque intervallis suis certo initio & fine circumscribendis neutiquam per se sufficiant; propterea Spiritus S. in 4 primis Sigillis (ubi id maximè, tum, ob causam jam dictam, tum, ob intervallorum inæqualitatem, opus foret:) 4 Animalia porrò in eam rem adhibuit; quorum unumquodque indicat Sigilli Epocham cardini suo competentem[p]. Sex Sigillis commune est, quòd unicuique typo prodeunti oratio significativa annectitur. Quatuor primis commune est, quòd eorum typi sunt equi, & sessores in equis; deinde quòd singulis adjungitur unius è quatuor Animalibus vox[q], ad attentionem hisce rebus percipiendis excitandam: utpote quarum causa à solis prudentibus, iisque expergefactis, animadvertebatur[r]. Quintum autem & sextum talem vocem non habent, quoniam ipsa distinctè per se loquuntur[†]. Equis (per quos etiam haud absimiles eventus exprimuntur Zach. 1. 8. & 6. 2, 3.) quippe velocibus, ferocibus, & animosis, bestiis pernicitas, vastúsque horum judiciorum impetus, declaratur. Sessor, equum gubernans & potestatem operandi accipiens, Dei providentiam dirigentem, omnésque hos eventus gubernantem, ostendit[t]. [His præmissis, accedamus jam ad verba textûs.]

[c] Dur. 329. [d] Mor. 34. [*] Med. 535. [f] Mor. sim. Med. [g] Med. 535. [h] Mor. 34. [i] Med. 537. [k] Mor. 18. [l] Mor. 34. [m] Mor. 18. [n] Anon. 37 sim. Mor. [o] Anon. 37. [p] Med. 546. [q] For. sim. Dur. [r] For. [†] Dur. [t] For.

CAP. VI.

1. ET (vel, *Postea*, Be. Pi.) *vidi*] Absoluto jam cantu[v]. ¶ *Quòd*, &c. Ὅτι — μίαν, &c.] *Quum* (vel, *Postquam*, Cot.) *aperuisset agnus* (i. e. Christus[x]:) *primum* (μίαν, — *unum*, i. e. πρώτην, *primum*[y]; ut apparet ex sequentibus[z], ubi sigilla suo ordine commemorantur[a]. Sic *unus* pro *primus*, Gen. 1. 4[b]. & Mat. 28. 1[c].) *ex sigillis*] *Apertio* hîc significat revelationem consiliorum Dei de futura Ecclesiæ sorte Johanni factam[d]. ¶ *Audivi unum* (i. e. primum[*], quia sequitur, *secundum*, &c[f].) *ex quatuor animalibus*] Leonis formam habens, cap. 4. 7[g]. ut designet intrepidam fortitudinem Evangelizantium in primordiis N. T[h]. stans ab Oriente[i], quia indè Actores, Christus & Apostoli, venerunt[k]. Videtur Johannem hîc alloqui princeps Apostolici cœtûs Petrus, qui & in prædicatione Evangelii, de qua hîc agetur, primus fuerat[l]. ¶ *Tanquam vocem tonitrui*] id est, Vocem magnam & sonoram[m], terribilem[n], & potentissimam[o]: quâ designat potentiam verbi Evangelici, &c[p]. Erat Leo, cujus rugitus instar tonitrui est[q]. Johannes & frater ejus dicti *filii tonitru*, Marc. 3. 17[r]. ¶ *Veni & vide*] Phrasis apud RR. passim obvia[†], attentionem excitans[t]. *Veni*, nempe, ut audias circumstantias singulares eorum quæ generatim Christus nobis prædixerat, Matth. 24. ut eò magis per te omnes agnoscant admirabilem Dei circa res Judaicas providentiam[v].

2. *Ecce* (sub. *aderat*, Be. Pi.) *equus albus*] Sunt in Zach. 6. equi *rufi*, *nigri*, *albi*, *varii*, qui significant, ut ibi diximus, Chaldæos, Persas, Alexandrum, & Reges tum Syriæ, tum Ægypti, ex Seleuco & Lago. Sed ibi equi juncti per quadrigas bellico more; hîc κέλητες sive singulares, ad significandum iter properum cum potentia. Itaque Psal. 45. 4. pro רכב, *equita*, Græci ponunt βασίλευε. Et Eccles. 10. 7. & Zach. 10. 3. *equus* ponitur pro Potentiæ signo. Ἵππος εἰς ὕψος καὶ ἀξίωμα ἐκεῖθεν Achmeti 233. Pro *equis variis* in hac Prophetia veniet *equus pallidus*[x]. *Equos* hîc metaphoricè accipiendos evincit cùm stylus ipse propheticus, tum, quòd *mors equo insidet*, v. 8. *Equi* autem mystici dicuntur qui cum valido impetu elatóque & fervido animo aliquid efficiunt. Unde & Angeli curruum & equorum nomine veniunt, ut 2 Reg. 2. 11. & 6. 17. Zach. 1. 8. Heb. 3. 8[y]. Al. *Equi* calamitates denotant, utpote aptissimum militiæ instrumentum[z]. Al. *Equo vehi* potestatis symbolum est, ut patet ex Deut. 32. 13. Psal. 66. 12. Esa. 58. 14. & ex Græco Psal. 45. 5. & Apoc. 17. ubi Mulier Bestiæ inequitans exponitur πόλις ἡ ἔχουσα βασιλείαν.

[v] G. [x] Camer. Rit. Gag. [y] Be. sic Camer. Pi. G. [z] G. sic Pi. [a] Pi. [b] Par. [c] Pi. sic G. [d] Par. [*] D. Pi. sic G. [f] G. [g] Par. sim. Me. Pi. Rib. ex Areth. [h] Clu. sim. Dur. [i] Med. 547. [k] Med. 1123. [l] G. [m] G. sim. Me. Clu. [n] Rib. Me. [o] Clu. [p] Dur. [q] Par. [r] G. [†] Cap. [t] Par. sic Cap. [v] G. [x] G. [y] Clu. [z] Cot.

βασιλεία [a]. In Ὀνειροκριτικοῖς seu *Apotelesmatis Insomniorum*, quæ ex vetustis Ægyptiorum, Persarum & Indorum, monumentis collegit Apomasar, vel, secundùm alios, Achmetes Arabs, hæc habentur cap. 223. *Equus generosus in somniis ad eminentiam & dignitatem refertur. Equo agili & lasciviente vehi, famam amplissimam significat*, &c. Cùm autem à gentibus istis, populo Hebræo olim finitimis, moribúsque & sermonis usu magis cognatis, verborum & phrasium in Sacris literis usum haud illibenter discamus; cur idem hîc in figurarum & imaginum propheticarum significatis (cùm juxta Hebræos *deciduum prophetiæ sit somnium*) dedignaremur [b]? *Equus candidus* notat, vel, 1. Evangelium [c], ejúsque præcones, Apostolos atque alios [d]; ejúsque cursum velocem *, statum purum [f] & florentem latéque se fundentem [g]; vel, regnum Christi [h], qui non obstante persecutorum tyrannide, &c. toto Romano imperio regnum suum constituit [i], & orbem sibi subjecit [k]. Color *albus* symbolum est, vel, veritatis [l], vel, puritatis [m], vel, consolationis & lætitiæ [n], vel, victoriæ & triumphi [o]. Al. Non placet hæc sententia [p], quia cum tempore & aliis circumstantiis conciliari nequit [q]. Nam, 1. Prædicatio Evangelii per totum orbem jamdiu invaluerat, Col. 1. 23 [r]. 2. Hæc durabit ad finem usque mundi, Mat. 28. 20. ideóque primum hoc sigillum nunquam desineret. 3. Nullum hîc est Symbolum Evangelii, sed Belli & Victoriæ. Quòd si designaretur hîc Evangelii victoria, illius tamen scena erat totus orbis, non (ut vult G.) angusti limites Judææ, unde ante hanc Prophetiam ablata fuit, Mat. 21. 43. Act. 13. 46 †. Vel, 2. Romæ Imperium sive Imperatores Ethnicos, qui per 300 annos Christianos oppugnârunt, & (corporaliter) vicerunt. *Albedo* signum erat & justitiæ, cujus prætextu Christianos persecuti sunt, & Majestatis Imperatorum, qui in triumphis & inaugurationibus candidis usi sunt equis [t].

¶ *Qui sedebat super illum*] Eques hic agminis ductor erat [v], vel, 1. Christus ipse [x], ut liquet ex cap. 19. 11, 12, 13 [y]. cujus frænum prædicatores Evangelici suscipiunt, eò cursum dirigentes quò eos sessor incitat †. Sed ibi [cap. 19.] Christus agit bellatorem, hîc autem in cap. 1. & 4. & 5. sub imagine Prophetæ, Regis, & Sacerdotis sese ostendit, & futura prædicit. Sunt igitur diversæ Visiones, & diversa habent objecta [z]. Deinde Christus per *Agnum* hîc designatur, eques ergò est aliquis alius [a]. Jam autem Christus non ut Agnus, sed ut Rex, conspicitur [b]. Corona quoque quæ ab hoc equite accipienda est, Christo jam antè data fuit [c]. Vel, 2. Imperatores Rom [d]. Cœteri qui sequuntur equites Angeli sunt Divinæ providentiæ administri *. ¶ *Habebat arcum*] Armaturæ genus [f], veteribus Hebræis usitatissimum [g], repentè feriens etiam remota [h], & altè penetrans [i]. Arcus minatur antequam feriat: sic & Christus. Vide Psal. 7. 12. & 11. 2. & 60. 4. in Græco: ubi per *arcum* Minas intelligit Basilius. Omnia quæ nocent metaphoricè vocantur *tela*, ut pestis vocatur Homero. Vide Deut. 32. 23. Psal. 18. 14. & 38. 2. & 64. 3. & 77. 18. &c [k]. *Arcum habere* est vehementer pugnare, & hostes superare [l]. Per *arcum* hîc denotat, vel, 1. vim Evangelicæ prædicationis [m], vel verbum legis & Evangelii [n]; vel, Scripturam Sacram, cujus quot sunt verba & sententiæ, tot sunt sagittæ [o], vulnerantes quosdam ad vitam, quosdam ad mortem [p]; vel, pugnandi ardorem in Christo [q]. Vel, 2. summam persecutionum per omnes Imperii Provincias contra Christianos susceptarum celeritatem [r]. ¶ *Data est ei corona*] Tanquam victori †, signum regni [t], aut victoriæ [v]. ¶ *Et* (Καὶ hîc est αἰτιολογικὸν, *Ideo coronatus est quia vicerat & vicit* [x]:) *exivit* (vel, ex libro; vel ex sigillo [y], vel à Patre [z], vel ex Judæa & Hierosolyma [a], in orbem terrarum [b]:) *vincens*, &c. Νικῶν καὶ ἵνα νικήσῃ] *Vincens & ut vinceret*, Be. Pi. &c. i. e. converteret homines [c]; *vincens* corda electorum & conscientias reproborum [d]: ut victor esset, & perpetuò maneret *. Geminatio verbi præsentem & futuram victoriam designat. Vicit Christus peccatum, infernum, Satanam, mundum, tyrannos, idololatras, hæreticos, &c [f]. *Vicerat* multos Judæos vi verbi sui, Act. 2. & deinceps; & *vincet* contumaces multis & variis telis suis. Tela Dei potissimum tria sunt, Bel-

a Med. 547. b Med. 559. c G. sic For. d Me. sic Rib. * Par. f Camer. g Dur. sim. Per. h Per. sim. Med. i Par. k Me. l For. m Par. For. G. n Dur. o Dur. sic Rib. For. Pi. p Grav. Anon. q Grav. r Grav. Anon. † Anon. t Grav. v G. x G. Zeg. Rib. Clu. Me. Dur. Ham. Li. chron. 156. Med. 547. Par. y G. sic Par. † Me. z Grav. a Anon. b G. c Anon. d Grav. * G. f For. g Rib. h For. i Dur. k G. l Rib. m Rib. sim. Zeg. Pi. Dur. n Par. o Me. p Me. sim. Par. q Clu. r Grav. † G. t Me. Clu. sic Ham. Grav. v Me. Clu. Zeg. sic For. Dur. Grav. x G. y Par. z Zeg. a Cot. sic Zeg. b Pi. c Rib. d Pi. * Clu. sim. Rib. Cot. Par. Dur. Me. f Par.

lum, Fames, & Pestilentia, Levit. 26. 17. & seq. Jer. 14. 12. & 15. 2. & 21. 7. & 24. 10. &c. Dei providentiam Christus imitatur. Hæc sunt *initia dolorum*, Mat. 24. 8. Solet præcedere Bellum; ex bello Vastitas nasci, & indè mala alimenta; ex malis alimentis Morbi. Sæpe autem hæc mala, aut bina, aut terna, in idem tempus congruunt [g]. Primus Imperii Romani *casus*, & sanè insignis, primordium est Victoriæ Christi; quâ Dii Romani debellari, eorúmque cultores, sagittis Evangelii confixi, passim deficere, Christóque victori colla submittere incipiunt: *vincens & ut vinceret*, i. e. Nondum jam plenè vicit, sed fundamenta jecit victoriæ, deinde magis magísque complendæ. Hujus autem Sigilli intervallum ineundum ab equitis, i. e. Imperatoris, in equum ascensu ad equitandum, nempe ab exaltatione Christi gloriosa, &c. Hoc autem sigillo circumacto, Deorum oracula per totum orbem Romanum obmutuere, &c [h]. Primum Sigillum ostendit Christum tanquam bellatorem prodeuntem adversus gentem Judaicam, sibi inimicam. Tria sequentia Sigilla ostendunt modum quo illos delevit, scilicet per tres illas plagas gravissimas toties à Prophetis memoratas, nempe Gladium, Famem, & Pestem. Quintum ostendit causam ultionis, interfectionem Sanctorum, &c. Sextum monstrat ipsum Excidium Gentis & Urbis [i]. Non placet, quia hoc excidium ante Apocalypsin hanc datam peractum est [k].

3. *Secundum animal*] Nimirum Bos [l], sive Vitulus [m], ut patet ex cap. 4. 7 [n]. aptè figurans [o] eos qui se tanquam vitulos, Evangelii causâ, mactandos præbebant [p]. Boum enim tolerantia & mactatio notissima est [q]. Hoc animal, nisi fallor, erat Matthæus, cujus sunt verba cap. 24. 7. *Exurget gens in gentem, & regnum*, &c. ubi per *regnum* provincias intelligi ostendimus ex Esa. 19. 2 [r].

4. *Equus rufus*] Non obscurè significat Sanguinis effusionem †, ut apparet ex Græco 2 Reg. 3. 22 [t]. vel, bella & cœdes [v]; vel, Ecclesiam martyriis rubentem [x]; vel, persecutores Ecclesiæ, qui, invalescente Evangelio, in prædicatores ejus rabie maximâ irruerunt, ut profectum Evangelii impedirent [y], Neronem [z], vel Trajanum [a], vel potiùs, Imperatores omnes [b], à Nerone ad Constantinum usque, martyrum sanguine rubefactos & cruentatos [c]: vel, bella cruenta in pœnam persecutionis Evangelii à Deo immissa [d]. Secundus hic imperii Romani *casus* memorabilis, secundi Sigilli emblema, est Ἀλληλοσφαγία, *cœdes & laniena intestina*, sub Trajano & Hadriano; cui vix alia similis, in omni historia Romana, ut testantur Dion, Oros. Euseb. & scriptores Judaici. Hujus Sigilli index est Bos, situs ad Occidentem: quo monemur, Sigillum hoc inire cùm Trajanus homo Hispanus, rerum habenas capesseret, Imperator ab Occidente *. Et, &c. Καὶ τῷ καθημένῳ ——— αὐτῷ, &c.] In MS. est ἐπὶ τῷ καθημένῳ, *per eum* [f]. *Et sedenti super illum* (i. e. vel, 1. Christo, qui *equo rufo* insidet, Zach. 1. 8. qui se venisse dicit ut gladium mitteret, Matth. 10. 34. qui Ecclesiæ adesse & præesse non cessat in persecutionibus [g]. Vel, 2. Angelo [h]; vel, 3. Diabolo [i], qui homicida est, Joh. 8. 43. & dissensionum, inimicitiarum, & bellorum, autor, *Abaddon*, cap. 9. 11 [k]. qui vehementer de successu Evangelii dolens omnes nocendi artes adhibuit, &c [l]. Confirmat hoc, tum, quòd Draco *rufus* nominatur cap. 12. 3. tum, quòd Bestia (cui Draco dat potestatem suam, cap. 13. 2.) bellum facit sanctis, cap. 13. 7, 12, 17 [m]. vel, 4. Tyrannis Ecclesiam persequentibus, & huic equo insidentibus per vices, putà Neroni, Domitiano, Trajano, &c [n].) *datum est ei* (Hîc αὐτῷ abundat, more Hebræo [o], sed in MS. deest [p]: q. d. Permisit ei Deus [q].) *sumere* (vel, *auferre*, G. sim. Be. Pi.) *pacem* (nempe mundanam [r], quâ gaudebat Ecclesia †.) *de terra*, Mo. &c. Ità ut ipsimet persecutores & hostes Ecclesiæ funestissimis bellis inter se digladientur, justo Dei judicio, ob persecutionem in Christianos directam [t]. Al. E *terra*, nempe Judæa, & locis in quibus erant Judæi. Loquitur hîc de bellis Judæorum cum vicinis aut eadem oppida habitantibus, quale fuit Judæorum in Beræa habitantium, contra Philadelphenos, de quo Josephus 20. 1. quod antecessit annonæ caritatem, de qua mox agetur [v]. Al. *De terra*, i. e. ex Ecclesia, quæ, ut *cœlum* alibi vocatur,

g G. h Med. 547. i Li. Chron. 156. k Anon. l Med. m Me. sic Rib. Clu. For. n Me. sic Rib. Clu. o Clu. p For. sim. Clu. q Clu. r G. † G. sim. Grav. t G. v Rib. sim. Pi. z Par. sim. Camer. y Rib. a Q. in Par. b Clu. c Par. sim. Gag. Me. d Gag. sim. Par. f For. * Med. 547. f G. g Par. h G. i Rib. Zeg. Clu. Gag. k Clu. l Rib. m Clu. n T. o G. ex Be. p G. q Me. ex Rib. sim. Clu. T. r Zeg. Rib. † Me. t Grav. v G.

prout à mundo distinguitur, ità interdum *terra* dicitur, prout Ecclesia militans à triumphante distinguitur, quod tunc maximè fit cùm sermo fit de ejus ærumnis, quæ illam tantùm partem quæ est in terra attingunt. Sic *homines in terra* Apoc. 3.14. sunt membra Ecclesiæ. Sic *terra* sumitur & c. 7.1. & 12.9. & 13.14. & 14.16, &c. Ecclesiam ergò militantem hîc intelligi puto, quæ *terra* dicitur, 1. ex collat. Mat. 10.34. ubi eadem ferè sunt verba, & quò hîc respici videtur. 2. ut significet pacem, quam persecutiones afferrent, non esse spiritualem ac æternam, Joh. 16. ult. sed terrenam. 3. quia per persecutiones Ecclesiæ tota terra turbatur, &c. 4. quia Prophetæ sic sæpe vocant Ecclesiam, velut præstantissimam terræ seu mundi partem. Persecutiones hîc designat quæ Evangelium nascens secutæ sunt, inprimis autem duas primas persecutiones sub Nerone & Domitiano; quod suadet, tum ordo Sigillorum, tum natura harum persecutionum, quæ & apertissimæ erant & crudelissimæ [x]. ¶ *Ut invicem se interficiant*] Sub. *homines*, Med. Juxta illud Matth. 10.34, &c [y]. Judæos vicini, vicinos Judæi [z], imò & Judæos Judæi [a], Zelotæ & seditiosi, qui se mutuis & innumeris cædibus affecerunt, ut fusè describit Jo. Bel. l. 4. & 5 [b]. [Vide Ham.] ¶ *Datus est ei* (nempe à Deo, cujus dominium in persecutores, & ordinatio persecutionum hîc significatur [c]:) *gladius magnus*] Insigne crudelitatis [d], vel potestatis plurimos interficiendi [*]. *Gladius* apud Prophetas significat Occidionem bellicam, ut Jer. 16.4. Ezec. 14.21. & multis aliis locis [f].

5. *Tertium animal*] Effigie humanâ [g], quod indicat, vel, 1. sapientiam cum moderatione ad ferendum hoc malum requiri [h]; vel, 2. prudentiam in Ministris Evangelii, necessariam esse, eósque hoc tempore illâ conspicuos fore [i]; statione ad Meridiem, quod monstrat, Sigillum hoc inire, Imperatore ex illo cardine prodeunte, putà Septimio Severo Afro, Imperatore à Meridie [k]. Al. Hunc puto esse Paulum, cui hæc fames prædicta Act. 11.28 [l]. ¶ *Veni & vide*] Terribile hoc judicium in ultionem contemti Evangelii inflictum, quod soli sapientes intelligent [m]. ¶ *Equus niger*] Symbolum hoc est, vel, 1. famis [n], quæ hominum cutem nigram reddit, Thren. 4.7, 8 [o]. Vide & Thren. 2.20 [p]. & 5.10 [q]. cui congruit statera, quâ non mensuratur, sed appenditur, annona [r]; & panis pondere comeditur, juxta Levit. 26.26. Ezec. 4.16 [†]. Fuerunt multa mala ejus generis, Matth. 24.7. Luc. 21.11. sed maximè insigne illud ab Agabo prædictum, ubi οἰκουμένη est Judæa. Ea caritas incidit in Principatum Claudii, Act. 11.28. teste etiam Josepho, Antiq. 20.2, 3 [s]. Sed hæc fames antecessit Apocalypsin [v]. Concinna videtur hæc interpretatio. Ei tamen obstat, 1. Eventus. Nihil enim hoc ævo hâcque Sigillorum serie de Fame reperitur singulare. 2. Symboli ratio. Nam *statera*, quâ ponderamus, non satis aptè componitur cum *Chœnice*, quod mensuræ nomen est. 3. Quòd cùm reliquorum Sigillorum significatis admodum congruat conditio Animalis indicantis, *Victoriæ* Leonis, *Mactationi* Bovis, subsequentis Sigilli *Cadaveribus* Aquilæ; hîc nulla esset societatis ratio. Quæ enim Homini cum Fame convenientia? 4. quòd color niger nec naturâ suâ, nec veterum Prophetarum usu, uni fami alligatus est; sed æquè tristitiæ, squalori, & terrori, figurando inservit [x]. 5. quòd de fame agit seq. Sigillum. 6. quod illud v. seq. *Chœnix—denario*, &c. ubertatem potiùs quàm famem indicat [y]. 7. quòd fames est malum commune omnibus, non peculiare Ecclesiæ. 8. quòd hoc malum ab hominibus est, iisque accersit vindictam, v. 9, 10. cùm fames immediatè à Deo proveniat. 9. quòd in fame oleo & vino parci non poterat [z]. Famem quidem hîc intelligo, non autem naturalem, sed spiritualem, sive mysticam, nempe verbi Dei; ut ostendit solicitudo omnium quatuor Animalium, quæ non mensis sive eduliis, sed verbo Dei, ministrant, Act. 6.2 [a]. [Hæc de prima sententia.] Vel, 2. Justitiæ civilis [b]; cujus prætextu Romani Imperatores persecuti sunt Christianos [c]. Res hujus Sigilli est Æquilibrium, sive Severitas justitiæ, cujus procuratio per orbem Romanum præ quàm in ullo retrò aut subsequentium intervallorum insignis erat & notabilis [d]. Tertius hic Imperii status maximè conspicuus erat æquitate, & procuratione rei

x Dur. y Me. z G. a G. Ham. b Ham. c Dur. d Grav. * Me. f G. g Med. 549. sim. Pi. Clu. h Clu. sim. Dur. i Dur. k Med. ib. l G. m For. n Pi. Cot. Grav. For. And &c. in Par. Ham. o Pi. sim. For. Grav. p For. q Dur. r Grav. † For. s G. v Ham. Par. x Med. 549. y Anon. z Dur. a Clu. b Anon. c Dur. d Med. 549.

frumentariæ pro urbe Romana [*]. *Severo*, ait Aurelius Victor, *præclarior in Repub. fuit nemo, legum conditore longè æquabilium. Implacabilis delictis——nulli permisit honores venundari* [f]. De eo sic Spartianus cap. 8. *Rei frumentariæ, quam minimam reperérat, ut moriens 7 annorum Canonem populo Romano relinqueret*, &c. *Olei verò tantum reliquit, ut per quinquennium toti Italiæ sufficeret* [g]. Sed hæc nullo numero sunt præ iis quæ habentur de Alexandro Mammeæ filio, qui adeò delectatus est illâ Christi sententiâ, *Quod tibi fieri non vis, alteri nè feceris.* De eo sic Lampridius, *Leges de jure populi & fisci moderatas & infinitas sanxit*, &c. *Si unquam furem Judicem vidisset,—— commotione animi choleram evomuit, toto vultu exardescente, ut nihil posset loqui, & paratum habuit digitum ut illi oculum erueret* [h]. Addit idem, *Oleum quod Severus populo dederat (quódque Heliogabalus imminuerat) integrum restituit*, &c. Huic severitati justitiæ convenit, tum, *niger color*, qualis etiam erat Severi & gente & qualitate personæ [i]; tum, *libra*, cum qua, tanquam symbolo, justitiam pingi nemo nescit; tum, quod subjungitur v. seq. quòd, si auscultes, ità tinnire videbitur; *Nè cuiquam triticum aut hordeum, nisi justo pretio persoluto, auferto: similem quoque justitiæ legem in vino & oleo servato*, quasi dixisset, *Nè furator.* [Vide dicenda ad v. seq.] En tibi, Lector, Equi nigri sessorem auream illam & cœlitùs demissam *Justitiæ trutinam* in Theatro orbis terrarum magnificè librantem; Quod tam insigne fuit in Imperatore Pagano, ut eò in hoc Sigillo Spiritum respexisse mirum non sit [k]. Huc spectant illa in Oneirocriticis, *Si quis in somnis Stateram librari viderit, ea de persona Judicis intelligat: Modii quoque cum mensuris eandem proportione interpretationem habent; sed inferiorum Judicum personis accommodantur* [||]. [Hæc secunda sententia.] Vel, 3. Hæreticorum [l], ut putant Beda, Tychon. Haym. &c [m]. Aug. Primas. Andreas, & plerique Veteres. [Hanc sententiam sic astruunt:] 1. Inter generalia quibus mundus [vel potiùs, *Ecclesia*] premitur mala, omnino aliquis etiam deceptionibus & hæresibus dandus est locus [n]. 2. Hoc rerum ordo & quasi contextus indicat [o]. Cernens enim Diabolus nihil se persecutionibus promovere, novos hos Ecclesiæ hostes suscitavit [p]. 3. Huic respondet eventus. Persecutio enim usque ad Constantinum pervenit, sub quo hæresis orta est Arianorum [q]. Primis ducentis [post Christum] annis orti sunt Cerinthus, Ebion, Marcion, &c. duobus seculis subsequentibus Photinus, Sabellius, Arius, Eunomius, Macedonius, &c. ducentis sequentibus annis Pelagius, Nestorius &c [r]. Multi per hunc equum intelligunt Wandalos & Gothos, qui fuerunt Arriani, ac per 300 annos mirè Ecclesiam vastârunt [†]. 4. Ad hanc verba hujus loci congruè aptari queunt. Bene præfigurantur Hæretici per *equum*, animal velox, pugnax, audax, ambitiosum, libidinosum, & sine intellectu, Psal. 32.10 [t]. & quidem *nigrum* [v]. Hic enim color aptè denotat decétque tenebriones & lucifugas [x]; vel, animum luce veræ fidei & sanctitatis destitutum, & errorum tenebris obscuratum [y]. Et ut Albus color designat Doctores puritate doctrinæ & vitæ innocentiâ conspicuos [z], pacem, lætitiam & triumphum adferentes: sic Niger, qui ei opponitur, errorum magistros [a], fallaciâ sermonis, simulatione morum omníque fraude, instructos [b], qui hominibus apportant tristia & tenebras [c], & dubitationem [d], & tristitiam sempiternam [*]. *Equus niger* indicat, vel, occultam hæreticorum versutiam umbris obfuscatam, &, nè agnoscatur, palliatam [f]: vel, afflictam conditionem Ecclesiæ tetris hæresibus deformatæ, ut quæ priùs alba fuerat, nunc nigra appareat [g]. His congruit & *statera*, quæ, cùm duplex sit, justa, Prov. 16.12. & iniqua, Prov. 11.1. & 20.23. hîc iniquam intelligi docet vox illa quæ ἀδικίαν in vino & oleo prohibens, in reliquis eam adhiberi declarat. Significat ergò, hunc equitem decipere, & quidem sub justitiæ prætextu [h]. *Stateram in manu habet* tanquam attendens quid dicit, nec sine maturo consilio loquens; & optimè examinans vim verborum Scripturæ, eáque æquâ staterâ ponderans [i], & justitiam simulans, & sectatoribus suis certam veritatis cognitionem, ac salutis fiduciam, promittens, mendaciter tamen [k]; & Scripturam, quæ

* Med. 1123. f Med. 549. g Med. 1123. h Med. 549. i Med. 1123. k Med. 557. || Med. 560. l Rib. Per. Ia. Gag. m Me. T. Par. Clu. sim. Camer. n Rib. Clu. o Rib. p Gag. sim. Rib. Per. La. q Per. r Par. † La. t Per. v Per. Rib. Clu. Gag. Par. x La. y Per. z Clu. a Clu sim. Rib. b Clu. c Rib. sic Clu. d Clu. * Rib. f Gag. g Par. h Clu. i Rib. k Per.

quæ vera est ſtatera & regula fidei & morum, quaſi verſatilem pro ſuo arbitratu uſurpat [l], eámque hæreſibus ſuis prætexit [m]; ejus teſtimonia frequenter adhibet, ejus germanos ſe interpretes venditat, cùm tamen eam doloſè proponat, & falsò perverséque interpretetur [n]. [Hæc tertia interpretatio:] Vel, 4. afflictiſſimi ſtatûs Eccleſiæ poſt duas primas perſecutiones, non tam ex ſpeciali aliqua afflictione quàm ex confluxu malorum variorum, perſecutionum, ſchiſmatum, errorum atque hæreſium, &c. quibus pulchritudo Eccleſiæ magis obſcuratur quàm præcedente violentiâ. Huic ſententiæ favet, 1. quòd Scriptura ſolet graviſſima quævis judicia deſcribere ſub vocibus *gladii*, *famis*, *peſtis*, &c. Ezec. 24. 2. quòd fames interdum memoratur tanquam ſpecialis calamitas Sanctorum, ut Rom. 8. 35. 2 Cor. 11. 27. 3. quòd *fames* etiam *verbi* Dei occurrit Amos 8. 11. & hæc fames Eccleſiæ peculiaris, & propria eſt. 4. quòd nigredo Eccleſiæ in Scriptura deſcribitur tanquam effectus & externæ perſecutionis, & internæ negligentiæ, declinationis atque diviſionis, Cant. 1. 5, 6. 5. *ſtateræ* vox: cui congruit, tum, quòd hæ perſecutiones factæ ſunt legum authoritate & prætextu juſtitiæ; tum, quòd errores verbi patrocinio ſe tuerentur. 6. quòd huic defectioni ejúſque authoribus & effectis termini quidam ſunt poſiti; & licèt pulchritudo Eccleſiæ corrumpatur, præcipuæ tamen & fundamentales veritates (quæ ſunt medulla Evangelii, dicuntúrque *triticum puriſſimum*, *mel*, *vinum & oleum*, Pſal. 81. 16. Eſa. 25.) ſartæ tectæ conſerventur. In ſpecie hîc deſignari puto ſtatum Eccleſiæ ſecundo ſeculo poſt mortem Domitiani, ſub quinque perſecutionibus ſequentibus, nimirum ſub Trajano, Hadriano, Antonio Pio, (quorum perſecutio à nonnullis una habetur, quia non interrupta fuit:) Antonino Philoſopho, Pertinace, Maximino & Severo. Hoc ſuadet, 1. ordo Sigillorum: nam præced. Sigillum duas primas perſecutiones ſignificavit. 2. mutata ſub his perſecutionis natura. Hæ enim perſecutiones deſtinatæ ſunt præcipuè in Miniſtros, & in publicos Chriſtianorum cœtus; unde fames verbi, quam & fames externa comitata eſt ob bonorum direptiones, &c. 3. quòd Eccleſia illis temporibus non parum à primæva ſimplicitate, doctrinæ puritate, atque unitate, defecerat, & erroribus, ſchiſmatibus, contentionibus, &c. inquinata erat, opprobriis quoque & calumniis petita. 4. quòd auctores harum perſecutionum viri erant ob juſtitiam & prudentiam celeberrimi, quales Trajanus, Antoninus, &c. 5. quòd hæ perſecutiones ab ipſis Imperatoribus cohibitæ ſunt, per Apologias illis oblatas, à Tertul. Quadrato, Ariſtide, &c [o]. ¶ *Qui ſedebat*, &c.] Hic erat, vel, 1. hæreſiarcha aliquis; vel, 2. Diabolus [p]; vel, 3. Angelus qui à Chriſto eam Præfecturam acceperat [q]; vel, 4. Chriſtus, qui etiam hæreticis inſidet cum ſtatera ſua, h. e. Scripturâ ſacrâ, quæ veræ & falſæ doctrinæ norma eſt. Iis autem inſidet, tum, 1. profeſſione & apparentiâ, quia iſti nomen Chriſti & Eccleſiæ profitentur, ſuóſque errores ad trutinam Scripturæ appendunt, ſed peſſimè depravatæ; tum, 2. providentiâ ſuâ, quâ Eccleſiæ ſuæ in mediis confuſionibus non deeſt, ſed hæreſes diſponit ad illius probationem [r]. ¶ *Habebat ſtateram*, &c. Ζυγὸν] Ζυγὸς ſignificat & *jugum*, ut Gen. 27. 40. Num. 19. 2. Eſa. 10. 27. & 14. 5, 29. & *ſtateram*, vel *trutinam*, quæ jugo eſt aſſimilis, ut Job. 6. 2. Prov. 11. 2. Eſa. 40. 12, 15 †. Symbolum hoc, vel, 1. caritatis annonæ [t]. Solent enim in gravi annona partes panum ſingulis appendi, aut à Magiſtratibus, aut à patribusfamiliâs [v]. Vel, 2. juſtitiæ & æquitatis ementitæ [x], ab authoribus horum malorum, perſecutionum & ſchiſmatum [y].

6. *Vocem*, &c.] Vel, 1. Agabi ad Paulum [z]; vel, 2. Dei [a], ſedentis in throno [b]; vel, Agni, ut patet ex collat. cap. 5. 6 [c]. & quia cum imperio præcipit, *Nè læſeris*, &c [d]. ¶ *Bilibris*, &c. Χοῖνιξ σίτε δηναρίε, καὶ τρεῖς χοίνικες κριθῆς δηναρίε] *Chœnix* (vel, *Menſura*, Æth. Ang.) *tritici denario* (*uno*, Er.) *& tres chœnices hordei denario*, Mo. Er. Be. Pi. &c. *uno*, Er. &c. ſub. *vendetur*, Pi. Zeg. Hæc tam ſingularis circumſtantia magnam providentiam ſignificat. Neque enim caritas tantùm annonæ (quæ *fames* etiam Ciceroni) indicatur, ſed & quod futurum ſit pretium, tum *tritico*, quod σῖτος per excellentiam; tum, *hordeo*. Hordei paſtus minùs bonus. Ideo militibus in pœnam dari ſolebat, ut ex Livio & Vegetio diſcimus [*]. *Chœnicis* menſura eſt incerta & varia [f], pro ratione gentium, locorum, & hominum [g]: Conſtat libris quatuor Budæo, tribus Polluci, duabus & quadrante Agricolæ [h]; ſextariis 2, ſive cotylis vel libris 4, Budæo [i]. Chœnix militaris (ut minores chœnices prætermittam, opilionum, villicorum, vinitorum:) fuit 4 ſextariorum [k], in Lex. Græcolat. eſt *ſemimodium* [l], id eſt, militaris duplum [m]: imò Helleniſtis Ezec. 45. 10, 11. eſt *Bathus* [n], ampliſſima Hebræorum menſura [o], æqualis Ephæ. Fannius de menſuris, *At Cotylas* (*quas ſi placeat dixiſſe licebit Heminas*) *recipit geminas Sextarius unus*; *Qui quater aſſumptus fit Graio nomine chœnix* [p]. Eſt autem *chœnix* (tritici [q], omnium confeſſione [r]:) tantum quantum homo ſanus in diem indiget †, ut docet Budæus ex Herod. & Suida [t], & alii ex Hippoc. Laertio, & Athenæo [v]. *Denarius* autem (quí conſtat tribus ſolidis & ſemiſſe [x], qui valet decem aſſes [y], ſive drachmam [z]:) eſt tantum quantum quoque die mereri poterat homo ſtrenuè laborans [a], ut videre eſt Matth. 20. 2. Jam verò ſi homo pauper qui denarium merebat in diem, haberet uxorem & liberos, certè eos ἐκ τῆς χοίνικος alere non poterat. Imò & cœlebs vivere cogebatur, aut minus quàm natura exigebat edere, aut carere tecto, veſtibus & ſupellectile, quæ omnia ex diurna illa mercede comparari debebant [b]. Apud nos panis duos denarios Anglicanos valens cibo diurno abundè ſufficit, pretium autem laboris diurni ſolidum valet. Senſus ergò hujus loci eſt, q. d. Res quælibet ſexies carior eſt quàm antè fuit [c]. Menſura diurni cibi vix parabitur diurno labore: nihil erit quod reponant in craſtinum. Prædicit ergò charitatem annonæ [d], ſive famem [*], quæ obtigit partim ſub Maximino, quum nullæ aliquot annis meſſes fuerunt, partim ſub Antonino & Decio [f]. Non placet; quia vulgaris eſſet hæc fames, ubi nec triticum deeſt, nec hordeum, vinúmque & oleum non læduntur. Nullum autem vulgare malum hîc, ſicut Matth. 24. deſignatur, ſed omnia inſolita & mirè perterrentia. Senſum ergò hîc reconditum ſive myſticum latere non dubito [g]. Fames ergò hîc intelligitur non panis, ſed verbi Dei [h], de qua Amos 8. 11 [i]. Per *triticum* hîc intelligit verbum Dei [k], vel doctrinam puram ‖, & elegantem, & myſteriorum Scripturæ explicationem [l], vel ſinceros Doctores [m], vel filios regni [n], ut *triticum* ſignificat electos, Matth. 13. 30 [o]. in quorum cordibus continetur verbum Dei, qui ut ſunt gratiâ donorum inæquales, ſic *tritici* vel *hordei* nomine cenſentur. Sic *frumentum* vel *triticum* accipitur, Jer. 23. 28. & 31. 12. Hoſe. 2. 22. & 14. 8. Amos 1. 9. Matth. 3. 12. & 13. 25, 29, 30 [p]. In *hordeo*, quod jumentorum cibus eſt, indicatur rudis & aperta intelligentia doctrinæ ejus quæ ad ſalutem neceſſaria eſt. Dicit autem *tres — hordei*, ut ratio hordei ad triticum ſervaretur: duplum enim, aut triplum, ſolet eſſe pretium tritici ad pretium hordei. Senſus eſt, q. d. Hæreticorum vi & fraudibus [q], & Epiſcoporum ſocordiâ ‖, rara erit doctrina pura & elegans [r], rari ſinceri Doctores †, ut 1 Sam. 3. 1. imminuentur fideles, ut Pſal. 12. 1 [t]. vix magno labore parabunt panes hordeaceos, ſive qualiacunque doctrinæ Chriſtianæ ſolatia [v]. Al. Cùm incerta ſit *Chœnicis* menſura, quî poteſt indè aliquid de fame exculpi? *Chœnicem* hîc accipio pro quolibet demenſo diurno, & *Denarium* pro quolibet demenſi pretio [x]: vel, *Chœnicem* Syriacam hîc intelligo, quæ quatuor Cotylas continere dicitur, cùm Chœnix altera duas tantùm contineat, & tamen ἡμερήτροφις dicitur [y]. De procuratione rei frumentariæ per hæc tempora inſigni locum intelligo, q. d. Ità rei frumentariæ de copia proſpicietur, ut annona æquo, & cui quiſque ſolvendo ſit, pretio veneat. *Chœnix tritici Denario*, i. e. Demenſum diurnum tritici diurno laboris pretio aut ſtipendio aut reditu venditur: ut nè ſcilicet cui opus ſit plus dietim ad victum erogare quàm ei dietim ſuppetat erogandum. Illud quoque, *Tres Chœnices hordei denario*, videri poſſit ad æquationem pretii, pro qualitate mercium, pertinere [z]. Quod autem ad pretium victûs ſic accipio, *Chœnix tritici & tres chœnices hordei* pro uno eodémque *Denario*, & in auctarium quantum ſatis eſt *olei*

[l] Gag ſim. Clu. [m] Par. [n] Per. [o] Dur. [p] Per. Zeg. La. Camer. Me. Rib. [q] G. [r] Par. † Clu. [t] Pi. ſim. For. Cot. [v] G. [x] Zeg. ſim. Dur. [y] Dur. [z] G. [a] Dur. [b] Rib. [c] Rib. Par. Dur. [d] Rib.

[*] G. [f] Med. 550. ſim. D. [g] Med. ib. [h] Gag. [i] Rib. Par. [k] Med. ib. [l] Med. D. ſim G. [m] Med. ib. [n] Med D. [o] Med. [p] D. [q] G. [r] Dur. † G. ſim. Er. V. Camer. Zeg. Gua. Rib. For. Ham. Dur. Me. Par. [t] Zeg. [v] G. [x] V. ſic Gag ex Eud. [y] Rib. Par. Camer. [z] Camer. [a] G. ſim. Rib. For. Par. Ham. Dur [b] G. ſim. Ham. [c] Ham. [d] Par. [*] For. Q. in Rib. Grav. [f] Grav. [g] Rib. [h] Per. Rib. ſim. Clu. [l] Par. [m] Clu. ‖ Par. [n] Rib. [o] Par. [p] Clu. [q] Par. [r] Clu. [q] Rib. ‖ Par. [r] Rib Par. † Par. [t] Clu. [v] Par. [x] Med. 550. [y] Med. 1123. [z] Med. 551.

olei & vini, h.e. Plenaria erit rerum sufficientia pro pretio laboris diurni [a]. Al. Hic typus ærumnosum exhibet Ecclesiæ statum, in quo magna esset annonæ, sive rerum ad vitam necessariarum, penuria & caritas; ità tamen ut nonnulla, etiam optima, superessent, nempe *vinum & oleum*, quibus homines exhilarantur, Psal. 104. 15. Mens autem typi est, ut significet calamitates Ecclesiæ ex persecutionibus, erroribus, &c [b]. [de quo antè dictum.] ¶ *Et vinum & oleum nè læseris*; ità Be. Pi. Μὴ ἀδικήσῃς] *Nè injuriâ affeceris*, Pi. Alludit hîc ad Luc. 10. 34 [c]. *Noli quicquam imminuere de vindemia aut de olivitate.* Retineant ista suum morem. Ἀδικεῖν per Metalepsin est *lædere*, *imminuere*, ut suprà 2. 11. Cœli injuriæ solent omnes fruges lædere. Tunc autem, Christo dispensante, intercidebant fruges ad vitam necessariæ, non necessariæ affluebant. Olei usus ad delicias; pro Vino aqua bibi potest [d]. Per *oleum & vinum* designat verbum Dei [*], & maximè Sacramenta, quæ non patietur Deus hæreticos, licèt furentes, tollere [f]. Additum hoc ad consolationem fidelium [g], nè, hæresibus invalescentibus, despondeant animos. Non evertentur fundamentalia fidei capita: & servabit Deus aliquos sinceræ doctrinæ præcones & vindices, nè ab hæreticis lædantur electi [h]. *Oleum & Vinum* & medicinæ & voluptati serviunt, Psal. 104. 16, 17. Esa. 1. 6. Vide & Jud. 9. 9. Sirac. 31. 31, &c. His ergò designatur gratia, virtus, consolatio ac lætitia, Christi & Spiritûs Sancti; quæ in Scripturis sæpe denotantur & per *oleum*, ut Psal. 23. 7. & 45. 9. Ezec. 16. 19. & 32. 14. & per *vinum*, ut Cant. 2. 4. & 5. 2. & 7. 9. Zach. 9. 17. & 10. 7. Mat. 9. 17. Significat ergò, nihil Satanæ in hæc fore potestatis; q. d. Quanquam hæretici raritatem Doctorum veræque prædicationis inducant, Evangelium tamen virtute suâ spirituali, & Sancti suo gaudio, &c. nequaquam spoliabuntur [i].

7. *Quarti animalis*] i. e. Aquilæ [k], cap. 4. 7 [l]. quæ perspicax [m], & excelsa petens [n], indéque in prædam devolans [o], magnâ celeritate [p]. Significat, vel, 1. clades has è supernis venire [q]: vel, 2. quæ virtutes tunc maximè essent necessariæ [r]; sed & frequentes, in Ministris Evangelii; nempe doctrina & perspicacitas †, & præpes volatus ad cœlestia [t]. Hujus Animalis statio [in castris Israelis] ad Aquilonem: quo monstratur, initium Sigilli ducendum ab Imperatore illic oriundo, id est, Maximino Thrace Septentrionis alumno [v]. Al. Hunc puto esse Jacobum *fratrem* dictum *Domini*, qui morbos prædicit, Jac. 1. 10, 11. & quidem divitibus, quibus caritas annonæ minùs nocet [x].

8. *Equus pallidus*] Ità Er. Mo. Be. &c. Χλωρὸς propriè *viridis* color est [y], quandoque tamen *pallidus*, ut in Pausan. Corinth. & Galen. Comment. in Prognost. 1. & Sophoc. Trachin. Sic χλωρὸν δέος, *pallidus timor*, in Hom. Il. ν' Viror enim facilè in pallorem vertitur, prout in gramine videmus [z]. Equus hîc significat [a], vel, 1. Mortem [b], quam *pallidam* vocant Poetæ [c], quia mortuorum ora pallent: unde Poeta *regna* inferna *pallida* vocat [d]. Pallor quoque est ex fame, juxta Æneid. 3. Et *pallida semper Ora fame* [*]. Vel, 2. malignum illum impetum, quo homines mortem, quam aliis machinantur, sibi accersunt, juxta Psal. 37. 2. & 129. 5. Esa. 40. 7, 8. & 51. 12. Iste namque affectus rectè mortis equus dicitur, quo ad occidendos homines promptissimè vehitur †. Vel, 3. persecutionem [f], vel, sub Domitiano [g]; vel, sub Trajano, sub quo Christiani innumeri crudelissimè occisi sunt [h]: vel, sub Maximiano & Diocletiano, quæ omnium crudelissima fuit [i]. Sed tres illæ [k], omnésque Decem [l], persecutiones per equum rufum indubiè notatæ sunt [m]. Persecutionem tamen Diocletiani hîc notari puto, partim quia hæc calamitas immediatè antecedit Ecclesiæ liberationem, clamor quippe animarum & gratiosa responsio effectus erat hujusce persecutionis; partim, quia historia typo egregiè respondet. Ecclesia nimirum post 44 annos tranquillitatis à pristina puritate & pietate in contentiones & divisiones dilapsa est, in cujus rei pœnam immisit Deus hunc *turbinem persecutionis*, ut vocatur. Hæc autem perse. utio, 1. erat universalis per totum Imperium, conjunctis viribus trium Cæsarum collegarum, nempe Diocletiani, Maximiani, & Maximini: 2. duravit decem annis: 3. crudelissima erat, nullis parcens ob cognationem, merita, &c. diversa & dirissima mortis genera inventa sunt [n]. Vel, 4 Sectam Mahometis, Turcas scilicet & Saracenos [o]. Pulcrè hoc cohæret cum præcedentibus, ut post persecutores, & hæreticos, per quos Diabolus profectum Evangelii impedire nitebatur, Agareni jungerentur qui multas orbis provincias occupârunt [p], & infensissimi sunt hostes Christianorum [q]. His omnia probè congruunt, nomen *Mortis*, sequens *Infernus*, *potestas data super terram*, &c [r]. Obstat tamen, quòd sic nihil ad quartum Animal hæc visio pertineret, sicut reliquæ tres ad tria præced. pertinebant †. Vel, 5. Statum Ecclesiæ sub hypocritis [t], & superstitiosis [v]; sive Ecclesiam pallidam, & ad mortem usque ægrotam, atque Apostaticam, sub exortum Antichristi, cui viam paravit, & magnam Christiani orbis partem traxit in interitum [x]. ¶ *Qui sedebat — nomen illi Mors*] Quæ nobis depingitur tanquam persona omnibus regnans, Rom. 5. 14, 17. à Christo superata, 1 Cor. 15. 26. & in fine prorsus delenda, Hos. 13. 14 [y]. Est hîc primùm locutio Hebraizans, ὁ καθήμενος ὄνομα αὐτῷ, pro, ὄνομα τῷ καθημένῳ. Deinde notandum *Mortis* nomine significari Metonymicè Pestilentiam & Morbos letiferos: quod ostendimus ad Mat. 24. 7. Solet Famem sequi Pestilentia. Μετὰ λιμὸν λοιμός, (*Post famem pestis*,) Græcum est proverbium. Sic & apud Mat. & Luc. nominantur post λιμοὶ λοιμοί. Hîc verò Angelo datur nomen ex re quam administrabat [z]. Per *sessores* ipsum eventum significatum in his sigillis designat, potiùs quàm actorem quemvis qui vel summa vel inferior causa ejus est. Sessor ergò hîc est Mors. Quo nomine designat & multitudinem occidendorum, & diversa ac crudelissima mortium genera tunc immissa [a]. Abstractum hîc pro concreto. *Mortem* vocat, id est, singulariter & insigniter Θανατοφόρον, vel *Mortiferum*, eò quòd tot Mortes secum in Orbem inveheret: Hebræis enim *vocari*, idem quandoque valet atque *esse*, vel *existere*, sed eximio & præcipuo quodam modo, ut Esa. 7. 14. & 9. 5. Jer. 23. 6. Zac. 6. 12. Apoc. 19. 13. Hinc *Orcus* eundem, tanquam libitinarius, comitatur [b]. *Mors*, id est, Satanas, qui potestatem mortis exercet, Heb. 2. 14. & Mortis angelus est, Sap. 2. 24 [c]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὁ ᾍδης, &c.] *Et infernus*, &c. Mo. Er. Be. Pi. Clu. ᾍδης semper in N. T. carcerem & statum damnatorum significat. Vide Mat. 11. 23. & 16. 18. Luc. 16. 23. Apoc. 1. 12. & 20. 13, 14, &c [d]. vel, *sepulcrum*, Pi. D. Be. For. Cot. Morbi illi trahunt in sepulcrum. Solent jungi Mors & ᾍδης, 1 Cor. 15. 55. infrà 20. 13, 14 [*]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐδόθη αὐτοῖς [At G. legit αὐτῷ] ἐξουσία ἀποκτεῖναι ἐπὶ τὸ τέταρτον — ἐν ῥομφαίᾳ — ὑπὸ τῶν θηρίων, &c.] *Et data est illis* (Nempe ipsi & prioribus Angelis duobus [f]: nam jam trium Angelorum effectus in unum contrahuntur [g].) *potestas interficiendi super* (vel, *in*, Be. Pi.) *quartam partem* (subauditur hîc μέρος [h]:) *terræ* (i. e. incolarum terræ [i], vel, 1. Judææ [k]; non ubique, sed in quarta parte Judææ. Ità Christus per gradus quosdam propiùs propiúsque admovebit terrorem, severitatem magnâ patientiâ temperans [l]. Vel, 2. Romani imperii [m], i. e. in potissimam & multò maximam Orbis Romani partem [n]. Numerus finitus pro infinito. *Terra* hîc notat Ecclesiam in terra militantem, ut patet ex seq. Sigillo, sub quo clamant qui hîc occiduntur [o].) *gladio*, (Hoc est Angeli primi [p]. Hinc constat, ῥομφαίαν esse *gladium*, quippe qui reliquis Dei flagellis adjungi solet, ut Ezec. 6. 11. & 14. 21 [q].) *& fame*, (Hoc secundi. Etiam Sacerdotes quidam fame extincti, Jo. Antiq. 20. 8 [r].) *& morte*, (i. e. morbis †, pestiferis [t], aut aliis [v]; peste [x]; quæ hîc mors dicitur ex usu Orientis: nam דבר Chald. par. & Hellenistæ plerumque *mortem* vertunt, & alii *mortalitatem* vocant [y]. Hoc Angeli tertii [z].) *& à bestiis*, &c. Er. vel, *per feras*, &c. Be. Pi. Vel, 1. propriè [a], Leonibus, ursis, aliísque bestiis objiciendo [b], Christianos scilicet, ut solebant persecutores. Vel, 2. absurdos & ferinos homines, 2 Thess. 3. 2. cum qualibus Paulus Ephesi pugnavit, 1 Cor. 15. 32 [c]. Tyrannos, qui instar Ferarum per ea tempora in Orbe Romano sæviebant, calamitatibus istis causam dan-

[a] Med. 1123. [b] Dur. [c] Rib. [d] G. [*] Per. sim. Me. Rib. Par. [f] Rib. sim. Me. Par. [g] Rib. sim. Par. [h] Par. [i] Clu. [k] Me. sim. Rib. Par. Pi. Me. Clu. [l] Me. [m] Par. Rib. Clu. [n] Clu. [o] Rib. [p] Par. sic Clu. [q] Par. [r] Dur. sim. Clu. † Dur. [t] Clu sim. Dur. [v] Med. 551. [x] G. [y] Clu. sic. Er. V. [z] Clu. [a] Rib. [b] For. Pi. Cot. Grav. [c] G. [d] Cot. [*] Rib. † Clu. [f] Rib. [g] L. [h] Rib. [i] C. lar. in Per. [k] Par. [l] Per. [m] Par sim. Per.

[n] Dur. [o] Me. sim. Q. in Rib. Per. [p] Rib. [q] Me. sic Rib. [r] Per. † Rib. [t] Camer. sim. Gag. [v] Camer. sic Par. [x] Par. [y] Clu. [z] G. [a] Dur. [b] Med. 551. [c] Clu. [d] Clu. [*] G. [f] G. sim. Ham. Dur. [g] G. [h] Pi. [i] Pi. sim. Ham. Grav. [k] G. sic Ham. [l] G. [m] Rib. [n] Med. 553. [o] Dur. [p] G. [q] Pi. [r] G. † Pi. G. [t] G. [v] Pi. [x] Be. D. Pi. Med. [y] Med. 552. [z] G. [a] Q. in Dur. [b] Me. sim. Dur. [c] Dur.

dantes [d]. Sic Nero *Leo* vocatur 2 Tim. 4. 17 [*]. Et huic sententiæ favet Syntaxeos mutatio, καὶ ὑπὸ, &c. quod reddas, *atque id per Bestias terræ*. Alioqui posset hîc indicari solenne Orientalibus & Australibus regionibus in hoc *casu* malum [f]: ut nimirum, *Fame & Peste* sævientibus, *Bestiæ* contra homines invalescerent, eósque occiderent; ut videre est Levit. 26. 22. Ezec. 14. 15, 21 [g]. Vastitatem agrorum & mortes hominum consequi solet, ut nemine obsistente ferarum increscat numerus, cum magna viatorum pernicie, Deut. 32. 24. Ezec. 5. 17. In MS. καὶ τὸ τέταρτον τῶν θηρίων τῆς γῆς· quasi agatur de morte etiam bestiarum, non de morte per bestias [h]. Alludit hîc ad quatuor gravissimas Dei plagas, sub quibus Prophetæ eximiam aliquam calamitatem describere solent [i]. Hujus Sigilli character est Concursus *Gladii, Famis*, & *Pestis* unà, ut aliàs nunquam, sævientium; quod insigni modo factum hoc tempore. *Cædes* tunc erant gravissimæ, non tantùm à Barbaris, totum ferè Imperium exhaurientibus, sed etiam ab intestinis & domesticis. Decem Imperatores spacio 33 annorum gladius suorum absumpsit. Sub unius Gallieni Imperio 30 illi Tyranni, plerique omnes aut à suis, aut à se invicem, aut ab Imperatoribus legitimis, trucidati fuere. Quanta tunc sævitia, tum Maximini, quem Cyclopem, Busiridem, Phalarin, *nominârunt, neque enim fuit crudelius animal in terris*, ait Julius Capitolinus; tum, Gallieni, de cujus truculentia vide Treb. Pollionem? De *Peste* res notoria est. Zonaras author est, nec cæteri tacuere, sub Gallo & Volusiano Imperatoribus Pestem ab Æthiopia exortam omnes Romanas provincias pervasisse, & per 15 continuos annos incredibiliter exhausisse. *Nec alia unquam major lues mihi lecta* (inquit Lipsius) *spatio temporum, sive terrarum*. *Famem* verò tunc fuisse & testatur Dionys. Alex. (qui tum vixit) apud Euseb. Hist. 7. 17. & res ipsa loquitur. Cùm enim omne ferè Imperium à Scythis tunc vastatum fuerit, ut testis est Zosimus, quî fieri potuit ut non desererentur agri, & negligerentur orationes, & victus omnis repositus pessundaretur [k]?

9. *Sigillum quintum*] Hoc Sigillum, sicut & sequens, nullum habet, ut superiora, de exordii sui tempore ab animalibus subsidium; proinde nulli hîc equorum Sessores, unde illud Animalium indicium pendebat [l]. Nullus hîc equus aut sessor, nulla vox [m]; vel, 1. quia nulla hîc est nova persecutio [n], nec infligenda, sed inflicta & præterita, calamitas hîc describitur [o]: vel, 2. quia hic typus ipse loquitur [p]: vel, 3. quia hîc non repræsentantur militantis Ecclesiæ certamina, sed quæ extra hunc mundum in cœlo fiunt, ubi animalium partes non ampliùs necessariæ [q]. Non est hæc Prophetia de novis eventibus [r], sed consolatio †, adversùs scandalum crucis [s]; & respicit persecutiones omnes præcedentes, & diu durantes [v]. ¶ *Vidi* (nempe spiritu, alioqui animæ videri nequeunt [x]:) *subtus altare*] Quæ in cœlo sunt νοητὰ solent inter Judæos explicari per figuram τῶν αἰσθητῶν in Templo, ut jam aliquoties vidimus. Sic Victimis respondent Martyres, Phil. 2. 17. 2 Tim. 4. 6. In Templo erat altare victimarum: Ad pedem ejus altaris fundebatur victimarum sanguis, Lev. 1. 5. & 3. 2, 5. & 7. 2. & 8. 15, 19, &c. Is sanguis positus in conspectu Sanctuarii Deum quasi commonefaciebat de sacrificio sibi præstito. Multò magis id faciunt *animæ*, i. e. Spiritus Martyrum positi in conspectu Christi, ἀπὸ τὴν διαθήκην τοῦ Θεοῦ, 2 Mac. 7. 36 [y]. *Sub altari*, i.e. humi ad pedem altaris, instar hostiarum recens jugulatarum. Est enim Martyrium genus quoddam sacrificii, Phil. 2. 17 [z]. Metaphora à cultu legali; in quo nullum acceptum erat sacrificium nisi ad Altare, in quod, & versùs cujus fundamentum, circumquaque, & super quod sanguis & oblatio variè effundebatur, spargebatur & offerebatur. Nam altare est id quod sanctificat oblationem. Ostendit ergò, omnem nostram obedientiam, & sacrificia ψυχικὰ, atque adeò ipsum etiam vitæ nostræ, Dei causâ, dispendium in solo Christo, altari nostro, acceptum haberi [a]. Sed *Altare* hîc & cap. 8. 3. intelligitur non *Holocaustorum*, quod stetit in Atrio; sed *Incensi*, cujus & mentio 8. 3. quod erat intra velum: totus enim locus qui hîc repræsentatur à cap. 4. est Sanctuarium intra velum [b]. Templum fuit figura Ecclesiæ: quantum ad atrium exterius erat figura Ecclesiæ militantis, quantum ad interius Sanctuarium, figura fuit triumphantis Ecclesiæ. Vidit igitur Joannes Sanctos Martyres, quantum ad corpora quidem, in Ecclesia militante sub Altari Holocaustorum, propter eorum passiones & cædes; quantum verò ad animas post mortem, in Ecclesia triumphante sub Altari Incensi, id est, in cœlo, hostias perpetuæ laudis immolantes Deo [c]. *Altare* hîc est Christus [d], sic dictus Heb. 13. 10. quem totum Tabernaculum ejúsque suppellex omnis respexit, per quem nos & omnes cultus nostri, ipsæque Martyrum mortes, sanctificantur & Deo acceptabiles fiunt ||. *Sub Altari*, i. e. sub Christi custodia & præsidio [*]; in Christi, adeóque & Dei, conspectu, ipso fruentes [f]. Quo exemplo fideles ad constantiam & patientiam animat [g], nè quis tam diris Martyrum suppliciis offenderetur, atque à confitenda veritate alienaretur [h]. *Sub Altari* erant non materiali, quale non erat in cœlis, sed figuratè intellecto. Describit ergò h. l. phrasibus ex V. T. sumptis tutissimum & felicissimum harum animarum statum, quòd sint in cœlo, cujus typus erat Sanctum Sanctorum, Heb. 9. 10, 12. coram quo hoc Altare erat; quòd Deo proximi essent, velut sub Altari, quo adeò delectati sunt sancti in hac vita, ut alludat ad Psal. 31. 20. & 84. 3. quòd Christi præsentiâ ac communione fruantur, quæ res sanctis gratissima erat, Act. 7. 59. Phil. 1. 21 [i]. ¶ *Animas* (id est, spiritus [k], ut dicuntur Eccles. 12. 7. Luc. 23. 46. Act. 7. 59 [l]. ut ψυχαὶ sumitur Matth. 10. v. 28. Apoc. 20. 4 [m]. Has vidit specie corporeâ & humanâ [n]. Ostendit animas, à corporibus separatas, existere & superesse, Matth. 10. 28 [o]. Al. *Animas* hîc, sicut & cap. 18. 13. & 20. 4. vocat cadavera. Sic & Levit. 19. 28. Psal. 16. 10. Ezec. 44. 25. Act. 2. 31 [p]. Al. *Animas* hîc vocat sanguinem, h. e. effusionem sanguinis, ut *sanguis Abelis*, quia *anima & vita* idem sunt, & *sanguis est vita*, Gen. 9. 4 [q]. [Sed] animæ corpore solutæ, multò magis quàm Sanguis, mortem toleratam testantur [r].) *interfectorum*] h. e. Martyrum †. Ejus mortis Christus meminit, & ulciscitur eam per gradus suos; sed severitatem, ut diximus, mirâ patientiâ temperans, & tempus dat ingeniis sanabilibus, ut pœna ad paucos, si fieri id possit, exemplum ad multos, pertineat. Hæc comprehenduntur in septem illis antè memoratis Spiritibus [t]. Mactatos hîc intelligit, vel, 1. à Judæis [v]; vel, 2. sub Trajano [x]; vel, 3. à Trajano usque ad Diocletianum [y]; vel, 4. sub Diocletiano, à quo incepta, & ab aliis continuata, est Persecutio Christianorum, longè omnium quæ unquam fuerant acerbissima. Hoc autem Sigillum auspicandum est ubi antecedentis Sigilli *casus* desiit, nempe, ab Imperio Aureliani, anno 268. ad quod tempus, quæ diutissima fuit prioris Sigilli calamitatum, quindecim annorum Pestis extincta est [z]. Vel, 5. in Decem illis persecutionibus Romanorum Imperatorum [a], & in persecutione Hæreticorum, & in persecutione Saracenorum [b]. ¶ *Propter verbum Dei*, (i. e. Evangelium [c], Act. 4. 31. & 6. 7. & 8. 14. id est, propter confessionem verbi Dei. Meton. subjecti, & Syn. generis [d]. q. d. Non scelerum causâ. Non enim pœna Martyres facit [*], sed causa [f].) *& propter testimonium* (nempe, de Jesu [g], & verbo Dei [h]; vel, propter fidei veritatem, & vitæ innocentiam [i].) *quod habebant*] Vel, 1. passivè [k], propterea quòd omnes testabantur eos esse Christianos [l]; quo nomine infidelibus invisi erant [m]: vel, 2. activè, quia Christo *testimonium habebant*, id est, dabant, perhibebant, tenebant, defendebant fortiter [n]; ad finem usque retinebant, ut infrà 12. 7 [o]. & 19. 10 [p]. Sancti non extremis tantùm digitis attingunt verbum Dei, sed illud habent, tenent, possident, 2 Tim. 1. 5 [q]. vel, *tuebantur*, Be. Pi. In MS. & aliis libris, est tantùm διὰ τὴν μαρτυρίαν ἣν εἶχον, quomodo & Latinus legit, ità ut Θεοῦ subaudiatur ex præcedenti. Testimonium idem est quod & *Deo* redditur & *Christo*, *Deo* ut auctori, *Christo* ut veraci internuncio [r]. Illud, *propter verbum Dei*, respicit fidem rectam quam in corde habebant, & vitâ sanctâ testati sunt; hoc autem, *propter testimonium*, &c. respicit externam fidei illius confessionem. Confer Rom. 10. 9, 10 †.

10. *Clamabant voce magnâ*] Quod indicat, vel multitudinem clamantium [t], vel ardorem desiderii [v]. Clamor iste

Marginal notes (left column): d Med. — * Dur. — f Med. 553. — g Med. sim. Ham. — h G. — i Dur. — k Med. 551. — l Med. 553. — m Dur. — n Par. — o Clu. — p For. — q Clu. — r Dur. — † Par Dur. — s Par. — v Dur. — x Par. — y G. — z Med. 554. — a For. — b Ham.

Marginal notes (right column): c Per. — d Par. ex Ans. & Haym. sic Clu. Gag. Dur. — || Dur. — * Par sim. Clu. Grav. — f Par. — g Par. sim. Rib. Clu. — h Clu. sim. Par. — i Dur. — k G. Dur. — l Dur. — m G. — n Cor. — o Dur. — p Med. 1112. — q Ham. — r G. — † Zeg. Par. — t G. — v Q. in Par. sic Ham. Li. chron. 156 — x Rib. — y L. — z Med. 553. — a Per. sim. Par. Grav. Dur. — b Per. — c G. Pi. — d Pi. — * Par. — f Par. For. — g Pi. sic Par. — h Par. — i Me. — k Q. in Par. — l Rib. Me. — m Rib. — n Par. — o Par. — p G. — q Cor. — r G. — † Dur. — t Clu. — v Clu sic Me. Rib. ex G. 66.

iste auditus ostendit quid res ipsa exigere videatur [x]. Hoc arguit, animas nec mori cum corporibus, nec, post secessum, dormire vel stertere, sed vigilare [y]. ¶ *Usquequò*, &c. Ἕως πότε ὁ δεσπότης, &c.] Pro, ὦ δεσπότα [z]. Hebraismus & Atticismus [a]. Apparet ex cap. 3.7, 14. hæc ad Christum referenda, qui δεσπότης dicitur & 2 Pet. 2.1. Nam omnis hæc dispensatio patientiæ & severitatis circa Judæos Christo est tradita, Matth. 21.44. & 22.7. Luc. 19.12, 14, 27 [b]. Κύριος affectum benevolum dicit, δεσπότης dominium solummodo. Quare sancti Deum ad vindictam impiorum inclamantes, δεσπότην eum appellant [c]. [Sic vertunt:] *Usquequò*, (Non queruntur de Deo, nec ei diffidunt, ut sequentes tituli monstrant; sed innuunt, ipsorum ærumnas & diutissimas fuisse & gravissimas [d]:) *Domine* (Sedentem in Throno & Agnum implorant [*]:) *sanctus* (vel, *qui sanctus es*, Be. Pi. qui odisti scelus [f], Hab. 1.13 [g]. & sævitiam tyrannorum [h]; ideóque & nostram innocentiam justámque causam vindicabis, & illorum violentiam punies [i]:) *& verax*, (i.e. constans in servandis promissis & minis [k], qui te scelera ulturum dixisti [l], & liberaturum tuos [m]:) *non judicas & vindicas* (i.e. κρίνων ἐκδικεῖς [n] *judicans vindicas*. Judicium ad causæ cognitionem pertinet, vindicta ad exequendam rem judicatam [o]; q.d. non ultione judiciariâ animadvertis [p]:) *sanguinem nostrum* (putà Stephani, Jacobi, Zebedaidæ, qui hujus Johannis frater, & aliorum quorum nomina nos latent [q]: sub. *eum reposcendo*, Be. Pi. quod supplementum exigit præp. ἀπὸ [r]. Sic Luc. 18.3. Quanquam & sine Ellipsi dicatur ἐκδικεῖν τινα ἀπό τινος, *vindicare aliquem ab aliquo* †.) *de habitantibus in terra?* Mo. i.e. In Judæa, quæ γῆ & οἰκουμένη per excellentiam dicebatur [t]. Al. De impiis Ethnicis qui sanguinem nostrum fuderunt [v]. Sic loquitur, non quasi omnes hic notarentur incolæ terræ, quorum multi sancti erant; sed partim, quòd plerique ex iis aliquo modo harum persecutionum reatu constringebantur, partim, ut ostenderet quos designaret, nempe, homines hujus mundi, &c. Psal. 17.14. confer Joh. 17.16 [x]. partim per μυκτηρισμὸν, q.d. de filiis terræ, qui stulto furore adversus cœlum insurgere non sunt veriti, suo malo. Tacitè sibi gratulantur quòd furor terrestrium ad cœlites pertingere nequeat [y]. Cœlum habitatio nostra, Terra peccatorum sedes [z]. Respicit hic judicium Dei ipsis illatum, vel, 1. per Constantinum M. qui tyrannos Maxim. Licin. & Maxent. delevit, &c [a]. vel potiùs, 2. finale & generale in die judicii [b]: ut suadet, 1. quòd multi ex persecutoribus jam mortui fuerant, adeóq; extra limites vindictæ temporalis positi; 2. quòd vindicta quæsita talis est quæ persecutionibus terminum figat, ut responsio subjecta monstrat; 3. quòd tunc plena erit litis decisio inter populum Dei, & hostes ipsorum. Sancti tamen ex parte vindicati sunt per specialia & temporalia judicia in persecutores, qualia sub seq. Sigillo sunt. Cœlites porrò nullum habent perpessionum sensum; sic autem loquuntur ut exprimant, 1. affectum suum erga Christum, cui plenariam & finalem victoriam exoptant; 2. sympathiam suam cum reliquis Christi membris in terra; 3. reatum sanguinis sui qui persecutoribus inhæret & vindictam clamat [c]. Qu. Quomodo nunc Sancti de iis vindictam quærunt, quos, ut proximos, amare debebant [d]? Resp. 1. Clamare dicuntur animæ, i.e. martyres ipsi, quorum sanguis clamat, ut ille Gen. 4 [*]. 2. Sancti expetunt hanc vindictam non per se ac primò, sed ex consequenti [f]: expetunt nempe ut destruatur omnino regnum peccati, & adveniat super omnes Regnum Dei [g]; sed quia hæc non fient sine extrema impiorum vindicta, hanc etiam expetere dicuntur. 3. Sancti interdum vindictam à Deo petunt, ut constat in Davide & Jeremia, id autem ex zelo justitiæ, & ex singulari impulsu Spiritûs Sancti [h]. 4. Alia est ratio Sanctorum viventium, & Beatorum [i]: his enim, qui nec odio affici, neque à Dei voluntate declinare, possunt, nihil de inimicorum dilectione præcipitur: rectè ergò optant illi, quod Deo gratum esse vident, nempe, ut impii puniantur, nisi pœnitentiam egerint [k]; hoc autem petunt non ex carnali affectu, sed ex ordinatione divina, & spiritu heroico, ut videl. Dei justa judicia toti mundo innotescant [l].

11. *Et datæ sunt illis* (Animabus datur personæ nomen per Synecdochen, de qua diximus ad Luc. 16.22 [m].) *stolæ* (στολὴ erat vestis ad talos usque demissa [n].) *albæ*] Symbola lucis, gaudii, victoriæ & triumphi, ut cap. 3.4. & 7.9. & 19.8, 14 [o]. puritatis sive sanctitatis [p]. Al. *Stola alba* alibi Christus est, ejúsque justitia fide induta, alibi gloria in cœlis; hic autem est justitia sive innocentia piorum, quam Deus in lucem proferet, ut tanquam luminaria fulgeant ad convictionem hostium, apud quos Ecclesia tandem in summa veneratione erit [q]. Longum fuerat Martyres rejicere ad tempus Resurrectionis universalis. Digni erant aliquâ prærogativâ, ut Veteres loquuntur. Cùm aliis animabus dentur solatia, illis datur honos, qui per *stolas fulgentes* indicatur, ut videmus suprà 3.4, 5, 18. & 4.4. sed & Regnum illis daturus erat Christus suo tempore; quod tempus dicitur *resurrectio prior*, infrà 20.5, 6 [r]. Al. Designat & victoriam à persecutionibus reportatam, & vestem spiritualem justitiæ †, & æternam cœlestémque gloriam [t], sive beatitudinem [v], nempe animæ [x], ut sint Reges & Sacerdotes coram Deo in æternum [y]: Sensus, q.d. Cooptantur in ordinem Beatorum. Sumpta parabola ex more Judæorum in probandis & admittendis Sacerdotibus, quos probatos *candidis stolis induebant*, teste Maimon. Id quod luculenter exprimitur cap. 7.13, 14, 15. ubi his induti *ante thronum Dei sunt, & colunt eum*, &c. putà ut Sacerdotes [z]. *Stola alba* est τελειότης illa quâ superinduemur, cùm puri sceleris omnis Deo sistemur [a]. ¶ *Et dictum est illis* (nempe, à sedente in Throno, vel, ab Agno [b].) *ut*, &c. Ἵνα ἀναπαύσωνται, &c.] *Ut requiescerent* (i.e. exspectarent [c], vindictam sive judicium Dei [d], patienter [*]. Dictum humano more. Qui enim queruntur & dolent, desiderio dilato, solent pacari ut quiescant, dato illis aliquo munere: alioqui animæ sanctorum & continuò clamant per desiderium, & continuò ab initio stolas possident, & continuò quiescunt [f].) *adhuc tempus parvum*, sive modicum, Mo. Er. id est, annos admodum triginta [g]: vel, ad resurrectionem [h], sive diem judicii [i]. Quod tempus modicum dicitur respectu æternitatis [k], Psal. 90.4. 2 Pet. 3.8 [l]. ¶ *Donec compleantur conservi eorum*, &c.] id est, Per Metonymiam [m], donec compleatur eorum numerus [n]. *Conservi* ejusdem Domini, Christi, Eph. 4.4 [o]. ut Jacobus frater Domini, & *fratres*, ut alii de plebe Christiani multis in locis ab Judæis trucidati. Quò plures vindicabuntur, eò & plures peribunt. Sic sæpe solent Judices magnam nocentium turbam in unum supplicii tempus reservare, ut Judæi in tempus ante Pascha [p]. Innuit, pœnam etiam corporalem tyrannis infligendam esse, tam privatam in tragico eorum exitu, quàm publicam à Constantino M. tandem verò secuturam esse æternam in inferno [q]. Paulisper sustinere jubentur, donec fratrum suorum aliquot, qui, posteaquam Christianismus regnare inciperet, sub Licinio, Juliano, & Arrianis, jugulatorum numero accederent; túncque clangentibus Tubis, solennem vindictam de Imperio tanti sanguinis reo sumptum iri [r]. Sed videntur hi martyres non de suis tantùm, sed de omnibus sanctorum, persecutoribus loqui †.

12. *Sigillum sextum*] Variè explicant [t]. Complectitur, vel, 1. excidium Judæorum [v], vel, præsagia quæ bellum inter Judæos & Romanos præcessere. In his sunt σεισμοὶ κατὰ τόπους, Matth. 24.7. Luc. 21.11. Sicut judicium Dei in Judæos imago fuit & arrhabo Judicii universalis, ità paria fermè ante se habent prodigia [x]. Non placet; 1. quia Excidium illud jam evenerat [y], cunctísque notissimum erat; non ergò opus erat Visione, quâ notificaretur: 2. quia homines hic castigati agnoverunt hæc mala sibi accidisse ob Agni iram, &c. Judæi autem mala sua non Christo, sed seditionibus suis, imputârunt [z]. Vel, 2. tempora novissima, sive diem Judicii [a], signáque ipsum antecedentia. Patet hoc, tum ex ordine Sigillorum, tum ex collat. Matth. 24. ubi eadem penè quæ hic dicuntur [b]. Signa hic concurrunt omnia quibus dies illa distingui in Scriptura solet [c]. Sed nimia hæc est incogitantia, cùm nondum apertum sit septimum Sigillum, quod historiam exhibet & tempore & eventibus quadruplò ampliorem quàm omnia sex antegressa [d]. Vel, 3. certamina Ecclesiæ, & confusionem orbis, sub Antichristo. Huc refero v. 12, 13, 14. à quibus separo v. 15, 16, 17. ut dicetur. Subjungitur autem piorum con-

[x] G. [y] Par. [z] Pi. sim. Camer. [a] Pi. [b] G. [c] Cot. [d] Dur. [*] Par. [f] Cot. sic Clu. Dur. [g] Dur. [h] Par. [i] Dur. [k] Per. sic Dur. [l] Cot. sic Dur. [m] Dur. [n] G. [o] Me. [p] Cot. [q] G. [r] Be. sim. Pi. † Pi. [t] G. [v] Pi. [x] Dur. [y] Par. [z] Cot. [a] Q. in Clu. [b] Dur. sim. Clu. ex Cyp. [c] Dur. [d] Rib. Per. Par. [*] Q. in Rib. [f] Per. [g] Per. sim. Rib. ex Aug. Amb. Bed. Primas. [h] Per. [i] Rib. sim. Grav. [k] Per. [l] Grav.

[m] G. [n] Rib. [o] Clu. [p] Pi. Clu. [q] For. [r] G. † Grav. [t] Par. Grav. Dur. Rib. [v] Gag. E. Me. [x] Rib. Gag. Me. E. Dur. [y] Grav. [z] Med. 554. [a] Cot. [b] Par. [c] Rib. E. G. Par. [d] G. Par. [*] Rib. [f] E. [g] G. [h] Zeg. Me. Ri. [i] Clu. sic Rib. [k] Clu. [l] G. [m] G. sic [n] Be. Rib. E. Me. Pi. [o] Clu. [p] G. [q] Grav. [r] Med. 554. † Rib. [t] Clu. Grav. [v] Lightfoot Chron. 150. Amb. in Rib. [x] G. [y] Rib. Per. &c. [z] Per. [a] La. sic Cot. Rib. [b] La. [c] Cot. [d] For.

consolatio cap. 7. v. 1. ad 8 [*]. Vel, 4. ultimam Ecclesiæ sub Antichristo persecutionem, & novissimam hominum tribulationem proximè futuram ante secundum Christi adventum & finem Mundi. Id probat, tum consilium Dei in hac Visione, quod erat præmonstrare tribulationes Ecclesiæ usque ad finem Mundi, tum collat. Mat. 24. & Luc. 21 [f]. Vel, 5. Mirificam illam rei Romanæ Ethnicæ mutationem & subversionem per Constantinum M [g]. ejusque successores Agni signiferos [h], quâ puta omnes Gentilium dii cœlo suo excussi, Pontifices & Sacerdotes exaugurati, dejecti, reditibusque exuti; Templa Dæmonum direpta & demolita; Imperatores, Reges, Dynastæ, diis suis subvenientes, & bellum Christo indicentes, inauditis stragibus cæsi, fugati, & ad desperationem adacti [i]. Atque hoc Victoriæ Christi, cujus primo Sigillo jactum erat fundamentum, primum complementum est: cui, quâ Imperii ætate futurum esset designando, præsignatis temporis quod interea flueret discriminibus, quæ hactenus præcesserint Sigilla inserviere. Sigillum autem hoc init ubi quintum desinit [k], id est, ab anno Christi 311 [l], quo atrox illa Decem annorum persecutio quievit [m]. Hanc autem interpretationem multa confirmant, 1. Mos Prophetarum, qui hoc modo describere solent temporale quodvis & gravissimum judicium in hostes. 2. Quod Scriptura de Imperio Romano rebúsq; ejus loqui solet tanquam de toto orbe, ut Luc. 2. 1. Apoc. 3. 10. 3. Mutatio Religionis in Imperio exprimi solet per mutationem in Mundo, Cœlo, Terra, Sole, &c. id quod ter fit in hoc Libro in triplici Religionis mutatione, 1. à Paganismo ad Christianismum hoc loco; 2. à simplicitate Christianismi ad tenebras atque errores Antichristianismi; 3. in eversione Antichristi, cap. 16. Hoc tantùm interest, quòd mutationes illæ sub Tubis & Phialis gradatim fiant; hæc autem sub uno Sigillo, quia simul & semel universaliter facta est. 4. Quòd ei congruit eventus in omnibus circumstantiis. Ut enim persecutio Ecclesiæ præcedens erat longè gravissima, ità hæc illius liberatio erat insignis & gloriosa: gravissima & omnibus conspicua judicia persecutoribus illata sunt, & quidem per Christi servos, idque ad ipsorum convictionem: unde Diocletianus & Maximianus in summa dignitate sua, & in æstu persecutionis, præ horrore conscientiæ uno eodémque die fastigio Imperatorio sponte se abdicârunt, id quod nunquam antea factum, & postea perierunt. Maxentius in Tiberi submersus est, in quem decidit de ponte Mylvio, ubi insidias Constantino struxerat, &c. Maximinus Jovius morbo turpissimo atque odiosissimo percussus est, unde & Medicus illi diceret, & ipse tandem coactus esset profiteri, hoc se malum debere persecutionibus suis; quas proinde finiri jussit, & Ecclesias restitui, & preces pro se fieri, ut refert Euseb. 8. 18, 19. Maximinus, qui Christianis oculos eruere solebat, oculos suos ex morbo amisit, & confessus est, Deum Christianorum solum fuisse Deum. Licinius denique stultitiam suam agnovit, & iram suam effudit in Sacerdotes Idololatricos, qui ipsum à Deo Constantini averterant, &c. Tot insignes ultiones & illustres confessiones uno tempore in nulla historia reperiemus. Constantinus autem ubivis victor evasit ope Christi, cujus Crux ipsi adhuc hæsitanti & Romam pergenti apparuit cum his literis ei inscriptis, *In hoc vince*; quod ab ipso Constantino narratum, & juramento confirmatum, audivisse se dicit Euseb. De vita Const. 1. 22. Tunc leges in Christianos latæ abrogatæ sunt, Christianismus publicè constitutus, Templa Dæmonum diruta, Ecclesiæ ædificatæ, reditus Ministris statuti, soli Christiani ad munia admissi. Et uno verbo Mundus prorsus alius novúsque factus est. Mutatio hæc erat universalis, maxima, subita, & planè admiranda, ultimi quoque Judicii typus, &c [n]. [Aliis hæc sententia non placet:] Cædes enim & ruina quorundam Imperatorum, quamdiu in successoribus Imperio pristina gloria & potentia remanebant, non adeo inaudita res & stupenda erat in illo statu, ut sic exprimeretur: Christianismi enim erectio & simul Paganismi abrogatio ex omnium confessione nequit istis sermonibus obscurati Solis, lapsorum siderum, &c. significari [o]. Verùm sub Constantino mutatio facta est non solùm in Religione, sed etiam in statu Politico, in sede Imperii, in distributionibus Provinciarum atque Officiorum, &c [p]. Vel, 6. Admirandam illam totius Imperii Romano-Christiani mutationem post tempora Constantini M. diversis temporibus, aliquot seculis, introductam, Ecclesiæ Christi ejúsque membris, cumprimis Episcopis & Doctoribus, Regibus, Principibus & Dynastis, summè perniciosam [q]. Barbaræ gentes, Gothi, Vandali, Alani, Persæ, Hunni, &c. gloriam (fastuosi illius & cruenti [r]:) Imperii Romani conculcârunt, virésque planè contriverunt, multas eásque nobilissimas ejus Provincias diripuerunt atque occupârunt [†]; ipsam quoque Italiam invaserunt, & Romam ceperunt, & spoliârunt, & Odoacer Regem se Italiæ appellavit. Hinc multi etiam Principes & Dynastæ, in sylvis & speluncis refugium sæpe quærere coacti sunt. Tunc & terræ-motus ingens totum ferè terrarum orbem concussit, diluvium Niceam & multas insulas perdidit, grandines magnæ Constantinopoli homines multos humi straverunt & è medio sustulerunt. Quibus portentis absque dubio insignis illa Romani Imperii mutatio & concussio significata fuit [t]. Sed huic sententiæ obstat, 1. series temporis: hoc enim Sigillum persecutiones Imperii Ethnici immediatè sequitur; ideóque maximam illam Imperii mutationem, cùm Christianum fieret, hîc omitti verisimile non est; 2. quòd hoc judicium eminenter profluit ex *ira sedentis super Thronum*, i. e. Dei prout dominatur in Ecclesia, cap. 4. 5. & *Agni*, effusa in hostes ipsius, Illa autem Barbarorum inundatio Christianos maximè afflixit. 3. Quòd hæc mutatio & universalis & subita erat, utpote sub uno contenta Sigillo, &c [v]. ¶ *Terræmotus*, &c.] Hæc prodigia intelligenda sunt, vel, 1. verè, propriè, corporaliter & visibiliter [||]. Verba enim semper proprio sensu sumenda sunt, nisi fortè aliquid indè sequeretur absurdi, sive repugnans veritati, aut pietati, aut honestati, quod hîc locum non habet [x]. Vel, 2. mysticè, vel, metaphoricè & per hyperbolem [y]. Hujusmodi prodigiis designari solent horrendæ mutationes, sive bonæ, sive malæ, ut apparet ex Joel. 2. 28. collat. cum Act. 2. 17. & Hagg. 2. 7. collat. cum Heb. 12. 27 [z]. vel, magna Dei judicia [a], ac tristissimæ populorum clades [b]; quæ cùm sint Judicii universalis præjudicia, iisdem quoque phrasibus aptè figurantur, prout vice versâ bona cœlestia & spiritualia corporalium benedictionum imaginibus sæpe declarantur [c]. Sic Esa. 13. 10. &c. & 14. 12. & 24. 19, &c. & 34. 40. Ezec. 32. 7, 8 [d]. Pertinent hæc ad concussionem orbis Christiani sub Antichristo [*], vel, ad Ecclesiæ visibilis defectionem [f]: quod non placet [g]; 1. quia ista in septimo Sigillo, ac sex ejus Tubis, propriè explicatur [h]; 2. ista defectio tantum terrorem minimè incussisset Regibus & Magnatibus terræ, quippe qui ista non curant, &c [i]. Et licèt alibi in hac Prophetia *stellæ* pro Pastoribus, & earum *eclipsis* pro obscuratione lucis spiritualis, & *lapsus* pro Pastorum apostasiâ, accipiantur; hoc tamen loco, ubi de re illa non agitur, ubi etiam Spiritus Sanctus adeò evidenter interpretationem annectit, non debemus res ità distinctas confundere. Sensus loci est, Tantos motus, tam stupendas rerum conversiones, fore, ut status mundi quasi ruinam traxisse videatur; ut homines omnis sortis horribili desperatione & horrore percellantur, dum Reges & magnates, qui *Solem*, *lunam* & *sidera*, splendore provocabant, sedibus & dignitatibus suis dejecti sunt, omnisque ipsorum gloria & decus (comparata *cælo*) instar complicati voluminis evanescunt; qui tutissimè circumsepti, ut *insulæ*, aut firmissimè fundati, ut *montes*, videbantur, è suis locis exturbantur, & omnes acerrimo iræ Christi sensu, adspectúque ultionis divinæ horribili quasi sabuntur, &c [k]. [Sed jam descendendum ad singula membra:] *Terræmotum* penè omnes exponunt magnam hominum in terra degentium commotionem & tribulationem [l], vel, magnam mutationem rerum [m], & regnorum mundi [n], ut patet ex Hagg. 2. 6, 7, 21, 22. & Heb. 2. 27 [o]. Al. Designat hîc obsidionem Jerosolymæ [p]. Sed malim *terræmotum* propriè accipere [q]. Terræmotus erant & Romæ & in Asia [r]. Sed vox σεισμὸς, ut ex seq. palàm est, propriè est *Cœli terræque motus*, & rerum ruinam, & quasi sùsque déque mutationem notat [†]. ¶ *Et sol factus est niger* (i. e. obscurus & tenebrosus [s], interpositione nubium [v], aut lunæ [x]. Sol quartâ parte diametri defecit quinto anno Claudii, Dion 607.) *tanquam*

Marginal notes (left column): [*] Par. [f] Per. [g] Med. 554. sic Dur. [h] Med. ib. [i] Med. ib. sim. Dur. [k] Med. ib. [l] Med. sic Dur. [m] Med. ib. [n] Dur. [o] For.

Marginal notes (right column): [p] Med. 734 [q] Grav. [r] For. [†] Grav. sim. For. [t] Grav. [v] Dur. [||] Per. sim. Patres in Gag. [x] Per. [y] Q. in Per. [z] Par. [a] Par. Dur. [b] Clu. sim. For. Med. [c] Clu. [d] For. sim. Par. Clu. [*] Par. [f] Q. in For. [g] For. Dur. [h] For. [i] Dur. [k] For. [l] Gag. Per [m] Med. 555. [o] Med. Per. [p] Ham. [q] Rib. [r] Ham. [†] Med. 555. [s] Rib. Me. sim. D. Clu. [v] Me Rib. [x] Clu. [y] G.

quam saccus cilicinus (qui niger est[x], ex nigris[a], pilis aut villis aut setis contextus[b]: quales erant Propheta-rum vestes, 2 Reg. 1. 8. Zac. 10. 4. Hinc discimus, saccum atrum fuisse, nam atra luctui apta, aut contrà can-dida lætitiæ[c]. Σάκκοι τρίχινοι, sive Δέρρεις τρίχιναι, Exod. 26. 7. Zach. 13. 14. sunt cilicia[d] ex pilis hircorum*, aut caprarum[f].) *& luna—sicut sanguis*] i. e. Coloris sanguinei[g], qui mortem indicat & supplicia impiorum[h]. Ingens Lunæ defectio anno Claudii 7. *Sanguinem* in-tellige atrum, ut & Joel. 2. 31. Poetæ tales defectus *ferrugini* comparant[i]. Periphrasis [hæc est] deliquii Luminarium, in quo Sol ater apparere solet[k], Luna verò rubicunda[l]. Confer Esa. 13. 10. & 21. 21, 23. Matth. 24. 29[m]. Sensus est, q. d. Tantus erit homi-num pavor & dolor ut videantur ipsis Sol, Luna, & Astra commoveri & perturbari, & suo lumine ac vir-tute privari, quia non lucent illis ad solatium, &c[n]. Sed verè hæc futura puto in fine mundi, ut prædictum Mat. cap. 24[o]. Al. *Sol* & *Luna* hic notare possunt Statum Judæorum Civilem & Ecclesiasticum, Astra verò popu-lum, &c[p]. Al. *Sol* justitiæ, i. e. Christus, vilis, in-glorius & obscurus, apparebit[q], improbis scilicet[r], *ini-quo illo sese extollente supra omne Numen*, &c. 2 Thes. 2 †. & *Luna*, i. e. Ecclesia, ob interfectorum multitudinem *veluti sanguinolenta* conspicietur[t]. Al. Objectum hu-jus mutationis est Imperium Romanum; at non quà po-liticè à Cæsaribus gubernatum, sed quà Dæmonibus sub-ditum. Sed quid hæc de *Sole*, &c. ad Dæmonarchiam Romanam? Dicam. Prophetis omne Regnum & Cor-pus Imperii *Mundum* refert; ut partes quoque, *Cælum*, *Terra*, *Stellæ*, pro illa imagine sint. Constat id ex Esa. 51. 15. *Ego sum Dominus Deus tuus qui divisi mare—& posui verba mea in ore tuo*, (i.e. Legem meam tibi dedi:) *&—protexi te; ut plantarem cælos & fundarem terram*, (id est, Te regnum, ceu mundum politicum, constitue-rem:) *& dicerem Sioni, Populus meus es tu.* Hinc intel-liges illud *cælum novum & terram novam*, nempe, novum ejusdem rationis mundum. Pro hac igitur imagine, *Cælum* notabit quicquid in Regno, ceu Mundo politico, celsum est; *Terra*, quod infimum; *Stellæ* verò, eos qui in Celsitudine ista locum obtinent obeuntque. *Sol* ergò primam summámque, *Luna* proximam à prima, regni Majestatem indicat. Esto igitur *Sol* in regno Idolorum Romano *Draco ipse*, seu Satanas, de quo vide cap. 12. *Luna*, Pontificatus maximus Majestati Imperatoriæ an-nexus, seu mavis, Imperator Satanæ Pontifex cum toto Pontificum collegio, qui cum Imperatore unum corpus constituebant, & religionibus deorum, & summæ Reip. præerant. Hæc autem luminaria deliquium Majestatis suæ passa sunt cùm Imperatores Christiani fierent, & Pontificatus tandem abrogatus est, &c[v]. Achmetes Onirocrit. cap. 167. ex Indorum, Persarum, Ægyptio-rúmque monumentis, Sol *ad Regis personam interpre-tando refertur, & ad principis à Rege secundi personam* Luna; Venus *ad personam Augustæ; itidem alia maxima sidera ad viros Regis amplissimos.* Huc refero illud Gen. 37. ubi Jacobus, tanquam parabolarum Orientis minimè ignarus, *Solem* & *Lunam* de se & uxore, ceu Rege & Regina, *Stellas* de filiis, tanquam Familiæ pro-ceribus, interpretatur, v. 10. Quin & feciales nostri, Imperatorum & Regum insignibus enunciandis, *Solis*, *Lunæ*, reliquorúmque Planetarum, nomina adhibent. Sed redeamus ad Achmetem, qui sic pergit, *Si cui Sol visus fuerit nube tectus*, aut *luce carens*, aut *defecisse*, *Regi portendit calamitatem, morbos, ἀδοξίαν, bellum.* Idem cap. 168. *Si quis sidera disjecta caliginosáque videre visus fuerit, hoc ad Nobilium & opulentorum calamitatem, & ad Regis præsides, refertur* ‖.

13. *Et stellæ cœli ceciderunt*, &c.] id est, Cadent[x]; vel propriè[y]: vel, cœlo nubibus obscurato abscondan-tur Stellæ, & exhalationes ignitæ Stellis similes cadent. Sic Ovid. Metam. 2. *Fertur, ut interdum de cælo stella sereno, Etsi non cecidit potuit cecidisse videri*[z]. Et Virgil. Georg. 1. *Sæpe etiam stellas vento impellente videbis Præ-cipites cælo labi*, &c[a]. Et hoc, si frequens sit, inter pro-digia habetur. Lucanus inter præsagia belli civilis, *—cæloque volantes Obliquas per inane faces*[b]. *Stellæ* hic sunt, vel, corpus populi Judaici[c]: vel, sancti & justi[d]; vel, qui sanctitate dignitatéve cæteris videban-tur præeminere*: vel, Episcopi & Doctores, ut cap. 1. 20[f]. *Cadentes* hic dicuntur Apostatæ à fide[g]. Al. *Stellæ* hic sunt, tum dii sive Deastri, tum proceres Sacer-dotes, qui sedibus suis excussi sunt. Sic Scriptura S. Deos gentium passim vocat *Exercitum cœli*, & Sacerdo-tes ac primores Israel *stellæ* dicuntur Dan. 8. 10[h]. ¶ *Sicut ficus—grossos*, &c.] Comparatio desumpta ex Esa. 34. 4[i]. Ὀλύνθοι, *grossi*, ut in Glossario[k]. פגים Cant. 2. 13[l]. Sunt autem *grossi* ficus immaturæ[m], quales à vento vehementi (ut sequitur) concussæ decidunt; nam maturæ cadunt si tantùm leviter agitentur, Nah. 3. 12[n].

14. *Et*, &c. Καὶ—ἀποχωρίζον] Intellige ἀπ' ὄψεως, den-sis nimirum nebulis conspectum adimentibus[o]. *Et cæ-lum recessit*, sive *abscessit*, Er. Be. Pi. vel, *evanuit*, i. e. Stellæ cœli disparuere. Ellipsis est prioris Substantivi Hebraica, ut Deut. 20. 19. 2 Reg. 18. 31. &c. ità ut hoc de *cæli disparitione*, & illud de *stellarum casu*, mutuò se-se explicent, neque ab invicem sejungi, ut perperàm distinctum est, sed eodem commate includi, debuissent[p]. ¶ *Sicut*, &c. Ὡς βιβλίον εἱλισσόμενον] *Sicut liber qui volvitur*, Er. V. vel, *involvitur*, Sy. sic Mo. *convolvitur*, Er. P. Be. Pi. Ca. *circumvolvitur*, Il. Ti. V. cylindro[q], more Veterum[r], ut con-volvi solent literæ testamentariæ†; [ideóque] legi non po-test[t], sed literæ [quasi] evanescunt[v], & videri nequeunt[x]. Ità in cœlo ait fore ut nihil possit conspici[y]: stellæ, quæ quasi literæ sunt cœli, non apparebunt præ densitate nu-bium[z]. *Cælum* hic intelligi possit, vel, de volumine Scripturæ Sacræ, quod sub regno Antichristi recessit, latuit, abjectum fuit: vel, de vera Ecclesia, quæ tunc desiit non quidem esse, sed videri in mundo[a]. ¶ *Et omnis mons & insulæ*, &c.] Hyperbole. Vult dicere, Aliquos montes & insulas loco suo dejectas[b], nempe il-lo de quo dixerat terræmotu[c]. Vide Jer. 4. 24. Plini-us 2. 80. de Terræmotu, *Maritima autem maximè qua-tiuntur: nec montosa tali malo carent.* Idem exempla adfert emotorum montium 2. 83. & *sedisse in Asia mon-tes* ea de causa Tacitus memorat Annal. 2. Seneca de Terræmotu cap. 4. *desert montes*; & cap. 26. *Omnis o-ra maris obnoxia est motui:* quod exemplis ostendit. Om-nia maritima Hebræi *insulas* vocant, imò & omnibus adsita[d]. *Ante funestissimum illud bellum Sociale, duo montes inter se concurrerunt crepitu maximo assultantes recedentésque*, &c. *spectante è via Æmilia magnâ multi-tudine*, &c. ait Plin. 2. 73. Idem refert Julius Obse-quens De Prodigiis, c. 116*. In MS. pro ἐκινήθησαν est ἐκινήθησαν, Activum pro Passivo: sicut dicimus, *Terra movet*, *Vertit annus*[f]. Significat, homines officiis sta-tuve diversos à persecutionis atrocitate commovendos[g]. Per *Montes* hic intelligo Imperatores & Reges, per *In-sulas*, quæ in aquis sunt, populos Regibus subditos: nam *aquæ* sunt populi, cap. 17. 15[h]. Possent fortasse *Montes* & *Insulæ* de celsioris & humilioris conditionis hominibus accipi, nisi nomen *Insulæ* minùs congrueret. Meliùs ergò utrumque celsioris conditionis homines de-signaret, quòd utrumque emineat, *Montes* in terra, *In-sulæ* in mari. Sed malim utrumque accipi de Templis & Delubris Idolorum in Imperio Rom. disturbandis. Illa nimirum in editioribus locis exstruebantur, unde passim *Excelsorum* nomen, imò *Collium & montium*, Jer. 3. 23. de Sacellis idolorum. Hæc porrò Templa sunt instar *Insularum*, quippe quæ circuitu cincta communi-bus cum vicinis parietibus non utebantur[i].

15. *Et reges terræ*] Agrippæ filii & filiæ, qui sic βασιλεῖς dicuntur, sicut Regum filiæ ἄνασσαι in Tragædiis ob ortûs dignitatem; & Præsides, quos Hebræi Reges vocant. Vide Act. 4. 26[k]. Qui maximam apud Ju-dæos authoritatem habebant[l]. Al. Imperatores, Max-imianus, Galerius, Maxentius, &c. qui religionem avitam tueri, & rem Deorum collapsam restituere, vi manúque conabantur[m]. Al. Extendi hoc debet ad omnes Ecclesiæ hostes ab initio mundi, &c[n]. ¶ *Et principes*, &c. Καὶ οἱ μεγιστᾶνες, &c.] אדירים Jer. 14. 3. Dan. 3. 24. Nah. 2. 5. Zach. 11. 2. Utuntur *Megista-num* voce Sueton. Tacit. Seneca, & Marcus noster, cap. 6. 21[o]. *Et optimates*, (vel, *proceres*, Pi. Socii infideli-tatis & idololatriæ Imperatorum[p]:) *& divites, & tri-buni*, (vel, *chiliarchi*, Me. *Duces millium*, Exod. 18. 21. & alibi[q]:) *& potentes*, Be. Pi. Milites, Jud. 5. 22. Jer. 49. 22. Lam. 1. 15. ¶ *Et omnis servus & li-*

Marginal notes (left): x Me. a Rib. Me. b D. Rib. Me. c D. d G. * G. D. f D. g Pi. sim. D. Med. h Rib. i Rib. k G. l Med. 555. m Med. ib. sim. Me. n Med. ib. o Q. in Per. p Per. sim. Rib. q Ham. r Zeg. sim. Camer. s Camer. † Zeg. t Zeg. sim. Camer. v Med. 556. ‖ Med. 561. x Gag. y Mald. in Me. z Rib. a D. b G. c Ham. d Gag.

Marginal notes (right): * Zeg. f Par. g Par. sim. Gag. h Med. 557. i G. sic Med. k G. l G. D. m G. D. n Er. Zeg. o D. p G. p Med. 557. q Me. Pi. r Med. Me. † Pi. t G. Me. v Med. x T. y G. sim. Rib. z Rib. a Par. b G. c G. sim. Rib. T. Me. Med. d G. * Rib. f G. g Zeg. h Par. i Med. 557. k G. l Ham. m Med. 558. Dur. n Par. o G. p Med. ib. q G.

& liber] Omnia hominum genera, summi, medii, infimi, nullo discrimine, tantis portentis perterrebuntur [r]. Omnes impii; sed illi maximè qui Regibus auxiliabantur in persecutione sanctorum †. ¶ *Absconderunt se in speluncis & petris montium*] Quia ea in Terræmotu tutissima putantur. Senecæ, *Quam latebram prospicimus, quod auxilium, —si hoc quod nos tuetur ac sustinet, —quod fundamentum quidam orbis esse dixerunt, discedit ac titubat?* Vide Esa. 2. 19 [t]. Exactè hoc impletum in Judæis qui Urbe captâ absconderunt se in cavernis & muris Templi, unde plurimi ex eis protracti sunt, &c. Ut autem Templum sæpe dicitur *mons Domini*, ità illius muri sunt montis petræ, &c [v]. Facient, id ipsum quod pios sæpe coegerant facere, qui se metu tyrannorum abdiderant, &c [x]. Fœda imago hîc est quâ fugientium & latitantium, quâ præ rerum suarum desperatione vitæ pertæsorum: qualis Esa. 2. 18. Hos. 10. 8. Luc. 23. 30 [y].

16. *Et dicunt*, &c.] Prosopopœia desumpta ex Ose. 10. 8. Vide Luc. 23. 30 [z]. Et *Cadite super nos* nihil hîc aliud est quàm *Obumbrate nos*, sicut *cadunt umbræ* dixit Virgilius [a]: vel, q. d. proterite nos & in nihilum redigite. Vox extremè trepidantium & desperantium [b]. ¶ *A facie sedentis*, &c.] i. e. Dei, & Christi venientis ad judicium [c]. Hîc quoque Judæorum verbis sua verba permiscet Johannes, ut suprà 2. 24. Nam illi voluerunt tegi adversùs mala tot prodigiis significata: At Johannes ostendit illa mala venire ex ira Dei & Christi [d]. Al. Hinc liquet, cladem hanc ad Reges Christianos nequaquam accommodandam esse, sed ad alienos à Christo [*].

17. *Venit dies*, &c. Ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη, &c.] *Dies ille magnus iræ* (i. e. quo iram demonstrabit in hostes [f], dies judicii [g], dies ultionis & afflictionis [h]:) *illius*, (nempe Agni [i], i. e. tempora luctuosissima, Lam. 1. 12. Rom. 9. 22. & 13. 4. 1 Thess. 1. 10 [k]. Al. Dies extremi judicii [l], qui ubique *dies magnus Jehovæ* vocatur, ut Jer. 30. 7. Joel. 2. 11, 13. Soph. 1. 14. Mal. 4. 5 [m]. Verùm de judiciis Dei particularibus sæpe dicitur *dies Domini* & *dies iræ Domini*, ut Esa. 13. 13. Jer. 56. 10. & *dies magna*, idque, ut hîc, cum articulo geminato, ut Zeph. 1. 14, 15. היום ההוא. Nec quicquam hîc est quod non magnis calamitatibus & cladibus jamdudum adhibitum fuerit à Prophetis, & hæ cladium imagines Orienti usitatæ sunt, ut nostris quoque Poetis sua sunt schemata, suæ picturæ [n]. [Vide dicta suprà ad v. 12.]) *& quis poterit stare?* Be. Pi. i. e. consistere atque evadere [o]? vel, superesse tot & tantis malis? Id enim est *stare*, Esd. 9. 15. Luc. 21. 36. Vide & Latinam versionem Psal. 18. 38. & 36. 12 [p]. Verba sunt hominum Christi, quem ad hoc usque tempus præ Diis suis contempserant, potentiam agnoscentium, irritúmque deinceps fore omnem Christianis obsistendi conatum reipsâ sentientium. Et reipsâ quidem sensere omnes: Galerius verò, Maximinus, Licinius, etiam apertâ confessione gloriam vel inviti Deo tribuerunt, teste Eusebio, Hist. 8. 27. & 9. 8, 10. & de vita Constantini, 1. 50, 51, 52. & 2. 4, 5, 18 [q]. [ubi dicta vide, vel quæ hîc Cl. Medus ex eo decerpsit.]

Margin: [r] Idem. † Rib. [t] G. [v] Ham. [x] Par. [y] Med. ib. [z] G. sim. Rib. [a] G. [b] Par. [c] Me. [d] G. [*] Med. 558. [f] Pi. [g] Me. [h] Me. [i] Pi. Med. [k] G. [l] Par. Pi. [m] Q. in Med. Par. [n] Med. 685. [o] Pi. [p] G. [q] Med. 558.

CAP. VII.

1. *Post hæc*] MS. habet μετὰ τοῦτο, i. e. Statim post id quod ultimò narratum est [a]. Absoluto *Sigillo sexto*, ad *septimum* pergendum foret. Sed Spiritus S. certo consilio gradum paulisper sustinet, donec Cœtûs cujusdam ei contemporantis statum ob oculos poneret, sub plagis ejus cùm incolumis futuri, tum etiam superaturi [b]. Pertinent hæc ad Sigillum sextum, (ut probat collat. cap. 8. 1.) quod & mala malis, & bona bonis, eventura præsignificabat; de malis agitur cap. præced. de bonis hoc cap [c]. Generalis & maxima impiorum tribulatio in Sigillo 6. præsignata, nè putaretur Sanctis & Electis nocitura esse [d]; eos docet à Deo exceptos fuisse [*], & mirabiliter conservatos, & maximum eorum tunc ex Judæis & Gentibus futurum esse proventum [f]. Viderat Johannes horrenda prodigia, & violentas convulsiones omnium statuum Christiani orbis sub Antichristo. Hoc capite edocetur de piorum sub illis statu & lucta, & signatione in frontibus [g]. Sex Sigilla aperta particulares primorum dolorum typos exhibuerunt: septimum tantam mali molem producet, quæ piorum animos horrore obruere posset. Præbetur ergò hoc cap. synopticus & prophylacticus quidam reliquæ hujus Prophetiæ aspectus in generali typo exorientis mali, solicitudinis Christi de conservanda sibi Ecclesia sub eo malo; & victoriæ Ecclesiæ de hoc malo reportatæ, indéque felicis ejus conditionis: atque ità, & præmuniuntur ac corroborantur animi fidelium, &; quia hæc proponuntur ante apertionem *Sigilli septimi*, (cujus isti sunt eventus proprii,) non obscurè innuitur, hoc secundum malum, etiam primorum dolorum tempore, magnos habuisse progressus [h]. Quæ hoc cap. narrantur referuntur ad consolationem & lætitiam Ecclesiæ post persecutionem atrocissimam, &c [i]. Al. Hæc Visio initium habet in notabili aliquâ cohibitione Gothorum aliarúmque gentium barbararum, quæ magnas in Ecclesia strages fecerunt, sed non potuerunt terram & arbores tollere; sed partim retroacti & dissipati sunt, partim colla submiserunt, partim prohibuerunt, nè Antichristus extenderet regnum suum per totum mundum [k]. Al. Ecclesia jam pacem & prosperitatem nacta, nec tamen eam bene usa, succedunt alia mala graviora, hæreses, & inprimis defectio Antichristi, de quibus illa per Tubas admonetur. Cùm autem hæc calamitas plura abreptura erat Ecclesiæ membra quàm aperta persecutio fecit, præmittit hîc Deus futurum Ecclesiæ statum respectu habito ad duas sequentes Prophetias [l]; & pios solatur, ostendendo curam suam de Ecclesia, cui & conservationem dabit & victoriam, & docendo Electos in tuto esse, & ab hoc periculo immunes fore. Hæc porrò, si ordinem revelandi spectes, ad *Sigillum* sextum pertinent, septimo nondum aperto; si verò scopum & materiam respicias, ad sequentes Prophetias pertinent, per modum apparatûs, & ut transitus ab una Prophetia ad alteram magis conspicuus foret. Quòd autem ad seq. non ad præced. referenda sunt, apparet, 1. quòd *Sigilla* judicia temporalia exhibent, Tubæ verò spiritualia: Electi autem his, non autem illis, judiciis eximuntur. 2. ex collat. cap. 9. 4. ubi væ illi primo, quod Tuba quinta invexit, eximuntur qui signati sunt, &c. 3. ex collat. cap. 13. 8. & 14. 1, 4. ubi effectus hujus obsignationis ostenditur, nempe quòd Electi puri conserventur à cultu Bestiæ [m]. Bis autem ponitur *Signatorum* Visio: primò hîc ineuntibus Tubis, in Prophetia prima; iterum, ceu Bestiæ rerum potiuntis Ἀντίστοιχον, in Prophetia secunda, cap. 14. Duplici etiam respectu: hîc quâ *conservandorum* sub Tubarum ruinis; illic quâ *collaudandorum* ob fidem Deo & Agno servatam, cùm cæteri Orbis Incolæ desertores essent. Ex quo liquet, Vaticinium Bestiæ Tubarum rebus contemporare [n]. Al. Post generalem descriptionem vindictæ Dei in Judæos, succedit hîc particularis ejusdem executio: in qua primò, inquit Johannes, se mihi obtulit Visio de cura Christi in fidelibus communi Judæorum exitio eruendis [o]. ¶ *Vidi quatuor Angelos*] Vel, 1. malos [p]: quos frustrà negant absolutè *angelos* vocari, ut patet ex Rom. 8. 38. 1 Cor. 4. 9. & 6. 3. 2 Pet. 2. 11. Apoc. 9. 14 [q]. Imò verò dæmones nunquam *angeli* dicuntur, quin aliquid mox addatur unde mali esse intelligantur, ut liquet ex Mat. 25. 41. & 1 Cor. 6. 3. ubi *judicandi* ab hominibus dicuntur [r]. Puto hîc designari quatuor reliquorum dæmonum principes, qui terrarum orbem inter se partiti sunt, ut singuli suas partes perturbent affligántque †. Vel, 2. bonos [t]; ut apparet ex v. 3. ubi dicunt *Dei nostri* [v], nam & boni Angeli pœnas sæpe de hominibus sumunt [x], iisque corporaliter nocent [y], ut constat ex Gen. 19. 2 Reg. 19. &c [z]. Sed nusquam Deo vel sanctis Angelis, tribuitur τὸ ἀδικῆσαι τὴν γῆν [a]. [Sed ἀδικῆσαι, ut antè notatum, interdum valet tantùm *nocere*; maximè cùm de *terra* agitur, cui injuria propriè dicta fieri nequit.] Hi quatuor Archangeli sunt, qui præficiuntur quatuor mundi cardinibus, ut mundum ab interitu servent, quoad Sancti extra telorum jactum constituti sunt [b]. Non iidem hi erant cum Tubarum Angelis, sed tamen ad illorum sonitum Ventos laxant, &c [c]. ¶ *Stantes* (Quasi ad opus parati [d]:) *super quatuor angulos* (i. e. *extrema*, quæ *plagas* & *cardines* vocamus [*]: γωνία כנפות: ità Hebræis dicuntur extima quæque [f]: q. d. à quatuor partibus [g].) *terræ*] i. e. Vel, 1. Judææ [h], quæ sæpe in Prophetis & in N. T. & constanter ferè in hoc libro,

Margin: [a] G. [b] Med. 561. [c] Per. [d] Per. sim. Rib. [*] Rib. [f] Per. sim. Rib. [g] Par. [h] For. [i] Per. ex And. Bed. & Carthus. [k] Coc. [l] Dur. p. 783. [m] Dur. [n] Med. 562. [o] Ham. [p] Pi. sid. Zeg. Clu. Grav. Par. Per. [q] Clu. [r] Rib. † Clu. [t] Rib. Per. Dur. [v] Dur. [x] Rib. ex Aug sic. Per. Dur. [y] Per. Rib. [z] Clu. [b] For. [c] Med. [d] Rib. sim. Dur. [*] Be. [f] G. [g] Gag. [h] G. Ham. ad v. 3.

ἡ γῆ vocatur [i]. Solent ut totus terrarum orbis, ità ejus partes, in quatuor portiones distribui [k]. Vel, 2. orbis [l]; Orientem, Occidentem, &c [m]. Ostendit hoc, malum omnia pervasurum, ut patet in quinta Tuba, & ex fine cap. 13 [n]. Docet quoque, judicium hoc imminere & in procinctu esse, ut undique irrumpat [o]. Hi Angeli potestatem, sed limitatam, acceperant & retinendi calamitates & immittendi, ut apparet infrà v. 2 [p]. ¶ *Tenentes* (i. e. tenere tentantes & volentes, ut indicant verba seq. *Nolite nocere terræ*, &c. Sæpe enim in Scriptura id fieri dicitur quod tentatur & intenditur [q].) *quatuor ventos terræ* (i. e. Qui ventis præerant, ut eos ad nutum Dei vel coercerent, vel, modò ex hac, modò ex illa, mundi parte laxarent [r]. Quatuor ventos principales hîc intelligit, nempe Subsolanum, Zephyrum, Austrum & Aquilonem, in quibus & cœteri, qui intermedii sunt, intelliguntur †.) *nè flarent* (nempe ad tempus, donec Electis cautum esset [t]:) *super terram*, (sedem hominum [v], ut vastitas agris inferretur [x], vel, in provinciis diversis [y]:) *neque super mare*, (*Mare* in hoc libro magnum Populum significat, qualis imprimis erat Hierosolymitanus. Vide suprà 4. 6. *Regnum* interpretatur Achmes [z]; vel, *mare* insulas notat [a].) *neque in ullam arborem*] *Arborum* nomine significantur quæ ex arboribus fiunt, ut urbes; sed maximè Templum, quod & *Libanus* dicitur apud Prophetas ideo quòd ex Libani arboribus constaret. Vide quæ diximus ad Jer. 21. 14. & 22. 7, 23. & 46. 23. Zach. 11. 1. Pertinent hæc ad tempus Regis Agrippæ, sub quo alta Judææ pax fuit, Josephus 2. 17 [b]. *Terram*, *mare*, & *arbores* nominat *ventorum* imagini congruenter, utpote quibus *venti* damnum inferre soleant; *terræ*, ædificiorum ruinis; *mari*, naufragiis; *arboribus*, strage & laceratione multifariâ [c]. Hæc autem typica sunt [d], ut constat ex cap. 9. 4. ubi hæ *arbores signatæ* dicuntur in frontibus. Phrasiologia etiam sumpta ex bellantium praxi qui destruere solent & *campos* in quibus, & *succum* per quem, & res ipsas, quæ in campis per succum, nascebantur, ut 2 Reg. 3. 19 [*]. Allegoricè hîc intelligit non singulos fideles, sed totas Ecclesias particulares, quia signati sunt in *terra*, *mari*, *arbore*, h. e. Ecclesiis quæ læduntur, salvis manentibus signatis. Ecclesiæ autem in provinciis mediterraneis notantur per *terram*, in provinciis maritimis & insularibus per *mare*, in provinciis sylvosis & montosis per *arborem* [f]. Al. *Terra* est locus Ecclesiæ visibilis, in qua sunt arbores bonæ & malæ; & quatenus hîc affligitur istâ clade, solos denotat terrenos, qui sunt in Ecclesia, non ex ea: nam obsignati licèt in terra sint, non tamen ex terra, sed cives sunt cœli. *Mare* est communis cultus, cujus societate homines conjunguntur, purus vel impurus. *Arbores* sunt homines Christiani boni aut mali, Ezec. 17. 24. Mat. 3. 10. & 7. 17. Hoc igitur malum totam communiter Ecclesiam visibilem, & in ea doctrinam, cultum, professionémque erat pervasurum [g]. *Terra*, *mare*, *arbores* simul memorantur, tanquam objecta hujus cladis, per allusionem ad tria pietatem profitentium genera, in quos error prævalet. *Terra* notat terrenos, quibus lucrum est pro religione, qui proinde in errorem facilè inducuntur, Phil. 3. 19. 1 Tim. 6. 10. 2 Pet. 2. 15. *Mare* notat leves & instabiles instar aquæ, 2 Pet. 2. 17. Jud. v. 13. *Arbores* designant eos qui & suâ & aliorum opinione aliis sunt celsiores scientiâ, eloquentiâ, &c [h]. *Tenere* autem *ventos nè flarent*, &c. nihil aliud est quàm velle perdere omnia in terra & in mari, quæ ut vento foventur & conservantur, ità eo subtracto suffocantur [i]: de quo vide Senec. Nat. Quæst. 5. 18 [k]. Venti procellosi nocent, temperatè autem & leniter spirantes, suaves, terræ fœcunditatis, mari & aeri purificationis, advehunt influentias: hinc in Scriptura denotant influxum χαρισμάτων spiritualium, Cant. 4. 16. Ezec. 37. 9. Joh. 3. 8. Act. 2. 2. Coercitio igitur ventorum vitæ spiritualis & gratiæ inhibitionem significat [l]. Per *ventos* intelligit, vel, 1. malos Angelos, vindictæ administros, quos boni Angeli cohibent, &c [m]. vel, 2. vim ὁλοθρευτικὴν, cujus actum sustinent Angeli, &c [n]. vel, 3. qualemcunque calamitatem, ut Occidionem, Morbos, Pauperiem [o], Bellorum & Calamitatum procellas [p]. Vide Jer. 18. 17. & 49. 36. & 51. 1. Dan. 7. 2, 3 [q]. ubi dicta vide. Vide &

[i] Ham. ib. [k] G. [l] Gag. [m] Me. sim. Gag. Rib. [n] For. [o] Dur. [p] G. [q] Rib. [r] Med. † Rib. [t] Dur. [v] Cot. [x] G. [y] Q. in Zeg. [z] G. [a] Q. in Zeg. [b] G. [c] Med. sim. Dur. [d] For. sim. Par. Dur. [*] For. [f] Par. [g] For. [h] Dur. [i] Rib. sim. Per. [k] Per. [l] For. [m] Nap. [n] Cot. [o] G. [p] Med. 562. [q] G. Med.

Achmetem [r]. Hos ventos coercebant Angeli nè furerent, &c †. Vel, 4. Doctores sive prædicatores Evangelii [t], qui ministri sunt Spiritûs Sancti [v], qui vento comparatur Joh. 3. 8 [x]: ob vehementiam & penetrantem efficaciam [y]; qui cum flatu venit de cœlo, Act. 2. 2. & eum afflatu datus est, Joh. 20. 22. Confer Zach. 6. ubi *quatuor venti cœli* dicuntur *stare coram Domino*, v. 5. & *requiem parare Spiritui Domini*, v. 8 [z]. Hi porrò venti *flant*, &c. i. e. ubivis sonant Evangelium [a], & per illos Christus spirat vitam, vegetationem, & refectionem, spiritualem [b]. Hos *tenere nè flent* est (ut omnes Interpretes consentiunt) impedire nè doceant [c]; vel, salutares illos effectus prædicationis verbi remorari, id quod faciunt dæmones, vel, interdicta sacri officii per Principes sibi addictos procudendo: vel, per hæreticos dogmata Ecclesiastica corrumpendo Scripturásque detorquendo: vel, mentes aurésque hominum obsidendo, &c [d]. Vel, 5. vim & operationem Spiritûs Sancti salutiferam per ministerium Verbi & Sacramentorum, quâ cessante, salutaris ejus [ministerii] fructus impeditur. Quòd Angeli isti prohibent *nè flaret*, &c. significat, Spiritus istos malignos per sua organa, hæreses videl. totum Evangelii cursum impedire, & Ecclesiam ex orbe terrarum extirpare conari [*]. Vel, 6. judicia spiritualia, ut hæreses, schismata, contentiones, &c. quæ, ventorum instar, vim habent & impetum in homines instabiles, Eph. 4. 14. Judæ v. 12. Sensus est, q. d. Post liberationem Ecclesiæ à persecutione, vidi novam succedere tempestatem hæresium, schismatum, &c. quâ multi abriperentur; quam tamen Deus coercuit, &c. Hunc sensum suadet, 1. scopus, qui est electos conservare ab his malis, qui tamen non temporalibus malis eximuntur, sed spiritualibus, Matth. 24. 24. 2. quòd hæc Electorum conservatio respiciat mala Antichristi, & pollutiones spirituales, ut patet ex collat. 13. 8. & 14. 1, 4 [f].

2. *Vidi alterum*, &c. Ἄλλον, &c.] *Alium Angelum*, Be. Pi. nempe bonum, nam illi v. 1. mali erant [g]. Is erat, vel, 1. Helias, qui *ab ortu ascendit*, quia à Deo & sole justitiæ Christo mittendus, Mal. 4 [h]. vel, 2. Constantinus M [i]. qui ex ordinatione solis justitiæ Imperator factus tyrannos vicit, & pacem Ecclesiæ dedit [k]. Vel, 3. Angelus major sive primarius [l], unus ex septem illis, de quibus sæpe dictum [m]. Vel, 4. Christus ipse [n], *Angelus fœderis*, Mal. 3. 1, 2 [o]. qui simpliciter *Angelus* dicitur, ut Exod. 23. 20. collat. cum 1 Cor. 10. 4, 9. Act. 7. 30, 31. Apoc. 8. 3 [p]. qui & *Michael*, cap. 12 [q]. Hoc perspicuum est ex ipsius notis, & actione, ut videbimus [r]. Hujus est custodire electos nè pereant, Joh. 10. 28 †. Hic solus Sigilli Dei custos & administrator esse valet [t]: hic solus & *obsignatus est à Patre*, Joh. 6. 27. & alios obsignat, dans vitam cui vult, Joh. 5. 21 [v]. hic solus novit servos Dei accuratè, probans eorum corda & renes: in eo solo obsignamur Spiritu, &c. 2 Cor. 1. 22. Eph. 1. 13, 14 [x]. Sed huic sententiæ obstat, 1. munus signandi, quod summæ Christi majestati videtur indignum. 2. illud, *signemus*, quod ostendit, socios ei datos in hoc ministerio signandi. 3. illud, *Dei nostri*: Christus enim dixisset, *Dei mei*, ut Joh. 20. 17 [y]. 4. quòd Christus est agnus aperiens Sigillum ‖. Resp. Eundem diversas personas diversâ ratione repræsentare in hac Dramatica revelatione, nihil esse insolens, cap. 5. 2. ostendimus. Porrò signator ille Ezec. 9. omnium consensu fuit Christus †. [Non ergò hoc Christo indignum.] Sive Christus fuit, sive angelus ejus, in idem recidit [z]. ¶ *Ascendentem* (Cur non *descendentem* potiùs de cœlo ad 4 angelos qui erant super 4 angulos terræ [a]? Resp. Dicitur *ascendisse*, vel, 1. quia cum sole quasi oriebatur, & in horizontem, in quo erat Johannes, ascendere videbatur [b]. Vel, 2. quia in terra erat cum hominibus, quorum curam gerebat; & in altum tollitur, ut tam à 4 Angelis, quàm ab hominibus, videatur & audiatur. Quod nihil aliud esse videtur, quàm tunc omnibus electis notum futurum Dei providentiâ servari se, nè pereant cum reliquis qui damnandi sunt [c].) *ab ortu solis*) Indè ascendit, quia lucem & prosperitatem hominibus nunciat & affert [d]; illucescit omnibus Tit. 2. 11. sedentibus in caligine, &c. Luc. 1. 78. &, ut sol oriens, omnia vivificat & exhilarat, 2 Sam. 23. 4.

[r] G. † Med. [t] Par. Clu. [v] Par. [x] Par. Clu. [y] Par. [z] Clu. [a] Par. [b] Clu. [c] Par. [d] Clu. [*] Grav. [f] Dur. [g] Pi ad v. 1. [h] Gag. [i] Aureol. & L. in Be. Bri. [k] L. in Clu. [l] Per. G. [m] Rib. [n] Zeg. Par. For. Clu. Dur. Grav. Amb. Primas. Eed. &c. in Per. [o] Clu. sic For. Dur. [p] Clu. [q] Dur. [r] For. † Dur. [t] Cor. sim. Dur. For. [v] For. [x] Clu. [y] Per. ‖ Q. † Par. [z] Par. [a] Rib. [b] Me. [c] Rib. [d] Rib. sim. Me.

23. 4. Esa. 60. 1, 2 *. siquidem per ejus adventum servantur in vitam æternam, ad quam tunc certissimè vocantur, atque signantur f. Al. *Ab ortu*, i. e. à Christo, qui vocatur ἀνατολὴ Luc. 1. 78. Ideo Christiani ad Orientem orabant g. Qui baptizabantur stabant ad Orientem conversi, atque indè Sigillum Dei accipiebant h. Al. *Ab ortu*, &c. i. e. à prima proficiscens totius luminis Origine i. Symbolum hoc rei lætæ, nempe protectionis electorum k. Quòd *ascendit* Christus, id denotat adventum ejus in Templum suum. Venit autem *ab Oriente* l, vel, 1. quia à Judæa & Jerosl. illucescit terrarum orbi, Psal. 50. 2. Esa. 41. 25 m. vel, 2. ut noster Phosphorus & Sol justitiæ, à quo est lux omnis & vita & consolatio n. Vel, 3. ut declaretur esse Princeps o, & Rex Ecclesiæ p; quippe qui solus intrabat Templum & exibat per portam Orientalem, Ezec. 44. 2, 3 q. unde etiam manabant aquæ, &c. Nec populo Templum intrare licuit sine Principe, &c. Quæ omnia significant, nullum lumen in Templum inferri, nullam de Templo doctrinam manare, debere nisi solius Principis. In illis autem postremis Ezec. cap. magnificus Ecclesiæ status typis legalibus delineatur r. ¶ *Habentem signum*, &c. Σφραγῖδα, &c.] *Sigillum*, sive *Signaculum*, (Quo signa imprimuntur †: Symbolum electionis s:) *Dei vivi*, Be. Pi. Zeg. &c. i. e. cui insculptum nomen Dei: vide infrà 14. 1 v. Deus hîc *vivus* dicitur, tum, ut ostendatur ejus potestas; tum, quia plurimis tunc vitam donabit gratiæ x. Dicitur *habere sigillum*, &c. i. e. mandata à Rege adferre, ut solent summi Regum ministri: σφραγὶς [enim] per Synecdochen constitutionem Regiam notat, quia tales constitutiones obsignari solent y. Ostendit, ipsum immediatè & proximè sub Deo habere potestatem eximendi homines à calamitatibus. Respondet hoc clavibus domûs David, quæ ipsi commissæ sunt z. Inviolabilem designat Christianæ fidei autoritatem, quâ suos Christus præmunit adversùs omnes nocentes Angelos a. Notat potestatem quam Christus habet diligendi Electos ipsósque suscitandi gloriosos in vitam æternam. Nam gloria illa vivifica distinguet Impios à Piis, uti Sigillum impressum res discernit b. Al. Sigillum hoc est, tum, internum, nempe spiritus adoptionis, quem Christus & habet, Gal. 4. 6. 1 Pet. 1. 11. & nobis tribuit, Act. 2. 33. qui solis fidelibus Christi servis datur, Rom. 8. 9, 14, 15. 2 Cor. 1. 22. 1 Joh. 4. 13. tum, externum, i. e. professio nominis Dei, & sigillum justitiæ fidei, &c c. Sigillum hoc explicatur 2 Tim. 2. 19 d. *Habet* hoc *sigillum*, tum, essentialiter *, quia est *imago invisibilis Dei*, &c. Heb. 1. 3 f. *habens vitam in seipso*, &c. Joh. 5. 26. tum, ut alios obsignet spiritu promissionis, Eph. 1. 13. & sanctificationis, 2 Tim. 2. 19 g. Signat autem electos, tum, quia in ipso electi sunt, Eph. 1. 3. tum, quia eos donat fide, justificat, regenerat, sanctificat, arrhabone Spiritûs obsignat. Hæc autem non Angeli creati, sed Dei, sunt propria. Angelus ergò hîc est Christus Mediator h. ¶ *Clamavit voce magnâ*] Ostendit hoc, 1. ipsius authoritatem i, & imperium efficax k: 2. ejus solicitudinem l, & zelum amoris pro populo suo m; vel, magnum affectum salutis hominum, & ut quòd clamabat notum fieret electis, Deo intùs inspirante n. 3. Magnitudinem periculi o, sive cladis p, quam præveniri voluit q. ¶ *Angelis*] Iisdem quatuor qui antè indicati r. ¶ *Quibus datum est* (Ventos nempe laxando quos retinuerant †:) *nocere* (nempe cum injuria, ut ἀδικεῖν passim usurpatur r. Al. Vox ἀδικεῖν impropriè sumitur, de quo vide suprà 2. 11. & 6. 6 v.) *terræ & mari*] Hîc arbores sub *terra* veniunt, quia hâc læsâ & illæ læduntur x. Solet Deus etiam ad puniendos impios Angelorum operâ uti, Gen. 19. 21. 2 Sam. 24. 16. 2 Reg. 19. 35 y.

3. *Nolite* (Loquitur cum imperio & quidem peremptorio z.) *nocere terræ*, &c.] i. e. Nè inducatis morbos & pestem ventos tenendo a. Neque vastitatem terris, neque occidionem populis, neque urbibus aut Templo incendium, inferte b. Nè lædite homines uspiam locorum degentes c. ¶ *Quoadusque signemus* (nempe sigillo illo Dei, cujus modò facta mentio d: *signemus*, i. e. signari faciamus, nempe Doctores Evangelii movendo ad docendum, & homines ad fidem intùs exhortando *.) *servos Dei nostri* (id est, quem nos colimus, ego scil. & qui mecum sunt, ut me adjuvent in hac obsignatione f. *Servos Dei* hîc vocat qui Deo adhærent in tempore Apostasiæ: Dicit autem Christus *Dei nostri*, ut Joh. 20. 17. *Deus meus, & Deus vester*, quia est Mediator & Caput corporis sui g. Nota progressum. Christus cap. 3. 17. Patrem appellat Deum suum; nunc eum communem sibi & nobis Deum facit h.) *in frontibus eorum*] Ut cap. 14. 1. i. Notâ apertâ k, ut palàm fit l, & primâ quasi fronte appareat quinam sint veri & Orthodoxi Christiani m. *Signamus* ea quæ custodiri volumus. *In fronte* autem, quia is mos erat in Oriente dominorum nomina servis in fronte scribere, ut apparet tum ex Ezec. 9. tum ex Aristophane, qui Babylonios servos cum fronte inscripta introduxit in scenam. Et Christianis mos *frontem crucis signaculo terere*, testibus Tertul. De Corona, & Julian. apud Cyr. & aliis n. Al. *In fronte* more hominum, qui, siquid à communibus rebus facilè discerni posse cupiunt, notam ei conspicuam imprimunt. Non quòd hoc sigillum Antichristo aut ministris ejus perceptibile fuerit; nam mundus non videbat obsignatos istos, neque discere poterat canticum eorum, cap. 14. 3. sed hâc loquendi formulâ, certa ipsorum per Dei sui providentiam custodia designatur o. Allusio est, vel, 1. ad priscum ritum, quo servi & milites ejus cui fidem suam addixerant stigmate notari & nomine inscribi solebant p. Vel, 2. ad morem pastorum qui oves suas signant q. Vel, 3. ad morem Regum, qui Sigillo suo obsignant quod tangi nolunt r. Vel, 4. ad signationes typicas, quibus olim discreti erant s, Pontifices Judæorum [ab aliis] laminâ aureâ in fronte, &c v. Israelitæ ab Ægyptiis, Exod. 12. 12 x. Rahab à pereuntibus, Jos. 2. 17 y. gementes à reliquis, Ezec. 9. 4 z. Jubetur ibi Angelus signare per ת, quod *Legem* [תורה] significat, eos qui Legem servaverant; idque ut salvi essent eo tempore quo Chaldæi Hierosolyma erant irrupturi. Ità hîc Christiani qui Hierosolymis & in omni Judæa erant jubentur signari Cruce, notâ Christianorum, ut communibus Judæorum malis eximerentur a. Planè enim congruit hæc ænigmatica signatio in fronte in illud tempus quo Eusebius Hist. 3. 5. [verba vide in G.] exiisse dicit Christianos, & migrâsse in Pellam; nempe non ante obsidionem tantùm, sed & ante bellum Judæum in Romanos b. In obsidione autem nè unus Christianus in urbe relictus est. Vide Jo. Bel. Jud. 2. 22 c. Al. Cùm septimum Sigillum, quod Tubarum est, jam erat aperiendum, & calamitatum procellæ ad Tubarum sonitum laxandæ, orbi terrarum incubituræ essent d, & rei Romanæ ruinam allaturæ *, Electis Dei servis signaculo prospicitur f; & illi notâ impressâ discernuntur, nè cum reliquis extinguerentur. Et sanè eventum quod attinet, miraculi instar est, quòd, Imperio Romano tanta cum urbium & hominum strage dissipato & destructo, Ecclesia tamen ibidem in mediis hisce malis perennaret; imò etiam Bestiâ eodem tempore universum Christianismum cultu idololatrico incestante, Cœtum nihilominus hunc electum illibatum in sinu suo foveret. Tanti erat Dei signaculo muniri g. Hoc loco ostenditur singularis Christi providentia in excitandis piis Doctoribus, qui hæreticis contradicerent, & sub corrupto etiam Ecclesiæ statu fideles confirmarent. Obsignatio autem hîc propriè intelligitur non interna Spiritûs S. in cordibus, quamvis ea connotetur seu potiùs præsupponatur in electis; sed externa, quæ fit per externam Orthodoxæ veritatis confessionem h. Hæc signatio potest esse, vel, 1. sensibilis i, nempe signum Crucis, quo baptizati muniuntur k. Quod ineptum est, quia multi hoc signo signantur nihil minùs quàm electi l. Vel, 2. invisibilis, ut Angeli mente suâ eos separent qui inter minas & cædes Antichristi non erubescent Crucem & Christum confiteri, palámque detestari audebunt scelera impiorum m. Sigillum hîc intelligitur conservationis corporalis, non autem sanctificationis. Nam sigillum sanctificationis, 1. non committitur Angelis, sed Spiritui Dei, Eph. 4. 30. 2. est in corde: 3. est commune omnibus credentibus: 4. periculo corporali non eximit, Apoc. 11. 7. & 13. 7. 5. & successivè datur per omnia secula, & diversimodè diversis personis, aliis plùs, aliis minùs. Hoc autem sigillum, 1. deman-

* Clu. f Rib. g G. h Med. 563. i Zeg. k Pi. l For. m Clu. n For. Dur. o For. p Dur. q For. Dur. r For. † Rib. s Pi. v Idem. x Rib. y G. z Dur. a Zeg. b Cot. c Clu. d Par. sim. Pi. Clu. * For. f For. Par. g For. h Par. i Clu. Dur. k Cot. l For. Dur. m Clu. n Rib. o Dur. p For. q For. Dur. r G. † Med. 563. r Clu. v G. x Cot. y G. z Dur. a Rib. Me. b G. c Camer. d Pi. * Rib.

f Pi. ad v. 1. g Dur. h Cot. i Clu. k Cot. Nap. l Clu. m Grav. n G. o For. p Med. 525. & 699 q Nap. r Dur. p. 380. s Clu. sim. Per. v Clu. x Per. y Clu. Per. Dur. z Clu. a Clu. Per. Dur. For. a G. b G. sim. Ham. c Ham. d Med. 529. * Med. 563. f Med. 529. g Med. 563. h Grav. i Rib. k Rib. Me. l Clu. m Rib.

datur Angelis, v. 2, 3. 2. est in fronte: 3. peculiare est illis de quibus hic loquitur: 4. corpora conservat, Apoc. 9. 4. 5. semel & simul & omnibus ex æquo datur [n].

4. *Et audivi* (Ità ostendit certitudinem testimonii sui [o]:) *numerum signatorum centum quadraginta quatuor millia*, &c.] Nempe ex 12 Tribuum singulis 12000 [p]. Hanc summam faciunt duodena millia duodecim. Quam deinde Scriptor noster in 12 Tribus partitur [q]. Hic autem numerus, vel, 1. præcisè intelligendus est, quòd 12000, non plures nec pauciores, ex Judæis signandi & salvandi essent, in fine mundi [r]. Non omnes Judæos, sed ex iis tantùm 144000 obsignari constat, 1. quia Judæi hunc numerum longè superant, Hos. 1. 10. 2. quia hi *primitiæ* dicuntur Apoc. 14. 4. 3. quia eundem in singulis tribubus numerum fore Judæorum, cùm hæc Prophetia implebitur, non est verisimile. Et videntur hi viri tantùm fuisse non fœminæ, tum, quia fœminæ recenseri non solent, ut Gen. 46. 8, 9. Num. 1. 2, 20. tum, quia primitiæ hominum erant soli mares, Exod. 13. 2, 12, 15. tum, quòd dicuntur *non inquinati cum mulieribus*, cap. 14. 4. i.e. virgines esse ||. Vel, 2. est certus & finitus pro incerto & indefinito †, sed maximo [t]. Ostendit hoc, tum exacta æqualitas numeri ex unaquaque tribu salvandorum, tum, quòd prætermissa sit Tribus Dan, ex qua neminem salvum fore quis credat [v]? Non ergò præcisè hic fuit numerus omnium, aut in singulis tribubus æqualis, sed per talem numerum, ut Græcè per μυριὰς, aut μυριάδες, Act. 21. 30. ingens admodum multitudo exprimitur [x]. Numerus autem hic positus est ut perfectissimæ universitatis ex 12 & 10 certo modo in se ductis. Nam 12 multiplicata per 10 fiunt 120. Hæc per 10 fiunt 12000. Quæ rursus in 12 ducta fiunt 144000 [y]. Conficitur hic numerus de 120 in sese ductis, itáque est quadratus, & horum certam perfectámque & stabilem copiam indicat [z]. Al. Duodenarius numerus Apostolici generis insigne est, & legitimam Apostolorum sobolem designat, ut patet ex collat. cap. 21. ubi hic numerus adhibetur in novæ Jerosi. structura, & dimensionibus portarum, fundamentorum, &c. quibus disertè dicitur inscripta fuisse nomina 12 Apostolorum v. 14. Sic postea gens Bestiana, sive Bestiæ sectatrix, Bestiæ numerum habet [a]. Est autem hic Cœtus Signatorum Bestiæ seu Bestiisequarum universitatis Ἀντίστοιχον, & quidem coævum, ut ex Textu patet; copiæ videlicet sanctorum militum nomen Imperatoris sui gestantium, &, tum cum cæteri Orbis incolæ desertores & transfugæ Bestiæ characterem accepissent, in Agni fide etiamnum permanentium [b]. Ponitur hic definitus numerus, ísque inter tribus distributus, ut significetur, 1. Numerum signandorum Deo notum & à Deo determinatum esse, non in communi tantùm, sed & quoad personas singulares: 2. Numerum eorum maximum quidem fore, minorem tamen quàm Bestiisequarum: 3. Supremum Dei jus in delectu aliquorum ex qualibet cognatione & tribu [c]. Al. Nollem hunc numerum indefinitè accipi; quia numerus hic, 1. fractus est; 2. numero indefinito oppositus, v. 9. 3. exactè declaratus, & in summam totalem redactus. In talibus autem nusquam definitus numerus pro indefinito accipitur, alioqui unde sciremus numerum aliquem definitè accipiendum esse [d]? ¶ *Ex omni tribu filiorum Israel*] Israelitas hic intelligit, vel, 1. secundùm carnem *. Probatur, 1. quia distinguuntur à Gentibus, v. 9 [f]. 2. quia hi intelligi solent nomine *tribuum Israelis*, ut Gen. 49. 16, 28. Exod. 24. 4. maximè cùm distinctè recensentur per nomina tribuum, ut Gen. 49. 3, 5. Num. 1. 5, 6. & 10. 14, 15, &c. & 39. 19, 20, &c. Deut. 33. 6, 7. Jos. 21. 4, 5, &c. 3. Si gentes hic intelligantur, quæ, quæso, natio aut Ecclesia, designatur per tribum *Juda*? & quæ per *Reubenem*, *Gadum*, &c ||. Vel, 2. secundùm spiritum [g], sive spirituale semen Abrahami [h], ex omnibus populis [i]. Probatur, 1. ex hoc usu vocis *Israelis* in Scriptura S. ut Rom. 9. 10, 11. Gal. 6. 16. Sic & cap. 21. 12. *Novæ Hierosolymæ portis inscribuntur nomina 12 tribuum Israelis*, ubi tamen Gentibus partem esse constat. 2. Ex N. T. conditione, in quo tribuum distinctio desinit, Gal. 3. 28. Eph. 2. 14. 3. ex scopo hujus Prophetiæ qui non est de solorum Judæorum, sed de omnium fidelium, conservatione agere [l]; & finis hujus obsignationis est, ut hos immunes præstet ab illa defectione & pernicie, quâ omnes non signati involvuntur, & propterea hæc obsignatio omnes electos complectitur [m]. Et si de solis Judæis hic ageretur, quid hic solatii esset gentibus? Si illud v. 9. reponas, sciendum, totum illum cœtum animarum esse jam in cœlo versantium, ut textus evincit [n]. Certum autem est, Deum etiam in gentibus electos suos & habuisse & conservâsse. Adde quòd tota hæc Prophetia Ecclesiæ gentium data est, utpote Ecclesiis Asiæ peculiariter tradita [o]. 4. Ut initio Theatrum Visionum pro veteris Synagogæ imagine statúque descriptum est, magnáque pars hujus libri Typorum eodem spectat, adeò ut etiam *Pseudo-Christiani* in Epistolis ad Ecclesias ea de causa *Pseudo-Judæi* audiant: ità quoque hic Ecclesia gentium catholica, Sigillo Dei munienda, figuratur typo Israelis; duodecim illius Apostolis, totidem hujus Patriarchis, commodè respondentibus. Nec id quidem immeritò fit, cùm alias ob causas, tum maximè, quòd Ecclesia, quæ indè à rejectione Judæorum hucusque ex Gentibus colligitur, in Israelis vicem successerit, sitque, ut ità loquar, *surrogatus Israel*; dum, veteri populo suo denuò misericordiam consecuto, *plenitudo gentium* introierit, id est, *Turba illa innumera*, de qua mox v. 9 [p]. 5. ex collatione aliorum locorum, tum, cap. 9. 4. ubi signati excipiuntur à plaga Abaddonis; quod de solis Judæis intelligere nefas [q]: tum, v. 9. hujus cap [r]. ubi fructus istius obsignationis narratur, nempe multorum fidelium martyria. Certum autem est, martyres illos, saltem plerosque, ex gentibus fuisse †. *Turba* verò illa *innumera*, &c. ab Israelitis distinguitur, non gente, sed tempore; notátque diversum statum Ecclesiæ succedentem, & quòd Ecclesia Evangelica, quamvis initio arctis concluderetur terminis, postea tamen erumperet & floreret inter gentes, tandémque vel Ecclesiam Antichristianam numero superaret [t]: tum denique, cap. 14. 1, 2, 3, 4 [v], ubi iidem signati eodem numero denuò inducuntur sine ulla tribuum distinctione, additâ quoque significatione, cur hic secundùm tribus numerati sint, quia nempe *loco primogenitorum empti sunt de terra in peculium Deo*, &c. [quale peculium erat Δωδεκάφυλον Israel.] Illi 144000 ibi memorantur tanquam Ecclesia virginea, à mundo adultero distincta, quam Deus in universali illa Apostasia conservaret; quod privilegium ad Judæos minimè restringendum est [x]. Comparantur autem gentes fideles 12 tribubus Israelis, quia in earum locum succedunt. Ideo dicuntur in 12 soliis judicaturæ 12 tribus Israelis, tanquam Apostaticas à Deo & Christo. Singulis autem tribubus Apostaticis Deus quasi singulas gentes alias substituit, ex quibus certum habet signatorum, h. e. salvandorum, numerum. Tribus autem 12 non hic ad literam intelligi constat, quòd illæ hoc tempore prorsus confusæ essent, & quædam ex iis penitus interiissent [y]. Innuitur hic, Christianos electos excerptos esse ex Ecclesia quæ dilatata est per omnes mundi plagas; sicut olim in Terra Canaan Tribus Israeliticæ per Austrum, Orientem, Septentrionem, Occidentem, & loca intermedia, dispositæ erant †.

5, 6, 7, 8. *Ex tribu Juda duodecim millia*] Numerus Duodenarius multùm semper placuit Judæis ob Jacobi sobolem. Ideo 12 fontes in Elim, Exod. 15. 27. 12 columnæ circa altare Mosis, Exod. 24. 4. 12 panes προθέσεως, Levit. 24. 5. 12 gemmæ in pectorali Pontificis, Exod. 28. 21. totidem in Jordane lapides, Jos. 4. 2, 5. victimæ sæpe numero eodem, Num. 7. & 29. & multa Templi instrumenta, Num. 7. 84, 86. Præfecti à Salomone 12, 1 Reg. 4. 7. sub Mari æneo boves 12, 1 Reg. 7. 25. solio Salomonis adstabant Leones 12, 1 Reg. 10. 20. 12 cubiti altaris in longum, totidem in latum, Ezec. 43. 16. Filii Jacobo fuerant 12: sed ubi de successionibus agitur, omittuntur *Levitæ*, & de Josepho duæ sunt stirpes, *Ephraimi*, & *Manassis*, ex Jacobi testamento; quod & hic observatur. Sed annumeratur hic *Levi*, quia in Christo ea Tribus par jus habebat cum cœteris [z]. [Nonnulla autem hic quærenda sunt:] Qu. 1. Cur æqualis hic est numerus ex singulis tribubus, quarum tamen una aliam numero hominum longè superavit? Resp. 1. Quia Deus Israelitas diligit non propter se, sed propter parentes, sanctos

Patri-

[n] Anon. [o] Dur. [p] Pi. [q] G. [r] Rib. &c. in Me. || Anon. † Zeg. Pi. Par. Nap. Per. ex plerisque Dur. [t] Per. sic Pi. [v] Per. [x] G. [y] Par. [z] Camer. [a] Med. 564. [b] Med. 525. [c] Dur. [d] Anon. * Cot. sic Per. ex Iren. Anon. [f] Anon. Per. || Anon. [g] Clu. sim. For. Dur. Pi. Me. [h] Dur. [i] Pi. [k] Clu. [l] Idem.

[m] Dur. [n] Clu. [o] Pi. [p] Med. 563. [q] Clu. [r] Pi. Dur. † Pi. [t] Dur. [v] Dur. Clu. [x] Dur. [y] Par. † Grav. [z] G.

Patriarchas, Rom. 11. 28. ad quos non magis attinet hæc quàm illa[a]. 2. Respexit hîc Duodecim Apostolos, Evangelii prædicatores, per quos Judæi salvi facti sunt, &c[b]. quorum uni non minor gratia quàm alteri, sed unicuique perfecta ad electos obsignandos, adfuit[c]. 3. Ostendere voluit Deus & se ἀπροσωπόληπτον esse erga omnes credentes, Rom. 4. 12. & dissimilem conditionem Israelis carnalis (ubi una tribus præ altera eminuit) & spiritualis[d]; & parem esse voluntatem & propensionem suam erga Ecclesiam suam, cujuscunque ordinis sit vel temporis vel numeri *. Qu. 2. Cur hîc Johannes rectum Tribuum ordinem non servavit[f]? Diversus est enumerationis modus Gen. 29. & 35. & 46. & 49[g]. hîc autem diversus est omnino ab aliis & singularis[h]; neque hîc aut nativitatis, aut dignitatis natalium, aut habitationis, ordo servatur, sed omnes permiscentur, &c. Quare minimè dubitandum aliquod hîc mysterium latere[i]. Quid dicendum? Resp. 1. Rectus ordo alibi quoque non servatur, ut Gen. 49. Num. 2. & 10. & in libro Josue non semel ‖. 2. Nullus hîc servatur ordo, quia omnes in Christo pares †; & in hac obsignatione *, & negotio salutis æternæ ‖, carnales prærogativæ nihil valent[k]: Vide Gal. 3. 28[l]. & 5. 6[m]. 3. Ostendere sic voluit Deus, non carnalem, sed mysticum, Israelem hîc à se describi[n]. 4. Servatur hîc ordo nativitatis spiritualis, & conversionis ad Christum; unde primus est Judæ, indéque intelligitur idem esse de reliquis judicium[o]. De Juda quidem hoc probabile est, de reliquis autem nihil tale constat, sed gratis id dicitur[p]. 5. Cùm *Leæ* filii, quà naturales, quà adoptivi, octo sint, *Rachelis* tantùm *quatuor*, hic ordo observatur, ut quaterni *Leæ* filii alternatim cum binis *Rachelis* conferrentur: utrobique autem ex Tribus reliquis, tanquam potiores præferuntur, quas factum aliquod suum aut suorum, in Sacris literis memoratum, de vero Dei cultu commendaverat[q]. 1. Agmen hîc (sicut in castris Num. 2[r].) ducit *Juda*, quia ex Juda est Christus noster †, στρατηγός. *Reuben* autem & *Simeon* ob scelera sua amiserunt primogenituram[t], quæ in *Judam* translata est, 1 Par. 6. 1[v]. 2. Sequitur *Reuben*; & 3. *Gad*: quos nobilitavit illustris illa protestatio de altari, Num. 32. 4. *Aser*, de qua erat & vidua Sareptana, 1 Reg. 17. & Anna prophetissa, Luc. 2. In ultimum ferè locum rejiciuntur *Simeon*, *Levi*, *Isachar*, *Zabulon*, nempe aut nullis, aut paucioribus, nominibus condecorati, aut scelere aliquo postmodum inquinati. Inter *Rachelis* posteros, præferuntur *Nepthali* & *Manasses*; quia ille Baraco, Jud. 4. & Hiramo, 1 Reg. 7. 14. cum 2 Chron. 2 14. hic Gideone & Elisæo, nobilis fuit. *Nepthalin* verò, licèt ancillæ filium, supra *Manassem* extulit gloria incolatûs Christi in illius urbe Capernaum, &c. *Josephum* (qui hîc *Ephraim*) & *Benjamin* in postremum locum detruserunt illius Idololatria & Apostasia, hujus Saulis Benjaminitæ adversùs Davidem (utpote Christi genearcham typúmque,) & Schimei in eundem maledicta[x]. Qu. 3. Cur hîc prætermissus *Dan*? Resp. 1. Ad perfectionem & rotunditatem numeri istius 144000 una tribus prætereunda omnino erat[y]. *Levi* autem hîc memorari debuit, quia licèt non in terra Canaan, in Christo tamen, partem habuit[z], & par jus cum cæteris ‖. 2. Quòd ex negligentia jure suo decessit, & hæreditatem, aliquot pòst seculis quàm ei obtigerat, nondum ab hostibus repetiit[a]. 3. Quòd Antichristus ex ea tribu nasciturus erat, ut apparet ex Gen. 49. 17. Jer. 8. 16[b]. Sed hoc commentum est, & loca illa ineptè allegata[c]. 4. Ob turpem ejus idolomaniam & ἀποστασίαν[d]. Ità & *Ephraim* hîc tacetur & *Josephi* nomine tegitur, velut indignus qui suo in hoc catalogo audiatur; tum, quia Idololatriæ Israeliticæ, authore Michâ, antesignanus fuit; tum, ob immanem illam, Jeroboamo & Achabo autoribus, ἀποστασίαν *. *Dan* & *Ephraim* erant ἀποστασίας Israeliticæ antesignani & primipili, Jud. 17. & 18. iidémque, tempore Regni, publicorum idolorum Dane & Bethele hospites; propterea religionis purioris cultoribus figurandis omnino inepti[f]. Docere hinc voluit Deus Apostatarum & Idololatrarum nomina è libro vitæ & catalogo populi Dei deletum, & in eorum locum veros Dei cultores adoptatum, iri[g]. 5. Quia tribus illa ante multa secula periit[h]; vel, valde imminuta est[i], & ad unam familiam Hussim reciderat[k], ut aiunt Hebræi: Nam in Paralipomenis, ubi posteritas Patriarcharum memoratur, Dan omittitur[l]. Et fortè id prædicitur Amos 8. 14. Ex Danis tribu paucos superfuisse, eósque in Phœnicem profugisse, narrat Joannes Antiochenus[m]. Ut autem numerus Duodenarius compleatur pro *Dane Levi* substituitur, tacitum *Ephraimi* nomen supplet *Josephi*[n]. *Tribus* autem sive *Domus Joseph* alibi est *Manasse* tantùm, ut Num. 13. 11. alibi verò *Ephraim* tantùm, ut Amos 5. 6[o]. & hîc[p]; nam *Manasse* numeratur v. 6[q]. Datur ergò [Ephraimo] jus habendi πρωτοτόκου patris nomen, ut Psal. 78. 67. Ezec. 37. 16. Amos 5. 6[r].

9. *Posthæc vidi*] h.e. Tempore proximè sequenti, post finem præcedentis calamitatis, & obsignationem electorum[t]. Ordinem enim hîc notat, non tantùm visionis, sed & rerum visarum[v]; nec usquam aliter usurpatur illud μετὰ ταῦτα. Sic cap. 4. 1. & 7. 1. & 15. 5. & 18. 1. & 19. 1[x]. Contractiori & afflictiori Ecclesiæ statui Typo 144 *Signatorum* proximè succedit amplissimus longéque felicissimus ejusdem status imagine *Turbæ palmiferæ*[y]. Quærendum hîc, Ad quod tempus, vel ad quem statum, Ecclesiæ pertinet hæc visio[z]? Resp. 1. Hæc visio, sicut & præcedens 144000 signatorum, pertinet ad Tubam septimam; & ambæ quidem visiones istæ junctim totum Sigilli septimi seu Tubarum intervallum pervadunt, seorsim verò Cœtus Signatorum sex primis Tubis, Turba Palmiferorum Tubæ septimæ, συγχρονίζει[a]. Constat porrò, Cœtum hunc signatorum, & Cœtum virgineum cap. 14. eundem esse. Utrique enim & eodem numero sunt, & signati, idque in fronte, nomine Dei esse dicuntur. Utrique etiam incipiunt cum Sigillo septimo[b], quod Tubarum Sigillum est; ut ex eo apparet, quòd post sexti Sigilli effectum, cùm procedendum esset ad septimum, suspensio tamen fit, usquedum consignati sint itaque præmuniti adversùs Tubarum mala; quo facto, aperitur Sigillum septimum, & Tubæ apparent[c]. Cœtus porrò signatorum sive virgineus cum Bestia contemporat, ut ostendit ἀντιτυχίας & oppositionis ratio[d]. Virgines enim opponuntur signatis Bestiæ, cap. 13. Ut ergò Bestia suos habet servos per totum suum Regnum, ità & Agnus intelligitur habere per idem Intervallum suos eisdem oppositos *. Contemporat ergò non tantùm initio, sed & fine; quod porrò ex eo liquet, quòd utriusque, tam Bestiæ tyrannidis, quàm Cœtûs virginei limes, sit Turba palmifera[f]. Finalem contemporationem concedo, non verò initialem; quæ itidem concedenda esset, si Deus nullos, his exceptis, servos haberet qui Bestiæ se opponerent. Habet autem alios, nempe reliquias seminis mulieris, cap. 12. 17. & 13. 7. Virgines autem postea exurgunt & Bestiæ se opponunt, cap. 14. 1, 2. nempe in declinatione ejus, sive post finem 42 mensium ejus, cap. 13. 2[g]. 2. Hæc visio pertinet ad totum tempus Phialarum, quæ designant ruinam hostium & victoriam Ecclesiæ. Ostendit ergò magnam post prædictas calamitates felicitatem populi Dei, tum inchoatam in terris, tum perfectam in cœlis; ut ostendit loci scopus, qui est & statum Ecclesiæ in terra ostendere, & præcipuam communémque omnibus bellatoribus consolationem proponere[h]. ¶ *Turbam magnam quam —— nemo*, &c.] Mortalium scilicet[i]. Intelligit Ecclesiam Gentilium[k], vel ex Judæis & Gentibus conflatam[l]; eámque longè numerosiorem quàm vel sub V. T. fuit in uno Regno paucísque tribubus, vel sub regno Antichristi[m]. Vide supra 5. 9. Respicitur autem promissio Dei facta Abrahamo. Hoc obiter ad res Judaicas refertur, ut intelligatur, quantum solatium extorres isti ex Judæa Christiani habuerint, cùm innumeros viderent ex Gentibus suæ fidei consortes. Nam Syria plena erat Christianorum[n]. Al. Hæc verba ad præcedentem numerum v. 4. referenda sunt, quòd videlicet illi 144000 Israelitæ sint veri Christiani ex omnibus gentibus ad Christum conversi, in vera fide constanter perseverantes; unde apparet ibi positum fuisse numerum finitum pro infinito[o]. Verùm hi ab illis v. 4. diversi sunt[p], neque, ut ille, signati erant[q]; ut ostendit, 1 transitio, *post hæc*[r]. 2. quòd plures hi sunt quàm signati: Novit Johannes signatorum

rum numerum, horum non novit. 3. quòd signati ab exitio servati sunt, hi autem martyres erant, v. 14†. Venerunt hi ex magna tribulatione, sub qua signati erant. Signati bellatores erant, hi autem victores [t]. Signati iidem sunt qui cap. 14. 1, 2. hi vero iidem qui cap. 15. 1, 2. qui exurgunt post prædicatum Evangelium æternum, cap. 14. 6. & ruinam Babylonis publicatam, ideóque ad Prophetiam phialarum pertinent [t]. Al. Signati vivunt sub septem Tubis, sub iis tamen non sunt [mortem] perpessuri, v. 4. & 14. 3, 4. sed victoriam nanciscuntur super Bestiam, cap. 14. 2, 3. & 15. 2, 3. hi verò ante inchoatas Tubas & ante Bestiam pro Christo morituri sunt; hîc autem introducuntur, ad ostendendum non tempus aut causas mortis eorum, sed felicitatem quam jam habent in cœlis, dum alteri illi signentur in terris [v]. Typus hic est Ecclesiæ victricis. Priores erant pauci, obsignati, secreti, & à communi calamitate reconditi; hi autem innumeri sunt cum victoriæ insignibus, &c. & adveniunt postquam phialæ effundi cœperint, cap. 15. 1 [x]. Turba signatorum designat Ecclesiam militantem in terris [y], hæc verò triumphantem & gloriosam in cœlis [z]; ut ostendit, 1. locus eorum, *ante thronum Dei* [a]; 2. quòd hi liberati sunt à *tribulationibus*, v. 14. quibus viventes obnoxii sunt, & stolati palmatíque sunt. 3. quòd dicuntur hi *non esurire, sitire*, &c. v. 16, 17 [b]. Conflata autem est hæc turba ex martyribus sub Altari clamantibus, cap. 6. & ex 144000 illis v. 4. omnibúsque aliis fidelibus ab Apostolis usque ad finem [c]. Electi in terris agentes comparatè pauci sunt, & instar gregis ovium in medio luporum, numeratione & tesserâ aut signatione opus habentes, utpote aliis permixti, & in certas tribus familiásque distincti sunt. Beati autem innumeri sunt, nullâ recensione aut tesserâ aut munitione indigentes; impermixti sunt, nec loco nec vestitu distincti, &c [d]. Cùm obsignantur in terris Electi, Israelitæ veniunt: cùm autem gloriosi sistuntur in cœlis, Gentiles producuntur; quia nimirum glorificatio, quæ rerum fastigium est et finis, magis quadrabat in Gentiles qui numero longè maximo sunt*. Al. Designat hîc libertatem Ecclesiæ post cœptam Antichristi ruinam, sive felicitatem Ecclesiæ inchoatam & crescentem, nec unquam, ut antè, tenebris obruendam, tandémque perficiendam. Hanc autem describit verbis Ecclesiæ triumphanti congruentibus, tum, ex more & Prophetarum, Esa. 25. 8. & 35. 10. & 47. 10. & 51. 11. & hujus libri, ubi & pulchritudo atque gloria Ecclesiæ describitur per illam cœli; & judicia Dei temporalia in persecutores designantur per infernum & ultimum judicium, cap. 6. tum, quia una est & continua victoria ac felicitas, hîc cœpta, in cœlis perfecta [f]. ¶ *Ex omnibus Gentibus*, &c.] Cùm autem multæ sint gentes nobis aut incognitæ, aut solâ famâ notæ, quibus Evangelium prædicari debet; hinc colligitur, non tam propinquam esse, ut nonnullis videtur, mundi consummationem [g]. Ordo hic alius ab illo cap. 5. 9. *Gens* cum *tribubus*, *populi* cum *linguis*, comparantur: *gens tribubus*, *populi linguis*, præeunt [h]. ¶ *Stantes* (Tanquam servi ad nutum Domini ab eo pendentes, ipsúmque agnoscentes autorem libertatis atque victoriæ suæ [i]; vel, ad Dei jussa capessenda & exsequenda promptissimi [k]:) *ante thronum*, (i. e. Mentem habentes non ad terras depressam, sed ad cœlestia erectam. Vide suprà 4. 4. In MS. est ἐπὶ τῷ θρόνυ. Ἐπὶ cum Genitivo sæpe significat *juxta* [l]. *Ante thronum*, id est, vel, in Ecclesia, à qua priùs alieni erant [m]: vel, in cœlis [n], fruentes Dei & Agni præsentiâ, juxta Luc. 23. 43. 2 Cor. 5. 6, 7, 8 [o]. contemplatione, Joh. 17. 24 [p]. & perpetuâ visione [q]. *Thronus* hîc, ut cap. 4. locum designat, vel Gloriæ Dei, vel Gratiosæ ipsius præsentiæ in Ecclesia [r]. Sic in N. T. Regnum cœlorum & Cœlum est, & Ecclesia, quia duo illa re non differunt. Sic *Jerusalem quæ sursum est* eadem cum Ecclesia militante†.) *& in conspectu agni*] Majestatem Christi gloriosi intuentes [t]; beatissimæ Christi humanitatis aspectu recreati [v]. Agnus collocatur in eodem Throno cum Patre [x]. ¶ *Amicti stolis albis*] Illustres factis. Vide suprà 3. 4, 5, 18. & 4. 4. & 6. 11 [y]. Habitu quali apparebant Angeli, Mat. 28. 3.

& Christus glorificatus, Mat. 17. 2 [z]. Puritatem, lucem, & gloriam, cœlestem notat [a]. Al. Tanquam sacerdotes [b], quorum amictus hic quotidianus erat [c]. Vide suprà 5. 10. *stolis albis*, i. e. dealbatis sanguine Agni, infrà v. 14 [d]. Hic color purgatissimus est, ideóque nota sinceritatis*, vel puritatis sive sanctitatis [f], & innocentiæ, cap. 14. 4 [g]. & lætitiæ [h], & gloriæ, cap. 3. 4. & victoriæ, cap. 19. 8 [i]. Al. *Amicti*, &c. i. e. Beatitudine animæ donati [k]. ¶ *Et Palmæ*, &c.] Signum victoriæ [l], apud omnes gentes [m], Gellius 3. 6 [n]. Sicut autem Martyribus suus datus est honos, ità nunc Confessoribus: i. e. qui ad testimonium Christo reddendum non quidem mortem vicissent, sed aut tormenta, aut carcerem, aut paupertatem, aut exsilia, opprobria, & alia id genus mala [n]. Meritò autem isti memores unde emerserint, celebrant festum tabernaculorum, &c [o].

10. *Clamabant* (Nempe Confessores illi ex Judæis & qui ex Gentibus erant aggregati [p]:) *voce magnâ*] i. e. Publico præconio, ut omnes audirent [q], & affectu valido [r], & ingenti gaudio, jubilo, & concentu lætissimo†. ¶ *Salus* (i. e. Laus salutis [t], vel, Gratiæ ob acceptam salutem [v]. Est Metonymia [x], ut κράτος suprà 1. 6. & 5. 13. est *agnitio potentiæ* [y]. *Salutem* hîc prædicant, tum, à præsenti clade [z], ab Antichristi laqueis; tum etiam, à malis omnibus, & præcipuè à peccatis, Mat. 1. 21. nempe justificationem, & initium, progressum, & perfectionem, felicitatis & temporalis & spiritualis [a].) *Deo nostro qui sedet super thronum*, (sub. *sit*, Pi. T. &c. vel, sub. *tribuatur*, La. vel, *à Deo solo* est, q. d. is unus salutis autor est. Dativus hîc usurpatur ut apud Hebræos cum ל possessivo, ut Psal. 3. 6. *Salus* ליהוה *Domino*, i. e. hic salutis autor. Sic *Psalmus* לדוד *Davidis*, i. e. cujus autor David [b]. Humano more loquitur, q. d. Salvus sit, vivat Rex [c]. Sed non tam optantium est quàm lætantium de beata Dei immortalitate & æternitate [d]: q. d. Congratulamur Deo suam gloriam & felicitatem, à quo est omnis nostra salus*. Non est votum, sed gratiarum actio [f], q. d. Salutem nostram ipsi acceptam ferimus [g].) *& Agno*] Tanquam concausæ cum Patre [h]: ut Mediatori [i], vel homini [k], atque ità causæ illius instrumentali & meritoriæ [l], ut suprà 5. 13 [m]. q. d. Omnem salutis nostræ gloriam soli Deo & Christo tribuimus [n]; non propriis operibus vel meritis [o], non aliis mediatoribus [p]. Opponitur hoc erroribus Antichristi, qui salutis laudem inter tam multos partiebatur, ut exigua ejus Deo & Agno portio relinqueretur [q].

11. *Angeli* (nempe inferioris ordinis: nam archangeli sunt 4 animalia, ut diximus [r]. Apostoli autem qui Hierosolymis fuerunt & Presbyteri unà erant egressi. Vide eadem verba de Angelis suprà 5. 11†.) *stabant* (Quod & reverentiam notat, & dependentiam à Deo ejúsque nutu, & promptitudinem ad exequenda mandata Dei [t]:) *in circuitu throni & seniorum*, &c.] h. e. Circa thronum, & circa Ecclesiam, quam circumstant nè aut illius membra exeant, aut eò intret aliquid mali; & ex consequenti sunt circa *turbam illam* quæ erat *ante thronum*, v. 9. eodem scilicet loco quo *Seniores* & *Animalia* & hîc & antea stare dicuntur, & eodem satellitio munita; ut hinc colligi possit, hanc turbam contineri sub *Senioribus* aut *Animalibus*, hoc tantùm discrimine, quòd *Seniores* totam Ecclesiam Catholicam designant, *turba* autem illius partem hoc tempore venientem ex *tribulatione*, &c. Alioqui *Seniores* hîc prætermissi non essent, si ab Ecclesia diversi essent; nec ulla alia ratio assignari potest, cur *Seniores* illi in tam solenni laudatione silerent, nec partes suas haberent, quàm quòd ipsorum laudatio antè expressa fuit per *turbam*, &c. v. 9. Hic porrò Angelorum situs ostendit munus ipsorum, nempe ut Ecclesiæ invigilent ac ministrent, Heb. 1. 14 [v]. ¶ *Et ceciderunt* —— *in facies suas*] Nam humanâ specie visebantur [x]. Al. Spiritualiter hoc intelligendum est [y]. Habent tamen Angeli gestus substantiæ suæ conformes, quibus reverentiam testantur. Gestus hic est humilitatis & venerationis [z], quo agnoscunt & summam inter se & Deum distantiam, & magnitudinem hujus operis [a]. Sicut Angelorum cantum approbant Apostoli & Presbyteri,

cap. 5. 11, 12, 13, 14. sic Confessoribus acclinunt hic Angeli, ut populares unius Regni[b], applaudentes clientum suorum saluti, & pro ea Deum collaudantes[c].

12. *Dicentes Amen*] id est, Fiat, fiat, ità fit[d]. Applaudunt hymno præced[*]. ¶ *Benedictio*, &c.] Sunt hæc quoque verba Angelorum illud quod antecessit *Amen* explicantium. Voces eædem quæ suprà 5. 12. nisi quòd hîc εὐχαριστία, pro quo ibi αἶνος, sensu eodem. Nam εὐχαριστία est *agnitio liberalitatis*, quæ αἶνος nostris dicitur[f]. Sic *sapientia*, *potentia*, &c. pro laude sapientiæ, &c[g].

13. *Et respondit*] id est, Dixit[h], ut Mat. 11. 25. & alibi[i], more Hebræorum[k]. ¶ *Unus* (Vice omnium, ut cap. 5. 5[l].) *de senioribus*] Is fuit [vel,] Presbyter aliquis Prophetico dono clarus, à quo etiam Apostolus doceri non veretur, ut ab Agabo Paulus[m]; vel, unus ex Episcopis[n]; vel, unus de membris Ecclesiæ, ut significetur mutuum auxilium quod membra sibi invicem præstant[o]. Al. Doctor in Ecclesia: Johannes autem hîc, tanquam discipulus, totius Ecclesiæ personam gerit[p]. ¶ *Hi, qui sunt, & unde*, &c.] Quærit, non nesciens[q], vel dubitans[r], vel, ut à Joanne id discat †; sed excitans Johannem, ut rem probè observet[t], & scire desideret[v], ut rem insolitam & stupendam[x], dignissimam scitu, & utilem[y]; [tum] ad ipsius & nostram consolationem[z], [tum] ad explicandum reliquum Prophetiæ[a]: vel, ut ipsi ansam præbeat statum electorum accuratiùs considerandi[b]; vel, experturus num Johannes id sciret[c]; vel, ut agnosceret Johannes ignorantiam suam[d], itáque ad docilitatem componeretur[*]; vel, occasionem captans eum edocendi[f].

14. *Domine mi*] Blanda est compellatio, ut Joh. 20. 15. Sic Hebræi etiam ignoto dicunt אדני[g]. Hunc senio, throno, coronâ, vestitúque venerandum videbat[h]. ¶ *Tu scis*] q. d. Nescio, & abs te scire cupio[i]. Exemplum hoc modestiæ, & humilitatis, nec non humanæ in cœlestibus mysteriis ignorantiæ[k]. ¶ *Hi sunt* (Declarat & qui & unde sunt, pro duplici interrogatione[l]:) *qui venerunt* (i. e. evaserunt victores Divinâ virtute[m]. Quæsivit, *unde venerunt*, respondet, *sunt οἱ ἐρχόμενοι, venientes*: nondum enim venerant ex afflictione, quia futura Johanni ostendebantur: venturi igitur erant, ac hodiéque veniunt, &c. Venerant autem Visionis respectu, quia hæc ut præterita Johanni repræsentabantur[n].) *de tribulatione magna*] Ex illis locis ubi Stephanus, ubi Jacobus Zebedaides, occisi, ubi ipsi vixere in summis periculis, vexati omnibus modis. Vide 1 Thess. 2. 14. Heb. 10. 32, 33[o]. E spirituali & gravissima servitute Antichristi[p]. De tyrannide Bestiæ sanctos tribulantis[q]. De persecutionibus sub Antichristo[r], quas Tubæ significant †. Intelligit, vel, 1. solos martyres[t]: quippe qui *laverunt se in sanguine Agni*[v]. Sed notandum, non *suo*, sed *Agni*, *sanguine* eos lotos dici[x]. Vel, 2. omnes electos[y]; ut ostendit, tum, 1. συνέχεια textûs[z]: tum, 2. quòd hi omnes *Agni sanguine lavantur*[a]: tum, 3. quòd de Martyrum animabus jam suprà & separatim actum est, cap. 6. 9, 10, 11. nec opus idem bis eadem in Visione repetere. Magnæ certè sunt piorum citra mortem afflictiones ex morbis, tentationibus, luctu, &c[b]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἔπλυναν — καὶ ἐλεύκαναν, &c.] Pro, πλύναντες ἐλεύκαναν. Et λευκαίνειν hîc non est *albare*, sed *ornatiores reddere*. Sicut purpuræ sanguine pulcrior fit lana, ità ipsorum vestes Christi sanguine. Dicuntur autem *vestes illorum*, i. e. conscientiæ, *tinctæ Christi sanguine*; non quòd mortem tulerint, sed quòd morti proxima, & sic Christum sint imitati[c]. *Et laverunt* (i. e. puras reddiderunt, sanctificaverunt[d]:) *stolas suas* (h. e. vestimenta & corpora sua, id est, seipsos & conscientias suas[*]: sanctitatem comparârunt vel recuperârunt[f]. *Stolæ albæ* justitiam & puritatem significant[g]. Per hanc metaphoram intelligit lotionem animæ, cujus quasi stola & vestis est conscientia, vel sordida, vel pura[h].) — *in sanguine* (i. e. per merita[i]:) *Agni*] Non lavantur[k], purgantur[l], justificantur[m], suâ innocentiâ[n], propriâ justitiâ[o], suis operibus[p], aut tribulationibus[q], aut meritis humanis, ut Antichristi asseclæ; aut ablutionibus ritibúsve carnalibus, ut somniabant Judæi[r]; sed solo sanguine Agni †. Lotio hæc gratiæ est, non naturæ; spiritûs, non artis[t]. Pœnitentia & bona opera per sanguinem Christi vim habent mundandi[v]. Hisce facem allucebit illud Achmetis, cap. 231. ex Indorum disciplina, *Si quis ablutis sordibus vestes mundas & albas induisse sibi visus fuerit, omni solicitudine, morbo, afflictione, dolore, liberabitur*‖.

15. *Ideo*] Quòd scil. *laverunt*, &c[x]. ¶ *Sunt ante Thronum Dei*] i. e. Cœlesti gloriâ ornati Deo inserviunt[y], fruentes clarâ & continuâ Dei Visione intimâque familiaritate[z]. Sunt in conspectu Dei: summæ illi curæ sunt[a]. Al. Denotari hîc docet veram Ecclesiam[b]. Societatem cum Deo habent, inchoatam in Ecclesia per cultus institutos, perfectam in cœlis, coram Throno gloriæ[c]. Al. Non agitur hîc de regno & statu gloriæ, ubi non est, quæ hîc notatur, dispensatio Agni, 1 Cor. 15. 24. sed de regno gratiæ, sive de felici statu Ecclesiæ jam liberæ ab omni Antichristi aliorúmve apertorum hostium oppressione & servitute, lucísque & quietis copiam possidentis; quem tamen magnificè hîc exprimit, more Prophetarum, ut Esa. 25. & 49. & 60. Et mirum est, viros, ordinario Scripturæ stylo assuetos, hæc ad alium traxisse sensum. Sed hac de re plura vide ad cap. 20. & 21. & 22[d]. ¶ *Serviunt ei* (Non, inquit, dormiunt, aut otiosi ibi sunt[*]:) *die ac nocte* (i. e. perpetuò[f], continuò[g], sine intermissione[h], in æternum[i]. Catachresis, quia cap. 21. 5. *nox illic non erit*[k].) *in templo ejus*] i. e. In cœlo[l]. Obj. Nullum ibi Templum, Apoc. 21. 22. Resp. Nempe materiatum, sed Templum ibi est Deus & Agnus[m], & tota beatorum civitas, quia in ea semper amore magno, & dignis laudibus, Deus celebratur[n]. Idem sensus qui suprà 4. 8[o]. *Colunt eum die*, &c. putà ut Sacerdotes. Respicitur mos Judæorum in probandis & admittendis Sacerdotibus, qui à Synedrio Magno judicabantur, &, si vitium in eis inveniretur, nigras vestes induebant, atque adeò egressi abibant; si vitio vacabant, albas vestes induebant, & ingressi ministrabant cum Sacerdotibus fratribus suis. Vide ad Apoc. 6. 11[p]. Beati nullo Sacerdote indigent[q], [sed] ipsi, quasi veri Dei Sacerdotes, se Deo offerunt, & laudes Dei canunt[r]. Est similitudo sumpta à Levitis sive Sacerdotibus †, quorum semper aliqui in Templo pervigilabant[t]. Vide 1 Chron. 10. 33[v]. Psal. 134. 1[x]. Et est tacita consolatio. Templum quidem Judaicum, quod nihil aliud est nisi ligna, peribit; sed erit aliud Templum constans ex piis mentibus purísque corporibus[y]. ¶ *Habitabit*, &c. Σκηνώσει ἐπ᾽ αὐτούς] *Obumbrabit* (i. e. Velut umbraculo proteget[z]:) *eos*, Pi. *Erit ipsis vice tabernaculi*: proteget eos contra æstum & injurias. Hoc sensu שכן dicitur de Nube, Num. 9. 18, 22. & vertitur σκιάζειν, & Psal. 5. 12. in Græco est κατασκηνώσεις, in Latino, quod ad Hebræum expressit Hieron. *proteges*: ubi in Hebræo סכך à חסך, quod alibi verti solet per σκιάζειν, ἐπισκιάζειν, συσκιάζειν, item per σκέπειν & ἐπισκέπειν. Sensus est, Hîc Pellæ eos Deus tutos præstabit ab omnibus illis malis quæ Judæos contumaces manent maxima[a]. Al. *Habitabit super illos*, Vulg. vel, *cum illis*, pro עם, ut alibi, *Viri* על נשים *cum fœminis*: vel, *in eis*, ut sit ἐπὶ pro ἐν[b]. Sensus, q. d. Propinquus & familiariter cognitus erit illis, idque constanter & plenè. Quanquam vox σκηνόω, de Christo incarnato usurpata, Joh. 1. 14. Ecclesiæ militanti congruit, in qua Deus se patefaciet, & quidem sine interruptione, tali scilicet qualis antè fuerat sub Antichristo[c]. Sensus, Æterno Dei favore, gratiâ, gloriâ, fruetur[d]. Notat hîc singularem, valdéque familiarem[*], Dei præsentiam ac protectionem[f], quâ illis quasi incumbit, jugiter illos intuendo, se suáque omnia illis communicando & exhibendo[g].

16. *Non esurient*, &c.] Ut in hac vita, Mat. 25. 42. 1 Cor. 4. 11. Alia ibi vita & conditio[h]. Alludit ad Athletas, qui sæpe sitim & famem pati cogebantur, sub dio degere, in medio Solis æstu aggeres excitare, &c. At jam victores, & emeriti, quiete donantur, &, si egerent, ex publico alebantur[i]. Fames, sitis, æstus, hîc omnes vitæ hujus defectus & ærumnas designat[k]. Al. Habebunt unde vivant, qui antea in summa sæpe fuerunt penuria. Vide 2 Cor. 11. 27. Phil. 4. 12 †. Pascentur

gratiâ

Marginalia (left column): b G. c Me. ex La. d Me. * Par. f G. g Pi. h Me. Rib. G. sim. Be. D. i G. k Rib. sic G. l Cot. m G. n Ham. o Dur. p Clu. q Par. sic Grav. r Dur. † Cot. t Par. sic Dur. v Clu. For. x For. y Dur. z Par. a Dur. b Grav. c Cot. d For. sim. Clu. * Clu. f Par. g G. h Clu. i Dur. sim. Pi. For. k Clu. l For. m Par. n Clu. o G. p For. q Med. 525. & 693. r Dur. sim. Pi. † Dur. t L. in Clu. Greg. Areth. &c. in Rib. v Q. in Rib. x Clu. y Rib. ex Amb. Bed. Tycon. &c. Clu. z Clu. a Tycon. in Rib. b Clu. c G. d Me. * Me. ex La. f Rib. g Par. h La. i La. Me. k Dur. l Clu. m For. n Dur. o For. p Dur. q Clu. Dur.

Marginalia (right column): r For. † Clu. For. t Par. v Rib. ‖ Med. 1112. x Clu. Dur. y Clu. z T. sim. Par. Clu. a G. b For. c Dur. d For. * Clu. f Me. g T. h Clu. Dur. i Par. k Me. l Pi. D. Me. sic Par. Dur. m Par. sim. Rib. n Rib. o G. p Med. 1113. q Dur. r Rib. † G. Dur. sim. Rib. Clu. Be. t G. sim. Be. Clu. v Clu. x Clu. G. Be. y G. z Pi. sic Be. a G. b D. c Dur. d Par. * Clu. f Clu. T. g T. h Clu. i T. k Par. † G.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

gratiâ Dei, &c. Vide Psal. 23. Joh. 4. 13. & 6. 27, &c [k]. Cœtibus publicis sine impedimento aut persecutione fruentur [l]. ¶ *Nec*, &c. οὐδὲ—καῦμα] *Nec in eos cadet sol*, (i. e. Solis æstus [m].) *neque ullus æstus*, Be. Pi. Sive à Sole, sive à vento urente, Joan. 4. 9. quem Græci καύσωνα vocant. Desumpta verba hæc & præced. ex Esa. 49. 10. ubi in Græco ὁ καύσων ponitur pro שרב, ut alibi pro קדים, ut Ezec. 17. 10. & 19. 12. Ose. 12. 1. & 13. 15. &c [n]. *Nec æstus*, sive corporalis, Gen. 31. 40. Mat. 20. 12. sive spiritualis [o], nempe persecutionum [p], afflictionum & tentationum, de quibus usurpatur & καῦμα, Luc. 8. 12 [q]. Mat. 13. 6, 21 [r]. & πύρωσις, 1 Pet. 4. 12 †. Al. [Sensus est,] Carebunt incommodis. Nam Hebræi incommoda omnia per *æstum* exprimere solent [t].

17. *Agnus*, &c.] Christus Patri σύνθρονος (vide cap. 5. 6 [v].) pascet eos [x], Mannâ cœlesti [y], aspectu faciei ejus [z], Psal. 16. 11 [a]. suppeditabit illis omnia bona [b]. ¶ *Deducet eos ad*, &c. Ἐπὶ ζώσας, &c.] *Ad vivos* (i. e. scaturientes & manantes [c], vel perennes [d].) *fontes aquarum*, Be. Pi. Latinus legit ἐπὶ ζωῆς πηγὰς, &c. Erit ergò Trajectio pro πηγὰς ὑδάτων ζωῆς. Ὕδατα ζωῆς Hebræo more pro ὕδατα ζῶντα, *flumen vivum*, ut Virgilius loquitur. Quia verò valde est *Dulce, sitim salientis aquæ restinguere rivo*, ideo omne solatium, & omne id quod nos recreat, eâ imagine exprimitur. Vide Psal. 23. 1. & 36. 8. & 42. 1. Et huc alludit Christus Joh. 4. 10, 11, 14. & 7. 38. In Esaia pro his verbis habes, *Quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum portabit eos* *. Nihil suavius aut salubrius viatoribus, saltem in calidis illis locis, quàm fontes aquarum, &c. Per quas hîc intelligit divinas, efficaces, & æternas, refectiones in vitam æternam salientes, Joh. 4. 14 [f]. ¶ *Et abstergen*, &c.] Ut parens filios flentes blandè demulcet, &c [g]. q. d. Eos plenè consolabitur [h]. *Abstergere ægritudinem, luctum, dolorem*, ductâ à Lacrymis figurâ, dixit etiam Cicero. Eadem locutio infrà cap. 21. 4. In Græco Esa. 25. 8. est ἀφεῖλε, &c. Sed aliquantò plus est *abstergere*, quàm, quod ibi est, *auferre* [i].

k For. l Ham. m Pi. n G. o Clu. p Pi. q Clu. r Clu. Pi. † Clu. t G. v G. Me. x Clu. y T. z Cot. sim. Par. a Par. b Dur. c Pi. d G. sim. Camer. Dur. * G. f Clu. g Me. sim. Par. h Me. i G.

CAP. VIII.

1. ET *quum aperuisset* (Agnus scilicet [a].) *septimum Sigillum*] Ultimum decretum septem partes continens de causis obsidii, & obsidio urbis Hierosolymorum [b]. Nonnullis [G. & Ham.] placet quatuor primas Tubas impletas fuisse in Judæa ante obsidionem Jeros. & de seditionibus & cædibus ibi factis intelligendas esse. Quod nequaquam placet; 1. sic Historia hæc esset, quippe de rebus jam præteritis, non Prophetia; 2. sic septimum Sigillum impletum fuisset ante sextum, quod de Urbe obsessa & capta exponunt; 3. sic confunduntur hæ Tubæ cum secundo Sigillo, quod ipsi de seditionibus & cædibus illis accipiunt. 4. Dicant quæ seditio per primam Tubam intelligitur, quæ per secundam, &c. Si autem de seditionibus in genere eas intelligant, Apocalypsin in Chaos vertunt. Malim ego Prophetias de septem Tubis ad literam accipi, tum, quia nulla nos necessitas literalem interpretationem deserere cogit, nihil indè absurdum aut Scripturæ contrarium sequitur, tum, quia nulla hîc additur mysterii explicatio, ut cap. 1. 20. & 17. 7, 8. nec nobis licet pro nostro arbitrio aut affectu mysticas interpretationes confingere [c]. Al. Nova jam scena se aperit, ut novus mundus cœpit ab excidio Jeros. & abjectione Judæorum. Horum ruinam, & Gentilis Ecclesiæ patefactionem, sex prima Sigilla monstrant; jam septem Tubæ sub septimo Sigillo, tempora indè sequentia usque ad finem omnium describunt, sed generatim tantùm, nam ab initio cap. 12. usque ad finem cap. 19. particulariter tractantur [d]. Al. Fuerunt sex prima Sigilla, quibus stantis adhuc & vigentis Imperii status, usque dum potestas Idolorum rueret, casibus intestinis describebatur: Succedit septimum, cujus τὸ πρᾶγμα, *Septem Tubæ*, quo Imperii labantis & cadentis fata panduntur, Deo nempe sanguinis tot Martyrum Romanis auspiciis effusi isthâc ruinâ poenas exigente. Neque sera Christianorum Imperatorum pietas justitiæ Dei intercedere debuit, non magis quàm pietas Josiæ ut Regnum Judæ, sanguinis à Manasse effusi reum, excidium à Deo decretum effugeret. Hanc ultionem & animæ Martyrum sub 5. Sigillo precibus efflagitârunt, & Deus promisit cap. 6. Quapropter *preces istas* Angelus cœli Sacerdos ad Altare thymiamatis (ut moris erat precibus populi in Templo factis) suffitu ad Thronum Dei transmittit, eíque in memoriam revocat *. Hæc secunda Prophetia connectenda est cum sexto Sigillo in fine cap. 6. & septimum Sigillum sexto proximè succedit, ut sextum quinto, &c. ut res ipsa loquitur. Caput septimum per modum digressionis interpositum erat ut viam sequentibus muniret. Tempestas autem illa, quatuor ventis quos Angeli cohibebant significata, ad septimum hoc Sigillum pertinet; & ut ibi cohibita est, ità hîc, Electis jam signatis, cap. 9. 4. immittitur. Connexio igitur sic se habet, Post deturbatam in Imperio & orbe Idololatriam, & Christianismum publicâ authoritate munitum, & dejectos persecutores, &c. vidit Johannes hæreses Ecclesiæ incumbentes & mox in eam irrupturas, quæ tamen ad tempus coercitæ sunt, ut jam dictum [f]. ¶ *Factum est silentium in cœlo* (vel, in cœlo tertio, vel, in Ecclesia [g], nempe militante, quæ hîc describitur; neque enim in cœlo sunt strepitûs & silentii vicissitudines [h].) *quasi mediâ horâ*, Ὡς ἡμιώριον] *Ferè per semihoram*, Be. Pi. h. e. per notabile temporis spatium [i]: vel, per modicum tempus [k]. Ἡμιώριον pro *minimo tempore* usurpavit & Menander, teste Polluce. Vide Tob. 11. 14. Infrà μία ὥρα pro *tempore exiguo*, 17. 12. & 18. 10, 16, 19 [l]. Pererius existimat septimum Sigillum præcisè in hoc silentio consistere, quod non placet †. Silentium hoc non est effectus hujus Sigilli, sed comes ‖. Meritò dixi (quod mihi imputat Lawenus) Tubas necessariam habere connexionem cum Sigillo septimo, quod ex contextu liquet. Cùm enim ad præced. omnium Sigillorum apertionem Visum aliquod subjicitur rem Sigillo significatam exhibens, quis non credat eundem & hîc morem servari, ideóque Rem seu Visum Sigilli septimi esse mysterium Tubarum? id quod Andreas, Aretas, L. Rib. Alcas. Vieg. La. Jun. Gras. Bri. & omnes pro concesso habent; & meritò: alioqui nihil erit in hoc Libro de ordine certi, sed quidvis cuivis pro libitu præponendum & postponendum, nullâ sensûs Grammatici ratione habitâ *. Qu. Quid sibi vult hoc silentium? Resp. 1. Nullum hîc mysterium quæro, sed historicè accipio de brevi intervallo inter præced. & seq. Visionem Johanni concesso, ut ab horum contemplatione respiraret, & se ad nova φαινόμενα contemplanda præpararet, cessantibus paulisper cœlitibus à suis hymnis. Pausa igitur hæc ad τὸ πρέπον Dramaticæ actionis referenda est [m]. 2. Alluditur hîc ad ritus Templi [n], ut ostendit mentio Altaris, Incensi, & Tubarum, quæ omnia Templi appendices erant [o]. Dum sacrificia offerebantur, quæ prima pars λειτουργίας fuit, Templum canticis instrumentisque musicis personabat, 2 Chron. 29. 25, &c. At tempore Incensi omnia silebant, (quò fortè alluditur Psal. 62. 2. & 65. 2 [p].) & populus tacitè secum precabatur, Luc. 1. 10. *ad semihoram*, i. e. toto tempore Incensi [q]. Constat etiam, in sacris ubivis fere Gentium *Silentium* de Religione fuisse. *Favere linguis*, dicebant [r]. Et apud Veteres mos erat, teste Servio, ut *lumine incenso silentium præberetur* †. Si quis præter hunc sensum literalem requirat & mysticum, denotare hoc possit stuporem fidelium ob tremenda judicia in Judæos jam infligenda, simúlque sympathiam ipsorum cum illis, &c [t]. 3. [Hoc vult,] q. d. Non diu venti illi, de quibus actum cap. 7. 1. quievere. *Silere cœlum* etiam Latinis dicitur cùm cessant venti [v]. 4. Significat pacem & quietem Ecclesiæ datam vel dandam [x], vel, 1. post Antichristi interitum [y]; vel, 2. tempore Constantini [z], inter cessationem persecutionum, & ortum schismatum atque hæresium, quod tempus brevissimum erat [a]. Nam post paucos annos Licinius, contra pacta, novam excitavit persecutionem, & Arius horrendâ hæresi suâ tumultum excitavit longè maximum. Huic sententiæ favet, tum, quòd hoc pacis beneficium tam admirandum & ab omnibus celebratum non videtur Spiritus S. hîc præterire voluisse; tum, quòd hoc optimè congruit & cum

a Dur. b G. c Anon. d Li. chron. 157. * Med. 568. f Dur. g Cot. sim. Dur. h Dur. i Cot. k Grav. sim. Zeg. l G. † La. ‖ Dur. * Med. 684. m Par. n Med. 568. sic Ham. Li. chron. o Ham. sim. Li. p Med. q Med. sim. Ham. Li. r Med. ib. † Med. 695. t Ham. v G. x Camer. sic Per. Bri. Grav. Clu. Dur. y Q. in Zeg. sic Ans. Bed. &c. in Rib. Per. z Dur. sic Bri. Grav. a Dur.

cum præcedentibus, præsertim cum clamore Sanctorum sub Altari vindictam flagitantium, quam Constantinus de tyrannis sumpsit, & cum seq. Tubis, h. e. Hæreticis. Antecessit enim hæc Ecclesiæ quies hæreticos potentiores, qui tyrannide & dominio politico errores suos propagârunt, statim post finem Synodi Nicenæ[b]. 5. Attentam & tacitam hoc indicat exspectationem[c]; admirationem[d], & considerationem septem Tubarum & plagarum[*], quasi rerum magnarum, insolitarum & stupendarum[f], in quas & Angeli & homines beati prospicere expetebant[g]; qualium rerum exspectatio silentem efficit attentionem. Vide Job. 29. 9[h]. Eccles. 9. 17. Act. 21. 40[i]. Dices, nihil adhuc ostensum est, quo commoveri poterant. Resp. Res maximas animo se agitare ostendit Deus hoc indicio, quòd aperto Sigillo, nihil patuit; sed rem Sigilli continebat Deus quasi consilium iniens & maxima meditans, &c[k]. Res magni momenti sensim ferè, & prævia præparatione, provenire solent. Et certè Deus, qui ad iram tardus est, non nisi veluti compulsus, gravem indignationem effundit[l].

2. *Vidi septem*, &c. Τοὺς ἑπτὰ, &c.] *Septem illos* (emphaticè, vel, de quibus mox agendum[m]; vel, de quibus actum 4. 5. & 5. 6[n]. quod non placet[o].) *angelos*, &c. Be. Pi. Par. &c. Dei ministros. In Sigillis prodeunt Equi, hîc Angeli, quia majus hîc opus designatur[p]. Erant hi Angeli, vel, 1. mali[q], nam & hi stant in conspectu Dei, 2 Reg. 22. Job. 1. sed ut accusatores, Job. 1. & servi, ad executionem judiciorum Dei[r]: vel, 2. boni[†], & quidem primarii[t], sive interioris admissionis, de quibus diximus ad Matth. 18. 10[v]. Deo proximi & familiarissimi[x], quibus cura hominum & Ecclesiæ à Deo demandata est[y]. His Deus non utitur nisi ad res eximias[z]. *Septem* esse dicuntur, vel, ut septem illis spiritibus cap. 4. opponantur; vel, ut denotetur hæreticorum multitudo & universitas[a]. ¶ *Et datæ sunt illis septem tubæ*] Singulis singulæ[b], ex benignitate Dei, ut hæc mala gradatim ingruant, itaque homines præmoniti & præmuniti sint[c]. Hebdomas, sicut in rebus aliis, ità ubi plagarum est mentio, significat nihil deesse. Itaque implentur hîc illæ Dei adversus Jacobi posteros minæ, Levit. 26. 28[d]. In 7 Tubis consummatio seculi indicatur; & ut Jericho corruit, ità mundus corruet, ad sonitum septimæ Tubæ[*]. Tubarum usus multiplex, 1. in festis & cultu Dei. Vide Psal. 47. 6. & 81. 3. & 98. 7, 8. & 150. 3. &c[f]. 2. in convocando populo[g], Jer. 4. 5. & 6. 1. Joel. 2. 15[h]. 3. in bellis & periculis indicendis[i], Jer. 4. 19, 21. & 42. 14. Ezec. 33. 3. Amos 3. 6. &c[k]. Tubæ indicant pugnas futuras, Jer. 42. 14. Ose. 5. 8. & alibi[l]. Tubis etiam publicantur edicta Principum[m]. Significat, Angelos suo præconio, ceu Tubâ[n], sententiam Dei in impios latam proclamaturos[o], & statim executioni mandaturos[p]. Plerique volunt hos Angelos repræsentare verbi Divini præcones[q], quorum est hominibus Dei voluntatem proclamare; non inconcinnè quidem de sex prioribus, at septimus indubiè est Archangelus ille 1 Thes. 4. 16[r]. *Tubæ* hîc respiciunt, tum, 1. pios, quos præmonent, 1 Cor. 14. 8. tum, 2. impios, in quos Deus hostes convocatos immittit[†]. *Tubæ* hîc denotant, 1. res has gravissimas esse: tubicines enim sunt nuncii rerum magnarum, nec nisi magnis personis conveniunt; 2. consilium Dei, ut mortuus mundus aut ad pœnitentiam exsuscitetur, aut inexcusabilis reddatur. Quòd hæ Angelis *dantur*, eo declaratur, nihil eos sine speciali autoritate & mandato moliri[t].

3. *Alius Angelus*] *Angelus precum Ecclesiæ*, ut ex sequentibus intelligitur. Talis Angeli meminit Hebræus Liber Chasidim, & Tertul. De Oratione[v]. De eo dicunt Hebræi in Elle Shemoth Rabba sect. 21. *Synagogæ singulæ seorsim precantur, cùm autem omnes synagogæ omnes preces suas consummaverint, Angelus qui precibus præficitur portat omnes preces, & facit eas coronas, & imponit capiti Dei*, &c[x]. *Angelum* hîc intelligunt, vel, 1. Angelos in genere, quorum ministerio preces nostræ Deo offeruntur[y]; quod non placet[z]: vel, 2. Ministerium Ecclesiasticum[a]; vel, 3. Constantinum M[b]. vel, 4. Michaelem[c], cui tota Ecclesia commissa est[d]; vel, 5. Christum[*], in quem unum quadrant quæ hîc sequuntur[f]. Hic solus & preces Sanctorum offerre potest, &

[b] Grav. [c] For. La. T. sim. Clu. [d] Cot. ex Jun. T. [*] La. T. [f] La. sim. For. [g] Clu. [h] For. [i] Clu. [k] Cot. [l] For. [m] Clu. [n] Q. in Clu. sic Par. [o] Clu. [p] Cot. [q] Grav. Q. in La. [r] Grav. [†] Q. in Grav. [t] Clu sim. Cot. La. Me. T. [v] G. [x] T. [y] Me. sim. Rib. T. [z] G. [a] Grav. [b] Pi. Rib. [c] Dur. [d] G. [*] Rib. [f] Clu. [g] Clu. Dur. Par. [h] Clu [i] Clu sim. Rib. Dur. [k] Clu. [l] G. [m] Par. [n] Me. [o] T. [p] T. sim. Me. [q] Par. sim. Me. [r] Par. [†] Dur. [t] For. [v] G. [x] Cart. mel. if. p 3052. [y] Ee. in Cap. [z] Cap. [a] Q. in Grav. [b] Al. in Grav. [c] Rib. Me. [d] Rib. sim. Ga. [*] Zeg. Gag. Me. Cot. Clu. For. Dur. Grav. Par. ex And. [f] Cot.

efficaciam illis dare[g]: hic solus Pontifex est in Ecclesia[h]. Omnes ritus hîc usurpati respectum habent ad Pontificem[i], qui typus erat non Angelorum[k], sed Christi[l]. Obj. 1. Christus nusquam *Angelus* absolutè dicitur[m]. Resp. Imò *Angelus* dicitur Gen. 48. 16. ut apparet ex collat. Gen. 28. 15. & 32. 9, 11. & *Angelus fœderis*, Mal. 3. 1[†]. *Angelus* autem hîc nomen est officii, non naturæ[n], q. d. Legatus, ut alibi Mediator, Propheta, & Pontifex dicitur[o]. Obj. 2. Hunc Angelum Johannes aliis similem facit dicendo, *alius Angelus*[p]. Resp. *Alius* dicitur, specie scilicet[q]. Obj. 3. Obstat quòd incensum huic Angelo datum est[r]. Resp. Et officium Mediatorium, & vires ad id necessariæ, Christo *dari* dicuntur. Adde quòd de Christo hîc loquitur phrasibus Pontifici in terra congruentibus, nam in cœlo non sunt altaria, suffitus, &c. Describitur autem hoc loco Intercessio Christi, quæ hîc inter apertionem Sigilli Tubarúmque exhibitionem, & clangorem Tubarum, intervenit: eáque duabus constat partibus, respicitque, tum, 1. populum suum, v. 3, 4. pro quo solicitudinem suam monstrat, &, antequam frœna laxet sequentibus malis, pro iis intercedit, ut Deus nec peccata illis imputet, nec eos sinat errorum fluctibus abripi; sed eos conservet, ne quid illis nocumenti indè obtingat, ut Luc. c. 22. v. 32. tum, 2. hostes suos, in quos projicit *ignem*, &c. v. 5. & postquam suis prospexerit, Angelos clangere jubet[†].

¶ *Stetit* (Ut reliqui, nam & hic quodam respectu minister est: stat autem in loco summi Sacerdotis[t].) *ante*, &c. Ἐπὶ, &c.] *Ad* (vel, *Ante*, Er. *Super*, Pi. Cot. *Apud*, Be. Pi. *Juxta*, ut suprà 7. 9[v].) *altare*, Mo. vel, 1. Holocausti, ut significetur, Christum Sacerdotem esse, simul & victimam super altare oblatam[x]. Vel potiùs, 2. Suffitûs[y]; ut ostendit, tum thuribulum[z], tum, quòd *aureum* mox dicitur, cùm illud holocausti rum æneum esset[†]. Sensus, Ministravit Altari, aut Deo ante Altare[a], tanquam summus sacerdos & advocatus Ecclesiæ apud Deum[b]. *Altare* hîc interpretor cultum Dei, cui in Ecclesia præfectus est Christus: ibi enim offerebantur dona & sacrificia, quæ cultûs legalis summa erat[c]. Per *Altare* pios animos intelligit[d]. ¶ *Habens thuribulum aureum*] Ità Be. Pi. Er. P. Mo. Ca. &c. Per quod intelligit[*] Christi cor[f], & corpus[g], mortale, quod oblatum est instar incensi[h], ut odor Deo suavissimus[i]; vel, pretiosam Christi passionem & mortem[k], cujus æterno vigore coram Deo ipse Pontifex pro nobis apparet in cœlis, Heb. 9. 24[l]. Λιβανωτὸν, &c.] Rectè, ut apparet ex v. 5[m]. alias *thus* significat[n], ut 1 Par. 9. 29. & apud Herod. Theophrast. Galen. item Schol. Aristoph. & Ammon. [quorum verba vide in G.] Puto igitur hîc & v. 5. legendum λιβανωτὶν, ità ut χρυσοῦν sit Atticè dictum. Nam λιβανωτὶς, *acerra, thuribulum*, in Glossario. Diximus suprà solenne Judæis res Cœli per verba Templi exprimere, 1 Reg. 7. 50. המחתות, Græcè θυΐσκαι, Latinè *thuribula*[o]. ¶ *Et data sunt ei* (Nempe, à sedente super Thronum[p]. Odores dari solebant per alium ei qui incensum faciebat, ut patet ex Massecheth תמיד[q].) *suffimenta*, vel *incensa*, (id est, aromata[†]:) *multa*, (Notat & copiam & varietatem aromatum[†]. Designant hæc, vel, 1. Christi merita[t], sufficientia & superfluentia[v]; vel, intercessionem[x]: vel, gratiæ & εὐωδίας plenitudinem, ipsiúsque spiritum pro nobis intercedentem, & nos regentem atque mirabiliter moventem[y]. Vel, 2. preces & gemitus militantis Ecclesiæ[z], quæ sunt *instar suffitus*, Psal. 141. 2. Deo gratissimæ. Mos enim erat ut dum Sacerdos suffitum adoleret populus foris in Atrio precaretur, ut hæc simul ad Deum sursum ascenderent, typus nempe & res typo adumbrata[a].) *ut poneret* (vel, *daret*, Pi. *Dare in arcam* vox propria sacris[b]. *Dare* & *ponere* se mutuò explicant apud Latinos, Græcos, & Hebræos[c].) *ea cum* (Ellipsis particulæ ἅμα[d], vel, σὺν *cum*, ut Levit. 26. 42. *Fœderis mei Jacob*, &c. i. e. cum Jacob, &c. Deut. 32. 43. *Cantate gentes* עמו את *cum populo ejus*, ut Rom. 15. 10. exponitur[*].) *precibus* (ut scilicet eas Deo offerret[f], eíque acceptas redderet[g]. Al. Pro προσευχαῖς legendum προσευχὰς[h]. Sic legit Vulgatus cùm vertit, *de orationibus*. Est enim locutio in qua permiscentur significans & significatum, q. d. *Accepit multos suffitus, ut eos suffitus, qui sunt Sanctorum omnium preces, injiceret* in

[g] Tur. [h] Par Dur. [i] Tur. [k] Cap. [l] Cap. sic Dur. [m] Rib. [†] Par. [n] For. [o] Clu. [p] Rib. [q] Par. [r] Q. in Dur. [†] Dur. [t] For. [v] G. [x] Pi. [y] Pi. sic G. Med 568. Han. Rib. [z] Pi. [†] Rib. [a] Pi. [b] Clu. [c] Cor. [d] Cler. & Orig. in G. [*] Cor. [f] Clu [g] Clu. Gag. Me. [h] Me. [i] Gag. [k] Par. sim. Cor. [l] Par. [m] Re. [n] Er. sim. Be. G. [o] G. [p] Pi. [q] Cap. [†] Me. [†] Cap. [t] Cot. sim. Be. Glass. [v] Cot. [x] Dur. [y] Clu. [z] Par. sim. Grav. Cap. [a] Cap. [b] G. [c] D. [d] Pi. [*] Glass. gram. 3 6. 16. 565. [f] Clu ex Primas. & Alb. Rib. [g] Clu. ex Alb. sic Rib Cot. [h] Ca. sic G.

in altare. Sic suprà 5. 8. *suffitus* dicuntur *esse preces.* De tali permixtione membrorum comparationis diximus ad Matth. 23. 25. & Heb. 11. 15[i]. Vel, *de precationibus*, Er. sic Par. ex Vulg. materialiter, ut Gen. 4. 4. *de primogenitis*, & Prov. 3. 9. *de substantia nostra*[k]; vel, quia non offert omnes, sed de omnibus eas quæ legitimè concipiuntur: sæpe enim sancti non rectè petunt[l]. Quod subtilius videtur. Est hîc Ellipsis præp. *de*, vel *cum*. Potest tamen sine Ellipsi intelligi, quòd Christo sint dati suffitus, ἵνα δώσῃ, *quos daret*, h. e. adderet, conferret, precibus Sanctorum; ut suffitus hîc sit gratiositas, h. e. meritum Christi, quo preces acceptæ fiunt[m].) *Sanctorum omnium* (nempe, in terris degentium[n], fidelium confessorum Evangelii[o]; qui ab impiis vehementer afflicti, ipsorum punitionem suámque liberationem optabant[p]. *Omnium* dicit, quia nullum sanctum negligit †.) *super altare aureum quod erat ante thronum*, Pi. sim. Be. &c. Altare hoc erat thymiamatis sive incensi[q], quod deauratum erat, Exod. 30. 3, 6, 7[r]. quod θυσιαστήριον dicitur, quia non victimæ tantùm, sed quicquid Deo offertur, dicitur θυσία †. Hoc autem Altare figurabat, vel Christum[t], qui & Sacerdos, & Hostia, & Altare, est: vel, Divini beneplaciti decretum, ut preces in Christi nomine offerrentur simúlque gratæ essent[v]. Sicut ara Suffituum propinqua erat Adyto[x], & ante Sanctum Sanctorum[y]; ità hîc ostenditur propinqua Dei Solio, quod Adyto respondet[z].

4. *Et*, &c. Καὶ ἀνέβη —— ταῖς προσευχαῖς, &c.] Dictum Hebraico more pro τῶν προσευχῶν· de quo vide quæ diximus ad Col. 2[a]. Puto Latinum hîc legisse τῇ προσευχῇ, & rectè. Nam in talibus numerus Singularis & Pluralis usurpantur promiscuè. Et subauditur ὡς τό τ' ἐστι ante illud τῇ προσευχῇ· explicatur enim quò Visum illud tetenderit[b]. [Sic vertunt:] *Et ascendit fumus incensorum orationibus* (vel, *precibus*, vel, *ad preces*, Par. vel, *de precibus*, Er. vel, *cum precibus*, Be. Pi. ut v. 3[c]. vel, *supplicationum*, Ca.) *Sanctorum*, &c. Mo. &c. q. d. Ad Deum pervenit[d]: h. e. Preces illæ Deo gratæ fiunt, & ab eo exauditæ*. Id enim significat *ascendere in conspectum Dei*, Act. 10. 4. Confer Exod. 3. 9[f]. Deus delectatus assiduâ Christianorum pietate non ultrà cohibere voluit iram suam adversùs Judæos, quorum tanta in Christianos crudelitas fuerat[g].

5. *Et accepit —— thuribulum*, (jam vacuum[h], post suffitum factum[i].) *& implevit illud de igne altaris*, (Nempe holocausti[k], sive victimarii, quod ex potissima parte τῶν ὁλοκαυτωμάτων dicitur[l]: nam in illo ignis perpetuus alebatur, in altero nullus[m]. Al. De igne qui erat in aliis thuribulis Altari impositis[n].) *& misit* (vel, *abjecit*, Be. Pi. *effudit*, G.) *in terram*] id est, In homines terrena sapientes[o]: vel, in visibilem Ecclesiam, quæ *terra*, cap. 7. 1. in qua sunt arbores & herbæ, tum virentes, tum marcidæ: eadem *ager* dicitur, sive mundus, Matth. 13[p]. *Ignis* hîc significat, vel, 1. Spiritum Sanctum[q]. Ut enim ignis ille sacrificialis, 1. cœlestis erat, 2 Chron. 7. 1, 3. 2. semper conservabatur, Levit. 6. 13. 3. accendebat thymiamata: sic Spiritus S. 1. de cœlo est, 1 Cor. 2. 12. 2. nobiscum manet in æternum, Joh. 14. 16. Esa. 59. 21. nec exstinguendus est, 1 Thes. 5. 19[r]. Idem effusus est specie ignis super Apostolos, Act. 2. 2 †. & donis suis instruit, tum Ecclesiam ejúsque membra, tum inprimis ministros, ut insigni virtute Evangelium doceant[t]. Sed hæc sententia, nec scopo congruit, nec seq. effectis, ut videbimus[v]. Vel, 2. iram Dei[x], qui est ignis consumens[y], cujus ira passim in Prophetis *ignis* est. Vide quæ ad Marc. 9. 49[z]. Notat judicia à Deo immissa *in terram*[a], nempe Judæam, ut γῆ sumitur in hac parte Apocalypseos. Sic *ignis* in Hierosolyma effunditur, Ezec. 10. 2[b]. Hoc ritu indicat quorsum spectarent preces istæ, quas ad Deum commeantes grato odore perfuderat; scilicet ad vindictam in Terricolas impetrandam qui Sanctos occiderant[c]. *Ignis* hîc notat judicia gravissima & spiritualia in Ecclesiam effusa: *incenso* enim *ascendenti* cum precibus Sanctorum opponitur *ignis descendens*, tanquam abjectio & repudiatio precum aliorum. *Ignis* hîc *ab altari sumptus* notat divisiones & contentiones, circa res, non civiles, sed spirituales, Luc. 12. 49, 51, 52, 53. collat. cum Matth. 10. 34, 35, 36. ex zelo erroneo, superbia, &c[d]. *Ignis* hic est turbarum quæ prædicationem Evangelii sequuntur*. Cui obstat, quòd de hoc igne Pontifex suffitus suos priùs accenderat[f]. Sed docere voluit Spiritus, eandem Christi mortem credentibus cedere in salutem, & rebellibus ac profanis in majorem condemnationem. Confer 2 Cor. 2. 16[g]. Ex uno eodémque & altari & thuribulo, unus idémque ignis, tum sursum mittit suavem suffitum, tum deorsum iram consumentem: ignis hic electos fovet, purgat, corroborat; hostes autem exurit. A Christo est & Sanctorum acceptatio, & ira in mundum, &c[h]. Signum hoc est datum tubicinibus[i], qui stabant id ipsum exspectantes, ut pergant ad exsecutionem κατ' αὐτό[k], & judicia cap. 7. cohibita inducant[l]. ¶ *Et facta sunt* (scilicet ex Throno seu Adyto Templi, c. 4. 5[m].) *tonitrua & voces*, (id est, voces tonitrui, aut cum tonitru[n], ut suprà diximus, 4. 5[o]. ut & sit ἐξηγητικόν pro *hoc est*; vel potiùs, ἓν διὰ δυοῖν[p]. Pro φωναὶ καὶ βρονταὶ est φωνὴ βροντῆς, 6. 1[q].) *& fulgura & terræmotus*] His verbis describitur oraculum *Bath Kol*, i. e. *Filia vocis*, seu *tonitrui*, quo Deus olim in Veteri populo responsa dabat, eodémque hîc precibus Sanctorum annuit. Scilicet Deus ut Legem tulit, Exod. 19. 16. ità utplurimùm cum tonitru placita atque oracula sua edebat, ut Joh. 12. 28. Apoc. 4. 5. & 6. 1. & 10. 3. Sic & *terræmotu* annuebat Deus Apostolorum precibus, Act. 4. 31. Vide & 2 Sam. 22. 7, 8, 9. collat. cum Psal. 18[r]. Significantur hîc varii eventus prædicationis Evangelii, & quidem iidem qui priùs apertione 1, 2, 3, 4, & 6. Sigilli significabantur, sed generatim tantùm, ut dixi; h. e. conciones Apostolorum cum læto successu, & indè consequentes persecutiones, hæreses, &c †. Spiritu Sancto mundum ejúsque scelera arguente, fiunt *voces*, h. e. validæ concertationes, *tonitrua*, dum viri igne Spiritûs Dei correpti, invito mundo, Christi mandata urgent, ut in tonitru ignis nube inclusus per vim erumpere conatur; *fulgurationes*, dum miracula & conspicua Dei judicia mundum perlustrant; *terræmotus*, i. e. concussiones validæ imperiorum, &c[t]. *Tonitrua* hæc terriculamenta sunt, & cœlestis increpationis verba, *voces* exhortationes, *fulgura* miraculorum coruscationes, *terræmotus* ingens mortalium tumultus & conquassatio, ex quibus alii ad pietatem, alii contrà ad infidelitatem, permoti sunt[v]. Al. Hæc omnia significant novas à Deo minas venisse, per multa nempe ostenta, quæ memorat Josephus, & in Chronico Eusebius, partim etiam Tacitus. Sic *fulmina* & *tonitrua* in Minarum sensu etiam suprà habuimus 4. 5. Ad ἀστραπὰς rectè referas *visas in cœlo concurrere acies*, & *arma rutilantia*, ut Tacitus loquitur, *gladium igneum*, ut Josephus, & quòd *subito igne colluxit Templum*; ad βροντὰς & φωνὰς, vocem in Templo auditam, *Migremus hinc*; ad *terræmotum*, quòd porta ænea sponte patuit. Vide Joseph. 6. 31. & Tacit. Histor. 5[x]. *Tonitrua*, &c. interdum quidem indicia sunt Dei preces exaudientis, ut 1 Sam. 12. 16. hîc autem tremendum aliquem effectum designant: ut liquet, 1. quia sequuntur projectionem ignis in terram; 2. quia antecedunt clangorem Angelorum, qui hactenus cohibiti sunt, nunc missi, &c. 3. ex collat. Apoc. 11. 14. & 16. 18[y]. Prænuncia hæc sunt ingentium calamitatum[z], & tremendorum judiciorum Dei[a], in impios[b], quæ in gratiam piorum sub illorum tyrannide gementium & precantium excitat Deus adversùs oppressores Ecclesiæ[c]. Notatur hîc vindicta Dei in Judæos, &c[d]. vel potiùs, in Imperium Romanum*. Sacro [autem] sic peracto, & Deo voce tonitrui Sanctorum precibus annuente, sequuntur Tubæ[f], quarum Epocha sive initium erat mox à morte Juliani, ultimi ex Imperatoribus Ethnicis circa annum Christi 365[g].

6. *Angeli*, &c.] Qui ad gubernandas Tubarum plagas, adhibitis ad gerendum per quos Deus decreta sua exsequi visum hominibus, constituti sunt. Angeli igitur in his Visionibus eorum locum tenent quibus ad res gerendas à Deo præponuntur; quódque communibus operis tam Angelorum quàm hominum geritur, id Angelis authoribus, tanquam auspicibus & ducibus, geri dicitur[h]. Sex primi Tubicines sunt Apostoli & præcones verbi sequentes, septimus autem est Archangelus[i]. ¶ *Præparaverunt se* (Nempe, accipiendo tubas suas, easque ori admovendo[k]. Deus, cùm homines aut Angelos

Angelos operum suorum instrumenta habet, gradatim procedit præluditque operi, non autem simul & semel id præstat [l]. Hâc præparatione mora quædam significatur Divinæ ultionis, ut peccatores agant pœnitentiam, &c [m].) *ut clangerent*] Ordine scilicet, sive unus post alium [n]; ut signum darent pugnæ Dei in Judæos [o]. Hæc autem de Angelis certè memorantur ad imitationem fidelium, & præcipuè Ministrorum; à quibus sub hac figura exigitur, 1. Ut tubas habeant, h.e. dona; 2. ut vocationem habeant à Deo; 3. ut parati sint ad opus suum, & in eo cauti, fideles, & diligentes; 4. ut ordine procedant, &c [p]. Locus hic de Prophetia Tubarum obscurus est [q]. In Sigillis belli, famis, pestis, &c. aperta fit mentio. In Tubis autem & Phialis res obscurissimis typis involutæ sunt, quia in iis maximæ quæque res tractantur. Nam pro rei momento clariores vel obscuriores esse typos æquum est [r]. Ad illustrationem hujus Prophetiæ nonnulla præmittenda sunt: 1. Incipiunt Tubæ à pace per Constantinum M. Ecclesiæ reddita, & desinunt ubi Antichristi ruina incipit. 2. Hæc Prophetia respicit illam de Bestia, cap. 11. 7. & cap. 13. & illi prorsus contemporanea est, & eodem tempore circumscripta: unde constat, hanc respicere Ecclesiam & probationes spirituales. 3. Quinta Tuba Antichristum ejúsque patefactionem manifestè respicit, ut constat ex collat. v. 13. hujus cap. & 9. 4. 4. Scopus præcipuus hujus Prophetiæ est, ostendere defectionem Ecclesiæ gradatim factam in doctrina & cultu Dei, simúlque tanquam effectum illius, plagam aliquam, tum spiritualem, tum etiam temporalem, immissam in mundum; &, ad eorum probationem, in ipsos fideles, præsertim sub Antichristo, cujus profectui & augmento hæ plagæ viam muniunt, vel, Ecclesiam debilitando, vel, Imperium concutiendo, ut clariùs patefit cap. 11, 12, 13, & 14. Verùm non tam particulares res aut personas designat, quàm generalem Ecclesiæ statum & eventa omnis generis. 5. Diversi status Ecclesiæ in Imperio comparantur mundis diversis, & illius eversiones aut corruptiones mutationibus mundi, cùm tamen sola Ecclesia sive religio hanc mutationem subeat. Tres autem in hoc Libro mundi memorantur tanquam successivè eversi per tres principales Prophetias, Ethnicus sub 6. Sigillo, Christianus sub Tubis, Antichristianus sub Phialis. 6. Summa est inter Tubas & Phialas similitudo. Ex utrisque prima est in Terram, secunda in Mare, tertia in Fluvios, quarta in Solem: quinta Tuba Antichristum ponit in Throno, quinta Phiala effusa est in Thronum Bestiæ: sexta Tuba solvit Angelos ad Euphratem, sexta Phiala Euphratem exsiccat. Unde apparet, iisdem methodis & gradibus procedere, tum ruinam Antichristi, tum Ecclesiæ liberationem, quibus ille crevit, hæc autem obscurata est. Et propterea, sicut excidium Antichristi cum mundo suo manifestè per Phialas notatur, itè hic mundus, per Tubas eversus, intelligendus est de visibili Ecclesia, super cujus ruinas mundus Antichristianus erectus est, idq; sub Tubis ut liquet; neque enim mundus ille everti antè potuit quàm ædificatus est, nec ædificari, nisi postquam mundus Christianus & exstructus esset & deficere cœpit. Ex his constat, tum, 1. defectionem Ecclesiæ, & ortum ac patefactionem Antichristi præcipuum esse Tubarum scopum; tum, 2. *Terram, Montes, Aquas*, &c. aliquid esse in Ecclesia iis analogum. 7. Primæ quatuor Tubæ non designant ortum & patefactionem Antichristi, quæ sub quinta Tuba fit, quod magnam in hac Prophetia lacunam pareret; sed primas Ecclesiæ calamitates postquam mundus jam Christianus factus est, quibus via Antichristo munita est, & mundus ad eum recipiendum per gradus præparatus est. Et hac de causa distinguuntur hæ Tubæ à tribus sequentibus, quæ historiam Antichristi revelati continent. Ex dictis colligitur, 1. Tubas designare statum Ecclesiæ cum ordine temporis & per successionem, &c. 2. Illas non præcipuè denotare mutationes temporales in Imperio, in pœnam præcedentium persecutionum, sed mutationes & plagas spirituales in Ecclesia visibili; quæ tamen phrasibus judiciorum temporalium exprimuntur, quomodo & altercationes Ecclesiæ cum Hæreticis phrasibus bellicis significantur. Sancti enim hæc mala patiuntur dum totus mundus triumphat [†]. 8. Harum Tubarum quatuor primæ angustiorum & minorum plagarum sunt; utpote quibus, Orbi Occidentali sive Latino maximam partem incumbentibus, sanandis fuit Episcopus Romanus, dehinc Orbi saltem isti in caput futurus. Quarum imaginibus ritè accommodandis observetur, Universitatem Romanam cum reliquis Orbis Imperiis à Spiritu Sancto tacitè assimilari Systemati Mundano, cujus partes sunt *Terra, Mare, Flumina, Cœlum, Stellæ*: eâ ratione, ut Imperii cujusque Systema suam *Terram* habeat, h.e. imum quoddam & Basin cui totius politiæ moles incumbat; suum *Mare*, i.e. Ditionis amplitudinem seu extensionem; sua *Flumina*, h.e. Magistratus provinciales cæterósque ditionis administros, quorum alvei sunt ipsæ provinciæ; *Solem* denique aliásque *Stellas* in Supremæ potestatis cœlo. Quod autem passim de *Tertia parte Arborum, Maris, Fluminum, Cœli*, inculcatur, id de finibus Romani Imperii accipio, *tertiam* Orbis terrarum Johannis ævo cogniti partem ambitu suo complectentis. Id quod ex eo probari posse videtur, quod postea cap. 12. *Draco ille septiceps decacornis* (id est, Imperium Romanum Ethnicum:) *tertiam partem Stellarum Cœli caudâ suâ traxisse & in terram abjecisse* dicitur; id est, tertiam partem Principum & Dynastarum Orbis Imperio suo subjecisse [t]. Al. Quatuor primæ Tubæ (quæ comparatæ cum tribus sequentibus sunt Væ minora) designant declinationem & labefactationem Ecclesiæ, ídque per 320 annos, vel circiter, à tempore Constantini M. usque ad revelationem Antichristi. 9. Quod de Sigillis diximus, id & in Tubis locum habet: Prima Tuba non prorsus desinit abítque, cùm secunda incipit, &c. sed omnes aliquo modo simul sunt atque operantur, & prima aliquo modo duravit usque ad ultimam; sed quælibet Tuba rem suam respicit quoad ortum & fastigium, vel patefactionem, mali in ea designati [†]. Quid tres primæ Tubæ designant, colligi possit ex igne in singulis. *Ignis* autem seditionem rebellionémque aptissimè significat. Vide Jac. 3. 5, 6. Erant autem apud Judæos duo hominum genera qui Remp. turbabant. Στασιασταὶ, *seditiosi*, qui rebellionem in Romanos excitabant, & ζηλωταὶ, *zelotæ*, qui in obsidione, aut proximè ante illam, omne genus crudelitatis in suos exercuerunt. Illorum seditionibus irritati Romani gravissima illis mala intulerunt sub Albino, Floro, &c. quæ per quatuor primas Tubas hîc significantur. Tres ultimæ Tubæ extrema denotant mala quæ Judæi in obsidione perpessi sunt [||].

7. *Et primus*, &c.] Sicut primus Equus suprà causam ostendit cur tres alii equi sequantur, itâ hîc primus Tubicen causam explicat cæterorum [v]. ¶ *Et facta est grando & ignis mista in sanguine*] Typus hîc conjunctus est, & hæc tria unam rationem habent, & designant tempestatem aeris, summámque calamitatem Terræ atque plantarum. Pluit grandine, igne, sanguine [x]. Sanguis & cum grandine miscetur & cum igni [y]. Corruptissimi aeris nota est si sanguis depluat [z]. *Grando* inter iræ Divinæ flagella numeratur, Psal. 18. 14. & 78. 52. &c. & de pœna gravissima dicitur, Esa. 28. 2. & 30. 30. & 32. 19. *Ignis* afflictionem (quæ & *ignis* dicitur 1 Pet. 1. 7. & 4. 12.) penetrantiorem reddit & terribiliorem. *Sanguis* horrorem metúmque omnibus injicit, tabo squaloréque omnia fœdans [a]. *Ignis* cum *grandine* conjungitur, hîc & Exod. 9. 23. Psal. 18. 13, 14. quia Grando cum fulmine, in calidioribus præsertim regionibus, esse solet. Sed *sanguinem* hîc præter naturam addit Johannes, ut Imaginem totam hoc indicio ad cædem spectare innueret [b]. Alluditur hîc ad plagas Ægyptias [c], & hîc, ut ibi, plagæ paulatim ingravantur, ut homines terreantur & resipiscant [d]. Hæc autem accipienda sunt, vel, 1. literaliter [*], de fulminibus & exhalationibus ignitis, & lapidibus grandinis, quibus miscebitur pluvia sanguinea [f], quæ fieri incipient ante ultimum judicium, & ante Antichristum [g]; vel, 2. mysticè, ut ostendunt, 1. sequentes Tubæ, quæ mysticè omnino accipiendæ sunt; 2. scopus Apocalypseos, qui est maximas mundi mutationes prædicere; 3. quòd nulla unquam fuit talis tempestas, in qua hæc mixta sunt. Quare omnes Allegoricè accipiunt, diversis tamen modis [h]. *Grando* dura animorum obdurationem significat, ut & infrà 11. 19. & 16. 21. *Ignis sanguineus* iracundiam sanguinariam satis apertè notat. In MS. est μεμιγμένα,

[l] Cot. [m] Rib. [n] Dur. [o] G. [p] Dur. [q] Idem. [r] Cot. [†] Dur.

[t] Med. 569. [†] Dur. [||] Ham. [v] G. [x] Cot. [y] Rib. sic Cot. [z] Cot. [a] Clu. [b] Med. 570. [c] Dur. For. [d] Rib. [*] La. ex Aret. & Rib. Me. [f] Me. La. [g] La. sim. Rib. [h] Clu.

μένα, ut hoc ad *grandinem* non minùs quàm ad *ignem* referatur[i]. Symbola hæc sunt judiciorum Dei[k]. Significant autem hæc, vel, 1. contradictiones[l], & persecutiones[m], sive Judæorum contra Apostolos ubique locorum[n], sive Imperatorum Ethnicorum contra Ecclesiam[o], usque ad Constantinum M[p]. [de quibus vide Cot. fusè hîc disserentem.] Vel, 2. ultionem Dei in Judæos[q]. *Terra* hîc est Judæa. In eam immittitur Divinitùs durities animi & iracundia sanguinaria, quæ duo ità eo tempore in Judæis apparuere ut nunquam in ullo populo magis[r]. Vel, 3. pœnas gravissimas Orbi immittendas per mutationem tempestatum anni, &c†. Vel, 4. Terribilem & cruentam illam Gentium Septentrionalium irruptionem in Territorium Orbis Romani[t], plerasque illius provincias vastantem, idque sine intermissione[v]; & magnates plebeiósque prosternentem atque absumentem[x], per annos 15[y], imò ferè 45[z]. De qua sic loquuntur Scriptores quasi hunc Apocalypseos locum exponere vellent. Ammianus Marc. l. 26. c. 5. *Hoc tempore*, inquit, *velut per universum Orbem Romanum, Bellicum canentibus Buccinis, excitæ sævissimæ Gentes limites sibi proximos persultabant*, &c. & cap. 14. *Horrendi tremores per omnem Orbis ambitum grassati sunt subitò, quales nec fabulæ nec historiæ nobis exponunt. Paulò post lucis exortum densitate prævia fulgurum acriùs vibratorum tremefacta concutitur omnis terreni stabilitas ponderis*, &c[a]. Et Nicephorus Gregoras l. 2. c. 7. de Scythis agens, *Ut*, inquit, *terrores de cœlo sæpe hominibus à Deo incutiuntur, ut fulmina, incendia, & crebri imbres*, &c. *ità hi à Deo asservantur Septentrionales & Hyperborei terrores, ut pro pœna, quando & quibus Providentiæ visum fuerit, immittantur*[b]. Initium hujus Tubæ, donec certius quid constiterit, ducam à morte Theodosii primi, id est, ab anno Christi 395. tanquam sexti Sigilli desinentis & primæ Tubæ incipientis communi quodam termino; quòd tunc Idolarchia Romana jam prorsus disturbata atque excussa fuit, & Religio Christiana de diis Gentilium planè triumphâsse videtur. Huic sententiæ confirmandæ facit, tum, quòd *Grandinis* imago ad hostilem impressionem spectat, Esa. 28. 2. & 30. 30. tum, quod habet Achmetes de significatis *Grandinis*, *Ignis*, & *Arborum*, Cap. 191. *Nix, grando, gelu, ærumnas, solicitudines, & tormenta, portendunt. Grando alicubi delapsa hostilem impressionem designat.* Idem 159. & 160. *Ignis, afflictionem, bellum, interitum, significat.* Item in cap. 151. *Persæ, Indi, Ægyptii*, Arbores *de hominibus, præcipuè Magistratibus, proceribus, & viris amplissimis, interpretantur*[c]. [Hæc de quarta sententia.] Vel, 5. Rixas & contentiones atque divisiones in Ecclesia & inter Episcopos ortas, quæ acres erant & fervidæ; frigidam tamen grandinem, & gelidos φιλονεικίας, propriorúmque affectuum, imbres emittebant. Ignis autem & grando dicuntur mista fuisse sanguine, tum, quia hoc igneæ contentionis malum etiam sub Ethnicis persecutionibus exerceri cœpit, ut liquet in Victore Episcopo Romano; tum, quia in illis ad sævitiam tandem & effusionem sanguinis deventum est, & pastores superbiam & tyrannidem spirare incipiebant, de quo vide Euseb. Hist. Ecclef. 5. 24. & 8. 1. & Socrat. Hist. Ecclef. 1. 34[d]. Vel, 6. hæreses*; vel, illas circa & post Johannis tempora exortas[f], quales Nicolaitæ, Simoniani, Basilidiani & Saturniniani[g], Gnostici[h], [de quorum blasphemiis vide Clu.] vel potius, posteriores, illas inprimis Arii & Macedonii: ut suadent, 1. magnitudo mutationis & periculi Ecclesiæ ab illo malo, ut non verisimile sit illud hîc prætermitti, dum mala minora memorantur, nec alius ei locus commodus assignari potest; 2. series & tempus hujus mali, quod primum est post pacem Ecclesiæ sub Constantino; 3. quòd hæc hæresis multos insignes bonósque viros, Imperatores, Episcopos, &c. saltem ad tempus, abripuit, totúmque ferè Orbem infecit; 4. quòd hæc viam Antichristo munivit, ansámque Episcopis Romanis dedit majorem sibi potestatem sumendi & controversias sibi oblatas definiendi, &c. 5. natura hujus mali aptè his verbis significata. *Grando* dicitur, ob impetum & violentiam & frigus quod inducit in amore Dei ac proximi, & quòd steriles reddit homines in praxi pietatis, &c. *Ignis*, ob contentiones, divisiones, & exacerbationes indè ortas; *Sanguis*, ob cædes & persecutiones Arianorum quæ longè gravissimæ erant[l]. Ut grando frugibus noxia, ità hæ hæreses noxiæ erant Ecclesiæ. Et ut grando interdum fulgure & igne quasi miscetur, ità hæretici sua somnia miscuerunt cum divinis oraculis. Sanguis illis admixtus notare possit atrocia eorum scelera, &c[k]. ¶ *Missum est in terram*] i. e. Vel, in Judæam[l]: vel, in Ecclesiam visibilem[m], quæ, Terræ instar, arbores suas fert alitque[n]: vel, in veritates fundamentales, sine quibus Ecclesia subsistere nequit, quales illæ sunt de Persona, Naturis, atque Officiis, Christi: siquidem *terra* in Mundo & Pagano, cap. 6. & Antichristiano, cap. 16. illorum fundamenta denotat†. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὸ τρίτον —— κατεκάη] *Et tertia* (sub. *pars*, Er. Be. Pi. Synecdoche, quæ explicatur infrà 13. 12[o].) *arborum concremata, sive exusta, est*, Er. Be. Pi. &c. *Arbores* significant, vel, Apostolos & Doctores eximios[p]: vel, Magnates & divites[q], ut apparet ex Esa. 2. 13. & 14. 8. & 37. 24. Zach. 11. 2. & ex Achmete[r]: vel, Professores pietatis, vel scientiâ, vel virtute, vel authoritate, eminentes†. Arethas, quem Vetus sequitur, [& hunc Grotius more suo:] ante hæc verba legit, καὶ τὸ τρίτον τῆς γῆς κατεκάη[t]. [Quod sic explicant:] *Et tertia pars* (Non conjunctim sumpta, sed mistim & sparsa, v. g. aliqua in Hispania, aliqua in Italia, &c[v].) *terræ* (i. e. in Judæa habitantium[x]. Al. Illa scilicet loca, in quibus erant pessimi incolæ & maximi persecutores fidelium[y].) *combusta fuit*, La. vel, *inflammata* eo fumo[z]. ¶ *Omne fœnum* (vel, *gramen*, Be. Pi. &c.) *viride combustum est*] Χόρτος Hellenistis *herbam* significat[a], ut ex Gen. 1. & 2. & 3. notum est[b]. Χλωρὸν modò *pallidum* significat, ut suprà 6. 8. modò *virens*. Significationes pro materia distinguendæ. [Sensus,] Quod maximè *viride*, i. e. probum, esse debuit, id quoque *inflammatum est*. De viridi in hoc sensu vide Luc. 23. 31. Significat Sacerdotes, qui modestiâ & pacis studio anteire cæteros debuerant. Et est mystica explicatio ejus quod habemus Exod. 9. 24. Multa enim hîc est ad Ægypti plagas allusio[c]. Magnam sterilitatem indicat, quasi terra amœna in desertum versa esset[d]. Ex analogia facilè colligitur*, Herbas de plebeiis capiendas[f], quando, ut hîc, cum *Arboribus* componuntur[g]. *Herba viridis*, sive tenera, notat eos in quibus verbum Dei non egerat radices, juxta Marc. 4[h]. Al. Significat potiùs viros pios, ex collat. Ezec. 20. 47. cum 21. 3. ubi *arbor viridis* & *arida* explicatur de justo & impio, & ex Luc. 23. 31. & Apoc. 9. 4. ubi *gramen* & res *viridis* opponitur eis qui non signantur. Hîc ergò Christianos in Judæa denotat, in quos seditiones Judæorum graviter incubuerunt, &c[i]. Al. Graminis arborúmque exustio significat defectionem vitæ spiritualis, omnísque succi veri Christianismi; tum in imbecillibus, ut gramine, tum in validis, ut arboribus[k]. Al. Hæc Tuba & plaga ad literam intelligenda est; 1. quia ejusdem generis est cum septima Ægypti plaga, Exod. 9. 18, &c. quam nemo mysticè intelligit. 2. Quia hæc plaga minùs calamitosa est quàm quinta, v. 13. quæ tamen animas non lædit, sed corpora sola, & hæc ad tempus tantùm, neque ad mortem, cap. 9. 4, 5. Igitur hæc Tuba non intelligenda est de Bellis quæ corpus, nec de Hæresibus quæ animam, perdunt. 3. Quia *arbores* & *gramen viride* non sunt homines, quia illas non lædebant locustæ, sed homines tantùm, cap. 9. 4. Pariter & Tuba secunda, tertia & quarta, literaliter accipiendæ sunt. Hæ porrò quatuor Tubæ nondum, ut puto, impletæ sunt, sed adhuc expectantur; ut ex eo constat, quòd sextum Sigillum (quod idem est cum Prophetia Christi, Mat. 24. 29. in specie saltem, si non in individuo, quæ Prophetia ad literam implenda est:) adhuc expectatur, [quod tamen alii minimè concedent, ut patet ex dictis ad cap. 6.] ideóque septimum Sigillum, in quo sunt Tubæ, nondum impletur. Quin & obsignatio servorum Dei [cap. 7.] adhuc expectatur[l]. [Sed de his judicet Lector partim ex dictis, partim ex dicendis cap. seq.]

8. *Mons magnus igne ardens missus est in mare*] Crescunt paulatim terrores & prodigia[m]. *Mons ardens*, Jer. 51. 25. *Montis jactus in mare est*, Psal. 46. 2[n]. Montes transferri possunt, 1 Cor. 13. 2. & in mare præcipitari, Mat. 17. 20[o]. *Mons*, &c. i. e. globus quidam

[i] G. [k] For. sim. Clu. [l] Par. [m] Par. sic Gag. Nap. [n] Par. sim. Gag. [o] Nap. Cot. [p] Cot. [q] Zeg. [r] G. † Li. chron. 357. [t] Med. 570. [v] Med. 813. [x] Med. 570. [y] Med. 738. [z] Med. 813. & 1125. [a] Med. 1124. [b] Med. 572. [c] Med. 570. [d] For. 1 * Dur. sic Pi. Clu. Bri. Grav. 1 [f] Grav. [g] Clu. [h] Clu. Grav.

[l] Dur. [k] Grav. [l] G. [m] Dur. For. sic Cot. [n] Cot. † Dur. [o] G. [p] Par. [q] Med. 570. sim. Pi. [r] Med. 570. † Dur. [t] Be. [v] La. sim. Rib. [x] G. [y] La. [z] G. [a] Med. 570. sim. D. [b] Med. ib. [c] G. [d] Dur. * Med. 570. [f] Med. ib. sic Grav. Par. [g] Med. ib. [h] Cot. [i] Ham. [k] For. [l] Anon. 66.... [m] Me. Rib. [n] G. [o] Clu.

p Rib. Me. dàm igneus p. *Mons* iste est, vel, 1. Antonia arx vicina Templo. Nam arcibus dare *montium* nomen frequens Prophetis, Esa. 13. 2. Ezec. 38. 20. Mic. 1. 4. & 3. 12. & 4. 1. Amos 6. 1. Abd. 8. 9. Rursus per *arces* intelliguntur ii qui in arcibus habitabant, ut iisdem locis apparet. Quare sicut per *montem* intelligenda Antonia, ità per *Antoniam* milites qui in Antonia erant, qui omnes magna cum ira effusi in populum Hierof. qui hic *maris* vocatur nomine, ut suprà 7. 1, 3. (ubi dicta vide:) & 4. 6. & Dan. 4. 2. Res quæ hic prædicitur eadem narratur ab Jo. Antiq. 20. 4. Bel. Jud. 1. 20 q. Vel, 2. magna illa multitudo seditiosorum in Galilæa (quæ hic per *mare* designari possit, respiciendo ad mare Tiberiadis:) quos Vespasianus à Nerone missus subjugavit & maximâ clade affecit r. Vel, 3. Diabolus †, ut volunt Primas. Bed. &c t. & plerique Interpretes, Pontificii & nostri v; qui *mons* dictus ob superbiam, *magnus* ob potentiam x, *ardens* irâ & invidiâ y, ob prædicationem Evangelii z; *missus in mare*, i. e. in amarum & inquietum hoc seculum a, in mundum seu corda reproborum b; vel, in populos & principes, impellendo eos adversus Christum & Ecclesiam, &c c. Sed nimis generalis est hæc expositio d. Et à principio Diabolus hoc fecit, ut obscuro typo id repræsentari Johanni necesse non fuerit*. Vel, 4. Urbs Roma, hic per *montem* significata, quomodo & Babylon, Jer. 51. 25. Confer Esa. 13. 2. *Mare* Mundi politici, ut dixi, est Ditionis amplitudo, ut patet ex collat. Esa. 19. 5. Jer. 51. 36, 44. Ezec. 31. 4. Indè Imperia apud Danielem *ex Mari ascendunt*, i. e. ex Ditionis amplitudine oriuntur. Quòd *Mons* hic in *Mare* projici dicatur, τὸ πρέπον est figuræ, cùm non aliâ ratione Mons Mari nocere posset quàm si in ipsam projiceretur. Hoc vult, Romæ semel iterùmque captæ, spoliatæ, & hostilibus flammis ardentis, clades in *amplitudinis ditionis jurisdictionisve Romanæ* interitum erupit; provincias ejus, præ capitis sic afflicti debilitate, jam pro libitu rapientibus, atque in nova Regna discerpentibus, Barbaris, &c f. Vel, 5. potestas Imperatoria, quæ *ardens* dicitur & *missa in mare*, i. e. in multitudinem populorum, ut Jer. 51. 36, 42. ob sævissimas persecutiones & lanienas quibus & Christianos & populum suum totúmque ferè orbem afflixit g. Vel, 6. Bellum, quod molem suam habet: *Mons magnus*, i. e. bellum asperum, *ardens*, asperrimum & formidolosissimum, longè acrius illo Sigilli secundi, sæviens instar ignis; *conjectus in mare*, à Deo nempe irato immissus in Ditiones & principatus hujus seculi, qui Maris instar agitantur perpetuò, suósque patiuntur æstus & reciprocos casus. Bella hic designantur majora quàm unquam alias, summi in Mundo motus, immensæ strages, Reges regnis suis pulsi, Roma à barbaris eversa, Ecclesia maximè laborans, &c h. [Particularem motuum & bellorum designationem vide in Cot.] Vel, 7. insignis aliquis hæreticus ‖: vel, classis Encratitarum & Montanistarum, & Cataphrygum, qui *monti ardenti & lucido* conferuntur, tum ob fictam Dei apud se præsentiam, tum ob singularem vitæ sanctimoniam, quam præ se ferebant. *Mare* hic est Ecclesia, quam suis erroribus corruperunt i. Vel, 8. Viri authoritate illustres in Ecclesia, sive Rectores Ecclesiæ. *Montes* enim in Scriptura designant Potestates, Jer. 51. 25. Zach. 4. 7. Dicitur autem *quasi mons*, ut constet, montem hic figuratè intelligi, non propriè, de monte qualis *Ætna*, *Hecla*, &c. quæ intra se ardent, &c. *Ignis* hic contentionem designat, sicut Judic. 9. 20, 23. & ambitionem, quâ fervebant viri Ecclesiastici, de primatu acriter contendentes mox à Concilio Niceno, ut notum est. Hæc autem Tuba primam, sive Hæreseos Tubam, aptè sequitur, utpote indè orta, &c k. *Ignis* prioris Tubæ fuit contentionis, hujus ignis est ambitionis, quâ directè disceptabant de prærogativis & locis. *Montes* in Scriptura ponuntur pro celsis & superbis statibus l. Per *mare* hic intelligere possit, vel, 1. multitudinem populorum, ut Apoc. 17. 15. nam ab Ecclesiasticis in plebem serpsit hoc malum: vel, 2. loca transmarina, & à Judæa per mare interjectum divisa, qualia sunt Africa, Roma, & loca Occidentalia, quæ hæc labes maximè pervasit: vel, 3. regimen cultúmque in Ecclesia

q G. r Ham. † Q. in Par. Gag. t Clu. v Par. x Q. in Par. y Par. Clu. Gag. z Par. a Gag. b Clu. c Par. d Clu. * Par. f Med. 763. g Li. Chro. 157. h Cot. ‖ Pi. i Grav. k Dur. l For.

institutum, ut significetur, quòd, sicut in priore Tuba Doctrina corrumpitur; ità hic Disciplina labefactatur, Schismata oriuntur, Concilia hæretica fiunt, Inventa humana introducuntur, &c m. Meminerimus, ità ordinata esse hæc mala ratione temporis, ut & prius in posteriori continuetur, & posterius in altitudine prioris cœperit operari. Hic mons igneus jacitur in mare, sicut prius illud malum in terram; ad designandum gradum defectionis ulteriorem quàm in priori: sicut mare altius est & purius elementum quàm crassa terra. Prima defectio fuit religionis in cordibus & moribus hominum. Secunda est in ordinario cultu, qui magna jam ex parte depravatur per multiplices ritus & ceremonias superstitiosas. Post Concilium Nicenum pudendæ erant inter Episcopos de præeminentia loci digladiationes, &c n. ¶ *Et facta est tertia pars Maris* (i.e. mundi hujus o: vel, Maris Romani p: vel, Ecclesiæ q.) *sanguis*] i. e. Sanguinea apparuit r. Magna pars populi aut cæsa aut vulnerata †. *Sanguis* primò pro *cæde* usurpatur, deinde pro *morte* etiam sine sanguine: *Mors* autem pro *interitu*, Ezec. 3. 18, 20. & 14. 19. & 18. 13. Amos 2. 2. Rom. 7. 9. Unde *sanguinem*, vel *sanguineum*, *fieri* imago est rei *interitum violentum passæ*. Mens ergò est, Ditionem Romanam truncatam, dilaniatam, perditam, esse t. Al. Symbolum hoc est hæretici dogmatis, ex quo homines moriuntur, ut pisces mari verso in sanguinem, Exod. 7. 24 v. Labefactatâ Disciplinâ, cultúque corrupto, Synodi, Concilia, & Ministri, quæ maximo antea usui erant, non jam ædificationi, sed exitio, Ecclesiæ inserviunt x.

9. *Tertia pars creaturæ*, &c.] Vel, *creaturarum*, &c. Er. Be. Pi. vel, Piscium †: vel, Hominum y, nempe Judæorum in Galilæa z. Partim cæde, partim collapsâ turri, interiisse 20000 ait Josephus, at Euseb. 30000. Adde & pecudum ingentem numerum paratarum ad sacra a. Legiones Romanæ à Barbaris cæsæ, &c b. ¶ *Tertia pars navium*, &c.] Intellige [vel, 1.] Multa vasa Templi à militibus direpta. Sicut populus *mare*, ità res mobiles *navigia* c. [Vel, 2.] Urbes, in quibus homines & vivunt & negotiantur, & in tuto sunt, sicut in navibus in mari d. [Vel, 3.] Ecclesias cum suis naucleris Episcopis*: vel, negotiatores, h. e. Ecclesiasticos clericos, ut patet ex collat. cap. 18. 17 f. Navis est Ecclesiæ typus g. Vel, 4. Regna hujus mundi, quæ eminent, vi pollent, résque agunt, sicut naves in Mari. *Naves*, inquit, διεφθάρησαν, i. e. corruptæ sunt, vel dissolutæ in putredinem; sed ità tamen ut resarciri possent h.

10. *Et cecidit* (Cum impetu & præcipiti lapsu, nam *cecidisse* dicitur, non *descendisse*; nec βληθῆναι, ut in 1. & 2. Tubis, quia hæc hæresis Satanæ opus fuit. Ità quidem & reliquæ, sed κατ' τὸ πέπον, quod omnium Tubarum est tertiæ Tubæ imputatur, quia in ipsam magis quadrat i.) *de cœlo* (h. e. de cœlesti altitudine, & spirituali & salutari scientiâ, in tenebricosas & terrenas cogitationes ac studia k: vel, de Ecclesia visibili puráque Evangelii prædicatione l.) *stella magna ardens tanquam facula*] Vel, *lampas*, Be. Med. Stellam crinitam seu Cometam describere videtur, cujus inter species est *Lampadias* apud Plinium m. Intelligunt, vel, 1. propriè & literaliter n, de stella aerea, putà cometâ, stellâ cadente, aut simili meteoro o; de ignita exhalatione, vel potiùs magnâ exhalationum multitudine condensatâ & inflammatâ, quæ, cùm cadere incipiet, integra est p, sed casu suo dissiliens q, comminuta dividitur in multas faculas, quæ in varia loca incidentes ea inficiunt r. Quod Dominus universè prænunciavit Luc. 21. non profectò mysticè, sed historicè futurum, id nunc Joannes sigillatim vaticinatur †. Sed inepta hæc sunt: Meteora ejusmodi ignita minimè sunt rara. Nomen quoque stellæ & amaricatio aquarum satis arguit hæc propriè accipi non posse. Tergiversantur ergò, nè fortè ad Apostasiam Romani Pontificis tandem venire cogantur t. Per *stellam* hanc intelligunt, vel, 1. Principem magnum, ut Esa. 14. 12. & 34. 4. Cæsarem Hesperium, sive occidentis, aptè per stellam cadentem figuratum, ob brevem durationem; qui à firmata jam indè à morte Theodosii primi Imperii in Orientis & Occidentis divisione,

m Dur. n For. o Teg Cot. p Med. 573. q Par. r D. † G. t Med. ibi. v Pi. sic Dur. x Dur. † D. Me. y D. G. z Ham. a G. b Med. 573. c G. d Ham. * Par. f For. g Par. h Cot. i Cot. k Clu. l Dur. m Med. n Q. in Par. o La. p Rib. q La. r La. sim. Rib. † Rib. t Par.

Romæ adhuc Imperator mansit, sed (à morte Valentiniani tertii, quum Gensericus cum Vandalis suis Romam iterum diripuerat † :) perpetuis ærumnis exercitus, & brevis admodum ævi, fuit, sub fatali *Augustuli* nomine penitus deturbatus atque extinctus [v]. Vel, 2. Ducem aliquem insignem, forsan Josephum filium Mattathiæ, qui magnâ virtute Vespasiani copiis obstitit, quo tamen maximas Judæis clades accersivit [x]. Vel, 3. insignem aliquem Doctorem [y], vel Doctores [z], loco, donis, authoritate, specie pietatis, conspicuos [a]; [sed] à vero devios [b], hæreticos [c], hæresiarcham aliquem unum, vel plures [d]. Notatur autem hîc, vel, 1. Ægyptius ille impostor de quo Act. 21. 38. & Jo. Antiq. 20. 6. & Bel. Jud. 2. 27. ubi à suis Propheta habitus dicitur, incendii in modum longè latéque procedens [*]. Vel, 2. Muhammedes, qui Dei veri cultor fuit, ut ostendit, tum, quòd historici omnes eum ἀποστασίας damnant; tum, commercium ejus cum Sergio Monacho, cum Joanne quodam Antiocheno hæreseos notato, & cum quodam Judæo magicis artibus dedito; tum, quòd non mediocrem Scripturarum notitiam habuit. Idem *ardebat ut lampas*, Doctor quippe factus & Propheta nominatissimus [f]. Non placet: Nequissimus hic prædo fuit, qui nec *stella* dici poterat, nec *de cælo decidere*, in quo nunquam fuit [g]. Vel, 3. Origenes [h], qui doctrinâ, ingenio, facundiâ & vitæ sanctitate, celeberrimus [i], amaros tandem gravissimósque errores [de quibus vide Clu.] in Ecclesiam invexit [k]. Vel, 4. Arrius [l]. Sed hic prima potiùs Tuba esset, quippe qui ante Concilium Nicenum hæresin suam disseminavit [m]. Vel, 5. Pelagius [n], qui ingenio, zelo [o], sanctitatis & literaturæ specie [p], eminuit; qui Doctrinam de Officiis Christi depravavit, & errores suos longè latéque disseminavit. Congruit & tempus [q]: cœpit enim sub Arcadio & Honorio [r]. Malim autem generatim hîc notari omnes hæresiarchas Apostatas †; nec tam particularem hæresin hîc designari quàm universalem Ecclesiæ defectionem in doctrina quinto Seculo, per Pelagium, Nestorium, Eutychen, &c [t]. ¶ *In tertiam partem* (eam scilicet quæ nocentiorum hominum sedes allueret [v]:) *fluminum*, (i. e. Ecclesiarum, quæ instar fluviorum sunt, ex quibus copiam aquæ vivæ haurire licet [x]:) *& in fontes aquarum*] Omnes scilicet, qui scil. tantùm fontes, non etiam fluminum initia, sunt [y]. *Fontes* vocat ipsam Dei veritatem, quam, & quidem totam, hic corrupit. Unde non dicit *tertiam partem fontium*, ut *fluviorum* dixerat; sed *fontes*, quia Ecclesiæ multæ sunt, ideóque divisibiles: veritas verò Dei una & indivisa [z]. Al. Ex Urbe exclusus minora oppida & vicos invasit, qui sic *flumina* & *fontes*, quomodo magna civitas *mare* [a]. Al. *Flumina & fontes* hîc denotant, vel, 1. Urbes & Magistratus provinciales [b], Romanos præsides & justitiæ administros deficientes ob Eclipsin stellæ istius, Cæsareatûs occidentalis [c]. Vel, 2. Doctrinas Evangelii, sive fœdus Gratiæ & officia Christi, modúmque illa exhibendi peccatoribus per cultus institutos. Hæc dicuntur *putei salutis*, Esa. 12. 3. sic Psal. 87. ult. & *aquæ*, Ezec. 47. 1. quibus illa similia sunt, tum, puritate & simplicitate, utilitate summâque necessitate; tum, copiâ, quâ omnibus offeruntur, Esa. 55. 1. Zach. 13. 1. Confer Esa. 41. 17, 18 [d]. Vel, 3. Antistites Ecclesiæ, qui aquas in commune pelagus deferunt [*]. *Flumina* notant, vel, 1. Episcopos, per quos doctrina cœlestis ad alios derivatur [f]; vel, 2. cœtus Ecclesiasticos. *Fontes* notant, vel, 1. scholas, sive seminaria doctrinæ [g]; vel, 2. Scripturam Sacram [h], ejúsque interpretationem. Hæc ulterior gradus corruptionis, quo non solùm religio deficit in cordibus moribúsque hominum, & cultus inquinatur; (quæ fieri possunt, verbo interim ejúsque expositione incorruptis:) sed etiam Scripturæ Sacræ falsis hæreticísque glossis depravantur, fontibus veneno infectis, &c. *Fluvii & fontes* subtilioris aliquantò & purioris sunt naturæ quàm mare; sicut ipsum mare quàm terra [i].

11. *Et*, &c. Καὶ —— Ἄψινθος] Fortè nomen ei fuit *Scibu*, quod Absinthii genus in illis partibus significat. Et dubito an non hîc scriptum fuerit ὁ Ἀψινθος, & mox, εἰς ἄψινθον [fortè ἀψίνθιον] pro Ἄψινθος nomen urbis est, unde nomen herbæ ibi provenienti ἀψίνθιον [k]. *Nomen autem stellæ dicitur* (i. e. est. Schema propheticum est, quo nominis impositione rei qualitas aut fatum indicatur. *Verbum* pro *re*, ut Luc. 1. 37. & *vocari* pro *esse*, ut Esa. 7. 14. & 9. 6. & 56. 7. collat. cum Luc. 19. 46. Sic & Jer. 20. 3, 4. & 23. 6. Zach. 6. 12. Apoc. 19. 13 [l].) *Absinthium*] Ab effectu [m], quòd fluvios & fontes amaros reddit [n], dulcissimam gratiæ Evangelicæ doctrinam corrumpit [o], Scripturas amaras reddit & bibentibus perniciosas. Alludit ad aquas illas amaras, Exod. 15. 25. *Absinthium* hîc non physicè accipitur, (quomodo herba amara quidem, sed medicatrix est:) sed theologicè; quomodo significat modò acerba Dei judicia, ut Jer. 9. 15. & 23. 15. modò juris æquíque eversionem atque sævitiam, ut Amos 5. 7. & 6. 12. [p]. modò corruptionem in cordibus moribúsve hominum, ut Deut. 29. 18. Act. 8. 23 [q]. Al. Abstractum hîc est pro concreto, *Absinthium*, id est, *Absinthites*, *Princeps* nempe amaritudinum & ærumnarum. Cujusmodi reverâ fuit, si quis unquam, Cæsar iste Hesperius sive Occidentalis, cujus sors & sibi & aliis amarissima fuit [r]. ¶ *Et facta* (vel, *versa*, Be. Pi. G.) *est tertia pars aquarum* (scilicet dulcium, in fluviis & fontibus †:) *in absinthium*] i. e. Amara reddita est [t]. Magna pars Judæorum cœpit eum sequi primùm, deinde & facta ejus imitari; qui dicti *sicarii*, *Uva amara*, Deut. 32. 32. *Inebriavit me absinthio*, Lam. 3. 15 [v]. Significat defectionem magnam quidem, non tamen universalem, fuisse: nonnulli enim conservati sunt [x]. ¶ *Multi —— mortui sunt*, &c.] Morte, vel, 1. temporali [y]. Multi interiere per homines illâ factione contactos, planè sicut perire solent qui aquas infectas bibunt: qua de re diximus De I. B. & P. 3. 4, 16, 17. De his sicariis vide Jo. Bel. Jud. 2. 23 [z]. Mutuis insidiis & lanienis interierunt, &c [a]. Vel, 2. spirituali [b], & æternâ [c], ex hæretica pravitate [d]. Hæc plaga à duabus præcedentibus differt, 1. in objecto, quod hîc est gratia Evangelica: 2. in ortu, à Doctore insigni, & cum prætextu pietatis: 3. in modo, qui non est sanguine aut persecutione, quæ præced. plagas comitata sunt, sed aliorum inquinatione [*].

12. *Percussa est tertia pars solis*, &c.] Sicut navigantibus *terræ discedere* dicuntur, ità calamitate pressis *occidere*, *Sol*, *Luna*, *Sidera*. Vide ad Mat. 24. 29. & Paraph. Chald. ad Esa. 13. 10. & Jer. 15. 9. *Caligo Solis*, *Lunæ*, *Siderum* interitum significat Achmeti 166. Significantur hîc Galilææ & aliarum partium oppida capta à Vespasiano cum plurimorum Judæorum interitu. Quia tertia ferme — Judææ pars tunc in hanc calamitatem incidit, ideo *sidera* dicuntur *defecisse tertiâ suâ parte* [f]. Al. Templum sæpe describitur in Scriptura per *exercitum*. Hic exercitus aptè exprimitur per *Solem*, *Lunam*, *& Sidera*, quæ *exercitus cæli* dici solent: Templum quoque *Cæli* nomine significatur. Sensus ergò est, Gravis nunc Calamitas incubuit Templo & cultui ejus qui & interdiu & noctu peractus est, vigiliis etiam nocte habitis. Vel potiùs, *Sol* hîc est Templum, *Luna* Urbs, *Stellæ* populus, & omnia simul gentem totam notant, in quam hoc væ denunciatur [g]. Al. Hæc Tuba Majestatis Romanæ in urbe Roma *Lumen* penitus ademptum it, sublatis & Regno & dignitate Consulari, & Senatûs reliquorúmque Magistratuum authoritate, Urbe à Totila incensâ, tertiâque sui parte demolitâ, incolis omnibus destitutâ, & tandem quidem receptâ, verùm turbine paulò pòst & fulguribus prostratâ; Urbium quondam Reginâ in ignobilem Ducatum dilapsâ, & Ravennæ, cui olim imperaverat, sub Exarchatu servire & tributa pendere coactâ. Heu tenebras, & memorandum fortunæ ludibrium! Hâc mente *Sol*, *Luna*, *& Stellæ* sæpe sumuntur, ut Esa. 13. 10. & 60. 20. Jer. 15. 9. Ezec. 32. 7 [h]. [Sed tristissimo huic rerum statui magis convenire videtur Sol totus percussus, omnéque ejus lumen ademptum, &c. quàm *tertiam* tantùm *partem*, &c. *obscurari*.] Al. Designat hæc Tuba magnum gloriæ deliquium, tum in Ecclesia per superstitionem, tum in Imperio per hostes intestinos atque externos, idque ante exortum Papatûs, qui patefactus est sub seq. Tuba. Eclipsis prosperitatis populi his phrasibus exprimi solet, ut Esa. 13. 9, 10. Joel. 2. 10 [i]. Designat hæc Tuba altiorem Apostasiæ gradum [k], ulterioremque expansionem, & defectionem sensim,

Marginal notes (left column): † Med. 1125. [v] Med. 576. [x] Ham. [y] Pi. sim. For. Clu. [z] G. Dur. [a] Dur. [b] G. [c] Bed. in Zeg. Li. [d] Par. sim. Dur. [*] G. [f] Cot. [g] Par. [h] Clu. ex Luth. Grav. [i] Grav. [k] Clu. sim. Grav. [l] Q. in Med. [m] Med. 734. [n] L. Dur. [o] Dur. [p] Par. [q] Dur. [r] Dur. L. † Par. [t] Dur. [v] Rib. [x] Cot. [y] Rib. [z] Cot. [a] G. [b] Med. 576. [c] Med. 1125. [d] Dur. [*] For. [f] Par. [g] Clu. [h] Par. sic For. [i] For. [k] G.

Marginal notes (right column): [l] Med. 577. [m] Pi. Er. Dur. Rib. Par. [n] Me. [o] Dur. [p] Par. [q] Dur. [r] Med. 577. † Pi. [t] Pi. sim. Zeg D. [v] G. [x] Dur. [y] Q. [z] G. [a] Med. 576. [b] Dur. [c] Pi. Dur. [d] For. [*] Dur. [f] G. [g] Ham. [h] Med. 578. [i] Li. Chron. 158. [k] For. sim. Dur.

sensim & sine sensu factam à puritate doctrinæ, simplicitate cultûs, & praxi pietatis, invectis paulatim traditionibus, ceremoniis & superstitionibus humanis. Ad sextam Centuriam hæc refero, in qua pauci erant viri doctrinâ celebres, veteres hæreses reflorescebant, ut illa Eutychis, quam Anastasius Imperator probavit atque fovit, magna erat zeli & pietatis eclipsis; eminuit autem superbia, nominatim in Johanne Episcopo Constantinop. qui ex consensu Mauritii Imperatoris & Episcoporum Orientis *Episcopi universalis* nomen sibi sumpsit, quod nomen ipse Gregorius Episcopus Romanus tunc scripsit *indicium* & *præcursorem Antichristi* fuisse, lib. 7. epist. 30[l]. Denotat hîc crassam cæcamque inscitiam mundo tunc incumbentem, &c[m]. Al. Designatur hîc hæresis, [vel] Eutychiana[n], vel, Catharorum, Donatistarum, & Pelagianorum[o]. Sed sexto seculo nulla erat nova hæresis, &c[p]. Al. Hanc Tubam refero ad tenebras in Ecclesiam post Sylvestri tempora usque ad exortum Antichristi per annos 300 invectas, tertiâ tamen parte tantùm, h. e. in sola Europa[q]. Sensus est, In tertia Orbis parte, nempe in Ecclesiis Occidentalibus & Europæis, contigit hæc defectio Pastorum & lucis veritatis divinæ †. Per *Solem, Lunam, & Stellas*, intelligo omne genus lucis, puritatem doctrinæ, quæ *luci* confertur, Psal. 119. 105. 2 Pet. 1. 19. & lucem ordinis sanctæque conversationis, Mat. 5. 17. Phil. 2. 15. Pulcritudo quoque Ecclesiæ his vocibus significatur, Cant. 6. Esa. 30. 26[r]. *Sol* hîc est Christus †, *sol justitiæ*, Mal. 4. 2. lumen mundi, Joh. 8. 12. & 9. 5. & 12. 46. qui, Solis instar, eclipsin patitur non propriè & in se, sed cùm lux & claritas gloriàque ejus intercipitur, nè homines eam videant[t]. *Luna* & *stellæ* sunt ii, qui lumen cognitionis Dei in facie Christi in aliorum corda diffundere valent, &c[v]. Al. *Sol* Pastores sunt, qui clarissima sunt mundi luminaria; qui antea *stellæ* dicuntur, hîc *sol*, per Progressum[x]. *Luna* hîc est Ecclesia[y], cap. 12. 1, 4. quæ à Christo lumen habet, Mat. 4. 16. inferior est *stellis*, h. e. Doctoribus; quæ lucet, Phil. 2. 15. crescit & decrescit, & veram Eclipsin patitur[z]. *Stellæ* hîc sunt, vel Christiani, sive filii Ecclesiæ[a]: vel, Doctores[b]. ¶ *Ità*, &c. Ἵνα σκοτισθῇ, &c.] *Ità ut* (ἵνα pro ὥστε. Non enim finem notat, sed eventum, ut infrà 9. 20. Joh. 5. 20. &c[c].) *obscuraretur tertia pars eorum*, Be. Pi Hoc verò fiet in fine mundi[d]. Sed in his tubis nondum ventum est ad finem seculi, ut sequentia docebunt*. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡ ἡμέρα μὴ φαίνῃ τὸ τρίτον αὐτῆς] Pro, κατὰ τὸ τρίτον, subaudi μέρος[f]. Al. Est Hebraismus, pro, τὸ τρίτον ἡμέρας μὴ φαίνῃ, i. e. *diei tertia pars ad solitum fulgorem aberat*[g]. ¶ *Et noctis*, &c.] Refer hoc ad lucem lunæ & stellarum[h]. *Noctis quoque fulgur solito minor parte tertiâ*. Sensus est, In parte tertia Judææ & opificia cessârunt & itinera, quorum illa de die, hæc de nocte, magis in illis locis peragi solebant. Minus quidem malum quàm in Ægypto, Exod. 10. 22. attamen eò accedens[i].

13. *Et vidi*] Aspexi num aliquid mihi objiceretur. Monet, se scientem & videntem omnia accepisse, ideóque vera nunciare[k]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἀγγέλου, &c.] Pro ἀγγέλου alii legunt ἀετοῦ, ut Vulg. & Areth. & cod. Complut[l]. [& G.] Perinde est utrumvis legas, nam Aquilæ illæ Angelos significant[m]. Aquila amat cadavera, Mat. 24. 28. Luc. 17. 37. ideo apta prædicendis stragibus, Ezec. 17. 3[n]. Aquila volans prænunciat magnas calamitates, eásque velociter & cum vi magna venturas[o]. [Verba sic reddunt:] *Et audivi unum angelum volantem* (Intelligit, vel Christum[p], vel, magnum aliquem Prophetam tunc futurum[q], vel, præconem futurarum calamitatum[r], vel Doctores †, sive prædicatores Ecclesiam pervolantes[t]:) *in medio*, sive *per medium, cœli*, Mo. Be. Pi. Ut ab omnibus videatur & audiatur[v]. Significat, hanc præmonitionem à terrenorum hominum captu remotam fuisse, quippe adeò longè & obscurè traditam, ut pauci eam animadvertant[x]. Μεσουράνημα dicitur ea pars cœli in qua volant Aquilæ & similes ei volucres, infrà 19. 17. adeò longè supra terras ut videantur non minùs cœlo astrifero propinquæ quàm terris, q. d. *inter cœlum & terram*, ut Zach. 5. 9. vel, בין הארץ ובין השמים[y]. ¶ *Væ, væ, væ*, (Terna iteratio notat, [vel] tres reliquas tubas[z]: vel, tria plagarum genera, ex collat. cap. 9. 12. & 11. 14[a]. vel, gravitatem calamitatum sequentium præ præcedentibus[b], quia nimirum Romanus orbis priori peccato, cædis Martyrum, novum Idololatriæ peccatum addiderat, cap. 9. 20[c].) *habitantibus in terra* (i. e. hypocritis vel impiis[d], qui hâc phrasi sæpe designantur in Scriptura*, & in hac Prophetia, ut cap. 3. 10. & 6. 10[f]. & 12. 12[g]. & 11. 10. & 13. 8[h].) *de*, &c. Ἐκ τῶν λοιπῶν, &c.] Ἐκ hîc, ut sæpe מן Hebræum, valet *propter*. Sic ἀπὸ post ἐκ ponitur Mat. 18. 7[i]. *A reliquis sonis* (vel, *vocibus*. Synecdoche speciei[k].) *tubæ*, &c. Be. Pi. &c. Tribus Angelis una Tuba tribuitur, quia tres sequentes calamitates unum sunt si gradus gravitatis consideres, h. e. singulæ gravissimæ sunt[l]. Hæc est introductio ad sequentia, quæ non ad tertiam aliquam partem, sed ad totam Judæam, ac maximè ad urbem principem, pertinent. *Tria væ tribus* conveniunt *Angelis*, quos habes 9. 1, 14. & 10. 7. & 11. 15. Ex his primus nunciat res paulò ante obsidium, secundus obsidium & expugnationem, tertius ea quæ expugnatione posteriora sunt[m]. Optimè hæc conveniunt cum illa voce Jesu filii Ananielis quam recitat Josephus Bel. Jud. 6. 31. φωνὴ, &c. *vox ab Oriente —— ab Occidente*, &c. Deinde addit, *væ væ Urbi & Populo & Templo*[n]; & deinde, *væ etiam, mibi*, quo dicto lapis de muro cadens illum obruit & peremit[o].

CAP. IX.

1. QUintus Angelus, &c.] Contenta in hac Visione omnes penè de hæreticis intelligunt[a], bona verò pars de hæreticis Antichristi præcursoribus[b]. Hæresin hîc designat Arianam cum suis pedissequis Macedon. Nestor. & Eutych. quæ personam Christi & consequenter officium impugnabant[c]. Designat hæc Tuba defectionem Ecclesiæ sive Orbis Christiani sub Antichristo, qui sub Tubis ortus est, & hîc augmenta capit; nec judicia temporalia, sed spiritualia, denotat. Probatur, 1. ex descriptione locustarum, de quibus mox agendum. 2. ex collat. cap. 11. & 13. ubi idem, quod hîc, Bellum tractatur, cum Bestia scilicet, sive Antichristo, ut eventus ostendit, qui idem est. Utrobique enim vincuntur tantùm non signati, & eximuntur huic malo signati, cap. 9. 4. & 13. 8. & 14. 1. & quidem eodem numero, cap. 7. & 14. 2. & eodem signo muniti. Testes occiduntur à Bestia, cap. 11. 7. illâ scil. quæ ascendit ex abysso, cap. 13. unde hîc locustæ. Deinde *væ* illud *secundum* dicitur, & *tertium venit*, cap. 11. 14. 3. ex collat. Phialarum. Quinta Phiala evertit thronum Bestiæ, quem quinta Tuba crexit. 4. ex collat. cap. 7. ubi signantur electi adversùs plagam hanc Antichristianam, ceu maximam calamitatem Ecclesiæ post persecutiones Ethnicas. 5. quòd sexta Tuba Idololatriam invenit in Ecclesia visibili, quæ proinde sub quinta Tuba crevit[d]. 6. ex natura hujus mali, quod est, tum, 1. spirituale, inquinans cultum Dei, & animas occidens, à viris Ecclesiasticis invectum: tum, 2. universale, totam Ecclesiam visibilem pervadens: tum, 3. perniciosissimum, summum horrorem incutiens, &c. tum, 4. potentissimum, evadens in Regnum, summámque potestatem & authoritatem sibi assumens. Hæc autem plaga Ecclesiam invasit circa annum 600. tum quia immediatè sequitur quartam Tubam, tum quia immediatè antecedit ortum Muhammedismi, qui ab anno 700. & deinceps crevit, ut suo loco videbimus*. ¶ *Vidi stellam de cœlo cecidisse* (vel, *quæ ceciderat*, Zeg. Non dicit πίπτοντα, *labentem*, sed πεπτωκότα, *lapsum*[f]:) *in terram*] i.e. In tertiam terræ, h.e. status Ecclesiastici, partem, ut apparet ex omnibus circumstantiis Tubæ quintæ & sextæ, & ex collatione Tubæ hujus cum tertia, cujus stella etiamnum operatur[g]. Per *stellam* intelligit, vel, 1. Diabolum[h], qui olim ut stella fulgebat in cœlo, sed indè decidit[i]. Sed generale hoc & dilutum. Quorsum historia notissima, quasi nova Prophetia, obscuro typo exhiberetur[k]? Non doceri indigebat Johannes quod sciebat. Aliquid ergò hîc

Marginalia (left column): [l] Dur. [m] For. [n] L. [o] Grav. [p] Dur. [q] Par. † Cot. [r] Dur. † For. Clu. [t] Clu. [v] For. [x] Cot. [y] Cot. Clu. [z] Clu. [a] Cot. [b] Clu. [c] Pi. [d] Me. sim. Rib. * Par. [f] Pi. [g] G. [h] Pi. sim. Cot. Clu. [i] G. [k] Cot. [l] Be. [m] Clu. [n] G. [o] Rib. [p] Cot. [q] Rib. [r] Par. † Clu. [t] Zeg. [v] Clu. sim. Rib. Dur. [x] For. [y] G. [z] Par.

Marginalia (right column): [a] Pi. [b] Cot sim Clu. ex Areth Dur Med. [c] Med. 579. [d] Par sim. Rib. Clu. * Rib. [f] Par. [g] Clu. [h] Rib. [i] G. [k] Pi. [l] Cot. [m] G. [n] G. sim. Ham. [o] Ham. [a] Gag. [b] Gag. sim. Rib. [c] Clu. [d] Dur. p. 434. * Dur. 442. [f] Cot. [g] Idem. [h] Z g. Rib. ex Bed. sic Med. 579. [i] Rib. [k] Par.

hic certè vidit, quod antè non viderat. Vel, 2. Christum [l], vel bonum Angelum [m], ex collat. cap. 20. 1. ubi *Angelum cui data est clavis Abyssi*, sic exponunt Beda, Ambros. & alii. Et clavis domûs aut carceris non nisi amicis committi solet [n]. Dicitur hic *de cœlo decidisse*, i. e. magna cum celeritate descendisse [l]. Vel, 3. exercitus seditiosorum sub Josepho filio Mattathiæ, à quibus orti Zelotæ, &c. Dicitur enim hæc stella πεπτωκὼς, *cecidisse*, manifestè respiciendo ad cap. 8. 10. ubi hæc eadem stella ἔπεσεν, &c †. Vel, 4. Doctorem vel Episcopum primæ notæ [m], ut *stellæ* accipiuntur cap. 1. 20 [n]. & 8. 10. & 12. 4 [o]. qui à luce ad tenebras decidit, ex cœlestibus veróque Sanctorum statu ad statum amorémque mundi, &c [p]. à cœlesti & Christiana simplicitate & puritate doctrinæ & morum ad superstitiones & idololatrias, & pompam externam, & mundana carnaliáque instituta [q]. Est autem hic falsus Doctor, [vel, 1.] Eleazarus Ananiæ filius, qui docuit, Non esse recipiendas victimas à *paganis Principibus*; contrà quàm factum fuerat auctoribus etiam Prophetis, sub Cyro & Alexandro eorúmque successoribus, sub Augusto quoque & Tiberio: Josephus 2. 30. Seriùs hoc hic refertur, quòd effectus indè secuti seriores sunt antedictis. Sic Historici sæpe rerum connexarum, non temporum, sequuntur seriem [r]. Vel, 2. Arius hæresiarcha cum suis complicibus †. Vel, 3. Episcopus Romanus, Bonifacius tertius, à Phoca parricida Universalis Papa & Pontifex declaratus, anno Domini 606 [t]. quod decretum mox à Concilio Lateranensi 62, vel 72, Episcoporum confirmatum est, multis tunc, sed frustrà, reclamantibus. Ex eo tempore lux verbi obscurata est, in Ecclesiam irrepserunt traditiones, superstitiones, & cultus idololatrici, &c [x]. Nec tamen hoc accipi debet de ipso solo [y], aut de uno aliquo homine [z]; sed de tota sede, & successoribus ejus, qui rem in deterius semper præcipitârunt [a]. Lapsus enim hic generalis est typus hujus mali, quo illi qui fuerant stellæ cœli & ministri lucis, utpote habentes claves regni cœlorum, in aliarum, nimirum *Gehennæ*, clavium ministros degenerârunt, & imperiti ac tenebrarum ministri evaserunt [b]. Nota hic Antithesin: Cùm Mundus ex tenebris Ethnicismi emersurus esset ad cognitionem Evangelii, dat Christus Petro *claves Regni cœlorum*, ut ostium Gentibus aperiat: illis enim ipse primus prædicavit, Act. 10. & 15. 7. Cùm Mundus quasi in pristinum Ethnicismum relapsurus esset, datur Antichristo clavis Abyssi [c]. ¶ *Et data est* (Quæ phrasis non significat legitimam ipsius vocationem, sed, 1. magnam mutationem sequentem, ipso novam jam clavem sive potestatem nacto: 2. usurpationem authoritatis: 3. delegationem officii ipsi à Diabolo factam, cap. 13. 2, 4. 4. sapientem justámque, occultam licèt, Dei providentiam hæc omnia rectè dirigentem, &c [d].) *ei* (nempe illi stellæ cadenti *: unde liquet, *stellam* hic non propriè, sed metaphoricè, sumi, nam stellæ clavis dari nequit [f].) *clavis* (i. e. potestas [g],) *putei abyssi*] i. e. Putei illius qui vocatur Abyssus [h], nempe eum aperiendi [i]. φρέαρ τῆς ἀβύσσου pro φρέαρ ἄβυσσον. Hebraica locutio. Sic *profundum* & *puteus* pari significatu ponuntur, Psal. 69. 15. Solebant autem carceres esse in locis profundis, Jer. 38. 6. Eáque loca interdum claudi & obserari solebant, Dan. 6. 17. Sic infrà v. 20. quod primùm ἄβυσσος, mox vocatur φυλακή. Hebræi inter infernas regiones ponunt באר שחת ex Psal. 55. 23. Vide librum qui dicitur *Cedrus Libani*. Doctrina hujus stellæ non erat Dei, sed Satanæ, qui dicitur *in profundum carcerem includi* cùm non potest agere quæ velit, Luc. 8. 31. infrà 20. 3. Qui verò ea dogmata vulgat, τὰ βάθη τοῦ Σατανᾶ, is dicitur *clavem habere putei profundi*, ut infrà cap. 20 [k]. *Abyssus* alibi vocatur primum chaos, Gen. 1. 2. alibi profunditas maris vel aquarum, ut Gen. 7. 11. Psal. 42. 8 [l]. hic autem infernum sive gehenna [m], ut sumitur Job. 28. 14. Luc. 8. 31. Rom. 10. 7 [n]. & ubique in hoc libro [o], ut Apoc. 9. 11. & 11. 7. & 17. 8. & 20. 1, 3 [p].

2. *Aperuit puteum abyssi*] Qui clausus erat per doctrinam Prophetarum & Apostolorum [q], & piorum Doctorum atque Conciliorum [r]; nunc autem apertus, Deo id permittente, quia homines puteum aquæ vivæ & salutaris spreverunt, &c †. [Sensus, q. d.] In malorum omnium licentiam erupit [t]. Potestatem quam sibi arrogaverat jam exercuit, ut superstitionem atque idololatriam inveheret [v]. Aperuit se dogma seditiosum, Non esse parendum Romanis [x]. ¶ *Ascendit fumus putei* (vel, *ex puteo*, Be. Pi.) *ut fumus fornacis magnæ*] id est, Densus & obscurus. Significat machinationes dæmonum plurimas, callidissimas & perniciosissimas, ex ardenti eorum furore ortas, sed in fumum abituras [y]. Perstat in cœpta comparatione: nam fumus siderum conspectum adimit. In MS. est καμίνου καιομένης μεγάλης, ubi ὡς subauditur. Κάμινος poni solet vel Masculino vel Fœminino genere. Vide Deut. 4. 20. Jer. 11. 4. Matth. 13. 42, 50 [z]. Al. Intelligitur hic fumus falsæ & erroneæ doctrinæ [a], quæ, fumi instar, oculos lædit & visum adimit, tandem verò dissipatur [b]. Sicut fumus ingens visum impedit, ità mentem mala dogmata [c]. Fumus hic est Muhammedismus, quem ipsi *Islamismum* vocant [d]. Al. Fumus hic est fuliginosa Papalis Theologia, &c ‖. ¶ *Et obscuratus est sol & aer*, &c.] id est, Solis splendor in aere, h. e. cœlestis doctrina in Ecclesia *: obscuratus est aer, interceptis Solis radiis [f]. Prior eclipsis (sub quarta Tuba [g],) erat trientalis, hæc totalis [h]. Hoc vult, Obscuravit hic fumus & intelligentiæ & pietatis vim, & malorum prosperitatem extinxit. Quæres, cur hæc figuratè accipiam, qui verborum proprietatem sequi soleam. Quoniam constat locustas figuratè & Metaphoricè intelligi [i]. *Sol* hic est Christus [k], qui obscuratur non in se, sed respectu nostri [l], nè nos illuminaret, vitámque spiritualem in nobis foveret [m]; quem hæc stella oppugnavit [n], ratione personæ [o], officii [p], & meriti, &c [q]. *Aer* hic est fides & operatio Spiritûs S. quibus, tanquam ex aere, vitam spiritualem habemus [r].

3. *Et* (Καὶ hic valet *nam*. Causam reddit cur luctuosum fuerit id dogma, quia indè enata est pessima factio Zelotarum, quæ & Hierosolymis & per omnem Judæam alios pacis amantes spoliavit & plurimis modis vexavit: de quorum sceleribus latè Josephus †.) *de fumo putei exierunt locustæ in terram*] id est, Ad homines terrena curantes [t]: vel, in Judæam, ut sæpe jam vidimus. Hic quoque respicitur ad plagam Ægypti, quanquam sensu Allegorico, ut suprà in Grandine. Vide Exod. 10. 4 [v]. Alludere hic videtur ad morem locustas venandi, de quo sic Agatharcides & Diodorus, *Fumosam materiam plurimam in profundas amplásque voragines injectam incendunt, locustæ autem supervolantes & à fumo præfocatæ in terram decidunt* [x]. Locustæ insecti genus, gramen, frutices, fructúsque terræ, depascuntur. Hæ maximo sunt numero in Africa & Asia. Unde hic aptè designant hominum multitudinem [y]. *Locustas* hic intelligit, vel, 1. propriè & literaliter, quæ hic describuntur non quoad mores, sed quoad externam formam & figuram & corporum compositionem; quæ scilicet facie hominibus, crine mulieribus, corporis formâ equis armatis, similes erant. Probatur, 1. Qui mysticè accipiunt, nullam illius rei rationem reddunt. [Quod non ex vero dictum patebit.] 2. Herbæ, arbores, &c. ad literam intelligendæ sunt. 3. Homines certè non sunt, quia ratione carent, ideóque ab Angelo diriguntur, v. 11. Nec sunt impii homines, quia hi, & quidem omnis generis, à locustis læduntur [z]. [Sed de his judicium facilè feret lector ex dicendis.] Vel, 2. figuratè, ut sæpe accipiuntur in Prophetis, quod magis apparebit ex sequentium explicatione [a]. [Hic autem variant:] *Locustæ* hic dicuntur, vel, 1. Dæmones [b], qui locustarum speciem formámque induent [c]; sed novam & monstrosam, utpote ex variis Animalibus, putà Leone, Scorpione, Equo & Homine, commistam & consarcinatam. Nam ex inferno prodeunt, ideóque infernales sunt [d]. Vel, 2. homines Christianorum perniciem molientes *. Vel, 3. raptores, [Zelotæ scilicet, ut suprà dixit G.] qui locustis comparantur, quia omnia post se vacua relinquunt. Hæc similitudo occurit in Jo. Bel. Jud. 4. 7. & Aristoph. Acharn. ubi Scholiastes *Multitudinem per locustas significari* ait. Sic & Jud. 7. 12. Sic & Achmes 300. Apud Joelem exercitus Phulis, Thiglathphilassaris, Salmanasaris, Sennacheribi, vocantur *erucæ*, *locustæ*, *bruchi*, *attelabi*, ut ibi diximus [f]. Vel, 4. homines feri & ad perdendum instructi [g], ut Gothi, Vandali, &c [h]. item Agareni & Turcæ [i]. Obj. At isti ex non signatis sunt, qui tamen in

[l] Rib. [m] Rib. Me. T. [n] Rib. [l] Rib. sic Me. †Ham. [m] Par. sim. For. Clu. Dur. Pi. [n] Par. Clu. [o] Clu. [p] For. [q] Dur. [r] G. † Grav. sim. Clu. [t] Par. sic Dur. [v] Par. [x] Dur. 443. [y] Par. [z] For. [a] Par. [b] For. [c] Li. Chron. 158. [d] Dur. 437. * G. sic Camer. Pi. Rib. [f] Rib [g] Pi Zeg. [h] Ji. [i] Pi. sic Rib. Cot. Par. [k] G. [l] Par. [m] Par. sic Pi Zeg. Cot. For. Clu. Dur. Be. [o] Clu. [p] Par. [p] Clu. [q] Par. [r] Grav. † Par.

[t] Cag. [v] Dur. [x] G. [y] Rib. [z] G. [a] Grav. sic Pi. Par. Clu. Gag. [b] Clu. [c] G. [d] Med. 579. ‖ Par. * Pi. sim. Dur. [f] Clu. [g] For. [h] Par. sim. For. [i] Rib. [k] Clu. sic For. Par. Grav. [l] Clu. [m] For. [n] Clu. [o] Clu. Grav. [p] Grav. [q] Clu. [r] Grav. † G. [t] Grav. [v] G. [x] BA. 2. 4. 8. 495. [y] Cot. [z] Anon. [a] Rib. [b] Zeg. Rib. La. [c] La. ex Rib. [d] La. * Cot. [f] G. [g] Rib. [h] Rib La. [i] La.

in non signatos sæviunt. Resp. Non omnes non signati à locustis cruciandi sunt, sed aliqui tantùm, quos ab infidelibus aut suæ, aut alterius, sectæ affligi mirum non est [k]. *Locustæ* hîc sunt Saraceni sive Arabes, gens populosa & numerosa locustarum instar, stupendâ Muhammedis Pseudo-prophetiâ in tot Gentium exitium concitati [||]. Huc facit, tum, 1. quòd Locustæ quoque Ægyptiacæ ex eadem Arabia venerunt, Exod. 10. 13, 14. tum, 2. quòd Arabes ob multitudinem locustis assimilantur, Judic. 7. 12. ubi, ut alibi, dicuntur *Filii Orientis*, ut & Arabia ipsa קדם *Oriens*, utique respectu Ægypti, ubi Israelitæ sic loqui didicerant; tum, 3. quòd Achmetes locustas visas ad hostiles copias, earúmque multitudinem, refert, cap. 300 [l]. Sed huic sententiæ obstat, quòd hæ locustæ bonos non lædebant, sed malos tantùm; nec homines occidebant, sed tantùm corpora cruciabant, idque per 5 duntaxat menses; quæ dici nequeunt de Saracenis, sed nec de Zelotis in Judæa, nec de Gothis & Vandalis [m]. Vel, 5. falsi Doctores [n], Antichristi pararii & præcursores [o], hæresiarchæ & hætetici [p], qui locustas imitantur & inconstantiâ suâ, & quòd sanioso ore cuncta polluunt, &c [q]. Verùm hæretici non cruciant solos impios, sed potiùs pios & orthodoxos: quos verò veneno suo inficiunt, non ità excruciant ut mortem optent, sed deliciis hujus vitæ ità inescant, ut mortem extremè horreant, vitam summè concupiscant †. *Locustæ* erant viri, & quidem Ecclesiastici, ut ex eo constat quòd Monarchæ suo *Abaddon*, sive Antichristo, v. 11. parent. *Ex fumo veniunt*, quia ex corruptione doctrinæ nascuntur corrupti Doctores, ut videmus 2 Chron. 11. v. 14. & 2 Tim. 4. 3 [r]. Ad vivum ergò hîc repræsentatur clerus Romanensis †, & religiosi eorum Ordines [t], ut ostendit crinis prolixus instar Nazaræorum, quod voti indicium est [v]: qui meritò *locustæ* dicuntur, 1. ob immensum eorum numerum [x], & exundantia agmina [y]; 2. quòd & inutiles sint, & perniciosæ, consumentes omnia, &c [a]. 3. ob insatiabilem ingluviem, quâ res omnes in terra præstantissimas deglutiunt, & præterea spiritualem in hominibus vitam abolent [b]. ¶ *Et data est illis potestas*, (vel, 1. ab Angelo putei abyssi [c]; vel, 2. à Deo [d]. Ἐξουσία hîc & infrà ad permissum Dei referendum [*].) *sicut habent potestatem scorpiones terræ*] id est, Qui degunt in terra [f], non qui in Mari [g]. Quanquam *scorpionum* nomine *terrestres* tantùm ferè intelligi solent, nec enim vulgus alios nôrunt; tamen qui pressiùs loquuntur, addito, ut hîc, Epitheto, *scorpiones terrestres* dicunt, ut Ctesias ubi de mantichora, Aristot. Hist. 5. 26. Plin. 11. 25. Dioscor. l. 2. Hesych. & Philoxenus, ut ab aliis distinguant [h]. Sic ergò loquitur Johannes διακριτικῶς, quia scorpiones sunt trium generum [i], 1. aerei & volucres, sive alati, de quibus Lucian. in Dipsadibus, Plin. 11. 25. Ælian. 16. ult. Pausan. in Bæoticis, Nicander, Epiphan. Avicenna, &c. 2. Marini de quibus Aristot. Dioscor. Plin. Athen. Galen. &c. Hi cum terrestribus nihil habent commune, præter venenatos aculeos, non in cauda, sed in capite, & toto corpore sparsos. 3. Terrestres, quorum novem sunt genera, &c [k]. Animal hoc est venenosum, caudâ feriens & veneno lædens [l]. Locustæ videntur, sed feriunt instar scorpionum [m]. Mira res, *Locusta Scorpio*! Quid autem mali innuat, loqui videtur speciei serpentinæ Symbolum: siquidem Scorpio serpentini generis est. Hujus autem specie, quâ primos homines decepit Diabolus, amat ipsum Spiritus Sanctus porrò homines seducturum introducere, cap. 12. 9. & 20. 2. *Cauda* igitur *Scorpionis cum aculeo* Pseudo-prophetiæ Muhammedicæ propaginem cum toto apparatu suo denotat. Et hoc fœdissimorum errorum syrma primi post homines natos post se traxerunt Saraceni; nec simili (credo) de religione imposturâ, prætextúque destruendi Idolorum cultûs, ulla unquam gens ante hos subnixa, ad Orbis Imperium contenderat [n]. *Scorpio damnum & Morbum significat*, ait Achmes c. 285. Hi [Zelotæ] lento malo Civitatem exhauriebant, ut solent Scorpii, Plin. 11. 25. Prov. 23. 32. Vide infrà 5. 10 [o]. Animal hoc est insignis malitiæ, feritatis, vindictæ & noxæ; unde proverbium, *Scorpium octipedem excitas*, & σκορπιῶν est ad *iram provoco*: aculeum semper exertum gerit, ex obliquo incautos percutit, homines enecat, sed lento supplicio, &c. His paria faciunt qui hîc designantur [p].

[k] Rib. [||] Med. 579. fin. Nap. Bri. [l] Med. ib. [m] Anon. 76. [n] Pi. sic Clu. ex Primas. Haym. Anselm. &c. [o] Plerique in Clu. [p] La. sic Zeg. [q] Q. in La. † T. ad v. 11. [r] Dur. 438. † For. fin. Li. Dur. Bri. Par. &c. [t] Dur. p. 443. [v] Li. chron. 158. [x] Dur. [y] For. [a] Dur. [b] For. [c] Dur. [d] Q. [*] G. [f] Pi. [g] D. [h] BA 2. 4. 29. 635. [i] BA. 1. 1. 5. 34. [k] BA. 2. 4. 29. 634. [l] D. fin. Med. [m] Dur. [n] Med. [o] G. [p] La.

Non simplices & aperti adversarii sunt, sed callidi & occulti, pietatis sæpe imaginem præ se ferentes; sed, ut Scorpiones, in posterioribus lethale venenum circumferentes [q]. Ezec. 2. 6. *cum scorpionibus tu habitas*. Hieron. ad h. l. *Scorpiones vocantur qui sunt corde indomabili*. Apuleius, *Nôsti quendam barbarum nostræ civitatis decurionem, quem Scorpionem præ morum ægritudine vulgus appellat* [r]. Callidi sunt & exitiosi, astutè venenosam suam doctrinam infundunt †.

4. *Et*, &c. Καὶ ἐῤῥέθη, &c.] *Sed dictum est eis* (Nempe à Deo [t], fræno providentiæ suæ istos cohibente [v]. Verbum hoc propriè significat mandatum Dei, ut apparet ex Matth. 5. ubi præcepta Decalogi hâc phrasi describuntur, ἐῤῥέθη ἀρχαίοις [x]. Dicitur Deus, aut Angeli, ea *dicere* quorum causas disponunt [y]. Significat, eos sponte naturæ ferri in Dei cultores, nec ipsorum consilio, sed Dei providentiâ, cohibitos fuisse [z].) *nè læderent* (Dices, pios ab his occisos fuisse. Rectè; nec tamen læsi sunt, quia salus eorum non impeditur [a], & interfecti ab his testes cap. 11. reviviscent [b].) *gramen terræ*, &c.] Non permisit illis Deus ut aut sata, aut Urbem Templúmque, incenderent: quod postea fecerunt Romani, Deo per gradus quosdam ad ultima veniente. Hebræi etiam *fruges* χόρτον vocant, ut apertum est Matth. 13. 26. Vide & quæ ad Matth. 6. 30. De voce δένδρον dictum suprà 7. 1, 3. Locustarum est vastare & sata & arbores, Exod. 10. 5. Eò hîc alluditur [c]. Hinc patet, locustas has non fore propriè dictas [d], quarum cibus est in herbis [*]. Non insecta, sed homines, hîc designari manifestum est, quia illis ea tribuuntur quæ illis per naturam non competunt, v. g. habere *faciem humanam*, *capillos muliebres*, *coronas aureas*, *loricas ferreas*, &c. Vera enim hæc regulà est, Quando quid Typo Prophetico tribuitur quod eidem per naturam non competit, id ad rei typo significatæ intellectum manuducit †. Tres hîc notantur verè fidelium gradus, infantes, per χόρτον, adolescentes, per χλωρὸν, adulti & fide & pietate, per arbores, figurati. Confer 1 Joh. 2. 13, 14 [f]. His vocibus, *graminis*, &c. significat electos virore gratiæ pullulantes, atque optimos virtutum fructus proferentes [g]. *Gramen* hîc, ut suprà 8. 7. vocantur fideles plebeii [h]: *Viride*, vel, fideles potentiores, qui se Antichristo opposuerunt [i]; vel, homines mediocris sive humilis conditionis: *Arbores*, homines illustres, ut suprà 8. 7 [k]. vel, Doctores Orthodoxi [l]. Sed mysterium non est quærendum in horum significatione & discrimine, utpote quæ ad τὸ πρέπον figuræ referenda sunt. Vide Exod. 10. 15 [m]. ¶ *Nisi*, &c. Εἰ μὴ, &c.] Hæc particula exponi potest, vel, 1. exceptivè [n], si sensum spectes [o]; qui talis est, *Ut nullam neque herbam*, (nam hæc est χόρτος Hellenistis:) *neque viride, neque arborem, læderent, nisi eas herbas solas, arbores & viridia, quæ non signata sunt*, &c. nempe, ut *homines*, ac *herbæ*, *arbores* & *viridia*, mutuò sese explicent [p]; vel, ut non læderent ullum hominem, sive parvum, sive magnum, nisi eos tantùm qui, &c [q]. Vel, 2. adversativè [r], ut εἰ μὴ sumatur pro ἀλλὰ †, ut Matth. 12. 4. Rom. 14. 14. & alibi [t], & infrà 21. 27 [v]. quomodo & ἐὰν μὴ sumitur Gal. 2. 16 [x]. [Verba sic reddunt:] *Sed eos tantùm homines* (Explicat quid velint *herbæ*, &c [y].) *qui non haberent sigillum*, &c. Be. Pi. De quo cap. 7. 3 [z]. i. e. qui non sunt servi Dei, nam servi nomen dominorum in fronte gestabant, qui non sunt insigniti symbolo veræ fidei & charitatis [a]. Ipse quoque Antichristus & locustæ sunt homines non signati, à quibus tamen hîc discernuntur, quia nunc non homines, sed organa Satanæ, repræsentant. Hinc discimus, 1. Plerosque homines Antichristum sectaturos, & qui eum sectantur certò perituros. 2. Deum in mediis Antichristi tenebris fideles aliquos conservâsse, &c [b]. Al. Causam reddit cur pessimis illis hominibus tanta potestas data sit in Hierosolymitas, nimirum quia illi qui in orbe restabant Hierosolymitæ fidem Christi non erant professi, quod hîc per *signum in fronte* ἀλληγορικῶς significatur; μόνους & αὐτῶν in MS. abest [c].

5. *Et datum est*, &c.] id est, Permissum à Deo [d]. *Data autem est eis* potestas, Be. Pi. ¶ *Nè occiderent eos*] Scilicet morte corporis [*]. Nè unâ strage editâ populum occiderent: quod facile illis fuisset postquam Idumæos acciverant, nisi Deus hoc Romanis reservâsset [f]. Hinc liquet,

[q] Zeg. [r] D. † Dur. [t] Par. Dur. [v] Par. [x] Ham. [y] G. [z] Cor. [a] Par. [b] Par. v. 3. [c] G. [d] La. sic Zeg. Par. Clu. Med. [*] La fin. Par. † Med. 581. [f] Cot. [g] Zeg. [h] Par. Pi. [i] Par. [k] Pi. [l] Par. [m] Med. 581. [n] G. fin. Pi. [o] Pi. [p] Med. 580. [q] Pi. [r] Med. sic Be. G. † Med. Be. [t] Med. ib. [v] Be. [x] G. [y] Med. ib. [z] Pi. [a] Grg. [b] Par. [c] G. [d] Pi Rib. [*] Pi. sic Zeg Dur. Par. [f] G.

liquet, locustas hic non civiles esse, sed Ecclesiasticas; non manifestos tyrannos, sed pseudo-clerum, &c [g]. Dices, Antichristum testes occisurum, cap. 11. 13, 17. Resp. Antichristus consideratur respectu, vel, 1. fidelium, quos corporaliter occidit, cap. 11. cavetur autem hic nè eos spiritualiter occidat; vel, 2. hypocritarum in Ecclesia, quos, utpote ipsi parentes, non occidit corpore, sed spiritualiter torquet. Et hoc, non illo, respectu Antichristus est pestis mundi, quatenus animas occidit. Cùm ergò comminatio hæc sit de Antichristo mittendo in pœnam hypocritarum Ecclesiæ, mandatum ipsi quoad illos tantùm hic exhibetur. Ostendit quoque h. l. quid sit proprium harum locustarum opus, homines scilicet non corporaliter occidere, (à quo clerus Romanus superstitiosè abstinere præ se ferunt, etiam dum sanguinaria consilia moliuntur:) sed animas perdere [h]. Non occidunt, quia religionem hominibus relinquunt, sed venenosam & moribundam [i]. Al. Hoc differunt *Locustæ Arabicæ* ab *Equitibus Euphrateis*, de quibus in sequenti Tuba. Datum erat Saracenis, Romani nominis gentes diu & immaniter cruciare; sed ipsum *Triental*, ut ità loquar, *Romanum* alterutra ex parte vitâ spoliare, nequaquam datum erat. Nam cùm, interea dum priores Tubæ clangerent, ex politici statûs ruinis, Regnum novum Pontificiale veteris Romæ, quasi pari cum alterius ruina passu, succreverat: neque hujus, neque novæ illius Romæ, Constantinopolis, Regnum Saraceni delere potuerint. Contrà Tubæ, urbe regiâ captâ, Constantinopolitanum funditùs è medio sustulere, ut in sequenti Tuba audiemus [k]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἵνα βασανισθῶσι, &c.] Vel, βασανίσωσι, [ut G. legit.] In MS. βασανισθήσονται, nempe αὐτοὶ [l]. *Sed ut crucientur* (vel, *facerent ut excruciarentur*, Camer. sub. *illi*, Pi. vel, 1. corporaliter [m], ut vexentur variis cruciatibus [n], ut vel sic cruciati resipiscant [o]; vel, 2. in conscientiis [p], quas hi impostores Ecclesiastici terrent metu purgatorii & gehennæ injecto, & continuâ anxietate ac dubitatione torquent, inania illis & venenosa remedia porrigentes, &c [q].) *menses quinque*] Ad usque Titi adventum. Vide Jo. Bel. Jud. 5. 11 [r]. Hi menses intelliguntur, vel, 1. indefinitè †, in solamen; ut doceat, hanc plagam non semper prævalituram [t], sed tempus ei definitum esse [v]. Al. Toto vitæ tempore [x], quod quinque ætatibus, infantiâ, pueritiâ, adolescentiâ, juventute, & senectute, continetur [y]. Dicit *quinque menses*, quia locustæ Vere natæ sub finem Æstatis obeunt, nec supra 5 menses vivere solent [z]. Vide Plin. 11. 29 [a]. Sed nec scorpiones diutiùs nocent, quia per frigora torpent, teste Macrob. Saturnal. 1. 21 [b]. Al. *Quinque menses* huic malo dat, ut per tempus æquale, similésque locutionum annexarum formulas, nos ducat ad inveniendum similem aliquem in V.T. casum generalis cujuspiam in mundum plagæ, quam obsignati interim evaserunt: qualis unica est, nempe Diluvium. Illud enim, 1. erat generalis totius mundi plaga; 2. ex illo soli erepti sunt illi quos Deus obsignavit, Arcæq; (typo veræ Ecclesiæ) inclusit; 3. illa plaga gradatim in immensum accrevit, sed post 150 dies, sive 5 menses, paulatim decrevit. Talis quoque est hæc plaga Antichristi, nempe, generalis in toto orbe Christiano, &c [c]. Vel, 2. definitè [d], quinque menses, æquabiles nempe & τριακονθήμεροι, h. e. prophetica locutione, quâ dies pro anno venit *, anni 150 [f]. Tot annis, nec pluribus, duravit hæresis Ariana, nempe, quoad potentiam politicam, tyrannidem & persecutiones ejus [g]. Tot annis Italia, terrarum princeps, & peccati quod plagam attraxit antesignana, Locustis Saracenicis infestata est, nempe, ab anno 830. ad annum 980. Aliis quidem terris, maximè Orientalibus, diutiùs incubuit hæc plaga. Italia porrò singulari ratione *Caudæ Locustarum* ictum sensisse videtur. Toto enim examine Corpori assimilato, anterioribúsque partibus, ut par erat, Orienti assignatis, ubi Caput erat Imperii istius, quid agmina Africana erunt, tantò à capite intervallo in Occidentem porrecta, nisi Cauda? Atque ab istis erat omnis Italiæ calamitas. Et huc forsan respicitur v. 10. ubi est iterata mentio Mensium: ubi Cod. Complut. suffragantibus Syro, Primasio, Andrea, & Areta [h], & Plantino, non legit, ut nos Codicem Regium sequentes, Καὶ εἶχον οὐρὰς ὁμοίας σκορπίοις, καὶ κέντρα ἦν ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν· καὶ ἡ ἐξουσία, &c. sed sic, Καὶ ἔχουσιν οὐρὰς ὁμοίας σκορπίοις, καὶ κέντρα· καὶ ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν ἐξουσίαν ἔχουσιν, &c [i]. *Et habebant caudas similes Scorpionibus, & aculeos; & in caudis suis habebant potestatem nocendi hominibus Menses quinque* [k]. Ità quinque hi menses non sunt totum tempus plagæ Locustarum, sed tempus quo *cruciabant Caudâ suâ* [l]. Quòd autem idem hic numerus iteratur v. 10. (quale alibi, in continua ejusdem Typi descriptione, factum non memini:) aliquod in eo mysterium subesse videtur, forsan, ut geminetur calculus, ut antitypo insigniori aliquo intervallo responderet. Ità anni erunt trecenti, quot bis *quinque menses* annales efficiunt, qui comprehendent nobile illud Regni Saracenici intervallum; quod ab initio Caliphatûs Abasidarum (qui primi Bagdadi Imperii sedem fixerunt) ad eandem Bagdadum à Rege Turcarum Togrulbeco (qui nostris Tangrolipix audit) captam ducitur, i.e. ab anno C. 750. ad annum 1055. Annorum enim quinque, qui excedunt, ratio non habetur. Commodè quoq; incipit hoc intervallum à sublato ab Urbe Romæ Exarchatûs jugo, quo præced. Tubæ calamitas desiit [m]. ¶ *Ut cruciatus scorpii*, &c.] h.e. Venenosus, furtim ac latenter inflictus [n], summus, sive acerbissimus [o]. A Scorpione percussus vehementer dolore afficitur, velut ex acuum punctionibus, & ardorem igneum sentit: de quo vide Dioscor. l. 6. & Schol. ad Nicandrum [p]. Ὡς βασανισμὸς, &c.] Non bona tantùm cætera, sed & necessaria alimenta, eripiebant miseris civibus [q].

6. *Quærent* (vel, *Optabunt*, G.) *homines mortem*] Præ fame gravissima [r], præ summa anxietate †, vel dolore [t], ut à tantis malis liberentur [v]. Morsus ergò iste eos dementabit, &c [x]. ¶ *Non invenient*] Ut Job. 3. 20. Nemo eos volet interficere. Cyprianus, *Volentibus mori non permittebatur occidi*. Plinius, *Toties invocata mors*. ¶ *Et desiderabunt mori*, &c.] Bis idem, more Hebræo, ad significandam desiderii vehementiam. Pro φεύξεται in MS. est φεύγει, velut in re præsente [y].

7. Τὰ ὁμοιώματα, &c.] Desumpta hæc sunt ex Joel. 1. 6. & 2. 4. & 8 7 [z]. *Similitudines* (vel, *Species*, Camer. Pi. *Figuræ*, Be. Pi. Par.) *locustarum similes* (sub. *erant*, Pi.) *equis* (Non vulgaribus, sed [a]) *paratis in prælium*, Mo. i. e. nitidis, saginatis, robustis, & ferocibus [b]. Ὁμοίωμα hic ad oculos refertur, *Ità truces erant adspectu quasi equi bellatores* [c]. Equis non absimiles erant, vel, 1. cursûs aut volatûs velocitate [d]; vel, 2. capite aut facie. Unde locustæ ab Italis vocantur *cavallette*. Albertus l. 26. *Caput habent figurâ equi*. Et Aldrovandus, *Equinum quodammodo caput habent*. Similia habent Theodor. in Joelem, & Scriptores Arabes *. [Verba vide in BA.] Al. Non visæ sunt equorum formâ, sed *similes erant equis paratis*, &c. i. e. accinctæ erant instructæque ad prælium tanquam equi fuissent, vel, equites pugnæ avidi [f]. *Ut equi*, robusti, veloces, fortes [g], præsidentes & ardentes in prælium, Job. 39. 23 [h]. audacter & sine metu irruentes [i]; expediti quoque, & cum successu pergentes, &c [k]. Al. *Similes equis*, i.e. equitibus [l]. Symbolum hoc contentionis [m], & ferociæ [n]. Veloces & feroces, Diabolico impetu in quosvis feruntur, & mordicùs semper sua dogmata defensant [o]. Notat furiosas conciones & dissertationes, sæva consilia & atrocia ausa [p]. ¶ *Tanquam coronæ* (Innuit coronas istas mendaces esse; non ergò στέφανοι dicit, sed ὡς στέφανοι. Jactabant se quasi in potestate sua haberent victoriam contra Romanos [q].) *similes auro*] id est, Coronis aureis. Meton. materiæ [r]. *Coronas* vocat galeas sic dictas Virgil. Æneid. 5. *Omnibus in morem tonsâ coma pressa coronâ*: ubi Servius, *Corona* hic, sicut & Homero, est galea. Sequitur enim,—— *Galeam ante pedes projecit inanem* †. *Coronæ*, nimirum vertex rasus [t], qui illis symbolum est sanctitatis [v]; quo Religiosi similes se Regibus esse dicunt, quia conscientiis laicorum imperare & leges dare Regum more possint [x]. Rex locustarum coronam gestat tergeminam: Cardinales mitram gemmis nitentem: Episcopi, Abbatésque, infulas pretiosas, auro sericóque contextas, vertice ostentant; ut de coronis hic non sit cur multùm ambigamus ‖. Symbolum hoc erat, vel, 1. hypocrisis [y]; vel, 2. usurpatæ auctoritatis spiritualis [z]; vel, 3. externæ pompæ & gloriæ mundanæ, quâ clerus Romanus vel Reges æquat [a]; vel, 4. quòd Reges & Imperatores eas tutati sunt †, & in exercitu earum militant *; vel, 5. victoriæ [b], vel, successûs & dominationis amplissimæ. Nulla unquam gens tam brevi temporis spatio tot Regna sub jugum

milit.

g Par. — h Dur. — i Li. chron. 158. — k Med. 581. — l G. — m Cot. — n Me. — o Gag. — p Pi. Par. — q Par. — r G. — † Dur. For. — t For. — v Par. sic Dur. — x Zeg. Gag. — y Gag. — z BA. 2.4. 8. 495. sim. Med. 582. Par. Dur. — a Med. — b BA. 2.4. 25.640. — c For. — d Q. — * Cot. — f Cot. Pi. Clu. Grav. Med. — g Grav. sim. Clu. — h Med. 582.

i Med. 1108. — k Med. 582. — l Med. 1108. — m Med. 582. — n Rib. — o Cot. BA. sic Zeg. Dur. — p BA. 2.4. 29.640. — q G. — r G. — † Dur. — t Rib. — v Gag. sim. Dur. — x Par. — y G. — z Be. sim. G. BA. 2.4. 8. 495. — a For. — b Idem. — c G. — d He. in BA. 2.4.5. 474. — * BA. ib. — f Cot. — g Dur. — h Clu. — i Rib. — k Dur. — l Med. 581. — m Pi. — n Par. — o Zeg. — p Par. — q G. — r Pi. — † Rib. — t Pi. sim. Par. — v Pi. — x Par. — ‖ Par. — y Pi. — z For. — a Dur. — † Clu. — * Rib. — b Cot.

sit. Quare & nullâ hîc mentio *Trientis*, siquidem non minùs extra Imperii Romani fines quàm intra ipsum caderet hæc clades, &c [c]. ¶ *Tanquam facies hominum*] i. e. Facie humanâ; reverâ homines, non insecta [d]. Homines sunt, sed speciem quodammodo mutant professione & habitu ab hominibus se separantes. *Facies* tamen quasi humanas retinent, nè homines ab eis abhorreant [*]. Al. Speciem sumebant honesti. Vide Dan. 7. 4 [f]. Præ se ferunt humanitatem [g], amicitiam [h], clementiam [i], moderationem & prudentiam [k]. Notat blanditias [l], & adulationes, quibus in omnium se gratiam mirè insinuant [m].

8. *Capillos sicut capillos mulierum*] id est, Elegantes [n], & promissos sive longos [o]: Mulierum enim est comam alere & intonsam gestare, 1 Cor. 11. 14. quanquam & viri apud multas gentes comam alerent [p]. Erant natione Arabes, qui, inquit Plinius, *intonso utuntur crine, & (mulierum more) mitrati degunt*, Plin. 6. 28. quibus hodiéque moris est, ituris in prælium, ex proprio capillo sibi cornua & cincinnos nectere, teste Camerar. Oper. subcis. Tom. 1. c. 93. Quod ergò ex Herodoto pro Arabum tonsura adducitur, aut de barbæ tondendæ ritu, aut de extremorum crinium rotundatione, citra integram capitis tonsuram, accipiendum est. Quorum utrumque, fortè quia Bacchi, vicini ipsis Deastri, cultorum insigne fuit, Deus populo suo vetuit, Levit. 19. 27. & 21. 5. Ut ut sit, quin Plinius Arabes Romæ vidisset nullus dubito [q]. Locustarum aliæ erant glabro capite, sive depiles, aliæ verò (quod tamen nostri Interpretes ignoraverant) hirsuto capite, sive hispidæ, ut notat Gloss. Talmud. & ex scriptoribus Arabicis liquet. Quò forsan hîc alluditur [r]. Al. Reverâ erant imbelles, non minùs quàm fœminæ, quæ ex coma maximè noscuntur. De talibus Aristoph. Ὄντες ἐν οἴκῳ μὲν λέοντες, ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκες. *Hospitibus tantùm metuendi*, ut ait Tacitus Hist. 3. *Prædator è sociis, & ipse præda hostium*, ut Sallustius; galeati lepores. Hoc rectè exprimitur per sexum, quem *inscium ferri* dixit Papin. Tale illud Homeri, —— Ἀχαιΐδες, οὐκέτ' Ἀχαιοί· & Virgilii, *O verè Phrygiæ, neque enim Phryges* — †. Al. Notatur hîc, vel, 1. mollities & mulierositas [t]; vel, 2. simulata modestia ac simplicitas [v]; vel, 3. illecebrosum sese in animos hominum insinuandi studium [x], per blanditias muliebres [y]. Capilli enim mulierum pulchri sunt, & amorem excitant, & si tollantur, formam plurimùm imminuunt [z]. Vide Cant. 4. 1. & 6. 4 [a]. Notatur effœminatus meretriciúsque gestus & cultus, ut homines ad scortationem pelliciant, unde hoc Regnum *magna meretrix* dicitur, cap. 17 [b]. Vel, 4. mulierum patrocinium, quo insigniter profecere [c], & homines deceperunt [d]. Vel, 5. votum Religionis, quo Nazaræorum instar comam alunt [*]. ¶ *Dentes — sicut leonum*] Qui dentibus maximè valent [f]; q. d. dentes acutissimi & validissimi [g], solidi, unci, præcrassi [h], fortes ad devorandum, Dan. 7. 7, 23. Joel. 1. 6 [i]. Stupenda locustarum vis est. *Quid illis fortius?* ait hîc Hieron. & Cyrillus, Ἀκαταμάχητος, &c. *Prorsus inexpugnabilis est earum impressio.* Plinius de locustis, *Omnia morsu erodunt, & fores quoque tectorum* [k]. Proverbiale est, *dentes Leonis*, Sirac. 21. 2. [q. d.] Homines voracissimi [l], & crudelissimi [m], ad perdendum [tum,] animas [n], eorum qui ipsis se subjiciunt; tum, corpora & bona eorum qui iis obsistunt [o].

9. *Loricas*, &c. Θώρακας, &c.] *Thoraces* (vel, *Loricas*, Be. BA. Symbolum vestium seu togarum [p]. *Thorax* equitum, ut *lorica* peditum [q].) — *ferreos*, Pi. &c. Quibus hostium ictus repellant [r]. Contra omnes insultus muniuntur privilegiis & immunitatibus, ab omni potestate seculari exemptæ, & ipsis Regibus metuendæ, tanquam soli Regi suo *Abaddon* subjectæ †. Ad locustarum naturam aliquo modo hoc pertinet, de quibus Claudianus —— *cognatus dorso durescit amictus, Armavit natura cutem* [t]. Putes esse tales quales describit Horat. *Illi robur & æs triplex Circum pectus erat.* Nam per *loricam* Pectus, per *ferrum* Durities, intelligitur [v]. Notat obduratam & obstinatam illorum pervicaciam contra veritatem [x]. Al. *Ferreos*, i. e. ferrei coloris, h. e. nigros. Sic infrà v. 17. *hyacinthinos & sulphureos* [y]. ¶ *Et vox* (vel, *sonitus*, Be. Pi. stridor [z].) *alarum earum* (Hoc dicit, quia Locustarum eis speciem dedit [a]. Locustæ magno strepitu volant, teste Cyrillo. Sic Plin. 11. 29. *Tanto volant pennarum stridore, ut aliæ alites credantur. Locustam bombilantem* vocat Ælian. Hist. 6. 19 [b].) *sicut vox curruum*, &c.] Magno omnia cum strepitu agunt. Locutio ex Joel. 2. 5 [c]. q. d. Locustæ, magnæ erunt [d], & multæ [*], & impetu rapidissimo ac validissimo ferentur in prælia [f]. Alæ earum sunt privilegia, quibus se supra omnium hominum sortem efferunt; & inde nata confidentia [g], quâ ipsos Reges spernunt & in metu continent [h], terrore excommunicationis, &c [i]. Hoc symbolo indicatur pugnacissimus hæreticorum spiritus ad dissidia pronus [k], confusio disceptationum, & strepitus verborum, quo hæretici Ecclesiam oppugnant [l].

10. *Caudas* (i. e. Aculeos caudarum [m]:) *similes scorpionum*, (vel, *scorpiis*, Mo. Be. Pi. i. e. caudis scorpionum [n]:) *& aculei*, &c.] De cauda scorpionis dici potest, quod de pavone dixit Chrysippus, *animal propter caudam fuisse creatam.* Scorpionem Lucianus vocat πολυσφόνδυλον, quia multas habet in cauda vertebras, nempe, sex aut septem, ut testantur Strabo de Mauritania, Plin. 11. 25. Ælian. 6. 20. & Avicenna. In extrema ejus cauda est aculeus, vel simplex, vel quandoque geminus, tenui fistulâ perforatus, quâ venenum infundit, Plin. 11. 37. Ælian. 9. 4. &c. Punctione suâ necat homines, & leones, teste Ambros. & camelos & elephantes, ut notat Damir. Sed in scorpione gravissimum quòd, auctore Plinio, *semper cauda in ictu est, nulloque momento meditari cessat, nè quando desit occasioni. Caudam in ictu esse* dicit, quia semper erecta & intensa est, ut ad ictum sit paratior. Quanquam & scorpionis genus est, quod caudam non erigit, sed humi jacentem trahit [o]. Nicander dixit, — Κέντρῳ κακοῤῥυθμένῳ ἀλγινόεντι Σκόρπιον. Cicero, *Scorpius infestus præportans flebile acumen.* Avienus, — *venenato qui Scorpius agmine caudæ Plurimus erigitur.* Tertul. de Scorpiis; *Unus omnium vielentiæ gestus, nocens de cauda.* Aliorum serpentum vis in capite; Scorpiones indè vulnerant unde id minùs exspectatur. Sic Zelotæ lædebant ubi minimè læsuri putabantur: intrabant ut defensores, exibant raptores. Homines barbari & ægris moribus solere *scorpios* dici docet nos Apuleius, sed & Ezechiel 2. 6 [p]. *Cauda* Locustarum (i. e. Saracenorum,) est postremum earum agmen, longissiméque à capite Imperii dissitum. *Caput* Imperii in Mesopotamia erat; *Cauda* igitur in Africa & Hispania est. Ab hac autem *cauda*, i. e. à Saracenis ex Africa & Hispania delatis, mirè afflictæ sunt Provinciæ quæ Romano Patriarchæ, ut propria ejus Diœcesis, suberant [q]. Al. Ut in animali cauda, ità in re exitus, postremum est. Μισάνθρωποι ergò erunt. Docebit exitus, homines illos nihil minùs quàm ex animo bene voluisse iis quibus se in principio pro amicis probârunt [r]. Caudis animalia blandiuntur, ut canes, feles, &c †. Notat ergò blanditias [t] seductorum, quibus tamen aculei insunt [v]; quibus latenter feriunt, cùm interim facie blandiuntur [x]: quâ parte placebant eâdem perniciem adferunt, & blandis verbis incautos seducunt, Rom. 16. 18 [y]. Doctor mendaciorum est *cauda*, Esa. 9. 15 [z]. ¶ *Et potestas earum* (sub. *erat*, Be. Pi.) *nocere*, &c.] Scil. punctione falsæ doctrinæ [a], non autem occidere [b]. Hoc iterum repetit [c], [vel,] nè quis plagam illam interminabilem & perpetuam esse putet [d]: [vel,] quia tempus adeò definitum insigne præbet Divinæ Providentiæ testimonium [*], fidémque nostram de eo confirmat: [vel, 3.] quia ibi memoratur per modum limitationis, quòd diutiùs eos non cruciarent, hîc autem durationem ostendit tamdiu fore donec tempus præstitutum veniat [f]: [vel, 4.] ut geminetur calculus [g]: [de quo vide dicta ad v. 5.]

11. *Et*, &c. Καὶ ἔχουσιν, &c.] [At G. legit, Ἔχουσαι, & hoc addit.] Fœmininum genus usurpat ob figuram ἀκρίδων. At in MS. ἔχουσι [h]. *Et habebant super se regem*, Par. Hæ ergò locustæ non erant naturales [i], quæ *Regem non habent*, Prov. 30. 27 [k]. sed mysticæ [l]. Dicebant se *nullum Regem habere velle nisi Deum*: sed aliter se res habebat [m]. Innuit, Locustas hasce fore Gentem, non Christianam, sed infidelem, quæ Christo nomen non dedisset; quæ subsunt *Principi aeris*, Eph. 2. 2. qui *Abyssi Angelus* est [n]. ¶ *Angelum abyssi*] h. e. Inferorum, sive Tartari [o]. Intelligunt hîc, vel, 1. Serpentem, sive Draconem [p], Satanam, sive Diabolum [q], quem Deus carceri includit ubi vult [r]; qui in Abysso conclusus dicitur †,

Apoc.

Marginal notes (left column): c Med. 581. d Med. 582. * Par. f G. g Par. Cot. Rib. sic Clu. For. Dur. h Cot. Rib. i Rib. k Clu. l Pi. m Par. sim. Dur. n T. o Cot. Pi. T. p Cot. q Med. 582. r BA. 2. 4. 2. 456. † G. t Pi. v For. x Clu. y Rib. z Rib sim. Clu. a Clu. b Dur. c Clu. sim. Rib. d Rib * Li chron. 158 f BA. 1. 3. 2. 733. g Rib h Cot. i Med. 581. k BA. 2. 4. 14. 468. l G. m Rib. sim. For. Clu. Ham. Zeg. n Zeg. Dur. o Dur. p Pi. q Cot. r Rib. sim. Par. Cot. † For. sim. Par. Dur. t BA. 2. 4. 8. 495. v G. x Gag. sim. Zeg. y Pi. z Me. a G.

Marginal notes (right column): b BA. 2. 4. 5. 475. c G. d Rib. * Rib. sim. Cot. f Cot. g Par. h Par. sim. For. Dur. i Dur. k Clu. l Gag. m G. n BA. 2. 4. 29. 634. o BA. 2. 4. 29. 621. p G. q Med. 1113. r Cot. † Pi. t Pi. sic Dur. v Dur. x Zeg. y Dur. z Li chron. p. 158. a Pi. b D. Li. ib. c G. Dur. Clu. d Clu. * G. f Dur. g Med. 583. h G. i Clu. k Clu. Par. l Clu. m G. n Med. 583. o D. Cap. p Med. 583. q Rib. Grav. Clu. D. Cap. sic G Ham. Med. ib. r G. † Clu.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

Apoc. 20. 1[t], qui *è cœlo jampridem ceciderat in terram*, v. 1. quem Michael, nondum clangentibus Tubis, de cœlo in terram deturbaverat. Neque enim in tota Apocalypsi de alio præter ipsum legi memini, *in terram cecidisse*[v]. Hic locustas & concitabat interiùs, & ducebat quasi Rex, quò volebat[x]. Verùm non Principem Inferni intelligit, sed emissarium Angelum Satanæ; ut asperrima planéque Diabolica Imperatoris illius indoles notetur[y]. Vel, 2. Angelum bonum, ut ostendit, 1. quòd hic jam descendit, & quidem sponte, de cœlo instar stellæ, cùm Diabolus olim cecidisset, &c. 2. quòd clavis Abyssi bono Angelo demandatur, cap. 20. 1, 2. 3. cùm Satanas ibi incarceretur, nec Abyssum aperire possit: 3. quòd hic Angelus non animas perdit, sed corpora, & quidem impiorum, v. 4, 5, 20. cùm Diabolus perdere conetur animas, & pios, &c. *Perditores* dicuntur & boni Angeli, Exod. 12. 23. 1 Cor. 10. 10. quippe qui perdunt homines, ut Gen. 19. 13. 2 Sam. 24. 15, 16. 2 Reg. 19. 35. *Perditor* est hic Angelus ex Officio, v. 1, 2. non ex Malitia ||. Vel, 3. Imperatorem Turcarum[z]: [de quo mox plura.] Vel, 4. Antichristum[a], *Angelum abyssi* dictum; quia indè potestatem & mandata accipit, & illi tenebrarum Regno fideliter inservit, éstque Vicarius Draconis, cap. 13. Papam manifestè indigitat, cujus summa est majestas & potestas absoluta, &c[b]. Idem hic Angelus qui stella de cœlo cadens, cui clavis abyssi tradita est, v. 1. qui *bestia* cap. 13. cui Draco potestatem suam dedit[c]. ¶ *Cui nomen Hebraicè* (sub. *est*, Pi.) *Abaddon*, Ἀβαδδὼν] אבדון[d]; tum activè*, q.d. *perditor*, vel, *perdens*[f]: tum passivè, *perdendus*[g]. אבדון in V. T. vox est Synonyma cum שאול, Job. 26. 6. & 28. 22. & 31. 12. Psal. 88. 11. Quæ loca & de Sepulcro & Mortuorum statu accipi possunt, & de inferno[h]. אבדון in V. T. tria significat, *perditionem*, *sepulcrum*, & *infernum*. In libro perantiquo Zohar scribitur, *Apud inferos duas esse regiones contiguas* שאול & אבדון, *ex illa homines pœnâ persolutâ tandem subduci, ex hac nunquam liberari*. Abaddon *alio nomine* תחתית *dicitur*, ait Manahemus, ut & liber Musar. Liber dictus *Hortus nucis*, *Duæ*, inquit, *sunt Gehennæ, Superior, Inferior: Una Corpori destinata in hoc seculo, altera Animæ in seculo venturo*. In N. T. אבדון est Angelus abyssi, & Angelus perdens; quomodo *scelus* pro *scelesto* usurpatur, & *dolus* pro *doloso*, &c[i]. Johanni Ἀβυσσος & Ἀβαδδὼν idem sunt, & Satan ab eo dicitur *Angelus abyssi* (ut Judæis *Angelus mortis*) & *Abaddon*, quia Tartari est velut Imperator; nomine à loco in quo dominatur illi imposito, quomodo in Evangelio *Legio* vocatur qui multis in uno homine Diabolis imperavit[k]. אבדון propriè *Pernicies*, Ἀπώλεια, ut Job. 28. 22. Sed solent apud illas gentes voces abstractæ & concretæ inter se permutari. Sic factum ut אבדון idem significet quod אשמדי, de quo nomine diximus ad 1 Cor. 10. 10. Habes nomen אבדון datum Dæmoni in Aruch. Datur Romæ id nomen in Targum Hierosl. Oppositum hoc nomen nomini Jesu יהושע. Deus ad affligendos malos utitur & bonis & malis tam hominibus quàm Angelis. Verè autem exitialis fuit Spiritus qui illos Zelotas agitabat: unde exitium natum est & Urbi & Templo[l]. Qu. Cur hunc nomine planè novo & inaudito, *Abbadonem*, appellat? Resp. Forsan hoc de industria fecit, vel, 1. Ut significet, Muhammedanos non colere (ut gloriabantur) Mundi opificem, qui Chald. & Syr. עבודא *Abuda* audit, sed Angelum nequam, *Abaddonem*, Mundi non factorem, sed perditorem. Quomodo qui Deum se colere putabant Dæmonibus sacrificâsse dicuntur, 2 Par. 11. 5. De *Obodâ* Arabum Deo vide Tertul. ad Mat. 2. 8. & ibi Gothofredum. & Euseb. De laud. Const. p. 478. Vel, 2. ut Paronomasiâ quâdam nominis Regii ad eam Gentem digitum intenderet, cui in more positum Reges suos, imò & deos, simili appellatione cognominare. Erat apud Nabatæos Rex *Oboda*, in deorum numerum à suis relatus, à quo & nomen regioni mansit; & commune hoc factum est Regum Arabiæ nomen ejus tractûs, unde Muhammedes primitùs cum Locustis proditurus erat. Ut ergò Ægypti Reges *Pharaones* & *Ptolemæi*, Romanorum *Cæsares*, Parthorum *Arsacæ*, & contermini Petræorum Arabum Reges *Aretæ*, ità hi *Obodæ* dicti sunt. Utraque porrò vox, *Oboda* & *Abaddon*, ab eadem radice esse videntur, licèt, ut aliàs quoque fit, significatione contrariâ. Non dissimiles sunt allusiones apud Prophetas, ut Jer. 1. 11, 12. Amos 8. 2. &c[m]. ¶ *Græcè autem Apollyon*, Ἀπολλύων] id est, *Vastator*[n], vel, *Perdens*[o], se scilicet suósque sequaces[p]; qui & aliorum fidem destruit, & ipse vadit ad interitum, Apoc. 17. 11[q]. indè hic idem dictus *filius perditionis*, 2 Thes. 2. 3[r]. i. e. *perditus*, seu perdendus, Dei judicio †. Participium hìc est pro Nomine. Sic λέγων, *orator*; πόρνεύων, *scortator*; ἀκούων, *auditor*; רופא, *medicus*, מושל, *dominator*, &c[t]. Poterat dixisse Ὀλοθρευτὴς, vel, Ἐξολοθρεύων; sed maluit alludere ad nomen *Apollinis*, quod velut proprium Numen Cæsaribus. Ovidius, *Et cum Cæsarea tu, Phœbe domestice, Vesta*; nempe, ex victoria Actiaca, ubi, ut Virgilius credi voluit, *Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo Desuper*. Vide Sueton. Octavio 29. Sicut autem Judæi solebant falsorum deorum nomina levi flexu in contumeliam mutare, ità & hìc fit in Græco nomine: vicina enim sunt Ἀπόλλων & Ἀπολλύων. Putet fortè aliquis & ἐτυμολογίαν spectatam: nam Græcorum nonnulli Ἀπόλλωνα, ut & Ἑκατηβελέτην & Λοίμιον, dictum putant, quòd *morbos immittat*: idque confirmant ex Il. α'. Ad illud Æschyli in Agamemnone, Ἄπολλον, Ἄπολλον, ἀγυιᾶτ', ἀπόλλων ἐμός. Scholiastes, ἀπολλύων fit παρὰ τὸ ὁμώνυμον. Sensus autem est egregius. Dicunt illi Zelotæ inimicos se Cæsaribus utpote idololatris, cùm tamen ipsi eidem Spiritui serviant quem in *Apollinis* nomine Cæsares colunt, & magnitudinem Romanam suæque gentis exitium quàm maximè promoveant[v]. *Apollo* dicitur ab ἀπολλύω, teste Euripide[x]. Qu. Cur hujus nomen & Hebraicè & Græcè ponitur[y]? Resp. 1. Melioris intelligentiæ ergò. Innuit enim scienter à Christianis sic appellandum[z]. Hunc esse talem Dominus sciri voluit à Judæis & Græcis. Dominus noster dictus est & *Jesus*, Hebraicè, & *Christus*, Græcè. Nec minus honoris & dominii sibi sumit hic Rex, describitur autem titulis contrariæ significationis, nempe, quòd sit insignis Ecclesiæ vastator, &c[a]. 2. Ut ostendatur, non eum Judæorum proprium, aut gentium, caput futurum; sed communem impostorem, tam Judæos quàm gentes Christianismum profitentes seducentem[b], & perdentem, & in utrosque usurpantem imperium[c]; tandem verò ab utrisque pro Antichristo habendum[d], & exscindendum, ut ad cap. 16. & 19. videbimus*.

12. *Væ unum abiit*, &c.] Non impletione (nam futuræ tunc erant hæ calamitates:) sed apparitione & descriptione[f]. Cessavit tandem illa Zelotarum rapacitas, post menses quinque, adventante Tito, ut suprà diximus[g]. Unum væ *præteriisse* & alterum *advenire*, dicitur, nempe, quatenus hìc describuntur, non autem temporis eventu[h]; quasi hoc væ omnino desierit ante initium sequentis[i], nec illi omnino contemporaneum esset[k]; ut ex fine capitis satis liquet, ubi, post sextæ Tubæ descriptionem[l], declaratur hominum obstinatio atque impœnitentia in idolomania Antichristiana[m], quæ sub quinta Tuba invecta est: sed hoc sic intelligendum est, Descriptio primi væ præteriit, succedit typica descriptio secundi: vel, notat prioritatem initii, quòd quinta sextam antecedit, ut causa illius[n]. Primum ergò væ durat toto tempore secundi, secundum autem cœpit statim post aperta initia primi, Deo sic peccato peccatum puniente. Porrò ut non dicitur venisse aliquod væ, priusquam ad altitudinem excreverit, aut saltem ad gradum notabilem; ità ubi subsequens malum eò altitudinis pervenerit, ut ejus respectu præcedens non adeò sentiatur, tunc dicitur primum abiisse[o]. ¶ *Duo væ*] id est, Duo genera plagarum[p], Obsidionis & Excidii[q].

13. *Sextus*, &c.] Datum signum ad nova mala[r]. ¶ *Audivi vocem unam* (vel, *quandam*, Be. Pi. nempe Dei†; vel, Christi[t]; vel, ipsius Altaris[v]:) *ex quatuor cornibus* (id est, angulis[x]; i. e. ex medio ejus[y], ex superficie quatuor cornibus terminata, ut sit Meton. adjuncti[z]. Allusio hìc est & convenientia numeri, *quatuor Angeli*, v. 14. quatuor tempora, h. e. *hora*, *dies*, *mensis*, *annus*, v. 15. & hìc *quatuor cornuum*[a]:) *altaris aurei* (nempe Suffituum[b], per quos significantur Preces[c]. Hìc & Aaron semel quotannis precatus est, Exod. 30[d]. Indè prodit hæc vox, quasi esset vox orationis Sanctorum sub Altari postulantium impios per hanc plagam puniri.

[t] Clu. G. [v] Med. 532. [x] Rib. Me. [y] Cot. || Anon. [z] Nap. sim. Med. [a] Par. Li. chron. 158. [b] Pi. Li. [c] Dur. [d] Er D. G. G &c. * D. [f] Er. sic Dur. [g] Dur. [h] Cap. [i] D. [k] Cap. [l] G.

[m] Med. 583. [n] V. [o] V. Z. g. D. Pi. Par. [p] Par. [q] For. [r] For. Par. † Par. [t] D. [v] G. [x] D. [y] Cot. [z] Clu. [a] Dur. [b] For. [c] Dur. [d] For. * Dur. [f] Par. [g] G. [h] For. [i] For. sim. [k] ur. Dur. [l] For. [m] For. sim. Dur. [n] Dur. [o] For. [p] T. sim L. [q] G. [r] G. sim. Par. † Dur. [t] Vi. Dur. [v] Cot. [x] Zeg. Pi. [y] Par. [z] Pi. [a] For. [b] G. sic Fe. D. [c] G sim. Rib. [d] Rib.

puniri*. 4 cornua designant 4 mundi cardines, ex quibus omnibus preces ad Deum elevantur, & responsa ejus exspectantur. At in omnibus illis cornibus scripta erant peccata hominum, ut Jer. 17. 1. ideóque Deus sententiam de puniendo mundo ex iis promulgat. Neque enim sceleratis prodest Altaris sanctitas, sed graviorem Dei in illos iram accersit [f]. Tanta erant impiorum scelera, ut ipsum altare contra impios clamaret & vindictam deposceret [g]. Una vox è 4 cornibus personans indicat concinere, & conspirare ex omnibus mundi angulis idem de ipsius impietate judicium †. Al. Altare designat cultum Dei, ut Apoc. 8. 3. vel, Evangelium, cui *Cornua* dantur, eáque quatuor; quia illud est *Potentia Dei omni credenti*, ex quatuor Mundi cardinibus, &c. quod ab hominibus proculcatum poposcit ut 4 Angeli vindices humanæ impietatis exurgerent [h]. Altare illud Christum repræsentabat [i]. Ostenditur sufficiens Christi potentia ad excitanda justitiæ suæ organa. Ab hoc enim Altari, tum, sanctorum preces in Dei conspectum adscendunt; tum, etiam ultrices flammæ in mundum effunduntur [k]. *Quatuor cornua* erant in eo Altari, Exod. 30. 2. Per ea hîc intellige omnia loca in quibus exsulabant Judæi Christum colentes: neque enim omnes erant Pellæ. [Sensus, q. d.] Deus auditis precibus illorum exsulantium, qui aliquando in sedes avitas redire gestiebant, properari jussit obsidium satis diu dilatum, ut rebus iis confectis quas Deus confieri volebat, abirent exercitus, & tutus daretur in villas & agros, &, siqua oppidorum restabant, reditus. *Propter electos dies decurtabuntur*, Matth. 24. 22 [l].) *quod est*, &c. Τοῦ ἐνώπιον, &c.] *Quod* (sub. *est*, Be. vel, *erat*, nempe, in hac Visione [m]:) *coram Deo*, Pi. Mo. &c. Alludit ad typum veterem [n]. Stabat enim hoc Altare coram Arca, velo duntaxat interposito [o], Exod. 30. 6 [p].

14. *Solve quatuor Angelos*, &c.] i.e. Primarios Diaboli satellites [q]: vel, 1. Angelos malos [r], cósque majores †, præcipuos dæmones, qui quasi præsunt 4 Orbis partibus, quas infestant [s]; nitentes impedire hominum salutem, cósque in idololatriam, & in omnia peccatorum genera, inducere [v]. Vel, 2. homines, quos *Angelos* vocat non naturâ [x], quia sequitur exercitus equestris [y]; sed ministerio [z], quod Deo hîc præstant [a], quia divinitùs excitati & missi sunt [b], & instructi sunt agilitate, promptitudine, &c [c]. Hi [ergò] *quatuor Angeli* sunt, vel, 1. Duces & custodes Vespasiani, Titi, Muciani, & Tiberii Alexandri, quorum ingentes exercitus ad Euphratem usque pertingebant: & cùm diu consilium iis fuit Hierosolyma obsidere, res tamen Divino consilio dilata fuit in tempus ipsi destinatum. Vespasianus prætextum moræ sumebat, quòd vellet Hierosolyma intestinis interim primùm discordiis infringi: reverâ volebat exspectare quorsum se daturæ essent res Romanæ: Jo. Bel. Jud. 4. 21. Per id tempus *Angeli* qui eos incitaturi erant *vincti fuisse* dicuntur, i. e. à Deo inhibiti. *Euphrati* additur titulus *magni fluminis*, quia & alia minora erant nomine פרת, ut alibi diximus. Syriacæ legiones attingebant Euphratem, Joh. 5. 6. Sic & Philo in Legatione dixit στρατόπεδα τὰ περὶ Εὐφράτην [d]. Cùm autem *Euphrates* permeat *Babylonem*, quam proinde aptè designare potest, ut *Tiber* ponitur pro *Roma*, & *Mare* pro *Galilæa*, quæ illi adjacet; *Babylon* autem in his Visis *Romam* significet, ut ad cap. 18. videbimus; *Euphrates* hîc notare possit urbem *Romam*, (ut sumitur cap. 16. 12.) quæ sedes est Imperii, ideóque magnæ mutationes Imperii illâ phrasi commodè exprimuntur. *Angeli* porrò hîc dicuntur Romani duces sub Vespasiano, qui vel quatuor erant, præcipui scilicet; vel, numerus certus pro incerto ponitur. *Vincti* dicuntur, quia ob frequentes magnásque mutationes in Imperio quieverunt ipsi, & res Judaicas neglectui habuerunt*. Al. Hæc sententia non placet; 1. quia hæc ante Apocalypsin gesta sunt. 2. Quintam ipsi Tubam exponunt de Zelotis tempore Obsidii, ideóque sextam Tubam malè interpretantur de profectu Vespasiani ad Obsidium inchoandum. Nulla, sive expressa, sive implicita, in tota hac Prophetia, fit mentio Jerosolymæ, aut Obsidii, vel, Excidii Jeros. sive alterius urbis, &c. 3. Vespasiano ipsiúsque exercitui minimè congruit, sive numerus militum qui 200000000 erant, iique equites; sive locus unde venerint, Euphrates, non Roma; sive effectus, quòd tertiam occiderint hominum partem, ídque igne, fumo, sulphure, &c. 4. Qui ex hac plaga evaserunt rei peraguntur Idololatriæ, v. 20. à qua immunes erant Judæi post reditum è Babylone, &c [f]. [Hæc de prima sententia.] Vel, 2. Exercitus ferorum hominum & militum qui in fine mundi puniet impios [g]. Vel, 3. Quatuor populi, nempe Arabes, Saraceni, Tartari, & Turcæ [h], qui hactenus Divino jussu tranquilli se continebant ultra Euphratem; qui fluvius hucusque fuerat Imperii Romani Limes, Christianum orbem à Barbaris separans [i]. Quatuor isti sunt Muhammedanarum & Turcicarum copiarum capita, qui *quatuor* esse dicuntur [k]; non quòd præcisè quatuor erant [l], sed ut significetur, vel, 1. eos sufficienti esse numero, ut iram Dei omni occasione exsequerentur [m]; vel, 2. extensio hujus plagæ ad omnes angulos terræ [n]; vel, 3. quadruplex inter illos differentia, respectu regiminis, loci, naturæ, & rituum; id quod Turcis satis congruit [o]. Al. *Angeli quatuor* totidem Sultanias seu Regna significant, in quæ Turcæ, cùm primùm, trajecto Euphrate, in vicinos Asiæ & Syriæ tractus sese effudissent, dispertiebantur [p], & idoneo temporis spatio circa hunc fluvium sedes suas habebant [q]; nempe, 1. in Asia minore, ubi Cutlumusus, Cæsareâ Cappadociæ An. 1080. expugnatâ & Romanis ademptâ, Regnum inchoavit, quod successor Solimannus ampliavit, qui tamen postea ad Euphratem recedere coactus est. 2. Alepi, quæ capta est An. 1079. cujus Rex primus Sjarfuddaulas. 3. Damasci, quam eodem anno 1079. subjugabit Tagjuddaula Nisus Togrulbeci (seu Tangrolipicis) nepos. 4. Vel, Antiochiæ, ut vult Scilix, author Græcus, quod regnum 14 tantùm annis duravit; vel, ut Elmachinus Arabs rectiùs sentit, Bagdadi ad alteram Euphratis ripam. Utut autem iste Sultaniarum quaternio ad tempus laxationis integer non permanserit, sed varias mutationes subierit; tamen Spiritus S. gentem æstimat ex primæ irruptionis statu, quo, Euphrate trajecto, ligati sunt ad tempus constitutum [r]. *Euphrates* fluvius celeberrimus erat, 1. ut locus ubi Babylon sita est; 2. ut limes Regni Davidis & Salomonis; 3. ut fatalis Romani Imperii terminus ultra quem dominium suum nunquam extendere poterant; 4. quòd circa eam prima Turcici dominii sedes erat. Hunc fluvium nominat, ut significet, eos qui hanc plagam inducunt nec in Ecclesia, nec in Romano Imperio, fuisse, sed circa Euphratem †. Ibi *vincti* dicuntur, h. e. in partibus Orientalibus circa Babylonem & Persida cohibiti [t], nè in Romanis ditionibus pro libitu grassarentur [v]; nè in Ecclesiam aut in Imperium Romanum irrumperent [x]. Cohibiti autem sunt, partim intestinis discordiis ac bellis [y], partim ingentibus Christianorum victoriis [z], partim per Tamerlanis irruptionem in Turcas, &c [a].

15. *Et soluti sunt*, &c.] h. e. Prædicatum ab Angelo, esse solutos. Sic Esa. 6. 10. *Excæca*, i. e. excæcatum prædica [b]. Tres illi, Angelis impellentibus, quarto, id est, Tito, copias suas tradidere ad obsidenda Hierosolyma, idque tempore præsignificato per ejus temporis Prophetas [c]. *Soluti sunt*, nempe, ab Angelo cui id erat imperatum [d]. *Soluti sunt*, i. e. Sublata sunt impedimenta atque obstacula, & permissum est eis Imperium invadere*. Solutio hæc Turcarum contigit paulò ante annum 1300. quando Turcæ, qui ab altera Euphratis ripa rerum in Perside hucusque potiti fuerant, quasi ex funda ejecti sunt in regiones Romanas cis Euphratem, in Syriam & Palæstinam; deinde in Asiam minorem, quam ferè totam incursârunt, licèt in varias adhuc Satrapias distracti essent, tandem verò sub unius Othomanni imperio coeuntes in Europam trajecerunt, & Imperium Constantinopolitanum universum miserandis stragibus exsciderunt [f]. ¶ *Qui parati erant* (scil. ad occidendum homines [g]:) *in horam, & diem, & mensem, & annum*] id est, Donec tempus adveniret à Deo præfinitum & decretum ad impios puniendos, &c. Et quia nè puncto temporis antè solvendi erant, ad majorem & certiorem ejus rei amplificationem ait, *In horam, & diem*, &c. Sic nos solemus dicere de re quæ ità contigit ut diximus, Contigit eâdem horâ, & mense, & anno [h]. Sensus, in singula momenta parati adsunt, quandocunque Deus Christianos eos immittere vellet. Facit hoc ad amplificandum, tum rapacitatem crudelitatémque

Margin notes (left column): * Me. sim. T. — f Clu. — g La. — † Clu. — h Cot. — i Par. — k For. — l G. — m Pi. — n Par. — o Par. sim. Be. D. — p Be. — q Clu. — r Rib. La. Clu. — † Rib. — s La. — v Rib. — x Par. — y Dur. — z Par. — a Dur. — b Par. — c Dur. — d G. — * Ham.

Margin notes (right column): f Anon. p 80. — g La. ex Rib sim. Zeg. — h Par. Cot. Grav. — i Par. — k For. — l Dur. — m For. — n Dur. sim. Pi. — o Dur. — p Med. 585. — q Dur. — r Med. 585. — † Dur. — t For. — v Med. 585. — x Dur. — y For. Dur. — z For. — a Dur. — b Clu. — c G. — d Pi. — * Dur. — f Med. 585. — g Par. — h Rib.

tatémque hostium: tum, Dei vigilantiam determinantis judiciorum suorum momenta, &c[i]. Illud, *in diem, horam*, &c. de certo definitóque tempore non intelligitur: sed voces illæ sic multiplicantur, ut significetur, 1. particularis Dei determinatio de duratione illius plagæ[k]; 2. summa eorum alacritas[l], ad omnem occasionem capessendam[m], sive *horâ*, sive *die*, sive *mense*, sive etiam *anno*, ad rem gerendam opus fuerit[n]; quòd nec *horâm* nec *diem* in mandatis suis exequendis præterlabi sinerent, & ea prosequerentur donec *annus*, aut longissimum durationis suæ tempus, consummaretur[o]. 3. Velocitas eorum in bello: mox in armis sunt, inexpectati irruunt, dicto citiùs impressionem faciunt[p]. 4. Quòd hæc plaga minimè æquabilis & continuata foret, sed modò in *horam* duraret, modò in *diem*; aliàs in *mensem*, quinetiam in *annum* aliquando, extenderetur, Deo ipsis admetiente temporum vices & hominum multitudinem, quos & quando occidere debeant[q]. Al. Designat hîc tempus quo duratura est Turcarum potestas, nempe per annos *396*†, anno (nempe Juliano,) in menses, mensibus in dies, diebus in annos, prophetico more, resolutis, h. e. ab anno Christi 300[t]. quando, consensu omnium historicorum, compositis domesticis dissidiis, & consentientibus omnibus in Ottomannorum Imperium, licebat eis fines suos dilatare, &c. ad annum Christi *1696*. qui ultimus est terminus Turcici nominis, ut etiam aliæ Scripturæ miro consensu probant[v]. Al. Designatur hîc, ni fallor, tempus cladis Constantinopolitanæ, fore nempe eam post *Diem, Mensem* & *Annum*, i. e. post annos *396*, quàm Turcæ, dato eis Imperio Saracenico, à Deo parari cœperunt, i. e. à Bagdado ab iisdem capta. Hoc enim irruptionis Turcicæ initium fuit. Intervallum certè temporis ad unguem congruit. Refert Elmachinus historicus Arabs, quo nemo temporum momenta accuratiùs annotavit, *Togrulbecum*, Turcarum principem, (qui nostris *Tangrolipix*) captâ regiâ urbe Bagdado, à Calipha *Cajimo Biamrilla* veste imperiali indutum, atque regno inauguratum fuisse, anno Hegiræ *449*. id est, Christi 1057. Tunc præparati sunt Turcæ, ut post *Diem, mensem & annum*, Propheticum *occiderent tertiam partem hominum*, id est, annò C. 1453. Imperii Romani in Oriente reliquum, captâ Constantinopoli, funditùs exscinderent. Ab anno enim 1057. ad 1453. sunt præcisè anni *396*, quorum *Dies* efficit unum, *Mensis* 30, *Annus* 365. Tanta accuratio calculi facit ut suspicer, etiam *Horam* (quæ 15 dies efficeret) eventui pariter responsuram, si mensis quoque inaugurationis Togrulbecianæ, perinde atque annus, proditus fuisset. Vel, ὥρα hîc est *tempus opportunum*, & καὶ ἡτοιμασμένοι ponitur, *Parati in tempus opportunum, nempe in diem*, &c. An verò tam exacta prophetiæ cum re gesta convenientia casu contigerit, penes alios judicium esto[x]. ¶ *Ut occiderent* (corporaliter[y]; nam mortui jam erant spiritualiter in peccatis illi, adversùs quos iste immissus est[z]:) *tertiam partem* (i. e. maximam partem[a]:) *hominum*] Vel, 1. Non signatorum[b]: vel, 2. Hierosolymitarum, nempe pugnis & fame ante captam Urbem[c]. Vel, 3. Ciseuphratensium, sive veteris Imperii Romani, jam facti Antichristiani[d]. His verbis clarè distinguitur hæc plaga, tum, 1. à præcedente, ubi duntaxat cruciabantur homines, iique reprobi; cùm bellum etiam bonos consumat: tum, 2. à subsequenti, ubi Bestiæ bellum est adversùs sanctos[*].

16. *Et numerus equestris*, &c. Στρατευμάτων τοῦ ἱππικοῦ, &c.] [G. legit τοῦ ἵππου, sine ullius Codicis præsidio; additque] Est hîc Enallage, τοῦ ἵππου, pro, τῶν ἵππων. Alioqui *equitatum* cùm volunt dicere Græci dicunt τὸν ἵππον[f]. [Sic vertunt:] *Exercituum equitatûs* (i. e. ex quibus constabat equitatus. Genitivus totius[g]. Vel, *Equestris exercitûs*, Be. Med.) *duæ myriades myriadum*, Mo. sic Er. V. Zeg. Med. vel, *bis millies centena millia*, Be. Pi. &c. Alii legunt, μυριάδες μυριάδων, expuncto δύο ut c. 5. 11[h]. Indefinitè intelligendum[i]. Significatur numerus ingens[k], ut suprà 5. 11[l]. & Psal. 68. 17. & Dan. 7. 10. Est enim Μυριὰς רבוא vel רבבה ex iis vocibus numerabilibus, quæ in Hebraismo solent indefinitè sumi, ut apud Latinos *Sexcenti*[m]. Hoc dicit, Præter illas legiones, ingentem fuisse equitatum, non tantùm legionariorum, qui Romano more legionibus aderant, & alarium, quibus acies protegebatur; verùm etiam à sociis, i. e. à Syriæ civitatibus, ab Antiocho Comagenorum Rege, à Sohemo Ituræorum, ab Arabibus aliis, & ab Agrippa Juniore, qui Galilæam cum vicinis quibusdam regionibus tenebat; & ab aliis gentibus, quæ certatim missis auxiliis gratiam sibi apud novum Principem ejúsque filium parabant. Vide Jo. Bel. Jud. 5. 6. & Tacit. Hist. 5[n]. Qu. Cur equitatum tantùm nominat? Resp. 1. Ut ex tantis equestribus copiis, quæ solent esse paucissimæ, colligeretur, quantus fuerit pedestrium numerus[o]. 2. Ut ostenderet ipsorum [tum,] ferociam impetúmque irresistibilem[p]: [tum,] progressum successúmque velocissimum[q]. 3. Quia præcipuum eorum robur in talibus constat[r]: equitatu ferè tantùm valent†. In militia Turcica *Equitatus* peditatum tantum superat, ut hic præ illo nullo numero sit. 4. Forsan gentilitio nomine *Equites* dicuntur. Turcæ nimirum, ante solutionem, longo jam incolatu *Persæ* erant, & sic à Byzantinis historicis appellantur. Certè Nicetas, qui maximam temporis partem quo apud Euphratem cohibiti sunt historiâ complexus est, ferè semper *Persas* vocat, rarissimè *Turcas*. פרס autem (quo nomine in S. S. vocatur *Persia*) Heb. Chald. & Arab. *Equum* vel *Equitem* designat. Non dissimile exemplum est Dan. 8. ubi Macedones, qui tunc temporis Ægeades (h. e. *Caprini*) dicebantur, teste Justino l. 7. typo *Caprarum*, Rexque *Hirci* figurâ designatur. 5. (quod procipuè hîc respici credo:) quia hic ipse character est Gentis Magog, quâ Turcæ oriundi sunt, isque ab Ezechiele sacratus cap. 38. ubi de *Gogo* loquens (quod nomen fuit Ezechielis ævo regum Magogicorum commune, ut notant Hebræi, & alii:) gentem eam describit ab Equestri malitia, v. 4. & v. 15[t]. ¶ *Et* (vel, *Nam*, Be. Pi.) *audivi numerum eorum*] Recitatum velut ex matricula militari[v], ex throno Dei[x]. Non ipse excogitavi[y]: sed voce admonitus didici, alioqui eum subducere non potuissem[z].

17. *Et*, &c. Καὶ οὕτως, &c.] Subintelligendum hîc καθιστηκότας, vel ἔχοντας vel, certè, οὕτως ponitur pro τοιούτους, *tales*, ut ὡς suprà v. 3. pro οἷαν, *qualem*[a]. [Sic vertunt:] *Et ità* (vel, *Itémque*, Be. vel, *Sic autem* constitutos, Pi.) *vidi equos* (vel, *conspexi agmen equestre*, tanto numero congruens[b]:) *in visione*, Mo. i. e. In ὁράσει illâ meâ & visione cœlesti[c]: vel, *per visionem*, Par. vel, *aspectu*, Med. q. d. non reverâ, sed *aspectu*, tales[d]. Sic bis sumitur ὁράσει, cap. 4. 3. Neque alibi, nisi semel, vox illa in N. T. apparet[*]. Sensus, Equi & sessores illorum tales erant, quales nunc describam[f]. ¶ *Habebant loricas* (vel, *thoraces*, Be. Pi. quibus se tueantur[g], simúlque hostes perdant[h]:) *igneas*, (i. e. coloris ignei. Sic deinceps[i].) *& hyacinthinas*, (i. e. cœrulei coloris[k]. Significat hoc, vel, 1. magnificentiam armorum[l]: vel, 2. sanguinolentiam hominum[m].) *& sulphureas*] Vel, quòd singuli equites loricas partim igneas, partim hyacinthinas, partim sulphureas, haberent: vel, quod malim, quòd alii has, alii illas, vel istas, haberent[n]. Significat, vel, 1. triplices diversorum populorum exercitus, putà Sarracenos, Turcas, & Tartaros[o]. *Loricas habebant*, pro gentium varietate, coloris varii[p], quibus distinguuntur, ut in exercitibus fieri mos est[q], *flammeas, violaceas, pallidas*: sic *sulphureas* interpretor, sicut *pallentia sulfurata* dixit Martialis. *Linea* multis gentibus è lino. Testis Livius lib. 9. & 31. Festus in verbo *Legio*, & Suetonius Galbâ. Usus tali & Alexander, teste Plutarcho[r]. Vel, 2. Loricas ex chalybe factas, quæ varios colores exhibet. Vel potiùs, 3. horrendam speciem quasi ignis flammantis, qui his tribus coloribus aptè repræsentatur, utpote ex eis consistens; nam infima ejus pars est coloris *ignei*, pars media *hyacinthini*, pars suprema *sulphurei* sive *pallidi*. Congruit quoque hoc stylo Hebræorum, qui totum quodvis per partes suas exprimere solent, ut notatum ad 2 Pet. 3. 13†. Vel, 4. Terribilem eorum aspectum[t], & crudele ingenium[v], quo omnia, incendii instar, depopulantur[x]. Horribiles enim exsecutiones Scriptura S. plerumque describit per *ignem*, & *sulphur*, & *fumum* ascendentem. Sulphur autem accensum

i Par. k Dur. l Grav. sic Par. Dur. m Med. 587. sic Dur. n Med. ib. o Dur. p Par. ex Bulling. q Clu. † Bri. t Bri. in Par. v Bri. x Med. 586. y Cor. Dur. z Cor. a Dur. b Rib. Mc. c G. d Dur. sim. Med. * Clu. f G. g Pi. h Med. 588. i Dur. sic Pi. k G. sic Med. Pi. Dur. Clu. l G. m Med. ib.

n G. o Clu. p For. q Dur. r For. † Par. t Med. 587. v G. x Par. y Dur. z Med. 587. a Pi. b G. c Pi. d Med. 589. sim. Par. Rib. * Med. ib. f Gag. g Cor. sim. Clu. h Clu. i Pi. k Pi. sic BA. 2 5. 13. 729. l Dur. m Grav. n Rib. o Pi. p G. sim. Ham. q Ham. r G. † Ham. t Rib. v Par. sim. For. Dur. Grav. x Par. sim. Dur.

censum tam flammam, quàm fumum, coloris hyacinthini reddit, ideóque hîc conjunguntur [y]. *Hyacinthus* flammæ colorem refert: pro eo mox *fumus* ponitur [z]. ¶ *Tanquam capita leonum*] Designat eorum audaciam & fortitudinem [a], & potentiam bello insuperabilem [b]; crudelitatem [c], feritatem [d], apertam rabiem & professam truculentiam [*]. Rictus equorum sanguinolenti, qualis Leoni post devoratas pecudes [f]. Multò terribilior est *equorum* species, quàm antè *locustarum* [g]. His dentes tantùm erant leonum, *equis* verò totum caput [h]. ¶ *Et de ore eorum* (Quod referri possit, vel ad equites, vel ad equos [i], quod malim [k]:) *procedit ignis, & fumus, & sulphur*] Notat instrumenta cædis [l], vel, dira omnis generis supplicia [m]. Sed quoniam *ex ore* hæc prodiisse dicuntur, *ignem* intelligo, ut priùs, feroces animos & horribiles ululatus atque blasphemias Turcarum & Tartarorum in Deum Christianorum; *Fumum*, impiam Mahumetis doctrinam; *sulphurem*, chordas arcuum sulphuratas, & synecdochicè venenata Turcarum spicula, lanceas veneno tinctas, &c. Etiam hæc spicula quasi ex ore evolare videntur, dum arcum oretenus intendunt [n]. Al. Subauditur ὡς. *Ità res se habebat quasi ab ore equorum ignis fumigans & sulphureus procederet.* Ità Poeticè describit falaricas, quas plenas sulfure, resinâ, bitumine, stuppis & oleo, quod *incendiarium* dicitur, jaciebant equites ad incendendas Hierosolymorum turres. Valerius Flaccus in hac ipsa re, i. e. in Hierosolymorum oppugnatione, versantem Titum sic describit —— *Solymo nigrantem pulvere fratrem Spargentémque faces, & in omni turre furentem* [o]. Al. Nusquam in Scriptura S. occurrit Imago hujusmodi de *Igne, fumo hyacinthino, & sulphure.* Quare juxta literam accipio, de novo illo, & ante hanc Tubam prorsus incognito, armorum genere, quibus hostes illi Euphratæi statim post solutionem suam usuri essent. *Bombardas* intelligo, *ignem, fumum, & sulphur,* evomentes [p]. Nec aptiùs declarari potuit natura tormentorum bellicorum. Ibi *ignis* est, & *fumus* copiosus, dum displodùntur, & *sulphur*; nam pulvis tormentarius ex nitro conficitur, carbone & sulphure. Spiritus igitur hunc hostem describit nobis iis armis quæ simul penè cum ejus tyrannide originem caperent [q]. Impletum hoc in Excidio Constantinopolit. quæ his machinis expugnata fuit. Audi Chalcocondylam. *Machometes Bombardas ibi fieri curavit maximas. Quarum una tanta erat, ut à 70 jugis boum & à viris 2000 trahenda fuerit, & torqueret globum cujus pondus continebat tria circiter talenta, & magnam muri partem sterneret. Cujus tonitru tantum fuit ut finitima regio usque ad 40 stadia concuteretur* [r].

18. *Ab his tribus*] Vel, ordinibus sive exercitibus equorum [†]: vel, igne, fumo, & sulphure [s]. *Occisa est tertia pars,* &c.] i. e. Pars magna, vel perfecta, nam hic numerus perfectionis est. In uno illo bello, quod sacrum vocant, ex Wilhelmo Tyrio colliguntur à Turcis cæsa non multis annis bis millies centena millia. Tertia minimùm pars Provinciarum & Ecclesiarum orbis Christiani atque Imperii Romani intra 300 annos à Turcis erepta, eversa, subjugata, cæsa [v]. Est effectum hoc evidentissimum: nunquam enim ante eos, victor aliquis populus tantam edidit vastitatem; adeò ut in populosissimis regionibus vix tot reliquerint pagos, quot olim celebres respublicæ floruerunt [‖]. Est σύνθεσις in τείτον & ἀπεκτάνθησαν, qualis, *Pars in frusta secant* ——. Hoc dicit, defensores plurimos illis falaricis aliisque missilibus ignitis interiisse [x]. ¶ *Quæ,* &c. Τὰ ἐκπορευομένα, &c.] *Quod* (nempe θεῖον, *sulphur*: Referendum autem & ad *ignem* & *fumum*, per σύζευγμα [y].) *prodibat* (vel, *prodire videbatur,* G.) *ex ore ipsorum,* Pi. nempe equorum: quia ante ora equorum volabant illa missilia non secùs quàm si ex ore prodirent [z]. Notat, 1. eorum sævitiam, quòd nihil nisi extremam vastitatem spirarent: 2. quantâ facilitate, quasi uno spiritu aut verbo, omnia dissiparent ac pessundarent [a]. 3. Quòd non amicitiam præ se ferrent, ut Locustæ, sed apertè ferrum flammámque minarentur [b].

19. *Potestas,* &c. Αἱ γὰρ ἐξουσίαι, &c.] Plurali utitur, quia loquitur de duabus potestatibus, quarum una est in ore, altera in cauda [c]. *Potestates* (vel, *Potestas,* Be.) *enim eorum in ore eorum* (i. e. in conspectu eorum, vel ante eos [d]: vel, *in ore,* ut v. præced [*].) *sunt, & in caudis eorum,* Pi. Per *caudas* designat pedissequos & ministros militum, qui plerumque pessimi sunt, & nocentissimi [f]. Notatur hîc & nocendi facultas & calliditas, q. d. & antè & retrò pugnant [g]. Primâ fronte fera omnia crepant: sed in recessu quoque mortem occulunt [h]. Primo adspectu & attactu necant leonum instar, posterioribus quoque mordent occultè instar serpentum [i]. Equis aliis similes non sunt quorum vis in corpore, aut in pedibus & ungulis, sita est [k]. Sensus, Tum ore, h. e. politiâ suâ & regimine, hostile odium profitentur; tum, caudis, i. e. per pseudo-Prophetas suos [l], falsámque doctrinam [m], lædunt [n]. Perniciem inferunt & corporibus hominum, & animis pestiferâ illâ illusione Muhammedica [a]. ¶ *Caudæ eorum similes serpentibus,* (& venenositate & astutiâ [b]:) *habentes capita*] Similes Amphisbænæ, cui pro cauda est caput alterum. Vide Nicandrum, Plinium & Lucanum. Sæpe apud Romanos, ubi festinationis res egeret, post equitem sedebat in eodem equo pedes, qui, ubi opus erat, descendebat de equo. Eos pedites hîc *caudam equi* appositè vocat [c]. Quod de Saracenis suprà dictum fuit, de Turcis quoque obtinet, eos nempe non vi modò hostili, sed & Muhammedicæ imposturæ syrmate, perniciem ubi grassentur afferre. Diversa autem *Caudæ Serpentinæ* species ex naturali effigiei utriusque, Locustarum & Equorum, diversitate nascitur [d]. Ostendit quomodo à tergo lædant. Habent, inquit, caudas serpentinas & capitatas. Potest hoc intelligi de Turcarum & Tartarorum, vel, 1. perfidia, fraudibus & insidiis, quibus Christianos aggrediuntur. Vel, 2. belligerandi more. Fugientes enim jacula in hostes insequentes ejaculantur [*]. ¶ *In his nocent*] *Per illos pedites* hosti non minùs quàm per equites *nocent.* Pedites enim ad oppugnationem plùs valent. Ἀδικεῖν hîc est *nocere,* ut suprà 2. 11. & 6. 6. & 7. 2. & hîc 4. 10. Causam hujus locutionis reddidimus alibi [f]. Non dixit eos occidere, sed *lædere* tantùm; quia occisi jam erant spiritualiter illi in quos immissi equi. Tantùm ergò sensus aliquis pietatis & Christianismi residuus ipsis erat, quem tandem abjecerunt haustâ Muhammedis pestiferâ hæresi [g].

20. *Et cæteri* —— *neque pœnitentiam egerunt* (Quo significatur, etiam illos qui occisi fuere in ea ipsa noxa fuisse [h]:) *de operibus manuum suarum*] i. e. Vel, 1. de malis factis [i], quæ sic dicuntur Deut. 31. 29. Psal. 28. 4. Lam. 2. 64. & alibi [k]; quòd non sint Dei [l], sive à Deo imperata [m], sed propriè opera nostra [n], ad quæ consilio nostro ferimur [o]. Vel, 2. ab idolis [p], quæ sic dicuntur quòd sint inventa & figmenta humanarum artium & manuum, Deut. 4. 28. & 27. 15. Psal. 114. 12. & 135. 15. &c [q]. Et proinde indigna quæ colantur. Respicit Præceptum secundum, ubi talium fabricatio ad cultum prohibetur [r]. Est Syn. generis. Et *ab idolis,* i. e. ab adoratione idolorum. Meton. materiæ [†]. Causam reddit cur ultimum exitium Deus ad plagas præced. addiderit, *Quia homines nihil erant correcti* [t]. ¶ *Ut non adorarent dæmonia & simulacra,* &c.] Exponit quid per opera manuum intellexit [v]. Quinque hîc enumerat crassiora [x]. Pertinet hoc, vel, 1. ad Judæos [y]. Sicut de Zelotis dixit, eos eidem Numini serviisse quibus serviebant Romani, quos illi idololatras vocabant; ità nunc docet, etiam Hierosolymitas omnes fuisse idololatras, nempe sensu mystico, ut Eph. 5. 5. Col. 3. 5. Serviebant enim Pecuniæ, Gemmis, Mensis, à quibus, utpote inanimis rebus, servari in periculo non poterant. Non privati tantùm à privatis expilabantur, sed & Sacerdotes interibant alimentis fraudati per Sacerdotum principes. Neque unquam major visa est violentia quàm obsessis Hierosolymis. Vide hæc singulatim explicata apud Josephum. *Prælia, dolus, incendia inter ipsos,* ait Tacitus. Sumpta sunt verba de Idolis ex Dan. 5. 4. Tum verò & quod Idolis objici solet Psal. 115. 4. & 135. 15, &c. destitui illa à sensibus, idem ad ad Opes rectè applicatur. Qui divitiis serviunt dicuntur δουλεύειν χρυσίῳ, Sirach. 31. 7. ubi etiam *aurum* dicitur ξύλον προσκόμματ@, i. e. idolum [z]. Vel, 2. ad homines

mines extremorum temporum [a], quibus revivifcet idololatria [b], quam postea evertet Antichristus, ut ipse solus colatur [c]. Vel, 3. ad Christianos [d], præter quos (proh pudor & dolor!) nulli jam sunt in toto Orbe Romano, aut cis Euphratem, qui simulacra colunt*. Expressissima hæc est Prophetia de Idololatria Christiani Imperii [f], sive Ecclesiarum, tum, 1. Orientalium [g], sive Græcarum [h], in quibus variæ adhuc superstitiones vigent [i]; quæ simulacrorum cultum mordicus defenderunt & œcumenico Concilio Niceno 2. sanxerunt, non multò ante, quàm Turcæ, Græcis excussis, *Niceam* occuparent, & sedem sui Imperii contra Constantinop. Imper. facerent. Excussi quidem indè erant Turcæ, qui tamen paulò post eam recuperârunt, indéque totum Græcorum Imperium tandem everterunt [k]. Tum, 2. Occidentalium sive Latinarum [l]. Sensus est, q. d. Tametsi Saraceni Turcæque (qui meritò hic conjunguntur, quia eadem mundi loca obtinent, idem habent Dominium, eosdem mores ritúsque habent & in Religione & Legibus, & in Bellis [m]:) Ecclesiam Orientalem planè vastâssent, occidentalis tamen sive Romana Ecclesia nihilominus in cultu suo Idololatrico persisteret [n]. Idolomaniam hìc notat, non Gentilium [o], quæ sub sexta Tuba è mundo profligata erat, certè ex illis locis in quæ Angeli quatuor immissi [p]; sed Antichristianam, ut apparet, 1. quia Mundus ille, cujus pars tertia evertitur, duæ verò partes ad tempus reservantur, est Ecclesia visibilis, quæ harum plagarum objectum est. 2. Quia hi ipsi idololatræ sunt, qui, in idololatria adhuc persistentes, ulteriùs puniuntur per ultimum væ; sive per ultimas Plagas sive Phialas, quæ effunduntur in homines qui habent notam Bestiæ, cap. 16. 2. & in sedem Bestiæ, quæ horum criminum rea peragitur, cap. 13. 1, 2, 4, 5. & 17. 4, 5, 6. Nec tam mirandum erat Ethnicos, quàm Christianos, post tantas plagas adhuc idololatriam retinere, &c [q]. Hinc constat, quibusnam ex Occidentalibus debetur hæc calamitas ex Turcis, & quid eos invictos reddit, &c [r]. [Sed hæc sententia nonnullis difficultatibus urgeri videtur.] 1. Quæ aut quomodo Dæmonia colunt Christiani†? Resp. 1. Dæmonolatria hæc dicitur, non ex mente & scopo cultorum, sed ex mente Dei [t]; vel, secundùm Dei ea de re judicium, qui hunc cultum, quem ipse apertè prohibuerat [v], sic vocat, ut Levit. 17. 7. & 1 Cor. 10. 20 [x]. & Deut. 32. 17. Ex quibus locis constat, Israelitas, quanquam sub vitulis verum Deum se adorare præsumerent, dæmonia reverâ adorâsse, quorum hæc erat inventio [y]. Resp. 2. *Dæmonia* vocat, non quæ ipsimet pro impuris spiritibus habeant, sicque vocitent; sed quæ hoc nomine à Gentilium Theologis intelligebantur, *Deastros*, quà Angelorum, quà Mortuorum, nominibus consecratos, tanquam Mediatores inter Deum & homines, ut loquitur Plato in Symposio; de quibus sic Apuleius (lib. de Dæmonio Socratis) ex sententia Platonis & reliquorum Philosophorum, Dæmones *sunt mediæ potestates, per quas & desideria nostra & merita ad Deos commeant, inter mortales cælicoláśque vectores, hinc precum, indè donorum sive suppetiarum*; *seu quidam utrinque interpretes & salutigeri.* Scilicet duplices Deos habuere, *Cœlestes*, qui propriè *Dii*, qui in cœlo & stellis perpetuò residerent, nec terrena curarent; & *Dæmones*, qui, tanquam medioxuma numina, & cœlestium sive summorum Deorum administri, res humanas procurarent. Quàm autem hæc Dæmonum Theologia conveniat cum Sanctorum & Angelorum cultu apud Pseudo-Christianos, res ipsa loquitur, hoc tantùm discrimine, quòd illis plures erant Dii supremi seu cœlestes, nobis unus, &c. De quibus plura vide ad 1 Tim. 4. 1, 2, 3 [z]. [Vide ibi Synopsin.] Non ovum ovo similius, quàm Papistarum & gentium idola [a]. 2. Turcæ in illis terræ partibus maximè invaluerunt, quæ Papæ minùs morigeræ erant*. Resp. 1. Ecclesiæ illæ Orientales erant adoratores Bestiæ, cap. 13. 8. & Pontifici subditæ, ut ipsi jactitant: plurimi ibi erant Ordines Religiosorum qui à Papa pendebant, & à Turcis deturbati erant, unde & *Bellum Sacrum* dictum est à Pontifice, &c. 2. Ecclesiæ illæ Romanensium erroribus, superstitionibus & idololatriis, inquinatæ erant. Voluit autem Deus hoc malum Orientalibus potiùs quàm Occidentalibus Ecclesiis primùm immittere, tum, quia thronum Bestiæ nondum everti voluit; tum, ut minùs reos castigando somnum excuteret Occidentalibus graviùs peccantibus, quibus, præter hæc jam dicta Orientalium crimina, hoc peculiariter imputatur, quòd Bestiam colerent, cap. 16.2. quod probè notandum †.

[a] Rib. [b] La. sim. Rib. [c] La. [d] Med. 590. sic Cot. Bri. Par. Grav. Dur. Mor. * Med. ib. [f] Mor. p. 713. [g] Grav. Par. [h] Mor. Par. [i] Grav. [k] Par. [l] Grav. sic Mor. Par. Bri. [m] Dur. [n] Mor. ib. [o] Cot. Dur. [p] Cot. [q] Dur. [r] Bri. † Med. [t] Dur. [v] Clu. [x] Clu. Dur. [y] Clu. [z] Med. 590. [a] Par. * Q. in Dur.

21. *Ab homicidiis suis*] Altera pars Operum manuum hominis, quæ ad secundam Legis tabulam spectant, uti superior ad primam spectabat [b]. Cædes hìc notat, tum, ab Imperatoribus Græcis mutuò exercitas, ut notum; tum, ab aliis [c], qui & animas occidunt, & Sanctos innumeros interficiunt, ut notatur cap. 11. 7. & 13. 7. & 18. 24 [d]. Pontifex injustissima sæpe & funestissima bella inter Reges & Principes excitavit ||. Sub una specie omne genus injuriarum continet*. ¶ *Neque à veneficiis suis*] In eadem domo alii alios veneno necabant, ut eò plus haberent alimentorum [f]. Al. Figuratè hìc notat doctrinas atque illusiones quibus homines fascinant; ad literam autem [g], artes magicas & Diabolicas [h], quibus Orientales cumprimis dediti erant, & quæ ab Episcopis & Monachis in vulgus Christianorum dimanârunt [i]. Quin ipsi Pontifices Necromantiæ dediti sunt, &c [k]. ¶ *Neque à fornicatione sua*] Hæc sunt quæ μῦσι vocat Josephus. Vide ad Rom. 2. 22. *Projectissima in libidinem gens*, Tacitus de Judæis [l]. *Scortationem* hìc intelligit, tum, 1. spiritualem, quâ homines à Deo abducunt, &c [m]. tum, 2. corporalem [n], idololatriæ sæpe comitem, ut videmus Num. 32. 16. & alibi [o]; quæ crebra apud Pontificios, cumprimis clericos, ipsósque Pontifices & Cardinales [p]. Scorta publica Romæ permissa [q], ex quibus Pontifex suscipit tributum [r] annuum 40000 Ducatorum sive coronatorum†. ¶ *Neque à furtis suis*] Nè sacrilegiis quidem abstinebant, Josephus 5. 33 [t]. Furta, rapinæ, & Simoniæ in Papatu satis frequentes: purgatorio, indulgentiis, annatis, &c. Papa ingentes sibi comparat Thesauros [v]. Hoc furti genus in Pharisæis damnatur Mat. 15. 5. & 23. 14 [x].

[Antequam ad textum accedam, quærendum de natura hujus Libri mox memorandi, & de initio ac fine hujus & sequentium Prophetiarum. Hìc enim viri docti variant.] Stadium Apocalypticum complectitur duplex Prophetia, Prima Sigillorum, quâ res Imperii describuntur: Secunda Βιβλαριδίου, sive *Libri aperti*, quâ Ecclesiæ seu Religionis fata continentur [a]; quæ porrò non est una aliqua Prophetia continua, sed multarum Visionum, partim continuantium, partim contemporantium, Systema; quarum una sola, id est, prima, totum intervallum Apocalypticum pervadit, reliquæ huic tanquam partes contemporantes & parallelæ annectuntur [b]. Utraque autem hæc Prophetia, ab eodem exorsa Temporis Apocalyptici principio, eadem tempora percurrit [c]; & uno eodémque rerum exitu clauditur, eo nimirum quem exhibet Tuba septima: Cujus Tubæ Mysterium suo loco in Tubarum serie leviter & in genere, & quantum ibi satis erat, præsignatum & promulgatum; clangoris autem ipsius plenior patefactio differtur, donec ad novam Βιβλαριδίου Prophetiam transitione factâ (cap. 10. à v. 8. ad finem) primam ejus Visionem, stadio Apocalyptico similiter emenso, ad eundem rerum exitum provexisset, (cap. 11. 14.) túncque Mysterium illud, utriusque Prophetiæ Catastrophe communis, hìc clangore demum edito plenè evolvitur: atque id quidem ordine commodissimo, cùm alioquin, absque utriusque Prophetiæ præcognitione, quod ab utraque pendebat intelligi non potuisset [d]. Clangoris autem Tubæ Septimæ (cui, absoluto jam *sextæ Tubæ* Viso, proximus locus ordine rerum debebatur.) dilati vicem supplet Spiritus S. juramento, quo eventus [isque lætissimus] Tubæ saltem de genere indicatur, v. 6, 7*. Quòd verò nova Vaticiniorum series à *prima* usque Visionum *Apocalypticarum Epocha* incipiat cap. 11. indicationes sunt multæ ac notabiles cap. hoc 10. quæ quemlibet hominem convincere possent. [Quæ hìc sequuntur:] 1. Magnificentia summa hujus Angeli, qui *Librum apertum* manu tenet, cujus descriptio non multùm abludit ab illa cap. 1 [f]. & illa cap. 4. & 5 [g]. qui non aliquis Tubarum Angelus [h], sed Christus Dominus, esse videtur [i]. Nulli enim magis Jus hoc clangorem novissimum in alterius Prophetiæ gratiam

† Dur. [b] Cot. [c] Par. [d] Dur. || Grav. * Par. [f] G. [g] Dur. [h] Dur. Par. sic Clu. [i] Par. [k] Grav. [l] G. [m] Dur. [n] Dur. sic Par. [o] Dur. [p] Grav. [q] Dur. [r] Grav. Par. Dur. † Par. Dur. [t] G. [v] Grav. sim. Par. Dur. [x] Dur. [a] Med. 592. [b] Med. 696. [c] Med. 528. [d] Med. 592. & 697. * Med. 591. [f] Mor. 704. [g] Mor. 179. [h] Med. 592 [i] Med. Mor.

gratiam suspendendi competet quàm ipsi qui utriusque Prophetiæ author erat [k]. 2. Quòd hic Angelus *Tubæ septimæ* spatium *septem Tonitruis* complet: quod signum evidens est, totum curriculum *septem Sigillorum* percursum esse ad ultimum usque *Tonitru* Diei Judicii [l]. Non levis hîc est & generalis duntaxat *Tubæ septimæ* mentio, sed & illius distributio in *septem Tonitrua:* quorum ultimum, verisimile est, Tonitruum fore propriè dictum, Finalem scilicet Mundi conflagrationem à fulmine & fulgure. Et certè postquam Sigillorum vaticinia ad hanc ultimam Catastrophen pertinuerint, admodum scrupulosus est qui dubitat, an *aperti Libelli* vaticinia de novo incipiunt à prima usque Epocha Revelationis [m]; maximè si perpendat, cap. 12. indè incipere, nec ullam Visionem inter Sigilla esse, quæ Michaelis pugnâ cum Dracone sit prior [n]. 3. *Novus* hic *Liber*, aut potiùs, *nova* Libri *conditio*, (Liber enim qui antea *signatus* erat, & *oculis conspiciendus*, nunc *apertus* est & *degluttiendus*:) novam innuit vaticiniorum seriem inchoandam, diversæ naturæ à priori. Ut enim universus hic paratus nulli novo Instituto inserviat, mira res est & incredibilis. 4. Juramentum illud v. 6, 7. ostendit, & ipsum temperare se ab explicitè procedendo ad finem usque *Sigilli septimi*, h. e. ad *Tubæ septimæ* speciale ac determinatum effectum, & Regressionem hîc esse; & quò, obsecro, nisi ad primam Epocham? 5. Magna harum Prophetiarum amaritudo præ præcedentibus ostendit hîc Ecclesiæ fata contineri [o]. 6. Quòd idem est hujus Prophetiæ initium quod fuit Prophetiæ de 7 Ecclesiis, item de 7 Sigillis [p]. 7. Quòd dicit infrà v. 11. *Oportet te iterum prophetare*, incipiendo nimirum à prima Epocha eorum temporum, de quibus hactenus prophetaverat: alioqui frustrà hoc illi dictum esset qui iterum iterùmque jam prophetaverat, &c [q]. [Aliis hæc non placent:] Inepta est hæc totius Apocalypseos in duas partes principales partitio [r], & præcipuum omnium errorum fundamentum †. Verùm hoc non proposui tanquam fundamentum Synchronismorum meorum, (ut malè supponit) sed tanquam Consectarium eorum, & ex iis exstructum. Et si Synchronismos meos refutâsset, hæc bimembris partitio per se concidisset [t]. [Hanc autem sententiam his argumentis oppugnant:] 1. Confundit finem unius Prophetiæ (Prophetiam hîc intelligit consummantem; h. e. quæ finem periodi Apocalypticæ attingit, alioqui vitiosum hoc non est ‖:) cum principio alterius: continuat enim initium Prophetiæ Tubarum cum fine Prophetiæ Sigillorum [v]. Resp. Ego verò illud pernego, & aio Prophetiam Tubarum esse ipsummet Sigillum septimum; ideóque à me nec confundi nec continuari cum fine Sigilli septimi, sed, ut æquum erat, conjungi cum fine sexti [x]. 2. Discerpit membra ejusdem Prophetiæ, Tubarum scilicet; & ex fine Tubæ sextæ constituit novam Prophetiam, quæ altiùs assurgit quàm Tuba prima, imò originem suam trahit à primo Sigillo [y]. Resp. Principium petitur. Tantum enim abest ut aut Libri comestio aut Templi mensuratio sit pars Tubæ sextæ, ut ad eam nullo modo pertineat [z]. Finis enim Tubæ sextæ est ad finem cap. 9. & prima pars hujus 10. cap. ad septimam Tubam pertinent, ut Angeli verba seq. manifestum faciunt. Reliquum hujus cap. cum cap. seq. ad novam Prophetiam pertinet [a]. 3. Commiscet duas diversissimas Prophetias, nempe, illam *Libri aperti*, quæ terminatur cum fine Tubæ septimæ, quæ est novissima, cum illa de *Muliere parturiente*, quâ nihil prius habet Apocalypsis, ut ipse fatetur [b]. Resp. Prophetiam *Libri aperti* voco non unicam aliquam Visionem, sed totum Visionum sequentium Syntagma [c]. 4. Tubæ omnes ad primum Librum pertinent, quippe quæ sub septimo illius Libri Sigillo continentur, cap. 8. Septima autem Tuba occurrit cap. 11. 15. & pleniùs explicatur usque ad finem Libri, & sub se septem Phialas continet, ut antè dictum. 5. Hoc caput & sequens usque ad v. 15. ad Væ secundum pertinent, ideóque in præced. Libro continentur. 6. Si sequens Prophetia conferretur cum præcedente, non erat cur aut *exigua*, aut *aperta*, diceretur [d]. [Plura in hanc sententiam argumenta vide annotata in Synopsi initio cap. 6.] Ut sextum Sigillum, præter effectum suum proprium, præparationem etiam ad septimum, Synopticâ quâdam totius effecti repræsentatione cap. 7. exhibuit; ità hîc sexta Tuba, præter proprium suum Væ, in 4 Angelis vastatoribus, ab Euphrate, &c. in fine cap. præced. viam hoc capite, & magnâ parte sequentis, sternit effecto Tubæ septimæ, quæ clangit cap. 11. 15. & ultimo Væ, cujus initia non exigua continet, ità tamen ut sub secundo Væ comprehendatur, &c. Præparatio autem hæc ad plenariam Antichristi eversionem fit per magnificam descriptionem Antagonistæ ipsius, Christi, &c *. Pertinent hæc ad solatium Ecclesiæ [f], nè pii tantorum malorum prædictionibus territi animis diffiderent; sed ut scirent, se Christo vindici suo semper curæ fore, &c. Plerique temporibus sextæ Tubæ adstringunt, sed malim ad omnes referre. Ut sicut *quintum Sigillum* continebat solatia Martyrum adversùs mala Sigillorum præcedentium, ità hîc contineantur solatia adversùs mala omnium Tubarum præcedentium [g]. Post clangorem Tubæ sextæ, & introductionem secundi Væ, non statim, ut exspectari poterat, clangit septima Tuba; sed longo tempore differtur, quo multa mala ad quintam & sextam Tubam pertinentia adhuc exspectanda & ferenda erant. Hinc ortus piorum metus de statu Ecclesiæ, dum regnarent Antichristus & Mahometes, & septima Tuba procrastinaretur. Hic ergò ostendit, mala illa non duratura, sed Antichristum certò periturum, & puritatem Evangelii restituendam; & cap. 11. describit Ecclesiam & ministerium, quæ à communi & labe & clade conservarentur donec septimus Angelus clangeret, v. 15. & promissa Ecclesiæ liberatio compleri inciperet [h]. Nunc Ecclesiæ, tanquam diu multúmque jactatæ in alto, monstrantur procul terra & portus, ubi quies illi esset; & interea secunda aspiratur aura, quæ cursum expeditiorem reddat [i]. [Atque hæc mira lætáque rerum conversio non immeritò tanta cum solennitate libróque novo, &c. introducitur.]

[k] Med. ib. [l] Mor. 704. [m] Mor. 179. [n] Mor. 705. [o] Mor. 704. [p] Med. 676. [q] Mor. 705. [r] Lawen. in Med. 675. sim. Anon. 90, &c. † Lawen. ib. [t] Med. 694. & 697. ‖ Med. [v] Lawen. [x] Med. 695. [y] Lawen. ib. 675. [z] Med. 695. [a] Med. 697. [b] Lawen. ib. 675. [c] Med. 696. [d] Dur. p. 465.

* For. [f] Bri sim. plerique in Par. Dur. [g] Par. [h] Dur. [i] Bri.

CAP. X.

1. **E**T *vidi alium Angelum*] Per quem intelligit, vel, 1. eximios Evangelii ministros [k]. Sed his non competit sequens descriptio [l]. Vel, 2. Angelum eximium [m], creatum tamen [n]; ut apparet, 1. quia Christus per Angelum hæc significâsse dicitur, cap. 1. 1. & 22. 16. 2. quòd in Epilogo hujus Prophetiæ Johannes Angelum hunc adorare prohibetur, cap. 22. 8, 9. 3. ex collat. cap. 5. 2. Eundem enim Angelum esse qui ibi clamavit, *Quis dignus aperire*, &c? & hîc Librum apertum defert, verisimile est. 4. Quòd hic Angelus non jurat per se, sed per alium se majorem, &c. v. 6 [o]. Hic autem Angelus Christum referebat, sicut Angeli solebant Dei personam referre sub V.T. Vide suprà 1. 13 [p]. Vel, 3. Christum [q], ut ostendit tum sequens descriptio [r], tum collat. cum cap. 11. 3. ubi dicit hic Angelus, *Dabo potestatem testibus meis:* id quod in solum Christum competit †: tum collat. cum Dan. 12. 7. ubi *Michael*, qui Christus, jurat per Deum, &c [t]. tum denique, ex augustiori amictu totóque apparatu [v]. Hic *Agni* formâ hactenus apparuerat, nunc verò Angeli personam induit; quippe idem *Consummationis mysterium* Johanni revelaturus quod olim Danieli, eâdem Angeli specie, eodémque jurisjurandi ritu & verbis, revelaverat. Vide Dan. 12. 6, 7. cum 10. 5 [x]. ¶ *Fortem*] Ἰσχὺς Christo tribuitur suprà 5. 12 [y]. ¶ *Descendentem de cœlo*] Unde Christus descendit [z], vel, per incarnationem [a], propter nostram salutem [b]: vel, gratiâ visionali [c], propter auxilium & consolationem [d], juxta illud Matth. 18. 20. & 28. 20 *. Qui propter præced. tenebras non cernebatur, nunc rursus se exserit: sicut in Scriptura sæpe Deus abire, aut abscondere, & rursum se ostendere, dicitur [f]. Deus *descendere* dicitur quoties aliquid magni aut acturus aut dicturus est [g]. Opponitur hoc locustis [h], ex abysso prodeuntibus [i]. ¶ *Amictum nube*] Signum Potentiæ [k], vel, Divinæ Majestatis [l]. Vide suprà 1. 7. & Psal. 104. 2. Par locutio apud Horatium de Apolline, *Nube candentes humeros amictus* [m]. Solebat Deus populo suo apparere in nube, ut in deserto, & 2 Paral. 6. 1 [n].

[k] Q. in Clu. sim. Dan. in Par. [l] Par. [m] Clu. sic Ham. [n] Clu. ex And. & Aret. Rib. [o] Clu. [p] G. [q] Zeg. Pi. Par. Cot. Dur. Med. Mor. Gag. † Dur sic Pi. Par. [t] Pi. [v] Par. [x] Med. 592 Mor. [y] Med. ib. [z] G. Grav. Gag. Cot. [a] Gag. [b] Grav. [c] Par. [d] Grav. sim. Par. Har. * Par. [f] For. [g] G. ex Maim. [h] Har. [i] Har. sic For. [k] G. [l] Par. sim. For. Dur. [m] G. [n] Par.

Et nube vestitus sæpe inducitur Deus in Psalmis & in Prophetis [o]. Innuere hîc voluit, se esse *Angelum illum faciei Dei*, Israelis Ducem in deserto, &c [p]. & se refrigerium & solatium afflictis Christianis præstare [q]: & se in nubibus venturum ad judicium, 2 Thess. 2. 12 [r]. Al. Opponitur hoc Antichristo induto fumo Abyssi †. Al. Significat, Christum nondum eo tempore mundo planè cognitum, sed paulatim magis ac magis cognoscendum, &c [t]. ¶ *Et iris in*, &c. Ἐπὶ τῆς, &c.] *Super caput ejus*, Pi. Quomodo Thronus Dei describitur cap. 4. 3. & Ezec. 1. 28. quod Christi gloriam indicat [v]. Signum hoc reconciliationis & pacis, quam hominibus portat, eos invitans ad pœnitentiam [x]. Significat gratiam [y], pacémque quam Ecclesiæ afflictæ adfert [z]; & fœdus [a], quòd Deus non obliviscitur fœderis sui [b], vel prisci illius Gen. 9. 16 [c]. vel illius quod pepigit cum Ecclesia, de ea nunquam deserenda, Mat. 16. 18. & 18. 28 [d]. cujus jam oblitus videri poterat. Inducturus jam diluvium in orbem Antichristianum *, monet, se illud ab Ecclesia depellere, &c [f]. ¶ *Facies—ut sol*] i. e. Splendens, ut Mat. 17. 2 [g]. ut ab omnibus videretur, &c [h]. Sol est justitiæ, illuminans Ecclesiam [i], persecutionum procellas sedans, conscientias serenans, &c [k]. Al. Majestatis hoc signum est, suprà 1. 16. ¶ *Et pedes ejus*, &c.] *Pedes* Actiones, ut suprà 1. 16. *Columnæ* firmitatem [l], stabile & solidum robur [m]; *Ignis* efficaciam, denotat [n]. In *pedibus* hostium conculcatio [o], in *igne* vastatio [p], quòd hostes stipularum instar absumet [q] igne æterno [r]. Al. *Ignis* designat, cum luce & puritate conjunctam fore igneam afflictionem in hoc cum Antichristo conflictu, contra quam tamen stabilis permaneret Ecclesia, tanquam columna veritatis †.

2. *Habebat in manu sua* (nempe ut Johanni traderet [t]: vel, ut significet, inter omnes persecutiones, hæreses, &c. se nihilominus manu tenere libellum verbi sui, eúmque ab Antichristi sordibus repurgare velle [v].) *libellum* (eundem scilicet de quo cap. 5 [x]. ubi clausus est, & à Christo opertus. Quis ergò meliùs eum teneat? Quem ibi *librum*, hîc *libellum*, vocat, vel, quia, remotis clausuris, minor apparebat : vel, quia ipsâ apertione minoratus erat, plerisque jam eventibus Joanni revelatis [y], & paucis restantibus ad finem mundi evolvendis Ecclesiæ fatis [z]. Pro βιβλαρίδιον est מגילה Ezec. 3. 1. & seq [a].) *apertum*] Apertus enim offerebatur Joanni, infrà v. 9 [b]. ab eo legendus, imò describendus [c]. *Apertum* habebat, ut significet, 1. omnia Dei mysteria Christo aperta notáque esse [d]. 2. se velle Johanni revelare decreta Dei de futuro Ecclesiæ statu *. 3. se illum esse qui aperuit 7 sigilla cap. 5 [f]. 4. patefactionem sequentis Prophetiæ [g]. 5. librum Evangelii semper in Ecclesia apertum fore, etiam in mediis persecutionibus [h], & post tot miserias fumosósque errores iterum aperiendam Evangelii lucem [i], eámque ubique propagandam [k]; clarámque Scripturæ S. cognitionem à Christo nunc invehendam, quæ sub Antichristo velut sepulta jacuerit, & legi vetita [l], & convolutum hactenus doctrinæ libellum denuò evolvendum [m]. Al. *Libellum apertum* intelligit sententiam jamjam pronunciandam. Hebræi omne scriptum vocant ספר, ut instrumentum Divortii, Emptionis, & alia. Decreta, quorum exsecutio suspenditur, obsignari solent, ut suprà vidimus: At sententiæ jamjam pronunciandæ patere debent. Erat autem hæc sententia causas continens excidii urbis Hieros. & Templi, & Civitatis ex maxima parte [n]. ¶ *Et posuit pedem suum dextrum* (utpote fortiorem [o]:) *super mare*, (utpote cujus terribilior est insania [p], quòd turbidius est [q], ut majore vi opus sit illi regendo [r]:) *sinistrum autem super terram*] *Pedem ponere* Dominium significat †, ex collat. Deut. 11. 24. Jos. 1. 3. Psal. 60. 10 [t]. unde & Latini dicunt *habere sub pedibus* [v]. Al. Significat [vel, 1.] providentiam & gubernationem Dei vel Christi in universo mundo [x]. *Mare* insulanos notat, *terra* eos qui in Continente [y]. [Vel, 2.] Prophetiam hanc ad omnes pertinere [z]. Vel, 3. neminem conculcationem & supplicia ejus vitare posse [a]. Vel, 4. ipsum & terræ & mari prædicationis vi dominaturum. Confer cap. 12. 12 [b]. Vel, 5. se venire perditum Antichristum, ad cujus statum significandum cap. 13 [c]. exsurgunt duæ Bestiæ, altera è mari, altera è terra [d]. Al. Christus per Romanos, tanquam tribunalis sui satellites, Hierosolymitas subegit. Hic sensus nobis dictatur Mat. 22. 7. *Mare* in hac parte Apocalypseos est multitudo Judæorum illa quæ Hierosolymis. Vide suprà 5. 13. & 7. 1, 2, 3. & 8. 8. *Pes dexter*, major pars civium. Tenebat etiam per sinistram, i. e. per Romana præsidia & stationes totam terram Judæam *.

3. *Clamavit voce magnâ* (Ad denotandum potentiam, eámque perfectam [f], quâ opus est ad ea perpetranda [g]; vel, quæ confidentem Evangelii prædicationem nunc instauratam comitatur [h]:) *quemadmodum*, &c. Ὥσπερ λέων μυκᾶται] *Sicut leo rugit*, Be. Pi. vel, *cùm rugit*, Vulg. Val. Er. Quippe Christus est *Leo ex stirpe Judæ*, suprà 5. 5 [i]. sic clamat ut omnes audiant & maturè pœnitentiam agant [k]. Symbolum horribilium plagarum, quæ per istam Prophetiam patefient [l]. Al. Designat confidentem Evangelii prædicationem [m], quæ ut fidelibus salvifica est, ita hostibus terrifica instar rugitûs leonis. Vide Joh. 11. 47. Act. 4. 16 [n]. Al. Dei irati verba *Leonis mugitui* comparantur Esa. 31. 4. item Amos. 3. 8. ubi in Hebræo שאג, quod ibi, ut & Ose. 11. 10. per ἐρεύξεται vertitur, alibi per ὠρύεσθαι, ut & 1 Pet. 5. 8. quod & Apollon. in Argonaut. dat Leoni. Sed, ut ibi Scholiastes notat, usitata vox huic rei est βρυχᾶν, quam tamen & de Urso & de Panthera dici Pollux notat. Μυκᾶσθαι est Boum, sed transferri solet ad Leonem, alibi ad Tonitrua [o]. Μυκᾶσθαι propriè non est Leonum, sed Boum, Asinorum, Camelorum [p]. Ostendere voluit, Leonis iram & fortitudinem cum bovis patientia & mansuetudine conjunctam [q], in hoc Angelo [r], vel nunc conjungendam esse †. Sed non necesse est hîc ἀκριβολογεῖν [t]. Forsan Græci ubique hoc discrimen non servant [v]. Est Catachresis, cujus rationem reddit Plut. De animal. terrest. & aquat. *Si quid*, inquit, *capiant* Leones *advocant catulos suos*, μόσχε μυκήματι τὸ βρύχημα ποιοῦντες ὅμοιον. Et in Theocrit. Bacchis est μύκημα λεαίνης, *fœtæ leænæ mugitus*. Et Oppianus mugitum cum rugitu confundit, μυκᾶται βρύχημα πελώριον, *Gravi rugitu mugit* [x]. ¶ *Et cùm clamâsset*] i. e. Vocavit tonitrua [y]. Cùm ille præconium suum jam exorsus esset [z]. ¶ *Locuta*, &c. Ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ, &c.] *Locuta sunt* (i. e. ediderunt [a]:) *septem* (cum articulo, quasi jam nota essent [b], & antè memorata [c], nempe cap. 4. 5. & 6. 1. & 8. 5. sic & 11. 19. & 14. 2. & 16. 17. & 19. 6. Hæc sunt septem Apocalypseos tonitrua [d]. Al. *Septem* significat numerum completum *: vel, *septem* pro plurimis [f].) *tonitrua voces suas*, Be. Pi. vel, *suas ipsorum*; emphaticè, h. e. à Spiritu Dei eis dictatas, & divinitùs imperatas [g]: *voces*, i. e. sonos seu strepitus [h], vel, fragores quos edunt nubes erumpente fulmine [i]. Quanquam ex seq. apparet fuisse voces aliquid significantes, sed tanto strepitu, ut tonitrua viderentur [k]. Φωνὴ propriè est Animantium, sed solet & ad res alias transferri, & nominatim ad Tonitrua, ut Psal. 77. 18. & 104. 7. Verùm hîc propriè φωνὰς sumere debemus, quia dicit τὰς ἑαυτῶν φωνὰς, i. e. ἐνάρθρους atque distinctas, quales sunt voces humanæ quæ scribi possunt. Vide infrà 11. 15. Rectè huc aptes illud Jobi 26. 14. vox illa [Angeli] tanta erat ut inter septem tonitrua exaudiri posset [l]. *Septem Tonitrua* non sunt πρᾶγμα *septimæ Tubæ*, (id enim est *consummatio Mysterii Dei*:) sed comites & contemporaneum ejus. Scilicet, cùm Angelus præconium suum de Tubæ Mysterio exsequitur, *Septem tonitrua* voces suas edunt. Vox autem Tonitrui quid? num *Bath Kol*? si hoc, erunt 7 Tonitrua Oracula totidem, quibus septimæ Tubæ intervallum quasi periodis quibusdam distinguetur; sed ignorandæ omnino rei, nec nisi suis temporibus percipiendæ [m]. *Tonitrua* significant res horrendas [n], vel, iram Dei manifestissimam [o]; mala stupenda ultimi diei præcedanea, ut ostendit juramentum v. 5 [p]. vel, horribiles cruciatus impiorum in gehenna, qui in seq. non exponuntur, quia hîc obsignari jubentur [q]: vel, judicia Dei in Judæos per Titum [r]. Al. *Tonitrua* hîc notant prædicatores fortes & imperterritos, qui contra tyrannos, hæreticos, Antichristum, concionibus suis fulminabunt; qui à Spiritu Dei excitati sunt, ejúsque septem gratiis donati. Horum enim conciones *tonitrua* dicuntur cap. 4 [t]. Ut, egredi-

ente

ente Evangelio, Sigillo primo, primum Animal *loquitur & tonitru*; ità etiam reviviscens nunc Evangelium, ad Antichristi eversionem, comites fortitudinem, & potentiæ perfectionem, habebit. Memineris interim, Christum secundùm virtutem suam in ipsius servis operantem hîc describi [v]. Al. *Tonitrua* hîc significare videntur futura Dei judicia, eadem scilicet quæ continentur sub tertio væ, ex collat. cap. 11. 19. & quæ sub septem Phialis explicatiùs traduntur [x].

4. *Ego scripturus eram*] Nempe voces illas quæ intonuerant, sicut audita perscripseram. Graviora & plura erant hæc tonitrua quàm illa suprà 8. 5 [y]. ¶ *Signa*, &c. Σφράγισον, &c.] *Obsigna*, &c. velut occultanda [z], in mente tua [a], & nemini dicas [b]: absconde eorum intelligentiam, nè reveles [c]. Σφράγισον hîc est *occule*, per Metonymiam. Quia quæ celata alios volumus, solemus obsignare, ut testamenta, μυστικὰ, & illa Esa. 29. 11. In Dan. 8. 26. & 12. 4. pro eodem ponitur סתום: pro quo Græci habent c. 8. σφράγισον, ut hîc; c. 12. ἐμφράξον, quod est interpretamentum illius σφράγισον. Hoc vult Deus, Ea mala quæ expugnationem Urbis sunt secutura adeò sunt gravia ut pro dignitate describi non possint, sed non aliter quàm sub specie omnium quæ usquam leguntur horribilium animo concipi [d]. Hæc obsignari voluit, vel, 1. nè homines magnitudine futurorum malorum in desperationem inciderent, aut pejores fierent*. Vel, 2. ut sapientes in tempore animadvertant, improbi autem improbè agant & videntes non videant [f]. Vel, 3. quia reservata hæc sunt, ut suis temporibus percipiantur [g]. *Obsigna*, vel perpetuò, vel etiam ad tempus [h], ut Dan. 12. 4 [i]. donec aliæ visiones inserantur, aut res sub aliis typis exprimatur [k]. Vel, 4. ad judicandam mundi ingratitudinem & contemptum Verbi. Confer Mat. 13. 11, &c. & 2 Thess. 2. 12 [l]. Consolatur hîc Joannem & fideles adversùs contemptum Verbi. Pro μὴ ταῦτα γράψῃς Andreas & Bib. Regia habent μετὰ ταῦτα, quasi nunc non scribenda erant, sed postea, nempe cap. 14. ubi videntur hæ voces descriptæ haberi [m].

5. *Et—levavit manum*, &c.] Gestus jurantium [n]. Non juraret Christus, nisi magnum aliquod bonum Ecclesiæ promitteret, Heb. 6. 17. & 7. 21. Neque jurat tantùm, sed jurat gestu maximè solenni, Gen. 14. 22. Exod. 6. 8. &c. Et eadem hîc formula quâ Angelus utitur Dan. 12. 7. ubi de liberatione ab illatis per Antiochum malis agitur [o]. Hoc juramentum clangoris septimæ Tubæ dilati vicem supplet, & eventum Tubæ, saltem de genere, indicat [p].

6. *Et juravit per*, &c. Ἐν τῷ ζῶντι, &c.] Pro, διὰ τοῦ ζῶντος, &c. ut 1 Sam. 24. 21. & alibi [q]. *Per eum qui vivit* (Epitheton hoc veri Dei, ut Dan. 4. 31 [r].) *in secula seculorum*, Be. Pi. Qui cùm fuerit ante tempus, amoto tempore perstare poterit †. Dicturus, *tempus ampliùs non fore*, rectè eum testem adducit qui æternus est & omnia ut præsentia intuetur [t]. Cùm autem Deus per seipsum jurare soleat, Gen. 22. 16. Heb. 6. 16. &c. hinc colligo, Angelum hunc creatum esse, non autem Christum [v]. Sed sic jurat Christus, vel, ut Mediator & homo, quomodo Deum se superiorem agnoscit. Joh. 14. 28. vel etiam quà Deus, & tunc jurat non per alium, sed per seipsum, quippe qui *vivens est in secula*, cap. 1. 18 [x]. ¶ *Qui creavit cœlum*, &c.] Ideóque omnipotens est [y], potéstque Mundi machinam dissolvere, aliúmque rerum statum induere [z]; & ut tempori initium dedit, ità, cùm volet, finem illi dare potest [a]. Sumpta hæc ex Neh. 9. 6 [b]. ¶ *Quia* (vel, *Quòd*, G. &c.) *tempus non erit ampliùs*] Non diutiùs res differetur. Sic Esa. 13. 22. *Dies ejus non protrahentur*. Idem est quod οὐ μὴ χρονίσῃ, Abac. 2. 3. οὐ χρονιεῖ, Sirac. 7. 16. & 14. 12. Non diù, inquit, erit quin arcanum Dei compleatur [c]: [de quo v. seq.] *Quòd mora non erit ampliùs*, Bri. Clu. Li. Chron. Χρόνος enim ut *tempus* sign [d]. ità & *moram**, ut Dan. 2. 16. Apoc. 2. 21. & 6. 11 [f]. & in illo, χρόνος μαλάξει, *tempus*, *dies*, *mora*, *molliet* vel *mitigabit* [g]; & in Demosthene, χρόνους ἐμποιεῖν τοῖς πράγμασιν, *moram negotiis exhibere* [h]; unde & χρονίζω est *tardo*, *moror* [i], ut Habac. 2. 3. & Ecclus. 7. 16. & 12. 15 [k]. Luc. 12. 45. Heb. 10. 37 [l]. & apud Hesychium [m]. Al. *Tempus* hîc intelligit, vel, 1. simpliciter [n], q. d. Peracto judicio ultimo [o], finietur tempus [p]; & hæc varietas dierum, & noctium, & mensium, & annorum [q], & mundus hic, interibit [r], & pro tempore succedet invariabilis æternitas †; & tunc impii pœnis, pii verò præmiis, æternis afficientur [t]. Sed quid attinebat hoc juramento confirmare, quod nemo nescit*? Vel, 2. tempus pœnitentiæ [v], tempus operandi & metendi, Joan. 9. 4. ut *tempus* hîc sit opportunitas, quanquam χρόνος hîc sit, non καιρὸς [x]. Hactenus concessum fuerat tempus pœnitentiæ, ad quam Deus per superiores calamitates homines invitavit. Sed cùm nihil emendati sunt, tempus, inquit, non erit ultrà ||. Vel, 3. tempus 4 Monarchiarum universè, aut (quod vero propius, sed tantundem est:) novissimi Regni, id est, Romani; vel, Periodus novissima *Temporis, Temporum, & Dimidii Temporis*: quo intervallo finito [y], desinerent miræ afflictiones Ecclesiæ, & *dispersio populi sancti*, Dan. 12. 7 [z]. ubi hoc ipsum, idem qui hîc Angelus, eodem certè gestu, ritu, iisdem ferè (quod summè notandum est) jurisjurandi verbis, asseverâsse legitur [a]. Et hæc sunt illa *Gentium tempora*, Luc. 21. 24. de quibus vide & Tobiæ cap. ult. Idémque est tempus 42 mensium cap. seq [b]. Vel, 3. tempus Excidii Ierosf. quod, inquit, non differetur, &c [c]. vel, 4. tempus tenebrarum, ignorantiæ [d], & afflictionum Ecclesiæ*; vel, tempus tyrannidis & persecutionis Antichristi [f]. Jurat autem, quia pii tunc incredulitate [de hac re] plurimùm laborarent [g], & Antichristus sedem suam adeò firmaverat ut impossibile videretur regnum ejus convellere [h]. Quid brevis hæc negativa propositio sibi velit, *Tempus non fore ampliùs*, v. seq. positivè exprimitur [i].

7. *Sed in diebus* (Ergò septima Tuba dies suos habebit, neque opera ultimi diei uno momento peragentur [k]:) *vocis* (i. e. clangoris [l]:) *septimi Angeli*, *cùm*, &c. Ὅταν μέλλῃ, &c.] *Cum clanget*, Be. Pi. *Cum futurus erit clangere*, Mo. Cùm in procinctu erit ad clangendum [m]. Sensus, q. d. Non nunc finietur seculum, sed cùm septimus Angelus tubâ cecinerit [n]. ¶ *Consummabitur mysterium Dei*] Καὶ τελεσθῇ hîc pro τότε τελεσθήσεται. Copulativum more Hebræorum notat consequens pronunciati, &, quoniam præcessit ὅταν, hîc idem valet quod τότε. Est enim pronuntiatum relativum temporis. Et Aoristus pro fut. primo [o]. [Locum variè explicant:] Arcanum illud Dei, quod *non diutiùs differendum* dicitur, non aliud est ab eo quod post cantum Tubæ septimæ laudatur, & celebratur infrà 11. 15. Id verò est quòd Christianis per Adrianum Hierosolymorum habitatio, & liber ibi cultus Dei & Christi permissus est, expulsis indè omnibus Judæorum reliquiis. Unde factum est, ut nullis ultrà Judæis ad illam Ecclesiam accedentibus, post id Episcopus ibi esset ex Gentibus; & si qui alibi essent Judæi qui in Christum crediderant, ii fierent accessio credentium ex Gentibus. Quæ sicut summa fuit Christi de contumacibus Judæis victoria, & piorum consolatio, ità terminus est Apocalypseos de rebus Judaicis [p]. Sed quis credat augustam illam Prophetiam, quâ *Mundi regna Christi facta esse* dicuntur, c. 11. 15. in re tam tenui, & exiguâ brevissimâque Ecclesiæ Judaicæ liberatione, compleri? præsertim si hoc secum reputet, Mundum sub Diaboli imperio adhuc fuisse, & Ethnicismum regnâsse, & longas gravissimásque persecutiones obtigisse [q]. [Reliqui ergò aliter explicant.] Sensus, Omnia quæ Deus prædixit de fine seculi [r], & bonorum ac malorum remuneratione †, quæ figuris & obscuritate verborum contexerat [t], quæ solis piis patefacta erant [v], implebuntur [x], & aperta atque revelata videbuntur [y]. Mysterium hîc intelligo resurrectionis mortuorum & judicii extremi, quando Tyrannorum hostiúmque omnium potentia abolebitur, & Christus solus regnum obtinebit †. Al. Complementum hujus Mysterii indubiè est (ut ostendit acclamatio illa c. 11. 15. quam qui aliorsum acceperint mirum est reperiri potuisse:) Regnum illud, quo Rex Sanctorum universo Orbi terrarum imperaturus erat, Dan. 7. unáque promissum illud gloriosum de instauratione Israelis, Dan. 12 [z]. Significat, Regnum Bestiæ delendum, & abolendum penitus fore; quod fiet sub septima Phiala, quæ consummationis Phiala est, c. 16. v. 17, 18. & proinde concurret cum initio Tubæ septimæ, quæ itidem

Marginal notes (left column): [v] For. [x] Dur. [y] G. [z] Er. V. Me. [a] Rib. Me. T. [b] Rib. [c] Clu. [d] G. *Rib. sim. T. [f] For. [g] Med. 592. sim. Grav. [h] Dur. [i] Dur. Grav. [k] Dur. [l] Clu. [m] Par. [n] Be. sic D. Rib. Cot. Me. [o] G. [p] Med. p. 591. [q] Clu. [r] Di. † Cot. [t] Rib. [v] Clu. [x] Par. [y] Rib. [z] Cot. [a] Rib. [b] G. [c] G. [d] Ham. * Ham. Bri. Clu. [f] Clu. [g] Bri. [h] Ham. Bri. Ham. [i] Ham. [k] Bri. [l] Ham. [m] Q.

Marginal notes (right column): [o] Gag. [p] Rib Me. sic Gag. E. [q] Rib. Me. [r] Pi. † Rib. Me. [t] Pi. * Par. [v] Q. in Gag. Clu. [x] E. || Clu. [y] Med. 591. [z] Med. 910. [a] Med. 5 4. [b] Med. 910. [c] Ham. [d] Dur. * Grav. sim. Par. [f] Dur sim. Par. Grav. [g] Dur. [h] Par. [i] Dur. [k] Cot. [l] Pi. [m] Cot. [n] Me. [o] Pi. [p] G. [q] Q. [r] Me. ex Rib. sim. Gag. T. Cot. † Gag. sim. Me Pi. [t] Me. Rib. [v] Pi. [x] Me. [y] Rib. † Par. [z] Med. 59.

itidem consummationis tuba est, hîc v. præced. [a]. Al. Mysterium hoc Dei est vocatio sive collectio Electorum suorum [b], sive ex Judæis, qui omnes sub extrema tempora vocabuntur ad fidem [c]; sive potiùs ex Gentibus, Rom 16. 25, 26. Eph. 3. 5, 6. cui hactenus operi obstaculo fuerunt Roma Pagana, Hæreses, Papismus, Turcismus. Jurat ergò, nullam ei ampliùs moram fore,&c [d]. Implebuntur, inquit, omnia quæ prædicta sunt, sive de hostium Ecclesiæ eversione, sive de ipsius liberatione & quieta conditione [*]. *Mysterium Dei* dupliciter sumitur in Scriptura, 1. pro fine mundi, 1 Cor. 15. 51. quem prædixerunt Esaias, Daniel, &c. 2. Pro propagatione Evangelii, eversione Antichristi, &, quæ hanc sequitur, Judæorum & Gentium collectione, &c. Rom. 11. 25, &c. & exaltatione Regni Christi, &c. Utroque modo hîc accipiendum suadet, 1. Quòd utrumque eidem scopo inservit, nempe consolationi piorum in fide promissæ liberationis à tyrannide Antichristi. 2. Quia utrumque respicitur in Cantico illo quod ad clangorem septimæ Tubæ cantatur, cap. seq. 3. Quia utrumque verum est; finis enim temporis & mundi jure huic Tubæ adscribitur, quanquam eâ clangente statim non adveniat, quia clangorem ejus immediatè sequuntur septem Phialæ, quæ sunt septem ultimæ plagæ, & finem tempori adferunt. Præcipuè tamen secundo modo intelligo, de eversione Antichristi, &c [f]. Ut autem hæc Tuba jampridem canere cœpit, ejúsque effectum manifestò sentimus; ità certum est, destructionem Antichristi, hactenus inchoatam, non antè desituram quàm æternum ei adferat exitium, neque illum vires unquam resumpturum [g]. ¶ *Sicut evangelizavit* (scilicet mysterium illud [h]. Ex verbo εὐηγγέλισε vides de re læta agi, ut diximus. Solet autem εὐαγγελίζειν modò post se regere Dativum Personæ cui fit nuncius, modò Accusativum, ut hîc, & Luc. 3. 18. Act. 8. 40. & 13. 32. & 14. 15, 21 [i].) *per servos*, &c. Δούλους, &c.] *Servis suis prophetis*, Be. Pi. &c. Quibus ea de re locutus est [k]. *Prophetas* hîc intelligit, vel, 1. Novi T. & quidem ex Presbyteris Hierosolymitanis, qui indicantur suprà 5. 5. & 7. 13 [l]. Vel, 2. Veteris T. ut Esa. 24. & 26. & 27. & 66. Dan. 7. 11, 12. Zach. 14. Mal. 3. & 4 [m]. præsertim Danielem cap. 7 [n]. ex qua visione quicquid ferè à Judæis sani, quicquid à Domino in Evangelio, vel uspiam in N. T. ab Apostolis, proditum est de Die Judicii magni, haustum est [o].

8. Peracto *sigillorum* curriculo, quo *Res Imperii* describuntur, ad alteram Prophetiam itur, multò nobilissimam, utpote *Ecclesiæ* seu *Religionis* fata continentem [p]. Hujus porrò Prophetiæ seu Βιβλαριδίου initium ab eadem (quâ Prophetia Sigillorum) Epocha arcessendum, ex Synchronismis constat [q]. [Vide dicta initio hujus capitis, & postea dicenda de Synchronismis.] ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡ φωνὴ, &c.] *Et vox* (vel, Patris [r]; vel, Christi [†]:) *quam audieram è Cœlo*, &c.] Nempe v. 4 [t]. ¶ *Vade*, &c. Ὕπαγε, λάβε, &c.] Asyndeton, ad innuendam festinationem [v]. *Abi*, (*Accede* ad Angelum illum magnum [x]:) *& accipe libellum illum apertum*, &c. Be. In quo scripta sententia adversùs Judæos [y]; vel, [sic vocat] causas istius severi judicii in Hierosolymitas [z]. Al. *Libellus* hic est, vel, 1. Apocalypsis [a]; vel, 2. Evangelium [b]. Liber hic foris & intùs scriptus suprà 7. 1. Foris revelatam Evangelii doctrinam, intùs arcana Dei consilia, de futuris rebus continet [c]. Eum *apertum* exhibet, ut declaret, vel, 1. Scripturam esse perspicuam, &c [d]. Vel, 2. Tandem, invito etiam Antichristo, restituendam esse Prophetiam, & liberam Scripturæ S. interpretationem, eâque regnum Antichristi graviter concutiendum esse [*].

9. *Et alii*, &c.] Promptissimè paret Johannes, utpote Prophetiæ cupidissimus [f]. ¶ *Dicens ei ut daret*, &c. Δός μοι τὸ βιβλαρίδιον] Βιβλάριον est primus diminutivus, βιβλαρίδιον secundus: quale est apud Latinos *pauxillum*, *puellulus*. ¶ *Da mihi*, &c.] Nempe ut legam, & causas illas cognoscam [g]. Confidenter sibi petit dari quod cœlitùs promissum est. Et nobis, quum gratia Dei aliqua offertur, non cunctandum, non trepidandum, non tergiversandum; sed in sancta modestiáque fiducia accedendum, orandúmque ut illius participes fiamus [h]. ¶ *Accipe & devora illum*] Ut quondam Ezechieli imperatum, 3. 1 [i]. q. d. In ventre memoriæ repone & serva [k]. Libri *devorari* dicuntur, quando avidè perleguntur penitúsque cognoscuntur [l]. *Comestio* ænigmaticè significat, ut Philo ait, τὴν ἀνάληψιν, *comprehensionem*, quam sequitur Meditatio, quasi concoctio quædam. Sic quæ bene discimus, ea dicimur *in sanguinem & succum vertere*. Adde Jer. 15. 16 [m]. Hâc traditione & comestione Libri Johannes quasi Doctoratu facultatis Propheticæ imbutus est [n].

¶ *Et*, &c. Καὶ πικρανεῖ τὴν κοιλίαν, &c.] Κοιλίαν vocat quæ alibi dicuntur τὰ σπλάγχνα· nisi fortè cum MS. malimus legere καρδίαν [o]. *Et amarum reddet ventrem tuum*, (Quod Ezechiel sic exponit, quòd *scriptæ fuerint in eo lamentationes & gemitus & væ* [p]. Sic Ezechiel *amarum se* dicit *abiisse præ cordis mæstitia*, 3. 14. Πικραίνειν est המר Job. 27. 2. & alibi. Sensus est, Non poteris ista cogitare ut non miseratione quâdam movearis super interitu tot popularium, inter quos erunt & bene noti tibi & consanguinei [q].) *sed in ore tuo erit dulcis*, &c.] Cogêris fateri, nihil eis evenisse quod non mererentur: quod sæpe agnoscit Josephus. Approbabis Christi justitiam: & hoc ex Ezec. 3. 3 [r]. Librum & *suavem* fore prædicit, ut ad vorandum invitet; & *insuavem*, nè amarore postea offendatur [†]. Innuit, dulcem quidem esse Evangelii doctrinam [t], juxta Psal. 119. 103. Jer. 15. 16 [v]. ob promissa ejus suavissima [x], & pacem ac lætitiam quam cordibus & conscientiis affert [y]; sed annexas illi conditiones ventri sive carni ingratas [z], ut odio habere patrem, carnem crucifigere, &c. & prædicationem ejus parere varias molestias, odia mundi, persecutiones, &c [a]. ut prædictum erat Joh. 16. 2 [b]. Has molestias sentit Johannes typicè, quod aliis fidelibus Ecclesiæ Doctoribus eventurum erat verè & realiter, tempore reformationis Evangelicæ sæpiùs tentatæ, & tandem summis difficultatibus in effectum deductæ, ut historiæ testantur [c]. Designat hîc calamitates sub Regno Antichristi futuras [d]. Alludit hîc ad naturam mellis, quod comestum in bilem convertitur [*]. Sensus est, Omnem rerum Divinarum & arcanarum, præsertim futurarum, cognitionem, & [in specie] Prophetiam modò revelandam, primâ facie primóque gustu suavem & jucundam fore [f], quia mentem oblectabit [g], & lucem à Deo infert [h]; sed cùm in ventrem recipitur & concoquitur [i], cùm in sensa ejus animus penetrat [k], amaram fore [l], & acerbi doloris causam [m]; vel, ob allegoriarum typorúmque quibus tegitur obscuritatem [n], vel, ob difficultates quæ in hoc munere obeundo occurrunt [o]; vel, ob calamitosum Ecclesiæ statum, tanquam aloen, in abdito ejus contentum [p], sive ob Antichristi tyrannidem, &c [q]. Vel, ob lapsus multorum in persecutione Antichristi [r], vel, ob maxima tot hominum damnatorum supplicia, &c [†].

10. *Et accepi*, &c.] Edi ut jussus eram, συμβολικῶς, & simul comprehendi idipsum quod significatum erat illo συμβόλῳ. Signa à Deo instituta res suas habent comites [t]. Exemplum hîc obedientiæ, quanquam hoc rationi videbatur reclamare. Sed scivit, non disputandum esse de præceptis Dei, & multa fecisse Prophetas quæ aliis absurda viderentur [v]. ¶ *Et erat — dulce*, &c.] Proverbiale. Sensus est, Non potui non approbare quod Christus fecerat, cognitis præsertim causis. ¶ *Amaricatus est*, &c.] Ubi cogitare cœpi quot ibi homines essent perituri, quot in captivitatem ituri, non potui me continere quin dolore iterum commoverer. ——— *Quis talia fando Temperet à lacrymis* [x]?

11. *Et dixit mihi*] Angelus ille Christum referens. In MS. λέγουσί μοι, nempe Vox è cœlo & Angelus, i. e. Deus Pater & Christus [y]. ¶ Δεῖ —— ἐπὶ λαοῖς, &c.] His verbis indicat mysterium libelli aperti [z]. *Oportet te iterum prophetare* (i. e. futura prædicere [a], alia plura & graviora mala prænunciare [b]: q. d. Quamvis multa hactenus de extremis temporibus vaticinatus fueris, adhuc tamen restant multa quæ de eisdem vaticinaturus es, &c [c]. Putas te jam catastrophen vidisse Judaicæ tragœdiæ: sed aliter se res habet. ——— *Et erunt etiam altera bella*, & strages majores latiúsque fusæ. Similis locutio ad Ezec. 2. 3 [d]. Al. Verbis his (quibus Libri comesti symbolum explicatur) innuitur,

[a] Med. 530. [b] Li. chron. 159. [c] Plerique in Par. sim. Bri. [d] Li. chro. ib. [*] For. [f] Dur. [g] For. [h] Pi. [i] G. [k] Cot. [l] G. [m] Par. [n] Med. 591. [o] Med. 663. [p] Med. 593. [q] Med. 535. [r] Cot. [†] Clu. [t] Pi. Par. G. [v] Pi. [x] G. [y] Ham. [z] G. [a] La. [b] Cot. [c] Grav. ex Par. [d] Par. [*] Grav. [f] Par. [g] G. [h] Clu.

[i] G. [k] Rib. [l] Par. Grav. [m] G. [n] Med. 593. [o] G. [p] Clu. [q] G. [r] Idem. [†] Par. [t] Grav. sim. Par. Cot. [v] Par. [x] Cot. [y] Par. [z] Cot. [a] Grav. ex Par. [b] Par. [c] Grav. [d] Par. [*] La. [f] Med. sim. La. Rib. Me. [g] Med. 593. [h] Dur. [i] Med. sim. Dur. [k] Med. sim. Clu. [l] Med. [m] Clu. [n] Med. [o] Dur. [p] Med. sim. Clu. Dur. [q] Clu. [r] La. T. [†] Rib. sim. La. T. [t] G. [v] Clu. [x] G. [y] Idem. [z] Pi. [a] Clu. [b] T. ex La. [c] Rib. [d] G.

tur, alteram adhuc & nobiliorem Prophetiam à Christo accipiendam, & sequens Visionum Systema Tempus Apocalypticum ab ovo relegere, & ab illius initio auspicandum esse *. Hâc locutione innuit, Prophetiam, 1. antea fuisse; 2. interruptam fuisse; 3. restituendam esse, & 4 dispergendam coram Regibus, &c [f]: Johanni autem non tam in sua, quàm in omnium præconum veritatis, persona, hoc præcipitur; & sensus est [g], Prophetiam [h], sive doctrinam Evangelicam, quæ jam diu sepulta mansERAT [i], & à locustis fœdissimè polluta, depravata, atque oppressa fuerat [k], ultimis temporibus renovandam & restituendam esse contra Antichristum [l]. Declarat his verbis, instare adhuc vaticinia de Antichristi Romani ortu, tyrannide, lapsu, & Ecclesiæ ab ejusdem jugo liberatione. Quæ vaticinia pertinent ad populos multos eorúmque Reges, tyrannidi Antichristianæ priùs subjectos, sed postea liberandos [m].) *contra populos*, &c. Ἐπὶ cum Dativo apud optimos Scriptores Græcos valet *contrà* [n]. Vel, *coram populis*, &c. ut ἐπὶ sumitur Mat. 28. 14. & 1 Tim. 6. 13 [o]. vel, *de populis*, &c. G. Clu. Ἐπὶ pro *de* more Hebræo על לאמים, sicut על פרעה Ezec. 32. 2 [p]. Ἐπὶ cum Dativo semper *de*, vel *super*, vel *propter*, significat, ut in Græco Esa. 37. 22. & Act. 4. 17, 18. & in Lexicis [q]. Illud λαοῖς, hîc, sicut Act. 4. 25. accipi potest [r] de Judæis, non tantùm qui in Judæa superstites erunt, sed & iis qui in Africa, Ægypto, Græcia & Cypro †. Ἔθνεσι καὶ γλώσσαις, de mundo Ethnico, & à se invicem & à Judæis, linguis distincto. Horum conjunctio cum Judæis eorum prælia denotat adversùs Judæos [t]: vel, ἔθνεσι [accipiendum] de Romanis, γλώσσαις de sociis Romanorum, qui *Tam varii linguis, habitu quàm vestis & armis* [v]. Illud, βασιλεῦσι πολλοῖς, de Ælio Adriano Imperatore, de Martio Turbano, de Turannio Rufo, de Julio Severo, ducibus ejus. Nam & tales vocari Hebræis & nostris *Reges* diximus suprà 6. 15. Sed & Adriano multi Reges auxilia miserant, ut Cosroes Parthorum, Pharasmanes Alanorum, alii Reges Bactrianorum, Albanorum, Iberorum & aliarum Gentium, multi & Toparchæ. Vide Ælianum Spartianum [x]. Al. Notat amplitudinem & excellentiam hujus Prophetiæ quòd multos populos, gentes, &c. concernat [y]. Successus renovatæ Prophetiæ indicatur. Tunc, inquit, multi populi & reges, qui priùs Bestiam adoraverant, Prophetiam iteratam audientes atque complectentes, Antichristo nuncium mittent: quod nostro seculo factum est, &c [z]. Hoc caput per anticipationem hîc collocatur, eò quòd necdum finita sint septem Sigilla quæ præibunt Antichristum, &c [a]. Sed malim hanc esse alteram & posteriorem hujus Prophetiæ sive Apocalypseos partem, in qua Johannes Librum cap. præced. devoratum enarrare incipit, quæque inchoatur à conculcatione Ecclesiæ & fidelium quam faciet Antichristus [b]. De Antichristi tempore & persecutione hîc agitur [c]; vel, de instauratione Ecclesiæ collapsæ sub Antichristo [d]. Al. Impleta est hæc Prophetia tempore Adriani *. Inter Excidium & Adriani tempora nihil Hierosolymis memoratu dignum acciderat [f]. Paucæ turres in monumentum victoriæ reliquæ factæ erant à Tito, apud quas primùm poni tentoria, deinde & domus aliquæ strui, cœperunt [g]. Materia hujus Visionis est illud quod obtigit Judæis sub Adriano [h]. Sed huic sententiæ multa obstant. 1. Cur, quæso, nulla hîc esset Prophetia de rebus ibi gestis, vel sub Juliano, sub quo fundamenta Templi per terræ-motum prorsus eversa sunt; vel, saltem sub Turcis & Saracenis, qui Jerosolymam & Ecclesias Orientales per tot annos jam proculcârunt. Hæc certè longè majoris sunt momenti quàm illa Adriani. Num vero simile est, tot Prophetias esse de rebus Judææ & Jerosolymæ, de his planè nullam? 2. Obstat, quòd 42 menses (quomodocunque accipias) ab eo tempore jamdudum elapsi sunt. 3. Quænam illo tempore Bestia erat? eam enim Adrianum fuisse nolunt, sed Barchochebam. 4. Quòd nullus Jerosolymæ erat sub Adriano terræ-motus, nedum talis quo 7000 cæsa sunt, & decima pars Urbis decidit, ut dicitur v. 13. sed tota Urbs ab eo penitus eversa est. 5. Quòd nulli sub eo testes à morte ad vitam resuscitati sunt, &c [i]. Al. Certissimum est, hanc Prophetiam ad primum usque Tubarum initium retrò pertingere; collocari verò hoc in loco, quia perspici antè non potuit totum hujus temporis curriculum quàm ad exitum perduceretur. Et hæc Prophetia necessariò adjicienda erat, ut doceremur qualis fuerit Ecclesiæ conditio, quando *grando gramen percussit, mons ardens in mare projectum est, locustæ sævierunt*. Hoc itaque caput conjungendum est cum cap. 7. ubi Prophetia de sanctis desiit. Ejusdem est temporis illa *obsignatio*, & hæc *Templi metatio*, & res prorsus eadem, nisi quòd illa singulorum sit civium, hæc omnium conjunctim, & quorundam præcipuorum membrorum [k]. Al. Prophetia hujus capitis à v. 1. ad 15. ad sextam Tubam pertinet, ejúsque pars est. Probatur, 1. Quinta Tuba desinit ubi terminus ejus figitur, nempe cap. 9. v. 12. & propterea sexta Tuba desinit, ubi terminus illius ponitur, scilicet infrà ver. 14. 2. Quòd non cap. 10. sed hoc cap. nec antè v. 15. dicitur, *Secundum Væ abiit, & tertium citò venit*. 3. Cùm divisio hujus Libri in capita & versus non à Johanne, neque Divinæ originis, fuerit, sed humani tantùm Instituti, ideóque mutari possit, supponamus contenta hujus Tubæ sub uno capite disposita fuisse, quod cœpisset cap. 9. 13. & desiisset ad cap. 11. 14. tunc nemo dubitâsset, totam hanc Prophetiam ad sextam Tubam pertinere [l]. Ostenderat Deus primam partem consolationis adversùs duo Væ, nempe, Ecclesiæ liberationem, & Evangelii restitutionem, cujus typus & confirmatio erat comestio Libri à Johanne. Cùm autem hæc suspendatur à clangore Tubæ septimæ, & dubitari posset quid de Ecclesia factum, & an Ecclesia esset durante Antichristi regno, hoc capite usque ad v. 15. status Ecclesiæ respectu illius temporis describitur; & monstratur, tunc fore Ecclesiam, & Pastores, & populum, quanquam & numero & splendore exiguo. Quòd autem hæc Prophetia pertineat ad illum Ecclesiæ statum, sub quinta & sexta Tubis, apparet, 1. quia pertinet ad statum Ecclesiæ qui Væ ultimum, aut septimam Tubam, immediatè antecedit; idque per menses 42, qui ruinam Bestiæ proximè præcedunt, ideóque necesse est ut Regno Bestiæ contemporanea sit. 2. Quia illam describit Ecclesiæ probationem, quâ Prophetæ ejus sacco amicti prophetant, & cum Bestia bellum gerunt, & quæ duratura est per dies 1260, quamdiu durat regnum Bestiæ cap. 13. Qui dies sicut & *tempus, tempora, & dimidium temporis*, ejusdem durationis sunt cum mensibus 42, qui Antichristi tyrannidem certissimè respiciunt [m]. Describitur hîc Apostasia Antichristiana mensibus 42 annalibus in Ecclesia regnatura. De qua in Bestiæ historia, Atrio huic contemporante, congenerísque rei Visione, plenè & particulatim agetur [n]. Triplex autem hîc est allusio, 1. ad descriptionem Templi Judaici, ubi *Atria* tria erant, 1. *Sanctissimum*, in quod solus Pontifex semel quotannis ingressus est; 2. *Sacerdotum*; 3. *Magnum*, sive *Populi*, in quod multitudo cultorum ingressa est. Et cùm Atrium interius cum exteriore collatum, parvum esset & plerisque inaccessum, significat h. l. veros Dei cultores paucos fore, nominales autem plurimos. 2. Ad Visionem illam Ezec. 40. 41, &c. 3. Ad Prophetiam illam Dan. 7. 13. ut sensus sit, Quomodo Templum & Ecclesia Judæorum ab Antiocho proculcabantur, ità & Ecclesia ab Antichristo. Sub utroque autem reliquiæ servatæ sunt [o]. Explicatur hîc ex parte effectus illius quod typicè prædictum cap. 10. v. ult. quòd nimirum libellus devoratus veram Ecclesiam à falsa discernendi facultatem devoratoribus tribuat. Id quod fit per applicationem regulæ & mensuræ, &c [p].

*Med. 593. [f] Dur. [g] Par. sim. Dur. [h] Par. [i] Dur. [k] Par. [l] Par. sim. Dur. [m] Grav. [n] Pi. [o] Be. [p] G. [q] Clu. [r] Ham. † G. sim. Ham. [t] Ham. [v] G. [x] Idem. [y] Clu. [z] Par. [a] Rib. in La. [b] La. [c] Rib. [d] Par. * Q. in Anon. [f] G. sim. Ham. [g] G. [h] Ham. [i] Anon. 132... [k] Bri. [l] Anon. 123. [m] Dur. [n] Med. 593. [o] Dur. [p] For.

CAP. XI.

1. *Et datus est* (nempe, ab Angelo [q]:) *mihi* (ut olim Ezechieli, in manus. Postquam videram jam in Prophetia Templi excidium, ut olim Ezechiel [r].) *calamus* (vel, *arundo*, V. vel *canna*. Quæ apud plerasque gentes mensuræ modum fecit facitque †.) *similis virgæ*] i. e. q. d. Non scriptorius, sed mensorius [t], vel, in baculum solidatus: quo significatur firmum & tutum esse Dei præsidium [v]: vel, *pertica*, sive *decempeda ex arundine*,

[q] Pi. [r] G. † Cot. [t] La. ex Rib. [v] Cot.

dine, qualibus uti solebant agrimensores. Ea in Ezec. dicitur קנה המדה κάλαμ☉ μέτρον [vel μέτρε.] Non datus est Johanni funiculus; quia non erat restituendum Templum, sed metiendum alia de causa[a]. Quod libellus cap. 10. 9. idem hîc est calamus mensorius, sub cujus typo ei hîc datur ob dimensionis opus quod ei injungitur[y]. Talis calamus & quantitatem & rectitudinem rei monstrat[z]. *Calamum* hîc vocat potentiam scientiámque dignoscendi statum rerum venturarum[a]; vel, facultatem veritatis, quâ sancti longitudinem & latitudinem veri legitimíque cultûs metirentur, nè in mira rerum confusione à justa symmetria aberrarent. Ῥάβδος est honoris insigne, & instrumentum exercendæ potestatis. Mensurandum notat Templum operâ Principis alicujus viri, qualis Constantinus, &c[b]. *Calamus* hîc est norma verbi Divini, quæ *virga* nominatur, Psal. 45. 7. & 110. 2. & *canon*, Gal. 6. 16[c]. Per *calamum* intelligo, vel Scripturæ Divinæ notitiam; vel, scribendi prædicandíve Evangelii facultatem & auctoritatem: quæ rectè dicitur *similis virgæ*, tum, ob sui rectitudinem, tum, ob increpandi corrigendíque hominum vitia libertatem[d]. ¶ *Surge*, (i.e. erectus sis in cœlum[*]. Non sedit Propheta, nec dormivit, personam tamen Ecclesiæ gerens excitatur & inflammatur, ut hæc bene ponderet[f].) *& metire Templum Dei, & altare, & adorantes in eo*] Τὸ ἱερὸν, sive universum Templi ædificium, duplici Atrio distinctum fuit; 1. *Interiori*, quod solis patebat Sacerdotibus & Levitis, & quo nomine comprehenduntur Ναὸς seu Templum ipsum, & Altare Holocausti, cum spatio etiam circumjecto, id est, toto Altaris & Sacrificii loco, ut ex Tabernaculi descriptione disco, Exod. 40. 33. Et θυσιαστήριον non Altare tantùm, sed & spatium illud, designare docent verba sequentia, *& adorantes in eo*, i.e. θυσιαστηρίῳ. Quomodo etiam θυσιαστήριον sumitur cap. 14. 18. & 16. 7. & in Lexic. vet. Græcolat. & Glossa Philoxeni, ubi *Sacrarium* vertitur, & apud Socratem l. 1. c. 25. ubi sic vocat non sacram mensam, sed ἱερατεῖον. Vide & Theodor. l. 1. c. 14. & Canon. Trul. 69. Zosimum l. 5. τράπεζα τῶ χαλκωμάτων θυσιαστηρίῳ, & Nicephorum l. 8. c. 30. disertissimè. Et vasa sacrificalia θυσιαστήρια vocari videntur ex collat. 1 Macc. 1. 22. & Jo. Antiq. 12. 7. [Hæc de Atrio interiori.] 2. *Exteriori*, ut sæpe dicitur Ezechieli, quod *Atrium magnum*, 2 Par. 4. 9. de quo v. seq. Prius tantùm hîc metiri jubetur[g]. Omnia hæc sunt Metonymica. *Templum* vocat Aream illam in qua steterant adytum & Basilica, היכל & דביר. Similis locutio, ——*Omnis humo fumat Neptunia Troja*. *Altare* [vocat] locum Altaris *Holocaustorum*; *Adorantes*, &c. i.e. locum in quo populus Deum adorare solebat. *Metiri* autem jubetur Johannes hoc spatium, quia Deus id ob memoriam veteris sanctimoniæ intactum erat servaturus à Gentibus[h]. Describitur hîc reædificatio Jerosolymæ facta per Adrianum, & constitutio cultûs Ethnici in ea. Metiri ergò voluit *Templum*, &c. nè polluerentur, nempe ædificatione, vel nè in iis locis ædificatio fieret[i]. Sed non probat, interiori Atrio nihil fuisse inædificatum. Nec si ità esset, Divina hæc Prophetia res tam pusillas curaret. Nec verisimile est, ità cordi fuisse Deo locum illum quem penitus rejecerat, instaurationémque illius impedivit globulis igneis è fundamento erumpentibus, ut de illius prophanatione sollicitus esset †. [De hac sententia dicta vide initio hujus cap.] Al. Hæc dimensio Templi & Altaris erectionem designat duorum sanctorum locorum, in quibus Judæi Deum colerent, quorum unum esset in loco ubi Templum stetit, alterum in loco ubi Altare fuerat. Id quod inchoatio erat, vel apparatus, ad conversionem Judæorum[k]. Duplex ergò hîc est ædificatio, materialis, in illis verbis, *Templum & Altare*, & spiritualis in istis, *adorantes in eo*: Una autem alteri inservit, locus sanctus ubi cultores conveniunt[l]. Al. *Atrium Templi interius cum inibi adorantibus calamo Divino mensurabile*, Statum Ecclesiæ Christianæ primævum denotat, ad verbi Divini regulam examinatum & examussim sanctum; necdum verò, ut postea (cùm ad *Exterioris Atrii* tempora perventum) cultûs idololatrici contagione ἀσύμμετρον, quinimo Deum per aliquot secula in unico Mediatore Jesu Christo normaliter colentem. Hujusmodi enim commensum etiam Angelicæ dimensionis typo propositum fuisse, colligi possit ex collat. Ezec. 43. 7, &c. ubi dicta vide. Si malis *dimensionis* typum ad *ædificationis* significationem referre, ut quod Architectis Graphis seu χαμμική, futuri nempe operis designatio, id sit Deo apud Prophetas *mensuratio*; ad eundem tamen sensum collineabit. Nam quid tum denotabit Atrium hoc *divino calamo dimensum*, quàm Ecclesiæ statum eo figuratum *facturam Dei esse*, ædificatum *super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, Christo angulari lapide?* contrà quàm Atrium sequens, quod Deus pro structura sua non agnosceret, ideóque Johannes ipsum metiri prohibetur. Quanquam nullum hujus interpretationis exemplum è Scriptura proferri potest. Quàm verò appositè *Altaris* in hoc Atrio situs frequentes sub eo Ecclesiæ statu *Martyriorum* hostias adumbret, id tum ex re ipsa, tum, ex dicendis cap. seq. patebit[m]. Visio hujus capitis pertinet ad complementum mysterii Dei, de quo cap. 10. 7. Ut Ezechielis mensuratio Templi præsignificavit liberationem Judæorum è Babylone Orientali, simúlque instaurationem cultûs & populi Dei, novámq; Jerosolymam, & Gentium vocationem. Eodémque spectat hæc mensuratio; nempe, ad liberationem Ecclesiæ, quæ jam sub mystica Babylone erat[n]. Templum hîc materiale & externum[o], nempe Jerosolymitanum[p], hîc non intelligi manifestum est[q], & nemo nescit; cùm fuerit à Tito eversum, & jam nullum esset[r], utpote ante 25 annos deletum †. Ad Templum tamen illud hîc alluditur[t]. *Templum Dei*, omnium propè veterum & recentiorum consensu[v], est Ecclesia[x], sic dicta 1 Cor. 3. 16. & 2 Cor. 6. 16[y]. 1 Tim. 3. 15[z]. quæ, Templi instar, sancta est, nec polluenda; in qua & Deus singulariter habitat, & omnia sacrificia offerenda sunt[a]. *Altare* erat typus Christi, vel, fidei in Christum, vel, per Synecdochen, totius cultûs Dei[b]. *Altare* Veritas est cultúsque à Deo præscriptus. Confer cap. 8. 3[c]. Mensuratur Altare quando fides & libertas Christiana à tyrannide Antichristi vindicatur[d], [vel, conservatur.] *Adorantes* hîc intelliguntur Sacerdotes[*], qui soli eò introibant[f]; symbolicè verò fideles[g], vel, sinceri Christi cultores[h], optimi quique in Ecclesia, & Deo conjunctissimi, atque electi[i], in vastitate Antichristiana residui[k]; vel, qui tempore Antichristi futuri sunt[l]. Frequens est, Ecclesiam, quà mater & corpus est, à Fidelibus, qui filii & membra sunt, discernere[m]. Hæc autem mensuratio *Templi*, &c. designat, 1. Ecclesiæ veræ exiguitatem[n], sicut Templum respectu Atrii & Civitatis exiguum est, sed & occultum, quòd soli Sacerdotes eò intrabant[o]. Ut enim numeratio paucitatem, ità mensuratio parvitatem, denotat[p]. Docet, veram Ecclesiam angustis finibus circumscribendam fore, & ab oculis hominum penitus removendam, ut Sanctum non patebat populo, &c[q]. 2. Discrimen à Deo factum inter professores religionis, quos Deus examinabit, & aliquos sibi servabit, aliis præteritis; quomodo mensuratur terra, Ezec. 47. 18. & Israel Psal. 74. 2. Jer. 10. 16, &c. per Antithesin ad gentes alias[r]. 3. Ecclesiam ab Antichristo vastandam, lacerandam, & propè evertendam fore; postea tamen reparandam atque instaurandam, ut patet ex collat. Ezec. 40. & 41. &c. ad quam Prophetiam hîc alluditur †. 4. Ecclesiæ structuram non humanum opus esse, sed jussu Dei fabricandam esse, &c[t]. 5. Curam quam Deus habet de suis, quibus velut Sanctuarium hîc parat, ex collat. cap. 12. 14[v]. quos numerat & secernit, nè Antichristo tradantur[x]. Ità hæc Templi mensuratio opponitur tum ejusdem apertioni, c. 15. tum ejectioni Atrii exterioris hîc v. seq[y]. Innuit, Non perituram omnino Ecclesiam Christi, etiamsi Antichristus tum Orientalis, tum Occidentalis, latè dominentur; sed mansurum & Templum & Altare, h. e. verum Dei cultum, in verbo Dei & Christi merito fundatum[z].

2. *Atrium*, &c. Καὶ τὴν αὐλὴν τὴν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ ἔκβαλε, &c.] id est, Per Ellipsin prioris Substantivi, καὶ τὴν αὐλὴν τὴν ἔξωθεν τῆς αὐλῆς ἢ περίβολα τοῦ ναοῦ, Atrium quod est extra Templi & Altaris septum[a]. *Sed atrium quod extra templum est* (id est, Atrium exterius, sive laicorum[b], *atrium populi* dictum[c]. Sic vocat omne spatium extra Templi vestigia. Nam חצר, quod αὐλὴν vertunt Græci, Hebræis id omne *quod tecto nullo tegitur*. *Aream* dicerent bene Latini[d]. Pro ἔξωθεν alii Codices habent ἔσωθεν, *interius*,

[a] G. [y] Par. [z] Dur. [a] Nap. [b] Bri. [c] Grav. [d] Gag. [*] Idem. [f] Clu. [g] Med. 595. [h] G. [i] Ham. † Mor. 185. [k] Anon. 136. [l] Anon. 138.

[m] Med. 594. [n] Li. chron. 160. [o] Clu. [p] Rib. [q] Clu. sim. Par. Grav. [r] Rib. † Clu. [t] Cot. [v] Par. [x] Par. sic Rib. La. T. Gag. Cot. Clu. Par. Grav. Dur. For. Nap. Me. [y] Par. Grav. [z] Grav. [a] Clu. [b] Par. [c] Cot. [d] Par. [*] La. ex Rib. [f] Rib. [g] La. [h] Par. Clu. [i] Rib. sim. La. Me. [k] Par. [l] La. [m] Cot. [n] Dur. sic For. [o] For. [p] Dur. [q] Bri. [r] Dur. † Par. [t] Bri. [v] Dur. [x] Rib. Par. [y] Dur. [z] Grav. [a] Med. 595. [b] Rib. La. [c] Be. D. [d] G.

interius [*], ut plerique legunt, & inter alios 2 castigatissimi R. Stephani, h. e. Atrium Sacerdotum [f]. Aptiùs forsan *foràs ejici* dicitur *internum atrium*, quàm quod jam extrà fuit. Nec jubetur Johannes hoc *atrium* metiri, sed tantùm hujus atrii Altare [g]. Significat ergò, clerum Ecclesiasticum, qui interiora Templi occupat, à fide defecturum, & Antichristo adhæsurum, & ab Ecclesia Christi exterminandum esse [h].) *extrude*, (vel, *exclude*, nempe, à dimensione, ut sequitur: Symbolum exclusionis impiorum è cœlo [i]. Vel, *foràs ejice*, Par. Vulg. Clu. velut immundum [k], ut profanum neglige [l]; prædica sive declara, foràs ejiciendum esse, & debere à Templo rescindi, h.e. calamo verbi ab Ecclesia resecari, excludi, alienum declarari [m]: rejice eos extra Ecclesiam, h. e. inter infideles & Apostatas, quia hi cedent Gentibus, h. e. Antichristo & asseclis ejus [n]: ejice tanquam rem nullius pretii [o].) *& nè metiaris illud*, Be. Posterius hoc est prioris expositio. Itaque ἐκβάλλειν ἔξω dixit quod Latini mensores *extracludere*. Vide Frontinum [p]. *Atrium exterius à Gentibus conculcatum*, & dimensioni Divinæ rejiculum, designat *Civitatem Dei sanctam*, seu Ecclesiam Christianam, mox ab exitu temporum *Atrii normalis* (cui proximè succedit) *novis idololatris dandam*; rebúsque ejus, demolito jam penitus sub prioris Atrii statu Gentilium cultu, confirmatis, redintegratæ Idololatriæ, tanquam redivivi *Ethnicismi*, contagione prophanandam; uno verbo, *Apostasiam Antichristianam mensibus* 42 annalibus in Ecclesia regnaturam. At, inquies, non hoc Atrium, sed Civitatem sanctam, à Gentibus conculcatam dici. Resp. Hoc *atrium* & *Civitas* sese mutuò explicant, cùm Atrium exterius locus fuerit Civitati sanctæ, seu populo Israelis, ad Divina convenienti; imò in Deserto *Atrium exterius* nullum fuit, præter Castra Israelis seu Civitatem sanctam. Est ergò hìc Enallage, quâ Substantivum quod præcessit, ut alibi sæpe, aut ejus Synonymum, ut hìc & Act. 25. 21. Relativi vice substituitur. Sensus ergò loci est, q. d. *Atrium —ejice,—nam datum est Gentibus, & calcabunt illud*, &c. Et sanè quid aliud est *Gentibus dari*, h.e. occupandi potestatem fieri, quàm *calcari*? & quid tandem calcarent Gentes nisi id quod eis datum fuerat? ut hæc quoque mutuò se explicent [q]. Hoc ergò Atrium statum Apostasiæ sub Homine peccati repræsentat, cùm Ecclesia visibilis ab Idololatris infessa, in publico cultu adeò Divinæ mensuræ incongrua facta esset, ut ejici deberet, nec pro Christiana & sacra, sed pro prophana atque polluta, haberi [r]. Atrium, quod diverso respectu & Templi pars erat, & ab eo divisum erat †, optimè figurat visibilem Ecclesiam, vel, cœtum sive multitudinem profitentium fidem in Christum [t]. Significat quòd, sicut Atrium interius cum exteriore collatum exiguum fuerit, multíque in hoc, non verò in illud, admissi fuerint; ità hoc tempore, quamvis multi essent nominales, veri tamen, Dei cultores pauci forent, Deo paucos duntaxat sibi reservante, plerosque autem rejiciente, &c. *Ejectio* ergò hìc idem est quod *non signatio*, cap. 7. & iidem hìc *mensurati*, qui ibi signati [v]. ¶ *Quoniam datum est* (Nempe, à Deo irato [x]:) *gentibus*: (quæ Atrio illo olim exclusi erant; vide Act. 21.28. Significat ergò profanationem visibilis Ecclesiæ, & pollutionem cultûs Dei, &c [y]. *Gentibus*, nempe incircumcisis. Symbolum impiorum [z]. Tradetur, inquit, in potestatem Gentium [a]. Ælius Adrianus in solo extra Templum novam struxit Urbem, dixítque de suo nomine *Æliam*, quam ἐξ ἀλλοφύλου γένους ἀποικισθεῖσαν ait Eusebius, id est, impletam hominibus non Judæis, nempe, ex maxima parte. Nam & Judæis ibi habitare concessum ante finem belli cum Barchocheba idem Euseb. docet [b].) *& civitatem sanctam* (nempe Hierosolymam [c], typum Ecclesiæ [d], quæ [Hierosol.] *urbs sancta* dici solebat, ut vidimus Matth. 4. 5. Idem nomen datur nunc Æliæ, quia in iisdem locis erat reposita, & apud Judæos vetus nomen retinebat. Dicitur autem *sancta* quia olim sacrata Deo fuerat, locutione qualem habemus Matth. 21.31 [*]. Exponit quod dixit, sed cum auxesi; q. d. Non solum atrium gentibus dabitur, sed tota Urbs sancta ab iisdem calcabitur [f].) *calcabunt*] Sic Be. Pi. id est, vel, 1. contaminabunt [g], profanabunt, nempe, Templo structo Jovi Capitolino; non in Moria, ubi Templum fuerat, sed in Sione. Ità enim Hebræi accuratiùs quàm Dion. Heb. רמס, quod πατεῖν vertitur, significat *contemptim conculcare*, ut Esa. 28.3 [h]. Vel, 2. hostiliter occupabunt, diripient, vastabunt [i], pedibus conterent; licenter & impunè per eam grassabuntur, gravissima mala eis inferentes [k]. Vel, 3. assiduè frequentabunt colendi specie, ut phrasis sumitur Esa. 1. 12 [l]. & Psal. 121. 2 [m]. Docet, quænam esset conditio falsæ Ecclesiæ dum vera lateret, nempe, quòd & numerosissima esset, (ut longè plures in Atrio exteriori erant quàm in Templò) & quàm proximè Templo habitaret. Quis ergò ausus esset hoc atrium condemnare profani, nisi jussisset ipse Angelus [n]? Vel, sensus loci est, q. d. Nè metiaris Atrium Gentium, quia sine numero venirent ad Deum colendum [o]: Sensus, Versabuntur in Ecclesia, adeóque se pro Ecclesia venditabunt [p]. *Gentes* hìc non propriè intelligit [q], nam, quando aut quomodo Gentiles hoc Atrium occupârunt? neque hi aut possessionem, aut nomen, visibilis Ecclesiæ obtinere possunt. Atrium autem hoc exterius adhuc tale manet, dum illis datum, & ab illis calcatum, est [r]. *Gentes* hìc vocat omnes à fœdere Dei alienos †; vel, Antichristum ejúsque ministros [t], quos, licèt Atrium exterius nomenque Christianum adhuc obtinerent, *gentes* vocat, ob defectionem à puritate Evangelii [v]; ob magnum ipsorum cum gentibus consensum, ut in cultu hominum defunctorum, &c [x]. quòd suâ idolomaniâ, superstitione [y], & ridiculis ceremoniis, Paganismum in orbem Christianum reducerent [z]. ¶ *Mensibus quadraginta duobus*] Quæ & periodus est regni Bestiæ, cap. 13. 5. vel, diebus 1260, ut est v. seq. & cap. 12. 6. mensibus in dies resolutis [a]. Unde constat, menses hos fuisse tricenarios [b], quales Hebræorum menses fuisse constat ex collat. Gen. 7. 11, 24. cum 8. 3, 4 [c]. Et hoc ipsum spatium dicitur *tempus, & tempora, & dimidium temporis*, cap. 12. 14 [d]. Allusio est ad Dan. 7. 24, 25. Describitur Antichristus ex collatione cum Antiocho, ob similem & Ecclesiæ oppressionem, & cultûs Dei corruptionem, & crudelitatis limitationem à Deo, &c [*]. Menses 42, sive dies 1260, faciunt fermè tres annos cum dimidio; quem numerum sæpe habebimus in hac Apocalypsi. Celebris enim erat ex Daniele, quia per tantum temporis durârunt gravissima sub Antiocho mala, Urbe etiam tunc profanatâ. Voluit autem Deus mala similia pari temporis spatio includi, ut eandem sibi nunc esse piorum curam ostendat quæ olim fuerat. Tempus autem hoc putari debet ex quo strui cœpit Templum Jovis Capitolini ad motum usque Judaicum duce Barchocheba. Aliquod tempus inter hæc intervenisse etiam Dion nos docet. Videtur autem non in rebus Antiochi tantùm, sed & ἐν τῇ ἀνομβρίᾳ quæ fuit Eliæ tempore Jac. 5.17. Deus elegisse tempus *trium annorum & dimidii*, quia id facit partem alteram hebdomadis annorum, quod est tempus perfectum. Atque ità Deus salutem suis adfert *in medio annorum*, ut loquitur Abac. 3. 2. Sic & Christus à laboribus suis liberatus creditur post tres annos & dimidium [f]. Hìc est sapientia. Tempus persecutionis Antichristianæ designari, omnes propè consentiunt, quale verò & quantum sit illud tempus, ubi principium, ubi terminus figendus, id illis obscurum videtur. Bullingerus & plerique nostrorum certum quidem tempus hìc designari putant, nobis tamen, quantum ad terminos, incertum relinqui [g]. Numerus hìc finitus est pro indefinito [h]. Quòd autem *tempora* per hanc Prophetiam generaliter & indefinitè accipiam, his rationibus moveor; 1. quòd Deus notitiam temporum sibi reservavit, Act. 1. 6. 2. Quia difficile est hæc specialiter applicare, tum, quia diversi Historici eisdem eventibus diversos annos assignant; tum, quia dubitari potest an singula literaliter & propriè, an propheticè & impropriè, accipienda sint, & durum est 1260 dies alibi propriè, alibi verò impropriè, intelligere. Si dicas, numeros fractos nunquam indefinitè accipi, reponi potest, 1. Numeros impares indefinitè accipi, ut 7000. v. 13. 1600 stadia c. 14. & 144000 signati; itidémque numeros fractos, ut dimidia hora, cap. 8. 1. Et quid dicendum de tribus diebus cum dimidio testium occisorum, nisi quòd tempus hoc innuat breve fore collatum cum temporibus Prophetiæ ipsorum? Et cur, quæso, numerus dierum potiùs quàm equitum, exercituum, spirituum, definitè acciperetur? Et si initium hujus temporis

Marginal notes (left column): * Par. sic Er. V. — f Par. — g Bri. — h Par. — i Pi. — k Clu. — l Be. — m Par. — n La. — o Cot. — p G. — q Med. 595. — r Med. 730. — † Cot. — t Cot. sim. Dur. — v Dur. — x Par. — y Dur. — z Pi. — a Cot. sim. Med. — b G. — c G. Zeg. Pi. — d Pi. sim. Zeg. Grav. — * G. — f Par. — g Clu. Dur.

Marginal notes (right column): h G. — i Par. sim. E Me. — k Cot. — l Bri. Li. chron. — m Li. 160. — n Bri. — o Li. chron. — p Pi. — q Par. sic Dur. — r Dur. — † Cot. — t Rib. sc Par. Clu. Grav. Dur. Me. T. — v Dur. — x Clu. — y Grav. Dur. — z Grav. — a Clu. — b Cot. sic Clu. — c Clu. — d Clu. Dur. — * Dur. — f G. — g Par. — h Par. ex Abbat. sic Dur.

poris sciri posset, (quod quidem possibile videtur, alioqui specialis hæc determinatio planè frustranea esset:) sequeretur hinc, sciri posse annum, diem, horam, durationis regni Antichristi, quod verisimile non est. Si quæras, cur ergò designentur hîc menses 42, & dies tres cum dimidio? Respondeo, priores Ecclesiæ calamitates in eo respici, q. d. Ut Deus hostibus & malis præcedentibus limites posuit, idem & nunc faciet: Antichristus confertur cum Antiocho, Ecclesiæ occultatio cum Eliæ fuga dum 7000 absconderentur. Vide Jac. 5. 17. Alluditur etiam ad tres annos cum dimidio, quibus Christus ministerio suo in terris functus est, &c [i]. Verùm numerus hîc certus & definitus intelligitur, & constat, 1. quia tales sunt omnes numeri in Prophetia per totam Scripturam, ut 120 anni, Gen. 6. & 430 anni, Exod. 12. & 40 anni, Num. 14. & 65 illi Esa. 7. 8. & 390 dies, h. e. anni, ab Apostasia Jeroboami ad Excidium Jerosf. per Nabuchad. Ezec. 4. & 7 anni Captivitatis, & 2300 νυχθήμερα calamitatis sub Antiocho, cap. 8. & 70 hebdomadæ, Dan. 9. Cur ergò hi tantùm indefinitè sumerentur? 2. Quia Scriptura, quæ loquitur linguâ hominum, nullis numeris indefinitè utitur, nisi iis quibus homines sic uti solent, ut 7, 10, &c. 3. numeri compositi, nempe, ex unitatibus, decimis, centesimis, nunquam indefinitè accipiuntur apud Latinos, Græcos, aut Hebræos. Tales sunt 42, & 1260, & 3 tempora cum Dimidio, quæ singula ex heterogeneis partibus constant ‖. Quanquam autem initio dubitarem an dies pro annis accipiendi essent, cùm tamen hic numerus quinquies memoretur sub eodem computo, diversis licèt loquendi modis, & eventus huic computo probè respondeat, ut videbimus suo loco, tutum puto dies pro annis accipere, præsertim cùm indicia & initii & finis illorum id manifestum faciant [k]. Al. Menses 42 hîc sunt tres anni cum dimidio, quibus Antichristus Ecclesiam opprimet [l], & durabit Monarchia (& persecutio [m]) Antichristi [n]. Quam sententiam multa refellunt, 1. quòd impossibile est tantillo spatio tot & tanta ab Antichristo peragi [o], omnia nempe quæ totis 11 capitibus sequentibus tractantur, cùm vel sexta Phiala non exiguum tempus postulet [p]. Decem Regna cum Bestia fundanda sunt, cap. 13. Omnes gentes & incolæ terræ inebriandæ sunt, ut eam colant, cap. 13. & 17. Mercatores ditescere debent ex ea, cap. 18 [q]. Debet juxta illos, Antichristus sedere in Templo Jerosf. & à Judæis toto orbe dispersis pro Messia agnosci, Romam à Decem Regibus exustam instaurare, ibíque Monarcham sedere, Ecclesiam delere, totius Orbis Imperium suæ potestatis facere. Quis quæso hæc vel per febrem somniet quadriennio non integro futura [r]? Oporteret eum in Sole equitare, si eo tempore regiones omnes subjugaret, & (quod volunt,) se per otium omnibus deliciis dederet †. Hoc videntes nasutiores Pontificii, ut Perer. Suar. &c. tempus hîc notari volunt non totius regni Antichristi, sed gravissimæ persecutionis ipsius. Quo tamen sententiæ suæ nervos ipsi elidunt. Sic enim nos diceremus, Romanum Pontificem, qui diu jam dominatus est, gravissimam excitaturum persecutionem per 3 annos & dimidium [t]. [Hoc primum argumentum.] 2. Quòd Dominium Antichristianum statum præcedens durare dicitur *ad tempus exiguum*, Apoc. 17. 10. quod satis innuit, statum succedentem, quo Meretrix Bestiæ insideret, nempe Antichristianum, ad longum tempus duraturum, non ergò ad 3 tantùm aut 4 annos. 3. Quòd hoc argumento etiam *tres dies cum dimidio*, quo testes occisi jacent v. 9. literaliter accipiendi sunt. At fieri non potest ut tantillo tempore gentes & populi terræ gauderent, & munera invicem mitterent, &c [v]. Nec credibile est, in Vaticiniis, quæ aliquot annos explere possunt, intervalla mensurari per *Dies* [x], imò per *Dimidium diei* [y]; quod parum habet momenti ad ejusmodi res transigendas [z], aut ad distinguendum seu terminandum actiones hîc memoratas [a]. Et nulla sunt eventuum exempla quæ observata sunt tam accuratè ad diem respondisse [b]. 4. Quòd, si tempora Antichristi tam brevia sint, tunc vel jam præterierunt, vel sextum Romanum caput, quod Johannis tempore erat, adhuc in rerum natura est; quod fieri nequit, cùm nec Græcus, nec Latinus, Cæsar jam supersit. Dices, Latinum Cæsarem adhuc manere in Imperio Germanico. Sed quæ, quæso, successio esse potest, ubi interruptio per 350 ferè annos fuit? alioqui nunquam sciri potest an Regnum aliquod sit mortuum. Præterea, si tempora ejus tam brevia sint, & proinde ventura, tunc adhuc sumus sub temporibus Draconis rubri, & proinde Tubæ adhuc venturæ sunt, nec ulla Apocalypseos pars impleta est [c]. 5. Si omnia de Antichristo seu Bestia prædicta à Johanne uno triennio, eóque (ut volunt) sub finem demum seculi, quomodo toties dicitur tempus impletionis *propè esse*, quod totis 1600 annis aberat [d]? 6. Quòd non sit verisimile, Prophetiam tam splendido verborum apparatu commendatam fuisse ob triennalem historiam *, cùm certum sit Imperatores Ethnicos per 300 annos Ecclesiam graviter infestâsse, nec tamen tanto apparatu de eis prophetatum esse [f]. Al. *Menses* & *Dies* hîc annales intelligendi sunt [g]. [Id quod à multis negatum probari debet.] *Dies*, inquit Grotius, *apud Prophetas, dies semper, annos nunquam, significant.* Nos è contrà videamus quid pro hac expositione *Dierum* per *Annos* dici possit. 1. Constat, descriptiones Temporis Propheticas aliquando certas quasdam affectare ambages & obscuritates quibus se abscondant. Alioqui Daniel tres annos & dimidium planiùs dixisset quàm *tempus & tempora*, &c. Dan. 7. 25. & 12. 7. 2. Deus ipse *Dies* sæpe facit *annorum* repræsentationes, ut Num. 14. 34. Ezec. 4. 6. Et Judæorum Doctores olim observârunt, *Dies* in Vaticiniis posse *annos* significare [h]. 3. Constat, duplices in Scriptura dies (& annos [i]:) dari [k], *communes* nimirum, & *mysticos* [l]. Hinc legimus *hebdomadam* & *dierum*, Gen. 29. 27. & *annorum*, Jer. 28. 3, 11. & 1 Macc. 1. 30. quo innuitur, esse & *hebdomadam annorum*, continentem 7 annos; & *annum annorum*, continentem annos 360, ut annus (communis scilicet, non intercalaris) continebat 360 dies. Hoc quoque significavit Deus, dum instituit ut sicut in vulgari hebdomada 6 dies essent ad laborem, & septimus ad quietem; ità hebdomada esset annorum, in qua terra per 6 annos laboraret, per septimam quiesceret, & consequenter *dies annum* repræsentaret [m]. 4. In tota Danielis Prophetia, &, quantum scio, in reliquis omnibus Prophetis, ubi de *temporibus* rerum agitur, *dies* non aliter quàm per *annos* intelligendi sunt [n]. Sic Dan. 7. *Cornu parvum* (quod certè, cùm pars sit quartæ Bestiæ, scilicet Romanæ, non est Antiochus Epiphanes, qui pars erat Imperii Græci, ut apparet ex collat. Dan. 8. 21, 23.) regnat ad *Tempus & Tempora & dimidium Temporis*. At potestas illa 3 annorum & dimidii spatio circumscribi non potest. Verùm hi anni resolvendi sunt in 1260 dies, atque hi 1260 dies rursus in totidem annos, aut nullus omnino sensus eruendus est hujus Vaticinii. Deinde Dan. 12. 11, 12. *dies* illi 1290 & 1335, ad nullam omnino rem applicari possunt in significatione Dierum; in Annorum autem significatione ultima Tempora exactè indigitant [o]. Præsertim verò Dan. 9. 24 [p]. ubi *Dies* Hebdomadum Danielis sunt *anni* [q], ut manifestum & apud omnes in confesso est. Hîc sudat æstuátque Grotius, fingítque hoc privilegium esse vocis שבוע, ut significet Annorum Hebdomadem, nisi fortè *Dierum* mentio addita sensum aliò determinet. Quod certè attonitum me reddit, dum video hominem, aliàs adeò ingenuum, tam falsa ac temeraria comminiscentem. Contrà planè, שבוע, sive *Hebdomas*, absque additione ימים, semper significat *Hebdomadem dierum*, ut Gen. 29. 27, 28. Exod. 24. 22. Levit. 12. 5. Num. 28. 26. Deut. 16. 9, 10, 16. 2 Par. 8. 13. Jer. 5. 24. Et duo tantùm exempla sunt ubi ימים additur ad שבוע, nempe, Dan. 10. 2, 3. ubi id additur, ut ex hac discriminatione Lux accendatur præced. vaticinio Hebdomadum Annorum, & Ezec. 45. 21 [r]. Et cùm Angelus *dies* designat, non exprimit per *dies*, nè id ambiguum esset, sed per νυχθήμερα, ut Dan. 8. 14 †. Quem unum locum Grotius nobis opponit. Sed ex eo quòd *Dies*, semel, & quidem sic descripta per partes *Auroræ* & *Vesperi*, naturaliter & propriè, non figuratè, significat, concludere porrò ità significare ubicunque *Dies* nominatur, etiam ubi sic non describitur, admodum mendosa est illatio [t]. 5. Quòd nulla in toto hoc Libro *annorum* fit mentio, præterquam *Millennii*, sed solorum *Mensium* aut *Dierum* & *Dimidii diei*, non obscura profectò est indicatio, Annorum compu-

[i] Dur. 479.
‖ Med. 741.
[k] Dur. p. 497.
[l] La. ex Rib. sim. Me.
[m] Zeg.
[n] T.
[o] Bri. Par. Clu. Med.
[p] Clu.
[q] Med. 742.
[r] Par.
† Bri.
[t] Down.
[v] Med. 742.
[x] Mor. 178.
[y] Med. Mor.
[z] Mor.
[a] Med.
[b] Mor.
[c] Med. 743.
[d] Clu.
* Clu. sim. Nap.
[f] Clu.
[g] Med. 595. & 742.
[h] Mor. 177.
[i] Nap. p. 2.
[k] Clu. sim. Nap.
[l] Clu.
[m] Nap. p. 2.
[n] Med. 743.
[o] Mor. 177.
[p] Nap.
[q] Nap. Med Mor.
[r] Mor. 178.
† Med. 743.
[t] Mor. 177.

puta-

putationem sub his vocibus abscondi ubi definitum significant[v]. 6. Angelis Euphrateis, quos constat esse Turcas, cap. 9. facta dicitur potestas unius tantùm *horæ*, & *mensis*, & *anni*, cùm 300 anni jam elapsi sint, &c[x]. 7. Juxta Synchronismos Medanos (qui quidem Apodicticè veri sunt:) Duratio *conculcationis Atrii exterioris, Mulieris in deserto, Decacornis Bicornisque Bestiæ*, &c. intra 3 annos & dimidium circumscriberetur, quod impossibile est; præsertim si consideremus quòd *Bestiæ* in figurato Prophetarum sermone *Res publicæ* sint, sive *Regna*, non *Personæ*, ideóque tam brevis ævi concipi non possunt[y]. *Bestia* illa cui *data est potestas agendi menses* 42, cap. 13. 5. Bellarmino, Alcasari, &c. est Romanum Imperium, quod certè, sive vetus, sive novum intelligas, diutiùs agendi potestatem habuit, quàm tres annos cum dimidio[z]. [Hâc de re fusiùs disserere placuit, quia lucem hæc non huic tantùm Prophetiæ, sed & sequentibus, variisque Scripturæ S. locis, inferunt.] Porrò & initium & finem horum 42 mensium cum latitudine accipio, nec eorum annum præcisè definire velim, donec Eventus rem patefecerit, quam Deus pro sapientia sua à nobis abscondit. Et sicut in LXX annis captivitatis Babylonicæ varii erant articuli temporis, à quibus computatio inchoari poterat, idem & hîc factum videtur, ut hi menses ab insigni aliquo momento sive termino, qui tamen fortè à nobis non observetur, inchoentur. Epocha autem sive initium Antichristi, & temporum Apostaticorum, sumendum est à remotione τοῦ κατέχοντος, 2 Thess. 2. 6, 7, 8. vel, quod idem est, à plaga mortifera capitis sive Dominatûs Romanæ Bestiæ, & divisione Imperii in plura Regna plagam illam sequente, Apoc. 13. 3. collat. cum 17. 12. h. e. ab insigni aliquo gradu fatalis plagæ sive ruinæ capitis Cæsareani, sive Dominatûs Imperialis Romæ, sed cum latitudine aliqua. Duplex enim erat plaga Cæsareana, 1. religiosa seu sacra, ut erat Draconicola, per deturbationem Draconis, &c. 2. politica, per ruinam Statûs atque Majestatis. Utrique Antichristus, ut videmus, medicinam fecit, primæ per novam Idololatriam; secundæ, per Tyrannidem ejus usurpatam. Si incipiant hi menses inter annos 365. & 455. (ut credibile est) desinent inter annos 1625. & 1715. [De particularibus Alstedii Epochis videtis Cl. Authorem.] Præterea hi menses porriguntur ad eversionem Babylonis, non autem ad Excidium Antichristi, &c †.

3. *Et* (vel, *Sed*, Be. Pi. Par. Est enim ἀνθυποφορά, q. d. Videbitur tota civitas conculcata esse[a], omnísque Prophetia exstincta Antichristi tyrannide[b]; sed tamen *dabo*, &c[c]. restituam Prophetiam, ut instauretur civitas Dei. In genere dictum est de repurgatione Ecclesiæ v. præced. hîc de repurgationis illius administris[d].) *dabo* (Designat hoc & speciale mandatum ad hoc præstandum, & auxilium à Deo exspectandum, &c*. Sed non exprimit hîc quid dabit. Alii igitur aliud supplent[f]. Ellipsis hîc est qualis suprà 5. 9. *Dabo*, vel, 1. potestatem[g]; vel, 2. sanctam civitatem[h], quam vindicandam & repurgandam illis commendat; vel, 3. os & sapientiam, cui Anntichristus non possit resistere, juxta promissum illud Luc. 21. 15[i]. vel, 4. Spiritum meum[k]; vel, 5. ut prophetent[l], i. e. prophetandi authoritatem. Connectenda hîc sunt duo verba Futura, & copula καὶ sumitur[m]. Hebræa locutio δώσω καὶ προφητεύσουσιν, pro δώσω προφητεύειν, *dabo ut faciant ea quæ sunt Prophetarum*[n], *& prophetabunt*, pro, *ut prophetent*[o]. Par locutio Jer. 9. 1[p]. *Quis dabit—& deflebo*, i. e. ut defleam[q], Psal. 55. 6[r]. *Quis dabit—& volabo*, i. e. ut volem †? & Psal. 119. 34[t].) *duobus testibus meis*, (quos scil. ego excitabo & mittam[v]:) *&* (sub. *illi*, Pi.) *prophetabunt*] i. e. Vel, ventura mala prænunciabunt[x]; vel, Dei mandata explicabunt omnibus[y]; Prophetarum more[z], accedente & Prophetiæ dono[a]; vel, docebunt & disputabunt contra Antichristum[b], &, ad fidem sibi astruendam, futura prædicent, & alia miracula patrabunt[c]. Qu. Quinam sunt hi duo Testes? Resp. 1. Henoch & Elias[d], qui duo divinitùs rapti leguntur ex hominum consortio, sine morte, & redituri putantur tempore Antichristi*; cui se opponent per 1260 dies[f], & ab eo tandem occidentur, &c[g]. Hanc fabulam confirmare nituntur, tum ex Scriptura Mal. 4. 5. Matth. 17. 11. & Ecclesiastic. 44. 16. & 48. 10. tum, ex Patrum testimoniis. Verùm locis ille Mal. 4. de Johanne Baptista apertè exponitur Mat. 11. 14. Luc. 1. 17[h]. Patribus condonandum, si longiùs à rerum eventu remoti sic senserint, non item iis qui eventu edocti pertinaciam ostendunt[i]. Et fatentur Pontificii, Patres in interpretatione Apocalypseos à vero plurimùm aberrâsse, quos proinde sæpe ipsi refutant[k]. Patres quoque hâc de re variè sentiunt, &c[l]. Huic porrò sententiæ repugnat quòd Scriptura & corpore & animâ glorificatos esse testatur, quos mirum esset de cœlo deducere ut hîc ignominiosè moriantur, &c[m]. Hanc autem sententiam Pontificii cupidè arripiunt, quia à præsenti rerum consideratione abducit, quod unum in omnibus expositionibus suis laborant[n]. Resp. 2. Cùm Ælia condi cœpit ex multitudine eò deducta duo Christianorum genera extiterunt ex Judæis orta & ex alienigenis: qui, cùm diversâ linguâ loquerentur, Judæi Hebraicâ, alienigenæ Græcâ, ut maximè communi, quâ etiam Paulus ad Romanos scribens usus est, necessariò & duos fecere conventus sive Ecclesias[o]. Quomodo & Antiochiæ duæ erant Ecclesiæ, una à Petro, altera à Paulo, fundata & gubernata; & Paulus Episcopus fuit Gentilium, tum Romæ, tum Ephesi & in Asia, dum Petrus Judæorum Romæ habitantium, & Johannes Asianorum, Episcopi essent. Et hinc forsan orta multitudo Episcoporum, quam ibi intra paucos annos fuisse notat Euseb. donec hæ Ecclesiæ in unam coalescerent sub Marco tempore Adriani[p]. Quia autem universitates omnes mysticam quandam personam faciunt, ideo sæpe solent sub personæ unius nominibus describi, ut populus Romanus apud Florum, populus Judæus sub *fœminæ* vocabulo apud Prophetas, interdum & sub *filii* nomine, ut Jer. 31. 20. Ose. 11. 1. Hîc ergò *testes duo* vocantur, [vel, 1.] duo illi conventus, quia illustre Deo testimonium præbebant. Et quia facti ex Judæis Christiani opponebant se aliorum Judæorum vitiis, sicut olim Moses fecerat, ideo Mosi comparantur. Et quia vocati ex Gentibus idololatriam oppugnabant, ideo Eliæ comparantur, qui idololatriam & olim destruxerat[q]. Vel potiùs, 2. duo illorum cœtuum Episcopi, quorum unus, instar Mosis, populum ex tenebris Ægyptiacis educere, alter, velut Elias, gentes ab idololatria ad Christianismum perducere, fategit[r]. Sed huic sententiæ obstat, 1. quòd non liquet tales ibi fuisse †. Unicus tunc erat uno tempore, Hierosolymæ Episcopus, & 15 tantùm Episcopi ibi erant usque ad Excidium Judæorum per Adrianum, quorum primus erat Jacobus frater Domini, ultimus verò Judas, postea verò soli ibi erant Gentilium Episcopi, quorum primus fuit Marcus. Vide Euseb. 4. 5. & 5. 11[t]. 2. quòd Johannes hîc prophetat de eventu & futuro & maximo, quippe ad *omnes linguas, gentes*, &c. pertinebat. Illud autem Simonis Magi (adversùs quem hos Episcopos testes fuisse volunt, idque hîc designari:) & præteritum erat, & res erat exigui momenti. Et hoc respectu Paulus & Petrus potiori jure *testes* dicerentur, quippe qui illum oppugnârunt ac pessundederunt. Ut mirum sit, viris doctis talia commenta placere potuisse †. Resp. 3. Testes hîc sunt Scripturæ sacræ[v], quæ *testes* & *testamenta* dicuntur, quia testantur de voluntate Dei[x], & de Christo[y], Joh. 5. 34, 39[z]. qui Legis est finis, Evangelii verò subjectum. Nam *testes* Christum respicere constat, quòd Christus hîc *testes suos* vocat, & v. 8. Testium Dominus vocatur[a]. Hæ porrò testibus respondent, & numero, sunt enim duo testamenta; & officio, quòd nos ungant, illuminent, & adversarios ipsarum consumunt, Jer. 5. 14. & 23. 29. & omnibus textûs circumstantiis, ut videbimus. Homines autem non simpliciter admittuntur pro testibus, Joh. 5. 34. Rom. 3. 4. nisi quatenus hæc Testamenta profitentur & prædicant, tunc autem sub illis Metonymicè continentur[b]. Testes *duo* dicuntur, vel, ut notetur Scripturarum authoritas, tanquam duorum testimonio firmata; vel, ob duo earum volumina, vel potiùs, ob duas res distinctissimas, Legem & Evangelium[c]. Sed quomodo hæc Scripturis conveniunt, quòd testes dicuntur *amicti saccis, occisi à bestia, redivivi*, &c[d]? Verùm Scripturæ hîc non considerantur, quatenus in Libris servantur; sed prout per Ecclesiæ ministros prædicantur, & ad usum Ecclesiæ ejúsque membrorum transferuntur *. Resp. 4. Duo testes sunt duo eximii Doctores, qui virtute & spiritu Enochi & Eliæ pollentes,

[v] Mor. 178. [x] Bri. [y] Mor. 178. [z] Par. † Med. 744. [a] Par. sim. Pi. [b] Par. [c] Pi. [d] Par. * Dur. [f] Par. [g] Pi. [h] Par. ex Be. [i] Q. in Par. [k] Rib. La. [l] Par. sic Rib. La. Me. [m] Par. [n] G. [o] La. Me. Rib. Par. [p] G. Rib. Par. [q] Par. [r] G. La. † La. [t] G. Rib. [v] Pi. [x] Cot. [y] G. [z] Cot. G. [a] G. [b] La. sim. Par. [c] La. [d] Me. Rib. E. La. &c. * E. [f] Q. in Par. [g] E.

[h] Par. [i] Bri. [k] Q. [l] Par. Down. [m] Dur. [n] Bri. [o] G. sim. Ham. [p] Ham. [q] G. [r] Ham. † Dur. [t] Anon. 131. † Dur. [v] Bri. sic Cot. Nap. D. Mor. 724. [x] Nap. [y] Nap. Cot. [z] Nap. [a] Cot. [b] Nap. [c] Cot. [d] Par. * Grav.

pollentes, postremis temporibus venient, & ad literam hæc omnia implebunt, prophetando & pugnando adversus Antichristum [f]. Sunt Prophetæ extraordinarii, ut patet ex eorum descriptione & miraculis. Nec plures sunt quàm duo, qui & occidentur & reviviscent. Si dicas, eos reviviscere in successoribus suis: Repono, eos non habuisse successores, & *Spiritum vitæ ingredi in ipsos*, v. 11. h. e. in corpora ipsorum, & ipsos in cœlum ascendisse, v. 12. Quis autem in cœlum ascendit in successoribus? aut quid indè beneficii ad ipsum redundat? Adde quòd corpora ipsorum *jacent*, &c. v. 8, 9 [g]. Sed opinionem illam incertam esse ipsi agnoscunt [h]. Resp. 5. Per *testes* aptè hîc significari possunt Magistratus & Ministerium, istiusmodi scilicet qui Bestiæ & Pseudo-prophetæ ex opposito respondent †. Resp. 6. Testes hîc indefinitè intelliguntur instauratores doctrinæ Evangelii [i], veritatis Divinæ Interpretes & Assertores [k], successivè Antichristum oppugnantes [l], & de Christi officio & regno prophetantes [m]; quales per singula secula extiterunt [n], qui fœdam illam Ecclesiæ contaminationem assiduis querelis deflebant; qui indesinenter Orbi Christiano cum Gentibus scortanti monitores, Sanctisque suis fidem servantibus Duces erant [o], nempe, Ministri sive Doctores Ecclesiæ [p], vel sancti Martyres omnes, ex collat. cap. 16. v. 6. & 18. 24. ubi *occisi* dicuntur *Prophetæ & sancti*, quos dum conjungit, ostendit pro iisdem haberi [q]. Præcones autem veritatis sub Papatu rectissimè *testes* Domini appellantur, quia sinceri erant Apostolorum successores, legitimè ad dicendam veritatem à Christo excitati; qui non sibi, sed soli Christo, inservierunt; & veritatem sanguine suo stabilierunt, & verè prophetârunt, h. e. mysteria Dei & Scripturas sanctas explicârunt, qui etiam rectè *resurgere* dicuntur, nempe, *in spiritu & virtute*, quomodo Elias mittendus promittitur, Luc. 1. 17. Dicas, testes ejusmodi plurimos fuisse. Cur ergò *duo* dicuntur? Resp. 1. Ut collatio innueretur cum Pseudo-prophetis Bestiæ, qui, quamvis plurimi indubiè sint, utpote totam terram seducturi, dicuntur *tres spiritus immundi*, cap. 16. 13. & unus *Pseudo-propheta*, cap. 13. & 16. & 19. & 20. 2. Ut notet Testimonii sufficientiam [r]. Nam *in ore 2 vel 3 testium stabit omne verbum* †, Deut. 17. 6. & 19. 15. & 2 Cor. 13. 1 [t]. ne applausu multitudinis locustarum nobis imponi patiamur, & paucitate verorum Doctorum offendamur [v]. 3. Pro numero Tabularum Dei, quas in Prophetia sua adhiberent, Veteris & Novi Testamenti, quasi duorum Testamentorum Testes [x], 4. Ut paucitatem significet [y], & Ecclesiarum [z], & verorum Ministrorum [a], respectu locustarum, quæ orbem Christianam replebunt [b]. 5. Per allusionem ad veteres historias [c], quia Deus jam olim in præcipuis Ecclesiæ vindicationibus duorum testium operâ uti consuevit, ut Josuæ & Calebi, &c [d]. Sic bini testes erant Abraham & Lot, Esdras & Nehemias, Aggæus & Zacharias, Paulus & Barnabas, Petrus & Johannes, &c. Sic bini emissi, Luc. 9. 10 *. *Duos* dicit propter typum, qui binorum est. Respicit Pares illos illustres sub V.T. Mosis & Aaronis in Eremo, Eliæ & Elisæi sub Apostasia Baalitica, Zorobabelis & Josuæ sub servitute Babylonica. Ex illorum putà numero, conditione, potestate, réque gesta, Testes hi Apocalyptici manifestè describuntur; quemadmodum & Ecclesiæ status in quo prophetârunt, Israelitico congruenter, Babylonis, Eremi & Gentilismi seu Baalismi, imaginibus figuratur [f]. ¶ *Diebus mille ducentis sexaginta*] Tempus hîc expressum terminatur, ut diximus, in principio motûs Judaici qui fuit sub Adriano [g]. Tot nempe dies efficiunt 42 menses [h]. Nam apertum est, mensibus illis, & diebus istis, idem tempus designari [i]. *Dies* autem hos *horarios* non esse liquet, tum, ex partibus illorum, *3 diebus cum dimidio*, v. 9. quos pro *diebus horariis* accipi non posse arguunt quæ tunc gerenda prædicuntur; tum, ex eo quòd Bestia (cujus item duratio sunt) Cœtui 144000 Signatorum, Cœtus autem Signatorum sex primis Tubis, contemporet, Tubarum verò res triennio & semestri decurri non possint [k]. [Sed hac de re dicta vide ad v. præced.] Qu. Sed cur *menses* hîc mutantur in dies [l]? & cur Gentium profanatio *mensibus*, Testium Prophetia *diebus*, mensuratur [m]? Resp. 1. Sic solent Prophetæ idem tempus ad rem eandem diversis notis exprimere [n].

[f] Q. in Par. [g] Anon. [h] Par. † Mor. 724. [i] Par. ex Bul. &c. [k] Med. 597. sim. Clu. [l] Par. [m] Clu. [n] Par. [o] Med. ib. [p] Dur. Pi. [q] Steph. [r] Clu. † Clu. sic Par. Med. [t] Clu. [v] Par. [x] Med. [y] Dur. Pi. Par. [z] Dur. [a] Dur. sim. Par. [b] Par. [c] Clu. [d] Par. * Clu. [f] Med. ib. [g] G. [h] Me. sim. Rib. La. Bri. Cot. Clu. Par. Med. [i] Par. [k] Med. [l] Par. [m] Med. 598. [n] Par.

2. Ad designandum singularem Dei providentiam in Sanctos suos [o], & quòd tempus numeretur ad annum, mensem, diem, imò vel horam, cap. 9. 15 [p]. 3. Ut doceat quales sint hi menses [q], & ex quot diebus constent. 4. Ut significet, hoc prophetandi opus quotidianum fuisse [r], cui jugiter sine intermissione incumbendum erat †. 5. Ad piorum solatium. Notat, afflictionum brevitatem [t], finémque quem tandem habebunt [v]; Prophetiæ verò durationem [x], & vim invictam [y]. 6. Quia omnis error *potestatis tenebrarum* & *noctis* est, quibus Luna præsidet; contrà Religio vera *Luci* & *Diei* comparatur, quibus Sol præsidet [z]. Eadem de causa cap. 13. 5. Bestiæ blasphemia *mensibus*, Mulieris verò *in Eremo* mansio, *annis* & *diebus*, numeratur [a]. ¶ *Amicti saccis*] Sive cilicio [b], habitu lugentium [c], ob persecutionem piorum, & impietatem Antichristianorum [d]; quòd viderent in urbe Deo sacrata Idolum, & Judæorum plerosque in tantis malis nihilo fieri meliores *. Lugubriter plangebant conculcationem Civitatis sanctæ ex Gentilium cultu introducto [f]. Al. Habitus hic erat pœnitentium [g]. Pœnitentiam & agebant & prædicabant [h], & habitu, voce, ac exemplo, provocabant [i]. Al. Designat statum testium pauperem, vilem ac contemptum in mundo [k]; eósque sub cruce agere, &, ut tales decet, se gerere [l]. *Saccus* hîc opponitur splendori & luxui Antichristianorum [m]. Al. Hic habitus argumentum notat Prophetiæ illorum, quòd mundo sint indicturi luctum pœnásque instantes ob scelera Antichristi, & homines ad pœnitentiam vocaturi [n]. Al. Notat ipsorum perseverantiam in munere suo Prophetico, Deúmque horum Prophetarum successionem excitare velle qui testimonium ferent toto tempore Regni Bestiæ. Hic enim habitus erat Prophetarum. Vide 2 Reg. 1. 7, 8. & Mat. 3. 4. Et cum Prophetæ falsi prorsus tollentur, id sic exprimitur, *Nec clamydem villosam induent*, &c. Zach. 13. 3, 4 [o].

4. *Hi sunt duæ olivæ*] Vel, *illæ oleæ*, Be. Pi. id est, Sunt instar Zorobabelis & Josuæ, qui dicuntur *duo filii olei stantes coram Domino totius terræ*, Zach. 4. 14 [p]. quos olim Dominus unxerat ad Ecclesiam Judaicam sub captivitate Babylonica perditam denuò instaurandam, atque Testibus hisce consimiliter sub Gentium servitute procurandam [q]. Hi, inquit, sunt per Christum *Deo Patri Reges & Sacerdotes*, suprà 1. 6. & 5. 10. tam pleni Spiritu Sancto quàm olea est olei, 2 Cor. 1. 21. 1 Joh. 2. 20, 27 [r]. Al. Hi sunt succulenti, pingues & fertiles bonorum operum, quia multum fructum afferent in conversione Judæorum †. Al. *Oleæ* sunt symbolum consolationis quam efficit Spiritus S. in cordibus fidelium per prædicationem Evangelii [t]. *Oleæ* hîc designant dona Spiritûs S [v]. quæ *oleum* & *unctio* in S. S. sæpe vocantur [x], quibus Deus Ecclesiam ornaret ac tueretur, quod Zach. 4. fecerat [y]. Et notandum non hîc esse vasa olearia, quæ exhauriri possunt, sed arbores semper vernantes & fontes oleo perennes [z]. Sensus est, Hi viri Dei, testes & præcones veritatis, sunt similes oleis, (vide Psal. 52. 10. & 92. 15. Jer. 11. 16. & 17. 7.) h. e. vivaces, pinguedinem suam aliis communicantes, pacem & victoriam adferentes [a], spirituale oleum, h. e. gratiam, Spiritûs, suâ prophetiâ diffundentes [b]. Hanc ministerii ipsorum dignitatem contemptibili eorum sorti præced. opponit [c]. ¶ *Et duo candelabra*] Symbolum illuminationis Spiritûs S. per prædicationem, &c [d]. Sic dicuntur ob splendorem & doctrinæ & sanctitatis, quibus homines verâ Evangelii luce perfundent *. *Candelabra* hîc vocantur, vel, 1. Ecclesiæ [f], ut Christus interpretatus est, suprà 1. 20 [g]. Confer Zach. 4. ubi Candelabrum designat Templum, quod Ecclesiæ typus est [h]. Vel, 2. Prophetæ [i], sive Doctores [k]; qui eádem Metonymiâ & *Oleæ* vocantur, quia oleum salutis subministrant, & *candelabra* [l], quia lucem Evangelii gestantes eam ad alios diffundunt [m]. Vide Mat. 5. 14. Joh. 5. 35 [n]. Nec obstat illud Apoc. 1. 20. diversâ enim ratione & Ecclesiæ & Ministris eadem vox tribui potest: ut & aliâ notione Apoc. 2. 5. *movebo candelabrum tuum*, dicitur de ademptione puræ prædicationis Evangelii [o]. Non confundit hîc Ministros & Ecclesias, sed utrorumque paucitatem similémque statum notat,

[o] Bri. [p] Dur. [q] Bri. [r] Dur. † Bri. [t] Par. [v] Dur. [x] Dur. sim. Par. [y] Par. [z] Med. sim. Dur. [a] Med. 598. [b] Me. Par. [c] G. sic Par. Pi. [d] Pi. sim. Clu. * G. [f] Med. 597. [g] Cot. [h] Rib. sim. La. [i] Me. [k] Dur. sim. Par. Clu. [l] Dur. [m] Par. [n] Q. in Par. [o] Steph. [p] Med. sim. G. Par. [q] Med. 598. [r] G. † La. sim. Rib. [t] Pi. [v] Bri. sic Cot. [x] Cot. [y] Bri. [z] Cot. [a] Clu. [b] Par. sim. Clu. [c] Par. [d] Pi. * Rib. sim. La. [f] G. Med. Dur. [g] G. Med. 599. [h] Med. 598. [i] Di. in Med. 705. [k] Clu. [l] Di. ib. [m] Di. sim. Clu. [n] Clu. [o] Di. ib.

notat, & significat Deum conservaturum, & *oleas* aliquas, & *candelabra*, quæ oleum ab illis lucémque recipiant [p]. Puto hîc Hebraismum latere, quo *&* valet *cum*, ut 1 Sam. 14. 18. *& filii Israel*, i.e. cum filiis Israel, esséque acsi dixisset, *Hi sunt duæ illæ Oleæ, ad*, vel *juxta, duo candelabra*; ità ut Testium solummodò cum Oleis comparatio fiat, Candelabrorum verò adjectio non nisi ad Olearum descriptionem pertinere judicetur [q]. Non placet. Scopus hîc manifestus est, abjectum & Ministrorum & Ecclesiarum statum designans. Ecclesiæ tamen status per Ministros potiùs quàm per Ecclesias describitur, tum quòd in iis veritas clariùs elucet, tum quòd in eos maximè furit Antichristus [r]. At in Zacharia unum tantùm est candelabrum †, è cujus tamen scapo septem rami prodibant, Exod. 25. 31, &c. qui totidem erant candelabra [t]. Cur hîc *duo candelabra?* Fateor me hîc hærere. An igitur dicendum, Unicum illud apud Zachariam Candelabrum hîc pro duplici censeri, propter nempe geminum ab utraque parte scapi lucernarum ordinem, & duas oleas utrisque seorsim oleum infundentes? Est quoque apud Zachariam *septem & septem*, id est, bis septem, *infusoriorum* mentio; sed quorsum spectet non satis liquet. An verò binarium istum putemus ad Ecclesiæ Christianæ conditionem designandam privatim pertinere? nempe, aut quasi ex duobus populis, Judæis & Gentibus, congeminantis; aut, quod vero forsan propius, quia Tempore quo Testes pullati ingemiscerent, unà cum Imperio Romano, in Orientis & Occidentis dividendæ [v]. Al. Ut *candelabra septem* florentissimam tunc Ecclesiam designabant, ità quòd nunc *duo tantùm sunt*, dignitatem ejus valde diminutam esse indicat [x]. *Septem candelabra* visa sunt suprà 1.12. vigente adhuc spiritualium donorum abundantiâ, lætissimis illis Apostolorum temporibus. At nunc ad duo redacta paucitatem fidelium Doctorum, & modicum lumen Ecclesiæ sub Papatu, subindicant. Duæ hîc sunt oleæ & lucernæ, 1. ut sufficiant illuminandæ domui: 2. quia duo sunt Testamenta, ex quibus lux oleúmque Doctoribus pertinet [y]. ¶ *In conspectu Domini* (vel, *Dei*, Be. Pi.) *terræ* (q. d. creatoris universorum, qui proinde omnium salutem quærit, & gentium & Judæorum [z]:) *stantes*] Sumptum de Zac. 4. 14 [a]. Asserit dignitatem testium, qui, licèt mundo contempti sint, apud Deum tamen in pretio sunt, utpote fideliter officio suo defungentes [b]. Sensus est, Candelabra illa Deo perpetuò inservire: id enim apud Hebræos *stare coram aliquo*. Vide suprà 8. 2 [c]. *Stare coram Domino* de Prophetis, Sacerdotibus, Levitis, &c. sæpe dicitur, ut Num. 8. 14. 1 Reg. 17. v. 1. Designat autem, 1. familiaritatem & gratiam apud Deum, 2 Par. 10. 6, 8. Confer 1 Sam. 16. 21, 22. & 1 Reg. 1. 2. 2. studium & obedientiam, quòd semper parati, intenti, agilésque, sunt ad obeunda Domini sui ministeria [d]. Sensus, q.d. Deo se offerebant parati ut ab eo ad Judæos mitterentur [*]. Significat, eos Dei favore & præsentiâ niti atque contentos esse, dum Antichristus Regum terræ favoribus tyrannidem suam sustentat [f].

5. *Si quis* (aut Judæus, aut alienigena [g]:) *voluerit eos* (pro *eis*, Me.) *nocere*] i.e. Nocere tentaverit [h], nempe inhibendo à prædicatione [i], aut ei se opponere aut disputationibus aut præscriptionibus violentis [k]. ¶ *Ignis exiet de ore eorum*, &c.] Intelligendum hoc sicut & sequentia [l], vel, 1. Literaliter [n], q. d. Ad eorum preces aut imperium igne cœlesti consumentur [o]. Vel, 2. spiritualiter [p], ut ostendit v. 8 [q]. Non manu, non ferro, se ulciscentur Testes [r], quod Regum est, non Prophetarum †; sed *ore*, i.e. oralibus telis [t]; vel, 1. prædicatione suâ [v], igne verbi [x], quod *igni* confertur Jer. 23. 29 [y]. quo Antichristum conficient, ejúsque imposturas revelabunt, idola absument, mendacia refellent [z], & iram Dei ministrorum ejus violatoribus impendentem denunciabunt. Confer Jer. 5. 14. *Do verba mea in ore tuo in Ignem, & populum istum in ligna, & vorabit eos* [a]. Vel, 2. orationibus suis [b], dum precibus suis [c], & gemitibus [d], ultionem impetrant [*]. Vide Rom. 12. 20. Apoc. 8. 4, 5 [f]. Porrò quod Prophetæ in nomine Dei denunciant, idem & ipsi patrare dicuntur, ut ostendit Jer. 1. 10. nè quis jam miretur, hunc ignem

p Dur. — q Med 598. — r Dur. — † La. fic Med. — t Bri. — v Med. 598. — x Bri. — y Clu. — z Rib. — a G. — b Par. — c G. — d Clu. — * La. — f Par. — g G. — h Me. — i Gag. — k Par. — l Clu. — n Q. — o Rib. fim. La. — p Par. Clu. — q Clu. Med. — r Med. 599. — † Q. — t Med. ib. — v Clu. — x Par. — y Clu. — z Par. — a Med. ib. — b Clu. Bri. — c Med. fic Pi. G. — d Med. — * Med. fim. Pi. G. Par. — f G.

prodire dici *ex ore Testium*, penes quos tamen sola denunciandi aut à Deo impetrandi potestas sit [g]. Alludit hîc ad duas historias, Mosis Num. 16 [h]. & Eliæ, 2 Reg. 1. 10, 12 [i]. quæ historia respicitur hîc & μυστικῶς applicatur [k]. ¶ *Sic*, &c.] Nempe igne devorante [l]. Illud, οὕτω, deest in MS. Sensus idem qui infrà 13. 10. Et allusio est ad holocausta, ut suprà 8. 5 [m].

6. *Habent potestatem claudendi cœlum, nè pluat*] Pluviâ nempe mysticâ [n], & cœlesti, Evangelii scilicet sive gratiæ Dei [o], & sanguinis Christi, nè ad remissionem peccatorum stillet super novos hos Idololatras [p], sive Antichristianos & contemptores Evangelii; nè quid proficiant concionibus Evangelicis, quibus Ecclesia humectatur, &c [q]. Instructi sunt, inquit, potestate clavium [r], Disciplinæ & Doctrinæ, ut rebelles ulciscantur, denunciando adversùs Antichristi sequaces horrenda Dei judicia, tum temporalia, tum etiam æterna †, juxta Apoc. 14. 9, 10 [t]. spe vitæ æternæ eos arcendo, donec, abjectâ idololatriâ, ad unum Christum redierint; quomodo Elias non priùs Israelitis pluviam reddiderit quàm Baalis Prophetæ ejúsq; cultus exterminarentur [v]. Al. Sensus est, Nihil tam magnum quod non à Deo impetrent, si opus sit. Id autem explicatur per similitudinem eorum quæ olim Deus fecerat tum Eliæ, tum Mosis, causâ. Sumptum hoc ex 1 Reg. 17. & 18. Et hoc exemplum usurpatur Jac. 5 [x]. Al. Claudent cœlum, itàque sterilitatem, famem, & pestem, Antichristianis inducent [y]. Sed sic Regnum Antichristi famelicum & ærumnosissimum esset, cùm Spiritus S. illud luxu abundaturum dixit. Nec vacaret illi circumferre arma ad subjugandas nationes, sed aquatum potiùs aget armenta, &c. Quare non ad literam accipienda hæc sunt, sed de spiritualis roris penuria, præ qua pietas ubique exarescet [z]. Doctrina Evangelii *pluvia* sæpe appellatur, ut Esa. 55. 10, 11. Ezec. 34. 26. Heb. 6. 7. & meritò, quia pluviæ instar, supernè descendit, irrigat, fœcundat, & recreat, &c [a]. Sensus est, Clausum erit rebellibus cœlum, nè Dei Spiritus, qui in Cœlis habitat, eos χαρίσμασι suis irroret; inque majorem condemnationem ipsis cedat, quod ad salutem datum erat, verbo ipso ea omnia operante [b]. Non gustabunt cœnam divinorum beneficiorum, Luc. 14. 24. Confer Amos. cap. 8 [c]. Per *pluviam* intelligit puræ ac revivificantis doctrinæ Evangelicæ distillationem, jam non descendentem. Hæc autem Cœli clausura Testibus tribuitur, vel, 1. per Metalepsin, quâ *effectum signo* assignatur, ut Apoc. 6. 4. & in illo, *Pallida luna pluit, rubicunda flat, alba serenat*: vel potiùs, 2. per Zoopœiam: in qua quantumvis is cui effecta attribuuntur, nullam positivam ad ea producenda actionem exerat, aliquo tamen sensu *causalem* in ea habeat influentiam. Quemadmodum solis absentia causa dici potest Noctis, & facinorum sub noctis velamento commissorum: Ità suppressio horum testium locóve ejectio causa est clausuræ cœli, verbique puri apud populum inopiæ †. ¶ *Diebus prophetiæ ipsorum*] *Lugubris* scilicet, vel, dum prophetent saccis amicti, ut ex v. 3. constat ‖. Toto illo tempore, quod illis datum est ad prophetandum [d]. Τὰς ἡμέρας, i.e. κατὰ τὰς ἡμέρας [*], q.d. Dum docent Evangelium [f]. ¶ *Aquas convertendi in sanguinem*, &c.] Sumptum ex Exod. 7. 17 [g]. i.e. Denunciandi plagas Ægyptiacis similes, &c [h]. Hinc colligo, potestatem Testium non ad omnes Prophetiæ pullatæ dies, sed ad finem eorum, pertinere, seu ad tempus *Phiolarum*; quando nimirum *Testium* seu *Prophetarum* istorum auspiciis, quasi Mosis & Aaronis, populus Christianus, plagis Ægyptiacarum imagine expressis, similiter de Bestiæ tyrannide atque servitute educendus est. Siquidem prima Phialarum plaga terram ulcere percutit; secundâ & tertiâ aquæ in sanguinem vertuntur; cæteræ aliis adhuc gravioribus Bestianos seu gentes in Atrio Templi stabulantes plagis conficiunt [i]. ¶ *Et percutere terram omni plagâ*, &c.] Hoc testes facere dicuntur, quia Deus percutit ad ipsorum denunciationes & gemitus [k]. Et hoc ad Mosis spectat historiam. *Plagæ* nomine intellige omnia illa quæ præter Aquas in sanguinem versas Moses in Ægypto à Deo obtinuit [l]. ¶ *Quotiescumque voluerint*] Scilicet secundùm voluntatem Dei, 1 Joh. 5. 14 [m]. sine ulla potestate à Bestia aut ab homini-

g Med. — h Par. — i Pa. fic Zeg. Dur. G. — k G. — l Me. fim. Pi. — m G. — n Med. 599. — o Par. — p Med. — q Par. — r Med. Dur. — † Dur. — t Dur. fic Med. — v Med. ib. — x G. — y La. fim. Me. — z Bri. — a Clu. — b Cot. — c Grav. — † Mor. 725. — ‖ Mor. 725. — d Me. — * G. — f Pi. — g G. Pi. — h Par. — i Med. 600. — k Par. — l G. — m Clu.

hominibus accepta[n]. Est Zoopœia, q. e. Quoties opportunitates se dederint ad hujusmodi effecta. Quanquam & θέλειν rebus etiam inanimatis tribuitur apud bonos autores||.

7. *Et cùm*, &c. Ὅταν τελέσωσι, &c.] Ut τελεσθῇ infrà 20.3. Utrumque non in sensu completo, sed in incompleto, sumendum est[o]. *Quum testimonium suum* (i. e. legationem suam[p], vel Prophetiam[q], vel officium prædicandi[r], Evangelium scilicet †; testimonium quod veritati & Christo palam dabunt[t]:) *finierint*, Pi. vel, *obierint*, sive *peregerint*, Be. Steph. ex Paf. vel, munus suum obire *perrexerint*. Nam τελέω in N. T. aliisque scriptoribus valet *præsto, obeo, exequor*, & *perago*. Et sic ἐπιτελέω sumitur Heb. 9. 6[v]. vel, *quando peragent*, Mor. 726. vel, *dum peragunt*, i. e. dum suum testificandi officium exsequuntur, nempe per totos illos 1260 dies †. Constat, Criticos & Scholiastas Aoristos tales secundùm scopum & materiam textûs modò per præt. modò per Futurum, vertere ||. Vel, *finituri sunt*, Med. Clu. Dur. Τελέσωσι non per Præteritum vertendum[x], sic enim Bestia illos non antè vinceret ac occideret, quàm ipsius Regnum finem acceperit[y]; sed per Futurum[z], quia est Aoristus modi subjunctivi, qui modus cùm Futurum non habeat, Aoristus illius locum supplet[a]. Sensus, q. d. Cùm jam, parte *Civitatis sanctæ* seu Orbis Christiani incolarum de idololatriis & abhominationibus suis resipiscente, & Templum Dei apud sese repurgante, *Testes* gratulabundi saccum exuere & diuturno planctu suo defungi inciperent, nondum tamen defuncti essent[b]. Cùm jam propè esset tempus quo Deus ipsorum laboribus finem volebat imponere[c]. Cùm jamjam ad finem decurret Periodus testimonii eorum[d]. Post illos 1260 dies exactos*, quibus duravit & Regnum Bestiæ & Prophetia Testium, qui cum Bestia cœperunt, ob ortum illius saccis induti, & cum illa ut perrexerunt simul, ità simul desinent; q. d. Cùm & Bestia ruere, & ipsi saccum exuere, cœperint. Sed hîc oritur quæstio, Quomodo finiri dicitur Ministrorum testificatio, cùm hæc sit continuum ipsorum opus? Resp. *Finiri* dici possit, cùm testandi modus mutatus est; cùm scilicet aut testes sunt plures, aut publicè & audacter testantur, qui priùs occultè id agebant, aut saccum exuunt, & à contemptu vindicantur per Principes, &c. Finitur ergò non simpliciter, sed secundùm quid. Hinc autem irritatus Antichristus crudeliùs se gerit, & sanctos bello petit, atque occidit. Et Deus, cùm jam Ecclesiam suam magis conspicuam reddiderit, & Antichristum per hos testes Orbi clariùs patefecerit, justè sapienterque hanc Antichristo victoriam concedit; tum, ut hoc testimonium sanguine obsignetur, in quo etiam victi vincunt, juxta Apoc. 12. 11. & Christo redditur testimonium atque victoria; tum, ut insignis Antichristi crudelitas magis innotesceret; tum, ut evidentior esset limes inter Periodum Dominantis Bestiæ, & illam quæ proximè sequitur & occasum ruinámque illius continet[f].

¶ *Bestia*, &c. Τὸ θηρίον τὸ ἀναβαῖνον, &c.] *Bestia illa* (De qua mox plura[g], Romana septiceps vicis novissimæ[h], sive posterior[i], de qua c. 13[k]. v. 11[l]. In MS. est τὸ θηρίον τὸ τέταρτον. Sed puto scriptum fuisse τὸ τέταρτον· nisi fortè prima fera est Draco, altera ex mari, tertia ex terra orta, hæc verò quarta. Indicatur hîc [vel, 1.] Barchochebas, qui bene *feræ* nomine appellatur, utpote φονικὸς καὶ λῃστρικὸς ἀνὴρ, teste Euseb. 4. 6[m]. [vel, 2.] *Diabolus*[n]: [vel, 3.] Antichristus[o], qui *bestia* dicitur ob immanem crudelitatem[p].) *ascendens* (vel, *quæ ascendit*, Med. Cot. Præsenti tempore utitur ob mysterium, de quo cap. 13. Ascensus Bestiæ est Progressus Mysterii iniquitatis. Ut enim in ascensu, ità in progressu, gradus sunt. Alioqui Bestia non pugnat cum Testibus, nisi postquam emerserit[q]. Præs. temp. notat, tum, 1. vicinitatem ipsius, quòd jam tum operari cœperit, juxta 2 Thess. 2[r]. q. d. Etiam nunc ascendit, quia in suis membris, & ministris, & præcursoribus, jam operatur †. Tum, 2. quòd sensim & sine sensu orta est & ascendit in thronum. Et una hîc Bestia memoratur, quia duæ illæ Apoc. 13. reverâ una fuerant[t]. Al. *quæ ascensura est*: præs. pro Futuro[v].) *ex abysso* (i. e. vel, 1. ex mari, ut exponitur cap. 13[x]. vel, 2. ex inferno[y]; q. d. quam Satan è carcere suo emissus suscitavit. De hoc significatu vocis ἀβύσσου vide suprà 9. 1, 2[z].) *geret adversùs eos bellum*, (i. c. persequetur eos[a]:) &

Margin: [n] Dur. || Mor. 725. [o] G. [p] Be. [q] Par. [r] Gag. † Par. [t] T. [v] Steph. † Mor. 180. sim. Steph. || Steph. [x] Med. 600. Steph. [y] Steph. [z] Med. 600. [a] Med. 739. [b] Med. 600. [c] G. [d] Clu. * Cot. sim. Clu. Par. Dur. [f] Dur. [g] Camer. [h] Med. 600. [i] Pi. [k] Med. Pi. [l] Pi. [m] G. [n] Zeg. [o] Zeg. Rib. La. Gag. Me. Par. Cot. Dur. [p] Me. [q] Cot. [r] Dur. † Rib. [t] Dur. [v] Pi. [x] Rib. [y] Pi. sic Zeg. La. Cot. Clu. [z] G. [a] Pi.

vincet eos, & occidet eos, Be. Pi. Res hîc præsignificatur quam de Barchocheba narrant Euseb. Justin. & Oros. [quorum verba quære in G.] quòd scil. Christianos omnimodis cruciatibus necaret, quòd adversùs Romanos subsidium ferre, & Christum blasphemare, nollent. Factionem autem Barchochebæ aliquo tempore etiam Hierosolymis sive Æliæ invaluisse, ex Dione cognoscas. Et credibile est ibi factum initium ubi erat Templum Jovis Capitolini, bellandi maxima πρόφασις. Illud, *bellum geret*, &c. intellige, non quòd illi Christiani vi contra vim usi sint, sed quòd tractati sint planè hostiliter. Sic eadem locutio & infrà usurpatur 12. 17. & 13. 7. νικήσει, i. e. efficiet quod volet, Deo ad tempus id permittente. Illud, *occidet eos*, sumendum synecdochicè, i. e. multos de utroque conventu interficiet[b]. Al. Non placet. *Bestia* enim hæc est Rex aliquis potentissimus, cui Decem Reges parent, vel ei se adjungunt, ut apparet ex Apoc. 17. 12, 13, 17. qualis non erat Barchochebas, qui etiam ante pacem Christianis in Judæa redditam sub Adriano obierat, &c[c]. [Reliqui hæc ad Antichristum referunt, ut antè dictum, sed non uno modo.] Quid autem? Annon Bestia hæc per menses 42 bellum hoc gesserat? Resp. 1. Illud propriè non erat bellum, quia sancti tunc & pauci erant & occulti, quos Bestia facilè subegit; nunc pars magna est, quæ se ei publicè opponit. 2. Magis jam innotuit crevitque Bestiæ rabies & crudelitas, ad mortem, imò & ultra eam sæviens, &c. Ex dictis autem constat, 1. nec pacem Ecclesiæ, nec ruinam Antichristi, hos 42 menses immediatè sequi. 2. Prophetiam hanc pertinere ad illa tempora, quibus & Reformatio religionis & Ruina Bestiæ cœperunt[d]. Accuratè animadvertendum, Bellum hoc novissimum aliud esse & alterius generis cum eo quod adversùs Sanctos hucusque continuè gesserat, de quo cap. 13. 7. Quorsum alioquin illud tanquam ultimis Bestiæ temporibus peculiare narraretur, quòd saltem ab ἀκμῇ suâ illi solenne fuerat*? Triplex autem discrimen est, 1. quòd bellum illud intermedium erat adversùs totum corpus Sanctorum, cap. 13. 7. novissimum verò adversùs Testes, h. e. Prophetas[f], qui jam cilicio exui planctúmque suum Propheticum finire cœperant; id est, adversùs Antistites Ecclesiæ parte suâ reformatæ[g], quos ex locis & Ecclesiis suis pellent. Corpus enim Reformati populi, qui jam numerosiores sunt quàm qui pristinâ violentiâ tractentur, adhuc manebit in terrorem Bestiæ, & ad ulciscendam Prophetarum suorum cladem jam recens factam. 2. quòd illud per multa secula prævaluit, hoc per 3 tantùm dies cum dimidio[h]. 3. in diverso utriusque eventu, illic prospero, quo *potestatem* consecuta est *in omnem gentem*, &c. hîc verò funesto, quo subitam & fatalem sibi ruinam accersit, ut in textu videre est[i], & in quo quidam *ex populis*, &c. obstaculo erunt illi nè victoriam suam perficiat, nec permittent ei, ut occisos testes sepeliat, spe de eorum restitutione conceptâ[k]. Qualis est Bestia, utrâque, ut scimus, potestate, & seculari & Ecclesiasticâ armata, tale est hoc Bellum[l]; nempe & Civile, quo Regna & Provincias excitant in testes Christi, & Ecclesiasticum, quod gerunt per locustarum suarum conciones & virulentas scriptiones, & concilia, & per anathemata, &c[m]. Quæri hîc meritò possit, utrum Testes omnes aliquando à Bestia vincendi sunt? &, si illud futurum, num semel tantùm, an sæpiùs hoc sit futurum? Et hoc fateor non liquere. Tempus autem feralis hujus Belli dupliciter intelligi potest. Nam quia non duo individua, sed ordines testium sibi invicem succedentium, designantur, vel in multis eorum ordinibus finis ille testimonii implendus est, vel in penultimo omnium testium choro. Utrumque verum est, & prius generale includit posterius speciale. Nam id quod commune Testium fatum est, ut impleto Testimonio suo à Bestia oppugnentur, evidentissimè tunc apparebit, quum jam universum eorum testimonium consummabitur, paulò ante diem novissimum[n]. Sensus est, In hac Martyrum testiúmque successione, prout quisque suo tempore peregerit testimonium suum, Bestia cum illo pugnabit; eum vincet atque occidet[o], per totos illos 1260 dies[p], quibus testes saccis induti prophetant, & sancta civitas proculcatur, &c. Hi enim 1260 dies eandem temporis periodum

Margin: [b] G. [c] Anon. 132. [d] Dur. * Med. 601. [f] Med. 937. [g] Med. 601. [h] Med. 937. [i] Med. 601. [k] Med. 937. [l] Clu. [m] Par. [n] Clu. [o] Steph. [p] Mor. Steph.

dum constituunt cum his 3 diebus cum dimidio [q]. Nec obstat, quòd sic Testes vaticinarentur dum mortui jacent [r], tum, 1. quia mors eorum tantùm politica est †: tum, 2. quia Testes hìc non sunt personæ particulares, aut corpus hominum eodem tempore viventium; sed successio hominum, qui dum in quorundum personis occisi jacent, in aliorum personis reviviscunt, quanquam omnes, seriùs aut citiùs, testimonii sui causâ occisi sint [t]. Obj. Testibus occisis, gaudebant incolæ terræ, quòd mortui essent qui eos cruciabant. Quid ergò? Num eodem tempore, h.e. per 1260 dies illos gaudebant simul & cruciabantur [v]? Ità sanè, sed diverso respectu, cruciabantur, illorum testimonio adversùs idololatrias & superstitiones temporum suorum; gaudebant autem, quòd Bestia illos munere suo fungentes occideret; unde spes orta, Testes nullos postea futuros, quâ tamen spe suâ falsi sunt, Deo novos subinde Testes excitante [x]. Sed quo pacto tres dies cum dimidio quibus testes occisi jacent iidem esse possunt cum 1260 diebus quibus prophetant [y]? Resp. Quia Spiritus Sanctus de eodem tempore Antichristiano agit sub diversis loquendi formulis; computátque modò per menses, modò per dies, &c. Sic mulier illa Apoc. 12. in loco suo esse dicitur et 1260 diebus, v. *6.* & per Tempus, & Tempora, & Dimidium temporis, v. 14. Quæ duo cùm idem sint inter se, idem proinde erunt cum 3 diebus & dimidio [z]. Et cùm *dies* in Scriptura promiscuè pro tempore usurpetur, ut Joh. 8. 56. 1 Cor. 4. 3. Apoc. 16. 14. Tempus, Tempora, & Dimidium temporis, idem sunt quod Tres dies cum dimidio [a]. Quod porrò suadet ipsa mentio *dimidii Diei dimidio Temporis* respondentis; alioqui non verisimile est, & exemplo caret, providentiam curiositatem computandi per Anni dimidium affectare voluisse. Et magna est utilitas horum trium dierum & semissis ad determinandum verum Numerum Temporis & Temporum apud Danielem, alioqui עדנין in Dan. quod Plurale est, non Duale, plura quàm duo tempora innuere potuisset. Hi tres dies igitur & semissis primò vertendi sunt in *tria Tempora & Dimidium*, ac deinde hæc *tria Tempora & Dimidium* in *tres annos & semissem*, ac postremò hi *tres Anni & semissis* in 1260 *Dies* Propheticos. Quæ ambages & circuitus non omnino sunt improbabiles, si consideremus quàm operosa involucra sint destinatæque obscuritates in hoc libro, &c [b]. Constat, majores temporis partes sive periodos in Prophetis & Apocalypsi per *dies* designari. Nec mirum, cùm & Ægyptii sicut annum habebant magnum canicularem, dictum ipsis *annum Dei*, ex 1460 annis Julianis constantem; sic quoque dies habebant, quos etiam vocabant *dies deorum*, & post subactum ab Augusto Ægyptum, *dies deorum Augustorum*, & postea ab Ecclesia Alexandrina, *dies Evangelistarum*: *Dies* autem *Evangelistarum* erat, ut rectè notat Alsted. spatium quatuor annorum Julianorum. Et sicut *dies*, sic etiam *menses*, *magnos* habebant, de quibus Virgilius,——*& incipient magni procedere menses*, & rursus, *Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.* Quæ verba explicans Alsted. in Uranoscop. *Magnus*, inquit, *ordo seclorum est maximus annus annorum civilium* 1440. *quod est seculum, & quilibet mensis istius anni continet* 120 *annos & seculum constituit.* Cùm ergò & Ægyptii, & Persæ & Chaldæi, præter usitatos, habebant quoque extraordinarios, dies, menses & annos, quidni idem in prophetico & mystico stylo locum haberet? Unum hìc objici potest, Annum non 360 duntaxat, sed 365, diebus constare. Cur ergò anno Apocalyptico dies tantùm 360 tribuuntur? Resp. Quia nimirum in Asia (ubi annus Nabonassaris usitatissimus erat) & Græcia (ut liquet ex Herod. l. 1. c. 22. Sect. 1. Plin. l. 4. Vide Calvis. Isagog. p. 78.) illisque partibus ubi & Prophetæ vixerunt & Apocalypsis scripta est, annus ex 360 diebus constitutus est, & quinque dies in fine additi *appendices* dicti sunt [c]. [Duo adhuc quærenda restant:] 1. Quomodo testes, qui hostes *devorâsse* dicuntur & *percussisse*, v. 5, 6. hìc *vinci* & *occidi* dicuntur? Resp. Utrumque verum, & *vincent*, bonitate causæ, & spirituali potestate; quia doctrina Evangelii, Antichristo frustrà renitente, perrumpet, & *vincentur* armis secularibus, &c [d]. Vincuntur specie externâ tantùm, nec suo, sed hominum, ipsorúmque victorum, damno, quibus Prophetæ Domini verbum vitæ non administrant cùm os ipsis occluditur [*]. 2. Qualis erit hæc Testium mors? Resp. vel, 1. corporalis [f]: vel, 2. civilis sive Politica [g], quâ omni Imperio ac potestate mundanâ privantur, & ab officio & statione quam in Ecclesia habebant deturbantur, sive id cum morte corporali conjunctum sit, sive secùs; adeò ut vitam qualem tum vixerant, propheticam scilicet, deinceps non vivant, muniáve ejus ampliùs exerceant. Et hoc suadet oppositionis ratio, ut talis sit cædes qualis resurrectio. Resurrectio autem hæc non est propriè dicta, qualis nulla futura est ante adventum Christi, sed analogica [h], & Politica, quâ ad Honorem rerúmque Regimen suscitabuntur [i]. In stylo sacro *Vivere* subinde est *Esse*, & *Mori* est *Non esse*. Quâ mente *Satanæ* & *peccato mori* dicimur, cùm iis parere desinimus. Sic *mori* dicitur qui in quocunque statu, Politico aut Ecclesiastico, desinit esse quod fuit [k].

8. *Et*, &c. Καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν ἐπὶ τῆς πλατείας——ὅπου καὶ, &c.] *Et cadavera* (vel, *corpora*, Vulg. Clu. &c.) *eorum* (vel, naturalia; vel etiam, mystica, qualia sunt testium libri, doctrinæ, &c [l]. Al. *Cadavera* hìc Cortex est veritatis, qui remanebit in Regno Antichristi, ubi remanebunt Sacramenta & forma Ecclesiæ, & litera Scripturæ & nonnullæ Veritates, de Christo, &c. Neque enim Antichristus (ut fingunt Pontificii) nomen Christi abnegabit, quia sedebit in Templo Dei [m]. Sub. *erunt*, G. vel, *jacebunt*, Be. Pi. insepulta [n]: quod fit, vel, ex crudelitate & malitia Bestiæ [o], cui hoc solenne est: vel, singulari providentiâ Dei, ut conserventur quasi in vivis testium memoria atque testimonium [q].) *in platea* (i.e. in foro, ut infrà 22. 2 [r]. Al. Πλατεῖα nomine hìc intelligitur, non vicus, aut forum, aut locus quivis alius intra Urbem, (ut apparet, 1. quia Christus in hac πλατείᾳ crucifixus dicitur, qui tamen extra Urbis portam crucifixus est, Heb. 13. 12. in illius autem provincia duntaxat. 2. Πλατεῖα hujus Urbis unica est, ubi tamen vici plures erant. 3. quia ibi jacent corpora Testium ubi bello victi sunt. At bello congredi non solent intra Urbis mœnia. 4. quia ibi jacent ubi *gentes*, &c. ea coràm intueri poterant, &c.) sed *regio & territorium universum Urbis ditioni subjectum*: quam significationem traxit vel ab Heb. רחב, vel à notione latitudinis, ut sit idem quod πλάτος τῆς γῆς, Esa. 8. 8. & Apoc. 20. 9. & ut innueret amplitudinem ditionis Urbis hujus; acsi ἐπὶ τῆς πλατείας positum esset pro ἐπὶ χώρας τῆς πλατείας, &c. Sanè vox πλατεῖα Adjectivum est Substantivè positum, proindéque aliquid subintelligi debet: nec scio an *vici* significatio apud veteres Græcos reperiatur †. *Platea* hìc est pars aliqua Romanæ ditionis [t]. Al. Quod *platea* in civitate, id in Regno Antichristiano Synagoga est, in qua residua Scripturarum litera retinetur & asservatur [v]. Vel, *in plateis*, Vulg. G. i. e. in una platearum [x]; vel, in plateis diversis [y]. Enallage numeri [z].) *urbis illius magnæ, quæ vocatur spiritualiter* (i.e. typicè [a], vel per allegoriam, quâ aliud dicitur, aliud intelligitur [b], per mysticam metaphoram, qualis 1 Cor. 10. 3, 4 ‖. per similitudinem quandam. Sic *domus spiritualis*, & *hostiæ spirituales*, 1 Pet. 2. 5 [c].) *Sodoma & Ægyptus* (Est autem hìc, quod Lector diligenter observet, Clavis allegoriæ, cujusmodi plures in hoc libro occurrunt, quâ nempe Spiritus Sanctus semel innuere voluit, quicquid uspiam de plagis Ægypti aut Sodomæ clade in hisce Visionibus exhibetur; ut hìc, & cap. *6.* & *16.* & 19. 20. & 20. 10. id omne *spiritualiter*, h. e. mysticè, interpretandum esse [d].) *ubi* (vel, *&* urbs *ubi*, Mor. 721. Illud, ὅπου καὶ, non cohæret cum proximo, *Ægyptus*, quia ibi Christus nunquam crucifixus dicitur, sed cum remotiore, *urbis magnæ*, ut καὶ insertum indicat; *ubi &*, pro, *vocatur & ea urbs* in qua Dominus crucifixus est [*].) *Dominus noster* (vel, *eorum*, Vulg. nempe testium [f];) *crucifixus est*, Be. Pi. &c. Qu. Quænam urbs hìc designatur? Resp. 1. Jerosolyma [g], ubi *Christus crucifixus* dicitur, quia continentia loca urbibus accensentur. Vide ad Jos. 5. 13. & Luc. 13. 33. Nil mirum discipulis evenire quod Magistro evenerat, Joh. 15. 20 [h]. Probabile est, Testes, in eodem quo prophetant loco, occisos esse.

Marginal notes, left column: q Steph. / r Mor. / s Steph. / † Mor. 180. / t Steph. / v Q. in Steph. / x Steph. / y Q. in Steph. / z Steph. / a Steph. Mor. / b Mor. 179. / c Steph. / d Par.

Marginal notes, right column: * Cor. / f Q. in Clu. / g Q. in Clu. Med. Mor. / h Med. 601. / i Mor. 180. / k Med. ib. / l Clu. / m Cor. / n T. sic Dur. Par. / o Dur. / p Par. / q Dur. / r Pi. / † Med. 603. / t Bri. / v Cor. / x Rib. sic Me. / y Me. / z G. sic Me. Rib. / a Cor. Dur. / b Ca. / ‖ Pi. / c G. / d Med. 602. / * Par. / f G. / g Rib. Zegl Me. Anon. G. Ham. / h G.

esse. Prophetabant autem in Jerosolyma[i]. Multis hîc errandi causa est, quòd eandem & Testium, & Bestiæ, sedem esse volunt, eámque Pontificii *Jerosolymam*, Protestantes *Babylonem*, faciunt. Sed utrique falluntur: nam sedes Testium est Jerosolyma, sedes verò Bestiæ est Babylon. Nec verisimile est, Bestiam permittere voluisse ut Testes tamdiu prophetarent ubi ipsius Thronus erat[k]. Sæpe Prophetæ Judæam *Sodomis* comparant & in peccatis & in pœna, Deut. 32. 32. Esa. 1. 10. & 3. 9. Jer. 23. 14. Lam. 4. 6. Adde & 2 Pet. 2. 6. Judæ 7. & ibi dicta. *Ægyptus* dicitur, quia sicut Ægyptus Jacobi populum vi oppresserat, ità Herosolyma, Christi populum. Prædictum id Mat. 23. 34. Suprà eadem similitudo tacitè indicata cùm ad plagas Ægypti allusum fuit. Et de moribus Ægyptiis multum retinuisse Hebræos queritur etiam Ezechiel, 23. 19 ||. [Aliis hæc sententia non placet:] 1. Non verisimile est, eandem urbem, quæ *urbs sancta* dicitur suprà v. 2. hoc versu *Sodomam* & *Ægyptum* dici[l]. Sic autem locus idem & *Bethel* & *Bethaven* dictus est, Hos. 10. 5, 15. & Jerosolyma & *urbs fidelis*, & *meretrix*, dicitur[k]. 2. Dissimile veri est, Hierosolymam, quæ jam omnem suam gloriam potestatémque perdiderat, appellari *magnam Civitatem*[l]: qualis nec Jerusalem Joannis ævo fuit, neque ulla alia Jerusalem futura est, nec uspiam in tota Apocalypsi sic dicitur, nisi post Excidium ejus. *Nova ista Jerusalem*, cap. 21. 10[m]. 3. quia Jerosolyma tempore hujus revelationis jampridem deleta erat[n]. Resp. 2. Babylon[o], vel, Roma[p]: quippe quæ (& quidem sola, si excipias c. 21. 10[q].) *urbs magna* in Apocalypsi vocatur[r]; idque octies, nempe cap. 14. 8. & 16. 19. & 18. 10, 16, 18, 19, 21. quibus locis ipsi Jesuitæ Romam intelligunt. Deinde in illa civitate jacent testes occisi quæ ebria est sanguine sanctorum, &c. At hæc est Babylon Romana, cap. 17. 6. & 18. 24. Celebratissima quoque est urbis Romanæ magnitudo †, de qua scripsit Lipsius, sicut & Stapletonus de magnitudine Ecclesiæ Romanæ[t]. Nec tamen *magna* dicitur tam quantitatis intuitu, quàm quòd aliarum Urbium regina esset, juxta illud Apoc. 17. ult. Ut nomine *Regis magni*, innuitur Rex Regum, Deus, Psal. 48. 3. Mat. 5. 35[v]. Et huic apprimè conveniunt sequentia elogia, quòd sit, 1. *Sodoma*[x]: cui confertur ob scortationem, tum spiritualem[y], nempe idololatriam; tum, carnalem[z], ob nefandas libidines, de quibus queruntur plurimi scriptores[a]. [Vide in Par. & Clu. &c.] 2. *Ægyptus*, ob tyrannidem in populum Dei[b], & idolomaniam[c]. Hinc discimus, *Urbem magnam* ad totum Bestiæ regnum extendi, nam Ægyptus non civitas erat, sed regnum[d]. 3. Interfectrix Christi, *ubi & Dominus crucifixus* est*. Sed hinc constat Romam h. l. non intelligi, quia Christus non Romæ, sed Jerosolymæ, crucifixus erat[f]. Resp. Christus in *literali* sensu non fuit crucifixus nec *Sodomæ* nec *Ægypti*, ad quam ὅπου immediatè referri videtur; nec verò in sensu *spirituali* Hierosolymæ magis quàm in reliquo Romano Imperio. Illud, *ubi*, remittit nos ad proximè præced. *Ægyptum*, nempe spiritualem, in qua Christus crucifixus est[g]. Christus autem in Romana urbe crucifixus dicitur, i. e. in ejus finibus & imperio[h]; in Urbis platea, h. e. intra ditionem Romanam, sive in provincia ipsius[i], & auctoritate auspiciisque Romanæ civitatis[k], à Præside Romano[l], ut apparet ex Luc. 18. 32. Joh. 18. 3[m]. & quidem tanquam Legum Romanarum transgressor, & inimicus Cæsaris[n]. Romæ quoque Christus in sacrificio Missæ quotidie immolatur & crucifigitur, & sanguis ejus ibi conculcatur juxta Heb. 10. 29. per vitia, errores, & blasphemias mortis & crucis Christi[o]. Romæ crucifigitur, & spiritualiter, ut Heb. 6. 6. & mysticè[p], scilicet in membris suis[q]; & Testibus sive Ministris[r], quarum passiones suas deputat Christus Act. 9. 4, 5. Col. 1. 24. Heb. 11. 26†. Unde meritò ipsius Christi sanguis ipsis imputatur, sicut Judæis omnis sanguis justus ab Abele, &c. Mat. 23. 35. Confer Apoc. 18. 24[t].

9. *Et videbunt* (subauditur *homines*[v], vel, τινὲς, (*quidam*) ut Mat. 23. 34. Luc. 11. 49. & 21. 16. Joh. 16. 17[x]. Est locutio partitiva, & certos quosdam notat diverso à reliquis ingenio[y].) *de tribubus & populis* ——— (nempe omnibus[z]. Al. Multi erant Æliæ ex omnibus linguis & Gentibus, cùm illa factio Barchochebæ ad tempus non longum prævaluit. Ἐκ πασῶν ἐθνῶν, &c. habes & suprà 7. 9[a].) *cadavera eorum per tres dies & dimidium*] Alludit ad tempus, vel, 1. tyrannidis Antiochi[b]: vel, 2. illud Ose. 6. 2[c]. vel, 3. quo Christus morti subjacebat, servâtque proportionem ad tres annos & dimidium qui præcesserunt[d]. Tamdiu in Ælia factio Barchochebæ prævaluit *. Tempus hîc intelligunt, vel, 1. indefinitum[f], q. d. brevi tempore, ut hoc addatur consolationis ergò[g]. Vel, 2. propriè de triduo & semissi[h]. Quod refellunt quæ tunc gerenda prædicuntur, nempe fama necis Testium per Orbem disseminanda, Legati cum muneribus ultrò citróque inter gentes mittendi. Et dimidium diei horarii hujusmodi actibus determinandis prorsus ineptum est. Non enim ad horas res istiusmodi observari solent, quinimo ad menses, saltem ad dies integros. Interim animadvertendum, tempus hîc computari non Testium occidendorum, sed quo mortui jacebunt. Quamdiu autem bellum ipsum durabit, quantúmque temporis dabitur Prophetis interficiendis, non nisi Vaticinii complementum docebit[i]. Vel, 3. triennium & semestre[k]. Nec historica adimpletio refragatur. Bestiæ usitatum est sævire tres annos cum dimidio. Tamdiu duravit, & Concilium Constantiense, ubi Hussum & Pragensem damnatos viderunt Gentes & linguæ, & persecutio tum Mariana in Anglia, tum Albani in Belgio[l], tum illa per Galliam & Germaniam à fine anni 1625. usque ad annum circiter 30[m]. Hinc convellitur commentum Pontificiorum de quadrimo regno Antichristi, quia Antichristus etiam post occisos testes triumphabit, &c[n]. Malè hinc inferunt, Antichristum tres tantùm annos & semissem regnaturum. De opere quidem tyrannidis Antichristianæ hîc agitur, non autem definitur hîc duratio imperii Antichristi. Suscitatis Testibus decima tantùm pars civitatis ruit, non civitas tota. Etiam in quinta Phiala, cap. 16. stat adhuc Regnum Bestiæ. Nec Antichristum ante ultimum diem confectum iri scimus ex 2 Thess. 2. 8[o]. Hujus autem fati Testium descriptio ex historia Passionis Dominicæ tota conflata est. Dominus enim, cùm prædicationem suam, totidem circiter quot Testium Prophetia dierum, finiret à Præside Romano, Bestiæ hujus, sexti tamen capitis sui vice, legato occisus est, & tertio pòst die resurrexit, pauloque pòst in cœlum ascendit. Quæ omnia Deus in hac Testium clade repræsentari voluit[p]. Forsan hi tres dies & dimidium non denotant spatium temporis quod durationem Testium sequitur, sed quod cum eo permiscetur. *Testes* enim *duo* significantur omnes veritatis Testes per multa secula, & durante Antichristi regno successivè prophetantes; cum quibus omnibus Bestia bellum gessit, & eos vicit, alios in hoc seculo, alios in illo, &c[q]. [de quo vide fusè disputata suprà ad v. 7.] Sed malim Cladem Testium esse in fine illorum 1260 Dierum, *lugubris Prophetiæ* suæ; quia huic tantùm tempori congruit quod ipsorum resurrectionem immediatè sequitur, tanta nempe Exaltatio v. 12. & terræ-motus ille v. 13. & finis Tubæ sextæ v. 14[r]. ¶ *Et corpora eorum non sinent*, &c.] i. e. Insepulta jacebant in publico, & ostentui erant †. Solent qui crudeles sunt etiam sepulturâ arcere eorum quæ oderunt corpora, ut Agamemnon in Ajace, & Creon Thebanus in Antigone apud Sophoclem[t]: quod esse *immanitatis Scythicæ* dixit Seneca[v], & summa ignominia erat & infelicitas apud Judæos, Psal. 79. 3. Col. 6. 3. Jo. Bel. Jud. 4. 7[x]. Adde Ezec. 28. 23. ubi similiter *plateæ* nominantur, & De I. B. & Pi. 2. 19. 1, 3[y]. Experientia fidem facit huic Prophetiæ. Bestiani enim hæreticis (ut vocant) nè sepulturam permittunt[z]. Utrum hoc in immanitatis, an verò beneficii, partem accipiendum sit, in ambiguo est; nec nisi ex Prophetiæ complemento determinandum. Potest enim accipi, vel, 1. tanquam ab hostibus profectum, ut infamiæ seu ignominiæ nota: vel, 2. tanquam ab amicis & fautoribus Testium, hâc ratione illis quasi mox revicturis consulentibus. Ità innuit subsidii aliquid à populis Reformatis, quorum formidine, utpote multitudinis longè maximæ, ideóque recenti adhuc vulnere rebúsque nondum confirmatis,

[Marginal notes, left column: i Anon. p. 139. · k Anon. 143. · || G. · i Q. in Anon. · k Anon. 139. · l Mor. 189. · m Med. 602. · n Clu. · o Gag. · p Cot. Par. Pi. Med. Li. Mor. Clu. Bri. Dur. · q Med. · r Par. Clu. Med · † Clu. · t Par. · v Med. 601. · x Clu. · y Pi. Med. Par. · z Pi. Par. · a Par. Clu. · b Pi. Med. Dur. · c Cot. Dur. · d Par. · * Clu. · f Anon. · g Bri. · h Bri. Dur. · i Med. 602. 3. Mor. · k Down. sic Clu. · l Med. · m Clu. · n Down. sim. Li. chron. · o Clu. · p Down. · q Pi. Down. Dur. Clu. · r Clu. · † Down. sic. Clu. · t Clu. · v Pi. Med. · x G. · y Med. 604. · z Par.]

[Marginal notes, right column: a G. · b Clu. · c G. · d Dur. · * G. · f Par. Dur. · g Par. · h Q. in Par. · i Med. 604. · k Med. ib. sic Pi. Clu. Bri. Grav. · l Clu. · m Grav. · n Par. · o Cot. · p Med. 600. · q Twiss in Med. 927. · r Med. 930. · † Cot. · t G. · v G. D. · x D. · y G. · z Clu. sim. Par.]

firmatis, ad desperationem haud impunè provocandæ, aut saltem operâ & favore occulto, futurum sit, ne ità cum Testibus agatur ut nulla spes sit reviviscendi. Achmetes 130. *Si quis in somnis visus sibi fuerit sepultus, sepulcrum ipsum ad plenam certitudinem interitus ejus spectat. Si videre visus fuerit defectum aliquem rerum ad sepulturam pertinentium, is defectus ad spem refertur.* Et huic interpretationi favet mutata loquendi ratio. Nam de hostibus agens v. seq. dicit, οἱ κατοικοῦντες, &c. de istis verò qui Testes sepeliri noluerunt hoc versu, ἐκ τῶν φυλῶν, &c. partitivè, ut antè notatum, quasi amicos Testium notaret [a].

10. *Et inhabitantes terram* (In Judæa, tum Judæi, tum alienigenæ qui ad Christum non erant conversi [b]. Al. Bestiani [c], filii terræ [d], terrenis addicti concupiscentiis [*], homines animales [f], ut suprà 6. 10 [g]. oppositi Cœlestibus [h]. *Terra* hîc opponitur veræ Ecclesiæ quæ *Cœlum* dicitur [i]. *) gaudebunt*, &c.] Χαίρειν ad animum refertur, εὐφραίνεσθαι ad signa animi, qualia sunt epulæ [k]. ¶ *Munera mittent*, &c.] Ut in publica lætitia fieri mos erat, Esth. 9. 19, 22 [l]. Notat Bestiæ ἐπιχαιρεκακίαν. Quoties exuruntur fideles, locustæ ludos celebrant, convivia agitant, *Te Deum laudamus* concinunt, & sibi invicem gratulantur [m]. ¶ *Cruciaverunt eos*, &c.] Vel, graviter eos puniendo [n], igne, fame, & plagis aliis [o]: vel, acriter reprehendendo [p], & futuras perpetuásque calamitates comminando [q]; & prædicatione suâ [r], quâ cruciabant Moses Pharaonem, Elias Jesabelem, Stephanus Pharisæos, Act. 7. 54 †. dum hominum & conscientiæ terrentur atque anguntur [t], & flagitia patefiunt [v], & cupiditatibus pravísque consiliis impedimenta objiciuntur [x]. His ergò occisis respirârunt impii [y], & libertatem receperunt, &c [z]. Molesti fuerant & Judæis, quibus malos mores, de quibus dictum suprà 9. 20, 21. Luc. 15. 23. & 16. 19. & alienigenis, quibus, præter malos mores, etiam Idololatriam, tum docendo, tum aliter vivendo, exprobrabant [a].

11. *Post tres dies*, &c.] De quibus v. 9 [b]. Factione illâ per milites Romanos undique concurrentes ex Urbe ejectâ [c]. ¶ *Spiritus vitæ* (i. e. vitalis sive vivificus [d], i. e. anima quæ vitam dat corpori [*] :) *à Deo* (sub. *prodiens*, Be. Pi. q. d. Non tam operâ aut ope humanâ quàm digito Dei [f] : ἐκ pro ὑπὸ vel ἀπὸ [g].) *intravit in eos*, (i. e. eos reddidit redivivos [h] :) *& steterunt* (sub. *erecti*, Be. Pi.) *super* (vel, *in*, Be. Pi.) *pedes suos*] Καὶ ἔστησαν more Hebræo ponitur pro, εἰς τὸ στῆναι ἐπ' αὐτοῖς, nempe τοὺς μάρτυρας, illos duos cœtus, qui Romanâ re revalescente statim ex illis malis revixerunt, & priorem statum recuperârunt; & meritò, quia inimici fuerant rebus novis. Sicut *vitam* vocant Hebræi res bonas, ità *spiritum* causam rerum bonarum, Lam. 4. 20. *Stare super pedes* est à metu liberari, Ezec. 2. 1, 2 [i]. Alludit hîc, vel, ad primam hominis creationem, Gen. 2 [k]. vel, ad redivivos Israelitas, Ezec. 37. 4, &c [l]. vel, ad Hose. 6. 1, 2. Resurrectio autem hæc Testium non est literalis & propria [m], sed mystica & spiritualis [n]; nempe Testium restitutio in statum pristinum [o], & reviviscentia in novis successoribus [p], qui & majore numero, & illustriori professione, testimonium prius resumpserunt: unde testes hoc sensu resurgere dicuntur, quia testimonium eorum reviviscit, dum succedunt alii eodem spiritu & potentiâ, quomodo Joannes venit in spiritu & potestate Eliæ, Mat. 17. 11, 12, 13. Probatur hæc sententia, 1, ex scopo hujus, & natura totius, Prophetiæ, quæ figurata est [q]. 2. Quòd nemo, præter Christum, sine alterius ministerio immediatè revixisse legitur [r]. 3. Quia hæc Resurrectio præced. Morti opponitur †. Mors autem illorum in eversione doctrinæ & professionis suæ præcipuè posita erat. 4. Resurrectionem hanc esse publicam rerum mutationem ostendit, tum quòd ab hostibus conspecta est, quibus & timorem incussit; tum, quòd eam sequitur terræmotus, & eversio magnæ partis Regni Antichristi, v. 13. Et hæc mutatio sic exponitur, *Regna mundi facta sunt Domini*, &c. v. 15 [t]. Achmetes Apotelesm. 6. & 7. *Si quis in somnis suscitationem mortuorum videre visus fuerit, ea res vinctorum liberationem ac bellorum finem & ex calamitatibus ereptionem significat* [v]. ¶ *Timor magnus*, &c.] Quia eos quibus tam insolenter in-

a Med. 603. b G. c Med. sic Dur. d Par. * Gag. sic Par. f Cot. sic Dur. g Par. h Cot. i Dur. k G. l G. sim. D. m Par. n Me. Rib. o T. p Me. Rib. sim. Gag. Clu. q Rib. r Pi. sic Camer. Par. Clu. Dur. † Clu. t Cot. Dur. v Gag. Dur. x Dur. y Cot. z Dur. sim. Pi. a G. b Pi. c G. d Rib. Be. Par. * Pi. sim. Me. f Med. sim. Dur. g Pi. h T. sim. Rib. i G. k Dur. l Dur. Clu. m Dur. n Clu. sim. Dur. o Med. 604. p Clu. sim. Par. q Dur. r Clu. † Dur. sic Med. t Dur. v Med.

sultârunt [x], ex prædicto videbant tam brevi restitutos [y], tam inopinatò, tam mirabiliter, erectos [z], idque per Idololatras. Verba sumpta ex Dan. 10. 7 [a]. Gaudium in terrorem versum est [b].

12. *Et* (vel, *Deinde*, Be. Pi.) *audierunt* (Non hostes [c], sed Testes redivivi [d] :) *vocem magnam* (Quâ innuitur expressum perspicuúmque mandatum Testes ad officii sui præstationem excitans; nempe, vel externa authoritas, vel potiùs, extraordinarius Spiritûs Sancti impulsus cogens prædicatores & professores Evangelii ad separationem ab Antichristo publicè faciendam : quod mandatum antea quidem promulgatum erat, à multis tamen sanctis perceptum non fuit; nunc autem aperuit Deus eorum mentes ut voluntatem Dei cernerent & discessionem à Roma facerent: unde eos jam *audivisse* dicit [*].) *de cœlo*] Vox hæc supremi Magistratûs jussus esse videtur [f]. Al. Vox est Christi [g]. Significat, Divinam extraordinariámque vocationem, quam primi reformatores haberent, &c [h]. ¶ *Ascendite huc*] Sicut Johanni dictum fuerat, suprà 4. 1. Id autem eò pertinet ut nova Dei arcana intelligant velut in secretarium admissi [i]. *Huc*, nempe in cœlum, ut sequitur. Per *Cœlum* autem hîc non intelligitur gloriosa Beatorum sedes, sed Ecclesia visibilis & gloriosa in terris ab Antichristi tyrannide libera, quam Deus eriget, &c. Hunc sensum suadet, 1. Quòd Ecclesia in hoc libro *cœlum* sæpe dicitur, ut infrà v. 19. ubi *Templum* est & *Arca*, &c. & cap. 12. quò assumitur *filius masculus*, Apoc. 12. 5. & c. 14. 6. ubi Evangelium prædicatur. 2. Quòd *Cœlum* hîc opponitur Mundo atque Ecclesiæ Antichristi. 3. Quòd in hoc Cœlo collocantur Testes, qui *stellæ* vocantur [k]. Sensus, q. d. Cœlitùs ipsis testimonium perhibetur quòd sint Dei nuncii & Prophetæ, & pretiosa Deo capita [l]. ¶ *Et ascenderunt in cœlum* (Notat certitudinem effectûs præced. vocationem sequentis, ipsorúmque publicam Evangelii professionem, &c [m].) *in nube*] Vel, *per nubem*, Med. Ut olim Christus [n], id est, & tutò atque gloriosè, ut Deus nube indutus dicitur; & occultè ac velut in mysterio, quoad illos qui pulchritudinem gloriámque istius operis Dei cernere non poterant [o]. *Nubes* hîc quoque Dei Efficaciam significat, ut suprà 10. 1 [p]. Sensus est, Post perfunctos labores summo honore & gloriâ ornati erant [q]. Testes non, ut antea, despicatui erunt, nec solùm restituentur in locum & stationem pristinam, quinimo evehentur in sublimiorem aliquem honoris & potestatis gradum. Id enim *nube vehi*, & *in cœlum ascendere*, significat, apud Prophetas, ut Esa. 14. 13. & 19. 1. & Dan. 7. 13. idque ex usu Orientis. Sic enim Achmetes in Apotelesmatis insomniorum, *Si Rex in nubibus consedisse sibi visus fuerit, barbari hostes ei servient*, &c. Item, *Si Rex ad cœlum quasi volâsse aut ibi consedisse sibi visus fuerit, regionem suâ majorem in potestatem rediget, & supra Reges cæteros eminentiâ potietur & famâ* [r]. Significat, Doctrinam Evangelii antè oppressam restituendam, multósque eam amplexuros, quomodo ipse Alcasar ex Areta exponit. ¶ *Et viderunt*, &c.] Coguntur adspicere eos volantes ἐν μεσουρανήματι, nec eos lædere poterunt †, nec impedire [t]. *Visus* apud Hebræos omnem sensum sive internum, sive externum, significat. Hîc verò sumi videtur pro *mirari*, ut in Græco Psal. 66. 18. & 68. 25. Antè non crediderant Christianorum prædictis: nunc ea impleta videntes, ejectâ ex urbe Ælia factione Barchochebæ, omnia quæ dicebant tanquam Divinitùs revelata admirabantur [v].

13. *Illâ horâ*] i. e. Illo tempore [x]. ¶ *Factus est* (ἐγένετο hîc est Plusquamperfectum : ostendit enim quomodo Ecclesiæ statum suum receperint, nempe Romanis præpollentibus [y] :) *terræ-motus magnus*] i. e. Magna Gentium commotio & rerum politicarum conversio; quâ nempe *Testibus* via aperta, atque facultas data sit in vitam redeundi, cum tanto dignitatis & potestatis auctario [z]. Huc pertinent seditiones, bella, tumultus, animorum mutationes, & concertationes de religione per totum Papatum exortæ post Evangelium reparatum [a]; & quòd basis Papalis potentiæ concussa est, & Bestiæ mendacia patefacta [b]. *Terræ-motus* rerum mutationem [c], magnámque concussionem [d], significat,

x Clu. y G. z Clu. sic Dur. a G. b Dur. c Par. d Par. sim. Be. * Dur. f Med. 605. g Par. h Dur. i G. k Dur. l Clu. m Dur. n T. sic Par. o Dur. p G. q Bri. r Med. † Clu. t Dur. v G. x Clu. Med. y G. z Med. 605. a Par. b Clu. c G. d Clu.

ficat, ut supra 6. 12 *. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὸ δέκατον, &c.] Scilicet μέρος [f]. *Non minus parte decimâ interiit* Æliæ, tum ex factione Barchochebæ, tum ex iis qui eam factionem improvidè erant secuti [g]. *Et decima pars urbis cecidit*] *Cadere* hîc, sicut & 14. 8. interitum notat [h]. *Urbem* hîc intelligit, vel, 1. Hierosolymam [i]: vel, 2. Babylonicam, sive Romam [k]; cùm enim hîc non nominetur, palam est respici *urbem* illam *magnam*, v. 8. lateque dominantem, cap. 17. 18 [l]. Δέκατον hîc notat, vel, 1. Decarchiam Urbis, seu Decem vel multa Regna ditioni ejus subdita, quæ à Romæ, cujus imperio diu suberant, defecerunt [m], ut magna pars Germaniæ, & Galliæ, & Belgii, Helvetia, Anglia, &c [n]. Sed hæc notio vocis mihi duriuscula visa est & insolens. Vel, 2. Tributum (nomine speciei, *decimæ* pro genere posito:) quod dominii symbolum est, q. d. Urbis principatus prorsus extinctus est. Obstat tamen, tum quòd sic δέκατη dicendum esset, tum vox ἔπεσε, quæ ruinam indicat, &c. Vel, 3. totam Romam Pontificiam, quæ *decima tantùm pars* est illius antiquæ, ut facilè demonstrari possit. [Vide Cl. Authorem.] Novem Urbis partes multò antè casuræ erant, vel cladibus à Barbaris illatis, vel vetustate nimiâ, vel fulminibus. Pars reliqua, quæ decima erat, & Pontifici servata fuit, per hunc terræ-motum ruinam fecit. Hunc autem Urbis magnæ casum puto esse illam Babylonis cladem, de qua cap. 18. quia utrumque propè antecedit plenarium Bestiæ excidium, & augustum Christi Regnum cum 7 Tuba ineundum. Et cùm nullus non Bestiæ ruentis casus Phialarum aliquâ continetur, eandem existimo hîc Bestiæ cladem describi quæ ad effusionem Phialæ quintæ. Argumento est idem utrobique plagæ subjectum; hîc Urbs illa magna, illic sedes seu thronus Bestiæ. Esse enim Urbem illam Bestiæ sedem, notissimum est [o]. Sed huic interpretationi obstat, 1. Quòd *Urbs* hîc non est ipsa Roma, sed ditio ejus, ut ipse Medus exponit v. 8. 2. Quòd ruina hæc est tantùm partialis, nempe decimæ partis, illa quintæ Phialæ est totalis. Hîc tantùm est inchoatio ruinæ istius quæ per septimam Tubam & sequentes Phialas perficitur. Hujus autem erroris origo est, quòd sex primas Phialas sextæ Tubæ contemporaneas faciunt, easque sub septima Tuba contineri negant, de quo & antè dictum & porrò dicendum est [p]. ¶ *Occisa* —— *nomina hominum* (i.e. vel, homines [q], ut supra 3. 4. Act. 1. 15 [r]. nempe omnis sexûs †. Alibi dicit *nomina* simpliciter, alibi *animas hominum* [t], alibi *capita* [v]. Al. *Nomina hominum* per Hypallagen vocat *viros nominis*, h. e. illustres & dignitate præcellentes, forsan & ex ordine pseudo-prophetico, quem Ecclesiasticum vocant: ut contrà viri ignobiles dicuntur *sine nomine*, Job. 13. Et *nomen* pro celebritate & dignitate sæpe accipitur. Vide Bezam ad Eph. 1. 21. Phil. 2. 9. Heb. 1. 4 [x]. *Nomina hominum occidi* dicuntur, quum hominum existimationes & autoritates diminuuntur & expunguntur [y]. Sensus, Exscindentur plurimi Bestiæ sequaces, iique eminentiores, exercitus Antichristiani, & ordines religiosi, &c [z].) *septem millia*] Multum hoc in nova colonia [a]. Certus hîc numerus pro incerto & longè majore [b]. Si exilis videatur hic numerus, præter jam dicta, sciendum Urbis nomine hîc intelligi non Cives & incolas, sed ædificia ac mœnia, id est, Regiam Bestiæ; sicque duplicem Babylonis interitum in hisce Vaticiniis describi; 1. Urbis: 2. Civium, præsertim Ecclesiasticorum, atque illustrium, qui Româ destructâ aliò sese habitatum conferent, ad Phialam novissimam reservandi [c]. Ex tanta illustrium clade conjiciendum relinquit Spiritus S. quot plebeii in hoc bello caderent [d]. ¶ *Reliqui in timorem*, &c.] Nempe qui erant Æliæ, non ultrà ausi sunt se Romanis opponere *. Pulsi erant Judæi per Edictum Adriani, & civitas solis Christianis permissa, ait Oros [f]. ¶ *Dederunt gloriam*, &c.] Vel, 1. coacti [g], confitentes justa esse hæc judicia [h]; inviti digitum Dei agnoscebant [i]: vel, 2. sponte [k]: His rebus conspectis ad Christum conversi sunt [l]. [Sed hic nobile quæsitum superest, An clades hæc testium jam præterierit, an verò adhuc futura sit: qua de re viri docti inter se disceptant.] Quis non eam præteriisse mallet? Sed non est ex voto nostro interpretatio dirigenda [m]. Eam adhuc metuendam esse hæc suadent [n]; 1. Quòd luctuosi illi Menses 42, tantisper dum Bestia regnaverit, periodum suam complevisse dici non possint; proindéque neque contemporanei ac coævi iisdem Testium in sacco plangentium Dies. 2. Quòd hæc Testium Clades proximè antecessura sit cladem Urbis Romæ, quam tam propè abesse non patitur Phialarum series, utpote quarum quartam nondum prætervecti sumus. Atqui Urbis ruina ad quintam spectat, cujus idcirco prodromus erit hæc Clades Testium [o]. 3. Quòd decima pars Civitatis nondum cecidit. 4. Quòd horribile quoddam bellum Bestiæ contra Ecclesiam prædicitur cap. 14. ubi torcular calcatur, sanguine exuberante, &c. & cap. 16. 13, 14. eique Bello subjicitur terræ-motus itidem magnus, & Babylonis divisio primùm, & mox eversio cum fine seculi. Ex quibus colligo, ad idem hîc bellum respici, cùm sint adeò similes prædictionum circumstantiæ. In eo tantùm discrimen est, quòd hîc generaliùs describit Testium fata quasi per compendium, quæ cap. 16. specialiùs & distinctiùs exsequitur [p]. Nec tamen ex eo quòd clades hæc novissima sit, atque etiamnum futura, quicquam de gravitate ejus supra omnes quæ præcesserunt certò statui potest. Fortè enim non tam gravitatis nomine, quàm quòd in signum esset protinus tum finiendi luctûs Testium, atque instantis ruinæ Romanæ Urbis, ideo sola ex omnibus præced. cladibus descriptionem meruit [q]. [Hæc de prima sententia.] Al. Quanquam sancti & testes magnis adhuc difficultatibus atque angustiis obnoxii sint; hanc tamen insignem Testium cladem præteriisse hæc suadent, 1. Quòd clangor septimæ Tubæ & finis secundi Væ proximè sequuntur absolutum & universale Antichristi dominium, sub quo sancta Civitas proculcatur per 42 menses. Cùm igitur dominium istud valde jam imminutum atque excisum esse constet, necesse est menses illos 42 præteriisse, & Tubam septimam clanxisse. Hæc porrò clades est postrema pars fastigii regni Antichristi; hic enim regnat per totos illos 1260 dies, quibus Prophetæ in saccis prophetant; & illi dies toti Antichristi regnantis tempori planè contemporant, fatente doctiss. Medo, & proinde utraque illa tempora simul desinunt, & utraque immediatè sequitur hæc Testium clades, quæ proinde præteriit. 2. Quòd septem Phialæ, quæ septimâ Tubâ continentur, aliam longè exprimunt Ecclesiæ & Antichristi faciem quàm quinta aut sexta Tuba exhibuit, illius nempe reflorescentis, hujus verò ruentis, ut ex illarum expositione constabit, & propterea illis minimè contemporant. Phialæ porrò fastigio regni Antichristiani succedunt, ruinámque ejus gradatim promovent & tandem perficiunt. Constat quoque Phialas jam effundi cœpisse, & per illas ruinam Antichristi jam inchoatam, & aliquatenus provectam, esse. Nec minùs certum est, Antichristi triumphum de Testibus occisis esse partem ultimam, & quasi crisin, tyrannidis ejus, ideóque cum regno ejus cadente consistere non posse. Hujus itaque Prophetæ de Testium resuscitatione complementum petendum omnino est ab inchoata Regni Antichristi ruina, & tempus resuscitationis Testium incidit in septimam Tubam; sub quâ nimirum *Mundi Regna*, quæ antea non erant, jam *Domini* facta sunt, & *Templum Dei* antè clausum, jam *apertum est*, & *Arca*, quæ anteà non apparuit, jam *visa est*, v. 15, 19. Quæ omnia, ut postea patebit, ad septimam Tubam pertinent, & nostris diebus impleta vidimus. Ex dictis colligitur, Testium occisionem postremum fuisse sextæ Tubæ & fastigii Antichristiani actum, ideóque necesse esse ut hæc Phialas antecederet, & ante illas effusas compleretur. Si porrò, quod vult Medus, 1260 dies, sive anni, contemporant apertioni septimi Sigilli & primæ Tubæ, (quam circa annum 300 factam esse supra probavimus) sequitur eas jam præteriisse. Applicationem eventuum quod spectat, sic se res habere videtur, Primæ probationi Ecclesiæ per persecutiones Ethnicorum sub Sigillis proximè succedit probatio illius per machinationes Antichristi, quæ cum Tubis incipit, duratque per 1260 annos, supra v. 2, 3. & 12. 6. Horum autem annorum initium est circa Annum 300. quando cessavit persecutio

Marginal notes (left column): * Par. Dur. — f Pi. — g G. — h Clu. — i La. T. — k Grav. Par. Pi. Med. — l Dur. — m Q. in Med. sim. Cot. Clu. Par. Grav. — n Dur. — o Med. 605. — p Med. — q Clu. G. D. Pi. — r D. Pi. — † G — t D. — v Par. — x Med. 609. — y Clu. — z Dur. — a G. — b Cot. sim. Par. Clu. — c Med. 608. — d Med. 609. — * G. — f Ham. — g Clu. — h Rib. sim. Pi. — i Med. 609. — k Clu. — l G. sim. Par. Clu.

Marginal notes (right column): m Med. 600. — n Med. ib. sic Clu. — o Med. ib. — p Clu. — q Med. ib.

secutio Ethnica, & libertas Christianis reddita est, atque ità finis erit circa annum 1560. Quod tempus paulò antecesserunt gravissimæ plurimæque sanctorum clades iis à Bestia illatæ, ut Waldensium, sive Albigensium, An. 1545. aliorum in Germania, An. 1546. in Gallia, in Belgio sub Duce Albano, & in Anglia, regnante Maria, An. 1554. Et nonnulli notant, Christianos supra 900000 Religionis causâ mactatos fuisse, eósque in Regnis omnibus Legibus coercitos fuisse, quibus damnati erant ad proscriptiones, exilia, mortes, &c. Hinc secuta summa Papicolarum per totum Orbem de occisis testibus lætitia, & triumphi publici, & trophæa, velut erasæ Religionis Reformatæ, posita sunt. Sed non diu durabat hoc gaudium. Nam post paucos annos mirè mutata est rerum facies. Inter An. 1553. & 1560. libertas religionis per Comitia Imperii stabilita est in Germania, per Carolum 9. in Gallia, Religio reformata in Anglia & Scotia probata atque lege sancita est, &c. Sed nonnulla huic interpretationi obstare videntur, 1. Quòd hoc pacto regnum Antichristi citò nimis inchoatur. Resp. 1. Constat ex cap. 12. Ecclesiam, mox ab Ethnica persecutione liberatam, fugere in desertum. Resp. 2. In Scriptura S. periodi temporum à præcipua, vel postrema, eorum parte computantur, ut in 400 illis annis Gen. 15. 13. Et in hoc libro, tres insignes periodi Ecclesiæ æstimantur ex eo quod in illis dominatur. Sic prima sub Sigillis reputatur tempus persecutionis, in quo Ecclesia constanter *parturire* dicitur, cap. 12. quanquam & multa nec spernenda tunc essent pacis intervalla. Et tempus Phialarum tempus regnantis Christi & ruentis Antichristi censetur, quanquam Antichristi regnum sub illis diu adhuc obtineat. Pariter, cùm sex Tubæ unam periodum constituant, & tyrannis Antichristi maximè notabilis sit eventus ad illas pertinens, & Antichristus, etiam à prima externa Ecclesiæ pace, si non antea (juxta 2 Thess. 2.) operari & per cuniculos agere cœpit, vero non est absimile, si ortum Antichristi petamus ab initio illius Periodi, in qua ortus est. 2. Quòd sic quoque calculus non exactè congruit. Resp. Mos est Scripturæ, ut paucos annos in computationibus insuper habeat, ut Gen. 15. 13. Exod. 12. 41. Gal. 3. 17. 3. Quòd nulli erant per illos 1260 annos Testes religionis reformatæ. Resp. Contrarium demonstrârunt Illyricus in catal. test. veritatis, Centur. Magdeburg. Usserius de success. Eccles. Christ. aliíque. Et cùm tot hujus rei indicia comperta sint, ea multò plura fuisse promptum est colligere, si illorum temporum ignorantiam reputemus, & quanta vi & arte talia omnia supprimerentur, &c[r].

14. *Væ secundum* (id est, Tuba sexta †, sive illius plaga [t].) *abiit*] Non eventu, qui tunc adhuc futurus erat, sed visione & descriptione [v]. Diximus, inquit, suprà de strage quæ facta est expugnatis Hierosolymis, suprà 10. 2, 3, 4. ubi 1100000 periisse ait Jo. Bel. Jud. 6. 45 [x]. Væ primum erat per Zelotas, væ secundum per Titum, væ tertium per Adrianum [y]. Ostendere hîc voluit Johannes, quæ antè dicta sunt ad præcedentes Tubas pertinere, atque ità eos solari adversùs mala quintæ & sextæ Tubæ [z]. Sententia est, Terræ-motum istum magnum ad exitum Væ secundi sive Tubæ sextæ continuatum iri, cum eóque unà lugubrem *Testium* Prophetiam tandem finiendam esse. Si jam autem Væ secundum sit illa Turcarum ab Euphrate jam olim in Orbem Romanum exundatio, ut diximus, fieri vix potest quin hæc ejusdem plagæ abitio sit exsiccatio illa aquarum Euphratis futura ad effusionem Phialæ quintæ, quò *paretur via Regibus Orientis*, cap. 16. 12. A quorum adventu Tuba septima inire videtur [a]. ¶ *Væ tertium* (Tuba septima [b], sive plaga ejus [c].) *veniet* (vel, *venit*, V. præs. pro fut [d].) *citò*] Strages alia non minor, postquam factio Barchochebæ ab Ælia justè ejecta se Bethoram & in arces vicósque supra nongentos se receperat. Dio *interfecta ibi* ait *millia* 580. Rabbinus Johannes 800 millia. Salmanticensis 1200 millia. Annumerat nimirum magnam multitudinem eorum qui fame, morbis, & incendio, periere *.

15. *Septimus Angelus tubâ cecinit*] Signum dans Romanis ad explendum Væ illud tertium. Solet Apostolus mala gravia brevibus verbis, sed efficacibus, præter-

- r Dur. 494.....
- † Cot. Clu. Med. 609.
- v Med. ib.
- t Par.
- x G.
- y Ham.
- z Dur.
- a Med. 609.
- b Cot. Clu. Med.
- c Med.
- d Pi. Par.
- * G.

vehi, bona eloqui liberaliter. Nimirum *Curæ leves loquuntur, ingentes stupent.* Sic pictor in mactatione Iphigeniæ plorantes fecerat Menelaum & proceres alios; Agamemnonis luctum, ut qui exprimi non posset, obvolverat pallio [f]. Hæc Tuba est extremi judicii nuncia [g], ut omnes (vel, plerique [h]:) fatentur, & constat, tum, ex collat. 1 Cor. 15. 32 [i]. & Apoc. 10. 7. ubi tunc consummandum fore dicitur mysterium Dei; tum, ex textu. In ultimo enim judicio demum omnia Regna mundi cedent Deo & Christo [k]. Al. Non placet: sic enim turbatur ordo Libri & ἀκολυθία ac connexio sequentis Prophetiæ, quam ad tempora & mysterium Antichristi pertinere constat. Ei autem præmittere finis mundi διατύπωσιν, nimis dura & importuna anticipatio videtur. Deinde, *Gentes* nunc dicuntur *iratæ*, &c. v. 18. At in fine mundi non indignantur, sed desperant, gentes, cap. 1. 7. & 6. ult. Denique *apertio Templi*, &c. v. 19. (ut apparet ex Apoc. 15. 5.) Ecclesiæ in hac vita rectiùs convenit quàm in futura. Universalis quidem Judicii præjudicia hîc lubens agnosco. Istius autem judicii vim alii loco reservari statuo [l]. [Explicationi textûs præmittenda hîc est nobilis quæstio, An scilicet hæc septima Tuba omnibus Phialis contemporet, an nonnullis tantùm?] Quinque ad minimum Phialæ sub sexta Tuba effunduntur, credo quòd etiam sexta. Phiala verò septima, quæ consummationis Phiala est, cap. 16. 17, 18. concurrit cum initio Tubæ septimæ, quæ itidem consummationis Tuba est, cap. 10. 6 [m]. [Unus hic est è Cl. Medi Synchronismis, quem tamen alii haud probant:] Septima hæc Tuba septem Phialis contemporat, non ultimæ tantùm, ut vult Cl. Medus [n]: qui tamen hîc dubius quodammodo hæret, num quinque, num sex, Phialas sub Tuba sexta concludat [o]. Illius sententiam refellunt, nostrámque astruunt, quæ sequuntur; 1. quòd septem Phialæ, non minùs quàm septem Sigilla & septem Tubæ, sub una forma concluduntur; & proinde non magis dividendæ sunt Phialæ quàm Tubæ aut Sigilla [p]. Hæc unica ratio ex textu dari potest [cujus tamen contrarium ostendit hîc doctiss. Dur.] cur septem Phialæ sub septima Tuba continerentur, quia septem Tubæ sub septimo Sigillo continentur. Verùm considerandum est, Visionem Phialarum partem esse *Prophetiæ Libri*, non *Prophetiæ Sigillorum*. Quæ duæ Prophetiæ distinctè hîc tractantur, &c [q]. [De qua distinctione vide dicta ad cap. 10. quæ hîc repetere opus non est. Hoc primum argumentum.] 2. Quòd septima Tuba & septem Phialæ idem sint, tum, 1. titulis; quia illa *Væ*, & *Væ magnum* atque *ultimum* dicitur, hæ *plagæ*, & quidem *Dei*, atque *ultimæ*, quasi ultimum Væ in tot plagas divideretur; tum, 2. naturâ, ut iidem tituli indicant; tum, 3. objecto atque effectis, quæ in utrisque sunt executio vindictæ Divinæ in cultores & Regnum Bestiæ sive Antichristi, ut apparet ex collat. cap. 11. 18. & 13. 10. & 17. tum, 4. tempore, quia utraque plaga *ultima* dicitur, quam proinde nulla alia sequitur; sed hæ simul desinunt, nempe, in fine mundi, de quo nemo dubitat: simul quoque incipiunt; nam septima Tuba ab inchoata Antichristi ruina incipit, & prima Phiala effunditur in eos qui habent notam Bestiæ, cap. 16. cujus Regnum non ante sextam Phialam evertitur, ideóq; in robore suo mansit quum prima effusa est *. At Phialæ dicuntur ultimæ Plagæ respectu duntaxat habito ad septem Tubas, quæ sunt primæ plagæ Bestiam primam evertentes, ut ultimæ novam, &c ||. [Hoc de secundo argumento.] 3. Quòd Phialæ omnes sunt ejusdem naturæ, diversíque tantùm gradus ejusdem plagæ, & quidem eidem objecto, nempe Antichristo, immittendæ [r]; & ad unam pertinent Periodum cadentis Bestiæ & reflorescentis Ecclesiæ, unámque principalem Prophetiam constituunt †; & proinde sex primæ Phialæ ad secundum Væ sive sextam Tubam, septimáque ad tertium Væ, sive septimam Tubam, non pertinent, quia duo illa Væ & genere & objecto differunt atque diversissima judicia exprimunt [t]: alioqui & miserrima & florentissima, tum Ecclesiæ, tum etiam Antichristi, conditio eádem Periodo, imò eodem unius Periodi gradu, concluderentur, quod absurdum. Sub sexta enim Tuba luctuosissima est Ecclesiæ conditio, ut patet ex expositione ejus, & ex præced. hujus capitis parte. Sub sex autem primis Phialis Ec-

clesia

- f G.
- g Par. ex And. Arct. Bulling. & Toss. &c. Cot.
- h Clu.
- i Cot.
- k Par.
- l Clu.
- m Med. 531.
- n Dur. 504.
- o Dur. 535.
- p Dur. ib.
- q Med. 726.
- * Dur. 334. & 505.
- || Med. 735.
- r Dur. 335.
- † Dur. 505.
- t Dur. 335.

clesia reflorescere, & Antichristus cadere, incipit [v]. 4. Quòd si septima Tuba Antichristum ad interitum ducit, necesse est ut comprehendat sex primas Phialas, quippe quibus ruina ejus promovetur atque perficitur. 5. Quòd septima Tuba occisionem Testium immediatè sequitur; & toti cursui libertatis eorum contemporat, ut ex eo apparet quòd tunc, nec antè, *Regna mundi fiunt Domini*, &c. & *Templum aperitur*, &c. quæ illius effecta esse notantur; & propterea longè antecedit Antichristi interitum, qui per sextam Phialam inducitur, imò contemporat primis Tubis, quæ ruinam Antichristi promovent; idque ab eodem termino, ut agnoscunt & patet ex cap. 15. ubi Angeli cum Phialis (etiam cum prima earum) prodeunt ex Templo per Tubam septimam aperto, tempore terræ-motûs & concussionis Regni Antichristiani, qui sextæ Tubæ limes est [x]. Templum quidem non aperitur ante septimam Tubam, sed nec antequam septem plagæ Phialarum compleantur, ut dicitur cap. 15. 8. Illud ergò v. 5. sic intelligo, *Templum —— apertum fuit*, nempe, cùm Angeli munus suum obierint. Non concedo, Angelos illos ex Templo aperto prodiisse, sed suppono quinque primos versus continere generalem Phialarum descriptionem cum statu Ecclesiæ recèns ablutæ in vitreo Templi lavacro, & stantis in illius labro, canentísque canticum, &c. quo finito, Templum aperitur, ut jam intrarent qui antè non poterant. In seq. versibus Apostolus Visum resumit, & particulatim describit, &c [y]. 6. Quòd septima Tuba clangit immediatè post 1260 annos, quos præteriisse suprà probavimus, ante quorum finem nulla effunditur Phiala, &c [z]. Huic tamen sententiæ duo opponuntur [a], [quibus & contraria sententia confirmatur:] 1. Septima Tuba absolutam atque plenariam Antichristi omniúmque hostium eversionem supponit, ut ostendunt verba illa, *Dominus regnat*, & *ejus fiunt Regna mundi*, &c. Quod sub sex primis Phialis impletum non fuisse docent ranæ Antichristianæ, & Reges gentésque adversùs Ecclesiam sub 6. Phiala coeuntes; & proinde 7. Tuba 7. tantùm Phialæ contemporat [b]. Resp. Verba illa perperàm intellecta sunt; nam per anticipationem hîc producuntur, nec ostendunt eventus qui clangorem hujus Tubæ antecederent, aut comitarentur, sed qui eum sequerentur, ut in aliis hujus Prophetiæ typis fit [c]. 2. Septem Phialæ, cùm totidem sint ruinæ & occasûs Bestiæ gradus, proinde necessariò ineundæ sunt ab initio ruentis & occidentis Bestiæ. Regnum autem Bestiæ sextâ Tubâ adhuc clangente [d], & ante septimam Tubam, plurimùm labefactari cœpit, ut apparet ex hoc cap. à v. 7. usq; ad 15 [*]. & finita est potestas ejus agendi & dominandi in sanctos per 42 menses [f]. Testes quoque resurgunt atque in altum tolluntur, fiunt terræ-motus, & ruina Decimæ partis Urbis, & magna cædes, &c. Tunc, non antè, clangit septimus Angelus [g]. Atqui eò ruinæ & fatalium calamitatum priùs delabi Bestia non potuit quàm quinta saltem Phiala effunderetur: nam tum demum Sedes ejus concutitur, & Regnum tenebrosum redditur, ut apparet cap. 16. 10 [h]. Resp. Sexta quidem Tuba mutationem innuit quam septima perficit, ostendítque, quòd occisionem Testium immediatè sequitur gloriosa Ecclesiæ facies, si cum præcedente conferatur; Deo sic furorem Antichristi vertente in occasionem exitii ipsius, & liberationis Ecclesiæ. Fatemur ergò aliquam Regni Antichristi concussionem antecedere & Phialas & septimam Tubam, eâque viam muniri apertioni Templi, è quo procedunt septem Angeli, &c [i]. [Præmissâ autem hujus quæstionis solutione, tanquam re non levis momenti, neque exigui usûs, pergamus jam ad textûs explicationem.] ¶ *Factæ sunt voces*, &c.] id est, Vel, tonitrua [k], quibus designatur irruptio exercituum Romanorum, & interfectio Judæorum [l]: vel potiùs, voces articulatæ [m], vel, 1. Angelorum, & sanctarum animarum in cœlo [n], lætantium & judicii futuri æquitatem celebrantium [o], vel, gaudentium de conversione Gentium [p]: vel, Deum laudantium quòd Christianis libertas data esset vivendi, & Deum ac Christum colendi Hierosolymis, ejectis Judæis omnibus qui Christiani non essent, ut testantur Justin. Euseb. Hil. Hieron. Procop. Tertul. Oros. Sulpit [q]. [quorum, vel loca designata, vel verba descripta, vide in G.] Vel potiùs, 2. Visibilis Ecclesiæ jam constitutæ, & præcipuè Testium in ea, qui priùs quasi tacitè loquebantur, jam autem audacter erumpunt in laudes, &c. Neque enim verisimile est, Ministros (qui Animalibus conferuntur cap. 4. & 5.) tacuisse, dum Seniores (qui fideles repræsentant) Deum laudant, &c [r]. ¶ *Factum*, &c. Ἐγένοντο αἱ βασιλεῖαι, &c.] Sic Codices omnes præter illum Montani, qui habet ἐγένετο ἡ βασιλεία, &c [†]. *Regna mundi* (h. e. Etiam illæ gentes quæ Dominum antea non agnoverunt: *Regna* dicit per Antithesin ad personas, aut familias, aut partes Gentium. Et *Regna* intelligit non omnia, sed aliqua, vel multa; corpus regnorum & gentium, ex collat. cap. 15. 4 [t].) *facta sunt Domini nostri & Christi ejus*, &c. id est, qui est Christus ejus, ut καὶ sit exegeticum, ut passim, *Deus & Pater*, pro, Deus, qui est Pater [v]. Al. Κύριος hîc, ut apud LXX est יהוה [v]. Sic & suprà 11. 4. Deus per Christum & Christus Dei nomine regnant semper, sed ibi eximiè regnare dicuntur ubi liberè prædicatur Evangelium. Est imitatio Psalmi 93 [x]. Sensus est, Regno potitus est Christus [y]: vel, Regna cesserunt in possessionem ejus [z]; *ejus fiunt*, h. e. peculiari modo, quomodo Judæi ejus erant, Esa. 51. 4. & quomodo antea Antichristi erant, nempe, per visibilem professionem & specialem Ecclesiæ statum atque relationem, &c. Respicit h. l. tum, promissiones & prædictiones antiquas de Gentibus integris ad Christum vocandis. Vide Deut. 32. 21. Esa. 19. 18, 19, 23, &c. tum, mandatum Apostolis datum de Gentibus ad Christum vocandis, &c [a]. Prædicitur hîc regnorum mundi illuminatio & conversio ad Christum [b]. [Sed ubi aut quando hoc impletum est?] 1. In conversione infidelium, (qui *mundi* nomine sæpe veniunt) nempe Judæorum, Jerosolymæ & Judææ habitantium, qui omnes Adriani tempore ad Christum conversi sunt, pulsis indè Judæis incredulis [c]. Judæa חבל sæpe [vocatur] Judæis, ἡ γῆ in Apocalypsi hactenus, & οἰκουμένη suprà 3. 10 [d]. 2. In conversione regnorum & gentium sub Constantino M. quæ hîc aptè ponitur ubi incipit, ex nostra hypothesi, Prophetia de Papatu ordinaria, quia ex ea Romanus Episcopus occasionem suæ tyrannidis sumpsit [*]. 3. In miro Evangelii progressu post inchoatam Antichristi ruinam, &c [f]. 4. Idem est hoc Regnum quod Danieli ostensum à fine Monarchiarum futurum, cap. 7 [g]. Regnum scilicet Christi [h], Novæque Jerusalem per Mille annos [i]. [De quo vide quæ hîc habet Cl. Medus, & dicenda σὺν Θεῷ ad cap. 20.] Tunc verè regnabit, h. e. regnare se demonstrabit, quando Tyrannos hostésque omnes de Throno præcipitabit, & solus in electis Angelis hominibúsque regnabit [a]. Optimus hujus loci interpres est Paulus, 1 Cor. 15. 24 [b]. ¶ *Et regnabit*, &c.] Semper erit in Judæa Christiana Religio. Quod verum fuit primùm sub Paganis Imperatoribus, multò magìs sub Christianis, sed & sub Sarracenis & Turcis in hunc diem. Non tamen affirmem intellectum Johanni quot seculis id esset duraturum, sed duraturum dum Mundus staret [c]. Al. Generaliter hoc accipi possit de tota Ecclesia Christiana, occasione hîc sumptâ ex felici rerum successu in Jerof. & Judæa [d]. Sensus, Regnum Christi durabit sine fine [*], & sine universali eclipsi, qualis antè sub Antichristo fuerat [f].

16. *Et —— seniores*, &c.] i. e. Vel, qui Ecclesiam illis temporibus regebant [g]: de quibus actum suprà 4. 4, 10. & c. 5. v. 8, 14 [h]. vel, fideles [i], vel, cœlicolæ [k]. ¶ *Qui —— sedent in sedibus suis*] Quibus pulsi sunt, dum regnaret Antichristus & Ecclesia in deserto esset [l]. Qui vice Dei in Ecclesia Hierosf. judicabant, suprà 4. 4. Vide & 2. 26. & 3. 21 [m]. ¶ *Ceciderunt*, &c.] Magnâ humilitate & devotione, &c [n]. Ut suprà 4. 10. & 5. 8, 14. & 7. 11. Sensus est, Hoc facturos illos Seniores simul atque hujus Revelationis ad Judæos pertinentis certiores essent redditi. Magnum solatium in malis prospicere consiliorum suorum felicem exitum [o].

17. *Gratias*, &c.] Vide suprà 1. 4, 8. & 4. 8 [p]. ¶ *Quia accepisti*, &c.] id est, Exeruisti & demonstrâsti [q], quæ antea tyrannide Antichristi obscurata fuit, &c [r]. Quòd usus es Romanis tanquam satellitibus tuis. Vide dicta ad cap. 10. 2. ¶ *Et regnâsti*] i.e. Decreta tua per eos exsecutus es [†]. Vel, *regnum adeptus es*, Er. V. vel, *regem te declarasti*, scil. in rebellibus puniendis [t].

18. *Et iratæ sunt* (i. e. quia iratæ sunt, q. d. Satis diu

[Margin, left column:] v Dur. 505. x Dur. 336. y Med. 735. z Dur. 336. a Dur. 506. b Q. in Dur. 506. c Dur. 506. d Med. 530. * Med. 726. f Med. 531. g Med. 726. h Med. 531. i Dur. 506. k Q. in D. Ham. l Ham. m D. n Leg. Dur. Par. G. o Par. p Dur. q G.

[Margin, right column:] r Dur. † Par. t Dur. v Par. x G. y V. z Pi. a Dur. b Clu. ex Alcas. Bri. Ham. c Ham. d G. * Clu. f Dur. g Med. 1113. h Med. 1129. i Med. 662. a Par. b Par. sim. Cot. c G. sim. Ham. d Ham. * Clu. Dur. f Dur. g G. sic. Ham. h G. i Dur. k Clu. sim. Gag. l Dur. m G. n Clu sim. Me. Dur. o G. p Idem. q Par. Pi. r Dur. † G. t Pi.

diu iratæ fuerunt, h. e. fremuerunt, sævierunt adversùs Christum & Ecclesiam. Tempus est ut & tu irascaris, easque compescas [v].) *gentes*] Illi non digni qui appellentur Judæi, cùm vivant ἐθνικῶς. Sic suprà iidem *Synagoga Satanæ*, 2. 9. & 3. 9. & *adorantes dæmonia*, 9. 20. Addidit [Lege *Alludit*] ad Psal. 2. & 99. 1 [x]. Al. *Gentes*, i. e. infideles ac reprobi [y], qui cum Domino suo, Dracone, irati sunt, videntes [vel,] Ethnicorum deturbationem, & exaltationem gloriámque Christianorum [z]; vel, tantas plagas sibi infligi [a]. *Gentes* in Apocalypsi sunt Idololatræ & Pseudo-Christiani. Vide suprà annotata ad cap. 2. 7 [b]. Hi autem irati sunt, quòd exturbati jam essent Atrio Templi, quod hactenus totis 42 mensibus conculcâssent [c]. ¶ *Et advenit ira tua*] h. e. Ultio, vel judicium tuum, vel pœnæ, ut Rom. 2. 5 [d]. vel, dies iræ tuæ destinatus [*]. ¶ *Et tempus* (Repete *venit*, Par. sic G.) *mortuorum*] i. e. Resurrectionis mortuorum [f]. Sensus est, Venit jam tempus quo impletum abundè quod suprà dilatum fuerat, 6. 11. scil. quo vindicantur mortui ob Christi nomen [h], nempe, postquam ad primos illos Martyres tot alii accesserant, Barchochebæ maximè temporibus, ut ostendimus [i]. Tempus causæ mortuorum propter Christum judicandæ, nempe, Dies ille *Judicii & perditionis Impiorum*, de quo 2 Pet. 3. 7. & 2 Tim. 4. 1 [k]. Al. *Tempus mortuorum*, nempe, in peccatis [l], ob quæ eos tradet Deus decipiendos à Satana & Antichristo, juxta 2 Thes. 2. 10, 11 [m]. Sed sequens distributio judicandorum omnes mortuos, bonos & malos, comprehendit [n]. Verùm de ultimo Judicio hîc non agi scopus ostendit, sed de eversa tyrannide Antichristiana, & vindicatione suorum; quos *mortuos* vocat, quia tales à mundo habebantur, & ad mortem destinati erant, nec minori virtute liberari poterant quam illâ quâ mortui resuscitantur. Respicit simul ad Resurrectionem & Prophetarum h. l. & Sanctorum cap. 20 [o]. ¶ *Judicari*, &c. Κριθῆναι] Pro τοῦ κριθῆναι, scil. ἕνεκα. Sic mox δοῦναι P. *Ut judicentur*, Be. Pi. &c. Nam & pii sistentur Tribunali Christi, sed absolvendi non condemnandi [q]. Al. *Quo vindicentur*. Κρίνειν sæpe est *vindicare*. Itaque שפט, quod est κρίνειν, vel δικάζειν, per ἐκδικεῖν vertitur Ezec. 7. 3, 27. & 16. 34. & 23. 24, 45. Abd. 21. Vide & Esa. 50. 9, 11 [r]. ¶ *Et reddere mercedem* (nempe obedientiæ †, & patientiæ [t]; quæ hîc est [vel, 1.] Religionis Libertas [v]: [vel, 2.] Vitæ & Gloriæ cœlestis [x].) *servis tuis Prophetis* (Quos primò nominat, ob singulares horum labores, ærumnas, &c [y]. *Prophetas* hîc intelligit N. T. de quibus suprà 10. 7 [z]. vel potiùs, & V. & N. T. Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Evangelistas, &c [a].) *& sanctis*, (id est, vel, perfectè Christianis [b]: vel, segregatis ad prædicandi munus, fidelibus doctoribus, confessoribus & martyribus [c].) *& timentibus nomen tuum* (Etiam illis qui prima initia habent Christianismi, qui *parvuli* dicuntur Matth. 10. 42. 1 Cor. 3. 1. Heb. 5. 12, 13. &c [d]. Sic vocat omnes fideles præter duos ordines priores [*].) *pusillis & magnis*] q. d. Fidelibus omnibus quantumlibet ingenio aut loco obscuris [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ διαφθεῖραι, &c.] *Et perdas* (i. e. in pœnas æternas abjicias [g]:) *eos qui perdunt* (vel, *corruperunt*, Vulg. sordibus peccati maculârunt [h], nempe, pravâ doctrinâ [i]; & moribus [k], sive pravo exemplo [l], ut 1 Cor. 15. 33. Est hîc πλοκὴ [m], vel, Polyptoton & Antanaclasis [n]. Nam verbum διαφθείρειν bis ponitur, sed sensu diverso [o].) *terram*, Be. Pi. &c. i. e. incolas terræ [p], quos perdunt ferro, flammis, perditis & legibus & doctrinis & moribus. Propriissima hæc est nota Antichristi, qui ideo *filius perditionis* & Ἀπολλύων dicitur, & *corrumpit terram scortatione suâ*, infrà 19. 2 [q]. Al. Judæos [designat] illos hominum pessimos, similes hominibus ante Diluvium, nec meliùs meritos tractari [r].

19. *Et* (vel, *Tunc*, Be. Pi.) *apertum est Templum Dei in cœlo*] Est ἀνθυποφορά. Poterant dicere illi qui Æliæ erant Christiani, Magnum quidem est quod habemus: At non restitutum est Templum illud Salomonis, & illa Arca Fœderis. Ideo ostenditur Johanni & *Templum & Arca*, sed *in cœlo*. Per hoc jubentur Christiani qui in Judæa erant animos semper ad summum Cœlum attollere, ubi Deus habitat cum summa Majestate, ubi *Arca Fœderis*, i. e. ubi bona Fœderis Novi reposita servantur.

[v] Par. [x] G. [y] Gag. [z] Clu. [a] Me. [b] Med. 1113. [c] Med. 522. [d] Par. [*] Pi. [f] D. T. sim. Par. Me. [g] Me. [h] G. sim. Me. [i] G. [k] Med. 662. [l] Clu. Q. in Par. [m] Clu. [n] Par. [o] Dur. [p] Pi. [q] Par. [r] G. † Par. [t] G. sim. Par. [v] G. [x] Par. [y] Dur. [z] G. [a] Par. [b] G. [c] Par. [d] G. [*] Par. [f] Dur. [g] Par. [h] Gag. [i] Me. sim. Zeg. Ham. [k] Me. [l] G. sim. Zeg. Ham. [m] G. [n] Pi. [o] G. sim. Pi. [p] Par. sim. Me. [q] Par. [r] G.

Vide quæ suprà 4. 1, 2, 3, 4. Etiam Latini Cœlum *Templum* vocant, & id *naturâ Templum* esse ait Varro, cætera *similitudine*. Vide Enn. Lucret. &c †. [& verba in G.] Metonymia est, q. d. Aperto cœlo conspecta est Templi effigies [t]. Templum dicitur repletum fumo, qui aditum arcebat, Apoc. 15. 8. quo fumo discusso, Templum apertum (per anticipationem) dicitur ib. v. 5. quod factum ad Clangorem septimæ Tubæ [x]. Et forsan hæc reseratio Templi, & ostensio Arcæ est revelatio Christi (cujus Arca typus erat) apparentis *in nubibus*, &c. de qua Zach. 12. 10. Mat. 23. 39. & 24. 30. Apoc. 1. 7 [y]. Al. *Templum* hoc est Ecclesia gloriosè triumphans [z]. Significat, sibi ostensam esse beatitudinem Sanctorum, quam Templi similitudine adumbrat [a]. Sensus est, Electos in supernam Jerosolymam introductum iri [b]. Al. *Templum* hîc est visibilis Ecclesia. Alludit hîc ad tempora V. T. ubi sub publica defectione, qualis erat Achazi, Templum clausum erat, nec Arca visa fuit. Tempore autem Reformationis, qualis sub Ezechia, primus illius gradus erat apertio Templi, &c. 2 Par. 29. 3. & populus ad cultum Dei publicum liberum habebat aditum. Ità h. l. Templum, quod sub Antichristo clausum fuerat, & à paucis mensuratum, iterum aperietur; & cultus Dei, antea neglectus restituetur, puráque erit & publica professio Evangelii [c]. Sensus est, Ecclesia Evangelica, clausa antea per tyrannidem Antichristi nunc aperitur, & liber ad eam aditus omnibus, sine impedimento, conceditur; vigétque & magis vigebit liberum veræ Religionis exercitium, &c [d]. Notandum autem, non novum hîc Templum erigi, sed vetus duntaxat repurgari, & sub Antichristo fuisse Templum, Ecclesiam, instituta cultûs, Ministros, &c. Hinc & Baptismus ab illis acceptus durat, & Ministerium, &c [*]. ¶ *Et visa est Arca*, &c.] Quæ sub V. T. religiosè cooperta fuerat, Num. 4. 5, 20. nec impunè videnda, 1 Sam. 6. 19. à solo Pontifice, ídque semel in anno conspicienda. Singularem ergò denotat gratiam Dei, quâ intima mysteria Regni, & gloriam suam cœlestem, populo suo repræsentat. At sub N. T. non requiritur Arca, juxta Jer. 3. 10 [f]. *Arca* dupliciter hîc considerari potest, 1. ut Legem sive Testamentum in se inclusum habebat; ità significat, Verbum Dei, sub Antichristo velatum & populo absconditum, jam revelatum fore, à populo & lectum atque intellectum [g]. Vel, 2. ut Christum repræsentabat [h], in quo, ut in Arca, Deus præsens & propitius est, Rom. 3. 25. & Lex impleta, Rom. 8. 3 [i]. & Fœdus Dei ratum efficitur. Ità significat, [vel, 1.] Christum nobis præsentissimum fore, & in nobis habitaturum [k]. Vel, 2. Christum, qui sub Antichristo valde obscuratus fuit per superstitiones, multitudinem Mediatorum, merita operum, &c. jam conspicuum fore in virtute officiorum suorum [l]. ¶ *Et facta sunt fulgura*, &c.] His verbis hîc, sicut & cap. 6. & 16. significatur vindicta Dei in hostes [m]; vel, magnitudo pœnarum, quæ impios manent [n]. Ordo ascendit. *Voces fulguri* addunt, *tonitrua vocibus*, *grando* percutiens & contundens *tonitruis* [o]. Hoc [autem] est initium non tantùm cap. 12. sed & novæ Prophetiæ pertinentis ad Romanos. Et sic olim institutam fuisse divisionem ex Aretha apparet. Sicut suprà *grando in terram effusa*, 8. 7. obdurationem significavit Judæorum, ità hîc significatur Durities animi in Romanis. *Fulmina & tonitruum soni* Minas Dei significant, ut suprà 4. 5. Inter pœnas autem quas Deus comminatur eminet Animorum obduratio. Habuimus plenam Christi victoriam de Judæis per suos gradus explicatam ad triumphum usque. Habebimus nunc victoriam de Romanis, cum plenissima Idololatriæ, quæ adeò sævierat, destructione. Decepit exscriptores illud καὶ, quod apud Græcos priora posterioribus connectit, ut apud Hebræos sæpe Librum inchoat, ut Num. 1. 1. Jos. 1. 1. 1 Sam. 1. 1. & alibi [p]. Al. Idem hic in genere innui puto quod postea sub septem Phialis exprimitur [q].

† G. [t] Camer. [x] Med. 735. [y] Med. 1114. [z] Par. [a] Me. ex Rib. [b] Cot. [c] Dur. [d] Grav. [*] Dur. [f] Clu. [g] Dur. [h] Dur. & Cot. Clu. [i] Clu. [k] Cot. [l] Dur. [m] Dur. [n] Me. ex Rib. sim. Par. Cot. [o] Cot. [p] G. [q] Dur.

CAP.

CAP. XII.

Connectenda hæc, ut dixi, cum postremis quæ præcesserant [a]. Sicut Daniel generalem temporum à suis diebus usque ad adventum Christi faciem exhibet cap. 2. eadem verò rursus alio schemate pleniùs planiúsque exhibet, cap. 8. & 10. & 11. & 12. Ità Johannes hactenus generalem dedit repræsentationem temporum à diebus suis usque ad finem mundi; nunc autem præcipua quædam rerum capita resumit, & de eis explicatiùs agit, incipiens à Nativitate Christi & Ecclesiæ Christianæ [b]. Tyrannis Diaboli hactenus in genere, nunc verò in specie, describitur, quâ per Romam & Ethnicam & Antichristianam Ecclesiam persecutus est [c]. Hoc caput cum 13. & 14. ad perpetuam historiam præteriti temporis pertinet [d]. Qu. Cur repetit antè dicta? Resp. 1. Ex more Propheticarum visionum, ut Gen. 41. 23. quod & confirmationis & explicationis causâ factum est [*]. 2. Ut meliùs percipiatur elegantia structuræ hujus. Prior tractatio quasi apparatus quidam erat distinctarum & disjunctarum atque dispersarum hîc illic ædificii partium, hæc verò perpetua narratio compingit omnia in unum, ostendítque universam structuram, partésque illius singulas suo loco positas, aptóque ordine inter se coagmentatas [f]. Hæc visio reliquis plenior atque perfectior est, & altiùs, quàm hactenus, Ecclesiæ novæ conditionem orditur, ab ipsis Christi natalibus, cum quo nova Ecclesia nasci cœpit [g]. Septima Tuba cap. præced. eventus innuebat qui ab ea exspectandi erant. Antequam ad eos explicandos accedat, cap. hoc 12. & 13. & 14. primam visionem explicatoriam prudenter aptéque interserit, deinde redit ad tertiam principalem visionem septem Phialarum, cap. 15. & 16. Quæ cùm Bestiæ ruinam describant, vix intelligi potuissent, nisi Bestiæ descriptio præmissa fuisset. Congruit hæc Visio cum præcedentibus, tum, 1. in materia, quæ est persecutio Ecclesiæ, vel sub Ethnicis, vel sub Bestia: tum, 2. tempore, quod idem planè est cum Sigillis & Tubis. Præcipuus hujus Visionis scopus est designare Antichristum in Periodis ortûs & regni ejus. Aptè porrò subjicitur cap. 11. ubi duo breviter insinuantur, nempe, Bestia Testes occisura, & Testium persecutio & Prophetia, quæ hîc clariùs explicantur. Phrasis autem hîc planè alia est quàm quæ præced. Visis fuit, per *septenos* & typos ejus generis; idque, ut explicet quod in aliis typis exprimitur, tum, ut **Series** Sigillorum, Tubarum & Phialarum, inconfusa servetur. Primum autem hoc caput describit primam Ecclesiæ afflictionem ab initio ad patefactionem Antichristi, atque ità Sigillis, & primis quatuor Tubis, contemporat [h]. Prima Βιβλαριδὶκ Visio, qua de egimus cap. 11. stadium Apocalypticum totum ab initio ad finem permeavit, idque ad connexionem ejusdem cum Sigillis & Tubis indicandam. Ei jam Visioni reliqua ejusdem intervalli reíque Ecclesiasticæ Vaticinia, ad Βιβλαριδὶκ Systema complendum, connectenda veniunt. Ex quibus *Bellum Draconis cum Michaele*, idem complectitur cum *Atrio normali* rei Ecclesiasticæ intervallum; quo nimirum in Ecclesiam *Puerperam*, de Christo in Regem Orbi Romano edendo laborantem, Imperium Romanum *Draconicola* diris persecutionibus sæviit per annos 300. Sed Mulier tandem Christum Regem enixa est, &c [i]. Hæc est hujus Libri secunda pars ea continens quæ in Libro illo signato scripta erant, & tota ad Antichristum ejúsque tempora pertinent [k].

[a] G. [b] Li. chron. 16. [c] Grav. [d] Bri. [*] Dur. [f] Bri. [g] Par. [h] Dur. [i] Med. 610. [k] Rib.

1. *Et signum* (σημεῖον hîc est [vel, 1.] *ostentum* [l], sive prodigium, sive portentum [m], non in re, sed in ὀπτασίᾳ, ut mox v. 3. & 15. 1 [n]. vel, 2. imago [o], incurrens in oculos, vel potiùs, in intellectum [p].) *magnum* (i. e. illustre [q], *magnum* significatione, h. e. res magnas & miras adumbrans [r]; vel, quod est de re maxima, h. e. de statu Ecclesiæ †. Ità extollitur Ecclesia quæ mox prodibit. Res ea, inquit, egregia & gloriosa est [t].) *apparuit in cœlo*] Quò nempe spectatum Johannes initio evocatus fuerat, & ubi superiores omnes Visiones spectaverat, ut patet vel ex fine cap. præced [v]. Cœlum Johanni exhibebat ipsa φαινόμενα mentalia [x]. Al. *Cœlum* typus veræ & cœlestis in terris Ecclesiæ [y]. Al. *In cœlo* dicit, vel, quia ibi Sol & Luna: vel, ut significet sanctitatem, dignitatémque Ecclesiæ cujus conversatio est in cœlis [z], & quæ cum Deo habitat [a]: vel, ut cœlestem revelationis autoritatem innuat [b]. *In cœlo*, non empyreo, nec sidereo [c], sed aereo [d]; *in aere*, medio loco inter cœlum & terram. Id significat, in re significata inter se concurrere causas cœlestes & terrestres. Sic & infrà 15. 1 [*]. ¶ *Mulier*] Quæ est, vel, 1. Virgo Deipara [f]. Sed huic non conveniunt quòd *clamabat parturiens*, &c. & quòd *fugit in solitudinem, ut ibi pasceretur 1260 diebus* [g]. Vel, 2. Ecclesia [h], cognomine Catholica [i], quæ Christi sponsa est [k], infrà 19. 7. Mulieri enim confertur Ecclesia, tum vera, ut Esa. 54. 1. tum falsa, ut Jer. 3. 1. Ezec. 16. Apoc. 17. 18 [l]. Ecclesiæ, tùm universales, tum particulares, modò Virili specie describuntur, ob fortitudinem & imitationem Christi, Eph. 4. 13. quomodo mox habebimus υἱὸν ἄρσενα, & jam antè habuimus *duos Prophetas* [m]; modò Fœminæ; [vel,] quia Christus velut Maritus eas amat [n], regit, fœcundat, protegit, 2 Cor. 11. 2. Eph. 5. v. 32 [o]. [vel,] ob imbecillitatem, &c [p]. De Ecclesia porrò hîc agitur, vel, 1. in primo ejus statu, h. e. ante adventum Christi [q]; vel, certè in ipso adventu primo [r], ut plerique explicant †: de Ecclesia primitiva [t], sive nascente in N. T. Mulier enim, sive Virgo Maria, parturiens Christum corporaliter, typus fuit Ecclesiæ parturientis Christum spiritualiter [v]. Vel, 2. in eo statu quem extremo Ecclesiæ & Mundi tempore habitura est [x]. ¶ *Amicta* (i. e. circumdata [y], vel, undique perfusa [z].) *sole*] i. e. Vel, 1. gloriâ cœlesti [a]; vel, 2. Christo, qui *Sol justitiæ* est [b], Mal. 4. 2 [c]. Vide & Gal. 3. 27. Eph. 5. 27 [d]. & Rom. 13. ult [*]. Luce Christi, velut Solis: ὡς enim subauditur. Christus Soli comparatur Mal. 4. 2. Eph. 5. 14. Et meritò, quia in ipso est Divinæ lucis plenitudo, Joh. 1. 4, 5, 8, 9 [f]. circumfulgens fide Christi [g], in ipsius, non in propriis, meritis justitiam quærens [h]. Designat hîc puritatem & doctrinæ & conversationis, quæ erat in Ecclesia primitiva, quæ retinuit Verbum & Testimonium Dei, quod cap. 8. *Sol* dicitur [i]. ¶ *Et Luna sub pedibus ejus*] Luna hîc symbolum est, vel, 1. rerum terrenarum & mutabilium, quas Ecclesia Christi infra se despicit [k]. Est quidem Luna mutabile sidus; ideóque res caducæ & mutabiles rectè videntur per *Lunam* posse indicari [l]. Nec tamen placet hæc sententia, quia nusquam in S. S. Luna de hac proprietate celebratur. Symbolorum autem Propheticorum interpretatio haud facilè aliunde petenda est quàm ex iis proprietatibus quibus Scriptura alicubi attestatur [m]. Cùm in sacris literis *Luna* additur *Soli* & *Sideribus* [n], nunquam sic ab illis discernitur ut ipsa vile quippiam, hæc verò Christum cœlestiáque dona exprimat [o]; [sed semper] *lucem* aliquam designat, ut Gen. 37. 8. Job. 25. 5. Ecclef. 12. 2. Esa. 13. 10. & 30. 26. & 60. 19, 20. &c [p]. Vel, 2. variabilium Ecclesiæ in mundo ad spectuum & conditionum, instar φάσεων Lunæ, &c [q]. Vel, 3. lucis veritatis & doctrinæ à Scripturis mutuatæ, quæ pedibus subjecta gressus ejus dirigit, &c [r]. Vel, Lucis Legis & Prophetarum, lucis [quidem] Christi multò minoris, cui tamen Ecclesia Catholica aliquatenus innititur, velut suppedaneo. Nam eo sensu illud, *Sub pedibus*, interdum usurpatur, ut Psal. 18. 9. Exod. 24. 10. Scripta Mosis & Prophetarum Christo præbent testimonium, Luc. 24. 46. Joh. 5. 39. & 6. 45 †. vel, 4. cultûs Satanæ ejúsque Angelorum, atque idolorum Gentilium, quibus Ecclesia illuminanda Christúmque indutura nuncium mittit; ut res tota ad Baptismum referatur, & Luna, noctis præfecturam sortita, potestatem tenebrarum significet [t]. Vel, 5. pædagogiæ Mosaicæ [v], quæ mutabilis erat, & jam solenniter abrogata fuit [x]; quam Ecclesia revelatione Christi quasi prostratam cernit & pedibus suis subjectam, juxta Col. 2. 14. Certum enim est, pleraque Festorum Jud. ad Lunæ motum descripta fuisse, ut Novilunia, Pascha, Pentecoste, Festum Tabernaculorum, imò totius anni Ecclesiastici rationem ab ejus motu pependisse, quò fortè spectat illud Psal. 104. 19. *Fecit Lunam* למועדים, id est, εἰς ἑορτάς. Utrum huic, an præcedenti, interpretationi potiùs accederem in ambiguo sum; an verò utrique, cùm cultus & Mosaicus & Gentilitius promiscuè vocentur *elementa mundi*, Gal. 4 [y].

¶ *In*

[l] G. sic Me. T. [m] T. Me. [n] G. [o] Pi. Par. [p] Par. [q] Pi. [r] Par. † Clu. [t] Cor. [v] Med. 611. [x] Par. [y] Bri. [z] Rib. [a] Cor. [b] Clu. [c] Me. [d] Me. T. [*] G. [f] Q. in Rib. [g] Rib. [h] G. Rib. ex Method. &c. Clu. [i] ex Alcas. Gag. Me. T. Par. Cot. Dur. Pi. Med. [k] Cot. Par. Clu. [l] Par. [m] G. [n] G. sim. Par. [o] G. [p] Par. [q] Q. in Rib. [r] Q. in Rib. Par. † Rib. [t] Med. 611. [v] Par. [x] Rib. [y] Me. T. [z] G. [a] Pi. [b] Cot. Par. Clu. Grav. Gag. Me. [c] Grav. [d] Par. [*] Dur. [f] G. [g] Med. 611. sic Grav. [h] Grav. [i] Dur. sim. Bri. [k] Plerique in Med. 611. sim. Gag. Me. T. Grav. Par. [l] G. [m] Med. 611. [n] G. sic Clu. [o] Clu. [p] G. [q] Par. [r] Bri. † G. [t] Med. ib. [v] Med. ib. sic Ham. Dur. [x] Ham. [y] Med. ib.

¶ *In capite ejus* (h.e. initio nascentis Ecclesiæ [z]:) *corona* (sub. *erat*, Pi.) *stellarum duodecim*] i.e. Pro gemmis habens *stellas*. Sunt enim gemmis similes Stellæ, ut dictum suprà 1. 16 [a]. Fideles Ministros intelligit doctrinam Apostolicam amplectentes, quales sunt corona & gloria Ecclesiæ [b]: Ecclesiam notat Apostolicæ originis insignibus gloriosam †. *Stellæ* hæ κατὰ τὸ μυστικὸν sunt Apostoli 12 [c]. Eo enim numero id Collegium initio institutum fuit; & is numerus ei redditus electione Matthæi. Itaque sæpe vocantur οἱ δώδεκα, etiam cùm aliquis abesset ab eo numero, ut Joh. 20.24. Paulus ergò & Barnabas, & si qui fuere eis similes, sunt ὑπεράριθμοι, sicut interdum Regum imperio quidam collegio adduntur supra numerum legitimum. Doctores *Stellæ* appellantur suprà 1. 20. Apostoli autem in eo genere eminent, ut primæ magnitudinis Stellæ. Hi lucem à Sole Christo acceptam Ecclesiæ communicant, etiam post mortem suam, per doctrinam partim scriptis, partim traditione, conservatam [d].

2. *Et in utero habens* (vel, *gravida*, sive *prægnans*, D. Quo designat, vel, 1. Ecclesiæ fertilitatem, juxta Esa. 54. 1. Gal. 4. 19, 26, 27 [*]. vel, 2. appropinquantem Christi nativitatem [f], quam Ecclesia quæ in Christum venturum credidit fide concepit [g], & enixè desideravit [h].) *clamabat parturiens & cruciabatur ut pariat*] Vel, *ut pareret*, Pi. Parturitio ea omnia complectitur quæ Christi nativitatem proximè præcesserunt: Prophetarum vox suppressa, Sceptrúmque ad Romanos translatum. Dolores parturientis gravissimi sunt ingens illud desiderium videndi Christum, quo fideles illo tempore flagrabant; qui videntes 70 Septimanas jam impletas, & Judæos Romanis mancipatos, Regem Messiam, tamdiu promissum atque exspectatum, pro foribus esse credebant [i]. Significat, Ecclesiam fœtus suos, h.e. Christianos, non sine labore & dolore enixam esse. Respicit hîc partim sudores curásque Ministrorum, partim & præcipuè miserias & persecutiones, quibus cùm putaretur opprimenda Ecclesia fœcundissimè parturiit [k]. Duplex est Ecclesiæ partus in Scripturis, 1. quo ipsa Christo filios parit, ut Esa. 54. 1. Ezec. 16. 20. 1 Cor. 4. 15. 2. quo ipsum Christum in filiis parit, ut Gal. 4. 19. hoc precibus, hortatibus, &c. moliens ut Christus in cordibus & suorum & omnium gentium rectè agnoscatur, & diligatur, &c [l]. Notat afflictissimam Ecclesiæ conditionem [m], ex collat. Joh. 16. 21 [n]. sub Ethnicis Imperatoribus, à qua enixè cupiebat liberari; ídque per filium suum Regem futurum quem dum parturit, & defensorem parat, acerbos cruciatus fert, &c [o]. *Parturiebat* populum Romanum Christo. Eadem locutio Gal. 4. 19. οὓς πάλιν ὠδίνω, &c. Id verò sine magno labore & molestia fieri non poterat. *Tantæ molis erat Romanam condere gentem*, Christo scilicet [p]. Pari modo Synagoga sive universitas Judæorum *mater* dicitur, singuli Judæi ejus *filii*, Ose. 2. 2, 3. Ità Kimchi [q]. Non igitur importunè vexanda est allegoria, quòd scilicet Matrem à sobole distinguat, quæ tamen alioquin in unam eandémque Ecclesiam coalescant [r]. Laudatur Homerus quòd parturientis dolores ad vivum expresserit. Sunt & hîc verba ad eam rem valde efficacia, ἔκραξεν & βασανιζομένη. Similes ejusdem rei ὑποτυπώσεις habes Joh. 16. 21. Gal. 4. 27 †. ὠδίνειν ὠδῖνες, de quovis [gravi] *dolore* dicuntur, ut Mat. 24. 8. Marc. 13. 9. Esa. 66. 7. Jer. 30. 6, 7 [t]. ὠδῖνες ergò hîc sunt persecutiones gravissimæ Ecclesiæ primitivæ [v].

3. *Aliud signum*] Longè diversum à priori [x]. ¶ *Draco*] *Draconem in templis* propriè dici, ait Servius; & Lucanus Dracones *numina* vocat. Alii *Draconem* nihil aliud esse aiunt quàm *Serpentem veterem*: qui sensus hîc sumendus videtur, quia idem qui hîc & infrà v. 4, 7, &c. & 13. 2, 4, 11. & 16. 13. & 20. 20. δράκων vocatur infrà ὄφις 14. 15. & quidem ὄφις ἀρχαῖος infrà hîc v. 9. & 20. 2. Et Rabbini דרקון interpretantur per נחש. Hoc autem nomine hîc, ut apud Hebræos [y], intelligit, vel, spiritum malum, sive Dæmonem [z], ut explicatur v. 9 [a]. & c. 20. 2 [b]. qui à πανουργία serpens vocatur per allusionem ad historiam Gen. 3. *Draco* verò dicitur, qui serpens major est, quia ex quo lapsus est, excrevit in omni improbitate [c]. Hîc verò non [intelligitur] quivis Dæmon, sed is qui Romanæ urbi præsidebat. Is autem *Mars* ab ipsis Romanis dicebatur, unde *Roma Martia* [d].

[z] T. ex Patribus, sic Gag. Par. [a] G. [b] Dur. † Med. 611. [c] G. sim. Gag. Me Cot. Pi. Rib. [d] G. [*] Dur. [f] Pi. sim. Cot. [g] Cot. [h] Pi. [i] Cot. [k] Par. [l] Clu [m] Bri. sic Dur. [n] Dur. [o] Bri. [p] G. [q] G. sic Med. [r] Med. 612. † G. [t] G. sim. Med. [v] Med. ib. [x] Gag. [y] G. [z] G. sim. Rib. Gag. Me Cot. Par. Clu. Bri. Pi. Li. Dur. [a] Par Clu. [b] Par. [c] Cot. [d] G.

Vel, 2. primos oppressores Ecclesiæ Christianæ [*], Romanos scil. Imperatores [f], sive Imperium Romanum Ethnicum Draconicolam; utpote cujus insignia hîc sequuntur [g]. Respici videtur ad veteris Ecclesiæ hostem dirum & malignum, Pharaonem, qui Psal. 74. 13, 14. Esa. 51. 9. & Ezec. 29. 3. vocatur תנין, i.e. *Draco*, ut vertunt ο'. Sym. Hi. &c. Quâ effigie olim abusus est Satanas primo Adamo evertendo, illius infamati & maledicti animalis typo in more est Spiritui S. regna Diabolo infessa, atque Ecclesiæ suæ Mulieris semini infesta designare [h]. ¶ *Magnus*] i.e. Valens robore [i], à quo Ῥώμη dicta [k]. ¶ *Rufus*] i.e. Truculentus [l], homicida [m], sanctorum sanguine rubens [n]. ארום *sanguinolentum* Numen. Vide suprà 6. 4. Hebræi Imperium Romanum ארום vocant [o]. ¶ *Habens capita septem*] id est, Multa [p]. Symbolum perfectæ sapientiæ [q]. Al. Significat septem vitia capitalia [r], qui sunt septem spiritus nequam, contrarii septem donis Spiritûs Sancti †. Al. Hîc non describitur potestas quam Satanas ab initio habuit [t], sed illa quam cum Bestia participavit [v]; cujus Roma septicollis domicilium fuit, ubi etiam septem Magistratus tenuerunt [x]. [Sensus, q. d.] Præsidens urbi septicolli, *Quæ septem una sibi muro circumdedit arces* [y]. *Septem capita* notant, tum, septem colles, quibus Urbs inædificata est; tum, septem Regum seu Dynastarum ordines qui imperium illius Urbis successivè recturi erant, ut exponitur cap. 17. ubi dicenda vide [z]. ¶ *Et cornua decem*] Symbolum, vel, 1. perfecti roboris [a]; vel, 2. decem regnorum quæ novissimi capitis (cui innascuntur) vice surrectura essent [b]. Bestiæ & Capita & Cornua Reges designare constat ex cap. 17. 9 [c]. Huic Urbi Reges facilè decem serviunt, quos *instrumenta servitutis* Tacitus vocat, *servientem Latio purpuram* Lucanus. Strabo 17. de Romana ditione, ταύτης δὲ τῆς συμπάσης χώρας ἣ μὲν βασιλεύεται, ἣν δ' ἔχουσιν αὐτοί. Quod hîc quidam Codices pro δέκα habent ἑπτὰ, error est ex notis numeralibus [d]. *Decem cornua* sunt totidem Reges, vel Provinciæ, per Prætores Regum similes administratæ. Refert Strabo l. ult. *Augustum Cæsarem bifariàm divisisse totam Romanam ditionem, in bellicosas Provincias, quas sibi sumebat, & tranquillas & quietas quas populo tribuebat, & utrinsque generis Decem fuisse. Populo tribuit*, 1. *Hispaniam exteriorem*; 2. *Hispaniam interiorem*, &c. 3. *Sardiniam cum Corsica*; 4. *Siliciam*; 5. *Illyricum adjuncto Epiro*; 6. *Macedoniam*; 7. *Achaiam*, &c. 8. *Cretam cum Cyrenaica*; 9. *Cyprum*; 10. *Bithyniam cum Propontide. Imperator tenuit*, 1. *Africam*; 2. *Gallias*; 3. *Britanniam*; 4. *Germaniam*; 5. *Daciam, Mysias & Thraciam*; 6. *Cappadociam*; 7. *Armeniam*; 8. *Syriam*; 9. *Palæstinam & Judæam*; 10. *Ægyptum*. Clarum ergò hoc erat hostis indicium, quanquam numerus non semper idem mansit, sed pro re nata variabatur [*]. ¶ *Et in capitibus ejus* (Non *in cornibus* [f], ubi Bestia diademata gerebat [g]; quia suprema majestas residebat Romæ, cui fasces submittebant reliquæ omnes Provinciæ [h]. Quo discrimine mutatio Imperii significatur. Nam dominante per Ethnicos Imperatores Dracone, in septem Romæ capitibus seu montibus gestabuntur Diademata. Postmodum verò Capite Cæsario ad mortem occiso, transferebantur in cornua, h.e. in Reges Provinciarum & Nationum, quæ uni antea Imperatori suberant [i].) *diademata septem*] Symbolum potestatis & authoritatis [k], Imperatoriæ scilicet [l]. Al. Septem Cæsares de quibus in hac Apocalypsi agetur. Ii incipiunt à Claudio, quia is primus Christianis molestus esse cœpit; & ejus jussu Johannes fuerat deportatus. Sic & Ezechiel tempus semper putat à sua Deportatione. *Diademata* dixi esse Cæsares, quia in talibus figuris solent pro eodem sumi subjecta & attributa, abstracta & concreta [m]. Διάδημα *redimiculum* erat fascia quædam candida, Regum capitibus peculiaris [n].

4. *Et cauda ejus* (Vis Serpentum in capite esse solet, ut diximus Gen. 3. 15. Quòd ergò Serpens hic *caudâ* nocere dicitur [o], eò intelligendus est astu agere [p]; per insidias ac cuniculos [q], & blanditias [r], ut suprà 9. 5 †. partim magicis prodigiis, partim doctrinâ multis abblandiente, *Cultum deorum rem esse non illicitam, & Operibus carnis animum non pollui*, quibus multos traxit Draco per instrumentum suum Simonem Magum, ut

[*] Dur. [f] Dur. Bri. [g] Med. 612. [h] Med. 613. [i] Cot. sic G. Dur. [k] G. [l] Med. sic Clu. Zeg. Pi. Dur. Gag. [m] Me. Cot. [n] Med. 612. [o] G. [p] Par. [q] Pi. [r] Gag. Me. † Gag. [t] Cot. [v] Cot. sim. Clu. [x] Cot. [y] G. [z] Med. 612. [a] Pi. [b] Med. 612. [c] Clu. [d] G. [*] Bri. [f] Bri. Clu. [g] Clu. [h] Bri. [i] Clu. sim. Dur. [k] Pi. [l] Ham. [m] G. [n] Gua. [o] G. [p] G. sim. Ham. Zeg. Cot Gag. [q] Cot. [r] Ham. † G.

diximus 2 Thess. 2. 11, 12[t]. Ideo Cyrillo Simon ex Magistri sui nomine dicitur ὁ πρῶτος τῆς κακίας δράκων[v]. Al. *Cauda* sævitiam & diuturnitatem persecutionum notat[*]. Al. *Cauda* ex disciplina Indorum apud Achmetem, in genere *potestatis comites & pedissequos* significat, Apor. 152. Quid verò ampliùs *Serpentis cauda* innuat, mox videbitur[x]. Al. *Cauda* potestatem designat & blanditias, &c[y]. Draconis cauda tanti roboris est, ut Elephantes suffocet, teste Plinio[z].) *trahebat* (violenter scilicet, ut vox σύρειν sæpissimè significat[a]: *traxit*, i.e. imperio suo subjecit[b]:) *tertiam partem* (Nota quanto Judæis præstent Christiani: De Christianis perit *pars tertia*; de Judæis *pars tertia* servatur, Zach. 13. 8[c].) *stellarum cœli*, (i.e. vel, 1. Principum & Dynastarum orbis. Tantundem enim, putà trientem Orbis terrarum Joannis ævo cogniti, Ditio Romana finibus suis circumscribebat[d]. Vel, 2. illustrium Dei virorum[*], non de plebe tantùm, sed & de Doctoribus[f], qui lucem aliis præbere debebant[g].) *& misit* (vel, *quas abjecit*, Be. Pi.) *in terram*] i.e. De cœlesti professione deturbavit[h], jure cœli defraudavit[i]: fecit ut illi dejecti pro cœlestibus terrestria curarent[k]; vel, ut metu fracti à fide Christi ad terrenos cultus deficerent[l].

¶ *Et Draco* (Nempe Romanus[m], Diabolus[n]:) *stetit ante mulierem* (i. e. diligenter observavit[o], quia ex prophetiis aut aliunde intellexit, Christum tandem, se neglecto, adorandum fore[p]:) *quæ erat paritura, ut cùm peperisset, filium ejus* (Per quem intelligit, vel, 1. Quemvis Christianæ religionis propugnatorem, ut *Alexandrum* Mammææ, & *Philippos* patrem & filium, quos Draco protinus absorpsit[q]; præsertim verò Constantinum M[r]. quem Diocletianus, Galerius, Maximinianus, &c. insidiis petierunt, &c[†]. Sed huic non convenit quod dicitur, quòd scilicet hic filius *pascit omnes gentes, ad thronum Dei raptus est*, &c[t]. Vel, 2. Omnes Christum profitentes[v]. Vel, 3. Christum[x], ut percipitur ex v. seq[y]. Sed obstat quòd hic disertè distinguitur à *Michaele*, v. 7. ab *Agno*, v. 11. à *Jesu*, v. 17. dicitúrque esse *fratres ejus*, v. 10. & *vincere per sanguinem agni*, v. 11. & *semen mulieris habens testimonium Jesu*, v. 17. Hâc tamen descriptione infantiæ Ecclesiæ alluditur ad Christum nascentem, qui puer erat natus ex muliere, ab Herode observatus, & fugere coactus, conservatus tamen, &c[z].) *devoraret*] Tum in persona sua, tum in membris[a], tum in honore & nomine ejus[b]. Simone Mago Romam perducto, id egit ut populum Romanum jam Christo nasci incipientem malo dogmate perderet. Sic καταφαγεῖν habemus cap. 11. 5. & 20. 9. nisi quòd istis locis de pernicie corporis, hîc de animi pernicie, agitur. Est hîc explicatio mystica historiarum de Pharaone, Exod. 1. 16. & de Herode Magno, Mat. 2. 16. Et nota bene procedere comparationem: Nam & serpentes esse à quibus infantes devorentur, docet Plinius 8. 14[c]. Ut Pharao Israeli veteri, & Herodes Christo Mariæ, ità hìc Draco Christo mystico, insidiatus est, ut eum statim à partu opprimeret[d].

5. *Et peperit filium masculum*] Prolem non mollem, sed virilem[*], fortem, generosam & heroicam[f]; id est, vel, 1. Constantinum[g]: vel, 2. Christum[h], non verè, sed analogicè, dictum, ut in typis propheticis fieri amat[i]; h. e. Christum mysticum[k], sive in membris suis formatum, juxta Gal. 4. 19[l]. Sic *Christus* sumitur 1 Cor. 12. 12[m]. *Peperit filium*, i. e. filios Dei multos, Joh. 11. 52. ex Apostolica prædicatione[n]. Dispersi ex Judæa, in quibus Aquila Act. 18. 2. & Apollos, instrumenta Ecclesiæ Catholicæ, multos de Populo Romano Christo genuere. Hi dicuntur hîc *partus masculinus* ob constantiam, quæ magna apparuit in Ecclesia Romana illorum temporum. Sic *Virtutem partum Deo edere* dixit Philo de Caino. In illo ἄῤῥενα allusio est ad locum Esa. 66. 7[o]. ¶ *Qui*, &c. Ὃς μέλλει (pro ἔμελλε P.) ποιμαίνειν, &c.] *Qui recturus erat* (*Pascere* est regere[q], metaphorâ à Pastoribus sumptâ[r]:) *omnes gentes* (Romano scilicet Imperio subjectas[†], etiam barbaras, Scythas ferè omnes, quos Constant. M. multis præliis vicit[t]. Notat amplitudinem Dominii, quod Christus haberet in Mundo tempore Constantini[v].) *virgâ ferreâ*, Pi. &c. vel, *sceptro ferreo*, Med. h. e. inflexibili justitiâ & potentiâ[x], summâ severitate in tyrannos & Gentiles[y]; hostes suos vi & armis prorsus compescens[z]: sceptro potentissimo, quo alios dirigit & tuetur, alios comminuit[a]: vel, potestate vi ferri seu bello partâ; utpote in eos imperium habiturus qui non ab origine cives fuerint, sed aut hostes, aut alieni, ut eos priùs subjugare opus habuerit quàm regeret. Verba sumpta sunt ex Psal. 2. 9. juxta lectionem ό. ubi de Christo, cui primariò competunt, adhibentur; hîc autem tribuuntur Christo mystico seu homini Christiano, Ecclesiæ apud Gentes partui, qui ad Christi, capitis sui, typum pingitur, cuíque similis potestas promittitur, Apoc. 2. 27[b]. *Virga ferrea*, gladius. Gladius, verbum Dei, ut diximus suprà 2. 27. Ecclesia Romana hoc habet supra Ecclesias alias, quòd nulla plures populos subegit verbo Dei, ità ut non minores fuerint ejus victoriæ per Christi arma quàm veteris Romæ per arma Martis. Deinde & aliarum Ecclesiarum regimen post Apostolorum mortem ad illam Ecclesiam pertinuit[c]. [De quo vide quæ Reformati adversùs Pontificios fusè disputant.]

¶ *Et raptus est* (Non statim atque editus est, sed quamprimùm regno maturuisset: unde dicitur μέλλει ποιμαίνειν[d].) *filius ejus ad Deum & thronum ejus*] id est, Ad thronum Dei, per ἓν διὰ δυοῖν[*]. Sensus, vel, 1. Christus ad dexteram Dei evectus est, ut posset Gentes percutere, &c[f]. vel, Dei thronique ejus particeps potenter declaratus est[g]. Vel, 2. Tam multos Romæ Simon seduxit, ut Christiana plebs ibi non ampliùs appareret. Quæ hominibus non apparent, ea *apud Deum esse* dicuntur. Vide Joh. 1. 1. Cùm autem additur, *& solium ejus*, intelligitur Deus in illorum quanquam ad tempus latentium animis regnâsse. Alluditur ad historiam de Joaso erepto Athaliæ, 2 Reg. 11. 2[h]. Vel, 3. Sancti militiâ fortiter peractâ *sedebunt cum Christo in solio suo*, ut promissum erat cap. 3. 21[i]. Vel, 4. Constantinus à Christo per crucem è cœlo ostensam mirabiliter vocatus est ad defensionem Christianæ religionis, & à Deo ad summam in Ecclesia authoritatem & eminentiam evectus fuit[k]. Vel, 5. Christus mysticus ad Solium Romanum subvectus est, ut quasi juxta Deum sederet. Siquidem Thronus Potestatum summarum Thronus Dei est, terrestre cœlum. *Non est*, enim, *potestas nisi à Deo*, Rom. 13. 1. Et Magistratus *Dii* vocantur, Psal. 82. Ut igitur *in Mosis cathedra sedere* dicuntur qui doctrinam ejus docent, ità *in Dei throno*, qui vices ejus in terris obeunt. Et in Apotelesmatis insomniorum, *Si quis sibi in somno visus fuerit ad cœlum subvehi*, de *regia sublimitate* interpretantur[l]. Ut Magistratus Dii, ità eorum statio aptè *cœlum* dicitur. Opponitur hæc subvectio filii in cœlum dejectioni Diaboli de cœlo, quæ nihil aliud est quàm spoliatio authoritatis illius quam in Imperatoribus exeruit, nè ampliùs illi thronus sit, ut Apoc. 2. 13. sed leges & Potestates Christianis faveant. Eodem sensu & testes in Cœlum sublati dicuntur, c. 11. 12. & Lucifer *de cœlo cadere*, Esa. 14. 12[m]. Qu. Sed quali demum Bello Christus iste mysticus Orbem Romanum sibi subjugavit? Resp. Duplici: tum, 1. spirituali, mirabili & Divino, adversus Dæmones, Angelis cœlestibus pro se dimicantibus: tum, 2. corporali, per insignes victorias & Constantini, & Theodosii Magni[n].

6. *Mulier fugit in solitudinem*] Quod idem dicitur iterum v. 14[o]. ubi hunc versum interpretabimur[p]. Hîc ergò fuga anticipatur[q]: quod factum, tum, 1. quia, cùm dixisset de conservatione filii, subdere voluit, quomodo & mulier servata fuit[r]: tum, 2. ut ostendatur, Antichristi ortum & initium defectionis Ecclesiæ liberationi Ecclesiæ ex præced. [Ethnicis] persecutionibus contemporare: tunc enim (teste Platinâ) vox audita est, *Hodie venenum funditur in Ecclesiam*, & prosperitas Ecclesiam citiùs corrupit quàm persecutio[‖]. Dictum hoc comparatè: nam si cum Roma comparentur oppida minora & provinciæ, sunt quasi desertum. Pari modo *deserti* vox ponitur Esa. 35. 1. & 41. 19. In ea loca se recepit Ecclesia Christiana. Alluditur autem ad veterem Israelem qui ex Ægypto in desertum se recepit; & ad historiam Davidis, qui post *alas* meminit *deserti*, Psal. 55. 7, 8[†]. Significat, Christianos Româ & Romano Imperio pulsos fuisse per Neronem[t]. Al. Sensus est, Christiani fugerunt ex Hieros. in Pellam[v]. Verùm non tam localis mutatio hîc notatur quàm eclipsis prioris

Marginal notes (left column): [t] G. sic Ham. [v] G. [*] Par. [x] Med. 612. [y] Dur. [z] Clu. [a] Idem. [b] Med. ib. [c] G. [d] Med. ib. [*] Clu. sim. Me. [f] G. sim. Clu. Dur. [g] Bri. Dur. [h] Bri. [i] Cot. [k] G. sim. Zeg. Pi. Dur. [l] Par. [m] Med. 613. [n] Zeg. Ham. Clu. [o] Bri. Clu. [p] Clu. [q] Clu. [r] Bri. Par. Grav. [†] Bri. [t] Clu. [v] Dur. [x] Zeg. Pi. Clu. [y] Pi. [z] Dur. p. 511. [a] Par. [b] Clu. [c] G. [d] Med. 613. [*] Gag. [f] Me. sim. Par. [g] Bri. [h] Cot. Par. Clu. Ij. chron. Dur. [i] Dur. [k] Med. Dur. [l] Med. [m] Dur. [n] Par. [o] G. [p] Pi. [q] G. Fi. [r] Pi. [†] Grav. [t] Bri. [v] Dur. [x] Zeg.

Marginal notes (right column): [y] Grav. [z] Bri. [a] Par. [b] Med. 613. [c] G. [d] Med. 614. [*] Med. 613. [f] Cor. [g] Clu. [h] G. [i] Bri. [k] Grav. [l] Med. 613. [m] Dur. [n] Med. 614. [o] Par. [p] Par. Med. 614. [q] Par ex Tosl. Dur. [r] Par. [‖] Dur. [†] G. [t] Ham. [v] Pi.

prioris pulcritudinis [x]. Mystica hîc est deserti significatio. *Desertum* h. l. non est locus planè desolatus, sed locus tantùm incultior & à paucioribus habitatus, ut Esa. 42. 11. Jer. 25. 24. Ezec. 34. 25. insuavis, aquis & irrigatione carens [y]. Hæc solitudo est illud Templum à Deo demensum, cap. 11. 1. ubi paucis electis delitescentibus mera solitudo fuit ad turbam Civitatem & Atrium occupantem; & hæc mora exilii in deserto est illa in Sanctuario commoratio, ut ostendit convenientia temporis & circumstantiarum, &c [z]. Ecclesia porrò in deserto fuisse dicitur quando profanis gentibus immixta fuit, ut sub captivitate Babyl. & Assyr. Thren. 4. 19. & 5. 9. Ezec. 19. 13 [a]. Hæc fuga non est corporalis ratione loci, sed spiritualis [b]; & notat disparationem & obscurationem Ecclesiæ in hoc mundo [c], quæ, pace ei per Constant. reddita, divitiis & mundanâ gloriâ plurimùm aucta, verum splendorem spiritualem paulatim amisit [d]; obscurata ambitione, avaritiâ, luxu [*], hypocrisi, Ethnicis & Antichristianis superstitionibus atque traditionibus invectis [f]. Depulsis enim à cervicibus tyrannis, jam vacabat contentionibus & ambitioni inservire, cultum publicum, sacram disciplinam, totámque religionem, corrumpere [g]. Ecclesia, quæ priùs à gentibus & turbis religione & moribus tam apertè separata fuit, ut cœlestem præ mundo speciem gereret, & Draconis oculis valde conspicua esset, postmodum quasi in desertum fugit; mixta sunt sacra profanis, fideles cum gentibus conjuncti sunt, &c [h]. ¶ *Ubi*, &c. Ὅπου ἔχει — ἵνα ἐκεῖ, &c.] Ὅπου ἐκεῖ Hebraica locutio, pro qua Græcis sufficeret ὅπου. Deus paraverat illis loca minùs frequentia ubi tutò viverent [i]. *Ubi* (In deserto hujus mundi gentium [k]:) *habebat locum paratum à Deo* (nempe occultum illum angulum Templi, c. 11. 2. dum multitudo Atrium obtineret [l]:) *ut illic alerent eam*, Pi. &c. Quinam? Aliqui ex jussu Dei [m], nempe Testes sive Prophetæ cap. 11 [n]. Al. Impersonaliter dictum [o]. Hebraismus, Activi pluralis personâ non expressâ pro singulari Passivo. Sensus est, *Ut ibi aleretur mulier*, i. e. Catholica Ecclesia. Vide infrà v. 14. ubi altera fuga significatur. Respicitur historia Eliæ, 1 Reg. 17. 4 [p]. ¶ *Diebus mille*, &c.] i. e. Per annos 3 cum dimidio [q], ex collat. v. 14 [r]. Verùm dies annales hic intelliguntur [†]. Idem hoc tempus de quo cap. 11. 2 [t]. [ubi dicta vide.]

7. *Et*, &c. Καὶ — πόλεμος, &c.] Significaverat antea primum Ecclesiæ prælium cum eventu ejus antequam in desertum fugeret. Id autem jam resumit & pleniùs explicat [v]. Dixerat, Puerperam, partu suo salvo, Draconis insidias effugisse. Sed quî id factum? Michaelis operâ atque auspiciis; id quod jam commemorare incipit [x]. Duplex ergò hîc est ejusdem rei & temporis descriptio, ut ostendit idem utriusque eventus, *fuga* scilicet *mulieris in desertum*, una generalis à v. 1. ad 7. altera particularis deinceps [y]. Prælium igitur Draconis & Mulieris puerperium synchrona sunt [z]. *Et* (vel, *Deinde*, Pi.) *factum est* (Nempe dum pareret Mulier, non postquam peperisset, ut multi accipiunt. Constat enim ex v. 14. bellum hoc gestum esse ante Mulieris fugam in Eremum. Eò autem non fugit priusquam peperisset, &c. v. 5, 6 [a].) *prælium* (Πόλεμος nostris Scriptoribus sæpe *pugnam* significat, מלחמה [b]. Per *bellum* intelligit non occultam inimicitiam, quæ perpetua erat, nec repentinum incursum subinde obtingentem, ut sub Juliano; sed bellum apertum, ex professo susceptum, universale, ut sub Ethnicis persecutoribus per 300 annos [c].) *in cœlo*] Non empyreo [d], sed in aere [*], ut suprà v. 1 [f]. i. e. in Ecclesia [g]. Al. Datur hoc visioni, quam in supernis spectabat Johannes [h]. ¶ *Michael & angeli ejus* (Locutio planè similis illi, *Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum*: bellatores enim vocat, ut Papinius, *unius ingens Bellum uteri*, abstractum usurpans pro concreto [i]. Qu. Quisnam hic Michael? Resp. 1. Christus [k]; qui est *sicut Deus*, sive par Deo [l]; qui est *Dux*, Esa. 55. 4. & Heb. 2. 10 [m]. & Princeps militiæ cœlestis, Jos. 5. 13. Qui & *Michael* dicitur Dan. 12. 1 [n]. Si autem Christus sit ille Michael, cur dicit Christus, *Michael unus ex Principibus primariis venit ut mihi opem ferret*, Dan. 10. 13? Christum enim ibi loqui apparebit ex collatione descriptionis ipsius, Dan. 10. 5, 6. cum Apoc. 1. 13. Confer item Dan. 12. 6, 7. cum Apoc. 10. ab initio ad v. 7 [o]. Negari non potest, Michaelem Dan. 10. 20. & Judæ v. 9. esse Archangelum creatum. Hîc autem circumstantiæ non creatum, sed increatum, Angelum fœderis indigitant [p]. Resp. 2. Archangelus, sive Princeps Angelorum, ex collat. 1 Thes. 4. 16 [q]. ex septem Archangelis unus, imò primus, Dan. 10. qui *stat à partibus populi Dei*, Dan. 12 [r]. Olim Præses Judaici populi, nunc verò Christiani sub Rege Christo [†]. Congruit & nomen *Michael*, i. e. *Quis sicut Deus?* q. d. Equidem Angelorum primus sum: sed quis Deo similis est? Psal. 89. 7 [t]. Hic cum Angelis suæ cohortis Petro adjutor fuit [v]. Hunc Christus, magnus ille Angelorum atque hominum Archistrategus, Satanæ ejúsque satellitii contra suos furori opposuit. Mittuntur enim Angeli *ob salutem* piorum, Heb. 1. ult. eósque pro suo agendi modo, abscondito & invisibili, contra malos Spiritus, qui in hominibus Dei Christique sui hostibus operantur, protegunt & tuentur; id quod hîc fecerunt; quà nempe Martyres contra minas & tormenta corroborando, dolorísque sensum vel minuendo vel planè adimendo; quà spirituum adversariorum impetus frangendo & debilitando, persecutoribúsque, qui eorum instinctu agebantur, nunc obstacula objiciendo, conatúsque elidendo, nunc terrores aliásve mentis alienationes injiciendo, ut Ecclesiæ vel inviti inducias concederent, donec tandem post 300 annos plenam Christianis victoriam largitus esset, &c [x]. ¶ *Præliabantur cum dracone*, &c.] Id agebatur ut *illi se opponerent Draconi* agenti per Simonem, qui multa ostenta edidit, ità ut à Romanis Divinos honores consequeretur, testibus Justino, Iren. & aliis. Et hîc πολεμῆσαι est *pugnare*. Et hoc, ut alia, desumptum ex Judæorum traditionibus. Nam Draconis pugna cum bonis Angelis memoratur in Gemara. Ostendit verò Johannes in illis traditionibus latere aliquid veri quod Rabbini non videbant [y]. Præliantur autem h. l. spiritus non soli, sed cum hominibus [z], adhibitis, tum, à Michaele & Angelis ejus, illis quorum gratiâ dimicabant, Christi Martyribus & Confessoribus, qui proinde dicuntur *non dilexisse animas usque ad mortem*, quod de solis Angelis dici non potest; tum, à Dracone, cultoribus suis Tyrannis Romanis eorúmque ministris [a]. Qu. Quibus armis pugnabant? Resp. Draco pugnavit Edictis Christianismum damnantibus, vi apertâ, calumniis atque mendaciis, auferendo à Christianis honores, bona, &c. Michael & angeli pugnârunt, potenti prædicatione Evangelii, publicis Apologiis, patientiâ & constantiâ Martyrum, precibus, &c [b]. *Michael*, communicato nomine, est *Constantinus*; *Draco* verò *Maxentius*, *Maximinus*, *Licinius*, quorum tyrannide Diabolus odium in Ecclesiam exprompsit: *Angeli* sunt copiæ sub signis utriusque ducis militantes [c]. *Angeli Michaelis* sunt, tum propriè dicti, qui, in pugna ad Hadrianopolin contra *Licinium*, specie Equitum conspecti sunt, cædentes legiones hostium; tum, pii Doctores & Magistratus. *Angeli* verò *Draconis* sunt & maligni Spiritus, & falsi Doctores, & Imperatores Ethnici [d].

8. *Et non valuerunt*] Vel *prævaluerunt*, Be. Pi. D. Ἰσχύειν hîc est *prævalere* גבר Job. 36. 9. Joel. 3. 10. Nihil potuit Simon contra efficacissimas Petri preces, testibus Clem. Euseb. &c [*]. Est hic λιτότης, *non prævalere* pro *victi sunt* [f]. Similia loquendi genera Prov. 10. 2. & 12. 3. & 17. 21 [g]. & 1 Cor. 16. 22. *Si quis non amat*, i. e. odit & execratur [h]. Pars Michaelis tutior est [i]. ¶ *Neque locus inventus*, &c.] i. e. Ipsi non inventi, &c. Meton. subjecti [k]. Locus pro loco [l]: q. d. Nullum ampliùs locum obtinuerunt in cœlo [m], i. e. in Ecclesia [n]: victi sunt [o], cœlóque exuti [p], deturbatíque de loco quem occupaverant [q], de authoritate & existimatione pristina & de publico cultu. Templis atque idolis eversis, &c [r]. Cùm in aere volaret Simon, per Petri preces dejectus fuit. Locutio hæc repetitur Psal. 37. 10. & Dan. 2. 35 [†]. & Job. 7. 10. & 20. 9. eáque totalem alicujus ruinam designat [t].

9. *Et projectus est* (i. e. deturbatus in terram, victus, prostratus [v]; dejectus de absoluta potestate quam in animis hominum habuit [v]:) *Draco ille magnus*] i. e. Diabolus

bolus [x], sic dictus ob ferociam & superbiam [y]. ¶ *Serpens antiquus*] Veteranus ille. Vide suprà v. 3 [z]. Ille qui fuit ab exordio mundi, Gen. 3 [a]. Fama est, serpentem annorum decursu draconem fieri [b]. ¶ *Qui vocatur diabolus* (i. e. calumniator [c], & Dei apud homines, & hominis apud Deum [d]; & Christianorum, eo maximè tempore*:) *& Satanas*] i. e. Adversarius [f], vel accusator, nempe piorum apud Deum, ut Job. 1 [g]. Scribens in usum Hebræorum & Gentium duo nomina ponit [h], Græcum & Hebræum [i], utrumque idem significans [k]. Talia, Ναὶ καὶ Ἀμήν· Ἀββᾶ, ὁ πατήρ· Ἀβαδδὼν, ὁ καὶ Ἀπολλύων. Διάβολος à *calumniando*, Σατανᾶς ab *adversando*. Nemo durior adversarius quàm qui *calumniatur*. Quare & verbum שטן solet per ἐνδιαβάλλειν verti, Num. 22. 22. Psal. 38. 21. & 71. 13. & 109. 4, 20, 29. Hebræum שטן alibi retinent Græci Interpretes, alibi vertunt per διάβολος, ut 1 Par. 21. 1. Zach. 3. 1, 2. & in Jobo multis locis. Vides hîc misceri inter se nomina signi & Rei significatæ, ut Gen. 3. 14, 15. Sap. 2. 24. Rom. 16. 20 [l]. ¶ *Qui seducit universum orbem*] i. e. Imperium Romanum [m], Idolorum cultu, quem alia vitia comitari solent, Rom. 1. 21, &c [n]. ¶ *Projectus* (sub. *inquam*, Pi.) *est* (Ἐβλήθη· repetitur enim vox quæ præcesserat. Id frequens est ubi παρενθήκη intercessit, qualis hîc longa Draconis descriptio. Revocatur enim Lectori in memoriam id quod præcesserat [o].) *in terram*] Ut solent qui in lucta dejiciuntur. Concurrunt hîc locutio ἀλληγορικὴ & κυριολεξία in easdem voces: quod sæpe evenit in vaticiniis de Christo [p]. Devolutus & projectus est, 1. de culmine divinitatis quo gaudebat in imum execrationis & contemptûs [q], ut *terra* interdum sumitur: 2. De throno potestatis civilis in vulgus, &c. 3. Ex Ecclesia, cui *terra* opponitur nè illam ampliùs sedem faciat belli, ut in ea pro lubitu dominetur, nec ampliùs aperto Marte pugnet, sed per insidias, &c [r]. Ut *cœlum* in hoc libro Ecclesiam notat, ità *terra* designare possit mundum, & præsertim infideles Judæos, quos Diabolus Ecclesiâ pulsus occupat, juxta Mat. 12. 43, &c. Cui favet quòd *Gentes* hîc, ut alibi sæpe, *desertum* vocentur †. ¶ *Et angeli ejus*, &c.] i. e. Vel, 1. Simoniani, qui victi caput attollere ausi non sunt [t]; vel, 2. Organa ejus, Ethnici persecutores, & Sacerdotes idololatrici, qui de dignitate sua & civili & Ecclesiasticâ deturbati sunt [v]. Vel, 3. Dæmones Deorum nominibus culti [x]: ut Deus hîc etiam in Deos judicia exerceat, ut olim fecit, Exod. 12. 12. Num. 33. 4 [y].

10. *Audivi vocem magnam*, &c.] i. e. Acclamationem [z], vel ἐπινίκιον [a], Sanctorum [b], Cœlitum, ut ostendit v. 11 [c]. Angelorum cœlestium [d], & Beatorum*, ex collat. Heb. 12. 24. & Apoc. 7. 9 [f]. Ecclesiæ & militantis & triumphantis ||; lætantium, magnóque affectu & numero [g] Deum celebrantium [h], ob magnum hoc beneficium [i]. Vide suprà 5. 11. & 11. 15 [k]. ¶ *Nunc facta est* (i. e. ei cessit [l]:) *salus*, (nempe à persecutionibus [m]: vel, laus ob conservatam religionem Christianam. Par Metonymia suprà 7. 10 [n].) *& virtus* (vel, *potentia*, Pi. i. e. ostensio potentiæ [o]:) *& regnum*—(Ut supra 11. 17 [p].) *& potestas Christi ejus*] i. e. Potestatis Christi in Solium Romanum introductio. Hic versus cum seq. Clavis sunt totius Visionis interpretandæ. Hinc enim constat, quæ fuerit illa Partûs Mulieris ad Thronum Dei subvectio, & quales sint copiæ Michaelis, &c [q]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι κατεβλήθη, &c.] Signatè locutus est. Nam καταβάλλειν vox propria Luctæ: unde καββαλικώτερος in dicto Laconis [r]. *Quia dejectus est accusator* (Qui antea *Draco* & *Diabolus*, hîc novo nomine dicitur κατήγορος, ex usu Hebræorum †, quibus ille dicitur קטיגור, *Kategor* in libro Musar [t], & in Maim. ad Pirke Avoth, ubi & opponitur τῷ פרקליט, παράκλητῳ [v]. Idem est διάβολος & κατήγορος quoties in malam partem hoc sumitur [x].) *fratrum nostrorum*] i. e. Piorum [y], quos triumphans Ecclesia pro fratribus suis recognoscit. Sic suprà 6. 11 [z]. Nota, Christianos ab Angelis *fratres* dici, quia sub communi capite sunt Christo [a]. ¶ *Qui accusabat illos*, &c.] Sumptum ex Jobi historia, cap. 1. 9, 10, &c. & 2. 4 [b]. ubi Satanas calumniando effecit ut Job sibi à Deo permitteretur. Innuit ergò Spiritus Sanctus, ab eo pro more suo factum esse. Nunquam magis promeruit Satan *calumniatoris* nomen quàm durante hoc Bello. Quod testantur tot probra Christianis tunc objecta, Thyestææ cœnæ, incestus Oedipodii, promiscuæ libidines, homicidia, conjurationes in Principes, pestes, fames, incendia, & quicquid publicæ calamitatis erat. Sed videtur hîc potiùs respici ad historiam Job [c]. Dixerat Dæmon Deo, *Non magni facienda est fides Christianorum. Levia tentamenta superant; sub mortis metu succumbent* [d].

11. *Ipsi vicerunt eum* (i. e. Satanam ejúsque asseclas, homines impios & mundanos*: refutârunt ipsius calumniam [f].) *propter*, &c. Διὰ τὸ αἷμα, &c.] Propter exemplum Christi, qui mortem doctrinæ suæ sanciendæ causâ non recusaverat [g]. Al. Διὰ hîc, ut alibi sæpe, jungitur Accusativo loco Genitivi [h]. Διὰ τὸ αἷμα pro διὰ τοῦ αἵματος. Atticismus [i]. Vide suprà 4. 11 [k]. [Sic vertunt:] *Per sanguinem* (i. e. vi & efficaciâ sanguinis [l]:) *Agni*, Be. Pi. de quo c. 5. 6 [n]. Per fidem in Christi sanguine, quâ, ceu scuto, omnes Satanæ accusationes repulerunt, Eph. 6. 16. Rom. 8. 34 ||. ¶ *Et propter* (vel, *per*, Be. Pi. Cap.) *verbum testimonii sui*] Quod scilicet Agno dederunt [p]. *Propter sermonem Evangelicum*, complectentem & præcepta & promissa cœlestia, cui *sermoni ipsi* verbis & factis suis *testimonium reddebant*. Vide suprà 1. 2, 9. & 6. 9. & 11. 7 [q]. Per constantem professionem veritatis illius, &c [r]. Per Christum (qui singulariter λόγος à Johanne dicitur) quem martyrio suo confessi sunt, qui sanguine suo testimonium perhibuerunt †. ¶ *Et non dilexerunt* (i. e. parvi duxerunt [t], vel, oderunt [v]; non dubitârunt profundere [x], pro Christo [y]:) *animas suas* (i. e. semetipsos [z], vel, vitam suam [a]:) *usque ad mortem*] i. e. etiam instante mortis periculo, Act. 20. 24. *Periculum* autem *mortis* hîc intellige non ex Cæsarum edictis, de quibus postea agi incipiet; sed ex seditione quæ illos Christianos à Roma exsulantes sæpe incessebat, ut Aquilam, &c. Act. 18. 16. Rom. 16. 4 [b]. Non opus erat, ut notat Plinius secundus, ut illi ad pœnam quærerentur qui lubentiùs & se offerrent & pœnam subirent quàm alii eos persequerentur [c].

12. *Lætamini cœli*] Prosopopœia, qualis Psal. 148. 1 [d]. *Cœli*, i. e. Ecclesia tum triumphans, tum militans*. ¶ *Et qui* (*Et* videtur esse exegeticum, q. d. *Cœli, id est, cœlites* [f]:) *habitatis in eis*] i. e. Vel, sancti Angeli [g], (qui se mutuò excitant [h],) & beati spiritus, quorum feliciter navatâ operâ victoria hæc parta est [i]; vel, tam beati in Ecclesia triumphante, quàm justi & sancti in militante [k]; tum, Angeli & spiritus beatorum qui corpore nudati jam sunt domi, juxta 2 Cor. 6. 4. tum etiam qui corpore vestiti sunt [l], quorum conversatio est in cœlis, Phil. 3. 20. Eph. 2. 6 [m]. fideles & cœlestes homines [n]. Alioqui, quodnam erit cœlitum gaudium de fratribus suis adhuc in terra degentibus, quibus ipsi hoc pacto væ denunciarent? Manifestè autem lætantur de fratribus illis quos Satanas coram Deo accusat, &c [o]. ¶ *Væ terræ & mari*, &c. Οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσι, &c.] *Væ* (i. e. Dolor magnus eveniet [p]:) *incolis terræ & maris*, Be. Pi. &c, id est, Orbis terrarum [q]: vel, Imperio Romano & Civitati Romanæ. Nam sicut in parte priore, quæ de Judæis erat, *terra* erat Judæa, *mare* civitas seu populus Hierosl. ità hîc *terra* omnia quæ sub ditione erant Romana, *mare* verò multitudo quæ erat Romæ. His Angeli malum vaticinantur, quia, ut jam ὀπτασία sequens explicabit, malum in Christianos cogitatum Deus vertit in Romanos cives & in provincias Romanas, bellis primùm Vindicis & Galbæ, deinde Othonis, Vitellii, Vespasiani, quæ bella immensas strages & Romæ & alibi attulere [r]. Lætandum vult cœlitibus, quia Satanas Terræ & Mari gravis futurus erat, ubi ipsi non agebant amplius †. *Incolæ terræ* Johanni ubique in malam partem sumuntur, súntque hostes Ecclesiæ, terreni, idololatræ; *incolæ maris* sunt homines insulares, nauticum genus, quod ferè profanum est. Sic universalis grassatio Draconis notatur terrâ marique [t]. Designat eos qui sunt extra Ecclesiam [v], homines terrenos & terrena tantùm sapientes [x], & impios, maris instar, inquietos [y]; eos qui nil nisi terrenam aut marinam habitationem quærunt aut optant [z]. Si *terra* propriè sumeretur, Diabolus perinde molestus esset sanctis omnibus, qui simul cum impiis indiscriminatim habitant.

Deinde,

x D. Gag. y Gag. z G. a D. sim. Pi. Dur. b BA. 2. p. 439. c Pi. sic Zeg. D. Dur. d Clu. * Dur. f Pi. Zeg. Clu. Dur. g Dur. h G. i G. D. k D. l G. m Med. n G. sim. Ham. o G. p Idem. q Med. sim. Dur. r Dur. † Li. Chron. 162. t G. v Dur. x Med. 557. y Med. 615. z G. a Bri. Grav. b Bri. c Par. d G. sic Clu. Me. * Me. sim. Par. Clu. f Clu. || Gag. g Clu. h Bri. Clu. i Bri. k G. l Pi. m Dur. n G. o Dur. p G. q Med. 616. r G. † Med. t Med. sic G. v Med. x G. y Cam. z Par. a G. b G.

c Med. 616. d G. * Cap. f G. g Idem. h Cap. i Pi. k Be. l Cap. n Pi. || Dur. p Pi. q G. r Dur. † Cap. t G. Med. v Zeg. x D. sic Be. y D. G. Med. z G. a Be. D. Me. b G. c Dur. d G. * Gag. f E. g Med. G. Ham. h G. i Med. 616. k Gag. l Clu. m Clu. sic Dur. n Zeg. sim. Bri. o Clu. p Pi. q Med. 616. r G. † Cot. t Par. v Dur. x Zeg. sic Clu. ex And. & Aret. y Zeg. z Clu.

Deinde, quinam sunt *incolæ maris* præter homines? Sic igitur distinguo, *Incolæ terræ* sunt quævis improba turba, sive Ethnicorum, sive Christianorum: *Maris incolæ* sunt Ecclesiastici viri, qui crassam, turbidam, salsuginosam & amaram, doctrinam adumbratis suis Christinis propinant[a]. ¶ *Quia descendit* (κατέβη pro καταβήσει, Prophetico more[b]:) *Diabolus ad vos*] Excussus cœli incolis sive Christianis, quos solos maxima suâ irâ dignos putabat, & prohibitus à publicis illis & potentibus Christianæ veritatis oppugnationibus, tantò graviùs terrenos homines infestare exorsus est, quos antea quietiùs agere permisit[c]. Cùm Christianis ampliùs nocere non poterit, in vos iram suam effundet, suscitatis bellis civilibus, Deo ità res dirigente[d]. Dejectus spe victoriæ in fideles atque constantes, hypocritas aggreditur, & de Authoritate Imperii deturbatus furit magis in Ethnicos & in Imperio & extra illud*. ¶ *Habens* (vel, *Concepit*, G.) *iram magnam*] Quam omnino aliquò evomiturus est[f]: ideóque novum aliquod malum machinatur[g]. Fractâ ejus potestate, manet tamen inimicitia ejus magísque irritatur[h]. Respicit hîc furores Diaboli (post pacem Ecclesiæ redditam) sequentibus temporibus per Arianos, Julianum Apostatam, Barbaras gentes, & utrumque Antichristum, adversùs Ecclesiam exercendos, usque ad extremum judicium[i]. ¶ *Sciens quòd modicum* (vel, *exiguum*, Be.) *tempus habet*] Scil. ad exsaturandum odium suum erga homines in hac vita[k]: vel, ad sæviendum, vel ad immunitatem à gehennæ æternis cruciatibus, quibus se scit destinatum[l]. Hunc imperii casum præsagium esse novit finalis ipsius cohibitionis & ruinæ[m]. Detrusus in abyssum, & ceu catenâ conclusus, ac à solita gentium seductione remotus per mille annos, post illos dimittitur μικρὸν χρόνον, cap. 20. 3[n]. Licèt indè usque à Constantino M. solio Romano dejectus fuit, aliquamdiu tamen apud populum hæsit Draconis cultus: unde haud ità multò pòst se tandem quoque expellendum, & universum Orbem Romanum Baptismo Christi imbuendum fore præsensit, &c[o]. Al. *Modicum* dicit respectu, tum æternitatis, tum præcedentis dominatûs ejus[p].

13. *Postquam vidit draco*] Post absolutas voces Angelorum Johannes jam reliqua τῆς ὀπτασίας persequitur[q]. Figuratur hîc status Ecclesiæ ab Ethnica tyrannide liberatæ usque ad Tubam septimam, & secundum Christi adventum: Qui status, ut in eo melior erat quòd potestas facta esset Christum liberè colendi, &c. infelix tamen erat multimodâ Apostasiâ, &c[r]. Nova hîc succedit probatio Ecclesiæ, quæ Ethnicam persecutionem proxime sequitur, & patefactionem Bestiæ sive Antichristi præcedit, eique viam munit; quæ proinde quatuor primis Tubis contemporat, & historiam Ecclesiæ continuat ab Anno 310 usque ad Annum 606. vel circiter†. Quæ hoc cap. præcesserunt repræsentant Ecclesiæ statum à primis incunabulis usque ad tempora Constantini M. quæ hîc sequuntur, à Constantino usque ad exortum Antichristi. Videbatur tunc Ecclesia in portu navigare, sed, testibus historiis, graviores eam tempestates exceperunt; & successerunt hypocrisis, otium, ambitio, luxuria, intestina dissidia, doctrinæ veræ depravatio, & sub Christi nomine Paganismus & Antichristianismus introductus est[t]. ¶ *Quòd projectus esset in terram*] Non successisse fallacias Simonis[v]: vel, se ex Ecclesia fideliúmque cordibus ejectum esse[x]: vel, homines eum non ampliùs palàm probare atque amplecti, Imperatoribus jam factis Christianis[y]. ¶ *Persecutus est mulierem*, &c.] Cogitans, *Hâc non successit, aliâ aggediendum est viâ*[z]. Hostis hic indefessus est, nullásque dat inducias, sed victus prælium redintegrat, &c[a]. Post vulpinam sumit leoninam. Suscitat Neronem ut Ecclesiam, quæ Romæ post Simonem prostratum apparere cœperat, per vim disjiceret. Potiùs autem *mulierem* hîc nominat quàm *infantem*, quia ex omnibus locis Christiani Romam concurrebant[b]. Nova hæc est persecutio, eâque & civilis & Ecclesiastica, post enixum masculum, scil. Constantinum M. Tunc enim Ecclesiam graviter vexârunt Episcoporum contentiones & schismata, hæretici, inprimis Ariani, incursiones barbararum gentium, *Gothorum*, *Vandalorum*, &c[c]. Qu. Sed quomodo Diabolus de cœlo dejectus persequitur mulierem in cœlo, quæ & modò peperit *masculum filium*, strenuum propugnatorem, &c[d]? Resp. 1. Satan dejectus erat, nondum verò penitus ejectus erat, sed in imo aliquantisper hærebat*. 2. *Cælum* hîc non est distinctum à *terra* locorum intervallo, sed fidei morúmque sanctitate. 3. Imperatorum præcipua cura fuit apertos hostes exigere, de cæteris securi erant; nec satis animadvertebant, multas alias Draconi fuisse nocendi vias[f]. 4. Alterius planè generis erat hæc persecutio à priore[g]; à qua differt, tum, 1. quoad instrumenta modúmque agendi; quæ enim antea aperta erat & per Ethnicos, jam tecta est & per eos qui se Christianos esse profitentur: tum, 2. quoad objectum, quòd ibi est *filius masculus*, hîc *mulier*. Ibi fertur in membra filiósque Ecclesiæ & professores Christianismi, quos palàm occidit, &c. hîc in Ecclesiam complexim consideratam, tanquam corpus compaginatum cum disciplina & cultu instituto, cujus potentiam puritatémque jam petit per schismaticos atque hæreticos[h]. Videns Satanas Redemptionem Ecclesiæ ratam ac firmam esse, Ecclesiam in devia pellicere conatus est objectu rerum & voluptatum carnalium. Prior persecutio erat actus corporalis, hæc, actus merè spiritalis[i].

14. *Et*, &c. Καὶ ἐδόθησαν, &c.] Hæc verba ità concipienda sunt, ut ad antè dicta de fuga Mulieris in Eremum referantur, hâc sententiâ,—*persecutus est*— *masculum. Nam cùm* (ut suprà dictum) *Mulieri post editum— partum ejus datum fuit* (nempe, *alis*, &c.) *in Eremum concedere*, &c. *ejecit ille ex ore*, &c[k]. *Sed* (Copulativa pro Adversativa[l]:) *datæ sunt mulieri alæ* (Alæ fugam notant, Psal. 55. 6. ejus celeritatem, *aquilinæ*, Exod. 19. 4. Prov. 23. 5. Esa. 40. 31. Lam. 4. 19. *Grandiores* autem Aquilæ etiam celeriores, Ezec. 17. 3, 7[m].) *duæ* (Quæ sunt, vel, duo Testamenta, vetus & novum[n]: vel, fides & spes[o]; vel, preces & studium bonorum operum[p]. Potius duæ, quibus opus erat ad volandum, unâ enim non volatur[q].) *aquilæ magnæ*, Be. Pi. Ut subitò avolaret à Dracone[r]: vel, ad diu violandum †, donec in desertum veniret[t]. Innuit, fugam fore durabilem[v], & longo tempore sub Antichristo continuandam[x]. Singula hîc verba pondus habent ad celeritatem denotandum[y]. Alludit hîc, ut in voce seq. *deserto*, ad eductionem Israelis ex Ægypto, idque velut alis aquilinis, Exod. 19. 4. h. e. admirandâ & celerrimâ liberatione. Idem hoc est quod illa obsignatio, cap. 7. 1, 2, &c. & *mensuratio Templi*, cap. 11. 1. quia utrumque respicit, 1. easdem personas, Ecclesiam; 2. idem tempus, immediatè succedens persecutioni Ethnicæ; 3. eundem scopum, nempe, conservationem piorum à malis Tubarum[z]. *Aquila* Imperium est Romanum[a]: *Alæ* ejus *duæ* sunt duo Cæsares Imperii, (quod simulac fidem Christi suscepit bipartitum evasit) Orientis & Occidentis, quorum tutelâ & auspiciis Ecclesia in Eremiticum statum concessit. Sic in libro Apoc. Esdræ 2. c. 11. & 12. *Aquilæ* typus Regnum quartum significat, 12 alæ pennatæ totidem ejus Cæsares primos[b]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα πέτηται, &c.] *Ut volaret in desertum*, Mo. &c. i. e. In loca minùs frequentia[c]. *Desertum* hîc est spiritualis vastitas ab Antichristo inducta. Ecclesia fugit in desertum non mutatione loci, sed amissione statûs atque ornatûs[d], dum nativa ejus facies disparet in mundo, & superstitio, luxus, idololatria, & tyrannis, omnia occupant*. Hæc fuga erat particularium cœtuum vel dissipatio, vel depravatio, quanquam multi tunc pii in turba separatim existerent, &c[f]. *Desertum* hîc notat locum statúmque Ecclesiæ, 1. tutum; 2. latentem, nec mundo conspicuum; 3. solitarium & solatiis destitutum, &c 4. obscurum, quo visibilis simul & spiritualis Ecclesiæ splendor & pulchritudo disparuit[g]. Symbolum hoc humilis & miseræ conditionis piorum[h]. ¶ *In locum suum* (id est, ipsi à Deo destinatum sive paratum[i], ut ibi tuta esset, ut suprà v. 6[k].) *ubi alitur*] Vel, *aleretur*, Pi. nempe, cibo spirituali[l], scil. Verbo & Sacramentis[m], per ministros, quos ibi futuros esse innuit; idque dum traditiones, superstitiones, atque idololatriæ passim inter Christianos obtineant[n]. ¶ *Per tempus*, &c.] id est, Per tres annos cum dimidio[o], quod spatium inchoandum videtur

Marginal notes (left column): a Pri. b G. c Clu. d G. * Dur. f G. g Med. h Dur. i Grav. k Pi. l Par. m Dur. n Clu. o Med. 617. p Dur. q G. r Med. 617. † Dur. t Par. v G. x Gag. y Dur. z G. a Dur. b G.

Marginal notes (right column): c Par. d Bri. * Med. 617. f Eri. g Dur sim. Clu. h Dur. i Cot. k Med. 618. l Pi. m G. n Q in Par Zeg. o Cor. p Al. in Par q Par. r Clu. sim. Par. † Par. Grav. t Par. v Grav. sim Par. x Grav. y D. z Dur. a Med. 618. sim L. b Med. ib. c G. d Par. * Par. sic Grav. f Bri. g Dur. h Pi. i Be. sic G. Dur. k G. sic Dur. l Me. Dur. m Zeg. in Gag. Me. n Dur. o Gag. sic E. Pi. ex Jun.

tur à profectione piorum ex Hierosf. in Pellam, quæ accidit Anno Domini 69. Neronis verò 13. at desinit in eversione Hierosf. quæ accidit Anno 72. die 8. Septembris||. Sumptum hoc ex Dan. 7. 25. & 12. 7 [p]. ubi *tempora* esse Annos & res ipsa loquitur, & loca Dan. 4. 20, 22. quomodo & Homerum loqui notant Scholiastæ. Est & hîc iterum idem temporis spatium quod suprà habuimus aliquoties. Causam suprà attulimus. Refutat Justinus cum Tryphone disputans Judæorum quosdam qui per χεῖρον centum annos intelligi voluerunt [q]. Al. Idem hoc spatium est quod v. 6. dicitur 1260 dies [r]. Dies isti sunt Annales, ut antè probatum †. De quibus vide dicta ad cap. 11. 2 [t]. Qu. Quorsum Tempus incolatûs Mulieris in Eremo, quod paulò antè Diebus numerabatur, hîc in Annos convertatur, seu *tempus*, *tempora*, &c? Resp. Ut Clavis esset similis apud Danielem temporis notationis, nósque moneret, in iis ipsis temporibus nunc versari Ecclesiam quæ ille *temporis*, *temporum*, *& dimidii temporis*, periodo definiverit. Et sanè absque hoc indice illa temporis designatio incertissima & inexplicabilis fuisset; nec sciri potuisset aut *tempus* denotare *Annum*, aut *tempora* non plures quàm biennium. Jam verò ex hac commutatione clarum est, intervallum illud in Dies 1260 resolvendum esse, eóque significare *Annum*, *biennium*, & *semestre* [v]. ¶ *A facie* (i. e. Metu [x]: vel, Ab ira, quam πρόσωπον, *vultus*, fortè connotat [y].) *serpentis*] Construenda hæc cum πέτηται, ut cætera παρενθέτως modo accipiantur. Similis locutio Psal. 3. 1. & 57. 1. & 68. 1. & alibi [z]. *Extra conspectum serpentis*, Be. *Propter serpentem*, V. Hæc autem fuga Mulieris & defectio Ecclesiæ non facta erat, neque ad fastigium venit, in instanti, neque per totum hoc tempus ejusdem erat naturæ. Ecclesia sub quatuor primis Tubis non pro nulla habenda est, sed pro Ecclesia declinante vel jam fugiente in desertum, postea verò longè deterior facta est. Cùm tamen initium defectionis à puritate doctrinæ & simplicitate cultûs in Ecclesia ibi figendum sit, & via tunc per accidens Antichristo munita fuerit, ibi inchoanda est hæc Periodus, ut antè notavimus [a].

15. *Misit* (vel, *Ejecit*, Be. Pi.)—*ex ore suo*—*aquam*, &c.] Per *flumen aquarum* hîc intelligit, vel, 1. Persecutorum turbam & violentiam [b]. *Flumen* res adversas significat, ut diximus ad Matth. 7. 27. Adde Psal. 124. 4. præcipuè verò eas quæ subitò ingruunt, Esa. 8. 7. & 59. 19. Jer. 46. 8. quia eluviones amnium subitò eveniunt. Diabolus Ecclesiam Christi ubique etiam extra Romam voluit infestare: quod quomodo fecerit per Domitianum & Trajanum, videbimus cap. seq. Draco Romæ effudit odium in Christianos; id hoc capite ostenditur: Roma verò in omnes Provincias; quod argumentum est capitis sequentis [c]. Vel, 2. Multitudinem populorum, usitatâ huic Libro phraseologiâ [d], colluviem scilicet Barbarorum gentium*, quæ, Satanæ intentione, haud dubiè ad obruendam mulierem sunt emissæ [f]; quæ nobilissimas Imperii Romani & Provincias & Ecclesias summopere afflixerunt [g], ut mirabile prorsus sit, Ecclesiam non planè absorptam fuisse, &c [h]. Vel, 3. teterrimas hæreses [i]; ut apparet, 1. quòd hoc flumen venit ex ore Serpentis, nempe Diaboli, qui est pater omnium errorum & mendaciorum; 2. ex contemporanea Prophetia quatuor primarum Tubarum. Errores porrò comparantur modò *vento*, ut c. 7. modò *aquæ*, quæ turbida est, Judæ v. 13. modò, ut h. l. *flumini*; ídque ut notet errorum, 1. copiam; 2. ortum subitaneum; 3. impetum & vehementiam; 4. perniciem. Hoc autem tempore quatuor orti sunt abhominandi errores, nempe Arii, Macedonii, Nestorii, & Eutychis [k]. *Oris scaturigo* est *sermo* & *doctrina*, juxta Prov. 18. 4. Unde verbum נבע, quod est *instar fontis scaturire*, de *doctrina* adhibetur, ut Psal. 78. 2. Matth. 13. 35. Vide & Prov. 1. 23. & 15. 28. *Scaturigo* igitur hæc est doctrina pestifera, quam hujus temporis historia instar fluminis ex ore Draconis prodeuntem exhibet, Arrianismum dico, & sobolem ejus: quâ Mulier penè abrepta fuit. Et profectò mirum fuit ni Imperatores Romani, qui tum recentes Christo nomen dederant, tam horrendo inter Christianos (vel, tantillum à persecutione respirantes) dogmatum in re tam primaria dissidio, tam internecinis partium odiis, tumultibus, crudelitate in fratres, vel illam Ethnicorum exæquante, offensi atque abalienati fidem abjecissent [l]. ¶ *Ut eam faceret trahi*, &c.] Vel, *rapi*, Be. Pi. *abripi*, Med. eóque submergi. Synecd. membri: id est, ut deleret Ecclesiam [m]. *Ut eam vi fluminis abreptam submergeret*. Sic ἀνεμοφόρητα dicunt Græci *quæ vento auferuntur* [n]. Ut illam cum reliquo mundo abriperet, & à veritate constantiáque in illa depelleret [o].

16. *Sed adjuvit terra mulierem*, &c.] Per *terram* hîc intelligit, vel, 1. Judæam [p]: Judæi increduli [q], & seditiosi [r], totum Diaboli venenum exhauriunt †, & mala in Christianos destinata avertunt atque in se derivant [t]; furúntque non solùm in Christianos, sed etiam in se invicem, & in Romanos, donec πανωλεθρίαν sibi accersunt [v]. Vel, 2. sanguinarium [x] Imperium Romanum [y], quod successit in locum Christianorum: in ipsum enim derivata est omnis Diaboli sævitia [z], & ipsum à barbaris nationibus eversum est [a]. Simile illud Esa. 43. 3. ἐποίησα ἄλλαγμά σου Αἴγυπτον, &c. i. e. Cùm Assyrius vellet in Judæam irruere, pro Judæis ei objeci Æthiopem suffultum ope Ægypti. Imperii Romani partes ea mala sensere quæ Roma Christianis ubique gentium minabatur. Non vacavit Romanis inter se pugnantibus cogitare de Christianis. In MS. καὶ κατέπιε τὸ ὕδωρ ὃ ἔβαλεν. Bene procedit comparatio: nam *flumina quædam à terra absorberi* constat †. Vel, 3. ipsas Romani Imperii regiones, in quibus Barbari qui eas occupârunt & diripuerunt, Romanorum Imperatorum armis sæpe victi ac prostrati sunt, & sic ab ipsa terra antea occupata absorpti sunt, & afflicta Ecclesia pacem obtinuit [b]. Vel, 4. terrestrem religionem ejúsque cultores [c], populos barbaricos, qui cùm Christianam religionem extirpatum irruissent, ipsi eandem amplexi servârunt, licèt corruptam [d], & Arianismo inquinatam: alii verò ex iis Romanos sectabantur in omnibus. Hinc cicurati sunt feri ipsorum animi, & iram suam in Christianos remittebant, nec ampliùs eos stirpitùs exscindere cogitabant: atque ità spes Serpentis insigniter elusa est*. Vel, 5. homines terrenos, sive mundanos [f], per quos sæpe aliud agentes Deus Ecclesiam suam mirabiliter protexit [g]; qui, cùm communem cum sanctis habitationem obtinerent, & commune hoc utrisque nocumentum esset, flumen hoc in suam utilitatem absorbebant [h]; qui [etiam] hæresibus illis inficiebantur [i]. Vel, 6. terræ incolas, ut Gen. 41. 57. Deut. 9. 28. 1 Sam. 14. 25. & passim alibi, h. e. multitudinem Christianorum in Conciliis orthodoxâ fide prævalentium, quæ inundationem Diabolicam exhausit, ut Terra Aquam solet. Nam si *Aqua hæresin* repræsentet, omnino postulabat analogiæ ratio, ut quod eandem absumptum atque abolitum iret terrâ figuretur, ut quæ eluviones aquarum ariditate suâ soleat exhaurire [k]. Vel, 7. Ecclesiam visibilem, quæ licèt terrena tunc temporis & Apostatica fuerit, os tamen suum aperuit in concionibus, disputationibus, determinationibus in Synodis atque Conciliis, & veritates fundamentales asseruit, & quatuor illos abhominandos errores prædictos refutavit atque damnavit [l]. Sed non necesse est de terra hîc subtiliter laborare. Sensus est, Deus hæreses illas earúmque authores mirabiliter, & quasi terræ hiatu absorpsit: ut allusio sit ad historiam illam Num. 16. 22 [m]. Vel, terræ hiatu persecutores absorpti sunt; vel, mortui sunt & sepulti terrâ [n].

17. *Iratus est Draco*, &c.] Hîc incipere debuit nova Sectio [o]. Venitur enim jam ad tempora Domitiani primùm, deinde Trajani, quæ duas persecutiones attulere in Christianos, post Neronianam primas, ac generaliores Neronianâ, quæ intra Romam constiterat. Ex illis autem Domitiani & Trajani persecutionibus & similes debent intelligi, quomodo ex septem Asiæ Ecclesiis aliæ. Sensus est, Peractis bellis Romanorum civilibus, rediit Diabolus ad pristinas cogitationes contra Christianos [p]. Mulierem Eremi fines ingressam nova malorum scena invasit, continuò enim incidit in Bestiam, Draconis illius dejecti fiduciariam. Cùm vidisset Draco (ille qui Romano Imperio jam modò exutus erat,) se, ad obruendam Mulierem Arrianismi eluvione nihil profecisse; præterea neque ampliùs passurum Romanum Orbem ut ipse proprio nomine rerum ibi, ut olim, potiretur; aliâ ratione eam aggreditur, nempe, Regnum vicarium sibi tacitè substituendo [q]. *Iratus est*, quòd fine suo frustratus esset,

|| Pi. [p] Par. sic G. [q] G. [r] Bri. Par. Med. † Med. &c. [t] Par. [v] Med. 618. [x] Pi. [y] Cot. [z] G. [a] Dur. [b] Me. sim. plerique in Par. [c] G. [d] Clu. * For. sim. Clu. Grav. Bri. [f] For. [g] Grav. sim. Bri. Clu. [h] Bri. [i] Par. sim. For. Clu. Med. Dur. [k] Dur.

[l] Med. 618. [m] Pi. [n] G. [o] Dur. [p] Ham. [q] Li. chron. 162. [r] Ham. † Li. [t] Ham. [v] Li. [x] For. [y] For. G. [z] G. [a] For. † G. [b] Grav. [c] Bri. [d] Bri. in Par. * Bri. [f] Q. in Par. Clu. For. [g] Q in Par. [h] Clu. [i] For. [k] Med. 619. [l] Dur. [m] Par. [n] Me. [o] G. sim. Med. [p] G. [q] Med.

esset, nec Ecclesiam exscindere possit [r]. ¶ *Abiit facere prælium* (vel, *ut gereret bellum*, Be. Pi. Antea persecutionem movit in mulierem, quia hæc injurias pertulit, nec se defendit: nunc *Bellum* vocat, quia vis vi repellitur, & semen mulieris se contra manifestam tyrannidem tuetur †. Ποιῆσαι πόλεμον nihil aliud hîc est quàm *tractare hostiliter* quamvis nullam vim opposituros. Vide suprà 11. 7 [t].) *cum reliquis de semine ejus*] Iis nimirum quos in Eremo paritura erat [v]; h. e. cum Ecclesia gentilium [x], cum fidelibus gentilibus ex Ecclesia illa primitiva per prædicationem Evangelii natis [y]. Bello aggreditur non mulierem [z], quam ex oculis amiserat in deserto [a], nec attingere poterat [b]; sed semen ejus [c], h. e. particularia Ecclesiæ membra, eos scilicet qui se à temporum inquinamentis puros conservârunt [d]; qui etiam cerni poterant, quos etiam dum *reliquias* vocat, eos paucissimos esse docet. Ecclesia verò visibilis cum puro cultu non jam, ut antè, videri poterat, sed valde obscurata erat, &c *. Vides hîc *semen mulieris*, quod est Gen. 3. 15. μυστικῶς explicari de membris Ecclesiæ Christianæ: quo sensu verba ejusdem loci usurpat Paulus Rom. 16. 20. *Adam secundus* est Christus; *Eva secunda*, i. e. *mater viventium*, Ecclesia tota; *semen ejus*, singuli qui ad Ecclesiam pertinent. ¶ *Qui*, &c. Τῶν τηρούντων, &c.] Quæ vox construitur cum σπέρματος, quod hîc sono est singulare, & Multitudinem significat, ut *populus*, *grex*, *exercitus* [f]. Describit hîc semen mulieris duobus epithetis, quorum prius pietatem, posterius fidem sinceram, indicat [g]. *Observantibus præcepta Dei*, (Nempe ea quæ sunt in Evangelio: ἐντολὰς τηρεῖν hoc sensu dictum 1 Joh. 2. 3, 4. & 3. 22. & 5. 3 [h].) *& habentibus testimonium Jesu Christi*, Be. &c. i. e. qui Mediatorem in omnibus officiis suis agnoscunt [i]. Vel, *retinentibus professionem de Jesu Servatore*. Eadem locutio suprà 6. 9 [k]. Opponitur hoc Antichristianis, qui pietatem in eo collocant quòd traditionibus mandatísque hominum parent, Deíque præcepta irrita reddunt, &c [l]. Non igitur hi superstitionibus, traditionibus, idolísque Antichristi, se polluunt, nec illius leges & decreta pro articulis fidei suscipiunt [m].

18. *Et stetit*, &c.] Ità proculdubio legendum cum Latinis omnibus, Græco Aldi, anno 1518. & Syro interprete †. Draco scilicet [n]: ad quem hoc referendum esse docet, tum, connexio sententiarum per conjunctionem copulativam, omissâ expressione nominis Johannis; tum, collat. cap. 13. 1. ubi significatur effectus illius conatûs Draconis qui hîc proponitur. *Stetit*, nempe ut indè educeret Bestiam per quam persequeretur Ecclesiam [o]; vel, ut novam Regni Romani faciem tunc orituram vicariam sibi faceret [p]. Videtur ergò hîc legendum ἐστάθη. Nam hoc non ad Johannem referendum esse colligitur ex tota seq. narratione; ubi continuat visiones, quas sibi visus est videre in cœlo [q]. Καὶ ἐστάθην, &c.] Sic habent omnes Codices Græci [r]. *Et steti* (ego, scil. Johannes †. Sed si sic legas mallem vertere, *Et statutus fui*, i. e. spiritu translatus, ut c. 17. 3. & 21. 10 [t].) *super arenam maris*, Val. Be. Zeg. D. &c. Loco scilicet opportuno spectandæ Bestiæ marinæ [v]: In littore Patmi: ibi enim Johanni ὀπτασία contigit de Fera, quæ jam sequetur: & propterea quæ sequuntur ab his divellenda non fuerant, & apud Aretham cohærent. Olim Prophetis visa in ripis obtigerunt, Ezec. 1. 1. Dan. 8. 2. & 10. 4. Johanni in littore. Major captura est in mari quàm in fluminibus [x].

[Marg.: r Dur. † Bri. t G. v Med. 619. x Li. chron. y Pi. z Par. Dur. a Par. b Dur. c Par. Dur. d Dur. sim. Par. * Dur. f G. g Par. h G. i Dur. k G. l Dur. m Par. † Med. 522. n Zeg. Pi. Med. o Pi. p Med. 619. q Pi. r Par. † Zeg. Ham. Par. t Pi. v Par. x G.]

CAP. XIII.

1. Et (vel, *Tum*, Be. Pi. Scil. dum Draco staret super arenam maris [a]:) *vidi* (Heb. ואראה est vox frequens Prophetis, ut Ezec. 1. 1. Dan. 8. 2, 4. & 10. 5. Nova [hæc est] ὀπτασία, non jam, ut dixi, ad Romanos solos, sed ad omnes terras Romani Imperii se extendens [b]:) *bestiam ascendentem* (i. e. vel, vires acquirentem, ut Dan. 4. 11. & 8. 8. vel, ortum habentem: nam *ascendere* [est] oriri Hebræis, ut Esa. 55. 13. Marc. 4. 7. Sic Daniel. 7. 3. de Feris, סלקן ἀναβαίνοντα [c]:) *de mari*] Hoc caput est crux Interpretum [d], ad divinandum quid sibi hæ bestiæ velint *. Convenit inter Interpretes [f], veteres & recentes, (præter Lyram & Alcasarem [g],) Bestias istas esse statum Romanum [h], & vel alteram, vel utramque, esse Antichristum [i]. Difficultas tantùm est duplex [k], 1. Cujus sint temporis, & cujus politiæ [l], sive ad quod tempus & caput statúmque Romani Imperii pertinent [m]? 2. An hæ Bestiæ diversæ sint, vel saltem diversi temporis & accommodationis [n]; an diversos status designant [o]? an verò ambæ sint una [p]? Hæ Bestiæ summâ necessitudine inter sese devinctæ sunt, & utraque simul eâdemque Orbis ditione regnat. Primam DECEMCORNUPETAM, *Secularem*; alteram BICORNEM, *Ecclesiasticam*, si lubet, voca [q]. Communis opinio est, quòd illa sit Ethnicus Romæ status sub Cæsaribus persecutoribus, hæc sit Papatus: quæ consistere nequit cum perspicuis prioris Bestiæ notis, Papatui propriis, ut ad singula videbimus [r]. Communis Patrum aliorúmque, eâque vera, sententia, Bestiam priorem esse Antichristum, alteram Bicornem esse armigerum & ministrum Antichristi †. Duæ hæ Bestiæ unam eandémque designant personam, nempe Antichristum [t]; qui hîc distinctè & diversimodè proponitur [v], ad clariùs duntaxat explicandum conditionem, naturam, & operationem ultimi capitis Bestiæ, seorsim & per se considerati, ultimámque illam notam, quâ prior Bestia insignita est, de curatione capitis vulnerati [x]; & quia unica Bestia personam & civilem & Ecclesiasticam sufficienter describere non poterat. Prior Bestia ostendit quid reverâ Antichristus est, cui succedit, à quo potestatem habet, ubi sedet, quantum crescit, &c. Posterior docet, quomodo patefacit se, & consilia sua exequitur, & quibus armis & prætextibus utitur. Satan dejectus de potestate Imperatoria Ethnica, deinde frustratus spe suâ de Ecclesia erroribus obruenda, novum idcirco Regnum & vicarium constituit, ut vi & fraude conjunctis id efficiat quod iis separatis efficere non poterat. Hæc ergò tertia est, eâque & callidissima & potentissima Draconis molitio [y]. Hanc autem sententiam suadet collat. cap. 17. ubi instituta est hujus capitis declaratio [z], eadémque, quæ hîc, est bestia, ut descriptio ostendet [a]. Nulla autem ibi est descriptio secundæ Bestiæ [b], sive partium ejus, sive temporis aut ortûs aut durationis ejus [c], sed primæ tantùm; quia nimirum qui unam noverit, ambas noverit, eadémque est persona atque effigies paulò pleniùs tantùm inducens lineamentis colores [d]. Hinc unum duntaxat hîc est nomen, unus character & numerus. Per unam quoque bestiam designantur cap. 11. 7. cui & mulier insidet cap. 17. 13. h. e. Ecclesia Antichristiana *. Sed obstat quòd duæ hîc ponuntur Bestiæ, & quidem diversæ originis, prior è mari, posterior è terra; id quod varietatem temporis conditionísque designare videtur [f]. Resp. 1. Ut alibi diversi typi rem personámve eandem exprimunt, ut *ursus*, c. 7. & *aries*, c. 8. Persicum imperium repræsentant, quomodo & Græcum, *pardus*, c. 7. & *hircus*, c. 8 [g]. idem hîc fit, diversíque hîc typi rem denotant eandem diversimodè consideratam [h], duplicémque Antichristi gladium sive potestatem, civilem & spiritualem [i]; vel, diversos operandi modos, per vim & dolum. Agnoscit hoc & Bellarmin. De Pontif. 3. 15. *Idem*, inquit, *Antichristus per duas bestias exprimitur; per unam, ratione regiæ potentiæ & tyrannidis, quâ coget homines violenter; per alteram, ratione magicæ artis, quâ callidè homines seducet* [k]. Resp. 2. Notat hoc diversum tantùm modum exortûs capitis ultimi Bestiæ à præced. Prior enim emersit per ingentes motus & sensibiles alterationes: posterior verò tacitè, astutè & ferè insensibiliter, lentis gradibus, sicuti nascentia è terra. In distinctis tamen surgendi modis hoc commune habent, quòd ex locis infernis sunt. Et *terra* & *mare*, quando cœlo opponuntur, ut hîc, & cap. 10. habentur pro uno eodémque loco. Unde animalia eadem Dan. 7. surgunt & *è mari*, v. 3. & *è terra*, v. 17. Spiritus S. hîc distinguere voluit inter ipsum Bestiæ Regnum totaliter & absolutè consideratum, & ultimum hoc Caput seorsim consideratum. Prior ergò Bestia est Regnum Romanum sub Pontificatu, secunda est ipse Pontifica-

[Marg.: a Pi. b G. c Idem. d Dur. Par. * Par. f For. sim. Par. Dur. g Par. h For. Dur. i Par. Dur. k Dur. l For. m Dur. n For. o Dur. p For. q Med. 619. r For. † Clu. in Proleg. p. 72. t Bri. sim. For. Dur. v For. sim. Dur. x For. p. 118. y Dur. z Bri. a Par. b Bri. Dur. c Dur. d Bri. * Dur. f For. g Dur. 542. h Dur. 545. i Bri. Dur. k Dur.]

tificatus, vulneratam Bestiam mirificè ad istum statum vivificans: proinde cap. 17. una tantùm Bestia ponitur, nempe prior, dicitúrque octavum caput: quo evidenter monemur, utramque unam esse & eandem, sed considerationе diversâ [l]. [His præmissis, quærendum quid vel quem, prima hæc Bestia designat.] Resp. 1. Diabolum [m]. Cui obstat; quòd Draco ab hac Bestia evidenter distinguitur, & hic v. 2, 4. & cap 16. 13. & 19. 20. & 20. 10 [n]. Resp. 2. Imperium Turcicum: quod ortum est ex mari, i. e. ex variorum populorum colluvie; cui etiam optimè conveniunt hæ figuræ *Pardi*, *Ursi*, & *Leonis*: nec abhorret tempus grassationis per menses 42. Duo tamen obstant; 1. Religiosa veneratio huic Bestiæ ab incolis terræ tributa, quæ Turcicis imperatoribus minimè tribuitur: 2. Quòd sedes hujus Bestiæ est Roma, ut apparebit ex cap. 17 [p]. Resp. 3. Imperium Occidentale sive Græcum [q]. Cui repugnat, 1. Sedes, quæ Roma est. 2. Quòd hoc non duravit per menses 42. 3. Quòd maxima hæc amicitia (quæ inter duas has Bestias fuit) non semper obtinuit inter illud & Papatum [r]. Resp. 4. Universitatem illam Decem plùs minùs regnorum (in quæ Cæsarum, post exturbatum Draconem, Imperium Barbaricâ plagâ dissilierat) in unam denuò Rempublicam Romanam, redintegratâ Draconis impietate, coalescentium †. Medus ergò & illi, quibus hæc Bestia est Romanum Politicum Imperium jam factum Christianum, hanc Bestiam discernunt à secunda, quæ illis est Antichristus. Sed parùm interest cùm agnoscant Potestatem hanc civilem, sive in Imperatoribus, sive in Regibus, consistit, ab hac Bestia Ecclesiastica usurpatam sive adhibitam fuisse; quod idem ferè est quod nos dicimus, nempe Caput quod hæc cornua movet esse Antichristum, & proinde Bestiam denominandam esse à Capite quod reliqua regit. Præterea hi Imperatores vel Reges distinguuntur à Bestia, ejúsque Cornua sunt, ut ex cap. 17. liquet, nec pro Bestia haberi possunt, nisi quatenus illi & sub illa uniuntur [t]. Resp. 5. Ferarum nomine alibi (ut apud Dan. Jacchiades dicit) designantur Regna Idololatrica, &c. hîc verò ipsa potiùs Idololatria sive falsa Religio ferino more sæviens significatur, sicut solent in figuris Propheticis & concreta & abstracta inter se permisceri. *Ex mari* ascendit, i. e. [vel,] ex populo Romano: nam *aquæ* Populus, *mare* Populus ingens. Sic & Ezec. 26. 3. Dan. 8. 3. [Vel,] non ex seditione populari, sed ex vi ac potestate Imperii. Nam sicut *Aquæ* populos significant infrà 17. 15. ità *Mare* est vis illa sive potestas congregata ex populorum obsequio. Fuerat Idololatria Romæ semper, sed velut nova surrexerat, additis ad Deos Cæsaribus defunctis. Claudianus, ——— *& si quos Roma recepit Aut dedit ipsa Deos* [v]. [Ut autem Grotii sententiam integram simul oculis exhibeamus, placet hîc explicationem seq. membrorum versûs subjungere:] *Habentem cornua decem*, i. e. plurimos Reges ministros & exemplum illius sequentes. Et quid mirum, quando & Judæi Reges in Cæsarum gratiam patrias leges transgressi sunt, institutis in ipsa Judæa agonibus athleticis, theatris, amphitheatris, ludis gymnicis, musicis, thymelicis, extra verò Judaicum solum etiam templis in honorem Cæsarum structis? His jam adde Reges Arabum, Ituræ, Comagenorum, Ponti Polemoniaci, Armeniæ, Thraciæ, Galatiæ, Adiabenæ, Suevorum, Alpium Cottiarum, Alpium Idionni, Romana sacra sectantes. Alia hîc res notatur quàm illa infrà c. 17. 12. Illic enim Decem Reges sunt multò posteriùs exorti, quibus Deus usurus sit ad dilacerandum Imperium Romanum. *Septem capita* duas habent significationes, ut ex c. 17. 9. patet, 1. Septem Principum sive Imperatorum, quorum jam non nomina, sed res in præcedentibus præsignificatas habuimus. Ii sunt Claudius, Nero, Galba, Otho, Vitellius, Vespasianus & Titus. A Claudio incipi debuit, quia is primus exsilia decrevit in Doctores Christianismi, quod Tiberius non fecerat. Vel, 2. Septem Montium, qui hîc magìs significantur: ut intelligamus, designari hîc idololatriam, non Phrygiam, non Ægyptiam, non Chaldaicam, non Græcam; sed propriè Romanam, Romanis legibus receptam, & cujus Roma sedes præcipua & origo. Ut magis intelligatur vis Imperii Idololatriam illam sustinentis, Cornibus at *Diademata*, quæ significant Jus plenum in subditos, illósque qui *Cornuum* nomine designati sunt, summo jure fuisse Reges, quanquam in fide erant & reverentia Romani Imperii, qualis Herodes & ejus Successores, aliíque Reges. Itaque Augustus dixit Herodi Magno, *Posse eum de filio suo constituere & ut patrem & ut Regem*; & Antonius, *iniquum esse Herodem vocari ad rationes reddendas de iis quæ ut Rex fecerat. Ità enim nec Regem fore.* Diadema, (quod צניף Esa. 62. 3.) insigne Regium, 1 Macc. 1. 9. & 11. 13. & 13. 32. Alexandri Successores ubi *Præfectorum* nomine contenti non fuere, cum Regio nomine sumpsere Diadema. Testis Diod. Sic. l. 20. vide Tertul. [in G.] *Super capita*, i. e. Montes, aut, quod idem est, Urbem ipsam, quæ per *montes septem* non ambiguè designatur, ut in Horat. *Di quibus septem placuere colles*: & Propert. *Septem urbs alta jugis*, &c. Vide & c. 12. 3. & 17. 7, 9. *Nomina*, vel, ut multi libri habent, *Nomen*, *blasphemiæ*, est, ut explicat Hieron. *Urbs æterna*, ut ipsa se vocabat: quod reipsâ impium erat. Vide ad c. 17. Cæsar quoque dicebat, *decem legiones habere populum Romanum quæ etiam cœlum diruere possent* [v]. [Ità integram habemus Grotii sententiam, jam videamus, quid ei opponunt alii.] 1. Cùm Bestiæ cornua denotent robur Imperii [x], cur illud in pauculis illis Regulis constituit [y], potiùs quàm in amplissimis illis Provinciis Italiæ, Galliæ, Hispaniæ, &c. quæ ad Imperium illud pertinebant jure pleno & summo, & in quibus Legiones sustentabantur? Nec Reges illi erant nisi impropriè dicti, utpote precarii & fiduciarii, & Romanis vectigales ac quodammodo Feudatarii, ex ipsorum nutu pendentes. Unde Antonius Antigonum, regem Judæorum, securi percussit, &c [z]. 2. Nec Reges illi peculiares erant Idololatriæ defensores: ipsáque Judæa cornu videtur admodum incongruens capiti Idololatrico. 3. *Bestia*, juxta stylum Propheticum, non denotat *vitium* [a], sive Idololatriam [b]; sed *corpus Politicum* [c], sive *Imperium*, ut ex Daniele constat [d]. 4. Bestia non potest esse Idololatria, quia illa non adoratur, sed Idolum: deinde adoratio Bestiæ distinguitur à Johanne ab adoratione Draconis; hæc ergò spectat cultum diis Romanis delatum, in quibus Satan colebatur, 1 Cor. 10. 20, 21. illa verò cultum religiosum ipsi Imperio, Urbi, & Cæsaribus, exhibitum ||. 5. *Romana Idololatria* per hanc Bestiam à Johanne præfigurari non potuit tanquam res postea surrectura, cùm per multa secula in mundo jam fuisset, nec mensibus duntaxat 42 durâsset, sed ante eos incepit, & etiamnum durat. Nec magis Cæsarum Deificatio novam constituit Idololatriam, quàm aliorum Numinum in suam Religionem assumptio *. 6. Si *Bestia* hîc Idololatria esset, & hi Reges illius *Cornua*, necesse est Reges illos aut emergenti, aut saltem jam adultæ, Idololatriæ ministrâsse. Eam autem nunquam exercuit Herodes, fatente Grotio. Nec Romanæ Idolomaniæ promovendæ inserviebant Arabes, qui circumcisi erant, nec ante Trajanum edomiti fuerunt [f]. 7. *Capita* hîc esse montes valde improbabile est, quia montibus minimè convenit aut *diademata gestare*, aut *vulnerari* & *sanari*. 8. Absonum est, Capita & Cornua *sensu concreto*, Bestiæ, quod *abstractum* est, inserere; acsi quis corpus Tauri ruffedinem faceret in *abstracto*, solidúmque dein ei caput & cornua insereret, &c [g]. [Hæc de quinta sententia.] Resp. 6. Bestia hæc est Imperium Romanum Ethnicum ac idololatriæ deditum [h], quod Christianos acriter vexavit [i]. Non placet [k]: 1. Johannes vidit originem hujus Bestiæ, sed Romani Imperii originem, quæ in Julio Cæsare ultra 140 annos præcesserat, non vidit [l]. Non præterita, sed futura tantùm, Johanni hîc repræsentata sunt, cap. 4. 1. Hæc Bestia, scribente Johanne, nondum venerat, ut apparet ex v. 12. hujus cap. & cap. 17. 10 [m]. Nec venit nisi post fugam mulieris in desertum [n], quæ cœpit sub Imperatoribus Christianis [o]. 2. Duratio Bestiæ est per annos 1260; Imperium autem illud per 360 tantùm annos duravit [p]. 3. Idem tempus est hujus Bestiæ & Decem cornuum sive Regum, propriis suis diadematibus conspicuorum, ut patet ex cap. 17. 12. At sub Ethnico Imperii statu sola capita, diadematibus illis ornata fuerunt,

[l] For. [m] Q in Par. Pineda in Clu. [n] Clu [o] Vitarb. in Par. [p] Par. [q] Q. [r] Dur. † Med. 620. [t] Dur.

[v] G. [x] Mares. p. 271. [y] Mares. sim. Mor. 688. [z] Mares. 272. [a] Mor. ib. [b] Mares. [c] Mor. [d] Mares. || Mares. 305. * Mor. [f] Mares. 279. [g] Mor. [h] Aleas. in La. Ham. [i] Alcas. [k] La. Grav. Clu [l] Grav. Par. [m] Bri. [n] Grav. sic Bri. Clu. 76. Par. [o] Grav. sic Clu. [p] Grav.

fuerunt, cornua verò seu regna ipsa coronis caruerant, utpote Imperatoribus immediatè subdita. 4. Hujus Bestiæ potestas prorsus illicita est [q], utpote à Dracone accepta [r]. At potestas civilis Imperii licita erat, & à Deo, eique Christiani obedire tenebantur, Rom. 13. 1, 2. 1 Pet. 2. 13, 14. Tit. 3. 1. 5. Romano Imperio Ethnico non conveniunt quæ de hac Bestia dicuntur, v. g. quòd eam habitatores terræ, solique reprobi, adorant ac admirantur; & quòd Pseudoprophetam habet administrum, &c †. quòd Bestia hæc (cujus frequens deinceps mentio fit) perseveratura est in persecutione sanctorum usque ad finem seculi, nec nisi adventu Christi abolenda sit, cap. 19. 10 [t]. Resp. 6. Bestia hæc est Imperium Romanum, non quidem absolutè & simpliciter, sed certorum temporum & capitum respectu [v]; nempe respectu septimi capitis, quod lethaliter vulneratum postea tamen revaluit [x]; vel, Imperium Romano-Pontificale [y]. Resp. 7. Bestia est Antichristus [z]. [De quo lis est inter Pontificios & Reformatos, ut notum. Illi ergò hanc Bestiam sive Antichristum in fine mundi fore statuunt. Reformati plerique eum jam extare statuunt.] Romanum Papale Imperium per hanc Bestiam figuratur [a]. Ostendunt hoc notæ ipsius omnes [b]: 1. quòd succedit Draconi in sede ipsius [c]. 2. ortus, regnum, & duratio ejus per 42 menses illos quibus Ecclesia desolata jacet [d]. 3. Ornatus capitum ejus & cornuum. Imperii Romani Ethnici sola capita coronata sunt, quia regale & solidum regimen illo tempore erat penes sola statûs capita, quibus Imperatores illius temporis designantur; cornua verò, h. e. provinciales præfecturæ, nulla habebant diademata. Hæc autem Bestia cornua habet coronata; ut ostendatur, fulcra potentiæ ejus esse coronatos Reges, eósque tales qui Johannis tempore nondum exstiterunt, quomodo neque hæc Bestia tunc erat, nempe in statu hîc descripto. 4. quòd *potestatem* illam *magnam*, quam *Draco* dedit *Bestiæ*, Pontifices sibi vendicant, potestatem nimirum & in conscientias hominum, & in omnia *regna terræ*, quæ *Papa potest mutare, & uni auferre, atque alteri conferre*, ait Bellarm. De Pontif. l. 5. c. 6. *potéstque Principes privare dominiis, ob hæresin, & Apostasiam à fide, & ob quamcunque aliam causam*, inquit Greg. de valent. ut clarè discernas os Draconis, *Omnia regna mundi mea sunt, & cuicunque voluero, do ea*, Luc. 4. 6 [*]. Absolutum sibi sumit dominium in omnes gentes, linguas, &c. 5. quòd adoratio ei tribuitur, non modò civilis, sed & religiosa [f]. 6. quæ nota est omnium evidentissima, quòd de Roma hîc agitur in tempore, politia, & statu vulnerati capitis, jam curati [g]. [De quo suo loco. Hæc de nobili & primaria hujus loci quæstione dixisse sufficiat, pergendum jam in interpretatione textûs.] Hîc autem non loquitur de primo ortu Bestiæ [h], quippe quæ clanculum & insensibiliter operata est sub perturbationibus Imperii [i]; sed de publica ejus patefactione, postquam Diabolus spe suâ de perdenda per hæreses muliere fugiente exciderat, & cùm sanatum esset vulnus Imperii, &c. [de quo postea.] Quod est circa Annum 600. quando & cornua coronata sunt [k]. Ascendit hæc bestia *de mari*, i. e. vel, 1. de hoc seculo & mundo [l] nequam, de pelago iniquitatis, de multitudine malignantium [m]: vel, 2. *de mari* idem est quod *ex abysso*, cap. 11. 7. & 17. 8. infernali scilicet; unde & locustæ prodierunt, suprà 9. 13. Nam & mare *abyssus* est in Scriptura. Præpos. ἐκ, *ex*, notare potest tam locum, quàm principium, ex quo originem traxit, & potentiam accepit, bestia [n]: vel, 3. ex mutationibus atque commotionibus Orbis & Imperii, sub quibus & per quas hæc Bestia ab humili initio crevit in altum, & potestatem suam stabilivit, eam velut è mari in terram deducens, eámque palàm asserens [o]. *Mare* colluviem gentium significat. Vide suprà 8. 8. & Jer. 51. 42. Ex concursu, conflictu, & perturbationibus, nationum existunt tandem Imperia, &c †. Hinc autem ascendit, non repentè, sed lento passu, per 300 ferè annos, à Constantino usque ad Phocam [p]. ¶ *Habentem capita septem* (id est, ut explicabitur c. 17. 10. septem montes: & septem Reges [q], vel, formas regiminis [r].) *& cornua decem*] i. e. Reges decem †; vel *decem*, i. e. multos, postea oriundos, &c [t]. Typus hic est Regni Romani statûs illius novissimi, quo nimirum sub septimo capite agens in Decem Regna divisum esset. Eadem hæc est Bestia septiceps quæ infrà cap. 17 [v]. Decem hæc cornua capiti Bestiæ novissimo propria sunt: quod sic probo, Capite vel florente, vel occidente, cornua vel florescere vel occidere necesse est. Prima quinque capita jam abierant, & cum illis cornua. In illis ergò hæc inesse non poterant: neque in sexto; quoniam eo Joannis ævo regnante, cornuum tempus nondum advenerat, c. 17. 12 [x]. Obj. At Imperium Romanum eo seculo in Decem Regna sive regales provincias divisum est [y]. Resp. Imò in viginti, teste Strabone, ut antè notatum [z]. Sciendum ergò, Nullum alium Bestiæ *Septicipitis* statum cap. 13. describi, quàm instaurationis, seu capitis novissimi, quo *decemcornupeta* evasit; id quod tota descriptionis series evincit. Quicquid enim mali Bestia patrâsse dicitur, quicquid adorationis eidem delatum est, id omne post instaurationem ipsius, seu plagæ curationem, factum perhibetur [a]. Al. 7 capita sunt 7 Reges qui præcedent Antichristum, 10 cornua sunt 10 Reges qui, Antichristo veniente, erunt in orbe [b]. ¶ *Et super cornua ejus decem diademata*] Quæ Regnum illud sub vice novissimi capitis (cujus solius sunt cornua) exhiberi ostendunt [c]. *Diadema* erat insigne Regni, erátque [vel,] candida fascia caput cingens, vel, ut alii, *cidaris* [d]. ¶ *Super capita ejus nomina blasphemiæ*] Nota idololatriæ [*]. *Blasphemia* est, cùm aut aliquid Deo tribuitur ipso indignum: aut peculiaria Dei attributa vel negantur, vel idolis aut creaturæ attribuuntur: quo respectu singula capita erant idololatrica [f]. *Nomen Blasphemiæ est quòd Roma quæ temporalis erat æterna dicebatur*, ut dicunt Hieron. & Prosp. & quòd nummis antiquis inscriptum legimus *Roma Dea*, eique erecta sunt à Provinciis Templa & Sacerdotes constituti, &c. & quòd *Reges* eorum *mortales Dii dicebantur*, *eisque supplices dixerunt*, *Numini vestro, altaribus vestris, perennitati vestræ*, inquit Prosper [g]: & quòd Imperatores nomen & authoritatem & cultum honorémque Dei usurpabant [h]: quod & Papæ faciunt, de quo vide Bellarm. De Concil. & præfat. ad lib. De Pontifice [i]. Plura vide infrà 17. 5 [k].

2. *Et bestia*, &c.] id est, Regnum hoc, partim regiminis & statûs, partim indolis suæ, respectu ità comparatum est, ut tres istas Monarchias, olim Danieli hisce Bestiis figuratas, confuso quodam temperamento effingeret [l]. Sicut antè Apocalypsis quatuor animalium formas in V. T. in unam compositas distinxit, ità nunc contrà tres distinctas apud Dan. 7. ferarum formas in unum contrahit [m]. Non potuit satis crudelitas hujus Bestiæ [n], Romanæ scil. Idololatriæ, qualis post Neronem fuit [o], exprimi sub unius feræ imagine: itaque plures fuere assumendæ [p]. Pictura hæc monstrosa ex tribus sævissimis belluis conflata monstrosum Antichristi ingenium indicat [q]. Eas [feras] maximè nominat Propheta, quarum ministerio Romani usi in pœnas Christianorum [r]. *Pardus* Regni Græcorum, *Ursus* Persarum, *Leo* Babyloniorum, typus est ||. ¶ *Similis erat pardo*; ità Er. Be. Pi. Παρδάλει] *Pardalis*, seu, quod idem est, *Panthera* †, aut etiam *Varia*, ut Plin. tradit [t], est Pardi fæmella [v], animal varii coloris, Jer. 13. 23 [x]. maculosum, valdè odorum [y], versutissimum [z], Jer. 6. 5. Hos. 13. 7. & sævissimum, Esa. 11. 6. Jer. 5. 6. Hos. 13. 7 [a]. indomitum & homini inimicissimum. Integra hîc species [b], sive primaria figura [c], erat Pardi [d]: nam reliquas feras aliquâ tantùm parte retulit, *Leonem* ore, *Ursum* pedibus, reliquo igitur corpore *Pardalin* [*]. *Pardus* hîc significat, vel, 1. varium regimen [f]: vel, 2. diversas gentes illi subditas [g]: vel, 3. quòd Idololatria Romana deos habebat mares, feminas, marifeminas, maximos, medioximos, minimos, bonos, malos, medios, vario vultu, vario habitu, variâ potestate: vel, 4. qualis erat Claudius, nunc mitis, nunc sævus [h]: vel, 5. maculas perversorum morum [i], omniúmque scelerum [k], nunquam eluendas [l]: vel, 6. varias hæreses, superstitiones, sectas, ordines, &c. ex quibus Antichristi politia constat [m]. Vel, 7. Antichristi velocissimum cursum [n], ingenium crudele [o], & versatile in omnes dolos [p]. Regnum hoc *corpore suo* planè *Græci* instar erat, h. e. in plura Regna divisum, Dan.

Dan. 7. 6. & 8. 8, 22. Græcum enim quadrifidum, Romanum hoc novissimum in Decem regna secandum erat q. ¶ *Pedes ejus sicut pedes ursi*] Ovid.——— *Armatisque unguibus ursos* r. Sub *pedibus* crura quoque & brachia hîc comprehenduntur. Et pedes hîc considerantur ut non incessûs tantùm, sed ut pugnandi prædandíque organa, in quibus & Ursis (de pedibus anterioribus loquor) præcipuum corporis robur inest †. Pedes fortissimi t, & ad conculcandum aptissimi v. Ursus pede obvia proterit x. Ursi pedes plani, lati, unguibus præacutis solo affixi, notant regni firmitatem y; vel, firmiorem, sed & tardiorem, Romani Imperii progressum z. Pedibus quoque Ursus incedit rectus more hominis, &c. Ità Antichristus humanitatem simulat a. Al. Regnum hoc pedibus Persarum imperium admodum refert, cùm, sicut illi in rebus gerendis Magorum suorum consiliis innitebantur; ità Regnum Romanum statûs novissimi Monachorum Clericorúmque idololatricorum, Magis illis simillimorum, authoritate regitur b. ¶ *Os—sicut os leonis*] Rictu & rugitu c, terribile, vorax, horrendum d, apertè ferox*, & crudele f, rapax & audax g. Notat Anacreon, *Equis dari à natura ungulas, tauris cornua, &c. leonibus verò* χάσμ' ὀδόντων, *dentes*. Id *os* feræ est Domitianus ipse, infrà v. 5. Ideo ipsi, tanquam potiori parti, datur nomen θηρίω infrà 17. 11. Domitiani enim persecutio, utpote gravissima, repeti debuit, ut illa Antiochi apud Danielem; eòque magis quòd eventus Domitiani Idololatriæ eventum præfigurabat, ut ibi dicemus. Ostendunt ergò hi *pedes* & hoc *os* idololatriæ sæpe comitem fore Sævitiam, nonnunquam etiam *Leonibus* & *Ursis* usuram in Christianos, ut notum h. Sed hæc absurdissima sunt. Si enim (quod G. vult) *Bestia* sit Idololatria Romana, ejúsque *corpus* Claudius, *os* Domitianus, sequeretur hinc, tum, 1. Claudium & *corpus* esse Bestiæ & unum ex *capitibus*, Domitianum verò & *corpus* & *caput* & *os*: tum, 2. *corpus* per 40 annos inter Claud. & Domit. *ore* caruisse i. Al. hæc Bestia Ore Babylonico facienda edicit, scilicet Deastrorum & Imaginum cultum jubendo sub pœna mortis, sicut illi Dan. 3 k. ¶ *Et dedit* (vel, *Dedit autem*, Be. *Nam dederat*. Copulativa pro causali l.) *draco* (ille nominatus suprà 12. 3 m. Diabolus haud dubiè n, *serpens antiquus* suprà 12. 9. qui sub Serpentis imagine designatur Gen. 3. 1. In *Draconis* nomine est quidem aliquid serpentis, sed adjuncto volatu, i. e. agendi celeritate o. Non autem jam Draconis specie, ut antea, se ingessit, id est, se eum esse qui fuit professus est, juratum Christiani nominis hostem; tunc enim agnovisset eum, & fugisset Mulieris semen, ex innata illa inimicitia, Gen. 3. 15. sed alterius planè Bestiæ formam induit: quo factum ut non nisi serò demum sese deceptam Draconem venerari mulier, h. e. Ecclesia, agnosceret. Quis enim sub Imperio Religionis Christianæ, Idolorum demolitricis, cultum præ se ferente, Idololatriam antiquatam instaurari putaret p? Diabolus falsorum deorum nomine utebatur ut Deo cultum detraheret; & quicquid habebat, Deo finente, virium eò convertebat. Unde tot prodigia Romanis historiis memorata. Vide quæ infrà v. 13. Adde 2 Thess. 2. 9 q.) *virtutem*, &c. Τὴν δύναμιν, &c.] *Potentiam suam*, (i.e. vim insitam r, malitiam, fraudem, & robur ad nocendum †: vel, Exercitum suum, sive Copias suas, quas Bestiæ tradit excolendas utque ornandas, nempe Angelos ejus, seu Dæmones, & idola Dæmonum receptacula t:) *& thronum suum*, (i.e. Regnum v, vel majestatem & dignitatem à se proximam x: vel, sedem suam, Romam y, ubi antea regnavit in Imperatoribus Ethnicis z; quò jam cessarent Imperatores a, migrantes Mediolanum & Ravennam & Constantinopolin b, ut sedes vacua Bestiæ relinqueretur c. Diabolus Imperium quod ipse, Deo providè finente, constituerat Romæ, Martis nomine, auspiciis, auguriis, prodigiis, id totum voluerat servire idolis d.) *& potestatem magnam*, Be. Pi. i. e. Majestatem maximam, quâ illud Imperium etiam apud exteras gentes valebat, apud quas passim structa templa, aræ, sacerdotia in honorem Romæ, Augusti, Tiberii. Sicut Serpens magnam vim ad nocendum habet, ità & Diabolus. Accedit Dei permissus eum sæpe non impedientis: id Ἐξουσίαν dicit hîc, ut & Luc. 22. 53. Ex utroque sequitur magnum quoddam Regnum in animos hominum, quod θρόνον nomine significatur. Hæc Dæmon Romano Imperio præsidens Idololatriæ Romanæ quasi vice suâ exercenda tribuit, affectus suos & efficaciam superstitioni exspirans*: [Fortè *inspirans*.] Hæc potestas magna patebit v. 5, 6, 7 f. Potestas ei data *efferendi se super omne quod Deus dicitur*, 2 Thess. 2. i. e. super Reges & Imperatores, quos superstitione fascinatos conculcavit, Regnis exuit, &c g. Triplex corona extendit imperium suum ad Cœlum, præcipiendo Angelis; ad Terram, Regna dando & auferendo; ad Gehennam & Purgatorium, eò immittens quos & quo pretio lubet, & indè liberans h. Sensus est, Impressit Draco cultûs & potestatis suæ formam Bestiæ religionis alienæ, dum Angelos suos seu Dæmones non quidem, ut olim, iis titulis quibus se Christi hostes profitebantur, sed sub tegmine Religionis Christianæ, Sanctorum & Angelorum bonorum, imò & Christi ipsius (vah blasphemiam!) nominibus supposuit colendos. Nam *Idola* qui colit, quocunque nomine vocet, colit *Dæmonia* i.

3. *Et vidi unum de capitibus suis quasi occisum*, &c.] [Variè explicant:] 1. De Capitolio k, quod hîc dicitur μία, *una*, i. e. prima, ut Mat. 28. 1. τῶν κεφαλῶν, *capitum*. Caput est summa pars hominis, & significat quicquid maximè eminet & conspicuum est. Et *Capitolium* dictum est à *capite Toli* ibi reperto; unde Oraculum respondit, *Eo loco caput summámque Imperii fore*. Et meritò primum hoc censetur Urbis caput, quia hîc stetit Templum Jovis Capitolini, qui Deorum summus erat l. *Capitum* nomine etiam montes significari infrà docemur. Inter eos autem montes eminet Capitolium & arx & templum præcipuum Romæ. Frequens autem Prophetis Templa in montibus sita appellare *Montium* nomine: unde Templum Hierosl. dicitur *Mons Domini*. Sed & arces in arduo sitas *montes* dici jam suprà audivimus 8. 8. Ubi autem tales arces evertuntur, tunc ipsi montes Poeticâ quâdam locutione dicuntur *cadere*, ut Jer. 51. 25. Ezec. 38. 20. Sed hîc quia Montes describuntur sub figura *capitum*, dicitur inflicta monti *plaga quasi letalis*, i.e. quæ letalis videbatur m. Hoc ergò referendum ad exustionem Capitolii n, quod erat Templum Romæ Romaníque totius imperii augustissimum in uno septem montium, dicto ob id Capitolino, quod exustum erat bellantibus Romæ inter se Vitellianis & Flavianis: quod omen cunctæ gentes certissimum credidere ruituri Imperii Romani, ut discimus ex Tacit. Hist. 4. & Liv. l. 5. [quorum verba quære in G.] & Virg. Æneid. 9. *Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum Incolet, imperiúmque pater Romanus habebit*: & Horat.—*dum Capitolium Scandet cum tacita virgine Pontifex*. Indè aucta Judæis ad rebellandum audacia. Germania autem Galliáque omnis erecta in spem, partim servandæ, partim recuperandæ, libertatis. *Plaga mortis ejus curata* est, quum Vespasianus, quod minimè futurum putabatur, & Urbem & Imperium & Capitolium restituit, & magna quidem cum idololatriæ pompa, quam vide in Tacit. Hist. 4. [verba vide in G.] Unde in numis Vespasiani reperimus, *Roma resurges*. Hinc *admirata est universa terra post bestiam*, quæ Ellipsis est vel brevis locutio pro, *admirata est —incedens post bestiam*; quæ locutio plena extat Luc. 21. 8. 2 Pet. 2. 10. Pari modo Act. 7. 9. ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον, pro ἀπέδοντο πεμπόμενον εἰς Αἴγυπτον. Sic & ἔρχεσθαι, ἀκολουθεῖν, ὀπίσω τινός, *venire*, *sequi*, *post aliquem*, frequentia in S. libris. Sensus est, Homines terrarum omnium, qui de diis Romanis & Imperio Romano malè existimare & desperare cœperunt, Capitolio tam magnificè restituto mutavere sententiam, rursúmque in idololatria Romana facti sunt obstinatiores, tam inopinato eventu velut attoniti o. Sed malim hoc referre ad secundam plagam exustionémque Capitolii sub Tito, ídque per fulgur è cœlo missum; id quod Idololatris objici poterat. Sed magnificè instauratum est à Domitiano, de quo sic Martialis, *Pro Capitolinis quid enim tibi solvere templis, Quid pro Tarpeiæ frondis honore potest!* Jupiter scilicet. Hinc magna huic Idololatriæ veneratio conciliata est p. Sed huic sententiæ multa obstant, 1. quòd hæc Prophetia Johanni patefacta est circa finem Imperii Domitiani. 2. quòd Bestia non Idololatriam denotat, sed Regnum cum Rege suo: vide Dan. 7. 17, 23. &

q Med. 620. sic Par. r G. † Med. 621. t Me. T. v T. sim. Gag. x G. y Par. sic Fri. z FA. ib. a Me. b Med. 621. c T. sic Par. Me. d Par. * Gag. f Me. Bri. Clu. Pi. g Dur. h G. i Mor. 689. k Med. 621. l Pi. m G. n G. sic Dur. o G. p Med. 622. q G. r Bri. † Par. t Med. 621. v Par. x T. y Bri Dur. z Dur. a Bri. Dur. b Bri. c Bri. Dur. d G.

* G. f Par. g Grav. h Dur. i Med. 630. k G. Ham. l Ham. m G. n Ham. sim. G. o G. p Ham.

10 20 30 40 50 60 70

& Apoc. 17. 3, 11, 12. & *caput* hîc Regem denotat, ex collat. Apoc. 17. 10 [q]. 3. quòd dura esset Metaphora, lethale vulnus & sanationem adscribere vel ædificio, vel saltem monti. Si enim Capitolium vulneratum esset, collis tamen vulneratus non erat. Adeò ut nisi septem perinde essent Capitolia atque Colles septem, ægrè cuiquam placebit hoc commentum. 4. quòd Idololatria Capitolii lapsu non omnino imminuta fuit, nec ea de re metus erat; sed nè Imperium vastaretur septentrionalium gentium incursionibus. 5. quòd res minimè mira erat, ut Capitolium à tam opulenta Civitate reædificaretur, &c [r]. [Hæc de prima sententia.] 2. De Antichristo, qui se mortuum simulabit & postea resurget †. Cui obstat, 1. quòd vulneratus tantùm, non occisus, dicitur. 2. quòd non Bestia (quæ est Antichristus) hîc occisa dicitur, sed unum ex ejus capitibus [t]. 3. De uno ex Regibus Antichristo famulantibus, quem, plagâ mortiferâ percussum, v. g. in bello quod pro Antichristo egerat, restituet Antichristus virtute Diabolicâ, &c [v]. 4. De vastatione Romæ à barbaris gentibus, Gothis, Vandalis, Hunnis, &c. facta, quum Roma ab Imperatoribus derelicta jamdiu fuit, & intra 42 annos quinquies capta, direpta & vastata. Quis ergò non putâsset de Pontificum sede & regno in Italia actum tunc esse? Curata tamen plaga fuit aliquatenus per Justinianum, qui misso Belisario, deinde Narsete, Gothos in Italia delevit, & Papam *primum omnium Sacerdotum* esse decrevit; perfectè autem per Phocam, qui Bonifacio tertio tribuit, ut non modò *primus*, sed *universalis*, haberetur [x]. Hanc ego interpretationem sequerer, nisi & vulnus & curationem nimis anticiparet. Bestiam enim facit priùs læsam quàm factam. Ante Bonifac. 3. nondum ex mari in thronum *Universalis* ascenderat. Vulnerari igitur & curari ante ascensum non poterat [y]. 5. De sexto capite [z], quod erat Johannis tempore, nempe de Imperatoribus Ethnicis [a]: quod caput *cæsum fuit ad mortem*, in prælio cum Michaele & sanctis Martyribus; *plaga* autem *curata fuit*, vicariæ potestatis pharmaco, idque aut dum adhuc è mari emergit Bestia, aut simulac indè emersit [b]. Neque enim (quod à plerisque tamen huc usque creditum est [c],) sanatio isthæc fatum aliquod posterius fuit, sed ipsa nativitas sive ortus Bestiæ novissimæ [d], ut tota seq. narrationis series evincit *. Quodcunque enim vel mali Bestia patrat, vel cultûs ab hominibus recipit, id omne post plagæ sanationem factum [f]. A reliquorum capitibus singulis ad capitis succedentis vicem absque plaga transitum fuit; atqui in transitu à sexto ad novissimum Bestia lethali vulnere decubuit; quo eam vulnere sauciam (id est, sexto capite vulneratam) Joannes eo statu è mari emergentem vidit [g]. Notandum hîc, quòd Apocalypsis de Imperio loquitur respectu religionis ipsius, & prout erat sedes Draconis, qui sub variis Regiminis illius formis potestatem exercuit. Quare vulneratio Bestiæ hîc non est excidium Imperatorum sive Imperii Romani simpliciter, cui talia vulnera sæpe per Barbaros inflicta sunt; sed excisio Imperatorum Ethnicorum blasphemorum & persequentium Ecclesiam, qui à Dracone pendent, qui hîc vulnus gravissimum accepit, Ethnicâ Idololatriâ jam deturbatâ, quæ sub reliquis omnibus [præcedentibus] Capitibus eorùmque successionibus illæsa mansit; unde vulnus inter hæc duo capita inflictum dicitur quod de nulla reliquorum successione dicitur. Vulnus ergò sexti hujus capitis in duobus consistit, 1. in mortifera plaga Idololatriæ inflicta; 2. in imminutione gloriæ sedis Imperii. Utrumque autem hoc vulnus, quod insanabile videbatur, sanatum est per Papas, qui & Idololatriam Ethnicæ supparem in Ecclesiam invexerunt, & pristinam Romanæ urbi gloriam reddiderunt [h]. 6. De Papis, & fatali illo Paparum schismate, quod duravit per annos ampliùs 40, ab An. Dom. 1378. usque ad Concilium Constantiense, & Bestiam tantùm non penitus evertit, tandem verò curatum est. Vel, 7. De vulnere per secessionem Evangelicorum Papatui inflicto in Germania, Gallia, Anglia, &c. quod tamen, peccatis nostris ità merentibus, curari cernimus, Papatu passim vires & spiritum resumente [i]. ¶ *Et admirata est*, &c.] id est, Summâ approbatione & consensu iverunt in partes Bestiæ [k].

4. *Et adoraverunt* (Adoratione non civili, sed religiosâ & superstitiosâ [l]:) *draconem*, &c.] Non directè quidem, sed per consequentiam [m], adorando idola †. Verè autem Diabolo serviunt qui colunt idola; ipsius enim imperium etiam nescientes promovent, 1 Cor. 10. 20 [n]. Bestiam adorârunt non simpliciter quà *Bestia*, sed quà *Draconis vicaria*, eóque sub Bestiæ larva *Draconem* quoque ipsum venerati sunt. *Bestiam adorare*, ex Hebraismi & Orientis usu, nihil aliud est quàm ei subjici, ut ostendit sequens ἐξουσίας. Et προσκυνεῖν sic sumitur infrà v. 12. *terra adoravit*, &c. i. e. in ditionem ejus concessit; & Gen. 27. 29. *Serviant tibi populi, adorent te*, &c. & 37. 7. & 49. 8. Esa. 45. 14 [o]. [Ità h. l.] *adorârunt draconem*, i. e. servierunt Diabolo. Est enim Metonymia, quia qui alicui serviunt coram eo prosterni solent [p]. ¶ *Adoraverunt bestiam*] i. e. Subjecerunt se Bestiæ juxta constitutionem suam religiosam, quà Draconem septicipitem refert; id quod in Deum blasphemum est & impium [q]. Bestiam ἀντίθεον καὶ ἀντίχριστον faciunt, de ipsa prædicantes quæ soli Deo propria sunt [r]. Idololatriæ & multitudini deorum Romanorum inservierunt: sectati sunt ritus Romanos. ¶ *Quis similis*, &c?] Sunt ipsa propè verba Rabsacis, 2 Reg. 18. in fine. Similia verba Dan. 7. 8, 11. de Antiocho. q. d. Quæ religio par Romanæ? Quis impunè ei posset obsistere? Stulta sunt quæ moliuntur Christiani †. Adeò potestate superat Bestia ut nemo ei resistendo sit aut belligerando [t]. Omnipotentiæ Papalis efficaciam maximo suo cum damno experti sunt Imperatores, Reges, Principes, qui ejus decretis obedire recusârunt. Exemplis plenæ sunt historiæ [v].

5. *Et datum est ei* (Nempe à Dracone, Deo permittente [x]:) *os loquens magna* (i. e. fastuosa & superba [y], *magna* minis & promissis, & assertionibus potentiæ suæ [z]. Al. *verba grandia*, quæ hîc per *blasphemias* explicantur [a]. Sumpta hæc verba ex Dan. 7. 8, 11. Romani Idololatriæ successibus elati præ suis diis alios spernebant. Indè toties leges factæ contra sacra peregrina. Hoc [autem] *os* est ipse Domitianus: unde infrà cap. 17. dicitur τὸ θηρίον tanquam pars ejus præcipua. Os fuit is Idololatriæ & loquendo & comminuendo dentibus [b]. *Os* audaciam maledicendi notat: sic *os durum* dicimus pro maledico [c].) *& blasphemias*] In Deum & Christum [d]. Contra verum Deum mundi Opificem, Deúmque Judæorum, quem Romani spreverunt & blasphemârunt. Vide Cicer. Sueton. [verbáque in G.] Phil. legationem, Tacitum & alios. Domitianus semet primus *Dominum* ac *Deum* vocari voluit, ut Suet. & Mart. nos docent. Antè is honos non habitus nisi mortuis. Solet vox βλασφημίας eximiè usurpari de commentis idololatriæ novis, 2 Macc. 8. 4. Respondet Hebræo חרפה, Psal. 69. 9. item נאצה, Ezec. 35. 12 *. *Blasphemiæ* nomine, quasi per excellentiam, idololatria seu scortatio spiritualis designatur; ut patet, 1. quia hæc blasphemia omnibus capitibus communis erat, juxta v. 1. 2. quòd Babylon, Bestiæ hujus Metropolis, *Mater scortorum* audit: 3. ex usu S. Scripturæ, quæ *Idololatriam* tribus verbis Hebræis *Blasphemiam* significantibus exprimere solet, nempe verbo גדף, Ezec. 20. 27. & חרף, Esa. 65. 7. & Psal. 69. 10. apud Chald. Par. & נאץ, Deut. 31. 10. Jer. 23. 15, 17. Quibus adde quòd profanationes Templi, &c. appellentur βλασφημίαι, 1 Macc. 2. 6. & 2 Macc. 8. 4 [f]. ¶ *Data est ei potestas facere*, &c. Ποιῆσαι] *Agendi*, scil. actiones suas [g]: vel, grassandi pro libidine, ut verbum absolutè sumatur [h]. *Faciendi*, i. e. vivendi [i], vel transigendi [k]. Si *facere* hîc certum actum statúmve Bestiæ significaret, id omnino ad blasphemandi actum referendum esset [l]. Ποιῆσαι, nempe contra Christianos [m]. Sed videtur potiùs τὸ ποιῆσαι *durandi* seu *permanendi* significatione adhiberi, ut aliàs solet cum vocabulis temporis [n]. Ποιεῖν χρόνον τινὰ est *durare*, vel, *in actu perseverare* [o], ut Jac. 4. 13 [p]. *faciemus ibi annum*. Sic Act. 15. 33. & 18. 23. & 20. 3. 2 Cor. 11. 25. Sic, inquit Drusius, עשה usurpatur Eccles. 6. 12. & *facere* in Latio. Senec. epist. 67. *Paucissimos unà facimus dies*. Apud Alfenum, c. 1. *Is servus fugerat, & annum in fuga fecerat*, id est, egerat, manserat, finierat, transegerat. Sensus ergò hîc est, *Bestia fecit*, i. e. vixit, mansit, blasphemando peregit. Quam locutionem qui non intellexerunt, illud πόλεμον

textui

[q] Anon. 170. [r] Mor. 689. † La. T. ex Primas. &c. [t] Rib. [v] Me. sim. Suar. Aretas &c. in T. [x] Par. ex Bri. sim. Clu. For. [y] Par. [z] Med. 622. Dur. 549. [a] Dur. ib. [b] Med. [c] Idem. [d] Med. Dur. * Med. 623. [f] Med. Dur. [g] Med. 687. [h] Dur. [i] Par. [k] Med.

[l] Dur. [m] G. sic Dur. † Pi. [n] G. [o] Med. 623. [p] G. [q] Med. ib. [r] Clu. † G. [t] Med. [v] Grav. sim. Par. Bri. Clu. Dur. [x] Par. [y] Gag Me. Pi. [z] Dur. [a] Med. 624. [b] G. [c] Par. [d] Gag. * G. [f] Med. 624. [g] Pi. [h] Par. [i] D sic V. [k] V. [l] Med. 624. [m] G. [n] Med. [o] G. [p] G. Med.

textui inseruisse videntur [q], quod ante πάσαν habent libri nonnulli [r], multi autem non habent †. ¶ *Menses quadraginta duos*] id est, Vel, 1. annis tribus cum dimidio [t]. Mira ergò Dei providentia. Loquitur de Domitiani in Christianos sævitia, de qua Tertul. Euseb. Aug. &c. quæ tantundem temporis duravit, ex quo scilicet sævire cœperat, nempe, anno Imperii sui 13. ad mortem usque, quæ erat anno 16. quantum duravit Judæorum vexatio sub Antiocho prædicta Dan. 7. 25. ubi Josephus pro *tribus annis & dimidio* ponit, ut hic, *menses 42*; alibi verò *tres annos, menses sex* [v]. Sed de hac Domitiana persecutione hîc non agi multa suadent; 1. Quia hæc jam præsens erat, & Johannes erat sub ea [x]. 2. Quia hæc, licèt atrox & sæva, tamen longè fuit infra Neronianam, Diocletianam, & alias, cui proinde significandæ dira hæc & feralis imago minùs convenit [y]. 3. Quia hæc cœpit anno Regni sui 9. vel, 10. ut dicunt Baronius aliíque Chronologi, non anno 13. ut vult Grotius [z]; quanquam ab anno 13. ad 16. non sint menses 42, sed tantùm 36. Et Baronius eam durâsse ait per 7 annos [a]. 4. Quia textus non dicit Bestiam tamdiu persecuturam, sed mansuram. Regnavit autem Domit. annos 16 [b]. 5. Ità per eandem Bestiam Grotius modò Idololatriam, modò provectores Idololatriæ in communi, modò Domitianum speciatim, intelligit, ut similis sit materiæ primæ, capax cujuslibet formæ [c]. Vel, 2. menses annales [d], h. e. per annos 1260 *. Idem est tempus de quo cap. 11. 2 [f]. Nec immeritò, cùm illa Gentium prophanatio in eandem omnino impietatem collineat cum isthac Bestiæ blasphemia, utraque *potestatis tenebrarum* & *noctis* rem designet; ideóque non *annis* aut *diebus*, ad motum Solis, sed *mensibus*, ad motum Lunæ, quæ præest nocti, mensuratam. Hi enim Bestiæ menses numerandi non sunt ab initio truculentiæ aut belli contra Sanctos, sed Blasphemiæ: quorsum alioqui hîc statim post blasphemiæ mentionem insererentur [g]? Notandus hîc est Synchronismus ille nobilis quatuor Vaticiniorum; nempe, Mulieris in Eremo agentis, Bestiæ in Eremo agentis, Atrii exterioris à Gentibus calcati, & Testium Prophetantium in Sacco. Cujus veritas ferè in confesso est, & astrui potest solétque ex ipsa æqualitate Intervallorum. Nam *Tempus, Tempora, & Dimidium temporis*, id est, tres Anni cum semisse, (ut patet ex collat. cap. 12. v. 6. & 14.) efficiunt Menses 42; Menses 42, Dies 1260 [h]. Nec Isochrona tantùm sunt, sed etiam Synchrona, ut facilè patebit; *Bestiæ* enim *instauratæ* & *Mulieris in Eremum ingredientis* idem est initium, nempe, statim à Dracone per Michaelem dejecto, qui, cùm fugam Mulieris antevertere non posset, huic ipsi Bestiæ potestatem suam tradit, ut semen illius persequeretur. Cùm verò Mora Mulieris in deserto & integrum adhuc infractúmque à Decem Regibus Bestiæ Regnum Isochrona sint, necesse est ut Synchrona sint, quia Isochrona illa quorum aut Principia aut Fines coincidunt Synchrona omnino sunt. Per hoc idem Axioma, *Regnum dictæ Bestiæ & Testium luctus & mors* Synchrona sunt, quia simul finiuntur, ad exitum Tubæ sextæ, ut constat ex cap. 11. 14. *Testes* verò & *Atrium à gentibus occupatum* Synchrona esse constat ex cap. 11. 1, 2. Singula ergò singulis contemporant [i].

6. *Et aperuit* (Nempe Bestia [k]:) *os suum in*, &c. Εἰς βλασφημίαν, &c.] *Ad blasphemiam*, &c. Be. Pi. *Ut blasphemaret*, &c. q. d. Cœpit blasphemare, vel, Horrendum in modum blasphemavit, quasi ore aperto [l]. Similis locutio Matth. 13. 35. Idololatria per Domitianum contumeliosè Deum tractavit, illo dicente, cùm continuis octo mensibus fulguraret, *Feriat quem volet. Epistolas quoque sic inchoavit*, Dominus & Deus noster sic fieri jubet. *Unde institutum posthàc, ut nè scripto quidem ac sermone cujusquam appellaretur aliter*, ait Suetonius [m]. ¶ *Blasphemare nomen ejus*] id est, Dei & Christi [n], vel, Deum ipsum Dan. 7. 25 [o]. vel, personam Dei. Hoc facit in cultu imaginum, illis *Nomen Dei imponendo*, juxta Sap. c. 14. v. 21 [p]. *efferendo se adversus Deum*, &c. 2 Thes. 2 [q]. Dei honorem, titulos, jura, opera, sibi vendicando [r], v. g. quòd non possit errare; quòd decreta ejus paris certitudinis & authoritatis sint cum Scriptura Dei †; quòd mandata Dei solvere possit [t]; vel, gloriam Dei & beneficiorum Christi transferendo in idola, in sanctos demortuos, in merita sua [v], quæ dum Christo adjungunt, ipsum blasphemant [x]. ¶ *Et tabernaculum ejus*] id est, Vel, 1. humanam Christi naturam, quæ *Templum* dicitur Joan. 2. 19. & *Tabernaculum*, Heb. 9. 11. in quo Deitas σωματικῶς habitat, Joan. 1. 14 [y]. quam blasphemat Bestia, dum Christi corpus ex pane à Transubstantiatore sacrificulo quotidie factum credit, eóque Panem pro Christo adorat, imò in sacrificium offert, quasi de integro Christum crucifigens [z]. Vel, 2. Templa Deo dicata [a]. Vel, 3. Ecclesiam [b], quæ *Templum Dei* mysticum, 1 Cor. 3. 16, 17. & 6. 19. 2 Cor. 6. 16. sed hîc potiùs *Tabernaculum* [dicitur,] ut intelligatur Ecclesia illis temporibus fuisse vaga & erratica, sicut in deserto. Sic Deus Hierosolymitas vocat אלהי בדי, Ezec. 23 [c]. Hanc blasphemat Bestia, maledictis, probris, anathematis suis [d], tyrannide eam premens, & se ejus caput, sponsum, dominum, esse mentiens *, populum Dei traducens, tanquam hæreticos, damnatos, &c [f]. ¶ *Et eos qui in cœlo habitant*] id est, Vel, 1. singulos Christianos, *quorum conversatio est in cœlis* ‖, Phil. 3. 20. Matth. 6. 21. Vide suprà 3. 4. Sic Hebræi vocantur *exercitus cœlorum*, Dan. 8. 10. ut AE. ibi exponit. Vocabant Idololatræ Christianos ἀθέους & causas omnium in Imperio malorum. Fuit [Domitianus] ut Ecclesiæ universæ, ità & singulis ejus membris, infestissimus. Adeò crudelis fuit in Christianos, ut nec fœminis, & quidem sibi conjunctissimis, parceret. Vide Euseb. Hist. 3. 14 [g]. Vel, 2. sanctos martyres [h], cœlites & Beatos [i], angelos & animas, in cœlis triumphantes [k]. Hos non uno modo blasphemat Bestia [l], dum eorum nominibus vocat quos colit Dæmones & Idola; dum eos, vel invitos, Ethnico ritu, constituit mediatores apud Deum & patronos mortalium, cum contumelia Christi; dum eos contumeliosis & improbis fabulis & miraculis dehonestat, ut dubites, cultúne, quem se iisdem exhibere videri vult, an fabularum contumeliis, peccet magis [m]; dum eos in loca Gentilium Idolorum succedere cogit, quasi lares & tutelares deos præficiens porcis, equis, asinis, &c. dum cultu eorum turpissimam nundinationem exercet [n]; dum eorum nominibus ad incantationes abutitur, & res vilissimas eis imputat, quasi ipsis probarentur idola, aut cultus idololatrici, &c [o].

7. *Et est datum* (i. e. permissum sive concessum [p], ut נתן sequente Gerundio apud Ebræos usurpatur [q]. Sic suprà 6. 4, 8. & 7. 2. & 9. 3, 5 [r].) *illi bellum gerere cum sanctis*, (i. e. Christianis sive fidelibus †. *Bellum* hîc, ut & suprà 11. 7. & 12. 17. dicitur sævissima laniena, quod solum belli genus esse potest adversùs eos qui pati tantùm, non & resistere, didicerunt [r].) *& vincere eos*] Non seducendo animas [v], aut spiritualiter; sic enim sancti (etiam victi [x]:) vincunt Bestiam, fide scil. & patientiâ [y]; sed eos interficiendo [z], in exsilium, in carceres, agendo, Deo ipsos in tyranni manus dante. Absunt autem hæc in MS. & satis comprehenduntur in verbis antè positis [a]. Hoc idem dictum de parvo cornu, Dan. 7. 21 [b]. *Cum Sanctis*, id est, cum *Semine* quod *Mulieri* in Eremo obvenerat [c]. Idem hoc bellum quod cum testibus, c. 11. 7 [d]. Jam licèt tota Bestiæ dominatio quoddam sit contra Sanctos bellum, juxta cap. 12. 17. hîc tamen aliusmodi Bellum intelligitur, tale scil. quod cæde & sanguine geritur: ut apparet, tum, 1. ex collat. v. 10. tum, 2. quòd in *Bestiæ*, non *Ecclesiasticæ*, sed *Secularis*, descriptione adhuc versamur, in quam alterius generis bellum per se vix competit. Bellum autem illud hoc non statim ab initio suo gessit, sed postquam jam ad ἀκμὴν suam pervenerat, currente seculo à Christo nat. 12. & deinceps per annos paulò ampliùs 450 *. Prima ejus expeditio incubuit in Albigenses, Waldenses, &c [f]. quorum per solam Galliam (si fides P. Perionio in ejus Belli historia) occisa sunt 1000000. Et fatetur Sanderus De visib. Monarch. l. 8. demonstrat. 34. infinitos Lolhardos in Europa ignibus traditos fuisse. Testatur Vergerius, intra 30 annos 150 millia per Inquisitionem consumptos fuisse, &c. Et, si res ad calculum revocetur, hanc Bestiæ persecutionem decem illas Ethnicas superâsse constabit. Hodie quoque durat hoc bellum, nec finietur donec Bestia in exitium ierit [g]. Complectitur ergò hoc Bellum omnes, vel populorum, ut in Bohemia, &c. vel, singulorum sanctorum

lanienas

Marginal notes (left column): q Med. r … fim. Med. † G. t G Ham. L. T. v G. x Marc. 310. y Marc. 318. z Mor. 689. Marc. 310. a Marc. ib. b Mor. c Marc. 309 d Med. 624. * … f Par. fim. Med. Dur. g Med. ib. h Med. 522. fim. Mor. Dur. i Mor. 22. fim. Med. 522. k G. l Par. m G. n T. o G p Med. 625. q Par. r Par. fim. Clu. Dur. † Par. t Clu.

Marginal notes (right column): v Grav. x Clu. y Med. 625. sic Dur. z Med. ib. a Rib. La. b La. T. G. Bri. Par. Grav. Clu. Dur. Zeg. Pi. c G. d Dur. * Par. f Clu. ‖ G. fim. Bri. Grav. g G. h Pi. i La. k Par. Clu. sic Dur. l Par. m Med. 626. n Par. o Dur. p D. sic G. q D. r G. † Pi. Ham. r G. v E. x Par. y Clu. z G. sic Par. Clu. Med. Dur. a G. b Par. c Med. 626. d Par. * Med. ib. f Med. ib. fim. Dur. g Med.

lanienas atque martyria, &c[b]. ¶ *Et data est illi potestas in omnem tribum, & populum,* &c.] De qua distributione humani generis, vide cap. 5. 9. & 11. 9. & 14. 6. Vide infrà 17. 15. Hoc vult, Exemplo Imperatoris populique Romani tractos fuisse populos ferme omnes, ut & Idololatriam impudentiùs exercerent, & omni sævitiæ genere in Christianos uterentur. Et Idololatria per Domitianum latiùs quàm antè propagata est, victis Dacis, Cattis, Sarmatis[i]. Quasi verò illa [Romanorum] deterior esset Idololatria quàm ista Barbarorum. Penes quemlibet judicium est, an tam laxus ac improprius sensus mentem expleat hujus Prophetiæ, quæ de *Politica*, loquitur, non de *Morali*, potentia in Nationes, déque re tanquam nova. Roma autem tam amplam habebat Dominationem in regnis præced. Imperatorum atque in illius, &c[k]. Dilutum est hoc G. interpretamentum. Aliud est mali exempli vis & efficacia, aliud potestas sive authoritas exequendi quæ vellet, quæ Bestiæ huic tribuitur, &c[l]. Intelligit h.l. vel, 1. potestatem persequendi & debellandi Sanctos per totam ditionem Romanam; vel, 2. authoritatem Bestiæ, quæ tanta erit, ut nulla tribus, lingua, aut gens, ei refragaretur. Non de singularibus hîc loquitur quorum multi fidem Agno servârunt, sed de integris tribubus & gentibus, id est, civitatibus, principatibus, regnis aut politiis hominum quarum nulla reperta est quæ Bestiæ non obsecuta est, &c[m]. *Bestia* imperium suum coextendit Christo, cujus vicarium se profitetur[n], & æmulum se esse ostendit. Potestas ei universalis erit, ut omnes Romano subdere colla jugo aut exoptent aut cogantur. Vide, annon Spiritus S. hîc rursus ad τὸ καθόλε Romanum intendat digitum[o].

8. *Et*, &c. Καὶ προσκυνήσουσιν, &c.] id est, Ἵνα προσκυνήσωσιν, &c. *Ut serviant Idololatriæ omnes qui in Romano sunt Imperio*, quod hîc γῆ, ut suprà 12. 12. sicut οἰκουμένη, Luc. 2. 1. Morem hunc imitabuntur non tantùm qui pars erant Romani Imperii, sed quócunque nomen & fama ejus Imperii perveniet[p]. *Itaque adorabunt eam omnes* (i. e. plerique[q]:) *incolæ terræ*] id est, Terreni homines, ut ostendunt verba sequentia[r]. ¶ *Quorum*, &c. Ὧν ὐ γέγραπται —— ἐν τῇ βίβλῳ τ̃ ζωῆς τ̃ ἀρνίε τ̃ ἐσφαγμένε ἀπὸ καταβολῆς κόσμε] *Quorum non scripta sunt nomina in libro vitæ* (h.e. Qui non sunt scripti in Libro æternæ præscientiæ ac prædestinationis†; qui non sunt prædestinati[t], sive electi ad salutem[v], *vocati, fideles, sancti & electi*, ut vocantur infrà 17. 14. qui sigillo Dei obsignati suprà 9. 4[x]. vel, qui hæredes vitæ scribuntur. Electi dicuntur *scribi in libro vitæ* Metaphorâ humanâ. Solemus enim nomina eorum, quos charos habemus, albo amicorum inscribere, ut sint in memoria nostra[y]. Similitudo sumpta est à bene moratis civitatibus, ubi ab initio conditæ urbis exstant perpetua monumenta quæ civium nomina continent; in quibus civium & natorum, & ad ætatem virilem provectorum, scribebantur nomina, & eradebantur οἱ ἄτιμοι. Concipitur enim hic Liber ad eum modum ut qui justus est quoquo tempore ei inscribatur, qui esse desinit auferatur. Multùm autem falluntur qui ex hac figurata locutione decreta nobis Divina fingunt de hominibus sine ulla conditione, sine ullius actûs aut qualitatis intuitu, servandis. Vide Constitut. Clem. Chrys. Clem. ad Corinth. [eorúmque verba in G.] Vide dicta ad Dan. 12. 1. Luc. 10. 20. Apoc. 3. 5[z].) *Agni* (Rectè autem *liber Vitæ* dicitur *liber Agni* [vel,] quòd vitam illam æternam accepturus est nemo nisi Agno largiente[a]: [vel,] quia Agnus primus omnium ad eam vitam pervenit: vide suprà 1. 5, 18. & 2. 8. & 5. 9. [vel,] quia Agnus ab æterno erat destinatus ut omnium Sanctorum, inter quos eminent Martyres, Caput esset. Vide Heb. 11. 40. Commendant nobis patientiam exempla ab omni ævo passorum similia, Matth. 5. 12. & 23. 35[b]. [vel,] quia in Christo & sanguine ejus facta & fundata est electio ad vitam[c]. Al. Aliud est *liber vitæ*, c. 17. 8. qui est Catalogus proborum Christianorum; aliud hic *liber vitæ Agni occisi*, qui est Catalogus Confessorum, qui pro Christo mori parati sunt ‖.) *mactati à fundatione mundi*, Mo. &c. Hæc autem verba, ἀπὸ καταβολῆς κόσμε, referuntur, vel, 1. ad proximum, ἀρνίε ἐσφαγμένε, ut *Agnus* dicatur *occisus ab origine mundi*[d], non actu, cui repugnat Heb. 9. 26*. sed respectu, 1. decreti Divini: quo sensu Christus *præcognitus* dicitur *ante mundi constitutionem*[f]; 2. promissionis illius, Gen. 3. 15. 3. victimarum veterum, quæ erant ipse Agnus sacramentaliter[g]; 4. virtutis & efficaciæ istius occisionis quæ viguit ab origine mundi. Vide Act. 15. 11, 18. Gal. 3. 17[h]. Vel, 2. ad remotius, ὐ γέγραπται[i], ut verba sic ordinentur, *Quorum nomina non sunt scripta ab origine mundi in libro vitæ agni qui occisus est*[k]. Quorum enim scripta sunt nomina, ab origine mundi scripta sunt, Eph. 1. 4[l]. ut comma ponatur post ἐσφαγμένε, quomodo distinguunt cod. Reg. sive Complut[m]. & Boderianus, & Junius, & Ca. & Rib. &c[n]. ut *liber* dicatur *ab origine mundi*, supple *conscriptus*[o]; ut ostendit collat. cap. 17. 8[p]. ubi Johannes, optimus sui Interpres, sic refert, ὧν ὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐπὶ τὸ βιβλίον τ̃ ζωῆς ἀπὸ καταβολῆς κόσμε. Est ergò hîc Hyperbaton[q], sive trajectio vocum[r], qualis 2 Cor. 2. 7. & 12. 2. & alibi†, & Luc. 4. 5. & Joan. 15. 5, 24. quæ loca huic planè gemina sunt[t]. Ità sensus facilis est, Adorâsse Bestiam illos qui non sunt prædestinati, sed reprobi[v]; vel, quotquot non sunt veri & probi Christiani, & ut tales prædestinati[x]. Hoc addidit, nè desperandi occasio fidelibus daretur, quia præmiserat fore ut Antichristus in electos bellaret, eósque vinceret[y]. Nè quis aut universali in Bestiæ leges consensu, & tot populorum exemplo fascinatus, aut persecutionis atrocitate fractus, fidem Agno datam violet, ínque Bestiæ cultum concedat, Spiritus S. quo loco & numero apud Deum sint qui hoc faciunt denunciat[z]; Eos nempe in Agni matricula non haberi, sed Regni Dei exsortes æternùm perituros[a]: quod etiam apertè significatur infrà 14. 9, 10, 11. & 2 Thes. 2. 10. ut nullus sit hîc disputandi locus. In hoc enim Bestiæ cultu Spiritus S. esse notat & *blasphemiam*[b], & *Idololatriam*, & *hæresin*[c]; quæ horrenda peccata sunt, & cum vita æterna stare nullo modo possunt, Gal. 5. 20[d]. Quod tamen non de omnibus qui ex parte Bestiæ adhærebunt putandum est, sed de iis tantùm qui doctrinam Bestianam plenè & finaliter amplectentur, &c*. Nunc clamet Papa, *Subesse Romano Pontifici, omnino esse de necessitate salutis*: Spiritus S. apertè contrarium statuit[f].

9. *Si quis habet aurem, audiat*] Solennis præfatio magnæ diligentérque observandæ rei, Matth. 11. 15. & 13. 9, 43. &c. De hac formula Audientiam excitantis vide suprà 2. 7, 11, 17, 29[g]. Referendum hoc, vel, 1. ad præcedentia[h], pari modo quo eadem referri solent cap. 2. & 3. vide cap. 2. ult. & 3. 6, 13, 22[i]. De Bestia ejúsque adoratione[k]: q. d. Præcavete scandalum[l], Bestiam hanc probè contemplamini & cognoscite, nè ejus astutiâ & imposturis circumveniamini[m]. Eho, pii Christicolæ, advertite aures, imísque animis recondite quod de infelici adeò Bestiiísequarum sorte modò profatum est; neque enim parvi momenti res est, quinimo talis in qua cardo salutis vestræ vertitur[n]. Significat, multis defore aures & intellectum, ut hanc veritatem percipiant. Nè ergò miremur multorum cæcitatem, &c[o]. Vel, 2. ad ea quæ sequuntur de sortium commutatione[p].

10. *Si*, &c. Εἴ τις αἰχμαλωσίαν συνάγει, &c.] Αἰχμαλωσίαν συνάγειν est *captivitatem*, id est, captivos (ut *circumcisio*, pro *circumcisis*, &c.) *colligere*, & ex captivitate educere, iisque Ducem esse adversùs victores, ut συνάγειν εἰς πόλεμον dicitur cap. 16. 14, 16. & 20. 8. & *colligere* sumitur Psal. 106. 47. Hoc autem pleniùs exprimit per *occidere gladio*, i. e. vi & armis Imperatoribus ipsos persequentibus obsistere: quod hic vetatur, & significatur, Fidem & Patientiam unica esse Christianorum arma[q]. In MS. est Εἴ τις εἰς αἰχμαλωσίαν, εἰς αἰχμαλωσίαν ὑπάγει quod non improbo, ut in priore membro subaudiatur ἄγει ex sequente ὑπάγει[r]. [Reliqui verba sic reddunt:] *Si quis captivitatem* (vel, *in captivitatem*, Er. P. Il. Be. Pi. Tre. ex Sy. vel, *captivos*, Ca.) *congregat* (vel, *contraxerit*, Ti. vel, *abigit*, Ca. vel, *agit*, Be. *ducit*, Er. Il. P. &c. Forsan deest hîc præp. εἰς, nisi malimus *captivitatem* pro *captivis* interpretari, quod declaratur Præpositione σὺν†.) *in captivitatem vadit*, &c. Mo. Val. &c. vel, *abibit*, &c. Præs. pro fut[t]. Epiphonema [est] consolatorium piorum, in quos Bestia carceribus, bello, &c. grassaretur. Deus, inquit, justus eorum vindex erit, & tot lanienarum pœnas reposcet, & Belluæ talionem retribuet[v]: q. d. Nè ergò offendamini successibus & sævitiâ Bestiæ, quæ

L l l l talionem

Marginal notes (left column): [b] Dur. [i] G. [k] Mor. 690. [l] Maresf. 324. [m] Med. 627. [n] Clu. [o] Par. [p] G. [q] Clu. [r] Gag. sim. Par. † Gag. [t] Me. [v] Par. [x] Clu. [y] Par. [z] G. [a] G. ad Apoc. 17. [b] G. [c] Par. ‖ Ham. [d] Par. Clu. Bri. Plerique in Ga. a. * Ga. a. 17. 160.

Marginal notes (right column): [f] G. Clu. [g] Par. [h] Clu. sic Par. [i] Aret & Rup. in Par. G. [k] Ga. a. ex Ca. E. [l] E. [m] Clu. ex Aret. [n] Clu. [o] Ga. a. [p] Ga a. 163. [q] G. [r] G. Ga. a. [s] Ga. a. ex Aret. [t] G. Ga. a. † G. [t] Ga. a. [v] La. [x] T. [y] Gag. [z] Med. 628. [a] Med. ib. sim. Par. Bri. Dur. [b] Dur. [c] Grav. sic Dur. [d] Grav. * Dur. [f] Eri. [g] G. [h] Med. sic Par. [i] Med. [k] La. Me. [l] Clu. [m] Par. [n] Med. [o] Dur. [p] Me. ex La. sic T. [q] Ham. [r] G. † Be. [t] Pi. [v] Med. 628.

talionem tyrannidis suæ patietur [x]. Sensus est, Patienter hoc ferte, Christiani; non deerit ultio. Roma quæ vos captivos agit capietur à Wandalis & Gothis non semel. Pœnæ civitatum seriores sunt quàm hominum singulorum: nam & vita civitatum est longior. Domitianus, qui tot Christianos per injuriam gladio interfecerat, ipse quoque gladio, & quidem domesticorum suorum, interfectus est, Divino hoc decreto multis iisque clarissimis indiciis præsignificato. Vide De J. B. & P. 1.4.5 [y]. Sed precaria est hæc Grotii expositio. 1. Christiani majora patiebantur sub Nerone, quàm sub Domitiano. 2. Domitiano non congruit abductio in captivitatem, ideóque neque hæc occisio gladii, quia utraque ad eundem referuntur. 3. Innuitur hîc, eos post devictam hanc Bestiam, à calamitatibus liberatum iri. Post Domitianum autem octo gravissimæ persecutiones eos adhuc manebant [z]. Sensus, q. d. Ne putetis hanc Bestiam æternùm duraturam, adveniet enim illi dies ejus, quo captiva abducetur & occidetur [a]. ¶ *Hîc* (id est, in hac re [b]: sicut dicimus *unde discerem*, pro *de quo discerem*. Similis locutio infrà 14. 12. & 17.9. Refertur autem hoc ὧδε ad præcedentia [c]. In hoc promisso aut verbo idoneum est fundamentum patientiæ, &c [d]. Vel, In his rebus adversis & persecutionibus *. Vel, In hac parte Prophetiæ [f].) *est* (i. e. cernitur [g], & splendebit [h], & necessaria est, vel etiam durabit, ut sit promissio Dei †:) *patientia* (vel, *perseverantia*, V. *tolerantia*, Camer.) *sanctorum*] id est, Christianorum [i], ut suprà 5. 8. & 8. 3,4. hîc suprà v. 7. Similis exhortatio Dan. 12. 12. Sensus est, Eò firmari Christianorum patientiam ac fidem quòd nôrint Deum suarum injuriarum fore vindicem. Vide Tertul [k]. [ejúsq; verba in G.] Sancti, hâc Dei æquitate & justitiâ freti, ad ea quæ passuri sint minimè conturbentur aut animis concidant, sed animosè Bestiæ contranitentes vindictam à Deo certò & cumulatè eventuram firmiter & patienter exspectent [l]. Al. Hæc res postulat patientiam & fidem [m]; quibus opùs est donec hoc verbum compleatur, & ultio hæc de hostibus sumatur [n].

11. *Vidi aliam bestiam*, &c.] Quod hîc prædicitur posterius est jam dictis. Hæc Bestia est, Vel, 1. Magia, quæ à Pythagoristis, illo tempore de quo hîc agitur, apertè exercita labantem Idololatriam erexit, maximè per Apollonium Tyanæum, quem ejus temporis homines Christo ausi sunt opponere, ut ex Hieroclis Libro apparet cui respondit Eusebius [o]. *Bestia* hæc est Apollonius, nempe, cum sequacibus suis, Magis, Auguribus, Sacerdotibus Ethnicis, qui variis modis divinabant [p]. Qualis forma fuerit hujus θηρίῳ non dicitur. Credo fuisse formam Viperæ, quia inter è terra nata illa eximio jure hoc nomen sibi vendicat. Vide Act. 28.4,5. Et Erichtho Magis operans sacris apud Lucanum sic describitur, *Et coma vipereis substringitur horrida sertis*. Magia autem rectè dicitur ex terra ascendere, [vel, 1.] quia Magi ex terra, i. e. ex antris, loquebantur, Esa. 29.4. & umbras suscitabant ex terra, 1 Sam. 28. 13. Seneca Oedipode, *Subitò dehiscit terra, & immenso sinu Laxata patuit: ipse pallentes deos Vidi inter umbras*. Hæc sunt illa ἄδυτα, ἄβατα καὶ φοβερά, de quibus Nazianz. Orat. 2. in Julianum: [vel, 2.] quia ei origo privata, non publica. Mos est Hebræorum vocare τοὺς ἰδιώτας *populum terræ*. Opponitur ei quod de priore Bestia suprà dictum, *ex mari eam ortam* [q]. Al. Non placet hæc sententia: 1. Sic Bestia esset Ars, non Corpus Politicum, quod stylo Prophetico planè adversatur. 2. Commento huic minimè conveniunt tempora quibus Grotius hanc Prophetiam affigit, *Domitiani* scilicet & *Trajani*; quippe qui Magiæ fautores non erant, priórque ejus potiùs persecutor [r], & infestus Apollonio, sicut & Apollonius Domitiano, fatente Grotio. Quî ergò statuit G. primam Bestiam esse Domitianum, Apollonium secundam, hâncque effecisse authoritate suâ ut prioris reverentia retineretur? Et quomodo tunc Idololatriæ reparandæ & principibus contra Christianos concitandis Magiæ studium & authoritas Apollonii inservirent; cùm Apollonius nullam haberet authoritatem, & Trajanus esset ab illo studio alienus, & Magia Romæ prohibita esset? Adde quòd Trajani persecutio mitior fuit cæteris, quod testantur Tertul. Apol. c. 6. Sulpit. Severus l. 2. Oros. 7. 12. Et Euseb. l.4.c.2. refert sub Trajano doctrinam Evangelii maximos pro-

[x] Grav. fim. Par. — [y] G. — [z] Mor. 690. — [a] Dur. — [b] G. Dur. — [c] G. — [d] Dur. — * Me. La. fim. T. Dur. Par. — [f] Pi. — [g] Camer. fic Me. — [h] Me. — † Par. — [i] G. fic Pi. — [k] G. — [l] Med. 628. — [m] Pi. — [n] Dur. — [o] G. — [p] Ham. — [q] G. — [r] Mor. 690.

gressus fecisse; procul ab eo quod somniat Grotius, Plagam secundam Bestiæ illatam, id est, Idololatriæ, gladio spirituali Evangelii, sub Vespasiano & Tito, Apollonii arte & Trajani Marte fuisse sanatam †. [Hæc de prima sententia.] Vel, 2. insignis aliquis impostor, qui erit quasi præcursor & præco Antichristi [t]. Vel, 3. Ipse Antichristus [v], quem tota Apocalypsis sub diversis formis repræsentat, hîc autem quasi geminâ indutum personâ, seculari & Ecclesiastica [x]. Prior Bestia *Secularis* est, hæc *Ecclesiastica*, seu mavis *Pseudo-prophetica*, quæ prioris Bestiæ ejúsque blasphemiarum præfecturam gerit [y]; quam constituit Pontifex Romanus [z], non per se & solus, sed cum suo Clero, cùm Bestia cœtum hominum quodam membrorum ordine instar animalis gaudentem denotet, non singularem hominem. Ascendit autem non, ut prior, *ex mari* seu Orbis ditionibus, nobiliori scilicet origine, vel potiùs, exercituum populorúmve bello decertantium confluge, genita; sed *de terra*, id est, vel, 1. ex ima rerum conditione [a], ortu ignobilis [b]; vel, 2. ex abysso quæ est sub terra, i.e. ex gehenna. Synecd. membri [c]. Vel, 3. tacitè & sine strepitu, instar herbarum & stirpium de terra nascentium, succrescens [d], ex parvis orta principiis, multùm crescens *. Vel, 4. q.d. formâ non terribili & monstrosâ ut prior [f], sed mitior, ut quæ ex terra sunt [g], ut agni [h]. Vel, 5. q. d. originis non cœlestis aut divinæ, sed terrenæ & infernæ [i]. Quanquam idem hîc, sicut Dan. 7. 2. 3, 17. designari potest & per *terram* & per *mare*, ut significetur, dominium ejus extendere se ad mare & terram, sive ad potestates seculares & Ecclesiasticas [k]. Prior Bestia corporalem aut mundanam potestatem delineat, ut ostendunt capita & cornua, totáque ejus descriptio: Posterior potestatem spiritualem; ut docet, 1. quòd Christi cornua ostentat; 2. quòd Pseudo-propheta & dicitur c. 16. 13. & 19. 20. & 20. 10. & est, seducens per signa, &c [l]. Hæc porrò Bestia cum priore convenit, ut scopo sive consilio, & potestate, ità & tempore [m]. Et sub prioris Bestiæ capite hanc quoq; secundam contineri multa probant [n], 1. quòd hæc propriâ figurâ caret: tantùm duo ejus cornua & loquela exprimuntur, tanquam novi hujus ortûs propria [o]. 2. Quòd omnem prioris Bestiæ potestatem exercet [p]: Draco autem non dedit eandem potestatem duobus, sed uni Antichristo [q]. 3. Quòd facit adorari priorem Bestiam: à qua si esset numero alia, sibi mallet quàm alteri honorem conciliare [r]. 4. Quòd sub finem capitis utraque Bestia coalescit in unam †; nam character, nomen & numerus nominis, est unius tantùm Bestiæ, non duarum [t]. 5. Quòd victoria de una obtinetur, cap 15.2. & 20. 4 [v]. Ut ergò cap. 17. mulier agens Bestiam diversâ ratione notabit unum cum Bestia Antichristum; ità hîc Bestia terrestris faciens adorari imaginem Bestiæ marinæ, unum cum eadem Bestia marina Antichristum aptè repræsentat [x]. Obj. Hæc Bestia *alia* dicitur [y]. Resp. Diversa hæc est non substantiâ, sed specie & ortu [z]. *Alia* dicitur, quia est alius typus eandem potestatem describens, ut Græcia describitur specie & *pardi* & *hirci*, Dan. 7. & 8 [a]. Idem Antichristus est sed aliter personatus [b], sive diversimodè consideratus [c]. Priùs in scenam venit ut tyrannus, Rex, vel Imperator Romanus [d], in serie capitum, &c. & civili potestate pugnans *: hîc ut hierarcha seductor & Pseudo-propheta [f], pugnans armis spiritualibus, miraculis, excommunicationibus, prætextibus speciosis, &c [g]. Antea Papam descripsit ut membrum, ipsúmque os, Imperii Romani, nunc particulariter & seorsim eum describit ut qui particulare Regnum sibi acquisivit †. ¶ *Habentem cornua duo similia agni*, Ἀρνίῳ, &c.] Pro τῷ ἀρνίῳ, ut jam illud δράκων, pro ὁ δράκων. Frequens talis articulorum omissio apud omnes auctores [h]. *Cornua* potentiam notant [i]. *Cornua duo* notant, vel, 1. Bestiæ fraudem & vim [k]; vel, affectatam vitæ sanctimoniam, & fictam patrandorum miraculorum potestatem [l]. Vel, 2. duo virtutum simulacra virtutibus Christianis similia, per quæ Magi reddebant se venerabiles, Temperantiam in Victu & Castitatem, quas in Magis notant Clem. Alex. & Theod. [vide in G.] Speciatim de Apollonio id refert Philost. 1. 10 [m]. Sed *cornua* in stylo Prophetico non *virtutes* denotant, sed *potestates Politicas* [n]. Vel, 3. potestatem illam duplicem, operandi signa, v. 14. & animandi imaginem Bestiæ [o]. Vel,

† Maref. — [t] Me. La. ex Rib. T. ex Tertul. &c. — [v] Dur. Par. — [x] Par. — [y] Med. 628. — [z] Med. 629. fim. Clu. Par. Dur Bri. — [a] Med. — [b] Par. fim. Clu. Dur. — [c] Pi. — [d] Med. — * Par. ex Rib. — [f] Rib. Par. Dur. — [g] Dur. — [h] Rib. — [i] Clu. Dur. — [k] Dur. — [l] Clu. — [m] Dur. — [n] Clu. — [o] Par. — [p] Clu ex Par. — [q] Par. — [r] Par. fim. Clu. — † Par. — [t] Par. Clu. — [v] Clu. — [x] Par. — [y] Q. — [z] Par. — [a] Dur. — [b] Par. — [c] Dur. — [d] Par. fim. Dur. — * Dur. — [f] Par. — [g] Dur. — † Nap. — [h] G. — [i] Par. fic Clu. Ham. — [k] La. — [l] T. fim. Me. — [m] G. — [n] Mor. 690. — [o] Ham.

Vel, 4. potestatem illam bipartitam ligandi & solvendi quam jactat p. Vel, 5. potestatem duplicem, quam sibi arrogat Papa, civilem & Ecclesiasticam q. *Agnus* hic, ut totâ Apocalypsi, Christum significat. *Cornua agni* notant Christi speciem & potestatem, quam sibi assumit ut Christi vicarius, &c r. vel, speciem innocentiæ & mansuetudinis Christi quam Bestia præ se fert †. Arrogat sibi omnem Agni potentiam, sed longè ab ipso deficit; ut ostendit quòd Agnus habet septem cornua, cap. 5. 6. Bestia tantùm duo. Notat hypocrisin, quòd Antichristus Christum, vel Christi vicarium, se mentitur t. ¶ *Et loquebatur sicut draco*] Vel, qualia Draco per Simonem locutus fuerat, *cujus* παρουσία *fuit* κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ, 2 Thes. 2. 9. Ea quæ docebant Magi non ad Dei, sed ad Diaboli, honorem reverâ pertinebant. Idem de Apollonio tradunt Orig. Lactant. Cedren. De Judæis contemptim loquitur Apollon. in Philost. 5. 11. ἐκεῖνοι, &c. *illi*, inquit, *jam olim se absciderunt non à Romanis tantùm, sed & ab hominibus omnibus* v. Doctrina ejus non Christi est x, sed Draconis y, sive *Dæmoniorum*, 1 Tim. 4. 1 *. *Loquitur ut Draco, Draco verò rufus*, cultum nempe Deastrorum & Idolorum, & Sanctorum persecutiones & lanienas †, & mendacia, 2 Thes. 2. 11 z.

12. *Et* (vel, *Nam*, Med. *Verò*, Be. Pi.) *potestatem prioris bestiæ omnem faciebat* (i. e. Potestatem Draconis fiduciariam illam priori Bestiæ concreditam, inque idololatrico cultu sitam, exsequitur *Bestia Bicornis*, tanquam Hierarcha, cujus est obeundis sacris præesse a. Sacrificia celebrabant & celebrari præcipiebant Magi. Et nocebat Christianis Magia Dei permissu, sicut antè nocuerat Idololatria vi Cæsarum sustentata. De voce ἐξουσίας vide suprà v. 2 b. Habebant quidem Magi sacrificia, sed clandestina, utpote execrabilia & horrida, in quibus, ait Plin. 30. 1. *hominem occidere religiosum erat, mandi verò etiam saluberrimum.* Et Apollonius, cùm Pythagoreus esset, ab omnibus sacrificiis cruentis (in quibus maxima pars cultûs publici consistebat c:) abhorrebat d. Al. Exercet *omnem* ἐξουσίαν, &c. cujus partem vel præcipuam esse *adorationem accipere*, apparet ex v. 7, 8 *. Fuit illa potestas, tum loquendi magna & blasphemias, tum, belligerandi cum sanctis; tum, imperandi omni genti, &c f. Re & potestate idem est Antichristus, cujus omnem potestatem nemo utique exercebit præter ipsum g.) *in conspectu ejus*] i. e. Ipsâ spectante: quod insolentiam notat h: vel, in honorem idolorum. Ità hæc locutio sumitur Luc. 4. 7. & alibi i: vel, ipsâ quasi mandante, juvante, probante k; ad præscriptum, nutum, & placitum, Bestiæ l; vel, apud ipsum, sive in præsentia ipsius m: unde constat, has Bestias omni ævo suo necessariò contemporare n: vel, in gratiam ejus o, ut illam, velut præcursor, introducat p, vel, tanquam Hierarcha: q. d. *Bestia* hæc *Bicornis Bestiæ Decem-cornupetæ* à sacris est, ut mirum videri non debeat si loquatur *ut Draco*. Ità enim לפני, cui ἐνώπιον respondet, nonnunquam æquipollet Dativo personæ cui aliquid acquiritur; ut idem est λειτουργεῖν ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, 1 Sam. 2. 18. & λειτουργεῖν τῷ Κυρίῳ, 1 Sam. 3. 1. Speciatim verò Pontifex Romanus hujus Bestiæ caput, illius quoque Bestiæ supremum regimen exercet q: vel, ad gloriam ejus, vel in nomine ejus r. Fecit Pontifex quicquid voluit etiam in præsentia magni Imperii, vel, stante adhuc Imperatore, nec minore potestate quàm ipse Imperator †. Vel, finem notat à Bestia designatum, secularem scil. potentiam, priore typo expressam, quam usu & prætextu potestatis Ecclesiasticæ sibi comparavit t: vel, *coram ipsa*, h. e. in ipsa sede Bestiæ complexim sumptæ, h. e. Romæ v. *Et fecit* (suâ auctoritate & doctrinâ & exemplo x, vel prædicando, suadendo, mandando, cogendo y:) *terram, & (*καὶ hic pro τῆς expono z; est enim ἐξηγητικὸν prioris a:) *habitantes in ea* (i. e. homines ditionis Romanæ b: vel, plerosque Orbis Christiani incolas c:) *adorare bestiam primam* (i. e. priorem. Πρῶτον pro πρότερον non rarum Græcis. Vide Joh. 1. 30. Sensus, q. d. Efficiebat ut & populi universi publicè, & homines singuli privatim, in cultu deorum falsorum perseverarent d. Quicquid ergò est Bestia illa prior, quicquid obsequii à gentibus impietati ejus delatum est, id omne Hierarchæ huic tanquam parenti acceptum refert, cujus nimirum operâ hoc effectum est *. Illud, *fecit*, designat & scopum ipsius & efficaciam. Hoc omnibus modis quærit & molitur ut authoritatem veteris Imperii Ethnici conservet, & in persona sua tueatur. Scopus hujus typi est, ut ostendat quomodo Papa ad fastigium illud pervenit in quo fuit in descriptione priori f. Quibus autem mediis machinisve id effectum dedit, id particulatim in seq. exponit g.) *cujus curata est plaga mortis*] Vel, *mortifera*, V. *letalis*, Be. Pi. Lapsu Capitolii, adde & liberâ prædicatione sub Vespasiano & Nerva, grave vulnus inflictum fuit Idololatriæ, & multi crediderant ut tota simul Idololatria, cujus ibi præcipua sedes fuerat, corrueret: sed longè aliter evenit: vulneri medicamen aliquod attulit Magia Pythagorica; nam & Capitolium restitutum fuit, & eo ipso tempore nosci cœpit Apollonius h. Per *primam* hanc *Bestiam* intelligitur Imperium Romanum, non simpliciter, sed sub septimo Capite, h. e. Papatu; postquam plaga lethalis sexto capiti inflicta eversione Idololatriæ per Constantinum, à Papatu sanata est. Ex hoc loco colligitur, has duas Bestias esse reverâ unam & eandem, quia posterior semper honori prioris consulit; cùm tamen hæc Bestia, Papa scilicet, gloriam authoritatémque suam aliis omnibus anteponit i. Qu. Cùm Bestia *secunda* sit nulla alia quàm *prima* rediviva, cur non urget adorationem suo ipsius nomine, sed tantùm illius? Resp. Singulare hoc est artificium, ementito antiquitatis nomine existimationem sibi apud mundum parantis, quasi nihil sibi novum vendicaret, sed tantùm quod majores hæreditariò reliquerunt k.

13. *Et fecit signa magna*] Qualia fecerat Simon Magus. Vide ad 2 Thes. 2. 9. Arbor locuta Apollonio: Empusa ab eo fugata: Pestilentia sub habitu mendici obambulans, oppressa Ephesi: Crus è compede eductum: Ipse ex judicii loco subitò disparuit: Prædixit multa; inter cætera cædem Domitiani significavit Ephesi eo ipso tempore quo Romæ ea res peragebatur: de quibus omnibus aliisque multis sanè stupendis vide Philostratum & Lactantium. Hic infrà *Pseudo-propheta* dicitur, 16. 13. & 19. 20. & 20. 10 l. Si dixero totam Philostrati mendacissimi scriptoris narrationem falsam esse, id solus non dixero. Dixit antea Eusebius in Hieroclem; *Nullum*, inquit, *authorem citat unde hoc hausit*; *neque enim puto fabulæ hujus narratorem scribet Assyrium Damin* m. Καὶ ποιεῖ verto, *etenim facit*. Ut enim Heb. ו, ità καὶ, in Scriptura Conjunctio est non tantùm *copulativa*, sed & *disjunctiva*, *rationalis*, *causalis*, *ordinativa*, *explanativa*, prout sensûs ratio exigit n. Per *signa* intelligit miracula o falsa, sed magnam veritatis speciem habentia p, ab Antichristo facienda, 2 Thes. 2. 9, 10 q. & Apoc. 16. 14. & 19. 20. Dei permissu, ad puniendos tentandósque homines r. ¶ *Ut* (vel, *Adeò ut*, Be. Pi.) *etiam ignem*, &c. Καὶ πῦρ ἵνα, &c.] Trajectio est, ἵνα post nomen posito, ut Joh. 13. 29. Rom. 11. 31. Facere dicuntur Magi quod ad eorum invocationem faciunt Dæmones. Sic ignes cœlo devocant, ità Eliam imitantes, quomodo Johannes & Mambres Mosem. Id factum & cùm Apollonius nasceretur, & cùm simulacrum Achillis excitâsset †. Sed cur fulgur illud quod in Apollonii nativitate contigit, imputaretur ei tanquam effectum Magiæ illius, qui tunc nec Magiæ, nec ullius Artis, erat capax? Adde quòd natus hic necessariò fuit, vel ex computatione Grotii, ante hoc Vaticinium, ut hæc interpretatio sit impossibilis. Illa verò luminis coruscatiuncula, quam Achillis umbra in suo decessu edidit, non cœlitùs delapsa est, sed prope terram emissa, & in secreto facta, non, ut hîc, *in conspectu hominum* t. Non opus est ut literæ hîc inhæreamus. Hoc vult, Eum doctrinam suam confirmaturum magnis signis, ut olim fecit Elias v, vel, quæ ab Eliæ miraculis haud longè absunt; ut sit Hyperbole proverbialis, εἰς αὔξησιν ejus quod præcessit. Judæi enim hoc de omnibus ejusmodi stupendis factis proverbialiter usurpant x. Hodie quoque dicere solent Judæi, *Si quis ignem de cœlo descendere faciat*, pro, si quis vel cœlesti miraculo se virum Dei probare velit, *& Legem Mosis neget, maledictio sit*; quia doctrinam falsam nulla miracula verificare possunt y. Signum hoc mysticè intelligi potest z, de minis & maledictis igneis a; de fulmine excommunicationis b, quæ igni cœlesti seu fulmini non inconcinnè assimilatur. Quid enim est, ol[?] lecro, in Dei nomine æterno illi igni quempiam addicere,

p Med. 628. q Pi. sim. Par. r Clu. † Dur. t Par. v G. x Clu. y Par. Clu. * Pi. † Med. 629 sim. Dur. z Par. a Med. 629. b G. c Maref. 367. d Mor. 691. * Med. 691. f Par. sim. Dur. g Par. h Pi. i G. k T. sic Me. l Par. m Med. 529. & 629. n Med. 523. sim. Dur. o Med. 629. Dur. p Dur. q Med. ib. r Zeg. † Nap. t Dur. v Q. in Dur. x G. y Par. z G. a G. sic Pi. b G. sic Ham. c Dur. d G. * Med. 629.

f Dur. g Med. 630. h G. i Dur. k Bri. l G. m Maref. 371. n Med. 630. o Par. sic Clu. Dur. p Clu. sim. Dur. q Clu. Dur. Par. E. La. r Clu. † G. t Mor. 691. v Dur. x Grasf. in Med. y Par. z Clu. a Dur. b Clu. sic Par. Med. Dur. Bri.

cere, quàm ignem cœlo devocare? præsertim cùm illa impiorum pœna *lacu ignis & sulphuris*, sive Asphaltite, ubi Sodoma & Gomorrha igne cœlitùs depluto conflagrârunt, semel iterùmque in hoc Libro figuretur. Imò conflagrationem istam *constituit Deus* ὑπόδειγμα μελλόντων (id est, per Ellipsin, κολάσεως μελλόντων,) ἀσεβεῖν, *exemplar* pœnæ *eorum qui impiè victuri sunt*. Et Judas hîc Petri mentem clariùs efferens v. 7. habet πυρὸς αἰωνίου δίκην ὑπέχειν, i. e. *ignis æterni similitudinem*, sive *typum*, *sustinere*, seu, *ignis æterni pœnam exhibere* [c]. Huc refer, quòd in excommunicatione Pontifex faces ardentes è sublimi ejaculatur [d]. Al. Ignis è cœlo demissus notare possit, ut c. 8. 5. dictum, vim & potentiam Spiritûs Sancti *, quem Romanenses jactant se largiri posse, &c [f]. Sed non opus est mystico sensu [g], cùm ad literam hoc impletum constat [h]. De Gregorio 7. scribit Benno, *Hic, cùm vellet, manicas suas discutiebat, atque in modum scintillarum ignis dissiliebat: atque his miraculis simplicium oculos, velut sanctitatis signo, ludificabat* [i]. *Et Zacharias Pontifex noctu Ravennam proficiscens, igneas acies in nubibus se præcedere fecit*, inquit Ranulphus in Polychronico, l. 5. c. 25 [k]. [Plura videsis in Bri. & Dur.] Notanter hîc addit, *coram hominibus*, id est, ut hominibus placeat atque imponat: cùm sancti viri passim in Scriptura dicantur & locuti & miracula operati, officióque suo functi, coram Deo [l].

14. *Et seducit*, &c.] Vel, *seduxit*, G. Docet, signa illa ad deceptionem comparata fuisse [m]. ¶ *Propter* (vel, *Per*, Pi.) *signa*, &c.] [De quibus vide ad v. præced.] ¶ *In conspectu Bestiæ*] Expone ut suprà v. 12. *in honorem*. Eò illa signa tendebant ut Idololatriæ labascenti vires restituerentur. Exemplo ipse [Apollonius] suo præivit ad sacrificandum Soli, Jovi Dodonæo, Apollini Pythio, Amphiarao, Trophonio, Musis, Æsculapio [n]. ¶ *Dicens*, &c. λέγων — ποιῆσαι εἰκόνα, &c.] *Dicens* (i. e. Signis & miraculis persuadens [o]:) *incolis terræ* (Hoc toties ingerit, nè multitudine & promptitudine sectantium bestiam offendamur [p]:) *ut faciant*, vel *facerent*, *imaginem bestiæ*, Be. Pi. Par. &c. λέγων ποιῆσαι interpreteris, vel, 1. *dicens*, i. e. prædicans, *se fecisse*. Jactavit excitatum à se simulacrum, ut eo argumento crederent homines diis habendum honorem, contrà quàm Christiani docebant. Ea εἰκὼν, *imago*, fuit ipsius Achillis umbra, sive εἴδωλον, ut loquitur Philostratus; vide 4. 1, 5. addítque post id factum monitos ab Apollonio Thessalos ut intermissa sacra Achilli instaurarent. Sciendum autem multis in locis Romani Imperii cultum fuisse Achillis, testibus Strab. l. 11. Plin. 5. 3. & 10. 29. [Vide G.] Historiam autem hanc de Umbra Achillis per Apollonium locuta veram agnoscit Eusebius contra Hieroclem scribens. Sed & alia hujusmodi facta ab Apollonio memorat Vopiscus his verbis, *Ille mortuis reddidit vitam*. Vel, 2. *jubens fieri*; ut interpreteris de Magis Apollonii discipulis, qui Apollonio simulacrum fieri jussere, per quod Dæmon oracula edidit. Apertè enim id testatur scriptor Respons. ad Orthod. Et pro Deo habitum Apollonium disertè ait Vopiscus. Lactantius verò 5. 3. *simulacrum ejus sub Herculis Alexicaci nomine constitutum ab Ephesiis* mansisse ad sua tempora. Tam autem umbræ excitatio quàm simulacra ista vocem edentia rectè dicuntur facta τῷ θηρίῳ, id est, in usus honorémque Romanæ religionis [q]. Sed his commentis multa obstant: 1. Illud λέγων ποιῆσαι omnes Imperativè accipiunt de eo quod præcipit fieri, & quidem ab incolis terræ [r]. 2. Quis unquam aut εἰκόνα, *umbram*, aut ποιῆσαι *excitare*, exposuit? Nec enim evocationes Magicæ umbras faciunt, sed apparere faciunt †. 3. Ea prædicit Johannes quæ fierent palàm & *coram hominibus*, non quæ clàm; quale hoc factum Apollonii, qui, cùm Achillis manes evocavit, aut se finxit evocâsse, *solus* fuit, ut disertè dicit Philostratus [t]. 4. Plutarchus, qui statim post Apollonii obitum florebat, jamdiu conticuisse oracula monet, id minimè tam generaliter asseveraturus, si suo adhuc tempore statua Apollonii oracula fudisset. 5. Εἰκὼν τοῦ θηρίου, *illius bestiæ*, de qua scilicet ab initio (ut apparet tum ex articulo, tum ex re ipsa:) absurdissimè dicitur spectrum Achillis; cùm nec de Achillis cultu hic agatur, nec Achillis cultus unquam Romæ viguisse legatur, nec de eo adorando quicquam ab Ethnicis statu-

[c] Med. 631. [d] Par. * Clu. ex Primas. [f] Clu. [g] Bri. [h] Clu. sim. Bri. [i] Clu. [k] Clu. Bri. Dur. [l] Clu. [m] Clu. [n] G. [o] Med. [p] Bri. [q] G. [r] Maresf. 374. † Mor. 691. [t] Maresf. 376.

tum sit, aut mandatum sub pœna capitis, ut de hac imagine factum [v]. 6. Sic Apollonius erit septiceps illa Bestia, quia imago illi erigitur [x]. Al. Illud, *facere imaginem Bestiæ*, designare possit novos cultus Ethnicos, sed similes illis in Capitolio, quos *incolæ τῆς γῆς*, i. e. ditionis Romanæ, horum Magorum fraudibus seducti & ab iis persuasi, admiserunt, novaque Templa quæ Jovi exstruxerunt [y]. Al. *Dicens*, &c. i. e. signis & miraculis iisdem persuadens, ut secum in Imaginem Bestiæ sexto capite mactatæ fabricandam consentirent. Quâ demum ad nutum ejus efformatâ, Plaga illa statu *Draconis* acceptâ, novâ idololatriâ & tyrannide ad priorum similitudinem introductis curari, *Bestiaque Draconicola* renovari visa est: nam *Bestia Romana capitis novissimi* est *Imago Bestiæ* sexto capite mactatæ [z]. Hæc imago non est aliquod simulacrum corporis [a], sive mortua imago [b], sed viva & expressa effigies honoris & potestatis, quam secunda Bestia prioris gereret [c]; vel, Imperium quod loqui, & cultum sibi denegantes occidere, possit. Nec diversa est hæc potestas à duabus Bestiis antè descriptis, sed eadem sub distincta consideratione ortûs, vel patefactionis ejus, quia communem cum iis cultum totius mundi obtinet, c. 15. 2. & 16. 2. *Bestiæ* & *Imaginis* ejus unus est idémque character, una de utraque obtinetur victoria, idémque judicium utriusque cultoribus infligitur. Hæc itaque imago est Antichristus, sive Papa respectu temporalis potestatis suæ, quâ veteris Imperii imaginem gerit, quoad amplitudinem dominii, modum cultûs idololatricum, crudelitatem in Sanctos, &c. Hunc autem *imaginem* vocat potiùs quàm rem ipsam, quòd talia invexerit sub aliis prætextibus, v. g. honoris Christi, Petri, Sanctorum, &c. quibus inescavit homines, ut ipsi operam suam commodarent. Illud autem *dicens* accipiendum, non quòd ipse sic loqueretur; sed quòd hic ipsius molitionis sermo esset, ut sæpe fit in Scriptura S [d]. Al. Enallage hîc est numeri *imaginis* unius pro pluribus, quam & Alcasar & Ribera, licèt non uno uterque sensu, agnoscunt. *Imaginem* ergò *Bestiæ* hîc vocat totum apparatum cultúmque imaginum Antichristianarum, quæ Papâ dicente, i. e. docente, suadente, jubente, à populis certatim factæ sunt & cultæ *; ut alius hîc notetur *seductionis* modus, nempe, per cultum imaginum, quem præcipit, eúmque recusantes occidit [f]. Idololatriam porrò persuasit & confirmavit *Bestia*, tum *Signis* plurimis, sive Miraculis, quæ Bestia *fecisse* dicitur, quia ipsa vel confinxit, vel authoritate suâ approbavit; tum, *fulminibus* suis, quorum multa sunt exempla. Unum commemorabo admodum insigne, & quòd *Imaginem*, de qua fabricanda agitur, tam propè attingit, ut vel solum ad Prophetiæ hujus veritatem astruendam possit sufficere. Nempe, in controversia illa Iconomachica apud Græcos anno circiter 720 exorta, atque per annos 120 ingenti fervore & idololatrarum persecutione agitata, dici vix potest in quantum discrimen *Imago* illa Draconis cæsi, tunc adhuc rudis & imperfecta, adducta fuerit. Hic igitur succurrit Papa *Imagini Bestianæ*; & cùm literis & minis nihil proficeret, *Leonem Isaurum* Iconomachorum antesignanum fulmine sive Anathemate percutit, subditos in Italia ab obedientiæ juramento absolvit, &c [g]. Notandum insuper, Ubicunque occurrit *Bestia* cum *Pseudo-propheta*, (quod ter fit) ibi *Bestia* intelligitur *Decem-cornupeta*, cùm per *Pseudo-prophetam*, *Bicornem* designari satis liqueat. Contrà, ubi *Bestiam* & *Imaginem Bestiæ* copulari videas, ut cap. 14. 9, 11. & 15. 2. & 16. 2. & 19. 20. & 20. 4. illic Pseudopropheta per *Bestiam* intelligendus est; Bestia verò Decem-cornupeta, seu Septiceps restituta, per *Imaginem ejus* [h]; & Genitivus αὐτοῦ, *ejus*, Activè, non Passivè, sumitur [i], & Agentem ac Possessorem denotat [k]; quomodo Michæ Idolum dicitur εἰκὼν αὐτοῦ, Jud. 18. 31. & צלמיכם, τοὺς εἰκόνας, seu τοὺς τύπους, ὑμῶν, Spiritus Sanctus exponit (Amos 5. 26. Act. 7. 43.) τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε ὑμῖν· ut sit sensus [l], *Imago quam fieri*, sive *instaurari*, *curavit Bestia*, sive Pseudo-propheta, *quæque in dominio ejus sit*, séque totam arbitrio ejus tanquam supremi Domini regendam permittat, non autem *quæ repræsentat Bestiam* [m]; quomodo *character Bestiæ* non est qui Bestiæ ipsi imprimitur, sed quo Bestia cultores suos inurit. Rem ità se habere ut dixi, argumento est,

[v] Maresf. 381. [x] Mor. [y] Ham. [z] Med. 630. [a] Bri. [b] Dur. [c] Bri. [d] Dur. * Par. [f] Par. sim. Clu. [g] Med. 632. [h] Med. 524. [i] Med. 708. [k] Med. 524. [l] Med. 708. [m] Med. 524. & 708.

est, 1. quòd *Imago Bestiæ* v. seq. *facere* dicitur, *ut qui non adorârint Imaginem Bestiæ* (id est, seipsam:) *occidantur*. Cùm igitur duas tantùm Bestias delineet Apocalypsis, hæc tam improba, cum non dispari sive jubendi sive cogendi potestate, Majestas non potest non earum alterutri convenire. 2. Ubi *Bestia* simul adest cum *Pseudo-propheta*, *Imago Bestiæ* in eadem verborum constructione non comparet, quasi nimirum tunc vicem ejus suppleret Appellatio *Bestiæ*. 3. Ejusdem esse dicitur & *Imago* Bestiæ, & *Nomen numerúsque*, c. 15. 2. At verò Nomen & Numerus non alterius Bestiæ dici videntur, cap. 13. quàm Bicornis [n]. 4. Alioqui extra caput 13. ubi primò in scenam prodit, nunquam iterum *Pseudo-propheta* in tota Apocalypsi *Bestia* vocabitur: quod mihi non verisimile est, Spiritum Sanctum nomen quo primò eum produceret atque describeret nunquam postea adhibiturum. Attamen alibi, ubi *Bestia* & *Imago Bestiæ* non copulantur, ut [hoc] cap. 13. eadem *Imago Bestiæ* Bestiæ quoque primæ seu Decem-cornupetæ Imago dicitur; atque hîc quidem sensu Passivo, & similitudinis intuitu, id est, *Imago quâ Bestia repræsentatur*, imò quâ ipsa seipsam, sed alio atque alio statu, repræsentat. Quod ut rectè intelligatur, duplex Bestiæ Decem-cornupetæ status discernendus est; unus in quo plagam accepit, qui Imperii Romani Ethnici, seu à Dracone Septicipite insessi, status fuit [o], juxta cujus ideam scilicet de integro Deum blasphemat, bellúmque gerit adversùs Sanctos [p]; alter post plagæ curationem, quo *Pseudo-prophetæ* imperio, religioso nomine subdita est. Posterior hic status est qui prioris *Imago* audit; cujus nempe effigiem adeò ad vivum exprimat, ut in eo prior iste status, vel Bestia priore illo statu, omnimodò revixisse videatur. Atque hinc statim colligere licet, *Imaginem* istam non Decem-cornupetæ *restitutæ* Imaginem dicendam esse, sed Decem-cornupetæ *cæsæ*; *restitutæ* verò formam quatenus restituta est. Quod verò opponis *de Bestiæ curatione ab initio capitis memorata, antequam ulla Imaginis mentio facta sit*, sententiæ meæ non obstat, cùm illud non in eadem ejusdem Bestiæ historia fiat, sed in diversis visionibus Bestiarum diversarum: quarum quidem una, 7 capitibus & 10 cornibus insignis, plagæ quam acceperat curationem adepta est; altera verò emplastrum edocuit quo curatio illa facta est. Quæ duo, utut simul eodémque tempore gesta sunt, simul tamen narrari non potuerint, eò quòd diversarum Bestiarum essent, quarum suum cuique seorsim attribui oportebat. Quare & illud hîc notandum venit, cùm in secundæ Bestiæ descriptione mentionem inferat *Bestiæ primæ, cujus curata fuerat plaga lethalis*, [supra v. 12.] non ad tempus rei gestæ, sed ad narrationis ordinem, respexisse [q]. ¶ *Quod*, &c. Ὃ ἔχει —— καὶ ἔζησε] Et *vulnerata fuerat gladio*, id est, prædicatione Evangelii, (quod *machæra* est, Heb. 4. 12.) per totum Orbem sub Nerva: sed per Magicas artes vires recuperavit, quod hîc est ἔζησε pro ἀνέζησε, Simplex pro Composito, more Hebræo. Et est elegans comparatio Signi & Rei Signatæ. Homo mortuus aut exanimis imago visa vivere. Sic & Idololatrica Statua placebat Nabuchodonosoro: At Daniel vidit eam nihil esse aliud quàm ferarum agmen [r]. *Quæ habet* (vel, *habebat*, Med.) *plagam gladii*, (id est, gladio effectam †:) *sed revixerat*, id est, sanitatem recuperaverat [s]. Hoc dicit quia plaga lethalis erat, ex qua cùm illa convaluerit, consequi videbatur, illam penes se habere vitam, & proinde tanquam Deum adorandam [v]. Sunt hæc verba, vel, 1. Pseudo-prophetæ, pertinéntque ad descriptionem Bestiæ priùs factam, q. d. Ut facerent Imaginem Bestiæ, Bestiæ nimirum illi quam ego sauciatam denuòque sanatam me vidisse dixi [x]. Vel, 2. Angeli, eventum consilii istius referentis, acsi planè diceretur, *Ut faciant imaginem Bestiæ quæ habebat plagam gladii*; illi verò fecerunt ità, *& revixit*, id est, atque ità demum Bestia redintegrata fuit. Ut 2 Reg. 20. 7. *Posuerunt super ulcus: Et convaluit*, scilicet Ezechias, vel ulcus [y]. De Bestia hîc loquitur, vel, 1. prout vixit ante plagam acceptam, quæ tunc *vixit*; vel, 2. post curationem adhibitam, post quam, inquit, vixit; id quod fusiùs describitur v. seq. ut hîc sit anticipatio [z].

15. *Et datum est* (à Diabolo, Deo sinente [a]:) *illi* (Bestiæ scilicet Pseudo-propheticæ [b]:) *ut daret* (vel, *inderet*, D.) *spiritum* (i. e. spiritum vitæ, sive quo vivimus, nempe animam, seu vitam [c], q. d. ut vitam inderet [d]: vel, vocem, quæ *spiritus* dicitur, quia solet indicium esse vitæ, quæ dicitur רוח *.) Estque hæc locutio κατὰ φάσιν, *secundùm id quod videbatur*, ut 1 Sam. 28. 14. istud enim simulacrum videbatur vivere. Πνεῦμα non *vitam* sign. sed *halitum*, & proinde *halitum dare* est, facultatem dare loquendi; & hanc dare imagini Bestiæ est arte efficere ut Oracula quæ ad adventum Christi conticuerunt restituerentur, & excitarentur Diaboli qui in aliis locis responsa darent, ut factum Ponto per Æsculapium, &c. id quod Augures & sacerdotes Ethnici curabant, &c [f].) *imagini Bestiæ*, (Genitivus, τοῦ θηρίου, Dominium significat, quia res istæ serviebant Idololatriæ commendandæ [g]. Ni vitali facultate prædita fuisset *Imago*, non ejus effictione Bestia cæsa revixisset. Neque enim Bestia draconicola, quam referre debuit, Bestia iners fuit, &c [h]. Jamdudum in Ecclesia Romana fuit materia quâ sanaretur vulnus capitis præcedentis, deerat tantùm forma, quam Papa tandem ei dedit, potestatem sibi assumendo in rebus & politicis & Ecclesiasticis, & Ethnicas superstitiones in cultu quæ mortuæ videbantur resuscitando atque imitando [i].) *& ut*, &c. Ἵνα καὶ λαλήσῃ, &c.] Ἵνα pro ὥστε nam effectum significatur præced. animationis [k]. Illud ἵνα regitur ab ἐδόθη αὐτῷ quod præcessit [l]. *Adeò ut etiam loqueretur*, &c. Pi. sim. Be. Per edicta seu mandata [m], minas & maledicta, &c. q. d. Dat illi prætextus quibus hanc potestatem tueatur [n]. Al. Hoc verum, sive de Umbra accipias, sive de Statua. Et hæc ipsa verba sunt apud Philostratum. Imagines loqui res mira, non tamen incredibilis. Habes id in Historiis Romanis & Valerio Maximo, de simulacris Junonis Monetæ, Fortunæ Muliebris, Silvani. Et Maimon. Duct. dub. 3. 24. duos sibi libros lectos ait de Imaginibus locutis. Et ipse Apollonius ob hæc facta pro Deo cultus, ut Vopiscus Aureliano nos docet & Lactantius, & ejus quoque imago vi Dæmonis locuta, teste Scriptore Resp. ad Orthod [o]. [vide G.] Verùm nec statua Apollonii nec Achillis spectrum unquam præcepit ut ii qui non adorarent Imagines eorum, sive Imagines in genere, occidantur: quod tamen hæc imago loquens præcepisse dicitur [p]. Al. Quomodo animaverit Draco & loqui, imò flere, ridere, & alia viventium gesta edere, fecerit Imagines Monachorum fraude & Diabolicis artibus, notum est in Papatu & in historiis. Indè sequuntur ingens ad Mariam, Petrum, &c. hominum concursus, & peregrinationes, & prodigia facta, & nundinæ, votiva sacra, &c [q]. ¶ *Et faciat* (vel, *faceret*, Pi. scilicet ipsa Imago Bestiæ [r]:) *ut quicunque non adoraverit imaginem bestiæ* (i. e. seipsam †. Al. τῇ εἰκόνι sing. pro plur. *imaginem* pro *quovis simulacro*, vel, pro *genere ipso imaginum*, quomodo articulus sæpe sumitur, ut docet Proclus; & ità dicitur ὁ ἄνθρωπος pro *humano genere*. Exempla ejus locutionis sunt Gen. 3. 8. Exod. 8. 6. & 10. 12. Marc. 2. 27. & 3. 26. & 7. 23, &c [t].) *occidatur*] Intellige de Episcopis & Presbyteris: nam plebeiis commercia adimebantur, ut jam diximus. Apollonius Nervæ amicus cùm fuerit, & ad Trajani tempora provixerit, quin etiam Trajani usus sit amicitiâ dubitari non debet. Et ejus auctoritate confirmatus in idolorum cultu Trajanus Christianos ad eundem cultum gravissimarum pœnarum metu cogere voluit; planè ut Julianus Jamblicum Apollonio non disparem habuit ad prava suasorem, quem multa per Magos effecisse notat & Spartianus. Ex Trajani edicto supplicio mortis affecti Episcopi, Romanæ Ecclesiæ Anacletus, Hierosolymitanæ Simon Cleopæ filius, Antiochenæ Ignatius, Ephesinæ Onesimus [v]. Sed inanes sunt hæ conjecturæ: 1. Non sequitur, fuit amicus Nervæ, ergò & Trajani quem Nerva adoptavit, qui erat homo Hispanus & militaris, nec à Nerva adoptatus, nisi postquam hic Domitiano successisset. 2. Cur Trajano potiùs author esset persecutionis excitandæ, quàm Nervæ aut Vespasiano, in quos plurimùm valuisset, & sub quibus Christiani liberè convenerunt? 3. Trajani persecutio mitior erat reliquis, ut antè dictum [x]. Al. Impletum hoc in Papatu [y], tum, quod primatum Papæ, quem

[n] Med. 524. [o] Med. 708. [p] Med. 524. [q] Med. 708. [r] G. † Pi. [s] Idem. [v] Ec. [x] Med. 630. & 690. [y] Med. 630. [z] Dur. [a] G. sim. Par.

[b] Med. 633. [c] D. [d] Ec. * G. [f] Ham. [g] G. [h] Med. 633. [i] Dur. [k] Pi. [l] G. [m] Pi. sim. Med. Dur. [n] Dur. [o] G. [p] Mor. 691. [q] Par. [r] Pi. Med. 691. † Med. Pi. [t] G. [v] Idem. [x] Mares. 288. [y] Par.

quem negare hæreticum est & capitale [z], tum, quoad cultum imaginum [a]. Hæc εἰκονομανία Orientem ab Occidente tragicis tumultibus avulsit, ac denique Turcis in prædam exposuit; in Occidente autem Sanctos innumeros neci dedit [b]. Hanc autem potestatem quam habet *Imago*, seu *Bestia secularis idololatrica*, in Sanctos ipsi inobsequentes, eam totam sibi traditam habet à *Bestia Pseudoprophetica*; quæ quos hæreseos sive Imaginis violatæ condemnaverit, non quidem occidit ipsa, sed *Bestiæ*, sive *Potestati seculari*, tanquam Carnifici, *tradit* (ut in Historiis Carnificinæ Bestianæ loquuntur) occidendos, potestatémque ipsi facit occidendi; cujusmodi scilicet à sese nullam habet, nisi ab Ecclesiastico judicio pendentem [c]. Hæc ergò Imago non *occidere* dicitur, sed *facere ut occidantur*, Potestates nempe mundi sibi morigeras incitando ut eos occidant. Et potentiam hanc *Bicornis Bestia Imagini* dare dicitur, quia hæc potentia nititur prætextu de Vicariatu Christi, &c [d].

16. *Et faciet* (vel, *Sed & facit, sive faciebat*, Be. Pi.) *omnes pusillos*, &c.] i.e. Omnes nullo discrimine, vel ætatis aut staturæ, vel fortunæ, vel status sive conditionis [*]. Al. Bene distribuit eos qui in Imperio Romano erant in *liberos* ac *servos*, liberos in *divites* & *pauperes*, divites in *honoratos* & *honore carentes* [f]. ¶ *Habere*, &c. Ἵνα δώσῃ αὐτοῖς χάραγμα, &c.] Non est hîc [neque v. seq.] Χαρακτὴρ, qui est imago expressa archetypum referens, sed χάραγμα, quod latius est; notátque quodvis signum quo res à dominis suis distinguuntur, ut stigmata ovibus impressa, &c [g]. [Sic vertunt:] *Ut det*, sive *daret*, *illis* (Legendum hîc αὑτοῖς, i.e. *sibimetipsis*, aut αὐτοῖς eo sensu sumendum. Veteres libri aspirationes adscriptas non habebant. Et sic hunc locum explicat Aretas [h]. Al. *Ut acciperent*, Be. Pi. Ut illi admittant [i].) *characterem*, &c. Mo. vel, *notam insculptam*, sive *impressam*, Er. V. Hoc quoque Magia exemplo suo obtinuit, ut essent *hetariæ*, i.e. sodalitates sive collegia, Nobilium, Equitum, Plebeiorum, Libertinorum, Servorum, Romæ, in provinciis, in coloniis & municipiis; quæ sodalitates suam quandam habebant peculiarem notam, ut Dendrophori Carthagine, & alii Romæ, Comi & Veronæ, ut ostendunt inscriptiones Gruteri p. 14, 175, 261, &c. Magi auctores fuere Trajano ut *hetærias* omnes edicto vetaret, teste Plin. 10. 97. sed excipiebantur ab eodem edicto collegia *quæ religionis*, paganicæ scilicet, *causâ coibant*, L. 1. *sed religionis*. Cùm verò homines naturâ ament sodalitates, factum indè ut nemo esset in Imperio Romano qui non in sodalitatem deorum alicui dicatam nomen daret: unde circa hoc tempus tot Collegiorum vocabula apud Gruterum. Qui in ista collegia ascribebantur, simul accipiebant in corpore suo χάραγμα aliquod, i.e. *Dei signum*, aut exsertum Dei nomen, aut per numeros dissimulatum; quæ duo hîc ex sequentibus subaudienda sunt. Prudentius, *Quòd cum sacrandus accipit sphragitida, Acus minutas ingerunt fornacibus: His membra pergunt urere: útque igniverint. Quamcunque partem corporis fervens nota signârit, hunc sic consecratum prædicant.* Partes maximè frequentes corporis quibus aut literæ aut signa aut numeri imprimebantur, erant Frons & illa junctura inter Manum & Brachium. Frontis notandæ mos ex Oriente, ubi mos servos in fronte signari, non pœnæ causâ, ut apud Romanos, sed ut domini eorum noscerentur. Ostendimus id suprà 7. 3. Vide & 9. 4. & Plut. Niciâ in fine, & Hesych. voce Ἰστιάνα, & Σαμίων δῆμος. Ad eum morem alludit Ezec. 9. 4. In eum modum corporati isti aliquem deorum sibi, tanquam dominum mancipia, inscribebant. Meminit Philo De Monarc. 1. τῶν εἰς δουλείαν, &c. *eorum qui ferro ignito semet notabant, auctorabántque operibus humanarum manuum.* De parte altera testatur Lucianus. De Dea Syria, ubi Assyrios dicit στίζεσθαι εἰς χεῖρας. Is mos ductus à militibus, quibus *puncturæ sunt in manibus*, ait Ælianus, *punctis signorum scriptos milites*, Vegetius, 1. 8. Hoc ipsum σφραγίδα, *signum militis*, vocat Chrysost. Ad imitationem militum *notæ Fabricensium brachiis inflictæ*, L. *Stigmata*, C. De Fabricensibus. Sic & Zeno Imperator universos aquarios, aut aquarum sive aquæductuum urbis custodes, nomine suo manibus eorum impresso signari voluit, ut eo signo militiæ quodammodo sociarentur. Idem autem est *brachia signari* aut *manus*, quia signum imprimebatur parti ei quæ est inter manum & brachium, τῷ καρπῷ, ut jam diximus. Uterque modus signandi mansit in Oriente & Africa [k]. [Hæc Grotii sententia; quam alii sic impugnant:] 1. Non est verisimile, in Libro hoc symbolico Characterem Bestiæ crassè & literaliter intelligi [l]. 2. Hoc non potest trahi ad sodalitates religiosas, 1. Quia sodalitates illæ diu extiterant Romæ ante Trajanum & Apollonium, nec sub Trajano auctæ erant, sed imminutæ; utpote à Trajano (sicut antè ab Augusto) prohibitæ. Hunc autem excepisse sodalitates religiosas gratìs dicitur; nam & illæ in luxum, compotationem, morúmque corruptelas, abierant. Illud autem, *Religionis causâ coire non prohibentur*, hanc habet annexam limitationem, *dum tamen per hoc non fiat contra senatusconsultum*, *quo illicita collegia arcentur*. 2. Quia nulla illarum per stigmata quædam in brachio aut manu aut fronte inusta distinctæ erant: 3. Quia nemo illis nomen suum dare coactus fuit, aut Christianismi suspectus, vel in capitis discrimen adductus, quòd non dedisset [m]. Al. Χαράγματα hæc erant notæ quibus servi distinguebantur, & *facere ut omnes hunc characterem acciperent*, est cogere ad Idololatriam: quomodo autem cogebant, ostendit versus sequens [n]. *Character Bestiæ* non est propriè nisi *Nominis*; ideo dicitur *Character* seu *Nomen Bestiæ*, & cap. seq. *Character Nominis ejus*. Nempe allusum est ad morem veterem, quo servi & Milites inscribi solebant. Ut hîc Bestiæ, ità cap. seq. Agni, Satellitium, in fronte scribuntur, ad indicandum cujus Domini sit, cuíque militet, uterque Cœtus [o]. Sed Character hic non erat visibilis [p], qui stylo ænigmatico non convenit [q]; sed talis qualis ille cap. 7. quo Dominus suos signat [r]. *Character Bestiæ* est professio cultûs Antichristiani, quomodo character Christi est professio cultûs Christiani [†]. *Character* hic est publica Professio Universalis Dominatûs Episcopi Romani: hæc enim nota subditis Bestiæ & omnibus & solis convenit, & semper [‖]. Nota *in fronte* designat professionem apertam, *in dextra*, [vel,] propugnationem Bestiæ [t], ad quam votis aut juramentis peculiariter obligantur omnes clerici, &c. qui palam docent, in ordinatione suâ sibi *indelebilem characterem* imprimi, &c. Est ergò geminus hîc character Bestiæ, communis omnium Christianorum, & proprius ac peculiaris spiritualium nundinatorum ementium & vendentium, qui est jusjurandum quo se Rom. Pontifici speciali vinculo ligatos & obsequentes fore promittunt [v], in verba ejus jurantes. Hæc ergò nota *in dextra* clerum, *in fronte* verò vulgus, denotat [x]. Signatura hæc est lex diversa à lege Dei. Alluditur hîc ad Exod. 13. 9. Deut. 6. 8. & similes locos, in quibus lex Dei jubetur haberi pro signo in manu & in fronte; in fronte per confessionem, in manu per obedientiam. Hîc dicitur, *aut in fronte*, quia Bestia est contenta professione [y]. Al. *Character* hic est inusta aliqua nota, quâ se milites, aut servos, Antichristi profitentur [z]: vel, nomen aut imago Antichristi [a]: vel, forma draconis [b]: vel potiùs, literæ initiales nominis Christi [c], quem se esse profitebitur Antichristus [d]. Sed Bellarminus, quem ejusmodi fabularum pudet, dicit ignorari, qualis sit iste character [*].

17. *Et ne quis possit emere aut vendere nisi qui*, &c.] Id est, effectum ut aquâ & igni interdiceretur iis qui non profiterentur se Idolorum esse cultores. Tale fuit & posteris temporibus Diocletiani edictum, quo *Christianos balneis & foro prohibitos*, & alibi *libertate spoliatos*, dicit Eusebius, *proscriptos*, Orosius. Ea autem pars Edicti Diocletiani erat *tralatitia*, i.e. transcripta, ex Edicto Trajani. Meminit talis pœnæ & Thucydides l. 5. Addit hîc, *nisi qui habet characterem*, *aut nomen*, &c. συνεκδοχικῶς *per complexionem*, i.e. qui non aliquo modo ostenderet se ad deorum aliquem pertinere. Et *Bestiam* hîc *primam* intellige, i.e. Idololatriam Romanam. Erant autem tres modi notandi, vel signandi, ascriptos deorum collegiis: 1. Erat nota quædam Hieroglyphica, ut Fulmen, Tridens, Galea, Caduceus, eis imprimebatur, significans Jovem, Neptunum,

[z] Dur. [a] Clu. [b] Clu. ex Par. [c] Med. 633. [d] Dur. [*] Par. [f] G. [g] Par. [h] G. [i] Camer.

[k] G. [l] Mor. 692. [m] Maresf. 393. & 397. [n] Ham. [o] Med. 634. [p] Par. Dur. [q] Par. [r] Dur. [†] Par. [‖] Steph. [t] Par. Dur. [v] Par. [x] Pi. [y] Coc. [z] Me. [a] Q. in Me. [b] Rib. [c] T. ex Primaf. Me. ex La. [d] Me. [*] Par.

num, Martem, Mercurium. Χάραγμα est *insigne* Dei alicujus. Sic Hederæ Folium imprimebatur sodalibus Liberi Patris. Tales & *Dendrophori*, professio Gentilitia. 2. Inscribebant ipsa deorum nomina, ut Ζεὺς, Ἄρης, Διόνυσος. 3. Pro nominibus imprimebatur is numerus quem nominis literæ Græcæ in summam collectæ conficiebant, & quo nomen Dei mysticum obtegebatur: quod secuti Christiani in Formatis. Nominum talium *mysticorum*, i. e. non nisi mystis cognitorum, mentio multis locis apud Servium. Nomen solis mysticum ad numerum perveniebat 608. ut nos docet Martianus Capella. Id sic notabatur X H. Ὄνομα θηρίου est nomen Dei alicujus cui idololatria serviebat [f]. Sed duo hîc sunt Grotii postulata, non probata; 1. illud, ἀγοράσαι ἢ πωλῆσαι, id esse quod non posse emere vel vendere. Cùm enim ἀγορὰ sit forum, vel judiciale, vel rerum venalium, non hoc, sed illud, intelligendum est; quòd scil. à foro, forensibus officiis, & muneribus publicis, arcerentur, quod genus pœnæ Romanis notum erat; non item illud quo quis arcebatur à foro rerum venalium, quo emeret vel venderet, quod ipsis quoque mancipiis competebat. 2. Edictum aliquod Diocletiano simile à Trajano fuisse promulgatum: quum nullum Edictum fuisse à Trajano expressè emissum testentur Nicephorus, Baronius, &c [g]. *Emendi & vivendi* interdictum arcet eos reliquorum civium consuetudine & commercio [h]; tum, 1. Spirituali sive Ecclesiastico [i], nè negotiationem exerceant missarum, indulgentiarum, absolutionum, &c [k]. tum, 2. civili [l]. Papalem excommunicationem hîc notat [m], quâ sic mulctantur hæretici, ut vocant [n]. Canon erat Concilii Lateran. sub Alexandro, contra Wald. & Albig. *Nè quis eos in domo, vel in terra sua, tenere vel fovere, vel Negotiationem cum iis exercere, præsumat.* Et Synodus Turonensis in Gallia sub eodem Alexandro sub anathemate prohibet, *Nè in venditione & emptione aliqua cum iis communio habeatur.* Simile erat Edictum Diocletiani, Nè quis quidquam Christianis venderet aut subministraret, nisi priùs thura Diis adolevissent. Nonne hîc quoque loquitur *Pseudopropheta ut Draco* [o]? Optimum hujus Prophetiæ interpretem & πρακτῆρα habemus Papam Martinum 5. in Bulla subjecta Concilio Constantiensi; ubi subditis suis omnibus præcipit, *Nè hæreticos in suis districtibus domicilia tenere, contractus inire, negotiationes exercere, aut humanitatis solatia cum Christianis habere, permittant* [p]. Hâc porrò locutione forsan innuitur, anathemata Papalia non ab interna (ut jactant) Christi communione, sed ab externo tantùm civium commercio, homines excludere [q]. Hæc autem, *character, & nomen Bestiæ, & numerus nominis ejus*, aut exegeticè copulantur, ut tria nomina ejusdem rei; quia quod hîc *character*, vocatur *character Bestiæ*, cap. 15. 2. & 16. 2. & 19. 20. & *character nominis Bestiæ*, cap. 14. 11. ut vult Alcasar [r]; ut his tribus una res significetur, nempe professio religionis Papisticæ †: vel potiùs, distinguenda sunt [t]. *Character Bestiæ* non est propriè nisi *Nominis*, ideo dicitur *Character* seu *Nomen Bestiæ*, & cap. seq. *Character Nominis ejus*; qui ostendit cui Domino sese addixerint, & hunc *accipere* est Bestiæ potestati se addicere, & Dominium confiteri. *Numerus* autem appendix potiùs censendus est *Nominis* seu *Characteris Bestiæ* quàm Character, nec tam *Nominis Bestiæ* quàm *Bestiæ* ipsius Numerus est, ut statim vocatur. *Numerus* autem *Nominis* ideo tantùm dicitur, quòd *Nominis Bestiæ* literis in numeros relatis, Deo ità disponente, continetur. *Numerus* tamen *Bestiæ* cum *Nomine* confundendus non est, sed ab eo distingendus, quomodo & in Agni cœtu Character Nominis à Cœtûs numero distinguitur. Adde quòd *Numerus* rem diversam significat, ostenditque quâ prosapiâ undéque genus suum deducunt qui eo insigniuntur; & *Numerum* hunc *accipere* est impietatem *Bestiæ*, *Draconis* traducem, idololatriam nempe Latinam, amplecti. Et Græci quidem *Numerum*, sive impietatem, *Bestiæ* admittunt, dum idololatriam Latinam amplectuntur; *Characterem* verò seu *Nomen* ejus respuunt, dum Pontifici Latino subesse recusant [v]. Distribuit hîc *characterem* in tria genera, 1. *Characterem* nomine totius, ut in distributionibus sæpe fit, qui est prima præcipuáque nota, et propria eorum

[f] G. [g] Marcs. 401. [h] Med. 633. sim. Par. Clu. Dur. [i] Par. Dur. [k] Par. sim. Cot. [l] Par. Dur. [m] Med. 633. sim. Dur. [n] Par. [o] Med. ib. [p] Par. [q] Med. [r] Par. † Pi. [t] Par. ex Rib. [v] Med. 634.

qui vel ordinis sui charactere, vel juramento, propugnatores Pontificis Romani sunt; quales Clerici, Reges, & magistratus ei obsequentes [x]. Al. Χάραγμα est effigies sive imago nominis, vel compendium nominis, quo mercatores nomina sua constringere solent [y]. 2. *Nomen Bestiæ*, quod est propria Bestiæ appellatio [z], quâ Bestia ab aliis bestiis distinguitur [a]; quæ vulgo facta tanquam patronymica, unde à Principe suo dicuntur *Catholici, Pontificii, Papistæ* [b]. 3. *Numerum nominis*, qui est potestas numerica nominis [c], idémque est quod nomen expressum numero, vel, ut ità dicam, *numerale nomen*, de quo v. seq [d]. Hæc porrò tria rem eandem significant, ut patet, tum, ex Scriptura, quæ sufficisse ait si quis aliquâ notarum istarum signatus esset; tum, ex re ipsa: nam compendium nominis, & nomen, & numerica nominis potestas, re idem sunt, nec quicquam aliud sunt quàm characteres, de quibus v. 16. Singula hæresin Antichristianam denotant, χάραγμα, quatenus obscurè latet in cultu ejus, *nomen*, quâ expressior est & rem apertè distinguit, *numerus nominis*, quâ explicatissima est *.

18. *Hîc* (i. e. In hac re [f], in hac parte Prophetiæ [g], in eo quod sequitur [h], de numero Bestiæ inveniendo [i], & in eo quod immediatè præcessit [k]:) *sapientia est*] i. e. Sapientiâ opus est [l], & quidem singulari & cœlesti [m]. *Sapientia* hîc est, vel, 1. Dei, q. d. Hîc sapientia ostenditur, quòd sicut Sacerdotes Ethnici deorum suorum nomina arcanis numeris obvelabant; ità Deus hîc designat nomen Dei illius Ethnici, cujus cultus his Edictis præscribitur [n]. *In hoc videbis Dei sapientiam*, quòd sicut is Princeps qui hæc imperaturus est deorum nomina numeris occultavit, ità Christus jam nunc per numeros nomen ejus designavit. Ὧδε sume ut suprà v. 10. *Hic est sensus qui habet sapientiam.* Id dicitur ubi res, persona, aut tempus aliquod, in notis circumscribitur quæ non vagæ sint, sed certæ definitæque in testimonium Divinæ providentiæ [o]. Vel, 2. hominis, q. d. Actus est singularis sapientiæ vel invenire hoc mysterium, vel illud prudenter tractare, & sibi reservare, nè periculum ipsi creet [p]. ¶ *Qui habet intellectum* (à Deo donatum, Jac. 1. 5 [q].) *computet* (More Græco, quo sermone scriptus hic liber [r]:) *numerum* (i. e. numerum nominis, ut est v. præced †. Qu. Cur *numerum* hîc computari vult, non item *characterem*, nec *nomen* [t]? Resp. 1. Quia in numero latent, & per numerum produntur, & *nomen* & *character*, & omnia alia Bestiæ mysteria [v]. 2. Quia *numerus nominis* tunc iniri & investigari poterat: *Character* autem & *nomen* nondum nota erant, sicut nec ipsa Bestia [x]. 2. Quia numerus generalior est, & multis convenit, qui nec *characterem*, nec *nomen*, habent ‖.) *Bestiæ*] Scilicet bicornis, sive pseudo-propheticæ [y]: vel, Romani Imperii sub septimo capite considerati [z]. Al. *numerum bestiæ*, Temporis scilicet quo Idololatria summopere vulnerata vires animósque resumpsit, tum vi apertâ, tum interdicto Christianis commercio, dignitatibúsque omnibus: Ubi id evenerit, apparebit Christi præscientia [a]. ¶ *Numerus enim hominis est*] id est, vel, 1. qui ab homine facilè dinumeratur, h. e. paucus & exiguus [b]: vel, 2. significans nomen hominis cujusdam [c], non Dei, qualem se esse mentitur [d]: non bestiæ, ut dicitur *. Non placet, quia ex antecedentibus satis constat, Bestiam hominem esse, ideóque non opus erat repeti [f]. Vel, 3. Nomen est viri Principis, per quod tempus illud designatur; sicut nunc apud Romanos tempora denominari solent, quæ olim à Consulibus denotabantur, & ex quo post exutam libertate Rempublicam tempora maximè cognoscebantur [g]. Vel, 4. hominibus in usu [h], in communi calculorum per literas subductione [i], vel, quem homo possit reperire & computare [k]: quomodo *mensura hominis*, Apoc. 21. 17. est quæ hominibus usitata est & obvia [l]; & *calamus hominis*, Esa. 8. 1. est qui ab hominibus & usurpatur & intelligitur; & *panis hominis*, Ezec. 24. 17. qui hominibus in usu. Multum interest inter *numerum hominis* indefinitè, & sine articulo, ut hîc, positum, qui hominibus omnibus spiritualibus convenit, & *numerum nominis hominis*, qui ad hominem singularem restringitur. Vel, 5. numerus sive doctrina, cujus author & approbator est non Deus, ut apud

[x] Bri. [y] Cot. [z] Bri. [a] Cot. [b] Bri. [c] Cot. [d] Bri. * Cot. 351. [f] V. [g] Pi. [h] Dur. [i] Pi. [k] Dur. [l] Me. T. sim. V. Pi. Par. [m] Clu sim. Par. [n] Ham. [o] G. [p] Ham. [q] Clu. [r] G. † Pi. sim. Zeg. Dur. [t] Bri. [v] Par. [x] Bri. ‖ Dur. [y] Med. 524. [z] Dur. [a] G. [b] D. [c] Me. sim. Gag. [d] Gag. * Q. in Clu. [f] Clu. [g] G. [h] T. sic Ham Dur. [i] T. [k] Pi. sim. Par. Clu. T. Dur. [l] Dur. sic Pi.

fingitur, sed homo; quomodo *sapientia, lex, voluntas, hominis* opponitur *sapientiæ, legi, voluntati, Dei* [m]. Vel, 6. *numerus hominis* dicitur respectu Imaginis humanæ apud Danielem, ubi Deus Ecclesiæ tempora numerat per varias regiones partésque corporis humani [n]. ¶ *Et numerus ejus, sexcenti sexaginta sex*] Ego sanè quis sit hîc numerus planè me ignorare fateor [o]. Eum exprimere noluit Spiritus S. tum, ut periculum averteret ab Ecclesia, quod ei impendisset, si Bestiam clarè nominâsset; tum, ut piorum intellectum & diligentiam hîc exerceret [p]. Idem hîc est *numerus bestiæ*, qui *numerus nominis* ejus v. præced. & c. 15. 2. quomodo idem est *character bestiæ*, v. 17. & *character nominis ejus*, cap. 14. 11. Ejusdem ergò naturæ sunt & *Bestia* & *nomen* ejus, & *numerus Bestiæ*, & *numerus nominis ejus*, & *character ejus*. Ut autem *character* & *nomen* non de particulari *charactere* & *nomine* intelligitur, (quia hoc nomen est in fronte meretricis, cap. 17. 5. quod propriè intelligi nequit, nec tam in literis quàm in rebus & doctrinis consistit:) ità nec *numerus* hîc certus est & definitus, nec literalem numerandi modum respicit. Et *computare* h. l. non est Arithmeticè numerare nomen, sed per modum doctrinæ & cum judicio trutinare materiam hujus hæreseos, sive naturam hujus Bestiæ: quomodo & Deus Baltasarem *numerâsse* dicitur, Dan. 5. 26. & multa sunt hujus computationis exempla in Scriptura S. illius autem computationis per literas vel figuras nominis nè unum quidem. Confirmat hoc & conditio quæ hîc in numerante requiritur, nempe *intelligentia*; non in Arithmetica, sed in veritatibus Dei, Dan. 12. 3. & Mic. 6. 9. & in notis Antichristi antè traditis, ut eas prudenter applicet. Porrò *character* & *nomen* & *numerus* Bestiæ non ad literam intelliguntur, sed aliquid designant ex quo Bestiæ sive Antichristi sequaces dignoscuntur; dogmata nempe illi peculiaria, quam ipsi palàm profitentur, illa imprimis de supremo & universali Orbis dominio, quo se extollit supra omne quod Deus dicitur, 2 Thess. 2. & de cultu religioso quem ipse & exigit & admittit. Et hinc solidè colligitur, quisnam sit Antichristus, & ad quem hoc nomen pertinet; illa nimirum personarum successio vel Potestas, quæ Imperatoribus Romanis Ethnicis successit in sede sua Romæ; quæ Idololatriam instaurat, orbem sibi subigit, initium sumit à fuga mulieris in desertum, & durat per 1260 annos, Sanctos diu & graviter persequitur, mundum fallit miraculis falsis, & hæc omnia sub prætextu Christi, &c. Et hunc computandi modum suadent, 1. congruitas cum scopo, quia hoc particulari descriptioni Antichristi subjicitur: Nunc, inquit, computate, & notas hîc positas considerate; potest enim dignosci: 2. quòd sapientia Theologica ex doctrinis potiùs & factis quàm ex literis collectiones deducit: 3. quòd hoc pacto meliùs quàm nomine numerali res ipsa certò invenitur: 4. antithesis electorum cap. 14. quibus in fronte est Patris nomen; quod certè est publica aliqua professio vel indicium, quòd ipsi adhæreant & immunes sint à pollutionibus Antichristi. Proinde ex adverso hic *numerus* Antichristi respicit dogmata ipsius, quæ ipsum constituunt, & essentialia sunt & ipsi & sequacibus ejus, eósque à sequacibus Agni distinguunt. Adde quòd hic *character* sive *numerus*, quamvis *Bestiæ* esse dicitur, quia ab ipsa impressus, non tam in ipso est quàm in cultoribus ejus, v. 17. eisque omnibus; estque res talis quam non ex nativitate habent, sed illi se tradendo adipiscuntur, quæ etiam illos à censuris ejus liberat, & libertatem dat fori ejus, &c. Ex quibus omnibus constat non numerale nomen, personale aut nationale, sed Res, Doctrinas, & Praxes, Antichristianas, per *nomen* & *numerum* Bestiæ designari. Numerus porrò hic, sicut ille Agni 144000, est definitus pro indefinito, eóque magno, ut significetur, blasphemias & errores Antichristi nec leves nec paucos esse. Obj. Quid ergò hîc valet particularis hic numerus 666? aut cui usui inservit? Resp. Significat, corpus hîc esse errorum firmiter compactum atque concatenatum, cujus membra à se invicem pendent; ità ut uno errore posito, alii multi sequantur, quomodo hic numerus 666 sub se includit numeros 60 & 6, &c [q]. [Reliqui ferè hunc numerum definitè accipiunt, sed ad diversa accommodant:] Imperatorem Romanum esse qui hoc numero notetur & Iren. & Aretas pro certo habent. Idem evenit multis Christianorum quod Judæis. Judæi quæ apud Danielem de Antiocho dicta sunt & impleta pridem, ut Josepho notatum, alii ad multò seriora tempora referunt; quidam eorum eventum expectant etiam nunc, ut ex eorum scriptis sermonibúsque datur cognoscere. Christiani non pauci quæ à Paulo & Johanne prædicta finem non ità longè ab ipsorum temporibus, alia posteriùs, habuere, exspectârunt semper ut futura; & cùm qualia sibi animo figuraverant non viderent, exspectari eadem prolatato semper tempore à posteris suis voluere. Vide Tertul. & Lactant. [verbáque eorum in G.] Veteres Romanæ urbis excidium tanquam de proximo exspectabant, indè Antichristum, statímque Finem rerum, Resurrectionem primam, & post Mille annos nova mala. In quibus eos errâsse res ostendit. Nihilo magìs explorata quæ de Antichristo dicunt, collecta ex diversis & aliud agentibus Scripturæ locis conjectatione, Judæis ducibus, quos sæpe illi in rerum futurarum præsagiis sequuntur. Nam & à Judæis Antichristus, qui ipsis ארמילוס *Armilus* dicitur, paulò ante ruinam Orbis terrarum victurus creditur. Simili modo, iisdemque Judæis auctoribus, Christiani circa eadem tempora Eliam rediturum putârunt, putántque nunc etiam multi; neque vident quæ de Elia venturo dixerat Malachias, solus ejus sententiæ fundus, ea ab ipso Christo sensu figurato de Johanne Baptista explicari. Sicut igitur quod pridem impletum erat de Elia futurum exspectabant, sic etiam quæ Johannes in Epistola *de Antichristo*, quæ Paulus *de eo qui in templum Dei se collocaturus esset*, déque illo qui *signis & prodigiis* decepturus esset multos, dixerat, quæque in Apocalypsi de Homine nomen habente numeris 666 ἰσόψηφον reperiebantur, ad illum quem exspectabant Antichristum solâ conjecturâ autore retulerunt. Qua in re non magis mirum si decepti sunt quàm in altera illa de Elia redituro ariolatione, ínque multis aliis quas apud Irenæum videre licet, qui dicta Danielis jam olim impleta cum obscuris Apocalypseos permiscens mira πεπλάνηται, *imaginatur*. Designatur hoc loco Trajanus, cujus nomen notissimum erat *Ulpius*, ΟΥΛΠΙΟϹ, ut scribitur & appellatur à Græcis plerumque, etiam in inscriptione Græca quæ est in editione Gruteriana p. 60. Id nomen facit numerum 666, si in fine scribas non Σ, quod valet Ducentos, sed ς, aut S, quod pro numero senario semper ponitur, ut & in Canone Paschali Hippolyti & in Manuscriptis multis, inter alios Ptolemæi; aut C, quod & Sigma, & pro eodem Senario ponitur, ut in inscript. Gruter. p. 327. aliisque. Et rectè in fine numerorum eadem ponitur nota quam ponere solemus in fine Nominum. Habet autem aliquid insigne numerus idem in singulis, denis, & centenis. Sic Fabii Maximi votum de sestertiûm trecentis triginta tribus; Denariis totidem apud Plutarchum. Tum verò Senarius numerus res hujus mundi significat, ut Septenarius res seculi melioris. Sub Domitiano (ut omnes sciunt) acerbissima fuerat Christianorum vexatio. Nerva uno edicto omnia Domitiani edicta sustulit, inter quæ & illa contra Christianos, quorum plurimi ab exsiliis reversi, ut Euseb. notat. Resuscitavit sævitiam novo edicto Trajanus, anno Principatûs sui 10. ut idem Euseb. notat. Hanc Christianorum tertiam persecutionem numerant Aug. Sulpic. Oros. Quibus addi potest notissima Plinii Epistola de pœnis Christianorum. Vide & Tertul. Apolog. Ex eo edicto Episcopi quidam interfecti sunt, ut Simon Hierosol. &c [r]. [Hæc Grotii sententia, quam alii sic impugnant:] 1. *Bestia* in Schematibus Propheticis non particularem hominem significat, sed corpus Politicum. 2. Non alludi hîc ad nomen hominis ostendit, quòd hîc dicitur *numerus hominis*, & *numerus Bestiæ*, nullâ factâ nominis mentione †. 3. Bestia hæc, cujus nomen mysticè hoc numero exprimitur, est secunda illa quæ ex terra ascenderat, quam cùm Grot. Magiam & Apollonium antea intepretetur, ut priorem Idololatriam & Domitianum, cur eam nunc derepentè in Trajanum transformat [s]? Et qualis hic saltus est, septem Bestiæ capita universa præterire, unúmque eligere qui per totum hoc tempus in scena non apparuerat [v]? 4. Cur Trajanus hîc designaretur, cùm multi alii Cæsares & Trajano pejores fuerint & Ecclesiæ nocentiores [x]? Et

[m] Dur. [n] Steph. [o] Gag. [p] Clu. [q] Dur. [r] G. † Mor. 191. [s] Maref. 407. [v] Mor. 692. [x] Maref. sic Fron. Mor.

Et cur tertia potiùs persecutio hîc notaretur quàm alia aliqua [y]? 5. Cur hic numerus non in Nomine, *Trajano*, quæreretur, sed in Prænomine, *Vlpio* [z], quod multis commune erat [a]? 6. Ejusdem est *Numerus* & *Nomen* & *Character*. *Character* autem non est Trajani [b], quod & G. fatetur [c], & res ipsa docet. Nam sine hoc Charactere in manibus, &c. nemo poterat vendere, &c [d]. 7. ʽΟΥΛΠΙΟΣ non valet *666*, sed 860, hoc modo, Ο΄. 70. Υ΄. 400. Λ΄. 30. Π΄. 80. Ι΄. 10. Ο΄. 70. [Hactenus G. & Mar. consentiunt] C [quod G. *6.*] 200. Nam Sigma finale, quomodocunque scripseris (sive σ΄. sive ς΄. sive C΄. aut Σ΄ [*].) semper valet 200 [f]. ut exemplis patet, ut in voce Ἰησοῦς, quam Pseudo-sibyllini circumloquuntur per numerum 888. quod sic patet ι΄. 10. η΄. 8. σ΄. 200. ο΄. 70. υ΄. 400. ς΄. 200. & in voce νεῖλος, quæ exprimit numerum dierum anni 365. Sic numerum *666* efficiunt voces λατεῖνος & εὐάνθας, & τειταν, notante Irenæo, & λαμπέτης, ἀμνὸς ἄδικος, &c. teste Arethâ & And. Cæsar. & ἄντεμος, teste Primasio, & γνωσηρικὸς apud Rupertum & Haymonem [g]. Hæc autem litera Sigma distinguenda est à ς΄. quod non litera est, sed episemon, & complectitur Sigma & Tau, valétque *6* [h]. [Hæc de Grotii sententia.] Al. Hoc Bestiæ Nomen, quo Numerus quoque ejusdem à Spiritu S. notatus continetur, est decantatum illud [i], Λατεῖνος [k], ut post Apocalypsin recens adhuc scriptam nonnulli suspicati sunt [l]. Verba Irenæi l. 5. circa finem sunt, *Qui de improviso advenerit, regnum sibi vendicans, habens nomen continens numerum 666, hic est abbominatio desolationis*—*Multa autem sunt nomina habentia hunc numerum, inter quæ* Lateinos *nomen valde verisimile est, quoniam verissimum regnum hoc habet vocabulum. Latini enim sunt qui nunc regnant; sed non in hoc nos gloriabimur* [m]. In hac voce præcisè reperitur numerus *666* hoc pacto, λ΄. 30. α΄. 1. τ΄. 300. ε΄. 5. ι΄. 10. ν΄. 50. ο΄. 70. ς΄. 200 [n]. Et hoc nomine, post imperii divisionem & decem Reges in provinciis ejus exortos, neque priùs, *Pseudo-propheta Romanus*, cum reliquis Occidentis incolis, discriminis ergò appellatus est; idque ab illis ipsis, quibus Apocalypsis scripta est, septem Asiæ Ecclesiis. Námque Græci & reliqui Orientales, penes quos in dilaceratione illa Imperii nomen manserat, seipsos solos *Romanos* dici voluere [o], suósque Imperatores *Romanos*, & suam Civitatem *Romam novam*, Regionémque circa eam, *Romaniam* [p]; nos, cum Pontifice nostro, & sub eo Episcopis, Regibus, Dynastis, fatali quodam instinctu *Latinos* dixere [q]. Et hæc distinctio *Græcæ Latinæque* Ecclesiæ adeò insignis erat, ut in generalibus Conciliis Occidentales Patres sive Episcopi *Latini*, reliqui verò *Græci*, discriminatim appellarentur. Tam accuratè eventus cum vaticinio consentit [r]. [Huic autem sententiæ alii hæc opponunt:] 1. quòd non λατεῖνος, sed λατῖνος scribendum est [†]. Resp. Puerile hoc est. Nam veteres ι΄. longum per ει scripserunt, ut docent *queis*, *queibus*, *preimus*, *capteivi*, apud Plautum [t]. Sic in Ennio, *Quam preimum Cascei populei tenuere Lateinei* [v]. Cui adde quòd Irenæus, Pater Græcus, qui certiùs hoc novit quàm quisquam nunc dierum, hanc vocem cum ει scribi apertè affirmat [‖]. 2. Quòd multa sunt alia nomina hanc summam exhibentia [x]. Resp. Nos ergò non ex solo nomine numerali Bestiam arguimus, sed ex nomine aliis Bestiæ notis conjuncto [y]. Hæc Persona vel Politia facit omnia quæ *Bestia bicornis*, quantum ad *Romanum* Imperium, fecisse dicitur, & Nomen illius præterea complectitur *666*. Hæc ergò est Bestia. Hæc solida est Demonstratio, sumpta à connexione *Bestiæ bicornis* cum *Bestia septicipite* & *decacorni*, i.e. cum Imperio Romano. Et quis tam idoneus ad hosce ludos in eo faciendos quàm hæc Bestia *Latina*, cujusmodi planè deprehenditur, itáque in rebus omnibus Latinissat [z]; *Latinorum* regnum, & regni sedem occupat; *Latina* Ecclesia dicitur, totáque Latina est [a], in Litaniis, Missis, Precibus, Exorcismis, &c [b]. & sacra omnia Latino sermone peragit [c], & Biblia Latina ipsi authentica [d]. [Alii aliter:] Non exprimitur hîc nomen numerale Antichristi, sed numerus annorum, post quos Antichristus proditurus est, post annos nimirum *666* [*]. Sed obstat, 1. quòd hic numerus dicitur *numerus nominis Bestiæ*, v. 17. & cap. 15. 2. non verò *numerus exortûs Bestiæ*, idcóque nominis, non temporis, est numerus. 2. Quòd si anni à nato Christo supputentur, non erunt *666*, sed tantùm *606*, ad exortum Antichristi. Si, cum Balæo, numeres ab anno *60* ante Christum, quando Judæa à Pompeio in Provinciam Rom. Imperii redacta fuit, nulla satis gravis ratio talis anticipationis videtur afferri posse [f]. [Id autem paulò fusiùs discutiendum est, & audienda de hac re, & de hoc loco, sententia viri doctissimi N. Stephens; qui, præterquam quòd Librum sermone Anglicano de hac quæstione conscripsit, alia quoque mecum pro humanitate sua communicavit. Is autem sic progreditur.] 1. Cùm *Nomen* rei vel personæ variè sumatur, & pro subjecta textûs cujusvis materia accipienda sit, & Bestia hîc sit Rex sive Monarcha, Nomen ejus proinde erit universalis ipsius Potestas sive Dominatus; quomodo *nomen Domini*, & *nomen Filii Dei*, pro ipso Domino & Filio Dei sæpe sumuntur. Et sicut *Nomen Patris* & *Agni* inscriptum dicitur fronti eorum qui ipsum pro Domino suo agnoscunt, ejúsque mandatis parent & subjectionem ipsi suam profitentur; ità per regulam oppositionis *Nomen Bestiæ* habere dicuntur qui ipsum pro Domino suo habent, eíque obedientiam præstant & profitentur. Sic *Nomen*—*Jerosolymæ*—fidelibus inscribendum, Apoc. 3. 12. non constat literis & syllabis; sed significat, eos pro civibus habendos. Et *nomina* illa Apoc. 3. 4. & 11. 13. non sunt grammaticalia, sed personæ, &c. Et *Nomen* Christo datum, sive inscriptum, Phil. 2. 9. & Apoc. 19. 16. supremam ejus Potestatem atque Authoritatem denotat. *Nomen* quoque Bestiæ, Apoc. 17. 5. nihil aliud est quàm Maternitas ejus, quâ se pro Matre vel Capite omnium Christianorum haberi vult. Et coguntur omnes recipere *characterem nominis Bestiæ*, hoc cap. 13. 17. non certè nominis Alphabetici: quid enim hoc ad dignitatem aut Potestatem Bestiæ? Si autem *Nomen* accipias pro Authoritate sive Potestate, quam omnes agnoscere eíque parere coguntur, hoc est ex usu Bestiæ, & ex more Regnorum, &c. 2. *Numerus*, in stylo Apocalyptico, est Numerus annorum ad exortum hujus Nominis sive Dominii; quo respectu dicitur *Numerus Nominis*. 3. Cœpit hæc *Bestia bicornis*, atque universalis Dominatus, An. Christi *606*. sub Imperatore Phoca, qui Primatum super omnes Ecclesias Episcopo Romano adjudicavit: à quo tempore privilegium illud Cathedræ Romanæ perpetuò annexum mansit. Ortus enim illius Bestiæ omnino ponendus est post casum Imperii, ex collat. cap. 13. & 17. & post ortum Bestiæ decacornis, sive post ortum Decem Regum ex ruinis Imperii, & post Draconis fluvium, h. e. inundationem Barbarorum in Imperium. Et hîc indubiè incipiunt Menses 42, quibus Bestia duratura est. 4. Numerus Bestiæ qui est *606* juxta annos Domini, est *666* secundùm Danielis Chronologiam. Hîc autem non ad annum Domini aut quemvis recentiorum stylum respiciendum est, sed ad veterem Prophetarum & Apostolorum usum. In hujus porrò rei confirmationem, notandum est, 1. Id quod breviùs à Daniele memoratur à Johanne fusiùs repeti. 2. Quartum Regnum in imagine Danielis esse Imperium Romanum. [De quo vide doctiss. authorem fusè disserentem.] Quanquam, si, ut alii volunt, quartum illud Regnum esset Seleucidarum, perinde est, quia finis sive excidium illius Regni initium erat Romani. 3. Initium quarti Regni Danielis, sive Imperii Romani, non absolutè considerandum esse; sed cum respectu ad Ecclesiam & ad dominium ejus, in & circa fines Ecclesiæ; ut apparet, quia hæc revelatio Danieli facta est, & in gratiam Ecclesiæ, Dan. 2. 30. & ut diligeretur locus vel tempus initii Regni Christi; & proinde Regna ibi delineantur secundùm mutationes in Ecclesia aut circa illam futuras. Tunc ergò incipit Regnum Romanum, quando Ecclesia ab eo subjugatur. Et totus Apocalypseos Liber agit de temporibus Romanæ tyrannidis, & de persecutionibus Ecclesiæ sub ea. Ecclesia porrò Judaica, sive Judæa, à Pompeio subacta est, & in formam Provinciæ redacta eo anno quo Antonius & Cicero consules erant, vel circiter; inter quod tempus & Imperium Julii Cæsaris anni 17 intercesserunt. Hunc autem computandi modum duobus argumentis astruimus; 1. quòd tria præced. Regna sic æstimantur. Sic Nabuchod. dicitur *caput aureum*, sive primus Rex Babylon. quanquam alii ibi Reges ipsum ante-

[y] Maresf. [z] Mar. Mor. [a] Mar. [b] Mar. Mor. [c] Mar. [d] Mor. [*] Mar. 413. [f] Fron. Mar. Mor. [g] Mar. 413. [h] Mar. 414 & 417. [i] Med. 634. [k] Med. ib. sic Bri. Par. Clu. Nap. Mor Di. Pi. [l] Med. ib. [m] Clu. sic Par. [n] Par. sic Mor. [o] Med. 654. [p] Mor. 657. [q] Med. ib. [r] Mor. 657. [†] G. in Mor Bel. in Par. [t] Par. sic Mor. ex Scal. [v] Mor. 656. [‖] Mor. 656. [x] Bel. in Par. [y] Par. sim. Mor. [z] Mor. 657. [a] Par. [b] Par. sim. Clu. Mor. [c] Par. [d] Clu. [*] Eul. & Bal. &c. in Par. [f] Par.

antecesserunt, ut patet ex 2 Reg. 20. 12. & ex celeberrimo illo canone Ptolemæi. Et quanquam Cyrus regnare cœpit in 55 Olympiade, Scriptura tamen initium sumit à tempore quo Ecclesia sub Persico Imperio esse cœpit; & hic *annus primus Cyri* dicitur Esd. 1. 2. Et Alexander 1. Rex Græcorum dicitur, Dan. 8. 21. quanquam ante eum erant Philippus & alii, quia hic primus Ecclesiam subegit. Pariter & Regnum Romanum cœpit cùm Judæa à Romanis subacta esset. 2. Ubi Regnum Græcorum desinit, ibi Romanum incipit. Illud autem desinit in excidio Regni Seleucidarum, in Asia, Syria & Judæa, quod obtigit 60 annis ante Christum. Lagidæ in Ægypto subacti sunt ab Augusto 28 annis ante Christum. Sed potior hîc habetur Seleucidarum ratio, quia hoc Regnum eminentissimum erat, & sub illo erat Judæa, teste Polyb. l. 5. & per illud Judæi maximè vexati erant. Ab initio ergò Regni Romani ad exortum Antichristi effluxerunt anni 666, quod erat demonstrandum [g]. [Alii aliter:] Hic numerus è *Senario*, qui *Draconis* illius *rufi*, putà *Bestiæ sexti capitis*, numerus est, facillimè deducitur, cùm ex *Senariis* totus, quantus quantus est, conflatus sit, monadum, decadum, hecatondadum; quasi Draconis illius sperma totum *Bestiæ* hujus *novissimæ* corpus omnésq; artus ejus pervasisset. Hunc computandi modum colligo ex Cœtûs *Virginei* analogia, cujus numerus 144, contrà quàm Bestiæ, totus Apostolicus est, ex *duodenario* (Apostolici generis Symbolo) in seipsum multiplicato genitus. Contrariorum autem contraria est ratio. Atque ibi quidem utrumque, tam *Nomen inscriptum* quàm inscripti Cœtûs *numerum*, Spiritus S. expressit; hîc verò *Nomen* ex *Numero* conjiciendum reliquit [h]. Locum hunc explicant verba seq. initio cap. 14. ubi *Bestiæ* ejúsq; *charagmati* & *nomini* & *numero* contrapositum habemus *Agnum*; ejúsque & *charagma*, nempe, Sigillum Dei, de quo c. 7. & *nomen*, scil. patris Agni, & *numerum* hoc nomine insignitum: & hunc numerum Spiritus innuit esse structuræ & fabricæ Dei, cùm alter tantùm sit *numerus hominis*, h. e. inventionis humanæ. Ad numerum Agni 144 adduntur *millia*, ad ostendendum, idoneum esse piorum numerum, etiam Antichristo latè dominante; ad numerum autem Bestiæ 666 non opus erat addi *millia*, quia de multitudine sequacium ejus nulla erat dubitatio. Mysterium autem est in istis duobus numeris, 144 & 666, sive unitatum, sive centuriarum, millium, aut myriadum. Hic autem numerus 666 longè concinnior videtur quàm 144, quia totus currit per senarios unitatum, decadum, & centuriarum; & oritur ex senario perfectorum numerorum primo, multiplicato per denarium, idque tam pulcrâ partium proportione, ut 6 reperiantur decies in 60, & 60 decies in 600. Quo innuitur, structuram formámque Ecclesiæ Antichristianæ tam magnificam fore, ut homo Divinâ sapientiâ computandi non instructus eam solam veram esse Ecclesiam judicaturus sit. Hanc sapientiam ut inveniremus Spiritus S. numerum istum 144 exactè computat, cap. 7. ubi numerus ille exprimens corpus veræ Ecclesiæ, dicitur esse ex 12 tribubus, 12000 ex quaq; tribu. Christus quoq; elegit 12 Apostolos, qui patres essent Ecclesiæ Christianæ, super quorum fundamentis eam voluit superstrui; adeò ut quicunque non superædificetur doctrinæ Apostolicæ, eámque teneat, is non sit civis *Jeros. novæ*, quæ habet fundamenta 12, portas 12, &c. Perspicitur autem sapientia in hujus numeri & Structura, quæ est 12 super 12, & Figura, quæ est *quadrangularis* & æquilatera, cujus singula latera constant duodenariis. Numerus autem 666, nunquam superædificari potest super 12 per 12; imò quemcunque sumas multiplicatorem, nunquam exstrues eum super 12, neque ad æqualia latera reduces; ut vel fabricâ, vel figurâ, ullatenus similis fit *novæ Hierusalem*. Hîc autem est sapientia, verâ doctrinæ Apostolicæ normâ (calamo Johanni tradito cap. 11.) metiri, computare, & examinare totam fabricam, doctrinam, & corpus, Ecclesiæ Antichristianæ, & invenire eam nihil esse aliud quàm opus hominis. Et forsan hîc alluditur ad imaginem illam Dan. 3. cujus latitudo erat 6 cubitorum, & longitudo 60, ut allusio ducatur à Babylone propriè dicta ejúsque imagine ad mysticam imaginem Babelis mysticæ. Interea ad ostendendum quàm hæc imago illam excedat mole, splendore, & cultu nationum, & præcipuè ut servetur analogia ad alterum numerum 144; sicut illa habuit 6 & decies 6 ad efficiendum 60, ità hæc habet decies 60, ut in toto conficiantur 666 [i]. Al. Potterus noster veram proculdubiò invenit solidámque hujus Ænigmatis solutionem; in qua acquiescent omnes, nisi aut ignorantia aut præjudicium eos minùs reddiderit capaces: si consideraverint, 1. quàm opulenta visum est Deo Mysteria numeris obvolvere; 2. quæ author suggerit, &c [k]. [de quibus mox ex ipso Authore.] Tractatus Potteri de numero Bestiæ, ad quem legendum gravi cùm præjudicio accessi, felicissimus est omnium quæ unquam prodieruntin lucem, nec sine admiratione, vel ab iis quæ ei fortè non assenserint, legi potest. Et si vera non esset ipsius sententia, nihil unquam probabilius legi, &c [l]. [Sed præstat Authoris sententiam ipsius verbis hîc repræsentare, paucis, ubi opus fuerit, ex Med. vel Mor. additis.] 1. Fundamentum hujus sententiæ, ab aliis indicatum, à Pottero autem multò pleniùs explicatum, hoc est, Hunc Bestiæ Numerum explicandum esse per ἀντιστοιχίαν ad Numerum Cœtûs Virginei & Novæ Jerosolymæ, qui typi sunt veræ & Apostolicæ Ecclesiæ, cujus Numerus semper derivatur à 12 [m]. Et hic numerus 666 opponitur numero 144, ut illi etiam judicârunt qui applicationem ejus prorsus ignorârunt [n]. 2. Consentiunt Interpretes veteres & novi, vel solam vel præcipuam causam cur hic potiùs numerus delectus sit ut mensura esset muri novæ Jeros. fuisse, quòd unicus sit numerus quadratus, qui exstrui possit super numerum 12, tanquam radicem & basim ejus, nec Ecclesia Christi aliud fundamentum admittit quàm quod à 12 Apostolis positum est. Et hic numerus valde illustris est in Ecclesia Dei, & in Scriptura, in qua 144 vicibus repetitur, & toties ad res quæ Ecclesiam spectant à Spiritu S. applicatur, ut constet numerum illum ab eo quasi affectatum fuisse; & propterea hic *numerus Dei* magis propriè dici potest quàm numerus 144, qui semel tantùm occurrit, nempe Apoc. 21. nec aliter ad Ecclesiam populúmque accommodari potest quàm respectu numeri 12 qui ipsius radix est [o]. Quanquam ergò numerus 144 ibi exprimatur, numerus tamen 12 præcipuè designatur. Quod ut liqueat, aliquid hîc dicendum de nova illa Hierosolyma, per quam Ecclesiam non triumphantem, sed militantem, intelligi ex singulis ferè lineis & verbis constat. Istius autem Urbis mensura describitur Apoc. 21. 16, 17. ubi *mensura Urbis* esse dicitur 12000 stadiorum, & hæc verba adduntur, *mensura Angeli*, id est, quam Angelus adhibet, *est mensura hominis*, i. e. ab hominibus excogitata atque usurpata. Cùm autem tres tantùm sint modi quibus solida figura, qualis est hæc Urbs, ab homine mensurari possit, hæc mensura esse debet, vel Linealis, vel Superficialis, quæ hîc locum non habent; vel Solida, quæ hîc intelligenda est. Non enim hanc *mensuram* esse dicit Longitudinis, aut Latitudinis, aut Perimetri, aut Areæ, aut Laterum Urbis; sed tantùm *Urbis* ipsius, quæ hîc apertè describitur, quòd sit solida Cubica figura tres dimensiones continens. Mensura autem solidæ figuræ alia intelligi nequit quàm solida figura. Nec enim vera solidi corporis quantitas ab homine inveniri potest, vel *intuitivè*, ut ab Angelis, vel *applicativè*, ut in linealibus mensuris; sed tantùm *discursivè*, & *per ratiocinium*, & computatione numerorum. Dices, non verisimile esse, Spiritum è scholis potiùs Geometrarum, quàm ex Scriptura, phrasin & mensuram mutuari voluisse. Respondeo, Ut huic objectioni occurreret, hoc ipsum addidit, *est mensura hominis*, &c. i. e. quæ ad homines propriè pertinet, & humanâ tantùm ratione investigari possit. Et hanc 1200 stadiorum interpretationem confirmat, quòd hoc pacto circuitus novæ hujus *Hierosolymæ* exactè congruit cum circuitu tum antiquæ & literalis Hieros. tum, urbis ab Ezechiele mensuratæ, cap. 48. quæ eadem planè est cum nova Hieros. ut post Gras. La. Serran. &c. fidenter affirmat Villalpandus. Unde sequitur, Angelum in descriptione cœlestis hujus Hieros. non tantùm ad figuras, nomina & partes antiquæ & literalis Hieros. respexisse, sed etiam ad mensuras ejus. Si enim Johannes & Ezechiel cœlesti huic Hieros. quadratam figuram, 12 portas, 12 tribus, & 12 nomina 12 Apostolorum, tribuerunt, quia hæc olim in veteri Hieros. exstiterunt; quidni & hæc mensura 12000 stadiorum indè peteretur, quòd hæc quoque mensura ibi exstiterat? Cùm autem

[g] Steph. in Dissertat. De Nomine, Charact. & Numero Bestiæ.
[h] Med. 635.
[i] For.
[k] Mor. 191.
[l] Med. 1044. & 1076.
[m] Med. 1076.
[n] Pot. p. 2.
[o] Pot. 5...

autem mensura Urbis Ezec. 48. sit tantùm 18000 cubitorum, quæ 144 duntaxat stadia conficiunt, constat mensuram hanc 12000 stadiorum non posse intelligi de lineali mensura sive unius lateris, sive omnium laterum, vel perimetri, sive areæ urbis, sed de solida cubica mensura; nec enim diversæ hæ mensuræ aliter conciliari possunt: cubus enim qui continet solidam mensuram 12000 stadiorum, in circuitu continere debet 18000 cubitos, ut est in Ezec.[p] [de quo plura vide in Cl. Authore.] Mirus sanè est hîc consensus inter Ezechielis lineales, & Johannis cubicas, mensuras urbis Jerosf. quoad circuitum & aream ejus; firmúmque præbere possit argumentum Divinitatis Libri Apocalypseos, & proinde totius Scripturæ, cui hic Liber testimonium dat. Cùm enim Johannes ἀγεώμετρος esset καὶ ἰδιώτης in Algebraicis, Divinum hîc instinctum ei adfuisse liquidum est[q]. Sequitur ibi [Apoc. 21. 17.] *mensura muri*, quæ esse dicitur 144 *cubitorum*; quæ etiam intelligenda est non de longitudine muri, nam 144 cubiti urbem illam circuire non possunt cujus perimeter est supra 91 stadia; sed vel de altitudine, vel de latitudine, (de qua autem, non dicitur, nec liquet:) vel, de quadrata mensura secundùm has altitudinis & latitudinis dimensiones: quod magis placet, quia hoc pacto & latitudo & altitudo (quarum alioqui alterutra ignota manebit:) certò comperietur. Ut enim numerus hic quadratus est, habens 4 latera æqualia, unumquodque ex 12 unitatibus consistens; ità murus est quadratâ figurâ, unoquoque latere 12 cubitos habente. Sic quoque Villalpandus intelligit. [Vide Pot. cap. 6.] Hanc quoque interpretationem firmat usus Scripturæ; ut 1 Reg. 7. 10. ubi singuli lapides illi dicuntur esse alii 8, alii 10, cubitorum, non quidem longitudine aut latitudine aut crassitudine; (sic enim quilibet lapis & longus, & latus, & altus, 25 pedes fuisset, & continuisset 15625 solidos pedes, & supra 240 plaustra oneràsset, quod incredibile:) sed solidâ mensurâ, quâ lapides & ligna mensurari solent; quo pacto quilibet lapis & longus, & latus, & altus, duos cubitos fuisset, quæ magnitudo est idonea & rei conveniens. Sic & Ezec. 48. 20. *Tota*, inquit, *oblatio erit* 25 *mille per* 25 *mille*; quæ phrasis ex scholis Geometricis desumpta est. *Area* 25000 *cubitorum per* 25000 *cubit. quadrata.* Quòd si ibi latera numeri quadrati dentur, non expresso numero ipso quadrato, quippe qui indè facilè colligi possit, quidni alibi (ut h. l.) quadratus numerus dari possit, non expressis lateribus ejus, quæ per extractionem radicis reperiri poterant? ut hîc per extractionem quadratæ radicis numeri 144, certò cognosci possit linealis mensura muri juxta crassitudinem & altitudinem ejus fuisse 12 cubitorum[r]. [Atque hæc, quæ lectori minùs cogitabundo aliena videbuntur, fusiùs hîc repræsentare placuit, quia fundamentum hujus sententiæ continent, quam ipsi porrò superædificat idem doctissimus author, sic pergens:] Et hactenus id tantùm diximus quod Forbes. & alii, nempe, quòd numerus 144 est numerus oppositus numero Bestiæ, & quòd perfectus est & quadratus numerus exstructus super numerum 12. Et hîc hæserunt, vel diverterunt de via. Debuerant autem radicem sicut numeri Dei, sic etiam numeri Bestiæ, investigare atque extrahere; quod si fecissent, invenissent illum numerum, qui est mensura & urbis in qua sedet Antichristus, & status ac regiminis, quo in ea regnat. Cùm autem nova hæc sit sententia, quòd præcipuum hujus rei mysterium consistit non in applicatione numeri *666* ad Antichristum, sed in investigatione alterius numeri per computationem dicti numeri; id, quanquam ex dicta Antithesi præsumi possit, ex ipso tamen textu deducendum est. Hic *numerus*, inquit, *computandus est*, & quidem modo hominibus usitato, & propterea alius hîc numerus per computationem investigandus est. Neque hoc latuit Interpretes, nam Rupertus, & post eum Pet. Bongus, dicit, *Duos ergò numeros hic intelligi oportet*, &c. Omnis autem numerorum computatio fit vel Additione, vel Substractione, vel Multiplicatione, vel Divisione, vel Extractione radicis; & postremum computandi modum hîc intelligi docet, tum, exemplum numeri oppositi; tum, quòd numerus hîc unicus exprimatur, cùm in reliquis duo saltem numeri exprimendi erant, ut tertius inveniretur. Ità ostendimus *quod sit*, veniendum jam ad *quid sit*. *Quadratam radicem numeri* dati *extrahere*, est maximum investigare numerum qui in se multiplicatus & fractionibus (si quæ supersint) numero producto additis primum numerum reddunt. Si quis ergò extrahat radicem numeri Bestiæ, inveniet fatalem hunc numerum esse 25, qui in se multiplicatus producit *625*; & fractiones esse 41; quas si addas numero *625*, emergit numerus *666*. Et sicut 12 est numerus unicus qui contineri possit in radice numeri 144; ità 25 est unicus numerus qui contineri possit in radice numeri *666*. Dices, hîc fractiones relinqui, non item in 144. Sed perinde illud est, cùm etiam Mathematici cardinales tantùm numeros sæpe respiciant in extractione radicum, fractionibus insuper habitis, [qua de re plura videsis in Autore.] Si dicas, radicem *666* propiùs accedere ad *26* quàm ad 25. Esto, non tamen dici potest esse *26*, sed 25 tantùm, quia maximus hîc est numerus unitatum ejusdem denominationis cum numero *666*, qui in hac radice continetur, nec ullus alius est numerus qui fractiones exactiùs & paucioribus figuris exprimit †. Quæres, Si numerus 25 intenditur, cur Bestiæ numerus non erat potiùs *625*, perfectum utique quadratum numeri 25? cúrve non alius quivis numerus inter *625* & *676*, æquè ac *666*[t]? Resp. 1. Voluit Deus mysterium hîc latere, nè Bestia id intelligens Vaticinii completionem impediret, &c[v]. 2. Numerus *666* delectus est, 1. quia hujus figura repræsentat figuram Romæ, ut videbimus[x]; 2. quia alius non erat numerus, ex iis scilicet quorum radix erat 25; qui exprimi posset per literas numerales nominis Bestiæ, ut notatum de voce Λατεῖνος, &c[y]. 3. ut significaretur, Statum Antichristianum non esse progeniem Apostolorum, sed imitationem Sexti Capitis Bestiæ Romanæ Septicipitis, ideòque numerum ejus ex Senariis constare[z]; 4. illud Grotii ingeniosum est, *Senarius numerus res hujus mundi significat, ut Septenarius res seculi melioris*[a]. His præmissis, applicemus hæc ad Antichristum. Ut Antichristus Christo opponitur, & *666* opponitur numero 144, & 25 opponitur 12; ità quæ hoc numero 25 mensurantur sive numerantur ἀντίστοιχα esse oportet sive *ex adverso respondentia* illis quæ mensurantur vel numerantur, vel describuntur per numerum 12. Ut ergò numerus 12 applicatur spirituali Hierosolymæ, h. e. Ecclesiæ & Hierarchiæ ejus in rebus ipsi essentialibus & maximè notandis, Apoc. 21. ubi sunt 12 *Portæ*, sive literales, quot erant urbis Hierosf. teste Villalpando, tom. 3. *apparat. Urbis & Templi*, p. 68, 69. sive spirituales, quæ sunt vel Apostoli, vel Ecclesiæ primæ Christianæ: 12 *Angeli in portis*, h. e. Ministri sive Pastores earum: 12 *Tribus*, h. e. tituli Parœciæ sive Diœceses, in quas urbs & populus Hierosf. distribuebatur: 12 *Fundamenta*, h. e. Apostoli, vel, ut alii volunt, 12 articuli Fidei Apostolicæ: 12 millia *Stadiorum*, quæ veram & solidam Civitatis Hierosf. mensuram literaliter continent, ut antè dictum: & 12 *fructuum* genera, h. e. 12 Articuli Fidei. His ex amussim ἀντίστοιχα sunt in Romana Civitate & Hierarchia 25 Portæ, tum, 1. literaliter; Portæ enim urbis Romæ erant 24, ut ex Plinio refert Onuphrius, qui & ipsis addit *Portam Triumphalem*, & inter tempora Plinii & Justininani 25 Portas fuisse dicit, easque nominat: [earúmque nomina habet Pot.] Tum, 2. mysticè sumptæ pro Ecclesiis ad baptizandum: 25 & Angeli sive Pastores, & Tituli, sive Parœciæ, & Cardinales: tot enim erant in prima institutione, ut disertè affirmant Baronius Anno *309*. Ciaconius, Polyd. Virgil. De *Invent. rerum*, 4. *9*. Onuphrius, Platina, &c. [quorum expressa verba vide in Authore:] Hoc autem inprimis notandum est, quia Romana Hierarchia propriè & essentialiter consistit in Papa & Cardinalibus, &c. 25 millia Stadiorum, quæ sunt solida mensura Cubi cujus perimeter circuitus est urbis Romæ, h. e. circiter 116, vel 117, stadia, sive 14 milliaria aut circiter; tot enim implet ambitus Romæ, ut testantur Lipsius, Onuphrius, & alii. [Vide Pot.] & 25 Articuli Fidei, quot numerantur in Bulla Pii quarti, secundùm doctrinam Concilii Tridentini[b]. His alia multa addi possunt in Urbe & Regno Antichristi, hoc numero notata. Hunc numerum affectant in Monasteriis ubi certus constituitur numerus monachorum, ubi 25 sæpissimè sunt: [vide Pot.] Romæ

[p] Pot. p. 10, &c.
[q] Med. 1047.
[r] Pot. p. 27, &c.
† Pot à p. 43. ad 73.
[t] Mor. 192.
[v] Pot. 75. Mor. 192.
[x] Pot. 71.
[y] Pot. 190.
[z] Med. 1048.
[a] Mor. 193.
[b] Pot. ab 8. ad 159.

mæ sunt 25 Pœnitentiarii minores, & 25 Abbreviatores, inquit Bzovius: in Ecclesia S. Petri Romæ 25 Altaria numerat Onuphrius, præter Magnum illud Altare, cui crux superimposita est 25 palmos alta, teste Angelo Rocca. Magni hujus Altaris figura quoque est perfectè Cubica, & mensura uniuscujusque lateris est pedum 25 mensuræ quadratæ, ut dicunt Baron. & Onuph. Numerus quoque 25 in omnibus ipsorum Altaribus manifestò imprimitur, 5 Christi vulneribus, ut vocant, in quinque locis diversis impressis. Et hæc eò magis notanda sunt, quòd numerus 12 Altaribus quibusdam in Scriptura memoratis applicatur, ut 1 Reg. 18. 31. Ezec. 43. 16. Jubilæum per multa secula celebratum fuit anno quoque vicesimo quinto; 25. dies mensis festis maximè insignitur, &c [c]. Enimverò tam planè apertéque Romanam Hierarchiam hæc perstringunt, ut quispiam attonitus stet oportet ad tam luculentam accuratámque Providentiam [d]. [Hæc de nobili hac quæstione dicta sunto.]

[c] Pot. ab 159. ad 180. [d] Mor. 192.

CAP. XIV.

1. ET *vidi*] Nova Visio ad tempora Trajani pertinens [a]. Pertinet hoc ad consolationem justorum, ut quoniam Antichristi crudelitatem viderunt, nunc præmia viriliter certantium audiant [b]. Si quæras, ubi manet Ecclesia, dum omnes Bestiam sequuntur, respondet, Vidi Christum & sectatores ejus, &c [c]. Sæviente Antichristo, Christus tamen suos habebit & conservabit. Quando Antichristus regnat, seducit, &c. tunc etiam apparet Agnus cum suis, de quibus actum videbatur [d]. Fuit status Draconis & Bestiæ, cap. 12. & 13. hoc cap. est status Ecclesiæ [*], 1. latentis & occultæ sub Antichristo, ad v. 6. 2. erumpentis & colluctantis cum eo, in multa passione, indè ad v. 14. 3. in ejus eversione victricis, indè ad finem cap [f]. quod pleniùs describitur sub Phialis, hîc autem inseritur ad consolationem sanctorum adversùs procellam Antichristi tunc futuram. Prima pars statum respicit Ecclesiæ in nocte & eremo positæ, sed aurorâ jam appropinquante, paulò ante cœptam Antichristi ruinam. Præcedit enim illam Evangelii prædicationem, quâ Ecclesia, Antichristo jam patefacto, dilatatur & numerus sequacium Agni augetur [g]. ¶ *Ecce Agnus* (i.e. Christus [h], ex collat. cap. 5. 6. & 6. 1, 16. & 7. 9, 17. &c [i].) *stabat* (tanquam vigil in specula, Esa. 21. 8. Hab. 2. 1 [k]. pro Ecclesia [l], *non dormitans*, Psal. 121. 4. paratus ad opem ei ferendam [m]. Notat Christi curam & vigilantiam, Mic. 5. 4. Act. 7. 34 [n]. vel ἐξε-ίδαν [o].) *supra montem Sion*] i. e. Vel, 1. in Ecclesia [p], cui præsidet [q], cujus typus erat Sion, Psal. 48. & 125. in robore, pulchritudine, & cultu Dei ibi fixo [r], quæ firmiter stat instar Sionis [†]. *Mons Sion* fuit sedes Regni Dei in perpetuum duraturi & in totum orbem propagandi [t]; fuit solium Regni Davidici: hîc autem designat orbem Christianum [v]. Quòd hîc apparent Sancti cum cultu visibili opponitur occultationi in Templo, cap. 11. 1 [*]. Sensus, q. d. Quamvis fremant populi & furant Bestiæ, non tamen cessat Regnum Sionis, &c [y]. Vel, 2. in cœlo [z], in monte Sionis mystico, i. e. cœlesti Regiâ. Nam Sion fuit Regia Davidis. Vide suprà 11. 19. Etiam hîc articulus deest, ut suprà 13. 11 [a]. ¶ *Et cum eo* (vel, *apud ipsum*, animo nempe, ut suprà 3. 4 [b].) *centum*, &c.] Conversi ex Judæis [c], & Gentibus [d], qui erunt tempore Antichristi [*]. Numerus definitus & parvus pro indefinito & longè majori [f]. Denotat omnes electos, & præcipuè martyres [g]. Signati hi iidem sunt quibus bellum est cum Dracone & Bestia, cap. 12. 17. & 13. 7. fideles nempe doctores, omnésque pii ab exortu Antichristi usque ad Reformationem [h]. Idem hîc numerus qui cap. 7. 4. colligitur ex 12 numeris qui ibi explicantur [i]. Numerus hic resolvendus est non in numeros 100 & 40 & 4, sed in 12 duodecies sumpta. *Mille*, numerus est multitudinis. *Duodenarius* verò perfectus est numerus, qui si duodecies duplicetur, perfectio nulla aberit [k]. Numerus 12 Apostolici generis insigne est. Et ut Bestiæ numerum habere gentem Bestianam seu Bestiæ sectatricem, ità & Apostolorum numerum gerere legitimam Apostolorum sobolem, fide & sanctitate eos exprimentem, designat. Ostendit hoc collatio cap. 21. ubi in novæ Jeros. structura & dimensionibus portarum, fundamentorum areæ, murorum ambitûs, longitudinis, latitudinis, altitudinis, idem duodenarius numerus, aut duodenaria multiplicatio, adhibetur. Et, nè ampliùs hæsitaremus, 12 fundamenta inscripta dicuntur *nominibus 12 Apostolorum Agni*, v. 14 [l]. Idem hic Cœtus qui cap. 7 [m]. ut ostendit tum quòd idem utriusque numerus est, tum quòd utrique Signati sunt, idque in fronte, & nomine Dei & Patris [n]. Bis autem ponitur *Signatorum* visio, 1. ineuntibus Tubis, cap. 7. 2. Ceu Bestiæ rerum potiuntis ἀντίστιχον, cap. hoc 14. & illic quidem quà *conservandorum* sub Tubarum ruinis; hîc quà *collaudandorum* ob fidem Deo servatam, cùm reliqui Bestiam sequerentur. Unde apparet, Vaticinium Bestiæ Tubarum rebus contemporare [o], sive Sigillo septimo, ut patet ex c. 7. 2. & 8. 1, 2. ac proinde sex primis Tubis [p], ideóque temporibus Bestiæ. Suppono, illam obsignationem c. 7. intersertam fuisse ut compararetur cum hac Visione, ut sciremus in qua parte Sigillorum ponendum erat initium Bestiæ; id quod nullus alius totius libri character nos docet, præter hunc parallelum numeri obsignati incipientis cum septimo Sigillo eíque contemporantis, cap. 7. hîc quoque repetiti, ceu incipientis cum Bestia ipsíque contemporantis [q]. *Signati* iidem hic & c. 7. alia autem est *signaculi* ratio, idque ex diverso *signandi* fine: Illic enim tutelæ res agebatur, hîc servitii & fidelitatis [r]. ¶ *Habentes*, &c. Ἔχουσαι τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, &c.] *Habentia* (vel, *Habentium*, D.) *nomen* (i. e. quæ adversùs Antichristum constanter profitentur doctrinam [†]:) *Patris ejus* (nempe Agni [t]. Quidam legunt, *nomen ejus*, sive *Agni*, & *nomen Patris ejus* [v], ut Vulg. Primas. And. Aret. Editio Complut. Syrus, quæ lectio indubiè vera est [x]. Sed perinde est; *qui enim Filium non habent, nec Patrem habent*, 1 Joh. 2. 23 [y].) *scriptum* (Opponitur hoc notis illis idololatricis, de quibus actum suprà [z]; vel, characteri Antichristi in fronte [a]. Alludit ad ritum priscum quo servi in frontibus, Milites in manibus, nomine aut stigmate inscripti erant: de quo vide Veget. 2. 5. Ætium 8. 12. Lips. De milit. Rom. 1. 9 [b].) *in frontibus suis*, Be. Pi. Significat hæc figura eos in mediis malis [c] palàm & liberè [d] professos cultum Dei & Christi [*]. Nam quod apertè profitemur id dicimur *in fronte præferre*. Sic *verissimâ fronte* est apud Ciceronem. *Frons animi janua*, est apud eundem. Aaron in fronte gerebat, *Sanctitas Domino*. Christiani omnes in hoc pares Aaroni [f]. Character hic in fronte est Baptismi Sacramentum, quod *Dominicum Signum* sive *signaculum* vocatur Tertul. & Aug. & *sigillum* Nazianz. & *perfecta custodia* Clem. Alex. [vide Med.] quod signaculum est, tum, 1. professionis nostræ, quia in eo fidem Agno & Patri solenniter profitemur: tum, 2. gratiæ Dei, quia Deus pro suis agnoscit qui tinguntur, inque tutelam suam suscipit [g].

2. *Audivi vocem de cœlo* (Non *de terra* aut *mari*, unde Bestia [h]. Vox hæc erat, vel, 1. Angelorum è domicilio suo [i]; ex collat. v. 6. *Vidi alium Angelum*, i.e. alium ab his præcentoribus, qui nisi Angeli fuissent, nullius ante hunc Angeli meminissent [†]. Sed huic sententiæ obstare videtur quòd *discere* dicuntur v. 3 [‖]. Vel, 2. Sanctorum Dei [k], vivorum [l], qui *in cœlo* collocati ab Johanne audiuntur, quia ibi est ipsorum πολίτευμα. Hic indicantur conversi ex Gentibus innumerabiles, ut dictum suprà 7. 9. Quantus fuerit Christianorum numerus Trajani temporibus ex Plinii Epistola cognoscere est. Simile habes Ezec. 43. 2 [m]. Vel, 3. Ecclesiæ [n] triumphantis, beatorum martyrum & confessorum qui ante Antichristi exortum defuncti sunt [o].) *tanquam vocem aquarum multarum*, (i. e. ut numerosæ & confertæ multitudinis, ut olim in Templo; ut apparet ex collat. Ezec. 1. 24. & 43. 2. & Dan. 10. 6. & Apoc. 19. 6 [p]. q. d. vocem sonoram & ex multis vocibus sonísque conflatam [q].) *&* —— *tonitrui magni*] Significat vocis vel terribilitatem, vel potiùs vehementiam [r], & potentiam [†]. Terribilis erat, sed sectatoribus tantùm Antichristi [t]. ¶ *Sicut citharœdorum*, &c.] Erat quidem magnus ille sonus, sed modulatus καὶ ἐναρμόνιος. נגן vertitur κιθαρίζειν, Esa. 23. 16. *Citharæ*, instrumenta

[a] G. [b] Rib. [c] Clu. [d] Par. [*] For. [f] For. sim. Dur. [g] Dur. [h] Par. Clu. sic Zeg. Dur. Gag. Me. Med. [i] Par. [k] Par Clu. [l] Par. [m] Clu. [n] Dur. [o] Cot. [p] Gag. Bri. Par. Pi. Zeg. [q] Gag. [r] Dui. [†] Bri. [t] Clu. [v] Med. 636 [x] Dur. [y] Clu. [z] Me. Cot. [a] G. [b] Idem. [c] G. T. ex Rib. La. &c. [d] T. ex Rib. [*] Me. [f] T. [g] E. [h] Par. [i] G. [k] Cot.

[l] Med. 564. [m] Mor. p. 24. Med. sim. Par. Bri. Camer. [n] Mor. ib. [o] Med. 562. [p] Mor. ib. [q] Med. 736. [r] Med. 637. [†] Par. [t] Par. For. [v] Clu. sic Par. G. [x] Med. 636. [y] Clu. [z] G. [a] Cot. sim. Dur. [b] Med. 636. [c] G. [d] Clu. Zeg. [*] G. sim. Par. Zeg. Clu. Dur. [f] G. [g] Med. 636. [h] Clu. [i] Cot. sic Med. 637. [†] Med. ib. [‖] Clu. [k] Zeg. Clu. [l] Clu. [m] G. [n] Par. Dur. [o] Par. [p] Med. 638. [q] Me. [r] Par. sic Dur. [†] Dur. [t] Me.

ſtrumenta laudis, ſuprà 5.8. Cantum in cœlo habes & infrà 19.1. & apud Chald. & Græcos, Ezec. 43.2 [v]. Significat has voces ſuaves fuiſſe & jucundas [x], ſanctis ſcilicet [y], & Deo gratas [z]. Prodit hîc chorus citharœdorum, ad decorum dramatis, ad oblectandum cœleſte theatrum, antequam Angeli præconiantes à ſcena veniant [a]. Triplex hæc vox progreſſum notat Eccleſiæ, & curſum doctrinæ per totum longum illud regnum Antichriſti; 1. vox ſtrepera erat, ſed confuſa & indiſtincta, ut *aquarum*, &c. ſuperſtitionibus cum vera doctrina permixtis: 2. ſonora & terribilis, ut *tonitrui*, Eccleſiâ jam reviviſcente: 3. ſuavis, ut *Citharœdorum*, reſtitutâ planè veritate [b]. Varias hîc notat proprietates & operationes doctrinæ cœleſtis [c], vel vocis aut verbi Domini in cordibus hominum. Comparatur hîc, 1. *multis aquis*, [vel,] ob vim irreſiſtibilem, quâ admirationem parit [d]: [vel,] quia fæcundat, irrigat, & emollit, corda: 2. *tonitrui*, quòd in corda virtute divinâ penetrat [*], & conſcientias terret [f]: 3. *ſono citharæ*, ob conſonantiam miniſtrorum ejus, & conſolandi efficaciam [g], quòd corda implet pace & gaudio [h].

3. *Canticum novum*] Signum gaudii, Pſal. 40. 3. Eſa. 42. 10. Chriſtiani gaudebant in exſiliis & perſecutionibus, Act. 5. 41 [i]. *Canticum* hoc exſtat cap. 5. 12, 13 [k]. ubi, ut hîc, *novum* dicitur [l], vel, 1. q.d. rarum, eximium, ſuaviſſimum, quia nova plus delectant quàm trita ſæpiùs audita [m]: vel, 2. quaſi diverſum à veteri cantico Patrum [n], quod Chriſto nondum miſſo canebatur: vide 2 Cor. 5. 17. vel, 3. ob novum in adventu Chriſti beneficium, noviſſimis duntaxat temporibus conceſſum [o], nempe redemptionem per Chriſtum ſub N. T. factam: vel, 4. quia canticum hoc ſub Antichriſto penè oblitum & deſuetum fuit habitatoribus terræ, dum Chriſti redemptio à Beſtia extenuatur, & ſanctorum merita, ſatisfactiones, indulgentiæ, &c. decantantur [p]: vel, 5. ob novum aliquod liberationis beneficium, ut Pſal. 40. 2, 3 [q]. Altè autem in animo meo inſedit, univerſum cultûs Evangelici myſterium in hujus cantici formula cap. 5. contineri [r]. ¶ *Ante*, &c. Ἐνώπιον, &c.] *Coram throno*, (i.e. coram Deo. Metonymia [†]: vel, in cœlo. Fuit ergò canticum Eccleſiæ triumphantis [t]: vel, cum reſpectu ad Deum, ut ipſi placeant ac ſerviant, cùm Pſeudopropheta omnia faciat coram Beſtia & coram hominibus [v].) *& coram quatuor animalibus* (Coram ſpiritibus illorum Apoſtolorum, aut Apoſtolicorum virorum, de quibus ſuprà 4. 6. ii enim omnes obierant temporibus de quibus hîc agitur [x]:) *& ſenioribus*, Clu. i.e. coram illis qui Eccleſiæ cuique collectæ ex Gentibus præerant [y]: q.d. publicè, & in Eccleſia. Significat canticum hoc, mundo licèt incognitum, Deo gratum & ſanctis probatum fuiſſe [z]. De Animalibus & Senioribus vide ad cap. 4. 4, 6 [a]. & 5. 4, 6, 7, 9 [b]. ¶ *Nemo* (hominum [c]:) *poterat diſcere* (i. e. intelligere [d];) *canticum*] i. e. Cauſam tanti gaudii [*], ſpiritualis ſcilicet, etiam in mediis Antichriſti perſecutionibus. Hinc apparet, 1. fuiſſe adhuc tempus ignorantiæ & Evangelii obſcurati: 2. intellectum Evangelii ſpeciale eſſe privilegium [f], ex ſola ſpiritûs S. illuminatione habendum [g]. ¶ *Niſi illa centum*, &c.] Converſi ex Judæis, de quibus ſuprà, pari donati ſpiritu quo illi ex Gentibus converſi [h]. Soli electi intelligunt myſteria cœleſtia, Mat. 13. 11 [i]. Hi ſoli, quamdiu Beſtia rerum potiretur, citra omnem idololatriæ labem, Patrem & Agnum glorificant in terris, ſicut Angeli in cœlis [k]. ¶ *Qui empti ſunt* (i. e. redempti [l], à vitiis liberati [m], nempe ſanguine Chriſti, cap. 5. 9 [n].) *de terra*] id eſt, Vel, 1. ex omnibus partibus Romani Imperii, quod γῆς nomine in hac parte Apocalypſeos denotatur. Eſt hîc ἀπὸ eo ſenſu quo ἐκ c. 5. 9 [o]. Vel, 2. ex habitatoribus terræ [p], ut declaratur ex v. ſeq. Opponuntur hi Beſtiæ cultoribus, qui non à terra ad cœlum, ſed à cœlo potiùs ad terram, animos ſuos convertunt [r].

4. *Hi ſunt qui cum mulieribus* (impudicis ſcilicet, ſive meretricibus. *Mulieres* hîc vocat, Prophetarum more, *Civitates*, atque eas Chriſtiani quidem nominis, ſed idolis deditas, quarum regina eſt Babylon [†].) *non ſunt coinquinati*] i. e. Non conſueverunt [t]. De mulieribus omnibus loquitur, etiam conjugibus ſuis [v]. De veris ſive corporalibus virginibus hîc loquitur [x]. Sed multa obſtant: 1. Non dicit *cum muliere*, ſed *cum mulieribus*, quia eodem tempore cum pluribus mulieribus citra ſcortationem conſueſcere non poſſis, uni enim viro una aptanda uxor: 2. Non dicit, *qui cum mulieribus non vixerunt*, ſed *non ſe inquinârunt*, libidinoſis ſcilicet actibus [y]. Conjugium nuſquam in Scriptura *pollutio* appellatur, ſed *impollutum*, Heb. 13. 4 [z]. & bonum, 1 Cor. 7. 28, 38. & ſanctum, 1 Tim. 2. 15. vide & 1 Cor. 7. 14 [a]. 3. Indè ſequeretur & ſolos & omnes cœlibes tunc ſalvandos fore [b]: quod abſurdum, cùm Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli omnes, præter Johannem, conjuges fuerint, & cœlibes plerique ſub Papatu ſcortatores ſint, &c [c]. Viri, ubi de Idololatria agitur, comparantur Feminis; & propterea tribuuntur eis quæ ſunt feminarum: μὴ verò hîc imitationem ſignificat. *Non polluti ſunt illi ſicut gentes idololatricæ.* Μολύνεσθαι hîc eſt *conſtuprari*, ut Zach. 14. 2. in Græco. *Conſtuprari* autem hîc ſignificat idolis ſe ſubjicere, ut Jer. 3. 6. Ezec. 16. & alibi ſæpe. Illud ὅτοι ſumendum tam de Judæis quàm de aliis ad Chriſtum converſis [d]. Scortatio non corporalis, ſed ſpiritualis, hîc intelligitur, tum, 1. ex antitheſi eorum *qui agnum ſequuntur*; tum, 2. ex ſcopo loci, qui puros Chriſti cultores hîc deſcribit: tum, 3. ex uſu hujus libri, ubi *meretrix*, *ſcortatio*, &c. de Antichriſto ejúſque cultu dicuntur: tum, 4. ex uſu Scripturæ, ubi *ſcortari* eo ſenſu ſæpe dicitur in V. T. & N. & Chriſtus *maritus* dicitur 2 Cor. 11. 2 [*]. Senſus ergò eſt, q. d. qui non polluti ſunt idololatriâ, quæ eſt ſcortatio ſpiritualis [f], aut conſuetudine cum Eccleſiis Antichriſtianis [g], vel cum voluptatibus & inquinamentis hujus mundi [h]. ¶ *Virgines enim ſunt*] Vel, propriè [h]: vel, metaphoricæ, ut 2 Cor. 11. 2. h.e. puri ſceleris omnis & maculæ [i], Eccleſiæ membra, quæ tota virgo eſt [k]; fidem puram tenentes [l], caſtè Deum colentes, quod multi faciunt conjugati [m], ab omni idololatriæ labe immunes: opponuntur enim *ſcortis*, & Babyloni, *matri ſcortorum* [n]. Nomen παρθένος femininum eſt apud Græcos. Sed hîc viris aptatur ea quam dixi de cauſa. Philo διάνοιαν ait *virgini comparari, ubi ſe puram ſervat à cupiditatibus*, &c. Idem παρθένους χεῖρας dixit [o]. *Virgines* appellantur omnes fideles Chriſto adducendi, Pſal. 45. 16. Cant. 1. 2. & 6. 7. Mat. 25. 1. & deſponſandi, Hoſ. 2. 19. Eph. 5. 27. Apoc. 19. 7 [p]. ¶ *Hi ſequuntur Agnum* (ultrò & promptiſſimè, ut oves Paſtorem, ut virgines ſponſum [q], ut reliqui *Beſtiam ſecuti ſunt*, cap. 13. 4, 8 [r]. fideliſſimè ei adhærent [†], fide & charitate [t]; neque ullâ occaſione deſerunt [v]:) *quocunque ierit*] i.e. Quòcunque eos ducit, vel in crucem. *Ire* pro *ducere* eſt Metonymia [x]. *Sequuntur* eum per omnia officia, pericula, loca, &c [y]. præceptis & veſtigiis Agni conſtanter inſiſtunt, nec Beſtiæ decreta ſibi obtrudi ſinunt: vel, ſi de ſtatu gloriæ accipias, feliciſſimam notat fidelium cum Chriſto conſuetudinem [z], & indivulſam communionem [a]. Agnum ubique ſectantur, non Romæ tantùm, ut cæteri [b]. ¶ *Empti ſunt ex hominibus*] Ex reliqua turba prophana redempti [c], non ut omnes, ſed efficaciter [d]: cœterorum hominum vitæ exempti ſunt [*]. ¶ *Primitiæ* (ſub. *ſacræ*, Be. Pi. vel, ut ſint primitiæ [f].) *Deo & agno*] i.e. Deo conſecrati [g]. Ἀπαρχαὶ, vel, 1. ſtrictè dictæ reſpectu Chriſtianorum qui poſt ipſos ſunt futuri [h]. Vide Rom. 16. 5. 1 Cor. 16. 15 [i]. vel, reſpectu *Turbæ Palmiferorum* hunc Cœtum virgineum aliquando auctiori numero excepturæ. Vel, 2. latè ſumptæ [k], peculium ſacrum, inſtar primitiarum. Neque enim, ut vulgò creditur, Ἀπαρχὴ ſeu *Primitiæ* primitivos tantùm fructus, qui Hebræis ſunt בכורים ראשית, denotant, ſed etiam in genere quicquid prophanis uſibus exemptum Deo conſecratur; idipſum nempe quod Hebræis תרומה, quo nomine decimas, omnéſque oblationes præter ignitas, Scriptura comprehendit. Unde & decimas ἀπαρχὰς vocat Dionyſ. Halicarn. in Euſeb. Philo, Iren. Chryſ [l]. [quorum verba vide in Med.]

5. *In ore*, &c.] Sunt abſque hypocriſi in fide & moribus [m], Deum ſincerè colentes [n], & in ſermone [o], ex quo homines cognoſcuntur: nam & Pſeudo-propheta loquelâ Draconicâ ſe prodidit [p]. Id ſunt quod videntur & eſſe ſe profitentur, Chriſtum ſeriò ſequentes, non ſimulatè, ut Antichriſti aſſeclæ [q]. Cùm tribunalibus & equuleis ſiſtentur, *non invenietur in iis mendacium*, idololatriæ vel hæreſeos, ad quæ tempore Antichriſti

maximè urgebuntur ||. Non *falsant verbum Dei*, 2 Cor. 4. 2 [r]. Non vocârunt Deos eos qui Dei non sunt. Mendacium semper adhæret idololatriæ: vide Esa. 28. 15. Jer. 16. 19. Amos 2. 4. Soph. 3. 13 †. Opponitur hoc Bestianis, qui dum se Dei & Agni cultores simulant, reipsâ tamen honorem Deo proprium creaturis tribuunt; id quod propriissimè *dolus* est, seu *mendacium fraudulentum*: quanquam alioqui idola dicantur *mendacia*, Jer. 16. 19, 20. Amos 2. 4. & omnis idololatra *mendax* sit: vide Rom. 1. 25. Apoc. 21. 8 [t]. ¶ *Sine*, &c. Ἄμωμοι, &c.] *Sunt enim inculpati* (i. e. integri [v]: respondent pecudibus illis à quibus aberat מום, μῶμος, Eph. 1. 4. & 5. 27. Col. 1. 22. Judæ v. 24 [x].) *ante thronum Dei*, Be. Pi. Non in se & coram hominibus, sed in oculis & judicio Dei eos gratis justificantis, &c [y].

6. *Vidi*, &c. Εἶδον ἄλλον, &c.] Finitâ Cœtûs descriptione, sequitur rerum, eo Ecclesiæ statu ab Agno & Cœtu ejus in transfugas & perduelles gerendarum, historia. Harum ordo duplex: primò, Admonitionis tergeminæ ad Bestianos, totidem Angelorum celeusmatis repræsentatæ; secundò, Vindiciarum, parabolâ *Messis* & *Vindemiæ* [z]. Describitur status Ecclesiæ Antichristo latè regnante, in præcedenti parte cap. hîc depingitur status Ecclesiæ ex deserto gradatim emergentis, per tres Angelos prædicantes, quorum quisque præcedenti clariùs eloquitur ruinam Antichristi, &c [a]. Redit hîc ad id de quo cap. 11. Qui ibi duo, h. e. pauci, testes prophetantes, hîc sunt tres Angeli præconiantes, h. e. plures quàm priùs. Præconia autem testium & Angelorum simul cœperunt, nec citiùs finientur quàm Bestia in interitum vadit [b]. Velitatio hæc est, seu levis conflictus, (respectu magni illius prælii in septima Tuba & septem ejus Phialis) secundùm primos reviviscentis Lucis Evangelicæ gradus †. *Vidi alium* (vel, ab illis quos antè habuimus [c], nempe ab Angelis symphoniacis [d], & à turba signatorum*: vel, ab Angelis Tubicinibus; nè putemus illos hîc recurrere, & novum duntaxat onus subire [f]. Significat, alium dehinc statum Ecclesiæ spectandum [g]. Vel, *alium*, q. d. non ex numero veræ Ecclesiæ, aut eorum qui steterunt super montem Sion. Dominus ministros vel ex sequacibus Bestiæ delectos huic operi adhibet †.) *Angelum*, Be. Pi. i. e. Evangelistam. Angeli enim in his visionibus eorum vicem repræsentant quorum gubernationi præsunt; & quod communibus utrorumque operis geritur, id Angelis authoribus, tanquam rei gestæ auspicibus & ducibus, factum dicitur [h]. Hi tres Angeli (ut omnes fatentur [i]:) symbolicè significant prædicatores [k]; vel, 1. qui erunt in fine mundi [l]; vel, 2. qui superstitioni cultuique imaginum gliscere incipienti se opponerent, tum, 1. in Oriente & Ecclesiis Græcis, ubi Imaginum adoratio damnata est, & à Concilio Constantinopolitano 338 Episcoporum, [de quo vide Cl. Med. doctè hîc disserentem:] & ab Imperatoribus Constantinopolitanis; tum etiam, 2. in Occidente (Papâ licèt fremente) in Synodo Francofurdiana sub Carolo Magno anno 790. Episcoporum ferè 300, & in Synodo Parisiensi, anno 825 ||. Vel, 3. qui futuri erant temporibus Antichristi, & tempore Reformationis Ecclesiæ [m]. Hic Angelus denotat Pastores Evangelicos [n], adversùs Antichristum concionibus & scriptis detonantes [o], quales in Anglia Wiclefus anno 1371 [p]. qui, Æneâ Sylvio teste, scripsit supra 200 volumina, pleraque contra Papatum, Monachos, &c [q]. in Italia Dantes, Marsilius Patavinus, Franciscus Petrarcha [r]; in Bohemia, Hussus & Hieron. Pragensis, aliique testes veritatis †. Præcipuè verò eos intelligit qui ab anno 1517. Evangelium prædicârunt [t]: ut ex eo verisimile est, quòd hæc prædicatio, 1. depresso Ecclesiæ statui proximè succedit, ideòque florentem ejus statum respicit; 2. extendit se ad omnes linguas & gentes; quod tunc tantùm impletum est, & priori cohibitioni ejus opponitur; 3. continuatur per alios aliis succedentes, & hanc ruinam Antichristi sine interruptione promoventes. *Angelus* hîc collectivè ponitur, &c. Ministri autem *Angeli* vocantur, cap. 1. 20. & c. 2. & 3 [v]. ¶ *Volantem* (Quia alati ostenduntur Cherubini & Seraphini [x]. Celeritatem notat & successum officii planè admirandum [y].) *per medium cœli*] i. e. In aere medio, inter terram & cœlum, ut significetur [vel, 1.] res in cœlo decreta, in terris peragenda. Vide suprà 8. 13. & 12. 1 [z]. [Vel, 2.] Deum Evangelii hujus administris usurum, non imæ & vulgaris sortis hominibus, sed eis qui erant in loco statûque celso & sublimi, summis nempe potestatibus, ut dictum [a]. [Vel, 3.] Imperfectio doctrinæ initio prolatæ ab illis, qui è tenebris Papatûs (in quibus tamdiu detenti fuerant) repentè prodeuntes in lucem, non mirum si nonnulla cernere non poterant, & fæcis terrenæ aliquid retinerent [b]. [Vel, 4.] Cursus Evangelii celer [c], omnia latè loca pervolitans [d], apertus sive conspicuus* ; (non, ut antè, in angulo, aut in Templo, neque in monte Zionis [f]; sed per totum orbem [g], ut ab omnibus conspici & audiri possit [h]:) elevatus & excelsus, nè hostes illud impedire, aut prædicatoribus nocere, possent; ut Luthero contigit per 30 annos, non sine miraculo [h]; longèque remotus supra captum incolarum terræ, quorum pauci intellexerunt aut amplexi sunt primas admonitiones, & lucem obscurè emergentem [i]. ¶ *Habentem* (In ore scilicet, fidæque ipsius custodiæ commissum, 2 Cor. 5. 19 [k].) *Evangelium* (Quo nomine doctrina Lutheri appellata est ab ipso, & à toto penè orbe, & ab ipsis inimicis, εἰρωνικῶς [l]. Non *væ*, ut ille Apoc. 8. 13 [m]. [sed] *bonum nuncium* [n].) *æternum*] Ut hîc dicitur, vel, 1. ab ortu ejus ex æterno Dei consilio [o]; q. d. *antiquum*, ut vox sumitur in Græco Esa. 58. 12. Jer. 6. 16. sic Deut. 33. 15 [p]. jampridem à Deo definitum [q], à seculo sive ab origine mundi promissum, Gen. 3. 15 [r]. quod erat ab initio †, Patribus & Prophetis revelatum [t], & promissum, juxta Rom. 16. 26 [v]. & Tit. 1. 2 [x]. Sic χεῖλος αἰώνιος habes in Græco Psal. 77. 5. Prov. 22. 28. & 23. 10 [y]. Opponitur hoc calumniæ Pontificiorum [z], qui Evangelium traducunt ut novum [a], & herì natum [b]. Vel, 2. ab effectu ejus qui æternus est [c], vita scilicet æterna [d]: est hoc semen immortale & ad immortalitatem gignens*. Vel, 3. à duratione ejus, quia *manet in æternum*, Esa. 40. 6. 1 Pet. 1. 25 [f]. non peribit, nec aliâ lege superveniente antiquabitur, ut lex Mosis [g]; nullis inferorum portis expugnabile est, ut frustrà sint qui in illud conspirant, &c [h]. Testes Domini non jam ampliùs occidentur [i]. Al. Εὐαγγέλιον hîc sign. *bonum* duntaxat *nuncium*, illud scil. de casu Babylonis, v. 8. & cessatione persecutionis Ethnicæ sub Constantino; quod *æternum* vocat, quòd per *mille* illos *annos* Apoc. 20. 11. ità cessavit, ut Christiani alicubi locorum cœtus suos haberent, &c [k]. ¶ *Ut*, &c. εὐαγγελίσαι τοὺς καθημένους, &c.] Εὐαγγελίζω communiter cum tertio casu construitur, hîc autem, sicut & Act. 8. 25, 40. & 14. 15, 21. &c. cum quarto, emphaseos haud dubiò gratiâ, ut denotetur vis & efficacia evangelizationis illius. Unde & passivè sumitur, ut Mat. 11. 15. Heb. 4. 2, 6 [l]. hîc [autem] sensu activo accusativum Personæ regit, ut Luc. 2. 10. & alibi. At in MS. est εὐαγγελίσαι ἐπὶ τοὺς καθημένους, &c. congruenter sequentibus. εὐαγγελίσαι, id est, εἰς τὸ εὐαγγελίσαι [m]. [Sic vertunt:] *Ut evangelizaret* (Habes hîc vocationem legitimam Doctorum Ecclesiæ, de qua litem movet Antichristus [n]:) *incolis terræ* (vel, *sedentibus in terra*, G. sic Cot. &c. id est, [vel, 1.] Humilis conditionis hominibus, quales ferme tunc erant Christiani. Est ea locutio Esa. 47. 1. & Lam. 2. 10. Talibus opus bono nuncio quo recreentur [o]. [Vel, 2.] hominibus cœli oblitis & terrena tantùm curantibus [p], qui in terra non *degere* aut *habitare*, sed *sedere*, dicuntur: qui autem sedet, sedi suæ hæret [q]. Vel, 3. Gentilibus [r]. Vel, 4. sectatoribus Bestiæ †, nè mirum videatur si successus votis non respondeat [t]. Nota mutationem Typi. Angelus Evangelii Librum gestans ferebatur per medium cœli, hîc demittitur in terras homines evangelizaturus [v]:) *&* (repete, *ut evangelizaret* [x]:) *omni genti, & tribui*, &c. Be. Pi. Qui scil. Bestiam adoraverant [y]: q. d. quàm latè patebit Papatus [z]; non in occulto, sed inter medios hostes [a]; non paucis, ut antea, Antichristo regnante, sed per multas gentes, ut factum videmus [b]. Καὶ primum hîc est ἐξηγητικόν. Partitur enim illos de quibus dixerat in *gentes*, *tribus*, *populos*, *linguas*, ut suprà 5. 9. & 7. 9. & 10. 11. & 11. 9. & 13. 7 [c]. Notandus

tandus hîc astus Diaboli, qui Monachum quendam, paulò ante Wiclefum, excitavit, qui *Evangelium* hoc *æternum* prætexens fœdos errores sparsit, &c [d].

7. *Dicens*, &c.] Sic & MS. λέγων, quod construitur cum εὐαγγελίζειν, quia idem valet acsi dixisset εὐηγγέλιζε λέγων [*]. Λέγοντα, &c.] *Dicentem* (vel, *Dicebátque*, Pi.) *voce magnâ*) i. e. Magno zelo & vehementiâ [f], adeò ut multis delirare & furere videretur [g]. ¶ *Timete* (Vos Christiani perstate in vera religione [h], sive cultu Dei [i], quæ *timor Dei* Hebræis [k] :) *Deum*] Non homines [l], non Imperatores [m]; non Antichristum [n], aut maledictiones ejus. Opponitur hoc & hypocrisi & profanitati [o], & carnali securitati ac contemptui Dei, & præpostero metui, quo mundus continebatur [p], timens potentiam Cæsaream & Papalem [q]. ¶ *Date illi* (Emphasis in voce αὐτῷ, *ipsi*, non diis falsis [r] :) *honorem*] Vel, *gloriam*, Be. Pi. *Gloriam*, vel, 1. adorationis & cultûs religiosi, ut verbis seq. exponitur †. Vel, 2. veritatis, misericordiæ, sapientiæ, &c [t]. agnoscendo homines omnes esse mendaces & peccatores, solum Deum Christúmque justum & veracem, &c [v]. & credendo ac obediendo Evangelio [x]. Vel, 3. gratiæ suæ, Christum agnoscendo Mediatorem & Salvatorem unicum: hæc enim inprimis gloria & in Evangelio propugnatur & ab Antichristo oppugnatur [y]. ¶ *Quia venit* (i. e. certò & citò, h. e. opinione citiùs veniet [z] :) *hora judicii ejus*] Vel, 1. in Romanos. Quod judicium per septem Angelos mox videbimus effundi, sicut per septem Angelos effusum fuerat judicium Dei in contumaces Judæos, suprà 8. 9, 10, 11. Multùm solatur oppressos propinqua Dei ultio in opprimentes [a]. Vel, 2. illud cum *prima* illa *resurrectione* exercendum [b]. Vel, 3. judicium ultimum [c]. Vel, 4. illud in idola & idololatras exercendum: q. d. Venit tempus quo Christus per crucem suam exspoliavit imperia & principatus, Gentibúsque quas per tot secula siverat in viis suis ambulare, annunciavit per Apostolos, &c. ut ab idolis converterentur; sin minùs, morte æternâ, ipso de cœlis redeunte, plectendos fore. Potuit forsan hoc strictiùs accipi de judicio Dei in Draconem ejúsque asseclas exserto, quo Ethnicismus corruit, & Dæmones solio Romano exuti sunt: sed mallem illud latiùs extendere, & universè accipere, de Regno Christi temporibus novissimis inito & promulgato, in quo idola ampliùs non sunt ferenda; juxta illud Joh. 12. 31. vide & cap. 16. 11. Et ab hoc Judicio Paulus (ut hîc Angelus) argumentum ducit Paganos ab idolorum cultu dehortandi, Act. 17. 30, 31. Cui gemina est illa commonefactio [d], Act. 14. 15, 16. *Qui*, inquit, *prateritis ætatibus sivit omnes gentes* (nempe judicio suo nondum iis manifestato) *suis ipsarum viis incedere*. Supplendum est, Jam verò judicium suum omnibus promulgat, quod hîc dicitur, *venit tempus judicii ejus* [*]. Discussis ergò jam tenebris & luce redditâ Deus non parcet contemptoribus Evangelii, sed judicia subitò immittet [f]. ¶ *Et* (Καὶ hîc valet, *Ergò* [g] :) *adorate eum* (non Bestiam aut idola [h] :) *qui fecit cœlum, & terram*, &c.] q. d. Cùm certi sitis ultionem imminere [i], colite [k], vel pergite colere [l], verum Deum, Mundi hujus Opificem [m]; quâ notâ à diis falsis optimè discernitur, Psal. 33. 6. Esa. 42. 5. & 44. 24. & 45. 18. Act. 4. 24. Apoc. 10. 6 [n]. & cavete vobis ab idolis [o]. Antichristum tacitè hîc incusat [p], & mundum revocat ab idolomania Antichristiana [q], cultúque mortuorum & imaginum, &c [r]. Deum sic describit, ut ostenderet, tum vanitatem Idololatriæ †, tum obligationem hominum ad Deum unicè colendum [t]. Præcipua hîc Dei opera recenset [v], *Cœli* expansionem, lumen, motus, influentias: *Terræ* immotam sedem, situm, utilitates: *Maris* molem, mobilitatem, strepitum, &c. & *Fontes aquarum*, quæ in altissimis montibus scaturiunt, tot terras permeant, firmissima quæque superant [x], & (quod verè mirandum) perennes sunt [y].

8. *Alius Angelus*] Designat alios ministros [z], qui successum prioris Angeli videntes [a], Antichristum violentiùs aggrediuntur [b], ejúsque ruinam clariùs prædicant [c]. Hujus præconii administri erant [vel, 1.] Waldensium & Albigensium cœtus, ut qui omnium primi Ecclesiam Romanam ab Idololatria renunciârunt Babylonem esse Apocalypticam, primúmque ei ad ruinam fecere gradum, plurimis ubivis horum exemplum sequentibus, & quasi delectu sanctorum militum Babyloni diruendæ indè facto [d]. Vel, 2. Lutherus, Zuinglius, Oecolampadius, &c [*]. Melancthon, & inprimis Flacius cum Collegis suis, authoribus Centuriarum Magdeburgensium; cui operi nihil simile antecedentia viderunt secula, in quo clarè ostenduntur initia, progressus, & actus fornicationis Babylonicæ, testes veritatis, &c [f]. ¶ *Cecidit, cecidit*, (Est præt. pro fut. more Prophetico [g], i. e. Casura est certò [h], & inevitabiliter [i], & brevì [k], & inopinatò, & totaliter atque finaliter: jam cadere cœpit [l]: irrevocabili decreto exscindenda est [m].) *Babylon*, &c.] q. d. Jam nunc Ruinæ Babylonis jaciuntur fundamenta, & Belli apparatus contra ipsum suscipitur [n]. Verba sumpta ex Esa. 21. 9 [o]. ubi de veteri Babylone idem refert [p]. *Babylonis* nomine Romam intelligit [q]. Breviter hîc prædicitur quod infrà pleniùs cap. 18. 2 [r]. [Sed de Babylone opportuniùs dicetur ad cap. 17. ubi expectet lector quæ hîc notant ea de re Interpretes, cum multis aliis.] ¶ *Quæ*, &c. Ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ, &c. *Quia ex vino iræ* (i. e. quâ vel ipsa, vel eâ potati, Dei Iram in se accendunt † : vel, *fervoris*, sive *fervente*, Pi. quod igneâ vi potantis viscera incendit [t] : vel, *virulento*, Pi. sive *venenato*, Pi. G. Med. Di. Ga. a. vel, *potionato*, Ga. ex Med. i. e. philtris [v]. Sic de Imp. Caio Sueton. 4. 50. *Creditur potionatus à Cæsonia uxore, amatorio quidem medicamento, sed quod in furorem verterit* [x] : vel, potione letiferâ [y]. Θυμὸς hîc non *iram* valet [z], sed *venenum* [a], ex usu Hellenistarum, qui sic transferunt Hebræum חמה [b], quod similiter & *iram* & *venenum* significat, & ראש [c], ut Deut. 32. 24, 33. Job. 6. 4. & 20. 16. Psal. 58. 4 [d]. Imò ubicunque in V. T. veneni significatio occurrit, eam aliter quam aut hâc, aut voce χολὴ, quæ idem valet, non nisi semel tantùm expressam videbis [*]. Οἶνος τοῦ θυμοῦ hîc, ubi res meretricia agitur, est philtrum [f], sive amatorium virus, quod φαρμακεία, seu *veneficium*, consuetâ ad eam rem voce, vocatur, cap. 18. 23 [g]. Ut autem hîc peccatum, ità infrà v. 10. pœnam, significat [h]. Vino comparatur quicquid mentem exsternat [i].) *fornicationis suæ* (Genitivus effecti, q. d. quod incitat ad scortationem [k], h. e. Idololatriam [l]; quam Roma gentibus subditis sociísque propinaverat [m] :) *potavit* (i. e. dementavit [n] :) *omnes gentes*, Mo. sic Er. Il. Ti. P. Be. &c. Exemplis facilè corrumpuntur homines. Vide 1 Macc. 1. 45 [o].

9. *Tertius Angelus*, &c.] Quot res nunciandæ, totidem nuncii [p]. Hic Angelus vehementiùs & propiùs ferit [q]. Primus officii tantùm admonuit, de Deo ritè colendo: Secundus culpam mæchationis exprobrat, eámque exitio luendam, sed quod soli adhuc Babyloni, ut criminis architectæ, comminatur. Tertius cunctis in obsequio Bestiæ permansuris horrendos æternósque cruciatus denuntiat †. Designat hîc Lutherum sociósque ejus & successores [r], Chemnitium †, Bucer. Bulling. Whit. aliósque qui præconium Lutheri hactenus continuaverunt, & ad finem usque continuabunt [t]. ¶ *Voce magnâ*] Ut præcones edicta publicaturi [v]. Notat & zelum atque παῤῥησίαν Ministrorum, & stuporem populi [x]. ¶ *Si quis adoraverit* (i. e. adorare perrexerit [y] :) *bestiam* (scil. secundam, de qua cap. 13. 11 [z]. *Si quis idololatriæ se mancipat*, suprà 13. 4, 12. Προσκυνεῖν modò Dativum regit, modò Accusativum [a].) *& imaginem ejus*] i. e. Ab ea factam priori Bestiæ, cap. 13. 14 [b]. *Bestia & imago ejus* unum idémque sunt, ut ostendit tum identitas & cultûs & cultorum & judicii utriusque; tum, quod v. 11. ubi repetitio fit, de iis loquitur tanquam de uno, & unius tantùm character & nomen exprimitur. *Bestia* tamen Papam inprimis denotat ut caput & quasi autorem Antichristiani status, *Imago* verò complexum corpus Hierarchiæ, doctrinarum & superstitionum, ab ipso constitutum, quod *imago* dicitur ob similitudinem ejus cum Ethnico cultu & tyrannide veteris Romæ [c]. Καὶ hîc pro *vel* ponitur, *Aut si quis procumbat ante simulacrum idololatricum*. ¶ *Et acceperit characterem*, &c.] Rursum καὶ pro disjunctiva. Et per χάραγμα simul intelligit ea quæ sunt paria, *nomen* scilicet,

[d] Par. [*] G. [f] Clu. sic Par. [g] Clu. [h] G. [i] Cot. [k] G. sim. Cot. [l] Dur. [m] Clu. [n] Par. Dur. Clu. Rib. [o] Dur. [p] Par. [q] Clu. [r] G. † Med. 641. [t] Clu. sic Par. [v] Clu. [x] Par. [y] Dur. [z] Par. [a] G. [b] Bri. [c] Par. sic Glu. [d] Med. 641. [*] Med. ib. sim. Dur. [f] Dur. [g] G. [h] Pi. [i] G. [k] Med. Clu. &c. [l] G. [m] G. sim. Med. [n] G. [o] Med. [p] Cot. sim. For. [q] Par. [r] Clu. sim. Par. Dur. † Dur. [t] Dur. sim. Par. [v] Par. sic Cot. [x] Cot. [y] Par. [z] Dur. sic Par. Clu. [a] Dur. [b] Par. [c] Dur.

[d] Med. 644. [*] Par. [f] Clu. [g] G. [h] Fi. Dur. [i] Zeg. [k] Ham. Dur. [l] Dur. [m] Med. 644. [n] Idem. [o] Par. ex Med. [p] Med. ib. [q] Mi. ex Rib. G. Ham. Par. [r] G. † Q in Ga. sic Be. [t] Ga. a. p. 37. [v] Med. 644. [x] Ga. ib. [y] G. [z] Med. ib. [a] Med. G. Di. &c. [b] Med. Di. [c] Di. [d] Med. G. Di. [*] Med. 645. [f] Di. sim. Med. [g] Med. ib. [h] Ham. sim. Med. [i] G. [k] Pi. [l] Fi. G. Zeg. Par. [m] Ham. Dur. [n] G. [o] Med. [p] G. [q] For. † Med. 646. [r] Med. 645. † Clu. [t] Par. [v] G. [x] Dur. [y] Idem. [z] Pi. [a] G. [b] Pi. [c] Dur.

scilicet, aut *numerum*, ut suprà 13.17[d]. Discrimen est inter *nomen* & *numerum* & *charagma*. Multi sunt in Ecclesia Antichristi, qui *nomen* duntaxat ejus habent, h.e. qui specie decepti, ejus se dici facilè patiuntur; plures sunt qui habent *numerum*, scil. *nominis* ejus; h.e. qui computantur tanquam ex ejus corpore, atque ità *negotiari* sinuntur, qui tamen *charagma ejus*, tanquam jurata mancipia, nunquam recipiunt; qui profunditates Satanæ nunquam discunt, sed Antichristum in simplicitate sequuntur, ut illi 2 Sam. 13.11. Non omnibus qui Bestiam sequuntur æterna hìc damnatio denunciatur, sed iis solis qui characterem recipiunt*; iis scilicet qui & Papæ divinitatem quandam, infallibilitatem, cultum, dominatúmque universalem, adscribunt, & corpus doctrinæ ejus recipiunt, cultúmque Imaginum, Missæ, &c. idque post veritatem clarè, ut nunc est, patefactam: alia enim ratio est temporum ignorantiæ, &c [f]. Videtur autem hæc comminatio tacitè opponi impiis Bestiæ anathematismis, quales hæ, *si quis venerandas imagines non veneratur, anathema sit: si quis eas non venerandas docuerit, anathema sit*, &c. Contrà, audiant Angelum, *Si quis adoraverit Bestiam*, &c. *anathema sit* [g]. Hic Angelus Bestiæ cultores admonet quàm horrendum eis impendeat periculum, suadétque ut protinus se à consortio ejus subducant, si salvi esse velint [h]; & quanquam Ecclesia tempore tenebrarum inter ipsos lateret, nunc tamen Deum id pati nolle monet, & necessitatem cultum communionémque ejus deserendi urget sub pœna damnationis [i]. Hoc præconium secuta est eximia Ecclesiarum Reformatio, hominibus non jam singulatim, ut ad præced. Angeli vocem, sed provinciatim & tributim, Bestiæ jugum excutientibus [k].

10. *Et* (Καὶ, hìc nota est consequentis in pronunciato connexo [l]:) *hic bibet de vino*, &c. Ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ, κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ, &c.] Ut Babylon suis cultoribus, ità Deus Babyloni, vinum bibendum dat, non, ut illud, suave, sed exitiosum [m]. Deus illis quoque potionem letiferam dabit [n]. *De vino iræ* (vel, *fervente*, Pi. vel, *amaro*, sive myrrhato, ut v. 8 [o]. vel, *venenato*, Ga. a. Alludit ad morem Judæorum, qui morte afficiendis, ut torporem iis inducerent, calicem vini, cui myrrha immixta fuit, præbere consueverant: de quo vide Mat. 27.34 [p].) *Dei* (i. e. Divinam experietur ultionem [q], æternam damnationem [r]:) *mixto mero* (vel, *quod mixtum est mero*, Er. Il. Ti. Sed quomodo *mixtum* & *merum* sive *purum* † ? Resp. 1. *Purum*, quia sine ulla misericordia, *mixtum*, quia inerat ira Dei, h. e. omnis generis plagæ. Horrendum κρᾶμα [t]. 2. Κεράννυσθαι, quod propriè est *miscere*, sumitur etiam pro *infundere* [v], ut in Homer. Il. 1. v. 203. & Odyss. ω'. v. 93. & 363. quomodo & μισγεῖν sumitur Il. γ'. v. 270. & *miscere* apud Latinos, ut in Cicer. De Finibus l. 2. Martial. 8. 6. & 9. 37. & 11. 8. & disertissimè 13. 108. *Misceri decet hoc à Ganimede merum* [x]. [Plura hac re videsis apud doctissimum authorem. Hinc verba sic reddunt,] *quod infusum est merum*, Pi. vel, *ex mero*, inquam, *infuso*, Be. 3. Vinum ἄκρατον hìc est *merum*, aquâ non dilutum [y]; vinum forte, vel rubrum, quod ἄκρατον vertitur Psal. 75. 9 [z]. quod fortiùs inebriat [a]. Non caret efficaciâ quod dixit *merum*: nam vinum dilutum minùs attrahit vim venenatam [b]. Κεκερασμένον est *mixtum*, vel aliis vinorum generibus, qualia fortiùs inebriant [c]: vel, herbis veneniferis [d], aromatis illis inebriantibus voce θυμοῦ designatis*; myrrhâ, felle, thure, similive saporis amari pharmaco mixtum, ut in poculo maledictionis apud Judæos. Vide Sept. & Chald. ad Psal. 75. 9. ubi *vinum rubens* dicitur, quod aquæ admixtione colorem non perdiderat. Erant enim vina in Terra sancta rubra [f].) *in poculo* (vel, *poculum*, Be. Pi.) *iræ ipsius*, Mo. *Calix* aut *poculum* dicitur portio cuique à Deo attributa boni aut mali: quo sensu—Δοιοὶ πίθοι ἐν Διὸς οὔδει, apud Homerum. *Poculum iræ* sunt res tristes. Vide Esa. 51. 17, 22. Jer. 25. 15. & 49. 12. & 51. 7. Abac. 2. 16. Apoc. 18. 6. Indè sumpta locutio Esa. 19. 14 [g]. ¶ *Et* (Exegesis & exaggeratio supplicii [h]. Pœnæ atrocis atrox descriptio, cui vix simile est in toto Canone [i].) *cruciabitur*, &c.] Infernales pœnas describit [k]. Sunt quidem verba hæc satis apta ad significanda supplicia post resurrectionem, ut videre est Mat. 5. 22. & 13. 42, 50. & 18. 8, 9. & 25. 41. Sed cùm infrà, ubi verba sunt his similia, 19. 20. non agatur de illo tempore, ut sequentia ostendunt, videtur & hìc ea sumenda interpretatio quæ ad hoc *poculum* pertineat, ut intelligatur Conscientia intùs adurens, conscio Christo & Angelis: quod est quoddam velut hospitium gehennæ. Sic *Furiarum facibus aduri pectora* dicunt & Poetæ [l]. ¶ *In conspectu angelorum*, (Qui supplicii & spectatores erunt [m], & executores [n]:) *sanctorum*, (ad differentiam malorum, de quibus 1 Cor. 6. 3 [o].) *&—Agni*] Qui Judex erit [p], quem ipsi spreverunt [q], cujus præsentia dolorem augebit [r]; qui ipsos cruciatos videbit quasi cum gaudio, non autem juvabit †, quamvìs mitissimus fuerit [t]. Præsentiam hìc notat non tam loci, quàm conscientiæ sensûsque ipsorum, respectu [v].

11. *Et*, &c. Καὶ ὁ καπνὸς τοῦ βασανισμοῦ, &c.] *Et fumus cruciatûs*, &c. Pi. sim. Be. i. e. fumus ignis quo cruciabuntur [x]: vel potiùs, fumus crucians. Quid autem acerbius quàm fumo torqueri, ustulari, necari [y]? *Fumus* nota incendii. Vide infrà 19. 3. & dicta ad Esa. 34. v. 10. [Sensus,] Manebit semper memoria cruciatuum quos pertulere. Erumpunt enim impiis sæpe verba laniationes animi testantia, ut Tiberio in Epistola quæ est apud Tacit. & Sueton [z]. Adumbrat hìc acerbitatem cruciatuum infernalium, quorum horrore eos à Bestiæ cultu absterret [a]. *Fumus* Metonymicè ponitur pro igne, qui est causa fumi [b]. Nam in inferno non est fumus, quia nihil ibi est corruptibile, vel in elementa resolubile [c]. ¶ *Nec habent requiem*, &c.] Coguntur *Nocte diéque suum gestare in pectore testem*. Olim ignorantiæ temporibus, de quibus Act. 14. 16. & 17. 30, 31. fiebant ista sine sensu ullo conscientiæ. Id nunc fieri non poterat, cùm Evangelium tanta haberet veritatis suæ testimonia, miracula Christi & Discipulorum ejus, vitam sanctissimam, constantiam in perferenda morte. Hæc animos, quamvìs durissimos, non poterant non vellicare. Vide suprà 11. 10. *Non est pax impiis*, Esa. 48. 22. & 57. 21 [d]. ¶ *Characterem nominis*] Hinc patet, idem esse *characterem* & *nomen* Bestiæ, cap. 19. 17*.

12. *Hic*, &c. Ὧδε ὑπομονὴ——ὧδε οἱ τηροῦντες, &c.] In MS. Ὧδε ἡ ὑπομονὴ τῶν ἁγίων ἐστὶν, οἱ τηροῦντες· ut sit, τηροῦντες, pro τηρούντων· qualem locutionem non semel habuimus, rectos nimirum pro obliquis, ut apud Homerum reperiri diximus ad Marc. 6. 40. *In hac re est patientia sanctorum qui Dei fidem ac præcepta servant*; i. e. Ex hac re oritur, per hanc rem sustentatur, quòd sciunt idololatras suopte judicio non absolvi. Sic ὧδε habuimus suprà 13. 10, 18. Sensus ex Daniele 12. 12 [f]. Sensus, q. d. Hoc præconium *Lydius lapis* erit probandæ Sanctorum, tum, 1. *Patientiæ*, si tam atrocis pœnæ intuitu nec successibus, nec persecutionibus, Bestiæ dimoveantur, &c. tum, 2. *Obedientiæ*, si his auditis protinus sese à Bestiæ communione subducant. *Hi sunt qui custodiunt*, &c. i. e. qui ritè ac Evangelicè Deum colunt in fide Christi, propterea *Evangelici* dicendi [g]. Hoc indicio vera fides & sinceri professores ejus ab hypocritis facilè discernentur ||. Epiphonema est hortatorium [h] & consolatorium ad Sanctos; q. d. Cùm adeò tragicus Antichristum cum suis maneat exitus, vos Sancti fortiter tyrannidem ejus tolerate, &c [h]. Est hic coincidens casus, terribilis nempe persecutio [i]. Inchoatam Babylonis ruinam hactenus descripsit, sed antequam eam perficiat, aliquid interserit v. 12. & 13. quo munirentur Sancti adversùs insultus Antichristi, qui ad tempus furet, &c [k]. Antichristus à tribus his Angelis exacerbatus [l], sævior factus est [m], totámque Europam cruentis lanienis fœdavit [n], ut in Germania, Belgio, Gallia, Britannia, &c [o]. quarum recens adhuc est memoria [p]. Ὧδε, *hìc*, id est, in hac re [q]; vel, in hac parte Prophetiæ [r]; vel, in hoc tempore, mox utique habituro finem †; *est tolerantia*, id est, res quæ tolerantiam postulat [t].

13. *Et* (vel, *Tunc*, Be. Pi.) *audivi vocem* (Divinam, quò res certior esset. Vide Matth. 3. 17. & 17. 7. Joh. 12. 28 [v]. *Vocem*, vel Angeli, vel Dei, vel potiùs, Christi, qui idem dicit in Evangelio Joan. 5. 24. & 8. 21 [x].) *de cœlo*] Quot verba, tot hìc argumenta ad patientiam. Cœlum loquitur, cujus certè testimonium omni exceptione majus est [y]. ¶ *Scribe*] Verba scilicet sequentia [z], nobilem sententiam [a]. Tale mandatum non occurrit alibi, nisi initio totius Prophetiæ [b], cap. 1. 19. Hìc autem jubetur [c], ad indicandum insigne rei momentum [d], & dignitatem hujus doctrinæ in perpetum Sancto-

Margin notes (left column): [d] G. * For. [f] Dur. 593. [g] Par. [h] Med. 645. sim. Dur. [i] Dur. [k] Med. 645. [l] Pi. [m] Par. [n] G. [o] Ham. [p] Med. 645. [q] Me. [r] Zeg. † Par. Cot. [t] Cot. [v] G. sim. Par. Ga. [x] Ga. a. 59 .... [y] Med. 645. Ham. [z] Ham. [a] Med. [b] G. [c] Q. in Med. [d] G. * Ham. [f] Med. [g] G. [h] Pi. [i] Med. 645. [k] Clu. sim. Par. Dur. Gag.

Margin notes (right column): [l] G. [m] Par. [n] Par. Dur. [o] Par. [p] Par. Ham. [q] Par. [r] Clu. † Dur. [t] Clu. [v] Dur. [x] Pi. [y] Par. [z] G. [a] Par. [b] Me. [c] Me. sim. Par. [d] G. * Pi. [f] G. [g] Med. 646. || Dur. [h] Par. sim. Grav. [i] For. [k] Dur. [l] For. sim. Clu. [m] Clu. [n] For. sic Clu. [o] Clu. [p] For. [q] V. [r] Pi. † Zeg. [t] Pi. [v] G. [x] Par. [y] Cot. [z] Pi. [a] G. sim. Clu. [b] Med. 647. sim. Par. [c] Par. [d] Med. ib.

Sanctorum solatium, & ad refellendum furiosum Antichristi judicium de iis, quòd sint damnati hæretici, &c*. ¶ *Beati*, &c. Μακάριοι οἱ νεκροὶ, οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπάρτι. Ναὶ, λέγει τὸ πνεῦμα, ἵνα, &c.] *Beati* (sub. *sunt*, Pi.) *mortui* (Confirmat pios ad discrimen subeundum; q. d. Ultimum quod iis inferre possunt impii malum præsens est iis felicitas[f]. Opponitur hoc fulmini Papæ qui eos damnat, &c[g]. Sicut מות Hebræis dicitur gravis vexatio, ità מתים νεκροὶ qui graviter vexantur, quibus vita vitalis non est, Col. 3. 3[h].) *in Domino* (id est, in vera fide[i], & invocatione, Domini[k]; per fidem Christo insiti[l], ut vera membra corporis ejus[m]. Sic *in Christo sopiti*, sive *mortui*, occurrit 1 Cor. 15. 18. & 1 Thes. 4. 16[n]. Sicut dicuntur *in Christo esse*, sive *manere*, Joh. 15. 4, 7. Rom. 8. 1. & 16. 7. qui ei verâ fide constanter adhærent[o], & *in Christo vivere*, Gal. 2. 20. Eph. 3. 17. qui vivunt ad voluntatem Christi[p]; ità *in Domino mori* qui ipsi hærent[q]. Non ad solos martyres hoc referendum puto, sed ad confessores[r], & fideles quosque piè defungentes†: quia hic agitur de meliori restitutæ doctrinæ seculo, quando potentia Antichristi fracta est, nec ità frequentia sunt martyria[t]. [Alii verò aliter judicant, vertúntque] *propter Dominum*, vel, *Domini causâ*, Be. Pi. Il. G. Æth. Rib. Med. Bri. Jun. Hebræorum more, qui ב sic usurpant[v], ut Gen. 18. 28. & 29. 18, 20. Hose. 12. 12[x]. Sic ἐν valet *propter*, Rom. 16. 1, 2, 8, 12[y]. sic Matth. 6. 7. Eph. 3. 13. & 4. 1. Col. 2. 16[z]. 1 Pet. 4. 14[a]. Locum de Martyribus speciatim intelligo[b].) *morientes* (vel, *qui moriuntur*, Er. Be. &c. id est, mortis pericula adeunt. Ità ἀποθνήσκειν sumitur 1 Cor. 15. 31[c]. Sed dilutum hoc est & coactum, de ipsa enim morte obeunda agi vox νεκροὶ disertè docet[d].) *à modo*. (vel, *ab hoc tempore*, Be. Pi. Sed hoc ἀπάρτι quid velit, & quorsum refertur, ambigitur*. [Q. ad sequentia referunt:] Initium est novæ sententiæ[f]. *Posthac sanè dicit*, &c. V. Ità Ca. qui locum sic reddit, *Ii deinceps (affirmat Spiritus) à suis requiescent laboribus*[g]. [Ità G.] *Jam nunc pro certo polliceor, ait Dei Spiritus, fore ut à laboribus suis quiescant.* Ἄρτι *nunc*, Matth. 11. 12. & 26. 53. Joh. 2. 10. ἀπ' ἄρτι, *ab hoc tempore, jam nunc*, Joh. 13. 19. ναὶ est Promittentis, ut μάλιστα in Jure, 2 Cor. 1. 17, 18, 19, 20. suprà 1. 7. Et ità ἵνα rectè sequetur post ναί. Non tantùm olim beati erunt in vita altera, sed & *hoc ipso tempore*. Laborant quidem, sed in labore habent quietem; i. e. pacem conscientiæ, oppositam tormentis impiorum, de quibus actum est suprà. Vide Psal. 116. 11[h]. [Alii ad præcedentia referunt:] Particula ἀπάρτι claudit sententiam in omnibus Græcis Codicibus excepto Montani[i]. Referendum autem est, vel, 1. per Trajectionem ad μακάριοι[k], *Ab hoc tempore beati sunt*[l], h. e. in posterum[m]. Qu. A quo tempore? Resp. 1. A puncto mortis[n]: q. d. A morte ad vitam felicem illico transeunt[o]. Sed nescio an ἀπάρτι huc trahi possit[p]. Ἀπάρτι loquentis tempus, non alienum, designat, ut Matth. 23. 39. & 26. 29. & Joan. 1. 51. Itaque non potest μακάριοι ἀπάρτι verti, *ab eo tempore*, quo scilicet hinc migrant, *beati*. Esset potiùs, *beati sunt ab hoc tempore*, ut illud ego tibi scribendum in mandatis do. Vidit forsan hoc Beza, qui addit[q], Quid si legamus ἀπαρτὶ, id est, perfectè[r], ἀπηρτισμένως, ut *perfectè beati prædicentur*†, quia tunc obtinuerunt diu speratam beatitatem[t]? Ità quidem ἀπαρτὶ sumitur in Herodoto. Verùm nec beatitas sanctorum tunc plenè perfecta est, nec opus est lectionem receptam & Codicum omnium consensu firmatam movere[v]. Resp. 2. A tempore repurgatæ doctrinæ, & præconii trium horum Angelorum, qui scilicet ostendent & vana esse Antichristi fulmina, & impium commentum de Purgatorio, &c[x]. Sed huic obstat, quòd tempora difficillima mox futura insinuat. Trahit verò longiùs adhuc Medus noster, quò hinc quoque Millennii sui fabricæ destinam alteram acquirat[y]. [Sed Medi sententiam ex ipsius verbis audiamus.] Scio plerosque hæc ad superiora referre, tanquam consolandis Sanctis jam gravissima quæque à Bestia, præcedenti celeusmate irritata, passuris. In qua sententia & ipse pridem fui. Nunc verò ad sequentia referri malim, tanquam commonefactionem jam instantis Resurrectionis & Judicii sub Tuba septima; cujus upote apparatus in sequenti Visione agi inciperet. Ità ut illud ἀπάρτι, *ab hoc tempore*, dicatur, non respectu rei præcedente Visione exhibitæ, sed proximè sequenti exhibendæ; quam nimirum protinus exciperet *Resurrectio mortuorum* & *Judicium*: quasi dixisset, Nunc ad illud deventum est quod unicum restat implendum, ad tempus illud quo, *Mortui in Domino*, ad beatam vitam suscitabuntur[z]. Et nè illud ἀπάρτι longè nimis protelatum ac protractum videatur, adducit illud Matth. 23. 39[a]. *Non me videbitis ἀπ' ἄρτι, donec dicatis, Benedictus*, i. e. non à temporis momento quo hæc loquutus erat, sed à tempore Paschatis quod tunc celebratum ibat; post quod vulgo Judæorum non ampliùs se conspiciendum præbuit[b]. [Rationes hujus sententiæ, vide, si lubet, in Med. & responsiones in Ga.] Vel, 2. ad ἀποθνήσκοντες[c]. Significat, supplicia piorum mox inceptura, & deinceps continuatum iri[d]. Beatos pronunciat *qui moriuntur ab hoc tempore*, à Bestia occisi, non minùs quàm qui ab Ethnicis trucidati sunt. Solatium tunc planè necessarium, ut scrupulum piorum animis eximeret*; quòd non à manifestis Christi hostibus necati sunt[f], sed ab iis qui se solos gloriabantur veros esse Christianos[g], à sanctissimo Papa aliísque fidei defensoribus, (ut putabatur:) nec pro Christo interfecti videbantur, sed pro defectione à fide, &c. Cui scandalo hîc occurrit[h]. Vel, 3. ad νεκροὶ, vel, si mavis, ad axioma integrum, μακάριοι οἱ νεκροὶ q. d. *Deinceps*, vel *Ab hoc tempore*, *pro beatis meritò haberi possunt sancti illi qui è vita hac jam excesserint*; ob dira scilicet tempora futura, summásque angustias, ob duo illa severa ac horrenda, sed contraria, Edicta, unum Bestiæ, cap. 13. 15, 16, 17. alterum Dei, hoc cap. v. 9, 10. Ubi enim luctuosa tempora imminent, magna felicitas jure censetur malis venturis morte eripi. Vide 1 Reg. 14. 12, 13. & 2 Reg. 22. 20. Esa. 57. 1, 2. Homer. Odyss. ε'. Virgil. Æneid. 1. Post hæc à me scripta, prodierunt in lucem Cl. Hammondi in N. T. πολυμαθείας refertissimæ Annotationes, in quibus eum meis his gemina sentire deprehendo[i]. [Sed ipsum consulamus.] Ἀπάρτι, sive ἀπ' ἄρτι, significat, ait Euthym. *intra tempus breve, non longè abbinc, citò:* vide ad Matth. 23. 39. & 26. 64. Spectat hoc v. præced. *hîc est patientia Sanctorum*: quò persecutionis tempus instare significetur; cujus ratione beatissimos pronunciat qui citissimè defunguntur, à malis illis abrepti; juxta Esa. 57. 1, 2. Vide & Ecclesf. 4. 1, 2[k]. Malim tamen ἀπάρτι & hîc & in locis adductis *deinceps* reddere[l].) *Etiam*, (vel, *Sanè*, Sy. *Ità est*, Ar.) *dicit Spiritus*, (Confirmat quod promulgatum est[m], quia mundus hoc credere noluit[n]:) *ut* (Sermo imperfectus est & ἀνώμαλος[o]. Supplendum hîc, vel *Fiet*, vel *Fore*[p], *ut*.) *requiescant* (ἵνα hîc causaliter sumendum; non dicit, *quia quiescent*, sed *ut quiescant*[q]:) *à laboribus suis*, Mo. &c. nempe, in hac vita exantlatis[r], pro veritate Evangelii†; id est, ut vitam deinceps pristinorum malorum & calamitatum securam degant. Ità hostium & tyrannorum exterminium innuit[t]. ¶ *Opera*, &c. Τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν] In MS. meliùs τὰ γὰρ, quomodo Latinus legit. Ἀκολουθεῖν sæpe Accusativum regit sine Præpositione: interdum Præpositio subnectitur, ut ὀπίσω 1 Reg. 19. 20. Esa. 45. 14. Ezec. 29. 16. Matth. 10. 38. hîc μετά. Sic Isocrates in Plataico, τοῖς μὲν σώμασι μετ' ἐκείνων ἀκολουθεῖν ἠναγκάζοντο[v]. [Verba sic reddunt:] *At* (vel, *Et*, Be. *Nam*, Pi. vel, *Sed &*. Hoc enim beneficio dicto accedit mantissæ loco[x].) *opera eorum* (vel, 1. per Metonymiam, memoria rectè factorum, unde pax illa oritur[y]. Quem sensum nemini, autore excepto, probatum iri censeo[z]. Vel, 2. merces sive fructus operum[a]. Vel, 3. opera ipsa[b].) *sequuntur eos*, Be. Pi. &c. vel, *cum eis*, Val. Mo. ut fructus, non antecedant, ut causæ[c]: vel potiùs, *comitantur eos*, Ga. ex Ca. & Primas. & Aret. & Baring. Ἀκόλουθος enim non tam *assectam*, aut *pedissequum*, quàm *itineris socium, comitémque*, significat, teste Platone in Cratylo. Favet & Syntaxis, quâ dicitur ἀκολουθεῖ, non αὐτοῖς, ut alibi sæpe, nec ὀπίσω αὐτῶν, ut Matth. 10. 38. sed μετ' αὐτῶν, ut Luc. 9. 49. οὐκ ἀκολουθεῖ μεθ' ἡμῶν, *non comitatur nos*. Sic Isoc. in Plataico, *Corpore quidem* μετ' ἐκείνων ἀκολουθεῖν *illos comitari cogebantur; animo verò ac voluntate nobiscum erant*. Sensus, Eos hinc discedentes opera comitantur ut pro eis testimonium apud Deum perhibeant, &c[d].

Marginalia (left): * Par. — f Bri. sic Par. — g Par. — h G. — i Par. sic V. Ga. — k Par. — l Clu. — m Rib. — n Ga. a. 167. — o Par. — p Ga. ex Bulling. — q Ga. ex Cham. — r Par. — † Ga. ib. — t Par. — v G. sim. Rib. — x Rib. G. — y Par. G. — z Med. — a Ga. — b Med. — c G. — d Ga. ib. — * Idem. — f Q. — g Ga. a. 168. — h G. — i Par. — k Q. in Pi. sic Be. — l Q. in Ga. — m Be. — n Q. in Par. — o Aret. Eul. Cart. &c. in Ga. — p Par. — q Ga. a. 169. — r Be. — † Ga. ex Be. — t Be. — v Ga. ib. — x Par. sim. Grav. — y Ga. 170.

Marginalia (right): z Med. 646. — a Ga. 170. — b Med. ib. — c Pi. Bri. Q. in Ga. — d Pi. — * Bri. — f Q. in Ga. — g Eri. — h Q. in Ga. — i Ga. a. 173. — k Ham. — l Ga. ib. — m Idem. — n Dur. — o Pi. — p Ga. ex Pi. V. sic G. — q Dur. sic Par. — r Par. sim. Pi. Dur. — † Pi. — t Med. 647. — v G. — x Ga. a. 175. — y G. — z Ga. a. 176. — a Pi. Be D. Med. Rib. Illyr. & plerique in Ga. — b Ga. ib. — c Dur. — d Ga. a. 175.

14. *Ecce nubem candidam*] Per quam, ficut cap. 6.2. per *equum candidum*, fignificatur Evangelium. *Nubes* non minùs quàm *equus* Celeritatem fignificat; *Candor*, Doctrinæ ipfius puritatem *. *Nubes* eft Throni vice [f]: vide Matth. 25.31. & 26.64. & Dan. 7.13 [g]. Hæc *candida* erat, ut fignificaret vel eminentiam & majeftatem [h], & gloriam *, vel fanctitatem†; vel, perfpicuitatem [i] & puritatem, five rectitudinem, judiciorum ejus [k], quæ nunc erat manifeftanda, cap. 15.4 [l]. ¶ *Et fuper nubem fedentem* (velut Judicem [m]: fub. *quendam*, Be. Pi.) *fimilem filio*, &c. Τιῷ ἀνθρώπου] id eft, Τῷ υἱῷ, &c. per reticentiam articuli; cujus exempla jam fuprà habuimus [n], ut cap. 1.13 [o]. *Filio hominis*, i. e. homini [p]. Imago feu typus Chrifti [q]. Qu. 1. Quifnam hic fuit? Refp. 1. Noftræ fortis & conditionis homo, cujus fpecies Johanni repræfentatur, futuri hominis imaginem referens [r]. 2. Angelus Chrifti perfonam referens†, ficut in V. Fœdere Angelus Dei perfonam referebat. Tales formas habuimus ab initio Apocalypfeos [t]. 3. Chriftus ipfe [v], ut oftendit, 1. collat. cap. 1.13 [x]. 2. titulus & defcriptio ipfi foli congruens [y]; 3. collat. cap. 19.11, &c†. Nec obftat, vel, 1. defectus articuli, qui eft & cap. 1.13. nec quod dicitur *fimilis Filio*, &c. quia idem de Chrifto dicitur, & Dan. 7.13. Rom. 8.3. Phil. 2.7. Heb. 2.17 [z]. Eft ergò hæc fimilitudo veritatis, ut Joh. 1.14 [a]. Et folet Johannes in rebus quas videt dicere, *quafi*, aut *fimilis*; quia non ipfas videbat, fed earum fimilitudines [b]. Hinc colligi poffit, Potentiam Dei in hac *Meffe*, ficut & in feq. *Vindemia*, defungenda magis confpicuam fore quàm in ullis hactenus operibus quæ Angelorum tantùm nominibus gerebantur. Qu. 2. Quifnam fenfus hujus Bigæ Vifionum, *Meffis* & *Vindemiæ* [c]? Refp. Ad obfcuri hujus loci elucidationem quatuor notanda funt: 1. Utraque hæc fimilitudo iram & judicia ventura denotat; id quod de poftrema certum eft, & de priore valde verifimile, ob paritatem fimilitudinum & collat. Jer. 51.33. Joel. 3.13. Hoc etiam fcopus oftendit. Eft enim hîc præcedentium minarum completio, & fequentium brevis defcriptio. 2. Utraque fimilitudo judicia denotat, fed differentia, non quidem genere, aut objecto: fed, 1. gradu; eft enim *Vindemia* gravius judicium; 2. *tempore* [d]: *Vindemia* enim, ut in Anni tempeftatibus, ità hîc ordine rei gerendæ, *Meffem* fequitur *; 3. inftrumentis: eft enim *alius Angelus*, v. 18. & v. 15. eft tantùm *falx*, at v. 18. *falx acuta*; 4. maturitatis gradu, qui major in *Vindemia*. 3. Objectum hujus judicii eft Babylon, h. e. Antichriftus & regnum ejus, ut oftendunt fcopus, & collatio tum præcedentium, tum fequentium, cap. 16. & 19. 4. Defignantur hîc judicia Tubæ feptimæ, quæ fub Phialis fufiùs explicantur, cap. 16. judicia nempe ultima in Beftiam ejúfque Regnum, quanquam non in Mundum. *Meffis* ergò denotare videtur judicium in fedem ftatúmque Beftiæ, fub quinta Phiala. *Vindemia* autem generaliùs eft in Beftiam ejúfque affeclas, idémque planè eft cum prælio *Armageddon*, cap. 19.10. ut apparet, tum ex collat. cap. 19.15. ubi hoc illius nomen eft *qui calcat lacum iræ*, &c. tum, quòd hoc fit finale judicium in Beftiam. Hoc autem ad fextam Phialam pertinere videtur, quia multa illud fequuntur, cap. 20.8. & tunc finis venit, v. 9, 10. Scopus ergò & fumma eft; 1. quòd Antichrifto per verbum Dei non proficiente, fed in deterius ruente, Deus illum graviffimè puniet; 2. quòd Deus gradatim procedit, pœnas primùm leviores infligens, deinde graviores, &c [f]. *Meffis* nomen tria complectitur; fegetis defectionem, collectionem, & trituram. Hinc duplicem in facris habet fignificationem, vel, 1. *ftragis & excidii*, quafi defectionis & trituræ, ut Efa. 17.3, &c. & Jer. 51.33. vel, 2. *reftitutionis* & *falutis*, ut Matth. 9.37. Nec alibi quàm in N. T. hujus exemplum reperire eft. Utrius figuram *Meffis* h. l. fuftineat, fi poffumus, eruamus. *Calcationem torcularis*, quâ *Vindemia Meffem* iftam fubfequens defungitur, eandem effe cum ftrage illa ab Equi albi Seffore patranda cap. 19. palàm eft ex eo quòd ejufdem Sefforis defcriptioni inferitur, *Is eft qui calcat torcular*, &c. Hoc dato, neceffe eft parabolas Propheticas, quæ utramque pariter immediatè, & nullo ampliùs Vifo interveniente, prævertant, aut rem eandem denotare, aut fi diverfas, tamen aliquo pacto inter fe conjunctas & devinctas. Cùm idcirco hîc *Vindemiam* proximè antecedat *Meffis* ifta, illic verò Stragem eam atrocem Apparatus nuptiarum Agni, unà cum Excidio Babylonis: fequitur omnino, aut Apparatum iftum, aut Excidium, effe hanc *Meffem*, aut eodèm cum *Meffe* pertinere. Si dixerimus vaftationem Babylonis *Meffem* effe, nobis favet tum Typi ingenium, tum collat. Jer. 51.33. ubi veteris Babylonis cafus eâdem figurâ prædicitur: tum, quòd ut *Meffis* & *Vindemia*, quòd annum abfolvant, rerum finem & confummationem denotent, ità hanc illa præcedat. Si ergò utraque confummationi tyrannidis Romanæ fignificandæ deferviat, fanè appofitè *Meffis* Urbis cladem, tanquam excidii plenarii præmetium, *Vindemia* univerfi Regni Beftiani interitum, brevì fubfecuturum, defignatum iret. Huic accommodationi illud unum obftat, quòd Stragem illam internecinam, cap. 19. *Vindemiæ* quoque imagine expreffam, proximè antecedit non Babylonis vaftatio, ut fuppofuimus; fed alius eam, ut videtur, fequens eventus, *Apparatio* nempe, five *exornatio*, *Sponfæ* ad *Nuptias Agni*; quam igitur, aut rem aliquam cum ea gerendam, *Meffis* fignificabit. At quænam eft hæc Apparatio Sponfæ? quidve illud cum ea gerendum? Sanè *Apparatio* illa *Sponfæ* videtur effe illa toties exfpectata converfio & collectio Judæorum, qui olim ad nuptias Filii Regis invitati venire recufàrunt, Mat. 22. nunc verò prompti accurrent & Agni Sponfa futuri funt. Huic conjuncta erit *Turcici Imperii* demeffio feu excidium, ut ad Phialam fextam legitur, fed aliâ figurâ. Tempus enim hujus Phialæ & *Apparationis* iftius *Sponfæ* planiffimè conveniunt; cùm ficut ifta excidio Babylonis & Stragi hoftium noviffimæ interjecta fit, ità hæc Phiala Phialæ quæ in Thronum Beftiæ effunditur & Phialæ noviffimæ media intervenit. Nempe, Ecclefia Chrifti duplicem hoftem habet, *Beftiam Romanam*, & *Imperium Muhammedicum*. Quorum utriufque exterminio fub adventum Chrifti peragendo, quidni hujus *Meffis*, illius autem *Vindemia*, repræfentando deferviat. Porrò huic interpretationi favet collat. Joel. 3. unde utraque imago, *Meffis* & *Vindemiæ*, defumpta eft. Illic enim de tempore convertendi Ifraelis agi conftat ex v. 1. Deinde fequitur, *Immittite falces, maturavit meffis: ——plenum eft torcular—— magna eft malitia eorum.* Utcunque igitur in hac Figuræ *Meffis* accommodatione id obfervare liceat, rem gerendam ità comparatam effe ut ei utraque *Meffis* notio, tam *defectionis* & *trituræ*, quàm *collectionis*, aptari poffit; hæc ex parte Ifraelis convertendi, illa Stragis hoftium cum ea conjunctim futuræ: tamen cùm de Ecclefiæ contra hoftes affertione noviffima hîc agatur, ideo omnino *defectionis* & *trituræ* notionem præferendam cenfeo. *Vindemiam* quod fpectat, hujus fignificatio minùs ambigua eft. Siquidem calcatio botrorum vindemialis in Scriptura parabolica *cladem atrocem* conftanter denotat. Hæc porrò clades eadem eft cum illa cap. 19. ut ex ejus v. 15. oftendimus. Ergò eadem quoque erit cum *Bello magni Diei*, &c. ad Phialam noviffimam: de quo dubitare non finit, quòd utraque eorundem hoftium, nempe, Beftiæ & Pfeudo-prophetæ cum confœderatis, clades ultima & internecina fit. At eorundem clades ultima non poteft effe nifi una. *Vitis* igitur, feu *Vinea terræ*, hîc eft Beftiæ ditio, *Uvæ maturæ*, Beftiani fanguinis reatu turgentes, maturi judicio: *Torcular*, locus cædis, &c. [de quo plura fuo loco.] Utraque autem, tam *Meffis*, quàm *Vindemia*, impetratur precibus Ecclefiæ, & inprimis Martyrum, &c. Tu ergò, ô Chrifte, audi, furge, & tuo tempore mete & vindemia [g]. Al. Denotatur hoc loco judicium divinum contra Beftiam Antichriftianam ejúfque cultores [h], non quidem poftremum, fed quod Babylonis excidium antecedet, continuata nempe feries judiciorum Dei poft Evangelium reftitutum & Antichriftum mundo revelatum; quando ipfi Pontificii graviffimis inter fe bellis commiffi funt, adeò ut anno 1527. Roma occuparetur, Pontifex Clemens 7. captivus in arce fua detineretur, &c [i]. Al. Hactenus tres Angeli pugnantes verbo, nunc factum adhibetur, & expediuntur machinæ ad ruinam Babylonis inchoandam. Quæ molitio duplex eft, *Meffis* & *Vindemia*. Illa bonorum eft collectio, juxta Matth. 9.37. hæc impiorum, &c [k]. Al. De judicio extremo hîc agitur [l], ut omnes ferè confentiunt. Et miror ullos in tanta evidentia diffentire.

Marginal notes (left column): [e] G. [f] Cot. fic Par. [g] Par. * For. Pi. † Dur. [h] Pi. [i] For. [k] For. Dur. [l] For. [m] Clu. Par. [n] G. [o] Par. [p] Be. D. Rib. [q] Pi. [r] Bri. † G. Gag. [t] G. [v] Rib. Gag. Me. Med. Par. For. Grav. Dur. [x] Dur [y] Med. 649. Dur. † Med. 651. [z] Par [a] Grav. [b] Rib. [c] Med. [d] Dur. * Med. 649. Dur. [f] Dur.

Marginal notes (right column): [g] Med. 647.... [h] Grav. fim. Clu. [i] Clu. [k] Bri. [l] Par. fic Rib. ex Amb. Me.

tire. Typis enim & verbis similibus describitur Dan. 7. Matth. 3. & 13. Sed cur hoc nunc repræsentatur [m]? Resp. 1. Anticipatio est, quia rerum contextus supplicia malorum exigit [n]. 2. Quia Visiones universales, ut ostendimus, quatuor actibus mutuò respondentibus constant, nunc autem actus extremus Visionis quartæ sequitur. 3. Nè fideles sub tyrannide & ærumnis Antichristi labascerent [o]. Verùm de judicio Universali hîc non agitur [p], ut multa docent: 1. series rerum prædictarum, quæ de eo demum agit cap. 19. & 20. nec tales anticipationes permittit. 2. Judicii hujus duplicitas & diversitas, tum, in exsecutore, qui in priore Christus est, in altero Angelus; tum, in loco, &c. 3. Nulla hîc est resurrectionis mentio, sicut fit cap. 20. 12, 13. 4. Civitas, extra quam fit hæc torcularis calcatio est Babylon, &c. Nil autem mirum magna Dei judicia describi typo & verbis supremi judicii, cujus illa specimina sunt. Talia quoque judicia *Messes* & *Vindemiæ* appellantur. Vide Esa. 17. 5. & 18. 5, 6. Jer. 51. 33. Joel. 3. 13 [q]. [His præmissis, pergamus in explicatione textûs:] ¶ *Habentem —— coronam auream*] Signum hoc, vel, 1. Regiæ majestatis [r]. Vide infrà 19. 12 [†]. Vel, 2. victoriæ quam Christus erat consecutus [t], convertendo quotidie plurimos de Imperio Romano, etiam in mediis persecutionibus. Vide suprà 4. 4. ubi Presbyteris tribuitur pars sua in hac Christi victoria [v]. Quia Bestia coronas suas jactabat [x], tempus erat ut Christus suam coronam, & quidem auream, ostenderet [y]. ¶ *Falcem acutam*] Nempe messoriam, quæ designat, vel potestatem Christi judiciariam [z], vel divinam potentiam [a], penetrantissimam & subitaneam, quâ fruges, i. e. incolas, terra recidere [b], & judicium exequi, facilè possit [c]. Est quidem hoc ex Joel. 3. 13. sed sensu alio, quomodo multa ex Prophetis in hac Apocalypsi. *Falx* h. l. est prædicatio Evangelii, quæ homines à terra demetit ut Ecclesiæ inserantur [d]. Excisionem subitaneam & universalem notat, &c [*].

15. *Et alius angelus* (Ergò sedens in nube Angeli loco habendus est [f]. *Angelus* hic unus est ex primariis Christi ministris, per quos judicium exercebit [g], qui piorum supplicum personam sustinet [h]. Per *Angelum* intelligit, ut priùs, Ministros, tanquam os cœtûs, orantes à Christo vindictam, ut cap. 16 [i].) *exivit de templo*] In quo antè conclusi erant, cap. 11. 1. Notat ergò libertatem jam datam profitendi petitiones suas, simúlque consensum Ecclesiæ in precibus illis [k]. Designat Ecclesiam clamantem pro vindicta, juxta Luc. 18. 7. Alludit ad morem in Judæa, ubi prima falx non antè immissa est quàm verbum & mandatum à Sacerdotibus in Templo sedentibus datum fuerit [l]. Al. E *templo* cœlesti, i. e. à Deo. Vide suprà 11. 19. ¶ *Clamans —— ad sedentem*, &c.] Non ipsi mandata adferens, sed factum ejus approbans, & συνᾴδοντα καὶ αὐτὴν ὀργῶσαν [m]. ¶ *Mitte falcem tuam* (Quam nempe habes ex officio [n]:) *& mete*] Nè moras nocte [o]. Non imperantis vox est, sed supplicantis [p]. *Metere* hîc sumitur, ut Matth. 9. 37, 38. Luc. 10. 2. Joh. 4. 35 [q]. [Vide ad v. præced.] *Metere* est ex hac vita colligere [r]: Commune beatorum desiderium profert, ut scil. regnum peccati finiatur, & Deus solus regnet in omnibus [†]. ¶ *Quia venit*, &c. Ἦλθέ σοι, &c.] *Venit tibi* (Unum designat cui hoc speciatim incumbit, Christum scilicet [t], Judicem mundi à Patre constitutum, juxta Joh. 5, 22 [v].) *hora* (vel, *tempus*, Be. *Hora* pro *tempore* est phrasis Johannea, ut Joh. 2. 4. & 5. 25. & 7. 30. &c [x]. Significat, tempus judicio constitutum [y], quod jam adesse cognovit ex Templo [z], ex revelatione Dei [a].) *metendi*, Mo. q. d. *Messis venit*, ut est Joh. 4. 35. Tempus est instare operi [b]. ¶ *Quoniam aruit* (i. e. maturuit [c]. Ξηραίνεσθαι alibi est *exarescere*, hîc autem *solidescere*, non ampliùs fluitare. בשל Joel. 3. 13 [d].) *messis*] id est, Seges metenda [*], ex eo quod proximè futurum erat sumpto nomine: quomodo dicuntur *oves*, Joh. 10. 16. *populus Christi*, Act. 18. 10 [f]. [Sensus est,] Completus est electorum numerus æquè ac cursus mundi, & secula à Deo præstituta jam evoluta sunt [g]. Maturuerunt & pii, in cursu fidei, & satis in igni afflictionum probati, & mali in peccatis [h]. Impleta est mensura, tum calamitatum Ecclesiæ [i], tum tyrannidis & iniquitatis Antichristi & asseclarum ejus [k]. Vide Gen. 18. 21. Matth. 23. 32 [l]. Impii maturi sunt pœnis [m].

m Par. n Rib. o Par. p Grav. sic Clu. q Clu. r Pi. Par. sic Clu. Ham. Dur. † Par. t G. sic Cot. Dur. Ham. Zeg. v G. x Clu sic Par. y Clu. z Par Zeg. a Par. b Clu. c Par. d G. * Ham. f Cot. g Par. h Med. sim. Dur. i Dur. k Idem. l Li. chron. 164. m G. n Par. o Dur. sic Par. p Par. q G. r Me. sim. T. † Me. t Dur. v Par. x Par. Clu. y Dur. sic Par. z Clu. a Par. b G. c G. sic Me. Par. d G. * G. sic Camer. Pi. f G. g Me. h Clu. i Par. k Par. Dur. l Par. m Pi.

16. *Et misit*, &c.] Nimirum per discipulos Apostolorum [n]. Promptè gratificatur Christus desideriis sanctorum [o]. ¶ *Demessa est terra*] i. e. Fruges terræ, synecdochicè [p], nempe homines [q]. Plurimi ex Imperio Romano Ecclesiæ se addidere [r]. Deus ingratitudinem terræ ultus est per varias clades, pios ad se colligens, reliquos ad judicium abripiens [†].

17. *Et alius Angelus*] Vel, 1. Angelus primarius [t]: vel, 2. Angelorum cœtus, qui Christo ministrabit in judicio [v]: vel, 3. Christus ipse [x], ex collat. cap. 19. 15. qui cùm hæc mediatè per alios exequatur, modò ipse repræsentatur, modò instrumenta ipsius, &c. Christus hîc est agens principalis, *Angelus* denotat instrumentum aliquod idoneum quo Christus utetur in demetendis uvis, quas tamen ipse calcabit [y]. ¶ *Exivit de templo quod est* (vel, *quod* erat, nempe in hac Visione Johannis [z]:) *in cœlo*] i. e. Ex Ecclesia, cujus membrum erat [a]. Itidem à Deo venit, sed in rem longè aliam [b]. *E templo*, quod apertum fuerat, cap. 11. 19. Templum erat figura cœli. Prodit igitur è cœlo, unde veniet judex [c]. ¶ *Falcem*] Nempe *putatoriam*, vel, ut Varro loquitur, *vineaticam* [d].

18. *Et alius Angelus* (Judicis minister primarius [*]:) *exivit de altari*] Templi, ut cap. 6. 9 [f]. Holocaustorum: quibus holocaustis impii comparantur, ut diximus suprà 8. 5. & ad Marc. 9. 49 [g]. Justitiam Dei notat, quæ Impios mactabit, tanquam hostias ad Altare [h]. *De altari*, i. e. de summitate Altaris, ex collat. cap. 9. 13 [i]. vel, de septo Altaris [k]; vel, è sacratiori Templi loco, qui cœlum designat [l]: vel, à Christo, qui est Altare cœleste, nempe ut præco temporis judicii, &c [m]. ¶ *Qui habebat potestatem supra* (vel, *in*, Be. Pi.) *ignem*] Præfectus huic elemento, ut alius aquis, cap. 16. 5 [n]. verùm *Angelus* hîc *ignis*, & ibi *aquarum*, non intelligi videtur qui eis peculiariter & constanter præest & imperat, iisque per se uti potest ad judicium; tunc enim non opus erat illis alium ea de re convenire cui hoc munus propriè incumbit, sed qui peculiare de iis mandatum habet, &c [o]. *Ignem* hîc intelligit, vel, 1. vindictæ Dei. Vide Psal. 11. 6. & 21. 10. & 50. 3 [p]. Sensus q. d. Habens ministerium iræ Divinæ [q], immittendæ in impios, tanquam hostias Deo mactandos super Altare [r]. Vide suprà 8. 5, 7. & 9. 17. & 11. 5 [†]. Vel, 2. conflagrationis hujus mundi [‖]. Vel, 3. Altaris, quo victimæ sanctorum incendebantur [t]. Vel, 4. gehennæ [v], in quam hic Angelus, vel hi Angeli, (Potest enim esse Enallage numeri:) Zizania projicient, juxta Mat. 13. 42 [x]. Vel, 5. flammæ illius quæ impios invadet, 2 Thess. 1. 8 [y]. Vel, 6. Martyrii [x]. Redivivus ergò hîc est clamor Martyrum, qui erat adversùs Ethnicos persecutores cap. 6. hîc verò adversùs Antichristum, &c. Primus Angelus exprimit clamorem totius Ecclesiæ militantis, hic posterior, Martyrum Triumphantium [y]. ¶ *Et*, & Καὶ ἐφώνησε, &c.] In MS. deest καὶ. Et bene cohærent hæc cum superioribus, quia ἐξῆλθε in eo libro abest. *Et clamavit —— ad eum*, &c. i. e. Vindemiatorem. ¶ *Mitte falcem*, &c.] Contrahe in pauca ingentem Judæorum multitudinem [z]. ¶ *Vindemia botros vineæ terræ*] i.e. Terrestris [a], h.e. impios sive reprobos [b], idololatras [c]; vel, Judæos qui ubique sunt in Imperio Romano [d]. Judæi olim dicti *Dei vinea*, Esa. 5. 1. Jer. 12. 10 [*]. quæ nomen ex antiquo retinet, etiam postquam *labruscas peperit*, Esa. 5. 4. Mat. 21. 33, &c. Marc. 12. 1. Luc. 20. 9. Quod hîc dicitur, quanquam ad Judæos plurimùm pertinens, refertur huc in vaticinia de Gentibus, quæ hoc Dei judicium exsecutæ sunt, & indè sibi exemplum capere debebant, eo argumento quo Paulus utitur, Rom. 11. 21 [f]. ¶ *Maturæ sunt uvæ ejus*] i. e. Ad summum pervenit [g] [vel,] contumacia & sævitia Judæorum [h]; [vel,] idololatria & crudelitas Romæ Paganæ [i]; vel, iniquitas impiorum [k], quæ major evasit ob spreta leviora judicia, lucem contemptam, plures Martyres occisos, &c. Ità cœlum & terra conspirant ad Antichristum evertendum [l].

19. *In terram*] Vel, in Judæam, ut suprà [m]: vel, in impios, piorum persecutores, quorum plena est terra [n]. ¶ *Vindemiavit*, &c.] i. e. Judæos in unum collegit [o]. Bestianos putatione suâ congregavit in *Armagedduntem* [p]. ¶ *Et misit in lacum* (Preli nempe torcularii [q] in

n G. o Par. p Par. sic D. q Par. r G. † Clu. t Par. v Gag. x Par. Cot. Dur. y Dur. z Pi. a Dur. b G. c Par. d G. sim. Rib. Me. * Par. f Cot. g G. h Cot. i Pi. k Med. 651. l Dur. m Par. n Q in Par. o Dur. p Pi. q G. Ham. r Ham. † G. ‖ Gag. Me. t Par. ex Rib. v Par. ex Bul. x Par. y Cot. x Med. 651. y Dur. z G. a T. b T. sic Me. Clu. Par. c Ham. d G. * G. sic Par. f G. g G. Par. h G. i Ham. k Par. sic Dur. l Dur. m G. n Pi. o G. p Med. 651. q Pi.

in quo exprimitur & recipitur uvarum liquor [r]. Ληνὸς hîc significat *tocular* cum *lacu* †.) *iræ Dei*] h. e. In lacum ubi Deus judicia sua exsequitur, qui prout temporalis est dicitur *Armageddon*; & prout æternus est, *lacus* est ille qui cap. 19. 20 [t]. Infernum intelligit [v]. Per *pressuram uvarum*, ubi *ira Dei* aut nominatur, ut hîc, aut ex circumstantiis intelligitur, denotari solet ingens Effusio sanguinis; qui *Sanguis* vino comparatur, ut Vinum *sanguini*, Esa. 63. 2, 3. Lam. 1. 15. Joel. 3. 13 [x].

20. *Et calcatus est* (à Christo [y];) *lacus* (Metonymia. Ληνὸν enim vocat id quod erat ἐν τῷ ληνῷ, id est, uvas. Sic *calix*, pro *vino* ponitur. *Calcare* uvas mos illis gentibus, infrà 19. 15. Esa. 16. 10 [z].) *extra civitatem*] Ubi prela fuisse verisimile est [a]: prela vini & olei erant extra Jerosolymam, ad pedem montis Oliveti; quò hîc alluditur [*]: in regione seu ditione Urbis [b]. Non Hierosolymis, quæ semper πόλεως nomine intelligi solet ubi de Judæis res est. Non accidit hoc in Urbe, quia nulli ibi ampliùs erant Judæi [c]. *Civitatem* hîc vocat, vel, 1. Ecclesiam [d]; vel, 2. cœlestem Hierosolymam [*], extra quam erant hæ uvæ, quæ sunt *canes, idololatræ*, &c. Apoc. 22. 15 [f]. vel, 3. Romam & regiones ei adjacentes, in quibus clades gravissimæ erant tempore Maximini, Licinii, & Maxentii [g]; vel, 4. Babylonem [h]. ¶ *Et exivit sanguis* (i. e. vinum [i], quod *sanguis uvarum* dici solet, quia vina Palæstinæ erant rubra [k]. Vox *sanguinis* ostendit, botros hîc fuisse homines [l]. Est hîc ἀπόδοσις permixta comparationi. Nam pro vino dixit *sanguinem*, quia Vinum significabat sanguinem. Simile Matth. 24. ubi dicta vide. Similia habes Amos. 9. 11, 12. Abac. 1. 17 [m].) *de lacu usque ad frænos equorum* (Hyperbolica locutio, quæ significat Ingentem sanguinis copiam [n]. Exaggerat supplicjorum atrocitatem [o]. Simile habes Esa. 8. 7. & Esa. 30. 27, 28. ubi indignationis diluvium comminatur [p]. Tantam denotat sanguinis effusionem, ut equitum fræni hostium cruore sint conspersi [q]. Pertinet hoc ad probrum hostium, qui equis phaleratis olim vecti supplicia martyrum fastuosè spectârunt, sanguinémque profusum equorum ungulis superbè calcârunt. Tunc verò equi illi superbi non martyrum, sed dominorum suorum, sanguini innatabunt. Vel, Allusio est ad victores, qui post ingentes strages exire solent, ut cæsorum cadavera videant. Campis verò sanguine madentibus non exeunt pedibus, sed equis [r]. Al. Hoc de Equis insertum est, ut hoc indicio submoneret, ab eo Lacum calcatum esse ad quem comitatus iste equestris pertinebat †. Hinc percipitur, per *lacum* intelligi prælium. Confer Joel. 3 [t].) *per stadia mille sexcenta*] id est, Per milliaria Germanica 50 [v], sive Anglicana 200. Spatium definitum pro indefinito [x]. Al. Ubi hic *Lacus* seu locus futurus sit, adhuc in Dei arcanis est. Ex tam diligenti tamen intervalli dimensione videri potest Spiritus S. ad regionem ejusmodi aliquam digitum intendere, quæ stadia 1600 in longitudinem pateat [y]. Designatur ergò hîc, vel, 1. terra sancta [z], sive Judæa [a]: cujus longitudo, teste Hieronymo [b], qui in illis locis vixit, & omnia accurate exploravit [c], porrigebatur *in milliaria* 160 [d], Græca scilicet, sive Italica 200 [*]. Milliare autem continet stadia Græca decem [f], quorum singula erant passuum centum, ut apud Romanos stadium erat passuum 125 [g]. Unde colligunt eruditi Judæam exiisse in longitudinem *stadiorum* 1600. Thalmud Hieros. & Menahem ad Genesin dant Judææ *quater mille stadia in quadro*. Vera res est quæ hîc prædicitur: nam ingens hæc effusio sanguinis Judæorum & Gentium facta est Trajano imperante, non in Judæa; sed in locis Judææ vicinis, id est, Syria, Ægypto, Cyrenaica, & Cypro. 460 *millia periisse*, ait Dion lib. 68. *infinita Judæorum millia cæsa*, ait Euseb. Vide & Oros. 7. 12. Hæc historia rectè huc rejecta est, quia & extra Judæam evênit, & multo etiam aliarum gentium stetit sanguine [h]. Huic conjecturæ favet, quòd loci nomen *Armageddon* Hebraicè nuncupetur, quasi futuri in terra Hebræorum. Nec desunt ex ipsis Bestiæ asseclis qui affirmant, Pontificem Romanum post eversam Romam in Orientem migraturum, & Hierosolymis sedem habiturum [i]. Sed huic Grotii conjecturæ obstat, quòd Jerosolyma erat in medio terræ, ut proinde ab illa ad ultimos terræ limites non fuerint ultra 800 stadia. Vel, 2. Roma & regio ipsi finitima, ut antè dictum [k]; vel, *Stato Della Chiesa*, seu Ecclesiæ Romanæ latifundium, quod ab Urbe Roma usque ad ultimum Padi ostium & paludes Veronenses porrigitur spatio milliarium Italicorum 200, id est, stadiorum 1600 [l]. Per stadia 1600 Phil. Nicolai intelligit totidem annos, quod nominat tempus conversionis Gentium post excidium Judaici populi, Anno Christi 70. inchoandum & A. C. 1670. finiendum [m]. Cui [præter eventum] obstat, quòd alienum est ab usu Scripturæ per res crassas & corporales tempus intelligere [n]. Quod verum non est: nam per 3 *palmites*, & 3 *corbes*, notantur 3 *dies*, Gen. 40. 13, 19. & per 7 *vaccas*, & 7 *aristas* 7 *anni*, cap. 41. 25 [o]. Significat, tantam fore stragem, ut tota terra longè altéque hostium sanguine repleatur, factâ sicut ad civitatem sanctam, sic etiam ad terram Canaan, allusione, quæ in longitudinem 1600 stadia protenditur [p]. Hucusque, Lector, fusiore hoc interpretandi genere progredi potui, nec ultrà. In reliqua quæ supersunt Vaticinia *Specimina* tantùm do; eorum nimirum partem quæ ante 3 aut 4 annos in plerasque Visiones Apocalypticas cum amicis privatim communicaveram. Ea, qualiacunque sint, ut benignè interpreteris obsecro; donec D. O. M. vires & otium mihi largiatur & ista (nisi doctorum & piorum virorum judicia absterruerint:) simili quo priori filo pertexendi. Porrò scias, in hisce capitum ordinem adeò ad amussim servare non libuisse, quin Babylonis mysterium Phialarum Visioni anteponerem; quod tamen Johannes postposuit: an quia ex Phialarum Angelis unus illud monstraverat? an quia præcedentibus Visionibus omnibus tanquam Clavem reserandis subjicere voluit? Utrumque in causa fuisse videtur. Sed non idem interpretanti atque narranti ordo ubique commodus est [q].

[r] Me. sic Er. V. † G. [t] Dur. [v] Par. [x] G. [y] Med. [z] G. [a] Dur. [*] Li. chron. 164. [b] Med. 650. [c] G. [d] Me. Rib. ex Rup. Ticon. &c. Primas. in Clu. Dur. Pi. [*] Par. Dur. Me. [f] Par. [g] Ham. [h] Clu. [i] V. Par. Clu. Me. [k] Clu. sim. Par. [l] Pi. [m] G. [n] Par. sim. Clu. [o] G. [p] Clu. [q] Grav. [r] Par. † Med. 651. [t] Pi. [v] Par. [x] Dur. [y] Med. 651. [z] Q. in Med. [a] G. [b] G. Med. [c] G. [d] G. Med. [*] Med. [f] G. sic Med. [g] Med. [h] G. [i] Med. 652. [k] Ham. [l] Med. ib. [m] Grav. [n] Q. in Grav. [o] Grav. [p] For. [q] Med. 652.

CAP. XV.

1. *Et vidi*] Quod in genere dictum fine cap. præced. de calcando lacu iræ Dei, hîc speciatim prosequitur in historia 7 Phialarum [r]. Hæc quæ sequuntur Visa Johanni obtigisse videntur Ephesi, Vespasiano Principe. Et habent eorum quæ de Imperio breviter dicta sunt explicationem fusiorem, ut sæpe Prophetis evênit, maximè Danieli †. Al. Post ea quæ per anticipationem dixit cap. præced. nunc ad rectum Prophetiæ rerúmque gerendarum ordinem revertitur [t]. Connectenda hæc cum fine cap. 11. ubi Templo aperto, fiunt tonitrua, per quæ judicia designantur. Hîc autem explicat quænam sunt illa judicia. Post Prophetiam illam explicatoriam cap. 12. 13. & 14. redit ad tertiam & ultimam Prophetiam principalem, quæ cap. 15. & 16. continetur [v]. Phialarum historia generatim describitur hoc cap. usque ad v. 6. speciatim verò deinceps [x]. ¶ *Aliud signum* (i. e. imaginem [y]; vel, aliam Visionem eventus alios significantem [z].) *Aliud*, diversum à præcedentibus. Non ergò idem sunt Phialæ & Tubæ, ut nonnulli putant, inter quos Nap. Qui decepti sunt, quia viderunt utrobique Ecclesiam in primo loculo, Mare in secundo, Flumina in tertio, Euphratem in quinto & sexto. Sed non mirum si idem sit utrobique objectum; quia Ecclesia cum mundo calamitates Apocalypticas omnes excipiunt [a].) *in cœlo* (ubi Angeli Deo jugiter astant [b], quod erat theatrum Visionum [c]: vel, in Ecclesia [d]:) *magnum*] id est, Adumbrans res magnas [*], res Sigillis Tubisque graviores [f]. ¶ *Angelos septem*] Contra Romanum Imperium, ut contra Judæos suprà 7. 1. Res Dei maximè insignes Heptada amant apud Hebræos [g]. *Angelos* hîc intelligit quoscunque Deus iræ suæ ministros faciet [h]; vel, 1. Evangelii præcones [i]; vel, 2. Angelos propriè dictos, eósque bonos, quia unus ex iis & meretricem Babyl. & novam Jerus. Johanni monstrat & explicat. Quod Doctori Ecclesiæ non congruit [k]. Quia Deus Angelos adhibet providentiæ suæ administros; idcirco quæ multorum manibus peraguntur, Angelo tamen, tanquam rei gerendæ Præsidi & Duci, pro communi loquendi more, tribuuntur †. Vel, 3. membra Ecclesiæ [l], ut Reges illos, cap. 17. 12, &c [m]. ¶ *Habentes* (nempe, in Phialis:)

[r] Li. chron. 165. † G. [t] Rib. [v] Dur. [x] Med. 655. [y] Pi. [z] Par. [a] Cot. [b] Idem. [c] Par. [d] Zeg. plerique in Par. [*] Par. [f] Cot. [g] G. [h] Dur. [i] Zeg. Q. in Par. [k] Clu. † Med. 656. [l] Dur. sic Bri. [m] Dur.

phialis [n]:) *plagas* (i.e. pœnas [o]:) *septem* (singuli singulas [p]. Alludit ad comminationem illam Levit. 26. 21, &c [q]. *Septem* significat vel diversa judicia, vel diversos gradus [r]. Septem Phialæ totidem sunt Ruinæ Bestiæ gradus. Sicut enim Bestia gradatim succrevit, ità quoque gradatim abolenda est †.) *novissimas*] i. e. Novas, post bella illa Galbæ, Othonis, Vitellii, Vespasiani; post lapsum Capitolium, post motus illos Judæorum in Syria & Ægypto [s]. *Ultimas*, quæ scilicet ad ultima mundi tempora pertinent [v]. *Ultimas* vocat respectu Tubarum, quæ *primæ Plagæ* vocantur: Ut enim Tubæ primam Bestiam, h. e. antiquiorem Regni Romani πολιτείαν subruunt, ità Phialæ novissimam, ex ruinis prioris ortam. Hinc tanta inter Tubas & Phialas similitudo, quia ut posterior Bestia prioris imaginem gerit, ità par erat ut illius ruina similis esset ruinæ hujus [x]. ¶ *Quoniam in illis* (vel, *per illas*, Be. Pi.) *consummata* (i. e. perfecta, adimpleta [y]:) *est* (i. e. erit. Præt. pro fut. more Prophetico ob certitudinem [z].) *ira Dei*] i. e. Ultio Dei [a], nempe in Bestiam, donec in lacum projicietur [b]. Al. Meritò, inquit, dixi *ultimas*, *quia definunt in ultimum iræ Divinæ effectum* contra idololatras Romanos. Sic generalia præmittuntur specialibus etiam cap. 8 [c]. Sed *ultimæ* appellantur, quia erunt inter ultimas orbi obventuras sub finem mundi. Nam has sequetur adhuc excidium Gog & Magog, &c [d]. Sensus, q. d. Plaga plagam continuò excipiet, donec ultima furoribus Antichristi & malis Ecclesiæ finem imponet [*]. Qu. Cuinam Tubæ contemporant hæ Phialæ? Resp. 1. Quinque ad minimum Phialæ effunduntur ante desitum sextæ Tubæ clangorem, credo quòd etiam sexta. Phiala verò septima, quæ Phiala *consummationis* est, cap. 16. 17, 18. concurrit cum initio Tubæ septimæ, quæ itidem *consummationis* Tuba est, cap. 10. 6. Septem enim Phialæ, cùm totidem sint ruinæ & occasûs Bestiæ gradus, necessariò ineundæ sunt ab initio ruentis & occidentis Bestiæ [f]. Bestia autem plurimùm labefactata est, & propè ad ruinam accedit, antequam septima Tuba clangat. Vide cap. 11. 7. usque ad 15 [g]. Atqui eò ruinæ Bestia delabi non potuit, ante quintam Phialam, cap. 16. 10 [h]. Resp. 2. Phialæ omnes intra Tubam septimam collocandæ sunt [i]. Quod sic probamus: 1. Congruum erat, ut sicut 7 Tubæ Sigillo septimo, & 7 Tonitrua Tubâ septimâ, ità septem Phialæ extremorum Tonitruorum alterutro [k], vel Tubâ septimâ [l], includantur [m]. Sed considerandum erat, visionem Phialarum partem esse *Prophetiæ Libri*, non autem *Prophetiæ Sigillorum*, &c †. [qua de re vide dicta ad cap. 10.] 2. quòd hæ Plagæ *ultimæ* dicuntur, sicut Tuba septima *væ ultimum* dicitur. Utraque verò ultima esse non possunt nisi contemporent [n]. 3. quia septem Phialæ cum Tuba septima conveniunt, tum titulis; Tuba 7. dicitur *væ magnum*, Phialæ, *plagæ Dei*: tum, naturâ, quam nomina indicant; tum denique, objecto, nempe Bestiâ ejúsque cultoribus & Prophetarum servorúmque Dei interfectoribus, ex collat. cap. 11. 18. & 13. 10. & 17. Porrò contemporant, tum, 1. in fine, simul enim desinunt in fine mundi, ut in confesso est: tum, 2. in ortu: quod sic probamus; 1. Phialæ omnes in unam formam compinguntur, & materiam ejusdem generis continent; & proinde non sunt dividendæ, quasi pars earum ad væ secundum, pars ad væ tertium, quod alterius planè naturæ est & aliud respicit objectum, pertineret. Et notanda hîc est Cl. Medi hæsitatio utrùm 5, an 6, Phialas sexta Tuba includeret. 2. Septima Tuba fastigium Antichristi & occisionem Testium immediatè sequitur, & toti libertatis Testium spatio contemporat, ideóque ruinam Bestiæ etiam ab initio promovet: Angeli enim cum Phialis prodeunt è Templo per Tubam septimam aperto. 3. Væ ultimum immediatè succedit væ secundo, ideóque primæ Phialæ contemporat: si enim 6 Phialæ Tubam septimam præcederent, væ diversum inter duo illa interveniret. 4. Si sexta Tuba contineat fastigium Antichristi, non continet 6 primas Phialas per quas Bestia subvertitur, alioqui effecta prorsus contraria includeret. 5. Septima Tuba jam clanxit, ut ad cap. 11. probavimus. Obj. At illa supponit absolutam libertatem ab Antichristo, Regnúmque Domini, &c. Resp. Eventus ibi describit non quales forent initio clangoris ejus, sed quales essent ante finem ejus [o].

2. *Mare vitreum mixtum igne*] *Mare* hîc est, vel, 1. Ecclesia, quæ è gentibus omnibus collecta est [p]: suprà 4. 6. *mare vitreum* fuit plebs Christiana è Judæis; hîc, collecta ex Gentibus [q]. *Vitreum* vocat, vel, quasi quietum, pace jam in Ecclesia constitutâ: vel, quia splendidum & gloriosum [r]: vel, quia cogitationes ejus Deus introspicit, & ut *vitrum* purissimum, i. e. Crystallum, puras invenit. Addit *igne mixtum*, [vel, q. d.] incensam magno Dei amore. Amor Igni comparatur Cant. 8. 7 †. [vel, quia] In Ecclesia ignis persecutionis semper viget, etiam post infractum Antichristi robur [t]. Vel, 2. mundus [v], vel genus humanum [x]; vel, universitas impiorum [y], sive asseclarum Antichristi [z], qui *aquæ* dicuntur cap. 17. & *mare* est congregatio aquarum, h. e. populorum, ut Jer. 51. 42. *Vitreum* dicitur quia est instar vitri pellucidum, h. e. oculis Dei pervium, splendidum [a], & fragile [b]. *Mixtum* est *igne*, i. e. vel irâ Dei, quâ mundus ipse consumetur: vel potiùs, persecutionibus, quibus mundus pios persequitur, *ut ignis* accipitur Luc. 12. 49 [c]. vel, calamitatibus, quibus etiam pii sæpe implicantur [d]. Sed obstat, quòd hoc *mare*, 1. basis esse dicitur cui innituntur, ut sequitur; 2. ornamentum est, quo pii ab Antichristo discernuntur, ideóque mundus non est [*]. Vel, 3. Baptismus [f], lavacrum regenerationis quo, velut mari, omnes peccatorum sordes eluuntur [g], simúlque verbum Dei [h]. *Vitreum* dicitur, propter puritatem; & *mixtum igne*, vel, Spiritûs Sancti [i], qui *ignis* dicitur Mat. 3. 11 [k]. vel, contentionum, quas Satan inter Doctores Evangelii excitavit [||]. Vel, 4. efficacia sanguinis Christi, quo populus ejus eorúmque sacrificia abluuntur & sanctificantur, ut explicatur in locis parallelis, cap. 7. 14. & 12. 11. Cui favet, tum, quòd huic mari, tanquam stabili fundamento, Sancti insistere dicuntur; tum, quòd hoc *mare ante thronum* esse dicitur, quo significatur, ipsos Deo firmiter adhærere in tempore defectionis. *Ignis* ei *admixtus*, designat lampades ignis coram throno ardentes, cap. 4. (ubi de hoc *mari* sermo est:) h. e. septem spiritus Dei, nempe efficaciam sanctificantem Spiritûs Christi [l]. ¶ *Eos*, &c. Τοὺς νικῶντας ἐκ τοῦ θηρίου, &c.] *Vincentes* (vel, *Victores*, Ca. *Qui victoriam reportârant*, Er. Il. Ti. P. Pi. sic Be.) *ex bestia*, (i. e. prævalentes Bestiæ. Hebraismus est: *ex* respondet Hebræo מן, *ex*, quod interdum valet *præ*, ut 2 Sam. 1. 23. *fortiores erant ex leonibus*, i. e. præ leonibus, & Psal. 65. 4. *vincebant ex me*, i. e. prævaluerunt mihi [m]. Al. ἐκ hic vertas *ab*, ut *Victor ab Auroræ populis* [n]. *Ex bestia*, (nempe posteriori, bicorni illa, cap. 13. 11 [o].) *& ex imagine ejus*, (i. e. quam ipsa fecit [p], vel, fieri curavit [q], alteri Bestiæ [r], nempe Draconi septicipiti †:) *& ex charactere ejus*, (i. e. quem ipsa dat subjectis suis, cap. 13. 16 [t].) *ex* (vel, nempe *ex*, Pi.) *numero nominis ejus*, Mo. Hoc membrum præcedenti adjungitur per Appositionem; unde liquet, ista æquipollere. Vide suprà 13. 17. & 14. 9, 11 [v]. [Intelligit hîc] Confessores, qui neque blanditiis, neque minis, adduci potuerant ut aut deos Romanos invocarent, aut coram imagine se flecterent, aut signum saltem aliquod Idololatriæ susciperent [x]: qui nullis artibus aut terroribus victi sunt ut Antichristo se subjicerent [y]; qui licèt à Bestia corporaliter victi occisíque fuerint, Bestiam tamen spiritualiter vicerunt fide, &c. Intelligi autem hîc possunt, vel, 1. Martyres beati in cœlis [z]. Vel, 2. confessores militantes in terris [a]: cui favet, quòd non dicit νικήσαντας, *qui vicerant*, sed νικῶντας, qui etiam in præsenti *victoriam reportant* [b]. ¶ *Stantes* (sicut montes stant super mare immobiles [c]. Quamvis persecutionem patiantur, non cedunt, nec jacent aut decumbunt; sed stant, tanquam ad iter accincti: Christiani enim sunt viatores [d].) *super*, Ἐπὶ τὴν, &c.] *Super hoc mare*, quia mundum pedibus conculcant: vel, *juxta hoc mare*, quia non sunt pars mundi, sed ab eo separati & redempti, ut erat cap. 14. 4 [*]. Hic gestus notat sanctorum fiduciam, quâ & ad Christum se recipiunt éique firmiter innituntur, & veritates Christi ab Antichristo impugnatas palàm atque audacter profitentur. ¶ *Habentes citharas Dei*] i. e. Vel, 1. præstantissimas, ut cedri

[n] Pi. [o] G. [p] Pi. [q] Clu. [r] Dur. † Med. 656. [s] G. [v] Clu. sic Par. [x] Med. 655. & 1129. [y] Me. sic Par. [z] Par. [a] Zeg. [b] Dur. [c] G. [d] Me. T. [*] Par. [f] Med. 530. [g] Med. 726. [h] Med. 531. [i] Mor. 29. Dur. 334. [k] Mor. [l] Q. in Med. [m] Mor. † Med. 726. [n] Dur. 335. fin. Mor.

[o] Dur. 335. [p] Cot. [q] G. [r] Cot. † G. [t] Cot. [v] Pi. Par. [x] Pi. [y] Par. [z] Rib. Me. Par. [a] Par. [b] Par. sic Pi. [c] Pi. [d] Par. [*] Dur. [f] Gag. E. Clu. [g] Gag. [h] Clu. sic For. Bri. [i] E. sic Gag. Clu. For. Bri. [k] Gag. [||] Bri. [l] Dur. [m] Bri. [n] G. [o] Pi. sim. Med. 524. & 708. [p] Pi. [q] Med. [r] Pi. † Med. 524. [t] Pi. sic Par. [v] Pi. [x] G. [y] Dur. [z] Par. [a] Par. ex Bri. & aliis. [b] Par. [c] G. [d] Cot. [*] Par. || Dur. sic Be. D. [f] Dur. [g] Dur. Pi. [h] Dur. [i] G. [k] Be.

cedri Dei, &c ||. Vel, 2. quas ipsis dat non Antichristus [f], sed Deus [g]; quas proinde mundus auferre non potest [h]. Vel, 3. quæ Deo sacratæ sunt [i], vel divinis laudibus canendis attributæ [k]. Vel, 4. sacras, i. e. quarum in Templo solo usus: res enim in Templo gerebatur. Eodem sensu *Instrumenta musica Dei*, 1 Chron. 16. 42. & 2 Chron. 7. 6. & 34. 12. Sic canticum sacrum & in Templo cani solitum dicitur *canticum Jehovæ*, 2 Chron. 29. 27. Psal. 137. 4 [l]. Alludit hîc ad musicam Templi prope mare seu lavacrum, quod stans prope Altare erat quasi *mare vitreum igne mixtum* [m]. Hâc visione unà cum illa Phialarum exhibita figuratur Ecclesiæ status fervente Phialarum effusione, à sordibus idololatricis in sacro illo non æneo, ut Solomonis, sed crystallino, Templi labro, seu Mari, ablutæ, & ἐπινίκιον de Bestia superata cantillantis; idque dum adhuc Labri ipsius crepidini insistebat, quasi vixdum balneo quo se abluerat egressa [n]. *Habentes*, &c. i. e. Laudem Deo reddentes. Vide suprà 5. 8. & 14. 2 [o]. *Citharæ* à Deo traditæ notant corda bene temperata lætitiâ, & amore, & conscientiâ beneficiorum ejus [p].

3. *Cantantes canticum Moysi* (nempe eum cantum quem, Ægyptiis perditis servatóque Israele, Moyses cecinit ad mare rubrum [q]. Hoc ideo, quia paria eis quæ Ægyptii senserant sensuros Romanos edocti erant [r]; vel, quia eadem hujus & illius cantici materia est †, nec minor est hæc liberatio ab Antichristo quàm illa à Pharaone [t].) *servi Dei*, (per eminentiam sic dicti [v], Deut. 34. 10 [x]. Jos. 14. 7. & 22. 4. Psal. 105. 26 [y].) *& canticum Agni*] i. e. Mosis canticum applicatum Christo & rebus Christi [z]: *Agni*, i. e. Christi [a], quippe qui illius occasio est atque subjectum, & nobis adjutor ad illud canendum [b]: vel, de Agni beneficiis [c], in laudes Agni, per quem vincunt, in quo Pater glorificatur; non autem in laudes *Mosis*, qui Dei servus est, Ebr. 3. 3. Apoc. 19. 10. & 22. 9 [d]. vel, quod Christus ipsos docuit *. Canticum est, *Dominum solum colendum esse & glorificandum ut Deum*. Quæ sententia à Mose pariter & Agno promulgata est [f]. ¶ *Magna & mirabilia*, &c.] Sensus ex Exod. 15. 8 [g]. & Psal. 86. 8, 10 [h]. Stupendum certè opus erat [i], instauratio Evangelii, & Ecclesiæ vindicatio è potestate præpotentis Bestiæ [k], cujus Regnum tam firmiter fundatum erat [l]; cui tot Imperatores cervices subjecerunt, idque per Lutherum, qui ipse nihil minùs cogitabat, &c [m]. Hinc obstupuit totus orbis, &c. ¶ *Omnipotens*] Epithetum tanto operi congruum [n]. ¶ *Justæ* (quia vindicâsti impium [o]:) *& veræ sunt viæ tuæ*] i. e. Tua gesta ||, judicia [p], & consilia [q]. Nemini injuriam facis [r], in punitione Bestiæ & cultorum ejus †; & stas promissis [t], eáque jam præstitisti [v], suppetias ferendo Ecclesiæ, veritatem verbi tui tuendo, & Pseudoprophetas confundendo [x]. Sensus ex Exod. 15. 13. verba propè ipsa ex Deut. 32. 4. & Ose. 14. 9 [y]. ¶ *Rex seculorum*] i. e. Æternus, idémque per omnia secula [z], sine fine regnans, cùm Bestiæ regnum sit tantùm 42 mensium [a]. Pro ἁγίων, Vulgatus legisse videtur αἰώνων, Andreas verò [& G. ex MS.] ἐθνῶν, *gentium* [b]. Sumtus hic Dei titulus ex Jer. 10. 7. [Sensus, q. d.] Ostendis te Dominum non Judæorum tantùm, sed & Gentium [c]. Ὁ βασιλεὺς τῶν ἁγίων] Sic omnia exemplaria Græca constanter habent [d]. *O rex sanctorum*, Pi. Dur. sic Be. &c. q. d. Qui eos amas & tueris, ut videmus. Jer. 10. 7. dicitur *Rex gentium*, quia de opere communis providentiæ agit; hîc *Rex sanctorum*, quia agit de Ecclesiæ vindicatione, in qua ut potentiam, ità & sanctitatem, suam ostendit *. In auctoritate & potentiâ infinitâ justam usque verámque viam insistere magna laus est [f].

4. *Quis non timebit* (vel, *timeret*, Pi.) *te*, &c ?] vel, *coram te*, ut est in MS. Sumtum hoc ex Exod. 15. 15 [g]. Quis tam stupidus, &c ? Non de facto loquitur, sed de jure [h]. Accusant tum Antichristi furorem oppugnantis Deum, tum stuporem mundi Deum non timentis [i]. ¶ *Solus pius* (vel, *sanctus*, Be. Pi.) *es*] Ex Exod. 15. 11 †. Non item Bestia [*sancta est*,] quæ hunc titulum sacrilego suo capiti immeritò circumponit *. ¶ *Omnes gentes venient & adorabunt*, &c.] i. e. Ut adorent. Impletum tunc cùm Idololatria extincta est per omne Imperium Romanum [k]. Gloriosum hoc opus viam expediet Gentibus ad Christum adducendis [l]. Qui priùs Bestiam adorabant, quasi quæ neminem haberet parem, nunc in ejus justa ruina Deum solum sanctum cognoscunt & celebrant ||. ¶ *Judicia tua*, &c. Δικαιώματα, &c.] Heb. משפטיך [m]. *Justificationes tuæ*, h. e. opera tua justè facta [n]; vel, argumenta & specimina justitiæ tuæ [o]. Al. *Statuta*, vel *præcepta*, vel *oracula tua*, ut vox passim significat, ut in Græco Deut. 30. 15. Ezec. 20. 11, 18, &c. Psal. 19. 9. & in Psal. 119. sæpissimè. Sensus, q. d. Manifestatum est verbum tuum purum & sincerum, contra corruptelas Bestiæ, &c [p].

5. *Ecce apertum est templum tabernaculi* (i. e. *templum* illud quod est & nominatur *tabernaculum*. Genitivus speciei [q]. *Templum* dicit, ut rem firmam & immobilem intelligamus. Addit *tabernaculi*, vel, quia in hoc semper servata est lex, in templo non item, 2 Macc. 2 [r]. vel potiùs, ut ostenderet, hoc *templum* adhuc peregrinum esse, & *Angelos* indè prodeuntes municipes esse militantis Ecclesiæ *. [Intelligit hîc] *Adytum cæleste*. Respicit autem non Solomonis, sed Mosis, tempora: & ναὸς hîc idem valet quod דביר, pro quo *Templi* vocem posuit Latinus Psal. 28. 2. quia scilicet Templi præbebat usum. Per hoc significatur, Dei oracula jamjam proditura. Nam responsa Deus reddebat ex illo adyto †.) *testimonii* (i. e. in quo repositum est *testimonium*, voluntatis Dei scilicet, h. e. tabulæ Legis in arca reconditæ [t]. Σκηνὴ μαρτυρίου est אהל מועד, Exod. 27. 21. & alibi, ità dicta quòd Deus ibi Majestatis suæ testimonium exhiberet. Alii vertunt, *tentorium conventûs*, quia verbum יעד duplicem habet significatum [v]: *Templum tabernaculi testimonii*, id est, templum quod est tabernaculum testimonii [x]; intima & sacratissima pars Templi, nempe Sanctum Sanctorum [y]; in quo, tanquam in proprio tabernaculo, asservabatur *testimonium*, i. e. lex Dei; & per quod significantur adyta & intimi recessus Divinæ providentiæ, ut auctoris, ità & vindicis, Divinæ legis [z]. Totum ædificium in monte Moria *Templum* dicebatur, Atria & claustra & cameræ, &c. sed domus dunxtaxat ipsa, *Sanctum & Sanctum Sanctorum*, propriè dicebatur *Templum tabernaculi testimonii*. Præcedens canticum erat in Atrio, nunc verò domus ipsa aperitur [a].) *in cælo*] Hoc non ad initium, sed eventum, Phialarum pertinet: Templum enim, dum Phialæ effundebantur, *impletum erat fumo* ——— adeò ut *nemo ingredi posset*, v. 8. *apertum* autem *fuerat*, postquam Angeli munus suum executi fuissent, & Citharædi canticum suum consummâssent [b]. *In cælo*, i. e. in visibili Ecclesia [c]. Dum regnabat Antichristus, & orbis illum colebat, abdita erant Dei judicia & fœdus cum populo suo: cùm autem vindictâ de Antichristo sumitur, hæc manifesta fiunt [d]. *Apertione Templi* significatur, Ecclesiam ex recessu suo emergere, publicéque caput extollere, & mysteria Dei Ecclesiæ & gentibus patefacta esse *. Alludit hîc ad Ecclesiam Judaicam, in qua, temporibus Idololatriæ & Apostasiæ, Templum clausum erat, ut sub Achazo; & temporibus Reformationis apertum est, ut sub Hezecia. Sensus, q. d. Vidi tempus Reformationis, quando superstitio & idololatria in exilium missa sunt, & veritas puritásque publicè prædicata. Ostendere hîc voluit, tum, 1. ad quod tempus Phialæ pertinent, nempe ad illum Ecclesiæ statum, quo Antichristus patefactus est, & lux aliqua in Ecclesia effulsit: tum, 2. connexionem Phialarum cum Tuba septima, sub qua idem factum memoratur, cap. 11. 19. Post longam ergò utilémque digressionem, redit jam ad seriem Prophetiæ, eámque deinceps apertiùs continuat [f]. Apertum autem est Templum ut Angelis, ità & hominibus, ut sequentia docent. Quia enim occisis Testibus clausum fuit mortalibus Cœlum, & apertum fuit Testibus suscitatis; hîc, ubi Tubarum & Phialarum μονοχρόνια explicantur, Templum, quod in Cœlo, apertum ostenditur. Tria porrò hîc distinguuntur, *Cœlum*, in quo *Tabernaculum*, h. e. Beatorum sedes, in quo ναὸς, *Templum*, h. e. penetrale Dei, quod fœcundiore lumine & expressiore Dei documento illustre est [g].

6. Ex-

|| Dur. sic Be. D. [f] Dur. [g] Dur. Pi. [h] Dur. [i] G. [k] Be. [l] Med. 1114. [m] Li. chron. 165. [n] Med. 655. [o] G. [p] For. [q] G. sim. Bri. Par. Clu. For. Me. [r] G. † Dur. [t] Bri. sim. Cot. Clu. [v] G. sic Be. [x] Be. [y] G. [z] Idem. [a] Pi. For. Dur. [b] Dur. [c] Par. [d] For. * Pi. [f] Med. 655. [g] G. [h] Clu. [i] Bri. sic Clu. [k] Clu. sim. Bri. Dur. [l] Dur. [m] Bri. [n] Dur. [o] Bri. [p] Be. || Idem. [q] D. Par. [r] Par. [t] G. † Clu. [v] G. sic Bri. Clu. [x] Bri. [y] Clu. [z] G. [a] Rib. [b] Clu. [c] Par. [d] G. [e] Par. * Dur. [f] For. [g] G. [h] Dur. [i] Par. † G. * For.

[k] G. [l] Dur. || For. [m] G. [n] Rib. [o] Bri. [p] Clu. [q] Pi. [r] Rib. * Bri. † G. sim. Ham. [t] Pi. [v] G. [x] Me. [y] T. sic Me. [z] T. [a] Li. chron. 165. [b] Med. 655. & 725. [c] Dur. [d] Li. ib. * Clu. [f] Dur. [g] Cot.

6. *Exierunt — de templo*] Vel, *ex cælo*, G. Med. 735. ex edit. Complut. i. e. ex adyto illo cœlesti quod Johannes viderat. Prophetæ cœlum figurant ad modum sui Templi. Ibi sunt νοητὰ quæ in Templo αἰσθητὰ, Exod. 25. 40[h]. ex palatio summi Regis[i]. Al. *de Templo*, i. e. ex Ecclesia[k], vera militante, cujus membra erunt qui Bestiam evertunt[l]; sive Ministri sint, sive Magistratus[m], Regésque Christiani[n]. Significat judicium Dei irrevocabile adversùs Antichristum[o]. ¶ *Vestiti lino* (i. e. lineis stolis[p]: vel, *lapide*, Vulg. i. e. Christo[q]. Pro λίνον Libri quidam habent λίθον, & sic legit Latinus, per errorem Scribarum, ut puto[r].) *mundo & candido*, (vel, *puro & splendido*, Be. Pi. sic Mo. *Bysso* infrà 19. 8. vide & suprà 1. 15. Ezec. 9. 2. Dan. 10. 5. Hic amictus ostendit, [vel, 1.] judicia quæ Angeli allaturi sunt fore & *pura* & *splendida*†: [vel, 2.] gloriam[t], puritatémque naturæ Angelicæ[v], virtutúmque splendorem[x]: vel, 3. alludit ad habitum sacerdotum, Ezec. 44[y]. vel Pontificis, qui solus in Sanctum Sanctorum ingressus est[z].) *& præcincti circa pectora* (q. d. habitu & cinctu Sacerdotali ornati[a]:) *zonis aureis*] Ex more Regum[b]. Significantur accingi ad res Regales. Nam aureus balteus erat Regum, ut ostendimus suprà 1. 13[c]. Sunt ergò & Reges & Sacerdotes[d].

7. *Et unum* (i. e. primum*, ut suprà 6. 1[f].) *de quatuor animalibus* (Leo[g], Spiritus Petri, qui hæc breviter prædixit 2 Epist. 3. 10, 11, 12. Dicuntur Prophetæ facere quod prædicunt Jer. 1. 10[h]. Al. Designat eximium aliquem Doctorem, sive cœtum Doctorum[i]; Doctores fortes & zelo ardentes[k]. *Animalia* enim non singulas personas, sed cœtus, notare suprà probatum est[l].) *dedit septem* (*illis*, Pi.) *Angelis* (Idem sensus & gestus, Ezec. 10. 7[m]. *Dedit* quasi supremus divinæ justitiæ præses[n]. Al. *Dedit*, i. e. ostendit ex verbo Dei, hoc illis ex officio incumbere, & nomine Dei Reges ad hoc judicium exsequendum incitat[o]. Quòd crateres isti Angelis dantur per unum ex animalibus, i. e. per veros Ecclesiæ pastores, significat, eos esse impulsores ad interitum Antichristi promovendum, dicentes, *Reddite ei*, &c. cap. 18. 6. quod insinuatum erat cap. 14. 18 †. Significat, plagarum originem esse ex prædicatione & contemptu Evangelii[p]. Vide Mat. 10. 34[q].) *septem* (singulis singulas[r]:) *phialas* (Non suffitorias, sed plenas ignis †. De Phialis vide suprà 5. 8[t]. *Phialæ* sunt vascula larga concava[v], patulo ore dilatata[x], poculo majora[y]. *Phiala* ponitur pro eo quod in illa continetur[z].) *aureas* (*Aureæ* sunt, quia hæc judicia sunt immutabilia[a], pura & sancta, ut vasa aurea sanctuarii[b], nullo affectu vitiata[c]:) *plenas iracundiæ* (i. e. igne, qui *iram Dei* significabat. Miscentur enim & hìc ὑπόθεσις & comparatio, ut suprà 14. 20. Sic *vasa iræ* habes Jer. 50. 25[d].) *Dei viventis*, &c.] Hic titulus repetitur ex superioribus, 4. 9, 10. & 5. 14. & 10. 6*. Ostendit, [tum, 1.] gravitatem hujus iræ, quippe quæ semper durabit[f]: tum, 2. qualem habent hi Angeli dominum, & cujus viam exequuntur, non suam, sed Dei; & proinde eos simplices & humiles esse debere[g].

8. *Et impletum est templum fumo* (sub. *prodeunte*, Be. Pi.) *à majestate Dei, & de virtute ejus*] i. e. Ex præsentia gloriosa, potentíque splendore Dei[h]. ἓν διὰ δυοῖν. Sensus est, *ob potentiam Dei gloriosam*, appariturum scilicet in illis judiciis[i]. Vel, *à gloria Dei*, i. e. gloriosâ sui patefactione, & *potentia ejus*, quâ terribilis fit hostibus suis[k]. Alludit hìc ad dedicationem & Tabernaculi, Exod. 40. 34. & Templi, 1 Reg. 8. 10. 2 Par. 5. 13[l]. ostenditque non minùs manifesta nunc esse indicia præsentiæ Dei, cùm Ecclesia Evangelica restituta fuerit, quàm olim, &c[m]. *Fumus* ignem comitatur, ut suprà 14. 11. Esa. 6. 4. Et solet poni ubi de Ira Dei agitur, Psal. 18. 8. & 74. 1[n]. *Fumus* hìc significat, vel, 1. singularem gloriæ & potentiæ manifestationem à Deo, qui est *ignis consumens*, cujus fumus indicium est[o]. Vel, 2. judicia Dei esse obscura & impervestigabilia[p], & nemini licere illa scrutari[q]. Verum hoc est, sed nimis generale[r]. Vel, 3. caliginem & cœcitatem, quam in his pœnis Deus immittit Antichristianis, etiam acutissimis, nè plagas sibi ob idolomaniam inflictas intelligant, & resipiscant †. Ità fumum vendidit Bestia, c. 9. 2. &

[h] G. [i] Clu. [k] For. Clu. [l] ex Primas. Dur. [m] For. [n] Dur. [o] For. [p] Plerique in Par. [q] Pi. [r] L. Gag. [s] G. † Idem. [t] Pi. [v] Clu. sic Pi. Cot. [x] Clu. [y] Dur. [z] Ham. [a] Med sic Li. chron. [b] Dur. [c] G. [d] Dur. * Clu. Dur. Me. [f] Clu. [g] Me. T. [h] G. [i] Clu. [k] Dur. [l] Clu. [m] Li. chro. 165. [n] T. [o] Dur. † For. [p] Clu. sim. Cot. [q] Clu. [r] Pi. † G. [t] Me. Par. [v] Dur. [x] Zeg. sic Dur. [y] Clu. [z] Grav. [a] G. [b] For. [c] Dur. [d] G. * Idem. [f] Par. sim. Dur. [g] Dur. [h] T. [i] G. [k] Dur. [l] Med. 655. sim. Clu. Dur. [m] Dur. [n] G. [o] Clu. [p] Me. sim. plerique in Par. Clu. Zeg. [q] Clu. [r] Par. † Par. sim. Cot. Dur.

fumo luet in æternum, c. 14. 11[t]. ¶ *Et nemo poterat intrare*, &c.] Nulla Deus alia oracula edere voluit præter ista. Verba sumpta ex Exod. 40. 35. Adde 1 Reg. 8. 10. 2 Par. 5. 14. *Intrare in adytum* est Dei arcana discere, Psal. 73. 17[v]. *Nemo*, nempe Antichristianorum[x], qui soli arcebuntur ab ingressu Templi, ut ex cap. seq. patebit[y]. *Nemo*, i. e. pauci, qui aliorum comparatione nullo numero sunt[z]. Non vult, planè neminem in Templo fuisse; habuit enim Ecclesia incolas, sed neminem, vel paucos, ex eis qui foris erant[a]. [Al. Sensus est,] Nemo poterat iram Dei placare[b]. Deus neminem admittere voluit qui intercederet ut hæ plagæ averterentur, ut olim Moses & Sacerdotes Tabernaculum ingressi sunt ut intercederent[c]. ¶ *Donec consummarentur*, &c.] Vel, *consummatæ essent*, &c. Be. Pi. Nam de temporibus post illas plagas nova oracula incipient cap. 20. infrà[d]. [Sensus, q. d.] Donec ira denunciata executioni mandaretur; ideóque nunquam eo fine intrare poterant*. De æternitate hoc accipio, sicut Mat. 1. 25. & 5. 26[f]. & 2 Sam. 6. ult[g]. In æternum enim nunquam plagæ explebuntur. Significatur ergò obstinatio & cœcitas finalis hostium Antichristianorum, de qua vide cap. 16. 9, 11[h]. Tertia hæc est principalis Libri prophetia, tertiam exhibens Ecclesiæ periodum, ab inchoata Antichristi ruina ad consummationem ejus[a]. Nonnulla autem hìc præmittenda sunt[b], 1. Licèt aliqua sit effectuum similitudo in Tubis & Phialis, non tamen omnino respondent, ut apparet, quoniam Phialæ incipiunt effundi in stigmaticos Bestiæ, cap. 16. 2. diu post exortum Bestiæ, quando eadem jam vinci cœperat, cap. 15. 2. Natales verò Bestiæ ad Tubam quintam pertinent, ut ad cap. 13. 1. annotavimus[c]. 2. Phialæ omnes *iram* loquuntur, eámque *ultimam*, idque adversùs Bestiam & sequaces ejus; ità tamen ut eam in alios quoque hostes effundant, præsertim 6. & 7. quæ generaliores sunt; ità quoque ut & Ecclesia sua sub his habeat exercitia, quæ tamen ipsi in bonum cedunt, & Antichristus aliquem interdum habeat in præliis suis successum, ut induretur in ruinam suam[d]. 3. Septem Phialæ totidem sunt Ruinæ Bestiæ gradus. Gradatim enim ut succrevit, ità abolenda est*. 4. Totum Bestiæ corpus sive Regnum, hìc, ut in Tubis factum, comparatur Systemati mundano, cujus partes sunt *Terra*, *Mare*, *Flumina*, *Cœlum*, *Luminaria*: ità ut *Terra* in universitate Antichristiana dicatur id quod sit instar Telluris in mundo Physico, &c[f]. 4. Alluditur hìc ad plagas *Ægypti*[g], ità tamen ut, sicut Roma est *Ægyptus* spiritualis, cap. 11. ità hæ plagæ magnâ parte spiritualiter intelligantur[h]. Ostendere voluit, mysticam hanc Ægyptum, post omnes oppressiones Israelis Dei plagis obruendam fore, ut veteri Ægypto obtigit[i]. 5. Magna est inter Tubas & Phialas similitudo[k], in ordine & methodo; in effectis autem diversitas est[l]. In Tubis Antichristi exortum habemus, in Phialis exitium ejus[m]; & hoc non minùs certum quàm illum esse, significatur. Et ut tres ultimæ Tubæ maximæ erant, ità & tres ultimæ Phialæ. 6. Quanquam unus in unaquaque Phiala Angelus nominetur, non tamen excluduntur alii actores, Ministri aut Magistratus, utrique enim hìc adhibentur ex collat. cap. 14. & 17[n]. Quæ autem multorum manibus peraguntur, Angelo, ut rei gerendæ Præsidi, pro communi loquendi more tribuuntur[o], & ab Angelis gubernantur, ut effectum certò sortiantur. 7. Quod in Sigillis & Tubis observavimus, idem & hìc locum habet, Non desinit prius judicium antequam secundum adveniat, sed prima & secunda Plaga pergunt ad finem, novásque tantùm Plagas ipsis superadditas habent. 8. Ut Antichristus duplicem habet notionem sive considerationem, Civilem & Ecclesiasticam, ità quædam ex his plagis temporales sunt statúmque ejus civilem respiciunt; quædam spirituales, quæ statum spiritualem feriunt; quædam verò ad utrumque pertinent. 9. In omnibus his Phialis duo notanda sunt, 1. objectum Plagæ, quod præcipuè est pars aliqua Statûs Antichristiani: 2. effectus Plagæ in eis qui Statum illum sustentant, sive in cultoribus ejus. 10. Quicquid est in quod Phiala effunditur, id damnum patitur à Phiala. Nulla igitur interpretatio hìc stare potest, quâ Phialæ effusio in bonum ejus cedat in quod effundi-

[t] Par. [v] G. [x] Par. Cot. sic Dur. [y] Par. [z] Cot. [a] Dur. [b] Clu. [c] Dur. [d] G. * Dur. [f] Par. [g] Dur. [h] Par. [a] Dur. 784. [b] Dur. 607. [c] Par. [d] Dur. p. 607. * Med. 656. [f] Med. sic Dur. [g] Li. chro. 165. Dur. [h] Dur. [i] Li. ib. [k] Dur. sim. Li. [l] Dur. [m] Dur. sim. Li. [n] Dur. [o] Med. 656. [p] Dur.

effunditur [q]. 11. Cùm scena, ubi hæc geruntur, fit totus mundus Evangelio donatus, & tempus illis destinatum sit quamdiu tempus fuerit, difficile est & periculosum, singula hæc ad specialia loca & tempora accommodare [r]. Quanquam autem difficile sit singularum Phialarum orbem distantiámque temporis inter Phialas definire, aliquid tamen de ortu & fine hujus visionis in genere indagari potest. Incipit enim cum septima Tuba, circa Annum C. 1560. ut ostendimus ad cap. 11. definit verò cum fine temporis. 12. In rerum applicatione consideranda imprimis est rei cujuslibet analogia sive convenientia, tum, 1. cum parte illa mundi naturalis: tum, 2. cum re eadem sub Tubis memorata: tum, 3. cum historia eventuum, &c†. [His præmissis, accedamus ad textum explicandum.]

[q] Med. [r] Li. ib. † Dur.

CHAP. XVI.

1. *ET* (vel, *Tunc*, Be. Pi.) *audivi vocem* (Dei scilicet [a], vel Christi [b], vel per se, vel per Ministros [c]:) *magnam* (h. e. vehementem ac terribilem [d]: quæ indicat, tum vocantis authoritatem & vehementiam*, tum negotium grave & cum sollicitudine obeundum [f]:) *de templo*] Quod in cœlo: i. e. Ex adyto. Vide suprà 14. 13 [h]. *Ex templo*, vel, 1. quia ibi Deus olim dedit oracula [i]: vel, 2. ut declaret justam esse hanc sententiam [k]. ¶ *Ite*, &c. Ὑπάγετε, &c.] Sic ὕπαγε suprà 10. 8 [l]. *Ite & effundite* (q. d. Non stillate, sed prorsus effundite; * nihil reliqui facite †:) *septem phialas iræ* (i. e. plenas iræ, h. e. plagarum [m]:) *Dei* (i. e. igne plenas *iram Dei* in idololatras significante [n]:) *in terram*] i. e. In terrenum statum [o], & homines animales qui Cœlestia non sapiunt [p]: vel, in incolas terræ [q]: vel, in Imperium Romanum, quomodo vocem *terræ* hîc sumendam docet rerum series [r]: vel, in illam partem orbis quæ distinguitur ab Ecclesia, quæ cœlum dici solet †: vel, in Antichristum cum suis asseclis [t]. Sola prima Phiala effusa fuit in *Terram*, reliquæ in alia elementa, *Mare*, &c. Est ergò hîc Synecdoche partis unius pro omnibus [v]. Non opùs est, ut *Terra* v. 2. *Mare* v. 3. *Flumina* v. 4. sigillatim significent, sed omnia simul sumenda sunt pro eo quod hîc *terra* dicitur: ut ostendit series, ubi Angeli, qui jubentur *effundere in terram*, effundunt in hæc tria; ità significantes hæc tria esse distributionem unius hujus *terræ*. Sic cap. 14. 7. *Terra, Mare, & Fontes aquarum*, denotant terram, sive terrestrem globum, cui ibi *cœlum* opponitur. Sic judicia illa cap. 7. necnon illa Ægyptiaca, Exod. 7. & 8. recidere dicuntur alia in *Terram*, alia in *Aquas*, &c. omnia tamen in totam terram promiscuè deciderunt. Nec plura opus est quærere de productionibus Phialarum singularum: sufficit quòd singulæ ex eis excidium denotent, & numerus *septem*, qui perfectus est, excidium perfectum fore innuat; nisi hoc forsan addatur, quòd non semel, sed per varios gradus & species judiciorum, hoc effectum sit [x].

2. *Abiit primus*] sub. *Angelus*. Alacritatem notat, & prudentiam Angelorum. Accepto mandato, eunt, nec confusè, sed ordine suo [y]. Varii ignes erant in phialis: varii & effectus [z]. ¶ *In terram*] Vel, 1. in certas regiones terræ [a], in partes Regni Antichristiani Occidentales [b], Germaniam, Galliam, Angliam, &c [c]. & *terram*, i. e. incolas terræ, Antichristianos [d]. Vel, 2. in Imperium Romanum, quod variis calamitatibus vexatum fuit*. Vel, 3. in populum, sive vulgus Christianum, scabellum (proh pudor!) Antichristi, cui tanquam Basi superstruitur moles Hierarchico-papana [f]. Vel, 4. In statum sive corpus Ecclesiasticum, ut *terra* accipitur cap. 9. 3 [g]. in clerum (& Ecclesiam [h],) Antichristianum [i], seu ordinem Pseudo-prophetarum, qui *de terra* est: id est, ortum trahit è terrena sive seculari prudentia, quâ, sub prætextu Christianæ potestatis, autoritatem & opes sibi comparat. Hanc terram graviter afflixit Lutherus, oppugnando indulgentias, aliósque Papatûs abusus, tandémque ipsam Pontificis potestatem, &c [k]. Vel, 5. In firmissimas partes orbis Antichristiani, ut terra est firmissima Orbis pars, Psal. 104. nempe in fundamentalia orbis istius dogmata; qualia illa de absoluta summáque potestate Papæ, de meritis, de Purgatorio, &c. In ista effunditur hæc Phiala, quum illorum vanitas falsitásque hominibus patesit, &c [l]. ¶ *Factum est ulcus*, &c. Ἕλκος κακὸν καὶ πονηρὸν εἰς τοὺς ἀνθρώπους] *Ulcus* (vel, *Vulnus*, Er. Il. P. sic Ca.) *malum* (vel, *sævum*, Vulg. *miserum*, Er. *dirum*, Ca.) *ac noxium*, vel *malignum*, Mo. *pessimum*, Vulg. *dolorificum*, Sy. *tetrum*, Ca. שחין רע Deut. 28. 35. Job. 2. 7 [m].) *in hominibus*, Pi. Bri. vel, *in homines*, Mo. Ti. vel, *adversùs homines*, Be. Hæc plaga & duæ sequentes alludunt ad plagas Ægypti [n], significatu autem non planè eodem. Nomine שחין aiunt Hebræi significari omnia *mala quæ ex calore oriuntur*. Et certè Arabibus שחן est *calefacere*. Significantur ergò hîc omnes morbi æstuosi, in quibus præcipua est Pestilentia. Ea autem sæpissimè orbem Romanum invasit inter Trajani & Constantini tempora, & sub Commodo major quàm ulla antè; ità ut in Urbe morerentur quotidie bis mille homines, plurimi etiam alibi, testibus Dione & Herodiano. Non minor alia sub Gallo & Volusiano, Zosimo referente; rursum sub Gallieno, eodem teste. Fuit & alia post Decium, cujus meminerunt Euseb. Trebel. Gallien. Oros. Hieron. Alia sub Gallieno, cujus mentio in Martyrologiis, & sub Claudio qui Gallieno successit, memorante Trebellio. Alia sub Diocletiano, apud Euseb. 7. 2 [o]. Luculenta erit hæc plaga, quæque ulceris instar tenacissimè hærebit, quæ utrùm corporea sit, an spiritualis, dubitatur [p]. Eam spiritualem esse ostendit, tum, quòd Orbis Bestianus jam cap. 11. Ægyptus spiritualis perhibetur, cap. 11 [q]. tum, quòd esse dicitur *in hominibus*, h. e. intùs in cordibus & conscientiis hominum [r]; éstque nihil aliud quàm vexatio animi malè sibi conscii †; vel, livor & invidia [t], furor & odium, dolor & cruciatus; qui Papicolarum animos insedit, quòd fundamenta Papatûs conquassari, & iniquitatem suam detegi, viderent [v]; & quòd hypocrisis, avaritia, turpitudo, aliáque cleri vitia, in conspectum mundi diu excæcati, tanquam tetra ulcera, erumperent, simúlque multi doctrinam ipsam cultúmque redarguere auderent [x]: unde factum ut plaga & in se dolorifica, & coram aliis probrosa atque odiosa Antichristi mancipia invaderet, patefactâ à Deo blasphemiâ & tyrannide Antichristi, & vanitate cultûs ab ipso instituti [y]; alii verò, relictis suis erroribus & vitiis, ulcera sua inspicienda darent, & medicinam Evangelii consequerentur [z]. Hoc impletum, cùm vulgus Christianum, Waldensium, Albigensium, &c. Bestiæ renunciare inciperet, Romam *Babylonem Apocalypticam* clamitans, Papam Antichristum. Hâc Phialâ in *Terram* Bestianam effusâ, Bestiæ sectatores furiis & intemperiis doloris & indignationis, tanquam ulceribus tetris, malignis & insanabilibus, impleti sunt, & in rabiem acti ferro flammâque diu sævierunt, sed frustrà; quia quò magis sese commovebant, eò indies ulcus ingravescebat magis [a]. ¶ *Qui habebant characterem*, &c.] Quod præcipuè est Doctorum, &c [b].

3. *In mare*] Vel, 1. propriè dictum [c]. Sed sic plaga hæc communis esset omnibus, nec gravior Antichristo quàm reliquis. Vel, 2. mysticum [d]. Per *mare* intelligit, vel, 1. Multitudinem hominum in Urbe Roma. Vide suprà 13. 1*. Vel, 2. Gentiles, ob multiplicem variorum deorum cultum, instar maris vagos & instabiles [f]. Vel, 3. Jurisdictionis seu Ditionis & communionis Pontificalis ambitum, homines & gentes Christicolas circumplectentem, ut Mare terram [g]; vel, congregationem Gentium quæ Babylonem venerantur, & Bestiæ victum quæstúmque præbent [h]. Vel, 4. Ecclesiasticos cultus, ritus & constitutiones, præsertim de indulgentiis, purgatorio, &c. in quibus maximè negotiantur. Hoc *mare* idem est ex quo Bestia ascendit, cap. 13. 1 [i]. éstque simile negotiantibus & negotiationi ejus [k], quæ in *animis*, &c. consistit, cap. 18. 13. Vel, 5. Concilia Antichristiana, maximè Concilium Tridentinum [l]. Vel, 6. mare Scripturæ Sacræ [m]. Vel, 7. mundum, mundíque primores†. ¶ *Factus*, &c. Ἐγένετο, &c.] *Factus est* (vel, *Factum est*, Be. Pi. vel, *Versum est*, Pi. sub. *illud*, Be. Pi. vel, *mare*, Pi.) *sanguis* (vel, *in sanguinem*, Be. Pi.) *tanquam mortui*, (vel, *cadaveris*, Be. Pi. i. e. hominis ad mortem vulnerati. Vide suprà 14. 13 [n]. q. d. in sanguinem putrem & saniosum [o], gelidum

[a] Me. G. Cot. Par. [b] Dur. Par. [c] Dur. [d] Par. * Dur. [f] For. [g] D. Pi. [h] G. [i] Dur. [k] Clu. sim. For. [l] G. * Par. † Cot. [m] Pi. [n] G. [o] Clu. [p] Cot. sim. For. Clu. [q] Par. [r] G. Ham. † Dur. [t] For. sim. Par. Clu. Dur. Me. T. [v] Par. [x] Ham. [y] Par. [z] G. [a] Par. [b] Grav. [c] Par. [d] Par. Grav. * Ham. [f] Med. 656. [g] Cot. [h] For. [i] Clu. sic For. [k] Clu.

[l] Dur. [m] G. [n] G. Ham. sim. Clu. For. Li. [o] G. [p] Cot. [q] Med. 656. [r] Par. ex Bri. † Pi. [t] Par. ex Bri. sic Dur. [v] Clu. [x] For. [y] Dur. [z] Clu. [a] Med. ib. [b] Bri. [c] Q. in Par. [d] Par. * G. [f] Gag. [g] Med. 657. [h] Clu. [i] Dur. [k] Dur. sic Clu. [l] Par. ex Bri. [m] Grav. † Plerique in Par. [n] G. [o] Ec.

gelidum & concretum [p], qualis mortuorum & occisorum [q]. Νεκρὸς *Cadaver* passim apud Ctesiam [r].) *& omnis* (Indefinitè dictum, ut Exod. 8. 6 †. q. d. valde multi [t]. Hyperbole [v].) *anima vivens* (i. e. omne animal [x]:) *mortua est in mari*, Mo. Trajectio, pro, *Quodcunque animal vivebat in mari mortuum est* [y]. [Et hoc variè explicant:] 1. Bellum incitatissimum fore significat *. Magnæ strages dicto temporis spatio editæ sunt Romæ, ut Commodi temporibus, sævitiâ Commodi, seditione, incendio [z]; & cùm interfectus Pertinax Imperator, & Plautianus Præfectus Prætorio [a]. Al. Immensa effusio sanguinis reprobatarum gentium facta est, vel corporaliter, vel spiritualiter [b]. Al. Bella notat adversùs Reges Antichristi Imperium detrectantes commovenda [c]. Al. Significat horrenda bella, pestes & lues, orbi à Deo immittenda, quibus plerique impii peribunt [d]. Sed hoc nimis generale est. Hæc mala sunt piis & impiis communia, non Antichristianorum propria *. 2. [Sensus est,] Mare Pontificale, Lutheri aliorúmque Reformatorum operâ, evasit magnâ suâ parte mortuum, in quo animalia Pontificia spirare ampliùs & vivere non potuerint, integris Provinciis, Regnis, &c. communioni Bestianæ renunciantibus [f]. 3. [Sensus est,] Prædicatione Evangelii offensi Papistæ magìs quàm antea Scripturam doctrinámque publicam corruperunt [g]; & corruptelas suas mordicùs defendebant, veritatique pertinaciter obluctati sunt, ità facti ἀναπολόγητοι, Joh. 9. 39. & 15. 22 [h]. Concilium Tridentinum novos in fide & cultu errores invexit, tantum aberat ut pristinos correxerit [i]. Hæc Phiala altiorem addidit gradum. Prior contemptum odiúmque induxit personarum Bestianarum, hæc etiam cultûs atque doctrinæ, de indulgentiis, imaginibus, confictis miraculis, &c. quæ vilescere cœperunt & fœtere in naribus hominum [k], detectis multis fœdis erroribus [l], in cultu & regimine regni Antichristiani. Hinc viri Ecclesiastici ad angustias redacti sunt, & status Ecclesiasticus pessum ivit, multique mortui sunt [m]. *Mors* autem hæc non est naturalis, sed mystica, h.e. exstinctio affectûs vitalis qui antea fuit; quomodo Paulus dicit se mortuum *Legi*, *Mundo*, *Carni*, *Peccato*, quia non rapitur ampliùs affectu solito erga illa [n]. Ità hi moriuntur Mari & Statui Babylonico [o], quia affectu abalienati ab eo, nec ei ampliùs devoti, nec quæstum solitum ejus negotiatoribus suppeditant [p], sed Regno ejus renunciant & ipsi moriuntur: vel, si ipsi adhærere pergant, magis mortui spiritualiter fiunt, & salutem suam magis desperatam reddunt, ob lucem spretam, &c [q]. Notatur hîc corruptela verbi Dei letifera, i. e. horrorem conscientiæ pariens & ad desperationem adigens bibentes, h.e. fidem ei habentes †.

4. *Super* (vel, *In*, Be.Pi.) *flumina & fontes aquarum*] Intelligit, vel, 1. Urbes extra Romam, & vicos ‖, & provincias *. Eadem ænigmatica locutio suprà 8. 10 [r]. Vel, 2. Fidei seu Religionis Christianæ Articulos, in mari Scripturarum fundatos, ut & ipsa N. T. Sacramenta fidei nostræ sigilla & testimonia †. Vel, 3. Hæreticos [t], & in genere universos Ecclesiæ & fidelium persecutores. Nam si flumina & aquarum gurgites in Scripturis persecutionem significant, cur non & persecutores [v]? Vel, 4. Antichristiana regna & ditiones, sive majores, quæ *fluvii*, sive minores, quæ *fontes* [x]. Vel, 5. Ea quæ humorem vitámque subministrant mundo Antichristiano, ut fontes & fluvii huic mundo, vel eos qui in præced. mare decurrunt [y]; scholas & collegia [z], quæ *fontes*, & civitates, Diœceses, principatus, aliásque communitates, quæ *flumina*, notant [a]; ordines religiosos, & inprimis clerum [b], eruditos Doctores [c], & principes cleri, qui putridum illud mare edulcare nituntur [d]; Jurisdictionis Antichristianæ Ministros & Propugnatores *, sive Ecclesiasticos, ut Jesuitas aliósque Sacerdotes emissarios, sive etiam Seculares & Laicos, qui ut Flumina originem suam ducunt ex Mari, & ad Mare revertuntur, eidem amplificandæ & conservandæ operam & opes suas conferunt [f]. ¶ *Et factus est sanguis*] Notat, vel, 1. corruptionem eorum, ut priùs [g]; vel, 2. Judicium Dei in illa [h], ut Bella, dissidia, seditiones, commotiones, in Germania, Belgio, Gallia, Anglia [i]. Sensus, q. d. Pseudo-prophetæ isti crudeles, interfectores, tum, animarum falsâ suâ doctrinâ [k]; tum, Sanctorum & Prophetarum [l], quos consiliis sententiisq; cruentis occiderunt [m], omnísque in terra homicidii impulsores, juxta Apoc. 17. & 18. justo Domini judicio & congruâ ἀντιμισθίᾳ, gustabunt poculum quod ipsi aliis propinârunt [n], easdémque cœdes perferre coguntur, quibus Sanctos mactare consueverunt [o], ut disertè habetur v. 5, 6. tanquam Clavis parabolæ reserandæ. Impletum hoc puto in Anglia, Elisabethâ regnante, & postea, quando sanguinarii authoritatis Bestianæ procuratores, quibus causam, ut vocant, Catholicam promovendi munus mandatum est, etiam latis eo nomine legibus, procurationem suam sanguine luerunt; Hispani quoque ipsi, sanguinem sitientes, sanguinem, clade præsertim illâ anni 1588. plenis haustibus biberunt [p].

5. *Angelum aquarum*] Intelligitur, vel, 1. Præfectus aquis [q], sive custodiæ aquarum [r], ut singulis elementis, aliísque creaturis, singuli à Deo præfecti sunt †. Vel, 2. Præfectus aquis percutiendis [t], qui potestatem habebat in aquas [v]; qui in aquas Phialam immisit [x]. Sic *Angelus ignis*, suprà 14. 18 [y]. & *Angelus Aeris* & *Pulveris* apud Rabbinos [z], id est, qui in illa potestatem habet [a]. Cùm omnes hi Angeli in Sacerdotali habitu compareant, alludi hîc possit ad Sacerdotem illum qui aquis curandis præfectus est, ut aquæ Hierof. essent idoneæ quæ populo ad tria Festa convenienti sufficerent [b]. ¶ *Justus es, Domine*] Qu. Cur hæc approbatio, sive congratulatio, ad hanc præsertim Phialam notatur? Resp. 1. Ut significetur, Hoc opus Dei, in exsequendo judicio in Antichristum, insigne & gloriosum esse, & à sanctis plurimùm observandum, utpote in quo mirè elucent fidelitas & justitia Dei, amórque ejus erga Ecclesiam. 2. Quia hóc & prædictum erat cap. 13. & precibus à Deo expetitum, ideóque impletum laudari debuit [c]. 3. Ut confirmaret hujus judicii æquitatem, nè homines trepidis dubitationibus ab illius exsecutione absterrerentur [d]; & ut à calumniis impiorum hoc judicium Dei vindicaret, quod parum justum nimísque crudele videri poterat *. ¶ *Qui es, & Qui eras, Sanctus*] De hac locutione vide suprà 1. 8. & 4. 8. & 11. 17 [f]. Non addit hîc ἐσόμενος, quia hoc tantùm vult, Deum tam justè nunc agere cum Romani Imperii hominibus quàm olim cum Ægyptiis, Assyriis, Babyloniis, Antiocho. Ὁ ὅσιος hîc, ut suprà 15. 4. i.e. חסיד, *misericors*. Punitio enim ista Romani Imperii liberatio erat Christianorum [g]. Al. Pro ὁ ὅσιος legendum [vel,] ὁ ἐρχόμενος [h], vel, ὁ ἐσόμενος [i], ut est in vet. cod. MS [k]. Cui favet, tum res ipsa [l], tum, quòd in omnibus reliquis locis, ubi Johannes Jehovæ nomen explicat, tertium membrum addit [m], nisi quòd pro ἐσόμενος ibi habetur ἐρχόμενος. Cujus causa est quòd illic sermo sit de Deo, vel Christo, ut judice venturo [n]; hîc autem ut jam in tribunali sedente [o], & exsequente judicia sua, idque in æternum [p]. Commendat hîc æternitatem atque immutabilitatem Dei. Idem tribus his syllabis, *Qui est, & qui erat, & qui erit*, significatur quod nomine *Jehova*, Exod. 3. Deum scilicet fidelitatem suam ostendere, præstando jam promissa populo suo facta [q]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ταῦτα, &c.] Nempe, τὰ κρίματα, sive δικαιώματα [r]. Malim personas neutraliter hîc exprimi, h. e. incolas Imperii †. *Quia hæc* (vel, *sic*, Aug.) *judicâsti*, Mo. Specialis observatur justitia respectu objecti in quod hæc Phiala effunditur [t]. Sensus, q. d. Quòd has plagas, sive tertiam hanc plagam, hominibus istis immisisti [v]: vel, Quòd hos judicâsti, i. e. justè punivisti [x].

6. *Quia sanguinem*, &c.] Magistratus & populi provinciales [y], vel, Bestia & consortes ejus, cap. 11. 7. & 13. 7, 10, 15. & 17. 6. & 18. 24 [z]. multos occiderunt Christianos; inter quos nonnulli & Propheticis donis clarebant [a], & prædicatione suâ mundum emendare studuerunt, more Prophetarum [b]. ¶ *Et sanguinem*, &c.] Καὶ hîc valet *propterea* [c]. Par pari retulisti [d]. *Bibere* dicuntur *sanguinem* qui mœrore implentur ob interfectos parentes, liberos, cognatos, &c. Desumptum ex Abd. 16 *. Vide Esa. 49. 26. Sic Tomyris Cyro dixit, *Sanguinem bibe, qui sanguinem sitiisti* [f]. Sensus, q. d. Illi præda jam facti sunt qui Sanctos duris legibus suis deprædati sunt [g]. ¶ *Quia digni sunt*] Istâ scilicet plagâ. Videtur autem illam Ægyptiorum plagam hîc respicere, quâ non poterant bibere aquam à Mose in sanguinem conversam [h]. Quia hoc meruere. Sic ἄξιοι θανάτου, Rom. 1. 32. Sic Cyri caput demissum in utrem plenum sanguinis [i].

Marginal notes (left): p Med. ib. — q Med. sim. Be. — r Med. ib. — † Clu. — t G. sic Clu. — v Pi. sic Be. — y Pi. — * Cot. — z G. sim. Ham. — a G. — b Gag. — c Clu. ex Cæsar. — d Q. in Par. — * Par. — f Med. — g Grav. sim. Clu. ex Gras. Bri. & Par. — h Q. in Clu. — i Dur. — k For. — l For. sic Dur. — m Dur. — n Clu. — o Clu. Dur. — p Clu. — q Dur. — † Pi. — ‖ G Ham. — * Ham. — r G. — † Grav. — t Plerique in Gag. — v Gag. — x Cor. — y Dur. — z Clu. Dur. — a Clu. — b Dur. — c For. Par. — d For. — * Med. 657. sim. Par. — f Med — g Grav. sic Dur. — h Cot. — i Clu. — k Par. — l For. — m Par.

Marginal notes (right): n For. — o Med. sim. For. Par. Dur. — p Med. — q T. — r Pi. sic Zeg. — † T. ex Orig. & Aquin. And. &c. — t Cot. sic Dur. — v D. — x G. sic Pi. Dur. Par. — y D. — z G. sic D. — a D. — b Li chron. 166. — c Dur. — d For. — * Par. — f G. sic Pi. Be. — g G. sim. Ham. — h Rev. ex Er. — i Be. Pi. — k Be. — l Pi. — m Be. sim. Pi. — n Pi. ex Be. — o Be. — p Pi. — q Dur. — r G. — † Ham. — t Dur. — v Pi. — x Ham. — y G. — z Clu. &c. — a G. — b Ham. — c G. — d G. sim. Par. Clu. — * G. — f Clu. — g Dur. — h Pi. — i G.

7. *Audivi*, &c. Ἤκουσα ἄλλου ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου] *Audivi alium* (nempe Angelum[k],) *è Sanctuario*, sive *Sacrario*, D. ex Be. V. Sic vertit, quia dicitur ἐκ, non ἀπὸ[l]. Sed ἐκ ponitur pro ἀπὸ[m]. Vel, *ex altari*, Pi. D. sic Mo. &c. Vide suprà 9. 13[n]. Lex. vetus, θυσιαστήριον, *altare*, *sacrarium*[o]. Hic Angelus est, vel Christus, ex collat. cap. 8. 3. & 14. 18[p]. vel, is qui spiritus Martyrum custodit. Ii enim *sub altari*, suprà 6. 9[q]. Sancti in cœlis beati huic cantico calculum suum adjiciunt. Ecclesia, tum militans, tum triumphans, pro Babylonis ruina precati erant, pro ea igitur gratias agunt[r]. ¶ *Domine*, &c.] Ut suprà 4. 8. & 11. 17. ¶ *Vera & justa*, &c.] Sensus idem qui suprà 15. 3. & Psal. 19. 9†. Hucusque Phialæ progressæ videntur: reliquæ adhuc effundendæ supersunt[t].

[k] G. Pi. Par. [l] D. [m] Camer. [n] Pi. [o] D. [p] Clu. [q] G. [r] Dur. † G. [t] Med. 658. sim. Dur.

8. *In Solem*, &c.] *Solem* intelligit, vel, 1. propriè[v]. Maximum fortè æstum hîc designat[x]. Ex hoc *æstu Solis*, Sterilitas & eam sequens Fames. Vide Mat. 13. 6. Marc. 4. 6. Fames urit, ideo *ignis* nomine non malè appellatur. Fames ingens sub Commodo est apud Herodianum[y]. *Ignis* hîc si ad literam intelligeretur, completionem hoc haberet in maximis hoc tempore Romæ incendiis, præsertim in illo tempore Commodi, de quo Herod. l. 1. quod vel Ethnici à diis solis & inchoatum & extinctum dixerunt. A cœlo ergò veniens meritò Soli tribuitur. Sed non improbabile est hîc significari exustionem fructuum terræ per Solis æstum, famémque indè ortam, &c †. Sensus est, q. d. Egit virtute suâ in Solem, ut terram hominésque Antichristianos torreret[z]. Non placet, 1. quia flagellum istud piis & impiis commune est; hæc autem plaga Antichristianis propria est: 2. quia sic Solem potiùs quàm Deum blasphemâssent; 3. quia hæc plaga conscientias hominum afficit, ideóque interna potiùs quàm externa plaga est[a]. Vel, 2. ipsum Antichristum qui se Solem justitiæ, id est, Christum, esse mentietur[b]. Vel, 3. magnum aliquod eximiúmque luminare in hoc Mundo, quales sunt Reges & Principes, ut Imperator, & Rex Hispaniæ, qui meretricem sustentant, ipsíque lucem & subsidium afferunt. Quos forsan convertet in odium Bestiæ, ut dicitur cap. 17. id quod Regnum illud plurimùm obscurabit atque cruciabit[c]. *Sol* quærendus est in *Cœlo*. *Cœlum* autem Mundi Antichristiani, vel est ipsa Suprema & Universalis potestas Pontificia, vel omnino quicquid uspiam est sublimioris regiæque potestatis in Mundo Bestiano. In hoc Cœlo plurimæ sunt *Stellæ*, ut Reges, Principes, Præsules, &c. sunt & magna Luminaria instar Solis & Lunæ. Ex his maximum Luminare est Imperium Germanicum, Domûs Austriacæ jam à 200 annis peculium. Annon igitur hic Sol est illius Cœli? In hunc verò Solem Phiala quarta jam jámque est effundenda, ut is *Cœlo* Bestiano revulsus, alióque radians, æstu torreat torqueátque Orbis Antichristiani indigenas, quos antea jubare suo multùm recreare solebat[d]. Vel, 4. Scripturas Sacras, in quas effundetur hæc Phiala, non ut illis noceat, uti priores *terræ*, &c. sed ut vim atque aciem quandam eis tribuat, quâ acriùs pungere altiúsque penetrare hominum conscientias possint; ut magis indies magísque illustratæ atque explicatæ Antichristianorum fœditatem magis detegant, eósque adeò vehementiùs torqueant, & ad tantam adigant intemperiem, ut frendeant fremántq; adversùs Solem*. Clarâ nimirum luce Evangelii nunc ità splendente, cùm deberent Deum, resipiscendo erroréisque suos agnoscendo, glorificare, hi tenebrarum filii & osores lucis, per quam eorum opera arguuntur, invidiâ & malitiosâ rabie effervescunt, seu quondam Pharisæi contra claram doctrinam, &c[f]. Vel, 5. Christum ipsum[g], Solem justitiæ[h], qui per *Solem* in hoc Libro notatur; ut apparet ex collat. Apoc. 1. 16. & 8. 12. & 9. 1. & 12. 1. qui sicut suprà cap. 8. & 9. *obscurari* dictus est, non in se, sed secundùm doctrinæ lucem de persona & officio ipsius; ità hîc plaga in ipsum effunditur, non quòd damnum ipsi illatum sit, sed mysticè per ipsum in alios. Phialam enim hanc ità explicat Apostolus, ut quòd per eam sit datum Soli æstu affligere homines, non quòd in Sole ulla sit propriè facta mutatio. Christus porrò non jam, ut olim, obscuratus est, sed clarissimè & efficacissimè fulget mundo; Evangelium gentibus denuò annunciatum est, doctrina de persona & officio Christi clarissimè explicata est. Hoc autem multis, quos illustrare & lætificare debuerat, æstum & cruciatum attulit, &c[i]. Intelligit hîc Christum, vel verbum ejus; & per effusionem Phialæ in ipsum significat efficacem Dei operationem circa ipsum, & quasi per ipsum, tanquam per instrumentum. Sensus, q. d. Angelus hoc petiit aut voluit ut Sol justitiæ luceret per verbum suum clariùs in conscientiis hominum quàm antehac, eósque convinceret errorum & peccatorum; ut Evangelium prædicaretur, & ejus prædicatione urerentur homines veritatem non amantes, vel amantes mercedem injustitiæ, & accenderentur ad furorem, & occasionem haberent contradicendi veritati, &c[k].

[v] Rib. Bul. & Aret. & Foy. &c. in Par. [x] Cot. [y] G. † Ham. [z] Q. in Par. [a] Par. [b] Gag. [c] Dur. [d] Med. 658. * Par. ex Eri. [f] For. [g] Clu. ex Primaf. & Aret. & Lamb. &c. Coc. Par. Grav. [h] Grav. [i] Clu. [k] Coc.

9. *Et æstuaverunt*, &c.] Adusta illis sunt viscera præ fame[l]. Majori cum furore se opposuerunt veritati[m]. Valde solliciti erant nè fraudes ipsorum detegerentur[n]; & *æstu*, h. e. fremitu *magno*, exardescebant, quòd lucem extinguere non poterant[o]. Significatur æstus anxiæ ac desperabundæ conscientiæ ob flagitia admissa[p]. Ex verbo convicti atque pudefacti erant[q]. Æstuabant improbitate ac invidiâ[r], & dolore quòd successum Evangelii impedire non valerent †, ut apparuit in Concilio Tridentino[t]. ¶ *Et blasphemaverunt*, &c.] Referendum hoc, vel ad Ethnicos[v]: qui dixerunt ista mala [quæ in Imperio obtigerunt:] evenire ob Christianos unius Dei cultores; ut notant Arnob. & Cyprian. [quorum verba vide in G.] Vide & Ambros. & Aug. & Oros[x]. Ægrescebant medendo[y]. Desperatâ veritatis oppressione, blasphemabant Deum, [vel,] opus Dei attribuendo Diabolo, ut illi Matth. 12[z]; vel, doctrinam mendaciorum ad Deum auctorem referendo[a], vel, blasphemos ipsorum errores cultúsque idololatricos ardentiùs propugnando, Deúmque in angustiis publicè injuriâ afficiendo[b]; vel, probris incessendo viam veritatis atque justitiæ, verámque Ecclesiam[c]: id quod à Bestia didicerunt, cap. 13. 5[d]. ¶ *Ut darent illi gloriam*] Fatentes se peccâsse, & in tenebris palpitâsse*, & meritò punitos esse, solámque Evangelii doctrinam veram & salutarem esse[f]. Effectum hujus Phialæ est impœnitentia & obduratio[g]. Nè mireris ergò Romanenses in erroribus suis perseverare[h]. Dementati sunt idolis & delusionibus Antichristi[i].

[l] G. [m] Coc. [n] Clu. [o] Par. [p] Pi. [q] Dur. [r] For. † Dur. [t] Clu. [v] Ham. [x] G. [y] Cor. [z] Par. [a] Coc. [b] Dur. [c] For. [d] Par. * Clu. [f] Par. [g] For. [h] Clu. [i] Dur.

10. *Super*, &c. Ἐπὶ τὸν θρόνον, &c.] *Super thronum Bestiæ*, Bc. Pi. Nempe posterioris, ut v. 2. h. e. Papæ[k]. Al. *Bestia* est Idololatria, cap. 13. 1[l]. [De quo vide ad cap. 13. fusè dicta.] *Thronus* hîc est, vel, 1. Imperium Romanum[m], ubi residebat, & per quod sustentabatur, Idololatria[o]: q. d. Non in singulos, sed in ipsum Imperium[p]. Vel, 2. Roma ipsa[q], quæ *Thronus* erat Draconis, cap. 13. 2. & deinde Bestiæ, quæ Draconis & sedem obtinet, & mandata exequitur[r]; ubi in sede Petri sedere se gloriatur Papa †. In Geog. Arab. כראסי *Curisi* (i. e. Throni seu Sedes) *quatuor*, Roma, Antiochia, Alexandria, & Domus Sanctuarii. *Sedes maxima* Roma. Vide Schindl. p. 879. Huic favet, tum, 1. scopus & gradatio Phialarum, quæ judicium Antichristo propiùs admovent; tum, 2. explicatoria hujus Phialæ Prophetia, cap. 17. & 18. ubi sub nomine *Babylonis* excidium hujus sedis describitur; tum, 3. ordo Tubarum, qui ordini Phialarum respondet. Quinta Tuba Antichristum in Throno suo collocat, quinta Phiala eum de Throno suo deturbat[t]. Nullo ampliùs Spiritus S. rem abscondit figurarum aut allegoriarum velo; fortè propter ingens tunc oriturum Vaticiniis istis lumen, hoc quasi Mercuriali signo conspecto, quo non ultrà erit ambiguum quantum itineris Phialæ jam confecerint, quantúmve adhuc iis conficiendum restat[v]. Designatur hîc ultima clades urbis Romanæ, quæ funditùs tandem corruet, juxta Sybillæ versum, Καὶ τοτ' ἔσῃ πανέρημος ὅλως ὡς μὴ γεγονυῖα, *Tota eris in cineres, quasi nunquam Roma fuisses*. Huic autem Ruinæ aliquantulùm superfutura est Bestia, ut graviore mox exitio ruat[x]. Non ausim hunc sensum simpliciter improbare; maximè cùm etiam Jesuitæ incipiant prophetare de Romæ excidio, & de Papæ exilio, ut suprà cap. 14. ex Rib. ostendimus[y]. Vel, 3. Regnum Bestiæ sive Antichristi[z]; ut colligitur, 1. ex verbis seq. 2. ex Scripturæ phrasiologia. *Thronus Davidis* pro Regno ejus ponitur: *Stabilitus est thronus*, pro, stabilitum est Regnum; *Satanæ thronus*, Apoc. 2. & 13.

[k] Pi. [l] Ham. [m] Ham. ex G. [o] Ham. [p] G. Ham. [q] G. [r] Med. 659. Cor. Clu. Dur. Eri. Grav. † Dur. † Grav. [t] Dur. [v] Med. [x] Par. ex Eri. [y] Par. [z] Gag. Me. For. Par. ex Andr.

& 13. pro regno ejus [a]. 3. Ex typo. Constat enim hîc alludi ad plagam Ægyptiam nonam, quâ non sola Pharaonis regia, sed universa Ægyptus, tenebris sepulta fuit [b]. ¶ *Factum est regnum ejus tenebrosum*] Significat, vel, 1. mœrorem sive dolorem [c], & calamitates illius temporis: ut *tenebræ* sumuntur Amos. 5. 18 [d]. & contrà *lux* sæpe est lætitia & eminentia [*]: vel, 2. contemptum [f]: q.d. Multum amisit pristini splendoris [g], gloriæ & existimationis, & contemptibile evasit [h]. Frigent culinæ, vilescit Pontificis authoritas apud ipsos Principes Pontificios, qui ipsius nundinationes & bruta fulmina parvi pendunt [i]. Vel, 3. patefactionem tenebrarum [k], quæ tunc fiet, quum idola & errores Antichristi luce Evangelii omnium oculis patebunt & fugabuntur [l]. Sic *obscurari* h. l. esset, *obscuratum demonstrari* [m]. Non dicit Regnum prorsus exstinctum, sed orbatum suâ priori claritate [n]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐμασῶντο —— ἐκ τοῦ πόνου] *Et* (vel, *Unde*, Pi.) *mandebant linguas suas* (Ut solent qui irascuntur [o], ut notat Aristophanes, [vide G.] vel, qui graviter cruciantur [p]; qui dolent & vindictam meditantur [q], nec vindicare se possunt [r]:) *ex labore*, Mo. vel, *præ dolore*, Er.P.Ca.Be.Pi.&c. Præ rabie & furore †, ob inclinationem Regni sui [t]; ob frustrationem spei de Roma semper duratura [v]; quia videbant convulsam sedem illam quam tantopere venditabant [x]. Solent furiosi [y], & qui gravissimis doloribus anguntur [z], mordere labra, linguas, digitos, frendere dentibus, &c [a].

11. *Et blasphemaverunt*, &c.] Christianos, quòd unum Deum Mundi opificem colerent, vocabant ἀθέους [b]. Evangelium Christi diabolicam hæresin, & turbarum omnium causam, esse calumniabantur [c]. Deum dicunt non stare promissis Matri Ecclesiæ factis [d]. Conjungit Phialas secundam, tertiam & quartam, cum prima [*]. Ἐκ significat hîc Causam moventem, ut מן sæpe apud Hebræos [f]. ¶ *Non egerunt pœnitentiam*] Non destiterunt ab idololatria. Imò & nova sacra addiderunt, Criobolia, Taurobolia [g]. Hæc Bestia est Pardalis, cap. 13. 2. *quæ non potest mutare pellem suam* [h]. Obdurantur in pervicacia & blasphemia [i].

12. *In flumen—Euphratem*] *Euphrates* est fluvius Mesopotamiæ [k], limes Orientalis Regni Davidici [l], qui venientibus ex Oriente versùs Occidentem, præsertimq; in Judæam, transeundus est †; ad quem Babylon sita erat [m], cui etiam erat pro ornamento, emolumento [n], & munimento [o]; erat enim tantâ profunditate, ut duo viri sibi insistentes aquis non eminerent [o], teste Xenoph. Hinc Darius & Cyrus, *ab Ortu venientes*, i. e. ex Media & Persia, quæ Babyloni Orientales erant, Babylonem oppugnantes, Euphratem diverterunt, & in fossas plurimas profundissimásque paratas deduxerunt, atque ità siccum in Urbem transitum habuerunt [p]: ad quam historiam hîc alluditur [q]. Verùm Spiritus Dei nihil ex Herod. aut Xenoph. accersit, sed omnes ejus allusiones sunt ad Scripturam Sacram. Et obstat huic conjecturæ, quòd ruina Babylonis denunciatur ab Aquilone, Jer. 49. 9, 41. h. e. à Medis, Esa. 13. 17 [r]. *Euphratem* nominat, ex intuitu Asiaticarum Ecclesiarum, ad quas scripta Apolypsis, quas inter & Ortum Solis Euphrates interfluit †. Congruit hoc cum sexta Tuba, ubi solvuntur quatuor Angeli qui ad Euphratem ligati. Illi Turcæ erant immissi ad plagam Orbi Christiano infligendam [t]; hi sunt hostes ad plagam Antichristi inferendam [t]. *Euphratem* hîc intelligit, vel, 1. literaliter & propriè [v]: qui fluvius, cùm difficilem in Judæam faciat transitum, post Romam eversam exsiccandus est pari miraculo, quo olim Mare & Jordanes, ut Judæi in patriam suam redeant; non ad instaurandum cultum Judaicum, sed ad amplectendum Evangelium Christi [x]. Sed hæc sententia non congruit, vel, 1. cum Analogia reliquarum Phialarum; vel, 2. cum scopo: quia fluvius ille Judæorum conversionem non impedit, nec ejus exsiccatio Ecclesiæ utilis futura est [y]. Obstat quoque quòd vel his verbis de exsiccatione *Euphratis* Plaga sexta indigitatur, vel, nulla hîc est Plaga [z]. Vel, 2. mysticè sive figuratè [a]. Pergit αἰνίττεται [b]. Intelligit ergò, vel, 1. populum ad Euphratem habitantes [c], quomodo Rex & exercitus Assyriæ dicuntur *aquæ* istius *fluvii*, Esa. 8. 7 [d]. h. e. Turcas [*], qui Euphratem tenent [f], illámque Orbis partem; qui etiam illâ locutione designati erant, cap. 9. 14, &c. sub sexta Tuba cui sexta hæc Phiala respondet. Erat porrò Euphrates limes & Romani Imperii & Regni Davidici, quanquam intra neutrum erat, sed potiùs impedimento erat utrique; ut nullus intra Imperium aut Ecclesiam populus intelligi possit, sed qui utrique vicinus sit [g]. Vel, 2. Principes Antichristi satellites [h]. Vel, 3. præcipua Babylonis præsidia [i]. Qualis autem Babylon, talis Euphrates [k]. Sicut Romam non *Romam* vocat, sed *Babylonem*; ità Tyberim non *Tiberin*, sed *Euphraten* [l]. Ut *Babylon* est Roma, ità *Euphrates* est populorum Romæ intimorum congregatio [m]; ut *aquæ multæ*, super quas meretrix sedet, cap. seq. exponuntur, *Populi*, &c [n]. Al. *Euphrates* significat opes [o], thesaurósque inexhaustos ex toto Orbe Romam confluentes [p], sacra vectigalia [q], sive fiscum Ecclesiæ, qui omnium Regum gazas longissimè excedit [r]. ¶ *Siccavit aquam ejus*] Alluditur hîc ad historiam Cyri, Jer. 51. 32, 36. Vide quæ ibi dicta. [Sensus,] Per pontem viam præbuit non minùs quàm si siccus esset †. Al. Significat diminutionem opum [t], auctoritatis, gloriæ, ac potentiæ, subtrahendo illos à Bestiæ obedientia, in quibus omne robur ejus situm est [v]. Vel, defectionem à sede Romana aut remotionem populorum hactenus Romam proximo & validissimo præsidio tuentium, quales Italici, &c [x]. Opes Papæ quod spectat, illæ certè sub quinta Phiala imminutæ sunt, eversâ sede ejus, & Regibus ipsum odio prosequentibus [y]. ¶ *Ut præpararetur via regibus* (vel, *regum* adventantium, Be. Pi.) *ab ortu solis*] Ut citò & expeditè transire possent. Qui autem sint Reges, & quò veniant, statim dicetur [z]. Intelligit, vel, 1. Constantinum cum filiis suis & ducibus: βασιλεῖς enim nostro Scriptori sunt non *Imperatores* tantùm, sed & *Præsides* & *Duces*, ut diximus suprà 6. 15. Hi sunt Reges quos olim figuraverant *Magi* illi ἀπὸ ἀνατολῶν, Mat. 2. 1 [a]. Vel, 2. hostes [b] Antichristi [c]; Reges à Deo destinatos [d], integra regna sive status [*]; reges illos, qui à Christo illuminati meretricem odio habebant, cap. seq [f]. Dicuntur autem hi *Reges Orientis*, quia adhærent Christo [g], qui dicitur *Oriens ex Alto*, Luc. 1. 78 [h]. & per *Orientem* significari videtur cap. 7. 2 [i]. Reges ergò Christianos intelligit [k]. Vel, 3. Judæos [l], ad Christum convertendos [m]: qui *Reges* dicuntur, tum in genere, ut omnes Christiani, cap. 1. 7. tum speciali modo [n]; quia Scriptura de eorum conversione loquens, Esa. 24. 21, 22, 23. eos *Reges* vocat [o], vel, ob Christi Regnum apud eos gloriosè erectum; [ipsis cum Christo quodammodo regnaturis:] vel, ob dotes spirituales & regias ipsis donatas, juxta Zach. 12. 8. vel, ob amplitudinem suæ ditionis & Imperii [p]. Vocantur *Reges Orientis*, vel, 1. quia hi maximâ parte degunt in Oriente [q]: vel, 2. quia Deus amplas forsan ditiones ipsis tandem in Oriente dabit, & per eos alios Reges ad Christum adducet. His porrò *via paratur*, tollendo impedimenta conversionis ipsorum [r]. Sensus loci est, Sicuti magnitudo ac potentia, necnon idololatria aliæque corruptelæ, Antichristi tum Judæos, tum Mahometanos, ab Evangelii susceptione arcent; ità his aquis exsiccatis, patens ipsis ad recipiendum Evangelium via sternetur †. Judæi Christum Messiam repudiârunt, quòd ex Prophetis perperàm intellectis putarent, ante Messiæ adventum penitus abolendum esse imperium Romanum, quod nunc in solo Pontificatu consistit. Unde constat, quanta istius, & cum ipso totius status, ruina, viam illis patefactura sit, præsertim cùm, idololatriâ abrogatâ, puritatem cultus conspexerint ‖. *Euphrates* forsan ad literam hîc accipi possit, malim tamen hîc parabolæ & allegoriæ nonnihil, nec tamen adeò multum, aspergi, ob analogiam reliquarum Phialarum. Designat ergò Imperium *Ottomannicum*, unicum futurum novis istis ab Oriente hostibus obstaculum, Bestiæque ab ea parte munimentum. Per hanc Phialam exsiccatur Diluvium isthoc Euphratæum, planè juxta quod c. 11. dicitur, proximè post illam Urbis cladem in terræ-motu futuram (quam quintæ Phialæ ibi aptavimus) *væ secundum*, i. e. sextæ Tubæ plagam, *abiturum*. Id verò quâ ratione sit futurum; utrúmne ab ipsis Judæis, ut innuitur Ezec. 38. & 39. Terram sanctam postliminio occupaturis, an ex dissidio aliquo intestino, &c. an aliâ causâ, in dubio est. Hoc autem obice remoto, *via*

Marginal notes (left): [a] For. [b] Par. [c] Clu. [d] D. [*] Clu. [f] Pi. sic Clu. [g] G. sic For. Grav. Bri. Dur. Med. [h] For. sic Dur. [i] Grav. [k] Clu. ex Cæsar. sic Par. [l] Par. [m] Clu. [n] Bri. sic Med. [o] G. sic Clu. Par. [p] Cot. [q] Clu. [r] G. † Bri. [t] Par. sim. Clu. Dur. [v] Dur. [x] Cot. [y] Par. [z] Cot. [a] Par. [b] G. [c] Par. [d] Dur. [*] G. [f] G. sim. Bri. [g] G. [h] Bri. [i] For. [k] Par. Dur. [l] For. † Rib. Me. [m] For. sim. Gag. [n] For. sim. Par. Clu. Grav. [o] Grav. ex Par. [p] Par. sic Grav. [q] Par. sim. Clu. Li. [r] For. † Cot. [t] Li. [v] Q. in Dur. sic Bri. [x] Par. ex Bri. [y] Dur. [z] Par. [a] Par. Dur. [b] G. [c] Dur. sic Par. ex Artop. [d] Dur. Med. [*] Dur. Artop. sic Med Cot. [f] Par.

Marginal notes (right): [g] Dur. [h] Gag. [i] Par. ex Bul. Aret. Illyr. &c. [k] Clu. [l] G. [m] Clu. [n] For. [o] Pi. [p] Par. Grav. [q] Par. [r] Grav. ex Par. † G. [t] Grav. ex Par. [v] For. [x] Clu. [y] Dur. [z] Rib. Me. [a] G. sic Ham. [b] Li. chron. 166. sic Pi. [c] Li. ib. [d] Grav. [*] For. [f] Clu. [g] Grav. [h] Grav. Ham. [i] Ham. ex G. [k] Ham. [l] Med Bri. For. Dur. [m] Dur. sic Bri. &c. [o] Dur. ex Bri. [p] Bri. sim. Dur. [q] Dur. For. Bri. [r] Dur. † For. ‖ For. ad v. 16.

paratur novis istis ab Oriente Christianis; idque expeditionem, ut videtur, contra Bestiam facturis, cujus exitio Phialæ omnes inserviunt. Unde alioquin tantus ab hac exsiccatione pavor Bestianos, imò Dæmones, incesseret, &c[t]. Duplex conversionis Judæorum obex est, 1. superstitio Antichristi: 2. magnus & diuturnus Turcarum adversùs Christum & Christianos successus. Uterque hîc sublatus est, prior, per quintam Phialam in Romam effusam; posterior, per sextam hanc Phialam. Quanquam enim, Antichristo patefacto, zelus ipsorum in illum ardet, obstat tamen Turca Meretrici sustentandæ jam obstrictus. Hoc ergò Imperio ablato via Judæis munitur, ut Christum amplectantur, Antichristum evertant, atque ità in terram suam redeant. Judæorum porrò conversionem hîc denotari, apparet, 1. quòd Judæorum conversio ultimis temporibus futura prædicitur[v]; idque eâdem, quæ hîc, phrasi, ut Esa. 11. 15, 16. ubi Deus illos adducturus dicitur ab Assyria, (quæ erat trans Euphratem à Judæa) & percussurus fluvium illum, &c[x]. Nullum autem tempus huic operi convenientius est quàm sub hac Phiala, & ante septimam, quæ finem adfert[y]. Nisi Judæi nunc converterentur, necessariò futurum esset ut cum reliquis Christi hostibus, in magno illo Judicii die, quem proxima Phiala superinducet, perderentur[z]. 2. ex summo Ecclesiæ gaudio de Regno & nuptiis Agni, & accessione Ecclesiæ facta, cap. 19. Quibus nullus eventus æquè congruit ac Judæorum conversio, quæ erit quasi *resurrectio à mortuis*. 3. ex Hebraicis phrasibus hîc, nec alibi, usurpatis. Sic nomen loci Hebraicum est, *Armageddon*. Laudatio quoque cap. 19. Hebraicè exprimitur, *Alleluja*, quod in nullo alio hujus libri Cantico fit. Porrò Judæi non tantùm ad Christum convertendi, sed etiam in terram suam redituri, videntur; idque, 1. ob promissa ipsis hac de re facta, ut Esa. 11. & 12. 10, &c. Ezec. 37. 20, &c. & præsertim Amos. 9. 11, 12, 14, 15. 2. ex fœdere æterno quod Deus cum illis pepigit, cujus præstatio hoc modo magnam & Deo gloriam, & Ecclesiæ lætitiam atque splendorem, & aliis ædificationem, adferet. 3. ob singularem Providentiæ Dei methodum circa illos, quippe qui à populis omnibus discreti manent, &, licèt ditissimi sint, pauci tamen vel nulli ex iis possessiones terræ uspiam obtinent, quibus à reditu impediantur. Adde quòd terra ipsorum non à Christianis possidetur, sed ab illis qui exscindendi sunt, &c. Et cùm Turcæ evertentur in Armageddon, terráque Judæorum vacua relinquetur, quis quæso illis terram suam adimet, aut eam meliore jure occupabit! Hæc de Judæis. Turcas quod spectat, ipsorum excidium hîc per *exsiccationem Euphratis* significari apparet, 1. ex fine ejus exsiccationis, qui est Judæorum restitutio, eáque in terram suam. 2. quòd cum Judæorum conversione conjuncta est plenitudo Gentium, quâcum non consistit, quòd Turca tot gentes possideat, ubi Gentilium Ecclesiæ fuerant. 3. ex collatione Tubarum cum Phialis. Quæ plaga Ecclesiæ adfertur per tubas, aufertur per Phialas. Ut ergò quinta Tuba Antichristum evexit, quintáque Phiala de sede dejecit, ità Turcæ per sextam Tubam soluti, per sextam quoque Phialam evertendi sunt. Dices, Objectum harum Phialarum est Bestia, non Turcæ aut Judæi. Resp. 1. Bestia præcipuum est, non tamen solum, ipsarum objectum, ut apparet ex collat. cap. 19. 2. Antichristum hæc spectant, si non directè, saltem ex consequenti. Neque enim simpliciter de Turcis Judæísve hîc agit, sed de illis prout conjunctis jam cum Antichristo; de his verò prout adjungendi sunt Gentilibus Antichristum nunc patefactum persequentibus[a]. Ut truculentos hos Turcas accersivit Idololatria Romæ; sic postquam Roma funditùs deleta est, ad orcum relegabuntur[b].

13. *Et vidi* (sub. *prodeuntes*, Be. Pi.) *de ore draconis* (de quo cap. 12. 8, 9[c]. & cap. 13[d]. h. e. Diaboli[d]. Al. Draco in hoc libro constanter est apertus hostis: qui olim Imperatores Romani Ethnici, postea verò Turcæ[*]. Satanas jam, non solùm per vicarios suos, Bestiam & Pseudo-prophetam, res suas satagit; sed ipse per se, tanquam in ultimo Regni sui discrimine, partes quoque proprias & peculiares videtur habiturus; illis præsertim ad Bellum hoc evocandis, apud quos alioquin Bestia & Pseudo-propheta nec authoritate, nec gratiâ, valuissent[f]:) *&——bestiæ* (scilicet prioris[g], quæ ex mari[h], cap. 13[i]. quæ est, vel Idololatria Romana[k]: vel, Antichristus[l], [quatenus est] Monarcha secularis[m], & caput Politiæ civilis Romanæ[n]:) *&——pseudo-prophetæ* (qui est Bestia posterior[o], & bicornis, c. 13. 11[p]. & fera terrestris[q]; h. e. Antichristus[r], [quatenus est] seductor spiritualis[†]: vel, per Enallagen[t], cœtus pseudo-prophetarum[v], sive collegium divinatorum Romæ[x]: quomodo cap. 11. 11. *duo Prophetæ* sunt *cœtus Prophetarum*, & ἡ εἰκὼν *multitudo simulacrorum*[y]. *Pseudopropheta* nunc primùm nominatur & sæpe deinceps. Idem est quod *imago Bestiæ*, cap. 13. 14, 15, 16. & in illius locum subit[a]. Idémque est quod *Bestia* ipsa, ut duæ illæ Bestiæ cap. 13. sunt una, unúmque constituunt Antichristum; tamen eâ lege, ut *prima* temporalem & politicam tyrannidem significaret, *secunda*, spiritualem fraudem & malitiam[b]. Dicitur hîc *pseudo-propheta*, [vel,] quia prætextus ei jam adimitur, & qui se vicarium Agni sive Christi esse finxit, ipsum jam constat esse seductorem illum qui venturus erat: [vel,] ratione manifestioris revelationis quæ fiet sub hac Phiala[c].) *spiritus* (Intelliguntur hîc, vel, 1. dæmones, quos *spiritus familiares* vocant[d]. Cui obstat, quòd loquuntur & agunt civiliter cum Regibus, &c[*]. Vel, 2. homines ab impuris spiritibus acti[f], pseudo-prophetæ, qui Dæmonum naturâ veniunt, quia malitiâ & versutiâ insignes erunt[h]. *Spiritus* vocantur, vel, ob agilitatem, quòd negotia sua citissimè expediunt[i]: vel, quòd vocantur *homines* sive *Patres spirituales*[k]; h. e. Nuncii, Legati[l], Jesuitæ & Sacrificuli, terram & mare obeuntes, præsertim circa Reges seduli, ut praxis ostendit[m].) *tres* (Qui sunt, 1. Extispicium[n]: 2. Auspicium[o]; vel Magia, quâ diabolos evocavit[p]: 3. Libri Sibyllini, quibus fidebat Maxentius[q]. Al. *Tres*, i. e. [vel,] numero mediocri[r], sufficientes negotio suo peragendo[†]; [vel,] multos[t]: plures habet quàm Christus cap. 11. cui duo tantùm erant testes: vel, *tres*, ut congruat cum natura ejus qui mittit eos: quidam callidè agunt, ut à Dracone: alii vi & civili negotiatione: alii simulatione religionis & miraculorum[v]. In MS. abest τρία[x].) *immundos* (vel, *impuros*, tum ortu, à Diabolo, non à Deo: tum, finibus suis Christo oppositis: tum, more agendi, per instrumenta & media Diabolica, ut homicidia, mendacia, proditiones, &c. ut quibuscunque modis Bestiam sustentent[y].) *in modum*, &c. ὅμοια βατράχοις] *Similes ranis*, Be. Pi. &c. i. e. obstreperos[z], garrulos[a], molestos, importunos[b], impudentes[c], in fœdissimis vitiis tanquam in cœno volutantes[d]. Ranæ & impuræ sunt, & in cœno versantur, & coaxant nullo cum fructu[*], ac sine intermissione, auribus molestissimæ[f]. Ignaros legis Ranis comparat etiam Schemos Rabba[g]. Dicuntur *ex ore prodire*, quia jussu dominorum suorum capessunt hanc operam, ut palam est ex voto missionis quo obligantur Jesuitæ Papæ[h]. Draco, Bestia, & Pseudopropheta, Pseudo-doctores illos spirabunt, quia illos immittent ut dogmata sua promoveant[i].

14. *Sunt enim spiritus dæmoniorum*] i. e. Vel, dæmones & immundi spiritus[k]: vel, homines spiritu Satanæ acti[l], magistri sui ingenio & artibus præditi[m]. Vera interdum dicunt, Dæmonis instinctu atque operâ, Deo id sinente[n]. Principes quibus serviunt sunt Beneficiarii & fiduciarii Diaboli[o]. ¶ *Facientes signa*] i. e. Miracula[p], eáque maxima[q], sed mendacia & ope Satanæ, ut 2 Thes. 2. 9. Sic Apoc. 13. 14. & 19. 20[r]. Ut illis hoc bellum suadeant[†]. ¶ *Et*, &c. Ἐκπορεύεσθαι, &c.] Vel, Ἃ ἐκπορεύεται[t], ut legunt Arethas, cod. Complut. & alii duo, & ità legendum esse res ipsa ostendit[v]. [Verba sic reddunt:] *Procedere* (vel, *Exire*, V. *Ut procedant*, Er. *Ut egrediantur*, Camer. i. e. peragrent terræ regiones[x]. *Quique abeunt*, Be. Pi. i. e. legationes obibunt[y].) *ad reges terræ*, &c.] Sive Christianos, sive Ethnicos[z]. Intellige, eósque seducent[a], ut collatis viribus adversùs Ecclesiam insurgant[b]. Decipient Maxentium & proceres qui cum eo[c]. ¶ *Congregare* (vel, *Ut congregent*, Be. Pi.) *illos in prælium ad diem magnum*, &c.] Quem scil. Deus huic prælio destinavit, ut hostes suos vincat[d]. Intelligit hîc, vel, 1. diem Judicii universalis[*]. Vel, 2. diem magnæ ultionis & gravissimi judicii[f].

[t] Med. 660. [v] Dur. [x] Dur. sim. Med. [y] Dur. [z] Med. 659. [a] Dur. [b] Bri. [c] Dur. [d] Par. [d] Zeg. Grav. Dur. G. Gag. Me. Ham. [*] Bri.

[f] Med. 660. [g] Pi. sic G. Dur. [h] G. Par. [i] Dur. [k] G. Ham. [l] Zeg. Gag. Me. Bri. [m] Par. Dur. [n] Par. [o] Dur. [p] Pi. [q] Dur. [r] G. [†] Par. Dur. [t] Par. [v] G. [x] G. Gag. [y] Ham. [a] G. [b] Bri. [c] Cot. [d] Dur. sim. Bri. [d] Bri. [*] Rib. [f] Par. [h] Pi. sim. For. [i] Cot. [k] Dur. [l] Dur. Par. Grav. [m] Dur. [n] For. [o] G. Ham. [p] G. [q] Ham. [r] G. sic Ham. [†] Pi. [t] Par. [v] Par. sim. Cot. Dur. [x] Dur. [y] G. Ham. [z] Dur. [a] Pi. BA. [b] Zeg BA. Par. [c] BA. [d] Par. BA. [*] BA. 2. 5. 5. 672. [f] G. [g] Par. [h] G. [i] Bri. [k] Cot. [l] Me. ex Rib. [m] For. [n] Par. [o] G. [p] Bri. [q] Pi. Cot. [r] Cot. [†] Par. [t] Me. [v] G. Be. &c. [x] Be. [y] Cot. [z] Par. [a] Dur. [b] Cot. [c] Cot. sim. Dur. [d] G. [*] Pi. [f] Aret. & alii in Clu. sim. Zeg.

cii [f], in Antichristi propugnatores [g]. Vel, 3. quâ Constantinus Romam cepit [h]. Non exprimit ipsorum consilium [i], quasi Στομαχίαν profiterentur [k]; sed naturam eventúmque rei [l]. Pugnare se putant pro Christi vicario [m], pro gloria Dei & pro Ecclesia [n]: reverâ autem pugnabunt cum Deo [o].

15. *Ecce venio ut fur*] Ut fur nocturnus, repentè & improvisò; ut Mat.24.43.Luc.12.39.1 Thess.5.2.Apoc. 3.3 [p]. ut hostes intercipiam [q], & perdam, atque ut Ecclesiam eripiam, &c [r]. Hic versus per parenthesin legendus est †; videturque huc irrepsisse, &c [t]. Sunt verba Christi [v]. Vide suprà 3. 3. Ait Christus, de improviso se superventurum idololatris †. ¶ *Beatus qui—— custodit vestimenta sua*] i. e. Fidem & sanctitatem [x]: qui perstat in bonorum operum studio. Admonitio est ad Christianos, ut suprà 3. 2, 3 [y]. Qui curat nè vestes aut inquinentur, aut à furibus auferantur [z]. ¶ *Nè nudus ambulet*] Ut ille de quo suprà 3. 17. ¶ *Et*, &c. Καὶ βλέπωσι, &c.] *Et videantur verenda ipsius*, Pi. sic Be. *Et appareant ea quæ tegi debent*. Activum plurale hîc est pro Passivo singulari, αἰσχύνη γυμνότητος suprâ. Diximus autem significari priora crimina, quæ Deo conspicienda se præbent nisi obtegantur per vitam meliorem [a].

16. *Et*, &c. Καὶ συνήγαγεν, &c.] *Congregârunt*, &c. Pi. *Fecere ut convenirent*, G. Nempe tres illi spiritus [b], in unum contraxere Reges ac Duces idololatras [c]. *Et congregavit* (vel, 1. Diabolus in illis spiritibus [d]: vel, 2. Bestia [*]: vel, 3. Christus [f], vel Deus [g], ex fine v. 14 [h]. occultâ suâ providentiâ [i] hoc permittente, & ad gloriam suam hostiúmque ruinam ordinante [k].) *illos*, Mo. V. Reges scilicet [l], præsertim Turcas, ut vicinos & facilè incitatos adversùs Christianos [m]. Hujus autem funestæ expeditionis eventus reservatur Visioni sequenti [n]. ¶ *In locum qui vocatur Hebraicè* (Locus Hebraicè nuncupatur, vel, 1. quasi futurus in terra Hebræorum [o]: vel, 2. quia nomen à Judæis imponitur, & quidem tale quod eventum exprimit, ut illis mos erat [p]: vel, 3. ut nos excitemur ad perceptionem specialis effecti in Judæis, quorum conversio hoc modo procurabitur †.) *Armagedon*, Ἀρμαγεδδὼν] Vel, Ἀρμαγεδδὼν [q], ut habent Arethas & libri à Plantino cusi [r]. Qu. 1. Unde componitur hoc nomen? Resp. 1. Ex הר *mons*, & מגדו, *Mageddo* †: quæ agri portio erat in sorte Manassis, celebris in Scriptura S. ob duos notabiles eventus, unum tristissimum, alterum lætissimum [t]: nam hîc & Josias periit [v], 2 Reg. 23. 29. 2 Par. 35. 22. Zach. 12. 11 [x]. & strages à Baraco in Cananæos edita; [quæ erat] *ad aquas Mageddo*, Jud. 5. 19 [y]. ubi hostes omnes ad unum cæsi sunt [z]. Et hæc historia hîc respicitur, non prior [a]: alienum enim videtur ut clades hostium Ecclesiæ adumbretur clade pii Regis [b]. Al. Alludit hîc ad duas illas historias, ut duplicem significet hujus conaminis eventum in Judæis; nempe gaudium cum Ecclesia commune, & planctum ipsis proprium, ob Salvatorem à se transfixum, juxta Ezec. 20. 43. & 36. 31. Zach. 12. 10, &c [c]. Nec obstat huic sententiæ, [vel, 1.] quòd pro *monte* est *convallis*, 2 Par. 35. 22. quia *convallis* inter montes sita est [d]: [vel, 2.] quòd illa strages Jud. 5. erat *ad aquas* [*]; [nam] aquæ solent esse in montanis locis [f]: & pro illis consultò hîc à Spiritu S. ponitur *mons* Mageddon, ex intuitu propositi hostium, quod ipsis causa est exitii; ut ostenderet, eos hîc magna moliri contra Ecclesiam Dei, magnámque hanc stragem fore in ingenti ipsorum apparatu contra Ecclesiam. Ecclesia autem *mons* passim dicitur, ut Esa. 2. 2. Zac. 8. 3. tum, ob stabilitatem & eminentiam ejus; tum, typi respectu, nimirum montis *Zion*, & Terræ promissionis, quæ terra est montium, & dicitur *mons decoris*, &c. Dan. 11. 45 [g]. הר [porrò] Hebræum solet verti per Ἀρ. Sic Ἀργαριζὶν apud Euseb. הר גריזין Sic *Arsamosata* apud Plinium & Tacitum, הר שמשתה, i. e. *mons Solis*. Nimirum literæ ה pronunciatio ità erat tenuis ut non audiretur. Et ipsa litera ה Græcis Ε [h]. Resp. 2. A חרמה & מגדו, q. d. *strages*, sive *internecio, quæ facta est in Megiddo*. Hic itaque crasis est, Ἀρμαγεδδὼν pro Ἀρμαμαγεδδὼν, ut in nomine אברהם, pro אב רב המון, vel, אב רב עם, extrito ב, & in ירובעל [i]. Resp. 3. A חרמה sive חרמא *excidium* sive *internecio*, & גדון *turma* sive *exercitus* [k]. Nam ab eventu prælii loco nomen est, sicut & חרמה, *Horma*, Num. 21. 3 [l]. quòd ibi ad internecionem Bestiæ copiæ delebuntur [m]. Verùm Drusius scripsit non גדון (id enim nihil significat) sed גדהון, ubi הון est Affixum Chald. verùm גד Chaldæis non *turmam*, sed *fortunam*, sign. Resp. 4. Ab הר, *mons*, vel, ab ער, *hostis*, & מגד, quod Arabibus *gloriam*, Hebræis *rem quamvis præstantissimam* sive *laudatissimam*, sign. & דון, *Infinitivo*; ut sensus sit, cladem illam futuram in tali loco, cui nomen pii precibus suis facient, dicentes, *Montem*, vel *Hostem*, *gloriæ* sive *gloriosum judica*, Domine: vel, si דון sit nomen, ad verbum erit, *Mons gloriæ*, sive *gloriosi judicii*. Sic intelligitur mons Sion, & Synecdochicè Terra sancta; quod laudo [n]. Qu. Quisnam hic locus? Resp. 1. Hoc adhuc in arcanis Dei est, nec à nobis definiendum, donec eventus patefecerit, &c [o]. [Vide dicta ad cap. 14. 17.] 2. Janiculus, qui ex illo conventu rectè dici posset *Mons congregationis*: id enim הר מגדון. Coiere enim in eum locum ex parte Constantini 90 millia peditum, 8 millia equitum, ex Germanis maximè, & Gallis & Britannis; ex parte Maxentii 170 peditum millia, 18 equitum millia, ex Romanis, Italis, Thuscis, Siculis, Carthaginensibus. Ità enim Zosimus [p]. 3. *Armageddon* non literaliter accipiendum est, quasi locus esset ità dictus; sed figuratè, ut significet eventum hujus prælii, ex more Hebræorum, qui loca ab insignibus eventis nuncupare solent, ut *Bochim*, *Achor*, *Hamon Gog*, Ezec. 39. *Bethel*, &c [q]. Non quærendus in Terris locus ejus nominis, sed quid vox illa sonet videndum est. Porrò *Gog* & *Magog* ad hanc historiam pertinent, ut dicetur cap. 20 [r].

17. *In aerem*] i. e. Εἰς τὸ μεσουράνημα, ut suprà 8. 13. & 14. 6. Quare hoc? Quia hæc mala latè erant spargenda, in *mare*, *amnes*, *terram*, i. e. populum Urbis; in urbes aut oppida minora, & in omnes partes ditionis Romanæ †. Al. *In aerem*, qui Cœlum à Terra dividit, éstque velut coagulum sive vinculum rerum omnium [t]; quo sereno & pacato tranquilla sunt fulgéntque omnia, & quo turbato, simul turbantur omnia hæc inferiora [v]; qui est in vita rerum omnium [x], & quo soluto, solvi omnia & perdi necessum est [y]. Al. *In Aerem*, i. e. in Potestatem Aeream, seu Satanæ [z]; non Bestiæ tantùm, sed omnium ubicunque terrarum Christi hostium Ditiones sinu suo complectentem atque animantem. Ex hac autem ut spiritum & vitam jam ab initio duxit Bestia, ità ejus præcipuè virtute & auspiciis nitentur novissimæ Bestianorum fortunæ. In omnes igitur hostes in unum congregatos & *Armageddunte*, quasi in cavea, conclusos hæc Phiala septima non humanâ jam ampliùs manu, sed cœlesti & fulmineâ vindictâ, detonabit [a]. Objectum hujus Phialæ latiùs patet quàm præcedentium, continétque quicquid de regno Satanæ reliquum est in mundo; ut apparet, 1. ex effectis ejus in magna Urbe, & in omnibus urbibus gentium, &c. 2. ex collat. cap. 20. 10. ubi immediatè & de cœlo exscinduntur Gog & Magog cum ipso Diabolo: nam Bestia cum Pseudo-propheta perierunt cap. 19 [b]. ¶ *Et exivit* (vel, *prodiit*, Be. Pi.) *vox magna* (i. e. cum magna contentione [c]. Vide cap. 14. 15, 18 [d].) *de*, &c. Ἀπὸ τοῦ ναοῦ, &c.] *De templo cæli* (q. d. vox sanctissima [*]: vel, *Ab Adyto cælesti*. Ingens arcanum patefit, Romam esse mortalem. In MS. ἐκ τοῦ ναοῦ, sine illis τοῦ οὐρανοῦ. Et sic Latinus [f].) *à throno*, Mo. sic Be. Pi. &c. i. e. Ab illo Adyti loco in quo magnificè Deus sedit supra Cherubinos, pedes imprimens Arcæ [g]. Eâ enim figurâ Dei sedes concipiebatur apud Hebræos †. Idem locus hîc *Templum* & *Thronus* appellatur, quia Deus in Penetrali suo habitat, sedétque gloriosus. Diversus ergò respectus diversæ appellationis causa est [h]. Ostendit & authoritatem loquentis, & rei certitudinem [i]. Significat, vocem hanc fuisse ipsius Dei [k], vel Christi judicis in throno sedentis [l]. ¶ *Dicens, Factum est*] Ità Mo. Pi. &c. Scilicet quod fieri debuit, de Babylone, h. e. Certissimè futurum est [m]. Significat, decretum jam esse in throno Dei interitum Babylonis, & jamjam instare finem persecutionum Antichristianarum, pœnámque talionis sumendam de Bestia ejúsque cultoribus ‖. Abrupta vox est, quia fatalem hostium Στομαχίαν, totiúsque universi tumultus, momento abrumpet. Sensus, q. d. Conclamatum est de mundi fabula [n]. *Consummatum*

f Clu. sim. Grav Par. g Grav. h G. i Dur. k Par. l Dur. Par. m Dur. n Par. o Dur. sic Par. p Par. q Gag. r Dur. † Dur. sic G. Me. t Be. v G. sic Be. Pi. † G. x Me. sic Pi. y G. z Par. a G. b G. sim. Cap. Clu. Par. c G. d Zeg. * Dur. f Par. g Par. Be. Dur. Cap. h Par. i Cap. Dur. k Dur. l Pi. Dur. m Dur. n Par. o Med. 650. p Dur. † For. q D. G. r D. † D. For. Bert. Luc. Frent. 10. t For. v G. sic For. Cap. x G. y G. sim. Cap. For. z Cap. a G. sim. Cap. b Cap. c For. d D. * For. f G. g For. h G. i Cap. k D. Med. 650.

l D. m Med. ib. n Dicin Med. p. 706. o Med. 650. p G. q Dur. r Cor. † G. t Cor. v For. x Clu. y Cor. sim. Par. z Med. 665. sic Dur. a Med. ib. b Dur. c Par. d Cor. * Clu. f G. g G. sim. Pi. † G. h Cor. i Dur. k For. sic Par. Clu. l Dur. Par. m Pi. ‖ Grav. n Par.

summatum est mysterium Dei, ut prædictum erat cap. 10. 17. quò hîc respicitur[o]. Clausula dramatica est. Peractâ comœdiâ dimittitur theatrum voce præconis, *Acta est fabula, plaudite*[p]. Sic Christus dixit τετέλεσαι[q]: & Johannes rursus γέγονε, cap. 21. 6. Videtur opponi primo creationis verbo, *Fiat*, quo cœpit mundus; q. d. Jam transibunt quæ hactenus verbo Dei constiterunt[r]. Jam de mundo actum*: finis venit omnium rerum ‖. Hæc phiala ultimas plagas non Bestiæ tantùm, sed toti etiam orbi, adfert, ultimúmque judicium continet; ut apparet, 1. ex serie Prophetiæ, quæ distributa est in tres Prophetias principales, aliásque explicatorias, quæ utræque à Johannis tempore porriguntur ad finem rerum: ex quibus ultima est hæc Phiala. 2. quòd in his plagis completur ira Dei in orbem Ethnicum urbésque gentium, æquè ac in Babylonem: 3. quòd ultimum Væ & ultimæ plagæ idem sunt: septima autem Tuba adfert ultimum Væ †, éstque Tuba consummationis, cap. 10. 6[t]. nempe mysterii Dei quum tempus non erit ampliùs[v]: sic & septima Phiala est Phiala consummationis, hoc versu & seq[x]. 4. ex phrasibus hîc usurpatis, ut γέγονε, &c. Duo tamen hîc monenda sunt, 1. quòd hæc Phiala extremum Judicium non immediatè adducit, sed eventus plagásque illud immediatè antecedentes, & in eo desinentes: 2. quòd hæc, sicut & reliquæ Phialæ, statum duntaxat hostium exprimunt, non item Ecclesiæ, nisi ex consequenti: felicitas autem Ecclesiæ ex visionibus explicatoriis colligenda est[y]. Dicit hîc γέγονε, non quasi illo ipso instanti omnia perficerentur; sed ut ostendatur, dato semel, per hujus Phialæ effusionem, signo, futurum ut in diebus ejus omnia compleantur, sicuti cap. 10. juratum est. Neque est hoc accipiendum pro ultima illa consummatione, ut neque *magnus ille dies Domini* in præced. Phiala pro ultimo illo die accipi debet; cùm quodlibet magnæ alicujus exsecutionis Divinæ tempus ità in Scriptura sæpe indigitetur, ut Joel. 2. 11. Amos. 5. 18. Zeph. 1. 14. Dicitur autem hîc *factum esse*, quia hâc tandem plagâ destructurus est Deus omnes Ecclesiæ hostes, ipsámque pace, libertate, & ubertate gratiæ, condecoraturus; ut Ecclesia sponsum suum tantummodò exspectet cui ornata erit. Hoc igitur *factum est* ex collat. Luc. 21. 28. explicandum est, *Nunc omnia incipiunt fieri*[z]. [Alii aliter:] Γέγονε, *Fuit*, nempe Babylon[a], vel Roma. Similis locutio infrà 21. 6[b]. Euphemismus est[c], ut in illis, *Troja fuit, Fuimus Troes*[d]. *Abstinebant*, inquit Festus, *Augures à verbis malè ominatis**.

18. *Fulgura & voces*, &c. Καὶ ἀστραπαὶ καὶ φωναὶ] i. e. φωναὶ βροντῶν. Sic & suprà 4. 5. & 8. 5. pro quo φωνὴν βροντῆς habemus suprà 6. 1[f]. *Et fulgura & tonitrua*, Be. Pi. significat magnas mutationes & horrenda judicia[g]. Hæc signa diei magnæ præludunt[h], exprimúntque horribiles commotiones in terra[i], vel ultimas eásque insignes calamitates Regno Antichristi infligendas[k]. ¶ *Et terræ-motus*, &c.] *Terræ-motus* hoc loco est ingens rerum mutatio[l], ut suprà 11. 23. Psal. 18. 7. & in Prophetis sæpe. Is terræ-motus est Ostrogotthorum dominatus in Italia Gentium Regina, adeóque in ipsa urbe Roma[m]. Hic terræ-motus illum cap. 6. longè superat[n]. Terræ-motus hîc accipi potest, vel mysticè de horribili & inaudita statûs mundani mutatione, vel literaliter. Si enim primam Romani Imperii concussionem sub Valentiniano ingentes præcesserunt terræ-motus, & terræ-motus universalis fuit, ut notat Cedrenus, Anno 543. triennio antequam Roma à Totila caperetur, quidni illam finalem Romæ ac totius mundi perniciem maximus terræ-motus antecederet[o]?

19. *Et*, &c. Καὶ ἐγένετο, &c.] *Et facta* (vel, *divisa*, V. vel, *dirupta*, Be. Pi.) *est civitas magna* (Sic & infrà 17. 18[p]. vel, 1. Jerusalem †. Sed istius excidium tanto præconio dignum non est[q]. Et hoc ipse Alcasar respuit, & cap. seq. refutatur[r]. Vel, 2. urbs illa quæ seq. cap. describitur, nempe Babylon †, urbs ubi testes occisi sunt cap. 11[t]. urbs Roma[v], quæ *civitas magna* dici solet[x], ut indicant Tatianus, Porphyrius, Græcorúmque alii[y]. Obj. At Roma exscindenda est antequam hæc fiant[z], sub quinta Phiala[a]. Resp. *Urbs* hîc non tantùm muros & pomœria significat[b], sed totam Urbis ditionem atque Imperium[c]; vel, Senatum populúmque ejus[d], ubi post Urbis cladem superfuerit*.) *in tres partes*] Ut de Jerosolyma factum[f], Ezec. 5. 2, 12[g]. unde hoc sumptum; ex quo loco intelliges Romæ partem tertiam igne exustam, partes alias duas exhaustas atque desertas. Id factum à Totila, qui & tertiam partem mœnium destruxit. Narratur res ipsa, planè ut his verbis conveniat, apud Procopium Gotthicorum 3. & 4[h]. Al. Dicit *in tres partes*, vel, 1. pro ratione trium Principum, quorum Imperio tenetur, nempe *Draconis, Bestiæ*, & *Pseudo-prophetæ*, suprà v. 13[i]. vel, 2. pro numero *spirituum immundorum*, v. 13[k]. vel, 3. ut totalem eversionem exprimat[l]: nam siqua urbs in tres partes dissiliat de ea actum est[m]: & ternarius numerus perfectionem ruinarum denotat[n]: ut prædicatur hîc eversio universi roboris illius statûs quod consistit in unita potentia, consilio, ac operatione, *Draconis, Bestiæ, & Pseudo-prophetæ*, v. 13[o]. ¶ *Et civitates gentium*, &c.] Multæ urbes in Italia & in Provinciis à Gotthis eversæ. Ἐθνῶν dicit, quia ad tempora Honorii plebs plurima & Senatores multi manebant idololatræ, ut dicemus infrà 17. 16[p]. *Gentium*, quæ scil. *urbem sanctam conculcârunt*, cap. 11[q]. h. e. Antichristianarum[r]. Sed sic tautologia esset. Præstat ergò intelligere urbes & regna Barbarorum extra regnum Antichristi, putà Judæorum, Turcarum, Paganorúmque omnium †; vel, Reges Civitatésque omnes eousque cum idolis & Deastris fornicantes, reliquósque Ecclesiam Christi unà oppugnantes tyrannos*. *Gentes* hîc vocat omnes à veritate alienos, confœderatas omnes impiorum Urbes & Provincias, cùm Mahumeticas, tum Pontificias[t]. ¶ *Et*, &c. Καὶ—ἐμνήσθη, &c.] Καὶ hîc est *sic*: & ἐμνήσθη Passivum, ut Act. 10. 31[v]. [Verba sic reddunt:] *Et Babylon illa magna* (i. e. Roma[x], sic dicta cap. 14. 8. & 18. 10[y]. Sumptum hoc ex Dan. 4. v. 30[z].) *venit in memoriam coram Deo*, (Anthropopathia, quia videbatur Deus ejus oblitus fuisse[a]. [q. d.] Deus ostendit illo evento se non oblitum criminum Romæ[b]. Duplex est apud Deum *recordatio* & *visitatio*, 1. gratiosa, ut Gen. 8. 1. & 9. 15, 16. 2. iræ, ut Psal. 137. 7[c]. *Meminisse* Deus *malarum actionum* dicitur, cùm eas ulciscitur, ut Ose. 7. 2. & 8. 13[d].) *ut præberet ei poculum vini fervidi* (Græcè, *fervoris*, Pi. vel, *amari*. ראש enim *fel, amaror*, à LXX vertitur, ut alibi πικρὸν & χολὴ, ità θυμὸς, Deut. 32. 33. Job. 20. 16. Amos. 6. 12. adeò ut tria illa verba ipsis sint Synonyma*. Vel, *venenati*, ut diximus suprà 14. 8, 10[f]. Ut cap. 14. 8. ubi de re meretricia agebatur, θυμὸς significabat φαρμακείαν, sive venenatum aliquod pharmacum, cujus in philtris usus erat; ità hîc, ubi de supplicio agitur, significat amarorem, qui vino immixtus, ex Hebræorum more, supplicio afficiendis propinari solet; ut Matth. 27. 34. ubi est χολὴ, quod hîc θυμὸς[g].) *iræ suæ*, Pi. &c. i. e. Quod venit ab *ira Dei*, ut suprà 14. 10[h]. q. d. poculum non vini quod exprimitur ex botris, sed quod est & nominatur ira Dei[i]. Hoc quid sit, ampliùs explicabitur cap. seq[k].

20. *Et omnis insula fugit*, (i. e. insulani fugerunt[l]. Eversa sunt multa oppida maritima, quæ *insulæ* Hebræis[m]:) *& montes* (qui maximæ sunt & immotissimæ partes terræ. Ergò nihil firmum vel quietum erit[n]. Al. Intelligit arces in mediis terris. Arcibus enim dari *montium* nomen diximus suprà 8. 8. Et elegans est allegoria, quia per terræ-motus transmoveri solere & *montes* & *insulas* diximus suprà 6. 14[o].) *non sunt inventi*] id est, Non exstiterunt ampliùs[p], vel disparuerunt[q]. Nota progressum, *Insulæ & montes* moventur tantùm locis suis, cap. 6. 14. hîc autem evanescunt[r].

21. *Et*, &c. Καὶ χάλαζα——ὡς ταλαντιαία, &c.] *Et grando magna* (Pœnam notat intolerabilem †, atque æternam[t]; vel, ingens obdurationis judicium in idololatras, suprà 8. 7. & 11. 19. Nec malè servavit τὸ πρέπον comparationis. Nam & grandinem ingentium saxorum magnitudine interdum cecidisse narrant complurium regionum ac temporum historiæ. Est autem hîc applicatio Allegoricæ [legendum videtur, *Allegorica*] historiæ quæ in Exod. 9. 24[v].) *sicut talentaria* (vel, *ad talenti magnitudinem*, Ca. sic Er. vel, *quasi talenti pondo*, Be. sic Cot. i. e. pendens libras circiter 60. Talentum enim omne 60 minarum fuit: Mina verò libra est[x]. Duplex erat talentum, numarium & ponderale, utrumque 60 minarum,

o Par. sim. Dur. p Par. q Par. Clu. r Clu. * Gag. ‖ Mc. † Dur. t Med. 531. v Dur. x Med. y Dur. z For. a Be. b G. c Ham. d Pe. * Ham. f G. g For. sim. Par. h Cot. i For. k Grav. l G. sim. Dur. m G. n Dur. o Clu. p G. † Mc. Rib. ex Areth. q Cot. r Par. † E. t Dur. v Cot. Pi. Par. Clu. Dur. Ham. x Rib. † c G. y G. z Rib. a Q. in Par. b Par. sim. Tri. c Bri. sim. Par. d Med. 661. * Med. ib. sim. Par. f Li. chron. 167. g Li. G. h G. i Bri. k Zeg. l Par. sim. Cot. m Cot. n Par. o For. p G. q For. r Q. in Par. † Par. * Med. 661. t Bri. v G. sic Be. x Pi. Par. y Par. z G. a Par. b G. c Clu. d G. * Di. f G. g Di. h G. i Pi. k G. l D. m G. n Clu. o G. p D. q Be. r Cot. † Clu. sim. Cot. Dur. t Dur. v G. x Cot.

rum, id est, 600 drachmarum pondo. De posteriore hîc agitur: Sic ταλαντιαῖοι λίθοι Suidæ sunt *lapides talenti pondo*, & Nonius *balistas talentarias* vocat quæ lapides talenti pondo jaculabantur. Fortassis tamen grando hîc non à pondere sic dicitur, sed à magnitudine, quæ solidum panem æquabat [y]. Talentum *magnum* antiqui dicebant; unde quicquid ingens erat [z], vel grave, à Græcis [a] vocabitur ταλαντιαῖον, vel ταλαντιαῖον [b], ut νοσημάτων ταλαντιαίων apud Alcæum [c].) *descendit de cælo* (immediatè, ut cap. 20.9. conspirantibus cœlo & terra in hoc judicium, ut olim in diluvio [d]:) *in homines*, Mo. Non omnes, sed hostes, & blasphemos, ut docet eventus [*]. ¶ *Et blasphemaverunt Deum*, &c.] Spe impunitatis penitus præcisâ [f]. Loquitur de sceleslis qui adhuc supersunt in terris, non ut Ecclesiæ noceant, sed tantùm ut juga ferant, &c. Non ergò finis hic rerum omnium, quando sententiæ Legis, tanquam justissimæ, reprobi subscribent, Deut. 27. 15, &c [g]. Subscribent quidem quoad internum conscientiæ sensum & convictionem, minimè verò quoad externam linguarum proterviam, quia Deo maledicere nunquam desistent [h]: quæ tamen malitia desperata pœna potiùs est præcedentium peccatorum, quàm pœnam auget, &c [i]. Periphrasis hæc est æternorum cruciatuum [k]. Al. Tanta erat animorum obduratio ut reliquiæ idololatrarum in Imperio Romano magìs magìsque Christianis maledicerent, tanquam ipsorum religio omnium horum malorum causa esset. Hic fuit ultimus singultus moribundæ Idololatriæ. Intelligendi autem hîc præcipuè Senatores Romani qui per Italiam sparsi, alii hîc, alii illic, à Gotthis sunt interfecti [l]. Sequitur hîc ultima Prophetia explicatoria, quæ velut clavis est ad aperienda præced. mysteria [a]. Fusior hîc est explicatio trium ultimarum Phialarum, quippe quæ sunt maximi momenti. De quinta agitur hoc cap. & seq. & cap. 19. usque ad v. 10. de sexta in reliqua parte cap. 19. de septima in cap. 20. & 21. & 22. usque ad v. 6 [b]. Describit hîc objectum hujus judicii Dei, nempe, Meretricem & Bestiam; cujus exitium plenè & patheticè describit cap. 18. idque ex luctu sequacium ejus: id quod demonstrat hoc judicium non esse ultimum, quod est sub 7 Phiala, sed illud sub 5 Phiala. Eventus 6 Phialæ describit cap. 19. & eventus 7 Phialæ, cap. 20, 21, 22 [c].

y Be. z Er. a G. b G. sic Er. c G. d Dur. * Par. f Par. sim. Clu. g Bri. h Par. i Dur. k Par. sim. Dur. Clu. l G. a Dur. b Bri. c Dur.

CAP. XVII.

1. *ET venit*] Alio tempore [d]. ¶ *Unus*, &c.] id est, Vel, 1. quispiam [*]; vel, 2. primus phrasi Hebræâ [f]; vel, 3. quintus [g]; vel, 4. septimus [h], qui Phialâ suâ concitato terræ-motu Babyloni ruinam attulit [i]; [qui] ea quæ de Romæ ruina breviter dixerat clariùs fusiùsq; explicaturus est. Ideo hoc caput & sequentia puto in paucorum fuisse manibus; & indè factum ut Apocalypsis minùs nota esset vulgo. ¶ *Locutus est mecum*] Ut amicus cum amico. ¶ *Veni*, Δεῦρο] Idem quod ὕπαγε suprà 10. 8 [k]. *Adesdum*, G. Cot. *Huc ades*, Pi. *Huc*, sub. ἔρχε, *veni*, quæ Ellipsis frequens Græcis. Ei quasi erranti rectam investigandi viam monstrat [l]. *Heus tu*, Be. Par. P. Amica compellatio est [m]. ¶ *Ostendam*, &c. Δείξω σοι τὸ κρίμα τῆς πόρνης τῆς, &c.] *Ostendam tibi* (q. d. Non verbis exponam, sed coràm monstrabo, & ducam te in rem præsentem [n]. *Ostendam tibi* & Bestia illa maris unde regatur, & quæ sit illa Babylon de qua dixi, & quibus modis Deus sua in eam *Judicia* sit exerciturus [o].) *damnationem* (i. e. perditionem, tum temporalem, tum æternam [p]: Græcè *judicium* [q]. Sed κρίμα hîc pro κατάκριμα [r]. Vel, *culpam*, sive *crimen*, sive *scelus*. Significat enim κρίμα aliquando peccatum quo contrahitur reatus, ut sumi vult Camero, Rom. 5. 16. & 1 Tim. 5. 12. Quibus locis addo 1 Cor. 11. 29, 34. Annon & 1 Tim. 3. 6. κρίμα Diaboli? Hujus enim crimen erat Superbia. Et Heb. משפט ut *pœnam*, ità & *culpam* significat, Ezec. 7. 23. & *scelus meretricis*, dicit pro *sceleratam meretricem*, per Hebraismum. Sic & Plautus loquitur, *scelus pueri*, & *scelus viri*, pro *puero* & *viro scelesto*. Et Junius hîc vertit, *damnandam meretricem*.

d G. * Me. sic Par. f Me. sim. Clu. Par. g Bri. h Par. G. i Par. k G. l Bri. m Par. n Idem. o G. p Par. q Pi. r Par.

Quid si sensus sit, *Meretricem illam, quam suprà audîsti damnationis ream*, cap. 14. 8. imò *in quam damnationis sententiam executioni datam vidisti*, cap. præcedente †? Al. Κρίμα Aretas vertit *actionem* & *administrationem*; Graserus, *habitum* seu *formam*, ut 2 Reg. 1. 7. Nam משפט (quod LXX vertunt κρίμα) significat etiam *ritum*, *consuetudinem*, *statum*, *conditionem*, ut 2 Reg. 11. 14. & 17. 26, &c. 2 Chron. 30. 16. Hîc tamen *damnationem* vertas, quia hujus pœna & judicium hoc cap. & seq. declaratur [t].) *meretricis* (vel, *meretricis illius*, Be. Pi. Duplici utitur articulo, ut de ea loquatur tanquam nota & antè memorata [v], quam *Sodomam* & *Ægyptum* vocavit cap. 11. & mox Babylonem [x]. Non est hæc aliqua nova recensque Meretrix, sed antiqua prostibula, penè jam exoleta [y]. Πόρνη est eadem quæ antè *Babylon*, ut apparet infrà 3. 4, 5. Romana Dominatio Mulieris specie describitur, sicut Babylonica, Esa. 47. 1. πόρνη autem ob multiplicem idololatriam. Vide Esa. 1. 21. Mich. 1. 7. Nah. 3. 4. & quæ suprà 14. 4 [z]. Eadem hîc *Meretrix*, quæ *Mulier* v. 4. ut apparet ex v. 5. Utraque autem urbem aliquam, vel Statum, designat v. 18. Significat eam, 1. Deo nuptam fuisse; 2. fidem connubialem fregisse & à Deo defecisse, ut Ezec. 16. 38. Vide & Hos. 4. 12, 13 [a]. Jerosolyma *facta* legitur *meretrix*, Jes. 1. 21. quando puro Dei cultu abjecto superstitionibus & idololatriâ se polluit. Sic Ecclesia Romana, &c [b].) *magnæ* (Sic dicitur, vel, ob amplitudinem dominii ejus [c]: vel, ob scortationum & frequentiam & summum gradum, quòd & Regibus & aliis omnibus publicè prostabat [d], & insatiabilis erat, &c [*]. vel, per allusionem ad Babylonis amplitudinem [f].) *sedentis* (i. e. dominantis [g]:) *super aquas multas*, Mo. i. e. populos, ut explicatur infrà v. 15 [h]. quia imperat & Mari & fluminibus, i. e. Populo qui Romæ est, & qui in aliis urbibus. Vide infrà 15. suprà 16. 3, 4. Sunt autem verba sumpta de Jer. 51. 13 [i]. Alludit ad situm Babylonis, quæ super aquas fundata erat, quam & Euphrates mediam interluit, & cujus regio universa irrigua erat, & perpetuis alveis passim dissecta, ut notat Herodotus [k].

2. *Cum qua fornicati sunt* (spiritualiter [l], per errores, superstitiones [m], & idololatriam [n], idola ejus colendo [o].) *reges terræ*] Secuti ejus auctoritatem & exemplum, ut suprà 12. 3. & 13. 14. Imò & ipsam adorârunt. Quod ipsum etiam his verbis intelligi potest, ut videre est Jer. 3. 9. Ezec. 16. 17. & 23. 37 [p]. Sensus, q. d. Cujus illecebris inducti Reges Romani Imperii (quod οἰκουμένη, *terra habitabilis*, dicitur Luc. 2.) in doctrinas ritúsque idololatricos. Alluditur forsan ad *Decem* illos *Reges*, v. 13 [q]. ¶ *Et inebriati sunt* (i. e. dementati sunt [r]; vel, inflammati insano zeli æstu †:) *qui inhabitant terram* (q. d. non magnates tantùm, sed etiam infimæ notæ homines [t]: erat ergò communis lupa [v]; vel, homines terreni [x]; vel, populus Imperii [y]. Vide ad cap. 14. 8. Ibi τὰ ἔθνη pro hoc τὴν γῆν, sign. totum complexum quantus quantus erat Imperii Romani. Vide & infrà 18. 3. Sumptum de Jer. 51. 7. ubi de Babylone agitur [z].) *vino prostitutionis* (vel, *scortationis*, Be. Pi. &c.) *ejus*] id est, Vino illo quo eos ad scortandum secum alliciebat [a], h. e. suis illecebris ac dolis [b]. Vinum hoc sunt opes, honores, voluptates à Romanis consequendæ [c], splendor superstitionum, magnificentia sedis Apostolicæ, & larva Catholicæ religionis [d]; antiquitas, amplitudo, sanctitas & temporalis felicitas [*], promissa, minæ, & falsa miracula [f]: quibus, velut Circes poculo, dementati sine mente pro suis idolis pugnant [g], & Evangelium furenter persequuntur [h]; tandémque planè stupidi facti omnem recti judicii usum penitus amittunt [i], omnéque obsequium Bestiæ ultrò deferunt, ejúsque favorem omni adulatione sectantur [k].

3. *Et abstulit me* (Angelus scilicet [l], ex littore maris, ubi antea steti, cap. 12. 19 [m].) *in spiritu* (id est, Visione imaginariâ [n]; in Visione mentis meæ, corpore interim manente in loco suo [o]. Hinc sequitur, non continuam fuisse Visionum exstasin [p]. De voce ἐν πνεύματι vide suprà 1. 10 [q]. Forsan & spiritu & corpore raptus fuit, ut Elias, Elisæus, &c [r]. Anima ejus non usa erat organis corporeis, sed immediatè & sublimiori modo visa recipit. Innuit, spiritualem animæ indolem aptissimam esse ad discernendum quid rectum pravúmve sit, & ad perci-

† Med. 1115. t Clu. v Clu. sim. Par. x Clu. ex Bri. sim. Dur. y Bri. z G. a Dur. b Par. c Dur. d Idem. * Par. f Cot. g Clu. sim. Par. Cot. Dur. h Clu. sim. Pi. Dur. i G. k Cot. l T. Clu. m Dur. sim. Clu. n Pi. sim. Par. Dur. o T. sim. Me. p G. q Mor. 632. r For. sim. Clu. † Mor. t Dur. v For. x Par. y Mor. z G. a Me. b For. c T. Me. d Par. Grav. * Grav. f Dur. g Grav. h Grav. sim. Par. Mor. Dur. i For. k Clu. l Cot. m Clu. n Me. o Pi. sim. Par. Dur. p Par. q G. r Clu.

percipiendum Visiones Dei [†].) *in desertum*] At mulier hæc non in deserto habitat sed in palatio [t]. Cur ergò eam in Deserto videt [v]? Resp. 1. Ut intelligeret talem fore populosæ illius Urbis exitum [x], eam scil. brevi excidendam & in desertum redigendam [y]. Vide de Babylone Jer. 50. 13. & 51. 62 [z]. 2. Quadrat hoc cum Bestia, sive Antichristo & suis, qui ità exaruerunt, ut nulla veritatis, aut vivificæ Dei gratiæ, gutta apud ipsos habitet [a]. 3. Quia solitudo est contemplationibus aptissima [b]. Animus [à rebus sensibilibus] abstractus & in se retractus optimè discernit quid rectum sit, & quid pravum [c]. 4. Desertum significat Gentilismum, quem Antichristus in Ecclesiam invexit, ideo *Gentium* nomine significatus, cap. 11. 1 [d]. Non displicet. Malim tamen altius mysterium subesse. Suprà cap. 12. mulier casta, mater Ecclesia, fugerat in desertum [*], ubi nutrita est [x]: ibi succedentem illi videt meretricem, sive Ecclesiam adulterinam [y]. Hæc est Romana successio. Ecclesiæ sanctæ Romæ successit Apostatica. Roma & Papatus desertum est, non Politicum, sed Spirituale, in quo vera Ecclesia ex hominum conspectu evanuit, &c [z]. ¶ *Mulierem sedentem super Bestiam*] id est, Conscendentem, agitantem, regentémque, Bestiam. Visio monstrosa. Mulier, timidior sexus, à tam immani bellua non abhorret, non refugit [a]. *Bestia* cum *Muliere* ὑφισάμενον unum faciunt, ut in Sigillis, equi cum sessoribus. Idem ergò Antichristus per *Mulierem* & per *Bestiam* spectandus producitur [b]. Magna est propinquitas inter *Mulierem* sive *Meretricem*, & *Bestiam*. Utrique idem est tempus, idem color, idem dominium, eædem blasphemiæ & scortationes. *Mulier Bestiæ insidere* dicitur, vel, quia hæc illam sustentat; vel, quia hæc illius præcipua sedes est [c]. *Mulier Bestiæ insidens* est, vel, 1. Roma Regno seu Imperio Romano imperans. Sic *equitare* sumitur Deut. 32. 13. Psal. 45. 5. Esa. 58. 14. Scil. *Equo vehi* Symbolum est Potestatis [d]. Vel, 2. Romana Dominatio, Idololatriam regens & quà vellet agitans. Erat enim decretum vetus, nè quis Deus esset, nisi à Senatu probatus, teste Tertul [*]. Vel, 3. Potestas Imperialis Romæ Ethnicæ insidens Imperatori: quem ob crudelitatem, turpitudinem, &c. *Bestiam* dici non mirum est, cùm Julianus ipse in Satyra sua adversùs Cæsares, Caligulam, Vindicem, &c. *Bestias* vocat, & Domitianum, *Siculam Bestiam*, & mox *sanguinolentam Bestiam*. Videri quidem posset *Bestiam* hîc esse Idololatriam, ex collat. cap. 13. 1. Sed notandum, plures in his Visis *Bestias* memorari, nec omnes idem significare, sed res diversissimas, ut liquet: hîc Imperatorem esse ostendit color coccineus, qui est color paludamenti Imperialis [f]. In cap. 13. duplex est *Bestia*: prima ex mari orto, v. 1. quæ est Imperium Romanum: secunda ex terra, v. 11. quæ est Pontifex Romanus. Quæ distinctio in hoc cap. 17. diligenter observanda est: prima Bestia intelligitur hoc versu & 7. ut apparet ex 7 capitibus & 10 cornibus: secunda (quæ est ultimum caput prioris, & resuscitavit imaginem prioris, h. e. Imperii:) v. 8. & 11. *Pseudopropheta*, quæ secundæ *Bestiæ* ministrat, est Clerus Romanus: *Mulier* autem primæ insidens est Urbs Romana [g]. Al. *Bestia* hæc non est illa cap. 13. 1 [h]. Sed nova, sicut & *Mulier*, quia sine articulo ponuntur [i]. Sed non opus erat hîc poni articulum, quia & ἡ πόρνη dicitur v. 1. & articuli [τὸ] ante θηρίον omissi vicem supplet Relativum ὁ εἶδες. Et falsa est illa regula de Articulis. Nam & de Agno & Dracone priùs visis dicitur ἀρνίον & δράκων, cap. 13. & 14. & de meretrice nondum visa, τῆς πόρνης τῆς μεγάλης [k]. Quòd verò eadem sit hæc *Bestia*, quæ cap. 11. 7. & 13. 1. docet identitas, tum, ascensûs ex abysso; tum, capitum cornuúmque; tum, blasphemiarum & venerationis atque cultorum [l]. Huic tamen *Bestiæ* peculiare est hoc loco, quòd meretricem sibi habet insidentem: neque id frustrà; quia initio non adeò conspicuum fuit Romanæ Ecclesiæ dominium, nec tam aperta scortatio quàm postea [m]. *Bestia* duo momenta habet: in primo momento venit sub forma *Bestiæ primæ*, in secundo, nomine *Bestiæ secundæ*, quæ Antichristus est, & de qua hîc agi constat, quia hæc *nondum potestatem acceperat*, ut constat ex v. 12. At Bestia prima erat cùm data fuit Apocalypsis [n]. *Bestia* tripliciter considerari potest, 1. complexim cum 7 capitibus: sic unica tantùm est *Bestia* sub

† Dur. [t] Par. [v] Clu. [x] G. [y] T. sim. Me. [z] G. [a] Cor. [b] Clu. [c] Dur. [d] Q. in Par. [*] Par. [x] Clu. [y] Par. sim. Clu. [z] Par. [a] Par. [b] Cor. [c] Dur. [d] Med. 1115. [*] G. [f] Ham. [g] Uff. p. 13. [h] Me. [i] Rib. [k] Par. [l] Par. sic Clu. [m] Clu. [n] Cor.

omnibus regiminum formis, & Imperium Romanum indefinitè designat; 2. ut corpus, sive *Bestia*, sine relatione ad quodvis caput; quomodo significat Dominia sive Regiones, quæ Imperium constituunt sub quavis forma Regiminis; & hîc exprimitur per *aquas*, v. 1. h. e. *populos*, &c. v. 15. quibus *mulier* vel *meretrix* insidet. Pariter capita considerari possunt ut à Bestia distincta, sic autem sunt formæ regiminum quæ successivè regunt illam Bestiam & civitatem. 3. Ut subest ultimo capiti, Papæ, atque ità repræsentat urbem sedémque Romanam, quam Bestia regit. Et Bestia hîc consideratur sub hoc ultimo statu; ut apparet, quia Bestia hæc est quæ adhuc futura erat & *ascensura*, v. 8. & cui *Reges potestatem darent*, quam & *cum illa acciperent*, v. 12, 13. & quia sub hoc tantùm statu urbs *meretrix* facta est [o]. [Sed nondum defuncti sumus. Quærendum enim hîc, quænam sit hæc *Mulier*, vel, quod idem est, quænam hæc *Babylon*, ut exponitur v. 5. Quæ quæstio eò majori studio discutienda est, quia in ea salutis nostræ cardo vertitur, cùm è Babylone sub pœna perditionis exire jubeamur, c. 18. & constat cultores Babylonis sive Bestiæ Apocalypticæ, quæcunque illa sit, pro reprobis haberi & æternis flammis addici; ut disertè habetur cap. 13. 8. & 14. 9, 10. Rem ergò in timore Dei, & ut decet vitæ æternæ studiosos, sepositis omnibus præjudiciis & partium studiis, pensitemus. Hoc autem quanquam ad v. 5. rejiciendum videri possit, hîc tamen tractare malim, quia de subjecto inprimis constare debet, ut percipiamus attributa quæ illi adscribuntur hîc & v. seq.] Qu. Quidnam aut quænam est *Babylon* Apocalyptica? Resp. 1. Mundus, vel *civitas*, sive cœtus omnium impiorum, in quo Diabolus dominatur [p]. Sed hoc nimis generale est [q]. Ei multa obstant [r]: 1. quòd Johannes de certa urbe loquitur, tunc regnante, v. 18. quam eversam plangent, & cum qua fornicati sunt Reges terræ [†], qui tamen ipsi sunt de cœtu impiorum [t]. 2. Quòd hæc meretrix, quæ inebriat, apertè distinguitur ab iis qui inebriantur, h. e. incolis terræ [v], sive gentibus quas ipsa *potavit vino*, &c. quæ sunt ipsa civitas Diaboli [x]. 3. Quòd hæc insidet 7 montibus [y]. 4. Quòd exire jubemur ex Babylone, cap. 18. 4. non item ex mundo, 1 Cor. 5. 10 [z]. Resp. 2. Est Babylon illa Chaldaica [a]. Cui obstat, 1. vox *Mysterium*, quod ostendit Babylonem hîc non propriè, sed figuratè & mysticè, intelligi [b]. 2. Quòd hæc Babylon, omnium consensu, est sedes Antichristi, qualis illa nec fuit, nec erit [c]. 3. Quòd neque ei, neque Hierosolymæ, quam aliqui hîc intelligunt, conveniunt quæ hîc à Johanne dicuntur, ut videbimus [d]. Resp. 3. Roma [*]; ut asserunt Tertul. contra Marc. l. 3. Hieron. ad Esa. 14. August. De Civit. 18. 2 [f]. Euseb. Hist. 2. 15. Niceph. 2. 15. Bed. Oecum [g]. Ambros. Cæsar. Aret. Vieg. Aquin. Salmer. Perer. Bellarm. &c [h]. Et qui priùs aliter acceperunt veritate convicti sic interpretari coacti sunt. Et huic aptissimè conveniunt omnia quæ de Babylone dicuntur in hoc Libro [i]. Hæc porrò Babylon dicitur quòd ipsi similis est, vel, potentiâ & magnitud.ne; vel, temporibus rebúsque & bonis & malis [k]: vel potiùs, tyrannide [l], & oppressione Ecclesiæ Dei [m]: vel, exitu & ruinâ [n]. Describitur hæc urbs duobus indiciis, situ, v. 9. & dominio v. 18. quibus Roma Apostolorum tempore evidentissimè dignoscebatur [o]. 1. Romæ, & quidem soli, competit quòd *super septem montes* fundata dicitur [p]; quomodo & Roma à Poëtis describitur [q]; ut in Virgil. Æneid. 6. *Septémque una sibi muro circumdabat arces.* Et Ovid. Trist. 1. 4. *Sed quæ de septem totum circumspicis orbem Montibus, imperii Roma, Deûmque locus.* Et Horat. in Carmine seculari, *Dii, quibus septem placuere colles, Dicere carmen* [r]. Et Propert. *Urbs septem alta jugis toti quæ præsidet urbi* [†]. Ubi describi Romam nemo usquam dubitavit [t]. Hinc apud Sibyllam mentio Ῥώμης ἑπταλόφοιο, *Romæ septicollis*, l. 2. initio; & apud Plut. & Varron. dici & Festi *septimontii* dicti ob septimum collem Romæ additum. Testatur Dion. Halicarn. l. 4. *Servium Tullium Regum ultimum septem colles uno muro complexum esse.* Testatur & Plinius 3. 5. Romam etiam suo tempore complexam fuisse montes septem [v]. Hinc & Tertul. in Apolog. c. 35. *Ipsos*, inquit, *Quirites, ipsam vernaculam septem collium plebem, convenio* [x]. Hi porrò montes sunt Palatinus, Quirinalis, Aventinus, Cælius,

[o] Dur. [p] Q. in La. Plerique in Rib. sim. Me. [q] La. [r] Rib. ad Apoc. 14. 8. † La. [t] La. Rib. [v] Par. ad Apoc. 14. 8. [x] Rib. [y] Par. ex Rib. [z] Par. [a] Q. in Par. [b] Rib. [c] Par. [d] La. sim. Par. [*] Rib. La. Par. Dur. [f] G. Ham. [g] La. Rib. [h] Rib. [i] La. [k] Rib. [l] Oros. in Par. [m] Par. [n] Rib. sim. Par. [o] Par. [p] Uff. 3. [q] Rib. La. Par. [r] Q. [†] Rib. Par. [t] Par. Uff. [v] Uff. 4. [x] Down. Rib.

Cœlius, Viminalis, Asquilinus sive Esquilinus, Janicularis vel Capitolinus [y]. 2. Huic egregiè convenit illud v. 18. quòd dicitur *urbs illa magna, quæ Regnum habet* (de præsenti & suo tempore loquitur, ἔχουσα [z].) *super Reges terræ* [b]. *Urbs illa*, q. d. illa quæ omnium ore per Antonomasiam *Urbs* sine addito dicebatur [c], & *urbs magna*, ἡ πόλις ἡ μεγάλη emphaticè cum duplici articulo: *quæ* Johannis tempore *habebat imperium, in reges terræ*: quod sola tunc Roma habuit [d]. De qua Martialis epig. 12. 8. *Terrarum Dea, Gentiumque Roma, Cui par est nihil, & nihil secundum*: quæ Βασιλεύουσα πόλις Græcis vocari solebat, *Rerum caput & Domina* Blondo lib. 1. *Orbis totius regina*, Baptistæ Egnatio: quam Ammianus Marcellinus, 14. 5. dicit *per omnes, quotquot sunt, partes terrarum, ut Dominam suspici & Reginam* [*]. 3. His addi possit quòd Roma *Babylon* vocatur 1 Pet. 5. 13. ut exponunt Euseb. Hieron. Oecum. Bed. &c [f]. [Hactenus ergò convenit inter Interpretes & Romanenses & Reformatos, Romam hìc designari, sed quænam & qualis illa sit, adhuc litigant & in partes eunt. Romam hìc intelligi volunt, vel, 1. veterem Ethnicam; vel, 2. futuram circa finem mundi sub Antichristo; vel, 3. hodiernam & Papanam. De singulis dispiciamus, & maxima videamus singularum sententiarum robora atque firmamenta, quæ hìc sine ullo partium aut personarum respectu ex authoribus meis proferre certum mihi est.] 1. Intelligitur hìc Roma Ethnica sive Pagana [g], Ethnicis Imperatoribus subdita [h], qualis erat cùm Johannes hæc scriberet [i]. [Argumenta hujus sententiæ nulla adhuc reperio in commentatoribus meis; quod non mirum, cùm & Pontificiis, & omnibus ferè Reformatis, displiceat: siqua verò deinceps occurrant, ea exspectet lector suis locis describenda.] Hanc autem sententiam multa refellunt: 1. quòd Romam hìc depingit, non qualis tunc fuit sub sexto Capite, quod erat Imperatorum; sed qualis futura adhuc erat, sub ultimo capite, sive octavo Rege, & qualis postea *ex abysso ascensura* erat, v. 8. & qualis futura erat post desolationem Imperii inter Decem Reges divisi, qui unà *cum Bestia*, id est, Antichristo, *regnum accepturi erant*, v. 8 [k]. 2. Quia quod hìc de Babylonis, tum idololatria, tum persecutione Sanctorum, dicitur, proponitur tanquam *arcanum* vel *mysterium*, v. 5 [l]. summâque admiratione dignum, v. 6. quod si de Roma Ethnica accipias, quid hìc, quæso, erat Propheticum, quid mysticum, quid admiratione tantâ dignum? quid aut Johanni, aut ulli omnino fidelium, ignotum [m]? 3. Quòd desolatio Babylonis quæ hìc prædicitur extrema & finalis est, sempiterna & nunquam reparanda [n], ut fatetur ipse Suarez 5. 7, 11 [o]. & constat ex Apoc. 18. 21, 22, 23. Talis autem desolatio nunquam accidit Romæ Ethnicæ [p]. Postea quidem Roma, Christiana jam facta, à Gothis & Vandalis expugnata & direpta & diruta fuit, sed paulò post instaurata & splendori suo restituta. Hoc vidit Commentator [*Grotium* intelligit,] & magnâ ἀπορίᾳ constrictus, maluit cap. 18. non attingere, & commentationem suam clausit in cap. 17. quia excidii istius complementum non potuit invenire in Roma Ethnica; ipso silentio confessus errorem, & convellens à se posita [q]. Adde quòd hoc excidium Babyloni inferendum erat post populum Dei è Babylone evocatum atque egressum, Apoc. 18. 4, &c. erátque & piis materia gaudii, materia verò luctûs mundanis omnibus, & nominatim Regibus terræ, qui cum ea scortati fuerant, & ei superstites erunt: quæ omnia Gothicæ illi cladi nullo modo conveniunt [r]. 4. Si Roma Ethnica Babylon intelligenda esset, sequeretur, eam post ruinam suam, quæ ipsi contigit in diebus Constantini, jam factam esse *habitationem dæmoniorum*, &c. ut prædictum erat cap. 18. 2. id quod absurdissimum est cogitatu †. 5. Babylon, inter alia, nundinatur animas hominum, cap. 18. 13 [t]. & meretriciis artibus inebriavit omnes gentes regésque terræ, vino scortationis sive idololatriæ suæ: quæ Romæ Ethnicæ minimè congruunt. Vetus enim Roma [v] non illecebris rem gerebat, sed vi apertâ [x]; nec gentibus à se devictis religionem suam imposuit, sed ipsa potiùs ab iis accepit [y], & αὐτονομίαν omnium religionum concessit [z]. [Hæc de prima sententia.] 2. Roma hìc intelligitur, qualis futura est sub finem mundi, tempore Antichristi, sub quo Roma à fide Christi & obedientia Papæ relapsura est ad veterem Ethnicismum [a]: quæ sententia nulli debet incredibilis videri [b]. Idque permittit Deus, ut Urbem ab Ecclesia secernamus, útque Romani (quorum peculiaria vitia erant fastus & protervia:) non suis meritis, sed Christi Petrique gratiæ, tribuant, quòd ipsi sedem Pontificiam & Ecclesiæ metropolin obtineant [c]. [Argumentum hujus sententiæ unicum reperio, quod hìc fideliter subjiciam expressissimis, ut alibi, authoris verbis:] Quoniam dubium non est, & Babylonem omnis idololatriæ & omnium scelerum officinam futuram esse, & Babylonem Romam dici, & hæc illi contingere non posse dum Christiana fuerit, & Pontifici suo paruerit, sub quo ea semper fuit Apostolicæ fidei custos & magistra; necesse est dicere, eam à fide, & ab obedientia Pontificis, eo tempore defecturam esse, &c, ipso cum multitudine sanctorum expulso vel fugato, in scelerum sentinam convertendam esse [d]. [Hanc autem sententiam alii sic oppugnant:] Merum hoc esse subterfugium, indè constat quòd nullum habet in Scriptura, aut Patribus, aut Scholasticis, firmamentum, nulla rationum momenta, nihil denique præter vanissimas conjecturas. Eam ergò non probant Suarez, 5. 7. 10. Alcasar in Prolegom. in Apoc. 17. & 18. Justinianus in 2 Thess. 2. ubi de ea dicit, *Quid hoc est aliud quàm divinare!* & Suarez ait, *non video unde probari possit*. Malvenda autem, qui multùm in hac causa sudavit, eam, ut incredibilem, detestatur [*]. Quæ dicit Rib. in eis petit principium, & multa sumit non nobis solùm dubia, sed & suis incredibilia [f]. [Hæc secunda sententia.] 3. Roma Papalis sive Antichristiana, qualis hodie est [g]. Argumenta sunt; 1. quòd præcedentes duæ sententiæ luculenter refutatæ sunt, & propterea hæc tertia vera est: neque enim quisquam adhuc repertus est qui Romam sub alia (præter istas) notione hìc intelligi somniavit [h]. 2. quòd Antichristus non in Ethnica aliqua civitate sessurus est, sed in templo Dei, 2 Thess. 2. [ubi dicta vide:] h. e. in Ecclesia, ideóque non in Roma Pagana, sive veteri, sive, ut fingunt, futura [i]; sed in Roma se Ecclesiam Dei profitente; ideóque dubitandum non est quin hoc tempore Roma sit mystica Babylon & sedes Antichristi habenda [k]. Quamprimum enim de via tolleretur ὁ κατέχων, h. e. Imperator, [de quo consule Synopsin ad 2 Thess. 2.] in cujus manu erat possessio & regimen urbis Romæ, (cui jamdudum cessisse Imperatorem, & ejus loco successisse Pontificem, vident omnes:) statim patefactus est ὁ ἄνομος, Papa scilicet; & proinde Roma jamdiu fuerat, & adhuc est illa Babylon, à cujus communione nosmet sejungere jubemur [l]. 3. quòd Romæ Papali omnia accuratè quadrant quæ de Babylone & Bestia prædicantur. Hæc *Meretrix* jure dicitur, tum, quia alteri, præter Christum, sponso jungitur; tum, quia Apostasiæ à Christo rea est; tum imprimis, ob fœdissimas scortationes, h. e. superstitiones, crassámque idololatriam, quibus & se & terram conspurcavit [m]. Hæc sedes est Antichristi: hæc animos nundinatur, &c [n]. [Sed de his agendum in sequentibus, ubi hæc Mulier describitur, &c.] Obj. At Roma, quæ nunc est, non in septem montibus sita est, sed in campo Martio; nec Papa sedet in urbe septicolli, sed ultra Tiberim in monte Vaticano [o]. Resp. 1. Si hoc ità sit, perit primatus Papæ; quia tunc neque eadem est Petri & Papæ sedes, nec Papa est successor Petri in sede Apostolica. 2. Septem illi montes ad hunc usque diem urbis mænibus cinguntur. 3. Varia alicujus urbis, in una quidem parte crescentis, in altera verò decrescentis, conditio non impedit, quominùs una sit eadémque urbs habenda. Et quis nescit, aut negat, Romam Pontificis sedem esse [p]. [Hæc de illustri hac quæstione dicta sunto. Pergendum jam in explicatione textûs.] ¶ *Coccineam*] i. e. Coccinatam, coccino instratam: nimirum quia eo colore tingi solebant *Imperatorum* Romanorum *paludamenta*, Plin. 22. 2. Sic dicuntur *picti scuta Labici* [r]. Color hic verè proprius curiæ Romanæ †, quæ eo jamdiu delectata est [t]: quod non temerè factum [v]. Coccineis galeris & paludamentis incedunt Cardinales [x]. Designat quoque hic color Bestiæ & regiam magnificentiam [y], & hypocrisin speciosa enim est in oculis mundi [z]; & sanguinolentiam, quia sanguine Sanctorum madet, &c [a]. ¶ *Plenam* (Quia iniquitatis suæ mensuram

Margin (left column): [y] Rib. Down. [z] Uss. [a] Q. [b] Rib. La. Par. [c] Rib. [d] Par. [*] Down. [f] La. sim. Rib. [g] Q. in Down. sic G. Ham. [h] Q. in Down. [i] Q. in Mol. [k] Down. [l] Down. sim. Uss. [m] Down. [n] Down. sim. Mol. Uss. [o] Down. [p] Down. Uss. [q] Mol. [r] Down. † Uss. 8. [t] Par. Down. [v] Par. [x] Mol. sim. Down. [y] Down. sim. Par. Mol. [z] Par.

Margin (right column): [a] Less. & Vieg. in Down sic Rib. La. [b] Less. in Down. [c] La. [d] Rib. ad cap 14. 8. p. 286. [*] Down. [f] Par. [g] Par sic Down. Dur. &c. [h] Q. [i] Down. [k] Down. sim. Uss. 11. [l] Uss. 10. [m] Down. [n] Par. [o] Q. in Down. [p] Down. [q] G. sim. Ham. G. † Par. [r] Par. sim. Be. Clu. [v] Be. [x] Par. sim. Clu. [y] Par. sim. Dur. [z] Par. [a] Clu. sim. Be. Par. Dur.

suram adimplevit [b]:) *nominibus* (i. e. vel personis, ut suprà 3. 4. vel dogmatibus [c]:) *blasphemiæ*] Vel, *blasphemis*, V. Par. vide suprà 13. 1, 5 [d]. ubi explicatur, quænam sunt hæ blasphemiæ, nempe *in Deum, in Tabernaculum Dei*, h. e. Ecclesiam, *in cœlites**. [De quibus vide ibi dicta.] Plena diis, qui ità dicebantur in veri Dei injuriam: ὀνόματα βλασφημίας hîc sunt οἱ λεγόμενοι θεοὶ, 1. Cor. 8. 5 [f]. Huc refer quòd Roma *Urbs Æterna* diceretur [g]; & quòd Cæsar Dictator jactabat, *Decem legiones habere Romanum populum quæ etiam cœlum diruere possint* [h]; & quòd Domitianus se *Dominum Deum* dixit, & Deo vero se opposuit, & in illius contemptum idola erexit: quod verissima est blasphemia [i]. *Blasphemiam* hîc appellat quodvis mendacium [k], superstitiones, idololatrias [l]; sed potissimùm voces quibus sacra Dei Majestas læditur [m], superbissimos titulos, quos arrogat Bestia [n]. Hæc pleno ore eructat blasphemias [o]: quales sunt, quòd *Papa nec Deus est nec homo; sed neuter & inter utrumque*, Gloss. in Præfat. Clem. quòd sibi *datam* dicit *omnem potestatem in cœlo & terra*, lib. ceremon. Rom. 1. 7. quòd est *caput & sponsus & fundamentum Ecclesiæ*, &c. Bel. De Pont. 2. 31. *Supra Cœlorum & Terræ potestates evectus*, Conc. Lateran. sess. 9. & 10. quòd ἀνεκκλήτος est, *à nemine judicari potest*; quòd *errare non potest*; quòd decreta ejus sunt Oracula & Scripturæ Canonicæ, &c [p]. [Plura vide ad 2 Thess. 2.]

¶ *Habentem capita septem*, (Quæ duplicem habent significationem, & [septem] *Imperatorum*, quos ex numis Johannes noverat; eorum autem facies erant in his septem capitibus & *septem montium* sive *collium*, in quibus sitam Romam nemo ignorabat [q].) *& cornua decem*] Quæ in hac Visione significant *decem Reges* [r], qui tempore Johannis nondum erant in fide & reverentia Imperii Romani. Manifestum id fit infrà v. 12. & seq †. Hæc Bestiæ primæ aptantur Apoc. 13. hîc autem Bestiæ secundæ; in hac enim prima vivit atque existit [t].

4. *Et mulier* (Nota κοινωνίαν κὰ τὸ πρέπον. Eadem enim Bestiæ & Mulieri conveniunt, cùm ὑφιστάμενον unum sit, sed vestes mulieri sedent, cornua Bestiæ [v].) *erat circumdata* (vel, *amicta*, Be. Pi.) *purpurâ & coccino*, (vel, *cocco*, Be. q. d. ornatu regio, quippe non ex vulgo Meretrix [x], sed *Regina* [y], ut se vocat cap. 18. 7 [z]. i. e. Urbs Imperatrix. *Purpura* apud Orientales & Romanos insigne fuit Imperatorum & Regum, &c. Vide Esth. 8. 15. Dan. 5. 29. 1 Macc. 8. 14. 2 Macc. 4. 38. & Jo. Antiq. 10. 12 [a]. *Coccum* granum est, *purpura* sanies piscis [b]. *Coccinum* belli gestamen Romanum, *purpura* pacis, tum in tota toga Imperatorum, tum in lato clavo Senatorum. In MS. est πορφυροῦν, nempe ἱμάτιον. Et nota, Meretricem sumpsisse sibi ornatum Tabernaculi Divini. Nam Exod. 25. 4. est ארגמן ותולעת שני, in Græco, πορφύραν, κόκκινον διπλοῦν [c].) *& inaurata auro*, &c.] Non bracteis, sed limbis, aureis prætextæ erant illius vestes [d]. Opes simul & luxum designat *. Neque dubito quin imagines Urbis Romæ in templis cum tali ornatu fuerint. Mulierum cultus *in auro, argento, & gemmis & vestibus*, deputatur apud Tertul. Par ornatus Regis Tyri Ezec. 28. κεχρυσωμένη מרהבה de Babylone, Esa. 14. 4. Sed est hîc Syllepsis. Nam κεχρυσωμένη de *auro* propriè dicitur, de *lapidibus* & *gemmis* impropriè. Λίθος τίμιος aut πολυτελὴς, אבן יקרה 2 Sam. 12. 30. 1 Reg. 5. 17. & 7. 9, 10, &c [f]. Species hæc est planè meretricia, insolens & fastuosa, &c [g]. ¶ *Habens poculum aureum* (quo notatur majestas & splendor imperii, opum, deliciarum, &c. quibus pellicit amasios [h]. Alludit ad morem meretricum, quæ in calice aureo philtra amasiis suis propinare solebant [i]. Pocula sunt libidinis incentiva [k]. Divitias hîc notat, ut & Jer. 51. 7 [l].) *in manu sua plenum abbominationum*, (i. e. abhominabilibus superstitionibus [m], & idololatriâ [n], quam Deus odit [o]. Βδελύγματα in Viso quidem intelligendo *humor fœtens*; in re verò dii falsi, quos Græci vocant βδελύγματα, ubi in Hebræo אלילים, ut Esa. 2. 8, 20. אלוהים addito Gentium vocabulo, ut 1 Reg. 11. 5, 33. גלולים, 1 Reg. 21. 26. Ezec. 30. 13. חמנים Esa. 17. 8. plurimis verò in locis שקצים & תועבות. Hi sunt

——*quos Roma recepit Aut dedit ipsa deos* [p].) *& immunditiâ fornicationis ejus*] Vel, *immundâ libidine suâ*, V. Alludit ad philtra, quæ fiunt ex rebus immundis & abhominabilibus [q], ut ex cineribus ranarum, bufonum, serpentum, &c [r]. MS. habet, κὰ τὰ ἀκάθαρτα, &c. Quod si sequimur, illud κὰ [est] ἐξηγητικὸν, ad explicandum quid sit *poculum abbominationum, nempe impuritates scortationis*, i. e. idololatriæ, *ipsius*, quas Meretrix aliis propinat. At alii Codices habent ἀκαθαρότητος, &c †.

5. *Et in fronte ejus* (Ut meretrices publicæ & famosæ nomen suum & elogium scriptum habebant [t], tum, 1. in foribus cellæ, seu lupanaris [v], testibus Tertul. De Pud.——*sub ipsis libidinum januis & titulis*, & Senec. Controv. 2. 1. *Meretrix*, ait, *vocata es, in communi loco stetisti, superpositus est cellæ tuæ titulus*, & Mart. Epig. 2. 46 [x]. tum, 2. in fronte [y], teste Senecâ ibid. *Nomen*, inquit, *tuum pependit in fronte, pretia stupri accepisti*, &c. Quò & Juvenalis forsan respexit Sat. 6. de Messalina,——*nuda papillis Constitit auratis titulum mentita Lyciscæ*. Potest utrumque de Babylone accipi, quæ, propter figuræ ingenium, & Meretricem, & locum seu fornicem in quo prostat, comprehendit [z]. Debebat & ipsa [Babylon] apparere cum *nomine in fronte*, quia aliis causa erat ut frontem nominibus inscriberent [a]. Duo notat in Ecclesia Antichristiana, 1. manifestum ipsius reatum [b]. 2. Insignem impudentiam [c]: quâ turpitudinem suam ostentat, &, ut propudium publicum, ipso intuitu ad scortandum obvios quosvis illicit [d].) *nomen scriptum*] Non à seipsa, quæ certè nunquam se talem profitebitur, sed à Deo, ut quod præ se fert Antichristus intelligamus *. ¶ *Mysterium*] רזו, i. e. quod nomen non est quale vulgò vocatur, sed αἰνιγματικόν. Vocatur μυστήριον & *id quo latenter significatur aliquid*, & *id quod significatur*, ut suprà 1. 20. & infrà v. 7. Sed ea acceptio est μετωνυμικὴ, [ea] quàm hîc habemus magis propria [f]. Significat, nomen Babylonis, quod sequitur, mysticè, non propriè, intelligendum [g], ut suprà dicebatur *Sodoma, Ægyptus, Jerosolyma*, πνευματικῶς [h]. Jungendum est hoc cum præcedentibus [i], quasi appositivè, *nomen scriptum, mysterium*, i.e. habens mysterium, seu mysticum [k]; vel, *quod est mysterium* [l]. Μυστήριον non est nomen mulieris [m], sive urbis [n]; sed quasi per parenthesin interjicitur ut attentionem nostram excitet [o]: [estque] Appositio denotans nomen illud esse figuratum [p], & verba ibi scripta, scilicet *Babylon magna*, continere mysterium [q]. Aliis *mysterium* est pars nominis [r]. Sed res eodem recidit, nimirum mysterium inesse huic mulieri, aut munus ejus esse mysticum, quomodo *mysterium iniquitatis* occurrit 2 Thess. 2. 7. Errant ergò qui crassissimam Antichristo idololatriam tribuunt †. Quin obducet ille sibi larvam pietatis, per quam Christianis imponat. Quod autem hîc in typo spiritualiter monstratur, id Deus in typo visibili corporeis oculis ad majorem fidem monstrari voluit [t]. Ut enim summus olim Pontifex in frontali inscriptum habebat, *Sanctitas Jehovæ* [v]; ità Romanus Pontifex, in sua tiara, hoc ipsum nomen inscriptum habuit, *Mysterium*, quod αὐτόπται ipsi testati sunt [x]: & cùm id Jacobus Rex objiceret, Lessius negare non potuit, sed ait, *frustrà in mysterio quæri mysterium* [y]. Postea verò, tiarâ à Julio refectâ, ejus loco inscriptum fuit, *Julius Pont. Max* [z]. Al. Μυστήριον ut sign. *arcanum*, ità interdum verbum est obscœnum, significans nuditatem mulieris. Inter Gentiles notat arcanos ipsorum cultus idololatricos, τελετὰς κὰ ἐποπτείας, qui plerumque impuri erant & abhominandi, ut Eleusinia sacra [a].

¶ *Babylon magna*] Sic & 16. 19. ubi dicta vide [b]. Roma sic dicitur, quia Babyloni similis, potentiâ, superbiâ, tyrannide, scortatione, magisterio, idololatriâ, &c [c]. & quòd receptaculum est & confusio omnium ut nationum, ità idolorum & vitiorum [d]. ¶ *Mater Fornicationum* (τῶν πορνειῶν legunt Arethas & Latinus *. Alii verò legunt πόρνων [f], h.e. *catamitorum* [g], vel πορνῶν, i.e. *meretricantium civitatum* [h]:) *& abbominationum terræ*] h. e. Incolarum terræ [i]; tum quia latissimè propagavit idololatriam suam, tum quia & novos deos dederat, & ipsa inter deos erat [k]. Bene autem *mater* dicitur [l], quia est exemplar [m], fons & origo, omnium fornicationum [n], idololatriæ, superstitionum, & scelerum [o], quæ ipsa seminavit, edidit, eduxit, propagavit [p], & ad quæ multos filios gignit & parit [q], ipsius hæredes, sectatores, & æmulos [r]. Jactat se Roma *Matrem, Magistram, Exemplar*, aliarum Ecclesiarum †. *Mater*, inquit, est, non credentium,

Gal.

[Marginalia, left:] b Clu. c Par. d Clu. G. Par. * Par. f G. g G. ad. v. 18. ex Hi. h G. ib. i Ham. k Cot. l Dur. m Cot. n Dur. o Par. p Cot. q G. r G. sic Par. &c. † G. t Cot. v Cot. x Med. 1115. y Med. Clu. z Clu. a Med ib. b Cot. c G. d Cot. * G. sim. Cot. f G. g Clu. h T. sim. Me. i Med. 654. sim. Me. k Par. l G. m Pi. n Cot. s.c Par. o Par. p G.

[Marginalia, right:] q T. Me. r T. † G. t T. sic Med 654. Me. v T. sic Med. x Med. y Med. sic T. Clu. z Med. ib. a G. b Dur. c Dur. Par. d Par. * Cot. f G. g Pi. sim. Dur. Par. ex Aud. E. Bri. Gag. Me. h Par. i Bri. k Par. l Bri. m Gag Me. n G. o Me. sim. Gag. p G. q E. sim. Gag. r Q. in Bri. sim. Clu. † Clu. t Cot. v Down. x Down. sim. Scal. y Down. z Scal. a Ham. b G. c Clu. d T. * G. sim. D f D. ex Scal. g Clu. h Pi. i G. k Gag. l Clu. m Gag. n Me. o Par. p Gag. q Par. r Down.

Gal. 4. 26. sed scortationum [t]; Metropolis Meretricularum, i. e. caput Christiani nominis Urbium cum ipsa spiritualiter fornicantium; Metropolis mœchationis spiritualis, h. e. magnæ illius & catholicæ Ἀποστασίας visibilis Ecclesiæ Christianæ [v]. Notandum autem *Babylonem* hîc non dici *Mendacem*, nec *Tyrannum*, nec *Hæreticum*, nec *Homicidam* [x], quanquam & istis nominibus rea sit [y]; sed *Meretricem*, & *Matrem scortationum*, ut significetur, Essentiam, & quasi Animam, magnæ illius Apostasiæ prædictæ 2 Thess. 2. in idololatria consistere, & hâc velut Cynosurâ Apostasiam illam investigandam esse [z].

6. *Vidi —ebriam*, &c.] i. e. Plenam [a]. Significat autem præterea eam sitire sanguinem, eúmque cum delectatione fundere [b]. Vidi eam ore rabido, despumante & evomente sanguinem, ut ebrii solent [c]. Romæ innumerabiles Christi martyres occisi sunt [d], per Neronem, Domitianum, &c [*]. Sed quid veteri Romæ cum mysterio, aut mystico hoc nomine? Et hoc antè refutatum est. Nota est Romæ Papalis crudelitas [f], quæ de hæreticorum occidione lætari & gloriari solet, &c [g]. Persecutiones Antichristi tam atroces fuerunt ut plures Christiani per illas è medio sublati fuerint quàm per omnes ferè illas Decem Romæ Ethnicæ persecutiones [h]. *Uno prælio*, inquit Bellarm. *cæsa sunt centum millia Albigensium*, &c [i]. Fatetur Sanderus, De visibili Monarch. 8. 34. infinitos Lolhardos & Sacramentarios in Europa nuper igni traditos fuisse [k]. *Sanctos* hîc vocat Christianos quosvis; μάρτυρας, Doctores qui eximiè supra alios testimonium Christo præbebant [l]. ¶ *Et miratus sum*, &c.] Admiratione non venerationis, ut cap. 13. 3. sed humani stuporis [m]. Hanc mulierem in illo Viso cap. 13. non conspexerat. *Miratus sum* feminam tam speciosam, tam ornatam, ità temulentam agere & cruentari [n]. Nihil autem miratus hîc esset de veteri Roma, quam ipse sanguine ebriam vidisset; sed hoc meritò miratur, adeò degeneraturam Ecclesiam, ut ipsa sanctorum sanguinem funderet, &c [o]. Omnia certè hîc erant portentosa & stupenda, ornatus & luxus meretricius, titulus frontis, temulentia cruenta, equitatio in bestia truculentissima [p].

7. *Quare miraris?*] Eum ab evanido hoc stupore avocat [q]. Sanctorum non est Bestiam in admiratione habere [r]. Verùm non est hoc increpantis, sed deferentis revelandi studium [†]. Ubi rem intelliges, non miraberis hoc Visum [t]. ¶ *Ego dicam tibi*, &c.] Illud hîc singulare est, nec levi animadversione prætereundum, Hanc Visionem ab Angelo, præter morem suum, reseratam esse, utpote præcipuam omnium Visionum; ut cætera quoque mysteria Apocalyptica, hactenus quidem clausa, sed ex illa mirabili artificio pendentia, panderentur [v]. ¶ *Mulieris* (scilicet Romæ [x]:) *& bestiæ*, &c.] Dicit τῶ θηρίω, quia suprà v. 13. ejus facta mentio [y]. *Bestia* hæc est Regnum seu Imperium Romanum, cui nimirum Roma inequitat, i. e. imperat [z]. Meretrix ergò & Bestia universè & ad amussim sunt unius ejusdémque temporis [a].

8. *Bestia—fuit, & non est, & ascensura est*, &c.] Qu. Quænam hæc Bestia? Resp. 1. Hîc θηρίον vocat Synecdochicè, illum qui pars potissima, i.e. os, erat τῶ θηρίω, suprà 13. 2. Is Domitianus, patre absente, *fuerat*, id est, *nomen sedémque Cæsaris acceperat*, ut ait Tacitus. Martialis de eo, *Solus Juleas cùm jam retineret habenas Tradidit, inque suo Tertius orbe fuit*. Scripsit ei Vespasianus, *Gratias tibi, fili, habeo, quòd mihi imperium non abstulisti*, teste Dione. *Jactavit se & patri & fratri imperium dedisse*, ut ait Sueton. *Et non est*. Hoc tempore, id est, cùm, Vespasiano principe, Ephesi ageret Johannes, non erat cum imperio Domitianus; sed in privati modum redactus *modestiam, imprimísque studium Poeticæ simulabat*, ut ait Sueton. *modica quoque & usurpata antea Imperii munia omittebat*. [Sequitur in textu.] *Ascensura est ex abysso*, i. e. attollet se ex suis latebris ex obscuro potens evadet: *& in interitum ibit*, עדי אבד Num. 24. 24. Ἀπώλεια hîc, ut & Joh. 17. 12. 2 Thess. 2. 3. non *mortem* quamlibet, sed *pessimum exitum*, significat; qualis Domitiano obtigit, interfecto domesticorum suorum manibus. Notandum autem, sicut Domitiano Feræ nomen datur, ut præcipuo Feræ membro; ità in ejus rebus adumbratas res ipsius

[t] Grav. [v] Med. 652. [x] Med. 793. [y] Med. 652. [z] Med. 792. [a] Par. Clu. [b] Clu. [c] G. [d] Me. sim. Rib. [*] Rib. [f] Par. [g] Clu. [h] Down. [i] Clu. [k] Down. [l] G. [m] Par. [n] G. [o] Clu. [p] Par. [q] For. [r] Cot. [†] Par. [t] G. [v] Med. 652. [x] Med. 653. [y] G. [z] Med. ib. [a] Med. 524.

idololatriæ, quæ interdum sævitiam suam exercuerat, ut sub Claudio, Nerone, & aliis; interdum conquievit, ut sub Vespasiano; resumpsit sævitiam, ut sub Domitiano, Trajano & aliis; ac postremùm funditùs interiit, ut videbimus infrà 19. 20, 21 [b]. [Aliis hæc sententia non placet:] Inepta est hæc opinio [c], & perabsurda [d]. 1. Prætérquam quòd hæc scripta & visa sunt post Vespas. & Titum sub ipso Domitiano, cur potiùs Domitianus θηρίον, quàm Nero, vel Claudius, vel Vitellius, non minora portenta? 2. Quî dicatur aliquis *fuisse*, *nec esse* absolutè, eò quòd Imperii authoritate antea precariò exercitâ, & postea cum pleno jure resumendâ, ad tempus abstinuerit? Non *fuit*, hoc sensu, h. e. non imperavit, sive Imperator fuit, Domitianus Vespasiani tempore, nec quisquam Veterum hoc dixit. Quòd autem Cæsar salutatus esset, idem & Tito obtigit Hierosolymis. Et nôrunt omnes majori authoritate polluisse Titum sub Vespas. quàm Domit. Nec tamen Titus tunc imperâsse dicitur. 3. Num Domit. erat Bestia Septiceps cui Babylon insidet? 4. Non potest hîc dici *ex abysso ascendere*, magis quàm illi Cæsares qui præcesserant. 5. Bestia hæc visa jam fuerat antea Johanni, nempe cap. 13. At illa Grotio erat Idololatria [*]. [Sed plura hac de re vide ad v. 11.] Resp. 2. Est Imperium aliquod, seu Regnum, maximum. Id quod Johanni notum erat, tum, 1. ex Danielis Prophetia, ubi similibus feris Monarchiæ repræsentantur; tum, 2. quia palàm hîc dicitur, Bestiam hanc *omnibus populis*,——— *imperaturam*; tum, 3. è capitum & cornuum interpretatione [f]. [Quodnam autem sit hoc Regnum, de eo litigant:] Illud autem ænigmaticè explicat [g], 1. nè impii irritarentur [h], & Ecclesiæ toti hâc Prophetiâ odium ac periculum ab Imperio procurarent [i]; aut eventibus præcognitis furenter obviàm irent. 2. ut pii mysterium assiduè indagarent, & in eventus historiásque attentiùs invigilarent [k]. *Bestia* est Imperium Romanum [l], quod & *erat*, nempe penes homines Romanos [m]; vel, *erat* sub Gentilismo potentissimum, & latè diffusum [n]; vel, *erat*, h. e. non jam incepturum est, sed jamdiu fuit in mundo [o]; vel, *erat*, aliâ quâdam sui specie [p], in cursu 5, vel 6, Sigillorum [q]: *fuerat* sub priorum quinque, partim etiam sexti, capitum vitibus [r], sub politicis gubernatoribus, Regibus, Consulibus, &c. *erat* quoque Ethnicum & idololatricum [†]. [Sequitur] *Et non est*, ampliùs scilicet penes hominem Romanum, sed penes alienigenam, Trajanum [t]; vel, *non est*, tale mansurum, quia destruetur à Wandalis, Gotthis, &c [†]. vel, *non est*, quale antè fuit, nempe dominium temporale, Ethnicum, idololatricum, vi & armis directè agens, sed spirituale, &c ‖. vel, *non est*, in cursu septimi Sigilli [v], vel, sub illo ultimo statu & regimine, quod hîc designatur & quod venturum est [x]; sub novissimi illius, putà Pontificii, Capitis vice; vel, sub illa specie quâ meretricem bajularet [y], & Antichristianum fieret. [Sequitur] *Et ascensura est*, i. e. à parvis initiis gradatim ascendet ad fastigium [z], *ex abysso*, i. e. ex inferno [a]; ut apparet ex collat. & membri sequentis [b], & cap. 11. 7 [c]. & quòd hæc vox sic passim accipitur in hoc libro [d]. Peculiaris hic est character hujus Bestiæ [*], quòd scilicet ejus potestas non sit civilis, qualis à Deo est, Rom. 13. 1 [f]. sed sacra & spiritualis [g], nuspiam à Deo constituta, vel approbata [h]; sed à Diabolo invecta, ad supplendum locum Draconis qui deturbatus erat in Ethnicis Imperatoribus. Status hic est Bestiæ futurus, qui cognitu & difficillimus & utilissimus erat, quem proinde fusiùs hîc describit [i]: quòd scilicet *vadit*, i. e. vadere debet [k], tardè quidem, sed certissimè vadet [l]; *in interitum*, i. e. in locum exitii, h. e. infernum, unde prodiit [m]; à Christo adveniente plenissimè abolebitur, 2 Thess. 2. 7 [n]. Sensus, q. d. Non erit alia, ut antè, statûs mutatio, sed Bestia sub hoc capite penitus evanescet; id quod huic capiti peculiare est [o]. [Sequitur tandem in fine versûs.] *& tamen est*, scil. imperium Romanum, quia Romæ sedem habet [p]; *est*, nempe sub sexto capite [q]; *est* idem reverâ quod fuit dominium, quanquam aliis armis methodísque administratum, potestas æquè ampla & absoluta & tyrannica & superstitiosa atque idololatrica, & in eadem sede posita. *Bestia* dupliciter concipi potest, 1. generaliter & complexim; & sic to-

tam

[b] G. [c] Mor. 150. [d] Mar. [*] Mar. [f] Clu. [g] Par. Clu. [h] Par. [i] Clu. [k] Par. [l] Plerique in Par. sic Pi. Dur. [m] Pi. [n] Plerique in Par. [o] Dur. [p] Med. 653. [q] Med. 1128. Med. 653. fin. For. [†] Dur. [t] Pi. [†] Plerique in Par. ‖ Dur. [v] Med. 1128. [x] Dur. [y] Med. 653. fin. Dur. For. [z] Dur. [a] Pi. fin. Clu. Dur. [b] Pi. [c] Dur. Clu. [d] Pi. [*] Dur. [f] Clu Dur. [g] Clu. [h] Clu. sic Dur. [i] Dur. [k] Clu. [l] Dur. [m] Pi. [n] Clu. [o] Dur. [p] Pi. [q] Med. 1128.

tam Bestiam in Ecclesiastica sua natura confert cum tota Bestia considerata tanquam Imperio temporali sub quovis primorum sex capitum : & hoc respectu duo tantùm sunt status Bestiæ, præsens & venturus. 2. particulariter, in capitibus & cornibus [r], quorum respectu corpus Bestiæ variis mutationibus obnoxium est †: & sic regiminum formæ inter se conferuntur, v. 10, 11 [t]. Al. Pro καίπερ ἐστὶ lego cum edit. Complut. Primas. & Syro, καὶ πάρεσται, *& tamen adfutura est*, ut cum præced. descriptione sensu congruat, *sed aliquando ascensura est*, &c [v]. Sed hæc lectio & Prophetiam insipidâ inutilíque onerat tautologiâ, præcipuúmque signum notámve directionis ad verum illius sensum, obliterat [x]. Sed hæc sententia stare non potest, eámque omnes textûs circumstantiæ respuunt [y] : & hæc in ea desiderantur, quòd *Imperium Romanum* ab *Antichristo* non satis distinguit ; quòd illud, *non est*, ad futuram Imperii destructionem trahit , cùm Angelus neget suo tempore Bestiam extitisse ; quòd denique illud, *ascendet ex Abysso*, propriè ad Antichristum pertinet [z]. Al. *Bestia* est Antichristus [a], vel, 1. absolutè. Sic is *erat*, nempe post sedatas persecutiones publicas per Constantinum ; *& non est*, nempe quando Pontificatus Romanus incursionibus Barbarorum in Italiam attritus fuit ; & *ascensura est*, &c. nempe quando per Justinianum & Phocam Pontifex Rom. fuit restitutus, quasique ex abysso evocatus, ut summus *Dictator* & *Universalis* Episcopus deinceps cum Imperio esset ; & *in exitium ibit*, nempe per Evangelii restitutionem [b]. Sed hæc explicatio confundit tempora, quæ Angelus accuratè distinguit, per præt. præs. & fut. Non enim dicit, *Bestia erit, & non erit, & ascendet*, &c. sed *fuit, & non est, & ascensura est*,&c. Vel, 2. ratione trium posteriorum statuum,non simplex, sed bicorpor, utroque gladio, Ecclesiastico & Imperiali armatus, qualis est Pontifex Romanus, Hæc Bestia & *fuit*, ante tempora Johannis, nempe quoad Monarchicam potentiam secularem, quæ nondum quidem fuerat potentia Antichristi, cjus tamen postea esse cœpit, quando eam sibi rapuit. Ipse igitur tunc dicitur *fuisse*, quia tunc aliquid ejus fuit ; & *non est*, nempe hoc revelationis tempore ; & *ascensura est*, &c. cùm nempe Pontifex Romanus sibi rapuit potestatem, primùm Ecclesiasticam per Bonifacium tertium, & postea secularem, &c. & tandem *vadit*, &c. i. e. interibit [c]. Al. *Bestia* hîc est Romanum Imperium Idololatricum sub illa temporis successione, quæ incepit cùm Imperium Christianum fieret, etiam ad illud usque tempus quo rursus factum est Idololatricum , & quo Idololatria, postquam cursum suum rursus peregerit, prorsus exterminanda est. Nec mirum, mentem Angeli hîc defixam fuisse in illa tempora, & Angelum hîc fideles præmunire & præmonere de mira mutatione Christiani Imperii, quòd è præsenti puritate excideret, & Idololatricum denuò evaderet. Hanc temporis successionem hîc indigitat Angelus, *Bestia——fuit & non est*, &c. Id tantùm huic interpretationi obstat, quòd videtur supponere, Romanum hoc Imperium Idololatricum S. Johannis tempore non fuisse aut præteriisse, quod veritati repugnat. Verùm respondeo , Ellipsin hîc esse, quam extitatiuus Prophetiæ stylus facilè admittit, & celandi artificium; locúmque hunc sic supplendum, Hoc est nomen , sive natura, character, proprietas, ejus *Bestiæ quam vidisti, Fuit* sive *Erat & non est, & ascensura est ex Abysso & in exitium abitura, & tamen est*. Quale prolixum nomen occurrit Esa. 8. 1. & suprà v. 5. *Mysterium*, *Babylon*, &c. Sensus autem hujus *Tituli Nominisve Bestiæ* hic est, Idololatricum hoc Imperium hîc repræsentari solummodò sub illa temporis successione, sub qua opportunum erit pronunciare, eam *Bestiam* esse quæ *fuit & non est*, &c. Et hic Titulus supponit eam consideratam tanquam præsentem, quamvis futura sit, quippe quòd Prophetia sit, non Historia. Nec declarat quidquam de ipsius Existentia aut Non-existentia tempore Johannis ; (sic enim contradictio esset crassáque falsitas de eodem dicere, *Est & non est:*) sed conditionem potiùs notat ordinémque successionis, seriémque temporis sub quo Imperium hoc Idololatricum comprehenditur, diversásque temporis series quibus illud primò *existeret*, tunc *non existeret*, & postremò *rursus existeret*, & postea *periret in perpetuum*. Qui character ab his temporum successionibus cum se invicem comparatis æquè commodè fieri potuit temporibus Danielis atque S. Johannis, quippe quæ nullam cohærentiam habent cum tempore Prophetæ, sed solum modò cum se invicem. Illud, *Fuit* sive *Erat, & non est*, vicissitudinem tantùm notat, q. d. *Modò est*, *modò non est*. Sensus ergò est, *Fuit* sive *erat* Imperium Idololatricum, & *non est* ea scilicet idololatria quæ consistit in cultu antiquorum Numinum Paganicorum, *Martis*, *Veneris*, &c. *& tamen est*, i. e. rursus fit idololatricum, & Paganicum, quia mutantur tantùm objecta, Sanctíque coluntur tali Idololatriâ quâ Paganica Numina olim colebantur. Ità *Imago Bestiæ*, & Bestia *quæ erat & non est & tamen est*, ad amussim sibi invicem respondent. Imago enim est & non est illud cujus est Imago [d]. *Bestia* hîc Johanni exhibita Bestia est *quæ fuit*, *sed postea cessabat esse, dein verò extitura erat, sed demum in perpetuum peritura*. Quæ Notæ simul sumptæ tunc solùm Bestiæ competunt ubi ad tempus cessaverit existere : nomenque illi inditum est cum respectu ad illud tempus momentaneæ suæ cessationis : Est ergò hæc illa ipsa *Bestia quæ puræ Christianitati in Imperio erat successura*. Et hinc sequitur, Quòd Meretrix Babylonica neutiquam intelligi potest de Roma Paganica, (quippe quæ sub sex primis Capitibus transierat, & proinde Bestiæ *quæ erat & non est & tamen est* insidere non poterat :) sed de Roma Pagano-Christiana, sive de Romana Hierarchia, illicitis suis doctrinis , Idololatricisque ritibus, Christianitatem corrumpente *. Qu. Quomodo Pontifex Romanus Bestia illa *quæ fuit, & non est* , *& tamen est*, esse possit? Resp. Sententia mea hac de re singularis est, *Pontifices* apud veteres Romanos nulli obnoxii erant nisi soli Pontifici Maximo, cujus tanta erat authoritas, ut Imperatores eam nemini demandare vellent, sed sibi assumerent & coronæ Imperiali annecterent ; quo pacto extinctus est solennis hic & spiritualis Magistratus, qui sub 5 prioribus Capitibus, & ab illis omnibus distinctus, erat, & magnâ in veneratione habebatur. Ut ergò apud nos, si quis prophetaret de regimine Ducis Lancastriæ sub simili typo, sic exprimere poterat : *Bestia quæ erat*, quia Duces Lancastriæ suo tempore magni fuerunt, *& non est*, quia Ducatu illo Coronæ annexo, nulla nunc de tali Duce sermo est, *& tamen est*, quia Ducatus ille cum diversis ipsius officiis adhuc manet, quanquam in persona Regis absorptus sit. Pariter Angelus de his Pontificibus dicere poterat, *Bestia quæ erat*, olim in honore habitus, *et non est*, quia in statu Imperatorio absorptus, *& tamen est*, quia Pontificatus adhuc manet,ejúsque Titulus et Dignitas in Imperatore hæret. Cum autem hic Pontificatus à Christianis Imperatoribus abrogatus esset, Constantino Titulum duntaxat ejus retinente, officium verò non exercente, Gratiano autem et Titulum et Officium abolente, ut Zosimus historicus Paganus testatur, Papa Romanus septimum Romæ caput factus, eum è ruderibus resuscitavit ; nec eum jam retinuit tanquam appendicem Regalis suæ potestatis, (ut Imperatores fecerant) sed eum evexit supra quodvis septem Regiminum civilium, & hoc pacto se fecit octavum caput à præcedentibus diversum, quanquam respectu potestatis ipsius civilis unus erat de septem. Nec illi satis erat potestatem suam Pontificalem extendere ad regiones suburbicarias, vel ad extremos Italiæ terminos ; sed (quod nullus ante eum Pontifex Maximus fecit) cùm esset Pontifex Urbis, Titulum sibi sumpsit *Summi Pontificis Orbis*; nec tantùm factus est caput prioris Bestiæ, h. e. Imperii Romani, sed & distincta Bestia per se, resuscitans in regimine suo imaginem priorum Bestiarum, ut eam omnes colerent : nam (ut Aug. Steuchus contra Vallam scribit) quamprimum Pontificatus Romæ constitutus est, omnes Gentes non aliter Papam, quàm olim Cæsares, coluerunt [f]. [Hæc responsio secunda.] Resp. 3. *Bestia* hæc est Diabolus [g] : vel, Diabolus regnans [h], qui ante Christum *fuit* & regnabat in mundo ; & *non est* , i. e. nunc à Christo ejectus est, & *ascendet ex abysso*, i.e. iterum regnabit in fine mundi per Antichristum ; & *in interitum ibit*, i. e. regnare desinet [i]. Sed hæc sententia facilè refellitur ; 1. Quia eadem est (ut constat) Bestia cap. 13. & 17. Illum autem Ribera facit Anti-

[r] Dur. † Clu. [t] Dur. [v] Med. 653. [x] Mor. 642. [y] Grav. [z] Par. [a] Par. ex Eri. Grav. [b] Eri. in Par. [c] Par.

[d] Mor. 640. * Mor. 630. [f] Uss. 15. [g] Gag. E. Me. [h] Rib. La. [i] Rib. Sim. Me.

Antichristum; & illi *Draco*, h. e. Diabolus, copias suas tradere dicitur: 2. Absonum est Romam fingere Diabolo inequitantem, cùm Diabolus potiùs inequitet Romæ, h. e. eam regit, & instigat quò vult. 3. De Diabolo verum non est, quòd sit *Bestia quæ erat & non est, & tamen est:* Diabolus enim nunquam *Bestia* (h. e. improbus, crudelis, &c.) vel *regnans Bestia*, esse desiit, &c[k]. [Hæc de obscurissimo & nobilissimo hoc loco dicta sunto. Nonnulla tamen in hoc versu explicanda restant, de quibus ordine, sed paucis, dicendum.] ¶ *Mirabuntur*, &c.] Hæc eadem verba exposita sunt cap. 13. 3, 8. Tanta enim signa edidit Bestia, et tantum habuit successum, ut plurimi facilè deciperentur, &c[l]. *Mirabuntur* exitum respondere multis ostentis, de quibus vide Sueton. & Dion. Sensus est, Christianos in Scripturis versatos non miraturos evenire Domitiano Romæ quod olim Baltassari Babylone, Dan. 5. 30. qui itidem prædictum exitum vitare non potuit. De locutione illa, *quorum nomina*, &c. diximus suprà 13. 8[m]. *Mirabuntur*, non portentum, ut Johannes v. 6. sed numen; Mulierem venerabuntur[n]; ipsi sponte & per omnia parebunt, non tantùm subjectionem præstando, ut sub prioribus capitibus, sed adorationem Idololatricam, qualem Pontificii Papæ exhibent[o]. ¶ *Videntes*, &c. βλέποντες, &c.] In MS. est βλεπόντων, non malè. Solent enim Græci Participium etiam solum in Genitivo ponere, ubi Latini ponerent Nomen aut Pronomen & simul Participium, utrâque absolutè positâ, ut loquuntur Grammatici. Ὅ τι hîc est Pronomen, non Conjunctio[p].

9. *Et hic*, &c. Ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων σοφίαν.] Hîc (i. e. In hac parte Prophetiæ[q]. Hæc verba tam ad præcedentia, quàm ad sequentia, pertinent[r].) *est mens* (vel, *intellectus*, Er. V. i. e. res mentem sive intellectum postulans†: hac in re latet sensus hujus mysterii[t].) *quæ habet sapientiam*, Be. Pi. Nempe reconditam, & plusquam humanam: q. d. hîc subest sensus mysticus mente humanâ imperverstigabilis. Al. Hæc est apertior figurarum explicatio, quæ jam sequitur: quæ explicatio ostendit mirabilem Dei *sapientiam*, res præteritas & præsentes & futuras simul ob oculos ponentis. Vide suprà 13. 18. Sæpe in Propheticis sermonibus cum futuris simul exhibentur præterita ob connexum aut similitudinem, ut Ezech. 17. & 19. & 23. & 31. Zach. 5. & 6. & 11[x]. Significat his verbis, 1. rei momentum ad intelligendum hoc mysterium: 2. difficultatem rectè intelligendi, &c[y]. ¶ *Septem montes*] i. e. Symbola seu imagines septem montium[z]. Phrasis metonymica quâ signatum de signo dicitur, ut in Sacramentis. *Circumcisio est fœdus*, Gen. 17. 10. *Agnus est transitus*, Exod. 12. 11. *Panis est corpus Christi*, Mat. 26. 26[a]. Noti satis montes ex Poetis & Historiis, nec ulla poterat ad describendam Romam adferri nota illustrior. [De illis vide dicta suprà ad v. 3.] ¶ *Super*, &c. Ὅπου ἡ γυνὴ κάθηται ἐπ' αὐτῶν] Phrasis Hebraica pro, ἐφ' ὧν ἡ γυνὴ κάθηται. Johannes præter cæteros amat locutiones Hebraicas. *Super quos mulier sedet*[b]. *Mulier* est Roma[c]. Sed notandum, cum Urbe simul notari imperium, sive dominationem, Urbis. Sic Imperium Babylonicum, quod Romani typus est, teste Tertul. Mulieris formâ describitur Esa. 47. 7, 8. *Sedet* autem effectè dictum, ut *septem urbs alta jugis, toti quæ præsidet orbi*, apud Propertium. Dominatio Romana septem montibus insidet, quia *ibi erat sedes Imperii*, ut Tacitus loquitur[d]. Hæc urbs Bestiæ metropolis est*. Dicunt, Romam nunc non insidere septem montibus, sed esse in campo Martio. Sed sufficit, quòd ibi sita erat Roma Johannis tempore, eadem enim urbs est, quanquam situs paulisper mutetur; neque unus hîc typus unam urbem Johanni, aliam nobis, designat[f].

10. *Et* (vel, *Itémque*, Pi. Una res duas significat[g]:) *reges septem*, &c.] i. e. Simul per illa Capita notantur & Imperatores septem, quorum facies in illis capitibus apparebant, ità ut in numis[h]. Qu. Quinam hi Reges? Resp. 1. Significant collectionem tyrannorum qui septem ætatibus sive seculis regnârunt in mundo, sive in regno impietatis & Diaboli, & Ecclesiam persecuti sunt[i]. Septem numerantur ætates mundi, 1. Ab Adam ad Noe: 2. à Noe ad Abraham: 3. ab Abraham ad David: 4. à David ad captiv. Bab. 5. indè ad adventum Christi: 6. indè ad Antichristum: 7. ab Antichristo usque ad Diem judicii. Et in his ætatibus semper Diabolus per reges & principes seculi servos Dei affligit; in ætate 1. per Cainum ejúsque posteros: in 2. per Nimrod: in 3. per reges Ægypti & alios: in 4. per Reges Assyriæ: in 5. per Reges Caldæorum & Græcorum: in 6. per Imperatores Romanorum, deinde & reges Agarenorum, & Turcas[k], aliósque qui à Christo usque ad Antichristum fuerunt[l]: in 7. per Antichristum[m]. Significat ergò reges septem ætatum; è quibus *quinque ceciderunt*, i. e. perierunt, & regno suo dejecti sunt[n]; *unus est*, i. e. sextus rex superest[o]; quo significantur omnes qui in hac sexta ætate affixerunt & affligunt populum Dei: *alius nondum venit*, i. e. Antichristus; *& cùm venerit, oportet illum breve tempus manere*, i. e. annos tres cum dimidio[p]. Sed inepta hæc sunt: 1. Hæc mundi divisio in 7 ætates & precaria est[q], & absurda, cum nulla sit proportio in duratione septimæ ætatis ad sex priores[r]. 2. Quî possunt Reges illi & ætatibus & Regnis disjuncti, Capita esse unius corporis Politici†? 3. Absonum est, hos Reges Diaboli capita fingere, cùm hic potiùs illorum princeps & caput sit[t]? 4. Ad eandem Bestiam pertinent 7 montes & 7 Reges, ut constat[v]. Septem hi sunt Reges unius Urbis, imò Urbis septicollis, súntque capita unius Bestiæ, & unum Imperium regunt*. Certa hîc traditur nota quâ cognosceretur Thronus Bestiæ[x]: in montibus Romæ quærendi sunt hi Reges. Astutè ergò Jesuita nos aliò remittit[y], ut à nido suo nos avocet[z], nè Antichristum Romæ inveniremus[a]. [Hæc prima sententia.] Resp. 2. Septem Imperatores Romani. [Notandum,] non uno tempore Visa hujus libri Johanni apparuisse, non magis quàm Prophetis ea quæ eorum libris continentur. Cœpit autem Johannes in Patmo esse & Dei Visis illustrari Claudii temporibus, quæ vetustissimorum Christianorum est sententia, non Domitiani, ut voluere alii. Vide Epiphanium hæresi Alogorum. Claudius Judæos, sub quorum nomine tunc & Christiani censebantur, ut multis viris doctis observatum est, Româ pepulerat, Act. 18. 2. Quod exemplum non dubium est quin imitati sunt multi Præsides Romanarum Provinciarum. Ità Epheso expulsus Johannes. Imperatores septem sunt Claudius, Nero, Galba, Otho, Vitellius, Vespasianus, Titus. Scripta hæc Vespasiano imperante. Bene autem *Imperatores* Græcè loquens βασιλεῖς vocat, quanquam Romani *Rerum* vocabulo abstinebant: res enim erat eadem, ut notat Appianus; & Imperator *summo cum jure omninóque & sui & legum potens erat*, &c. ait Dion. [Utriusque verba quære in G.] Incipit à Claudio, quia Tiberio & Caio nulla notitia Christianorum. Et sicut Ezechiel tempora putat à sua Deportatione, ità Johannes à sua numerat Principes. [Ex his, inquit,] *quinque ceciderunt*, i. e. vi periere, morte violentâ, de qua propriè dicitur *cadere*. Ità enim נפל Hebræis, Exod. 32. 28. Levit. 26. 8. Ezec. 32. 20. Ose. 7. 7, 16, &c. Hi quinque sunt Claudius, Nero, Galba, Otho, Vitellius: *unus est*, i. e. Vespasianus, qui imperabat cùm hæc scriberentur, de quo nihil mali prædicitur quia Christianis non nocuit, teste Tertulliano; *alius*, i. e. Titus Vespasianus, *nondum venit*, nempe ad Principatum; nam ἔρχεσθαι significat *munus suum auspicari*, ut Mat. 3. 11. & 5. 17. & alibi sæpe: *& cùm venerit, oportet illum breve tempus manere*, i. e. exiguo tempore victurus est post adeptum Principatum, biennio scilicet & mensibus duobus, ut notat Suetonius. Δεῖ *oportet* hîc nota Futuri, ut Mat. 17. 10. & alibi[b]. [Hæc secunda & Grotii sententia, quæ aliis non placet:] 1. Cùm satis constet, res easdem cap. 13. & 17. tractari[c], eandémque esse utrobique Bestiam[d], habentem septem capita, &c. quorum unus lethaliter vulneratus erat, sanatúsque rursus, cap. 13. quærerem à Grotio quisnam hic sit ex Imperatoribus*? 2. Si reges illi sint personæ singulares[f], certè ante & post eorum tempus[g], Bestia ἀκέφαλος fuisset[h], & jampridem periisset[i]; quod est contra Prophetiam: vivit enim adhuc Bestia[k], & durabit ad diem novissimum[l]. Loquendi ratio ostendit tam diu *reges* esse capita urbis, quàm diu *montes*, alioqui divortium fieret eorum quæ Spiritus S. hîc conjunxit†. 3. Iste homo non temporibus se accommodat, sed tempora sibi ac suis figmentis; quia

Marginal notes (left column): k Mor. 676. — l Clu. — m G. — n Par. — o Dur. — p G. — q Pi. — r Clu. Dur. — † Pi. — t Me. — v Par. — x G. — y Dur. — z Pi. sim. Par. — a Par. — b G. — c G. ex Hi — d G. — * Med. 653. — f Dur. — g G. ad v. 9. sim. Cot. — h G. — i Gag. La.

Marginal notes (right column): k Rib. sim. Gag. La. — l Gag. La. — m Rib. La. Me. — n Rib. — o Gag. — p Rib. Me. sim. Gag. La. — q Mor. 676. — r Par. Mar. — † Mor. — t Mor. sic Clu. — v Mor. sim. Par. — * Dur. p. 646. — x Bri. — y Par. — z Bri. — a Par. — b G. — c Mor. 679. — d Down. — * Mor. 679. — f Par. sic Clu. Down. — g Down. — h Down. Par. — i Clu. sim. Par. Bri. — k Par. — l Clu. sim. Par. — † Bri.

Vir sapiens dominabitur astris. Sed mera hæc sunt monstra. Nam si hîc Cæsares intelligerentur [m], cur, quæso, primum 7 illorum capitum Claudius esset aut diceretur [n], cùm antea præcessĕrint Julius Cæsar, Augustus, Tiberius, & Cajus Caligula [o]? Duplex hujus rei ratio est, 1. quòd Claudius primus erat Imperator qui persecutus est Christianos [p]. Cui repugnat, quòd Veteres omnes primam persecutionem Neroni affingunt, omittentes Judæorum expulsionem è Roma per Claudium, aut ut nullius momenti rem; aut, ut nihil ad Christianos attinentem, nisi quatenus habiti sunt Judæi, ut colligi possit ex Act. 18. 2. Et si computatio ineatur à Claudio, cur non abrupta esset in Galba, Othone, Vitellio, Tito & Vespasiano, qui persecutores Christianorum non erant, neque capita Blasphemiæ præ reliquis Imperatoribus [q]? 2. Quòd Johannes Patmon missus esset in exilium sub regno Claudii, ut testatur Epiphanius Hæresi 51. sect. 12. & 33. ideóque calculum init à tempore sui exilii, ut Ezechiel à sua Captivitate [r]. Resp. 1. Ezechiel computat à captivitate non sua, sed Jechoniæ. 2. Aliud est indè computare quod sibi accidit, quod Ezec. fecit, aliud Regum successiones recensere à tam privata Epocha [†]. 3. Johannes Patmon in exilium missus est non sub Claudio, sed à Domitiano, ut omnes Historici testantur [t], omnésque scriptores, Pontificii pariter atque Protestantes [v]; & sub Domitiano scripta est Apocalypsis [x], ut testantur Iren. l. 5. c. 25 [y]. & Euseb. 3. 16. & Hieron. adv. Jovinianum l. 1. p. 35. & multis indiciis constat; v. g. quòd scripta est Apocalypsis post *occisum Antipam*, Apoc. 2. 13. qui occisus est sub Domitiano, teste Baronio, &c. Cui nihil habent quòd opponant nisi præt. esse pro fut. *occisus est*, i. e. occidetur. Quod in Prophetiis quidem fieri solet, non in Historiis. Et commendari solent homines ab iis quæ fecerunt, non quæ facturi sunt: deinde scripta est post conversionem septem Ecclesiarum Asiæ, quæ tempore Neronis, non Claudii, facta fuisse videtur, ex collat. Act. 15. & 16. & 17. & 18. denique hic liber post omnes alios Scripturæ libros scriptus videtur, ex Apoc. 22. 18. Dicunt, Irenæum hoc affirmâsse non de tota Apocalypsi, sed de illo viso numeri Bestiæ. Sed hoc refutant verba ejus apud Eusebium, Εἰ δὲ ἔδει ἀναφανδὸν — κηρύττεσθαι τοὔνομα αὐτοῦ δι' ἐκείνου ἂν ἐῤῥέθη τοῦ καὶ τὴν ἀποκάλυψιν ἑωρακότος, οὐδὲ γὰρ πρὸ πολλοῦ χρόνου ἑωράθη πρὸς τῷ τέλει Δομετιανοῦ ἀρχῆς, *Si nomen Antichristi hoc tempore esset propalandum, ab eo utique declaratum fuisset qui Apocalypsin vidit. Nam haud diu est ex quo visa est.* Ubi Nominativus qui regit ἑωράθη non est τοὔνομα, sed ἀποκάλυψις, ut apparet, quia id quod Johannes vidit est hic Nominativus. At Johannes vidit Apocalypsin. Et quanquam in Latino exemplari Irenæi sit *visum* [z], crediderim id irrepsisse pro *visa* [a], ut est in Latino exemplari Eusebii [b]. Quòd si de viso tantùm illo cap. 13. locutus esset Iren. hoc tamen sufficit, cùm visum hoc cap. 17. illo posterius est ordine & positionis & naturæ. Epiphanium quod spectat; 1. is 200 annis Irenæo posterior erat: 2. eum Chronologiæ nullatenus diligentem (ut notat Alcasar) ostendit, quòd Johannem 90 ampliùs annos natum facit temporibus Claudii, cùm tamen omnes eum Christo seniorem fuisse negent [c]. 3. cur eum desererent hac in re Hieron. & Euseb. nisi erratum hîc agnovissent vel in Epiphanio, vel in exemplari ejus [d]? Hinc Petavius è regione Textûs in Epiphanio pro *Claudio* ponit *Domitiano*, in sect. 33. & *Cocceio Nerva*, sect. 12 [*]. [Atque hæc eò fusiùs hîc repræsentare placuit, quia fundamenta nobis exhibent Interpretationum ferè omnium Grotianarum. Qui plura velit, adeat Mor. & Mar. & Anon. Hæc de Grotii sententia. A qua tamen non multùm abludit aliorum nonnullorum sententia.] Victorinus [enim] quem sequuntur Bulling. & Jun. vult reges hos esse septem illos qui post Neronem Romæ imperârunt. Quorum *quinque ceciderunt*, Vitellius, Otho, Galba, Vespasianus, Titus: *unus erat* tempore Johannis, nempe Domitianus: *alius nondum venerat*, Nerva scilicet Domitiani successor, qui *ubi venerit breve tempus manebit*, quia biennium non explevit. Quæ sententia non placet, quia 11 Cæsares ante Johannem erant, nec ulla fert ratio ut sex priores excluderentur [f]. Ei refragantur meritò omnes expositores, & intellexerunt in singulis horum septem multos comprehendi; quomodo in Daniele *aries* & *hircus* designârunt omnes Reges Medorum & Persarum atque Macedonum [g]. [Hæc de secunda sententia.] Resp. 3. *Septem Reges* hîc sunt septem Regum sive Dynastarum successivorum ordines [h], sive septem Principatus & Regiminis formæ, Urbis Romæ [i]; quibus hæc urbs non minùs nobilis est quàm septem montibus [k], & quibus, nec pluribus, nec paucioribus, Roma per totam ejus durationem ab initio ad ultimum ejus (quod hîc prædicitur) excidium, gubernatur [l]. Hi autem sunt *Reges, Consules, Dictatores, Decemviri, Tribuni, Imperatores* [m], prout Tacitus ea numerat initio Annal. l. 1. his verbis, *Urbem Romanam à principio Reges habuere. Libertatem & Consulatum L. Brutus instituit. Dictaturæ ad tempus sumebantur. Neque Decemviralis potestas ultra biennium. Neque Tribunorum militum Consulare jus diu valuit. Non Cinnæ, non Syllæ, longa dominatio. Et Pompeii Crassique potentia citò in Cæsarem, Lepidi atque Antonii arma in Augustum, cessere, qui cuncta discordiis civilibus fessa, nomine Principis sub Imperium accepit* [n]. Sex tantùm regimina enumerat, quia sub Imperatoribus vixit [‖]. Non intelligit *Tribunos plebis* [o], sed *Tribunos Militares* sive *Consulares* [p], vel Tribunos militum qui anno 310. Urbis conditæ creati, Consulari potestate fuerunt, ut refert Livius l. 4 [q]. ubi ait eos *promiscuè ex Patribus & plebe creatos fuisse* [r]. Ex his *quinque ceciderunt*, i. e. mortui sunt, ut Gen. 25. 18 [†]. Johannis ævo jam præterierant [t], nempe *Reges, Consules, Tribuni, Decemviri, Dictatores* [v]: *unus est*, nempe *Imperatores* [x], Ethnici scilicet [y], qui adhuc superfuerant [z]: & *alius nondum venit*, &c. Hic erat, vel, 1. Exarchi, qui, Ravennæ sedentes, Romæ Italiæque imperabant ab anno 477. & deinceps per 300 annos, quorum primus erat Odoacer. Habebant autem hi jus imperii summum, utut Constantinopolitanis Imperatoribus detulerint, quia regnum sibi statuerunt, iis non consultis [a]. Vel, 2. Papa, sive Papatus [b]: qui hîc non *septimus* dicitur, sed *alius*, quo innuitur, eum longè diversum fore à prioribus, nempe spiritualis vel mixti generis [c]. Probatur, Septimum Caput est illud regimen Romæ & Romani Imperii, quod sexto capiti, h. e. Imperatoribus sive Cæsaribus, successit. Tale caput est Papatus, cui conveniunt omnes septimi capitis characteres; 1. est regimen, idque à præcedentibus diversum: 2. Imperat Romæ, totique, saltem Occidentali, Imperio: 3. Decem Reges habet sibi contemporaneos, qui potestatem suam illi sponte tribuunt, & illius directione pugnant adversùs Agnum & sequaces ejus, tandem verò Bestiam odio habent [d]. Obj. 1. Papæ non congruit quod hîc dicitur, *oportet illum breve tempus manere* [*]. Resp. Hoc non simpliciter intelligendum, sed comparatè, cum æternitate scilicet. Sic solet Scriptura etiam longa tempora exprimere, cùm loquitur de afflictionibus piorum, ut Esa. 54. 7, 8. 2 Cor. 4. 17. & nominatim de tyrannide Antichristi, ut cap. 11. 12, 13. cujus tempus *hora* dicitur infrà v. 12. idque in solatium sanctorum [f]. Obj. 2. Si Papa sit Rex septimus, quisnam est octavus [g]? Resp. Papatus & septimum & octavum caput est; sic enim octavum est, ut sit etiam de septem, diverso tamen respectu. Si consideretur ut Principatus temporalis, septimum est in eadem serie cum præcedentibus; si ut Potestas Ecclesiastica, relationem & Principis & Pastoris habens, sic est octavum, utpote à prioribus adeò diversum ut & septimum & octavum habeatur; & propterea per duas Bestias describitur cap. 13. Si Bestia complexim cum corpore consideretur, tantum ab aliis discrepat ut octavum dici possit; si verò ut caput regens corpus, est de septem [h]. Vel, 3. Ordo Imperatorum Christianorum [i], qui Joannis tempore *nondum venit*, qui *ubi venerit*, *oportet eum breve tempus manere*, h. e. Romæ in montibus Bestiæ & mulieris non diu regnare, sed annos tantùm 19 [k]. Sed huic sententiæ obstat: 1. Quòd septem tantùm capita sint, & horum nullum ultimum est, nam alterum illis successit, nec duo simul esse possunt capita: 2. quod singula capita habent nomina Blasphemiæ, quod Christianis Imperatoribus non congruit: 3. si hi caput fuerant, quando caput esse desierunt? potestatem enim

[m] Mar. [n] Mar. sic Mor. [o] Mar. [p] G. [q] Mor. 680. & 685. [r] G. [†] Mor. 680. [t] Mar. sic Mor. [v] Mor. 681. [x] Mar. [y] Mar. Mor. Anon. [z] Anon. 7.... [a] Mor. 683. [b] Anon. [c] Mor. ib. [d] Anon. 13. [*] Mor. [f] Par.

[g] Rib. Par. [h] Med. 653. [i] Down. sic Bri. Par. Cot. For. Clu. Mor. Dur. Li. Nap. [k] Bri. [l] Down. [m] Down. Med. Par. Bri. [n] Cor. Bri. &c. [‖] Cor. [o] Q. [p] Clu. Down. [q] Cot. [r] Clu. [†] D. Med. 1116. [t] Med. 653. [v] Med. Clu. &c. [x] Par. ex Bri. Dur. For. [y] Par. sim. Med. Mor. Clu. [z] Med. 653. sim. Par. Clu. [a] Cot. [b] Dur. Bri. [c] Bri. [d] Dur. [*] Q. in Dur. [f] Dur. [g] Q. in Dur. [h] Dur. [i] Par. sic Clu. Med. Mor. [k] Par.

enim aliquam post Romam relictam diu retinuerunt [l]; 4. quòd non novum hoc est regimen, sed idem cum præcedente [m]. Resp. Imò verò nova tunc prorsus cœpit Imperii facies, & ad Antichristi genituram dispositio. Neque enim hoc caput Romæ, ut priora, imperavit, sed in Oriente [n]. Immutatum ab his est Imperium Legibus, institutis, totâque formâ [o]; & Religio sub his evasit quodammodo Lex Imperii. Et tam fortis est oppositio inter hoc caput & præcedens, ut alterum alterum excludat, *septimo* sanè *Rege sextum caput* vulnerante & occidente. Quare non *septimus* dicitur, sed *alius*, ob insignem differentiam à præced. maximè quantum ad Ecclesiam Dei: id quod majoris est momenti quàm est ulla Politica Regiminum distinctio; ut hoc proinde discerniculo Deum (qui Ecclesiam maximè curat:) summorum Magistratuum successionem non minùs quàm ullo alio distincturum fuisse verisimile sit. Imò probabile est, Angelum, qui Reges præcedentes juxta formæ Politicæ distinctionem numerâsset, quia omnes in puro *Paganismo* consentirent, postquam ad divisionem Regum in *Christianos* & *Pagano-Christianos* pervenisset, neglexisse considerationem Politicæ differentiæ, ut ad propositum suum parum facientis, & eos ex sola Religione distinxisse; totámque *Pagano-Christianorum* successionem, sive in Papis, sive in Imperatoribus, considerare tanquam octavum Regem ultimúmque caput Bestiæ [p]. [Hæc de tertia sententia; quam alii sic oppugnant:] 1. Tacitus plura regimina ibi recenset, ut Sullæ, Cinnæ, Pompeii, Lepidi, & Antonii [q]. Resp. 1. Sulla, Cinna, & Pompeius, Consules erant, quanquam pro libidine dominantes. Lepidus, Antonius & Augustus, Imperatores simul omnes erant, ut postea sæpe factum [r]. 2. Non proba est hæc divisio †. Dictatores enim non successere Consulibus quasi ordinarii Romæ gubernatores, sed iis additi sunt quasi extraordinarii. Similes fuere Decemviri. Tribuni quoque plebis fuerunt patroni, cùm Consules urbem regerent [t]. Resp. 1. Bellarminus (quanquam alibi in controversiam vocare vellet:) lib. 1. De Pontif. cap. 2. mutationes Romani regiminis sic numerat, 1. *Reges*; 2. *Consules*; 3. *Decemviros: Tribuni enim plebis* summi Magistratus non erant: quare Livius, illis omissis, *Decemviros* tertio loco ponit: 4. *Dictatores*; 5. *Tribunos militum cum consulari potestate*; 6. *Imperatores* [v]. Resp. 2. Dictatores & Decemviri non sunt additi Consulibus, &c. sed abrogatis Consulibus, aliisque omnibus [summis] magistratibus, substituti, ut testantur Liv. & Dion. Halicarn. lib. 5 [x]. Constat Dictatoribus subjectos fuisse omnes Magistratus, ipsósque Consules. *Anno* 300. — inquit Livius l. 3. *iterum mutatur forma Civitatis, ab Consulibus ad Decemviros* [y]. Ad pleniorem hujus versûs intelligentiam hæc notanda sunt, 1. quòd Gubernatores omnes *Reges* dicuntur in Scriptura, ut Deut. 33. 5. Jud. 17. ult. Neque enim *Reges* dicti sunt qui Johannis tempore imperabant: 2. *Reges* hîc non singulares personas denotant, sed seriem sive successionem, &c. ut constat ex v. 12, &c. 3. Hi *Reges* succedunt alter alteri, idque immediatè, nullo alio capite sive Rege interveniente. 4. Hæc linea sive successio Regum ab ortu Bestiæ sive Imperii usque ad excidium ejus porrigitur. 5. Hi *Reges* capita sunt unius ejusdémque corporis atque Urbis, nempe septicollis, & multarum earundémque gentium, v. 15. 6. Hi *Reges* præcisè *septem* sunt, nec plures, nec pauciores, pro numero collium; ideóque *octavus* v. 11. non est diversum caput, quia unus est *de septem*, &c ‖.

11. *Et Bestia*, &c.] [Hîc quoque sicut in præced. variant:] 1. Θηρίον hoc loco est Imperator ferino ingenio, Domitianus scilicet, *os fera*. Synecdoche, ut diximus, Os illud dentes habet Leoninos. *Leonis* nomine venit ut Nabuchod. Amos. 5. 19. juxta Hebræos, ità Nero, 2 Tim. 4. 17. & apud Senecam. Domitianus autem ità Neroni similis ut *calvus Nero* Romæ dictus sit; *portio Neronis de crudelitate*, Tertul. *Bestia Imperatorem significat*, ait Zeno in Leone Iconomacho. Eminenter autem Θηρίον, & *fera*, est Leo. Alibi in hoc libro Θηρίον est Idololatria Romani Imperii feræ more sæviens. Sed non mirum in figuratis & Propheticis maximè locutionibus voces easdem non eodem sumi significatu. [De hoc dictum:] ἦν *erat*, vel *fuerat*, nempe, rerum compos, *nomen sedémque Cæsaris acceperat*, &c. patre per Syriam & Ægyptum absente, ut docent Sueton. Tacit. Dion. & Martialis, [quorum verba vide in G.] *& non est*, dum hæc scribit Johannes, nam in privati modum redactus à Patre *modestiam studiúmque literarum & amorem carminum simulabat*, ut referunt Sueton. & Tacitus. Vide suprà ad v. 8. *& ipse*, i. e. is quem Feræ os esse dixi, *octavus est*, nempe à Claudio, cùm videri cœpta quæ Johannes scribit, & in ordine Principum quibus res fuit cum Christianis. Καὶ hîc abundat, more Hebræo. [Sequitur:] ἐκ τῶν ἑπτά ἐστιν, *Natus est ex uno illorum septem quos dixi*, nempe, ex Vespasiano. Ἐκ, vel ἐξ, poni solet in significanda alicujus origine, ut Matth. 1. 3, 5, 6. Luc. 1. 27. Joh. 1. 13. Rom. 1. 3. & 9. 10. Heb. 7. 5. &c. Deinde ἐκ τῶν est curtata locutio pro ἐκ τινὸς τῶν: ut Mat. 23. 34. Luc. 21. 16. Joh. 16. 17. quibus locis deest τινὸς. [Deinde additur,] καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγει, *malâ morte peribit*. Præsens pro Futuro, more Prophetico [z]. Sed Commenta hæc sunt: 1. Domitianus Imperator nunquam fuit vivente Patre, non magis quàm Titus, quem tamen milites Hierosolymæ Imperatorem salutârunt, qui proinde non minùs aptè *Bestia* dici possit *quæ erat & non est*. 2. Oppositio illa *est* homo, *& non est* Imperator, surda est & diluta. 3. Si Domit. esset octavus Rex, caput quoque octavum esset, & sic octo forent capita hujus Bestiæ, quæ tamen *septiceps* exhibetur. 4. Sic Domitianus est & Bestia integra, & Caput Bestiæ, & 7 præced. Reges, Claudius, Nero, &c. sunt capita Domitiani, quod absurdissimum est. 5. Alienum est à stylo Prophetico, aut Idololatriam in abstracto, aut personam singularem, *Bestiam* appellare, quæ eo stylo *Corpus Politicum* semper significat. 6. Absurdum est, unam eandémque Bestiam nunc Idololatriam facere, nunc Domitianum. 7. Si Domit. sit Bestia, & Meretrix quæ illi insidet, sit Potestas Romana, tum hæc illius Dorso inequitat, & Domit. non Caput est, sed Corpus Imperii, vel forsan transformatus est in Asinum Apuleianum cui Meretrix insideat [a]. [Plura vide, si lubet in Cl. Authore, & ad v. 8. Hæc prima sententia.] 2. *Bestia* hæc est Diabolus [b], cum suo regno [c] impietatis, qui *octavus* est hostis & persecutor populi Dei [d], & quid distinctum à septem capitibus, sive regibus, & tamen *de septem est*; quia in omnibus septem existit [*], & pugnat, eósque ad nocendum incitat [f]. 3. *Bestia* est Antichristus [g], qui duplicem hîc personam subit; & duplex est caput Bestiæ, nempe *septimum*, quando est Rex particularis, & *octavum*, quando est Monarcha totius orbis [h]. Al. Duplex est status Bestiæ Antichristianæ, 1. quo vulneratur ad mortem inundatione Gothorum & Vandalorum; 2. quo revixit: respectu prioris est *Septimus*, respectu posterioris *Octavus* [i]. Sed hoc non congruit cum historia. Vulnus enim illud Imperio inflictum erat, non Papatui, qui indè vires sumpsit. Præstitisset, duos ipsius status fecisse, Potestatem spiritualem, & temporalem [k]. Al. Caput septimum & octavum unum idémque est, non propriè, sed vivâ quâdam similitudine, in Monarchiâ, statu, legibus, ritibus, vestimentis, &c. ut efficiens imaginem Bestiæ, per curationem vulneris letalis, & regna ac provincias ad tantam urbi Romæ subjectionem adducens per poculum fornicationis, quantam olim priora capita obtinuerant vi armorum; atque ità octavum est, & aliquo modo sextum, in quo Bestia letalem plagam acceperat, quam hoc caput curat. Octavum igitur caput est Pontificatus regnans Romæ sub octavo capite, Pontificatu, per quem Roma effertur, ut fit regina regnorum, &c. Quoniam autem compendiariâ locutione dixerat, *Bestiam venturam esse*, & cùm 7 tantùm capita Bestiæ essent, nè putaremus ipsam esse caput septimum, Angelus magnâ sapientiâ monet, *venturum adhuc unum*; quod tamen non esset ipsa Bestia, quippe brevì transiturum; verùm octavum & ultimum fore hanc Bestiam. Septimum caput, ut diximus ad cap. 13. est regnum Ostrogothorum, quorum Regi Theodorico, Imperator Orientalis, ex decreto Senatûs, Romam Italiámque permisit, ubi per se & successores suos multis annis regnavit; qui multùm laboravit, ut Roma priscam gloriam recuperaret ac retineret. Indè à ruina Regni Gothici incrementum & decus Romæ exstitit per solum Pontificatum, &c. Octavi autem hujus capitis, quod peculiariter

[l] Dur. [m] Q. ex Par. [n] Par. [o] Clu. [p] Mor. 647. [q] Q. in Dur. [r] Dur. † Q. [t] La. [v] Dur. [x] Clu. [y] Cot. ‖ Dur.

[z] G. [a] Mor. 685. [b] Gag. [c] Rib. sic Me. [d] Rib. [*] Me. [f] Rib. [g] Gag. T. Par. Dur. Clu. sic Bri. For. Cot. [h] T. [i] Bri. [k] Mede 740.

riter Bestia vocatur, nota, & quidem singularis est; quòd, cùm in omnibus capitibus antegressis, etsi illa ceciderunt, Bestia tamen aliquo modo mansit, & status dignitásque Regni gradu aliquo duravit in capitibus subsequentibus; hoc caput *in exitium abit*, totúmque illum statum in extremum secum æternúmque exitium trahet. *Octavum* porrò *caput* est quoque *unum de septem*, at non septimum, ut plerique statuunt [l]. Papatum ergò facit *octavum* ordine, sed in natura regiminis *unum de septem*, h. e. simile *sexto* sive Cæsareano. Sed non video quomodo Reges Gothorum pro Regibus sive Cæsaribus Romanis accipi possint. Et hoc pacto octo essent Bestiæ capita realiter diversa, cùm Visio septem duntaxat monstret. Ultimum caput Bestiæ *septimum* duntaxat reverâ est, quia *septem* tantùm sunt capita Bestiæ; per accidens tamen & quodam respectu *octavum* dicitur, quia sextum caput, Potestas *Cæsarum*, quæ Johannis tempore erat, inclinata tandem est in *Semi-Cæsarem* Occidentalem, qui in Honorio, vel citiùs, si lubet, cœpit, in Valentiniano defecit: quæ Potestas aliquo modo à priore diversa *septimum* locum occupat, & Pseudo-prophetam *octavum* facit. Cùm autem idem & nomine & substantiâ sit hic Cæsar cum priore, Pseudo-propheta, in cujus tempore Meretrix Bestiæ insidet, *septimus* adhuc ordine persistit. Et cùm Pseudo-propheta dominium suum æquè citò inchoat atque *Semi-Cæsar*, non minùs ordine temporis *septimus* evadit quàm ille: Et cùm *Semi-Cæsar* citò evanesceret, *Pseudo-propheta* autem adhuc superstes esset, ideóque ipsi succederet, hic *octavus* est *à parte post*, sive pro eo tempore quo illi superstes manet, quanquam *septimus* duntaxat sit *à parte antè*. Cùm porrò sextum caput, *Cæsarum*, quanquam unum sit, pro duobus haberi possit, *Cæsarum* scilicet, & *Semi-Cæsarum*, (qui licèt essentiâ idem sint, differunt tamen & amplitudine & modo regiminis, & loco, quia Semi-Cæsares Ravennæ sedebant, Romæ verò nunquam:) *septimum* pariter caput *octavum* quoque esse possit, & tamen *unum* duntaxat *de septem* [m]. Caput *quasi septimum* erat Cæsarum Christianorum, sed brevis admodum ævi: novissimus verò, & longævus, & mutati Cæsareatûs respectu *octavus*; sed reverâ non nisi *septimus* Septem collium Dynastes, is ipsus sub qua Bestia demum πορνοφόρος esset, i.e. *Mysticæ meretricis bajula* [n]. Locum sic explico, *Tunc*, καὶ enim hîc est nota ordinis & opportunitatis, q. d. occasione datâ, cùm scil. Constantinus cum successoribus suis, Româ relictâ, foris sedem fixisset, *Bestia quæ erat*, h. e. fuerat ante Johannem potestas in quinque regibus qui ceciderant, *& non est*, in Pontifice, nec seculari, nec Ecclesiasticâ potestate, *etiam ipse*, αὐτὸς, quod ad θηρίον refertur quoad sensum, *octavus* rex *est*, i. e. erit sive fiet; h.e. octavum regimen, ex Monarchia Ecclesiastica & Politica conflatum, ideóque multùm à septem capitibus differens. Hanc autem Monarchiam obtinuit Papa, tum, 1. secularem, ex dono Pipini, qui Exarchatum Ravennatem, qui tunc *septimum caput*, seu Imperatoriam potestatem in Occidente, repræsentabat, ipsi dedit; tum, 2. Ecclesiasticam à Phoca, &c. [Sequitur,] *& è septem est*, pro, *erit*. Non hoc vult, quasi Bestia sit etiam caput, vel, unum ex capitibus; quod aliquibus imposuit, neque enim idem est totum & pars, Bestia & caput Bestiæ; sed quod Bestia potestatem Monarchicam, quæ priùs in 7 capitibus fuerat, ipsa tunc exercebit, aliâ tamen formâ & titulo, per cornua nempe, de quibus sequitur; *& in exitium vadit*, i. e. vadet, non repentè, sed paulatim & pedetentim, quomodo & ortus est [o]. Caput hoc *octavo-septimum* est Imperium Papo-Cæsareum. Papa non est Imperator propriè, & tamen caput Imperii, & Imperatore superior, est [p]. Papa consideratus ut Princeps est caput *septimum*, in eadem serie cum præcedentibus: idem consideratus ut potestas Ecclesiastica, duplicem habens relationem, Principis & Pastoris, vel, Principis Pastorum, *octavus* est, sed tamen *de septem*, quanquam & sibi & aliis adeò diversum videbitur, ut & *septimum* & *octavum* habeatur; unde factum ut per duas Bestias describatur cap. 13 [q]. Al. Rex octavus successio est Christianorum Cæsarum, sive Orientalium, sive Occidentalium, per illud tempus quo Imperium rursus Paganissat, h. e. Idololatrias exercet in Christianitate. Hic meritò vocatur *octavus*, quia è duplici linea oriundus, omnium suorum Antecessorum cognationem complectitur, *Christianorum* perinde ac *Paganorum*; & annumeratur ὁ ἄλλος successioni à quo etiam prognatus est: simul tamen dicitur *unus* esse *è septem*, nempe, è septem illis Regibus qui significantur per *capita Blasphemiæ*, sive Idololatrica capita. Notatu dignissimum est, quanta cum cautione res in hoc Libro descriptæ sunt. Postquam venisset ad sextum caput sive Regem, non dicebat *sextus* est, sed *unus* est; ut viam sterneret ad proximum numerandum sub nomine τοῦ ἄλλου, quodtam significanter positum est, ut antè notavi. Cùm pervenit ad ultimum caput *octavum* appellat & *è septem*, &c. Porrò tota *Bestia* hîc ponitur pro parte, nempe, pro capite ejus: quæ Synecdoche est alibi usitata, ut Dan. 2.38. & 4. 20, 22. (ubi *Rex* dicitur *caput aureum*, & *arbor*, quamquam hæc typi erant & symbola totius Regni:) hîc autem necessaria. Quomodo alioqui caput verè propriéq; esse potest tota Bestia? quomodóve Bestia esse potest sine capite? Est quoque hîc Ellipsis, ut & v. 8. q. d. *Bestia autem*, cui nomen erat, *Quæ erat & non est*, &c. Et sicut Deus, postquam declarâsset nomen suum esse, *Ero qui ero*, postmodum partem tantùm illius sumit, dicens, *Ero misit me*, &c. ità hîc, postquam Bestia sic descripta esset, *Fuit & non est, & ascensura est ex abysso, & in exitium abitura*, paulò pòst, *erat & non est, & tamen est*, brevis portiuncula illius tantùm adhibetur, *Bestia quæ erat & non est* [r].

12. *Decem cornua quæ vidisti* (Nempe, in hoc Viso postremo. Alii enim Reges significati erant in Viso c. 13. Sed ut illi reverentiam exhibuerunt Romano Imperio, ità & hi exhibebunt suo tempore. Cornua sunt arma Arietum, Taurorum, aliorúmque animantium. Sic isti Reges instrumenta erant Romanæ potentiæ. *Receptâ populi Romani consuetudine*, ait Tacitus, *ut haberet instrumenta servitutis & Reges* †.) *decem Reges sunt*] Hi Reges à præcedentibus evidenter distincti sunt. Illi *capita* erant, hi multò minores, *cornua* duntaxat appellantur. Bestia vivere potest cornibus amputatis, capitibus recisis nequaquam. *Capita* sibi invicem succedunt, *cornua* Bestiæ simul insunt [t]. *Capita* & *cornua* differunt & formâ & numero. Ut autem *cornua* non sunt *capita*, ità sunt aliquid de capitibus, & enata ex iis, vel omnibus, vel potiùs, ex septimo capite, Imperatorum Christianorum [v]. Sub capitibus prioribus ipsa sola coronata erant, non autem cornua, jam verò cornua sunt coronati Reges. Bestiæ illius Dan. 7. habentis decem cornua, nulla memorantur capita; eò quòd illic cornua considerentur ut capita illius regni, in quo successivè regnaturi erant tot Reges; hîc autem (quod à nonnullis meliùs observatum oportuit,) Bestia ista & tam multa habet capita, & insuper decem cornua, allusione ad illam; quoniam hîc cornua non sunt consideranda ut capita statûs designati per Bestiam, aut tanquam Monarchæ in eo regnantes; tunc enim & capita huic Bestiæ attributa fuissent. Verùm diversis, penes quas rerum summa, politiis per capita expressis, cornua ad regni hujus robur in tot potentiæ ejus fulcimentis denotandum ponuntur. Idque clarissimè profertur, dum dicitur, ea esse *Reges qui regnum unâ horâ accipient cum Bestia*. Cum quo ἀκόσαν est, si quis eos Reges esse dicat ejusdem illius statûs qui per Bestiam significatur, ità confundendo capita & cornua, quæ Spiritus S. adeò perspicuè discriminavit [x]. Nulla est affinitas, vel inter Bestias, vel inter Decem cornua, quæ hîc sunt, & quæ Dan. 7. 24. ut apparet, 1. quia Imperium illud Danielis evanescere debebat ante Christi adventum. Confer Dan. 2. 44, 45. 2. Cornua in Dan. successiva sunt, c. 7. 24. hæc contemporanea. 3. Cornua illa in Dan. sunt Reges illius Regni quod per Bestiam ibi describitur; hîc cornua diversa sunt à Bestia, quæ alius Rex est, & illis quodammodo superior. 4. In Dan. est cornu undecimum & parvum, quod hîc non est: si autem cornu illud esset Antichristus, Bestia hîc non esset Antichristus, cùm cornua omnia à Bestia differunt, & illi potestatem suam tribuunt: nec Bestia est cornibus ullis posterior, sed eis contemporanea. Et si hoc cornu esset Antichristus, (ut vellent Pontificii,) tunc ipse cornua exscinderet, cùm hîc cornua ipsum exscindant. Porrò cornua hæc sunt Bestiæ sub ultimo statu, sive septimo capite, quod Meretricem bajulat. Sextum caput habuit Decem cornua, cap. 12. id est, vim & malitiam suam exeruit per totidem Provincias,

[l] For.
[m] Med. 740. & 1128.
[n] Med. 653.
[o] Par.
[p] Clu.
[q] Dur.
[r] Mor. 648.
† G.
[t] Clu.
[v] Par.
[x] For.

vincias, Prætores, vel, Proconsules. Septimum hoc caput (quod & *Rex octavus* dicitur,) habet potestatem æquè amplam ac priora,& totidem Provincias & Gubernatores, qui tamen nunc coronati sunt, quales antea non erant. Nonnulla hîc de his Regibus observanda sunt [y]; 1. Hi Reges non sunt personæ singulares [z], succedentes in uno Regno [a], vel in una ætate, quia ex Imperio orti sunt ante multa secula, & nonnulla per illos adhuc implenda restant [b]: sed [vel,] Regii status [c], sive etiam Respublicæ potentissimæ, quæ *Regnorum* nomine veniunt [d]; [vel,] successiones Regum, quæ *Reges* vocantur Dan. 7. 17.& 8. 20*. 2. Non necesse est ut successiones hæ sint in eadem linea sive prosapia, vel in eodem populo, sive ut iidem Bestiam oderint qui ei potestatem dederint; sed sufficit quòd eadem loca occupent, quomodo omnes Imperatores, Romæ sedentes, quomodocunque successerint, sub uno Rege & capite venerunt. 3. Hi Reges sunt intra limites Imperii, & eadem nunc sunt quæ sub sexto capite cornua, quæ tamen coronas nunc habent quas antea non habebant [f]. 4. Ut alibi *septem* [g], ità hic *decem*,possit indefinitè accipi, sicut Gen. 31. 7. Num. 14. 22 [h]. pro incerta multitudine, ut Johannes accipere solet [i]: nec necessarium est ut decem præcisè sint [k], fatente & Bellarm. De Pontif. 3. 8 [l]. vel, ut per integrum Dynastæ Bestialis decursum, nunquam plura sint regna vel pauciora quàm Decem [m]: sed *decem* dicit, quia tot & initio dilacerati Imperii erant, & tot plerumque permanerent [n]; & ut significaret, tum, 1. septimum hoc caput nec pauciora cornua, nec minùs virium, habiturum quàm sextum; tum, 2. totidem futura cornua, quæ & evectioni & ruinæ Bestiæ eminentiùs inservirent, quanquam & alia forent minùs illustria; quomodo hircus Dan. 8. 8. habuisse dicitur quatuor cornua, præcipua scilicet; erant enim & alia minora dominia, ut in Thracia, cujus Rex erat Lysimachus, &c [o].

¶ *Qui regnum nondum acceperunt*] Nempe, in partibus Imperii Romani [p], vel Johannis ævo [q]: tunc enim non regna erant, sed Provinciæ, sub Imperatoribus [r]. ¶ *Sed potestatem tanquam reges* (Dicit ὡς, *tanquam*, vel, 1. quia ad priorem Monarchiam comparati obscuri & umbratiles erant †; vel potiùs, 2. quia Regum titulos & insignia gestabunt, sed non erunt absoluti Reges, quales septem capita fuerant [t]. Ipsi Regum nomina habebunt; sed reverà Antichristus regnabit,cui ipsi parebunt [v]. Erunt enim fiduciarii Papæ [x].) *unà*,&c. Μίαν ὥραν λαμβάνουσιν μετὰ τοῦ θηρίου] Quod v. 10. ὀλίγον id hîc exponit μίαν ὥραν [y], [quod vertunt,] *unam horam* Bri. *ad unam horam*, Bc. *unâ horâ*, Pi. G. i.e. ad modicum tempus [z], ut Dan. 4. v. 19. Idem est quod πρὸς ὥραν, Philem. v. 15. πρὸς καιρὸν ὥρας, 1 Thes. 2. 17. Sed & infrà 18. 16 [a]. Idem est quod ἐν αὐτῇ ὥρᾳ ut constat ex multis Scripturæ locis [b]. Est elliptica locutio, eáque frequens, μίαν ὥραν, pro κατὰ μίαν ὥραν [c], *circa eandem horam*, circa idem tempus [d]. Hæc phrasis notat, vel, 1. spatium temporis, *quamdiu*, ut Mat. 20. v. 12. & 26. 40. sive durationem potestatis; vel, 2. terminum temporis, *quando*, quomodo sumitur τὴν ὥραν ταύτην, Exod. 9. 29. & Jos. 11. 6. & ὥραν ἐνάτην, Act. 10. 3. 30. & μίαν ὥραν, Apoc. 3. 3. ut potestatis ineundæ terminum denotet. Sed priorem significationem præfero, tum, quia secundam complectitur; tum, quia luculentiorem Bestiæ notitiam præbet *. Durabunt, inquit, *unâ horâ*, i. e. brevi illo capitis septimi tempore [f]. Secula Antichristi sunt dies unus, imò hora una, præ immortalitate cœlesti, ad quam omnia exigere, Scripturæ mos est [g]. Atqui non hîc docere voluit Angelus, quamdiu potestatem habuerint, sed quando potestatem acceperint, *unâ horâ*, i. e. uno eodémque tempore: quod tamen non ità accipiendum est, quasi hi reges omnes simul potestatem suam acceperint, sed cum aliquo temporis tractu, alii post alios [h], nunc hi, nunc illi accipiunt, sive acceptum eunt [i]. Sed à quo hanc potestatem accipient? *Resp.* Non dicit *à bestia*, sed *cum bestia* [k], & à Deo, cujus est dare & transferre regna, licèt perfidia Bestiæ intervenerit. Nec dicit *sine Bestia*, sed *cum Bestia*, ut significet, eos Bestiæ auspiciis regnare, & Bestiam cum ipsis & per ipsos regnare [l]. Al. *post Bestiam*, Vulg. Rib. &c. i.e. sequentes Bestiam & ei obtemperantes [m]: quasi esset μετὰ τὸ θηρίον [n], quod in nullo cod. est [o]. *Cum Bestia*, nempe, secunda, de qua c. 13. 11 [p]. *cum Bestia*, restituta illa videlicet, Mœchatricem bajulante, jámque *Decemcornupetâ*, hoc est, ultimi capitis vices exercente [q]; *cum Bestia, quæ erat, & non est*, quæ caput ultimum est [r]. Qu. Quinam sunt hi Decem Reges? *Resp.* 1. Populi barbari fœderati Imperii Romani, quales Gothi primi facti sunt, teste Procop. Gotthic. 4. ante tempora Maximini, ut ex Jornande discimus. Indè & nomen & res ad alios populos transiit †. Quorum decem numerat Procopius, Ostrogothos, Visigothos, Vandalos, Gepidas, Longobardos, Herulos, Burgundiones, Hunnos, Francos, Anglo-Saxones [r]. Hi omnes ad breve tempus in reverentia fuere Romani Imperii,& intra illius fines veteres Regna habuere. Wisigotthi contra Attilam Romanis adfuere; contra Herulos Ostrogotthi; contra Suevos Wandali; contra eos quos dixi Herulos Gepidæ, & contra Ostrogotthos; Longobardi contra Gepidas, deinde contra Ostrogotthos & Francos; Heruli contra Persas, deinde contra Wandalos; Burgundiones contra Francos, & contra Ostrogotthos; Hunni contra Persas & Wandalos & Ostrogotthos, Franci contra Ostrogotthos & Wisigotthos & Suevos; Anglo-Saxones contra Pictos & Britones [v]. Hi, inquit, *potestatem accipient*, &c. i. e. Intra fines Imperii Romani, Romanis ipsis concedentibus, Regna accipient, & Romana sacra amplectentur, sed ad modicum tempus; nam, ut cum Lucano loquar, *Temporis angusti mansit concordia discors* [x]; non fuit diuturna concordia illa quâ Romanis fuerunt fœderati [y]. De his dicit, quòd *nondum regna acceperunt*, nempe, in Romano territorio; nam alioqui *Reges* & vocantur & eo tempore erant, Regnum autem receperunt cum Romanum Imperium inter se partiti sunt. Antequam verò Regnum acciperent, de iis dicitur, quòd *tanquam Reges potestatem accipiunt cum Bestia*, i. e. cum Bestia agunt, eíq; vires suas adjungunt, Romæq; Ethnicæ operam suam commodant in persecutione Christianorum, sed *unâ* tantùm *horâ*, h.e. ad breve tempus; nempe, in persecutione ultima & generali Diocletiana, quæ duos tantùm annos duravit [z]. Sed multa hanc sententiam refellunt: 1. Non constat hic numerus: nam Ostrogotthi & Wisigotthi duos initio non constituerunt populos; & plures poterant adjici, ut Alani, Thuringi, Rugi, multæque aliæ Barbaræ nationes: Vide Diacon. Hist. Longob. 1. 1. 2. Mira hæc cornua sunt potentiæ Romanæ, quibus non promota, sed remota & destructa, fuit: tantum abest ut potentiam suam Imperio dederint, aut ad illud conservandum fœdera inirent. 3. Certum est, ante hæc fœdera longè plus damni retulisse Romanos ab istis populis, quàm sint consecuti subsidii ex illorum confœderatione. 4. Gotthi nec fœderati Domitiano, (quem Grotius Bestiam esse voluit,) sed hostes fuere, & ante illum natum florentissimum Regnum obtinebant [a]. 5. Hi populi intra fines Imperii Romani non erant ante Imperii & conversionem ad Christum, & subversionem discerptionémque in multa Regna. Quomodo igitur de his Regibus dici poterat, vel, quòd *potestatem* suam *tradiderint Bestiæ*, non dicam Domitiano, qui longiùs ab ipsis remotus est, sed & Idololatriæ Romanæ, quæ jam Imperii Religio esse desiverit; vel, quòd *carnem Meretricis exurerent*, cùm Roma Meretrix Paganica antè esse desivisset; vel, quòd *cum agno pugnarent*, h. e. pro Idololatria Romana contra Christianitatem; cùm Bestia Paganica non esset, cui vires suas commodarent [b], & ipsi Constantino militarent contra Licinium, Idololatram & persecutorem [c]. [Hæc de prima sententia, de qua qui plura velit, adeat hinc Grotium in Appendice sua, &c. illinc Maresium.] *Resp.* 2. Hi sunt Reges, qui erunt in orbe sub finem mundi [d], circa tempora Antichristi, quando Romanum Imperium in decem Regna dividetur, & ab obedientia Romana deficiet *. Ex illis autem Decem Regibus, quos, cùm venerit, regnantes in mundo inveniet, Antichristus tres prælio vincet, septémque ei se sponte submittent, ut habetur Dan. 7 [f]. Sed hæc expositio ridicularum plena est absurditatum: 1. Bestiam illam ipsi Pontificii de Romano Imperio interpretari solent; decem autem cornua de Provinciarum Romanarum gubernatoribus. At si Malvendæ & Lessio fides habeatur, Bestia hæc Johannis decacornis & septiceps, nihil aliud erit quàm cornu illud parvulum Bestiæ quartæ Danielis, id est, Antichristus, cujus hi sunt cornua; & proinde 10 cornua apud Danielem non erunt cornua Bestiæ, sed

[Marginal notes, left column:] y Dur. z Dur. For. a For. b Dur. c For. d Cot. * G. f Dur. g Zeg. h Par. i Zeg. k Par. Cot. Dur. l Par. m Ant. excid. p 3. n Dur. Ant excid. o Dur. p G. sic Ham. q Med. 654 sic Par. Clu. Mor. Dur. r Dur. † Q. in Par. t Par. v Rib. x Par. y Bri. z G. ex Aret & And Ham. Pi. a G. b Mor. 650. c Clu. d Clu. Mor. * Bri. f Dur. g Cot. h Par. i Mor. k Par Clu. l Par. m Rib. n Rib Par. o Par. p Pi.

[Marginal notes, right column:] q Med. 524. r Dur. † G. r Ham. ex G. v G. ad v. 13. x G. y G. in Mar. z Ham. a Mar. b Mor. 687. c Mar. d Me. * Gag. f Malv. & Suar. & Lil in Down.

[Line numbers, right column:] 10 20 30 40 50 60 70

parvi

parvi iſtius corniculi, quod tamen poſt illa decem exortum eſt, ſeptémque capita apud Johannem ejuſdem corniculi capita erunt. Quo quid abſurdius? Certè, ſi Beſtia illa quarta Romanum eſt Imperium, ſunt hæc cornua ipſius Beſtiæ, h. e. Romani ſtatûs, vel, Reges Provinciarum, in quas Imperium illud dividendum eſt. 2. Si Antichriſtus veniens hos Reges in mundo inveniet, cornua, quæ ex Beſtia oriunda prædixit Daniel, ipſâ erunt Beſtiâ antiquiores. 3. Cornua Beſtiæ dicuntur quibus ipſa armata eſt, quibúſque, ut inſtrumentis potentiæ ſuæ, in alios incurſat. Hæc verò ipſa Beſtia cornupetit, & tria ex ſuis ipſius cornibus dejiciet, & ex decemcorni ſepticornis evadet; & ſeptem reliqua cornua ſunt ipſa ſeptem capita, inquiunt Malv. & Leſſ. Riſum teneatis[g]! Reſp. 3. Hi Reges indubiè ſunt omnes illi[h], qui Antichriſti Imperio ſuberunt[i]. Sicut cap. 13. Decem cornua prioris Beſtiæ decem primarias Romani Imperii denotabant Provincias, numero certo pro incerto; ſic Decem hi Reges eos denotant, qui in illis Provinciis[k], poſt Romam à Conſtantino relictam[l], poſt irruptionem Barbararum gentium[m], ſubruto jam Imperio[n], Regiam authoritatem erant adepturi, & fœdus arctiſſimum inituri cum Pontifice Romano, qui illo tempore, & ſub ruinis Imperii ſeipſum evexit, & methodis memoratis, cap. 13. 12, &c. Reges illos ad cultum Beſtiæ perduxit, &c[o]. Peregrinus autem ſit oportet in Hiſtoria, qui hujus vaticinii effectum & complementum adhuc neſcit[p]. Niſi jam indè ex quo Cæſares Romæ regnare deſierint, Romanum Imperium in decem pluráve Regna (etiam Gentium Johannis ævo ab Imperio alienarum barbararúmque,) diviſum & dilaceratum ſit, quando, quæſo, unquam, quâve tandem ratione illud dividendum exſpectabimus[q]? Hanc Prophetiam impletam eſſe negat Bellarminus, quia Romanum Imperium nondum everſum eſt, necdum amotum eſt τὸ κατέχον illud 2 Theſ. 2. ſed adhuc ſupereſt Romanus Imperator. Reſp. Imperator quidem Romanus manet quoad nomen & umbram ejus, non autem quoad rem & poteſtatem, & ità ut ſit ſextum caput Imperii, quia ſeptimo Capiti quodammodo ſubditus eſt: quomodo ſub Imperatoribus Romæ erant Conſules nomine tenus, qui tamen caput non erant, quia poteſtatem amiſerant & Imperatori ſubjecti erant. Tria ſunt ad caput hujus Imperii neceſſaria, quæ omnia hodierno Imperatori adempta ſunt; 1. nomina Blaſphemiæ; 2. ſedes & Imperium urbis ſepticollis Romæ; 3. dominium in Provincias, quibus tanquam cornibus utatur, &c. Jam verò *Romanum Imperium ferè deletum, & ad nihilum ferè redactum cernimus*, ait Bell. De Pontif. 2. 2. Imperator unam tantùm Imperii Provinciam regit, & alteri poteſtati Romæ ſedenti ſubeſt, ut ex eo conſtat, quòd electio Imperatoris à Papæ ratihabitione pendeat; unde in Decretalibus dicunt, *Papa habet poteſtatem à Chriſto, Imperator verò à Papa*; & quòd Imperatores ad mandatum Papæ bella ſuſceperunt, Eccleſiam perſecuti ſunt, &c. Et Bellarm. lib. 3. de tranſlatione Imperii multis probare conatur, Imperatorem eſſe Pontificis vaſallum, & omnem ab ipſo authoritatem habere. Ex quibus manifeſtiſſimum eſt, Imperatorem non jam Caput eſſe, ſed unum ex Cornibus, quo ſeptimum caput, Papa ſcilicet, utitur, &c[r]. Hi porrò Reges ut Chriſtianiſmum, ità poteſtatem ſuam, acceperunt non ſimul, ſed temporis tractu, alii poſt alios, alii citiùs, alii ſeriùs[†]. Ut enim Imperium gradatim everſum eſt[t], ità iiſdem gradibus quibus Imperium in fatale exitium propero pede deſcendit[v], evecta eſt Beſtia[x], & Decem regna in regale ſuum faſtigium aſcenderant. Horum enim exortus illi occaſum minabatur, Imperio ab his dilacerato, tandémque penitus contrito[y]. Præcipui autem & conſpicui gradus ruinæ Imperii intra ſpatium unius ſeculi contigerunt; & notitia ipſius ſeculi ſufficiens erat, tum, ad illos qui tunc viverent monendos de appropinquatione illius, tum, ad nos qui jam vivimus docendos, eam [ruinam] jam adveniſſe[z]. Caput hujus characteriſmi ſtatuendus eſt[a], & tempora ruinæ Imperii[b], & exortûs Beſtiæ[c], computanda ſunt, vel, 1. ab ἀκμῇ ejus[d], ſive ab initio Regni ultimi, cùm omnes Decem Reges jam emerſerint. Depingitur enim Beſtia non cum primo vel uno aliquo, ſed cum Decem Regibus, unà eſſe coo[r]ta[*]. Vel, 2. ab initio Regni primi[f],

[g] Down. [h] Par. ſim. Cot. [i] Cot. ſim. Par. [k] Mar. [l] Dur. [m] Grav. ſic Med. [n] Mar. ſim. Grav. [o] Dur. [p] Mar. [q] Med. c 54. [r] Dur. [†] Par. [t] Med. 812. [v] Excid. Ant. p. 182. ſic Med. [x] Med. [y] Ant. excid. 8. [z] Med. 812. [a] Ant. excid. 180. [b] Med. ib. [c] Ant. excid ib. [d] Med. [*] Ant. excid. ib. [f] Q. in Ant.

à tempore non quidem conceptionis, ſed nativitatis ſive patefactionis & ruinæ Imperii & Apoſtaſiæ, quamprimum ſcilicet evidenter patefieri cœperint in mundo. Quæ ſententia communi computandi modo congruit. Ætatem enim hominis à nativitate ejus computamus. Sic 70 anni captivitatis Babylonicæ meâ ſententiâ non à conſummatione illius ſub Zedecia computandi ſunt, ſed ab initio ejus ſub Joacimo, vel ſaltem à Joacino. Sic 2300 illa νυχθήμερα, quæ 6 annos & paulò amplius continent, quibus duratura erat illa Calamitas ab initio ejus ad repurgationem Templi, Dan. 8. 13, 14. non computanda ſunt ab ejus ἀκμῇ, ſive ab abolitione jugis ſacrificii, (à qua tres tantùm erant anni, 1 Macc. 1. 54, &c. & cap. 4. 52.) ſed ab initio Tranſgreſſionis, quæ hanc deſolationem invexit, & deſcribitur 1 Macc. 1. 11, &c. Ut autem Babylonicæ captivitatis tres gradus erant, ità & ruinæ Imperii, 1. circa Annum Chriſti 365. quando Gothi, Alemanni, Sarmatæ, &c. Imperium invaderent & peſſundarent; 2. circa annum 410. cùm Alaricus Gothus Romam expugnaret & diriperet; 3. circa annum 455. mox à morte Valentiniani tertii, ultimi verorum Cæſarum ſive Imperatorum Occidentis, adeóque veteris Romæ, quando Genſericus Vandalus Romam ſecundò cœpit, incendit, diripuit, &c. Jam completus eſt numerus Decem Regum Danielis & Johannis. Quorum Regna hæc erant, 1. Britonum; & 2. Saxonum, in Britannia; 3. Francorum, & 4. Burgundionum, in Gallia. Cùm autem Regnum Burgundionum à Francis ſubjugatum fuerit, ad complendum illum numerum, Regnum Oſtrogothorum duplex factum eſt, per adventum Longobardorum eodem tempore. 5. Viſigothorum, in Auſtrali parte Galliæ. 6. Suevorum & Alanorum, in Gallicia & Portugallia; 7. Vandalorum primùm in Hiſpania, deinde in Africa; 8. Alemannorum, in Rhætio inter Rhenum, &c. Hoc Regnum coaluit cum parte Regni Herulorum durante brevi ipſorum Regno in Italia. 9. Oſtrogothorum, in Pannonia, deinde & in Italia, quibus ſucceſſerunt Longobardi; 10. Græcorum, in reliqua parte Imperii[g]. Qu. Ubinam hi Decem Reges quærendi ſunt? Reſp. 1. Non in Oriente: neque enim Imperium Græcum ſeu Orientale unum è Decem cornibus erat, ut apparet, 1. quia hæc dimidia pars fuit capitis ſexti ſive Cæſareani à Conſtantino bipartiti. Caput autem ſeptimum decicorne coronatum è latebris non priùs emergit, quàm ſextum lethaliter vulneratum deciſſet. Hoc autem vulnus à Barbaris inflictum conſtat Imperio Occidentali, non Græco ſive Orientali, quod per multa poſtea ſecula duravit, uſque ad excidium à Turcis illatum. 2. Quia hoc Imperium non cum Beſtia Regnum obtinuit, ſed per centum plùs minùs annos ante ejus exortum, ut conſtat. 3. Quia hoc poteſtatem ſuam Beſtiæ non tradidit, ſed Romano Pontifici plerumque reſtitit. Quia hoc Imperium, cùm ante 200 annos è vivis exiit, ad meretricis exitum vires conferre non poteſt, quod de Decem cornibus dicitur. Reſp. 2. Non in Africa, quia quicquid Africæ antiquo Romanorum Imperio ſubjectum fuit, Occidentali ſceptro, aut partitionis jure, aut bello ſtatim parricidiali conflato, ereptum fuit, primùm à Gildone comite, deinde à Genſerico, tandem à Turcis infeſſum. Reſp. 3. In regionibus Occidentalis Imperii, quibus quippe vulnus hoc lethale à Barbaris impactum eſt, & internecina ſtrages illata. Ex hac ſtrage Decem Reges elevârunt cornua, & in illis Europæ tractibus intra Rhenum plerumque Danubiúmque concluſis ſedes obtinuerunt. Hiſce enim limitibus, (quod ad Europam ſpectat,) connumeratis etiam Britanniis & Germaniæ aliquot Regionibus, Theodoſius fato fungens Honoriaci ſceptri jura circumſcripſit. Proinde inter Decem hæc cornua numerandi non ſunt, Heruli, Sclavi, Antari, Rugii, Thuringi, Carni, Friſii, Bulgares, Varníque, quorum in laniena Imperii frequens mentio; ſed neque Scotiæ Aquilonalis, Hyberniæ, Daniæ, Norvegiæ, Sueciæque Regna, utpote extra limites Occidentalis Imperii poſita. Ipſe rerum eventus hunc locum expoſuit. Nam præter hos Europæos Reges in fatiſcentis Imperii ſedem ſuffectos, numero juxta decem, eâdemque penè horâ, h. e. pauxillo temporis decurſu, unà & ſecum, & cum Beſtia bicorni coortos, in nullo totius orbis terrarum tractu,

[g] Med. 815.

tractu, in nullis Regnorum faſtis, rationariis, & notitiis, ad ætatem uſque noſtram digeſtis, in nullis Scriptorum membranis, ullatenus reperire poſſumus. De his autem Decem ſimul exortis, è pluribus probatæ fidei authoribus, propè coævis, certò conſtat [h]. Decem autem Regna ſunt quæ ſequuntur, annotatis etiam Regni uniuſcujuſque exordiis, 1. Alemannorum in Rhætiis & Pannonia, Anno C. 356 [i]. Quod duravit per annos præterpropter 139. Nè autem numerus denarius hinc diſpareat, ecce Longobardorum Reges jamjam Pannonias ingreſſos, &c [k]. 2. Oſtrogothorum, 1. In Pannonia; 2. in Italia, Anno 377. 3. Viſigothorum in Pannonia, deinde in Italia, pòſt in Gallia, & denique in Hiſpania, Anno 378. 4. Hunnorum in Pannonia & aliquamdiu per totam Europam, Anno 378. 5. Britanno-Romanorum in Britannia, & pòſt Saxonum, Anno 406. 6. Suevorum, 1. in Gallia, 2. in Hiſpania, Anno 407. 7. Alanorum, 1. in Gallia, 2. in Hiſpania, Anno 407. 8. Vandalorum, 1. in Gallia, 2. in Hiſpania, 3. in Africa. 9. Burgundionum in Gallia, Anno 407. 10. Francorum in Gallia, Anno 410. Obj. Alii quoque Reges ante annum 410. exorti ſunt. Reſp. 1. Licèt in ſeculis ſuccedaneis hic numerus nunc auctus, nunc imminutus, eſſet, plerumque tamen præterpropter denarius in hunc uſque diem perſtitit. Et cum brevi temporis intervallo, quædam è Decem primis regna evanuerint, Longobardorum, Gepidarum, & Herulorum, Reges ſuborti atque è partibus Eois ad Occidentalem magis tractum accedentes, in illorum corruentium loca mirâ Dei Providentiâ ſurrogati fuerint. Quomodo autem pleriſque è Decem præfatis paulatim radicitùs evulſis ſuccedentibus annis alia regna ſtatim emergentia uſque in hunc diem perduraverint, atque in priorum ſedibus altas egerint radices, ex hiſtoriis edoceri poterit. Reſp. 2. Quantum hactenus rimari potuerim (dum multum operæ atque olei ſcrutandis iſtius ſeculi Scriptoribus, atque ruderibus evolvendis, impenderim,) nec plura ſanè, nec pauciora decem hiſce regnis priùs recenſitis, ineunte ſeculo quinto, & deinceps aliquandiu, eruere ullatenus datur; ſi ſcrutinium intra terminos (utì decet,) Occidentalis Imperii cohibeamus [l]. [Qui plura de his Regnis ſcire vult, adeat doctiſſimum Authorem, qui hæc ſingula, productis Authoribus locíſque deſignatis, luculenter oſtendit. Et hæc de nobili difficilíque hoc loco dixiſſe ſufficiat.]

13. *Hi unum conſilium habent*] Vel, *unam ſententiam*, Pi. ſic Be. Cot. propoſitum, voluntatem [m]: Conſentiunt & inter ſe & cum Beſtia [n]. Notatur hoc ut mirum [o], de tot regibus, qui moribus, ingeniis, linguis, populis, variè diſſident, hîc tamen poſitis odiis mutuis inter ſe conſpirant [p]. ¶ *Poteſtatem ſuam beſtiæ tradent*] i.e. Vires ſuas & jus Imperii eò conferent ut & Romanis & eorum religioni inſerviant [q]: vel, *diſtribuent*. Eſt enim διαδιδόναι *diſtribuere*, ſicut hæreditatem dividimus, ut Joſ. 13. 6. Sirac. 33. 28. Hoc impletum vidimus. Reges enim nonnulli Pontifici magnam partem Juriſdictionis ſuæ, nempe in Clerum, largiti ſunt [r]; eíque Regni ſui nervos commodârunt [†], ad Romanæ ſedis & idolomaniæ tutamen [t], & Papæ Regnum ſuis diplomatibus confirmârunt: alii verò à Papa ſibi coronas imponi voluerunt, & Regna ſua ipſi tributaria fecerunt [v]. Dant ei & δύναμιν *potentiam*, & ἐξουσίαν, *poteſtatem*, h. e. Regna ipſa [x].

14. *Hi cum Agno* (i. e. Chriſto [y], ut ex ſuperioribus conſtat [z]:) *pugnabunt*] Adverſùs Chriſti doctrinam ſanctóſque teſtes [a]. In Chriſtianos ſævient Romanorum exemplo. Eo ſenſu ποιεῖν πόλεμον habuimus ſuprà 11. 7. & 12. 17. & 13. 7. Eadem locutio Jer. 1. 19. Gothi ſub Maximino in ſocietatem Romanorum venerant. Quo tempore, ſicut alii Romanorum milites edicta Romana contra Chriſtianos exercebant, ità & hi aliíque fœderati [b]. Al. Putabunt hi ſe pro gloria Dei & vicario Chriſti militare, voluntario ſcilicet errore faſcinati, reverâ autem Chriſtum oppugnant [c]. ¶ *Agnus vincit eos*] i. e. Chriſtus efficiet, ut omnes illi populi eorúmque Reges tandem fiant Chriſtiani: quod factum teſtatur Hieron [d]. Qu. Quomodo hîc vincuntur, qui mox v. 16. perſequentur meretricem, & cap. 18. 9. flebant Babylonem, quam ipſi exuſſerunt, & rurſus c. 19. præliantur cum Chriſto, à quo vincuntur? Reſp. Bellum hoc & illud cap. 19. idem eſt, ſi partes & cauſam ſpectes, diverſum tamen eſt tempore & modo. Ex his decem Regibus cum Agno pugnantibus quidam reſipiſcent, alii arma in meretricem convertent, &c. v. 16. alii perſeverantes cum Beſtia cum Agno fatale illud prælium depugnabunt, cujus cataſtrophe erit Beſtiæ & ipſorum exitium [*]. *Vincet*, tum, 1. ſpiritualiter, mentes eorum illuſtrando, &c [f]. tum, 2. corporaliter [g], vel, civiliter [h], vim vi repellendo, ut cogantur ab inceptis bellis deſiſtere [i]. ¶ *Quoniam Dominus Dominorum eſt*, &c.] Ut 1 Tim. 6. 15. Cui omnem poteſtatem Pater dedit, & Regna ei paritura promiſit, Pſal. 2. Dan. 7. 27. vide ſuprà 1. 5 [k]. Ratio victoriæ à Chriſti potentia & dominio verè Divino [l]. Argumentum hoc eſt & æternæ divinitatis, & perſonæ Θεανθρώπου, Agni Chriſti [m]. Hæc verba parentheſi includenda ſunt [n]. ¶ *Et qui cum illo ſunt* (nempe in pugna [o]:) *vocati* (ſcil. efficaciter, qui iidem cum electis ſunt [p]:) *& electi* (qui antè dicuntur *ſcripti in libro vitæ ab origine mundi* [q]. *Electio* poſtponitur *vocationi* per ἀνάβασιν ab effectu ad cauſam, ſicut 2 Pet. 1. 10 [r]. *electi* & compactè, & ut ab ipſo ad gloriam gratiæ ſuæ adhibeantur, ut proinde vinci nequeant. Nota hîc tres gradus, 1. *vocari*: 2. *eligi*, Mat. 20. 16. & 22. 14. 3. *perſeverare*, 2 Pet. 1. 1 [†]. Non æterna hîc intelligitur Electio, ſed illa quæ vocatione poſterior eſt, per quam extrahimur re ipſa è turba Peccatorum per ſanctificationem. Sic *electio* accipitur Mat. 22. 14. Marc. 13. 22. 1 Pet. 2. 9. 2 Pet. 1. 10 [t].) *& fideles*] i. e. Ipſi animitùs & conſtanter adhærentes [v]: Πρόζευγμα [x]. Supplendum hîc *vincent* [y], nempe Reges [z], ſeu cornua Beſtiæ Babylonicæ [a]. [Vincent autem eos] patientiâ ſuâ [b], & perſeverantiâ [c], & ſanis ſermonibus, & bonæ vitæ exemplo [d].

15. *Aquæ* —— *ubi meretrix* (Πόρνη *meretrix* dicitur illa mulier ob multitudinem deorum, quorum cultus πορνεία Prophetis [*]:) *ſedet* (*Sedere* ſuper has dicitur, non quomodo ſuper colles 7, ſed modo peculiari [f], 1. imperando & moderando eas [g]: 2. theſauros ab his colligendo: 3. gloriam ſuam per has ſuſtentando. Confer Jer. 51. 13 [h].) *populi ſunt*, &c.] i.e. Symbolum populorum, &c [i]. Quos *aquis* confert ob naturam ipſorum fluxam & inſtabilem, ut Gen. 49. 4. & maleſidam [k], & violentam, quâ obvia quæque ſternunt, &c. Hanc explicationem addit Angelus, ut oſtendat quomodo concilientur quòd meretricem & *ſuper aquas*, v. 1. & *ſuper beſtiam*, v. 3. ſedere dixit [l]. *Aqua* Immenſum aliquid ſignificat; unde Mare ἄβυσσος Græcis Hebraizantibus: & Poetæ Græci Latiníque, ubi id quod numero caret volunt ſimili exprimere, *aquas maris* dicunt. Optimè autem id aptatur tot gentibus ac populis Romano Imperio ſubditis. Hanc diſtributionem [λαοὶ καὶ ὄχλοι, &c.] habuimus ſuprà 5. 9. & 7. 9, &c. Λαοὶ videntur eſſe nationes quæ ſub Regibus vixerant; ὄχλοι, nationes liberæ; ἔθνη, magna corpora in quibus plures nationes: quomodo Tacitus diſtinguit *gentem* à *natione*, ut totum à parte. *Linguæ* verò interdum & multis Gentibus communes, ut olim Græca, nunc Sclavonica. Multarum linguarum homines ſub Imperio Romano fuiſſe notum ex Virgilio & Martiale, [quorum verba vide in G.] De his populis vide Appianum initio. Per *aquas* intelligi Gentes habes apud Achmetem, 178. Aqua aquæ ſuccedit, & manet idem mare aut amnis; ſic homines hominibus, & manet idem populus. Vide De I. B. & P. 2. 9, 3. Et Nah. 2. 8. *Ninive piſcina aquarum*, id eſt, urbs populoſa, interprete Chaldæo [m].

16. *Et decem cornua* (i. e. Reges qui per 10 illa cornua ſignificantur [n], i. e. aliqui ex illis [o]. Synecdoche [p], vel, Ellipſis, qualis Jud. 12. 7. *in urbibus Gilead*, h. e. aliquâ urbium; 2 Par. 35. 24. *in ſepulchris*, i. e. aliquo ſepulchrorum; & Apoc. 9. 18. *tertia pars*, i. e. qui ex tertia illa parte fuerunt. Sic Jon. 1. 5. Zac. 9. 9. Mat. 27. 44. Luc. 23. 39. Joan. 6. 45 [q].) *quæ vidiſti in beſtia*; ità Mo. Be. Pi. Ἐπὶ τὸ θηρίον | Ità Arethas, & libri multi: nec aliter legit Latinus [r]. Montani Regium exemplar habet καὶ τὸ θηρίον, quaſi etiam Beſtia Romam ſit odio habitura. Quod Bellarm. arripiens, negat Romam fore ſedem Antichriſti, quia Antichriſtus

[h] Excid. Antic. p. 4......
[i] Idem p. 172.
[k] Idem p. 19.
[l] Idem. 172 ....
[m] Gag.
[n] Par.
[o] Cot. Par.
[p] Par.
[q] G.
[r] Clu.
[†] Clu. ſim. Par.
[t] Par.
[v] Clu.
[x] Cor.
[y] Pi. Par. Clu.
[z] Par.
[a] Clu.
[b] G.
[c] Par.
[d] G.

[*] Par.
[f] Clu. ſim. Par.
[g] Clu.
[h] Par.
[i] Clu. ſim. Par.
[k] G.
[l] Clu.
[m] Par.
[n] Med. 525.
[o] Par. ſic Clu.
[p] D. ſim. Dur.
[q] Clu. ſim. Par.
[r] Par.
[†] G.
[t] Cot.
[v] Dur.
[x] Pi.
[y] Pi. ſim. G. Med. Clu.
[z] G. Med. Clu.
[a] Med. 1116.
[b] G. Ham. Dur.
[c] Ham.
[d] G.
[*] G.
[f] Dur.
[g] Dur. ſim. Par.
[h] Dur.
[i] Pi. ſim. D. Par. Zeg.
[k] Dur.
[l] Par.
[m] G.
[n] Pi. Par.
[o] Med 1116 Pi. ſ.c For. Par.
[p] Par.
[q] Med ib.
[r] G.

tichristus Romam delebit. Concedit ergò Bestiam esse Antichristum, non Diabolum, ut Rib. vult. Sed sciens ludit in mendosa lectione. Non enim Bestia, sed οὗτοι, ut sequitur, h. e. Reges, Romam delebunt, fatente etiam Riberâ. Et ἐπὶ τὸ θηρίον legunt omnia exempl. Græca & Latina †. Rectiùs alii libri καὶ τὸ θηρίον. Solet enim ea Præpositio cum Accusativo usurpari, ubi aliquid præcedit quod rei insit aut circa rem sit [t]. ¶ *Odient*, &c.] Eam aversabuntur & fugient & scortari cum ea desinent [v], amore in odium verso [x], ut amasiis & meretricibus usu venit [y]. Suo tempore hostiliter insurgent in dominationem Romanam. Hoc maximè conspectum Honorii temporibus, ut videre est apud Procop. Vandalic. 1. & Historicos alios. Quod hîc prædicitur Hieron. *discessionem Gentilium à Regno Romano*; simil. Ambros. Tertul. vocat *Romani Status abscessionem in decem Reges dispersam*; simil. Iren. & Arethas [z]. ¶ *Et desolatam facient illam* (i. e. eam relinquent [a], nec ampliùs cum ea scortabuntur; efficient ut omnes eam deserant [b]: magnis cladibus atterent exhaurientque Romanum Imperium, itâ ut vastitas futura sit plurimis in locis, teste Procop [c].) *& nudam*] Abstrahent aurum, lapides, uniones, ut factum est per Alaricum Gothum, & Genzericum Vandalum, teste Procop [d]. [Cujus verba vide in G.] ornamenta omnia *, de quibus suprà v. 4. vestésque ipsas, ut verenda ipsius ab omnibus conspici possint. Vide suprà 16. 15 [f]. Detrahent vestes purpurâ, auro, margaritis, insignes [g]: nuditatem ejus retegent [h], tum, publicis confessionibus & scriptis [i]; tum, pristina ei subsidia denegando [k], & repetendo aurum, prædia, vectigalia, &c. quæ meretrix piis fraudibus emunxerat, &c [l]. ¶ *Carnes ejus manducabunt*, (Præ summo odio [m], ex collat. Job. 19. 22. & 31. 31. Esa. 9. 20, 21. Dan. 7. 5. Zac. 11. 9 [n]. Metaphora à leone feram discerpente [o]: q. d. crudeliter in eam sævient [p]: Provincias in suos vertent usus & suas facient, spretâ Romanorum amicitiâ. Sic Italiam, Galliam, Hispaniam, Africam, Daciam, &c. modò hi, modò illi, populi invasere. Locutio sumpta ex Esa. 10. 18 [q]. *Carnes* hîc mysticè interpretantur census, decimas, vectigalia, &c. quæ Reges meretrici jam negabunt, & suis provinciis appropriabunt [r].) *& ipsam* (i. e. vel, ossa ejus †: vel, Meretricem [t], urbem ejus [v], Babylonem, nempe tertiam partem, ex cap. 16. 19. quæ Synecdoche frequens est, tum Prophetis, ut Ezec. 29. 12. & alibi sæpe, tum etiam Historicis. Sic 1 Macc. 1. 31. ab Antiochi hominibus *exusta* Hierosolyma; quod de pulcherrimis quibusdam ædificiis interpretatur Josephus, & consequens in utroque Maccabaico historia ostendit [x].) *igni concremabunt*] Ut nec ossa supersint: adeò severè in eam animadvertent [y]. Fuit vetus traditio apud Judæos fore ut Roma incenderetur, testibus Bachaio & Jonathâ ad 1 Sam. 2. 5. Ezec. 39. 16. Eam Johannes hîc approbat, ut & alia ejus generis non pauca. Impletum hoc per Ostrogotthos sub Totila, qui, quo tempore Romam primùm cepit, non quidem totam urbem, id quod Belisarii dedit monitis, sed portas, ædificiáque non pauca, incendit, & tertiam partem mænium diruit: de quibus vide Procop. Gothic. 3. & 4. [verbáque ejus in G.] Ex quibus optimè intelligas ea quæ hîc breviter, latiùs tamen cap. seq. prædicuntur. Nec est quòd quisquam opponat, tunc Romam fuisse Christianam. Contrà enim verum est, etiam postquam Imperatores facti erant Christiani, Romæ mansisse idololatriam tum in Senatu, tum in plebe. Nec in Senatu tantùm erant pagani, sed & Consulatus adipiscebantur, ut Symmachus, cujus oratio extat pro sacris paganicis. Hieron. ad Esa. 57. de suis temporibus agens, *Ipsáque Roma Orbis domina in singulis insulis domibúsque tutelæ simulacrum cereis venerans ac lucernis, quam ad tuitionem ædium isto appellant nomine, ut tam intrantes quàm exeuntes domum suam semper inoliti admoneantur erroris.* Et hæc est causa cur idem Hieron. cùm Romæ viveret, se *purpuratæ Meretricis colonum* fuisse dicit. Cùm Totilas Urbem invasit, jam plerique cives effugerant, —— & posteà noluerunt Romam redire Senatores, & alii qui exierant paganismo contacti. Sunt quæ hîc sunt verba sumpta ex Dan. 7. 11. In pari causa par eventus. Vide quanta fuerit Dei patientia in expectanda idololatrarum conversione [z]. In hac Urbis clade Idololatræ ferè omnes excisi sunt, Christiani verò servati per ipsos Gothos, qui, ut refert Oros. *religiosâ intentione prædandi ad confugia salutis agmina Christianorum ignara cogebant.* Et testatur Isidorus, iis omnibus parcitum fuisse qui nomina Christi vel sanctorum usurpârunt. Et quidam, ut narrat Hieron. religionem suam celantes multa passi sunt, qui cùm se Christianos professi sunt, salvi ad basilicas perducti sunt. Quanquam, quod præcipuum est, Christiani etiam tunc temporis impurissimi erant, & peccatis contra naturam deditissimi, &c ‖. [Aliis hæc sententia non placet.] Cladi huic Gotthicæ multa quæ de hoc Romæ excidio dicuntur minimè congruunt [a], ut, 1. quòd excidium hîc illi denuncietur totale, plenum, finale & irreparabile [b], ut constat ex cap. seq. v. 21, &c [c]. 2. quòd excidium hoc illi accidit, cùm Roma jam meretrix facta esset [d], h. e. idololatrica & scelerata, Apoc. 14. 8. non post idololatriam abolitam, & martyrum sanguinem detersum, & postquam Imperium ubique ferme Christianum fuerit. Nec refert, multos tunc superfuisse idololatras; nec magis eo nomine meretrix fuit, quàm Christiana fuit tempore Pauli & Neronis, quia tum plurimi Romæ erant Christiani. Denominatio enim debet fieri à potiori parte. 3. Quòd de hoc excidio sancti lætantur, Apoc. 18. 6. At Christiani de hac communis Patriæ suæ ruina non debebant aut poterant lætari, cùm illius pars magna fuerint. 4. Quòd sancti ante hoc excidium *exire* jubentur *ex Babylone* *, [Apoc. 18. 4.] Resp. Fecere tunc Christiani quod Deus voluit, exierunt ex urbe Roma, ad sacra loca, h. e. basilicas Petri & Pauli, quæ extra Urbem erant, quò confugientes, tam Alarici quàm Totilæ tempore, vitam salvam habuere non tam Gotthorum bonitate quàm Dei præsidio [f]. Sed glossema hoc valde ridiculum est & incredibile [g]. Ergò mandatum illud & præstiterunt Pagani qui Christianum nomen mentiti eò confugerant, & violârunt Christiani qui eò confugere aut non potuerunt aut noluerunt [h]; & Christiani post cladem redeuntes in Urbem, Babylonem rediisse putandi sunt [i]. Quid est Scripturas pervertere, si hoc non est [k]? Numnam voluit Angelus Christianos omnes Urbem relinquere, quòd nonnulli ibi essent Idololatræ, & non potiùs ibi manere, quò meliùs Idololatriam extinguerent [l]? 5. Quòd hoc excidium Babyloni à sanctis infertur, idque in justam vindictam injuriarum sibi ab ea illatarum, [cap. 18. 4, 5, 6.] At Gotthi nec sancti erant, sed Ethnici primùm, posteà Ariani, nec ullam antea à Romanis injuriam acceperant [m]. 6. Quòd hoc excidium est effectus unius ex Phialis, quæ omnes Bestiam persequuntur, éstque illustris victoria Agni de Antichristo; denique lugetur ab Antichristi asseclis [n], [cap. 18. v. 9, &c.] Oraculum hoc de Romæ Pontificiæ eversione adeò apertum est, ut nec Jesuitæ negent. Nec à Turcis, sed à Christianis, fiet illa eversio. Qu. Utrùm hi Reges exurendo meretricem, Antichristum abolituri sunt? Resp. Minimè, ut apparet, tum, ex cap. 19. 19. tum, quia ille spiritu oris Domini & in adventu ejus abolendus est, 2 Thess. 2. 8. Ingens erit hæc clades ejus, non tamen extrema. Româ enim & Italiâ profugus, alibi patronos inveniet [o].

17. *Deus enim* (Ultor & falsi cultûs, & sævitiæ quâ in Christianos usi Romani fuerant [p]:) *dedit in corda eorum* (h. e. movit flexitque voluntates & consilia eorum [q], non communi tantùm illo providentiæ modo, quo Deus facere dicitur quæ fieri sinit, ut notatum Maimonidæ; sed visis quoque & ostentis, qualibus & Vespasiano Deus addiderat animos ad capessendum Imperium, domandósque omnibus malis Judæos [r]. Manus Dei in hoc excidio Urbis mirè & immediatè se ostendit, tum, 1. quòd Monacho cuidam intercedenti apud Alaricum ut Urbi parceret, respondit, se non sponte hoc facere, sed ex alterius cujusdam instigatione, qui hoc jussit, ut referunt & Soc. & Sozom †. tum, 2. quòd stupendâ celeritate capta est: tum, 3. quòd Alaricus nec in Urbe capta permansit, nec adversùs Imperatorem duxit exercitum, sed mox reversus est, quasi hoc tantùm fine missus esset [t]. Hic causa traditur amoris in tantum odium versi, quod incredibile videri poterat,

Margin notes (left column): † Par. · t G. · v Par. · x Clu. Dur. · y C [illegible] · z G. · a Clu. sic Par. Cot. · b Cot. · c G. · d Idem. · * D. Clu. · f D. · g Cot. · h Lur. · i Par. · k Dur. · l Par. · m Par. Clu. · n Clu. · o Pi. sim. Par. · p Pi. · q G. · r Par. ex Bulling. Illyr. Nap. &c. · † D. · t G. · v Pi. · x G. · y Cot.

Margin notes (right column): z G. sim. Ham. · ‖ Ham. · a Mar. · b Mar. · c Mor. sic Dur. · d Mor. 687. Mar. · d Dur. · * Mar. · f G. · g Mor. ibi. · h Mar. · i Mar. sim. Mor. · k Mar. · l Mor. · m Mar. · n Dur. p. 670. · o Par. · p G. · q Par. · r G. · † Ham. ad v. 16. · t Ham.

terat, divina scilicet inspiratio, &c [v].) *ut faciant* (vel, *ut exequantur*, Be. Loquitur tanquam viveret tempore illorum decem Regum [x].) *quod placitum est illi* (vel, *sententiam ejus*, Be. Pi. i.e. ut judicia ipsius in Romam exequerentur [y]; quanquam id non magis ipsi spectabant quàm olim Nabuchodonosor, &c. Deus illis Regibus usus erat, tum ad augendum, tum ad labefactandum, Romanum Imperium [z]. Exscinditur Roma per Reges vel in iisdem locis regnantes, vel etiam ejusdem prosapiæ cum iis qui ab illa fascinati sunt, in quibus præteritæ seductionis memoria odium excitavit: sic quoque illustrior fit patefactio potentiæ Divinæ corda Regum flectentis quò illi lubitum est, juxta Prov. 21. 1 [a].) *ut*, &c. Καὶ ποιῆσαι μίαν γνώμην] Hoc abest à MS. ut & à Latino [b]. [Sic vertunt:] *Et ut unam faciant voluntatem*, V. Zeg. vel, *mentem*, Camer. *sententiam*, Be. Pi. *Et ut consentiant*, Be. Pi. vel, 1. inter se adversus Bestiam [c]. Vel, 2. invicem & cum Bestia pro muliere tuenda, ut fuit v. 13 [d]. ¶ *Ut dent Regnum suum* (i.e. ut potestatem suam commodent [*]:) *bestiæ* (i.e. Antichristo [f]. Qu. Quomodo Deus in corda eorum dedit malum hoc consilium [g]? Resp. Permittendo, & fræna laxando eorum ambitiosæ voluntati [h], sinendo eos impietatem suam peragere; quod antè fore ipse præviderat & decreverat [i]. Non nudè hoc permittit Deus, sed & eos justo judicio tradit menti reprobæ, Rom. 1. 26. & delusionibus, 2 Thess. 2. proponendo objecta, ad quæ ipsi ex malitia sua impingunt, gratiam illis suam subducendo, ipsorum cæcitatem regendo, ut hanc potiùs tentationem quàm aliam sequantur, &c [k]. Ἐπάνοδος est, ut sciamus & desciviſſe eos à societate Romana, & Romanam societatem induisse olim, in eaque mansisse, Deo hæc omnia singulari modo dispensante [†];) *donec consummentur* (vel, *adimpleantur*, Me. sic Par.) *verba Dei*] i.e. Decreta Dei [l], vel, quæ Deus prædixit [m], per Prophetas & Apostolos [n]; per Danielem & Johannem, de his regnis [o]; de discerpendo in multos Reges Imperio Romano [p], de Antichristo [q], de spirituali illa defectione ventura, 2 Thess. 2. quæ defectio supponit eos Christum professos fuisse, nec tamen amorem veritatis accepisse: specialem autem respectum habet ad Romam, ut ostendit mentio Romani Imperii tanquam impedimenti illius [r]. [Sensus,] Ut non diutiùs obedirent Romæ, & simul Romanæ idololatriæ, quàm id Deo videretur. Dei decreta apud Hebræos vocantur *verba*, ut & hominum cogitata; & passim Deus *dixisse apud se* dicitur quod decrevit: per μετάληψιν, *transumptionem*, autem intelligi hîc debent tempora illa ad conservandum discerpendùmque Imperium Romanum à Deo constituta. Est & in eo Hebraismus quòd dixit οἱ λόγοι τοῦ Θεοῦ, cùm potuisset dicere αὐτοῦ nam Θεὸς præcesserat [†].

18. *Et mulier quam* (id est, cujus figuram [t]:) *vidisti* (i.e. meretrix super aquas sedens [v]:) *est civitas magna* (Roma scilicet [x]: quæ *Babylon illa magna* dicitur, suprà v. 5. & c. 16. 19. & 18. 2, 10, 21. & *meretrix illa magna*, suprà v. 1. & 19. 2. & *urbs illa magna*; [tum] passim in hoc libro, ut c. 11. 8. & 14. 8. & 16. 19. & 18. 16, 19, 21 [y]. [tum] Porphyrio, Tatiano, & aliis Græcorum multis [z]. Quocunque nomine Roma appellatur, semper hoc titulo *Magnæ* insignitur. *Magna* autem dicitur non tam quantitatis intuitu, quàm quòd aliarum Urbium Caput & Regina esset, ut sequitur [a]: q. d. urbs quæ magnitudine, potentiâ, splendore & dominio, eminebat inter urbes terræ [b]. Apud Athenæum Roma dicitur *Epitome Orbis*, & οὐρανόπολις, *urbs cœlestis*. Apud Cic. *Lux orbis terrarum*: apud Jul. Frontinum, *Regina & Domina orbis terrarum* [c].) *quæ* (vel, utpote *quæ*, Med.) *habet regnum*, &c.] Solent Prophetiæ posteriores per gradus quosdam clariùs eloqui id quod priores dixerant occultiùs. Præter notam à situ modò positam, alteram ponit non minùs illustrem, de imperio in Reges. Lucanus, *Atque omnis Latio quæ servit purpura ferro.* Antiochus Tacito Hist. *inservientium Regum ditissimus.* Vide suprà v. 12. Intelligitur sub figura Mulieris non sola Urbs, sed Dominatio in ea urbe sedem habens, ut jam diximus [d]. Excidium regni Antichristiani, in genere per Phialas descriptum, particulariter exponere cœpit c. 17. hîc autem exponere pergit. Pertinet hoc caput ad explicationem quintæ Phialæ; ut apparet, tum, 1. quia illa in thronum Bestiæ effunditur: hîc autem describitur excidium Babylonis, quæ est thronus Bestiæ, c. 17. cujus proinde ruinam adeò lugent asseclæ Bestiæ: tum, 2. quia hoc excidium neque est illud ultimæ Phialæ, quâ nihil hic est tempore posterius: huic autem excidio superſunt & sancti qui de eo lætantur, & amici Romæ qui plorant, &c. neque illud sextæ Phialæ, sub qua est prælium *Armageddon*, ut apparet ex cap. 19. in quo Bestia, quæ excidio sedis suæ supervixit, capta est: ideòque est illud Phialæ quintæ, quæ, quia illustrissimus est gradus ruinæ Bestiæ, fusiùs tractatur [a]. Hic Angelus consequentia incendium Romæ nunciat, cum quadam antè dictorum explicatione. Sicut Babylonis veteris devastatio non semel, sed sæpiùs, prædicitur apud Esaiam & Jeremiam, interdum cum iis Poeticis coloribus ut lector velut in rem præsentem adductus cadaver urbis aspiciat; ità & de altera Babylone faciendum fuit. Quare quod paucis verbis indicatum fuerat suprà 16. 19. & 17. 16. id nunc tanquam in pictura subjicitur oculis [b].

v Clu. sim. Par. — x G. — y G. sim. Pi. Par. Me. — z G. — a Dur. — b G. — c Be. — d Par. — * Par. sim. Camer. Zeg. — f Par. &c. — g Clu. — h Me. — i Gag. — k Dur. — † G. — l G. Par. Pi. — m Me. sic Pi. — n Par. — o Me. — p G. — q Me. sic Clu. — r Dur. — † G. — t G. — v Gag. Par. — x G. Med. Par. Me. Dur. &c. — y Med. 1116. — z G. — a Med. ib. — b Dur. — c Med. ib. — d G. — a Dur. — b G.

CAP. XVIII.

1. ALium (h.e. naturâ diversum [c], ab illo cap. 17. 1 [d].) *Angelum*] Qui hic est, vel, 1. Christus [*], cui hæc propriissimè tribuuntur, quòd *de cœlo descendit*, &c [f]. vel, 2. unus ex primariis Dei Angelis [g]. Vel, 3. eximius aliquis Doctor Ecclesiæ [h], cujus adventu lux nova terræ affulget, qui proximè ipsum Romæ excidium præcedet, illúdque toti mundo significabit [i]. ¶ *Descendentem de cœlo*] i.e. Nomine & & authoritate Dei [k], à Deo & præter spem missus, ut cœlo delapsus videri possit [l], ad exercendam potestatem, &c. ¶ *Habentem potestatem magnam*] A Deo acceptam, ostendendi Mundo Romam nec æternam esse, nec invictam [m]: q. d. fortissimum [n], qui Babylonem, quæ insuperabilis videtur, evertere possit [o]. ¶ *Terra* (tota [p],) *illuminata est* (vel, *resplenduit*, Be.) *à gloria* (i.e. fulgore sive splendore [q], quem *gloria* significat, Exod. 40. 34, 35. Num. 14. 10. 2 Cor. 3. 7.) *ejus*] i.e. Vultûs angelici [r]. Verba ex Ezec. 43. 2. Hic splendor significabat, fore ut per eum discerent homines quod ignorabant, Romam, ut dixi, non esse æternam [†].

2. *Exclamavit*, &c.] *Magno clamore* significavit, [1.] rem magnam [t]: [2.] ingentem hujus Angeli zelum, fiduciam, & robur animi [v]: [3.] ignorantiam, stuporem, & securitatem Babylonis. Voluit autem ab omnibus exaudiri [x]. ¶ *Cecidit, cecidit*, &c.] i.e. Ruitura est certò, brevi [y], & penitus [z]. Est Aoristus hîc pro Præsenti. Nam res velut præsens ostenditur, *En cadit Roma.* Verba desumpta ex Esa. 21. 9. & Jer. 51. 8. Hæc est illa dies quam sibi cum lacrymis imaginabatur Scipio ardente Carthagine. Vide Polyb. & Plut [a]. [Quænam sit hæc Babylon, disce ex Annotatis ad cap. 17. 3.] ¶ *Facta est habitatio dæmoniorum*] Quæ Esa. 13. 21. sunt שעירים [b], i.e. δαιμόνια τραγόμορφα, ut diximus ad Levit. 17. 7 [c]. Solent autem quædam Dæmonum genera delectari locis desertis [d], Mat. 12. 43 [*]. & Marc. 5. 2, 5. idque, vel, ut ibi majori cum terrore appareant [f]: vel, quòd Deus justè eos ità coerceat [g], tanquam in spatioso carcere, nè hominum societatem perturbent [h]. Loquitur ex communi opinione [i]. ¶ *Et Custodia* (i.e. Receptaculum [k]:) —*spiritûs immundi*] Hoc idem est Ἀξηνγηλικὸν ejus quod præcessit [l]. Idem hoc quod *dæmones* in membro præced [m]. Ibi certam dæmonum speciem notat, hîc alios cacodæmones, spectra diabolica, lemures, striges [n]. *Dæmonia* sunt *spiritus immundi*, Mat. 10. 1. Marc. 1. 23, 26. & 3. 11, 30. Luc. 4. 33, 36. &c. φυλακὴ est *statio*, vox militaris [o]. ¶ *Volucris*, &c. Ὀρνέου ἀκαθάρτου, &c.] *Volucris immundæ & exosæ*, Pi. sim. Be. i.e. Quæ naturâ hominibus invisæ infestæque sunt, ut bubones, milvi, vultures, &c [p]. Avium rapacium, quæ cadaveribus pascuntur, quales designantur Esa. 13. 21. & 14. 23. & 34. 11. & Soph. 2. 14. Talia

c Cot. — d Dur. — * Cot. Gag. — f Q. in Clu. — g Par. sim. Dur. — h Clu. — i Grav. — k Clu. — l Par. — l Clu. — m G. — n Me. sim. Par. — o Par. — p T. — q G. Pi. — r T. — † G. — t G. sim. Dur. — v Clu. — x Par. — y Par. sic Pi. — z Par. sic D. — a G. — b G. sic Par. — c G. — d G. ex Cyr. & Procop. sim. Rib. Cot. Par. For. — * G. — f For. — g For. sim. Par. — h Par. — i For. sim. Cot. — k Rib. — l G. — m Cot. — n Par. — o G. — p Par.

Talia sunt אִיִּים, צִיִּים, & similia. *Exosæ*, quales sunt Bubones, *ferales* Virgilio, *dirum mortalibus omen* Ovidio[q]. *Immundas* aves vocat propter ferocitatem & rapacitatem, nam mox explicat per *invisas*; neque enim jam erant ullâ lege immundæ: q. d. Aves quæ omnibus invisæ sunt, quæque olim *immundæ* vocabantur[r].

3. *Quia* (Inter cædendum, præco olim edebat causam supplicii †:) *de vino iræ*, &c.] θυμὸς iterum hîc est *venenum*, ut & suprà 14. 8. ubi dicta vide[t]. Nota hîc κοινωνίαν καὶ τὸ πρέπον. Omnes enim & *potârunt* & *scortati sunt*, &c. Singulis autem tribuitur quod ipsis maximè proprium est, ut *gentibus* sive populis *bibere*, *Regibus scortari*, cum femina opulentissima, *mercatoribus ditari*, &c[v]. *Fornicati sunt cum illa*, i. e. ejus exemplum secuti sunt, imò & ipsam coluere. Vide ad 17. 8[x]. ¶ *Mercatores*, &c.] Vel propriè dicti, quia ad pompas, fastum, & delicias Meretricis, variæ merces requiruntur[y]: vel, spirituales[z], qui *mercantur animas hominum*, v. 13. qui vendunt indulgentias, dispensationes, census Ecclesiasticos, &c[a]. de quibus sic Mantuanus, ——— *venalia nobis Templa, sacerdotes, altaria, sacra, coronæ, Ignis, thura, preces, cælum est venale Deusque*[b]. ¶ *De*, &c. Ἐκ τῆς δυνάμεως τοῦ στρήνους] Sensus par infrà v. 23. & Esa. 47. 15. Στρῆνος est *luxus* Romanus; de quo complures viri eruditi libros scripsere. Δύναμις verò, חַיִל, *divitiæ* ad tantum luxum suppetentes[c]. [Sic vertunt:] *Ex opibus* (vel, *virtute*, Er. Mo. Ti. *potentiâ*, Sy. *magnitudine*, Il. *copiâ*, Ca.) *deliciarum ejus*, P. חַיִל, δύναμις, *opes* sæpe denotat, ut Job. 5. 5. Prov. 31. 29. Jos. 61. 6. quia in illis potissimum potentia hominis consistit. Et opes Aristoteles appellat *vires rerum*, & Plautus *fortem familiam* dixit pro *divite*[d]. Al. *Ex vehemente luxu*, sive *lasciviâ*, *ejus*, i. e. ex pecunia quam nacti sunt ab ea, emente merces lasciviæ sive luxui ipsius inservientes. Meton. efficientis[*].

4. *Et* (vel, *Deinde*, Pi.) *audivi* (Auditu scilicet Prophetico, sive extrinsecùs à specie objecta, sive immediatè & intrinsecùs[f]:) *aliam vocem* (vel, 1. ejusdem Angeli[g]: vel, 2. ipsius Dei[h]: vel, 3. ministrorum Dei[i].) *de cœlo* (i. e. cœlestem, quæ causam habebat non naturalem, sed Divinam. Sic *Baptisma Johannis* fuit *è cœlo*; & Christus *Dominus è cœlo*, 1 Cor. 15. 47[k].) *dicentem*] Hoc velut per παρένθεσιν interjicitur: nam cœptus sermo resumitur ibi, ὅτι ἐκολλήθησαν[l]. ¶ *Exite de illa*] Scil. Babylone, v. 2[m]. Exite ad basilicas Apostolorum extra Urbem, ubi ego vos tutos præstabo. [De qua interpretatione vide dicta ad cap. 17. 16.] Sumpta verba ex Esa. 48. 20. & Jer. 50. 8. & 51. 6, 45. Zac. 2. 7. Hâc voce ostenditur, Deum ità sua in Romam judicia exercuisse ut pios de communi malo servaverit. Sic suos servavit Deus, cùm Hierosol. caperetur primò à Nabuchod. deinde à Tito[n]. Et cùm Roma ab Alarico caperetur, *Honorius*, qui Christianus erat, Ravennæ fuit, quò etiam Innocentius Episcopus Romæ singulari Dei providentiâ profectus erat, alii verò in Basilicis servabantur, &c[o]. *Exite*, 1. corde sive animo[p], cui *egressus* tribuitur, 2 Cor. 6. 17. Heb. 13. 13. 1 Joh. 2. 19[q]. vel, spiritualiter[r], fugiendo idola & abhominationes ejus †. 2. corpore[t], segregatione[v], & secessione locali[x], ob periculum inquinationis[y] & excidii, quod jam imminere significat[z]. Quatenus fieri potest vitandum est ejus contubernium[a]. Hinc defenditur secessio nostra à Papatu, utpote nobis à Deo imperata[b]. Hinc quoque respondetur illi quæstioni, Ubi fuit Ecclesia vestra ante Lutherum? Resp. In Babylone erat, sed captiva & oppressa[c]. Non semper necessaria fuit hæc segregatio. Tempus erat quo Deus populum suum clementer ferebat in Babylone latentem & gementem, affectúque à superstitionibus ejus sejunctum, cùm scilicet Deus nondum viam illis recluserat quà indè exirent, necdum locum quò se exeundo reciperent ipsis paraverat; denique nondum advenerat tempus à Deo constitutum quo solvenda erat illa Captivitas: quomodo non peccârunt Israelitæ manentes aut in Ægypto ante Mosen missum, aut in Babylone ante 70 annos exactos. Cùm autem Deus libertatem promulgavit, ut olim per Mosen & per Cyrum; ità hîc per Evangelium Gentibus prædicatum, hærere adhuc Babylone, & ad vexillum Evangelicum nolle aggregari, scelus est, &c[d]. ¶ *Populus meus*] Vel, *tu popule mi*, G. sic Be. Pi. i. e. Vos qui nec idola colitis, nec claudicatis, sed sincerâ fide estis Christiani[*]: qui fœdus cum Deo iniistis, acceptis illius conditionibus, qui Dei bonitatem peculiari modo experimini. *Dei* enim nomen in illa fœderis formula, *Ero Deus tuus*, non magnificentiæ, potentiæ & sapientiæ, magis quàm beneficentiæ, providentiæ, curæ, titulus est & elogium[f]. ¶ *Ut nè participes sitis deliciorum ejus, & de plagis ejus*, &c.] Hîc quoque membrum posterius servit explicando priori. Nam ἁμαρτίας vocârat Hebræorum more *pœnas*, sive *calamitates*. Confer Gen. 19. 15. & Mat. 24. 15, 16, 17[g]. Sed peccatum hoc sensu hîc non potest sumi, 1. quia hîc deterret eos *nè communicet*; qui voluntatis actus est. Atqui non est cur quisquam à subeunda pœna deterreatur tanquam ab actu spontaneo. 2. quia, cùm pœna hæc gravissima & extrema fuerit, non verendum erat nè populus Dei eâ implicaretur. *Peccatum* ergò propriè sumitur, quocum hîc prohibentur συγκοινωνεῖν, perinde ut Eph. 5. 11. Eos hîc hortatur non nè idololatrarum more insaniant, sed nè vel minimùm conniveant, vel etiam præsentiâ suâ faveant, &c. καὶ hîc est illativum, ut Psal. 45. 11. *Quoniam est Dominus tuus*, & (h. e. ideo) *adora eum*. Ità hîc, καὶ ἵνα μὴ λάβητε, h. e. *ideóque nè accipiatis*[h].

5. *Quoniam*, &c. Ὅτι ἠκολούθησαν, &c.] Absolutâ illâ voce cœlesti pergit loqui Angelus, & causas modúmque vastitatis Romæ explicare[i]. Græci Codices communiter hîc legunt ἠκολούθησαν. Andreas autem & Codex Regius [quos G. sequitur] ἐκολλήθησαν[k]. [Locum sic reddunt:] *Nam secuta sunt* (vel, *consecuta sunt invicem*, alia ex aliis nata, instar concatenati funis[l], vel ingentis montis[m]: vel, *pervenerunt*, sive *pertigerunt*, Er. Ti. Ca. Ar. Æth. *accumulata sunt*, Il. vel, *accumulata pertigerunt*, P. Be. Pi. *adhæserunt*, Sy. *coacervata sunt*. Catachresis[n]: *conglutinata sunt*, & quasi bitumine ferruminata in cumulum assurgunt[o].) *ejus peccata usque ad cœlum*, Pi. &c. Dictum id olim de Sodomis, Gen. 18. 20. & de Ninive Jonæ, 1. 2. Sic & Homerus, τῶν ὕβρις τε βίη τε σιδήρεον οὐρανὸν ἥκει. ¶ *Et recordatus est*, &c.] Sensus qui suprà 17. 17. Dicitur Deus *recordari criminum* ubi ea punit[p].

6. *Reddite illi* (Apostrophe est[q], vel, 1. ad Gotthos[r]: vel, 2. ad Sanctos †, hostes Babylonis[t]. Sic Medos alloquitur Deus, Jer. 50. 14. & seq[v].) *sicut & ipsa reddidit vobis*] i. e. Sicut ipsa tractavit omnes populos: sicut ipsa exciderat Corinthum, Numantiam, Carthaginem, tot urbes alias. Sed ὑμῖν abest in MS. non malè. Vide Psal. 137. 8. Jer. 50. 15. & 51. 24, 49[x]. Sed quid hoc ad Gotthos, qui nullum antea à Romanis injuriam acceperant[y]? Al. Sicut ipsa pios afflixit[z], & de eorum malis lætata est[a]. Qu. Quomodo hoc congruit cum illo mandato de nobis non ulciscendis, Mat. 5. 38. Luc. 6. 29. Rom. 12. 17[b]? Resp. 1. Non hîc imperatur piis vindicta[c], sive manus illi inferre, sed illam animadversione dignam judicare[d]; animis & ore justæ Dei sententiæ favere[*], de supplicio ejus lætari[f]. 2. Ultio hæc non est privata, sed publica[g], exercenda à Regibus[h], ipsorúmque subditis[i], quos illa bello lacessivit, expilavit, jugulavit, &c[k]. qui eam jam gladio & igne prosequentur, juxta Apoc. 17. 16. neque enim aliter tanta urbs everti posset[l]. ¶ *Et*, &c. Καὶ διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ, &c.] *Et duplicate ei duplicia, secundùm opera ejus*, Mo. sic Er. Il. P. Pi. &c. *Duplum reddere* & in bonam partem dicitur, ut Esa. 61. 7. Zach. 9. 12. & in malam, Jer. 16. 18[m]. *Et duplicem pro ejus factis gratiam referte*, Ca. Sensus, Reddite illi duplicatam mensuram malorum, prout meruit; i. e. abundè eam ulciscimini[n]. *Duplum* enim interdum accipitur pro abundanti sive copioso[o], ut Jer. 17. 18. forsan & 2 Reg. 2. 9[*]. sic & Jos. 40. 1. & Zach. 9. 12 †. duplò magis quàm vos afflixit, illam affligite[p]. Qu. Annon hoc injustum est[q]? Resp. 1. *Affligite* hîc valet, *affligendam decernite*[r]; q. d. Gravibus vos doloribus affecit, sed pro iis duplò majoribus nunc à Deo afficietur †. 2. Nihil hac in re iniqui est. Οὐ δίκαιον, &c. (*Si quis oculum alteri eruat, non tantùm justum est ut oculus illi*

quoque

[Margin notes, left column: q G. · r Rib. · † Med. 1116. · t G. · v Cot. · x G. · y Grav. · z Par. Dur. · a Par. · b Clu. · c G. · d D. · * Pi. · f Cam. · g Gag. · h Pi. Clu. · i Dur. · k Cam. · l G. · m Pi. Cam. &c. · n G. · o Ham. ad v. 2. · p Par. Cam. · q Cam. · r Gag. Par. Clu. · † Par. sim. Gag. · t E. Par. Clu. Dur. · v Cam. · x Dur. · y E. Clu. · z Dur. sim. Clu. · a Gag. · b Par. Dur. · c Par.]

[Margin notes, right column: d Cam. · * G. · f Cam. · g G. · h Cam. · i G. · k Par. · l Par. sic Be. Pi. · m Pi. sic Be. · n G. · o Par. · p G. · q Pi. · r G. · † E. · t Pi. · v G. · x G. · y Mar. · z Par. · a Me. · b Clu. · c Par. · d Gag. · * Me. sim. Par. · f Par. · g Clu. sim. Par. · h Clu. sim. Par. · i T. Dur. · k Dur. · l T. sim. Clu. · m G. · n Pi. · o Clu. sic Par. · * Clu. · † Par. · p Gag. sim. Me. · q Clu. · r Gag. · † Me.]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

quoque eruatur, sed ut plura quoque patiatur:) ait Aristoteles. Vide de J. B. & P. 2. 2. 20. Dixerat olim Mithridates, *nisi silvâ excisâ nunquam quieturos lupos* [t]. 3. Non jubet duplum pœnæ reddere pro simplici peccato, sed irrogare duplum earum afflictionum, quibus ipsa pios afflixit, idque sic postulantibus ipsorum sceleribus [v]. ¶ *In poculo*, &c.] Poculi duplex significatio est & in hoc libro, & alibi. Interdum ad Vitia, hîc ad Calamitates, pertinet. Vide suprà 14. 10. & 16. 19 [x]. Sensus, q. d. In idem poculum, quo illa vobis dolores & ærumnas propinavit, duplum amaræ hujus potionis infundite, & propinate illi [y].

7. *Quantum*, &c. Ὅσα——ἐστρηνίασε] *Quanta* (vel, *Quantum*, Be. Pi. &c.) *glorificavit* (vel, *jactavit*, G.) *seipsam* (i. e. superbivit, gloriam & majestatem sibi arrogavit: ὅσα hîc pro καθ' ὅσα, sive καθόσον [z]:) *& in deliciis fuit*, Mo. sic Be. vel, *lasciviit*, Er. V. Pi. vel, *luxuriata est*, Pi. G. De voce στρηνιάζειν vide 1 Tim. 5. 11. Sensus idem Prov. 16. 18 [a]. Summum Romæ fastum notat, qualis est, quòd se vocet Caput omnium Ecclesiarum; quòd Papa se vocet Universalem Episcopum [b], infallibilem, &c [c]. ¶ *Tantum*, &c. Τοσοῦτον, &c.] Pro, κατὰ τοσοῦτον, i. e. tantundem sive tantâ mensurâ [d]. *Tantum inferte ei cruciatum & luctum*, Pi. sim. Be. Βασανισμὸς dicitur omnis *vexatio*, ut suprà 9. 5. ¶ *In corde suo dixit*] Cogitavit nihil tale sibi eventurum. Claudianus,——*Simili bacchatur crimine quisquis Aspirat Romæ spoliis aut Solis habenis* [*]. ¶ *Sedeo* (Verbum Pontifici proprium, qui *sedet in templo*, 2 Thess. 2. 4. & jactat se sedere in cathedra Petri [f].) *regina*] i. e. Tanquam regina [g]. Præsens hîc sumendum pro omni tempore: q. d. Regno in perpetuum. Est explicatio verborum quæ habes Esa. 47. 8. & Soph. 2. 15 [h]. Sum Domina & regina Ecclesiarum & Regnorum omnium [i]. *Steuchus* contra *Vallam*, pugnans pro privilegio Romanæ sedis, confidenter affirmat, omnes Reges relictum sibi ab eo solum regnorum suorum usum-fructum & administrationem habere; jus autem propriè ad illam pertinere. Ità parasitorum linguæ ad veritatem hujus Prophetiæ contra ipsos comprobandam inserviunt ||. ¶ *Vidua non sum*] i. e. Privata imperio [k], & populi frequentiâ [l], ut Thren. 1. 1. i. e. populosa sum admodum. Locutio qualis Prov. 16. 29. *via non bona*, i. e. pessima [m]. Ero semper regnantium sedes [n], & sponsa Christi [o]. ¶ *Luctum non videbo*] i. e. Sentiam & experiar [p], ut vidua quæ luget maritum [q]. Hoc positum pro illis Esaiæ, οὐδὲ γνώσομαι ὀρφανίαν. *Non orbabor prole*, i. e. populo. Vide Mat. 23. 37 [r].

8. *In uno die*] i. e. Subitò †, & simul [r]. Locutio Hebræa. Sensus qualis Esa. 47. 9 [v]. ¶ *Mors* (Nempe animæ [x]: vel, pestilentia, ut diximus suprà 6. 8. Mat. 24. 7. De ingenti pestilentia per orbem Romanum Justiniani tempore vide Procop. Persic. 2. Id Esa. 47. 11. est הוה [y].) *& luctus*, (in superstitibus [z], ob interfectos à Gothis. Id Esa. 47. est רעה [a].) *& fames*, (Quæ præcedenti luxuriæ opponitur, ut luctus voluptatibus [b]. Hæc est illa fames Romæ, de qua Procop. Gotthic. 3. ubi leges patrimoniis emptum frumentum & furfurem; pro beato habitum qui animal morbo emortuum adipisci posset; urticis pastam aliquamdiu plebem; ubi ea deficerent, macie confecta corpora; quosdam stercus esitâsse; multos se ob famem interfecisse; multos fame consumptos, patrem cum quinis liberis ob id se jecisse in Tiberim. Fames est שאיה, Esa. 47 [c].) *& igne comburetur*] Ut ipsa martyres, ceu hæreticos, flammis exussit [d]. *Comburetur*, nempe tertiâ sui parte, ut diximus suprà 16. 9. & 17. 16. portis insuper omnibus exustis [*]. ¶ *Quia fortis*, &c.] i. e. Omnipotens [f], qui facillimè decreta sua exsequitur; cui parent creaturæ omnes [g], qui impediri non potest [h]. Vide Jer. 51. 6 [i]. Hoc addit, quia incredibile videbatur eam eversum iri [k]. Nihil est, inquit, quod consilia ejus irrita reddere possit †.

9. *Et*, &c. Καὶ κλαύσονται, &c.] *Et flebunt* (vel, *deplorabunt*, Pi.) *eam, & plangent super illam* (vel, *propter illam*, i. e. propter ruinam ejus [l]: fletu & planctu mærorem suum testabuntur. Vide suprà 1. 7. Mat. 11. 17 [m].) *reges terræ*, Mo. &c. i. e. terrenis & cultibus & rebus dediti. Nam epithetum *terræ* perpetuò in hac Prophetia in malum sumitur [o]. *Reges*, vel, 1. cladis auctores; ut solet magnæ Urbis clades etiam victoribus lacrymas elicere [p]: vel potiùs, 2. amici & confœderati [q], qui non defecerunt [r], quidam ex Decem Regibus †, qui dum alii eam oderint, illi favebunt usque ad prælium Armaggedon [t]. Neque enim Reges illi unanimiter & conjunctim Romam evertent. Est ergò illa locutio cap. 17. 16. synecdochica, sicut Mat. 27. 44. *latrones* pro uno latronum; & sicut 12 Apostoli ea fecisse leguntur, quæ omnes illos non fecisse certum est [v]. Reges dolent & ademptas sibi delicias, & colla suo submittere jugo Christi, quo licentia cohibeatur [x]. Sub *Regum* nomine comprehenduntur & Senatores, & Præfecti. ¶ *Qui——fornicati sunt*, &c.] Qui aut palàm aut clàm adhuc erant idololatræ, & nullum sumptibus modum fecerant. ¶ *Cùm viderint fumum*, &c.] Tale illud,——*Omnis humo fumat Neptunia Troja*. Seneca de eadem re, *Troes hoc signo patriam videbunt* [y].

10. *Longè* (vel, *Procul*, Be. Pi.) *stantes* (sicut infrà v. 15, 17 [z]. opem ferre non audentes [a]. Longè stare solent qui nolunt agnosci pro amicis miserorum, Mat. 26. 58. & 27. 55 [b].) *propter timorem*, &c.] Metu nè in eadem mala incidant [c]. Vel, horrore percussi tam atrocis calamitatis [d]. ¶ *Væ*, &c. Οὐαὶ, &c.] *Væ* interdum Minantis est [*], interdum Condolentis [f], ut hîc [g]. Sic, *Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ*. De cognomine *magnæ* vide suprà 16. 19. & Dan. 4. 30 [h]. ¶ *Fortis*] Ob Regum, quibus defenditur, opes & copias [i]. עיר מבצר Jer. 1. 18 [k]. ¶ *Judicium tuum*] i. e. Pœna tua [l].

11. *Et*, &c. Καὶ οἱ ἔμποροι, &c.] *Et mercatores terræ*, &c. Non tantùm Babyloni apertè: sed & tacitè Tyro Romam comparat, ob ingentia ejus cum toto Orbe commercia [m]. Desumpta hæc & sequentia ex Ezec. 23. 5 [n]. *Mercatores*, vel, 1. ad literam, quippe quorum mercibus sequentibus plurimùm usa est Roma ad pompam & splendorem, tum cultûs sacri, tum vitæ communis. Verùm hæ merces, etiam Româ excisâ, pretium habebant, & alibi vendi poterant, ideóque non tanta illis erat causa luctûs. Vel, 2. quod malim [o], viri spirituales sive Ecclesiastici [p]; ut apparet ex seq. mercibus, quarum nonnullæ Romæ peculiares sunt, ut *animæ* hominum [q], nundinatores Indulgentiarum, &c [r]. qui mercaturam faciunt in Ecclesia, & omnia transfigunt propter commoda mundana; qui proinde in contumeliam appellantur *Mercatores terræ*, quanquam aliàs externus universorum Character sive Titulus, sit *Divinus*, *Sanctus*, *Sacer*, vel *Religiosus* †. *Mercatus* hic est falsorum doctorum, ut 2 Pet. 2. 3. qui seipsos pascunt, non gregem, Ezec. 34. 1, 2 [t]. ¶ *Merces*, &c. ità Er. P. Mo. Be. Pi. &c. Γόμον] *Onus*, Sy. G. ex Gloss. Γόμος, משא, dicitur quod jumentis fertur, Exod. 23. 5. sed & quod navibus [v]. Lugere eos facit lucrum cessans, & damnum emergens [x], quòd nemo emet indulgentias, &c. quia cognoscentur esse merces spuriæ meræque imposturæ. Hinc constat, merces has non esse mercatorias, quia uno emporio deleto, non tolluntur alibi commercia, &c [y].

12. *Merces auri, & argenti*, &c.] i. e. Aureorum & argenteorum vasorum aut ornamentorum [z]. Vide suprà 17. 4. Ezec. 27. 12, 13. & 28. 4, 13 [a]. Mysterium in omnibus his mercibus investigare (cùm fortean nihil aliud sit quàm *Hylasmus*, sive luxuriantior in objectis materialibus immoratio in externi corticis Vaticinii uberiorem ornatum:) nimis magna esset περιεργία [b]. ¶ *Et byssi* (Quæ est tenuissimum & præstantissimum lini genus [c]:) *& purpuræ, & serici*, (quod à *Seribus* dictum, i. e. à Sinensibus, quod vermes nent. Hæc olim ab ultimo orbe petita Justinianus curavit ut in Imperio Romano fierent. *Metaxam* vocat Procop. Persic. 1. Suidas, Σηρικὴ ἡ μέταξα ἐσθὴς. Petronius in descriptione luxûs Romani, *Hinc Numidæ crustas, illinc sua vellera Seres*. Vide Ezec. 27. 16, 24 [d].) *& cocci*] Vide suprà 17. 4 [*]. Hæc & præcedentia inserviebant vestitui splendido & magnifico [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πᾶν ξύλον θύϊνον, &c.] *Et omne* (i.e. omnis generis [g]:) *lignum thyinum* (ab arbore Thyo, cujus mentio 1 Reg. 10 [h]. *Thyini ligni* mentio in Dioscor. l. 1. sed quid sit nescio [i].

[Left margin notes: t G. | v Par. sim. E. | x G. | y Me. | z Pi. | a G. | b Par. | c Clu. | d Pi. | * G. | f Par. | g Pi. | h Clu. | i Par. | || For. | k Me. ex Rib. | l Rib. Me. sim. D. | m D. sim. Be. | n G. | o Par. | p Be. sic Pi. G. | q D. | r G. | † Rib. Me. G. Dur. sic Be. D. | v Rib. Me. | x G. | z Primas. in Clu. | y G. | z Me. | a G. | b Par. | c G. | d Par. | * G. sim. Ham. | f Me Par. | g G. | h L. | i G. | k Dur. sim. Rib. Par. | † Cot. | l Pi. | m G.]

[Right margin notes: o Par. | p Me. sim. Rib. | q Me. | r G. sic Ham. | † Dur. sic Clu. | t Dur. | v Clu. | x For. sim. Dur. | y G. | z Idem. | a For. Dur. | b G. | c G. sim. Me. Clu. | d Me. sic Be. | f G. | g G. sic Dur. | h Dur. G. | i Clu. | k G. | l G. Pi. | m G. sim. For. | n G. | o Dur. | p Dur. Par. sic Mor. 739. | q Dur. | r Par. | † Mor. ib. | t Dur. | v G. | x Dur. | y Par. | z Pi. | a G. | b Mor. 739. | c G. sim. Cot. Par. | d G. | * G. Par. | f For. sim. Mor. | g Pi. | h Er.]

nescio [i]. Videtur lignum odoratum fuisse [k], quale cupressus, juniperus, cedrus [l], à θύω, *odorem emitto* [m]. In Hebræo est אלגומים, aut, transpositis literis, אלמוגים, 1 Reg. 10. 11, 12. ubi tamen LXX [n], non θύϊνα [o], sed ἀπελέκητα [p], id est, *non dolata*, convertunt [q]: At Theodotion, cujus versio in Paralipomenis recepta est, 2 Par. 2. 8. & 9. 10, 11. πεύκινα, quomodo & Josephus πεύκινα. Puto esse vocem Arabicam, & אל esse articulum [vocémque significare:] *ligna undulata*, ab Arab. מוג *fluctuare*. Hîc verò sub nomine generali significari [puto] *Citra*, unde erant divitum Romanorum mensæ, ut Martialis sæpe nos docet, ut Plin. 13. 15. qui idem ait *Thyam* & *Thyon* appellari. Petebatur maximè ex Mauritania, Ezec. 27. 5, 6. In MS. σκεῦος θύϊνον, id est, mensas [r]. Hoc ligno Thyino Templorum Testudines ornabant, & idola sculpebant †. Buxtorfius hoc facit speciem cedri præstantissimæ; alii ebenum, alii lignum Brasiliense, Vulgatus pineam [t].) *& omne vas eburneum*, (Ut lectos ex ebore quorum meminerunt Varro, & Celsus, & L. Labeo, Ezec. 27. 15 [v].) *& omne vas* (Hoc nomine omnis *supellex* atque *instrumentum* intelligitur, כלי. Vide quæ diximus Act. 9. 15. & 10. 16. Vide Ezec. 27. 9 [x]. Al. Σκεῦος hîc significare possit imagines, ut vox hæc sumitur & in Historia Byzantina, & in Achmete, cap. 12 †.) *ex ligno pretiosissimo*, (uti ex Cedro [y], Buxo, unde nomen πυξίδων [z]. Ebeno [a], Ezec. 27. 15 [b].) *& ære*, (unde lebetes, Ezec. 27. 13 [c].) *& ferro*, (unde arma bellica, venatoria, culinaria, Ezec. 27. 12, 19 [d].) *& marmore*] Pario aut Laconico, unde columnæ & statuæ [*]. Hæc singula ad delectationem ac sumptuosam faciunt supellectilem, & artificium [f].

13. *Et cinamomum*] Vide ad Exod. 30. 23. Heb. קנמון, Prov. 7. 17. Cant. 4. 14. *Pretium erat in libras denarium mille & quingentorum*, teste Plinio, 12. 19. Falluntur qui esse putant quam *canellam* dicimus: ea enim Cassiæ est species. In MS. hîc additur καὶ ἄμωμον [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ θυμιάματα, &c.] *Et suffitus*, sive *suffimenta*, (i.e. res odoriferas, ut thus & aromata [h]; vel, *odoramenta*, V. sic Vulg. Heb. קטורת [i], pro imaginibus colendis [k]. *Suffitus* non tantùm in sacrorum usu, sed & in deliciis. Vide Prov. 7. 17. Ezec. 27. 19, 22 [l].) *& unguentum*, (Potabant enim unguentati [m]:) *& thus*, (ad cultum imaginum [n]. *Thus* & in sacrorum usu & potui miscebatur. Magnus etiam ejus usus adversus ulcera, vulneráve, teste Dioscoride, 1. 81 [o].) *& vinum & oleum*, (Res jucundæ magis quàm necessariæ. Vide suprà 6. 6. Oleo multo opus est ad palæstram. Vina potabantur usque à Meroe Ezec. 27. 17, 18 [p].) *& similam*, (vel, *similaginem*, Græcè σεμίδαλιν, Hebræis סלת. Indè fiebant placentæ [q].) *& triticum*, (frumentum ab Africa & Ægypto. Sic & Ezec. 27. 17 [r].) *& jumenta*, (Græcè κτήνη, ut LXX vertunt vocem בהמות, quâ comprehenduntur animalia omnia pedibus gradientia, sive ea fera sint, sive mansueta. Utraque usum habebant in epulis: feræ etiam ad editiones venatorias. *Quæritur in silvis Mauri fera, & ultimus Ammon Afrorum excutitur* †.) *& oves*] Hæc faciunt ad curationem corporis & epularum lautitias [t]. Nulla Nundinatio ampliùs in *Odoribus aromaticis*, *Oleis*, vel *Unguentis*, ad sacras *Unctiones*. Nemo ampliùs Idololatricam ejus *Hostiam* degustabit, vel ex purissimo *Tritico* confectam, nec pitissabit de *vino Calicis* ejus; *Vitulus* etiam *Agnúsque* decumani sacráque Vellera deficient [v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἵππων, καὶ ῥεδῶν, καὶ σωμάτων, καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων] Tria prima vocabula faciunt ad regalem magnificámque vectationem [x], eáque simul sumi debent; ut apparet, quia hæc sola sunt in Genitivo, nec tamen in regimine. Suspicor ergò iis designari Pompam, paratúmve ordinarium majorum aliquarum dignitatum in hac Babylone mystica, h.e. in Ecclesia Romana; tanquam si scriptum esset, καὶ γόμον τινὰ ἐκ ῥεδῶν καὶ ἵππων καὶ σωμάτων συνεστηκότα, Rhedas bijugas, quadrijugas vel sejugas, i.e. equos binos, quaternos, senósve habentes, & pedissequos utrinque ad latera Rhedæ currentes; qui σώματα hîc dicuntur, non solùm quòd ea vox *Servos* significet, sed magis speciatim fortasse quòd hi servuli *nudi*, id est, sine *pallio penulâve*, quod Hispani *in querpo* dicunt, currere solent: ut sensus sit, Quòd Nundinatio talium Dignitatum, quas pompa illa condeceat, defutura sit [y]. Mutata hîc est constructio [z]. Genitivus hic & sequentes ψυχὰς ante se habent. Similis constructio Exod. 20. 17. Subauditur enim [vel, 1.] πλῆθος [a]; [vel, 2.] τινάς, ut Luc. 16. 24. & Act. 21. 16 [b]. [vel, 3.] γόμον, *mercaturam* [c]; vel, *merces, inquam, eorum est* [d]. [Verba sic reddunt:] *Et equos*, (Quos habes & Ezec. 27. 14. Quorum usus non tantùm ad bella & itinera, sed & ad ludos Circenses [*].) *& rhedas*, (id est, lecticas [f]. Perinde est an scribas ῥαίδων, an, ut alii libri, ῥεδῶν. Est enim vox Gallica, teste Quintil. 1. 9. à *rheiden* scilicet, quod est *vehi*. *Rhedæ* mentio in Horat. & Cicer [g]. [vide G.]) *& mancipia*, (Intelligit, vel, 1. servos [h], venales [i], qui σώματα, *corpora*, vocantur Gen. 34. 28. & in Epiphan. & in Græc. Epigram. Σώματα πολλὰ τρέφειν, &c [k]. Servi enim nihil aliud quàm corpora sunt, cùm sui juris non sint [l]. Vel, 2. homines liberos qui pro pecunia se prostituebant, tam mares quàm fœminæ: mares verò etiam operas suas locabant ad arenam, σώματα ἢ ἁπλῶς, οὐκ ἂν ζῶλα σώματα, ait Pollux. Sic Virgilius, —— *excepto Laurentis corpore Turni* [m].) *& animas hominum*, Be. Pi. Intelligunt, vel, 1. homines [n]; nam *animæ*, sive *animæ hominum*, & *homines*, mutuò se explicant, ut 1 Pet. 3. 20 [o]. sic Act. 2. 41, 43. & 3. 23. & 7. 14. & in Cicer. *Vos, meæ carissimæ animæ, quàm sæpissimè ad me scribite* [p]. Ut autem hoc membrum à præced. distinguatur, homines hîc intelligendi sunt [vel,] liberi, in quibus plagium committitur [q], quales *animæ* appellantur; quia in illis Anima, voluntas, inquam, præcipua Animæ facultas, officium suum facit †: [vel,] servi qui emebantur, ut in circis & theatris depugnarent cum bestiis, aut inter se [r]. Vel, 2. mancipia †: ut apparet, quòd hoc, sicut & multa præcedentia, sumpta sunt ex Ezec. 27. 13 †. ubi dicuntur Græci cum Tyriis negotiati ἐν ψυχαῖς ἀνθρώπων. Ad hoc exemplum Græci posteriores servulos vocârunt ψυχάρια, ut notavit istarum literarum callentissimus Johannes Meursius. Liberi homines corporis sui sunt domini, servi nihil nisi animam possident, nam corpus est Domini [t]. Vel, 3. animas distinctè & propriè sumptas [v], quarum spiritualis nundinatio Romæ exercetur [x], nec uno modo: nam & suas & aliorum animas quæstûs causâ ibi vendunt; censum annuum ex scortis publicis percipiunt [y]; vendunt & redemptionem Animarum ex Purgatorio [z], per Missas conductitias [a]. Et probè hîc notandum, quòd Spiritus Sanctus, ut ostenderet, quales merces & mercatores hîc intelligantur, divino quodam artificio, clausulæ loco, ponit *animas hominum*; ac nè quisquam secundùm formulam sermonis Hebraici, & similia verba Ezec. 27. posita, existimet per has intelligi debere mancipia, habemus ad illa significanda præmissam vocem σωμάτων [•] deinde mutatur constructio, καὶ ψυχὰς, &c. id quod evidenti indicio est, intelligi hîc mercatores, quales illi sunt 2 Cor. 2. 17. & 2 Pet. 2. 3 [b]. Voces quoque à Prophetis V. T. sæpe usurpantur scriptoribus N. T. paulò alio sensu, quod & G. notat. Quod ergò in sensu proprio dictum est de Tyro, Ezec. 27. in mystico de hac mystica Babylone debet intelligi, de animarum mercatura per missas, indulgentias, peregrinationes, aliáque suffragia, &c. Grotii interpretatio de mancipiis non placet, 1. quòd illorum sub voce σωμάτων facta est mentio: & σώματα Græcis sæpissimè notant servos & famulitium domesticum, ut in Aristot. Rhet. 1. Demosth. Philip. 3. Ut verò *corpus* absolutè poneretur pro homine libero (ut Grotius vult) nec Græcis nec Latinis fuit in usu. 2. Quòd etsi ψυχάρια dixerunt ultimi Græci pro *servulis*, prout & ultimi Latini *Animalia* eos vocârunt; servos tamen Græcis vocatos tempore Johannis ψυχὰς ἀνθρώπων, non æquè facile erit demonstrare: ψυχαγωγοὶ quidem dicebantur Plagiarii; non quòd ψυχὴ per se sit servus, sed quòd significet personam humanam, sive ea ingenuæ sit conditionis, sive servilis ‖.

14. *Et*, &c. Καὶ ἡ ὀπώρα τῆς ἐπιθυμίας, &c.] Est in hoc versu Apostrophe Regum ad Romam, qualis Ezec. 27. v. 32 [c]. Forsan hic versus transpositus est, & ponendus post v. 23. ità omnia bellè cohærent: nam v. 15. cum superioribus prorsus cohæret. Sed nolo vel apicem ex sola conjectura mutare. Quanquam certum est, valde negligenter habitum hunc librum à plerisque, quòd de ejus autoritate dubitaretur, astutiâ nimirum Satanæ singulari, nè hæc mysteria suo tempore patefierent [d]. Ὀπώρα

autum-

Margin notes (left): i Be. k Be. sim. Camer. Par. l Par. m Par. sim. Be. n G. sic Be. Clu. ex Buxt. o Be. p Be. G. q Be. r G. † Mor. 739. t Clu. v G. x Idem † Mor. 739 y Clu. z G. a Clu. G. b G. c Idem. d Id. * Id. f For. g G. h Pi. i G. k Mor. l G. m Idem. n Mor. o G. p Id. q Id. r Id. † Id. t For. v Mor. x For. y Mor. z Be.

Margin notes (right): a G. b Cor. c Par. d V. * G. f Be. g G. h Cot. i Par. D. Pi. k Par. D. l Cot. m G. hic in Append. n Pi. D. Ga. o D. sic Ga. pso. 106. p Ga. ib. q Pi. † Cot. r Me. † G. ex Hist. Ham. t G. v Clu. sim. Par. Cot. x Mor. Dar. y Par. Clu. z Par. Coc. Mor. a Mor. b For. p. 202. ‖ Mar. c G. d Be.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

autumnum significat, per κατάχεσιν verò hoc loco *tempus fruendi*: sicut *Veneris fructus carpere* dicunt Latini. Sensus est, *Non ultrà poteris indulgere amoribus* *. [Reliqui verba sic reddunt:] *Et fructus* (vel, *poma*, Vulg. Mo.) *desiderii*, sive *concupiscentiæ*, (vel, *concupiscibilis*, Pi. sic Be. *desiderati*, Pi. sic Camer. Par.) *ab anima tua* (vel, *animæ tuæ*, Pi. Mo. i. e. suavissimi illi quos toto animo expetebas [f]: ea quæ appetere consueverunt homines animales, qui ventri serviunt, &c [g]. Intelligit fructus arborum & vitium, qui sub autumnum colliguntur: nam ὀπώρα *autumnus* est [h].) *abierunt à te*, Par. sic Be. Pi. &c. Fructus tibi gratissimi [i], ut poma aurea, citrea, persica, malogranata, ficus, melones, olivæ, aliaque quorum fertilis est Italia, perierunt tibi [k]. Tragemata hîc notat, sive delicata bellaria [l], secundarum mensarum delicias [m]. ¶ *Et*, &c. Καὶ —— λιπαρὰ, &c.] *Et lauta*, hoc ad epulas pertinet, ut sequens *splendida*, ad vestes [n]. ¶ *Et omnia pinguia*, (i. e. cupediæ [o], lauta & varia fercula [p].) *& præclara*, &c.] Vel, *nitida*, ut sunt nitidi juvenci [q]: *splendida*, Be. Pi. Splendor ædium [r]. Magnæ illæ ac opimæ Promotiones ac Dignitates, pulchra illa objecta quæ salivam hominum oribus movent †. ¶ *Et*, &c. Καὶ οὐκέτι οὐ μὴ εὑρήσεις αὐτὰ] Triplex hîc negatio emphasin addit [t]. In MS. est οὐ μὴ αὐτὰ εὑρήσουσι [v]. *Nec unquam ampliùs ea invenies*, Pi. Spes ea repetendi amputatur [x]. Ità illi Reges credebant. Et certè Imperium nunquam postea ad Romam rediit. Qui *Imperatores Romani* dicti sunt, sive Græci, sive Germani, alibi sedem habuere. Loquendi genus quale suprà 12. 8. & 16. 20 [y].

15. *Mercatores*, &c.] Epanalepsis est, propter longum interjectum catalogum [z]. *Harum*, inquam, *rerum* (i.e. omnium istarum mercium quæ jam indicatæ sunt. A Regibus venit ad *mercatores*, deinde ad nautas venturus, ut Ezechiel [a].) *mercatores ab ea divites facti*] Vide suprà v. 3. Ezec. 27. 33 [b]. ¶ *Procul* (ut v. 15 [c].) *stabunt*, &c.] Nempe, ubi non cognoscent: aberant enim. Πενθοῦντες hîc quod suprà κλαύσονται [d].

16. *Civitas illa magna*, &c.] In qua copiosæ merces distrahebantur *. Regum ejulatum imitantur mercatores, in ore habentes merces suas, &c [f]. Reges dolent de Urbis casu, Mercatores de mercibus perditis [g]. Est autem hîc σύλληψις· nam κεχρυσωμένη ad *aurum* rectè refertur, quanquam κατὰ πλεοναςμόν τινα, ad lapides verò & *margaritas* impropriè. Talia illa, ——*Danaos & pinea furtim Laxat claustra Sinon*: &, *Quem sepire plagis saltum canibúsque ciere*. Simile habet Scholiastes Sophoclis, [cujus verba vide in G.] ¶ *Unà horà*, &c.] Ut suprà v. 10. Et est hîc Hypallage. Propriè enim si loquamur, urbs ἠρημῶται à divitiis. Simile Ezec. 32. 15. quanquam ibi σύλληψις est [h].

17. *Gubernator*] i. e. Nauclerus [i]: Patroni navium & classium [k]. ¶ *Qui in lacum*, &c.] Sed legendum *locum*, ex MS. qui habet, ὁ ἐπὶ τόπον πλέων, supple τόπον, *qui ad ista loca navigat* [l]. Ἐπὶ τῶν πλοίων ὁ ὅμιλος] *In navibus* (sub. *versantium*, Er. Il. Be. P. Pi.) *turba*, Er. Be. &c. sive, *multitudo*, Mo. *Copia navalis*, Ca. *Vectores*, G. Qui in navibus navigant, ut mercaturas faciant [m]. *Navicularii*, navium consortium habentes [n]. ¶ *Qui*, &c. Ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται] *Quotquot mare* (vel, *in mari*, Er. Il. Ti. Ca. Sy. Ar. Pi. Subauditur hîc κατὰ [o].) *operantur*, Mo. Er. Il. Ti. vel, *negotiantur*, Ca. Pi. Sy. vel, *quæstum faciunt*, P. Be. Camer. vel, *mercaturam exercent*, Ar. vel, *sulcant*, Pi. vel, *colunt*, vel *tractant*: nam עבד LXX per ἐργάζεσθαι vertunt, Gen. 2. 15. sic & 2 Sam. 9. 10 [p]. Græcis ἐργάζεσθαι est quod Latinis *Facere*, ut *Facere Præconium*, & *Argentariam*, & *Medicinam* [q]. Hesiodus in Theogonia habet γλαυκὴν ἐργάζεσθαι, *mare operari*, id est, sulcare [r]. Ἐργάζεσθαι θάλασσαν est elegans locutio, pro, τὴν θαλασσεύειν, sicut dicunt Græci ἐργάζεσθαι χρυσοχοϊκὴν, & similia †. ¶ *Longè steterunt*, Ἔστησαν] *Steterunt*, hîc ut v. 18, 19. pro *stabunt*, per Enallagen, ex collat. v. 9 [t]. Utitur Aoristo vice Præsentis. Erant enim nautæ propinqui tum ad Ostiam, tum ad locum qui *Portus* dicebatur. Vide Procop. Gothic 3 [v].

18. *Videntes locum incendii*] Sic & MS. Tale illud, ——*Et campos ubi Troja fuit* [x]. Τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς] *Fumum incendii ejus*, Sy. Ar. Er. Be. &c. ¶ *Quæ similis*, &c?] Sub. *fuit*, G. Nota progressum: Babylon suprà *magna*, hîc comparatione *maxima*. Confer cap. 13. 14 [y]. Hanc portis inferni insuperabilem diximus, &c [z]. At nunc σφόδρα πάνυ [a].

19. *Miserunt pulverem*, &c.] Magni luctûs symbolum [b]. Nempe nautæ [hi erant] ex Syria & Ægypto: nam istis mos erat eo modo mœrorem testari, Job. 2. 12. 2 Sam. 4. 12. Jer. 25. 34. Ezec. 27. 30. ¶ *De*, &c. Ἐκ τῆς τιμιότητος αὐτῆς] Hebraismus, pro ἐξ ἧς τῆς τιμιότητος, *per cujus excellentiam*. Est hoc vocabulum ejus temporis de quo hæc prædictio est [c]. *Ex ipsius copiis*, Be. vel, *pretio*, sive *pretiis*, Vulg. Æth. Mo. Er. Il. Ti. P. Ca. vel, *pretiositate*, V. Pi. Sy. *magnificentiâ*, Pi. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι, &c.] *Nam* (vel, *Quòd*, Be.) *unâ horâ*, &c.] i. e. Repentè, ut v. 10 [d]. Al. Ὅτι hîc est interrogativum, ut Marc. 9. 11. 28. למה *.

20. *Exsulta* (Apostrophe est [f]. Angelus post adscriptam Romæ vastitiem, & admirationem dolorémque eorum qui ex ea urbe commoda perceperant, pergit excitare pios ad approbandum laudandúmque hoc Dei judicium [g].) *super eam*, (h. e. super ruinam ejus [h]. Non exsultant carnali affectu, sed ob gloriam justitiæ veritatísque Divinæ illustratam & insigniter vindicatam; & ob propagatum hoc modo Evangelium, animásque multas laqueis ereptas [i].) *cœlum*, (vel, 1. propriè [k]. Alloquitur hîc *Cœlum*, ut suprà 12. 12 [l]. per Prosopopœiam, ut Esa. 1. 2 [m]. Cœli lætitia ex lapsu Babylonis prædicatur & Jer. 51. 48 [n]. Vel, 2. cœlites [o], angeli [p], aliíque [q]; animæ sanctorum, nempe laicorum, ex collat. seq [r]. Vel, 3. Ecclesia †.) *& sancti Apostoli*, ([At G. sic legit & exponit,] οἱ ἅγιοι, nempe πεπληρωμένοι, Heb. 12. v. 23. καὶ οἱ ἀπόστολοι, i. e. Apostolorum spiritus. Vide suprà 14. 3. & 15. 7. Solet Spiritibus dari Hominum nomen, ut Luc. 16. 23. ubi dicta vide [t].) *& Prophetæ*] Vel, qui hæc prædixistis, & abiistis ex hac vita [v]: vel, ministri Evangelii [x]. Per *Apostolos* & *Prophetas* intelligit, vel, 1. illorum successores usque ad finem mundi [y]; vel, 2. animas sanctorum martyrum pro Apostolicæ & Propheticæ doctrinæ professione interfectorum à tyrannis Romanis, & ab Antichristo [z], vel, 3. propriè dictos, qui meritò lætantur ob vindicata ipsorum scripta, quæ à Babylone malè tractata & blasphemiis lacerata sunt, tanquam obscura & imperfecta, &, sine illius authoritate, cereo naso & Æsopi fabulis similia [a]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι ἔκρινεν —— κρίμα ὑμῶν ἐξ αὐτῆς] *Quoniam judicavit* (vel, *vindicavit*, Il. vel, *sumpsit*, Be. Pi. Æth.) *Deus judicium vestrum* (*Judicium judicare* sic dicitur, sicut *mori mortem*, *servitutem servire* [b]: vel, *vindictam vestram*, Il. *nostras* [legendum videtur *vestras*:] *pœnas*, Be. vel, *pœnas*, *vestræ ultionis causâ*, Pi. Be. Par.) *de illa*, Mo. Er. Be. Pi. *Vestram injuriam in eam ultus est*, Ca. Ultus est vos de illa. Meton. efficientis & synecd. gen. nam ex judicio quo quis propter injuriam damnatur, nascitur ultio [c]. *Vindictam* ob mortem, injuriásque *vobis* illatas, *sumpsit de hac* Babylone. *Judicium læsi* vocatur talio quæ læso satisfacit, Psal. 9. 4. & 17. 2. Mich. 7. 9 [d].

21. *Unus* (vel, *Quidam*, Be. Pi.) *angelus*] Alius ab illo qui locutus est. Is diuturnitatem explicabit malorum post incendium Urbis *. ¶ *Fortem*] Qui tantum lapidem projicere possit [f]. ¶ *Lapidem quasi molarem*, &c. Ità Er. Mo. &c. Ὡς μύλον, &c.] *Instar molæ*, P. Be. &c. In MS. ὡς μυλινὸν μέγαν, non malè. Sic λίθος μυλικὸς, Marc. 9. 42. A nomine μύλη Adjectivum fit aut μυλικὸς, aut μυλινὸς· utrumque est secundùm ἀναλογίαν. Adumbratum ex Jer. 51. 63. ubi lapide jacto in Euphratem significatur, sic Babylonem in longo tempore non resurrecturam. Est enim similitudo Lapidis in mare jacti, aut magnum amnem, valde ad hoc accommodata. Horatius, *Sed juremus in hæc, simul imis saxa renarint, Vadis levata, nè redire sit nefas*. Quod desumptum de historia Phocæorum quæ est apud Herodotum, nisi quòd ibi pro lapide est massa plumbea. Par similitudo Neh. 9. 11 [g]. ¶ *Ità*, &c. Οὕτως ὁρμήματι, &c.] id est, μεθ' ὁρμήματος, vel, δι' ὁρμήματος [h]. *Sic* (sub. *cum*, Pi. vel, *Tali*, Ca.) *impetu mittetur* (vel, *projicietur*, P. Be. &c.) ——, *& non invenietur ampliùs*, Mo. &c. Ut suprà 9. 6. & 12. 8. & 16. 20. sic suprà v. 14. Pro eo est, לא תקום, Jer. 51. 64 [i]. Disparebit [k]. Impletum hoc quum Roma per Alaricum & Totilam capta atque incensa erat, quando Roma desolatio facta est, &c [l].

Roma diu jacuit deserta aut à paucis habitata, nunquam resurrexit ad veterem magnitudinem: nunquam sedes Imperii post id fuit [m]. Nec necesse est ut totale & finale excidium his & sequentibus verbis significetur, cùm eadem vel similia usurpentur de veteri Babylone, Jer. 51. 63. quæ tamen diu postea duravit magna urbs, quanquam à Chaldæis ad Medos translata; & de Judæa, Jer. 25. 10 [n]. Sed omnino veri dissimile est, ut ingens hic Triumphus & perfecta devastatio nihil aliud significent, quàm Romam per Totilam captam, quæ tamen statim vires suas recuperabat; & quòd Spiritus Apostolorum & Prophetarum mirificè gauderent spectaculo quod non potuit non videri funestum atque tragicum quamplurimis quidem bonis Christianis [o].

22. *Et vox citharædorum — in te*, &c.] Rursus Apostrophe ad Urbem, qualis suprà v. 14. Frequens apud Prophetas talis transitio à tertia persona ad secundam & contrà. Latiùs per species satis explicat quod Jeremias solet dicere, *perituram vocem lætitiæ*, 7. 34. & 16. 9. & 25. 10. Esaias verò in eodem sensu & *tympana*, & *citharam*, & *modos lætos*, memorat [p]. Defectum lætitiæ indicat musices sublatione [q]. ¶ *Et omnis artifex*, &c.] Sine quibus nulla civitas constare potest [r]: q. d. Nullus vitæ cultus aut societas [†]: cessabunt tot officinæ & tabernæ. Vide Jer. 24. 1. & 29. 2. πάσης τέχνης deest in MS [t]. ¶ *Et vox molæ*, &c.] Ad parandum victum [v]. Strepitus tot molarum ad alenda tot hominum millia [x].

23. *Et lux lucernæ*, &c.] Nuptialis scilicet [y]. Sumptum ex Jer. 25. 10. Explica ex illo Lucretii, *Si non aurea sunt juvenum simulacra per ædes Lampadas igniferas manibus retinentia dextris* [z]. Perpetuis tenebris damnaberis [a], quæ nunc mortuis etiam candelas accendis [a]. ¶ *Et vox sponsi & sponsæ*, &c.] id est, Carmina de sponso & sponsa, Genitivo, ut sæpe, objectivè sumpto: [vel,] solennes cantus ad thalamum. Ex Jer. 7. 34. & 16. 9. & 25. 10. Contrariis verbis læta significantur tempora, Esa. 62. 5. Jer. 33. 11 [b]. ¶ *Quia mercatores tui*, &c.] i. e. Vel, 1. qui in te vivunt [c]. Causas judicii Divini reddit tres, Luxum summum, Idololatriam summam, summámque sævitiam. Luxum eo indicat quòd non Senatores tantùm & Magistratus, sed & institores, velut Principes ibi viverent. Sumptum ex Esa. 23. 8. De voce μεγιστᾶνες diximus suprà 6. 15. Par causa excidii Moabitarum est Soph. 2. 10 [d]. Quòd autem hanc adeò culpat mercatorum magnificentiam, ostendit, non vulgarem esse hanc negotiationem [*], sed allegoricam; & mercatores hos spirituales esse, quales Cardinales, qui nulli Principi, sed vix Regi, salutanti ex instructione sua debent assurgere, aut in via, vel convivio, loco cedere. Quid igitur his fastuosius [f]? Vel, 2. qui tecum negotiantur, quomodo de Tyro dicitur Ezec. 27. 12, 13, &c. *Tarshish*, *Javan*, &c. *mercatores tui*, &c. Hi, inquit, ditissimi facti sunt ex tot mercibus in te distractis [g]. ¶ *In veneficiis tuis*, &c.] Sensus idem qui suprà 13. 14. φαρμακεία hîc idem est quod οἶνος θυμοῦ, 14. 8. & 18. 3. quia Veneno rectè comparatur quicquid corrumpit animos. Sic כשפיך ad Babylonem dixit Esaias 47. 9. Et Babylon *corruptrix*, Jer. cap. 51. ver. 25 [h]. Idololatriam, falsa dogmata, impias vel superstitiosas traditiones Babylonis, vocat *veneficia*, tum, ob perpetuò adjunctam Idolomaniæ magiam in Papatu; tum, ob similem efficaciam [i], quòd homines planè dementavit, eos nummis emunxit, & sibi admirationem amorémque conciliavit, &c [k].

24. *In ea sanguis Prophetarum & sanctorum inventus est*, (Contaminata fuit sanguine Christianorum, inter quos nonnulli erant etiam Propheticis donis conspicui. Locutio sumpta de Jer. 2. 34. Sensus etiam Jer. 51. 35 [l]. *Prophetas* hîc intelligit, non veteres illos, sed Doctores Ecclesiæ eximios, sicut cap. 11. 3 [m].) *& omnium qui interfecti sunt in terra*] i. e. Occisi & in terram dejecti, Jer. 51. 49. q. d. aliorum etiam occisorum per bella injusta [n]. Qu. Quomodo Roma Antichristiana est rea sanguinis Prophetarum & Apostolorum, & omnium Sanctorum [o]? Responsio petenda est ex Mat. 23. 35 [p]. Illo reatu tenetur triplici nomine, 1. quia omnes unum corpus sunt, idcóque in omnes redundat quod ulli membro fit; 2. quia malitia eorum ad omnes se extendere vellet, si posset; 3. quia hæredes Propheticidarum sunt, & eandem cum illis sortem habent, Mat. c. 23. v. 31 [q].

m G. n Ham. o Mor. 741. p G. q Clu. sim. Par. r Par. † Clu. t G. v Par. sim. Clu. x G. y Ham. z G. a Clu. b G. c Q. in Ham. d G. * Clu. f Par. g Ham. h G. i Par. k Clu. l G. m Clu. n G. o Dur. p. 686. q Dur. p. 686.

CAP. XIX.

1. *Post hæc*] Alio tempore. Visum capitis 17. & Mulierem ostenderat & Feram. Explicavit quid Mulieri, i.e. Urbi dominationíque Romanæ, eventurum esset, quomodo ea Urbs per gradus quosdam labefactata, tandem ruitura esset. Nunc idem de Fera, id est, de Idololatria, ostendit. Quare non mirum est, si hîc recurritur ad tempora quæ ruinam Urbis præcessere. Exigebat enim rerum series ut primùm omnia quæ ad Urbem pertinent dicerentur, deinde ea quæ ad Idololatriam. Sic Polybius, sic Tacitus, sæpe temporum ordinem negligunt, ut contexant ea quæ rebus cohærent [a]. Eventa sextæ Phialæ, & in ea prælii *Armageddon*, cap. 16. abrupta, hîc pleniùs explicantur. Hoc enim caput interpretationi quintæ Phialæ cap. 18. subjungitur, eáque includit quæ non sedi Bestianæ obtigerunt, sed Bestiæ ipsi quæ sedi suæ superfuit. Præponitur quoque explicationi septimæ Phialæ, cujus objectum non tantùm Bestia est, sed Satanæ Regnum indefinitè sumptum [b]. *Post hæc*, i. e. post Romæ ruinam, & luctum amicorum ejus [c]. Threnodiæ triplici, Regum, Mercatorum, & Nautarum, interitum Romæ deflentium, cap. 18. triplex hîc opponitur hymnus, Cœlitum scilicet, Animalium, & Sanctorum omnium [d], qui hîc exultant, ut illis mandatum erat, cap. 18. 20. Cùm autem hæc δοξολογία toties iteratur, cap. 4. & 5. & 11. & 14. & 15. causa ejus rei est, quòd Apocalypsis sit drama Propheticum certis visionibus & visionum actibus distinctum, qui [actus] subinde tum decori dramatici, tum sanctæ delectationis, gratiâ, choris psallentium interpolantur [*]. ¶ *Vocem*, φωνὴν ὄχλου, &c.] Significat ingentia incrementa Christianæ plebis per annos 300. Ecclesia *in cœlo* esse dicitur, quia cœlestia curat ac cogitat; suprà 4. 4. & 13. 6 [f]. *Vocem magnam turbæ multæ in cœlo*, Be. Pi. &c. Vox erat, vel, 1. Angelorum [g]; vel, 2. Ecclesiæ [†], vel, militantis [h], quæ *Cœlum* sæpe dicitur [i]; vel, triumphantis [k], beatorum [l], spirituum justorum [m]. ¶ *Dicentium, Alleluja*] q. d. Canentes in honorem Dei similia viginti illis Psalmis, in quibus est læta exclamatio הללו יה, cujus justissima causa est perditio impiorum, ut notat K. ad Psal. 104. 35. Canticum in quo est Ἀλληλούϊα per excellentiam dicitur שיר, vel שירה. Et talibus uti solebant Christiani inter Pascha & Pentecosten [n]. Vox hæc Hebræa est, trita satis, inchoans Psalmos & finiens [o], ab Hebræis, ut alia, manans ad Græcos & Latinos [p]; composita ex הללו, *laudate*, & יה *Dominum* [q]: nusquam priùs in N. T. occurrit [r]: habetur quater hoc capite [†], & Tob. 13. 20. in Græco [t]. Hîc ponitur, vel, 1. quia vox est communis Hebræis, Græcis, Latinis [v]: vel, 2. alti mysterii causâ [x]; ídque, vel, 1. ut significetur Ecclesiæ novæ conjunctio cum veteri sancta Ecclesia [y]: vel potiùs, 2. quòd Gentilis Ecclesia post Romam dirutam fratres Judæos ad fidem provocabit, sublato impedimento conversionis eorum [z]. Respicit ergò conversionem Judæorum, quæ ante finem futura est [a]. Ostendere voluit Spiritus, futurum ut per Meretricis ruinam Orientales, & præsertim Ebræi, expergefiant, ipsísque pateat aditus in Ecclesiam, eósque sequente hîc de Bestia victoria permotos, eam celebraturos, appellantes locum Hebraicè *Armageddon*, & nobiscum gentibus adducendos ad canendum *Hallelujah* [b]. ¶ *Laus*, &c. Ἡ σωτηρία, &c.] *Salus*, (i. e. Laus ob acceptam salutem [c], ut suprà 7. 10. & 12. 10 [d].) *& gloria—Domino*, &c. Be. Pi. Mo. &c. sub. *fit*, vel, *detur*, Pi. Par. vel, *est*, eodem sensu [*]: ejus sunt, ad eum pertinent: suprà 4. 11. & 7. 12 [f].

2. *Vera & justa*, &c.] Ut suprà 15. 3. & 16. 7 [g]. Quæ comminatus fuit implevit, ídque justis de causis [h]. ¶ *De meretrice magna, quæ corrupit*, &c.] Egregiè hîc ponitur vox ἔφθειρε, quæ de Babylone usurpatur, Jer. 51. 25. Clariùs id explicat id quod figuratè dictum erat de poculo venenato. Agitur hîc non de omnibus Dei judiciis in Mulierem, sed de primis illis quinque Phialarum

a G. b Dur. c Dur. Par. d Clu. * Par. f G. g Cot. sic Clu. † Gag. Par. Dur. h Gag. Dur. i Dur. k Gag. sic Par. l Me. m Clu. n G. o Gua. p Be. q Gua. sic Er. D. Pi. Be. Zeg. r For. † G. sic For. t G. v Par. x For. y Par. Bri. z Bri. Dur. a Dur. b For. c G. sim. Pi. d G. * Par. f G. g Idem. h Dur.

larum [l]. ¶ *Sanguinem servorum*, &c.] Nempe illorum qui interfecti sunt sub Nerone, Domitiano, Trajano, ac deinceps. Sed sub primis illis tribus persecutionibus intelligendæ similes cæteræ, ut diximus. Sumpta verba de Deut. 32. 43 [i].

3. *Et iterum*, &c.] Non contenti priori laudatione, eam hîc repetunt, &c [k]. Nempe, ob anticipatam animo ex Vaticiniis ruinam Urbis [l]. ¶ *Et fumus ejus* (meretricis scilicet [m], vel, Babylonis incensæ [n]:) *ascendit* (vel, *ascendet*, G. ex Vulg. &c. Præsens pro Futuro, more Prophetico [o]: semper ascendet [p]. Casuram Romam, neque longè id tempus abesse, credebant Christiani, ut ex Tertul. Lactant. & aliis apparet [q].) *in secula*, &c.] id est, Supplicia ejus semper nota erunt [r], & æternùm durabunt †. Al. εἰς τοὺς αἰῶνας apud Prophetas, & maximè ubi de excidiis urbium agitur, sæpe significat *diu*. Vide Esa. 34. 10 [t]. Al. *in secula seculorum*, i. e. in infinita secula [v].

4. *Seniores* —— (i. e. vel, Presbyteri ejus Ecclesiæ quæ erat Æliæ sive Hierosolymis post Adrianum [x]: vel, populus [y].) *&* —— *animalia*] Id est, vel, Spiritus quatuor-virûm qui primi auctoritate Apostolicâ Ecclesiam Hierosolymitanam rexerant [z]: vel, Ministri [a]. Chorus hic est Ecclesiæ militantis qui confirmat quæ à choro Angelorum & spirituum Justorum dicta sunt [b]. *Seniores & Animalia* non aliter à *multitudine in cœlis* diversi sunt quàm distinctâ consideratione, suntque typus Ecclesiæ, quatenus ea in solennibus publicisque conventibus Deum laudat; id quod & altiorem beneficii sensum declarat, & eos qui extra sunt ad reverentiam & conversionem magis movet, quàm communis & confusa *multitudinis* lætitia, & laudatio quæ indè promanat [c]. Quid sint *Senes* & *Animalia*, vide ad Apoc. 4. 10. & 5. 8. & 7. 11. & 11. 16 [d]. ¶ *Amen, Alleluja*] Quæ simul habes & Psal. 106. 48. *Amen*, i. e. Certò id eveniet quod Prophetæ nobis prædixere [*].

5. *Vox de throno*] Vel, Dei ibi sedentis [f], ut suprà 14. 13 [g]. Cui obstat, quòd dicit *Deum nostrum* [*]. Vel, Christi [h], ad Constantinum, per quem conversus est [i]: Vox è Cœlo, vel è sanctuario, forsan erat vox Angeli, ex collat. v. 8, 9, 10. quæ repræsentat Ministros seriò hortantes populum ad Deum hac de re laudandum [k]. ¶ *Laudem dicite*, &c.] Volo, ait Christus, ut non plebs tantùm, sed & viri summi, quales Constantinus & qui ei aderant, Deum colant, idque ex meo præscripto. Pars verborum ex Psal. 134. 1. & 135. 1. Pars altera ex Psal. 115. 13 [l]. Sensus, q. d. Tota Ecclesia & militans & triumphans conjunctis votis, & vocibus, Deum celebrent, &c [m].

6. *Quasi turbæ magnæ*] Non *plebis* tantùm, ut suprà v. 1. sed & *multorum populorum*, suprà 17. 15. Ezec. 43. 2 [n]. En vocis cœlestis efficaciam, servorum Dei obsequium [o]. ¶ *Vocem tonitruorum*, &c.] i. e. Virorum efficaciter loquentium, quales dicuntur *filii tonitru*, Marc. 3. 17. Conversio Constantini immensùm auxit Christianorum numerum, ità ut brevì provinciæ totæ, & viri doctissimi & eloquentissimi, Christianam religionem profiterentur. Verba ferme sumpta sunt ex Ezec. 1. 24 [p]. Vox hæc est non qualis erat illorum c. 14. quam soli audiebant obsignati, sed quæ mundum stupore replet, & cœlos resonare facit [q]. ¶ *Regnavit*, &c.] i. e. Regnare incepit [r], in ipsos Reges †, vel, in Gentes & Judæos nunc Ecclesiæ adscriptos [t]: sese Regem esse reipsâ declaravit [v]. Jam finitum est regnum peccati, & in posterum solus Deus regnabit [x]. *Deus regnavit*, semper in Psalmis magnum aliquid significat, ut Psal. 47. 8. & 93. 1. & 96. 10. & 97. 1. & 99. 1. Rectè hîc addit παντοκράτωρ, ut suprà 1. 8. & 4. 8, &c. Ingens enim omnipotentiæ signum subigere capita Imperii illius tanto tempore assueti Idololatriæ, & Idololatriam foventis [y].

7. *Gaudeamus*, &c.] Nempe in Deo [z]. Significatur magnum gaudium. Sic χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, Mat. 5. 12. simil. Luc. 1. 14. 1 Pet. 1. 8. & 4. 13. ἀγαλλιᾶσθαι, גיל, est omni modo gaudium ostendere, ut Esa. 25. 9. ¶ *Demus gloriam ei*] id est, Deo gratias agamus pro beneficiis, ut Luc. 17. 18 [a]. nè nostro tantùm bono lætari videamur [b]. ¶ *Quia venerunt* (i. e. præstò sunt, instant [c]:) *nuptiæ Agni*, &c.] i. e. Nuptialis dies, cùm Agnus sponsam suam domum deducet, ut ipsi conglutinata in spiritu persistet in æternum [d]. Tempus venit gaudiorum cœlestium [*]: jam igitur lætandum [f]. Omnis Ecclesia Christi sponsa, Mat. 22. 2. & seq. 2 Cor. 11. 2. Eph. 5. 32. quæ loca manant ex vetere Prophetia Ose. 2. 19. Esa. 54. 5, 6, 7, 8. Sed hîc specialiter intelligitur Ecclesia collecta ex domo & comitatu Constantini Magni. Sub uno autem intelligenda similia alia, i. e. aliorum quoque Regum conversiones [g]. Sponsa hîc est Ecclesia [h], jam completa [i]; & collecta, tum, ex Judæis [k], qui olim ad nuptias Christi venire recusârunt, Mat. 22. nunc autem prompti & parati accurrent [l]: tum, ex plenitudine gentium [m]. Ut in Scriptura triplex est Resurrectio, 1. per Evangelium, ut Ephes. 5. 14. 2. in fine mundi. 3. cùm Judæi & Gentes coalescent, Rom. 11. 15. ità conjugium Christi cum Ecclesia (quod idem est cum Resurrectione) triplex quoque est, 1. per Evangelium, ut 2 Cor. 11. 2. 2. consummatum in fine mundi. 3. intermedium, cùm plenitudo Gentium & Judæorum introducta fuerit, & uxor repudiata, gens scilicet Judaica, reducta fuerit: de quibus hunc locum accipio, quia loquitur de Deo eminenter regnante in Ecclesia, déque accessione insigni Ecclesiæ facienda, & de eximia lætitiæ & laudis Dei materia, qualis est Judæorum conversio [m].

8. *Et datum est* (nempe à Sponso [n]. Ostendit hîc & quænam sit illa Sponsi præparatio, & unde habeatur; nempe à mera liberalitate Sponsi, qui & vestem dat eâque nos induit [o].) *illi* (nempe sponsæ Agni [p], Ecclesiæ [q] Judaicæ [r]:) *ut*, &c. Ἵνα περιβάληται, &c.] *Ut amiciatur veste byssinâ*, &c. Be. Pi. Antehàc Christiani erant in palliolo plebeio; nunc etiam in aulico habitu. Nam in comitatu Regum qui vivunt, solent splendidiùs vestiri, Mat. 11. 8. Inter splendidos vestitus prima sunt *byssina*, suprà 18. 16. Gen. 41. 42. 1 Par. 15. 27. Esth. 6. 8. & 8. 15. Prov. 31. 22. Ezec. 16. 10, 13. Respicitur locus Esa. 52. 1. *Byssus* Hebræis בוץ. Vides hîc cultum gravem, ut matronæ; non pompaticum, qualis meretricis antè descriptus †. ¶ *Byssinum*, &c. Τὸ γὰρ βύσσινον τὰ δικαιώματα τῶν ἁγίων] *Byssus* (vel, *Byssinum*, Er. Mo. &c. vel, Vestis *byssina*, Pi.) *enim justificationes sunt sanctorum*] Hæc δικαιώματα, &c. sunt, vel, 1. Opera justa & bona [t], vivæ fidei τεκμήρια [v]. [Sensus, q. d.] Digni sunt qui sic vestiantur: Actiones enim eorum vestitui respondent: Sunt enim & splendidæ & puræ, ut byssina. Erant inter proceres aulæ Constantini viri magnarum virtutum. Δικαιώματα vocantur *Dei præcepta*, Luc. 1. 6. hîc verò per Metonymiam, *actus Dei præceptis congruentes* [x]. Vel, 2. Justitia Christi non tam inhærens quàm imputata [y]; ut apparet, quia justitiæ hæ *puræ* sunt & *splendidæ*, qualem esse justitiam nostram Scriptura ubique negat, ut Job. 9. 2. & 14. 4. Prov. 20. 9. Psal. 143. 2. Phil. 3. 8 [z]. vel, Christus cum sua justitia quâ nos induit [a]: hic enim est *Jehova justitia nostra*, Jer. 23. 6 [b]. Sed cur hunc vocat δικαιώματα, plur. numero? Resp. 1. quia multi sunt sancti, quibus singulis est suum δικαίωμα [c]. 2. quia Christus induitur, & ad justificationem, & ad sanctificationem, & ad plenam tandem cum ipso gloriam [d]. Vel, 3. cultus sanctuarii, (sic enim δικαιώματα in his libris sumuntur, non autem pro *justitia sanctorum*, ut diximus ad Rom. 8. 4.) quorum unus erat, ut Sacerdos ingrediens in Sanctuarium vestem indueret byssinam, puram & candidam, Levit. 16. 4. quæ hîc aptè tribuitur Sponsæ Christi, Ecclesiæ Christianæ, quæ more Sacerdotis illius vestienda erat, ut significentur magna libertas, immunitates & privilegia, jam in Ecclesiam per Constantinum M. collata [*].

9. *Dixit mihi*] Nempe Angelus [f], ex collat. v. seq [g]. Id enim nomen intelligitur ex loco suprà 1. 1. & multis aliis [h]. ¶ *Scribe*] Indicant rem hanc esse, 1. certò futuram: 2. difficilè creditam [i]: 3. magnam & memoriæ ad posteros mandandam [k]. Sic suprà 1. 11, 19. & 14. 13 [l]. ¶ *Beati* (suprà cæteros felices illi, suprà 1. 3. & 14. 13. Dan. 12. 12 [m].) *qui ad cœnam* —— *vocati sunt*] Vocatione nempe efficaci [n], vel secundùm propositum, Rom. 8. 28 [o]. Qui spectatores erunt illius tam admirandæ mutationis. Nuptiæ cum convivio celebrabantur, Gen. 29. 22. Judic. 14. 10. Esth.

Margin notes (left column): [i] G. [k] Dur. [l] G. [m] Gag. [n] Me. T. [o] G. [p] Me. [q] G. [r] Me. ex Rib. † T. [t] G. [v] Pi. [x] G. [y] Dur. [z] G. [a] Dur. [b] Clu. [c] For. [d] Clu. Par. [*] G. [f] Par. sim. For. [g] Par. [*] Dur. sic Par. [h] Clu. G. Dur. Par. [i] G. [k] Dur. [l] G. [m] Par. [n] G. [o] Par. [p] G. [q] For. [r] G. sim. E. Be. † G. [t] Dur. [v] Be. [x] Me. [y] G. [z] Dur. [a] G. [b] Par. [c] Idem.

Margin notes (right column): [d] Cot. sim. Clu. [*] Pi. [f] Par. [g] G. [h] Pi. Zeg. Camer. Li. Dur. Med. [l] Li. 168. [k] Med. Dur. [l] Med. 648. & 1117. [m] Dur. [n] Par. [o] For. [p] Pi. [q] Pi. Dur. [r] Dur. † G. [t] D. Pi. Med. ex K. Be. [v] Ec. [x] G. [y] Clu. sic. Dur. [z] Clu. [a] Par. sic For. [b] Par. [c] Clu. sim. Par. [d] For. [*] Ham. [f] G. Ec. Pi. Clu. [g] Clu. [h] G. [i] Dur. [k] G. sic Dur. [l] G. [m] Idem. [n] For. [o] Clu.

Esth. 2. 18 [p]. *Cœnam* vocat, non *prandium*: vel, 1. quia nuptiæ celebrari solebant sub vesperam & tempus cœnæ: vel potiùs, 2. quia hæ nuptiæ in vespera mundi erunt [q]. Prima Judæorum vocatio *prandium* dicitur, Mat. 22. 3. posterior hæc, *cœna* [r]. ¶ *Hæc —— vera sunt*] Omnino futurum ut Imperatores, Duces & Comites, Christiani fiant. Talis affirmatio & infrà 22.6 †. Dictum hoc, tum, adversùs illos qui Prophetiam hanc suspectam facturi erant; tum, ad πληροφορίαν fidei conciliandam iis, qui inprimis de extrema mundi fæce sunt solliciti, nè Ecclesia in fine prorsus deficeret [t].

10. *Et cecidi ante pedes ejus*] Genu flexo, aut toto corpore prostrato [v], summo honore afficiens rei tantæ nuntium: sic & infrà 22. 8 [x]. singularem ejus sapientiam perspiciens [y]; vel, præ lætitia ob suavissimam hanc Prophetiam [z]. *Ad pedes accidere* honos erat qui Regibus virisque summis exhibebatur in Orientis partibus, testibus Eurip. Liv. &c. [quorum verba vide in G.] Solebant sancti veterum temporum pari modo adorare Angelos de rebus magnis missos, tanquam Satrapas Regni cœlestis, ut Gen. 17. 17. Jud. 13. 20 [a]. Forsan Johannes amplius aliquid communi Angelo in ipso suspicatus est, ob evidentiam revelationis, & colophonem illum, *Hæc—sunt verba Dei*, & hunc Christum esse ratus est [k]. Permisit Deus ut Johannes minùs circumspectè ageret, hoc consilio, ut cultum Angelorum nobis exciperet [l]. ¶ *Ut adorarem*] Cultu, vel latriæ [m]: vel potiùs, duliæ [n]. Putavit forsan finitam esse revelationem, ideóque reverenter voluit Angelo valedicere [o]. Qu. Cur Johannes hoc nunc facit, non antea? Resp. 1. Non fuit error personæ, quasi hunc Christum esse putâsset, quia tunc non opus esset repetitione hujus moniti, c. 22. 8. & satis esset, si Angelus se Christum non esse significâsset, nec opus erat rationibus his ab eo prolatis. Resp. 2. Ob hæc tria quæ hîc convenerunt, 1. gloriosam Angeli præsentiam: 2. lætissimum nuncium: 3. ob Johannis imbecillitatem & oblivionem, quâ correptum jam fuisse Johannem non mirandum est ‖. ¶ *Vide*, &c. Ὅρα μή] Sic & infrà 22. 9 [p]. Aposiopesis [q], vel concisa sive elliptica locutio [r]; orta [vel, 1.] ex festinatione, ut hoc nefas jam instans præveniret †: [vel, 2.] ex zelo & commotione animi [t], quia rem abhominandam nè proferre quidem voluit [v]. *Vide* (vel, *Cave*: nam ὁρᾷν *cavere*, 1 Thess. 5. 15. & alibi [x]:) *nè*, Be. Pi. sub. *feceris*, Pi. G. sic Camer. &c. vel, *adoraveris*, Be. Noluit hic Angelus adorari [y]: vel, 1. ex insigni modestia & civilitate [z]: vel, 2. quia Johannes erat Propheta, Angelo æqualis dignitate, &c [a]. vel, 3. ut confutaret hæresin Cerinthi jam tunc subnascentem, qui Angelos nimis exaltabat, Christóque præferebat [b]: vel, 4. ut ostenderet, nefas esse Angelum vel creaturam religiosè adorare [c]. ¶ *Conservus tuus sum*] Honos ille exhiberi solet multò majoribus: Nos inter nos pares sumus, ejusdem Regis legati [d]. Servum non licet adorare *, sed Dominum tantùm [f]. Philo Abrahamum vocat σύνδουλον Angelorum †. ¶ *Et fratrum tuorum* (i. e. vel, Christianorum [g]: vel, Apostolorum [h], & aliorum donis Apostolicis præditorum, ut liquet ex cap. 22. 9 [i]. vel, Ministrorum sive Doctorum Ecclesiæ [k]. Hoc addit, nè hanc putarent fuisse Apostolorum prærogativam, aliósque hoc facere potuisse [l].) *habentium* (i. e. qui profitentur [m], vel servant [n], vel prædicant [o]:) *testimonium Jesu*] i. e. Evangelium [p], quod Johannes, more suo, *testimonium Jesu* vocat [q]; vel, mandatum testificandi de Jesu ut unico servatore [r]. [Sensus, q. d.] Licèt à vobis naturâ differo, conditione tamen & vocationis fine tantùm conservus sum vestrûm; & maximus meus honor, & præcipuus scopus, est Christus, Christique cognitio, ut eam administrem †. ¶ *Deum* (solum [t]:) *adora*] Non dicit προσκύνησιν soli Deo licitè exhiberi: repugnat enim tota vetus Historia, & ea quæ diximus ad Mat. 8. 2. sed benignè agit, ut si quis collega collegæ dicat, *serva hunc honorem Regi* [v]. Al. Sensus est, q. d. Mei & aliorum omnium Angelorum eadem est ratio quoad cultum, unúsque Deus adorandus est [x]. Angelus, licèt præsens, hunc honorem studiosè declinat; quantò minùs is absenti præstandus est [y]? Ostendit, Angelorum cultum cum Dei ignominia conjunctum esse [z]. Johannem hîc peccâsse constat, 1. quòd alioqui Angelus peccâsset, ipsum reprehendendo, idque secundò & acriùs, cap. 22. 8. 2. quòd Angelus hanc praxim refellit ejusmodi argumentis, quæ omnibus distinctionibus & subterfugiis viam obstruunt, quæque hoc Deo injurium esse docent. Mira certè est hominum perversitas, qui Angelo bis hac de re monenti acquiescere nolunt [a]. ¶ *Testimonium enim Jesu est Spiritus Prophetiæ*] Est ratio cur se dixerit *conservum*, &c [b]. [quam tamen variè explicant:] 1. *Spiritus Propheticus*, qui tibi datus est, *testimonium est quo Jesus ostendit* te suum esse legatum. Non minor est nuncius de remissione peccatorum, & de vita æterna, per Christum data credentibus quàm de Imperatorum Conversione. Omnes Christiani per Christum sunt Reges: inter eos verò excellunt Apostoli [c]. 2. *Spiritus Prophetiæ*, i. e. qui per Prophetas locutus est, *est testimonium Jesu*, h. e. testatur de Jesu, Act. 3. 21, 24. & 10. 43. ipsum unicum esse Dominum, non autem Angelos, Heb. 2. 5, &c. quippe qui ipsum adorant, & ministrant, tum ipsi [d], tum fidelibus, Heb. 1. 14 *. Christiani ergò non debent Angelis se subjicere [f]. 3. Quòd quis *habeat testimonium Jesu*, sive idoneus sit ad testificandum, Jesum esse Christum, ex corde scilicet, firmiter atque vivaciter, id est à *Spiritu Prophetiæ*, h. e. à spiritu vitâque Dei in nobis, qui omnem sanctam veritatem inspirat. Estque hic *Spiritus Prophetiæ* sensu nobilissimo: vide 1 Joh. 4. 12. & 5. 1 [g]. 4. *Spiritus Prophetiæ* & revelationis hujus, non est meus, sed Christi; *est testimonium Jesu*, i. e. ad ipsum peculiariter spectans: mihi ergò non debetur cultus [h]. Sensus est, Apocalypsis (quam hîc appellat *testimonium Jesu*) à Christo profecta est, & Spiritûs Prophetici curâ administrata, Angeli manu [i]. 5. [Sensus est,] Meritò non patior me adorari abs te [k], quia *Spiritus Prophetiæ*, qui est in te sicut & in aliis Prophetis, & quo de Christo testificaris, *testimonium*, sive indicium, apertum *est Jesu*, non enim nunc datur nisi credentibus in Christum [l]. 6. Nostrûm omnium munus æquale est [m]: tu quoque eundem mecum habes *Spiritum Prophetiæ* [n], ex quo ego haurio & revelo futura, cujus participes sunt qui *testimonium Christi* habent [o]. Pari dignitate sunt qui Christum prædicant, & qui futura revelant [p]. Ministerium Evangelii, quod hîc dicitur *testimonium Jesu*, sive de Jesu, *est Spiritus Prophetiæ*, id est, non minùs donum ipsius est & modus arcana revelandi aliósque ædificandi, quàm hæc revelatio mea immediata, &c. Utrumque ejusdem est naturæ [q]. *Testimonium Jesu* est una eadémque res cum *spiritu Prophetiæ*, parisque dignitatis. Ego igitur & tu pares sumus in hoc ministerio Jesu Christi: neque honor harum revelationum ad me pertinet, sed ad solum Christum, qui testimonium dedit, i. e. revelâvit arcana æternáque Patris sui consilia; & à quo eas accepi ut tibi patefacerem, juxta Apoc. 1. 1. ut tu Ecclesiæ communicares [r].

11. *Vidi cœlum apertum*] Magni Visi antecessio; suprà 4. 1. & 11. 19. Vide ad Mat. 3. 16 †. Christi de cœlis revelationem, & quidem novam, significat [t]. Est in sequentibus brevis recapitulatio eorum quæ antè dicta sunt, nempe à cap. 12. ad hunc locum, & in specie exitii Bestiæ, cap. 18. & nuptiarum Agni, hoc cap. v. 7, 8, 9 [v]. Al. Sensus, q. d. Mysteria cœlestia mihi apertè indicata sunt [x]. Florentem hoc Ecclesiæ statum denotat [y]. ¶ *Equus Albus*] Evangelium, ut suprà 6. 2 [z]. Hic color symbolum erat felicitatis, & lætitiæ [a], & præstantiæ, & puritatis atque Majestatis & gloriæ [b], & Judicis, Bellatorísque triumphantis [c]. ¶ *Qui sedebat*, &c.] Christus [d], ut cap. 6. 2 *. ut demonstrat tota sequens descriptio [f]. ¶ *Fidelis*, &c.] Suprà 3. 14. Semper quidem talis est Christus, sed eximiè sic vocatur cùm promissa sua implet [g]. ¶ *In justitia* (vel, Qui justè, Be. Pi.) *judicat & pugnat*] q. d. Justam causam justo fine suscipit, & justo modo prosequitur [h]. *Justissima exercet judicia* (nempe in Maxentium & alios idololatras & Christianorum persecutores:) & *bella* ex cœlo *gerit* quibus hostes suos dejicit: suprà 2. 16. Solent novi mariti in nuptiarum honorem ludis certare. Quod ibi ludicrum, id hîc serium est [i].

12. *Oculi —— sicut flamma*, &c.] Ut suprà 1. 14 [k]. Intimos animorum recessus inspicit: scit quos frangere, quos flectere, debeat [l]. Designat Christi perspicaciam, providentiam & vigilantiam, pro Ecclesia [m], omniscientiam [n], terribilémque majestatem [o], & iram, &c [p].

¶ *Dia-*

Marginal notes (left column): p G. | q Par. sim. Dur. | r Dur. | † G. | t Clu. | v Mc. | x G. | y Clu. | z Par. | a G. | i Clu. | k Par. sim. Clu. | l Cot. | m Tel. in Clu. | n T. sim. Rib. | o Mc. | ‖ Dur. | p G. | q Clu. | r Cot. Par. For. | † Par. For. | t Clu. | v Cot. | x G. | y Mc. | z T. | a La. Mc. | b Baron. in La. | c Par. sim. Clu. Dur. &c. | d G. | * Par. sim. For. Clu. | f Dur. | † G. | g Clu. | h G. Par. | i G. | k Pi. Dur. Par. | l For. | m Cot. | n G. | o Par. | p Par. sic Cot. | q Par. | r Pi. | † For. | t Par. | v G. | x Cot. | y Mor. 456. | z Clu.

Marginal notes (right column): a Dur. | b Par. sic Clu. | c G. | d Coc. | * Q. | f Coc. | g Mor. 803. | h Dur. | i Cot. | k Rib. | l Rib. sic Mc. | m Bri. | n For. Clu. | o Clu. | p Bri. | q Dur. | r Q. | † G. | t Clu. | v Li. 168. | x Gag. | y Dur. | z G. | a Mc. sim. Clu. | b Par. | c For. | d G. Zeg. Clu. | * G. | f Clu. | g G. | h Dur. | i G. | k G. Clu. | l G. | m Par. | n Dur. sim. For. Clu. | o Dur. | p Mc. sim. Gag.

¶ *Diademata multa*] Egregiè. Solebant enim Reges quot alios Reges devicerant, totidem sibi imponere diademata, 2 Sam. 12. 30. 1 Macc. 11. 13 [q]. Symbolum hoc dignitatis amplissimæ [r], absolutæ potentiæ, multarúmque victoriarum [†], & Regis Regum [t]. Nota, hæc diademata esse in capite: neque enim coronatis cornibus fulcitur, ut Bestia; sed omnis ejus auctoritas & potentia in ipso est, & ex ipso [v]. ¶ *Habens nomen scriptum quod nemo novit nisi ipse*] Nomen ineffabile & arcanum, Jud. 13. 28 [x]. Hoc nomen est *Filii Dei* [y], Heb. 1. 5 [z]. & nomen sequens v. 13. & 16 [a]. Sicut dii gentium habent nomen arcanum, sic & ille habet, nulli cognitum homini [b], perfectè scilicet [c], vel sine revelatione & fide, Mat. 11. 27 [d]. Id nomen significat auctorem bonorum quæ nemo intelligit, vitæ scilicet alterius. Vide 1 Cor. 2. 9. 1 Joh. 3. 2 [*]. Notat infinitam Dei essentiam & gloriam [f]. [Sensus, q. d.] Impervestigabiles sunt ipsius viæ, consilia, & judicia [g].

13. *Aspersâ sanguine*] Scil. uvarum [h]; non piorum, ut Romæ, sed impiorum [i], sive hostium [k], ad denotandam immensam stragem. Vide Esa. 63. 1, 3, 4, 5 [l]. vel, sanguine suo, ut significet voluntariam ejus passionem [m]: sanguine quoque suorum, qui corpus ejus sunt mysticum, ut ità semper *sponsus sanguinum* appellari possit [n]. Dictum erat priscorum Cabalistarum, *Vestimentum Messiæ rubebit* [o]. ¶ *Et vocatur nomen ejus* (id est, ipse est. *Vocari* pro *esse*, ut Gen. 21. 12. Esa. 9. 6. & 56. 7. Jer. 23. 6. Zac. 6. 12 [p].) *Verbum Dei*] Quod nomen est Christi notissimum [q], ut Joh. 1. 1 [r]. Vide & Heb. 1. 3 [†]. Verbo Deus Mundum creavit; Verbo etiam Mundum reformavit in melius. De hoc nomine vide ad Joh. 1. 1 [t].

14. *Et exercitus*, &c.] *Militia cœlestis* hic sunt [vel, 1.] Angeli [v], ut Mat. 22. 7. Luc. 2. 13 [‖]. iræ ejus ministri [x]: [vel, 2.] homines electi [y], quorum nomina scripta sunt in cœlis; sancti glorificati, tam Judæi, quàm Gentes [z]. Copiæ hæ non auxiliares sunt, sed honorariæ [a], ideóque nullis hîc armis muniuntur [b]. ¶ *Sequebantur eum*] Non ut milites pro eo pugnaturi, sed ut comites pugnam Ducis sui & victoriam spectaturi [c]. ¶ *In equis albis*] Sub. *sedentes*, Pi. Servientes & ipsi Evangelio. ¶ *Vestiti byssino*, &c.] Tanti sunt virtutes Christianorum apud Deum, ut Angelorum virtutibus æquentur. Vide suprà v. 8 [d].

15. *De ore ejus* (Confer Esa. 11. 4. 2 Thess. 2. 8. Heb. 4. 12 [*].)—*gladius*, &c.] *Gladius acutus & anceps* modò Evangelium totum significat, modò partem ejus, i. e. minas adversùs impios, easque certò eventuras. Vide Apoc. 1. 16. & 2. 12. & infrà hic v. 21. ¶ *Ut—percutiat Gentes*] i. e. Idololatras contumaces. Quod in Maxentio fecerat Deus, idem facturus erat in Licinio & Maximino. ¶ *Reget*, &c.] Est Metalepsis. Nam per *virgam ferream* Gladius, per Gladium Dei decreta intelliguntur. Et per ποιμαίνειν intelligitur *regere*, per *regere* verò, punire. Vide suprà 2. 27. & 12. 5 [f]. ¶ *Et ipse* (vel, *Et is est qui*, Be.) *calcat torcular vini*, &c.] Confer Apoc. 14. 19, 20 [g]. Adumbratum ex Esa. 63. 3. Sed ibi *sanguis* fluit è torculari, hîc οἶνος θυμοῦ, ut jam aliquoties diximus, *vinum venenatum*. Per id intelligitur mors cum cruciatibus. In Glossario, Ληνοβάτης, *calcator*, *torculator*, ληνὸν ἐπεθλίβωσιν dixit Theocritus. Vide suprà 14. 20 [h].

16. *Habet in vestimento* (i. e. super paludamentum suum Imperatorium [i], ut potentia ejus in ista victoria manifestè ab omnibus conspici queat [k]:) *& in femore*, &c.] i. e. In capulo ensis qui pendebat ad femur [l]. Al. *in femore*, vel, quia Scriptura robur hominis in lumbis ejus & femoribus collocat: vel, quia nunc oportet totum orbem manus suas sub femore ejus ponere, quod subjectionis & servitutis signum erat, Gen. 24. 2. & 27. 29 [†]. Al. In throrace, [parte superiori] & in femoralibus, sive tunicæ parte inferiori [m]: vel potiùs, est Hendyadis, pro, *in vestimento femorali*, sive tegente femora [n]. Gestat autem Christus hoc nomen in femore, quia femur symbolicè significat Christi humanitatem, quippe quam ex femore Jacob, Davidis, &c. accepit [o]. Contrà in capite erat nomen Divinitatis, quod *nemo novit*, &c. v. 12 [p]. ¶ *Rex Regum*, &c.] Hoc est *nomen* illud *novum*, quod innui diximus suprà 3. 12. Verè *novum* si non jus spectes, sed juris eventum. Nabuchod. hoc nomen Deo dat postquam audit destructionem Regnorum, Dan. 2. 47 [q].

17. *Angelum* (i. e. cœtum prædicatorum [r]:) *stantem in sole*] h. e. In loco excelso [†], in oculis totius mundi [t], ut ab omnibus conspici & exaudiri possit [v]. Significatur valde conspicuum fore id quod hîc Angelus nunciat [x]. Notat magnam lucis mensuram, quâ prædicatores evidenter prospiciunt, & confidenter prædicant, Antichristi ruinam [y]. ¶ *Dicens omnibus avibus*, &c.] Carnivoris [z]. Sumpta hæc ad Volucres Poetica allocutio ex Ezec. 39. 17, & seq. Paria habes Jer. 12. 9. Adde 1 Sam. 17. 46. Esa. 18. 6. Jer. 7. 33 [a]. ¶ *Ad cœnam*, &c.] i. e. Ad convivium [b], quod ex cadaveribus stratorum hostium [c], Antichristi & sectatorum ejus, vobis Deus instruet [d]. Deus apud Ezechielem, ὃ τὴν θυσίαν ἣν τέθυκα, &c. Post sacrificium sequi solebant epulæ: ideo ibi sequitur, ἐμπλησθήσεσθε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου. Ità hîc vocatur strages magna. Adde Esa. 25. 6. & 34. 6 [*].

18. *Ut manducetis carnes regum*, &c.] Intelligendum id hîc de Juliano, cujus digiti abscissi in terram ceciderunt esca volucribus; vide Zosim. & Ammian. de Anatolio, & aliis quos Persæ occiderunt. Βασιλεῖς nostris scriptoribus vocantur etiam Præfecti [f]. Al. Reges hîc intelligit qui Bestiæ adhuc adhærent, & ruinam ejus lamentantur [g], quorum status, dignitates, reditus, &c. prædæ exponentur [h]. ¶ *Carnes fortium*] i. e. Militum [i], qui *fortes* vocantur Jer. 46. 5. ¶ *Liberorum & servorum*, &c.] Similis partitio suprà 13. 16 [k].

19. *Vidi bestiam*] De qua cap. 13 [l]. & 17 [m]. Nempe Idololatriam [n]: vel, Antichristum [o]. ¶ *Et Reges*, &c.] Julianum cum suis Proceribus & exercitibus, quibus in Christianos usus est [p]. Al. Reges terræ Antichristo associatos [q], Pontificis vasallos & socios [r]. ¶ *Congregatos*, &c.] q. d. Videbam eos intulisse bellum Christo. Sic intelligebam causam illius cladis. Ποιῆσαι hîc est—in sensu Plusquam-perfecto. Hebræi uno Præterito pro omnibus utuntur. Unde sæpe Præterita vel Ἀόριστοι verti debent per Plusquam-perfectum. Notavimus hoc ad Mat. 14. 3 [†]. O plusquam Giganteam θεομαχίαν! ô Pharaonicam cœcitatem! Excisâ Babylone, nondum didicisse justitiam, &c [t]. *Et*, &c. Καὶ μετὰ τῦ στρατεύματος αὐτῦ] *Et cum exercitu ejus*, Pi. Be. i. e. In Ecclesiam, suprà 13. 6. μετὰ hîc Hostilitatem significat, ut suprà 2. 16. & 11. 7. & 12. 17. & 13. 4, 7. & 17. 14 [v].

20. *Et* (vel, *Sed*, Pi.) *apprehensa* (vel, *comprehensa*, Be.) *est* (quasi loris constricta, vel *capta est*, nempe à Duce Christo [x]: נתפש. In prælio quidam occiduntur, quidam capiuntur, de quibus postea judicium fit [y]. Πιάζειν sign. *capere*, *prehendere*, ut Joh. 7. 30, 32. & 8. 20. & 10. 39 [z].) *bestia*] Nempe prior cap. 13. 1 [a]. Idololatria publica Imperii [b]. Al. Antichristus [c]. ¶ *Et cum eo Pseudo-propheta*] Individuus Bestiæ Achates & orator [d], insignis ille impostor, qui erit Antichristi præcursor [*]. Al Bestia illa secunda cap. 13. 11 [f]. vel, prima alio respectu considerata. Eadem enim hîc Pseudo-prophetæ, quæ cap. 13. 11. secundæ Bestiæ, tribuuntur [g]. Ut Pseudo-propheta dominans statui est Bestia, ità cùm distinctè ac seorsim à statu consideratur est Pseudo-propheta: quemadmodum prima & secunda Bestia cap. 13. solâ explicationis gratiâ distinguuntur [h]. Hîc duo statuuntur, ad ostendendum [i], conjunctam capitis & simul statûs cum eo ruinam [k]; quòd Majestas Imperii Romani sub nulla ampliùs forma durabit, sed unà cum ultimo ejus capite, Pseudo-propheta, funditùs peribit; quòd & civilis dignitas, per primam Bestiam significata, & religiosa illa fraus atque hypocrisis, quâ illa sustentata est, clade irreparabili evertentur [l]. Unus Antichristus ut priùs duabus Bestiis, item Bestiâ cum muliere inequitante, repræsentatus est; ità nunc Bestiâ & Pseudo-prophetâ, quia cum Antichristo senatus & satellitium ejus, & clerus, imposturarum & nequitiarum architecti atque ministri, suprà etiam copulati sunt [†]. Pseudop. hîc est ordo prædicatorum Papalium, qui Dei nomine traditiones & revelationes mendaciter jactant,

id quod Pseudo-prophetam constituit ‖. Al. *Pseudo-propheta*, i.e. seductores Prophetæ Antichristi [m]. Est hic Singularis pro Plurali, quia designatur universitas falsorum Doctorum; quomodo & *duo testes*, & *duo Prophetæ*, suprà 11. 3, 10. In MS. etiam clariùs patet quod dicimus: scribitur enim, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, ὁ ψευδοπροφήτης, per σύνθεσιν. Inter illos autem falsos Doctores præcipuus fuit Jamblichus, Magicis artibus clarus, qui semet veneno interemit. Narrant id in Historia Socrates, Sozom. Zonaras, Paulus Diaconus [n]. ¶ *Qui fecit signa coram ipso*] Scil. regno Pontificio & capite ejus ad autoritatem illi conciliandam [o]: vel, In honorem Idololatriæ, ut suprà 13. 12. [ubi dicta vide.] Jamblichum in aerem raptum narrat Eunapius: in balneo subitò apparere duos pueros, quos vocabat Ἔρωτα καὶ Ἀντέρωτα, fecit, multáque alia ejusmodi. ¶ *Seduxit eos*, &c.] Julianum & alios, aut ad idololatriam traduxit, aut in idololatria confirmavit. Iterum εἰκόνι sing. pro plur. ut suprà 13. 14, 15. & 14. 9, 11. &c. Quid sit χάραγμα diximus 13. 16, 17. & 14. 9, 11. & 15. 2. & 16. 2. ¶ *Missi sunt——in stagnum ignis*, &c.] Repetitur idem hoc infrà 20. 10. ubi & *Diabolus* additur. Intelligit Idololatriam & doctrinam idololatricam publicè sic exstinctam, ut ejus non magis quicquam appareret quàm rei combustæ. Sic regna quatuor *quasi in favillam redacta*, ait Dan. 2. 35. Vide infrà 20. 14. ubi par locutio de Morte & Inferno, & comparationem non dissimilem, Esa. 30. 14. Ignis sulfuratus vehementior aliis, Psal. 11. 16. Esa. 34. 9. Vide suprà 9. 17. Theodosius Magnus sustulit sacrificia publica Paganorum. Contra Magos leges sunt Valentiniani & Valentis, item Theodosii Magni & Arcadii [p]. Igni & sulphure tartari sive gehennæ pœnæ significantur [q], ut dictum cap. 14. 11 [r]. *Stagnum* dicit, quia ut pisces in stagno aquis ambiuntur, sic isti igne, &c. *Sulphur* est ignis fomentum pertinacissimum, eum reddens inextinguibilem. Cruciatum notat horrendum & æternum. Alludit hìc [vel,] Ad historiam illam Num. 16. 33 †. [vel,] Ad locum Esa. 30. 33 [t]. Al. Pro certo habeo, hoc Bestiæ judicium non esse illud ultimi diei; 1. Quia hoc est sub sexta Phiala, quod finem rerum non adfert. Sic se res habet, Quinta Phiala Bestiæ sedem evertit; Bestiam alibi existentem & nova molientem Sexta capit, ut jam nec Sedes nec Bestia superfit: aliqui tamen residui sunt Babylonici cultûs asseclæ, quos prorsus perdet Septima Phiala. 2. In hoc judicio adhibentur exercitus Sanctorum, &c. 3. Discrimen hìc est inter Bestiam, & sequaces ejus, qui aliter puniuntur v. 21. 4. Quia nonnulla adhuc eventa restant; nondum plenè evertitur Diabolus, quem Septima Phiala detrudit in lacum [v]. Obj. Excidium Antichristi reservatur ad secundum Christi adventum, 2 Thess. 2. 8 [x]. Resp. 1. Ibi forsan intelligitur adventus Christi non ad extremum judicium, sed ad judicium meretricis; quia judicium hoc non semel, sed successivè & gradatim, fit [y], per prædicationem Evangelii, qui *spiritus oris* dicitur, nec ante ultimum diem perficitur: nam quamvis & Bestia & Sedes ejus antè eversæ sint, Regnum tamen Antichristi complexim consideratum non prorsus subruetur ante finem [a].

21. *Et cæteri* (Clandestini idololatræ, qui multi fuere ad tempora Justiniani. Vide Procop. Arcanâ historiâ [b]: Antichristi clientes & asseclæ [c].) *occisi sunt in gladio——de ore ipsius*] id est, Decreto Christi, qui ad id Justiniano usus est ut morte puniret idololatras. Lex ea est Græco sermone scripta. Meminit ejus Procopius [d]. Al. Verbo Christi, quod ipsorum alios convincit & convertit, alios verò damnat, &c [*]. ¶ *Et aves*, &c.] Sic,—*pasces in cruce corvos*, dixit Horatius. Adde Gen. 40. 19. 2 Sam. 21. 10 [f].

‖ Clu. [m] E. [n] G. [o] Clu. [p] G. [q] Clu. sic Par. [r] Clu. † Par. [t] Clu. [v] Dur. [x] Q. in Dur. Par. ex Rib. [y] Dur. [z] Par. sic Dur. [a] Dur. [b] G. [c] T. sim. Pi. Par. [d] G. [*] Dur. [f] G.

CAP. XX.

1. ET *vidi*] Hoc caput semper inter obscurissima reputatum est, & multi in ejus explicatione lapsi sunt [a]. Aliud est [hoc] Visum [b] à priore; neque observatur hìc ordo eventuum, quasi hæc Draconis captura, & hi mille anni, tempore sequantur damnationem Bestiæ; quod fieri nequit, quia Bestia extremo judicio abolenda est [c]. Significat [hoc Visum,] tranquillitatem quæ Ecclesiis per Constantinum erat primùm data, aucta per successores, fore quidem longam, non tamen usque ad Mundi interitum [d]. Dictum est de exitio *Bestiæ*, *Draconis* sequitur [*]; cujus historia cùm sit Epilogus totius militiæ laborantis Ecclesiæ, primùm res antè dictæ breviter repetuntur, & quæ sparsim antè de Dracone tradita sunt, nunc sub unum aspectum ponuntur: deinde nova Prophetia docet ultimum ejus interitum [f]. Continet hoc caput summarium omnium temporum ab exortu Evangelii inter gentes usque ad finem Mundi, describitque eversionem, tum, Idololatriæ & Ethnicismi, sive *Diaboli & Bestiæ*, h.e. Romæ Imperialis; tum, *Pseudo-prophetæ*, h.e. Romæ Papalis. Quid factum de Bestia, Diaboli organo & ministro, dixit cap. 19. 20. quid de ipso Diabolo, hìc ostendit. Diabolus duplici modo homines perdidit; Ecclesiam persecutionibus, Mundum illusionibus Oraculorum, Idololatriæ, falsorum miraculorum, & similium. De priori actum in præced. capitibus, hìc de posteriore †. Scopus hujus capitis est, in genere, ostendere ultimam Catastrophen finémque omnium calamitatum Ecclesiæ, & hostium malitiam atque ruinam: specialiter verò, ostendere liberationem Ecclesiæ à Diabolo & primo & ultimo, & maximo ipsius hoste, & septimam Phialam, cap. 16. breviter indicatam, pleniùs explicare; id quod aut hìc facit, aut nusquam. Hoc autem ut luculentiùs fiat, gesta Diaboli præcedentia repetit, & historiam Diaboli describit, non quidem à prima ejus cohibitione per prædicationem Evangelii, de qua cap. 12. sed à fine illius historiæ, cap. 12. Ibi Diabolus solutus & furibundus erat, fluvium ejecit, &c. bellum gessit cum Sanctis per Bestiam, per quam miro successu pugnat, regnátque 1260 diebus. Hìc ergò ostendit quid de Diabolo factum post dies illos, & hoc caput non contemporat capiti 12. sed ei subjungitur, ut sequens Diaboli coercitio. Apparet hoc, 1. quòd Angelus hìc de cœlo descendit, ut persequatur eum in terra, quò ipsum dejectum fuisse supponit, quod factum cap. 12. 2. quòd Diabolus qui cap. 12. solutus est, & mulierem fugat, hìc ligatus est, & Sancti regnant; 3. quòd hæc sit ultima Satanæ ligatio præcedens solutionem ipsius in Gogo & Magogo ante finem Mundi; 4. quòd non verisimile sit, aut illustrem hunc eventum de Satana post libertatem & dominium ipsius in Antichristo ligato reticeri, aut victoriam illam Evangelii de Satana, cap. 12. prophetiásque de Papa & Turca, hìc repeti, & quidem verbis obscurioribus, quod est contra morem & Prophetarum omnium & hujus Libri. Eadem autem nomina Satanæ data hìc & c. 12. non de eodem tempore, sed de eodem hoste, agi ostendunt [g]. ¶ *Angelum* (vel, 1. Constantinum [h]; vel, 2. Archangelum, qui ipsum de cœlo dejecit, cap. 12 [i]. vel, 3. Christum [k], ut docent adjuncta & effecta, quæ Christo propria sunt [l]: hic solus *clavem inferni habet*, Apoc. 1. 18. & Satanam *conterit*, *ligat*, *abolet*, juxta Gen. 3. 15. Luc. 11. 22. Heb. 2. 14 [m].) *descendentem de cœlo*] h. e. Instructum authoritate & potestate exsequendi [n]. *Descensus Angeli de cœlo* magnum Dei beneficium significat, ut Apoc. 3. 12. & 21. v. 2, 10. alibi Judicium, ut 10. 1. ¶ *Habentem clavem abyssi*] i. e. Profundi carceris, ut interpretatur infrà v. 7. Sic Luc. 8. 31. Apoc. 9. 1, 2 [o]. vel, inferni [p]: *Clavem*, i. e. omnimodam potestatem [q] claudendi, vel laxandi [r]. Vide dicta ad Apoc. 1. 18. & 9. 1 †. *Clavem* hic habet longè alium in finem quàm stella illa cap. 9 [t]. ¶ *Et catenam* (Invisibilem & spiritualem, qualis est & ligator & ligandus [v]. Solent sontes vinciri, ut in carcerem ducantur, nè elabi possint [x].) *magnam* (id est, prævalidam quandam vim [y]: potestate enim maximâ opus erat adversùs Satanam, fortem illum & versipellem, &c [z].) *in manu sua*] i. e. Facultatem dæmones vincendi & coercendi [a]. Designat hæc catena Christi omnipotentiam, passionem, resurrectionem, &c. & præcipuè doctrinam Evangelii, quâ abolitus est Paganismus, &c [b].

2. *Et apprehendit* (Nempe, istâ catenâ [c], velut furore in illum commotus [d]: ἐκράτησε, i.e. cum robore tenuit [*].) *draconem*, &c.] Repetitum ex Apoc. 12. 3, 9. ubi dicta vide. In MS. rursus est rectus pro obliquo, frequens Johanni,

[a] Dur. [b] G. Par. [c] Par. [d] G. [*] Bri. sim. For. Dur. Li. [f] Bri. † Li chron. 168. & 171. [g] Dur. [h] Bri. [i] Clu. [k] Gag. E. Zeg. Cot. Clu. Dur. Grav. Par. [l] Par. [m] Par. Clu. [n] For. [o] G. [p] Pi. Par. Gag. E. [q] Gag. sic E. T. [r] T. sic Pi. † Par. [t] For. [v] Clu. [x] G. sim. Clu. [y] Clu. [z] Cot. [a] Gag. sim. Clu. [b] Par. [c] G. [d] Dur. [*] Clu.

hanni, ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος [f]. Draco hîc variis nominibus appellatur, ut distingueretur à Bestia & Pseudo-propheta, qui sub illo partes suas in suis duntaxat temporibus obibant, cùm unus idémque Draco sub diversis speciebus omnia tempora Apocalyptica percurrit, nec unquam otium agit, &c [g]. ¶ *Et ligavit eum*, &c.] i. e. Invitum detrusit in infernum, nè electos ad Ecclesiam venturos impediret [h]. Sic religatur & concluditur Dæmon, nè noceat, Tob. 8. 3. Apud Valer. Max. l. 1. 7. 6. est somnium de Dionysio ferreis catenis vincto ad Jovis solium, deinde soluto vinculis multarum urbium cum exitio. Libertas autem hîc intelligenda illa ἐξουσία de qua actum suprà 13. 3. sævitiam suam in Christianos exercendi per idololatriam Romanam, sive per Principes idololatras; ideòque *mille* istorum *annorum* initium duci debet ab Edicto Constantini quod est apud Eusebium, in quo *vincti Draconis* est mentio. Romani autem Imperatoris exemplum secuti sunt Reges, alii citiùs, alii seriùs, sicut antea Imperatorum sævitiam in Christianos imitati fuerunt. Ad *mille annos felices* Judæi referunt loca Dan. 7. 25. & 8. 14. ubi Jacchiadem vide: Esa. 11. 6, &c. & 60. 18, 22. & 65. 19, 20. *Anni mille felices* per secundum Adamum respondent annis ferme mille per quos duravit Adami prioris miseria. In his verbis & seq. καὶ ἔδησεν,——καὶ ἔβαλεν——καὶ ἔκλεισε, est Transpositio, & simul Hebraica locutio, pro quo dicere liceat, καὶ δεθέντα αὐτὸν καὶ βληθέντα——ἔκλεισεν [i].

3. *Et misit* (vel, *conjecit*, Be. Pi.) *eum in abyssum*] i. e. In carcerem infernalem [k]: Magistratum illi ademit, eúmque cohibuit non à persecutione duntaxat, sed & à clandestinis molitionibus [l]. ¶ *Et clausit* (vel, *occlusit*, sive *conclusit*, sub. *eum*, Pi.) *& signavit* (vel, *obsignavit*, Be. Pi.) *super illum*] i. e. Supra operculum putei in quem eum conjecit: Meton. subjecti [m]: carcerem obsignavit, nè quis aperiret. Vide Dan. 6. 17 [n]. & Matth. 27. 66. ubi ἀσφαλίζειν & σφραγίζειν se mutuò explicant [o]. Ità exeundi, vagandi, & nocendi, licentiam ei adimit [p]. ¶ *Ut non seducat ampliùs Gentes*] Nempe, ut hactenus liberâ grassatione seduxerat, nam ἔτι emphasin habet [q]. *Nè deciperet*, nempe, eas inflammando ad cædem piorum [r], *Gentes*, nempe, quæ Imperii Romani fuerunt †. Al. *Gentes* hîc intelligit alienas ab Ecclesia, ut in Prophetis distingui solent à populo Israelis, ut suadet collat. v. 7, 8. Has autem seduxit per Mahometum, &c [t]. *Nè seducat*, id est, nè Evangelii prædicationem inter Gentes diutiùs impediat [v]: vel, nè reducat Idololatriam & Paganismum [x]. Sed huic sententiæ repugnat, tum, totus contextus, qui de seductione Antichristiana agit, ut cap. 19. 20. sic & cap. 13. & 17. tum, quòd finis seductioni Paganicæ antè positus fuit cap. 12. 9 [y]. Illud, *nè seducat*, intelligendum non simpliciter, sed cum respectu ad priorem latitudinem atque successum, *nè seducat Gentes*, collectivè sumptas, omnes Gentes, quas primò Ethnicos fecit, deinde cultores Bestiæ [z]. *Seductionem* hîc intelligi puto, tum Antichristianam præcipuè, tum etiam Mahometicam; id quod multa suadent: 1. collat. c. 10. v. 6. *Juravit tempus non fore ampliùs*; tempus scilicet ærumnosum illud quod præcesserat sub quinta & sexta Tubis, sub quibus Mahometismum & exortum fuisse & invaluisse constat. 2. collat. c. 9. 12. ubi *Stella clavem habens Abyssi eam aperit, educitque fumum*, &c. Quem fumum Cl. Medus Mahumetismum interpretatur. Cujus proinde dissipatio & detectio hîc omnino significari videtur per hunc Angelum stellæ illi adversum, qui *claudit abyssum*, adeòque Gentes à Mahumeticis illusionibus liberat. 3. collat. c. 11. 14, 15. ubi *secundum væ*, quod idem est cum plaga sextæ Tubæ, quæ est plaga Mahometica, *abiisse* dicitur, id est, plenarium suum effectum habuisse, ante sonitum Tubæ septimæ, quando dicit *Regna Mundi facta esse Domini*, &c. quod proinde de Regnis non Bestianis tantùm, sed & Mahometicis, accipiendum, ut Regna illa quæ olim Christiana fuerant ad Christum redeant [a]. Sensus est, q. d. Nè mundum ampliùs imbuat ignorantiâ, superstitione, idololatriâ, & persecutione piorum, ut antea fecerat [b]: quanquam aliqui forsan hîc vel illic seduci possint, &c [c]. ¶ *Donec consummentur*, &c.] Tunc enim alia erat suscitaturus mala, de quibus infrà v. 7 [d]. ¶ *Oportet* (Nempe, ex hypothesi consilii sive decreti Divini *, quia sic visum est sapientiæ Dei [f].) *illum solvi modico tempore*] Vel, ad *exiguum tempus*, Be. Pi. Intellige comparatè, tum, 1. cum præcedentibus ejus solutionibus [g], & grassationibus, & ante Christi adventum & post illum; tum, 2. cum tempore captivitatis Satanæ [h], & pacifici lætique status Ecclesiæ [i]. Diximus suprà 1. 3. *exiguum tempus* in Prophetis dici annos etiam 500. Sed ibi comparatio fit ad durationem populi Judaici, hîc ad durationem Mundi [k].

4. *Et vidi sedes*] Vel, *Deinde vidi thronos*, Be. Pi. Nempe, ut olim Daniel 7. 9 [l]. Simul vidit & Satanam ligatum, & thronos positos. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐκάθισαν, &c.] Hoc verbum, vel neutraliter sumi potest, ut in Isoc. καθίζων ἐπὶ τοῖς ἐργαστηρίοις, *sedens in officinis*: vel, transitivè, ut in Thucyd. καθίσας τὸν στρατὸν, *collocatis copiis*. Ità hîc, *sederunt*, vel *collocârunt*, *super eas*. Non vidit vacuas sedes, sed cum suis sessoribus [m]. *Et consederunt*, Pi. aliqui scilicet [n], sancti & electi [o], vel Christiani [p]; ii quibus judicium datum est de animabus illis quarum statim fit mentio [q]. Throni cœtui Sanctorum tribuuntur, Apoc. 4. 3. hîc autem Martyribus duntaxat [r]. Sensus, q. d. Hi Martyres & confessores jam evecti sunt in Thronos, id quod indicium est Dominatûs, & liberi felicísque statûs ‖. *Sederunt*, nempe, iidem qui apud Danielem, Deus, & Angeli præcipui velut adsessores Dei, qui decreta Dei subsignant, Dan. 4. 17. Sed addendus hîc ex natura Novi Testamenti Christus, medio inter Deum & Angelos loco: quod ipsum satis intelligitur ex Apoc. 22. 1, 3. Hebræi autem sæpe verba ponunt, subintellectis Nominativis. Quod verò hîc dicitur ad sequentia pertinet, ut nôrimus factum justissimo Dei Judicio, ab Angelis approbato; quòd Martyribus data est prærogativa quædam resurrectionis, nec dilata est illorum gloria ad Judicium usque universale. Quæ toto hoc capite dicuntur ferè omnia erant in Judæorum traditionibus, De duabus Resurrectionibus, De Mille annis felicibus inter utramque, de bello Gogi & Magogi: de quibus vide Targum Megilla, 2. 12. AE. & Saad. ad Dan. & alios, Hieron. ad Esa. l. 5. & 15. & 18. Sed ostenditur hîc sensus esse alius quàm Judæi putabant, ut & de Novis Hierosolymis: quod non bene intellectum multis occasionem dedit Apocalypsin rejiciendi, tanquam opus Cerinthi aut alterius Judaizantis †. ¶ *Et judicium datum est illis*] Sic Dan. 7. 22. *Et judicium dedit sanctis* [t]. *Judicium* hîc sumitur, vel, 1. activè [v], ut Psal. 72. 2 [x]. pro potestate judicandi alios eis data à Deo [y]: vel potiùs, pro dignitate regia, ut Psal. 72. 2. quia sequitur, *& regnaverunt* [z]. Vel, 2. passivè & πολιτικῶς [a], pro justa sententia, ut Job. 27. 2. & Esa. 26. 8. Justitia illis antè negata ab hominibus, jam à Deo conceditur, & sententia secundùm illos datur [b]; innocentia eorum judicio cognoscitur & vindicatur contra tyrannos & Antichristum [c]. Sed duriusculè dictum videtur *judicium dari*, pro *jus dici*, alicui [d]. *Judicium datum est illis*, h. e. pro illis *, & adversùs hostes & persecutores eorum, à quibus jam reposcuntur pœnæ ob mala iis illata [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὰς ψυχὰς τῶν πεπελεκισμένων, &c.] In MS. est πεπολημένων. Sed puto Scribam scribere voluisse πεπολεμημένων. Dicuntur bene Græcè πολεμεῖσθαι qui *bello impetuntur*. Et πόλεμον ποιεῖν est *atrociter persequi*, cap. 11. 7. & 12. 17. & 13. 7 [g]. [Locum sic reddunt:] *Et* (Repete, *vidi* [h]:) *animas decollatorum* (vel, *securi percussorum*, Mo. sic P. Be. Pi. i. e. trucidatorum [i], ut est Apoc. 6. 9 [k]. quovis mortis genere [l]. Species frequentior hîc ponitur vice generis. Frequentissimum enim apud Romanos Securis supplicium: ideo Magistratus incedebat cum securibus [m]. Vidit autem hîc *animas*, nondum suis corporibus redditas [n]: non ergò vidit eos corporaliter suscitatos [o]. Judicium quod animæ cum clamore requirebant, Apoc. 6. 10. hîc illis datum est, translatâ jam ad Christianos potestate terrarum orbis, & Sanctis publicè & coram mundo justificatis [p]. Al. *animas interfectorum*, i. e. interfectos [q]; Martyres, h. e. ipsorum successores, qui iidem cum ipsis sunt, quemadmodum iidem sunt *testes occisi*, & *testes resuscitati*, cap. 11. & Johannes idem qui Elias, Matth. 11. & 17 [r].) *propter testimonium Jesu*, (i. e. de rebus Christi †, quòd ipse unicus esset servator [t]: propter Evangelium Christi, ut cap. 19. 10 [v]. sic & c. 6. 9 [x]. pro quo trucidati sunt ab Ethnicis [y], à Romanis

Marginal notes (left column): f G. — g Steph. — h Me. — i G. — k Par. sim. Clu. — l Dur. — m Pi. — n G. — o Med. 531. — p Med. ib. sim. Dur. — q Par. — r G. sim. Pi. — † G. — t Clu. — v Par. — x Ham. sic Par. — y Steph. — z Dur. — a Steph. — b Dur. — c Steph. — d G.

Marginal notes (right column): * Par. — f Par. Clu. — g Dur. — h Clu. — i Dur. — k G. — l G. sic Med. 563. — m Par. — n Steph. — o Gag. — p Clu. — q Pi. — r Steph. — ‖ Dur. — † G. — t Clu. Steph. — v Par. Dur. — x Dur. — y Par. sic Pi. Dur. Clu. — z Par. — a Q. in Par. sic Dur. — b Dur. — c Q. in Par. — d Par. — * Dur. Steph. — f Steph. — g G. — h Pi. — i Par. sic G. — k G. Cor. — l Par. Steph. — m G. — n Par. ex Aug. — o Par. sim. Dur. — p Clu. — q G. — r Dur. — † G. — t Pi. — v Par. — x Steph. — y Dur.

manis tyrannis [z];) *& propter sermonem Dei*] Vel, *simulque & doctrinam ipsius* [a], propter confessionem Evangelii [b], sive veritatis [c]; vel, *propter sermonem* Dei, essentialem illum cap. 19. 13. h. e. æternum Dei Filium, pro quo multa millia ab Arianis, Macedonianis, Nestorianis, &c. per annos 300 mactati sunt [d]. ¶ *Et qui non adoraverunt bestiam*, &c.] i. e. Antichristum [*]. Hos à prioribus discernit, vel, quia non Martyres, sed tantùm confessores, erant; vel, quia tempore ab illis diversi & posteriores sunt [f]. Al. Illud, καὶ οἵτινες, est q. d. *qui iidem*, ut Esa. 62. 8. & alibi. Describit eos primùm ex actibus positivis, nunc ex negativis. Non tantùm testimonium reddiderunt de Christi vita, morte & resurrectione, doctrinámque ejus sparserunt quàm latissimè poterant; sed & abstinuerunt ab omni actu qui cum ea doctrina pugnaret, quales adhuc sunt, *sacra facere diis falsis, ad eorum imagines procumbere, notas sumere in fronte aut manu.* Jam antè aliquoties vidimus προσκυνεῖν τῷ θηρίῳ esse *servire Idololatriæ*, & εἰκόνι esse singulare in sensu Multitudinis, & per speciem χαράγματος intelligi totum genus, sub quo sunt & nomina expressa, & per numeros significata. Vide suprà v. 12. Quòd autem dicit eos ab his abstinuisse intelligendum est, cùm tamen spe vitæ, & mortis & cruciatuum metu, tentarentur [g]. [Sed de his antea non semel fusè disputata non opus est hîc repetere.] ¶ *Et*, &c. Καὶ ἔζησαν, &c.] Non dicit hîc ἀνέζησαν, nè realem & literalem omnium Resurrectionem hîc intelligere cogeremur. Resurrectio quidem τῶν πεπελεκισμένων literalis est, aliorum verò duntaxat moralis ac politica [h]. *Et vixerunt*, idem hîc est quod v. seq. *resurrexerunt*. Vita hæc includit, 1. vitam spiritualem, sive communionem cum Deo in Christo, ut Gal. 2. 20, 21. ut ostendit Antithesis ad reliquum mundum mortuum; 2. vitam prosperam & lætam, nam *Non est vivere, sed valere, vita*: hæc enim vita opponitur calamitatibus Martyrum & præcedentibus, & mille annos subsequentibus, quarum respectu *quotidie moriebantur*, juxta 1 Cor. 15. 31. 3. vitam non separatam tantùm, (quâ in tristissimo rerum statu fruebantur) sed cum aliis conjunctam, sive in statu Politiæ Ecclesiasticæ, & in publica unitáque professione: ut hæc opponatur Ecclesiæ, tum latenti in Templo clauso, tum fugienti in desertum, cap. 11. Sic Judæorum restitutio dicitur *resurrectio*, Ezec. 37. & *vita à mortuis*, Rom. 11. Quod hîc addit, *& regnârunt*, est tantùm ulterior & nobilior istius vitæ gradus, vel major libertas & copia, &c [i]. Non loquitur hîc de vita animarum naturali post occisionem, quia hæc & tyrannis & martyribus communis est; nec de spirituali vita regenerationis, quia hanc Martyres ante occisionem habebant: sed de vita beata immortali & gloriosa cum Christo in cœlis per mille annos & in æternum. Sed satis habuit Johannes dicere quid spiritibus beatorum futurum esset mille annis; non negans vel ipsos ulteriùs, vel alios etiam fideles post mille annos decedentes, victuros & regnaturos cum Christo. Nec vult omnes martyres & confessores per totos illos mille annos vixisse, sed loquitur de continua successione occisorum, qui partem aliquam illius millenarii vixerunt, &c. ut sit Synecdoche. Opponitur autem hoc stulto mundi judicio, cui occisi judicati fuerant miseri & perditi [k]. Sensus est, Qui pro mortuis habebantur, redivivi fiunt, &, quoad animas saltem, cum Christo vivunt in gloria, novíque ipsorum loco exurgent confessores, & causa ipsorum florescet & triumphabit in terra, & Legem dabit Gentibus [l]. *Et vixerunt.* Animæ quæ sunt בשאול, ἐν ᾅδῃ, non dicuntur ζῆν, sed eæ demum quæ *translatæ sunt sub solium gloriæ*, ut loquuntur Hebræi. Sic vocant perfectissimum statum animarum ante resurrectionem universalem. Vide Clem. Alex. & Tertul. [in G.] *Et regnârunt*, &c. Sicut Christus ex cœlo in terras regnat, sic & Martyres sub Christo, nempe, per dona sanationum quæ conspiciebantur apud ipsorum memorias, & per honorem quem ipsis Ecclesiæ palàm habuere. Ante tempora Constantini neque tutum erat ad monumenta Martyrum concurrere, & vigente Paganismo metui poterat nè honor Martyrum à Paganis in superstitionis suæ defensionem raperetur. Quod autem additur, χίλια ἔτη, eò pertinet ut sciamus post mille annos à multis imminui cœpisse honorem Martyrum; ab iis

z Par. a G. b Pi. c Steph. d Par. * Me. Dur. &c. f Par. g G. h Mor. 381. i Dur. k Par. l Steph.

scilicet qui pietatis partem in eo posuerunt si loca Martyrum memoriæ dicata frangerent, & sanationum veteres historias fabulis accenserent: quas ad res non levis occasio data est ab iis qui falsa miracula comminiscebantur, quíque in Martyrum honore non servabant eum modum quem vetus Ecclesia servaverat [m].

5. *Cæteri*, &c. Οἱ δὲ λοιποὶ — οὐκ ἀνέζησαν, &c.] *Reliqui verò ex mortuis* (vel, *mortuorum*, Pi. Par. Constructio qualis cap. 9. 20 [n], scil. corporum [o];) *non reviviscent*, &c. Be. D. vel, *non revixerunt*, &c. Pi. &c. Quod perinde est. Nam de futuris loquitur Johannes tanquam de præteritis, more Prophetarum [p]. *Reliqui*, &c. hîc intelliguntur, vel, 1. præter Martyres, aut si quos Dei gratia martyribus æquavit [q]; quales Abrahamus, Beata Virgo, &c. neque enim solis Martyribus propria est hæc gratia, sed communis *timentibus Deum*, ut apparet ex collat. cap. 5. 10. & 11. 18. Vel, forsan *Martyrii* vox latiùs sumi possit [r]. Hi, inquit, οὐκ ἔζησαν, [vel, ἀνέζησαν, ut alii legunt:] i.e. mansere ἐν ᾅδῃ, in eo statu qui congruens erat vitæ in seculo actæ. Cùm autem dicit, *per mille annos*, intelligendum est ut durantibus illis Gogi & Magogi bellis quæ supra mille annos excurrunt [†]. Vel, 2. qui adorârunt bestiam, &c [t]. h. e. omnes Idololatræ, Apostatæ, & Pseudo-Christiani [v]; impii omnes [x], quales *mortui* vocantur, Mat. 8. 22. Eph. 4. 18. 1 Tim. 5. 8 [y]. omnes præter Martyres & Confessores fideles, h. e. Pagani, & falsi Christiani [z]: qui hîc *mortui* dicuntur, quia hi quoque mactati sunt, licèt non Christi causa, ut apparet ex cap. 19. 2, 3, 18, 20, 21. Significat ergò, Ecclesiam tunc temporis & ab Ethnicis persecutoribus liberam, & à turpibus illis mixturis puram, fuisse [a]. Vel, 3. successores persecutorum, qui hîc successoribus Martyrum opponuntur, qui hîc *mortui* jure dicuntur, ut Eph. 2. 1. De his dictum, *non revixerunt*, h. e. pristinum statum non recuperârunt, ut Ecclesiam persequantur sicut antea fecerant. Notandum, præcedentem generationem in duo genera distributam esse, 1. Martyrum & Confessorum; 2. Persecutorum: & utrosque hîc, tanquam mortuos, memorari: deinde, generationem succedentem hoc millennii spatio respici velut resuscitationem præcedentis. Tantum ergò, inquit, discrimen erit inter hanc generationem & præcedentem, tantúsque erit Martyrum & piorum numerus, ut præcedentes omnes revixisse credi possit: Persecutores autem, quorum quasi vita in persecutione consistit, & qui, durantibus Ecclesiæ martyriis, in decessoribus suis vixerunt & regnârunt, jam pauciores facti, quasi mortui jacent & viribus exuti, ac coerciti nè pristinam vitam vivant, Ecclesiam apertè persequendo: qui tamen post mille annos soluti, ad pristinam malitiam & hostilitatem adversùs Ecclesiam redibunt, atque ità *reviviscent*, non tamen corpore, nec Spiritu Dei, &c. sed ut in sanctis est vita gratiæ, ità in impiis est vita peccati, quæ ad tempus coerceri potest. Hi ergò impii Ecclesiam iterum persequentur per Gogum & Magogum, quasi ipsi in personis suis revixissent, & animos jam resument; id quod simile est sanationi vulneris Bestiæ, cap. 13. non in eadem persona, sed in successoribus [b]. Al. Dicit eos *non revixisse donec consummati fuerint mille anni*, non quasi post illos revixerint, sed hoc vult. Gentiles, qui ante Evangelii adventum mortui erant, Eph. 2. 1, 2, &c. & qui Christum prædicatum non amplexi fuerant, sed characterem Bestiæ acceperant, &c. adhuc in morte manserunt, nec revixerunt per millennium illud, quod tamen tempus erat vitam accipiendi, cùm Satanas ligatus fuit, & Regnum Christi propagatum, & lux veritatis & vita per Evangelium venit in mundum [c]. *Non revixerunt*, nempe, per fidem, vel, *non resipuerunt*, ut dicitur cap. 9. 20. qui locus est hujus interpretatio, *donec completi sunt*, &c. h. e. per totum illud millennium ligati Satanæ, imò nunquam revixerunt: ἕως igitur hîc non limitat tempus, sed simpliciter negat, ut Gen. 8. 7. Matth. 1. 25 [d]. ¶ *Hæc est resurrectio prima*] Illa Martyrum in cœlum evectio potest ἀνάστασις dici, i. e. קימה. Vide Lam. 3. 63. Heb. 11. 35 [*]. *Resurrectio prima* hîc est, vel, 1. spiritualis [f], animæ ex morte peccati per fidem & resipiscentiam; quæ *resuscitatio*, vel *resurrectio*, sæpe vocatur, ut Eph. 2. 6. & 5. 14, &c. Col. 3. 1 [g]. vel, 2. tutus & felix Ecclesiæ status hoc tempore. Resurrectio hæc non est personarum, sed

m G. n Par. o Pi. p Par. q G. r Med. ex Twiss. 946. & 949. † G. t Zeg. Ham. v Ham. x Clu. y Par. y Clu. z Par. a Ham. b Dur. c Li. chron. 170. d Par. * G. f Clu. g Par. sic Clu.

sed Ecclesiæ[h]. *Resurrectio* sæpe tribuitur Ecclesiis & Nationibus, & inprimis genti Judaicæ conversæ. Vide Esa. *66*. Jer. 31. 15, *16*, &c. Ezec. 37. Rom. 11[i]. Sensus est, Ecclesia conventus suos liberè tutòque aget; quod est quasi primitivos Martyres è sepulcris suis educere, ut tranquilli rursus in terra vivant[k]. *Resurrectio* hæc *prima* dicitur, vel, 1. per Antithesin ad generalem illam Eclipsin, tenebrásque Ecclesiam obtegentes tempore Antichristi, quæ mors quædam erat; vel, 2. ut distinguatur à generali resurrectione. Significat universalem veritatis professionem in Ecclesiis sanctorum publicè constitutis his mille annis peculiarem[l].

6. *Beatus* (Non ampliùs spe, sed re ipsâ[m]:) *& sanctus* (i. e. Deo ex gratia singulari ad hanc prærogativam segregatus[n]. *Sanctus* hîc idem quod *semotus ab omni malo*. Omne enim quod inviolabile est *sanctum* dicitur[o].) *qui habet partem*, &c.] i. e. Qui illius consors est; ut patet ex collat. Joh. 13. 8. Act. 8. 21[p]. Apoc. 21. 8. & 22. 19[q]. qui illo tempore majoris lucis & libertatis & publicæ professionis vivit. *Beatus* hîc est peculiari modo, quomodo & *beatus* prædicatur qui moritur illo tempore, Apoc. 14. 13. quanquam alioqui beati in genere sint omnes fideles, & in Christo morientes. Addit, *& sanctus*, non quasi omnes Christum tunc profitentes sancti essent, sed ut innuat, sanctitatem tunc futuram & gradu eminentiorem, & extensione ad plures diffusam, & felicitatem illius temporis præcipuè in sanctitate consistere[r]. Hoc Epiphonemate extollit felicitatem Martyrum & Confessorum, q. d. O térque quatérque beatos & sanctos vos, &c[†]. ¶ *Secunda mors*, &c.] Hujus mentio fit Apoc. 2. 11. & 21. 8[t]. & 20. *6*, 14[v]. & passim apud Rabbinos, ut Onk. in Deut. 33. 16. & Jon. in Esa. 22. 14[x]. apud quos Excidium totale, finale & irreparabile, significat[y]. De eadem agi Sap. 1. & 2. diximus ad ea loca[z]. *Mors secunda* hîc est mors æterna[a], sive æterna damnatio ad pœnas inferni[b]. Hinc certitudo salutis verè regeneratorum omnium comprobatur[c]. [De qua vide hinc Rib. illinc Par.] ¶ *Sed erunt Sacerdotes Deo & Christo*] Metaphorici scilicet[d], & spirituales[*]; quia Deo semper seipsos offerent, & laudis sacrificia[f], omniáque sanctissimarum animarum opera, quæ sacrificia erunt Deo undequaque placentia[g]. Liberrimam intimámque & familiarem admissionem ad cultum Dei Evangelicum habebunt, idque sine interventu ullius Pontificis præter Christum: id quod hîc forsan opponitur multitudini mediatorum atque intercessorum qui antea obtinuerunt[h]. Al. Sicut olim Deus preces Sacerdotum exaudiebat pro populo, ità nunc preces Martyrum exaudit pro Ecclesia[i]. ¶ *Et regnabunt*, &c.] Spiritualiter, sed eminentiori modo quàm hactenus factum[k]. Ubique in terris publicè honorabuntur ut Reges[l]. [Præmissâ hâc textûs interpretatione, nonnulla hîc supersunt pleniùs discutienda: quæ tamen quâ possum brevitate tractabo, memor me in foro explicatorio, non contentioso, versari.] Qu. 1. Utrùm hi mille anni indefinitè, an definitè, sunt intelligendi[m]? Resp. 1. Indefinitè pro toto tempore à morte & resurrectione Christi usque ad finem seculi, sive ad tempus Antichristi ultimo seculi quadriennio venturi[n]. Quam sententiam refellunt, 1. scopus, qui est aliquid designare quod huic tempori peculiare erat; 2. distinctio hujus temporis, tum à præced. tum à seq. quibus temporibus pacificus hic Ecclesiæ status turbatus est[o]: 3. collat. v. 4. ubi per mille hos annos *regnaturi* dicuntur *qui non adoraverunt bestiam*, &c. Bestia autem est Antichristus[p]. Resp. 2. Possunt indefinitè sumi pro tempore longo, & comparatè pro longissimo pacis & prosperitatis tempore ac statu quo Ecclesia Evangelica fruetur in terris: nec necesse est ut definitè sumantur; 1. ob dicta de temporibus in genere cap. 11. 2. cùm nullum aliud in tota hac Prophetia tempus literaliter sumatur, sed omnia impropriè & propheticè accipiantur, etiam ab iis qui illa tempora definitè intelligunt, hoc unum tempus in obscurissima hac Visione, in qua etiam phrases reliquæ omnes figuratè sumuntur, literaliter accipi non est verisimile. 3. Ob notam hanc regulam, quòd tempora fracta definitè ponuntur, tempora autem integra indefinitè, ut Psal. 90. 5. & 105. 8. & Apoc. 2. 9[q]. Obj. Cur ergò Johannes hic diceret sexies χίλια ἔτη, & quater quidem cum articulo τὰ χίλια ἔτη, *mille illos annos*[r]? Resp. Sic numerus ille, *trium annorum cum dimidio, mensium* 42, dierum 1260, *temporis, temporum, & dimidii temporis*, quinquies in phrasibus æquipollentibus describitur; à nemine tamen sagaci scriptore literaliter, à Pontificiis autem indefinitè, accipitur[†]. [Sed numeros illos quanquam non literaliter, definitè tamen, intelligi docent alii, in Annotatis ad illa loca; & proinde, ob eadem quæ ibi habentur argumenta, hunc quoque numerum definitè accipiendum probabile est.] Constanter tenendum est, *Mille annis* sexies hîc repetitis certum ac determinatum temporis spatium designari, quippe quorum principium & finis manifestissimis quibusdam & maximis rerum mutationibus definitur: incipientibus enim illis vincitur Diabolus, nè seducat, &c. hominésque vivunt ac regnant; desinentibus illis solvitur Diabolus, & seducit, & sanctorum castra obsidet[t]. [Hæc prima quæstio.] Qu. 2. An duplex hîc est millennium, prius captivitatis Satanæ & aliquorum mortuorum, posterius ei succedens, Regni Sanctorum cum Christo[v]? Resp. 1. Diversi sunt hi millenarii, & posteriores anni incipiunt ubi priores desierunt[x]? Resp. 2. Millennium unicum tantùm est: ut apparet, 1. quòd v. 2. & 6. χίλια ἔτη nominat, & deinceps quater τὰ χίλια ἔτη, *hos mille annos*, emphaticè & identicè; 2. alioqui Sancti cum Christo regnarent, soluto Satanâ, non autem illo ligato, quod absurdum[y]; maximè cùm Sanctorum Regnum sit effectus ligationis Satanæ: 3. durum est, mundi durationem porrigere per 2000 annos à Satanæ ligatione ad adventum Gogi & Magogi[z]. Qu. 3. Quorum est hæc vita & resurrectio & hoc Regnum millenarium? Resp. 1. Omnium & solorum sanctorum atque electorum[a]. Resp. 2. Martyrum[b] solorum[c], non tamen omnium, sed eorum tantùm qui Christi causâ occisi sunt[d], vel in Gentilismo[*], vel in Papatu[f]. Resp. 3. Sanctorum omnium tunc viventium, sive membrorum Ecclesiæ militantis: ut apparet, 1. quòd hi contradistinguuntur à reliquis qui mortui sunt; aut ergò regnant omnes sancti, aut mortui sunt: 2. quia non soli Martyres hîc nominantur, sed etiam qui *non acceperant characterem Bestiæ*, &c. i. e. qui virgines sunt Agnum sequentes, Apoc. 14. 3. quòd privilegia hîc memorata omnibus sanctis communia sunt, ut *regnare cum Christo, beatum esse & sanctum, & à morte secunda immunem*, & *esse Sacerdotes*, &c. 4. ex scopo, qui est ostendere statum Ecclesiæ in terra militantis, cujus membra non sunt defuncti. Sancti porrò hi vivere & regnare per mille annos dicuntur non in personis propriis, sed in successoribus suis; quomodo Sancti in diebus Evangelii *regnaturi sine fine* dicuntur, Dan. 7. v. 18. & *Babylonii, Romani*, &c. mundum tot annos gubernâsse dicuntur, & quomodo Prophetæ & mortui & resuscitati dicuntur, cap. 11. nempe, in successoribus suis: alioqui si de iisdem personis accipias, multa sequuntur absurda, ut 1. Martyres revicturos; 2. hos ipsos sanctos à Gogo, &c. obsidendos, & proinde ultra millennium duraturos; alios quoque qui post inchoatum millennium nati sunt non tam diu durare; 3. sanctos nullos esse in terra præter hos resuscitatos. Quare sancti occisi hîc resurgere dicuntur, cùm lætior exurgit Ecclesiæ facies, & causa veritásque Dei rediviva fit in novis professoribus fidei, tanquam antiqui Martyres resurrexissent, statúmque Ecclesiæ redintegrâssent. Unde *Martyres* hîc nominantur, ut *Johannes* vocatur *Elias*, Mat. 17. Neque inusitata est in Prophetis hæc *resurgendi* phrasis de instauratione Ecclesiæ mira & numerosa, ut Ezec. 37. 11. *Martyres* denique hîc intelliguntur illi sub Antichristo ante hos mille annos[g]. Qu. 4. Qualis est hæc vita & resurrectio? Resp. 1. Literalis & propria[||]. Sensus enim literalis non est deserendus sine necessitate, maximè in simplici & plana narratione, qualis hæc est, paucis tantùm intersperfa figuris Propheticis, quas usus loquendi, vel alibi, vel etiam in hoc Libro, manifestas fecit. Et quamvis *Resurrectionis* vox per se posita ambigua esset, in sententia tamen hoc modo composita, *Ex mortuis, qui decollati sunt—revixerunt—; reliqui autem mortuorum non vixerunt*, &c. durissimum esset *mortuos*, & ex consequenti, *qui revixerunt à mortuis*, utrobique non sumi eodem sensu. Talis enim locutio innuit, *aliquos ex mortuis*, nempe *decollatos* Christi causâ, *vixisse* initio millennii eodem sensu quo alii viventent

[h] Ham. sim. Dur. [i] Dur. [k] Ham. [l] Dur. [m] Me. [n] Pi. [o] G. [p] Par. sic Clu. [q] Clu. [r] Dur. [†] Par. [t] Ham. G. [v] Ham. [x] G. Li. 170. Ham. [y] Ham. [z] G. [a] Pi. sic D. Di. Dur. [b] Me. sic Gag. E. Par. Clu. [c] Par. [d] Me. [*] Par. sic E. Dur. [f] Me. sim. Par. Zeg. D. Dur. [g] E. [h] Dur. [i] G. [k] Dur. [l] G. [m] Par. [n] Aug. & plerique in Par. sic Rib. Gag. E. Me. T. [o] Dur. 722. [p] Par. [q] Dur. ib.

[r] Par. [†] Dur. [t] Clu. p. 113. [v] Par. [x] Bri. &c. in Par. [y] Par. sim. Dur. [z] Dur. [a] Q. in Pi. [b] Pi. Steph. [c] Pi. [d] Pi. sic Steph. [*] Pi. [f] i. sim. Steph. [g] Dur. [||] Med. 943. sim. Mor. 181. Q in Steph.

rent in fine millennii [h]. Adde quòd συστοιχία sive Analogia inter duas resurrectiones servanda est: Cùm ergò secunda Resurrectio sit corporalis, talem quoque primam esse necesse est [i]. Hoc est palmarium hujus sententiæ argumentum. Hoc autem repono: Phrasis illa, *reliqui mortui*, aliquam inter duas resurrectiones similitudinem innuit, non verò absolutam identitatem; quomodo in parabola Mat. 25. *Virginum quinque erant prudentes, & reliquæ stultæ*, omnes erant virgines, non tamen ejusdem generis; ità & hæ duæ resurrectiones quodammodò homogeneæ erant, quatenus resurrectiones, earum tamen una erat typica & martyrum duntaxat, altera literalis & omnium. Alioqui, eodem argumento probari posset & duplex impiorum resurrectio. Ut enim *Draco* omnésque damnati Ecclesiæ hostes *capi* dicuntur, & corporaliter *projici in stagnum ignis*, ibique permansuri sub potestate mortis secundæ in fine millennii & mundi, hîc v. 10, 14, 15. & 21. 8. ità & *Bestia* & *Pseudo-propheta* cum asseclis suis dicuntur *capi*, & corporaliter *vivique projici in stagnum ignis*, & permanere sub potestate mortis secundæ initio millennii, Apoc. 14. 9, 10, 11. & 19. 20. unde sequeretur, aliqualem impiorum resurrectionem initio quoque millennii futuram: quam cùm rejiciant, oportet eos argumentationem quoque illam missam facere, ex qua id sequitur. 2. Vox ἔζησαν exponi potest ex voce ἑστῶτας, c. 7. 9. ubi *animas mactatas sub Altari jacentes* Johannes vidit *stantes*, non corporaliter, sed in visione & figura; quæ tamen postea, corporibus acceptis, propriè *stetisse* dicuntur, hîc v. 12, 13. Pariter Johannes hoc loco decollatos videt *viventes*, non corporali resurrectione, sed tantùm visionaliter, vel in symbolo & figura; quanquam ipsi interim reverâ vivant cum Christo in gloria, & ipsorum successores in ejusdem fidei professione regnabunt in terra, & dominabuntur in regnis mundi [k]. [Hæc de primo istius sententiæ argumento.] 2. Sancti hi corporaliter occisi sunt, ideóque & corporaliter resurgent [l]. Resp. Non sequitur: alioqui animæ illæ sub Altari, quæ corporaliter occisæ sunt, etiam corporaliter *clamarent* & *albas vestes induerent*, quod absurdum [m]. 3. Hæc quoque sententia erat, tum, 1. veterum Judæorum, qui ut Regnum Messiæ non expectabant ante Diem Judicii magni; ità Resurrectionem sperabant, quâ majores ipsorum, saltem pii, initio illius regnarent aliquo tempore in terra Israel, &c. Vide Sap. 3. Tum, 2. totius veteris Ecclesiæ Christianæ, teste Justino Martyre [n]; [cujus verba notis illustrata vide in Med. 664.] Vide & Tertul. adv. Marc. 3. 24. & De Anima, cap. 35. & 38. Hinc orta solennis illa Veterum precatio pro mortuis, *Ut partem haberent in Resurrectione prima*, quippe quæ non erat communis omnium, sed quorundam peculiaris [o]. [De quo plura vide in Med. 1033. Hæc de argumentis primæ hujus sententiæ. Cui nonnulli alia argumenta opponunt:] 1. Quòd resurrectio hæc competit omnibus cum Christo tunc viventibus, quales multi indubiè erunt in militante Ecclesia [p]: 2. quòd hæc opponitur morti in qua jacet mundus impiorum. 3. quòd hæc resurrectio, & quidem sola, à secunda morte liberat; id quod non facit corporalis resurrectio, quippe quæ & impiis communis est, Dan. 12. 2 [q]. 4. quòd Scriptura unam tantùm novit resurrectionem, &c. 1 Thess. 4 [r]. Erat tamen particularis resurrectio Patriarcharum & Sanctorum, Mat. 27. 52, 53. qui etiam plurimi erunt, juxta sententiam Veterum. Quidni pariter esset & resurrectio Martyrum ante generalem resurrectionem? ut qui alios patientiâ antecesserunt, hâc etiam Resurrectionis prærogativâ eos antecellerent [‖]. 5. Quòd corpora, cum quibus Martyres resurgerent, aut naturalia essent, aut spiritualia. Non prius, tunc enim fami, siti, morbis, &c. obnoxia forent, quod de beatis cogitare absurdum: nec posterius, quia tunc hostili isti Gogi, &c. invasioni obnoxia non essent; nec opus esset igne de cœlo descendente ut hostes ipsorum consumeret, qui ipsis nocere non poterant [†]. 6. Quòd nulla hîc corporum mentio fit, sed *animarum* tantùm, quarum proinde resurrectio hæc est: *Vidi*, inquit, *animas*, &c. v. 4 [t]. Sed notissimum est, *Animas* in Sacris literis non tantùm *Personas* denotare, sed & *Cadavera*, ut Levit. 19. 28. Psal. 16. 10. Ezec. 44. 25. Act. 2. 31. quod aptissimè huic loco convenit [v]: nam sequens masc. λοιποὶ non congruit cum ψυχὰς, sed cum πεπελεκισμένοι [x]. Resp. Sic & Apoc. 6. post τὰς ψυχὰς addit αὐτοῖς [y]. [Hæc de prima sententia.] Resp. 2. *Resurrectio prima* est regeneratio [z]: quæ *prima* dicitur, vel, quia debet præcedere resurrectionem secundam; vel, quia opponitur morti *primæ*, quæ est animæ separatio à Deo per peccatum, ut *secundæ* morti corporis & animæ opponitur *secunda* resurrectio [a]. Hæc sententia non placet, quia hæc resurrectio est & futura, & in his omnibus simul facta: At illo sensu & jamdiu resurrexerunt, & successivè resurgunt, ideóque per mille annos regnare nequeunt [b]. Resp. 3. Resurrectio hæc Politica esse possit, qualis illa Testium, cap. 11 [c]. quâ & animæ ipsorum cum Christo gloriosè vivunt [d], & causa fidésque eorum vindicata est & triumphat in terra: quomodo & Israel ex abjecto captivóque suo statu in Babylone *resurrexisse* dicitur, Ezec. 37 [*]. [Hæc de quarta quæstione.] Qu. 5. Quale & ubinam erit hoc regnum? Resp. 1. In cœlo [f]. Cui repugnat, 1. scopus loci: 2. quòd hoc regnum intercisum est per Gogum, &c [g]. Resp. 2. In terra sancta, & in Jerosolyma, in qua regnabunt Sancti in statu Beatitudinis & gloriæ, Divinâ præsentiâ & visione Christi fruentes, quasi cœlum in terra possidentes, sive novam Paradisum immutabilem, &c [h]. Hæc sententia ex fabulis Judaicis nata, per Cerinthum propagata est inter Christianos, magnósque assertores reperit, sed cum discrimine; dum Regnum hoc aliis corporale & terrenum erat, in carnalibus deliciis positum; aliis verò spirituale & cœleste, in spiritualium bonorum fruitione consistens, ut sensit Tertul. Sed multa huic sententiæ obstant, 1. si omnium Sanctorum sit hoc Regnum, cur tantùm Martyrum & aspernantium Bestiam mentio hîc fit? 2. Adeóne insanient Gog & Magog ut Sanctos immortales sese interficere posse putent? 3. Quòd nova Jeros. non ante judicium consummatum descendit de cœlo, cap. 21. & 22. nec ullus in ea est clamor, aut labor, aut locus castris illis, c. 20. 9 [i]. 4. Quòd regnum hoc commune est omnibus Sanctis, ut Sancti sunt: His autem Deus nunquam pollicitus est Regnum temporale, sed jubet eos in mundo semper expectare crucem. 5. Si omnes Sancti regnarent, quosnam haberent subditos? num reprobos? at illi diversos habebant rectores, ut patet in Gogo, &c. 6. Regnum hoc est præcipuè *animarum*, ut hîc exprimitur per antithesin ad *mercatum animarum*, cap. 18. 7. Regnum Sanctorum tale est quale Christi: at Christi regnum non est de mundo [k]. 8. Scriptura describit ultima mundi tempora, ut pessima & calamitosissima, in quibus homines in universum ferè securi, & fideles paucissimi, erunt, Mat. 24. 12, 37, &c. Luc. 17. 26, &c. & 18. 8, &c [l]. Resp. 3. Hoc regnum & sanctorum felicitas, quomodo & ligatio Satanæ, non est usquequaque perfecta, nec absolutè, sed comparatè, & quodam respectu, intelligenda est; nam Diabolus adhuc deludet, fallet, tentabit, & turbabit, sanctos, nec deerunt illi instrumenta quibus utatur; in sanctis quoque adhuc inhærebit peccatum; multi adhuc manent *mortui*, v. 5. regnátque Satanas in Gogo & Magogo aliisque; sanctis etiam perpetuò opus erit cruce & abnegatione sui, &c. Mat. 16. 24. 2 Tim. 3. 12. Quare non absolutè hîc ligatur Satanas, sed eminentiùs tantùm coercetur, nè tantas sanctis turbas det, aut dominium in illos habeat, aut pari, quo antea successu, tentet. Designatur hoc loco optimus qui in terra exspectari potest Ecclesiæ status & gradu, duratione, & genere, administrationum, & eminentissima Satanæ cohibitio quæ erit inter primum & secundum ejus adventum; ut ostendit, tum Satanæ ligatio & obsignatio, tum pacificum Sanctorum regnum, & sessio in thronis. In specie, felicissima hæc Ecclesiæ conditio consistit in cultûs Divini puritate & efficacia in Christianos, in uberiori cognitione Evangelii, in multitudine profitentium fidem; in visibili, liberâ, & publicâ, professione fidei, non, ut antè, in deserto, sed in Ecclesiis optimè constitutis; in sanctiori usu Verbi, & Sacramentorum, & disciplinæ: in his enim regnat ipse Christus, ut Psal. 110. 2. & Juda *regnare* dicitur *cum Deo*, Hos. 11. ult. Quibus additur externa libertas à persecutione, & favor illis partus apud Magistratus, quos Deus aut coercet,

h Med. 943. i Med. 711. k Steph. l Q. m Steph. n Med. 243. o Med. 944. p Dur. 717. q Dur. 714. r Dur. 717. ‖ Med. 750. † Steph. t Li.chron. 170. Steph.

v Med. 712. x Q. y Steph. z Par. Q. in Dur. a Par. b Q. c Mor. 180. d Steph. * Li.chron. 169. f Pi. g Dur. 717. h Med. 944. Q. in Clu. i Clu. 103.... k Dur. 709. l Clu. 106. fin. Par. m Clu. 115. Dur.

coercet, aut convertit[n]. Qu. 6. An Christus in persona sua veniet regnaturus cum Sanctis? Resp. 1. Affirmant nonnulli: Alii putant Christum, non quidem toto illo millennio regnaturum in persona sua, sed tantùm bis appariturum, nempe initio & fine millennii, idque ad convertendos Judæos. Hunc autem adventum personalem astruunt ex Zach. 12. 10. collat. cum Joh. 19. 37. & Apoc. 1. 7. & Mat. 23. 38, 39. & 24. 30. & 2 Thess. 2. 1, ad 9, &c. [de quibus dicta vide ad loca singula.] Et cùm sancti hîc *regnaturi* dicuntur *cum Christo*, necesse est ipsum quoque in terra esse[o]. Resp. Non sequitur: sæpe enim sancti dicuntur *cum Christo ambulare, versari, pati*, &c. quod tamen personalem ejus præsentiam non innuit, sed spiritualem tantùm. Resp. 2. Personalis hic Christi adventus non est expectandus: 1. quia Scriptura illum Christi adventum cum extremo judicio connectit: 2. quia regnum hoc personale aut immediatè præcedit judicium ultimum, aut sequitur illud, aut eo durante durat: Non immediatè præcedit, tum, quia *Gog* & *Magog* interveniunt, & sanctorum dominium interrumpunt; tum, quia Christus ex nubibus descendit ad judicium, 1 Thess. 4. 16, 17. ideóque non tunc in terra fuit. Non sequitur illud, quia *Gog* & *Magog*, qui hoc millennium sequuntur, diem judicii antecedunt. Non est durante judicio. Quis enim credat *Gogum* & *Magogum* durante die judicii audere in Ecclesiam insurgere? Constat autem eos id facere post hoc millennium. 3. Multa istam sententiam absurda consequuntur: 1. quorsum venit Christus? ad suorum solatium? num ergo illos in angustiis suis deseret, & Gogum talia agere permittet? 2. quomodo versatur in terris? cum omnibus sanctis simul? id non patitur natura corporis ejus: modò cum his, modò cum illis? at omnes cum illo regnant, &c. 3. num adducet secum omnes sanctos de cœlo, an eos præsentiâ suâ orbatos relinquet[p]? Præsentia Christi in hoc Regno indubiè erit illustris & gloriosa, nec tamen cum Veteribus nonnullis cogitare ausim, visibilem fore conversationem ejus in terris; Regnum enim Christi & fuit & erit semper *Regnum Cœlorum*, cujus nempe Thronus est in cœlis. Erit forsan visibilis & miraculosa Christi apparitio de cœlo, quâ ut olim Paulus conversus est, ità Judæos quoque convertendos fore non est mirandum. Et hoc ut Christus in Evangelio, ità Johannes in hoc libro, innuere videtur, dum duo loca Prophetica, nempe Dan. 7. 13. & Zach. 12. 10. in unum compingit, Apoc. 1. 7||. Qu. 7. Quodnam est tempus hujus millennii? ubi hi mille anni inchoantur & desinunt? num præterierunt prorsus, vel ex parte? num verò adhuc futuri sunt? In his enim variant[q]. Incipiunt hi anni, vel, 1. à Christi nativitate aut morte[r], vel ab initio Evangelii sive à Petro & Johanne, sive à Paulo & Barnaba, prædicati; vel, ab excidio Jerosolymæ. Atque ità desinunt in ea tempora quibus Papatus graviter invaluit†, sub *Sylvestro* Mago, vel *Gregorio* septimo, qui & *Hildebrandus* dictus[t]: quo tempore, si unquam, Satanas solutus est[v]. Hi anni inchoandi sunt ab ipso Angeli descensu, h. e. à Christi nativitate, non tamen præcisè, sed ab eo tempore quando Draco ligatus est, *nè gentes ampliùs seduceret*; ità scilicet ut tueretur Paganismum, & cursum Evangelii inter Gentes impediret. Id autem factum anno Domini 37. quum, destructâ Jerosolymâ, Judæi (qui non cessabant turbare & alienare gentes ab Evangelio) rejecti sunt, & Gentes in eorum locum ascitæ. Ità desinunt hi anni in anno 1073. quum *Hildebrandus*, impostor, incantator, necromanta, &c. inauditâ tyrannide Papatum invasit; qui orbem Christianum bellis & cædibus complevit, itáque Satanam jam solutum esse ostendit. Dices, illo tempore Satanam minimè vinctum fuisse, sed potentissimè grassatum primò in tyrannis Romanis, deinde in hæreticis & in Bestia Romana. Resp. Alligatio Satanæ non absolutè intelligenda est, quasi tunc nihil egerit; sed quòd gentes prohibere non posset quin fidem Christi reciperent, tyrannis, Judæis, Philosophis, frustrà renitentibus. Et quia Satanas tunc ligatus est, ideo Antichristum suscitavit, cui thronum suum potestatémque daret, cap. 13. 2[x]. [Hæc prima sententia.] Vel, 2. ab imperio Constantini[y], sub quo aperta persecutio cessavit, Christianismus lege constabilitus est, existimatio Ecclesiæ & Martyrum gloriosa fuit; atque ità Satanas ligatus est, non absolutè, (nunquam enim majori cum diligentia & successu seduxit quàm per mille illos annos:) sed ità *ut non seduceret gentes*, nempe ad violentam persecutionem, &c. *nè circumirent castra sanctorum*, &c. ut post illius solutionem fecerunt[z]. Ità mille anni incipiunt anno 311. quando Roma ad Christum conversa est, & desinunt in ortu familiæ Ottomannicæ, & Muhammedismi prævalescentis in Asia & Græcia[a]; & in Pontificatu *Bonifacii* octavi, à cujus deinceps tempore creverunt sanguinariæ persecutiones Christianorum sub nomine *Waldensium*, *Albingensium*, &c†. Hoc ergò contemporat dejectioni Satanæ de cœlo Apoc. 12[b]. [Hæc secunda sententia; quæ aliis non placet:] 1. Tantum abest ut idem cap. 12. & 20. repræsentetur, ut nihil prorsus eorum quæ in alterutro referuntur in altero compareat. In cap. 20. Draco fuit, 1. apprehensus; 2. ligatus; 3. in Abyssum conjectus; 4. occlusus atque obsignatus. Nihil horum est in cap. 12. Draco projectus de cœlo est, cap. 12. super terram reperitur, cap. 20. alioqui quorsum descendisset Michael ut eum apprehenderet[c]? 2. Regnum hoc non consistit in honorifica Martyrum mentione, ut vult Forbes. tum, quia illa mille annis non fuit peculiaris, sed omni tempori communis: tum, quia hîc regnant omnes sancti & martyres sub Antichristi tyrannide, quæ tunc nondum cœperat: tum denique, quia qui hîc regnant iidem à Gogo obsidentur, ideóque sunt sancti ipsi viventes, non autem fama & bona existimatio sanctorum defunctorum[d]. 3. Constantinum mox secutus est Julianus hostis Christianorum, &c*. Resp. Satanas in Juliano non tam solvebatur, quàm catenam mordebat[f]: qui, præterquam quòd breve spatium mansit, nunquam est ausus prolabi ad palàm trucidandos Christianos[g]; & impia ejus consilia de Christianis post Persicam expeditionem persequendis Deus dissolvit morte impii istius, idque in ætatis flore, anno scil. 31[h]. 4. Gravissimæ plurimæque erant intra mille annos à Constantino persecutiones Christianorum non modò per Julianum, sed etiam per Arrianos, Gotthos, Persas, Saracenos, Turcas, & Antichristum; à quibus, ut Historici referunt, Ecclesia extrema omnia passa est, & innumera Christianorum millia mactata sunt: ut mira hæc sit Satanæ ligatio, &c. Illis quoque temporibus Satanas per vicarium suum, sive Bestiam, regnavit per 1260 annos à Constantino: Nec ligatus est Satanas, dum Antichristus regnat. Tunc quoque Ecclesiam & gentes pessimis illusionibus maximâque efficaciâ seduxit. Parum autem refert utrùm apertis odiis bellísque, an occultis fraudibus, pessundetur Ecclesia. Eadem utrobique est Satanæ potentia, diversis tantùm modis methodísque exercita[i]. Vel, 3. à fine dierum 1260, de quibus cap. 11. sive ab initio Philarum, ab anno circiter 1560[k]. Scopus ergò hujus Visionis est, ut ostenderet quid factum de Diabolo post furorem ipsius per 42 menses in Ecclesiam, & post fugam Ecclesiæ in desertum, cap. 12. 13, 17. & post testes in sacco prophetantes. Vidi, inquit Joannes, Satanam rursus captum atque ligatum, sicut & Bestiæ factum; vidíque Ecclesiam illam à Bestia conculcatam atque contemptam, pristinæ gloriæ, puritati doctrinæ & vitæ, libertati & tranquillitati, redditam[l]. Quadruplex in Scriptura reperitur Satanæ solutio, &, ei respondens, ligatio: 1. ante Christum, quum totum orbem tenebris obvolvit; in templis ubique cultus, & hominibus responsa dans, hominum quoque corpora insedit. Hoc respectu ligatus est per Christi nativitatem, prædicationem, miracula, mortem, &c. Notum est illud responsum Oraculi Delphici ad Augusti legatos de successore ipsius quærentes circa tempus nati Christi, *Me puer Hebræus, superûm Rex, linquere tecta Hæc jubet, & ditis cæcas remeare sub umbras: Ergò silens aris tu nunc abscedito nostris.* Et postea oracula omnia conticuerunt. 2. Sub Magistratibus Ethnicis, à quibus cultus est, & per quos Christianos damnavit atque occidit, & à publico Christi cultu ex parte cohibuit. Sic ligatus est, cùm Imperatores facti sunt Christiani, &c. 3. Sub sex primis Tubis, per Bestiam, cap. 13. sic ligatus est, cùm imperium, quod per Bestiam obtinuit, ei ademptum est: 4. Sub *Gogo* & *Magogo*: sic autem ligatus est per extremum

[n] Dur. 706.....
[o] Q.
[p] Dur. 714..
|| Med. 749.
[q] Dur. 723.
[r] Q. in Dur.
† Li. chron.
[t] Q. in Dur.
[v] Li. ib.
[x] Par.
[y] For. sic Fri. Ham. Plerique in Dur.
[z] For.
[a] Ham. ad v. 7.
† For.
[b] Plerique in For.
[c] Med. 531.
[d] Dur. 718
* Q. in Ham.
[f] For.
[g] For. sim. Ham.
[h] Ham.
[i] Q.
[k] Dur. 727.
[l] Dur. 706.

extremum judicium. Hæc autem ligatio non est prima, quia huic uni temporis spatio congruit, non item vel præcedenti, vel subsequenti. At prima ligatio ab initio Evangelii porrigitur ad finem mundi, quia Christus semper Ecclesiam habebit, &c. Mat. 16. Non est secunda, cap. 12. quia nondum orta est Bestia, quæ hic præsupponitur, ut apparet in iis qui hoc tempore regnant. Non est quarta, ut constat. Proinde tertia hæc ligatio est opposita dominio ipsius per Antichristum, & contemporat eversioni Bestiæ, in qua priùs cultus est; quem etiam cultum sustentare voluit, sed ligatus id præstare non potuit [m]. Hi mille anni indubiè pertinent ad aliquas ex præcipuis & præcedentibus Prophetijs, vel *Sigillorum*, vel *Tubarum*, vel *Phialarum*, quippe quæ seriem eventuum continuant ab initio ad finem. Non pertinent autem ad *Sigilla* & *Tubas*, neque illis contemporant, sed ad Phialas tantùm: ut apparet, 1. quia lætus hic Ecclesiæ status contemporat pessimo hostium statui, quem Phialæ inducunt. 2. Quia quæ Ecclesiæ optima & lætissima sunt sub Phialis cadunt, qualia sunt, amotio vel coercitio hostium, Antichristi ruina, plenitudo Gentium, conversio Israelis. 3. Quia felix hic Ecclesiæ status, Satanâ ligato, est & maxima & ultima libertas quam Ecclesia in terris ante ultimum diem obtinet, quia nihil eam sequitur præter Satanæ solutionem, & Gogum ac Magogum, & judicium finale. 4. Quia hi mille anni contemporant turbæ palmiferæ, cap. 7. succedunt enim turbæ signatorum quæ contemporat Antichristo sub Tubis. Et hæc sententia non pauca habet commoda, vitâtque absurditates utriusque contrariæ sententiæ, tum eorum qui hos annos omnes jam præteriisse volunt, tum eorum qui eos nondum venisse statuunt; præcidit quoque spem vanam de novis & mirandis illius temporis eventis; docétque nihil hoc millennio expectandum præter majorem & sanctitatis gradum, & fidelium numerum, & Ecclesiæ dilatationem, & pacificum prosperúmque statum [n]. Obj. Sed Judæi nondum sunt conversi, & Bestia & Satanas bellum sub Phialis gerunt cum sanctis: idcóque ægrè credent homines hoc tempus in quo vivunt esse millennium illud [o]. Resp. 1. Id fit ob hominum præjudicia de eventis millennii. 2. Felix hic Ecclesiæ status non in pace tantùm, sed & in victoriis, eorum consistit. 3. Ligatio hæc Satanæ non est absoluta, nec felicitas Ecclesiæ mox perfecta est; sed gradatim perficitur, donec ad fastigium pervenerit. Judæorum quoque conversio non ad initium, sed fastigium, hujus statûs pertinet [p]. [Hæc tertia sententia.] Vel, 4. à Tuba septima [q]. Quod verum est, si rectè intelligatur, si concedatur septimam Tubam contemporare septem Phialis, quod pro certo habendum; non autem, si septimæ duntaxat Phialæ & intervallo inter sextam & septimam Phialam contemporet, quæ est Medi sententia [r]. [Sed videamus quomodo Cl. Medus sententiam suam & explicat & astruit.] Mille anni ligati Draconis seu Satanæ, Regníque Christi Augusti, contemporant Tubæ septimæ, seu intervallo ab Excidio Bestiæ; ut apparet, 1. quia sub sex primis, tum Sigillis, tum Tubis, Satanas liber fuit & solutus; ut ex eo liquet quòd omni illo intervallo durat dimicatio Draconis cum Michaele, & fuga Mulieris in eremum, & dominium Bestiæ Decemcornupetæ, ejúsque bellum cum sanctis, cap. 12, 13, 15, 17. Tunc quoque Draco adoratus est in Bestia, cap. 13. 2, 3, 4. & in Pseudo-propheta, de quo exsertè scriptum, *quòd seducat incolas terræ*, &c. Ecquis jam credet, Bestiis istis rerum potiuntibus Draconem, h. e. Satanam, vinctum & obsignatum fuisse? Deinde, annon Rex ille Locustarum Tubæ quintæ, qui *Angelus Abyssi* cluet, *Abaddon* & *Apollyon*, qui è *cœlo jampridem cecidisse* dicitur *in terram*, ipsissimus est Draco? Utut sit, certè non fuit tunc ligatus Satanas, nec *puteus* occlusus, sed *apertus*, ità ut *fumus indè ascenderet*, &c. cap. 9. 2. Denique, post effusionem sextæ Phialæ, *ex ore Draconis* —— *spiritus dæmoniorum* —— *abeunt ad Reges Terræ*, &c. cap. 16. 13, 14. [Hoc primum ipsius argumentum.] 2. ex collat. v. 10. hujus capitis, ubi Satanas, post novos motus ab ipso jam soluto concitatos, *mitti* dicitur *in stagnum ignis ubi erat & Bestia & Pseudo-propheta*, antea scilicet ibi missi. Hæc ergò *Visio* de Satana capto & damnato Visioni cap. 19. de Bestia & Pseudo-propheta captis & in stagnum ignis conjectis, ut narrandi ordine, ità quoque tempore rei gestæ, succedit. Nec dicas hoc Bellum cap. 20. idem esse cum illo cap. 19. cui omnes circumstantiæ refragantur, partes, pugna, & modus cœdis; imò & dissimilis Belli eventus, illic Satanæ ad tempus ligatio, hîc verò damnatio ad ignem æternum. Bellum igitur illud Bestiale cap. 19. 19. aut intra ipsos mille annos gestum fuit, aut ante illos. Non intra illos, quia Satanas tunc, si unquam aliàs, liberrimus & solutissimus fuit ad decipiendum, ut constat ex Apoc. 16. 13, 14. minimè verò *vinctus* & *occlusus in Abysso nè seduceret Gentes*, &c. Ergò eos præcessit. Atque ità Mille hi anni contemporant Intervallo ab excidio Bestiæ, quod erat demonstrandum. [Hoc secundum argumentum.] 3. Ex descriptione eorum qui per hos mille annos cum Christo regnant, v. 4. *qui Bestiam non adoraverant*, &c. quod satis indicat, hoc Christi Regnum Regno Bestiæ, Imagini, & stigmaticis ejus, successisse: benemeritum enim præmium tempore antecedit. 4. Ex Pœane cantato ad excidium Babylonis, cap. 19. 6, 7. *Venerunt Nuptiæ Agni*, &c. Idem enim indubiè utrobique Regnum est. 5. Et omnium clarissimè, ex cap. 11. 15, &c. ubi ad septimæ Tubæ clangorem, (sub quem Angelus suprà cap. 10. 7. *futuram* prædixerat *consummationem Mysterii Dei per Prophetas Evangelizati*, & nominatim per Danielem cap. 7. 25, 26, 27. ubi de Regno Christi & Sanctorum loquitur, ut cap. 12. 7.) Testium diebus, Bestiæque & Gentium mensibus, decursis, in Cœlo acclamatum est, *Facta sunt Regna hujus mundi Domini nostri, & regnabit in secula seculorum*, —— *quia accepisti potentiam tuam magnam, & regnum inivisti* †. Porrò Tuba septima cum mille annis in ea contentis designant *Magnum* illum *Diem judicii*, priscæ Ecclesiæ Judaicæ, [cujus de illo die, Regnóque Christi tunc futuro, testimonia vide in Med. p. 607...] Christóque & Apostolis ejus adeò celebratum; qui non est (ut vulgò creditur) breve aliquot horarum spatium, sed continuatum multorum annorum intervallum, duabúsque Resurrectionibus, tanquam terminis, circumscriptum: Diem, inquam, à particulari primùm & quasi matutino Antichristi cœterorúmque vivorum Ecclesiæ hostium Judicio, per gloriosam Domini nostri *in flamma ignis* ἐπιφάνειαν, inchoandum; tandémque post Mille Annorum Regnum Novæ Jerusalem, Sponsæ suæ sanctissimæ, in his terris indultum, novorúmque adhuc suborituorum, Die magno advesperascente, Satanâque iterum soluto, hostium πανωλεθρίαν, Universali demùm omnium mortuorum tum Resurrectione, tum Judicio, absolvendum. Quibus peractis, Impii in Gehennam æternùm cruciandi, Sancti verò in Cœlum cum Christo æternùm victuri transferentur [s]. Locus autem unde Judæi desumpserunt nomen & spem Magni diei Judicii habetur in Dan. 7. 9, 10, &c. ex quo & Johannes habuit has phrases, quòd *thronos vidit & insidentes eis*; quòd *judicium illis datum est*; & quòd *sancti regnârunt*, &c. Hoc porrò Regnum Filii Hominis atque Sanctorum in Daniele incipit cum Die Magni Judicii. Regnum autem hoc Sanctorum cum Christo per mille annos idem est cum Regno illo Danielis; ut apparet, quia incipiunt ab eodem termino, tum, 1. ab exitio quartæ Bestiæ; illud Danielis, quum Bestia (tunc regnans in impio Cornu) occisa esset, & corpus ejus flammæ traditum, Dan. 7. 11, 22, 27. hoc Johannis, quum Bestia & Pseudo-propheta (impium illud Cornu Danielis) *capti essent, & in stagnum ignis conjecti*, &c. Apoc. 19. 20, 21. tum, 2. ab eodem consessu Judicii quem Daniel describit, ut identitas phrasium jam antè notata ostendit. Nec desinit hoc judicium antequam finiantur hi mille anni; neque enim antea adveniunt Gogi Magogíque judicium, et universalis Resurrectio. Et proinde totum millennium in Die Judicii includitur [v]. [Plura hic addi possent de nobili hac quæstione, sed præcipua hæc sunt, ni fallor, rerum & argumentorum momenta, ex quibus prudens lector judicium de ea aliquo modo ferre possit. Nec meum jam est controversiam hanc plenè discutere, sed sacrum hunc textum explicare.]

7. *Cùm consummati*, &c.] Constantini Edictum pro Christianismi libertate datum fuit circa ann. Christi 311. Mille

[m] Dur. 705.
[n] Dur.
[o] Q. in Dur.
[p] Dur.
[q] Med.
[r] Dur. 338.
† Med. 531.
[s] Med. 661.
[v] Med. 532.

Mille post annis orta est domus Ottomannica, quæ non in Persidem aut oras Romani Imperii, sed in partes ejus intimas atque potissimas, in Asiam Græciámque, invexit Mahumetis religionem Satanæ repertam [x]. ¶ *Solvetur——de carcere suo*] φυλακὴν vocat quod antè *abyssum* [y], ubi custoditus fuit [z]. Sub verbis illis significatur sævitiæ Diabolicæ coercitio. *Qui peccat, Diabolum vinctum liberat*; est in libro De vita ac Morte Mosis. Sic mala illa Ecclesiæ evenere quo tempore gravissimum schisma ex ambitione ortum est Romæ: & ii fuere mores qui & secutis postea schismatibus occasionem dedere. Propterea adversùs priorum temporum mala, quæ tantùm Christianorum ostendebant virtutem, multa allata vidimus solatia: adversùs hæc nulla nisi finem seculi. Hæc enim sunt illa tempora de quibus loquitur Christus, Mat. 24. 12. Luc. 18. 8 [a].

8. *Et exibit*, (Quæ vox notat liberam ejus grassationem & immane studium [b], & vehementiores insultus [c]:) *& seducet* (vel, *ut seducat*, Be. Pi. i. e. ut eos per Pseudo-prophetas imbuat erroribus [d] Muhammetanis [*], vel, Arianis & Antichristianis, & quasi Paganicis, ut sub nomine Christi gentiliter Deum colant [f]: vel, ut eos ad sævitiam excitet, ut suprà v. 2. & adversùs Christum atque Ecclesiam adducat [h], promittendo eis victoriam [i].) *quæ sunt* (vel, *erant*, Pi.) *super quatuor angulos* (i. e. plagis, vel cardinibus [k]: q. d. ab omni parte, Job. 1. 19. Ezec. 43. 20. & 45. 19. suprà 7. 1. Sic & *à quatuor ventis*, Marc. 13. 27. suprà 7. 1 [l].) *terræ*] Immensum numerum, & universalem consensum, hostium hic indicat [m]. ¶ *Gog & Magog*] Ex Ezec. 38. & 39. ubi eundem notari gemino nomine, Antiochum scilicet in Asia Syriáque regnantem, ad eum locum ostendimus. At Rabbini plerique ea omnia referunt ad finem Mundi. Ostendit Apocalypsis in ea traditione non minùs quàm in aliis aliquid subesse veri [n]. *Gog & Magog* in Ezechiele dicuntur Reges Syriæ [o], sive Seleucidæ [p], crudeles Ecclesiæ Israeliticæ oppressores [q]; & impleta erat illa Prophetia [r], tempore Maccabæorum †: ut apparet, 1. quia hæc promissio de strage Gogi, &c. facta est Judæis in Babylone quibus restitutionem promittit, Ezec. 39. 25. 2. quia promittitur ibi spiritualis Ecclesiæ instauratio per adventum Messiæ [t]. Al. Malim hanc Prophetiam non impletam fuisse ante adventum Domini; 1. quia tempus impletionis dicitur *novissimum*, c. 38. 8, 16 [v]. Resp. Non absolutè sic dicitur, sed respectivè, quomodo & rabies 4 cornuum hirci Dan. 8. & præcipuè parvi cornu, Antiochi Epiphanis, appellatur *ira novissima*, quia ultimi hi erant crudeles Ecclesiæ Israelis vexatores ante adventum Messiæ [x]. 2. Tanta non erat sive clades Seleucidarum, sive quies Israelis, ut huic Prophetiæ satisfaciat. Vide Ezec. 39. 26 [y]. Sed Prophetæ & in talibus stylo hyperbolico uti solent, &, præter primam ac propriam accommodationem, ulteriùs etiam ad typica respiciunt [z]. 3. Quia gentes Ezechieli memoratæ nunquam Seleucidis, præsertim Antiocho Epiphani, paruisse leguntur. Quare licèt umbra quædam completionis fuerit in Seleucidis, ipsam tamen vim & primarium ejus effectum fini seculi reservari judico [a]. *Magog*, de quo Gen. 10. 3 [b]. fuit progenitor Scytharum [d], ex consensu doctorum [*]. De *Gog* nihil est in sacris, nisi Ezec. 38. & 39 [f]. Inter omnes gentes Ezec. memoratas prædominatur *Magog*, & hujus princeps est *Gog*, ut disertè dicitur Ezec. 38. 2, 3. & 39. 1 [g]. Judæi fingunt, *Gog & Magog* esse gentes Septentrionales ultra *Taurum* montem reclusas, quæ in fine seculi erumpentes totum orbem, & præsertim terram Israelis, bello vastabunt, qui à Messia interficientur. Papistæ somniant, Gog & Magog esse duos potentissimos Regum illorum septem qui Antichristo militabunt, imò *Gog* esse ipsum Antichristum ait Bel. sed Rib. negat [h]. *Gog & Magog* Apocalypseos non sunt Ezechielis *Gog & Magog*, ut apparet, 1. quia ille Ezec. prodit ex Septentrione, hic noster ex 4 angulis terræ [i]. 2. quia ille venit sub initium instaurationis Israeliticæ, noster post mille annos Regni Sanctorum instaurationem Hierosol. subsecuturi [k]. Sic *Ægyptus* & *Babylon* Apocalypticæ non sunt Israelitarum *Ægyptus* & *Babylon*, sed hostes Ecclesiæ Gentium, (quæ figuratur Israele) instar illius *Ægypti* & *Babylonis*. Apocalypsis [siquidem] Codex est Fatorum, non Judæorum, (qui de suo habent satis Prophetiarum in V. T. ad omnem Gentis suæ sortem depingendam:) sed Ecclesiæ gentium. Paucissima in hac Prophetia sunt quæ rem Judaicam privatim spectant, nempe illa solummodò quæ cum satis Ecclesiæ gentium colligata eatenus prætereiri non potuerunt. Et *Judæi*, sive Synagoga Israel, personam veræ Christi Ecclesiæ ex Gentibus surrogatæ sustinent; *Gentes* contrà typum Idololatrarum & Ecclesiæ hostium, parabolâ ex statu rerum sub V. T. mutuatâ, in quo unus Israel verum Deum coluit, Gentes verò Idola. Si autem populus populi, hostes quoque hostium, imaginem, portare consentaneum est [l]. *Gog* est nomen, vel Principis, vel veriùs, Gentis [m]. Μαγὼγ hic terram seu locum denotare, sicut in Ezec. non finit articulus. Et τὸν Γὼγ καὶ τὸν Μαγὼγ hic non per modum subjecti, sed per modum appositi & ἐπεξηγήσεως, adhibentur; q. d. τὰ ἔθνη, &c. *quæ spiritualiter vocantur Gog & Magog* [n]. Qu. Quisnam & unde hic *Gog & Magog*? Resp. 1. Sic appellantur populi illi promiscuè qui circa Mundi suprema Ecclesiam solicitabunt, eámque opprimere satagent, ut olim *Gog & Magog* populum Judaicum, urbémque sanctam [o]. Resp. 2. Hi hostes prodibunt, vel, ex Gentibus professione Christianis, invidiâ forsan motis, quòd Sanctâ civitate exclusi sint, &c. vel, quod malim, ex Gentilium reliquiis quos Diluvium ignis sub Resurrectionem primam non inundaverit; nempe, ex Gentibus in opposito nobis Hemisphærio degentibus, in orbe Americano, Arctico & Antarctico, quæ Evangelii lumine nunquam perfusæ, & magnis forsan Satanæ pollicitis inductæ, trajecto è regione cujusque Oceano, orbem nostrum coronâ cingent, &c. Et si, quod Fullerus noster in Misc. 2. 4. in fine probare contendit, Nationes Americanæ sint Magogiticæ gentis coloniæ, ob brevem Oceani in Scythicis istis oris trajectum, non est quòd quis de *Gogi & Magogi* nominibus ampliùs litem moveat [p]. Resp. 3. Per *Gogum* hic intelligenda domus Ottomannica, quæ primùm in ea parte Asiæ se ostendit quæ olim *Gygea* dicta, & Reges *Gyge* aut *Gypidæ*, i. e. in Lydia locisque vicinis. Sic & Sibyllina Poemata veterum Christianorum *Gog* exponunt *Pamphylos & Lydos*. Per *Magog* autem hic intelligitur non urbs Syriæ, [Sic enim legendum, non *Scythiæ*, ut innuitur in editione Criticorum Londin. Nam urbem in Syria esse *Magog* dictam, satis constat:] sed ea gens unde ipsa urbs Syriæ nomen accepit, ut & *Scythopolis*, nempe gens Scythica: & sic sensisse sui temporis Judæos, ait ad Ezec. Hieron. Sic & Josephus dicit Μαγώγους *(populum Magog) ab ipsis dictos Scythas* [q]. *Gog* mihi, ut Centuriatoribus & aliis multis nostratibus, est Princeps Scytharum, Soldanus Turcicus videlicet; & *Magog*, omnes illi populi Scythici, qui Turcicum imperium agnoscunt, qui dici possunt מגוג, tanquam *de Gog*, i. e. de tecto & domo Turcica, quâ gloriantur. גג cognatum est cum Heb. גג, quod *tectum* sonat [r]. *Gog & Magog* sunt quatuor illi Angeli ad Euphratem ligati suprà 9. 14. postea verò Dei jussu soluti, nempe immanes illi Christiani nominis hostes, Arabes, Saraceni, Scythæ, sive Tartari, & Turcæ, qui post Satanam solutum orbem Christianum cladibus attriverunt infandis †, & Imperium Ottomannicum sive Turcicum erexerunt [t]. Sed angeli illi sic soluti magis ad puniendum Antichristianorum idololatriam, &c. quàm directi hostes veræ Ecclesiæ, non sunt idem cum Dracone soluto. Non debet hoc ad Turcas restringi, tum, quia omnia ultimi furoris Satanæ *à quatuor terræ angulis* organa designantur; tum, quia Bestia est quæ bellum gerit cum Sanctis, & ex ore Bestiæ & Pseudo-prophetæ & Draconis prodierunt ranæ, quæ hujus seductionis instrumenta sunt [v]. Non hic excludendus est Papatus [x], qui Ethnicismum quendam reducit in mundum Christianum. Cap. 19. Bestiæ & Pseudo-prophetæ historiam exhibet, hic Satanæ, nunc autem trium illorum interitum simul describit [y]. ¶ *Et*, &c. Συναγαγεῖν, &c. *Ut congreget eos in prælium*] i. e. Ad bellum adversùs Ecclesiam [z]. *Bellum* appellat conatus, vel impressiones in Ecclesiam factas, vel susceptas, ut cap. 13. 5 [a]. *Congregare*, &c. Val. Nempe ad evertenda vel occupanda ædificia

Marginal notes (left column): [x] G. [y] G. sic Pi. [z] Pi. [a] G. [b] Par. [c] Dur. [d] Cot. [*] Ham. [f] Par. [g] G. [h] Dur. [i] Pi. sim. Ham. [k] Be. [l] G. [m] Dur. [n] G. [o] For. [p] Clu. ex Chyt. Jun. Par. &c. [q] For. [r] Par. Q. in Clu. † Q. in Clu. [t] Par. sic Q. in Clu. [v] Clu. [x] For. [y] Clu. [z] For. [a] Clu. [b] Par. [d] Clu. Par. [*] Clu. [f] Par. Clu. [g] Clu. [h] Par. [i] Med 713. For. [k] Med. ib.

Marginal notes (right column): [l] Med. 713. [m] D. [n] Med. 714. [o] Cot. sim. [r] ur. [p] Med. 714. [q] G. sim. Ham. [r] Clu. † Par. [t] Clu. [v] For. [x] Clu sim. For. Li. [y] Li. chron. p. 171. [z] Dur. [a] Cot.

ædificia sacra Martyrúmque memorias[b]. ¶ *Numerus*, &c.] h. e. Ingentes exercitus[c]. Vide ad Gen. 22. 17. & 32. 12. & 41. 49. Sic ψαμμακόσια dixit Aristophanes[d].

9. *Et ascenderunt* (Præteritum pro Futuro, sed quasi Præsenti. Ἀνέβησαν est vox militaris, 2 Sam. 11. 1. 1 Reg. 20. 1. Esa. 36. 1. 10*. Al. Dicit, *ascenderunt*, vel, 1. quòd ex obscura origine ad summam potentiam repentè excreverunt[f]: vel, 2. quòd ex inferis excitati sunt[g]; vel, 3. quia ascendebatur Jerosolymam, quæ in montis Sion jugo sita erat[h].) *super latitudinem terræ*] Vel, *quàm latè tellus patet*, i. e. tanto militum numero ut terram omnem occuparent[i]: longè latéque se diffundent ad omnia depopulandum[k]: latè suos terminos extenderunt illi qui Asiam tenebant. Sic πλάτος τῆς χώρας, Esa. 8. 8[l]. Hinc disco, eos aliunde venisse, nec intra, sed extra, τὸ πλάτος sedes habuisse. Est autem τὸ πλάτος τῆς γῆς terrarum illa amplitudo quam nobis Oceanus ambitu suo circumscribit; verbo, Hemisphærium nostratis orbis, ad cujus fines Regnum Christi protensum erat, juxta Psal. 72. 8. Esa. 49. 6[m]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐκύκλωσαν τὴν παρεμβολὴν, &c.] *Et circumierunt* (vel, *obsidione cinxerunt*, Pi. *undique includent suis castris*, G.) *castra sanctorum*, Be. Pi. &c. id est, Christianum orbem[n], sive Ecclesiam[o]: vel, septem illas Ecclesias quibus præcipuè dedicata est hæc Apocalypsis. Sumpta locutio ex Dan. 8. 10. Vide suprà 13. 6[p]. ¶ *Et civitatem dilectam*] Vel, 1. Constantinopolin[q], quam capient; quam *Sionem novam* dicunt Græci, non immeritò. Nam egregii ibi fuere Episcopi & Presbyteri, plebs religiosa, Principes eximiè Christiani. Hujus urbis ædem toto orbe pulcherrimam, dictam Sophiæ, Mahumetes 2. Ottomannicæ stirpis Princeps Christianis ablatam Mahumetismo propriam fecit anno Christi, ut censent viri doctissimi, 1453[r]. Vel, 2. Jerosolymam †, novam scilicet, beati illius Regni Metropolin futuram[t]. Vel, 3. Ecclesiam[v], quam *Jerosolyma* designat in his libris[x]. ¶ *Et descendit ignis*, &c.] Sumptum ex Ezec. 38. 21, 22. & 39. 6[y]. Intelligit, vel ignem diei Judicii, &c[z]. vel fulmen[a], sive ignem cœlestem, sed ante diem Judicii, ex collat. Ezec. 38. 21, &c[b]. vel, horrendum aliquod, inopinatum, & immediatum, Dei judicium. Alludit ad excidium Sodomæ, Gen. 19. vel, Sennacheribi, Esa. 37. vel potiùs, *Gogi*, &c. Ezec. 38. & 39[c]. vel, illud 2 Reg. 1. 10, 12[d]. Solent Prophetæ *ignis* voce uti cùm celerem designant exitum, ut de Sennacheribi clade, Esa. 9. 5. & 10. 16. & 39. 6. Cùm hæc res nondum evenerit, exspectandus erit Turcico Regno exitus, non dissimilis ei quem habuere exercitus Sennacheribi, aut Antiochi illustris*.

10. *Et Diabolus*] Judicium temporale præteriit, æternum hîc sequitur[f]. Est hîc ὑστέρωσις, vel anticipatio, quia hoc Judicio extremo peracto, de quo sequitur, demum futurum videtur[g]. Quò ministeria Diaboli præcesserant, ibi ipse: nec jam vinculis coercebitur ejus potestas, sed planè auferetur, nullis manentibus reliquiis. Vide dicta suprà 19. 20. *Angelos peccantes mitti à Deo in stagnum ignis*, est in Echa Rabtha. ¶ *Qui seducebat eos*] i. e. Qui Gogum & Magogum contra Christianos incitaverat. Vide suprà v. 3. & 8[h]. ¶ *Ubi* (sub. *erat*, Be. Pi. jam antè conjecta[i]:) *bestia*, &c.] Id est, duo illi socii Diaboli seu Draconis[k]. Vide suprà 19. 20. ¶ *Cruciabuntur*, &c.] Nempe *Diabolus*, *Gog* & *Magog*, tormentis malæ conscientiæ, ut suprà 14. 10. & præterea pœnis quas Deus reddiderit. Vide ad Mat. 25. 46. Sic *irrisores Dei & Legis æternæ sensuros supplicia*, aiunt Hebræi[l].

11. *Et vidi thronum*] Describitur hîc Judicium extremum & universale[m], ex consensu veterum & recentiorum[n]. Sed pace doctorum, malim Resurrectionem hîc tantùm pertinere ad restitutionem gentis Judaicæ, cui favet tota rerum series, & mirus reliquarum scripturarum consensus: nam, 1. Ea quæ hanc resurrectionem proximè sequuntur, cap. 21. non conveniunt cœlis, sed terræ tantùm[o]. Sed contrarium ibi ostendemus[p]. 2. Vocatio Judæorum sæpe vocatur *resurrectio mortuorum*, ut Rom. 11. 15. &c[q]. Sed non sequitur, eam ibi sic dici, ergò etiam hîc[r]. ¶ *Magnum*] Quia ad magnum, h. e. universale, judicium positum †. ¶ *Can-*

[b] G. [c] G. sim. Par. Clu. [d] G. * G. [f] Par. sic Clu. [g] Par. [h] Cot. [i] Ca. sim. Be. [k] Par. [l] G. [m] Med. 715. [n] Par. sim. Pi. [o] Par. Dur. [p] G. [q] G. Ham. [r] G. † D. Med. Me. T. [t] Med. 714. [v] Pi. sic Zeg. Clu. Par. [x] D. [y] G. [z] Cot. [a] T. [b] Clu. [c] Dur. [d] Li. chron. 171. * G. [f] Dur. [g] Par. [h] G. [i] Pi. sic Med. Dur. [k] Pi. [l] G. [m] Dur. sic Par. Clu. [n] Par. [o] Bri. [p] Par. [q] Bri. [r] Par. † Par. sic Dur.

didum] i. e. Splendidum cum majestate[t]. Vide suprà 3. 4, 5, 18. & 4. 4[v]. vel, *candor* designat justitiam[x], & sanctitatem judicii hujus[y]. Al. Symbolum hoc est nubis serenæ. Confer Mat. 24. 30[z]. ¶ *Et sedentem*, &c.] Nempe Judicem[a], Christum[b], cui hoc judicium Deus tradidit, Joh. 5. 22. Act. 17. 31. Quorundam ergò pœna Judicium illud ultimum antecedet, sicut Martyrum gloria antecedit idem Judicium: vide ad Mat. 25. 32[c]. ¶ *A cujus conspectu fugit* (Non tamen ante, sed post, judicium, ut hîc sit Hysterosis[d]:) *terra & cœlum*] i. e. Pristina eorum species*, status & forma[f]: q. d. abiit vetus hæc rerum conditio. Vide dicta ad Rom. 8. 21, 22. 2 Pet. 3. 7[g]. Hæc non in nihilum redigenda, sed tantùm innovanda, magno consensu docent Veteres. ¶ *Et locus non est inventus eis*] Ubi scil. consisterent à potentia Dei, quin perirent, sed ità ut instaurentur, &c[h]. Sumptum ex Græco Dan. 2. 35. Similis locutio suprà 12. 8[i]. Non sunt inventi cœli, nec terra; sed perierunt[k], disparuerunt[l], secundùm priorem formam[m].

12. *Et vidi Mortuos*] Christianos, judicandos scilicet secundùm Evangelii leges, Rom. 2. 16[n]. omnes qui unquam vixerant[o], qui antè mortui erant, jam verò resurrexerant[p]; sub quibus continentur qui tunc vivi erant, quibus mutatio pro morte erit[q]. *Mortuorum* inprimis meminit, de quibus dubitari poterat, &c[r]. ¶ *Magnos & pusillos*] i. e. Omnes, cujusvis ætatis, statûs, aut conditionis †. ¶ *Stantes*, &c.] Nempe ut reos judicandos[t]. ¶ *Et libri* (antea obsignati[v]:) *aperti sunt*] i. e. Manifestati sunt[x], & sibi & aliis hominibus atque Angelis[y]. Sumptum ex Dan. 7. 10[z]. Metaphora à foro humano, ubi secundùm leges, scripta, & acta, judicatur. Non quod id tunc fiet, sed significatur summa judicii æquitas[a], & exactissima omnium notitia[b]. Per *libellos* intellige Acta litis: per acta autem litis, hominum cogitata, dicta, facta. Ex his apparebit quàm rectè alii Libro vitæ inscripti fuerint, alii non scripti aut deleti. Sic Reges commentarios habere solebant rerum gestarum, Esth. 6. 1. Mal. 3. 16. Eodèm respicit locus Esaiæ 65. 6. Multa sunt apud gentes dissitas similiter dicta, non quòd alius ab alio sumpserit, sed quòd cogitata similia multis incidant. Græci dicebant ἀδικήματα γέγραφθαι ἐν Διὸς δέλτου πτυχαῖς[c]. Hi *libri* in ipsis hominibus[d] sunt conscientiæ & memoriæ singulorum*, in quibus facta omnia, bona & mala, descripta sunt[f]; quæ hîc sine dissimulatione leguntur[g], & patefiunt, tum sibi[h], ut Job. 31. 35[i]. tum aliis omnibus, Deo omnium intellectus elevante, &c. in Deo autem[k], est omniscientia ejus[l], & specialis memoria factorum cujusque[m]. Vide Mal. 3. 16. His adde librum creaturarum, quibus abusi sunt, &c[n]. ¶ *Et—liber—vitæ*] i. e. Liber prædestinationis Divinæ[o], in quo omnes & soli electi ad vitam conscripti sunt[p]; qui usque ad judicium latuit occultus, tunc autem aperiendus[q], quum palàm fiet qui reprobi sint, & qui electi[r]. Hic liber est velut matricula civium Regni cœlestis, unde nomina legentur eorum qui ad mortem usque in ea matricula scripti permanserint. Deletorum nulla habebitur ratio, quia jus quod habuerant amisere †. De hoc libro vide Apoc. 3. 5. & 13. 8. & 17. 8, &c[t]. *Alius* hic *liber* dicitur à præcedentibus, quia illi sunt reprobis communes, hic electis peculiaris; illi libri justitiæ & judicii, hic supremæ gratiæ. Idem hîc facit Deus acsi Imperator aliquis, postquam ex libris Actísque ostenderit quid exercitus populúsve rebellis meruerit, alium tandem produceret librum, quo gratia & venia quibusdam destinatur nè cum reliquis pereant. Hîc autem profertur duntaxat Liber vitæ, sive electionis, non item decretum reprobationis; quia condemnatio est actus justitiæ, non decreto Dei, sed ipsorum peccatis, imputanda; ut omnes tunc agnoscent qui nunc tergiversantur, &c. Absolutio autem est actus gratiæ & gratuiti propositi Dei. Hic liber tunc, non antea, apertus erit; & constabit, tum quinam electi sunt, quinam non, tum cur hi, non illi, electi sunt; quod proinde nunc, quoad alios, non est quærendum[v]. ¶ *Et judicati sunt*, &c.] i. e. Judicium perscriptum in Libro vitæ de eis pronunciatur, apparétque ex Actis id judicium operibus ipsorum externis & internis esse con-

[t] G. sim. Par. Clu. [v] G. [x] Clu. Dur. [y] Dur. [z] Pi. [a] Par. [b] G. Par. Clu. Pi. Dur. [c] G. [d] Par. ex Aug. * Me. sic Par. Gag. T. Clu. Dur. Zeg. [f] Me. [g] G. [h] Clu. [i] G. [k] Me. [l] Be. [m] Me. sic Dur. [n] G. [o] Dur. [p] Me. sim. Par. Dur. [q] Dur. [r] Clu. † Me. sim. E. Par. Dur. [t] Par. [v] Dur. [x] Par. Dur. [y] Dur. [z] G. [a] Par. [b] Dur. [c] G. [d] T. ex Suar. * Me. Dur. sic Par. ex Orig. Clu. Gag. E. [f] Me. [g] Gag. [h] Dur. sim. T. [i] Dur. [k] T. [l] T. Dur. [m] T. [n] Dur. [o] Gag. E. Me. T. sic Par. Dur. [p] Me. sic T. [q] Gag. [r] Gag. sim. E. Dur. † G. [t] Par. [v] Dur.

congruens [x]. ¶ *Secundùm opera ipsorum*] Bona vel mala [y], tanquam effectus fidei vel infidelitatis [z]. Nusquamdicit, διὰ τὰ ἔργα, *propter opera*, ut causam meritoriam; sed κατὰ τὰ ἔργα, *secundùm opera* [a], ut regulam processûs. Quæ phrasis non magis meritum notat quàm illa, *secundùm facultates*, Matth. 25. 15. aut illa, *secundùm fidem vestram fiat vobis*. Nec meritum consistere potest cum hoc Libro, qui omnia gratiæ tribuit, non operibus, juxta 2 Tim. 1. 8, &c [b]. Hoc autem non competit in infantes [c].

13. *Et* (vel, *Nam*, Pi.) *dedit* (vel, *reddidit*, Be. vel, *reddiderat*, Pi. Hîc ἔδωκεν est Plusquam-perfectum, quale suprà notavimus 19. 19 [d].) *mare mortuos*, &c.] Quos absorpsit vel mersit [*], qui in aquis à piscibus devorati sunt [f]. Sub quo comprehenduntur alia omnia desperatæ mortis genera, &c [g]. Omnes partes naturæ sua deposita exhibebunt. Notant Scholiastæ ad Homerum veteres exhorruisse naufragii mortem, quòd animas, utpote igneas, à vi humoris crederent exstingui. Nihil hoc est: Omnia in Christi sunt manu: nec refert ubi mortem obierimus, sed quales [h]. Al. *Mare* hîc mundum significat [i], ut sæpe [k], ut Apoc. 8. 8. & 12. 12. & 13. 1. & 18. 17, 19. tumultuantem & fluctuantem [l]. ¶ *Et mors* (vel, 1. qui morbo erunt mortui itidem exsurgent. Θάνατος ità sumi solet, genus in sensu speciei. Diximus de eo suprà 6. 8 [m]. Vel, 2. insepulti [n]. Vel, 3. pii, mortui secundùm corpus tantùm [o].) *& Infernus*] id est, Vel, 1. sepulcrum [p], q. d. in sepulcris reconditi [q]; vel, 2. impii, quorum animas habet infernus [r]; vel, 3. Hoc cæteros omnes mortuos complectitur, qui aut violento fato, aut senectute, obierint. Et per Prosopopœiam ostenduntur Mare, Mors, ᾍδης, quasi debitores depositi. Habes mortem & ᾍδην in personarum modum depictas & Esa. 28. 15, 18. & 38. 18 [†]. ¶ *Dederunt* (vel, *Exhibuerant*, G.) *mortuos suos*] i. e. Quibus illa ipsa dederant causam mortis. Marcellus Eprius dicebat, *Quid tibi cum eis mortuis* [t]? Al. Dicit *mortuos suos*, ut ostendat, vel, 1. ab ipsis exactè reposci rationem singulorum mortuorum in eis: vel, 2. eosdem mortuos judicari, & in eisdem corporibus. Confer Job. 19 [v]. ¶ *Et judicatum est*, &c.] Nullo discrimine fati quo vitam hanc amiserant [x].

14. *Et infernus & mors* (Duo illi tyranni [y], qui tot seculis in mundo triumphârunt [z].) *missi sunt in stagnum ignis*] i. e. In gehennam [a]; non ut patiantur ab igne [b], sed ut ibi depascantur impios [c]. Al. Sensus est, Mors & status mortalitatis prorsus abolebitur [d]. Pertexit Prosopopœiam, & significat post Judicium nullam, in eos secundùm quos lis erat data, fore vim aut morborum aut mortis: Quod de Christo dicitur Rom. 6. 9. Heb. 7. v. 28. Adde 1 Cor. 15. 54 [*]. Excindentur ultimi, & omnes, Christi, hostes, & in gehennam relegabuntur, & cum eis mors, quæ nihil habet quod hîc agat, &c [†]. Al. Est hîc Metonymia subjecti [f], vel, Continens pro Contento, ut *cœlum* pro *cœlicolis*, & *terra* pro iis qui terram incolunt. Ità h. l. *infernus*, i. e. mortui qui erant in inferno [g]: *mors & sepulcrum*, id est, illi quos mors & sepulcrum reddiderant v. præced. nempe aliqui, & quidem plerique. Quinam autem illi sint, declaratur v. seq. ¶ *Hæc*, &c. οὗτος, &c.] Pro αὕτη, scil. λίμνη. Animalia generis [h]. Vide dicta suprà ad v. 6 [i]. *Quæ est mors secunda*, Be. Pi. &c. h. e. æterna [k]. Hæc *mortis secundæ* nomenclatura, quæ occurrit hîc & cap. 2. v. 11. & 20. 6, 14. & 21. 8. ex RR. desumpta est. Occurrit in Chald. Paraph. ad Deut. 33. 6. Psal. 49. 11. Esa. 22. 14. & 65. 6, 15. Jer. 51. 39, 57 [l]. Sensus loci est, q. d. Devicta prorsus & exstincta est mors corporum in Sepulchro, nec superest status animarum separatarum in *Hades*; sed & *Mors* & *Hades* religantur ad stagnum ignis, quæ est *Mors secunda* [m].

15. *Qui non est inventus*, &c.] i. e. Qui in Christo diem non obierit, is mortem secundam non evadet. Non sufficit scriptum aliquando fuisse in vitæ Libro: opus est ut scriptus ibi quis reperiatur Judicii tempore. Per λίμνην hîc & suprà intelligitur magna quædam capacitas. Vide Zach. 9. 11. ubi in Heb. בור, in Græco λάκκος, in Latino *lacus*. Vide & Gen. 37. 20, 28, 29. ubi in Latino non minùs impropriè ponitur nomen *cisterna* [n]. Al. Sensus est, Sancti & Electi, qui scripti sunt in Libro vitæ, ibunt in cœlum; improbi verò, qui non sunt scripti in Libro Dei & vitæ, sed Diaboli & Mortis, ibunt in gehennam [o]. Qui antea in Libro vitæ non fuit adscriptus, is jam non demum adscribetur; sed nihil ipsi restabit præter æternum supplicium [p]. ¶ *In stagnum ignis*] Alibi θεῖον additur, ut cap. 19. 20. & 21. 8. Respicit lacum Sodomiticum, tanquam Ignis æterni figuram gerentem, Judæ v. 7. Cùmque Roma sit *Sodoma spiritualis*, cap. 11. similiter atque illa *in lacum ignis & sulphuris* conjicenda est, cap. 19. 20. Confer 2 Pet. 2. 6, 9 [q]. Est aliud Visum, sed quod occasionem sumpsit ex Viso priore. Quò magis credamus summam illam felicitatem seculi futuri, aliquam ejus imaginem Deus nobis dedit in florentissimo Ecclesiæ statu, qui fuit à temporibus Constantini ad tempora usque Justiniani. Fuit quidem Christianorum tribus primis seculis magna pietas, sanctitas, constantia: Sed multorum virtutes tegebantur iis ipsis latebris quibus Ecclesia ipsa tegebatur. Postquam verò secundùm Veterum Vaticinia accessit Ecclesiæ tutela Principum, illustres admodum & conspicuæ fuere Christianorum virtutes. Ad pietatem accessit eruditio & eloquentia multorum Episcoporum: Constituta est certior regiminis & consonantium rituum forma decretis Conciliorum Universalium: Denique, tanta facta est mutatio, ut ea Prophetico more *cœli novi*, & *terræ novæ*, nomine rectè nuncupari posset. Nam & Esaias eadem verba usurpaverat ad describendum statum illum felicem populi Judaici post debellatas Antiochi copias, cap. 65. 17. quod clariùs patet collato loco ejusdem Prophetæ, cap. 66. 22. Cœlum ipsum favit humano generi ob Ecclesiam florentem: sicut de Theodosio Magno dictum est, *O nimium dilecte Deo, cui militat æther, & conjurati veniunt ad classica venti.* Terra non ultrà impurata fuit innocentium & piorum sanguine. Sæpe Scriptura res principales & rerum principalium præsagia paribus insignit nominibus [a]. Hoc cap. & seq. describitur status Ecclesiæ, vel, 1. militantis [b], cui singula in hac Visione dicta tam exactè applicari possunt, ut ex singulis ferè lineis & verbis argumentum pro hac sententia duci possit [‖]. [Qua de re dicta vide ad versus singulos.] Vel, 2. triumphantis [c]. [Prioris sententiæ authores in partes hîc eunt, locùmque diversis modis & de variis temporibus accipiunt:] 1. Loquitur de statu Ecclesiæ Christianæ per mille annos à Constantino, idololatriâ jam abolitâ, &c. de quo dictum cap. 20. nonnullis tantùm adnexis, &, velut per parenthesin, insertis de ortu, successu, & eversione Muhammedismi. Quod breviter designabatur cap. 20. idque cum mixtura contrarii, idem hîc resumitur & prolixè rhetoricéque hîc describitur, tanquam res magni momenti. Sic somnium Regis duplex fuit, Gen. 41. 25, 32. & in Prophetis duo sæpe Visa rem eandem designant. Et sic Novam Jerosolymam hîc accipiendam esse suadet vetus illa Prophetia in Libro [Apocrypho] Tobiæ, cap. 14. 6, 7 [d]. 2. Loquitur de statu Ecclesiæ quæ mille annis, [quos de alio prorsus tempore quàm præcedens sententia accipit:] & septimæ Tubæ, seu intervallo ab Excidio Bestiæ sive Babylonis, contemporat [*]. Sed duplex erratum est in fundamento hujus Synchronismi; 1. quòd supponit septimam Tubam septimæ Phialæ contemporare, & extremum Bestiæ Excidium præsupponere. Quod antea refutavimus. 2. Quòd supponit, novum hunc Ecclesiæ statum immediatè succedere Excidio Bestiæ, cùm constet & Draconis projectionem in stagnum ignis eum antecedere. Argumenta ipsius hæc sunt [f]; 1. collat. cap. 19. v. 6, 7. *Halleluja, quoniam regnum iniit Dominus*, &c. —*Venerunt Nuptiæ Agni, & Uxor ejus præparavit se.* At Nova hæc Jerusalem est *Sponsa illa Agni parata*, &c [g]. Resp. Probat hoc, eandem utrobique esse Sponsam sive Ecclesiam; non tamen probat, illam eodem modo considerari, nempe, ut militantem [h]. 2. *Dilecta* illa *civitas* (quæ hîc est *Nova Jerusalem*,) post mille annos à Satanæ copiis circumvallata est, cap. 20. 9. Illa ergò jam antè extitit, dum adhuc Satan ligabatur [i]. Resp. Hinc quidem sequitur, Ecclesiam tunc fuisse, & afflictam fuisse; sed non sequitur, Ecclesiam, prout hîc consideratur, afflictam fuisse; imò manifestum hîc est discrimen, quia hæc *Jerosolyma Nova* dicitur, quam nullus hostis obsidere aut accedere possit, &c [k]. Duobus reliquis argu-

[x] G. [y] Par. [z] Clu. [a] Par. Dur. [b] Dur. [c] E. [d] G. [*] Par. sim. Me. Pi. [f] Par. sic Dur. [g] Dur. [h] G. [i] Clu. ex Aug. & Primas. Gag. [k] Clu. [l] Gag. [m] G. [n] Pi. Ham. [o] Clu. ex Primas. sim. Par. ex Aug. [p] Dur. [q] Pi. sic Ham. [r] Clu. ex Primas. sim. Par. ex Aug. [†] G. [t] Idem. [v] Dur. [x] G. [y] Me. [z] T. [a] E. sim. Me. T. [b] T. [c] Me. sim. T. [d] Ham. ad v. 6. [*] G. [†] Dur. [f] Pi. [g] D. [h] Pi. [i] G. [k] Par. [l] Med. 1118. [m] Med. 551. [n] G.

[o] Me. sim. T. [p] Clu. [q] Med. 1118. [a] G. [b] For. sic Bri. Med. Ham. G. [‖] Pot. de num. 666. cap. 5. p. 11. [c] Par. Clu. Dur. plerique in E. ad v. 2. Me. T. sic Gag. [d] Ham. [*] Q. in Dur. 748. [f] Dur. 752. [g] Med. 534. [h] Dur. ib. [i] Med. ib. [k] Dur.

mentis nec ipse fidit [k]. [Vide illa si lubet Med. 535. & responsa in Dur.] 3. Loquitur de statu Ecclesiæ in terris renovatæ [l], post Phialas [m], perditis Meretrice & Bestiâ & Dracone [n], plenitudine Gentium & Judæorum introductâ [o]. Nec tamen Ecclesiæ in hoc statu absolutam puritatem & perfectionem tribui velim, quasi expers foret erroris, aut malorum, sive propriarum suarum infirmitatum, sive tentationum externarum atque internarum, quibus exerceatur. Sed splendidus hic status in duobus consistit, 1. in prævalescentia lucis, quòd veritas tunc constanter & communiter obtinebit, & Ecclesia à clandestinis impostoribus liberabitur; 2. in tranquillæ pacis affluentia, exciso Antichristo, Dracone æternis vinculis religato, & omni apertâ hostilitate sublatâ: adeò ut nihil deinceps reliqui futurum sit quod in terris exspectet. Et hæc conditio non ampliùs interrumpetur ab ullis novis aut veteribus hostibus, aut tenebris redeuntibus, sed continuabitur usque dum ad statum gloriæ transferantur. Nihilominus in gratioso hoc statu futurum est, ut religionis interim virtus ex hominum pectoribus paulatim dilabatur, & passim obrepat securitas; unde fiet ut Dominus veniens vix fidem in terra inveniat, juxta Luc. 18. 8 [p]. [Hæc de prima sententia. Sequitur secunda.] Loquitur hîc de statu Ecclesiæ non militantis, sed triumphantis, post diem extremi Judicii. [Argumenta hujus sententiæ sunt:] 1. Series & ἀκολουθία hujus Prophetiæ [q]. Actum est v. præced. de extremo judicio [r], Reprobis & Electis communi, & de sententia in Reprobos lata & executioni mandata. Hîc ergò sequitur, ut congruum erat, executio sententiæ in Electos latæ, & describitur felix ipsorum status in Nova Jerusalem, in quam illi soli admissi sunt, dum Reprobi in lacum ignis projecti fuerint †. Verùm de ultima resurrectione actum non est fine cap. præced. ut ostendimus [t]. [De quo vide ibi dicta.] Deinde, ultimus ille gradus perditionis hostium non ibi ponebatur propter aliquod temporis punctum, in quod incideret, quasi hâc parte Prophetiæ prior esset; sed tantùm ut ostendat, illam hostium eversionem semel cœptam processuram donec perficiatur, &c [v]. Et dies judicii ibi descriptus est per anticipationem [x]. Sed hujusmodi hysterologiæ vix reperientur in una eadémque Prophetia explicatoria, qualis hæc est. Rectum quoque ordinem hîc servari docet scopus, qui est, ut suppleat quod in præced. narratione deerat, & ostendat quid de illis factum qui in Libro Vitæ scripti sunt, & horum felicitatem reproborum miseriæ oppositam exprimat. Nec verisimile est, voluisse Spiritum S. tam copiosè describere effectum sententiæ in Reprobos latæ, & non ostendere effectum sententiæ de Electis, quod aut hîc, aut nuspiam in tota hâc Prophetia, facit: quod tamen cùm multùm conduceret ad solatium usúmque Ecclesiæ, hîc omitti credibile non est. [Hoc primum argumentum.] 2. Felix hic status Ecclesiæ militantis quem supponunt, vel antecedit mille annos, quod nemo asserit; vel sequitur illos, septimámque adeò Phialam, quod impossibile est, quia hæc finem mundi adfert; vel iis contemporat, quod fieri nequit, quia illo millennio Satanas tantùm ligatus est, idque ad tempus duntaxat: hîc autem in lacum projectus est, & mors & maledictio penitùs auferuntur, & sancti regnant in æternum, cap. 22. 5. 3. Veteri *cælo* & *terræ*, quæ cap. 2. 20. 11. prætereunt ante ultimum judicium, opponuntur hîc *novum cœlum* & *nova terra*, quæ proinde judicium illud consequuntur. 4. Multa hîc sunt quæ Ecclesiæ militanti neutiquam conveniunt, v.g. quòd nullum hîc est Templum, v. 22. quod tamen sub septima Tuba manet, cap. 11. ult. & quòd Sancti faciem Dei vident, eóque & Agno immediatè fruuntur, infrà v. 22. & c. 22. 4. 5. In hanc civitatem soli Electi admittuntur, & omnes qui eâ excluduntur sunt in stagno ignis sive gehenna, ex collat. cap. 21. 8. & 22. 14, 15. 6. Privilegia hîc promissa, quale est, *comedere fructum arboris vitæ*, sunt omnibus fidelibus communia, ut apparet ex Apoc. 2. 7. & 21. 7. & 22. 2, 12, 14, 15. non ergò huic duntaxat statui Ecclesiæ militantis peculiaria. Adde quòd Arbor vitæ crescit *in Paradiso*, h. e. in cœlo, ut apparet ex collat. Luc. 23. & Apoc. 2. 7. & 22. 2 [y]. [Nonnulla tamen huic sententiæ objiciuntur:] 1. Quòd hæc Nova Hierosolyma *de cælo descendere* dicitur, quod qui exponunt per *ascendere in cœlum* non minùs absurdè loquuntur quàm Canonista ille, qui *constituimus* interpretatus est *abrogamus* [z]. Verùm cùm descensus hic non sit localis, sed divinam tantùm hujus Jerosolymæ originem denotet, cum eo non malè congruit ascensus localis sanctorum in hanc Hierosolymam [a]. 2. Quòd Prophetæ verbis non minùs hyperbolicis & magnificis de Ecclesia, ut in confesso est, militante utuntur [b]. Sed quanquam Prophetæ sparsim aliquas hujusmodi phrases adhibent, nusquam tamen in illis reperitur tam plena & cœlestis descriptio in unum coacta, quàm hîc à Johanne exhibetur [c]. 3. Quòd hæc Hierosf. habet *muros*, contra incursiones, & *portas*, ad recipiendum Gentes & Reges eò venientes gloriámque suam deferentes. 4. Quòd tota Dei erga hanc civitatem dispensatio fit per Agnum Mediatorem, qui in mundo venturo regnum tradit Patri, &c. 1 Cor. 15. 28†. [Atque hæc de hac quæstione impræsentiarum dicta sufficiant: reliqua enim quæ ea de re habentur in suis singula locis opportuniùs reponentur.]

k Dur. | l Bri. | m Q. in Dur. | n For. | o Q. in Dur. sic Bri. | p For. p. 250. & 268. | q Dur. &c. | r Clu. sic Dur. | † Dur. | t Bri. | v For. | x Q. in Dur. | y Dur. 749. | z Med. in vita ejus. | a Q. | b For. 268. | c Dur. 753. | † For. p. 273.

CAP. XXI.

1. **V**Idi *cælum novum & terram novam*] Non substantiâ, sed qualitatibus [d], puritate & gloriâ *: juxta 2 Pet. 2. 13 [f]. Qu. Cui usui hæc erunt? Resp. 1. Cui usui hæc fuissent in Paradiso, si homo in innocentia perstitisset? Et quis usus corporis & corporeorum sensuum in cœlis? Similes scrupuli in aliis oriri possunt, &c. 2. Nobilissimo usui, illi scil. cui primitùs destinati erant, nempe, illustrationi Divinæ potentiæ, sapientiæ & bonitatis; nec non Sanctorum mansioni & solatio, qui, vel, ut Perkins. vult, modò in cœlis, modò in terra, habitare possunt; vel potiùs, ut in terram descenderunt ut corpora ibi sua reciperent, ità ibi ad tempus cum corporibus suis manere initio beatitudinis suæ, indéque in cœlum migrare possunt, utrobique tamen fruentes præsentiâ Dei, &c [g]. Hic autem status novi cœli, &c. non in hoc mundo futurus est, sed post mundum hunc igne solutum, &c. ut apparet ex 2 Pet. 2. 13. ex quo loco explicandus est locus ille Esa. 65. & 66. tanquam obscurior ex clariore. Hæc porrò mutatio non extenditur ad locum sive electorum in cœlo Empyreo, sive Reproborum in gehenna, quia hæc loca ab initio mundi parata dicuntur, &c. Matth. 25 [h]. Al. Quanquam hæc ultimo loco ponuntur, primis tamen ferè rebus hujus Libri contemporant. Loquitur de spirituali Jerosolyma, de Ecclesia Evangelica ex Gentibus ferè conflata, quando *omnia facta sunt nova*, 2 Cor. 5. 17. novus populus, novi cultus, nova Oeconomia, & vetus orbis Israeliticus dissolutus est [i]. ¶ *Primum enim cælum*, (Cœlum illud quod pestilentiam famémque immiserat, suprà 16. 2, 8 [k].) *& prima terra*, (Terra non ultrà bibit, ut dixi, innocentum sanguinem [l].) *abiit*, παρῆλθε] *Abierat* (vel, *præterierat*, Be. Pi. D. *Fugit*, ut dicitur cap. 20. 11 [m]. In MS. ἀπῆλθε, ut infrà v. 4 [n]. ¶ *Et mare jam non*, &c.] οὐκ ἔστιν] *Non ampliùs exstabat*, Be. Pi. *Mare* hîc intelligunt, vel, 1. allegoricè sive impropriè [o]: idque diversimodè. [Sensus est,] Ingens illa idololatrarum multitudo non mansit: Mansere tantùm flumina & fontes, & hæc quoque paulatim exaritura. Vide suprà 8. 10. & 14. 7. & 16. 4 [p]. Al. *Mare* hîc est mundus turbulentus [q], vel, tumultus & commotio hujus seculi, qui per *mare* in Scriptura significari solet [r]. Al. *Mare* hîc est corrupta Judæorum doctrina de Messia, &c. Confer Apoc. 15. 2 †. Vel, 2. propriè [t]. [Sic tamen locum variè explicant:] 1. Mare tunc nullum erit, quia nullus erit maris usus ad navigandum mercésque longè petendas [v]. Non placet: Per κοινωνίαν καὶ τὸ πρέπον Cœlo & Terræ tribuitur quod mari quoque convenit. Omnia restituentur in integrum. Ergò & Mare. Quem usum habebit præjudicandum non est [x]. 2. Hoc addit, ut minùs probabile, q. d. Hæc mutatio & conflagratio ut ad cœlum & terram porrigebatur, ità quoque ad mare, quod tamen, sicut & alia, non substantiâ, sed qualitatibus duntaxat, mutabitur. Quod hîc de Mari, idem de terra, dicitur cap. 20. 11 [y]. Et Mare non erit pristino situ, sed redibit

d Par. sim. Zeg. ex Aug. D. Dur. | * Par. | f Dur. Pi. | g Med. 995. | h Dur. 753. | i Li chron. 172. | k G. | l Idem. | m Par. Cor. | n G. | o Q. in Dur. | p G. | q Aug. in Par. | r E. | † Bri. | t Dur. | v Clu. ex And. | x Cor. | y Dur.

dibit ad locum quem habuit initio creationis [z]; atque ità non erit mare, ut constitutione Dei factum erat, Gen. 1. 9, 10 [a]. 4. Non *aqua* esse desinet, sed *mare* [b]; quod non nudè significat elementum aquæ, sed simul importare videtur [c], quòd sit crassum, salsum, amarum, turbidum [d], jugi fluxu & refluxu æstuans: sed erit deinceps mare serenum, tranquillum, purum, pellucidum [*].

2. *Vidi* (Rem certam esse indicat [f]:) *sanctam civitatem* (Sic vocatur & Jerosolyma, Esa. 52. 1 [g]. & alibi, ob præsentiam cultúmque Dei; & multò magis cœlum [h], quia ibi perfecta erit sanctitas [i], & nihil impurum eò intrabit [k]:) *Jerusalem* (Symbolum & Ecclesiæ, & cœli [k]. Triplex est Jerosolyma, 1. Legalis, Gal. 4. 25. 2. Ecclesia Evangelica, Gal. 4. 26. 3. Triumphans [l], quæ hîc intelligitur [m]; & *Jerusalem* dicitur, [vel,] quia terrestris Jerusalem hujus erat typus, Heb. 12. 22 [n]. [Vel,] ob integram *pacis* quâ fruitur *visionem* [o]. Nam *Jeros.* sign. *visionem pacis* [p]. [Vel,] quia eadem est Ecclesia glorificata quæ antè fuit [q].) *novam*] Sic vocat ad differentiam veteris [r], & quia tota innovata est †, & purissima & gloriosissima, juxta Eph. 5. 27. Ut *terram novam*, &c. ità & Ecclesiam vidit novam & pulcherrimam. Perinde est sive cœlum, locum beatitudinis, sive electos ibi glorificatos, sive ipsam eorum beatitudinem, hîc intelligamus, quia hæc omnia hîc comprehendi constat [t]. Hujus Visi mentio κατ' πρόληψιν facta suprà 3. 12. Nolite, Christiani, lugere Hierosolyma excisa, deinde restituta in formam veteri minorem. Habebitis *Hierosolyma Nova*, i. e. mystica. Ità enim vox καινὸς sumitur Matth. 26. 29. ubi de ea & similibus locutionibus egimus. Ecclesia Christiana vocatur *Jerusalem ἡ ἄνω*, Gal. 4. 26. Verùm hîc ea cum novo cultu præcedit, latè conspicua, & fulgore suo hostibus aciem oculorum præstringens; nomen originis suæ, quæ est *Pacis visio*, duplici modo præferens, conscientiæ tranquillitate, ac præterea singulari Dei tutelâ per Principes omnia ei tuta præstantes, secundùm id quod jam olim Ecclesia Deum rogaverat, 1 Tim. 2. 2. Sed his temporibus erat reservatum [v]. ¶ *Descendentem de cœlo*] Hæc ergò Jerus. erit in terris: nam cœlestis nunquam descendit [x]. Resp. Non localiter descendit [y], sed in Visione tantùm [z], ut Johannes eam cerneret [a]. 2. Descensus hîc de cœlo designat tantùm cœlestem ejus originem [b], atque naturam [c]; quòd non venit ex Abysso, ut Bestia [d]; non ex mundo est [*], sed à Deo ædificata [f], per Christum & Spiritum è cœlo missos, Joh. 6. 38. Act. 2. 2. 1 Cor. 15. 57. 1 Pet. 1. 12 [g]. Sic Johannis Baptismus erat *de cœlo*, Mat. 21. 25. quia à Deo institutus [h]. 3. Forsan hîc respicit Sanctos cum Christo descendentes ad judicium [i], qui etiam in terra regnabunt, 2 Pet. 3. 13 [k]. Al. *A Deo descendere* dicuntur ea quæ in terris magno Dei beneficio eveniunt, Joh. 3. 13. Vide Apoc. 10. 1. & 18. 1 [l]. ¶ *Paratam*, &c.] i. e. Comptam & adornatam [m], pretiosissimis vestibus & gemmis [n], cœlestibus scilicet [o], eâ gloriâ, pulchritudine, felicitate [p], & perfectione [q], quæ sponsam Agni decet [r]; τῷ ἀνδρὶ, i. e. *in honorem mariti*. Alluditur ad Esa. 54. 5 †. Commutat hîc dictiones, Uxorem *Sponsam* vocans, *Sponsum* verò *Virum*, ut perpetuitatem indicet harum nuptiarum [t]. Nota hîc permutationem typi. Non vidit Civitatem propriè dictam, de qua hæc prædicari nequeunt, sed aliquid rationis capax, quæ *civitas* appellari possit, &c. Vidit autem vel mulierem insigniter decoram & exornatam: vel, quod malim, chorum Sanctorum universum, qui est Sponsa Agni [v]. Quod antè de Ecclesia quæ erat in familia & comitatu Constantini conspectum fuerat, suprà 19. 17. id longiùs procedente Principum curâ in toto illo Ecclesiæ per Romanum Imperium diffusæ corpore apparuit. Processit in publicum ornata ut novæ nuptæ solent, mariti sui potentiam omnibus modis ostendens [x].

3. *Audivi vocem*] Non confusam, ut tonitru, sed distinctam & intelligibilem [y]. *Vocem* autoris ἀδήλου [z]. ¶ *De*, &c. Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ] *Ex summo cælo*, i. e. à Christo. ¶ *Ecce*, &c. Ἰδοὺ ἡ σκηνὴ—καὶ σκηνώσει, &c.] i. e. Ἐν ᾗ σκηνώσει. Vide suprà 13. 6. Magnifica fuit Dei habitatio in Tabernaculo per Mosem structo, Levit. 26. 11. At multò hæc magnificentior, Joh. 1. 14. Sumpta hæc & sequentia ex Ezec. 37. 27. Solent urbes sub nomine *tentoriorum* exprimi, ut Esa. 33. 20. & 54. 2 [a]. Sensus, Hæc est urbs in qua Deus habitat, & homines eum eo [b]. Præsentia

[Marg.: E. — a Q. in Dur. — b Gag. — c E. — d E. Gag. T. — * T. — f Par. sim. Dur. — g G. sim. Dur. — h Dur. — i Par. sic Dur. — k Pi. — l Dur. — m Dur. Gag. Me. Clu. &c. — n Dur. — o Gag. — p Clu. — q Dur. — r Par. sic Dur. — † Clu. sim. Par. Dur. — t Dur. — v G. — x Bri. — y Clu. sic Par. Dur. — z Dur. sic Par. — a Dur. — b Dur. sim. Par. Clu. — c Dur. — d For. — * For. sic Dur. — f For. — g Cot. — h Clu. — i Dur. sim. Clu. — k Clu. — l G. — m Me. T. Cot. — n T. sim. Cot. Dur. — o Dur. — p Me. sic Clu. — q Clu. — r Me. — † G. — t Clu. — v Cot. — x G. — y Dur. — z Clu. sic Par. — a G. — b Me.]

Dei peculiaris, cujus signa in Tabernaculo erant [c], in veritate tunc erit cum hominibus [d]; cum Ecclesia Christi, quacum habitabit, quam proteget, dotabit, diliget, &c. quam diu se bene gesserit [*]. Non peregrinabuntur Sancti à Domino, sed Deus cum eis erit [f], & *habitabit*, intimè & individuè & perpetuò, ut sponsus cum sponsa post nuptias [g]. Voces σκηνὴ & σκηνώσει perspicuè demonstrant de dispensatione gratiæ, non gloriæ, hîc agi [h]. Sed *tabernaculum* hîc vocat per allusionem ad Tabernaculum Mosis, quod erat typus cœli †. Al. *Tabernaculum Dei* est humanitas Christi, quia in ipso inhabitat plenitudo Divinitatis: bene autem dicit, *cum hominibus habitat*, quia *deliciæ ejus sunt cum filiis hominum*, Prov. 8. 31 [k]. ¶ *Ipsi populus ejus erunt*, (i. e. Illi qui in Ecclesia erunt palàm & apertè Deo servient [l]: Neminem colent nisi unum Deum [m].) *& ipse Deus*, &c.] i. e. Deus eos tutabitur [n]; amplectetur in filios [o], curabit, salvabit, & glorificabit; ipsis omnia sua bona communicabit, infinitam potentiam, sapientiam, liberalitatem, &c. quæ omnia connotat vocula *Deus* [p]. De hac locutione vide ad Matth. 20. 20. Luc. 1. 28 [q]. Ea sumpta est ex verbis fœderis Gen. 17. 7, 8. Jer. 31. 33. Ezec. 37. 27. q. d. Tempus jam advenit quo plenè præstabuntur omnes illæ magnificæ promissiones [r], quo Deus non tantùm gratiam, sed & gloriam præsentiámque suam, Sanctis communicabit †; nec in speculo & ænigmate, sed facie ad faciem, se contemplandum dabit, 2 Cor. 5. 6, 7, 8 [t]. Antea jus ad eum habebant, jam possessionem ipsius, eámque plenariam, adipiscuntur, Deúmque suum esse certissimè sciunt [v].

4. *Absterget Deus omnem lacrymam*] i. e. Lacrymarum causam [x]. Vide suprà 7. 17. Felicitas illa facilè abolebit veterum malorum memoriam [y]. ¶ *Mors non erit ampliùs*] Quia *conjecta est in stagnum ignis*, Apoc. 20. v. 14 [z]. Ostendit hic versus de Ecclesia triumphante, non militante, hîc agi, quia hæc non sunt hujus seculi [a]. Fateor, si literaliter accipiantur: verùm hæc mysticè & spiritualiter sumenda sunt, q. d. Auferetur maledictio Legis, & aculeus mortis atque peccati: nulla nunc erit condemnatio [b]. Verùm hæc non intelligenda sunt comparatè cum priori statu, ut Esa. 25. & 60. sed simpliciter & absoluté. Complementum hoc est illius Esa. 25. v. 8 [c]. ubi par est locutio de temporibus Ezechiæ, unde & illa verba petita quæ proximè præcessere. Magna fuit & virtutum & rerum similitudo inter Ezechiam & Theodosium Magnum [d]. Sic credentes *non gustabunt mortem*, Joh. 5. 24. & 8. 51, 52 [*]. Mors [f], ejúsque consectaria, *luctus*, *clamor*, &c [g]. Designat ærumnas & calamitates [h], turbulentas illas persecutiones & cædes, quibus Ecclesia sub rabie Draconis & Bestiæ erat obnoxia [i]. [Sensus est,] Pestilentia & morbi ob idololatriam publicam immissi cessabunt. Vide suprà 6. 8. & 16. 2 [k]. ¶ *Neque luctus*] Ob gravia & diuturna mala, quæ non lacrymis deflentur, sed continuo luctu [l]: vel, ex morte amicorum [m]. *Nullus luctus* Christianorum ob fratres eorum per Judicum sævitiam interfectos, ut Act. 8. 2 [n]. ¶ *Neque Clamor*] Oppressorum & cruciatorum à tyrannis [o]; vel, ob perturbationes acerbas & intolerandas, quas clamore amoliri cupimus, Heb. 5. 7 [p]. vel, ob violentas & subitaneas impressiones hostium, &c. *Clamor* sive hostium inferentium, sive hominum perpetientium, injurias [q]. Nulla seditio populi contra Christianos. Hoc sensu habes κραυγάζειν, Joh. 18. 40. & 19. 6. Non ultrà clamabunt, *Christianos ad leonem: & Usquequò genus tertium?* Applicatio loci Esa. 65. 23 [r]. ¶ *Neque dolor*] Ità Be. Pi. G. vel, *labor*, Par. Clu. Sed πόνος pro *molestia* aut *dolore* ponitur †, ut Apoc. 14. 13 [t]. & 16. 10, 11. Sic & Esa. 66. 7. & alibi [v], & in illo Sophoclis, πόνος πόνῳ πόνον φέρει, *Dolor dolore dolorem* adfert [x]. Nulla erit molestia [y], sive ex ægritudinibus corporis & animi, Esa. 33. ult. sive ex causis externis [z]. Non ampliùs agentur Christiani in carcerem, in metalla, in latomias [a]. Sub his autem malis negatis contraria illis bona continentur, nempe tranquillitas, solatium, gaudium, &c. eminenter, immutabiliter & in æternum possidenda [b]. ¶ *Quia prima*, &c. Πρῶτα, &c.] *Priora*, sive *Præcedentia*, (i. e. Superior rerum status [c], miserabilis & ærumnosus [d]: vel, tempora illa Draconis Feram inspirantis [*]: tempora Ethnicarum & Antichristianarum calamitatum [f]: vel, status præsentis vitæ [g], om-

[Marg.: c Ham. sic Dur. — d Dur. — * Ham. — f Clu. — g Par. — h For. — † T. — k Gag. — l G. — m T. sic Me. — n G. sic Me. T. — o Me. — p T. — q G. — r For. — † Par. — t Clu. — v Dur. — x Ham. — y G. — z D. Par. — a Par. — b Li. chron. 172. — c Dur. — d G. — * For. — f D. For. — g For. — h D. — i For. — k G. — l Clu. — m Par. Dur. — n G. — o Me. sic D. — p Clu. — q Dur. — r G. — † G. sim. Par ex Be. Clu. — t Clu. — v G. — x Par. — y Clu. — z Dur. — a G. — b Dur. — c Ca. sic Be. — d Be. — * Dur. — f For. — g Par.]

nésque vanitates, quibus hæc creatura subjecta est [h]: vel, status Ecclesiæ militans & calamitosus [i].) *abierunt*] Ut suprà 18. 14 [k]. Antiquato autem priore mundo, illius quoque affectiones antiquari necesse est [l].

5. *Dixit qui sedebat in throno*] In primo solio [m], i. e. Deus [n], Pater [o]: vide suprà 4. 2, 9, 10. & 5. 1, &c [p]. vel, Christus [q], ex collat. v. seq. cum Apoc. 1. 8 [r]. Primæ voci addit secundam, Dei ipsius †, tum, ut rei magnitudinem momentúmque ostendat [t]: tum, ut jam dicta certissima esse confirmet [v], quo fine & hoc *scribi* mox jubet [x]. O indulgentem Dei misericordiam, qui hæc nobis toties inculcat, juxta Esa. 28. 10 [y]. ¶ *Ecce nova facio* (Ego, cui nihil arduum est & impossibile [z]; penes quem est rerum omnium imperium [a]; qui omnia olim feci [b]:) *omnia*] Cœlum, terram, hominem, vitam [c], hominúmque conditionem [d], Ecclesiam *, & regni mei administrandi rationem [f]. Habentur hæc verba Esa. 43. 19. ubi de populo agitur reduce ex Babylonia [g]. Christus in carne passus mundum renovavit, ejecto illius Principe, Diabolo, cœlúmque & terram concussit; quotidie etiam renovat sanctificando, &c. sed hic illustrior erit renovationis gradus [h]. ¶ *Et dixit mihi, Scribe*] Ut suprà 19. 9 [i]. [q. d.] Res magna est, & bene retinenda [k]. Confer Job. 19. 23. Esa. 8. 1. & 30. 8. Habac. 2. 2. Apoc. 14. 13 [l]. *Scribe*, in perpetuum Ecclesiæ adhuc luctantis cum morte, mærore, &c. solatium [m]. ¶ *Fidelissima sunt*, &c.] Ut suprà 19. 9 [n]. Mira sanè sunt quæ jam à Christo audîsti, sed ità evenient. Sic & infrà 22. 6. Dicuntur hæc sincerà fide: nec potentia deerit ad hæc effecta danda [o].

6. *Factum*, &c. Γέγονε· ἐγώ εἰμι, &c.] Repetit dicta suprà 1. 8 [p]. Arethas legit, γέγονα ἐγὼ τὸ Α. &c [q]. Et est γέγονα pro omni tempore, more Hebræo [r]. [Alii legunt, γέγονα τὸ Α καὶ τὸ Ω. Ità G. Cot.] *Fui α & ω, initium & finis*. Christus de rerum fine verba faciens, dicit se fuisse finem, omníque fine posteriorem †. Sed alia exemplaria habent, γέγονε, &c. quod & textui convenit [t]. [Locum sic reddunt & explicant :] *Factum est*. (Vel, *Fuerunt*, videl. τὰ πρῶτα, quibus jam finis impositus est [v]. Vel, *Actum est*, Par. Factum est quicquid antè promissum, vel prædictum est [x], per Prophetas, de plenaria Ecclesiæ liberatione, hostiúmque ejus eversione; ut nihil jam sperandum sit præter vitam æternam, nec alius sit Sponsæ clamor aut affectus nisi, *Veni Domine Jesu* [y]. Sensus est, Certissimè perficietur vindicta in impios à Deo decreta [z].) *Ego sum α & ω, initium & finis*, Be. Pi. &c. Conclusionem præced. confirmat à natura Dei, qui æternus est, ante omnia & post omnia; qui prædicit, & ad fines suos singula dirigit, suóque tempore cuncta perficit [a]. q. d. A me est rerum omnium & principium & finis [b]. Ut fui *Alpha* in principio, ità jam me ostendo esse *Omega* in consummatione promissorum. Nemo ergò me spernat, vel mihi hæc offerenti diffidat [c]. ¶ *Ego sitienti* (i. e. avidè cupienti [d], nempe Deum & cœlestia *, gratiam Dei [f], vitam æternam [g]: Vide ad Esa. 55. 1 [h]. & Mat. 5. 6 [i]. q. d. ei qui angitur sensu indigentiæ suæ, qui Christum oblatum promptè & lubenti animo amplecti vult [k]. Declarat, quinam hujus gloriæ consortes sint, soli nempe *sitientes* [l], &, ut sequitur, *vincentes* [m].) *dabo ex fonte aquæ vivæ* (i. e. perennis [n]. Intelligit, vel, 1. gratiam Spiritûs S. ex collat. Joh. 4. 14. & 7. 38, 39. quæ nunc guttatim datur, in cœlis autem ad saturitatem, Psal. 17. 15 [o]. vel, 2. fruitionem Dei, qui est vita nostra, ut Psal. 36. 9 [p]. *Aqua viva* alibi Spiritum significat, hic verò Vitam ipsam æternam, quia nunquam desinit, sicut aqua suo modo perpetuùm fluit. Si [autem] in his promissis temporalibus fidus fui, ero & in æternis, quorum hæc imago & arrha sunt [q].) *gratis*] i. e. Sine compensatione [r], sine merito †. Sed cur additur *gratis?* Quia cùm vitam æternam dabit, nihil pro ea stipulabitur. At vitæ æternæ honos etiam *merces* dicitur. Sic est, sed merces immensùm major operâ. Pro æterno bono Deus potuisset æternas operas stipulari; contentus fuit operis non longi temporis. Nam vitæ æternæ actiones præmia sunt, non opera [t]. Licèt justi suis operibus mereantur vitam æternam; hoc tamen non habent ex ipsa natura operum, sed ex gratuita Dei misericordia tale præmium talibus operibus decernente ac promittente [v]: & vita æterna dicitur & reverâ est gratia, tum, quia labor exiguus est, nec tanto præmio dignus; tum, quia prima gratia, ex qua profluunt bona opera, omnino gratis datur [x]. Facessant ergò meritum de congruo vel condigno [y].

7. *Qui vicerit*] scil. Hostes spirituales [a], carnem, mundum, Diabolum [b], Bestiam [c]. Qui nec metu, nec voluptate, vinci se patietur. Vide suprà 2. 7, 11, 17, 26. & 3. 5, 12, 21. & 15. 2 [d]. ¶ *Possidebit*, &c.] Κληρονομήσει πάντα] *Hæreditate accipiet* (Non igitur ex meritis, sed gratis *. Nota progressum. Non tantùm populus erimus, sed filii hæredes [f]. Vel, *Perpetuo jure possidebit*, quomodo res soli tenebantur apud Hebræos [g].) *omnia*, Par. sim. Be. Cot. h. e. Deum qui erit ei *omnia in omnibus*, 1 Cor. 15. 28. omnium vicem supplens, idque eminentiore modo [h]. Al. Singuli accipient omnia paterna bona, quod est præter morem aliarum hæreditatum [i]. Vel, *hæc*, Vulg. Pro πάντα quidam legunt ταῦτα [k]. Ità MS [l]. Ità codex Veronensis [m]. Ταῦτα est constructio magis rem respiciens quàm verba, quia in illa *aqua viva*, i. e. in vita æterna, multa pariter intelliguntur bona. ¶ *Ero illi Deus*] i. e. Perpetuò ei benefaciam. Vide Mat. 22. 32. Pro eodem dicitur, *Ero illi Pater* [n]: Præstabo illi quæ Deum piis præstare par est [o]. ¶ *Et erit* (i. e. esse apparebit [p], quomodo Christus *genitus* dicitur cùm evectus ad dexteram Patris, Filii loco esse cœpit [q]: *erit*, non fide & spe adoptionis solâ, sed ipsâ fruitione plenissimâ: vide 1 Joh. 3. 1, 2 [r].) *mihi filius*] i. e. Vel, me amabit & colet, ut bonus filius parentem: vel, amantissimè à me tractabitur †: vel, mei similis erit æternâ beatitudine. Vide ad Mat. 19. 28. Luc. 20. 36. Joh. 1. 12. Rom. 8. 23. 1 Joh. 3. 2 [t].

8. *Timidis*] Quomodo vincendum, ostendit in persona eorum qui non vicerunt [v]. Vincentibus hæreditatem promisit, nunc pergit extorres & alienos ab ea declarare, &c [x]. A contrario felicitatem piorum extollit [y]. Primo loco ponit *timidos* [z], vel, *ignavos*, i. e. eos qui suis cupiditatibus aut persecutoribus cedunt [a]; qui ex timore hosti succumbunt, & peccato consentiunt [b]; qui ob ignaviam pericula detrectant [c]; qui incommodorum (mortis & cruciatuum corporis [d],) metu Christianam professionem deserunt *, aut veritatem abnegant [f]; aut officium detrectant, ex metu eorum qui *corpus* tantùm *possunt occidere*, &c. Mat. 10. 28 [g]. ¶ *Incredulis*] i. e. Illis qui Evangelium recipere noluerunt, Joh. 3. 36 [h]. qui à fide alieni sunt, Judæi, Pagani, Turcæ [i], Hæretici [k]: vel, qui initio persecutionis animum despondent, non credentes Deum sibi adfuturum, & vires, quibus resistant, suggesturum [l]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐβδελυγμένοις] Sub hoc nomine significantur qui ἀρσενοκοῖται & μαλακοὶ, 1 Cor. 6. 9. vocatur id facinus תועבה, Levit. 18. 22. Græcè βδέλυγμα. Eadem vox pari sensu in Græco Ose. 9. 10 [m]. [Sic vertunt :] *Et abbominandis*, vel *exsecratis*, vel *exsecrabilibus*, Mo. Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Ca. D. sic κατάρατος, *condemnabilis*; נמאס, *abbominabilis*; נבזה, *contemptibilis* [n]. Illis qui Deo & hominibus exosi sunt ob nefanda scelera [o], contra naturam; quales Sodomitæ, & illi Rom. 1. 26, &c [p]. Al. *Pollutis*, Sy. sic Ar. ¶ *Homicidis*] Habes hanc vocem 1 Pet. 4. 5. sic & φόνος inter crimina à Regno cœlorum arcentia, Gal. 5. 21 [q]. Tales inprimis sunt Antichristi zelotæ & inquisitores [r], & piorum persecutores †. ¶ *Scortatoribus*] Sume ut 1 Cor. 5. 9, 10, 11. & 6. 9. Eph. 5. 5. 1 Tim. 1. 10. Adulteri hic vel præcipuè comprehenduntur. ¶ *Et*, &c. Καὶ φαρμακεῦσι] Sic & MS. hoc loco & infrà 22. 15. Est vox sumpta ex LXX, Exod. 7. 11. & 9. 11. & 22. 18. Deut. 18. 10. Jer. 27. 9. Dan. 2. 2. Mal. 3. 5. Vocari autem sic solent, [tum, 1.] venefici [t], qui venena aliis miscent ‖: [tum, 2.] qui malis Magiæ artibus utuntur [v]. *Et veneficis*, Er. P. Be. &c. vel, *incantatoribus*, Sy. ¶ *Et idololatris*] Sive Paganis, qui falsos deos colunt; sive avaris & Epicureis, quibus Mammon aut venter pro Deo est [x]. Confer 1 Cor. 6. 9. Gal. 5. 21. Eph. 5. 5. 1 Tim. 1. 9, 10. Quidam etiam qui Christiani dici volebant, contaminabant se thurificando, aut edendo de immolatitiis. ¶ *Et omnibus mendacibus*, ψευδέσι] In MS. ψευσταῖς. Qui inter deploratos ponuntur

[Margin notes, left column: h Clu. i Dur. k G. l Cot. m G. n G. Pi. o Pi. p G. q Clu. Dur. Par. For. r Par. † For. t Dur. v Dur. For. sim. Clu. Par. x For. sim. Clu. y For. z Idem. a Cot. b Dur. c T. sim. Me. Gag. d Me. * Dur. f Clu. g G. h For. i G. k G. sim. For. l For. m Par. n Par. G. o G. p Idem. q Clu. sic G. r G. † Cot. t Clu. v Ee. x Clu. sic For. Dur. y For. z Pi. a For. b Me. c Dur. d G. sim. T. Dur. * Me. T. f Pi. g G. h Dur. i G. Dur. k Dur. l Clu. sim. Dur. m Clu. n D. o Clu. p Dur. q G. r Dur. † Clu. t G.]

[Margin notes, right column: v T. x Me. sim. T. y Clu. a Pi. Dur. b L. Gag. Par. c Par. d G. * Par. f Cot. g G. h Dur. i Par. k Q. l G. m Gag. n G. o Me. p Q. q Cot. r Clu. † Me. t G. v Cot. x Clu. y Par. z Ham. a Me. b T. c Zeg d Pi. * G. sim. Cot. Clu. Dur. Ham. f Pi. E. g Dur. h G. sim. Dur. Pi. i Clu. Par. k Clu. l Me. m G. n D. o Clu. sim. Par. Me. p Dur. q G. r Par. sim. Clu. † Dur. t G. ‖ Par. sic Clu. v G. sic Par. Clu. Dur. x Par. sic Clu.]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

ponuntur & 1 Tim. 1.9, 10. Quo nomine intelligit eos qui pacta contractúsve violant, Esa. 58.6[y]. mendaces in fide, amicitia, contractibus vel promissis[z]: vel, mendacia perniciosa dicentes, vel, qui malè vivunt, quorum opera fidei quam profitentur non consentiunt[a]: vel, hypocritas sive erga Deum, ut Psal. 78.35. sive erga homines, ut Col. 3.10[b]. vel, mendaciorum architectos, veritatis hostes[c], qui malitiosè alios decipiunt, sive in corporalibus, ut sycophantæ, delatores, falsi testes, &c. sive in spiritualibus, ut hæretici, pseudo-prophetæ, hypocritæ[d]. Hæc porrò vitia in aliis sunt, notoriè autem dominantur in Bestiæ cultoribus, quos reprobos esse dixit, cap. 13.8[*]. ¶ *Pars*, &c. Τὸ μέρος αὐτῶν, &c.] Subauditur, vel πεσεῖται, quod ponitur 2 Pet. 2.17. aut τίθεται, quod cum nomine μέρος habes Mat. 24.51[f]. *Pars* (vel, *Portio*, i. e. sors & tanquam hæreditas[g], sorti Sanctorum opposita[h]:) *ipsorum* (Quod redundat ex Hebraismo[i]: sub. *erit*, Be. Pi.) *in stagno ardenti*, &c. Be. Pi. Quod ardet igne sulfurato. Vide suprà 19.20[k]. & infrà v. ult. & 22.15[l]. ¶ *Mors secunda*] Quâ homo disjungitur à Deo & gehennæ addicitur[m]. Vide suprà 20.14[n].

9. *Unus de septem Angelis*] i. e. Primus[o]: vel, sextus Angelus, qui Constantini victoriam nunciaverat: quod initium fuit maximæ hujus mutationis[p]. ¶ *Locutus est mecum*] Non rogatus, jussu haud dubiè divino[q]. Vide suprà 17.1[r]. ¶ *Ostendam tibi* (At ipse priùs vidit, vers. 2. Resp. Viderat eminùs & obscurè ex deserto, ubi fuit cap. 17.3. nunc ad contemplationem propinquiorem invitatur †:) *sponsam uxorem* (Nam & *sponsa* aliquando *uxor* dicitur, ut Gen. 29.21. Mat. 1.20. Post contracta sponsalia eadem est & *sponsa*, quia viro desponsata est, & *uxor*, quia uxoris loco habetur; unde qui rem habet cum tali adulterium committit[t]:) *Agni*] i. e. Ecclesiam Catholicam, quæ modò ostensa fuit in specie novæ Nuptæ, ostendam tibi expressiùs sub forma Urbis monti impositæ, unde longè latéque conspici possit. Vide Esa. 2.2. quò maximè hîc respicitur, & Mat. 5.14. Γυναῖκα hîc est nomen sexûs: nam libri optimi hanc vocem ponunt ante illud, τὴν νύμφην[v]. Civitas hîc mulier effertur per communicationem Typi, sicut vice versâ mulier audivit civitas v. 2[x]. Hactenus generalis fuit descriptio felicitatis sanctorum, sequitur hinc usque ad cap. 22.6. descriptio ejus particularis[y], propior & exactior[z].

10. *In spiritu*] Ut suprà 17.3[a]. i. e. in exstasi[b], vel, visione imaginaria[c], sine translatione corporali, ut cap. 1.9[d]. ¶ *In montem*, &c.] In quo ædificata erat civitas[*]: nempe ut Johannes Urbem non eminùs, sed propè[f], non extra tantùm, sed & intus, conspiceret, simúlque reminisceretur loci Esa. 2.2[g]. Ecclesia sæpe designatur per montem, &c. ut Psal. 15.1. & 24.2, &c. Eò hîc alluditur, ut significetur, in Ecclesia tantùm videri novæ Jerosl. gloriam[h]. Conspiciebatur hæc urbs sita in æquali montis planitie. Sic de via ad Virtutem Hesiodus[i]. [Cujus verba vide in G.] ¶ *Civitatem*, &c. Τὴν πόλιν τὴν μεγάλην] *Urbem illam magnam*, Pi. sic Be. Rectè *magnam* vocat[k], vel splendore[l], ornatu & gloriâ[m]: vel, potentiâ[n], sive dignitate: est enim *urbs magni Regis*[o]: vel, amplitudine[p], quia tam latè se extendebat quàm Imperium Romanum[q]: vel, multitudine civium[r]: vel, ob magnas ipsius dimensiones apud Ezecielem †. Vide ad cap. 17.18. In tota Apocalypsi, nulli, præter Babylonem sive Romam, urbi titulus *magnæ* tribuitur, nisi, demum post excidium Babylonis, novæ huic Jerosolymæ[t]. Sed μεγάλην abest in MS. ut & in Latino[v]. ¶ *Sanctam*, &c.] Ut suprà v. 2[x]. *Unam Ecclesiam sanctam*, ut est in Symbolo non uno. *Sancta* erat quæ hîc monstrabatur Ecclesia & per præcepta Christi, & per disciplinam[y]: vel, quia expers omnium sordium erat[z].

11. *Habentem claritatem* (vel, *gloriam*, Be. Pi. &c.) *Dei*] i. e. Gloriam præstantissimam à Deo acceptam[a]: Præditam eo splendore quem Deus ei procuraverat[b]. Nam Genitivus hîc Causam efficientem designat[c]. Habentem Schecinah, vel præsentiam Dei, quæ *gloria* dicitur[d]. Describit Urbem totam multò pulcriorem Solomonis Templo[*]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὁ φωστὴρ, &c.] *Et* (vel, *Nam*, Pi.) *lumen* (vel, *luminare*, Zeg. Pi. ad verb. *illuminator*, Pi. i. e. vice Solis. Nam Sol & Luna φωστῆρες[f], Gen. 1.14, 16. Sap. 13.2. Inter hæc duo astra cùm potior sit lux Solis, meritò ei nomen φωστὴρ singulariter datur[g]. Φωστὴρ hîc non est lux ipsa, vel lumen sparsum[h], quo ea illuminatur, (id enim non est Sol, sed Deus, ut postea apparet:) sed luminare, corpus luminosum, lumen ex se diffundens[i], vel activus ejus splendor, quo lucem fundit, juxta Mat. 5.16[k].) *simile* (sub. *erat*, Be. Pi.) *lapidi*, &c. Mo. &c. i. e. Deus ipse, qui in Ecclesia fulget ad modum *pretiosissimi lapidis*, nempe *Jaspidis*, nec cujusvis Jaspidis, sed κρυσταλλίζοντος, de quo vide Dioscor. 5.160. Deum ipsum hîc describi apparet ex eo quod infrà v. 23. Is autem *Jaspidi* comparatur etiam suprà 4.3. nempe ob vim invictam, ut ibi diximus. Sed hîc additur, *jaspidem* istam *crystallo* fuisse *similem*, ut intelligamus à Deo Ecclesiæ conferri & robur & puritatem. *Jaspis* utriusque est generis. Itaque dici potest κρυσταλλίζων, sicut alia Jaspis ἀερίζουσα dicitur. Illud ὡς hîc valet *nempe*[l]. Pretiosa est & firma, ut *Jaspis*; gloriosa & pura, ut *chrystallum splendens*[m]. *Jaspis* est lapis fulgoris perpetui & invicti, quem non obruit splendor solis, sed excitat[n]; éstque virtutis eximiæ adversùs venena, &c. Significat, hoc luminare saluberrimum esse, noxia cuncta dispellens[o]. *Jaspidi* confertur Pater, suprà 4.3. hîc Christus, cujus summa gloria hoc fulgore adumbratur[p]. Splendet urbs & pellucida est, atque ità tota penitus formosa; non latente aliquâ labe polluta, sicut erat meretrix[q].

12. *Murum magnum* (prout magna erat civitas[r]:) *& altum*] Insuperabilem †, ab exteris: quo, 1. Pii ab impiis discluduntur, ut Luc. 16.26[t]. 2. significatur firmitas ejus[v], quòd in tuto sit[x]. Mœnia excludunt hostem, cives tutos servant[y], Job. 1.10. Esa. 26.1. Zach. 2.5. Talis est in hac re doctrina Evangelii, *magna & sublimis*. In MS. hîc & in seq. ἔχουσα, ut rursum sit rectus pro obliquo[z]. *Murus* denotat doctrinam Christianam, quæ Ecclesiam ab irruptione hæreticorum tuetur, quam qui non agnoscit, eò non admittendus est. *Muri magnitudo* & *sublimitas* significat præstantiam & divinitatem hujus doctrinæ, præceptorum, atque promissorum ||. ¶ *Portas*, &c.] Quibus admittuntur & excluduntur homines[a]. Πυλῶνας vocat non vestibula, nec communes θύρας, sed ampliores: unde meminit Athen. l. 5. τετραθύρω πυλῶνος[b]. Lex vetus, Πύλη, *porta*, πυλὼν, *janua*. פתח Lxx reddunt πυλὼν, & alibi πύλη. Interdum סף, *limen*, illis est πυλών. Vide 2 Par. 3.7. & Soph. 2.14. Πυλῶνας שערים: unde פתח השער, θύρα τῆς πυλῶνος, *ostium portæ*, Jud. 18.16, 17 †. Al. πυλῶνας פתחים ||. *Portas* intelligunt doctrinam Evangelii, per quam aditus in cœlum nobis patet[c]. Aditus ad hanc doctrinam per promissa olim Patribus facta de Christo[d]. Unum est ostium, Christus, vel verbum. Sed ostium illud in 12 abit, quia verbum, per quod Ecclesiæ patet ad Deum accessus, ab Apostolis 12 disseminatum fuit[*]. Hîc plus recuperatur quàm amissum est in Paradiso, ubi unus tantùm erat aditus ad arborem vitæ[f]. ¶ *In portis Angelos*, &c.] Tanquam custodes[g], vel præsidium[h]. Al. Hoc typo commercia inter Angelos & homines futura significantur[i], *Angelos*, nempe eos qui Patribus apparuere[k]. Al. *Angelos* vocat Episcopos[l], vel Patriarchas, Prophetas, Apostolos, qui prædicatione suâ viam ad cœlum nobis monstrârunt[m]. ¶ *Nomina—tribuum*, &c.] i. e. Nomina Patriarcharum unde Tribus nomen ducunt[n]. Tribus 12 erant, exclusâ, [vel] Tribu *Levi*[o], vel *Dan*, ut cap. 7[p]. Al. *Josephus* hîc sumendus pro *Ephraim* & *Manasse*, ut Ezec. 48.31, &c[q]. Per has *tribus*, &c. intelliguntur, vel, 1. omnes V. T. electi, ut scilicet ostendatur eandem fuisse fidem V. & N. T[r]. vel, 2. omnes verè Israelitæ †, sive spirituales filii Abrahæ[t], ex omnibus gentibus collecti[v]; vel, omnis populus Dei[x]: ut significetur, his omnibus & solis aditum patere[y].

13. *Ab Oriente portæ tres, ab Aquilone*, &c.] Ut ab omni parte eò pateat aditus[z], expeditissimus & æqualis[a], sicut olim ad urbes confugii[b]. Significat, [&] urbem frequentissimam[c], & Ecclesiam ex omnibus mundi plagis collectam esse[d]. Quatuor isti cardines totum cœlum significant, ut videre est Luc. 13.29. hîc suprà 7.1. & 20.8. *Ternæ* autem *portæ* in quoque cardine,

[Marginal notes, left column:] y G. z T. a Me. b Dur. c Par. d Clu. * Par. f G. g Be. h Cot. i Be. k G. l Pi. m Me. n G. o T. p G. q Par. r G. † Par. t D. v G. x Cot. y Dur. z Clu. a G. b Pi. sic Par. Dur. c Me. d Par. * Me. f G. sim. Par. g G. h Clu. i G. k G. sic Clu. l Clu. m Par. n Clu. o Dur. p Clu. Dur. q G. r Dur. † Li. chron. 172. t Med 1118. v G. x Cot. y C. z Par. a Dur. sic Me. b G. sim. Pi. Dur. c G. d Ham ad v. 3. * G.

[Marginal notes, right column:] f G. sim. Pi. g G. h Par. sim. Dur. i Par. k Dur. l G. m Dur. n Clu. o Par. p Cot. q For. r Cot. † T. sic Cot. t Cot. v T. x Par. sim. For. Clu. Dur. y G. sim. Par. For. Ham. z G. || Ham. ad v. 10. a Clu. sim. Par. b Be. † D. || G. c Par. d G. * Cot. f For. g Pi. Dur. Cot. h Cot. i Clu. k G. l Ham. m Par. n G. o D. p E. q G. r Gag. † For. Cot. Clu. t T. sic Par. Clu. v Clu. x Pi. y T. z G. sic Cot. Clu. Gag. Par. a Dur. b Clu. sim. For. c G. d Clu. Par.

dine, ob professionem fidei in Patrem, Filium, & Spiritum, sponsores salutis *. Alludit hîc, vel, 1. ad portas Jerosf. terrestris [f]. Cui obstat, quòd hæc, ob adjectas rupes, nullas habebat portas versùs Austrum, teste ipsomet Villalpando [g]. Vel, 2. ad Jerosf. illam Ezec. 48. 30. quæ hujusmodi portas habuit [h]. Vel, 3. ad castra 12 tribuum, sic in quadrum disposita, ut singula quadrilatera tres continerent tribus, quarum singulis singulæ portæ respondebant [i].

14. *Et murus——habebat fundamenta*, &c.] Quæ sunt 12 Apostoli [k], non ratione gubernationis eorum, quæ ad tempus tantùm duravit [l]; sed ratione doctrinæ ab ipsis prædicatæ [m], quæ mansit, & ad nos transivit [n]. Sicut fundamento innititur structura, ità fides Christiana testimonio Apostolorum, qui à Christo accepta orbi tradiderunt, ore omnes, quidam & scriptis, implentes μυστικῶς verba Esa. 58. 12 [o]. Dices, fundamentum unicum esse, nempe Christum, juxta 1 Cor. 3. 11 [p]. Resp. Apostoli hîc non fundamenta, sed fundamentis inscripti, dicuntur, h.e. fundamenta ab Apostolis fuisse denominata: quæ 12 esse dicuntur, quia unicum illud fundamentum duodecies, sive à 12 Apostolis, positum fuit [q]. Qu. Cur 12 tantùm Apostolos numerat, cùm & alii fuerint, ut Paulus, Barnabas, &c [r]? Resp. Per 12 intelligit omnes †, quia initio 12 tantùm erant, quibus alii accessere & quasi successere [t], ab illis quoque baptisati. De istis autem, qui ὑπὲρ λίαν Ἀπόστολοι dicuntur, 2 Cor. 11. 5. loquitur Apocalypsis [v]. Diximus, Paulum & Barnabam haberi velut supernumerarios, suprà 12. 1 [x]. Ecclesia modò venit ut locus habitabilis, sic *portas* habet; modò ut domus, sic *fundamento* superponitur, numero 12 utrobique apposito; quia scire interest, veritatem salutiferam, quæ & per *portas*, & per *fundamenta*, denotatur, illam esse quæ à 12 Apostolis evulgata est [y]. Ostendit hanc urbem esse optimè fundatam, & proinde durabilem atque æternam [z]. ¶ *In ipsis——nomina*, &c.] i. e. Per fundamenta significantur 12 illi Apostoli, de quibus agitur Act. 1. Ità Johannes, *Se quoque principibus permixtum agnovit Achivis*, ut se Æneas agnovit in tabula Didonis [a]. Solent architectorum nomina operibus suis insculpi, ut in memoria sit felici labor eorum. Sic in æterna erit benedictione Apostolorum recordatio, &c [b].

15. *Qui loquebatur*, &c.] i. e. Angelus [c], qui hîc typus est illorum Ministrorum, quos Deus donis excellentissimis, tanquam calamo aureo, instruet ad metiendum, & ministrandum in sua Ecclesia [d]. ¶ *Habebat*, &c. Εἶχε κάλαμον χρυσοῦν] *Habebat calamum* (vel, *arundinem*, V. cannam arundineam *, vel, virgulam mensoriam, quam decempedam vocamus [f]: perticam, quæ erat mensorium instrumentum. Vide suprà 11. 1. Ezec. 40. 3. Est præterea κατάχρησις. Pertica enim illa *calamus* dicitur, quia plerumque perticæ erant ex arundine. Sic *pyxida auream* dicimus, cùm πυξὶς sit propriè è buxo [g].) *aureum*, Be. Pi. &c. id est inauratum [h], ut congrueret ædificio. Omnia præstantia [i]. Omnia sumpta ex Ezechiele, nisi quòd ibi arundo simplex est, hîc aurea; & hæc urbs illam longè antecedit & magnitudine & pretio, ideóque non eodèm referenda [k]. ¶ *Ut metiretur*, &c.] Johannes suprà 11. 2. vetitus erat urbem Hierosf. metiri, ut quæ futura esset nulli bono usui: Nunc mystica Hierosolyma, ut summi ac perpetui usûs, metitur ipse Angelus, ut Zac. 2. 2 [l]. cap. 11. solius Templi explorata mensura est, Atrio & Civitate Gentibus datis: at nunc omnia in rationem veniunt; nam perditi sunt perditores, & in civitate Dei omnia ad rectam normam exigi & explorari oportet [m]. Et ibi Johannes mensurat, hîc Angelus [n]. Porro typo hujus calami figuratur Dei providentia & cura circa Ecclesiam [o].

16. *In quadro*, Τετράγωνος] *Quadrangularis*, Be. sic Pi. Sic Roma à Romulo quadrata condita. Sic in Ezechielis structura multa quadrata, cap. 41. 21. & 42. 20. & 43. 16, 17. & 45. 2. & 48. 16, 17, 20. Adde Josephum de Altari, Bel. Jud. 5. 14. Ea figura significat [p], [vel, 1.] perfectionem [q]. Ità Simonides virum ad regulam exactum vocat χερσί τε καὶ ποσὶ νόῳ τε τετράγωνον, id ipsum interpretans ἄνευ ψόγου τετυγμένον. Meminere Plato in Protagora, Aristot. in Rhet. & in Nicom [r]. Hinc formulæ illæ loquendi, *redigere in quadrum sententias*: *quadrare* pro *convenire*; & *quadrans* in Ratio-

* G. [f] Salm. Villalp. & Adrichom. in T. [g] T. [h] Par. sic Clu. T. [i] T. [k] Gag. E. Me. sic Par. Clu. For. [l] E. [m] E. sim. Gag. Me. Cot. For. [n] E. [o] G. [p] Q. in Par. [q] Par. [r] Clu. sic Par. † Dur. [t] Par. sim. Clu. [v] Clu. [x] G. [y] Cot. [z] Dur. [a] G. [b] Clu. [c] G. Pi. For. [d] For. * Be. [f] Par. [g] G. [h] Be. [i] G. sim. Cot. Dur. [k] Dur. [l] G. [m] For. [n] Clu. [o] Cot. [p] G. [q] G sic Cot. Par. [r] G.

nibus. Quadrata non imâ tantùm parte quadrata sunt, sed lateribus quoque; ut quadratum omnibus partibus suis perfectum sit. Non sic circulus, aut globus. Innuit, cœlestia Tabernacula esse perfectissima †. Vel, 2. firmitatem [t], quòd sit solida [v], & constans [x], & contra omnes impetus stabilis [y], quia basis ejus latè Solum & ex æquo tangit [z]. Vel, 3. quòd [hæc urbs] Universas Orbis partes respiciat [a], & ab iis venientes recipiat [b]. Sed cur non circularis ejus figura est, capacissima & perfectissima? Resp. Ea motui potiùs & circumactioni, cubica verò quieti & immutabilitati, accommodata est [c]. ¶ *Et longitudo ejus tanta*, &c.] Erat ergò Quadratum hoc æquilaterum [d]. Cùm hæ dimensiones reverà non sint in patria, necesse est mysticè illas intelligere *. *Latitudo* Capacitatem, *longitudo* Durationem, significat. Hæc urbs omnes capit homines, & semper durabit. Vide Eph. 3. 18. Figuratum hoc in ædificio Ezec. 48. 16 [f]. *Longitudo* est æternitas, *latitudo*, extensio gaudiorum seu objectorum [g]. ¶ *Stadia*, &c. Ἐπὶ σταδίων [vel, σταδίους, ut alii legunt, inter quos G.] δώδεκα χιλιάδων] Vel, δώδεκα χιλιάδων δώδεκα [h], ut est in exempl. Complut. & Mont. & Plant. Quæ vera est lectio. Ignoratio mysterii fecit ut posterius δώδεκα redundare putaretur [i]. Sed illud δώδεκα non reperitur in libris optimis, ut nec in Latino [k]. [Locum sic reddunt:] *Ad* (vel, *Per*, Er. Il.) *stadiorum duodecim millia*, P. Ti. Be. sic Mo. Ca. Er. &c. Quæ conficiunt milliaria Germanica 375 [l]. vel, Italica 1500 [m]. Nam 8 stadia faciunt milliare Italicum [n]. Eousque se extendit illa urbs quousque 12 Apostoli currere potuerunt *Stadium* est mensura cursûs, 1 Cor. 9. 24. *Mille stadia*, i. e. cursus immensus. Nam *mille* ponitur pro infinito [o]. Duodenarius numerus perfectus est, unde δωδεκαμήχανος appellatur qui artium omnium peritus est; sic & millenarius. Significatur ergò regnum Cœlorum ad debita & maxima spatia protendi [p]. Fuit hæc mensura, vel, 1. singulorum laterum; sic ambitus esset 48000 stadiorum, h. e. milliariorum germanicorum 1500: vel potiùs, 2. totius ambitûs [q]. Al. Urbs tanta erat in quadrum, ut videtur, quia latitudo, & longitudo, & altitudo, (nempe altitudo turrium:) in una ponuntur mensura [r]. Mensura hæc erat solius longitudinis †. Al. Hæc 12000 stadia non sunt mensura Areæ vel quadri totius, nec ullius lateris Urbis; sed sunt stadia solidæ mensuræ. Sic enim, neque alio modo, conciliari possunt mensuræ Ezechielis & Joannis. Nam Cubus qui continet 12000 stadia solidæ mensuræ, in circuitu continet 18000 Cubitos, quot sunt apud Ezec. Notandum autem, quod Villalp. ad Ezec. 48. fidenter affirmat, Urbem illam Ezec. & hanc Joannis eandem esse, quod & multi alii pro certo habent; deinde, Angelum in descriptione hujus Urbis respexisse non tantùm ad figuram, nomina, & partes, sed etiam ad mensuras, veteris & literalis Hierosolymæ. Porrò ambitus Urbis in Ezec. disertè dicitur esse 18000 cubitorum: cubitus autem vulgaris erat pedum duorum cum dimidio, & cubitus Ezec. vulgari major erat quartâ parte, & proinde 2250 cubiti vulgares sunt æquales cubitis majoribus 18000. Si autem 625 pedes efficiunt stadium, circuitus Urbis erit 90 stadiorum. Et si radicem solidam numeri 12000 extrahas, circuitus hujus Urbis cubicæ erit 91, vel 92, stadiorum. Discrimen autem hoc unius vel duorum stadiorum negligendum est, tum quia exiguum est in tanto circuitu, tum quia justam longitudinem Judaici Cubiti, & Romani stadii, exactè jam definire non possumus [t]. ¶ *Et longitudo—æqualia*] Non idem dicit quod modò cùm quadratam formam explicaret, sed aliud, nempe quaquà iret altitudinem & murorum & ædificiorum fuisse æqualem, sicut de longitudine & latitudine dictum fuerat. Hæc æqualitas significat omnes Christianos in negotio religionis dignitate esse pares. Nam per *altitudinem* significari Dignitatem diximus ad illum locum Eph. 3. 18 [v]. Al. *Altitudinis* mentio pertinet ad montem super quem urbs collocata est [x].

17. *Mensus est murum*] i. e. Muri [vel,] altitudinem [y]: [vel,] latitudinem [z]. ¶ *Centum*, &c.] i. e. Duodecies duodecim. Magna fuit Apostolorum dignitas: At immensò major erit in altero seculo quorumvis Christianorum. Eam illi jam velut præsentem animo possident [a]. Murus ergò hic & altior & latior est

† Cot. [t] Be. Gag. [v] Par. For. [x] Par. [y] For. [z] Cot. [a] Fe. [b] Dur. [c] Clu. [d] Cot. T. sic Me. Par. * Gag. [f] G. [g] T. ex Rib. [h] G. sic For. [i] For. [k] G. [l] Par. [m] T. [n] T. sic Camer. [o] G. [p] Cot. [q] Par. [r] Dur. † Clu. [t] Pot. de num. 666. cap. 5. [v] G. [x] Camer. [y] G. Me. Zeg. [z] Clu. Pi. [a] G.

est quàm veteris Nineves vel Babylonis [b]. ¶ *Mensura*, &c. Μέτρον ἀνθρώπου, ὅ ἐστιν ἀγγέλου] *Mensurâ* (vel, *Mensura*, Mo. *Mensura hæc*, sub. *est*, Par.) *hominis, quæ est* (vel, etiam *erat*, Pi.) *Angeli*, Be. &c. i. e. quâ Angelus hîc usus est [c]: vel, addit hoc, quia Angelus iste hominis speciem referebat [d]: vel, ut significet, Ecclesiæ durationem, amplitudinem, & gloriam, opus esse quod vel *Angeli vehementer cupiunt introspicere*, juxta 1 Pet. 1.12. & Eph. 3.10, 18, 19 ‖. *Mensuram hominis* hîc vocat, quâ communiter uti solent homines [*]: vel potiùs, quæ ad homines propriè pertinet, quæ humanâ ratione excogitata est; quæ, licèt non usitatissima, propriissima tamen est mensurandi species. Sunt porrò tres tantùm mensurandi species ab hominibus usurpatæ, quibus solida figura, qualis est hæc civitas, mensurari potest, linealis, quadrata, & solida. Cùm autem hæc non dicitur esse *mensura longitudinis*, nec *latitudinis*, nec *ambitûs*, nec *area*, nec *laterum Urbis*, sed *mensura Urbis* ipsius, quæ hîc apertè describitur tanquam solida Cubica figura ex tribus dimensionibus consistens; hæc ergò mensura 12000 stadiorum, necesse est ut sit mensura solidæ Cubicæ figuræ [f]. [Plura hac de re vide ad v. præced.] Hoc dicit, nè quis putaret, hanc mensuram esse spiritualem, vel intellectualem, vel angelicam, toto genere à nostris mensuris distinctam [g]. Sensus est, q.d. Angelus, ut hominis specie apparuit, non usus est cubito Sanctuarii, sed cubito hominis, sive vulgari [h]. Dicit, *mensuram esse hominis*, ut doceat, illum Ecclesiæ statum hîc intelligi qui ministerio hominum exornatur, nempe statum gratiæ, non gloriæ; addit autem, *quæ est Angeli*, perspicuæ distinctionis ergò, nè *mensura hominis*, hîc accipiatur sicut *numerus hominis*, cap. 13.8. At hæc, inquit, ità est *mensura hominis*, ut idem homo sit etiam Angelus Dei, h.e. verus & fidelis minister calamo aureo donatus [i]. Consideranda nunc est hæc civitas, ut humano quidem modo efformata, Angelicè tamen & spiritualiter intelligatur: neque enim ex auro & gemmis constat, sed ad captum humanum se demisit Angelus, ut humanus vicissim ad Angelicum adspiret [k]: vel, significat hanc civitatem constare vel ex hominibus ἰσαγγέλοις, vel partim ex Angelis, partim ex hominibus [l]. Al. Μέτρον hîc refertur non ad *cubitum* immediatè præcedentem, sed ad κάλαμον v. 15. quem sex pedes longum fuisse colligitur ex Ezec. 40.5. ubi calamus erat *6 cubitos longus*: cubitus autem ille non erat usitatus, ex uno pede cum dimidio constans, sed unius tantùm pedis, mensurâ sumptâ ex osse illo à quo denominatur: πῆχυς enim est distantia *ab extremitate cubiti ad carpum*, ut tradit Aristot. cum Anatomicis, quæ sexta pars est staturæ humanæ. Et sic πῆχυς, *cubitus*, sumitur & Græcis & Hebræis & Latinis, ut apparet ex Jos. Bel. Jud. 5.13. & Oros. 2.6. ubi muros Babylonis dicit fuisse *quinque cubitis latos*, *altitudine verò quater tantâ*, h.e. 200 *cubitis*, ut de iis dicit Herod. vel, 200 *pedibus*, ut Solinus cap. 70. Μέτρον ἀνθρώπου hîc referri ad *staturam hominis*, suadet additamentum illud, *quæ est Angeli*. Ut enim qui hîc apparuit Angelus fuit, v. 9. ità qui Ezec. 40.3. homo fuit, sed specie gloriosâ, instar Angeli [m]. Sensus est, Illa pertica tanta erat quanta erat statura formæ humanæ, in qua Angelus apparebat; ac proinde ad eum modum etiam cubiti. Eâ significabatur homines aliquando fore ἰσαγγέλους, Luc. 20.36 [n]. Angeli *viri* vocantur ubi virili specie apparent, Gen. 18.2. Judic. 13.6, 8, 10, 11 [o].

18. *Et*, &c. Καὶ —— ἐνδόμησις, &c.] *Erat autem structura* (vel, *incrustatio*, quæ in nostris urbibus & domibus intritum vile est [p]:) *muri* (scil. urbis [q], nempe muri extimi [r]:) *ex jaspide*, Be. Pi. sic Er. Mo. Qui lapis est viridis, & firmus †, & durissimus [t]; significatque urbis firmitatem & securitatem [v]. Invictum opus. Vide suprà v. 11. In Orphicis de Jaspide, Ἐν δέ σοι ἀντίπαλον κεῖται λίθος. Est & hîc κατάχρησις, translatio facta à domo ad urbem. Talis illa, —— *equum divinâ Palladis arte Ædificant* [x]. Licèt fundamenta 12 sint per totum murum suis ordinibus disposita, totus tamen murus unius exsurgit materiæ ac splendoris, quæ hîc per *Jaspidem* designantur; ut ostendatur, omnes illos, in varietate donorum sibi collatorum, unum idèmque opus ædificâsse, & non seipsos, sed Deum, prædicâsse [y]. ¶ *Civitas* (i. e. Solum urbis [z]. Ædificia hîc non numerat, quia in Cœlis omnia una sunt [a]: Materia urbis [b]: Civium domus & palatia [c]:) *aurum mundum* (i. e. ex auro puro [d]:) *simile vitro*] Color quidem auri, sed ipsa materia transparens ad modum vitri. Id significat excellentiam Ecclesiæ Deo soli perfectè cognitæ. Vide suprà 4.6. & 15.2. & Maimon. Ductor. Dub. 2.30 [*]. Aurum ergò illud pretiosius est nostro cùm sit pellucidum, nostrum verò opacum [f]. *Aurum* dicitur, quia pretiosum [g], firmum & solidum [h]; *vitrum*, quia purum, nitidum & pellucidum [i]. Meretrix illa cap. 17. tota auro & margaritis obducta est, intùs verò spurcissima: hîc autem omnia foris & intùs pura & nitida [k].

19. *Fundamenta* —— *omni* (i. e. omnis generis, ut declarat sequens enumeratio [l], ex qua παντὶ hîc explicandum [m]. Dicit *omni*, quanquam plures non erant quàm 12. Ergò *duodecim* idem valet quod *omnes*, neque singulis hîc immorandum [m].) *lapide pretioso*] Descriptio sequens petita est ex Esa. 54.11, 12 [n]. Non est dubium quin in Templis quibusdam & Palatiis evenerit ut ex lapide admodum pretioso essent fundamenta. Vide Esa. 28.16. & 54.11. & ad Tob. 13.21. Id hîc applicatur μυστικῶς ad significandas Apostolorum virtutes eximias. Sic lapides pretiosos in terra cœlesti ponit Plato in Phædone [o]. Duodecim diversi lapides hîc recensentur, [vel, 1.] Ut significet, perfectiones omnes veritati Evangelicæ inesse: Nam Deus per Evangelium ostendit se esse Potentem, Sapientem, Misericordem, Veracem, Justum, &c. & hæc summè & perfectissimè. Non ergò opus est lapidum horum qualitates ac vires exquirere & recensere. Non enim singulæ & seorsim significant, sed conjunctæ [p]. Nec planè certum est quinam lapides his nominibus significantur [q]: & proinde mysteria in iis venari non possumus [r]. [Vide de iis, si lubet, Zeg. Clu. Par. Rib. La. T. &c. Vel, 2.] Quia erant illi 12 in pectorali Aaronis †; unde colligimus, eos pretiosissimos fuisse, omnésque fideles Solomonem, imò Aaronem ipsum, in gloriosissimis suis indumentis longè antecellere [t]. ¶ *Jaspis*] Pleraque hæc lapidum nomina habes Exod. 28.17, &c. & 39.10. & seq. [ubi vide Synopsin:] & apud Josephum, 3.8. in pectorali Pontificio: Quædam & Ezec. 28.13. in ornamentis Regis Tyrii. Jaspis est יהלום, Exod. 28.18. & 39.11. In Ezec. plura sunt nomina in Græco quàm in Hæbræo, nec ordo idem; ità ut indè sciri non possit nomen cui respondeat. Apud Chald. Interpretem Cant. 5.14. 12 gemmarum nomina 12 tribubus aptantur, eadem quæ hîc, nisi quòd ibi pro *Chrysopraso Achates* ponitur, pro *Hyacintho Ligyrius*. ¶ *Saphyrus*, Σάπφειρος] Nomen idem in Hebræo ספיר, quod habemus & Job. 28.6, 16. Cant. 5.14. Esa. 54.11. Lam. 4.7. Ezec. 1.26. & 10.1. & 28.13 [v]. *Sapphirus* Cœlo concolor [x], ideóque gestatus ab Ægyptiorum sacerdotibus, significat omnes cogitationes Apostolorum fuisse cœlestes. ¶ *Chalcedonius*, χαλκηδὼν] Respondet ἄνθραξ in Exodo. Est enim species ἀνθρακ quæ reperiri solebat apud *Chalcedonem*: à qua non abludit vox כדכד Esa. 54.12. & Ezec. 27.16. In Hebræo Exodi est נפך. Significabat hic lapis ardentem zelum Apostolorum pro domo Dei. Vide Joh. 2.17. ¶ *Smaragdus*] ברקת à *coruscando* Hebræis. Is Suavitatem morum significat: Smaragdus enim aspectu jucundissimus. Vide suprà 4.3 [y].

20. *Sardonyx*, Σαρδόνυξ] Est Onychii species [z], præstantissima [a]: unde respondet ὀνυχίῳ in Exodo, ubi in Hebræo ישפה: quanquam hujus vocis Hebrææ sonus propiùs ad *Jaspidem* accedit. Sardonyx triplicem habet colorem. Sic Apostoli varios exhibebant Sermonum colores pro audientium animis, 1 Cor. 3.1. Heb. 5.13. 1 Joh. 2.12. & seq. ¶ *Sardius*, Σάρδιος] אדם Hebræis à *sanguinis* colore. Rubram esse in India gemmam hanc dicit Plinius. Significat Promptitudinem Apostolorum ad testimonium suum sanguine obsignandum. ¶ *Chrysolitus*, χρυσόλιθος] Heb. תרשיש, quia trans Oceanum petebatur ab Hispania, ut Plinius nos docet. Significat is, Nihil Apostolis invium fore. ¶ *Beryllus*, Βήρυλλος] Sic in Exodo vertitur שהם, ubi & Rabbini אל ברול, cum Arabico articulo. At שהם Arabibus *Audaciam* significat: creditúrque Beryllus gestantibus animos addere. Significatur ergò Apostolorum Erectus semper animus. ¶ *Topasius*, Τοπάζιον] פטדה & Exod. 28. & Job. 28.19. Color erat quasi recentis olei, testibus Alex.

Marginal notes (left column): [b] Dur. [c] Me. T. Par. Pot. cap. 4. [d] Be. ‖ Ham. [*] Me. T. sim. Par. Pi. Dur. [f] Pot. ib. [g] T. [h] Dur. [i] For. [k] Clu. [l] Clu. ex Primas. [m] Ham. [n] G. [o] G. sim. D. [p] Cot. [q] Pi. [r] Dur. † Gag. [t] Me. [v] Gag. Me. [x] G. [y] For. [z] Pi. sim. Dur. [a] Cot. [b] Par.

Marginal notes (right column): [c] T. [d] Pi. [*] G. [f] Me. sim. Cot. [g] Cap. Dur. [h] Par. Dur. [i] Cap. Par. [k] For. [l] Pi. [m] Cot. [n] Med. 1119. For. Li. chron. 1, 2. [o] G. [p] Cot. [q] Me sim. Dur. [r] Dur. † For. [t] Dur. [v] G. [x] G. ex Hi. & Theod. [y] G. [z] G. sic T. [a] T.

Alex. Polyhist. & Agatharc. Id significat Vim sanatricem in Apostolis. Dicitur specialiter ea gemma mederi oculis: & Apostoli animarum caligini remedium attulere. ¶ *Chrysoprasus*, χρυσόπρασος] Non reperitur hoc nomen in Græcis V. Testamenti. Est austeri coloris, ac proinde Severitatem Apostolorum contra peccatores significat. ¶ *Hyacinthus*, Ὑάκινθος] Nè hoc quidem nomen in Græcis V. T. Sunt qui לשם putant ei respondere. Id verò λιγύριον vertitur. Ideóque *Hyacinthum* & *Ligyrium* idem putat esse Hieron. Epist. 129. Sunt Hyacinthi optimi *coloris aerii*, ut hîc notat Arethas: & Philo *hyacinthinum colorem* exponit *aerium*. Quare rectè is significat Apostolorum animum patientem omnium tempestatum, quas Mundus in eos excitabat. ¶ *Amethystus*, Ἀμέθυστος] Nomine ipso significat Sobrietatem, & ex simili omne Temperantiæ genus: Hebraicè אחלמה. Significationibus quas diximus non absurdum est addere, per hos lapides & gemmas simul adumbrari diversitatem terrarum unde isti lapides veniunt, & ubi Apostoli virtutum suarum dedere specimen. Errant verò qui à singulis Apostolis singulos articulos ad Symbolum collatos putant. In Symbolis enim vetustissimis non sunt tot articuli [b].

21. *Margaritæ*] Hæ propriè sunt uniones in conchis nascentes. Sed non dubitandum quin hîc per κατάχρησιν *marmor* intelligitur candens ad modum margaritarum, quod אקדח Esa. 54. 12. Nec aliter puto sumi מרגליות à Rabbinis ad Psal. 87. 1. Sic lapides nigri vocantur sub *Stibii* nomine, Esa. 54. 11. *Marmoris Parii* mentio 1 Par. 29. 2. Vide Esa. 54. 12. Significatur hîc puritas quædam fuisse in V. T. at non is virtutum splendor qui in N. T [c]. *Principium culménque omnium rerum pretii margaritæ tenent*, ait Plin. 9. 35 [d]. ¶ *Et*, &c. Ἀνὰ εἷς ἕκαστος, &c.] Ἀνὰ εἷς *singuli*. Est enim ἀνὰ Distributivum, ut Mat. 20. 9, 10. Marc. 6. 40. & 7. 31. Luc. 9. 3, 14. & 10. 1. Joh. 2. 6 [*]. *Singulæ——ex singulis*, &c. Be. Pi. Unaquaque margaritâ exsectâ, cavatâ, politâ, &c [f]. Sensus est, vel primos civitatis illius aditus cogitationem omnem præstantiâ suâ transcendere [g]. ¶ *Et platea*, &c.] i. e. Area civitatis [g], vel pavimentum platearum [h]. Al. Πλατεῖαι hîc & infrà 22. 2. vocat *forum urbis*, ut 2 Par. 32. 6. Job. 29. 7. & alibi. Per *forum* autem intelligendi conventus Christianorum. Ii conventus erant incorrupti, ut *aurum depuratum*. ¶ *Ut vitrum*, &c.] Altera comparatio [i]. Pellucentes [k]. Vivunt semper ut in Dei conspectu. Vide suprà v. 18 [l].

22. *Templum* (scil. materiale [m], quod victimis offerendis deserviat [n]:) *non vidi in ea*] At *templum* erat & in veteri Hierosolyma [o], & in renovata Ezecielis [p], & sub Tuba septima, cap. 11. ult [q]. Nullâ nunc opus erit externâ pædagogiâ, qualis erat illa sub Lege per Templum & cultum ceremonialem, quorum instaurationem Judæi in nova Hierosol. non jam exspectabunt, &c [r]. Non unum vidi locum orationibus destinatum, ut in vet. Hierosol. nullam sanguinis effusionem. Christiani loca suorum conventuum non vocabant *Templa*. Vide ad Act. 7. 48 †. Sensus, q. d. Nè exspectent Judæi Templum redivivum: cultus tunc erit simplicissimus & purissimus & spiritualis, nullis ritibus legalibus obscuratus, multò minùs humanis commentis [t]. Al. Hæc Jerosol. omni Templo carebit [v], non erunt ampliùs ministerium & cultus externus [x]: desinet hæc ænigmatica, specularis & imperfecta, Dei cognitio [y]. Non egebunt adminiculis externis [z], aut mediato ad Deum accessu. ¶ *Dominus——templum illius est*, & *Agnus*] Immediatè horum fruitio supplet omnia [a]. In his, & ex his, haurient gratiarum actiones, &c [b]. In his beati exultabunt laudibus & jubilis æternis [c]. *Deus erit omnia in omnibus*, 1 Cor. 15. 28 [d]. Quicquid hîc templum & sacra præstant, id ibi Deus immediatè [*]. Deus hîc non ceremoniali tantùm, sed mediato omni, cultui opponitur [f]. Ubicunque est Deus & Christus, ibi Templum spirituale, Joh. 4. 23. 1 Cor. 1. 2. & 4. 17. Philip. 4. 6 [g]. Quòd *Deum* & *Agnum* pro uno omnium Beatorum Templo conjungit, evidens habet divinitatis Christi argumentum [h].

23. *Non eget*, &c.] Vel, 1. ad suum cultum. Semper Deo servit, non ad Æquinoctia aut novas Lunas: lux ejus non externa, sed interna, est; pertinet ad internum hominem [i]. Vel, 2. ad usum [k], ad tenebras dispellendas aliáque multa [l]. Non dicit, *Non habebit Solem & Lunam*, sed *non indigebit*, &c. tacitè innuens, futura ista luminaria, &c. Hic locus ad militantem Ecclesiam trahi non potest [m]. Obj. Sed totum hoc de illa dicitur, Esa. 60. 19, 20 [n]. Resp. 1. Complementum literale & plenum hujus Prophetiæ, sicut & aliorum de Christo oraculorum, non in hac vita, sed tantùm in futura, expectandum est; quod non obscurè innuunt verba illa, *Jehova erit tibi in lucem sempiternam*: & *finientur dies luctûs tui*: quæ non fiunt in hac vita [o]. 2. Phrases similes sunt hîc & Esa. 60. Est tamen discrepantia tum in scopo, tum etiam in verbis; nam ibi est *& nox & dies*, hîc *nox nulla*; ibi *sol non occumbit*, hîc *non opus sole*; ibi nihil de *Agno* dictum, ut hîc fit [p]. ¶ *Ut luceant*, &c.] Ut aut Sol aut Luna tempora cultûs indicant [q]. ¶ *Claritas* (vel, *Gloria*, Be. Pi.) *Dei* (i. e. Deus ipse splendidissimus per lumen gloriæ quod in incolas omnes diffundit [r]: τὸ νοητὸν φῶς & παναύγεια Philoni De Mundi fabrica. Vide suprà 11. & ibi dicta †.) *illuminavit*] Semel & simul ad totam usque æternitatem [t]. Aoristus pro omni tempore: ἐφώτισε pro φωτίζει. Sumpta verba ex Esa. 60. 19. sed hîc in sensu sublimiore. Deus Ecclesiam docebit per Athanasium, Basilium, Nazianzenum, Ambros. Hieron. & alios. Et allusio est ad primam creationem, ubi Lux fuit pro Sole [v]. Quanquam tot ibi sint pretiosi lapides, & tot Sancti instar solis splendentes; non tamen ex illis provenit hoc lumen, sed à Deo, &c. Qu. Quomodo Deus, qui purus est spiritus, potest esse lux ejus? Resp. 1. Sancti essentiam Dei pro suo modulo vident: 2. Est ibi & resplendens gloria conspicua facta, ut Exod. 34. 3. Splendor divinitatis in Christo se eminentissimè ostendet, cujus specimen erat Mat. 17 [x]. ¶ *Et lucerna ejus est Agnus*] i. e. Christus erit vice Lunæ, ut Deus vice Solis. Lunæ lux dicitur נגה Esa. 60. 19. ut & Stellarum. Id minus est quàm אור Abac. 3. 4. *Lucerna* lucet lumine aliunde accepto. Duæ hæ luces, altera pro Sole, altera pro Luna, Johanni visæ sunt procedere ex soliis regalibus quæ erant in media urbe, infrà 22. 1 [y]. Etiam in lumine *Deo* conjungit *Agnum*, ut parem utriusque majestatem & gloriam commendet [z]. Una est lux Patris & Filii, sed diversimodè concipienda: à Patre manat, in Christo hæret, qui *character est hypostaseos Patris*, Heb. 1. 3. ‖.

24. *Et*, &c. Καὶ τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων, &c.] Ex Esa. 60. 3. ubi priore sensu agitur de statu Hierosol. felice post reditum ex Babylonia. Sed adumbratur id quod hîc apertiùs describitur. Gentes plurimæ ab Ecclesia ea quæ erat in Imperio Romano rectà edocebuntur, ut Indi, Æthiopes, Persæ, Abasgi, Colchi, Iberi [a]. *Et Gentes* (q.d. Non Judæi soli [b]:) *eorum qui salvandi sunt*, &c. Mo. *Et Gentes quæ servatæ fuerunt*, V. Omnes qui salvati erunt, &c. unde constat, de Cœlo hîc agi [c]. Est hîc Hypallage, *Gentes salvatorum*, pro, *salvati ex Gentibus*. Potest tamen τὰ ἔθνη collectivè sumi, q. d. Gentes, populi, & maxima illa cohors salvatorum. Confer cap. 7. 9. & 19. 14 [d]. Al. Σώζω & διασώζω apud Lxx plerumque respondent verbo שרד, *reliquus fuit*, *superstes fuit*. Τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων sunt illi ex Gentilium reliquiis, quos *Diluvium ignis* non inundaverit. Vide Esa. 66. 19. *Mittam* פליטים, σεσωσμένους, &c. Intelliguntur utrobique, ni fallor, qui cladem illam in Christi ὀπτασίᾳ futuram evaserint, quando venturus est ad hostes Ecclesiæ suæ perdendos, Esa. 45. 20. *Congregamini*, ——*accedite*, פליטי הגוים, Lxx, Σεσωσμένοι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. Agitur de universali vocatione Gentium, ut apparet ex v. 22, 23 [*]. Distinguendum est inter statum *Novæ Jerosolymæ*, & *Gentium quæ ambulant in luce ejus*. Illa non est tota Ecclesia, sed Metropolis ejus & novi orbis, & hæc erit extra omnem mutationis aleam. Status Gentium illarum felix & gloriosus erit, sed mutabilis, ut apparet ex commotione Gentium in fine Millennii [f]. ¶ *Et reges terræ adferent gloriam suam*, &c.] i. e. Opes suas, ut כבוד sumitur Gen. 31. 1. & 45. 13. Esa. 61. 6. & 66. 12 [g]. Egregiè dictum. Sensus depromptus ex Esa. 49. 23. & 60. 10, 16. Agitur ibi de auxilio quod Reges tulere Judæis, & de donis quæ miserunt in Templum secundum. At quantò hæc impleta magnificentiùs cùm Imperatores Romani non modò in Ecclesiam venere cum omni sua Majestate, sed & disciplinæ ejus se submisere, ut

[b] C. [c] G. [d] Par. [*] G. [f] T. [g] Cot. [h] T. [i] G. [k] T. [l] G. [m] Gag. [n] Me. [o] Clu. [p] Clu sic Li. chron. 172. [q] Dur. [r] For. † G. [t] Eri. [v] Clu. [x] Par. [y] Clu. [z] T. [a] Dur. [b] T. [c] Par. [d] Par. Clu. [*] Clu. [f] Clu. [g] G. [h] Par. [i] G. [k] Par.

[l] Clu. [m] Par. [n] Q. in Par. sic Med. 1119. [o] Dur. [p] Par. [p] Dur. [q] G. [r] T. † G. [t] T. [v] G. [x] Dur. [y] G. [z] Par. ‖ Cot. [a] G. [b] Clu. [c] Dur. [d] Glass. gram. 3. 1. 43. 164. [*] Med. 1119. [f] Med. 944. [g] D.

ut Theodosius Magnus [h]. *Reges* hîc intelligit tam illos qui Bestiam priùs sequebantur, &c. quàm illos qui, *Euphrate* hactenus exclusi, peregrini erant à Christo & regno Davidis [i]. In cœlo nulli erunt Reges, nec eò quicquam terrenum importari potest, omnésque gloriam ibi accepturi sunt, non illaturi. Non ergò de cœlesti, sed de terrena, Ecclesiæ gloria hîc agitur [k]. Manifestò hîc describuntur Res hujus ævi, cùm tamen in typo μελλούσης Jerusalem versemur. Quid hîc dicemus? 1. Subsidio veniat Canonum nostrorum non postremus παρέμιξις. Versibus 24, & 26. interseruntur aliena, si tempus respicias, at affinia, si rem intuearis; quia Jerusalem Cœli ab initio est, in eámque recipiuntur qui in Domino moriuntur; eáque una est, ut iidem censeantur in Cœlestis Jeros. lumine ambulare qui in lumine Ecclesiæ militantis ambulant. Nam cùm hæc duo Re unum sint, ab altero ad alterum commeare licet [l]. 2. Vocantur hîc *Reges terræ*, non quòd tales erunt cùm civitatem hanc ingredientur, sed quòd tales aliquando fuerint; neque hoc vult, eos mundanam gloriam cœlo illaturos, sed quòd qui *Reges* nunc adferunt gloriam suam Christo, pariter cum Gentibus servatis sint in luce ambulaturi [m]. 3. Sensus est, Tantam fore civitatis hujus gloriam, ut præ illa Reges omnem Regnorum gloriam deserant, vel, quasi omnes Reges omnem suam gloriam conferrent ut locum aliquem gloriosum redderent [n].

25. *Portæ ejus non claudentur per diem*] Dices, nec nostras portas claudi interdiu. Resp. 1. Clauduntur interdiu belli tempore [o]. 2. Ἡμέρας hîc idem est quod ἑκάστην ἡμέραν, *in singulos dies*. Et ἡμέρας νυχθήμερον dicit [p]. *Diem* hîc sume pro spatio horarum 24 [q]. [3. *Diem* sume pro tempore lucido, quale hîc est perpetuò, q. d. nunquam clauduntur:] Semper eò patebit aditus. Pro eodem Esaias dixit *die & nocte*, cap. 60. 11 [r]. ¶ *Nox enim non erit illic*] Ac proinde noctu claudi non poterunt. Rationem reddit cur dixerit *interdiu*, quando portæ claudi non solent †. Nocte solent claudi urbium portæ: In hac urbe nunquam nox est: Lux enim est perpetua à Deo & Christo. Vide Philonem [t], [ejúsque verba in G.]

26. *Et* (Καὶ hîc servit Epanalepsi, valétque, *inquam* [v]:) *adferent*, &c.] Vel, gentes [x]: vel, Reges [y]. Sensus intelligendus ex obliquo. Idem enim est quasi dixisset, τὰ ἔθνη οἴσουσι, &c. ut suprà v. 24. Et per *honorem & gloriam* intellige opes honoris causâ datas. Par locutio Esa. 61. 6. & 66. 12. Sensus hîc idem qui mysticè latet Esa. 60. 5, &c [z]. *Gloriam gentium*, i. e. gentes gloriosas: vel, gentes afferent gloriam suam, i. e. opes, civitates, & regna sua, Christo subjicient. Hoc autem faciendo in hac vita, etiam afferent ad cœlestem civitatem. Ità nihil hoc facit pro Ecclesia militante [a]. Sensus, Quicquid uspiam gloriosum est, eò afferetur: vel, omnes Sancti, qui sunt gloria gentium, eò adferentur [b].

27. *Non*, &c. Οὐ μὴ εἰσέλθῃ, &c.] Duplex hæc negatio absolutam designat exclusionem omnium qui tales sunt, idque in gradu infimo [c]. De Civitate dixit, nunc de civium indole †. *Non* (vel, *Nequaquam*, Pi.) *intrabit* (vel, *intrare possit*: nam illud εἰσέλθῃ est modi δυνητικοῦ [d].) *in eam quicquam quod inquinat*, &c. Be. &c. Ad verb. *omne quod facit communem*, i. e. immundum; & *omne* pro *ullum* [*]: h. e. nulla fœda & odiosa creatura, ut Diabolus; nullum opus impium [f], nullus flagitiosus [g], qui nempe talis manet. Arcentur enim tales per stipulationes Baptismi. Est hîc applicatio mystica verborum Esa. 52. 1. & 60. 18. & seq. Origenes Celso objicienti, ad Christianorum τελετὰς admitti malæ vitæ homines, respondet, tales adduci ad pœnitentiam; ubi pœnitentiam testantur, ad τελετάς. Deinde κοινὸν & πιοῦν sunt neutra pro masculinis sive communibus. Frequens hoc Johanni, ut Joh. 6. 37, 39, 40. sic & 1 Cor. 1. 27, 28. Cùm dicit πᾶν κοινὸν, explicat id quod latet sub interdicto Legali de Animalibus immundis. Nam Sus denotat fœdè viventes; Aves carnivoræ, raptores: de quo vide dicta ad Act. 10. 14. Ποιοῦν βδέλυγμα eos denotat [h], [vel, 1.] *qui scelus abhominabile faciunt* [i]; [vel, 2.] *qui idololatriam exercent*. Nam βδέλυγμα, שקץ, modò est *idolum*; modò *actus idololatrici*. Per ποιῶν ψεῦδος intellige eos qui in pactis & contractibus injusti sunt. Vide suprà v. 8. Ποιῶν ψεῦδος habes & infrà 22. 15. & Jer. 8. 10. Id ἐργάζεσθαι ψεῦδος, Ose. 7. 1 [k]. *Idololatræ & mendaces* hîc, ut & v. 8. & 22. 15. ἐν παραλλήλῳ, seu tanquam Synonyma, poni videntur. Scilicet, omnis Idololatra est mendax, cùm pro Deo colat quod non est Deus, Rom. 1. 25. Sic *Idola* dicuntur *mendacia*, Amos. 2. 4. Confer Esa. 28. 15. Jer. 15. 19, &c [l]. [Sensus loci, q. d.] Neque tamen magnus ille concursus ullum in eam contagium invehet, sed lucis cultûsque puritas permanebit; nunquam denuò erigetur thronus Satanæ aut Antichristi. Tunc tamen erunt hypocritæ, &c [m]. ¶ *Nisi* (subauditur τοῦτοις, & repetendum, οὐ μὴ εἰσέλθῃ, q. d. *Hoc est, non intrabit nisi* [n]. Al. *Sed*, Be. *Sed tantùm*, Pi. Me. εἰ μὴ non est Excipientis hoc loco, sed Adversantis, ut suprà 9. 4 [o]. εἰ μὴ pro ἀλλὰ, ut suprà 6. 4 [p].) *qui sunt scripti*, &c.] i. e. Qui ei vitæ adscripti sunt quam jam vivit Agnus: vide suprà 3. 5. & 13. 8. & 17. 8. & 20. 12, 15 [q]. vel, electi [r], i. e. verè tales, non apparenter tantùm; ut liquet, 1. quia de his tantùm accipitur hæc phrasis per totam hanc Prophetiam: 2. quia hi opponuntur Reprobis, cap. 20. 15. 3. quia apparenter tantùm electi *inquinant*, &c. ideoque hîc excluduntur: 4. quia liber vitæ hîc apertus esse supponitur †.

h G. i Cot. k Q. in Par. l Cot. m Par. n Dur. o Par. p Cot. q G. sic Cot. r G. † Pi. t Q. v Pi. x Par. y Pi. z G. a Par. b Dur. c Idem. † Clu. d G. * Pi. f Dur. g G. sim. Par. Clu. Dur. Me. T. h G. i Me. sim. Par. k G. l Med. 1120. m For. n Pi. o G. p Be. q G. r e. Pi. Dur. † Dur.

CAP. XXII.

1. *Et ostendit*] Hæc avelli à superioribus non debuere; cohærent enim [a]: Continuatur enim hîc descriptio florentis statûs Ecclesiæ. Dixerat v. præced. de introitu in Ecclesiam, & quinam in eam non admitterentur; hîc ostendit modum intrandi [b]. Dictum de Cœlo Terráque renovatis, & de sancta civitate. Superest ut de vita quâ ibi fruuntur agat [c]. ¶ *Fluvium* (Qui ad civitatis necessitatem, commoditatem, & amœnitatem, pertinet [d]. Alludit hîc, vel, ad Paradisi flumina [*]: vel, ad aquas Ezec. 47. 1 [f]. Non dicit *cisternam*, aut *puteum*, aut *fontem*, sed *fluvium* integrum [g].) *aquæ vivæ*] Sic dictæ, vel, 1. ex perenni fluxu [h]: vel, 2. ex effectu vivifico, quòd sitim in perpetuum tollit [i], & ducit ad vitam æternam [k], Marc. 16. 16 [l]. Joh. 4. 13, 14 [m]. Tam in *flumine* quàm in *arbore* allusio est ad primam creationem, cui secunda præfertur [n]. Significatur autem hîc [vel, 1.] Baptisterium, quod eis temporibus, quæ hîc designantur, esse solebat in area ante Basilicas, ut ex Euseb. diximus. Vocatur ποταμὸς, quia fons perennis influebat in Baptisterium. Omnis autem aqua profluens ποταμὸς [dicitur] Hebræis Græcè loquentibus, Prov. 18. 4. Ezec. 47. 5. Vide quæ diximus ad Gen. 2. 10. & Joh. 7. 38. Sic & *fluminum* vocem usurpant Jurisconsulti. *Purum* dicitur hoc *flumen*, quia puritatem vitæ promittit is qui baptizandus est, 1 Pet. 3. 21. *Aquæ vivæ*, quia ducit ad vitam [o]. Hermas 3. 9. *Aqua est in quam descendunt homines morti obligati, ascendunt verò vitæ assignati* [p]. Vel, 2. Doctrina limpida de Christo & vita per ipsum obtinenda. Vide Cant. 4. 15 [q]. Ezec. 47. 1. 9. Vel, 3. Æterna refectio & exultatio Beatorum ex perenni inhabitatione Spiritûs Sancti, juxta Psal. 36. 8 [r]. vel, Visio Beatifica, per quam Deus copiosè bona sua in beatos effundit †; vel, exuberantia bonorum & voluptatum ex clara Dei & Christi visione & fruitione in Sanctos omnes emanantium, qualia sunt pax, gaudium, scientia, corporis sanitas & vigor, &c [t]. ¶ *Splendidum*, &c.] Aqua purissima & limpidissima & aspectu gratissima, & potui omnium optima, est [v]. Voluptates hîc sunt turbidæ & sordium plenæ. Ibi purissimum gaudium [x]. ¶ *Procedentem de sede* (vel, *ex throno*, Be. Pi.) *Dei & Agni*] Qui in communi throno sedent, quia unum sunt [y]. Ostendit hoc ὁμουσίαν & æqualitatem Patris & Filii [z]. Non procedit è Templo, ut Ezec. 47 [a]. sive ex cultibus institutis [b], sed immediatè ex throno [c]. Thronus huic civitati est pro Templo [d]. Hæ sedes regiæ duæ apparebant in media Urbe, & significabant Ecclesiam à Deo & Christo regi. Hæc solia sunt perpetua, non illud quod dicebatur esse in Sancto Sanctorum [*]. *Fluere* autem indè dicitur aqua Baptismi [f], [vel,] quia *thronus* est notatio Potestatis, ut cap. 4. 1. & *thronus Agni* est potestas à Christo collata in rectores Ecclesiæ, cujus specialis

a G. sim. Ham. b Ham. c Cot. d Par. sim. Clu. * Cot. sic Par. f Par. g Par. sim. Dur. h Clu. sim. D. i Clu. k G. sim. Clu. Ham. D. l G. m Clu. n G. o G. sim. Ham. p G. q Li chron. 172. r Clu. sim. Par. † T. t T. v Cot. x Clu. y Cot. z Clu. a Par. Dur. b Dur. c Par Dur. d For. * G. f G. Ham.

cialis pars est potestas baptizandi, quæ nemini permissa nisi indultu Episcopi, testibus Ignat. & Tertul[g]. [Quorum verba vide in Ham.]

2. *In*, &c. Ἐν μέσῳ τῆς πλατείας αὐτῆς, καὶ τοῦ ποταμοῦ, &c.] Fæminin. αὐτῆς hîc (sicut & sequens αὐτῆ[h]) vel, 1. usurpatur absolutè, ut Psal. 27. 4. *Unam petii — & eam requiram*, pro *unum*, & *id*: Psal. 118. 23. *Facta est hæc*, pro *factum hoc*. Vel, 2. Sumitur demonstrativè, non relativè, ut verba sic reddas, *In medio ipsius plateæ*. Sic αὐτῆς sumitur Mat. 3. 4. Marc. 12. 36, 37. Rom. 8. 21. Vel, 3. refertur ad intellectum, ut subintelligatur χώρα, vel istiusmodi [i]. Vel, 4. refertur ad civitatem, intra quam sedent Pater & Filius, qui pro Templo sunt [k]. Πλατεῖα hîc sumitur, vel, 1. pro Foro civitatis [l]. Sed in hoc Foro arbores plantari non poterant, cùm ex auro solido fuisse dicatur, cap. 21. 21. Vel, 2. pro ipsa Paradiso, ex collat. Apoc. 2. 7. vel, pro *patente* seu *lato* quodam *spatio* quod Fluvius utrinque ambiret. Cúmque *unius* tantùm *arboris* sit mentio, dici non potest eam tum in medio, tum utrinque, ad Fluminis ripam crescere, sed duntaxat in medio πλατείας ut sensus sit, *In medio planitiei ipsius, Fluviique planitiem utrinque alluentis*, (seu *præterlabentis*, seu *cingentis*) *Arbor vitæ*, &c. Fuit enim Paradisus quoque Edenis planities, hinc Euphrate, illinc Tigri, intercepta: Vel, *In medio Planitiei Flumine utrinque interceptæ*, *Arbor vitæ*, &c[m]. Al. Plures hîc erant arbores, ut Ezec. 47. 7[n]. Sed arbor unica erat, ut docet typus; nam unica erat in Paradiso: stabat & in medio fori, & in ripa utraque fluminis, quia flumen per medium forum labitur, & quia arbor utramque ripam suis radicibus & ramis occupat[o]. [Verba sic reddunt:] *In medio* (Ibi ponitur, [vel, 1.] quia Christus primas tenet. Vide quæ ad cap. 1. 13[p]. [Vel, 2.] ut significet, aquam omnibus obviam fuisse[q].) *plateæ* (vel, *platearum*, ut cap. 21. 21[r].) *ejus*, (i. e. in medio loco conventûs †, ut suprà diximus c. 11. 8. & 21. 21[t]. In plateis enim, vel spaciosis urbis locis, concursus fieri solent. Hinc συναγωγαὶ & ῥύμαι conjunguntur Mat. 6. 5[v].) *& fluminis hinc & hinc*, Mo. &c. vel, *& ex utraque patre fluvii*, Pi. sic Be. significatur utraque margo Baptisterii. In MS. est ἐντεῦθεν καὶ ἐκεῖθεν, non malè: sed altera locutio, ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, reperitur in Joh. 19. 18. Est autem in his & sequentibus allusio ad Psalm. 1[x]. Arbor in medio fluvii sedebat, & ad utramque illius ripam porrigebat ramos[y]. Nostra [Anglicana, quæ eadem ferè cum reliquis,] versio supponit arborem hanc fuisse ab utraque parte fluvii, quod fieri nequit. Locus ergò sic vertendus, *In medio plateæ & fluminis, hinc & hinc*; h. e. Platea erat ab una parte, & fluvius ab altera parte, & arbor in medio, sive inter illa. Similis phrasis Joh. 19. 18. *Et cum ipso duos alios*, ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, μέσον δὲ (quod idem cum ἐν μέσῳ h. l.) Ἰησοῦν, *hinc & illinc, & Jesum in medio*, h. e. inter eos, unum hinc, alterum illinc. Hoc de litera, sensus autem mysticus sive Propheticus talis est, Inter locum conventûs ab una parte, & Baptisterium ab altera parte, stetit Pietas (quam Arbor vitæ significat, teste Philone:) in medio, cui promovendæ ut Baptismus, ità & Preces, Cœna Domini, & Conciones, inserviunt[z]. ¶ *Lignum* (vel, *Arbor*, Be. Pi. sed *Lignum* dicitur, non *arbor*, ut ad lignum crucis alludatur[a]:) *vitæ*] Ab Adamo perditum[b]. Significat, vel, 1. Christum[c], qui vocatur *vita*, Joh. 14. 6. & *panis vitæ*, Joh. 6. 51. & *aqua vitæ*, Joh. 4. 10. & 7. 38[d]. vel, 2. Crucem Christi, causam nobis optimarum actionum[*]: vel, 3. pietatem[f]: vel, 4. vitam æternam[g], vel, visionem beatificam. *Lignum*, i. e. ligna multa, *vitæ*, i. e. vitam afferentia[h]. Al. Hîc arbor una est, quia unus Christus, in Ezec. plures, quia Christus vitam nunc suis per multa media communicat[i]. In Ezec. plures arbores, hîc una pluribus in locis; quia omnes illæ figuræ unam Crucem referunt. Plato in terra cœlesti arbores ponit[k]. ¶ *Fructus duodecim*, &c.] i. e. Vel, generum duodecim[l]: vel, duodecies in anno[m]. Sumptum hoc ex Ezec. 47. 12[n]. *Duodecim*, vel, 1. pro numero 12 Tribuum Israelis, quibus singulis fructus suus seponitur: nam de Gentibus agit verbis seq[o]. Vel, 2. quia hîc est numerus perfectionis[p]: q. d. perpetuò[q]: nam 12 menses integrum annum constituunt[r]:

[g] Ham. [h] Med. 1120. [i] Idem. [k] Cot. [l] Q. in Med. sic Pi. Be. [m] Med. ib. [n] Q. in Par. [o] Par. [p] Cot. [q] Clu. sim. Par. [r] D. † G. sim. Ham. [t] G. [v] Ham. [x] G. [y] Cot. sim. Dur. [z] Ham. [a] Cot. [b] Li. chron. 172. [c] Cot. Par. Dur. [d] Par. [*] G. [f] Ham. [g] Par. [h] Me. [i] Par. [k] G. [l] Pi. [m] D. sic Zeg. Par. Cot. [n] G. Ham. [o] Cot. [p] Clu. [q] Par. sic Ham. [r] Clu.

omni tempestate, & constanter, annus enim est mensura omnis temporis †. Fructifera est Crux, non, ut aliæ arbores, certo anni tempore, sed semper. Ex hoc loco factum videtur ut virtutum nomina quædam addita sint in Latino, Gal. 5. 22. ut Duodenarius fructuum numerus impleretur[t]. Significat, in Beatis esse jugem immortalitatis & beatitudinis renovationem, eámque semper & novam & perfectam[v]. ¶ *Folia* (Novum non est folia vulneribus curandis adhiberi[x]. *Folia* significant dotes accidentales visionis beatificæ, quæ eam condecorant; quales sunt in anima delectatio, in corpore sanitas, vigor, agilitas, &c[y].) *ligni* (sub. *conducunt*, Pi.) *ad sanitatem* (non reparandam, quia morbi tunc nulli erunt, sed tuendam, sive servandam[z]: vel, ad sanationem præteritam conducebant[z]: sanant omnes infirmitates, quibus sancti laboraverunt in hac vita[a].) *Gentium*] Quæ sauciæ sunt, & in peccatis mortuæ[b]. Sermo Crucis Gentes convertit ad Deum[c]. *Folia* conservando fructui inserviunt, & hîc designant, vel, 1. illustrem pietatis professionem, quæ Gentiles ad Christum validè attrahit, ut contrà Christianorum scandala eos deterrent. Vel potius, 2. publicum Dei cultum, & exercitium disciplinæ Ecclesiasticæ, quo & pietas conservatur, & lapsi peccatores sanantur; cui favet v. seq ||.

3. *Et*, &c. Καὶ πᾶν κατανάθεμα, &c.] Vel, κατάθεμα, ut alii legunt[d]: [sic Cot. & G. ex. MS.] Καταθεματίζειν est Mat. 26. 74. κατάθεμα τὸ συνδεῖσαι τοῖς ἀναθεματίζουσι, ait Scriptor Respons. ad Orthod[*]. Significat hîc rem non Deo, ut alibi, sed Diabolo, nuncupatam & condemnationi cum illo obnoxiam[f]. Ἀνάθεμα est vox media, primóque sign. donum Deo dicatum & appensum. Ei contrarium sign. κατάθεμα, id nempe quod Deus maximè odit, sicut κατατομὴ Phil. 3. 2. rem Deo invisam & περιτομῇ oppositam importat. Intelliguntur hîc impii quos odit Deus[g]. Sensus est, In Ecclesia non tolerari prolapsos in facinora talia qualia suprà memorantur 21. 8. Est abstractum pro concreto, more Hebræo. *Qui de disciplina recedunt, desinunt esse nostri*, ait Tertul[h]. [Verba sic reddunt:] *Nec ullum devotum* (vel, *maledictum*, Er. Il. Ti. P. Mo. &c. res maledicta, vel persona maledicta[i], aut maledictione digna[k]. Intelligit *Draconem, Bestiam, Meretricem, Pseudo-prophetam, Locustas, Peccatum, Mortem, Dolorem*[l].) *erit amplius*, Pi. Ex posteriore membro repetendum, more Hebraico, *in ea*[m], nempe Ecclesia[n]. Pertinet hoc ad securitatem[o]: q. d. Nihil ibi est quod Sanctos turbare potest[p]. Al. *Nullum anathema*, h. e. persona Anathemate digna, quomodo ἀνάθεμα sumi solet, ut Rom. 9. 3. 1 Cor. 16. 22. Gal. 1. 8. q. d. Impii omnes ejicientur ex Ecclesia, &c[q]. Beza vocis κατανάθεμα emphasin sic expressit[r], *Nec ullum adversùs quenquam anathema erit ampliùs*, q. d. Tunc Ecclesia nullis sordibus inquinata, & penitus repurgata erit, &c †. ¶ *Sed sedes* (vel, *thronus*, Be. Pi. &c.) *Dei — erunt*] Semper scilicet: non auferetur, ut alia Imperia. Sensus mysticus loci Dan. 2. 44[t]. Hæc est causa removens maledictum[v], quod in separatione à Deo positum erat; constans nempe & gloriosa Dei præsentia[x], sive majestas Dei & Agni, quæ omnem pollutionem & inimicam vim absumit[y]. Al. *Thronus*, &c. denotat tribunalia Ecclesiastica ad excommunicationem instituta, &c[z]. ¶ *Servient illi*; Αὐτῷ] Relativum αὐτῷ, sicut & præced. αὐτοῦ, respicit & *Deum* & *Agnum*, qui proinde unum sunt[a]. *Servient ei*, nempe in illa urbe, i. e. Ecclesia[b]. Non ampliùs erunt mancipia hominum, aut servi vanitatum, &c. sed Dei & Agni præsentiâ & familiaritate æternùm fruentur[c].

4. *Videbunt faciem ejus*] i. e. Eo immediatè & intimè fruentur. Hæc phrasis cœlestem gloriam exprimit, ut Mat. 5. 8. 1 Cor. 13. 12. Heb. 12. 14. 1 Joh. 3. 2[d]. Sunt amici Dei, & quidem intimæ admissionis, quos Deus Consiliorum suorum participes facit. Futurum pro quovis tempore. De hac amicitia vide dicta ad Joh. 15. 14, 15. Jac. 2. 23[*]. ¶ *Nomen ejus* (sub. *erit*, Pi.) *in frontibus eorum*] [*Variè explicant*:] Paternâ curâ illos curabit[f]. Al. Ei similes fient[g], Joh. 17. 26. Phil. 3. ult. 1 Cor. 3. ult. 1 Joh. 3. 2[h]. Al. Hoc uno Domino palàm gloriabuntur[i], eruntque æterna Dei possessio[k]. Tam apertè Deum agnoscunt suum, quàm servi qui nomen herile in fronte scriptum gerunt. Erunt omnes Aaroni

† Ham. [t] G. [v] Me. [x] Cot. [y] Par. [z] Clu. [a] Me. [b] Cot. [c] G. || Ham. [d] Par. [*] G. [f] Par. [g] Cot. [h] G. [i] Dur. [k] Me. [l] Par. [m] Be. [n] Pi. sic Ham. [o] Med. 1120. [p] Par. [q] Ham. [r] Par. † Be. [t] G. [v] Par. sim. Dur. [x] Dur. [y] Par. [z] Ham. [a] Par. sic Dur. [b] G. [c] T. [d] Dur. [*] G. [f] Pi. [g] Dur. sim. Cot. Q. in Par. [h] Dur. [i] T. sic Me. [k] Me.

roni similes. Vide suprà 14. 1 [l]. Est hæc nota vindicationis, quòd Dei & Agni servitiis, laudibus & celebrationi, in æternum erunt consecrati. Alludit ad characterem Bestiæ, &c [m].

5. *Nox — non erit*, &c.] Repetit quod dixerat suprà 21. 25. Sic Prophetæ sæpe. In MS. pro ἐκεῖ est ἔτι, quomodo legit Latinus. Vide Rom. 13. 12. 1 Thess. 5. 5 [n]. Quod de civitate dixit, jam ad incolarum felicitatem accommodat [o]. Sensus, Nulla ibi vicissitudo, vel mutatio [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ χρείαν, &c.] Καὶ hìc valet *ideo* [q]. *Et opus non habent* (vel, *habebunt*, Pi.) *lucernâ*, (i. e. lumine mutuatitio vel artificiali, ut candelâ [r]; vel, Lunâ, aut, ubi Luna silet, alio quod ejus sit vice; sicut, *Lumina noctivaga tollit pharus æmula Lunæ* †:) *&* (vel, *aut*, Pi.) *lumine solis*, Mo. &c. Quod illis diem faciat, sicut nobis [t]. ¶ *Deus illuminat illos*] Scil. immediatè [v]. Vide suprà 21. 23. Præclaros illis temporibus Doctores dabit. Vide Esa. 60. 1 [x]. ¶ *Regnabunt in secula*, &c.] Non per mille annos, sed in æternum [y]. Promissa habent futuræ gloriæ Regnique æterni, Rom. 5. 17. 2 Tim. 2. 12 [z].

6. *Dixit*] Nempe Angelus [a]. Hìc incipi debuit nova sectio. ¶ *Hæc verba*, &c.] Quæ dicta sunt de splendore Ecclesiæ. Similis affirmatio suprà 19. 9 [b]. ¶ *Deus —— Prophetarum*] i. e. Eorum qui verbum Dei enarrant [c]: A quo omnia dona Prophetica ortum habent. Vide Heb. 12. 9. ¶ *Misit*, &c.] Nempe *tibi Johanni*, ut suprà [d]. ¶ *Ostendere* (scil. per illum Angelum*:) *servis suis* (Mihi Johanni, & per me aliis fidelibus [f]; omnibus piis [g]: Ut per te patefierent Christianis res illæ magnæ. Et hæc repetita ex hujus libri initio [h].) *quæ oportet fieri citò*] Intra annos ferme 250 [i]. vel, *citò*, respectu, 1. æternitatis [k]: 2. initii [l]; quædam enim mox facta sunt [m]: 3. securitatis hominum, q. d. repentè, opinione citiùs [n]. [Sed hac de re plura vide in Synopsi ad Apoc. 1. 1, 3.]

7. *Ecce venio citò*] i. e. Veniam, nempe ad Judicium, ut sequitur v. 12. Hìc subauditur λέγων, ut Esa. 42. 14. Jer. 4. 10. & 6. 9. & alibi sæpe, *Dicens se brevì venturum. Venire* dicitur Deus cùm magnum aliquid exsequitur. Vide suprà 2. 16. maximè ubi pios liberat, Psal. 80. 2. & 101. 2 [p]. Al. Verba hæc sunt non Angeli [q], sed Christi [r], ut liquet ex v. 16 †. & 20 [t]. cujus continuus est sermo à cap. 21. 5. usque ad cap. 22. 20. sublatâ nimirum duplici Parenthesi, unâ longiore à cap. 21. 8. ad 22. 7. (ubi plenior est descriptio Jerosolymæ, &c. cujus meminerat, sed breviùs, cap. 21. 2, 3.) alterâ breviore, cap. 22. 8, 9 [v]. ¶ *Beatus qui custodit*, &c.] i. e. Qui memori animo retinet [x], & subinde meditatur [y], magnum indè solatium habiturus durante crucis tempore; suprà 1. 3 [z].

8. *Ego Joannes*] Sub. *sum*, ut sæpe apud Hebræos, & Præsens [ἀκούων] pro Præterito proximo. Joannes sæpe in operibus suis aut nomen, aut descriptiones nominis, vice Pronominis ponit, ut Thucyd. & Virg. Vide in Evangelio, 19. 35. & 21. 23 [a]. Ità fidem orbi facit, hanc sibi cœlitùs factam Apocalypsin [b]. ¶ *Qui* (vel, Is sum *qui*, Be. Pi. vel, *Ubi*, G. [legit ὅπε]) *audivi* (verba Angeli [c]:) *& vidi*] Formas omnes quas mihi monstravit [d]; q. d. testis auritus & oculatus*. ¶ *Cecidi ut adorarem*, &c.] Ut honore quem poteram summo afficerem nuncium rerum tantarum. Vide suprà 19. 10 [f]. ubi hæc exposita sunt [g]. Bis ergò in idem vitium labitur: id quod ostendit, & sanctorum in hac vita infirmitatem & incogitantiam, & naturæ nostræ proclivitatem ad idololatriam [h]. Sed non puto culpam hanc geminatam fuisse. Quin eadem hæc est Historia cum illa cap. 19. 9, 10. ubi hoc refertur per anticipationem, quia Apocalypsis expansa ibi desinebat, quanquam seriùs accidit, postquam scilicet Angelus dicendi agendique finem fecit [i]. Non iterum cecidit ad adorandum, sed narrat quod priùs acciderat [k]. Sed narrationis series diversum arguit: & verba nonnihil differunt [l].

9. *Conservus —— sum*, &c.] Eadem quæ suprà; nisi quod ibi deest τῶν προφητῶν, & pro τηρέντων τὰς λόγους τῦ βιβλίυ τύτυ, est, τῶν ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν Ἰησῦ. *Prophetarum* nomen hìc additur, quia non omnibus hunc librum, extra ea quæ sunt in Epistolis ad septem Ecclesias, commisit Johannes; sed paucis, quos & magnâ esse virtute, & magnis à Deo donis præditos, sciebat [m].

10. *Et dicit mihi*] Nempe Dominus [n], Christus [o], ut continuatio orationis & contextus v. 3, 4, 16. apertè declarant [p]. Sequitur hìc Dialogus inter Dominum Jesum & Johannem, non appositis personarum nominibus, sed quæ facilè ex verbis subintelliguntur. Hìc loqui incipit Jesus. Simile habes Esa. 8. & 27. & 48. Jer. 5. & 8. & 9. & 15. & 22 [q]. ¶ *Nè*, &c. Μὴ σφραγίσῃς, &c.] *Nè obsignes*, &c. Pi. sic V. Be. &c. i. e. Nè occultes [r], nè includas librum in testa, ut jussum Jer. 32. 14 †. sed communica cum Ecclesia [t]; promulga, ut ab omnibus legi & cognosci possint, nè quis ignorantiæ prætextu ab Antichristo sibi non caveat [v]. ¶ *Tempus* (nempe impletionis [x]; vel, quo incipient ista fieri [y]:) *enim propè est*] i. e. Brevi multa evenient, ut de rebus Judaicis, de Domitiano: ideòque in promptu esse debet liber, ut cum eventibus comparetur [z]. Prophetias post longum tempus implendas Deus sæpe obsignari jubet. Vide Esa. 8. 16 [a]. Dan. 8. 26. & 12. 4, 9 [b].

11. Ὁ ἀδικῶν ἀδικησάτω ἔτι, καὶ ὁ ῥυπῶν ῥυπωσάτω ἔτι] Est occupatio hujus objectionis. Jubes Prophetiam vulgari. At publicatione abutetur mundus [c]. Alii enim *nocebunt*, h. e. irritabuntur ad sævitiam in Christianos, alii *sordescent*; h. e. ad lasciviam carnis omnia inflectent, quia judicium differri videbunt [d]. Respondet, 1. concessione comminatoriâ, q. d. Nocebunt quidem impii & sordescent, sed suo exitio. Non tamen ideo occultanda sunt Dei mysteria, quia hoc fit per accidens. 2. promissione consolatoriâ, q. d. si reprobi detorqueant, electi tamen hinc in pietate confirmabuntur*. Est hìc συγχώρησις, qualis illa, *I, sequere Italiam ventis* ——; nec caret illa suâ vi. Significat enim neminem à Deo cogi. Vide Joh. 6. 67. simul intellige Christianos offendi non debere si idololatræ sæviant. Illa καὶ ὁ ῥυπαρὸς ῥυπαρευθήτω (aut, ut alii libri habent, ῥυπωσάτω) ἔτι absunt in MS. Videntur tamen retinenda, ut duplex sit ἀντίθετον, Injustitiæ cum Justitia, & Sordium cum Puritate. *Sordium* autem nomine hìc intellige vitia omnia extra *injustitiam* specialiter sic dictam. Vide Jac. 1. 21 [f]. Possunt verba hujus versûs Imperativa per Futurum reddi, ex more Hebræorum, ut doceat, quisnam erit eventus, &c [g]. Non sunt hæc verba præcipientis, sed indignantis & judicantis, qualia Ezec. 2. 5. & 3. 11, 27. Zach. 11. 8, 9 [h]. [Verba sic reddunt:] *Qui injustè* (vel, *malè*, Er. V. &c.) *agit, injustè agat ampliùs, & qui sordescit, sordescat ampliùs*, Pi. sic Be. vel, *sordescat adhuc*, Er. Il. Pi. Mo. Sy. Ar. &c. vel, *sordere pergat*, Ca. ¶ *Justus — justificetur*, &c. Δικαιωθήτω ἔτι] MS. habet, δικαιοσύνην ποιησάτω ἔτι. Alibi dicitur δικαιοσύνην ποιεῖν, sive ἐργάζεσθαι, ut Act. 10. 35. Heb. 11. 33. 1 Joh. 2. 29. & 3. 7 [i]. [Verba sic vertunt:] *Justitiam faciat ampliùs*, V. Justè agat: quem sensum postulat Antithesis [k]. Probiores fient justi ex hac denuntiatione [l]. Sicut quæ modò præcesserant dicta sunt figuratè κατὰ συγχώρησιν, ità hæc seria & salutaria sunt monita [m]. Al. *Justificetur adhuc*, sive *ampliùs*, Er. Be. Pi. &c. i. e. Ex justo fiet justior [n]. Sed ἔτι perseverantiam potiùs quàm incrementum significat [o], ut suprà v. 3. & c. 3. 12. & 10. 6 [p]. τὸ *justificetur* propriè sumi docet τὸ *sanctificetur* ei oppositum. Sensus est, Qui in Christo sunt non dejicientur de statu suo, sed conservabuntur tum in justificatione, tum etiam in sanctificatione, sua. Frustrà ergo sunt qui hunc (& quidem unicum in N. T.) locum producunt, ut probent, δικαιῦν interdum inhærentem justitiam significare [q]. [Sensus est, q. d.] Perpetuò remissionem peccatorum petat & habeat, & semper ad finem usque vitæ gratiâ meâ justificetur. Sic enim justificamur hodie, ut cras itidem justificandi simus; sicut quotidie oramus, *Dimitte nobis debita nostra*, Mat. 6. 12 [r]. Ut quotidie peccamus, sic justificatio, quæ in remissione peccatorum consistit, quotidie fidelibus continuatur, quasique renovatur & cumulatur †. ¶ *Et qui sanctus est* (qui *sordescenti* opponitur [t]:) *sanctificetur adhuc*] i. e. Sanctimoniam servet [v]. Sic ζωοποιεῖσθαι dicitur *qui in vita servatur*. Plerumque in Scriptura *justitia* est initium, *sanctitas* profectus in majora. Vide quæ prolocuti sumus in Epistolam ad Romanos [x]. Si idem

idem hîc sint *justificare* & *sanctificare*, inanis hæc erit ταυτολογία [y].

12. *Ecce venio*] Nempe, tum ad liberandos Christianos, tum ad puniendos idololatras. Quia enim omnium temporum Christiani unum corpus sunt, bona etiam posteriorum ætatum ad nunc viventes pertinent. Talia multa etiam apud Prophetas [z]. ¶ *Merces mea* (activè dicta [a], i. e. quam ego dabo aliis. Genitivus adjuncti [b].) *mecum est*] i. e. Mecum fero mercedem. Locutio ex Esa. 40. 10. & 26. 11 [c]. Cavete ergò vobis nè hac Prophetiâ, aliisve gratiæ mediis, abutamini [d]. ¶ *Reddere*, &c.] Vel, *Ut reddam*, &c. Be. Pi. Ut & sanctos faciam illustres, & idololatras destruam [*].

13. *Ego sum* Α & Ω] i. e. Implens promissa [f]. Ego qui loquor, & hunc librum misi ad Ecclesiam meam, Deus sum, & præstabo quod dixi [g]. Quod de justo suo judicio dixerat, confirmat & illustrat ab æternitate & constantia sua [h]. Sensus, q. d. Ego sum causa omnium & effectiva & finalis [i]: à me initium sumpserunt, & ego ea ad finem suum perduco, præmia aut pœnas retribuens, &c [k]. Manifesta periphrasis [hæc est] Dei veri [l]. Quod Deo tributum fuerat cap. 1. 8. & 21. 6. hîc Christo tribuitur, ut qui paternæ fidelitatis genuina sit imago. Apud Hermam Christus *petra vetus & porta nova*, 3. 9. Philo De somniis, ὁ λόγος Θεοῦ κεφαλὴ καὶ τέλος. Vide & 2 Cor. 1. 20. ¶ *Primus & novissimus*] Suprà 1. 17. Ego dignitate summus ad infimam sortem redigi me sum passus: Nè ergò vos durum vobis putetis quod mihi evenit. Liberatus ego sum, & Ecclesia liberatur [m].

14. *Beati qui*, &c. Οἱ ποιοῦντες, &c.] *Qui faciunt* (vel, *præstant*, Be. Pi. *servant*, V.) *mandata ejus*, Clu. Er. Val. &c. Sic G. ex Areth. & Cyp. vel, 1. libri [n]: vel, 2. Dei [o]: vel, 3. Christi; de cujus præceptis vide Mat. 5. 19. Job. 14. 15, 21. & 15. 10. 1 Cor. 14. 37 [p]. *Ejus* pro *mea* [q], ut v. 6. *Misit angelum suum*, i. e. meipsum [r]. Frequentes sunt mutationes personarum, ut 1 Sam. 2. 10. Esa. 42. 9, 10 [†]. Johannes hîc loquitur sua lecturis. [Alii pro, οἱ ποιοῦντες, &c. legunt οἱ πλύνοντες τὰς στολὰς αὐτῶν] Ità MS. sic & Latinus, qui interpretandi causâ addidit, *in sanguine Agni*, ex iis quæ suprà 7. 14. ubi dicta vide. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἔσαι ἡ ἐξουσία, &c.] Ἵνα hîc valet ὅτι, ut suprà 14. 13. Ἐξουσία est *jus*, ut Joh. 1. 12. Et est hîc μετωνυμία. Nam *jus in lignum vitæ* dicitur pro jure *ad vitam adipiscendam per lignum*, i. e. per crucem. Vide suprà 2. 7 [t]. *Ut sit eis jus* (vel, *potestas*, Pi. Par. non dominandi, sed fruendi [v]:) *in arborem vitæ*, Be. Pi. i. e. Ut frui possint Christo [x], & gloriâ cœlesti [y]. ¶ *Et per portas*, &c.] Illas de quibus suprà 21. 21 [z]. Qui tales erunt Constantini temporibus & postea, ii videre poterunt splendorem Ecclesiæ Patribus antiquis promissum, & ejus esse participes. Vide ad cap. 21. 12 [a]. Sensus, Ut Apostolicam doctrinam sequentes [b], & sanctitati seriò studentes, Heb. 12. 14 [c]. participes sint æternæ vitæ [d].

15. *Foris autem* (sub. *erunt*, Be Pi. i. e. extra hanc civitatem manebunt [*]: confer cap. 21. 8, 27 [f].) *canes*] Qui suprà ἐβδελυγμένοι, cap. 21. 8. ut Hebræi exponunt id quod est Deut. 23. 18 [g]. vel, alieni à fœdere Dei, qui *filiis* opponuntur, Marc. 7. 27 [h]. vel, immundi [i], caninis sordibus conspurcati [k]; qui ad vomitum infidelitatis redeunt [l], Prov. 26. 11. 2 Pet. 2. 22 [m]. vel, canina rabie lacerantes [n], vel, vitam, famam, fortunas, proximi [o]: vel, famam sanctorum [p]: vel, doctrinam Evangelii. Vide Mat. 7. 6 [q]. ¶ *Et venefici*, &c.] Repetito ex cap. 21. 8 [r]. nisi quòd ibi καὶ πᾶσι τοῖς ψευδέσι, pro quo ποιῶν ψεῦδος, c. 21. 27. Tales sunt qui aut ad Baptismum non admittuntur, aut, si antè admissi sunt, excluduntur ab Ecclesia. Videantur ea de re Canones tum Synodorum Universalium, tum Particularium, quæ ab Universalibus sunt approbatæ [†]. Hoc versu ratio redditur cur beati sint qui in urbem illam admittuntur, quia extra eam sunt vilissimi quique, &c [t].

16. *Ego Jesus*, &c.] Hîc rursum Jesus loquitur [v], & non Johannem, non Angelum [x], sed se, authorem revelationis hujus profitetur [y]. ¶ *Testificari*, &c. Μαρτυρῆσαι —— ἐπὶ ταῖς, &c.] *Testificari* (i. e. Significare & nota facere [z]:) *vobis* (i. e. Johanni, & per Johannem viris eximiis [a], sive piis [b]:) *hæc in* (vel, *super*, Castal. *coram*, Sy.) *Ecclesiis*, Vulg. Mo. sim. Be. Pi. Er. &c. vel, *Ecclesiarum bono*. Sic ἐφ' ᾧ, i. e. *quamobrem?* Mat. 26. 50. In MS. est ἐν ταῖς ἐκκλησίαις [c]. ¶ *Radix*, &c. ῥίζα καὶ γένος, &c.] *Radix* (i. e. is qui ex Davide velut radice natus est, Meton. efficientis & Metaphora [d]. Vel, *Stirps*, Be.) *& genus* (vel, *progenies*, Be. Pi. i. e. ortus ex familia [*]:) *David*, Mo. &c. i. e. Sum germen illud ex Davide nasciturum [f], h. e. Messias promissus [g], qui hæc dico & promitto [h]. Hîc καὶ est ἐξηγητικόν. Per *radicem* enim surculus intelligitur, per *surculum* progenies [i]. Vide suprà 5. 5 [k]. Quid mirum est si Reges ego subigam? Facio rem avitam. Fecit hoc David in Syris, Idumæis, Moabitis. *Filius Davidis* notatio Messiæ, Mat. 1. 1. & 9. 27. & 12. 23. Luc. 1. 32. & alibi [l]. Al. Sum *Davidis* & *radix* quà Deus, & *progenies* quà homo [m]. ¶ *Stella* (ut vocatur Num. 24. 17 [n].) *splendida & matutina*] h. e. Instar Luciferi prænuntius propinquantis Solis [o], seu vitæ & gloriæ æternæ [p]; fons omnis lucis, & consolationis, Joh. 1. 9 [q]. cujus luce tenebræ errorum & peccatorum fugantur, & quam sequi debetis ducem in tota vita [r]. Sicut Luciferi sidus diem promittit, ità ego splendorem illum eventurum Ecclesiæ. De voce πρωϊνὸς vide suprà 2. 2. 28. Similitudines ab iisdem rebus sumuntur, modò hæ, modò illæ [†].

17. *Et spiritus* (vel, 1. Spiritus Sanctus [t]; qui suprà 7 Ecclesiis loquebatur, cap. 2. & 3. qui ut interpellare, Rom. 8. 26. ità hîc optare adventum Domini, dicitur metaleptice, quia facit nos interpellare & optare [v]. Vel, 2. Propheticis donis clari. Vide suprà v. 6. Est abstractum rursus pro concreto. *Spiritus* pro *habentibus Spiritum*. Hîc rursus Johannes loquitur [x]. Vel, 3. omnes qui Spiritum Dei in se habent, omnes regeniti [y].) *& sponsa* (Christi scilicet [z], nempe Ecclesia [a], præcipuè triumphans [b]: vel, cæteri ad Ecclesiam pertinentes [c]. Al. Potest esse Hendyadis, pro sponsa spiritualis, seu spiritu Dei sanctificata [d]: vel, sponsa ex instinctu S. loquens: vel, Spiritus S. in sponsa loquens [*]. Al. Spiritus quem Christus in Ecclesiam suam infudit [f].) *dicunt*, (Si non verbis, certè votis ac desideriis ardentissimis [g], & pari modo docent singulos fideles dicere, desiderare & orare [h]. Al. Videtur λέγουσι positum pro λέγουσα ob sequentia [i].) *Veni*] Domine Jesu, ad judicium [k], plenámque Sponsæ tuæ glorificationem [l]. Quasi dicunt, *Illa dies propera*, cùm non ampliùs dicemur lucifugæ, cùm non ampliùs de stupris & infantibus occisis accusabimur [m]. Abruptæ hæ sententiæ affectuum plenæ huc pertinent ut similia vota & desideria in nobis excitent [n]. Commendat hanc Prophetiam, ut adeò præcellentem & suavem, ut omnes pii ejus complementum exoptent [o]. ¶ *Et qui audit* (q. d. Non tantùm Ecclesia universalis, sed etiam quicunque audit [p], vel, 1. verba Prophetiæ hujus [q]: vel, 2. Spiritum Sanctum & Ecclesiam [r]: vel, 3. hanc vocem, & hunc instinctum Spiritûs in se [†].) *dicat, veni*] Excitat Johannes omnes qui per alios hæc intelligent, ut precibus faveant. Vide suprà 1. 3 [t]. ¶ *Et qui sitit*, (i. e. appetit [v], vel, 1. gratiam Dei [x], justitiam [y]: vel, 2. vitam æternam [z], vel, plenam redemptionem & gloriam per meum adventum [a]: vel, 3. rerum futurarum cognitionem [b].) *veniat*] Nempe ad me [c], per fidem & obedientiam, ut Mat. 11. 28. seu ad Prophetiæ hujus studium & meditationem [d]. Al. Ad cœlestem illam paradisum pertingere festinet, heroicis virtutum actibus, & generosâ persecutionum tolerantiâ [*]. ¶ *Et qui vult* (Accipere: non enim obtruditur invitis, ignavis, stertentibus [f]:) *accipiat aquam vitæ* (Sicut aqua perennis in æstu reficit viatorem, ità hæc Prophetia æstuantes sub adversis, ———— *quale per æstum Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo*. Adde Epigrammata Græca de fortibus in via, & Psal. 36. 8, 9. Esa. 32. 2. & 49. 10 [g]. *Aquam* hîc intelligit, vel Christum, vel Spiritum Sanctum. Hæc aqua haurienda est fide & precibus [h].) *gratis*] i. e. Gratuitò & liberaliter datam [i], sine pretio aut merito nostro [k]. *Gratis* dicit, quia nec ipse Apostolus quicquam pro hoc beneficio postulat, nec illi quibus hunc librum commendaverat erant postulaturi. Vide Mat. 10. 8 [l]. Respicitur locus Esa. 55. 1 [m].

18. *Contestor*, &c. Συμμαρτυροῦμαι, &c.] Addit Apostolus, gravem obtestationem ad eos qui hæc audient, nè ea aliqua ex parte immutent. Par cautio apud Irenæum.

[quam

[quam lege in G.] Euseb. & Hieron. Similem habes apud Ruffinum, & Valent. Antioch. Non de nihilo fuisse hanc curam ostendit Marcionis & aliorum improbitas, qui tota loca Novi T. falsârunt [n]. Loquitur hîc vel, 1. Johannes [o]. Vel potiùs, 2. Christus [p], ut ex v. 20. liquet [q]. [Verba sic reddunt:] *Contestor enim* (vel, *Enimverò unà testor*, Be. Pi. vel, 1. cum Angelo, quem misi μαρτυρῆσαι, *ut testaretur* [r]; vel, 2. cum Spiritu & Sponsa aliisque qui præcesserunt †.) *omni* (vel, *cuivis*, Be. Pi. nullo excepto, Pontifice, vel Concilio [t]:) *audienti verba prophetiæ libri hujus*, Mo. Hoc Sigillo munit ultimam hanc Scripturarum paginam, proinde & alias Scripturæ partes; cùm omnes unius sint sortis [v], & eædem prorsus rationes pro hoc libro & aliis militant. Hic liber est clausula totius Canonis, sive Scripturæ Sacræ [x]. Hic liber ex omnibus N.T. libris ultimò conscriptus est, consensu omnium. Complementum hoc erat revelationum omnium quas Deus promiserat, Act. 2, 17. Joh. 16. 12, 13. quæ propterea nec necessariæ sunt, nec à nobis ampliùs exspectandæ. Tota jam voluntas Dei & patefacta & scripto mandata est, & ex hoc tempore Visio & Prophetia cesset in æternum [y]. Moses adjicientibus, aut detrahentibus, aliquid Legi, iram denunciavit, Deut. 4. 2. & 12. 32. simul tamen monuit, Prophetam exsurrecturum, quem omnes audire deberent, Deut. 18. 15. Malachias, Prophetarum ultimus, vaticinatur de *Domino venturo in Templum suum*, & de prænuncio ejus. Interea verò, quia diu futuri erant sine Prophetis, commendat ipsis *legem Mosis*, &c. Evangelium incipit, ubi ille desierat, non solùm declarando impletum esse illud quod ille prædixerat, sed ipsa etiam ejus verba resumendo. Atque hîc nunc omnis spes ulterioris revelationis amputatur, ut tota hujus textûs series evidenter demonstrat. Adeò sapienter & perspicuè Dominus, in ipso Canone, nos docet, quomodo partes ejus sunt copulandæ; & ubinam finiantur [z]. ¶ *Si*, &c. Ἐάν τις ἐπιτιθῇ, &c.] *Si quis apposuerit*, sive *adjecerit*, (sub. *aliquid*, Pi.) *ad hæc*, Er. Mo. Be. &c. i. e. Ad hunc Apocalypseos librum [a], aut universum sacrum Codicem [b]. *Adjicere* hîc est, non mentem ejus sobriè interpretari [c]; sed vel, 1. aliquid assuere Scripturæ, ut pro divinitùs revelato habeatur [d]; vel, 2. sensum alienum & falsum verbis Scripturæ affingere [*]. ¶ *Apponet*, &c. Ἐπιθήσαι, &c.] Imprecantis est, sed non injustè, terrendi causâ. At in MS. est prædictionis modo ἐπιθήσει, & mox ἀφελεῖ· & sic legit Latinus, & ità citantur verba apud Aretham. Vide quæ ad 2 Tim. 4. 14. Elegans est allusio in ἐπιθῇ & ἐπιθήσαι [f]. *Adjiciet* (i. e. Non simpliciter imponet, sed in magna copia [g]:) *Deus——plagas*, &c. Mo. Illas nempe quæ sunt cap. 8. & 9. & 10. & 11. & 16. & 17. & 18 [h], tum temporales, tum æternas, præsertim illam cap. 14. 11. & 19. 20 [i]. Q. legunt *septem plagas* [k]. Sed illud ἑπτὰ multi Codices Græci non habent, ut nec Latinus [l].

19. *Si quis diminuerit*, &c. Ἀφαιρῇ, &c.] *Abstulerit* (sub. *aliquid*, Pi. Be.) *ex verbis*, &c. Be. Pi. *Detrahit*, tum qui authoritatem divinam toti libro derogat: tum, qui aliquam Scripturæ partem intervertit, vel malitiosè pervertit, vel negando contradicit [m]. ¶ *Auferet Deus partem ejus*, &c.] Quam habere videbatur [n]. Vide dicta ad cap. 3. 5 [o]. Excludet illum ab hæreditate cœlesti [p]. Faciat, aut faciet, Deus nè is particeps sit beneficiorum quæ crux Christi nobis peperit; & nè sit civis Ecclesiæ: Ejiciatur tanquam ποιῶν ψεῦδος [q]. ¶ *De his quæ scripta sunt*, &c.] i. e. Ex bonis cœlestibus hîc promissis, &c. Ἐκ hîc repetendum [r]. Hoc refer tum ad *lignum*, tum ad *urbem* †.

20. *Dicit*, &c.] Jesus [t], qui omnia Angelorum dicta suo postremo dicto confirmavit [v]. ¶ *Etiam*, (ναὶ, *næ*, est Confirmantis [x]:) *Venio citò*] Eadem locutio quæ suprà v. 7, 12. & cap. 2. 5, 16. & 3. 11. Similiter cap. 16. 15. Luc. 18. 8. Dicunt Judæi, *Dei salus ictum oculi celeritate æquabit* [y]. [Sensus, q. d.] Brevì hæc impleto [z]. Veniam & certissimè [a], & opinione citiùs [b], ut justis felicitatem æternam, impiis pœnas æternas, infligam [c]. Tollit dubium, q. d. Tardare videbor, saltem illusoribus, sed non erit mora [d]. Al. Sensus, q. d. Non mittam ampliùs Prophetas aut Apostolos, sed ipse veniam [*]. ¶ *Amen*, &c. Ἀμὴν. Ναὶ ἔρχου, &c.] Sunt verba Johannis [f], Christo dicenti, *Ecce venio citò*; veluti succinentis, & votis suis illum Christi adventum quasi accelerantis [g]. Jungendum autem *Amen*, vel, 1. cum præced [h]. vel, 2. cum seq. ναὶ, ut alterum alterius sit exegeticum [i]. Idem est ἀμὴν & ναὶ [k], ut patet ex collat. Mat. 23, 36. & Luc. 11. 51. item 2 Cor. 1. 20 [l]. Scribens & Judæis & Græcis idem vocibus duarum linguarum expressit, ut & suprà 1. 7. Tale est, Ἀββᾶ, ὁ πατὴρ· Θωμᾶς ὁ λεγόμενος Δίδυμος. Attamen non tacebo ναὶ deesse in MS. ut & in Latino. Ἔρχου, supple ex antecedente, ταχὺ, *Fac hoc quàm primùm* [m].

21. *Gratia Domini* (i. e. Gratiæ copia & incrementum [n]:) *——cum omnibus* (tum qui legent hæc, tum qui aliis enarrantibus audient [o]:) *vobis*] In MS. deest ὑμῶν [p]. Est salutatio [q], Apostolis consueta [r]. Sic Rom. 16. 24. & alibi †. Apostrophe est ad fideles in Ecclesiis Asiæ, ad quos hunc librum scripsit, cap. 1. 4 [t]. Prævidens Johannes & longa & difficillima ante adventum Christi futura tempora, ob falsa dogmata, tribulationes, &c. optat eis gratiam Christi, ut ipsis prorsus necessariam, & rem quâ nihil melius illis optare poterat [v].

[n] G. [o] Pi. Q. in Clu. sim. G. [p] Par. Clu. Cap. ad v. 20. [q] Par. [r] Par. sim. Clu. † Clu. [t] Par. [v] Cot. sim. Dur. [x] Dur. [y] Li. chron. 173. [z] For. [a] G. sim. Clu. [b] Clu. [c] Par. [d] Par. sim. Dur. [*] Dur. [f] G. [g] Pi. [h] G. [i] Clu. [k] Cor. [l] G.


[m] Par. [n] Pi. sic Par. [o] Clu. [p] Me. [q] G. [r] Pi. † G. [t] G. sic Pi. Cap. Par. Dur. [v] G. [x] Er. [y] Med. 1121. [z] G. [a] Me. [b] Par. [c] Me. [d] Par. [*] Clu. [f] Cap. sic G. [g] Cap. [h] Q. in Cap. [i] Cap. [k] G. sim. Cap. [l] Cap. [m] G. [n] Me. [o] G. sic Me. [p] G. [q] Me. sic Clu. [r] Clu. † G. [t] Li. [v] Dur.

Deo uni & trino, Α & Ω, principio & fini, sit laus integra & nunc & in æternum.

Finis Quarti atque Ultimi Voluminis, & totius Synopseos.

PRÆMONITIO
DE
INDICIBUS.

QUÆ duo in componendis Indicibus ſemper ſpectanda duxi, nè aut rebus ſupervacaneis onerentur, aut neceſſariis deſtituantur, ea quanquam non hîc præſtare auſim omni ex parte curata, ob oculos tamen à me non prorſus negligenter habita non vereor profiteri. Qua de cauſa, cùm longè uberiorem verborum & materiarum ſegetem congeſtam habuerim, conſultius mihi viſum eſt, reſectis ſuperfluis, illa tantùm ſeligere quæ conſilio meo & lectorum uſui accommoda erant. Et cùm *Synopſis* ipſa, ſecundùm ordinem librorum, capitum, & verſuum, Scripturæ Sacræ digeſta, verbis rebúſque omnibus quæ ſingulis ipſius locis propria ſunt Indicis locum usúmque planè habeat, illis, ut par erat, maximâ parte præteritis, ea duntaxat in Indicibus meis ponenda judicavi quæ aut Scripturæ particulas in locis alienis productas explicarent, aut pluribus Scripturæ locis explicandis inſervirent, aut verbis phraſibúſque illius inſignioribus atque obſcurioribus lucem inferrent, aut ad alias res quæſtionéſve Theologicas illuſtrandas pertinerent.



INDEX vocum Hebraicarum quæ in *Synopsi* ad Vetus Testamentum explicantur: ubi primus numerus Volumen, secundus Partem Voluminis, tertius Paginam, quartus Lineam designat.

א

ג

הִלּוּלִים

ו

ז

ח

ט

י

כ

que

ר

ש

ת

INDEX

INDEX Secundus præcipuarum rerum sive materiarum, quæ ægrè reperiri possunt, & quæ ad varia Scripturæ loca ex æquo spectant, in tribus primis Voluminibus *Synopseos* contentarum.

A

Cubiti

D

E

F

G

H

I

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

V

Z

INDEX

INDEX Scripturarum quæ non suis locis explicantur, vel cum aliis, quæ in speciem videntur pugnare, conciliantur, in tribus primis Voluminibus *Synopseos*.

FINIS.

Index Græcarum vocum & phrasium, quæ occurrunt in Quarto & Ultimo Volumine *Synopseos*, sive in Novo Testamento. Ubi ut in V. T. Indicibus, primus numerus Volumen, secundus Partem ejus, tertius Paginam sive Columnam, quartus Lineam, denotat.

A

B

Γ

Δ

E

Ἑορτὴ

Ξ

O

Π

Πειρασμὸς

P

Σ

T

Υ

Φ

Χ

INDEX

INDEX secundus præcipuarum rerum, sive materiarum, quæ difficilè reperiri possunt, & quæ ad diversa Scripturæ loca pertinent, in Quarto sive Ultimo Volumine *Synopseos* contentarum.

A

B

C

D

E

G

H

I

K

L

M

N

O

P

Scan-

T

V

Z

INDEX Scripturarum quæ non suo loco explicantur, vel cum aliis quæ in speciem videntur pugnare, conciliantur, in Quarto & Ultimo Volumine *Synopseos*.

c. 19.

Finis Indicum.